Digitized by Google

8
25 I
4

Z: β:

HORATIUS

—

OPERA

4 3

9

Digitized by Google

Digitized by Google

QVINCTI HORATII FLACCI VENVSINI, POETÆ Lyrici elegantiſs.

OPERA,

GRAMMATICORVM XL. TAM ANTIQVISS. QVAM NEOTERICORVM PARTIM IVSTIS COMMENTARIIS, PARTIM SVCCINCTIS ANNOTATIONIBVS, SINGVLARI STVDIO, & ampliſsimis ſumptibus in unum Corpus collectis, illuſtrata: uarijsq́ ac uetuſtiſsimis exemplaribus collata, & menda in ijſdem ſublata: quorum Auth. nomina & ordinem ſequens pagina demonſtrabit.

IAM PRIDEM,

IN STVDIOSÆ IVVENTVTIS GRATIAM ET VTILITATEM POST HERCVLEOS LABORES EDITA: CVM GEMINO INDICE *Rerum, uerborum ac ſententiarum locupletiſsimo.*



Cum Gratia & Priuileg. Cæſ. Maieſt.

BASILEÆ,
PER SEBASTIANVM HENRICPETRI.

Digitized by Google

8.25.J.4

AVTORES SIVE INTERPRETES, QVI PARTIM IVSTIS COMMENTARIIS, PARTIM SVCCINCTIS ANNOTATIONIBVS NOSTRI Q. HORATII FLACCI *Opera illuſtrarunt, hoc ordine diſpoſiti.*

IN OMNIA OPERA.

HELENIVS Acron Porphyrion Terentius Scaurus C. Æmilius Iulius Modeſtus Chriſtophorus Landinus D. Eraſmus Roterodamus Aldus Manutius, cum Scholijs & metris Horatianis Lodouicus Cœlius Angelus Politianus M. Anton. Coccius Sabellicus Ioan. Baptiſta Pius Bonon. Iacobus à Cruce Bonon. Petrus Crinitus Benedictus Philologus Ioan. Hartungus Henricus Glareanus Theodorus Pulmannus Antonius Muretus Georgius Fabritius Iodocus Badius Aſcenſius Polydorus Virgilius Gilbertus Cognatus Philippus Beroaldus Ser. Marius Honoratus.	Hi in omnia Opera noſtri poëtæ partim iuſta Cõment. partim breues Annotationes in aliquot locos tantũ ſcripſerunt.

IN LYRICA SIVE IN LIBROS CARMINVM, nec non in Librum Epodôn.

Argumenta incerti Authoris in Odas. Diomedes de Metris Horatianis Philippus Engentinus Hermannus Figulus Hirsfeldianus Ioan. Thomas Freigius Antonius Mancinellus.	In Lyrica.

IN ARTEM POETICAM.

Franciſcus Luiſinus Vtinenſis Iacobus Griſolus Lucinianenſis multò auctior quàm antehâc Iaſon & Gabriëlus de Nores Cyprius A. Ianus Parrhaſius. Vitus Amerbachius Ioan. Thomas Freigius	Hi Artem Poëticam iuſtis Commentarijs illuſtrârunt.

IN LIBROS SERMONVM SEV SATYR.

Iulianus Aurelius Leſsignienſis, Paraphraſin & obſeruationes in primam & ſecundam Satyram primi libri ſcripſit.

IN LIBROS EPISTOLARVM.

Guidonis Morilloni additamenta.

Digitized by Google

MAGNIFICO DOM. RECTORI HVLDRICO COCCIO, SS. THEOL. DOCT. VNIVERSÆ'Q. REGENTIÆ, FLORENTISS. BASILIENSIS ACADEMIÆ, PROCERIBVS AC VIRIS PIIS, NEC'NON PRVDENTIA ET OMNI VIRTVTVM AC SCIENTIARVM GENERE PRÆSTANTISSIMIS, ET PATRONIS OPT.

S. D.

OPERA ſemper danda eſt, Magn. Dom. RECTOR, AC VIRI ORNATISS. ut ij authores ſtudioſis proponãtur, qui ſimul & rerum ſcientiam alunt, & ad parandam ſermonis elegantiam ac copiam plurimùm conducunt. Nam hæ duæ partes perpetuò connexæ, copulatæq́; ſunt: &, ſicut Noſter POETA ait, *amicè coniurãrunt, ut altera, alterius ope ſtet, ac nitatur.* Neq; enim bene dicere quiſquam, niſi pectus cognitione optimarum rerum inſtructum habeat, poteſt: rerumq́; ſcientia imperfecta & manca eſt, nullumq́; fructum ac commodum affert, ſi lumen & ſplendorem orationis adhibere nõ poſsimus. Et quemadmodum ad certa ſydera & tempora nautæ curſum ac nauigationem omnem dirigũt: ita in his noſtris ſtudijs & laboribus omnia ad hunc ſcopum referenda ſunt, ut ſcientiam rectè de moribus, deq; natura rerum iudicandi, & explicandi res grauiores, mediocrem quandam facultatem nobis paremus. Hinc Virgilius princeps Poëtarum prudenter admonet, cùm ſignificare uellet, quæ eſſet optima ratio & uia principis ad eximiam uirtutem inſtituendi: fingit EVANDRVM adiungere adoleſcentem filium ÆNEÆ, & præcipere gnato, ut inde à prima pueritia ÆNEAM effingere & imitari ſtudeat. His enim uerbis ÆNEAM alloquitur, cùm puerum illi commendat:

-ſub te tolerare magiſtro
Militiam & graue Martis opus, tua cernere facta
Adſueſcat, primis & te miretur ab annis.

Senſit enim Poëta Artem illam imperandi, unam omnium longè præſtantiſsimam, neminem aſſequi, nec Imperij & Reipublicæ ullius gubernacula rectè adminiſtrari poſſe, niſi ſe ad alicuius magni & ſtrenui uiri prudentiam, & imitationem totum componat: cuius dicta, facta, conſiliaq́;, uel in dicendo, uel etiam in rebus gerendis, omnia ob oculos poſita habeat, ad quæ ſuum ipſe curſum ac uitam dirigat. Quanquam autẽ hæ noſtræ artes & facultates ingenij, dignitati longè infra bene imperandi ſcientiam poſitæ eſſe exiſtimẽtur: tamen difficultate illis pares eſſe nemo dubitare poteſt, ſi modò ponderauerit, quanti negotij ſit, tam multarum rerum cognitionem, præterea mediocrem quandam facultatem dicendi, & exponendi, quæ recta eſſe perſpexeris, parare. Eſt enim profectò una de difficilimis artibus, uel mediocris eloquentia. Idcirco ſi in leuioribus artibus ſine imitatione effici nihil poteſt, eloquentiam ne putabimus nos ſine illo adminiculo conſequi poſſe? Accedit inſuper quod ſicut aliàs artes imitatio docuit, ita in his noſtris ſtudijs, niſi ad aliquem typum dirigamus animum noſtrum, nihil efficiemus dignum laude. Videmus enim nos, qui ſculpere, qui pingere, qui canere, diſcunt, eligere aliquem magiſtrum, cuius eſſe quàm ſimilimi ſtudeant. Admonet ac præcipit etiam Antonius apud Ciceronem ut elegamus aliquem grauem & lectu dignum ſcriptorem, cuius nos ſimiles eſſe uelimus, & ſumma contentione animi effingamus, atq; imitemur in illo ea, quæ maximè excellunt. Patet deniq; maximos ſemper, excellentiq; animo & uirtute præditos uiros, rationes ſuas omnes confirmaſſe literarum doctrinis, iiſq; ſtudijs, quibus ætas hominis, ab ortu ſuo uſq; ad interitum alitur, oblectatur, fouetur: quibus etiam ſecũdis in rebus exornatur, ſolatur in aduerſis. Fructus profectò VIRI MAGNIFICI, dulciſsimus, qui ingeniorum ſenſu, ſolus deguſtari poteſt, ne quid dicam, de uoluptate illa, ac animi ſiue recreatione, ſiue intermiſsione humaniſsima atq; liberaliſsima, quam haurire & percipere ſeſe ex poëſi clariſsimo teſtimonio comprobarunt: curis, laboribus, Reipublicæq́; negocijs occupatiſsimi homines, ne plures enumerem, Iulius ille Cæſar, Auguſtus, Tiberius, Nero, Græcus Alexander, Scipio Latinus, Carolusq́; Francus. Quare ſuo iure QVINCTVS HORATIVS FLACCVS ille VENVSINVS, inter Gnomologos ſcriptores principem locum facilè tenens, & cuius ſola carmina (teſte Quintiliano) digna lectu ſunt, apud excellentiſsimos homines, imitabili ſua elegantia, ſuauitate uocis, celeritate ingenij, caſtitate & ſobrietate uerborum, & motus animorum incredibiles, & amorem flagrantiſsimum ſibi conciliat, dignus quoq; eſt, qui manu uerſetur diurna, qui uerſetur nocturna. Nam elegantia, & proprietate ſermonis atq; ſententiarum grauitate poſt Virgilium nemini cedit. Pleni namq́; ſunt omnes huius AVTHORIS uerſus, plenæ uoces, plena exempla

Digitized by Google

omnia artis,ſapientiæ, & uetuſtatis. Vitam turpem, (inquit Pulmannus) moresq; prauos ſua eloquenti ſapientia, ita proſcindit, ut, ſiue plebeius, ſiue nobili ſtirpe prognatus,delicta & nequitias, cùm animum ſub uulpe latentem excutit,agnoſcere cogatur: & quam intus deformis ſis,licet auro ueſtis,& Eois gemmis dextera niteat,detracta pelle fateri compellatur. Nemini parcit: ſed ridendo ſcelus detegit,& in apertum palàm producit. Dignus certè, qui adhibito iudicio ab omnibus legatur:quòd uitia ex animis noſtris euellat,& uirtutes inſerat. Atqui conſideret ac expenderet,quàm explicatu difficilia;quàm ſint ſpinoſa,laborisq; & ocij ingentis, gloriá, me herculè,ſummam,atq; laudem ingenij largiatur neceſſe eſt, ijs tàtis artificibus,qui utiles,ſalubresq; res à poëta illo,ſententijs,uerbisq; abſtruſioribus depictas, aut COMMENTARIIS ſuis in aſpectum,inq; lucem protulerunt,aut ANNOTATIONIBVS fructum, commodumq; tantæ doctrinæ oſtenderunt.Etenim cum mediocribus multis, & qui pinguiori Minerua,uel peregrino ſono:de rebus uel friuolis,hoc noſtro etiam delicato ſeculo ſcribunt,laudatores & precones non deſint: nũquid tam peruerſi animi uideri aliquis uolet, ut non multò arctius obſtrictum, uel plus debere, uel cupiat, uel intelligat ijs,qui imagines & animorum ſimulachra,qui artium & literarum ornatum,qui conſiliorum,& uirtutum effigies ſummo ingenio poëtæ cælatas,qui ab eodem inuenta acutiùs, & dicta ſubtiliùs,intellectus, iudicijq; ſui amœnitate, tot curis, tot immanibus uigilijs expolierint & explicauerint?

Hæc ea, qua præditus animi æquitate,& beneuolẽtia HENRICVS PETRI TYPOGRAPHVS BASILIENSIS,Mecœnas ac Patronus meus liberaliſs.iamdudum complectens,aliquot uirorum doctorum,in hunc POETAM Incubrationes expreſsit,applauſu,commodoq; ſtudioſorum, haud uulgari:diuerſo tamen quorundam iudicio,nam ACRONIS & PORPHYRIONIS Commentarios,ut nonnulli cæteris omnibus anteferebãt,ſic quoq; ad mentẽ POETÆ NOSTRI,& ad ſententias explicandas ſufficere omninò contendebant. Sed tandem aliorum ſententijs atq; iudicio conuictus, (ut naturâ ad Rempubl. literariam adiuuandam & promouendam natus fuit) eos Commentatores,quos priori editioni interſeruerat, iam pluribus additis, ac ſumptibus largiſsiſimis adauxit,ne deeſſet,quod deſiderarent ij,qui receptorum in ſcholis authorum Annotationes ac Commentatiunculas,omnibus modis adiungendas prædicabant. Quadraginta igitur eius generis ſcriptores in unum corpus colligere curauit,qui partim iuſtis Commentarijs,partim ſuccinctis Annotationibus hunc NOSTRVM POETAM illuſtrârunt: hac ſpe, quod bonorum omnium expectationi abundè ſatis fieri poſſet:niſi ſit,qui mole uoluminis emptorem grauari,aut omnium, quotquot extant,in hunc Authorem,ſcriptis ingenia ſtudioſorum obruere,ſatiùs exiſtimet.

Sed quum ſuperiori anno non ſolùm meo priuato animi dolore, & mœſtitia: Verumetiam cum totius ciuitatis & Inclyti huius ARCHIGYMNASII BASIL.ingenti mœrore & luctu DN. HENRICVS PETRI TYPOGRAPHVS, SENATOR PRIMARIVS, compater & parens meus chariſs. infeſto caſu,uel diuina uoluntate ereptus nobis ſit,neminem ſciui,cui me, meaq; ſtudia in poſterum commendarem, quam uobis VIRIS MAGNIFICIS, quorum ſtudia defunctus meus Mecœnas,conſilio,prudentia & cõmendatione ſæpius adiuuârit,ornârit,& conſeruârit:& ad ſummos gradus honorum adduxerit ac promouerit. Nam quod ad me quidem attinet,ego certè tam triſti,& Reipublicæ noſtræ funeſto caſu,eum cœpi animo dolorem, quem meus incredibilis erga eum amor,& miſerrima ſtudiorum conditio ac Reipublicę noſtræ literariæ ratio requirebat. Quid enim mihi luctuoſius,aut acerbius potuit in uita cõtingere:quàm illius uiri obitus, cui ego tãtum deberem,quantum non modò uerbis explicare,ſed animo cõplecti uix poſſum?Perijt ille quidem, ſi curſum humanæ uitæ ſpectemus,ſuo tempore:noſtro autem, ſi prudentiam illius conſideremus, iniquiſsimo.Et quidem ſi funeſtus hic caſus,à Reipubl.calamitate diſiunctus eſſet, paulò ęquiùs eum ferendum exiſtimarem.At quoniam hic caſus Remp. noſtram literariam potiſsimùm attingit: quis mihi iure ſuccenſeat,ſi quantum mea pietas erga defunctum Mecœnatem, quam tum mea iactura de literarum ſtatu requirit,tantum ego dolori meo indulgeam?Deploro enim non propriam tantùm meam calamitatem, quia ſæpenumero in meis rebus dubijs & arduis Deus quidam, ac quaſi pater mihi extiterit:utq; ſalutare ſydus aduerſis tempeſtatibus illuxerit:ſed cõmunem Reip. caſum:nec tam moueor eo ipſo,quòd Mecœnatis mei uita in melius commutata,quàm quod ſpes noſtra,& communis utilitas afflicta eſt. Etenim ſua humanitate & beneuolentia, qua tam erga ciues,quàm exteros uſus, eam æquititatis famam conſecutus eſt, ut eius domus meritò oraculum & aſylum totius urbis dici potuerit:& id elogium in eũ iure competat, populi eum Baſilienſis primarium fuiſſe uirum. Quanta enim ipſius in audiendis conſultoribus & clientibus, & in reliqua cum hominibus conuerſatione humanitas:qui candor ab inuidia,quæ pleroſq; alios lacerat planè ſeiunctus:quæ præterea aſsiduitas, labor & uigilantia in Rebus publicis, Eccleſiaſticis,ac ſtudijs huius Vrbis promouendis,augendis,& optimè inſtituendis: quæ alacritas in muneribus publicis obeundis:quæ liberalitas in pauperes:quæ bonitas in ſuos:quæ iuſtitia in omnes,neminem latet. PETRINA uerò familia ex Oſtrofr. originem trahens,magna cum laude ad cẽtum ferè annos non hic duntaxat,ſed etiam apud exteros & peregrinos populos floruit:& multa tum olim, tum hodie lumina præclara extulit. E' quib. præcipua laus meo Mecœnati HENRICO PETRI debetur:qui ultra quinquaginta annos,ſummam diligentiam, aſsiduitatem & ſingulare ſtudium in bonis ſcriptoribus excudendis,& ſparſis hinc inde optimorum authorum ſcriptis ab interitu ſeruandis pręſtitit.

ſtitit. Cui ſi plus à Reipub. ab Academiæ, ab Eccleſiæ deniq; Baſilienſis negotijs ſuperfuiſſet ocij, non mole tantum Operum, ſed elegantia quoq; & diligentia æquales omnes ſuperaſſet. Quid uerò opes ac diuitiæ Mecœnatis mei commemorem? quarum etſi copia ſplendida fuit: tamen hoc illi cum alijs multis commune eſto. Illud uerò paucorum eſt, Liberalitate, quæ in tanta opum abundantia rariſsima eſt, liberaliter uti. Tantùm enim abeſt ut Mecœnas meus liberaliſsimus, à ſuarum opum uſu alios prohibuerit, ut ipſo nullum beneficentiorem, paucos certè in egenos ac pauperes profuſiorem ſciam: nullo etiam tempore illum cõuenerim, quo non manum ſuam egenis liberaliter aperuerit: ita ut eius domus non modò diuitibus, ſed etiam pauperibus unicum tantùm refugium & aſylum ſemper patuerit: adeoq; auaritiam deteſtatus ſit, ut ſæpe in id uitium acerbis uerbis inuectum meminerimus. Et quemadmodum in tantis affluentis Fortunæ commoditatibus, liberaliſsimus & munificentiſsimus fuit: ita ſemper faſtidium, ſuperbiam, & arrogantiam maximopere fugit: à luxu quoq; longiſsimè abfuit: in uictu & ueſtitu temperantiſsimum & continentiſsimum ſe geſsit. Fuit præterea omnium Latinitatis artium: nimirum Theologiæ, Philoſophiæ, Aſtronomię, Medicinę & Hiſtoriarũ apprimè peritus. Erat diſertus: eloquens, in iudicãdo ſanctus ac iuſtus: totaq; uita integerrimus: in promittendo conſtans: doctorum Patronus: uerus Chriſtianæ pietatis cultor: pacis ſtudioſus: patriæ amator: & animi ſui motũ ad diuina ſemper moderans: nec unquam in aduerſis quæribundus: quanq̃ grauiſsima illi tempora permulta inciderint, quæ cum gratiarum actione Chriſtiana ſemp tulit. Omitto multò plura & maiora, quæ dici poſſent de meo Mecœnate uiro incomparabili, ne adulari uelle uidear, aut panegyricum quendam cõficere: quod alterius temporis eſt, & alius inſtituti: homo enim nihil minus, quàm ad aſſentationem factus.

Quare quoniam ego nihil magis cum uirtute conuenire exiſtimo, quàm ſi quis homini bene merenti gratam memoriam perſoluat: hoc unum ago, ut uos intelligatis ea me, Mecœnati HENRICO PETRI præſtare, quæ quidem poſſum, quandoquidem ea, quæ debeo, minimè licet. Et quia uos MAGNIFICI VIRI ac PROCERES memoriam eius ſanctiſsimè colitis: propterea quòd tot, tantaq; illuſtria beneficiorum, uirtutis & perpetuæ gloriæ exempla erga Inclytam BASILIENSEM ACADEMIAM pręſtiterit, & tam optimè ac bene de ea meritus ſit: nimirũ, quòd quàm plures ciues & exteros ſui memores benefaciendo reliquerit: in Rempublicam Pius, beneficus, liberalis, extiterit: Literarum ſtudia, & literatos, ac bonarum artium ſtudioſos re, conſilio, opera iuuârit: labentibus rectioribus ſtudijs ſuccurrerit: aliaq; monumenta æterna memoria digna ediderit: Nolens, uolens intermittere non potui, (quò meo Mecœnati optimè de me merito, officij mei, & debitæ beneuolentiæ ſignum approbarem) quin ueſtræ ornatiſsimæ, locupletiſsimæ, uetuſtiſsimæq; Bibliothecæ (erga quam ſemper affectus fuit, quemadmodum indulgens pater erga liberos) hoc Volumen, poſtremum propenſi ſui animi erga BAS. ACADEMIAM, ſpecimen, eius nomine offerrem & nuncuparẽ: meq; ac mea ſtudia, Mecœnate meo priuato, & quaſi altera parte animi mei ſublata, (ſecundùm Lyricum noſtrum,) ueſtræ clientelæ ſubmitterem ac commendarem.

DEVM ÆTERNVM PATREM DOM. NOSTRI IESV CHRISTI ſupplex oro, ut BASILIENSIS urbis Politiam in perpetuum beatam, felicemq; conſeruet: Academiam, Eccleſias, Scholas, Proceres & Gubernatores, qui conſilio, doctrina & opera his proſunt, ſemper protegat & gubernet. Boni conſulite, bene beateq; ualete. Baſileæ RAVRAC. Anno à CHRISTO Nato CIↃ. IↃ. XXC.

IV. NON. MARTII.

V. MAGN.

Subiectiſs.

NICOLAVS HÖNIGER
Konigshofenſis Oſtrofr.

Digitized by Google

GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS, AD CLARISSIMOS ET PRVDENTISSIMOS PATRES, COSS. ET SENATORES

Annębergenſes, Præfatio in æditionem Baſilienſem, Anno M. D. L V. impreſſam,

S. D.

HERCVLEM ferunt & Augiæ ſtabulum purgaſſe, & cum Antæo eſſe luctatum, magno labore, & periculoſo certamine: non minus ego negocij ac moleſtiæ (ſi magnis parua, militaribus ſcholaſtica conferre licet) in purgédis à ſitu ac ſordibus, interpretibus Horatianis cóſumpſi. Sed dum, ueluti Augiæ intentus, & amiſſa inſtauro, & corrupta emendo, & diſsipata colligo, quaſi cum Antæo ſimul luctandum eſt, quem nec ſatis in altum ualeo attollere, neq; ut terram attingat, dimictere audeo. Nam nec integro uoto in ſingulis reſtituendis, potiri potui, neq; tamen quantum poſſem & licebat, officio deeſſe uolui. Illud autem laboris genus, cùm non modò uoluptatem nullam afferat in tractando, ſed gloriam etiam exiguam, quamuis præſtiteris aliquid, adiungat: tamen ad id manus admoui cupiditate iuuandi eos, qui in literarum ſtudijs uerſantes, meliora aut neſciunt, aut non habent, aut à ſuis expectare non poſſunt. Accedit aliud multò difficilius onus, quòd ij qui ueterum ſcripta in aliquem nitorem reducunt, quamuis commodent, laboremq; minuant non paucis, plerunq; tamen pro ſtudio contemptum, pro benefactis conuicia reportent, & potiſsimū ab ijs, qui cùm neq; benefacere poſsint, nec prodeſſe didicerint: adeò tamen faſtidioſè delicati, ac moroſè improbi ſunt, ut nihil rectum putent, niſi quod ipſi fecerint, nihil probent, niſi quod ipſis placuerit: quorum iniuriam & imperitiam meritò accuſat Terent. Comicus, & exagitat noſter hic Satyricus: quamobrem ego quoq; talium hominum calumnias, diſsimulando, tacendoq; reprimam, uel potius contemnendo conuincam. Dicam autem id quod ad hoc negocium pertinet, primùm de interpretibus Horatij, & quot fuerint, & quo numero hactenus habiti ſint: tum adiungam deinceps nonnihil de ratione inſtituti & laboris mei. Interpretes Horatiani ex uetuſtiſsimis fuerunt quinque, C. Æmilius, Iulius Modeſtus, Terentius Scaurus, Helenius Acron, Porphyrio. De Æmilio & Modeſto accepimus è fragmento codicis uetuſti, uitam Horatij continente, quod editioni ſuæ præpoſuerunt Baſilienſes. Caium Æmilium optimè omnium commentatum, in eodem fragmento legitur: & Iulium Modeſtum, artis ſcriptoré fuiſſe diſertiſsimum dicit Chariſius. Scauri autem decimum in Artem Poëticam librum, idem adducit. Helenium Acronem bis citat Porphyrio, Porphyrionem Priſcianus. Diomedem Carminum genera in Odis ſingulis annotauiſſe conſtat. De carminibus Horatianis præterea ſcripſerunt Cæſius Baſſus, cuius fragmentum extat: & accuratiſsimè omnium Attilius Fortunatianus, quem edidit Ianus Parrhaſius, uerùm adeò mutilum atq; corruptum, ut cum libri Grammaticorum ueterum omnes recuſi ſint, uni huic nemo admouere manum auſus fuerit. Præterea de perſonis Horatianis aliqui ex antiquis ſcripſerunt, quorum bis mentionem facit ad primi libri tertiam Satyram Porphyrio, intelligens uidelicet eos, qui ex profeſſo fabularum & hiſtoriarū obſcuritatem ſunt interpretati: cuiuſmodi cómentarios etiam Tib. Claudium Donatum edidiſſe in Virgilium, ipſius ad Maximum Donatianū filium, Epiſtola teſtatur: ſed & horum interpretum, & trium quos nominaui priorum Æmilij, Modeſti, Scauri ſcripta penitùs interierunt: niſi aliquæ (ut ego ſuſpicor) annotatiunculæ ſint commentarijs Helenianis admixtæ. Nam in unum locum ſæpiſsimè binæ, interdum tres, plures'ue expoſitiones leguntur, neq; ſemper unius generis: ſimiliter de una eademq; hiſtoria diuerſæ proferuntur ſententiæ, ut de Fannio Quadrato poëta Romano, in Sermonibus: de Tyrtæo Athenienſe, in Arte Poëtica. Omne autem reliquum quod eſt, id Helenio & Porphyrioni aſcriptum fuit. Verùm utriuſque libri adhuc ſunt mutili, deſideratur enim Narratio Porphyrionis de Vita Horatij, cuius ipſe mentionem ad Sermones facit libri primi, Satyra ſexta: deſiderantur Græca epigrammata, quæ ab eodem commentatore aliquoties adducuntur, & plurima fortaſſe alia. Scriptoribus autem antiquis quantùm tribuendum ſit, multi ante nos uiri eruditiſsimi docuerunt: quanquam & illi ipſi ut tempore & ætatibus, ita ingeniorum & doctrinæ uarietate, & ipſa uoluntate, non parum inter ſe differunt. Inter cæteras autem non minima laus interpretis eſt, modus quidam in doctrina: nam in rebus ſimplicibus interpretationes inſolentes quærere in apertis nugari, hominis eſt abutentis literis & otio: declamationes autem inſerere, aut uillulas ſuas laudare, aut his alieniora afferre, uel gloriolæ cupidi, uel rerum nimium inopis. Hiſtorias & fabulas, quoniam à Grammatica expoſitione ſepararunt nonnulli, & in libros proprios retulerunt, eò breuiores fuerunt cęteri, ijsq; omiſſis & uerborum interpretationem, & ordinis indicationem, & ſententiæ quaſi enodationem curioſius inueſtigarunt. Etenim ut nobis, qui literas docemus adoleſcentes, faciendum ſępenumero eſt,

ut apud

ut apud alios auditores aliud dicamus: idem à ueteribus fuiſſe obſeruatum apparet: in qua re ſuo quiſque iudicio, temporis & loci ratione habita, uſus eſt, ut mea fert opinio: iuſtos enim ſcribere commentarios, magni & ingenij, & exercitationis eſt. Ego autem nihil conqueror magis, quàm quod interpretes iſti non modò non integri, ſed ne emendati quidem ſatis ad hanc ætatem peruenerint. Quòd ſi eſſet factum, minus in ijs errorum inueniretur, minus interdum ineptiarum: nam inueniri non nego: ſed illud quidquid eſt, & cognoſci facilè poteſt, & non attribuendum hominibus eruditis eſt, ſed temporum uitijs, quibus barbariei fœditate & luto, multis ſeculis omnia fuerunt contaminata. Priſcos autem in hunc poëtam commentarios eiuſmodi iniuria & calamitas ſi non attigiſſet, ut ad Heresbachium aliquando ſcripſit Bentinus, facilè pateremur recentiores quoſdam interpretes obſoleſcere. Hactenus de interpretibus, quorum ad nos uel ſcripta, uel nomina tantùm peruenerunt, quoq; ij numero habendi, ſatis mihi dictum ſit: nunc aliquid de ſtudio laboreq; meo ſine arrogantia adijciam, ut & ijs, qui benè meriti de me ſunt, gratiam, ſi poſſum, referam, & ſtudioſis ſimul, quid effecerim, paucisſimis aperiam.

Q. Horatium Flaccum, poëtam præſtantisſimum, principem apud Romanos Lyricum, & Satyricum facetisſimum, & ſuæ artis doctorem ſapientem, lectione inprimis dignum, & adoleſcentib. explicandum ſemper iudicaui, neque decedo de ſententia: ſed quia lectorem requirit uigilantem, ueterum expoſitiones omninò adhibendæ ſunt, ſine quibus loca obſcura aſſequi, & ueteres quaſdam hiſtorias intelligere, eſt difficillimum, etiam literato & exercitato uiro: quo adiumento ut excellenti ingenio præditis fortaſſe opus non eſt, ita de me, aut mei ſimilibus hoc dictum uolo intelligi. Cùm autem interpretum Horatianorum libri corruptiores fuerint, quàm ullius adhuc Latini ſcriptoris monumenta fuiſſe compererim, multis ſæpe locis, & in Italia, & in Germania codices manuſcriptos inquiſiui. Duo tamen exempla nactus ſum alterum ab ornatisſimo & doctisſimo uiro Vuolffgango Vuertero, Equite Turingo: quod quia integrum non fuit, exiguum quidem, ſed aliquem uſum in emendandis poëtæ carminibus attulit, & interdum ſententiam confirmauit meam. Alterum ad me ante biennium miſit Illuſtris atque amplisſimus uir D. Georgius, Anhaltinus & Aſcanienſis princeps: cuius obitu & Eccleſia Chriſti, & Saxonum reſpublica iacturam maximã fecit: qui liber mihi loco Lydij lapidis aut Caryſtij fuit: quo ſi priuatim ipſe tantùm ad oſtentationem uterer, uerebar ne Muſas iratas haberem, quarum etiam communi ſermone dicuntur eſſe candidæ & apertæ ianuæ, & aditus ad ipſas liberales & facillimi. Eius codicis beneficio, ut nihil de ſublatis mendis, nihil de reſtitutis quæ tranſpoſita aut mutilata erant, commemorem, acceſſerunt ad Odarum commentationes non pauca, ad Artem poëticam multa, ad Sermones plurima: adeo ut ſi noſtram hanc editionem ad alias comparaueris, nouam quodammodo eſſe experiaris: ueruntamen ita me nemo ſuſpicetur dicere, aut inuenta in hoc libro, quæ hactenus defuerint, omnia, aut correcta, quæ minus benè habuerint, omnia: ſed hoc minimè uanum aut ſuperbum eſt, me huius libri integritatem, copiamque ſecutum, multò quaſi habitiorem, & nitidiorem in palæſtram literariam producere Acronem Helenium: in Porphyrione ex paucis membranis antiquis, emendaui tantùm aliqua, addidi pauca, disſipata, ut ſpero, collegi omnia. In epiſtolis nihil à codice antiquo auxilij fuit, id quod expetebam maximè, propter diſputationes & ἀλληγοριῶν, uerbis ſubobſcuros: conatus tamen ſum, aptè diſtinguendo iuuare intelligentiam, Porphyrionis admonitu, qui quodam in loco ſcribit perſonarum ſermones, ne quem inſolentia turbaret, duobus interpoſitis punctis, notatos fuiſſe: fuit enim in minimis quoque rebus, utilitatem pręclaram habentibus, prudens & arguta ueterum ſedulitas. Sed & hac de parte, quod ad meas operas attinet, ſatis. De ordine librorum Horatij etiam ſentiendum recte eſt: & is, quem editiones Germanicæ contra Aldi & Aſulani codices habent, retinendus uidetur, ſic, ut primo loco ponantur Carmina, altero ſequatur Ars poëtica, proximo Satyræ, poſtremo Epiſtolæ: has enim extremò ſcriptas, Porphyrio cõfirmat, & libri uetuſti. Scaurus Artem poëticam inter Epiſtolas numerat, & ad operum reliquorum finem adiungit. Quod ſi materiæ ſpectes ordinem, concedi ſanè illi poteſt: ſin tempus, quo poëta edidit, conſideres, nihil mutandum eſt. Hunc cum ſuis interpretibus nobilisſimum poëtam uobis, Patres optimi, præcipuè nunc offero, duplici de cauſa, una, quòd bonarum artium ſtudijs honorem habetis eximium, id quod nuper pulchris ædificijs, in extruendo à fundamentis ludo nouo, declaraſtis: altera, quòd uobis obligatus ſum magno & antiquo beneficio, nam ſtudijs adoleſcentię meę & magiſtrum præbuiſtis, & aliquot annorum hoſpitium, cùm Ioan. Riuium, uirum præſtantisſimum, cum alijs multis & externis, & ueſtratibus adoleſcentibus, & eius collegam, uirum optimũ, Matthiam Marcum Dabercuſium ſtudioſè audirem. In ſpem itaque uenio, quòd & meum de ueſtro erga rem literariam amore iudicium, ſitis humaniter comprobaturi, & uoluntatem beneficij remunerandi dono literario oſtenſam, æquis & libentibus animis accepturi. Valete. E' ludo Illuſtri Miſenæ, IIII. Idib. Martij. Anno à nato Chriſto.

D. M. L V.

Digitized by Google

CHRISTOPHORI LANDINI FLORENTINI IN Q. HORATII FLACCI OPERA, AD ILLVSTRISS. GVIDONEM FELtrium Magni Federici ducis filium, interpretationum, Præfatio.

SVPREMVM omninò inter mortales locum ij mihi occupaſſe uidentur illuſtriſsime Guido Feltri: qui ſuis diuturnis ſtudijs: ac laborioſis lucubrationibus id tandem aſſecuti ſunt: ut ſummæ ſapientiæ, ſummam eloquentiam coniungeretur. Nam cum nulla alia re à cæteris animantibus mortales diſtent, niſi ratione & oratione: quicunque uel naturæ munere: uel ſua induſtria huiuſcemodi rebus cæteros ſuperant eos ita ſeſe ſupra homines extuliſſe putamus: ut proximè ad diuinitatem acceſsiſſe iudicemus. Quo quidem in genere ſi ab ultima hominum memoria ad noſtram uſque ætatem cunctarum gentium ac nationum hiſtoriam reuoluamus: ſolos poëtas eſſe reperiemus: qui non modo & rectè ſenſerint: & eloquenter ſcripſerint: ſed etiam ea ipſa quæ literis mandarunt ab humanitate ad diuinitatem diuino quodam afflati ſpiritu tranſtuliſſe uideantur. Verùm illorum uim ac furorem latiùs in eo libro proſequemur: quem ipſe de poëtica doctiſsimè ad Piſones ſcripſit. Quapropter cum à primis annis tum illorum uariam multiplicemque doctrinam admiratus: tum ſtyli mirifica ſuauitate pellectus in illis cognoſcendis diuturnam uehementemque operam impenderim: duxi in primis boni uiri officium eſſe: ut ſiquid in huiuſcemodi ſtudijs profeciſſem: id literis tradens ad aliorum uſum, utilitatemque traducerem. Quapropter tres mihi ex omni numero poëtas delegi: quorum interpretationes ſcribundas ſuſciperem. Ex Latinis quidem P. Virgilium Maronem: atque Q. Horatium Flaccum: Ex Florentinis autem (quam linguam nemo unquam eloquens aſpernatus eſt) Alegherium Danthem aſſumpſi. Neque tamen conſilium fuit: ut eadem uia ac ratione in omnibus progrederer. Nam in Marone cæteris omnibus prætermiſsis quæ Grammatici, Rhetoriſque partes uiderentur: & à plurimis ijſdem doctiſsimis uiris conſcriptæ eſſent, eos tantum ſenſus quos diuinitas tanti ingenij mirificis figmentis per eam, quam Græci allegoriam nominant penitus abdidit: atque pulcherrimis integumentis operuit pro uiribus aperiendos delegi. Danthis uerò interpretandi longè alia ratio fuit. Nam cum multa atque apprimè miranda in eius libris deprehendantur: quæ & ſapientiſsimè excogitata: & diſtinctè collocata: & multis uarijſq; uerborum ac ſententiarum luminibus illuſtrata, diuinus uates neſcio maiori'ne ingenio an artificio ex doctrinæ atque elocutionis fonte hauſerit: placuit utrumque proſequi: ut hominibus noſtris & ciuibus qui neque Grçcis, neque Latinis literis ſatis inſtructi eſſent: & ſapentiæ ſimul, & eloquentiæ illius uim demonſtrarem. Nam & ſi illam penitus huiuſcemodi rerum inſolentia cognoſcere non ualebunt magno tamen cumulo tam uariæ, multiplicisque doctrinæ obruti: & eloquentiæ fulgore præſtricti, ſumma tamen cum uoluptate cuncta admirabuntur, atque obſtupeſcent. Nuper autem cum Q. Horatij Flacci uolumina in manibus eſſent: ac propterea diligentius ſingula intuerer, & ſimul quæ in illum ab Acrone Porphyrioneq; doctiſsimis illis quidem uiris & Grammaticis non cõtemnendis ſcripta eſſent ſæpius repetere, noſtræ operæ haud mediocre pretium futurum duxi: ſi ſapientiam huius poetæ in rebus ipſis inueniendis, & mirificum conſilium atque artificium in ſingulis diſponendis atque ornandis pro uiribus aperirem, ac poſtremò uerborum uim atque uarias notiones edocerem: Quod illi cum optimè præſtare potuiſſent alijs tamen ſcribendum reliquerunt. Quas quidem lucubrationes noſtras quò potiſsimum conferam quam in eam domum cui propter plurima parentis tui in me merita omnia debere non ignoro? Elegi autem te potiſsimum illuſtriſsimè Guido quoniam Horatij uolumina huiuſcemodi artificio conſcripta ſunt, modò rectè intelligantur, ut & eius lyricum carmen ad iuuenile ingenium excitandum, & ad linguam expoliendam atque ornandam uehementer te iuuare poſsit. Sermones uerò & epiſtolas ad mentes humanas omni labe purgandas, & optimis moribus informandas, quis non tantum ualere intelligat, ut multorum philoſophorum libros doctrina quidem exequent, eloquentia uerò quę & animos noſtros ſuauiſsime demulcere & efficaciſsimè mouere poteſt, longè ſuperent. Per multi intereſt illuſtriſsimè Guido quo quiſque parente natus ſit, permulti etiam quibus præceptoribus à primis incunabulis educetur infans, ſed pleraque hominum pars aut naturæ imbecillitate adeò hebeſcit atque torpet, aut parentum educatorumque uanitate adeò molliter, eneruateque educatur, ut conſopita in illis ac penitus ſepulta ratione ſolus appetitus uitæ & actionum imperium teneat. Verum hæc in te contra eſſe omnes intelligunt. Præſtantiſsimis enim parentibus ortus, eam à primis annis indolem præ te tuliſti, ut nullo uirtutum genere te ab ijs degeneraturum manifeſta inditia dares. Nam & ingenij ſimul & paternæ tum magnanimitatis, tum probitatis haud obſcuri igniculi ſtatim eluxerunt, neque id temerè: nam ut eſt apud hunc qui in manibus uerſatur poëtam, nec columbas aquilæ, nec damas generant leones. Maximum igitur à fortuna munus habes: ut ijs ſis parentibus procreatus, qui, modo illorum ſapientiam, probitatemque aduertamus, inter rariſsimos enumerandi ſint. Acceſsit

deinde

deinde eorundem diligentiſsima quædam,& in minimis etiam rebus uehementer anxia educatio. Quæ quidem neſcio quo malo fato, ſeu potius ſtultiſsima hominum negligentia apud pauciſsimos contingit. Quotus enim quiſque reperitur qui nullum tędium, ullumúe laborem recuſet,ac potius extremum capitis periculum & maximam famæ iacturam ſponte non ſubeat: ut eã liberis ſuis iure hæreditario relinquat, quæ fortunæ iniuria, uel temporis momento eripi facilè poſsint: ut eos autem ita educet uſque artibus inſtruat ut nemini inuiſi omnibus cari & aduerſus fortunæ temeritatem armati ſemper, tutique ſint omninò negligat. Quorum quidem negligentia omnibus laudibus illuſtriſsimam reddit parentis tui in te educando circumſpectiſsimam ac ſedulam diligentiam,quæ per probatiſsimos præceptores:maximè uerò per ipſum id effecit ut præter florentiſsimum imperium quod ille,& animi magnitudine, & militari diſciplina latè propagatum tibi comparauit,te quoque ut tanto imperio dignum faceret omni uirtutum genere excolendum curauerit. Quapropter cum ætate puer ſis,quod adhuc pueritiæ ueſtigium in te apparuit: At contra quod ſtudium, quæ actio, quæ cogitatio non uirilis fuit. Vt Perſianum illud carmen tanquam ex intimis adytis depromptum de te oraculum uideatur. Scilicet,ingenium,& rerum prudentia uelox,Antè pilos uenit dicenda tacendaque calles. Qua propter perge obſecro qua cœpiſti uia, & his iactis uitæ tuæ fundamentis ad ſummum omnium uirtutum culmen te erige. Videmus multos & noſtra & ſuperioribus ætatibus,qui cum omnia ſumma ſibi animo conciperent,tamen quia domeſtici deeſſent auctores, externos imitari conati ſunt. Quamobrem in uiribus corporis exercendis,Tullium Hoſtilium,Papirium Curſorem,& utrunque Africanum ſibi propoſuerunt: In doloribus autem perferendis Mutium Scęuolam,& C.Marium : In animi uerò robore & magnitudine duorum Scipionum qui in Hiſpania uiriliter occubuerunt: duorum itidem Africanorum,M.denique Marcelli atque in primis C. Cæſaris plurimas fortiter res geſtas admirati ſunt. Et quoniam ſumma quædam humanitas ſummæ grauitati optimo contemperamento coniuncta uehementer principem exornat,in ſeueritate quidem Curtium,Cincinnatum,Papirium, Brutum, Torquatumque ſibi propoſuerunt. In facilitate autem & manſuetudine, & Iulij Cæſaris & Africani ſemper meminerunt. Profundiorem poſtremò in rebus agendis prudentiam ad Numę Pompilij, Fabij Maximi, & duorum Catonum exemplar ſibi uendicare contenderunt. Ac demum ſe Curio,Fabritio,Camillo & Athenienſi Ariſtidi ſimilimos ſe reddere conati ſunt. Tibi autem ô inaudita fœlicitas & res optãda, alijs potius quàm ſperanda tibi inquam illuſtriſsime Guido nihil ab externis mutuandum eſt: cum ab immortali Deo eum ſis patrem conſecutus, qui tibi omnium quas memoraui uirtutum ægregium atque conſpicuum exemplar abundè ſuperque eſſe poſsit. Hunc igitur toto animo & tota mente amplectere,hunc cole,hunc obſerua,hunc imitare, ac penitus exprime. Nam ſi illuc tandem euades quo eum ueniſſe cernis: quid amplius tibi aut ad benè beateque uiuendum,aut ad tui nominis gloriam propagandam excelſius inuenire poſsis, non reperio. Sed de parente tuo aliâs,quem quidem uniuerſa iam Italia & in armis,& in toga,ueluti alterum Apollinem conſulit, quem omnes tanti faciunt, ut conſtantiſsima omnium opinione eas demum partes uictrices euaſuras iudicent,quarum exercitibus Federicus Feltrius imperet. Qui nuper in ardentiſsimum bellum profectus hoſtium qui militum numero longè ſuperiores,celerrimam ſibi & indubitatam uictoriam pollicebantur, maximos impetus ſua ſapientia ac militari diſciplina repreſsit,omneſque conatus irritos reddidit. Sed(ut dixi) de parente tuo alio loco. Interim uerò ut ad te redeam. Ego in primis tuam hanc teneram ætatem cum reliquis doctrinis,tum maximè poëtica diſciplina inſtruendam informandamque cenſeo:præcipuè autem Horatij uolumina legenda iudico. Nam omnia benè uiuendi præcepta quæ ex adorandis philoſophiæ ſacrarijs promi ſolent hinc optimè percipi poſſunt. Nam quod porrò genus hominum,quis ordo,quę ætas,quis ſexus,quæ denique conditio ex hoc ampliſsimo fonte ſuæ uitæ officia non hauriat. Qua obſecro efficacia metum,ignauiam,luxuriam,iniuſtitiam,impietatem,auaritiam,incontinentiam,& reliqua uitia exagitat? Quibus contra laudibus,quibus præmijs Iuſtitiam, inuictam animi magnitudinem & pro patria,pro parentibus periculorum conſideratam ſuſceptionem,religionem in Deum,pietatem in maiores,charitatem in omnes proſequitur? Adde ſi placeat quod quo pacto ſecum,quo cum domeſticis,quo cum ciuibus,quo denique cum peregrinis agendum ſit nullus philoſophus diſtinctiùs edocet. Sed nos iam ad illius interpretationes ueniemus : ſi prius literarum ordine, quæ per uniuerſum uolumen uocabula, explicata ſunt indicabimus: imitati aliqua ex parte in ea re Plinium ſecundum,in qua ipſe Valerium Soranum imitari non inficiatur.

MARTINVS A' NEVHAVSEN AD LECTOREM DE IOANNIS HARTVNGI SCHOLIIS IN Opera Q. Horatij Flacci.

CVM intellexiſſem, Lector optime, Henricum Petri manus excudendo Horatio denuò admoliri, adeoque hinc inde adnotatiunculas Reipublicæ literariæ cauſſa, cui prouehendæ dies, noctesque incumbit, quibus ille inſtructior, locupletior ac commendatior exiret, circumſpicere & uenari, operæprecium me facturum arbitratus, ſi Ioannis Hartungi, cuius diſciplina ad aliquot annos fideliter uſus, in eum Autorem obſeruationes has, breues quidem, ſed tamen mirê, mea ſententia, candidas & exquiſitas, communicarem. Ad quam rem cùm non uulgares quidam noſtri ordinis homines me hortarentur, atque ipſe Typographus etiam captaret, tradidi, ea ſpe, fore prorſus, & ſi tu percurras, non ſolum illius uitij ingenium, tanquam ex unguibus leonem, quod aiunt, ſis depre-henſurus: uerum etiam has qualeſcunque adnotationes unicè amplexurus. Interim illas tibi quam commendatiſsimas eſſe optarim, atque meum etiam factum hoc, qui citra illius uiri adſenſum publicandas obtruſerim, probari. Vale quàm fœlicißimè. Ex Friburgo Briſiacorum V. Calend. Aprilis.

IDEM LECTORI, DE VTILITATE SCHOLIORUM Hartungi.

Quandoquidem magnis non ſolum gratia lector
Verum etiam exiguis rebus adeſſe ſolet.
Non tibi debebit, quia paruum, uile uideri,
Aut prorſus Scholion. quod modo prodit, iners.
Ergo paraſſe, manu nec non uerſaſſe frequenti,
Crede mihi magni muneris inſtar erit.

HENRICI GLAREANI HELVETII, POETÆ LAVREATI CELEBERRIMI AC DOCTISSIMI, IN Q. Horatij Flacci Opera præfatio,

AD

REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM AC DOMInum, D. Ioannem Epiſcopum Viennenſem, à conſilijs, & ſecretis inuictiſsimi Cæſaris Ferdinandi, Virum eruditiſsimum, Patronum ſuum omnibus modis colendum.

ETSI neque ingenij eſt mei, neq; conſuetudinis quenquam bonum uirum ſcriptis laceſſere, integerrime Præſul, tantum abeſt, ut de optimis ſtudijs bene meritos proſcindere uelim, tamen mirari ſatis nequeo, quid uenerit in mentem Chriſtophoro Landino, uiro haud dubie erudito, & cui in philoſophicis, honeſtisque ſtudijs non infelix nomen partum erat, ut uoluerit in hunc Poëtam commentarium ſcribere, tanta incuria, ac negligentia, ut paucæ ſint Odæ, in quibus ab æmulis non ſaltem unius erroris conuinci queat, paſsimque nunc uulgo laceretur, perinde atq; nunquam didicerit literas. Si enim in manus hominum, non ipſe hæc commenta uulgauit, ſed alius quiſpiam ipſius nomine, manifeſta impoſtura eſt: Sin ipſe edidit, ut præfationes ferè conuincunt, ac in re ſeria tam negligens fuit, culpa non uacat, etiamſi iuuandi ſtudio hoc fecerit, ut mihi non ſit dubium. Nam bonum uirum fuiſſe, ac bonorum morum, ſcripta indicant. Cæterùm meminiſſe oportuit, quod ab hoc Poëta dictum eſt, non poëma ſcripturis tantum, ſed quibuſcunque rem pro uiribus maiorem aggredientibus:

Sumite, materiam ueſtris qui ſcribitis æquam
Viribus & uerſate diu quid ferre recuſent,
Quid ualeant humeri.

Sed ego huius erroris culpam magna ex parte in temporum iſtorum, quibus uixit, mores conijciendam puto. Non fuit proximo ſeculo mos ſcribendi ita commentaria, ut omnia infulcires, quęcunque unquam uel didiciſſes, uel alicubi apud authores ſcriptis prodita inueniſſes. Quod uidere eſt apud hunc Landinum atque Nicolaum Perottum. Nam cum Vergilius diceret: Muſa mihi cauſas memora: ſtatim tota de Muſis hiſtoria adnectebatur. Vbi idem: Vrbs antiqua fuit: Ibi uerò ratio condendæ urbis ex antiquiſsimo Thuſcorum ritu explicatur, ut iurares illum aliquando conditurum urbem. Item: Augurijs agimur diuûm: Ibi augurandi diſciplina tota exponitur, ut nullus augur

augur ex profeſſo melius. Auriq; talenta: Ibi demum omnium ponderum examen in lancem tot uerbis ponitur, ut illum libros aliquot de aſſe ſcribere uoluiſſe crederes, licet tertium quoque uerbum ea in re non intellexerit. Ad hunc modum nihil facilius erat, quàm commentarium ſcribere. Mirum uerò cur non Honoratum illum, ac citra controuerſiam doctum Grammaticum Seruiũ ſibi imitandum propoſuerit, aut Lactantium illum, qui in Thebaida Statij commentarium ſcripſit lectu digniſsimum. Deniq; huius Poëtæ commentatorem Porphyrionem. Sed malumus noua ſequi & commentatores re uera uocari, commenta commentis accumulantes [illegible]. Sed hæc de Landino ſatis. Cæterùm quid ego de alijs quatuor ſentiam, ſtudioſus lector in his noſtris Annotationibus planè uidebit. Neq; enim ſum ignarus quantum mihi inuidiæ conflauerim, quod auſus ſim Acronis ſcripta, magnæ exiſtimationis, & plurimæ authoritatis apud quoſdam uiri tot locis taxare. Mihi uerò quis Acro fuerit, non tam curæ fuit, quàm conatus ſum à me reprehenſa fulcire & rationibus, & maiorum authorum ſcriptis. Res ipſa clamat, & lector priuſquam nos temeritatis damnet, noſtra legat, deinde iudicet, ne odij ſuſpitione uideatur non lecta damnare. Admonuit nos quidam alicubi integra Acronis deliteſcere Cómentaria, mirum uerò qui tam impudens, ut ea non publicet. Cum quæ hodie habentur ſint corruptiſsima. De corruptis igitur toto noſtro commentario loquimur, non de integris, ſi quidem alicubi deliteſcunt. Porphyrionem autem (ſi quid in eius commentario iure repræhendendum uidebitur) haud dubiè excuſat temporum iniuria. Nam illum certum eſt fuiſſe eximiè doctum, & in enarrando hoc Poëta primas tenuiſſe, ſed poſt eum hunc racematorem Acronem ueniſſe, quem non puduit integros uerſus ex illius commentario in ſuum legere, ac nugaciſsimas nugas ſubinde aſſuere, ut id multis locis in his noſtris Annotationibus luculenter oſtendimus. Vt merito repræhendendi mihi uideantur, qui nuper Horatium in publicum emittentes unum Acronem, omiſſo Porphyrione, in uulgus edidère, cum eleganti ſcilicet nec minus hercle exacti iudicij præfatione. Sed hi ſunt noſtri ſeculi mores. Mancinellum, ut bonum & diligentem uirum probo, quanquam eum uideo quædam docere uoluiſſe magis, quàm potuiſſe. Reſtat Badius, de quo nihil dicturus ſum: quippe qui nobis notus ſit, & nimis criticorum dentibus laceretur. In huius Poëtę Odis, quia poſterior fuit ea editio, mea quidem ſententia egregiè ſe geſsit, & quædam eruit, quæ priores latuêre. Nos in his, & in alijs huius Poëtæ operibus ab eo aliquot locis diſſentiemus, ſed abſq; conuicijs, quod ipſe, quo eſt in literas fauore, boni conſulet. Nam ueritatis amore, non reprehẽdendi ſtudio nos hoc feciſſe optimus quiſq;, ſimul ac noſtra legerit, uidebit. Sed hæc de commentatoribus ſatis. Vnus noſtra ætate annotator fuit, poſt ea quæ ab Aldo aut Benedicto quodam pauca notata uidimus, homo impenſè ſibi placens, cæterùm adeò ineptus, ut uehementer miratus ſim cur Badius in editione ſua hunc aliquo dignatus fuerit loco: hominem adeò audacem, adeò nihil adferentem lucis authori, adeò omnia abſq; iudicio immutantem, ut ſingularis impudentiæ uideri queat, quempiam talia uel cogitare auſum. Hunc aliquot locis tractamus non pro dignitate, ſed ut materiæ breuitas exigebat. Hoc unum tamen uehementer dolemus, Horatium, cùm multo digniſsimus ſit, cui contigiſſet eximius aliquis enarrator, ſolum hunc inter Latinos Poëtas digno expoſitore carere, quem unum oportebat memorię commendare, quo nullus terſior, nullus minus habens uerrutarum, totus nitidus, elegans, & dictionis feliciſſimæ. quo hodiè lingua Latina merito gloriari poteſt: Cum Græci omnes in hoc poëmatis genere nobis perierint, Alcæus, Steſichorus, Sapphò, Simonides, Anacreon, Hipponax & alij. Vnus Pindarus, non prorſus huius generis, adhuc reſtat. Sed propoſitum noſtrum non eſt nunc huius Poëtæ uirtutes enarrare. quippe qui ipſe ſatis clarus eſt abſq; omni encomio, tantum abeſt ut meo indigeat. Tu præſtantiſsime Præſul, & huius ſeculi ingens decus, has meas lucubrationes boni conſulas etiam atq; etiam oro: Nam ut publicè pro mea uirili bona iuuarem ſtudia, eum potiſsimum ſuſcepi laborem, quem tibi dedicare uolui, quod cum dignitate, quæ tibi tuo merito eſt ampliſsima, etiam rectum iudicium, ac eruditio contigerit haud uulgaris. Præterea alia quoq; ſuſcepti laboris ratio eſt, quod uideã omneis bonas diſciplinas peſſum ire, paucisq; nunc cordi eſſe rectas ac honeſtas arteis: quod clamatoribus illis debemus, qui Curios ſimulant ac bacchanalia uiuunt, qui ſuũ, non Chriſti quærunt commodum, qui per bonas literas euecti, eas tamen oderunt cane peius & angui. At de his nunc ſatis. De me etiam nihil amplius addam noſti enim Glareanum. Deus Opt. Max. Reuerendam Clementiam tuam nobis diutiſsime incolumen ad Chriſtianæ Reip. commodum ſeruare dignetur, Amen. Friburgi Briſgoiæ

Anno à Chriſti natali 1535.

Cal. Martij.

AVTORVM, QVOS HENRICVS GLAREANVS IN SVIS ANNOTATIONIBVS CITAuit, nomenclatura.

GRAECI

Homerus
Ariſtoteles
Plutarchus
Herodotus
Strabo
Ptolemæus
Dionyſius Halicarn.
Diodorus Siculus
Laertius Diogen.
Polybius
Euſebius
Pauſanias
Herodianus
Suidas
Heſychius.

LATINI

Virgilius
Cicero
Liuius
Salluſtius
C. Cæſar
Lucanus
Quintilianus
Seneca
Ouidius
Plinius
Sylius Italicus
Statius
Plautus
Columella
A. Gellius
Suetonius
L. Florus
Seruius
Macrobius
Boetius
Feſtus Pomponius
Diomedes.

RECENTIORES

D. Eraſmus Roterod.
Laurentius Valla
Guilielmus Budæus
Nicolaus Perottus
Angelus Politianus
Philippus Beroaldus
Catalogus Coſs.

COMMENTAT.

Porphyrion
Acron
Landinus
Mancinellus
Iodocus Badius Aſcenſius.

HERMANNI FIGVLI HIRSFELDIANI PRÆFATIO IN Q. HORATII FLACCI QVAtuor lib. Odarum:

AD

ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM DOMINVM GVILELMVM, filium Domini Philippi clariſsimi Principis, & Lantgrauij Haſsię, Comitis in Cazenelnbogen, Dietz, Zigenhain, & Nidda, &c. Dominum ſuum Clementiſsimum.

CVM anno ſuperiore, Princeps illuſtriſs. ab ampliſsimo ordine profeſſorum inclytæ Scholæ tuæ Marpurgenſis prouincia publicè prælegendi Odas doctiſsimi poetæ Horatij oblata mihi eſſet, omnibus neruis ingenij mei, quod ſanè eſt exiguum, contendendum fore arbitrabar, ut hoc munere mihi aſsignato quàm diligentiſsimè, pro iuuenili ætate mea, fungerer. Quædam igitur ex optimis ſcriptoribus, quæ ad hunc autorem enarrandum, exponendumque pertinere uidebantur, mihi ad priuatum uſum collegi atque reſeruaui: ut, ſi fortè eundem poëtam denuò interpretandi ſe nobis offerret occaſio, haberem hæc in promptu, & ad manum, quò melius grauioribus literarum ſtudijs, quibus nunc addictus ſum uacarem.

Hoc cùm quidam ex amicis & propinquis meis (inter quos principem locum tenet Vuigandus Happelius, in celeberrimo hoc Gymnaſio tuo Hebrææ linguæ profeſſor, firmiſsimo affinitatis uinculo mecum coniunctus) animaduertiſſent, ſtatim efflagitare à me cœperunt, ut communicare cum ſtudioſis ea uellem. Quod equidem conſtanter non ſemel recuſaui. Nam ſimul atque meo me pede metiri, καὶ τὸ κατὰ Δελφικὸν ἐπίγραμμα, γνῶναι ἑαυτὸν cœpiſſem, neque ætatem meam, uel induſtriam, uel autoritatem tantam eſſe uidi, ut ornatum aliquid, elaboratumq; in publicum proferre, & dignum auribus hominum edere poſſem. Itaque omne meum tempus in occultis & domeſticis ſtudijs perpetuò aut ſaltem tantiſper, donec plus roboris & ad ſcribendum facultatis quotidiana exercitatio mihi attuliſſet, tranſmittendum putaui.

Sed cùm illi acriùs magis, magisque inſtarent, ac propemodum ignauiæ me arguerent, non potui honeſtæ eorum petitioni diutiùs refragari. Adde, quod præter amiciſsimorum hominum autoritatem, quæ apud me plurimum ad perſuadendum ualebat, etiam illud quod de Diogene à Gręcis memoriæ proditum eſt, in mentem mihi ueniens, cunctantem me maximè excitârit, & ad iaciendam hanc aleam grauiſsimè impulerit.

Corinthij cùm aliquando à Philippo Macedonum rege ingens bellum ſuſcipi cognouiſſent, metu ſubito perturbati, & de communi ſalute anxij, certatim ad opera conuolarunt. Hi arma parare, illi lapides & cæmenta ad reficiendos muros conferre, alij foſſas, alij turres & propugnacula firmare. Denique omnes pari opera in urbis munitiones incumbere. Hunc tumultum & ardens eorum ſtudium, Diogenes cùm cerneret, mox pallio philoſophico præcinctus, dolium ſuum, in quo tum fortè habitabat, ſurſum ac deorſum ſeriò uolutare inſtituit. Et rogatus ab uno ex familiaribus, quid nam ageret? Voluo, reſpondit ille, dolium meum, ne ſolus inter tot laborantes ocioſus ui-

ſus uidear. Similiter & ego, Princeps illuſtriſsime, quando perciperem prudentiſsimos Academiæ tuæ proceres, præceptores meos multum uenerandos, omnia ſua conſilia ad communẽ Reipublicæ literariæ utilitatem, iuxta diuini Platonis præceptum, referre, oblitos cõmodorum ſuorũ, toto pectore hoc unum noctesque diesque, conari, ut iuuentutem ſuæ fidei concreditam, ad pietatem, ueramq; religionem inſtituerent, ad uirtutem & ingenuas bonarum artium diſciplinas docendo, ſcribendoq; cohortarentur, atque inflammarent. Non præter rem & officium meum facturum me exiſtimabam, ſi dolium quoq; meum, quamuis fragile, urgerem, hoc eſt, ſtudia iuuentutis, quibuſcumq; poſſem modis, pro meis uiribus, iuuare experirer. Proinde ea, quæ inter legendum auditoribus meis breuius, & iuxta uulgatum illud, ἀμαθέστερον καὶ σαφέστερον tradideram, nunc copioſius quodammodo retractata, ac diligentius introſpecta, & ut dicitur, recocta, ad uſum iuuentutis emittere placuit.

Verum enimuerò, cùm intelligerem in bonis etiam poëtis laſciua quædam (ut nihil eſt in rebus humanis ab omni parte beatum) incidere ſæpenumero ſolere, optima autem quæque à teneris ſtatim unguiculis adoleſcentibus præſcribenda diſcendaq;, propterea, quòd natura tenaciſsimi ſumus eorum, quę rudibus annis percipimus, ut rectiſsimè monet Fabius, & hæc ipſa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora ſunt: paucas quaſdam Odas, quæ leuitatis nonnihil habere uidebantur, etiam conſilio meorum præceptorum, inter enarrandum ſilentio præterij, ne piæ & integræ puerorum mentes offenderentur.

Poſtea uerò, quàm hos quatuor carminum libros Horatij, meo Commentario utcunq; illuſtratos, ſeorſum euulgare in animum induxi, cæteras quoq; Odas, inter prælegendum à me omiſſas, omnino in ſuo loco ponendas & mea interpretatione declarandas cenſui: Quod non temerè docti & probati autores, ob unum, aut alterum locum non ſatis caſtum, ſint mutilandi. Petulantia itaque, & minus liberalia, ſi qua in his libris apparent, qualia multa & in ſacris ſunt literis, ita tractare conati ſumus, ut nihil inde luis ad puros iuuenum animos peruenturum ſperemus. Hanc igitur qualemcũq; operam & lucubrationem meam, tibi, Guilelme Generoſiſsime, multę ſunt cauſæ, quamobrem nuncupare uolui, imò debui.

Primùm, quòd clementiæ tuæ, quæ præter reliquas animi excelſi egregias uirtutes, etiam incredibili Muſarum deſiderio flagrat, utiliſsimum fore putabam, ſi præceptores tui longè eruditiſſimi, diligentiſsimiq;, Ioannes Bucchius, & Nicolaus Rhodingius, generoſam tuam indolem, & illuſtrem naturam præclariſsimis literarum doctrinis confirmantes, & perpolientes, hunc quoque Poetam inter optimos, ad excolendos mores & ingenium, ad formandam linguam, ad recreandũ deniq; à grauioribus negotijs animum, tibi prælegerent. Eſt enim ſalubrium bene uiuendi præceptorum plenus: uerbis proprius, ornatus & elegans: urbanitate ſuauis, lepidus, ac feſtiuus. adeò, ut cum felici ſententiarum, uerborumq; copia & elegãtia, admiranda rerũ iucunditas in eo ex æquo certet. Quamobrem non immeritò Quintil. hunc ſolum inter Lyricos Latinos legi dignũ iudicat.

Deinde ut meo hoc paruo opuſculo certum argumentum atq; indicium animi mei erga celſitudinem tuam grati, & memoris beneficiorum quæ non modica illuſtriſs. Heros D. Philippus pater tuus amantiſsimus, ſua magnifica liberalitate in me contulit, oſtenderem.

Poſtremò, ut tua authoritate, quæ eſt longè ampliſsima grauiſsimaq;, hunc meum conatum à maleuolorum conuitijs, & curioſis Momis, qui omnia ſumma cum libertate carpunt tanquam patronus fortiſsimus defenderes.

Quapropter & uirtutibus, & maiorum imaginibus ornatiſsime princeps, exiguum hoc munuſculum, non ex uilitate precij, uerùm ex ſupplici & beneuolo mittentis animo æſtimandum, Clementer, & læto uultu accipias: & tuo patrocinio pręſtantiſsimo ab iniuria atq; calumnia Sycophãtarum tuearis ac conſerues, etiam atq; etiam oro. Faxit Deus omnis ſalutis author, ut patrię, quàm diutiſsimè & feliciſsimè uiuas, & Philippo magnanimo patre filium te digniſsimum præbeas. Marpurgi Calend. Maij. Anno à Chriſto nato. M. D. XLV.

CATALOGVS AVTORVM, QVI IN COMMENTARIO Hermanni Figuli citantur.

Ariſtoteles	Cæſar	Euſebius	Iulius Capitol.
Ariſtophanes	Catullus	Eraſmus	Iuſtinus
Apollodorus	Cornelius Gallus	Eobanus Heſſus	Iacobus Micyllus
Apollonius	Cornelius Tacitus	Florus	Labeo I.C.
Athenæus	Claudianus	Feſtus	Lucretius
Auſonius	Diodorus Siculus	Fulgentius	Laërtius
Alexander Neapolit.	Demetrius	Gellius	Lucanus
Alciatus	Didymus	Glareanus	Liuius
Boëtius	Diphilus	Heſiodus	Lucianus
Bocatius	Donatus	Homerus	Lactantius
Budæus	Diomedes	Higynus	Marcellus I.C.
Calaber	Eccleſiaſticus	Haloander	Macrobius
Cicero	Eccleſiaſtes	Iuſtinianus Imperator	Martialis
Cato	Euripides	Iuuenalis	Manlius

Maphæus	Plinius Nouocom.	Scæuola I.C.	Tibullus
Mela	Plautus	Seneca Statius	Vlpianus I.C.
Nonius Marcel.	Ptolomæus	Suetonius	Virgilius
Ouidius	Pontanus	Sextus Aurelius	Varro
Oldendorpius	Paulus Oroſius	Sillius Italic.	Valerius Max.
Plato	Philippus Melanth.	Simonides	Vegetius
Plutarchus	Polydorus Vergil.	Sextus Pomp.	Vitruuius
Pherecides	Quintilianus	Seruius Grammat.	Valla
Pindarus	Syrach Strabo	Theocritus	Xenophon.
Propertius	Solinus	Theognis	Zaſius.
Plinius Secundus	Sabinus I.C.	Terentius	Zenodotus

PROLEGOMENA HERMANNI FIGVLI IN Opera Q. Horatij Flacci.

QVID INTERPRETES IN EXPONENDIS AVTORIbus obſeruent, Hermann. Figul.

IN enarrandis bonarũ artium ſcriptoribus, quatuor potiſsimũm circa ueſtibulum, nõ mala profectò ratione obſeruari uideo: Vitam & Conſilium ſeu ὑπόθεσιν autoris, Titulum operis, & genus orationis. Nam iſtæ præfationes (niſi fallor) ad amandas exprimendasq́ uirtutes, & mores eorum, quos explicandos ſuſcepimus, magnopere iuuentutem impellunt: libentius ad lectionem propoſitæ materiæ producunt: & in ipſa legendi progreſſione, clariorem euidentioremq́ præſtant intellectum. Operæprecium itaq; facturus uideor, ſi & ego receptum hunc utiliter ab interpretibus morem, in hac mea qualicunq; explanatione, ſecutus fuero: ne ἀνιπτοις ποσίν, ut dici ſolet, ad expoſitionis munus accedam. Nam ſi in foro cauſas dicentibus nefas (ut elegãter ait Caius Iureconſultus) uidetur eſſe, nulla præfatione facta, iudici rem exponere: Quanto magis inconueniens erit, omiſsis initijs, atq; illotis, ut ita dixerim, manibus protinus materiam interpretationis tractare? Placet igitur hic in primo ſtatim limine intentionem poëtæ noſtri, unà cum inſcriptione libri, & locutionis genere, breuiter, & pingui Minerua præmittere.

OCCASIO POETAE SCRIBENdi, Hermanni Figuli.

Videtur autem Horat. Odarum lib. eos ſcripſiſſe conſilio: Primùm, ut multiforme illud ac delectabile genus poëmatis, antea Romanis inuſitatum, ſecutus Pindarũ Alcæum, & reliquos Græcos, primus in Latinos modos transferret, ſuisq́ hominib. imitandum proponeret, atq; ita immortalem apud poſteros laudem, & ſempiternam gloriam conſequeretur: Deinde ut decantandis Deorum, Heroum, & fortium uirorum encomijs, teneros iuuenum animos ad religionem, pietatem, fortitudinem, frugalitatem, & ſalubria quæq; uiuendi præcepta, ſuo ſeculo plus quam ferreo, & omnibus flagitijs inquinato, alliceret: ad præclariſsima rerum prudenter & ſtrenue à ueterib. geſtarum exempla hortaretur. Quò igitur facilius ad ea quæ honeſta ſunt, lectorẽ inuitaret, & à turpib. deterreret, lectiſsimis ſentẽtiarum, uerborumq́ florib. uaria rerum pulcherrimarum ſupellectili, iucundiſsimis fabulis, lepidiſsimis conuiuiorum, chorearum, locorum, perſonarum, & temporum deſcriptionibus admixtis, ſumma cum dignitate & elegantia ſua poëmata conſperſit.

TITVLI INDAGATIO, HERmani Figuli.

Cæterùm ᾠδή, quo nomine ἡ ἰδία κυρίως nuncupatur, cantus uel hymnus eſt, ad citharæ cõcentum accomodatus: ab ἀοιδὴ, id eſt, cãtilena, è quo reciſo α, fit ᾠδή, pro οι ἀο. Canebantur enim huiuſmodi carmina ad lyram, unde & Lyrici ſunt poëtæ. De quibus ita Cicero de Oratore: Si optimorum quorumq́ poëtarum, qui λυρικοὶ à Græcis appellantur, uerſus cantu ſpoliaueris, nuda remanebit oratio: & niſi tibicen acceſſerit, orationi ſunt ſolutæ ſimillimi. Horum apud Græcos principem fuiſſe Pindarum, apud Latinos ferè ſolum legi dignum Horatium, in decimo Quintilianus acerrimi iudicij autor, refert.

CHARACTER, HERMAN. FIG.

Genus orationis antequàm inueſtigemus, ſcire oportet, tria eſſe dicendi genera, & in carmine & in ſoluta oratione, quæ Græcè χαρακτῆρας uocant. Grande, Medium, Humile. Grandiloquum, uel ſublime, quod conſtituunt ἁδρόν, conſiſtit in dignitate, magnificentia, & amplificationibus. Medius modus, ſeu ἀνθηρός, hoc eſt, floridus tranſlationibus (ut ait Fabius) crebrior, & figuris erit iucundior, egreſsionibus amœnus, compoſitione aptus, ſententijs dulcis, lenior tamen, ut amnis lucidus quidam eſt, & uirentibus utrinq; ſyluis inumbratus. Humile, ſeu ſubtile, quod ἰσχνὸν Græcè dicunt, quotidianæ locutioni eſt finitimum, proprium, ſimplex, ordinatum, uerecundum. Quo Horatium in ſcribendis Odis uſum apparet. Nam materia leuis & humilis, remiſſam ac ſubtilem requirit phraſim. Id quod ipſe multis etiam in locis teſtatur, præſertim Ode ſexta, libri primi: Ode duodecima, libri ſecundi: & Ode ſecunda libri quarti. Interdum tamen etiam ad mediocre illud propiùs accedit, altiusq́ nonnunquam egreditur. Nam & inſurgit aliquando & plenus eſt iucunditatis & gratiæ, & uarijs figuris & uerbis feliciſsimè audax, teſte Fabio.

ARGVMENTORVM VSVS, Herman. Fig.

Quandoquidem περιοχὴ, quia ſententiam, & ſummum cuiuſq; ſcripti caput breuiter complectitur, ſtudioſum lectorem ad ſequentem tractationem uehementer præparat & inſtruit: utile & iniucundum fore arbitrabar, ſi breuibus & conciſis quibuſdam argumentis ſingulas Odas, antequàm ad interpretationem ipſam aggrederer, pro uiribus illuſtrarem.

TEODORVS PVLMANNVS CRANEBVRGIVS Ioanni Flemingo, S.D.

MAXIME eos poëtas, uir ornatiſsime, legendos, & publicè iuuentuti proponendos cenſeo, qui puro, Latinoq; ſtylo utuntur: quiq; honeſtè, beneq; uiuendi rationem, & uiam demonſtrant: inter quos Horatius in primis poſt Virgilium ſuo iure principem locum obtinet: nam elegantia, & proprietate ſermonis, atque ſententiarum grauitate nemini cedit. Vitam turpem, moresq; prauos ſua eloquenti ſapientia ita proſcindit, ut, ſiue plebeius, ſiue nobili ſtirpe prognatus, delicta & nequitias, cùm animum ſub uulpe latentem excutit, agnoſcere cogatur, &, quàm intus deformis ſit, licet auro ueſtis, & Eois gemmis dextera

tera niteat, detracta pelle fateri compellatur. Nemini parcit: ſed ridendo ſcelus detegit, & in apertum palàm producit. Dignus certè, qui adhibito iudicio ab omnibus legatur: quòd uitia ex animis noſtris euellat, & uirtutes inſerat. Hunc itaq; Lyricum poetam eximium, ſed ex multiplici deſcriptione mendoſum, ad uetuſtos aliquot codices, poſt Mureti, & Lambini doctiſsimorum hominũ caſtigationes, accuratè contuli, aliorumq; obſeruationibus non contemnendis illuſtraui, ut maiori cum uoluptate, & utilitate legeretur: quem, cùm eiuſdem lectione te delectari intelligerem, tibi à me inſcriptum public[illegible] tuo patrocinio aduerſus eos, qui hanc meam operam fortè obſeruabunt, & in peiorem part[illegible]pient, me tuerer, & auctor ſtudioſis commendatior, atque gratioſior efficeretur. Quis enim melius me ab aduerſariorum calumnijs defendere queat, quàm tu uir ornatiſsime: cuius auctoritas tanta eſt, ſiue diſciplinarum eruditionem, ſiue officiorum multitudinem ſpectemus, ut merito laudanda ſit omnibus, & extollenda: id quod ipſa negotia, quibus aſsiduè nauandis incumbis, tam manifeſtè indicant, ut id plurib. uerbis heic commemorare opus eſſe non exiſtimem. Vale. Antuerpiæ, Anno CIↃ. IↃ. LXIII.

VETERVM LIBRORVM NOTÆ, QVIBVS VSVS EST TEODORVS PVLMANNVS CRANEBVRGIVS, in ſuis commentarijs.

H. Liber antiquus, quem Auguſtinus Hunnæus mihi donodabat.

G. Gemblacenſis collegij uetuſtus.

E. Eiuſdem collegij alter.

B. Meum exemplar, ex dono Ioannis Belleri.

A. Antonij Diesthemij fragmentum: quod continebat III. & IIII Carminum libros, ſed mutilos. item Carmen ſæculare.

P. Satyrarum lib. quib. Plantinus me donabat.

C. Cornelij Gualtheri fragmenta, Epiſtolarum lib. II. & lib. I. Satyræ tres cum dimidia.

T. Ars poëtica, liber meus uetus.

P. Ars poëtica, Plantini codex.

V. Victoris Giſelini Ars poëtica, Epiſtolarum lib II. & Satyrarum lib. II.

K. Caroli Cluſij fragmentum Epiſtolarum.

M. ANTONIVS MVRETVS IOANNI AVANSONIO REGII AVGVSTIORIS CONSILII PRÆSIdi, inuictiſsimi Galliarum regis Henrici ad ſummum Pontificem legato, uiro clariſsimo S. P. D.

INgrati animi uitio, Ioannes Auanſoni, uir clariſsime, nullam equidem unquam uitium tetrius, aut naturæ hominis alienius duxi. ingratos autem ſemper exiſtimaui non eos modò, qui, prouocati beneficijs, gratiam referre ſtuderent nullam, quod mihi ferarum ſuperare immanitatem uidetur: ſed omnes omninò, qui, quibus in uiris aliquam uirtutis exuperantiam animaduertiſſent, non eos omni obſeruantia colere, omnibus modis ornare, omni denique genere prædicationis celeberrimos efficere contenderent. Diuinum enim bonum, ut à Platone, eiuſq; diſcipulo Ariſtotele accepimus, honor eſt: Deoq; iccirco primum eum tribuere oportet ipſi, tum ijs, in quibus aliqua diuinæ naturæ expreſſa elucet ſimilitudo. neque uerò dubitandum eſt, quin Deus grauiter, ut ita dixerim, ferat, cùm aut ſui diſsimiles honore affici aut ſimilibus honorem meritum non deferri uidet: qua in re par culpa eſt adulatorum & eorum qui cognitam alienæ uirtutis præſtantiam ſilentio tegunt. cùm autem omnis uirtus laudabiles, amabilesq; facit eos, in quib. eſt: tum ea præcipuè, quę foras patet, proiectaq; eſt, totamq; ſe ad alienas utilitates porrigit: quo in genere iuſtitiã imprimis, liberalitatemq; ac beneficentiã ponimus. quib. tu cùm ſemper ita florueris, ut omnem gratiã atque auctoritatem tuam nunquam non libentiſsimè contuleris ad iuuandos eos, quibus in ipſis cauſa eſſet aliqua, cur iuuari deberent: mirum non eſt, ſi ita te literarum ſtudijs exculti homines certatim ornant, ut in te laudando propriam ſibi quandam ipſi gloriam quærere uideantur. Equidem, de me ut dicam, cùm in Gallia eſſem, cognoſceremq; multorum & literis, & ſermonibus, unum eſſe te in aula principis, qui præter cæteros ingenioſiſsimorum, mihiq; coniunctiſsimorum hominum cauſam ſuſciperes, qui eos omni ſtudio complecterere, qui eis ad regis ipſius notitiam tua cõmendatione iter aperires, amabam te iam tum incredibiliter: quiq; nullum à te unquam beneficium accepiſſem, eorum tamen quos amabam, & uirtutis tuæ cauſa, uel plurimum tibi debere me arbitrabar. itaque cùm Romam iens, in illam nobiliſsimam legationem, qua nunc fungeris per hanc urbem iter feciſſes: ubi primum te hic eſſe audiui, nihil antiquius habui, quàm ut te uiderem, manumque illam deoſcularer, quam in adiuuandis eruditis hominibus ſemper occupatam, nunquã defatigatam fuiſſe intelligebam. ibi quàm tu me humaniter exceperis, quàm comiter allocutus fueris, quàm prolixè detuleris, quicquid à te mea cauſa fieri poſſet, & memini, AVANSONI, decus & & præſidium literarum, & eò magis memini, quòd recordatio ſiue ruſticitatis, ſiue ſuperbiæ, quam in alijs quibuſdam expertus fueram, humanitatis illius tuæ memoriam mihi iucundiorem facit. Eſt uerò ad conciliandos hominum animos potentiſsima res, comitas, affabilitasq; ſermonis. nũquam, mihi crede, poſtea deſij cogitare, quæ mihi potiſsimum eſſet ineunda ratio teſtificandi aliqua in parte ſcriptorum meorum, quàm magnificè ſentirem de maximis tuis, præclariſsimisq; uirtutibus.

tutibus. etſi ſatis exploratum habebam, minimè omniũ te aut meo aut cuiuſquam teſtimonio indigere. nam, quæ, per Deum immortalem, pars ætatis tuæ non ea fuit claritate, ac ſplendore, ut illuſtrare potius illa alios, quàm aliena luce illuſtrari debere uideatur? Qui primum natus es ea ex gente, qua nulla inter Allobrogas, ne quid amplius dicam, uel antiquior, uel omni genere ornamentorum cumulatior reperiri poteſt. Qui enim neſcit è Sammarcellorum familia, tanquam è fertiliſsimo quodam præſtantium hominum ſeminario, innumerabiles uiros belli, pacisque artibus clariſsimos extitiſſe? Teſtis Rauenna, quæ memorabili illo prælio duos tuis fortiſsimè pro patria dimicantes mirata, prius tandem ultimum edentes ſpiritum uidit, quàm ullam dantes fracti, aut defatigati periculis animi notam. Patre uerò tuo quem unquam Allobrogum ſenatus habuit, aut iuſtitia & æquitate, aut conſilio & prudentia, aut diuinarum humanarumque legum cognitione & ſcientia ſuperiorem? cuius tu per ueſtigia ingreſſus, in itinere, quod ad ueram gloriam ducit, ea celeritate properaſti, ut altero & uiceſimo ætatis tuæ anno, Senis, qua tum in ciuitate iuris ciuilis ſtudia præcipuè uigebant, à Philippo Decio longe clariſsimo per id tempus legum antiſtite, dignus iudicatus fueris, cui utriuſq; iuris publicè interpretandi facultas ampliſsima tribueretur. cuius rei fama cùm ad Franciſci regis optimi maximi aures perueniſſet: nullam ille moram interponendam putauit, quin eos honores in te transferret, quibus antea pater tuus, uir clariſsimus, ſumma erat omnium approbatione perfunctus. At HENRICVS, ne qui omni genere laudis omnes ſuperaturus erat omnium ætatũ principes, liberalitate ſuperari à patre uideretur, collatos in te ab eo honores noua ipſe dignitate cumulauit: libellorumque te ſupplicum in aula magiſtrum eſſe uoluit ſibi. Ex quo autem patris morte ad regium culmen euectus eſt, quem tandem ille finem fecit ornandi tui, aut quam rem maioris momenti, ſeu bello, ſeu pace, geſsit, in qua te non in partem ſuorum conciliorum perpetuò admiſerit? qui quanti te faciat, uel ex eo intelligi poteſt, quòd ſanctioris conſilij ſui præſidem imprimis eſſe te iuſsit: deinde ad ſummum Pontificem miſit, qui ſuam in urbe totius orbis terrarum nobiliſsima perſonam ſuſtineres. Hæc ego, AVANSONI, pauca de multis laudis tuæ argumenta perſtrinxi: de quibus, alijsque innumerabilibus ſi uberius ac copioſius commemorare inſtituerem, librum, non Epiſtolam, ſcribere neceſſe haberem. ac erit aliquod fortaſſe tempus, cùm mihi plus ocij ſumere licebit ad res tuas maiores, ut ait Horatius, plectro concinendas. Nunc autem eum ipſum, quem modò nominaui, Horatium ad te mitto, diligenter à me emendatum, auctumq́; (non enim audeo dicere, illuſtratum) annotationibus quibuſdam meis. quæ ſi tibi tantopere placebunt, quanto te opere ipſius Horatij ſcriptis delectari ſcio, præclarè mihi collocaſſe operam uidebor. ſin, quod metuo, nihil admodum in eis inerit dignum, quod ad te mitteretur: peto tamen à te, ut hoc exiguum obſeruantiæ in te meæ pignus tantiſper æquo animo accipias, dum ea perpolio diligentiùs, quæ præſenti tibi promiſſa, breui me in tuo nomine editurum eſſe confido. Vale. Venetijs, Cal. Oct. M. D. LV.

IDEM STVDIOSIS.

BERNARDINVS Lauredanus, adoleſcens clariſsimus, nullum neque finem, neque modum facit de uobis omnibus bene merendi: is cùm accepiſſet, Horatium mihi eſſe in manibus, non tantùm librum ſuum ueterem mihi perbenignè utendum dedit: uerumetiam hanc poetæ ipſius uitam, nunquam antea impreſſam obtulit, miſſam ad ſe, ut aiebat, è Flandria uſque, ab Antonio Morillono, antiquorum monumentorum homine ſtudioſiſsimo, qui eam deſcripſerat ex antiquiſsimo uolumine, quod Gandaui aſſeruatur. Eam ego lectam, dignam iudicaui, quæ ederetur, etſi Petro Crinito probatam non fuiſſe intelligebam. ſed de Crinito ipſo alius erit dicendi locus. Fuit enim antiquarum rerum neque tam acer æſtimator, neque tam diligens indagator, quàm à nonnullis creditur. Vos interim accipite Horatij uitam, eumq́, cuius eam munere habetis, ut par eſt, amate.

Q. HORATII FLACCI VITA, E' VETVSTISSIMO CODICE DESCRIPTA.

HORATIVS Flaccus Venuſinus, patre, ut ipſe tradit, libertino, & exactionum coactore: ut uero creditum eſt, ſalſamentario, cùm illi quidam in altercatione exprobraſſet: Quoties ego uidi patrem tuum brachio ſe emungentem? Bello Philippenſi excitus à M. Bruto imperatore tribunus militum meruit, uictisq; partibus uenia impetrata, ſcriptum quæſtorium comparauit, ac primò Mæcenati, mox Auguſto inſinuatus, non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Mæcenas quantopere eum dilexerit, ſatis monſtratur illo epigrammate:

Ni te uiſceribus meis Horati
Plus iam diligo, tu tuum ſodalem
Nimio uideas ſtrigoſiorem.

Sed multo magis extremis, tali ad Auguſtum elogio.

Horati Flacci, ut mei eſto memor. Auguſtus epiſtolarum quoque ei officium obtulit. hoc ad Mæcenatem ſcripto ſignificat: Antè ipſe ſufficiebam ſcribendis epiſtolis amicorum: nunc occupatiſſimus & infirmus, Horatium noſtrum te cupio adducere. ueniet igitur ab iſta paraſitica menſa ad hanc regiam, & nos in epiſtolis ſcribendis adiuuabit. Ac ne recuſanti quidem, aut ſuccenſuit quicquam, aut amicitiam ſuam ingerere deſijt. Extant epiſtolæ, è quibus argumenti gratia pauca ſubieci: Sume tibi aliquid iuris apud me, tanquàm ſi conuictor mihi fueris. rectè enim, & non temerè feceris: quoniam id uſus mihi tecum eſſe uolui ſi per ualetudinem tuam fieri poſſit. & rurſus: Tui qualem habeam memoriam, poteris ex Septimio quoque noſtro audire. nam incidit, ut illo coram fieret à me tui mentio. neque enim, ſi tu ſuperbus amicitiam noſtram ſpreuiſti, ideo nos quoque ἀνθυπερηφανοῦμεν. Præterea ſæpe eum, inter alios iocos, puriſſimum penem, & homuncionem lepidiſsimum appellat, unaq; &

altera

tem liberalitate locupletauit: ſcripta quidem eius uſque adeò probauit, manſuraq́ue perpetuo credidit, ut non modò ſeculare carmen componendum iniunxerit, ſed & Vindelicam uictoriam Tiberij, Druſiq́ue priuignorum ſuorum, eumq́ue coëgerit propter hoc tribus carminum libris ex longo interuallo quartum addere. Poſt ſermones uerò lectos, nullam ſui mentionem habitam ita eſt queſtus: Iraſci me tibi ſcito, quòd non in pleriſque eiuſmodi ſcriptis mecum potiſſimùm loquaris. an uereris, ne apud poſteros infame tibi ſit, quòd uidearis familiaris nobis eſſe? Expreſſitq́ue Eclogam, cuius initium eſt,

Cum tot ſuſtineas, & tanta pericula ſolus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes: in publica commoda peccem,
Si longo ſermone morer tua tempora Cæſar.

Habitu corporis breuis fuit, atque obeſus, qualis & à ſemetipſo in Satyris deſcribitur, & ab Auguſto hac epiſtola: Pertulit ad me Dionyſius libellum tuum: quem ego ut accuſantem, quantuluſcunq; eſt, boni conſulo. uereri autem mihi uideris, ne maiores libelli tui ſint, quàm ipſe es: ſed ſi tibi ſtatura deeſt, corpuſculum non deeſt. Itaque licebit in ſextariolo ſcribas, cum circuitus uoluminis tui ſit ὀγκωδέστατος, ſicut eſt uentriculi tui. Ad res Venereas intemperantior traditur. nam, ſpeculato cubiculo, ſcorta dicitur habuiſſe diſpoſita, ut quocunque reſpexiſſet, ibi ei imago coitus referretur. Vixit plurimum in ſeceſſu ruris ſui Sabini aut Tiburtini, domuſq́ue eius oſtenditur circa Tiburni luculum. Venerunt in manus meas & elegi ſub eius titulo, & epiſtola proſa oratione, quaſi commendantis ſe Mecœnati, ſed utraque falſa puto. Nam elegi uulgares: epiſtola etiam obſcura. quo uitio minimè tenebatur. Natus eſt 6. id. Decemb. L. Cotta, & L. Torquato conſulibus. deceſſit 5. Kalen. Decem. C. Mario Cenſorino, & C. Aſinio Gallo conſulibus, poſt nonum & quinquageſimum annum, hærede Auguſto palàm nuncupato, cùm, urgente ui ualetudinis, non ſufficeret ad obſignandas teſtamenti tabulas. Humatus & conditus eſt extremis Eſquilijs, iuxta Mecœnatis tumulum.

INSIGNI NOBILITATE ET VIRTVTE VIRO CHRISTOPHORO A' SCHLEINIZ, DOMINO RONnebergi, Georgius Fabricius Chemnicenſis S. D.

POETAM Horatium cum à uiro doctiſsimo Caſpare Bornero Lipſiæ, & ab homine eloquente Laz Bonamico Patauij audirem: incredibile quantùm ſapientia & ſuauitate eius ſcriptoris delectarer: cumq; interpretes idoneos nactus eſſem, lectione illa captus uehementer ab adoleſcentia ſum. Notum autem literatis eſt, quanta ſit difficultas eum poetam intelligendi, uulgaris enim minimè eſt, quia tractationem artificioſam, & præclara argumenta habet: eaque aut ex abſtruſis fabulis poëtarum, aut ex hiſtorijs uariarum gentium, aut ex intimis philoſophorum adytis deprompta. Deinde propter Græcorum imitationem, de quibus ſua ferè tranſtulit: & propter traiectiones uerborum, ac confuſionem orationis, quibus ſententiæ ſæpe diſtrahuntur: & propter figuras in multiplici carminum genere neceſſarias: & propter translationes inuſitatas, in quib. tamen eum fuiſſe felicißimè audacem, Quintilianus aſſerit: non expoſitus eſt omnium intelligentiæ, quia hæc ſingula detinent & remorantur lectorem non attentum, aut minus exercitatum. His impedimentis ſublatis, facilè iucundior fit poëtæ ſummi utiliſsima lectio: quem aliquando ſemper in manibus habui, & ad eius imitationem me exercere, & uires ingenij explorare, in rebus præſertim ſacris & Chriſtianis conſueui. Id cùm intelligeret uir optimus, & poëta excellens Iohannes Stigelius, ad alia me tum adhortabatur, ſic enim ſcribebat,

Hortor amicitiæ ſanctis pro legibus idem,
Perge, ſacro paßim carmine clarus eris.
Quod ſi Elegis mauis faciles componere uerſus,
Iam factam plena rem tibi laude putem.
Da ueniam citharæ Dircææ cultor Horati,
Non eſt in Lyricis gratia ſola modis,
Vox ſociata lyræ Romanas attigit aures,
Non placet in noſtris auribus iſte lepos.

Iſtius uiri monita non neglexi, & in illo genere, quod ipſe probabat, etiam elaborare poſtea ſum conatus. Sed Horatij lectio adhuc iucunda eſt, & quò magis eam adhibeo, eò indies fit gratior, & fructuoſior. Ad eam igitur cupio & alios adoleſcentes, doctrinæ magnæ auidos, inuitare: ut enim gemmæ ignotæ primo intuitu non ſemper afficiunt, ſed uſu & experientia uim & poteſtatem ſuam oſtendunt: ita ſcripta doctorum initiò horrida plerunque ſunt, quæ deinceps tractatione & meditatione ſplendeſcunt. Idem in hoc poëta accidet omnibus, qui uolent experiri. Amo ordinis tui uirum politum Dauidem Vtenhouium Variſcum, qui in hoc Lyrico ita fertur uerſatus, ut eum legendo contriuerit, nec ſolùm ſententiarum, uerumetiam uerborum pænè ſingulorum meminerit. Quamobrem ut honeſtis & grauibus exemplis incitati, idem facerent ſtudioſi omnes, placuit mihi, hæc argumenta ſcribere, & caſtigatiunculas parare, ut lectio eſſet facilis, expedita, incontaminata. Hunc librum Chriſtophore Schleinici duplici nomine ad te mitto, primùm quia te amo, & obſeruo, & induſtrium eſſe noui, & poſſe iudicare, ſcio: deinde quia tibi plurimùm debeo, nam pater tuus mei amantiſsimus, & noſtrorum ſtudiorum fautor fuit, qui dum uiueret propter uirtutem & rectitudinem laude erat digniſsimus, & iam in uitam meliorem receptus, grata memoria bonorum meritò eſt proſequendus. Vale.

DE NOMINE HORATII.

Horatius unde nomen habeat, nondum ſatis explicatum eſt. Qui dicunt ab eo, quod eſt ὡραῖος. illis repugnat in origine quantitas: qui à uerbo oro, quod ſignificat loquor, illis eodem modo obſtat numerus: Qui à uerbo Græco ὀπίσω, unde etiam orationem deriuat Diomedes, illi nimium remota dicunt. Videtur igitur deriuatum ἀπὸ τοῦ ὁράω, unde ὁρατὸς. Cum hac etymologia conuenit primùm ſyllabæ correptio. Proper. 5.

Et cecinit Curios fratres, & Horatia pila. Ouid. 4. Triſt.

Detinuit noſtras numeroſus Horatius aures. Iuuenalis Sat. 7.

Satur eſt, cùm dicit Horatius euœ.

Deinde orthographia, ſcribitur enim cum aſpiratione, ut in marmore, quod Venuſiæ, in patria Horatij legitur,

C. OPTIO T. FILIO HORATIO LEGATO XII. COHORTIS PRIM.

Horatij nomen idem ſonat, quod aſpectabilis, nam Plato in Timæo, ubi de Deo loquitur, ipſum uidelicet feciſſe ζῶον ἓν ὁρατὸν, id Cicero de Vniuerſitate uertit, animal unum aſpectabile, ſeu (ut idem Officijs loquitur) ſpectatu dignum. ibidem οὐρανὸν eſſe ait ὁρατὸν, καὶ ἁπτὸν, quod ſub aſpectum & tactum cadat. idem θεοὺς ὁρατοὺς καὶ γεννητοὺς Deos uocat, qui uidentur, quiq; orti ſunt, qui ſub aſpectum ueniunt, & (ut Plinius) uiſibiles ſunt, atq; corporei.

SVMMA VENERATIONE OBSERVANDO, ATQVE CVM PRIMIS REVERENDO DOMINO FRANciſco de Rouhan Lugdunen. Archipræſuli: Et Galliarum Primati Iodocus Badius Aſcenſius cum omni obſeruantia fœlicitatem dicit.

CVM hiſce diebus, uir Inclyte, & Archipręſulum primarie, Q. Horatij Flacci carmina (quæ ſola, cenſore Quintiliano, ab Latinis quidē edita, quæ legantur ſunt digna) familiari commentatione noſtra elucidaſſemus: uiſa ſunt egere præſidio, neq; eo quidem uulgari, quòd non ignorabamus inuidulos, quos forſitan paucos (nonnullos tamen habere meruimus) hæc noſtra ſtudia improbaturos, quaſi uerò rei literariæ, dum illi imprudenter conſulere ſtuduimus longè plus iacturæ, quàm commodi fecerimus, ſcilicet adoleſcentulorum ingenia ab diligenti ſtudio ſeuocantes, & Muſarum ſacra, quibus tenuiter fateor initiati ſumus, prophanis reuelantes. Nos uerò contra ſentiamus oportet, ſi ſtudia noſtra commendata uolumus. Neq; nos quidem latet, maiore labore noſtro parta & chariora haberi, & diutiùs conſeruari, quàm quæ alieno ſudore congeſta etiam oſcitantibus nobis ut fucis ignauis obijciuntur. Quocirca ſi literarij tyrunculi proprio Marte inuigilent, ut argutiora poëtarum ſenſa decerpant, uerba ſua ſerie contexant, & elegantiam omnem obſeruent, ſuperuacaneum, fateor, uigilauerimus. Verū cùm eiuſmodi ſint poëmata, ut neq; diutiùs immorari illis conueniat, neq; facilè intelligi poſsint, piū atq; humanum eſt uiſum nobis officium, frigidioribus ingenijs faculas noſtras quibus illuminentur & caleſiant accendere. Neq; uerò aut ſtudia bonorum imminuimus, aut ſacra muſarum proſtituimus. Nam eo temperamento poëtarum adyta recludimus, ut neq; pijs clauſa, neq; impijs aperta ſint. Vtque nec ſtudioſos deterreat poëtica difficultas, neq; maliuolis, etiam legendis noſtris, pandatur diuina facultas. Argutiſsima enim quæq;, & quæ non niſi à peritiſsimo artifice cognoſci poſſunt, aut tangimus duntaxat, aut diligentioribus rimanda relinquimus. Tantumq; abeſt ut arcana illa ſacra prophanemus, ut ea uel nos effugiſſe pleraq; uideantur. Multa tamen quæ honorū ſtudia adiuuent, & in his, & in alijs lucubratiunculis noſtris (ſi bene de nobis ut Papinius ſentit, ſentire licet) non oſcitabundus, nec naſutior Lector offenderit. Nam ſenſum atq; intentionem poëtæ pro exponendorum qualitate nunc arctiùs, nunc diffuſius explicamus: & ne quid forte deſit, quod peritior deſideret, laboratiſsimos Antonij Mancinelli commentarios noſtris componimus. Hæc tamen qualiacunq; ſunt, tuo, præſes ſtudioſiſsime, tueri depoſcunt clypeo. Siquidem iampridem ſubolet æmulis quibuſdam noſtra diſplicere ſtudia, quibus non tam Portij Catonis illius, quàm Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri cenſura, molimur non minus ocij, quàm negocij rationem reddere. Cæterū ne quiſquam amuſus & caprina fronte cenſor, ineptum proclamauerit Badium, qui ſanctiſsimi, moratiſsimiq; præſulis patrocinium, ad ſcholicas (ut dicat) nugas: patrocinium implorem, norit hęc ſtudia, hancq; lectionem, ætati, inſtitutioni ac caſtis ſtudijs tuis congruere uel maximè. Enimuerò iucundum iſtud ingenium, & aurea in carmen uena, ingentem faciunt literatis omnibus ſpem, eum te propediem fore, cui ut lectori uitulam, & ut factori taurum. Qui cornu petat & pedibus qui ſpargat arenam Pierides paſcant, ut qui non Pollio tantum, ſed & Mecœnas ſis & Maro. Neq; id à prouincia tua abhorruerit pręſes ſancte. Qui enim carmina pręcipuè hymnos, Pſalteria, & qualia nunc proponimus cantica, uituperant, bonam diuini codicis partem proſcribunt. Et ſanctiſsimorum, Ambroſii, Prudentij, Fortunati, ſexcentorumq; aliorum lucubrationes aureas, quibus diuina reſonant: myſteria ignari, ignauiq; dānant. Sed miſſos faciamus amuſum illud ac prophanū genus hominum nihil humanum præter effigiem habentium. Ataq; doctiloqui repetamus carmina uatis. Aurum illud Ægyptium ab iniquo poſſeſſore ad iuſtum Dei cultum ſubiecturi. Tu uerò (ut Horatiano uerſiculo tuam ſanctitate compellem) O' *& præſidium & dulce decus meum: hac tuo dignabere præſidio.* Vale, Ex officina noſtra literaria. Rurſus ad XIIII. Cal. Octobres Anni M. D. XI.

ANTON.

ANTONIVS MANCINELLVS VELITERNVS POMPONIO LÆTO, ROMANI ELOQVII PRINCIPI, SVMMÆQVE PRVDENTIÆ VIRO.

CVI NAM meos in Horatium Commentarios dedicarem, quærenti mihi, tu ſolus Pomponi Læte, Romani eloquij princeps, quoquo me uerterem, occurrebas. Nam uerum eſt illud: cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt. Te quidem omni probitate, doctrinaq; uaria, ſumma quoq; in omnes beniuolẽtia, officio & pietate ſemper amaui, colui, & ueneratus ſum. Venerabor itẽ dum uita fruar. Es enim homo ueritatis amiciſsimus, grauitate & fide prẹditus, tuoq; contentus, ſuauitate linguæ pariter atq; uitæ illuſtris. Quem tanti faciunt noſtri ſæculi homines, quanti Varronẽ ueteres illi. Vnde & tibi ſępius quod T. Liuio ſemel accidit. Legitur enim Gaditanum quendam Liuij nomine, gloriaq; commotum, ut eum uiſeret ab ultimo terrarum orbe ueniſſe, ſtatimq; ut uiderat abijſſe. Tanta quippe eſt tui nominis, tuæ humanitatis, tuæ gratiæ fama, ut quilibet gratiſsimo illo tuo aſpectu non frui tantum, ut Gaditanus ille, ſed uti etiam atq; etiam malit. Nec quenq; longiſsimæ uiæ pœniteat, dum Latiæ Mineruæ parentẽ Pomponium Lætum uideat, cõueniat, alloquatur, intelligat. Meritò igitur Lætus apppellaris, ad quem totius orbis homines hauriendæ doctrinæ & ſapientiæ ſtudio confluunt: uti olim ad Theophraſtum audiendum diſcipuli ad duo milia pergebant, ut legi. Es enim ut ille Pomponi Læte uir ſummæ prudentiæ, ſtudijq; ſingularis. Es item ut ille beneficus, maximeq; affabilis. Nec tu minus Romanis gratus, quàm ille Athenienſibus. Tot tantiſq; ingenij tui dotibus ego motus. Hos in Horatium Cõmentarios tibi potius quàm alij dicare conſtitui. Videbis igitur mei erga te animi monumenta, qua fronte me ipſum uidere ſolitus: dum in urbe Roma hunc ipſum Horatium, atque alios publicè profitebar. Reliquum eſt ut Odarum commoda explicem. Sunt enim quam plurima ſcitu digniſsima, & cognitu neceſſaria, indeq; perutilia. Delectant namq; carminum uarietate, artificio magno & cultu ampliſsimo. Propter quæ omnia inter Lyricos Latinorum uates ſolum Horatium dignum lectu exiſtimant. Delectant itidẽ ac proſunt eloquentiæ lepòre ſummo, oblectanſiuuantque etiam eruditione copioſa & uaria, fabularum ſiquidem, hiſtoriarumq;, & locorum notitiam præbent quam plurimam. Continent etiam philoſophię partem illam de uita, & moribus edocentem, quæ cuncta ſimul poëta in Odis ſuis immiſcuit, quo lectores, auditoreſq; omnis uaria rerum doctrina maximè oblectaret, iuuaretq; maximè. Ad unum itaque probandos adoleſcentes hortor, moneo, obſecro, minimè tot tantaq; Horatianorum carminum commoda amiſſum iri patiantur. Præſertim quod illis interpretandis ſummo ſtudio, ſummaq; diligentia, ut in cæteris ſoleo fuerim uſus: hinc illud fateri audeo in Odis ipſis, & in Epodis, Carmineq; ſeculari per me enucleatis. Priùs autem à tribus alijs Acrone, Porphyrione, Landino aut ſatis, nihil penè deeſſe ad rerum, aut ſenſuum cognitionem. Vale, doctrinæ, morumq; parens. Vale & ſalue ſæculi decus. Datum Venetijs Idibus Octobribus. M. CCCC. XCII.

ODE QVID PER ANTON. MANCINELLVM.

ERAT Ode modulatus ſermo, unde & Tragœdiam, & Comœdiam ueteres dictitarunt: qui pro eo, quod eſt eloquĩ cãnere ponebant, quoniam elocutionis ornatus, apparatuſq; Rhetoricæ fons, & origo fuit ipſa poëtica. Ipſa enim ad demonſtrationes uſa eſt cantibus, & hoc erat Ode ſermo, ſcilicet modulatus: ut diximus. Author eſt Strab. lib. 1. ὠδὴ cantus dicitur, ὠδικὸς canorus. Eſt autem Ode monocolos, id eſt, unimembris, quotiens uno metro ſine alterius admixtione ſcribitur. Dicolos Ode dicitur bimembris, id eſt, duobus metris uarijs compacta. Tricolos trimembris. Tetracolos quadrimembris, quotiens, ſcilicet ex tribus, uel quatuor carminis generibus Ode conficitur. Diſtrophos dicitur à δὶς quod eſt bis, & τροπὴ mutatio uel conuerſio. Nam in ſecundo uerſu uarietas reperitur: Tetraſtrophos uerò, quia in quarto uerſu fit uarietas.

Q. HORATII VENVSINI VITA, PER ANTON. MANCINEL. EDITA.

QVINCTVS Horat. Flaccus patre natus eſt & Libertino, & precone, ſexta enim Satyr. lib. 1. ſic ait:
„ *Nunc ad me redeo libertino patre natum.* Et primo Epiſtolarum uolumine ad librum ſuum. Me Libertino natum patre, & in tenui re maiores pennas nido extendiſſe loqueris. Vt quantum generi demas uirtutibus addas. Eius patria Venuſia fuit, quod prima Satyr. lib. 2. oſtendit hoc modo,
„ *Lucanus an Appulus anceps.* *Nam Venuſinus arat finem ſub utrunq; colonus.*
Poet à patre in urbem ductus eſt diſcendi gratia, cuius cuſtodia pudicum ſeruauit ab omni facto turpi, atq; opprobrio: ipſe etenim 6. Satyr. lib. primi inquit: *Sed puerum eſt auſus Romam portare docendum.*

Ipſe mihi cuſtos incorruptiſsimus omnes *Circum doctores aderat quid multa? pudicum*
(Qui primus uirtutis beatus honor) ſeruauit ab omni *Non ſolum facto, uerum opprobrio quoq; turpi.*

Romæ nutritus & doctus Iliada, poſtea Athenas ijt, ubi philoſophiæ operam dabat, inde tamen amotus propter bella ciuilia inter Auguſtum & Marcum Brutum Bruti partes ſecutus eſt, à quo & Tribunus militum factus, ſed habita clade in Philippis paupertate coactus ad carmina ſeſe contulit: hinc Epiſtola ultima ad Iul. Florum ait:

Romæ nutriri mihi contigit, atq; doceri, *Adiecere bonæ paulò plus artis Athenæ,*
Iratus Graijs quantum nocuiſſet Achilles. *Scilicet ut poſſem curuo dignoſcere rectum,*

Atq; inter ſyluas Academi quærere uerum.
Dura ſed amouêre loco me temporis grato,
Ciuilisq; rudem belli, tulit æſtus in arma,
Cæſaris Auguſti, non reſponſura lacertis.
Vnde ſimul primùm me demiſere Philippi
Deciſis humilem pennis, inopemq; paterni
Et laris, & fundi: paupertas impulit audax
Vt uerſus facerem.

Idem Satyr. 6.

Quem rodunt omnes Libertino patre natum.
Nunc quia ſum tibi Mecœnas conuictor, at olim
Quod mihi pareret legio Romana Tribuno.

Poſt Auguſti uictoriam Horat. à Vergilio & Varo Mecœnati commendatus in amicorum numero ab illo receptus eſt, quod quidem eadem Satyra ſexta ſic ipſe probat.

Nulla etenim mihi te ſors obtulit, optimus olim
Vergilius, poſt hunc Varus dixêre, quid eſſem.
Vt ueni coram, ſingultim pauca locutus
(Infans namq; pudor prohibebat plura profari)
Non ego me claro natum patre, non ego circum,
Me Satureiano uectari rura caballo.
Sed quod eram, narro. Reſpondens (ut tuus eſt mos)
Pauca: abeo, & reuocas nono poſt menſe, iubesq;
Eſſe in amicorum numero: magnum hoc ego duco,
Quod placui tibi, qui turpi ſecernis honeſtum,
Non patre præclaro, ſed uita, & pectore puro.

Porphyrio addit Horatium captum fuiſſe à Cæſare, ſed poſtea beneficio Mœcenatis non ſolum ſeruatum, ſed etiam Cæſari in amicitiam traditum, quod ſanè ſecus fuiſſe ipſemet Horat. indicat. Nam lib. 2. Ode uerò ad Pompilium ſodalem & commilitonem ait:

Tecum Philippos & celerem fugam
Senſi relicta non bene parmula.
Quum fracta uirtus & minaces turmæ
Turpe ſolum tetigêre mento.
Sed me per hoſtes Mercurius celer.
Denſo pauentem ſuſtulit aëre.
Te rurſus in bellum reſorbens
Vnda fretis tulit æſtuoſis.

Aduertendum præterea Mercurium uiarum atq; itinerum ducem. Vt ſcribit Cæſar lib. 6. de bell. Gall. hinc ait Horat.

Sed me per hoſtes Mercurius celer.

Vel etiam propter alias cauſas ut in Ode illa oſtendemus. Amicis erat chariſſimus.

Hinc prædicta Satyr. inquit:

Si & uiuo charus amicis:
Cauſa fuit pater his, qui Macro pauper agello &c.

Amicorum uerò ſummi erant Plocius, Varius, & Virgilius. Vnde Satyr. quinta ait:

Poſtera lux oritur multo gratiſſima: namq;
Plocius & Varius Sinueſſæ, Virgiliusq;
Occurrunt animæ quales neq; candidiores
Terra tulit, neq; quis me ſit deuinctior alter.
O' qui complexus & gaudia quanta fuerunt.

Erat præterea inopis & puſilli animi, & rarò ac pauca loquentis. Cibi quoq; parciſſimi erat, quod Satyra ſexta ſic pandit,

Inde domum me ad porri & ciceris refero Laganiq; Catinum, *Pranſus non auidè &c.*

Recitare ſolebat amicis tantum, & coactus. Hinc ait Satyra quarta.

Nec recito cuiq; niſi amicis, idq; coactus.
Non ubiuis, coramúe quibuslibet in mèdio qui
Scripta foro recitent ſunt multi, &c.

Eius oculi lippi erant. Vnde Satyr. quinta ſcribitur,

Hic oculis ego nigra meis collyria lippus. *Illinere——.* Et paulò inferiùs:

Luſum it Mecœnas, dormitum ego. Virgiliusq;
Namq; pila lippis inimicum & ludere crudis.

Corporis erat exigui & canus, iraſcebatur facilè, facilè etiam placabatur: hinc in epiſtolis ad librum ait:

Corporis exigui, præcanum ſolibus aptum: *Iraſci celerem tamen ut placabilis eſſem.*

Obijt, auctore Euſebio, ætatis anno LVII. Vt autem Acron ſcribit anno LXXVII. nulla tamen annorum certitudo habetur. Alij enim alia ſcribunt. Quid denique Horat. ſcripſerit in promptu eſt omnibus. Parios iambos Latinorum primus oſtendit Latio. Ait enim libro I. Epiſtol. ad Mecœnatem.

— Parios ego primus Iambos
Oſtendi Latio, numeros, animosq; ſecutus
Archilochi, non res & agentia uerba Lycamben.

Parios autem Archilochios intelligit. Nam in Paro inſula natus eſt Archilochus poëta, ut ſcribit Strab. lib. 10. de quo in Arte Horat. idem inquit:

Archilochum proprio rabies armauit iambo.

Fabius Quintilianus lib. 10. ſcribit iambum à Romanis non celebratum eſſe ut proprium opus à quibuſdam interpoſitum. Cuius acerbitas in Catullo Bibaculo Horatio. At lyricorum Horatius ferè ſolus legi dignus, nam & inſurgit aliquando, & plenus eſt iucunditatis & gratiæ, & uarijs figuris, & uerbis feliciſſimè audax, ſed nouem Lyricorum Græcorum uidelicet longè Pindarus princeps, ſpiritus magnificentia, ſententijs, figuris, beatiſſima rerum, uerborumq; copia, uelut quodam eloquentiæ flumine, Pro-

ne. Propter quæ Horatius eum meritò credidit nemini imitabilem. Eſt autem imitatus Alcæum: qui in parte operis aureo plectro merito donatur, quia tyrannos inſectatus: multum etiam moribus confert, in eloquendo quoque breuis & magnificus, & diligens, & plurimum Homero ſimilis, ſed in luſus & in amores deſcendit, maioribus tamen aptior.

DOMINICVS PALLADIVS SORANVS AD LECTOREM.

ALTA ſecant uolucres tuto ſtridente uolatu,
Annuat hoc Iuno ſi dea mitis iter.
Intrepidus tumidum ſcindit mare nauita remis,
Dummodo Cæruleus non negat ire Deus.
Et quiſquis ſolida graditur tellure nec anceps,
Concedat curſus dum dea magna ſuos.
Ibis inambiguus ſic tu per ſingula uatis,
Namque ubi erant tenebræ, nunc cynoſura nitet.
Ergo ſume libens noua commentaria lector
Hæc Mancinelli, qui tibi dexter erit.

Q. HORATII FLACCI VITA EX ANTIQVIS MEMBRANIS.

Q. HORAT. FLACCVS Libertino patre natus in Apulia, cum parente in Sabinos migrauit. Quem cum pater paruum Romam miſiſſet in ludum literarium, parciſſimis eruditus impenſis anguſtias patris uicit ingenio, coluitque adoleſcens Brutum, ſub quo Tribunus militum, ciuili bello militauit, captusque à Cæſare, poſt magnum tempus, beneficio Mecœnatis non ſolum ſeruatus, ſed etiam in amicitiam receptus eſt. Quapropter Mecœnati & Auguſto in omnibus ſcriptis ſuis uenerabiliter aſſurgit. Scripſit Carminum libros quatuor, Carmen Seculare, Epodôn, De Arte Poëtica, Sermonum libros duos, & Epiſtolarum duos. Commentati ſunt illum Porphyrion, Modeſtus, Helenius Acron, omnium optimè C. Aemilius.

Q. HORATII FLACCI VITA PER CANTALICIUM, CARMINE HEROICO.

SI quis erit, Quinti, uitam cognoſcere Flacci
Qui uelit, hæc infra carmina pauca legat.
Edidit hunc uatem claris octaua Decembris
Torquati & Cottæ faſcibus alma dies.
Sed fuit ex humili natus præcone parente,
Qui Libertinæ conditionis erat.
Attamen erexit fortuna urgente diſertum
Virtutis uera nobilitate caput.
An fuerit Lucanus, an Appulus, ipſe recenſens
Ambigit: haud dubie ſed Venuſinus erat.
Eſt ubi patre pio teneris nutritus in annis,
Ingenij magno præditus igne puer.
Mox etiam ductus cura genitoris ad urbem,
Vaſit in egregium docta per ora uirum.
Inde bonus cauſa Sophiæ migrauit Athenas:
Ne quod inexpertum linqueret artis opus.
Inuit ubi in primis Epicuri incumbere ſectæ,
Dum furor, atque animus dum iuuenilis erat.
Poſt grauior ſapiens Academi ad dogma rediuit,
Vt rectum ſtudij proſequeretur iter.
Concuſſo ſed enim bellis ciuilibus orbe,
Ipſe quoque inſtituit Martia caſtra ſequi.
Sed pius & placidæ quia libertatis amicus,
Sub Bruto contra Cæſaris arma fuit.
A quo pro meritis decoratus in ordine geſſit
Clara poteſtatis dona tribunitiæ.
Ad paupertatem Bruto pereunte redactus,
Ocia patrijs reddidit inde choris.
Factus & hinc Varo ſocius, magnoque Maroni,
In Mecœnatis floruit ille ſinu.
Quo duce amicitiam, ueniamque à Cæſare culpæ
Promeruit, reliquos, & ſine lite dies.
Sed quum iam uitæ bis ſeptem tempora luſtris
Tangeret, inuiſo reddidit oſſa ſolo.
Et Mecœnatis prope molliter oſſa ſepultus
Occubat urbanus Flaccus in Exquilijs.
Paruus erat, lippus, pleno ſed corpore obeſus,
Et frugi, & parcus, ambitione carens:
Integer, & facilis, prudens, furibundus, amicus:
Corda tamen geſſit prona libidinibus.
Tradidit è medio Græcorum fonte receptam
Pyndaricam Latio primus in orbe Lyram.
Ad quam bis binos cantauit in ordine libros,
Et cum ſeclorum carmine ſcripſit Epos.
Vnum & uatem formauit in arte libelli,
Quo nullum melius uatibus extat opus.
Deque duos etiam morali dogmate plenos
Fecit Epiſtolijs, de Satyriſque duos.
Quæ lege, qui uitam cupis informare per artes,
Et ueterum ſapiens Ethica quiſquis amas.

AD HORATIVM FLACCVM ODE DICOLOS TETRASTROPHOS ANGELI POLITIANI.

VAtes Threicio blandior Orpheo
Seu malis fidibus ſiſtere lubricos
Amnis ſeu tremulo ducere pollice
Ipſis cum latebris feras.
Vates Aeolij pectinis arbiter.
Qui princeps Latiam ſollicitas chelyn
Nec ſegnis titulos addere noxijs
Nigro carmine frontibus.
Quis te à barbarica compede uindicat?
Quis frontis nebulam diſpulit, & ſitu
Deterſo leuibus reſtituit choris
Curata iuuenem cute?
O quam nuper eras nubilus, & malo
Obductus ſitu: quam nitidos ades
Nunc uultus referens, docta fragrantibus
Cinctus tempora floribus.
Talem purpureis reddere ſolibus
Lætum pube noua poſt gelidas niues
Serpentem poſitis exuuijs ſolet
Verni temperies poli.
Talem te choreis reddidit, & lyræ
Landinus ueterum laudibus æmulus,
Qualis tu ſolitus tibur ad uuidum
Blandam tendere barbiton.
Nunc te delitijs, nunc decet & leui
Laſciuire ioco, nunc puerilibus
Inſertum thyaſis aut fide garrula
Inter ludere uirgines.

ALDI MANVTII DE METRIS HORATIANIS LIBER.

Genera metrorum, quibus in Odis uſus eſt Horat. ſunt undeuiginti.

PRIMI GENERIS ODAE III.

Lib. 1. Oda 1. *Mecœnas atauis edite regibus.*
Lib. 3. Oda 30. *Exegi monumentum ære perennius.*
4. 8. *Donarem pateras, grataque commodus.*

— — —∪∪— —∪∪— ∪∪

SECVN-

SECVNDI GENERIS ODAE XXVI.

1. 2. *Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.*
1. 10. *Mercuri facunde nepos Atlantis.*
1. 12. *Quem uirum, aut heroa lyra, uel acri.*
1. 20. *Vile potabis modicis Sabinum.*
1. 22. *Integer uitæ, ſceleriſq; purus.*
1. 25. *Parcius iunctas quatiunt feneſtras.*
1. 30. *O' Venus regina Gnidi, Paphiq;.*
1. 32. *Poſcimus ſiquid uacui ſub umbra.*
1. 38. *Perſicos Odi puer apparatus.*
2. 2. *Nullus argento color eſt auaris.*
2. 4. *Ne ſit ancillæ tibi amor pudori.*
2. 6. *Septimi Gades aditure mecum.*
2. 8. *Illa ſi iuris tibi peierati.*
2. 10. *Rectius uiues Licini, neq; altum.*
2. 16. *Otium Diuos rogat in patenti.*
3. 8. *Martijs cœlebs quid agam calendis.*
3. 11. *Mercuri nam te docilis magiſtro.*
3. 14. *Herculis ritu modo dictus ô plebs.*
3. 18. *Faune nympharum fugientum amator.*
3. 20. *Non uides quanto moueas periclo.*
3. 22. *Montium cuſtos, nemorumq; Virgo.*
3. 27. *Impios parræ recinentis omen.*
4. 2. *Pindarum quiſquis ſtudet æmulari.*
4. 6. *Diue, quem proles, Niobea magnæ.*
4. 11. *Eſt mihi nonum ſuperantis annum.*
5. 18. *Phœbe, ſyluarumq; potens Diana.*

–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪∪ –∪

TERTII GENERIS ODAE XII.

1. 3. *Sic te Diua potens Cypri.*
1. 13. *Cum tu Lydia Telephi.*
1. 19. *Mater ſæua Cupidinum.*
1. 36. *Et thure & fidibus iuuat.*
3. 9. *Donec gratus eram tibi.*
3. 15. *Vxor pauperis Ibyci.*
3. 19. *Quantum diſtat ab Inacho.*
3. 24. *Intactis opulentior.*
3. 25. *Quò me Bacche rapis tui.*
3. 28. *Feſto quid potius die.*
4. 1. *Intermiſſa Venus diu.*
4. 3. *Quem tu Melpomene ſemel.*

–– –∪∪– ∪–
–– –∪∪– –∪∪– ∪∪

QVARTI GENERIS ODE VNA.

1. 4. *Soluitur acris hyems grata uice ueris & Fauoni.*

–∪∪ –∪∪ –– –∪∪ –∪ –∪ ––
∪– ∪–– – ∪– ∪– –

QVINTI GENERIS ODAE VII.

1. 5. *Quis multa gracilis te puer in roſa.*
1. 14. *O' nauis, referent in mare te noui.*
1. 21. *Dianam teneræ dicite uirgines.*
1. 23. *Vitas inuleo me ſimilis Chloë.*
3. 7. *Quid fles, Aſterie, quem tibi candidi.*
3. 13. *O' fons Blanduſiæ ſplendidior uitro.*
4. 13. *Audiuere, Lyce, Di mea uota: Di.*

–– –∪∪– –∪∪– ∪–
–– –∪∪– –∪∪– ∪∪
–– –∪∪– ––
–– –∪∪– ∪∪

SEXTI GENERIS ODAE IX.

1. 6. *Scriberis Vario fortis & hoſtium.*
1. 15. *Paſtor cùm traheret per freta nauibus.*
1. 24. *Quis deſiderio ſit pudor, aut modus.*
1. 33. *Albi, ne doleas plus nimio memor.*
2. 12. *Nolis longa feræ bella Numantiæ.*
3. 10. *Extremum Tanaim ſi biberes, Lyce.*
3. 16. *Incluſam Danaën turris ahënea.*
4. 5. *Diuis orte bonis optime Romulæ.*
4. 12. *Iam ueris comites, quæ mare temperant.*

–– –∪∪– –∪∪– ∪∪
–– –∪∪– –∪∪– ∪∪
–– –∪∪– –∪∪– ∪–
–– –∪∪– ∪∪

SEPTIMI GENERIS ODAE III.

1. 7. *Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen.*
1. 28. *Te maris, & terræ, numeroq; carentis arenæ.*
5. 12. *Quid tibi uis mulier, nigris digniſſima barris.*

–– –∪∪ –– –∪∪ –∪∪ ––
–∪∪ –∪∪ –∪∪ ––

OCTAVI GENERIS ODE VNICA.

1. 8. *Lydia, dic per omnes.*

–∪∪– ∪––
–∪–– –∪∪– –∪∪– ∪––

NONI GENERIS ODAE XXXVII.

1. 9. *Vides, ut alta ſtet niue candidum.*
1. 16 *O' matre pulchra filia pulchrior.*
1. 17. *Velox amœnum ſæpe Lucretilem.*
1. 26. *Muſis amicus, triſtitiam, & metus.*
1. 27. *Natis in uſum lætitiæ ſcyphis.*
1. 29. *Icci, beatis nunc Arabum inuides.*
1. 31. *Quid dedicatum poſcit Apollinem.*
1. 34. *Parcus Deorum cultor, & infrequens.*
1. 35. *O' Diua gratum quæ regis Antium.*
1. 37. *Nunc eſt bibendum, nunc pede libero.*
2. 1. *Motum ex Metello conſule ciuicum.*
2. 3. *Aequam memento rebus in arduis.*
2. 5. *Nondum ſubacta ferre iugum ualet.*
2. 7. *O' ſæpe mecum tempus in ultimum.*
2. 9. *Non ſemper imbres nubibus hiſpidos.*
2. 11. *Quid bellicoſus Cantaber, & Scythes.*
2. 13. *Ille & nefaſto te poſuit die.*
2. 14. *Eheu fugaces, Poſthume, Poſthume.*
2. 15. *Iam pauca aratro iugera regiæ.*
2. 17. *Cur me querelis exanimas tuis.*
2. 19. *Bacchum in remotis carmina rupibus.*
2. 20. *Non uſitata, nec tenui ferar.*
3. 1. *Odi profanum uulgus, & arceo.*
3. 2. *Anguſtam amici pauperiem pati.*
3. 3. *Iuſtum, & tenacem propoſiti uirum.*
3. 4. *Deſcende cœlo, & dic age tibia.*
3. 5. *Cœlo tonantem credidimus Iouem.*
3. 6. *Delicta maiorum immeritus lues.*
3. 17. *Aeli uetuſto nobilis ab Lamo.*
3. 21. *O' nata mecum conſule Manlio.*
3. 23. *Cœlo ſupinas ſi tuleris manus.*
3. 26. *Vixi puellis nuper idoneus.*
3. 29. *Tyrrhena regum progenies tibi.*
4. 4. *Qualem miniſtrum fulminis alitem.*
4. 9. *Ne fortè credas interitura, quæ.*
4. 14. *Quæ cura patrum, quæ ue Quiritium.*
4. 15. *Phœbus uolentem prœlia me loqui.*

∪– ∪– – –∪∪ –∪∪
∪– ∪– – –∪∪ –∪∪
–– ∪– –– ∪– ∪
–∪∪ –∪∪ –∪ ––

DECIMI GENERIS ODAE III.

1. 11. *Tu ne quæſieris, ſcire nefas, quem mihi, quem tibi.*
1. 18. *Nullam Vare ſacra uitæ prius ſeueris arborem.*
4. 10. *O' crudelis adhuc, & Veneris muneribus potens.*

–– –∪∪– –∪∪– –∪∪– ∪∪

VNDE-

VNDECIMI GENERIS ODE VNA.

3. 18. *Non ebur, neque aureum.*

—v —v —vv

v— v— v— v— v— v

DVODECIMI GENERIS ODE VNA.

3. 12. *Miserarum eſt, neque amori dare ludum.*

vv—— vv—— vv—v

vv—— vv—— vv——

vv—— vv—— vv—— vv——

TERTIIDECIMI GENERIS ODE VNA.

4. 7. *Diffugere niues: redeunt iam gramina campis.*

—— —vv —vv —— —vv ——

—vv —vv —

QVARTIDECIMI GENERIS ODAE X.

5. 1. *Ibis Liburnis inter alta nauium.*
5. 2. *Beatus ille, qui procul negotijs.*
5. 3. *Parentis olim ſi quis impia manu.*
5. 4. *Lupis, & agnis quanta ſortitò obtigit.*
5. 5. *At ô, Deorum quidquid in cælo regit.*
5. 6. *Quid immerentes hoſpites uexas canis.*
5. 7. *Quò, quò ſceleſti ruitis? aut cur dexteris.*
5. 8. *Rogare longo putidam te ſæculo.*
5. 9. *Quando repoſtum Cæcubum ad feſtas dapes.*
5. 10. *Mala ſoluta nauis exit alite.*

—— v— —— v— v— vv

v— v— —— vv

QVINTIDECIMI GENERIS ODE VNA.

5. 11. *Petti, nihil me, ſicut antea iuuat.*

—— v— —— v— v— vv

—vv —vv — v— —— v—

SEXTIDECIMI GENERIS ODE VNA.

1. 13. *Horrida tempeſtas cælum contraxit: & imbres.*

—vv —— —— —— —vv ——

v— v— —— v— —vv —vv —

DECIMISEPTIMI GENERIS ODAE II.

5. 14. *Mollis inertia cur tantam diffuderit imis.*
5. 15. *Nox erat, & cælo fulgebat Luna ſereno.*

—vv —vv —— —— —vv ——

—— v— —— vv

DECIMIOCTAVI GENERIS ODE I.

5. 16. *Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas.*

—vv —vv —— —— —vv ——

v— v— v— v— v— vv

VNDEVIGESIMI GENERIS ODE VNA.

5. 17. *Iam iam efficaci do manus ſcientiæ.*

—— v— —— v— v— v—

GENERA METRORVM QVAE IN I. LIBRO.

Ode I. Monocolos. Sunt enim omnes uerſus choriambici Aſclepiadei tetrametri acatalecti: qui conſtant è ſpondeo, & duobus choriambis, & Pyrrhichio, uel iambo: hoc modo,

Mæcē — — nās ătăvīs — vv — ēdĭtĕ rē — vv — gĭbŭs, vv
ō ēt — — præſĭdĭŭm ēt — vv — dūlcĕ dĕcūs — vv — mĕūm. vv

—— —vv— —vv— vv

—— —vv— —vv— vv

Ode II. Dicolos tetraſtrophos. Primi quique tres uerſus ſunt hendecaſyllabi Sapphici pentametri acatalecti: qui conſtant è trochæo, ſpondeo, dactylo, & duobus trochæis, uel ſpondeo ultimo: ſic,

Iām ſă — v tĭs tēr — — rīs nĭuĭs, — vv ātquĕ — v dīræ — —
Grāndĭ — v nĭs mĭ — — ſĭt Pătĕr: — vv ēt rŭ — v bēntĕ — v
Dēxtĕ — v rām ſă — — crās iăcŭ — v lātŭs — v ārcēs — —

Quartus autem quiſque eſt Adonius dimeter catalecticus, ex dactylo & ſpondeo, uel trochæo: ſic, Tĕrrŭĭt — vv ūrbĕm. — v

—v —— —vv —v ——

—v —— —vv —v —v

—v —— —vv —v ——

—vv —v.

Ode III. Dicolos diſtrophos. Primus quiſque uerſus eſt choriambicus Glyconius trimeter acatalectus, conſtans è ſpondeo, choriambo, & Pyrrhichio, uel iambo: ſic,

Sīc tē — — Dīuă pŏ — vv — tēns Cŷprī — vv — Sīc frā — vv

—— —vv— v—

—— —vv— —vv— vv

Ode IIII. Dicolos diſtrophos. Primus quiſque uerſus eſt dactylicus Archilochius heptameter acatalectus, conſtans è quatuor primis pedibus ſpondeis, uel dactylis indifferenter, ut in uerſu heroico: deinde è tribus trochæis, uel ſpondeo ultimo: ſic,

Sōluĭtŭr — vv ācrĭs hȳ — vv ēms grā — — tā uĭcĕ — vv uērĭs, — v ēt
Fă — v uōnĭ — —

Secundus uerò quiſque eſt Archilochius, conſtans ex penthemimere iambica, id eſt, iambo, uel ſpondeo iambo, & ſyllaba: deinde è tribus trochæis, uel ſpondeo ultimo: ſic,

Trăhūntquĕ v— ſīccās — — māchĭ — v nǣ cā — v rīnās: — —

—vv —vv —— —vv —v —v ——

v— v— — —v —v ——

Ode V. Tricolos tetraſtrophos. Primi quique duo uerſus ſunt Aſclepiadei: qualis ille, Mecœnas atauis edite regibus. Scanduntur enim ſic,

Quĭs mŭl — — tā grăcĭlĭs — vv — tē pŭĕr ĭn — vv — rōſā v —
Pērfū — — ſūs lĭquĭdīs — vv — ūrgēt ŏdō — vv — rĭbŭs vv

Tertius autem quiſque eſt Pherecratius heroicus trimeter acatalectus, conſtans è ſpondeo, dactylo, & ſpondeo: ſic,

Grātō — — Pȳrrhă ſŭb — vv āntrō — —

Quartus uerò quiſque eſt Glyconius: qualis ille, Sic te Diua potens Cypri. Scanditur enim hoc modo,

Cŭī flā — — uām rĕlĭgās — vv — cōmām v v

—— —vv— —vv— v—

—— —vv— —vv— vv

—— —vv— ——

—— —vv— vv

Ode VI. Dicolos tetraſtrophos. Primi quique tres uerſus ſunt Aſclepiadei: qualis ille, Mecœnas atauis edite, regibus. Scanduntur enim hoc modo,

Scrībē — — rĭs Vărĭō — vv — fōrtĭs, ĕt hō — vv — ſtĭūm vv
Vīctŏr, — — Mǣŏnĭī — vv — cārmĭnĭs ā — vv — lĭtĕ, vv
Quām rēm — — cūnquĕ fĕrōx — vv — nāuĭbŭs aūt — vv — ĕquīs v—

Quartus autem Glyconius: qualis, Sic te Diua potens Cypri. Scanditur autem ſic,

Mīlēs — — tē dŭcĕ gēſ — vv — ſĕrĭt vv

—— —vv— —vv— vv

—— —vv— —vv— vv

—— —vv— —vv— v—

—— —vv— vv

Ode VII. Dicolos diſtrophos. Primus quiſque uerſus eſt heroicus hexameter catalecticus in duas ſyllabas, conſtans ſex pedibus, dactylo & ſpondeo indifferenter in omnibus locis, quanquam in quincto aliquando ſpondeus ponitur, & in ſexto dactylus: ubi etiam ſæpe pro ſpondeo trochæus admittitur. Sed de uerſu heroico multa diximus in Inſtitutionibus noſtris Grammaticis. Scanditur autem ſic,

Lāudā — — būnt ălĭ — vv ī clā — — rām Rhŏdŏn, — vv aūt Mĭtў
— vv lēnēn, — —

Secundus autem quiſque eſt dactylicus Alcmanius tetrameter catalecticus, habens quatuor ultimos pedes heroici uerſus: ſic,

Aūt Ĕphĕ — vv ſūm bĭmā — vv rĭſuĕ Cŏ — vv rīnthī — —

—— —vv —vv —— —vv ——

—vv —vv —vv ——

Ode VIII. Dicolos diſtrophos. Primus quiſque uerſus eſt Ariſtophanius dimeter acatalectus, conſtans è choriambo, & Bacchio, ſiue amphimacro: hoc modo.

Lydi[illegible] ─ ∪∪ ─ pĕrō nōcĭs ∪ ─ ─

Secundus autem quiſq; eſt choriambicus Alcaicus tetrameter acatalectus, conſtans ex epitrito ſecundo, duobus choriambis, & Bacchio, ſiue amphibracho: hoc modo.

Tē Dĕōs ō ─ ∪ ─ ─ rō ─ Sybărĭn ─ ∪∪ ─ cūr prŏpĕrās ─ ∪ ∪ ─
  ămāndō ∪ ─ ─
─ ∪∪ ─ ∪ ─
─ ∪ ─ ─ ─ ∪∪ ─ ─ ∪∪ ─ ∪ ─ ─

Ode IX. *Tricolos tetraſtrophos. Primi quiq; duo uerſus ſunt dactylici Alcaici acatalecti: qui cōſtant ex pentemimere iambica, i. ex iambo uel ſpōdeo, iambo, & ſyllaba, quæ dicitur cæſura: deinde è duobus dactylis, uel ultimo amphimacro: hoc modo,*

Vidēs ∪ ŭt ăl ∪ . tā ſtĕt nĭuĕ . ∪∪ cāndĭdŭm . ∪∪
Sōrāc ∪ . tĕ nĕc ∪ . Iām . ſūſtĭnĕ . ∪∪ ānt ŏnŭs . ∪∪

Tertius aūt quiſq; eſt iambicus Archilochius dimeter hypercatalectus, conſtans quatuor pedibus: primo & tertio, iambo, uel ſpondeo: 2. & 4. iambo dūtaxat: deinde ſupereſt ſyllaba: hoc modo,

Sylvæ . . lăbōr ∪ āntēs, gĕlū ∪ quĕ ∪

Quartus autem quiſq; eſt dactylicus Alcaicus acatalectus, conſtans ex dimetro heroico, & dimetro trochaico, id eſt, è duobus dactylis, & duobus trochæis, uel ultimo ſpondeo: hoc modo,

Flūmĭnă . ∪∪ cōnſtĭtĕ . ∪∪ rĭnt ă . ăcūtŏ . ─
∪ ─ ∪ ─ ─ ─ ∪∪ ─ ∪∪
∪ ─ ∪ ─ ─ ─ ∪∪ ─ ∪∪
─ ─ ∪ ─ ─ ─ ∪ ─ ∪
─ ∪∪ ─ ∪∪ ─ ∪ ─ ─

Ode X I. *Monocolos. Sunt enim omnes uerſus choriambici Alcaici pentametri acatalecti: qui conſtant ſpondeo, tribus choriambis, & Pyrrhichio, uel iambo: hoc modo,*

Tū nē . quæſĭĕrĭs . ∪∪ ſ. ĭrĕ nĕfās . ∪∪ . quēm mĭhī,
  quēm . ∪∪ tĭbĭ ∪∪
Fīnēm . Dī dĕdĕrĭnt . ∪∪ . Lēucŏnŏē: . ∪∪ . nēc Băbylō . ∪
  ∪ . nĭōs ∪ .
─ ─ ─ ∪∪ ─ ─ ∪∪ ─ ─ ∪∪ ─ ∪∪
─ ─ ─ ∪∪ ─ ─ ∪∪ ─ . ∪∪ . ∪ ─

LIBRO II.

Ode X V I I I. *Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt iambicus Archilochius dimeter acatalectus, conſtans amphimacro, & duobus iambis, uel ultimo Pyrrhichio: hoc modo,*

Nōn ēbŭr, . ∪ . nĕquĕ āu ∪ . rĕūm . ∪∪

Secundus quiſq; uerſus eſt iambicus Archilochius trimeter catalecticus, conſtans è quinque iambis, & ſyllaba, recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo: hoc modo,

Mĕā ∪ . rĕnĭ ∪ . dēt īn ∪ . dŏmō ∪ lăcū ∪ nār ∪
∪ ─ ∪ ─ ∪ ─
∪ ─ ∪ ─ ∪ ─ ∪ ─ ∪

LIBRO III.

Ode XII. *Dicolos triſtrophos. Primi quique duo uerſus ſunt Ionici à minore Sapphici trimetri acatalecti: qui conſtant è tribus Ionicis à minore, uel ultimo Pæane tertio: hoc modo,*

Mĭsĕrārum ēſt ∪∪ . nĕquĕ ămōri ∪∪ . dărĕ lūdūm, ∪∪ . .
Nĕquĕ dūlci ∪∪ . . mălă uīno ∪∪ . lăuĕrĕ ăut ēx ∪∪ . .

Tertius item uerſus eſt Ionicus à minore Sapphicus acatalectus, ſed tetrameter, cōſtans è quatuor Ionicis à minore: hoc modo,

Ănĭmārĭ ∪∪ . . mĕtŭēntĕs ∪∪ . . pătŭæ uēr ∪∪ . . bĕră lĭn
  guæ ∪∪ . .
∪∪ ─ ─ ∪∪ ─ ─ ∪∪ ─ ─
∪∪ ─ ─ ∪∪ ─ ─ ∪∪ ─ ─
∪∪ ─ ─ ∪∪ ─ ─ ∪∪ ─ ─ ∪∪ ─ .

LIBRO IIII.

Ode VII. *Dicolos diſtrophos. Primus quiſque uerſus eſt heroicus, hexameter catalecticus: qualis, Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen: hoc modo,*

Dīffŭ . . gērĕ nĭ . ∪∪ uēs rĕdĕ . ∪∪ ūnt iām . grămĭnă ∪∪ .
  cāmpīs . . .

Secundus quiſque eſt dactylicus Archilochius dimeter hypercatalectus, conſtans duobus dactylis, & ſyllaba: hoc modo,

Ārbŏrĭ . ∪∪ bŭſquĕ cŏ . ∪∪ mæ. .

LIBRO V.

Ode I. *Dicolos diſtrophos. Primus quiſque uerſus eſt iambicus Hipponacteus trimeter acatalectus, conſtans è ſex iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo: hoc modo,*

Ibis . Lĭbūr ∪ nĭs in . tĕr ăl ∪ tă nā ∪ . uĭūm. ∪∪

Secundus quiſque eſt iambicus Archilochius dimeter acatalectus, conſtans quatuor iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo: hoc modo,

Amī ∪ cĕ. prō ∪ pūgnā . . cŭlā ∪∪
─ ─ ∪ ─ ─ ─ ∪ ─ ∪ . ∪∪
∪ . ∪ . . ∪∪

Ode X I. *Dicolos diſtrophos. Primus quiſque uerſus eſt iambicus Hipponacteus trimeter acatalectus: qualis ille, Ibis Liburnis inter alta nauium: hoc modo,*

Pētī, . . nĭhĭl ∪ . mĕ . sī . cŭt ān ∪ . tĕā ∪ iŭuāt ∪∪

Secundus uerò quiſque eſt Sapphicus, conſtans penthemimere heroica, & dimetro iambico, id eſt, è duobus dactylis, & ſyllaba: deinde è quatuor iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo: hoc modo,

Scrībĕrĕ . ∪∪ uērſĭcŭ . ∪∪ lŏs, . ămō ∪ . rĕ pēr ∪ . cūlſūm . .
  grăuī: ∪ .
─ . ∪ . . ∪ . ∪ . ∪∪
─ ∪∪ . ∪∪ . ∪ . ∪ . . ∪

Ode XIII. *Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt heroicus hexameter catalecticus: qualis ille, Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen: hoc modo,*

Hōrrĭdă . ∪∪ tēmpē . ſtās cæ . . lūm cōn . . trāxĭt: ĕt . ∪∪ .
  ĭmbrēs . .

Secundus uerò quiſq; eſt Archilochius, conſtans dimetro iambico, & penthemimere heroica, id eſt, quatuor iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo: deinde duobus dactylis, & ſyllaba: hoc modo,

Nĭuēs ∪ . quĕ dēd ∪ . dŭcūnt . . Iŏuēm: ∪ . nūnc mărĕ, ∪∪
  nūnc ſylvæ, ∪∪ .
─ ∪∪ . . . ─ . ─ . ∪∪ . .
∪ . ∪ . ─ ∪ . ─ ∪∪ ─ ∪∪ .

Ode X I I I I. *Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt, qualis, Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen.*

Mōllĭs ĭn ─ ∪∪ ērtĭă ─ ∪∪ cūr tān ─ ─ tām dĭf ─ fūdĕrĭt ─ ∪∪
  īmĭs ─ ─

Secundus autem quiſq; eſt iambicus Archilochius dimeter acatalectus: qualis ille, Amice, propugnacula: hoc modo:

Oblī ─ ─ uĭō ∪ ─ nēm ſēn ─ ─ ſĭbŭs, ∪∪
─ ∪∪ ─ ∪∪ ─ ─ ─ ─ ─ ∪∪ ─ ─
─ ─ ∪ ─ ─ ─ . ∪∪

Ode XV I. *Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt heroicus hexameter: hoc modo,*

Altĕră ─ ∪∪ iām tĕrĭ ─ ∪∪ tūr bēl ─ ─ lĭs cĭ ─ ─ uīlĭbŭs ─ ∪∪ ætās . .

Secundus uerò quiſq; eſt iambicus Hipponacteus trimeter: qualis ille, Ibis Liburnis inter alta nauium. Quanquam in hac Ode ſecundus quiſq; uerſus conſtat è ſolis iambis, quod ſemel tantùm legitur feciſſe Horatius. Quamobrem uerſus ille: Eamus omnes exſecrata ciuitas, ſic eſt legidus, Eamus omnis exſecrata ciuitas. Quod & Porphyrioni placet, ut ſit figurata locutio: Eamus omnis ciuitas exſecrata. Hæc, & quæ poterunt reditus abſcindere dulceis. Sunt enim omnes iambi, hoc modo:

Suīs ∪ ─ & ĭp ─ ſă Rō ∪ ─ mă uī ─ rĭbūs ∪ ─ rŭīt ∪∪
─ ∪∪ ─ ∪∪ ─ ─ ─ ─ ─ ∪∪ ─ ─ .
∪ ─ ∪ ─ ∪ ─ ─ ∪ . ∪∪

Ode X V I I. *Monocolos. Sunt enim omnes uerſus iambici Hipponactei trimetri acatalecti: qualis ille, Ibis Liburnis inter alta nauium: hoc modo,*

Iām iām ĕf ─ ─ fĭcā ∪ ─ cī dō ─ ─ mānūs ∪ ─ ſcĭēn ∪ ─ tĭæ ∪ ─
Sūpplēx ─ ─ & ō ∪ ─ rō rē ─ ─ gnă pēr ∪ ─ Prŏſēr ─ ─ pĭnæ, ∪ ─
─ ─ ∪ ─ ─ ─ ∪ ─ ∪ ─ ∪ ─ ∪ ─
─ ─ ∪ ─ ─ ─ ∪ ─ ─ ─ ∪ ─ .

F I N I S.

IN Q. HORATII FLACCI POETÆ PRÆSTANTISS. LIB. IIII. CARM. ET LIB. EPOD. AC CARM. SECVL. EX OMNIBVS COMMENTATORIBVS ET INTERPRETIBVS, VERBORVM, SENTENTIARVM,

Hiſtoriarum, locorum notabilium, rerumq́; memorabilium & notatu digniſs. locupletiſsimus, magnoq́; labore ac ſtudio collectus

INDEX.

A

ABacta 975. Landin.
Abanus qui dicatur 5 Land.
Abellinates pop. 17 Fig.
abſtinendi uerbũ apud Græcos cum Genitiuo conſtruitur 765 Fig.
Abyla 574 Manc.
Acarnanus amnis 633 Land.
Acaſti interitus 624 Acron 626. Land. 627 Fig. 628 Bad. 630 Man.
Accia unde orta 676 Manc.
Accinium ferrum ubi 178. Land.
accipiter auis 537 Land.
accumbere, diſcumbere, & recumbere differunt 253. Acron. 255 Land.
acer uultus 38 Fig.
Accra quid 631 Acron. 633 Land. 638 Manc. 637 Bad.
Achaia pars Græciæ 165 Land.
Achaiæ urbs 812 Fig.
Achaici equi optimi 819 Land.
Achæmenes rex 441 Acron ibid. Porph. 446 Land. 448 Fig. 449 Bad. 452 Manc.
Achæmenij 540 Acron
Achæmenicum coſtum 544 Land. 547 Fig. 552 Manc.
Achelous Hercules 121 Land. 194 Manc.
Acheron 54 Fig.
Acherontia ciuitas 576 Acron. 580 Porph. 582 Land. 584 Glar. Fig. 202 Manc.
Acherontini populi 586 Fig.
Achilles abſconditus à Thetide 95 Land. 94 Acron. 97 Fig. unde Lariſſeus dictus 82 Acron. 84 Land. 89 Fig. Theſſalicus 385 Land. iracundus 78 Fig. quo aſtutia in bellum Troianum abductus ab Vlyſſe 97 Fig. à quo interfectus 265 Land.
Achillis nomen ut declinetur 161 Acron etymon 95 Land. mœror ob Patrocli interitum 494 Fig. uitæ breuis deſcriptio 95 Land. ira in Agamemnonẽ 76 Land. 164. 165 Lad. 174 Manc. uerba ad Priamum de eius regno 452 Manc. animus quomodo ab Agamemnonis legatis fuerit recreatus 296 Fig. genus & mors 172 Manc. 489 Porph. 498 Manc. 708 Fig. 852 Land. 853 Fig. 856 Manc.
Acinacis 253 Acron. 254 Porph. 255 Land. 257 Glar. 258 Fig. 259. 260 Fab. 261 Manc.
Acinacis an propriè ſit geſtamen Perſarum 259 Mur.
Acini 399 Land.
Acriſij patris Danaës fabula 681 Acron. 682 Porph. 683 Land. 686 Fig. 689 Bad. 690 Manc.
Acrocorynthus mons 666 Manc.
Acronis impudentia 737 Glar.
Acronis regis interitus 140 Manc.
Actiaca clades 333 Acron. 334 Porph.
Actium promontorium 333 Acron.
Actum quot paſſus conſtituunt 480 Land.
acuere ferrum 20. Land.
Acris 57 Acron
adamas lapis duriſſimus 75 Porph. 77 Land.
adamantini claui 731 Acron. 734 Land. 737 Glar. 738 Land. Fig. 748 Bad.
Addictus qui dicatur 304 Manc.
adiectiua neutra apud Græcos ſæpe mutantur in aduerbia 524 Fig.
adoleſcentia quæ 285. Glar.
adoleſcentiæ ſtudia qualia debeant eſſe 557 Fab. 664 Fab.
adoleſcentes quomodo inſtituendi ſint 551 Acron
adoleſcentum ſtultitia 884 Pol.
Adonium carmen 664 Polm.
Adorea unde dicta 828 Land. 833 Fig.
Adria urbs 47 Land.
Adria in neutro genere 435 Acron. 436 Land. 437 Glar. 439 Manc. in maſ. gen. 560 Acron
Adriaticum mare unde dictũ, eiusq́; deſcriptio 180 Fig. 181 Bad. 183 Manc. 252 Bad. 299 Acron & Porph. 304 Manc.
Adriatici maris ſæuitia 478 Fig.
Aduerbium pro Nomine 122
Aduerbia in Thus conueniunt cum aduerbijs Græcis in θεν 179 Land.
adulteria 614 Land. quis primùm commiſerit 109 Land. cur ab Auguſto ſint punita 845. Fig.
Adytus 182 Bad 183 Manc.
Aeaci fabula 454 Acron. 456 Land. 459 Fig. 463 Bad. 464 Manc. eius poſteritas 703 Acron. 707 Fig. 710 Manc.
Aedes in ſingulari & plurali numero quid differant 613 Land. 285 Land 286 Manc.
Aedificandi artis inuentio 30 Land. 666 Manc.
Aedificia ſecundùm cœli climata conſtituebant ueteres 479 Acron
Aedium publicarum cura penes quos olim fuerit 483 Fig.
Aegæi fabula 489 Land.
Aegæum mare 156 Polm. 487 Acron. 489 Land. 492 Fig. 498 Manc. 781 Land. omnium undoſiſsimum 19 Palm.
Aegidis deſcriptio elegans 164 Land. 166 Fig.
Aegina à Siſypho de ſtupro fuit compellata 466 Acron
Agyna inſula 456 Land.
Aegis quid 169 Bad. 171. 172 Manc. 579 Acron
Aegyptus caret niue 758 Porph.
Aegyptij cur Bacchum ſibi uendicent 209 Bad. primò Geometria uſi 266 Land. quantos honores Mercurio tribuerint 107 Land.
Aegyptiorum mos eligendi regem 108 Land. annus 632 Land.
Aegyptios quis literas docuerit 107 Land.
Aelius Cattus 784 Fig. Lamia Senator 252 Manc. Acron. 692 Porph. 693 Land. 695 Glar. Fig. ibid. 697 Bad. 697 Manc.
Aeliorum familia 691 Acron 692 Porph. 693 Land 695 Glar. ibid Fig. 698 Manc. 941 Fig.
Aemaſtes 694 Land.
M. Aemylius Lepidus quando floruerit 88 Glar. 636 Fig. Scaurus eloquentiſſimus 141 Manc.
Aemylij Pauli interitus 120 Porph.
Aemulus quis 687 Fig. 798 Land.
Aemus mons 139 Manc.
Aeneadum origo 19 Palm.
Aeneæ equi 173 Manc.
Aenopia inſ. 456 Land.
Aeolica regio 464 Manc.
Aeolus Ventorum præfectus 44 Land. 51 Fig 478 Bad.
Aequor durare 153 Land.
aër à quo moueatur 309 Land.
Aerarium 46 Land.
Aeratæ naues 494 Fig.
Aeris inuentio 46 Land.
Aes pro pecunia 56 Fig. Cyprium 803 Manc.

æ rubigine non conſumitur 619 Acron
Aeſchylus primus Tragedijs perſonas addidit 362 Manc.
Aeſculapij fabula & interitus. 860 Land. 864 Bad. templum in Campo Martio 542 Landinus.
Aeſculetum 223 Acron. 224 Porph. 226 Landin. 227 Fig. 229 Bad. 592 Land.
Aeſculus arbor fœlix 455 Land.
Aeſopi interrogati reſponſum, quid Deus ageret 307 Fig. 308 Manc.
æſtas bis in anno 144 Manc. unde dicta 400 Fig.
æſtatis ſtudia 945 Fab. 950 Manc.
æſtuarium 400 Fig.
æſtus quando maiores ſiant 291 Fig.
Aeſulæ 775 Acron. 778 Porph. 770 Land. 781 Fig. 787 Manc.
ætas quæ Veneri apta 285 Fig.
ætatis celeritas cui comparetur 515 Fig. fuga 476 Manc.
ætatum deſcriptio 319 Fig. 324 Manc.
ætates quatuor, & quomodo Poëtæ eas per metalla diuiſerint 315 Land. 319 Fig. 324 Manc.
æternare 908 Fab.
Aethalides 275 Manc.
æthera eſſe eum, quem homines Iouem appellant 17 Fig.
Aethnæ montis deſcriptio, & ignis perpetui cauſa 579 Acron 582 Porph. 583 Land. 588 Fig. 1074 ibid.
affines qui dicantur 5 Land.
Afra auis 940 Hart. 943 Fig.
Afranius 966 Manc.
Afranij clades 362 Manc.
Africa hodie Libya 16 Fig. Vide Aphrica.
Africus uentus aliâs Libs 16 Fig. 52 idem. 727 Land. 728 Fig.
Agamemnon captiuā F. Chryſei reddere cogitur à Græcis 76 Land. rex 879
Agamemnonis parentes 131 Fig. mors 163 Land.
Agatharchis Peripatheticus 286 Manc.
Agathyrſi genus 208 Land.
agere 76 Land.
Aglaia una ex Gratijs 59 Land.
Aglaophæmis 108 Land.
Agna fœm. gen. 58 Porph.
Agnati qui dicantur 5 Land.
Agnationis gradus 5 Land.
Agonalia 809 Land.
Agonici Circenſes in cuius honorem ſint inuenti 2 Acron
agricolæ boni nomine qui appellentur 16 Fig.
militiæ apti 615 Land. 618 Fig.
agricultura ſemper functio honeſtiſſima 16 Fig.
agricultura ſæpe fortiſſimos uiros produxit 133 Fig.
agriculturæ inuentores 941 Fig. 949 950 Manc. laus 915 Acron & alij
Agrippa qui dictus ſit 75 Land. Auguſto amiciſsimus 78 Fig.
Agrippæ uictoria contra Antonium 333 Acron. hiſtoria 353 Land. nomine qui intelligantur 78 Fig.
Agyieus 852 Glar. 853 Fab. 854 Palm. 858 Manc.
Agyia 850 Acron. 851 Porph.
Ἀγυιεὺς 855 Fab.
Agyleus 852 Glar. 658 Manc.
Agylla 802 Fab.
Ah 293 Acron
ahenea luga 299 Porph. 303 Manc.
Aiax unde 86 Land. Oilei filius 167 Fig 172 Manc. 1021 Fig. Telam. 771 Manc. & Teucer fratres 167 Fig. Opuntiorum rex 261 Manc.
Aiacis cuius mentionem Horatius faciat 165 Glar. Thelamonij genus 385 Land. & Hectoris munera 385 Land. & Paridis certamen 172 Manc.
Aiaci quod mandatum parens dederit 82 Acron.
Aiaces duo fuerunt 172 Manc.
Ἀκυρολογία 186 Acron
Alabaſtrites 898 Manc.
Alaria 128 Land.
Albani 225 Land.
Albanus lacus 798 Landin. 800 Fig. 803 Manc.
albicare 66 Fab.
314 Landinus.
Albius Tibullus 299 Acron. Porph.
Albula flu. nunc Tiburis 28 Land.
album & candens quid differant 31 Land.
Albunea Dea 83 Porph 89 Fig. 91 Palm. Nympha unde dicta 85 Land.
Albuneæ Nymphæ templum 82 Acron.
albus 70 Land.
Alea 218 Palm.
Alceus quis 140 Manc. Leſbius 251 Palm. Poëta Lyricus, eiuſq; uita 252 Manc. 455. 457 Land. 459 Fig. 463 Bad. 464 Manc. author Coriambici carminis 98 Fab.
Alcei patria, res geſtæ & inuentio 18 Fig. 68 Idem. 293 Acron. 295 Land. 296 Fig. ibidem Palm. 298 Manc. laus 876 Land. uerſus de Hyeme 104 Muret.
Alcaicum carmen unde dictum & à quo inuentum 453 Acron. 462 Bad. 252 Palm.
Alceſtis fabula 276 Manc.
Alcides 132 Fig. 140 Manc.
Alcida belua Aegyptum & alias regiones igne perdit 114 Land.
Alcmæon matrem interficit 684 Land. 687 Fig.
aleatum ludi inuentio 114 Land. ludus 716 Bapt. Pius. 714 Fig.
aleatores 741 Fig.
Alecton una ex Furijs 460
Ἀλέγω 170 Manc.
Alexander unde dictus 170 Manc. Magn. decrewem inſtituit 47 Land.
Alexandri Priami filij hiſtoria 170 171 Manc. periphraſis 170 Manc. Magni dictum ad Achillis tumulum 866 Land. 869 Fig.
Alexandrum Seuerum primum in larario ſuo coluiſſe Abrahamum & Chriſtum 696 Fig.
Alexandrea 911 Manc.
Alexandria 911 Manc.
Alexandrina poma 404 Acron. 406 Land.
Alexandrini reges Ptolemæi dicti 446 Land.
alga herba 693 Land. 696 Fig. 697 Bad. 698 Manc.
Algidus 219 Land. 219 Fig. 226 Fab. 232 Manc.
allegoria quid 153 Land.
allegoria elegans 70 Land. 71 Fig. 72 Freig. 151 Acron. 152 Porph. 153 Land. 157 Manc. 201 Palm. 204 Manc. 243 Porph. 245 Fig. 312 Porph. 363 Acron. 369 Fig. 391 Acron & Porph. ibid. Land. 394 Fab. 677 Acron & Porph. 713 Land. ibid. Fig. 716 Manc.
allegoriarum inuentor 107 Land.
alij deteſtatio & natura 957 Land. 958 Palm. Fab.
Allobrox 1058 Fig.
Allobroges 533 Fig.
alma 842 Land.
Alphius fœnerator 940 Land.
Alpium deſcriptio 906 Fig. 929 Fig. 934 Manc.
alta tentare periculoſum 417 Acron. 428 Porph. 430 Fig.
alta ædificia cur fulmina plerunq; petant 491 Fig.
Altinum oppidum 690 Bad.
Altor Deus 87 Land.
alumnus qui 701 Fig.
Alyattes 688 Fab. 698 Manc.
Alyattus 683 Porph.
Amalthea 189 Land.
Amaltheæ cornu 189 Land. fabula 593 Land.
Amantes cur pallidi 146 Land. 646 idem quando ſe beatos eſſe putent 255 Land.
amantium ſeruitus 416 Fab. miſeria 72 Fab. natura 415 Land. 416 Fig. 416 Fab. 418 Manc.
ira, amoris redintegratio 642 Fig.
affectio 149 Bad.
amantibus quæ grata 205 Acron
amandum quatenus ſit 668 Land.
Amatæ Veſtales uirgines omnes dictæ 31 Land.
amatores quæ obſeruare debeant 180 Fig.
Amaſ ſiue 737 Hart.
Amazones 817 Land. 831 Fig.

Amazonum arma 182 Bad.
ambigua quæ dicantur 87 Land.
ambire quid 315 Land. 542 Land. 546 Fig.
ambitio deterrimum malum 25 Fig. 542 Land. in comitijs 546 Fig.
Ambitus lex apud Romanos 313 Land. reus qui olim habitus ſit 542 Land. 546 Fig.
Amethyſtus lapis 326 Acron. 328 Land. 419 idem
amicitia uera qualis eſſe debeat 45 Land.
amicitia uulgi 323 Manc. qualis eſſe oporteat 63 Fig.
amicitiæ definitio 43 Porph. 502 Porph. 507 Manc. genus quod laudatum apud Aegyptios 505 Fig. uinculum arctius quod 504 Fig. uires 504 Fig. ibid. Fig.
amicitiam æqualitatem eſſe & eandem animum 51 Fig.
amicitias iucundi mos apud antiquos 505 Fig.
amicio 31 Land.
amicus pars animæ 91 Acron.
amici ſynceri natura 504 Fig. 507 Manc. olla 318 Fig.
amici ueri & falſi 318 Fig. 324 Land.
amicos uulgares cum Fortuna mutari 318 Fig.
Amites 951 Manc.
Amithaonis genus 684 Land.
amnes cur cornibus pingantur 908 Pulm.
Amocles Corinthius triremis inuentor 46 Land.
amœna loca quæ 188 Land.
amœnitas idem, ibidem.
Amœbæum carmen & amœbidum quid 639 Fig. 641 Glar. 641 Fig.
amor quid 59 Land. 77 idem. 207 idem. corpus conficit 148 Fig. mari ſæuo comparatur 254 Acron. 256 Land. 259 Fig.
amoris ſedes 244 Land. 262 Manc. 798 Land. 799 Fig. ſagittæ & faces 418 Manc. partes 143 Acron. ibid. Porph. 147 Land. tres actus 259 Fig. uis 95 Land. calamitates 96 Fig. incommoda 148 Fig. ſpecies 148 Fig. coniugalis exemplum 657 Fig. indicia 1022 idem
amorem quæ excitent 207 Land.
amore ſæpius peccatur 253 Acron
Amphiaraus uates 85 Land.
Amphiarai genus 684 Land. historia 681 Acron. 683 Porph. 684 Land. 687 Fig. 689 Bad. 690 Manc.
Amphion 809 Land.
Amphionis fabula 650 Acron. 655 Fig. 659 Manc. liberorum interitus 220 Pulm.
Amphis Poëta 249 Land.
amphora uas 636 Fig. 946 Freig. 950 Manc.
Amphytrites 772 Land.
Amyntas 1039 Fig.
Amyſthis quid 326 Acron. 327 Porph. 328 Land. 329 Fig. ibid. Pulm. 330 Fab. 331 Manc.
Amyſtì, amyſtì, amyſtiſon, & amyſtiſare 328 Cul. 329 Fig. ibid. Pulm.
Anacharſis Scythæ dictum 708 Fig.
Anacreon Lyricus poëta 187 Porph. 195 Manc. 876 Land. 882 Manc. 878 Fig.
Anacreontis patria 189 Land.
Anacampsi morbus 169 Fig.
anchoræ in naui inuentio, & quis eam bidentem fecerit 47 Land.
Ancile & ancilia unde, & à quo fabricata 327 Land. 599 Land. 602 Fig. 608 Manc.
ancillæ amor an domino ſit erubeſcendus 183 Acron.
ancillæ quæ dicantur 185 Land.
Andromedæ pater 776 Acron. 781 Glar. 782 Fig.
Angli 221 Bad.
Anglia 220 Fig. 221 Bad. 310 Fig.
angelos binos Theologi ſingulis hominibus tribuunt 696 Fig.
angiportus 241 Acron. 244 Land. 246 Bad. 247 Manc.
anima pro ſanguine 238 Fig. pro uita 46 Land. pro aqua ponitur 46 Landinus
animarum migratio ſecundum Platonicos 33 Land. de migratione Philoſophorum ſiniſtra opinio 860 Land. 861 Glar. 862 Fig.
animæ uariæ ſignificationes 46 Land. immortalitatem Pythagoras unde probet 270 Fig. 273 Bad.
animæ nullum locum occupant 64 Fig. alteræ ubi 139 Manc.
animoſus 46 Land.
animus & anima quomodo differant 45 Land. hominis diues non arca appellari debet 688 Fig. dux & imperator uitæ mortalium 372 Manc. in omni fortuna ualentior 323 Manc. hominis non arca diues appellanda 367 Land. 369 Fig. 381 Manc.
animi officium 372 Manc. perturbationes 249 Land. fucum quid tollat 201 Fig. perturbationes quando grauiores ſint 70 Land. tremuli deſcriptio 494 Fig.
animum muſica mitigari 296 Fig.
animos piorum ſtatim in cœlos reuerti ſecundùm Platonicos 565 Land.
Anio fl. 89 Fig. Anienis, non Anionis fl. 85 Land.
Annæ 170 Manc.
Annibalis res geſtæ 835 Fig. 1059 Fig.
Annibal Pœnorum dux quot annis reſtiterit Romanis 447 Fig. dictum de fratris interitu 854 Fig.
annonæ charitas peſtem ſequitur 219 Fig.
annus per quæ temperetur 127 Acron. 139 Manc. in ſe recurrit 615 Fig. in quot partes diuidatur 861 Fig. in quot tempora diuidatur 58 cui animali comparetur 615 Fig.
anni uaria diuiſio, ſecundùm diuerſos populos 632 Land. dies 854 Fig. diuiſio 625 Porph. 629 Manc. certus modus apud Aegyptios 632 Porph.
annum calculis notabant olim 326 Acron. 327 Porph. ad curſum lunæ quis inſtituerit 125 Land.
anſeribus cur mali Poëtæ comparentur 531 Land.
Anſerinæ unde dictæ 153 Landin. 155 Fig.
Antiæ hiſtoria 257 Land.
Antigoni dictum 578 Figulus
Antilochus Neſtoris F. 420 Porph. 421 Land. 423 Fig. 426 Manc.
Antiochea ciuitas unde dicta 612 Acron.
Antiochus à Romanis uictus 615 Land. 618 Fig. 620 Bad. 622 Manc.
Antiphatis genus 684 Land.
Antiphanes Comicus 291 Fab.
Antiſtrophe in carminibus quid denotet 121 Land.
Antium urbs 309 Acron. 313 Landin. 316 Fig. 321 Bad. 323 Manc.
Antonius ab Auguſto Actiaca clade ſuperatus, eiuſq; belli cauſa 333 Acron. 335 Land. 339 Fig. 343 Manc.
M. Antonij & Octauiani odij cauſa 162 Land. 613 idem. uictoria contra Brutum & Caſsium 157 Manc. & Cleopatræ claſſes contra Auguſtum 622 Manc. Cleopatræ amicitiæ uinculum 505 Fig. & Auguſti odium 333 Acron. 335 Land. arrogantia & hilaritas in uino 336 Land. amor erga Cleopatram 162 Land. clades 613 Land.
Antium quid 69 Land.
anus 243 Land.
anum non decere, ſicut puellam laſciuire 679 Fig.
Apeliotes 276 Manc.
Apenninus 1060 Fig.
Aphæreſis 241 Acron.
Aphrodite 888 Land.
Apium herba, eiuſq; uſus 326 Acron. 328 Land. 332 Manc. 408 Fig.
Apis 752 Land.
Apollinares ludi qui dicti, quomodo inſtituti 218 Land. 220 Pulm. 221 Manc.
Apollo 132 Fig. 221 Bad. cur Agyieus dicatur 583 Land. Cynthius 217 Acron. 219 Fig. 228 Manc. Delius unde 587 Fig. Delph. 184 Manc. Patareus unde dictus 583 Land.

Land. Pythius 175 Acron. cur Pythius ſit dictus 175 Acron. 181 Fig. 184 Manc. cur intonſus pingatur 218 Land. 219 Fig. Liber pater 184 Manc. à Laomedonte deceptus 568 Fig. 574 Manc. cur dicatur Muſis & Poëtis præeſſe 519 Acro. 854 Fig. cuius rei typon habeat 121 Land. quæ munera Herculi dono dederit 6 Land. princeps Muſarum 121 Land. apud quos colitur 81 Acron. Lyræ inuentor 222 Manc. citharæ inuentor 854 Fig.

Apollinis deſcriptio 118 Acron. arma 111 Fig. 219 idem. 434 Manc. fabula 1093 1094 Fig. genus 218 Land. varia epitheta 290 Fig. ſacra 184 Manc. ſtatua 12 Land. ſimulachrum 140 Mancinel. 801 Fig. hymnus 851 Land. arcus & gratiæ 140 Manc. nominis etymon 57 Fig. templum in Palatio 287 Porph. 288 Land. 292 Manc. ſacrificia 218 Land. cytharæ 434 Manc. Delphici templi deſcriptio 88 Fig. vita & educatio 111 Fig. lyra ſeptem chordarū quid denotet 651 Glar. 658 Bad. 659 Manc. ira in Mercurium 109 Land.

Apollinem, Bacchum & Solem eundem Deum eſſe 522 Land. 519 Acron. 528 Bad. ut Ἀκερσεκόμην veteres coluerunt 854 Fig. & Liberum patrem unum Deum eſſe 140 Manc.

Apollines plures fuiſſe 184 Manc.

Apollinum fabula 184 Mancinelli.

Apollodori verſus de fugiendis altis 410 Fig.

Apollonius Rhodius 88 Figulus

Apollonia 629 Manc.

Apologus, argumentum & fabula differunt 61 Land.

Ἀποφάσεις ἀμείβων 438 Braſ.

Applauis 964 Figul. 968 Manc.

Ἀφροδίτη cur Venus dicta 44 Land.

apricum 93 Acron. 95 Land.

Aprilis unde dictus 632 Land. 890 Fig.

aptum unde dictum 443 Land.

Apulæ deſcriptio 228 Polm. 351 Acron. 957 Land. 958 Fig. 961 Manc.

Apulæ oues 690 Bad.

Apuli pop. 944 Fig. 946 Freig.

Apulorum linguæ 330 Manc.

aquæ natura 319 Fig.

aqua unde moueatur 305 Land.

aquæ potabilis & marinæ Deus 772 Land.

Aquarij ſyderis natura 508

aquila ſignum militare 89. 90 Fig. rex auium 826 Land. 830 idem. 817 Manc. cur armiger Iouis 830 Glar.

aquilarum ſex genera 826 Land.

Aquiliſex 90 Fig.

Aquilo ventus unde 52 Fig. 245 Polm. 421 Land. 422 Fig. ventus 645 Acron. 646 Fig. 647 Polm. 648 Manc.

Arabia duplex 279 Land. 282 Manc.

Arabiæ deſcriptio 738 Fig.

Arabes pop. 316 Landin. 320 Fig.

Arabum Gazæ 280 Hart.

aræ pro templis 101 Land.

Arati dictum 318 Fig.

aratro urbes olim conducebantur & euertebantur 176 Acron. 179 Cail.

Arates ſin. 426 Manc.

Arbiter quis dicatur 47 Land. 52 Fig. 716 Manc. bibendi 408 Fig. 409 Polm.

arbitrium 862 Fig.

arbores quæ dicantur 101 Land. fœlices & infœlices quæ olim habitæ 455 Land.

arborum ſterilitas unde 542 Porph.

arborum culturæ inuentor 950 Manc. 120 Landinus.

nymphæ 285 Land.

arboribus quod animal quadrupes perniciosiſſimum ſit 188 Land.

arbuſtum 546 Fig.

Arbutus arbor 10 Land. 17 Fig. 188 Land.

Arcadum annus 632 Landinus.

arces cur fulmina plerunque feriant 431 Fig.

Archelai teſtimonium de capris 188 Land.

Archelao petenti, quod de ſe Tragœdiam ſcriberet, quid Euripedes reſponderit 357 Fig.

Achemori ortus 7 Land.

Archia 812 Fig.

Archilochus carminis Iambici inuentor 80 Fig. 177 Porph. 183 Manc. 911 Fab. 994 Mancinellus

Archilochium carmen unde 57 Acron.

Archippe ciuitas 532 Landinus.

Architas Pythagoricus 263 Acron. 265 Porph. 266 Land. 270 Figul. 274 Manc. Philoſophus Pythagoric. quo tempore floruerit 269 Fig.

Arctos 485 Fig.

Arctophylax 249 Land. 547 Fig

Arctos ſydus 249 Land. 259 Fig. 252 Mancinell.

Arcturus 249 Land.

Arcturi ſydus 539 Acron. 541 Land. 547 Fig. 551 Manc.

ardor quid 564 Land.

arduum propriè quid 50 Land. 576 idem.

area quid 8 Land. 16 Fig.

Arenarius numerorum 272 Polm.

argenti uſus à Lycurgo interdictus 741 Fig.

uiui aſſumpti remedium 226 Land.

Argentum abditum cui rei conferatur 363 Acron.

Argeſtes ventus 41 Acron.

argilla 215 Manc.

Argiuorum reges 705 Land.

Argiuos urbs 84 Land.

Argo nauis 81 Acron. 174 Manc. 960 Manc.

Argonautæ 956 Land. 960 Manc.

Argonautarum hiſtoria 956 Land. 960 Manc.

arguere 146 Land.

argumentum, fabula & apologus differunt 61 Land. unde 146 Land.

argumentatio & argumentationes differunt 146 Land.

argumenti partes 146 Landinus.

Ariadnes fabula 522 Land. 525 Fig.

Ariadnes ſyderis deſcriptio 520. 522 Porph. 529 Land. 528 Manc.

Aricina ſylua 84 Land.

eiuidem 92 Fab.

aries cur primum ſignum ſit in Zodiaco 503 Land.

Arietis ſtellæ natura 508 Manc.

Ariſia urbs 768 Manc.

Ariſtonis patria 564 Manc.

Ariſtoteles quod unum maximè probarit 196

Ariſtotelis ætas 196 Manc. uerba de mediocritate obſeruanda 431 Fig.

Ariſtius Fuſcus 224 Acron. 224 Porph.

arma membra militum 407 Fig. quæ dicantur 751 Land. unde dicta 31 Land.

Armenia 419 Acron. 421 Fig. 425 Manc.

armentum 941 Fig.

armenta unde dicta 289 Fig. 291 Bad. ubi hyberno tempore plerunque obſeruentur 914

armi 31 Land.

armillæ ibidem, idem.

Arpi urbs 421 Land. 230 Manc.

ars pro ipſa uirtute 568 Fig. 573 Manc.

Ἀρσενοκοίτης 801 Fig.

Arcatæ pop. 446 Land.

Artemidorus 286 Manc.

Artemis 986 Manc.

Arthemiſium 768 Manc.

Artos & Arctos differunt 252 Manc.

Artus 612 Porph.

arundines Cretenſes 167 Fig.

Aruſpiciæ inuentio, eiuſque ſpecies 694 Land.

Aruſpices 694 Land.

aruum & ſeges differunt 292 Polm.

Aſdrubalis res geſtæ 852 Fig. interitus 854 Fig.

Aſia unde dicta 48 Land.

aſini pelli 244 Land.

Aſinius Pollio uir doctus 349 Acron. 352 Porph. 353 Land. 359 Polm. ibid. Fab. quando ſotto hiſtoriam ſcripſerit 356 Glar. 358 Fig. 362 Manc.

Aſiniæ morbus 369 Fig.

Aſoſta 95 Land.

aſſe-

aſſeueratè 514 Land.
Aſſyria 586 Fig. 594 Manc. regio, eiuſq; deſcriptio 435 Porph.
Aſſyrios quis Aſtrologiam & fulmineum uim docuerit 49 Land.
Aſter 629 Manc.
Aſteria 218.219 Land.
Aſteries 623.625 Acron.
Aſtragalizontes 62 Land.
Aſtragalus 61 Land.
Aſtrologia 695 Land. ſine numeris nulla eſt 113 Land.
Aſtrologiæ inuentio 121 Land. 110 Fig. 113 Porph.
Aſtrologiam quis primùm docuerit 107.108 Land.
Aſtrologos conſulere uetat 113 Land.
aſtrorum ordinum inuentor 107 Land.
aſtutiam quod animal denotet 176 Acron.
Aſtyanax filius Andromachæ 576 Manc.
Aſylum conditum 125 Landin.
atauus qui dicatur 5 Land.
ater & niger color differunt 379 Fig.
Athenarum conditor 857 Figul. urbs unde dicta 84 Land.
Athenarum laus 81 Acron.
Athenienſes quando initium diei ſumpſerint 446 Landin. qua coronas uictores olim coronãrint 84 Land.
Athenienſium & Syracuſanorum diſſidium 18 Landinus.
Athenienſium regum ſeries 705 Land. exercitiis 1 Eugent. 109 Land.
Athlas quando floruerit 107 Land. cur cœlum humeris geſtare dicatur 110 Fig.
Athlas mons 504 Acron. 289 Land. 790 Fig. 291 Manc. 504 Acron. 206 Fig.
Athlantici populi 227 Land.
Athlanticum mare 290 Figul.
Atreidæ 111 Fig.
Atreus 184 Manc.
Atrei & Thyeſtis diſsidium 76 Land. & Thyeſtes odium 176 Acron. impium factum 73 Acron. crudelitas 78 Figul.
Atri tridnani 455 Land.
Atrium quid 544 Land. 547 Fig.
Atrienſes 544 Land.
Atropos una ex Parcis 377 Land. 579 Fig.
Attagen 940 Hare. 952 Manc.
Attalica 782 Fig.
Attalica opera 9 Land.
Attalicæ conditiones quæ 19 Pulm.
Attalus rex 5 Acron. 4 Porph. 16 Fig. Romanos heredes inſtituit 9 Land. 14 Glar. 509 Acron. 510 Porph. 511 Land. 514 Fig. 517 Bad.
Atticragus 121 Manc.
M. Attilius Regulus 141 Manc. 133 Fig. Glabro Antiochum regem Syriæ ſuperat 618 Figul.
Attilij Reguli res geſtæ & hiſtoria 116 Land.
auaræ terræ quæ dicantur 363 Acron. 372 Manc.
auaritia omnia audet 570 Figul. quantum uitium 46 Land. elementum malorum 742 Fabr. hominum quanta 516 Fig. nulli uitium tetrius 870 Figul. unde oriatur 116 Land. 142 Manc. 741 Fig.
auaritiæ ſitis 373 Manc. natura & proprietas 681. 682 Acron. & alij
auarus cur non ſit diues 367 Land. cur ſordidus dicatur 366 Land.
auari mercatoris natura 738 Glar. 740 Fig. ſtudium 1 Eugent. cur miſeri 491 Fig. miſerrimi 687 Fig.
auarorum miſeria 742 Fabricius
auaro tam deeſt quod habet, quàm quod non habet 689 Bad.
auaris ſemper aliquid deeſt 742 Fig.
audax qui propriè dicatur 124 Land.
audaces quid faciat 200 Figul.
aucupij inuentor 124 Landinus
aues præpetes quæ dictæ 757 Land.
Auernus lacus 481 Fig. 987 Manc.
Auſidus 792 Fig. 794 Manc.
Auſidus 877 Fig. 908 Pulm. 911 Manc.
augur unde 37 Fig.
augurandi artis initium 758 Land. mos & forma 758 Land.
augures 695 Land.
auguria 85 Land. 694 Land.
augurium Romuli & Remi 621 Manc. & auſpicium idem ſecundùm Ciceronem 695 Land. unde ſit, eiuſq; ſpecies 757 Land.
augurij tria genera 37 Figulus
auguriorum inuentor 122 Land.
augurum numerus olim 758 idem
Auguſtana Iulia urbs 573 Manc.
Auguſtini uerba de Heroibus 138 idem teſtimonium de Mercurio 107 Land.
Auguſtus pater patriæ 745 Manc. 906 Fig. Cantabros uicit 598 Land. unde cauſam quinque bellorum ciuilium ſumpſerit 36 Fig. quouſque ſuos percuſſores perſecutus 23 Acron. quare Princeps dictus ſit 40 Pulm. non hominibus, ſed dijs comparandus 120 Land. cur Apollini templum dedicârit 288 Porph.
Auguſti genus & laus 565 Land. 786 Mancell. laus, honores & res geſtæ 595 Acron. 598 Porph. 599 Land. 612 Fig. 907 Manc. laus & honores 841 Land. 847 Manc. laus 904 Porph. & Land. 905 Glar. laus ob Hiſpanicam uictoriam 669 Acron. 671 Landin. 675 Mancell. nominis origo 907 Fig. priuigni 819 Land. nummus aureus, eiuſq; inſcriptio 918 Fab. inſcriptio Romæ in marmoribus 908 Fab. & Antonij odij cauſa & fomes 331 Acron. exercitus ex quibus militibus collectus 312 Porph. prælium cum Bruto & Caſſio 157 Manc. uerba cùm Senatus eum patrem patriæ appellâſſit 912 Manc. ſomnus 550 idem. diuortium 672 Land. funeris 844 Fig. nummus cum inſcriptione 40 Fab. querela ob cladem à Germanis illatam 250 Glar. bella 402 Manc. fama 636 Fig. libri 539 Manc. uictoriæ & laus 424 Fig. 426 Manc. uictoria contra Antonium & Cleopatram 333 Acron. 335 Land. 343.344 Manc. uictoria contra Brutum 403 Acron.
Auguſto uiuo aræ & templa erecta 845 Fig.
Auguſtum Poëticæ artis ſtudioſum fuiſſe 285 Land. 586 Fig.
Auis 232 Land.
Aularia 232 Land.
Aulonienſes pop. 535 Fig.
auis pro augurio 165 Eraſ.
auis rapacis ſpecies uaria 357 Landin.
in Auibus tria genera diuinationis 694 Land.
aula unde dicta 279 Land. pro re ſplendida 429 Land.
Auis Pilonis deſcriptio 472 Fig.
Aulæa quæ 9 Land. 782 Fig.
Aulis 166 Fig.
Aulon mons 397 Acron. 398 Porph. 399 Land. 401 Fig. 403 Manc.
aura 70 Land.
L. Aurelius Cotta quando floruerit 719 Fig.
aures demittere 460 Fig. 461 Pulm.
aurora cur fingatur coniunx Tithoni 77 Land.
auritus qui dicatur 139 Mancinell.
aurum ſub tutela Mercurij 106 Porph. cur palleſcere dicatur 366 Land. potentius quàm fulmen 684 Land. 688 Fab. quatenus inutile 740 Fig.
auri mala 574 Manc. uis, uaria exempla 570 Fig. 681.682 Acron. & alij plures. 688 Fab. uſus à Lycurgo interdictus 741 Fig. cupido 563 Acron.
auro omnia expugnari 683 Landin. 686 Figul. 688 Fab.
Auſones 833 Fig.

auſpicari 482 Fig.
auſpices 695 Land.
auſpicia 694 Land. pedeſtria 765 Palm.
auſpicium quid 75 Land.
auſpicijs omnia Romani incipiebant 617 Fig.
Auſter uocatus, eiusq; natura. 473 Fig. 475 Bad. 477 Manc. 559. 560 Acron. 568 Fig.
Autumnus 391 Acron. 395 Manc.
Autumni pictura 944 Palm. deſcriptio 945 Fab. 950 Manc. 730 idem.
auunculus qui dicatur 5 Land. magnus qui 5 Land.
Auus unde dictus 5 Land.

B

BAbylonia 782 Fig.
Babylonij unde dici initium ſumpſerint 446 Land. inuentores Aſtrologiæ 113 Porph.
Bacca ubi naſcatur 397 399 Land.
Bacchanalia feſta 140 Mancinell. 201 Palm. 524 Fig.
Bacchantium ritus & mores olim 424 Fig.
Bacchica herba quæ 17 Fig.
Bacchilides ſcriptor Græcus 162 Land.
Bacchus 132 Figul. unde ortus 83 Land. Baſſareus 197 Acron. cornutus cur pingatur 124 Land. 255 idem. 521 Acron. Porph. 529 Mancellin. Euhyus unde dictus 199 Land. 435 Acron. ibid. Porph. 436 Landin. 437 Figul. 438 Bad. 435 Manc. cur Lyæus dicatur 86 Land. 90 718 idem. 749 Figul. 1012 Fig. cur Liber dicatur 140 Mancel. Semeleius 192 Fig. uerecundus cur dicatur 253 Acron. 254 Porph. 255 Land. 258 Fig. 261 Manc. Thyoneus 192 Fig. 194 Bad. in Gigantes 526 Manc. cur perpetuus puer pingatur 256 Fig. pater lætitiæ 195 Acron. pater Muſices 747 Porph. genialis conſitor uux dictus 200 Fig. illæſus ab inferis redijt 526 Fig. 529 Manc.
Bacchi corona 870 Fig. cornua quid deſignent 722 Manc. fabula & res geſtæ 122 Land. 124 Landin. 140 idem. fabula quid denotet 124 Land. miniſtri & miniſtræ, eiusq; feſtum 524 Fig. 779 idem. nomina uaria 90 Fig. pictura 254 Land. facies 255 Land. plectura allegoria 124 Land. poteſtas triplex 523 Land. 525 Figul. 527 Fab. ſacerdotes 181 Fig. 182 Bad. 184 Manc. ſacrificia 522 Land. 525 Fig. triumphus 129. uerba ad Ariadnem 525 Fig.
Baccho cur albus caper ſacrificetur 631 Acron. 633 Land. 635 Fig.
Bacchum eſſe ſolem 519 Acron. 522 Landin. 258 Bad. inuitum quærere 201 Palm.
Bactra, Bactrorum, Bactriani 780 Land. 781 Figul. 787 Mancinel.
Badij diligentia & laus 685 Glar.
Baiæ ciuitas 586 Fig. locus celeberrimus 512 Land. 517 Bad. 519 Manc.
Baiinus ſinus 512 Land.
Balanos 775 Acron. 778 Porph. 779 Land. 782 Glar. 781. 787 Mancinel.
Baleares inſulæ 468 Landinus.
Balenæ piſces cur reſpirent 819 Land.
Baptiſtæ Alberti ſententia de optima Republica 582 Land.
Barbarum mare 525 Fig.
Barbiton quid 12 Landin. 18 Fig. 294 Porph. 295 Land. ibid. Eug. 296 Palm. 297 Manc. 751 Porph. 752 Land. 754 Manc.
Bargus flu. 348 Manc.
Barine ut declinetur 414 Land. 417 Fab. 417 Bad. 418 Manc.
Barinæ perfidia 414 Land.
barrire 511 Land.
Βαρύνω & βαρὺν 418 Manc.
Baſilea filia Cybeles 178 Lan.
Baſſareus cur liber dictus 197 Acron. 199 Land. 201 Fig. 204 Manc.
Baſſarides unde dictæ 197 Acron. 199 Land.
Baſſaris ueſtis genus 197 Acron.
Bathi & Mercurij factum 109 Land.
Barina ciuitas 577 Acron. 580 Porph. 582 Land. 592 Manc.
Batos flu. 586 Fig.
Batyllus 195 Manc.
Bauius 1021 Fig.
beatè qui uiuant 429 Porph. ibid. Land. 430 Fig. 490 Land. 493 Fig. 785 Fab.
beatus qui dicatur 365 Acron. 369 Fig. 374 Manc. 884 idem.
beatum nihil 496 Fab.
bellaria 842 Land. 845 Fig. 848 Manc.
Belides puellæ, earumq; fabula 473 Fig. 477 Manc. 660 idem.
Bellerophon ut ſcribendum ſit 663 Glar.
Bellerophontis pudicitia & fabula 237 Land. 259 Fig. 262 Mancell. 665 Bad. 666 Mancel. 624 Acron. 625 Porph. 627 Fig. 628 Bad. 630 Manc. 887 Acron. 888 Porph. 889 Land. 890 Figul. 802 Manc.
Bellerophontes tertiæ declinationis 662 Ald. Man.
Bellona Dea 79 Fig.
bellum inter Cæſarẽ & Pompeium quando inceperit 356 Glar. ſociale 672 Land. 673 Figul. 676 Mancin. Punicum primum & ſecundum 450 Manc.
belli ciuilis deſcriptio 319 Fig. ciuilis cauſa 24 Acron. belli ciuilis deteſtatio 997 Fab. inuenti 079 Fig 119 Manc.
Belus 87 Land.
benignitas 114 Fig
benignus quid propriè dicatur 935 Manc.
Berecynthia tibia 203 Bad. Acron 705 Porph.
Berecynthos caſtellum Phrygiæ 197 Acron. 711 Manc. 800 Figul. 802 Palm.
Blantis genus 614 Land.
Bias Prienneus 780 Land.
Biæ ſententia de Naturis 52 Fig. 688 idem.
bibulus 773 Fig.
bibendi mos apud ueteres ſecundùm talorum iactum 61 Land. 65 Fig. & Palm. 66 Eugent. 408 Fig.
bibendi mos apud Græcos 709 Fig. 709 Palm.
bibendi arbiter 409 Palm. 412 Manc.
bidentes 725 Acron. 727 Land. 728 Fig.
bilis quid 145 Land. 150 Manc. & Pol. Virg.
biremis 77 Acron.
Biſalci 589 Fab.
Biſalthæ 562 Land.
biſontes 228 Palm.
Biſtones 294 Manc.
Biſtonides mulieres quæ, eiusq; fabulæ allegoria 528 Acron. ibid. Porph. 523 Land. 526 Fig. 529 Manc.
Bithynia & Bithyni 315 Land. 323 Manc. 316 Fig.
Bithyna negocia 627 Fab.
bitumen quid 976 Land. 980 Fig.
bituminis uaria genera 976 Land.
Blanduſia 667. 668 Acron. Porph. Land. Glar. 669 Bad. 670 Manc.
bombycinæ ueſtes 895 Fig. 900 idem. 901 Manc.
Bonaſi 228 Palm.
bona & utilia differunt 366 Land.
boni uocabuli uariæ ſignificationes 86 Land.
bonis ſubitis non gaudendum 376 Acron.
auſpicijs phraſ. unde 165 Rot. naſcuntur boni 618 Fig. 619 Bad.
bonos uiros quid maximè deceat 63 Fig.
Boreas uentus 45 Land. 648 Manc. 421 Fig. 733 Porph. 738 Glar.
Boreæ uis 794 Manc
βωρεὰς & ſtella 423 Fig.
Boſphorus unde dicatur, & quid 452 453 Acron. 454 Porph. 456 Land. 458 Glar. 459 Fig. 461 Pal. 462 Bad. 463 Manc.
Boſphori nomen quomodo ſcribendum ſit 534 Fab.
Botryon 393 Fig.
brachia ceres 148 Pol. pro uiribus 579 Acron.
Brennona 909 Fab.
Brenni & Breuni 905 Glar.
Briarei fabula 500 Acron. 502 Land. 505 Fig. 508 Manc. 579 Acron. 584 Land.
Briareum monſtrũ 457 Lan.
Briga 533 Fig.

Bri-

Britanniæ inſulæ deſcriptio 222 Manc. 314 Landin. 319 Fig.
Britanni 220 Fig. 221 Bad. à quo primùm uiſi 315 Landin. 599 idem. hoſpites immolabant 578 Acron. 582 Land. 586 Fig. 503 Manc.
Briſeidis fabula 358 Acron. 387 Fig. 388 Bad. 389 Manc.
Brontes cyclops 60 Land.
bruma 399 Land. 401 Fig.
Brunduſium 276 Manc
Brutorum familia 157 Bad.
M. Brutus uiſus ab Auguſto 153 Porph. unde originem duxerit 155 Glarean. prælium renouat 157 Manc. uoluntarium exilium ſuſcipit 129 Glar.
Bruti fuga & mors 157 154 Manc. 403 Acron. mores, auxilia, genus, doctrina & laus 158 Manc. oratio ad milites 157 Man.
Bryxæ 867 Land.
bubalus 994 Manc.
Bucchanamus doctiſs. poëta 1028 Fig.
Buſtum 566 Land. 569 Fig.
Butes rex Siciliæ Veneri Erycinæ templum erigit 31 Land.
Buthrotum uis 337 Land.
Butroti urbs 667 Landinus.
Buzacus uis 337 Land.
Byzantium urb: 456 Land.

C

CAballinus fons 139 Manc.
Cacus latro 766 Fab.
Cadmus conditor Thebarum 88 Figul. 1062 Figul.
Cadmi fabula 829 Land. 834 Fig.
caducei inuentor 105 Acron.
caduceatores 106 Acron. 107 Land.
caduca omnia eſſe in hac uita 473 Fig. quæ dicantur 583 Landinus
Cæcubi pop. 213 Land.
Cæcubum uinum 211 Acron. 213 Landin. 215 Bad. 314 Idem. 772 Glar.
cæmenta 536 Acron. 544 Land. 547 Fig. 551 Manc.
cæruleus color 192 Pul.
Cæſaries quid propriè 69 169 Land
Cæſar pater patriæ 745 Manc. quod uinum in ſuo triumpho diſtribuerit 708 Fig. in urbem Romam uenit, eiúſque res geſtæ in ea & contra Pompeium 361. 362 Manc. pugnaturus cum Pompeio quo ordine ſuos milites inſtruxerit 358 Fig.
Cæſaris & Pompeij odij hiſtoria 353 Land. 356 Fig. 356 Glar. 359 Fig. uictoria in Africa 355 Landin. 359 Fig. mortem quæ prodigia & incommoda ſubſecuta ſint 21 Acron. 24 Porph. dictū audita Catonis morte 141 Manc. triumphi 18 Fig.
Cęſari ſtatua erecta 518 Manc.
Cæſares poëtæ 586 Fig.
Calabria 288 Figul. 291 Bad. 810 Glar. 869 Fig.
Calabriæ Pierides 872 Mancin.
Calabræ oues 690 Bad.
Calabri 276 Manc.
calami Cretenſes 164 Land. 167 Figul. Gnoſij 172 Manc.
calare 542 Land.
calculi dierum 332 Mancinell.
Calendæ unde & quæ dictæ 632 Land. 954 Mancin. Martiæ dedicatæ matronis 631 Acron. 632 Porph. 633 Landin. 637 Bad. 638 Manc.
Calendariorum corpora unde dicta 927 Frelgius.
Caleni colles 214 Fig. 213 Manc.
Calenum oppidum 215 Bad. 216 Land.
Cales oppid. 287 Acron. 285 Porph.
callere. 109 Landin.
callidi qui dicti 110 Fig. 109 Land.
Calliope 121 Landin. 581 Landin. 592 Mancinel.
Callipia fons 88 Fig.
Calpe 574 Manc.
M. Calphurnius quando uixerit 773 Glarean. & Figulus.
Cambyſes rex Perſarum 373 Mancin. cur Dominus dictus [illegible] 40 Fab.
Camelus genus uaſis 291
Camillus Gallos urbe pellit, & ſpontaneum exilium acceſſit 119 Acron.
Camilli hiſtoria & res geſtæ 127 Land. 133 Fig. Furij iuſticia & laus 142 Manc.
Camœnæ cur Muſæ [illegible] dictæ 121 Land. [illegible]7 idem. Graiæ quid 142 Manc. 468 Acron. 489 Porph. 495 Figul. 497 Bad.
Campus Martius 85 Land. 96 Fig. 542 Land. 625 Acro. 628 Bad. 802 Fig. 803 Manc.
Campi Martij deſcriptio 542 Land.
Campanum uinum 683 Porph. 698 Fig.
Cannenſis pugna 141 Manc. 126 Land.
Candida faſcia 370 Fig.
candidati qui dicti ſint 542 Land. 603 Fig.
candidus ab albo differt 31 Landin.
canendi tres modi apud Græcos 1010 Fig.
canere 163 Land.
canes ſagaces 261 Manc. 593 Land. uenatici quales eſſe debeant 144. Beroald. publicè in Capitolio aliti 686 Figulus. quando plerunque rabioſi fiant 195 Manc.
canum comitatu qui uſi ſint 686 Figul.. fidelitas 17 Fig. 633 Land. 686 Fig.
canities 59 Landin. 435 Porph. 439 Manc.
Canidia uenefica 968. 969 Acron, & alij 956 Land. 1072 Fig.
canicolæ ſyderis deſcriptio 187 Acron. 189 Landin. 194 Mancin. 192 Fig. 668 idem. 961 Mancin. 193 Bad.
caninus 830 Glar.
canis in ludis quid 412 Manc.
Cantabri pop. 395 Acron. 397 Porph. 398 Land. 399 Glarean. 400 Figul. 402 Manc.
Cantabri 433 Acron. 437 Fig. 438 Bad. 631 Acron. 632 Porph. 634 Land. 636 Fig. ab Auguſto deuicti 673 Figulus. 675 Mancellinus.
Cantabricum bellum 400 Fig. 907 Fig.
cantarus genus poculi 213 Land. 214 Figul. 215 Manc. 261 idem,
cantus per quos & per quot modos regatur 655 Figulus.
cantus incantatrix 120 Landinus.
Canuſium oppidum 230 Manc.
canum quid 63 Fig.
caper unde dicatur 633 Land. albus Baccho ſacrificabatur cur 631 Acron. 633 Landin. 635 Fig.
Capitolij Romani deſcriptio 338 Glar.
capitis diminutio quid & quotuplex 601 Landin. 604 Figul. 610 Mancin.
capra ſignum cæleſte, eiuſq; fabula 543 Landin. 623 Acron. 625 Porph. 627 Fig. 628 Bad. 629 Manc. nutrix Iouis 547 Fig. unde dicatur 188 Land.
capræ morſus ueneno ſiſſimus 188 Land. qua arbore maximè delectentur 185 Acron.
capram Mineruæ immolare nefas erat 188 Landinus.
capras nunquam febri carere 188 Land.
caprificus 978 Fig. 986 Manc.
caprilis 188 Land.
Capricorni ſydus, eiuſq; ortus & occaſus 500 Acron. 508 Manc.
captiui olim immolabantur 355 Land.
Capua 1058 Fig.
caput aquæ quid 17 Fig. ſimile duci 90 Fig. extollere qui dicantur 684 Land.
Cardo quid 243 idem. 246 Bad.
Carina quid 59 Landin. 61 Figul. 154 Landin. 155 Figulus.
Carmen quid, & unde dictum. 30 Land.

carmen ſeculare, eiuſq; inſtitutio 220 Palm. & Fab. 1091 Landin. 1093 Fig.
carmina quis primùm inuenerit 488 Acron.
carminum ius unde quæratur 18 Fig.
ætas 872 Manc.
carmentalis 809 Land.
Carmyleſus 222 Manc.
carnium humanarum eſus 685 Land.
Caroli nominis etymon 845 Fig.
Carpathium & Carpathos 509 Acron. 317 Fig. 322 Bad. 323 Manc.
mare 843 Fig 952 Manc.
carpere diem 113 Acron. Porph. penſum 764 Figul.
Carthago magna cur ſit dicta 597 Acron. 598 Porph. à quo ſit deleta 562 Acron. 868 Glar.
Carthaginenſes ubi primùm nauali prœlio uicti ſint 442 Acron. 443 Landin. 447 Fig. 450 Manc.
Carthagines duæ 569 Fig.
Carthaginenſium clades in diuerſis pugnis 447 Landin. 450 Manc.
Carthea ciuitas 364 Manc.
Caſpium mare 421 Land. 422 Fig. 424 Bad. 425 Manc.
Caſſandræ hiſtoria 383 Acron. 169 Bad. 390 Manc.
uaticinia de Troiæ excidio 162 Land. uerba ad Paridem 171 Manc.
Caſsidius ſordidus 152 Acro. 994 Manc.
Caſsij uirtus 158 Manc.
mors 157 Manc.
Caſtaliæ fabula 581 Land.
Caſtalia fons 579 Acron 581 Porph. 583 Landin. 585 Glar. 587 Fig. 594 Manc.
caſtitatis laus 731 Acron. 733 Porph.
Caſtor & Pollux unde orti 44 Land. & Pollux fratres 118 Acron. 140 Manc. 870 Fig.
& Pollux qua ratione alternatim uiuere dicantur 44 Land. à Ioue immortalitatẽ impetrat 44 Land.
Caſtores ſtellæ 125 Palm.
Caſtoris & Pollucis fabula & ſydus 51 Fig.
caſtrati 1011 Fig.
caſtra quæ dicantur 11 Land. 17 Fig. ponere, caſtra monere 17 Fig.
caſtrametari, caſtra ponere 11 Land.
Catalecticum carmen 518 Manc. 663 Glar.
Cataclyſmi plures diuerſis temporibus fuêre 34 Iacob. à Cruce.
caterua 278 Porph. 279 Land.
cateruas quid 97 Fig.
Catilus & Corax 197 Porph.
Catillus conditor urbis Tiburis 83 Porph. 102 Palm.
Cato Cenſorinus celeberrimus Orator 481 Land.
cur Iulio Cæſari triumphũ de Britannis interdixerit 315 Land. uino deditus 717 Land. 720 Bad. 721 Manc.
uituperat cupreſſum 470 Land. Priſcus, & Cato minor 721 Manc.
Catonis ſententia de magiſtratu petendo 555 Land.
Vticenſis laus, conſtantia & mors 132 Fig. 128 Acron. 141 Manc. 351 Acron. 352 Porph. 358 Fig. 363 Manc. 717 Landin. 719 Glar. 721 Manc. amor erga patriam & conſtantia 128 Acron. 126 Land.
Catones duo celeberrimi 721 Manc. unde dicti ſint 662 Land.
Catus & Calles 216 Manc.
coitus unde dicatur 109 Land. 110 Fig. 661 Acron. 662 Land. 663 Fig. 666 Manc.
catuli de quibus animalibus dicantur 11 Land.
Caucaſus 223 Acron. 225 Land. 227 Fig.
Caucaſus mons 229 Bad. 230 Manc. 929 Fig. 934 Manc.
Caula 279 Land.
Caulon oppidum 400 Glar.
caupona 225 Land.
cauſæ quo ordine apud Romanos dijudicabantur 378 Land.
Cecropia domus 893 Porph.
Cecrops quando regnârit, eiuſq; hiſtoria 354 Landinus. 357 Figul. Glar. & Fig.
Celocem nauim qui inuentius 47 Land.
Celtibericum bellum quot annis durârit 443 Land. 450 Manc.
cenſere 483 Fig.
Cenſores qui apud priſcos 483 Fig.
cenſus 483 Fig.
Centaurorum fabula 198 Land. 204 Manc. 1040 Fig. pugna cum Lapithis 196 Acron. 200 Fig.
Centimani fabula 502 Landinus.
Cepheus 776 Acron. 778 Porph. 779 Land. 782 Fig. 787 Mancinellus
Ceraunia 43 Porph.
Cerbalus fluuius 230 Manc.
Cerberus unde, & quid denotet eius fabula 523 Land. 526 Fig.
Cerberi fabula 454 Porph. 460 Fig. 463 Bad. 464 Manc.
Cerea 150 Mar. Hon.
Ceres & Diana eadem Dea 724 Land. 427 Manc.
quæ munera Herculi dono dederit 6 Land.
cur terra dicatur 844 Fig.
Cereris ſacra 553 Acron. 555 Land. 557 Figul. 558 Fab. 560 Manc.
Ceruix roſea 247 Fig. 145 Land.
ceſpes quid 208 Land. 209 Fig. Palm. 210 Manc.
Chalais 642 Bad.
Chaldæi qui dicti 113 Landinus. quando ſolſtitium brumale obſeruent 508 Manc. aſtrorum excellentes 114 Fig. cur tantùm undecim ſigna cœleſtia poſuerint 504 Glar.
Chalibes 284 Manc.
Chameplatani 480 Land.
Charon cur nullo auro corrumpatur 513 Land. 516 Fig.
Charontis cymba 376 Porph.
Charontis fabula quid denotet 513 Land.
Charybdis deſcriptio & fabula 256 Land. 257 Eraſm. 258 Fig. 261 Bad.
Chelidonia uentus 66 Pol. Virg.
Chelys 298 Manc.
Cheruſci 813 Fig.
Chia 749 idem.
Chimeræ fabula 499 500 Acron. 505 Fig. 506 Fab.
Chiromantia 695 Land.
Chiron Peleo opem fert 630 Manc.
Chium uinum 708 Fig.
Chloris 396 Manc. 677 Acron
Choa 899 Land. 900 Fig. 602 Manc.
cholera 146 Land. 150 Manc.
cholerici cur bilioſi & iracundi 148 Fig.
Chordarum ſeptem cur toties mentio apud authores fiat 654 Glar.
Choreæ unde dictæ 90. 100 Acron.
Chorearũ inuentio 120 Lan.
Choriambicũ quis primùm ſcripſerit 98 Fab.
Chremetes ſenes dicuntur 930 Fig. 935 Manc.
Chriſti ſententia de futurorum cognitione 102 Fig.
Chriſtum quis primùm ex Rom. Imperator. coluerit 696 Fig.
Chryſor 256 Land.
Chryſauri uicti ab Hercule 675 Manc.
Chryſoſtomi uerba de Troiano bello 163 Fig.
Chryſeis 389 Manc.
Chryſippus Stoicorum princeps 1096 Fig.
Chymera animal portentoſum, eiuſq; fabula 222 Manc. 254 Acron. 257 Land. 259 Fig. 260 Fab. 261 Bad. 262 Manc.
Ciboria 407 Land. 408 Fig. 409 Palm. 410 Manc.
cicatrix quid propriè 323 Land. 324 Manc.
Cicero auditor Apollonij 88 Fig. uera falſis miſceat 568 Fig. pater patriæ 745 Manc.
Ciceronis locus elegans de Forijs 460 Fig. reſponſum de Virgine 50 Land.
Cichorea herba, eiuſq; uſus 287. 288 Porph. 290 Fig. 291 Palm. 292 Manc.
cicuta 957 Land. 959 Manc.
cilia & ſupercilia differunt 542 Land.
cilices 389 Manc.
Cillenia 1040 Fig.
cimbæ inuentio 47 Land.
Q. Cincinnatus agricola Dictator ſit 784 Fig.
Circa 244 Land.
Circæ hiſtoria 189. 190 Land. 1073 Fig.

Cir-

Circe ultrea cur dicatur 192 Palm.
Circaum 929. 930 Figul.
Circes 190 Land.
Circenſes Agonici in cuius honorem ſint inuenti 2 Acron.
Circius uentus 45 Land.
citharæ inuentor 122 Land. 854 Fig. 585 Fig. uariæ formæ 32 Land.
Cithæron mons unde nomen habeat 122 Land.
Citharistriæ 187 Porph.
Ciuile bellum quantum malum 29 Land.
Ciuilis belli modus, cauſa, initium, res geſtæ, prælia & hiſtoria 319 Fig. 349 Acron. 352 Porph. 353 Land. 356 Fig. 961 Manc. 997 Fab. 998 Manc. belli ueris prælia in uarijs locis 362. 363 Manc.
ciuitatum origo 110 Fig. potentiſſimarũ ruinæ cauſa 181 Fig.
ciuitas beata quibus conſtare debeat 109 Land.
clamare hominem 153 Land.
clarare 908 Fab.
claſſicum 949 Manc.
Claſſicum tribuni 933 Manc.
claſſis Antonij & Cleopatræ contra Auguſtum 632 Manc.
claſſe qui primi pugnârint 47 Land.
Claudius Pulcher à Spartaco ꝑ uictus 676 Manc.
Claudiani uerſus 556 Figul.
Claudiorum familia 832 Fig. 837 Manc.
claui 320 Palm. 322 Bad. Adamantini 731 Acron. 734 Land. 737 Glar. 738 Fig. 741 Bad.
Clearchi locus quidã emendatus 496 Mur.
Cleopatra regina ab Auguſto prælio ſuperata & capta, eiusq́ interitus hiſtoria 333. 334 Acron. 335 Porph. 339 Fig. 343 344 Manc.
Cleopatræ dictum ante obitum 335 Porph. 340 Fig. & Antonij perpetuum amicitiæ uinculum 505 Fig.
Cleops 790 Land.
clientes 514 Fig. 516 Mur. 517 Fab. 898 Manc.
clientum & patronorũ neceſſitudo 514 Fig.
Clio Muſa 117 Acron. 120 Land. 130 Fig. 139 Manc.
Clotho una ex Parcis 177 Land. 179 Fig.
clypeus unde dictus 273 Mur.
Clytemneſtra unde oriunda 44 Land.
Cocytia 1082 Fig.
Cocytus 466 Acron. 469 Land. 475 Fig. 477 Manc.
Codri regis Athenienſium & Lacedæmon. hiſtoria & interitus 703 Acron. 705 Porph. 705 Land. 707 Glar. & Fig. 710 Manc. inter Codrum & Inachum temporis ſpacium 707 Glar & Fig.
Cœus & Cœos 363 Mancinell.
Cœa 877. 878 Fig. 882 Manc.
Cœcilius Metellus 356 Fig.
Cœcubi 214 Fig. 216 Manc.
Cœli & Dianæ fabula 107 Land.
Cœlibes qui dicantur 480 Land. 482 Fig. 485 Manc. 638 Manc.
cœlum quid propriè 85 Land. 89 Fig. in quinque zonas diuiſum 227 Fig. pro aëre 407 Fig.
cohors quid 49 Land.
cognationis grados 15 Fig.
cognati qui dicantur 5 Land.
Colchos ciuitas 452 Acron. 454 Porph. 455 Land. 459 Fig. 462 Bad. 532 Land. 533 Fig. 535 Manc. 977 Glar.
Colchi 892 Land. 834 Fig. 838 Manc. 974 Land.
collis quid 85 Land.
Colocaſia 411 Manc.
Coloni 465 Acron. 475 Fig. 477 Manc. & Municipes differunt 398 Land.
color fluuius 35 Fig. roſeus 147 Fig. qui iucundiſſimus 885 Fig. cur mutetur 148 idem.
colubri ſerpentes unde dicti 168 Landinus.
columba libidinem denotat 176 Acron.
columbarum tres ſpecies 337 Land.
columen familiæ 504 Fig.
coma quid propriè 69 Land. 219 Glar & Fig.
Commeſſari quid propriè 799 Fig.
comeſſationes propriè quid ibidem, idem
cometa 128 Land. 134 Fig.
Comicus uerſ. 922 Acron.
comites 78 Land. 90 Fig.
comitia ubi Romani celebrârint 538 Acron. 542 Land.
comitiales dies qui 10 Land.
commercia olim 290 Fig.
committere quid 52 Fig.
como 127 Land.
Comœdia & Tragœdia differunt 362 Manc.
comparatiuus & ſuperlatiuus pro poſitiuo proferuntur 173 Acron
compedes in ſingulari numero 299 Acron & Porph. 300 Land.
componere uarijs modis utitur 102 Land.
compoſita hora 102 Land.
compotandi mos Græcorum 65 Fig.
Concaui pop. 578 Acron. 580 Porph. 582 Land. 586 Fig. 589 Fab. 593 Manc.
concha 407 Land. 408 Fig.
Conchylea 952 Manc.
concilium quid 843 Fig.
concordiæ induſtriæ prouerbium 702 Fab.
concumbere quid 49 Land.
concubina 764 Fig.
condonare & redonare aliquem 566 Land.
confirmationem quæ induxant 146 Land.
confœdationem quæ induxant 146 Land.
conijcere manus 190 Land.
coniux qua ratione amanda 140 Manc.
coniugalis amoris exemplũ 657 Fig.
coniugalis fides qualis debeat eſſe 627 Fig.
coniugium quid 1095 Fig.
coniurare & conſpirare differunt 159 Acron.
conqueri & lamentari differunt 244 Land.
conſilium quid 587 Fig. Horatij 1051 Fig.
conſobrini qui dicantur 5 Land.
conſors 736 Land. 741 Fig.
conſpirare & coniurare differunt 159 Acron
conſtantia & conſtans quid 567 Fig. 575 Manc.
conſtantiæ exempla 567 Fig.
conſecrando & mos quid 844 Fig 848 Manc.
conſolatis lictor 493 Fig. 495 Palm.
conſules olim cùm conſulatum inibant, Veſtæ prius ſacrificabant 30 Land.
contaminare quid 356 Land.
conticinium 446 Land.
continentia quid 573 Manc. antiquorum 477 Acron. 483 Fig.
continens terra quæ dicatur 515 Land.
contractus apud priſcos 290 Fig.
conuallis quid 81 Land. 950 Manc.
conuiuandi mos apud Priſcos & Græcos 61 Cœl. 332 Manc. 709 Palm.
conuiuium quale eſſe debeat 255 Land. uoluptuoſum 708 Fig.
conuiuia quo tempore dici ueteres celebrarint 255 Land. 258 Fig. 262 Manc. 446 Land.
conuiuarum numerus quotus debeat eſſe 704 Acron. 706 Land. 710 Mancin. tibia & mos 917 Fig. 920 Manc.
conuiuiorum feſtiuitatẽ qua ratione ueteres celebrârint 704 Acron.
Conopæum 1008 Land. 1011 Fig.
connubio quæ tempora maximè apta ſint 233 Fabricius.
copiæ 189 Land.
copula quid 145 Acron. 150 Manc. 177 Land.
Cora 102 Fab.
Coras 81 Porph.
Corax & Catillus fratres 85 Land. 197 Porph.
conſinium 676 Manc.
Coritus urbs 164 Land. 202 Fab.
Corilus arbor fœlix 455
Corinthus olim Ephyra 85 Land. 88 Fig 470 Land. unde dicta 257 Land.
Cornea porta quid denotet 760 Land. 764 Figul. 770 Manc.

Cor-

Cornelij Galli verſus de impudica vetula 679 Fig.
Cornicis vita 692 Acron. 693 Porph. 696 Fig. 698 Manc. natura 754 Acron 758 Porph. Land. 761 Fig 765 Palman. 767 Bad. 769 Manc. 899 Land. fabula 759 Land. 763 Fig.
Cornucopiæ 187 Porph. 189 Land. 192 Fig. 194 Manc.
Cornus arbor fœlix 455 Land.
cornu fortunæ 189 Land.
cornua cur addantur Baccho 521 Acron. 522 Porph. 526 Fig. 530 Manc. Liberi quid deſignent 722 Manc.
cornibus cur flumina pingantur 907 Fig. 908 Pal.
Coronæ ſyderis deſcriptio 525 Fig. in conuiuio 332 Manc. Lemniſcatæ 346 Ang. Pol.
corouandi mos apud veteres 91 Palm.
Coronci fabula 759 Land.
corpus humanum quibus rebus conſtet 469 Land.
corripere gradum 55 Fig.
Coruinus Philoſophus 717 Porph. 720 Fig. Fab & Bad.
Cornorum augurium 763 Fig.
Corybantes 175 Acron. 178 Land. 181 Fig. 183 Manc. 204 Manc.
Cos quid 415 Land. 418 Manc.
Coſtum unde 540 Acron. 544 Land. 547 Fig. 551 Manc.
Cothurnus 357 Fig.
Cotiſon rex Dacorum 631 Acron. 634 Land. 636 Fig.
Cotti Briarei fabula 502 Land.
Cragus 212 Manc.
Craſſus Orator cur Venus Palatinus ſit appellatus 522 Land. 556 Fig.
L. Craſſus Orator quo poculo ſit uſus 257 Fig.
Craſſus ex quibus ſuum exercitum collegerit, eiuſq; clades 595 Acron. 607 Manc. impietas 613 Land. auaritia, eiuſq; interitus 98 Fig. 602 idem. 617 idem. 621 Manc. Oratoris atrium marmoreis columnis exornatum 899 Land. 522 Land.
dio. 518 Manc.
cratera nna 702 Bad. 704 Manc.
cratera ut declinetur 702 Bad. 704 Manc.
Crates Thebanus aurum in mare abijcit 740 Fig. 943 idem.
Craterla dictum 494 Fig.
Cratidia 956 Land.
credulus 70 Land.
crepare 201 Palm.
Creſſa 328 Iac. Bon. ibidem Braſm. 329 Fig 641 Glar.
Creta inſula 252 Manc. 330 Bad. 755 Acron. 762 Glar. 1012 Figul. Hecatompolis dicta 759 Land. 763 Fig. pro albedine, & Carbo pro nigredine 330 Bad.
Cretenſes cur Gnoſij dicti 169 Bad. optimi ſagittarij 164 Land.
Creteuſium ſtudium 2 Eugent. conſuetudo in notandis diebus proſperis & aduerſis 325 Acron. 327 Porph. 327 Land. 328 Iac. Bon.
Creticum mare 247 Acron. 249 Porph. 249 Land. 250 Fig. 251 Bad. 252 Manc.
Creuſæ hiſtoria 957 Land. 958 Fig. 960 Manc.
Crimen 177 Land.
crimini quod tempus ſit aptum 681 Acron.
crinis morientium 276 Manc.
Crocodili ubi 230 Manc. 570 Fig.
Crocodilli ſtercoris medicamentum 1033 Fig.
Crocodilorum genera 1039 Fig.
Crœſus ditiſſimus quod reſponſum à Solone acceperit 492 Land.
Crœſi pater 682 Acron. 683 Porph. 685 Land. 688 Fig. 690 Bad. 692 Manc.
Crotomatum ſtudium fol. 12 Eugent.
cruor, ſora & tibia differunt 386 Land.
Crudus 206 Manc.
cubare quid proprie 49 Land. 261 Manc.
Cubum Geomet. quis inuenerit 274 Manc.
Culcilli pocula 287 Acron.
288 Porph. 288 Land. 289 Eug. 289 Fig. 291 Palm. 291 Fab. 293 Manc.
Cumæus campus 675 Manc.
Cunei quid propriè ſint 314 Land 318 Fig.
cupiditatū origo 732 Acron.
cupido cur ſordidus dicatur 496. 497 Bad. cur alatus pingatur 662 Land. 663 Fig. pro auaritia 487 Acron. 489 Porph. 490 Land. 492 Glar. 496 Bad. Chia 900 Fig. filius Mercurij 107 Landinus
Cupidinis elegans deſcriptio 663 Fig. arma 286 Manc. numen cur immite 413 Acron. tela 686 Fig. pictura 31 Land. 415 Land. 418 Manc.
Cupidines plures fuiſſe 207 Land. 211 Manc.
Cupidinū varia genera 207 Land.
Cupreſſus reprehenſa à Catone 102 Land. 470 idem. arbor funeſta 102 Land. 470 Land 473 Fig. 478 Manc. 686 idem.
Cupreſſi natura & uſus apud Priſcos 102 Land. 103 Fig. 470 Land. 473 Fig. 478 Manc.
curę volantes cur 487 Acron.
cura unde dicatur 490 Landinus
curæ malæ 945 Fab. curæ duces dicantur 436 Land. ut Græcè dicātur 198 Lan.
curas quid fugat 189 Fig. 200 Land. 404 Acron.
Cures ciuitas 8 Land. 178 Land.
curiæ unde dictæ, & quid ſignificent 357 Fig.
curia pop Romani 125 Land.
Curionis mors 362 Manc.
Curius Dentatus 789 Fig.
M. Curius mauult locupletibus imperare, quàm locuples fieri 133 Fig. 142 Manc.
Curius de agro ad conſulatū euocatus 129 Acron
M. Curij abſtinētia 127 Land. temperantia 142 Manc.
curriculum quid 6 Land. 15 Fig.
currus falcati 98 Palm.
curribus veteres pugnabant 164 Land.
cuſtodes 273 Fab.
Cutis in ſenibus cur in rugas contrahatur 467 Land.
Cyanea inſ. 762 Glar.
Cyathi 631 Acron. 634 Land. quot exhauriendi ſint 709 Palm.
Cybeles cur Deorum mater ſit dicta 178 Land. 180 Fig. 182 Bad. 183 Manc. 712 idem.
Cybeles ſacerdotes 181 Figulus
Cybele, eiuſq; fabula 177. 178 Land.
Cybeles ſacrificia 181 Fig.
Cyclades inſulæ 154 Land. 159 Manc. 774 Bad. & Manc.
Cyclopes 64 Fig.
Cyclopum deſcriptio 60 Land.
Cydon urbs 876 Land. 878 Fig. 881 Manc.
Cygnus Apollini ſacer 531 Land.
cygni cantus ante mortem 531 Land. 533 Fig.
caro 532 Land.
Cyllenia 1040 Fig.
Cymba 376 Acron. 378 Land. 380 Fig.
Cynedicæ orationis author 665 Manc.
Cynoſura 249 Land. 250 Fig.
Cynthia 219 Land.
Cynthius Apollo unde dictus 217 Acron. 218 Land. 219 Fig. 220 Manc.
Cynthus mons 583 Land. 594 Manc.
Cypariſſus arbor unde dicta 102 Land.
Cyprus nobiliſſima regio 51 Fig. 283 Acron. 284 Porph. ibidem Landin. abundans materia ad nauium ædificationem 19 Palm. olim continens Syriæ 44 Land.
Cypri urbes clariſſimæ 773 Fig. 774 Bad. & Manc.
Cypriarum mulierum conuentus ſolennis in templo Veneris 44 Land.
Cyrenaicorum dogma de futuris 104 Fab.
Cyrus riualis Horatij 187 Acron. rex 365 Acron. 368 Porph. 369 Fig. 370 Pol. 371 Bad. 373 Manc. 776 Acron. 783 Fig. 778 Manc. Perſarum rex cur pater dictus ſit 40 Fab.

Cyri

Cyri ſomnium 694 Landinus. regis interitus 316 Land.
cytharæ inuentio 12 Land. 240 Fig. 298 Manc.
Cytheres inſula 59 Land.
Cytherea Venus 59 Landin. 69 Fig. 139 Manc. 662 Land.

D

DAci populi 310 Acron. 317 Fig. 323 Mancin. 552 Land. 535 Fig. 535 Manc. 636 Fig 638 Manc.
Dacorum uita 636 Fig. 638 Manc.
Dædalus unde dictus 54 Fig.
Dædali fabula 9 Land. 553 Fig.
fabula quid nos doceat 9 Land. ingenium & fuga 50 Land. 53 54 Fig. uita, ingenium, eiusque uaria inuenta 50 Land.
δαιδάλλειν 54 Fig.
dæmones boni & mali 696 Fig.
Dalmatia 272 Fig. 276 Manc.
Dalmaticæ uicti 358 Fulgius
Dama animal 28 Land. 28 Fig.
Damalis 327 Porph. 328 Land. 329 Fulgius
Damoclis & Dionyſij tyranni hiſtoria 546 Fig.
Damon pro Pythia mortem obijt 504 Fig.
Damophilus 214 Fig.
Danaës hiſtoria 681 Acron. 682 Porph. 683 Land. 689 Bad. 690 Manc.
Danaidum filiarum atrox ſcelus, earumque pœna 466 Acron. 469 Land. 473 Fig. 477 Manc. puell. fabula quid denotet 469 Land. 653 Eraſm. 656 Fig.
Danaus quando floruerit 469 Land.
Danai fabula 650 Acron 460 Land.
Danubius fluuius 643 Acron 646 Glar. ibidem. Fig. 647 Bad. 648 Manc. 907 Fig. 912 Manc.
dapes quid 406 Land. 408 Fig.
dapes & epulæ differunt 295 Land. 296 Fig.
dapes Siculæ 550 Manc.
Dardanus 164 Land. 169 Bad.
Dardani & Iſsij contentio 164 Land.
Darius cur νόθος dictus ſit 40 Fab.
Datiuo Græco Latini pro Genitiuo utuntur 76 Land.
Daunias 224 Porph. 226 Land. 227 Fig. 228 Palm. 228 Fab. 230 Manc. 351 Acron. 353 Porph. 355 Landin. 360 Bad. 364 Manc. unde dicta 850 Acron. 851 Porph. 852 Land. 858 Manc.
Daunij populi 320 Manc.
Dauniorum lingua 230 Manc.
Daunus rex 907 Fig. 792 Fig. 794 Manc.
Deas omnes referebant ad Lunam priſci 723 Land.
decempeda regula 478 Acron. 481 Land. ibid. Glar. 483 Fig. 486 Manc.
decirememe quis inuenerit 46 Land.
decus quid 6 Land.
defendere 193 Bad. 194 Manc.
defuncti quibus laboribus apud inferos occupati ſint 461 Fig.
defunctis honos habitus 533 Fig. 515 Manc.
Deianira Neſsi mortem ulciſcitur 957 Land. 958 Fig. 961. 962 Manc.
Deidamia grauida facta ab Achille 95 Land.
Deiphobus 878 Fig.
Delia dea 851 Porph.
deligere & eligere differunt 387 Fig.
Delphorum urbis, & oraculi deſcriptio 83 Land. 88 Fig. 184 Manc. 594 idem. 792 Fig.
Delphini piſces cur reſpirent 819 Land.
Delus inſula 154 Land. 594 Manc.
Deli inſulæ uaria nomina 219 Land.
demittere aures 460 Fig. 461 Palm.
democritus diuinam prouidentiam abnegauit 123 Land.
Democlis ſiue Dimoclis prandium & Dionyſij tyranni enſis 539 Acron. 540 Porph. 443 Land. 546 Fig. 550 Manc.
Demoſthenis ſententia de Philippi aſtutia 990 Manc.
dentium doloris remedium 226 Land.
deleo 49 Land.
deponere rem 255 Land.
depoſitum 255 Land.
deproperare 407 Land. 412 Manc.
depromere 101 Land.
deriuare quid 614 Land.
deſiderium quid 236 Land. 142 Manc.
deterere 75 Porph. 76 77 Land.
Deucalionis diluuiũ in quibus regionibus præcipuè acciderit 27 Land. 34 Fig. & Pyrrhæ hiſtoria 27 Land.
deuium quid propriè 435 Porph. 436 Land. 440 Manc.
deuota propriè quid 726 Acron. 727 Land.
Deus pater omnium 14 Fig. cuncta mutare & abducere 306 Land. 158 Manc. omnia poteſt 259 Fig. quid agat 307 Fig. 308 Manc.
Dei potentia 306 307 Fig. optimi encomion 123 Landin. in poteſtate omnia ſunt 131 Fig.
Deo in primis honores tribuendi 131 Fig. quid proximum 132 Fig.
Deum curare ſupra & infra, magna & parua ſecundùm Platonicos 123 Land. ſua natura omnes homines mortales facere 123 Land.
cum Deo 586 Fig.
Di & Deo cur non per duo ij ſcribi poſsit 20 Fab.
Dij boni 57 Acron. familiares 696 Fig. 698 Manc. Gentium 131 Fig. paterni 513 Land. ſelecti & adſcriptitij qui 569 Fig. cur aliquando tam diu ultionem differant 557 Fig. cur pedes laneos habeant 554 Porph. 560 Manc. quibus ſacrificiis placentur 728 Fig. ibid. Fab. ante omnia ſunt innocandi 834 Fig. ſelecti qui, & quot ſint numero 468 Land.
Deorum genera 136 Fab. 131 Fig. 569 idem infernalium & ſuperorum ſacrificia 631 Acron. 635 Fig. manubiæ quales 26 Land. mater quæ 178 Land. Romanorum nomina 40 Freig. ſacra quis inuenerit 107 Land. uarij cultus & ſacrificia 616 Fig. ſedes & habitationes 569 Figul. pœna 559 Manc.
Deos omnes priſci ad Solem referebant 723 Land. non curare mortalia ſecundùm Epicureos 305 Landin.
diabolus quo pacto ſuis præſtigijs olim homines obcæcauerit 37 Fig.
diadema quid 168 Land. 370 Fig. 371 Fab. 372 Bad. 374 Manc.
Διάδημα quid ſignificet 374 Manc.
Dialectica ad quid utilis 250 Fig.
Diana & Ceres eadem Dea 132 Fig. 723 Land. 724 Manc. Luna & Hecate eadem Dea 140 Manc. 218 Land. 63 Fig. uenatrix 118 Acron. 124 Land. cur Phœbo præferatur 218 Land. cur cuſtos nemorum, montium & uenationis appelletur 723 Land. & Fig. 724 Manc. cur tergemina dicta 723 Land.
Dianæ fabula 168 Land. genus 218 Land. natalis feſtum 441 Acron. 448 Fig. carmen ſæculare 220 Palm. templum magnificentiſſimum Epheſi 88 Fig. hymni 217 Land. Epheſiæ templum incenſum 768 Manc. ſimulachrum ablatum 84 Land. officia uaria & poteſtas 723 Acron. 723 Land. ibidem Fig. 724 Manc. Scythicæ ſimulachrum furto ablatum 81 Acron.
Dianam & Lunam eandem Deam eſſe 723 Fig.
Diapaſôn ſpecies 655 Glar.
Diaphragma 444 Landinus.
Dibapha purpura 489 Porph. 491 Land. 495 Fig. 497 Bad. 498 Manc.
dicere 75. 76 Land.
Dictatores cũ conſulatu inhibit cui ſacrificarint 30 Landinus.

Dicta-

Diſteria quæ dicantur 445 Land.
Dictynna 140 Manc.
Didius Saxa ſuperatus à Labieno 621 Manc.
Didyma 183 Manc.
Didymeus 138 Manc.
dies integer qui dicatur 846 Palm. ſolidus qui dicatur 10 Land. 10 Fab. in quot horas diuiſus apud Priſcos 446 Land. fatales qui apud Priſcos 495 Fig. Feſti cur inſtituti 671 Land. faſti & nefaſti apud gentes qui 458 Eraſ. profeſti qui dicti 915 Glar. 917 Fig. 920 Manc
diei & noctis partitio 446 Land. initium apud uarias genteis 446 Land.
die quinti & die quarti phraſis apud ueteres 446 Landinus
dierum diſtinctio apud ueteres 10 Land.
dies lætos & triſtes quibus calculis notârint 325 Acron 327 Porph. 327 Landin. 328 Bon. ibid. Eraſ. 329 Fig. 330 Bad. 331 Manc.
Dieſpiter 304 Acron. 305 Land. 306 Fig. 307 Palm. 308 Manc.
difficilibus in rebus ad quem confugiendum 108 Land.
diffingere 320 Palm. 321 Fab. & fingere differunt 312 Acron
dilectus militum 388 Palm.
diluculum 446 Land.
Diluuij deſcriptio 783 Fig.
Diluuium Deucalionis quo tempore acciderit 27 Landin.
Diluuia plura fuiſſe ſecundũ Xenophontem 33 Iacob. à Cruc.
Dimeter pes qui dicatur 921 Acron. 924 Land.
dimidium & dimidiatũ quid differant 75
diminutio capitis quid & quotuplex 601 Land. 604 Fig. 610 Manc.
Dindyme 180 Fig. 182 Bad. 183 Manc.
Diodorus quos Mercurios enumeret 107 Land.
Diogenis Cynici ſententia de auro 366 Land. 368 Fig.
Diomedes in numerũ Deorum relatus 80 Fab. eius Auriga 161 Acron. & Dionyſij tyranni hiſtoria 543 Land. 596 Fig. 550 Manc. Tydei res geſtæ 77 Land. 174 Manc. robur & fortitudo unde 79 Fig. interitus 163 Land.
Dionæa Venus unde 155 Land. 164 Manc.
Dionis hiſtoria de Troiano bello 163 Land. uerba de Mecænate 19 Mar.
Dionyſia herba quæ 17 Fig.
Dionyſius apud quos cultus 81 Acron. 124 Land. 205 Acron. 519 Acron cur cornutus pingatur 526 Fig.
Dionyſij hiſtoria 139 Manc. ſacrificia 520 Acron. peregrinationes, res geſtæ, nomina inuenta, & alia plura 521 Acron. 523 Land. 528 Manc. forma 529 Manc. exercitus 525 Fig. 528 Manc. poteſtas 746 Acron. & Diomedis hiſtoria 539 Acron 540 Porph. 543 Land. 546 Fig. 550 Manc.
Dionyſius Siracuſan cuidam aurum defoſſum ad ſe deferri iubet 740 Fig.
Dionyſij Syracuſani impietas 570 Fig.
Diphilus 291 Fab.
diphthongi Latinæ quot 20 Fab.
diræ imprecationes 990 Manc.
diſcus 95 Acron. 97 Fig.
diſcumbere quid 49 Land. accumbere, & recumbere differunt 253 Acron. 255 Land.
Dithyrambi 808 Land.
Διθύραμβος 811 Fig. 816 Manc.
Dithyrambus Bacchus dictus cur 124 Land.
diuerſoria 215 Land.
diues qui ſit 366. 367 Landin. 369 Fig. 688 Fig.
diui qui dicantur 50 Land.
diuina ſubſtantia, in tres perſonas diſtincta 583 Land. ſubſtantia apud gẽtiles philoſophos quot nomina habeat 583 Land.
diuinationis in auibus tria genera 694 Land.
diuinationum genera duo 693 Land.
diuinum cultum etiam falſum Deo placere 84 Land.
diuites quibus curis & ſollicitudinibus ſubiecti ſint 493 Fig.
diuitiæ quatenus utiles ſint 368 Fig. 740 Fig. animos hominum effœminant 570 Fig. cur nõ magnopere ſint petendæ 549 Fab. irritamenta malorum 740 Fig. 142 Manc.
diuitiarum contemptus 430 Fig. 740 Fig. reconditarum nulla utilitas 371 Palm.
diuortium Auguſti 672 Land.
diuturnum nihil ſperandum 114 Fig.
do, dico, addico tria hæc uerba loqui, quibus permiſſa olim 458 Fig.
Doctores cuius in tutela ſint 501 Acron
dolendi decor 263 Land. 240 Manc.
dolia ueterum fictilia 214 Palm. 216 Manc. 952 Manc. æſtiualia 794 Manc.
dolium inexplebile 653 Eraſm.
domicilium & domus differunt 76 Land.
dominus quis & unde appelletur 15 Fig.
domus pro familia 78 Fig. quo ordine olim ædificatæ 225 Land. 12 cœleſtes, earumq́ nomina 502 Land.
domorum conſtructionis inuentio 50 Land.
Donatus ut literas definiat 19 Land.
dos quid propriè 781 Acron uxoris qualis eſſe debeat 388 Fab. nulla data puellis olim 719 Fig. optima quæ 739 Fig. apud Lacedæmones Manc. 744
draco in ſe reflexus, & ſuam caudam remordẽs, annum denotat 635 Fig.
Druſilla 837 Manc
Druſi Germanici res geſtæ 831 Fig. 910 Manc. fortitudo & laus 827 Land. 838 Manc. mors 276 Manc. 315 Land.
Dryades 285 Land.
Duces 87 Land.
Ducum Romanorum reprehenſio 1013 Fab. habitus olim 313 Land.
duellum 601 Land. 604 Fig.
C. Duillius primus Pœnas naualí prælio ſuperauit 443 Land. 447 Fig. 450 Manc. 615 Land. 618 Fig. 620 Bad. 622 Manc.
duplices qui dicantur 78 Fig. 80 Muret.
durare æquor 133 Land.
Durias fluuius 450 Manc.
M. Durmij nummus 141 Fab.
dux bonus quàm utilis ſit 90 Fig.
Dydimeus 711 Manc.
dyndima 183 Manc.
dyntimene 178 Land.
dyota 99 Acron. 100 Porph. 101 Land. 103 Hart. cur per i ſimplex, & non per ypſilon ſcribendum ſit 104 Palm.
Dyphili ſententia de auri ui 686 Fig.
Dyrce 809 Land.
Dyrrachium 629 Manc.

E

E, literæ proprietas & uis 8 Land.
ebrietas pro Bacchanali accipitur 201 Palm.
ebrietas lites generat 117 Acron
ebrietatis deſcriptio elegans 716 Acron, & alij. præmium 701 Manc. incommoda 199 Land. 203 Manc. amentia 202 Palm. comites 202 Fig.
ebrietatem quid impediat 405 Acron. quæ ſubſequantur 200 Glar. quæ gemma prohibeat 326 Acron. 323 Land.
ebriorum arrogantia 204 Manc. feritas 568 Fig. natura 199 Land. 208 Fig. 719 Fig. 720 Fab.
ebur eiusq́ uſus 287 Acron. 288 Land. 289 Fig. 513 Land. 513 Fig.
Ebuli Cyprij poëtæ ſententia 708 Fig.
Ecbatana metropolis Mediæ 33 Land.
Echidna 975 Land.
Echinus 975 Land. 979 Fig.
Echo quid, eiusq́ fabula 119 Land. 117 Acron. 130 Fig. 139 Manc. 214 Palm. 215 Bad. 216 Manc.
Echyon 819 Land. 838 Manc.
Eclogarum autor 74 Porp.
Ecclypſis prima quando acciderit 76 Land.
Ectionis patria 389 Manc.

edo

edo 5 Land.
edicere quid 917 Fig.
edicta unde 917 Fig.
Edonij pop. 405. Porph. 408 Fig. 412 Manc.
Eder fl. 1049 Fig.
educatio quantum ualeat 741 Fig.
Eglatoſthenes inſ. 219 Land.
ei qua ratione ueteres uſi ſint 20
eiulare 70 Land.
εἰσφέρω 421 Land. 422 Fig.
elegi uerſus 299 Porph 300 Land. 301 Fig. 302. Manc.
elegiorum nomen unde deductum 299 Porph. 301 Fig. 302 Manc.
ἐλασσιλυτον 408 Fig.
elementa 741 Fig. quo ordine à Deo ordinata ſint 52 Fig.
elephantes ubi gignantur 290 Fig.
eligere & deligere differunt 387 Fig.
eloquens qui dicatur 798 Land.
eloquentiã quæ ſtella influat 747 Land. 108 Land.
elyſiorum camporum deſcriptio 456 Land. 459 Fig. 872
emancipare propriè quid 1010 Fig.
emendi, uendendiq; origo 289. 290 Fig.
Emolphus 950 Manc.
Enceladi hiſtoria 583 Land. 587 & 589 Fig.
enceladum uires 587 Fig.
ἐνιαυτὸς cur annus dicatur 615 Fig.
Enipeus 624 Acron 626 Land. 664 Fab. 264 Acrõ
Ennij patria 868 Glar. 872 Manc. epitaphiũ 532 Land.
Ennoſigeus cur Neptunus à Græcis dicatur 44 Land.
ἐνθουσιασμὸς quid 180 Fig.
Eobani Heſsi Verſus de Deorum ultione 557 Fig.
Eoli genus 684 Land.
Eous & Heous differunt 952 Manc.
Epaminũdas inquirit an clypeus ſit ſaluus 406 Land.
epheſus urbs 952. manc. 83 Land. Manc. 88 Fig.
Epheſiæ Dianæ templum 82 Land.
ephyra urbs à quo condita 470 Land. 475 Bad.
Epicum carmen 876 Land.
Epicurus diuinam prouidentiam negauit 123 Land.
Epicurei cur ſapientes uideri uolebant 305 Land.
Epicureorum dogma 101 Land. 131 Fig. 303 Acrõ 308 Manc. dogma de contrahis 307 Pulm. ſummum bonum 348 Bad. opinio de mortis cauſa 41 Acron arrogãtia 61 Land.
Epimetheus 27 Land. quem hominẽ denotet 49 Land. quomodo à Pandora fraudatus ſit 49 Land.
Epimethij hiſtoria & ſtudiũ 49 Land.
Epodi uerſus qui dicantur 931 Manc.
Epodon liber unde dicatur 921 Acron 924 Land. 925 Glar. 927 Fig. carmen unde dicatur & quid ſit 921 Acron 924 Land. 925 Glar. 927 Fig. 930 Pulm.
epulæ quid propriè 632 Lãd. & dapes differũt 295 Land. 296 Fig.
epulum 295 Land. 296 Fig.
equa leporem peperit 294 Land.
equas ad Tagum amnem Fauonio ſtãte ad eum uerſus animalem concipere ſpiritum 244 Land.
equarum libido 244 Land. 245 Fig. 248 Manc.
equitãdi ſciẽtiæ laus 96 Fig.
equites Roman. quo ſigno ad pugnam excitati 17 Fig.
equ. s funalis 647 Pulm.
equus uelocitatem denotat 84 Land. 176 Acron
equũ torpeſcere quid faciat 226 Land.
equini pulli 244 Land. 246 Bad. Pennati in Aethiopia 257 Land. Acnex 174 Manc.
equos quis primum curru inxerit 132 Fig.
ÈRAS. Roterod ad tollendos errores natus 88 Glar.
Eraſiſtratus Medicus 364 Manc. inſignis 882 Manc.
Erato una ex nouem Muſis 120 Land.
ergo uox dolentis 238 Glar.
Erichthonius unde 164 Lãd. 123 Land.
Erigonæ fabula 189 Land.
Erinaceus 975 Land.
Erines unde 583 Land.
Eriphyles Amphiarai uxoris auaritia & perfidia in maritũ 681 Acron 683 Porphyr. 684 Land. 687 Fig. 689 Bad. 690 Manc.
Erithei genus 684 Land.
Erycinæ Veneris deſcriptio 24 Acron 31 Land. 37 Fig.
Erymanthus mons 217 Porphyr. 219 Land 219. Fig. 220 Fab. ibid. Bad. 222 Manc.
erythræa urbs 373 Manc.
erythræum mare unde dictũ 46 Land. 319. Fig. 322 Manc.
Erythra rex nauigationẽ primum inſtituit 46 Land.
eryx mons 37 Fig.
eſquiliæ 982 Pulm.
eteſiæ 894 Land. ibid. Glar.
ethruſci unde diem & annũ auſpicabantur 27 Land. 446 idem.
Ethruſcorum Iudicium 140 Manc. inſignia 126 Land. 140 Manc. & Latinorum pactum de terræ finibus 35 Fig.
ethruſcos Italiæ uniuerſæ imperaſſe 47 Land.
Eudoxus Mathematicus 286 Manc.
Euhyas 746 Acron 748 Land. 750 Manc.
Euhius Bacchus unde dictus 199 Land. liber unde ſit dictus 201 Fig. 202 Manc. 435 Acron. ibid. Porph. 436 Land. 437 Fig. 38 Bad.
Eumenides 464 Manc.
Εὐμενίδες furiæ 460 Fig.
eunuchi 1011 Fig.
Euœ uox 552 Land. 524 Figul. 528 Manc.
Euphorbus Panthoilius 263 Acron 265 Porph. 266 Land. 275 Manc.
Euphroſyne una ex Gratijs 59 Land.
Euripidis uerſus de diuitiarum cura & ſollicitudinibus 491 Fig.
Euripidis ſentẽtia de auri ul. 686 Fig. uerſus de tyranno 317 Fig. de Tragœdia 357 Fig.
Euripidæi carminis autor 509 Acron 511 Land.
Europæ fines & deſcriptio 761 Land 763 Fig. Agenoris regis filiæ fabula 759 Lãd. 763 Fig. 760 Manc.
eurus uẽtus 276 Manc. 45 Land. 494 Fig. 693. Lãd.
euryale 256 Land.
Eurydicem Orpheus ab inferis reuocare nequit 235 Acron 240 Manc.
Euſebij teſtimonium de Mercurio 107 Land.
Euterpe una ex nouem Muſis 120 Land. inuentrix tibiæ 22 Land.
examẽ quid propriè 315 Lãd. 319 Fig. 314 Manc.
examinare 314 Land.
excubare 899 Land.
exequiarum repertor 468
exercitus educendi & certaminis cõferendi ſigna apud Romanos 17 Fig. Romani militaria ſigna 89 Fig.
explodere 213 Land.
expoſtulare, petere, obſecrare, flagitare, poſtulare differunt 294 Land.
exilis 65 Pulm.
exquiliæ 977 Land. 980 Fig. 982 Pulm. 1083 Fig.
extiſpices 694 Land.
extollere caput qui dicantur 684 Land. 687 Fig.
exul qui dicatur 494 Fig.

F

FAbritius, eiuſq; abſtinentia 127 Land.
Fabritij continentia in ſumma paupertate 119 Acron 133 Fig.
Fabij Aemiliani trophæum 424 Fig.
fabula & fabuloſus 215 Land. 1027 Fig. argumentum, & apologus differunt 61 Land.
fabularum inuentor 107 Land.
facere apud ueteres ſacrificare erat 474 Fig.
facetiæ quæ, earumq; genera 445 Land.
facies & uultus quid differãt 32 Land.
facundus Mercurius cur dicatur 106 Porph.
fagus arbor fœlix 455 Land.
falerni 213 214 Land.
falernum uinũ 288 Porph. 547 Fig.
falx propriè quid 940 Lãd.
fama unde dicta & quid differat à rumore 128 Land. uirorum clarorum quãdo creſcat 138 Bad.
famæ pictura 367 Land. 369 Fig.
fames in Mæonia 114 Land.
far in ſacrificijs 728 Fig.
fas quid 48 Land. & Nefas quib. cõtineatur 113 Lãd.
faſtorum libri 691 Acron 693 Land. 696 Fig. 698 Manc. 906 Fig.
faſces inſignia 126 Land. 132 Fig. 137 Bad. 140 Manc.
fatigare 30 Land.
fata nemo uitare poteſt 462 Fab. & Bad.
fatum quid 53 Fig. 134 idẽ. 660 Manc. 737 Eraſ. 1096 Fig.

fato Stoici omnia attribuunt 48 Land. 134 Fig.
fatales dies apud Priſcos qui 495 Figul.
fauere linguis phraſ. 537 Acron. 540 Porph. 541 Land. 572 idem. 544 Harr. 545 Fig. 550 Manc.
Faunalia feſta 699 Acron. ubi & quando agebantur ibid. Porph. 700 Land. 701 Figul. ibidem Fab. 702 Bad. & Manc.
Faunus 64 Fig. 187 Porph. 191 Fig. 192 Polm. 193 Fab. 501 Acron. 503. 504 Land.
Fauni qui & unde dicti ſint 60 Land. 524 Fig. 637 Bad. 701 Fig. 702 Bad & Manc.
Faunis cur ſacrificia fecerint 65 Polm. 700 Land. 701 Fig. 702 Bad. & Manc.
Fauonius uentus 45 Land. 58 Porph. 59 Landin. 62 Figul. 66 Polyd. Virg. 567 Fig. 629 Manc.
fauſte omine phraſis unde 165 Eraſm.
Febrem numen cur Romani coluerint 700 Glar.
febris unde dicatur 49 Land. 53 Fig.
febres hominibus cur datæ ſint 42 Acron.
Februarius 629 Manc.
felicitas multos habet amicos 318 Fig. hominis in quibus ſit ſita 493 Fig.
felix per omnia nemo 494 qui dicatur 47 Land.
felices qui ſint 429 Land.
felices inſulæ cur dictæ 872 Manc.
felicibus augurijs phraſ. unde 165 Rot.
Ferentum 577 Acron. 580 Porph. 592 Manc.
feriæ propriè quæ 845. 846 Fig. 848 Manc.
feriarum publicarum apud antiquos quatuor genera 846 Fig.
feritas hominis 999 Manc.
Ferraria officina inſtituta 60 Landin.
Ferrarij in cuius tutela ſint 195 Polm.
ferrum Noricum 178 Land.
ferueo 7 Land.
feſſus & laſſus differunt 399 Land.
feſti dies cur inſtituti 672 Land. 10 idem.
feudorum ius 314 Fig.
ficus alba arbor fœlix 455 Land.
Fidenatum clades 85 Land.
fides quid 189 Land. 237 Land. 238 Fig. 318 Fig. 322 Bad. 323 Manc. iuſticiæ ſoror 253 Acron 237 Landin. 238 Glar. ibid. Fig. an in Nominatiuo dicatur 250 Land. uelata cur 311 Acron. 312 Porph. 318 Fig. fortunam ſequitur 314 Land. cythara 195 Manc. 187 Porph.
fide pro fidei 629 Manc.
Fidei Deæ pictura 312 Fab. 323 Manc. cuius Horatius mentionem faciat 316 Glar. Deæ cur ueteres ſacrificârint uelata facie 311 Acron. 314 Land. 318 Fig. ſolenne inſtitutum 323 Manc.
fidicina 187 Porph.
figulatoriæ artis laus 214 Fig.
figuli rotæ inuentor quis 50 Land.
Figulorum Romæ collegium inſtitutū 214 Fig. 215 Man.
filia atra quæ 375 Acron. 376 Porph. 377 Land. 375 Fig.
filius qui dicatur 5 Landin.
filij alendi olim fratribus cōmendati 662 Land. aliquando propter parentes à Deo temporaliter puniuntur 619 Bad.
Fimbria ilij oppugnator 563 Acron. 564 Porph. 567 Glar. 575 Manc.
findere 684 Land.
fines qui dicantur 701 Fig. 51 Fig
fingere & diffingere differunt 312 Acron.
finitum & infinitum nullus ordo diſtinguit 123 Land.
fiſtularum repertrix quę Minerua 18 Fig. 700 Land. 801 Fig
Flaccus interfectus 575 Man.
flagella 967 Manc.
flagitare, petere, poſtulare, obſecrare, expoſtulare differunt 294 Land. 295 Fig.
flagrare 244 Land.
flaminis Dialis inſtitutio 225 Land.
flauentes comæ 35 Fig.
flauus color in mulieribus pudicitiam denotat 35 Fig. 69 Land.
flere 69 Land.
florum nymphæ 285 Land.
flumina cum cornibus cur pingantur 907 Fig. 908 Polm.
focus, foculare 128 Land. 102 idem.
focus quid 951 Manc. 958 Manc.
femellæ cur citiùs creſcant quàm maſculi 392 Land.
fœminæ officium 943 Fig.
fœminarum raptus 125 Land.
fœmininus fœtus cur tardiùs perficiatur in utero 392
fœmur 1001 Land. 1002 Fig.
fœneratorū conſuetudo 944 Fig. ibid. Polm. 947 Freig. 953 Land.
fœnilia unde dicta 188 Land.
fœnus 949 Manc.
fons Blanduſiæ 667, 668 Bad. 770 Manc. Bacchi ubi uinum emanat 522 525 Fig.
fontes ſacri cur habeantur 3 Acron.
fragilia omnia eſſe in hac uita 473 Fig.
Franciſci Petrarchæ uerſus 752 Land.
fraxinus arbor 748 Land. 749 Fig.
fores 243 Land.
formæ dignitas quibus modis deflorescat 243 Land.
Formiæ ciuitas 211 Acron. 214 Fig. 215 Bad. 216 Manc. 688 Fig.
fornices 67 Acron.
fortis qui dicatur 434 Mancel. 571 idem.
fortiſsimi uiri unde plerunque oriantur 133 Fig.
fortitudinis partes quæ 564 Land. animi proprium 604 Fig.
fortunatæ inſ. 872 Manc. 1061 Fig.
fortuna conuertens dicta 317 Fig. rerum humanarum domina 90 Fig. Euripus 784 Fig. utraque moderatè ferenda 376 Land. mutabilis 305 Porph. 306 Land. 307 Fig. nunquam perpetua bona 431 Bad.
fortunæ uices 107 Fig.
fortunæ omnia attribuuntur 316 Fig. inconſtantia 317 Figul. Antiatinæ 321 Fab. Deæ templi inſcriptio 321 Fab. 695 Land. templum apud Antium 309 Acron. 312 Porph. 313 Land. 323 Manc. Deæ uaria nomina apud ueteres 316 Figul.
fortunam nullam tam ſperatam eſſe, quam uir fortis patiendo non uincat 239 Fab. antecedit neceſsitas 320 Polm. hominis unde Aſtrologi iudicent 505 Fig.
forum quid 949 Manc.
Fratrum bellum 315 Land. 318 Fig.
frena 98 Polm.
freni hi, & hæc frena 95 Landin.
frequens ſenatus 544 Land.
freta quid & quomodo à Boſphoro differat 454 Porph. 47 Land. 158 Porph. 159 Mancin. 52 Fig.
frigus naturæ aduerſatur 58 Land.
frigoris remedium 95 Land.
frondes in homo 703 Manc.
frons unde dicatur 12 Land.
frons iuſticię & hilaritatis index 1039 Figul.
frutex 666 Manc.
fucus herba 600 Landin. 602 Braſ. 604 Fig. 608 Manc.
fulgetra unde 144 Manc. 308 Manc.
fugax qui dicatur 555 Land. 558 Bad.
fulgens 82 Acron.
fulmen quid, unde gignatur, & cur in frigidiſsima hyeme, nec in uehementi æſtate rarò fiat 26 Land. 306 Fig. 344 Manc. 148 idem.
fulminis natura 26 Land.
fulmina cur in Vere & Autumno accidant 26 Land. cur Vere & Autumno crebriora fiant 64 Fig. cur Ioui aſſignentur 34 Figul. cur celſa ædificia, turres templorum, arces, ſummosque montes crebriùs feriant 431 Fig. qua ratione fiant ſecundùm priſcorum opinionem 155 Polm. quando plerunque accidant 129 Acron.
fulminum uaria genera 26 Land. 309 Manc.
fuluus color 813 Fig.
fumus pro fauilla 632 Porph.
funalis equus 647 Polm.
funalis 752 Glar. ibidem Figul.
fundus & fundum 127 Landinus.
funebre 986 Manc.
funereum 986 Manc.
funeris inuentor 468 Land.
fune-

funeris ſignum apud priſcos 470 Land.
funes Sparthici 967 Manc.
funeſtum 986 Manc.
furandi ſolertia 110 Fig.
fures quod ſydus pariat 108 Landin.
furiare 242 Acron. 243 Porph.
furiæ quibus carminibus delectentur 271 Fig. 273 Bad. 460 Fig.
furiarum nomina uaria 460 Figul.
furorum quatuor genera 581 Landin.
furti unde dicta 453 Acron. 454 Porph. 456 Land. 463 Bad. cur impunita eſſe uoluerit Lycurgus 110 Fig.
furtum iocoſum 105 Acron.
furtorum inuentor 106 Porph.
fornacoli 61 Land.
fuſcus 225 Land.
futurorum cognitionem cur Deus hominibus non dederit 777 Acron. 780 Landin. cura ultranda 113 Porph. 102 Land.

G

GAdes inſula, earumq; deſcriptio 364 Acron. 366 Porph. 367 Land. 369 Fig. 372 Mancin. 397 Acron. Porph. 398 Land. 400 Fig. 401 Bad. 402 Mancinellus.
Gaditanum mare 562 Acron. 564 Porph.
Galathea amica Horatij 757 Landin.
Galbæ bores 893 Porph.
Galatia 284 Manc.
Galea Palladis 38 Figul. 172 Manc.
Galearum uaria inſignia 38 Figul.
Galeſus fluuius 396 Acron. 397 Porph. 399 Land. 400 Fig. 402 Manc.
Gallicæ oues 690 Bad.
gallicinium 446 Land.
Gallinæ Numidicæ 925 Man.
Galli Roma pulſi 127 Acron. 119 Land. 142 Mancin.
Gallorum deſcriptio 908 Marec. clades in Delphis 84 Landin. gladius 258 Fig. uictoria 141 Manc.
Ganymedes formoſiſſ. 836 Figul.
Ganymedis fabula 713 Landinus.
Garganus mons 420 Porph 421 Land. 422 Figul. 425 Manc.
gaudere 382 Manc.
gaudium 382 Manc.
Gaza 277 Acron. 279 Land. 280 Figul. 282 Mancin. 487 Acron. 490 Land. 492 Fig. 498 Manc.
Gebenna urbs 533 Fig.
Geloni 535 Mancin.
Geloni eorumq; mores 208 Landin. 420 idem. 422 Land. 424 Fig. 425 Bad. 426 Manc. 578 Acron. 586 Fig. 593 Mancin. 905 Glar.
Gelthenſes 813 Fig
gemere 153 Landin.
gemini cur a periclitantibus nautis inuocentur 44 Landin.
geminorũ ſyderis ortus 44 Land. 118 Acron. 132 Fig. 140 Manc.
Genæ & Malæ 148 Fig. 146 Land. 150 Manc.
Genauni 906 Fig. 908 Fab.
generatio unde fiat 58 Landinus.
Geneſis unde colligatur 113 Porph.
geniales dij 1095 Fig.
genij & lares ut d.fferant 127
genij ſacrificium 695 Land. 696 Fig. 808 Manc.
genio indulgere, genium curare, & defraudare genium 606 Fig.
genium & larem eundem eſſe 698 Manc.
geniorum cultus apud priſcos 696 Fig. 698 Manc.
genios binos ſingulis hominibus priſci attribuerunt 696 Fig. 698 Manc. 127 Land.
geniture quæ ſydera infeſta ſint 500 Acron.
geniturarum Aſtrologi, ex quibus dijudicent 505 Figul.
geniturarum cõſtellatio 502. 503 Land.
gens quæ dicatur 380 Fig.
gentis uocabuli uariæ appellationes 27 Land.
gentiles qui dicantur 5 Landin. 27 idem.
genus & gens differunt 380 Figul.
Geomantia 695 Land.
Geometria quibus utilis 250 Fig. & Arithmetica ũ neceſ. ſemper coniunctæ ſunt 272 Palm.
Geometriæ inuentio & uſus 266 Land.
Geometrarum arrogantia 272 Palm.
Γεωμετρεῖν 269 Hart.
gerere ſe minorem dijs quid 613 Land. 616 Fig.
Geriones 373 Manc.
Germaniæ ſtatus quot hodie 16 Fig.
Germanorum uictoria 250 Glar.
Germanorum fortitudo 832 Figul. nomen unde, eorumq; mores, laus & uita 845 Fig. pœna in eos qui arma amittebant in pugna 408 Fig. commercia olim 290 Fig.
Germani quibus inſignijs Galearum utantur 38 Fig.
Gerundia in dum, & Gerundiua nomina cum uerbo Eſt, importare quandam neceſſitatẽ 341 Bad.
Gerynnis fabula 465 Acron. 468 Land. 471 Fig. 475 Bad. 476 Manc.
Geſſa 258 Fig.
geſtire 391 Land. 684 Land.
Getæ pop. 532 Land. 533 Fig. 535 Manc. 231 Acron. 733 Porph. 734 Land. 739 Fig. 744 Manc.
Getharum nuptiæ 232 Land. 739 Fig.
Getulia regio 713 Land.
Getulæ & Getulia 532 Land. 533. 535 Manc. 530 Acron.
Gigantes unde dicti, & cuius ſint filij 443 Landin. 446 Fig. 451 Manc. 526 Fig. 550 Manc. cur fratres dicantur 583 Landin.
Gigantũ forma & labor 584 Land. 588 Fig. origo 583 Land. nomine qui intelligantur 54 Fig. pugna 204 Manc. belli cum dijs deſcriptio 54 Fig. 526 idem. bellum cum dijs quid denotet 50 Land.
Giges Centimanus 500 Acron. 500 Figul.
glaciare 646 Fig.
Glaucus fl. 289 Fig.
glaucus color 35 Fig. 192 Palm.
Glaucæ hiſtoria 956 Land. 958 Fig. 960 Manc.
Glycera 283 Acron. 284 Porph. 205 Acron.
Γλάμυρος 210 Manc.
Gnidos urbs 283 Acron. ibid. Porph. 285 Eug. 286 Bad. ibidem Manc. mons 220 Fab.
Gnidus urbs 773 Fig. 774 Bad. & Manc.
Gnidia Venus 773 Figulus. 774 Bad. & Manc.
Gnoſon oppid. 169 Bad. 172 Manc.
Gnoſſos mons 220 Fab.
Gnoſij cur Cretenſes dicti 164 Land.
Gorgaſus 214 Fig.
Gorgonum fabula 236 Landin.
Græcia magna 161 Manc.
Græciam non Philippum, ſed Philippi aurum expugnaſſe 687 Fig.
Græci maluerunt boni Palæſtritæ, quàm fortes milites nominari 110 Fig. tepefactis aquis uina temperabant 703 Acron. 761 Glar. 708 Fig. cur Troianum bellum inceperint 163 Land. ſoli prudentes 164 Land.
Græcorum fortiſſimi qui 174 Manc. pœna in ſacrilegos 458 Fig. annus 632 Land. mos in amicitijs ineundis 505 Figul. exercitus contra Troianos numerus 166 Figul. mos in conuiuijs 65 Figul. 68 Cœl. conſpiratio contra Troianos 159 Acron. 166 Figul. exercitiũ 110 idem. interitus cauſa 687 idem
Græcos non uictores Troianorum fuiſſe 163 Land. 163 Land. quis primũ Orgya docuerit 122 Land.
gradus agnationis aſcenſus & deſcenſus 5 idem
Gragus mons 217 Porph. 219 Fig. 220 Fab. 223 Manc.
gramen cui dedicatum 177 Land. 951 Manc.
grando unde gignatur 26 Land. 34 Figul. quando maior & minus cadat 26 Land. cur minus in hyeme quàm in æſtate 26 idem.
grandines qui uentus excitet 727 idem
grandinum futur. ſigna 627 Fig. 547 idem
Gratiæ decentes cur appellentur 65 Palm. quo pacto ſe inuicem tè

 ſpi:

ſpiciant 59 Land. unde dictæ, & quot ſint 63 Fig. cur nudæ fingantur 63 Fig. 283 Acron. ibid. Porph. 288 Land. ibid. Fig ibidem Pulm. 704 Acron.
Gratiarũ deſcriptio elegans 63 Figul. & nomina 59 Laud.
graue quid ſignificet 27 Land.
Griphes 262 Manc.
Griſones 829 Glar.
Groſphus 487 Acron.
gruum natura 541 Fig.
gryphes 228 Pulm.
gula 145 Land.
gurges 351 Acron. 355 356 Glar. 359 Fig.
Gyæ fabula 502 Land.
Gyges Gnydius 391 Acron. ibidem Porph. 393 Landin. 394 Fig. ibid. Bad. 396 Mancin. 587 Fig.
Gygis conſtantia & continentia 622 Fig. 628 Bad. 629 Manc.
gymnaſium ad quid referatur 32 Land.
gymnaſtica cur neceſſaria ſit in ciuitate 109 Land.

H

H litera in nominibus Græcis ſæpe ſubtrahitur 199
Hadria 419 Manc. 183 idem.
Hadriaticum mare 436 Glar. 437 Fig.
hærere pro nisi 28 Land.
Hæmoniæ 354 Acron. 335 Porph. 338 Glar. 345 Fig. 344 Manc.
Hæmon mons 121 Land. 127 Acron. 130 Fig. 749 idem.
Halyatticus rex 682 Acron. 683 Porph. 985 Landin. ibid. Glar. 688 Fig. 690 Bad. 692 Manc.
Hamadriades 285 Land.
Hammonis Libyæ regis hiſtoria 189 Land.
Hamilcar 1060 Fig.
Hannibal à quo primùm in fugam compulſus 119 Acron. à Romanis uictus 618 Fig.
Hannibalis lepidum dictum de Antiochi exercitu 615 Land
res geſtæ 827 Land. 838 Manc. crudelitas inhumana 449 Fab.
128 Landin. mors 450 Manc.
harmoniam uocum quis inuenerit 107 Land.
harpagonarum inuentio 47 Land.
Haſtrubalis res geſtæ 827 Land. 838 Manc.
haſta Palladis 172 Manc.
Hebrus 241 Porph. 246 Pulm. 248 Manc. nomen adoleſcentis & fluuij 662 Land. 663 Fig. 665 Bad. 747 Porph. 748 Laud. 749 Fig. 750 Manc.
Hecatæus hiſtoricus 195 Manc.
Hecate, Diana & Luna eadem Dea 218 Land.
Hecuba cur in canem rabidum conuerſa dicatur 166 Fig. 576 Mancin.
Hecubæ uerba de contraris 307 Pulm. ſomnium 170 Manc.
Hector unde dictus 385 Landin. columna Troiæ 509 Fig. à quo interfectus 110 Land.
Hectoris & Aiacis dona 385 idem. amor erga patriam 878 Fig. 883 Manc.
hedera unde dicatur 12 Landinus.
hederæ natura 329 Fig. 819 Manc.
Helena quibus uerbis Paridi perfidiam obiecerit 166 formoſiſſima fœmina 193 Bad.
Helenæ uerba ad Paridem poſt eius interitum 167 Fig. genitura 44 Land. raptus 170. 162 idem. Manc.
Helicon mons 119 Porph. 121 Land. 130 Fig. 137 Bad. 139 Manc.
Heliconis & Cytheronis fratrum certamen 139 Manc. fons 262 Manc.
Helice ſydus 249 Land. 250 Fig.
Heniochi fabula 627 Fig.
Heous & Eous differunt 952
Hephæſtion Sapphici carminis inuentor 296 Pulm.
Hercules Achelous 194 Manc. Scytharum pater 208 Land. Alceus 54 Fig. 137 Bad. 140 Manc. uxorem ducit 162 Land. num Troiam ceperit* 162 Land. unde ſibi tantam gloriam conciliâſſit 451 Manc.
Hercules primus uictor in certamine Olympico 6 Land. quæ munera acceperit à Dijs 6 Land Heracleus unde dictus 140 Manc. uagus cur dicatur 563 Porph. 564 Land. 574 Manc.
Herculis patria Fig. ſtatura 124 Land. parentes qui, uariæ opiniones, eiusque uita & hiſtoria 124 Land. interitus 957 idem. 958 Fig. 961. 962 Manc. labores 675 idem. parentes 166 Figul.
Hercules tres fuiſſe 125 Land.
M Herennius fulmine enecatus 309 Manc.
Hermanni Figuli parẽtes 214 Figul.
Hermes cur Mercurius ſit dictus 107 Land.
Hermopolis urbs 107 Land.
Hermotimus 275 Manc.
Hermotimi fabula 266 Land.
Heroes unde dicti 120 Land. 130 Figul. 138 Manc.
Heroum ſedes in cœlo 139 Manc.
Heroſtrati ſacrilegi impium factum 768 Manc.
Heſiodi elegans ſimile uerſus quid Deus agat 307 Figul.
Heſperia unde dicta 325 Acron. 327 Porph. 327 Land. 328 Fig. 271 idem. 276 Manc.
Heſperus ſtella 421 Land. 423 Fig. 426 Manc.
Hiberi pop. 532 Land. 533 Fig.
Hiberia unde dicta 842 Lan.
Hieroſolymitanum templũ direptum 613 Land.
hilaritatis index 1039 Fig.
hinnire propriè equorũ 491 Land.
Hinnnius 231 Land. 232 Fig. 233 Pulm. 234 Mancell.
Hippi Tirij inuentum 47 Land.
Hippodamia 584 idem.
Hippolitæ Acaſti uxoris impudicitia 624 Acron. 626 Land. 627 Fig. 628 Bad. 630 Manc.
Hipponax 992 Fig. 994 Manc.
Hipponacti j criminis author 509 Acron. 510 Land.
Hippopotami ubi gignantur 570 Fig.
hircus 633 Land.
hirundo unde 894 Land.
hirundinis natura 931 Fab.
hirundinum aduentus 66 Polyd. Virg.
Hiſtoria quid 617 Fig.
Hiſtoriæ inuentrix 120 Land. 130 Fig.
Hiſpania 284 Manc. 328 Fig. 535 Manc.
Hœdorum ſydus 539 Acron. 543 Land. 647 Fig. 551 Mancin. 623 Acron. 625 Porph. 627 Fig. 628 Bad. 629 Manc.
Holli pop. 446 Land.
Homerus cur Mæonius ſit dictus 73 Acron. 78 Fig. ingeniorum fons & uirtutum Parens 78 Fig. paſtores reges appellat 915 Land. leuitatis & adulationis accuſatus 168 idem
Homeri patria 75 Land. 78 Acrõ de patria quæ urbes certẽt 75 Land. hiſtoria de Troiano bello calumniatur 163 Land. de natalibus uariæ opiniones 74 Porph. uerſus de pera mutatione 290 Fig.
homo unde dictus 48 Land. quilibet duos genios habet 127 Landin. cur microcoſmos dicatur 182 Bad. non ſolùm anima conſtat 469 Land. qua lege ſit natus 237 Lan.
hominem ex omnibus animalibus aliquam particulam habere 181 Fig. quæ uitia ad omnia mala pertrahant 46 Land.
Homines à quo facti 176 Acron. cur generati 483 Fig. quo modo generati ſint poſt diluuium Deucalionis 23 Acron. à quo manſueti facti 130 Figul. per quæ inter Deos relati ſint 564 Land. 568 Fig. quotidie in peius ruunt 619 Fig. & Fabr. alij liberi, alij ſerui 302 Land. arrogantes & ſuperbos quid efficiat 201 Fig. mortales quid maximè reddat 867 Land. in Lupos mutari apud Archades 226 Land.
hominũ prima coitio & habitatio 110 Fig. commercij cauſa ibidem, idem. genera quatuor 20 Fabr. ſtatus optimus qui 549 Fabr. ſecta & uitam unde Aſtrologi diiudicent 505 Fig.

Fig. ſpecies tres in omni ciuitate 431 Manc. uictus 949 Mancin. ſtaturæ longitudo quanta 124 Land. ſtatus quottuplex olim 500 idem. uaria ſtudia 6 idem.
hominibus ſingulis genios duos priſci attribuerunt 696 Fig.
honores non magnopere petendos eſſe 511 Porph.
hominis unde Aſtrologi diiudicent 505 Fig.
ampliſſimi olim qui 18 Palm.
Honeſtus & oneratus differunt 1004 Manc.
Horatius quo anno natus V. Cond. 686 Figul. 678 Fig. 718 Glar. 719 Fig. 720 Fabr. per quem ueniam & amicitiam apud Cæſarem impetrârit 15 Figul. in iuuentute Epicureorum ſectæ addictus 101 Land. in iuuentute Stoicus 305 Land. in quam ætatem inciderit 529 Fig. quem maximè in Lyricis carminibus ſit imitatus 498 Manc. cuius partes in ciuili bello ſit imitatus 405 Porph. cur à Mercurio toties à periculo ſit liberatus 406 Landin. plerunque ambiguitate gauiſus 155 Glar. tribunus 158 Manc. author carminis Lyrici 248 Acron. 250 Figul. cur ſe biformem appellet 530 Porph.
Horat. patria 276 Manc. 526 Fig. parentes 531 Land. amor ergà Mæcenatem 499 Acron. ager 667 Acron. 669 Bad. 670 Manc. mirum ingenium 761 Land. frugalitas 347 Fig. conſilium 1051 Fig.
horrere 232 Land.
horrea apud Romanos quæ dicta ſint 8 Land. 16 Figul. 288 Landin. 894 idem
horarum æqualis eſt diuiſio noctis & diei 446 Land.
Hormiæ 216 Manc.
Hornum 101 Land.
Horoſcopus quid 500 Acron. 502 Landin. 505 Figul.
Horoſcopum eundem qui habeant 505 Fig.
ſecundùm Horoſcopum Aſtrologi hominum uitam dijudicant 505 Fig.
horrere propriè quid 232 Land.
Hortenſius orator Murenam mirum in modum dilexit 480 Land.
hoſpes qui dicatur 163 Landin. & hoſpita dicitur 163 Land.
hoſpites qui propriè dicantur 225 Land. ueteres qua ratione agnoſcebantur olim 458 Fig.
hoſpites Britanni immolabant 578 Acron. 582 Land. 586 Fig. 591 Manc.
hoſpitia & hoſpitalia 225 Land.
hoſpitalitatis iuris uiolatio ſummum ſcelus 455 Landin. 458 Fig.
hoſtia ſumptuoſa nominati ui caſus 243 Landin. 726 Porph. 727 Glar. 728 Figul. & uictima differunt 378 Landinus
humanitas unde 48 Land. 134 Fig.
humanarum rerum & corporearum intellectus unde nobis proueniat 123 Landin. rerum duo contraria 288 Acron.
humati qui dicti 269 Cal.
humeri qui dicantur 31 Lan.
humores quatuor 146 Land.
Hyadum deſcriptio 47 Landin. 52 Figul.
hydaſpes 223 Acron. 224 Porph. 225 Land. 227 Figul. 230 Manc.
Hydromantiæ inuentor 125 Land.
hydrops morbus 355 Acron. 366 Figul. 372 Manc. 373 Manc.
hydropici natura 365 Acron. 366 Porph. 367 Land. 369 Fig. 372 Manc.
Hydruſa 882 Manc.
hyems cur ſenectuti comparetur 104 Fab.
hyemis ſtudia 945 Fab. 950 Manc. pulchra deſcriptio 103 Fig.
Hygini opinio de Bidente 728 Fig.
Hylæi centauri fabula 441 Acron. 442 Porph. 443 Land. 448 Fig. 449 Fab. ibidem Bad. 450 Manc.
Hymettiæ columnæ 511 Land. 515 Fig. 518 Manc.
Hymettus mons 397 Acron. ibid. Porph. 399 Land. 401 Fig. 509 Acron. 510 Porph. 511 Land. 513 Fig. Manc.
Hyperborei 531 Porph. 533 Fig. 575 Manc.
Hypermneſtræ fabula 657 Figul. amor in maritum 469 Land. 473 Fig. epitaphium 657 Fig.
Hypodidaſcalos 1006 Man.
Hyppagi inuentio 47 Land.
Hyppoliti fabula 860 Land. 864 Bad. 866 Ser. Mar. Hon. nominis etymon 860 Land.
Hypſiphile 187 Acron.
Hyrpini populi 439 Manc.

I

I longum qua ratione ueteres ſcripſerint 20 Fab.
Iaci in mare moles 539 Acro.
Iacob quo anno mundi uixerit 381 Manc.
Iactare quid 154 Land.
Iaculari 490 Lan. 497 Bad.
Iambicum carmen quid 183 Manc. 931 idem
Iambici carminis autor 177 Porph.. Land. 180 Figul. 182 Bad.
Iambici uerſus proprietas 177 Porph.
Iambicus Hipponactius 1017 Palm. trimeter qui dictus 923 Acro. 924 idem. per 176 Acron. 183 Bad. 184 Manc. 933 idem
Ianua unde dicta 243 Land.
Ianus bifrons cur 914 idem
Iani templum inſtitutum 125 Land. uaria nomina & appellationes 914 Land. 916 Fig. 919 Manc. peregrinatio, origo & hiſtoria 974 Land templum quoties Romæ clauſum fit 32 Fig. 914 Land. 916 Fig. 919 Manc.
Iapeti fabula 454 Acron. 27 Land.
Iapyges 276 Manc.
Iapyx uentus 41 Acro. 51 Fig.
Iapyga uentus 56 Fig.
Iaſon cum quibus monſtris pugnârit 833 Fig. longa naui primus nauigauit 46 Land.
Iaſonis hiſtoria & nauigatio 956 Land. 957 Fig. 960 Manc.
Iaſij & Dardani contentio 164 Land.
Iberiæ deſcriptio 533 Fig 907 966 Manc.
Iberi 580 Fig. 583 Manc.
Iberici fines 965 Manc
Icari fabula 3 Acron. 9 Land. 531 idem. 533 Fig. 811 Fig. 816 Man. interitus & lapſus quid denotet 9 Landin. inuentum 47 idem.
Icarium mare 9 idem. 16 Fig.
Iccius Philoſ. 277 Acron.
Ictus unde 481 Land.
Idæa 712 Manc.
Idamons 163 Land. 166 Fig. 169 Bad. 171 Manc. 714 Fig. 715 Bad.
Idomeneus in exilium pulſus 163 Land. 878 Figul.
ἠδωνοὶ pop. 409 Mur.
Idus 888 Land. 892 Manc. 954 idem.
Idæariorum corpora undè dicta 947 Freig.
Iecur 150 Manc. 799 Fig. ulceroſum cur dicatur 245 Palm.
ἱερὸν quid ueteres appellârint 460 Fig.
Ignes, id eſt, ſtellæ 142 Manc.
Ilerda ciuitas Hiſpaniæ 159 Fig.
Ilex arbor fœlix 455 Land. 728 Fig.
Ilia quæ fuerit uariæ Poëtarum opiniones 23 Acron. quare Tyberi nupſiſſe dicatur 23 Acron
Iliæ hiſtoria 36 Fig. 29 Land.
Iliæ ſtemma 39 Palm. interitus 25 Porph.
Ilices uetuſtiſſimæ 89 Fig.
Ilithyia 1095 Fig.
Ilios 876 Land.
Ilium ciuitas à quo condita 708 Fig. 710 Manc. & Troia differunt 165 Lan.
Ilij fata 426 Manc.
Illyris 176 idem
Illyricus ſinus 168 Land. 271 Fig.
Ima ſomnis mutari 306 Land. 307 Fig.
Imago quid 119 Porph. 139 Manc.
Imbres quæ ſtellę excitent 34 Fig. 951 Manc. 425 idem
Imber & pluuiæ ut differant 85 Land.
Imbrij interitus 173 Manc.
Immortalitatem unde Pythagoras probârit 270 Fig.
Impares numeros ad omnia efficaciores eſſe 708 Fig.
Imperator qualis eſſe debeat 569 Fig.
Imperatoris uirtus qualis eſſe debeat 568 idem. ſumma laus quæ 558 idem

Imperatores in cuius tutela ſint 135 Pulm.
Imperatores Poëtæ 586 Fig. quid mortales reddat 95 Land.
Imperatorum triumphantium corona 558 Figul.
Imperij Germanici ſtatus qui hodie ſit 16 Fig.
Imperium non liberum eſſe à curis 491 Figul.
Imperiorum monimentum 518 idem
Impiorum pœna 660 Manc.
Implorare 70 Land.
Impotens qui dicatur 43 Land. 342 Manc.
Improbis probi non naſcuntur 587 Fig.
Impubes 415. 416 Land. 923 Fig. 978 idem.
Impuberes 244 Land.
Impudicarum pœna 745 Manc.
In diem viuere 788 Manc.
Inachus rex & fluuius 139 Manc. 575 Acron. 578 Land. 380 Fig. 383 Manc. 705 Land.
Inachi hiſtoria 708 Pulm.
Inter Inachum & Codrum temporis ſpacium 707 Glar. & Figul.
Inaugurandi mos & forma 758 Land.
incantatrix 254 Acron.
Inceſtum quid 555 Land.
Increpare 198 idem
Incubare 49 idem
Incubus 694 idem
Incumbo unde 49 idem
Indiæ deſcriptio 144 Manc. 289 Fig. 738 idem
Indiam quis primùm debellârit 525 Fig.
Indi nunquam victi 119 Landin. vltrò amicitiam Romanorum petunt 134 Fig.
Indorum opulentia 911 Mancin.
Inertes 583 Land.
Infamis 128 idem
Inferiæ quæ dicantur 354 Land. 358 Fig. 362 Manc.
Inferorum pœnam falſam eſſe veteres pleriquè crediderunt 66 Mur.
Inferualium Deorum ſacrificia 631 Acron. 635 Fig.
Infinito nihil eſt ſecundum 523 Land.
Ingenia diuerſa 488 Acron.
Ingenij duplex ſignificatio 511 Land.
Ingenium & natura differũt 512 Land.
Ingenuus qui ſit 262 Manc. 300 Land.
Imitare 908 Fab.
Innocentia ubique tuta 224 Porph.
Inſaniæ principium quod 180 Fig.
Inſerere 23 Land. 198 idem.
Inſignia Romanorum 493 Fig. 127 Land.
Inſomnium quid 694 Land.
Inſomnia vera & falſa unde 760 Land. 764 Fig. 770 Manc.
Inſolens 184 Manc.
Inſtar indeclinabile 842 Landin.
Inſtitor qui dicatur 614 idem. 618 Fig. 620 Bad. 622 Mancin.
Inſula quid 513 Land.
Integer homo qui dicatur 225 idem
Integritatis definitio 257 Landin.
Intemperantia quid 582 Mancin.
Intercidũ dies qui 10 Land.
Intercolumnium quid 244 Land.
Intercus ut declinetur 573 Mancin.
Interlunium quid 244 Landin. 245 Figul 246 Bad. 248 Manc.
interpretationis inuẽtio 107 Landin.
Interregnum quid 244 Lan.
Intonſum 219 Figul.
Inuidenda quæ dicantur 429 Land.
Inuidia inter quos regnet 531 Land.
Inuidiæ deſcriptio 574 Man.
Inundationes plures fuiſſe 33 Iacob à Cruce.
Iouus mons 185 Acron.
Iocus & ludus quid differant 32 Land
Ioci duo ſunt genera 444 Manc.
Iocolare carmen 663 Glar. 665 Manc.
Ionia regio 952 Manc.
Ionis fabula 456 Land.
Ionicum mare 1022 Fig.
Ionicum carmen 667 Glar. 665 Manc.
Ionicus maior & minor 665 Mancin.
Ionum ſtudium 1 Eugent.
Ionum mollities 616 Cœl. 617 Fig. 619 Palm. 622 Manc.
ἰωνικῶς 132 Figul.
Ira unde 145 Land. 148 Fig. fulmini comparatur 179 Land. ſæpe cauſa potentiſs. ciuitatum interitus 181 Figul. hominibus perniciosa 181 Fig. inſaniæ principium 180 Figul.
Iræ locus & deſcriptio 146 Land. 179 idem. 184 Mancin. iræ vis 184 idem. incommoda 180 Fig. 179 Land.
Iracundiæ epithetum 143 Acron.
Iracundiam quod animal denotet 176 Acron.
Iracundus 50 Landin.
Icari interitus 189
Is ſyllaba aliquando longa 168 Fab.
Iſion 199 Landin.
Iſocratis loci cuiuſdam correctio 259 Mur.
Iſthmos quid 513 Land.
Iſthmij ludi, qui & quando inſtituti 7 Land. 818 idem
Iſraëlitæ quo tempore ex Aegypto educti ſint 27 Land.
Iſtri ſiu tractus 907 Fig. 912 Manc.
Italia magna 317 Land. Heſperia dicta 271 Fig. 276 Manc.
Italis Dianæ ſimulachrum infeſtum 82 Acron.
Iuba rex 250 Manc.
Iubæ clades 355 Land. 358 362 Manc.
Iubas rex Maurorum 223 Acron. 226 Land. 227 Fig.
Iudex qui dicatur 879 Fig.
Iudicis boni officium 879 Figul.
Iudicium Ethruſcorum 140 Manc.
Iudicium Paridis 162 Land. 568 Fig.
Iuga 154 Land.
Iugare 1095 Fig.
Iugera unde dicta, & quantum terræ ſpacium ſit 479 Land. 481 Fig. 968 Manc.
Iugula 276 idem
Iugum & iuga quæ dicta 392 Land. 400 Fig.
ſub Iugum mittere quid 392 Land.
Iugurthæ vita & hiſtoria 358 Fig. 362 Manc.
Iugurthinum bellum 1011 Figul.
Iulia lex 672 Land.
Auguſti filia 844 Fig. ſoror Cæſaris 676 Manc. Barine nobile ſcortum 417 Fab.
Iulius Cæſar auditor Apollonij 88 Fig. Cæſar quam mortem ſibi exoptauerit 25 Fig. cur reliquis ducibus Romanis ſit præſtantior 134 Fig.
L. Iulius Coſ. quando vixerit 635 Glar.
Iulij Cæſaris anima cur in cœlum ſit traducta credatur 134 Fig. exercitium in equitando 96 Fig.
Iulij Proculi affirmatio in concione de Romulo 125 Landin.
Iulium opus 480 Land.
Iulium ſydus 128 Land. 134 Fig. 142 Manc.
Iulus & Iuliorũ familia 920 Manc.
Iunius Brutus 323 Manc.
Iunius unde dictus 652 Landinus.
L. Iunius Tullus conſul quãdo floruerit 636 Fig.
Iuno unde dicta 576 Lucina cur dicta 723 Landin. 724 Mancin. 986 idem
Iuno & Iupiter cur fratres dicantur Landin. 26 regnorum Dea 199 idem. ſoror & coniunx Iouis 576 Manc. Pallas, & Venus, Paridis iudicio ſe ſubmittunt 162 Landin. quam regionem cœli teneat 390 Manc. cur Afrorum iniuriam vindicârit 358 Figul. 360 Badius.
Iunonis templum 89 Figul. odium in Semelem 124 Land. & Iouis pactum 124 Landin. ædes quando coli cœpta 638 Manc. officium 1095 Figul. ſimulachrum ex vua vite 197 Palladis & Veneris contentio de forma 165 Figulus.
Iuturnæ fabula 127 Landinus.
Iupiter unde dictus 134 Fig. 17 idem. pro vẽre 199 Landin. 223 Acron. & Iuno cur fratres dicantur 26 Land. cur pater & rex ſit appellatus 143 Manc. quando concilium Deorum conuocet 748 Figulus. à cœlis in terram deſcendit ad explorandum hominum mores & vitia 27 Landin. rex Deorum 830 Figul. cur elementum denotet 60 Landinus. Lycæus 194 Manc. à quo

Iupiter à quo nutritus 579 Acron. quam partem cœli teneat. 127 Acron. 390 Manc.
Iupiter dieſpiter dictus 304 Acron. 306 land. 306 Fig. 308 Bad. ibid. Manc.
Iouis Olympij delubrum 15 Fig. & Mercurij coniunctio 508 Manc. ingeniũ & laus 143 Manc. nomen quot modis uſurpetur 11 Land. templum in campo Martio 542 Land. capra nutrix 543 Land. 547 Fig. imperium 538 Acron. uerba ad Mercurium 111 Fig. Scutum 164 Land. regia ubi 748 Land. manubiæ cuius coloris ſint 26 Land. poteſtas 144 Manc. poſteritas 684 Land. ſtellæ proprietas naturæ & qualitas 502 Porph.
Ioui cur fulmina aſſignentur 34 Fig.
Iuramentũ ueterũ 306 Fig.
Iuris uſus 844 Fig.
Iuriſconſulti unde dicti 303 Acron
Iuſtitia quid 467 Land. 567 Fig. in quot partes diuidatur 237 Land. pietas nocatur 238 Fig. cur neceſſaria ſit in ciuitate 109 Land.
Iuſtitiæ ſoror 255 Acron. 237 Land. 238 Glar. ibid. Fig.
Iuſtitium quid 809 Land.
Iuſti qui dicti 669 Acron. 671 Porph.
Ius quid 48 Land. naturæ 271 Fig. & iniuſtitia legibus continentur 113 Land.
Iuuenalis uerſus de Marmore 486 Manc.
Iuuenta quid 29 Land. 552 Acron.
Iuuentas quid 29 Land. Dea 285 Palm. 286. Bad. 438 Bad. iuuenta & iuuentas differunt 283 Acron. 285 Glar. 286 Manc.
Iuuentus quid 29 Land.
Iuuentutis amore nihil perditius 96 Fig.
Iuuenum nobilium exercitia olim 741 Fig.
Iuuenci qui dicantur 414 Porph.

K

K[illegible] 783 Fig.
[illegible] qui 783 Fig.
[illegible] 199 Land.
[illegible] 741
[illegible] 979 Fig.
[illegible] 90 Fig.

L

LAbienus Didium ſummo ſuperat 621 Manc.
labi 282 Bad.
labores ingentes cur ſint ferendi 7 land.
Labyrinthi in Creta ædificatio 50 Land.
lacenæ fabula 435 Acron
Lacedæmones Dianæ Tauricæ quod ſacrificium inſtituerint 84 Land.
Lacedæmoniorum ſtudium 2 Eugent. regũ ſeries 705 Land. patientia 84 Land. 89 Fig. liberorũ educatio ſeuera 89 Fig.
Lacedæmonijs quod olim oraculum ſit datum 516 Fig.
lacedæmoniorum uxores & mores 744 Manc.
laternæ cubitales 232 Land. 235 Fig.
Ledæ & Iouis cõcubitus 44 Land. 131 Fig.
Lælij Africani præceptor 277 Acron. 278 Porph.
læſtrigonis ciuitas 683 Porphyr. 685 Land. ibidem Glar. 688. Fig. 690 Bad. 692 Manc.
læſtrygonum ſedes olim 214 Fig. 216 Manc.
lætamen unde 33 Land.
lætari 382 Manc.
lætitiæ dator qui 204 Mancin. 195 Acron. 381 Manc.
latus pro plaga 33 Land.
lacheſis una ex Parcis 377 Land. 379 Fig.
lacon 994 Manc.
Lacones Tarentum condunt 610 Manc.
laconica purpura 512 Land. 514 Fig. 519 Manc.
Laconicæ Puellæ 437 Fig. 440 Manc.
lacunar quid 513 Fig. 517 Bad.
lalage unde dicatur 250 Manc.
lambere 223 Acron. 224 Porph. 225 Land.
lamentare 70 Land.
lamentari & conqueri differunt 244 Land.
lamiæ olim familia 247 Acron. 249 Land. 252 Manc.
lamiarum familia 691 Acron. 692 Porph 693 Land. 695 Glar. ibid. Fig. 696 Palm. 698 Manc.
lamius 364. Acron. 365 Porph. 366 Land. 368 Fig. 370 Pol. 372 Man.
lanæ optimæ 396 Acron.
Landini error 219 Glar.
Landinus quem ordinem in ſuis commentarijs ſit obſeruaturus 5 Land.
languere quid 367 Land.
languor propriè quid 367 Land.
lanificij inuentio 123 Land.
laminina pyra 766 Fab. 768 Manc.
Lanuinus. S.P.Q. 766 Fab. 768 Manc.
lanuinum oppidum. ibid. Bad. ibid. Manc.
Laomedon 561 Acron
laomedontis pactum cum Neptuno & Apolline 565 Land. 568 Fig 574 Manc.
lapathium herba 948 Bad. 953 Manc.
lapidicinæ quæ dicantur 511 Land.
lapythæ 203 Bad. 204 Manc.
lapytharum deſcriptio 196 land. 199 Acron. 200 Fig. 441 Acron. 448 Fig. 449 Bad. 450 Manc.
laquearia quæ dicta ſint 487 Acron 490 Land. 498 Manc.
Lar Nympha 127 Land.
Lares dij eorũq; pictura 947 Freig. 953 Manc. & Genij ut differant 127 land. 133 Fig. 142 Man 178 lan.
larem & Genium eundem eſſe 698 Manc.
larentinæ mulieris honor 702 Fab.
larentinalia feſta ibid Fab.
larus 980 Fig.
Lariſſa oppid. 82 Acron. 84 land. 89 Fig. 390 Manc.
Lariſſæus Achilles unde dictus 82 Acron
lariſſæ tres urbes eiuſdem nominis 92 Fab.
laſciuia 504 land.
laſſus & feſſus differunt 399 land.
Latina lingua unde dicta 296 Fig.
latinorum & Etruſcorum pactum de finibus terræ 36 Fig. regum origo 138 Bad.
latinos quis primũm domuerit 126 land.
latona à Tityo de ſtupro cõpellata 292 Manc. 468 land. 721 Acrõ 722 Porph.
latonæ fabula 218 Land
ſacrificia 218 land. 219 Fig.
latium duplex 134 Fig. 323 Manc.
laudandi qui ſint 137 Bad.
laura ſcortum 445 laud.
laurea corona 811 Fig 816 Manc.
laurus arbor, eiuſq; natura & uſus apud Priſcos 480 land. 482 Fig. pro uictoria 368 land. cui ſacra 577 Acron. 580 Porph. 582 land 586 Fig. Delphica 794 Manc.
laus etiam in paruis rebus eſt 231 land.
lauere 662 land. 664 Bad. 665 Manc.
lauinium oppidum 76: Fig.
lauinij cum conſularum iubant cui ſacrificarint 30 land.
[illegible] 11 land.
lembi inuentio 47 land.
lemniſcatæ coronæ 346 Aug. Pol.
lemniſcus 346 Aug. Pol. eiuſq; uſus 348 Manc.
leæ 749 Fig.
lenæus Bacchus 749 Fig.
lenæ quid eiuſq; contrarium 11 land. 779 land.
lenes quid homines efficiat 1028 Fab.
leonis 146 land.
Cn. Lentulus Tribunus militum 141 Manc.
leo ſignũ cæleſte 779 Land. 782 Fig.
leo ſignum iracundiæ 176 Acron.
leonis naturalia arma 526 Fig. 530 Manc. 184 Manc. natura 986 Manc. 226 land.
leones quis primum currui iunxerit 227 land.
leonibus quæ regio abundet 223 Acron
leocaris ſculptor 867 land.
M. Lepidus quãdo floruerit 514 Fig.
lepores auriti cur dicantur 122 land. eorumq; natura 337 land. 942 Fig.
leporẽ Equa peperit 694 Fi.
lepores 445 land.
leſbicum uinũ 187 Acron. 195 Manc.
leſbium carmen 250 land.
leſbiũ plectrũ 250 F. 252 Mã.
leſbius Alcæus 293 Acron. 294 Porph. 295. land. 457 land. 850 Acron
leſbus à Machareo occupata 83 Land.

lesbonm 4 Acron
lethe flu. 862 Fig 44. Fig.
leuconoes 114 Fig. 115 Palm. 116 Fab.
leucothea 85 land.
leue prima ſyllaba correpta & prima producta quid ſignificet 32 land.
leues homines qui dicantur 32 land. 74 Acron
leuis 186 Acron
leuis pro lubrico 32 land. 243 Porph.
λευκοφλεγματία 369 Fig.
leuigare pro politum reddere 32 land.
Lex quid 844 Fig. quid ſecundùm Demoſthenem 719 Fig. Iulia 842 land. 844 Figul. 917 Figul. Othonis 965 Fig.
leges cur neceſſariæ in ciuitatibus 109 land.
liber pater cur dicatur 198 land. cur Bacchus dicatur 124 land. coronatus cur 521 Acron. 522 Porph. Thyoneus cur dictus 188 Porph.
liberi patris fabula & res geſtæ 124 land. patris 88 Fig. patris 746 Acron. cultricum poteſtas 747 Porph. bellaria 848 Manc.
liberum patrem & Apollinem unum Deum eſſe 140 Manc. 184 Manc.
liber & libertus differũt 300 land.
libertus ibid. land.
libertini ibid. land 502 Figul. 504 manc. 1045 Fig.
liberi quatenus ſint amandi 240 manc.
liberorum hominum triplex ordo 300 land. educatio apud Lacedæmonios 89 Fig.
liberalitas quibus modis fieri debeat 126 land.
liberalitatis definitio 368 Fig.
libertas & licentia differunt 207 land.
Libethridum Nympharum ſpelunca 139 manc. 252 manc.
libido unde 142 manc. 670 Fab.
libidinis uis 245 Palm. ſedes 248 manc.
libidinem quod animal denotet 176 Acron
libitina 791 Glar. & Libitinarij 794 manc.
libonotus uentus 45 land.
libræ ſtellæ deſcriptio 503 manc.
libram & Scorpium unum ſignum cæleſte eſſe 504 Glar.
librorũ appellatio uaria 346 Ang. Pol.
Libs uentus 16 Fig.
liburnis 334 Acron. 335 Porph. 338 land. 340 Fig. 933 manc.
Liburni pop. 928 Fig. 933 manc. promptiſsimi ad mortem 334 Acron. 335 Porph. 338 land. 340 Fig. 344 manc.
liburnis 924 land. 928 Fig. 933 manc.
Libya unde dicta 8 land. 372 manc.
libya laborat aquarum penuria 227 land.
libycæ areæ 20 Fab.
licentia & libertas differunt 207 land. cauſa amoris ibid. land.
licinianum oleum 401 Fig.
Lictor conſularis 491 Fig. 495 Palm.
lidere 766 Fab.
lignum 101 land.
limen quid 243 land.
limites qui dicantur 516 Fig.
linire 264 land.
linter 155 Fig.
lipareus 661 Acron, ibid. Porph. 666 manc.
liquere 114 land. Glar.
liquida uox 239 Palm.
liræ uariæ formæ 12 land.
literæ Pythagoræ ſignificatio 740 Fig.
literarum inuentor 107 land.
literati 1003 Fig.
lites quid generet 118 Acron
litigantium cauſæ quo ordine apud Romanos dijudicabantur 378 land.
littoris uariæ ſignificationes 28 & 29 land.
lituus quid [illegible] land. 36 Fig. 578 Acron
lituus & tuba ut differunt 9 Acron. 17 Fig. 11 land.
liuia Druſilla 672 land. 676 Manc.
liuidus color 97 Fig.
M. Liuius Druſus autor belli ſocialis 672 land. 673 Fig. 676 Manc.
liuor 746 Manc.
locuples qui dicatur 1049 Fig.
M. Lollius conſul quando floruerit 879 Fig.
loqui ſolius hominis 668 land.
Lorica 284 Manc.
loricæ optimæ 278 Acron. 278 Porph.
lubrius 205 Acron
lubrica quæ 207 land.
lubricum 209 Bad.
luceria ciuitas 230 manc. 677 Acron. ibid. Porph. 678 land. 679 Fig. 680 Manc.
Luciani uerba de Diadymene 108 Fig.
lucina cur à parturientibus inuocetur 721 Acrõ. 722 Porph. 724 manc. 986 Manc.
luciferus ſtella 421 land. 423 Fig. 426 Manc.
Lucius Tarquinius 132 Fig. Martius Philippus quando uixerit 673 Fig.
Lucretilis mons 185 Acron 187 Porph. 193 Bad. 194 Manc.
Lucretij uerſus de Deorũ cura 305 land. de Siſypho 470 land.
Lucrinus lacus 477 Acron. 479 Porph. 480 Land. 482 Fig.
C. Luctatius Pœnos nauali prælio ſuperat 450 manc. 611 Acron. 616 Glar.
luctor tibi & certo tibi phraſis 9 land.
L. Luculli laus 734 Porph. piſcina 480 land.
lucumones 126 land.
lucus quid 85 land. 89 Fig.
ludere quid 293 Acron. 294 land. 295 Fig. 298 Manc.
ludẽdi uſus quatenus ſit permiſſus 736 Bapt.
ludibrium 154 land. 158 land. debere 181 Muret.
ludi ſeculares unde, eorumq́ inſtitutio 27 land. 1092 land. 1093 Fig.
ludorum uaria genera 6 landin. 95 land. 736 Bapt. Pius præcepta 737 Bapt. Pius.
ludus Martis qui ſit 24 Acron. pro omni exercitatione accipitur 32 land.
luere 619 land.
lues unde ibid. land.
luna unde dicta, eiusq́ curſus & motus 63 Fig. 118 land. minima ſtella 143 mrinč
Noctiluca cur dicatur 815 Palman. corniculata 813 Fig. 814 Fab.
luna & Diana eadem dea 140 Manc. cur cuſtos ſyluarum & herbarum dicatur 723 land. 724 Manc. bicornis 1096 Fig.
lunæ colores quando ſerenitatem, uel pluuias, uel uentos portendant 430 land. 431. 813 Fig. 440 Manc. genus 178 land. natura & uis 247 Land. uariæ uiciſsitudines unde 515 Fig. 862 Fig.
Lunam & Dianam eandem eſſe Deam 723 Fig. 724 Bad & Manc.
lupata 94 Porph. 95 land. 98 Palm.
lupercalia ſacra 188 land. 809 Land.
lupinum caput cur ad oſtia affigatur 188 land.
lupus inſtrumentum 98 Palman. unde dicatur eiusq́ natura 188 land. 226 land. rapacitatem denotat 176 Acron
lupi medicamenta 226 land.
lupi roſtrum cur portis affigatur 226 land.
lupi portentoſi 226 Land.
lupi cui ſacri ſint 190 Fig.
luporum & ouium diſsidiũ 191 Fig.
luporum omen 768 Manc. & in alijs præcedentib. fol.
lupos Britannia non gignit 210 Fig.
luridus color 588 Figul.
luſtrum quid 386 land. ibid. Glar. 388 Fig. 798 land. 907 Fig.
luxuria quanta pernities ciuitatib. 483 Fig. 624 land. 731 Acron. 733 Porph.
luxuria cũm omni ætati, tum ſenectuti fœdiſsima 679 Fig.
luxus fugiendus 484 Fab.
lyeus Bacchus cur 90 Fig. 86 land. 718 land.
lyceus 188 land. 194 Manc.
Lycambe 992 Fig.
Lycambes mors 180 Fig.
Lycaonis regis fabula & trãſformatio 72 Land.

lyce

lyce 901 Bad.
lyces uiti 899 land.
lychnis lap. 807 land. 208 Fig.
Lycia 97 Fig. 583 land 587 Fig.
Lycidas 72 Fab.
Lycij pop. 94 Acron. 666 Manc. 809 land.
Lyciorum peregrinatio 96 land.
Lycon 594 Manc.
Lycurgus cur uineta abſcidi iuſſerit, eiuſq; pœna ob hoc facinus 521 Acron. 523 land. 525 Fig. 528 Manc.
Lycurgi lex de dote 739 Fig. leges 89 Fig 110 Fig. lex de pueris inſtituendis 555 Land. mors 140 Manc.
Lycus 704 Acron.
Lydæ ferocitas 652 Land. 557 Fab.
Lydia regio 78 Fig. 98 Fab.
Lydia nobile ſcortum 93 Acron. 94 Porph. 144 Acron.
Lydiæ fabula 178 land.
Lydium carmen 1009 Glar.
Lympha quid 336 land.
Lymphati qui dicti ſint 336 land 343 Manc.
Lynces ubi gignantur 458 land. 461 Fig. 464 Manc.
Lynces cur Baccho aſsignentur 574 Manc.
Lyncurium 462 Fig.
Lyncus rex in animal mutatus 458 land. 461
λύω 611 land.
Lypara inſ. 666 Manc.
Lyra unde dicta 4 Acron. 712 Manc. Apollinis ſeptem Chordarũ quid denotet 653 Glar. 658 Bad. 659 Manc. trib. chordis inſtituta inſtar trium anni temporum 654 Glar. Apollinis decus 293 Acron.
Lyræ inuentio 18 Fig. 165 Acron. 217 Acron 222 Manc. 298 Manc. 488 Acron 655 Fig 658 Bad. 659 Mancin. concentus quid denotet 110 Fig. uaria genera 654 Glar.
Lyrica carmina unde dicta 14 Eugent.
Lyrici poëtæ præcipui ibid. Eugent.
Lyrici carminis author 248 Acron. 250 Fig. 495 Fig. 540 Porph. 748 land.
Lyrici carminis argumenta 4 Porph. 79 Porph. 351 Porph.
Lyrica carmina circa quæ præcipuè uerſentur 4 Porph.
Lyricum carmen quibus modis illuſtretur 22 Freig.
Lyricus uerſus 913 Porph.
Lyrico carmine qui uſi ſint 252 Manc.
Lyricorum carminum materia 79 Fig.
Lyris flo. 287 Acron 288 Porph. 289 Figul. 291 Bad. 292 Manc. 691 Acron 695 Land. land. 696 Fig. 697 Bad. 698 Manc.

M

MAcedonia 160 Manc. Macedonũ gladius 258 Fig.
Macer. Macerare 146 land.
Machærei fabula 83 Land.
Machinæ uariæ ſignificationes 62 Fig.
Machyes pop. 123 land.
Macrobij error de Lyra Apollinis 654 Glar.
madidus & uuidus differunt 68 Acron.
Mænius 1021 Fig.
Mænades Bacchi miniſtræ 749 Fig.
magi 114 Fig.
Magica ars apud Roman. prohibita 256 land.
Magiſter quid propriè 614 land. 618 Fig. 620 Bad. 622 Manc.
magiſtratum petentium habitus 542 land. 546 Fig.
Magiſtratuum Romanorum uirgæ colligatæ adnexis ſecuribus cur latæ ſint 493 Fig. 495 Palm.
magnificentiæ partes quæ 564 Land.
magnanimus cur olim pro dijs colti 15 Fig.
magnanimitatis partes quæ 564 Land.
magnitudinis animi propriũ 604 Fig.
magneſia ciuitas 624 Acron. 627 Fig. 628 Bad. 630 Manc.
magus uocabulum quid ſignificet, eiusq; uaria ſignificatio 256 Land. 258 Fig. 262 Manc.
magorum autoritas 259 Fig.
mala 106 Porph.
malora fugienda 450 Fig.
maiores qui dicantur 5 land.
maiorum ſuorum uirtutes æquare maxima laus 167 Fig.
malus unde dictus 632 land.
mala non ſunt continua 419 Acron.
Malache 290 Fig.
μαλαχὸν 292 Manc.
malæ 150 Manc.
μαλακὸν 292 Manc.
Malobathrum unguentum 403 Acron. 405 Porph. 406 land. 407 Fig. 410 Manc.
Malope 290 Fig.
malus 288 Porph. 290 Fig. manc.
malum & Antennam in naui quis inuenerit 47 Land.
malus arbor 151 Acron
Mamurius faber ancillorum 608 manc. 1328 Land.
manceps 547 Fig.
mancinus à Numantinis uictus 443 Land.
mancini obſtinatia 613 land.
mane unde dictũ 57 Acron. 446 Land.
manes quid uariæ opiniones 61 Land. 64 Fig.
manicæ 300 Land.
L Manlius Torquatus quando floruerit 719 Fig.
manumiſsio quid 301 Fig.
manus proteuſas in ſtatuis quis primùm ſculpſerit 50 Land.
mani 754 Acron. 756 Porph. 758 Land. 767 Bad. 769 Manc. 768 manc.
Mappij pop. 446 Land.
Maraphij pop. idem Land.
Marcellus filius Octauiæ 119 Acron
M. Marcelli fama & laus ac res geſtæ 128 Land. 133 Fig. 142 manc.
mareoticum uinum 333 Acron. 335 Porph. 336 Land. 339 Fig.
Mareotis Palus 333 Acron. 335 Porph. 336. Land. 343 manc.
Maria quæ 53 Fig.
Marica Nympha quæ 691 Acron. 693 Porph. 693 Land. 696 Fig. 698 manc.
Marina Venus 751 Land.
maris fluctus & refluctus cauſa 195 manc. 587 Fig.
Maritus qui dicatur 6 Land.
marij res geſtæ & hiſtoria 556 Fig.
Marij trophæum 414 Fig. & Syllæ inimicitiarum cauſa 558 Fig.
marmor ubi inueniatur 456 manc. Numidicũ à quo primùm Romam tranſuectum 511 Land. 514 Fig. optimum quod 512 land. Thebaicum 509 Acron. 510 Porph.
marmoris uaria genera 513 Glar.
Marpurgenſis Gymnaſii encomion & ordo 19 Fig.
Mars ab Homero cur ἰνάλιος dicatur 357 Fig.
Martis naturæ & familiæ deſcriptio 17 Fig. ſacerdotes à quo inſtituti 327 Lan. domicilium 503 Land.
Marti Gradiuo duodecim Salios quis inſtituerit 325 Land. Victori templum erectum 39 Palm. qui ludos acceptus ſit 37 Fig.
martia fulmine necata 26 Land. 509 Manc. 609 Manc.
Martiæ Calendæ matronis dedicatæ 631 Acron. 632 Porph. 633 Land. 638 manc.
Martius unde dictus 633 Land.
C Martius Cenſorinus quando floruerit 868 Glar.
Marſis inuentrix tibiæ 12 Land.
Marſi pop. 11 Land. 17 Fig. 531 Porph. 532 Land. 076 mancin. 976 Land.
Marſorum bellum 672 Land. 673 Fig. 676 Mancin.
Marſilius Ficinus interpres Mercurij 108 Land.
Maſculina in A, quæ Græcè in ας deſinunt, etiam in es exire poſſe 418 Bad.
Maſsagetæ 313 Porph. 316 Land 320 Fig 324 manc. 589 Fab.
Maſsici pop 10 Land.
Maſsicum uinum 16 Fig. 405 Porph. 407 Land. 411 manc. 717 Land.
Maſsiniſſa canũ cuſtodia munitus 656 Fig.
Maſurius 764 Fig.
mater unde dicatur 11 Land. 156 Fab.
matertera quæ 5 Land.
Marcolani pop. 274 manc.
mathematicorũ dogma 505 Fig.
Matheſeos contemptus 99 Acron

Mariol 577 Acron. 812 Fig. 816 Manc.
matinum 810 Glar.
matinus mons 263 Acron. 265 Porph 266 Land. 274 Manc.
matrona propriè quid 168 Fig.
matronalia feſta 631 Acron. 632 Porph. 633 Land. 637 Bad.
matrimonium cur copula di catur 145 Acron.
matrimonij bona 746 Manc.
matrisfamiliâs officium 943 Fig.
maura 396 Acron. 397 Porph. 398 Land. 399 Glar. 400 Fig. 402 Manc.
S. Mauritius uicus 553 Fig.
Mauritania 217 Fig.
Mauri populi aliâs Medi 32 Land. atroces & ſæui populi 38 Figul. optimi iaculatores 218 Pulm.
Maurus & Mauritanus 225 Land.
Medææ fabula 956 Land. 957 Fig. 960 Manc.
Medæa uenefica unde orienda 452 Acron. 454 Porph. 455 Land. 462 Bad.
medicina cur neceſſaria ſit in ciuitate 109 Land.
medicinæ repertor Apollo 290 Fig.
mediæ deſcriptio 426 Man.
media duplex 33 Land. frigida regio 33 Land.
Medi pro Parthis ſæpe accipiuntur 33 Land. pop. eorum bella cum Romanis 38 Fig. à quo uicti 38 Fig. cur pro Perſis accipiantur 40 Pulm.
Medorum arma 258 Fig. regis olim quæ 33 Land.
Medilli caſta Priami fil. 173 Manc.
mediocritas obſeruãda 429 Land. 430 Figul. 431 Mar. 432 Manc.
Medus fluuius 420 Acron. 421 Porph. 424 Fig. 426 Manc.
Meduſæ fabula 256 Land.
Mecœnas quis 1 Acron. 15 Fig. 19 mar.
Mecœnatis nomen qua ratione ſit ſcribendum 19 Pul. qui nomine intelligãtur 14 Figul.
Megæra una ex furijs 460 F.
megilla 258 Fig.
mel optimum 812 Fig.
Melanthius Pylienſis rex 705 Land.
melanthius in optando Tithono ſapientior 496 Mar.
miliarum origo 583 Land.
μελιδόνας cur Græci appellent 198 Land.
mella optima 511 Land.
mellis abundãtia 397 Acrõ.
melos quid 575 Acron. 592 Manc.
Melpomene una ex nouem Muſis 120 Land. 240 Manc. 235 Acron. 818 Land. 820 Fig. 837 Manc.
memnon 275 Manc.
Memnonis arma 77 Land. interitus et ſepulchrũ 177 Land.
memor 197 Land.
memoria 512 Land.
memphis 751 Acron. ibid. Porph. 752 Land ibid. Fig. 754 Manc.
Menander quod animal coluerit 291 Fab.
Menandri nobile dictũ 688 Fab.
menas pirata 965 Fig. 966 Man.
Menecrates pirata 965 Fig. 966 Manc.
Menedemus Rhodius 196 Manc.
Menelaus Paridem hoſpitio excipit 166 Fig. cauſa Troiani belli 163 Land.
Menelai apparatus contra Troianos 172 Manc. parens 111 Fig.
Menelao quæ deæ auxilium tulerint 172 Manc.
mens Deo uicina 132 Fig.
menſæ ſecundæ 332 Manc. duæ 842 Land. 845 Figul. 848 Manc.
menſes 724 Manc.
mẽſis principium apud Græcos 709 Pulm.
menſium nomina & diuiſio uaria ſecundũ uarios populos 632 Land.
menſurarum inuentor 107 Land.
mẽte nihil nobilius hominibus datum 290 Fig.
mentum unde dicatur 406 Land.
mercaturæ inuentor 107 Land.
mercatoris auari natura 738 Glar. 740 Fig.
mercatorũ auaritia 784 Fig.
merces quid 268 Land.
Mercurius in numerum deorum relatus 107 Land. propheta uerus 108 Land. quæ munera Herculi dederit 6 Land. filius Maiæ & Nepos Athlantis 107.108 Land.
Lyræ inuentor 105 Acron. & Venus eiuſdem qualitatis 121 Land. quantis honori ab Aegyptijs ſit cultus 107 land. cur ἑρμῆς dicatur 106 Acron. 107 land. cur facundus dicatur 106 Porph. celer 110 land. orationis Deus & interpres deorum 106 Acron.
Mercurius cur dicatur furti repertor 110 land.
Mercurius inuentor ſermonis, Palæſtræ, & Lyræ, & furtorum 105 Acron. 106 Porph. quando floruerit 107 land.
Mercurij fabula, uita & deſcriptio 107 land. 110. Fig. uaria nomina 107 land. 112 Pulm. arma & inſignia 108 land. parentes 38 Fig. libri Theologici & diuini 108 land. uaticinia uera 108 land. laus 105 Acron. 649 Acron. 652 Porph. ibid. land. 655 Fig. 658 Bad. 659 Manc. curſus uelociſsimus 406 land 108 land. officium 112 & 238 Fig. furtum: item pactum cum Batho 106 Porph. 109 land. nomen temerè proferre nefas erat 107 land. poteſtas triplex 112 Fabr. & Phœbi reconciliatio 109 land.
Mercurio cur alæ attribuantur 38 Fig.
Mercurij quinque fuerunt 107 land.
meretrix unde 436 land. cur aura fallax 67 Acron. cur Charybdi compararetur 256 land. 259 Fig.
meretrices uentorum leuitati comparantur 71 Fig.
meretricum natura & ſtudiũ 70 land. 318 Fig.
meridies 446 land.
meriones 74 Acron. 79 Fig. 173.174 Manc.
merum quid 85 land. 147 land.
mera quid 15 Fig. quot modis dicatur 7 lan.
metari caſtra 479 Acron. 481 land.
Metaurus flum. 827 land. 837 Manc.
Metellus Celer 351 Glar. Numidius quando uixerit 356 Glar. ibid. Fig.
Metelli trophæum 424 Fig. & Marij inimicitiæ 356 Fig.
μετεμψύχωσις Pythagoræ 1049 Fig.
metrum quid 816 Manc.
metu neminem carere 538 Acron.
micæ quid propriè 717 Land.
Michael Archangelus in mõte Gargano apparuit 421 land.
midas inuentor Tibiæ 130 Fig.
Miletus urbs 952 Manc.
militaris rei diſciplinam quæ ſtella inſinuat 747 Land.
militares homines in cuius tutela ſint 135 Pulm.
militiæ tria genera 280 Figul. cur ſit aſſueſcendum 554 land.
militum pœna qui arma amittebant in pugna 406 land. 407 Fig.
militum ueterum depoſitio armorum 752 Fig.
miluus auis 337 land.
mimallones 749 Fig.
minæ murorum 125 land. 583 land.
minerua unde orta ſit uariæ opiniones 79 Fig. 124 land.
minerua uariarum rerum inuentrix 124 land. cur fingatur ex cerebro Iouis nata 60 land. 132 Fig. cur ſecũdum locum teneat poſt Iouem 133 land. quam regionem cœli obtineat 60 land. 390 Manc. cur pro aëre habeatur 124 land. quod munus Herculi dederit 6 land. belli Troiani cauſa 139 manc.
mineruæ hiſtoria 125. 124 land. ludi à quo inſtituti 627 Fig. 81 Acrõ. odium in Troianos 160 Acron.
Mineruæ & Neptuni contentio de Athenarum urbis nomine 84 land. uariè inuenta 139 Manc. 666 Manc.
Mineruæ cur nulla capra immolata ſit 188 land.

Mineruæ

minervæ quinque ſecundùm Ciceronem, earumq́; nomina & deſcriptio 123 Land.
μέση 836 Bad.
miniſter poculorum 706 Land.
minores qui appellentur 5 Land.
minos iudex æquiſsimus 263 Acron. 265 Porp. 266 land. 270 Fig. 273 Bad. 275 Manc. 862
Minoës genus 759 land.
minois officium ſeu iudiciū 464 Manc.
minturnæ 323 manc.
minturnenſis ciuitas 693 Porph. 596 Fig.
minois regia 389 manc.
miſer qui dicatur 658 Fab.
Mithridates quando floruerit 251 Polm.
Mitylene 81 Acron 83 land. 88 Fig.
mixtum quid 86 land.
modi Muſici 280 fig. 655 Glar. 1009 Glar.
modicum unde dictum 142 land. 212 Porph.
modiperator 65 Fig.
moduleri 295
modicum quid 147 land.
Mœonis antè Lydia 78 fig. ſacra 71 land.
mola 730 manc.
moles, moliri & molitiones quid 479 land.
mollis 85 land.
moloſsi 994 manc.
Monæſes rex Perſarum Romanos clade afficit 610 Acron. 612 Porph. 613 land. 617 Fig. 620 Bad. 621 Manc.
monſtrum quid 34 Fig. 230 manc. 694 land.
montes qui dicantur 85 Land.
montes ſummos cur fulmina plerunq; feriant 431 Fig.
montium Dea 723 land. & figul. 724 Bad. & manc.
monumētum quod dicatur 25 Porph. 36 fig. 790 land. 791 fig. 793 manc.
moralis philoſophiæ autor 280 land.
moratus qui dicatur 103 lād.
morbi pallentes cur dicātur 146 land. cuius culpa homines inuaſerint 49 land.
morbus qui uentus inferat 466 Acron. 45 land. 189 land.
moroſi qui dicantur 101 Porph. 103 Fig.
mors quid 52 Fig.
mors pallida cur 57 Acron. 61 land. amici æquo animo ferenda 236 land. & ſomnus quid differant 237 land. cum diuites quàm pauperes domat 516 fig. cur non ſit conſciſcenda, nec optanda 141 manc. omnibus communis 64 Fig. 170 fig. 378 land. 380 fig. 474 Fabr. 511 Porph.
mortis uiæ diuerſæ 52 fig. genera uaria & miniſtri 270 Fig.
mortis uerba ad Lycaonem 270 figul. 271 Mur. gradus 41 Acron 47 land. 54 fig. ſator 52 fig.
mortem nemo effugere poteſt 465 Acron. æquo animo ferendam eſſe 271 Mur.
morte tempeſtiua nihil melius 52 fig.
mortui quibus laboribus apud inferos occupati ſint 461 Fig.
mortuis honos habitus 535 Manc.
mortuorum cadauera concremabantur 397 fig.
mortuos ſepeliendi mos apud priſcos 272 fig. 264 Acron.
mos & cōſuetudo quid 844 Fig. 848 Manc.
mores hominum unde Aſtrologi iudicent 505 fig.
morum prauitas unde 319 Fig.
Moyſes quando populum ex Aegypto eduxerit 27 Land.
L. Munatius Plancus quo tempore uixerit 81 Acron. 91 Muret.
mugire boum propriè 491 land.
mulciber cur Vulcanus ſit dictus 60 land.
mulcetus repertor tubæ 11 land.
mulier cur Charybdi confeτatur 256 land. 259 fig. mari comparatur 70 land. 71 Fig.
mulieris officium 943 fig.
mulieres cur auaræ 279 land. quibus ornamentis olim uſæ 69 land.
mulieribus quid maximè gratum 417 Bad. naturalis quædam procliuitas ineſt ad ulciſcendum iniurias 180 fig.
multa qui capiunt, multis carent 685 land.
mulus 231 land. 234 Manc.
murenarum cultus apud priſcos 486 land.
Mureti docta diſpoſitio uocabuli ὑρανὸν 104 Muret.
murex propriè quid 491 land. 495 fig. 782 fig.
muri ſacri 71 land. gens bellicoſa 25 Porph.
mundi definitio 131 Fig.
mundum prudentia Dei gubernari 306 fig.
munero & muneror 950 Manc.
municipes & coloni differūt 398 land.
munus quid 392 land.
muſæ genus triplex apud Græcos 614 land. cuius filiæ ſint uariæ opiniones 121 land. 235 Acron. 240 Manc. nouem cur 519 Acron. ſorores cur 250 Fig. quot, unde & quæ dictæ ſint 18 Fig. 120 land. 121 land. à Dionyſio inſtructæ 298 Manc.
muſæ quid maximè odio habeant 589 Fab.
muſarum princeps 121 land. Encomion 584 land. templum 545 Fig. ſacerdotes qui 250 land. cognatio & uinculū idem. Fig.
muſas cur κόρας ὁμόφρονας Heſiodus appellet 250 Fig.
muſica in ſacrificijs adhibita olim 326 Acron. 327 land. 652 land.
muſicæ laus & honor apud ueteres 296 Fig 656 Fig. 712 Manc.
muſica animū mitigari 296 Fig.
muſici uates 550 Manc. tres modi apud Græcos 1010 Fig.
muſta condita 216 Manc.
Mutius Scæuola 1058 Fig.
Mycenæ urbs 81 Acron. 84 land. 177 Manc.
mycenæ dites cur dictæ 93 Muret.
Mydon rex 442 Acron. 446 land.
Mygdonia regio 688 Fig. 690 Bad. 692 Manc.
Mygdoniæ opes 441 Acron. 446 land. 452 Manc.
myrica 790 land.
myrrha ubi naſcatur 281 Mā.
myrrheus color 671 Acron. & Porph. 671 land.
myrtale 299 Acron.
myrtoli fabula 3 Acron. 9 land.
Myrtoum mare unde dictum 3 Acron. 9 land. 16. Fig. 19 Polm.
myrtus 64 Fig. 345 Acrō. ibid. land. ibid. Ang Pol.
myſta & myſte 421 land. 425 Manc.

N

NAbathea Arabia 279
naenia quid 301 Fig. 351 Acron 353 Porph 355 lād. 359 Fig. 363 Manc. 532 Porph. 772 Glar.
nenia ut declinetur 364 Manc.
Naiades 194 Manc. 285 land. 749 Fig 772 land. 773 Fig.
napeæ 285 land.
nardus 979 Fig.
nardum genere neut. eiusq; ſpecies 415 Acron. 416 land. 437 Fig. 438 Bad. 440 Manc.
nardi folium ad quid utile 895 Fig.
nardinū unguentū 895 Fig.
Naſonis patria 706 land.
natare 97 Fig.
natalis dies qui dicatur 580 Porph.
natales dies olim cum lætitia celebrabātur 888 land.
nati cur ſimus 61 land. 481 Fig.
natiuitati quæ ſydera infeſta 501 Porph.
natura & ingenium differunt 512 land.
naturam hominis unde aſtrologi iudicent 505 Fig.
naualis pugna 618 Fig.
nauale prælium cum Pœnis 447 Fig.
naualē pugnā qui primi luſti fuerint 47 land.
naues roſtratæ quæ dictæ 490 land. 494 Fig.
naufragum Scylaceum 177 Porph.
naufragio ægeni facti quā ratione uictum mendicārint 71 land.
naufragorum mos pinguere ſuos caſus in tabula 68 Acron. 71 land. 72 Fig.
nauigandi tempus commodum quod ſit 61 Fig 625 land. 626 Glar. ibid. Fig. 629 Manc.
nauigare quis primum inceperit 46 Land.
nauiga-

nauigationis primus author execratur 46 Land.
nauigationes noſtorum ſecũdùm quæ ſydera dirigantur 492 Fig.
nauigantibus ex Italia in Græciam qui uentus ſecundus ſit 51 Fig. quæ ſtellæ ſalutares 135 Palm.
nauis & nauigium differunt 154 Land.
nauium inuentio 10 Land. uariorum generum inuentio 46 Land.
nautam neq; inter mortuos, neq; inter uiuos eſſe 52 Fig.
nautæ cur Geminorũ ſydus olim inuocàrint in tempeſtate 44 Land.
nautis quæ ſtellæ infeſtæ ſint 43 Porph.
Neæra puella 671 Acron. 672 Land. 674 Fig.
neapolis ciuitas, eiusq; appellationes 979 Fig.
Nearchus 611 Acron. 713 Land. ibid. Fig. 714 Palm. ibid. Bad. 715 Manc.
Nearchi etymon 714 Fig.
neceſsitas 53 Fig. quid 134 Fig. 731 Acrõ. 733 Porph. 7 Eraſ. 738 Fig.
neceſsitas & neceſsitudo 49 Land.
neceſsitatis pictura 321 Fab.
neceſſarium aliquãdo ſimpliciter, aliquando nõ ſimpliciter accipitur 49 Land.
necromantia 695 Land.
nectar quid 147 Land. 150 Manc.
nefaſti dies 458 Eraſ. ibi. Fig.
nefariorum pœna apud Romanos 318 Fig.
nefandis quid 648 Manc.
Nemæi ludi qui dicti 7 man.
Neobules 664 Fab. ibid. Bad. 666 Manc.
Neoptolemus 384 Porph.
nepa 936 Manc.
nepos propriè qui dicatur 5 Land. 930 Fig 936 Manc.
neptunalia 771 Land.
Neptunus Deus maris 72 Fig. Deus 997 Fig. à Laomedõte deceptus 568 Fig. 574 Manc. cur Deus maris 460 Land. cur à Græcis Ennoſigeus dicatur 44 Land. quæ munera Herculi dederit 6 Land.
Neptuni fabula 265 Acron. 265 Porph. 268 Land. 271 Fig. 77 Land. feſtũ 771 Fig. & Laomedontis pactum 565 Land. 568 Fig. 574 Manc. & Mineruæ contentio de Athenarũ urbis nomine 84 Land.
nequitia 584 Land. 679 Land.
Nereus quid 163 Land. 166 Fig. 169 Bad. 171 Manc.
Nereides 772 Land. 773 Fig.
Nerecini pop. 274 Manc.
Nerinæ ſiue Nereides 285 Land.
Nero Germanicus 819 Land. poëtæ operam dedit 586 Fig.
Neronum familia 837 Manc.
Neros propriè quid 171 Man.
Neſichthon Salaminus quinquerimis inuentor 46 Land.
Neſſus Cẽtaurus 957 Land. 958 Fig. 961. 962 Manc.
Niliaca menſtrua 34 Iacob à cruce.
niger 70 Land. 71 Fig. & Ater color differunt 379 Figul.
nigredo laudatur 295 Land.
Nili fluuij fons, & tractus & deſcriptio 570 Fig 574 Manc. 912 Manc.
Niobes fabula 275 Manc. 851 Land. 853 Fig. 856 Manc.
Nireus formoſiſs. 712 Acrõ. 713 Land. 714 Fig. ibid. Bad. 716 Manc.
niſi amor erga Euryalũ 504 Fig.
niue caret Aegyptus 751 Porph.
nix unde gignatur 26 Land. 34 Fig.
nobilis qui dicatur 8 Land.
nobilium iuuenum exercitia olim 741 Fig.
nobilitati nõ fidendum 154 Land.
noctis imminẽtis deſcriptio 619 Fig.
noctis & diei partitio 446 Land.
noctiluca luna cur dicatur 855 Palm.
noctua 759 Land.
Nomades pop. 734 Land. 738 Fig. 744 Manc.
nonæ 954 Manc.
Nonius Pomponius quid locus appellet 445 Land.
Noricum 175 Acron
Norici populi 178 Land. 182 Bad. 184 Manc.
Noricum ferrum 178 Land.
Noricus enſis 181 Fig.
norma, regula & perpendiculum differunt 481 Land. 482 Fig.
notus uentus 41 Acron. 45 Land. 52 Fig. 85 Land.
notus ſine aſpiratione, & cũ cum aſpiratione quid denotet 47 Land.
nothus nomen propriũ 678 Land. & Glar. 679 Fig. 680 Manc.
nouendiales ludi 1075 Fig.
nox quid & unde 619 Fig. 243 Land.
nox cur terræ filia fingatur 64 Fig.
noxia animalia quid repellat 188 Land.
nubere quæ poſsit 393 Fig.
nubes 89 Fig.
nubes candens quid 40 Fabr.
Numa rex Figulorum collegium inſtituit 214 Fig. 215 Manc. Pompilius 132 Fig. 140 ad regnum euocatus 118 Acron. ordinem ſacrificandi inſtituit 728 Fig.
Numæ regia olim ubi fuerit 29 Land. templum inundatione Tyberis euerſum 40 Fabr. Pompilij uita, res geſtæ, laus & hiſtoria 225 Land.
numantia urbs 443 Land. 447 Fig. 450 Manc.
Numantinorum res geſtæ & uictoriæ contra Romanos 443 Land. 447 Fig. 450 Manc.
Numantinum bellum quot annis durãrit 441 Acron. 442 Land. 450 Manc.
Numatius 88 Glar.
numeri cuiuſdam Fuſci ſomnium 695 Land.
numerus par & impar 277 Manc.
numerorum arenarius 278 Palm.
numeris omnia conſtare ſecundũm Pythagoricos 263 Acron. 265 Porph.
numeros impares ad omnia efficaciores eſſe 708 Fig.
Numidę pop. 657 Fig.
Numidia regio 518 Manc.
Numidicæ Gallinæ 952 Manc.
numitor à Romulo & Remo regno reſtituitur 29 Land.
nummorum cupiditas 684 Land.
nuntij qui dicũtur 198 Lãd.
nuptiæ unde dictæ 163 Lãd. 166 Fig.
nuptiarum inuentrix 128 Land.
nurus quæ dicatur 6 Land.
nymphæ quæ dictæ 63 Fig. 519 Acron 749 Fig. pediſſæ Veneris 285 Fig. ſimplices cur 418 Acron. 417 Bad. Albuneæ templum 82 Acron.
nympharum parentes 163 Land. 166 Fig. plura genera 285 Land.
nyphates mons & flu. 420 Acron 420. 421 Porph. 422 Land. 424 Fig. 426 Manc.

O

OBeliſci 796 Land. obliquum & trãſuerſum differunt 377 Land.
obſecrare, petere, poſtulare expoſtulare differunt 294 Land.
obſoleta quæ dicantur 429 Land.
obſolere 433 Manc.
occaſio 1039 Fig.
oceanus terminus terræ 570 Fig. 574 Fig.
ocium emi non poteſt 490 Land. 492 Fig.
ocium non optandum 487 Acron. 488 Porph. 489 Land. 497 Manc.
octauiæ Auguſti ſororis mors 673 Fig. 676 Manc.
Octauianus cur inter Deos referendus ſit & cur Mercurio præferẽdus 32 Land. triplici ordine Romano ornatus 33 Land.
Octauiani & M. Antonij diſſidij cauſa 613 Land. 162 Land. uictoria contra Antonium & Cleopatrã 335 Land. laus 25 Land. clades 153 Land.
Octauij trophæum 424 Fig. Libonis uictoria 362 Manc.
oculi qui laudentur apud Germanos & Gallos 296 Fig. languidi unde ſiant 327 Porph. 329 Palm.
oculos apertos in ſtatuis quis primũ ſculpſerit 50 Land.
occupare quid 153 Land.
odæ quæ dicantur 14 Eng.
odores liquidi 72 Palm.
oeagrus 122 Land.
œnopionis fabula 268 Land.
offendere 194 Manc.
officina quid 60 Land. 64 Fig.
oicli genus 684 Land.
οἶνος uinum 216 Manc.
οἰνοφάγος 78 Fig.
Oldendorpius uir doct. 166 Fig.
Oldendorpij opinio de Genijs 696 Fig.
olei uſus apud priſcos 84 Land. 95 Land. 225 Land.

olea

olea arbor ubi creſcat 84 lād.
olearum, oleíq; educendi inuentio 139 Manc.
oleum optimū ubi 401 Fig.
oliua arbor quid denotet 84 land. 290 Fig.
oliua arbor Atheniēſib. cur grata, allegoria 58 Glarean.
olineū 479 Porph. 480 lan.
Olympus mons 114 Fig.
olympici ludi qui dicti ſint eorumq; origo 6 Land. 15 Fig. 125 land.
olympicū certamen quibus modis illuſtretur 22 Freig.
olympica certamina, quot annorum internallo ſint celebrata 18 Pulm.
olympias quod interuallum tēporis olim fuerit 7 land.
olynthus urbs prodita 690 Manc.
omicron pro ω mega ſæpè Aeolicè ponitur 104 Mur.
omina 695 land.
omnipotens unde deriuetur 72 Pulm.
ὄργανον 393 Hart.
onerariæ nauis inuectio 47 L.
oneratus & Honuſtus differunt 1004 Manc.
onyx 893 Porph. 894 land. 895 Fig.
operari 672 Land.
operatio, opus, opera differūt 84 Land.
operationes quæ dictæ olim 669 Acron. 671 Porph.
opes pro auxilijs 561 Acron
opes irritamenta malorum 740 Fig.
opes quot modis augeantur 939 Land.
operoſus q dicatur 666 Mā.
opheltes 7 Land.
ophica Orgya 122 Land.
opifices in cuius tutela ſint 135 Pulm.
oppetere 406 Land.
opprobrium quid 179 Lād.
opuntij 261 Manc.
opuntia 253 Acrō 254 Porphyr. 255 Land. 258 Fig. 260 Bad. 261 Manc.
opus quid 84 Land.
oracula cur ſemper ambigua fuerint 180 Fig.
oraculum quid, eorumq; uaria genera 694 land. quod olim Lacedæmonijs datum ſit 516 Fig.
oratio pedeſtris quæ 448 Fig
oratiōis inuētor 106 Porph.
oratores quem Deum in principio ſuarum orationum inuocarint 134 Pulm.
orbelon mons 749 Fig.
orcades inſulæ 599 Land.
998 Manc.
orcus pro Plutone 760 Land. 275 Manc.
orci Etymon 380 Fig.
ordines Romanæ Reip. olim 16 Fig.
oreades 285 Land.
oreſtes oraculum conſulit 81 Acron. Dianæ ſimulachrū aufert 82 Acrō. 84 Land.
orgya ab Aegyptijs orta 122 Land.
orgya Bacchi 749 Fig.
oricum ciuitas 623 Acron. 625 Land. 626 Glar. ibid Fig. 628 Fab.
oriētales pop. ultrò Romanorū amicitiā petunt 319 Fig.
orino antiquū uerbum 652 Land.
orionis ſyderis deſcriptio & fabula 264 Acron. 265 Porph 267 lād 276. Man. 454 Acrō. ibid. Porph. 461 Fig 579 Acrō 581 Porph. 584 Land. 588 Fig 594 Manc. 668 Fig. 755 Acrō. 757 Porph. 767 Bad.
ὀρχεῖν 275 Manc.
ὀρμὸν 216 Manc.
ornamentis quibus olim mulieres uſæ 69 Land.
orni arbores 103 Fig. 421 Land. 426 Manc.
ὄρνις 642 Bad.
ornithiæ quando flent 894 Glar. 897 Manc.
Orodes rex 621 Manc.
orōtes unde dictus 664 Fab.
Orpheus Calliopes Muſæ filius 119 Porph 130 Fig. 139 Manc. 235 Acrō. 239 Bad. unde ſuam doctrinam hauſerit 108 Land. ſuis carminib. atrocem tempeſtatem auertit 122 Land. uxorē ab inferis reuocare fruſtrà conatur 237 Land. 240 Man.
orphei deſcriptio, uita & fabula 123 Land. inſtitutum 122 lād. lyra quatuor chordis inſtituta 654 Glar. muſica 652 land, 659 Manc. fabula, quod ſyluas feras, & ſaxa lyræ carminib. traxerit, quid denotet 656 Fig interitus 122 land. epitaphium. ibid. Land.
ortygia 219 land.
os anguſtum in muliere laudatur 147 land.
oſcinæ 695 land.
oſcines 754 Acron. 757 Porph. 757 land. 761 Hart. 765 Pul. 767 Bad.
oſculum 147 land.
oſſa 130 Fig. 593 Manc.
oſiris 530 Manc.
oſtrea 952 Manc.
oſtrum 782 Fig.
oſtentum 38 Pul. 694 land.
oſyris 124 land.
oſyridis peregrinatio 125 lād.
Otho 968 Manc.
Othonis lex 965 Fig.
oues optimæ ubi 690 Bad. Tarētinæ 397 Porph. 402 Manc.
ouium tonſura quando optima 950 Manc. & luporum diſſidium 191 Fig.
ouilia quo tempore ueteres luſtrârint 65 Pulm.
ouilia 188 Land.
Ouidij uerſus de Ariadne 525 Fig. de Danaē ab Ioue corrupta 686 Fig. de tēporis motu 471 Fig de Gigantomachia 526 Fig. de Syringe Nympha 700 Fig.
ὀφρυόεν 104 Mur.
ozolæ 261 Manc.

P

PAchorus rex Perſarum Romanos clade afficit 599 Lan. 610 Acrō 612 Porph. 613 land. 617 Fig. 620 Bad. 621 Manc.
pactolus 1049 Fig.
Padus 1060 Fig.
palæne inſ. 451 Manc.
palæpaphos 773 Fig.
palæſtra quid & apud quos in uſu fuerit 109 Land.
palæſtræ exercitationis inuentor 105 Acron
paganalia 809 land.
pagani qui dicātur 455 land.
pagus quid. ibid. land 465 Manc.
palerni colles 214 Fig.
palla ueſtis 976 lād. 980 Fig.
palladium ablatum 167 Fig.
pallas 79 Fig. 137 Bad. 139 Man. 164 land. cur Ioui ſit proxima 123 land. Iuno, & Venus Paridis iudicio ſe ſubmittūt 162 land. armata 171 Manc.
Palladis hiſtoria 129 lād. deſcriptio 84 Land. urbs 89 Fig. armaturæ deſcriptio 166 Fig. arma 172 Manc. inuēta 666 Man. Iunonis & Veneris contentio de forma 165 Fig. odij in Troianos cauſa 171 Manc.
palinodia quid 174 Fig 177 Land. 176 Porph. 181 Fig. 183 Bad. & unde dicta 183 Manc.
παλινῳδία 179 Rot.
Palinurus promont. 577 Acron. 580 Porph. 582 Land. 585 Glar. 586 Fig. 593 Manc.
pallia 782 Fig.
pallium ueſtis 600 land.
pallidi cur amātes ſint 146 Land.
palma arbor eiuſq; natura & uſus 7 Land.
palma cur uictoribus data ſit olim 7 Land.
palmæ natura & proprietas 15 Fig.
Palmarium 8 Land.
palpebræ 150 Manc.
palumbes unde deriuentur 581 land. 586. Fig. 592 Manc.
pan Deus 191 Fig. 194 Manc. 894 land. 895 Fig. mons 185 Acron
panathenæa quis inſtituerit 627 Fig.
panis fabula 700 land. ſacrificia 188 land. 192 land.
panes dij 524 Fig.
panas caprarum pedes habere 519 Acron
panum deſcriptio 524 Fig.
Panætius quis fuerit 277 Acron 278 Porph. 281 Fig. 283 Manc.
Panætij Socratici bibliotheca 277 Acron
pandarus 212 Man.
pandion 897 Manc.
pandora cuius rei cauſa in terrā ſit dimiſſa 43 Porph. 49 land.
Pandoræ fabula 49 Land. Virgini nomen unde inditum 53 Fig.
panthera animal ferociſsimū 228 Pulm. 703 Manc.
panthia 582 land.
panthoi fabula 266. 267 lan.
panjomimi 611 Acron
paphlagonia 275 Manc.
paphus urbs Cypri 51 Fig. 283 Acron. ibid. Porph. 284 Porph. ibid. land. 285 Eng. 286 Bad. ibid. Manc. 773 Fig. 774 Bad & Man.
parare 340 Pulm.
Paraclitus ne, an Paracletus ſit dicendum 257 Glar.
parcæ cuius filiæ ſint 378 Land. 379. Fig.
parcarum nomina & officia 377. 178 Land. 379. Fig. 382 Manc.
parcus unde deriuetur 268 Land.
pardi pantherarū mares 703 Manc.
parentum cōmemoratione inuen tur laus & uituperiū a Acron.
parentibus fortibus naſcuntur fortes 618 Fig.
Paris Priami filius 562 Acrō.

ab Hectore agnoſcitur 162 Lād. unde dictus eius & hiſtoria 170 Manc. delitijs deditus 172 Manc.
paridis paſtoris hiſtoria, res geſtæ & uita 162 Land. 165 Fig. iudiciū de tribus deabus 162 Land. 568 Figul. 712 Acron. 713 Laud. perfidia 172 Manc. nauium faber 171 Manc. mors 172 Manc.
paridi quæ dea propitia fuit 172 Manc.
paridē conſenſu parentū Helenā in uxorē duxiſſe 162. 163 Land. ſolū cauſam excidij Troiani eſſe 565 land.
parietes lateritij 514 Fig.
parius lapis 205 Acron. 207 Land.
parma 406 land.
Parnaſus 352 Acron
paros 209 Bad.
Parrhaſius pictor inſignis 867 land. 869 Fig.
Parrhaſij & Zeuxidis certamen 869 Fig. 872 Manc.
parnaſus mons 117 Acron
parricidium quid 458 Fig.
parricidij pœna 957 land.
parſimonia quid 305 land. olim 483 Fig.
paros inſula 207 land. 208 Fig. 210 Manc.
partæ 758 land. 762 Fig. 765 Palm.
parthenia tæ uirgines 268 lād.
Parthi pop. 134 Fig. 141. Manc. 205 Acron. eorūq; mores 845 Fig.
parthi à quo denicti 143 Manc. animoſi 210 Bad. exules dicti 317 Fig. 323 Manc. bis Romanos prælio ſuperārunt 599 land 610 Acrō. 611 Porph 613 land. 617. Fig. 620 Bad. 621 Manc. fugientes uehementer nocēt 451 Acron 459 Fig. 461 Bad. optimi ſagittarij 492 Fig. 496 Bad. 498 Manc. an unquā Latiū tentauerint 119 Acron
Parthos olim Scytharū fuiſſe exules 599 land.
parthorum origo unde 509 land. deſcriptio 210 Man. mos in prælio 210 Manc. clades 602 Fig. regum regia quæ nunc 31 land.
Paſargadæ pop. 446 land.
paſiphaës fabula 51 Fig.
paſſum quot pedes conſtituunt, 479 480 land.
patara ciuitas 579 Acron. 581 Porph. 587 Fig.
pathetica oratio cur conciſa & abrupta 29 Land.
patientia omnia uincit 238 Fig. nullā uirtutē homini cōmodiorem eſſe 239 Fab.
patiētiæ preceptū 488 Acrō
patiendum eſſe 241 Manc.
patrare quid 5 Land.
patres qui olim dicti 604 Fig 906 Fig. 735 land. 745 Manc.
pro Patria mori honeſtiſſimum 556 Fig. 557 Mor. 559 Manc.
patriæ quando nos, noſtrūq; officiū præſtare debeamus 127 laud.
patrocli patria 261 Manc. querela de Achillis iracundia 78 Fig.
patroni apud Romanos qui dicti ſunt 514 Fig.
patronorum & Clientium neceſſitudo 514 Fig.
patruus qui dicatur 5 land.
patruus magnus 5 Land.
patrueles qui dicantur 5 lād.
patrui cur auſteriores ſint in adoleſcentib. corripiendis, quàm patres 660 Acron. 661 Porph 662 land. 664 Bad. 666 Manc.
patruorum poteſtas in Nepotes 663 Fig.
pauimentum quid 472 lād. 478 Manc.
pauimēta pœnica 478 Man.
Paulus Maximus 798 land.
Aemilius 133 Fig 141 Man.
Pauli Aemilij hiſtoria & interitus 126 land. Aemilij interitus 118. 119 Acron
Paulo Aemilio quod omen contigerit 695 land.
pauperies quid 16 Fig.
paupertas quid 10 land. 740 Fig.
pauperes cur beati 493 Fig.
paupertatis impatientiæ cauſa 279 land.
paupertatem laudare facilius eſt, quàm ferre 554 land.
pecori quæ regio aptior ſit 287 Acron
pecuarij qui dicti 930 Palm. 28 land.
pecuniæ cupiditas 684 lād.
pecunia ex quo metallo primum ſignata ſit 46 land.
pecunijs in diſtribuendis qui modus ſit ſeruandus 126 land.
pecu & pecus 28 land.
pecus quod animali ueteres appellarint 23 Acron. omne animal antiqui dicebant 28 land.
pedes uerſus 816 Manc.
pedem quot digiti conſtituant 479 Land.
pedeſtria auſpicia quæ dicta 765 Palm.
pedeſtris oratio quæ 448 Fi.
pedites Romani quo ſigno ad pugnam excitati 17 Fig.
pegaſus equus 254 Acron
pegaſi fabula 256 land. 262 Manc. 666 Man. 890 Fig. 892 Manc.
peierare quid 414 land. 416 Fig. 417. Bad. 418. Manc.
pelaſgia 43 Land.
pelei pudicitia & hiſt. 624 Acron. 626 land. 627 Fig. 628 Bad. 630 Manc.
peligni 1085 Fig.
pelignū oppidū 704 Acron. 705 Porph. 706 Landin. 707 Glar. 708 Fig 709 Bad. 710 Manc.
peligni bellum Romanis inferunt 676 Manc.
pelion mons 593 Manc.
pellex 756 Acron. 762 Glar. 764 Fig. 768 Bad.
pellicum odiū 644 Acron. 646 Land. 648 Manc.
peloponneſus unde dicta 76 Land.
pelops 75 Porph 78 Fig. à Tantalo dijs ad epulādum appōſitus 76 Land.
pelopis genus 275 Manc.
penates qui dicantur 386 Land 387 Fig 388 Bad. 390 Manc. 954. Man.
penelope: hiſtoria 645 land. 646 647 Fig. 648 man.
penelopes caſtitas 189 Land. 192 Fig. 195 Manc. tela 646 Fig.
penetralia 455 Land. 462 Bad. 463 manc.
penitus a, um. 146 Land.
penſum quid 764 Fig.
pentheus 819 Land.
penthei fabula 521 Acron. 523 Lād. 525 Fig. 528 Man. mors 140 Manc.
perdicē amare qui 95 Land. 661 Land.
perditus qui dicatur 95 lan.
peregrinatio non mutat corpus 494 Fig.
peregrini qui dicti ſunt 602 Land.
perennē 790 Land.
peripetaſmata 782 Fig.
peripatheticorum dogma de morte 141 Manc.
περιφέρματα 782 Fig.
perithoi & Theſei amicitia 861 Land. 862 Fig.
periurium 418 Manc.
periurij comes 477 Palm.
permeſſus fl. 321 Land.
permutatio apud ueteres ſo cū nūmorū 289. 290 Fig.
perpendiculum norma & regula differunt 482 Fig.
perpenna 968 manc.
perſæ ditiſſimi pop. 446 Land. cur Medi appellati 40 Palm.
perſarum luxuries & apparatus 345 Acron. ibid. Porphyr. 346 Fig. 348 manc. populi præcipui 446 lād. regū nomina à tribu. ibid. Land. mores 324 manc.
Perſei hiſtoria 683 land 686 Fig. 690 Manc.
perſeuerātia quid 564 Land.
Perſia 222 Manc.
Perſicum unguentum 552 Manc.
Perſij uerſus de amantiū ſeruitute 416 Fab.
pertica quid 483 Fig.
peſſimuntia 712 Manc.
petere, poſtulare, obſecrare, Flagitare, Expoſtulare differunt 294 land. 295 Fig.
Petrarchæ laurà 445 Land.
pelei genus 707 Fig.
Petreius 966 Manc.
petrei mors 362 Manc 363
Peucetiorum lingua 330 Manc.
phalernum 968 Manc.
phalernum Vin 215 Bad 216 Manc. 397 Porph.
phantaſma quid 694 Land.
Phaen 457 Land.
pharetra quid 228 Land. 229 Bad.
pharmacon quid 256 Land.
pharmacū inuētio 189 Lād.
pharonica inundatio 34 Iacob. à Cruce.
Phaſelus nauis 553 Acron. 555 Land. 557 Fig 550 Man.
φάσηλ 861 Fig.
Pherecratium & Pindaricum carmen differūt 99 Acron
Pherecydes quando floruerit 195 Manc.
phereclus nauium Paridis faber 171 Manc.
φιλαυτία 200 Roc.
Philippus Macedo quas ciuitates & loca munita auro ſubegerit 681 Acron. 684 Land. 687 Fig 690 Man. Demetrij filius Hæmū mōtem conſcendit, ibiq; Ioui & Soli aras erigit 182 Lan.
Philippi Macedonis nobile dictum 432 Bad. 687. Fig. non Philippum, ſed Philippi aurum Græciā expugnaſſe 687 Fig.
Philippi urbs & campus 403 Acrō 405 406. Lan. 407 Fig. ibid. 410 Manc.

Philippi

Philippi 592 Manc.
Philippi Landgrauij ſtudium & delectatio in Venatione 17 Fig. Landgrauij laus 14 Fig.
philyra 345 Acron. ibid. Lan. 346 Ang. Pol. 347. Figul. 348 Bad. ibid Manc.
philolaus Platonis præceptor 508 Land.
Philomena 894 lan 895 Fig.
φιλομμειδὴς Venus cur dicatur 37 Fig.
philoſophia quid 508 Man.
philoſophiæ moralis autor 260 Land.
philoſophorum ſententia de futurorũ ſcientia 102 land. quorundam impia opinio 860 Land.
Philoxenus poëta diuitias contemnit 740 Fig.
philtron 189 Land.
phlegma unde 439 Manc.
phocenſes 1056 Eraſ.
phocenſium execratio 1056 Eraſ.
phoci genus 707 Fig.
phocyon 556 Fig.
phœbus cur intonſus pingatur 219 Fig.
phœbi & Mercurij reconciliatio 109 Land.
Phœnices populi unde dicti 443 Land.
φοῖβος 252 Fig.
φόρμιγξ 812 Fig.
φοῖβος ἀκερσεκόμης 638 Manc.
phorci Dei marini filiæ 256 Land.
phormiana 685 Land. 688 Fig. 690 Bad.
phormiani 693 Porph. 696 Fig. 698 Manc.
Phoroneus rex Land. 750
Phraates rex Perſarum 365 Acron. 366 Porph. 367 Land 368 Glar 370 Pol. 371 Bad 373 Man 621 Mã.
phraatis in mane ſcelus 634 Land. 636 Fig.
Phraortes 368 Glar. & Phraortes 369 Fig.
φράζω quid ſignificet 444 Land.
Phrygiæ deſcriptio 448 Fig.
phrygia fabula 178 Land.
phrygũ domicilia 183 Manc.
phrygius lapis 540 Acron. 541 Porph. 544 Glar 547 Fig. 552 Manc.
phurnurus 112 Fab.
Phthia oppidum 390 Manc
phthius 856 Manc.
φύλλον 345 Acron
Phyllidis hiſtoria 383 Acron
phyleus 712 Manc.
piacula quæ dicta 265 Acron 269 Land. 276 Manc.
picentes contra Roman. bellum mouent 676 Manc.
pici regis transformatio 758 Land. 763 Fig.
pieria ſcortum 645 Acron. 647 Palm. mons 587 Fig. 593 Manc.
Pierides Muſæ unde dictæ 820 Fig.
pietas quid 467 Lan. 474 Bad.
pignus eſt 100 Acron
Pij 2 Pontif. carmen de Amore 209 Bad.
pilæ ludi inuentio 114 Land.
pilũ urbs 164 Lan 173 Man.
Pimpleæ Muſæ cur ſic dictæ 248 Acron. 249 Porph. 249 Land. 250 Glar. ibi. Fig. 252 Manc.
Pimpleides 249 Porph. 252 Manc.
πιμπλέω 252 Manc.
pincerna 706 Land.
pindarus quibus uirtutibus præditus ſit 810 Fig 815 M.
pindarus 808 Land.
pindari opera 814 Fab. uerſus 156 Mur. authoritas 809 Land.
Pindaricum carmen & Pherecratium carmen differunt 99 Acron
Pindus mons 117 Acron. 119 Porph. 130 Fig. 139 Land.
pinetum unde 392 Land.
pinus arbor, eiusq; natura 154 Landin. 427 Acron. 722 Acron & Porph. cui Deo conſecrata 377 Land.
pirene fons 666 Man.
pirithous Lapitharũ rex 204 Manc.
pirus ſyluatica arbor infœlix 455 Land.
piorum ſedes ubi 453 Acrõ. animos ſtatim in cœlos reuerti 565 Land.
Pipleides 252 Manc.
piſai inuentum 47 Land.
piſces ingentes 480 Lan. cur non reſpirent 819 Land.
piſcinarum maximus uſus apud priſcos 480 Land.
L. Piſonis cõſtantia 567 Fig.
Piſinus urbs 183 Manc.
Pittacus Mitylenæus uictus 293 Acrõ. 295 Land. 296 Palman.
Pittaci patria 88 Fig.
pium nunquam mala morte periiſſe ſecundum Hieronymum 189 Land.
placare 326 Porph.
plaga quid 17 Fig. 268 Lan.
plagæ 946 Freig. quot modis appellentur 12 Land.
Plancus quando regnârit 88 Glar. 673 Glar. 674 Fig.
Planci patria 83 Porph.
plangere 70 Land.
planicies q̃d propriè 843 Fig.
planetarum domicilia 502 Land. 505 & 506 Fig.
Platanus Delphica 480 Lan.
platani natura, fructus & uſus 477 Acron. 479 Porphyr 480 Land. 482 Fig. 484 Bad. 485 Manc.
Plato à quo è Dionyſij manu ſit liberatus 266 Land. 274 Manc.
Platonis locus de Deo & eius ſede 123 Lan. præceptor 108 Land. ſententia de optima Repub. 582 Lan. allegoria de Veſta 50 Land. opinio de Muſis 121 Land. ſententia de Sphærarũ motu 415 Land.
platonicorũ dogma 208 lãd. ſententia de animorũ migratione 565 Land dogma de futuris 104 Fab. dogma de mortis contemptu 237 Land. opinio de animæ migratione 33 Land.
Platos, ἀπλατύνω 485 Man.
plaudere 213 Land.
plauſu communi in theatro Romæ uiri Clari & benè meriti excepti 214 Fig. 216 Manc.
plebs & populus differunt 220 Fig.
Plebeius ordo qui olim 16 F.
plectilis corona 347 Palm.
plectrũ unde dicatur 355 Lã.
Pleiades ſtellæ 906 Fig 910 Manc.
plenilunium quãdo fiat 247 Manc.
plethrum 790 Land.
plorare quid 70 Land.
Plinij uerba de Geminorum ſydere 44 Land.
Pluto cur Deus diuitiarum 468 Land. cur Deus mortuorum 468 Land.
Plutonis aulæ deſcriptio 472 Fig. uita, res geſtæ & hiſtoria 468 Land. 472 Fig.
pluuia 885 Fig.
pluuiæ & imbres ut differant 85 Land.
pluuiarum futurarum ſignà 47 Land. 440 Manc.
pluuias nimias qui uentus excitet 45 land. 727 Land.
pocillator 281 Fab.
pocula unde dicta 10 Land. quot exhaurire liceat 708 Fig.
pœnæ cur introductæ 845 Fi.
pœnica palma ẽta 478 Man.
Pœni pop. 456 Land à quo primùm nauali prælio ſuperati 615 Lan. 618. Fig. 620 Bad.
pœnus nomen unde deriuetur 443 Land.
pœnorũ crudelitas 602 land. clades in nauali pugna 447. 450 Manc.
poëta quid ſit 13 Land.
poëtæ boni officiũ 859 Landin. artificium 69 Land.
poëtæ non conuenire hiſtorias 442 Porph. quæ loca aptæ ſint 522 Land.
poëtæ cur Muſas ſemper in principio operum ſuorum inuocent 18. Fig. in quorum tutela ſint 121 Land. quicũ diuinos honores conſecuti 32 Land. ſancti cur 495 Fig 879 Fig. cur hedera coronentur 12 land. 17 Fig. 90 91 Fig 522 lan. delectãtur circũlocutionib. 668 Fig ſæpe Datiuũ loco Accuſatiui ponunt 190 Lan. cur otium & ſolitudinem quærant 18 Fig. cur docti ſint habendi 12 Land. boni & mali quib. comparentur 531. 532 lan. 533 Fig. Muſarum ſacerdotes 250 land. 189 lãd 541 545 Fig.
poëtis Dei ſpiritũ ineſſe 495 Fig.
poëtas plurima quæ diuerſis temporib, fuêre ſimilia, frequenter in unũ congerere 33 Iacob. à Cruce à Muſis corona donari 249 Land. 250 Fig. nihil cum famæ celebritate ſcribi, niſi muſarum inſtinctu 250 Fig. dijs quodãmodo admiſceri 12 Land.
poëticæ honor apud Veteres 586 Fig.
poli qui dicantur 274 Manc.
pollionis piſcina 480 land.
pollionum familia 353 Land.
pollux inſignis pugil 118 Acron. & Caſtor fratres 870 Fig.
pollucis ortus 44 Land.
Polycratis Samij cruciatus 664 Fab.
Polyhymnia una Muſarum 18 Fig quam uarijs rationibus ſcribatur 13 Manc.
polymnia una ex nouem Muſis 121 Land.
polymniæ nomen qua ratione ſit ſcribendum 19 Pol.
polypus 1033 Fig.
poma Alexandrina 404 Acron. 406 Land.

pomaris 85 Land 122 Land.
pompeianorum clades 359 Fig. ſplendor armorũ 354 Land.
Pompeius 152 Acron
S Pompeius 157 Manc.
S. Pompeij an Horat. mẽtionem faciat 153 Glar. hiſtoria & conflictus cum Auguſto 153 Land. magni res geſtæ hiſt. 154 land. res geſtæ cõtra Spartacũ 671 Acron. uituperiũ 965 Fab. arrogantia 351 354 land. Cæſaris odij cauſa 353. 354 land. 356 Glar. 359. Fig. Varii bella & res geſtæ 403 Acron
Cn. Põpei interitus 363 Mã.
Pompilius ſecundus rex Romæ, eiuſq; uita 125 Land.
M. Pompilius à Numantinis cum exercitu ſoſus 448 land.
Pomponij Numidæ laus 325
ponderũ inuentor 107 land.
ponere ſignificat aliquando deſcribere 50 Land.
Pontani uerſus de ſtella Veneris 421 Fig. de lunæ uiciſſitudine 525 Fig.
Pontifex ſacer magiſtratus 474 Fig.
pontificis etymologia uaria. ibid. Fig.
pontificũ cœnæ quales 471 Rot. Hart. 474 Fig munus & poteſtas apud Veteres. ibid. Fig.
populares qui propriè dicantur 457 Land. 459. Fig. 464 Manc.
poplites 554 land. 556 Fig. 558 Bad.
populonia urbs 197 land.
populus arbor cui dedicata 82 Porph 86. land 90 Figul. 910 Manc.
populus & plebs differunt 220 Fig.
populi arboris tria genera 90 Fig.
porcilla 188 land.
Porcus Troianus 695 land. unde dicatur. ibid Land.
porci effigies inter ſigna militaria quem locum teneat. ibid. Land.
porta cornea quid denotet 760 land. 770 Manc.
Porphyrio uetuſtior Acrone 87 Glar.
porphyrionis impudẽtia 737 Glar.
porticus quid 483 Fig.
Portij Catonis cõſtantia 351 Acron 352 Porph. 358 Fig. 363 Manc.
portunnus unde ſit oriũdus 7 land. 271 Fig.
poſcere 294 land. 295 Fig.
poſteri qui ſint 524 Fig.
poſthumus qui dicatur 467 land 471 Fig 474 Polm.
poſtulare, Obſecrare, Petere, Flagitare, expoſtulare differunt 294 land.
potationes qua ratione fieri debeant 708 Fig.
potatoris ſtudium 1 Eugent.
potens unde deriuetur 72 Polm.
potior qui dicatur 641 land.
ponti menſura 770 Manc.
præcordia 959 Manc.
præceptor doctus, doctos reddit diſcipulos 655 Fig.
præceptũ quid 479 Porph.
præcones 964 Fig.
præfectura 78 Fig.
prælium inter Brutum & Auguſtum 158 Manc.
præneſte urbs 586 Fig 785 Fab.
præpetes aues 757 land. 762 Hart. 695 land.
præſagire unde 391 land.
præſidium quid 6 land.
præſtigiator qui dicatur 105 Acron. 109 land.
præſtigiatores quod ſydus denotet 108 land.
prætexta 986 Manc.
prata unde dicta 63 Fig. 59 Land.
Priamus Apollinis oraculum cõſulit de Paride 170 Man. hoſtium caſtra ingreditur 105 Acron. 110 lan. Fig 111. Priami parentes eiuſq; proles ibid Fig. regnum 389 Manc. 452 Manc. filiæ 425 Fig. 426 Man. mors 163 Land.
Priapus quid denotet 30 landin. Deus & cuſtos hortorum 942 Fig. 950 Manc.
priene ciuitas obſeſſa 688 Fab.
primitiæ 950 Manc.
princeps imago Dei 38 Fig.
principis nomen apud Romanos quis primũ acceperit 40 Polm.
princeps tanquam columna 314 land.
principes poſt Deum colendi 134 Fig. cuſtodes Reipublicæ 843 Fig.
principia quæ dicantur 741 Fig.
principiũ nomen cui attributum ſit 24 Acron
Priſcus ſuperbus rex Romanorum, eiuſq; uita & hiſtoria 126 land.
Priſcus Tarquinius 129 Glar.
priſtis 291 Fab.
priuignus propriè qui 734 land. 744 Manc.
proauus unde 5 land.
è Probis parentibus, naſcuntur probi 829 land.
probitum quid 179 land.
procellæ quæ 421 land 422 Fig. 425 Manc.
procellas quod ſydus portendat 547 Fig.
proculei laus & amor erga fratres 364 Acron. 365 Porph. 366 land. 369. Fig. 372 Manc.
procyon ſydus 194 Manc. ſtella 670 Man 779 land. 782 Fig. 951 Manc.
prodigere 142 Manc.
prodigalitas unde 136 land.
prodigium 694 land.
prodigia quãtũ mala aliquando præſignificent 26 land.
prodigus qui dicatur 372 Manc. 120 Porph. 126 landin. 142
producere uariè accipitur 455 land.
prætus 023 Acron 650 Man.
profeſti dies qui dicti ſint 10 land 915. Glar. 917. Fig. 920 Manc.
progne fabula 893 Porph. 894 land. 895 Fig 897. Manc.
prometheus autor hominũ 184 Manc.
prometheus 27 land 53 Fig. 179 land. 181 Fig. 162 Fab. qua ratione in cœlũ aſcenderit, & ignem ſubripuerit 42 Acron. 43 Porph. 48 land. quem homicẽ dem tet 49 land. 184 Manc.
Promethei fabula eiuſq; pœna apud inferos 453 Acron 461 Fig 463 Bad 176 Acron. ingeniũ 53 Fig. etymõ 520 Manc. pœna 53 Fig. figmentum 48 land. pœna in mõte caucaſo 49 Land.
promethea quid ſignificet 184 Manc.
propagines cur ſint transferendæ 950 Manc.
prophanum & prophani qui dicti 537 Acron. 540 Porphyr 541 Land. 545 Fig. 30 Manc.
propinare 706 land.
prora quid 154 land.
proſequor 232 land.
proſerpina regina inferni 456 land. 459. Fig. 722 Porph. 724 Manc.
proſerpinæ fabula 267 land. 274 Bad. 276 Manc.
proſtibula quæ dicta 436 Land.
proterui qui 196 Manc. 190 Land. 207 land.
Proteus Neptuni paſtor 23 Acron. 28 land. 35 Figul. unde oriundus, & quo pacto futura prædixerit 28 Land. cur creditus ſeſe in omnigenã ſpeciem uariare poſſe 35 Fig. cur uates ſit habitus 35 Fig. an tẽpore Deucalionis uixerit 33 Iacob. à Cruce.
protei cur mẽtionem autor in lib. 2. Sat. 2. fecerit 33 Iacob à Cruce.
prouidẽtia diuina omnia reguntur 151 Fig.
prouidentiam diuinam qui negãrint 123 Land.
prudentia quid 48 Land.
prudentem exiguis eſſe contentum 450 Fig.
pruina 63 Fig.
prunus arbor fœlix 455 Lan.
priſcus arbor infœlix 454 Land.
Pſilli pop. 12 land.
Ptolemæus Soteres nauim tri ordinibus inſtituit 47 lan.
Ptolemæi reges unde dicti 446 Land.
pubes 244 land. 423 Fig. 425 land.
pubertas 244 Lan. 423 Fig.
puberes qui dicãtur 425 lan.
publica priuatis ſemper præferenda 483 Fig.
publicarũ apud antiquos Feriarũ genera quatuor 848 Fig.
pub... animi dictum 238 Fig.
pudicitia optima dos 739 F.
pudicitiæ exẽpla uaria 624 Acron.
pudor quid 836 land. ubi maximè ſit 391 land.
puellæ Laconicæ 437. 438 Fig. olim caput obnubebant 166 Fig.
puellarum ſtudia 664 Fab. petulantium mos & natura 103 Fig.
puer qui dicatur 125 land.
pueri quomodo ſint educandi ſecundũ Lycurgi leges 555 Lan. cur uehemẽter poetæ delectentur 717 land.
pugnæ quæ 269 land.
pulchrum quid 170 Bad.
pulla 242 Acron. 244 lan.
puluilli 1003 Fig.
pulli in equo & aſino 244 Land. 248 Man. de quib. animalib dicantur 11 land.
pullus equinus 246 Bad.
pullulare 244 Land.
pulchritudo in puellis quæ 386 Land.

pulſare

pulſare tibias & tubas nō uſitatum 706 land.
pulninaria quæ dicta 333 Acron. 336 land. 338 Fig. 343 Manc.
pulnis 6 land.
pumex lapis unde gignatur 113 Land.
punicum bellum quæ prodigia præceſſerint 26 Land. bellum primum & ſecundum 450 Manc. 447 Fig.
puppis quid 154 Land.
pupulæ 975 Land 979 Fig.
purpura piſcis 950 Manc.
purpura dibapha 489 Porph. 498 Manc. 396 Manc. Laconica 511 Land. 514 Fig. 510 Mancin. optima ubi 491 Land. 495 Fig. olim duces in exercitu utebantur 313 Land.
purpuræ uaria genera, & deſcriptio 491 Land. 495. Fig. 498 Manc. 511 Fig. uſus apud Rom. 495 Fig.
purpuratus 313 Land. & purpurati 323 Bad. 323 Man.
purpureus color 317 Fig. ol. 799 Fig.
purpureum quid 310 Acron. 313 Land. 317 Fig.
putum numen Iouis quod dicatur 647 Fab.
pyra laminina 766 Fab.
pyragmon cyclops 60 Land.
Pyramides quid 790 Land.
Pyratæ unde dicti 681 Acrō. 684 Land. 690 Manc.
pyrene fons 262 Manc.
pyromantia 695 Land.
pyrpyle 219 Land.
Pyrrha meretrix 68 Acron. Porph.
Pyrrha uxor Deucalionis 22 Acron. origo & ſtemma 27 Land.
Pyrrhus Delius Piſcator 275 Manc. 711. 712 Acron. 717 Bad. 615 Manc. Epi. rotarū rex à Romanis prælio uictus 611 Acron. 615 Land. 616 Glar. 618 Fig. 620 Bad. 622 Manc.
pyrrhus cauſa excidij Troiæ 385 Land.
Pythagoras 108 Land. Veneris ſtellæ inuentor 421 Land. 423 Fig.
Pythagoræ præceptores 195 Mancin. eiusq́ præcepta 1049 Fig. renaſcentia 262 Acron. 265 Porphyr. 266 Land. 270 Fig. 275 Manc. authoritas 267 Land. 273 Bad. 275 Man. dogma de animæ tranſmutatione 270 Fig. 273 Bad.
pythagoreorū dogma de hyme 104 Fabr. opinio de mortis cauſa 91 Acron. de numeris 104 Fab.
Pythius Apollo 182 Bad. 184. Manc.
Pythij ludi, qui & unde dicti 7 Land. 181 Fig.
Pythia ſacerdos Apollinis Delphis 83 Land. 178 Lan.

Q

QVadra 482 Fig. quadrigatū inuectrix 123 Land.
quadrimum quid 101 Land. 103 Fig.
quadriremis inuentor quis 46 Land.
quadrigæ propriè quid 491 Land 495 Fig. 497 Bad. 498 Manc.
querela 951 Manc.
qualus uas 662 Land. 663 Fig. 665 Bad. 666 Manc.
quaſillus 663 Fig.
quatenus & quatinus differant 731 Acron. 738 Glar. 745. 745 Manc.
quærere Bacchum inuitū 201 Palman.
querceum unde 392 Land. 420 Porph.
queror abſq́ Diphthongo & & quæro cum diphthongo ut differant 27 Land.
quinqueremis inuentor quis 46 Land.
quintiales 446 Land.
quintilius Varus 19 Acron. eius mors 231 Acron. 239 Bad. 240 Bad.
quirinus quis 15 Fig. 140 Manc.
quiris à Sabinis haſta appellatur 33 Land. 8 Land.
quirites unde dicti 15 Fig. in ſingulari numero 403 Acron. 405 Porph. 406 Land.

R

RAbies quid 166 Fig.
Racemus 393 Fig.
rapax auis unde dicta 337 Land.
raſuram quis primum inſtituerit 486 Manc.
ratis quid 16 Fig.
rates quæ propriè dicantur 9 Land.
rana 753 Acron. 758 Land. 762 Glar. ibid. Fig. 767 Bad. 768 Manc.
raucus ſonus qui dicatur 469 Land.
rauus color 753 Acron. 762 Fig. 768 Manc.
re ſyllaba natura breuis 127 & quando producatur 315
Land.
Rebecca 166 Fig.
rebellium pœna 929 Fig.
rebus partis contenti eſſe debemus 290 Fig.
recūbere, accūbere & diſcumbere differunt 253 Acron. 255 Land.
recreare 713 Land.
reddere 43 Land. 504 Land.
redemptor qui 547 Fig.
redonare & condonare ali quem 566 Land.
referre 127 Land.
reges in cuius tutela ſint 135 Palm. 545 Fig. uicti quo habitu in triūpho Romam introducti ſint 448 Fig 451 Manc. legib eſſe ſubiectos 545 Fig.
regibus uinum non dandum eſſe 201 Fig.
regula, norma & perpendiculum differunt 482 Fig.
reguli conſtantia, cruciatus laus & amor patriæ 596 Acron. 598 Porph. 600. 603 & 605 Fig. 601. 608 Manc. 610 Manc. hiſtoria & res geſtæ 126 Land. 141 Manc.
regni monimentum 318 Fig.
rei apud Veteres qui dicti 357 Fig.
Reorū pœna apud Rom. 318 Fig.
religio & pietas ad omnia utilis 617 Fig.
religionis contemptæ pœna 609. 610 Acron. 613 Lan. 616 Fig. 619 Fabr. 620 Bad.
religionem falſam etiā Deo placere Land.
remigium 123 Land. 155 Fig.
remiges unde 153 Land.
remi augurium 621 Manc.
remi qui dicti 1021 Fig.
reponere 101 Land.
rerumpublicarum origo 110 Fig.
reſpublica beata quæ 582 Land. quot modis conſeruetur 845 Fig. quot partibus conſtet 109 Land.
res ſecundæ & aduerſæ quomodo ſint ferēdæ 429 lan.
retia inuenta 140 Man.
Rex & Tyrannus apud Antiquos indifferenter erat 695 Land. unde dictus, & cur paſtor populi 915 Landin. 545 Fig.
rhadamanthus iudex & eius genus 464 Man. 759 lan.
rheæ Syluiæ hiſt. 178 land 37 Fig. 711 Manc. & Hæmonis regis hiſt. 189 Land.
rhenus fluuius 172 Manc.
rheti duplices 819 Glar.
rhetorum Vindelicorum mores & uita 817 Land. 837 Manc.
Rhodanus flu. eiusq́ tractus 532 Land. 535 Fig. 535 Manc.
rhodope mons 747 Porph. 748 Land. 750 Manc.
rhodon cur clara 83 Porph. 81 Acron 83 land. 85 Fig.
rhodes inſ. quos uiros claros habuerit 88 Fig.
rhœtus 527 Palm.
rhæci Gigantis hiſtoria 528 Acron 523 Land.
rhombus piſcis 940 land. 943 Fig. 952 Manc.
rhodia ciuitas 868 Glar.
rhodinum oppidum 868 Glar.
ripa & litus quid differant 29 Land. 36 Fig propriè fluuiorum 515 land.
riphei montes 230 Manc. 575 Manc.
riſus quid, unde ſit, & an in oratione adhibendus, quatenus in illo progrediendum, & quot eius genera 444. 445 Land.
rithmus 816 Manc.
riuus quid & unde deriuetur 667 Land. 89 Fig.
riuales 798 Land.
rixare 147 Land.
roberti inſcriptio 872 Man.
robur propriè quid 46 Lan.
roma à quo condita 603 Fig. ſeptem collis 1095 Fig. miſerè depopulata Tyberis inundatione 35 Fig. domina cæterarum ciuitatū 820 Fig. orbis caput 125 Land. in quorum numinum tutela fuerit 135 Pol. urbis natalis 140 Manc. 621 Manc.
romanæ urbis ciuium nomerus ante Cæſaris aduētum 36 Fig.
romanus populus incertos ordinis & curias diſtributus 569 Fig 16 Fig 125 lan.
romani populi origo 125 Land.
romanum imperium poſt ciuile bellum inter tres diuiſum 333 Acron. 335 Land.
romani imperij potētia 569 Fig. 134 Fig. exercitus militaris ſigna 89 Fig.
romani imperij interitus cauſa 356 Fig. Attali hæredes facti 509 Acron. 510 Porph. 511 Land. 514 Fig. 517 Bad.

Romani Græcæ linguæ ſtudioſi 635 Fig. quibus inſignijs Galeatum uſi ſint 38 Fig. abſq; auſpicijs nihil incipiebant 617 Fig. & Sabini in unum populum coëunt 8 Land. unde dici initium ſumpſerint 446 Land. quoties à Numantinis clade affecti ſint 443 Land. 450 Manc. cur quædā nomina coloeriint 700 Glar.
Romanorum pœna in Sacrilegos 459 Fig. mos in ſæneribus deſignandis 470 Land. 478 Mar. Hon. clades in uariis locis 36 Fig. 118 Acron. 355 Land. 673 Fig 693 Fig naualis uictoria 618 Fig. exercitia 31 Fig. 97 Fig. 625 Acron. 626 Land. 628 Bad. 555 land. uaria ſacrificia 617 Fig. 633 Land. priſcorum continentia & temperātia olim 479 Acron. 482. 483 Fig. imperatorū inſignia 371 Fab. fortitudo unde 828 Land. gladius 258 Fig. ſimplicitas 127 Land. mos in prælio 358 Fig. mos in bibendo 328 Cœl. mos in dijudicandis cauſis 378 Land.
Romphæa 258 Fig.
Romulus 17 Rex ab Aenea 140 Manc. inter deos relatus 132 Fig. 561. 563 Porphyr. 565 land. 568 Fig. cōditor urbis Romanæ 118 Acron. in conſpectu Senatorum in cœlū raptus 125 Land. cur Veneri ſacrificātis 889 Fig.
Romuli augurium 621 Mancin. 55 fol. 140 Man. annus 632 Lan. & Tatij contractus 8 Land. & Remi hiſtoria 29 land. 621 Mancin. 125 land.
ros 63 Fig.
roſæ 347 Fig. 348 Manc. 379 Fig.
roſæ ſuccus pro unguento 436 land. 440 Manc.
roſeus color 147 Fig.
roſmarini natura 728 Fig.
roſtrum quid 154 land.
roſtra in nauib. quis inuenerit 47 land.
roſtratæ naues quæ 491 Lan. 494 Fig.
rota unde dicatur 7 Land.
rubeta 986 Manc.
rubigo propriè quid 245 Pulman. 127 Land. 728 Fig.
Rubeū mare 319 Fig 323 Mā.
rubus 231 Acron. 233 Fig.
rudentes 1021 Fig.
rumor ſit. 28 Land.
rumor & fama differunt 328 Land.
rupes 761 Land.
ruſor Deus 87 Land.
ruſtica uita an beata 946 Fig.
ruſtica plebs cur idonea ad bellum 133 Fig.
ruſticæ uitæ laus. Acron 935. 945 Fab. 446 Freig. 449 Manc.
ruſticis quod tempus aptum ſit ad ſacrificādū 58 Porph.
rutulus cōſul occiſus 673 F. 8
SAbinarum raptus 125 Lan.
Sabini pop. 586 Fig. 944 Fig. 946 Freig.
ſabini unde Seuini dicti ſint 515 Fig. religioſiſsimi pop. 940 Land. 102 Land. & Romani in unū populum coëunt 8 Land.
ſabinorum clades 89 Fig.
ſabinum uinum 212 Porph.
Sabæi pop. 279 land. 280 Fig. 282 Bad.
Sabelli pop. 615 Land. 522 Manc. 1074 Fig.
Sacadas Argiuus elegiorum uerſuum repertor 300
ſacerdos quid 545 Fig.
ſacerdotes cur coronentur 91 Palm.
ſacerdotales cœnæ 333 Acrō. 335 Porph.
Sacra Cereris quæ 553 Acron.
Sacra Via 964 Land.
ſacræ res quæ dictæ antiquitus 54 Fig.
ſacramentum quid 505 Fig. 500 Bad.
ſacrificandi ritus olim 728 Fig. 2c8 land.
ſacrificia ſuperorum & inferorū Deorum 631 Acron. 635 Fig. publica & priuata 725 Acrō. 726 Porph. 228 Fig.
ſacrificiorum uaria genera apud Rom. 613 L. 617. Fig.
ſacrilegium quid 455 land.
ſacrilegus qui dicatur 458 F.
ſacrilegorū pœna apud Græcos 458 Fig.
ſacrum quid 445 Land. 11.6 705 Porph.
ſaga unde dicta 254 Acron. ibid. Porph. 256 land. 258 Fig. 262 Manc.
ſagaces canes qui dicti 393 Land. 396 Manc.
ſagum 1012 Fig.
ſagittæ ex quibus olim factæ 261 Acron.
ſagittarij optimi 279 land.
ſal in ſacrificijs 728 Fig.
ſalaces unde 727 land.
ſalamis condita 86 Land. 51 F. duæ ciuitates 90 Fig.
ſalamina 82 Acron
ſaliares cœnæ 333 Acron 336 Land 338 Fig 341 Bad. 34 Manc.
ſalices ubi proueniant 393 Fig. 392 Land.
ſalicetū & ſalictū unde 392 L.
Salinum quid propriè 487 Acron. 489 Porph. 490 land. 491 Eraſ. 495 Palm. 496 Bad. 498 Manc.
Salij ſacerdotes 326 Acron. 327 Porph. 327 land. 798 land 329 Fig 332 Manc. 802 Fig
ſaliorum collegiū 608 Man.
ſalire quid propriè 727
Salluſtius, eiusq; laus 363 Acron. 365 Porph. 366 land. 370 Palm. 371 Bad. 372 Manc.
Salmonei fabula 138 Bad.
Salonæ ciuitas 351 A. 359 Fa.
Saloninus 351 Acron. 353 Land. 359 Fab.
ſaltationē cū membrorū geſtibus qui inuenerint 611 Acron. 612 Porph. 614 Land. 620 Bad.
ſaltus quid propriè 378 Lan. 380 Fig.
ſanctum quid 30 land.
ſangarius fl. 183 Manc.
ſamnitum origo 616 Glar. 618 Fig. 622 Man. 676 Mā.
Samothracum dij 986 land.
ſapiētia quid 46 lan. 773 fig.
ſapiens utrasq; fortunas ferre uil 491 lan qualis eſſe debeat 573 Fig. quis dicatur 85 land.
ſapientis animus qualis debeat eſſe 429 land.
ſapienti uiro utraq; fortuna ferenda 432 Fab.
ſapientes oēs eſſe reges, eſſe dictatores, eſſe cōſules. 554 land. ſolos eſſe diuites 307 land. 374 Man. ſolos eſſe liberos 301 land.
Sapphô unde, eiusq; fabula & quando floruerit 881 Fig. 453 Acron. 454 Porphyr. 463 Bad 464 Man. Lyricus poëta 252 Manc.
ſapphici carminis inuentor 296 Palm.
Sarculus uel Sarculum quid 16 Fig. 9 land.
Sardinia 288 land. 289 Fig. 291 Fab. 292
Sarmatæ 589 Fab.
Sarpedonis genus 759 land.
ſatiræ 9 land.
ſatellites propriè 513 land. 518 Bad. 684 land.
ſaturnalia ſacra 914 land.
Saturnus Cœlo patri uirilia amputauit 44 land. temporum auctor & princeps 451 Manc.
Saturni ſtellæ proprietas & natura 501 Porph. domicilij 505 Land. 508 Manc.
ſepulchrū cur oleo impletū 84 land. ac Martis coniunctio 508 Manc.
Satyri qui 18 Fig. 60 Land. 524 Fig. 528 M. cur longis aurib. pingātur 521 Porph.
Satyrorum forma 61 land.
Satyrus tempore D. Antonij inuentus 60 land.
ſcæuolæ conſtantia & hiſtoria 1058 Fig.
ſcalpere quid 658 Fab.
Scamander fl. 171 Manc. 714. Fig. 715 Bad. 716 Manc. 1940 Fig.
Scapha 784 Fig.
Scardona 934 Man.
ſcauri qui 119 Acrō. 133 Fig. 141 Manc.
ſcaurorū hiſt 126 lan 129 G.
Scazon 191 Ald Manut.
Scelerū ultio certiſsima 557 Fig.
ſceptrum regale 140 Manc.
Scipio Africanus 1011 Fig. agriculturæ deditus 949 Manc.
Scipionis Aphricani laus 867 land. 868 Glar. 869 Fig. Africani res geſtæ cōtra Numantinos & ſeueritas in militares ignauos 443 land. Africani præceptor 177 Acron. 178 Porph. clades in Aphrica 355 land. mors 363 Manc.
Sce... pop. 207 land.
ſcommata quæ dicū ur 448
Scopas Sculptor inſignis 867 Land. 869. Fig.
ſcortum unde dictum 419 Acron. ibi Porp. 440 Fa.
ſcorpius & libra ſigna cœleſtia apud Chaldæos pro uno habita 504 Glar.
ſcorpij proprietas & natura 500 Acron. 502 Porph 503 Land. 508 Manc.
Scyllæ deſcriptio 256 Land. 258 Fig.
Scyphus poculum 213 Land. 254 lan. 258 Fig. 296 Bad. 261 Manc.
Scythæ profugi 317 Fig 320. 845 Fig. populi eorumq; mores & uita 433 Acron 437 Fig. 438 Bad.

Scythas

Scytharũ deſcriptio 207 Lan. 207 Lan. immanitas 646 Fig. mos in prælio 318 Porphyr. 322 Bad.
Scytharum pop. mores 636 Fig. 638 Manc. 731 Acron 731 Porph 734 Laud 738 Fig. 744 Manc.
Scythæ regis fabula 208 Lan.
Seculares ludi unde dicti, eorum q; inſtitutio 218 idem. 220 Pulm. ibid Fab. 222 Manc. 854 Figul. 1092 Land. 1093 Figul.
ſecuras qui dicatur 248 Acro. à raro differt 249 Lan.
ſecures cum uirgis cur præ- latæ ſint magiſtratui Romano 98 Pulm. 140 Man. 495 Figul. 552 Acron. 556 Fig.
Senatores qui 906 idem
ſedes propriè quid 398 Lan.
Seduni 533 Fig.
ſeges & aruum differunt 292 Pulm.
σεραῖος ἢ σεραφόρος 647 Pulm.
ſelecti & adſcriptitij dij 369 Figul.
Semidei 560 Acron.
Semele 187 Acron. 210 Manc. 205 Acron.
Semeles fabula 207 Land. & fulmine tacta 124 idem
Semeleius Bacchus 192 Fig. 194 Manc. 196 idem
Senatores olim principes dicti 40 Pulm. inſtituti Romæ 125 Land. Romæ quot olim fuerint 604 Fig.
Senatorium duplex ordo Romæ 569 idem
Senecæ uerba de auarorum natura 689 Bad. 742 Fig de Cerbero 460 Fig. uerſus de contemptu diuitiarum 430 idem. dictum de rebus proſperis & aduerſis gerendis 382 Manc. uerba de uitæ fugacitate 437 Fig.
ſenectæ incõmoda 437 Fig.
ſenes occiduntur apud Maſſagetas 316 Land. curenari 279 Land. 418 Fig.
ſenum natura 930 Fig. mala 429 Mancin.
ſenio in ludis quid 412 Man.
Seniorum carmen 413 Acro. 414 Porph.
ſententia quid 1060 Figul.
ſentina quid 154 Land.
Sepes elephantorum dentibus fieri 289 Fig.
ſepeliendi mos apud Priſcos 364 Acron. 372 Fig.
Septentrio 648 Manc.
ſeptem chordæ quæ dicantur 655 Glar.
ſepulturæ repertor 468 Lan.
ſequor 232 Landin.
Serę Romanorum amicitiam ultrò petunt 134 Figul.
ſerere 196 Landin.
ſeres populi 129 Land. 144 Manc. 277 Acron. 278 Porph. 279 Landin.
ſerenitatis ſignum ex lunæ colore 440 Manc.
Sergij gratæ piſcine 480 Lan.
ſermonis inuẽtor 106 Porph.
ſerpentes quam arborem fugiant 748 Fig.
ſerpentium ictus remedium 748 Landin.
ſerra ferreæ inuentor quis 50 Land.
ſerous qui dicatur, eorumq; ſtatus olim 300. 385 Land.
ſerui qui ſint ſecundũm philoſophos 300. 301 Land.
Seſoſtridis regis triumphus 129 idem
P. Seſtius conſul quo tempore uixerit 62 Glar.
ſeueritas ꝓpriè quid 314 Lan.
ſeuerus qui & unde dicatur 314 Land.
S. Iulius Cæſar quando Conſul fuerit 673 Figul.
σιγηλὸν 149 Fig.
Sibaris 98 Fabr.
Sibaritum ſtudium 1 Bagen.
Sibyllæ nomen unde deductum 218 Land. ; oracula qualia 180 Fig. Tyburtinæ ſimulachrum 81 Pulm.
Sic Aduerb. 41 Acr. 268 Lan.
Sica 258 Fig.
Sicambri 813 Fig. 816 Manc.
Siculum mare 441 Acron.
Siculæ dapes 550 Mancin.
Sidon urbs 763 Fig.
Sidonius de ludo 716 Bapt. Pius
Sidus Iulium 138 Bad.
ſigna quæ dicantur 86 Land. 127 idem. militaria olim in templis ſuſpendebantur 603 Fig. cœleſtia quæ dicantur 415 Lan 418 Man. 12 cœleſtia in quot domos diſtribuantur 502 Land. cœleſtia cui Chaldæi cuncti undecim poſuerint 504
Sileni 749 Fig.
Silentium uirtus 557 Fig.
Silij Italici panũ deſcriptio & 524 Fig.
Similitudo elegans 167 Fig.
Simois fl. 71 Manc 714 Fig. 715 Bad. 716 Manc. 1040 Figul.
Simonides Gręcus poëta Næniarum autor 351 Acron. 353 Porph. 365 Land. 359 Fig. ibid Pulm 364 Manc.
Simonidis patria 876 Land. 882 Mancin.
ſimulachri inuẽtio 184 Man.
Sinueſſa urbs 323 idem.
ſinus 301 Land. ibid. Fig.
Sipontus urbs 431 Land.
Siſyphi fabula uaria & pœnas apud inferos 466 Acron. 473 Figul. 475 Bad. 477 Mancin. quid denotet 475 Bad. plures fuiſſe 475 idem.
Sithonia 752 Land. ibid Fig.
Sithonij 196 Acron. 197 Porph. 199 Landin. 751 Porph.
σκαλὶς quid 16 Figul.
σκόπελον 445 Land.
ſociale bellum 672 Land. 673 Figul. 676 Mancin.
ſocietas corpus 736 Land.
ſocietatis conſideratio duplex 741 Fig.
Socius quis & unde dictus 86 Land. 90 Figul. 736 Landin. 741 Figul.
Socrates uir doctiſs. eiusq; uita. 280 Land. 283 Manc. 719 Fig 721 Manc.
Socratis dogma 280 Land. 281 Fig.
ſodales qui dicti ſint 161 Manc. 407 Figul.
ſæculorum quot annorum tempus, & unde dictũ 27 Lan.
Sol pro Muſis cur 519 Acro. in Rhodo etiam in nubiloſiſſimis diebus ſplendet 88 Bag. cur φοῖβος appelletur 854 Fig. cur calidior ſit in cane 668 Fig.
Solis hiſtoria 1095 Fig. equi quatuor ibid. Figul. encomion 404 idem. genus 178 Land. ortus & occaſus ubi 311 Acron. ingreſſus in Capricornum & Aquarium 508 Manc. motus per duodecim ſigna 500 Acron. umbræ quando paruiſſimæ 479 idem. curſus interuallũ 854 Fig. motus & curſus 419 Acro.
Solem Apollinẽ & Bacchum eundem eſſe Deum 519 Acron. 522 Land 528 Bad.
Solimi pop. 666 Manc.
Solium quid 369 Fig. 370 Pulm.
ſollicitare 198 Landin.
Solon philoſophus diuitias ſpreuit 429 idem
Solonis dictum de Republ. 845 Figul.
Solſtitium brumale & æſtiuum quãdo accidat 508 Man.
ſoluere quid 58 Land.
Solum & terra differunt 498
ſomniandi quot ſunt ſpecies 693 Land.
Somnium quid 694 Land.
Somni portæ duæ 760 Land. 764 Fig. 770 Manc.
Somniorum uaria genera 694 Land.
Somnia falſa & uera unde 760 Land. 764 Figul. 770 Manc.
Somnus quid 543 Land. 581 Land 657 Fig. Somnus & Mors differunt 217 Land ſeuis agreſtium uirorum 519 Acro. 546 Fig.
Sophiſtica 829 Land.
σωφροσύνη cur temperantia appelletur 554 Land.
Soracte 103 Fig. & Glar.
Soracte mons 99 Acron. 101 Land. neutro genere poſitum 102 Porph.
Soracte quomodo declinetur 103 Land.
Soror quæ appelletur 5 Land.
Sors 687 Figul. 746 Manc.
Soſpes unde dicatur 327 Landin. 331 Manc.
Sortiri 128 Landin.
Sortium origo unde 695 Land.
Sotadicum metrum 659 Acron. 661 Land. 663 Glar. 664 Bad 665 Manc.
Spadones qui 340 Pulm. 1011 Figul.
Spartanis dictum 59 Land.
Spartacum bellum quando acciderit ſecundũ Glarean. 674 Fig.
Spartaci genus & res geſtæ contra Romanos 671 Acron. ibid. Porph. 672 Land. 673. 674 idem. 676 Mancin.
Spartanorum mos in conuiuijs 381 Manc. ſtudium in uenatione 17 idem
Sparthum 966 Manc.
ſpecus maſcul. & fœm. gen. 745 Acron. 747 Land.
ſpes utrũ mali, an boni plus afferat 49 Land.
Spei Deæ pictura 311 Fab.
ſpeluncæ Bacchicæ 184 Man.
Speuſippus nepos Platonis 5 Landin.
Spigelij opinio de alumno 701 Figul.
Sphærarum motus ſingulos, ſ nos ſingulos efficere 415 Land.
Stabula 63 Fig.
Stabularius ibidem, idem
Stadiũ quid eſt Fig. 700 Lan.

Stagnum quid 480 Land.
Stanislaus Zaur 665 Ald.
Stare uarijs modis uſurpatur 101 Land.
Statij uerſus de Plutonis ſtatua 471 Fig.
ſtatuæ 869 idem. quibus olim erectæ 379 idem
ſtatuas dijs qui primi ſculpſerint 81 Land.
ſtellæ quæ nautis infeſtæ ſint 43 Porph.
Stenobœa uxor Prœti, impudica fœmina 624 Acro. 625 Porph. 627 Fig. 628 Bad. 630 Mancin.
ſternere 10 Land.
Steropes cyclops 60 idem.
Steſichori fabula 175 Acron. 179 Land. 182 Fab. 183 Manc. 878 Figul. 782 Mancin. 931 Fabr.
Sthenelus 161 Acron. 164 Land. 167 Figul. 173 Mancinel. 878 Fig.
Sthenelus non Sthelenus ſcribendum 165 Glar.
Stheneleuorus rex 705 Land.
Sthenobeæ hiſtoria 257 Lan.
Sthenio filius Phorci 256 Landin.
ſtipendium quid 1074 Fig.
στύξ 1003 Figul.
στοιχεῖα 741 Figul.
Stoici Philoſophi unde dicti 483 idem 1002 idem
Stoicorum dogma 132 Figul. 308 Manc. dogma de cura 101 Land. dogma de morte 41 Acron. 141 Manc. paradoxa de ſapientibus 554 Lan. dogma de uirtute 553 Aceron & Acron.
ſtomachus quid 73 Acron. 78 Fig.
ſtomachari 76 Land. 179 idem
Strabones qui dicantur 371 Palm.
στρατόπεδον quid 17 Fig
ſtriges 974 Land. 978 Fig. 986 Manc.
Stringis Nymphæ fuga 700
Strophen in Muſicis quis inuenerit 915 Land.
Strophe in carminibus quid denotent 121 Land.
ſtudia hominis unde Aſtrologi iudicent 505 Fig.
ſtudia adoleſcentiæ qualia 557 Fabr.
ſtultos omnes eſſe ſeruos 308 Landin.
Styx flu. infernalis 305 Fig. 307 idem. 308 Bad. 472 Figul. 476. 477 Manc. 533 Landin. 533 Fig.
Sub diuo Accuſ. ſeruit, Ante ſignificat 96 Landin.
Suber arbor fœlix 455 idem
Sub Dion quid 204 Manc. 380 Fig.
ſubigere uarias ſignificationes habet 392 Land.
Subſolanus uentus 45 Land. 276 Manc.
Suburana puella 985 Fab.
Suceulæ ſtellæ 52 Figul.
Sucularum ſyderum deſcriptio 47 Landin.
ſuccus roſæ pro unguento 436 Land.
Sueuius 249 Manc.
Sueui populi bellicoſiſſimi 744 idẽ. 813 Fig. 816 Man.
ſuffragia qui olim ferebant 20 Mur.
Sunium promont. 492 Fig.
ſuperbi pro magnificis 120 Porph.
ſupercilia, & cilia differunt 542 Land. 545 Figul.
ſupercilium attolli 545 Fab.
Superlatiuus & Comparatiuus pro poſitiuo proferuntur 175 Acron.
ſuperſtites qui dicantur 367 Landin.
ſuperſtitio unde dicta 367
ſupinæ manus quæ 717 Fig.
ſupplicationum ritus apud Romanos 673 idem
ſupplicium reorum apud Romanos 126 Land.
ſura, crus & tibia differunt 386 Land. 1002 Figul.
Surena dux 621 Manc.
ſurdi 625 Porph. 627 Figul.
ſuſpiria amoris indicia 1027 Figul.
Sybaris 94 Land.
Sybaritarum Faſtus 616 Cœl. 617 Fig.
ſydera quæ dicãtur 418 Man.
ſyderum obſeruationẽ in nauigatione qui inuenerint 47 Land. 498 Manc.
Sylla primus ex patritijs crematus 401 Fig.
Syllæ & Marij inimicitiarum cauſa 358 Fig.
ſylua quid propriẽ 122 Land.
Syluanus Deus nemorum 942 Fig. 950 Manc.
Syluani dij 524 Fig. 780 Lan.
Syluarum Dea 723 Land. & Fig. 724 Bad. & Manc.
Nymphæ 285 Land.
Syluester Pontifex Rom. in qua ſpelunca latitauerit 101 Land.
Synnadicus lapis 540 Acro. 541 Porph. 544 Glar.
συναποθνήσκειν genus amicitiæ optimum 505 Figul. 506 Fabr.
Syra merx 287 Acron. 288 Porph. 388 Manc.
Syracuſæ per triennium obſeſſæ 142 Mancin.
Syren 121 Land.
Syria olim Aſſyria 435 Porph.
Syriæ deſcriptio 289 Figul. 292 Bad. ibid. Manc.
Syrij ſideris deſcriptio 189 Land.
Syrium mare 763 Figul.
Syrtes duo, minor & maior 223 Acro. 225 Lan. 226 Fig. 228 Pal. 229 Bad 230 Man. 396 Acron. 400 Figul. 402 Manc. 1012 Fig.
Syrus 968 Manc.
Sython 204 idem

T

Taberna quid 60 Land. 64 Figul.
tabulæ propriæ 1032. 1033 Fi.
tactus quid propriẽ ſit, & ſæpe ad guſtum transfertur 85 Land.
Tænarus promontoriũ 504 Acron. 505 Porph. 506 Land. ibid. Eug. 306 Fig. 318 Bad. 319 Mancin.
Taliarchus 99 Acron.
Talorum ludus 408 Fig.
Talus quid 61 Landin. 65 Figul. 412 Manc.
Tanaus fl. 578 Acron. 580 Porph. 582 Land. 586 593 Manc. 645 Porph. ibid. Land. 746 Glar. ib. Fig. 647 Bad. 648 Man.
Tanais 917 Fig. Acro. 776 Figul. 788 Manc.
tangere quid 84 Land.
Tantalus deos conuiuio excipit, & eius filium epulandum apponit 76 Land.
Tantali fabula 263 Acron. 265 Porph. 266 Land. 269 Fig. 266 Land. 275 Manc. 454 Acro. 461 Fig. 463 Bad. 464 Manc.
ſuperbia 518 Bad.
tapetes 781 Fig.
Tapinoſis 356 Glar.
Taras Neptuni filius 268 Landin.
Tarentina ciuitas à quo condita 397 Acron. Porph. 400 Fig. 610 Manc.
Tarentum oppid. ſub cuius tutela 265 Porph 266 Lan. 271 Fig 273 Fab. 276 Man.
Tarentini agri fertilitas 397 Porph.
Tarentus fl. 28 Landin.
tariſſa poculum 210 Bad.
Tarquinius Priſcus 132 Fig. 140 idem
Tarquinij Priſci uictoria 89 idem.
Tarquinius 118 Acron. 974 Landin. Superbus 126 idem. Superbi infamia 120 Porph.
Tarquinio Superbo faſces quis eripuerit 119 Glar.
taxare 421 Landin.
Taurus ſignum cœleſte 508 Manc.
Tauro oppid. capti 363 Man.
taxus 1083 Figul.
Tecmeſſa 385 Land. 387 Fig. 389. 390 Manc.
tecta quæ dicantur 490 Land. 498 Manc.
Tela ubi locorũ ſit 191 Glar.
Telamon 86 Land.
Telamonis genus & hiſtoria 707 Fig.
Telamonij cuius mentionẽ Horatius facit 165 Glar.
Telegonus 775 Acron. 778 Porph. 779 Land. 781 Figul. 787 Manc.
Telemachus canum cuſtodia munitus 686 Fig.
Telephus Græcus Poëta 703 Acron. 705 Porph. ibid. Landin. 707 Glar. 887 Acron. 888 Porph. 889 Land. ibid. 890 Fig. 892 Mancl
tellumo 87 Land.
Tellus Dea Romæ colta ibid. idem, & terra differunt 87 idem.
Telogoni genus 190 idem
Tempe quid 84 idẽ. 88 Fig. 217 Acro. ibid. Porph. 219 Land. 219 Fig 221 Bad. 222 Manc. 550 idem tribus caſib. declinatur 82 Abro 84 Land. pro amœnitate 84 Land.
temperare 95. 114 idem
tempeſtates quod ſydus excitet 118. 539 Acron. 548 Land 547. Fig. 551 Manc. 623 Acro 625 Porph. 627 Fig. 628 Bad. 629 Manc.
tempeſtatum futurarum ſigna 52 Fig. 242 Acro. 247 Manc. 264 501 Acron. 693 Porph. 755 Acro. 757 Porph.
tempeſtiua res quæ dicatur 232. 707 Land.
temperantia quid 379 Fig. 382 Manc. Antiquorum 483 Fig.
temperantiæ laus quomodo à Græcis appelletur 554 Land.
tempora ſecundùm quæ ueteres numerârint 7 Landinus.

Tem-

Temporũ celeritas cui comparetur 515 Fig.
temporis motus deſcriptio 471 Figul.
tenere 86 Land.
Terentij Varronis hiſtoria & temeritas 126 Land.
Terentij Varronis conſtantia 128 Acron.
Teres, Teretis 12 Land.
Tereus 895 Fig.
Teretia 549 Bad.
tergum quid 552 Acron.
termes 1061 Fig.
terminalibus dijs quotannis agnas cædebant ueteres 944 Palm. 953 Manc.
terminus quid 226 Land. 227 Fig.
Terminus Deus Pacis & Iuſticiæ 225 Land. 943 Fig. 953 Manc.
terminos, finium cauſa poſitos, qui protulerint, quomodo ſint puniendi 515 Figul.
Terpſichore una ex nouem Muſis 120 Landin.
terra in quot plagas ſecetur 217 Fig. 515 idem. cur Ceres dicatur 844 Figul. cur immobilis 905 Land. mortaliũ ancilla 472 Fig. mater omnium rerum 472 Figul.
terræ & lunæ quæ 57 Acron.
terræ diuiſio 85 Manc. ſuperficies in tres partes diuiſa 570 Fig. utilitas, natura & encomion 473 idem
teſſerarum ludi inuentio 114 Land.
teſta genus uaſis 213 idem 214 Fig. & Palm.
teſta Græca 215 Manc.
teſtes antiqui ſuperſtites dicti 367 Land.
teſtari 11 idem
teſtudo 295 idem
Tetrapolis ciuitas 564 Man.
Teucer 170 Bad.
Teucer à patre cur non ſit receptus 92 Mar. & Aiax fratres 167 Fig. Thel. 173 Manc.
Teucri genitura 86 Land. exitium 90 Fig. genus 708 idem. hiſtoria 86 Land. 876 idem. 878 Fig.
Teucro quod oraculum datum ſit 92 Mar. & Aiaci proficiſcentibus Troiam, quod mandatum parens dederit 82 Acron.
textura inuentio 123 Land.
Theatrum à quo primum factum 214 Figul.
Thalia 104 Pol. una ex nouem Muſis 59 Lan. 120 idẽ
Thaliarchus nomen cur per h ſcribendum 104 Palm.
Thamnum Aegyptium ſpectrum alloquitur 61 Land.
Thebæ 88 Fig ibid.
Thebarum urbis deſcriptio 83 Landin.
Thebanus campus 589 Man.
Thebani Epaminondæ dictũ de ſuo clypeo 406 Land.
Thebanorũ ſtudium 1 Eng.
Theis 189 Land.
Theiadæ quæ dictæ ſint 510 Acron. 522 Land. 525 Fig. 528 Manc.
Theitius Orpheus 238 Fig. 239 Bad.
Thelamonis Aiacis genus 385 Land.
Thelchines pop. 83 Land.
Themiſtocles cur indoctus ſit habitus 712 Manc.
Theodoricus Getarum rex 736 Bapt. Pius
Theognidis ſententia de uino 202 Mar.
Theologia priſca à quo exordium ſumpſerit, & à quo abſoluta ſit 122 Land.
Theologiæ priſcę ſecũdas partes quis obtinuerit 122 Lan.
Theologiæ autor 108 Land.
Theologorum priſcorũ ſucceſſio 122 idem. opinio de genijs 696 Fig.
Theophraſtus Leſbius ſucceſſor Ariſtotelis 196 Mancin. quãdo uixerit 84 Lan.
Theopompus 286 Manc.
Theos ciuitas 195 ibid.
Thereus 895 Glar.
Therſilia Romuli uxor 658 Manc.
Therſites 120 Land.
theſaurus quid 837 Fig.
Theſei hiſtoria 489 Landin. 584 idem. 860 idem. & Perithoi amicitia 861 Land. 862 Fig.
Theſpis Tragœdiarum primus ſcriptor 361 Manc.
Theſpiades 252 Manc.
Theſſalia ueneficis mulieribus abundat 256 Land. 257 Eraſ. 258 Fig. unde dicta 338 Glar. 344 Manc.
Theſſali uenefici 958 idem hiſtoria 960 Manc.
Thimotheus ſculptor 867 Land.
Θνσαυρίζειν 718 Fig.
Thitoni res geſtæ 77 Land.
Thitonum in cicadam eſſe conuerſum, cur 77 Land.
Thetis 97 Fig. 169 Bad. 1040 Figul. huius Thetidis & Thetys, huius Thetys differentia 69 Land.
Thlaſiæ 1011 Fig.
Thlibiæ ibidem, idem
Thoantis fabula 190 Land.
Thoonis præfectus maris 170 Manc.
Thracia olim Sython dicta 204 Manc. 338 Glar.
Thraciæ deſcriptio 492 Fig. 986 Manc.
Thracius uentus 245 Palm.
Threces pop. 589 Fabr. 739 Fig. populi uinoſi 201 Figul. 204 Manc. 253 Acron. 254 Land. 258 Fig. 260 Bad. feri 986 Mancinel. laboris patientiſſimi 492 Figul. 496 Bad. 498 Mancin.
Thracum crudelitas 200 Fig gladius 258 idem. mos 330 Fab. 332 Manc.
Threſſa 328 Iac Bon. 529 Fig. 639 Acron. 641 Glar.
Thus unde dictum 284 Land. ubi naſcatur 279 Land. 282 Mancin. 447 Land.
Thuſciam à Sabinis quid diuidat 630 Manc.
Thuſculum 929 Figul. 935 Manc.
Thurii ciuitas 639 Acron. 640 Porph. 641 Land. ibid. Figul. 642 Bad. 644 Mancin.
Thyas 196 Manc.
à θύειν 678 Land. 679 Fig. 680 Manc.
Thyeſtes 184 idem. 976 Land. 980 Fig.
Thyeſtis fabula 181 idem crudelitas 73 Acron. 78 Fig. 182 Bad. & Atrei diſſidium 76 Land.
Thyma 193 Bad.
Thymum ubi gignatur 194 Manc. 511 Landin. 812 Figul.
Thymantes pop. 867 Land.
Thynna ciuitas 623 Acron. 625 Land. 626 Glar. ibidem Fig. 627 Fab. 629 Manc.
Thynæ merces 627 Fab.
Thynnus piſcis, eorumq́ captura 623 Acron. 625 Landin. 626 Glar. Ibid. Figul. 627 Fab. 629 Manc.
Thyoneus Liber unde 187 Acron. 188 Porph 190 Land. 192 Fig. 194 Bad. Bacchus 196 Manc.
Thyrſi 199 Land.
Thyrſus haſta 522 idem. 524 Fig.
Tiberis fl. fons 211 Acron. 212 Porph. tractus 125 Bad.
Tiberius ſuam coniugem repudiat 632 Fig.
Tiberij Neronis res geſtæ 832 Fig. 910 Manc.
Tiberium Poëticæ operam dediſſe 586 Fig.
Tibia Phrygia 130 Fig. 710 Manc. 800 Fig.
Tibia arbor 64 Fig. unde dicta & ubi inuenta ſit 12 Land. ſura & crus differunt 386 idem
tibiæ inuentor 120 idem. 585 Fig 656 Manc.
tibiarum tres modi 915 Lan. 917 Fig.
Tibur 216 Manc.
Tiburni mors 276 idem
Tibur oppidum à quo conditum Acron. 92 Fab. 202 idem. 397 Porph. 398 Land. 400 Fig.
Tiburtinum uinum 195 197 Land. 295 Acron.
Tiburtus quis 81 Acron.
Tiburtus, Tiburnus 91 Pol.
Tigres fl. 228 idem. 426 Mancin. 907 Fig. 912 Manc.
tigris ſagittam ſignificat 232 Land animal, eiusq́ natura. 231 Acron. 232 Lan. 233 Fig. 234 Manc.
tilia 346 Ang. Pol. 347 Fig. 548 Manc.
timẽtes tremunt cur 150 idẽ, palleſcunt cur 150 Manc.
timorem quod animal denotet 176 Acron.
timidus qui ſit appellandus 141 Manc.
Tindarus rex 162 Land.
Tyrius color 491 Land.
Tiſyphon una ex Furijs 460 Figul.
Titæa cur terra dicta 178 Land.
Titanes unde dicti 178 Landin.
Titanæ unde 593 Manc.
Titanum fabula 502 Land.
Titanorum interitus 578 Acron.
Tibiram 870 Fig.
Tithoni fabula 263 Acron. 270 Fig. 275 Manc. 488 Acron. 489
Tithoni immortalitas & uotum 496 Mar. 497 Bad. 498 Manc.

Titulus

Titulus à tuendo 906 Fig.
Tityri 749 idem
Tityi fabula & pœna apud inferos 468 Land. 472 Fig. 476 Manc. 656 Figul.
fabula quid denotet 476 Manc. 579 Acron. 581 Porph. 588 Fig. 594 Manc.
Tmeſis 86 Landin.
toga veſtis 600 Land. 602 Figul. prætexta quamdiu Romani uſi ſint, & quando uirilem ſumpſerint 329 Fig. ibidem Pol. 331 Man.
tollere 8 Land.
toni qui 655 Giar.
tonitrua quæ dicantur 305 Porph. unde fiant 138 Bad. 144 Mancin. 184 idem. 307 Palm. 308 Bad. ibidem Mancin. unde & qua ratione fiant ſecundùm priſcorum opinionem 135 Palm. ſereno tempore non fieri 305 Land. 307 Palm.
Torni inuentio 50 Land.
torques quid 613 idem
torques aurei olim militibus donabantur 617 Fig.
torquatus Manlius unde dictus 613 Land.
Tonſores quando primùm Romæ exorti ſint 481 Land. 486 Manc.
Topica 146 Land.
Trabales 314 idem. 318 Fig. 320 Palm. 322 Bad.
trabes 516 Palm.
trabs Cypria 798 Land.
Tragœdia & Comœdia differunt 362 Manc.
Tragœdiarum author 74 Porph. originis cauſa 75 idem. inuentio, uſus & honor 351 Acron. 354 Land. 357 Figul. 362 Mancin. exitus qualis 357 Figul. argumenta qualia 352 Porph. 357 Land.
Tragelaphus 291 Fab.
Tragicus uerſ. 922 Acron. 922
Τραγῳδία 848 Manc.
Tragus 362 idem
transfugæ qui dicantur 682
Tranſtra 154 Land.
tranſuerſum & obliquum differunt 377 idem
tremuli animi deſcriptio 494 Fig.
Τρίγωνον quid 421 Land. 424 Palm.
Tribuni claſſium 933 Manc.
Tribunorum officium 965 Figul.
Tribus pop. Roman. 125 Lan.
Trieterica ſacra inſtituta 140 Mancin.
Trimegiſtus cur Mercurius ſit dictus 108 Land.
Trimeter qui pes dicatur 921 Acron. 924 Land.
Trimetri cur appellentur tragici Iambi 184 Manc.
Θρῆνος 236 Porph.
Tripodes 867 Land.
Triptolemi fabula 458 idem
Tripudium quid 757 idem
Triremis inuentor quis 46 Landin.
Τριτογένεια 8 idem
Triumphus qualis honor, & unde dictus 128 idem
Triumphandi mos 58 Fig. 129 Land.
Triumphantes qua corona ornati ſint 358 Fig.
Triumphantium currus aurei 1011 Palm.
Triumphum primum quis egerit 124 Landin.
Triumuiri 964 Figul.
triſtitia quid 249 Landin.
triſtitiæ index 1039 Figul.
triſtitiæ remedium 90 Fig.
triſtitiam quid fugat 200 Fig.
triſtis qui dicatur 47 Land.
triſtis ſpiritus cur oſſa deſiccet 198 idem. 436 idem
Triſulci inuentionis cauſa 26 idem
Tritonis 123 idem
Triton fluuius & Tritonis palus 123 idem
Τρίζει 601 idem
Trix perſona 362 Manc.
Trochaicum carmen 509 Acron. 518 Manc.
Τροχάζει, τροχιὰ & τροχὸς 446 Manc.
Trochus 735 Land. 741 Figul. 746 Manc.
Troia olim à Dardano dicta 164 Land. 189 Manc. quoties oppugnata ſit 563 Acron. & Ilium differunt 165 Landin.
Troiæ fata 426 Manc. mœnia à quo poſita 574 Mancin. 703 Acron. urbis excidij cauſa 167 Fig. 185 Land. 565 idem. incendium 168 Fig.
Troiam non eſſe captam ab Hercule multis argumentis probatur 162 Land.
Troiani belli cauſa 162 idem
Troianos Palæſtricam exercitationem quis docuerit 109 Land
Troiani deſides 164 idem
Troilus Priami filius 419 Acron. 421 Land. 423 Fig. 426 Mancin.
Trophæa quæ apud Græcos 421 Land. 423 Fig. 424 Palm. 426 Manc.
τρόπος quid 155 Fig.
Tuba quid 11 Land. 17 Fig.
Tuba & Lituus quid differant 3 Acron.
Tubal quid 12 Land.
Tuberorum familia 942 Fig.
Tuboli 706 Land.
Tullius Hoſtilius faſces ad Romanos tranſtulit 126 Land. 974 idem
tumultus unde dicatur 490 Land.
tunica propriè quid 77 idem. Adamantina 78 Fig.
turba propriè quæ dicatur 8 Landin.
turbo 735 Land. 741 Figul.
Turdus 942 idem
Turma quid 385 Land. 494 Figul.
Turres cur plerunque fulmina feriant 411 Fig.
Tuſculum opp. 781. 785 Fig.
Tutus & ſecurus differunt 249 Landin
Tyberis cur flauus uocetur 39 Palm.
Tyberis deſcriptio 35 Fig. 28 Land. inundationes 35 Fig. 26 Land. nomen unde uariæ opiniones 28 Landin.
Tybri Ethruſcorum regis interitus ibid. idem
Tybur, Tyburtum 85 Land. 200 Fig. 819 Land.
Tyburis conditor 83 Porph.
Tyburtinæ Sibyllæ ſimulachrum 91 Palm.
Tydeus 164 Land. fortiſſimus dux Græcorum 174 Manc.
Tygranis Armeniæ regis triumphandi mos 129 Land.
Tygris animal 703 Manc.
Tygres cur Baccho aſſignentur 574 idem
πυρτίπραι morbus 369 Figul.
Tympanorum ſtrepitus pro ebrietate 197 Acro.
Tyndaris Helena dicta 182 Fabr. 193 Bad.
Tyndaridæ 870 Figul.
Typhæus Gigas 583 Land. 587 Figul.
τύφος, τύφω, τυφώσιμα 594 Manc.
Tyridates rex 247 Acron. 249 Porph. 249 Land. 250 Fig. 250 Pol. 251 Fab.
Tyrannus & rex apud Antiquos indifferenter erat 693 Landin. 327 Fig.
Tyranni cui ſubiecti ſint 545 Figul.
Tyrannorum uita qualis 539 Acron.
Tyrrhenus 775 idem. 778 Porph. ibid. Land. 781 Fig. 787 Manc.
Tyrrhenorum fames peregrinatio & nomen 114 Lan.
Tyridates rex electus 634 Land. 636 Fig.
Tyrij Erythræi 372 Bad.
Tyrius color 782 Fig.
Tyriamethyſtus 491 Land.
Tyrus urbs 765 Fig. 784
Tyrides 167 Fig. 170 idem
Tyrio cur lecur tundatur 244 Landin.

V

Væ interiectio 143 Acron. 150 Manc.
uacca 88 Fig.
uacui 293 Porph.
uadoſus amnis 53 Fig.
uada unde dicta 42 Acron. quæ propriè ſint 48 Land.
uadum 53 Fig.
uafer 630 Manc.
Valdecenſis regio 1049 Fig.
Valgius quis 419 Acron. 420 Porph. 421 Land. 422 Hart. 424 Bad.
uallis quid 85 Land. 950 Manc.
uallum propriè quid 1010 Fig.
ualuæ quæ 243 Land.
uaporum duo genera 44 Lan.
Varius author Tragœdiarum Eclogarum 74. 77 Fig. 750 Landin.
uaſa lignea olim non in uſu fuerunt 215 idem. uinaria pice obturabantur 633 idem. 635 Figul. 779 Land.
uaſorum uaria genera noſtro tempore 214 Fig.
Vates cur non coronentur 98 Palm.
Vates boni & mali quibus animalibus comparentur 531 Land.
Vaticanus mons 211 Acron. 212 Porph. 214 Figul. 216 Mancin.
Ve particula 10 Land.
Ve & ue differunt 150 Manc.
ueſtes 752 Land. ibid. Fig. 754 Mancin.
uectigalis ſignificatio duplex 688 Fig.
Velia 593 Manc.
Veliternus S. P. Q. 768 Manc.
Velocitatem quod animal denotet 176 Acron.

Velorum in naui inuentio 47 Land.
uenæ quid propriè ſignificent 512 Land.
Venafrum & Venafranus 597 Acron. 309 Land. 400 Fig. 597 Acron. 601 Land. 610 Manc.
uenale quid 490 Land. 498 Manc.
uenationis inuentor 124 Land. ſtudium & cur commune 17 Figul.
Dea 723 Landin. & Fig. 724 Bad. & Manc.
uendibile quid 498 Manc.
uenenati morſus remedium 331 Land.
uenenum quid 256 Land.
Ventidius dux 621 Manc.
Ventidij uictoria contra Parthorum 617 Figul.
uentus quid 171 Manc.
uenti unde generentur 41 Acron 44 Land. principales quot 51 Fig. quando uehementiores ſint 245 Palm.
uentorum proprietates 45 Land. 169 Bad. futurorum ſigna ex lunæ colore 440 Manc. genera quot olim, & quot nunc nota ſint 45 Land.
Venus cur ἀφροδίτη ſit appellata 44 Land. 889 Fig.
Venus Cypria 51 Fig. 751 Acron. Cytherea 59 Land. Gnidia 773 Fig. 774 Bad. & Manc. Marina 751 Landin. 753 Palm. pontia 54 Figul. cur φιλομμειδὴς dicatur 37 Fig. ex ſpuma maris orta 59 Landin. Pallas & Iuno ſe Paridis iudicio ſubmittunt 162 Landin. 164 idem. quibus ſacrificijs placetur 206 Acron. uulnerata à Diomede 77 Land. 174 Manc. & Mercurius eiuſdem qualitatis 121 Landin. non ſolùm concubitus ſed & elegantiarũ domina 283 Acron. 286 Mancin. pellit curas 204 idem. quot modis incitetur 209 Bad.
Veneris, Palladis & Iunonis contentio de forma 165 Figul. templum 284 Porph. 285 Land. ibidem Figul. templa duo antiquiſſima 44 Land. currus 774 Manc. 794 Figul. iactus 405 Acron. 407 Landin. 408 Fig. 412 Mancin. comites 31 Land. 302 Fabr. opprobratio 160 Acron. præſidium Paridi oblatum 172 Mancinel. quando homines cupidiores ſint 63 Figul. partes quinque 145 Acron. ibidem Porph. 147 Land. 150 Manc. ſtellæ uaria deſcriptio, eiuſq; curſus 421 Landin. 423 Figul. 426 Manc. domicilium 503 Land.
Veneri cur Romulus ſacrificarit 889 Fig.
Venereis rebus quæ chara & apta 59 Land.
Veneres apud priſcos tres fuerunt 43 Landin.
uenuſtum 268 Manc.
Venuſia oppid. 230 Manc. 265 Acron. ibidem Porph. 266 Landin. 371 Figul. 274 Bad. 276 Manc. 584 585 Glarean. 586 Figul.
Venuſinæ ſyluæ 265 Porph.
Veragri 533 Fig.
Verbalia in Ax ſemper captiuam denotant 393 Land.
uerba plura in diuerſis coniugationibus antiqui poſuerunt 662 Land. iurare 1048 Fig.
Verbenæ uſus olim 206 Acron. 208 Landin. 209 Figul. 210 Manc. 889 Fig.
uerberare quid & unde & 666 Manc.
Ver unde dicatur 58 Landin.
Veris initium 233 Palm. 234 Bad. 399 Land. 626 Glar. 629 Mancin. aduentus deſcriptio 62 Figul. 861 Glar. 864 Mancin. 805 Fig.
Vericulatæ falces 98 Palm.
Verna quid propriè 944 Figul. 947 Freig. & Manc.
Verona olim Brennona dicta 909 Fab.
uerres 724 Manc.
uerrere 8 Land.
uerriculum quid ibid. idem
uertex quid 199 idem
ueſpera quod tem pus, & unde dicatur 446 Land.
Veſperus ſtella 421 Land. 423 Fig.
Veſta unde dicta 30 Land. 711 Manc. cuius filia fuerit 30 Land. à Priapo adamata 30 idem. à quo primùm in Italiam uecta 36 Figul. an ex numero deorum penatum ſit 386 Land. pro igne accipitur 60 idem. cur ſola domi manere dicatur, cùm cæteri dij regis magni currum ſequantur 30 Land.
Veſtæ uariæ ſignificationes 30 Land. deſcriptio, nomen & alia 35 Fig. templum Tyberis inundatione euerſum 40 Fab. ira ob mortem Cæſaris 36 Figul. templo nunquam extinguebantur ignes 31 Landin. ubi primum templum dedicatum ſit, eiusq; origo & deſcriptio 30 idem
Veſtales uirgines omnes Amatæ dictæ 31 Land.
Veſtalia dolia 794 Manc.
Veſtalium ſorta ibid. idem. uirginum author, earumq; ordo & uita 31 Land. 125 idem. officium 37 Figul.
Veſtes in quibus naufragium olim paſſi in templis ſuſpendebant 68. 69 Acron & Porph. 71 Landin. Bombycinæ 895 Fig. 900 Idem. 902 Manc.
ueſtium apparatus inuentio 139 Manc.
Vetulæ deriſio 677 Acro. &c.
uetus unde deriuetur 10 Land.
uetuſtas omnia conſumit prou. 622 Pol. Virg.
uexare unde 421 Land.
Via ſacra & uia Appia 965 Figul. 697 Mancin. 968 idem
Viæ præclaræ ibid. idem
uictima unde dicta 380 Fig. & hoſtia differunt 378 Land 380 Fig.
uictores qua corona olim coronati fuerint 7 Landin. 84 idem
uictus hominum olim 949 Mancin.
uidua unde dicta 954 Manc.
uiduare 110 Glar.
uile quid 212 Landin. 214 Glarean.
uilla quid 193 Bad. 380 Fig.
Vineta cur Lycurgus abſcidi iuſſerit 521 Acron. 523 Land. 525 Fig. 528 Manc.
Vinum in quem finem à Deo conditum 200 Fig. facit audaces 20 Figul. pellit curas 90 Fig. 200 Idem. è fonte manat 522 Land. 525 Freig. antequam biberent ueteres, cœlo tranſmittebant 115 Pul. Immoderatum ſumptum nocet 202 Mur. modeſtè ſumendum 198 Lan. regibus non eſſe dandum 201 Fig. campanum 683 Porph. merum & mixtum quod 86 Land. oculis nocet 326 Porph. 329 Land.
uini uſum quis inuenerit 132 Fig. calor 140 Manc. uires & natura 90 Figul. 524 526 Figul. 702. encomion 715 Acron, & alij. moderatè ſumpti utilitas & commoda 200 Figul. 201 & 203 Bad. 718 Land. 719 Fig.
uina in quibus uaſis olim condita ſint 213 Land. 377 idem. uetuſtiſſima 674 Fig. tranſmarina optima 708 Fig. nobilia ubi naſcantur 942 Fig. optima 213 214 Landin. 216 Manc. 842 Landin. tepefactis aquis Græci temperabant 703 Acron. 708 Fig.
Vinaria uaſa qualia olim fuerint 213 Land.
Violæ amantibus ſimiles 647 Fig.
uiolarium 480 Land. 482 Figul.
uipera uenenoſum animal 95 Land.
uiperæ natura 95 idem. coltus tyrannicus 95 Land.
uir qui dicatur 555 idem. fortis 434 Manc. ex ſpecie dijudicatur 120 Lan.
uiro bono nihil mali poſſe accidere 228 Fab.
uirum docti triſtitia & ſollicitudine carere 247 Acro.
uiri clari plauſu populi in theatro excepti 223 Porph. ſtrenui cur in numerũ Deorum relati ſint 131. 132 Fig.
uirorũ excellentium animas poſt mortem aërem inhabitare 120 Land.
Virbius 860 idem
uires corporis nihil ualere ſine conſilio & prudentia 587 Figul.
uiride unde dicatur 10 Landinus.
uiridaria quæ dicantur 85 122 idem
uirgo quæ dicatur 30 idem. 219 Fig. pro mulière 30 Land.
uirga Mercurio dono data 206 Acron. 235 idem.

Vir-

Virgæ colligatæ adnexis ſecuribus cur magiſtratuum Romanorum latæ ſint 493 Fig. 495 Pulm.
virgines apud Cyprios proſtitutæ & corpore dotem quærentes 51 Figul.
virginum pugna 123 Land.
virtus duplex 880 Fabr. unde dicatur 555 Land.
virtutes hominum unde Aſtrologi iudicent 505 Fig.
virtute nihil præſtantius 556 idem. 585 Bad.
virtutem ſolam ſufficere ad beatam vitam 553 Porph. per ſe claram ornare honores, non ornari ab honoribus 553 Acron.
vis ut declinetur, eiusq́ proprietas 179 Land.
viſio quid 694 idem
vita 225 idem noſtra qualis eſſe debeat 104 Fab. inſuavis ſine hilaritate 659 Acron. 660 Porph. tutiſſima quæ 429 Porph. ibidem Landin. 430 Fig. 431 Mor. hominum in urna fatali 380 Bad. hominum unde pendeat 379 Fig. noſtra quomodo ſit inſtituenda 456 Land.
vitæ initium & finem unde Aſtrologi iudicent 505 Fig. iucunditas in quibus rebus conſiſtat 664 Fab. genera quot ſint 20 idem. præcepta varia 541 Land. humanæ fugacitas cum roſis comparatur 437 Fig.
vitari quæ nequeunt, minus nocent 237 Land.
vites cur ſint ſerendæ 198 Land.
vite una ſimulachrum Iunonis & ſcalæ in templo Dianæ Epheſiæ factæ 197 Land.
vitia hominum unde Aſtrologi iudicent 503 Fig.
vitium 584 Land.
vitio neminem carere 494 Figul.
vitiorum origo 732 Acron.
vitis unde dicatur 197 Land. arbor fœlix 455 idem
950 Manc.
Vitromanus Gallorum rex victus 128 Land.
vitta quid 672 idem
vituli 11 idem
vituperare 198 Land.
vinaria 480 idem
ulcera unde naſcantur 244 Land.
ulciſci hoſtes & ſocios quid 32 idem
Ulmus arbor, eiusq́ natura 477 Acron. 480 Landin. 482 Fig. 484 Bad. 485 Mancin. 950 idem
ulna 967 idem
Ulyſſes Laërtis filius cur πολύτροπος ſit dictus 164 Land. cur duplex ſit appellatus 78 Fig.
Ulyſſis error 73 Acron. 78 Fig. 163 Land. genus & res geſtæ in Troianos 173 Mancin. ſocij à Circe transformati 190 Land. 152 Fig. & Aiacis contentio 86 Land. furor & interitus 90 Fig.
Ulyſſei pro Ulyſſis 76 Land.
umbilici quid 1044 Fig.
ad Umbilicum uſque 1044 Figul.
Umbri dici initium unde ſumpſerint 446 idem
unanimes unde dicti 499 Acron.
uncus 320 Pulm.
unguentum inventum 279 Landin. Perſicum 552 Manc.
ungucndi mos apud priſcos 332 idem. 412 idem. 787 idem
vociferare 70 Land.
Volcæ 533 Fig.
voluptati difficilius repugnatur, quàm iræ 372 Manc.
voluptatibus qui Dij aptiores ſint 204 Manc.
vomis 947 Freig.
P. Vorenus à Spartaco victus 676 Manc.
Vortices & Vorſus 426 idem
vox quid 121 Land. liquida 239 Pulm.
vocum harmoniæ inventor 107 Landin.
Vraci pop. 443 idem
Vrania una ex Muſis 121 idem
urbanitas quæ, eiusq́ ſpecies 444 idem
Vrbes aratro olim deſignatæ 176 Acron. 179 Rot. quæ certent de ſtirpe Homeri 77 Figul.
Vrna quid 175 Acron.
Vrſa maior & minor 249 Land. 250 Fig.
Vrſæ ſtellæ deſcriptio 249
Vſtica mons 186 Acron. 187 Porph. 189 Land. 193 Bad. 194 Manc.
ut cunq; pro ut cumq; 192 Pulm.
utilia à bonis differunt 366 Land.
uva pro vino 216 Manc.
weinſcher 72 Fab.
vvidum quid ibidem, idem
Vulcanus unde dictus 63 64 Fig. 60 Land. cur ignem denotet ibid. idem. quæ munera Herculi dederit 6 Land. cur in Lemnum præcipitatus 64 Fig. cur Iouis filius dicatur 60 Land. cur Veneris maritus fingatur 59. 60 idem
Vulcani mentio cur facta ſit in Ode 4 lib. 1. Carm 62 Glar. natura, facies & forma 60 Landin. duo fuerunt ibid. idem
Vulgus 457 idem
vulpes ſignum aſtutiæ 176 Acron.
Vultei clades 362 Manc.
Vultur mons 476 Acron. 580 Porph. 581 Land. 585 Figul. 592 Manc.
Vulturnus ventus, eiusq́ natura 484 Fig. 45 Land.
vultus acer 38 Fig. vultus & facies quid differant 32 Land.
wolfehle 27 Fab.
wolgeborn 835 idem
uxor quæ & unde dicatur 5 Land. 188 idem
uxores Lacedæmonum 744 Manc. communes 36 Landinus.
uxorius qui dicatur 23 Acron. 29 Land.

X

XAnthias Phocens 384 Porph. 385 Land.
Xantippus Carthaginenſium dux 141 Manc. Romanos prælio ſuperat 603 Fig. 608 Manc.
Xanthos quid ſignificet 385
Xanthus rex 759 Land. Boëtius 705 idem. fl. 850 Acron. 851 Porph. 852 Land. 857 Manc. 714 Fig. 1040 idem
Ξεῖνοι qui dicti ſint 601 Landinus.
Xerxis Perſarum regis luxuries 347 Fig.

Y

Yρ 51 Fig.
ὑπαλλαγὴ 161 Acron.

Z

ZAriaſta 788 Manc.
Zariaſtes ibid. idem
Zaſius I.C. 1045 Fig.
Zelotypia quid 798 Land.
Zelotypus ibid. Land.
Zenagoras Syracuſanus ſexremis inventor 46 Land.
Zeno princeps Stoicorum 1003 Fig.
Zenonis conſtantia 567 Fig. teſtimonium de Iano 915 Land.
Zenodotus 505 Fig.
Zepheus 776 Acron. 778 Porph. 719 Land. 787 Manc.
Zephyrus ventus 45 Land. 234 Bad. 547 Fig. 626 Glar. 629 Manc. 859 Land. 861 Fig. 864 Man.
Zetus 809 Land.
Ζῶν 380 Fig.
Zeuxidis & Parrhaſij certamen 869 Fig. 872 Manc.
Zodiacum cur ab Ariete incipiat 503 Land. in quot ſigna diſtributum ſit 446 Land.
Zonæ 227 Figul. 286 Manc.
Zonnio, & Zonniſco 286 Manc.
Ζωῖα 782 Fig.
Zoroaſter magiæ inventor 256 Land. 259 Fig.

FINIS INDICIS IN VARIOS COMMENTATORES IN Q. HORAT. FLACCI LIB. IIII. CARM. *Lib. Epodôn & Carm. Seculare.*

Q. HORATII FLACCI CARMINVM, CVM VARIORVM DOCTISSIMORVM, TAM NEOTERICORVM, QVAM ANTIQVISſimorum Grammaticorum, Commentarijs ac Annotationibus, in unum Opus collectis:

LIBER PRIMVS.

ODE I. AD MECOENATEM.

πραγματικὴ.

Ode I. Monocolos Tetraſtrophos. Omnes uerſus Aſclepiadei, Choriambici, Tetrametri, Acatalecti, qui conſtant è ſpondeo, & duobus Choriambis, & Iambo uel Pyrrhichio, hoc modo:

Mecœ- - nas atauis - uu - edite re -uu- gibus uu
O & - - præſidium & -uu- dulce decus-uu-meum uu.

- - -uu- -uu- uu
- - -uu- -uu- uu.

ARGVMENTVM IN ODEN I.

HAc Ode Mecœnatem alloquitur, indicans alium alio ſtudio teneri eorum, quæ appetuntur lucri cupiditate, uel gloriæ, ſe putare autem inter Deos relatum iri, ſi numero Lyricorum Poëtarum aſcriptus fuerit.

ARGVMENTVM IN ODEN I. PHILIPPI ENGENTINI, *cuius ſcripta in Nicolai Freigij Bibliotheca inuenta ſunt.*

Quandoquidem ſunt uaria hominum ſtudia: & ut Maximus Tyrius in ſermone 19 inquit, Crotoniates Olympicum affectant oleaſtrum: Athenienſes uictoria nauali, Lacedæmonius pedeſtri delectatur, Cretenſi ſtudium in uenatione uerſatur: Sibaritæ in uoluptatum affluentia, Thebani in tibijs, Iones in choris. Auarus adhæc appetit aurum, ebrietatem potator, amores muſicus, modulationem cupidus canendi. Poëta per hanc contentionem, ſuum inſtitutum probat, nempe ſe, relictis his nugis, ad ſcribenda carmina animum applicuiſſe. Vnde hæc Ode ueluti abſolutiſſimi Prooemij uicem obtinet. Primò enim captat beneuolentiam à Mecœnatis perſona, quem & à generis nobilitate, & à liberalitate inſigni laudat. Deinde attentio in hoc ſectatur, quando ſordidis rebus relictis diuina præſumit, quæ ex muſis proficiſcuntur. Docilitas intelligitur, cùm uerecundè ſibi titulum Lyrico Poëtæ uendicat.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Cùm diuerſa ſint mortalium ſtudia, totidemque ſententiæ, quot hominum ſpecies, & ſemper alijs alia placeant: ſe pangendis carminibus Lyricis potiſſimùm delectari, Mecœnati ſummo amico & Patrono ſuo, hac prima Ode Horatius ſcribit.

COMMENTARIA.

MECOENAS atauis edite regibus,
O & præſidium, & dulce decus meum:
Sunt quos curriculo puluerem Olympicum
Collegiſſe iuuat: metaque feruidis
Euitata rotis, palmaque nobilis
Terrarum dominos euehit ad Deos.
Hunc, ſi mobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus:
Illum, ſi proprio condidit horreo
Quicquid de Libycis uerritur areis,
Gaudentem patrios findere ſarculo

ACRON.

MECOENAS] Πραγματικὴ, μονόκωλος. *Hominum ſcribit officia atque ſtudia.* Atauis edite regibus] *In commemoratione parentũ, & laudatio inuenitur, ut Virgil.*

„ *Qui tanti talem genuêre parentes?*

Et uituperatio, ut, Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes. Edite regibus] *Quoniam dicitur duxiſſe originem ab Hetruſcis regibus, & contempſiſſe ſenatoriam dignitatẽ, manſiſſe autẽ ſemper in equeſtri ordine.* O & præſidium] *Quoniã eũ à cæde liberauit, Bruto à Cæſare ſuperato, uel quia per ipſum liberatus eſt, indulgente ſibi Auguſto, & multa etiam illi donauit Mecœnas, amicus Auguſti Cæſaris.* Decus] *Quia magna laus eſt placere meliori.* Sunt quos] *Sunt qui delectantur mire currule certamen. Exponit autem uaria hominum ingenia, & nõ unas uoluntates, ne ſit arrogantiæ, quod ſibi poëticam uideatur uendicare doctrinam, cùm ſingulos quoque rerum aliarum diuerſus habeat amor.* Puluerem Olympicum] *Agonalem etiam habere puluerem in curru ſuo. Circenſes Agones in honorem Iouis Olympici ſunt inuenti, apud Elidem. unde Virgil.*

„ *Hic & ad Elæi metas.—*

Feruidis] *Vertigine ipſa calentibus.* Euitata rotis] *Circumducta, ne offendatur.* Palmaque nobilis] *Alios palma nobilis, id eſt, uictoria terræ dominos facit, & diuinis honoribus conſecrat, utpote uictores, ac per hoc neque aurigæ, neque uiro forti aliud placet.* Terrarum dominos] *Amphibologicôs dictum eſt, utrũ dominos terrarum eleuet, an ad Deos, qui ſunt domini terrarũ.* Ad Deos] *Ad Capitolium, ac ſi diceret cum triumpho.* Turba Quiritium] *Ad uulgi leuitatẽ refert, quia ſunt faciles animi, & facilè mouetur uulgus.* Tergeminis] *Finitus numerus pro infinito, uel etiam aut quæſtura, aut præfectura, aut conſolatu.* Honoribus] *Zeugma ab inferioribus.* Nunquam dimoueas] *Sicut, inquit, illi cui ſemel agricultura placuit, & cepit de agris ſuis frumentum, nullis præmijs perſuadeas, ut nauta ſit: ſic nec ipſi cui Lyrica profeſsio placuit, A-*

Agros: Attalicis conditionibus
  Nunquam dimoueas, ut trabe Cypria
Myrtoum pauidus nauta ſecet mare.
Luctantem Icareis fluctibus Africum
Mercator metuens, ocium, & oppidi
  Laudat rura ſui, mox reficit rates
Quaſſas, indocilis pauperiem pati.
Eſt qui nec ueteris pocula Maſsici,
Nec partem ſolido demere de die
  Spernit, nunc uiridi membra ſub arbuto
Stratus, nunc ad aquæ lene caput ſacræ.
Multos caſtra iuuant, & lituo tubæ
Permiſtus ſonitus, bellaq; matribus
  Deteſtata. manet ſub Ioue frigido
Venator teneræ coniugis immemor:
Seu uiſa eſt catulis cerua fidelibus,
Seu rupit tereteis Marſus aper plagas.
  Me doctarum hederæ præmia frontium
Dijs miſcent ſuperis: me gelidum nemus,
Nympharumq; leues cum Satyris chori
Secernunt populo: ſi neq; tibias
  Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.
Quod ſi me Lyricis uatibus inſeris,
Sublimi feriam ſidera uertice.

lud perſuadere poſſe ſcias, iuxta illud: Tot ſententiæ, quot homines. Quicquid de Libycis] Species pro genere. Verritur] Colligitur, trahitur. Findere] Colere, fodere. Sarculo] Genus ferramenti ruſtici: quod Græci σκαφίον uocant. Attalicis] Attalus rex Pergamenorũ ditiſsimus fuit, cui propter opum magnitudinem Populus Roman. teſtamento ſucceſsit. Nunquam dimoueas] Id eſt, etiam ſi diuitiæ regis Attali proponãtur, nunquã dimoueas illum. Populus Cypria] Abuſiuè ponitur pro quacunq;, ſiue quia ualidiores illic ſunt. Myrtoum] A' Myrtilo auriga, ſiue uictimario Pelopis, quem cũ deprehendiſſet, quòd axes ſuos corruperat in Hippodamiæ certamine, in pelagus eum præcipitauit, ex cuius ſupplicio mare nomen accepit. Seu à Venere, propter myrtum, non à Myrtilo, nam Myrtilinum diceretur. Pauidus] Proprium epitheton nautarum. Luctantem] Confligentem. Icarijs] Icarus Dædali filius, pennis reſolutis, quas cera alligatas arte patris ſumpſerat, in mare corruit, & nomen impoſuit mari Icario. Africum mercator metuẽs] Mercator metuens tempeſtatem, tunc laudat ocium & agrum, tamen auelli à nauigio poſtea non poteſt, cùm timere deſierit. Ordo eſt: Mercator metuens luctantem Icarijs fluctibus Africum, ocium & oppidi ſui rura laudat, mox reficit quaſſas rates, ut trabe Cypria pauidus nauta ſecet Myrtoum mare. Indocilis pauperiem pati] Pro indoctus, uel impatiens pauperiẽ pati. Eſt qui nec] Eſt qui delectatur conuiuijs apparatis, ut continuare diem uelit. Maſsici] Locus eſt in Campania, ubi optima uina naſcuntur. Nec partẽ] Duæ abnegatiuæ particulæ hîc pro una ponuntur. Solido] Integro. Demere de die] Scilicet ut non intermittat, ſed continuet lætitiam totius diei. Spernit] Liptote. Dicit alios lautiore uita delectari. Viridi] Amœna & cõuiuijs apta. Membra ſtratus] Figura eſt, ut: Oculos ſuffuſa nitentes, pro habens membra ſtrata ſub uiridi arbore. Sacræ aquæ] Omnis enim fons in origine ſua ſacer eſt, & ſonitu ſuo ſuadet etiã ſomnos. Multos caſtra] Exercitium militare delectat, ut:

„ Iuuat euaſiſſe tot urbes.

Lituo tubæ] Litui acutus eſt ſonus, tubæ grauis. Inter lituum & tubam hoc diſtare inueni: lituus equitum eſt & incuruus: tuba uerò peditum eſt, & directa. Matribus deteſtata] Execrata propter mortem filiorum, qui in bello pereunt, et adoleſcentes animoſitate incauti ſunt, ut Virgil.

„ Vota metu duplicant matres.

Sub Ioue] Iouem ponit aërem & nocturnum tempus, quo feris tenditur, ac per hoc dicit alijs uenationem placere, ita ut non capiantur affectu coniugũ, dũ eligunt uoluptates uenandi. Teneræ coniugis] Aut delicatæ, aut nuper in matrimoniũ copulatæ. Catulis fidelibus] Sagacibus, uel ſilentiũ inueſtigando ſeruantibus. Virg.

„ Et odora canum uis.

Tereteis] Non tereteis plagas, ſed tereti ſune factas, ideò enim ita poſuit, quia illi debemus ſubſtantiam, unde ſumimus. Marſus aper] Sabellicus, ſpecies pro genere poſuit: ut Virgil.

„ Denteſq; Sabellicus exacuit ſus.

Maiores enim forma & ferociores eſſe dicuntur. Præmia doctarum frontium] Poëtarum ſcilicet, quia poëtæ hedera tantum ſolebant coronari. Virgil.

„ Paſtores hedera creſcentem ornate poëtam.

Diuinum ergo ſe honorem dicit per poëma adeptum. Ait ergo alios uenatione, ſe muſica delectari. Gelidum nemus] Materiã ipſam carminis pro laude poſuit. Nemus autem Parnaſi montis dicatum Nymphis. Nympharũq; leues] Satyrus enim & Bacchæ ideò leues, quia ſe in ſaltando, & ludendo ueIociter rotant. Secernunt populo] Id eſt, dãt mihi meritum, ut à uulgo ſeparer. Tibias Euterpe cohibet] Id eſt, ſi poëma meum non moratur, nec Muſæ impediunt. Polyhymnia] Vna ex Muſis. Virgil.

„ Alituũ, pecudumq; genus Polyhymnia cantat.

Lesboum] A' Leſbo inſula, de Alcæo dicitur. Barbiton] Lyram dictam à ſono. Dion etiam lib. 7. Citharœdi (inquit) Lyras ſepticordes eburneas, quæ Barbita dicuntur tendentes, quorum uſus obſoleuit ætate mea. Hæc ille. Sublimi feriam ſidera uertice] Si me receperis inter Lyricos poëtas, tũc meritò gloria adæquabo aſtra.

PORPHYRION. Mecœnas atauis edite regibus] Hac Ode Mecœnatem alloquitur, indicans alium alio ſtudio teneri, eorum qui appetantur lucri cupiditate, uel gloriæ: ſe putare autem inter deos relatum iri, ſi numero Lyricorũ poëtarum aſcriptus fuerit. Mecœnatem atauis regibus editum, quod natalibus regum Hetruſcorum ortus ſit. Palmaq; nobilis Terrarũ dominos] Ambiguum utrum nobilis deos, an palma nobilis. Mobilium turba Quiritium] Mobiles Quirites ait, referens ad uulgi leuitatem. Loquitur autem de eo qui fauorem uulgi captans, optet cùm ingreſſus ſit theatrum, plauſum ſibi edi à populo, ſic enim excipiebantur in theatrum principes, de quibus bene populus ſentiebat. Hos enim plauſus ter geminos honores appellat. Attalicis condition.] Id eſt, regijs opibus. Attalus autem rex Pergamenorum fuit, hæreditate Pop. Rom. locupletatus fuerat. Eſt autem ſenſus, quicunq; conſueuerit agrum ſuum colere, nunquam ſollicitatur ad nauigandum, etiamſi regis opes promittas ut hoc faciat. Cypria trabe] Pro Cypro, ferro abundante. Cyprijs enim clauis naues figuntur. Mercator metuẽs, otium, & oppidi laudat rura ſui] Senſus eſt. Mercator cùm tempeſtatem in mari patitur, abhorret nauigare, & optat iam ruſticam uitam, & in patria ſua rura colere, mox ubi euaſerit periculum, eandem uitam repetit. Per quod colligit neminem poſſe aliquid agere, præterquam quod conſueuerit. Eſt qui nec ueteris pocula Maſsici ſpernit] Ordo, eſt qui nec ſpernit. dicit autem alios lautiore uita delectari. Nec ſpernit, ut Virgil.

„ Munera nec ſperno, — Liptote.

Ad aquæ caput] Id eſt, apud fontem: omnes autem pariter fontes ſacri habentur, & ideò caput ſacræ aquæ. Manet ſub Ioue frigido] Ac per hoc ſub cœlo. Dicit autem alios ſtudio uenandi, plerunq; in ſyluis pernoctare. Catulis cerua fidelibus] Melius generaliter accipiemus, quàm ut uenationi tantùm eos fideles intelligamus: nam & Lucretius:

„ Fida canum uis. —

Dicit ergo, quod ſemper fideles dominis ſunt canes. Me doctarum hederæ præmia, &c.] Præmia doctarum frontium hederas ait, quia his poëtæ coronabantur, unde & Virg. ait:

„ Atq; hanc ſine tempora circum,
„ Inter uictrices hederam tibi ſerpere lauros.

Nympharumq; leues cum Satyris chori] Per ea egregiam gloriam dicit conſequi, de quibus canit ferè Lyrici carminis materia, de nemoribus ac fontibus, & ſi quæ ſunt his ſimilia, aut proxima. Secernunt populo] Id eſt, de grege uulgi tollunt, ac per hoc ſublimem faciunt.

CHRI-

CHRIST. LAND. } Mecœnas] *Ad Mecœnatem ſcribit, cui quantum debuerit, paulò antè in ſua uita demonſtrauimus. Et profectò uir fuit, cui Muſæ Latinæ omnia debent, quandoquidem huius nominis patrocinio, atq; liberalitate principes poëtarum non ſolùm ſuſtentari, uerùmetiam ad eas opes, atq; dignitatem ſubuecti ſunt, ut illis in quietiſsimo ocio excluſa omni neceſsitate ingenium excitare, & in maximis rebus exercere ſine cura licuerit. Quapropter omnium poëmatum, quæ ab illis ad nos prouenerunt, non ſolùm authoribus debitores ſumus, ſed etiam illi, per quem ipſi hæc præſtare potuerunt, cuncta debemus.* Edite] *In lucem date, id eſt, genere. Fit edo ex e & do. E in compoſitione aliquando auget: ut eluceo, ualde luceo: aliquando uim habet propoſitionis extra: ut emitto, extra mitto. Edo igitur, id eſt, promo, & quia naſcentes, in lucem promuntur rectè erit edite, nate. Eadem etiam ratione, dicimus edere, manifeſtare, & publicare. Verùm ego ô lector, iã à principio hoc monitum te eſſe uelim, me quæ occurrerent enodanda uocabula, ea me primo ſemper loco diligenter interpretaturũ, & abſolutè, & per omnes ſuas notiones traducturum, ne rurſus alio in loco idem ſæpius repetendum ſit. Quod ſi tibi, cùm iterum occurret memoria forte iam exciderit, inuenies omnium indices ex ordine literarum diligenter compoſitos, ut inde ueluti ex perenni fonte in tuos uſus haurire poſsis. Sed tranſeo ad reliqua.* Atauis regibus] *Laudat à genere, ſic Virg.*

„ *Dardanidæ duri.* Item:

„ *Nate dea nam te maioribus ire per altum,*

„ *Auſpicijs manifeſta fides:*

ſic contra uituperauit, Vt: Bellum etiam pro cæde,

„ *boum ſtratiſq; iuuencis Laomedontiadæ,*

Præterea magna auxeſi uſus eſt, qui dixerit atauis regibus. Non enim ſolùm nobilitatem, uerùm etiam uetuſtatem in nobilitate laudant. Præclarum enim munus fortunæ eſt, naſci ex rege, ſed præclarius ex eo rege, cuius maiores quoq; regnauerint. Verùm in agnationis gradibus aſcenſus, deſcenſuſq; eſt. Aſcenditur autem hoc pacto: ut qui te genuerit patrem appelles: ſiue is à patrando dicatur. Patrare enim operam liberis dare eſt. Ait tamen Quintilianus, patrare apud antiquos ſanctè & honeſtè dicebatur. Deinde conſuetudine in uitium lapſum eſt uerbum. Vnde irrideri ſolitum eſſe Saluſtium quamuis immeritò, quod patrare bellum dixerit, tãquam patro rem turpem duntaxat ſignificet. Hæc Quintil. Ex quibus uerbis colligitur priſcos patrare, pro perficere, & finire poſuiſſe, non ſolùm cum liberis opera daretur, uerùmetiam cùm aliud quippiam inceptum ad finem perduceretur, ſiue quia Græcè πατὴρ uocetur. Deinde eſt auus ab æuo nominatus, quia patre antiquior ſit: poſt auum proauus, quaſi prope auum. Inde abauus, quia ſit iam procul ab ipſo auo. Poſtremò eſt atauus & tritauus, quaſi tetrauus, qui quartus ſit ab auo, τέσσαρα enim Græcè quatuor. Poſt tritauum maiores dicimus. Eadem erit ratio in deſcenſu. Dicitur enim filius, uel qui ex noſtro femore ſit, uel ab amore, qui Græcè φίλος appellatur. Nihil enim magis amat pater, quã filium. Inde nepos, quaſi natus poſt, atq; ſuo ordine. Deinde ſequuntur pronepos, abnepos, atnepos, & trinepos. Quia autem nepos non is ſolum dicitur, qui eſt ex filio natus, uerùm ex filia & ex fratre, & ex ſorore. Idcirco adiungimus. Speuſippus nepos Platonis fuit ex ſorore. Tulliola neptis fuit. Qu. Ciceronis ex fratre. Qui uerò poſt trinepotem ſunt, minores appellantur. Ex lateralibus autem habemus patruum patris fratrem, & auunculum matris fratrem. Qui autem aui frater ſit, magnus patruus dicitur: qui auiæ, magnus auunculus. Habemus amitã patris ſororem, quaſi alteram matrem. Et materteram, id eſt, matrem alteram, matris ſororẽ. Inde pari ratione & magna amita, & magna matertera dicitur. Eſt frater, quia ferè ſit alter tu. Eſt ſoror, quia ſeorſum à ſua ſtirpe nata uideatur, & alij ſtirpi adiungenda. Sunt patrueles ex duobus fratribus nati, quoniam qui pater alteri eſt, alteri eſt patruus. Sunt itidem conſobrini quaſi conſorini ex duabus orti ſororibus, aut ex ſorore & fratre. Deniq; gentiles & agnati dicuntur omnes, qui ſunt ex eadem ſtirpe maſculina. Cognati uerò, quorum maternum genus idem ſit. Affines poſtremò qui nõ natura, ſed uxori tuæ coniuncti ſunt. Vxor ipſa dicitur, quia ut ſoror tibi eſſe debeat, uel uxor quaſi unxor, ab unguendo, quia apud priſcos nouæ nuptæ ungerentur. Maritus dicitur quia mas, ſit. Inde in coniugio ſocerum dicimus & ſocrum, quia ſibi generum aſſocient. Gener aũt ex eo eſt, quod generandi cauſa aſſumitur. Nurus uerò quia nubat. O & præſidium, & dulce decus meum] *Laudauerat à nobilitate quod bonum fortunæ eſt. Sed quoniam fortunæ dona non bona ſunt, ut Stoicis placet, quia nõ propter ſe expetuntur, ſed ut per illa, aut humanã neceſsitatem propulſemus, aut commodius ad uirtutem, quæ uerum bonum eſt perueniamus, euanuiſſet laus illa nobilitatis in Mecœnate, niſi illud bonum, quod propter ſe bonum non eſt, ſed perinde bonũ, ut utaris, ille ad uirtutem aliquam cõtuliſſet. Erat ex ſua nobilitate potens, & opibus, authoritateq; pollens Mecœnas. Sed conuertat hoc ſuum commoduum ad ſuperbiã, aut ad auaritiã, aut ad libidinem: iam non ſolum non erit bonum, uerum ſummũ erit malũ, quia uitiũ. Conuertat rurſus ad humanitatẽ, ad liberalitatem, & ad beneficentiam in reliquos homines, ſtatim illud quod medium Stoici nuncupãt bonum eſſe confitebor, quia uirtus, quia illo ueluti inſtrumento ad rectè agendum, & ad benè de hominibus promerendum utitur. Sed uideamus uim uerborum.* Præſidium] *Latini propriè appellarunt præfectum aliquem cum parte militum, qui ad cuſtodiam & defenſionem arcis, aliúſue loci præſideat. Qui enim præſidet propugnationem pollicetur. Hæc Virg.*

„ *Arces quibus altus Apollo Præſidet.*

Sed per tranſlationem omne auxilium & ſalutis propugnaculum præſidium dicunt. Decus autem ornamentum & gloriam exprimit. Sed nomen eſt à Græcis per literarum tranſpoſitionem ſumptum. illi enim κέδος dicunt. Nos autem reuocata litera d, in primam ſyllabam, & reiecta c, in ultimã, decus dicimus. Hoc & in alijs euenit. Nam quod ab illis μορφὴ à nobis forma τέρην tener per eandem trãſpoſitionem dicitur. Eſt ergo præſidium circa ſalutaria. Eſt decus circa honorifica. Præſidium eſt poëtæ, quod illum ex periculis eripuit, quod iratum Octauianũ ſibi placauit, & ex infenſo amicũ reddidit, quod ab exilio in ciuitatẽ reduxit. Decus autem eſt, quòd pluribus honorib. honeſtauit. Quapropter omnia ſe illi debere profitetur, quem & ſalutis ut ſit, & dignitatis ut bene ſit: authorẽ confitetur. Maxima ergo hominis, laus qui opes ſuas ex nobilitate comparatas, quibus multi mortales in omne uitiorum genus abuſi ſunt ad uirum optimum, & eius auxilium implorantem ſubleuandi, & poëtam egregium authoritate, dignitateq; honeſtandum conuerterit. Sunt quos curriculo] Comparata *ſibi beneuolentia ab auditore, comparat à re quam ſibi aſſumendam proponit, & cum ſtudium ſuum per contentionẽ reliquorum ſtudiorum artificioſiſsimè extollat, ſimul cum beneuolentia attentionẽ quoq; ſibi cõciliat. Sententia eſt, eſſe quoſdam qui ludis delectentur, qui honoribus inſeruiant, qui agriculturam, qui mercaturã exerceant, qui uenationib. tempus terant, qui demq; genio indulgeãt. Quæ omnia cùm aut ad ambitionem, aut ad auaritiam, aut ad uoluptatem ſpectẽt ſibi propoſitum eſſe, ut immortalitatem per Muſas aſſequantur, ſunt aliqui quos iuuat collegiſſe puluerem Olympicum in curriculo. Circumlocutio eſt, id eſt, quos iuuat certaſſe in certamine curruli & equeſtri, in quo citatur puluis, quo currentes ſparguntur, & id in ludis Iouis Olympici.* Curriculum] *Interuallum dicunt, per quod à carceribus, ad calcẽ uſq; curritur. Curſum aũt actũ currendi. Aliquando tamen curriculum pro cùrſu poſitum uidemus.* Puluerem] *Puluis erat apud antiquos & puluer. Sed ab eo quod eſt puluis, genitiuus erat huius puluis, à puluer autem pulueris. Sed deinde in uſu eſt puluis in rectis tantùm puluer etiam in obliquis. Sed quoniam ludorum ſæpe mentio apud poëtas eſt, nõ erit ab re oſtendere quatuor ludorum apud Græcos præcipua genera fuiſſe. Primi Olympici dicti ſunt, quoniã in Olympo Archadiæ mõte iuxta Piſam & Elidem celebrabantur, Ioui dedicati, & in Pelopis honorem ab Herculo inſtituti, anno mundi quadringẽteſimo ſupra quatuor millia. Ipſeq; Hercules primus in eo coronatus eſt, nulluſq; repertus eſt, qui in aliquo certamine quamuis uaria eſſent, certare ſuſtinuerit. Sed cũ à bello ad ſacra conuerſus eſſet, etiam à dijs (ſecundùm Diodorum) munera accepit, à Minerua peplum, à Vulcano clauam, & thoracem. Dedit Neptunus equũ, Mercurius enſem, Apollo arcum præbuit, & illo uti docuit. Ceres parua myſteria ad purgandũ Centaurorum cædem illi oſtendit. Sed redeo ad ludos in quib. uictores*

Oleaſtro coronabãtur. Celebrabantur aũt quinto quoq; anno. Idq́ tempus Olympiadem appellabant. Ac deinceps apud Græcos tempora per Olympiadas enumerata ſunt. Secundi appellantur Phythij, à Phythone ſerpente, quem interfecit Apollo, & in honorem ipſius inſtituti ſunt. In quibus uictores lauro coronantur. Tertij Iſthmij, ab Iſthmo parte Achaiæ nominati, ubi in honorẽ celebrantur. Polemonis quẽ Latini Portunnũ dicunt, & qui ex Melicerta homine Deus marinus effectus eſt. Sed uictorib. ex pinu corona decernitur. Quarti Nemæi, à Nemæa ſylua nominantur, ſed hi in Archemori, honorem inſtituti ſunt: Hic enim puer Lycurgi filius fuit, & Opheltes, appellatus. Sed à nutrice dum fontem Argiuis ad Thebanum bellum properantibus oſtendit, temerè in herba relictus à dracone interemptus eſt. Argiui aũt in patris ſolatiũ illi ludos inſtituerunt, & quia principiũ fati inde cœptũ eſt, pro Ophelte Archemorum appellarunt. Ex apio aũt coronam inſtituerunt, uel ut puerilẽ ætatem ex herbæ humilitate notarent, uel ut etiã quod in illa herba iacens extinctus fuerint oſtenderent. Collegiſſe iuuat puluerem Olympicum] *Quaſi dicat tantã eſſe uictoriæ uoluptatẽ, ut iuuet pertuliſſe omnes labores. Optimus ergo poëta, qui tacitè moneat nõ eſſe recuſandos labores, qui ſuaues afferant fructus. Iuuat ergo non colligere, quia res aſpera eſt, dũ peragitur, ſed collegiſſe, quia uoluptatem habet præteritorum laborum recordatio, ſi extra periculũ poſiti præmium laborum cõſecuti ſumus.* Metaq; feruidis euitata rotis] *Nõ fruſtra, quia poterat collegiſſe puluerẽ, & tamẽ rotas nõ euitaſſe metã, & non ſecutam eſſe uictoriã. Et eſt penè expolitio. Nam tribus clauſulis eandẽ dicit ſententiã. Meta, ſic dicta, uel quia eſſet poſita in dimenſo ſpacio, uel quia illã metiuntur quadrigæ circùm currentes. Cùm enim iã carceribus emiſſæ ad metam ueniſſent quadrigæ, erat opus ut circum ipſam flecterentur. Hinc Iuuenal.*

,, *Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,*
,, *Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus.*

Et Cic. de Orat. Si infinitus forenſium rerum labor, & ambitionis occupatio decurſo honorum, et ætatis curſu conſtitiſſet. Et Statius.

,, *Flectere ſi poſſet circum compendia metæ.*
Et Perſ. Satyr. 3.
,, *Quid ſumus, aut quid nam uicturi gignimur ordo,*
,, *Quis datus, aut metæ, quam mollis flexus & unde.* Et Virg.
,, *Hic uiridem Æneas frondenti ex ilice metam,*
,, *Conſtituit ſignum nautis pater, unde reuerti*
,, *Scirent, & longos ibi circumflectere curſus.*

Ponitur tamen meta per tranſlationẽ pro quocunq; termino. Virg.

,, *His ego nec metas rerum, nec tempora pono.*

Erat igitur difficultas circa flexũ metæ. Nam ſi nimis adhæſiſſent, periculum erat ne currus in ea illideretur, & rotas amitteret. Sin autem nimis longo illam ſpacio euitaſſent, poterat qui ſequebatur inter metã, & illũ breuiori uia delatus ex ſecundo prior effici: Artificium ergo oſtendit aurigarũ. Illi enim uehementer metæ, ut breuiori curriculo currerent, adhærebant. Quod oſtendit Statius dicens:

,, *Flectere ſi poſſet circum compendia metæ,*
,, *Et tamen ſumma induſtria euitabant ne illiderent.*

Rota] *à ruendo dicit, ruit enim facilè in ſuos orbes, hinc rotundus.* Feruidis uel calidis] *Nam motu caleſcunt. Vel feruidis, id eſt, uelocibus. Nam quemadmodum frigeſcere dicimus, qui aut ocio torpent, aut ſegnius rem agunt, ut apud Terent.*

,, *Nimirùm hic homines frigent.*

Sic qui uehemẽtes ſunt & ueloces in agẽdo caleſcere dicimus.
Virgil.

,, *Stabant ardentes Tyrij,*
,, *Et alibi —ardentesq; aduertite equos.*

Qui locus ex Homero eſt. Eſt autem ferueo, ferues, ut. Virg.

,, *Ferues opus, & feruo feruis.* Item:
,, *Totumq; uideres Feruere Leucatem.*

Palma] *Arbor eſt in Italia ſterilis. In maritimis Hiſpaniæ fructum fert, ſed immitem: Dulcem in Africa, ſed ſtatim euaneſcentẽ. Contra aũt in Oriente, & ex ijs uina, alicubi etiam panis, & plurib. quadrupedibus cibus, palmarum fructus dactyli palmulæ, ſcandalides, margaritæ, careota & careotides, teſte Plinio dicuntur. Datur uictoribus non ſolùm, quia ſemper uireat, hoc eſt, ſibi cum multis alijs commune. ſed maximè, quia hæc arbor nullo pondere degrauari poteſt, quin ſurgat & ſe eleuet. Vnde uel refringit, uel extollit quicqd ſuperimponitur. Sic & uictoriæ cupidus nullo obſtaculo prohibetur, & omnia perfert, & contra omnes difficultates inuictus inſurgit. Palma ergo præmium uictoriæ eſt, inde palmarium, id eſt, palma dignum. Terent. in Eunuch.*

,, *Id uerò eſt quod ego mihi puto eſſe palmarium.*

Meta igitur euitata feruidis rotis, id eſt, ab ipſis quad. ut ſit intellectio, quia pars pro toto ponitur: & nobilis palma, id eſt, palma, quæ homines nobilitat, quæ duo notant uictoriam. Euehit] *Ipſos ſcilicet certãtes ad deos dominos terrarum: nã omnium domini ſunt dij immortales. Euehit ad deos, quia uictoria ex ipſa fama & gloria æquiparat uictores dijs. Sunt qui credant, triumphum à poëta ſignificari, & tunc lege, palma nobilis, id eſt, ampliſſima de hoſtib. uictoria, euehit uictores dominos terrarum, id eſt, ex uictoria imperio in terris potitos, ad deos, id eſt, Capitolium, quo quadrigis albis uectũ triumphantes Ioui optimo maximo ſacrificabant. Sed puto rectiùs intelligi de uictoria ludorũ.* Nobilis] *Id eſt, noſcibilis, uel nõ uilis. Quapropter quiſquis uel uirtute, uel uitio inſignis eſt, in ea re nobilis appellatur. Inſtituerat à principio oſtendere poëta, non unũ eſſe omnium mortalium ſtudium, neq; idem omnes cupere, cùm trahat ſua quemq; uoluptas. Sed diuerſos diuerſa ſectari. Vnde Perſius.*

,, *Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus.*

Quapropter dixerat eſſe alios quos ludorum delectarent certamina, nunc alios ponit, qui ambitione trahantur, alios qui agriculturæ delectentur, horum autem neutrum ne magnis quidem conditionibus impelli poſſe, ut nauiget. Ordo autẽ textus ita ſe habet. Tu non dimoueas Attalicis conditionibus: aut hunc ipſe pauidus nauta ſecet uaue Cypria Myrtoum mare, ſi turba Quiritium certet, illum extollere tergeminis honoribus. Neq; rurſus dimoueas alium gaudentem findere agros ſarculo Attalicis conditionibus, ut pauidus nauta ſecet &c. ſi cõdidit proprio horreo quicquid uerritur de Libycis areis. *Vides itaq; hyperbaton longiorẽ, id eſt, tranſcenſionem in componendis uerbis.* Turba] *Propriè omnis eſt hominum multitudo, ergo uilis. Sed ut humilitatem extolleret, addidit nobiliũ Quiritiũ ſignificarẽt turba, ut eſt apud Terent.*

,, *—turbationem & tumultum.*

Quiritium] *Id eſt, Romanorum. Cures enim ciuitas in Sabinis erat, cui imperabat T. Tacius. A' Curibus autem Quirites dicebantur illius ciuitatis ciues. Conuenerunt igitur Romulus & Tacius in hanc ſententiam, ut ex duob. populis unus efficeretur, & Sabini Romam migrarent, Romæq; nomen retinerent: ſed Romani & Sabini Quirites appellarentur.* Certat] *Certatim ſtudet.* Tollere] *Extollere, id eſt, ad altiorem dignitatis gradum adducere.* Tergeminis honorib.] *Quaſi trigeminis, id eſt, ualde geminatis. Τρὶς enim Græci, pro ualde poſuerunt, hinc τρισμέγιστος. Sic Plaut.*

,, *—non fur, ſed trifur,* *id eſt, maximus fur, uel trigeminis, quaſi à tribus ordinibus, ſcilicet ſenatorio, equeſtri, & plebeio illatos. Vel dixit tergeminis, propter tres maiores magiſtratus. Præturam, Conſulatum & Dictaturam. Honores autem pro magiſtratibus poni manifeſtum eſt.* Horreo] *Sunt qui dicant granaria, apud antiquos dicta eſſe horrea, quaſi hordea, quia illud antiquiſſimum genus frugum fuerit, ut etiam apparet apud Hom. Alij horrea, quaſi horrida propter aſperitatem ariſtarum, quoniã priſci fruges in ſuis ſpicis cum ariſtis in granarijs conſiderent.* Verritur] *Verrendo colligitur. Eſt enim uerrere, trahere. Hinc uerriculum genus retis, quod per aquam trahitur. Inde uerrere eſt cùm locus eductis omnibus quæ impediebant, uel turbabant. Iuuenal.*

,, *Verre pauimentum, nitidasq; oſtende columnas.* Et Virg.
,, *Quippe ferant ſecum rapidi uerrantq; per auras.*

Varro autem uerrifacit, & uerſi. Libycis areis] *Id eſt, Africanis, quæ regio apprimè fertilis eſt. Eſt aũt denominata Libya ab Epaphi filia, & Buſiridis matre. Area locus purgatus, coæquatusq́, & cylindro cõſolidatur ubi frumẽtũ triturãt, dicta ab ariditate. Virg.*

,, *Aream cum primis ingenti æquanda cylindro.*

Sed in urbibus areas Latini dicunt, quas Græci plateas nuncupant. Item locum purgatum, qui mox ædificio occupandus ſit. In hortis etiam quadrata quædam, et bene ſubacta, atq; coæquata ſpatia,

tia, in quæ mox ſemina iactantur, areolas dicunt. Sarculum] Parua marra eſt. Iuuenalis,

» —ne marræ & ſarcula deſint.

Inde ſarrire dicuntur agricolæ, cùm ſegetes ſarculo leuiter ſculpendo à noxijs herbis purgant. Attalicis conditionibus] Magnis pactionibus. Fuit enim ditiſſimus pecunia, ſplendida, abundantiſſimaq́ ſuppellectili Attalus Pergami rex. Et cùm ſine liberis decederet, Pop. Rom. ex teſtato hæredem reliquit. Hinc omnia magnifica & ſplendida Attalica dicta ſunt. Propert.

» Nec ſic in Attalico mors mea nixa thoro.

Aulæa etiam, id eſt, ueſtes quibus parietes ueſtiuntur & ornantur, ab eo rege inſtituta, ab aula ſua nominata ſunt. Trabe] Id eſt, naui denominatio eſt. Cypria] Pro quacunq; naui, uel ſpeciem pro genere poſuit, quia in ea inſula ualidiores fabricarentur naues. Myrtoum mare] Inter Ionium & Aegeum eſt à Myrtolo Mercurij filio. Hic Hippodamiæ quæ filia erat Oenomai regis, Arcadiæ auriga fuit. Sed cùm Pelops certaturus eſſet cum puella in certamine curruli, in quo ſi uinceret præmium eſſet, puellæ coniugium, ſi uinceretur pœna mors: pollicitus eſt primam noctem puellæ Pelops Myrtolo, ſi ille per fraudem axē in curru puellæ cereum ut in curſu diſſolueretur currus efficeret. Recepit ſe facturum adoleſcēs: & quod recepit præſtitit. Sed non ſeruauit fidem Pelops, petentemq́ primā noctē Myrtolum in proximum mare præcipitauit: Indeq; nomē ſibi mare uendicauit. Quemadmodum deditus agriculturæ non poteſt impelli, ut quæſtus gratia nauiget. Sic contra nec ipſe mercator unquam relinquet nauigationē. Terretur quidē ille quandoq; animaduertens grauē in mari tempeſtatē, & laudat præ ſe eos, qui procul à mari ocium, & rem ruſticam ſectantur. Sed ut illa ceſſat ad ingeniū redit. Mercator igitur metuens Aphricum, id eſt, uētos, ut ſit ſpecies pro genere, luctantem fluctibus Icareis, id eſt, mari per eandem figuram, quaſi dicat, excitantem tempeſtatem. In qua uidentur uento luctari aduerſus mare, ut ipſum in fluctus extollāt, atq; fundo inuertant. Eſt aũt Græca locutio, & apud Latinos poëtas honeſta, luctor tibi & certo tibi. Luctari autem eſt cū omni ui adhibita contra aduerſarium niti, inde lucta ludi genus, inde reluctari, repugnare. Icareis] Et hic etiā ſpecies pro genere. Eſt aũt Icariū mare, ab Icare Dædali filio, quod in id deciderit, denominatum. Ferunt enim fabulæ Minoa Cretenſem regē deprehendiſſe Dædalum. Paſiphe uxori ligneam uaccam, in qua tauro ſe admiſceret fabricaſſe, & Ariadnæ filiæ precibus, & Theſei conciuis uiri beneuolentia atq; commiſeratione motum oſtendiſſe Theſeo: quo pacto Minotaurum interimere, & labyrinthi errores euadere poſſet, proptereaq́ remotis omnibus nauigijs, ſpem omnem Dædalo ex inſula abeundi ademiſſe. Quapropter ad artes ſuas cōuerſus Dædalus, & ſibi, & filio Icaro alas cōpoſuit: Admonuitq; Icarū, ut ſe ſequeretur: Neue aut ita altè uolaret, ut ardore Solis cera, qua pennæ cōpactæ recto ordine ſtabāt, liqueſceret: Neue rurſus ita ab infima, ut degrauatis, ex propinquo humore pennis ſubſtentare ſe in aëre non poſſet. Aureū quidem præceptum, & quo ſi ſtultus adoleſcens melior obtēperare uoluiſſet, incolumis in portū ueniſſet. Sed ductus cupiditate aſcendendi, alas, ex ardore amiſit, & in ſubiectum mare decidit. Eſt aũt mare hoc inter Cretam & Siciliā Dædalum aũt prudentia ſua ſoſpitē in Italiā perduxit. Sed ut ad uitā, moresq; fabella reducatur. Optimū conſilium eſt, ne aut ita alta, & cœleſtia petamus, ut omnino humanam naturā excedant. Nā quemadmodum ex recto ſolis intuitu uiſum amittimus: Sic in huiuſcemodi rerū inueſtigatione deficimus. Aut ita ad humilia deſcendamus, ut nihil niſi corporeum & ſordidum & caducum meditemur. Sed eſt ita uolādum: ut & aliquid ex noſtra contemplatione, & doctrina ſupra humanitatē aſſequamur, & infra diuinitatem cōmeamur. Mox reficit rates quaſſas] Oſtendit innatam huic homini cupiditatē nauigandi. Eſſet enim cupidus ſi nulla admonitus tēpeſtate enauigaret, cùm nauigatio ipſa periculoſa ſit. Cupidior cùm admonitus tamen paratis nauibus enauigaret. Sed tunc cupidiſſimus, qui & à tempeſtate proxima admonitus, & nullo tunc inſtructo nauigio tamen parat quaſſatū reficere, ſed quod infinitam cupiditatem oſtendit, reficit non nauē, in qua minus periculum uerſatur. ſed ratem, rem diſcrimine plenam. Sunt enim propriè rates non naues, ſed connexæ inter ſe trabes, repertæ in mari rubro antequàm Danaus nauē (quæ prima fuit in Græcia) inuexerit. Ratibus ergo inter inſulas maris rubri nauigabatur. Indocilis] Et hic auxeſis magna. Optimus enim eſt, & ab omni perturbatione remotus, qui paupertatem (quippè quæ uel ſecundū Stoicos malum nullum ſit, uel ſecundū Peripateticos minimum malū) contemnat. Deterior aũt eſt, qui ſi non ualet contemnere, tamen non omninò iniquo animo illā perfert. Sed miſer q non patitur, miſerrimus aũt, q pati indocilis eſt, id eſt, cuius ingeniū tāta auaritia captū ſit, ut hoc doceri non poſſit. Pauperiem] Id eſt, paupertatem. Dicunt in Iure ciuili pauperiem, damnum aliena quadrupede nobis in agro illatum, quoniam ex illo pauperiores efficimur. Eſt qui nec ueteris pocula Maſsici] Diuerſum ſtudiū à ſuperioribus, illi cum ſumma parſimonia lucro inuigilant, iſti genio uoluptuoſè indulgēt. Pocula à potando: uaſa ſunt quibus bibimus. Sed & quod bibimus poculum appellamus. Virgil.

» Poculaq; inuentis Acheloia miſcuit uuis.

Maſsici] à loco ubi optima uina producebantur. Maſsici] Populi in Campania, locus olim ſacer Mineruæ, iſti hinc ſurrentum, illinc ſalernum habent. Veteris] Laus è uetuſtate, quia uina commendantur. Vetus aũt dicitur à ue particula intenſiua, quaſi magnæ ætatis. Sic uehemens magnæ mentis. Aliquando autem priuatiua eſt, ut uecors, quaſi ſine corde, id eſt, ſine prudentia. Nam contra cordatū prudentem dicimus. Nec ſpernit] Liptote eſt cū minus dicimus, & plus intelligimus. Sic Maro,

» Munera nec ſperno, —

Id eſt, cupidè accipio: ergo nec ſpernit nō pauci facit, & cupidè accipit. Dicimus autem ſperno, ſpernis, & aſpernor, aſpernaris. De die ſolido] Id eſt, ſolidum & integrum eſſe oportet. Dicimus enim ſtatuam ex ſolido ære, cùm ita fabrè facta eſt, ut non ſit producta ex laminis. Intus autem uacua, ſed integra extet. Denotat igitur per diem ſolidum eū, qui profeſtus dicitur: qui nulla in parte uacat, ſed totus negocijs impendendus eſt. Iſte igitur non dubitet de huiuſcemodi die partē uacuā & ocioſam relinquere, & in ea ceſſare. Sit deniq; ſententia quòd nō ſolū in diebus feſtis ceſſat, & uoluptati indulget: ſed etiā partē profeſtorum ita conſumit. Erant aũt apud antiquos die feſti, profeſti, & interciſi. Feſti dicati ſunt, neq; enim publicum, priuatumùe negotium agere licet, in quibus inſunt ſacrificia, epulæ, ludi, feriæ. Profeſti uerò toti, integriq; negocijs dantur, hoſq; poëta nunc ſolidum, id eſt, integrum appellat, quoniam nulla hora huiuſcemodi diei à negocijs ceſſet. In ijs erant faſti in quib. prætori ius fari liceret. Comitiales in quibus habebantur comitia. Comperendini & præliares. Interciſi dijs, hominibusq; cōmunes erāt. Nam in ijs cum hoſtia cædebatur, nefas erat fari. Interciſa & porrecta fari licebat. Rurſus cùm adoleretur non licebat. Stratus membra] Id eſt, habens membra ſtrata. Synechdoche eſt, cùm datur toti homini, quod eſt in parte hominis. Deinde ea pars in accuſatiuo ponitur: ut uidimus Pompeium abſciſſum caput. Sic Virgil.

» Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes.

Ponitur aũt ante oculos pigerrimā ceſſationem, cùm dicit ſtratus mēbra. Sternere uerò ſignificat rem erectam deijcere. Vnde Virgil.

» Sternitur infœlix alieno uulnere, —

Hinc cæſum exercitum, ſtratū dicimus, inde ſtragem. Et quoniam ſtrata quoq; coæquata ſunt, dicimus ſternere lectos, cùm illos cōcinnamus & coæquamus, ut molliùs iacentē excipiant, ſic dicimus ſternere uias lapidibus, aut alia materia, proptereaq;. Virgil.

» Et ſtrata uiarum. — Sic ſtratum mare, quando nullo urgente in fluctus uento æquatum manet. Virg.

» — & omne tibi ſtratum ſilet æquor.

Sub arbuto] Species pro genere. Eſt aũt arbor hæc notiſſima. Poma enim ſimillima fragis producit, comara & hyemæila Græci nūcupant: ſemper frondeſcit, & quāuis apud nos non multum ſit alta, tamen quinquaginta cubitorum in Arabia inueniri, author eſt Iuba. Viridi à uigore dicitur. Vnde dicimus uirides plantas, quæ nondum aruerūt, & in uigore ſuo ſunt, & quoniā in illis herbaceus color eſt, eum etiā colorem uiridem dicimus. Vnde illud Maronis,

» Iam ſenior. ſed cruda Deo, uiridisq; ſenectus.

Aquæ] Aqua omnia ſunt ſecundùm Thaletem. Vnde Virg.

» Oceanumq; patrem rerum Nymphasq; ſorores,

Vel ab æqualitate ſubtracta diphthongo, quoniam niſi externa ui impellatur æqualis ſemper maneat. Caput] Quia omnes ſenſus capiat. Sed omnis origo & principium cuiuſcunq; rei caput eſt, ergo ad caput aquæ, id eſt, ad fontem. Dicimus & per translationem caput, primam ſummam in pecunia, à qua fœnus, aut alius quæſtus ſit, ueluti rei principium. Vnde alibi.

,, —denas hic capitis mercedes exigit.

Sed & hanc eandem, ſortem appellant. Lene] In tactu propriè dicimus lene: cuius contrarium eſt aſperum. Demulcet lene. Aſperũ lædit. Sed per tranſlationẽ in guſtu quod ſuaue eſt, lene appellatur. Transfertur & ad animum, ut mitem lenem dicamus. Eſt autem à Græco uerbo λεαίνω polio, quia polita & leuigata corpora lenia ſunt, & tactum demulcent. Caſtra] Vbicunq; milites ad bellum congregati manent, caſtra ſunt. Vnde & de nauibus dixit Maro,

,, Nos caſtra mouemus, —

Quoniam in illis milites eſſent. Sunt dicti caſtra, uel caſtrata, quia propter ſeueritatem priſcæ militaris diſciplinæ omnis in illis libido caſtrata. Inde caſtrametari, caſtra ponere. Lituo] Sunt qui dicant lituum propriè eſſe genus tubæ ab robuſtiore parte incuruũ. Vnde gracilior uox exiret, & eſſe per onomatopœiam dictum à tenui uoce lituum. Inde à ſimilitudine formæ uirgam, qua augures in aëre templum deſignabant, & qua reges lites dirimebant lituũ, dixerunt. Alij uolunt lituum à principio eſſe dictam uirgam regis, à litibus dirimendis, deinde per ſimilitudinem formæ & genus tubæ, & auguralem illam uirgam inde eſſe appellatam. Sonitus tubæ] Tuba in Tyrrhenia reperta eſt. Vnde Statius,

,, Tyrrhenuſq; tubæ mugire per æquora clangor.

Author aũt tubæ Maleus, ſiue Muleus dictus. Deteſtata] Participium deponens paſſiuè poſitũ, ut multa alia uidemus. Teſtari, teſtimonium perhibere. Itẽ teſtamentum condere, quia in eo ſit teſtatus quid uelit. Item alteris implorato teſtimonio aſſerere. Virgil.

,, Teſtor cara deos, & te germana, tuumq;

,, Dulce caput magicas inuitam accingier artes.

Obteſtari, uehemẽter rogare. Deteſtari noſtro teſtimonio, rem abominari. Matribus] Omnes bella deteſtantur, præſertim matres, & quia imbecillioris ſunt ſexus, & quia uehementer filijs timent. Dicitur autẽ mater, uel quia Græcè, μήτηρ eſt, uel à materia, quia in fœtu materiam præbet. Vt enim ſemen paternum pro artifice eſt, & formam præbet, ſic mater ſanguinẽ ex ſe præſtat, ex quo fœtus formatur. Manet ſub Ioue frigido] Nec in hoc loco oblitus eſt oratorij artificij ad rem probandã noſter poëta. Itaq; ut oſtendat quanta ſit in uenatore cupiditas uenandi, demonſtrat & quibus uoluptatibus priuari patiatur, & quæ incõmoda ultra ſubeat. Nam in ſaltibus pernoctans relinquit uxorem, & eam quidem teneram & iuuenculam, cũ qua molliter cubare poterat, & tolerat nocturna frigora, tolerat labores, cũ feras, ut ſunt cerui curſu inſectetur. Tolerat pericula, cùm ſæpe ſæuioribus congrediatur, ut apros uidemus. Venator immemor teneræ coniugis, manet ſub Ioue frigido] Exclamatio ex contrarijs, cùm tanta ſit uenandi cupiditas, ut non ſolũ uenationẽ præponat innatæ uoluptati coniugij, præſertim cũ uxor tenera ſit, proptereaq; amabilior, ſed etiam obliuiſcatur illius. Magnũ igitur eſt cũ ſtudio uenandi, quòd non ita naturale eſt omittat uoluptatẽ cõiugij, ipſa natura homini inſitam. Sed maius ſi uxor tenera ſit. Maximum autem ſi ita omittat, ut etiã obliuiſcatur. Quid ergo dices, ſi non ſolũ non omittat uoluptatẽ, ſed pro illa labores & pericula ſubeat. Manet] Perdurat, ut oſtendat diuturnitatẽ temporis. Sub Ioue frigido] Sub aëre, quia nullo tecto defenſus ſit, quòd Latini ſub diuo dicũt, & manet eo tempore, quo frigore ſunt. De Ioue plura aliàs. Interim intellige Iouẽ pro aëre, nõnunq̃ pro igne & aëre, alibi pro anima mundi, alibi pro ipſo Deo omnium conditore. Catulis] Pro canibus poſuit, quibus in omni uenatione utimur. Fidelibus] Quia natura homini fideles ſunt, uel ſagacibus, uel ſilentiũ in inueſtigando ſeruantibus. Cæterùm catulos dicimus non ſolũ canũ filios, ſed omniũ quadrupedum, quib. ungues recurui ſunt, ut leonis, urſi, lupi, & ſimilium. Itẽ in ſerpente catulos dicimus, pullos uerò in equo & aſino. Item in omnibus auibus, ergo ut pullũ dicimus equinum, ſic columbinũ & anſerinũ: ſic pullos gallinaceos. Sed in boue & elephanto uituli ſunt. Ex oue agni, & capris hœdi. Poſuit aũt ceruã pro mitioribus, apros, quos Græci capros dicunt pro ſæuioribus. Marſus] Species eſt pro genere. Marſi aũt populi ſunt à Marſia, Circes filia denominati, à qua didicerunt ſerpentum morſib. mederi, ut Pſilli Libyæ ſunt iuxta. Plagas] Virg.

,, Retia rara plagæ.

Quẽ locũ alij diuidũt, ut dicãt retia maiora, & plagas minora, qbus uidetur hic poëta alibi atteſtari. Ait enim, Hinc multa cane apros in obſtãtes plagas aut tramite leui rara tendit retia. Alij p diffinitionẽ dictũ uolunt, ut ſint plagæ, quæ retia rara ſunt. Alij dicunt plagas funes, quib. retia tenduntur. Alij internodia in retib. quas maculas nuncupãt. Teretes] Ex tereti filio. Teres enim longũ, rotundũq; ſimul dicimus. Vnde infrà tereteſq; ſuras. Dixerat diuerſos diuerſa ſtudia ſectari. Nunc oſtendit ſe Muſis delectari, & ſummo artificio conſilium ſuum (ut à principio oſtẽdit) cæteris præponit. Hederæ] Id eſt, poëtica facultas, quæ hedera coronatur, proptereaq; dixit præmia doctarũ frontium. Eſt hedera dicta, quod parietib. arboribuſq; hæreat, et Baccho cõſecrata, & qa Bacchus poëtis præeſt, idcirco poëtæ illa coronãtur. Virg.

,, Hanc quoq; ſine tempora circum,

,, Inter uictrices hederam tibi ſerpere laurum. Et Propertius,

,, Ni folia ex hedera porrige Bacche tua.

Doctarũ frontiũ] Id eſt, frontium doctorum hominum, ſic Maro.

,, Scuta uirum, galeaſq; & fortia corpora uoluit.

Id eſt, corpora uirorũ fortium. Nec iniuria doctos appellat poëtas. Nã etſi omnis in ſua diſciplina eruditus, doctus iure habeatur, tamẽ nihil bono poëta doctius eſt, cùm non ſolũ ille humanas omnes doctrinas amplectatur, ſed inſuper diuino furore afflatur. Frons dicitur, quod oculis perforata ſit. Dijs miſcent ſuperis] Non p arrogantiã dicit ſe dijs admiſceri, ſed tantã inde capere lætitiam, ut ſe Deũ putet. Cæterùm rectè dicimus, dijs quodãmodo admiſceri, poëtas. Quia ut teſtimonio grauiſsimorum philoſophorũ in oratione quadã demonſtrauimus diuini ſunt poëtæ, & diuinos honores nonnulli aſſecuti ſunt, ut de Lino & Amphione memorãt. Me gelidũ nemus] Secernitur à uulgo, & à grege indoctorũ, & inter paucisſimos enumerãdus egregius ſit poëta. Per nemus aũt & Nymphas, & Satyros indicat poëtas frequentiã hominum refugere, & ſolitudine delectari. Hoc idẽ oſtendit Iuuenalis, cũ deſertis Aganippes uallib. eſuriens migraret in Atria Elyo. Gelidũ] Non ex noxio, ſed amœno frigore. Leues] Saltãdo. De Satyris aũt & Nymphis in ſequentibus dicemus. Si neq; tibias Euterpe cohibet] Id eſt, ſi Muſæ, quas per Euterpem unã ex ijs deſignat, non prohibent me à Tibia, id eſt, à uerſibus qui tibia canuntur, quibus uerbis emẽdat ſi quid arrogãtius de ſe dixiſſe uidebatur, quaſi dicat quod miſcebitur dijs arte poëtica, ſi hoc ſibi concedit Muſæ, ut non hoc ſuo artificio, ſed dearum dono prouenturum affirmet. Non ergo ſibi rẽ præclaram arrogat, ſed muſis tribuit. Ergo & inuidiã amouet, & attentionem quod res magna ſit, & beneuolentiam quod in ea ſe laboraturum pollicetur, & docilitatẽ, quod proponit circa quod uerſetur, eodem tempore ſibi conciliat. Tibiam uerò dixère Latini, quia principio cũ ſimplex eſſet ex oſſe tibiarũ, quod uel in ceruis, uel in gruibus, ſimilibuſq; auibus eſt, efficiebatur. Volunt aũt inuenta in Phrygia, ſed nõnulli ab Euterpe: Alij à Marſia: Alij à Mida: Alij Marſiã ſimplicem. Midam uerò duplicẽ inueniſſe affirmãt. Alij Hyagrim primũ tibiam inflaſſe referũt, deinde eius filiam Marſiã inſtituiſſe. Plutar. in lib. de Muſica, tã egregium inuentum non humanum uult eſſe, ſed diuinum: idq; Alcæi teſtimonium in Apollinem refert, & tibiarum, citharæq; muſicam reperiſſe ſcribit. Anticles autem affirmat ſtatuã illius, quæ in Delo eſt, dextra arcũ tenere, ſiniſtra gratias, quarũ una lyrã, altera tibiã gerit, & quæ in medio eſt ſyringam inflat. De Euterpe & Polymnia, deq; cæteris Muſis, ſuo loco dicemus. Lesboum barbiton] Egregium carmen, & quale Alcæus, Sapphoſq; egregij in Leſbo poëtæ canere ad barbitõ ſolebãt. Barbyton] Lyra maior eſt organo ſimilis. Cytharæ, ut Græci uolũt, repertor fuit Apollo. Vt Hebræi Tubal ante diluuium Noë. Fuit eius forma initiò ſimilis pectori humano, quod uti uox ex pectore, ſic ex illa cantus prodiret. Vnde nomen aſſumpſit. Dores enim pectus citharã dicunt, paulatim deinde plures eius fuerunt formæ, ut pſalteria, lyræ, chelis, barbitæ, Phœnices, pectides. Indicæ quæ ſerũtur, à duobus ſimul. Quod ſi me] Magnificè de Mæcenate, modeſtiſſimè de

mè de ſe loquitur. Non enim affirmat ſe uatem eſſe. Verum tanti iudicium Mecœnatis facit, ut ſi ab eo uates eſſe Lyricus iudicetur, cœlum capite tangere poſsit. Et latenter tum penè diuinũ illi attribuit, quod iudicio ſuo poëtã ſe fieri poſſe putet. Inſeris uatib lyricis] Id eſt, annumeres inter uates. Ab eo, quod eſt inſero, inſerui, inſertum. Nam de arboribus inſero, inſeui, inſitum, dicimus. Sublimi feriam uertice ſydera] Prouerbium eſt, ut qui ſe fœlicem putet capite cœlum tangere dicat. Vulgo autem dicunt ſi hoc aſſequar digito, tangam cœlum. Sed altius intelligamus hoc eſſe dictum, ut exprimeret quid ſit poëta. Nam cùm & Platonici, & Ariſtotelici poëtam, & infra deum, & ſupra hominem eſſe uelint, hoc nunc uult exprimere, cùm dicat, quod ita ſe à terra tollet ut nõ penetret quidem cœlum, ſed tamen tangat.

ALDVS MAN. } Euterpe cohibet, neq; Polymnia] Sic in omnibus legi exemplaribus, ſed non ſtat uerſus, quia pro choriambo pæon quartus eſt, neq; Poly ∪∪∪. legendũ igitur uel, Euterpe cohibet, nec Polyhymnia, uel, Euterpe cohibet, nec Polymneia. Si Polyhymnia, ſcandatur ſic Euter– –pe cohibet–∪∪– nec Polyhy–∪∪–mnia ∪∪, ut cõponatur à πολὺ & ὕμνος. quaſi Multicinam Latinè dixeris. Id uidetur ſenſiſſe Phornutus in lib. de Nat. Deor. ubi ait: πολύμνια δ' ἐστὶν πολυύμνητος ἀρετή, ἢ μᾶλλον, ὅ πολλοὺς ὑμνήσασα, ἢ ὅτι περὶ τῶν γραμμάτων ὑμνεῖται, παρακαρτεῖν, καὶ τὰς ἐκ τῶν ποιημάτων. καὶ τῶν ἄλλων συγγραμμάτων ἱστορίας ἐπιμελομένη. Sin autem Polymneia ſic: Euter—pe cohibet–∪∪–nec Polymne–∪∪–ia ∪∪. nec obſtat & ly corripi ſequentibus m & n, cùm faciant ſyllabam, quæ præcedit, indifferentem, ſicuti muta cum liquida, ut apud Græcos. Cratinus: ἀλλ' ἐγρηγορόσαι ἐπιλόμεναι μνημοσύνης. λόμεναι dactylus –∪∪ Callimachus, ut citat Epheſtion, & Priſcian. τὸν μὲν ὁ μνημόσυνος ἔλεγεν ξεῖνος. τὸν μὲν ὁ dactylus–∪∪. & tunc componitur ex πολὺ, & μνεία, quod ſit multa memoria, nam Iouis, & Memoriæ filias eſſe Muſas teſtatur Heſiod. in Theogonia: Μοῦσαι ὀλυμπιάδες κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο. Τὰς ἐν πιερίῃ κρονίδῃ τέκε πατρὶ μιγεῖσα μνημοσύνη. Et diſſoluta diphthongo πολυμνεία πεντασυλλάβως, καὶ ἰωνικῶς πολυμνηίη, unde Polymneia, ſicut Elegeia ἀπὸ τοῦ ἐλεγεία ſecundùm Ionas. Ouidius,

" Flebilis indignos Elegeia ſolue capillos.

Quanquam Græci tam proſa oratione, quàm carmine, πολύμνια, τετρασυλλάβως cũ accentu in antepenultima dicunt, uel altero y ex Polyymnia, uel i excluſo ei diphthõgo. Heſiod. in Theogonia:

" Τερψιχόρη τ' ἐρατώ τε, πολύμνιά τ' οὐρανίη τε.

Sed de his abundè multa diximus in quarto inſtitutionũ noſtrarũ.

ERAS. ROT } Dijs miſcent ſuperis] Hoc eſt, beatum me, & celebrem reddent. Alluſit autem Horat. ad prouerbium quod uulgò dicitur: In cœlo eſſe pro eo, quod eſt ſupra modum fortunatum eſſe, ac glorioſum. Prouerbiali nimirum hyperbole dicitur: Cœlum uertice attingere, aut digito. In eo qui longè ſupra mortalium conditionem dijs ſe proximos arbitrantur. Eraſ. in Prouerb. Cœlum digito attingere.

IOAN. HART. } Puluer. Olymp.] Prouerbium conſule | Citra puluerem. Ioue frigido] Adfectauit Græcum, Sub dio, Ζεὺς αἴθ.

HEN. GLAR. } Difficilis eſt hæc Ode, quæ procœmij uice fungitur. Exprimit autem uaria hominum ingenia ac ſtudia. Beneuolentiam captat primis duobus carminibus: ſequentibus aũt quatuor, gloriæ ac uictoriæ cupiditatẽ in plurimis hominibus commonſtrat: Ambitionem duobus deinde ſequentibus: Rurſus duobus ſequentibus diuitiarum amorem. Porrò deinde ruſticæ rei ſtudium. Pendent autem ſuperiora à uerbo iuuat: ſequentia uerò ab: Hunc ſi mobilium, à uerbo dimoueas: nec coniungẽdum illum Gaudentem, ſed in Gaudentem nouũ genus incipit. Quæ obiter admonuimus, ut eò diligentius à ſerpentibus diſtinguerentur. Terrarũ dominos] Haud dubiè amphibologia hic eſt, Palma nobilis euehit terrarum dominos, hoc eſt, Romanos ad deos: Vel, Euehit ad deos, qui ſunt terrarum domini. Verum ut Comici mediſ gaudent, ita hic fœcundis uocibus: quæ multis exponi poſſunt modis: ut eſt uox, tergeminis honoribus, quæ ordinem triplicem populi, Senatorium, Equeſtrem & Plebeium ſignificare poteſt, ut quibuſdam placet: quanquam reprehendere non poſſumus Acronis & aliorum expoſitiones, de quæſtura, pretura, & conſulatu. Attalicis conditionibus] Duo fuêre Attali Pergamenorum reges: Alter Eumenis pater, qui ſecundo bello Punico Romanis aduerſus Philippum Macedoniæ regem auxilio fuit, mortuuſq; eſt ſub finem belli Macedonici, ut Liu. refert 4. Decad. lib. 3. Alter Eumenis filius, etiamſi Eumenes Attalum ac Athenæũ fratres habuerit, ut lib. 8. iam dictæ Decados fatetur Liuius. Hic Attalus Eumenis filius teſtamento hæredem inſtituit Pop. Rom. alterius Attali nepos. Quod ideo annotandum duximus, quod cõmentatores mirum in modum hiſtorias duorum principũ confundunt. Libycis areis Cypria trabe, Myrtoũ mare, Icarijs fluctibus, luctantẽ Africum, ueteris maſſici, Marſus aper] Speciem, ubiq; pro genere poſuit, ut fermè conſuetudo eſt, non ſolum huic poëtæ, ſed & reliquis ferè. Eſt qui nec ueteris] Porphyrio ordinat: Eſt qui nec ſpernit pocula ueteris maſſici. Alij exponunt, nec pro uel: atq; ita ordinant: Eſt qui ſpernit, id eſt, non uult demere de ſolido die, nec, id eſt, uel pocula ueteris maſſici, nec, id eſt, uel partem de ſolido die: quaſi dicat, toto die indulget poculis. Sed id mihi uidetur coactum. Verum id uult dicere, ut puto, non dubitare quoſdam de die, qui negocijs agendis deſtinatus eſt, aliquam ſumere partem ad indulgendum genio. Ita Landinus intellexiſſe uidetur, & poſt eum Mancinellus, cum Porphyrionis ordine. Neq; polymnia] Ita uetus quorundam librorum lectio habet, ut neq; priore carmine correptum, hic produxerit, ratione compoſitionis, quod ex nec, & que conflatum uideatur. Et apud Plautũ alicubi productum eſt. Quanquam alij libri, néue legunt. Quidam etiam Polyhymnia, contra Græcorum ac Latinorum conſuetudinem πεντασύλλαβον, cum ſit τετρασύλλαβον, & in proſa & in carmine.

PHILIP. ENGEN. } Non duco operæprecium eſſe, ut ſingula excutiantur, quæ in exponendis authoribus Seruius fieri debere putat, ſatis in præſentiarum ſit Carminum hîc eſſe titulum, quæ in genere undeuiginti Odarum ſpecies continent. Sunt autem Odæ, cantus certis quibuſdam modulis conſtantes. Canebantur apud ueteres ad Lyram, unde etiam Lyrica appellantur. Fuit hoc quondam ſtudium apud Græcos in magno pretio, atque adeò celebre, ut non humanum inuentum, ſed plerique diuinum eſſe cenſerẽt, authore Plutarcho in libello de Muſica, in quo ſtudio quantum ex uetuſtis authoribus colligere licet, claruerunt magna apud ſuos gloria, Steſichorus, Batthilides, Ibicus, Anacreon, Symonides, Alcmeon, Alcæus, Pindarus omnium princeps, & quem multi Homero prætulerunt, Sappho, & apud Latinos Horatius. Noſtra ſecula ut planè à Muſicis, & Gratijs ſunt aliena: ita etiam hanc in inſtituendis pueris rationem negligunt, diuertimuſq; ad commentarios uernaculos, qui tantiſper durabunt, donec huic furori conſultum fuerit. Certè, ſi propius rem introſpexerimus, hæ cantilenæ ſecundùm omnis numeros, in prophetis inueniuntur, maximè in Dauide, quĩ ſuos Pſalmos ad Cytharam cecinit, quorum ratio, ut Hebraicæ linguæ gnari fatentur, certis pedum legibus conſtant. In noſtro poëta hæc obſeruabimus, ut ſemper in principio carminis rationem breuiter explicemus, atq; ita cõtextum enarremus, ut quiſq; facilè poëtæ ſententiam intelligere queat.

HERMAN. FIGVL. } Mecœnas] Hic de regio ſtemmate ortus, maxima fuit authoritate & exiſtimatione apud Auguſtum optimum Imp. adeò ut taciturnitatem inter amicos ei eſſet præcipuus, ut tradit Sext. Aurel. Vir fuit facilimus atq; humaniſsimus. Et ſicut ipſe erat excellenti eruditione, & doctrina præditus, ita quoq; ingeniorum omnium, & in primis poëtarum, ſuæ ætatis, patronus maximus atq; defenſor acerrimus. Præcipuè uerò Horat. & Virg. mirum in modum fauit. Nam utrunq; non modò diuitem, ſed etiam chariſsimum Octauiano reddidit. Quamobrem ab his uiciſsim meritò illius uirtus uerſibus celebrata eſt, & ita poſteritati commendata, ut in hunc uſq; diem inſignem doctorũ quemq; fautorem Mecœnatis nomine appellemus. Eiuſmodi Mecœnatem ac progenitorem longè clariſsimum & liberaliſsimum habet ſchola noſtra Marpurgenſis, Dominum Philippum patrem tuum, Guilelme Optime, principem Haſsiæ illuſtriſsimum. Is cùm pro ſua ſingulari prudentia, quam coniunctam cum iuſticia habet, animad-

uerteret, Eccleſiam & Rempub. abſq; bonis literis gubernari rectè non poſſe inclytum Marpurgi gymnaſium ſumma laude reſtituit, in quo uiros uirtute, conſilio, atq; doctrina præſtantiſſ. ſua magnifica liberalitate fouet, magna humanitate, clementia & charitate complectitur, amplis pro honeſtiſſ. labore præmijs atq; honoribus afficit: Adoleſcentes pauperes liberaliter alit, educatq;, quorum induſtriæ & fidei Eccleſiæ & Reip. regendæ gubernacula tutò committi poſſint. Vt pura Euangelij doctrina, ciuiliſq; uitæ ſocietas, & concordia hominum, ad gloriam Dei conſeruetur, propageturq;. Quapropter ingentibus à Deo ornabitur præmijs, ſemper illius uirtus omnium mortalium fama celebrabitur, & optimè de Rep. ſua ipſe merebitur, quo nihil ex omnibus rebus humanis eſt præclarius, aut præſtantius, ut grauiſſimè inquit M. Cic. Atauis] Hoc eſt, antiquis. Nam primo gradu cognationis ſurſum uerſum eſt pater: ſecundus auus: tertio, proauus: quarto, abauus: quinto, atauus: ſexto, tritauus. Regibus] Videlicet Hetruſcis: fuit enim ex priſca regum Hetruriæ familia, id quod etiam Propertius hoc uerſu teſtatur:

„ Mecœnas eques Hetruſco de ſanguine regum.

Et præſid. & dulce dec.] Meritò his nominibus Mecœnatem appellat. Nam cùm in bello Philippenſi aduerſus Auguſtum tribunus militum ſub Bruto militaſſet, fuſoq; exercitu Bruti captus eſſet, Horat. beneficio Mecœnatis ſeruatus, & impetrata apud Cæſarem uenia, in amicitiã & fidem receptus eſt. Sunt quos] Eclipſin eſſe à Græco acceptam, monet Linacer. Dicunt enim Græci [illegible] & [illegible] Primò igitur ſignificat Poëta, eſſe nonnullos adeò laudis, & gloriæ cupidos, ut nulla re alia magis delectentur, quàm Olympico certamine. Curriculo] Curriculum ſpacium eſt, in quo currunt equi, & certant athletæ. Græcè dicitur στάδιον, ἀπὸ τῆς στάσεως. Puluerem Olympicum collegiſſe] Id eſt, in equeſtri certamine de uictoria ſtrenuè certaſſe. Non enim indecorè ſordidantur puluere, qui Olympia certant. Cæterùm inter reliquos Græciæ ludos, primi & longè celeberrimi fuerunt Olympici: Sic appellat propter Olympij Iouis delubrum, quod in Achaia fuit celebratiſſimum, qui iuxta Piſam & Elidem, in campo, cui Olympia nomen, magno conuentu totius Græciæ, certamine gymnico, & equeſtri celebrari cõſueuerant, teſte Alexandro Genialium dierũ lib. 5. cap. 8. Metaq; feruidis euitata rotis] Nam currus quàm uelociſſimo & citatiſſimo curſu agitabãt, præcipua arte docti examuſſim ſeruare normam, ne quadrigæ aliquo temporis puncto metas contingerent. Metam uerò Latini figuram uocant, quam Græci pyramidem, molem Geometrica ratione conſtructam, ut è lato uidelicet in acutum tendat. Dicta, quòd eam metiantur quadrigæ circumcurrentes. Moris enim erat ſepties metam luſtrare, & circum ipſam quadrigas flectere. Palmaq; nobilis] Hoc eſt, uictoria fortes & ſtrenuos uiros nobilitans. Fuit enim antiquiſſimum uictorum inſigne palma: Quia habet peculiare quiddam (ut refert Gellius ex Ariſtot. & Plutarcho) quod cum fortium uirorum ingenio conuenit. Nam ſi ſuper eius, inquit, lignum magna pondera imponas, ac tam grauiter urgeas, onereſq;, ut magnitudo oneris ſuſtineri non queat, non deorſum palma cedit, nec infrà flectitur, ſed aduerſus pondus reſurgit, & ſurſum nititur, recuruaturq;. Idem affirmat quoq; Plin. lib. 16. cap. 42. Terr. domin.] Hoc eſt, Reges & principes, qualis fuit Hercules, Corœbus, Alcibiades, Hecratites, alijq; qui in Olympijs uictores fuiſſe dicuntur. Domini autem appellatio, à domo deducitur, & eſt conditionis nomen. Veteres etiam reuerentiæ & honoris cauſa aliquem dominum appellare ſolebant. Sic Neſennius Apollinaris lib. 35. π. Iulium Paulum dominum uocat. Ex facto, inquiens, domine ſpecies eiuſmodi incidit. Eraſm. ait uocabulum eſſe tyrannicum, non magnificum: barbaricum, non Romanum. Euehit ad deos] Immortales & diuinos reddit, nam ſtulta gentium credulitas perſuaſum omninò habebat, magnanimos uiros ob merita in cælum uocari, & pro dijs colendos eſſe: cùm tamẽ nemo ob fortitudinem maiorem conſequatur diuinitatem. Hunc ſi mobilium] Summa huius loci eſt, Ambitionem, qua nihil eſt miſerius, multos ad honorum cupiditatem ducere. Quiritium] Id eſt, Romanorum. Nam Romani à Romulo: Quirites à Quirino, primo urbis conditore appellantur. Romulus autem cur dictus ſit Quirinus, pulchrè explicat Ouidius:

„ Siue quòd haſta quiris priſcis eſt dicta Sabinis,
„ Bellicus à telo uenit, in aſtra Deus.
„ Siue ſuo regi nomen poſuêre Quirites,
„ Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.

Tergeminis] Id eſt, Triplicibus. Et referendum eſſe uidetur ad tres ordines, in quos olim Romana Reſp. optima publicæ utilitatis ratione erat diſtincta, Senatorium, Equeſtrem & Plebeium. Sic hodie totius Germaniæ ſtatus in tres gradus, exemplo Romanorum, diuidi poſſe: Ioan. Oldendorpius, præceptor meus, tutiſſimum artis boni & æqui aſylum non abſq; ſingulari prudentia docet. Videlicet Senatorium, hoc eſt, principum & magiſtratuũ. Equeſtrem, id eſt, beneficiariorum nobilium ſiue ruri, ſiue in ciuitatibus. Plebeium, hoc eſt, reliquorum ciuium, negociatorum, opificum, & ruſticorũ. Et profectò, ſi hos ſtatus confundas, actum fuerit cum politia & tranquillitate. Vnuſquiſq; enim debet ſuæ uocationis meminiſſe. Illum ſi proprio] Dicit quoſdam adeò oblectari ſtudio agri colendi, ut nullis diuitijs inde dimoueri queant, & rectè quidem: fuit enim agricultura ab initio ſemper, etiam nunc eſt functio longè honeſtiſſima, & qua omnium rerum, ut inquit Cic. nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius. Quamobrem etiam ueteres, cùm bonum uirum ſignificare uellent, certo aliquo uitæ genere, bonum agricolam appellabant, teſte Cat. in lib. de Re ruſt. Horreo] Horreum, repoſitoriũ eſt non ſolum frugum, frumenti & uini, ſed aliarum quoq; rerum, quæ adſeruari conſueuerunt. Libycis] Hoc eſt, fertilibus, quales habet Africa, quam Libyam Græci uocauerunt. Areis] Area propriè locus dicitur in ciuitate purus, ſine ædificio, quem Græci [illegible] appellant. Dicta quòd ardore ſolis areſcat, nec poſſit quicquam generare, qualis eſt in qua terũtur meſſes. Sarculo] Sarculus uel ſarculum, inſtrumentum eſt ruſticum, quo ſata ſarriuntur, id eſt, noxijs internaſcentibus herbis, purgantur, à Græcis dicitur σκαλὶς, ἀπὸ τοῦ σκάλλειν, hoc eſt, ſarriendo. Attalicis condit.] Id eſt, ſplendida fortuna, et magnis opibus, quales habuit Rex Aſiæ Attalus, cui præter diuitias, teſtante Liuio, nihil ad ſpem regni fortuna dederat, his ſimul prudenter, ſimul magnificè utendo effecit, primùm ut ſibi, deinde ut alijs non indignus uideretur regno, ſumma iuſticia ſuos rexit: Vnicam fidem ſocijs præſtitit: mitis ac munificus amicus fuit, regnum adeò ſterile ac firmum reliquit, ut ad tertiam ſtirpem poſſeſſio eius deſcenderit.

Trabe Cypria] Nam ex Cypro, Aſiæ emporio opulentiſſimo, multas precioſas merces portabant. Myrtoum mare] Quod eſt apud promontorium Laconiæ, inter Aegeum & Ionium, ſecundum petentibus Cyprum inſulam. Luctantem Icarijs fluctib.] Oſtendit quemq; in ea arte ſe libenter exercere, quam didicit. Nam mercatores cùm ſunt in magnis tempeſtatibus uitam ruſticam & ocium laudant: cùm autem euaſerunt incolumes, rurſus obliti periculorum ad nauigationem redeunt, paupertatem, enim adſueti diuitijs, ferre nequeunt. Luctantem fluctibus] Helleniſmos eſt, pro cum fluctibus. Virgil.

„ ——cui nec certauerit ulla.

Sic enim Græci, [illegible]. Icarium] Quod inter Samum & Myconum eſſe, refert Plinius. Sic appellatum ab Icaro inſula, à Naxo decem & ſeptem millibus paſſuum: Vel à caſu Icari, cum Dædalo patre ex Creta uolantis. Africum] Africus uentus eſt occidentalis, qui à Libya dicitur Libs. Rates] Ratem, quam Græci σχεδίαν uocant, ponit Vlpianus inter naues. Feſtus, genus nauigij inconditũ, id eſt, trabibus tantùm inter ſe nexis, factum, dicit. Et ueriſimile eſt, id genus nauium primum fuiſſe: ut legimus apud Plin. in 7. ubi inquit: Naue primus in Græciam ex Aegypto Danaus aduenit: antè ratibus nauigabatur, inuentis in mari Rubro inter inſulas, à rege Erythra. Pauperiem] Hoc eſt, inopiam. Vlpianus appellat pauperiem, damnum ſine iniuria facientis datum. Vt cùm cõmota feritate nocuit quadrupes. Nec enim poteſt dici iniuriã feciſſe animal, quod ſenſu caret. Eſt qui nec] Hoc eſt, Multi adeò delectantur conuiuijs, ut etiam non pœniteat eos magnam partem temporis precioſiſſimi & irreparabilis, comopotando perdidiſſe. Veteris pocula Maſſici] Id eſt, uetuſtum & optimum uinum, à tempore & loco commendatio. Cæterùm multi

ſunt

ſunt in Campania aprici & uitiferi colles, ſucco per omnes terras inclyto, nobiles: inter quos & Maſſici, authore Plinio, conſurgūt, generoſiſsima gignentes uina. Membra ſtratus] Græcam eſſe figuram affirmat Seruius in illis locutionibus:

,, Os, humeroſq; deo ſimilis,
,, Et, faciem mutatus & ora.——

Cùm ſint ad ſimiles Græcas effictæ, in quibus deeſt Præpoſitio [illegible], Latinè enim per Ablatiuum potius loquimur. Græci per accuſatiuum, & præpoſitionem ſubauditam. Linac. lib. 6. de emendata ſtruct. Lat. ſermo. Arbutus] Eſt arbor admodum humilis, poma ferens rubra, paulò fragis maiora. Aquæ caput ſacræ] Id eſt, ad originem & principium fontis, ſuo ſtrepitu ſomnū ſuadentis. Nam caput aquæ illud eſt, unde aqua naſcitur, ut ait Vlpianus. Multos caſtra iuuant] Hoc eſt, Multis deteſtabile, & execrandum bellum, eſt dulce. Caſtra] Caſtrum quod Græci [illegible] nuncupāt, locus eſt ubi milites tentoria figunt. Hinc caſtra ponere, caſtra mouere. Lituo tubæ permiſtus ſonitus] Signa educendi exercitus, & certaminis conſerendi, in Romanis legionibus concentum tubarum & cornuum fuiſſe legimus. Tuba pedites, equites uerò lituo ad pugnam uocari ſæpe notatum eſt. Porrò tuba directa, lituus inflexus, id quod etiam Ouid. hoc uerſu uelle uidetur:

,, Non tuba directi, non æris cornua flexi.

Bellaq; matribus deteſtata] Nam matres filijs ſuis in militiam abeuntibus timentes, bellum ueluti rem teterrimam & periculoſiſsimam execrantur. Manet ſub Ioue frigido] Alij adeò capiuntur uenandi ſtudio, ut nullus labor, nullum frigus, & ne coniugis quidem amor eos abſterreat. Sic Cic. in 2. Tuſc. Conſuetudinis, inquit, magna uis eſt, pernoctant uenatores in niue, in montibus uri ſe patiuntur. Nec mirum, eſt enim uenatio exercitium tam iucundum quàm utile, & honeſtum. Hoc olim Spartani iuuenes ſuos erudierunt. Et apud Romanos non ſolùm armis, equis, & haſta, ſed etiam uenatione & curſu exerceri iuuentutē, uetus conſuetudo fuit. Nam laborioſa hæc exercitatio, teneros iuuenum animos firmat, uires corroborat, & ad fortitudinem adſuefacit, corpus reddit agile & patiens, bonam conſeruat ualetudinem, & illuſtrem parit gloriam, id quod etiā infrà in Epiſt. Horatius noſter, his teſtatur uerbis: Romanis ſolenne uiris opus, utile famæ, uitæq; & membris. Hanc nobiliſsimus ac fortiſsimus heros D. Philippus pater tuus Guilelme generoſiſsime, ab adoleſcentia ſtudioſè & magna cum laude tractauit, & in hunc uſq; diem ea utitur ſedulò, & delectatur plurimùm. Nam ſæpe in medijs curarum fluctibus animum uarijs negotijs occupatiſsimum, uenando reficit & recreat. Feras ipſe diligentiſsimè peruestigat, ſumma alacritate & audacia configit. Et (quod Virgilius Aſcanio tribuit)

,, —— Medijs nunc uallibus acri
,, Gaudet equo, iamq; hos curſu, iam præterit illos,
,, Spumantemq; dari pecora inter inertia, uotis
,, Optat aprum, aut fuluum deſcendere monte leonem.

Ioue frigido] Hoc eſt ſub æthere. Nam Cic. de Nat. deor. ait, ætherà eſſe eum, quem homines Iouem appellarent. Iupiter autem dictus eſt, quaſi iuuans pater, quem conuerſis caſibus uocamus à iuuando Iouem. Catulis fidelibus] Nam canum fida cuſtodia, amans dominorum adulatio, odium in externos, incredibilis ad inueſtigandum ſagacitas narium, alacritas in uenando, ut apud Ciceronem ſcriptum eſt. De canum fidelitate, & in uenatu ſolertia, multa lectu digna refert Plin. lib. 8. cap. 40. Marſus aper] Species pro genere. Sunt autem Marſi populi Apuliæ, Abellinates cognominati. Plagas] Plaga, priore longa, ſignificat uulnus, percuſsionem. Cic. grauiorem plagam accipiebat, ut leuiorē repelleret. Plagæ, priore breui, nunc Retia, ut hic: & apud Ciceronem: plagas ipſi cōtra ſe Stoici texuerunt. nunc regiones ſunt, ut apud Ouidium: Totidemq; plagæ tellure premuntur. Me doctarum hederæ] Poſt uarias hominū ſententias relatas, tandem dicit ſe ſcribendis carminibus Lyricis teneri, & nobilitari. Præmia frontium] Id eſt, poëtarum, [illegible]. Quia Poëtæ coronis hederæ ornari ſolebant. Virg.

,, Paſtores hedera creſcentem ornate poëtam.

Et Plin. hedera, inquit, cuius coronis poëtæ utūtur, folijs minus nigris, quam quidā Dionyſiam, alij Bacchicā uocant. Dijs miſcent ſuperis] Idem quod ſuprà dicit: Euehit ad Deos. Me gelidum nemus] Oſtendit ſe beneficio ſolitudinis & umbræ celebrem reddi. Nam impoſsibile eſt, poëtas legitima poëmata ſcribere poſſe inter tot curas, totq; labores, in media hominum turba, & inter ſtrepitus nocturnos atque diurnos: itaq; petunt nemora, loca umbroſa atq; ſecretiora, ubi in magno ocio & tranquillitate inter Muſas & Satyros, ſua carmina mori uetantia componunt. Itaque ipſe infrà in Epiſtolis ſic canit:

,, Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbeis.

Item Ouid.

,, Carmina ſeceſſum ſcribentis & ocia quærunt.

Cum Satyris] Satyri ſubſolanis Indorum montibus perniciſsimū animal, tum quadrupes, tum rectè currentes humana effigie: Propter uelocitatem, niſi ſenes, aut ægri, non capiuntur. His præter figuram nihil moris humani, authore Plinio. Poëtæ faciunt eos ſyluarum deos petulantes & proteruos. Dicti autem Satyri, ut quibuſdam placet, [illegible], quod eſt cachinnari. Si neq; tibias] Id eſt, Muſis bene fortunantibus, & haud grauatim carmina ſuppeditantibus. Nam Muſarū fauore, & afflatu poëtæ uerſus ſcribunt. Vnde etiam familiare eſt eis, in operum ſuorum initijs, & rebus difficilioribus, magiſq; arduis, Muſas inuocare. Cæterùm nouē ſunt Muſæ, Iouis & memoriæ filiæ, humanitatis & doctrinæ præſides, & carminū inuentrices, quòd [illegible] cantū ſeu carmen ſignificet, [illegible], quod eſt inueſtigare: quia per eas Ius carminū, & uocis modulatio quæritur. Mythologiā totius fabulæ de Muſis, eruditè explicat Phil. Melan. decus & ornamentum Germaniæ noſtræ, in Grammaticis ſuis, ſuper loco Heſiodi ex Theogonia: & copioſiſsimè Boccatius. Extat & elegans carmen de Muſarum inuentis apud Virgil. Euterpe] Vna ex nouem Muſis, fiſtularum repertrix. Virgil.

,, Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget.

Hæc nomen habet à iucunditate. Polyhymnia] Vna Muſarum, quæ Lyram inuenit, iuxta Apollonij commentarium. Sic dicta eſt à uarietate cantus. Lesboum] Quo poëta Alcæus ex Leſbo inſula oriundus cecinit. Sic infrà:

,, Age dic Latinum Barbite carmen ——
,, Leſbio primum modulate ciui.

Barbiton] Siue barbitus, inſtrumentum muſicum, ad cuius concentum uerſus accommodabant ueteres Lyrici. Sublimi feriam ſidera uertice] Prouerbialis eſt hyperbole in eos, qui longè ſupra mortalium conditionem, dijs ſe proximos arbitrantur, ut annotauit Eraſmus.

THEOD. PVLM. } 3 Sunt quos curriculo puluerem Olympicum Collegiſſe iuuat] Id eſt, ſunt qui ſtudio equorum alendorum tenentur ob uictorias Olympiacas, quod [illegible] dicebatur: nam quinto quoq; anno Olympia committerentur, quod Olympiorum cauſſa fiebat, etiam intelligendum eſt. Victoria autē curulis certaminis in ludis Olympicis erat omnium nobiliſsima, ut ex Herodoti plurimis locis, & è Pindaro intelligi poteſt. Eodem ferè quo Horat. modò Virgil. (3. Georg. uerſ. 49.) dixit:

,, Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ
,, Paſcit equos. ——

Hæc Adrianus Turnebus, difficilium locorum interpres doctiſsimus, & ad tollendos ex bonis authoribus errores feliciſsimus, Aduerſariorum lib. 22. cap. 13. 7 Mobilium] Nobilium, E. B. corruptè. 8 Certat tergeminis tollere honoribus] Certet H. E. B. Honores tergeminos pro maximis & ampliſsimis interpretor, ut cùm populus ingentem tollit plauſum aliquem honorāt: nam ſæpe in hac notione hoc uerbum à poëtis tritum animaduerti. Martial. lib. 3. Epigr. 46. ad Condidum,

,, —— tergeminum mugiat ore ſophos.

Id eſt, maxima uoce ſucclamet ſophos. Tibul. lib. 4. ad Meſſallam,

,, Illum tergeminæ nantem confinia mortis.

Id eſt, ingentis & multiplicis: hinc adeò id factum ſuſpicor, quod quæ tergemina ſunt, eadem ampla & magna ſunt. Vide Turneb. lib. 3. cap. 20. & lib. 18. cap. 12. 10 Arcis] Petrus Angelius Bargæus, uir doctiſsimus, poſt uerbum arcis punctum eſſe ponendum cenſet,

cenſet, quod habent uetuſtiſsimi duo codices, interpungendumq́ hoc modo: areis. Gaudentem patrios: *ita autem legendum ratio docet. diuerſæ enim ſunt rationes eius, qui agrum colit, & qui horreis frumēta cōdit. Vide Ioan. Michaëlis Bruti, uiri pereruditi Explicationes in Horat. lib. Carminum & Epodon.* 12 Attalicis conditionibus] *Attalicas conditiones uocat, regnum Aſiæ opulentiſsimæ. Non ſi, inquit, regnum ei opulentis Aſiæ, cui imperauit ditiſsimus Attalus.* Dares.] *de propoſito demoueres. Sic Cicero. Velim Syriæ conditione, ſcripſit. Attalicas autem conditiones, ingentes & opulentiſsimas intelligit, ob Aſiæ opes, ut alio loco (2. Carm. 18.)*

„ *—neq; Attali*
„ *Ignotus heres regiam occupaui.*

Turneb. libro 22. capite 13. 13 Dimoueas] *H. G. E. B. demoueas malit Dionyſius Lambinus, uir eruditiſsimus.* trabe Cypria,] *id eſt, naue. ſpecies pro genere, uti Myrtoum mare. Lege Ioan. Brodæi Miſcellan. lib. 1. cap. 14.* trabe Cypria. *poëticè intelligo ſignificari nauim, præſertim cùm Cyprus omni materia ad nauium ædificationem ſic abundaret, ut ab una carina ad ſummum carcheſium ſine ſubſidijs aliarum regionum totam nauim abſolueret, & omnibus armamentis eam inſtrueret. Vide Turneb. lib. 6. cap. 15.*

14 Myrtoum] *Myrtoi pelagi & Icarij, ut periculoſorum mētionem facit, quòd cum Aegæum mare omnium eſſet undoſiſsimum, ut in periegeſi ſcribit Dionyſius, eius partes erant. Nam Euſtathius ait Icarum eſſe μέρος τι τῆς Αἰγαίου. de cuius fluctibus Homer.* Κινήθη δ' ἀγορὴ, ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης, Πόντου Ἰκαρίοιο. *De Myrtoo Plinius, Aegæi pars Myrtoo datur. Turneb. libro 22. capite 13.* 15 Luctantem Icariis fluctibus Africum] *Icarijs fluctibus Africum luctari dicit, qui creber procellis uentus à Marone (lib. 1. Aeneid. uerſu 89.) dicitur. Vulturno tamen & Auſtro potiſsimùm agitari pelagus Icarium dicit Homerus:*
—τὰ μέν τ' Εὖρός τε Νότος τε ὤρορ' ἐπαΐξας πατρὸς Διὸς ἐκ νεφελάων. *Turneb. lib. 22. cap. 13.* 20 Partem ſolido demere de die] *Id eſt, dormire: ſiquidem qui interdiu dormit, partem de integro die demit, & in noctem transferre uidetur. Lege Franc. Luiſini Parergon lib. 1. cap. 11. partem ſolido demere de die, diem frangere 2. Carm. 7. dixit. Vide Georg. Fabricij uiri cum primis in Horatiū doctiſsimas Caſtigationes.* 30 Dis] *H. de hac ſcriptura. uide Georg. Fabricij Caſtigationes.* —me gelidum nemus Nympharumq; leues cum Satyris chori Secernunt populo.] *Significat è locis nemoroſis & ſolis, quibus delectātur poëtæ, ſe delectari poëtices ſtudio. nam ut ad Florum (2. Epiſt. 2.) ſcribit.*

„ *Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbeis:*
„ *Ritè cliens Bacchi ſomno gaudentis & umbra.*

Turneb. libro 21. capite 26. 33 Nec Polymneia] Nec Polymnia *H. G. E. B.* nec Polyhymnia, *libri uulgati, de qua lectione uide Aldi Manutij, & Ant. Mureti in Horatium Scholia.* 35 Inſeris] *Inſeres, H. G. B.* 36 Sublimi] *Sublimis, Achillis Statij liber uetus, quod Ant. Muretus in Annotationibus ſuis à Guliel. Rouilio, anno 1559. Lugduni impreſſis, indicauit.*

M. ANT. MVR. } Mecœnas] *In omnibus antiquis libris non Horatij modò, ſed Varronis, Cornelij Taciti, Plinij & aliorum,* Mecœnas, *non, ut uulgò,* Mæcenas, *legitur: itaq; quod apud Dionem* Μαικήνας *ſcribitur, uidendum'ne* Μοικήνας *legi debeat. quanquam ſi quis malit, Mæcenatem ſcribere, non pugnabo: dum hoc teneatur, in prima, non in ſecunda huius nominis ſyllaba eſſe diphthongum. Quo autem nomine politiſsimus hic, & Muſarum ſtudijs deditos adiuuandi ſtudioſiſsimus homo fuerit, permirum eſt, è tanta turba eruditorum, quos ille tam prolixè, tamq; munificè fouerat, qui poſteritati proderet, neminem extitiſſe, itaq; nomen ipſius hodie obliuione ſepultum, in hominum ignoratione uerſatur, quod ualdè abhorret à magnificis illis pollicitationibus, quibus poëtæ ad fautores ſuos uti ſolent. Cornelius Tacitus lib. 8. Cilnium Mæcenatem nominat. corruptè, ut puto. Dion autem lib. 55. Acy cuiuſdam meminit, quem libertum Mæcenatis fuiſſe dicit eius uerba ſunt:* καὶ πρῶτός (*de Mæcenate autem loquitur*) σημεῖα τινὰ γραμμάτων πρὸς τάχος ἐξεῦρε, καὶ αὐτὰ διὰ Ἀκύλα ἀπελευθέρου συχνοὺς ἐξεδίδαξε, *ac uidi, qui eo loco, uel* Ἀκύλλα, *uel* Ἀκυΐλλα *legendum ſuſpicarentur. Porrò cùm liberti, ut notum eſt patronorum ſibi nomina aſſumerent, ex eo loco acutior fortaſſe aliquis poterit, qua ex gente Mæcenas fuerit, conijcere.*

7 Hunc ſi mobilium turba Quiritium] *Cur.* mobilium, *quàm, ut erat in alijs,* nobiliū *maluerim, cauſſa eſt: primùm, quòd in mandandis honoribus, non nobiles modò, ſed etiam quamlibet obſcuri ut notum eſt, ſuffragij ius habebant: deinde quòd ad indicandam comitiorum leuitatem, & inconſtantiam, epitheton hoc accommodatiſsimum uiſum eſt, de qua Cicero pro Murena, & pro Plancio, copioſiſsimè diſputat.* 33 —nec Polyhymnia Lesboum refugit tendere barbiton] *Polyhymniam* πολυμελέα *dixit & Ouid.*

„ *Diſſenſêre deæ, quarum Polyhymnia cœpit*
Prima. & aliâs:
„ *Finierat uoces Polyhymnia, dicta probarunt*
„ *Clióq; & curuæ ſcita Thalia lyræ.*

Quo fit, ut hoc loco nihil mutandum putem.

GEOR. FABR. } *Vitæ genera quatuor recenſet,* πρακτικὸν, *negocioſum & ſtrenuum, in quo ſunt homines laudis atque honorum auidi, item laborioſi agricolæ & mercatores.* ἀπολαυστικὸν, *uoluptuarium, in quo ocioſi & conuiuatores.* πολεμικὸν, *caſtrenſe, in quo uiri militares & uenatores.* θεωρητικὸν, *eruditum, & à uulgo abhorrens, in quo ſunt homines ocio literario ac honeſto dediti. Hoc poſtremum poëta reliquis anteponit. in quo ſi ipſi excellere liceat, omnia ſumma ſe conſecutū arbitratur. Eodem modo Virgilius 2. Georg.*

„ *—dulces ante omnia Muſæ,*
„ *Quarum ſacra fero, ingenti perculſus amore.*

Ita Theocritus, Ἐμὶν μοῖσαι φίλαι ἐντὶ. *Ita Dionyſius,* μὲν μουσάων φορεσιός. *Ita Pindarus,* ἐπ' ἄλλοισιν ἄλλοι μεγάλοι, ἐπὶ δὲ μοῦσα κρατερότατον βίλος. Hunc ſi mobilium turba Quiritum, Certat tergeminis tollere honoribus.] *In Anhaltino,* nobilium turma Quiritium: *quam lectionem nemo alius agnoſcit. Mobiles Quirites dixit, ut folia mobilia, Carm. 1. 23. & mobiles annos, in Arte. De uulgo Demoſth.* ὄχλος, ὥσπερ ἐν θαλάττῃ, πνεῦμα ἀκατάστατον. *Tergeminos honores exponebat, uir laudatiſsimus Lazarus Bonamicus, plauſus in theatro ſæpius repetitos, quales dati ſunt Auguſto & Mecœnati: & adducebat illud Virg. 2. Georg.*

„ *—hunc plauſus hiantem*
„ *Per cuneos (geminatur enim) plebiſq́, patrumq́ Corripuit.*

nec ego hactenus inueni interpretationem aptiorem. Horatius ad Numicium, plauſus, dona Quiritium uocat. Quidquid de Libycis uerritur areis.] *Quidquid, id eſt, qualecunq; id tandem ſit, ut in manuſcripto Saxonico, de quo uir doctiſsimus Laurentius Serædeus mihi cōmunicauit. Libycas areas dicit, ut Gargarorum meſſes. Virg.* Nec partem ſolido demere de die] *In lectione nulla diuerſitas, in declaratione ſententiæ, plurima. Diem ſolidum accipio integrum, non fiſſum, ut Iureconſulti loquuntur. De eo partem demere, eſt negocijs detrahere, animo aut uoluptatibus dare. quod idem diem frangere, quaſi non ſolidum relinquere, infrà ad Pompeium, Carm. 2. 7. Huc pertinet illud Virg. 4. Aen.*

„ *Nunc eadem labente die conuiuia quærit.*

In Saxonica gloſſa hæc legitur, Dies alij ſunt faſti toti, alij inciſi, alij ſolidi, quibus laborandum eſt. Dis miſcent ſuperis.] *Dis, pro dijs ſimplice uocali habet Anhaltinum, & idem probat Rhod. Agricola, cuius uerba ſunt: Sciendum eſt uetuſtiſsimos ſolitos eſſe i longum, per e & i diphthongum ſcribere: erant itaque diphthongi latinæ quatuor, æ, œ, ei. & au, nam eu niſi in interiectionibus, heu & heus, in nullis dictionibus latinis inuenitur. Scribebant ergo pro dico deico, & pro mariti maritei, quod hodie quoq; in uetuſtiſsimis quibuſdam inſcriptionibus licet intueri in Italia. Poſtea hæc diphthongus conſuetudine abolita eſt, poſitumq́ eſt ſolum i, pro e & i. Ergo id accidit, ſeruatumq́ eſt, non ſolùm in his dictionibus, in quibus nihil mutabatur, ſed etiam in quibus e ad declinandi rationem pertinebat. Itaque dictum eſt, iſdem pro eiſdem, idem pro eidem, & hi pro hei, & di pro dei. Quòd autem non poſsit di per duo i ſcribi, manifeſtum eſt ex hoc, quoniam, di, una ſyllaba eſt, duæ uocales*

autem unam ſyllabam facere non poſſunt, niſi uel fiat diphthongus ex eis, uel altera tranſeat in uim conſonantis. Ex duobus autem i, nulla diphthongus latina conſtat, nec tranſire in uim conſonantis præcedente muta poteſt: ergo ſcribendum eſt di, & ſimiles dictiones uno i, & non duobus. Hæc ille.

IOAN. THOMAS FREIGIVS. }

Odæ cõtinẽt deſcriptionem
- Perſonarum
  - Diuinarum: ut hymni.
  - Humanarum
    - Imperium
      - Regum.
      - Patronorum.
    - Pariũ
      - Amicorum, φιλικαί, ἑταιρικαί.
      - Amicarũ, ἐρωτικά.
- Temporum
  - Veris.
  - Hyemis.
  - Conuiuiorum.
- Locorum.

EIVSDEM IN ODAM I.

Prima oda eſt Procemium librorũ Horatij, in quo cauſam reddit cur Poëſin ſequatur. Cõſtat diſsimilitudine, cuius Protaſis conſtat inductione: alij delectantur certamine olympico (quod illuſtratur adiunctis curru, puluere, meta, palma) honoribus, agricultura, nauigatione, mercatura, conuiuijs, militia, uenatu. Antapodoſis eſt, ego delector carmine lyrico: quæ illuſtratur primò adiunctis hederis, choro nympharum, tibia, barbito: deinde ſubiecto loco, ut nemoribus: tertio hyperbole: Prouerb. Quanta uix cœlo capi poſſunt: & cœlum digito attingere.

SER. MAR. HON. } O' & præſidium, & dulce decus meum] *Sic Virgilius,*

„ *O' decus, ô famæ merito pars maxima noſtræ*

Mecœnas. Manet ſub Ioue frigido Venator teneræ coniugis immemor] *Id eſt, ὑπὸ Διός, hoc eſt, ſub dio.*

ODE II. AD AVGVSTVM CÆSAREM.

προσευκτική.

Ode II. *Dicolos Tetraſtrophos, primi tres uerſus ſunt Sapphici, hendecaſyllabi, pentametri acatalecti, qui conſtant è trochæo, ſpondeo, dactylo, & duobus trochæis, uel ſpondeo ultimo, ſic:*

Iam ſa -v tis ter -- ris niuis - vv atq; - v diræ --
Grandi - v nis mi -- ſit pater - vv & ru - v bente - v
Dexte - v ra ſa -- cras iacu - vv latus - v arces --

Quartus eſt Adonius pentaſyllabus dimeter acatalectus, ex dactylo, & ſpondeo, uel trocheo, ſic:

Terruit - vv urbem - v

—v —— —vv —v ——
—v —— —vv —v —v
—v —— —vv —v ——
—vv —v

ARGVMENTVM IN ODEN II.

C. Cæſaris cædem deos uoluiſſe ulciſci, multis prodigijs territa Roma, quum niues & grandines mitterentur, & populo metuente ne iterum diluuium, quod ſub Deucalione, uniuerſum mortalium genus abſorbeat.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Scriptorum publicus eſt cõſenſus poſt cædem Iulij Cæſaris multa prodigia comparuiſſe, quæ futuram ultionem in eius percuſſores ſignificabant. Vnde Poeta occaſionem ſcribendi ad Auguſtum ſumens, iam poſt multas calamitates meliorem rerum ſtatum ominatur. Sic autem tandem inuocat Apollinem, Venerem, & Martem, ut ex Auguſto Diuum faciat, quem Mercurij nomenclatura, diu Romano imperio præeſſe cupit.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Debitam Auguſto relaturus gratiam, principiò oſtendit grandinem, fulmina, & Tyberis inundationem, in Iulij Cæſaris, tribus & uiginti uulneribus crudeliter interfecti, ultionem à Ioue urbi immiſſam. Deinde bella ciuilia Cæſaris mortem ſecutura declarat, & Iouem adeò iratum, ut nemo tam grande ſcelus expiare poſſit. Poſtremò petit, ut Auguſtus diu in terris maneat, & Pop. Rom. ita regat, ut meritò uictor, princeps, & patriæ pater appelletur.

COMMENTARIA.

ACRON.

IAM ſatis terris niuis atq; diræ] *Metrum ſapphicum hendecaſyllabum, tribus uerſibus, quod conſtat trochæo, ſpondeo, dactylo, & duobus trochæis, ita:* Iam ſa, tis ter. ris niuis, atq; diræ. *uerſus Adonius, dimeter ex dactylo & ſpondeo, ita:* Terruit urbem. Iam ſatis terris] *C. Cæſaris mortẽ ſignificat, quo in ſenatu occiſo, plurimæ tempeſtates, niues & grandines fuerũt, quo tempore & inundatione Tyberis dicitur Roma laboraſſe, quod propter Cæſarem, in honorem Auguſti Cæſaris ultoris eius, uult factum uideri. Nam de ipſo & Virg.*

„ *Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim*

„ *Flebant.—— Et alibi.*

„ *Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam.*

Hæc enim omina, id eſt fulmina, grandinem, diluuij metum, intelligi uult uindictam Cæſaris fuiſſe. Diræ] *A' furijs tractum eſt, quæ diræ dicuntur, ut:*

„ *Et diræ ultrices: Et dirarum uerbera noſco.*

Rubente dextera] *Omnes manubiæ albæ & nigræ eſſe dicuntur, Iouis rubea & ſanguinea.* Sacras arces] *Id eſt, ad ſacras arces, id eſt, templa deorum, uel imperatorum, uel etiam ſacras arces, Capitolium dicit.* Terruit genteis] *Timere fecit gentes.* Ne rediret ſeculum Pyrrhæ] *Vxoris Deucalionis, ſub quibus fuit diluuium.* Noua monſtra]

IAM ſatis terris niuis, atq; diræ
Grandinis miſit pater: & rubente
Dextera ſacras iaculatus arceis
Terruit urbem.
Terruit genteis, graue ne rediret
Seculum Pyrrhæ noua monſtra queſtæ,

Omne cum Proteus egit altos
Viſere monteis:
Piſcium & ſumma genuſ hæſit ulmo,
Nota quæ ſedes fuerat columbis:
Et ſuperiecto pauidæ natarunt
Aequore damæ.
Vidimus flauum Tiberim, retortis
Littore Hetruſco uiolenter undis,
Ire deiectum monumenta regis,
Templaq́ Veſtæ:
Iliæ dum ſe nimium querenti
Iactat ultorem: uagus & ſiniſtra
Labitur ripa, Ioue non probante,
Vxorius amnis.
Audiet ciues acuiſſe ferrum,
Quo graues Perſæ melius perirent:
Audiet pugnas, uitio parentum
Rara iuuentus.
Quem uocet diuûm populus ruentis
Imperí rebus? prece qua fatigent
Virgines ſanctæ minus audientem
Carmina ueſtam?
Cui dabit parteis ſcelus expiandi
Iuppiter? tandem uenias precamur
Nube candenteis humeros amictus
Augur Apollo.
Siue tu mauis Erycina ridens:
Quam iocus circumuolat, & Cupido:
Siue neglectum genus, & nepotes
Reſpicis autor.
Heu nimis longo ſatiate ludo,
Quem iuuat clamor, galeæq́ leues,
Acer & Mauri peditis cruentum
Vultus in hoſtem.
Siue mutata iuuenem figura,
Ales in terris imitaris, almæ
Filius Maiæ, patiens uocari
Cæſaris ultor:
Serus in cœlo redeas, diuq́
Lætus interſis populo Quirini.
Néue te noſtris uitijs iniquum
Ocyor aura
Tollat. heic magnos potius triumphos,
Heic ames dici pater, atq́ princeps:
Neu ſinas Medos equitare inultos
Te duce Cæſar.

ſtra] *Noua monſtra dicit fuiſſe diluuiũ, propter hoc, quod ſequitur, genus piſcium hæſit ſumma ulmo.* Omne cum Proteus] *Proteus beluarum marinarum, paſtor. Hunc dicit marina armenta, in montibus diluuio pauiſſe, de quo Virgil. Immania cuius Armenta, turpes paſcit ſub gurgite Phocas.* Pecus egit] *Omne animal præter hominem, antiqui pecus dicebant.* Hæſit ulmo] *Cõtraria in diluuio contigiſſe dicit, ut in arboribus hærerent piſces, ſylueſtresq́ damæ in aquis natarent, quas Virgil. maſc. gen. poſuit:*

» *Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ.*

Diluuio facto: cùm tantum Parnaſus emineret Deucalion, et Pyrrha. quomodo repararent genus humanum, Apollinem conſuluerunt, qui dum reſpondiſſet, ut iacularentur oſſa matris, tunc cognouerunt terram eſſe matrem dictam, unde iaculante mox Pyrrha lapides, puellæ, & Deucalione, mares nati ſunt. Flauum Tiberim] *Aut turbidum, aut colore limi flauum, ut:*

» *Vorticibus rapidis, & multa flauus harena.*

Retortis] *Aut propter turbines dixit retortis, aut propterea quod in campos exibat, non ſolito alueo in maria, conſtat autem uiolentia maris repulſum Tyberim inundaſſe.* Hetruſco] *Id eſt, Tyrrheno, quo influit Tyberis.* Monumẽta] *Regiam dixit. Locus eſt ergo in quo Numa Pompilius habitauit, ueſtem habens regiam. Cic. de eodem loco: Nuper me ad Regiam pene confecit.* Regis] *Numæ Pompilij, qui ſeditionem abſtulit, & regionis cultum adhibuit.* Templaq́ Veſtæ] *Quia dicebatur Tyberis per Roſtra ante habuiſſe meatũ, quæ templo Veſtæ iunguntur.* Iliæ] *Matri Romuli, uxori ſuæ.* Querenti] *Querelas apud ſe deponenti de morte Cæſaris, hominis ſuæ originis.* Vagus] *Non recto meatu fruens, qui extra alueum erraret.* Et ſiniſtra ripa] *Aut infeſta, aut ibi, qua magis prona eſt ciuitas, quam redundare cupiebat.* Ioue non probante] *Non permittente.* Vxorius amnis] *Diuerſæ de Ilia poëtarum opiniones ſunt: nam Ilia mater fuit Romuli, quem ex Marte ſuſcepit, quæ mortua ſepulta ad ripam, Anienis fluuij, dicitur, qui in Tyberim cadit, & quia abundans aquis, Anio cineres Iliæ in Tyberim deduxit: ita dicta eſt Ilia Tyberi nupſiſſe, & ideo dixit uxorius amnis, qui ſe ad eius querelam iactaret ultorem. Alij dicunt quod ipſa Ilia Anieni nupſerit. nam poëtæ multi hoc ſentiunt. Sed Horat. ut Tyberi det cauſam iraſcendi, Tyberis magis dixit uxorem. Vxorius enim dicitur, uxori deditus: ut Virgil.*

» *Pulchramq́ uxorius urbem extruis.*

Audiet ciues] *Pugnas ex morte Cæſaris in poſteros redditas dicit propter bella ciuilia. Nam Auguſtus percuſſores eius uſq; ad Aegyptum perſecutus eſt.* Quem uocet diuum] *Auerſos dicit ſuperos pro tali ſcelere uota humani generis ſpreuiſſe.* Fatigent] *Inſtanter & impensè rogent, ut: Diuosq́ in uota fatigent.* Minus audientem carmina] *Hymnos & preces non audientem pro ſupplicantium impietate.* Cui dabit partes ſcelus expiandi] *Id eſt, cui deorum dabit Iupiter poteſtatem delendi malum, quod patrauit pars Romanorum, non enim omnes conſenſerunt in mortem Cæſaris.* Iupiter] *Iouis mite numen eſt, nec aliquid per ſe lædens. Luc.*

» *Num mitis in alto Iupiter.*

Nube candenti] *Melius candentẽ nube, quàm candenteis humeros.* Amictus] *Candidis nubibus uelatus, ut qui uideri non poteſt, amictũ enim dij nequeunt conſpici.* Augur Apollo] *Auguſtum, qui ſe Apollinis filium uolebat uideri: aut propter Troianum genus de Veneris ſtirpe, ut eſt:*

» *Hunc tu olim cœlo ſpolijs Orientis onuſtum Accipies.* Erycina ridens] *Erycina Venus à monte Eryce, in quo maximè colitur dicta. Virgil.*

» *Erycina in uertice ſedes Fundatur Veneri Italiæ.*

Sed Veneris numen non uſq; adeò mite eſſe ſolet: nam irata Solis filias perſecuta eſt. Siue neglectũ genus] *Siue quia Cæſarem occidi paſſus eſt, ſiue quia poſtea in ultionem eius bellum ciuile fieri permiſit.* Et nepotes] *Romanos dixit propter Romulum.* Reſpicis autor] *Mars autor, per Iliam & Romulum. Virg.*

» *Viden' ut geminæ ſtant uertice criſtæ:*

» *Et pater ipſe ſuo ſuperũ iam ſignat honore.*

Ludo] *Ludum Martis dixit bella ciuilia, cuius ludus in prælijs eſt.* Quem iuuat] *Martem enim & bellicus clamor, & ſplendẽtia tela delectant, ut:*

» *Iuuat ire & Dorica caſtra, Deſertosq́ uidere locos.*

Et Mauri] *Maurũ abuſiuè poſuit, pro quocunq; hoſte.* Siue mutata iuuenem figura] *Mercurium dicit, ſiue quia in diuerſas poteſtates transfigurari conſueuit, ſiue quia uult eum Auguſto per Troianos parentem uideri. Virg.*

» *At Maiam (auditis ſi quicquam credimus) Atlas.*

» Idem, *Atlas generat.——*

» *Et uenias precamur à ſuperioribus ubiq; ſubaudis.*

Almæ] *Ne almæ filius Cupido putaretur, ideo dixit filius Maiæ, ut Mercurium oſtenderet. Virg. Hæc ait,*

» *Et Maia genitum demittit ab alto.*

Serus in cœlum] *Ac ſi diceret, diu uiuas Romanis, et tardè diuus fias.* Iniquum uitijs] *Iratum, indignantem peccatis noſtris, & propter hoc fugientem nos.* Princeps] *Iuxta morem principum, qui patres patriæ dicuntur.* Medos] *Parthos, à quibus Craſſus occiſus eſt, quo pereunte ortum eſt bellum ciuile. Lucan. de eodẽ:*

» *Vmbraq́ erraret Craſſus inulta.*

PORPHYRION. } Iam ſatis terris] *Poſt occiſum Caium Cæſarem, quem Caſsius & Brutus, alijq́ coniurati interfecerant, multa portenta ſunt uiſa: Tyberis etiam creuit, ut prodigij loco haberetur. Hæc autem omnia uult uideri facta in ultionem occiſi principis, & pœnam eorum, qui bella ciuilia agere non deſinebant. Quam inundationem Tyberis ad periculum ruinarum aliò*

duxit

duxit ſolum. Seculum Pyrrhæ] *Pyrrha quæſita eſt noua monſtra accidiſſe mundo, interitu generis humani.* Piſcium & ſumma genus hæſit ulmo] *Leuiter in re tam atroci & piſcium, & palumborum meminit, niſi quod hi exceſſus Lyricis conceſſi ſunt.* Et ſuperiecto pauidæ natarunt æquore damæ] *Superiecto æquore, id eſt, ſuper terras iacto, illa ſcilicet diluuij inundatione.* Flauũ Tyberim] *Sic etiam Virgil.*

Vorticibus rapidis & multa flauus harena.

Ire deiectum monumenta regis] *Monumentum non tantum ſepulchrum dicitur, ſed omne quicquid memoriam teſtatur. Regiam ergo Numæ Pompilij ſignat.* Littore Hetruſco uiolẽter undis] *Conſtat uiolentia maris repulſum Tyberim redundare, & ſolitum effundi per ripas ſuas, quod hic nunc monſtroſe factum dicit. Littus autem Hetruſcum, Tyrrhenum, id eſt, Hetruſci maris. Repulſum Tyberim in littus accipit, in quod Tyberis exit.* Ioue nõ probante] Quod *terreri Iupiter iuſſerit populum, non perire.* Iliæ dum ſe nimium querenti iactat ultorem uagus] *Ilia, autore Ennio, in amnem Tyberim iuſſu Amulij regis Albanorum præcipitata eſt. Ante enim Anieni matrimonio iuncta, atque hic loquitur, quaſi Tyberi potius nupſerit.* Querenti *autem Iliæ, cædem Cæſaris intelligendum.* Audiet ciues acuiſſe ferrum] *Ἀσυνδέτως tranſit, ſic intelligendum: Itaque rara iuuentus maiores ſuos acuiſſe ferrum.* Quem uocet diuum populus ruentis imper.] *Iterum ἀσυνδέτως tranſit, & ferè morem hunc habet ſine coniunctionibus tranſeundi. Cæterùm ſubaudienda hic eſt coniunctio, ergo, ſic enim ſit plenum, ergo quem uocet diuũm populus. Non pugnas parentum, ſed uitio parentum.* Rara iuuẽtus] Quia *in bellis ciuilibus, ſed Cæſare & Pompeio, deinde ſub Auguſto & Caſſio, atque Bruto Romani ſeipſi confecerunt.* Minus audientem Carmina Veſtam?] *Offenſam, ſcilicet ſcelere eorum, qui Cæſarem occiderunt.* Tandẽ uenias precamur Nube candenti humeros amictus] *Conuerſus ad Apollinem, qui Actiaco bello Antonium oppreſſit. Virg.*

Hæc cernens arcum intendebat Apollo.

Siue tu mauis Erycina ridens, Quam locus circũuolat, & Cupido] *Poteſt & ridens, iocus, & Erycina ridens accipi, id eſt, Homericum Erycina ridens, ſecundùm illud, φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη.* Siue neglectum genus, & nepotes] *Ad Martem hoc pertinet, quẽ inuidioſe arguit genus ſuum, id eſt, Romanos neglexiſſe, quod paſſus ſit eos bello ciuili uaſtari.* Heu nimis longo ſatiate ludo] *Pro bello poſuit, hic enim uidetur ludus eſſe Martis.* Acer & Mauri peditis cruentum, Vultus in hoſtem] *Mauri pro cuiuslibet accipit bellicoſæ gentis uiro. Speciem enim pro genere poſuit.* Siue mutata iuuenem figura] *Adulatur Auguſto, Mercurium eum eſſe dicens.* Serus in cœlum redeas] *Suauiter optat Auguſto, ut diu uiuat.* Neue te noſtris] *Bene hæc dicuntur, quia ad Mercurium uidetur loqui, qui uolucer Deus, ſimul eleganter & illud obliquè optat, ut poſt exceſſum, Auguſtus diuus factus recipiatur in cœlum.* Noſtris uitijs] *Id utrum ad bella ciuilia referens ait, an latius ex hoc intelligitur.* Ocyus aura tollat] *Pro ocyus tollat, ὀξὺ μάλα ἀναλάβοι.*

CHRISTOPH. LAND. } *Ode Δίκωλος. Eſt enim bimembris. Ex Sapphico, hendecaſyllabo, qui conſtat ex trochæo, ſpondeo, dactylo, & duobus trochæis. Et in quarto uerſu ex Adonio dimetro, in quo eſt dactylus & ſpondeus. In laudẽ hæc Octauiani tendunt, quem, ut Deum hortatur, ut afflicto ex diuturnis ciuilibus bellis imperio ſuccurrat, oſtenditque omnia quæ ponit, prodigia, in uindictam interfecti Iulij Cæſaris ueniſſe. Calamitates autem quæcunque accidebant, deorum iræ, pacationem uerò & trãquillitatem illi eſſe attribuendam, ueluti propitio Deo. Nec ratione caret adulatio hæc, quoniam cum reliqui Cæſares, non niſi poſt mortem inter deos relati ſunt, ſoli Octauiano adhuc uiuenti, aras & ſacrificia Pop. Rom. poſuit. Hinc ipſe alibi,*

Iurandasque tuum per nomen ponimus aras.

Et Virg. in 1. Georgic. eum tanquam deum inuocat. Iam ſatis] *Quia diu durarunt, Pathetica oratio eſt, & ſtatim à principio commouet commiſerationem à diuturnitate temporis. Vehementer enim mouemur cum diu quempiam in miſeria fuiſſe intelligimus. Vnde Achæmenides apud Virg. lib. 3. Aeneid.*

Tertia cùm lunæ ſe cornua lumine complent.

Niuis atque diræ grandinis] *Ponit niuem & grandinem pro rebus duriſſimis, ergo pathos à materia, ut cùm Cicero queritur flammã ex lignis uiridibus factam, ut fumo incluſus necaretur. Virgil.*

At pater omnipotens denſa inter nubila telum

Contorſit.— Hæc autẽ cum ueniunt, calamitatem aliquã portendere ſolent, ut hic ante ciuile bellum, & priſcis temporibus ante bellum primum Punicum, adeò exundauit Tyberis, ut & primo impetu multa in urbe ædificia deijceret, & mox illo ſtagnante plura corrupta fuerint, & adeò nubiloſus annus, quo Cæſar perijt, perdurauit, ut nullæ fruges ad maturitatem perductæ fuerint. Nix gignitur ex uapore frigido, & humido in medio aëris interſtitio, à mediocri frigido in nubis corpore congelato. Eſt minus hoc frigus, quo generatur nix, quàm quo generatur grando, quia habet admixtum aliquid de calore, qui in nubis ſubſtantia incluſus, nec ſtatim à frigore uictus niuis ſubſtantiam rarefacit, & mollem reddit, tandemque præualente frigore albeſcit. Ait autem Ariſtoteles, quòd propter debilitatum frigus à calore frangitur in partes latas. Caliditas enim admixta nubibus niuoſis, non ſinit illam denſari ut grandinem, unde modico calore liqueſcit. Niuis eſt ſecundùm Albertum, ut malas herbas enecet, bonas alat. Nam conſtringit terræ meatus. Vnde calore ad interiora reuocato, attrahitur humor ad radices. Grandinis] *Grando dicitur, uel quia granis continuatur, uel quia grandior ſit. Eſt autem ſecundùm Ariſtotelem, ſtilla pluuiæ frigiditatis, uentique uigore, in aëre congelata. Fit ex uapore frigido, humentique qui ad interiora nubis fricetur compreſſus à calore circumſtante. Frigus enim aëris calorem fugiens interiora nubis petit, ſeque condenſando maiori ui inſurgit, proptereaque uaporem in nube deprehenſum conſtringere ualet, & in duritiem conuertere. Quæ cauſa eſt, ut minùs in hyeme grando quàm in æſtate. Virtus enim frigoris quæ ita pellente calore in æſtate unum cogitur, per hyemem uerò toto aëre diffunditur. Vnde inualidior diſiuncta inſurgit. Addit Ariſtoteles illam gigni longè à terra. Hinc longiori ſpatio per aërem reuoluta facile redundatur, & aſſiduo attritu minuitur. Quod ſi in uiciniori parte aëris gignatur, quia ad paruum ſpacium fertur, & maior, & minus rotunda cadit. Frequentius autem in die ubi calor intenſior eſt, quàm in nocte oritur grando.* Diræ] Quia *ex deorum ira prouenerit.* Pater] *Iupiter, quem patrem hominum atque deorum poëtæ appellant. Rectè autem attribuunt huiuſcemodi omnia quæ ignis, aërisque ui gignuntur, quoniam ut Iuno pro aqua terraque capitur, quæ elementa patiuntur, proptereaque fœmina eſt Iuno, ſic Iupiter ætheris, aërisque ſymbolum continet. Hæc autem agunt, unde marem uolunt Iouem. Dicuntur hi fratres propter cognationem, quæ eſt in elementis. Ineunt inſuper coniugium, quoniam ex ui actiua Iouis, id eſt, ſuperiorum, & paſſiua Iunonis, id eſt, inferiorum elementorum cuncta gignuntur.* Rubenti] *Refert Acron cæterorum deorũ manubias albas, nigrasque eſſe, Iouis uerò rubras & ſanguineas, rubenti ergo, ut alluderet ad naturam fulminis ex igne rubentis. Fulmen eſt uapor ignitus, compactus, & ſolidus impetuoſè cadens. Gignitur ex uapore graſſo contrarijs & diuerſis, compoſitio uehementi calore inflammato: & uentorum nubiumque concuſſione impulſo, & quaſi lapis igneus de concauitate nubis deorſum per uiolentiam pulſo. Rarò cadit in frigidiſſima hyeme, quia propter frigus uapor in aëre non gignitur. Rarò etiam in uehementi æſtate, quia propter ſiccitatem & ſubtilitatem aëris uapores in nubibus non aggregantur. Sed à calore conſumuntur. In uere autem & autumno uapores multi eleuantur & condenſantur, & igneſcũt. Refert Ariſtoteles tria eſſe genera fulminum. Vnum quod adurit. Alterum quod, quia humidius, non urit, ſed quod tangit, in nigredinem uertit. Tertium eſt clarum & miræ naturæ. Nam uinum effundit intactis uaſis. Aliquando fracto uaſe, ita obſtupeſcit uinũ, ut per tres dies non fluat. Aurum in ſaccis, & uaſa argentea in capſulis ita liquefacit, ut ſacculi capſulæque integræ maneant. Comburit manum chyrothecа intacta manente. Imò totum hominem in cinerem conuertit integris ueſtimentis. Martia Romana mulier grauida icta fulmine partu exanimato illæſa permanſit. Propter hanc triplicem naturam triſulcum illud finxerunt poëtæ. In calidiſſimis regionibus rarò ſunt, quia in eis parum humor ualet. Item in frigi-*

diſsimis, quod in eis calor citò extinguitur. Thuſcorum literæ, ut tradit Plinius, nouem deos emittere fulmina dixerunt, eaq́ eſſe undecim generum. Sed Iouem tria emittere. Romani duo tantùm ſtatuerunt, diurna quæ Ioui nocturna, quæ Sumano tribuunt. De Sumano meminit Plautus. Sacras arces] Templa, quæ cùm publica ſint, publicum malum portendunt. Hoc ſæpe apud Liuium notatum eſt. Gentes] Pro familia capimus, ut de gente Cornelia. Hinc etiam gentiles, id eſt, agnati. Dicimus item gentes nationes. Virgilius:

„ Quas gentes Italum, quas non oraueris urbes.

Sed etiã hoc nomẽ ad bruta transfertur. Vnde Homer. μυιάων ἔθνεα πολλά, id eſt, muſcarum gentes multas. Hunc imitatus Virgil. dixit de apibus. Cùm gentis adultos educunt fœtus. Chriſtiani autem gentes appellant omnes externos, id eſt, qui non ſunt ciues diuinæ ciuitatis, ſed alieni à Chriſtiana fide. Hos ergo gentiles dicunt. Terruit gentes] Quaſi omnes populos. Grauem] Moleſtum. Graue enim ponderoſum ſignificat. Inde per tranſlationẽ dicimus rem grauem, quæ animo moleſta eſt, Iuuenalis.

„ Iam grauis es nobis, & ſemper emungeris exi.

Item amarum Lucretius.

„ Abrotanoíq́ graues & triſtia centaurea.

Dicimus contra grauem uirum, qui authoritate & prudentia ualeat, qui cuncta maturè, & cum ratione exacta faciat. Virg.

„ Tum pietate grauem, ac meritis ſi forte uirum quem.

Dicimus grauidum. Virg.

„ Marte grauis gemmam partu dabit Ilia prolem.

Sæculum] Pro ætate ponitur à ſequendo dictum. Nam ut in flumine fluctum fluctus ſequitur, ſic in curſu temporis, ætas ætatem impellit. Videturq́ maximè eſſe centum annorum ſpatium. Nam ludi ſæculares Romæ centeſimo quoq; anno celebrabantur. Ethruſci autem ſecundùm Cenſorinum ad Cerelinum, ab oſtento in aliud oſtentum producebatur, ergo non paria erant apud illos ſæcula. Pyrrhæ] Ferunt fabulæ, Iouem ſcelera hominum exploraturum, in terram deſcendiſſe, & ſub forma humana in hoſpitium à Lycaone Arcadiæ rege ſuſceptum, ſibiq́ hoſpitem, quem rex interemerat, epulandum poſitum. Iratumq́ Iouem, regem in lupum mutaſſe. Ac poſtremo cùm uniuerſos mortales ſummis flagitijs inquinatos cerneret diluuio illos perdidiſſe, exceptis Deucalione & Pyrrha eius uxore, atq; patruele. Iſti ergo ſoli ex uniuerſo hominum genere relicti, à Themidis oraculo acceperunt, poſſe ab illis reparari humanum genus, ſi oſſa materna poſt tergum iacerent. Illi pro matre terram accipientes: & pro oſsibus terræ lapides, eos iecerunt. Atq; ita iacti à Deucalione in mares, iacti à Pyrrha, in fœminas conuerſi ſunt. Timebant igitur hoc tempore, ne diluuium illud rediret. Diluuiũ Deucalionis fuit (ut ait Varro) regnante Athenis Crinao, qui Cecropi ſucceſsit. Vt autem placet Euſebio & Hieronymo, nondum defuncto Cecrope. Tempore autem Cecropis Moyſes populum ex Aegypto eduxit. Fuit autem hoc diluuium anno mundo circiter ſeptuageſimumſeptimum ſupra tria millia & ſexcentos, ſed non peruenit ad Aegyptum uſq;. Maximè autem occupauit Theſſaliam, ubi regnauit Deucalion & loca uicina. Itaq; non fuit uniuerſale, ut diluuium factum ſub Noẽ. Origo autem huius familiæ fluxit à Titane cœli et Veſtæ filio. Ex hoc enim natus eſt Iapetus, et ex Iapeto Prometheus, & Epimetheus. Prometheus Deucalionem genuit. Epimetheus Pyrrham. Cum igitur Deucalion homines, qui ob diluuiũ ad montana confugerant, & ritu ferino uiuebant, deſcendere in loca culta perſuaſiſſet, & ad ciuilem uitam traduxiſſet: inuenit locum fabula: ut ille iactu ſuo, id eſt, ui uerborum, lapides, id eſt, duros & efferatos mortales in homines, id eſt, in mitiorem naturam hominis conuerteret. Noua] A Græco, Illi enim νέον dicunt. Sed etiam nouum magnum & admirabile. Virg.

„ Pollio & ipſe facit noua carmina.

Monſtra] Monſtris & portentis, & reliquis ad futurorum præſcientiam ſpectantibus alium locum inſtituemus. Queſtæ] ab eo quod eſt queror, ſine diphthongo, unde querela. Quæro autem diphthongatur, unde quæſtus, lucrum. Protheus] Deus marinus ſecundùm Theodontium, Oceani & Tethyos filius, uates fuit, Quem & Homerus ab Agamemnone, Virgilius ab Ariſteo, futura prædicere coactum ſcribit. Erat eius natura, ut uolens nunquam diceret. Coactus autem in maria monſtra ſe conuertens, homineſq́ illudens, diffugiebat. Quam rem Maro in 4. Georg. mirificè deſcribit. Hunc D. Hieronymus pro mendacio poni credit. Nos in eo loco cenſuimus poni pro uero, uarijs mendacijs tecto, & quod niſi ui ingenij adhibita tot ueriſimilibus inuolutum, quæ omnia falſa ſunt, dignoſci nequeat. Vertitur ergo Proteus in uaria monſtra, quia latens eſt ueritas, & dum pro illa multa, ſe nobis ueriſimilia offerant, in monſtra inducunt. Hunc ex Pallene urbe natum, in Aegypto regnaſſe refert Seruius. Fingitur Neptuni paſtor, & eius armenta, quæ ex monſtroſis ſunt piſcibus nutrire. Pecus] Armenta intelligit. Cæterùm pecus, teſte Seruio omne animal eſt, quod humana effigie caret. Hinc Maro de fucis dixit.

„ Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent.

Eſt autem hîc pecus, pecoris. Virg.

„ Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe.

Item hoc pecuare Perſius,

„ Findor ut Archadiæ pecuaria rudere dicas.

Item hoc pecu, & in plurali pecua. Inde pecuarij à pecore colendo. Cic. pro Deiotaro rege. Vt non ſolùm tetrarcha nobilis, ſed etiam optimus paterfamiliâs, & diligentiſsimus agricola, atq; pecuarius haberetur. Sed ut ad poëtæ uerſus redeam, tota hæc deſcriptio ex tanta rerum inuerſione magnam mouet commiſerationem, cùm animantia non ſolùm uictu, ſed & ſedibus à natura datis, diluuio priuarentur. Hæſit] Id eſt, perſtitit, ut oſtendat inundationem diuturnam fuiſſe. Inde dicimus hærere, dubitare, quia ratiocinando dubitat, conſiſtit, neque procedit ad ulteriora. Eſt etiam hærere, niti. Virgil.

„ Hærent parietibus ſcalæ.

Dicitur item hærere res: quæ aliquo impedimento prohibita diſcedere nequit, ſic aues retibus hærent, & naues uadoſis locis. Viroo] Pro omni arbore. Dama] Animal eſt non multum à capreolo diſsimile. Aequore ſuperiecto] Quia mare occupauerat terrã, quã ſuam eſſe oportebat. Vidimus] Excitatur commiſeratio à re uiſa, in rebus enim aduerſis (ut docet Cicero) duriora quæque ſunt quæ uidemus, quam quæ audimus. Virg.

„ Quæq́ ipſe miſerrima uidi:

„ Et quorum pars magna fui. Et de Pallante:

„ Ipſe caput niuei fultum Pallantis, & ora uidi.

Flauum] Vel tunc flauum, quia diluuio auctus cœnulentus flueret: uel epithetum eſt perpetuum huius fluminis, quia citato fluens curſu rarò limpidus apparet. Virg.

„ Verticibus rapidis & multa flauus harena.

Tyberis] Siue Tyberinus, in Etruria naſcitur ex Apennino ſupra Caſentinatem agrum. Nec procul à noſtro arno, primo Tuſciam ab Vmbria diuidit, deinde multis relictis urbibus Romam influit, & tandem mare Tyrrhenum ingreditur, olim Albula dictus eſt, deinde Tybris à Tybri antiquiſsimo rege Etruſcorum, qui Piraticam exercens, circa ea loca perijt. Alij uolunt, Tybrim hunc non Thuſcorum, ſed Aborigenum fuiſſe regem, alij Albanorum. Sunt poſtremò qui referant Syracuſanos, quandoq; Athenienſes Siciliam infeſtantes, bello ſuperaſſe: multoſq́ è prælio captiuos abduxiſſe, illoſq́ ad eorum contumeliam circa Syracuſas foſſam ingentem ducere, & in illam fluuium deriuare coëgiſſe, atq; ipſam foſſam ὕβριν, id eſt, contumeliam appellaſſe. Deinde ſequentibus temporibus, ut etiam meminit Maro, Coloniam in Italiam duxiſſe, & loca uicina fluuio habitaſſe, & à foſſa ſuæ patriæ illum Hybrim primò, deinde mutata h aſpiratione in t, Tybrim nuncupaſſe. Eſt præterea apud Romanos uocatus Rumon, quaſi ripas ruminans. Item Tarentus, à terendo. Retortis undis] Quia uiolentia maris repulſus urbem inundauit. Item retortis, uel quia per tramites: uel quia per agros exiret. Eſt ergo ſententia ſecundùm Acronem, quod ipſe rueret in templa Veſtæ, cum undis retortis à littore Etruſco, id eſt, à mari Etruſco, id eſt, Tyrrheno, in quo egreditur. Littus terra eſt, quæ ab aqua tangitur, ſecundùm Cic. in Topicis. Ait autem Scæuola ita dici, uel quod ad eam aqua alludat, uel quod alluat, uel quod aqua illic eliditur. Donatus autem ait, littus aliquando ſi-

gnificat

gnificat ſpacium circa aram, à litando, quia ibi litatur. Affertq́ illud ex Marone:

„ Iacet ingens in littore truncus.

Acron uerò eadem authoritate nixus camporum extremitatem littus eſſe in eo loco uult. Ego autē idcirco à Marone illīc littus poſitum puto: quia uoluit alludere corpori Pompei, in Alexandrino littore ſine capite iacenti. Eſt igitur littus de mari dictum, ripa de flumine. Ouidius:

„ Campoq́ recepti.——

„ Liberioris aquæ pro ripis littora pulſant.

Rupes autem in montibus dicimus. Virg.

„ Dumoſa de rupe procul pendere uidebo.

Monumenta regis] Regia Numæ. Nam regia Numæ olim erat, ubi deinde fuit Veſtæ templum. Templum Veſtæ] Referunt annales per roſtra quæ templo Veſtæ uicina ſunt, meatum Tyberim habuiſſe. Iliæ] Fuit hæc Numitoris Albanorum regis filia, ſed Amulius Numitore fratre à regno pulſo, illam Veſtæ conſecrauit, ne qua inde proles oriretur. Illa tamen ex Marte grauida facta, Remum, Romulumq́ peperit, quos Amulius in Tyberim projici iuſſit. Sed qui detulerunt cum aucto flumine ex imbribus ad iuſtum curſum deuenire non poſſent, in uado reliquerunt: ubi poſtea ficus Ruminalis fuit, ibiq́ à Lupa nutriti ſunt, donec à Faſtulo paſtore tollerentur, à quo Laurentiæ uxori nutriendi dati ſunt. Hi cùm adoleuiſſent Amulium pepulerūt, & Numitorem in regnum reſtituerunt: Addunt fabulæ Tyberim Iliam in uxorem accepiſſe. Hanc igitur ob cædem Cæſaris ſe affligtantem ſolatur maritus fluuius, minaturq́ & templa Veſtæ, & regiam Numæ in ultionem cædis deiecturum. Vel minatur templo Veſtæ, quoniam illa Dea ſibi iam enixæ irata fuerat. Veſtæ] De hac Dea ne omnia in unum congeramus, commodiùs paulò infrà dicemus. Siniſtra] Inſenſa, uel quia illi currenti, à ſiniſtra eſt urbs. Ioue non probante] Quia terreri Iupiter uoluit populum, non perire. Vxorius] Id eſt, nimis uxori deditus. Virgil.

„ Pulchramq́ uxorius urbem extruit.

Audiet ciues] Oratio pathetica & commiſerationis conciliatrix, proptereaq́ conciſa & abrupta. Narrauit prodigia, quibus bella ciuilia in ultionem Cæſaris portendebantur. Nunc oſtendit ex infrequentia populi quanta ſtrages ciuilis fuerit, quæ tamen ex Deorum ira non Octauiani crudelitate prouenerit. Poſtremo addit Octauianum rebus humanis auxilium eſſe laturum: Compone igitur. Iuuentus] Quaſi poſteritas noſtra. Rara] Id eſt, infrequens uitio parentum ſuorum, qui in prælijs maiorem partem ciuiū trucidarunt. Audiet] Cùm quæret cauſam, quare ita rara ſit. Ciues] Quaſi dicat, illos ad quos ultio non cædes pertinebat. Acuiſſe ferrum] Id eſt, arma, ut ſit intellectio: Acuiſſe ferrum, geſſiſſe bellum, in quo ferrum acuitur. Poſuit enim quod præcedit, pro eo quod ſequitur. Quò graues Perſæ melius perirent] Grauis uituperatio. Impia enim res eſt, ciuem in ciuem arma uertere: ſed magis impia, ſi hoſtes potentes, imminentesq́ repellendi ſint. Bis enim patria læditur, & quòd ciuis ſibi adimitur, & quòd irruptio hoſtilis non repellitur. Eſt autem repetitio, audiet, audiet, qui color grauitatem ſemper, & authoritatem orationi adfert. Item expolitio, ut diutius immoretur in re grauiſſima. Nam cùm dixiſſet ciues acuiſſe ferrum, addidit, audiet pugnas. Poteſt etiam dici interpretatio: nam cùm dicit. Audiet ciues acuiſſe ferrum, interpretatur id cùm addat, audiet pugnas. Graues] Noxij. Quanta ergo impietas eſt, imo crudelitas eſt, quo tempore hoſtes, & hi quidem potentes imminent imperio, perdere uires patriæ, quibus illa hoſtem repreſſiſſet. Hunc locum mirificè explet Lucanus in principio ſuæ Pharſaliæ.

„ Quis furor ô ciues quæ tanta licentia ferri

„ Gentibus inuiſis Latium præſtare cruorem.

„ Cumq́ ſuperba foret Babylon ſpolianda trophæis

„ Auſonijs, umbraq́ erraret Craſſus inulta.

Perſæ] Pro Parthis poſuit, cum quibus tunc ambiguum erat certamen, Craſſo cum filio & omni exercitu ab illis cæſo. Rara iuuentus] Iuuentus, iuuentutis eſt ipſa turba iuuenum, Iuuenta eſt ætas iuuenilis. Iuuentas, iuuentatis dea iuuenum. Rara] Quia aſſiduis cædibus defecerat Populus Romanus. Quem uocet diuū] Subintellige, ergo. Habet autem maximam uim hæc addubitatio, quaſi dicat nullum reſtare cùm omnes irati ſint. Ex quo neceſſariū oſtenditur eſſe ad ſolum Octauianū conuertendas preces. Diuū] In accuſatiuo poteſt eſſe, ſed plenius diuûm pro diuorum. Dicunt propriè Deos, qui ſua natura cæleſtes, immortalesq́ ſunt. Diuos autem qui ex mortalibus ad diuinitatem ſunt aſſumpti. Sed abutūtur poëtæ notioribus. Qua prece] Quibus hymnis, quibus ſacris. Raro hoc nomen in ſingulari poſitum inuenimus. In nominatiuo autem nunquam. Fatiget] Fatigare dicimus, cum quod gratia, & ratione non impetramus, importunitate extorquere conamur. Virgines ſanctæ] Magnā ira Veſtæ oſtenditur, cum ne à uirginibus quidem, quæ ſibi ſanctæ ſunt, id eſt, conſecratæ, nō flectitur. Virgo ea dicitur, quæ incorrupta eſt, & adhuc uirum non cognouit. Vnde interrogatus Cicero, cur ſexagenarius uirginem uxorem duceret: Cras, inquit, mulier erit. Sed & quandoq́ uirgo, quoniam à uiridiori ætate dicitur, pro iuuencula capitur ſimpliciter, quamuis etiam corrupta ſit. Sic Maro:

„ Ah uirgo infœlix, tu nunc in montibus erras.

Cum loquatur de Paſyphaë iam corrupta. Sanctæ] Deo dicatæ. Sanctum enim ſecundùm Trebatium idem eſt, quod ſacrum & religioſum: Vt, ſanctos reſtinguere fontibus ignes. Item

„ Tuq́ ô ſanctiſſima uates Præſcia uenturi.

Aliquando etiam ſanctum, caſtum & incorruptum. Virgil.

„ Tuq́ ô ſanctiſſima coniunx ——

„ Fœlix morte tua, & alibi.

„ Sancta ad uos anima atq́ iſtius inſcia culpæ.

Carmine] Hymnos & laudes. Eſt enim carmen uerſus, à canendo dictum, & dicimus carmen de uno tantum uerſu. Virgil.

„ Et rem carmine ſigno ——

„ Aeneas hæc de Danais uictoribus arma.

Aliquando de pluribus. Idem in Bucol.

„ Et tumulum facite tumulo ſuperaddite carmen:

„ Daphnis ego in ſyluis hinc uſq́ ad ſydera notus,

„ Formoſi cuſtos pecoris formoſior ipſe.

Aliquando tantum opus dicimus carmen Bucolicum. Veſtam] Saturni & Opis filiam fabulantur. Ouid.

„ Semine Saturni tertia Veſta fuit.

Hæc dea numen Troianum fuit, & ab Aenea in Italiam uectum, & primo Albæ illi templum dicatum eſt. Iuuenal.

„ Et Veſtam colit Alba minorem.

Inde & Numæ templum habuit, quæ prius fuerat Numæ regia. Hanc unam ex penatibus putarunt, uel ſaltem illorum comitem. Vnde, teſte Macrobio, conſules & dictatores cum conſulatum inibant, Lauinij pariter ſacrificabant Veſtæ & penatibus, proptereaq́ Virgilianus Hector cùm dixiſſet,

„ Sacra ſuoſq́ tibi commendat Troia penates.

Paulò infrà Veſtam ponit. Sic ait

„ Et manibus uittas, Veſtamq́ potentem,

„ Aeternumq́ adytis effert penetralibus ignem.

Cic. in lib. de Natur. deor. ſcribit, Veſtā ab heſtia, Græco uerbo, dici, uimq́ eius ad aras focoſq́ pertinere, proptereaq́ quoniam illa ſit cuſtos rerum intimarum, omnem precationum, & ſacrificationum extremam eſſe. Ouidius illam modo ignem eſſe uult, dicens:

„ Nihil aliud Veſtam, quàm meram intellige flammam:

„ Nullaq́ de flamma ſemina nata uides.

Modò terram, ut illud.

„ Sic inceſta perit, quia quam uiolauerit illam

„ Conditur, eſt tellus Veſtaq́ nomen idem.

Diodorus Siculus ſcribit, Veſtam domorum conſtructionem inueniſſe, propterea inſtitutū, ut in omnibus domibus coletur. Plato aūt in Phedro per ænigma, ita loquitur: Magnus rex, citans allatū curꝛum incedit, exornans cūcta, ac diſponens. Et poſtremo demonſtrat quòd cæteri dij currum ſequuntur, ſola autē Veſta domi manet, per quod intelligit, Veſtam terram eſſe, & ignem incluſum terræ, quæ quidem immobilis eſt. Dicta aūt eſt Veſta, ſiue à Græca dictione heſtia, mutata h in u. Vel quòd uarijs plantis ueſtiatur. Dicunt illam adamatā fuiſſe à Priapo, qui uim ſeminalē ſignificat, ut intelligatur

nihil terram producturam ſine ui ſeminali. Verum quoniam ignem ipſum terrenum, quandoq; ſignificat, qui nihil gignit, idcirco uirgo dicitur, & uirgines illi dedicantur, quas Veſtales appellãt. In eiusq; templo ignis perpetuus ſeruatur, qui tamen Calendis Martijs ſingulis annis renouabatur. Omnis autem uirgo Veſtalis Amata dicebatur, quoniã illi, quæ prima in eo ſacerdotio inſtituta eſt, Amata nomen fuit. Dicebatur præterea capta, quoniam capiebatur à pontifice de manu patris, & tanquam bello capta poteſtate egrediebatur. Virginem uerò capi aut ſex annis minorem, aut decem maiorẽ fas non fuit. Neq; capi poterat, qua lingua debilis eſſet, ſenſuúe aurium diminuta, aut aliqua corporis labe inſignita. Item cuius parentes alter ambouè ſeruitute ſeruiſſent, aut fuiſſent in negocijs ſordidis uerſati. Sunt qui addant non fuiſſe fas eam capi, quæ in Italia non haberent domicilium. Virgo Veſtalis ſimul ac capta eſt, & in atrium Veſtæ deducta, & pontificibus tradita, ſtatim ſine mancipatione ex patria poteſtate exit, & ius teſtamenti condendi adipiſcitur. Prima autem capta fuiſſe uidetur à Numa Pompilio. Erant autem pontificis uerba in capiendo, ut ſacerdotem Veſtalem, quæ ſacra faciat, quæ iuſſu, & ſacerdotem Veſtalem facere pro populo, Quiritibusue, quæ optima lege ſunt, ita te Amata capio. Cui dabit, partes expiandi ſcelus] *Cui tradet hanc prouinciam expiandi, id eſt, purgandi ſcelus.* Tandem uenias] *Poſt diuturnas calamitates.* Venias] *Quaſi dicat faueas, quia ſuo aduentu, & præſentia fauent Dij. Virgil.*

„ *Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos.*

Præſentes, id eſt, fauentes. Facit autem petitionem iuſtam. nam ueniam merentur, qui tamdiu pœnas luerunt. Mouet itidem commiſerationem à diuturnitate ærumnarum, ſic Virg.

„ *Quem das finem rex magne laborum.*

Amictus humeros] *Synecdoche eſt, id eſt, habens humeros amictos nube. Eſt enim amicio, is, amictus.* Candentes] *Differt candidus ab albo. Album enim caret ſplendore, candẽs uerò ita album eſt, ut etiam ſplendeat, dictum à candore ferri. Humeri autem ſunt à quibus dependent brachia, ὦμοι Græcè dicuntur. Eorum latitudo, robur & prudentiam indicat, ij etiam armi dicuntur, unde armilla: nam ſuperiora ab his ſuſtentantur, inferiora inde pendent. Armillæ ornamenta, quæ ab armis pendent.* Augur] *Congruum epithetum ſoli cum ipſe uaticinijs præſit. Sed de auguribus alio loco. Meminit autem Apollinis, quoniam hic Deus in prælio Actiaco Octauiano fauiſſe dicitur. Virg.*

„ *Actius hæc cernens arcum tendebat Apollo. Et Propert.*

„ *Dixerat & pharetræ pondus conſumit in arcus,*

„ *Proxima poſt arcus Cæſaris haſta fuit.*

Erycina Venus] *Quæ in Erycino monte Siciliæ religioſiſſimè colebatur. Scribit autem Diod. Siculus, Butem regem Siciliæ ex Venere Erycen filium ſubſtuliſſe. Hic uerò ob genus maternum in maxima gloria habitus, urbem condidit in alto loco à ſe denominatã, eiusq; in arce templum Veneri matri poſuit multis donarijs ornatum. Hinc Venus Erycina dicitur, monti quoq; in cuius uertice mõs eſt, idem eſt nomen. Virgilius tamen in laudem Aeneæ hiſtoriam peruertens, ab Aenea conditum fingit his uerſibus:*

„ *Tunc uicina aſtris Erycino in uertice ſedes,*

„ *Fundatur Veneri Idaliæ.*

Ridens] *Epithetum conueniens, quod & Homerus illi tribuit, & Lucretius de illa:*

„ *Tibi rident æquora ponti.*

Neq; erat poſtponenda Venus. Quandoquidem Iuliorum familiæ ab Aenea ſunt Veneris filio. Virgil.

„ *Ecce Dionei proceſſit Cæſaris aſtrum.*

Dionei enim dixit à Dione Veneris matre. Iocus autem & amor conuenientiſſimè ſunt Veneris comites. Nã ſine his nihil poteſt Venus, Proptereaq; ita illam inducit Maro Cupidinẽ alloquentẽ, ut dicat:

„ *Nate meæ uires, mea magna potentia ſolus.*

Volat circum] *Alluſit ad formam Cupidinis. Alatus enim pingitur. Vnde Propert.*

„ *Idem non fruſtra uentoſas addidit alas,*

„ *Fecit & humano corde uolare Deum.*

Siue neglectum genus & nepotes] *Neglectum, uel quia extingui Cæſarem paſſus eſt, uel propter bella ciuilia.* Reſpicis author] *Rectè addubitat an Mars bellorum Deus reſpiciat, cum ciuilibus bellis tamdiu uexatus ſit Pop. Rom.* Reſpicis] *Faues, quia ſuo aſpectu fauent dij. Virg. de Ioue,*

„ *Aſpice nos tantum, etſi pietate meremur*

„ *Da deinde auxilium.*

Author] *Hoc enim ſolo probare poteſt, oportere Martẽ tutari Romanos. Nemo enim debet eam rem negligere, cuius ipſe eſt author. Author ergo, quia à Romulo ſunt Romani, quem Mars ex Ilia genuit. Sed quia petit à Deo bellorum pacem, quæ nemini ſuo contraria uideri poſsit. Idcirco primò monet oportere eum parcere ijs, qui ab eo fluxêre. Deinde & ſi cordi ſint bella, debere iam capi ſatietate ex diuturnitate belli. Poſtremo innuit eſſe & alios populos, quos bello fatigare poſsit.* Satiate] *Quia adeò magna & diuturna fuerant bella, ut etiam crudeliſsimos hoſtes, & præliorum auidiſsimos potuerint ſatiare.* Ludo] *Ad matrem reſpexit, qui bello delectatur. Non autem ad homines, quibus hæc periculoſiſsima, laborioſiſsimaq; ſunt, & non ludus.* Clamor autem galeæ] *Pro bello poſuit, ut huiuſcemodi circumlocutione rem deteſtaretur. Eſt autẽ ludus in re, unde dicimus ludum pilæ, & ludum alearum. Dicimusq; ludum, omnem exercitationem, ſiue animi, ſiue corporis, & locum ubi exercemur. Hinc gymnaſium, quod uerbum Græci ad utramq; exercitationem referunt, ludum dicunt Latini, & magiſtrum ludi, qui ludo illi præeſt. Iocum uerò ad uerborum feſtiuitatem referimus. Quæ res quoniam uaria eſt, & digna, quæ cognoſcatur, alibi demonſtrabitur.* Galeæ leues] *Politæ. Leue enim prima ſyllaba correpta ſine pondere ſignificat. Virg.*

„ *Ante leues ergo paſcentur, in æthere cerui.*

Et per tranſlationem dicimus homines leues, qui & facile mutantur, & grauitate uirili carent. Ouid.

„ *Tu leuior folijs, tunc cum ſine pondere ſucci.*

Eodem pacto res leues, in quibus paruumq;, aut nullum momentum ſit. Propert.

„ *Et leuibus curis magna perire bona.*

Sin autem prima ſyllaba producta profertur, ſignificat politum. Virgilius,

„ *Et ſæpe in leui quæſiſſet cornua fronte.*

Et quia, quæ polita ſunt lubrica redduntur, dicimus leue lubricum. Virgil.

„ *Raucum per leuia murmur Saxa ciens.*

Hinc dicimus leuigare, ſcilicet politum reddere, & tactu leue. Vultus] *Optimè, & non facies, quia facies immobilis manet. Vultus autem eſt quædam mutatio in facie, quæ indicat, uel ſedatum, uel concitatum animum, uel lætum, uel triſtem. Vnde eſt uultus ſiue à uolendo, quia uoluntas animi in eo apparet, ſiue à uoluendo, quia uolubilis, mutabilisq; ſit.* Acer] *uehemens & aſper.* Mauri] *Species eſt pro genere. Mauri populi Africæ, hi fuerunt Medi, qui ex exercitu Herculis illic reſiderunt, ac paulatim per corruptionem linguæ pro Medis, Mauri dicti ſunt.* Siue mutata] *Tandem deuentum eſt, quò cupiebat, ut Octauianum tanquam Deum inuocandum eſſe affirmet. Cupit autem illum pro Mercurio poni, quoniam is & eloquẽtiæ, & ſapientiæ Deus eſt, & in agendo celerrimus. Idem pene ſenſit Virgil. in Georg. cum illum transfert in ſignum Libræ: ita ut hinc conterminus ſit Virgini domicilio Mercurij, propter eloquentiam & ſapientiam. Illinc Scorpioni domicilio Martis, propter fortitudinem. Poëta autem hic Martis non meminit, & quia paulò antè inuocauerat, & quia bello deteſtatur: Veruntamen illum appellat ultorem, ut præſentiam animi ad iniurias ulciſcendas illi attribuat. Ordo autem duplex. Alij enim ſic, ſiue tu Auguſte uenias patiens uocari ultor Cæſaris. Cùm ſcilicet Deus ſis. Alij, & forte rectiùs, ſiue tu Auguſte ales filius Maiæ ultor Cæſaris uenias patiens uocari, id eſt, inuocari ab hominibus.* Ales] *Quia Mercurius talaria alata habet, ut 4. Aeneid. longo ordine ponitur à Marone, ubi eum aui ſimilem deſcribit.* Maiæ] *Sic Virg.*

„ *Sic ait & Maia genitum demittit ab alto.*

Imitaris iuuenem] *Exprimis formam iuuenilem.* Vltor] *Vlciſci hoſtes, eſt uindictam de hoſtibus capere, & ulciſci ſocios, id eſt, punire illos, qui iniuriam intulerant ſocijs.*

Sermo

Serus in cœlum] *Exoptat longiſſimam uitam.* Serus] *Non niſi ultimo tempore.* Redeas] *Ex opinione Platonicorum, qui uolunt humanas animas è cœlo deſcendere, & in corpora intrare, in quibus ſi incorruptè uixerint, ad cœlum poſt mortem redeāt. Ergo redeas & non aſcendas. Vel dixit redeas, ut oſtendat illum iam Deum effectum, & cœlum tenere. Sed deſcendiſſe, ut conſuleret rebus humanis.* Lætus] *Beneuolens, ut:*

„ *Vobis lætus ego hunc candentem in littore taurum.*

Contra triſtis inuitum ſignificat. Terent. Inuitat triſtis. Quoniam autem in brutis lætitia ex pingui oſtenditur, dicitur lætus, id eſt, pinguis. Virgil.

„ *Glande ſues læti redeunt.*

Eadem ratio eſt & in terris, unde lætum fertile dicitur. Idem, Quid faciat lætas ſegetes. Inde lætamen, quoniam lætum, id eſt, fertilem agrum reddat. Quirini Ro.] *Quirinum enim Romulum dixerūt ab haſta, qua in bello utebatur, quæ lingua Sabina Quiris dicebatur, uel ἀπὸ τοῦ κυρίου, qui Græcè dominum ſignificat, Vel populo Quirini, id eſt, populo ſuo, qui Quirinus eſt. Nam Octauianus à triplici ordine Romano: Senatorio, equeſtri & plebeio, tribus nominibus donatus eſt, ſcilicet ut Quirinus, ut Cæſar, ut Auguſtus nominaretur. Sic & Maro illum nominat, ait enim:*

„ *Cana fides & Veſta Remo cum fratre Quirinus.*

Neue te noſtris uitijs iniquum] *Vt ſuprà, uitio parentum, quaſi dubitet ne clementia ſua qua afficitur, erga Pop. Rom. à ſceleribus (quæ ipſe ut Deus odit) illum auertat.* Ocior aura] *Velox uētus. Ventis enim beneficio utuntur aues in uolatu. Ergo alluſit ad Mercurium, qui alatus eſt, uel ad uelocitatem Planetæ.* Hic] *Id eſt, Romæ, ames potius magnos triumphos. Sit ſententia, cum arbitratu tuo poſsis eligere quem Deum eſſe uelis, elige ut præſis Imp. Romano. Idem ſenſit & Virgil.*

„ *Teq́ adeò quem mox quæ ſint habitura deorum*
„ *Concilia incertum eſt.*

Eſt autem in hoc loco repetitio, color rhetoricus, hic & hic. Item coniunctio, quoniam (ames) uerbum inter duas clauſulas, quæ ſibi applicantur poſuit. Pater atq; princeps] *Iſtis enim titulis donatus eſt à Pop. Rom. ut pater patriæ, & princeps urbis, diceretur.* Neu ſinas Medos] *Pro Parthis poſuit Medos, quoniā Parthis ſubiecti erant. Media quia à Tauro monte nō diſcedit, frigida eſt. Duplex eſt Media, cuius una pars uocatur maior. Eiusq; metropolis Ecbatana eſt, magna urbs regia olim Medorum, nūc Parthorum. Equitare, rectè, quoniam celeri curſu equorum utuntur Parthi, & inter fugiendum hoſtem ſagittis feriunt. Virgil.*

„ *Fidentemq́ fuga Parthum uerſisq́ ſagittis.*

Equitare] *Quaſi dicat pro arbitrio ſuo uagari nihil nos poſtea inſignem notam metuentes, idq́ quia ultionem nullam paramus.* Inultos] *Paſsiuè poſuit, id eſt, impunitos. Nam interitum Craſsi & deletum exercitum, & capta ſigna, nōdum ulti erant Romani. Hoc conqueritur & Lucan.*

„ *Cumq́ ſuperba foret Babylon ſpolianda trophæis*
„ *Auſonijs umbraq́ erraret Craſſus inulta*
„ *Bella geri placuit nullos habitura triumphos.*

Te duce C.] *Emphaſis eſt in nomine & pronomine, q.d. duce te, id eſt, duce eo, qui nō modo principatū inter homines tenet, ſed etiam deus eſt effectus. Ergo duce illo, qui ſemper inuictus ſit futurus.*

IAC. À CRVCE BON. } *Apud Horat. uerſus eſt Sapphicus:* Terruit gentes graue ne rediret ſeculum Pyrrhæ noua monſtra queſtæ, omne cum Proteus pecus egit altos uiſere montes.] *Cur Protei modò mentionem faciat hic Flaccus in Pyrrhæ & Deucalionis diluuio, nullus interpres (quod ſciam) oſtendit, nec exponit quiſquā, an idem Proteus Deucalionis, & Pyrrhæ fuerit cōtemporaneus. Quod ut clarius luceſcat, faciliusq́; explicari poſsit, ante omnia obſeruare oporteat Poëtas plurima, quæ diuerſis temporibus fuêre ſimilia, frequenter in unum congerere. Quippe quod apud Maron. in Georg. Lucanumq́; in primo Pharſaliæ prodigia canētes facilè cautus lector animaduertet. Verum ut id, quod inſtat aliquando agamus. Xenophon in æquiuocis hæc tradit inundationes plures fuêre: Prima Nouimeſtris ſub priſco Ogyge. Secunda Niliaca menſtrua ſub Aegyptijs Hercule ac Prometheo, Bimeſtris aūt ſub Ogyge Attico, Trimeſtris in Theſſalia ſub Deucal. Par Pharonica ſub Proteo Aegyptio in raptu Helenæ. Quia ergo ſub Deucalione, Pyrrhaq́, nec non ſub Proteo diuerſis temporibus cataclyſmi fuêre, hoc in loco nunc poëta coniunxit.*

IOAN. HART. } Erycina ridens] *Forte idem uult, quòd Græci φιλομμειδὴς, id eſt, amans riſum.*

HEN. GLAR. } Vidimus flauum Tyberim retortis Littore Hetruſco uiolēter undis, &c.] *Hetruſco (exponit Acro) id eſt, Tyrrheno, quo influit Tyberis, Quæ uerba, opinor, nemo intelligit. Tyrrheno certè littore nō magis influit Tyberis, quā Latino, quippe qui ſeparat Latiū à Thuſcia. Quæ uerò Porphyrioni aſſuūtur, magis mōſtroſa ſunt, ut ipſo ordine notat lector. Ego littus pro ripa Horatiū accepiſſe puto, ut ſæpe fit apud Poëtas: et flumē à ripa Hetruſca in Latiū inclinaſſe, ubi Roma, atq; adeò Numæ templū erat: nec ullus relinquitur ſcrupulus, ſi ſic exponamus, & ſequētia uerba idē ſonant, uagus & ſiniſtra labitur ripa, &c.* Siue mutata iuuenē figura] *Hic cōmentatores meritò torquentur: eſt enim ſubobſcurus ſenſus. Alloquitur Mercurium in Auguſtū figuratū, perinde atq; ipſe Auguſtus ſit Mercurius: uidelicet qui ſubnectat,* Serus in cœlū redeas.] *Eſt igitur ordo. Siue tu ales, id eſt, ô* Mercuri, filius almæ Maiæ imitaris in terris iuuenē. *ſcilicet Auguſtū mutata figura, patiēs uocari Cæſaris ultor, ut patiebatur Auguſtus.*

HERM. FIG. } Niuis atq; diræ grandinis] *Vapor in media aëris regione denſatus, ſi non congelatur, fit imber: Sin autem congelatur, fit grando. Nihil enim aliud eſt grando, niſi concreta glacies. Aut cōgelatur tempore hyberno, priuſquam in aquā conuerſus fuerit, & uocatur Nix.* Pater] *Videlicet Iupiter, κατ' ἐξοχὴν. Sicuti cùm poëtam dicimus, nec addimus nomen, ſubauditur apud Græcos inſignis Homerus: apud nos Virg. Nam Deum omnium patrem eſſe, & gubernare cuncta, paſsim autores, etiā Ethnici, tradunt.* Rubente dextra] *Id eſt, ardēti fulmine, quod dextra mittit Iupiter. Sic Ouid.*

„ *Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra.*
Et paulò pòſt:
„ *Intonat, & dextra libratum fulmen ab aure,*
„ *Miſit in aurigam.* ——

Quare autem Ioui fulmina aſsignentur, pulchram & ueram cauſam ponit Pontanus, ſic inquiens:

„ *Aëris ipſe tenet campos, exinde per auras*
„ *Fulmineo inuehitur curru, quo maximus Atlas*
„ *Intremuit, tonuere poli, atq; exterrita preſsit*
„ *Corda uirûm pauor exanguis, &c.*

Sacras arces] *Id eſt, templa Deorum. Nam ſacras res appellabant ueteres, quæ autoritate publica, & ritu ſingulari adhibito, per pontifices deo conſecratæ eſſent.* Terruit urbem, &c] *Q.d. Iupiter iratus ob delicta hominum, & præſertim propter mortem Cæſaris, leuiori uindicta Pop. Rom. & alias gentes à maleficijs deterrere uoluit, ne grauiori pœna, puta tali diluuio, quale fuit temporibus Deucalionis, genus mortaliū denuo interimere neceſſe haberet.* Seculū Pyrrh.] *Tempore Deucalionis & Pyrrhæ, cū uideret Iupiter homines omnibus uicijs & ſceleribus inquinatos, & ueluti in facinus iuraſſe, uiſum eſt, ut ſuæ impietatis digna darent pœnas. Quare non quidem fulmine, ſed pœna diuerſa, mortale genus ſub undis perdere placuit. Submerſis igitur diluuio omnibus, ſolus Deucalion, uir integer, ac pius, unà cum uxore Pyrrha, ad cacumen Parnaſi montis parua rate confugit. Is finito diluuio incolumis, ſuadente Themide, genus humanum, iactis poſt terga lapidibus, reparaſſe fingitur. Sed rei ueritas hæc eſt: Regnante Athenis Cecrope, ut ſcribit Euſebius in Chronicis, maxima aquarum illuuies, maiorem partē populorum Theſſaliæ abſumpſit, paucis per refugia montium liberatis: maximè in monte Parnaſo, in cuius circuitu Deucalion tunc regno potiebatur. Qui ratibus ad ſe uectos, ut narrat Iuſtinus, ſuſcepit, ac ueluti ſaxeos & agreſtes, fouit, à quo propterea genus hominum conditum dicitur.* Noua] *Hoc eſt, inuſitata, & antea non uiſa. Valde enim portentoſum erat, & naturæ contrarium, in montibus & arboribus uidere aquatilia, & in aquis terreſtria, ac uolatilia cernere.* Monſtra] *Monſtrum naturæ eſt error, uel peccatū, dum ipſa conatur peruenire ad finem ſuum, & tamen impeditur, ut*

Minotaurus βίγενὰ, *dum ex bobus generantur uituli humana facie. De prodigioſis partibus, & monſtroſis animalibus, lege Plin. lib. 7. cap. 3. Ariſtot. lib. 4. cap. 4. de generat. animal. Portentum Labeo definit, eſſe contra naturam cuiuſq; rei genitum, factumq́, & præter conſuetudinem oblatum. Cuiuſmodi hîc deſcribitur ab Horatio, & apud Ouid. lepidiſsimè.* Proteus] *Deus fuit marinus, Oceani filius, uates inſignis, & cuſtos pecorũ Neptuni. Quod poſt Homerum etiam teſtatur Virg. inquiens:*

» *Eſt in Carpathio Neptuni gurgite uates,*
» *Cæruleus Proteus, magnum qui piſcibus æquor,*
» *Et iuncto bipedum curru metitur equorum.*

Et paulò pòſt:

» *Nouit namq; omnia uates,*
» *Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur.*
» *Quippe ita Neptuno uiſum eſt: immania cuius*
» *Armenta, & turpes paſcit ſub gurgite Phocas.*

Hic etiam in omnem formã ſe potuit conuertere. Vnde idem Poëta:

» *Fiet enim ſubitò ſus horridus, atraq; Tigris,*
» *Squamoſusq; Draco, & fulua ceruice Leæna, &c.*

Vates autem propterea eſt habitus, quia ſenex & circũſpectus fuit uir, rerumq; experientia doctiſsimus, qui ſua prudentia facilè totius uitæ curſum uidebat. Paſtorem uerò Neptuni ideo dixerunt, quòd phocis & alijs monſtris abundet mare Carpathium, quæ olim ſub eius imperio fuit. Hunc porrò Diodor. Sicul. lib. 2. rer. antiq. refert arte ſua atq; induſtria effeciſſe, ut crederetur in omnigenam ſpeciẽ ſeſe uariare. Pecus] *Videlicet marinum, ut ſunt Phocæ, Delphines, Balenæ, Priſtes, & id genus aliæ beluæ. Sic Ouid.*

» *Et modò qua graciles gramen carpſere capellæ,*
» *Nunc ibi deformes ponunt ſua corpora Phocæ.*

Summa Vlmo] *Sic Ouid.*

» *— Hic piſcem ſumma deprendit in Vlmo.*

Pauidæ natarunt æquore damæ] *Ouid.*

» *Nat Lupus inter oues, fuluos uehit unda Leones:*
» *Vnda uehit Tigres: nec uires fulminis apro,*
» *Crura nec ablato proſunt uelocia ceruo.*

Damæ] *Dama genus capræ immanſuetum. Virgil. ponit in genere maſculino.*

» *Cum canibus timidi uenient ad pocula Damæ.*

Vidimus flauum Tyb.] *Nunc Tyberis inundationem deſcribit. Nam legimus apud hiſtoricos, Tyberim ſæpe ſuo incremento urbẽ inundaſſe, & maximo affeciſſe incommodo. Iulius Capitolinus ſcribit, ſub M. Antonio grauiſsimam fuiſſe Tyberis inundationẽ, quæ & multa urbis ædificia uexauit, & plurima animalia interemit, & famem grauiſsimam peperit. Liu. lib. 4. Decad. 3. narrat. Q. Fabio Maximo, & M. Marcello Coſs. aquas magnas, & niues fuiſſe, Tyberimq; agris inundaſſe, cum magna ſtrage tectorum, pecorum & hominum pernicie. Plutar. in uita Otthonis meminit, Tyberim nunquam prius adeò intumuiſſe, nec tam latè omnia uaſtaſſe, quàm ſub Otthone, diffuſam & diluentem urbis partem permultam, cum magno terrore multis diebus.* Flauus] *Flauus color uidetur ex uiridi & ruſo, & albo concretus, teſte Lazaro Bayſio. Sic Pacuuius aquã flauam dixit, & flauum puluerem. Sic flauentes comæ dicuntur, quæ ſunt crocei coloris. Nam ornat ſæpe color hic uirginum ac puerorum capita, atq; in maturis frugibus ſemper elucet. Virg. Tyberim, cuius aquam flauam alibi appellauit, glaucum eſſe cecinit: Eſt enim inter hos colores ſimilitudo, & quaſi uicinitas, authore Thyleſio.* Tyberim] *Tyberis, antea Tybris appellatus, & prius Albula, è media ferè longitudine Apennini, finibus Aretinorũ profluit, Romam olim rerum Dominã, in duas diremit partes, in mare Tyrrhenum ſeſe exonerans. Sic dictus à Tyberino Capeti filio, qui in traiectu Albulæ amnis ſubmerſus, celebre ad poſteros nomen flumini dedit, authore Liuio, Cui etiam adſtipulatur Ouid. in Faſtis:*

» *Albula, quem Tyberim merſus Tyberinus in undis*
» *Reddidit, hybernis fortè tumebat aquis.*

Et in ibid.

» *Nomina des rapidæ uel Tyberinus aquæ.*

Alij Tyberim exiſtimant appellatum à Tybri rege Tuſcorum, iuxta ipſum interempto, in qua ſententia etiam uidetur fuiſſe. Virgil. cùm in 8. lib. Aeneid. ita inquit:

» *—— Aſperq; immani corpore Tybris,*
» *À quo pòſt Itali fluuium cognomine Tybrim*
» *Diximus, amiſit uerum uetus Albula nomen.*

Retortis littore Hetruſco undis] *Id eſt, à ripa dextera Tyberis, quæ finis eſt Hetturiæ, in ſiniſtrã uerſus Latium repulſis. Nam inter Hetruſcos & Latinos olim ita conuenerat pax, ut eſt apud Liuium, ut Hetruſcis, Latiniſq; Albula, quem nunc Tyberim uocant, finis eſſet. Ponit autem littus pro ripa.* Monimenta Regis] *Hoc eſt, templum Numæ Pompilij, ſecundi Regis Romanorum. Monimentum autem dicitur, quicquid nos alicuius rei præteritæ monere poteſt, ut Tituli, ſepulchra, ſtatuæ, fana, carmina, hiſtoriæ, cæteraq; huiuſmodi.* Veſtæ] *Veſta, quaſi focus urbis, ſic appellata Græco nomine. Ea eſt enim quæ ab illis* ἑστία *dicitur,* παρὰ τὸ ἑστάναι, *id eſt, conſtanter & immobilis ſto. Quod etiam Ouidio in Faſtis placet:*

» *Stat ui terra ſua, ui ſtando Veſta dicatur,*
» *Cauſaq; par Graij nominis eſſe poteſt.*

Hæc Dea reputabatur, cui perpetuus & ſempiternus ignis, nocturnis uigilijs, ſeruabatur. Primus eam Aeneas in Italiam cum cæteris penatibus aduexit. Vti apud Virgilium infertur.

» *—— Veſtamq; potentem,*
» *Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.*

Iliæ] *Ilia quæ & Rhea Syluia filia fuit Numitoris regis Albanorum, quem frater Amulius regno pepulit, & Rheam filiam ipſius, ut ſpem ſobolis adimeret, per ſpeciem honoris uirginem Veſtalem legit, ut ita perpetua uirginitate teneretur. Quæ à Marte compreſſa, Romulum & Remum geminos ædidit. Amulius pueros in profluentem aquam mitti, & matrem defodi uiuã prope Tyberim iuſſit. Vnde etiam Tyberi fluuio nupſiſſe fingitur. Et propterea hoc loco Tyberis,* uxorius amnis, *ab Horatio uocatur, tanquam nimis uxori deditus, & indulgens, dum ſe illi, de Cæſaris morte conquerenti etiam contra Iouis uoluntatem, promittit ultorem, & templa Deorum euertere minatur.* Vagus ſiniſtra labitur ripa] *Hoc eſt, in Latium uerſus Numæ & Veſtæ templa liberiùs excurrit, & licentiùs uagatur.* Ripa] *Ripa fluminis eſt, Littus maris, quod etiam eleganter indicat Ouidius hoc uerſu:*

» *—— Campoq; recepta, (intellige flumina)*
» *Liberioris aquæ, pro ripis littora pulſant.*

Sed hæc differentia plerunq; non ſeruatur. Sic paulò ſuperius ponit littus Hetruſcum pro ripa, & lib. 3. Ode 27. ripam pro littore. Audiet ciues acuiſſe ferrum] *Oſtendit nunc Ciuilia bella mortem Cæſaris ſecuta. Et refert Suetonius Tranquillus, Cæſarem Dictatorem dicere ſolitum, Rempublicam, ſi quid ſibi eueniret, neq; quietam fore, & aliquando deteriore conditione ciuilia bella ſubiturã. Quod ita ſanè contigit. Nam Auguſtus quinq; bellorum ciuilium, quæ geſſit, initium & cauſam hinc aſſumpſit, quòd nihil conuenientius duceret, quàm necem auunculi uindicare, tueriq; acta.* Perſæ melius perirent] *Hoc eſt, Pop. Rom. hoſtes. Nam malum quod imminebat, in hoſtium caput ueteres imprecabantur.* Vitio parentum rara] *Id eſt, bellis ciuilibus ob parentum delicta, ortis, minuta & exhauſta. Cùm enim ex Africa, deuicto Scipione Africano & Iuba, Romam rediſſet Cæſar, cenſumq; peregiſſet, cẽtum & quinquaginta hominum millia ſunt reperta, cùm antea trecentum ac uiginti fuiſſent. Tam magnam cladem, tantaſq; populi ſtrages inteſtina mala pepererunt, præter reliquas Italiæ & prouinciarum uaſtitates. Author eſt Plutarchus in Cæſare.* Quem uocet diuum] *Hoc eſt, quem deum inuocabit Pop. Rom. qui labentem, & propè iam cadentem Reipublicæ ſtatum fulciat atq; ſuſtineat. Quaſi dicat omnes iratos eſſe propter Cæſaris cædem, & neminem eorum auditurum.* Prece qua fatigent] *Significat Veſtam morte Cæſaris adeò commotam, ut etiam uirgines ſuas ſacras, & fideles miniſtras pro Pop. Rom. intercedentes, audire noluerit. His enim medijs, & ueluti internuntijs, ac deprecatricibus, offenſarum, cuiparumq; uenia impetrabatur.* Fatigent] *Id eſt, uehementer, etiam atq; etiam rogent, & precibus obtundant, nam dicit: minus audientem.* Virgines ſanctæ] *Quæ colendæ Veſtæ præerant, ut uigilaretur faciliùs ad cuſtodiam ignis, quem inextinguibilem*

in foro

in foro publico obſeruabant. Has Numa Pompilius legit, & ut aſſiduæ templi antiſtites eſſent, ſtipendium de publico his ſtatuit, magnos honores reddidit, uirginitate, alijsq; ceremonijs uenerabiles ac ſanctas fecit. De harum origine, numero, diſciplina, officio, ac dignitate, multa extant apud Plutarch. in uita Numæ. Apud Liu. lib. 1. Dec. 1. Apud Gell. lib. 1. cap. 12. Et apud Alexand. ab Alexandro, Genialium dier. lib. 5. cap. 12. Cui dabit partes] Quaſi dicat, Ob nefarium hoc ſcelus tã iratus eſt Iupiter, ut uix quiſquam ſit, deorum etiam, qui numen eius expiare poſſit. Et primum Apollinem ad tantæ impietatis expiationem deligit. Augur] Vates. Huius enim maximè inclytum in terris oraculum Delphis fuit, & ſummam fidem apud mortales obtinuit. Ita enim Diabolus miſeros homines, uerum Deum ignorantes, ſuis præſtigijs obcæcauerat, ut apertis crederent mendacijs. Cæterùm ab auium garritu dicti ſunt Augures. Trifariam autem augurari auibus, & futura prædicere ſolebant. Primùm uolatu, deinde cantu: tertio guſtatu obſeruato. Nam cùm pulli gallinacei ex cauea deprompti porrectam eſcã non guſtarent, pernicies portendebatur. Apollo] Apollinis nomen eſt Græcum qui Solẽ eſſe uolunt, inquit Cicero. Fulgentius à perdendo dictum exiſtimat. Fortè ab ἀπολλύω, ſeu ἀπόλλυμαι, quod perdo ſignificat. Nam feruore nimio cuncta diſperdit, & deſtruit. Erycina] Eryx mons eſt Siciliæ, propinquus Drepano. Sic uocatus ab Eryce Veneris & Butæ filio, ab Hercule interfecto, cuius in cacumine olim Veneris fuit templum, unde appellatur Erycina. Virgil.

„ ——Erycino in uertice ſedes
„ Fundatur Veneri Idaliæ.—

Ridens] Nam Venus ab Homero perpetuò ridere fingitur, unde φιλομμειδὴς dicitur, id eſt, amans riſum. Hinc Theocritus in Daphnide inquit:

„ Venit dulcis Venus ridens.

Per Venerem intelligimus uitam uoluptuoſam, quam Iocus & Cupido circumuolant, hoc eſt, luxus, amor, ebrietas, & alia ad uoluptatem, & libidinem pertinentia. Meminit autem hîc Veneris, in honorem & gratiam Cæſaris, qui paternum genus ſuum cum dijs immortalibus coniunctum aſſerit, apud Suetonium. Nam à Venere, inquit ſunt Iulij, cuius gentis familia eſt noſtra. Et ſuffragatur Virgilius:

„ Iulius à magno demiſſum nomen Iulo.

Cupido] Deus eſt amoris, filius Veneris, quia Venerea uoluptas ſine amore exerceri non poteſt, quod Venus ipſe teſtatur apud Virgilium, ſic eum compellans:

„ Nate meæ uires, mea magna potentiá ſolus.

Mythologiam Cupidinis, & totius armaturæ ipſius, eleganter tractat Propertius lib. 2. Eleg. Siue neglectum] Nunc Martem Pop. Rom. authorem à pietate rogat, ne genus ſuum prorſus derelictum, bellis ciuilibus omninò extingui & abſumi ſinat. Author] Nam Rhea Syluia à Marte, ut dictum eſt, compreſſa, Romulum cũ Remo peperit, unde originem Romani ſumpſerunt, cui ſententiæ etiam ſubſcribit Cicero: Legio, inquiens, Martia, quæ mihi uidetur diuinitùs ab eo Deo traxiſſe nomen, à quo Pop. Rom. generatum accepimus. Et accedit Virg.

„ Donec regina ſacerdos,
„ Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.

Heu nimis longo ſatiate ludo] ***** eſt, quo ſignificat, Martem nimis diu luſiſſe bellis ciuilibus, & ſitim ſuam ad ſatietatem uſque Romano ſanguine expleuiſſe. Ludo] Quia nullus ludus Marti eſt iucundior, quàm cruor, quàm cædes. Hunc enim ferociſſimum & immaniſſimum poetæ faciunt Deum, & ob id belli, armorumq; præſidem. Famulitium & monſtros Martis in hunc modum deſcribit Statius lib. 7. Thebaid.

„ Digna loco ſtatio, primis ſalit impetus amens
„ E foribus, cæcumq; nefas iræq; rubentes,
„ Exanguesq; metus, occultisq; enſibus inſtant
„ Inſidiæ, geminumq; tenens diſcordia ferrum.
„ Innumeris ſtrepit aula minis, triſtiſſima uirtus
„ Stat medio, lætusq; furor, uultuq; cruento
„ Mors armata ſedet.——

Quem iuuat clamor, galeæq; leues] Id eſt, qui horrendo militum concurrentium fremitu, & formidabili armorum ſtrepitu ac fulgore delectatur. Eſt autem Galea, teſte Diodoro, criſta capitis, de corio: dictaq; galea Varroni à galero, quo multi antiquorum uſi ſunt. Varia autem galearum, apud diuerſas gentes, inſignia fuerunt. Sic legimus apud Alexandrum, Romanos ſolitos fuiſſe galeas urſinis pellibus, nonnunquã leoninis tectas, quò truculentiores uiſu forent, in aciem deferre. Sic & Germaniæ noſtræ equites horrentium animalium hiatus pro criſtis habent. Acer uultus] Hoc eſt, truculenta & terribilis facies, non hominis ſerenitatem, ſed immaniſſimæ beſtiæ crudelitatem præ ſe ferens. Mauri peditis] Id eſt, cuiuſq; hoſtis crudeliſſimi. Fuerunt autem Mauri populi Africæ in Atlanticum pelagus expoſiti, atroces, & ſæui. Siue mutata iuuenem] Hunc locum, interpretibus ualde obſcurum, doctè explicat Henricus Glareanus poeta celebris. Alloquitur Mercuriũ, inquit, in Auguſtum figuratum, perinde atque ipſe Auguſtus ſit Mercurius, uidelicet, qui ſubnectas, ſerus in cœlum redeas. Eſt igitur ordo: Siue tu ales, id eſt, O Mercuri, filius almæ Maiæ imitaris in terris iuuenem, ſcilicet Auguſtum, mutata figura, patiens uocari Cæſaris ultor, ut patiebatur Auguſtus. Ales] Habet enim Mercurius in pedibus alas: Igitur hic autem appellat. Virgilius.

„ ——Primùm pedibus talaria nectit
„ Aurea, quæ ſublimem alis, ſiue æquora ſupra,
„ Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.

Ouid. in 2. Transform. comparat cum miluio in aere pendenti, inq; gyrum uolanti. Filius Maiæ] Fuit enim Mercurius filius Iouis & Maiæ, Atlantis filiæ. In cœlum redeas] Adhuc loquitur Mercurio in Auguſtum transformato, tanquam ipſi Auguſto. Quirini] Id eſt, Romuli. Qui unde Quirinus ſit dictus, Ode præcedenti diximus. Ocyor aura tollat] Alludit adhuc ad Mercurium alatum. Magnos triumphos] Id eſt, ampliſſimos honores, quibus triumphãtem te decorabimus. Egit autem Curules triumphos tres, authore Tranquillo: Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum continuo triduo. Modus autem triumphandi talis erat: Victores corona primùm laurea, deinde aurea redimiti, curru inaurato, quem equi quatuor albi trahebant, urbem inuehebantur, præcedebat Senatus: ſequebatur populus: poſt hunc ordo militaris. Ante currum uictoris ibant duces uicti, catenam ferream collo geſtantes, & primum omnium ad templum Iouis, deinde per urbem atque domum reducebantur. De pompa & apparatu triumphandi plura ſunt apud Plutarch. in uita Aemilij. Cic. in Piſon. Alexand. Neapolit. lib. 6. cap. 6. Dici pater] Nam Senatus conſentiens cum Pop. Roman. patrem patriæ conſalutauit: Vt eſt apud Sueton. & apud Ouid. 2. Faſtor.

„ Sanctæ pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen
„ Hoc dedit, hoc dedimus nos tibi nomen eques,
„ Res tamen antè dedit, ſerò quoq; uera tuliſti
„ Nomina, iam pridem tu pater urbis eras, &c.

Ames dici princeps] Auguſto & diuino uidelicet Titulo: eſt enim princeps imago Dei, qui omnia rectè, ordineq; conſtituit, quem cenſeri, quaſi Deum quendam inter homines par eſt, ut inquit Ariſtot. lib. 3. Polit. Medos] Pro Parthis Medos poſuit. Qui cruenta admodum & triſtitia bella cum Romanis geſſerunt. Nam M. Craſſum Romanorum Imperatorem cum filio, & omni exercitu deleuerunt. M. Antonium cum ſedecim legionibus bellum inferentem, multis prælijs uexatum, tandem fugere, uix tertia parte exercitus adhuc incolumi, coëgerunt. Sed hos Auguſtus poſtea ad obſequium redegit, & ſigna militaria, quæ Craſſo & Antonio ademerant, recuperauit.

THEOD. PVLM. } 2 Iam ſatis terris niuis] Mihi uidetur Horatius commemorare prodigia mortem Cæſaris ſecuta, offenſionem Deorum & iram oſtendentia, & augurium ciuilium bellorum, euentumq; portendentia. Cùm autem ſolerent prodigia & portenta procurari & expiari, iraq; Deorum obſecrationibus & precibus placari, utrumq; in hac Oda reperiemus. Oſtentũ autem erat dirum & funeſtum, cum ſacræ ædes de cœlo tangebantur. Vide Turneb. lib. 6. cap. 8.

„ 2 ——& rubente
„ Dextera ſacras iaculatus arces.

Terruit urbem] *Rubentem dexteram dixit, ut tertias manubias ſignificaret: de quibus lege Feſtū in uocabulo Manubiæ, & uide Turneb. lib. 6. cap. 8.* 5 Gentes] *Id eſt, exteras nationes. Franc. Luiſinus, homo pereruditus, Parergon lib. 3. cap. 32.* 7 Protei] *Proteus Phocas Neptuni paſcit, ut Enalus eius equos: ſed & columbas cùm dicit, palumbes intelligit, quæ in arboribus ſedent, non item uillaticæ. Turneb. lib. 6. cap. 8.* 12 Damæ] Dāmæ, *H.G.E.B.* 13 Flauum] *Ob arenam Tyberis flauus uocatur, ut apud Virgil. 7. Aeneid. uerſu 31.*

„ —— *& multa flauus arena.* Ode 8.
„ *Cur timet flauum Tiberim tangere?*
Item 2. Carmin. 3.
„ *Villaq́; flauus quam Tiberis lauit.*

Vide Turneb. lib. 22. cap. 7. 17 Iliæ] *Iliam ultricem eſſe necis Cæſaris dicit, quòd Iulia familia ab Iulo eſſet, qui &*

„ *Ilus erat, dum res ſtabat Ilia.*

Vt poëta ſcribit (1. Aeneid. uerſu 272.) ab Ilo autem Ilia erat oriunda, ut & reges Albanorum, eam uxorem Tiberis, ait Horatius, cum alijs fuerit Anienis, quod ex eo fictum eſt, quòd in Anienem ceciderit. Veruntamen quia mox in Tiberim euehitur Anio, quid ni huic nupſiſſe uideri eadem modo poſſit. cùm fortaſſe in confluentem ſe abiecerit? Porphyrio narrat Ennium ſcripſiſſe iuſſu Amulij in Tiberim præcipitatam fuiſſe: quod ſi eſt, iuſtius uxorem, & uerisimilius etiam eam finxit Tiberis. Vide Turneb. lib. 6. cap. 8. 29 Cui dabit parteis ſcelus expiandi Iupiter?] *in expiationē prodigiorum & portentorum optat mandari. Dis Romano amicis populo, ut Apollini, qui Romanis Troianorum progeniei fauet: nam ut ab Ouidio (1. Triſt. 2.) ſcriptum eſt,*

„ *Mulciber in Troiam, pro Troia ſtabat Apollo.*

Et alioqui religioſiſſimè Romæ & auguſtiſſimè colebatur, additis ad religionem etiam magnificentiſſimis Apollinaribus ludis. Turneb. lib. 6. cap. 8. 31 Nube candenteis humeros amictus] *Dixit, ut Homerus in Iliad.*

„ [illegible] εἰλύμενος ὤμους: & lib. 2.
„ [illegible]

Quod ſcilicet Di cùm ueniunt, tamen à nemine uidentur. Venus autē ut Aeneæ mater, Romani generis erat parens, & Aeneadum genitrix à Lucretio (lib. 1.) uocatur. Mars uerò conditoris pater, atq; ei etiam uindicata Cæſaris nece, templum cognomento Vltori condidit Auguſtus. Auguſto poſtremò aſſentatur, quē ſcelus cædis Cæſarianæ dicit expiaſſe cæſis interfectoribus. Mercurium hominis ſpecie celantem, & Deum inter homines gerentem. Mercurium porrò etiam ultorem & expiatorem cupit, quia Troianis per Maiam cognatus erat. Turneb. lib. 6. cap. 8. cādent, *H.G.E.* 34 Circumuolat] *Circum uolat, H. B.* 50 Heic ames dici pater atq; princeps] *Ideò dicit, quia Auguſtus pater patriæ appellatus fuit, atq; etiam ante hoc cognomen Senator erat, & nomine Principis rempublicam ſub ditionem accepit ſuam. Tacitus, Lepidi atq; Antonij arma in Auguſtum ceſſere, qui cuncta diſcordijs ciuilibus feſſa nomine principis ſub imperium accepit. Nomen autem iſtud ſumſit eorum imitatione, qui principes, ut reor ſenatus legebantur, aut quòd ſenatores principes dicerentur. Turneb. lib. 6. cap. 8.* 51 Neu ſinas Medos] *Solent Græci, præſertim Attici, Perſas appellare Medos, quod à Medis ad Perſas imperium translatum ſit: ſed cū Orientis & Perſarum opes in Parthorum tandem conceſſerint ditionem, Atticorum imitatione Flaccus, ut equidem exiſtimo, heic Parthos appellauit Medos. & alio loco, (3. Carmin. 3.)*

„ *Roma ferox dare iura Medis,*
& 3. Carmin. 5.
„ —— *Sub rege Medo.*

Turnebus lib. 11. cap. 26.

GEORG. FABR } *Refert prodigia tempeſtatum, ſecuta mortem interfecti Cæſaris, præſertim Tiberis inundationem, qua regia Numæ & Veſtæ templum ſub Capitolio euerſa ſunt. Inde colligit bella ciuilia finem non ſtatim habitura: quam partem cum indignatione breuiſſimè attingit. Dis autem cæteris iratis in nullo alio ſpem eſſe dicit, quàm in Auguſto: cui inter mortales, uitæ diuturnitatem precatur, ut tueri rempublicā, & propagare imperium longiore poſſit tempore.* Terruit genteis graue ne rediret Seculum] *Terruit, ut ipſi timerēt, ne rediret. Græca phraſis, ut in margine manuſcripti.* Nube candētes humeros amictus] *In Anhaltino,* Nube candēti. *quod apertè probat Acron interpres: ſynalœpha quod non fiat, neminem moueat, quia uſitatum eſt, ſequente aſpiratione. Nubes candens eſt nimbus, qui ſemper cum dijs eſt, inquit Marius Seruius: eoq́; amicti ſunt, cùm in terras propitij deſcendunt.* Ames dici pater atq; princeps] *Nummus Auguſti extat aureus, in quo ex una parte Ara eſt, cum titulo,*

PROVIDENTIA.

in altera Auguſti imago, cum hac inſcriptione,

DIVVS AVGVSTVS PATER.

ad quem poëta reſpexiſſe uidetur. Cyrus Perſarum rex pater dictus eſt: filius eius Cambyſes, dominus: Darius κάπηλος, quia primus pecuniarum exactor fuit.

IOAN. THOM. FREIG. } ODA Secunda, *Conſtat enthymemate: Antecedens conſtat enumeratione malorum, quæ Romani perpeſſi ſunt, ut grandinem, fulmina, inundationem, bella.* Quem uocet] *Conſequens enthymematis: itaq; orāt Romani Deos iratos ut placati tandem fiant: & eſt hîc quoq; enumeratio, Deorum ſcilicet Romanorum, ut ſunt Veſta, Iupiter, Apollo, Venus, Mars, Mercurius: quem ſub figura Auguſti alloquitur Horatius.*

ODE III. IN VIRGILIVM ATHENAS NAVIGANTEM.

Προσφωνητικὴ.

Ode III. Dicolos diſtrophos. *Primus uerſus eſt Glyconius Choriambicus, Trimeter, Acatalectus, conſtans è ſpondeo, choriambo, & pyrrhichio, uel iambo, ſic:*

Sic te - - diua potens - ⏑⏑ - Cypri ⏑ - *Secundus Aſclepiadeus, Choriambicus, Tetrameter Acatalectus, è ſpondeo, duobus choriambis, & pyrrhichio, uel iambo, ſic:*

Sic fra - - tres Helenæ - ⏑⏑ - lucida ſi - ⏑⏑ - dera ⏑⏑

- - -⏑⏑- ⏑-

- - -⏑⏑- -⏑⏑- ⏑⏑

ARGVMENTVM IN ODEN III.

Nauim precatur, ut Virgilium finibus Atticis incolumem reddat: Is enim Athenas nauigabat. Execratur poſtea illum, qui primus ratem pelago commiſit, ſpreto omni terrore uentorum, & ſyderum, mariſq; diuerſis periculis, gratia lucri. Hominum deinde audaciam carpit, ut Promethei & Dædali.

ALIVD

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Quantum fauerit Poëta noſter Virgilio, Poëtarum omnium optimo, hac Ode deprehenditur, in qua oſtēdit, quam ſollicitus fuerit, cùm ille Athenas nauigaret. Non caret autem gratia, quod principio ad rem inanimatam: nempe ad nauem, ſermonē conuertit. Sic habita occaſione inuehitur in omnes eos, qui quaſi naturæ præſcriptum tranſilientes in uetita irruerunt.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Rogat nauem, ut Virgilium poëtam, amicum alterum, ipſum Athenas incolumem perferat, & conſyderans quanta ſint nauigationis pericula, inuehitur in hominum auaritiam, quod turpis lucri cauſa elementum adeò periculoſum ingredi non metuant.

SIC te Diua, potens Cypri,
Sic fratres Helenæ, lucida ſidera,
Ventorum'que regat pater,
Obſtrictis aliis, præter Iapyga
Nauis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium: finibus Atticis
Reddas incolumem precor,
Et ſerues animæ dimidium meæ,
Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus: nec timuit præcipitem Aphricum
Decertantem Aquilonibus:
Nec triſteis Hyadas, nec rabiem Noti,
Quo non arbiter Adriæ
Maior, tollere, ſeu ponere uult freta,
Quem mortis timuit gradum?
Qui ſiccis oculis monſtra natantia,
Qui uidit mare turgidum, &
Infamis Scopulos Acroceraunia?
NEC quicquam Deus abſcidit
Prudens Oceano diſſociabili
Terras: ſi tamen impiæ
Non tangenda rates tranſiliunt uada.
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per uetitum nefas:
AVDAX Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit.
Poſt ignem ætheria domo
Subductum, macies, & noua febrium
Terris incubuit cohors:
Semoti'que prius tarda neceſsitas
Leti corripuit gradum.
Expertus uacuum Dædalus aëra
Pennis non homini datis.
Perrupit Acheronta Herculeus labor.
NIL mortalibus arduum eſt.
Cœlum ipſum petimus ſtultitia: neque
Per noſtrum patimur ſcelus
Iracunda Iouem ponere fulmina.

COMMENTARIA.

ACRON.

SIC te diua] *Metrum primo uerſu Glyconium conſtat ex ſpondeo, & duobus dactylis, ita:*

Sic te, diua potens, Cypri.

Secundo Aſclepiadeum. Sic te, diua potens Cypri] *Principium deprecationis, ut nauem beneficis ſideribus comitetur, ſalutare enim Veneris ſidus eſt. Sic autem aduerbium adiurantis eſt.* Fratres Helenæ] *Caſtor & Pollux.* Lucida ſidera] *Διόσκουροι.* Ventorum pater] *Aut Aeolum, aut iuxta phyſicos (qui uentos ex motu Oceani naſci uolunt) Neptunum dicit: ut Virgil.*

» *Quidue pater Neptune paras?*

Præter Iapyga] *Iapyx uentus utilis de Apulia flans Athenas petentibus, Græcè argeſtes dicitur.* Creditum] *Commendatum, ut Virg.*

» *Anni ſpem credere terræ.*

Atticis] *Athenienſibus.* Et ſerues animæ dimidium meæ] *Amicum partem animæ poſuit, ideò dimidium dixit. Athenas nauiganti Virgilio nauigii proſperitatē precatur, & execratur etiam timore periculi eum, qui primus cupiditate lucri ad temeritatem nauigandi deſcendit.* Illi robur] *Ac ſi diceret: Duritia ſine ſenſu periculi.* Aes triplex] *Verbum ab uſurariis tractum poſuit, quorū auaritia ſpe lucri, uel commercii inuētum nauigium ſit.* Commiſit] *Credidit, ut Terent.*

» *Ouem lupo commiſiſti.*

Triſtes Hyadas] *Tempeſtuoſas, & nebuloſas, ut: Pluuio contriſtat frigore cœlum.* Nec rabiem noti] *Notum ſupra omnes uentos extulit, quia cardinalis eſt, ideò arbiter Adriæ præcipuè ſolet paſci æſtibus, id eſt, nutriri fluminibus.* Adriæ] *Maris Adriatici, pro quouis mari.* Tollere] *Commouere Virgil.*

» *Et mulcere dedit fluctus, & tollere uentos.*

Ponere] *Mitigare.* Quem mortis timuit gradum] *Genus mortis. Tres gradus mortis definiūtur, fato, caſu, genitura. Fato, ut:*

» *Stat ſua cuique dies.*

Caſu, ut:

» *—— merita nec morte peribat,*
» *Sed miſera ante diem.*

Genitura, ut:

» *Sternitur infelix alieno uulnere.*

Vnde Stoici caſu dicunt, Epicurei fato, Pythagorici genitura hominem mori. Qui ſiccis] *Præter lachrymas. Lucan.*

» *Qui ſicco lumine campos uiderit Aemathios.*

Mare turbidum] *Tumens fluctibus ſuis.* Infames Scopulos] *Aut famoſos multorum poëtarum carmine, aut propter aſperitatem littoris, naufragiis nauium.* Acroceraunia] *Sunt montes Epiri: ideò dicti Græco uocabulo, quòd ſui altitudine frequenter fulminentur, de his Virgil.*

» *Prouehimur pelago uicina Ceraunia iuxta.*

Nec quicquam Deus abſcidit] *Ac ſi diceret nunquid ſine ratione ſeparatum eſt mare à terris, cùm illud elementum periculis, hoc uoluptatibus plenum ſit? Abſcidit autem, ſeparauit.* Prudens] *Prouidens.* Non tangenda u. d.] *Periculoſa nauigiis non deberent uada accuſari, cùm nauis ipſa nec fieri, nec uſui eſſe debuerit, hoc eſt, non tangi. Nam & Virgilius.*

» *—Illiditque uadis.*

Ideò enim uada dicta ſunt, quod breuitate ſua uadari, hoc eſt, ambulari poſsint. Audax omnia perpeti] *Id eſt, meritò omnia patiens lucri cupiditate.* Iapeti genus] *Patronymicum eſt, Prometheum dicit filium Iapeti, qui cùm ignem ſuperis furatus eſſet, numinum indignatione febres hominibus datæ ſunt, uelut calor quem deſiderarūt.* Subductum] *Subreptum, furatū.* Terris incubuit] *Inſtitit, ut nec in ſuo elemento quieti uiuerent, qui aliena tentaſſent.* Cohors] *Ac ſi diceret, multa genera morborum ad uindictam temeritatis, terris immiſſa ſunt.* Semoti'que prius] *Tardè uenientis. Tardam neceſſitatē dicit propter feritatē febrium accelerantem mortem, quæ tardior hominibus fuerat conſtituta.* Corripuit gradum] *Accelerauit periculum inuento nouo exitio, ut:*

» *Corripuêre uiam interea.*

Vacuum] *Apertum, quòd experiendi hominibus non cauſa fuerat. Virgil.*

» *Iam uacuo lætam cœlo ſpectaſ latus.*

Pennis non homini datis] *Virg.*

» *Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo.*

Nil mortalibus arduum eſt] *Nihil difficile eſt.* Cœlum ipſum] *Quod ſolùm ſibi exceperant numina, quaſi & ipſum poſſent humani auſus attingere, niſi fulmina coërcerent.* Petimus] *Optamus, expoſcimus. ut Virg.*

» *Tartareum ille manu cuſtodem in uincula petiuit.*

Neque per noſtrū patimur ſcelus] *Id eſt, nō patimur Iouē quieſcere: nam*

re: nam quidam gigantes ipſum cœlum conati ſunt ad ſolum deducere. Virgil.

» *Et coniuratos cœlum reſcindere fratres.*

PORPHYRION. } Sic te diua potens Cypri] *Ad nauem loquitur, qua Virgil. Athenas petierat, adorans eam, ut eũ incolumem perferat.* Sic fratres Helenæ lucida ſidera] *Σχῆμα, ἐπεξήγησις, quia fratres Helenæ lucida ſidera ſunt. Conſtat autem hodie inter nautas Caſtoris & Pollucis ſtellas, pleruncq; nauibus infeſtas eſſe.* Iapyx] *A' uentoſa regione, unde flat dicitur, quæ nũc Apulia appellatur. Dicit ergo optimè hoc uento ex Italia Athenas nauigari, & idcirco optat ne alius flet iam ipſo nauigante Virgilio.* Quæ tibi creditum debes Virgilium] *Ambiguum, Vtrum debes finibus Atticis, an finibus Atticis reddas, accipiendum ſit.* Et ſerues animæ dimidium meæ] *Suauiter hoc dictum ſecundùm illam amicitiæ diffinitionem, qua plurimum utuntur μία ψυχὴ ἐν δυσὶν σώμασιν.* Illi robur & æs triplex circa pectus erat] *Execratur eum, qui primus auſus ſit nauigare, dicitq; eum duriſsimo corde ac pectore fuiſſe, qui tanta pericula non timuerit, habet autem hic quiddam Homericum: χάλκεον δέ μοι ἦτορ, id eſt, ferreum pectus.* Nec rabiem Noti, Quo non arbiter Adriæ maior] *Arbitrum pro rectore poſuit. Significat autem in Adriatico ſinu neminem magis Noto ſæuire, per quod uidetur dominationem exercere, uel ad extollendos fluctus cùm ſæuit, uel ad placandos, cùm flare deſinit.* Quem mortis timuit gradum] *Quam mortem, inquit, abhorrere poteſt, qui monſtra maris & aſperrima ſaxa ſine lachrymis uidere potuit?* Infames ſcopulos] *Ait propter atrocitatem naufragiorum, quæ ibi multi patiuntur.* Ceraunia] *Montes ſunt Epiri.* Nec quicquam Deus abſcidit Prudens Oceano diſſociabili Terras] *Proſpexerat, inquit, natura hominibus, ut terræ, quibus ſine periculo utimur, à mari diſcernerentur, ſed hoc fruſtrà, cùm iam audeat humana temeritas etiam mari ſe committere.* Audax Iapeti genus] *Prometheum ſignat, de quo nota fabula, id eſt, ignem eum furtim à cœlo hominibus attuliſſe, & inuexiſſe terris multas calamitates.* Poſt ignem æthærea domo ſub] *Heſiodus ait: cùm ignis è cœlo furto Promethei ſubductus eſſet, Pandoram immiſſam terris pœnæ cauſa. Nam per eã mulierem patefacto dolio, erupiſſe omnium peſtium genera, quibus homines laborarent, ſecundùm eam opinionem hæc dicuntur.*

CHRIST. LAND. } *Ode dicolos, id eſt, bimembris eſt, nam primus uerſus Glyconicus eſt, ab authore nomen ſortitus, eius pes primus ſpondeus eſt, alter Choriambus, qui ex prima & ultima longis, & duabus intermedijs breuibus conſtat. (Poteſt idem tamen uerſus reduci ad ſpondeũ, & duos dactylos) Tertius eſt Pyrrichius, qui habet duas breues. Secundus uerſus Aſclepiadeus eſt, de quo in prima Ode demonſtratum eſt. Nauem alloquitur, quàm Virgilium (poetam eorum qui ſunt, qui fuerunt, quiq; futuri erunt in annos doctiſsimum) uecturam ſummopere rogat, ut illum Athenas, quo philoſophandi cauſa proficiſcebatur incolumem perueheat. Inde occaſionem nactus in eum inuehitur, qui auaritia ductus nauigandi primus author extiterit, cùm in rem periculoſiſsimam mortales induxerit.* Sic te] *Hæc dictio aliquando precantis eſt, ut illud:*

» *Iuuet ſic te bene Cæſar.*

Aliquando ſimilitudinis. Virg.

» *Sic nos in ſcepra reponis.*

Vtitur autem aſtrophe, cùm orationem ad abſentem nauem conuertat. Nec caret ſua grauitate ſermo, qui aut ad bruta, aut ad inanimata habetur. Sic Virg.

» *Phœbe diu, res ſi qua diu mortalibus ulla eſt.*

Diua potens Cypri] *Quæ Cypro dominaris. Contra impotens dicitur ille cui alius dominatur. Hinc impotens iræ, is dicitur, qui ab ira uincitur, quoniam illam in ſuam poteſtatem reducere nõ poteſt. Inuocat autem Venerem, quia in mari orta plurimùm in eo poſſe credatur: hinc Neptunus apud Maronem.*

» *Fas omne eſt Citherea meis confidere regnis,*
» *Vnde genus ducis, —* & Propertius.
» *Dea orta mari, mare præſtat eunti.*

Veneres] *Apud priſcos tres ſunt, una orta ex Cœlo, patre, et die matre, altera ex uirilibus cœli & ſpuma maris. Ait enim Saturnum Cœlo patri uirilia amputaſſe, & in mare illa proieciſſe, atq; ex ijs, & ex ſpuma maris natam Venerem: proptereaq; ἀφροδίτην appellatam, ἀφρὸς enim ſpuma eſt. Hoc ideò fingunt, quoniam ex naturali calore, & falſo humore naſcitur. Tertia Iouis & Diones filia,*

» *Ecce Dionei proceſſit Cæſaris aſtrum.*

(unde Mars) Colitur in inſula Cypri, ex quo Cypria, & Cyprogenia nuncupatur. Ait autem Herodotus antiquiſsima omnium templorum Veneris fuiſſe duo, primum Aſcalone urbe Aſſyriæ, ſecundum in Cypro, ubi lege cautum fuit, ut omnes mulieres ſemel ſaltem in uita, in honorem Veneris, eo in templo cum alieno uiro concumberent. Fuit etiam quandoq; de more, ut uirgines ad littus externos expectarent, & cum illis coëuntes dotes lucrarentur. Quæ cõſuetudo in Italiam uſque ad Locros peruenit. Cyprus inſula olim à Syria diſiuncta eſt, cùm prius eſſet continens. Sic fratres Helenæ] *Repetitio eſt color rhetoricus, qui fit, quotiens eadem dictio in principio clauſulæ repetitur. Fratres Helenæ, Caſtor & Pollux. Aiunt enim Iouem amore Ledæ, quæ Tindari uxor fuit, captum ſe in Cygnum autem cõuertiſſe, & cum muliere concubuiſſe, indéq; duo enata oua, quorum ex altero Pollux & Helena, ex altero Caſtor & Clytemneſtra orti ſunt. Alij uolũt ſolummodo primum ouum ex Ioue fuiſſe, proptereaq; Pollucem & Helenam fuiſſe immortales. Secundùm ex Tindaro, & ex illo Caſtorem & Clytemneſtram genitos eſſe mortales. Addit Hyginus, hos fratres maxima concordia coniunctos fuiſſe, & mare piratis infeſtatum ſua opera pacauiſſe. Verum cùm Caſtor aduerſus Athenienſes in pugna cecidiſſet, communicauit ſuam illi immortalitatem Pollux, & à Ioue impetrauit, ut alternatim uiuerent. Vnde Virg.*

» *Si fratrem Pollux alterna morte redemit.*

Sunt igitur à Ioue in id Zodiaci ſignum mutati, quos geminos appellamus, idcircoq; à periclitantib. in tempeſtate nautis inuocabantur, quoniam dum in terris eſſent, illos à piratis ſeruauerant: eſt huiuſmodi ſignum adeò amplũ, ut cùm alter iam oriatur, alter adhuc lateat, hinc alternatim uiuere dicunt. Diodorus autem refert, cùm Argonautæ ingentem paterentur tempeſtatem, Orpheum ea ſacra peregiſſe, quæ & ipſe prius apud Aegyptios didicerat, & deinde Samothracas docuerat, ac paulò pòſt duos igniculos ſupra capita Pollucis & Caſtoris apparuiſſe, ſtatimq; tempeſtatem ceſſaſſe, quæ ſacra deinde à nauigantibus obſeruata ſunt, & igniculi illi Dioſcurorum præſentia putati. Hæc Diodorus. Sed placet quæ de ijs Plinius ſcribit ad uerbum ponere, inquit ergo: Vidi in nocturnis militum uigilijs inhærere pilis, pro uallo fulgurum effigies. Eæ & antennis nauigantium, alijsq; nauium partibus ceu uocali quodam ſono inſiſtunt, ut uolucres ſedem ex ſede mutantes graues cùm ſolitariè uenêre mergentes nauigia, etſi in carinas imas deciderint exurentes. Geminæ autem ſalutares & proſperi curſus prænuntiæ, quarum aduentu fugari diram illam ac minacem, appellatamq; Helenam ferunt, & ob id Polluci & Caſtori id numen aſsignant, eosq; in mari deos inuocant. Vides quid Plinius. Sed noſtro quoque tempore Chriſtianis nauigantibus, & diuinum auxilium implorantibus, huiuſmodi igniculi apparere dicuntur. Lucida] *Vel ſalutaria, ut cõtra nigra dicimus, quæ noxia ſunt, uel ad naturam geminorum reſpexit, in quo ſigno ſingulæ in ſingulorum capitibus ſtellæ, præter cæteras fulgentes apparent.* Ventorum pater] *Vel Aeolum intelligas, de quo plura alibi, quem quidem Maro à Ioue uentis præfectum ponit: unde.*

» *Et mulcere dedit fluctus & tollere uentos.*

Vel Neptunum ſecundùm eos, qui uolunt ex concuſsione maris ad terram uentos gigni & terræmotus, proptereaquè ipſe à Græcis Ennoſigeus, id eſt, terram quatiens appellatur. Venti tamen, ſecundùm Ariſtotelem, naſcuntur ex uapore ſicco à terra reſoluto, & cum aliqua cœleſti uirtute incorporato. Refert enim in ſuis Meteoris duo eſſe genera uaporum, qui per calorem ab inferioribus reſoluuntur. Horum, alter humidus eſt, & materiam præbet pluuijs. Alter ſiccus, qui eſt materia uentorum, & hæc quidem phyſicè. Poeticè autem dicuntur uenti Aſtrei & Auroræ filij, Qui à Iunone, ut ait Lactantius ob natum Epaphum incitati ſunt, & à Ioue repreſsi. Theodontius uult illos à furijs commotos, ſed à Ioue

borta

borealis litigij è cœlo pulſos. Et cùm omnia in diuerſa traherēt, tandem illos Iupiter in poteſtatem redegit, Aeoloq́ ſeruandos tradidit. Virgil.

» *Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris*
» *Hoc metuens, molemq́ & montes inſuper altos*
» *Impoſuit, regemq́ dedit qui fœdere certo,*
» *Et premere & laxas ſciret dare iuſſus habenas.*

Veteres (ut refert Plinius) quatuor tantùm uentos nouêre, à quatuor mundi partibus, ideò nec Homerus plures nominat. Sequens deinde ætas octo fecit, ut eſſent bini in ſingulis partibus. Poſtremò terni à quaternis partibus deſcribuntur. Eſt igitur ab oriente æquinoctiali ſubſolanus, quia ſub ſole naſcatur: Huic collaterales dantur, hinc Eurus & Septentrionem, quaſi ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέων*, id eſt, ab aurora fluens, inde Vulturnus, quòd altè uolitet. Hi tres calidi ſunt, & ſicci, quia ſub ſole diu morantur, & in ortu diei ſunt ſalubres, quia ueniunt à contemperato aëre. A' meridie cardinalis eſt auſter, eò quòd aquas hauriat. Inter hunc & Eurum eſt Euroauſter. Qui dicitur etiam Notus ab humore,* νοτὶς *enim id Græcè ſignificat. Ad occidentem iuxta Libyam, eſt Libonotus, qui Africus nominatur. Verùm iſti calidi ſunt & humidi, proptereaq́ fulminei & aërem condenſantes, & pluuias inducentes, quin & morbos multos gignunt. Ab occidente cardinalis uentus eſt Fauonius, à feruore, ſiue à fauore nuncupatus, Græcè Zephyrus,* ζεῖν *enim Græcè ferruere dicitur. Eſt enim uentus temperatè frigidus & humidus, nam cùm ſol parum in occidente moretur, neq; humiditatem omninò deſiccat, neq; multum calorem inducit: Ex huiuſmodi igitur temperie rebus gignentibus idoneus habetur. In fine autem diei ſalubrem dicunt eſſe, quia ſol illum ſuis radijs rarefaciat, et attenuet, & purum reddat. Eius collaterales ſunt, à Septentrione Circius, à Meridie Africus. Quartus uentus cardinalis eſt à Septentrione Boreas, habet collaterales Aquilonem ab oriente, & Chorum ab occidente. Venti Septentrionales ſunt frigidi & ſicci, unde condenſant corpora, conſtringunt meatus: purificant humores, ſubtiles reddūt ſpiritus, tum decoquendi cibaria adiuuant. Sub his uentis, ut ait Ariſtoteles, mares gignuntur, ueluti ſub meridionali fœminæ. Ac de uentis hactenus.* Præter Iapyga] *Hic uentus, ſecundùm Pliniū, ex Apulia eſt, & flat uerſus Græciam. Virg.*

» *Fecerat ignipotens, undis & Iapyge ferri.*

Debes Virgilium creditum] *Sumus enim debitores earum rerū, quæ nobis creduntur.* Reddas] *Id eſt, reſtituat. Reddere enim eſt rem debitam dare. Ergo ſi Virgilius ſibi ea ratione creditus eſt, ut ad fines uſq; Atticos deuehat, reddendus eſt illi terræ Virgilius. Vel dixit: Reddas, quia cum homo terrenum ſit animal, mare ſibi alienum eſt elementum, ergo reddendus terræ, tanquàm res illi debita, ſic Virg. de Dædalo.*

» *Redditus his primum terris tibi Phœbe ſacrauit*
» *Remigium alarum —*

Eſt autem ordo, ô nauis, quæ debet finibus Atticis Virgilium creditum tibi reddere, illum incolumem finibus Atticis. Sic te diua potens Cypri. Dimidium] *Hoc differt à dimidiato, nam dimidium de rebus dicitur, quæ ſeparatæ ſunt. Martial.*

» *Dimidium donare Lino quam credere totum*
» *Qui mauult, mauult perdere dimidium.*

Dimidiatum uerò de rebus, quæ continuæ ſunt, & non ſeparantur. Vnde & Cic. in Tuſculan. dimidiatum menſem dixit. Optimè autē dixit dimidium animæ, nam ijs, qui uera amicitia coniuncti ſunt, una anima communis eſſe uidetur. Cùm idem uelle, idemq́ nolle, ea demum firma amicitia ſit. Animæ] *Id eſt, uitæ. Differt enim animus ab anima. Animus eſt quo ſapimus. Ergo eſt ipſa pars rationalis, quæ in nobis diuina, immortaliſq; eſt. Anima autem qua uiuimus, quæ quidem communis nobis eſt cum reliquis animātibus. Iuuenal.*

» *Principio indulſit communis conditor illis*
» *Tantum animas nobis animum quoq;, mutuus ut nos*
» *Affectus petere auxilium & præſtare iuberet.*

Animus tamen quandoq; pro uehementiori mentis concitatione aſſumitur, hæc modo in ira uertitur, unde illud:

» *Pone animos & pulſus abi.*

Modò in fortitudinem. Et animoſum dicimus, qui magno animo præditus ſit. Anima autem, ut dixi uita eſt. Iuuenal.

» *Summum crede nefas animam præferre pudori.*

Capitur etiam pro anhelitu, ſine quo non uiuimus. Virgil.

» *Animas & olentia Medi —*
» *Ora fouent illo, & ſenibus medicantur anhelis.*

Capitur etiam pro uento quem Græci ἄνεμον *uocant. Virgil.*

» *Quantum ignes, animæq́ ualent.*

Scribit etiam Marcellus pro aqua poni, adducitq́ Plauti authoritatem, ubi minatur ſe omnem animam puteo extracturum, quod ego credo per ridiculam tranſlationem à facetiſſimo poeta dictum, ut appellet animam aquam, quia ut nos anima uiuimus, ſic puteus aqua uiget. Inuehitur ut dixi, in eū qui primus nauigare auſus eſt, cùm ad infinita pericula, in quibus miſeri mortales diu, noctuq; uerſentur, hæc tam ſæuum adiungeret, cùm facilè illo carere potuiſſemus. Robur durum] *Robur ex ſe duritia eſt, ſed eam uoluit epitheto augere: Propriè robur ſpecies quercus eſt duriſſimæ, ſed per quandam tranſlationem ſumitur pro animi fortitudine, quia ille durat aduerſus omnia pericula & incommoda. Sumitur & pro corporis firmitate, cùm aduerſus omnes difficultates firmiter obnītitur. Denum omnium rerum firmitatem, duritiemq́ robur appellamus. Fuit igitur inuentori nauigationis circa pectus, id eſt, in quo oriuntur omnes cogitationes, robur durum, ac ſi diceret tanta durities, ut ueluti ſaxeus nullum ſentiret periculum ex nauigatione imminens.* Aes triplex] *Poſuit pro pecunia, quoniam æs primū ex metallis ab hominibus repertum eſt, primaq́ ex ære pecunia ſignata. Ouid. de Faſt.*

» *Aere dabat olim, melius nunc nomen in auro eſt,*
» *Victaq́ conceſſit priſca moneta nouæ.*

Quapropter locum ubi publicam pecuniam ſeruabant ærarium dixêre. Aes triplex] *Quaſi dicat triplex uſura, quæ apud antiquos maxima putabatur. Iuuenal.*

» *Qui triplicem uſuram præſtare paratus*
» *Circuit & fatuos non inuenit.*

Vt autem poetæ mentem ſimul & artificium teneamus, cùm execraretur primum authorem nauigationis, ut periculum ex nauigatione augeat, oſtendit non potuiſſe illum ad hanc rem impelli, niſi ea durities in homine fuiſſet, ut nullo pacto periculum ſentiret. Verùm quoniam incredibile uideri poteſt, quempiam ita à ſenſu alienari, ut quæ manifeſtiſſima ſunt, non ſentiat, addidit cauſam, docens tantam fuiſſe habendi cupiditatem, ut ab ea occæcatus, præceps ferretur. Nam ut eſt apud Maronem,

» *Quid non mortalia pectora cogis auri*
» *Sacra fames? —*

Potuit igitur ad tantum periculum impelli, quoniam non ſentiret periculum: potuitq́ non ſentire periculum, quoniam auaritia obcæcatus, nihil enim aduerteret. Duo ergo in homine uitia fuerunt, auaritia, quæ ad omnia impellit, & carentia ſenſus, quæ ab auaritia proueniebat. Aes triplex] *Id eſt, cogitatio lucri, qua conceperat animo, pecuniā qua merces emerat triplicare, uel uniuerſum quæſtum ex mercibus exactum triplici uſura collocare.* Qui fragilem truci commiſit pelago ratem] *Maximum augmentum ſtultitiæ, & ſummum artificium poëtæ. Quid enim ſtultius fuit, quàm mari truci, id eſt, tempeſtatibus, ueluti monſtro inſurgenti, & cui ne ualidiſſima quidem nauigia ſufficiunt, opponere ratem, quæ eſt ſimplex connexio trabium, & eam quidem fragilem, id eſt, ex fragiliori materia compactam. Primus autem fuit, qui nauigare cœpit Erythra rex, à quo rubrum mare Erythreum appellant. Et is quidē inter inſulas eius maris ſolis ratibus nauigabat. Nauem uerò primus in Græciam ex Aegypto inuenit Danaus. Alij nauem prius à Troianis & Nyſijs contra Thraces inuentam in Helleſponto dicūt. Longa naui Iaſon primus nauigauit, ut placet Philoſtephano: uerùm Aegeſias hoc inuentum Parrhalo attribuit. Cteſias Samyram Saphanus, ait Semiramim eam inueniſſe. Archimachus Aegeonē. Biremem uerò Erythreos inueniſſe, ait Demoſthenes. Triremem Amoclem Corinthium, ut uult Thucydides. Quadriremem Carthaginenſes, ſecundùm Ariſtotelem. Quinqueremem inſtituit Neſichthon Salaminus, ſexordinum Zenagoras Syracuſanus, ab ea ad*

decire-

decirenem Alexander Magnus inſtituit, ut ait Neſigiton. Ad 12: ordines Ptolemæus Soteres, ſed mox progreſſæ ſunt uſque ad 50. ordines. Onerariam nauem Hippus Tyrius inuenit, Lembum Cyrenenſes. Cimbam Phœnices. Celocem Rhodij. Siderum obſeruationem in nauigando Phœnices. Remum Copæ. Vela Icarus. Malum & antennam Dædalus. Hyppagum Salaminij, uel ut Pericles uult Athenienſes, tectas longas Taſij, roſtra addidit Piſæus Tyrrhenus anchoram, Eupalmus eam fecit bidentem, Anacharſis Harpagonas, adminicula gubernandi Typhis, claſſe primus pugnauit Minos. Sed redeo ad rem. Præcipitem] Velocem ut Præcipiti delata noto. Africum c. a. Tempeſtas enim grauiſsima tunc eſt cum aduerſis uentis agitatur mare. Africus autem procelloſus eſt. Virg.

» Creberq́ procellis Africus.

Triſtes Hyadas] Has ſtellas quidam è Latinis ſuculas appellarunt: putantes Hyadas Græcè ἀπὸ τῶν ὑῶν, id eſt, à ſuibus dictas. Verum illi Hyades nominarunt, quoniam ortu, occaſuq́ ſuo pluuias inducunt, ex eo quòd ὕειν pluere ſignificat. Sunt hæ ſtellæ quinque in fronte Tauri, quas Myrtilus uult fuiſſe Cadmi filias, Pherecydes aũt Athenæus nutrices Liberi fuiſſe dicit, & Donidas nymphas appellat, quæ cum Lycurgo captiuitatem timerent, & Thebas confugiſſent, à Ioue in hæc aſtra conuerſæ dicuntur: Hyadasq́ appellaſſe, uel à pluuia, ut dictum eſt, uel quia formam y, literæ faciant. Muſæus autem refert Atlantem ex Hyadis 12. filias ſuſtuliſſe, quæ Hyonem fratrem ab apro uel leone occiſum adeò fleuêre, ut obierint. Quapropter Iupiter has quinque in Hyadas: illas uerò 7. in Pleiadas conuertit. Nomina Hyadum ponam alibi. Triſtes] Noxias propter tempeſtates. Eſt enim triſtis in quo eſt mœror, quemadmodum fœlix in quo eſt fœlicitas, ſed hæc paſsiuè poſita etiam actiuè ponuntur, & ut dicitur fœlix nõ qui recepit, ſed qui dat fœlicitatem, ut Virgil.

» Sis fœlix noſtrumq́ leues quæcunq́ laborem.

Sic triſtis, qui triſtitiam infert. Virgil.

» Atq́ is hæc triſtia dicta reportat.

Triſtis nonnunquam ſeuerus. Lucan.

» Marcelluſq́ loquax & triſtia uerba Catonis.

Nonnunquam inuitus. Terent.

» Inuitat triſtis. ——

Item amarus. Virgil.

» Triſtiſq́ Lupini. ——

Notus] Sine aſpiratione, nam nothus cum aſpiratione is eſt, qui ex nobiliori patre, & ignobiliori matre naſcitur. Virgil.

» Suppoſita de matre nothos.

Arbiter] Is eſt cuius poteſtati litigium committitur, ſed hîc per tranſlationem arbitrum maris appellat, quoniam in mari præualeat. Adriæ] Speciem poſuit pro genere ſecundùm Acronem. Seruio autem placet: Notum præter cæteros uexare Adriaticum mare. Adria urbs fuit, & colonia Etruſcorum, in mari ſupero poſita, & ab ea dictum eſſe Adriaticum, quæ coniectura colligit. Liuius Etruſcos olim uniuerſæ Italiæ imperaſſe, cum ſuperum ab eorum colonia Adriaticum, & inferum à nomine gentis Tyrrhenum diceretur. Eſt ergo Adriæ, id eſt, Adriatici maris. Tollere] Concitare. Virgil.

» Et mulcere dedit fluctus & tollere uento.

Ponere] Mitigatur. Freta] A' feruore dicta, propriè loca ſunt anguſtiora in mari, quæ propter propinqua littora magis æſtuant, ſed hîc pro fluctibus poſuit. Quem gradum] Quod mortis genus. Genera uerò mortis poſuit quatuor Seruius: Vnum Naturale appellat, quod quidem peruenit ad ultimum finem naturæ humanæ, atque is eſt ex quatuor Saturni curſibus, id eſt, ex uiginti & centum annis. Quod de Adraſto ſenſiſſe uidetur Statius, cum de homine ſexagenario dicat.

» Rex ibi tranquillæ medio de limite uitæ,

» In ſenium uergens populos Adraſtus habebat.

Alterum Fatale ex tribus Saturni curſibus, id eſt, ex nonaginta annis. Tertium in caſu & fortuna poſitum, ubi ex alicuius ſideris malignitate homo, uel morbo, uel aliqua alia ui ante naturalem, uel fatalem finem perit. Hinc Virg. de Didone.

» Sed miſera ante diem ſubitoq́ accenſa furore.

Hinc Cicero, Sciebam multa imminere præter naturam, præterq́ fatum. Idem penè ſentit Acron, affirmans genus mortis triplex, Fato, caſu, genitura. Fato: ut,

» Stat ſua cuiq́ dies.

Caſu: ut,

» Sed miſera ante diem. ——

Genitura: ut,

» Sternitur infœlix alieno uulnere.

Quapropter Stoici fato omnia tribuunt, Epicurei caſui, Pythagorei genituræ. Quem gradum] Quam ſpeciem mortis: Quaſi dicat nullam. Siccis oculis] Id eſt, ſine Lachrymis, ſic Lucan.

» Qui lumine ſicco uiderit æmathios.

Monſtra natantia] Mõſtroſos piſces. Et alluſit ad mare, quod monſtrum Virg. appellat in 5. Aeneid.

» Méne huic confidere monſtro?

Turbidum] Turbulẽtũ ex tẽpeſtate. Alij codices habẽt turgidũ, id eſt, tumens ex fluctibus. Infames] Quoniã propter crebra naufragia infamiam conſequuntur. Vel infames, ualde famoſos poetarum carminibus. Acroceraunia] Promontorium Epyri ſic dictum, quoniam fulmine, quod Græci κέραυνον uocant, crebrò petitur. Nequicquam Deus abſcidit] Dolet quòd cum Dei benignitas humano generi conſuluerit, nos tamen noſtra ſponte in pericula ruamus. Ille enim nobis terram ueluti ſolidum, & ad nos ſuſtentandos idoneum elementum dedit, & nos mare tẽtamus. Nequicquam] Fruſtra alia non ſignabat. Virg.

» Nequicquam ſeros exercet noctua cantus.

Prudens] Imo ſapiens, imò ipſa ſapientia. Prudentia enim potius hominis eſt, quæ diffinitur recta ratio rerum agendarum. Sapientia autem eſt rerum humanarum, diuinarumq́ ſcientia. Hæc potius Deo, quàm homini attribuitur. Sed de uirtutibus aliâs. Abſcidit] Separauit. Virgil.

» Heſperium Siculo littus abſcîdit.

Nam nouerat non ſine periculo tentari poſſe mare. Impiæ rates] Dat rei, quod eſt hominis. Eſt ergo, impiæ rates tranſiliunt, id eſt, impij homines cum ratibus. Magnum argumentum inextinguibilis auaritiæ, quando audemus per impietatem ſcilicet contempta religione, quoniam Deus prohibet. Tranſiliunt] In quo uerbo denotat celeritatem ex nimia habendi cupiditate prouenientem, & quod magis temerarium eſt, audet hoc non nauigijs robuſtioribus, ſed ratibus. Vada, loca periculoſa. Propriè enim uada ſunt in aquis loca adeò paruæ profunditatis, ut uadari, id eſt, pedibus ambulare poſsint. Vnde neceſſe eſt naues illic illidi. Virg.

» Illiditq́ uadis atq́ aggere cingit harenæ.

Non tangenda] Et quia periculoſa, & quia adeò ſeparata, ne à nobis tangerentur. Gens humana] Homo qui ab humo dicitur, hinc humanitas, quæ eſt beneuolentia quædam, erga omnes homines. Cùm naturâ ſociabile ſit animal homo, quàm Græci φιλανθρωπίαν appellant. Præterea humanitatem dixerũt antiqui παιδείαν id eſt, eruditionem, inſtitutionemq́ ad omnes bonas artes. M. Varro in lib. Rerum humanarum ait: Praxiteles qui propter artificium egregium nemini eſt paululùm modo humaniori ignotus. Iſtæ enim duæ uirtutes, & quòd beneuolentiæ mutuo uinculo conſtringamur: & quòd eruditionem incumbamus, maximè genus mortale attingunt. Ruit] Impetu, & non ratione fertur. Per uetitum] Adeò ut demonſtratum eſt. Nefas] Propriè dixit, nam Fas id dicitur, quod per Deum licet, Ius quod per leges, hinc Virgil.

» Feſtis quædam exercere diebus

» Fas & iura ſinunt. —

Iapeti genus] Damnauerat audaciam eorum, qui mare tenarunt. Nunc in Prometheum inuehitur, qui auſus ſit ſoli ignem ſubripere. Fuit Prometheus filius Iapeti regis Theſſaliæ ex Aſia puella, à qua tertia orbis pars Aſia nominata eſt. Hunc dicunt auxilio Mineruæ cœlum aſcendiſſe, & ferula ad currum ſolis appoſita, ignem ſubripuiſſe, & in terras detuliſſe, & ſimulachrũ quod ex lino finxerat de lo animaſſe. Hinc Ouidius de terra loquens.

» Quam ſatus Iapeto mixtam fluuialibus undis,

» Finxit, in effigiem moderantum cuncta deorum.

Volunt autem nonnulli huic homini ſic formato Pandoram nomen fuiſſe.

fuiſſe: at Heſiodus fuiſſe Pandoram nomen puellæ, quæ deorum dona portauit, de qua paulò infrà. Irati igitur dij propter huiuſcemodi furtum Prometheum per Mercurium in Caucaſo monte, ut eius iecur ab aquila, ſiue uulture corroderetur, deligandum curarunt. Hoc fabulæ. Ex hiſtoria autem referunt hunc relicto fratri Epimetheo regno in Aſſyriam abijſſe: Chaldæorumq́ diſciplinam didiciſſe. Sed poſt hæc in Caucaſi uertice diu moratus, ut propter liberum cæli proſpectum aſtrorum curſus obſeruare potuit. Et cùm fulminum, rerumq́ plurimarum naturam, cauſasq́ cognouiſſet, ad Aſſyrios reuerſus illos aſtrologiam & fulminum uim docuit, & quos omnino ignorabant ciuilibus moribus inſtituit. Quæ res occaſionem fabulæ præbuit, ut hominem ex luto compoſitum uiuificauerit. Nec aliud ſibi uult quòd eius iecur ab aquila corroderetur, niſi ut notentur diuturnæ curæ, circa res altas contemplandas. Vir omnino inſignis ab Auguſtino habetur, uixitq́ Argo regnante. Lactantius ſcribit illum primum è terra humanum ſimulachrum finxiſſe. Plinius primum ex ſilice ignem excudiſſe, & ferula ſeruandũ docuiſſe. Addunt præterea deos Pandoram cum uaſe miſiſſe, in quo incluſi eſſent omnes morbi, ſed illud Prometheus fraudem præuidens non recepit. Subdola autem puella iterum abſente Prometheo redijt, fratriq́ Epimetheo obtulit, Accepit ſtultus, aperuitq́: Vnde omnes ſtatim morbi euolarunt, præter ſpem, quæ fundo uaſis adhæſit. Quod idcircò fingitur, quia nullum, quamuis in extrema miſeria conſtitutus ſit, unquam deſerit ſpes. Longaq́ inter doctos diſputatio fuit, utrum mali plus, an boni mortalibus ſpes afferat. Vnde illi nomen Epimetheus, id eſt, cuis conſilium non niſi poſt rem fuerit. Nam Prometheus eum ſignificat, qui antè rem bene conſulere poſſit. Fraude mala] Epitheta aliquando rem demonſtrant, ut hic, nam fraus mala eſt, aliquando diſtinguunt, ut cùm dicimus malum dolum, nam & bonus inuenitur. Subductum] Clanculum ereptum. Macies] Pro morbis accepit, ergo poſuit ſubſequens pro antecedenti. Febrium] A feruore dicitur febris. Habet enim calorem & æſtum, quapropter & Græci illam ἀπὸ τοῦ πυρὸς, id eſt, ab igne illam πυρετὸν nominant. Incubuit] Eſt cumbo, bis, & cubo, as. Cubare proprium eſt cum morbi cauſa iacemus. Incubare uerò dicuntur aues, cùm oua, pulloſúe fouent. Item incubare rem alienam occupare. Virg.

„ Ponto nox incubat atra.

Partem enim lucis tunc occupabat nox. Hinc dicimus incubatorem regni tyrannum. Ab eo aũt quod eſt cumbo, cumbis, fit incumbo, id eſt, alicui rei imminere, neq́ ab ea diſcedere. Virg.

„ Incumbunt remis, ——

Id eſt, diligentem operam remigationi dant. Et incumbit mihi negocium, id eſt, imminet & præſens adeſt. Diſcumbere eſt cibi capiendi gratia. Concumbere, ueneréis operam dare. Accumbere cum alio iacere. Cohors] Hic pro turba & multitudine. M. Varro cohortem in uilla dicit eſſe locum, qui pluribus tectis coniungitur, ac fit quiddam unum in quo pecus teneatur, ſic dictum uel quòd circa eum cogeretur pecus, uel quòd coërceat obiectu ſuo extraneos & adire prohibeat. Et ab hac ſimilitudine dictam uult in exercitu cohortem, quia plures manipulos intra ſe coërceat. Numerum autem militum, ex quibus cohortes conſtent uarium reperio. Sed plerunq́ ex quingentis peditibus fieri uidetur. Semoti] Antequam morbi humanum genus inuaſiſſent, neceſſitas quidem erat moriendi (nam omnia occidunt) Sed erat tarda, quia abſentibus morbis, non niſi ſenio peribãt. Cũ aũt culpa Promethei morbi inuaſiſſent, neceſſitas illa corripuit, id eſt, accelerauit gradum, quia multi immatura morte pereunt. Semoti leti] Id eſt, remoti, & non niſi poſt ſenectutem uenientis mortis. Letum eſt ab eo, quod eſt leo, id eſt, deſtruo. Vnde fit deleo, quia mors omnia let, id eſt, delet. Neceſſitas autem & neceſſitudo in eo eſt, quod aliter ſe habere non poteſt, neque ullo pacto tolli. Verùm id dupliciter eſt. Nam aliquando ſimpliciter eſt aliquid neceſſarium, ut cùm dicimus neceſſarium eſt hominem natum quãdoque mori. Aliquando non ſimpliciter, ſed cum conditione, ut neceſſe eſt hominem cibum capere, niſi malit fame perire. Neceſſitudo præterea capitur pro uinculo quodam à natura nobis iniecto, quod neceſſe eſt ſeruare, niſi à natura deficere uelimus: unde & amicitiam, & ſanguinis, affinitatiſúe coniunctionem neceſſitudinem dicimus, quia neceſſe ſit iure naturæ tale uinculum ſeruare. Inde amici, cognatiq́ neceſſarij dicuntur. Expertus Dædalus] Non ſolùm aquæ elementum, uerùm aëris quoque tentaſſe homines dolet. Volatus autem Dædali, Icariq́ iam enarratus eſt. Sed ſunt de homine pauca dicenda. Fuit igitur Athenienſis Dædalus ex genere Erechthei regis, nam ille genuit Aethinæum, & Aethinæus Eupalmum, & Eupalmus Hymetionem patrem Dædali. Dædalus autem in architectura, ſtatuariaq́ omnes ſuperiores ſuperauit, & in ſtatuis omnes animi affectus expreſſit, primus oculos apertos, & manus protenſas ſculpſit, cùm in antiquioribus ſtatuis oculi clauſi ſint, & manus lateribus hærebant, profectus eſt ad Aegyptios, ut eorum diſciplinas perciperet, atque inde ad ſimilitudinem Labyrinthi, qui in Aegypto eſt, Labyrinthum in Creta ædificauit. Erat illi nepos ex ſorore nomine Talus, q adhuc puer ſolertia ſua magiſtrum Dædalum ſuperare uideretur. Nam & rotam figuli, & ferream ſerram ad ſimilitudinem maxillæ ſerpentis & tornum adinuenit, Dædalus inuidia motus illum occidit, quapropter ab Ariopagitis damnatus, in Cretam fugit. Vacuum aëra] Non uacuum, nam in rebus non datur uacuum, ſed ita facilè cedendem, ut uacuus uideatur. Dicimus & uacuum ocioſum & ceſſantẽ, quia negocijs, curiſq́ uacuus ſit, Virg.

„ Cætera quæ uacuas tenuiſſent carmina mentes,
„ Omnia iam uulgata. ——

Expertus] Nulla enim aliena diſciplina edoctus, ſed experientia aſſecutus eſt. Non datis, id eſt, à natura, quæ uelut optima parens nullis rebus à ſe creatis, quod conduceret unquam denegauit. Ergo non utilem rem tentauit Dædalus, & naturæ uim parauit. Perrupit Acheronta Herculeus labor] Optimus uerſus, & qui ſtrepitu uerborum tumultuantem, & per uim ad inferos irrumpentem, Herculem nobis ante oculos adducat. Acceſſit autem Hercules ad inferos iuſſus ab Ariſteo, ut inde Cerberum traheret, & ad ſuperos adduceret. Vel, ut alijs placet, ut Perithoum amicum ſuum ab inferis liberaret: Sed de Hercule plura aliâs. Nil mortalibus arduum] Cùm ſtupore & indignatione legendum, quòd homines obliti ſuæ imbecillitatis adeò naturæ aduerſentur, ut huiuſcemodi omnia ſtultiſſima temeritate ſupra ſuam facultatem tentent. Arduum, id eſt, difficile propriè accliue eſt, & quoniam accliuia, difficilia ſunt, & in altum tendentia, dicimus arduum difficile & altum. Cælum petimus] Temerarium fuerat petere aquas, magis temerarium uelle ferri per aërem. Sed quod omnem furorem ſuperet, & impiam immanitatem, eſt quòd Gigantes ſuis immaniſſimis uiribus confiſi, auderent cælum petere. Nam ut eſt in fabulis ipſi in Theſſalia Olympum Pelion & Oſſam montes alium ſuper alium aggerentes, cælum aſcendere, & inde Iouem pellere tentarunt. Sed Iupiter fulmine montes deiecit, & Gigantes interemit. Virgil.

„ Ter ſunt conati imponere Pelion Oſſæ:
„ Scilicet atq́ Oſſæ frondoſum inuoluere Olympum.
„ Ter pater extructos diſiecit fulmine montes.

Optimè autem Cicero huiuſcemodi fabulam ad uitam et mores reducens, oſtendit nihil aliud eſſe Gigantes cum dijs bellum gerere, quàm homines naturæ repugnare. Sed de Gigantibus aliâs. Stultitia] Ex qua omnia noſtra uitia proueniunt. Nec patimur Iouem ponere] Id eſt, deponere fulmina. Tam uehemens in nobis eſt cupiditas, ut aſſiduò propter illam peccemus. Ergo non ſinimus Iouem ultorem ſcelerum, ullo tempore ceſſare à fulminibus iaciendis, quibus ſcelera punit. Ponere, deponere per aphæreſin aliquando ſignificat deſcribere, Perſius

„ Nec ponere lucum artifices.

Hinc reponere, reſcribere. Iuuenal.

„ Semper ego auditor tantum? nunquam ne repónam?

Aliquando quieſcere & deſinere, ut cũ uenti poſuêre. Dicimus etiã ponere urbem, id eſt, ædificare. Dicimus ponere leges, id eſt, ferre leges. Quapropter utrunq́ ſimul complexus, Maro dixit.

„ Moresq́ uiris, & mœnia ponet.

Iracunda] Id eſt, Iouem iracundum, & dedit rei, quòd eſt hominis. Iracundum autem, id eſt, iratum: nam iracundus is dicitur, qui natura ad iram proclinis eſt: etiamſi tunc nulla moueatur ira. Ira-

us autem eſt is, qui aliqua cauſa ira percitus eſt, etiamſi natura nō ſit iracundus.

ERAS. ROT. } Audax omnia perpeti] *Ad Græcū iſtud alluſit poëta, μελέτη πάντα δύναται, id eſt, cura poteſt omnia. Hanc ſententiam Laërtius Periandro tribuit, qui Iſthmum etiam tentauit perfodere. Significat autem nihil eſſe tam arduum, quod diligentia, curáq; non efficiatur. Hæc in Prouerbijs: Exercitatio omnia poteſt.*

IOAN. HART. } Aes triplex] *Prouer. Ferreus, aëneus.*

HEN. GLAR. } Ille robur, & æs triplex] *Hoc loco inſurgit Poëta, quod Quintilianus de eo fatetur. In modis muſicis, ſi fortè quis id tentârit, hoc optimè apparet.* Perrupit Acheronta Herculeus labor] *Tribrachis hoc loco eſt, pro Dactylo, pit Acher, quod cæſura excuſari poteſt. Tamen ego malim legere,* Perrupit Acheronta, *ut ad Dædali audaciam hæc connectantur: Aëris ac terræ.*

HER. FIG. } Sic te Diua potens Cypri] *Eos potiſsimùm deos nauem gubernare precatur, qui nauigantibus ſolent eſſe propitij.* Diua potens Cypri] *Id eſt, Venus Dea Cypria, quæ à Græcis poëtis κυπρογένεια appellatur, eò quòd, ut Heſiodus aſſerit, γένετο περικλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ. Cui etiam aſſentitur Pomponius Mela, his uerbis: In ſinum, quem maximum Aſia recipit, prope media Cypros, ad ortum, occaſumq; ſe immittens, recto iugo inter Ciliciam, Syriaſq; porrigitur ingens, ut quæ aliquando nouem regna ceperit, & nunc aliquot urbes ferat, quarum clariſsimæ Salamis, & Paphos, & quò primùm ex mari Venerem egreſſam accolæ affirmant, Palepaphos. Quod autem in Cypro maximè dicatur culta Venus, propterea factum opinor, quia mos erat Cypris, ut commemorat Iuſtinus, uirgines ante nuptias ſtatutis diebus dotalem pecuniam quæſituras, in quæſtum ad litus maris mittere pro reliqua pudicitia libamenta Veneri ſoluturas.* Fratres Helenæ lucida ſydera] *Caſtoris & Pollucis eſt periphraſis, qui unà cum Helena ex Læda Tindari regis uxore, à Ioue cōpreſſa, nati ſunt. Hi ambo inter duodecim ſigna Zodiaci ſunt relati, ubi alternis lucentes, à nautis præcipuè inuocantur, quo infrà Ode 12. latiùs declarabitur, & docet* Ouid. lib. 5. *Faſt. his uerbis:*

» *——Alterna fratrem ſtatione redemit,*
» *Vtile ſollicitæ Sydus utrumq; rati.*

Ventorum pater] *Hoc eſt, Aeolus uentorum & tempeſtatum rex. Huius imperium & munus elegantiſsimè deſcribit, Virgilius hoc modo:*

» *Aeoliam uenit, (uidelicet Iuno) Hic uaſto rex Aeolus antro*
» *Luctantes uentos, tempeſtateſq; ſonoras.*
» *Imperio premit ac uinclis, & carcere frenat,*

Et nouem ſequentibus uerſiculis. Quam fabulam ideò proditam eſſe arbitror, quia, authore Strabone lib. 6. & Plin. lib. 3. ex fumo & nebulis inſularū prope Siciliam, Aeolus qui nam flaturi eſſent, uenti triduo prædicebat. Vel quòd primus hominum uelis dicitur uſus. Diodorus in 5. περὶ δὲ τοῖς ναυτιλίαις τὴν τῶν ἱστίων χρείαν ... Ventos autem principales poëtæ quatuor numerant, Subſolanum, Fauonium, Auſtrum, Septentrionem, in totidem mundi partibus, quos cardinales etiam appellant, quoniam à quatuor ſpirant mundi cardinibus ſeu regionibus. Hos deſcribit Homer. in Iliad. 1. & Ouid. libro 1. Metamorph. ſecutus Homerum. His quatuor alij adijciuntur octo, ſiuntq; duodecim, de quibus Plin. lib. 2. natur. hiſt. cap. 47. Gell. lib. 2. cap. 22. Iapyga] *Iapyx, uentus eſt, qui flat ab occaſu ſolſtitiali, quem Plinius Corum, Gellius Caurum, Græci ἀργέστην uocant, nauigantibus ex Italia in Græciam ſecundus.* Finibus] *Id eſt, oris. Finis numero ſingulari eſt, cuiuslibet rei terminus & extremitas. Fines numero plurali, ſunt termini & limites prædiorum propriè: Vnde fines regere, eleganter dicunt Iuriſconſulti.* Atticis *Nam Athenas, ciuitatem in Attide clariſsimam, & omnium doctrinarum inuentricem, ad bonarum artium ueluti mercaturam longè honeſtiſsimam profecturus erat Virgilius.* Animæ dimidium meæ] *Pythagoras dicere ſolebat, amicitiam æqualitatem eſſe, & eandem animam: & amicum alterum ipſum. Nam ijs, qui uera amicitia coniuncti ſunt, una anima communis eſt. Quoties igitur, ait Ariſtoteles, uolumus uehementer amicū dicere, una inquimus anima, & mea, & huius. Talē ſibi fuiſſe amicū Maronem, hîc Flaccus indicat.* Illi robur, & æs triplex] *Ferreum planè, adeoque omnis ſenſus expertem illum fuiſſe oſtendit, qui primus nauigandi uſum, propter auaritiam introduxerit, cùm nauigantibus ſemper mortis periculum ſit expectandum. Vnde non ineptè Bias dixit: Nautam neque inter mortuos, neque inter uiuos eſſe. Qui autem humanis prorſus carent affectibus, hi robur, adamantem, ſilicem, ferrum, æs, cornu, in pectore geſtare dicuntur: Vt annotauit Eraſ. Egreditur uerò hîc & altius inſurgit poëta, ut meminit Quintil. lib. 10. cap. 1.* Commiſit] *Aliàs committere eſt, concredere & tradere, ut hîc. Aliàs ſignificat delinquere. Cicer. Ego nolo quenquam ciuem committere, ut morte mulctandus ſit. Aliàs eſt efficere, ut aliquid incipiat, unde dicimus committi ſtipulationem. Aliàs idem quod irritare, ſeu prouocare. Vnde commiſſum bellum dicimus, quod laceſſente iniuria, quaſi re ipſa, apertè indictum, uel cœptum eſt.* Africum] *Africus uentus ab occaſu brumali ſpirat, Liba Græci nominant, tempeſtuoſus eſt, ideò præcipitem dicit Virgilius:*

» *Creberq; procellis Africus.*

Aquilonibus] *Aquilo, inter Septentrionem & ortum æſtiuum, Græcè βορέας, contrarius Africo. Ventus ualde impetuoſus & uiolentus, cuius ſæuitiam pulchrè deſcribit* Ouid. *libro 6. Transfor. in fine.* Triſtes Hyadas] *Hyades ſtellæ in capite Tauri, dictæ Græcis à pluendo: ὕειν enim pluere eſt. Quas noſtri (ait & Plin.) à ſimilitudine cognominis Græci propter ſuos impoſiti, arbitrantes, imperitia appellauêre ſuculas. Hæ imbres, pluuias & tempeſtates excitant. Ideò Horatius uocat triſtes.* Rabiem Noti] *Notus à Meridie flat. Dictus ab humore: νότις enim humiditas eſt. Auſtrum uocant Latini, nubiloſus & ſæuus. Huius effigiem exactiſsimè depingit* Ouid. lib. 1. *Metam.* Arbiter Adriæ maior] *Id eſt, uehementior gubernator, & rector maris Adriatici, quo eius arbitrio aut turbidum, aut tranquillum eſt. Arbiter autem olim & nomine, & re erat, qui controuerſias incidentes, & non ita magna cognitione dignas, arbitratu boni uiri, pro re nata ſtatim diffiniret, Author* Olden. Freta] *Fretum, locus anguſtior in mari, à feruendo. Ponitur etiam pro ipſo mari ſimilitudine feruētis aquæ (ut Varro Latinæ linguæ doctiſsimus putat) quòd efferueat aqua maris, & ebulliat.* Quem mortis timuit gradum?] *Quaſi dicat, adeò fuit durus & corneæ fibræ, ut etiam crudeliſsimum & præſentiſsimum genus mortis non reformidârit, qui primus tam horrenda maris monſtra cernere potuit.* Mortis gradum] *Mors naturæ, eſt receſſus animæ à corpore, ait Lactant. Cicer. in Tuſcul. inquit, eſſe quandam quaſi migrationem, commutationemq; uitæ. Hanc natura omnibus, ueluti communem metam, ad quam tendant, propoſuit. Sed tamen diuerſæ ſunt uiæ, quibus ad eam trahimur propter incertos caſus quotidie imminentes. Hinc Seneca in Hyppolito:*

» *Quam uaria leti genera mortalem trahunt.*
» *Carpitq; turbam pontus, & ferrum, & doli.*
Stat. lib. 9 Theb.
» *Mille modis leti miſeros mors una fatigat.*

Plin. lib. 28. *exiſtimat, ex omnibus bonis, quæ homini tribuit natura, nullum melius eſſe tempeſtiua morte. Iulius Cæſar ſubitam & celerem mortem optauit, commodiſsimum uitæ finem repentinum, inopinatumq; putant.* Monſtra natantia] *Hoc eſt, beluas marinas. In mari, inquit Plinius, pleraque etiam monſtrifica reperiuntur: perplexis, & in ſemet aliter, atque aliter, nunc flatu, nunc fluctu conuolutis ſeminibus atque principijs.* Acroceraunia] *Acroceraunium, Epiri eſt promontorium: ſic dictum ab ἄκρον, id eſt, uertex, uel ſummum, & κεραυνός, fulmen, quia propter altitudinem crebris fulminibus feritur.* Nequicquam Deus abſcidit.] *Dicit maxima prudentia Deum in initio rerum quatuor elementa ſeparaſſe, & cunctis animalibus ſua, & ſibi conuenientia loca deſtinaſſe, ſed fruſtrà, cùm tanta ſit hominum auaritia & audacia, ut non contenti ſua regione, aliena elementa ingrediantur: adeò, ut locus fermè nullus ſit, quem non hominum libido peruaſerit.* Abſcidit Oceano terras] *Sic cap.*

Gen.

Gen. dicit Deus: Congregantur aquæ, ſub cœlis in unum locum, ut appareat arida: factumq; eſt ita. Et uocauit Deus aridam Terram, congregationesq; aquarum appellauit Maria. Et Ouid. lib. 1. Metam. cùm dixiſſet, elementa in Chao fuiſſe confuſa, & qualitatibus ſuis inter ſe pugnaſſe, ita ſubijcit:

» Hanc Deus, & melior litem natura diremit,
» Nam cœlo terras, & terris abſcidit undas,
» Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab aëre cœlum.

Oceano] Oceanus mare magnum, quod totum terrarum orbem, ueluti inſulam circumfundit. A' celeritate nomen habet. Vada] Vadum eſt cuiuslibet aquæ fundus, per quem uia datur. Hinc uadoſus amnis, qui tranſiri pedibus poteſt. Cæſar libro 1. bell. Ciuil. Quòd his locis mare erat uadoſum. Audax omnia perpeti gens huma.] Oſtendit tantam eſſe hominis duritiem & auri famem, ut omnia ferre poſſit, nihilq; intentatum relinquat. Hinc Manilius:

» Nihil eſt audere relictum, quæſtus naufragio quæritur.

Et Horat. lib. 1. Epiſt.

» Impiger extremos currit mercator ad Indos,
» Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.

Ruit per uetitum nefas] Id eſt, illicita petit. Ouid.

» Nitimur in uetitum ſemper, cupimusq; negata.

Seneca:

» Illicita amantur, excidit, quicquid licet.

Audax Iapeti genus] Periphraſis eſt Promethei, qui fuit filius Iapeti: Et ponit hic aliquot humanæ temeritatis et audaciæ exempla. Ignem fraude mala] Nam Prometheus (ut longa narratione recenſet Heſiodus) ignem è cœlo in ferula furatus mortalibus reddidit. Quare iratus Iupiter, cupiensq; illam iniuriam ulciſci, Vulcanum iubet è luto ſimulachrum puellæ fingere, quo facto, Deos omnes monet ſua in eam munera conferre: Vnde & uirgini Pandoræ nomen afficium. Hanc poſtea cum Pyxide clauſa ad Prometheum miſit. Qua ab Epimetheo recepta, apertaq;, omnis generis morbi calamitatesq; euolarũt, terramq; repleuerũt. Lucianus refert, Prometheum ob hoc furtum fuiſſe Caucaſo alligatum, adhibita aquila, quæ cor eius renaſcens, aſsiduè depaſceret. Cicer. in 5. Tuſculan. docet, Promethea magnum quendam uirum fuiſſe, in ſapientiæ ſtudio uerſatum. Item abditas & arcanas res in natura, hominibus oſtendiſſe. Hinc intelligi fabula poteſt (ait Philippus) Iouem iratum ignem abdidiſſe. Veritas enim latet, ſeu (ut ſcribit Cicero Democritum dixiſſe) penitus abſtruſa eſt in natura. Sed cùm oſtendiſſet Prometheus hominibus ignem, id eſt, recta & honeſta, tamen miſit Iupiter Pandoram, hoc eſt, uoluptatem, quæ non ſinit nos recta, etiam quæ iam cognouimus ſequi. Fraude mala] Hoc eſt, furto, quod eſt fraudulenta rei alienæ contrectatio. Febrium] Id eſt, morborum. Species pro genere. Seruius febrem à feruore dici ait: Iulianus febrem eſſe motum corporis contra naturam definit, tametſi eam definitionem Medici non probent, qui dicunt eam conuenire omni morbo, ut inquit Zaſius. Cohors] Id eſt, multitudo, ſeu numerus, ut apud Suetonium Tranquillum: Receptusq; in cohortem amicorum, magnæ dignationis eſt habitus. Et apud Horatiũ noſtrum infrà in 1. Epiſt.

» Quid ſtudioſa cohors operum ſtruit?

Aliàs de copia militari dicitur cohors. Eſtq; alia milliaria, ea mille quingentos pedites, equites uerò centum triginta duos habet: Alia Quingentaria, quàm ex quingentis, quinquaginta peditibus, equitibus uerò ſexaginta ſex plerunque deſcripſère. Cuius generis cohortes decem, iuſtam efficiunt legionem. Alexand. Semotique prius leti] Quia ante acceptos morbos longiſsimæ uitæ erant homines, nec moriebantur, niſi ſenectute, & morte naturali, ac facili tanquam ſomno obruti, ut pulchrè declarat Heſiodus. Tarda neceſſitas] Neceſsitatem Poetæ Deam faciunt, Parcarum matrem, quæ & ipſæ inexorabiles uocantur. Hanc neceſsitatem Philoſophi fatum appellant. Quæ eſt æterna rerum ſeries neceſſariò cohærentium, Eraſ. Expertus uacuum Dædalus, &c.] Paſiphaë Minois regis Cretenſis uxor, cùm amore formoſi Tauri flagraret, arte Dædali ingenioſi admodum fabri incluſa in ligneam uaccam cum Tauro cõcubuit. Qua re comperta, Minos iratus, Dædalum cum Icarò Labyrintho incluſit. Sed Dædalus nouo commento aſſutis ſibi, & filio alis, è Labyrintho per mare uolauit in Italiam, atque ſic è manibus Regis elapſus eſt. Quòd hinc natum eſſe uidetur, quòd ante Dædalum nemo tam amplam confecerat nauigationem. Sortitus autem eſt nomen Dædalus, ab ingenij uarietate. Eſt enim δαιδάλλειν, uariare. Et δαίδαλα, Homerus uocat artificioſa, & inuſitata arte confecta. Pennis non homini datis] Sed auibus à natura conceſsis ad uolãdum per aëra. Perrupit Acheronta Herculeus labor] Hercules filius fuit Iouis & Alcmenæ fortiſsimus, & ut Lucianus dicit, πολύαθλος θεός. Is inter reliquos labores, quos ingentes, & plurimos exantlauit, etiam ad inferos deſcendit, ut meminit etiam Hom. lib. 8. Iliad. & Cerberum Ianitorem triplici ligatum catena, extraxit. Vnde ipſe ſic loquitur apud Ouid. lib. 9. Transf.

» —Non forma triplex tua Cerbere mouit.

Labores Herculis deſcribit Cic. in 2. Tuſcul. ex Trachinis Sophoclis. Ouid. loco iam citato, Boët. metro. 4. lib. 7. Bocat. lib. 13. cap. 1. Acheronta] ἀχέρων fluuius infernalis. Dictus quaſi ἄχεα ῥέων. Virgil. in 6.

» Hinc uia tartarei, quæ fert Acherontis ad undas,
» Turbidus hic cœno uaſtaq; uoragine gurges
» Aeſtuat.——

Nil mortalibus arduum] Oſtendit tantam eſſe hominum temeritatem & audaciam, ut nihil intentatum relinquant. Cœlum ipſum petimus] Gigantum notat impietatem, quos Poëtæ ferunt bellum dijs immortalibus intuliſſe. Nam cùm eſſent homines proceræ magnitudinis, & elatæ ſuperbiæ, in tantum uenerunt furorem, ut montes montibus imponere, & Iouem de cœlo depellere conati ſunt. Sed Iupiter fulmine eos præcipitauit. Ouid. lib. 1. Transform.

» Affectaſſe ferunt regnum cœleſte Gigantes,
» Altaq; congeſtos ſtruxiſſe ad ſydera montes:
» Tum pater omnipotens miſſo perfregit Olympum
» Fulmine & excuſſit ſubiectum Pelion Oſſæ.

Virgilius:

» Ter ſunt conati imponere Pelion Oſſæ,
» Scilicet atq; Oſſæ frondoſum inuoluere Olympum:
» Ter pater extructos diſiecit fulmine montes.

Gigantes autem (ut ſcribit Macrobius) nihil aliud credendum eſt, fuiſſe, quàm hominum quandam impiam gentem, Deos negantem, & ideò æſtimatam, Deum pellere de cæleſti ſede uoluiſſe. Neque per noſtrum patimur] Ea ſumus ueſania & immanitate, ut noſtris flagitijs ultro Deum, etiam inuitum, ad uindictam impellamus.

THEOD. PVLM. } 1 Sic te diua potens Cypri] Quiſpiam locum non putabat fuiſſe inuocandæ Veneri fortaſſe in nauigatione, cùm ea potius amorum fœdera, quàm nauigationum pericula curet: ſed, ut in uerſu eſt:

» —Venus orta, mari mare præſtat eunti.

Et Venus cognomento marina colebatur: Horat. 3. Carm. 26.

» Lævum marinæ qui Veneris latus:

Et Venus Pontia cognominata, apud Pauſaniam legitur. Turneb. lib. 9. cap. 27. 4 Obſtrictis] H.G.E.B. Obſtrictis. Ant. Mureti editio. 7 Incolumem] incolomem. H. 14 —nec rabiem Noti Quo non arbiter Hadriæ] Quod Notum arbitrum dicit, id ex eo facit, ut reor, quod Auſtro flante, ut Ariſtoteles ſcribit in Naturalibus quæſtionibus, maiores concitantur in mari fluctus: nam uelut ex imo oriatur attollit undas, quas ex alto ingruens premit Aquilo. Turneb. libro 9. cap. 27. 17 Quem mortis timuit gradum] Mortis gradus, eius eſt ingreſsio acceſſus & aduentus, qui interdum formidabilior eſt & truculentior, interdum clementior: ſed qui nauigationi ſe commiſit, & mare turgidum tentauit, nullum mortis quantumuis immanem impetum uidetur reformidare. Turneb. libro 9. cap. 27. 19 Turgidum] Turbidum, B. 20 Acroceraunia] Alta Ceraunia. Placidus Lutatius Statij interpres, hunc locum adducens, legit. 21 Nequiquam] H.G.E.B. Nequidquam, libri uulgati. Infrà Ode 15.

» Nequiquam Veneris præſidio ferox.

Feſtus, Nequicquam ſignificari idem, quod fruſtra, plurimis auctorum exemplis manifeſtum eſt. 30 Sobductum] Subuectũ, Georg. Fabricij codex antiquus. 33 Leti corripuit gradũ] Corripere gradum, eſt gradum raptim facere & carpere: ut, Virg. 1. Aeneid. 422.

„ Corripuére uiam interea,

& 5. uerſu 316.

„ Corripiunt ſpatia,

& 6. uerſu 634.

„ Corripiunt ſpatium medium.

Turneb. lib. 9. cap. 27. 36 Perrupit Acheronta] H.G.B. Perrupit Acheronta, B. Perrupit ultimam longam facit caſura: ut, 2. Carmin. 13.

„ Cæca timet aliunde fata.

& 3. Carmin. 24.

„ Si figit adamantinos.

Perrupitq́ Acheronta, malit legere Glareanus. 37 Arduũ] Ardui, H.B.

M. ANT. MVR. } 27 Audax Iapeti genus] Videtur expreſsiſſe epitheton αἰπυμήτης, quod ei apud Aeſchylum à Vulcano tribuitur:

Τῆς ὀρθοβούλου Θέμιδος αἰπυμῆτα παῖ

Facit autẽ hoc Horatius libentiſsimè, ut qui Græcos poëtas (quod alijs præcipit) nocturna, diurnaq́ uerſaſſet manu, cũ loquendi complures modos, tùm præcipuè deorum, heroumq́ epitheta ab eis ſumat. ſic ſuprà uocauit augurem Apollinem, id eſt, μάντιν, & ridentem Venerem, id eſt, φιλομμειδῆ. 34 Expertus uacuum Dædalus Aëra] Vacuum aëra ſumpſit à Pindaro, οἰχόμενος δι' αἰθέρος. 37 Nil mortalibus arduum eſt] Similis eſt Oppiani ſententia, principio lib. 5.

Ὡς οὐδὲν μερόπεσσιν ἀμήχανον, οὔτ' ἐνὶ γαίῃ

Μηδὲ καμεῖν, οὐ πλωτὸν ἀν' εὐρώεντα θάλασσαν.

GEOR. FABR. } Nauẽ Athenas Virgiliũ uehentẽ, uotis proſequitur. Occaſione nauigationis digreditur ad execrãdam hominũ audaciã: inprimis temeritatẽ eius, qui primus mare ingreſſus eſt: deinde aliorũ, qui nullũ elementum intactũ reliquerunt. Prometheus enim cœlũ adijt, Dædalus p aërẽ uolauit, Hercules ad inferos deſcendit. Malorum igitur cauſa ſuis cupiditatibus ipſi homines fuerunt, & ſua Deum ſibi fecerunt iratum ferocitate. Hæc Oda ſingularis eſt, habet magna uerba, ſonora epitheta, inſignia exempla, ſententias graues, aptam digreſsionem, oratoriam tractationem, imitationem præclaram. Hic ille eſt ſpiritus heroicus, quem Fabius in hoc poëta obſeruauit. Infames ſcopulos Acroceraunia] Diſcrimen eſt in exemplaribus, noſter enim dicit, nomine Græco Acroceraunia, ut dicitur Acrocorinthus: Virgilius nomine Latino 1. Georgic.

„ ——ille flagranti

„ Aut Athon, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo

„ Deijcit.——

nec aliter ex Horatio adducit Placitus Lutatius. Aes triplex circa pectus] Mallem, circum pectus: quæ magis propria eſſet locutio. De Alcæo locus ſumptus eſt, ubi de exilio ſuo egit: qui pòſt ſequitur, de cohorte febrium, de Sapphone, quòd in eclogis Seruius annotauit. Qui æs, pro pecunia, aut auaricia, aut lucri cogitatione exponunt, phraſim non ſatis intelligunt. Monſtra natantia] Mare ipſum Virg. monſtrum uocat 5. Aeneid.

„ Mene huic confidere monſtro?

Piſces maris, natantia monſtra poëta noſter. [illegible] Aratus, Oceani monſtra, Iuuenal. Poſt ignem ætherea domo Subductum] In uno, ſubuectum, ſed cæteris repugnantibus.

IOAN. THOM. FREIG. } Duas partes habet: prima eſt apoſtropha ad nauem, ut Virgilium ſaluũ ducat. Altera eſt locus communis de audacia humani generis ex effectis nauium: quarũ adiuncta uaria ſunt, ut tempeſtates, monſtra marina, maris tumor, ſcopuli: unde & ſyllogiſmus:

Qui non horret tempeſtates, monſtra marina, maris tumorem, ſcopulos infames: is audax eſt:

At qui nauigauit primus, nihil horum horruit.

Fuit igitur audaciſsimus.

Nequicquam] Amplificat à fine:

Si nauigatur mare, fruſtra terræ ſunt abſciſſæ.

At nauigatur.

Fruſtrà igitur oceano terræ diſſociatæ ſunt.

Audax] Exemplis audaciam hominum illuſtrat, ut furto ignis cœleſtis, & eius effectis: ut Dædali uolatu: ut inferorum aditu.

GILB. COG. } Aes triplex circa pectus erat] Acron ab uſurarijs tractum ait, quorum auaritia ſpe lucri inuentum nauigium ſit. Gilbert. in prouerb. Aes triplex.

SER. MAR. HON. } Obſtrictis alijs præter Iapyga] Iapyga uentus eſt, qui de Apulia flat, ad Orientem ducens.

ODE IIII. AD P. SEXTIVM,

[illegible]

Ode IIII. Dicolos, diſtrophos. Primus uerſus eſt Archilochius, Dactylicus, Heptameter, acatalectus: conſtans è quatuor primis pedibus ſpondeis, uel dactylis indifferẽter, ut in uerſu Epico, deinde è tribus trochæis, uel ſpondæo ultimo, ſic:

Soluitur - ᴗᴗ acris hy - ᴗᴗ ems gra -- ta uice - ᴗᴗ ueris - ᴗ & Fa - ᴗ uoni - -

Secundus uerò quiſq; eſt Archilochius, iambicus, trimeter, catalectus, conſtans ex Penthemimere Iambica, id eſt, ex iambo, uel ſpondeo, iambo, & ſyllaba, deinde è tribus trochæis, uel ſpondeo ultimo, ſic:

Trahunt ᴗ - que ſic ᴗ - cas - machi - ᴗ næ ca - ᴗ rinas - -

—ᴗᴗ —ᴗᴗ —— —ᴗᴗ —ᴗ —ᴗ ——

ᴗ— ᴗ—— —ᴗ —ᴗ ——

ARGVMENTVM IN ODEN IIII.

Ex Veris deſcriptione occaſione ſumpta, inuitat ad uoluptates Sextium, quum eò temporis gratiis & clementiis inuitentur omnes, & in uenerem propendeant, quum mors ex æquo omnibus maneat, & uitæ breuitas diu nos ſperare uetet, qua exuti, aut nihil ſuper eſt, aut nihil uoluptatis ſentimus.

ALIVD ARGVMENT. PHILIPPI ENGENTINI.

Sextium Conſularem uirum hortatur, ut pro temporis ratione genio & uoluptati indulgeat. Eſt autem carmen iucundum, eo potiſſimum nomine, quòd communis mortalium uita, uelut in publico theatro, talem agit fabulam. Vix enim reperias uſq; adeò Chriſtianum, uel Stoicum, qui non libenter, ubi oportunum eſt, delinetur, deſipiatq; in loco, ut idem Poëta in alio inquit carmine.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Propter uerni temporis amœnitatem & humanæ uitæ fragilitatem P. Sextium Conſulem ad uoluptates inuitat.

COM-

ACRON.

SOluitur acris hyems] *Metrum quod Phalecium dicitur, ſiue Archilochium, quia frequenter eo uſus eſt Archilochus. Conſtat prior uerſus ex parte Heroici, quæ dicitur Buccolicæ, quia neceſſe eſt, ut quartus ſit dactylus, & trib. trochæis terminatur, ita:* Solui,tur, acris hy, ems gra, ta uice, ueris, & fa, uoni. *Sequens uerſus trimeter, iambicus, catalectus eſt, cui una ſyllaba deeſt, ita:* Trahunt,q; ſic cas ma, chinæ, cari,nas. *Quod ſi dixeris carinulas, erit integer trimeter. Et aliter. Primus uerſus conſtat ex quatuor pedibus heroicis, & tribus trochæis. Secundus Archilochius dicitur, & conſtat ex penthemimeri iambica, & tribus trochæis, ita:*
Trahunt,q; ſic,cas machi,næ ca,rinas.

SOluitur acris hyems grata uice
 ueris, & Fauoni:
 Trahuntq; ſiccas machinæ
 carinas:
Ac neque iam ſtabulis gaudet
 pecus, aut arator igni,
 Nec prata canis albicant pruinis.
Iã Cytherea choros ducit Venus, imminente
 (luna,
 Iunctęq; Nymphis Gratię decẽtes.
Alterno terrã quatiũt pede, dũ graues Cyclo
 (pũ
 Vulcanus ardens urit officinas.
Nunc decet aut uiridi nitidũ caput impedire
 (Myrto,
 Aut flore, terrę quẽ ferũt ſolutę.
Nunc & in umbroſis Fauno decet immolare
 (lucis,
 Seu paſcat agna, ſiue malit hœdo.
PALLIDA mors æquo pulſat pede pauperũ taber
 (nas
 Regũq; turreis, ô beate Sexti.
VITAE ſũma breuis ſpẽ nos uetat inchoare lõ-
 (gã.
 Iã te premet nox, fabulæq; & manes,
ET domus exilis Plutonia, quo ſimul mearis:
 Nec regna uini ſortiere talis,
Nec tenerũ Lycidã mirabere, quo calet iuuẽtus
 Nunc omnis, & mox uirgines tepebunt.

Soluitur] *Molleſcit.* Acris hyems] *Acris nomen eſt neutrale à maſculino genere, ab eo quod eſt acer, unde etiam in maſculino genere in is deſinit, ideò commune & omne nomen facit, ut: Acris hyems, & acris ſinapi.* Trahunt carinas] *De naualibus, aut pro reparatione, aut pro hyeme ſubductas, competenti tempore ad nauigationem in maria reuocãt.* Arator] *Mutari etiam uſum uitæ dicit mutatione temporis. Virg.*

„ *Ante Focum, ſi frigus erit: ſi meſſis, in umbra.*

Canis] *Candentibus.* Iam Cytherea choros ducit] *Clemẽtia tẽporis, dicit etiam ad ludum animos inuitari: ita ut noctem ſaltationibus uacent uoluptate faciente, unde & Venerem poſuit.* Imminente] *Appropinquante.* Iunctęq; Nymphis] *Per Nymphas mulieres intelligi uoluit, per Gratias uirgines: Iſta enim tanquam epicureus ponit, ſuadens uoluptuosè uiuendum pro fragilitate uitæ, nec prætermittendam Venere ardente lætitiam.* Alterno terram quatiunt pede] *Pro ſono cantilenæ ad rythmum pede feriunt.* Graues] *Pro operis labore.* Nitidum caput] *Vnguentis delibutum.* Impedire] *Coronare.* Terræ quem ferunt ſolutæ] *Solutas terras dixit liberas, hoc eſt, incultas. Nam Virgilius cum de agricultura loqueretur, ait.*

„ *Exercetq; frequens tellurem, atq; imperat aruis.*
Idem,
„ *Iniuſſa uireſcunt Gramina.*

Poteſt & ſoluta terra aperto iam uere intelligi, nam pro temporibus & pateſcit, & clauditur. Virgilius:

„ *Vere tument terræ.*
Et de hyeme:
„ *Rura gelu tunc claudit hyems.*

Nunc & in umbroſis] *Quaſi expleto anno et nouo redeunte reddenda ſunt uota dijs agreſtibus. Virgil.*

„ *Tunc pingues agni, & tunc molliſsima uina.*

Pallida mors] *Epitheton mortis, quæ pallidos facit.* Regumq; turreis] *Pro altioribus domibus regum turreis poſuit, ut tabernas pro humilioribus.* Vitæ ſumma] *Supputatio, pro breuium annorum numero poſuit, ut Virgilius:*

„ *Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.*

Fabulæq; & manes] *Dij boni manes dicebãtur, unde et mane tractum putatur, aut certè ſomnus potius, quàm inferi ſunt fabuloſi: unde Virgilius:*

„ *Perq; domos ditis uacuas & inania regna.*

Mearis] *Permearis, perueneris.* Nec regna uini ſortiere talis] *Non accipies per ſortem regna uini.* Tenerum] *Delicatum.* Lycidam] *Puerum à te ſtupratum.* Quo calet] *Quem impatienter amat.* Tepebunt] *Ardebunt, amabunt.*

PORPHYRION. } Soluitur acris hyems] *Hæc Ode ad P. Sextium Conſularem ſcribitur, in qua quaſi deſcribens uerni temporis gratiam, cohortatur ad lætiorem, indulgentioremq; uitam, admonens mortem æqualiter omnibus imminere.* Grata uice ueris & Fauoni] *Fauonium uentum, qui Zephyrus Græcè appellatur, ueris tempore incipere flare. Virgilius teſtis eſt, qui ſic ait:*

„ *Vere nouo gelidus canis cum montibus humor*
„ *Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſoluit.*

Terræ ſolutæ] *Vtrum liberæ & cultui non inſeruientes intelligendum, ut prata ſignificare uideatur: an tempore & æſtu ueris ſolutæ, quæ paulò antè frigore hyemis ſtrictæ erant. Sic & Virgilius ueris tempus aptũ ruſticis ad ſacrificandum dicit, quia tunc ſomni dulces & molliſsima uina.* Seu paſcat agna] *Attende fœminino genere agnã maluiſſe dicere, quàm agnũ, ſecundùm illud Virgilij:*

„ *Et cæſa iungebant fœdera porca.*

Neſcio enim quomodo quædam elocutiones per fœmininum genus gratiores ſunt. Pauperum tabernas, regumq; turreis] *Per tabernas uulgares domos ſignat, per turres, altiores.* Nec regna uini ſortiere] *Hoc ad magiſteria conuiuiorũ pertinet, quæ talorũ iactib. ſortiri ſolitos, quod & Plautus ſignificat in Captiuis. Itẽ in Aſinaria.*

CHRIST. LAND. } *Ode dicolos, uerſus Phaleuticus dicitur, ſiue Archilochius, quoniam illo is poëta frequenter utitur. Primus uerſus conſtat ex prima parte Heroica: ita ut in quarto pede ſit dactylus, deinde habet tres trocheos, ſic:* Solui,tur, acris hy,ems gra,ta uice ueris, & Fa uoni. *Secũdus dimiter Iambicus. Sunt enim ſex Iambi, ſed ultima ſupereſt ſyllaba, ſic:* Trahunt q; ſic,cas ma,chinæ,cari,nas. *Videtur autem hoc carmen Epicureorum ſectam redolere, quoniam ad uoluptates inuitat, admonitus ipſius ueris aduentu, quod ſuapte natura uoluptuoſum eſt, & quamuis non audeat animos mortales omninò ponere, tamen aſſeuerat nihil uoluptuoſum futurum poſt mortẽ, ſcribit ad P. Sextium uirum Conſularem.* Soluitur acris hyems] *In hyeme enim frigore omnia denſantur, aduento autem ueris calore cuncta ſoluuntur. Virgil.*

„ *Vere nouo gelidus canis cum montibus humor*
„ *Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſoluit.*
Et alibi,
„ *Rura gelu tunc ſtringit hyems.*

Soluitur, relaxatur] *Soluere enim eſt cùm rẽ denſam relaxamus, hinc & quæ ligata erant ſolui dicimus.* Acris] *Vehemens & moleſta. Frigus enim naturæ aduerſari uidetur. Diuiditur autem annus in quatuor tempora, & primum eſt uer, ab introitu ſolis in arietem, donec totos geminos peragat. Eius natura eſt calida & humida, qualis eſt ipſa aër, & qualis in nobis eſt ſanguis, ideoq; tempus idoneum eſt rebus gignendis. Nam ex calore & humore fit generatio. Ideoq; dicitur uer à ueniendo, quia in illo omnia ueniant, id eſt, oriantur & creſcant. Eademq; ratione Venus apud Latinos dicitur, quoniam per illam omnia ueniant. Vnde Lucretius:*

„ *Aeneadum genitrix hominum, diuumq; uoluptas,*
„ *Alma Venus cœli ſubter labentia ſigna.*
„ *Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes*
„ *Concelebras, per te quoniam genus omne animantium*
„ *Concipitur, uiſitq; exortum lumina ſolis.*

Grata uice] *Eſt enim grata uiciſsitudo, quòd ex aſpera hyeme uer*

 fiat.

ſiat. Fauoni] Pro Fauonij per apocopen. Hic autem uentus ſua contemperatione aptiſsimus eſt ueri, ut iam diximus. Trahunt] Habet in ultima ſyllaba aſpirationem, & in præterito, ſecundùm Priſcianum, mutat h in x, ergo traxi, ſic ueho, uexi. Siccas] Quia per hyemem, in qua non nauigatur, extra aquam in naualibus ſunt. Carinas] Inferior hæc nauigij pars eſt, ſed per intellectionem partem poſuit pro toto. Pecus non gaudet ſtabuli] Vt in hyeme gaudebat uitans frigora, ſed proficiſcitur in paſcua, & eadem ratione arator relicto foco, & igne ad opus faciendum egreditur. Prata] Dixerūt antiqui, quaſi parata, quia ſine multa humana opera parata ſunt fructum ferre. Canis] Id eſt, albis, quia canities alba eſt. In homine tamen dicitur canities, quando pili ex defectu caloris albeſcunt. Cytherea Venus] A' Cytheris dicta. Cytherea enim Cytherorum inſula eſt è regione Laconicæ prouinciæ, quam Herodotus Idonem contra Spartam bellum gerentibus eſſe dixit. Quin & Chilon. Spartanus uir ſapiens dictitabat, præſtare Spartanā illam inſulam mergi quàm extare. In hanc Venerem quamprimum orta ex maris ſpuma eſt, primum enaſſe dicunt, ibiq; colitur. Virgil.

„ —— ſuper alta Cythera.
„ Aut ſuper Idalium ſacrata ſede recondam.

Ducit choros] Propter lætitiam aduētantis ueris, in quo ipſa plurimum poteſt. Sunt autem Venereis rebus apti chori, & profectò hoc anni tempore homines præter ſolitum lætantes, magis in choris & ſimilibus ludis laſciuiunt. Imminente luna] Appropinquante nocte, ut oſtendat ad multum temporis ſpacium duci choreas, cum ne imminente quidem nocte deſinant. Iunctæq; nymphis Gratiæ decentes] Optimum epithetum Gratiarum. Nihil enim eſt quod magis deceat, quàm Gratia, nec rurſus quicquam pulchrum dici poteſt niſi deceat, nec placere Veneri quicquam poteſt niſi pulchrum ſit. Eſt enim amor rei pulchræ cupiditas. Volunt autem qui locum hunc exponunt per nymphas mulieres, per gratias uirgines intelligi. Sed non uideo cur ipſas etiam nymphas & gratias, præſertim in re poëtica intelligere non poſsimus, ſed de nymphis ſuo loco. Gratias autē, quas Græci χάριτας appellant, alij Herebi, Noctiſq; filias eſſe uoluerūt, alij Liberi patris & Veneris. Heſiodus in ſua Theogonia ſcribit, illas filias Iouis ex Eurinome ſua uxore et Oceani filia, ponitq; nomina Aglaien, Euphroſynem & Thaliam, additq; Aglaien Vulcano nupſiſſe. Pinguntur autem ita ut primam duæ aliæ intueantur, per quod oſtendunt debere homines duplicare gratiam, quæ ab amico prouenit, ut maius reddant beneficium, quā acceperint. Pinguntur etiam nudæ & ſolutis crinibus, quia amicorum animi ſoluti inter ſe & nudi atq; aperti eſſe debeant. Quod uerò ex diuerſis parentibus natæ dicantur, non caret ratione. Sunt enim qui gratiam ſibi ex aliquo ſcelere comparant: ſed horum fama citò obſcuratur, & ipſi digni ſupplicio habentur. Ergo harum gratiarum nox, Herebuſq; iure parentes habentur. Prouenit itidem ex re Venerea gratia. Et quia, ut eſt apud Terent.

„ Sine Libero friget Venus:

Huiuſcemodi gratiæ Veneris, Liberiq; filiæ putandæ ſunt. Sed uera, ſolidaq;, & duratura gratia, à uirtute proficiſcitur, fauente ipſo Deo. Ergo erunt à Ioue, cuius benigno influxu iuſtitia, legeſq;, & recta regnorū adminiſtratio prouenīt: eritq; mater Eurinome, quæ lata lex interpretari poteſt. quoniam ex noſtris rectè, legitimeq; geſtis, facinoribus lata ſemper, & immortalis gratia comparatur. Nec perperam prima Aglaia dicitur ἀγλαός enim ſplendidus, clarusq; Græcè dicitur, quæ res ex huiuſmodi gratia reſultat. Secunda Euphroſyne à lætitia, quæ εὐφροσύνη dicitur. Gaudet enim ſemper cōſcientia ex rectis factis, ſemperq; floret huiuſcemodi gratia atq; uiret, propter quod tertia gratia Thalia dicitur. Θάλλειν enim Græcè geminare eſt. Super ſunt plura, quæ de diuina Gratia Chriſtianæ dicantur. Quæ nos in noſtris interpretationibus in prima. Dant his cantica Etruſce ſcriptis, qua potui diligentia, aſſecuti ſumus. Alterno pede] Quia pro ſono ad rithmum terram pulſant. Dum Vulcanus] Vel notat, quòd ante lucem quo tempore Vulcanus maritus in labore eſt, ipſa uoluptati operam dat, in quo laſciuiarum mulierum naturam exprimit, uel oſtendit ſaltationem ſuam antelucanam ad noctem uſque produci. Vulcanum idcirco Veneris maritum finxerunt, quia ſine calore non proficit Venus. Duo fuerunt Vulcani, alter Cœli & Veſtæ filius, alter Iouis & Iunonis. Sed hoc non lateat, Mineruam, Iouem, Veſtam & Vulcanum, typum ignis continere. Sed per Mineruam, ſupremam ætheris partem cæteris ſubtiliorem intelligimus: per Iouem uniuerſum ipſum elementum ignis. Quapropter fabulati ſunt Mineruam ex Iouis capite natam, quia ex ſuprema eius parte eſt. Per Vulcanum intelligunt ignem, qui ex materia excitatur: propterea'q; filius eſt Iouis ex Iunone, quia uapores quidam craſsiores, qui in aërem, quæ Iuno eſt, aſcendentes ab æthere, qui Iupiter eſt accenduntur, unde fulgura, & reliqua huiuſcemodi extant, hic eſt Vulcanus Iouis, Iunoniſq; filius. Dicunt turpem eſſe, quoniam ex terreſtribus uaporib. accenditur, & propter turpitudinem ſuam à Iunone in terras deiectum, quia hæc omnia quæ in aëre accenduntur ad terram cadunt. Dicunt in Lemnum cecidiſſe, quia illa inſula crebrò fulminibus infeſtatur. Dicunt propter caſum utrinque claudum eſſe effectum, quoniam flamma nunquam recta fertur, ſed modò hinc, modò illinc deficit. Veſta autem pro eo igni accipiunt, qui intra terram latet. Vnde aliquando ignem Veſtam eſſe contendit Ouidius, cùm dicit:

„ Nihil aliud Veſtam quam meram intellige flammam.

Aliquando terram, unde alibi.

„ Eſt tellus, Veſtaq; numen idem.

Dicit autem Vulcanus, quaſi Volicanus, qui per aërem uolet, uel Vulcanus uolans candor. Item Mulciber quòd ferrum mulceat. Cyclopum] Hi fabri ſunt Vulcani tres, de quibus Maro.

„ Bronteſq;, Steropeſq;, & nudus membra
„ Pyragmon, & Ioui fulmina fabricant.

Vnde Brontem dixerunt ἀπὸ τῆς βροντῆς, id eſt, à fulmine, & ἀπὸ τῆς στεροπῆς, id eſt, à fulgetra, dicitur Steropes. Nam Pyragmonem ab igne & incude dici nemo dubitat. Volunt multi hos Neptuni ex Amphitrite filios fuiſſe, & primo in Creta ferrariam inſtituiſſe. Heſiod. autem in Theogonia, Cœli & Terræ filios aſſerit, & tertium non Pyragmonem, ſed Harpen appellat, dictoſq; uolunt Cyclopas, quoniam unicum oculum in frontem rotundum haberent. Dicunt præterea, quia fulmina Ioui ad interimendum Phaëtontē, uel ut placet Diodoro Siculo, Aeſculapiū ſubminiſtrarunt, à Phœbo fuiſſe interfectos. Ipſum autem Iouem diuinitate priuaſſe Phœbum ad triennium. Officinas, rectè poſuit. Nam officina locus eſt ubi aliquid efficitur, ab efficiendo dicta. Taberna uerò ubi res alibī fabrefacta uenditur, ſed & officina pro taberna quandoq; ponitur. Vrit officinas] Non re uera urit, ſed uoluit uehementiam ignis, quo metalla liqueſcunt, notare. Nunc decet] Si ſapiens eſt inſeruire tempori, uidetur dicere, ut in uoluptuoſo tempore uoluptatī operam demus. Decet, quaſi dicat, non fieri contra decorum, quod (ut ait Cicero in libro de Officijs) in omni uita ſemper ſeruandum eſt. Impedire caput myrto] Nectere Coronam ex myrto, quæ arbor aſpectu & odore uoluptatem adfert, & Veneri eſt conſecrata. Nitidum] Splendidum ex unguento. In quo denotat lautius conuiuium. Nam coronas, unguentaq;, non niſi lautioribus cōuiuijs adhibebāt. Flore] Pro floribus. Ferunt] Pro ducunt. Solutæ] Scilicet ab imperio agricolæ, id eſt, inaratæ, & per circuitionem intelligit prata. Contra uerò ſub imperio terras dicimus, quæ coluntur. Virg.

„ Exercetq; frequens tellurem atq; imperat aruis.

Vel ſolutæ quaſi putres ex calore ueris. Virgil.

„ —— & Zephyro putris gleba reſoluit.
„ Et contra Rura gelu tunc claudit hyems.

Fauno] Ruſticano Deo. Fauni apud Latinos ij ſunt, qui apud Græcos Satyri filij Saturni. Ponit tamen Maro Faunum Pici filium.

„ Fauno Picus pater, iſq; parentem te Saturne refert.

Dictum uolunt à fando: qui oracula ſua uoce redderet. Refert Pomponius Mela, ultra Atlantem montē noctu lumina uiſa, & Cymbalorum ſonitum auditum, nec quicquam poſtea in die repertum. Hieronymus ait à Diuo Antonio inuentum Satyrum in Thebaidos ſolitudine: qui illum allocutus ſit: & affirmauerit ſe mortalem, ſed deluſam gentilitatem pro dijs habuiſſe Satyros. Ariſtoteles ſcribit, Nymphas, Satyros, & Panas, & huiuſcemodi numina poſt anno-

annorum millia interire. Et Euſebius Pamphilus refert Thamnum Aegyptium in Italiam nauigantem à Paxis inſula noctu uocem au diſſe, quæ uidebatur, ut cum iuxta paludem fuiſſet: nunciaret Pana magnum mortuum eſſe: Sicq; nunciaſſe, ac ſtatim innumerabilium uocum cum magno miraculo luctum audiſſe. Venit deinde Romam, & re enarrata ſciſcitatus eſt à Philoſophis, quis'nam eſſet iſte magnus Pan. Reſponderunt autem de communi ſententia philoſophi: eum eſſe, qui ex Mercurio & Penelope natus eſſet. Referunt præterea hos homunciones bicornes eſſe, & naribus aduncis, & pedibus caprinis. Auguſtinus autem in libro de Ciuitate Dei diſputat, illos aut animas immortales non habere, aut humano ſemine natos, potuiſſeq; accidere uti duo ſimul monſtra ex homine (ut ſæpe fit) in hanc formam nata ſint, alterum maſculum: alterum fœmina, & ex illorum coniunctione huiuſcemodi ſpeciem propagatam eſſe. Nunc] *Quaſi dicat expleto anno dijs ſacrificandum eſſe. Virgilius:*

» *Tunc pingues agni, tunc & molliſsima uina.*

Agnam] *Agnum debuit, ſed mutauit genus: quia in fœminino uidetur iocundior elocutio: ſic Virgilius:*

» *Et cæſa iungebat fœdera porca.*

Pallida] *Ab effectu, quia pallidos homines reddit, ſic Virgil.*

» *Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus.*

Aequo pede] *indifferenter.* Tabernas] *Pro ignobilioribus ædificijs, ſic contra & reges pro nobilioribus, & turreis pro amplioribus domibus.* Beate] *Quaſi dicat, qui eris beatus, ſi hanc uitam colueris. Loquitur autem tanquam Epicureus ad hunc, qui & ipſe Epicureus erat. Epicurei autem omnia ſibi arrogabant: ſeſeq; & ſapientes, & beatos uocitabant.* Summa breuis uetant] *Quaſi dicat, ſi colligas uniuerſum tempus, quod uiuere poſsis: uidebis illam eſſe ſummam breuem uitæ.* Vitæ ſumma breuis] *Sententia quæ Epicureis quadrat cum animas ponat mortales. Cæterùm à grauioribus philoſophis ſemper repudiata, itaq; Plato audiendus: qui nos uoluptate contempta non nobis, ſed uniuerſo mundo nos natos putemus.* Longam ſpem] *Id eſt, aliquid inchoare ad quod poſt diuturnum tempus uenturos nos ſperemus.* Iam ſtatim nox] *Mors, quæ ſecundùm Epicureos, poſt ſe nihil habet præter tenebras.* Fabulæ] *Appoſitio eſt, ut ſit ſententia.* Nox & manes, & domus Plutonia *Quæ fabulæ ſunt.* Premunt] *Id eſt, opprimens te.* Quò] *Id eſt, ad quam noctem poſt, quæ ueneris nullam, aut ex uino, aut ex uenere uoluptatem capere poteris. Differunt autem fabula & argumentum, & apologus. Fabula eſt rerum uerarum, nec ueriſimilium, ut, quod Daphne uerſa ſit in laurum. Significat etiam fabula rem uehementer diuulgatam: quamuis uera ſit. Ouidius:*

» *Hæc fuit in toto notiſsima fabula cœlo,*

Et Iuuenalis.

» *It noua nec triſtis per cunctas fabula cœnas.*

Apologus non differt à fabula: ſed addit ut præter id, quod ſit res ficta, & non ueriſimilis, ut fabula, allegoricè tamen aliquid contineat, quod ad uitam & ad mores pertineat: ut ſunt Aeſopi fabulæ. Argumentum eſt res non uera, ſed tamen ueriſimilis, ut ſunt argumenta Comœdiarum. Manes] *Secundùm Acronem ſunt dij boni. Nam manum bonum ſignificat, unde mane dictũ eſt. Seruius contra per antiphraſin dictos putat manes deos inferos, quia non ſint boni. Ponuntur pro pœnis. Virgilius,*

» *Quiſq; ſuos patimur manes.*

Alibi tamen idem Seruius ait: Manes eſſe animas corporibus exutas, quæ nondum in alia corpora migrauerint, & cum eo tempore ſint noxiæ, per contrarium dici à mano, quod eſt bonum, unde maturum pomum. Adiungit eſſe alios, qui credant manes à manando, id eſt, fluendo dici, eò quod ipſis plena ſint omnia inter lunarem, terrenumq; circulum. Domus exilis] *Tenuis & parua, quia fabulæ, uel quia umbræ, quæ illic habitant incorporeæ ſint.* Nec ſortiêre] *Nec ſorte quadam accipies regna uini, id eſt, nobilitatem uini, id eſt, nobile uinum.* Talis] *Ab eo quod eſt talus, tali, quia talos iaciendo bibebant antiqui, ut apparet apud Plautum: ergo ſorte id eueniebat. Dicitur autem talus, Græcè aſtragulus, inde ἀστραγαλίζω, talis ludere. Hinc Plin. de Polycleto ait, nudos facit talis ludentes, qui uocantur aſtragalizontes. Furunculi dicuntur, quos ſcacchos appellamus. Mart.*

» *Inſidioſorum ſi ludis bella latronum*

» *Iſte tibi geminus miles & hoſtis erit.*

Lycidam tenerum] *Delicatum: reliqua obſcœna ſunt: ſed facilè intelliguntur.*

ERAS. ROT.} Pallida mors] *Accommodari poterit hæc ſententia mortis neceſsitati, quæ ex æquo maximis pariter & minimis communis eſt, iuxta illud Aeſchyli apud Ariſtophanem in Ranis:*

» *Vna è deis mors nulla capeat munera.*

Quod & libro 2. Ode 14. notat Horat.

» *Non ſi trecentis,—— &c.*

Hæc Prouerb. Rhadamantheum iud.

LVD. COEL.} Nec regna] *In Græcorum ſympoſijs mos erat talis ſortiri quempiam, qui conuiuio præſideret, ac decreta conuiualia præſcriberet, quæ νόμους, id eſt, leges appellabant, profectum autem βασιλέα, hoc eſt, regem. Hunc Plutarchus συμποσίαρχον uocat. Et Varro ad Nonium modiperatorem à Latinis uocatum ſcribit, quaſi modum imperantem, ne quis aut plus ſatis, aut parum biberet. Et Eraſm. in Prouerb. Aut bibat, aut, &c. Eadem penè ſcribit Cœl. lib. 15. cap. 6.*

IOAN. HART.} Mors æquo pede] *Græcatur. Nam ὁμοιΐου θανάτοιο. Odyſs. γ. Homero deſcribitur. Lege Quintil. libro 8. capite 6.*

HEN. GLAR.} *Ad P. Seſtium uirum Conſularem hæc Ode ſcribitur. Cæterùm in catalogo Coſs. hac tempeſtate P. Seſtium non facilè reperias: fortaſsis autem & alicui ſuffectus fuit, quanquam Conſularis appellatur, qui uel Coſs. fuerit, uel qui dignus ad eam dignitatem uidetur. Carmen quidam heptametrum appellant à numero pedum, quidam Octonarium, ſed Brachycatalecticum, quod non diſplicet, quando illa heptametri appellatio apud authores rara eſt. Quidam etiam in ſecundo uerſu legendum côtendũt,* Ducuntq; ſiccas machinæ carinas; *pro, trahunt, uidelicet moti, quod ſequentibus eiuſdem generis uerſibus, perpetuò ſit ſpondeus primo loco. At in Ode nona duobus primis uerſibus ſpondeum ita diligenter poſuit Horatius, omnibus eiuſdem generis uerſibus Odis, ut propè cauiſſe uoluerit de eo pede: tamen nihilominus primo carmine Iambum poſuit, quem poſtea rarius uſurpauit. Quare hoc quoque loco idem feciſſe uideri poteſt, quanquam cum nemine de hac re contenderim.* ——dum graues Cyclopũ Volcanus ardens urit officinas] *Cur hic Vulcani fiat mentio, nullus Commentatorum explicat. Ego ideo puto eius meminiſſe Poëtam, ſub ueris temporis deſcriptionem, ut Ioui fulmina paret, ad æſtatẽ, qui hyeme, more hyemantiũ militum, in Olympo ſuo incluſus, cum cæteris Dijs egregiè potarit, nunc æſtate erigat cornua.* O beate Sesti] *Et bene hic inſurgit Poëta, quod intelligemus, ſi muſicam huic carmini conſonantiam bene applicuerimus.*

HERMAN. FIGVL.} Soluitur acris hyems] *Elegans & feſtiua deſcriptio eſt Veris, quod reſoluit terram, & aperit nauigantibus maria, ut ait Plinius. Cuius in principio, Fauonij hybernum molliunt cœlum.* Grata uice Veris] *Cùm enim rerum omnium, iuxta Prouerbium, uiciſsitudo iucunda ſit, proculdubio Verni temporis clementia & iucunditas ſuccedens hyemis triſtitiæ, cunctis eſt gratiſsima & ſuauiſsima.* Fauoni] *Fauonius, quem Græci uocant ζέφυρον, circa ſeptimum Februarij diem ſpirare incipit. Vnde Poëta Veris deſcriptionẽ, à flatu huius uenti exorditur. Ouidius:*

» *Ver erat æternum, placidiq; tepentibus auris,*

» *Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.*

Virgilius:

» *Vere tepet picto Zephyris ſpirantibus aër.*

Trahuntq; ſiccas] *Ad nauigandum denuò naues deducuntur in altum, quæ hyeme conquieuerunt.* Machinæ] *Vlpianus pro inſtrumento, quo commodiùs moles impellitur, machinam accipit. Aliàs machina eſt fallacia, ſeu præcogitata inuentio. Cicero, Commoliri dolum & machinam aliquam ad quempiam.* Carinas] *Carina infima trabs, qua nauis fundatur, ſeu ipſa nauis concauitas*

Græcè πρύμνα dicitur, ponitur pro tota naui συνεκδοχικῶς, ſicut & prora, & puppis. Ac neque iam ſtabulis gaudet pecus, aut arator igni] *Hoc eſt, pecus nunc rurſus è ſtabulis ad paſcua, Ruſticus à foco, ad agriculturam egreditur.* Stabulis] *Stabula ueteres appellarunt diuerſoria, & quas tabernas uocamus. Hinc ſtabularius caupo eſt, qui mercede in tabernam meritoriam uiatores excipit. Sed hæc uox pro ſeptis etiam accipitur, quibus iumenta, uel greges ſtabulantur, ut hîc.* Prata] *Pratum eſt, (definiente Vlpiano) in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus eſt: ex eo dictum, quòd paratum ſit ad fructum capiendum. Modico enim opere pratum fit, ait Alciatus, ut quod nec aratro, nec annua ſemente indigeat.* Canis] *Hoc eſt, albis. Eſt enim ex genere albi coloris canus, qui etſi ad alia transfertur, propriè tamen eſt capilli & barbæ ſenilis. Ouidius:*

,, *Magna fuit quondam capitis reuerentia cani.*

Pruinis] *Vapor ad infimam aëris regionem euectus, concepto per noctem frigore rurſum decidit: & quãdo in aquam reſoluitur, Ros quando congelatur, pruina dicitur.* Cytherea Venus] *Sic dicta à Cytheris, inſula Myrtoi (ut ait Mela) maris, contra Maleam emiſſa.* Choros ducit] *Hoc eſt, ſaltat & ludit, quia Venus rectè ludum ſuum exercet tempore Verno, quo omnia animalia Veneris ſunt auidiora.* Luna] *Inter ſeptẽ errantia ſydera, infimũ & terris proximũ orbẽ occupat Luna, à Lucendo nominata: Græcis dicitur* Σελήνη *à ſplendore, ſeu fulgore. Eadem Diana dicta, quia noctu quaſi diem efficit. Vocatur & Tergemina, à triplici, ni fallor, natura. Iam enim eſt in coitu, ſeu coniunctione, quam Græci* σύνοδον *nuncupant, & non apparet. Iam eſt* Διχότομος, *id eſt, ſemiplena, ſeu dimidiata. Iam eſt* πανσέληνος, *hoc eſt, plena, ſeu tota. Has uiciſsitudines in ea deprehendit hominum primus Endymion, & ob id (ut ait Plinius) amore eius captus fama traditur.*

Nymphis] *Nymphæ fontes ſunt, quæ quicunq; alij humores. Hæ dicuntur Nerei & Doridis filiæ, eò quòd à mari omnis deriuetur humiditas. Budæus in commentarijs doctiſsimè explicat, hoc uocabulo ſignificari uires inſitas terræ, & ſtirpibus, & naturæ inditas riguis & fluentis: per quas fructuum nouorum eduntur & promuntur ſcaturigines nouo Vere. Has Liberi patris nutrices uolunt:* ὅτι τὸν οἶνον αὔξάνει τὸ ὕδωρ κεραννύμενον, *ut inquit Athenæus libro 10. Quia uina diluta creſcunt. Sic nimis diligentes Bacchi ſunt, ut ita dicam, nutritij, caupones &* οἰνοπῶλαι, *quia hoc pacto egregiè & excellenter ipſum nutrire nouerunt.* Gratiæ] *Tres, ſecundùm Heſiodum ſunt Gratiæ.* Ἀγλαΐα, *hoc eſt, uenuſtas, lætitia.* Θαλία, *id eſt, Viriditas.* Εὐφροσύνη, *delectatio. Has nominant Græci* Χάριτας, ἀπὸ τῆς χαρᾶς, *hoc eſt, à gaudio. Veneris ſunt pediſſequæ, quia gratia amorem conciliat. Nudæ, quia amicitia debet eſſe aperta. Harum una auerſa pingitur, duæ ad nos conuerſæ, quòd pro beneficio collato, duplex debeat rependi gratia. Alciatus libro primo* παρέργων, *refert ex quodam marmore, in quo & ipſæ fuerunt ſculptæ, lepidiſsimum Epigramma de Charitibus, quod ſtudioſis hîc adſcribere operæpretium duxi:*

,, *Sunt nudæ Charites niueo de marmore, at illas*
,, *Diua columna ſuis ædibus intus habet.*
,, *Par tribus eſt facies, qualem decet eſſe ſororum,*
,, *Par tribus eſt ætas, par quoq; forma tribus.*
,, *Grata Thalia tamen geminæ conuerſa ſorori,*
,, *Implicat alternæ brachia blanda ſoror.*
,, *Euphroſynem dextra ſtupro, Aglaiamq; ſiniſtra*
,, *Miror, & implicitis brachia nexa modis.*
,, *Iupiter eſt genitor, genuit de ſemine cœli*
,, *Eunomia, & Veneris turba miniſtra fuit.*
,, *Inde alitur nudus placida ſub matre Cupido,*
,, *Inde uoluptates, inde alimenta Dei.*

Decentes] *Conuenientiſsimum epitheton, nihil enim magis decet bonos uiros, quàm benemeritis debitam reddere gratiam. Et rectiſsimè dicunt Iuriſconſulti, obligari nos naturaliter ad* ἀντίδωρα. Dum graues Cyclopum, Volcanus ardens urit officinas] *Hoc eſt, interim dum Vulcanus in cudendis Ioui fulminibus eſt occupatus. Nam Vulcanum Veneris maritum, fabrum eſſe, & in officina habere Cyclopas miniſtros, atque duriſsima fabricare arma, canunt Poëtæ. Sic rogatus à Thetide, apud Homerum libro 18. Iliados, Achilli arma facit, & Veneris precibus (ut eſt apud Virgil. in 8. Aeneid.)*

,, *Aeneæ arma format.*

Verno autem tempore propterea fulmina parat Ioui, quòd Vere & Autumno crebriora ſunt fulmina, ut ait Plinius. Cùm enim fulminum cauſſa ſit exhalatio calida & ſicca, coniuncta cum uapore humido, horum temporum conſtitutio, plurimam materiam tam aridam, quàm humidam præbet. Cyclopum] *Cyclopes Siciliæ ſunt incolæ, famuli, ut diximus. Vulcani, ita dicti à* κύκλος, *&* ὤψ, *quòd unum oculum rotundum in fronte habeant. Sic enim ipſe de ſe loquitur Polyphemus apud Ouidium:*

,, *Vnum eſt in media lumen mihi fronte, ſed inſtar*
,, *Ingentis clypei. ——*

Nomina Cyclopum hæc ponit Virgilius:

,, *Ferrum exercebant uaſto Cyclopes in antro,*
,, *Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyragmon.*

Ardens urit] *Quia Vulcanus nihil aliud eſt quàm ignis, à uolando ſic dictus, quaſi Volicanus, quòd per aërem uoluet. Ignis enim in nubibus naſcitur. Vnde Homerus dicit eum de cœlo in Lemnum præcipitatum, quòd omne fulmen ex aëre in terram cadat. Veneris dicitur maritus, quia ignis cum amore maximam habet cognationem.* Officinas] *Officina propriè locus eſt, in quo operarij ſua opera faciunt. Officinam Vulcani pulchrè deſcribit Homerus libro 18. Iliad. Et Virgil. lib. 8. Aeneid.* Nunc decet aut uiridi, &c.] *Nunc tempori parendum, iuxta uetus prudentium præceptum.* Myrto] *Quæ arbor Veneri ſacra eſt, & ſymbolum pacis. Plutarchus in Marcello. Tibia enim & myrtus arbuſcula Veneris (quæ Dea uim, bellũq; maximè exoſum habet) pacis ſymbola ſunt. De Myrto plura Plin. lib. 15. cap. 29.* Aut flore] *Duo enim ſunt coronarũ genera, quãdo aliæ flore cõſtant, aliæ folio, authore Plin.* Fauno] *Deus erat ſylueſtris, cui litabatur agna, uel hædo.* Pallida mors æquo, &c.] *Pulcher locus communis, quo ſignificatur, mortem omnibus ex æquo eſſe communem & fatalem. Sic infrà Satyra 6.*

,, *Nec ulla eſt aut magno, aut paruo leti fuga.*

Et Epiſt. ult.

,, *—— Metit orcus*
,, *Grandia cum paruis non exorabilis auro.*

Item Claud.

,, *Sub tua purpurei uenient ueſtigia reges,*
,, *Depoſito luxu, turba cum paupere mixti,*
,, *Omnia mors æquat. ——*

Pauperum tabernas] *Hoc eſt, humiles ignobilium caſas. Accipitur enim taberna pro omni ædificio, quod eſt utile ad habitandum, nempe ex eo, quod tabulis clauditur. Vſus poſtea obtinuit, ut tabernam ſimpliciter dicamus, in qua merces uenduntur.* Regumq; turres] *Id eſt, diuitum & potentium magnificas domus.*

Vitæ ſumma breuis] *Ob humanæ breuis conditionis breuitatem, hortatur ad lætitiam Seſtium: indicans longam uitam non eſſe ſperandam, cùm mors, ueluti Tantalo ſaxum, nobis ſemper impẽdeat. Pulchrè huc quadrat, quod Virgilius dicit:*

,, *Stat ſua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus*
,, *Omnibus eſt uitæ.*

Humanæ fragilitatis rectè admonet nos elegans illa Homeri comparatio de caducis arborum folijs. Et feſtiuum illud carmen Virgilianum, de roſis naſcentibus, & repentè ſeneſcentibus.

Nox] *Id eſt, tenebræ infernæ. Eſt autem nox nihil aliud, quàm terræ umbra. Cùm enim terra ſit corpus ſolidum & craſſum, per quod ſolis radij penetrare nequeant, neceſſe eſt ipſam de ſe umbram proijcere, quæ Nox propriè dicitur. Hinc etiam terræ filia Nox fingitur.* Manes] *Defunctorum animæ, quas ad Plutonis ſedes deſcendere, Poëtarum teſtantur fabulæ. Ouid. lib. 4. Transform.*

,, *—— Nouiq;*
,, *Quã ſit iter, manes Stygiam quod ducat ad urbem*
,, *Ignorant, ubi ſit nigri fera regia Ditis.*

Exilis] *Id eſt, exigua & parua, quæ tamen omnes recipit umbras, animæ namq; locum non occupant, quia incorporeæ. Ouidius:*

Sic

„ *Sic omnes animas locus accipit ille: nec ulli*
„ *Exiguus populo eſt, turbamúe accedere ſentit.*

Hanc aulam Plutonis deſcribit Virgil. in lib. 6. Aeneid. Ouid. libro 4. Metamorph. Statius lib. 8. Thebaid. Plutonia] *Ditis regis inferorum, quem Græci Πλούτωνα uocant.* Quò ſimul meâris] *Quaſi dicat: poſt mortem neque conuiuaberis, neque amabis.* Regna uini ſortière talis] *In priſcis Græcorum ſympoſijs, hoc eſt, compotationibus, mos erat, talis ſortiri quempiam, qui conuiuio quaſi præſideret, ac decreta conuiualia præſcriberet, quæ νόμους, id eſt, Leges appellabant. Porrò præfectum Βασιλέα, hoc eſt, Regem appellabant. Plutarchus συμποσίαρχον uocat. Varro apud Nonium Modiperatorem à Latinis uocatum ſcribit, quaſi modum imperantem, ne quis aut plus ſatis biberet, aut parum. Hæc Eraſmus. Huius conſuetudinis hîc meminit Horatius.* Talos] *inter reliquos ludos, in quibus ſe ueteres, animi laxandi gratia, exercuerunt, fuère etiam tali Eburnei, ſex angulorum, æquali latitudine. Quatuor autem in iactu utebantur, in quibus figuræ effictæ uicem numeri habebant. Tali autem Ἀστράγαλοι Græcè dicti. Et ἀστραγαλίζοντες, talis ludentes. Alexand. Neapolit.*

THEOD. PVLM. } Ad L. Seſtium conſularem] *Ad P. Seſtium conſularem, G. ad Seſtium Quirinum, H. B. Ad Quirinum conſularem, E.* 5 Iam Cytherea choros ducit Venus imminente Luna] *Cùm dicit, ad id reſpexit, quòd Venerem uere reuerti cenſebant. Lucret. lib. 5. uerſu 736.*

„ *——Et Venus & Veneris prænuntius ante*
„ *Pennatus Zephyrus.*

Imminente autem Luna] *quod eſt ex cœlo illuceſcente, præſultria Venus choros ducit: quia noctu remotis arbitris terra grata Numinibus eſt, cùm cerni nolint: Cum ſuperis terrena placent, inquit Papinius, 1. Silu. 1. Hæc Turnebus libro 9. capite 27. imminente Luna, id eſt, ueſperi, noctuúq. Vide Turneb. libro 30. cap. 11.* 6 Gratiæ decentes] *Decentes, credo, appellat, quòd uenuſtæ formoſæq́ ſunt, & honeſta, liberaliq́ forma, bonaq́ facie. Vide Turneb. libro 30. capite 11.* 11 Nunc & in umbroſis Fauno decet immolare lucis] *Ait ex conſuetudine antiquorum, qui Fauno rem diuinam faciebant, & ouilia luſtrabant ueris initio, antequam pecus, quod hyberno tempore in ſeptis uillæ ſtabulatum erat, in agros pabulatum ducerent. Vide Turneb. libro 9. capite 27.*

12 Seu poſcat agna, ſiue malit hœdo] *H. G. E. B. Seu poſcat agnam, ſiue malit hœdum. Lambini libri tres.* 13 Aequo pulſat pede] *Eſt æquè ingreditur: nam fore pulſare ſolemus, ut aperiantur, & domos ingrediamur: unde tranſlatio ſumta. Turneb. libro 9. capite 17.* 16 Nox] *H. G. E. B. mors, ſcholion eſt in H. B.* Manes. *H. G. E. B.* Inanes, *legendum eſſe Matthæus Bonfinis affirmat: quod ineptum eſt.* 17 Et domus exilis Plutonia] *Exilis dicitur, quòd inanis & uacua ſit, ut apud Maronem libro 6. Aeneid. uerſu 269.*

„ *Perq́ domos Ditis uacuas, & inania regna.*

Sic & Flaccus alio loco (1. Epiſt. 6.) Exilis domus eſt, cui non & multa ſuperſunt. Turneb. libro 9. capite 27.

18 Nec regna uini ſortiêre talis] *Id eſt, uillas tuas, in quibus tanquam rex quidam beatiſsimus uiuis, derelinques, nec apud inferos inuenies. Sic Cicero libro primo de Oratore, niſi eſſem in tuo regno, id eſt, in tua uilla Tuſculana.* Sortiêre] *Hæc enim bona ſortis & fortunæ ſunt uini talis, tam ſuauis uini ut Falerni, & ueteris. Hæc Franciſcus Luiſinus Parergon. lib. 3. cap. 38. quæ interpretatio à doctis improbatur: loquitur enim Horatius de ſortitione, quæ fit per talos. Huius tam fœdæ rei immoderatam licentiam paucis ita notauit Plinius: Alius quantum alea quæſierit, tantum bibit: hoc eſt, quantum uiſum erit conuiuij domino, qui talorum iactu ius imperandi conuiuis ſortiebatur. Eum porrò cui regnum in conuiuijs adiurabatur, Βασιλέα Græci appellant. Plutarchus συμποσίαρχον uocat, quem modiperatorem Varro apud Nonium appellatum ait, à Latinis. Vide Ioannis Michaëlis Bruti Explicationes.* 19 Nec tenerum Lycidam mirabere] *Vide Franciſci Luiſini Parergon lib. 3. cap. 38.*

M. ANTON. MVRET. } Ad P. Sextium conſulem] *Omninò deprauata eſt hæc inſcriptio. Optimus interpretum Porphyrio, conſularem, non conſulem, legit. ego legendum arbitror, Ad L. Sextium conſularem. Fuit autem L. Sextius Conſul unà cum Cn. Calpurnio Piſone, anno ab Vrbe condita DCCXI.* 16 Iam te premet nox fabulæq; manes] *Qui pro,* manes, *hoc loco legunt,* inanes, *ipſi profectò ſunt planè inanes. ille autem neſcio quis, qui ſe Iouem, ut aiunt lapidem iurare paratum ait, ita ſcripſiſſe Horatium, eo minus mihi fidem facit, quod hominibus iurandi cupidis, & iuſiurandum ſibi ultro depoſcentibus, ſcio id temerè deferendum non eſſe. tale eſt hoc Horatij, quale illud Perſij:*

„ *Cinis, & manes, & fabula fies.*

Omninò enim apud ueteres, etiam qui immortales eſſe animos non inficiebantur, maiorem tamen partem, fabuloſa putabant, quæ de inferis dicerentur. Cicero in Catilinam: Itaque, ut aliqua in uita formido improbis eſſet poſita, apud inferos eiuſmodi quædam illi antiqui ſupplicia impijs conſtituta eſſe uoluerunt: quod uidelicet intelligebant, his remotis, non eſſe mortem ipſam pertimeſcendam. ac ne quis eum aut ſeruiſſe cauſſæ, aut de aliena magis, quàm de ſua ſententia locutum putet, lib. 1. Tuſculanarum diſputationum, hoc eſt, eo libro, quo uel maximè immortalitatem animi ſtabilire, ac conſtituere conatur, ſupplicia tamen inferorum, tanquam poëtarum ac pictorum portenta deridet.

GEOR. FABR. } *Hæc Oda eſt Epicurea, in qua uerni temporis occaſione L. Sextium conſularem, amicum ſuum adhortatur, ad gaudia & iucunditatem. Augentur fertilitate uerni temporis pecora & agri: fruuntur cõmoditate nautæ & agricolæ: præterea Di ipſi aut uoluptatibus indulgent, aut ſolitis uacant operibus. Quare & nos curis depoſitis decet uiuere liberiùs, deditos cõuiuijs aut ſacrificijs, præſertim cum uita noſtra breuis ſit, & mors omnibus impendeat, & nulla amplius in terris reſtet delectatio. Eiuſdem argumenti ſunt libri huius oda ad Munatium, libri ſecundi odæ ad Poſthumum & Delium: libri quarti oda ad Torquatum.* Nec prata canis albicant pruinis] *Albicant, pro albent, flexione (ut ait Martianus) ſatis criſpa, ubi agit de uerbis nouatis. Albicatur, pro ex albeſcit, Varro apud Nonium.* Seu poſcat agna, ſiue malit hœdo] *In alijs, caſu mutato,* Seu poſcat agnam, ſiue malit hœdum. *Eadem diuerſitas apud ueteres Grammaticos in illo Virgilij,*

„ *Cùm faciam uitulam.*

Hadrianus Iunius agnoſcit caſum quartum, & alteram lectionem ſciolorum pertinaciæ ait acceptum ferendam. Fabulæq; manes] *Manes, qui ſunt fabulæ: hoc eſt (ut apud Ciceronem Atticus) poëtarum & pictorum portenta. Videtur hoc reſpexiſſe Perſius,*

„ *——Manes & fabula fies.*

IOAN. THOM. FREIG. } *Enthymema eſt: Ver eſt: Ergo decet ſe oblectare. Antecedens eſt ſtatim in principio per diſtributionem adiunctorum.* Nunc decet] *Conſequẽs etiam per diſtributionem adiunctorum.*

POLYD. VIRG. } Soluitur acris hyems grata uice Veris & Fauoni] *Ventus Fauonius ad Calendas Martias flare incipit, quem quidam Chelidoniam uocant, ab hirundinum uiſu. Græci enim hirundinem χελιδών appellant. Vnde prouerb. apud Polydorum: Vna hirundo non facit uer.*

PHILIP. ENGEN. } Nec regna uini ſortiêre talis] *Non bibes ampliùs in conuiuio pro ſorte talorum. Hæc autem fuit conſuetudo conuiuarum, ut ad talorum iactum biberent. Tangit hoc Plin. lib. 14. cap. 22. Alius (inquiens) quantum alea quæſierit, tantùm bibit.*

ODE V. AD PYRRHAM.

προσφωνητική.

Ode V. Tricolos Tetraſtrophos, Primi duo uerſus ſunt Aſclepiadei choriambici, tetrametri, qualis ille:
Mecœnas atauis edite regibus. Scanduntur enim ſic:
Quis mul - - ta gracilis - vv - te puer in - vv - roſa v -
Per fu - - ſus liquidis - vv - urget odo - vv - ribus vv
Tertius eſt Pherecratius dimeter hypercatalectus, conſtans è ſpondeo, choriambo & ſyllaba, ſic:
Grato - - Pyrrha ſub an - vv - tro -.
Quartus eſt Glyconius, qualis ille: Sic te diua potens Cypri. Scanditur enim hoc modo:
Cui fla - - uam religas - vv - comam vv

– – –vv– –vv– v–
– – –vv– –vv– vv
– – –vv– –
– – –vv– vv

ARGVMENTVM IN ODEN V.

Meretricis aſtutias inſectatur, quæ ſimplici munditia inſidias mentiretur, quibus adoleſcentium animos caperet, & illos emungeret: ſe uerò dijs uota ſoluiſſe, quòd uelut è tempeſtate non ſine naufragio euaſerit.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Etſi amatoria uideatur hæc Ode, tum habet aculeos acres, quum in Pyrrhã conuehitur, quòd potiſſimùm ob formæ elegantiam & exquiſitas munditias, plerumq; adoleſcentes circumſcribat. Et deinde cùm uidetur relinquat. A' quo dicit poſtremo liberatum ſe, unde etiam Deo Neptuno, anathema ſuſpenderit, quòd naufragio periclitantem eripuerit.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Pulchrè declarat quàm callidum, fallax, & inconſtans ſit meretricum ingenium, ideoq; miſeros omninò adoleſcentes, qui ſe illarum dolis atq; aſtutijs commiſerint.

COMMENTARIA.

QVIS multa gracilis te puer in roſa
Perfuſus liquidis urget odorib.
Grato, Pyrrha, ſub antro?
Cui flauam religas comam,
Simplex mũditijs? heu quoties (fidem,
Mutatosq; deos flebit: & aſpera
Nigris æquora uentis
Emirabitur inſolens,
Qui nunc te fruitur credulus aurea:
Qui ſemper uacuam, ſemper amabilem
Sperat, neſcius auræ
Fallacis, miſeri quibus
Intentata nites, me tabula ſacer
Votiua paries indicat uuida
Suſpendiſſe potenti
Veſtimenta maris Deo.

ACRON.

QVIS multa] *Metrum duobus uerſibus Aſclepiadeum. Tertius Pherecratius, qui conſtat ſpondeo, dactylo, & ſpondeo, ita:* Grato, Pyrrha ſub antro. *Quartus Glyconius, qui conſtat ſpondeo & duobus dactylis, ita:* cui fla, uam religas, comam. Quis multa] *Percunctatur Pyrrham, cum qua olim conſueuerat, quo amatore nunc fruatur iuuene, & munditias eius, uel blanditias laudat, ſed quadã adhuc amantis inuidia, cùm ſe dicat ueluti cum dolore, eius illecebras, quibus capit ignauorum adoleſcentium animos, tanquam naufragiũ euaſiſſe per damna.* Gracilis] *Delicatus, tenuis: unde &:*
„ *Vmbræ ibant tenues.*
Perfuſus liquidis urget odorib.] *Pro fluxu ſeminali, id eſt, coitu & libidine.* Grato ſub antro] *Quod & loci gratia, & unguentorum iuuetur, nam in antris proſtare conſueuerunt, unde & fornices dicti.* Cui flauam religas comam] *Cui comeris.* Simplex mũditijs] *Simplex, incompoſita. Simplicem munditijs dicit, animo factioſam.* Mutatosq; deos] *Sibi iratos cum permiſerunt illum in foueam cadere meretriciam.* Flebit] *Vt mutatam felicitatem ſuam, dum quæritur ipſa ingratitudine nudet amatorem. Hoc autem iuxta opinionem hominum dixit, qui iratis, aut propitijs dijs lucra, ſiue diſpendia ſua applicant, ut Lucanus:*
„ *O' faciles dare ſumma Deos, eademq; tueri difficiles.*
Et aſpera] *Bene allegoricôs aſpera æquora, & auram fallacẽ meretricem uocauit, hoc eſt, inconſtantem: nam dum blandiendo inſipientem trahit, captum crudeliter nudat, inconſtantiæ maris ſimilis, unde Virgil. Méne huic concredere monſtro Aeneam, toties deceptus fraude Sereni? Idem de perfidia mulierum.*
„ *Eia age rumpe moras, uarium ac mutabile ſemper Fœmina.*
Nigris uentis] *Id eſt, contrarijs.* Inſolens] *Conſuetus & inexpertus amorum meretricum.* Aurea] *Pulchram, aut certè diuitem, ſiue ſimplicem ſignificat.* Vacuam] *Sibi uacantem, ſine dolo alijs contemptu ſuo amori deſeruientem.* Auræ] *Mutabilis fœminæ.* Miſeri] *Mira uarietate, dicendo enim eos miſeros, quibus fulgebat intentata, quaſi beatum ſe profitetur, qui iam ab ea euaſit, ſicut in ſequentibus dicit.* Me tabula] *Ac ſi diceret, adhuc non probata ignoranti nites & places.* Sacer paries] *Metaphora à naufragis, qui euadentes, pictas cladibus ſuis tabulas præferunt, & cum quibus euaſerint ueſtibus, eas ad Neptuni templum ſuſpendunt, ut Iuuenal. Et picta ſe tempeſtate tuetur. ut Virgil. Seruati ex undis ubi figere dona ſolebant. Hoc per allegoriam oſtendit poſt nuditatem ſuam à meretricis ſe amore liberatum.* Vuida] *Madida: madidus autem extrinſecus, uuidus intrinſecus.* Deo] *Neptuno.*

PORPHYR.} Quis multa gracilis] *Pyrrham meretricem alloquitur, cuius calliditatem ignorans, ait ſe quoq; in amorem eius implicitum, ſuſceptis uotis tandem euaſiſſe.* Gracilis puer] *Gracilem pro tenero poſuit. Teneri autem adhuc graciles ſolent eſſe, & puellæ, & adoleſcentes.* Heu quoties fidem, Mutatosq; deos flebit] *Per allegoriam hæc dicuntur, quibus ſignat tempeſtatum modo, mobiles eſſe meretricis huius blanditias.* Miſeri quibus

bus intentata] *Miſeros eos ait, quibus ignota & inexperta ſit huius meretricis fraudulentia: ſe autem more eorũ qui euaſerunt maxima pericula, uota ſoluiſſe, quod amore huius liberatus ſit. Videmus autem quoſdam hodie quoq; pingere in tabulis ſuos caſus, quos in mari paſſi ſint, atq; in phanis marinorum deorum ponere. Sunt etiam qui ueſtem quoq; ibi ſuſpendunt dijs eam conſecrantes.* Me tabula ſacer uotiua paries] *Per tabulam uotiuam indicat maris potenti Deo ueſtimenta ſuſpendiſſe.*

CHRISTOPH. LAND. } *Sunt enim primi duo verſ. Odæ tricolos Aſclepiadei. Tertius ferè gratius, qui eſt ex ſpondeo, dactylo, & ſpondeo ſic:* Grato, pyrrha ſub antro. *Quartus Glyconius ex ſpondeo, & duobus dactylis, ſic:* Cui fla, uam reli, gas comam. *Inuectiua eſt in meretricem auaram. Sed ridens illam more ſuo uexat. Nam omne uafer uitium ridenti. Flaccus amico Dixit: Laudat eius blanditias, ſed quadam amantis inuidia. Duo enim ſimul facit, nam & blanditias eius doloſas oſtendit, quæ amorem præferant, & dolos occultent. Et non ſine felle dijs gratias agit; quod ab eo, tanquam à naufragio in tutum portum ſe receperit.* Quis te puer] *Maximum poëtæ artificium. Primo enim pathos citat à tenella amantis ætate, cum & illum commiſeratione dignum qui puer, & propterea nondum expertus meretricum inſidias, in huius laqueos inciderit, & hanc inuidiam accumulat, quam non pudeat amãtem puerum fallere. Et utitur interrogatione, quæ ſemper orationi uehemẽtiam addit.* Quis puer] *Quaſi dicat cui puero tanta prouenit infœlicitas. Item quis puer, ut oſtendat eam ita crebro ex ſua leuitate mutare amantes, ut non facilè aliquis ſcire poſſit à quo ipſa ametur.* Vrget te] *Quaſi amplectitur te anxius, ne à ſe euoles.* Gracilis] *Id eſt, iunceo corpore & non nimiũ turgido. Laudauerat autem hunc amantem ab ætate, nunc laudat à pulchritudine, ut maior inde appareat mulieris crudelitas, quæ talem deſerat.* Multa roſa] *Intellectio eſt, id eſt, multis roſis, ſic Virgil. lib. 2. Aeneid.*

» *Atq; armato milite complent.*

Perfuſus liquidis odoribus] *Cumulus eſt in uoluptate, ut & adoleſcentem habeas, & pulchrum, & unguentis delibutum.* Odoribus] *Id eſt, unguentis, quæ odores effundunt. Acroni tamen placet liquidis odoribus, id eſt, ſeminali fluxu, id eſt, qui abſoluerit concubitum.* Antro grato] *Oſtendit loco ruris amœnum propter umbras, & quia amœnum gratum illi ſit, uel gratum, quia tecta illius umbra alienos oculos in re pudenda fugere ualeat. Acron autem exponit antro, id eſt, fornicæ, quoniam meretrices, ut ruri in antris concubebant, ſic intra urbem in fornicibus. Antrum autem, id eſt, ſpelunca Græcum eſt. Heſiodus:* ἄντρῳ ἐν γλαφυρῷ ξαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης. Cui] *Cuius gratia. Et eſt expolitio. Eadem enim ſententia eſt, quis puer urget te: & cui religas comam, quaſi dicat, cui ut placeas comis te? Et ſimul arguit eam dolis. Formam enim ſibi augent mulieres, ut illa aduerſus amantes utantur, ueluti aucupes utuntur retibus aduerſus aues. Coma autem Græcum eſt, & propriè in mulieribus dicitur. Cæſaries uerò in uiris, quoniam cæditur.* Flauam] *Si Seruio credimus, erit indicium impudicitiæ, cùm ipſe afferat olim caſtas mulieres, non niſi nigro capillo fuiſſe uſas, citatq; illud ex Iuuenale.*

» *Sed nigrum flauo crinem abſcondente galero.*

Quaſi ſit illic ſententia poëtæ, quod mulier auguſta, cuius crines eſſent nigri, ut matronalem pudicitiam fingeret, cum ad lupanar tendere flauos crines induceres, tamẽ Ouidius cõtra ſtare uidetur, qui in Faſtis de Lucretia muliere omnium caſtiſſima ſcribat.

» *Forma placet, niueusq; color, flauiq; capilli:*
» *Quiq; aderat nulla factus ab arte color.*

Simplex munditijs] *Quia nullis rebus uacat, niſi corporis ornatibus.* Munditijs] *Ergo ut abſint ſordes, uel inſpexit ad id, quod Latini mundum muliebrem ornatum appellant, ut Græci* κόσμον. Heu] *Condolet illi.* Flebis fidem] *Scilicet eſſe fractam à te, ut dicimus flet amicum, id eſt, amici miſerias. Eſt autem flere lachrymis, gemere eſt pectore cum præ anguſtia in ſonum prorumpit. Ergo & bruta ſub pondere gemunt, & inania. Virgil.*

» *Gemuit ſub pondere cimba.*

Plorare] *Eſt uoce flebili dolorem oſtendere: hinc implorare cum dolendo auxilium petimus.* Plangere] *Eſt cum præ dolore pectus caputùe, aut aliud membrum percutimus. Eiulare eſt elata uoce flere, quod eſt maximè mulierum.* Vociferare] *Non modo dolorem, ſed etiam indignationem uoce effrenata demonſtrare, nonnunquam uehementer clamare. Lamentare eſt uoce querula, & triſti oratione calamitatem teſtari.* Mutatos deos] *Id eſt, iratos ſecundùm Acronem, qui illum in baratrum meretricum impulerint. Vel intellige deos, ſcilicet Venerem & Cupidinem, quos à principio dum amabatur propitios expertus fuerat, nunc uerò iratos cernet. hinc Lucan.*

» O' *faciles dare cuncta deos, eademq; tueri Difficiles.*

Et aſpera] *Compone ſic, puer qui credulus nunc te aurea fruitur, & qui neſcius auræ fallacis ſperat te ſemper uacuam & amabilem.* Sperat] *Emirabitur inſolens æquora aſpera nigris uentis.*

Aſpera æquora] *Pulchra allegoria, quia ut maria ex trãquillis efficiuntur aſpera, id eſt, noxia propter ſæuitiem uentorum, & eſt translatio à tactu, cui aſpera nocent, ſic animus meretricis, cuius auaritia tanquam Carybdis quædam naufragium eſt amantibus exaſperaſcit: cùm mutatur, neq; ampliùs amat.* Nigris] *Noxijs. Niger enim noxius eſt & malus, ut,*

» *Hic niger eſt hunc tu Romane caueto.*

Sic contra dicimus album bonum. Iuuenal. Qui nigrum in candida uertit. Item niger mortuus. Idem,

» *Per famam & populos nigros efferre maritos.*

Sic candidus immortalis. Virgil.

» *Candidus inſuetum miratur limen Olympi* *Daphnis.*

Emirabitur] *Valde mirabitur.* Inſolens] *Inconſuetus, ſic Terentius:*

» *Quid tu Athenas inſolens?*
» *Ergo propterea mirabitur.*

Nam admirabitur, quæ præter ſolitum & opinionem accidunt. Magis ita cruciabitur, quoniam nihil tale timenti hoc accidet. Eſt autem Stoicorum ſententia, ut omnes animi perturbationes grauiores ſint, quando inopinantes nos offendunt & impræmeditatos.

Aequora] *Pro meretricis mutabili ingenio poſuit, & uentos propter crebram mutabilitatem. Hinc Virg.*

» *Varium & mutabile ſemper Fœmina.*

Meretrix blande attrahit, attractumque crudeliter nudat, inconſtantiæ maris ſimilis. Idque iure de muliere dicas, quod Virgil. de mari,

» *Mene huic confidere monſtro,*
» *Et cœli totiens deceptus fraude ſereni?*

Fruitur te] *Habet te cum ſumma ſua uoluptate, unde frui Deo dicimus, & frui amicitia, & frui ſummo bono.* Aurea] *Pulchra & bona, ut illud:*

» *Inuide quid ſpectas? illa hic mi mortua uiuit:*
» *Illa meis oculis aurea ſemper erit.*

Vel aurea] *Id eſt, diues.* Amabilem] *Id eſt, quæ ita te amet, ut amari digna ſit.* Vacuam] *Alieno ore uacuam, & uel tibi ſemper uacantem.* Credulus] *Qui facilè tibi credat, & nihil malè ſuſpicetur. Ergo tu crudeliſſima, quæ tibi credentem fallas, Citat aũt commiſerationem ab eo, quod eueniat præter ſpem, ſic Virgilius:*

» *Et nunc ille, quidem ſpe multum captus inani,*
» *Fors & uota facit.*

Auræ fallacis] *Aura lenis eſt, & placidus aëris motus, ut uentum non plenè faciat, res gratia in caloribus. Poëtæ tamen pro uento ponunt, & ſæpe pro eo, qui proſper nauigantibus adſit, quem Græci* οὔριον *dicunt* ἀπὸ τῆς οὐρᾶς, *id eſt, à cauda, quoniam à puppi ueniat. Virgil.*

» *Proſequitur ſurgens à puppi uentus euntes.*

Ergo ut maneret in translatione maris, dixit credulus auræ, quaſi confidens proſpero amori, qui paulò pòſt tamẽ falleret, ut uenti fallunt nauigantes. Capitur etiam aura pro fauore, quia cùm flat in æſtate, uideatur æſtuantibus fauere. Virgil.

» *Nunc quoq; iam nimium gaudens popularibus auris.*

Miſeri

Miſeri ſunt iј quibus] *Id eſt, gratia quorum capiendorum.* Tu nites] *Tu ornaris, & ſic inſidias tendis.* Intentata] *Nam ſi tentata fuiſſes prius uitarent te.* Me tabula] *Comparauerat mulierem maris tempeſtati, in qua naufragium facere poſſent, qui illam ſequerentur. Nunc manens in translatione, oſtendit ſe olim in ea tempeſtate naufragium feciſſe, ſed deorum gratia, quibus uota fecerat, è naufragio liberatum eſſe, & tabulam in templo Neptuni ſuſpendiſſe, quæ rem teſtaretur. Solebant etiam ex naufragio egeni effecti, tabulam in qua naufragium depictum eſſet circumferre, & illa ſibi uictum mendicare. Perſius,*

» *Cum fracta te in trabe portans.*

Et Iuuenal.

» *Et picta ſe tempeſtate tuetur.*

Ac demum templis eorum deorum per quos euaſerant, ſuſpendebant. Suſpendebant & ueſtes madidas, quibus euaſerant. Virgilius:

» *Seruati ex undis ubi figere dona ſolebant.*

Sacer paries] *Quia templi muros enim & mœnia dicimus, quibus urbs ambitur, parietes autem reliquorum ædificiorum ſunt. Hac ergo translatione indicat ſe mulieris auaritiam aufugiſſe.*

HEN. GLAR. } *Hæc Ode tricolos eſt, ac tetraſtrophos, hoc eſt, quaterni uerſus trium ſunt generum. Nam primi, quiq; duo uerſus ſunt unius generis. Mancinellus ait, hanc Oden etiam tetracolon appellari poſſe, quod de ſequenti Ode [illegible]petit, non intelligens alia ratione tricolon dici, alia tetraſtrophon. Prior enim appellatio à generum multiplicitate ſumitur. ſequens autem, à conuerſione poſt quartum uerſum ad primum. Itaque hæc Ode tricolos eſt, ac tetraſtrophos. Sequens autem tetraſtrophos dicolos non tricolos: ſed neque tetracolos, quod nomen neſcio, ubi inuenerit Mancinellus.*

PHILIP. ENGEN. } Me tabula ſacer rotiuus paries] *Metaphoricas dicit ſe liberatum amore Pyrrhæ, & proinde Deo ſuſpendiſſe tabulam, quam uouerat, ut ſolebant facere naufragi. Vnde Perſ. Sat. 1.*

» *Cantas cum fracta te in trabe pictum*
» *Ex humero portes: Verum, nec nocte paratum,*
» *Placabit qui me uolet incuruaſſe querela.*

HERM. FIG. } Quis puer] *Interrogans, quo iuuene nunc fruatur: infidelitatem & maliciam meretricum taxat, quæ eximium neminem habent, ſed eædem ſunt omnibus.* Perfuſus liquidis odoribus] *Precioſis unguentis delibutus.* Grato ſub antro] *In ſpelunca ab oculis hominum, arbitriſq; remota, & amœna, ideoq; grata.* Cui flauam] *Cui pulchrum componis & ornas capillum.* Simplex munditijs] *Ornatu quidem & natiuo colore ſimplex, nulloq; fuco nitens, ſed animo duplex & fallax.*

Heu quoties fidem] *Exclamatio eſt plena commiſerationis, quæ oſtendit, quàm longè decipiantur iuuenes, qui credũt meretrices fore conſtantes & fideles in amore, ignari quàm ſint uerſipelles, & mutabiles.* Mutatosq; Deos] *Venerem uidelicet, & Cupidinem, quos antea cùm amaretur à Pyrrha, propitios, nunc cùm ſpernatur, iratos habet.* Et aſpera nigris æquora uentis] *Elegans allegoria eſt, quæ comparat meretricis inconſtantiam & ſæuitiam maris tempeſtati. Sic Plautus:*

» *Mare non eſt mare, mulier mare acerrimum.*

Nigris] *Hoc eſt, noxijs. Nigra enim mala & ærumnoſa dicimus: ſicut alba bona & felicia.* Inſolens] *Id eſt, ignarus atq; inſuetus.* Credulus] *Simplex, improuidus, nimis temerè credens amica.*

Aurea] *Formoſa, pulchra.* Ouid.

» *Illa meis oculis aurea ſemper erit.*

Vacuam] *Alterius amore carentem, & ſe ſolùm amantem.* Auræ fallacis] *Meretricis leuitatem & inconſtantiam uentorum mobilitati confert.* Miſeri, quibus intentata] *Miſeros & infelices cenſet adoleſcentes, qui nondum experti fraudulentam Pyrrhæ ingenium, amore eius capiuntur.* Me tabula ſacer] *Redit ad allegoriam, qua ſuperiùs meretricis perfidiam & crudelitatem mari comparauit: oſtendens ſe quoq; in hoc æquore periclitatum eſſe, hoc eſt, Pyrrhæ meretricis amore captum fuiſſe, nunc uerò liberatum. Solebant autem nautæ ſeruati à periculis, naufragia in tabulis depicta, & ueſtes in templis Deorum, quibus uouerant, ſuſpendere, ad quem morem etiam alludit. Virg. lib. 12.*

» *Seruati ex undis ubi figere dona ſolebant*
» *Laurenti diuo, & uotas ſuſpendere ueſtes.*

Maris Deo] *Neptuno, cui in diuiſione regni datum eſt maritimum omne imperium.*

THEOD. PVLM. } 2 Perfuſus liquidis urget odoribus] *Liquidos odores unguenta uocat, ad diapaſmatum diſcrimen, quæ odorata quidem, non tamen liquida, ſed ſicca ſunt. Turneb. lib. 9. cap. 27.* 9 Qui nunc te fruitur credulus aurea] *Valet, qui te fruitur cariſſima ſibi, multumq; amabili & optata, & ſibi inſtar auri cupida, ut longè cariſſimũ hominibus aurum eſt, nullumq; pluris eſt metallum. Sic auream mediocritatem dixit, (2. Carm. 10.) quòd ea hominibus cariſſima, optatiſſima, & precioſiſſima eſſe debeat, & tanti æſtimanda, quanti eſt aurum, ut & reuera nonnullis eſt expetenda maximè. Turneb. lib. 9. cap. 27.*

14 Vuida] *Humida E. quod in B. ſcholion eſt.* 15 Suſpendiſſe potenti Veſtimenta maris Deo] *Id eſt, Neptuno, qui mari potitur, & cui mare ſors eſt. Potens enim non ſolum à poſſum uerbo, uerùm etiam à potior deducitur, uel auctore Cicerone 2. de Legibus, cuius uerba ſunt: Quòd ſi fingenda nomina uice poëtæ, potius uincendi atque potiundi caſta ſunt Dis cognomina. Nam, ut reor, inde dicitur omnipotens, non tantum quòd omnia poſsit: ſed etiam quòd omnibus potitur. Vide Turneb. libro 6. capite 6. & libro 29. capite 24.*

GEOR. FABR. } *Deteſtatur ſuo exemplo amorem turpem, & eum maturè adoleſcentulis decet eſſe fugiendum. Miſeria amantium oſtenditur ex eo, quòd naufragis ſimiles ſunt, facta enim iactura ualetudinis, opum, famæ, ſapere ſerò nimis incipiunt.*

Tabula ſacer Votiua paries indicat humida] *Helenius, & manuſcripta, uuida. Vuidum eſt, quod non per ſe humidum, ſed aliunde eſt madefactum. Ita infrà Carm. 4. 5.*

» *——Dicimus uuidi,*
» *Cùm Sol oceano ſubeſt.*

Vuidi, nunc bene poti: uino depoſiti, per metaphoram. Plaut. in Rudente,

» *Egentes, uuidas, eiecta, exanimatas recipit ad ſeſe.*

Hic propriè uuidas, hoc eſt, fluctibus maris madentes. Eius contrarium eſt Aridum, quod nullam habet naturalem humiditatem.

Nec regna uini ſortiêre talis] *Non delectaberis conuiuijs, aut tuam magiſterio, quod iactu talorum contingebat. Vini regem, βασιλέα, interpretatur Plut. συμποσίαρχον. Athenienſes uocarunt οἰνόπτην, uulgò Ein weinſcher, Cicero ſummum in poculo uel ſingulari nomine, magiſtrum.* Nec tenerum Lycidam mirabere] *Lycidas nomen pueri ad pocula ſtantis, Zwolfele, ſumptus ex eclogis paſtoralibus Bionis & Theocriti. Solebant etiam apud Romanos, ut Athenæus inquit, οἱ εὐγενέστατοι τῶν παίδων λειτουργίαν ταύτην ἐν τελέσιν.*

IOAN. THOM. FREIG. } *Conſtat integro ſyllogiſmo:*

Quem Pyrrha fouet, is miſer eſt:
At puerum fouet.
Puer ergo miſer eſt.

Quis multa] *Aſſumptio eſt.* Heu quoties] *Complexio per exclamationem & allegoriam.* Aura] *Meretrix aura fallax: manet autem in allegoria.* Miſeri] *Propoſitio illuſtrata ab exemplo Horatij, & allegoria ſumta à ritu naufragorum.*

ODE

ODE VI. AD AGRIPPAM.

[illegible]

Ode VI. Dicolos Tetraſtrophos. Primi tres uerſus ſunt Aſclepiadei, qualis ille: Mecœnas atauis edite regibus. Scanduntur enim hoc modo:

Scribe - - ris Vario - vv - fortis & ho - vv - ſtium vv
Victor - - Mæonij - vv - carminis a - - vv - lite vv
Quam rem - - cunque ferox - vv - nauibus aut - vv - equis v -
Quartus autem Glyconius, qualis: Sic de diua potens Cypri. Scanditur autem ſic:
Miles - - te duce geſ - vv - ſerit vv.

– – –vv– –vv– vv
– – –vv– –vv– vv
– – –vv– –vv– v–
– – –vv– vv.

ARGVMENTVM IN ODEN VI.

Negat ſe eſſe eo ingenio, ut Agrippæ res geſtas pro dignitate ſcribere poſſit, ſibi non conuenire tam ſublime argumentum: proinde Varium Poëtam rectiùs ſcripturum eius præclara facinora, qui ad Homericam fœlicitatem proximè accedat.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Ad M. Agrippam, uirum primæ authoritatis ſcribit, quem à fortitudine, & felicitate laudat. Vnde etiam dignum exiſtimat, qui à Vario poëta magno, immortalitati conſecretur. Sic autem utrunque laudat, ut per extenuationem, miram gratiam ſibi conciliet, cùm dicit ſe magis ad res leniores, quàm uel Heroicas, & Tragicas natum.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Oſtendit Lyricum carmen humilius eſſe, ac ut dignum res arduas Agrippæ cantare poſſit. Rectiùs itaque Varium ſublimem & grauem poëtam præclara eius facinora ſcripturum.

COMMENTARIA.

SCRIBERIS Vario fortis, & hoſtiũ
Victor, Mæonij carminis alite,
Quam rem cũque ferox nauibus,
aut equis
Miles te duce geſſerit.
Nos, Agrippa, neque hæc dicere, nec grauẽ
Pelidæ ſtomachum, cedere neſcij,
Nec curſus duplicis per mare Vlyſſei,
Nec ſæuam Pelopis domum
Conamur, tenues grandia, dum pudor,
Imbellisque lyræ Muſa potens uetat
Laudes egregij Cæſaris, & tuas
Culpa deterrere ingenî.
Quis Martem tunica tectum adamantina
Digne ſcripſerit? aut puluere Troico
Nigrum Merionen? aut ope Palladis
Tydiden ſuperis parem?
Nos conuiuia, nos prælia uirginum
Sectis in iuuenes unguibus acrium
Cantamus uacui: ſiue quid urimur,
Non præter ſolitum leues.

ACRON.

SCRIBERIS Vario fortis] *Metrum tribus uerſibus Aſclepiadeum, quartus Glyconius.* Scriberis] *Dicit Agrippæ, nauales ſeu terreſtres uictoriæ tuæ ſcribentur à Vario perfecto oratore. Cæterùm ingenium ſuum metrorum ludo deditum, laudes bellicas impar canere.* Mæonij] *Homerici qui de Mæonia fuit, id eſt, tali carmine ſcriberis à Vario, quali uſus eſt Homerus.* Alite] *Auſpicio ſiue bono omine.* Ferox] *Fortis.* Nos Agrippa] *Vocatiuus caſus. Ordo talis eſt:* Quancunque rem ferox miles geſſerit te duce, nauib. aut equis, nos tenues, nec conamur dicere hæc, nec conamur Grauem ſtomachum Pelidæ, cedere neſcij] *Id eſt, inuicti, ferocis, ut: Rumpuntur neſcia uinci Pectora, ne conamur dicere curſus duplicis Vlyſſei per mare, nec conamur dicere ſæuam domum Pelopis, dum pudor, & muſa potens lyræ uetat deterrere laudes egregij Cæſaris, & tuas, culpa ingenij.* Pelidæ ſtomachũ] *Synecdochicốs à parte totum. Stomachum autem pro ingenti ira poſuit.* Culpa ingenij] *Id eſt, tarditate ſenſus.* Duplicis Vlyſſei] *Duplicis, aut propter errores dictũ, aut quia fertur doloſus, aut certè duplicis propter annos uiginti. Nã dum alij duces capta Troia poſt decem annos reuerſi ſunt, Vlyſſes ſolus poſt uiginti annos reuerſus in patriam dicitur.* Pelopis domum] *Atreum & Thyeſtem, à quibus dijs epulæ humanæ carnis appoſitæ ſunt, unde & Thyeſtem tragœdiam Varius ſcripſit, quem & Virgil. laudat:*

„ *Nam neque adhuc Vario uideor, nec dicere Cinna Digna.*

Conamur] *Extenuat uires ſuas, ac ſi diceret, nos tenues non audẽmus grandia.* Imbellis lyræ] *Quòd neſciat res bellicas & altas, uel triſtes deſcribere.* Adamantina tunica] *Lorica. Alluſit propter duritiem, nam bellum in quibuſdam inſuperabile eſt.* Nigrũ] *Inſtantia certaminis & pugnando ſquallentem, Meriones fortiter pugnauit in bello Troiano.* Tydiden] *Diomedem.* Nos conuiuia] *Id eſt, tantum ex uoluptatibus ſcribimus. Ordo eſt,* nos uacui cantamus conuiuia. Prælia uirginum] *Iuuenibus reſiſtentium.* In iuuenes] *In os iuuenum.* Vnguibus ſectis] *Ad repugnandum acutis & præparatis.* Vacui] *Amore, id eſt, non amantes, ſed ſecuri.* Siue quod urimur] *Id eſt, ſeu forte amamus. Qui enim amat, uritur. Virgil.*

„ *Vritur infelix Dido.—*

Oſtendit ſe omni tẽpore ſeu amãtẽ, ſeu nõ amantẽ id ſtudij habere. Ordo eſt: Seu non præter ſolitũ leues quo urimur. *non enim præter ſolitũ leuis eſt, qui uritur, cum omni tẽpore ſit inconſtans.* Leues] *Nihil cõſtantiæ habentes, quæ eſt conſuetudo amatoribus.*

PORPHYR. } Scribêris Vario fortis] *Agrippam alloquitur, cuius rebus geſtis negat Lyrico ſe carmine ſatisfacere poſſe: ideoque à Vario ea ſcribi debere. Fuit autẽ L. Parius, & ipſe carminis Tragœdiarum & Eclogarum author, Virgilij contubernalis.* Mæonij carminis alite] *Ac ſi diceret, Homericis auſpicijs, ac per hoc Homerica ſublimitate. Notum autem inter opiniones, quæ de natalib. Homeri feruntur, & hanc eſſe,*

quaſi Mæonis filius fuerit. Quam rem cunq; ferox nauibus aut equis Miles te duce geſſerit] *Figurata elocutio. Nam cùm dixiſſet, ſcriberis, intulit quam rem cunq; miles geſſerit, te duce. Simplex autem elocutio erat: Scribentur res quaſcunq; miles geſſerit te duce.* Nec curſus duplicis per mare Vlyſſei] *Amphibolum, nam & duplicis Vlyſſei poteſt accipi, quod ſignificat callidi: Poteſt & duplices curſus per accuſatiuum pluralem accipi, id eſt, itus ac reditus.* Nec ſæuam Pelopis domum] *Notæ hiſtoriæ ſunt de Tantali genere, ex quo Pelops ortus, deinde Atreus & Thyeſtes, deinde Oreſtes, de quorum ſceleribus Tragœdias compoſitas ſcimus, quarum ſtylus non niſi ſublimitate fertur, cui ſe negat hic poëta ſufficere.* Culpa deterere ingenij] *Bellè, culpa ingenij, humanum uitium autem non aliud, quàm humilitatem uult intelligi. Detere autem minuere ſignat, & ex conſequenti, quia quæ deteruntur, comminuuntur.* Quis Martem tunica tectum adamantina] *Id eſt, quæ perrumpi non poſsit, Adamas enim lapis duriſsimus, figuratè autem negat ſe poſſe res bellicas ſcribere. Verum Varium potiùs, qui ſit Homerico ſpiritu.* Nos prælia uirginum ſectis unguibus cantamus uacui] *Vtrum, cùm uacui ſumus, an ideò hæc cantamus, qui uacui ſumus, id eſt, à negocijs liberi, quod magis uidetur ſenſiſſe, cum ſubijciat, non præter ſolitum leues, id eſt, ex conſuetudine leues.*

CHRIST. LAND. } *Ode Dicolos: Primi enim tres uerſus Aſclepiadei, quartus Glyconius. Ad M. Agrippam, cuius autoritas ſumma erat apud Auguſtū, cum omnia penè grauiora bella per eum gereret Imperator. De quo Maro.*

„ *Parte alia uentis & dijs Agrippa ſecundis.*

Laudat & Varium poëtam, quem affirmat elegantia, dignitateq; ſui ſtyli poſſe deſcribere egregia facinora Agrippæ, quæ ipſe tenuitate ſui ſtyli non poſsit. Fortis & uictor hoſtium] *Non ſuperfluū eſt eum fortem appellaſſe, addere & uictor hoſtium. Non enim ſatis per ſe eſt fortitudo ad uictoriam de hoſtibus reportandam, niſi adſint & multæ aliæ uirtutes militares. Ergo illæ quoq; affuêre, cū ſit uictor hoſtium.* Scriberis] *Q.d. mandabitur æternitati nomē tuum, cùm talis poëta tuas egregiè geſtas res ſcribat. Non enim ferè aliter immortalis redditur Imperator, niſi & ipſe magna facinora ediderit, & eum ſcriptorem nanciſcatur, qui multum eloquentia ualeat. Quod & Alexander ille Magnus apud ſepulchrum Achillis ſignificauit, cùm Achillem ob id felicem dicat, quod Homericā tubam ſortitus ſit. Puto autem hæc ſcripſiſſe Horatium poſt profligatam Antonianam claſſem, in qua pugna ille optimam operam Auguſto nauauit.* Vario] *Id eſt, à Vario, quem & Virg. tanti facit ut dicat.*

„ *Nam neq; adhuc Vario uideor, nec dicere Cynna*
„ *Digna, ſed argutos interſtrepere anſer olores.*

Et ſcriberis alite] *Id eſt, eo auſpicio quo Homerus ſcripſit ſua poëmata. Ergo ſcriberis elegantiſsimo ſtylo, & poſuit auſpicium pro facultate, quaſi dicat, quod idē poterit Varius quod Homerus. Eſt autem auſpicium pro potentia, per quandam tranſlationem à magiſtratibus. nam qui iiſdem auſpicijs creabantur, eiuſdem erant poteſtatis. Hinc Virgil.*

„ *Partibuſq; regamus auſpicijs.* *Id eſt, pari poteſtate.*

Mæonij] *Quia Homerus ex Mæonia fuit. Quamuis multæ urbes de huius poëtæ patria certent. Nam & Colophon, & Smyrna, et Athenæ ſuum eſſe uolunt.* Quam rem cunq; ferox] *Ordo eſt, ô Agrippa nos tenues non conamur dicere quamcunq; rem miles te duce geſſerit nauibus aut equis, id eſt, mari, aut terra. Neq; conamur dicere grauem ſtomachum Pelidæ, nec curſus duplices Vlyſsis. Vbi uidetur comparare facinora Agrippæ, & Achillis fortitudini, & Vlyſsis ſapientiæ, & quaſi concludit quod ſi poſſet ſcribere Agrippam, poſſet ſcribere aliquid par, & Iliadi Homericæ in qua laudat Achillem, & Odiſſe in qua deſcribit Vlyſsis ſapientiā. Ex quo elicitur oportere ſe alterum eſſe Homerum, ſi ſua eloquentia par hominis uirtutibus eſſe uelit.* Te duce] *Ac ſi dicat tua prudentia, tuo conſilio, & tua fortitudine. Agrippa etſi nomen propriū ſit, tamen is Agrippa dicebatur, qui præmiſsis pedibus ex materno uentre oritur, quaſi æger partus.* Dicere] *Deſcribere & laudare. Sic in primo Epiſt.*

„ *Prima dicta mihi ſumma dicenda Camena.* *Et Virg.*
„ *Cui non dictus Hylas puer & Latonia Delos.*

In cauſis autem dicere is dicitur qui defendit: Agere potius qui accuſat, hinc addicere, conſecrare. Virg.

„ *Iunoni infernæ dictus ſacer.* *Id eſt, addictus. Item deſtinare. Cic. de Offic. Cùm is qui morti addictus eſſet: paucos dies commendandorū ſuorum cauſa poſtulaſſet.* Stomachum] *Indignationem atq; iram. Hinc ſtomachari, indignari ſignificat, ut illud,*

„ *Sectum ſtomacharis ad unguem.*

Grauem] *Græcis pernicioſum, uel grauem, qui ab eo dimoueri non poſſet. Fabula apud Homerum nota. Agamemnon captiuam Chryſei, de qua uehementer amabat, oranti Chryſeæ patri redemptionē offerenti reddere neglexit. Apollo aūt iuſtis precibus Chryſæ ſui ſacerdotis motus, peſte exercitum Græcorū affligebat. Græci autem ut peſtem euaderent, auctore Achille, Agamemnonē impulerunt, ut puellam redderet. At ille Breyſeidē Achillis captiuam, & ab eo uehemēter amatam, ſibi arripuit. Quod ita grauiter tulit Achilles, ut deinceps à pugna ceſſaret, neq; amicorum precibus, neq; muneribus placari potuit, ut ſæpiſsimè in fugam ab Hectore uerſis Græcis ſuccurrere curaret.* Ergo Pelidæ] *Id eſt, Achillis Pelei filij.* Neſcij cedere] *Id eſt, cōcedere ipſi iræ.* Duplices] *Vel aſtutos & uafros, ut deſcribitur ipſe ab Homero, uel duplicatus à curſu reliquorum Græcorum, cū illi decem annos domo abfuiſſent, ipſe uerò uiginti.* Vlyſſei] *Pro Vlyſsis. Eſt enim datiuus Græcus, quem Latini pro genitiuo uſurpant: Sed modo per ſynereſim, ut illud,*

„ *Reliquias Danaum, atq; immitis Achilli.*

Eſt enim ἀχιλλεῖ & ἀχιλλεῖ, aut per diereſim, ut hîc: Domum] *Familiam, ſic Iuuenalis.*

„ *Sed cum tota domus rheda componitur una.*

Aliquando pro patria ponitur: ut,

„ *Da propriam Tymbræe domum: da mœnia feſsis.*

Sed propriè habitaculum ipſum ſignificat domus. Virgil.

„ *Aſt ubi iam patriæ peruentum ad limina ſedis*
„ *Antiquaſq; domos,——*

Et per ſimilitudinem etiam, quo ſeſe bruta accipiunt domos dicūt. Virgil. in Georg.

„ *Antiquaſq; domos uolucrum.*

Significat etiam templum. Iuuenal.

„ *Ante domum Veneris, quam Dorica ſuſtinet Anchon.*

Differt autem Domicilium à domo, nam domicilium eſt cùm ſedes in aliqua urbe certas poſuimus, tanquam ciues illius futuri. Nam qui ad tempus habitat mox inde diſceſſurus, domum quidem poteſt habere, quam conduxerit. Domicilium autem non habet. Sæuam] *Propter Atreum & Thyeſtem fratres inter ſe crudeliſsimos. Tantalus filius Iouis ſecundùm Euſebium, Phrygum rex fuit Erichthæo Athenis regnante, ex Taygete filium Pelopem genuit, & cùm deos conuiuas accepturus eſſet, ob auaritiam Pelopem epulandum dedit. Nullus autem præter Cererem ex eo guſtauit. Illa humerum exedit, ſed dij eburneum reſtituerunt, & per Mercurium, eius animam ab inferis reuocarunt. Vnde Virgil.*

„ *Humeroq; Pelops inſignis eburno.*

À Pelope, Peloponneſum dictam uolunt. Ex Pelope & Hippodamia uxore nati ſunt Atreus & Thyeſtes, qui alternis annis in Peloponneſo regnantes in maximas diſcordias inciderunt: id operante Mercurio (ſecundùm Lactantiū) ut cædē Myrtili filij à Pelope in mare deiecti ulciſceretur. Erat præterea Atreo aries aureo uellere inſignis, quem cupiens, Thyeſtes ratus eſt ſe per concubitum Meropis, uel ut alij dicunt Europes illius uxoris conſequi poſſe. Itaq; ex illa tres filios genuit, quos deinde ſibi neſcio, Atreus epulandos dedit. Quo tempore ſolem ne tale aſpiceret facinus in orientem rediſſe dicunt. Quod fingitur, quia Eclypſim ea tempeſtate factam & antea ignoratam demonſtrauit. Hanc tragœdiam ſcripſit Varius: de quo paulò ſuprà. Tenues] *Qui ſumus tenui ingenio. Et in animo tenuis defectum ſignificat: Subtilis uerò acumē. Cicero, Orator ſubtilis, ſed parum uehemēns.* Non conamur ergo, quæ grandia ſunt] *Quia pudor, qui prouenit ex conſcientia noſtræ imbecillitatis, & Muſa noſtra potens imbellis lyræ.* Vetat me deterere] *Id eſt, diminuere tuas & Cæſaris laudes nō noſtra uoluntate, ſed culpa me-*

pæ ingenij, quod mihi tenue eſt. Nec dixit ſimpliciter imbellis, id eſt, imbecillis lyræ, id eſt, carminis Lyrici, quia illo etiam grandia deſcribūtur: ut ipſe alibi. Sed loquitur de ſuo proprio ſtylo quē elegit tenuē: ut Quintilianus oſtendit. Deterere eſt, aliquid de re diminuere, unde eſt deterior non peior, ſed minus bonus. Quis Martem] Sententia eſt, quod non audeat laudes Auguſti & Agrippæ deſcribere, quia non id minus eſſet, quàm ut Martem, aut Diomedem, aut ſimiles deos, uel heroas deſcribere. Quam rem ipſe imbellis Muſa non ualet. Maxima ergo laus quòd ipſos iſtis comparet. Quis Martem] Quaſi dicat nullus, niſi egregius poëta. Martem tectum tunica adamantina] Magna res deſcribere Martem, ſed maxima cùm fuerit in bello. Tectum deſenſum] Tunica propriè eſt ueſtis interior, hic pro lorica accipe. Adamantina] Infrangibili ab adamantis duritia. Adamas lapis, quaſi indomitus dicitur. Nam ἀ priuat, & Δαμάω Græcè domo ſignificat. Memnona] Laomedontis frater fuit Thitonus: hic ad orientalem regionem profectus multos populos ſubegit. Et propter eius excellentiam Auroram in coniugem ſumpſiſſe dicitur: neq; niſi in extrema ſenectute (quæ loquacior eſſe ſolet) deceſſit. Vnde fabulātur illum in cicadam fuiſſe conuerſum. Huius filius Memnon in auxilium Priamo ueniſſe ab Homero traditur, curaſſéq; auroram matrem, ut infrangibilia illi arma Vulcanus fabricaret. Hinc Virgilius:

» Et nigri Memnonis arma.

Tandem ab Achille interfectus eſt. Diodorus tamen refert illum ab Aſſyrijs, quorum Priamus uectigal eſſet, in auxilium Priamo cum uiginti millib. peditum, & ducentis curribus miſſum. Refertq; Solinus ſingulis annis ex Aethiopia ad huius ſepulchrum conuolare aues, & ibi inter ſe decertare. Nigrum] Quia Aethiops. Puluere Troico in pugnis apud Troiam geſtis, ubi equorum pulſu puluis excitari ſolet. Tydidem] Diomedem Tydei filium, qui auctore Homero Aeneam, Hectoremq; Palladis auxilio uicit. Et Venerem cùm Aeneam filium protegeret uulnerauit. Quapropter ipſa apud Virgilium.

» Credo etiam quod nunc mea uulnera reſtant.

Ergo fuit par ſuperis. Nos conuiuia] Quoniam grauiori ſtylo ad res altas peruenire non poſſumus, ſcribemus hæc minora. Prælia uirginum] Quæ uel pudore dictæ reluctantur cupidis amantibus, uel à natura muliebri non diſcedunt, quæ cùm maximè quippiam cupiant, tum maximè cogi uolunt. Vel natura peruicacia, ut eſt apud Terentium: Nolunt ubi uelis, ubi nolis, cupiunt ultrò. Acrium] Quia uehementer reſiſtunt. Sectis] Quaſi illos acuant ad repugnandum. Vacui] Scilicet amore, id eſt, non amantes. Siue quid urimur] Siue amantes, Nam amor ardentiſſima eſt cupiditas. Vnde ſe ipſe cupido facibus amatur, & amor ignis dicitur. Virgilius,

» Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni.

Leues non præter ſolitum] Id eſt, leues ut ſolent amantes eſſe, uel leues, quòd leuiori utatur ſtylo, ut ſolet.

ERAS. ROT. } Ales hic non animal, ſed augurium ipſum, & omen ſignificat, autore Eraſmo in Prouerbijs: Meliores nanciſci aues.

IOAN. HART. } Tunica Amantina] Homerus χαλκοχίτωνα dixit Odyſſ. α. & aliàs. Tydiden ſuperis parem] περίφρασις Græca epitheta ἰσόθεος θεοείκελος. Cedere neſcij] Lege Homer. Iliad. ε & ι.

HENRICVS GLAR. } Conamur tenues grandia] Diſtinguendum poſt grandia, ut ſit appoſitiua conſtructio, referaturq; ad omnia ante dicta. Mancinellus putat uel Meriones, uel Myriones legi poſſe: quod neſcio quo authore dicat, cum in Homero ubiq; ſit μηριόνης, Meriones.

PHILIP. ENGEN. } Gellius, Septem urbes certant de ſtirpe inſignis Homeri: Smyrnæ, Rhodos, Colophon, Chios, Ios, Argos, Athenæ.

HERMAN. FIG. } Vario] Varius Poëta fuit tragicus, quem cuilibet Græcorum cōparari poſſe, ait Quintilianus. Mæonij carminis alite] Hoc eſt, omine bono, quali uſus eſt Homerus in ſcribendis carminibus. Nam apud Latinos auis & ales, interdum non animal, ſed omen ipſum & augurium ſignificat, autore Eraſmo. Ceterùm Homerus, ingeniorum fons, ac uirtutum parens, tantæ fuit authoritatis & exiſtimationis, ut multæ ciuitates Græciæ (teſte Cicerone) ſuum ciuem eſſe contenderint. Id quod etiam Græcum quoddam carmen apud Gellium declarat. Et non inſuaue Antipatris epigramma ea de re apud Plutarchum refertur. Mæonius autem uocatur Homerus, à Mæonia regione, antea Lydia appellata. Vel à Mæone Lydorum rege, ut dicit Ariſtoteles in lib. 3. de Poëtica. Nauibus, aut equis] Agrippam Auguſtus, quòd in Sicilia uirtute & opera eius Sextus Pompeius nauali prælio fuiſſet profligatus, cæruleo uexillo donauit. Plinius ſcribit, Auguſtum etiam coronam roſtratam ei tribuiſſe. Te duce] Dux à ducendo, qui exercitui præeſt, & ſequentem eum ducit contra hoſtes. Is conſularibus inſignibus utebatur. Vnde Ducatus, aliàs regio, cui dux dominatur, aliàs ipſa ducis dignitas. Præfectura, & imperium militare nunc dicitur. Agrippa] Hunc Auguſtus ob patientiam laboris, modeſtiamq; præcipuum habuit amicum, eiq; filiam Iuliam nuptui dedit. Dictos autem Agrippas plerique autumant, quòd contra naſcentium legem, pedibus prius ex utero emerſis, nati eſſent, quod omen infelicitatis fuit. Pelidæ] Achillis, per Antonomaſiam. Fuit autem Achilles Græcorum omnium fortiſſimus, filius Pelei & Thedidis, à Chirone Centauro nutritus: & à Paride in templo Tymbrei Apollinis ſagitta occiſus. Hunc fortunatum dixit Alexander Magnus, quòd illi contigiſſet Homerum habere præconem. Quo ſignificare uoluit, maximam & immortalem eſſe gloriam, quam fortes uiri à bonis ſcriptoribus conſequuntur. Grauem ſtomachum] Hoc eſt, ſæuam iracundiam: Fuit enim pronus ad iram Achilles, id quod etiam eius amicus alter ipſe, Patroclus, apud Homerum alloquens Neſtorem, his uerbis declarat:

» εὖ δὲ σὺ οἶσθα γεραιὲ διοτρεφὲς, οἷος ἐκεῖνος,
» δεινὸς ἀνὴρ, τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο.

Stomachum] Stomachus canalis eſt, per quem illabuntur in uentriculum, quæ ab ore accepta ſunt. Hic & οἰσοφάγος dicitur. Lædentia faſtidit. Ponitur pro indignatione & ira, ut hîc. Cicero pro Muræna: Si mihi homini uehementer occupato ſtomachum moueritis, triduo me Iuriſconſultum eſſe profitebor. Curſus per mare] Hoc eſt, Errores. Nam cûm Vlyſſes capta iam Troia, domum reuerti uellet, agitatus à uentis, decem annos errauit in mari. Hos errores ſuos ipſe in Odyſſea Alcinoo rege Phæacenſium exponit. Duplicis] Doloſi & uerſipellis. nam duplices uiri prouerbiali ioco uocantur: qui ſunt lubrica & inſyncera fide: qui aliud in ore, aliud in corde habent, qualis fuit Vlyſſes, quem Homerus ubique uerſutum, ſimulantem, ac diſſimulantem facit. Vlyſſei] Rex fuit Ithacæ Vlyſſes, filius Laërtæ & Anticleæ, prudentiſſimus & laborum patientiſſimus. Sæuam Pelopis domū] Hoc eſt, immanem & crudelem Pelopis familiam. Domus enim quandoq; familiam denotat, & per μετωνυμίαν tanquam continens, pro contento ponitur. Pelops autem filius fuit Tantali & Taygetæ, rex Phrygum bellicoſus. Is filios habuit Atreum, & Thyeſten, tam ſæuos & crudeles, ut alter cum uxore alterius concubuerit, alter proprios filios coctos comedendos, & ſanguinem eorum bibendum alteri appoſuerit. Conamur tenues grandia] Quaſi dicat nos humiles lyrici poëtæ nos canimus res ſublimes, & tragico cothurno dignas, eſt enim imbecillior lyra noſtra, ac ut queat Epici carminis onera ſuſtinere. Dum pudor uetat] Sic infrà lib. 2. Epiſt. inquit ad Auguſtum.

» ——Sed neq; paruum
» Carmen maieſtas recipit tua, nec meus audet
» Rem tentare pudor, quam uires ferre recuſent.

Et eſt pulchrum modeſtiæ exemplum, admonens nos celebratiſſimi illius apophthegmatis, quod Diogenes Thaleti tribuit: Iuuenalis è cælo deſcendiſſe ait γνῶθι σεαυτόν. Culpa deterere ingenij] Hoc eſt, ingenij mei tenuitate & imbecillitate, Auguſti laudes magis minuere, quàm augere. Quis Martem tunica] Quaſi dicat imbellem Lyram non poſſe res bellicas & imperatorias uirtutes ſatis pro dignitate decantare. Tunica tectum adamantina] Hoc eſt, duriſſima & firmiſſima indutum lorica, tanquam bellatorem. Nam quicquid inuictum atq; inexpugnabile eſt, id adamantinum

uocamus,ob incredibilē adamantis duritiē. Puluere Troico nigrum] *Hoc eſt, puluere in Troiano bello magna cum clade ſordidatum.* Merionen] *Meriones cum Idumenæo quadraginta naues Cretenſium ad bellum Troianum duxit. Vir bellicoſiſſimus, quem Homerus ἀτάλαντον Ἐνυαλίῳ facit. Et qui ſemper in primo agmine ſtabat, ubi uis maxima pugnæ. Sic enim ipſe apud Homer.*

» *Μετὰ πρώτοισι μάχην ἀνὰ κυδιάνειραν,*
» *Ἵστασκ', ὁππότε οἶκος ὁρμήνται πολέμοιο.*

Palladis] *Pallas, quæ alio nomine dicitur Minerua, uulgato ferè Poëtarum omnium carmine è cerebro Iouis nata fingitur, de qua re etiam apud Lucianum feſtiuus extat dialogus. Hæc princeps & inuentrix fuit belli, unde etiam Bellona, & armipotens cognominata eſt. Nuncupatur autem Pallas ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ, hoc eſt, uibrando haſtam.* Ope Palladis Tydeden ſuperis parem] *Nā Pallas tantum roboris & audaciæ immiſit Diomedi, ut non ſit ueritus etiam cum Dijs pugnare, Marteḿq; ipſum & Venerem etiam uulnerare, autore primo Hom. in 5. Iliad. ubi ſic ipſum affatur Pallas:*

» *Τυδείδη Διόμηδες ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ,*
» *Μήτε σύ γ' Ἄρηα τόνδε δείδιθι, μήτε τιν' ἄλλον*
» *Ἀθανάτων, τοίητοι ἐγὼν ἐπιτάῤῥοθός εἰμι.*

Deinde Virgilio, apud quem ipſe in 11. ſic loquitur:

» *——Ferro cœleſtia corpora demens*
» *Appetij, & Veneris uiolaui uulnere dextram.*

Nos conuiuia, nos prælia uirginum] *Materia Lyrici carminis. Hoc enim Deorum & fortium uirorum laudes primùm: poſtea iuuenum amores, & conuiuia canebantur.* Sectis in iuuenes unguibus] *Huiuſmodi enim diſsidiola inter amantes amorem augēt. Hinc Cornelius Gallus:*

» *Vnguibus & morſu teneri paſcuntur amores,*
» *Vulnera non refugit res magis apta plagæ.*

Vrimur] *Id eſt, amamus. Translatio ab igne, qui paſsim apud Poëtas pro amore ponitur. Virgil.*

» *Vritur infelix Dido.*

THEOD. PVLM. } 2 Alite] *Id eſt, penna, calamo, ſtylo. Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 6. cap. 12 Ioan. Paſſeratius, inquit Lambinus, legendum exiſtimat* aliti, *id eſt, ſcriberis à Vario, aue Mæonij carminis, hoc eſt, poëta heroico, ſeu poëta res geſtas canente Homerico carmine, ſeu cantu prædito planè Mæonio & Homerico.* 7 Duplicis] *G.* duplices, *H.E.B.* Vlyſſei] *Vlixei. H.G.E.B. cum i Latina & x. quo modo & in alijs ueterum auctorum codicibus antiquis ſemper ſcriptū reperi:* 10 Vetat] *Vetāt. Georg. Fabricius inuenit in antiquis.* 19 Quid urimur] *H.G.E.B.* quòd urimur, *editio Aldina.*

M. ANTON. MVRET. } Nec curſus duplices per mare Vlyſſei] *Curſus duplices exponunt, itionem & reditionē. ego illam alteram ueterum interpretum ſententiam malo: ut nomē, duplicis, referatur ad Vlyſſem: quem minimè ſimplicem fuiſſe accepimus, ſed uerſutum & fraudulentum, tales autem duplices eleganter dicuntur. Catullus:*

» *Nam mihi quam dederit duplex Amathuntea curam,*
» *Scitis.——*

Eurip. in Rhæſo:

» *——φιλῶ λέγειν*
» *Τἀληθὲς αἰεὶ, κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ.*

Et paulò pòſt:

» *Τοιοῦτός εἰμι κ' αὐτὸς εὐθεῖαν λόγων*
» *Τέμνων κέλευθον, κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ.*

GEOR. FABR. } *Ad Agrippam ſcribens, Auguſti ſocerum, excuſat ingenij ſui tenuitatem, & Varium aptiorem eſſe teſtatur ſcribendi hiſtorias, quàm ſe: ideóq; iudicio abſtinere ab eo ſcripti genere, cui impar ſit facultate, & quod hoc genus carminis materiam grandiorem non admittat.* Dum pudor, Imbellisque lyræ Muſa potens uetant] *In numero plurali uetant inueni in antiquis, uetant. Potens lyræ. Horatianum eſt, ut paulò antè,*

» *Potens maris, & potens Cypri.*

Nec curſus duplices per mare Vlyſſei] *Ita uulgata, quemodo Cicero 1. Tuſc. Duæ ſunt uiæ, duplicesq; curſus animorum è corpore exeuntium. Nunc curſum duplicem itum reditumúe poteſt quis intelligere, ut Porphyrio: ſed alij malunt duplicis Vlyſſei, in qua opinione & ueteres fuerunt, ut conſtat ex interpretibus. nec aliter exemplum Baſilienſe Valentini Curionis, quod ex impreſſis iudicaui hactenus emendatiſsimum.* Puluere Troico Nigrum Merionem] *Miror eum, qui ſcribere auſus eſt,* Nigrum Memnona, dis ope Palladis Tydidem ſuperis parem. *Mentionem facit nunc Græcorum, nullius Troiani: & Memnon niger fuit colore patriæ, quod nec ipſum laudis eſt: Meriones uerò puluere hoſtili, quod uiri non ignaui eſt indicium: ut, Non indecoro puluere ſordidos.* Aut ope Palladis Tydidem ſuperis parem] *Minerua Diomedem uiuentem conſeruauit, ut Homerus: defunctum in numerum deorum retulit, ut Pindarus.*

IOAN. THOM. FREIG. } Quæſtio eſt, *an Agrippæ laudes Horatius ſcribere debeat. Reſponſio eſt, quòd non Horatius, ſed Varius ſcribere debeat. Ratio eſt ex adiunctis Horatij, quòd tenuis ſit:*

Tenues non ſcribunt grandia,
At Horatius eſt tenuis,
Horatius igitur non ſcribit grandia.

Nos Agrippa] *Complexio eſt Syllogiſmi ex diuerſis.* Tenues] *Aſſumptio adiūctis aucta, ut pudore & lyra imbelli.* Quis Martē] *Propoſitio ſyllogiſmi.* Nos conuiuia] *Iteratio complexionis.*

ODE VII. AD L. MVNATIVM PLANCVM CONSVLAREM.

παραινετική.

Ode VII. *Dicolos diſtrophos. Primus uerſus eſt Heroicus hexameter catalectus, conſtans ſex locis, pedibus duobus, dactylo & ſpondeo indifferenter in omnibus locis, quanquam in quinto aliquando ſpondeus ponitur, & in ſexto dactylus, ubi etiam ſæpe pro ſpondeo trochæus admittitur. Scanditur autem ſic:*

Lauda - - *bunt ali* - ᴗᴗ *i cla* - - *ram* Rhodon - ᴗᴗ *aut Mity* - ᴗᴗ *lenen* - -

Secundus eſt Alcmanius dactylicus Tetrameter, acatalectus habens quatuor ultimos pedes heroici uerſus, ſic: Aut Ephe - ᴗᴗ *ſum bima* - ᴗᴗ *riſue Co* - ᴗᴗ *rinthi* - -

- - -ᴗᴗ - - -ᴗᴗ -ᴗᴗ - -
-ᴗᴗ -ᴗᴗ -ᴗᴗ - -

ARGVMENTVM IN ODEN VII.

Hæc Ode ad Munatium Plancum conſularem, quod Tyburtina regione præcipuè delectetur, omnibusq; cum ſua ſententia proponendam affirmet, alloquitur.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

In gratiam Planci, uiri conſularis, comparatione facta, multarum illuſtrium urbium, Tybur plurimum commendat, ob amœnitatem & aëris clementiam. Hac occaſione habita, hortatur illũ, ut poſt magnas curas, aliquando ingenij uires, mittat, ſiue in caſtris ſit, ſiue Tyburi, id quod exemplo Teucri comprobat, qui multis agitaretur periculis, ſolebat tamen quinque, ſocios ad pocula largida prouocare.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Principio dicit, alios alijs claris ciuitatibus delectari, ſe autem præcipuè Tyburtinæ regionis amœnitate duci. Deinde ad lætitiam hortatur Plancum, exemplo Teucri.

COMMENTARIA.

LAVDABVNT alij clarã Rhodõ,
aut Mitylenen,
Aut Epheſum, bimarisúe Corinthi
Mœnia, uel Baccho Thebas, uel Apolline Delphos
Inſigneis, aut Theſſala Tempe.
Sũt quib. unũ opus eſt, intactæ Palladis urbẽ
Carmine perpetuo celebrare, &
Vndiq; decerptam fronti præponere oliuã.
Plurimus, in Iunonis honorem,
Aptum dicet equis Argos, ditesq; Mycenas.
Me nec tam patiens Lacedæmon,
Nec tam Lariſſæ percuſsit campus opimæ:
Quàm domus Albuneæ reſonantis,
Et præceps Anio, & Tyburti lucus, & uda
Mobilibus pomaria riuis.
Albus ut obſcuro detergat nubila cœlo
Sæpe Notus, neq; parturit imbreis
Perpetuos: ſic tu ſapiens finire memento
Triſtitiam, uitæq; labores
Molli, Plance, mero: ſeu te fulgentia ſignis
Caſtra tenent, ſeu denſa tenebit
Tyburis umbra tui. Teucer Salamina, patremq;
Cùm fugeret, tamen uda Lyæo
Tempora populea fertur uinxiſſe corona,
Sic triſteis affatus amicos.
Quò nos cunq; feret melior fortuna parẽte,
Ibimus ô ſocij, comitesq;.
NIL deſperãdũ Teucro duce, & auſpice Teucro.
Certus enim promiſit Apollo
Ambiguam tellure noua Salamina futurã.
O' FORTES, peioraq; paſsi
Mecum ſæpe uiri, nunc uino pellite curas:
Cras ingens iterabimus æquor.

ACRON.

LAVDABVNT alij claram Rhodon, aut Mitylenen] *Metrum heroicum. Primus uerſus hexameter eſt, ſequens uerò tetrameter eſt, qui & Phaliſcus appellatur, eò quod ex quatuor pedibus ultimis conſtat uerſus heroici. Munatium Plancum alloquitur conſularem uirum, Tibure oriundum, in cuius gratiam dicit, cùm diuerſis poëtis ſtudium ſit, diuerſas inſulas, oppidaq; certorum numinum gratia celebrare carminibus ſibi Tibur eſſe laudandum, cuius uoluptate capiatur & amœnitate: Sed Albuneæ Nymphæ eiuſdem nemoris uicini ac Tiberis: de quo Virgilius:*

» *Lucosq; ſub alta conſulit Albunea.*

Tibur autem Tiburtus condidit, à quo nomen ciuitati eſt. Hic fuit filius Catilli, filij Amphiarai, ut:

» *Catillusq; acerq; Corax.*

Sed hac Ode Plancum hortatur, ut curas uoluptatibus relaxet, exemplo Teucri Telamonij. Claram Rhodon, aut Mitylenen] *Maritimæ Graciæ ciuitates ſunt.* Bimarisúe Corinthi Mœnia] *Quia & Ionio, & Aegeo mari alluitur.* Vel Baccho Thebas] *Ordo eſt: Vel Thebas inſignes Baccho, uel Delphos inſignes Apolline. Vtenim apud Thebas Dionyſius, ſic Delphis Apollo colitur, à quibus & honorem patriæ ſortiuntur.* Theſſala Tempe] *Amœnitates Theſſaliæ. Tempe enim tribus caſibus declinatur, nominatiuo, accuſatiuo, & uocatiuo.* Sunt quibus unum opus eſt] *Ac diceret, unum ſtudiũ eſt laudibus dicendis operam dare, certos ſe inde gloriam quærere, laudando tantùm Athenas, quas uocauit urbem Mineruæ, uelut propriũ ciuitatis numen.* Carmine perpetuo] *Aut uno metro, aut non aliorum laudibus mixtis.* Vndiq; decerptam] *Ex omnibus collectam.* Ordo eſt: Præponere fronti oliuam undique decerptã. Aptũ dicit equis Argos] *Aptum equis Argos, genere neutro abſolutè dicit.* Ditesq; Mycenas] *Hoc eſt, ſicut Athenas in Mineruæ honorem, ita Argos & Mycenas laudari in honorem Iunonis.* Nec tam patiens] *Quia in Agonis uerberibus immobiles cædebantur.* Lacedæmon] *Poſt matricidium Oreſtes cùm fureret, adyt oraculum de ſanitate: oraculum reſpondit, ſic eum poſſe ſanari, ſi Dianæ Scythicæ de Taurica ſimulachrum auferret. Profectus itaq; eſt. Ibi ſoror eius ſacerdos, quæ aduenas immolabat, agnouit fratrem & pepercit illi, interrogauitq; cur ueniſſet, ille indicauit. Abſtulerunt inde ſimulachrum, ſimul ſoror ſecuta eſt, delati ſunt ad Italiam, & collocauerunt in nemore Aricino ſimulachrum, & conſecrauerunt nemus. Poſt hæc Italis immite numen uiſum eſt, & aſperum, miſeruntq; ad Orientem ſimulachrum, quod Lacedæmonij ſuſceperũt, & ne aut crudelitatem, aut ſacrilegiũ facerent, ſtatuerunt hi, ut iuuenis aras aſcenderet, & ſuperimponeret manus, & tamdiu loris cæderetur ab alio iuuene, quàm diu ſanguis de uibicibus in aram manaret, & ſatisfaceret numini. Inde ergo Lacedæmõ.* Nec tam Lariſſæ] *Lariſſa ciuitas Theſſaliæ, à qua & Achilles Lariſſæus dictus eſt Virgil.*

» *Quos neq; Titydes, nec Lariſſæus Achilles.*

Percuſſit] *Nimia delectatione animum ferijt.* Domus Albuneæ] *Delectabile nemus eſt conſecratum Albuneæ Nymphæ, à qua & nomẽ accepit.* Et præceps Anio] *Aut per deuexa cadens, aut rapidus.* Tiburti lucus] *Sylua iuxta ciuitatem eiuſdẽ nominis.* Mobilibus] *Diſcurrentibus.* Detergit nubila cœlo] *Purum aërem facit, quem Græci λευκόνοτον appellant, id eſt, ſerenum.* Ordo eſt: Sæpe albus notus detergit nubila obſcura cœlo. Plance] *Vocatiuus proprij nominis.* Molli mero] *Aut leni, aut ſuaui, nam uino ▪ obliuionem ueniunt, curæ, & triſtitiæ fugantur. Virgilius:*

» *Adſit lætitiæ Bacchus dator.*

Seu te fulgentia] *Ac ſi diceret, ſeu ſignis militaribus, ſeu bellis miſcearis. Fulgentia autem ſplendida, Coruſcãtia.* Seu denſa tenebit] *Seu ſis domi, ſeu militiæ.* Salamina] *Ciuitas Telamonis: Hic filijs ſuis Teucro & Aiaci ad Troianum bellum proficiſcentibus legem poſuit, ut alter ſine altero non rediret. Aiace itaq; ſe perimente, quòd per dolum Vlyſsis, iudicio armorum uictus ſit, cùm ipſe corpus Achillis liberaſſet: Teucer, memor imperij paterni & patriam fugiens, reſponſo Apollinis cum ſocijs alibi condidit ciuitatem. Hunc fugientem dicit hortando comites ſuos ad pocula conſolatum, & uino triſtitiam mitigaſſe.* Vda Lyæo] *Madida uino.* O ſocij] *Ordo eſt:*

O' ſocij, ô comites ibimus quocunq; feret nos fortuna, melior parente. Melior fortuna parente] *Illa dedit patriam, hic negauit.* Auſpice] *Fautore uel ſponſore. Apollinem dicit, cuius reſponſa uel promiſſa ſequebatur.* Certus] *Non fallax, ueridicus.* Ambiguam] *Duplicem, uel quòd una in Cypro, altera in Thraciæ regione eſſe dicitur: uel quòd una pulſus eſt, alteram condidit. Virgilius.*

gilius. Similiter ambiguam duplicem poſuit,

» Agnouit prolem ambiguam, geminoſq; parentes.

Noua] Scilicet incognita, peregrina. Peioraq; paſſi] Virg.

» O' paſſi grauiora.

Iterabimus] Id eſt, iterum nauigabimus.

PORPHYR. } Laudabunt alij claram Rhodon] Hac Ode Numatium Plancum conſularem alloquitur, qua indicat ſe præcipuè Tiburtina regione delectari, omnibusq; eam ſua ſententia proponendam affirmat. Claram Rhodon] Propterea clarã, quòd ſoli ſit oppoſita, dicit, de qua & Lucilius ſic ait:

» Capitum Rhodos in pelagus inclinat apertum.

Bimarem Corinthum] Bimarem appellat, quod Iſthmo oppoſita, Ionio & Aegeo ſinu abluitur. Aptum dicit equis] Homerus appellat ἄργος ἱππόβοτον. Domus Albuneæ] Albuneam deam in regione Tiburtinam fontis præſidem, Virgil. teſtis eſt, qui in ſeptimo ait:

» Lucoſq; ſub alta ——

» Conſulit Albunea nemorũ quæ maxima ſacro fonte ſonat.

Tiburti lucos] Tiburtus conditor Tiburis eſt, cuius frater Catillus & Coras, quorum Virgil. meminit:

» Catillusq;, acerq; Coras, Argiua iuuentus.

Vda mobilibus pomaria riuis] Irrigua intelligi uult. Albus ut obſcuro deterget nubila cœlo, Sæpe notus] Hanc Oden quidam putant aliam eſſe, ſed eadem eſt. Nam & hic Plancum alloquitur, in cuius honorem & ſuperiore parte Tibur laudauit. Plancus enim Tiburi fuit oriundus. Album autem notum dixit, ut Græci λευκόνοτον, quod ſerenum faciat. Vdo Lyæo tempora] Ὑπαλλαγή. Ipſum enim udum Lyæo intelligi oportet, id eſt, uino. Populea fertur] Bene non quamlibet, ſed populeam coronam propter fortitudinem animi, nam hæc arbor in tutela Herculis. Ambiguam Salamina] Nunc duplicem intelligamus, quoniam alteram Teucer in Cypro inſula cõdidit, patria à Telamone patre eiectus. O' fortes, peioraq; paſſi] Vt Virg.

» O' paſſi grauiora.

Nunc uino pellite curas, Cras ingens iterabimus æquor] Quidam ſtultè ab itinere uerbum fictum putant, ſed nequaquam ſic accipiendum, cùm ſimplicior elocutio magis rationem habeat. Teucer mari uenerat, quia à patria eiectus eſt, errans ingens iter, ut iterent nauigationem ſocios hortatur.

CHRIST. LAND. } Metrum heroicum eſt, ut primus uerſus ſit, hexameter, ſecundus trimeter. Ad Numaciũ Plancũ ſcribit laudes Tyburis patriæ ſuæ, ergo alij poëtæ alias urbes laudabunt, ego autem Tybur. Rhodon] Hæc inſula multis rebus nobilitata, & penè ſemper libera etiam Romano uigente Imperio. Eam in principio habitarunt Thelchines, quos maris filios fuiſſe fabulantur. Primi omnium dijs ſtatuas ſculpſerunt. Claram] Secundùm Porphyrionem, quod in mari aperto & ſoli expoſito poſita ſit. Neptunus harum ſororum aliam amauit. Ex eaq; filios ſex, & unam filiam ſuſcepit, Rhodumq; appellauit, à qua inſula nomen accepit. Mitylenen] Vrbs eſt in Leſbo, à Mitylene Macharei filia nominata, Machareus enim ex Crinaco Iouis filio natus, Leſbum tunc Pelaſgiam dictam, propter Deucalionis diluuium deſertam occupauit, & Leſbo Aeoli filio filiam ſuam Methymnam matrimonio coniunxit, inſulamq; à genero nominari uoluit. Epheſon] Vrbs nobiliſſima in Aſia eſt ab Amazonibus cõdita, & quæ nobilitata templo ſit Epheſiæ Dianæ, pulcherrimo omnium Græcorum ædificiorum. Bimarem Corinthum] Quia hinc Aegeum, hinc Ionium habet, & Iſthmon facit, olim Ephyra dicta eſt hæc urbs. Deinde Corinthus, Corintho Horeſtis filio. Thebas urbs in Bœotia à Cadmo condita, cuius mœnia Amphion lyra ſaxa alliciens ædificauit. In hac ex Semele Cadmi filia Iupiter Bacchum genuit. Fuit & in Aegypto Thebæ urbs antiquiſſima, in qua fuerunt Bacchus & Hercules, de quorum egregijs facinoribus multa ſcribuntur. Quæ omnia Orpheus ex Aegypto rediens, fretus temporum longitudine & hiſtoriæ inſcitia, uolenſq; Cadmeis gratificari, ad has Thebas contulit. Delphos] Iſti in Parnaſo monte erant clari oraculo Apollinis, in quo Pythia Phœbi furore parata, reſponſa dabat. Extollit enim gentilitas huius loci religionẽ miris miraculis. Dicũt enim uolentes Gallos, Delphos inuadere, atrociſſima tẽpeſtate, & uehementiſſimis niuibus prohibitos: & in bello Alexãdri cùm cõſuleretur oraculũ, quo pacto defenſi uellet, reſpondiſſe, ut illi ſibi cõſulerent, ſe aũt ſibi conſulturũ. Atq; deinde cùm milites irruere pararent, ſubitò non parua pars montis à uertice ruens, illos oppreſſit. Hoc & ſimilia apud gentiles eueniſſe non negat Auguſt. Verùm affirmat religionem in hominibus, et diuinũ cultũ adeò placere Deo, ut etiamſi falſus ſit aliquo beneficio dignetur. Theſſala Tempe] Græcum nomẽ eſt τὰ τέμπεα, ſiue τέμπη, & à Latinis in nominatiuo, accuſatiuo, & uocatiuo uſurpatur hæc Tempe. Eſt aũt locus amœniſſimus in Theſſalia inter Oſſam & Otrym montes, iuxta Penæum fluuium. Sed Latini pro omni ruſticana amœnitate poſuerũt. Sunt quibus] Sunt poëtæ, qui in ſolis Athenis laudandis occupantur. Carmine perpe] Non interrupto, ut aliud laudent. Vnum opus] Opus eſt, quod ex fabricãdo factum relinquitur, ſic domus dicitur fabri opus. Operatio eſt ipſa actio. Opera uerò eſt labor, & induſtria operãtis. Intactæ] Id eſt, uitiatæ. nã tangere uitiare eſt. Maro.

» Nullus in urbe fuit tota qui tangere uellet

» Vxorem gratis tunc Caride me tuam.

Pallas aũt uirgo fingitur, quia nihil eſt purius ſapiẽtia, & ueræ ſapientiæ nullæ ſordes admiſcentur. Proptereaq; dicũt, illã ſine matre ex capite Iouis ortam eſſe. Apud Græcos appellatur Athena, à qua Athenarũ urbs denominatur. Dant enim quandoq; inter Neptunũ, Mineruamq; cõtentioni fuiſſe ortã, uter urbi nomẽ imponeret, iudiciumq; ad Iouẽ delatũ, & illũ iuſſiſſe utrunq; terrã percutere, illũq; nomen imponere, ex cuius pulſu aliquid excellentius oriretur. Percuſſit Neptunus, enatusq; eſt equus. Percuſſit Pallas, & nata eſt oliua. Et quoniã equus portendit bellum: Oliua uerò pacem, quæ bello melior eſt: Conceſſum eſt ut ab Athena, Athenæ dicerẽtur. Varro rem ad hiſtoriã refert. Aitq;, regnãte Cecrope cõueniſſe populũ, cùm etiam fœminis ſuffragium reddere liceret. Et uiros quidẽ Neptuno: fœminas uerò Mineruæ ſuffragiũ reddidiſſe. Et quoniã mulieres numero una plus eſſent, euiniſſe, ut Mineruæ ius nominis imponendi cõcederetur, ipſamq; à ſe Athenas appellaſſe. Quapropter cautũ eſt à uiris, ne deinceps ſuffragijs dandis intereſſent mulieres. Oliuam] Athenienſes enim olea uictores coronabant, teſte Plinio. Iſti ergo ſcriptores laudando Athenas, præponunt oliuã decerptã undiq;, id eſt, è quocunq; agone Athenienſi. Fronti] Id eſt, ad frontem uictoris coronandam. Celebrant igitur oliuam] Id eſt, ludos, in quibus oliua corona erat. Oleam negauit Theophraſtus, niſi intra 40 paſſus à mari naſci: hic fuit anno 400. urbis Romanæ. Feneſtella negat Tarquinio Priſco regnante in Italia, Hiſpania atq; Aphrica oleam fuiſſe. Herodotus olim nuſquã, niſi in Attico agro oleam fuiſſe ſcribit. Olea arbor eſt, oliua Baccha oleæ: Inde liquorem ipſum oleũ, & oliuum dicunt. Eſt aũt oleum utile ebori à carie uendicando. Vnde Romæ, Saturni ex ebore ſimulachrũ intus oleo repletum eſt. Plurimus] Multus, uel plurimus, id eſt, lõgo ſermone utens. Plurimus enim longus. Virgil.

» Contemplator item cum nux ſe plurima ſyluis

» Induit in florem. —— Dites] Laudat, Mycenas & Argos in honorem Iunonis, quia iſtæ urbes ſibi conſecratæ ſunt. Argos] Indeclinabile eſt in ſingulari, ſed in plurali dicimus Argi, Argorũ. Vnde Argiuus urbs eſt in Peloponneſo, Iunoni ſacra, ab optimis equis. Patiens] Vel propter ſacra Tauricæ Dianæ. Cùm enim Horeſtes de Taurica regione ſimulachrũ Dianæ (cui hoſtia humana immolabatur) in Italiam apud Aricinam ſyluam detuliſſet, abominati ſunt talia ſacra Itali, & Lacedæmonem remiſerunt. Lacedæmones aũt pro humana hoſtia inſtituerũt, ut pueri manus ſupra arã tenerẽt, quæ ab alijs pueris tam diu uerberarentur, donec ſanguis emanaret. Horũ patientiã Cicero etiã in Tuſculanis admiratur. Ergo patiens propter puerorũ patientiã, ſecũdùm Acronẽ & Porphyrionem: uel patiens, quoniã Lacedæmonij ſeueriſſimis Licurgi legibus inſtituti, patientiſſimi aduerſus omnes difficultates fuerũt, omnis ſexus, omnis ætas bello inſeruiebant: Nam egredientib. ad pugnã uiris: ſenes, mulieresq; mœnia tutabãtur. Illud aũt præcipuum, quod eandem ueſtem in hyeme, & in æſtate omnes ferebant. Lariſſam] Vrbs in Theſſalia, unde & Lariſſeus Achilles, ergo & propter Achillis nomen, & propter fertilitatem à multis laudabatur.

Campos]

Campus] Planiciei: Omnem enim terram, ita diuidimus, ut dicamus eam, aut campum, aut uallem, aut collem, aut montem. Campum dicunt planum, & in longius porrectum ſpacium. Hinc campeſtria loca. Vallis eſt id inter uallum, quod inter duos montes relinquitur. Conuallis uerò à tribus locis clauditur. Collis minor, minusq; altus, quàm mons. Montes, ardua & excelſa loca dicimus. Albunea] Nympha, quæ in Albunea colebatur. Eſt in monte Tyburtino fons, Albunea ſic dicta ab aquæ qualitate, quæ in illo fonte eſt: Vnde etiam nonnulli ipſam Leucotheam uolunt, ait Seruius, ubi Virgil. ſic ſcribit.

» Lucosq; ſub alta conſulit Albunea.

Præceps] Per deuexa cadens, non ſine ſummo ſtrepitu. Et dicitur Anio, Anienis, & non Anionis fluuius, hunc Tyberonem hodie appellant. Fluit inter Sabinos & Romanos. Inſignis uictoria Tulli Hoſtilij, qua Fidenates ſudit. Tyburni] Et hoc Tyburtum, & hoc Tybur. In his locis crediderunt omnia poſſe albeſcere. Vnde ebur etiam, quò candidius redderetur illuc deferre ſolebant: hinc illud facetum Martialis dyſtichon.

» Tybur ad Herculeum migrauit nigra Lycoris,
» Omnia dum fieri candida credit ibi.

Fuit autem Amphiareus Amythaonis atnepos, uir in diuinatione excellentiſſimus, & qui fatum ſuum apud Thebas, niſi ab Eryphile uxore proditus fuiſſet, euitare poterat. Ex hoc ſecundùm Solinum natus eſt Catyllus: qui tres filios genuit, alium Catyllum, & Tyburtum, & tertium qui Corax dictus eſt. Siue igitur ij, ſiue eorum pater Tybur, pulſis inde ueteribus Sicanis condiderunt, & à Tyburto illud nominârunt. Lucus] Sylua Albunea, & propriè dixit. Nam lucus nemus eſt Deo ſacrum, Græcè ἄλσος dicitur, uolunt lucum eſſe dictum per contrarium à lucendo, quoniam cum nullæ illic arbores propter religionem cæderentur, opacus & ſine luce erat. Vel à lucẽdo propter crebra lumina, quò in ſacris nocturno tempore lucebant. Vda riuis pomaria] Loca arboribus pomiferis ſata, quæ Latini etiam uiridaria appellant. Græci uerò paradyſos. Pomaria autem erant interualla iuxta mœnia uacua relicta, & augurijs conſecrata, in quibus augures auguria captarent. Quæ ullo ædificio occupari nefas erat. Dicta autem pomaria, quaſi poſt mœnia. Albus ut obſcuro] Poſtquàm Planci patriam laudauerat, eum hortatur, ut finem quandoq; mœrori imponat, & imitetur tempeſtates cœli, quæ non ſemper eædem, ſed ex turbulentis mutantur in tranquillas. Albus] Ordo eſt. O' Plance memento ſapiens finire triſtitiam, & labores molli mero. Sic, ut ſæpe notus deterget nubila cœlo. Neque ſemper parturit imbres. Notus] In Italia, ut plurimum nubes: In Aphrica ſerenitatem inducit. Cœlo] Aëre, hinc Lucretius.

» In hoc cœlo qui dicitur aër. & Virg.
» Maria ac terras, cœlumq; profundum.

Propriè cœlum eſt, quod ſtellis ſplendet, quaſi quadam cælatura. Hinc etiam cælum inſtrumentum, quo cælatores cælant. Ouid.

» Quiq; moues cælum, tabulasq; coloribus uris.

Deterget] Tergendo remouet. Imbres] Impetuoſos intelligunt. Pluuias uerò leuitas, & iuges. Sic tu ſapiens] Id eſt, quia ſapiẽs es, memento finire. Vel ſapiens, id eſt, qui ſapiens eris, ſi hoc facies. Virgil.

» Niſi fruſtrà augurium uani docuêre parentes,

Id eſt, qui uani eſſent ſi fruſtrà docuiſſent. Molli] Dulci. Virg.

» Tunc & molliſſima uina.

Nam quod propriè tactus eſt, id ad guſtum ſæpe transfertur. Significat item flexibile. Virgil.

» Eſt mollis flamma medullas.
Item luxurioſum. Iuuenalis.
» Quos tegula ſola tuetur à pluuia,
» Molles ubi reddunt oua columbæ.

Item delicatum & tenellum. Plautus. Mollicula es. Item per translationem à tactu, guſtuq; molle, id eſt, placidum & facile, Virg.

» Sola uiri molles aditus & tempora noras.

Item eſt contrarium duro. Virgil.

» Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit.

Cæteræ autem notiones, quas ponit Marcellus hùc omnes redeunt. Mero] Purum ſignificat. Vnde uinum dicimus merum, cui nihil ſit aquæ admixtum. Mixtum autẽ dicimus uinum, cui ſit aqua admixta. Martialis.

» Callidus impoſuit nuper mihi caupo Rauennæ:
» Cùm peterem mixtum, uendidit ille merum.

Per tranſlationem autem à tactu, aut guſtu dicimus molle placidũ. Signis] Scilicet militaribus, id eſt, uexillis. Lucan.

» Signa pares aquilas, & pila minantia pilis.

Cæterùm ſigna dicimus inditia rerum, ut cùm dicimus, timorem eſſe ſignum ueneni. Signa etiam ſtatuæ appellantur, ut tabulæ capiuntur pro picturis. Vnde apud Saluſtium, ſigna & tabulas. Tenent] Habent, tenere dicimus habitare. Qui teneant (nam inculta uidet) homines ne, feræ ne. Item intelligere. Terentius. Rem tenes. Non me latet & in hoc, & in alijs uerbis plures notiones attribui uerbis à Marcello, ſed ille non ſolùm, quæ propria ſit uerbi notio inueſtigat, ſed etiam eas, in quas per tranſlationem à poëtis ſatis uerba dicuntur, tanquam proprias exponit. Qua in re diligentiùs animaduertendum eſt. Nam quæ propriè ſunt ſemper, & ubique quadrant. Ergo ſi dico: poſita, ſed luditur arca: ita propriè dicitur, ut de quacunq; re, & à quocunq; ſcriptore rectè dicatur.

» Sin autem ludere quæ uellem, calamo permiſit agreſti.

Id eſt, ſcribere non cuicunq: neq; de quacunq; re decet. Probauerat ratione naturali ſæpe interuenire uiciſſitudines in rebus humanis. Nunc probat exemplo, & auctoritate Teucri, qui etiã in ſuo exilio profugus, lætitia triſtitiam pellere tenebat. Sed ut res perſpicua reddatur. Ex Aeaco Iouis filio natus eſt. Telamon, qui comes Herculi in expugnatione Troiæ, quoniã primus mœnia conſcendit, ab Hercule Heſionem Laomedontis filiam dono accepit, atq; ex hac Teucrum genuit. Ex alia autem Aiacem ſubſtulit. Sed hic in bello Troiano ſuperatus ab Vlyſſe in iudicio, cùm uterq; ſibi arma Achillis poſceret, in furorem incidit, ac ſeipſum interemit. Itaq; cùm ſine fratre Teucer in patriam rediret, à patre pulſus eſt. At ipſe in Cyprum uenit, ubi urbem condidit, eamq; à patria Salamina denominauit. Salamina patriamq;] Eſt hæc Salamis, Salaminis, & in accuſatiuo, Salamina. Vda Lyæo] Madida Baccho, id eſt, uino, ut ſit denominatio. Dicitur autem Bacchus Lyæus, παρὰ τὸ λύειν, quod eſt ſoluere, quia uinum mentes noſtras à curis ſoluit. Corona populea] Vt decet uirum fortem ad imitationem Herculis, qui ab inferis rediens ea arbore ſe coronauit. Cuius frõdes externè nigreſcere dicunt, propter fumum & obſcuritatem inferni. Internè uerò albeſcere, propter ſudorem Herculis. Etenim hæc arbor Herculi conſecrata à poëtis dicitur. Virg. in Buc.

» Populus Alcide gratiſſima uitis Hiaccho.

Quo nos cunq;] Id eſt, quocunq; nos. Tmeſis quæ fit quotiens dictio compoſita diſſoluitur, & in medio alia dictio interponitur. Virgil.

» Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta.

Id eſt, hactenus Troiana. Melior] Aequior & magis beneuola. Bonus enim mitis, æquus, & fauens dicitur. Statius.

» Tu corda parumper. Huc aduerte libens.
» Atq; has bonus accipe uoces. Virg.
» Sis bonus, fœlixq; tuis.

Aliquando pulcher. Teren. Et forma fortaſſe bona. Propert.

» An contempte tibi Iunonis forma Pelaſgæ,
» Palladis aut oculos auſa negare bonos:

Item aptus & idoneus. Virg.

» Et bona bella Cornus.
Item doctus Virgil.
» Cur non Mopſe bone quoniam conuenimus ambo,
» Tu calamos inflare leues ego dicere uerſus.

Iniecit autem deſperantibus comitibus optimam ſpem, cum pollicetur fortunam meliorem parente, qui illos à patria excluſerat, & ſe ducem, quaſi dicat, eum ducem, cui neq; animus in periculis auertendus, neq; fides in conſulendo deerit. Sed primum apertè propoſuit. Secundum ut arrogantiam euitaret, occultius inſinuauit. Socij, comitesq;] Socius à ſocco dicitur, qui calceus eſt utriq; pedi aptus, quoniam ſocius ſe amico commodum in utraque fortuna præbeat. Sunt aũt ſocij, qui pari conſilio & auctoritate rem ſimul

aggrediuntur. Comites uerò qui conſulendo, operamúe præſtando ſubſequuntur, & propriè dicuntur comites in itinere, qui non ſua cauſa capiunt, ſed ut alium proſequantur. Quapropter ſocios dixit, ut oſtenderet, communem rem agi, & ſe illos ſibi pares, non inferiores habere. Hoc humanitatis cauſa omnes duces facere conſueuerunt. Sic & Virgilian. Aeneas.

„ O' ſocij neq; enim ignari ſumus ante malorum.

Sic in hiſtorijs milites commilitones appellant. Comites autem dixit, ut ſe beneficij ab illis præſtiti memorem oſtenderet. Quapropter ut comites, id eſt, qui ne me, meamq; ſalutem desereretis, nulla difficultate deterriti me proſecuti eſtis. Auſpice] Vt non modò tanquam dux, in qua re prudentiam humanam duntaxat præſtare poſsit, ſed etiam auſpex, id eſt, qui auſpicijs, cæteriſq; uaticinijs futura diuinitus perſpexerit. Certus Apollo] Quaſi dicat ab eo Deo hæc futura, ab urbe condenda cognouit, cuius oracula certa nunquam fallant. Cur ergo non ſequantur eum ducem, in quo & humana prudentia, & diuina præſcientia ſit, & ab eo Deo accepta, qui nunquam fallat? Hæc ergo Deus promiſit Salamina ambiguã, id eſt, poſſe nos condere urbem, quam à Salamina antiqua patria Salaminam appellemus. Promiſit autem] A' me rogatus. Nam propriè promittimus rogati, & pollicemur non rogati, ſed noſtra ſponte. In tellure noua] Id eſt, Cypro, qui locus nobis nouus & incognitus eſt. In hac inſula Belus Teucro ſedes ſibi ponendas conceſsit. Quod & Virgiliana Dido meminit.

„ Atq; equidem Teucrum memini Sydona uenire
„ Finibus expulſum patrijs noua regna petentem.
„ Auxilio Beli genitor tum Belus opimam
„ Vaſtabat Cyprum, uictor ditione tenebat.

Dixit autem tellure pro terra. Tellus enim dea eſt terræ: Terra uerò ipſum elemẽtum. Romæ enim (ut ait Varro) colebatur Tellus dea, quæ à ui fœminea, qua ſemina recipit, nuncupatur. Item Tellumo Deus, à ui maſculina, qua terra emittit. Erat & alius Deus: Altor, ex eo quòd omnia ex terra aluntur. Item Rurſor, quod rurſus eodẽ cuncta reuoluuntur. Ambiguam] Duplicem, ſecundùm Acronem, cùm altera eſſet in Attica, non procul ab Aegyna. Altera in Cypro, de qua nunc dicitur. Virgil.

„ Agnouit prolem ambiguam geminoſq; parentes.

Ambigua tamen Latini dicunt, quæ Græci ὁμώνυμα appellant. Vnde Boëtius in Dialecticis, ea ambigua dicit, quæ reliqui dicũt æquiuoca, ut canis quod nomen ſyderi, & animali latrabili, & piſci commune eſt. O' fortes] Ergo ferre poteritis. Peiora̧ paſsi] Arguit à maiori. Nam ſi peiora paſsi eſtis, poteritis magis hæc ferre. Ser. & Virg.

„ O' paſsi grauiora.

Nunc uino pellite curas] Quaſi oſtendat quòd in rebus duris deceat interponi aliquam uoluptatem, qua animi reſtaurati uehementiùs contra difficultates inſurgant.

IOAN. HART. } Aptum equis Argos] Græcum reddidit ἱππόβοτον ἱππόβοτον. Iliad. β. Euripid. in Phœniſs. Dites Mycenas] Homerum æmulatus, qui Odyſſ. γ. & Iliad. ν. πολυχρύσοιο μυκήνης dixit. Opimæ Lariſſæ] Forſan & hoc ex Homero, qui ἐριβώλακα Iliad. β. & ρ. Teucer Salamina patrȩ] De iſto exilio Teucri lege Homer. Iliad. θ. & Sophoclis Aiacem. Patiens Lacedæmon] Conſule Cælium lib. 18. cap. 1. O' fortes peiora̧ paſsi] Homerum imitatus Odyſſ. μ.

„ ὦ φίλοι οὐ γάρ πώ τι κακῶν ἀδαήμονές εἰμεν.
„ οὐ μὲν δὴ τόδε μεῖζον ἔπει κακόν, &c.

Iterabimus æquor] Vide librum 1. Copiarum Eraſ. cap. 57.

HEN. GLAR. } Vndiq; decerptam fronti præponere oliuam.] Porphyrio nihil hîc dicit, apud quem puto bene habuiſſe lectionem. Acro exponit, undiq; decerptam, id eſt, ex omnibus collectam. Deinde ordo eſt, inquit, præponere fronti oliuam undiq; decerptam. Hoc itaq; bulcus antiquum uidetur, quanquam haud ſcio, quàm uetus ſit Acro, qui Ode 1. lib. 3. Seruium allegat. Et Priſcianum lib. 2. Epiſt. Videtur autem is idem Acro ex aliorũ floſculis ſibi ſertum collegiſſe. Nam lectis in ſuum commentarium Porphyrionis uerbis, aſſuit mira ſæpe emblemata. Niſi forſitan, quod iniuria temporum fieri potuit, alius quiſpiam ſciolus Acronis commentarium corruperit. Quod quidam opinantur, Dij perdant inuidos, qui hoc feliciſs. tempore, quo literæ paſsim reflorẽſcunt, nõ publicant, imò opprimunt. Quapropter non opus habeo hîc repetere quid Landinus, Mancinellus, & poſteriorum ingens turba, hîc ſomniauerint, ne lectorem præter conſuetudinem meã traham. Legendum itaq; putat D. Eraſmus, præceptor noſter, uir ad tollendos ex bonis authoribus errores natus: Vndiq; decerptæ frondi præponere oliuam: ut ſit ordo, quibuſdam unum opus eſt, oliuã præponere frondi undiq; decerptæ, hoc eſt, omnibus arboribus præponere ſolent oliuam, arborem Athenienſibus gratam. Quaſi diceret, quidam otium literarium, quod Athenis eſt, omnibus alijs uoluptatibus præponere non dubitant. Cæterùm hic Plancus à quibuſdam Numatius, ab alijs Minatius, à nonnullis Numantius dicitur. Cùm quo Coſ. fuit M. Aemilius Lepidus iterum, Anno ab Vrbe Cond. 712. ut in Catalogo Coſſ. retulimus. Meminit eorũ Plin. lib. 2. cap. 31. & Sueton. in Tyberio.

PHILIP. ENGEN. } Solinus: nullus dies tam eſt nubibus obductus, quin ſemper ſol in Rhodo appareat. Mitylene] Inſul. Leſbi amœniſsima. Epheſus] Vrbs Ioniæ, celeberrima, & opulentiſsima olim. Thebæ] Bœotiæ, urbs. Delphi] Vrbs ad radices Parnaſi montis. Herodotus in Clio. Tempe in Theſſalia locus amœniſsimus, inter complexum montium Oſſæ & Otres, teſtibus, Strab. Plinio. & Mela.

HERMAN. FIG. } Claram Rhodon] Rhodos Inſula eſt Carpathij maris, propter liberalium artium, & in primis oratoriæ facultatis ſtudia, nobilis & præclara. In hac multi, & in Philoſophia, & eloquentia præſtantiſsimi fuerunt uiri. Inter quos & Apollonius, clariſsimus dicendi Magiſter. Cuius auditores fuerunt Iulius Cæſar, & M. Cicero, teſte Plutarcho & Suetonio. Mitylenen] Mitylene oppidum eſt in Leſbo, authore Mela. Ex quo oriundus fuit Pittacus, in numero ſeptem Sapientium Græciæ habitus. Alcæus, & Sappho Lyrici. Epheſum] Epheſus alterum lumen Aſiæ, in quo fons Callipia, & templum Dianæ magnificentiſsimum, ducentis uiginti annis factum à tota Aſia. Hæc ciuitas ſuperſtitioſè colebat Dianam πολύμαστον. Vnde etiam in Actis Apoſtolorum cap. 19. dicitur νεωκόρος τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος. Bimaris̓ve Corinthi] Corinthus Achaiæ fuit metropolis, & emporium totius Aſiæ celebratiſsimum. Sita eſt in Iſthmo, inter duo maria diuerſa. Ionium uidelicet, & Aegeum, propterea hîc Bimaris uocatur. Baccho Thebas] Thebæ Bœotiæ eſt ciuitas, nõ cedens claritate Athenis: Duorum Numinum Liberi, & Herculis patria. Sic dictæ ἀπὸ τῶν θήβων, quæ lingua Syria Vacca appellatur. Nam Cadmus duce iuuenca Thebas condidit. Vnde eſt apud Ouidium:

„ Bos tibi (Phœbus ait) ſolis occurret in aruis,
„ Hac duce carpe uias, & qua requieuerit herba,
„ Mœnia fac condas.

Apolline Delphos inſignes] Inter oracula, quæ apud Græcos, Aſroſq; præcipuo cultu fuerunt, ad quæ homines uentitabant. Delphicum in terris clariſsimum fuiſſe, cultu & religione longè excellens, uno omnium teſtimonio traditum eſt. Fuit enim Delphos totius orbis umbilicus, commune humani generis oraculum, in monte Parnaſo excelſo, & præruptè alto ſita ciuitas, nullis mœnibus, ſed tantum abruptis rupibus, ſaxiſq; munita, arduo & difficili adſcenſu. Templum uerò Apollinis intra urbis ambitum fuit, quod pariter non manu extructa, ſed natiua præcipitia muniuêre, aditu difficili & anguſto, quippe quem ex quinq; lapidibus tantùm, uelut mole obiecta, obſtructum ferant: in medio autem exigua planities, & in ea hiatus, ex quo uentus, & acer ſpiritus manans, mentes uatum in uecordiam uertit. Eoq; ſpiritu ex infimo ſpecu edito, quaſi diuino afflatu Phœbas in tripode ſtans, mente furibunda ſtatis diebus, quibus fari licet, conſulentibus reſponſa canit. Hæc Alexander Neapolitanus. Theſſala tempe] Tempe nemoroſa eſt conuallis D. M. paſſuum longitudine, & fermè ſeſqui iugeri latitudine, ultra uiſum hominis attollentibus ſe dextra, læuaq; leniter conuexis iugis. Intus ſua luce uiridante allabitur Peneus, uiridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus auium concentu. author Plin. lib. 4. Hanc uallem eleganter etiam deſcribit Ouidius lib. 1. Transform.

Inta-

Intactæ] Caſtæ. Nam perpetua illi uirginitas tribuitur. Et Iupiter apud Lucianum dicit Vulcano, παρθένος γὰρ ἀεὶ βούλεται μένειν. Palladis urbem] Athenarum eſt periphraſis, quas Minerua, quæ Græcè dicitur ἀθήνη, à ſuo nomine Athenas nuncupauit. Vndique decerptam] Eraſmus hic legendum putat: Vndique decerptæ frondi præponere oliuam. Vt ſit ordo: Quibuſdam unum opus eſt, oliuam præponere frondi undiq; decerptæ. hoc eſt, omnibus arboribus præponere oliuam arborem Athenienſibus gratam. Quaſi diceret: quidam otium literarium, quod Athenis eſt, omnibus alijs uoluptatibus præponere non dubitant. Aptum equis] Propter paſcua, quibus abundauit. Vnde ab Homero ἄργος ἱππόβοτον appellatur. Argos, diteſq; Mycenas] In Argolide Argos & Mycenæ, & templum Iunonis, uetuſtate, & religione percelebre, ait Mela. Patiens Lacedæmon] Lacedæmonij potentiſsimi Græciæ fuerunt populi, aliâs Spartani appellati. Hi ſeueris Lycurgi legibus duriter admodum liberos educabant. Nam infantes primùm natos, ut labore firmarentur, rigidiſsima aqua fouere, nihilq́; ſomni cauſa ſubſternere ſolebant. Cùm æqualibus in ſobrio conuictu, humili cultu enutrire, dura diſciplina & ſeueriſsimis moribus adſuefacere, ne qua uitia mentem adhuc rudem inficerent, illis magnæ curæ fuit. Quare prouerbio increbuit, ſolas Lacænas uiros parere. Et ut pueri ab ineunte ſtatim adoleſcentia calores & frigora pati adſueſcerent, hyeme atq; æſtate eodem cultu incedere: & ut militiæ patientes forent, laborioſis exercitationibus, uenando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando corpora frenare, eos coëgerunt. Quinetiam pueros ad aram ſic afficiebant uerberibus, ut multus è uiſceribus ſanguis exiret, nõnunquam etiam ad necem. Quorum non modò nemo exclamauit unquam, ſed ne ingemuit quidem. His penè uerbis, patientiam & diſciplinam Lacedæmoniorum deſcribit Cicero, & Alexander Neapolitanus. Meminit quoq; Eraſmus lib. 2. Apophtheg. in priſcis Lacedæmoniorum inſtitutis. Lariſſæ opimæ] Diuitis & fertilis oppidi Theſſaliæ. Vnde Achilles à Virgilio Lariſæus dicitur. Domus Albuneæ] Hoc eſt, fons in altiſsimis montibus Tyburtinis, ſic dictus ab Albunea Dea, una ex indigetibus, ab alijs Leucothea nominata. Virgil.

,, Albunea nemorum quæ maxima, ſacro fonte ſonat.

Præceps Anio] Fluuius eſt inter Sabinos & Romanos, qui in montibus Trebanorum oritur, & per agrum Tyburtinum labens, facit catarrhactam. Nobilis uictoria Tarquinij Priſci, qua Sabinos ſuperauit. Nam pons Anienis incenſus ex occulto à Romanis in pugna, timorem attulit Sabinis, & effuſis fugam impedijt, multiq́ue mortales, cùm hoſtem effugiſſent, in flumine ipſo periêre, ut refert Liuius, lib. 1. Decad. 1. Tyburni lucus] Apud Tyburtes (inquit Plin.) extant ilices tres, etiam Tyburto conditore earum uetuſtiores, apud quas inauguratus traditur. Lucus] A' luceo dictus eſt lucus, ideo quòd ſacrificiorum luminibus, quæ ibi per noctem habere ſolebant, quoquo uerſus luceret. Riuis] Riuus eſt locus per lõgitudinem depreſſus, quo aqua decurrat, cui nomẽ eſt ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, ut doctiſsimus ille Vlpianus definit. Albus ut obſcuro deterget, &c.] A' temporis uiciſsitudine hortatur Plancum ad hilaritatem, inquiens: Quemadmodum Notus, uentus humidus, non ſemper turbidum & tempeſtuoſum reddit cœlum, ſed interdum etiam ſerenum & tranquillum, ſic te quoq; non ſemper triſtem et anxium eſſe, ſed animum ſubinde uino exhilarare decet. Nubila] Vapor calore ſolis eleuatus in mediam aëris regionem, & frigiditate eius loci denſatus in aëre pendet, & Nubes uocatur. Cœlo] Cœlum uocari à uerbo cælo, quia eſt ſignis & diuerſis animalium formis cælatum, & uelut pictum, ait Varro. Et adſtipulatur Plinius. Alij dictum uolunt à κοῖλον, hoc eſt, cauum, quia eius circumflexu omnia teguntur. Ouid.

,, Et quod tegit omnia cœlum.

Caſtra fulgentia ſignis] Militaria ſigna Romani exercitus erant, Aquilæ, Lupi, Minotauri, Equi & Apri ſimulachra, quibus præeuntibus, legiones educere, & manus cum hoſtibus conſerere mos erat, ſed ſub ſola Aquila pugnabatur: Reliqua uexilla in caſtris ante prætorium fixa locabantur. Hanc Romanis legionibus C. Marium in ſecundo ſuo conſulatu propriè dicaſſe, ait Plinius lib. 10. cap. 4. Vegetius refert, primum ſignum totius legionis eſſe Aquilam, quam qui portat, Aquilifer uocatur. Teucer Salamina] Telamon filius Aeaci, rex Salaminis, Aiacem & Teucrum ad bellum Troianum miſit, & uetuit, ne alter ſine altero reuerteretur. Sed cũ Aiax, ob amiſſa Achillis arma, & data Vlyſſi, in furorem incidiſſet, & ſibi ipſe mortem intuliſſet, Teucer poſt dirutam Troiam, in patriam rediens, à patre pulſus eſt. Itaq; profugus nauigauit in Cyprum, & ibidem, iuſſu Appollinis, alteram Salamina condidit. Vda Lyæo] Hoc eſt, uino. Lyæus enim dicitur Bacchus, ἀπὸ τοῦ λύειν, quod uinum ſoluat curas. Varia Bacchi nomina recenſet Ouid. lib. 4. Transform. in principio. Tempora] Bina ſunt capitis, inter aures & oculos, Græcè κρόταφοι. Populea corona] Propter animi fortitudinem. Eſt enim populus Herculi ſacra. Nam ab inferis rediens ea ſe coronauit. Huius tria genera ponit Plinius: albam, nigram, & Lybicam. Quo nos cunq; feret melior fortuna] Fortuna enim rerum humanarum eſt domina, & res mortaliũ opinione quorundam gubernat, magnamq́; habet uim in utramque partem (inquit Cicero) uel ad ſecundas res, uel aduerſas. Dicit igitur Teucer, cùm nihil boni à patre ſibi expectandum ſit, ſe quandam eſſe quamcunq; fortunam meliorem. O' Socij] Mitiore uocabulo, conciliandæ beneuolentiæ gratia, ſocios appellat, quaſi & ipſe unus eſſet ex comitibus ac par, non dux & ſuperior. Sic Iulius quoque Cæſar milites ſuos blandiore nomine commilitones appellare ſolebat. Similiter & Aeneas apud Virgilium, comites ſuos ſocios nuncupat. Sunt autem ſocij participes ac conſortes laboris, & plerunq; in rebus ſerijs, fortunæq; arbitrio ſubiectis. Comitesq;] Comes erat is, qui cũ duce ad bella mittebatur, ut à latere eius non diſcederet. Ita Aeneas indiuiduum habebat comitem Achatem. Quia ſolicitudo ſemper fida debet eſſe comes Regibus. Nunc dignitatis nomen eſt, & uocantur Comites Palatini, ac diuerſarum regionũ, à comitate. Comes enim (authore Cicerone) benigni, ſuaues, faciles homines dicuntur. Nil deſperandum Teucro duce] A' ſua uirtute conſolatur milites. Plurimùm enim refert in rebus gerendis bonum & fortem habere ducem ac Imperatorem, per quem ſæpe omnibus conſtat ſalus. Itaq; rectiſsimè Iphicrates apud Plutarchum capiti, tanquam præſtantiſsimæ corporis parti, ſimilem ducem ait. Certus enim promiſit Apollo] Ab oraculi ueritate. Ambiguam Salamina] Hoc eſt, duas ciuitates deſignantem: alteram in Attide, authore Mela: alteram in Cypro. Ita ut cùm fiat ſermo de Salamine, neſcias utram potius intelligere debeas. Nam ambiguorum proprium eſt, ait Cicero, duas res ſignificare. Tellure noua] Hoc eſt, in Cypro, quam Belus, Rex Sidonis, ſubactam Teucro tradidit habitandam. Id quod Dido apud Poëtam Aeneæ his uerbis enarrat:

,, Atq; equidem Teucrum memini Sidona uenire,
,, Finibus expulſum patrijs, noua regna petentem
,, Auxilio Beli. Genitor tum Belus opimam
,, Vaſtabat Cyprum, & uictor ditione tenebat.

O' fortes, peioraq; paſsi] A' fortitudine & priſtina animi tollerantia: & oſtendit peiora præterijſſe, itaq; leuiora futura. Sic Aeneas apud Maronem:

,, O' paſsi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.

Vino pellite curas] Hoc eſt, reuocate animos, mœſtumq́; timorem mittite. Nam uini natura eſt, triſtitiam fugare, & hominis cor lætificare. Ouid.

,, Vina parant animos, faciuntq́; caloribus aptos,
,, Cura fugit multo, diluiturq́; mero.
,, Tunc ueniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit,
,, Tunc dolor & curæ, rugaq́; frontis, abit.

THEOD. PVLM. 3 Munatium] Reperio etiam, Lucio Numatio Planco, in uetere libro: Munatium tamen appellat Dio, quod & uerius uidetur. Turneb. lib. 14. cap. 17. Numantium, editio Aldina. 5 Vrbem] Arceis, Lambini quidam libri ueteres. 7 Deceptam fronti præponere oliuam] H. G. E. B. Eſtq; ex omni loco, & materia, & argumento uelut colligere oleagineum tramitem, & ex eo coronam nectere: quod eſt, ubique & in omni argumento de Athenis, & olea Mineruæ narrare, cuius felici, feſtaq; fronde coronãtur homines. Exiſtimo ueteres cùm uerſus ſcri-

ſus ſcrib

ſus ſcribebant, ſolitos eſſe ſe corona redimere. nam ut uates & ſacerdotes coronati, infulatiq; erant: ita poëtæ uerſus conditurì, uelut auſpicato ſe fronde coronabant, Deos ſibi conciliantes hac tanquam religione. Qui igitur de Athenis et Minerua canere parabat, oliua caput ſuum comebat & ornabat, his etiam illud Horatianum (2. Epiſt. 1.) illuſtratur,

„ Fronde comas uincti cantant, & carmina dictant.

Vide Turneb. lib. 11. cap. 26. & libro 19. cap. 3. Eraſmus legendum putat, decerptæ frondi præponere oliua, id eſt, oliuam alij cuilibet frondi anteponere. Vide Henric. Glareani Annotationes. 9 Dicit] Dicet, H.G.E. 11 Nec tam Lariſſæ percuſſit campus olliua] Ob pingues Theſſalorum agros dixit. Vide Turneb. lib. 21. cap. 10. percuſſit, H.G.E.B. non perculſit, ut quidam libri uulgati. 12 Quam domus Albuneæ reſonantis] Albunea Nympha fuit, cui ſacer erat fons altiſsimus, & nemus pulcherrimũ iuxta Tibur: ea Nympha fuit Sibylla Italica. Lactantius de Sibyllis, Decimam, inquit, Tiburtem dicunt, nomine Albuneam, quæ Tiburi colitur ut Dea, iuxta ripas Anienis, in cuius gurgite ſimulachrum eius inuentum eſſe dicitur, tenens in manu librum, cuius ſacra ſenatus in Capitolium tranſtulerit. Eam uidetur Albanam appellare Tibullus (lib. 2. elegia 5.)

„ Quaſq; Albana ſacras Tiberis per flumina ſortes
„ Portarit, ſicco perluerit q; ſinu.

Librum autem quem portauit puto ſortes fuiſſe, quas etſi aqua perluebat, ſiccas & ſicco pectore geſſerat. Turneb. lib. 11. cap. 26. 13 Et Tiburni] Ac Tiburni, H.G.E.B. & Tiburti, editio Aldina. Tiburti locus non minus emendatè quàm Tiburni legi poſſe ſuſpicor, quòd urbis illius Tiburtinæ conditor Tiburtus & Tiburnus diceretur. Vide Turneb. lib. 5 cap. 3. & lib. 11. cap. 26. & lib. 22. cap. 3. 15 Albus ut obſcuro deterget nubila cælo] Detergit, E. Notum poëta ait imbres parturire, cùm ſcilicet coortus flat: detergere cælo nubila, contraria quadam ratione cùm ſpirare deſinit, & quieſcens ſudum non perturbat. Per album Notum λευκόνοτον expreſſit. Vide Franc. Luiſini Parergon libro 1. cap. 2. 24 Tempora populea fertur uinxiſſe corona] Cùm Horatius canit quæritur, cur populo Teucer ſe potius coronârit, quàm alia fronde: an quòd ea arbor ſit Herculi ſacra, magnis ærumnis, laboribusq; perfuncto: nec id ſanè eſt improbandum: an potiùs quod ad bacchantium coronas & Genio indulgendum reſpexit? & probabilius eſt, ut lætitiam præ ſe ferret, & oſtenderet, aliosq; bene ſperare iuberet. Vide Turneb. lib. 11. cap. 26. Tempora, pro parte capitis, per tertiam uocalem in H.G.E.B. ſcribitur, quàm ſcripturam in alijs quoq; ueteribus libris ſæpiſsimè reperi. 27 Auſpice Teucro] Auſpice Teucri, Lambini libri duo: ſed receptam lectionem tuetur.

ANT. MVRET. } Ad Numatium Plancum] Pertinaciter errarunt librarij, & ut hoc, & alijs in hoc poëta locis Numatium pro Munatio perpetuò ſcriberent. Eſt autem hic L. Munatius Plancus, qui cum M. Aemilio Lepido Conſul fuit. 2 Bimarisue Corinthi] ἀμφιθάλασσον, ut docui cap. 7 lib. 1. Variar. lect. Plurimus in Iunonis honorem Aptum dicet equis Argos, ditesq; Mycenas] Hæc quoque epitheta de Græcis poëtis ſumpta ſunt. aptum enim equis Argos, eſt ἱππιον. Euripides in Iphigenia in Tauris:

„ Ὅταν δ' ἐς ἱππεῦντ' Ἄργος μόλης.

& ἱππόβοτον. Theocritus:

„ Αὐτὸς ἐπεὶ μάλα πολλὰ βοῶν ἐξῆξατ' ἀγώνων
„ Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ κειμήλια.

Dites autem Mycenas uocat πολυχρύσους. Sophocles in Electra:

„ φάσκειν Μυκήνας τὰς πολυχρύσους ὁρᾶν.

Nam, patientem Lacedæmona cur dixerit, nemini ignotum eſſe arbitror. Lariſſam autem opimam accipio, ἐριβώλακα. Homer.

„ Οὐδ' ἔτι τοί γ' ἐν Φθίῃ ἐριβώλακι βωτιανείρῃ
„ Καρπὸν ἐδηλήσαντο.

13 Et præceps Anio, & Tiburni lucus] Iam pridem admonui, Tiburni, hoc loco, non ut antea, Tiburti, legendum eſſe. ſic emendandus eſt etiam locus Papinij è ſilua, qua Tiburtinum Manlij laudat. ubi enim uulgo legitur, ——illa recubat Tiburtius in umbra: ueteres, etiam impreſſi, libri habent, illa recubat Tiburnus in umbra. 21 Teucer Salamina patremq;] Hac de re ita cõmemorat C. Velleius poſteriore uolumine: Teucer non receptus à patre Telamone, ob ſegnitiam non uindicatæ fratris iniuriæ, Cyprum appulſus, cognominem patriæ ſuæ Salamina conſtituit, de oraculo autem, quod ſibi ab Apolline datum dicit: ita ipſe apud Euripidem in Helena loquitur

„ Ὅπως νεὼς στείλαιμ' ἂν οὔριον πτερόν,
„ Ἐς γῆν ἐναλίαν Κύπρον, οὗ μ' ἐθέσπισεν
„ Οἰκεῖν Ἀπόλλων, ὄνομα νησιωτικὸν
„ Σαλαμῖνα θέμενον τῆς ἐκεῖ χάριν πάτρας.

GEORG. FABR. } L. Munatium Plancum à cura reipublicæ uocat ad uitæ iucunditatem, tribus argumentis: occaſione loci, uiciſsitudine naturæ, exemplo uiri fortis. Loci amœnitatem comparatione undecim urbium exaggerat: uiciſsitudinem naturæ, ab aëris qualitate oſtendit: exemplum uiri fortis proponit cũ ſplendore, uerbis etiam lætitiæ expreſsit. Naturæ uiciſsitudo ſuadet propter neceſsitatem: exemplum perſuadet, propter decorum: locus inuitat, propter utrunq;. Nec tam Lariſſæ percuſſit campus] Lariſſas tres numerat Strabo. Stephanus quatuor: nunc de ea loquitur, quæ eſt Theſſalorum, Achillis patria. Et præceps Anio, & Tiburni lucus] Ita manudeſcripta, & Veneta impreſſa. Tibur oppidum modò à Tiburno, modò à Catilo, eius fratre conditum poëta ſcribit. Oppidi Tiburis nomen ſcribi Græca uocali in marmoribus, Tortellius ſe uidiſſe ait. Contra ſe obſeruaſſe in pleriſq; ueterum monumentis Pierius teſtatur, et ipſa in ea urbe legi, ante ædem diui Pauli,

PATRONO

MVNICIPI CVRATORI MAXIMI EXEMPLI SENATVS P. Q. TIBVRS.

Triſtitiam uitæq; labores] Melius, quam in alijs, dolores: illud ad curas & moleſtiam animi, hoc ad nauigationes & pericula, quæ corpus affligunt & macerant.

IOAN. THOM. FREIG. } Prima pars Odæ cõſtat diſsimilitudine ut prima Oda. Protaſis conſtat enumeratione clariſsimarum urbium. Me nec] Antapodoſis conſtat minoribus. Albus] Secunda pars Odæ eſt adhortatio ad lætitiam à ſimilitudine & exemplo Teucri per Proſopopœiam.

SER. MAR. HON. } Teucer Salamina patremq; Cũ fugeret] Plus dixit Horatius cùm fugeret, quàm cũ inquiret. Sic Virg.

„ Nos patriam fugimus & dulcia linquimus arua,
„ Tu Tityre lentus in umbra.

ODE

ODE VIII. AD LYDIAM,

Ἐρωτική.

Ode VIII. Dicolos diſtrophos. Primus uerſus, Ariſtophanicus Choriambicus, Dimeter, Acatalectus, conſtans è Choriambo, & Baccheo, ſiue Amphimacro, hoc modo: Lydia dic -υυ- per omneis υ--

Secundus eſt Alcaius, Choriambicus, Tetrameter Acatalectus, conſtans ex epitrito ſecundo, duobus Choriambis & Bacchio ſiue Amphibrachy, hoc modo:

Te deos o-υ-- ro Sybarim -υυ- cur properas -υυ- amando υ--

-υυ- υ--

-υ-- -υυ- -υυ- υ--

ARGVMENTVM IN ODEN VIII.

Riualem ſuum Sybarim obliquè notat, qui ſic deperiret Lydiam, ut ſe neq; diſco, neq; iaculis, non equis, non armis, non natando exerceret, ſed apud eam uelut Achilles inter Lycomedis uirgines latitaret.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

In Lydiam meretricem inuehitur amatorio carmine, ut quæ ſuis blanditijs ita irretiret Sybarim, ut omnium iuuenilium ſtudiorum oblitus, ille domi in eius tantum ſinum deſideat, non aliter quam olim Achilles quando ſub puellari ueſte apud Lycomedem Syri regem belli Troiani aleam matris ſtudio erat deuitaturus.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Docet ingenuos adoleſcentes, non debere amatorijs leuitatibus operam dare, & luxuria diffluere. Sed corpus equitando, natando, tractandisq; armis exercere, atq; ad fortitudinem aſſueſacere.

COMMENTARIA.

LYDIA dic, per omneis
Te deos oro, Sybarim cur properes amando
Perdere? cur apricum
Oderit campum, patiens pulueris, atque ſolis?
Cur neque militaris
Inter æqualeis equitet? Gallica nec lupatis
Temperet ora frenis?
Cur timet flauū Tyberim tāgere? cur oliuū
Sanguine uiperino
Cautius uitat? neq; iam liuida geſtat armis
Brachia, ſæpe diſco,
Sæpe trās finem iaculo nobilis expedito?
Quid latet? ut marinæ
Filiū dicūt Thetidis ſub lachrymoſa Troiæ
Funera? ne uirilis
Cultus in cędē, & Lycias proriperet cateruas?

ACRON.

LYDIA dic per omneis] *Metrum Choriambicū, quod conſtat ex choriambo & Bacchio, ita.* Lydia dic, per omneis. *Secundus ex epitrito ſecundo & duobus choriambis, & bacchio ita:* Te deos o, ro Sybarim. cur properas, amando. Lydia dic per omneis] *In Lydiam dicit uulgaris formæ mulierem, & ſibi aliquando dilectæ, cur ita Sybarim diligat iuuenem, ut eum ab omnibus officijs, amore ſui deſiſtere fecerit: intermiſſa etiam exercitatione campeſtri, & apud eam lateat ſic, ut apud uirgines Lycomedis Achyllem ferunt. Quod per Zelotypiam in riualem dicit.* Ordo eſt: Lydia dic oro, *hoc eſt, interrogo per omnes deos, cur properas amādo perdere?* Amando perdere] *κατ' ἀντίφρασιν, declarat amore perdere, unde eſt, ut uidi, ut perij.* Apricum] *Amœnum, uoluptuoſum.* Patiens pulueris] *Cùm poſsit iam ferre militares labores.* Temperat ora frenis] *Id eſt, equos frenis domet. Lupata, freni. Virg.*

„ *Duris parêre lupatis.*

Flauum] *Inundatione turbidum dixit. Vnde Virg.*

„ *Et multa flauus harena.*

Tyberim tangere] *Natare: quòd adoleſcentibus inter ſumma erat uirtutum exercitationi ſtudia. Lucan.*

„ *Nec frangit nando uiolenti uorticis amnem.*

Ad inſigne hoc uirtutis retulit. Cur oliuum ſanguine uiperino cautius uitat] *Dicit, cur non exercet palæſtram, quam tractantes oleo ungebantur. Magis uitat oleum quàm ſanguinem uiperinum, id eſt, uenenoſum.* Liuida brachia] *Aſsiduo uſu, & pondere armorum.* Diſco] *Diſcus genus ludi eſt certi ponderis: dicit diſcum, quo iuuenes in agone cōtendebant, fortior eſt iudicandus, qui ultra deſignati ſpacij finem, eum ieciſſet, cum miſsilibus certabatur.* Ordo eſt: Neque iam nobilis geſtat liuida brachia armis, ſæpe expedito diſco trans finem: ſæpe expedito iaculo trans finem, *id eſt, ultra terminum.* Filium dicunt] *Latuiſſe ſubaudis. Achillem dicit à Thetidi abſconditum, metu belli Troiani.* Lycias cateruas] *Lycij populi fuerunt Troianis ferentes auxilium, unde eſt:*

„ *Vnam quæ Lycios, fidumq; uehebat Orontem.*

Proriperet] *Raptim uel incautè iret.*

PORPHYRIO.

Lydia dic per omnes te deos oro] *Hæc Lydia, amica uidetur fuiſſe adoleſcentis nomine Sybaris, cui imputat quòd amore ſui implicitum, deſidem fecerit exercitationum campeſtrium.* Patiens pulueris atq; ſolis] *Sit, aut fuerit.* Gallica nec lupatis temperat ora frenis] *Gallica ora, pro Gallicorū ora equorum. Lupata autem frena ſunt aſpera, de quibus & Virgil. ſic ait:*

„ *Et duris parêre lupatis.*

Cur timet flauum Tyberim tangere] *Qui in campo Martio exercebantur, etiam natabant poſt exercitium, quia & hoc uidetur neceſſarium militiæ eſſe.* Sæpe diſco, ſæpe trans finem iaculo] *Nobilis ad excipiendum trans finē diſco, expedito nobilis ſæpe iaculo, dicit autem eum glorioſè, & diſcum, & iaculum miſiſſe.* Quid latet, ut marinæ filium dicunt Thetidis] *Σύλληψις, quia ex eo quod latet, latuiſſe accipiendum eſt.* Lycias proriperet cateruas] *Manifeſtè hic Lycias pro Troianis poſuit.*

CHRIST. LAND.

Primus uerſus ex Choriambo eſt, qui conſtat ex quatuor ſyllabis, prima & ultima longis & duabus medijs breuibus, et ex Bacchio, qui conſtat ex una breui, & duabus longis. Secundus uerſus habet Epitritum ſecundum, qui habet ſecundam breuem. Primam aut tertiam, & quartam longas. Deinde duos Choriambos & Bacchium. Orat igitur meretricem ne adeò abſtrictum ſuo amore reddat Sybarim, ut omnes exercitationes iuuen

nes iuueniles omittat. Perdere] *Verè dictum, nam perditus dicitur, qui ita alicui perturbationi, aut uitio ſubiacet, ut inde ſe eximere non poſsit: hos Græci aſoſtas appellant. Ergo perditè amare dicitur, qui totus ab amore occupatus ſit. Virg.*

„ *Perdita nec ſeræ meminit decedere nocti.*

Oderit] *Mira res, ita amantes immutari, ut: quæ ſummo opere concupiuerint, nunc ea odio habent.* Apricum] *Soli expoſitũ, quaſi, ἄνευ φρίκης, id eſt, ſine horrore & ſine frigore. Oſtendit autem quanta uis ſit in amore, cùm adoleſcentes omnia ſtudia, quibus illa ætas ſummoperè delectatur, amori inſeruientes, obliuiſcantur.* Patiens pulueris] *Non odit igitur campum, quia pulueris, aut ſolis, impatiens ſit: nam in illis rebus iam ita obduruit, ut uictis difficultatibus ſola reſtet uoluptas. Eadem ratio eſt in equitando, & flumine tranſnatando.* Militaris] *Pro militares.* Temperet Gallica ora] *Id eſt, temperet ora Gallicorum equorum frenis lupatis. Lupata enim frena ſunt habentia duritiem lupini dentis, quibus frenis utebantur Galli. Virgil.*

„ *Et duris parêre lupatis.*

Dicimus autem hos frenos, & hæc frena, cùm in plurali, tùm in ſingulari tantùm neutri generis ſit. Temperare uerò eſt rem ſuo ordine, & menſura adminiſtrare. Cicero in Tuſculanis: Rem uerò publicam noſtri maiores certè melioribus temperauerunt, & inſtitutis, & legibus. Hoc Græci κοσμεῖν dicunt, inde illud Homeri. Δύω κοσμήτορε λαῶν. Oliuum] *Oleum, nam oleo ungebantur, qui ſe exercebant. Nam ex eo membra & aduerſus frigus muniuntur, & agiliora redduntur. Virg.*

„ *Exercent patrias oleo labente palæſtras.*

Hoc & militibus ſuis ad Ticynum pugnaturis præcepit Hannibal. Viperino ſanguine] *Id eſt, uiperino ueneno. Etenim uiperæ uenenum (ut uult Albertus) apprimè calidum: proptereáq; magis noxium. Serpens autem hæc uipera dicitur, quod ui pariat. Refert enim Herodotus quòd in concubitu mas caput in os fœminæ inſerit. At illa poſt rem peractam dẽtibus illud præcidit. Mox paritura diſrumpitur. Nec niſi effractis lateribus erumpunt nati, quos paritura eſt. Nam non oua, ut pleriq; ſerpentes, ſed catulos ad uiginti parit. Ergo non niſi parentum cæde enaſcuntur filij. Dicunt autem hoc ita cauiſſe naturam, ne tam noxij animalis ſpecies ſupra modum augeſceret.* Nec liuida] *Quia non exercetur in armis, in quibus propter ictus brachia liueſcunt.* Nobilis diſco & iaculo trans finem expedito] *Id eſt, excellens. Quia cùm ſiue diſcum, ſiue iaculũ in ludo contorqueat, utrunq; eo robore iaculatur, ut trans finem, id eſt, ſignum poſitum ita tranſmittat, ut totum extra finem ſit. Diſcus autem ſphæra ex lapide, metallóue erat, quàm in certamine robore brachiorum contendentes emittebant. Erant enim apud Græcos præcipui ludi quinq; πυγμὴ, id eſt, pugillaris. δίσκος iactus eſt. Nam δισκεῖν, iacere eſt, δίαυλος curſus pedeſter, ἅλμα ſaltus, & πάλη palæſtra.* Vt marinæ] *Filius Thetidis Achilles, quem Peleus Aeaci filij, & nepos Iouis ex Thetide Dea marina genuit. Hæc natum Achillem ad Stygiam detulit paludem: totumq; præter plantas demerſit, ſicq; reddidit inuulnerabilem. Deinde Chyroni iuſtiſſimo centauro nutriendum dedit, à quo muſicam, medicinamq; edoctus eſt. Poſtremò timens ne ab bellum Troianum traheretur in Scyrum inſulam tranſtulit, Lycomediq; regi commendauit, hic illum inter uirgines filias in ueſte muliebri occultabat: quo tempore Deidamiam regis filiam agnouit, ex eaq; filium ſuſtulit, qui à rubore capillorum Pyrrhus, & quia adoleſcens ad Troiam miles uenit Neoptolemus, id eſt, nouus miles eſt nominatus, tandem induſtria Vlyſſis cognitus, ad bellum ductus eſt. Ibiq; cum Troilum Hectorem multoſq; alios heroas interimiſſet, tandem in tẽplo Tymbræi Apollinis, à Paride in inſidijs collocato, pedes ſagittis uulneratus, interijt. Quamuis Diuus Chryſoſtomus illum ab Hectore bello cæſum affirmet, & non Hectorem ab illo. Dictus autem eſt Achilles, id eſt, ἀνὺ τῦ χιλῦ, id eſt, ſine cibo cocto. Nã herbis & pomis crudis tantummodo ueſcebatur in Pelio monte. Hinc illud dyſtichon Euphorionis poëtæ,*

„ *ἐν φθίῃ χιλῷ νεκάδε πάμπαν ἄγευστος*
„ *τοὔνεκα μυρμιδόνες μιν ἀχιλλέα φημίζοντο.*

Sed, ut ad Thetidem redeam, quum de Achillis matre loquuntur, Thetis, Thetidis dicitur: cùm autẽ de ea, quæ uxor Oceani eſt, Thetys, huius Thetys. Sub lachrymoſa funera] *Id eſt, parum ante lachrymoſa bella, ex quibus funera conſecuta ſunt. Sub enim accuſatiuo ſeruiens, ante ſignificat, ſed ita, ut parum ante ſit. Virgil.*

„ *Sub lucem exportant calathis.*

Item circa, Virgilius.

„ *Poſteáq; ſub ipſos nituntur gradibus.*

Item per, Virgilius:

„ *Et ſub noctem cura recurſat.*

Ad locum autem iungitur ablatiuo, Virg.

„ *Arma ſub aëria poſuit radiantia quercu.*

Aliquando ſignificat, in, Virgilius.

„ *Monte ſub aërio, qui nunc Miſenus ab illo dicitur,*

Nam & Græcè ὑπαὶ pro ὑπὸ ponunt. Heſiodus in Theogonia, ἔρπει προμάκρον θάλμων ὑπὸ ζόφον. In compoſitione modò localis eſt, ut ſub duco. Modò minuit, ut ſubrideo. Virilis cultus] *Propterea muliebri ueſte induerat.* Lycias] *Pro Troianis. Lycij autem populi in auxilium Priamo uenerant, ſub duce Pãdaro. Hi poſt Pandari mortem Aeneam in Italiam ſecuti ſunt. Virg.*

„ *Vnam quæ Lycios, fidumq; uehebat Orontem.*

IOAN. HART. } Patiens pulueris &c.] *Alludit Prouerbio. Neq; compluitur, neq; ſole aduritur.*

HEN. GLAR. } *In hac Ode temerè quidam mutarunt uerba indicatiui modi, in coniunctiui, properes, equitet, temperet. Itaq; propter uerbum oderit. Sed non uiderunt in timet & latet, id fieri non poſſe. Oderit haud dubiè, licentia carminis, pro odit, dixit.*

HER. FIG. } Amando perdere] *Nulla enim maior eſt pernicies iuuentutis, nulla præſentior peſtis amore. Nam ad libidinem, luxuriam & uoluptatem, eſcas malorum omnium incitat, omnes miſerias & calamitates progenerat: quas eleganter Plautus in Mercatore, in hæc uerba, enumerat.*

„ *Sed amori accedunt etiam ultra hæc, quæ diximus,*
„ *Inſomnia, ærumna, error, & terror, & fuga,*
„ *Ineptia, ſtultitiaq; adeò, & temeritas,*
„ *Incogitantia, excors immodeſtia,*
„ *Petulantia, cupiditas, & maleuolentia.*
„ *Inhæret etiam auiditas, deſidia, iniuria,*
„ *Inopia, contumelia, & diſpendium.*

Huc etiam alludit Terentianus Phædria, cùm inquit: Me miſerum ſentio.

„ *Et tædet, & amore ardeo, & prudens, ſciens,*
„ *Viuus, uidensq; pereo: Nec quid agam ſcio.*

Cur apricum oderit campum] *Oſtendit, amatores, poſthabitis omnibus ſtudijs, totos ſe amoribus & libidinibus dedere. Cui ſententiæ etiam accedit Cornelius Gallus:*

„ *Carmina pulſa procul nimium dilecta iacebant,*
„ *Solus amor cordi, curaq; ſemper erat.*

Eodem modo à Didone, Aeneæ amore inflammata, omnia opera urbis imperfecta deſerebantur, de quo ita conqueritur Virgil.

„ *Non cœptæ aſſurgunt turres: non arma iuuentus*
„ *Exercet: portuſue, aut propugnacula bello*
„ *Tuta parant: pendent opera interrupta, minæq;*
„ *Murorum ingentes, æquataq; machina cœlo.*

Campum] *Videlicet Martium. Nam uetus conſuetudo fuit, Romanam iuuentutem in campo Martio uarijs exercere ludis, uelut diſci iactu, curſu, ſaltu, iaculatione, & ceſtu. Item ſudem torquendo, equum agitando, arma tractando.* Inter æquales equitat] *Cur non ampliùs equitando corpus exercet? Criſaneas apud Xenophontem in 4. Pædiæ, tantopere commendat equitandi ſcientiam: ut exiſtimet ſe futurum uolaticum, ſi bonus fuerit eques. Et medius fidius bellicoſum, ac principe uiro dignum eſt exercitium equitatio. Legimus apud Plutarchum, equitandi uſum Iulio Cæſari à pueritia adeò facilem extitiſſe, ut reflexis in tergum manibus, equum uelociſſimis concitare curſibus ſæpe conſueuerit.* Gallica ora] *Id eſt, Gallicos equos, συνεκδοχικῶς.* Lupatis] *Hoc eſt, aſperis & rigidis: à lupinis dentibus, qui inæquales ſunt, & propterea morſus eorum aſperrimus. Virgil.*

„ *Duris parêre lupatis.*

Tyberim

Tyberim tangere] *Natare. Nam Romæ prima adoleſcentiæ Iuuenes, præter cæteras gymnaſticas diſciplinas, etiam natare diſcebāt, ut ad belli munera firmiores, aptioreſq; eſſent. Sic Horatium Coclem, cùm in Tyberim cum ponte ſublicio decidiſſet, armatum ad ſuos tranaſſe, teſtantur hiſtoriæ. Iulium quoq; Cæſarem natandi peritiſſimum fuiſſe ſcribit Suetonius. Nam Alexandriæ, circa oppugnationem pontis, cùm deſiliſſet in mare, nando per ducētos paſſus, euaſit ad proximam nauem, elata læua, ne libelli quos tenebat, madeſierent: paludamentum mordicus trahens, ne ſpolio potiretur hoſtis.* Cur oliuum ſanguine uiperino cautiu- uitat?] *Cur tantopere reformidet luctam? Luctaturi enim antiqui, ceromate, hoc eſt, oleo cerato perfundebantur.* Liuida geſtat armis brachia?] *Hoc eſt, cur non amplius arma tractat? quorum attactu, & aſſiduo pondere membra fiunt liuida. Liuidus autem color eſt, qui ex graui ictu corporis prouenit.* Sæpe diſco &c.] *Commendat à robore Sybarim, quo cæteris ſæpe fuit excellentior, & nobilior. Diſcus fuit inſtar pilæ aneæ, qui brachiorum uiribus exceptus, & in altum miſſus, exercebat corpora, animoſq; ita ut quantum quiſque uiribus præſtaret, maximè cerneret. Namq; is fortior habebatur, qui illum ultra ſignatum ieciſſet ſcopum.* Trans finem expedito] *Vltra præfixam, metam iacto.* Iaculo nobilis] *Nam inter cætera puerorum rudimenta, etiam haſtilia iacere, Romanæ iuuentutis peculiare fuit.* Vt marinæ filium dicunt Thetidis.] *Cur mollis & effœminatus apud te detinetur, ſicut Achilles olim latuiſſe inter uirgines dicitur? Nam Thetis nympha, uxor Pelei regis Theſſaliæ, filia Nerei, & mater Achillis, cùm præſagio cerneret, Achillem in Troiano bello periturum, ipſum fœmineo habitu induxit, ueluti Virginem Lycomedi Regi inter filias ſeruandum, & occultandum tradidit, ne in bellum traheretur. Sed cùm Græci reſponſum accepiſſent, Troiam abſq; Achillis auxilio capi nō poſſe, ad inquirendum cùm miſſus eſt Vlyſſes. Is cùm intellexiſſet Achillem muliebri amictu apud filias Lycomedis latere, mercatorem ſe ſimulans, inter alias merces, quas uirginibus apponebat, adiecit & pharetram, quam Achilles accipiens, ab Vlyſſe agnitus eſt, & in Troianam expeditionem ductus. Meminit huius rei Vlyſſes in concilio Græcorum procerum apud Ouidium:*

„ *Præſcia uenturi genetrix Nereia leti,*
„ *Diſſimulat cultu natum, &c.*

Sub lachrymoſa Troiæ funera] *Hoc eſt, aduentante, uel inſtante bello Troiano.* Lycias cateruas] *Pro Troianis poſuit Lycios, qui Priamo auxilio uenerunt, ſub duce Sarpedone & Glauco, teſte Homero in fine 2. Iliad. Eſt autem Lycia regio Aſiæ, Pamphiliæ uicina, à Lyco rege, Pandionis filio, ſic cognominata.* Cateruas] *Caterua Afrorum eſt propriè: Phalanx Macedonum: Legio Gallorū. Caterua autem continet militum ſena millia, autor Vegetio.*

THEOD. PVLM. } 2 Te Deos.] *Hoc Deoſ,* H. G. Sibarin] *Sibarin,* H. B. Properes equitet, temperet] *H. G. E. B.* Properas, equitat, temperat, *Glareanus in Annotationibus.* Properes, equitat, tempera, *Georg. Fabricius in Caſtigationibus.* 6 — Gallica nec lupatis Temperat ora frenis] *Heic Gallica ora, pro equis dicit Gallicis, ut nominat Plautus Gallicos canterios.*

„ *Faxim (inquit) nulli pretio qui ſuperant uiros,*
„ *Sunt uiliores Gallicis canterijs.*

Frena autem lupata, quæ & lupata etiam ſine additamento dicuntur, frena ſunt lupos habentia, & duriora, aſperioraq; ut currus falcati dicuntur, qui falces habent: ſecures dolabratæ, quæ habent dolabram: falces uericulatæ, quæ habent uericulum. eſt autem lupus ferreum inſtrumentum uncum, ſimile dentium lupinorum. Vide Turneb. lib. 11. cap. 18.

GEORG. FABR } *In hac Oda non fabula, ſed argumento adoleſcentes ab amoribus turpibus dehortatur. Eſtq; ἀργυ- χὴ huius odæ, illa Comici ſententia, Adeon' homines immutarier ex amore, ut non cognoſcas eundem eſſe? Lydia eſt Samia Terentiana, Sybaris Phædria. Nominibus fictis oſtendit amoris incommoda, & prouerbialiter uſurpari poteſt, Lydia perdit Sybarim, de hominibus utrinq; uicioſis.* Cur properes amando Perdere?] *Hoc in coniunctiuo: cætera in modo indicatiuo, Equitat, temperat: ſequitur enim, timet, uitat, geſtat, Amando perdere Helenius nominat ἀντιῤῥαφεῖν, Aſconius, ὁξύμωρον.* Per omnes Te deos oro] *In alijs,* Hoc Deos oro. *De genere huius carminis ſic ſcribit Attilius eruditus Grammaticus,*

„ *Lydia dic per omnes*
„ *Te Deos oro Sybarim cur properas amando.*

Hoc metrum Horatius ignorando quale eſſet, laborioſa obſeruatione, ſemel omninò facere conatus eſt, & in eo tamen parum decenter errauit, nam fecit illud aſperiùs, uno immutato pede. Quod ſi ſciuiſſet choriambicum eſſe, & habere clauſulas certas, non in illam ſalebram incidiſſet, nam primum comma, ex choriambo & baccheo compoſitum. Lydia dic per omnes. *Secundum colum, quod eſt longius: tres habet choriambos, & unū baccheum, ſcilicet clauſulæ gratia, quod metrum Alcæus ſic ordinauit, homo in Muſicis exercitatiſſimus: at Horatius primum choriambum duriſſimum fecit, pro iambo ſpondæum infarciendo, ſic,* Te deos oro. *Nam ſi ſecutus eſſet Alcæum, ſic ordinaſſet,* Hoc deos uere. *Error tamen illius habet excuſationem, quòd in ea perſeuerauerit lege, quam ipſe ſibi aliquo caſu fecerat, uſque ad ultimam partem non mutando. Hæc ille.*

IOAN. THOM. FREIG. } *Tota Oda conſtat interrogatione ex loco cauſæ finalis: & ex effectis amantis, qui odit campum (per uariam & iucundam diſtributionem pulueris, equi, fluuij, olei, armorum) qui etiam latet: unde Syllogiſmus.*

Qui odit exercitia & latet: amat.
At Sybaris hæc facit,
Amat igitur.

ODA IX. AD THALIARCHVM.

Παραινετική.

Ode IX. Tricolos tetraſtrophos. *Primi duo uerſus ſunt Alcmanij, Dactylici, Acatalecti, qui conſtant* Pentemimere Iambica, *id eſt, ex Iambo uel ſpondeo, Iambo, & ſyllaba, & quæ dicitur cæſura, deinde duobus dactylis, uel ultimo amphimacro, hoc modo:*

Vides ◡ – ut al ◡ – ta – ſtet niue – ◡◡ candidum – ◡◡
Sora ◡ – cte nec ◡ – iam – ſuſtine – ◡◡ ant onus – ◡◡

Tertius eſt Archilocheus, Iambicus, Dimeter, hypercatalectus, *conſtans quatuor pedibus, primo & tertiò* Iambo *uel ſpondeo, ſecundo & quarto,* Iambo *duntaxat, deinde ſupereſt ſyllaba, hoc modo:*

Syluæ – – labo ◡ – rantes – – gelu ◡ – que ◡

Quartus uerò eſt Alcmanius dactylicus acatalectus, *conſtās ex dimetro Heroico, & dimetro Trochaico, id eſt, duobus dactylis & è duobus Trochæis, uel ultimo Spondeo, hoc modo:*

Flumina – ◡◡ conſtite – ◡◡ rint a – ◡ cuto – –

◡ – ◡ – – – ◡◡ – ◡◡
◡ – ◡ – – – ◡◡ – ◡◡
– – ◡ – – – ◡ – ◡
– ◡◡ – ◡◡ – ◡ – –

ARGVMENTVM IN ODEN IX. AD TALIARCHVM, quem hortatur ad hilariorem uitam.

Hæc Ode Thallarchum puerum ad uoluptatem, lætioremq́ uitam hortatur. Dicit enim quum maximè algeant membra, lignis foco repoſitis, diſſoluenda ſibi, merumq́ optimum exhibendo, craſtina curet minimè: nec item dulces ſpernat amores, aut choreas, dum iuueni ſibi canicies abeſt.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Carmen hoc conuiualis concionis habet ſpeciem, neq́ ita eſt accipiendum, tanquã oraculo quodam ad uoluptuoſam uitam prouocemur, ſed cum alioqui uita mortalium ſit multis ſollicitudinibus obnoxia, non ab re fuerit, ſi quandoq; pro temporis ratione ſuauiùs uiuamus, id quod hîc poëta à Thaliarcho contendit, quem ad lætiorem uitam ducendam, inuitat.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Sumpta occaſione ab hyberni frigoris importunitate, Thallarchum adoleſcentem, & domi ad focum ſe contineat, & in diem uiuat, hortatur.

COMMENTARIA.

VIDES, ut alta ſtet niue candidum
Soracte, nec iam ſuſtineãt onus
Syluæ laborantes, geluq́
Flumina conſtiterint acuto?
Diſſolue frigus, ligna ſuper foco
Largè reponens: atq; benigniùs.
Deprome quadrimum Sabina
O' Taliarche merum dyota.
Permitte Diuis cætera: qui ſimul
Strauêre uentos æquore feruido
Deprœliantes, nec cupreſsi,
Nec ueteres agitantur orni.
Quid ſit futurum cras, fuge quærere: &
Quem Fors dierum cunq; dabit, lucro
Appone, nec dulceis amores
Sperne puer, neq; tu choreas,
Donec uirenti canities abeſt
Moroſa: nunc & campus, & areæ
Leneſq; ſub noctem ſuſurri,
Compoſita repetantur hora.
Nunc & latentis proditor intimo
Gratus puellæ riſus ab angulo:
Pignuſq; direptum lacertis,
Aut digito malè pertinaci.

ACRON.

VIDES ut alta ſtet niue candidum] *Metrum duobus uerſibus Alcaicum, quod conſtat ex penthemimere iambica & cæſura, & duobus dactylis, ita:* Vides, ut al, ta, ſtet niue, candidum. *Tertius dimeter, iambicus hypercatalectus, id eſt, ex duobus diiambis, uel ex quatuor iambis & cæſura, ita:* Syluæ, labo, rantes, gelu, q́. *Quartus Pindaricus ex duobus dactylis & duobus trochæis, ita:* Flumina, conſti-te, rint a, cuto. *Inter Pherecratium & Pindaricum hoc intereſt. Pherecratium conſtat ex ſpondeo, dactylo & ſpondeo. Pindaricum ex duobus dactylis & duobus trochæis.* Stet] *Id eſt, cooperiatur, ut:*

„ *Stant lumina flamma,* &:

„ *Iam puluere cœlum Stare uident.*

Niue candidum] *Candens niuibus.* Soracte] *Mons Apuliæ, in quo Apollo colebatur, ut:*

„ *Summe Deûm, ſancti cuſtos Soractis Apollo.*

Onus] *Pondus niuium.* Syluæ laborantes] *Ponderis magnitudine.* Flumina conſtiterint acuto] *Nimietate frigoris, etiam flumina concreta à curſu ſuo ſtetiſſe dicit.* Super foco] *Vt:*

„ *Multa ſuper Priamo rogitans.* & *alibi:*

„ *Gemina ſuper arbore ſidunt.*

Largè] *Abundanter, copioſè, pro foci magnitudine.* Benignius] *Remiſsiùs ſolito.* Deprome] *Hauri, propina.* Quadrimum] *Id eſt, quatuor annis inueteratum.* O' Taliarche] *Nomen eius ad quẽ loquitur.* Dyota] *Vinarium uas, id eſt, magarum, duas habẽs anſas.* Permitte diuis] *Omnes ſolicitudines ordinationi numinum debere committi dicit.* Qui ſimul] *Simul dixit in momento omnia tranquillantes.* Strauêre] *Placidum fecêre. Virg.*

„ *Stetiſſet æquor aquis, remo ut luctamen abeſſet.*

Aequore feruido] *Concitato mari, propter uentos prœliantes.* Agitantur] *Nec commouentur ſedato fluctu uentorum.* Quem Fors dierum] *Euentus dierum lucrare: & memor mortis citæ, nec lætitiam, nec amores omitte. Ordo eſt:* Quemcunq; dierum dabit Fors, appone lucro, & fuge quærere, quid ſit cras, futurum. Fuge quærere] *In uituperationem Matheſis dictum, quæ magis cruciat expectatione, & quæſtione futurorum.* Lucro appone] *Patienter fer, & habe pro lucro quemcunq; dierum, ſiue bonum, ſiue malum ſors dabit.* Neq; tu choreas] *Choreæ, à choro dictæ, quòd iunctis manibus ſaltetur.* Virenti] *Tibi, ſcilicet, iuueni, & adhuc uiridis ætatis homini.* Moroſa canities] *Quòd moroſum tarda deliberatione faciat.* Campus & areæ] *Planus ad ludum locus, & repetantur ab inferioribus, ſubaudis.* Leneſq;] *Voluptuoſi.* Suſurri] *Confabulationes, Ordo eſt:* Nunc & gratus riſus proditor puellæ latentis ab intimo angulo repetatur abs te. Latentis] *Virgil.*

„ *Et fugit ad ſalices, & ſe cupit ante uideri.*

Proditor] *Manifeſtator. Virg.*

„ *Tectuſq́ recuſat Prodere uoce ſua quenquam, aut opponere morti.*

Gratus puellæ] *Puellam ſibi gratam dicit, quæ ſæpe meretricio ritu manibus ludit amatoris: hanc autem dicit impetendam.* Pignuſq; direptum lacertis] *Pignus eſt, aut armilla de brachio, aut annulus de digito datus, cauſa ueniendi ad conſtitutum locum, & ſubdole. Nam fingunt ſe retinere, quod uelint ſibi adimi, ut habeant iuſtam cauſam ueniendi.* Direptum] *Abſtractum.* Malè pertinaci] *Male in tenendo perſeuerante.*

PORPHYRION. } Vides, ut alta ſtet niue candidum Soracte] *Taliarchum ad lætiorem uitã hortatur, ut luſibus adoleſcentiæ, quã diu ætas permittit, utatur. Notandum autem quod neutro genere Soracte dixerit, cùm uulgo Sorax dicitur. Eſt autem hic mons in Phaliſcis.* Stet] *Autem plenum ſit, ſigna, ut Ennius:*

„ *Stant puluere campi,*

Et Virgil.

„ *Iam puluere cœlum Stare uides,*

Et in Bucol.

„ *Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſutæ.*

Flumina conſtiterint acuto] *Vtrum ad ſenſum frigoris pertinet, quod uelut uitrũ pungit: an quod frigus, uelut uitrum, acutum ſit.* Super foco] *Super focum uidetur dicere debuiſſe, ſed frequens in hac figura Horatius, ut:*

„ *Diſtrictus enſis cui ſuper impia Ceruice pendet.*

Dyota] *Dyotam amphoram dicit, quòd anſæ eius uelut aures ſint, ergo Græca appellatione hoc dicitur.* Quem Sors dierum cũq; dabit, lucro appone] *Ordo eſt.* Quæcunq; dierum Sors dabit lucro appone, *per quam dicit unumquenque diem uitæ noſtræ, nos de lucro computare debere, eò quòd mors quotidie poſsit accidere.* Nec dulces amores Sperne puer] *Pro dũ puer es, noli ſpernere.*

nere. Donec uirenti canities abeſt Moroſa] Id eſt, ſenectus difficilis, nam moroſi dicuntur multorum morum inter ſe contrariorum. Compoſita] Pro conſtituta. Nunc & latentis proditor intimo Gratus puellæ riſus ab angulo] Grate dicunt, ſic enim puellæ ſolent uerecundiam ſexus cũ libidine miſcentes, abſcondere ſe ſequẽtibus amatoribus, & rurſus ut inueniantur, riſu ſe prodere. Tale illud Virgilij.

„ Et fugit ad ſalices, & ſe cupit ante uideri.

Male pertinaci] Belle, malè pertinaci, quia fingũt ſe retinere, quod nolunt ſibi ademi, ut iuſtas habeant cauſas ob quas ueniant.

CHRIST. LAND.} Præceptum omnibus philoſophorum familijs commune, ſed diuerſis modis acceptum. Stoici enim dicunt uiuendum eſſe procul ab omni cura, & fruendum dato, obſeruata tamen modeſtia, nec pendendum ex futuro. Epicurei autem quos hic potius ſequi uidetur, (nam in adoleſcentia huic ſectæ adhæſit) omnia ad corpus referunt: Atq; ita uiuendum cenſent, ut omni cura amota, uoluptati indulgeamus.

Eſt autem Ode tricolos in qua primus & ſecundus uerſus conſtant ex pentemimere iambica, & duobus dactylis. Tertius eſt dimeter Iambicus, id eſt, ex quatuor Iambis. Quartus pindaricus, ex duobus dactylis, & duobus trochæis. Stet] Plenum, ſic Virgil.

„ Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſutæ.

Stare ſignificat conſiſtere. Virgilius:

„ Stare loco neſcit.

Item horrere. Virgil.

„ Et puluere cœlum ſtare uident, & ſtant lumina flammæ.

Item,

„ Infixum immobileq; perdurare. Virgil.

„ Stat ſua cuiq; dies.

Item fidem ſeruare. Cicero, Stare cõuentis. Item poſitum eſſe. Virg.

„ Stant manibus aræ.

Item placere, Virgilius:

„ Stat conferre manus.

Item pedibus inſiſtere, non ſedere. Item pugnare. Virgil.

„ Armatosq; uident ſtantes in limine primo. Item,

„ Stabant pro templo, & Capitolia celſa tenebant.

Candidum] Propter niuem. Soractæ] Mons Hirpinorum: uel, ut alij uolunt Faliſcorum, olim Apollini ſacer. Virgilius.

„ Et ſancti cuſtos Soractis Apollo.

In huius montis ſpelunca ad plurimum tempus ſe continuit Syluester Pontifex Max. Declinatur hoc Soracte, tis, & hæc Soractis. ut Præneſte & Præneſtis. Laborantes] In niuium pondere, & dat ſenſum rei, quæ ſenſu caret. Acuto] Magno, quoniam urat, pungatq;. Virgilius:

„ Et penetrabile frigus adurat.

Conſtiterit] Quia glacie condenſentur. Vt enim caloris rareface re eſt, & reſoluere, ita frigus cuncta aſtringit, & concreta reddit, ergo optime. Diſſolue frigus] Id eſt, indue calorem, quiq; frigore condenſata erant, & torpebant, ut uidemus manus noſtras reſolui. Foco] Locus eſt ubi ignis accenditur, quæ ſedes olim Larib. dicata erat. Marcus Cato in libro de re ruſtica, de libro ſcribens: ſolia ſubdit, in foco calido ſub teſta coquito leniter. Hiſtorici nonnunquam ut aras pro templis, ita focos pro priuatis domibus poſuêre. Ligna] Exciſas arbores, & uita ſua carentes ligna appellarunt. Arbores uero dum radicibus hærentes, uiuunt uita uegetatiua. Largè reponens] Duo præcipit, largè, ut faciat abundanter: reponens, ut faciat ſæpius. Reponere enim iterum ponere, nam re, iterationem ſignificat, ut hic. Aliquando retro, ut reduco. Aliquando contrariũ inducit, ut tego, retego, fero, refero. Reponere etiam condere, Virg.

„ Hyemiq; reponunt.

Item reſpondere, uel reſcribere. Iuuenal.

„ Semper ego auditor tantùm, nunquam ne reponam.

Quamuis in eo loco multa dixerimus. Deprome] Auri propriè depromere eſt, cùm rem ex ſecretiori loco educimus: ut parata nobis, & ad manus ſit: Vnde dicimus res eſt in promptu, quaſi manifeſta. Quadrimum] Quatuor annorum, laus uini à uetuſtate. Sic etiam dicimus bimum & trimum, duorum & trium annorum. Hornum autem dicimus, id eſt, huius anni. Dyota] Amphora, δύο τὰ ὦτα ἔχουσα, id eſt, duas aures habens, id eſt, utrinq; manubriata. Sabina] Ex Sabinis populis Latio uicinis dicimus, ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, id eſt, colere, quia religioſiſſimi fuerunt Sabini. De quorum religione, uitæ continentia, atq; auſteritate multa ſcripſerunt & Liuius, & alij hiſtorici. Sic & Virg. Parſimoniam & ſobrietatem uitæ ruſticæ laudans, addit.

„ Hanc Olim ueteres uitam coluêre Sabini.

Permitte diuis] Noli anxius eſſe de futuro. Strauêre] Deiecêre, quaſi deſinire coegerunt. Aequore feruido] Mari quod illis flantibus feruebat, id eſt, in fluctibus erigebatur, ut aqua in aheno feruens. Cupreſſi] Cypariſſus puer fuit, quem Syluanus amauit, uerùm cùm ceruam, quam puer in delitijs habebat inſcius interemiſſet, & eo mœrore puer extinctus eſſet, Syluanus illum in arborem ſui nominis conuertit. Eamq; pro ſolatio manu gerebat. Hinc Virgil.

„ Et teneram à radice ferens Syluane cupreſſum.

Eſt enim nomen Cypariſſus, & per ſyncopen cypreſſus. Deinde conuerſione y, Græcæ literæ in u, cupreſſus. In hanc arborem uehementer inuehitur Cato de re ruſtica. Illam enim dicit hiatu moroſam fructu ſuperuacuam, baccis toruam, folijs amaram, odore uiolentam, ac ne umbra quidem gratioſam. Diti ſacram, propterea'q; funeri ſigno apponitur. Cæſa non pullulant, præterquam in Creta. Lignum hoc duriſſimum eſt, neque cariem ſentit, unde ualuæ Dianæ Epheſiæ ex hac arbore ad quadringentos iam annos, & Iouis ſtatuam ad ſeptingenteſimum & quinquageſimum annum ſuo tempore duraſſe, author eſt Plinius. Quid ſit futurum cras fuge quærere] Philoſophorum grauiſſima ſententia. Credunt enim illi non oportere homines quærere futura. Nam cùm dij homines ament, fatendum eſt uelle eos nobis cõſulere, nam & poſſe, & ſcire nemo ambigit. Cùm igitur uelint homini conſulere, dediſſent utiq; nobis futurorum cognitionem, ſi uiderent profuturam, at nõ dederunt. Non igitur prodeſſe putandum eſt. Rectè ergo noſter poëta uetat hãc inquiſitionem. Quem Sors dierum cunq;] Id eſt, quemcunq;, & Græcè dixit dierum. Illi enim una dierum hoc faciet, nos una dies. Appone uerò] Adde ad cæterum lucrum. Nec dulces] Hactenus Stoicè, nunc Epicurè. Quòd enim quodcunq; acciderit æquo animo feratur, uolunt omnes. Voluptatem autem pauci probarunt. Canities] Propriè in ſenibus eſt, ex defectu caloris. Moroſa] Difficilibus moribus, nam quamuis mos medium ſit uocabulum: Moroſus tamen in uitium declinat. Moratus autem bonis moribus imbutus. Plautus.

„ Dummodo morata ueniat dotata eſt ſatis.

Campus] In Martio enim campo ſe iuuentus exercebat. Alex] Platæ lenes, quaſi parui, ne audirentur. Vel lenes, id eſt, mites & amatorij. Repetantur] Nam diſcedens ab amica, conuenerat qua hora ad eam reuerteretur. Ergo hora compoſita, id eſt, conſtituta, & qua ex compoſito decreuerant. Componere] Finire. Virg.

„ Ante diem clauſo componet ueſper Olympo.

Et alibi.

„ Non noſtrorum inter uos tantas componere lites.

Item tranquillum reddere. Virgil.

„ Sed motos præſtat componere fluctus.

Comparare. Saluſtius. Vbi Metelli dicta cum actis cõpoſuit. Virgil.

„ Sic paruis componere magna ſolebam.

Item ornare. Virgil.

„ Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura.

Item coniungere.

„ Componens manibusq; manus atq; oribus ora.

Nunc & nunc] Repetitio eſt. Proditor riſus] Non pudore, ſed laſciua ſe ſolent occultare mulieres, ſe ita occultare, ut tamen uideri cupiant. Virgil.

„ Malo me Galathea petit laſciua puella.

„ Et fugit ad ſalices & ſe cupit ante uideri.

Riſus ergo prodit, id eſt, manifeſtat. Intimo angulo] Ex loco abdito. Pignusq; direptum] Volunt cogi in eo, quòd cupiunt: ergo amatores uim inferunt, & pignus aliquod extorquent, nõ redituri, niſi illa morem ſibi gerat. Malè] Pertinaci, non pertinaci. Virgil.

„ *Statio malè ſida carinis.*

Vel malè pertinaci, quia malè & cum iniuria utuntur pertinacia erga eos, à quibus amantur. Dixit autem pignus ereptum aut ex lacertis, propter armillas, quas gerebant. Aut digitis, propter annulos.

IOAN. HART. } Dyota] *Vaſis genus à duabus anſis* δυώτα.

HEN. GLAR. } *Huius generis forma Horat. adeò delectatus eſt, ut propè inueniſſe uideatur. Cæterùm primi duo quiq; uerſus conſtant pentemimere Iambica: ita tamen ut primo loco raro ſit Iambus, ſed ſpõdeus: ſecundo loco ſolus Iambus. Tertio ſyllaba perpetuò longa. Semel duntaxat pro ea duas breueis poſuit ſyllabas lib. 3. Ode 6. uerſu 6. Tertius quiſq; uerſus Dimeter, Iambicus, hypercatalectus: ſed ea lege, ut locis paribus perpetuò habeat Iambũ, at imparibus, primo quidem ſpondeum, rariùs Iambum. Tertio uerò loco perpetuò ſpondeum, nunquam Iambum. Hæc admonere placuit, quod aliter apud alios, ac perperam tradita legerimus. Præterea in pleriſq; codicibus, Soracte primam breuem notatam reperiebamus, cùm apud Virgil. lib. 11. Aen. ac Syliũ libr. 8. producta legatur. Ita etiam hic notanda ea ſyllaba longa.*

HERMAN. FIG. } Vides ut alta ſtet niue candidum &c.] *Pulchra deſcriptio hyemis per* ὑποτύπωσιν. Soracte] *Mons Faliſcorum, ſacer Apollini non procul ab urbe.* Syluæ laborantes] *Ob niuis pondus, & grauitatem gementes, atq; periclitantes.* Diſſolue frigus] *Quaſi dicat: cernis quanta ſit copia niuis, quanta uis frigorum, itaq; largo igne mitiganda tempeſtas.* Benignius deprome] *Liberaliter & non grauatè uetus uinum proferre monet, quo ſe in tanta hyemis triſtitia exhilaret.*

Quadrimum] *Hoc eſt, quatuor annorum, ſicut dicimus Bimus, trimus. Suetonius de Octauio: Quadrimus patrem amiſit. Sic eleganter dicit Paulus Iuriſconſultus.* ANNVA, BIMA, TRIMA DIE DARI. *Hoc eſt, promittis in tempore trium annorum, ſolutione certo cuiuslibet anni termino facienda: ut doctiſsimè explicari audiuimus à Ioanne Oldendorpio, præceptore noſtro.* Dyota] *Vas eſt uinariũ, à* δύο καὶ ὦτα, *quòd utrinq; ſit anſatum. Fortaſsis &* ἀμφωτὶς *appellari poteſt.* Permitte diuis cætera] *Noli ſollicitus eſſe de temporũ uiciſsitudine, quia hæc cura ſoli Deo relinquenda, qui ſuo arbitrio uel tempeſtatem, uel tranquillitatem immittit.* Aequore feruido] *Hoc eſt, æſtuante & feruente. Vnde etiam fretum mare dicitur.* Cupreſsi] *Cupreſſus arbor natu moroſa, fructu ſuperuacua, baccis torua, folio amara, odore uiolenta, ac ne umbra quidem gratioſa, materie rara, ut penè fruticoſi generis, Diti ſacra, & ideò funebri ſigno ad domos poſita. Hæc & plura Plinius de Cupreſſo.* Orni] *Ornus arbor eſt gracilis & alta, montes amans, & ideo facilè agitatur à uentis.* Quid ſit futurum cras fuge quærere] *Rebus paratis & præſentibus fruere, nihil ſollicitus de futuris. Grauis & pia ſententia, multorumq; Philoſophorum calculo approbata. Talem uiuendi rationem Saluator noſter Chriſtus olim ſuis quoq; Apoſtolis, tanquam optimam, commendauit.* Quem Sors dierum] *Indicat unumquemq̃ue diem, quem fata uitæ noſtræ adiecerint, habendum pro lucro: cùm mors propter uarios & incertos caſus cotidie immineat, iuxta illud Poëtæ noſtri:*

„ *Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.*

Nec dulces amores ſperne] *Adoleſcentem monet, ut adoleſcentiæ ludis utatur, dum per ætatem liceat.* Donec canities abeſt] *Antequàm ſenectus te corripiat, quæ amoribus, choreis, & uoluptatibus non eſt apta.* Moroſa] *Sunt enim moroſi, anxij, iracundi, & difficiles ſenes, ut ait Cicero de ſenectute.* Campus & Areæ] *Exercitiorum loca.* Lenes ſuſurri] *Dulces & blandæ confabulationes de amoris leuitatibus. Ouidius uocat blanditias, & murmura.*

Riſus latentis puellæ proditor] *Mos eſt petulantium puellarum, uiſo amatore abſcondere ſe, ita tamẽ ut aut uideantur, aut riſu percipiantur.* Cornelius Gallus:

„ *— Erubuit uultus uiſa puella meos.*
„ *Et nunc ſubridens latebras fugitiua petebat,*
„ *Non tamen effugiens, tota latere uolens.*
„ *Sed magis ex aliqua cupiebat parte uideri,*
„ *Lætior hoc multò, quòd malè tecta foret.*

Direptũ lacertis, aut digito] *Hoc eſt, armillas ſeu annulos à puella ablatos repete.* Malè pertinaci] *Non magnopere repugnanti. Simulant enim amatores ſe inuitiſsimè perdere id, quod ab amica ſibi auferri maximè cupiunt, quò iuſtiorem redeundi cauſam habeant.*

THEOD. PVLM. } 4 Acuto] *Acutum dici reor Græco more, pro acri & uehementi. Grammatici enim Græci obſeruat* ὀξὺ *ſignificare plerunq; magnum & uehemens: eodem modo dixit (4. Carm. 4.)*

„ *Expediunt per acuta belli:*

Vt Græci ὀξὺν ἄρηα *dicunt. Gelu acutum ab Horatio dictum eſt, (1. Carm. 9.) ut à Pindaro* χιὼν ὀξεῖα *dicitur: à Virgil. 1. Geõrg. uerſu 91. penetrabile frigus. Vide Turneb. lib. 11. cap. 26.* 6 O Thaliarche merum dyota] *Thaliarchum adſpiratè & anhelatè prima ſyllaba ſcribendum cenſeo, ut nomẽ proprium ſit, in quo inſit ſignificatio magiſtri & domini conuiuij, qui & ſympoſiarchus uocabatur. nam thalia conuiuium etiam Græcis ſignificat. At uerò diota (ſcribi enim iota debet, non ypſilon) eſt amphora, ex eo nominata, quòd utrinq; ferri poſsit, cùm utrinq; ſit anſata: unde* ἀμφορεὺς & ἀμφιφορεὺς *à Græcis appellatur, & explicatur* ἀγγεῖον κεραμεοῦν ἀμφοτέρωθεν φερόμενον ὃ ἐστι δίωτον. *Turneb. lib. 11. cap. 28.* 23 deceptum] *G. E. B. direptum, H. altera lectio magis probatur.*

M. ANT. MVR. } 1 Vides ut alta] *Non dubium eſt, quin imitatus fuerit uerſus illos Alcæi, qui apud Athenæũ lib. 10. leguntur: quod & alij quidam annotarint: qui me hoc labore eos recitandi leuaſſent, ſi in eis rectè diſtinguẽdis pluſculum, uel diligentiæ, uel artis adhibuiſſent. Sunt autem hi:*

„ *Ὕει μὲν ὁ Ζεύς, ἐν δ' ὀρανῶ μέγας*
„ *Χειμών, πεπάγασι δ' ὑδάτων ῥοαί.*
„ *Κάββαλλε τὸν χειμῶν', ἐπὶ μὲν τιθεὶς*
„ *Πῦρ, ἐν δὲ κιρνὰς οἶνον ἀφειδέως*
„ *Μελιχρόν.*

In eorum autem uerſuum primo ſcio me à cæterorum ſcriptura recedere. Nam apud Athenæum quidem legitur, ἐν δ' ἀρανῶ, *quæ uox quid ſignificet, illi uiderint, qui eam retinuerint. In libris Henrici Stephani, præſtanti adoleſcentis ingenio, atq; doctrina, legitur,* ἐν δ' οὐρανῶ *ad ſenſum aptiſsimè, ad uerſus rationem parum aptè, quamuis igitur* ὀρανὸς *pro* οὐρανὸς *alibi non legerim, ipſa me tamẽ metri ratio adducit, ita ut legendum putem. Primum enim* ὠρανὸς *pro* οὐρανὸς *dici poſſe omnes ſciunt. Cùm autem Aeoles o pro ω ſæpe ponãt, ut cùm ὄραν uocant, quàm cæteri Græci ὥραν, ὀτειλὴν, quàm alij ὠτειλὴν: quid ni potuerit Alcæus, qui Aeolicè ſcripſit, ex* ὠρανὸς *facere* ὀρανός? *quam ſententiam illud quoq; adiuuat, quòd Etymologici auctor* οὐρανὸν παρὰ τὸ ὁρᾶν *dictum eſſe tradit, ut ſit* οὐρανὸς, *quaſi* ὁρανός. *Aperui opinionem meã, qua cedam ſi aut qui* ἀρανῷ *legunt, ſenſum, aut qui* οὐρανῷ, *uerſum explicare potuerint.*

GEOR. FABR. } *Hyems à Pythagoreis comparatur ſenectuti, ſumpta igitur à tempore materia, amicum hortatur, ut flore utatur iuuentutis, antequam ſenectus adueniat: eſtq; huius odæ argumentum illa ſententia Tragici, Aetate fruere, mobili curſu fugit. Præſentibus utendum ſecurè, dicit ſecundùm Cyrenaicos: diuis permittendam curam de nobis, ſecũdùm Platonicos. Omninò uitã eam cenſet eſſe expetendam, quæ eſt ſine ſolicitudine, & tali uult amicum frui. Tractat ſententiam eandem Epiſt. 1. 17.*

IOAN. THOM. FREIG. } *Deterret à ſolicitudine, & ad lætitiam hortatur, ab adiuto tempore, hyeme ſcilicet & ætate uirenti.*

ODA

ODE X. AD MERCVRIVM.

εὐχαριστικά.

Ode X. Dicolos, Tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris.

—∪ —— —∪∪ —∪ —∪
—∪ —— —∪∪ —∪ —∪
—∪ —— —∪∪ —∪ —∪
—∪ ∪——

ARGVMENTVM IN ODEN X.

Hymnus ab Alcæo mutuò ſumptus, quo laudat Mercurium à genere, ab eloquẽtia, & ſermonis, muſicæ, palæſtræ, inuentione.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Vetus eſt inſtitutum hymnos canere in diuos. Vnde etiam hic poëta noſter Mercurio canit eloquentiæ, Lyræ, furti, aſtutiæ, præſidi, quem peculiariter ab eo laudat, quòd author orationis, inter Deos & homines nuntius fingitur.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Hymnus ab Alcæo poëta Græco Lyrico tranſlatus, quo laudes Mercurij canit.

MERCVRI facunde, nepos Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſti catus, & decoræ
More palæſtræ.
Te canam magni Iouis, & Deorum
Nuncium, curuæq; lyræ parentem,
Callidum, quidquid placuit, iocoſo
Condere furto:
Te, boues olim niſi reddidiſſes,
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, uiduus pharetra,
Riſit Apollo.
Quin & Atreidas duce te ſuperbos
Ilio diues Priamus relicto,
Theſſalosq; igneis, & iniqua Troiæ
Caſtra fefellit.
Tu pias lætis animas reponis
Sedibus, uirgaq; leuem coërces
Aurea turbam, ſuperis deorum
Gratus, & imis.

COMMENTARIA.

ACRON.

MERCVRI facunde nepos Atlantis] *Metrum ſapphicum hendecaſyllabum.* Mercuri facunde] *Mercurium laudat ab arte, ut idem ad Iuliũ Florum,*

» *ſeu ciuica iura ——*
» *Reſpondere paras, ſeu condis amabile carmen,*
» *Prima feres hederæ uictricis præmia.*

Et à genere, ut: Virgilius:

» *Qui tanti talem genuêre parentes?*

Qui feros cultus] *Qui incompoſitos mores hominum tua eloquentia ab ipſo exordio domuiſti.* Voce] *Compoſita eloquij ratione.* Catus] *Doctus.* More palæſtræ] *Exercitatione eloquentiæ, ſiue quia ab ipſo dicitur inuentum exercitium huius certaminis: hinc Virgilius:*

» *Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.*

Nuncium] *Interpretem. Sic Virgilius de eodem,*

» *Nunc etiam interpres diuûm Ioue miſſus ab alto.*

Lyræ parentem] *Ipſe enim dicitur Lyræ inuentor, ut Apollo caducei.* Callidum] *Ingenioſum, doctum.* Iocoſo furto] *Dulci, ut:*

» *Vulcani, Martisq; dolos, & dulcia furta.*

Iocoſum autem furtum uocauit artem præſtigiatorum, quam ipſe inuenit. Præſtigiator uerò dicitur ab eo, quòd præſtringit aciem oculorum. Et mirè moderatur dicendo iocoſo, ac ſi diceret, non illo, quod ad auaritiam & fraudem ſpectat. Te, boues olim] *Senſus iſte eſt: Abegiſti boues Apollini, paſcenti pecus Admeti regis, & cùm tibi minaretur ſagitta, niſi eas reddidiſſes, uolenti telum proferre, pharetram præſtigiatura ademiſti. Ordo eſt.* Niſi reddidiſſes olim boues amotos per dolum, Apollo uiduus pharetra, dum terret puerum minaci uoce, riſit te. Quin & atridas] Ordo *eſt:* Quin & diues Priamus relicto Ilio te duce fefellit ſuperbos Atridas, & Theſſalos & ignes caſtra iniqua Troiæ. Diues Priamus] *Priamus duce Mercurio, iuit ad Achillem relicto Ilio, & petiuit corpus Hectoris filij ſui. Hinc Virgilius.*

» *Exanimumq; auro corpus uendebat Achilles.*

Tu pias lætis animas reponis] *Virgilius:*

» *Tum uirgam capit, hac animas ille euocat*
» *Orco Pallenteis: alias ſub tartara triſtia mittit.*

Virgam autem dicit caducem, quod primò Apollo habuit, & donauit Mercurio, lyra ſibi tradita. Huius autem uirgæ hæc ratio eſt: Mercurius & orationis Deus dicitur, & interpres Deorum, unde uirga bellantes diuidit, id eſt, bellum. Nam bellantes interpretum oratione ſedantur, unde ſecundùm Liuium legati pacis, caduceatores dicuntur. Et inde Græcè ἑρμῆς dicitur, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, ſicut contrà per fœciales bella ſumebantur. Lætis ſedibus] *Elyſijs campis.* Leuem] *Vanam, peccatricem.*

PORPHYR.

Mercuri facunde, nepos Atlantis] *Hymnus in Mercurium ab Alcæo Lyrico poëta. Facundum autem Mercurium dixit, quia orationis inuentor: nepotem Atlantis, quia Maiæ filius. Maia autem una ex Atlantidibus.* Voce formaſti] *Notum eſt, Mercurium inuentorem exiſtimari ſermonis, palæſtræ, lyræ, & furtorum.* Magni Iouis & Deorum Nuncium] Σχῆμα λέξεως: *Vt & Virgil.*

» *Amphitryoniadæ magno, diuiſq; ferebant.*

Iocoſo furto] *Bene iocoſo, non enim illo, quod ad auaritiæ fraudem ſpectat: deinde docet quid ſit, iocoſo furto aliter.* Boues olim *niſi reddidiſſes amotos, per dolum, te puerum Apollo, dum minaci uoce terret, pharetra uiduus riſit. Fabula hæc autem ab Alcæo ficta, & iterum Mercurius idcirco traditur furandi repertor, quia oratio, cuius inuentor eſt, animos ad audiẽdum fallit.* Viduus pharetra riſit Apollo] *Bellè uiduus pharetra, pro uiduatus pharetra, id eſt, priuatus.* Ilio diues Priamus relicto] *Diues Priamus opportunè nunc dicitur, quod tantum, ſcilicet auri habuerit, quo redimeret filij corpus. Mercurio autem duce dicitur ad Achillem uenisſe, qui cuſtodibus ſomnum miſit, uel quod aurum ſub tutela ſit Mercurij.* Theſſalos ignes] *Cùm ad Achillem uenit propter Hectoris corpus redimendum.* Iniqua] *Pro eo quod eſt, inimica Troiæ.*

ca Troiæ. **Aurea uirga**] Id eſt, caduceo.

CHRIS LAND.} Ode dicolos, ex metro Sapphico, hendecaſyllabo, & adonio dimetro. Laudat Mercuriũ, & iure laudat. Decet enim eloquentiſsimum poëtam eloquentiæ Deum omni officiorum genere proſequi, & ſummis laudibus extollere. Sed ut ſemel de hoc Deo ex antiquorum fabulis ita dicamus, ut cuncta penè paucioribus abſoluamus. Quem Græci Hermen, quaſi interpretem appellant, Latinè Mercurius dicitur, quaſi medius currens. Sermo enim & ipſa eloquentia mediam ſeſe & internuntiam inter homines præbet. Quinq; autem fuerunt apud Priſcos Mercurij. Primus, Iouis ex Cyllene filius, qui interpres, nuntiusq; Deorum habetur. Secundus Bacchi filius & Proſerpinæ, qui Apollini boues furatus eſt. Sed de hoc paulò pòſt. Tertius Cœlo patre, & Dia matre. Aiunt tamen hiſtoriam eſſe, hunc ex ſua filia Proſerpina Philonem Archadem progenuiſſe. Illam enim cùm nudam uidiſſet, nefariè adamauerat, mox ad occultandum facinus, filium exponere noluit. Sed oraculo admonitus, illum diuinum, interpretemq; futurum, & nutriri iuſsit, & Hermen uocari uoluit. Qui cùm adoleuiſſet patriam ob ignominiam fugiens, Aegyptum petijt, ubi mirificus in Arithmetica, Geometria, & Aſtrologia euaſit, fuitq; in Medicina excellentiſsimus, & ſacris Deorum deditiſsimus, ſeq; cælo, dieq; aſſeruit. Quartus Mercurius Nili filius habitus eſt, & huius quarti quintus Mercurius filius eſt. Sextus demũm natus eſt ex Ioue & Maia Athlantis filia. Verùm poëtæ hæc omnia ſæpe admiſcent, tanquam unus ſit.

Diodorus Siculus in ſuis Mythologijs tres maximè commemorat. Primum Aegyptium, eumq; multa adiumenta uitæ humanæ attuliſſe, literasq;, & Deorum ſacra inueniſſe. Primumq; aſtrorum ordinem, & uocum harmoniam obſeruaſſe, dicunt, primum palæſtrã docuiſſe, & lyræ inuentorem, quam trichordem fecit, fuiſſe, in qua imitatus tria anni tempora eſt, ab æſtate acutam, ab hyeme grauẽ, à uere mediam aſſumens. Et quia Græcos ea, quæ ad interpretationem pertinent edocuit, ab illis Hermes, id eſt, interpres eſt dictus.

Secundum in Creta natum ſcribit ex Ioue, & caduceatoriam, inducias ac fœdera, quibus rebus in bello utimur, inueniſſe, uult. Et ut inuiolabiles eſſent caduceatores, qui aliquid mandatorum ferẽt. Quod idcirco obſeruabant, quoniam Mercurius medius utriq; hoſti putabatur. Noſtris autem temporibus tubicines caduceatorum loco in caſtris habentur. Dicunt inueniſſe etiam pondera ac menſuras, & mercaturæ quæſtus excogitaſſe, & uehemẽter præſtigijs ualuiſſe in alienis clanculùm peculandis. Inuenit & palæſtram, & Apollinis Lyram de teſtudine meditatus eſt.

Tertium Athlantici ſuum eſſe dicunt, natumq; ex Ioue & Maia. Cui quæ de Cretenſi, Aegyptioq; diximus, ferè omnia tribuunt.

Euſebius autem de Præparatione Euangelica, Sanchumathonis, qui ante Troiana tempora in Phœnicia floruit, teſtimonio fretus: ait Mercuriũ apud Phœnices Toautũ, apud Aegyptios Toyth, apud Alexandrenſes Thoth uocari, & primùm omnium literas adinueniſſe. Et ea quæ de dijs fabuloſè dici uideantur, uel allegoricè ad naturam, uel tropologicè ad mores reducere ſtuduiſſe. Et fabulas, fabularumq; allegorias excogitaſſe, quæ tãta myſterijs obſcuritatem afferunt, ut difficile ſit uerum inuenire. Alio autem loco orationis & facultatis interpretandi ſymbolum Mercurium Priſcos poſuiſſe ſcribit, & Mercurij Cupidinem filium dici, quia amãdi uirtus oratione quoq; attribuatur. Sed hæc fabuloſè, myſticeq; potius, quàm hiſtoricè ſcripta ſunt.

Aurelius autem Auguſtinus refert, quo tempore Moſes natus eſt, floruiſſe Athlantem aſtrologũ, Promethei Phyſici fratrem, ac maternũ auũ maioris Mercurij, cuius nepos fuerit Mercurius ille, qui Græcè ἑρμῆς τρισμέγιστος, id eſt, Mercurius Trimegiſtus, hoc eſt, Trimaximus dicitur. Sed priorem illum ego puto, quem Nili filium fuiſſe fabulantur. Hunc uerò ſecundum aſſerunt occidiſſe Argum, Aegyptijsq; præfuiſſe, eisq; leges, ac literas tradidiſſe. Sed literarum characteres animalium, arborumq; figuras habuiſſe. Hunc adeò uenerati ſunt, ut in Deorum numerum referrent, templaq; ſibi ponerent. Non autem fas erat eius nomen uulgo temerè proferre, ſed & primum anni menſem ab eo cognominarunt. Condidit urbem, quàm Græci Hermopolin, id eſt, Mercurij urbem dicunt. Triſmegiſtũ uerò, id eſt, ter maximũ nuncuparunt, quod Philoſophus maximus, maximusq; ſacerdos, ac maximus rex fuiſſet. Mos enim erat Aegyptijs (ut Plato ſcribit) ex philoſophorũ numero ſacerdotes, & ex ſacerdotũ cœtu eligere regẽ. Ergo ut Philoſophus ſapientia excelluerat, ita religione ſacerdotes. Ac mox ipſa adminiſtratione ſuperiores omnes reges uicit. Hic primus à Phyſicis, Mathematicisq; ad diuinorum contemplationem ſe contulit, primusq; de maieſtate Dei, de dæmonum ordine, animarum mutationibus ſapientiſſimè diſputauit. Vnde primus Theologicæ appellatus eſt author. Hunc ſecutus Orpheus, ſecundas Theologicæ aſſecutus eſt partes. Cuius ſacris initiatus eſt Aglaophemus, cui in philoſophia ſucceſſu Pythagoras, quem Philolaus ſectatus eſt, Diui Platonis præceptor: Ergo priſcam theologicam Mercurius inuenit, Plato abſoluit, ſed Mercurius libros plurimos ſcripſit, quibus diuinarũ rerum cognitionem traderet, quibus arcana myſteria, & ſtupenda panduntur oracula. Nam non, ut philoſophus tantùm, ſed ut propheta ſæpè loquitur futura prædicens. Itaq; ruinam uidit priſcæ religionis, Ortum nouæ fidei, aduentum Chriſti futurum iudicium, Reſurrectionem, renouationem ſæculi, bonorum gloriam, tormenta nocentium. Quæ res Aurelium dubitare cogit, an obſeruatione ſyderum, an reuelantibus dæmonibus multa protulerit. Lactantius cum Sibyllis, prophetisq; annumerat. Verùm ex plurimis eius libris, duo præcipui extant, quos ego quidem uiderim. Alter de uoluntate diuina: alter de uoluntate & ſapientia Dei. Ille Aſclepius, quem Apuleius Platonicum Latinum ſuperioribus temporibus fecit. Hic Pimander, ſed & hunc nuper per noſtrum Marſilium Ficinum ex eadem familia philoſophum nobiliſsimum ad Latinos migraſſe uidetur. Atq; hæc ſiue de fabuloſis dijs inquirimus, ſiue de tantò uiro inueſtigamus, nos hoc tempore non narranda, nam id rei, lociq; ratio minimè patitur, ſed ex plurimis libris in unum coarctanda duximus.

Deinceps autem quod ad Mercurij ſydus pertinet, eadem breuitate perſtringemus. Mercurius (ut refert Myſahel) planeta eſt, temperatus nocturnus modò maſculinus, modò fœmininus. Et propter ſuum temperamentum citò ſe uertit ad eius cui adhæſerit, naturã. Ergo cum benignis, benignus eſt, cum malignis, malignus, ac demũ mediocris, cum mediocribus. Secundùm Ptolomæum influit mortalibus ſapientiam, & eloquentiam. Quapropter Deus eloquentiæ apud poëtas habetur. Diſponit ad Arithmeticam, & ad mercaturã, induit palæſtritas. Item præſtigiatores, & ſi in geneſi malignus eſt, producit fures ac fraudulentos, proptereaq; furtum boum (de quo paulò infrà narrabitur) illi attribuunt poëtæ. Raró uidetur, quoniã plerunq; temporis ſub radijs ſolaribus occultatur. Neq; ab illo unquam ultra triginta gradus abeſt. Et propter Phœbæi caloris uim fuſcus pingitur. Euenit autem, ut ex aſſuetudine combuſtionem ſolis cum minori detrimento, quàm alij planetæ, ferat. Habetur nuntius Deorum, quia (ut dixi) nihil ex ſua natura, ſed ex aliorum, quibus adhæret facit. Sic nuntij non, quæ ſua ſunt, ſed quæ ab alijs acceperint, referunt. Eius domicilia gemini & uirgo ſunt. Moratur in ſingulis ſignis, uigenis octenis diebus, atq; ſenis horis. Itaq; in trecentis ac trigintaocto diebus totum zodiacum perficit. Datur huic Deo galerus, ut oſtẽdat illum ſemper ferè radijs ſolaribus eſſe ſubiectum. Datur uirga inuoluta ſerpentibus, ut oſtendatur eloquentiæ uis, quæ mortales & regat, & quocunq; uelit, impellat. Per ſerpentes autem ſignificatur uim dicendi à prudentia, quæ per ſerpentem oſtenditur, nũquam abeſſe oportere. Hac uirga & animas ad infernum impellit, & rurſus ab inferis reuocat: quoniam eloquentia, & malos ſupplicijs ſubijcimus & morti, & bonos ex infimis calamitatibus educimus. Præterea, ut ait Maro,

„ Dat ſomnos adimitq; —

Quia uis eloquentiæ nimis incitatos, commotosq; ſedat. Ac rurſus inertia languentes ad agendum impellit. Nam uentos agere, quid aliud crediderim, niſi in ſummos animorum motus ipſa eloquentia excitari. Hæc igitur ex uarijs locis eruta, in unum cogenda, & in promptu ijs, quibus uſus eſſet ponenda duxi. Sed iam carmen interpretemur. **Facunde**] Quia eloquentiæ Deus eſt, ut etiam Alcæus atteſtatur. **Nepos Athlantis**] Quia ortus ſit, ſiue ex Maia, ſiue ex Cyllene, & utraq; Athlantis filia, & laudat à genere. **Hominum**

recen-

recentum] *Id eſt, Nuper editorum & natorum. Et propterea feros, quia humanum genus nuper productum, nondũ legibus aut doctrina aliqua excultum eſſe poterat.* Voce] *Sapienti orationi intellige. Nam quod non poteſt eloquens oratio, nulla alia res poterit.* Formaſti in propriam formam] *Quæ adhuc non erat, compoſuiſti. Eſt enim ſecundùm Philoſophos propria forma hominis ratio, ergo ad rationem reuocaſti. Acron tamen dicit, quod & ad planetam referri poteſt, quia nox ab eo eſt, & ad hominem, quoniam adinuenit literas.* Catus] *Ingenio acri præditus. Dicitur autem à ἀπὸ τοῦ καίειν, quod eſt exurere, quia ingenioſiores eſſe ſolent, in quibus calidior ſanguis eſt. Virgil. ergo à contrario dicit.*

» *Sin has non poſſum naturæ accedere partes,*

» *Frigidus obſtiterit circũ præcordia ſanguis.* Et decoræ more Palæſtræ] *Qui de repub. ſcripſerunt, in quatuor maximè partes ipſam diuiſerunt. In Leges, Iuſtitiam, Medicinam, & Gymnaſticã. Non enim beata eſſe poteſt ciuitas, in qua animus, corpusq́ non ſit ſanum. Ergo leges, ea quæ ad uirtutes ſunt, iubentes, & contra quæ uitium prohibentes, ſanum animum reddunt. Quod ſi hominum malignitas leges negligens in morbum uitij incidit, præſtò adeſt Iuſtitia, quæ peccatoribus ſupplicia paret, & à morbo, quo ſunt infecti, purget: eodemq́ pacto gymnaſtica moderata exercitatione corpora in recta ualetudine conſeruat. Quæ ſi aliquo modo corrumpantur, paratur medicina, quæ morbo laborantibus ſubueniat. Quapropter omni laude dignus erit Mercurius, ſi ſapiẽtiæ dator eſt. Vnde leges, iuſtitiaq́ manat, & ſi medicinæ, Palæſtræq́ inuentor fuit. Palæſtra autem, quæ Græcè πάλη dicitur, luctatio erat, qua nudi, unctiq́ exercebantur ad ualetudinem cõſeruandam, & agilitatem, roburq́ acquirendum. Virgil.*

» *Exercent patrias oleo labente palæſtras.*

Viguit maximè hoc certamen apud Athenienſes, tranſijtq́ ad Troianos. Quam rem, argumentum nonnulli putant, ab Athenienſibus originem duxiſſe Troianos. Iouis & deorum] *Quin Iupiter Deus eſt. Sed per excellentiam, tanquam ſummum Deum exemit.*

» *Reliquias Danaûm atq́ immitis Achilli.* (*ſic Virgil.*

Curuæ Lyræ] *Vt iam oſtendimus.* Iocoſo furto] *Quia non auaritia ducitur ad furta, præſtigijs facienda, ſed ut riſum, iocũq́ concitaret. Non ergo uitium ineſt, ſed lepôs & ſales. Furtum dicitur, quòd clanculum ſubripitur, à furuo, id eſt, nigro, quia res in tenebris patratur. Et quoniam ſeruorum maximè eſt furari, fures appellantur. Virgil.*

» *Quid domini facient audent cùm talia fures.*

Quin & adulteria, quia clanculum patrantur, furta dicuntur. Virgilius.

» *Vulcani, Martiſq́ dolos, & dulcia furta.*

Callidus] *Aſtutus. Nam ut ait Cicero, Callidus is eſt, cuius tanquam manus opere, ſic animus uſu calluit. Inde callere is dicitur, qui ſua aſtutia uelociſsimè, acerrimeq́ intelligit. Iuuenal.*

» *Oſtrea callebat primo depræhendere morſu.*

Callidus condere] *Id eſt, ad condendum, id eſt, componendum, uel abſcondendum.* Te boues olim] *Neq́ à fabula diſcedit, neq́ ab influxu planetæ, à quo ars præſtigiatoria prouenit. Dicitur autẽ præſtigiator, quia circumaſtantibus, ita oculorum aciem præſtringat, ut non aduertant dolum. Fabula autem eſt. Mercuriũ aliquando Phœbo uaccas eſſe furatum, & cuidam ſeni, nomine Batho, qui ſolus furtum uiderat, unam ex uaccis (ſi rem ſileret) daturum promiſſe. Sed mox puerili forma abſumpta, ſeni uaccam, taurumq́ ſi furtum indicaſſet, pollicitus eſt. Bathus autem alium ratus, maius munus minori antepoſuit, uaccaſq́ indicauit. At iratus Mercurius illũ uertit in lapidem, quem Græci Σκοπὸν dicunt: Latini Indicem ideirco appellant, quoniã auro aut argento tactus, cuius ſit uenæ ex metallorum, quod remanet ueſtigio indicat. Apollo autem multa minatus (niſi redderet) ſagittas in Mercurium conijcere parauit. At ille ſuis præſtigijs inuiſibilis factus, atq́ inſuper ſagittas omnes è pharetra Apollinis ſubripuit. Senſit uacuam pharetram Apollo, & iram propter iocoſum furtum, in riſum conuertit. Quapropter in gratiam reuerſi, Mercurius Phœbo cytharam: Phœbus Mercurio caduceum dono dedit. Nec me fugit eſſe, qui ad hiſtoriam rem referant, dicantq́ hunc Mercurium hominem fuiſſe pedibus celerem, & artibus magicis, & præſtigatoria inſtructum, & nõ auaritia, ſed naturæ ſuæ impulſu furtis delectatum, Phoronidi Apollinis ſacerdoti uaccas ſubripuiſſe, ac tandem Phoronidem placaſſe. Cùm ille non auaritia Mercurium moueri, ſed iocis uideret. Dicitur autem furti repertor, quia eloquentia furatur animum. Ordo autem eſt.* Apollo uiduus] *Id eſt, priuatus.* Pharetra] *Id eſt, ſagittis.* Riſit] *Quia tandem ſenſit iocos.* Dum ipſe terreret te puerum] *Id eſt, qui puerilem formam ſumpſeras.* Voce minaci] *Id eſt, qua tibi minabatur, niſi reddidiſſes boues amotas ab eo per dolum, riſit.* Quin & Atridas] *Refert Homerus Hectorem ab Achille fuiſſe cæſum, & cùm corpus nollet parenti Priamo reddere, Priamus, ducente Mercurio, caſtra hoſtium noctu ingreſſus eſt, dataq́ pecunia, cæſum corpus redemit. Tutus ergo inter hoſtes, ductu Mercurij fuit, quia prohibuit illum cerni.* Superbos] *Vel nobiles, uel ſuperbos, qui etiam in defunctũ ſæuirent.* Diues] *Vel quia opulentiſsimum regnum teneret, uel quia tunc pecuniam ſecũ ferret.* Theſſalosq́] *Id eſt, nocturnas uigilias, quæ erant collocatæ circa Achillis tentorium. Nam nocturno tempore ignes magnos excitant milites in caſtris. Dixit autem Theſſalos, quia Theſſalus erat Achilles, & Theſſalos ad id bellũ duxit milites.* Iniqua] *Inimica.* Tu pias] *Nam & Virg. de Mercurio hæc ait.*

» *Tum uirgam capit hac animas illa euocat Orco*

» *Pallentes, alias ſub triſtitia tartara mittit.*

IOAN. HART. } Virga aurea] *Prouerb. Virgula diuina. Vide Odyſſ. . & Iliad. ω.*

HENR. GLAR. } Viduus pharetra. Riſit Apollo] *Seruius in 8. Aeneidos, ubi Euander filium dimittens de Mezentio dixerat, tam multis uiduaſſet ciuibus urbem, ita habet: Propriè uiduaſſet dixit, quia urbs eſt generis fœminini, Horatius abuſiuè, & ſanè incongruè in genere maſculino poſuit dicens,* Viduus pharetra Riſit Apollo *Hæc ille. Sed mihi quidem uidetur Horatius, hæc non abſq́ uenuſta gratia nouaſſe, ut pleraq́ alia.*

HERMAN. FIGVL. } Mercuri facunde nepos Atlantis, &c.] *Mercurius filius fuit Iouis & Maiæ, Atlantis natæ, ut ſuperius etiam oſtenſum eſt. Autor eloquentiæ, nuncius & interpres Deorum, Muſicæ inuentor, Furtorum repertor, gerens in manu caduceũ, quo alias animas Orco euocat, alias in tartara mittit.* Atlantis] *Atlas Rex fuit Mauritaniæ, qui cœlum humeris ſuſtentaſſe fingitur, quia inuenit Aſtrologiam, ut ait Plinius. Et hinc ob ſudores ex arte ſuſceptos, cœlum humeris ſolleraſſe dicitur.* Qui feros cultus hominum recentum] *Mercurium Orationis faciunt autorem, per quam omne commercij genus inter homines conſtat. In initio enim cùm recens homines nati beſtiarum more in agris & ſyluis diſperſi uagarentur, nec quicquam eſſet, quod eos conciliaret, Iupiter per Mercurium eloquentiam eis impertiuit, qua accepta, homines feri, & in ſylueſtribus tectis abditi, in unum locum conuenerunt, ciuitates condiderunt, ſanctiſq́ legibus Rempublicam inſtituerunt, Deos coluerunt, atq́ ita orationis beneficio ex agreſtibus & feris, mites et mãſueti facti ſunt. Refer huc quæ Eraſ. in prouerbio: communis Mercurius, ex Ariſtide recenſet.* Catus] *Prudens, ingenioſus. Catum enim acutum Sabini uocarũt, ut à Zaſio didici. Vel, ut Varroni placet, pro experto & docto Catus accipitur.* More Palæſtræ] *Eloquentiæ exercitio, & ornatu ſermonis. Palæſtra autem luctatorum certamen eſt, cui Græcos adeò fuiſſe deditos, lego, ut boni Palæſtritæ dici maluerint, quàm fortes milites.* Iouis & Deorum nuncium] *Mercurius medius inter ſuperos atq́ inferos à Poëtis fingitur, quòd ſermo animi interpres, ſummos cum infimis, Reges cum plebe conciliat.* Lyræ parentẽ] *Mercurius etenim primus omnium lyram, ex teſtudine in Aegypto poſt Nili inundationem inuenta, feciſſe fertur. Sed per lyræ concentum orationis ſuauitatem intelligendam puto, qua homines maximè delectantur.* Callidum] *Verſutum. Callidos uoco (inquit Cicero) quorum, tanquam manus opere, ſic animus uſu concalluit.* Iocoſo condere furto] *Vult oſtendere Mercurium iocandi potius animo, quàm lucrandi furatum eſſe. Sic per iocum Apollini boues abſtuliſſe paulò pòſt dicit. Et matris aliquando, ſororiſq́ ueſtes, dum lauarent, occultaſſe, illiſq́ nudis relictis, riſum exhibuiſſe dicitur. Lycurgus olim Spartanis furta impunita eſſe uoluit, quò magis fu-*

randi ſolertia acuerentur ingenia.

Furtum, ut Paulus Iuriſconſultus definit, eſt contrectatio fraudulosa, lucri faciendi gratia, uel ipſius rei, uel etiam uſus eius poſſeſsionisúe, quod lege naturali prohibitum eſt admittere. Furtum à furuo, id eſt, nigro dictum, Labeo ait: quòd clam & obſcurè fiat, & plerunq; nocte: uel à fraude, ut Sabinus ait: & à ferendo, id eſt, auferendo: uel à Græco ſermone, quòd φῶρας appellant fures, imò & Græci à ferendo φῶρας dixerunt. Te boves olim, &c.] Apollo, cùm ob interfectos Cyclopas, diuinitate aliquádiu priuatus, Admeti regis Theſſaliæ armenta ad Amphryſum paſceret, Mercurius in puerum uerſus, boues eius longiùs progreſſos, in ſylua clàm abſcondidit: Qua re cognita, Apollo iratus, ſagittis eum interficere uoluit, ſed Mercurius iacula quoq; furtim abſtulerat. Itaq; Apollo uidens pharetram ſuam uacuam, & admiratus eius induſtriã, iram in riſum conuertit, & cum Mercurio in gratiam rediit. Huius fabulæ meminit Ouid. lib. 2. Metamorph. Minaci uoce dum terret] Minatur tela in te conijcere, niſi boues furto abactos reſtituiſſes. Viduus pharetra Apollo] Apollo Iouis & Latonæ fuit filius, in Delo uno partu cum Diana enixus. Arcum gerit, & pharetram, teſte etiam Homero lib. 1. Iliados.

„ Τόξ' ὤμοισιν ἔχων, ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην.

Quæcunq; autem uoluerit, iaculari poteſt. Sic enim ipſe apud Ouidium gloriatur:

„ Qui dare certa feræ, dare uulnera poſſumus hoſti.

Quod ideo fictum exiſtimo, quia Apollo, hoc eſt, Sol, pro ſagittis demittens radios, cauſa eſt morborum. Idcirco apud Homerum rogatus à Chriſa ſacerdote, peſtem in exercitum Græcorũ immittit. Quin & Atreidas] Cùm Achilles Hectoris occiſi corpus Troianis reſtituere nollet, Priamus, relicta Troia, noctu duce Mercurio, tentorium Achillis, deluſis cuſtodibus, ingreſſus eſt, cadauer Hectoris chariſsimi filij muneribus redempturus. Atreidas] Agamemnonem & Menelaum, Atrei, iuxta Senecam, ſecundùm alios, Plyſthenis filios, Græci exercitus duces. Duce te] Videlicet miſſo à Ioue. His enim uerbis Iupiter apud Homerum, Mercurium alloquitur:

„ βάσκ' ἴθι, καὶ Πρίαμον κοίλας ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν
„ ὣς ἄγαγ', ὡς μήτ' ἄρ τις ἴδῃ, μήτ' ἄρ τε νοήσῃ,
„ Τῶν ἄλλων Δαναῶν, πρὶν Πηλεΐωνα δ' ἱκέσθαι.

Diues] Propter multa & precioſa dona, quæ ferebat Achilli. Priamus] Hic Laomedontis fuit filius, Rex Ilij, quinquaginta liberis clarus, patre occiſo, & Ilio euerſo, captus eſt, & poſtea precio redemptus: unde etiam Priamus eſt dictus. Theſſalos ignes] Hoc eſt, nocturnas excubias, & uigiles ſtantes ad portas Achillis, quibus Mercurius ſoporem immiſit. Iniqua Troiæ caſtra feſellit] Quia Mercurius furtim amotis uectibus, Priamum in caſtra Achillis clàm introduxit, ut nemo ſentiret. Hom.

„ τὸν δ' ἔλαθ' εἰσελθὼν Πρίαμος μέγας.

Tu pias lætis] Animas piorum euocas Orco. Virga levem coerces] Homerus Mercurio, ut incantatori, uirgam monſtrificam tribuit, quam ita Iliad. ω. deſcribit:

„ εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,
„ ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.
„ Τὴν μετὰ χερσὶν ἔχων πέτετο κρατὺς ἀργειφόντης.

Quem locum ita uertit Virgilius:

„ Tum uirgam capit, hac animas ille euocat Orco
„ Pallentes, alias ad triſtia Tartara mittit,
„ Dat ſomnos, adimitq́; & lumina morte reſignat.
„ Illa fretus, agit uentos, & turbida tranat Nubila.

THEOD. PVLM. } Voce formaſti catus, & decoræ More palæſtræ] Ait Horatius de Mercurio, ad eius officia id referens: unde & cognomina apud Græcos inuenit: unum ut λόγιος, ab eloquentia dicatur, quia orationi præ eſt: alterũ ἀγώνιος, à certaminibus, quòd palæſtræ præſit & gymnaſiis. Idem erat & nuntius Deorum, unde κῆρυξ & διάκτωρ uocatur: etiam ab aurea uirga χρυσόῤῥαπις. Turneb. lib. 11. cap. 28.

GEOR. FABR. } Imitatione Alcæi Mercurium laudat, eloquentiæ & muſicæ inuentorem, à quo citharam Muſarum præſes Apollo acceperit. Laudat primùm ab iis artibus, quas inuenit: deinde ab officijs, quibus ſibi deos, hominesq; conciliauit: nam ſecundùm Homerum, πᾶσι δ' ὄγε θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ὁμιλεῖ. Filiam Mercurij Phurnutus finxit παλαίστραν: alij ἀγγελίαν, quarum in hac Oda fit obiter mẽtio. Triplex etiam eius poteſtas deſignatur: κῆρυξ, quòd ſit nuncius: ἡγεμόνιος, quòd ſit ductor hominum: ψυχοπομπός, quòd ſit arbiter animarum.

IOAN. THOM. FREIG. } Eſt deſcriptio Mercurij à cauſa efficiente, ſeu parentibus & effectis, in cultura hominũ per eloquentiam & Muſicam, & adiuncta calliditate in furtis, in ducendis hominibus, & uirga ſomnifera.

ODE XI. AD LEVCONOEN NE FVTVRA INQVIRAT.

πραγματική.

Ode XI. Monocolos. Sunt enim omnes uerſus Alcaici, Choriambici, Pentametri, Acatalecti, qui conſtat Spondeo, tribus Choriambis, Pyrrhichio, uel Iambo, hoc modo:

Tu ne - - quæſieris - ‿ ‿ - ſcire nefas - ‿ ‿ - quem mihi quem - ‿ ‿ - tibi ‿ ‿
Finem - - dij dederint - ‿ ‿ - Leuconoë - ‿ ‿ - nec Babylo - ‿ ‿ - nios ‿ -

—— —‿‿— —‿‿— ‿‿
—— —‿‿— —‿‿— ‿—

ARGVMENTVM IN ODEN XI.

Philoſophica ſententia, ne ſapiens de futuris anxiùs à mathematicis pendeat, quum ſolius Dei ſit præſcire futura.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Ad Leuconoën ſcribens communem multorum ſtultitiam arguit, qui multùm ſolliciti de uita, futuros caſus ex Aſtrologorum decretis peroſcere cupiunt, & certè magna pars beatioris uitæ eſt, non admodum multa cura torqueri, quid de nobis ſit decretum, ſi pietatem præſtiterimus: de cæteris non admodum anxij ſimus, qui enim terram pugillo continet, omnia numerauit noſtra.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Ode hæc perinde eſt elegans ac breuis, qua Leuconoen Aſtrologorum prædictionibus addictam, hortatur, ut læta in præſens futura præuidere parcat, quod hoc hominibus ſit denegatum.

COMMENTARIA.

ACRON.

TV ne quæſieris ſcire, nefas, quem mihi, quē tibi] *Metrum choriambicum hendecaſyllabum, quod conſtat ex ſpondeo, tribus Choriambis, & Pyrrhichio ſiue Iambo, ita:* Tu ne, quæſieris, ſcire, nefas, quem mihi, quem tibi. *Siue aliter metrum eſt Phalecium, quod ſcanditur ita:* Tu ne, quæſie, ris, *catalecton,* ſcire ne fas, *catalecton,* quē mihi, quem, *catalecton,* tibi. Nefas] *Malum.* Leuconoë] *Vocatiuus eſt.* Nec Babylonios tentaris] *Vt qui conantur comprehendere finem uitæ ſuæ numeris.*

TV ne quæſieris ſcire (nefas) quē
mihi, quem tibi
Finem di dederint, Leuconoë: nec Babylonios
Tentaris numeros, ut melius, quicquid erit, pati:
Seu plureis hiemes, ſeu tribuit Iupiter ultimam:
Quæ nunc oppoſitis debilitat pumicibus mare
Tyrrhenum: ſapias, uina liques, & ſpacio breui
SPEM longam reſeces, dum loquimur, fugerit inuida
Aetas, carpe diem, quam minimum credula poſtero.

Vt melius pati] *Subintellige poſſis.* Seu plures hiemes] *συνεκδοχικῶς, à parte totum. Tempus enim pro anno intelligitur, & eſt ſenſus, licet cognoueris, quæ res cõmoueat mare, neceſſe eſt, ut bibendo reſeces curam.* Debilitat] *Cõmouet.* Sapias] *Deeſt ſi.* Liques] *Conſumas, potãdo proferes.* Spacio breui] *Scilicet propter breue ſpacium.* Carpe diem] *Fruere præſenti die, nihil credens poſtero.* Quam minimum] *Penè nihil ſignificat.*

PORPHYR. } Tu ne quæſieris Leuconoë] *Leuconoën alloquitur, quæ ſollicita de uita ſua, Mathematicos conſulebat. Suadet autem ut omiſſa cura futurorum, unumquenq; diem de lucro computans, uitam lætã exigat.* Babylonios numeros] *Mathematicos intellige. Babylonij enim Aſtrologiam inueniſſe traduntur, per quam Geneſis colligitur.* Vt melius quicquid erit pati] *Nunc uidetur alter ſenſus incipere, ut ſic claudatur, ut meliùs poſſis pati quicquid erit. Ergo ſubaudiendũ hic uerbum extrinſecus, quod eſt poſſis.* Quæ nunc oppoſitis debilitat pumicibus mare, Tyrrhenum] *Suauiter dictum, quia illiſi fluctus in ſaxa, debiles redduntur, hoc eſt, uires amittunt.* Sapias] *Pro, ſi ſapias, ueterum conſuetudine dictum.* Et ſpacio breui ſpem longam reſeces] *Cùm ſpacium uitæ breue ſit, noli in longum ſpes tuas porrigere.* Carpe diem, quam minimum credula poſtero] *Metaphoricè, primo quoq; inquit, die fruere. Tranſlatio autem à pomis ſumpta eſt, quæ, ſcilicet ideò carpimus, ut fruamur.*

CHRISTOPH. LAND. } *Ad mulierculã parùm pudicam eſt ode, & quamuis ad uitam inuitet uoluptuoſam, tamen ſententia utitur cæteris philoſophis communi. Oſtendit ſtultos eſſe, qui ex futuro pendentes uentura noſſe cupiant, quod hominibus eſt denegatum, cùm præſtet mortalibus neſcire futura. Nam cùm longè plura mala quàm bona nobis immineant, ſemper anxij uicturi ſimus, ſi illa præſciuerimus, & ſemper in mœrore futuri. Metrum eſt Choriambicum hendecaſyllabum, ex ſpondeo, tribus Choriambis & Pyrrichio, ſiue Iambo, hoc pacto.* Tu ne, quæſieris, ſcire nefas, quem mihi, quē tibi] *Ordo eſt, O' Leucothoë tu ne quæſieris quem finem uiuendi, uel mihi, uel tibi di dederint, quia nefas eſt ſcire, id eſt, non permittunt hoc diuina iura. Nam ius & iniuria humanis legibus continentur, Fas & nefas diuinis.* Nec tentaueris numeros Babylonios] *Id eſt, non tentabis futura noſſe rationibus Aſtrologicis. Dixit autem numeros, quia ſine numeris Arithmeticæ non conficitur Aſtrologia. Vnde Iuuen.*

„ *Non ibit pariter numeris reuocat Traſylli.*

Babylonios] *Quia maximi Aſtrologi apud Babylonios hi fuerunt, quos Chaldæos appellant.* Plures hiemes] *Id eſt, annos. Eſt enim intellectio, cùm ponat partem anni pro toto anno.* Pumicibus] *Pro ſcopulis ponit. Nam mare tempeſtuoſum in ſcopulis eliditur: Sed pumex lapis leuis & cauernoſus eſt, quem credunt ex ſpuma marina gigni.* Debilitat] *Commouet ſecundùm Acronem. Nam fluctibus illiſis in littore ipſæ aquæ debilitantur: cùm autem quieſcit mare, aquæ ſuum robur obtinent. Vel debilitat, infringit.* Tyrrhenum] *Ethruſcum, à Tyrrhenis dictum. Eſt autem hiſtoria huiuſmodi. Quodam tempore ſterilitate agrorũ oppreſſa eſt Mæonia: ut tandem, deficientibus neceſſarijs, coactus ſit rex ita populũ inſtituere, ut non niſi altero ex duobus diebus cibum caperent, altero mediam uarijs ludis fallerent. Quo tempore teſſerarum ludum, & alearum, & pilæ Herodotus inuentum uelit, atq; in hac calamitate ad decem & octo annos durarunt. Poſtremò non ceſſante ſterilitate, coactus eſt Rex dimidiam partem populi cum Tyrrheno filio, ad nouas ſibi ſedes parandas emittere. Hi ergo mare ingreſſi in eam partem Italiæ appulerunt, quæ hodie Tuſcia nominatur. Ibiq; pulſis Vmbris, ibi ſedes poſuêre, & ab eorum duce & regionem, & mare illi propinquum Tyrrhenum appellauêre.* Liqueas] *Neutralem habet ſignificationem liqueo. Ergo liques pro liquefacies.* Liques] *Paulatim potando conſumes. Ergo liques, quaſi deſtilles.* Spē longam] *Nec te diu uicturum putes.* Reſeces] *Reſecabis.* Dum loquimur] *Quia nihil in humanis rebus ſtabile eſt, ſed omnia in modum fluminis labuntur. Iuuenal.*

„ *Dum ſerta unguenta puellas,*
„ *Poſcimus obrepit non intellecta ſenectus.*

Inuida] *Dat ſenſum rei inſenſatæ: nam uidetur inuidere nobis.* Carpe diem quam minimum credula] *Quaſi dicat, ita uiue, ut tibi nullum futurum tempus promittas.*

IOAN HART. } Vt pati melius] *Pro ut patiaris, Græcâ conſtructione ὡς πάσχειν.*

HENR. GLAR. } *Huius Odæ uerſus, uno Choriambo ſuperant primæ Odæ uerſus, quod obiter propter iuuenum memoriam annotauimus, quos præſtat breuiſſimis duci rationibus in negotio ſanè laborioſo, quanquam maximè utili. Porrò Leucothoën habent pleraq; exemplaria: Porphyrio tamen Leuconoë appellare uidetur, quanquam illud non magni refert, eſt enim nomẽ haud dubiè à poeta fictũ.* Vt melius quicquid erit pati] *Porphyrio ſupplet uerbum poſſis. Alij exponunt,* ut melius, *pro* quanto melius eſt. *D. Eraſ. putat hoc ita dictum, ut apud Græcos, ὡς παθεῖν.* Sapias] *Iubentis eſt, ait idem Eraſmus.*

HERMAN. FIG. } Scire nefas] *Nam, ut infrà lib. 3. idem canit:*

„ *Prudens futuri temporis exitum*
„ *Caliginoſa nocte premit Deus,*
„ *Ridetq; ſi mortalis ultra*
„ *Fas trepidat.*

Nec Babylonios tentaris numeros] *Significat ſtultum eſſe Mathematicorum diuinationibus pendere, quòd ſint uanæ & mendaces. Fuerunt autem Chaldæi, quorum metropolis Babylon, in Syria cognitione aſtrorum excellentes, qui ſiderum curſus & motus numeris perſequebantur. Horum meminit Q. Curtius lib. 5. de rebus geſtis Alexãdri, cùm deſcribit eos, qui Alexãdro Babylonẽ intranti, obuiam egreſſi ſunt. Magi deinde, ait, ſuo more patrium carmen canentes. Poſt hos Chaldæi, Babyloniorumq; non uates modò, ſed etiam artifices cum fidibus ſui generis ibant, laudes regum canere ſoliti. Chaldæi ſyderum motus, & ſtatas temporum uices oſtendere.* Vt melius quicquid erit pati] *Docet ſtultos homines ex Mathematicorum coniecturis hoc conſequi, ut acerba recordatione futurorũ malorũ magis excrucientur.* Vt pati *aũt, pro,* ut patiaris *dicit, Græcũ exprimens idioma. Nam Græcis familiare eſt Aparẽphaton adiũgere huic dictioni ὡς, ut ὡς παθεῖν. Autor eſt Eraſmus.* Spacio breui ſpem longam] *Monet ob uitæ breuitatẽ nihil diuturnũ & perpetuum ſperandum eſſe. Idem ſuprà ſic extulit:*

Vita

» *Vitæ ſumma breuis ſpem nos uetat inchoare longam.*

Dum loquimur] *Inter loquendum etiam dicto citiùs labitur tempus.* Carpe diem] *In diem uiue. Nam*

» *Quis ſcit an adjiciant hodiernæ craſtina uitæ*
» *Tempora Di ſuperi.*

THEOD. PVLM. } Tu ne quæſieris ſcire, nefas, quem mihi] *H. & editio Aldina. Vide Georg. Fabricij Partitionum grammat. lib. de auctorum locis obiter citatis.* Tu ne quæſieris, ſcire nefas, quem mihi. *Rob. Stephani editio.*

Leuconoë] *Leuconoes nomen Græcum eſt à mentis candore. Vide Turneb. lib. 11. cap. 28. Leucothoe, editio Aldina.* —ut melius, quidquid erit pati, *pro, ut melius quidquid erit patiaris. Thomas Linacer lib. 6. de Helleniſmo.* —ut melius quidquid erit pati? *Anton. Mureti uiri politiſsimæ orationis editio. Particula ut, pro quam uel quanto, ponitur: ut 3. Carm. 25.*

» *—Vt mihi deuio*
» *Rupeis, & uacuum nemus mirari libet?*

Item Epod. 2. uerſu 19. Vt gaudet. *& uerſu 61.* —ut iuuat paſtas. *& 1. Epiſt. 19. uerſu 19.*

» *—Vt mihi ſæpe Bilem.*

—Vt melius, quidquid erit, pati, *eſt ὡς κρεῖττον ὂν πᾶν τὸ ἐσόμενον φέρειν. Illud enim participium ὂν nequeunt exprimere Latini, & plerumque in eorum oratione deſideratur: ut,* & ſpatio breui Spem longam reſeces, *id eſt, cum uitæ ſpatium ſit breue, βραχέως ὄντος τοῦ δρόμου τοῦ διαγώματος, id eſt, cum breue ſit curriculum uitæ. Eſt igitur,* ut melius. *abſolutè dictum, pro ut meliore, ut ita dicam, exiſtente. Turnebus libro undecimo, cap. 28.*

6 Vina liques] *Inquit, id ex antecedente conſequens ſignificat, id eſt, uinum bibas, & tibi indulgeat: ex antiquorum conſuetudine, qui uinum ut defæcarent, & liquidius redderent, minusque nocens fractis uelut uiribus, antequam biberent colo tranſmittebant. Tertullianus,* conquirito altilium enormem ſaginam, defæcato ſenectutem uini. *Turneb. lib. 11. cap. 28.* Fugerit] *Diffugit, Rob. Stephani editio.*

M. ANTON. MVRET. } Tu ne quæſieris (ſcire nefas, &c.] *Nefas hoc loco ualet ἀδύνατον, ut & infra,* Durum: ſed leuius fit patientia, Quidquid corrigere eſt nefas. *ponitur & eodem ſenſu à Cicerone, & in quodam loco ex Timæo.*

GEOR. FABR. } *Hortatur amicam, metu mortis anxiam, ut præſenti uita cum hilaritate fruatur, & ut curam futurorum abijciat: quia fruſtra angimur eo, quod uitari non poteſt. Idem argumentum infra aliquoties tractat maiore copia artis, exemplorum, argumentorum. Leuconoë Lycambis fuit filia, quam poëta Archilochus ſuis conuicijs, ad ſuſpendium adegit: huius nomen in hac Oda temerè non poſuit.* Tu ne quæſieris ſcire (nefas) quem mihi, quem tibi] *Hanc diſtinctionem & in Virgilio, & in Partitionibus Grammaticis annotaui: & maneo in ſententia, propter exempla Catulli & Virgil.* Dum loquimur, fugerit inuida Aetas] *Lectionem in Aldino expreſſam, ſequor,* Diffugit inuida Aetas. *quaſi in partes diuerſas fugit. Verbum Horatianum eſt. Carm. 1. 18.*

» *Mordaces aliter diffugiunt ſollicitudines.*

Item, 1. 35.

» *Diffugiunt cadis Cum fæce ſiccatis amici.*

Columella de Horto,

» *Tacito nam tempora greſſu*
» *Diffugiunt, nulloque ſono conuertitur annus.*

IOAN. THOM. FREIG. } *Deterret à cupiditate præſciendi futura. Tota cõſtat diuerſis. Protaſis eſt in principio nolì ſolicitus eſſe de morte, ſed lætitiæ indulge. Apodoſis eſt ibi: Sapias, uina liques.*

ODE XII. DE LAVDIBVS DEORVM ET HOMINVM. VEL MVLTOS LAVdat ut Octauianum laudet.

προσφωνητική.

Ode XII. Dicolos, Tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis, atque diræ.

—υ — —υυ —υ ——
—υ — —υυ —υ —
—υ — —υυ —υ —υ
/ —υυ —.

ARGVMENTVM IN ODEN XII.

Hac Ode Pindarum imitatus eſt, in qua miro artificio, inſinuat ſe in laudes Auguſti, dum dubitat quid potiſſimùm dicat, & quid primùm, atque ita obiter celebrato Ioue, Pallade, Libero patre, Diana, & cæteris dijs paulatim ad heroës, & Romanorum duces, poſtremò ad Auguſtum deſcendit.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Veterum mos fuit in diuos & heroas hymnos & encomia ſcribere, ut ex Pindaro deprehendimus. Hanc cõſuetudinem poëta noſter ſecutus, in utroſque canit, ſic per dubitationem comparans mortales cum dijs, ut tandem efficacius in laudes Auguſti proueheatur, quando Ioui Olympum, Cæſari uerò ex æquo terram adſcribit.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Ad imitationem Pindari Lyricorum principis, Deorum, Regum principum & uirtute inſignium uirorum laudes, hac Ode celebrat.

COMMENT.

COMMENTARIA.

ACRON.

QVEM uirum, aut heroa, lyra, uel acri] *Metrum ſapphicum hendecaſyllabũ: In hac Ode uelut propoſitio eſt cuiuſdam incerti carminis. Nam dubitat quid primum, uel quid potiſsimum dicat, utrũ Deorum cœleſtium laudes, an Romanorum, & fortium ducum, omnes tamen laudat, cùm ſe fingit ancipitem peroratoriam παράλειψιν. Verum maiori intentione in Auguſti laudes contendit, quem ſecundum à Ioue uult eſſe in terris.*

QVEM uirum, aut heroa, lyra, uel acri
Tibia ſumis celebrare Clio?
Quem Deũ? cuius recinat iocoſa
Nomen imago.
Aut in umbroſis Heliconis oris
Aut ſuper Pindo, gelidoue in Hæmo?
Vnde uocalem temerè inſecutæ
Orphea ſyluæ.
Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapſus, celereſq; uentos,
Blandum & auritas fidibus canoris
Ducere quercus.
QVID prius dicam ſolitis parentum
Laudibus? qui res hominum, ac deorum,
Qui mare, ac terras, uarijſq; mundum
Temperat horis?
VNDE nil maius generatur ipſo:
Nec uiget quid quàm ſimile, aut ſecundum:
Proximos illi tamen occupauit
Pallas honores.
Prælijs audax neq; te ſilebo
Liber, & ſæuis inimica uirgo
Belluis, nec te metuende certa
Phœbe ſagitta.
Dicam & Alciden, pueroſq; Ledæ,
Hunc equis, illum ſuperare pugnis
Nobilem: quorum ſimul alba nautis
Stella refulſit.
Defluit ſaxis agitatus humor.
Concidunt uenti, fugiuntq; nubes,
Et minax, quod ſic uoluere, ponto
Vnda recumbit.
Romulum poſt hos prius, an quietum
Pompili regnum memorem? an ſuperbos
Tarquini faſceis, dubito, an Catonis
Nobile lethum.
Regulum, & Scauros, animæq; magnæ
Prodigum Paulum ſuperante Pœno,
Gratus inſigni referam camœna,
Fabriciumq;.
Hunc, & incomptis Curium capillis
Vtilem bello tulit, & Camillum
Sæua paupertas, & auitus apto
Cum lare fundus.
Creſcit occulto uelut arbor æuo
Fama Marcelli, micat inter omnes
Iulium ſydus, uelut inter igneis
Luna minores.
Gentis humanæ pater, atq; cuſtos
Orte Saturno, tibi cura magni
Cæſaris fato data, tu ſecundo
Cæſare regnes.
Ille, ſeu Parthos Latio imminenteis
Egerit iuſto domitos triumpho:
Siue ſubiectos Orientis oris
Seras & Indos.

Quem uirum] *De uiuis.* Aut heroa] *De mortuis iam ſemideis, & eſt Græcus accuſatiuus. Ordo eſt:* Clio quem uirum: aut quem heroa, ſumis celebrare tibia aut acri lyra, id eſt, *graue ſonanti.*
Quem Deum, cuius recinit iocoſa] *Ordo eſt: Quem Deum ſumis celebrare. Clio cuius iocoſa imago recinit nomen, aut in umbroſis oris Heliconis, aut ſuper Pindo, uel in gelido Hæmo, unde ſyluæ temerè ſunt inſecutæ uocalem* Orphea, *morantem rapidos lapſus fluminum, & celeres uentos materna arte, & blandum ducere, auritas quercus canoris fidibus.* Iocoſa imago] *Id eſt, echo, bene dixit, quaſi quæ uoces noſtras imitari uideatur.*
Heliconis oris] *In Parnaſo monte Muſis conſecrato.* Aut ſuper Pindo] *Monte Thraciæ, ubi quondam Orpheus cecinerat.* Gelidoue in Hæmo] *monte Theſſaliæ.* Vnde uocalem] *Vocales omnes dicuntur ſummæ uocis.* Arte materna] *Muſica, ſcilicet, nam filius Calliopes dicitur.* Auritas] *Senſum audiendi habentes.* Ducere] *Ad ſe ducere, oblectare.* Quid prius dicam] *Illum, ſcilicet, qui temperat res hominum ac deorum, aut quas ego ſoleo dicere laudes, uel quas omnes.* Temperat] *Diſtinguit, uel diuidit, uel regit.* Horis] *Partibus, quibus uelut temperatur annus, per uer, æſtatem, autumnũ, & hyemem: traxit enim temperat, à lyra.* Vnde] *Ex illo, qui cuncta temperat, uel à quo, ut Virg.*
» *Vnde genus ducis, & genus unde Latinum.*
Nec uiget quidquã ſimile] *Quaſi dicat, Iouem ſuper omnia ſine cõparatione.* Aut ſecundum] *Secundùm aruſpicum dicta, uel diſputationes, qui Iouem primam, ſecundam & tertiam partem cœli ſolùm uolunt in fulminibus tenere.* Proximos illi tamẽ occupauit] *Proximam Iouis honori Mineruam dicit, hoc eſt, uirtutem & ſapientiam Deo uicinam. Vnde nulla quæſtio eſt, cur ſuprà dixerit, nil Ioui ſimile aut ſecundum, & in ſequenti Mineruam poſuerit.* Prælijs audax] *Nimia enim potatio uini lites generat & audaciam.* Neq; te ſilebo] *Quaſi in ſuperioribus.* Inimica uirgo Belluis] *Dianam ſtudioſam uenandi dicit.* Nec te metuende certa Phœbe ſagitta] *Apollinem dicit ſagitta metuendum propter Amphionem, qui cum filijs peremptus eſt: nam Apollini & Dianæ certæ, & ineuitabiles ad ferendum ſunt ſagittæ, utpote numinis, ſicut eſt:*
» *Nec dextræ erranti Deus abfuit.*
Alciden] *Herculem.* Pueroſq; Ledæ] *Caſtorem & Pollucẽ Ledæ filios. Amatorem equorum Caſtorem dixit, ut eſt:*
» *Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus.*
Pollucem uerò pugnis non bellis ualentem: ab eo quod pugil fuerit, ergo pugnos dixit, ut Terent.
» *Pugnos in uentrem ingere.*
Hunc equis] *Id eſt, equeſtri prælio.* Illum pugnis] *Ceſtuum pugna, uel pedeſtri prælio.* Alba] *Serena, ſignum Geminorum, id eſt, nam frequentius dum oritur tempeſtates facit, ſed hic proſperum poſuit.* Defluit ſaxis agitatus humor] *Laus ſtellæ à tempore, nam uerno tempore naſcitur, quo & niues reſoluuntur. Virg.*
» *Vere nouo, gelidus canis cum montibus humor Liquitur.*
Agitatus] *Reſolutus.* Concidũt uenti] *Fugantur, ut eſt:*
» *Et hybernis parcebant flatibus Euri.*
Fugiunt nubes] *Fugantur. Virgilius:*
» *Collectaſq; fugat nubes.*
Voluere] *Dij uel pueri Ledæ.* Recumbit] *Sternitur quod uento tumuerat.* Romulum poſt hos] *Ordo eſt: Dubito an prius memorem poſt hos Romulum, an quietũ regnum Pompilij, an ſuperbos faſces Tarquinij, an nobile letũ Catonis. Ad hoc autem Romanos duces & nobiles prætereundo commemorat, ut Auguſtum cunctis præferat. Nam Romulus urbis Romæ conditor eſt. Numa Põpilius à Curibus Sabinis ad regnum euocatus, ſacrorũ inuentor. Tarquinius quoque ex uirtute magnus, ſed hic Priſcum poſuit non Superbum: nam faſces ſuperbos, hoc eſt, nobiles dixit. Cato dum mortuo Pompeio, apud Vticam obſideretur, amore libertatis manu ſua ſe peremit, unde & Vticenſis uocatus eſt. Regulus autem cùm Afros uiciſſet, ab eiſdẽ cum paucis captus eſt, quem cum Carthaginenſes Romam pro commutatione captiuorum miſiſſent, acquieſcentes Romanos ſuo conſilio reuocauit. Hunc Pœni dum ſacramenti memor reuertiſſet, ſectis palpebris, uigilijs necauerunt. Paulus & Terentius Varro Coſſ. aduerſum Hannibalẽ miſſi ſunt. Hi apud* Cannas,

Te minor latum reget æquus orbem,
Tu graui curru quaties Olympum,
Tu parum caſtis inimica mittes
Fulmina lucis.

Cannas, Apuliæ uicũ, grandi exercitus Romani clade ſuperati ſunt. Paulus poſtquam tantam uitio collegæ, ſuorum uidit ſtragem, ſe perimendum hoſtibus dedit. Fabricius quoq; magnis præmijs à rege Pyrrho tentatus, dum nimis pauper cenſu eſſet, corrumpi non potuit, de quo Lucan.

» *Quo te Fabricius regno, uendidit auro.*

Curius paupertate clarus de agro ad conſulatum euocatus eſt, & qui nunquam totondit Cæſariem, propter iniuriam præturæ. Camillus de exilio reuerſus, uictores Gallos urbe pepulit, & ad internitionem cecidit, uictorq; ſua ſponte in exilium redijt. Pompili regnum] *Magna enim pax fuit eius temporibus.* Superbos] *Aut nobiles aut reuera ſuperbos.* Faſces] *Honores.* Regulum] *Referam (inquit) inſigni camœna Regulum.* Et Scauros] *Nobiles Romanos, qui & cenſores, & conſules fuerunt.* Prodigum] *Contemptorem uitæ.* Gratus] *Aut delectabilis, aut libens, aut gratiam meritis debens.* Hunc] *Ordo eſt:* Hunc & Curium incomptis capillis, & Camillum utilem bello, tulit ſæua paupertas, & auitus fundus cum apto lare, *id eſt, conueniens fundus, & domus eius tenuitati.* Incomptis] *Impexis.* Vtilem bello tulit] *Vt Lucanus.*

» *Fœcunda uirorum Paupertas.*

Sæua] *Magna.*

» *Sæuus ubi Aeacide telo iacet Hector.*

Creſcit occulto uelut arbor æuo] *Incrementa enim arborum, niſi poſteaquam creuerint, non uidentur.* Fama Marcelli] *Marcellum Octauiæ dicit filium, ſororis Auguſti, qui puer mortuus eſt, de quo Virgil.*

» *Si quâ fata aſpera rumpas, Tu Marcellus eris:*

Aut illum Marcellum commemorat, qui primus Hannibalem apud Nolam ciuitatem in fugam cõpulit, & ab eodem poſtea occiſus eſt. Iulium ſydus] *Vt Virgil.*

» *Ecce Dionei proceſsit Cæſaris aſtrum.*

Velut inter ignes] *Pulchra comparatio.* Gentis humanæ pater atq; cuſtos] *Apoſtrophe ad Iouem, eſt autem periphraſis.* Fato] *Per fata.* Tu ſecundo Cæſare] *Id eſt, ſit ſecundus à te, ſcilicet, ut tu in cœlo, ille in terris regnet.* Ille ſeu Parthos Latio imminentes] *Parthi in Latium nec uenerunt, nec tentauerunt uenire, ſed quia dilatatum eſt imperium Romanũ, Latium uocauit, quia ſub ditione latuerat, ut Virgil.*

» *Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.*

Id eſt, à ditione Romana. Egerit] *Subegerit.* Domitos] *Subiugatos.* Seras & Indos] *Subaudi à ſuperioribus, regnes ſecundus à Cæſare.* Te minor latum reget æquus orbem] *Ordo eſt:* Ille æquus, *id eſt, iuſtus* minor te, reget latum orbem: Tu quaties Olympum graui curru, tu mittes inimica fulmina parum caſtis lucis: Quaties] *Honore numinum frueris.* Parum caſtis] *Pollutis, ſecundùm pontificum & aruſpicum documenta, qui nunquam fieri fulmina, niſi in lucis pollutione aliqua alienis.*

P O R P H. } Quem uirum, aut heroa] *Hæc à Pindaro ſumpſit, continet autem hæc Ode laudes Deorum ac principũ Romanorum.* Iocoſa nomen imago] *Et hoc quia uelut ludens reſpondet. Imago dicitur, quaſi imitago. Helicon autem mons Bœotiæ, Muſis ſacer. Pindus Theſſaliæ. Lucan.*

» *Pindus agens gemitus.*

Temerè inſecutæ] *Quid eſt temerè, utrum inordinatè & paſsim atq; confuſè: an uerò ſine cunctatione & facile?* Arte materna] *Id eſt, muſica. Orpheus enim Calliopes Muſæ filius.* Blandum & auritas fidibus canoris Ducere quercus] *Blandum ducere, ſua figura dixit: ut, Callidum quidquid placuit iocoſo Condere furto.* Auritas quercus] *Audenter dictum. Relatum autem ad id, quod cantu mulcetur.* Vnde nil maius] *Vnde autem ad Iouem, aut ad mundum refertur, unde autem ita poſitum, ut Genus unde Latinũ, pro à quo.* Quid prius dicam ſolitis parentum laudibus] *Solitis laudibus. Vtrum mihi ſolitis, an uulgo?* Neq; te ſilebo Liber] *Attende quod promittit ſe dicturum de his, non tamen dicit.* Pueroſq; Ledæ] *Græca conſuetudine pueros, pro filijs. Caſtorem & Pollucem ſignificat.* Alba nautis ſtella] *Nunc candida & benigna, ut è cõtrario illud dicitur: Nigro cum lacte uenenum.* Defluit ſaxis agitatus humor] *Saxis litoris, ſcilicet, quæ fundantur, ſcilicet, fluctibus ſe in ea illidentibus.* Quod ſic uoluere] *Pro cùm uoluere.* Recumbit] *Pro eo, quod quieta ſit dictum.* An ſuperbos Tarquinij faſces] *Dubium eſt, ſiquidem ſuperbos faſces dixit, an Tarquinij. Superbi intelligamus. Tarquinius enim Superbus dignus nõ eſt, cui laudes inter hos deos, & quos principes nominabant, dicantur. Superbos ergo magnificos intelligamus, ut Tarquinij Priſci faſces dicat, nõ ſuperbi.* An Catonis] *Eius qui ſe Vticæ interemit.* Animæq; magnæ prodigum Paulum] *Aemilium Paulum dicit, qui prælio uictus ab Hannibale apud Cannas, Apuliæ uicum, uitio collegæ Varronis, maluit perire, quàm ex eo fugere, ergo prodigum contemptorem intelligendum. Prodigi enim dicuntur propriè, qui bona ſua à ſe diſperdunt, quaſi porrò ea ab ſe agentes.* Fabricium] *Luſcinum, ſcilicet.* Apto cum lare fundus] *Et apto lare & conueniente gratus fundus intelligendus.* Fama Marcelli] *Dicit Cl. Marcellum Octauiæ Auguſti ſororis filium, cuius interitum Virgil. in 6. lib. deflet.* Occulto æuo] Occultum æuum, occultè procedens. Iulium ſydus] *C. Cæſaris ſtellã dicit.* Gentis humanæ pater atq; cuſtos] *Quaſi occultus ſenſus, hoc autem dicit, magis ut neminem ſecundum abs te uelis eſſe, quàm Cæſarẽ.* Ille ſeu Parthos Latio] *Grata conceptione loquitur. Nam dum rationem inducit pro incolumitate atq; imperio Auguſti, mirè illi honorẽ indulget, dicens ſiue Parthos domuerit, ſiue Seres atq; Indos, nihilominus tibi Olympi regnum tonitruare atq; fulminare permittet.* Graui curru quaties Olympum] *Hoc ſecundùm uulgarem opinionem dicitur.*

C H R I S T. L A N D. } *Suauiſsimus uerſus Sapphicus eſt, ſed hoc iam demonſtratũ. Summo autem artificio utitur. Nam cùm conſilium ſit laudare Octauianum, addubitat quemnam potiſsimùm deſcribat, aut uirum mortalem, aut heroẽn, qui ut Deo inferior eſt, ſic homine ſuperior. Aut poſtremo Deum. Etiam tacitè innuit non hominibus, aut heroibus, ſed Dijs eſſe comparandum Auguſtum. Vt autem maius pondus afferat laudibus ſuis, interrogat Muſam, ut eius ſententia, non ex propria lectione, quæ dicit dicere uideatur.* Virum] *Optimè: Nam hoc depotat ſpeciem, ut ſit animal capax rationis. Vir autem in ipſa humana ſpecie excellentiam oſtendit. Therſitas ergo apud Homerum ita homo eſt, ut non ſit uir: Achilles autem & homo ſit & uir. Non ergo homines, ſed uiri digni ſunt laude.* Heros] *Crediderunt antiqui uirorum excellentium animas poſt mortem aërem habitare, & aëreo corpore indui, & hominibus auxiliari, eaſq; heroas appellari ἀπὸ τοῦ ἀέρος, id eſt, ab aëre. Alij dicunt heroas eos eſſe, qui ex Deo, mortaliq; muliere, uel contra nati ſunt, ut Hercules, Achilles, Aeneas, & huiuſmodi. & dici ſic uel ἀπὸ τοῦ ἔριδος, id eſt, à contentione, quoniam pro imperijs pugnaciſsimi fuerũt. Vel ἀπὸ τῆς ἥρας, id eſt, à Iunone, quæ & aëris, & regnorum ſymbolum obtinet. Diuus autem Auguſtinus in libro 10. de Ciu. Dei. adfert herois nomẽ à Iunone, quæ hara Græcè dicitur, tractum eſſe, quia aër Iunoni detur, ubi uolunt cum dæmonibus heroas habitare, quo nomine appellãt animas defunctorum, quæ alicuius meriti ſint. Dixit autem lyra uel tibia, quoniam ab utraq; recinerentur carmina, ut ego in principio libri dixi.* Clio] *Vna ex muſis. Muſæ autem fuerunt nouem: harum nomina ponit in ſua Theogonia Heſiodus, his tribus uerſibus,*

» *Κλειώ τ' Εὐτέρπη τε, Θάλειά τε, Μελπομένη τε,*
» *Τερψιχόρη τ' Ἐρατώ τε, Πολύμνιά τ', Οὐρανίη τε,*
» *Καλλιόπη θ'. Ἡ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων.*

Latinè ergo Clio à fama dicta eſt. Nam famæ cupiditate ad ſtudia accendimur, & hanc dicunt hiſtoriæ inuentricem. Euterpe à delectatione dicitur: Nam delectatur ſemper, qui proficere ſe in doctrina uidet, dicuntq; illam tibiarum inuentricem. Thalia ab eo, quod eſt θάλλειν, id eſt, germinare. Nihil enim magis quàm doctrina germinat. Et huic datur inuentio arborum ſerendarum. Melpomene, à cantu nomen ſumpſit, & cantum dicitur inueniſſe. Sic Terpſichore: choros & choreas. Erato ab amore, qui Græcè ἔρως appellatur.

Hæc

Hæc adinuenit nuptias. Polymnia à memoria, adinuenit agriculturam. Vrania, ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, id eſt, à cœlo nominata eſt: inuentioq́; illi Aſtrologiæ datur. Calliope nuncupatur, quòd illi κάλλα ὄπα, id eſt, pulchra uox ſit, & ſi typon habet poëſis, qua nihil canorius eſt. Plato autem octo primas Muſas, octo ſingulos ex ſingulis ſphæris cantus intellexit. Putauit enim octo ſphæras ſonum facere. Sed ſeptem dicuntur, quia Venus & Mercurius pari penè ambitu ſolem comitari, ut inquit Cicero, eandem uim habent. Quapropter dixit ſingulas Syrenas, ſingulis orbibus inſidere, nam Syren Græcè eſt Deo canens. Ergo Theologi priſci (cuius Theologiæ Mercurius primus inuentor fuit, Plato autem perfector) uoluerunt octo Muſas, eſſe octo ſphærarum muſicos cantus: & nonam illam concinnentiã, quæ ex illis conficitur. Quapropter Heſiodus octauam Vraniam dixit, quia poſt ſeptẽ uagas, quæ ſubiectæ ſunt, octaua ſtellifera ſphæra ſuperpoſita, proprio nomine cœlum uocatur. Et ut oſtenderet nonam eſſe maximam Calliopen, προφερεστάτην dixit, ex nomine oſtendens ipſum uocis concentum, nonam Muſam uocari. Harum Muſarum Apollinem principem dicunt, quia ſol dux, princepsq́; eſt orbium cæterorum. Verum à cantu cœli etiam ruſtici Muſas Camenas, quaſi canenas dixerũt. Et quia canere cœlũ Theologi ſciũt: ideo ſonos muſicos ſacris adhibuerunt. In hymnis etiam deorum per ſtrophan & antiſtrophan carmina adhibebantur, ut per ſtrophan rectus orbis ſtelliferi motus, per antiſtrophan diuerſus, uagorum digreſſus prædicarẽtur. Muſas autẽ, παρὰ τὸ μυεῖν, id eſt, docere, pleriq; dictas uoluère, quoniam per illas doceamur. Vel ab eo, quod eſt μῶ, id eſt, inquiro. Nam omnium artium inuentrices ſunt. Nec me fugit eſſe, qui uelint, nouem Muſas cum Apolline poëtas in tutela habere, quia humanæ uocis typum Apollo habeat, unde & canere lyra dicitur. Canit autem inter nonas muſas, id eſt, inter nouem inſtrumenta, quibus humana uox perficitur, ut placet Anaximandro Lampſaceno, & Zenophoni Heracleopolitæ. Primo ſunt quatuor anteriores dentes, quorum ſi unus deſit, non iam uox, ſed ſibilus oritur, duo labia, lingua ſeptima. Inde palati concauitas eodem nomine quo cœlum, quod Græci οὐρανὸν uocant, octauam Muſam Vraniã facit. Nona uerò è gutturis profunditate, per quam ſpiritus meat: inter quæ omnia Apollo, id eſt, humana uox fluit. Quamuis non deſint, qui Apollinem pulmonis typon habere uelint. Sed magis ad poëticæ dignitatem, ea quæ paulò antè ex Platonis ſententia retulimus, nobis pertinere uidentur. Propterea enim dixit Heſiodus Muſas eſſe Iouis filias, cum Iouem intelligant, mundi animã, qua ille mouetur. Addit etiã genuiſſe illas ex Mnemoſyne, id eſt, memoria, cũ qua nouẽ noctes concubuiſſet, in Pyerio monte. Ex quo idem poëta in ſuis Georgicis, μοῦσαι πιερίδες. Theodontius Theſpiæ, & Memnonis filias eſſe uult. Alij cœlum ac terram earum parentes referunt. Neq; defuerunt qui non nouem, ſed tres Muſas ponerent. Diodorus addit Muſas fuiſſe octo puellas, quas Oſyris orbem peragrans, in exercitu duxit, quæ & cantu, & alijs diſciplinis eſſent inſignes. Alio etiam in loco ſcribit, Muſas à patre Ioue literas, & uerſuum compoſitionem, id eſt, poëticen edoctas eſſe. Recinat] *Iterum canet, & canendo replicabit. Deſcribit autem illam reboationem, quam Græci ἠχὼ nominant. Cuius fabula in ſequentibus enarrabitur. Verùm cùm uox nihil aliud ſit, quàm ſonitus, qui oritur ex colliſione aëris, diffluit ille aër, & in curriculum extenditur, donec incidat in locum concauum, ad quem illidatur, atque inde uox, quæ hactenus procedebat ex ea reuerberatione reſilijt, eoq́; pacto congeminatur. Ergo uocem illam, quæ ex priori uoce iterum uerberata naſcitur, imaginem prioris uocat. Hoc expreſſit Maro in Bucol.*

„ *Non canimus ſurdis reſpondent omnia ſyluæ.*

Ergo quem Deum ſumis celebrari ô Clio, cuius nomen prius à te cantu pronunciatum, imago ſua, quæ eſt ipſa echo recinet. Aut umbroſis] *Nam cum Muſa ſit, rectè in ſyluis Muſis conſecratis canet.* Heliconis] *Eſt autem Helicon mons in Boëtia, à Muſis frequentatus, ex eo oritur Permeſſus fluuius. De quo Maro.*

„ *Tum canit errantem Permeſſi ad flumina Gallum.*

Pindus autem mons Theſſaliæ eſt, Apollini, Muſisq́; ſacer. Acarnanam ab Aetholia dirimit, ex quo Achelous fluit. Hæmus mons altiſſimus, ex cuius uertice Euxinum & Adriaticum mare conſpici, opinio fuit. Hoc Philippus Demetrij filius, ac Macedoniæ rex experiri cupiens, uix tertio die aſcendit multum denſitate arborum fatigatus, ut nonnunquam cœlum nõ poſſet aſpicere. Sed cùm tandem ad uerticem ueniſſet, omnia nubibus plena offendit. Itaq; à ſpe deſertus, duabus aris Ioui, Soliq́; erectis deſcendit. Vocalem] *Optima uoce præditum, qui & feras, & inanimata ad ſe uocare poſſet.* Vnde] *Ex quo monte. Aduerbium poſuit pro nomine. Sic & Vergilius.*

„ *Genus unde Latinum.*

Temerè] *Quaſi dicat per inuia & deuia, ſine penſo, aut oratione.* Orphea] *Hic uir eſt, quem haud facile meritis laudibus proſequaris, fabulæ tamen ferunt Apollinis & Calliopes filium fuiſſe. Diodorus autem Siculus refert, Bacchum ex Aſia in Europam tranſiturum, amicitiam cum Lycurgo Thracum rege firmaſſe, ſed mox ab illo inſidijs circumuentum, Mænades omnes amiſiſſe: ipſumq́; à Therope prouinciali præmonitum, euaſiſſe. Ergo uicto deinde, cæſoq́; Lycurgo memor beneficij Bacchus, regnum Thraciæ Theropi conceſſit, eumq́; Orgya docuit. Ex Therope ortus eſt Oeagrus, & ex Oeagro Orpheus. Hic in Aegyptum profectus, philoſophia, ac poëtica inſtructus eſt. Sed in primis Mercurij Trimegiſti, primi Theologi Theologia imbutus dicitur. Quapropter ſecundas priſcæ Theologiæ obtinuit partes.*

Cui deinde ſucceſſit Aglaophemus, & Aglaophemo Pythagoras. Hunc ſectatus eſt Philolaus diuini Platonis magiſter. Hæc fuit ſucceſſio horum ſex Theologorum. Exordium enim à Trimegiſto ſumpſit Theologia, & à Platone abſoluta eſt. Sed redeo ad Orpheum. Hic enim Orgya ab Aegyptijs accepta, ad Græcos primus tranſtulit, quæ ab eo Orphica dicta ſunt. Et fretus inſcitia hominum, & obſcuritate antiquitatis, omnia quæ de Baccho illo Thebano, ex Thebis Aegypti ferebãtur, cùm Cadmei amicus eſſet, ad Bacchum, qui ex Thebis Boëtijs oriundus erat, tranſtulit. In cuius uiri poëtica cum tanta uis fuiſſet, ut aut efferatos, & ad omnem impetum pronos, aut ſtolidos, ſtupefactosq́; homines ad mitiorem cultũ traducere poſſet, & feras ad ſe uocare, & ſyluas diceretur. Extant noſtro quoq; tempore eius hymni, & mira ſuauitate aſperſi, à profunda illius primæ Theologiæ doctrina inſtructi. Dicunt fuiſſe unũ ex Argonautis, & atrocem tempeſtatem ab illis nauigantibus ſuis ſacris auertiſſe.

Volunt Cithæronem Boëtiæ montem, quoniam ibi in ſacris frequentiùs caneret, à ſua cythara nomen ſumpſiſſe. Scribit Plinius. Auguria, quæ prius ex auibus ſolùm ſumebantur, ex reliquis quoq; animalibus ſumi poſſe, Orpheum demonſtraſſe. Sunt qui Citharæ inuentionem illi attribuant. Denuim cùm apud Thraces inſtituiſſet, ut uiri inter ſacra Bacchi à mulieribus abſtinerent, ratæ illæ in eorum contemptum huiuſcemodi rem eſſe inſtitutã, facto agmine illum incautum inuaſère, atq; lacerauère. Pleriq; tamen fulmine ictũ periſſe aſſerũt. Quod etiam teſtatur huiuſcemodi eius Epitaphiũ, Θρήικα χρυσολύρην τῇδ' Ὀρφέα μοῦσαι ἔθαψαν, ὃν κτάνεν ὑψιμέδων Ζεὺς ψολόεντι βέλει. Nos uerò ſic Latinè dicamus.

„ *Orphea chryſolyram Muſæ hoc poſuère ſepulchro,*
„ *Fulmine quem ſtrauit Iupiter alta uidens.*

Syluæ] *Syluam ab eo, quod Græcè ὕλη dicitur, dictam uolunt. Et ut illi hylem pro materia, ſic noſtri ſyluam poſuerunt. Eſt præterea ſylua, aut glandifera, cuius arbores non cæduntur, ſed ad eſcam quadrupedibus præbendam ſeruantur. Aut cædua, quod in ea arbores, cùm ad iuſtam proceritatem creuerint, cæduntur, ut uel ædificationibus, uel alijs uſibus materiam præbeant. Viridaria autem ex ijs arboribus ſunt, quæ maiora hominibus poma præbeant. Eadem & pomaria.* Arte materna] *Suauiſſimo cantu. Quem quidem Calliopes eius matris artificio aſſecutus eſt.* Rapidos morãtem fluuium lapſus] *Huius allegoriam iam expreſſimus.* Auritas] *Senſum audiendi habentes. Maro autem lepores dixit auritos, quoniam in illis proceriores ſunt aures, quam exigere eorũ corpuſcula uideantur.* Quid priùs dicam] *Summa arte uſus eſt poëta, in qua ita Muſam per dubitationem eſt allocutus, ut interroget à quo potiſſimùm initium laudandi ſumat.*

Interim Orpheum, uel tanquam huius artificij inuentorem, uel, ut in ea re præcipuum ſuis laudibus non defraudat, & quid adin-

menti in huiuſcemodi re Muſa ſibi præſtare poſſit, eiuſdē poëtæ exemplo demonſtrat. Ex quo ſuam petitionem facilem eſſe docet. Oſtendit iuſtam, cùm eos ſibi præponat laudandos, qui iure optimo laudandi ſunt. Captat beneuolentiam à Muſa, cùm illius facultatē per Orpheum Muſarum diſcipulum extollat. Excellens profectò exordium in quo ſtatim tum ex ipſa addubitatione, cùm ex uirorū heroum, Deorumq́ commemoratione mirificam excitet attentionem. Sumit initium dum dubitat à minoribus ad maiores, ut ſit auxeſis, & non diminutio. Deinde cùm incipit explicare, exorditur à maioribus, ut dignitas, decorumq́ ſeruetur. Inſurgit autem in ſublimem uſque figuram, pene alter Pindarus. Nam grandior eſt materia, & grandiori plectro canēda proponitur. Eſt præterea artificioſiſſima inſinuatio. Nam dum multos ſibi uiros heroas, deosq́ laudandos occurrere demonſtrat. Octauianum cæteris penè præponit, Ioui uerò ſecundum fecit. Solitus parentum laudibus] Conſuetis laudibus antiquorum Lyricorum. Qui res hominum] Omnium rerum conditorem intelligit, qui unus, uerusq́ eſt Deus, quem poëtæ Iouem Optimum Maximum nuncupant. Quem Plato, & Trimegiſtus ſupra cœli dorſum habitare uolunt, & in eo eſſe potentiam, ſapientiam, & amorem. Quod autem extra cœlum habitet, alibi oſtendit Plato, cùm dicit, locū illum neminē adhuc poëtarum laudaſſe, nec unquam pro dignitate laudaturum. Qui temperat, id eſt, gubernat res hominum & deorum, quaſi dicat, corporeas res & incorporeas. Varijs horis] Varijs temporibus. Nam ex contrarijs calore & frigore, humore & ſicco optimum temperamentū datur rebus. Loquitur autem hic ex opinione Trimegiſti & Platonicorum, quod Deus cuncta gubernet. Fuerunt enim ex philoſophis qui omninò negarēt prouidentiam diuinam, ut Epicurus & Democritus. Alij poſuerunt omninò ut Trimegiſtus & Plato, qui uolunt Deum curare ſupra & infima, magna & parua. Alij partim ponūt, partim tollunt. Sed ij dupliciter. Nam Ariſtoteles uſq́ ad lunæ orbem illam prouenire uult. Alij etiam infra lunam, ſed non curare minimas res. Vnde] Id eſt, à quo Deo. Nil maius generatur ipſo] Quaſi dicat, ipſe ingenitus eſt, reliqua uerò ab eo genita, ſed nihil maius ipſo genitum. Nam Plato ita ſummum Deum reliquis dijs loquentem inducit, ut dicat illos ſua natura mortales eſſe, ſed uelle eos facere immortales. Nec uiget ſimile] Nulla enim ſimilitudo eſt creaturæ ad creatorem. Secundum] Nam nullus ordo eſſe poteſt inter infinitum & finitum. Ergo nihil eſt ipſi infinito ſecundum. Nam ſecundus eſt in ordine, Tum quoniā omnia ſunt poſt Deum, oportet eſſe aliud alio propinquius. Propinquior autem erit Pallas, quam poſſumus interpretari creaturarum ſapientiam.

Proximos] Quamuis inter Iouem & Pallada multi gradus interſint: tamen, quia nemo hos occupat, Pallas eſt proxima, quamuis, ut eſt apud Ciceronem, longo interuallo proxima. Pallas] Minerua, quam filiam Iouis fuiſſe dicunt, non à muliere conceptam, ſed ex ipſius capite ortam. Per quod oſtendunt nulla admixtione rerum humanarum, aut corporearum ab ipſo Deo nobis intellectum prouenire. Cicero quinq́ Mineruas ponit. Primam quam Apollinis matrem eſſe uult: Secundam ortam ex Nilo: Tertiam ex Ioue genitam: Quartam è Ioue natam, & Coruphe nympha Oceani filia, quam Archades Corian uocant, & quadrigarū inuentricē dicunt: Quintam Pallantis filiam, quæ patrem, uirginitatem ſuam uiolare conantem, interemit. Dicunt igitur Iouem, cùm Iunonem ſterilem animaduerteret, ut liberos haberet ſæpiùs concuſſo capite Mineruā edidiſſe. Hæc lanificium & texturam reperit, & numeros atq́ illorum figuras. Hanc Vulcanus adamauit, ſed cùm illa concubitum refugeret, ſemen in terram fluxit, natusq́ inde eſt Erichthonius, ab illa contentione, & terra nominatus. Dicitur Pallas à Pallante interfecto. Appellatur & Tritonia, ab Aphricæ palude Tritonide, apud quam ut Auguſtinus ſcribit, regnante Ogygio apparuit. Herodotus autem refert in Aphrica Maclyes eſſe populos, iuxta quos Triton ſit fluuius, ex eoq́ efficiatur Tritonis palus. Ex hac autem palude dicunt Neptunum, Mineruam ſuſcepiſſe. Verùm cùm ei quandoq́ pater ſuccenſuiſſet, illa ſe Ioui tradidit, & ab eo eſt adoptata. Huic uirgines ſingulis annis ſacra faciunt, nam in duas acies diuiſæ lapidibus, fuſtibusq́ decertant, & ſi qua in pugna occumbit, ea pſeudoparthenos, id eſt, nō uera uirgo habetur. Ante autem quā pugnam ineant, omnium pulcherrimā uirginem Corinthia galea, et tota armatura Græca ornatam in curru ponunt: illamq́ paludem circumeuntem omnes ſequuntur. Addit Diodorus Mineruam paulò antè in Tritone fluuio natam, ab Hāmone coniuge Rheæ cuſtodem poſitam eſſe: contra ipſam Rheam filio, quem ex Amalthea ſuſceperat, ipſamq́ perpetuam uirginitatē ſeruaſſe. Et propter animi ſolertiam multas artes inueniſſe, & in bello plurimùm ualuiſſe, & Alcidam beluam, quæ ignem ore uomens, omnia inflammaret, ingenio & uiribus intereniſſe. Aegyptij uerò Mineruam aërem eſſe interpretantur, & Iouis filiam uolunt, ac uirginem, quia aër naturā ſemper incorruptam habeat. Cretenſes uerò in inſula, Tritonem fluuium eſſe dicunt, & apud illius fontē ex Ioue natam eſſe affirmātes ibiq́ eius templum oſtendebant. Dicunt autem appruiſſe primùm hāc beluam in Phrygia, quæ propter hoc combuſta uocatur. Deinde in Taurum montem conuerſam cuncta nemora perpetuo tenore ad Indos uſq́ incendio conſumpſiſſe. Inde per Phœniciam cùm ſe cōuertiſſet, Libani ſyluis exuſtis, per Aegyptum in Libyam tranſiit, uſq́ ad Heſperum: ibiq́ in Ceraunijs ſyluis cuncta inflammans, omnes mortales aut perdebat, aut in fugam uertebat: donec illam Pallas perdidit. Prælijs audax] Pro forti poſuit audacem. Propriè tamen audax is eſt, qui periculis ſe ſine ratione obijcit: ergò exceſſus eſt, non autem fortitudo, quæ mediocritas eſt. Liber] Bacche: nam liber pater apud Latinos dicitur. Virgil.

» Nec qui Pampinei uictor iuga flectit habenis,
» Liber agens celſo Nyſæ de uertice tygres.

Vel quia præeſt liberis ciuitatibus, uel quia uinum curas ſoluit, & mentem ab illis liberat, uel quia eius ſacrificia ad animas purgandas, & à ſupplicijs liberandas pertinere putabant, quare & uānum, qua fruges purgantur myſticè in illis adhibebant. Virg.

» Et myſtica uannus Iiacchi.

Dicunt autem fuiſſe illum Iouis filium, ex Semele filia Cadmi. Erat adhuc ex eo prægnans Semele, cùm Iuno rem grauiter ferens, ſe in anum conuertit, puellæq́ perſuaſit, ut peteret à Ioue, ut ſecum eo pacto, quo cum Iunone ſolitus erat, concumberet. Quapropter coactus eſt Iupiter illam fulmine petere. Iure enim iurando promiſerat, quicquid illa peteret ſe facturū. Sed extincta matre puerum adhuc immaturum exemit, femoriq́ ſuo, donec tempora partus cōpleret, adſuit. Ergo quoniam bis ortus ſit, Dithyrambus appellatur. Ferūt præterea ipſum à Gigantibus diſcerptum, mox integrum ſurrexiſſe. Quæ omnia ad uini naturam referuntur. Funditur enim, dum calcatur, fuſumq́ mox in unum coit, & primò de uua matre maturum naſcitur, atq́ inde in lacu conditur, de quo iam purgatum, iterum enaſcitur: Pingitur pulcherrimus, ſed cum cornibus. Hinc Sapphus.

» —Accedant capiti cornua Bacchus erit.

Quoniam uino etiam ſenes reiuueneſcunt, ſed & nonnunquam nocet ebrietas, proptereaq́ cornibus armatur. Hæc quidē fingunt poëtæ Græci. Verùm egregia omnia facinora, non ab hoc Bœotio Baccho, ſed ab Aegyptio geſta ſunt, quem ipſi Oſyrim appellant, Græci uerò Dionyſium, qui Indiam ſubegit, primusq́ triumphum egit. Et ſæuis belluis] Dianam intellige, quam deam uenationum fingunt. Venationis enim Hebræi Nembroth, Græci uerò Apollinem, Dianamq́ eſſe inuentores ſcribunt, quemadmodum aucupium illi Machabæo, duci excellentiſſimo, hi Vlyſſi attribuūt. Certo] Ineuitabili, & quæ ipſum ſagittarium non fallat, cùm finem deſtinatū aſſequatur. Ouidius in primo Metamorph.

» Noſtra tamen certa, ſed certior, una ſagitta.

Dicam & Alciden] Herculem, uel ab Alcæo Gorgonis filio. Gorgophanes enim Helectrionem peperit, & Alcæum: & Helectrionis filia fuit Alcmena, Herculis mater. Vel ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id eſt, à robore, et uiribus ſic nominatum. Græci Herculem dicunt filiū fuiſſe Iouis, ex Alcmena Amphytrionis Thebani uxore. Addunt etiam Iouem, quo tempore cum illa concubuit, noctem congeminaſſe, quò ſatis ſpatij eſſet ad tantū uirum gignendum. Aiunt fuiſſe robuſtiſſimum & procerum. Dixitq́ Solinus, plerosq́ diffinire, nullum longitudinem ſeptem pedum excedere poſſe, quod intra hunc modum fuerit Hercules. Habuit ſtatim à principio Iunonem nouercā ſuam inimiciſſimā, quæ ut illum perderet, & multa monſtra domanda, &

multa

multa pericula adeunda, per Euriſteum ſibi mandauit. Quæ omnia ſuperauit, & Olympicos ludos Ioui in honorẽ Pelopis inſtituit. Sed hũc quoq; à Græcis ſibi ereptũ, Aegyptij dicunt, cùm ipſe Oſyridis fuiſſet filius. Atq; cùm Oſyris orbem terrarum uellet peragrare, regnum Iſidi uxori reliquit, & Herculem filium exercitui præfecit, qui Aegyptum multis ſæuiſsimis beſtijs purgauit. Verùm Orpheus, omnia quæ Bacchus et Hercules Aegyptij multis antea ſæculis geſsiſsẽt, Baccho, Herculiq; ex Bœotia Thebanis adſcripſit. Diodorus Siculus tres ſcribit fuiſſe Hercules. Primus apud Aegyptios, qui multum terrarum armis domans, columnas in Lybia poſuit. Secundus ex Creta, unus ex Idæis, qui præſtigiator & dux ſummus fuit, Olympiciq; certaminis inuentor. Tertius ex Alcmena paulò antè Troianum bellum, qui multum telluris obiuit, dum iuſſa Euriſtæi faceſsit, & in Europa columnas poſuit, & quoniam uetuſtiſsimorũ fama obſoleuerat, earum rerum quas illi fecerant, ſibi gloriam uendicauit, tanquam unicus Hercules, neq; plures toto in orbe fuiſſent. Pueros] *Filios, ſed ut Græci παῖδα puerum filium, & ſeruum appellant, ſic Latini puerum à ſeptem ad quatuordecim annos uocãt. Item filium, Item ſeruum Cicero. Pueris Albini, & recepi omnia, & præſtabo. Iuuenalis.*

,, *Item igitur pueri linguis, animiſq; fauentes.*

Nobilem ſuperare] *Quaſi dicat, propterea nobilitatus, & fama inſignis, quia ſuperet.* Hunc equis] *Caſtorẽ, nam quod Virgilius dixit, Domitus pollucis habenis. Pollucem pro caſtore poſuit, ſicut alibi Reuocato à ſanguine Teucri, id eſt, Dardani.* Illum] *Pollucem.* Pugnis] *Arte pugili.* Sydera] *Dictum eſt in ſuperioribus, ſiue de igniculis, qui apparent, ſiue de ipſo Geminorum ſigno intelligat.* Defluit ſaxis agitatus humor] *Nam quia in uere oriuntur à ſaxis, id eſt, à mõtibus defluit humor, id eſt, liqueſcit nix, glacieſue. Poſſumus etiã intelligere, quod tumor maris, quo in tempeſtate operiebantur ſaxa, id eſt, ſcopuli, miteſcente mari reſideret, & ſic humor, id eſt, aqua, qua ſcopuli tegebantur defluit ab ipſis.* Concidunt] *Deſinunt flare.* Fugiuntq; nubes] *Sic Virg.*

,, *Collectaſq; fugat nubes, ſolemq; reducit.*

Minax] *Eminens, & in fluctum erecta. Minari, eminere. Virg.*

,, *Geminæq; minantur in cœlum ſcopuli.*

Hinc minæ murorum. Item intentare. Recumbit] *Iacet, proſtratur, coæquatur.* Voluêre] *Ipſe Caſtor & Pollux.* Romulum] *Filius fuit Martis ex Ilia, conditor urbis Romæ. Vir in bello acerrimus: Aſylum condidit. Quare undiq; Romam confluxit ingens hominum multitudo. Et cùm fœminæ ad nuptias celebrandas deeſſent, Sabinas rapuit. Hinc exortum bellum, & tandem compoſita pace cum T. Tatio rege Sabinorum, ex duobus populis unus eſt factus. Diuiſit populum in triginta curias, & in tres equitum centurias. Primamq; à ſe Ramnetem: ſecundam à Tatio Tatienſem: & tertiam Luceram, ſiue ab Ethruſco Lucumone, ſiue à luco ubi res geſta eſt. Inſtituit centum Senatores, ac tandem cùm apud capreas paludes exercitum luſtraret, tantus nimbus ſubitò exortus eſt, ut illum è conſpectu omnium eriperet: nec poſtea unquam apparuit. Sed ſenatores, qui propè erant, uidiſſe affirmabant illum ad cœlum raptum. Et Iulius Proculus in concione dixit, ſibi Romulum humana forma auguſtiorem apparuiſſe, dixiſſeq; placere dijs, ut Roma orbis caput eſſet: Proinde rem militarem colerent.* Quietum Pompili Regnum] *Optimus ordo, ut de dijs primum deinde de heroibus, poſtremò de uiris egregijs meminerit. Secundus rex Romanorum, Numa Pompilius fuit, uir prudentia, iuſtitia, & religione excellentiſsimus. Et qui populum Romanum à bellis ad pacem, ſacraq; celebranda traduxerit. Multa genera ſacerdotum inſtituit: Et ut conſilia, quibus rempublicam adminiſtrabat, maioris eſſent authoritatis, ſecreto colloquio egregiæ Nymphæ in antro ſui fontis frui credi uolebat, & illius conſilio cuncta agere. Grauiſsimi autem ſcriptores, ac in primis Diuus Auguſtinus, illum Hydromantiam uſum aſſerunt, ut illa diuinationis ſpecie futura cognoſceret. Fuit & apud externos populos tanta hominis authoritas, ut nemo illo regnante, Romanos bello infeſtare ſit auſus. Inſtituit templum Iani: Annum ad curſum Lunæ duodecim menſibus finiuit: Flaminem Dialem inſtituit: Item Martialem, & Quirinalem, Virgines Veſtæ legit. Duodecim Salios Marti gradiuo dedit. Regnauit annos XLIII.* Pompili] *Pro Pompilij.* Superbos faſces] *Id eſt, nobiles, nec eſt ad Tarquinium Superbum, ſed ad Priſcum referendum. Hic Tanaquile uxore, fœmina in augurijs perita, ſuadente, Tarquinijs Ethruriæ oppido Romam uenit, & Anco ſucceſsit. Hic centum patres ad priores elegit, qui deinde minorum gentium ſunt appellati, locum circo maximo deſignauit. Vicit Sabinos atq; Collatiam, & quicquid citra erat, eis ademit, Latinos domuit.* Faſces] *Inſignia Ethruſcorum erant, ut ſinguli Lucumones: hi enim erant duodecim in Ethruria reges, ante ſe duodecim lictores præmittentes, cum uirgarum faſciculis, in quibus ſingulis ſingulæ erant incluſæ ſecures, ut cùm eſſet de reo ſupplicium ſumendum, lictor illum nudatum ad palum religaret, & uirgis cæſo caput ſecuri feriret. Vtebantur præterea ſella curruli, toga picta & prætexta. Sed hæc omnia inſignia Tullius Hoſtilius, tertius Romanorum rex, ad reges Romanos tranſtulit: inde exactis regibus ad magiſtratus traducti ſunt. Ergo faſces, id eſt, regnum. Poſuit enim inſignia regni, pro regno.* Catonis nobile lethum] *Prolixior ſim, ſi omnes M. Catonis ſanctiſsimi uiri uirtutes percurrere uelim, nemo illum charitate erga patriam ſuperauit. Tandem ſuperatis in Africa Senatorijs partibus, & ſi omnia bona à Cæſare de ſe ſperare poſſet: Tamen ne uultum tyranni aſpiceret, ſeipſum cùm librum Platonis de immortalitate legiſſet, interemit.* Regulum] *Hic. M. Regulus Attilius eſt uir excellens in re militari, uita, moribuſq; conſtantiſsimus, & fide inaudita. Qui conſul contra Carthaginenſes poſt plures uictorias, tandem à Xanthippo Lacedæmonio eorum duce uictus, captuſq; eſt. Et iureiurando obſtrictus, Romam, ut de commutatione captiuorum ageret, ea conditione miſſus, ut ſi nihil impetraret ipſe rediret. Venit Romam, neq; tamen Senatum intrauit: Quippe qui ab hoſte captus, ciuis eſſe deſierat, ſed ſeorſim cum amicis locutus, perſuaſit, ne ſe ſenem & reipublicæ inutilem tot captiuis iuuenibus commutarent. Quod ut magis perſuaderet, finxit ſe iam ueneno ſibi ad tempus dato, mortem euadere non poſſe. Remiſſus ergo, id maximè precatus, ad cruciatus manifeſtiſsimos, ubi inedia & abſciſsis palpebris, uigilijs abſumptus, perijt cum grauiſsimo dolore.* Scauros] *Hi & cenſores, & conſules fuerunt. Nam de priuigno Syllæ Dictatoris, nihil eſt quod credam, qui potiùs inaudito ludorum apparatus, quàm egregia aliqua uirtute inſignis habetur.* Paulum] *Paulus Aemilius conſul cum Terentio Varrone aduerſus Hannibalem creatus, ueſtigia Fabij Maximi, qui ſua tarditate iuueniliter exultantem Hannibalem ſuperabat, ſequi uoluit. Sed cùm contraria collegæ ſententia ſtaret, hũc ex diſcordia res euaſit, ut alternis diebus imperarent. Igitur Terentius ea die, in qua ſumma rei penes ſe uidit, apud infœliciſsimum Cannarum uicum in aciem aduerſus callidiſsimum hoſtem temerarius egreſſus eſt, uento aduerſo, & in ora militum puluerem contorquente, & ſole in illos ſuos radios emittente. Vnde infœliciſsimus Cannenſis conflictus ſecutus eſt. Sed ipſe Varro, fuga ſibi conſuluit: Paulus uerò lethali uulnere confectus, in ſaxo reſedit. equitiquè, equum ſuum illi præbere, uolenti reſpondit, tu tuo utere. Ego enim propinqua morte patriæ inutilis ſum. Sed nuntia ſenatui, & Fabio, me dum eorum præceptis obſequi cupio, collegæ temeritate eſſe prohibitũ: Ac paulò pòſt expirauit.* Prodigum Animæ] *Id eſt, uitæ quàm liberaliſsimè patriæ contribuit. Sed ut rem dilucidè teneamus, in pecunijs priuatis & mediocribus, & conferendis eſt uirtus quædam in mediocritate collocata, qua uidemus & quãtum, & cui, & quando, & quamobrem dandum ſit. Hancq; appellauit liberalitatem, cui duo ſunt extrema. Nam ſi deficias, nec tantum, quantum oportet tribuas, auaritia oritur. Si autem excedas in dando, deſq; & pluſquàm oportet, & cui non oportet, & quando, qua cauſa non oportet, in uitium laberis, quæ prodigalitas appellatur. Dicitur & largitio, ſi corruptelæ cauſa, tribuas. Ergo in hoc loco non dixit prodigum Paulum, ut uitio ipſum damnaret, ſed ut oſtenderet copioſam liberalitatem, & ſummam erga patriam charitatem. Eſt autem prodigus ab eo, quod eſt prodigere, id eſt, ultra modum erogare. Plautus in Aulularia.*

,, *Feſto die ſiquid prodegeris pro feſto egere liceat niſi peperceris.*

Magnæ] *Id eſt, quæ multi pro ſalute publica exiſtimanda eſt.* Superante Pœno] *Vincente apud Cannas Hannibalem. Non ergo*

prodigũ, ſed liberalẽ. Nam impendit & cui debuit, nos patriæ ſcilicet: & quando debuit, nam in ſummo illius periculo. Gratus] Nam memor meritorum Pauli in patriam, eum laudare debuit.

Inſigni Camœna] Celeberrimo carmine. Camenæ autem Muſæ à canendo dictæ ſunt à ruſticis. Inſignis] Excellens eſt dictum à ſigno. Nam ut ſigna, quia ſunt inditia rerum ſemper eminent, manifeſtaq́ ſunt, ſic uiri uirtute excellentes omnibus ſunt noti. Dicimus etiam inſignia uirtutum honores, quia ſunt inditia illarũ. Sic inſignia militaria, quia eminent, ac ſeſe oſtendunt militibus, qui illa ſecuturi ſunt. Referam] Narrabo, ſic Virg.

» Referes ergo hæc & nuntius ibis Belidæ genitor.

Aliquando exprimere & mutari Iuuenalis.

» Et multum referes de Mecœnate ſupino.

Item recenſere. Virgilius.

» Cogere donec oues ſtabulis numerumq́ referre iuſſit.

Item reuocare. Virgil.

» Illi pedem referens.

Dicunt præterea referre damnum, & referre expenſum, cùm aliquẽ debitorẽ ponimus, & rationẽ oſtendimus dãni, & expenſi. Eodem pacto referre acceptum, cùm oſtendimus aliquem creditorem. Cicero in Philipp. Qui uitam acceptam clementiæ tuæ referunt. Item reddere. Virgil.

» O' mihi præteritos referat ſi Iupiter annos.

Eſt refert, idem quod intereſt, ſed tunc Re ſyllaba contra naturam ſuam producitur. Fabricium[q́]] Contra Pyrrhum Epyrotarum regem, egregiam rei publicæ nauauit operam: Miſſus legatus ad eum de captiuis redimendis, nullis præmijs à rege perſuaderi potuit, ut patriam deſereret. Inde conſul cum transfuga ſibi polliceretur ſe regi uenenum, ſi uellet daturum, ipſum cum inditijs ad regem remiſit. In comptis] Non comptis. Eſt como, is. Terent.

» Antequam moliantur, antequam comantur annus eſt.

Et Ouid.

» Sint procul à nobis iuuenes ut fœmina compti.

Oſtendit autem priſcam illam in Romanis ſimplicitatem, quæ procul ab omni laſciuiori ornatu eſſet. Curium] M. Curium Samnites aduerſus quos bellum gerebat, auro corrumpere tentarunt, quibus egregiè reſpondit: Romanos non cupere aurum, ſed imperare poſsidentibus aurum, fuerunt autem Curius & Fabricius pauperrimi. Camillum] M. Curius Camillus, quo nemo excellentior iuſtitia & militari diſciplina illis ſæculis fuit. Faliſcos Capenates, & Veios ſuperauit tãdẽ ab ingrata patria in exiliũ miſſus eſt. Sed mox capta à Gallis, Roma abſens dictator creatus, Gallos auro ſpoliauit, atq; in fugã uertit. Ex qua uictoria PATER PATRIAE, item Romulus, & alter urbis conditor eſt appellatus. Tulit] Produxit. Eſt enim ferre, pati. Virg.

» Miſerere animi, non digna ferentis.

Portare. Virgilius.

» Ferre ſui dederat monumentum & pignus amoris.

Auferre. Virgilius.

» Quippe ferant ſecum rapidi, uerrantq́ per auras.

Dicere.

» Et ſcelus expendiſſe merentem Lacoonta ferunt.

Cupere. Ouidius.

» In noua fert animus mutatas dicere formas.

Fundus] Ager dicitur, quia ſit rei familiaris fundamentum: nam pecuniarum ratio labilis eſt. Fundum autem neutri generis una pars eſt. Auitus] A ſuis ſibi maioribus relictus. Ergo erat ſecundùm antiquorum parſimoniam, & ipſe illa contentus erat.

Cum lare] Cum domo: nam urbanum ædificium frugi & modeſtum, eandem modeſtiam in agro requirebat.

Cum lare] Lar nympha fuit, quæ Iunoni furta Iouis cum Iuturna patefecit. Iuſsit Iupiter ſibi linguam recidi, & Stygiam paludem per Mercurium deduci: Mercurius inter ducendum compreſsit, & inde geminos ſubſtulit, qui à matre lares nominantur. Sunt qui credant lares, genioſq; eoſdem eſſe. Aitq; Cenſorinus dictos genios, quia ut gignantur curent, uel quia genitos curent: Credebantq́ unicuiq; duos eſſe, alterum bonum, alterum malum. Vt Chriſtiani etiam duos angelos, bonum, malumq́ à Deo in cuſtodiam datos dicunt. Sed non natos una nobiſcum, ut illi de genio ſiue lare dicunt. Colebantur domi, focuſq́ illis erat, ſacer, ibiq; de thure, & floribus illis ſacrificabatur, ut in Plauti Aulularia apparet. Vnde uulgus focum foculare appellat, quaſi laris focum, ferramentaq́, quibus ligna ſubſtentantur, alaria dicuntur. Verùm pro domo ſumitur lar. Creſcit occulto æuo] Sententia eſt, quod fama M. Marcelli creſcit, id non aduertentibus hominibus, quemadmodum arbor progreſſu temporis creſcit, & incrementum quod non aduertitur, ſingulis horis aut diebus cognoſcitur elapſo menſe, uel anno: putat Acron quod intelligat de Marcello puero Octauiæ filio, de quo Virgilius.

» Si qua fata aſpera rumpas, Tu Marcellus eris.

Sed Virgilius à ſpe & indole laudat, quæ mortuo illo creſcere non poteſt. Itaq; credo potius uoluiſſe. Horatiũ referre ad memoriam res geſtas eius Marcelli, qui apud Claſtidium oppidum iuxta Padum ſingulari certamine Vitromanum regulum Gallorum occidit, & tertia opima ſpolia Ioui Feretrio retulit. Quiq; Hannibalem inſultantem aperto Marte totiens repreſsit, & ab eo ſæpe ſuperior diſceſsit. Fama] A' fando, uel, ut alij uolunt à dictione Græca, quæ idem ſignificat, quod ſi eſſet fama, & non fama erit. Differunt autem fama & rumor ſecundùm Quintil. Nam fama conſenſum ciuitatis, & uelut publicum teſtimonium uocat. Rumor eſt ſermo ſine certo authore diſperſus, cui malignitas initium dedit, incrementum, credulitas. Virgil.

» Audieras, & fama fuit.

Quaſi dicat, non rumor. Nam erant certi authores rei. Eſt autem uocabulum medium, fama, quicquid de aliquo diuulgatur, ſiue bonum, ſiue malum ſit. Infamis tamen ſemper ad malum refertur. Famoſus autem, ut plurimum infame eſt. Cicero. Non pol inquit adeò, nam me ad famoſas uetat mater accedere. Sed aliquãdo etiam in bonum traducitur. Iuuenal.

» Famoſos equitum cum Dictatore magiſtros.

Micat] Splendet. Virgilius.

» Ardentes clypeos atq; ora micantia cerno.

Et quia ſplendor tremulus eſt, & crebrò ſalit, aliquando ſalire eſt. Virgilius.

» Emicat Eurialus.

Et crebrò moueri. Virgil.

» Et linguis micat ore triſulcis.

Significat & digitis ſortiri: hinc Cicero eum uirum bonum appellat, qui cum poſsis in tenebris micare. Iulium ſydus] De C. Cæſare intelligit, nam quo anno cæſus eſt, dicunt in meridie apparuiſſe cometam, quem illius animam crediderunt, hinc Virg. in Geor.

» Ecce Dionæi proceſsit Cæſaris aſtrum.

Iuliorum autem domum, à Iulio Aeneæ filio originem duxiſſe ferunt. Inter ignes minores] Id eſt, inter ſtellas, quæ minores ſunt. Luna] Dicitur quaſi luminum una. Gentis humanæ] Iam quo intenderat deuenit, & Octauianum poſt Iouem inuocandum cenſet, ita ut Iupiter primus cœlum regat, Auguſtus ſecundus terris imperet. Pater] Quia creauit. Custos] Quia prouidẽtia ſua cuncta adminiſtret. Orte Saturno] Nam Saturni filius fuit Iupiter. Fatis] Nam fata uoluerunt, ut Cæſarem curares. Secundo Cæſare] Quaſi dicat, ita regnes, ut poſt te Cæſar ſecundus ſit. Simileq́ eſt Virgilij diſtichon.

» Nocte pluit tota redeunt ſpectacula mane,

» Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.

Ille minor te æquus] Id eſt iuſtus in regendo, quæ prima uirtus requiritur in adminiſtratore. Reget latum orbem] Id eſt præerit terris. Seu. Egerit] Id eſt, ſubegerit. Parthos] Quos per Ventidium Baſſum Auguſtus uicit. Iuſto triumpho] Quia de letho ab ipſius exercitu Romano cum ſuo Imperatore Craſſo, iuſta fuit uictoria. Triumphus autem ſupremus honos eſt duci omnium militarium rerum. Putant pleriq; & maximè Varro, triumphum dictum à Baccho primo huius rei authore, quem θρίαμβον appellant. Plutarchus hanc nominis originem negat. Tranquillus uerò non Latinum putat nomen ſic dictum, quia qui triumpharet, triplici iudicio honoraretur. Primò enim exercitus de triumpho decernendo duci iudicabat, ſecundò ſenatus, tertiò populus. Triumphans equis

quis albis quatuor uehitur, & ſenatu præeunte in Capitolio tauros mactat. Lacedæmonij autem duces, ſi dolo, prudentiáue rem peregiſſent, bouem: Sin prælia, gallum immolabãt, adeò ampliora, magisq; homine digna, quæ ratione quàm quæ uiribus gererentur putabant. Triumphum Bacchi, qui ob deuictã Indiam primus triumphauit elephanti ad currum iuncti uexêre. Seſoſtris rex Aegypti ſingulis annis ex ſubiectis regibus iungere ad currum ſolitus erat, ſicq; triumphari. Idem etiam Tygranem Armeniæ regem factitaſſe, Plutarchus author eſt. At Romulus pedes triumphauit. Tarquinium autem ab Ethruſcis dicunt ſumpſiſſe formam, ut quadrigis triumpharet. Quamuis extent qui Valerium Publicolam curru primum triumphaſſe uelint. Denium lege cautum eſt, ne imperatori triumphus decerneretur, niſi uictor in uno prælio quinque millia hoſtium cæcidiſſet. Seres] Populi in Aethiopia, apud quos altiſſimæ ſunt arbores, in quibus uermes lanam tenuiſſimam emittunt, quam ab ipſis ſericum appellamus.

„ Quid memorem Aethiopum molli canentia lana.

Et Lucanus,

„ Sub iuga iam Seres, iam barbarus iſſet Araxes.

Indos] Hos populos, præter Bacchũ, nullus omninò ſubegit, quãuis & Alexander Magnus, & Nerua Traianus de illis triumphare meruerint. Te minor latum regat æquus orbem] Regat ergo & Octauianus æquus, tanquam optimus princeps minor te, quaſi dicat, qui tibi uni cedat, cæteris autem ſit ſuperior. Nec tamen reddat eum ſuperbum, iam excelſus gradus, ſed ſit omnibus æquus. Tu graui curru quaties olympum] Sit ſententia, Ille terris imperet, tu cælo. Quoniam autem dantur tonitrua Ioui, loquitur ex uulgari opinione, quòd ſtrepitus tonitrui ſit, cum cælum ſuo curru incedente quatitur. Tu etiam mittes fulmina lucis parum caſtis] Id eſt, parum religioſis. Sic Virg. Hac maneant caſti ſub religione nepotes. Vel parum caſtis, id eſt, pollutis, ex ſententia Pontificum & Aruſpicum, qui dicunt numquam fieri fulmina, niſi in lucis pollutis.

ERAS. ROT. } Solẽt præcocia ſubitò flaceſcere, ſed quod paulatim accreſcit, durabile eſt: unde Horatius, Marcelli famam, uelut cum rore arborem ſurgentem celebrat. Hæc ex Prouerbijs: Feſtina lente.

IOAN. HART. } Occulto æuo] Eraſmi Dialogum in Colloquijs lege, qui inſcribitur Philodoxus.

HENR. GLAR. } Cuius recinat iocoſa] Recinat per primam uocalem in ultima legit D. Eraſmus, non recinet, neq; recinit. Nec libet ubiq; proſequi, quoties commentarij ineptiunt, ut qui hic conſtruit, acri lyra, pro acri tibia. Et alter, qui nõ ita multò poſt legit, Qui rex hominum ac deorum. pro res. Non attendens ſi rex legatur, nullum eſſe ſenſum. Item alius Heliconem Phocidis montem facit, cùm ſit Bœotiæ. Quod ſic uoluêre] Ita Acro legiſſe uidetur. ſupplet enim uel Dij, uel pueri Ledæ. Alij legunt, ſic dij uoluêre, quid ſequi nolim, quando hic de Caſtore & Polluce loquatur. Sed lectoris eſto iudicium. An ſuperbos Tarquini faſces] Et id ambiguè dictum. Commentatores ferè de Priſco Tarquinio intelligunt. Fuit enim uir magnificus & honorum cupidus. Videlicet qui patriam Tarquinios ea de cauſa reliquerat, inſtigante maximè ad hoc Tanaquile uxore. Isq; primus, & petiſſe ambitioſè regnum, & orationem dicitur, habuiſſe ad cõciliandos plebis animos compoſitam, ut inquit Liuius. De Superbo Tarquinio nemo ſanus opinor intelligit. Sunt qui de L. Iunio Bruto intelligant, qui Tarquinio Superbo eripuerit faſces. Verum hoc pacto etiam de Collatino, qui & ipſe Tarquinius dictus eſt, non Brutus, intelligi poterat. Cui uero etiam iniuria patriæ laudi fuit, quod in exilium uoluntarius conceſſit, nulla alia cauſa inuenta, quam quod Tarquinij cognomen haberet. Nec minùs Tetus opera libertas urbi parta, quam Bruti. Sed Horatius amat talia quædam ponere, ubi aut rixentur Grammatici, aut ingenia ſtudioſorum exerceantur. Regulum & Scauros] De Regulo omnes cõmentatores plus quàm cõmentantur. De Scauris parum, uel nihil ad rem. Neq; enim cùm Horatius laudaris, què in Iugurthino bello Salluſtius ſuis pingit coloribus. Sed neq; is idem eſt, cum eo quem Valerius lib. 3. cap. 7. magnopere laudat. Qui bello Mithridatico accuſatus à Vario Sucronenſi, egregia interrogatione iudicium diſcuſſit, de quo utiq; locus hic etiã intelligi poteſt. Verùm enimuerò, de inſigni aliquo ſi loqui eum putemus, erit haud dubiè ille unus ex hac familia, Syllæ priuignus, de quo Plinius anxiè ſæpius ſcribit, maximè tamen libro 36. cap. 15. Quanquàm hunc ab illo Valerij neq; diſtinguimus, nec tamen eum eundem facimus, uidelicet temporum ratione commoti. Et eum Plinius Coſ. facit, Cùm nos ex profeſſo de Coſ. ſcribentes uix locum ei deſignare poſſumus, niſi quòd equidem ſuſpicor, inter Aemilios, omiſſo Scauri nomine, ſit connumerandus. Sed hæc atq; alia argutis lectoribus, iudicanda relinquo. Fabricium q;] Mirum eſt, quod Gell. lib. 2. cap. 14. de Fabricio refert, ferè authores de Curio referre: ita ut quod de illis ſit diſcrimen, non adeò ſit clarũ, niſi quòd imperatores ambos fuiſſe frugi, perſpicuũ eſt. Fama Marcelli] Porphyrio de Octauiæ ſororis Auguſti filio intelligit, cuius interitum Virg. lib. 6. Aeneidos deflet. Acro, & de illo, & de M. Claudio Marcello, qui 2. Pun. bell. & antea etiã, clarus fuit, exponit. Ego puto nõ de Octauiæ filio, ſed de altero iam dicto intelligendum, qui Hannibalem 2. bell. Pun. uicit, alioqui ad Iulium ineptam fore comparationem.

HERM. FIGVL. } Quem uirum] Dubitatio eſt, quã ſe artificioſè inſinuat in laudes Auguſti Cæſaris. Heros] Priſcorũ frequens conſuetudo fuit, præclaros uiros, & propter eximias belli, paciſq; artes, de genere humano benè meritos, poſt mortem numinibus æquare, diuinos illis honores decernere, & pro Dijs colere: quos uelut adſcriptitios, & nouos incolas, poſt fata in cælum receptos, ſemideos, & Heroas appellauerũt. Tibia] Tibiæ primũm ex gruũ tibijs, unde nomen habent, deinde ex arundinibus factæ ſunt. Has Midam in Phrygia inueniſſe tradunt. Clio] Vna eſt ex numero Muſarum, dicta à κλείω, quod eſt celebro, quia bonis Poëtis, ex doctis carminibus, maxima & immortalis naſcitur gloria. Hæc, iuxta Apollonij commentarium, Hiſtorias inuenit. Et ſuffragatur. Virgil. inquiens:

„ Clio geſta canens, tranſactis tempora reddit.

Celebrare] Celebrem & immortalem reddere. Nam carmina fortes, & uirtute inſignes uiros ab iniuria obliuionis uindicant, & mori uetant. Quod etiam Ouidius affirmat, dum dicit:

„ Carmine fit uiuax uirtus, expersq; ſepulchri,

„ Notitiam ſeræ poſteritatis habet.

Recinat iocoſa nomen imago] Hoc eſt, cuius nomen cantatum, in fine carminis repetat, & reportet Echo. Iocoſa imago] Echo, quæ non ſine ioco & riſu nouiſsima uerba refert, & in fine loquendi ingeminat ultimas uoces. Eſt autem ἠχὼ, ſonus Latinè, ſeu reſonantia, quod ita exprimit Ouidius:

„ Nec prior ipſa loqui didicit reſonabilis Echo.

Eſt enim nihil aliud Echo, quàm uocis æditæ reuerberatio, quando in montium flexibus, & concauis uallium locis, aër inæqualiter percuſſus ſcinditur, atq; cum ſonitu reſultat. Cùm enim uox in aliquod ſolidum uehementius impulſa eſt, non diſsipatur, ſed eadem repercutitur, noſtriſq; aurib. redditur, ut ait Ariſtoteles lib. Probl. 11. Huc refer, quæ habet Plinius lib. 2. cap. 44. Hanc pulchrè deſcribit Ouid. lib. 3. Transfor. Et feſtiuè Eraſmus in ſuis colloquijs. Heliconis] Helicon mons eſt Bœotiæ, prope Parnaſum. In cuius Nemore Muſis natale aſsignãt, ait Plinius. Pindo] Mõs eſt Theſſaliæ Pindus, Apollini & Muſis ſacer, ex aduerſo Oſſæ, Lapitharũ ſedes. Hæmo] Monte Thraciæ, ingentis celſitudinis. Vnde arbores cantum Orphei ſecutas dicit. Orphea] Orpheus Apollinis & Calliopes Muſæ filius fuit, perecelebris & ualde concinnus Muſicus: Lyram à Mercurio, ut quibuſdam placet, accepit, cuius harmonia non feras modò, ſed arbores quoq;, & ſaxa traxit: flumina & uentos retardauit: quia ex hominibus duris & agreſtibus, reddidit mites & ciuiles: leues & mobiles, ad grauitatem, conſtantiamq; perduxit, id quod idem Horatius in Arte poëtica hoc modo pulchrè declarat:

„ Sylueſtres homines, ſacer, interpreſq; Deorum,

„ Cædibus & uictu fœdo deterruit Orpheus,

„ Dictus ob hoc lenire Tigres, rapidoſq; Leones.

Auritas ducere quercus] Quæ nam arbores ad canentẽ Orphea uenerint, multis uerbis ſcribit Ouid. lib. 10. Transfor. ibi.

„ —Non Chaonis abfuit arbor,
„ Nec nemus Heliadum, non frondibus æſculus altis.
Et paulò pôſt:
„ Tale nemus uates attraxerat, inq; ferarum
„ Concilio medius, turbas uolucrumq; ſedebat.

Quid prius dicam] Dubitat quem primum inter eos laudibus euehere debeat, quos maiores laudare conſueuerunt. Et inter dubitandum, rectè tandem concludit, Deo Opt. Max. cui ſoli debetur gloria, prius ampliſſimos honores tribuendos, utpote, qui omnium rerũ primus ſit conditor, ac ſummus parens. Qui cœlum ac terram, & omnia quæ in eis ſunt, inſcrutabili ſapientia gubernat, cui nec ullus ſuperior, nec ſimilis. Qui res hominum] Piè hoc & religioſè, cõtra impiam & fœdiſſimam Epicureorum opinionem, exiſtimantiũ Deum non curare res humanas, quia indignum uideretur, Dei maieſtatem tam triſtibus & humilibus occupatam eſſe negocijs. Sed omnia ex fortunæ arbitrio, atq; cœco hominum conſilio pendere, non regi diuina prouidentia. Deorum] Quia præeſt cælo, & ſummus Deorum, quorum gentes infinitum numerum fingebant. Mare & terras] Quia Domini, tanquam conditoris totius mundi, eſt terra & mare. Quod ſanctè etiam ex diuino pſalmographo Dauide, canit doctiſſimus ille Heſſus noſter, hoc carmine:

„ In manibus Domini terra eſt, & quicquid in ipſa eſt,
„ Ipſius & quiſquis rura colonus arat,
„ Maxima nam ſtabilem ſuper æquora condidit ipſam,
„ In rapido iaciens robora prima mari.

Varijsq; mundum temperat horis] Id eſt, uarijs temporum uicibus. Boëtius Metro 5 lib. 1.

„ O' ſtelliferi conditor orbis,
„ Qui perpetuo nexus ſolio
„ Rapido cœlum turbine uerſas,
„ Legemq; pati ſidera cogis:
„ Tu frondifluæ frigore brumæ
„ Stringis lucem breuiore mora.
„ Tu cùm feruida uenerit æſtas,
„ Agiles noctis diuidis horas,
„ Tua uis uarium temperat annum.

Mundum] Plinius ait, Mundum eſſe cuius circumflexu teguntur cuncta. Ariſtoteles ex partibus talem ſtruit definitionem mundi: κόσμος μέν ἐστι σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. Hanc compagem Græci κόσμον, ab ornatu appellauerunt. Latini Mundum, à perfecta elegantia, & admiranda partiũ pulchritudine, uocant. Nil maius generatur ipſo] Cùm enim ipſe ſit ſupremus, ac princeps Deus, Procreator ac Rector rerum omnium, non poteſt habere ſuperiorem. Nec uiget quicquam ſimile aut ſecundum] Quoniam ſolus cùm ſit optimus maximus, non poteſt illi quiſquam eſſe par. Cùm (inquam) ſit Zelotes non patitur ſui ſimilem, non permittit alteri tribui gloriam Dei, non ſinit alium Deum inuocari. Proximos illi tamen] Ecce conſtituit ordines inter Deos, iuxta inſaniam & idolatriam gentium. Tanta enim fuit cæcitas hominum poſt Adæ lapſum, ut non crederent ſaltem unum eſſe Deum, ſed plures ſemper fingebant Deos. Nam Lex diuina omnium cordibus inſculpta, dictabat aliquem habendum, & inuocandum eſſe Deum. Sed cùm uerum Deũ ignorarent, ſubinde nouos, pro ſuis commodis & affectibus, excogitauerunt Dæmones, quos colerent. Sic maiorum & minorum gentium fecerunt Deos, illos ſelectos uocabant, qui ad conſilium Iouis adhibebantur. Hos Adſcriptitios, & in Deorum numerum allectos dicebant, qui ex hominibus diuinos honores meruerãt. De hoc duplici deorum genere ſic cautum erat in X II. Tab.

DIVOS, ET EOS QVI COELESTES SEMPER HABITI, COLVNTO. Illos, quos in cœlum merita uocauerunt, Herculem, Liberum, Aeſculapium, Caſtorem, Pollucem, Quirinum. Horum memoriam honore Deorum immortalium conſecratam eſſe, augendæ uirtutis gratia, affirmat Cicero lib. 2. de nat. Deor. quò libentius Reipublicæ cauſa periculum adiret optimus quiſq;. Aequiſſimum ſanè & Reipublicæ ſaluberrimum, bonis & ſtrenuis uiris, ampla uirtutis ſuæ præmia, & digna honoris inſignia, deferre. Sed ob merita aliquem in cœlum ponere, & tanquam Deum adorare, eſt impium, & contra primum, ac magnum Dei Præceptum. Proximos honores Pallas occupat] Quia mens & ratio Deo eſt uicina, omniſq; ſapientia à Domino eſt profecta, & homini, ad imaginem Dei creato, infuſa, ut ea tanquã precioſiſſimo munere, in hac mortali uita, frueretur. Primùm ad cognitionem & gloriam Dei: deinde ad charitatẽ proximi. Et propterea rectè fingunt Poëtæ, Mineruam ex cerebro Iouis eſſe natam, & in ſummo capite ſedem tenere. Prælijs audax Liber] Bacchum nunc ſuo carmine celebrat. Qui uniuerſum terrarum orbem peruagatus, multas nationes bello uictas, in poteſtatem ſuam redegit. Vnde etiam primùm omnium, ſpolijs multarum gentium onuſtum, triumphaſſe, Diodorus lib. 5. & Plin. Naturalis hiſtoriæ 7. ſcriptũ reliquerunt. Hic etiam primus uini uſum, & multas res alias, humano generi neceſſarias, inueniſſe traditur. Inimica uirgo belluis] Dianam uenatricem intelligit, quæ, neglecto hominum conſortio, ſyluas & montes incoluit, & uenationibus operam dedit.

Certa Phœbe ſagitta] Apollo dicitur Φοῖβος, quòd ſit purus & ſplendidus: huius tela non fallunt, ut ipſe fatetur apud Ouid.

„ Certa quidem noſtra eſt, noſtra tamen una ſagitta
„ Certior.

Alciden] Id eſt, Herculem. Sic dictum ab Alcæo auo, Amphytrionis patre, uel ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, hoc eſt, à robore & fortitudine, qua excelluit. Pueroſq; Lædæ] Caſtorem & Pollucem filios Lædæ, à Ioue compreſſæ, in forma cygni, Fratres Helenæ. Hunc equis] Videlicet, Caſtorem, qui primus equos currui iunxiſſe fertur, quare ab Homero lib. 3. Iliad. ἱππόδαμος, appellatur.

Illum ſuperare pugnis] Pollucem, quem Homerus πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα, uocat. Alba nautis ſtella refulſit] Sunt enim Dij tutelares nautarum, quibus nauigantes & naufragium timentes uota perſoluunt. Horum meminit Seneca hoc modo: In magna tempeſtate apparent quaſi ſtellæ uelo inſidentes, adiuuari ſe tunc periclitantes exiſtimant Pollucis & Caſtoris numine. Plinius dicit fulgores & ignes eſſe, qui noctu circumuagantur, & nauibus ſæpe inhærent: nonnunquam hominum capita ueſpertinis horis circumfulgent. Plutarch. refert, Caſtorem & Pollucem in Lyſandri naue utraq; ex parte extitiſſe. Defluit ſaxis agitatus humor] Deſcriptio tranquillitatis in mari, quã ignes nocturni præſagiunt nautis. Romulum] Filium Martis, urbis conditorem, rebus bellicis & ciuilibus clariſſimum. Hunc auguſtiore forma, ad deos abeuntem uidiſſe ſe, Proculus nobilis uir iureiurando adfirmauit. Quare Romulo in colle Quirinali templum extructum, & ipſe pro Deo cultus. Quietum Pompili regnum] Numa Pompilius ſecundus, teſte Liuio, Romanorum Rex fuit, iuſtitia & religione inclytus, conſultiſſimus uir diuini & humani Iuris. Nouam ciuitatem, ui & armis à Romulo extructam, legibus & moribus de integro condidit. Et cùm omnium circà finitimorum ſocietate & fœderibus iunxiſſet animos, Ianum pacis, belliq; indicem à ſe factum clauſit, ſignificans pacatam circa omnes populos ciuitatem.

Tarquini] Lucius Tarquinius Priſcus, Demarati Corinthij filius fuit, ut narrat Liuius. Corinthi ſeditiones fugiens, Tarquinijs conſedit, unde profugus Romam uenit, ibiq; pecunia & comitate, dignitatem & regis familiaritatem conſecutus. Tandem, mortuo Anco, ambitioſè regnum petens, occupauit.

Faſces] Romanorum regum erant inſignia faſces ſecuribus alligatis. Hi unà cum cæteris ornamentis, quibus utebatur Romanum imperium, à duodecim Thuſciæ populis, quos Tarquinius Priſcus ſuperauit, tranſlati ſunt. Autore Dionyſio & Floro. Quibus Tarquinius, Senatu id permittente, primus uſus eſt.

Catonis nobile lethum] Generoſam mortem Catonis laudat ex ſententia Stoicorum, qui dicunt, ſapienti prius moriendum, quàm aliquid faciendum, quod non deceat. Cato itaq; mira conſtantiæ uir, mori, quàm ſeruire maluit. Nam cùm trecenti illi Romani ciues, qui Vticæ cum Catone erant, Cæſarem pro Catonis ſalute rogandum cenſerent, Cato eorum ſentẽtia laudata, reſpondit, ut pro ſe ipſis (ſi ita uellent) Cæſarem precarentur, pro Catone autem nullo modo faciendum. Nam uictorum quidem eſſe deprecari, & eorum qui erraſſent, ueniam petere. Se uerò per omnem ætatem inuictum præſtitiſſe, & Cæſarẽ honeſtate atq; iuſtitia lõgè ſuperaſſe.

Itaq;

Itaq; ne ueniret in manus Cæſaris, accepto enſe ſe ſub pectus percuſſit, & medicum ligare uulnus tentantem, repulit, uiſcera manu lacerauit, uulnusq; patefaciens è uita diſceſſit. Hæc Plutarch. in uita Catonis. Regulum] M. Attilius Regulus (ut Cicero lib. 3. Officior. poſteritati prodidit) cùm Conſul iterum in Africa ex inſidijs captus eſſet, duce Xantippo Lacedæmonio, imperatore autem patre Hannibalis Hamilcare, iuratus miſſus eſt ad Senatum, ut niſi eſſent redditi Pœnis captiui nobiles quidam, rediret ipſe Carthaginem. Is cùm Romam ueniſſet in Senatum, mandata expoſuit, reddi captiuos negauit eſſe utile. Illos enim adoleſcentes & bonos duces eſſe, ſe iam confectum ſenectute. Cuius cùm ualuiſſet authoritas, captiui retenti ſunt, ipſe Carthaginem redijt. Neq; eum charitas patriæ retinuit, nec ſuorum. Neq; uerò tamen ignorabat ſe ad crudeliſſimũ hoſtem, & ad exquiſita ſupplicia proficiſci. Sed iuſiurandum ſeruandum putabat. Itaq; tum, cùm uigilãdo necabatur, erat in meliori cauſa, quàm ſi domi ſenex, captiuus, periurus, & conſularis remanſiſſet. Scauros] Familia Scaurorum plures habuit inſignes & præclaros uiros, inter quos ſunt M. Scaurus, cuius fiduciam celebrat Valerius Max. lib. 3. cap. 7. Animæq; magnæ prodigum Paolum] Quia uitam pro patria in ſtrage ſuorum militũ, profundere maluit, quàm fuga ſalutem quærere. Hunc cùm Cn. Lentulus Tribunus militum, præteruehens equo, ſedentem in ſaxo, cruore oppletum, uidiſſet: Luci Aemili, inquit, quem unum inſontem culpæ cladis hodiernæ dij reſpicere debent: Cape hunc equum, dum & tibi uirium aliquid ſupereſt, comes ego te tollere poſſum ac protegere, ne funeſtam hanc pugnam morte Conſulis feceris. Ad ea COS. Tu quidem Cn. Corneli macte uirtute eſto. Sed caue fruſtra miſerando exiguum tempus è manibus hoſtium euadendi, abſumas. Abi, nuntia publicè patribus, urbem Romam muniant, ac priuſquam hoſtis uictor adueniat, præſidijs firment, priuatimq; Q. Fabio, L. Aemilium præceptorum eius memorem extitiſſe, et uixiſſe, & adhuc mori: & tu me in hac ſtrage militum meorum patere expirare, ne ut reus interea m: cauſáq; conſulatus accuſator collegæ exiſtam, ut alieno crimine innocentiam meam protegam. Hæc exigentem prius turba fugentium ciuium, deinde hoſtes oppreſſere Conſulem, ignorantes quis eſſet. Hæc Liu. lib. 2. Decad. 3. Præclariſsima me hercule pro patria mors, & ſpectatiſsima Tribuni erga Cõſulem fides. Superante Pœno] Vincente Hannibale ad Cannas, pugna ingenti clade Romanorum nobilitata. Fabriciumq;] Fabricius tantæ fuit abſtinentiæ, ut decem æris, & quinq; pondo argenti, totidemq; ſeruos ſibi à Samnitibus miſſos, in Samnium remiſerit. Continentiæ ſuæ beneficio, ſine pecunia prædiues: ſine uſu familiæ abunde comitatus. Curium] M. Curius Romanæ frugalitatis & fortitudinis perſpectiſsimũ ſpecimẽ, cũ à Samnitũ legatis adiretur, rapa ſibi obſoniũ parare inuentus eſt. Hic Sãnitũ diuitias cõtẽpſit. Sãnites paupertatẽ eius admirati ſunt. Meminit Val. Maxim. lib. 4. cap. 3. Incomptis capillis] Oſtendere uult, Curiũ tanquã agricolam abhorruiſſe à uitæ cultu cum elegantia. Camillum] Hic Manlium in Capitolio obſeſſum, à Gallis liberauit, abſens Dictator creatus, Gallos ex improuiſo occîdit Pop. Rom. Veios migrare uolentem retinuit. Sic & oppidum ciues oppido reſtituit. Paupertas & auidus fundos] Indicat frugalitatem & agriculturam ſæpe bellicoſiſsimos produxiſſe uiros. Vnde Vegetius lib. 1. negat unquam potuiſſe dubitari, aptiorem armis ruſticam plebem, quam urbanam. Ea enim ſub dio & in labore nutritur, ſolis patiens, umbræ negligens, balnearum neſcia, delitiarum ignara, ſimplicis animi, paruo contenta cibo, duratis ad omnem tollerantiam membris. Cui geſtare ferrum, foſſam fodere, onus ferre, conſuetudo de rure eſt. Et Cato de re Ruſtica dicit, ex agricolis & uiros fortiſsimos, & milites ſtrenuiſsimos gigni. Apto cum lare] Mediocri & frugali uiro conuenienti domo. Lares autem dij erant familiares, priuatarum ædium cuſtodes: Hos enim domi colebant in lærario, quaſi peculiares deos. Auitus fundus] Ager à maioribus relictus, quorum mediocritatem, paupertatemq; ſeruaſſe, maxima laus erat.

Creſcit occulto uelut arbor æuo] Elegans eſt ſimilitudo, quaſi dicat: Quemadmodum arbor paulatim uires acquirit, & in altum ſurgit nobis non ſentientibus, ſic fama Marcelli clanculum magis, magisq; creſcit, & augetur. Marcelli] Marcus Marcellus, Viridomarum Gallorum ducem ſingulari prælio fudit. Spolia legit apud Nolam Annibalem primus locorum anguſtia adiutus, uinci docuit. Quinquies conſul, inſidijs Annibalis deceptus occubuit, & magnificè ſepultus eſt. Author Plinius Nouocomenſis. Micat inter omnes] In honorem Auguſti, uirtutem Iulij Cæſaris cæteris ducibus omnibus præfert, hoc pulchro ſimili: Quemadmodum Luna cæteris ſtellis minoribus eſt clarior, Ita Iulius Cæſar reliquis ducibus Romanis eſt præſtantior. Iulium ſidus] Alludit ad Cometam, qui ludis, quos conſecratos Iulio Auguſtus ædebat, per ſeptem continuos dies fulſit. De quo Auguſtus apud Plinium ita loquitur: Iis ipſis ludorum meorum diebus, ſidus crinitum per ſeptem dies in regione cœli, quæ ſub ſeptentrionibus eſt, conſpectum. Id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumq;, & omnibus terris conſpicuum fuit. Eo ſidere ſignificari uulgus credidit, Cæſaris animam inter deorum immortalium numina receptam. Eadem hæc habet Suetonius in uita Iulij. Gentis humanæ pater] Poſt longam digreſsionem, redit ad ſummum Iouem, humani generis parentem ac defenſorẽ, ſignificans ei à fatis magnanimi Cæſaris Auguſti curam eſſe commiſſam, & utrunq; ita gubernaturum mundum, ut Iupiter ſit primus, Auguſtus ſecundus: Iupiter cœleſte, Auguſtus terreſtre imperium gerat. Orte Saturno] Iouem Saturni fingebant filium antiqui, & pulſo patre, cœlum regere, ibiq; fulminare. Data fatis] Ideoq; neceſſe eſt, ut tu optimi principis tutelam geras, eũq; diu Reip. incolumem ſerues. Fato omnia fieri, rectè ueteres credebant Philoſophi. Poëtæ neceſsitatem uocant diram & inexorabilem, cui etiam ne Deus quidem reſiſtere queat. Cicero fatum eſſe definit id, quod à Deo conſtitutum & deſignatum eſt, ut eueniat. Græci εἱμαρμένην dicunt, id eſt, ordinem, ſeriemq; cauſarum, cùm cauſſa cauſſæ nexa rem ex ſe gignat, ea eſt ex omni æternitate fluens ueritas ſempiterna. Tu ſecundo Cæſare regnes] Deus enim tãquam Dominus regum, Imperator omnium gentium, primo loco uenerandus eſt. Secundo etiam boni principes, uelut Diui & ſemper Auguſti, hoc eſt, ſacri & religioſi, multum ſunt honorandi: utpote qui in ſacroſancta, & uirtutum omnium regina iuſtitia adminiſtranda Dei ſint miniſtri, Roma. 13. Parthos] Parthi populi Aſiæ feroces, à quibus Auguſtus ſigna militaria, Craſſo & Antonio adempta, recepit. auth. Suetonius. Latio] Italiæ, quæ Latium dicitur à latendo, quòd Saturnus regno pulſus à Ioue, ibi latuerit. Ouid.

„ *Dicta fuit Latium terra latente Deo.*

Virg. in 8. Aeneid.

„ *——Latiumq; uocari*

„ *Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.*

Iuſto] Siquidem Auguſtus nulli genti ſine iuſtis & neceſſarijs cauſis, bellum intulit, ut in uita eius ſcribit Suetonius. Seras & Indos] Legimus in hiſtorijs, Seras & Indos ſub oriente ſole habitantes, ultrò amicitiã Pop. Rom. ab Auguſto per legatos petijſſe, Margaritas & elephantos inter munera ferentes. Latum orbem] Populi Romani Imperium, ſub quo totus fermè terrarum orbis fuit. Cicero pro Lege Manilia: Hoc orbis terræ imperium teneremus? Et pro domo: Populus Romanus dominus regum, uictor atq; imperator omnium gentium. Et Iupiter apud Virgilium promittit Veneri Romanam ditionem fore latiſsimam, & æternam, inquiens:

„ *His ego nec metas rerum, nec tempora pono.*

Aequus] Bonus, iuſtus. Nam (ut Suetonius ſcriptum reliquit) ius ſumma non modò diligentia, ſed & lenitate dixit: Hoc eſt, æquitate, quàm Iuriſconſulti aliâs humanitatem, aliâs benignitatem appellant. Tu graui curru] Tu cœleſte imperium tenebis, tonabis & fulminibus ſceleratos homines percuties. Olympum] Olympus mons eſt Macedoniæ, uertice ſuo nubes attingens, unde propter altitudinem pro cœlo nonnunquam ponitur. Dictus Olympus, quaſi ὁλολαμπὴς, id eſt, totus conſpicuus, & lucidus.

THEOD. PVLM. } 1 Acri] Acrem tibiam dixit, quòd cum lyræ ſonus dulciſsimus ſit, tibiæ uehementior eſt & acutior, & ululantior, magisq; tumultus. Idcirco acris tibia dicta eſt, cuius epitheti proprietatem, & Fabius in Flacco obſeruauit. Turneb. lib. 11. cap. 28. 2 Sumes] B. ſumis, H.G.E. 3 Recinet] G.B. recinit, H.E. recinat, Benedicti Philologi editio.

7 Vnde uocalem temere inſecutæ. Orphea ſylvæ] *Temerè, ualet uulgo, paſsim, alio loco(2.Carm.11.)fortuito negligenter,* Cur non ſub alta uel platano, uel hac Pinu iacentes ſic temere] *Temerè eſt ſine arte.* *Liuius,* itaque ingens uis conſtrata nauium eſt, lintriumq; temerè ad uicinalem uſum paratarum. *E montibus autem illis ſyluoſis arbores Zonem uſque Orpheum erãt ſecutæ: illic autem in amphitheatri orbem orpheum canentem audientes, cinxerant: unde & loco nomen. Turneb. lib. 11.cap.18.*

13 Parentum] *H.E.* parentis *B.* parentem, *G. & Helenius. Cùm eſſet propoſitum Horatio, uno carmine laudẽ hominum, heroum, Deorumq; concinere, itaq; ſe facturum pollicitus eſſet, non ut propoſuerat, ab hominib. eſt, ſed à Dijs exorſus, & ad heroas progreſſus, ad homines tandem, eosq; Romanos, gradatim deſcendit. More autem maiorum ab Ioue Opt.Max.cœpit, à quo ſolennis incipiebatur precatio è ritu, quòd ad oratores quoq; peruenerat uetuſtos, qui Iouem Opt.Max. ſuarum orationum exordijs appellare, præfarią; ſolebant. ait igitur Horatius.* Quid prius dicam ſolitis parentum Laudibus?] *Vt ueteres Grammatici legunt, uel, ut Lambinus,* parentis. *Vt igitur maiores ab Ioue, ſic ipſe auſpicatur. In trium autem Numinum tutela erat Roma, Iouis, Iunonis, Mineruæ. Iouis primùm, & Mineruæ mox meminit: Iunonis mentionem non facit. Obſeruandum autem eſt, eos ab illo Deos cantari, qui Iouis liberi ſunt & progenies, ut Minerua, Liber pater, Diana & Apollo, Hercules, Caſtor & Pollux: ſed hi tres iam heroes nominandi ſunt. Turneb. lib.29.cap.29.* 14 Res] Rex, *Lambini etiam libri nonnulli.* 15 Terras] *Terram, quidam libri Lambini.*

17 Albus] *Alba ſtella, non alia profectò fuerat, quàm candida, felix & proſpera. Sunt enim Caſtores propitij & ſalutares nauigantibus, ut deluſa credidit antiquitas. ut atrum contrà, noxium, inauſpicatum, infelix, malum, ut (3.Carm.1.)*

„ *Poſt equitem ſedet atra cura.*

Niſi quis albam ſtellam ſimpliciter ad colorem, candoremq; referendum putet. Turneb. lib.29.cap.29. 31 Quod ſic uoluere] *Editio Aldina, & Lambini libri quatuor. quia ſic uoluere, H.B. nam ſic uoluere, c. E. ſic Di uoluêre. Ant. Mureti editio.* 50 —tibi cura magni Cæſaris fatis data] *Cùm ait: id ex antiquorum opinione poſuit, qui cenſebant imperatores & reges in tutela & procuratione Iouis eſſe. Callimachus de Ioue,*

„ —οὐ δὴ ἐξέλεο πολιήοχον αὐτόν. *Iterum,*
„ ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες, ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων
„ θειότερον.——

Vt enim homines militares in Martis eſſe ditione & poteſtate dicuntur, opifices Mineruæ, ferrarij Vulcani: ſic in ditione & poteſtate Iouis ſunt, urbium & imperiorum præſides, regesq;. Turneb. lib.29. cap.29. 55 Oris] *Ora, H.G.E.B.* 57 Latum] *H.E.B.* lætum, *G.* 58 Tu graui curru quaties Olympum] *Id eſt, tu tonabis. Veterum autem opinio erat Iouem, cùm tonabat & fulminabat, in nubem eam, unde fragor ille tumultuabatur, miſcebatur, & fremebat, & iactus fulminum cadebat, currum agitantem deſcendiſſe, ut inde uelut ictum deſtinaret, & agitatione currus ſonitũ excitaret. & alio loco(1.Carm.34.)*

„ *——namq; Dieſpiter*
„ *Igni coruſco nubila diuidens,*
„ *Plerumq; per purum tonanteis*
„ *Egit equos, uolucremq; currum.*

Vide Turneb. lib.9.cap.9 & 13. lib.22.cap.20. lib.24.cap.31. & lib.29.cap.29. Lege infrà Annotat. ad Oden 34. 59 Tu parum caſtis inimica mittes Fulmina lucis] *Id eſt, fulminabis. Nam tonare, & fulminare Iouem credebant, cumq; fulmina mitteret in periuros & impios, tum uerò non raró iratum credebant lucis pollutis, & profanatis ea iaculari. Vt cùm fulmina caderent, argumentum eſſe uiolati & contaminati loci ſacri, & irati eo nomine Dei, quanquam interdum faciles Di erant, nec lucos ſacros uiolentes uindicabant. Maro(Ecloga 3.)*

„ *Nouimus & qui te, tranſuerſa tuentibus hircis,*
„ *Et quo ſed faciles Nymphæ riſere, ſacello.*

Quod de uiolato luco Donatus rectè interpretatur. Senſus igitur: Si parum caſti ſint luci, tu eorum religionem ſancies iactis fulminibus. quo ſanè modo lucis caſtis abſolutè accipimus, uel dicendum, in ipſos pollutos mittes lucos, atq; eorum de cælo tactu indicabis te iraſci, & parum caſte lucos coli, quem ſenſum ſequitur Acron, qui ſcribit & pontificum, & haruſpicum libris nunquam fieri fulmina, niſi in lucis pollutione aliqua alienis. Turneb. lib.29.cap.29. Vide lib.6.cap.8. & lib.25.cap.14.

ANT. MVRET. } 2 Quem uirum, aut heroa] *Expreſsit illud Pindari è ſecundo ᾠδῇ Olympiorum:*

„ *Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι,*
„ *Τίνα θεόν, τίν' ἥρωα,*
„ *Τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν*

13 Quis prius dicam ſolitis parentum Laudibus?] *Hunc locum quo modo cæteri exponant, uidere eſt. ego leuiter deprauatum eſſe, & ita corrigendum puto:* Quid prius dicam ſolitis parentem Laudibus qui res hominum, ac Deorum, Qui mare, & terras, uariisq; mundum Temperat horis] *Vt Iouem ipſum parentem nominet. ei autem loco. Qui mare & terras, &c. germaniſsimus eſt ille ex libro tertio:* Qui terram inertem, qui mare temperat Ventoſum, & urbes, regnaq; triſtia, Diuosq;, mortalesq; turmas Imperio regit unus æquo. 18 —Nec uiget quidquam ſimile, aut ſecundum: Proximos illi tamen occupauit Pallas honores.] *Negat quidquam eſſe ſecundùm Ioui: & Palladа tamen proximos illi honores occupaſſe, nimirũ quia aliud ſecundum eſt, aliud proximum. Secundùm eſt, quod ſtatim ſequitur: proximum etiam quod longè remotum eſt. Itaque Nonius, proximũ, inquit, dicebant ueteres, non ſolùm adhærens, & adiunctum: uerùm etiam longè remotum, ſi tamen inter duo diſcreta nihil medium extitiſſet. Virgilius Aeneidos lib.5.*

„ *Proximus huic, longo ſed proximus interuallo.*

26 Hunc equis, illum ſuperare pugnis Nobilem] *Sic alibi:*

„ *Caſtor gaudet equis, ouo prognatus eodem* Pugnis.—

Vtrobiq; autem expreſsit uerſum Homericum ex 11. Odyſſeæ,

„ Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.

Illa autem, Defluit ſaxis agitatus humor, Concidunt uenti, fugiuntq; nubes. Et minax (ſic Di uoluêre) ponto Vnda recumbit:] *Expreſſa uidentur ex illis Theocriti, in Dioſcuris:*

„ *Αἶψα δ' ἀπολήγοντ' ἄνεμοι, λιπαρὴ δὲ γαλήνα*
„ *ἀμπέλαγος, νεφέλαι δὲ διέδραμον ἄλλυδις ἄλλαι.*

GEORG. FABR } *Laus perſonarum, aut ad deos, aut ad homines præſtantes pertinet. Deorum alij coluntur, quia iuuant, ut Iuppiter & Pallas: alij, quia eorum nomina ſunt metuenda, ut Bacchus, Diana, Apollo. Inter homines alij meritis ad Deos accedũt, ut Hercules & Dioſcuri, quibus poſita etiam templa ſunt: alij ſingularibus uirtutibus excellunt, ut nonnulli reges & imperatores Romani, & ipſe Auguſtus Cæſar, propter cuius laudem, comparatione Deorum atq; hominum, hæc omnia ſcribuntur.* Quid prius dicam ſolitis parentum laudibus?] *Diuerſa interpretum lectio. Porphyrio hanc retinet, Helenius legit* parentem, *quod melius conuenit ſententiæ. Lambinus è codice Vaticano probat,* parentis. Et minax (quod ſic uoluere) ponto recumbit] *Marſus citat, nam* ſic uoluere: *ſed Aldinum, & manuſcripta quatuor, & ambo interpretes,* Quod ſic uoluere: *nempe, propterea quòd* ſic uoluêre pueri Ledæ, *non enim nunc de alijs Dis loquitur: ut etiã Glareanus ſentit.* Sidus geminorũ] *miſeris olim implorabile nautis, ut inquit Valerius: bonæ tempeſtatis eſt, & ſalutaris curſus (ut Plinius loquitur) prænuncium.* Sic di uoluiſtis] *Sic placidum ſuperis. ſermones prouerbiales ſunt.* Hunc & incomptis Curium capillis] *In uno legi,* incomptum Curium: *ſed alteram lectionem retinent libri, item Quintilianus, Chariſius, alij: ille etiam annotat, pronomen* Hunc *abundare.* Incomptis capillis] *Pro intonſo, ſeu (ut Tacitus loquitur) triſti & impexo. Tibul. lib.11.*

„ *Intonſis gloria, uictor ades.*

Pro gloria intonſorum, quales Romani ueteres fuerunt: quomodo Numam regem Ouidius, Catonem Cenſorium, Horatius alibi nominat. Te minor, latum reget æquus orbem] *Hæc bona lectio.*

IOAN. THOM. FREIG. } *Imitatio eſt ſecundæ Odæ Olymp. apud Pind. & deſcribit πολιτείαν Romanorum plus diſtributionem.*

IOD.

IOD. BAD. ASCEN. } Quem uirum &c.] *Perinde atq; muſico furore ſe raptum ſentiat & inſtigatum ad alicuius laudes celebrandas, quærit à muſa, quẽ uirum, aut heroa, aut Deũ ſumat celebrare. Hi tres enim ſunt laudandi, ſed mirandum eſt ingenium poetæ, qui ad uires ſuas reſpiciens ab infimis proponit. Nam uiri minores ſunt heroibus, qui quaſi ſemidei ſunt, & heroes dijs immortalibus. Verùm in proſequendo reſpicit ad merita dicendorum, nam à ſummis dijs auſpicatus per eos ad diuos ex hominibus factos, ad heroas & principes uiros ad Auguſtum uſq; progreditur. Ordo autem eſt.* O' Clio quem uirum, aut heroa ſumis] *Id eſt, aſſumis celebrare lyra, uel acri, id eſt, acuta tibia.* Quem Deum] *Scilicet, ſumis.* Cuius] *Scilicet, uiri herois aut Dei.* Nomen imago iocoſa] *Id eſt, echo referens cantum muſarum laudatorum nomina repetentium: cecinit aut in oris, id eſt, nemoribus.* Vmbroſis] *Id eſt, opacis* Heliconis] *Scilicet, montis Phocidis Apollini & muſis ſacri.* Aut ſuper Pindo monte Theſſaliæ] *Dicit autem antiquæ, ſicut Maro fronde ſuper uiridi.* Aut in Aemo] *Monte Thraciæ. Vnde de quo monte.* Syluæ ſunt inſecutæ temere] *Id eſt, ſine ordine.* Orphea uocalem] *Id eſt, uoce canente, & plectro.* Et morantem] *Id eſt, retinentem.* Arte materna] *Scilicet, Calliopes.* Muſ.] *hoc eſt, muſica.* Rapidos curſus fluminum & celeres uentos, blandum] *Id eſt, & blande potentem.* Ducere fidibus] *Id eſt, chordis canoris.* Quercus auritas] *Quia auribus dulcedinem captantes.* Quid dicam prius ſolitis laudibus] *Id eſt, ſecundùm ſolitas laudes parentum, id eſt, maiorum: quàm ſupremus cum, ſcilicet, Iouem: qui rex ſupremus eſt hominũ ac deorum.* Qui temperat mare & terras, & mundum] *Id eſt, ornatum uniuerſum, uarijs horis.* Vnde] *Id eſt, à quo nil generatur maius ipſo, quod de Deo uero conceditur.* Nec uiget quicquam ſimile aut ſecundum] *Id eſt, proximum ei: quod negatur in Deo patre, qui filium æqualem ſibi genuit.* Tamen Pallas] *Id eſt, Deo ſapientiæ occupauit honores proximos illi.* Neq; ô Liber audax prælijs] *Apud Indos geſtis.* Silebo te & nec te ô uirgo] *Scilicet, Diana inimica.* Beluis] *Id eſt, feris.* Nec te Phœbe metuende ſagitta] *Quàm iratus promis.* Dicam &c.] *Proſequitur reliquos, dicens. Ego dicam, id eſt, canam & laudabo.*

Et Alciden] *Id eſt, Herculem Alcæi nepotem.* Et pueros] *Id eſt, filios Ledæ, ſcilicet, Caſtorem & Pollucem geminos.* Hunc] *Id eſt, alterum eorum, ſcilicet, Caſtorem.* Nobilem] *Id eſt, magnæ famæ & clarum.* Superare equis] *Scilicet, domandis.* Et illum] *Scilicet Pollucem nobilem ſuperare, id eſt, excellere.* Pugnis] *Id eſt, arte pugillandi.* Quorum] *Scilicet, fratrum geminorũ.* Simul] *Id eſt, dum ſimiliter.* Stella refulſit] *Id eſt, reſplenduit.* Alba] *Id eſt, lucida (ut priùs ſic fratres Helenæ lucida ſydera) aut fauorabilis.* Nautis] *Id eſt, nauigantibus.* Humor] *Scilicet, undarum maris agitatus, id eſt, commotus ui uentorum.* Defluit] *Scilicet, reſidendo.* Saxis] *Id eſt, de ſcopulis.* Et concidunt uenti] *Id eſt, ſimul cadunt.* Et nubes fugiunt] *Scilicet, à mari.* Et unda minax] *Id eſt, prius minans ſubmerſionem.* Recumbit] *Id eſt, reſidit.* Ponto] *Id eſt, mari.* Sic dij uoluere] *Hoc eſt, cur id fiat neſcitur, niſi quòd dij ita uoluere.* Ego dubito, an memorem poſt hos] *Scilicet, deos & diuos atq; heroas Græcos.* Prius] *Scilicet, quàm alios.* Romulum] *Scilicet, regem, & patrem Romani Imperij.* An regnum Pompili] *Scilicet, Numæ.* Quietum] *Id eſt, pacificum: cùm ille religioni deditiſsimus, Iani templum ſub perpetua pace clauſerit.* An memorem] *Id eſt, recitem.* Superbos faſces] *Id eſt, inſignia regalia.* Tarquini] *Per Tarquini, ſcilicet, Priſci non Superbi cognominati.* An nobile letum] *Id eſt, nece, quam ſibi ipſe conſciuit.* Catonis] *Scilicet, Vticenſis.* Ego gratus] *Scilicet, uirtuti tantorum uirorum. Vnde Imperium Romanum aut partũ, aut illuſtratum eſt, referam.* Recenſebo inſigni Camœna] *Id eſt, carmine.* Regulum] *Scilicet, Marcum.* Atilium & Scauros] *Scilicet, patritios uiros.* Et Paulum] *Scilicet Lucium Aemilium.* Prodigum magnæ animæ] *Quam pro Rep. deuouit.* Pœno] *Scilicet, Hannibale.* Superante] *Scilicet, apud Cannas.*

Hunc & incomptis] *Proſequitur reliquorum Romanorum laudes, ut ad Auguſti præconia tandem perueniat, dicens.* Paupertas ſæua] *Id eſt, ualde magna, uel ſæua, & non miſer, at egenus. Nam qui paupertatis amatores ſunt, credunt eam non eſſe malam, nec habere cauſam miſerationis.* Et fundus auitus] *Id eſt, ab auis iuſtè obtentus, nec auctus.* Cum lare] *Id eſt, domo & familiari re.* Apto] *Scilicet, tali fundo tulit.* Hunc] *Scilicet, Fabricium iam dictum.* Et Curium] *Scilicet, Marcum.* Capillis incomptis] *Quia in agro uixit, aut quia intonſi erant priſci Romani.* Et utilis Camillum] *Scilicet, Curium alterum, quaſi Romulum & urbis conditorem.* Fama Marcelli] *Scilicet, Marcis.* Creſcit uelut arbor æuo occulto] *Id eſt, imperceptibiliter tranſeunte, quia nobis dormientibus creſcunt arbores. Creſcit autem fama clarorum uirorum poſt mortem, quæ uiuis inuidia detrrebatur.* Sidus Iulium] *Id eſt, quod uiſum eſt cũ Auguſtus ludos funebres illi ageret, aut ſplendor gloriæ eius.* Micat] *Id eſt, rutilat & ſplendet.* Inter omnes ignes] *Scilicet, cœleſtes, quæ ſtellæ ſunt, hoc eſt, inter omnes omnium laudes. Velut Luna micat inter ignes minores. Quia à Sole offuſcatur.* O' pater atq; custos gentis humanæ] *Id eſt, humani generis, hoc eſt, ô tu Iupiter conditor &* conſeruator naturæ humanæ. Orte] *Id eſt, progenite Saturno, à quo etiam Latini reges originem traxerunt, quia Fauni Picus pater Saturni erat filius, dicente Marone. Aeneid. 7.*

» *Fauno Picus pater, isq; parentem te Saturne refert,*
» *Tu ſanguinis ultimus auctor.*

Meminit ergo hîc Saturni, quia Iulius ex Aenea & Lauinia Latini filia originem traxit. Cura Magni Cæſaris] *Scilicet, Auguſti eſt tibi data.* Fatis] *Id eſt, æterna prouidentia.* Et tu regnes] *Scilicet, in cælis.* Cæſare exiſtente ſecundo] *Id eſt, tibi proximo, ut qui regnet in terris: unde addit.* Ille] *Scilicet, Cæſar Auguſtus.* Seu egerit] *id eſt, abegerit, aut ſubegerit.* Parthos imminentes Latio] *Id eſt, qui poſt mortem Marci Craſſi ablatis ſignis irruiſſent in Latium, niſi Auguſtus fuiſſet: unde addit.* Domitos iuſto triumpho] *Quia materia iuſti triumphi eſt tales domare.* Seu egerit Seras & Indos ſubiectos] *Id eſt, domitos.* Oris] *Id eſt, in oris.* Orientis] *Id eſt, orientalibus.* Aut ſubiectos] *Id eſt, additos oris orientis. Legunt Seres, ſed quia corripitur uidetur legendum Seras. Actus enim tertiæ non corrigitur niſi in as: ſiue ergo Parthorum, ſeu Indorũ ſit domitor.* Ille æquus] *Id eſt, iuſtus reget orbem latum exiſtens minor te.* Quia tu quaties] *Id eſt, concuties graui curru, per quem ſecundùm uulgi opinionem tonitrua citat: unde & Salmoneus uolens imitari Iouis fulmina curru inuehebatur. Vnde dicitur Aeneid. 6.*

» *Vidi & crudeleis dantem Salmonea pœnas,*
» *Dum flammas Iouis, & ſonitus imitatur Olympi.*
» *Quatuor hic inuectus equis, & lampada quaſſans*
» *Per Graiûm populos, mediæq; per Elidis urbem*
» *Ibat ouans, Diuûmq; ſibi poſcebat honorem*
» *Demens: qui nimbos, & non imitabile fulmen*
» *Aëre, & cornipedum curſu ſimularet equorum.*

Tu quaties ergo curru graui Olympum] *Id eſt, cœlum, hoc eſt, aërem.* Et tu mittes fulmina inimica lucis] *Id eſt, ſyluis ſacratis, ſed parum caſtis, & ita pollutis ac uiolatis.* Lucis autem] *Id eſt, in lucos.*

ANTON. MANCIN. } *Duodecima Ode inſinuatione utitur, quo ad Cæſaris Auguſti laudes deueniat. Itaque Clio Muſam alloquitur, dicens.* Quem uirum, aut heroa] *Quem Deũ celebrare incipiet aut lyra, aut tibia: Cuiuſq; nomen recinet echo, aut in Helicone, aut ſuper Pindo, aut in Aemo: ubi quidem Orpheo canente ſyluæ & arbores ſequebantur eum, flumina & uenti celeres ſiſtebantur. Dumq; dubitare uidetur, quid priùs laudet Iouem celebrare incipit, inde Pallada, Liberum, Dianam, Phœbum, Herculem, Caſtorem, & Pollucem. Inde Heroas Romulum, Pompiliũ, Tarquinium, Catonem, Regulum, Scauros, Paulum Aemilium, Fabricium, Curium, Camillum, Marcellum, Iulium Sidus. Tandem Auguſti Cæſaris laudes præponit omnibus. Nam ſecundùm ab Ioue uult eſſe in terris.* Quem uirum, aut heroa, lyra uel acri] *Hæc ode metrum habet uti ſecunda.*

» *Iam ſatis terris niuis atq; diræ.*

Heroa] *Qui ſint heroes Auguſtinus lib. 10. oſtendit his uerbis. Nomen heo*

men heroum ab Iunone dicitur tractum, quòd Græcè Iuno hera appellatur. Et ideò neſcio quis filius eius ſecundum Græcorum fabulas heros fuit nuncupatus: hoc uidelicet myſticum ſignificante fabula, quòd aër Iunoni deputetur. Vbi uolunt cum dæmonibus heroas habitare, quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum, & lib. 7 inquit idem. Inter Lunæ gyrum & nimborum, & uentorum cacumina aëreas eſſe animas, ſed eas animo non oculis uideri. Et uocari heroas, & lares, & genios. Trimegiſtus quoq; auctor eſt heroas habitare inter aëris puriſsimam partem ſupra nos, & terram, ubi nullus eſt nebulis locus. Acri tibia] Id eſt, altiſsima & graue ſonantis. Eſt enim materia grandior, & ſublimis.

Clio] Muſarum una eſt, Græcè ſic ſcribuntur, κλειώ. nam κλεὸς eſt gloria: quæ quidem ex rebus geſtis poëtarum carmine relatis oritur. De qua Diodorus lib. 5. Recinet, ſonabit, remittet, reboabit.

Iocoſa imago] Id eſt, Echo, quæ uoces noſtras imitari uidetur. Eſt enim echo uox aëris, uel ſonus in ſylua, uel in cauernis reſonans. Dicitur aũt imago, quaſi imitago, ut ſcribit Porphyrio. Helyconis] in Aonia Bœotiæ parte mons eſt Helycon, Phocidi affinis, ex Aquilonis partibus. Non procul à Parnaſo diſtans, qui in Phocide eſt, Parnaſo æmulus eſt, & altitudine & circuitu. Vterq; enim niuibus pulſatur, & rupes amborum ſaxea eſt. Hoc autem in loco eſt conſecrata Muſis ſedes, fonsq; Caballinus, & Libethridũ ſpelunca Nympharum. Auctor eſt Strabo lib. 6. ſcri. autem Liſymachus, Helycona & Cytherona denominatos ab Cytherone, & Helycone fratribus, qui illic ſingulari pugnarunt certamine. Pindo] Pindus Theſſaliæ mons eſt: ut ſcribit Solin. ex eius uertice, ut Strabo lib. 6. refert Inachus amnis defluit. Gelido Aemo] Aemus Thraciæ mons eſt, cuius excelſitas ſex milia paſſuũ continet, uaſto iugo procumbens in pontum ut Plin. oſtendit, de quo etiam lib. 1. Faſt. habetur. Et quicunq; tuas accolit Aeme niues. Temerè] Inordinatè, confuſe. Vocalem] Canorum. Sommæ item] Perfectæ, ſuauisq; uocis. Orphea] Orpheus Thrax, genere filius Oeagri, doctrina, melodiaq;, ac poëſis exceſsit omnis, quorum extet memoria. Etenim poëma mirandum edidit: & ſuauitate cantus, feras etiã ad ſe audiendum alliciebat. Diodor. lib. 5. id ſcribit. Arte materna] Id eſt, muſica. Fuit enim filius Calliopes. Virg. in Buc.

„ Orphi Calliopea, lino formoſus Apollo,
„ Auritas quercus, audiendi ſenſus habentes.

Auritus, ut Feſtus, (inquit) ab magnis auribus dicitur, ut ſunt aſinorum & leporum, aliàs ab audiendi facultate. Quid prius dicam] Senſus eſt, quidnãm prius ego dicam cum ſolitis laudibus. Parentum] Id eſt, maiorum. Qui rex] Illum supremũ dicam, qui eſt rex. Varijs horis] Id eſt, die ac nocte, uel uarijs temporibus, uere, æſtate, autumno, hyeme, per quæ omnia temperatur annus. Vnde à quo rege. Viget] Floret, ualet, conſiſtit. Pallas] Virtus & ſapientia. Dicitur autem à πάλλω, quod eſt uibro, moueo. Bellona enim dicitur haſta utens: eadem & Minerua eſt, putantq; aërem nominatum Palladem, ac Iouis filiam dici, & uirginem fuiſſe: quoniam & non corrũpatur, & ſublimiorem locum teneat. Quapropter ex uertice Iouis dicitur nata, id Diod. lib. 1. aſſerit. Vtq; Cicero in lib. de Nat. Deor. oſtendit. Mineruam principem & inuentricem belli ferunt, aitq; idem Cic. Mineruam dictam, quia minuit, aut quia minatur. Macrob. uerò li. 1. Sat. ſcribit. quòd Porphyrius teſtatur Mineruam eſſe uirtutem Solis, quæ humanis mentibus prudentiam ſubminiſtrat. Nam ideò hæc Dea Iouis capite generata memoratur, id eſt, de ſumma ætheris parte genita: Vnde origo Solis eſt. Diodorusq; lib. 6. docet, Palladi olearum, oleiq; educendi inuentionem tribuiſſe antiquos. Nam ante huius Deæ ortum erat hæc arbor cum alijs ſyluestribus immixta, olei uſus aberat cum eſſet ignota. Addunt ipſi quoq; ueſtium apparatum, & ædificandi artem. Præterea uolunt in cæteris artibus hominibus profuiſſe. Nam et tibiam, eiusq; cantum, & plurima inſtrumenta ad uaria opificia adinuenit. Liber ſcribit Diodor. lib. 5. Dionyſium orbem fere deambulantem multas regiones reddidiſſe domeſticas, ac propterea maximis apud omnes honoribus celebratum. Vini, uineæq; extitiſſe auctorem. Exercitum quoq; ſecum non tantum uirorum, ſed etiam mulierum circumducens, nefarios homines atq; iniquos merita mulctauit pœna. In Bœotia uixit, in Indiam cum exercitu tranſcendens, triẽnio poſt multis cum ſpolijs in Bœotiam redijt: primus omnium triumphauit. Elephanto Indico uectus. Bœotij, cæteriq; Græci Thraces quoq; in memoriam Indicæ expeditionis ſacra trieterica ſibi inſtituerunt. Vnde & in multis Græcis urbibus triennio bacchides mulieres conuenìebant, apud quas de more uirgines Thyrſum ferebant in honorem Dei Bacchantes. Suſtulit & omnes impios, qui in orbe erant, ſed maximè Pentheum ac Lycurgum: Hæc ex Diodoro. Macrobius autem lib. 1. Sat. ſcribit, Ariſtotelem dicere Apollinem & Liberum patrem unum, eundemq; Deum eſſe. Vtq; Næuius ait, Liber Sol ab Romanis appellatur, quòd liber & uagus eſt. Sunt uerò qui dicant Bacchum appellari Liberum patrem, quia hominibus libertatem uideatur inferre. Nam etiam ſerui ebrietate durante arbitrantur ſe fregiſſe uincula ſeruitutis. Liberat præterea ab curis, & in agendis ſecuriores facit. Scribit quoq; idem Macrobius dicto lib. quod calor uini, cuius Liber pater auctor eſt, ſæpe homines ad furorem bellicũ uſq; propellit. Virgo] Diana intelligitur, quam & Lunam eandẽ eſſe putant. Dicta uerò eſt Diana, quia noctu, quaſi diem efficeret, ut ſcribit Cic. in lib. de Nat. deor. Diodorus autem lib. 6. docet Dictynnam in Creta genitam ex Ioue & Charmide, retia ad uenandum inueniſſe: ex quo & Dictynna eſt cognominata. Conſuetudine Dianæ utebatur, quod cauſam præbuit, ut quidam Dictynnã, Dianamq; eandem eſſe exiſtimarent. Phœbe. ſcribit Macrobius lib. 1. Sat. Arcu & ſagittis Apollinis ſimulacra decorari, ut per ſagittas intelligatur uis emiſſa radiorum. Manu tamen dextera gratias geſtare. Arcum uerò cum ſagittis ſiniſtra, quòd ad noxam ſit pigrior, & ſalutem dextera manus promptior largiatur. Alciden] Hercules, ut oſtendit Diodorus lib. 5. Antea Alcæus uocabatur: occiſis autem duobus draconibus, quos Iuno ad eum miſerat, Heracleum dixêre: quoniam Iunonis opera gloriam eſſet adeptus, ſuccedente tempore duodecim labores executus eſt, quos ei Euriſtheus Mycenarum rex iuſſerat. De quibus quidem latè Sat. 1. Iuuenalis iam diximus. Fuerat item Alcæus Amphytrionis pater: ut oſtendit Euripedes, à quo Alcides Hercules ipſe dicitur. Pueroſq; Ledæ] Caſtor & Pollux intelliguntur. Fuit autem Caſtor equorum domitor: Pollux uerò pugil. Hinc ait Homerus lib. 3. Iliad.

„ Caſtor equum domitor, Polluxq; inceſtibus audax.

Scribit autem Plin. lib. 2. Quòd fulgurum effigies quædam & antennis nauigantium, alijsq; nauium partibus ceu uocali quodam ſono inſiſtebant, ut uolucres ſedem ex ſede mutantes. Graues quum ſolitariè ueniebant, mergentesq; nauigia, & ſi in carinæ ima decidiſſent exurentes Geminæ aut ſalutares & proſperi curſus prænunciæ, quarum aduentu fugari diram illam, ac minacem, appellatamq; Helenam ferunt, et ob id Polluci & Caſtori id numen aſsignãt. Eosq; in mari Deos inuocant, hominũ quoq; capita ueſpertinis horis magno præſagio conſulgebant: Hæc ex illo. Diximus & plura Ode tertia. Sic dij uoluere] Scilicet, Caſtor & Pollux. Romulum Fuit is decimusſeptimus ab Aenea ducens originem: Vir bellicis rebus grauis ac ſtrenũus, & ad conſtituendum ciuitatis ſtatum optimum prudentiſsimus fuiſſe perhibetur. Vrbis autem fundamenta iecit duodeuiginti natus annos, IX. Calend. Maij: horã poſt ſecundam ante tertiam, regnauit annos XXXVII. De Cecinenſibus egit primum triumphum, capta eorum urbe, & Acrone rege propria manu obtruncato. Rurſum de Antemnatibus triumphauit, de Veientibus tertiò, apud Capreæ paludem nonis Quintilibus apparere deſijt, annum uitæ agens LV. Numa Pompilius eum poſtea, ut naturam ſuperantem mortalem templi adornatione & anniuerſarijs ſacrificijs, Quirinum uocatũ, ſtatuit honorari. Dionyſius & Solinus auctores. Pompili] Numa Pompilius curibus Sabinis habitabat, uir conſultiſsimus omnis diuini atq; humani Iuris. Itaq; ab Romanis patribus accitus rex creatus eſt: ſummaq; omnium pace regnauit annos XLIII. auctor eſt Liuius. Superbos Tarquini faſces] L. Tarquinius Priſcus Romanorum rex, quintus de Sabinis triumphauit: omne nomen Latinum domuit: regnauit annos, XXXVIII. Iam octogenarius interfectus eſt dolo ab filijs Anci Martij. Ei autem regnanti Hetruſci attulerunt inſignia, quibus ipſi reges ſuos adornabant. Coronam uidelicet auream, ſceptrumq; habens ſuper caput aquilam. Tunicam purpuream cum ſignis aureis, & amictum purpureum ſuarium. Tulerunt etiam ei duodecim illas

ſecures,

ſecures, ſumptas ex urbibus ſingulis ſingulas, quas cum uirgarum faſces lictores ante regem ferebant. Itaq; lictores duodecim cum ſecuribus ac uirgis, & ius dicenti ei aſtabant, et euntem præcedebant. Auctor eſt Dionyſius. Superbos faſces] *Id eſt, nobiles et inſignes.* Catonis nobile letũ] *M. Cato iunior Vticæ præſidij cauſa præerat, ut ſcribit Hircius lib. 5. de Bell. Aphr. Sed quum aduerteret Vticẽſes ſe Cæſari dedere uelle, & eis perſuadere nulla ratione quiret, ut ſecum oppidum defenderent. Ipſe omnibus rebus diligentiſſimè conſtitutis, liberis ſuis Lucio Cæſari, qui tũ ei Proqueſtor fuerat commendatis, & ſine ſuſpicione uultus atq; ſermone, quo ſuperiore uſus fuerat: quum dormitum iſſet, ferrum intrò clam in cubiculum tulit, atq; ita ſe traiecit. Qui dum anima nondum expirata concidiſſet, impetu facto in cubiculum ex ſuſpicione, Medicus, familiaresq; continere, atq; uulnus obligare cœperunt: ipſe ſuis manibus uulnus crudeliſſimè diuellit, atq; animo præſtanti interemit. Hæc ex Hircio. Apianus autem lib. 2. & Plutarchus dicunt, Catonem bis perlegiſſe librum Platonis, qui de anima inſcribitur: deinde obdormiſſe. Poſtea uerò ſe ſub pectore impreſſo enſe, uulnerauit circa gallicinium: effluentibus itaq; uiſceribus, quum ſtrepitus inſecutus eſſet, medicus accurrens, illæſa uiſcera, & uulnus colligauit. Cato deinde proprijs manibus uiſcera lacerans, expirauit: Anno ætatis 48. Cognita inde Catonis morte, dixiſſe dicitur Cæſar.* INVIDEO MORTI TVAE CATO. *Nam & tu gloriæ meæ, pro ſalute tua inuidiſti. Scribit etiã de morte Catonis ipſe Florus. Seneca item epiſtola 24.* Nobile letum] *Valerius etiam lib. 3. de fortitudine, hanc Catonis mortem laudat. Cic. itẽ lib. Offic. 1. ſecutus Stoicorum dogma, laudat mortem Catonis ſæueri, grauis atque perfecti Stoici. Stoici enim rigida diſciplina formati mortem paratam habebant. Verùm Peripateticorum ſententia uituperandus eſt Cato, timidusq; potius appellandus, quàm fortis. Cum ſibi mortem conſcierit, ut incommodum aliquod euitaret. Diuus quoq; Auguſtinus hanc ipſam mortem uituperat. Philoſophus item lib. 3. Ethic. ſic ait. Mortẽ aũt ſibi conſciſcere ob fugiendam paupertatẽ, aut amorem, aut moleſtum aliquid non fortis eſt hominis, ſed potius timidi. Eſt enim mollitudinis laborioſa fugere. Atq; non quia res eſt honeſta, appetit mortem, ſed quia malum fugit. Et lib. 5. Nemo uerò ſpontè iniuriam patitur. At qui ſe ipſum occidit ſpõtè id, quod lex non permittit contra legem efficit.* Rectam] *Iniuriam ergo facit. Sed cui nam quæſo? an ciuitati? non ſibijpſi: nã ſua patitur ſponte. Quapropter & ciuitas mulctat, ut ciuitati iniuriam facientem.* Regulum] *M. Attilius regulus Romanæ claſsis Imper. 1. Pun. Bel.* Nauibus] *Id eſt, ſupra trecentas in Libyam delatus eſt, à quo urbes ferè ducentæ in deditionẽ redactæ ſunt, quæ Carthaginenſium odio ad eum defecerunt. Carthaginenſes poſtea Xantippum Lacedæmonium ducem ſibi fecêre. Itaq; multi Romanorum cæſi, & capti ſunt: cum quibus etiam Attilius Imperator, qui poſtea cauea clauis circumuallata incluſus, extinctus eſt. Hæc ex Libyco lib. Appiani Meminit etiam Plin. de uiris illuſtribus. Multa etiam Polyb li. 1. Cic. autem lib. 2. de Finib. ſcribit Regulum uigilijs & fama cruciatum. Videto etiam Gell. lib. 6. cap. 4. & Silium lib. 6.* Scauros] *Scauri Patritij fuerunt, quorum M. Aemilius Scaurus eloquentiæ conſultus ex ea gloriam peperit: de quo latè Plin. de uiris illuſt. Saluſt. etiã in Iug. ſic ait. Sed ex omnib. maximè Aemilius Scaurus homo nobilis impiger, factioſus, auidus potentiæ, honoris, diuitiarũ. Cæterũ callide uitia ſua occultans. Meminit etiam de hoc uiro Val. lib. 3. de Fiducia ſui.* Paulum] *L. Aemilius Paulus, M. Ter. Varonis collega, ſecundo Bell. Punic. fuit: quo tempore pugnatum eſt apud Cannas contra Hannibalem. Vbi primo ſtatim prælio funda grauiter ictus fuerat: tamen & occurrit ſæpe cum confertis Hannibali, & aliquot locis prælium reſtituit, protegentibus eum equitibus Romanis. Reliquit poſtremò equum, quoniam ſibi uires deficiebant ad eum regendum. Quumq; Cn. Lentulus Tribunus militum præteruehens, equo ſedentem in ſaxo cruore oppletum conſulem uidiſſet.* Luci Aemili (inquit) quem unum inſontem culpæ cladis hodiernæ dij reſpicere debent, cape hunc equum, dum & tibi uirium aliquid ſupereſt. Comes ego te tollere poſſum ac protegere, ne funeſtam hãc pugnam morte cõſulis feceris: etiam ſine hoc lachrymarũ ſatis, luctusq; eſt. *Ad ea Conſul.* Tu quidem Cnee Corneli macte uirtute eſto, ſed caue fruſtra miſerando exiguum tempus è manibus hoſtium euadendi abſumas. Abi & tu me in hac ſtrage meorum patere expirare. *Hæc & plura exigentem prius turba fugientium ciuium, deinde hoſtes oppreſſere conſulem, ignorantes quis eſſet, obruerűtq; telis. Lentulum in tumulum arripuit equus, &c. Hæc ex Liuio libr. 2. tertiæ Decad.* Prodigum] *Prodigere eſt conſumere: unde & prodigus fit, Auctor eſt Feſtus.* Camœnæ] *Camœnæ Muſæ à carminibus ſunt dictæ, uel quòd canunt antiquorũ laudes, uel quod ſit caſtæ mentis præſides, ut Feſtus ait.* Fabricium] *Fabricius Luscinus honoribus & auctoritate omni ciue temporibus ſuis maior, cenſu par, unicuique pauperrimo, quia Annitibus, quos uniuerſos in cliẽtelam habebat, decem æris & quinq; pondo argenti, totidemq; ſeruos ſibi miſſos in Samnium, remiſit continentiæ ſuæ beneficio ſine pecunia prædiues, ſine uſu familiæ abundè comitatus, quia locupletem illum faciebat non multa poſsidere, ſed modica deſiderare. Hæc Valerius ſcribit lib. 4. de Continentia.* Curium] *M. Curius Samnitum legatis agreſti ſe in ſcanno aſsidentem foco, ac ligneo catino cœnantem, ſpectandum præbuit ille Samnitum diuitias contempſit. Samnites eius paupertatem mirati ſunt: nam quum ad eum magnũ aurĩ pondus publicè miſſum attuliſſent, benignis uerbis inuitatus, ut eo uti uellet, uultum riſu ſoluit, protinusq;* ſuperuacuæ (inquit) ne dicam ineptæ legationis miniſtri. Narrate Samnitibus, M. Curium malle locupletibus imperare, quã ipſum fieri locupletem, atq; iſtud ut præcioſum, ita malo hominum excogitatum munus referte, & mementote, nec acie uinci, nec pecunia corrumpi poſſe. *Valerius lib. 4. de Continentia ita ſcribit.* Camillum] *Furius Camillus ſua iuſtitia Phaliſcos in ditionem accepit. Veios hyeme obſidione domuit, deq; ijs triumphauit, damnatus poſtea, quòd prædam iniquè diuiſiſſet, Ardeam conceſsit. Mox quum Galli Senones, relictis ob ſterilitatem agris ſuis, Romanum exercitum apud Alliam fluuium occidiſſent, uictores urbem intrarunt. Tunc Camillus abſens Dictator dictus, collectis reliquijs, Gallos improuiſos occîdit, Populum Romanum migrare Veios uolentem retinuit. Sic & oppidum ciuibus, & ciues oppido reddidit. Auctor Plin. de Viris illuſt.* Saua paupertas] *Liuius etiam in Præfatione ait. Quanto rerum minus, tantò minus cupiditatis erat. Nuper diuitiæ auaritiam, & abundantes uoluptates, deſiderium per luxum, atq; libidinem pereundi, perdendiq; omnia inuexêre.* Auitus] *Per hoc maiorum ſuorum Parſimonia contentos oſtendit.* Cum lare] *Id eſt, domo apto fundis, hoc eſt, non egregia & ſuperba domo. Ouid. lib. 1. de Triſtibus.*

" *Quæ noſtro fruſtra iuncta fuêre lari.*

Idem lib. 1. de Amoribus.

" *Dij tibi dent nulloſq; lares, inopemq; ſenectam*
" *Et longas hyemes perpetuamq; ſitim.*

Lares etiam Dij compitales dicuntur. Suetonius in Auguſto. Compitales Lares ornare bis in anno inſtituit uernis floribus & æſtiuis. Occulto] Occultè procedenti. Marcelli] *M. Marcellus Gallorum ducem apud Padum ingenti exercitu ſtipatum, cum paucis equitibus inuaſit, quem protinus obtrũcatum cum armis exuit: eaq; Ioui Feretrio dicauit. Id ſcribit Valerius lib. 3. de Fortitudine. Addit Plinius, quòd Syracuſas per treis annos expugnauit, quinquies Conſul: inſidijs Annibalis deceptus, & occiſus eſt. Vt & Liuius lib. 3. de 2. bell. Punico oſtendit, ſæpius Annibalem ab Nola & ab Cumis in fugam uerterat multis hoſtibus occiſis.* Iulium ſidus] *Iulius Cæſar in Deorum numerum relatus eſt, non ore modò decernẽtium, ſed & perſuaſione uulgi: ſiquidem ludis, quos primo conſecratos ei hæres Auguſtus edebat, ſtella crinita, per 7. continuos dies fulſit, exoriens circa undecimam horam. Creditũq; eſt animam eſſe Cæſaris in cœlum recepti, & hac cauſa ſimulachro eius in uertice addebatur ſtella. Suetonius ita ſcribit.* Ignes] *Id eſt, ſtellas. Cicer. lib. 6. de Rep. Hiſq; animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quæ ſydera, & ſtellas uocatis. Et paulò inferiùs ait: Erant autem hæ ſtellæ, quas nunquam ex hoc loco uidimus, & hæ magnitudines*

omnium,

omnium, quas eſſe nunquam ſuſpicati ſumus. Ex quibus erat ea mi nima, quæ ultima à cœlo citima à terris luce lucebat aliena. Stellarum autem globi terræ magnitudinem facilè uincebant. Horatius aũt dicẽs: Velut inter ignes Luna minor eſt: locus eſt uulgari opinione. Gentis humanæ pater atq; cuſtos] Iuppiter Saturni filius excellit fortitudine & cæteris uirtutibus omnes. Accepto enim poſt Saturnum regno maxima, plurimaq; contulit ad hominum uitam. Primus omnium iuſtitiam docuit mutuò ſeruari inter mortales, omni ui atq; iniuria remotis. Poſtea uerò quàm in cœlum delatus eſt, memoria nominis eius animis hominum adeò infixa permanſit: ut omnium quæ in cœlo fierent, uelut imbriũ, tonitruum, fulminum, cæterorumq; huiuſmodi potens exiſtimaretur. Itaq; quod uitæ cauſa hominibus eſſe uideretur, cùm fructus terræ ad maturitatem perduceret, Iouem dixêre. Patrem uerò tum, quia ſingulorum ſuſceperit ſumma cum beniuolentia curam, tum quia tanquam dux hominibus extiterit rectè uiuendi. Imperator, rex ob imperij amplitudinem. Conſultor ac prouidus propter conſulendi prudentiam appellatus eſt. Hæc ex Diodoro lib. 6. Cæſaris] Auguſti ſcilicet. Secundo Cæſare] Secundo à te ſcilicet. Nam tu in cœlis, ille in terris regnat. Parthos] Parthorum Imperium orientis erat, ut Iuſtinus latè 7. lib. oſtendit. Auguſto Cæſari Parthi, & Armeniam uendicanti facilè ceſſerunt, & ſigna militaria, quæ M. Craſſo, & M. Antonio ademerant, repoſcenti reddiderunt, obſideſq; inſuper obtulerunt, Auctor eſt Tranquillus, de quo etiam latiûs ante diximus. Latio imminentes] Quomodo Parthi Latio, hoc eſt, ipſi Italiæ & Romanis imminerẽt, uideto Appianum in libro Parthico. Ibi enim clariſſimè hæc ſcribuntur. Iuſto triumpho] Iuſtum namq; erat, ut ſigna militaria Craſſo adêpta, reciperentur. Vtq; Tranquillus ſcribit, Auguſtus nulli genti ſine iuſtis & neceſſarijs cauſis bellum intulit. Seres] Seres, ut ſcribit Plin. lib. 6. regionem inhabitant, quæ ſpectat æſtiuum Oriẽtem, & primi ſunt hominum, qui noſcantur lanificio, ſyluarum nobiles perfuſam aqua depectientes frondium caniciem. Indis] India & maxima eſt, & ad orientem expoſita, ut Strabo lib. 15. oſtendit. Fauonij uerò ſpiritu ſaluberrima eſt, bis in anno æſtatem habet, bis legit fruges, uti Solinus aſſerit. Dionyſius ſcribit Indiam in ipſis Oceani labris ſitam, ad orientem regionem ſanè iucundiſſimâm. Tu graui curru] Senſus eſt ſiue Auguſtus domuerit Parthos, ſeu Seres, & Indos Ioue minor æquus orbem terrarum reget. Non enim propter hanc gloriam ſe Ioui æquaret, itaq; ipſe Iupiter Olympum reget, & fulmina in lucos pollutos iaciet. Nam ſecundùm Pontificum & aruſpicum documenta, polluti luci fulminibus tangebantur. Quaties Olympum] Secundûm uulgarem opinionem loquitur. Nam reuera ſi in nube luctetur flatus aut uapor, tonitrua æduntur. Si erumpit ardens fulminis] Si longiore tractu nitatur fulgetra. Iis finditur nubes] Illis perrumpitur. Auctor Plin. lib. 2.

PHILIP. BEROAL.} Et auritas fidibus canoris ducere quercus] Columella canes uenaticos dixit eſſe debere auritos, id eſt, longis auribus, ſed hîc auritas ſenſu audiendi præcellentes innuit. Virgil.

„ Auritoſq; ſequi lepores.—

ODA XIII. AD LYDIAM AMICAM SVAM.

Ἐρωτική.

Ode XIII. Dicolos diſtrophos, ut: Sic te diua potens Cypri.

– – –∪∪– ∪–

– – –∪∪– –∪∪– ∪–

ARGVMENTVM IN ODEN XIII.

Telephum riualem in odium uocare conatur apud amicam, dum uehementer ſe zelotypia commoueri dicit, quum in illum magis adfecta uideatur, aut alieni amoris ueſtigium deprehenderit: adeò, ut nec à lachrymis quidem poſsit temperare, felices quos mors ſola à mutuo amore dirimit.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Quod eſt amatoris proprium hic exprimitur: nempe uix inueniri, qui æquo animo patiatur riualem, dicit ergo poëta ſe grauiter ferre cum Lydia Telephum laudibus uehat: inducens eum in odium, quando dicit eius amorem non futurum perpetuum.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Amatorum ingenium hac Ode pulchrè declarat, qui riuales ferre non poſſunt, eoſq; ſemper in odium uocare ſtudent: ac felices iudicant, eos, quorum amor ſola morte dirimitur.

COMMENTARIA.

ACRON.

CVM tu Lydia Telephi] Ad Lydiam meretricem ἐρωτικόν, Dicolos diſtrophos. Metrum primo uerſu Glyconium, ſecundo Aſclepiadeum. Ceruicem Roſeam] Pulchram, ut Virgil.

„ Roſea ceruice refulſit.

Cerea] Aut mollia, aut ceræ ſimilia. Væ] Interiectio dolentis eſt. Difficili bile] Hoc epitheton iracundiæ eſt, quia implacabilis ſit. Bile autem iracundia: ut Iuuen.

„ Atq; oculis bilem ſubſtringit apertis.

Plautus in Amphit.

„ Atra bili percita eſt.

Tunc nec mens mihi, nec color] Voluor uarijs cogitationibus, & color in diuerſa mutatur. Humor & in genas] Secretæ lachrymæ, amoris nimietatem prodentes. Arguens] Demonſtrans, ut illud:

„ Degeneres animos timor arguit.

Penitus] Interiùs. Macerer] Conſumar, ut:

„ Eſt mollis flamma medullas interea.

CVM tu Lydia Telephi
Ceruicem roſeam, cerea Telephi
Laudas brachia: uæ, meum
Feruens difficili bile tumet iecur.
Tunc nec mens mihi, nec color
Certa ſede manet: humor & in genas
Furtim labitur, arguens
Quã lentis penitus macerer ignibus.

Vror ſeu tibi] Aſpectu crucior, quotiens aut uino per rixam, aut per libidinem certi amoris, alterius in corpore tuo ſigna conſpexero. Ordo eſt. Vror ſeu tibi immodicæ rixæ turparunt candidos humeros mero, ſeu puer furens impreſsit memorem notã labris dente. Turparunt] Liuore reddiderunt deformes. Immodicæ] Immiſſæ. Mero] Ebrius

Vror, ſeu tibi candidos
Turparunt humeros immodicæ mero
Rixæ: ſiue puer furens
Impreſsit memorem dente labris notam.
Non, ſi me ſatis audias,
Speres perpetuum, dulcia barbarè
Lædentem oſcula, quæ Venus
Quinta parte ſui Nectaris imbuit,
FELICES ter, & amplius,
Quos irrupta tenet copula: nec malis
DIVVLSVS querimonijs,
Suprema citiùs ſoluet amor die.

ro] Ebrietate, id eſt, per ebrietatē. Furens] *Impatientia amoris ſcilicet.* Memorē notam] *Per quod amoris recordatio ſeruaretur.* Nō ſi me ſatis audias] *Ordo eſt:* Si me ſatis audias, non ſperes perpetuum, lædentem barbarè dulcia oſcula. *Aliter ordo hic eſt:* Non ſperes, ſi me audias amatoribus dulcedinē eſſe perpetuam. Speres perpetuum] *Illum qui dulcia lædit oſcula.* Barbarè] *Crudeliter.* Quinta parte ſui Nectaris imbuit] *Luxuria ſui amoris impleuit. Quinque partes Veneris, id eſt, libidinis eſſe dicuntur, Viſus, alloquium, tactus, oſculum, concubitus.* Felices ter & ampliùs] *Multotiens ſecundùm illud:*

„ *O' terq́, quaterq́ beati.*

Quos irrupta tenet copula] *Copula propriè dicitur cuiuslibet rei duplex numerus. Vnde tractum eſt, ut & matrimonium copula diceretur.* Nec malis] Ordo eſt: Nec amor diuulſos malis *querimonijs ſoluet citiùs ſuprema die, id eſt, quorum amor ante diē mortis iurgijs & litibus non ſoluitur, debent felices uocari.*

PORPHYR } Cum tu Lydia Telephi Ceruicē laudas] *Ad Lydiam amicam ſuam, hoc ſcribit, à qua riualem ſuum Telephum laudari moleſtè ferre ſe teſtatur.* Iecur] *Pro corde ἁπλῶς, id eſt, ſimpliciter.* Difficili bile] *Non quam difficilem concipio: ſed dura & cruciabili, unde etiam difficiles homines dicuntur, qui duri & inexorabiles ſunt.* Humor & in genas] *Decore magis dictum, quam humor genarum, hoc eſt, lachrymarum.* Lentis macerer ignibus] *Concremer, cōtinear interiora pectoris mei amore flagrare. Lentis aūt ignibus diſertè, quaſi occultè ſæuientib. Quale illud Virgilianum:*

„ *Et tacitum uiuit ſub pectore uulnus.*

Impreſsit memorem dente notam] *Gratè memorem notam dente preſsit, quoniam doloris memoriam cōmunem morſus facit eius, qui me momorderit.* Non ſi me ſatis audias] Ordo: Non ſperes perpetuū, ſi me ſatis audias. *& ſubaudiendū extrinſecus, amatorem.* Quæ Venus Quinta parte ſui nectaris imbuit] *Elegāter, quia in quinq; partes amoris fructus eſſe partitus dicitur uiſu, eloquio, tactu, oſculo, concubitu, unde & Terentianum illud:*

„ *Tamen extrema linea amare, haud nihil eſt.*

Felices ter & amplius] *Senſus, Satis fœlices exiſtimo eos, quorum inter ſe amor ita conſentit, ut non ante ultimum uitæ diem reſoluatur.* Quos irrupta tenet copula] *Allegoricè dicitur, ſignat autem eos, qui amoris uinculo inter ſe ita cōſtricti ſint, ut nunquam diſcerni poſsint.* Suprema citiùs ſoluet amor die] *Attende elocutionem, citiùs ſuprema die, quod ſignat, ante diem ſupremum.*

CHRIST. LAND. } *Conatur in hac Ode inducere riualem in odiū amicæ ſuæ, & ſe ex zelotypia uehementer illam amare oſtēdit. Ode dicolos ex Glyconio, qui conſtat ex Spōdeo, & duobus Dactylis, & Aſclepiadeo.* Ceruicem] Collum, *Iuuenal.*

„ *Præbenda eſt gladio pulchra hæc & candida ceruix.*

Propriè ceruix ab occipitio incipit, & intendit ad ſpinam: Et eſt tanquam canalis, per medullas cerebri deſcendit ad ſpinam. Dicta ceruix quaſi cerebri uia: Eſt enim ex oſsibus orbiculatim uertebratis, quò commoditatem capiti præbet, quocunq; ſe flectendi. Vnde duræ ceruicis homines, qui obſtinati, inflexibilesq́; ſunt, dicimus. Primus autem ſecundùm Quintilianū Hortenſius orator in ſingulari numero, hoc nomine uſus eſt. Eſt ergo pars colli poſterior, cum gula pars ſit anterior. Telephi] *Riualis ſui nomen eſt.* Ceræa] *flexibilia, ut cera facilè flectitur. Oſtēdit autem ex hoc agilitatem, quæ corporis non parua laus eſt.* Iecur epatis] *Idem eſt membrū, & ſedes ſanguinis. Nam ſanguis ab epate colorē ſumit, & quia ira ebullitio eſt ſanguinis, & quæ bulliunt intumeſcunt. Idcirco uolens iram oſtendere dixit.* Feruens iecur tumet. *Sic Iuuenalis.*

„ *Quid referam quanta ſiccum audeat ira.*

Difficili bile] *Bilis enim ſpuma ſanguinis eſt, qua ſanguis incaleſcit, & in irā inſurgit. Hanc Græci* χολὴν *dicūt, noſtri medici choleram. Habēt tamē quatuor humores etiā latina nomina. Sanguinem, pituitā, bilē, & atram bilem.* Difficili] *Ab effectu, id eſt, quæ reddat homines difficiles, id eſt, moroſos & iracūdos, ſicuti morbos pallētes, qui homines palleſcere cogūt.* Nō manet mēs] *Quia careo trāquilitate, & huc, & illuc uoluor. Verg.*

„ *Atque animum nunc huc celerem nunc diuidit illuc,*

„ *Per parteſq; rapit uarias, perq́ omnia uerſat.*

Vel non manet mens] *id eſt, non manet ratio.*

„ *Nam amens ſio ira, doloreq; pariter accenſus.* *Sic Virg.*

„ *Iſq; amens animi, & rumore accenſus amaro.*

Nā omnis perturbatio auertit mētē. Sed quæ ab amore prouenit omni quiete exuit. Nec color] *Quia pallidi reddūtur amantes. Ouid.*

„ *Palleat omnis amans, pallor color aptus amanti.*

Et omnis paulò uehementior affectus animi colorem uariat. Humor & in genas] *Lachrymas intellexit. Gena aūt ut multi uolunt, eſt à cilio ad uniuerſam illam partē oculis ſubiectam, quæ barba ueſtitur. Quod autē ſit etiam cilium, quo oculus clauditur, audi dicentem Quintilianū. Illa perpetua nocte clauſæ genæ non cuſtodierūt. Et Plin. in 11. Omnia inſecta non habent genas, nec integunt oculos.* Labitur furtim] *Quaſi dicat antequā aduertā.* Arguens] *Manifeſtans, demonſtrans. Virgil.*

„ *Degeneres animos timor arguit.*

Hinc argumentū in diſputationibus, quia illis rem demonſtramus. Hinc argumenta in Comœdijs, nam illis mira uerborum breuitate aperimus, quicquid uniuerſa continetur fabula. Neque prætermittendū eſt aliter dici argumenta, aliter argumentationes. Tria enim ſunt, quæ nobis confirmationem, aut confutationē rei dant. Primò enim quæritur tanquā ſedes quædā, unde ratio educitur, qui locus à dialecticis nuncupatur. Vnde Ariſtoteles & Cicero Topica libros appellarunt, ab eo quod eſt τόπος, *id eſt, locus, in quibus huiuſcemodi locos demonſtrant. Ratio aūt quæ à loco ſiue ſede deducitur, adhuc informis & indiſtincta argumentum appellatur. Rurſus autem cùm in ſuas partes diſtributa fuerit, erit argumentatio. Quod ut dilucidiùs appareat, probare nititur Virgiliana Venus, apud Iouem deberi Aeneæ ſedem certā in Italia exemplo Antenoris. Ergo occurrit ſibi locus, qui dicitur à maiori. Ab eo autem ſumit argumentum, quod eſt huiuſcemodi: licere Aeneæ filio, & patriæ defenſori cōſiſtere in Italia, poſtquam licuit Antenori nullo ſanguine ſibi coniuncto, & patriæ proditori. Hoc autem argumentū ſi in ſuas partes, quæ ſunt Propoſitio, Aſſumptio, & Concluſio digeratur, erit argumentatio. Ea autem ſic cōparabitur, ut ſit Propoſitio huiuſcemodi.*

Si homini externo & proditori licuit in Italia cōſiſtere,
Multo magis propugnatori, & qui tibi filius ſit licebit.

Deinde erit aſſumptio.

Sed licuit cōſiſtere Antenori, qui nec tibi filius eſt, & patriam prodidit.

Ex propoſitione autem & aſſumptione oritur tertia pars argumentationis, quæ dicitur concluſio, & talis erit,

Licebit in Italia conſiſtere Aeneæ.

Dicimus etiam arguere reprehendere, quia qui reprehendit, oſtendit erratum. Et quia reprehenſor adhibet crepitum, ſonitumq́ uerborum, dicimus argutum ſonorum. Virg.

„ *Hæc arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.*

Item qui arguit abrupta & breui utitur clauſula, dicimus argutum breuem. Virg.

„ *Argutumq́; caput.*

Penitus] *Valde internè ſignificat, unde ſit nomen penitus, a, um, Plaut.*

„ *Extrea uſq; ex penitis faucibus.*

Macerer] Conterar, *extenuer, ut ſit ab eo, quod eſt macer, propriè tamen macerare dicimus cùm tam diu in aqua res relinquitur, donec teneraſcat.* Lentis] *Flexibilib. quod eſt flāmæ propriū. Virg.*

G „ *Eſt*

„ *Eſt mollis flamma medullas.*

Ignibus] *amoribus, quorum cupiditate inflammamur. Virgil. 4. Aeneid.*

„ *Et cæco carpitur igni,*

Propterea'q; fortaſſe dixit lentis, quia quæ lentè procedunt, nō multum aduertuntur, uror ergo ſi rixæ, quæ excitantur inter te & Thelaphum deturpant humeros, quia ipſe ex ebrietate excedens modum, uerberet humeros & reddat liuidos. Rixare, cōtendere, ut idē,

„ *Alter rixatur de lana ſæpe caprina.*

Puto eſſe à ringendo, quod eſt canum, quando irritantur. Immodicæ] *Modum excedentes, immodeſtæ, nam modicum id dicimus, non cui aliquid ſit immunitum, ſed quod non excedit modum, & modeſtum eſt. Lucan.*

„ *Modicum componere ciuem.*

Mero] *Propriè uinum, cui non ſit admixta aqua, quaſi dicat, ex ebrietate.* Furens] *Amore, an ira ambiguum eſt, utrunque enim furorem infert, ſed amore potiùs cùm uehemētius baſia imprimat, & mordicus apprehendens labia relinquit liuorem.* Notam] *Id eſt, maculam, qua res ipſa notatur. Eſtq; tam in animo, quàm in corpore nota, uelut & macula. Et quamuis uitium ex ea oſtendatur, tamen aliquando ad laudem refertur.* Ouid.

„ *Ille Numantina traxit ab urbe notam.*

Memorem] *Dicimus memorem eum, qui recordatur, ſed & quandoq; rem cuius memores ſumus, memorem dicunt poëtæ. Virg.*

„ *Sæuæ memorem Iunonis ob iram.*

Ergo iram memorem, id eſt, cuius memor eſſet Iuno. Sic & in hoc loco memorem notam tam uehementem, ut non facilè excidat è memoria. Ordo eſt. Tu non ſperes] *Id eſt, ſperabis illum perpetuum, ſcilicet in amore.* Lædentem oſcula] *Id eſt, pulchra tua ora, ſcilicet morſu.* Barbarè] *Inhumaniter & crudeliter, ut eſt de more barbarorum.* Si me audias] *Id eſt, ſi mihi credis, ſi meas rationes ſuſcipies. Nam nō uidetur audire, qui non obtemperat dictis. Sapit autem locus iſte inſinuationem. Non enim poſtulat apertè quod ſe illi præponat. Nam cùm ſe in grandiori ætate conſtitutum, illum, adoleſcentem uideat. Sed inuehitur in aduerſarium, ut illam ad ſe conuertat.* Oſcula] *Vel ſuauia intelligit, uel potius ora, ut ſit ſententia, quod lædat ſuum os dum nō ſine morſu oſculatus. Eſt autem oſculum diminutiuum ab eo, quod eſt os. In muliere autem anguſtum os laudatur, ſic* Ouid. *de Daphne.*

„ *Videt Oſcula quæ non eſt uidiſſe ſatis.*

Quæ Venus—Quinta parte ſui nectaris imbuit] *Id enim eſt, quibus oſculis etiam in concubitu utitur. Nam quinque ſunt quibus in amore accendimur, uiſus, ſermo, tactio, oſculum, concubitus. Ergo in quinto gradu eſt concubitus, ergo hoc ſignificat quòd Venus, implet oſcula quinta parte ſui nectaris, id eſt, ſuæ ſuauitatis, quæ eſt in concubitu. Eſt autem nectar deorum poculum, quemadmodum ambroſia cibus.* Ter & amplius] *Poſuit numerum finitum pro infinito. Vel dixit ter & amplius, id eſt, ter & quater, quia ut docet Macrobius, ex iſtis duobus numeris oſtenditur perfecta fœlicitas. Vnde Virg.*

„ *O ter'q; quater'q; beati.*

Copula] *Vinculum. Eſt propriè copula cuiuslibet duplex numerus, unde dicitur copula matrimonij. Malis querimonijs, id eſt, litibus ex quibus ſunt querimoniæ. Suprema die, id eſt, morte qua omnia diſſoluuntur.*

HENR. GLAR. } Certa ſede manet] *Singulari numero quidam legunt, & cæſura ſemiquinaria carmen excuſant: alij pluraliter, quod geminatum ſingulare poſcat uerbum plurale. Sed id uix annotatione dignum uiſum eſt nobis. Porrò ſententia, quæ ad finem huius carminis eſt, ſumpta eſt ex Euripide ubi de Iphigenia in Aulide. Quam elegantiſſimè uertit D. Eraſmus Roterodamus, parens ac præceptor noſter.*

HERM. FIGVL } Ceruicem roſeam] *Id eſt, collū candidum rubore ſanguinis penitus diffuſo. Seruius ceruicem roſeam pulchram exponit, in illo Virgil.*

—Roſea ceruice refulſit.

Qui propriè color ſit roſeus, lib. 4. ex Thyleſio annotauimus. Cerea] *Hoc eſt mollia, ut exponit Seruius.* Væ meum] *Indignatur laudari ab amica riualem ſuū. Grauiter enim ferunt amatores præferri ſibi alios.* Feruens difficili bile] *Hoc eſt, graui & uehementi iracūdia æſtuans. Sunt enim homines Cholerici, id eſt, biloſi, feruidi, & iracundi, propter exceſſum calidæ, & ſiccæ qualitatis.* Iecur] *Epar, in quo generatur bilis.* Tunc nec mens mihi] *Quia ira in furorem, & inſaniam præcipitat, ac de mente deturbat, propter motum ſanguinis, & ſpiritus accenſos atq; confuſos à corde.* Nec color] *Mutatur color in affectibus, quia motus cordis, & ſpirituum ciet ſanguinem, id fit aliter in alijs affectibus, ut doctiſſimus ſcribit Mel. In triſtitia & metu, quia cor premitur ac langueſcit, ſanguis ad fontem recurrit, ut uelut opituletur cordi. Ideo refugiente ſanguine palleſcunt exteriora. In lætitia, ira, cor ſe dilatat, & effundit ſanguinem in exteriora. Ira quia fit inflammato corde, ciet ardentiſſimum humorem, ſcilicet rubram bilem, quæ effuſa inficit reliquum ſanguinem, qui alioqui iam à ſpiritibus irati cordis accenditur. Hæc ille.* Humor & in genas furtim labitur] *Lachrymas clam effundo præ nimia amoris impotentia. Genæ aūt uocātur & malæ, authore Plinio. Malæ inquit, hominū tantùm, quas priſci genas uocabant. Sunt inter naſum & aures, pudoris ſedes. Ibi maximè rubor oſtenditur. Græcè μῆλα καὶ σιαγόνες. Et ſi quidam diſcernunt, ſed Ariſtoteles tantùm ponit σιαγόνας, ut monet Phil. Mel.* Quàm lentis penitus macerer] *Hoc eſt, quàm prorſus conficiar, atq; conſumar amore. Amātes enim maximè cruciat atq; macerat amor, id quod multis in locis teſtātur Poëtæ. Virg. lib. 4. Aen.*

„ *At regina graui iamdudum ſaucia cura,*

„ *Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni.*

Et ibidem:

„ *—Eſt mollis flamma medullas.*

Ouid. *lib. 5. Metam.*

„ *Sed tamen hæret amor, creſcitq; dolore repulſæ,*

„ *Et tenuant uigiles corpus miſerabile curæ,*

„ *Adducitq; cutis maciem.*

Seneca in Hippolyto:

„ *Pectus inſanum uapor*

„ *Amor'q; torret, & intima ſæuus uorat,*

„ *Penitus medullas, atq; per uenas meat*

„ *Viſceribus ignis merſus, & uenis latens.*

Vror ſeu tibi candidos] *Quamuis per expreſſa ſigna & certas notas colligam, te uehementer amare Telephum, & mihi præferre, tamen diligere te cogor.* Immodicæ mero rixæ] *Ex immoderata potatione, & ebrietate orta diſſidia atque diſcordiæ.* Furens] *Inſaniens temulentia & amoris furore.* Memorem] *Memoriam inſaniæ & effrenatæ libidinis Telephi præſtantem.* Non ſi me ſatis audias] *Si mihi bene monenti obſequi uolueris, non eſt quòd ſperes Telephum fore conſtantem, & fidelem tibi amatorem. Et hoc argumento conatur riualem in inuidiam adducere.* Barbarè] *Hoc eſt, crudeliter & acerbè more Barbarorum.* Lædentem oſcula] *Morſu lacerantem ſuauia, quæ amantes dant.* Quæ Venus quinta parte] *Hoc eſt, concubitum. Nam quinq; lineæ, ut refert Donatus, perfecta ſunt ad amorem. Prima uiſus, ſecunda loqui, tertia tactus, quarta oſculari, quinta coitus.* Sui nectaris] *Suæ ſuauitatis & uoluptatis.* Fœlices ter & amplius] *More amatorum ualde beatos iudicat eos, quibus in amore omnia ex ſententia ſuccedunt.* Ter & amplius] *Id eſt ſæpius: finitus numerus pro infinito, ſicut in illo Virgil.*

„ *O ter'q; quater'q; beati.*

Quos irrupta tenet copula] *Qui indiſſolubili amoris uinculo iunguntur.* Nec malis querimonijs] *Quorū amor rixis & querelis non diſſoluetur, ſed ſola morte.*

THEOD. PVLM. } 2 —Cerea Telephi laudas brachia] *Brachia cerea, quidam mollia: alij, ceræ ſimilia: alij, ſolida: alij, flexibilia: alij, candida interpretantur. Ne quis putet ab illis omnes eſſe occupatas in hunc locum interpretationes, accedet & noſtra, ego enim heic cerea interpretor, pulcra & formoſa. quod à pulcritudine ſumtum eſt imaginum cerearum, quas in atrijs nobiles habebant pulcerrimas: & operum aliorum, quæ è cera fingebantur elegantiſſima. Hæc Turneb. libro 29. cap. 29. Vide & lib. 17. cap. 24.* 4 —Bile tumet iecur] *μετωνυμικῶς iram deſcribit.*

Vide

Vide Pet. Vict. Variarum lect. li. 18. ca. 22. 6 Manet] *Manēt, H.B.* 15 Quæ uenus Quinctā parte] *Id eſt, dulciſſima. ſic Ibycus mel dixit nouam ambroſiæ partem Canterus.*

GEOR. FABR. } *Rurſus argumento, non fabula malum τῆς ζηλοτυπίας oſtendit, ad deterrendos adoleſcentes ab amoribus ſtultis atq; improbis. Huius Odæ περιοχή, illa Terentij ſententia,*

» *Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam continuò:*
» *Si laudabit hæc illius formam, tu huius contrà.*

Quàm lentis penitus macerer ignibus] *In alijs, Vrar ab ignibus: ſed minus numeris & ſententiæ reſpondet. Macerantur ſalſamenta aquis: macerantur amantes & irati igne, hoc eſt, cupiditatibus ſuis uehementiſſimis.*

IOD. BAD. ASCEN. } Cùm tu Lydia] *Graphicè admodum deſcribit in ſe zelum & affectionem miſerè amantiū: nihil enim tam illis dolet, quàm riualem ab amicis laudari. Puellis autem ſummoperè dolet aliam puellam nominari, ut in Eunucho probè narrat Terentianus Gnato: admonens, ut ſi quādo Thais Phedriæ mentionem faciendo militem mordeat: ille econtrariò Pamphilam, ad quam animam adieciſſe putabatur cantatū prouocet. Ex eodē aūt ſtomacho docet Thelephū nimis laſciuum, & ardentem amatorem non fore conſtantē, cum nulli amores ſint uerè dulces, niſi perpetui. Hæc aūt non in odium Telephi dicta uidentur. Erat enim iuuenis doctus & poëticæ ſtudioſus, uerùm poëta lubenter iocatur cū eo: Ordo eſt.* O' Lydia dū tu laudas roſeā ceruicem] *Id eſt, fragrantem, aut formoſam.* Telephi] *Scilicet, amatoris tui.* Et brachia cerea] *.i. teretia, & ita facta ut ex cæra putes.* Væ] *Scilicet, mihi, quia meū iecur, in quo eſt amoris uis.* Feruens] *.i. excandeſcens.* Bile] *.i. cholera.* Difficili] *.i. aſpera & difficili ad ſedandum.* Tunc nec mens, nec color manēt mihi certa ſede] *Quia trepidat pectus, & color eſt in facie uarius, ut iraſcentibus ſolet.* Et humor] *Scilicet, lachrymarum.* Labitur] *Id eſt, oboritur.* Fortim] *Id eſt, clanculum, quia nitor occultat dolorē.* Aut fortim] *Quia priusq; animaduerto ne lachrymare.* Labitur dico in genas] *Id eſt, ſinus.* Oculos arguens] *Id eſt, argumento ipſius rei.* Approbans quā] *.i. quantum.* Lentis] *.i. diuturnis, quia quod citò fit, citò perit: contra quod lentè fit, tardè abſumi ſolet.* Ignib.] *Id eſt, amoribus, aut flāmis amorū.* Ego macerer] *Id eſt, abſumar.* Penitus] *.i. intrinſecus.* Ego uror] *Scilicet, ira & indignatione.* Seu rixæ] *Scilicet, Telephi.* Immodicæ mero] *Id eſt, propter merū ab eo potū.* Turparunt] *Id eſt, maculauerunt tibi, repeti poteſt mero, ut intelligatur puer potus eius humeros conſpuere.* Humeros candidos] *Scilicet, anteq; deturpentur: Siue puer, ſcilicet Telephus.* Furens] *Scilicet, amore impreſsit.* Dente] *Sup. ſuo.* Labris] *Sup. tuis.* Notam] *Id eſt, maculā, aut liuorē.* Memorem] *Id eſt, ad ſui memoriam. Vnde Tibullus.*

» *Tum ſuccos, herbasq; dedi, quis liuor abiret,*
» *Quem facit impreſſo mutua dente uenus.*

O' lydia ſi audias me ſatis] *Id eſt, ſi uelis mihi credere, tu non ſperes perpetuum ſup. fore amatorem.* Lædentem barbarè] *Id eſt, more barbarorū & ruſticorum.* Oſcula] *Scilicet tua.* Dulcia] *Quæ, ſcilicet, oſcula.* Venus imbuit] *Id eſt, perfudit.* Quinta parte ſui Nectaris] *Id eſt, gratiæ & dulcedinis, i. quæ tantùm uoluptatis afferent deoſculanti, quantum quinta linea Veneris, hoc eſt, coitus cum alijs.* Fœlices ſup. ſunt ter & amplius] *Id eſt, conſummatiſſimè.* Quos copula] *Id eſt, copulatio & coniunctio.* Irrupta] *Id eſt, non interrupta tenet.* Nec] *Id eſt, & nō.* Et ſup. quos amor nō diuulſus] *Id eſt, ui diſſolutus.* Querimonijs malis] *Id eſt, pernicioſis, quia ſunt nō pernicioſæ, de quibus Comicus;*

» *Amantium iræ redintegratio amoris eſt.*

Non ſoluet] *Id eſt, diſiunget.* Citius ſuprema die] *Id eſt, ante mortem. Vnde Comicus.*

» *Hanc niſi mors mihi adimat nemo.*

Vult autem tacitè dicere ſecum, perpetuos fore amores, qui cum Telepho improbo, & nimis ardenti puero citò diſſoluentur.

ANTON. MANCIN. } *Tertiam decimā Oden ad Lydiam amicā poëta ſcribit, ubi dolet riualem Telephum ſibi ab illa præponi. Dicit enim dum Lydia Telephi eius collum, aut brachia laudat, eius iecur ita ferueſcere, ſeq; nec mentem, nec colorem habere, lachrymari etiam cogi, & Zelotypia uri. Appellat inde fœlices, quorum amor non malis querimonijs, ſed ſola morte diſſoluitur.* Dum tum Lydia Telephi] *Ode eſt dicolos, diſtrophos: primus enim uerſus Glyconicus eſt, de quo tertia Ode. Secundus uerò Aſclepiadeus, de quo Ode 1.* Ceruicem roſeam] *Pulchrū collum. Virgil. lib. 2.*

» *Ergo age chare pater ceruici imponere noſtræ.*

Ceræa] *Mollia, molles carne aptos mente ducimus, inquit, philoſophus.* Telephi] *Dolorem auget hæc repetitio.* Væ, oæ] *Hic interiectio eſt. Itaq; cū æ diphthongo uæ ſcribitur. Vt differat à coniunctione ue: quæ ſine diphthongo exaratur. Dicitur autem uæ populo & populum, ut Caper inquit. Eſt autem dolentis interiectio, teſte etiam Diomede.* Bile] *Eſt bilis propriè fellis humor: qui iecori adhæret. Aliter cholera dicitur, quæ eſt calida & ſicca, ab ipſo enim epate ad fel trāſmittitur, ex qua ira mouetur, hinc cholerici faciliùs iraſcuntur, propter humoris tenuitatem. Hinc & Iuuen. ait.*

» *Quid referam quanta ſiccum iecur ardeat ira.*

Χολὴ autem Græcè Latinè fel & bilis. Difficili] *Aſpera, dura.* Certa ſede] *Dolore ſummo & timore mens ipſa, & color propriā ſedem relinquunt. Natura enim (ut ſcribit Macrob. li. 7.) quū quod de extrinſecus contingentibus metuit in altum tota demergitur. Sicut nos quoq; quum timemus latebras, & loco nos occultātia quærimus. Ergo tota deſcēdens, ut lateat, trahit ſecum ſanguinem, quo uelut curru ſemper uehitur, hoc demerſo, humor dilutior cuti remanet, & inde palleſcit. Ideò timentes tremunt, quia uirtus animæ introrſum fugiens, neruos relinquit, quib. tenebatur fortitudo membrorum, & inde ſaltu timoris agitantur.* Genas] *Genæ palpebræ dicuntur. Vel hæ partes, quæ ſunt ſub oculis, uel ubi barba primùm oritur. Auctor eſt Feſtus. Ennius autem de dormiēte, imprimitq; genæ genam. Plin. lib. 11. cap. 41. Ait infrà oculos malæ homini tantum, quas priſci genes uocabant: pudoris hæc ſedes ibi maximè oſtenditur rubor: paulò autem ſuperius oſtendit genas palpebrarum ſedes: ait enim ſic. Palpebræ in genis homini utriq;, mulieribus etiā infectæ quotidie, tanta eſt decoris affectatio, ut tingātur oculi quoque. Poſtea inquit defluere eas haud meritò Venere abundantibus tradunt.* In genas] *In palpebrarū ſedes.* Fortim] *Clam.* Me] *In aduertente.* Arguens] *Oſtendens. Virgil. lib. 4.*

» *Degeneres animos timor arguit.*

Lentis] *Diuturnis, tacitis, occultè ſæuientibus. Virg. lib. 4.*

» *Et tacitum uiuit ſub pectore uulnus.* *Item,*
» *Et cæco carpitur igni.*

Vror] *Zelotypia, oſtendit ſe cruciari.* Furens] *Amoris cauſa.* Memorem notam] *Id eſt, diuturnam & longam.* Non ſi me] Ordo eſt. Si me ſatis audias, ſi mihi obtemperes, non ſperes perpetuum amatorem. Barbarè] *Id eſt, ſæuè. Quinta parte, id eſt, coitu. Sunt enim partes Veneris quinq;. Viſus, alloquium, tactus, poſt oſcula, factum.* Nectaris] *Gratiæ dulcedinis ſuauitatis. Nectar (ut inquit Feſtus) propriè eſt deorum potio: ſignificat autem immortalitatem. Ni enim priuationem ſignificat κτείνω occīdo.* Imbuit] *Perfudit, infecit, repleuit.* Fœlices] *Appellat eos fœlices, quorum amor non malis querimonijs, ſed morte ſola diſſoluitur. Eſt autem ordo:* fœlices ſunt ter & ampliùs illi, quos irrupta copula tenet: *nec amor diuulſus malis querimonijs ſoluet eos citiùs ſuprema die.*

Ter & ampliū] *Ac ſi diceret, terq; quaterq;.* Copula] *Amoris & gratiæ coniunctio. Eſt etiam copula funiculus, quo uenatorij canes retinentur. Ouid. lib. 6. Triſtium.*

» *Vtq; canem pauidæ nactum ueſtigia ceruæ,*
» *Latrantem fruſtrà copula dura tenet.*

POLYD. VIRG. } Feruens difficili bile tumet iecur] *Bilis nihil aliud eſt, niſi fellis humor, qui iecori adhæret, quem choleram quoq; dicunt, ex qua ira mouetur. Sicut in prouerbio notatur: Fames & mora bilem in naſum conijciunt: quod de ijs dicitur: qui famis impatientes, & moræ faſtidio conciti, in iram deferuntur. Polydorus Virg. in Prou. Fames & mora.*

SER. MAR. HON. } Cerea Telephi] *Cerea aut cerei coloris, aut mollia aut cerea pruna. Virg. dixit Eclog.*

ODE XIIII. AD BRVTVM, SIVE AD SEXTVM POMPEIVM, QVEM ALLEGO-ricè ne in bellum ciuile redeat, dehortatur.

Παραινετική.

Ode XIIII. Tricolos tetraſtrophos, ut: Quis multa gracilis te puer in roſa.

— — — ◡ ◡ — — ◡ ◡ — ◡ —
— — — ◡ ◡ — — ◡ ◡ — ◡ —
— — — ◡ ◡ — —
— — — ◡ ◡ — ◡ ◡

ARGVMENTVM IN ODEN XIIII.

Sub nauis allegoricè deterret M. Brutum poëta, qui ſub eo militauerat apud Philippos, ubi fuſus cum exercitu Brutus ab Auguſto, bellum inſtaurare parabat, iam uiribus attritis, & collega Caſsio extincto, quaſi non tutum iterum belli euentum experiri, ſi maximè poſſit.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Allegoricum per totum hoc carmen: quanquam autem diuerſa hic ſentiant interpretes, cùm alij de Bruto, alij de Sexto Pompeio, Magni filio intelligant. Nos nullius addicti iurare in uerba magiſtri Quintiliani potiùs ſententiam accipimus, qui libro 8. de allegoria loquens, ſic inquit. Totus'que ille locus Horatij allegoria eſt, quo nauem pro Rep. fluctuum tempeſtates pro bellis ciuilibus, portum pro pace atque concordia dicit. Sanè poëta id agit, ut à ciuilibus bellis Romanos dehortetur.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Sub nauis allegoria: Brutum, poſt cladem Philippicam bellum inſtaurare conantem monet, ut pacem ſeruet: quòd impoſsibile ſit, attritis iam uirib. & Caſsio occiſo, ipſum poſſe Auguſto reſiſtere.

COMMENTARIA.

ACRON.

O NAVIS referent in mare te] *In nauim, de Bruto reparante bellum ciuile ad Remp. Tricolos tetraſtrophos, in qua poſt duos uerſus coniunctos, alia inchoantur Metra. Metrum duobus uerſibus Aſclepiadeum, tertius Pherecratius, quartus Glyconicus, qui tripodia dactylica dicitur.* O' nauis] *Per allegoriam Ode iſta bellum ſignificat ciuile, in qua quidam uolunt, quod moneat Remp. Certius tamen eſt, quod Sex. Pompeium Pompei fil. moneat, qui poſteaquam fœdus cum Triumuiris fecit, bellum ciuile denuò reparare uoluit. Secundum autem ciuile bellum inter Auguſtum Cæſarem, & Caſſium, & Brutum fuit, qui fuerunt C. Cæſaris interfectores: ſub quibus Horatius militauit. Metaphoram autem ſumpſit à naui, ex cuius armamentis, & milites, & diuerſas uoluit adminiſtrationes intelligi.* Fluctus] *Fluctus bellum ciuile uocauit.* Portum] *Pacem, ut Terentius:*

„ *In portu nauigo.*

Nudum latus] *Nudatū fuga Caſſij, & amiſsione exercitus.* Et malus celeri Saucius Africo] *Graue bellum intelligi uoluit, per uentum tempeſtuoſum, ut:*

„ *Creberq́ue procellis Africus.*

Malum autem ſummitatem arboris dixit:

„ *Vt iubet ocyus omnes Attolli malos.*

Malus arbor eſt, quæ tenet uelū, & eſt maſculini generis: Sed arbor fœminini eſt: pomum uerò neutri, ut:

„ *Aurea mala decem miſi.*

Gemant] *Fragore ſciſsionis. Virgil.*

„ *Gemuit ſub pondere Cymba ſutilis.*

O Nauis, referent in mare te noui
Fluctus, ô quid agis? fortiter occupa
Portum, non'ne uides, ut
Nudum remigio latus?
Et malus celeri ſaucius Africo,
Antennæq́ue gemant? ac ſine funibus
Vix durare carinæ
Poſsint, imperioſius
Aequor? non tibi ſunt integra lintea,
Non Dij, quos iterum preſſa uoces malo.
Quamuis Pontica pinus
Syluæ filia nobilis
Iactes & genus, & nomen inutile.
Nil pictis timidus nauita puppibus
Fidit, tu niſi uentis
Debes ludibrium, caue.
Nuper ſollicitum quæ mihi tædium,
Nunc deſiderium, curaq́ue non leuis,
Inter fuſa nitenteis
Vites æquora Cycladas.

Ac ſine funibus] *Aut ſine adminiſtrationibus intelligendum, aut ſine impenſis & pecunia.* Imperioſius æquor] *Id eſt, uiolentum, & cuius tumiditati obſiſti non poſsit.* Non tibi ſunt integra lintea] *Id eſt, integer curſus ſine exercitu uel auxilijs. Lintea uerò uela dixit, ut:*

„ *Dare lintea retro.*

Non dij] *In hoc enim deos uult iratos intelligi, quia denuò de bello ciuili cogitetur.* Iterum preſſa uoces malo] *Sicut à C. Cæſare oppreſſa malis, rogauit.* Quamuis Pontica pinus] *Ac ſi diceret, magnæ originis & nobilitatis. ſed per metaphoram, aut rempublicam alloquitur: aut Caſsium & Pompeium, cuius pater de Mithridate Pontico triumphauit.*

Nil pictis] *Dicit ſtemmata, & diuitias neceſsitati ultimæ non prodeſſe.* Tu niſi] *Id eſt, ne uictus turpitudini, ludibrioq́ue ſubiaceas. Ordo eſt: Tu niſi caue, pro caueas, debes ludibrium uentis, id eſt, eris exercitium uentorum.* Nuper ſollicitum quæ mihi tædium] *Se poſuit pro naui ſiue Rep. quæ ſollicitudinem ex ſuis malis induxerit, ne iterum, ſicut ſub Cæſare trepidicaret.* Interfuſa nitentes] *Abſolutè locutus eſt, ac ſi diceret: Vites æquora fuſa inter nitentes Cycladas, id eſt, longè apparentes, ut inter iniqua loca, & tempeſtuoſa uada, te cuſtodias, & ſis alienus à belli conſilijs. Virg. de iiſdem inſulis.*

„ *Sparſasq́ue per æquor Cycladas.*

PORPHYR. } O' nauis referent] *Hæc Ode ad M. Brutum loquitur, qui apud Philippos Macedoniæ urbem ab Auguſto fuſus, uidebatur rurſus inſtruere ſe ad pugnam. Meritò autem poëta per allegoriam metuere ſe pro eo teſtatur, quoniam ſub ipſo militauerat, qui tamen ex prælio Philippico*

lippico fugatus, receptus ab Auguſto ueniam ab eo meruit. Non ne uides ut nudũ remigio latus] *Manifeſtæ allegoriæ, per quas ſignat ex parte iam debilitatum exercitum Bruti, & uires partium eius imminutas.* Vix durare carinæ] *Nitra figura dicitur, pro ſuſtinere uim æquoris.* Imperioſius æquor] *Translatiuè pro ſæuis.* Quos iterum preſſa uoces malo] *Ἀμφιβολογία.* Quamuis Pontica] *Hæc ad nobilitatem Bruti referuntur.* Syluæ filia nobilis] *An tu nobilis, ἀμφιβολογία per caſus.* Nil pictis timidus nauita puppibus fidit] *Ἀλληγορικῶς. Ait nihil prodeſſe in bello ornamenta nobilitatis.* Nuper ſollicitum] *Ecce hîc manifeſtè oſtendit ſe poëta partium Bruti fuiſſe, quarum affectione ſeſe teneri oſtendit, propter ipſius Bruti miſerationem.* Inter fuſa nitentes. Vites æquora Cycladas] *Hic ſenſus per ſe accipiendus & ſubaudiendus. Hîc ſuadeo uites æquora inter Cycladas nitentes fuſa. Sed hoc per allegoriam intelligendum. Maria tamen anguſtiora periculoſiora ſunt: nam inde freta dicuntur, quòd ſemper feruent, id eſt, inquieta ſunt, per hoc ergo ſuadet Bruto, ne ſe arctioribus periculis committat.*

CHRIST. LAND. } *Ode Tricolos eſt: Habet enim metrum primis duobus uerſibus Aſclepiadeum, quarto Glyconicum, tertio pherecratium. Eſt autem per allegoriam Ode deſcripta. Suadet enim Sex. Pompeio Pompei Magni filio, ne rurſus ciuile bellum excitare uelit. Hic enim poſt conflictum in Hiſpania collecto exercitu in Epiro ex fugitiuis & proſcriptis Siciliam occupauerat, ac tandem inſulam, permittentibus Octauiano & M. Antonio, poſſidebat. Sed rurſus cùm pacem, quam acceperat non præſtaret, mareque latrocinijs infeſtaret, Cæſar aduerſus illum bellum mouit, ſed primò uario euentu duobus naualibus prælijs pugnauit. Et ex duabus claſſibus Cæſaris, alterã cui Agrippa præerat uicit: altera cui præerat Octauianus uicta, deletaq; fuit: poſtremò tamen uictus atq; cæſus eſt. Puto igitur Horat. eo tempore Oden hanc ſcripſiſſe, quo iam ſpreta pace bellum ab eo parari contra Auguſtum nunciaretur. Erat ergo Pompeius ſimilis naui, quæ aduerſam tempeſtatem paſſa tandem in portum uenijſſet, amiſit tamen malo & uelis, nam uniuerſis copijs paternis amiſſis, tamen in Siciliã peruenerat, illamq; concedente Octauiano poſſidebat, rurſus uerò nouum bellum tentans, erat tanquam nauis quæ in marinam tempeſtatem reuerteretur. Monet ergo illum poëta, ut ab incepto deſiſtat, per allegoriam hæc ſcribens. Eſt enim Allegoria ſermo, qui in aliud quam ſit illud, quòd ſua uerba oſtendũt, nos inducit. ἄλλον, enim aliud, & ἄγειν ducere ſignificat.* O' nauis noui fluctus referẽt te in mare] *O' Sexte, noui fluctus, id eſt, motus animi tui referent te, ex portu in mare, id eſt, ex pace in bellũ. Deinde ueluti cernat illum iam mare ingreſſum, iam bellum cœpiſſe, exclamat ô quid agis, quaſi dicat, quàm non rectè agis. Ergo occupa portum, id eſt, præueni ut portum antea capias, quã ſit, qui repugnet, aut prohibeat. Idem enim propriè occupare eſt. Virgil.*

„ *Occupat Aeneas aditum cuſtode ſepulto.*

Nam multæ notiones, quas Nonius huic uerbo tribuit, omnes huc diligenter intuenti redire uidebuntur. Non ne uides] *Quod latera nauis careant remigibus, ſignificat illum exutum eſſe exercitu, uiribusq; paternis.* Et quod malus ſeriatur uento] *Denotat ualidum hoſtium impetum.* Remigio] *Id eſt, remigibus. A' remo enim dicuntur remiges, qui nauigia remis impellunt. Remigium aũt & multitudinẽ remigũ, & actionem in remigando. Inde dicimus de ſeruitio.* Antennæ gemunt ſine funibus] *Gemere, ut diximus, eſt cum ex anguſtijs emittitur ſonitus. Virgil.*

„ *Gemuit ſub pondere cimba.*

Antennæ] *Sic dictæ quod ante malum ſint ex tranſuerſo poſitæ. Sed & urbs eſt Italiæ Antenna dicta, quod ante amnem ſit conſtituta. Durare æquor, id eſt, tollerare æquor, & poeticè dictum: Nam duro non tranſit. Virgilius:*

„ *Durate & uoſmet rebus ſeruate ſecundis.*

Sed ut dicimus clamare hominem, id eſt, cum clamore reuocare. Sic eſt durare æquor, id eſt, per duritiem ferre. Non ſunt integra lintea] *Id eſt, non ſunt integri exercitus.* Non dij] *Non fauor diuinus, et priſtina fœlicitas tui patris.* Iterum preſſa] *Nunc ab Octauiano, primùs autem à Iulio Cæſare uel iterum, quia iam ſemel ignorat Octauianus Siciliam permiſit. Et fortaſſe Octauianum tunc Deum propitium fuiſſe commemorat. Nunc autem non eſt ignotus.* Quamuis Pontica pinus] *Mirum figmentum, & tamen manet in translatione. Appellat igitur hanc pinum, id eſt, nauem per intellectionem ponticam & nobilem, ut alludat ad nobilitatem & gloriã Pompei patris, quam reportauit ex triũpho Mithridatis regis Ponti. Cùm tam potentẽ, tam bellicoſum ducem non ſolùm in re militari, ſed in multis doctrinis excellentiſſimum regẽ Mithridatẽ, qui ita ultra 22. annos aduerſus populum Rom. pugnauit, ut ſæpiſſimè uictoriam reportauerit ſumma felicitate. Nec minori celeritate ſuperauerit, et bello cui Hydriæ capita eſſe uiderentur, extremã manum impoſuerit.* Iactes] *Glorieris. Eſt propriè iacio frequenter iacio. Inde per tranſlationem dicimus iactare, gloriari, qui glorioſi rem, de qua gloriantur frequenter huc, illucq; proferentes illam iactare uidentur. Eadem ratione iactare eſt non profutura loqui, quia iactantur. Virgilius.*

„ *Talia iactanti ſtridens aquilone procella*

„ *Velum aduerſa ferit.——*

Marcellus præterea addit mittere, uoluere, defatigare. Quæ omnia eòdem redeunt. Genus & nomen] *Id eſt, nobilitatem generis, ex qua ſit nomen, quod famam ſignificat. Virg.*

„ *Et nos aliquod nomenq; decuſq; attulimus.*

Aliquando nomen eſt cognitio Virg.

„ *Auulſumq; humeris caput, & ſine nomine corpus.*

Nil pictis] *Expreſſa ſimilitudo. Nam quemadmodum nauigantes non fidũt picturæ nauis, ſed robori & armamentis, ſic homo nõ fidat nobilitati, niſi adſint arma & exercitus.* Puppibus] *Id eſt, nauibus: Puppis pars nauis eſt ultima & ſublimior, unde ex loco ſuperiori in hoſtem pugnant, caſtello etiam ibidem erecto. Carina uenter eſt nauis & curuatura ſua. Hinc ædificia quædam Romæ in formam carinarum facta nomen illi uiæ dederunt. Virg.*

„ *Et lautis mugire carinis. ——*

Sentina uerò fundum eſt nauis in quam quicquid inſtillat aquarum, defluit, corruptæq; malè olent, unde à ſentiendo denominatur ille locus, quia uis tetri odoris ſentiatur: & per tranſlationem appellamus ſentinam locum omnem, qui ſceleratorum hominum receptaculum ſit. Prora autem prima pars eſt nauigij, quòd ſi bello paratur, cuſpidem, qua aquã findit, ferratam habet, diciturq; roſtrum à ſimilitudine roſtri, quòd in naue eſt, & hæc nauigia roſtra appellantur. Tranſtra appellant nautarum ſedilia. Virgil.

„ *Tranſtra per & remos.—*

Ex Græca etiã conſuetudine iuga appellarunt Latini. Sunt deniq; fori loca uacua & expedita, quæ inter nauem perãbulantib. præbẽt, ſic dicti, quòd per eos ferantur. Vtriuſq; dictionis teſtimonium è Marone his uerſibus petatur.

„ *Inde alias animas quæ per iuga longa ſedebant*

„ *Deturbat, laxatq; foros.*

Præterea differt, nauis à nauigio: nauigium enim eſt tanquam genus omne id, quò nauigamus. Nauis autem eſt ſpecies nauigij. Ludibrium] *Propriè, id eſt, quod ludimus, deridemusq;, & quod ludendi cauſa expetimus. Virgil.*

„ *Ne turbata uolent, rapidiſq; ludibria uentis.*

Nuper tædium] *Dum ſcilicet in partibus Brutianis erat, quarum cauſa eſſet cum Pompeianis coniuncta. Afferebat igitur ſibi tædiũ diuturnitas controuerſiarum, ſed etiam erat ſollicitus de ſua ſalute. Nunc aũt illum deſiderat tãquam abſentẽ à partib. Cæſarianis, cum quo in gratiam redierat, mordeturq; aſſidua cura cupiens, ut rurſus in gratiã redeat.* Cycladas] *Inſulæ ſunt in Ionio, quibus ab ortu ſolis Aegeũ mare eſt, ab occaſu Myrtilum occupant ad ſeptingenta millia. Dicunt aũt Cyclades ἀπὸ τοῦ κύκλου, id eſt, à circulo, quoniam non niſi longo circuitu pernauigentur, uel quia Delo inſulæ, quæ illarum media eſt in circuitu poſitæ ſint.* Nitentes] *Quoniam frequentia & nobilitate habitatorum erant inſignia. Allegoricè aũt ponit illas pro Auguſti ducibus, qui ſibi aduerſi ſunt, qui ita illi bellum aſperum reddunt, ut crebris inſulis interiectũ mare magis æſtuat.*

IOAN. HART. } O' nauis referent] *Oda tota ἀλληγορία. Vide Quintil. lib. 8. cap. 6.*

HEN. GLAR. } *Et hoc loco Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Quidā de Sexto Pompeio intelligunt, quod is ciuile bellum repetere, atq; renouare in Sicilia tentârit. Alij de M. Bruto, ſub quo Poëta ipſe militârit: quod Porphyrio uoluit. Et penultima duo carmina hoc ſignificant. Sed inquiunt alij, Brutus poſt pugnam Philippicā non reparauit bellum, uidelicet qui ibidē perierit. At ego puto, & in Brutum, & in omnes alios, res aduerſus Auguſtum nouāteis, hanc ſcriptam Oden. Amat enim Horatius ita quædā ambigua ponere, ut antè admonuimus. Et ſunt hîc quæ de Pompeij filio intelligi poſſunt: ſunt item quæ de Bruto, quæ hiſtoriæ Romanæ docto, ſatis patēt. Hoc etiā obiter annotare placuit, cōmentatores omnes in hac eſſe opinione, hunc M. Brutū originē habere ab illo L. Iunio Bruto, qui Reges eiecerat, cùm Dionyſius illū abſq; prole perijſſe dicat, & eos qui poſtea Iunij atq; Bruti cognominati fuerint, de plebe fuiſſe, non de genere patricio. Sed id quoq; dubium in Romana hiſtoria, hoc unum tamen uerum, ante cōſulatum plebeiū neminem ex Iunijs poſt hunc L. Iunium Brutum fuiſſe Coſs. quod magnum argumentum eſt, deinde Iunios omnes plebeios fuiſſe.*

HERMAN FIG } O' nauis referent in mare te noui, &c.] *Per interrogationem miratur, & reprehēdit ſtultitiam, temeritatemq; Bruti, quòd iterū aleam iacere, & fortunæ bellicæ arbitrio ſe committere audeat.* O occupa portum] *Mane in tuto & tranquillo. Nam qui intra portum ſunt (ut refert Eraſmus) nihil habent negotij cum undis & uentis. Qui uerò medijs in fluctibus ſunt, hi uentorum & æſtus arbitrio nauigant. Vnde etiam uulgò natum eſt prouerbium: In portu nauigare, hoc eſt, à periculo abeſſe.* Nonne uides ut nudum remigio latus?] *Nonne cernis, te omnibus uiribus deſtitutum. Eſt autem remigium neceſſarium nauis auxilium, ad quod nautæ, cùm uentis deſtituti ſunt, confugere ſolent.* Malus ſaucius] *Malum eſſe nauis partem Labeo ait, quia plerunq; naues ſine malo inutiles ſunt. Græci* [illegible] *uocant. Cic. de Oratore, aliquot partes nauis ponit, his uerbis: Quid tam in nauigio neceſſarium, quàm latera, quàm carina, quàm prora, quàm puppis, quàm antennæ, quàm uela, quàm mali, quàm reliqua?* Antennæ] *Lignū tranſuerſum in malo, ad quod uelum alligatur. Græci* [illegible] *uocant.* Sine funibus] *Videlicet rudentibus, hoc eſt, ſine auxilijs.* Carinæ] *Hoc eſt, exercitus tuus fuſus & attritus, non poterit ſuſtinere uim & impetum Cæſareanorum militum. Eſt autem carina ipſa nauis, ut ita dicam, concauitas, quam Saluſtius in Iugurtino alueum appellat. Græcè* [illegible] *dicitur.* Non tibi ſunt integra lintea] *Fruſtrà conaris reſiſtere Auguſto, fracto & debilitato exercitu. Sunt autem lintea uela, quibus naues impelluntur, quæ ſi fuerint lacerata, difficulter admodum & infelici conatu nauigatur.* Filia nobilis ſiluæ & genus] *Nihil prodeſt tibi ad repugnādum nobilitas tua, ſed opus eſt uiribus, & inſtructiſſimo exercitu.* Niſi uentis debes ludibrium] *Niſi hoc tibi eſt fatale, ut denuò uincaris ab Auguſto.* Nuper ſollicitum] *Videlicet cùm militarem ſub te Tribunus militum in bello Philippenſi.* Interfuſa nitentes uites æquora cycladas] *Tempeſtuoſum mare ne ingrediaris, hoc eſt, à periculoſo bello abſtineas.*

THEOD. PVLM. } 1 O' nauis referent in mare te noui fluctus] *In hac allegorica naui, quæ auctore Fabio Remp. ſignificat bellis Philippenſibus naufragam, aliud ciuile tentantem periculorum mare, nam de Bruto reparante bellum ciuile poſt Caſsij mortem qui intelligunt, imperitè faciunt. Quo enim pacto unius noctis interuentu belli reparatio intelligi poteſt? nam poſtridie Brutus necē ſibi conſciuit. Turneb. li. 19. ca. 11.* 10 Non Di, quos iterum preſſa uoces malo] *Ego exiſtimo ex conſuetudine ueterum id ſcriptum eſſe, qui in puppi ſacrarum quoddā habebant ueluti lararium. Perſius, (Sat. 6.)*

„ *——iacet ipſe in litore, & una*
„ *Ingentes de puppe Dei.* *Vide Turneb. lib. 19. cap. 11.*

11 Pontica pinus] *Fuit in Ponto optima materia naualis uel Catullo teſte, Epig. 4.*

„ *Vbi iſte, poſt faſelus, antea fuit*
„ *Comata ſylua. nam Cytorio in iugo,*
„ *Loquente ſæpe ſibilum edidit coma.* *Turneb. li. 19. ca. 11.*

17 Nuper ſollicitum quæ mihi tædium, Nunc deſiderium curaq; non leuis] *Illud non crediderim accipiendum de tēpore ipſius ſub Bruto militiæ: ſed in hanc potiùs ſententiā: Me nup iſtius Reip. ſtatus tædebat, & pigebat, & iniquo animo uictores iſtos ferebam: nunc tamen, poſtquam periculū iteratur atq; renouatur, quod erat antè mihi tædio, nunc incipit eſſe deſiderio: ut magnopere metuam, ne ſtatus reip. mutetur facto naufragio. Vide Turneb. lib. 19. ca. 11.* Deſiderium] *Verbum eſt interdum amatorium, quo uoluptas & deliciæ & amores ſignificantur. Vt apud Petronium,*

„ *Tu deſiderium, tu uoluptas mea.*

Apud Horatium quoq; (1. Carm. 1.) ex amoris erga Mæcenatem abundantia ſcriptum eſſe arbitror.

„ *O' deſiderium, & dulce decus meum.*

Et deſiderij poculum, eſt poculum amatorium, ut:

„ *Deſiderijq; temperare poculum,*

Dixit idem Poëta (Canidiæ reſponſione.) Vide Turneb. li. 26. cap. 7. Hanc aut lectionem, O' deſiderium, quod neq; ueterum, neque excuſorum librorum teſtimonio comprobetur, ſuſpectam habeo, ue runtamen iudicet lector. 19 Interfuſa nitentes Vites æquora Cycladas] *Id eſſe arbitror, uide ne loca naufragijs infeſtantes, ubi freto concitato feruet mare, & nauigia ſubuertit, aut uadis illidit & breuibus. Tale mare eſt Aegæum auctore Dionyſio: ſed uel maximè qua Cyclades ſunt. Vide Turneb. lib. 19. cap. 2.*

GEORG. FABR. } *Hæc Oda quod ad ſententiā, habet* [illegible]*, dehortatur enim Brutum à bello ciuili: quod ad uerba,* [illegible]*, tota enim aliter intelligenda, quàm uerbis ſonat. Scripta eſt poſt uictum Caſsium, Bruto renouante bellum contra Octauianum & Antonium, quem ad deponenda arma infelicia amicè adhortatur. Brutum comparat naui: eius* progeniem *ſyluæ & pinui:* gentis ſignis, *picturæ puppis. Per* æquora *bellum ciuile, per* fluctus, *intelligit homines factioſos: per* portum, *cōcordiā: per* remos, *malum,* antennas, *lintea funes, eaq; omnia, quæ ad bellum pertinēt, ut ſunt ſocij, arma, exercitus, uexilla, pecuniæ: per uētos, fortunam incertam.* Syluæ filia nobilis] *Mirè arborem nominat ſyluæ filiam: ut arborem fœcundam, matrem appellant. Ouid. in Nuce, & Plinius. Mater enim ſi propriè loquaris, eſt quæ animal partu edit. Et Ceres mater frugum, Venus amorum, dicitur reſpectu, non proprietate.*

IOAN. THOM. FREIG } *Eſt tota allegorica per diſtributionem partium nauis: qua hîc ſyllogiſmus cōcluditur.*

Nauis lacera debet tenere portum.
At nauis Reip. eſt lacera. Diſtributio eſt per partes, remigiū, malum, antennas, funes, carinam, lintea, Deos qui in naui (pingebātur.
Nauis igitur Reip. debet portum tenere.

IOD. BAD. ASCENS. } O' nauis &c.] *Per allegoriā ſumptā à naui, quæ tēpeſtate concuſſa temerè priusq̄ inſtaurata fuerit mare ingreditur: quin adeò, ut publius in mimis ait fruſtra Neptunum inuocat, q ſecundū patitur naufragiū. Dehortatur M. Brutum ab Auguſto in Philippis deuictum, à diluuio & turbidine bellorū abſiſtat. Nec nominis aut generis ſui ſplendoribus confidat, cū & pictæ ſubmerguntur naues. Principiū aūt mihi uim habere uidetur, ſi ſub forma interrogandi ex admiratione legatur ſic.*

O' nauis referent te noui fluctus in mare?] *i. ô Brute trahent ne te noui tumultus in diſcrimen belli? O' quid agis q. d. inconſultè agis.* Et ideò occupa portū fortiter] *i. ſtrenuè & celeriter priusq̄ te tēpeſtas, id eſt, belli diluuium obruet.* Nōne uides, ut] *i. qualiter.* Latus] *Scilicet, tuū.* Eſt nudū remigio] *i. defenſore & pſidio.* Et ut malus] *i. arbor uelifera, hoc eſt, robur uiriū tuarum.* Saucius] *Id eſt, læſus.* Aphrico] *Scilicet, uento impetuoſo, hoc eſt, agitatione uentorum, hoc eſt, turbidine bellico.* Super gemat, & ut antennæ] *i. uela minora, quæ ſunt quaſi cornua mali à latere eius poſita, unde Maro,*

„ *Cornua uelatarum obuertimus antennarum.*

Gemant] *Scilicet, pondere & ui uentorum.* Ac uides ne ut carinæ] *i. alui nauis.* Sine funibus] *i. ruptis rudentibus, & chordis.* Vix] *i. cum ſumma difficultate.* Poſſunt durare] *i. ſuſtentare.* Aequor imperioſius] *i. uiolentius & ſuperbius, q̄ par ſit aut ferre poſſint. Vide inquam qd agis.* Quia lintea] *i. uela linea.* Non ſunt tibi integra, nec dij ſunt integri] *Quia enim ſemel tibi perceerunt,*

perierant: indignabuntur ſi iterum à te in conſimili periculo inuocentur: tunc enim per temeritatē uidebere facere, quod prius per ignorantiam: Reſpicit autem quod dixi illud Publij fruſtrà Neptunum, &c. Quos] ſ. deos: Voces] .i. inuoces iterum: Preſſa malo] .i. periculo ſubmergendi. Quamuis tu pinus pontica filia ſyluæ nobilis iactes] .i. iactanter oſtentes. Et genus] .i. progeniem Brutorum, qui de ſanguine regio ex Iunio Bruto primo cōſule originē traxerunt & nomē: quia Bruti ſemper habiti ſunt Romanæ libertatis maximi aſſertores. unde uidetur inductus hîc Marcus Brutus ad libertatē uindicandā, ad quam eum Cicero in epiſtolis ſæpe cohortatur: iactes ergo genus, & nomē inutile. quia parum contra maiorē potentiā profuturum. Nauita timidus] Propter frequens periculum timori aſſuetus: Nil fidit] .i. confidit: Puppibus pictis] .i. licet pictis & pulchris: Tu caue] .i. proſpice tibi. Niſi debes uentis ludibrium] .i. ſubmerſionem faciam cum inſultatione & illuſione. & tu qui ſup. fuiſti nuper .ſ. cum militarer ſub te: Tædium ſollicitum] Quia tædebat me ſollicitum de ſalute in caſtris tuis militare: Et nunc deſiderium] Quia deſidero te abſentē in gratiam Auguſti rediſſe, & cura non leuis: quia pro te ſollicitus ſum. Vites] .i. deuites: Aequora fuſa inter Cycladas] .i. breues inſulas maris Aegei, & ita propter anguſtiam ſunt maria illic periculoſa: Nitentes] .ſ. ſpumis ex colliſione aquarum inter ſcopulos. i. tu Brute deuites arma Auguſti, in quæ obnitentes interiêre plurimi.

ANT. MANCIN. } Quarta decima ode nauim alloquitur, hortans illam ne iterū æſtuoſum mare ingrediatur: ſed portum fortiter occupet. Cùm eius latus remigio careat. Malus & antennæ uentis concuſſi fuerint, funesq́ deſint: nec uela integra maneant. nec dij ſint, quos iterum naufraga inuocet. Et quāuis nobiliſſima ſit, & picta, non propterea timidus nauta ſibi confidet, aut tēpeſtatē euadere poterit. Itaq cauēdum monet, ne uentis ludus fiat, & inter Cycladas, ſcopuloſaq freta incidat. Reuera tamē, ut ſcribit Fabius lib. 8. per allegoriā .i. inuerſionē, qua aliud uerbis, aliud ſenſu oſtenditur: Populum Romanum alloquitur ne iterū bella ciuilia ſequatur: qui apud Philippos Macedoniæ urbē cōtra Auguſtum, & M. Antō. pugnans ſiniſtrū cornu, cui præerat Caſſius amiſerat. Direptis etiā caſtris, propter quod Caſſius ſibi ipſi mortē cōſciuerat. Ipſe tamē Brutus uidebatur rurſus inſtruere ſe ad pugnā. Itaq meritò poëta per allegoriā metuere, pro eo ſe teſtatur, qui & ſub ipſo militauerat. Inde tamē ex prælio Philippico fatigatus, receptus ab Auguſto, ueniam meruit auxilio Mecœnatis. Qui uero de Sexto Pompeio intellexerunt, non rectè quidem: nam ſub Bruto tribunus militum fuerat poëta. Hinc ait.

" Nuper ſollicitum quæ mihi tædium, &c.

De hoc etiam uideto lib. 2. Ode autē. 7. O nauis referent in mare te noui] Eſt Ode tricolos tetraſtrophos: Metrum habet duob. uerſib. Aſclepiadeū: de quo 1. Ode. Tertius Pherecratius eſt. Quartus uerò Glyconicus: de quib. Ode 5. iam diximus. O nauis] Per allegoriam, ut diximus. populum Ro. intelligit, uel potius. M. Brutum. In mare] In prælium & cladem. Noui fluctus] Noui bellorū ciuiliū impetus. Apud Philippos Macedoniæ urbē Cæſar Auguſtus, & eius collega M. Antonius cōtra Brutū & Caſſium pugnārunt. Brutus Auguſti abſentis ob ualitudinē ſiniſtram aciē occupatis etiam caſtris loco mouerat. Antonius altera ex parte deuicto Caſſio admirabili audacia hoſtiū caſtra prædabatur. Caſſius caſtris exutus, cum nec ulterius ad exercitū redire poſſet, Philipporū collē properè aſcendit: omnis quæ geſta erant, inſpecturus propter puluerē caſtra duntaxat ab hoſtibus capta eſſe diſcernebat. Pindarum itaq ſcutiferū eius enſem exerere, & necē accelerare imperat. Cōctante Pindaro, ſuperueniens quidam Brutū altera ex parte uictoria potitū, hoſtium caſtra deprædari nunciat. Quo audito, Caſſius hoc ſolum reſpondit. Viciſſe nos illi uictoriam dicito omnem. Deinde ad Pindarum cōuerſus, quid cunctâris inquit, cur me à turpitudine iſta nō eximis? Pindarus igitur herum ſuum iugulū ultro præbentē neci tradidit. Brutus cognita Caſſij nece, multis lachrymis, ut optimum Romanorū lamentatus eſt: & ſimul beatum teſtatus eſt ab cura, cogitationibusq́ liberatum. Orta luce, Brutus prouocatus quidē, in aciē milites eduxit cōtra hoſtes, illi retroceſſêre. Brutus in cōcionē poſtea uocato exercitu milites ſuos laudauit. Nam pridie hoſtium caſtra diſſipauerant. Arguit tamen eos, quòd nō penitùs fuerint inſecuti hoſtes: ſed potiùs ad prædā cōuerſi eſſent. Deinde hortatus eſt, ne in hoſtes irruerent: quoniā fames & inopia pro eis in illos militabant. Itaq́ facilè infirmiorib. & fame enectis, quū opus eſſet occurrere poterant. Cæſar etiam & Antonius oēs hortatus eſt: ut in hoſtes pugnā cauere uolētes, in mōtib. manendo prodirent. Qua de re poſtridie copias iterùm in bellū mouit. Bruti milites ui potiùs, quàm ducis opinione occurrerūt. Brutus tamen inſigni præuectus equo, ſingulas percurrebat acies, breuib. hortando uerbis. Cædes hinc inde horrida facta eſt: tandē Bruti milites fugam arripuêre. Brutus nō paucis ſtipatus ad mōtes procurrit: quaſi ea nocte reuocaturus exercitum, aut mare uerſus iter aſſumpturus. Pernox itaq cum reliquis in armis cōſiſtit. Ea tamen nocte Antonius, ut Brutum à fuga cohiberet armatus perſtitit. Brutus animaduerſis hoſtium inſidijs, deſperataq́ ſuorum militum uirtute & audacia. Vnum ex domeſticis Stratonē nomine necē accelarare iuſſit. Itaq latus illi enſe aperuit, neq auertente ſe Bruto, neq impellente. Hoc pacto Caſſius & Brutus obiêre. Hæc omnia ex lib. 4. Apiani. Quæ quidem ultra meæ cōſuetæ breuitatis morem latius explicaui, ut illorū bella, & mores hoc in loco agnoſcerentur. O quid agis] Interiectio eſt exclamantis, uel admirantis: ac ſi cœpiſſet ingredi mare ipſum. Occupa] Retine ac poſſide, ſi enim milites ſuos pugnare cupientes, Brutus fortiter cōtinuiſſet uti optabat: nec cladē accepiſſet nec cædē. Portum] .i. pacē. ſic enim Fabius hūc locum exponit. Nudum remigio latus] Hoc ait propter mortuū Caſſium, qui ut ſcribit Apianus, erat antiquior Bruto atq expertior, & auſterus à natura: quapropter ex mādato parebant milites. Brutus uerò facilis erat, & clemens erga oēs: Itaq non ita ſibi facilè obſequebantur. Malus ſaucius] .i. ipſe exercitus. Nam per totā Oden allegoria eſt: ut ſcribit Fabius. Celeri Aphrico] .i. ſæuo prælio. Antennæ] .i. uexilla. Sine funibus] Sine rectore & militib. nam Caſſius obierat ſolo Bruto duce remanente. Carinæ] Acies & turmæ. Imperioſius æquor] Acre præliū. Integra lin.] Integra agmina & uexilla. iterum preſſa malo Nam pridie cladem habuerat Brutus, Caſſij ſiniſtro cornu diſſipato, à M. Anto. Dij tamen fauiſſe ei uiſi ſunt, quoniā Auguſti caſtra diſſipauerat, poſtea uerò nullā præbuêre opē: nā clade affectus, uti oſtendimus, ab amico cædē orauit. Plutarchus ait in uita Bruti. Deus & mutare, & abducere cuncta, quæ uelit potens. Bruto fortunā hanc lætā abſtulit] De uictoria in Auguſtū intelligens. Et paulò ſuperius Caſſius Bruto dixerat: quàm uellē ô Brute hoc eſſe: ut nō ſolùm armis, equis, auibus, ſed deorū ſuffragijs fideremus, qui optimorū operum ac ſanctiſſimorū duces ſunt. Quamuis Pontica pinus] .i. quamuis tibi ſit exercitus ponticus .i. Aſianus. uel Ponticū auxiliū. Scribit enim Apianus: quòd Brutus & Caſſius longè ſuperiores fuerant equitatu & claſſe: tū ſocijs belli, regibus, nationibusq́ ad Medos uſq & Parthos: Multaq́ ex Aſia per uim abſtulerant, rapuerantq́. Syluæ filia nobilis] Marci .n. Bruti progenitor fuerat Iunius Brutus, qui Tarquinios euerterat. Mater uerò Seruilia Catonis Vticenſis ſoror. Ipſe Bonarum artium diſciplina & philoſophiæ ſtudijs imbutus erat: Philoſophos Græcos fermè omnes attigerat. Nec ullius ipſorum diſciplinæ uel expers, uel ignarus fuit. Auctor eſt Plutarchus. Nil pictis] Senſus eſt: quòd nihil in bello proſunt ornamenta nobilitatis, ſed arma & exercitus. Timidus] Perpetuum nautarum epitheton. Tu niſi] Ordo eſt. tu caue niſi debes ludibrium uentis] .i. niſi uelis uentis eſſe ludus, quod fit, quum hûc illûc nauis trahitur à tempeſtate. Ludibrium dicitur res digna ludo & contemptu. Nuper ſollicitum] Hic locus oſtendit Horatium Bruti partes ſecutum. Quæ nauis] .i. tu Brutus. Nuper] Paulò antè, quum .ſ. fui tribunus tuus. Mihi] eſſe eras. Sollicitum tædium] Hoc ait, quia Bruti tribunus militum fuerat. Vnde Satyr. 6. inquit: Quem rodunt omnes libertino patre natum, nunc quia ſim tibi Mecœnas conuictor at olim. Quòd mihi pareret legio Romana tribuno. Nunc Deſiderium] Plutarchus ſcribit de Bruto ſic. Brutum ferunt uirtutibus ſuis à plerisq amatum: ab amicis deſideratum: præterea admiratum ab optimis. Inter fuſa] Ordo eſt: uites æquora fuſa inter nitentes Cycladas, id eſt, uites bel-

la periculoſiſſima propter ſtrenuos duces, quibus tu cares ô Brute. Maria autem anguſtiora periculoſiora ſunt. Inde freta dicuntur, quia ſemper ferueant, id eſt, inquieta ſint. Nitentes] Id eſt, ſpumoſas ob multos ſcopulos. Cycladas inſulas in mari Aegeo, ſic dictas, quia in orbem iacet, contra Delon. Auctor eſt Strabo lib. 10. & Plin. lib. 4. Præterea non ſine cauſa Cycladas poſuit potius, quàm alia maris loca periculoſa. Brutus enim & Caſſius apud Philippos Macedoniæ urbem uicti fuerunt. Macedonia autem ab oriente Aegeo pelago terminatur, ut Ptolemæus ſcribit lib. 3. Ergo propterea Cyclades potuis, quàm alia loca dixit uitandas.

ODA XV. AD ALEXANDRVM PARIDEM

NEREI VATICINIVM, VEL PRÆDICIT ALLEGORICè interitum M. Antonio propter coniunctionem Cleopatræ.

Θρηνητική.

Ode XV. Dicolos tetraſtrophos, ut: Scriberis Vario fortis, & hoſtium.

— — — ∪ ∪ — — ∪ ∪ — ∪ ∪
— — — ∪ ∪ — — ∪ ∪ — ∪ ∪
— — — ∪ ∪ — — ∪ ∪ — ∪ —
— — — ∪ ∪ — ∪ ∪

ARGVMENTVM IN ODEN XV.

Nereum introducit, qui Paridi belli Troiani exitum uaticinetur: imitatus Bacchillidem poëtam Lyricum, qui idem argumentum tractat ſub Caſſandræ perſona, ait enim magno ſuo, & ſuorum malo Helenam ab illo raptam. Nam præter quàm, quod ipſe ab Aiace cæſus dabit pœnas, uniuerſæ Græciæ proceres, Vlyſſes & Neſtor, Teucer, Diomedes, & cæteri, Ilium etiam Priami patris regiam funditùs euertent, & ad unum omnes hoſtes ad internitionem delebunt.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Si quis hoc cármen allegoricum habere contendat, fortè non aberrauerit à ſcopo, ut intelligatur uidelicet de Antonio, Cleopatra, quorum mutuus amor utriq; pernicioſus fuit. Sed liberum ſit cuiq; iudicare, quid ſit potiſſimùm, hîc certè Nereus futuras Troiæ ruinas prædicit.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Nerei uaticinium deſcribit, quo ille Paridi, ob raptam Helenam, exitium Troianæ urbis prædicit. Eſtq; appoſitiſſimum illius exemplum, quod ait Heſiodus.

„ πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπαυρᾶ.

COMMENTARIA.

Paſtor cū traheret p̄ freta nauib.
Idæis Helenē pfidus hoſpitā,
Ingrato celeres obruit otio
Ventos, ut caneret fera
Nereus fata. Mala ducis aui domū
Quam multo repetet Græcia milite,
Coniurata tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami uetus.
Heu, heu quantus equis, quantus adeſt uiris
Sudor? quanta moues funera Dardanæ
Genti? iam galeam Pallas, & Aegida,
Curruſq; & rabiem parat.
Ne quicquàm, Veneris præſidio ferox,
Pectes cæſariem, grataq; fœminis
Imbelli cithara carmina diuides.
Ne quicquàm thalamo graueis
Haſtas, & calami ſpicula Gnoſiȷ
Vitabis, ſtrepitumq;, & celerem ſequi
Aiacem tamen, heu, ſerus adulteros
Crineis puluere collines.
Non Laërtiaden exitium tuæ

ACRON.

PASTOR cum traheret per freta nauibus] [illegible] dicolos tetraſtrophos. Metrum tribus uerſibus Aſclepiadeum, quartus Glyconius. Sub perſona Paridis exponit imminentia Ilio mala. Perfidus] Quia in fidem, amici hoſpitalitatem uiolando, commiſerat. Ingrato otio] Aut uentis, aut Paridi. Obruit] Mitigauit, compreſſit. Caneret] Diuinaret, prædiceret, ut:

„ Ipſa canas oro.

Aui] Pro aue poſuit, id eſt, malo auſpicio, ergo non mala fata ducis, ſed mala aui intelligendū eſt. Quā] Helenam. Repetet] Requiret. Multo milite] Multo exercitu. Coniurata tuas] Inter coniurare & conſpirare hoc intereſt, quod cōſpirare, interdum bonorum eſt, cōiurare malorum. Apud Aulidem promontorium ab omnibus Græcis ad excidium Troiæ euntibus iuratum eſt, ut unanimiter dimicarent, ut eſt:

„ Non ego cum Danais Troianam excindere gentem.
„ Aulide iuraui. ——

Rumpere nuptias] Hoc dicitur, uel propter amantis Paridis animum, cui prædicebat, ut doleret ſi legitimam uxorem perderet: uel ex Veneris promiſſo, quæ pro percepto eius iudicio malo, nuptias mulieris pulchræ promiſerat. Heu, heu quantus] Significatio cladem affuturam, Heu dolentis. Vt:

„ Heu quantæ miſeris cædes Laurentibus inſtant?

Sudor] Bellicus labor. Moues] Commoues. Iam galeam Pallas] Bene primum Mineruā iraſcētem poſuit adultero, utpote deam caſtitatis: aut certè, quia iudicio ſuperata eſt, corrupto Paride muneris ipſius promiſſo. Aegida autem ſcutum Mineruæ dixit. Virgilius in Troiæ euerſione, ut eam monſtraret inimicam, ait.

„ Iam ſummas arces Tritonia reſpice Pallas.
„ Inſedit nimbo effulgens & Gorgone ſæua.

Curruſq; & rabiem parat] Pro furore belli rabiem poſuit. Ne quicquam] Fruſtrà. Ordo eſt: Ne quicquam pectes cæſariem præſidio ferox, amoris uel Veneris. Vnde in exprobrationē Veneris dictū eſt:

„ Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter?
„ Aut ego tela dedi, fouiq; cupìdine bella?

Imbelli

Gentis,non Pylium Neſtora reſpicis?
Vrgent impauidi te Salaminius,
Teucerq́;, & Sthenelus ſciens
Pugnæ,ſiue opus eſt imperitare equis,
Non auriga piger: Merionen quoq;
Noſces:ecce furit te reperire atrox
Tydides,melior patre.
Quem tu, ceruus uti uallis in altera
Viſum parte lupum graminis immemor,
Sublimi fugies mollis anhelitu,
Non hoc pollicitus tuæ.
Iracunda diem proferet Ilio,
Matroniſq́; Phrygum claſsis Achillei:
Poſt certas hiemes uret Achaicus
Ignis Iliacas domos.

Imbelli cithara] *Quæ nihil belliſum ſonet,nec aliquid proſit in bello, ſed per amatorias cantilenas uolupatem fœminis præſtet.* Diuides ne quicquam] *A ſuperiorib.* Thalamo graues haſtis] *Graues, propter diſiunctionẽ copulæ. Virg.*

„ *Funeſtaq́; iterum recidiua in Pergama tædæ.*

Et calami ſpicula Gnoſij] *Cretenſis. De canna enim ſagittæ fieri conſueuerunt. Vt.*

„ *Perq́; Ilia uenit harundo.*

Celerem ſequi Aiacem] *Ad ſequendum. Aiacis uirtuti etiam celeritatem dedit,ueluti quem fugientium nullus euaderet.* Serus] *Aut ad eorum dolorem dixit, qui eius cauſa perierunt: aut certè, qui quantum ad inertiam ſuam, tarde periêrunt.* Crines puluere collines] *Hoc eſt, procuratam capillorum pulchritudinem puluere inquinabis,ut:*

„ *Fœdare in puluere crines.*

Non Laërtiaden] *Singulos,uelut exitiales minatur duces, Vlyſſem & Neſtorem Nelei filium. Vlyſſes enim Aſtyanacta præcipitem muro dedit.* Te Salaminius Teucer] *De Salamina Cypri ciuitate Telamonis filius,frater Aiacis.* Sthelenus] *Filius Capanei. Bene uaticinatur, & præſentia uidere. ſcire facit futura. Lucan.*

„ *Hunc ego fluminea deformes truncus arena,*
„ *Quia iacet agnoſco.*

Sciens pugnæ] *Doctus ad pugnandum.* Imperitare equis] *Eſt etiam inſignis domitor equorum.* Non auriga piger] *Diomedis fuit auriga, qui corpus Patrocli cum Aiace, & Antilocho liberauit.* Ecce furit te reperire atrox Tytides] *Et hoc etiam inertiæ Paridis aſsignat, tantã eſſe moram, quãta eũ faceret inueniri. Sine certamine enim uelut imbellem eſſe periturũ dicit: unde & eum ceruo ad timoris ſimilitudinem comparat.* Melior patre] *Fortior, quia numina uulnerauit: uel quia hic ad patriã uictor reuerſus eſt, quod patri eius non contigerat.* Quem tu ceruus uti] *Ordo eſt:* Quem tu mollis fugies ſublimi anhelitu, *ut ceruus immemor graminis uiſum lupũ in altera parte uallis fugit.* Sublimi fugies anhelitu] *Vel ὑπαλλαγὴ figura eſt, pro ſublimi parte corporis, id eſt, ore edito: uel quia ipſe anhelitus ſumma petat, potius quàm ima.* Non hoc pollicitus] *Vt fugeres, ſupple Tuæ, quã diligis, ut:*

„ *Daphnimq́; tuum tollemus ad aſtra.*

Iracunda diem proferet Ilio] *Non tempus uelut propitia, aut amica proferet, ſed in paucos dies differet uindictum. Ordo eſt:* Iracũda claſsis Achillei proferet diem Ilio, & matronis Phrygũ. Achillei] *Veteres declinationes iſta habent Achillei & Vlyſſei.* Hiemes] *Synecdochicôs pro annis poſuit,ut Virg.*

„ *Ternaq́; tranſierint Rutulis hyberna ſubactis.*

Nam & æſtatem ſimiliter poſuit,ut,

„ *Nam te iam ſeptima portat,*
„ *Omnibus errantem terris & fluctibus æſtas.*

PORPH. } Paſtor cùm traheret] *Hac Ode Bacchilidem imitatur: nam ut ille Caſſandram facit uaticinari futura belli Troiani, ita hic Proteum.* Ingrato celeres obruit otio] *Ingratũ eſſe otium inquit uentis, aut quia ſemper feroces ſunt, aut quia ſemper ſæuire cupiunt.* Mala ducis aui domum] *Malo auſpitio ducis, ad quam repetendam omnis Græcia armabatur.* Nequicquã Veneris præſidio ferox] *Pectes cæſariem, grataq́; fœminis.* Imbelli cithara carmina diuides] *Senſus hic eſt:* Nec pulchritudo tibi, nec ſcientia canendi bello proderit. *Hæ delitiæ enim mulieribus magis aptæ ſunt.* Diuides] *Pro diſpones.* Ecce furit reperire] *Pro furit, ac per hoc diſcurrit, ut te reperiat.* Quem tu ceruus uti uallis in altera Viſum parte lupum] *Ordo eſt:* Quem tu fugies uti ceruus lupum in altera parte uallis uiſum. Mollis] *Imbellis atq; inermis.* Sublimi anhelitu] *Per ὑπαλλαγὴν dixit pro ſublimi parte corporis edita, quod eſt ſcilicet ore.* Non hoc pollicitus tuæ] *Helenæ.* Achillei claſsis] *Achillei & Vlyſſei ueteres dixerunt ad ſimilitudinem fortaſsis diei & faciei.*

CHRIST. LAN. } *Ode Dicolos, nam metrum primis tribus uerſibus Aſclepiadeum, quarto Glyconicum. Quod ad argumẽtum pertinet, Porphyrionẽ ſequamur. Bacchilides ſcriptor Græcus refert multis carminibus Troianũ excidium à Caſſandra Priami filia prædictum fuiſſe. Horatius ad illũ imitatus, inducit Nereum marinũ Deum, & nympharũ patrẽ animaduertentem Helenam nauigio per mare à Paride abduci, prius idem uaticinari, hæc Porphyrio. Ergo autem puto poëtam noſtrum, ut in ſuperiori Ode, per Allegoriam, Sex. Põpeiũ admonuerat: ſit & admonere M. Antoniũ ne Cleopatræ amore ductus aduerſetur Octauiano. Antonius enim repudiata Octauia uxore ſua, & Cæſaris ſorore adeò ſe Cleopatræ Aegypti reginæ addixerat, ut nihil niſi illius arbitrio gereret, ac tandem bellum aduerſus Octauianũ mouit, cõmiſſoq́; prælio nauali, ſic poſcẽte Cleopatra, cùm ipſe terreſtrib. copijs longè anteiret Octauianũ, maritimis autẽ eſſet inferior, fuſus, fugatuſq; eſt. Reuerſuſq́; in Aegyptũ ac ductus deſperatione rerum, ſibi mortẽ cõſciuit, diuina indignatione iuſtè Ciceronianam cædẽ ultus.* Paſtor] *Paris olim paſtor, hic filius Priami & Hecubæ fuit, ſed cùm ex eo prægnãs mater ſe in ſomnis facem parere putaret, qua breui uniuerſa urbs incẽdio flagraret, placuit Priamo ex aruſpicum cõſilio, ut puer exponeretur. Itaq; inuentus à paſtore pro ſuo nutritus eſt. Suſcepit ex Oenone nympha duos filios, in quorũ controuerſia cũ æquiſsimum ſe præbuiſſet, increbreſceretq́; eius iuſtitiæ fama, tres Deæ Pallas, Iuno & Venus ſuo iudicio ſubmiſerũt: Illeq́;, ut Helenã quæ ſibi promittebatur acciperet, Venerẽ cæteris in pulchritudine præponendã pronunciauit. Ferũt, ut eſt in Neronis Troica, pugilẽ fuiſſe adeò excellentẽ, ut Hectorẽ ſuperauit, ac mox cũ iratus Hector illũ perdere uellet, Paris allatis pro indicio crepundijs, in quib. expoſitus erat, ſe ſe fratrẽ illi probauit, poſtremò acceptis uiginti nauib. à Priamo in Græciã, tanquã Hiſionẽ ſororẽ repetiturus, profectus, Helenã rapuit. Sed de raptu Helenæ tã uaria, tãq; fabuloſa proferuntur, ut difficile ſit uerũ cõiectari. Herodotus enim ſcribit ex Aegyptiorũ ſacerdotũ ſententia Paridẽ cũ poſt raptã Helenã in Phrygiã reuerteretur, ui tẽpeſtatis in Canopicũ oſtiũ Nili impulſum fuiſſe, indeq́; ab Othone huius oſtij cuſtode Mẽphim, ad regẽ Protheũ ductum, ubi rex cognita rapina Paridis, ſibi Helenam, pecuniaſq; eripuit: affirmans ſe ea omnia Menelao ſeruaturũ, atq; Paridẽ intra triduũ ex Aegypto excedere iuſsit. Græci aũt exercitũ in Troiã duxerunt, & antequã urbẽ obſiderent, legatos, qui Helenam, reſq; raptas repeterent, miſerunt. Et cũ negarent illã apud ſe eſſe Troiani, putarũt ſe rideri Græci, urbemq́; obſidentes, tandẽ expugnauerunt: Ac non inuẽta Helena in Aegyptum nauigauit Menelaus, Helenãq; & aurũ à Protheo recepit. Hæc Herod. Quid aũt Hom. ſcribat neminẽ, qui poëtã aliquẽ attigerit, latere puto. In Troiã enim uult perductã Helenã, & expugnata urbe inde abductã. D. Chriſoſt. uir excellẽtiſs. in eo lib. ad Iliẽſes ait, cũ multis, perſpicuiſq; cõiecturis, tũ Aegyptiorũ ſacra hiſtoria nitens, primò negat ab Hercule Troiã urbẽ potẽtiſs. parua manu capi potuiſſe, cùm idẽ ſcriptores affirment illã in ſeq. bello uix M. nauib. & poſt X. ann. expugnari potuiſſe. Neq; uериſimile eſſe, quod urbs ab Hercule diruta tã breui tẽpore tantas uires recuperaſſet, quib. ualidiſsimo Græc. exercitui tã diu reſtitiſſet. Poſtremò affirmat, Herculẽ Laomedonti amicũ fuiſſe, & filiã ſuã Telamoni Herculis ſocio tradidiſſe. Secundã aũt captiuitatẽ ita deſcendit. Ait enim Tindarũ duas habuiſſe filias, & cùm Clytmneſtrã Agamemnoni collocaſſet, & ille alterã filiã Helenã uxorẽ fratri poſceret, fuiſſe præſtò Paridẽ, qui Tindaro ſuaſit, ut cũ iã principi Græc. alterã collocaſſet, hãc ſibi regis totius Aſiæ maiori natu filio traderet, & affinitates etiã extra Græciã ſibi cõparare ſtuderet. Aſſenſus eſt Tindarus. Quapropter Paris patre, fratribuſq; beneuolẽtib.*

Helenam

Helenam uxorem legitimè acceptam Ilium duxit, magnificentiſsimaſq; nuptias, hoc iubente Priamo, celebrauit. Menelaus autem ſimulans ſe totius Græciæ uicem dolere, quòd omnium formoſiſsima puella barbaris eſſet conceſſa, cū tot ex regio ſanguine illuſtres uiri cui honorificè nubere potuiſſet in Græcia reſtarent, & fratrē, & multos alios principes impulit partim puellæ, partim prædæ ſpe. Erat enim Aſia ditiſsima, & Græci eo tempore paupertate premebantur, ut expeditionem aduerſus Troianos ſumerent. Non ergo rapinæ iniuria, quæ nulla erat, moti, ſed rapiendi cupiditate illecti, in Troiam nauigarunt Græci. Nam ſi iniuria interceſsiſſet, puellæ fratres primi enauigiſſent, ad quos iniuria maximè pertineret: At illi non ierunt. Quam rem occultare cupiens Homerus, ſcribit Pollucem & Caſtorem iam tum mortuos fuiſſe. In bello autem ipſo cæſus eſt Achilles ab Hectore, non Hector ab Achille. Verùm Homerus cum Achillem cæſum negare nō poſſet. Extabat enim illius ſepulchrum, extabant & ſpolia, mortem Patrocli, & inſidias Paridis comminiſcitur. Demum cùm Græci quotidie maioibus cladibus afficerentur, uix pace, æquis conditionibus, impetrata diſceſſerunt. Helena Paridi relicta, quæ mortuo deinde marito Deiphœbo nupſit. Priamus autem ad ſenectutem uſq; regnauit, cui ſucceſsit Hector, & Hectori Aſtyanax filius. Hæc Dion in Aegyptiorum hiſtoria affirmat. Addit præterea & cōiecturas efficaciſsimas, quærit in primis ſi uictores è Troia diſceſſerunt Græci, cur pauciſsimi omninò ex principibus domum redierint, & ij ſine honore, aut authoritate. Nam Agamemnon ab uxore, adulteroq; interfectus eſt, quod nunquam illi auſi eſſent, ſi triumphans, ut uult Homerus, rediſſet, & Diomedes qui paulò antè Deos ſuperare potuerat, uxoris ignominiam à ſe pellere non ualens, relicta patria in Italiam aufugit, Vlyſſes uerò ætatem nauigando conſumpſit: Idomeneus à ſuis rediens non eſt ſuſceptus. Contra uerò omnia proſpera Troianis euenerunt: nam & Helenus inter medios hoſtes regnū aſſecutus eſt, & Aeneas, Antenorq; ſibi urbes in Italia condidêre. Denique concludit Dion, & in Homero maximam fuiſſe adulationem, & Græcos natura leuiores, & glorioſiores facilè fuiſſe aſſenſos. Verum nos tantam controuerſiam alijs componendam relinquamus. Atque in hoc loco poëtam noſtrum & ipſum Hom. cui poëta aſtipulatur, ſequamur. Paſtor] Priami patris, qui hactenus paſtor fuerat, & paſtoris filius creditus. Traheret] Illorum opinionem ſequitur qui credunt Helenam raptam, & per uim abductam, non autem ſpōte ſecutam, proptereaq; poſt excidium Troianum ab Agamemnone illi ueniam datam, & benignè receptam. Ideis] In Ida Phrygiæ monte fabricatis. Eſt autem hic mons à Teucro, qui ex Creta prouenerat, appellatus Ida, à monte Ida, qui in Creta erat. Perfidus] quia fidē, iuraq; hoſpitalitatis fregerat, ſecundū illos, qui eū hoſpitio à Menelao ſuſceptū dicunt. Alij aūt Spartā expugnaſſe uolunt.

„ Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. (Virg.

Hoſpitam] Dicitur hoſpes in commune genere, & qui hoſpitio ſuſcipit, & qui ſuſcipitur. Sed ſeorſum inuenitur hæc hoſpita, tæ. Ergo & hoſpitam, & hoſpitem dicere potuit. Sed & in neutro in plurali dicimus.

„ Vt maria hoſpita Teucris.

Obruit] Depreſsit. Celeres] Epithetum eſt uentorum. Ingrato] Inuiſo, & quo uenti pereunt, nam ſi uentus aëre eſt commotus, adueniente ocio ceſſat motus, & rurſus ceſſante motu, ceſſant uenti. Vt caneret] Id eſt, prædicaret. Canere, cantare eſt, ſed iccirco canere dicunt, qui prædicunt, quoniam antiqua oracula carmine edebantur. Significat etiam canere, laudare, quia ad lyram canebātur laudes. Virg. Ibant æquati nu.re.ca. Fera] Non ſolum Paridi, ſed Troianis uniuerſis. Nereus autem Deus Marinus erat, Oceani filius, qui ex ſorore, eademq; uxore ſua Doride nymphas genuit. Mala aui] Mala augurio. Dicit ſcilicet Helenam, ſed allegoricè intelligit Cleopatram. Coniurata] Nam quemadmodum iura facit præteritum iuratus ſum, ſic coniuro, coniuratus. Nuptias] Nuptiæ dicuntur à nubendo, quod tegere ſignificat, unde Statius.

„ Obnubitq; caput, & temperat aſtra galero.

Nam nouæ nuptæ caput flammeo integebant. Vetus] nobile & excellens. Congeminat interiectionem, ut maiorem commoueat cōmiſerationē. Et loquitur hæc tanquam præſentia ſint, ſic Virg.

„ Heu quantæ mi. ce. la. in.

Quantus equis, quantus uiris] Et hominibus ſimul & equis prænuntiant laborem futurum. Iam galeam] Optimè inducit Palladа Troianis iratam, propter iniuriā ſibi in iudicio à Paride illatā, cùm illi Venerē prætuliſſet. Dardanę] Pro Dardaniæ: Nam Troia olim à Dardano dicta eſt. Dardanus enim filius fuit Iouis ex Electra Atlantis filia & coniuge Coriti regis: à quo Coritus urbs nominata eſt. Inter Dardanū & Iaſium fratres exorta contentio poſt mortem Coriti eſt, interfecitq; Iaſiū Dardanus, & cum parte populi in Samothraciam enauigauit, atq; inde in Troiam peruenit. Ibiq; ſedes poſuit tempore Moyſis, & anno mundi 37. ſupra 1700. & Erichthonium filiū in regno reliquit. Aegida] Scutum, propriè tamen ſcutum Iouis fuit. Nam cùm eſſet in fatis, opus illi eſſe ſcuto ex pelle Amaltheæ capræ coopertum, ſi Gigātes ſuperare uellet, ipſe Amaltheā in ſignū cœleſte cōuertit, & eius pelle ſcutum texit, quòd ἀπὸ τῆς αἰγὸς, id eſt, à capra appellauit. Pallas] A pallante, ab ea cæſo, uel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, quòd concutere ſignificat, quia in bello haſtam quatiat. Nequicquā ferox præſidio Veneris: nam tu credis poſſe defendi à Venere contra Mineruā. Hæc ea ratione finguntur ab Homero, ut oſtendat Troianos deſides & luxurioſos, Græcos aūt prudentes, ſed contra ſcribit Dion. Pectes cæſ.] Vt deſides, luxurioſiq; faciunt. Im.belli] Apta Veneri & Marti. Diuides] Quia, qui ad lyram carmina canunt, alternatim modò ſua uoce utuntur, modò lyræ ſono. Gnoſij] Cretenſis, à Gnoſo oppido illius inſulæ. Valebat aūt olim Creta ſagittandi arte. Quapropter in primis laudabantur in bello Cretenſes ſagittarij. Refert aūt Plinius Aegyptū, Cretāq; abundare calamis grauioris pōderis, qui propterea ſagittis idonei ſint. Similes etiam dicit enaſci in Italia: ſed ſolū iuxta Rhenū Bononiæ fluuiū. Collines deturpabis] Id eſt, concretos reddes, quod & Maro de Hectore ſcribit.

„ Et concretos ſanguine crines.

Eſt enim propriè linire cùm aut cera, aut aliqua non diſsimili re quippiam obturamus, unde dicimus linire uaſa. Aut aliquid ſparſum, diuiſumq; concernimus, ut cùm capilli, qui diſcreti ſunt aliqua re condenſatur. Laërtiadem, Vlyſſem Laërtis filiū, cui Hom. in prudentia atq; aſtutia primas partes dat, & πολίπορθον, id eſt, urbiū uaſtatorem appellat, quoniam in re militari, prudentia uires ſuperat. Ergo hoc dat Vlyſi, quod non dat Achilli. Sic & poëta nunc non Aiacē qui fortiſſimus fuit, ſed Vlyſſem qui prudentiſsimus, appellat exitiū gentis Troianæ. Vultus adulteros] Dat uultui quod eſt hominis, ſed puto dixit adulteros, id eſt, uenuſtos, & qui ſua uenuſtate facilè Helenā in adulteriū protraxerit, ut ſit ſententia, deturpabitur ille uultus, quo nimium placuiſti. Pilium Neſtora] A Pilo urbe eū denommauit. Fuit Neſtor filius Nelei, & Neptuni nepos. Neleus enim à fratre Pelia regno pulſus, Pilon urbem condidit, Neſtoremq; filium ſucceſſorem reliquit, cui longiſsima uita fuit. Vir fuit excellenti fortitudine, nam adoleſcens apros ſuperauit. Deinde Perithoo aduerſus centauros optimam operam nauauit. Fuit, ut ſcribit Homerus, & eloquentiſsimus ſimul & ſapientiſsimus. Teucer, de quo dictum eſt. Salaminus] Ex Salamine inſula, uel qui in Cypro Salaminа condidit. Sthenelus] Dux unus ex ijs, qui in equo Troiano latitarunt, & Capanei filius. Sciens pugnæ] Priſcæ in curribus pugnabant, quos Græci Δίφρους, quoniam duos ferrent, appellabant. Ex ijs autem alter pugnabat, alter equos regebat. Ergo poëta utriuſq; rei peritum oſtendit Sthenelū, cùm ſit ſciens pugnæ, atq; celer auriga, id eſt, equorum moderator. Merionem] Qui inter Argiuos egregium ſe præbuit. Melior patre] Nam quamuis Tydeus fortis fuerit, de quo Statius.

„ Maior in exiguo regnat corpore uirtus.

Tamen Diomedes ab Homero fortiſsimus deſcribit. Cum & Venerem, & Martem illum uulneraſſe fingat. Quem tu] Ordo eſt, quem tu mollis fugies, ueluti ceruus immemor graminis, fugit lupū uiſum in altera parte uallis. Sublimi maximo, nam qui fugiunt uehementer excurſu, atq; timore anhelant, uel ſublimi, qui uehementia calidioris anhelitus apparet oculis in altum tendens. Mollis] Luxurioſus. Tuæ] Helenæ, & notat amantium morem, quia maxima, fortiſsimaq; de ſe apud amicas iactant, quæ deinde non præſtant. Iracunda ordo eſt. Iracunda claſsis Achillei] Id eſt, ipſe Achilles, qui cùm ſibi ab Agamemnone rapta eſſet Briſeis, adeò

ſeis, adeò rem iniquo animo tulit, ut diu intra tentorium latens in pugnam prodire noluerit, quo tempore magnam ſtragem Græcorũ Hectorem dediſſe ferunt. Sua igitur ceſſatione expugnationem Troiæ dilatum iri, nunc canit Nereus. Achillei] *Autem pro Achillis, & eſt datiuus Græcus per diæreſin pro genitiuo Latino.* Proferet diem] *Prorogabat tempus.* Certas] *Quaſi dicat, à fatis decretas.* Hyemes] *Annos ut ponat partem pro toto anno. Sic Virg.*

» *Ter. t. r. hi. ſub.*

Achaicus] *Græcus, nam Achaia pars eſt Græciæ.* Iliacas] *Rectiùs quàm Troianas, nam Ilium urbs eſt, Troia regio. Virg.*

» *Ilium in Italiam portans uictoſq; penates.*

ERAS. ROT. } Mala ducis aui domum] *Id tangit Horatius, quod ſuo tempore uulgare erat: nempe, ut rei bonæ euentum bonis auibus, malæ, malis ceſsiſſe dicerent ex augurum obſeruatione. Vnde quoque ad hanc formam referenda hæc ueniunt: Fauſto omine, bene ominata, bonis auſpicijs, inauſpicato, felicibus augurijs, atque id genus alia. Eſt tamen hic notandum, quod auis non animal ſignificet, ut apud eundem, nec ales lib. 1. Ode 6. Victor Mæonij carminis alite: Sed augurium ipſum & omen, quod in Prouerb. Meliores nanciſci aues, eleganter Eraſmus ſcribit.*

IOAN. HART. } Celerem ſequi Aiacem] *Alludit ad ποδάρκης & πόδας ὠκύς.* Sciens pugnæ] *δαΐφρων. Græci una uoce dicunt.* Comes Orionis] *Penultima longa cum Marone lib. 3. uſus.*

» *Armatumq; auro circumſpicit Oriona.*

Atque ijdem Homerum ſecuti Odyſ. 5. & 11. ὠρίωνα [illegible]. Ouid. corripuit lib. 8. Metamorph.

» *Strictumq; Orionis enſem.*

Ac magis ſecundùm Analogiam mea opinione.

HENR. GLAR. } Vt caneret fera Nereus fata] *In commentario Porphyrionis, ſi codices non fallunt, Proteus legitur. Et apud Statium priore Achilleidos libro Thetis, non Nerea, ſed Protea uaticinatum de bello Troiano dicit. Agnoſco monitus, & Protea uera locutum. Ad hæc Herodotus lib. 2. multis uerbis oſtendit ſententia Aegyptiorum ſacerdotum, Paridem in Aegyptum ad Protea deductum, ad quem poſtea Menelaus uenerit. Nec id omninò ignorauit Homerus, qui totum Odyſſeæ quartum librum Protei uaticinijs impleuit. De Nereo nihil tale apud authores inuenio.* Et celerem ſequi Aiacem] *De Aiace Oilei hoc intelligit Mancinellus, cui & nos ſubſcribimus ob multos in Homero locos. De Telamonio uerò Aiace, eum dicere putamus, cum inquit, Salaminius. Nec id coniungendum cum ſequente nomine Teucer, ſed cum coniunctione legendum Teucerq; quippe alioqui carmen non conſtaret. Quanquam id ita aſſeueranius, ut facilè, ſi quid melius adducatur, in id conſentiamus. Id etiam obiter admonendum, quòd nomen Sthenelus fermè in Latinis codicibus Sthelenus corruptè legitur. Id in quibuſdam præterea nominibus accidiſſe in Liuij annotationibus teſtati ſumus, ubi de Caralibus urbe Sardiniæ. Quod ſi quis tamen contendat carmen bene habere, etiamſi ſit Trochæus primo in loco: quippe qui etiam ultimo huius Odes uerſu:* Ignis Iliacas domos: *ponatur, nihil aliud dicam, niſi me nihil aſſeueraſſe, quanquam illo ultimo uerſu, alij codices habent:* Ignis Pergameas domos. *Sed & hoc lectori iudicandum remitto. Mirum uerò quoſdam hæc non notaſſe, qui in alijs rebus tam ſunt curioſi, non tam ad rem, quàm hæc facientibus.*

HERM. FIG. } Paſtor] *Paris, filius Priami & Hecubæ. Hæc cùm eſſet grauida, noctu per quietem uiſa eſt facem parere, totam Troiam accendentem. Ob quod ſomnium ſollicitus Priamus, oraculum Apollinis conſuluit. Cui reſpondit uates: fore, ut nati eo partu filij opera tota Troia periret. Quod malum Priamus præcauere cupiens, æditum infantem exponi iuſsit. Sed mater formoſi pueri miſerta, regijs ipſum paſtoribus alendum tradidit, à quibus in paſtoricia & agreſti familia ſub Ida monte educatus eſt. Cùm autem æquitatis eſſet ualde ſtudioſus, & ſæpe inter controuerſantes lites componeret, etiam Iunoni, Palladi, & Veneri de forma rixantibus, iudex à Ioue eſt conſtitutus. Cui quidem cùm Iuno diuitias, Pallas prudentiam, Venus pulcherrimam totius orbis mulierem promiſiſſet, illectus atq; inflammatus ignotæ Helenæ forma, pro Venere ſententiam dixit. Huius itaq; præſidio in Græciam nauigauit, atque Helenam ſibi promiſſam, Sparta abduxit. Propter quem raptum*

» *Græcia Barbariæ lento colliſa duello.*

Idæis] *In Ida monte Phrygiæ, non procul à Troia, factis. Has omnibus Troianis, & ipſi quoq; Paridi fuiſſe exitio, atq; ab Harmonide inſigni artifice fabrefactas, teſtatur Hom. lib. 5. Iliad. his uerbis:*

» *ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἐΐσας*
» *ἀρχεκάκους, αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο,*
» *οἷ τ' αὐτῷ, ἐπεὶ οὔ τι θεῶν ἐκ θέσφατα ᾔδη.*

Helenen] *Menelai regis Spartanorum uxorem formoſiſsimam.* Perfidus] *Nam à Menelao hoſpitio acceptus, abſente eo uxorē rapuit, atq; ita teſſeram hoſpitalem confregit. Quam perfidiam Helene quoq; his uerbis illi obijcit:*

» *Auſus es hoſpitij temeratis aduena ſacris,*
» *Legitimam nuptæ ſollicitare fidem?*

Ingrato celeres obruit ocio] *Hoc eſt, Nereus reddidit mare tranquillum, ut Paridi uaticinaretur.* Ingrato ocio] *Naturale enim & proprium eſt uentis, ſua immoderata tempeſtate & ui maria agitare & turbare, itaq; non libenter ceſſant, quod etiam Virgilius innuit: Illi indignantes (inquiens) magno cum murmure montis circum clauſtra fremunt.* Nereus] *Deus marinus, Oceani & Thetyos filius, Nympharũ pater: à quo etiam Herculem, unde & quomodo aurea mala afferenda eſſent, didiciſſe Pherecydes tradit.* Mala ducis aui domum] *Infœlicibus augurijs, infauſtoq; omine rapis Helenam, quam Græcorum principes maximis copijs repetituri ſunt.* Multo milite] *Copioſiſsimo exercitu. Nam Homerus in Catalogo nauium & ducum Græcorum, M. C. X L V I. naues Danaûm, littus Troianum legiſſe recenſet.* Coniurata] *In Aulide Græcorum principes, in deuaſtationem Troiæ, coniuraſſe, Pomponius Mela, lib. 2. de ſitu orbis, refert, in hanc ſententiam: Aulis, Agamemnoniæ, Graiorumq; claſsis in Troiam coniurantium, ſtatio. Ouid. lib. 12. Transf.*

» *—— Coniurataq; ſequuntur,*
» *Mille rates. ——*

Nuptias] *Nuptiæ dicuntur propriè ceremoniæ, & hilaritates in ducendis uxoribus: à nubendo, quia ſolebant olim puellæ, pudoris gratia, caput oĩ nubere: ſignificantes, uerecundiam nuptijs præire debere. Sicut in Geneſi exemplum eſt de Rebecca, quæ uidens Iſaac, cœpit caput obnubere. Et Cicero pro Cluentio dicit: Nuptias plenas dignitatis, plenas concordiæ ac pudoris. Accipiuntur ergo ceremoniæ pro re ipſa. Hæc* Oldendorpius, *lumen iuris noſtri.* Heu, heu quantus equis] *Deplorat horrendos equorum concurſus: maximos uirorum fortium ſudores: immanes cadentium militum ſtrages in futuro bello.* Dardanæ] *Troianæ, à rege Dardano ſic dictæ.* Iam galeam Pallas] *Hoc eſt, Minerua bellatrix ad uindicandam ſpretæ formæ iniuriã, aduerſus Troianos ſe armat. Palladis πανοπλίαν prolixè & multum eleganter deſcribit Homerus lib. 5. Iliados. Et Ouidius in hunc modum:*

» *At ſibi dat clypeum, dat acutæ cuſpidis haſtam,*
» *Dat galeam capiti, defenditur ægide pectus.*

Aegida] *Aegis ſcutum eſt Iouis, in quo caput eſt Meduſæ. Dictum αἰγίς, à corio capræ Amaltheæ, quo intectum fuit. Hoc clypeo etiam Pallas in bello protegitur. Hinc eſt apud Homerũ lib. 5. Iliad.*

» *ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν*
» *δεινήν, ἣν περὶ μὲν πάντῃ φόβος ἐστεφάνωται,*
» *ἐν δ' ἔρις, ἐν δ' ἀλκή, ἐν δὲ κρυόεσσα ἰωκή,*
» *ἐν δέ τε γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου*
» *δεινή τε σμερδνή τε, Διὸς τέρας αἰγιόχοιο.*

Quos ita uertit Eobanus Heſſus:

» *Aegida poſt humero circundat, dira minantem,*
» *Terribilem, horrendam: grauis hic contentio, & atrox*
» *Clamor, & inſani fremitus: hic deniq; uiſum*
» *Gorgonium caput horrificum, quo Iupiter ipſo*
» *Non aliud uoluit truculentius ædere monſtrum.*

Rabiem] *Impotentem belli furorem. Canum propria eſt rabies. Cicer. Hecubam putant propter animi acerbitatem quandam & rabiē fingi, in canem eſſe conuerſam.* Nequicquam Veneris] *Dicit nihil illi Veneris auxilium, nihil mollitiē & luxum, ad euitanda arma & bellicos labores, profuturum. Idem illi conuicians Hector apud Hom. lib. 3. Iliad. ita obijcit:*

» δυσ

" σὺν ἂν τοι χραίσμῃ κίθαρις, τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης,
" ἥ τε κόμη, τό, τε εἶδος, ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης.

Thalamo graues haſtas] *Moleſtas & inconuenientes lecto, quem magis decent flores & odoriferæ herbæ, in qualem Venus Paridẽ Menelao raptum, poſuit.* Calami. Gnoſij] *Cretenſis arundinis. Nam calamorum in Creta præcipuus uſus fuit, nec ſolùm ſpicula ex ijs, ſed etiam uenabula & haſtas, præfixis nimirum cuſpidibus, conficiebant.* Celerem ſequi Aiacem] *Quaſi dicat: licet in turpem fugam te conijcias, non tamen effugies Aiacem, pedibus perniciſſimum. Intelligit autem Aiacem Oilei, quem Homerus quoque* ταχὺν, *uocat.* Non Laërtiaden, &c] *Oſtendit difficillimum fore Paridi, Veneris præſidio ſeruare Helenã, cùm non ſolùm Pallas arma pro Græcis ſumat, ſed tot optimi & fortiſsimi etiam duces in perniciem Troianorum conſpirauerint.* Laërtiaden exitium tuæ gentis] *Vlyſſem filium Laërtis, qui author fuit, effectorq; ad euertendam Troiam, quia præter alia multa, quæ prudenter & ſtrenuè in bello Troiano geſsit, etiam Palladium noctu abſtulit, cùm oraculum eſſet, capi Troiam non poſſe, quàmdiu in ea Palladium ſeruaretur. Quod ipſe apud Ouid. hoc modo refert:*

" *Illa nocte mihi Troiæ uictoria parta eſt,*
" *Pergama tunc uici, cùm uinci poſſe coëgi.*

Pylium Neſtora] *Neſtor dux fuit Pyliorum prudentiſsimus & eloquentiſsimus, cui Homerus mellitã tribuit facundiam. Sic enim*

" —— Τοῖσι δὲ Νέστωρ (ait Iliados α.
" ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς Πυλίων ἀγορητής,
" Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Salaminios, Teucerq;] *Aiax & Teucer Telamonis, regis Salaminis filij, uterq; fortiſsimus.* Sthelenus ſciens pugnæ] *Bellandi & aurigandi muneris bene peritus. Auriga fuit Diomedis, filius Capanai, de quo ſic Homerus:*

" Καὶ Σθένελος Καπανῆος ἀγακλειτοῦ φίλος υἱός.

Hic Diomedi telum, à Pandaro infixum, exemit: equos Aeneæ in caſtra Græcorum auexit. Merioneo] *De hoc Ode VI. ſatis dictum.* Atrox Tydides] *Diomedis ferociam Homerus aliâs flumini omnia proſternenti, aliâs leoni uulnerato comparat.* Melior patre] *Maxima laus eſt, maiorum ſuorum uirtutes non modò æquaſſe, ſed ſuperaſſe etiam: quia plerunq; præſtantium uirorum filios à parentum moribus multum degenerare quotidie experimur. Dicit igitur Diomeden patre Tydæo fuiſſe fortiorem, qui & ipſe erat fortiſsimus, quem ſolum quinquaginta equites in inſidijs à Thebanis poſitos, occidiſſe, lib. 4. Iliados ſcribit Homerus.* Quem tu ceruus uti] *Horum uerſuum ordo hic eſt: Quem tu mollis, non hoc pollicitus tuæ, fugies ſublimi anhelitu, uti ceruus immemor graminis, lupum uiſum in altera parte uallis, uidelicet fugit. Aptiſsima eſt ſimilitudo, qua Paridem ueluti timidum, ceruo, Diomedem ferũ & rapacem lupo aſsimilat. Sic eleganter Homerus lib. Iliad. π. Myrmidones in arma ruentes, lupis ceruum ſectantibus ſimiles facit.* Graminis immemor] *Metus gratia paſtus oblitus.* Sublimi anhelitu] *Inſtar cerui, qui elatis in altum naribus, inter fugiendum anhelat.* Non hæc pollicitus tuæ] *Sæpe enim antea uires ſuas prædicare, & inſolentiùs iactare apud Helenam, & Menelao ſe præferre ſolebat, quod etiam apparet manifeſtè ex epiſtola eius apud Ouid. ubi ſic ſcribit Helenæ:*

" *Finge tamen ſi uis, ingens conſurgere bellum,*
" *Et mihi ſunt uires, & mea tela nocent.*
" *Nec plus Atrides animi Menelaus habebit,*
" *Quàm Paris aut armis anteferendus erit.*

Sed poſtquam à Menelao in ſingulari certamine uictus eſſet, & à Venere ſubtractus, amarulenter admodum & acerbè ei ignauiam exprobrauit Helena apud Homerum. Quem locum ab Eobano Heſſo doctè tranſlatum, huc adſcribere libet.

" *Veniſti, linquens infauſti munera belli,*
" *O forti congreſſe uiro, iam uictus ab illo*
" *Occideras, niſi fugiſſes. Iam expertus es autem,*
" *Quàm te ſit grauior quondam meus ille maritus,*
" *Quàm bello melior, quàm fortior arma capeſſat,*
" *Quantum haſta ualeat, manibusq; ferocia tractet*
" *Scuta rotans, quæ ſit generoſi uis Menelai,*
" *Quem uerbis antehac contemnere ſæpe ſolebat,*
" *Et uires iactare tuas, & Martia bello*
" *Robora, magnanimum nunc i pete fortiter hoſtem.*

Iracunda diem, &c.] *Fortitudo Achillis Traianos extinguet atq; opprimet. Nam Hectorem patriæ unicum defenſorem propugnatoremq;, interfecit, in decimum ſolus, qui Græcos diſtulit annum.* Matronis q;] *Matronam propriè eſſe, quæ in matrimonium cum uiro conueniſſet, etiamſi liberi, nondum nati forent: dictiamq; ita à matris nomine, non adepto iam, ſed cum ſpe & nomine mox adipiſcendo, apud probatos ſcriptores legitur.* Achillei] *Diuiſim legendum: nam ueteres duplici declinatione in quibuſdam nominibus uſi ſunt, Tertia nimirùm, & Secunda, ut Vlyſſes, Vlyſsis: uel Vlyſſeus, Vlyſſei. Sic Achilles, Achillis: uel Achilleus, Achillei, ut annotauit utiliter admodum Ph. M.* Certas hyeme:] *Certos annos, decem nimirum.* Vret Achaicus ignis Iliacas domos] *Incendio Græcorum quomodo conflagrârit Troia, ſatis declarat Virg. lib. 2. Aeneidos. Et in principio tertij, ubi ſic inquit:*

" *Et omnis humo fumat Neptunia Troia.*

THEOD. PVLM. } Nerei uaticinium] *De hac Epigraphe lege Hadriani Iunij, uiri politiſsimi, & utriuſque linguæ doctiſsimi, Animaduerſorum lib. 4. cap. 22.* 2 Helenen] *H.G.E.B.* Helenam, *Lambini libri tres.* 5 Nereus] *Vide Turneb. lib. 19. cap. 3. Proteus legit Porphyrio.* 9 Eheu] *E. Heu, heu, H.G.B.* 15 Imbelli cithara carmina diuides] *Diuidere carmina citharæ eſſe uidetur, carmina per citharæ neruos partiri, quod citharœdi faciunt cùm modulantur, nunc enim hanc, nunc illam chordam carpunt, & de cantilena huic & illi chordæ aliquid impertiunt, ſic enim per citharam carmina diuiduntur: uel potius cithara carmina canuntur, audientibusq; diuiduntur. Simile eſt quodammodo illud eiuſdem,* [1. Carm. 36]

" *Nulli plura tamen diuidit oſcula:*

Quod eſt impertit, tribuit Turneb. lib. 19. cap. 3. 20 Crines] *E.B.* Cultus. *H. &* Crines, *in interſtitio* Crines. *G &* Cultus, *in interſtitio.* 22 Gentis] Genti. *Lambini quidam libri ueteres.* 24 Teucerque, & Sthenelos] *Teucer, & Sthenelus, H.G.E.B.* Teucer, te Sthenelos. *Lambini libri ſex.* 36 Ignis Iliacas] *H. G.E.B. Vltima uocalis quorundam nominum in is lõga inuenitur. Lucanus lib. 11. uerſu 338.* Dum ſanguinis inter] *Ignis Pergameas, alij codices, teſte Glareano.*

GEORG. FABR. } *Imitatio eſt Bacchilidis Lyrici, ut annotauit Porphyrio. In Bacchilide loquitur Caſſandra ad Paridem, patriam adeuntem, apud Horatium egredientem è Græcia terret Nereus, uel (ut legit idem Porphyrio) Proteus,*

" [illegible]
" [illegible]

ut de eodem canit Orpheus, & Virgil. in Georgicis. Vt caneret fera Nereus fata] *Solus Porphyrio legit, Proteus: & alij diſquirunt: cur Nereo tribuatur ſcientia futurorum. A uulgatis libris non diſcedo, & curioſis aliquid reſpondet Turnebus, Aduerſariorum lib. 19.* Heu heu quantus equis quantus adeſt uiris] *Grammatici quidam ueteres legunt, ſyllabis diuiſis,* Heu, *& utramque producunt. ſed alterum* heu heu *uſitatum poëtæ noſtro, ut infra probabimus. Imitatur in hac Oda, ut dixi, Bacchilidem Ceium, ſed poëta noſter & perſonas mutauit, & tempus. Apud Bacchilidem uaticinata eſt Caſſandra: apud noſtrum Nereus. Rurſum illic Caſſandra Paridem alloquitur, uenientem iam patriam: hic Nereus eundem terret egredientem è Laconia. Decorum Horatius magis uidetur obſeruaſſe, cùm tanti mali initijs citiùs potuiſſet rei ſtatim exitu è Sparta, quàm in acceſſu ad Troiam.* Non Laërtiaden exitium tuæ Gentis] *In uno manuſcripto, excidium: ſed exitium eſt ſingulorum, excidiũ omnium, Megara de Lyco apud Tragicũ.*

" *Iſte noſtri generis exitium ac lues.*
Horat. Carm. 2. 19.
" *Thracis & exitium Lycurgi.*
Ennius de Paride,
" *Eum eſſe exitium Troiæ, peſtem Pergamo.*

Vret Achaicus Ignis Iliacas domos] *Vltimam uocalem quorundam nominum in Is fuiſſe longam, hic locus oſtendit. In [illegible]*

Sic [illegible]

Sibyllino, quod refert Proſper Theologus,

» Decidet è cœloq; ignis, & ſulfuris amnis.

IOAN. THOM. FREIG. } Tota conſtat Proſopopœia Nerei de Troiæ fato.

IOD. BAD. ASCENS. } Paſtor] Bacchilidē ſecutus, inducit Nerea uaticinantē Paridi exitiū, cū Helenā raptā traheret. quod Bacchilides à Caſſandra factū dicit. Erat aūt Caſſādra filia Priami uaticinio prædita: quod ab Apolline pro ſtupro petito, ſed non accepto tulerat. Affirmauerat enim iureiurando Apollo illi ſe uaticinandi, aut (ut dicunt) prophetādi uim daturū, quā ut illa recepit, ſtuprum negauit, unde iratus Deus uaticinio eius fidem et credulitatem abſtulit, uera enim uaticinata eſt, ſed nunquam credita, unde Maro Aeneid. 2.

» Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris
» Ora Dei iuſſu nonunquam credita Teucris.

Thetis autem mater Achillis dicit Prothea de Helenæ raptu uaticinatum in Achilleide, his uerbis.

» Agnoſco monitus & Prothea uera locutum.

Huiuſmodi autem carmen & uaticinium eatenus reipub. prodeſt, quatenus iuuenes à conſimili temeritate arcētur. Ordo eſt. Cum] Id eſt, quando paſtor, ſcilicet Paris: de quo idem Statius in dicto opere.

» Soluerat Oebalio claſſem de littore paſtor
» Dardanus: incautas blandè populatus Amiclas.

Vnde hic additur. Perfidus] qui contra ius hoſpitalitatis hoſpitam auexit. Traheret] Id eſt, aueheret. Violenter per freta] Id eſt, maria. Nauibus Idæis] Id eſt, in Ida ſylua Troiana ædificatis. Helenam] Scilicet Menelai coniugem. Hoſpitam] Scilicet ſuam: abs qua abſente marito hoſpitio ſuſceptus erat. Tunc ſupremus Nereus] Id eſt, Deus marinus, nympharum Nereidum pater. Obruit] Id eſt, ſopiuit. Ventos] Id eſt, ceſſare fecit uentos. Ocio ingrato] Scilicet uentis, quorum natura eſt agitari: eſt enim uentus exhalatio terreſtris, per aërem mota, aut ingrata Paridi celeriter prædam ſuam auehere molienti. Vt caneret fata fera] Id eſt, exitialia Paridi & Troiæ. Principium autem carminis eſt. O Pari tu ducis domum] Scilicet tuam. Aui] Id eſt, auſpicio. Mala] Id eſt, minanti tibi & tuis malum: hoc eſt exitium. Ducis (inquit) ſupremus eam] Hoc eſt Helenam. Quam Græcia coniurata] Scilicet apud Aulidem rumpere tuas nuptias: & regnum Priami: ſcilicet patris tui. Vetus] Id eſt, antiquum & nobile. Repetet multo milite] Id eſt, grādi exercitu mille nauibus aduecto. Heu] Commiſerantis uox. Quantus ſudor] Id eſt, labor cum ſudore. Adeſt] Id eſt, paratus eſt. Equis] Scilicet belligeris: & quantus ſudor adeſt uiris. Quanta] Quaſi dicat, maxima. Funera] Id eſt, exitia & mortes. Moues] Id eſt, excitas genti. Dardanæ] Id eſt, Dardanicæ: hoc eſt Troianæ. ubi Dardanus aliquando regnauit. Pallas] Scilicet læſa iudicio tuo. Parat iā Galeā] Id eſt, Caſsidem, munimē capitis. Et Aegida] Id eſt, munimen pectoris deæ, ex pelle caprina prius factum: in quo erat caput Meduſæ. Et parat currus] Scilicet bellicos: nam de curru pugnabant. Et rabiem] Id eſt, furorem bellicum, qui uires iuuat. Nequicquā, &c.] Proſequitur reliquum uaticinium hoc ordine. Tu ferox] Id eſt, ferociens & ſuperbiens. Nequicquā] Id eſt fruſtrà. Præſidio] Id eſt, propter præſidium, hoc eſt, protectionem & tutelam Veneris: cuius uidelicet numine fretus in mercedē iudicij de aureo pomo Helenam rapuiſti. Pectes] Id eſt, comes. Cæſariem] Id eſt, capillos diffuſos uentis cæſos. Et diuides] Id eſt, uiciſsim canendo & tangēdo cytharam imparties. Cythara imbelli] Id eſt, nihil ad bellum faciente, ſed potius bellum refugiēte. Carmina] Id eſt, cantica: grata fœminis, quibus bella deteſtata ſunt. Tu uitabis nequicquam] Id eſt, fruſtrà. Thalamo] Id eſt tantiſper, dum eris in Thalamo cum amica tua. Haſtas] Id eſt, Græcorum. Graues] Scilicet tibi. Et ſpicula] Id eſt, ſagittas. Calami] Id eſt, arundinis. Gnoſij] Id eſt, Cretenſis, à Gnoſo ſeu Cnoſo oppido Cretæ, iuxta quod optimæ naſcuntur ſagittis arundines. Et fruſtrà uitabis ſtrepitum] Scilicet inſequentium hoſtium. Et Aiacem] Scilicet Thelamonium celerem. Sequitur tamen] Id eſt, gemetſi uitabis in thalamo iam dicta. Tu collines] Id eſt, comma culabis. Serus] Id eſt, nimis tardus pro tuis: quia operæpretium fuiſſet ipſum in cunabulis extinctum fuiſſe: quod & Priamus iuſſerat. Collines] dico puluere, ſcilicet, Troico, dū occiſus in terrā cades. Crines adulteros] Id eſt, comptos, quales adulteris eſſe ſolent. Pulchrum autem eſt, quia per quæ quis peccat, per hæc & punitur: ut adulter in capillis. Nō reſpicis Laertiadem] Id eſt, Vlyſſem. Exitium] Id eſt, qui cauſa erit exitij. Tuæ gentis] Id eſt, progeniei, & non reſpicis Neſtora prudentiſsimum conciliarium. Pilium] Id eſt, pili regem. Teucer Salaminius] Scilicet Thelamonis Salamini filius: & Sthelenus Capanei regis filius. Sciens] Id eſt, peritus pugnæ. Siue] Id eſt, uel ſi: uel auriga. Non piger] Id eſt, ſtrenuus: ſi opus eſt imperitare equis. Et te noſces] Id eſt, experiere, quoque Merionem. Patroclem] Scilicet Idomenei. Ecce] Quaſi ex inſpirato & improuiſo. Tytides] Scilicet Diomedes. Melior patre] Scilicet Tydæo. Furit atrox] Id eſt, atrociter. Reperire] Id eſt, ut reperiat te. Quem] Scilicet Tytidem. Tu mollis] Id eſt, effœminatus. Fugies anhelitu ſublimi] Id eſt, ex ſublimi à te ſupinanti attracto. Vti] Id eſt, quemadmodum ceruus immemor graminis præ timore fugit ſuper lupū uiſum in altera parte uallis; fugies dico. Nō pollicitus] Id eſt, qui nō promiſeras. Hoc] Scilicet, te fugiturū. Tuæ] Scilicet amicæ Helenæ. Iracunda diem, &c.] Poſt exitium Paridis cōmemorat excidium Troiæ dicens. Claſsis] Id eſt, manus aut exercitus. Achillei] Id eſt, Achillis. ſed Græcè dicitur Achilleus unde fit, Achilleos, & Achillei per contractionem Achilli. Iracunda] Iracundi Achillis. Proferet] Id eſt, extendet & producet. Ilio] Id eſt, Troiæ & matronis phrygum diem, ſcilicet ultimam de qua Aene. 2. Venit ſumma dies & ineluctabile tempus Dardaniæ: fuimus Troes:

» Fuit Ilium, & ingens Gloria Teucrorum, &c.

Ignis Achaius] Id eſt, Achiuorum. Vret] Id eſt, comburet poſt certas hyemes, quia poſt decem, quod tamen noluit dicere. Domos Iliacas] Id eſt, Troianas.

ANT. MANCIN. } Quintadecima Ode: Bacchilidem Horatius imitatur, ut ſcribit Porphyrio: nam ut ille facit Caſſandram uaticinari futura Troiani belli, quo tempore claſsis in Græciam parabatur. Ita hic Nereū inducit uentura Troianis mala prædicere. Paſtor quum traheret per freta nauibus] Eſt Ode dicolos tetraſtrophos: conſtat enim tribus uerſibus Aſclepiadeis, de quibus in Ode prima. Quarto Glyconico de quo Ode. 5 habetur. Paſtor] Periphraſis eſt Alexandri Priami filij: qui Paris prius appellabatur: ut Varro oſtēdit. Tradunt alij Parim dictū ἀπὸ τῦ παρεῖναι, id eſt, à tranſcendo interitum, ſcilicet mortem, quādo expoſitus eſt, & hoc eſt primum & proprium eius nomen. Alexander enim cognominatus eſt ab opitulatione: ut Ouidius innuit in epiſtola ipſius ad Helenam.

» Pene puer cæſis abducta armenta recepi,
» Hoſtibus & cauſam nominis inde tuli.

Ab ἀλέξω quippe cognominatus, quod eſt auxilior, & ἀνὴρ quod eſt uir. Tullius in lib. 1. de Diuinatione oſtendit Grauidæ Hecubæ uiſum fuiſſe inſomnijs parere ardentem facem: quo ſomnio perculſus Priamus, Apollinem conſuluit. Doceret, quid illud portēderet: reſpōdit Apollo puerum, qui Priamo poſt illa tempora naſceretur: fore exitium Troiæ, & peſtem Pergamo ſi eum nutriſſet. Addunt alij Priamum propterea iuſsiſſe oriturum exponi: Hecubam uerò tradidiſſe infantem quibuſdam, ut, paſtoribus regijs alendum traderent, itaq; ſub Ida à paſtoribus educatus eſt: longo poſt tempore regis filius agnitus, inter Regios Fratres receptus eſt. Poſtea uerò, quod quidem Herodotus ſcribit uolumine primo: ipſi Alexandro cupido ingeſsit uxoris ſibi per rapinam è Græcia comparandæ: itaque Helenam rapuit. Secundo autem uolumine ſcribit idem ſe à ſacerdotibus Aegyptijs intellexiſſe: Alexandrum, rapta ex Sparta Helena, cùm nauigaret domum in mari Aegeo uentis excuſſum, in Aegyptum appuliſſe, ubi à ſuis ſeruis ſacerdotib. accuſatus eſt: & Thoni præfecto littoris, quo appulerāt. Thonis igitur Memphin ad Protheum miſit, hæc nunciatum, his uerbis. Venit peregrinus quidam genere Teucer, qui rem nefariā in Græcia perpetrauit: quippe ſeducta hoſpitis uxore, quam ſecum ducens, cum multis admodū opibus ad tuam terrā appulit. Vtrum ne ſinimus eum abire impunem,

an ea quæ attulit ſecum eripimus? Ad hæc remiſit Protheus, ut ad ſe omnes ducerentur: quibus adductis, Alexandrum acriter arguit, quòd hoſpitis ſui uxorem rapuiſſet, illi uſque etiam bona. Dixitq́; ablata omnia cum ipſa Helena uelle apud ſe eſſe, ut Græco hoſpiti reſeruaret: Alexandro uerò tridui ſpatium duntaxat conceſſit: ut abiret. Addit poſtèa idem Herodotus quendam ſcripſiſſe Alexandrum à ſparta Helenam ducentem triduo Ilium perueniſſe, ſecundo uento uſum: ac mari tranquillo. Sacerdotes narraſſe ſibi etiam ait Herodotus, idem Menelaum parata claſſe Ilium petiiſſe: miſiſſéq; legatos ut Helenam redderent. Ilienſes uerò negaſſe iureiurando ſe Helenam habere atque opes: de quibus arguerentur, ſed ea in Aegypto eſſe omnia apud Protheum regem. Græcos cum ſe ab illis derideri arbitrarentur, ita obſediſſe Ilium, donec expugnauerint. Vrbe capta quum Helena non exiſteret: Græci ipſum Menelaum ad Protheum miſerunt: ubi Helenam & pecunias ſuas recepit: deinde ad inſulas Aphricæ obiacentes ſe contuliſſe. Nec amplius de eo quicquam intellexiſſe: hæc ex Herodoto. Homerus aũt ſcribit Helenam in Troia fuiſſe. Paſtor quum traheret] *Senſus eſt, quum Paris Troianus raptam Helenam per freta traheret, Nereus uentos compreſſit: ut ſæua fata uaticinaretur. Malo ducis auſpicio Traheret, tanquam in rapinam.* Idæis] *Apud Idam Phrygiæ montem fabricatis iuxta Ilium: à quo monte ut Mela ſcribit. Scamander & Simois fluuij deſcendunt in Troadem. Phereclus autem celeberrimus faber à Minerua dilectus, Paridis naues fabricauit: quibus Helenam rapuit, quod amplè oſtendit Hom. lib. 5. Iliad. Licophron etiam inducit Caſſandram prædicentem Paridi huiuſmodi uerba.* τράμπις σε χήσει ϰ φερεκλεῖοι πόδες. *id eſt, trabs te uehet, & Pherecleı pedes. Quidē ipſas naues à Pherecla fabricatas, metaphoricôs intelliges Perfidus. Non enim hoſpitij iura ſeruauit, ſed hoſpitis Menelai illo abſente uxorē rapuit.* Obruit] *compreſſit. Sub antris & clauſtris poſuit: obruere enim eſt tegere.* Ingrato ocio] *Venti enim ſæuire cupiunt. hinc poëta dicit.*

,, *Illi indignantes magno cum murmure montis*
,, *Circa clauſtra fremunt. Et cũ uētus ſit fluctus aëris remoto motu pereunt uenti.*

Caneret] *Prædiceret, uaticinaretur.* Fera fata] *crudelia.* Mala aui] *Ducis malo omine, malo auſpiciò fers tuã domum, illam quã repetet multo milite Græcia, &c. Nereus fuit is Oceani & Tethyos filius, teſte Heſiodo, quem omniũ antiquiſsimum dixit Orpheus in Argonautica. Neros autem propriè aqua dicitur.* Coniurata] *In Boætia Aulis eſt lapidoſa ſanè ora & Tanagreorũ uicus iuxtà portus erat ampliſsimus, quocirca Græcorũ claſſem magnum in portũ deſcendiſſe credidit. Strab. lib. 9. Naſo etiam lib. 13. Metam. ait.*

,, *Aulidaq́; Euboicam complerunt mille carinæ.*

Pomponius Mela etiam ſcribit Aulidem Agamemnoniæ, Græcorumq́; claſsis in Troiam coniurantium ſtationem fuiſſe. Ibi enim coniurauerunt Græci, non antè reuerti, quàm Ilion caperetur. Hinc Dido libro 4. Aeneæ dixit.

,, *Non ego cum Danais Troianam excindere gentem*
,, *Aulide iuraui.*

Laomed. autem lætiùs id libro 2. Ilia ſcribit.

,, *Moues ô paris: ô paris: Iam galeam pallas.*

Scribit Homerus libro 5. Iliados Palladem Iunonis hortatu è cælo armatam ſecum in Troianos iuiſſe, tunicam & arma indutam: quibus Iupiter pater circundatur, quum uult prodire in bellum. Tuliſſe etiam Aegida humeris accommodatam trilicem horrendam, & undique terrore redimitam, in ea robur, in ea contentio, in ea minarum uociferatio, & atrox clamor: in ea deniq; inerat gorgoneũ caput dirum: terribile: & quo nullum ulterius nouit Iuppiter monſtrũ atq; portentum. Deinde impoſuiſſe capiti (inquit) galeam aureã, tribusq; criſtis inſignem, ac tot capitum humanorum capacem, quot milites centum urbium haberēt. poſtremò ſic armatam leui ſaltu in currum aſcendiſſe, ac lanceam corripuiſſe ingentem ualidam grauem, qua heroum cateruas irata proſternere ſolet, &c. Pallas autem Troianis irata eſt, propter iudicium Paridis: ſic & Iuno: in quo quidem Venus iudicata fuerat, earum pulcherrima: dē quo latè Ouid ſcribit in epiſtola Paridis ad Helenam. Aegida] *De Aegide iamiam quid dicat Homerus retulimus: nos uerò in carmine de floribus ita ſcripſimus.*

,, *Pectoris eſt Aegis propriè defenſio facta,*
,, *Aere caput diræ medio portando Meduſæ,*
,, *Pellis Amalthεæ capræ quam Iuppiter ipſe fertur haberet*

Aegis propriè eſt, Lactantius inquit. Nequicquam Veneris præſidio ferox] *Ordo eſt.* Tu ferox præſidio Veneris: nequicquam pectes cæſariem: & nequicquam imbelli cythara diuides carmina grata fœminis, nequicquam thalamo uitabis graues haſtas: & ſpicula gnoſij calami, & ſtrepitum, & Aiacem celerem ſequi, heu puluere collines crines adulteros tamen ſeros. *Eſt autem ſenſus quòd nec pulchritudo, nec canendi ars ſibi in bello proderit: hæ namque delitiæ mulieribus magis conueniunt. Veneris præſidio ferox, melius fuiſſet Palladis præſidio. Erat Paris Veneris auxilio audax. nam illa duce è Troia in Græciam claſſe iuerat. Hinc ait ipſe in epiſtola ad Helenam miſſa.*

,, *Præmia magna quidem, ſed non indebita poſco,*
,, *Pollicita eſt thalamo te cytherea meo.*
,, *Hac duce Sigæo dubias ab littore feci*
,, *Longa Phereclea per freta puppe uias.*
,, *Illa dedit faciles auras, uentosq́; ſecundos,*
,, *In mare nil mirum ius habet orta mari.*

Præterea ſcribit Homerus libro tertio Iliados Paridem Menelao congreſſum: quum ab illo traheretur per humum ab Venere è prælio ſubtractum fuiſſe, reductumq; domum uſque. Et libro 4. refert Iouem in deorum concilio ita dixiſſe. In hoc ſingulari certamine Menelai uidelicet & Paridis. Dij cœlites] *duæ deæ, ſunt quæ Menelao ſtudent. Vna quæ Paridi. Illæ quidem Iuno & Minerua: quæ ut uidetis nonnihil à cœtu noſtro ſemotæ ſedent plenæ gaudij ex ipſo rei geſtæ ſpectaculo. Hæc autem Venus, quæ nunc abeſt ſemper ſollicita pro Paride: quemq; nunc ab impendenti mortis periculo eripuit: etenim ſine dubio penes Menelaum uictoria eſt, &c.* Pectes cæſariem] *Erat enim delitijs deditus Paris. hinc cum arguit Hector. libro 2. Iliad. quum uiſo Menelao territus eſt pugnare, dicens*

,, *Haud cytharæ pulſus Veneris nec dona iuuabunt,*
,, *Inſignes'ue comæ: bello congreſſus ab hoſte*
,, *Pulueribus quando medijs miſceberis aruis,*
,, *Diuides Lyricines enim nunc uoce: nunc lyræ ſono utuntur.*

Thalamo] *Cubili.* Calami Gnoſij] *Gnoſos Cretæ urbs ingens erat in plano ſita, ambitum habens 30. ſtadiorum. Ea Minois regia fuit. Auctor Strabo libro decimo. Calamis autem Orientis populi bella conficiunt, ſed in Creta præcipuus erat uſus calamorum pro ſpiculis, ut ſcribit Plinius libro 16. ubi etiam ait, quòd nullis ſagittis aptior calamus, quàm in Rheno Bononienſi amne, cui pluri ma ineſt medulla. ponduſq; uolucre, contrà flatus quoque peruicax. Hæc & Creticis commendatio, quanquam præferantur Indi, quorum alia quibuſdã uidetur natura, quando & haſtarũ uicē præbēt additis cuſpidibus.* Strepitum armorum] *Scilicet celerem Aiacem. Duo fuerunt Aiaces, ut oſtendit Homerus libro 13. Iliad. Oilei filius, & Thelamonis, quos ſimul in pugnam prodiſſe facit in libro 10. epithetis eos diſtinguit. nam Oilei filium Aiacem celerem appellat. Thelamonis uerò Aiacem magnum, libro etiam 14. Oilei filium celerrimum omnium appellat. Et lib. 2. inquit, Quadraginta nauium dux fuit Aiax Oilei filius, in currendo pernix, cognomine minor: quia non tantus, quantus Aiax filius Thelamonis erat.* Tamen ſerus. *Scribunt enim perempto Hectore ab Achille: Paridem cum arcu & ſagittis ualeret, Achillem fraude Hecubæ ad deſponſandam Polixenam in templum Tymbræi Apollinis noctè, et ſolum euocatum occidiſſe. Naſo tamen lib. 14. ſcribit Apollinem hortatũ fuiſſe Paridem in ipſa pugna uniuerſali: ut Achillē ſagittis percuteret ſicq́; illum periſſe. Et Homerus libro 22. Iliados morientem Hectora introducit, ita Achilli uaticinantem.* Vide tamen ne tibi uerus hodie uates ſim, quando te fortem parũ & Apollo ad Scæas portas interimet. *Ipſe tamen Paris, ut ſcribũt alij, à Pyrrho Achillis filio morti traditus eſt: ſed quia Hora. de Aiace meminit, placet magis illud, quod Dares ſcribit, ubi ait: pugnantem Alexandrum Aiacis latus uulneraſſe. Aiacem uerò nunquam deſtitiſſe, donec illum occideret, & ſic Aiacem celerem Oilei filium accipiemus.* Laertiadem] *Laertæ filium Vlyſſem. unde*

de ait ipſe apud Ouid. libro 13. Metamorph.

„ *Nam mihi Laërtes pater eſt Achryſius illi.*

„ *Iuppiter huic, &c.* — *Hunc multimodum appellat Homerus. Horat. uerò exitium gentis Paridis appellat, quoniam eius aſtu latens Achilles muliebri habitu inter filias Lycomedis deprenſus, & in Troiam ductus eſt, qui Hectorem occidit, & fratres eius plures. præterea continuè Troianis ipſis inſidiabatur, ſuaq́ eloquentia Græcos diſcedere uolentes retinuit. Vnde quicquid actum eſt, poſt eam Troianos, Vlyſſes feciſſe uidetur. Et Danais eiuſdem ſolertia ſæpe profuit. Cepit etiam Helenum Priami filium, & uatem rapuit. item Palladium cæſis cuſtodibus arcis Troianæ: ſine quo Troia capi non poterat.*

„ *Vnde tunc Troiam uicit, quum poſſe uinci coëgit.*

Aſtyanacta etiam Hectoris filium à turri capta Troia, deiecit. Sed latiùs de Vlyſſe libro 13. Met. habetur. Pylium Neſtora] *Pilos enim Neſtoris patria fuit in Laconica, mari superincumbens, ut Strab ſcribit lib. 8. fuit autem (Homero teſte) fidiſſimus ſolerti pectore, & conſilio potens. Itaq́ Achiuos pugnandi artem edocebat, cùm ſenex eſſet atq́ expertiſſimus. Hinc ait ipſe libro 4. Iliados Aga nemnoni.*

„ *Verum equidem medius populos in bella fouebo*

„ *Conſilio, qui ſolus honos ſolet eſſe ſenectæ.*

Is autem. nonaginta duxit naues in Troiam ut ſcribit Hom. lib. 2. Iliad. Salaminius. Teucer de hoc uide latius Ode 7 fuit autem Teucer Thelamonis filius illegitimus, ut ſcribit Hom. lib. 8. Iliad. qui inter alios Troianos occidit egregium quendam nomine Imbrium, Priami generum. Nam Medeſicaſtam Priami filiam notham in matrimonio habebat. Author eſt Homerus libro 13. Iliad. Sthelenus] *Fuit is Campanei regis filius, Diomedis auriga, qui pro Græcis in bello Troiano plurima glorioſa peregit. Is etiã percuſſo Aenea à Diomede ingenti ſaxo illius equos accepit cæleſti ſemine ortos, ex illis ſcilicet, quos Iupiter Troi dederat, precium Ganymedis filij adempti. Homerus enim lib. 5. Iliad. introducit Diomedem ita Stheleno dicentẽ.* Si pallas mihi palmã de amborũ cæde cõceſſerit, nulla in re mora ſit, quin inſiliens in Aeneæ equos à curru frena corripias: & bigam ad noſtra tentoria adducas. *Sunt enim ex eo genere equorum, quos Iuppiter pro adempto Ganymede filio Troi donauit, præſtantiſſimos inter omnes, qui ſub ſole. ſunt ac ſub aurora. Ex quibus princeps Anchiſes furtim Laomedonte inſcio ſuppoſitis equabus, quatuor ſuſtulit pullos: apudq́ ſe maiore cum cura educauit. Ex duo, ut cernis feroces Aneæ filio ad belli præſidium contulit atque tribuit, quos ſi ceperimus & prædam, & egregiam ſanè laudem retulerimus.* Merionem] *Fuit is Idomenei patruelis, de quo plura diximus Ode 6. Illud hic addimus. Homerus lib. 7. Iliad. inter nouem Græcorum fortiſſimos numerare Merionem: numerantur enim Agamẽnon, Diomedes, Aiax Thelamonius, Aiax Oileus, Domneus, Meriones, Eurypilus, Thoas, Vlyſſes, Tytides, Diomedes Tydei filius, qui ultra plurima glorioſè geſta, Venerem in dextra, & Martem ſub utero percuſſit. ut latè libro 5. Iliad. habetur, propterea melior patre dicitur. Vnde Ode 6. ait Horatius.*

„ *Tytidem ſuperis parem.*

Tydæus autem etiam fortiſſimus fuit: nam ſolus occidit. 50. uiros ſibi in itinere ab Aetheocle in inſidijs poſitos, quod ſcribit Diodor. libro 5. Et latius Homer. lib. 4. & lib. 5. ubi ait. Tydæum fuiſſe parua ſtatura, ſed bellatorem, &c. Quem tu ceruus uti] *Ordo eſt.* Quem tu mollis ſublimi anhelitu fugies: uti ceruus graminis immemor lupum fugit, in altera uallis parte uiſum. Graminis im memor] *timoris cauſa id accidit.* Sublimi anhelitu] *Id eſt, alto & maximo, quod quidem celeri fuga euenit.* Mollis] *Delicatus & imbellis.* Hoc fugere] *Scilicet Tuæ uidelicet Helenæ. Vnde dixit apud Ouidium.*

„ *Finge tamen ſi uis ingens conſurgere bellum,*
„ *Et mihi ſunt uires, & mea tela nocent,*
„ *Nec plus Atrides animi Menelaus habebit.*

Quare Paris, aut armis anteferendus erit.

„ *Pene puer cæſis abducta armenta recepi*
„ *Hoſtibus, &c.* — *Et apud Hom. lib. 3. inclamabat.*
„ *Quis enim contendere Graium audet,*
„ *Et alterna Martem decernere morte.*

Iracunda claſſis Achillei] *Achilles enim diu pugnare noluit ob raptam ſibi Briſeida ab Agamemnone. Tandem quum ſibi amiciſſimus Patroclus ab Hectore occiſus eſſet: dolore affectus in prælium irruit, ubi multos Troianorum occidit: & Hectora, qui quidem ſolus fuerat cauſa diuturni belli. Vnde eo mortuo facilè: poſtea Ilio potiti ſunt Græci, de cuius incendio, legito Virgil. lib. 2.* Achaicus ignis] *In Achaia enim erat Argos & Mycenæ: ubi Agamemnõ & Menelaus regnarũt, quorũ gratia tota Græcia ferè in Iliũ yt.*

ODE XVI. PALINODIA IN CRATIDIAM, VEL TYNDARAM, QVAM carminibus læſerat.

παλινῳδιατική.

Ode XVI. *Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.*

— — ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ ∪
— — ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ ∪
— — ∪ — — — ∪ — —
— ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ — —

ARGVMENTVM IN ODEN XVI.

Recanto, quæ petulantius in amicam ſcripſerat, ſe id ut ageret iracundia actum, qua nihil impotentius, atq; intractabilius fieret. Imitatus eſt autem Steſichorum Siculum. qui id prius de Helena fecerat. Poſtremò Atrei & Thyeſtæ exemplo iræ atrocitatem, & tyrannidem oſtendit, quam in ſtomacho locum habere dicit.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Palinodiam canit pro amica, quam olim iuuenis læſerat Iambico carmine, totum hoc crimen in iram conferens, qua tunc quadam naturali ductu efferbuit, cuius uim per comparationem luculenter exprimit.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Palinodiam canit, hoc eſt, Sententiam ſuam in contrarium uertit. Nam amicæ, quam contumelioſis carminibus lacerarat, rurſus blanditur, omnem culpam in iram transferens.

COMMENTARIA.

O Matre pulchra filia pulchrior,
Quem criminoſis cunque uoles
modum
Pones iambis, ſiue flamma,
Siue mari libet Adriano.
Non Dindymene, non adytis quatit
Mentem ſacerdotum incola Pythius,
Non Liber æquè, non acuta
Sic geminant Corybantes æra,
Triſtes ut iræ, quas neq; Noricus
Deterret enſis, nec mare naufragum,
Nec ſæuus ignis, nec tremendo
Iupiter ipſe ruens tumultu.
Fertur Prometheûs addere principi
Limo coactus particulam undiq;
Deſectam, & inſani leonis
Vim ſtomacho apposuiſſe noſtro.
Iræ Thyeſten exitio graui
Strauêre, & altis urbibus ultimæ
Stetêre cauſſæ, cur perirent
Funditus, imprimeretq; muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.
Compeſce mentem, me quoq; pectoris
Tentauit in dulci iuuenta
Feruor, & in celeres iambos
Miſit furentem, nunc ego mitibus
Mutare quæro triſtia, dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobrijs, animumq; reddas.

ACRON.

O Matre pulchra filia pulchrior] *Tyndari ſatisfacit. Ode eſt Tricolos, tetraſtrophos. Metrum duobus uerſibus Alcaicum, quod cõſtat ex ſpondeo & iambo & cæſura, uel iambica pentemimere, & duobus dactylis, ita:* O ma, tre pul, chra, filia, pulchrior. *Tertius dimeter iambicus hypercatalectus, ita:* Pones iam, bis ſiue flam, ma. *Pindaricus conſtat ex duobus dactylis, & duob. trochæis, ita:* Siue ma, ri libet, Adriano. *Hanc Oden in ſatiſfactionem facit amicæ ſuæ, quã iratus carmine læſerat, promittẽs abolenda, quæ de ea ſcripſerat. Imitatus Steſichorum poëtam Siculum, qui uituperationem ſcribens Helenæ, cæcatus eſt, & poſtea reſponſo Apollinis laudem eius ſcripſit, & oculorum aſpectũ recepit. Cuius rei & in Epodo idem poëta meminit:*

» *Infamis Helenæ Caſtor offenſus uicem,*
» *Frater'q; magni Caſtoris, uicti prece,*
» *Adempta uati reddidêre lumina.*

O' matre pulchra filia pulchrior] *Id eſt, comparatione formoſæ formoſior. Comparatiuus enim & ſuperlatiuus pro poſitiuo proferuntur, ut Virgil.*

» *Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam, et,*
» *Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe: pro, ipſe formoſus.*

Quem criminoſis] *Tmeſis eſt, pro quemcunq;.* Pones iambis] *Ipſi enim aptiores iniurijs ſunt, quibus eam uerſibus læſerat.* Siue flamma] *Hoc in ſatisfactione pro delendo crimine dixit, illud ſecutus Virgilianum:*

» *Aut pelago Danaûm inſidias ſuſpecta'q; dona,*
» *Præcipitare iubet, ſubiectis'q; urere flammis.*

Non Dindymene] *A' monte matrem deûm dicit. Amoris ſe fatetur furore peccaſſe, & probare uult ſic iram moderationem non recipere, in animis hominum, quemadmodum alieni furoris bacchantes.* Incola Pythius] *A' Pythone ſerpente Apollo.* Non Liber æquè] *Liber etiam, qui ſimiliter ſacerdotes ſuas uexat furore.* Acuta] *Aut à tinnitu acuta, aut ſonora. Virg.*

» *Pelion tinnitu fugiens impleuit acuto.*

Corybantes] *Miniſtri matris deorum.* Quas neq; Noricus Deterret enſis] *Emphaſis eſt, in ipſis enim locis, & probatum ferrum eſt, & optimi gladij fiunt, & ideò ex prouincia ferrum laudauit. Eſt autem Noricum pars Illyrici. Virgil.*

» *Aëreas alpes, & Norica ſiquis Caſtella in tumulis.*

Nec mare naufragum] *Naufragia faciens, quaſi nauifragium. Virgilius.*

» *Aulonis'q; arces & nauifragum Scylaceum.*

Nec tremendo] *Id eſt, tremore tonitrus dixit, unde eſt:*

» *Et mortalia corda*
» *Per gentes humilis ſtrauit pauor:*
» *Ille flagrãti, aut Athon, aut Rhodopẽ, aut alta Ceraunia telo*
» *Deiecit.——*

Ruens] *Impetuosè ueniens.* Fertur Prometheûs addere principi Limo coactus particulam] *Fabulæ ſenſus præſenti intentioni neceſſarius conceptus eſt. Ait autem Prometheum cum limo homines fingeret, iuſſum ex omnibus animalibus particulas, pro ut erat eorum natura homini apponere, unde uim leonis ſtomacho appoſuiſſe, idcirco quòd iracundia magis accendamur: timorem à lepore poſuit, à uulpe aſtutiam, à lupo rapacitatem, ab equo uelocitatem, à columba libidinem, & ex reliquis reliqua, ac per hoc intelligitur nihil grauius eſſe homine.* Ordo eſt: Fertur Prometheus coactus addere principi limo, particulam deſectam undiq;, & appoſuiſſe noſtro ſtomacho uim inſani leonis. Vndiq; deſectam] *Quaſi ex multis hominem compoſuerit.* Iræ Thyeſten exitio graui Strauêre] *ἀπὸ παραδείγματος, hoc eſt, ab impij exemplo fidem dat facto ſuo. Atreus autem & Thyeſtes fratres fuerãt, qui, quia in ſeditione alter alteri nocere non poterat, in ſimulatam gratiam redierunt. Qua occaſione Thyeſtes cum fratris uxore cõcubuit: Atreus uerò ei filium epulandum appoſuit. Quod ſcelus & ſol fugiſſe narratur. Hinc Virg.*

» *Nec tam auerſus equos Tyria ſol iungit ab urbe,*

Et Statius:

» *Et caligantes abrupto ſole Mycenas.*

Vltimæ ſtetêre] *Extitêre uſq; ad euerſionem.* Hoſtile aratrũ] *Condendis atq; euertendis ciuitatibus. Hæc conſuetudo fuit ut aratro fierent, ut de condenda Virgil.*

» *Interea Aeneas urbẽ deſignat aratro.*

Item Cicero de euertenda in Philippicis: Vt uexillum tolleret, & aratrum circumduceret. Inſolens] *Tantummodo ira commotus.* Compeſce mentem] *Id eſt, noli me iraſcendo imitari, quem pœnitet.* Celeres iambos] *Epitheton eſt. Sic in arte poëtica de pede iambo, Pes citus, unde etiam trimetris accreſcere iuſſit Nomen Iambeis.* Miſit furentem] *Propter iram ſcilicet.* Nunc ego mitibus mutare quæro triſtia] *Id eſt, blandimentis mutare iracundiã cupio.* Recantatis] *Id eſt, meliore carmine deletis: Recantantur autem opprobria cum mutato carmine laudibus corriguntur.* Animumq; reddas] *Hoc eſt, ſpem mihi redintegrãdi amoris facias.*

PORPHYR. } O' matre pulchra, filia pulchrior] *Hac Ode Tyndaridi cuidam ſuæ, in quam carmen probroſum ſcripſerat repromittit παλινῳδίαν, id eſt, recantaturum ea, quæ dixerat. Dicit'q; ſe iracundia motum ea ſcripſiſſe. Affirmat autem non magis Matris magnæ, aut Apollinis numine inſtinctos furere, quam eos qui iracundia ſunt incitati: adeò ut nulla ui hic furor deterreri poſſit. Scribit palinodiam, id eſt, cantum contrarium priori, nam recantat ea, quæ iratus in amicam ſcripſerat, ut eam ſibi recõciliet, atq; ita inuectiuam excuſat, ut culpam omnem in iracundiam rejiciat, nihil autem quod ad artificium pertineat, prætermittit. Captat enim beneuolentiam cùm illam pulcherrimam appellat, quò nihil gratius mulieri præſtari poteſt, deinde carmina in quibus malè dixit pro ſuo arbitrio abolenda promittit.* Pulchra] *Antiqui pulchrum, lachrymas, & ſepulchrum aſpirabant.* Filia pulchrior] *Magnum ergo eſt mulieri ut pulchra ſit, ſed maximum ut ſit pulchra muliere pulchrior.* Quem criminoſis cunq;] *Id eſt, quemcunq; per tmeſim. Criminoſis, quæ crimina inferant. Crimen enim uitium eſt, ſed & cauſam quandoq; ſignificat. Virg.*

» *Et crimine ab uno Diſce omnes.*

In hoc ergo confitetur delictum, quæ res ad iracundiam placandã uehementer confert, Sic Dauus ille Terentianus ſe crucem meritum fatetur.

fatetur. Eſt tamen, quoad id fieri poteſt, poſt confeſsionem adhibenda excuſatio, ut hîc, ubi in iram culpam reijcit. Scripſerat autẽ iambicis uerſibus, quòniam pes ille uehementiam affert, & genus dicendi contortum & concitatiſsimum, & accommodatum inuectiuis. Sicq́ illo uſus eſt Archilochus poëta, ut Horat. alibi:

,, *Archilochum proprio rabies armauit iambo,*
,, *Hunc ſocci cæpere pedem, grandesq́ cothurni,*
,, *Alternis aptum ſermonibus, & populares*
,, *Vincentem ſtrepitus, & natum rebus agendis.*

Sine flamma, ſiue mari libet] *Simile illi Virgiliano:*

,, *Aut pelago Danaûm inſidias ſuſpectaq́ dona,*
,, *Præcipitare iubet, ſubiectisq́ urere flammis.*

Adriano] *Pro Adriatico, & poſuit ſpeciem pro genere, more ſuo.* Noricus deterret enſis] *Speciẽ pro genere poſuit, non enim in Norico tantum enſes fiunt. Sed ſic dicitur, ut:*

,, *Leuis innatat albus Miſſa Pado.*

Nec mare naufragum] *Vt, nauifragum Scylaceum, quod ibi naues franguntur.* Et inſani leonis Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro] *Bellè de fabula ſenſus præſenti intentioni neceſſarius conceptus. Ait autem Prometheum limo homines fingere iuſſum, & ex omnibus animalibus particulas homini apponere. Vim leonis ſtomacho appoſuiſſe. Idcirco iracundia magis nos incendi, quàm ulla alia animalia.* Iræ Thyeſten exitio graui] *Iam hoc ἀπὸ παραδείγματος infert, quàm ſit ira atrox, & exitioſa hominibus.* Imprimeretq́ muris Hoſtile aratrum] *Hoc eſt, hæc eadem ira cauſa fuit delendis urbibus, uſq; adeò, ut ubi fuiſſent muri, aratrũ inducerent.* Me quoq; pectoris tentauit feruor] *Me quoq;, inquit, iracundia, calore iuuentæ magis accenſa, incitauit in iambos. Iambici autem uerſus aptiſsimi habentur ad maledicendum, denique & Catullus cùm maledicta minaretur, ſic ait:*

,, *At non effugies meos iambos.*

Recantatis] *Remutatis.* Amica] *Recantari probra dicũtur, cùm contraria probris carmina fiunt in eum, cui maledixerimus.*

CHRIST. LAND. } *Dicolos Ode, nam primus & ſecundus uerſus Alcaicus eſt ex ſpondeo & Iambo, & cæſura pentemimeri, & duob. dactylis ſic.* O' ma, tre pul. chra, filia, pulchrior. *Tertius eſt dimeter Iambicus Hypercatalectus. Quartus Pyndaricus ex duobus dactylis, & duobus trocheis. Scribit autem Palinodiam, id eſt, cantum contrarium priori, nam recantat ea, quæ iratus in amicam ſcripſerat, ut eam ſibi reconciliet. Atq; ita inuectiuã excuſat, ut culpam omnem in iracundiam reijciat. Nihil autem, quod ad artificium pertineat prætermittit. Captat enim beneuolentiam cùm illam pulcherrimã appellat, quo nihil gratius mulieri præſtari poteſt. Deinde carmina in quibus maledixit pro ſuo arbitrio abolenda permittit. Pulchra antiqui pulchrũ, lachrymas & ſepulchrũ eſpirabant. Magnum ergo eſt mulieri ut pulchra ſit, ſed maximum, ut ſit pulchra muliere pulchrior.* Quem criminoſis cunq;] *Id eſt, quemcunq; per tmeſim.* Criminoſis] *Quæ crimina inferant. Crimen enim uitium eſt. Sed & cauſam quandoq; ſignificat. Virg.*

,, *Et crimine ab uno Diſce omnes.*

In hoc ergo confitetur delictum, quæ res ad iracundiam placandam uehemẽter confert. Sic Dauus ille Terentianus ſe crucem meritum fatetur. Eſt tamen quoad id fieri poteſt, poſt confeſsionem adhibenda excuſatio, ut hîc ubi in iram culpam reijcit. Scripſerat autem Iambicis uerſibus, quoniam pes ille uehementiam adfert, & genus dicendi contortum, & concitatiſsimum & accommodatum inuectiuis. Sicq́ illo uſus eſt Archilochus poëta, ut Horat. alibi.

,, *Archilochum propria rabies armauit iambo.*
,, *Hunc ſocci cepere pedes grandesq́ coturni.*
,, *Alterius actum ſermonibus, & populares*
,, *Vincentem ſtrepitus & natum rebus agendis.*

Sine flamma, ſiue mari] *Simile illi. Virgiliano,*

,, *Aut pelago Danaum inſidias ſuſpectaq́ dona*
,, *Præcipitare iubet ſubiectisq́ urere flammis.*

Adriano] *Pro Adriatico, & poſuit ſpeciem pro genere more ſuo.* Non Dyndimene] *Hæc Cybele eſt, & magna mater, dictamq́ eam putant à Dindymo monte Phrygiæ in quo colitur. Sed de hac dea origo breuiter perſtringenda uidetur. Ferũt ergo apud Athlantios uiros iuſtiſsimos Cœlum regnaſſe, cumq́ homines hactenus ſparſim uagantes in unum coëgiſſe, atq; moribus, legibusq́ informaſſe, frugumq́ & aliarum utilium rerum inuentorem fuiſſe, & imperiũ, & occiduas, ſeptentrionalesq́ partes propagaſſe, & quoniam ſiderum diligentiſsimus ſpeculator extitit, multa futura hominibus prædixiſſe, & annum ad ſolis, & menſem ad lunæ reuolutionem inſtituiſſe: quapropter cum è uita migraſſet, diuinis illum honoribus proſecuti ſunt, perpetuumq́ regem putarunt, & de ſuo nomine cœlum appellatum. Suſcepit ex pluribus uxoribus filios 45. ſed ex Titæa quindecim, qui & ſinguli ſingula ſortiti eſſent nomina, tamen communi uocabulo à matre Titanes appellati ſunt. Ipſa autem Titæa propter multa beneficia in mortales collata, terra eſt nominata. Habuit præterea filias, quarum excellentiores fuêre Baſilea, id eſt, regina, & Rhea. Sed Baſilea, quæ natu maior erat, affectu materno omnes fratres enutriuit, propterea magna mater eſt uocitata, & poſt patris ad ſuperos diſceſſum Hyperioni fratri nupſit, ac Solem & Lunã peperit. Hæc eſt igitur magna mater, quæ Cybele & Dyndimene uocatur. Traditur tamen huius deæ & alia Phrygia origo. Dicunt enim uetuſtum Phrygiæ & Lydiæ Meonem, & eum ex Dyndime uxore filiam ſuſcepiſſe, quam nutrire nolens exponendam in ſyluis curauit, quæ diuinitùs à Pardis huiuſcemodiq́ feris, nutrita eſt, donec è muliere paſtoris inuenta, domum abducta, Cybele nominata eſt. Hæc iam adulta, forma, modeſtia ac prudentia excelluit, nam ex pluribus calamis fiſtulam prima ad inuenit, & cymbala, & tympana ad ludos & choreas, & contra pecudum, puerorumq́ morbos remedia tulit, quibus meritis mater proſpera cognominata eſt. Hæc fratris Saturni uxor Iouem, Iunonem, Neptunum & Plutonẽ genuit. Dicta eſt Deorum mater, & datus currus, qui leonibus trahitur, & corona turrita in capite. Nam cùm terra interpretetur, terra turres ſubſtinet. Sed ut ad poëtam quandoq; reuertar, demonſtrat ipſe maiorem furorẽ eſſe in ira, quàm aut in ſacerdotibus magnæ matris, aut Apollinis cum diuino furore concitantur, ergo non Dyndimene, id eſt, magna mater non æquè, id eſt, tantum quatit mentem ſuorum ſacerdotum, cùm illos furore corripit, ut triſtes curæ, id eſt, magnus amor quatiunt mentem amantis. Nam ſacerdotes iſtorum deorum numine correpti uehementer furore exagitantur, ut & Virg. in Sibylla oſtendit, de qua dicit.*

,, *Non uultus, non color unus,*
,, *Non comptæ manſêre comæ.*

Pythius] *Apollo.* Incola ſacerdotum] *Quia plerunq; ſacerdos Apollinis, quæ Pythia dicitur, ipſius numinis furorem in ſe concipiat, ergo eſt incola illius Apollo.* Non liber] *Id eſt, Bacchus, nã & ipſe Bacchantes in ſuis ſacris mulieres (quas à furore Menadas appellant) uehementer concutit.* Corybantes non ſic geminã] *Id eſt, congeminatis ictibus pulſant aëra acuta, id eſt, cymbala & reliqua huiuſcemodi ænea uaſa, quæ pulſata tinnulũ, acutumq́ ſonum emittunt. unde Ouid.*

,, *Tinnulaq́ aëra ſonant, & olent, myrtaq́, crociq́.*

Corybantes quos Ser. & nonnulli alij putent dæmones eſſe, Cybeles miniſtrôs: Diod. illius filios ex Amazonũ ſententia ſcribit. Lactantius autem putat eoſdem eſſe & Curetes, & Latinè lares familiares appellari. Triſtes ut iræ] *Ergo dij, quos nominauit non æquè quatiunt, & perturbent mentes ſacerdotum, ut iræ concutiunt humanas mentes. Quæ iræ adeò uehementes ſunt, ut nullo timore cõpeſci poſsint, non ferro & bello, non etiam marinis tempeſtatibus.* Noricus enſis] *Non ualidiſsimus enſis, qui ex eo ferro, quod in Noricis optimum naſcitur confectus ſit. Norici enim populi ſunt in Alpibus, iuxta Brixiam urbem, apud quos ea ſpecies ferri oritur, quod uulgus Acciaium uocat. Iſti populi inter Rhætos annumerantur. Poſuit ergo ſpeciem pro genere, quemadmodum ſuprà dixit,*

,, *Spicula Gnoſsij calami.——*

Mare naufragum] *Id eſt, in eam tempeſtatem inſurgens, ut nauigantes in naufragium impellat.* Nec ſæuus ignis] *Sæuus, magnus. Virg.*

,, *Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector,*

Vel crudelis, quoniam omnia uorat ignis: unde Virg.

,, *Ilicet ignis edax:*

Et Aegyptij ignem animal eſſe putarunt, & quandiu pabulum inuenia

ueniat uiuere, deinde extingui. Nec Iupiter ruens] *Id eſt, cum impetu deſcendens, cum horrendo tumultu. Intelligit fulmen quod Iupiter contorquet, non ſine horrendo tonitru. Probat iram non facilè poſſe extingui, quoniam in nobis à natura inſita ſit, & quæ à natura ſunt, non poſſunt à nobis penitus auelli, uerum cum poëta ſit, nõ phyſicas affert rationes, ſed fabuloſas. Sed de Prometheo iam diximus. Finxit ergo ſimulachrum ex limo, & immiſit animam cum omnibus potentijs ac uiribus, immiſit appetitum concupiſcibilem, & iraſcibilem, deditq́ illi ex ſue libidinem, ex uulpe dolos, ex lepore timiditatem, ex leone iram, ex alijs item aliud, quod ita finxerunt poëtæ, quia ſola ratio, hominis eſt, perturbationes autem & motus rationi non obtemperantes, ferini potiùs putandi ſunt quàm humani.* Stomacho] *Phyſici in iecore ponunt, ſed poëta reſpexit uſum loquendi, in quo dicimus ſtomachari, pro indignari, & ſtomachum, indignationem, ſed etiam in magna ira quicquid in ſtomacho bili reſidet, efferueſcit, intumeſcitq́.* Inſani leonis] *Quaſi dicat, ea ui ſuperbæ indignationis, qua leones inſaniunt. Vis enim & uim tantum in ſingulari habet. Idemq́ ſignificat apud Latinos, quod apud Græcos ἀνδρεία. Eſt igitur uis fortitudo. Virg.*

» *Inſtat ui pa. p.* *Item uirtus. Virgil.*
» *Et multa ui m. a.*
Item uiolentia. Idem.
» *Fit uia ui r, a, p, q́ t.*

Dicimus etiam uim auri, id eſt, copiam auri. Iræ] *Horum fratrum fabula iam enarrata eſt. Iræ ſcilicet Atrei, quibus ille fratri filios epulandos dedit.* Strauêre] *Quoniam deiecêre & oppreſsêre, nam ut ſecundis rebus elatos uidemus homines, ſic in aduerſis proſtratos.* Et altis urbibus] *Nam ira ciuilis Romam perdidit.* Cur] *Propter quas, aduerbium pro nomine.*

Funditus] *A' Fundamentis. Sunt enim quædam Latina aduerbia in tus, ad ſimilitudinem Græcorum, quæ deſinunt in θεν, ut οἴκοθεν, id eſt, ex domo, ut ſunt diuinitùs, cœlitùs, funditùs.*

Hoſtile aratrum] *Quia priſci aratro in condendis, euertendisq́ urbibus utebantur.* Inſolens] *Quaſi dicat, Victor nam ex uictoria inſolens redditur exercitus.* Me quoque] *Admonet plura ſimul, primo ne miretur illum iratum fuiſſe olim, cùm ipſa nunc iraſcatur, & excuſat iram, quæ uidetur feruori adoleſcentiæ fuiſſe condonanda, & oſtendit poſſe illam ſperare, ne rurſus ipſe excandeſcat cum feruor iuuentutis diſceſſerit.* Dulci iuuenta] *Profectò ætas eſt ſuauiſſima, quia in nulla ætate pleniùs uoluptates percipiuntur.* Feruor pectoris] *Deſcriptio iræ eſt, cùm ipſa ſit accenſio ſanguinis circa cor.* Celeres] *Concitatos, & ueluti torrens decurrens, ſed hæc olim, nunc autem cupio mutare.*

Triſtia mitibus] *Id eſt, pro his quæ triſtia, & amara dixeram, ponere mitia & iocunda, quaſi uelut canere Palinodiam, imitatus Steſichorum Siculum poëtam, qui cùm Helenam ſuo carmine uituperaſſet, proptereáq́ luminibus orbatus eſſet, ex oraculo Apollinis Palinodiam cecinit, ac oculos recepit.*

Recantatis opprobrijs] *Id eſt, in contrarium cantatis. Id enim ſignificat aliquando re in compoſitione, ut retego, reſero, ergo cantatis pro opprobrijs laudibus, probrum uitium eſt, inde opprobrium maledictum, quod propter probrum infertur.*

ERASM. ROTER } *Quod hic poëta multis, Græci uno uerbo exprimunt, παλινῳδεῖν enim dicunt quod eſt, Palinodiam canere, hoc eſt, diuerſum ab his, quæ prius dixeris dicere, atque in contrariam uertere ſententiam. Vnde translatum eleganter Eraſmus ſcribit in Adag. Palinodiam canere.*

LVD. COEL. } Hoſtile aratrum] *Non mihi tempero, quin uetuſtatis morem ſubſcribam, quo euertendis urbibus aratrum inducebatur, ſicut in condendis idem adhiberi conſueuerat. Quod ſignificant Senecæ uerba lib. de Clementia. 1. Deinde (inquit) cædibus in exitia gentium ſerpere, & inijcere tectis ignem, aratrum uetuſtis urbibus inducere. Et Acron interpres condendis (inquit) atq; euertendis urbibus hæc conſuetudo fuit, ut aratro fierent. Vnde Virgil.*

» *Interea Aeneas urbem deſignat aratro.*

Item Cicero de euertenda in Philipp. lib. 2. Vt uexillum uideres, & aratrum circumduceres. In eum quoq; ſenſum accipio illud Propertianum, etiamſi doctiſſimi uiri amplius in eo ſub Mandragora uidentur conſopiti.

» *Mœnia tum Graio Neptunia preſſit aratro*
» *Victor Palladiæ ligneus artis equus.* *Cœl. lib. 14. cap. 5.*

HENR. GLAR. } Imprimeretq́ muris hoſtile aratrum] *Porphyrio, exponens hæc uerba, ita ait: Hæc eadem ira, cauſa fuit delendis urbibus, uſque adeò, ut ubi fuiſſent muri, aratrum inducerent. Acro autem condendis, inquit, atque euertendis ciuitatibus, hæc conſuetudo fuit, ut aratro fierent. hæc ille. Adijcit autem cùm ex Virg. tum ex Cicerone utriuſq; rei exemplum: quorum quod ex Virg. nulli non notum. Quod autem ex Cicerone ſuſpectum mihi. Neque enim ullum eius rei exemplum in hiſtoricis Romanis, quod ſciam, legitur. Sed ut ut hoc habeat, illud quod hic Poëta ponit, mihi de Ariete dictum intelligitur, eleganti per Iouem metaphora. Ideóq; adiecit hoſtile. Vide quid annotauerit Cœlius lib. 14. cap. 5.*

HERMAN. FIGVL. } Matre pulchra] *Amari rurſus cupiens à puella, formam eius commendat, obſeruans præceptum Ouidij, quod ita amatoribus præſcribit:*

» *Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos,*
» *Et teretes digitos, exiguumq́ pedem.*
» *Delectant etiam caſtas præconia formæ,*
» *Virginibus curæ eſt, gratáq; forma ſua.*

Quem criminoſis cunque uoles] *Artificioſè liberum permittit, quocunque modo uoluerit, abolere id, quod eam offenderat: nam ineſt mulieribus naturalis quædam procliuitas ad ulciſcendum & perſequendum iniurias.*

Criminoſis iambis] *Quia carmen Iambicum erat maledicum, & conuitijs aptum. Sic dictum παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, quod eſt maledicere, proſcindere, ab ἰάπτω. Cuius etiam rationem reddit Ariſtoteles: ἐν τῷ μέτρῳ ἰαμβίζον ἀλλήλους. Huius carminis inuentionem Archilocho tribuunt. Horatius in arte:*

» *Archilochum proprio rabies armauit Iambo.*

Hic tanta fuit mordacitate, ut Lycamben ſocerum ſuum ad ſuſpendium compulerit. Ouid.

» *Tincta Lycambeo ſanguine tela madent.*

Mari Adriano] *Adriaticum, mare eſt Europæ interius, aliâs mare ſuperum, cuius latus Illyris occupat, ſi Pomponio credimus.*

Non Dindymene] *Oſtendit nullum furorem tantopere mentem perturbare atq; concitare, ut iram. Ariſtoteles dicit, iram nonnullos ad inſaniam, furoremq́; impellere. Iram Ennius inſaniæ principium eſſe dixit. Horatius noſter, epiſtol. 1. breuem furorem appellat: rationem enim hominis prorſus aufert. Ideóq; rectè dicit Cicero in Officijs: Ira nihil rectè, nihil conſideratè fieri poſſe: & prohibendam maximè iram in puniendo. Nunquam enim iratus, qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter nimium & parum.*

Dindymene] *Cybele, à Dindymis, monte Phrygiæ ſic dicta, in quo Galli ſacerdotes furore perciti, ſacra eius celebrant. Diodorus libro quarto, ſcribit, Cybelen amore Atys adoleſcentis inſanam effectam, in publicum prodiſſe, pſallentemq́; cum Tympano, ſolam per uniuerſam patriam, ſparſis capillis, deambulaſſe. Eandem fabulam attingit Lucianus in quodam Dialogo, ubi ſic Venus alloquitur Cupidinem:*

Καίτοι τὴν Ῥέαν αὐτὴν γραῦν ἤδη, καὶ μητέρα τοσούτων θεῶν, ἀνέπεισας παιδεραστεῖν, καὶ τὸ Φρύγιον μειράκιον ποθεῖν. καὶ νῦν ἐκείνη μέμηνεν ὑπὸ σοῦ. καὶ ζευξαμένη τοὺς λέοντας, παραλαβοῦσα καὶ τοὺς Κορύβαντας ἅτε μανικοὺς, καὶ αὐτοὺς ὄντας, ἄνω καὶ κάτω τὴν Ἴδην περιπολοῦσιν. ἡ μὲν ὀλολύζουσα ἐπὶ τῷ Ἄττῃ. Et reliqua, quæ ibidem de Corybantum inſania tradit. Hanc fabulam deſcribit prolixè Catullus eo carmine, cuius initium: Super alta uectus Atys celeritate maria. Cybeles conſiderationem, & mythologiam totius fabulæ, eleganter Lucretius libro ſecundo, exponit.

Mentem ſacerdotum] *Nam Apollo uatum mentes in furorem uertit diuino afflatu, quem ἐνθουσιασμὸν, Græci uocant. Et propterea ſemper ambigua ac confuſanea ediderunt oracula. Rabiem Sibyllæ Phœbi numine afflatæ, pulchrè deſcribit Virg. lib. 6. Aen.*

Pythius]

Pythios] *Apollo cùm Pythonem ſerpentem ſagittis interfeciſſet, ab eo Pythius fuit cognominatus, & Pythij ludi, ad æternam tantæ uictoriæ memoriam inſtituti. Ouid. lib. 1. Metamorph.*

„ *Ne'ue operis famam poſſet delere uetuſtas,*
„ *Inſtituit ſacros, celebri certamine, ludos*
„ *Pythia, per domitæ ſerpentis nomine dictos.*

Non liber æquè] *Nam Bacchi quoque miniſtri in furorem acti, ſacra eius celebrant tympana, pulſantes, ſtrepẽtes & ululantes. Vinum enim inſaniam mouet. Sacra Bacchi lepidè deſcripſit Ouid. libro 3. Transfor. in fine.* Sic geminant Corybantes æra] *Corybantes ſacerdotes erant Cybeles, qui furijs agitati, in Ida monte ſaltando, capute iactando, & cymbalorũ tinnitu ſacra eiuſdem Deæ faciebant, alios item in ſimilem agentes rabiem. Lucretius:*

„ *Tympana tenta ſonant palmis, & cymbala circum*
„ *Concaua, rauciſonoq́ minantur cornua cantu,*
„ *Et Phrygio ſtimulat numero caua tibia mentem.*

Quas neq Noricus] *Declarat nihil eſſe intractabilius, implacabilius, uehementiusq́ ira, adeò ut nullis periculis domari poſſit, ſed quæq horrenda cõtemnat.* Noricus enſis] *Ex ferro, quod in Noricis optimum (authore Plinio) creſcit.* Fertur Prometheus] *Fingit Promethea iuſſu deorum primum hominem ex terra formaſſe, atq ex omnibus animalibus aliquam particulam ei addidiſſe, ex leone autem iracundiam Ouidius:*

„ *Siue recens tellus, ſeductaq́ nuper ab alto*
„ *Aethere cognati retinebat ſemina cœli.*
„ *Quam ſatus Iapeto miſtam fluuialibus undis*
„ *Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.*

Iræ Thyeſten] *Probat exemplis, iram eſſe ſæuam, & mortalium generi pernicioſam. Nam Thyeſti grauiſſimo fuit exitio. Cùm enim Aeropen, Atrei fratris uxorem, corrupiſſet, & ab illa aureum arietem abſtuliſſet, ab Atreo bello ſuperatus, regno pulſus eſt. Vide comment. Homeri Iliad. β.* Altis urbibus ultimæ] *Oſtendit iram ſæpe fuiſſe cauſam, cur potentiſſimæ ciuitates ſint euerſæ. Sic propter ſtultorum regum æſtus, duriſſimum bellum decem annis inter Troianos & Græcos geſtum, tandemq́ Troiam funditus perditam, legimus.* Hoſtile aratrum] *De ariete eleganti metaphora intelligendum hoc exiſtimat Glareanus, ideoq́ adiectum hoſtile. Fuit enim aries machina belli, qua muri concutiebantur, frangebanturq́. Cicero. Quamuis murum aries percuſſerit.*

Compeſce mentem] *Hortatur amicam ut iram reprimat, ne in eundem incidat furorem, quo ipſe adoleſcens motus, contumelioſa in eã ſcripſerit carmina.* Mitibus mutare quæro triſtia] *Hoc eſt, iracundiam in blanditias conuertam, & prius te uituperatam laudabo, dummodò amoris redintegrandi ſpem mihi facias.* Recantatis opprobrijs] *Reuocatis & in contrarium uerſis maledictis. Et alludit ad Græcam uocem, παλινῳδία, quæ ſonat, quaſi dicas, recantationem.*

THEOD. PVLM. } 4 *Hadriano, pro* Hadriatico, *G. Adriano, H.E.B. & Turneb lib. 21. cap. 15.*

1 ANT. MVR. } 1 O' nauis] *Aliud agebat Quinctilianus, cùm tradidit in hac Ode populũ Romanũ nauis nomine intelligi, multa enim hic ſunt, nullo modo ad populum Romanũ referri queunt. Sed non eſt inuſitatũ, magnis interdum uiris eiuſmodi nonnulla excidere.* 15 Tu nisi uentis Debes ludibrium, caue] *Debere ludibrium, Græcũ loquendi genus eſt: ita enim illi dicunt, ὀφλισκάνειν γέλωτα ὀφλισκάνειν μωρίαν, & ſimilia. Lucianus in Ioue tragœdo: ἐν πλήθει δὲ εἰπεῖν ἀτολμότατός εἰμι, καὶ τὴν φωνὴν ἰδιώτης, καὶ μιξοβάρβαρος. ὥστε γέλωτα ὀφλισκάνειν ἂν ὑπὸ ἐν ταῖς συνουσίαις. Euripides Alceſtide:*

„ *Αἰνῶ μὲν αἰνῶ. μωρίαν δ' ὀφλισκάνεις.*
„ *Idem Iphigenia in Tauris:* ἀν' ἐξ ἐνὸς—
„ *κακῶ συνάψει. μωρίαν τ' ὀφλισκάνει.*

GEORG. FAB. } *Oda eſt* ἀντιθετικὴ, *quia purgat ſe, quòd ira peccauerit, & iram eſſe naturalem ait. Primùm iubet aboleri criminoſa carmina ſua, deinde* μετάθεσιν *adhibet, poſtremò pro acerbis ſe blandiora ſcripturum pollicetur, & oda ſequente eundem rus ſuum inuitat. Argumentum Comicum.*

„ *Labaſcit, uictus uno uerbo, quàm citò.*

Scribit Palynodiam Tyndaridi amicæ, ut Steſichorus Siculus lyricus, ſcripſit Helenæ. Ficto nomine Tyndaridis, imitationem prodit, nam Tyndari filia, Helena fuit: & aptiſſimè de Leda & Helena,

„ O' *matre pulchra filia pulchrior.*

Prometheus primum hominẽ è luto madido finxit, quod Græci tradũt: mẽbra affectusq́ è uarijs animantiũ mẽbris addidit, quod eiuſdẽ Steſichori eſt, inuẽtũ mirabile, ut nõ de ſuo hoc addiderit Horat.

IOD. BAD. ASCENS. } O' matre pulchra, &c. Palinodia] *Id eſt, recantatione, fingit ſe uelle ſibi reconciliare amicam carmine famoſo læſam, & propterea ira excandeſcentem: occaſione cuius damnat iram: docetq́ quanta ſit eius pernicies, & quæ mala iram ſubſecuta ſint, ut uerius iram damnare, & proſcribere, quàm amicam placare uelle cenſeatur: utrumque tamen facere uelle uidetur. Dicit autẽ in gratiam puellæ.* O' filia pulchrior id eſt, formoſior matre pulchra] *Scilicet, tua quam fortaſsis turpem, & turpioris filiæ matrẽ dixerat.* Tu pones] *Id eſt, cõſtitues.* Iambis] *Id eſt, iambicis carminib.* Criminoſis] *Id eſt, criminationes & execrationes inferentib.* Quemcunq modũ] *Id eſt, finem durationis: hoc eſt, exitiũ et exterminationẽ uoles: ſeu libet ſupponere ipſis modum.* Flamma] *Id eſt, per ignẽ: ſiue mari Adriano, quod ſæuũ eſt, & ſuperũ dicitur, quòd ab oriente Italiã alluit. Hoc eſt ego dedo tibi carmina mea iambica & maledica, ut deleas & perire facias ea, ſiue per ignẽ, ſiue per aquã ut libuerit.* Dummodo irã remittas] *Quã remittendã docet.* Quis Dyndimene] *Id eſt, Cybeles magna mater deûm.* Nõ quatit] *Id eſt, cõcutit.* Mentẽ ſacerdotum] *Id eſt, Gallorũ à Gallo flumine Phrygiæ dictorum.* Aequè] *Id eſt, æqualiter.* Aut tantũ] *Quantũ faciunt iræ.* Adytis] *Id eſt, ſecretis penetralib. quæ nemini præterquã ſacerdotibus ingredi licebat: ingreſſos autem furor diuinus corripiebat.* Et Pythius] *Scilicet Apollo Delphicus.* Incola] *Id eſt, aduena & aliunde accitus ea loca, uatesq́ incolens.* Et liber] *Id eſt, Bacchus qui baccãtes furore incẽdit: non quatit æquè mentẽ ſacerdotũ, & corybantes Cretæ populi Cybelis miniſtri ſacro quoq furore rapi ſoliti.* Nõ geminant] *Id eſt, præ furore crebrò percutiũt, & crepare faciũt.* Sic æra.] *Id eſt, uaſa ærea: ut peluis & tintinabula.* Acuta] *Id eſt, acutè ſonãtia: ut iræ triſtes ſuper quatiũt & corripiũt.* Dicit autẽ triſtes] *Quia amãtiũ iræ redintegratio amoris eſt.* Iras neq enſis Noricus] *Id eſt, duriſſimi ferri.* Quod Noricis] *Id eſt, populis illis Alpinis eſt: aut Amazonia ſecuris, qua Vindelicos armari dicit: Ode 4. li. 4. nec mare naufragũ, nec ignis ſæuus, nec Iupiter ipſe qui cũcta fulmine terret.* Ruens] *Id eſt, præcipitanter cadẽs, tremendo.* Tumultu] *Scilicet tonitru cũ fulmine deterret, ſcilicet ab impetu aut uindicta.* Fertur Prometheus]. *Docet quomodo ira tã uehemẽs innata ſit pectorib. humanis: quod quia poëticè facit: bene dicit fertur. ſicut & Maro, ut perhibẽt: ut fama eſt, &c. Docet deinde exitia propter irã facta. Vnde ordo eſt.* Prometheus qui primũ hominẽ ex luto finxit: fertur coactus addere. *id eſt, ut adderet.* Limo principi] *Id eſt, primo homini ex limo formato: coactus aũt erat à Pandora, aut Mercurio à Dijs miſſo.* Particulã deſectã] *Id eſt, deciſam.* Vndiq] *Id eſt, ab omnibus animalib. & aſtris.* Vnde microcoſmos] *Id eſt, paruus aut minor mũdus dicitur homo, quia cũ omnib. participat: & fertur coactus appoſuiſſe.* Stomacho noſtro] *Id eſt, humano.* Vim] *Scilicet iracũdiæ.* Leonis inſani] *Id eſt, rabidi & furore in inſaniẽtis.* Iræ] *Scilicet Atrei.* Strauere] *Id eſt, proſtrauerũt: Thyeſten fratrẽ eius graui exitio: quia proprios filios illi edendos appoſuit Atreus. Et iræ ſtetêre ultimæ cauſæ, altis urbibus cur perirent, id eſt, ob quas altæ urbes, ut Ilion, Thebæ, Corinthus.* Numantia] *Carthago, & ſimiles euerterentur.* Et cur exercitus inſolens] *Id eſt, immodeſtè utens uictoria.* Imprimeret muris] *Id eſt, ubi prius fuerant muri: quorũ cõſtructio prima fiebat aratro, unde & deſtructio, & euerſio ſuprema eodem fiebat.* Aratrum hoſtile] *Quia ad euerſionem ab hoſtibus inductum, cum prius ad conſtructionẽ ædificatores aratrũ amicum induxerint. Et ideo ô amica, compeſce mentem.* Feruor pectoris] *Id eſt, calida bilis ſtomachi mei.* Tẽtauit] *Id eſt, affecit.* Quoq] *Id eſt, etiã me.* In dulci iuuenta] *Scilicet amore ardens, ægrè ferre abs te excludi. Et miſit me furente in iambos celeres, id eſt, ad deſcribendos uerſus Iambo conſtantes: qui, quia pes eius eſt, iratis congruit.*

unde ut uiſum eſt dicitur in arte. *Archilochum proprio rabies armauit Iambo*, quia pes citus eſt. Vbi annotabis Iambum triſſyllabam eſſe, uocem tam in proſa, quàm in carmine: unde peccauit, qui dixit. Iambo uel nulla, uel tantum tertia detur. Ego quæro] Id eſt, conor. Nunc mutare triſtia] Scilicet dicta aut ſcripta. Mitibus] Quia ſermo mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem. Dum] Id eſt, dummodo, quaſi dicat, nihil aliud quæro: quàm ut fias mihi amica. Et hoc opprobriis] Id eſt, contumelijs in te dictis. Recantatis] Id eſt, per Palinodiam ſeu recantationē contrarium canendo reuocatis, & deſtructis, & reddas mihi animum, quem læſa auertiſti.

ANT. MANCIN. } Amicam poëta alloquitur dicens. ſiue igni, ſiue aqua: ſeu uti placuerit Iambos deſtruat: quos olim in eam furore ductus ediderat. Deinde ipſius furoris & iræ effectus oſtendit. Nouiſsimè uero mutando triſtia: mitia ſe facturum fatetur, dummodo mutato carmine Iambis contrario, id eſt. ſcriptis laudibus ſibi amica fiat. Imitatus autem Steſichorum Lyricum poëtam Siculum eſt: qui uituperationem Helenæ ſcribens, cæcatus eſt. Poſtea uerò reſponſo Apollinis eiuſdem laudes deſcripſit: quare oculorum aſpectum recepit. De quo ipſe Horatius etiam in Epodo penultimo meminit, ibi ſcilicet,

„ *Infamis Helenæ Caſtor, &c.*

Eſt autem παλινῳδία, id eſt, Recantatio contrarius cantus. πάλιν enim iterum, & retro ſignificat, ᾠδὴ cantus dicitur. fit autem quum malè de quopiam ſcribentes: deinde reſcribentes bene de eodem ſcribimus. O' matre pulchra filia pulchrior] Ode eſt tricolos tetraſtrophos. Eſt enim metrum duobus uerſibus Alchaicum. Tertius Archilochius Hypercatalecticus. Quartus Pindaricus eſt. De quibus latè Ode nona. Eſt enim hæc illi ſimilis. Ne Criminoſis] Probroſis & maledicis. Modum] Finem. Iambis] Iambicum carmen eſt maledicum, ab iambimin, quod eſt maledicere, ut ſcribit Diomedes. Eius inuentor Archilochus fuit. hinc Oratius in arte inquit,

„ *Archilochum proprio rabies armauit iambo.*

Scripſit enim contra Lycambem ſocerum ſuum abnegata eius filia ſibi antè ſponſa, ἰαμβίζω aperimus, ut ſcribunt alij, eſt iniurior, uitupero, uiolo, caſtigo. Mari Hadriano] Hadriaticum mare in dextro latere Illyricos habet, in ſiniſtro uerò Italiam. Cuius pars eſt Ionius ſinus, ut Strabo docet libro 5. Quòd dixerit autem Horat. hoc loco Hadrianum pro Hadriaticū: ſecutus eſt Plinius eum libro 3. cap. 14. de Piceno ſcribens, ita inquit: ubi nunc ager Hadrianus & Hadria colonia à mari. 7. millibus paſſuum. Titulo uerò. 17. ab Hadria Hadriaticum mare appellatum ſcribit. Strabo item lib. 5. ubi de Rauenna meminit: inquit. Hadriam quidem inclytam ciuitatem fuiſſe memoriæ proditum eſt: à cuius nomine & ſinus appellatus eſt Hadriaticus. Dyndimene] Ordo eſt: non Dyndimene, non incola Pythius, nō liber æquè in Adytis concutit mentem ſacerdotum, Dyndimene. Strab. libro 14. ſcribit Dyndima montes eſſe in Theſſalia. In quo loco eſt Dyndimenæ matris Deûm fanum, & libro 12. ait: quòd in Phrygia urbs erat Piſinus nomine: emporium regionis habebat & templum maximum magnæ uenerationis matris Deûm. Sacerdotes olim præpotentes quidam erant. Sacerdotium maximum habebant, Romani templum celebre reddiderunt: accerſita inde Deæ ſtatua, quemadmodum ea, quæ Aeſculapij erat ex Epidauro. Mons quidem urbi imminebat nomine Didyma: à quo Didymena dicta eſt. Prope Sangarius amnis fluit: ſecus quem erant antiqua Phrygum domicilia: ut Mydæ, &c. hæc ex illo. Corybantes autem ut idem ait lib. 10. Cretæ populi, Cybeles miniſtri, erant inter quos fuiſſe tradunt quoſdā ſpiritibus afflatos & Bacchaicos, cum ſtrepitu ac fragore, cymbaliſq́ ac tympanis & armis. item, etiam tibijs & uociferationibus inter ſacrificandum ſtupefacientes. Inq́ miniſtrorum habitu publica modo quodam ſacra factitantes. Adytis] Id eſt, penetralibus. Dicitur autem aditum ab ἀ quod eſt ſine, & δύω ingredior, quaſi ſine aditu & ingreſſu. Non enim omnibus patet penetraliū adytus. Incola Pythius] Id eſt, Apollo, qui Pythius dictus eſt ab Pythone ſerpente: quem occiderat. Pytho autem dictus eſt à πύθω quod eſt putredo uel putrefactio: quoniam ex putredine terræ poſt diluuiū generatus eſt. Macrobius uerò lib. 1. Satyr. fabulam ipſam aperit latè. Incola Py.] Id eſt, aduena. Nam Cicero in lib. de Nat. deor. Apollinum numero ſic ait. Tertius Ioue tertio natus, & Latona: quem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. Diodorus item lib. 6. ſic ait. Eodem modo plurimū temporis Apollo circa Delum ac Lyciam, Delphosq́ uerſatus eſt. Subiūgit poſtea, quòd ab loco ac geſtis Delium ac Pythium appellarunt. Herodot. lib. 2. etiam oſtendit quòd Apollo Delphis morabatur his uerbis. Poſt hæc ingentibus hoſtijs Deum, qui eſt apud Delphos exorandum ſtatuit: uidelicet Crœſus: optimè igitur. Pythius incola] Id eſt, habitator Delphorum. ſcilicet. Vel incola ſcilicet eorum ſacerdotum, tunc enim eos incolit: quum eius ſpiritu afflati ſunt. Liber] Apollinem & Liberum patrem unum, eundemq́ Deum eſſe aſſeuerat Ariſtoteles: ait enim in Thracia fuiſſe adytū Libero conſecratū: ex quo reddebantur oracula. Sed in hoc adyto uaticinabantur plurimo mero ſumpto: uti apud clarū aqua pota effabantur oracula. Item Bœotij Parnaſum montem Apollini conſecratum eſſe memorantes: ſimul tamen in eodem & oraculum Delphicum, & ſpeluncas Bacchicas uni Deo conſecratas colebant. Hæc ex Mac. lib. 1. Sat.

„ *Triſtes ut iræ:*

Philoſophus lib. 7. Eth. etiam ſcribit. Iram corpus manifeſtè permutare: nonnulloſq́ in furorem ac inſaniam adigere. Noricus enſis] Norici incolæ ſunt Alpium, ut Plin. ſcribit lib. 3. Idē quoq́ lib. 34. cap. 18. ſcribit in Noricis eſſe ferri uenam laudabilis. Tumultu] Id eſt, tonitru & fulmine: quum enim in nube luctatur flatus, aut uapor, tonitrua eduntur. Si erumpat ardens, fulmina. Si longiore tractu nitatur, fulgetra: his finditur nubes, illis perrūpitur. Plin. lib. 2. Prometheus] Id dici poteſt prouidens, uel prudens. Idem enim Prometheus ſignificat. Prometheo uero prouideo. Promethia, prouidentia ſeu prudentia. Euſebius autem ſcribit, quòd anno mundi. 3510. Argis regnante Argo ſecundum quorundam opinionē fuit Prometheus: à quo homines factos eſſe commemorant: & reuera cùm ſapiens eſſet feritatem eorum, & nimiam imperitiam ad humanitatem & ſcientiam transfigurabat. Hæc ex Euſebio. Lactantius uerò ſcribit Prometheū primum ſimulachrum ex luto componere inueniſſe. Principi limo] Id eſt, primo hominis ſimulachro ex limo facto. Vndiq́] Id eſt, ex cunctis ferè animalibus. hinc Leonis uim ſtomacho appoſuit, à lepore timorē accepit: ab uulpe aſtus, etc. Inſani leonis] Plinius autem ſcribit: rarò leonem placidum eſſe, nam crebrior eius iracundia. Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro] Claudianus de quarto conſulatu Honorij ſic ait:

„ *Iram ſanguinei regio ſub pectore cordis*
„ *Protegit, imbutam flammis, auidamq́ nocendi*
„ *Præcipitemq́ ſui rabie ſuccenſa tumeſcit.*

Thyeſten] Iræ Atrei Thyeſten ſtrauêre. Atreus enim eius frater Thyeſtæ filios edendos appoſuit iratus: quòd ille cum uxore ſua coiuiſſet. De quo latiùs in Ode. 6. iam diximus. Altis urbibus] Vt Ilio Thebis, Athenis. Sagunto] Carthagini. Non ſontis & inſolens] Id eſt, impudens & audax, quandoq́ non ſolens: ut Marcellus ſcribit. Me quoq́] Excuſat poeta ſeipſum, quòd olim Iambos ſcripſerit furore quodam in illam. Celeres Iambos] Idem in arte ait: Syllaba longa breui ſubiecta uocatur Iambus. Pes citus unde etiam trimetris accedere iuſsit nomen Iambeis: cùm ſenos redderet ictus, ait autem eo loco Porphyrio quæri ſolere cur Trimetri appellentur Tragici Iambi cùm ſenos accipiant pedes, quoniam ſcilicet tanta breuitas eſt pedum: ut iuncturæ binos complectantur pedes. Acron uerò ſcribit: Horatium uoluiſſe Iambum citum intelligere ſex pedum uerſum. Mitibus, Dulcibus, Placidis, Iucundis.

Recantatis opprobrijs: in contrarium cantatis criminibus & maledictis.

ODE

ODE XVII. AD TYNDARIDEM, DE LAVDIBVS AGRI SABINI ET Montis Lucretilis.

παραινετική.

Ode X V I I. *Tricolos tetraſtrophos,ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.*

— υ— – —υυ —υυ
— υ— – —υυ —υυ
— υ— — υ— –
—υυ —υυ —υ – —.

ARGVMENTVM IN ODEN XVII.

Tyndarim puellam, quam prius Iambis offenderat, inuitat ad rus ſuum, quod in Sabinis habebat, ut illi pleniùs ſatisfaciat. Quo autem faciliùs perſuadeat, laudat illud ab eo, quod dij eo ſeceſſu delectētur, à pecudum & rerum omnium copia, ab amœnitate & ſecuritate, qua tuta erit ab ebrioſorum iuuenum petulantia: & Cypri riualis iniuria.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Opes ſuas oſtendit Poëta, quando Tyndaridem puellam in rus ſuum inuitat, ubi tam omnia ſint amœna, ut etiam Faunus relictis proprijs ſedibus illûc eat. Vnde ſumma fertilitas demonſtratur Lucretilis, ob aëris clementiam, fœcundius omnia producentis.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Tyndaridem amicam, paulò antè carmine maledico offenſam, in agrum ſuum Sabinum uocat. Et quò faciliùs ei perſuadeat, laudat ſui ruris ſecuritatem, omnium rerum copiam, & amœnitatem.

COMMENTARIA.

VELOX amœnum ſæpe Lucretilē
Mutat Lycæo Faunus, & igneam
Defendit æſtatem capellis
Vſq; meis, pluuioſq; uētos.
Impunè tutum per nemus arbutos
Quærunt latenteis, & thyma deuiæ
Olentis uxores mariti:
Nec uirideis metuunt colubros,
Nec Martialeis hœdilia lupos:
Vtcunq; dulci Tyndari fiſtula
Valles, & Vſticæ cubantis
Leuia perſonuēre ſaxa.
Dij me tuentur: Dijs pietas mea,
Et Muſa cordi eſt: hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.
Hîc in reducta ualle, Caniculæ
Vitabis æſtus, & fide Teia
Dices laboranteis in uno
Penelopen, uitreamq; Circen,
Hîc innocentis pocula Lesbij
Duces ſub umbra: nec Semeleius
Cum Marte confundet Thyoneus
Prælia: nec metues proteruum
Suſpecta Cyrum, ne malè diſpari
Incontinenteis inijciat manus,
Et ſcindat hærentem coronam
Crinibus, immeritamq; ueſtem.

ACRON.

VELOX amœnum ſæpe Lucretilem] *Ad Tyndarida* παραινετική, *Ode Tricolos tetraſtrophos. Metrum duobus uerſibus Alcaicū. Tertius dimeter iambicus hypercatalectus. Quartus Pindaricus. Et hanc Oden recantando ad Tyndarida ſcribit Horat. cui ut plenè ſatisfaciat, inuitat eam in fundum ſuum, quem in Sabinis habebat. Dicit ergo contempto Lycæo, monte Arcadiæ, ueniſſe ad Lucretilem mōtem Faunū, quem quidam Inuū uocant. Lucretilis autē mons in Sabinis eſt: ſed hic magis Pana, pro Fauno uoluit intelligi, nam & capellas ſuas eum cuſtodire dicit. Ergo magis ille ordo eſſe debuit. Lucretili Lycæum mutat, & eſt* ὑπαλλαγή, *niſi ex hoc ipſo Lycæo Lucretilis comparetur; quòd utrunq; ſæpius commutet.* Defendit æſtatem] *Remouet æſtus & frigora prohibet ut,*

„ *Solſtitium pecori defendite.*

Vſq;] *Continuè.* Pluuioſq; uentos] *Pluuiam ferentes, tempeſtuoſos.* Impun.] *Sine damno.* Arbutos] *Arbutum quem uulgò appellant, libentius capræ perſequuntur ad paſcendum, ut:*

„ *Dant arbuta ſyluæ:*

Et alibi:

„ *Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis.*

Deuiæ] *Errantes, paſcentes, ut:*

„ *Rara per ignotos errant animalia montes.*

Olentis] *Grauis enim hircorum, & caprarum odor. Ergo olentis, fœtentis, ut:*

„ *Herbas cōtundit olentes, &c.*

„ *Graue olentis centaurea.*

Vxores] κυριολογία *eſt, ut Virgil.*

„ *Vir gregis ipſe caper,* Et:

„ *Quem legere ducem, & pecori dixēre maritum.*

Nec Martiales] *Martis, dicatos tutelæ, ut Virgil.*

„ *Martius à ſtabulis rapuit lupus.*

Hœdilia] *Septa hœdorum, per continens id, quod continetur, ſynecdochicôs.* Vtcunq;] *Quandocunq;, aut quotienſcunq;. Ordo eſt:* Tyndari utcunq; perſonuerunt ualles, & leuia ſaxa cubantis Vſticæ dulci fiſtula, nec metuunt uirides colubras, nec hœdilia Martiales lupos. Vſticæ] *Nomen montis & uallis: Idem in epiſtolis, de ſitu eiuſdem uallis:*

„ *Continui montes, niſi diſſocientur opaca Valle.*

Cubantis] *Depreſſæ, ut:*

„ *Megarosq; ſinus, Tapſumq; iacentem.*

Leuia] *Leuigata, plana, ut:*

„ *Illa cadens raucum per leuia murmur*

„ *Saxa ciet,—* Et:

„ *Tu tamen è leui rimoſa cubilia limo*

„ *Vnge fouens circum.*

Dijs pietas mea, & Muſa cordi eſt] *Id eſt, carmen meū placet Dijs. Hoc uult dicere, quod quotieſcunque in agro fiſtula perſonaret: tunc agrū ſuum nec imbribus ablui, nec ſiccitate torreri: ſe autem numinibus curæ eſſe & honori.* Hinc] *Id eſt, de Sabino fundo, nam loci eſt.* Manabat] *Abundabit.* Opulēta cornu] *Metaphora à cornu Fortunæ, quo dicitur diuitias conſueſſe ligari.*

ligari Hîc in reducta] *Secreta, refrigerata,ut:*

„ *Temtuſq; in ualle reducta.*

Caniculæ] *Canicula ſtella eſt in ore canis.* Vitabis æſtus] *Nimios alores,ut:*

„ *Findit canis æſtifer arua.*

Et fide Teia] *Aut chordis, hoc eſt, fidibus Lyricis: aut à ciuitate Arcadiæ Anacreontis poëtæ,ut in Epodo:*

„ *Anacreonta Teium.*

Dices] *Cantabis per cytharam.* In uno] *Id eſt, amore Vlyſsis.* Vitreamq; Circen] *Aut pulchram, aut procurato lucentem nitore, ut mari uicinam.* Et Lesbij] *Optimi uini, à Leſbo inſula: & eſt ſpecies pro genere.* Nec Semeleius] *Patronymicon eſt. Thyone autem mater Semeles dicta eſt matris Liberi patris. Dicit ergo per uinum rixam nõ futuram inter ſe. Thyoneus autem filius Liberi fuit, qui in Chio inſula regnauit, pater Thoantis regis, cuius filia fuit Hypſiphile, quæ coniuratione facta aduerſus uiros ſola parentem ſeruauit, quam fabulam Statius narrauit in ſuo carmine.*

Nec proteruum Suſpecta Cyrum] *Id eſt, non eris ſuſpecta de eo. Alterius amatoris uocabulum ſub uituperatione memorauit. Cyrus hic riualis fuit Horatij, ſed deſpiciebatur à Tyndaride.* Diſpari] *Tibi in amore non conſentienti.* Incontinentes] *Petulantes, uel ad læſionem, uel ad damna promptas, quod per amoris furorem quidam habere ſolent.* Hærentem coronam] *Pro ornatu mulie bri poſuit, ut Virg.*

„ *Colloq; monile Bacchatũ, & duplicem gemmis auroq; coronã.*

PORPH. } Velox amœnum] *Hac Ode ad Tyndaridẽ ſcribitur, cui plenè cupiens ſatisfacere poëta, inuitat eam in fundũ ſuum, quem in Sabinis habebat.* Velox amœnum ſæpè Lucretilem mutat Lycæo Faunus] *Ea figura hoc dictum eſt, qua illud apud Virgil.*

„ *Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.*

Senſus eſt autem, relicto Lycæo monte Faunus in Lucretilem uenit. *Lucretilis autem mons eſt, in Sabinis.* Defendit æſtatem] *Ita dictum, ut Solſticium pecori defendite, ſignat autem prohibere.* Olentis uxores mariti] *Venuſtè capras dicit uxores olentis mariti, quia hirci, quorum uxores ſunt, malè olent, id eſt, fœtent. Olentis ergo nõ ſimpliciter accipiẽdũ, ſed grauiter olẽtis, ut illud eſt:*

„ *Allia, ſerpillumq; herbas contundit olentes.*

Nec uirides metuunt colubros] *Viridis, id eſt, ſubtilis & tenuis, σχῆμα λιτότητα cùm minùs dicitur, plus intelligitur, ac ſi dicas, non indoctum hominem, quem uelis intelligere doctiſsimum.* Nec Martiales hœdiliæ lupos] *Et hîc metuent audiendum, quia ſic ſe habet ſenſus:* Nec colubras metuunt hœdiliæ, nec lupos, quos Martiales ait, quòd in tutela Martis ſint. Vtcunq; dulci Tyndari fiſtula, Vallis & Vſticæ cubantis Leuia perſonuêre ſaxa] *Vtcunq; pro quandocunq. Senſus eſt.* Quandocunq; cantu fiſtulæ Fauni Vſticæ montis ſaxa reſonuerunt, metu colubrorum, & luporum, capræ meæ liberantur. *Faunus enim eas in honorem meum tuetur.* Vſticæ cubantis] *Vſtica mons in Sabinis, quem cubantem ſuauiter dixit, ad reſupinam regionem eius attendens.*

Hinc tibi ad plenum manabit] *Ordo eſt,* Hinc tibi manabit ad plenum opulenta copia benigno cornu: *uidelicet copioſo, & diuite: nam cornu uidetur ſignificare Fortunæ, quod Hercules detractum Acheloo, uictor dicitur donaſſe Fortunæ, idq; etiam uulgò Cornucopiæ dicitur.* Ruris honorum] *Id eſt, copijs ruſticis.*

Et fide Teia dices laborantes] *Anacreon Lyricus poëta Teius fuit, id eſt, ab urbe Teia, quam in Paphlagonia eſſe, Salluſtius indicat, cùm de ſitu Pontico loquitur. Fides autem chordæ dicuntur, unde & fidicinas Comici dicunt cithariſtrias. Repromittit ergo amicæ in agello ſuo, ſe in eam Lyricum carmen decantaturum.* Laborantes in uno] *In uno Vlyſſe, ſcilicet utraque amore laborans.* Penelopen, uitreamq; Circen] *Parum decorè mihi uidetur dixiſſe, uitream, pro candida.* Hic innocentis pocula Lesbij Duces] *ἀντονομασία, Leſbij pro uini, & dixit à Leſbo inſula: ut Virgil.*

„ *Quamue Methymnæo carpit de palmite Leſbos.*

Innocentis autem pro leuis, & minimè caput onerantis.

Nec Semeleius cum Marte confundet Thyoneus] *Thyone Semele à Græcis dicta, unde Liber Thyoneus dicitur. Senſus autem eſt,* Nec ebrietate rixæ orientur. Nec metues proteruum Suſpecta Cyrum] *Videlicet hunc Cyrum amatorem Tyndaridis. Hæc ergo cùm in Sabinis ſecum eſſe cœperit, non eam ſuſpectam futuram, ne Cyrus zelo incitatus manus ei inferat.* Diſpari] *Id eſt, amore non conſentienti, ſcilicet, in te.*

CHRISTOPH. LAND. } *Hac Ode iucunditate, leporibusq; refuta eſt, qua laudat apud Tyndaridem amicam, rus quòd Mecœnatis munere in Sabinis poſsidebat, ipſamq; ad illud inuitat cùm dij quoq; illo ſe oblectent. Nam dicit Faunum relicto Lycæo illuc transijſſe, poſtremò promittit eam fore tutam Cyro riuali.* Velox] *Vel tunc Velox cùm ex Archadia (ubi Lycæus eſt) ueniat in Sabinos ad Lucretilem montem, uel ſemper uelox, quia caprinis pedibus ſit. Amœnum rectè poſitum. Nam amœnitatem in agris dicimus. Dicunturq; amœna (ſecundùm Seruium) loca, quæ fructum quidem non ferunt, ſed uoluptatem ex pulchritudine præbent, quaſi à munia, id eſt, ſine munere, uel potiùs dicimus amœna loca pulchra ſiue fructuoſa ſint, ſiue infructuoſa, quod ſua pulchritudine ad ſe amandũ nos alliciant.* Mutat] *Quia reliquit Lycæũ, & uenit in Lucretilẽ. Lycæus mons in Archadia ſic dictus ἀπὸ τῶν λύκων id eſt, à lupis, quibus propter frequentiam pecudum abundabat, in quo ſacra Pani paſtorũ Deo celebrabatur Lycæa dictã, & deinde ad Romanos per Euandrum delata, Latinè Lupercalia.* Aeſtatem] *Ab æſtu, quia calore abundat, nominatur æſtas.* Defendit] *Defendendo remouet calorem. Dicunt enim Latini defendo frigus tibi. Virgil.*

„ *Solſtitium pecori defendite iam uenit æſtas.*

Item defendo te à frigore. Virgil.

„ *Hic ego dum teneras defendo à frigore myrtus.*

In quo imitantur Græcos, illi enim ἀμύνω, id eſt, defendo eodem modo ponunt. Capellis] *A capra eſt capella, & capra à carpendo dicitur. Nullam enim ex quadrupedibus maiori detrimento carpit arbores, nam earum morſu tactæ areſcunt, propter noxium calorem, quem illæ à febri, qua aſsiduè laborant, habent, illiq; inprimunt, eſtq; adeò uenenoſa res, ut oleas citra morſum lambendo are faciant, quapropter nefas erat capram immolare Mineruæ, quæ oleæ inuentrix fuit. Archelaus affirmat capras nunquam febri carere, neque niſi per nares reſpirare, proptereaq; non præſtabatur de earum ſanitate in uenditionibus: Satis enim erat, quod uenditor diceret. Aio illas bene eſſe & bene bibere.* Pluuios] *Pluuias inducentes, quaſi dicat Auſtrinos, qui pecori nocent.* Arbutos] *Nam has arbores libenter edunt. Virgil.*

„ *Depulſis arbutus hœdis.*

Et alibi.

„ *Dant arbuta ſyluæ.*

Eſt autem arbutus, quæ ſemper frondeſcit, & quamuis apud nos non multum creſcat, tamẽ ſcribit Iuba in Aphrica fuiſſe arbutum, quæ ad quinquaginta cubitos creuerit. Deuiæ] *Quæ loca deuia paſcentes ſectentur.* Vxores] *Abuſiuè per acyrologiam, nam in ſolo homine ſunt legitimæ comparatæ nuptiæ. Dicitur autem uxor, quaſi unxor, quia ungerentur nouæ nuptiæ, uel eſt uxor, quaſi ſoror, quia pro ſorore amanda, tractandaq; ſit.* Mariti] *Hirci, qui ſemper uirus, id eſt, uehementem, ſed abhorrendum odorem emittit.* Virides colubros] *Vehementer enim nocent pecori ſerpentes illi, quos, quia umbra delectantur, colubros appeliãt. Virg.*

„ *Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere & umbræ.*

Sententia igitur eſt, quod præſentia Fauni omnia noxia à pecore arceat. Hœdilia] *Hœdorum ſtabula. Eadem ratione caprilia, ouilia porcilia, equilia, & his ſimilia dixerunt, qui ſcribunt de agricultura, ab ijs quadrupedibus, quæ in illis continentur, dixerit etiam fœnilia, in quibus fœnum ſeruetur.* Martiales] *Quia Marti conſecratus ſit. Virgil.*

„ *Martius & ſtabulis rapuit lupus.*

Nam & ui, & inſidijs ualet. Lupus autem ab eo eſt, quod eſt, λύκη & apud Græcos. Nam ipſum hoc animal ἀπὸ τῆς λύκης id eſt, à luce denominatur. Credidit antiquitas rictum lupinum ualere ad noxia propulſanda, quapropter illum ad hoſtia ſuſpendere conſueuerant. Vtcunq;] *Vbicunq; ſecundùm Acronem, uel quomodocunq. Cùm*

igitur

igitur & amœna ſimul, & tuta eſſe loca demonſtrauit, inuitat Tyndarim, ut ſecum in illis habitet, & copiam rerum pollicetur. Dulci] *quæ dulcem ſonum emittit. Sit autem ordo, ô Tyndari dij tuentur me, & pietas, & Muſa mea, eſt cordi dijs, quomodocunque* uel ubicunq; iſtæ ualles in quibus ſumeut ſaxa. Vſticæ] *Id eſt, mons Vſticus perſonuêre dulce mea fiſtula. Vt ſit ſententia, quomo*docunq; ego cenam, qui cantus redditur ex reboatione huius uallis, & montis dij me tuentur. Vſticæ cubantis] *Alij montê dicunt eſſe, quem appellat Cubantem, quia non multum ſurgat in altum. Alij uolunt eſſe fluuium, quem appellat cubantem, quoniam per ima uallis cubet. Optimè autem dixit perſonuêre: quoniam reboatio ex concauitate ualliũ naſcitur.* Dijs pietas mea] *Per tranſitum oſtendit deos tueri eos, in quibus eſt pietas, impios autem negligere: propter quod ſcribit & diuus Hieronymus ſe nunquam inueniſſe pium, qui malâ morte perijſſet.*

Muſa] *Quaſi dicat, religio in Muſis. nam poëtæ ſacerdotes Muſarum ſunt. Virg.*

„ *Me uerò dulces ante omnia Muſæ*

„ *Quarum ſacra fero, ingenti perculſus amore accipiant.*

Hic] *In iſto agro, in quo demonſtraui omnia tuta eſſe.*

Copia] *Affluentia, dicitur etiam copia poteſtas & facultas rei. Ouid.*

„ *Ante (ait) emoriar quàm ſit tibi copia noſtri.*

In plurali autem copias dicimus exercitum, etiamſi paruus ſit: unde & copioſas dixerunt. Opulenta] *Opibus exuberans. Omnia enim quæ deſinunt in lentus exuberantiam denotant, ut ſomnolentus, temulentus, & ſimilia.* Ad plenum] *Ita manabit, ut nihil deſit.* Benigno cornu] *Liberali abundantia. Eſt autem metaphora à cornu fortunæ, quæ dicitur diuitias conſueſcere largiri. Diodorus autem Siculus de cornu hæc refert. Hammoni Libyæ regem Rheam Saturni filiam uxorê duxiſſe, reuertentemq́; iuxta Ceraunia uirginem inueniſſe pulcherrimam, Amaltheam nomine, ac compreſſiſſe, & illam proximæ regionis Dominam feciſſe, quæ in ſimilitudinem bouini cornu eſſet formata, quæ fertiliſſima erat, & deinde cornu Amaltheæ eſt nominata. Quod nomen à poſteris in quamcunque fertilem traductum eſt.*

Alij dicunt Herculem aduerſus Acheloum fluuium pugnaſſe, & cùm Achelous in tantum ſe conuertiſſet, illi alterum cornu detraxiſſe, quod Nymphæ pomis & floribus repletum copiæ conſecrarunt, de quo Ouid.

„ *Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum*

„ *Sacrarunt, diuesq́; meo bona copia cornu.*

Reducta] *Separata à planicie.* Canicula] *Sidus eſt in centro ipſius cœli, quem Græci Syrium uocant: uoluntq́; Orionis canem fuiſſe. Alij dicunt illam eſſe canem, quæ uulpem Thebanos agros populantem occidere uoluit, ſed Iupiter utrunque in cœleſtia ſidera tranſtulit. Hæc enim canis Europæ cuſtos cum dracone data eſt, & deinde medicinæ cauſa Procridi oblata, quam Cephalus Procridis maritus ad uulpẽ, quam dixi produxerat. Sunt qui dicant hanc eſſe Neeræ canem, quæ Icarum ab Athenienſibus occiſum, & inſepultum relictum Erigonæ filiæ oſtendit: quapropter cùm Himetio monte poſt patrem ſepultum ſe Erigon laqueo ſuſpendiſſet, Iupiter precibus Bacchi Erigonem in uirginem, Icarum in arcturum, & canem in Syrium conuertit. Cùm ad caniculam ſol aſcendit, corpora humana languore afficiuntur, per ſe noxia ſtella eſt, & morbos creat, & ſi adiuuatur in totum annum extendit morbos. Virgil.*

„ *Et in totum regnaret Syrius annum.*

Dicitur autem Syrius à longo tractu. Nam magnitudine ſua trium ſignorum ſpacium occupare uidetur. Theia] *A ciuitate Theia, quæ Anacreontis poëtæ Lyrici patria fuit.* Fide] *Chorda, quamuis fidis nomen latinum ſit, chorda Græcum.* Penelopen] *Hæc filia Icari ſiue Icarioti. Vlyſſi nupta eſt, & cũ ille uiginti annos abfuiſſet integra, incorruptaq́; manſit, ſed Vlyſſem ſemper deſiderauit.* Circe *autem filia Oëte ex Hecate, ſecundùm Diodorum, omnium ueneficarum maxima ac crudeliſſima. Hæc omnium herbarum uires cognouit, & pharmacum ad amorem comparandum adinuenit, quod Græci philtron dicunt. Vxor fuit Sarmatarum regis, quem ueneno perdidit, ac tandem ſua crudelitate, pulſa, in Italiam uenit, & locum olim inſulam nunc continentem occupauit, qui ab ea Circei ſunt nominati. Hæc Diodorus. Plerique tamen non eam Oetæ, ſed Solis filiam uolunt, quæ blanditijs ad ſe nauigantes allicere, deinde in ſues, urſos, leones'ue, ut in alias beſtias mutare conſueuerit. Mutauerat ergo hæc aliquot ex Vlyſſis ſocios, quod cùm Vlyſſes audiuiſſet, accepto à Mercurio pharmaco intrepidus acceſſit. Vnde & illa ſocios in priſtinam formam reduxit, & ex eo Telogonum ſuſcepit. Ergo & Penelope, & Circe in uno Vlyſſe laborabant, id eſt, ipſum amabant, nam laborioſa res eſt amor. Circe prima ludos inſtituit in honorem Solis patris ſui, unde Circum ab ea dictum putant.* Leſbij] *Quia inde erant optima uina. Virg.*

„ *Quæ Metymneo carpit de palmite Leſbos.*

Innocentis] *Quaſi dicat, ita temperat, non noceat.* Thyoneus] *Multi dicunt Bacchi hunc fuiſſe filium, & in Chio inſula regnaſſe, & filium Thoantem ſui ſucceſſorem in ea reliquiſſe. Hũc dicunt cum bouem ſubripuiſſet, & illum ruſtici opprimere uellent à patre in uenatorem, & bouem in ceruum eſſe conuerſum. Verum hic pro Baccho ponitur: Vel dicemus eſſe unum de nominibus Bacchi,* κατὰ τὸ θύειν, *id eſt, furere, quia Bacchantes furore in ſuis ſacris percelluntur. Quamuis Diodorus fabulans Bacchi, de uini origine ad phyſicam referat, & Thyonem apud priſcos terram fuiſſe appellatam dicat.* Semeleius] *Quia Semeles filius fuit.* Confundet] *Commiſcebit.* Cum Marte] *Quaſi dicat non immiſceat prælia, quæ non ad ſe pertinent, ſed ad Martem.* Sententia eſt non ueniemus in eam ebrietatem, in quam multi cùm ueniſſent in prælia irruerunt, ut de Centauris legitur. Proteruum] *Id eſt procacem, in quo inſit impudens, & arrogans audacia. Dicitur enim proteruus à proterendo, qui omnia ſub pedibus eſſe uelit, & nullus ſit pudor in petendo & audendo.* Suſpecta] *Quaſi dicat obſeruata, & de qua ſuſpicio apud eum ſit, ne in amore illi correſpondeat. Ergo tu ſuſpecta Cyro non metues, hic apud nos, ne ipſe malè conijciat manus.* Tibi diſpari] *Id eſt, in amore ſibi correſpondenti: non eſt ergo malè diſpari, ſed malè, id eſt, pernicioſè conijciat.*

Conijcere autem manus] *Verbera inferre ſignificat, ſed magis eſt in conſuetudine, ut dicamus conijcio manus in te, quàm conijcio manus tibi. Poëtæ uerò ſæpe ponunt datiuum loco accuſatiui, cum præpoſitione. Virgil.*

„ *It clamor cœlo,*

Id eſt, ad cœlum. Incontinentes] *Non continentes ab iniuria.*

ALD. MAN. } Nec Martiales hœdiliæ lupos] *Hic duo eſſe errores uidentur in dictione hœdilia, nam & di ante penultima corripitur, cùm ſit natura longa, quoniam in ile deſinentia nomina ut ouile, equile, bouile, & id genus cætera, producunt penultimam, & à ultima producitur natura breuis. Eſt enim uerſus Dactylicus, Alemanius, catalecticus, qualis ille,*

„ *Vides ut alta ſtet niue candidum*

In quo penultima pes eſt Dactylus, poſtremus pro Dactylo Creticus, propter ultimam ſyllabam in omni metro indifferentem, ſic hœdili –∪∪ a lupos –∪–.

Quapropter uel aliter legendus uerſus eſt, & fortè ſic: Nec Martios hœdilia tum lupos. *Vt ſit ordo:* Velox Faunus ſæpe mutat Lucretilem amœnum Lycæo, & uſque defendit æſtatem, pluuiosq́; uentos capellis meis. Impunè per tutum nemus uxores mariti olentis, quærunt deuiæ arbutos latentes, & thyma, tum hœdilia: nec metuunt colubros uirides, nec lupos Martios, *ut ſic dixerit lupos Martios, ut Virgilius.*

„ *Martius à ſtabulis rapuit lupus.*

Et ſcanditur ſic: Nec Mar – – tios ∪– hœdila –∪∪ tum lupos –∪– *Vel di antepenultima* κατὰ συστολὴν *corripitur, ut, ſte, in ſteterunt, apud Virg.*

„ *Obſtupui, ſteterunt comæ.*

Et le, in tulerunt, apud eundem.

„ *Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.*

Et à producitur, uel quarto è ſeptem modis communium ſyllabarum,

rum, qui uult correptam uocalem, cùm partem terminationis, & eſt principium pedis eſſe communem, ut apud Virgilium:

» *Inualidus, etiamq́; tremens, etiam inſcius æui.* Et:
» *Pleiadas, Hyadas, claramq́; Lycaonis, Arcton.* Et:
» *Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta.*

Apud eundem. Item:

» *Dum ſanguis inerat, dum uis materna.*

Apud Lucanum. Sic apud Græcos Homerus:

» Οἱ δὲ μεγαλίχοντες ἐπεσβραμὸν υἷες ἀχαιῶν.

Idem:

» Αὐτὰρ ἐπεὶ Ἀχαιῶν γένετο ἰαχῆτι, ἔρος τε.

Idem:

» Ἀλλὰ τάγ᾽ ἄσπαρτα, καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται.

In quibus uocales breues, & terminant dictiones, & incipiunt pedes ſic, γαια—υ, ντοια—υυ, αταια—υυ uel quia ſequitur l, liquida, quæ producere inuenitur, antecedentem breuem, ut apud Perſium: Cantare credas Pegaſeium melos. Eſt enim Scazon, in cuius ſexta ſede ſemper eſſe Spondeus, uel Trocheus debet. Sic Homerus in Hymnis:

» Ἱμερόεν κονάβησε θεὸς δ᾽ ὑπὸ μίλ@ ἄειδε.

μέλ@ a dactylus – υυ. Sed & hæc copioſè diſputata ſunt à nobis libro quarto inſtitutionum noſtrarum.

HENR. GLAR. } Ne uirides metuunt colubros] Badius colubras fœmmino legit genere, quod magis lædimi opinor, ut Virg. lib. 7. rabidæq́; canes dixit. Idem in octauo deinde uerſu legit: Ruris bonorum, pro honorum, pudendo errore: cum carmen nullo modo id patiatur. Nec Martialeis hœdilia lupos] Poſt lupos non erit colon, ut Badius diſtinxit, ſed poſt, Saxa, quod quarto deinde ſequitur uerſu, ſi Porphyrionem, Acronemq́; ſequi uolumus. Cæterùm carmen cæſura conſtat penthemimeri Iambica ac duobus dactylis. Extremæ igitur duæ dictiones, hœdilia lupos, pro duobus dactylis poſitæ ſunt: ſed in his tribus ſyllabis, dilia, dactylus eſt pro anapæſto. Nam hœdili, dactylus eſſe debebat, qui eſt antibachius. Reliquæ tres, à lupos, alterum dactylum efficere debebant, ſed eſt anapæſtus, propterea quod ultima hic eſt longa. Nuſquam alibi in hoc carminis genere, idem Horatius fecit.

Et fide Teia] Teium Acro ait eſſe oppidum Arcadiæ, Porphyrio autem ex Salluſtio, Paphlagoniæ. Sed Strabo lib. 14. omneſq́; alij Geographi Ionum urbem in Peninſula ſitam oſtendunt.

HERMAN. FIGVL. } Velox Faunus] Sunt enim caprarum pedibus uelociſs. Fauni, quos Satyros & Panas Græci uocant. Lucretilem mutat Lycæo] Sæpe Faunus, relicto Lycæo, monte Arcadiæ, ſibi ſacro & charo, Lucretilem amœnitatis cauſa petit. Faunus] Pana Deum paſtorum, & pecorum cuſtodem intelligit. Is enim iuxta Virgilium,

» ——*Curat oues, ouiumq́; magiſtros.*

Igneam defendit æſtatem capellis] Hoc eſt, æſtatis feruores & tempeſtuoſos uentos à gregibus depellit. Et eſt ὑπαλλαγή. Sicut in illo Virgil.

» *Solſtitium pecori defendite.*

Arbutos] Frutices, quorum ſunt expetentes capellæ, præſertim odoratorum, teſte Plinio. Deuiæ] Per loca deuia errantes & uagantes. Olentis uxores mariti] Caprarum eſt periphraſis, quæ hirci fœtentis ſunt uxores. Et eſt acyrologia.

Virides colubros] Cœruleos ſerpentes, uel lacertos, quos Virgilius quoq; uirides uocat:

» *Nunc uirides etiam occultant ſpineta lacertos.*

Martiales lupos] A Marte, cui ſacros putat lupos Plutarchus. Martiales & Martij dicuntur. Virgilius:

» *Martius à ſtabulis rapuit lupus.*

Eſt autem inter lupos & oues uehement & inſanabile diſsidium, ad quod etiam Horatius in Epod. alludit:

» *Lupis, & agnis quanta ſortitò obtigit,*
» *Tecum mihi diſcordia eſt.*

Hædilia lupos] Hæ duæ dictiones pro duobus dactylis poſitæ ſunt, ſed in his tribus ſyllabis: dilia, dactylus eſt pro anapæſto. Nam Hædili, dactylus eſſe debebat, qui eſt antibachius. Reliquæ tres, à lupos, alterum dactylum efficere debebant, ſed eſt anapæſtus, propterea quòd ultima hic eſt longa. Nuſquam alibi in hoc carminis genere idem Horatius fecit, ut rectè monet Glareanus.

Vtcunq;] Quandocunq; ualles, & montes Panis fiſtula reſonant. Vſticæ cubantis] Montis reſupini, qui eſt in Sabinis. Dis pietas mea & Muſa cordi] Subijcit rationem, quare defendatur à dis, quòd illis religio & carmina ſua placeant. Hinc] Ex meo ruri proueniet tibi ingens, & larga copia ruſticorum munerum.

Benigno cornu] Alludit ad prouerbium: Copiæ cornu, quo affatim omnia ſupereſſe ſignificamus. Caniculæ æſtus] Canis cum exortu ſolis uapores accendũtur, & maiores fiunt æſtus. Commendat rus ſuum ab opacitate. Fide Teia] Carmine Lyrico Anacreontis Poëtæ, qui fuit ex Teio urbe Ioniæ. Laborantes in uno] Amantes unum, uidelicet Vlyſſem. Penelopen] Vxorem Vlyſſis, cuius tanta fuit caſtitas & amor erga maritum, ut uiginti annis, quibus aberat maritus, pudicitiam ſuam tutata ſit: nec ullis blanditijs, aut minis procorum, ad uiolandam fidem datam Vlyſsi, impelli potuerit. Hæc filia fuit Icari, ut patet ex uerſu illo Homeri, qui frequens eſt in Odyſſea.

» Κούρη Ἰκαρίοιο περίφρων Πηνελόπεια.

Circen] Circe filia fuit ſolis, mulier uenefica. Ad quam cùm Vlyſſes ueniſſet, ſocios eius in feras mutauit, ipſum uerò cùm transformare, ob Moly herbam, quam à Mercurio acceperat, non poſſet, apud ſe detinuit, thalamoq; recepit, & ſociorum corpora priſtinæ reſtituit formæ. Authores ſunt, Homerus Odyſ. κ. & Ouidius lib. 14. Transf. Hic innocentis pocula Lesbij] A uini præſtantia, & loci oportunitate ſuadet. Nec Semeleius cum Marte] In noſtro conuiuio non orientur rixæ & bella. Semeleius] Semeles filius. Nam ex Ioue & Semele natus dicitur Bacchus. Thyoneus] Sic dictus Bacchus, ἀπὸ τοῦ θύειν, quod eſt furere.

Nec metues proteruum] Occupatio eſt, qua diluit id, quod ab amica obijci potuiſſet, uidelicet, non metuendum eſſe illi, ne à Cyro irato, quòd ad alium ſe contulerit, uerberetur.

Diſpari] Tibi diſſentienti in amore. Et ſcindat hærentem] Ornatum muliebrem dilacerat.

THEOD. PVLM. } 1 Velox amœnum ſæpe Lucretilem Mutat Lycæo Faunus] Per Faunum intelligit Pana, qui in Arcadia colebatur, ut Faunus in Latio. Credebatur autem Faunus, ut & Pan, fiſtula delectari, & ea plerumq; canere, cuiuſq; modos audiri fides erat. Vide Turneb. lib. 10. cap. 5.

3 Defendit] Id eſt, arcet, depellit. Pet. Victorius Variarum lectionũ lib. 30. cap. 11. 5 Totum] Totum. Lambini quidam libri ueteres. 8 Colubros] Colubras, H.G.E.B. 9 Hœdilia] Hædi alia ſ. parte. Achilles Statius Comment. in Catullum de Nuptijs Pelei & Thetidis. 10 Vtcumque dulci Tyndari fiſtula Valles, & Vſticæ cubantis Leuia perſonuere ſaxa] Faune fiſtulam interpretor, ex priſcorum opinione, qui loca uocis imaginem referentia, à Faunis & Satyris incoli credebant, ut conuallem ſuæ uillæ Horatius: ſed & eos modò tibia, modò fiſtula canere credebant. Vtcunq; autem pro ubicunq; Horatius uſurpauit. nam & ut pro ubi dicitur. Catullus Epig. ad Coloniam:

» *Verùm totius ut lacus, putidaq́; paludis*
» *Liuidiſsima, maximeq́; eſt profunda uorago.*

Id eſt, ubi profundiſsima uorago eſt eodem modo in Arato Cicero,

» *Vt prius altæ chelæ.*

Nam Græcè eſt ἡχῆπερ ἄκραι χηλαί Vide Turneb. lib. 8. cap. 15. & lib. 19. cap. 3. Sic 2. Carm. 17.

» *Vtcumque præcedes.* 3. Carm. 4.
» *Vtcumque mecum uos eritis.* 4. Carm. 4.
» *Vtcumque defecere mores.* & ad Canidiam:
» *Vtcumque fortis exſilis puerpera.*

20 ——Vitreamq; Circen] Vitream Circen ego pro aquarum accola, & maritima accipio, & tanquam aquarum Nympha, cùm aquarum color uitreus ſit, & Nymphæ apud Maronem (4. Georg. uerſu 335.) lanificium huius coloris exerceant: uerſus eius eſt,

» *Carpebant, hyali ſaturo fucata colore.*

Id eſt, uitri. Glaucus etiã & cæruleus color, qui uitro proximus eſt, tribuitur fluuialibus & maritimis Dis, Virg. de Tyberino, (ut 8. Aeneidos, uerſu 33.)

» —Eum

» — *Eum tenuis glauco uelabat amictu.*
» *Carbaſus, & crines umbroſa tegebat arundo.*

Vide Turneb. lib. 8. cap. 15. & lib. 29. cap. 3.

ANT. MVRET. } 9 Nec Martiales hœdilia lupos] *Nihil mutandum eſt. Ionicum enim ἀπὸ μείζονος pro choriambo poſuit, more ueteribus non inuſitato, pedes ἰσοχρόνους alios pro alijs uſurpandi.*

GEORG. FAB. } *Inuitat amicam ad perfruendum ſimul ruris amœniſsimi fructum: idq́ facit duplici ratione, primùm à commendatione fundi, propter quem Faunus deſerta Theſſalia Sabinos adeat: deinde à ſuis Muſis, quod uoluptate carminum, & præterea ſuauitate poculorum ſit cum ea certaturus liberè.* Lucretilem mutat Lycæo Faunus] *Nereum uaticinari, de quo dictum modò eſt: Faunum in Lycæo Arcadiæ uerſari, quod nunc dicitur, eget interpretatione non inertis hominis. niſi aliud pro alio nomen ſumatur, quod poëtica (ut Pindari interpres uocat) μεταγωγῇ fieri ſæpenumero ſolet.* Hinc tibi copia Manabit ad plenum] *Legendum fortaſſe, hîc tibi copia: ut triplex ſit repetitio loci commoditatem, & ruris fructum oſtendens.*

LOD. BAD. ASCENS. } Velox amœnum] *Puellam amicam in uillam ſuam uocat poëta, quam Tyndarida uocat, non ab re. Nam Tyndaris dicta eſt Helene, quòd ex Læde Tyndari uxore eſt genita, mulier adeò formoſa, ut (ſicut atteſtatur in primum Aeneid. Donatus) omnes formoſæ ab ea dicantur Helenæ: aſſerítq́ omnem uillæ ſuæ amœnitatem, quo puellam alliciat. Villa autem ne quem lateat, eſt in agro domus: non pagus: quod uillagiũ Galli uocant. Ordo eſt:* Faunus Deus ſyluester & Pan etiam dictus, uelox] *Id eſt, celer & citus, ut ſumus, quando à loco minus læto ad lætiorem proficiſcimur.* Mutat] *Id eſt, commutat.* Lycæo] *Id eſt, linquendo Lycæum montem Archadiæ.* Sæpe] *Qua non ſe primum offendit deceptum, aut malè commutaſſe.* Lucretilem] *Id eſt, ut recipiat Lucretilem montem in Sabinis amœnum. Et ubi aduenit in Lucretilem.* Defendit] *Id eſt, arcet ne offendat.* Capellis] *Id eſt, à capellis meis.* Vſq;] *Id eſt, continuò.* Aeſtatem] *Id eſt, æſtum & cauma, & uentos pluuios.* Qui] *Scilicet ſcabiem inferũt. Vxores mariti, ſcilicet Hirci.* Olentis] *Id eſt, fœtentis.* Deuiæ] *Id eſt, de uia aberrantes, ut frondes carpiant.* Quærunt impunè] *Id eſt, ſine pœna & damno ab lupis, quia per nemus tutum, ab effectu, quia tutos facit, aut quia à Fauno tutum redditur.* Arbutos] *Id eſt, frondes arbutorum, quibus commodè ueſcuntur.* Latentes] *Id eſt, occultas, & ita nondum decerptas. & Thyma, id eſt, herbas odoriferas.* Nec Hœdilia] *Id eſt, hœdi.* Metuunt colubras] *Fœmellas colubrorum, uirides in colore, nec lupos.* Martiales] *Id eſt, feroces, & in tutela Martis exiſtentes.* Vtcunq; dulci, &c.] *Exequitur reliquam amœnitatem Lucretilis ſui, ad quem amicam allicit dicens. O Tyndari.* Vtcunq;] *Id eſt, quandocunq́ ualles.* Et leuis] *Id eſt, polita, & non aſpera ſaxa.* Vſticæ] *Scilicet montis.* Cubantis] *Id eſt, reſupini, qui eſt in Sabinia iuxta Lucretilem.* Perſonuêre] *Id eſt, per omnia ſonitum dedere.* Dulci] *Id eſt, dulciſona.* Fiſtula] *Fauni ſeu Panos, qui hic idem eſt.* Dij tuentur] *Id eſt, protegunt mē.* Mea pietas] *Id eſt, religio & pius deorum cultus.* Et mea Muſa] *Id eſt, cantandi uena.* Eſt dis cordi] *Id eſt, ſecundum cor, hoc eſt, placens ex corde.* Hinc] *Id eſt, ex hac re ſcilicet ex fauore deorum, uel ex hoc monte.* Copia] *Scilicet dea abundantiæ, hoc eſt, ipſa abundantia.* Opulenta] *Id eſt diues.* Bonorum ruris] *Id eſt, Gazæ agreſtis.* Manebit] *Id eſt, profluet, & diſtillabit tibi.* Ad plenum] *Id ad ſufficientiam.* Cornu benigno] *Quale erat Acheloo ab Hercule detractum.* Tu uitabis hic] *Id eſt, in hoc loco.* In ualle reducta] *Id eſt, inter duos colles iacente.* Aeſtus caniculæ] *Id eſt, quos ſol infert dum ingreſſus eſt caniculam, qui dies caniculares dicuntur. Et dices ſcilicet me modulante fide.* Theia] *Id eſt, carmine Lyrico Anacreontis Thei.* Penelopen] *Scilicet uxorem Vlyſsis, & Circen filiam ſolis amatricem Vlyſsis.* Vitream] *Id eſt, pellucidam & claram.* Laborantes in uno] *Id eſt, in unius Vlyſsis amore.* Tu duces] *Id eſt, ad nutum tractabis hic ſub umbra.* Pocula Lesbij] *Scilicet uini.* Innocentis] *Id eſt, non uehementis, & ita non lædentis. Nam ſicut Maro dicit,*

» *Vt Venus eneruat uires, ſic copia uini.*

Nec Thyoneus] *Id eſt, impetuoſus filius.* Semeleius] *Id eſt, ipſius Semeles hoc eſt, Bacchus, per quem uinum ſignificatur, confundet prælia cum Marte. Nec tu ſuſpecta quòd alterum ames.* Metues] *Scilicet hic.* Cyrum] *Scilicet amatorem tuum, & riualem meum, ne inijciat tibi diſpari.* Malè] *Id eſt, multum & in malum tuum, hoc eſt, multò imbecilliori, manus, ſcilicet ſuas incõtinentes, ſcilicet à læſione.* Et ſcindat coronam] *Scilicet ex frondibus, hærentem crinibus tuis.* Et ueſtem immeritam] *Id eſt, quæ non meruit ſcindi ob peccatum dominæ.*

ANT. MANT. } *Tyndariden puellam inuitat in uillam, quam in Sabinis habebat, laudáſq; illam, dicit Faunum ſæpenumerò Lycæum Archadiæ montem relinquere, peteréq; amœnum Lucretilem montem Sabiniæ, & ibi ſuas oues paſsim paſcentes reddere tutas ab æſtu.* Ventis] *Serpentibus ac lupis. Inde demum rerum copia Tyndarum habere poterit. Nec æſtum.* Timebit Caniculæ] *Cantabit & Lyrica carmina ſub umbra, pocula optimi uini ſumendo, nec metuet Cyrum alterum eius amatorem, ne ſibi manus inijciat. Scindat ue crinibus hærentem coronam, aut ueſtem.* Velox amœnum ſæpe Lucretilem] *Ode eſt tricolos tetraſtrophos, eſt enim metrum ſuperiori ſimile.* Lucretilem] *Lucretilis mons eſt in Sabinis, quod & locus iſte oſtendit.* Lycæo] *Lycæus Archadiæ mons, in quo Lycæi Iouis delubrum auctore Plin. lib. 4. quem quidem Iouem Lycæum aliqui Pana uolunt ſignificari, de quo Verg. in Buc.*

» *Pan deus Archadiæ uenit.* Item:
» *Pan curat oues, ouiumq; magiſtros.*

Horatius igitur hoc loco: Faunum Pana ipſum intelligit. Mutat Lycæo] *Hypallage eſt. Dicit enim Faunum relicto Lycæo Lucretilem petere.* Defendit æſtatem] *Id eſt, auertit atq; depellit. Nã ut Gellius ſcribit lib. 8. cap. 1. Offendere propriè & Latinè ſignificat incurrere in aliquid & incidere. Defendere uerò auertere, atq; depellere. Hinc. Q. Claudius ait, à pinnis hoſtes defendebant facillimè. Maro item in Buc.*

» *Solſtitium pecori defendite.*
» *Impunè ſine aliqua pœna, Arbutos.*

Maro lib. 4. Georg. ait.

» *Poſt hinc digreſsis iubeo frondentia capris*
» *Arbuta ſufficere: & fluuios præbere recentes.*

Thyma] *Thymi genera duo: candidum radice lignoſa, in collibus naſcens, quod & præfertur. Alterum nigriùs, floriſq; nigris. Plin. author lib. 11.* Deuiæ *errantes ac paſcentes.* Olentis uxores mariti.] *Caprarum periphraſis: quarum mariti hirci peſsimè olent. in primo autem pede eſt iambus pro ſpondeo.* Martiales] *Marti dicatos.* Hœdilia lupos] *Pes ultimus anapæſtus, ſeu antidactilus eſt, pro dactylo, conſtat enim duabus ſyllabis breuibus & ultima longa.* Hœdilia] *Hædorum ſepta.* Vtcunq;] *Quandocunq;.* Fiſtula] *Scilicet Fauni, id eſt, Panos Virg.*

» *Pan primus calamos cæra coniungere plures inſtituit.*
» *Pan curat oues, ouiumq; magiſtros.*
» *Vſticæ cubantis, reſupini montis Sabiniæ.*

Hinc ex Lucretile & uallibus Vſticæ montis. Manabit] *Profluet.* Exibit] *Erumpet.* Opulenta] *Abundans & diues.* Cornu benigno] *Id eſt, copioſo & diuite. Alluſio eſt ad cornu copiæ, de quo Ouid. lib 9. Met. ſcribit. quòd Hercules cum Achelco in Taurum uerſo pugnans: ei alterum cornu fregit. Naiades uerò illud pomis & odoro flore repletum ſacrarunt copiæ: hinc cornucopiæ dicitur. Diodorus item lib. 5. ſcribit cum Acheloo Herculem ſub Tauri ſpecie certaſſe, qui cũ in congreſſu Tauri alterum cornu fregiſſet Aetholis, illud quod Amalthea cornu uocãt, dono dedit fructu omniũ uuarum: malorum, aliorumq́; eiuſmodi pomorum copia repletum. Poëtæq; fingũt, ut idem ait Acheloi cornu foſſam à fluuio ductam: pomis uerò, & malis punicis ac racemis mõſtrari regionis fertilitatem: quam fluuij humor præſtet: & Agros reddat feraciores. Re.n. uera Hercules in Calidonum gratiam fluuium Acheloum in alium curſum diuertens, plurimos agros ex aquæ irrigatione fertiles præſtitit.* Reducta *concaua & depreſſa, quaſi retroducta.* Caniculæ æſtus] *Canicula dicitur minor canis, qui Procyon dicitur: quoniã*

ante maiorem canem exoritur. Caniculæ ex ortu (inquit) Plin. lib. 2 accendi ſolis uapores, quis ignorat? cuius ſyderis effectus ampliſſimi in terra ſentiuntur: feruent maria exoriente eo, fluctuant in cellis uina, mouentur ſtagna: Canes etiam in rabiem agitantur. Columella autem lib. 12. ſcribit: quòd Idibus Iulijs Procyon exoritur: mane, & tempeſtatem ſignificat poſtea inquit. 7. Kal. Auguſt. Canicula apparet, eſtq́ caligo æſtuoſa. Fide Theia] Id eſt, carmine Lyrico Anacreontis. Nam Anacreon Lyricus poëta fuit ætate Piſiſtrati & Pherecydis hiſtorici, Pythagoræ magiſtri, ut ſcribit Euſebius. Fuit is patria Theius, qui Batyllum puerum Samiũ adamauit. Theos autem Ionum ciuitas eſt in peninſula ſita, quæ & portum habebat. Hinc eſt Anacreon Lyricus. Item Hecatæus hiſtoricus. Author eſt Strab. lib. 14. Fide] Fides inquit feſtus genus cytharæ dicta, quòd tantum inter ſe chordæ eius, quantum inter homines fides concordet, cuius diminutiuum fidicula eſt. In uno] Id eſt, Vlyſſe qui ab uxore Penelope deſideratus eſt annos. 20. & à Circe adamatus, quod Naſo in remedio & in Met. docet. Vitream clarã] Pulchram. Pocula Lesbij: Strabo etiam lib. 14. docet, Lesbum uina optima ferre. Vnde & Ariſtoteles, ut Gellius ſcribit, lib. 13. cap. 5. Annos iam ferè natus duos & ſexaginta ægrotans, guſtato uino Rhodio, inquit, firmum hercle uinum & iucundum: deguſtato inde Lesbio ait. Vtrumq; oppidò bonum, ſed ſuauius Lesbium. Id autem ubi dixit nemini fuit dubium, quin illa uoce lepidè & uerecundè Lesbium Theophraſtum ſucceſſorem ſibi delegiſſet, non autem Menedemum Rhodium. Petierat enim eius ſectatorum cohors, ut ipſe deligeret loci ſui & magiſterij ſucceſſorem. Semeleius] Semeles Iouisq́ filius Bacchus, de quo apud Ouid. lib. 3. Met. & Diodorus lib. 1. Thyoneus] Id Bacchi nomen eſt, à θύω, quod eſt impetum facio, occido, excito, feſtino, ſacrifico. Inde Thyas, Thyadis Baccha. Cum Marte] Id eſt, è noſtris poculis nulla exorientur prælia, quod Centauris accidit. Proteruum] Proterui dicuntur intemperantes & ignaui. Author eſt Tullius in lib. de finibus. Suſpecta ſollicita] Non tuta. Ordo eſt. Nec metuens proteruum. Cyrum ſuſpecta] Id eſt, ſollicita, ne malè inijciat, &c. Diſpar] Tibi ſcilicet eo inferiori uiribus.

ODA XVIII. AD VARVM.

Ode XVIII. Monocolos: ut, Tu ne quæſieris ſcire ne fas, quem mihi, quem tibi.

— — —∪∪— —∪∪— —∪∪— ∪∪

ARGVMENTVM IN ODEN XVIII.

Quintilium Varum poëtam hortatur ut Tyburi uites ſerat, quod illic optimum uinum naſcatur, quo animi curæ commodiſſimè leniuntur, ſi adſit in bibendo modus. Nã quanta ex ebrietate mala proueniant, Centauri, & Thraces, exẽplo eſſe poſſunt.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Ad iucundiorem uitam agendam hortatur Quintiliũ Varum Horat. dum ſuadet ut uino indulgeat, neq; tamen huc tendit, ut immoderata conuiuia comprobet cum exemplis quàm ſit barbarum plus nimio uinum haurire.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Monet Varum ne nullam arborem in agro Tyburtino magis plantet quàm uitem, propterea quod ibi bonum creſcat Vinũ, quod modicè ſumptum, homines exhilaret, immoderatè uero potum, multa mala pariat.

COMMENTARIA.

Nullam Vare ſacra uite priùs ſeueris arborem
Circa mite ſolum Tiburis, & mœnia Catili.
Siccis omnia nam dura Deus propoſuit: neq;
Mordaces aliter diffugiunt ſollicitudines.
Quis poſt uina grauem militiam, aut pauperiem increpat?
Quis non te potius Bacche pater, teq; decens (Venus?
At, ne quis modici tranſiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa ſuper mero
Debellata, monet Sithonijs non leuis Euius,
Quum fas, atq; nefas exiguo fine libidinum
Diſcernũt auidi: non ego te cãdide Baſſareũ
Inuitum quatiam, nec uarijs obſita frondib.
Sub diuum rapiam. ſæua tene cũ Berecyntio
Cornu tympana: quæ ſubſequitur cæcus amor ſui,
Attollẽs uacuum plus nimio gloria uerticẽ,
Arcaniq; fides prodiga, perlucidior uitro.

ACRON.

NVLLAM Vare ſacra uite priùs ſeueris arborem] Ode eſt Monocolos. Metrum choriambicum ex ſpõdeo, & tribus choriambis, & pyrrhichio, ſiue iambo, ſiue eſt Phalecium. Scribit ad Quintilium Varum fidum amicum ſibi, laudans Tiburtinum uinum, & ſuadet, ut quia uernum competens tempus eſt, nullam arborem priuſquam uitem ponat. Vere nouo] Vt Virg.

» Optima uinetis ſatio, cùm uere rubenti.

» Candida uenit auis, longis inuiſa colubris.

Seueris] Poſueris. Mite ſolum] Fundum excultum. Siccis] Pro ſobrijs & ieiunis, uel uino abſtinentibus, ſine quo raro lætitia, ut:

» Adſit lætitiæ Bacchus dator.

Neque mordaces ſollicitudines] Curæ quæ mentem mordeant, & crucient, ut.

» Quandò hæc te cura remordet.

Increpat] Accuſant, cõmemorat, quæ ſine uino ſolet. Quis non te] Deeſt canet. Bacche pater] Bacchus lætitiæ pater, & author, ut:

» Munera, lætitiamq́ die.

Te decens Venus] Decens, id eſt, decora, Bacchus enim & Venus conuiuijs ſunt aptiores, & uoluptatibus, ut:

» Sine Cerere & Libero friget Venus.

At ne quis modici] Moderati, parci, moderatè uino uſi. Rixa ſuper mero] Nam poſt ebrietatem Centauricum Lapithis pugnauêre, ut Virg.

» Bacchus & ad culpam cauſas dedit, ille furentes.

» Centauros læto domuit, Rhœtumq́ Pholumq́.

» Et magno Hyleum Lapithis cratere minantem.

Cuius rixæ in bibendo memoriam habendam ſuadet, & monet, ne ſicut fit à Sithonijs, & ab alijs gentibus, uſq; ad furorem bibatur. Ordo eſt. Centaurea rixa ſuper mero] Id eſt, pro mero, ut:

» Nec ſuper ipſe ſua molitur Laude laborem.

Debellata] Cum Lapithis monet, ne quis tranſiliat munera modici Liberi, & Euius non leuis in Sithonijs monet. Sithonijs] Thracibus, ut: Sithonio aquilone. Qui per ebrietatem etiam illicitos concubitus audent, unde Iuuenalis:

» Inguinis, & capitis quot ſint diſcrimina neſcit.

Non leuis] Liptote, ac ſi diceret grauiſſimus, & iratus. Fas atque nefas]

ne fas] *Licitum & illicitum.* Exiguo fine] *ἐν μοβετ μῶτ, id eſt, nulla differentia.* Auidi] *Luxuria ſcilicet, proni propter ebrietatem.* Non ego te candide Baſſareu] *Baſſareus dictus eſt Liber pater, à genere ueſtis Baccharũ, unde & Bacchæ Baſſarides dictæ.*

„ *Baſſaris & Lyncem Mænas flexura:* (*Perſ.*
„ *Corymbis Euhyon ingeminat.*

Baſſaris enim ueſtis genus eſt uſq; ad pedes demiſſæ, dicta à Baſſara loco Libyæ, ubi fit. Tali enim & numina uti uolunt, ut:

„ *Pedes ueſtis defluxit ad imos,* & :
„ *Vera inceſſu patuit dea.*

Iouitum quatiam] *Id eſt, non plus bibam, quàm oportet: aut certè inuitum quatiam, ideò dixit, quia in ſacrorum renouatione commouebantur ſimulachra. Virg.*

„ *Qualis commotis excita ſacris Thyas,*
„ *Vbi audito ſtimulant Trieterica Baccho Orgia.*

Sub diuum rapiam] *Hoc eſt, non arcana naturæ, uel quæ celare uis in publicum proferam. Vult per allegoriam intelligi ſe per uinum ſecreta non prodere.* Sæua tene] *Reprime, id eſt, ſicut in Berecyntho monte reprimitur ebrietas per myſteria matris Deûm, ſic & tu reprime. Precatur autem Liberum, ut contineat ab eo furoris incitamenta, quæ ipſa ſe ad inſaniam accẽdunt.* Berecynthio] *Phrygio. Berecynthos enim caſtellum Phrygiæ eſt.* Tympana] *Ebrietatem, nam tympanorum ſtrepitum pro ebrietate poſuit.* Cæcus amor ſui] *Propter ebrietatem neſcius ſui. Eſt autem epitheton amoris perpetuum, ut:*

„ *Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni:* &,
„ *Cæci ſtimulos auertere amoris.* (*alibi:*

Vacuum] *Vino uanũ, uel plus ſibi arrogando, quàm oportet, ut idẽ*

„ *Tu ſpem reducis mentibus anxijs.*
„ *Vireſq; & addis cornua pauperi:*
„ *Poſt te neq; iratos trementi Regum apices, neq; militum arma.*

Plus nimio] *Plus iuſto.* Arcaniq; fides prodiga] *Perfida, & quæ commiſſum fundit arcanum.* Perlucidior] *Omnia nudans, ſicut in uitro omnia uidẽtur, & ſubſequitur, à ſuperiorib. ubiq; ſubaudis.*

PORPH. } Nullam Vare ſacra uite prius ſeueris arborem] *Vinum laudat, ſuadens Varo ut in regione Tiburtina uitem prius, quàm aliam arborem ſerat.* Et mœnia Catili] *Et ſuprà oſtendimus Catilum & Coracem fratres eſſe Tiburti, cuius nomine Tibur condiderunt.* At, ne quis modici tranſiliat munera Liberi] *Ne quis, inquit, immoderatè bibat: exemplo ſunt Lapithæ & Cẽtauri, qui in conuiuio Pirithoi hac ebrietate pugnam contraxerũt.* Monet Sithonijs non leuis Euhyus] *Sithonij Thraces ſunt, qui per uinolentiam inuitati, etiam illicitos concubitus audent.* Non ego te candide Baſſareu] *A genere ueſtis Liber Baſſareus appellatur, unde & ipſæ Bacchæ, Baſſarides appellantur.* Nec uarijs obſita frondibus Sub diuum rapiam] *Non proferam in publicum myſteria tua, inquit, latentia alioquin ac ſecreta. Sed per allegoriã hoc uidetur dicere, ea quæ fidei meæ commiſſa ſunt, nunquam ego ebrius factus prodam.* Sæua tene cum Berecyntio Cornu tympana] *Oro, inquit, contineas à me Liber furoris incitamenta, quæ ſeipſa ad cupiditatem inſaniendi accendunt.* Cæcus amor] *Cupiditas omnium uitiorum.* Attollens uacuum plus nimio gloria uerticem] *Eleganter qui ex ebrietate pleriq; plus ſibi arrogant quàm debent.* Vacuum ergo uerticem] *Vel plus ſibi arrogando uanum: uel uacuum uerticem, id eſt, uacuum cerebrum accipe.*

CHRIST. LAND. } *Ad Quintilium Varum poëtam egregiũ, ſibiq; amiciſsimum eſt Ode, quem hortatur, ut in ſuo Tyburtino uites ſerat, quia & ager ille optima fert uina, & illa modeſte ſumpta curis nos ſoluant: nam immoderata pocula prælia inducunt, quod in Centauris uidemus.* Sacra] *Scilicet Baccho. Vitis autem dicitur à uiuendo: quoniam ad longiſsimum tempus durat, teſte etiam Plinio neq; cariem ſentit, uenitq; ad tantam craſsitudinem, ut Populoniæ, quæ urbs Etruriæ fuit, ex una uite ſimulachrum Iunonis extiterit, & in templo Dianæ Epheſiæ ex una uite factæ ſint ſcalæ.* Seueris] *Plantaueris. Virg.*

„ *Optima uinetis ſatio.*

Facit aũt in præterito ſeui, ut alia uerba, quæ in ro exeunt, ut quæro, quæſiui, & tero, triui. In compoſitione aliquando diſcedit à prima notione ut deſero. Inſero aũt ſi de arbore dicamus erit inſitum, ſi de alijs rebus erit inſertum. Prius] *Scilicet, quaſi dicat relinque curam aliarum arborum, ut uites ſeras.* Mite] *Vel benè excultum ſecundùm Acronem, hinc Virg.*

„ *Ea nec manſueſcit habendo.*

Vel, Mite, *Id eſt, mitia & ſuauia feres.* Tiburis] *De quo iam dictũ eſt.* Catylli] *Tyburtius condidit, ſed poëta fratrem pro fratre poſuit. Sic Virg.*

„ *Reuocato à ſanguine Teucri Dardani.*

Solum] *Terram, ſed quicquid eſt, quo aliquid ſubſtentatur id ſibi ſolum eſt, unde aërem auibus ſolũ dicemus, & aquas nauibus. Virg.*

„ *Subtrahiturq; ſolum.*

De mari dici. Siccis] *Ratio eſt, cur ſint ferendæ uites, nam uino curæ pelluntur, quæ ſiccos, id eſt, ſobrios nimis corrodunt. Siccis ergo madidis uino, quod lætitiam, hilaritatemq; exhibet. Virg.*

„ *Adſit lætitiæ Bacchus dator.*

Sollicitudines] *id eſt, curæ, quæ nos ſemper ſollicitos, anxioſq; reddunt. Sollicitare aũt eſt curam alicuius rei inijcere, qua anxius ſis.* Mordaces] *Quoniam curæ cor ipſum, ut Titij uultur, exedunt: quapropter rectè Græci curas μελεδῶνας, quaſi membra exedentes appellant, & noſtri dixerunt, quòd ſpiritus triſtis, deſiccat oſſa.* Quis poſt uina] *Perfecta argumentatio. Poſuit enim propoſitionem, quæ fuit quòd uites fereret, deinde attulit rationem ſiccis omnia & reliqua. Nunc adiungit confirmationem rationis, deinde exemplis rem exornabit, atq; amplificabit.* Quis ergo poſt uina] *Id eſt poſtquam uino ſe hilarem reddidit.* Increpet] *Pro increpabit, id eſt, repræhendet & uituperabit tanquam rem duram & miſerã, & poſuit* increpet. *id eſt, grauiter feret, ut ſit conſequens pro antecedenti: nam ea uituperamus, quæ grauiter ferimus, increpare autẽ eſt dictum à crepitu, ſonituq; uerborum, nam repræhendẽtis eſt crepitum, ſonitumq; in uoce adhibere, & quaſi aſperioribus uerbis intonare, quod fit ſæpe ex ira, tuncq; oratio amara eſt audienti: quandoq; fit ex quadam familiaritate, quæ res excitat potiùs, quàm perturbat, & in hac ultima ſignificatione dixit Maro.*

„ *Tum b. dedit increpitans.*

Poſuit autem duo grauiſsima: quæ quidem ſi poculis molleſcũt, reliqua omnia molliſsima reddentur. Nam & pericula, & labores intolerabiles affert militia, paupertas autem difficultatem omniũ rerum habet. Quis non te potiùs Bacche] *Per eclypſim uerbum ſubtraxit, ut uehementiam induceret in dicendo. Dicas itaq;. Quis ergo ô Bacche non potius te uelit aut ſequatur, quàm iſtas curas.* Pater] *Vel quia omnes dij patres ſunt, uel quia epithetum ſit Bacchi: nam Liber pater dicitur, uel quia mitem ſe præbeat, ut patres ſolent, uel quia liberis ciuitatibus præeſt, in quibus adminiſtratores non domini, ſed patris uice funguntur.* Decens Venus] *Optimè poſuit conuenientẽ comitem Bacchi. Verum ut in poculis modum adhibendum præcipit, ſic & in Venere, proptereaq;* decens *dĩxit, id eſt, quæ obſeruetur quædam condecentia & decorum. Vel dixit* decens, *quia in cõuiuio requiritur uenuſtas quædam remota ab omni triſtiori grauitate. Exornatio eſt hæc quæ in oratoria argumentatione quarta eſt. Propoſuerat enim eſſe ſumendum uinũ, ſed modeſtè. Deinde attulerat rationem, quòd ſiccis omnia eſſent dura. Deinde confirmationem rationis, quod neq; militia, neq; paupertas uino exhilarantis grauis eſt. Nunc per exempla inducit exornationẽ rationis, demonſtrans niſi modus obſeruetur, quot ſequantur incommoda. Hæc ea ratione in hoc loco aperui, ut oſtenderẽ uiam uolentibus & alibi huiuſcemodi omnia per ſeipſos inueſtigare. Ordo aũt ſit.* Rixa Centaurea] *Id eſt, à Centauris mota cum Lapithis, ſuper mero monet nos, ne quis tranſileat munera modici Liberi.* Tranſiliat] *Plus eſt quàm tranſeat. Tranſit enim etiam lento paſſu, tranſilit aũt ſaltu. Nam eſt ex trans & ſalio.* Modici] *Modeſti & temperati.* Centaurea] *Ab eo quod eſt Centaurus. Fuerunt aũt Centauri Ixionis ex nube filij. Ferũt enim Ixionẽ concubitũ Iunonis concupiuiſſe: Iunonemq; rem ad Iouem detuliſſe, ac illius iuſſu ſimulachrum quòd Iuno uideri poſſet, ex Nube formaſſe, & Ixioni obieciſſe. Credidit ſtultus ſe cum Iunone coire, cum coiret cum Nube. Ex eo igitur concubitu concepit Nubes, pepertitq; Centauros. Huius fabulæ allegoriam ego in noſtris Camaldulenſibus diſputationib. ſub*

nomine tui parentis ducis inuictiſsimi editus, diligentiſsimè proſecutus ſum. Ixion enim tyrannus eſt, qui dum Iunonem, id eſt, ampla regna, & ſupra ſuas uires optat. Nam dea regnorũ Iuno habetur, pro Iunone Nubem, id eſt, uanas res aſſequitur. Fruſtrantur enim illum ſuæ cogitationes. Vnde filios gignit monſtroſos, id eſt, efferatos effectus. Dicuntur aũt caput, brachiaq́, & pectus humana habuiſſe, reliqua uerò membra equina. hi ad Perithoi nuptias inuitati, cùm nimio uino ebrij eſſent nouam nuptam rapere uoluerunt. qua ex re inter ipſos & Lapithas, qui pro defenſione mulieris certabant, exorta eſt pugna, ac multi utrinq; cæſi. Affuerũt etiã puellæ Hercules, Neſtor, Theſeus, & excellentes uiri. Sunt qui referant ad hiſtoriam, dicantq́ fuiſſe ſatellites regis Theſſaliæ, qui iuſſi à Dño boues Oeſtro percitos conſequi, & domum reuocare, qui cum pedibus aſſequi nõ ualerent, equos aſcenderũt, & tandẽ conſecuti illos ſtimulis pungentes, reuocarunt: itaq; uiſi in equis putati ſunt bimembres. Et quoniã tauros pungebant κένταυροι ſunt dicti. κεντεῖν enim pungo eſt & ταῦρος taurus. Lapithæ ſiue Lapitæ dicuntur (nam ſæpe h aſpiratio in nominibus Græcis ſubtrahitur: unde eſt ſpæra pro ſphæra) Erant autem populi Theſſaliæ ſub Perithoo. Hanc pugnam etiam Maro Baccho imputat. Scribit,

„ *Bacchus & ad culpam cauſas dedit ille furentes,*
„ *Centauros leto domuit Rhetumq́; Pholumq́.*

Euhius] *Bacchus, hoc enim nomine donatus eſt à Ioue, cùm illi in bello Giganteo optimam operam nauaſſet. Id aũt ſignificat bonum filium. nam εὖ benè, & υἱὸς filius.* Sithonibus] *Thracenſib. apud quos ex inſtituto Orphei celebrantur Orgya Bacchi: Virg.*

„ *Sithoniasq́; niues hyemis ſubeamus aquoſæ.*

Cum auidi] *Id eſt, in libidinem proni propter ebrietatẽ.* Diſcernunt] *Diſtinguunt.* Exiguo fine fas atq; nefas] *Iuſtum & iniuſtum, id eſt, paruam uolunt eſſe differentiã inter iuſtum & iniuſtũ. Nam ebrij non animaduerterunt, quid interſit inter turpe & honeſtum. Sic Iuuenalis.*

„ *Quid enim Venus ebria curat,*
„ *Inguinis & capitis quæ ſint diſcrimina neſcit.*

Quapropter ego non quatiam te, non irritabo te, id eſt, non bibam pluſquam oportet. O candide] *Id eſt pulcher, nam pulcherrimus pingitur Bacchus. unde Saphos accedant capiti cornua Bacchus eris.* Baſſareu] *Vocatiuus remota s à nominatiuo, ut Theſeus, ô Theſeu, ſic Panthus, Panthu, ut Virg.*

„ *Quo res ſumma loco Pantheu.*

Eſt enim ὀξύτονον πάντως. *Dicitur aũt Baſſareus à ſpecie quadam talaris ueſtis, qua Bacchæ in ſacris illius utebantur. Ex qua & ipſæ Baſſarides appellabantur. Perſius.*

„ *Et raptum uitulo caput ablatura ſuperbo,*
„ *Baſſaris & Lyncẽ menas flexura corimbis. Voluntq́ ueſtẽ ipſã à parte Lydiæ Baſſara nominatã ſic dici. Alij dicũt Thraces in his ſacris pelles Lyncũ adhibere, quas pelles ipſi Baſſares uocent.* Nec rapiam ſub diuo] *Id eſt, non proferam in publicum.* Obſita] *Circumdata uarijs frondibus, quos Thyrſos uocabant: nam haſtas inuolutas pampinis tenebant in his ſacris. Eſt igitur ſententia,* non arcana naturæ, uel quæ celanda ſunt in publicum proferã. *Et allegoricè dicit non ſemper ſecreta uinum prodere.* Sub diuo] *Id eſt, ſub Ioue, qui aër eſt. Ergo ille dicitur ſub diuo eſſe, qui nullo tegitur tecto. Et quoniã qui eſt ſub diuo in aperto eſt, idcirco in hoc loco poëta dixit ſub diuo, id eſt, in publicum.* Tene] *Id eſt, contine & coërce ebrietatẽ, ſicut in Berecynthio reprimitur ebrietas per myſteria matris Deũm. Ergo poſuit in hoc loco tympana & cornu pro ebrietate.* Quæ] *Tympana, id eſt, quam ebrietatẽ.* Cæcus amor] *Conſiderata, quædam cupiditas.* Sui] *Scilicet ebrij ut quod ex uſu ſibi eſt, id ſequatur, nec uideat æquum ne ſit, an iniquũ.* Vel ſui] *Id eſt, eius ebrietas. Nam qui ſemel modum egreſsi in bibẽdo, idem ſemper facere cupiunt.* Et tollens uacuum] *Sequitur etiã ebrietatem ſtulta quædam & inanis gloria, & iactantia.* Extollens] *Id eſt, caput.* Vacuum] *Sine cerebro, id eſt, ſine prudentia, id eſt, ſuperbè ſe efferens: Nam ebriorum eſt, ut multa de ſe ſtultiſsimè ſimul & arrogantiſsimè iactent, & ſuperbè efferantur, quod per ſimilitudinem dicimus extollere caput. Vertex aũt cacumen eſt, & montis & capitis à uertendo dictus, quoniam quæ ibi naſcuntur, partim in dexteram, partim in ſiniſtram uertantur. Hinc dicimus diuortia aquarum, quia in iugo montis diuertantur aquæ, & aliæ hinc, aliæ illinc deſcendant. Diximus autem uerticem in cœlo, quem Græci polum appellant. Virg.*

„ *Vertex nobis ſemper ſublimis, at illum*
„ *Sub pedibus nox atra uidet maneſq; profundi.*

Arcaniq; fides prodiga] *Id eſt, perfidia, nam fides quæ eſt prodiga, id eſt, quæ promit ſecreta, & quando, & cui non debet, non iam fides, ſed perfidia eſt.* Arcani] *Secreti ſuæ fidei cõmiſsi. Et eſt metaphora ab eo qui ultra modũ erogat pecunias, neq; uidet aut cui, aut quantum det.* Perlucidior uitro] *Nam ut in uitro apparent omnia, quæ intra ſe continet, ſic in homine futili, apparent omnia, quæ ſibi credita ſunt.*

ERAS. ROT. } Cæcus amor] *Qui ſibi uehementer placent, quiq́; ſuis ipſorum commodis impensè ſtudent, aliorum rebus uel neglectis, uel etiam afflictis, à Græcis elegãter* φίλαυτοι *uocantur. Vitium ipſum* φιλαυτία *dicitur, quod appoſitè circum loquens Horatius: Cæcum amorẽ ſui dixit. Hæ in Prouer.* φίλαυτοι.

IOAN. HART. } Centaurea] *Ex Homero fortaſsis Od. φ. traduxit.*

„ *οἶνος καὶ κένταυρον, &c.*
„ *ἄασεν ἐν μεγάρῳ ἐς λαπίθας ἐλθόντα.*

HENR. GLAR. } Quæ ſubſequitur cæcus amor ſui. Attollens uacuum plus nimio gloria uerticem] *Ebrietatẽ tria ſubſequi ait, Philautiam, Superbiam, ac arcanorum proditionem. Quidam pro compoſito attollens, ſimplex legunt, tollens, ac coniunctione, &, præpoſita, exponunt & pro, id eſt, ut philautia, hoc eſt, amor ſui ſit gloria plus nimio tollens uacuum uerticem. Poterat etiã coniunctio, &, poni in priori carmine poſt ſui, quod apud Horatiũ eſt aliquoties, non in hac ſolum, ſed & alijs monoſyllabis.*

HERM. FIG. } Sacra] *Baccho, qui primus uitis uſum oſtendiſſe mortalibus fertur. Vnde ab Ouidio genialis conſitor uuæ nuncupatur.* Mite ſolum] *A loci commoditate. Nam non quælibet regio uitibus idonea. Virg.*

„ *Nec uerò terræ ferre omnes omnia poſſunt.*

Tyburis & mœnia Catili] *Tybur urbs eſt Italiæ, ad decimumſextũ lapidem diſtans ab urbe. Hanc Cato, Solinus, & alij à Catilo Arcade, claſsis Euandri præfecto, conditam ſcripſerunt. Plinius uerò à Tyburto, eius conditore uetuſtiore, dictam tradit. Cui aſſentire uidetur Virg. cum inquit:*

„ *Fratris Tyburti dictam cognomine gentem.*

Siccis omnia nam dura Deus propoſuit] *Ait Deum procreaſſe hominibus uinum ad eum uſum, ut lætos & hilares eos reddat: ideoq́; abſtemios ſemper fore triſtes & anxios.* Neq; mordaces aliter diffugiunt ſollicitudines] *Vinum curas & triſtitiã fugat. Idcirco etiam Plato lib. 1. & 2. de legib. ut refert Gellius, largiorem paulò, iucundioremq́; uini inuitationem, quæ fieret ſub quibuſdam, quaſi arbitris & magiſtris conuiuiorum ſobrijs, nõ improbauit. Nã & modicis, honeſtiſq; inter bibendum remiſsionibus, refici integrariq; animos, ad inſtauranda ſobrietatis officia exiſtimauit, reddiq; eos ſenſim lætiores, atq; ad intenſiones rurſus rapiendas fieri habiliores. Congrediendũ itaq; cenſuit, & tanquam in acie quadã cum uoluptarijs rebus, cumq́; iſta uini licentia cominus decernendum, ut aduerſum eas nõ fuga ſimus tuti, nec abſtinentia, ſed uigore animi, & cõſtanti præſentia, moderatoq́; uſu temperantiã, continentiamq́; tueamur: et calefacto ſimul, refotoq; animo ſi quid in eo uel frigidæ triſtitiæ, uel torpentis uerecundiæ fuerit, diluamus.* Grauem militiam] *Vinum facit audaces. Ouid.*

„ *Tum pauper cornua ſumit.* *Horat.*
„ *In prælia trudit inermem.*

Aut pauperiem increpet] *Iuxta illud:*

„ *Contracta quem non in paupertate ſolutum?*

At ne quis modici] *Teterrimum Centaurorum cum Lapithis bellum inter pocula ſuſceptum: item Thracum crudelitas ex ebrietate orta, monet, ne uino immodicè utamur.* Centaurea monet cum Lapithis rixa] *Conuocati Centauri & Lapithæ ad nuptias Perithoi, poſtquam ebrij ſunt facti, ſtatim Centauri uxoribus Lapitharum uim inferre cœperunt, & eaſdem in equis abducere, qua de re*

ortum

ortum eſt bellum inter utroſq; populos. Cùm uerò Centauri, equis freti, nocturno tempore multum incommodarent Lapithis, diurno uerò montanum pagum, cui nomen νεφέλη, repeterent, nata eſt fabula, Cẽtauros ex nube genitos, humana facie et equino tergo, quia ipſis fugientibus capita corũ, & in equis caudæ tantùm apparebãt. Sithonijs non leuis Euhyos] Hoc eſt, Bacchus grauis & noxius Thracenſibus, cùm immodico uino ſe ingurgitauerint, & citra diſcrimen honeſtatis atq; turpitudinis, in libidines ruunt. Sunt enim Thraces populi uinoſi, uirgines non ſeruantes, ſed quibus libuit uiris concumbere permittentes. Quare inebriati per fas, nefaſq; uirgines ad uoluptatem rapiunt, atq; ita ſæpe pro formoſis certantes, ſeſe mutuis uulneribus conficiunt. Euhyos] Hoc nomine Iupiter Bacchum, cùm in bello aduerſus Gigantes ſtrenuam nauaſſet operam, appellauit, quod ſonat, bone fili, ab εὖ, & υἱός. Auidi] Propter ebrietatem proni & procliues ad libidinem. Candide] Pulcher, nam formoſum puerulum ueteres pingebant Bacchum. Oui.

,, —Tibi enim inconſumpta iuuenta eſt.
,, Tu puer æternus, tu formoſiſsimus.

Vel, candide, id eſt, ſyncerè, purè, ſimplex, quia uinum omnem animi fucum tollit, & ſimpliciter quicquid in animo eſt, in lucem profert. Vnde etiam prouerbium: Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. Baſſareũ] Baſſareus dicitur Bacchus, à ueſto, qua miniſtræ eius utuntur in ſacris. Alij à βαϋζειν, quod eſt clamare, Baſſareum uocant. Inuitũ quatiam] Hoc eſt, exemplo Centaurorum & Thracum monitus, non plus bibam, quàm oportet. Nec uarijs obſita frondibus ſub diuum rapiam] Id eſt, Secreta & arcana tua nõ proferam in lucem. Sæua tene cum Berecynthio cornu tympana] Coërce inſanam ebrietatem, cuius comites ſunt: φιλαυτία, arrogantia & arcanorũ proditio. Cum cornu tympana] Nam tibijs & cymbalis Bacchi ſacra, quæ ὄργια, dicebantur, nocturno tempore celebrabant. Cæcus amor ſui] φιλαυτίαν, commune omnibus hominibus uicium, ita ebrijs inſitam eſſe oſtendit, ut quiſq; ſibi optimus uideatur, de ſe bene exiſtimet, ſeſeq; diligat, & in proprijs æſtimandis quadam animi propenſione corruptus cæcutiat, atq; hallucinetur. Attollens uacuum] Facit enim ebrietas homines arrogãtes, ſuperbos, & inani gloria inſolentes. Arcaniq; fides prodiga] Ebrietatem ſequitur perfidia, & futilitas. Plin. lib. 14. cap. 22. ſcripſit, uinum uſque adeò initis arcana prodere, ut mortifera etiam inter pocula loquantur homines, & ne per iugulum quidem redituras uoces contineant. Sacræ literæ prohibent uinum dari regibus, quòd ibi nihil ſit arcani, ubi regnat ebrietas. Quod approbans Horat. alibi, inquit:

,, Quid non ebrietas deſignat? operta recludit.

Et in Epigrammatis conſentiens Virgil.

,, Arcanum (ait) demens detegit ebrietas.

THEOD. PVLM. } 1 Vare ſacra] Vere nouo, Helenius. 2 Catili] Pro Catilli. Catillus Amphiarai filius fuit, à quo Tibur conditum fuiſſe uidetur exiſtimare Horatius. Vide Turneb. lib. 21. cap. 3. 5 Crepat] Id eſt, ſemper in ore habet, per Metaphoram. Nonius, Crepare, ſignificat rurſum queri, uel dolere. Increpat, B. increpet, Aldina editio. 9 Euius] Εὔιος, Bacchi cognomen. hinc Euias, Baccha. 3. Carm. 25.

,, Ex ſomnis ſtupet Euias.

11 Non ego candide Baſſareũ Inuitum quatiam: nec uarijs obſita frondibus Sub diuum rapiam] Niſi erro toto cælo, locus allegoria totus eſt figuratus & mutatus. nam de ebrietate hæc loquitur ſub integumento Bacchanalium, cùm ebrietas etiam Bacchanal quoddam uideri poſsit: ſe autem dicit ad ebrietatẽ uſq; nolle compotare, nam qui eò uſq; progreditur, is Bacchum inuitum quatit. ille enim nobis non inuitus ſua indulget munera temperatè utentibus: non æquo animo uino nos obrui patitur. Quod autem quatere dixit, ad ſacra Bacchi alluſit, quæ recondita in ciſtis è templis urbanis in montes, ſolitudineſq; ad Orgia celebranda à Bacchis portabantur. unde Maro (3. Aeneid. uerſ. 125.)

,, Bacchatamq; iugis Naxon,

dixit: & lib. 4. (uerſu 301.)

,, — Qualis commotis excita ſacris
,, Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho
,, Orgia, nocturnuſq; uocat clamore Cythæron.

Et quia ſacra illa furioſo tumultu & perturbato impetu commouebant, iccirco dixit Plautus Pſeud. (Scena Si ex te.)

,, Scis tu quidem hercle, mea ſi commoui ſacra,
,, Quo pacto & quantas ſoleam turbellas dare.

Non igitur, inquit, te cõmouebo, nec obſita frondibus ſacra tua ſub diuum rapiam, id eſt, ebrius non bacchabor, nec inſaniam, ut qui ſacra tua ſolent Bacche pater è templis rapere ſub diuum in ſaltus & montes, tegebantur autem Orgiorum ciſtæ edera, & pampinis. Turneb. lib. 21. cap. 21. diuum, H.G.E.B. dium, Benedicti Philologi editio. 13 — Sæua tene cum Berecyntio Cornu tympana] Id eſt, noli me adflare ebrietatis furore, ut tympano ſacrorum tuorum, & cornu audito ad amentiam adiguntur Bacchæ, & myſtæ tui fanatici & enthei redduntur. unde & Lucretius (lib. 2. uerſu 620.) ſcripſit,

,, Et Phrygio ſtimulat numero caua tibia mentes.

Amentiam autem illam ebrietatis, quæ uitia conſequantur continuò enumerat, quæ procul dubio fidem faciũt figurato eſſe iſta inuolucro obducta, quod in eam ſententiam, quam expoſui, arbitror euoluendum. Turneb. lib. 21. cap. 22. 15 Et tollens] Attollens, editio Aldina.

ANT. MVRET. } 1 Nullã Vare ſacra] Hoc quoq; Alcæi eſt:

,, Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω.

In quo tamen δένδριον, non δένδρεον, metri cauſſa legendũ puto. 5 Quis poſt uina] Apud Nonium uerſus hic ita legitur: Quis poſt uina grauem militiam, aut pauperiem crepat: neq; dubium eſt, quin ita legi debeat. Sic & aliàs locutus eſt Horat.

,, Sulcos & uineta crepat mera.

7 At ne quis modici] Multa in hanc ſententiam apud Theognidem leguntur: quorum hæc concluſio eſt deniq;:

,, Οἶνος πινόμενος πουλὺς κακός· ἢν δέ τις αὐτὸν
,, Πίνῃ ἐπισταμένως, οὐ κακὸς ἀλλ' ἀγαθός.

Vinum autem immoderatè ſumptum nocere, indicauit & Lucilius. cuius hæc ſunt è libro 30.

,, Scito etenim bene longinquum mortalibus morbum
,, In uino eſſe, ubi qui inuitauit Dapſilius ſe.

GEORG. FAB. } Poëtam Varum hortatur, ut in uilla ſua Tiburtina uites plantet, præ alijs arboribus. Vinum moderatum animos ad læticiam excitat, et obliuionem curarum inducit. Nullam Vare ſacra uite prius ſeueris arborem] Imitationem Alcæi annotarunt alij. In manuſcripto Acronis libro ſic legitur, Nollam uere nouo ut Virg. 2. Georg.

,, Optima uinetis ſatio, cum uere rubente
,, Candida uenit auis, longis inuiſa colubris.

Hæc autem uerba in impreſsis, fuerunt ante meam editionem deſiderata. Mœnia Catili] Pro Catilli, [illegible], media enim litera geminatur apud Virg. 7.

,, Catilluſq;, acerq; Coras, Argiua iuuentus.

Tibur oppidum in conſpectu Romæ, impoſitum monti, conditũ eſſe à Catillo Horat. nunc ait. Cum eo ſentit Silius lib. 8.

,, Hinc Tibur Catille tuum.

A' Tiburno conditum, ait Virg. ab Hercule, Strabo. Martianus agens de conditoribus urbium Italiæ lib. 6. ſic inquit,

,, Coram condidit Dardanus,

Agyllam Pelaſgi, Tibur Catillus, præfectus claſsis Euandriæ. Legendum ibidem, Coritum Dardanus, non Coram. Coritus enim Hetruriæ eſt, Cora antiqui Latij. Virg. 6.

,, Caſtrumq; Inui, Bolamq;, Coramq;.

Idem 9.

,, Extremas Coriti penetrauit ad oras.

Pauperiem crepat] Hoc modo Nonius, & Anhaltin. Aliter Helenius, & uulgatiora. Cum accuſatiuo etiam alibi,

,, Ter crepuit ſonum. Item,
,, Sulcos & uineta crepat.

IOD. BAD. ASCENS. } Nullam Vare] Docet utilitatem uini temperatè ſumpti, abigit enim curas, lætificat cor hominis, acuit ingenium: & ideo monet Varum uirum doctum & amicum nihil prius quàm uitem iuxta Tybur ſerat: uerum, quia

immoderatè ſumptum nocet, moniturus eſt, ut modicè ſumat. Ordo hic eſt. O Vare nullam] *Id eſt, ne ullam.* Ne ſeueris] *Id eſt, nolim feras ullam arborem.* Prius uite] *Id eſt, prius quàm uitem uiniferam.* Circa ſolum mite] *Id eſt, ſolubile & temperatum: Tyburis & mœnia.* Cathyli] *Pro Cathylli. hoc eſt, quæ Cathyllus Tiburti frater condidit. Quia Deus propoſuit.* Siccis] *Id eſt, ſobrijs & abſtemijs.* Omnia dura] *Id eſt, aſpera.* Neque ſollicitudines mordaces] *Id eſt, cor mordentes & urentes, unde curæ dictæ ſunt diffugiunt aliter, quàm per uina.* Quis increpat] *Id eſt, increpando uocat aut damnat.* Poſt uina] *Id eſt, potus.* Militiam aut pauperiem grauem] *Id eſt, moleſtam.* Quis non increpat] *Id eſt, uocat & appetit poſt uina potius te Bacche pater, & te ô Venus decens? quæ apta ſunt epitheta.* At nequis] *Quia, (ut dixi) uinum intemperanter ſumptum uires eneruat: animos obruit, ſecreta prodit, amicos offendit, & lites ac pugnas prouocat, monens eius immodicitatem propter mala, quæ comitantur, euitare dicit.* Ac] *Id eſt, ſed econtrario, nequis tranſiliat: quia ut dicit Maro.*

,, *Vina ſitim ſedant, natis Venus alma creandis,*
,, *Sed fines horum tranſiluiſſe nocet.*

Munera] *Id eſt, dona & inuenta, quæ non ſunt munera commoda.* Niſi illos liberi] *Id eſt, uini.* Modici] *Id eſt, modicè ſumpti.* Rixa centaurea] *Id eſt, centaurorum.* Debellata] *Id eſt, bello finita.* Cum Lapythis] *Id eſt, contra Lapythas etiam populos Theſſaliæ.* Debellata dicit ſuper mero] *Id eſt, inter bibendum: aut propter uinum, unde Bacchus & ad culpam cauſas dedit.* Et Euhyus] *Id eſt, bonus filius Iouis, Bacchus ſic ab Ioue in bello giganteo uocatus, qui bonus eſt ipſo.* Bene] *Id eſt, modicè utentibus: nō leuis, id eſt grauis & moleſtus.* Sythonijs] *Id eſt, Thracibus, quia ſæpe pugnant, unde dicturus eſt.*

,, *Natis in uſum lætitiæ ſtyphis pugnare Thracum eſt, &c.*

Quum] *Id eſt, quando ipſi auidi.* Libidinum] *Id eſt, uoluptatū ex uino.* Diſcernunt exiguo] *Id eſt, modico.* Fine] *Id eſt, diſcrimine ſeu differentia.* Fas atque nefas] *Id eſt, quid fas & quid nefas.* O Baſſareu] *Id eſt, O Bacche oblonga ueſte indute.* Candide] *Id eſt, pulcher dum temperatè ſumeris.* Ego non quatiam] *Id eſt, non commouebo te inuitū.* Nec rapiam ſub diuum] *Id eſt, Iouem, hoc eſt, aërem & in apertum.* Obſita] *Id eſt, obuoluta & latentia.* Varijs frondibus] *Scilicet uitis. Id eſt, non reuelabo arcana.* Tene ſæua tympana cum cornu Berecynthio] *Id eſt, quæ excitantur ad furorē Berecynthiæ Cibelis ſacerdotes, id eſt, ne prouoces me in furorem, quæ tympana & cornua.* Subſequitur amor ſui cæcus] *Quia ebrij ſibi placent & formoſiores ac potentiores, ſapientioresq́ue uidentur quàm ſint, unde exponit.* Et pro] *Id eſt, gloria.* Tollens] *Id eſt, extollens, plus nimio.* Verticem] *Id eſt, caput.* Vacuum] *Scilicet cerebro aut inaniter glorioſum.* Et fides] *Id eſt, fidelitas tacendi prodiga.* Arcani] *Id eſt, quæ arcanū prodit exiſtens.* Perlucidior] *Id eſt, tranſparentior.* Vitro] *Id eſt, per cuius medium citius arcanum uidetur, quàm res incluſa uitro: quæ non modo non celatur, ſed maior quàm ſit apparet.*

ANT. MANT. } *Varo amico ſcribit, hortans eum: ut uitem priuſquā arborem ſerat, & id, quoniam ſobrij anxietates & ſollicitudines patiuntur, quæ niſi uino tolli non poſſunt. Monet aūt modeſtè bibendum exemplo Centaurorum. Ii enim nimio potu certarunt cum Lapithis. Enarrat inde ebrietatis uitia. Per eam namq; illicita Venus admittitur, plus æquo quiſq; ſeſe extollit, ſecretaq́; etiam reuelantur.* Nullam Vare ſacra uite] *Ode eſt monocolos, habens metrum Phalecium ſiue Choriambicum, de quibus Ode 11. hæc enim ſimilis eſt.* Mite ſolum] *Id eſt, ſolubile & temperatum à calore & frigore.* Cathyli] *De hoc uide in Ode 7. propter carmen autē remouit, ſcilicet & corripuit mediā. Virg. enim lib. 7. ait.*

,, *Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt:*
,, *Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,*
,, *Cathyllusq́; acerq́; Corax, Argiua iuuentus.*

Siccis] *Id eſt, ſobrijs & ieiunis, nec uino madidis, ſicut ebrij ſunt. Eſt autem ratio cur uitem priuſquam arborem ſerere debet.* Quoniam] *Scilicet ſobrij curis afficiuntur, quæ ſolo uino tolli poſſunt: hinc ait ſuperiùs.*

,, *Et uino pellite curas.*

Aliter, quàm potando ſcilicet. Quis poſt uina] *Quaſi dicat nullus, oſtendit autem quæ dura grauia aſpera, & miſera ſunt ſine uino, poſt uini pocula apparere facillima. Bacchus enim lætitiæ dator eſt.* Increpat] *Damnat, arguit.* Quis non te potius] *Quis non te ſupple appetat, potius quam alia ſollicitudinem afferentia, quaſi dicat, quilibet. Bacchus autem & Venus uoluptatibus ſunt aptiores. Venus enim ut Bacchus pellit rerū curas.* Decens] *pulchra, decora & modeſta, non prætergiens modum.* At nequis modici] *Temperatè bibendum admonet, exemplo Centaurorum. qui quidem in nuptijs Pirithoi uino calentes ſponſam Hippodamen auferre tentauerunt: ſed à Lapythis oppreſſi ſunt, ut latè oſtenditur Meteor. lib. 12. Lapythæ autem Theſſaliæ populi in Pindo & Othry mōtibus habuêre ſedes, ut Plin. lib. 4. oſtendit. Centaurorum quoque natio in Theſſalia fuit: dura quidem & agreſtis: ut Strabo lib. 9 innuit. Pirithous autem Iſionis Lapitharū regis filius fuit.* Sythonijs] *id eſt, Thracibus. nam Thracia prius Sython dicta fuit: ut Gellius lib. 13. docet. Thraces autem conuiuijs uacare ſolebant, quod Statius Th. lib. 2. oſtendit his uerſibus.*

,, *Qualia per Rhodopen rapido conuiuia cœtu Biſtones:*
,, *Aut mediæ ponunt conuallibus oſſæ.*

In Ode uerò 27. Ait. Natis in uſum lætitiæ ſcyphis, pugnare Thracum eſt. Euhyus] *Bacchi nomen. Vnde Statius etiam lib. 2. ait.*

,, *Et tunc fortè dies noto ſignata tonantis Fulmine,*
,, *Præcepti quum te tener Euhye partus,*
,, *Tranſmiſêre patri.*

Vtq; Acro ait lib. 2. Ode 11. Euhyus liber dictus eſt, eo quòd cum dij bellum cum Gigantibus gererent. Primus in leonem conuerſus, occidit Gigantem, ex quo ita Iupiter eum laudauit. Euhye] *Hoc eſt bone fili. Græcè enim εὖ nobis bene eſt. υἱὸς autem filius.* Quum fas atque nefas] *Senſus eſt, quum in luxuriam proni propter ebrietatem uix decorum, ab indecoro diſcernant:* Ego non irritabo te Bacchum] *Id eſt, non præteribo bibendi modum.* Exiguo fine] *Paruo diſcrimine.* Candide] *Pulcher.* Baſſareu] *Baſſareus liber appellatur à ueſtis Baccharum genere. Vnde & ipſæ Bacchæ, Baſſarides appellantur. Eſt autem genus ueſtis uſq; ad pedes demiſſæ, dictæ à Baſara, loco Lydiæ, ubi ſunt talis. author eſt. Acro.* Inuitum] *Id eſt, nolentem, Bacchus enim trahi uidetur, non duci: quum poculorum modus præteritur.* Nec uarijs obſita frondibus: Sub Dion rapiam] *Id eſt, tua arcana ô Bacche in publicū non proferam. Allegoricè autem dicit, quòd ipſe non factus ebrius, ſecreta ſibi commiſſa non aperiet.* Obſita] *Id eſt, circumdata ac tecta.* Thyrſis enim] *Id eſt, haſtis Pampinis inuolutis utebantur in Bacchanalibus.* Sub dion rapiam] *Sub dion legendum, uel* ſub diuum *licet in antiquiſſimis textibus ſit* ſub diuum. At ſub dio dicimus, non ſub diuo] *Id eſt, ſub cælo. Cælum namq; Græci* Δία *dicunt Author eſt Aſconius ſuper lib. 3. Verrinarum. Varro quoque id meminit.* Sæua tene cum Berecynthio cornu tympana] *Id eſt, contine à me furoris incitamenta, quæ ebrietate accendūtur. De Corybantibus Cybeles ſacerdotibus dictum eſt. Ode 16. quomodo tympanis, & cymbalis, & uocibus furorem incurrebant.* Quæ ſcilicet tympana] *Id eſt, furoris cauſam ſequitur.* Cæcus amor ſui] *Id eſt, incauta bibendi cupiditas. Ebrij nanq; potare non deſinunt unquam, ſed magis magiſq; appetunt. Attollens, & quæ ſubſequitur gloria, plus nimio tollens uacuum uerticem. Ebrij enim ſe maximè laudibus extollunt.* Vacuum uerticem] *Propter ebrietatem, uacuum cerebro uerticem dicit.* Arcaniq;] *Et quæ ſubſequitur fides.* Arcani] *Id eſt, ſecreti.* Prodiga] *Id eſt, futilis & perfida.* Perlucidior uitro] *Id eſt, cuncta aperiens, ſicuti uitrum intra quod incluſa omnia apparent, & uidentur.*

GILB. COGN. } Patiens pulueris atq; ſolis] *Hoc in hominem ad labores ferendos habilem quadrabit: Et eſt huic ſimile, quod à Zenodato refertur. Neq; complicitur, neq; ſole adducitur. Nec & illud diſcrepat, quod Marius apud Saluſtium dicit. Hyemem & æſtatem iuxta pati, & humi requieſcere. Gilb. in Prouerb. ſuprà citato.*

ODE

ODE XIX. DE GLYCERA: QVOD EIVS AMORE VRATVR.

Ἐρωτική.

Ode XIX. Dicolos diſtrophos, ut: Sic te diua potens Cypri.

— — — ∪ ∪ — ∪ ∪
— — — ∪ ∪ — — ∪ ∪ — ∪ ∪

ARGVMENTVM IN ODEN XIX.

Queritur ſe Veneris & Bacchi tum libertatis, & ocij impulſu in amorem trahi, quo occupatus non poſsit ſcribere res graueis, ſed amatorias duntaxat. Innuit autem facilè quenque in amorem incidere, qui uino & uoluptati indulgeat.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Poëta ſcribit à Venere, Baccho, & Otio, iterum ſe cogi formoſam Glyceram adamare, quapropter Scytharum, Parthorumque prælia eum ſcribere. Venus non patitur, nec etiam illa, quæ ad uoluptatem amoremúe non pertineant. Ait tandem per acta ſacris, Glyceram ſibi leniorem fore.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Conqueritur ſe Veneris, Bacchi & otij impulſu ad intermiſſum amorem reuocatum, eoque implicatum non canere res bellicas ac graues, ſed amatorias, & leues poſſe.

COMMENTARIA.

MATER ſæua Cupidinum,
Thebanæque iubet me Semeles puer,
Et laſciua licentia
Finitis animũ reddere amorib.
Vrit me Glyceræ nitor,
Splendentis Pario marmore purius:
Vrit grata proteruitas,
Et uultus nimium lubricum aſpici.
In me tota ruens Venus
Cyprum deſeruit: nec patitur Scythas,
Et uerſis animoſum equis
Parthum dicere: nec, quæ nihil attinent.
Hîc uiuum mihi ceſpitem, hîc
Verbenas pueri ponite, thuraque
Bimi cum patera meri.
Mactata ueniet lenior hoſtia.

ACRON.

MATER ſæua Cupidinum] *Ode dicolos diſtrophos ἐρωτικὴ ad pueros ſuos. Metrum primo uerſu Glyconium, ſecundo Aſclepiadeum. Hac Ode renouari ſibi amorem Veneris inſtinctu dicit, adiuuante hunc Licentia & Libero. Terent.*

» *Corruptiores ſumus omnes licentia.*

Sæua] *Modo crudelis.*

» *Sæuus amor docuit natorum ſanguine, matrem.*
» *Commaculare manus.*——
Et alibi,
» *Vi ſuperum, ſæua memorem Iunonis ob iram,* *Et:*
» *Stat maternis ſæuus in armis.*

Dicit autem Venerem, ut: Matris Acidaliæ. Thebanæ] *Quæ de Thebis, [illegible].* Semeles] *Nomen eſt matris Dionyſij.* Puer] *Dionyſius, qui colitur apud Thebas.* Et laſciua licentia] *Otium, quod ſemper in laſciuiam reſoluitur.* Finitis animum reddere amoribus] *Iam deſertis, & aliens ab animo, denuò ijſdem incitari.* Glyceræ] *Nomen amatæ puellæ.* Splendentis Pario] *Parius lapis candidiſsimus eſt, unde ſigna multa fiunt, propterea niueamque Paron, dixit Virgil.*

» *Et, Stabũt Parij lapides ſpirantia ſigna,*
Et alibi:
» *Argentum Pariúsue lapis circumdatur auro.*

Vrit] *Incendit. Virgil.*

» *Carpit enim uires paulatim, uritque uidendo*
» *Fœmina.*——

Grata proteruitas] *Amantibus grata procacitas ſiue impudentia, qua interdum conſueuerunt commendari mulieres.* Lubricus] *Ad Libidinem procliuis.* Cyprum deſeruit] *Relicta, in qua Venus colitur inſula, me totum occupauit.* Nec patitur Scythas] *Non ſinit me cantare de prælijs. Dicit autem ſe amore Veneris, & delicijs occupatum, ſe ſcribere bella non poſſe.* Verſis equis] *In fugam retortis, quare fortiores dicuntur Parthi, ut:*

» *Et miſſam Parthi poſcunt in terga ſagittam.*

Nec quæ nihil attinent] *Id eſt, quæ ad uoluptatem non pertinent, nec attinent ad amorem, ut:*

» *Quin tu aliquid ſaltem potius, quorum indiget uſus.*

Hic uiuum mihi ceſpitem, hic Verbenas pueri ponite] *Verbena aut terra uirens, aut ceſpes ad ſacrificium. Bene autem uerbenas, ceſpitem, & thus Veneri promittit, quæ non placantur ſanguine. Virgil.*

» *Tum Venus, haud equidem tali me dignor honore.*
Et item,
» *Centumque Sabeo Thure calent aræ, ſertisque recentibus halãt.*

Verbenas autem dixit, herbas ſacras, ut Virgil.

» *Verbenasque adole pingues, & maſcula thura.*
Et Terentius:
» *Ex ara ſume hinc uerbenas tibi.*

Mactata ueniet lenior hoſtia] *Id eſt, facto ſacrificio manſueſcet, hoc eſt, lenior Glycera Veneri ueniet, quam proteruam dixerat.*

PORPHYR.

Mater ſæua Cupidinum] *Hac Ode renouare ſibi ait amorẽ inſtinctu Veneris ac uini, adiuuãte etiã licẽtiæ libertate.* Vrit grata proteruitas] *Dixit ἐρωτικῶς, quia plerũque ipſa ſuperbia ac faſtidium mulieris, magis eam amatori commendat.* Et uultus nimium lubricus aſpici] *Mirè dictum eſt, cuius uultus cum aſpectus eſt, lubricos in amorem ſui facit iuuenes.* Nec patitur Scythas, Et uerſis animoſum equis Parthum dicere] *Hic oſtendit ſe in delicijs Veneris occupatum non poſſe res bellicas ſcribere, non permittit, ait, dicere bella, uel res alias, quæ non pertinent ad Venerem: ſed illud cogit dicere, quod expetit natura.* Nec quæ nihil attinent] *Iucunde nihil ad ſe pertinere, ait alia, niſi quæ ad Venerem pertinent.* Mactata ueniet lenior hoſtia] *Veneri ſcilicet, mactata hoſtia, Glycera lenior ueniet. De qua bene hoc dictum eſt, quia proteruam eam eſſe iam dudum oſtenderat.*

CHRIST. LAND. } *Amatoriè ſcripta Ode, ſed quæ*

tamen occultiùs demonſtret, noſtra nos culpa incidere in amores. Primus uerſus Glyconicus. Secundus Aſclepiadeus. Sæua mater]Nam non Cupido ſolùm, uerùm etiam Venus crudelis eſt habenda. Cupi[d]inum, plurales enim ſunt. Primus enim Cupido ſecundi Mercurij, & primi Dianæ filius fuit. Secundus (ut Simonidi placet) ex ſola Venere natus eſt: Tertius ex Venere & Marte. Alij dicunt Venerem fuiſſe unam ex Cupidinibus, & reliquis antiquioré. Refert Auſonius Cupidinem quandoque in myrteta Herebi deuolaſſe, atq; ibi ab heroidibus, quæ propter illũ multos labores ac demum mortem paſſæ fuerant, captum fuiſſe, & in alta myrto cruci affixum. Ipſe tamen mox interuentu Veneris, quæ illi cathenas, à Vulcano fabricatas minitabatur, non ſolùm eum liberauerunt, uerùm etiam à Venere, ut illi Veniam darent, impetrarunt. Semeles puer]Id eſt, filius uel puer, quia ſic pingitur. Dicunt enim illum quandoq; à gigantibus diſcerptum fuiſſe ac elixatum, ſed rurſus à Cerere membris compoſitis in pulcherrimum adoleſcẽtulum reductum. Quod Diodorus ad phyſicam refert, nam ex terra & imbre incrementum accipit uites ad uuas creandas, quæ [illegible] agricolis carpuntur, calcanturq; & mulſum uini decoquunt. Deinde Ceres rurſus membra componit: Nam quotãnis terra ſuccum ad nouas uuas ſubminiſtrat. Sed de Semele iam diximus. Et laſciua licentia] Tria poſuit ad amorem excitandum ualidiſsima. Venus, uinũ, & laſciuia] Id eſt, mollis & ocioſa licentia. Venus enim ſi accedat uinum exardeſcit. Ex laſciuia autem oriri amorem, noſter Petrarcha elegantiſsimè docet, præſertim ſi in ea aſſumimus nobis licentiam, id eſt, non conceſſum arbitrium. Quapropter & Terentianus ille Demea filium reprehendens, ex nimio ocio ſibi amorem prouenire affirmat. Et alio in loco deteriores eſſe homines licentia ſcribit. Ita ergo tria iubent tanquam domini reddere animum amoribus finitis. Iubet]Quia cum non repugnamus à principio illius, animum ad ſe rapiunt, ut neceſſe ſit obtemperare. Et iubent reddere]Nam ſeruus effectus animus debetur iam illi perturbationi, cuius eſt ſeruus. Fabulis]Nam ſæpe amor extinctus, in uita ocioſa & uoluptuoſa reuiuiſcit. Differt etiam licentia à libertate. Nam licentia eſt cum id nobis arrogamus, quod non licet. Libertas uerò cum nulla re deterremur, quin ea, quæ honeſta ſunt apertè agamus. Nitor]Splendor & pulchritudo, quæ eſt efficax cauſa amoris. Nã amor ſecundùm Platonem eſt deſiderium pulchritudinis. Pario] Paros una eſt è Cycladibus, in qua effodiebatur candidiſsimũ marmor. Virg.

„ Parius ue lapis circundatus auro.

Primi enim qui in ſtatura claruerunt uſi ſunt marmore candido, ex inſula Paro, quem lapidem Lychnidem appellabant, quia ad lucernas in cuniculis cæderetur. Vrit]Eſt enim amoris urere. Virgilius, eſt mollis flamma medullas. Et eſt repetitio. Grata proteruitas] Grata quædam obſtinatio & inſolentia. Nam cariora uiris ſunt, quæ ipſi non ſine quadam difficultate aſſequuntur, modò terminum non excedat. Tunc enim gra[illegible] eſt: Hinc Martialis.

„ Nolo nimis facilem, difficilemq; nimis.
„ Verum quod medium eſt, quodq; inter utrunq; probatur,
„ Nec uolo, quæ cruciet, non uolo, quæ ſatiet.

Erat ergo proterua citra modum, ita ut accẽderet deſiderium. Nã teſte Lucano.

„ Nitimur in uetitum ſemper, cupimuſq; negata
„ Non tamen deterreret. ——

Vel dic proteruitas] Id eſt, laſciuia, quæ nobis in alienis potiùs quàm in noſtris mulieribus iocunda eſt. Lubricus aſpici]Metaphoricè. Nam quemadmodum loca quædam ſunt ita lubrica, ut contineri nequeamus, quin labamur & ruamus: ita quidam uultus ita placent, ut non poſsimus contineri, quin illos aſpiciamus, hoſq; lubricos appellat. Tota ruens] Magna eſt uehementia Veneris in me, & totas effundit uires. Non enim uenit in qua re ratio quædam & modeſtia eſſe poſsit, ſed ruit, id eſt, impetu & non conſilio fertur, & ruit tota, id eſt, omnibus uiribus. Cypron deſeruit]Quaſi dicat, ita in me conuerſa eſt, ut nihil aliud curet, imò loca etiam ſibi gratiſsima, ut me petat, deſerat. Scythas] Populi ſunt Septentrionales. Iſti olim ſeipſos Scolotos appellabant, ut inquit Herodotus, à Græcis appellantur Scythæ ab eorum rege, de quo hæc narrant. Referunt enim Herculem à deuicto Gerione redeuntem in ea loca deſerta deueniſſe, & frigore oppreſſum leonina pelle ſuperinducta obdormiuiſſe, atq; excitatum equas, quæ currum ſuum ducerent non uidiſſe, propterea'q; quæ ſit abundum uſq; in Hyleam acceſsiſſe. ibi ergo uirginem offendit, cui infernæ partes ſempiternæ eſſent. Supernæ autem ab ipſo femore humanæ. Hæc igitur equas ſuas apud ſe eſſe confitebatur, ſed redditurum negabat, niſi ille ſe amplecteretur. Geſsit morem uirgini Hercules, illiq; iam grauidæ arcum, ſagittaſq; reliquit, filio'q; qui naſceretur tum demum regnũ tradere mandauit, ſi arcum cùm adoleuerit tendere ualeret. At illa trigeminos peperit, Agathyrſum, Gelonum, & Scytham, ſoluſq; Scytha iuſſa paterna implere potuit. Itaq; & à matre regnum accepit, & à ſe populos ſuos Scythas nominauit. Hæc Herodotus. Poëta autem negat Scytharum bella (nam gens pugnaciſsima fuit) aut Parthica dicere poſſe, cùm tanto amore occupatus ſit, ut nihil aliud cogitare ualeat. Dicere]Deſcribere. Animoſum, uerſos equis] Qui inter fugiendum in hoſtem ſpicula contorquet. ut iam dictum eſt.

„ Fidentemq; fuga Parthum, uerſiſq; ſagittis.

Nec etiam patitur Venus dicere ea, quæ nihil attinet ad amorem. Exprimit ergo id de ſe poëta, quod in Didone ſcribit. Virg. Quam oſtendit amorem impeditam, cætera omnia relinquere, ac ſoli Aeneæ uacare. Quibus rebus nos monet, ut tam crudelem peſtem euitemus. Hæc mihi]Non ut Epicurus, qui credit deos humana negligere, ſed ut Platonicus. Ipſi enim aſſerunt omnia curare deos, ſacrificium parat, quo Deum mitiget. In qua re nos monet, ut in difficultatibus conſtituti ad deos recurramus. Viuum ceſpitem]Cuius herbæ uireant & ſuis radicibus hereat: Eſt enim ceſpes terræ gleba cum ſuis herbis auulſa. Ex ceſpitibus enim ſæpe aras faciebant. Iuuenalis.

„ Qua feſtus promiſſa Deis animalia ceſpes
„ Expectat. ——

Verbenas] Has dicebant antiqui herbas ſacras ſumptas de ſacro loco Capitolij, quibus coronabantur, uel quia de locis ſanctis Capitolij legebantur feciales, & pater patratus fœdera facturi, uel bella inducturi, hæc & ſagmina appellabantur, uel à ſanciendo. Abuſiuè tamen uocantur uerbenæ omnes frondes ſacratæ, ut laurus, oliua, myrtus. Pueri]Serui, ſic Iuuen.

„ Ite igitur pueri linguis animiſq; fauentes.

Bimi]Duorum annorum, ut trimum & quadrimum dicimus. Mactata hoſtia]Non eſt contra illud Virgilianum:

„ Haud equidem tali me dignor honore.

Nam conſtat alibi de hoſtia ſacrificari Veneri.

ERAS. ROT. } Prouerbialiter dixit Horatius de ſpontaneis ac manſuetis. Sumptum eſt à ſacrificijs, in quibus explorabatur hoſtia ducto cultro per frontem, idq; mactare uocabant. Vnde qui ſpectata ſunt uirtute, eos macte uirtute uocant. Sic Eraſmus.

HERMAN. FIG. } Mater ſæua cupidinum] Crudelis Venus. Hæc enim geminorum mater amorum dicitur. Hinc Ouid. lib. 4. Faſtor.

„ Alma faue dixi, geminorum mater amorum.

Thebanæq; Semeles puer] Bacchi eſt periphraſis, qui ex Ioue & Semele, Cadmi Thebarum conditoris filia, natus fertur. Et laſciua licentia]Diſſoluta libertas, & immodicum otium. Tria autem hoc loco coniungit Poëta, quæ uehementer ad amorẽ & libidinem incitant: Nimirum uoluptatem, uinum & otium. Vrit me Glyceræ nitor]Splendor & uenuſtas lucẽtis Glyceræ me inflammat atq; conſumit. Pario marmore] Paros una eſt Cycladum, candido marmore nobilis. Quem lapidem cœpere Lychnitem appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur, ut author eſt Varro, teſtante Plinio lib. 36. cap. 5. Proteruitas] Petulantia Glyceræ. Lubricus aſpici]Græca eſt figura, ſicut in illo: Niueus uideri. In me tota ruens]Hoc eſt, totum me inuadens & occupans. Cyprum] Patriam ſuam reliquit. Nec patitur Scythas dicere] Venus me poſſidens & regens, non permittit ut bella, cum Rom. populi hoſtibus geſta, deſcribam. Verſis animoſum equis]In fuga fortem, & ſequenti hoſti, miſsis poſt tergum telis, ualde nocentem. Nec quæ nihil attinent]Non ſinit me canere ea, quæ nihil per-

bil pertinent ad Venerem & amorem, ut ſunt res bellicæ. Hic uiuum mihi ceſpitem] Sacrificijs placaturus Venerem, ut amicam difficilem ſibi reddat benigniorem, uerbenas, ceſpitem & uinum ſeruos apponere iubet. Hic ceſpitem, hic uerbenas] Nam ſacrificaturi ſacra, ceſpitem ex gramine, ſeu uerbenas ſuper aris apponebant. Hæc enim fauſtæ in omnibus ſacrificijs habitæ ſunt. Virg.

„ Verbenaſq; adole pingues, & maſcula thura.

Mactata hoſtia] Videlicet Veneri. Veniet lenior] Videlicet Glycera amica proterua & aſpera.

THEOD. PVLM. } 2 Semeles] B. Semelæ, H. G E. 6 Et uultus nimium lubricus adſpici] Vultus lubricus adſpici, uidetur eſt politiſſimus, nitidiſſimus, & pulcherrimus ad ſpectu. Nam quæ ad leuorem perpolita ſunt, & æquato nitore nihil habent in ſummo aſperitatis & inæqualitatis, lubrica etiam protinus eſſiciuntur. Turneb. libro 21. cap. 21. 13 Hic uiuum mihi ceſpitem] Vt in caſtris ceſpiticium tribunal excitabant duci, unde ad milites uerba faceret, cuius rei exempla paſſim occurrũt: ita ceſpiticiam aram ruſtici excitabant & focum, ceſpeſq; loco foci, aræq; erat. Nam ceſpes in ara ponebatur, iſq; uiuus, recenſq; è terra exciſus, ut ad purificationem uiua utebantur aqua. Vide Turneb. libro 11. cap. 1. & lib. 21. cap. 21. Ceſpes, ut inquit Feſtus, eſt terra in modum lateris cæſa cum herba, ſiue frutex reciſus & truncatus.

GEORG. FABR. } Amoris, eſſe uim maximam, ſuo poeta exemplo probat, eumq; interdum renouari cum deſiderio & cruciatu: tum ſtudia eo impediri grauia, & neceſſaria oſtendit: poſtremò inuitis dis, amanti nihil eſſe auſpicatum ſignificat. Idem argumentum ſupra, Oda octaua tractatum fuit.

IOD. BAD. ASCENS. } Mater ſæua Cupidinum] Graphicè ſignificat ſe innitum ad amandum rurſus impelli: illectum uidelicet nitore Glyceræ, amicæ ſuæ dulcis. Vnde in gratiam eius ſcribitur. Eſtq; ordo. Mater Cupidinum] Scilicet, Venus. Sæua] Id eſt, imperioſa, & dum uult nulli parcens. Vnde Papa Pius.

„ Ah Venus ad nudum trahis omnia numina tecum.

Et puer] Id eſt. filius ſemper. Iuuenis] Scilicet, Bacchus, quia ut dicit Propertius,

„ Solis eſt Baccho, Phœboq; æterna iuuenta.

Semeles] Scilicet amicæ Iouis. Thebanæ] Id quidem ſecundum Orpheum uerum eſt. Nam Aegyptij Bacchum ſibi uendicãt, bene autem Bacchum addit,

„ Quia ſine Cerere & Baccho friget Venus.

Et contra ut Diuus Hieron. dicit uẽter mero æſtuans, facilè deſpumat in libidinem. Et laſciua licentia] Id eſt, petulantia carnis indomitæ: unde à tribus prouocatur Venus ab influentia Veneris, à uino, Paulus. Nolite inebriari uino in quo eſt luxuria. Et licentia] Id eſt, indulgentia, qua carnis uoluptati inſeruitur, cui continentia apponitur. Iubet me reddere animum amoribus finitis. Nam uror Glyceræ] Id eſt, dulcis illius puellæ. Splendentis purius] Id eſt, nitidius. Marmore Pario] Id eſt, candidiſſimo in Paro inſula nato, quod nõnulli Alabaſtrum putant. Vrit] Id eſt, incendit me igni amoris. Et proteruitas] Scilicet, Glyceræ, quæ ſe non facilem nimis exhibet, ne facilitas nimia contemptum pariat: unde additur congruè. Grata] Id eſt, quæ eam mihi acceptiorem facit. Vrit me & uultus eius nimium Lubricus] Id eſt, difficilis, præ lubricitate. Aſpici] Ad aſpiciendum. Quia enim nitet, & quodam ſpiritu uiuo præditus eſt, non poteſt uiſus in eum figi. Ideoq; lubricus eſt, ut terra oleo aut ſanguine, aut alio pingui perfuſa, in quam pes figi non poteſt. Venus ruens] Id eſt, impetum faciens. In me deſeruit tota] Id eſt, cum omni poteſtate ſua. Cyprum] Patriam ſuam. Nec patitur me dicere] Id eſt, Lyrico carmine deſcribere. Scythas] Scilicet, populos bellicoſos, quorum exules Parthi ſunt, & Parthum animoſum uerſis equis. Vnde Maro.

„ Fidentemq; fuga Parthum.

De quo in fine ſecundæ Odes dictum eſt. Nec patitur me dicere, quæ nihil attinent] Scilicet, ad amaros & Venerem, hoc eſt, cogor duntaxat amatorias cantilenas dicere, quia ex abundantia cordis os loquitur. Et ideò quia uror & cogor. O' pueri] Id eſt, miniſtri mei ponite hic ceſpitem. Viuum] Id eſt, cum uiridi herba auulſum. Ponite mihi hic uerbenas] Id eſt, herbas ſacrificio aptas. Et Thura cum patera] Id eſt, patenti poculo (uulgus Taſſam uocat.) Meri] Id eſt, puri uini. Bimi] Id eſt, duorum annorum, quia amica ueniet. Lenior] Id eſt, minus proterua, minusq; difficilis. Hoſtia mactata Id eſt, cæſa Veneri.

ANTON. MANCIN. } Poeta ſcribit à Venere, Baccho, et ocio iterum ſe cogi formoſam Glyceram adamare, quapropter Scytharum, Parthorumue prælia cum ſcribere Venus non patitur: nec etiam illa, quæ ad uoluptatem, amoremue non pertineant. Ait tandem peractis ſacris Glyceram ſibi leniorem fore. Mater ſæua Cupidinum] Ode eſt dicolos diſtrophos. Eſt enim Metrum Glyconicum primo uerſu, de quo tertia Ode. Secundo Aſclepiadeum. Cupidinum] Tres cupidines Cicero fuiſſe docet in li. de Natur. deor. Cupido enim primus, ut inquit, Mercurio & Dianæ patria natus eſt. Secundus Mercurio & Venere ſecunda. Tertius quidem eſt Anteros, Marte & Venere tertia. Ouid. etiam inquit lib. 4. Faſtor.

„ Alma faue dixi Gemmorum mater amorum.

Dicunt autem iocum & Cupidinem Veneris filios: hinc matrem Gemmorum amorum dici. Vnde Horatius ait, lib. 1. Ode ſecunda.

„ Siue tu mauis Erycina ridens,

„ Quam uolat circum iocus & cupido.

Alter autem allicit, alter coniungit. Thebanæ Semeles] Ea enim Cadmi filia ex Ioue Bacchum tonitru mediante produxit. Laſciua] Id eſt, corruptiores enim licentia ſumus. Glyceræ uitor] Γλυκὺς & γλυκερὸς dulcis dicitur. Pario marmore] Strabo lib. 10. inquit. Paros lapidem producit, quem Pariũ appellãt, ad marmoreas ſculpturas aptiſſimum. Eſt autem Paro, una Cycladum, authore Plin. lib. 4. Proteruitas] Intemperantia & impudentia. Propterea ſubdit. Et uultus &c.] Lubricus, luxurioſus, & labilis ad Venerem. Cypron] Id eſt, relicta inſula grauiſſima ſibi ſolum me petijt. De Cypro autem latè in Ode tertia. Scythas] Id eſt, Scytharum prælia. Scytha uerò regio eſt ad ſeptentrionem. Parthum] Parthi Scytharum exules fuêre, regnarunt tamen in oriente. Comminus in acie præliari, aut obſiſſas expugnare urbes neſciebant, pugnabantq;, aut procurrẽtibus equis, aut terga dantibus: ſæpe etiam fugam ſimulantes, ut incautiores aduerſum uulnera inſequentes haberent. Id lib. 41. Iuſtinus ſcribit. Attinent ad Venerem] Scilicet, & luſus, uoluptates. Viuum ceſpitem] Id eſt, aram ex ceſpite. Vult enim Dijs ſacrificare præſertim Veneri, quo Glycera mitior fiat. Eſt autem ceſpes herba cum propria terra euulſa. Hinc Naſo lib. 2. de Amoribus ait.

„ Gramineus madidam ceſpes obumbrat humum.

Verbenas] Verbena Iouis ara uerrebatur. Domus purgabatur, luſtrabaturq;. Serebatur autem domeſtica in hortis flore albo. Sacerdotes purificationibus eam adhibere conſueuerunt, plura diximus, lib. 4. Georg. Pueri] Famuli. Bimi meri] Id eſt, duorum amorum. Patera] Id eſt, cratera. Lenior] Mitior Glycera, quam proteruam oſtenderat.

ODE

ODE XX. AD MECOENATEM.

προτρεπτική.

Ode XX. Dicolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪∪ ––

ARGVMENTVM IN ODEN XX.

Inuitat Mecœnatem ad tenue uinum, quod quia aſpernaturum non autumat, tacitè eum à modeſtia, & tenui temperantia laudat.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Inuitat Mecœnatem ad conuiuium, promittens ſe appoſiturum uinum non admodum precioſum, ſic humanitatem boni principis atq; etiam frugalitatem prodit, qui tam exiguis exatiari potuit.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Mecœnatem ad conuiuium inuitans, ſignificat eum non precioſum, ſed uile uinum potaturum.

COMMENTARIA.

VILE potabis modicis Sabinum
Cantharis, Græca quod ego ipſe teſta
Conditũ leui, datus in Theatro
Quum tibi plauſus,
Chare Mecœnas, eques: ut paterni
Fluminis ripæ, ſimul & iocoſa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.
Cæcobum, & prælo domitam Caleno
Tu bibes uuam, mea nec Falernæ
Temperant uites, neq; Formiani
Pocula colles.

ACRON.

VILE potabis modicis Sabinum] *Metrum ſapphicum hendecaſyllabum. Mecœnatem inuitat ad cœnam, cui mediocritatem ſuam excuſat, promittens ei uinum Sabinum nouitate uile: ſed quod in amphoram Græcam miſerit, ut inde aliquid traheret ſuauitatis, eo tempore, quo ille in theatro à populo laudabatur.* Vile] *Aut nouum, aut certè abundans, ideoq; minoris precij, ut: Virgil.*

» *Viciamq; feres uilemq; faſelum,* &:

» *Vilibus aut onerat pomis.*

Aut uile uinum propterea, quod ipſe uile ſit, qui meliora potare conſueuerat. Ordo eſt: Chare Mecœnas eques potabis uile Sabinum, modicis Cantaris, quod ego ipſe leui conditum Græca teſta, cum datus eſt tibi plauſus in Theatro, ut ripæ paterni fluminis, ſimul & iocoſa imago Vaticini montis redderet tibi laudes. Modicis] *Paruis, aut modum habentibus.* Cantharis] *Vaſis uinarijs, anſas habentibus.* Leui] *Aperui, protuli, ut: Releui dolia omnia.* Chare Mecœnas eques] *Conſtat Mecœnatem in equeſtri dignitate manſiſſe ſua uoluntate, dũ ei facultas Conſulatus pateret.* Vt paterni fluminis] *Paterni ideò, quia de Tuſcia fuit Mecœnas, unde oritur Tiberis, ut: Virgil.*

» *Qui Tuſcum Tiberim, & Romana palatia ſeruas.*

Nam & Porſenæ dicitur affinis fuiſſe. Redderet laudes] *Per Echo ſcilicet.* Vaticani] *Vaticanus mons eſt, uicinus Theatro, in quo dicit per Echo auditas uoces, ut Virgil.*

» *Saxo ſonat, uocisq; offenſa reſultat imago.*

Cæcobum] *Vinum Campaniæ regionis.* Et prælo] *Prælum dicitur, unde uuæ premi conſueuerint.* Mea nec Falernæ temperant uites] *Id eſt, non fruor uino illarum ciuitatum, neque ſunt mea pocula ſimilia.* Vites] *Probati uini & optimi, de quo Virgilius:*

» *Et quo te carmine dicam*

» *Rhetica, nec cellis ideo contende Falernis.*

Nec Formiani] *Formiæ ciuitas eſt, unde eſt hoc deriuatum.*

PORPHYR. } Vile potabis modicis Sabinum] *Mecœnatem ad cœnam inuitat, promittens ſe ei uinum Sabinum exhibiturum, quod in amphoram Græcam miſerat, ut inde ſcilicet, aliquid adduceret ſuauitatis.* Vile] *Pro non uetuſto uidetur dixiſſe. Alioquin Sabinum uinum ſi uetuſtum ſit, non eſt uile.* Modicis] *Videtur modicum, pro paruo poſitum, quod quidam negãt, exiſtimantes modicum à modo dictum, & ſignificationem habere eius, quod Græcè μέτριον dicitur.* Chare Mecœnas eques] *Conſtat Mecœnatem in equeſtri dignitate ſua uoluntate permanſiſſe, cum utique facultas lati claui pateret.* Vt paterni fluminis ripæ] *Tyberis ex Ethruria uenit, quem patrem Mecœnatis dicit, quia inde Mecœnas fuit oriundus.* Vaticani montis] *Vaticanum montem non longè eſſe à Theatro Pompeij ſcimus, quem reſonuiſſe ſimul cum ripis plauſu populi dicit.* Conditum leui] *Dicit hoc uinum per ſemetipſum inueteratum condidiſſe, leuiſſe ergo ſe gypſo utique uult intelligi. Huic contrarium eſt Terentianum illud: Releui dolia omnia, omnes ſeriat: quod ſignat aperui, & quaſi regypſaui.* Datus in Theatro cum tibi plauſus] *Diximus, & ſic præclaros, & bonæ exiſtimationis uiros plauſu populi ſolitos fuiſſe in Theatro excipi, malos autem exibilari.* Tu bibes uuam] *Pro uino, τρόπῳ μετωνυμία dicitur. Huic contrarium Plautus in Trinummo fecit, uinum pro uua dicit: Illud uinum priuſquam coctum eſt, pendet putidum.* Mea nec Falernæ Temperant uites, neq; Formiani pocula colles] *Per quod ſignat nec Falernum uinum ſe habere, quod ei cœna exhibeat, nec Formianum, quæ illorum temporum fuére nobiliſſima.*

CHRIS. LAND. } *Oſtendit enim uereri ſe ad uilia pocula Mecœnatem, tantum uirum inuitare. In quo latenter oſtendit id ſe audacter facere, fretum temperantia & frugalitate Mecœnatis. Non enim id feciſſet ſi hominem exquiſitioris uini amandum illum noſſet. Laudat præterea ipſum teſtimonio populi ſibi applaudentis. Metrum autem iam ex ſuperioribus notum eſt.* Vile potabis] Ordo eſt. O' Mecœnas tu potabis uile Sabinum quod ego conditum Græca teſta leui cantharis. Vile] *Quia nouum: nam uina uti uetuſtate commendantur, ſic nouitate uileſcunt. Vile autem eſt, quod parui emitur, & quia hoc ex rei copia ſolet prouenire, ducimus uile etiam abundans. Virg.*

» *Vilibus aut onerat pomis.*

Et alibi.

» *Vilemq́; Phaſelum.*

Sabinum] *Demonſtrat ſe in uino precioſiori exquirendo non eſſe ſollicitum, cùm ſit contentus, quod in ſuis Sabinis naſcatur, & ſimul ſe oſtendit gratum, cum & agri meminit ab illo dono accepti, & fructibus illius acquieſcere. Dicit autem Sabinum conditum in Græca teſta, id eſt, in fictili uaſe, in quo Græcum uinum aut Chium, aut Leſbium, aut Cretenſe, ex Græcia Romam importatum fuiſſet, ut inde ſuauiorem ſaporem, odoremq́; ſumeret. Dixit autem teſta, quia non niſi fictilia erant uinaria uaſa apud priſcos, nam hæc lignea ex pluribus fruſtis facta, & circulis conuincta Plinij temporibus, ut ipſe ſcribit, incipiebant quidem fieri, ſed non niſi Alpinis hominibus adhuc nota erant. Condiderat ergo uinum in Græca teſta, & nunc promebat è teſta in cantharis modicis, ut eſſet quod Mecænas biberet.* Modicis] *Modum habentibus, id eſt, non excedentibus modum in capacitate.* Cantharis] *Græcum uerbum eſt Cantharus, & poculum quod Baccho tribuitur, quemadmodum Scyphus Herculi. Quapropter & Sileno, quia in Bacchi tutela eſt, cantharum aſſignauit Maro.*

» *Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.*

Erat autem utrinq; anſatum, & dicebatur à cantharo, quod erat genus nauigij, ut oſtendit Menander Comicus in Nauclero. Leui] *Pro releui, id eſt, aperui, id eſt, aperiendo teſtam deprompſi.* Plauſus] *Nam cum grati fuiſſent, populo ludi, quos ipſe exhibuerat, tanto ſibi clamore & ſtrepitu applauſum eſt, ut & propinquæ ripæ Tyberis, & mons Vaticanus uocibus reboaret. Eſt autem plaudere, quotiens alicui pro re bene geſta, nobiſq; grata, non oratione, ſed clamore, aut geſtibus, aut aliquo ſtrepitu congratulamur, lætitiamq; oſtendimus. Explodo autem contra, cum rem quæ non placuit eodem clamore & geſtu, & ſtrepitu damnamus. Inde exploſam ſententiam dicimus, quæ non ſolùm rationibus confutata ſit, uerùm quoque alacri conſenſu damnata & irriſa.* Chare] *Qui mihi acceptiſſimus es propter multa in me collata beneficia.* Eques] *Non temere dixit: nam quamuis omnia maxima illi ab Octauiano oblata ſint, tamen in ordine equeſtri ſe ſemper continere uoluit.* Vt ripæ fluminis paterni] *Id eſt, Tyberis, qui ex Tuſcia eſt.* Redderent laudes] *Id eſt, per reboatum iterarent plauſum, in quo tu laudabaris, & imago Vaticani montis, id eſt, reboatio uocis in concauis Vaticani concepta, quæ quidem uelut imago quædam eſt uocis per plauſum è theatro emiſſæ, etiam redderet tibi laudes. Vaticanus mons eſt non procul à Tyberi ſupra molem Hadriani, conterminus Ianiculo in Diui Petri Baſilica eſt. Sumpſit autem nomen à Deo, qui ibi uaticinia dabat, ut pleriq; uolunt. Varro autem ſcribit in eo monte Vaticanum Deum fuiſſe, qui infantibus primam uocem daret, quæ eſt Va: unde uagire dicuntur.* Iocoſa] *Quia nobiſcum iocari uidetur uox illa, quæ re percuſſa iteratur, quam Echon Græci tali fabula dicunt. Fuit Echo una ex Nymphis, atque dum Iupiter, cùm alijs Nymphis concuberet in montibus, aut in ſyluis, interim hæc longo, prudentiq; ſermone Iunonem detinebat, ne uiri furta deprehenderet. Animaduertit tandem Iuno, eiq; loquendi facultatem ita eripuit, ut ex ſe nihil poſſet referre, ex ijs autem quæ alij proferẽt, ultima duntaxat pronunciare liceret. Amauit hæc Narciſſum puerum, à quo cum repulſam eſſet paſſa, ingenti mœrore paulatim macie contabuit, ac demum oſſa carnibus priuata in ſaxum ſunt conuerſa, uoce tamen ſuperſtite, & quæ ex ſaxorum concauitate proueniens, quæ prius profari poterat, nunc quoque poſſit. Sed de uoce in ſuperioribus diximus.* Tu bibes optima uina apud te] *Apud me autem pro tua humanitate uiliora, non aſpernaberis.* Cæcubum] *Sic enim à loco dicitur. Sunt enim Cæcubi populi in Campania iuxta Seſſiuos. Alij uolunt Cæcubum dictũ, qui ſua uehementia obcæcat mentes, id eſt, ebrios reddit.* Prælo] *Inſtrumentum, quo uuæ premuntur. Virg.*

» *Colaq; prælorum famoſis eripe tectis.*

Caleno] *A' Calenis urbe nominato. Sunt enim Caleni iuxta Falernos & Maſſicos. Sed & in Falerno optima erant uina. Eſt enim hic omnis tractus in quo ſunt populi, quos nominaui omninò ſaliciſſimos. Nam & Collina uino optimo, & campeſtria frugibus fertiliſſima. Quapropter ſummum certamen Libero patri cum Cerere in his locis eſſe, teſte Plinio, dixit antiquitas.* Formiani colles] *Et in his non parua auctoritas uino fuit. Sunt autem Formiæ non procul fundis, creditumq; eſt ipſas olim fuiſſe Læſtrigonum ſedes, qui carnibus humanis ueſcebantur. Vuam pro uino dixit.* Temperant] *Vel, quia aqua miſcent, uel quia coquendo & alia quædam faciendo reducunt uina ad ſuam perfectionem. Temperare enim eſt rectè adminiſtrare: ita ut neq; deſit quicquam, neq; exceſſus fiat.*

HEN. GLAR. } Vile potabis] *Vile exponit Porphyrio, pro non uetuſto: atqui ſequentia uerba aliquot annos ſignificãt, etiamſi non eſt certum, quando ei datus plauſus ſit in theatro. Deinde nec illud notum, quando hanc ſcripſerit Oden Poëta. Quare ego magis probo, quòd alij exponunt, uile pro modici pretij.*

HERM. FIGVL. } Cantharis] *Cantharus poculi genus: ſic dictum à figulo artifice.* Teſta] *Teſta fictilia ſunt uaſa ad uina ſeruanda, non ſine magno artificio excogitata à figulis artificibus ingenioſis, & humano generi utilibus, inter quos laudatiſſimi fuerunt, teſte Plinio, Damophilus & Gorgaſus. Nec cedunt noſtri antiquis: imò auſim ego dicere, longè præſtantiores eſſe ueteribus. Quas enim imagines molli argilla non exprimunt? Quas ſimilitudines non effingunt? Quos colores, multiplici uarietate diſtinctos, non inurunt? Quæ denique opera ad tegendas domos, muniendas ciuitates ex terra non coquunt? Quæ dolia ad condendum uinum, aquam, oleum, unguentum idonea rota non formant? Propter quæ Numa rex ſeptimum figlorum Romæ collegium inſtituit. Adde quòd noua quotidie uaſorum genera, quibus maior pars hominum utitur, & quæ potentiſſimi Reges atque Principes in delitijs ſæpe habeant, figlina ars reperiat. Hæc tã celebris ars mihi familiaris, & à maioribus mihi cognata eſt. Nam & auus meus Plaſtes fuit, & pater adhuc magna cum laude eandem artem exercet.*

Conditum leui, datus in theatro] *Quod eo tempore recondidi, quo tu à populo Romano in theatro es laudatus. Mos enim erat egregios & de Republica bene meritos uiros ſpectacula ingredientes, maximo clamore & plauſu excipere. Nonnunquam uniuerſus populus aduenienti principi aſſurgere ſolebat. Filijs ſuis adhuc prætextatis aſſurrectum ab uniuerſis in theatro, & à ſtantibus plauſum grauiſſimè queſtus eſt Auguſtus, authore Suetonio.*

Theatro] *Theatrum, locus in formam ſemicirculi extructus, ex quo ludi ſpectantur: à θεάομαι, quod eſt uideo, appellatum: Latinè ſpectaculum dici poteſt. A Dionyſio primum, ut author eſt Euſebius, factum.* Paterni fluminis] *Tyberis, qui ex Tuſcia patria tua labitur.* Redderet laudes] *Hoc eſt, ut Echo ripæ & fluminis plauſum populi in laudem & fauorem tuum in theatro excitatum, repeteret atque reſonaret.* Vaticani] *Vaticanus mons eſt prope Pompei theatrum, in quo Iouem nutritum dicunt aliqui. Agrum Vaticanum, & eiuſdem agri Deum præſidem à uaticinijs, quæ ui atque inſtinctu eius Dei in eo agro fieri ſolita eſſent, appellatum, ait Gellius.* Cæcubum & prælo] *Tu domi optimum habes uinum Campanum, ego mediocre Sabinum. Cæcubi, Caiæni, Palerni, agri ſunt fœlicis Campaniæ, nobiles ſucco per omnes terras inclyto.*

Formiani colles] *A' Formijs, antiqua Leſtrygonũ ſede, prope Caietam portum.*

THEOD. PVLM. } 2 Græca quod ego ipſe teſta] *Heic ego teſtam dolium interpretor. Nam dolia ueterum fictilia erant: unde prouerbium, Figlinam à dolio incipere. Græcum dolium dicit Cumanum. Vide Turneb. lib. 17. cap. 5.* 8 Imago] *Id eſt, Echo reſpondens plauſui & ſignificationibus, & gratulationibus, quibus populus uoce læta & mirabunda, & hilari aliquem celebrat. Suprà Ode 12.*

» *——Cuius recinet iocoſa*
» *Nomen imago.——*

Vide Turneb. li. 2. ca. 6. 9 Cæcubum] *Cæcubum etiam nonnulli codices Lambini, ut ad uuam pertineat.*

GEORG. FABR. } *Inuitat Mecœnatem, appoſiturus ipſi uina ſui agri atque uillæ, non aliena & precioſa. Continet hæc Oda frugalitatis commendationem: item præceptum, quomodo*

modo à tenuibus uiri ampli ſint accipiendi, ne & illos offendant, & ſibi noceant.

IOD BAD. ASCEN. } Vile potabis] *Inuitat Mecœnatem ad tenue uinum, quod quia aſpernaturum non autumat tacitè, eum à modeſtia & comi temperantia laudat.* Ordo eſt. O' Mecœnas chare] *Id eſt, mihi dilecti.* Eques] *Id eſt, de ordine equeſtri.* Tu potabis] *Scilicet, apud me.* Sabinum] *Scilicet, uinum.* Vile] *Id eſt, modici precij.* Et id è Cantharis] *Id eſt, poculis illis modicis, id eſt, non multum capacibus.* Quod conditũ teſta Græca] *.i. uaſe fictili ſuper fæce, uini Græci quod precioſius, & uinoſius debiliori ſaporem & uim daret.* Ego ipſe] *Quaſi dicat non per miniſtrum, cui non confidebam, ſed proprijs manibus.* Leui] *Id eſt, obturaui, ut non euaporet.* Tunc] *Scilicet, quum.* Plauſus] *Id eſt, applauſus eſt tibi datus in theatro, ſic ſup.* Vt ripæ fluminis paterni] *Id eſt, Tyberis, qui præter Hetruriam patriam tuam labitur.* Sup. redderent] *Id eſt, referrent reſonando tibi laudes.* Et imago ioco'a] *Scilicet, Echo, quæ ſolam uocem pro imagine habet: uoce autem cantantium nihil iucundius, mõtis Vaticani redderet tibi laudes.* Cæcubum] *Tu bibes, inquit domi tuæ.* Cæcubum ſup.] *Vinum, quod naſcitur iuxta Caietanum agrum.* Et uuam domitam] *Id eſt, preſſam.* Prælo] *Id eſt, impreſſorio.* Caleno] *Id eſt, apud Calenum oppidum Campaniæ.* Sed neque uites Phalernæ] *Id eſt, quæ naſcuntur in Phalerno monte Campaniæ Italicæ, neq; colles Formiani, quæ ſunt iuxta Caietam, temperent mea pocula. Refert ſingula ſingulis: nam pro Cæcubo negat Phalernum, & pro Caleno negat Formianum.*

ANTON. MANCIN. } *Mecœnati ſecum cœnaturo uile Sabinum exhibere promittit, quod Græca teſta condiderat, quo ſuauius eſſet. Ipſe tamen Mecœnas propria domo Cæcubum bibet. Horatio enim nec Phalernũ, nec Formianũ eſt.* Vile potabis modicis Sabinũ] *Ode eſt dicolos tetraſtrophos: conſtat enim Metro Sapphico hẽdecaſyllabo, de quo Ode ſecũda habetur.* Cantharis] *Ordo eſt.* O' chare Mecœnas eques potabis modicis Cantharis uile Sabinũ: quod cõditũ Græca teſta ego ipſe leui. Cãtharis] *Cantharus Græcũ nomẽ poculi genus, & propriũ Liberi patris poculũ, quem Maro Sileno aſsignat. Author eſt Macrob. li. 5. Satyr.* Græca teſta] *Id eſt, Amphora, quam Græcam teſtam appellat: quoniam Argilla, ut quidam putant, ab Argis uocata eſt: apud quos primũ ex ea uaſa confecta ſunt, uel Græca teſta ait, quoniã ut Plin. lib. 35. ſcribit, in Samoplaſtice inuenta fuit. In quo titulo dicit etiã, quòd fictilia dolia ad uina excogitata ſunt, & ad aquas. Propter quæ Numa rex ſeptimum collegium Figulorum inſtituit. Vel Græca teſta, ait, ut intelligas è Græcia illam ueniſſe cum aliquo optimo uino.* Leui] *Præteritum eſt à lino.* Leui] *Igitur, id eſt, picaui & inunxi. Nam ut Plin. docet lib. 14. In Italia pice acerrima condiebantur Muſta. Columella etiam lib. ultimo indicat, uaſa fictilia, pro uino ſeruando picata eſſe debere. Nonnulla tamen pura, prout conditio conditurae exegerit. Et Terentius inquit.*

» *Releui dolia.* ——

Quod ſignificat aperui, & quaſi egypſaui, ut etiam Porphyr. docet. Datus] *Oſtendit quo tempore uinum illud condiderit, per quod uetus innuit eſſe.* Vile tamen] *Hoc eſt, non quale Mecœnas Cæcubum, aut Calenum habebat. Plauſus clariſsimi uiri Philoſophi plauſu in theatro excipiebantur. Quod latius Ode 1. oſtendimus.* Paterni fluminis] *Id eſt, Tybridis Ethruſci. Mecœnas enim ab Ethruſcis regibus oriundus fuit: ut latè patuit, Ode 1. Tybris autem ut Strabo lib. 5. edocet ex Apenninis montibus effluit, partimq; per ipſam excurrit Ethruriam: deinceps ipſam diſterminans. Primùm quidem ab ea diuidit Vmbriam. Poſtea uerò Sabinos & Latinos.* Iocoſa imago] *Id eſt, Echo de qua ſuperius ample.* Redderet] *Reboaret.* Vaticani montis] *Vaticanus collis, inquit Feſtus, appellatus eſt: quòd eo potitus ſit populus Roman. Vatum reſponſo, expulſis Ethruſcis. In eo autem colle ſita eſt Petri Apoſtoli Baſilica: is denuq; collis non longè à Theatro Pompeij: ut Porphyrio aſſerit. De Vaticano uerò plura Gellius narrat lib. 15. cap. 17.* Cæcubum] *Sinui Caietano contiguum erat Cæcubum oppidum, cui adiacebat urbs fundi in Appia uia tota illa ora præcipua uina generabat. Verùm Cæcubum & Fũdanum, ſicuti Phalernum & Albanũ inter nobilia nominabãtur. Author eſt Strabo lib. 5. plura diximus in Epodo 9.* Prælo] *Prælum ligneum inſtrumentum ad uuam premendam.* Caleno] *Strab. lib. 5. edocet Calenum in Campania urbem in primis eximiam adiacentem Caſilino fuiſſe. Inde autem optima uina Romam aduehebantur, ut idem inquit. Sunt qui à Calibus Calenum dictum putent, de quibus lib. 7. Aeneid. poëta ait. Aequora quiq; Cales linquunt. Sunt qui καλὸς quod bonum ſignificat, & οἶνος uinum.* Tu bibes, &c.] *Scilicet, tua in domo fueris.* Vuam] *Pro uino poſuit.* Phalernæ uites] *Fœcunda uini nobilitas Phalerno agro erat, qui ager à monte Campano læua petentibus Vrbanam Coloniam, Syllanam nuper Capuæ contributam incipit. Author Plin. lib. 14.* Formiani colles] *Oppidum Formiæ iuxta Caietam: fuit antiqua Leſtrigonum ſedes, ut ſcribit Plin. lib. 3. Strabo'q; lib. 5. ſic ait. Subinde Formiæ, quas condidère Lacones, quas prius Hormias à ſtationibus, id eſt, Hormi bonitate appellabant. ὅρμος autem ut dicunt, alij portus dicitur artificialis.*

SER. MAR. HON. } Cæcub. & prælo domitam Caleno, tũ bibes uuam] *Vuam pro uino ponit. Sic Virgil. etiam pro uite 2. Georg.*

» *Et turpes auibus prædam fert uua racemos.*

ODE XXI. IN DIANAM, ET APOLLINEM.

εὐχαριστικά.

Ode XXI. *Tricolos tetraſtrophos, ut: Quis multa gracilis te puer in roſa.*

— — — ∪ ∪ — — ∪ ∪ — ∪ —
— — — ∪ ∪ — — ∪ ∪ — ∪ ∪
— — — ∪ ∪ — —
— — — ∪ ∪ — ∪ —

ARGVMENTVM IN ODEN XXI.

Hymnus ad chorum uirginum & puellarum, ut ludis Apollinaribus, ex inſtituto L. Syllæ & libris Martij Vatis dedicatis, Apollinis & Dianæ laudes canant, quo precibus deliniti, famem, peſtem, & bellum in hoſteis transferant.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Hymnus eſt in Phœbum & Dianam atq; utriuſq; numinis Latonam, ſunt hæc ſuperſtitioſa, uel plura'q; mortalium, quæ ab uiuo Dei cultu recedunt.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Hortatur pueros atque puellas ad canendum laudes Apollinis & Dianæ, urbis præſidium, ut precibus ipſorum moti, bellum, famem, ac peſtem à Pop. Rom. in hoſtes transferant.

COMMENTARIA.

ACRON.

DIANAM teneræ dicite uirgines] *Ad chorũ uirginum & puerorum. Metrum duobus uerſibus Aſclepiadeum, tertio Pherecratium, quarto Glyconium. Auguſtus ludos ſeculares inſtituit, quibus hymni Apollini, Dianæq; dicebantur à nobilibus, quas pueri Apollini, Dianæ uirgines canebant, & hac Ode hoc ipſum edocet, & hortatur, ut cantent.* Dicite] *Cantare, ut:*

» *Cui non dictus Hylas puer, &*
Latonia Delos.

DIANAM teneræ dicite uirgines:
Intonſum pueri dicite Cynthiũ,
Latonamq; ſupremo
Dilectam penitus Ioui.
Vos lætam fluuijs, & nemorum coma,
Quæcunq; aut gelido prominet Algido,
Nigris aut Erymanthi
Syluis, aut uiridis Gragi.
Vos Tempe totidem tollite laudibus,
Natalemq; mares Delon Apollinis,
Inſignemq; pharetra,
Fraternaq; humerum lyra.
Hic bellũ lachrymoſum, hic miſeram famẽ,
Peſtemq; à populo, & principe Cæſare, in
Perſas, atq; Britannos
Veſtra motus, aget prece.

Intonſum] *Crinitum.* Cynthiũ] *Apollinem, à Cyntho monte Deli, in quo natus eſt. Virg.*

» *Cum canerem reges & prælia,*
» *Cynthius aurem Vellit, & admonuit.*

Latonamq; ſupremo] *Maximo, ut Terentius:*

» *Proh ſupreme Iupiter, &c.*
» *Rex ipſe Iouis de gente ſupremus.*

Penitus] *Aut ualde, aut familiariter.*

» *Penitus modò non geſtus omne peroſos*
» *Fœmineum.*

Vos lætam] Ordo eſt: Vos dicite lætam comam nemorum, & quæcunq; prominet fluuijs, aut Algido gelido, aut nigris ſyluis Erymanthi montis Arcadiæ: aut nigris ſyluis uiridis Gragi: & uos mares tollite Tempe Apollinis totidẽ laudibus, & Delon natalem Apollinis, & humerum inſignem fraterna lyra. Tempe] *Mons & amœna Theſſaliæ. Virg.*

» *Speluncæ, uiuiq; lacus, & frigida Tempe.*

Fraternaq; humerum lyra] *Quia à Mercurio lyra inuenta eſt, & Apollini data ab eo, quia Apollinis frater Mercurius putatur.* Hic bellum] Ordo: Hic motus ueſtra prece à populo & principe Cæſare aget lachrymoſum bellum, & peſtem cum miſera fame in Perſas atque Britannos. Lachrymoſum] *Luctuoſum, ut Virgilius.*

» *Sue Getis inferre manum lachrymabile bellum.*

Aget] *Auertet, ut abiget.*

PORPHYR. } Dianam teneræ dicite uirgines] *Dicite pro cantate poſitum eſt, ut:*

» *Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos.*

Latonamq; ſupremo Dilectam penitus Ioui] *Supremo pro ſummo, ut: Supreme Iupiter à Terentio dicitur.* Penitus autem dilectam] *Pro ualde dilectam, ut:*

» *Penitus modo non genus omne peroſos*
» *—— Fœmineum:*

Penitus igitur funditus dilectam intellige. Nigris aut Erymanthi ſyluis] *Erimanthus mons in Arcadia. Nigris autem ſyluis umbroſis intelligamus.* Gragi] *Gragus mons Lyciæ, in quo Chimæra fuiſſe dicitur.* Vos Tempe] *Locus in Theſſalia opacitate & Peneo flumine amœnus, qui in honorem Apollinis merito laudatur, quod ibi laurus plurima ſit.* Fraternaq; humerum lyra] *Et hic, & in ſuperiore accipe, inſignem cithara. Per figuram hæc elocutio intelligenda, ut ſit Apollinem inſignem humerum habentem, Vt: Læta comam, dicitur à Virgilio, & multa ſimilia.* Fraterna lyra] *Mercurius lyram inuenit, qui frater eſt Apollinis.* A' populo & principe Cæſare] *Nunquid principem ad populum referemus, ut ſit à populo principe, quia populus Romanus princeps erat, & rector omnium populorum, & rectè dicitur.*

CHRISTOPH. LAND. } *Auguſtus ludos ſeculares inſtituit, in quibus nobiles pueri Apollinis, nobiles uirgines Dianæ hymnos canebant. Sed in hos ludos extat huius poetæ carmen ſeculare. Itaq; credo hunc hymnum eſſe non in eos ludos, qui centeſimo quoq; anno inſtituti erant, quibus ſemel duntaxat interfuit poëta, ſed in eos quos longè ante Auguſtum ex libris Sibyllinis inſtituti ſunt, ut quot annis fierent, auctore. L. Cornelio Ruffo decẽuiro, qui propterea Sibylla eſt nominatus, ac deinde corruptione nominis primus eſt cœptus uocari Sylla. Erant enim carminibus Martij uatis, quorum duo uolumina erant in ſenatũ relata, ſub hæc uerba.* Hoſtem Romani ſi ex agro expellere uoltis. Vomicamq; quæ gentium uenit longè. Apollini cenſeo uouendos ludos. Qui quot annis cõmuniter Apollini fiant. His ludis faciendis præſit is prætor, qui ius populo plebiq; dabit ſummum. Decemuiri Græco ritu hoſtijs ſacra faciant. Hoc ſi rectè facietis gaudebitis ſemper, fietq; reſpub. melior. Nam is diues extinguet per duellos ueſtros, qui ueſtros campos paſcunt placidè. *Hæc eadem cum Decemuiri in libris Sibyllinis reperiſſent decreti ſunt ludi Apollinares, & in eam rem duodecim millia æris, & duæ hoſtiæ maiores prætori datæ, decemq; uiri Græco ritu iuſsi ſunt Apollini ſacra facere boue aurato, & capris duabus albis auratis. Latonæ boue fœmina aurata, ludos in circo populus coronatus ſpectare iuſſus eſt. Primi duo uerſus Aſclepiadei, tertius Glyconicus, quartus Pherecratius.* Dianam] *Cur priorem nominat Dianam cum dignitate prior ſit Phœbus? an quia prior ipſa nata eſt, & ſtatim ut eſt orta, matri Phœbum parturienti obſtetricis officium exhibuit. Teneræ iuuenculæ, & in teneriore ætate conſtitutæ. Dicitur autem in cœlo Luna, in terris Diana, & apud inferos Hecate.* Cynthium] *Apollinem à Cyntho Deli monte, in quo natus eſt.* Intonſum] *Apollo intonſus, id eſt, capillis prolixis pingitur, quia eius radij ſemper in longiſsima uſq; extenduntur. Pingitur iuuenis, quia nunquã ſeneſcit ſol.* Latonamq;] *Hæc filia Cœi fuit & Ioui, Dianam & Apollinem peperit. Ouidius.*

» *Quæ me audet ie genitam Titanida Cœo*
» *Latonam præferre mihi.*

Dicunt autem fabulæ Iunonem iratam Latonæ, propter pellicatũ immiſiſſe Phytonem ſerpentem, qui illam opprimeret. Diffugiebat autem Latona, & cum nuſquam conſiſtere daretur, tandem ad Ortygiam inſulam ueniſſe, quæ deinde Delos eſt nominata. Erat enim hæc olim ſua ſoror Aſteria nomine, quæ Iouis nuptias fugiens dijs miſerantibus in Ortigen. id eſt, coturnicem conuerſa eſt, ac deinde in lapidem, & in mare cecidit, ac denuon è fundo emergens inſula mobilis effecta eſt. Quapropter ſorori Phytonem fugienti ad littus uſq; obuiam uenit. Illaq; recepta in mare antequam Phyton ingrederetur longè receſsit. Hic ergo tandem quieſcens Latona, geminos ſolem, ſcilicet, & Lunã peperit. Sunt qui fabulam ad hiſtoriam referant. Dicantq; poſt Deucalionis diluuium aërem ita denſis nubibus ad plures menſes obſeſſum fuiſſe, ut neq; ſolaribus, neq; lunaribus radijs peruius eſſet. Sed tandem paulò ante lucem in Orthygia lunares radios, & poſt ortum ſolis ſolares etiam apparuiſſe. Quapropter cum tale initium inde ueniret, conceſſum eſt fabulæ, ut Diana ac Apollo in illa inſula nati ſint. Dicuntq; ſtatim Apollinem, quamprimum ortus eſt Phytonem ſagittis interfeciſſe. Nam Phytonem intelligunt nubes, quas dixi, quæ à radijs ſolaribus cum inualeſcere cœpit conſumptæ ſunt. Vos (ordo eſt.) Virgines Dianam, pueri Apollinem laudent. Sed uos mares] *Id eſt, maturæ ætatis mulieres, tollite totidem laudibus, id eſt, tantundem laudate comam nemorum, id eſt, frondes nemorum, lætam fluuijs, quæ*

viridior, fertiliorq́; ſurgit iuxta flumina, propter uicinum humorem. Algidus] *Diſtat ab urbe Roma. 15. M. paſſuum.* Erymanthus] *In Archadia mons eſt, qua aprum Hercules domuit, uiuumq́; ad Euryſtium detulit. Virg.*

" *Aut Erymanthi Placarit ſyluam et Lernam tremefecerit arcu.*

Tempe] *Loca amœniſsima in Theſſalia iuxta Peneum fluuium.* Humerum] *Scilicet Apollinis.* Fraterna lyra] *Quam ipſe à Mercurio fratre dono accepit.* Natalem] *In qua natus eſt.* Delon] *Hæc eſt una ex Cycladibus nobilitata, templo Apollinis celebrato olim ab omnibus totius pene orbis gentibus. Ariſtoteles ait, Delon appellata, quod cùm dimerſa eſſet ſubitò apparuit. Nam* Δηλόω *oſtendo, ſignificat. Fuit præterea appellata Eglatoſthenes, Cynthia, Aſteria, Ortygia, Pyrpile. Herodotus autem ſcribit hanc inſulam primo motam eſſe, cum Datis Xerxis præfectus ex ea diſceſsit nulla calamitate ab eo affecta, neque deinde ad ſua uſque tempora terræmotum ſenſiſſe. Eum autem, quo tunc concuſſa eſt, futuras Græciæ calamitates prænunciaſſe, eſt dicta Pyrpyle, quaſi pyla, id eſt, porta ignis, quia ibi repertus ſit.* In Perſas] *Pro Parthis poſuit, quos per Ventidium Octauianus ſuperauit. Superauit etiam & Britannos.*

HENR. GLAR. } Vos lætam fluuijs & nemorum comam] *Acro, Mancinellus, ac Landinus, & recentiores quidam in accuſandi caſu Comã legunt, cùm ſit auferendi caſus, nõ attendentes coniunctionem, & fruſtrà alioqui poſitam, ſi eum ſequemur ordinem, quem illi faciunt. Landinus præterea matres legit, pro mares pudendo errore, qui rationem carminis uel ignorauit, uel, quod magis credo, non animaduertit. Coma igitur legendum, ut fluuijs, ab eodem enim participio lætam pendet.*

HERM. FIGVL. } Dicite] *Cantate, laudate.* Virgines] *Virgo à uirtute originem uocis trahere uidetur. Vt ex ipſo nomine ſemper ſe admoneri cognoſcat. Vt ex Fulgentio refert Iacobus Spiegelius, author diligentiſsimus, & de iuris ſtudioſis optimè meritus. Veteres tamen uirginem omne incorruptum & intactũ dixerunt.* Intonſum] *Id eſt, crinitum: ſemper enim comatus & iuuenis pingitur Phœbus, quia Sol perpetuos habet radios, & nunquam ſeneſcit. Apud Ouidium ita de ſe ipſe loquitur:*

" *Vtq́; meum intonſis caput eſt iuuenile capillis, Tibullus:*
" *Solis æterna eſt Phœbo Bacchoq́; iuuentus,*
" *Et decet intonſus crinis utrunq́; Deum.*

Cynthium] *Apollinem: ſic dictum à Cyntho monte Deli Inſulæ, in quo natus eſt.* Latonamq́; ſupremo dilectam] *Cæi Gigantis filiam fuiſſe Latonam, ex Ouidio patet, apud quem ſic loquitur Niobe:*

" *Quoq́; modo audetis genitam Titanida Cœo*
" *Latonam præferre mihi?*

Hæc à Ioue amata, grauidáq́; facta, Apollinem & Dianam geminos peperit.

" *Vos puellæ Dianã: uos autẽ mares Apollinem laudib. euehite.*

Lætam fluuijs & nemorum coma] *Dianam gaudentem ſyluis & fluminibus.* Quæcunque] *Videlicet coma, aut in Algido, aut Erymantho, aut Grago montibus creſcent. Algidus, mons eſt ab urbe Roma XX. M. paſſuum. Erymanthus, mons eſt Archadiæ, in quo Hercules aprum, omnia deuaſtantem, cepit, & uiuum ad Euriſteum detulit.* Gragus] *mons eſt minoris Aſiæ, haud longè à Pathara.* Tempe] *In honorem Apollinis, quòd ibi plurima creſcat laurus, dilecta Apollini, ob mutatam in eandem arborem Daphnen amicam.* Natalemq́; Delon] *Latona Apollinem & Dianam in Ortygia inſula uno partu ædidit, quæ poſtea Delos fuit appellata, quòd ab Apolline immobilis reddita, manifeſtò apparuiſſet, cùm antea diu ſub aquis latuiſſet:* δῆλος, *enim manifeſtus, clarus, conſpicuus Latinè dicitur. Eſt autem Inſula hæc poſita in Aegeo mari, quò omnes undiq́; cum mercibus, atq́; oneribus commeabant: referta diuitijs, parua, ſine muro, ut ſcribit Cicero, pro lege Manil.* Inſignemq́; pharetra, fraternaq́; humerum lyra] *Nam humeris pharetram & lyram, à fratre Mercurio ſibi donatam, geſtat Apollo.*

Famem peſtemq́;] *Poëtæ diligenter obſeruarunt, peſtem ſemper ſequi annonæ caritatem, id quod etiam indicat Heſiodus:*

" Τοῖσι δ' οὐρανόθεν μέγ' ἐπήγαγε πῆμα
" Κρονίων λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν.

A populo Romano] *Populus autem à plebe differt, quod genus à ſpecie. Nam appellatione populi, uniuerſi ciues ſignificantur, connumeratis etiam patricijs & ſenatoribus. Plebis autem appellatione ſine patricijs & ſenatoribus, cæteri ciues ſignificãtur. Hæc Iuſtinianus in §. Plebiſcitum. Inſtitut. de Iure nat. gent. & ciuili.*

Principe Cæſare] *Imperatore Auguſto.* Perſas atq́; Britannos] *Hoc eſt, in hoſtes populi Rom.. Species pro genere.* Britannos] *Id eſt, Anglos. Hos refert Lucanus ultra Oceanum eſſe, & toto diſcretos orbe. Cui adſtipulatur Virg.*

" *Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.*

Eſt autem Anglia, quæ & Britannia ab eruditis uocatur, Inſula in Oceano, inter ſeptentrionem & occidentem ſita: diues auri & argenti: pecorum & lanificij abundans. Lupos non gignit, nec illatos nutrit.

THEOD. PVLM. } Sæculare carmen] *Carmen ſæculare, quod exacto ſæculo in honorem Apollinis & Dianæ canĩ ſolebat, à pueris & puellis patrimis & matrimis, illis Apollinem, his Dianam laudantibus alternis, quòd tempora ducere uideantur, cùm Apollo annos metiatur, Diana menſes luſtret: quòd ſalubritatem & intemperiem, morbos & ſecundam ualetudinem, ubertatem & famem, peſtem & eius liberationem adferre putarentur: ac qui morbis interibant, eos ueteres ab Apolline & Diana interfici credebant: uiros ab Apolline, mulieres à Diana. Homerus:*

" Ἐλθὼν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων Ἄρτεμίς τε ξύν,
" Οἳ ἀγονεῖς βελέεσσι κατέκταν.

Sic periêre Amphionis liberi horum Deorum ſagittis confixi. Turneb. lib. 17. cap. 5. Vide Annotat. ad Carmen ſæculare. 5 Comæ] comam, *B. quam lectionem repudiat Glareanus.* 7 Gragi.] Grægi: *B, ut Gnidos, Gnoſſos, cygnus. Latini conſonantem aſperam in exilem mutant.* 13 Hic lacrymoſum, hic miſeram famem, Peſtemq́; à populo & Principe Cæſare, in Perſas, atq́; Britannos Veſtra motus aget prece] *Scio illud Horatianũ de ſeruatore Apolline longè repetita iam inde uſque ab Iliacis temporibus auctoritate explicari, cùm conſtet Apollinis ope Aeneam hoſtibus ereptum fuiſſe: ſed ad religionis opinionẽ libentiùs retulerim, officiumq́; Dei illius, exiſtimati modis auerruncãdis, depellendiſq́; mortales iuuare. Turneb. lib. 6. cap.. 24.* 15 Aget] *Id eſt, auertet, depellet. Vide Annotationes ad illud 1. Serm. 9.*

" *—— ſic me ſeruauit Apollo.*

GEORG. FAB. } *Romanos ad carmen ſæculare canendum adhortatur, ut tuta ſeruent dij à publica calamitate Auguſti tempora. Canebatur id carmen à uirginibus & pueris, uel tempore neceſſario ad publica mala auertenda, ut hoc loco fieri poëta uult: uel tempore certo, ut poſt exactum ſeculum, quemadmodum alibi idem ait,*

" *Denos decies per annos ——*

Aut uiridis Gragi] *Gragus montis nomen Horatio, promontorij Plinio. Strabo ſcribit* Κράγος: *ſed eam conſonantem aſperam mutant Latini in exilem, ut dicant Gragus, Gnidos, Gnoſſos. Tres montes ſylueſos locis diſsitos, diſtinguit epithetis. Algidum in Latio uocat gelidum: Erymanthum in Arcadia, nigram: Gragum in Lycia, uiridem.*

IOD. BAD. ASCENS. } Dianam, &c. *Dianæ Apollinis, & Latonæ eorum matris laudes canendas monet, dicens.* Virgines teneræ] *Id eſt, adhuc incorruptæ.* Dicite] *Id eſt, laudate Dianam.* Et pueri dicite Cynthium] *Apollinem.* Intonſum] *Id eſt, ſemper crinitum & Latonam matrem eorum dilectã penitus.* Ioui ſupremo] *Id eſt, cæleſti.* Vos lætam] *Conſtructio dependet à ſuperiore, ſic. Vos (inquam) teneræ Virgines: dicite in honorem Dianæ Venatricis.* Comam nemorum] *Id eſt, frondem.* Lætam] *Id eſt, gaudentem aut bene nutritam, fluuijs. quia ſcriptum eſt, ſicut lignum ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et dicite comam quæcunque prominet, aut Algido olim oppido poſt montes Tuſculanos gelido.* Vnde ab algore] *Id eſt, gelu dicitur.* Aut in nigris] *Id eſt, Vmbroſis & denſis ſyluis Erymanthi montis Archadiæ: aut*

in

in ſyluis Gragi ſeu Cragi montis Lyciæ. Viridis] Id eſt, uireſcentis multis frondibus. Vos mares] Id eſt, pueri laudantes Apollinem, tollite totidem laudibus. Tempe] Scilicet loca amœniſsima Theſſaliæ lauris conſita, unde & Apollini grata: & Delon inſulam in mari Aegeo, natalem Apollinis, in qua natus Apollo, & ſuper Apollinem.
Inſignem humerum] Id eſt, habentem humerum inſignitum. Pharetra, & lyra fraterna] Quam à Mercurio dono accepit. Hic ſcilicet Apollo motus ueſtra prece aget in Perſas, qui hoſtes Romano imperio: & Britannos etiam hoſtes aut longè poſitos ab imperio Romano: Vnde Maro in Buc.

» Et penitus toto diuiſos orbe Britannos:

Hodie Anglos uocant. Bellum lachrymoſum] Scilicet uictis: quia bellum eſt uictoribus iocundum. Hic aget à populo Romano & Cæſare Auguſto principe ſcilicet Romani populi: miſeram famem & peſtem in Perſas atque Britannos, ubi tria mala ſemper formidata enumerat ex ordine, quia bellũ famẽ parit, fames peſtẽ.

ANT. MANCIN. } Bello Punico ſecundo Vt Macro. lib. 1. Sat. oſtendit ex libris Sibyllinis, Apollini ludi primũ inſtituti fuêre: fertur autem in carminibus Martij uatis inuentum eſſe ita ſcriptũ. Hoſtem Romani ſi ex agro pellere uultis Vomicamq́ue, quæ gentium uenit longè, Apollini cenſeo uouẽdos ludos: Faciendis præſit is prætor: qui ius populo plebiq́ue dabit ſummũ. Decẽuiri Græco ritu hoſtijs ſacra faciãt: hoc ſi rectè facietis, gaudebitis ſemper, fietq́ue reſpub. melior. Nam is diuus extinguet perduellos ueſtros. Itaque Decemuiris præceptum eſt: ut Græco ritu hiſce hoſtijs ſacrũ facerent Apollini, boue aurato & capris duabus albis auratis. Latonæ boue fœmina aurata: ludos in circo populus coronatus ſpectare iuſſus. Hæc ex Macr. Hac igitur Ode hortatur poeta ut ludis Apollinaribus uirgines Dianam, Apollinẽ pueri, Latonamq́ue laudibus efferant. Apollo enim eorũ precibus motus, & bellum, & famem, & peſtẽ, hoſteſq́ue etiã à populo pellet. De ludis autẽ ſæcularib. hîc intelligere minimè conuenit: eſt enim carmen profuſius alibi: ubi de Latona nulla eſt mẽtio. Cui quidem in Apollinaribus, ſicuti Apollini ſacrum fiebat: quanquam diuerſis hoſtijs, ut oſtendit. Dianam te] Ode eſt tricolos tetraſtrophos, quã per 4. ſic potes uerſus ſcandere. Nam cõſtat duobus metris Aſclepiadæis: tertio Pherecraton. quarto Glyconico. de Aſclepiadæis Ode 1. docuimus, de alijs quinta. Dicite] Cantate. Laudate] Intonſum. Cyn.] Id eſt, Apollinem. Tibul. etiam inquit.

» Sol æterna eſt Phœbo, Bacchoq́ue iuuenta. Et
» Decet intonſus crinis utrunq́ue Deum.

Eſt autẽ Cynthus mons ſublimis & aſper Delo urbi imminens, quæ inſula in mari Aegeo ſita urbem habet in plano poſitã, & Apollinis tẽplũ atq́ue Latonæ: quæ ibi Dianã ſimul et Apollinẽ peperit. Aut eſt Strab. lib. 10. & 14. de Latonæ partu optimè meminit. Supremo Io.] Id eſt, maximo. Vos læta fluuijs] Ordo eſt. Vos uirgines tollite laudib. Nemorũ comã lætã fluuijs: comã quæcũque prominet aut gelido Algido, aut nigris ſyluis Erymanthi, aut uiridis Gragi id aũt in Dianæ gratia fieri uult: illa n. in ſyluis uagari ſolebat & mõtib. Læta fluuijs] Id eſt, fertilitatẽ et luxuriantẽ fluuiorũ humore. Algido] Algidũ oppidũ erat poſt mõtes Thuſculanos, ad quos deſcẽdebat uia Latina. Author eſt Strab. lib. 5. Nũc urbis ueſtigia extãt, eſtq́ue locus Latrocinijs maximè infeſtatus. Erymãthi] Erymãthus mõs eſt Archadiæ, & fluuius ab eo demiſſus: quod Solinus ſcribit. Nigris ſyluis] Id eſt, umbroſis. Gragi] in Strab. bonis li. 14. ſemper eſt Cragus. ait enim de Lycia ſcribens. deinceps eſt Atticragus mõs erectus, in quo eſt Carmyleſus locus in conualle iacẽs. Poſt hũc Cragus, qui urbẽ habet eiuſdẽ nominis. Hic fabulas de Chymeræ mõtib. confingunt: eſt etiã nõ procul hinc cõuallis quædã nomine Chymera ab littore porrecta. Crago ſubiacet pinara] Vna ex maximis Lyciæ ciuitatib. hoc in loco Pandarus colitur. Vos tempe] Ordo eſt. Vos mares totidẽ laudib. tollite Tẽpe, &c. hoc autẽ in Apollinis gratiã fiebat. Natalemq́ue mares] Legendũ eſt mares nõ matres, uerſus enim nõ ſtaret aliter, nec ſenſus quadraret ſuperiori: Nã cũ uirgines Dianæ loca laudarint. Nũc mares] Id eſt, pueri Apollinis loca celebrãt. Tempe] De ijs uideto Ode 7. Pharetra] De hac uide ſuperiùs. Fraterna lyra] Scribit Hyginius. Mercuriũ cũ primũ lyrã feciſſet in Cylleno monte Archadiæ ſeptem chordas inſtituiſſe, ad Athlantidũ numerũ, quòd Maia una ex illarũ numero eſſet, quæ Mercurij eſt mater. Deinde quũ Apollinis boues abegiſſet, deprehenſus ab eo, quo ſibi facilius ignoſceret, petenti Apollini ut liceret, ſibi ſe dicere inueniſſe lyrã, cõceſſit, & ab eo uirgulã quandã muneri accepit. Apollo aũt lyram acceptã dicitur Orpheum docuiſſe: & poſtquã ipſe cytharã inuenerit illi, lyrã cõceſſiſſe. Fraterna ergo lyra] Quoniã Mercurius & Apollo Iouis filij ſunt. Hic bellũ] Ordo eſt: hic Phœbus ueſtra prece motus, aget à populo & à principe Cæſare in Perſas atq́ue Britãnos bellũ lachrymoſum: hic aget miſerã famẽ & peſtẽ. Perſas] Perſia tota altiſsimis uallatur montib. à ſeptẽtrione Mediæ hæret, ut docet Dionyſius. Eſt aũt nobis regio oriental. Britannos] Finis erat orbis ora Gallici littoris: niſi Britãnia inſula nomẽ pene orbis alterius mereretur: octingentis & amplius millib. paſſuũ lõga porrigitur illic nullus anguis. Auis rara] Gens inhoſpita & bellicoſa, hæc & plura Solinus. Iacet autem inter Septentrionem & Occidentem Auctore Plin. lib. 4.

ODE XXII. AD ARISTIVM FVSCVM.

προσφωνητική.

Ode XXII. Dicolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis, atq́ue diræ.

—∪ — — —∪∪ —∪ —∪
—∪ — — —∪∪ —∪ — —
—∪ — — —∪∪ —∪ — —
—∪∪ — —

ARGVMENTVM IN ODEN XXII.

Scribit Fuſco amico, bonum uirum numinis prouidentia ubique tutum eſſe, etiamſi inter res periculoſiſsimas uerſetur, neque alio egere adminiculo quàm ſola innocentia, quemadmodum ipſi contigit, quem quum in ſylua ſpaciaretur, lupus inermem fugit, & contra malum, teſte prouerbio, uel mus mordeat.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Quàm præclara res ſit innocentia, hoc carmen docet. Tantum enim habet momenti, ut nulli periculo ſit obnoxius, qui ea præditus eſt, quod ut poeta tenui argumento probat: ita in magnis ſæpè docemur nihil eſſe iucundius bona anteactæ uitæ conſcientia.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Oſtendit Virũ iuſtum & innocentem nullis indigere armis, quibus ſe defendat, ſed in locis etiam remotiſsimis periculoſiſsimiſq́ue eſſe tutum, idem exemplo ſuo confirmat.

COMMENTARIA.

INTEGER uitæ, ſceleriſq; purus
Non eget Mauris iaculis, neque arcu:
Nec uenenatis grauida ſagittis,
Fuſce, pharetra,
Siue per Syrteis iter æſtuoſas,
Siue facturus per inhoſpitalem
Caucaſum, uel quæ loca fabuloſus
Lambit Hydaſpes.
Nanq; me ſylua lupus in Sabina,
Dum meam canto Lalagen, & ultra
Terminum curis uagor expeditus,
Fugit inermem.
Quale portentum neq; militaris
Daunia in latis alit æſculetis,
Nec Iubæ tellus generat, leonum
Arida nutrix.
Pone me pigris ubi nulla campis
Arbor æſtiua recreatur aura,
Quod latus mundi nebulæ, malusq;
Iupiter urget:
Pone ſub curru nimium propinqui
Solis, in terra domibus negata:
Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem.

ACRON.

INTEGER uitæ, ſceleriſq; purus] *Metrum ſapphicum hendecaſyllabum tribus uerſibus. Quartus Adonius. Ad Ariſtium Fuſcum ſcribit amicũ ſuum, indicans innocentiam ſemper & ubiq; tutam eſſe, etiam inter res ſæuas ac periculoſas: cuius rei teſtimonium documentumq; ipſe ceperit, cum aliàs, tum præcipuè cùm in Sabinis, in agello ſuo ſpaciantem, ſe ingens lupus fugerit. Dubitandum tamen eſt utrum ocularit er, an uerè dicatur, quia lupi ſinguli ſingulos homines inuadere conſueuerunt.* Integer] *Innocens.* Non eget Mauri iaculis] *Id eſt, quibus utuntur Mauri, eſt enim primitiuũ pro deriuatiuo.* Grauida] *Plena, fertilis, ut:*

» *Bis grauidæ pecudes, bis pomis utilis arbos.*

Syrtes] *Syrtes loca Africæ in mari feruentes harenis: uel breuia uada, per quæ loca duxit Cato exercitum.* Aeſtuoſas] *Aut procelloſas, aut nimio ſole feruentes, unde Virg. Et inhoſpita Syrtis.* Caucaſum] *Caucaſus mons Scythiæ præter habitationes hominum, de quo Virgil.*

» *Seu duris genuit te cautibus horrens Caucaſus.*

Fabuloſus Hydaſpes] *Aut longinquus, aut de quo multa finguntur miranda per fabulas ex mõſtris uarijs, quibus abundat.* Lambit] *Metaphora à lingua, eò quod leniter fluat, & ripas ſuas tanquam lingua lambat.* Hydaſpes] *Fluuius Mediæ, uel Indiæ. Virgilius.*

» *Et Medus Hydaſpes.*

Nanq; me] *Ordo eſt:* Nanq; me inermem fugit lupus in Sabina ſylua, dum canto meam Lalagen, & uagor ultra terminum expeditus curis. Dum meam canto Lalagen] *Id eſt, dum amicæ laudibus illicior uoluptate cantandi. Meam autem quam diligo, ut Virgilius.*

» *Reſtitit, Eurydicemq; ſuam iam luce ſub ipſa,*
» *Immemor heu uictusq; animi, reſpexit.*

Vltra terminum curis uagor expeditus] *Aut ultra agri fines: aut ultra curarum terminum progreſſus, tanta animi ſecuritate, ut nihil timerem.* Portentum] *Pro lupo poſuit.* Militaris] *Quia uiros fortes, & aptos militiæ habuit. Virg.*

» *Hæc genus acre uirûm, Marſos, pubemq; Sabellam,*
» *Aſſuetumq; malo Ligurem, Volſcosq; ueruios,*
» *Extulit: hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos.*

Daunia] *Apulia dicta, à Dauno rege, ſocero Diomedis, aut à regione in qua pater Turni Daunus regnauit, unde eſt:*

» *Dauni miſerere ſenectæ.*

Latis] *Magnis & uaſtis, & pro ſyluarum magnitudine feris abundantibus.* Aeſculetis] *Sicut pinetis à pino, ſic æſculetis dixit ab æſculo.* Nec Iubæ tellus] *Vt ſuprà à rege ſignificat prouinciam. Iuba enim rex Maurorum fuit, quæ regio & ſicca eſt, & leonib. abundans. Virg. in eius execratione laudans Italiam:*

» *At rabidæ tygres abſunt, & ſæua leonum*
» *Semina.——*

Arida nutrix] *Siticuloſa. Virg.*

» *Hic deſerta ſiti regio.*

Pone me pigris] *Frigidis locis Scythiæ. Virgil.*

» *Semper hiems, ſemper ſpirantes frigora Cauri.*

Recreat] *Proflatur.* Quod latus] *Ac ſi diceret, quam partem.* Malusq; Iupiter] *Iouem aërem poſuit, ut Virgil.*

» *Iupiter & læto deſcendit plurimus imbri.*
» *Nebulæ malusq; Iupiter.*

Ac diceret, loca ſine ſole. Virgil.

» *Plaga ſolis iniqui.——*

Et item:

» *Tum ſol pallentes haud unquam diſcutit umbras.*

Vrget] *Comprimit, ut:*

» *Cærulea glacie concretæ atq; imbribus atris.*

Sub curru] *Aut in frigidis partib. Scythiæ, uel in ardentib. partib. Aphricæ, ſi poneretur. Lalagen ſe amicam ſuam dicit, ſecurum omniũ periculorum bono innocentiæ, poſſe cantare.* Nimium propinqui] *Vt,*

» *Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab igni.*

Domibus negata] *Cyrenaicam dicit inhabitabilem.* Dulce ridentem] *Vt Virgil.*

» *Fuit aut tibi quicquam Dulce meum.*

PORPHYR.

Integer uitæ, ſceleriſq; purus] *Ad Ariſtiũ Fuſcum hæc ſcribuntur, quibus indicat innocentiam ſemper, & ubiq; tutam eſſe, cuius rei teſtimonium ipſe accepit tunc, cùm Sabinis in agello ſuo ſpaciantem ſe, lupus immenſæ magnitudinis fugerit. Et hæc dubito utrum iocularit er dicantur, an uerè: quoniam lupi dicuntur ſolere ſingulos homines inuadere. Integer uitæ, ut Virgilius.*

» O' *præſtans animi iuuenis.*

Grauida ſagittis fuſce pharetra] *Grauida pharetra pro graui, ac per hoc plena metaphora.* Lambit] *Hydaſpes amnis Indiæ, fabuloſus autem dictus, quod India plurima genera miraculorum & digna fabulis ferat. Lambit autem translatiuè dictum eſt à lingua, per quod ſignat Hydaſpem fluuium lenem, leniter ſuas ripas tangere.* Canto Lalagen] *Compono, ſcilicet librum Lalagen: Ita liber Sex. Decij Collyra inſcribitur, eò quòd de Collyra amicus ſcriptus ſit. Etiam nos ſic plerunq; loquimur.* Et ultra terminum curis uagor] *Id eſt, ultra terminum fundi mei procedo, lucorum uoluptate oblectatus. Curis autem expeditis, pro ipſe curis expeditus, id eſt, ſecurus.* Neq; militaris Daunias] *Daunias Apulia, dicta à Dauno rege ſocero Diomedis, quam militarem dixit, quia militiæ aptos uiros habet.* Latis alit æſculetis] *Aeſculetis ab æſculo arbore, ita dicuntur, ut pineta à pino.* Nec Iubæ tellus] *Mauritania intelligenda à Iuba rege.* Pone me pigris] *Cur pigros campos dixerit ipſe oſtendit ſubijciendo, ubi nulla arbor æſtiua aura recreatur.* Quod latus mundi] *Latus pro qualibet mundi parte poſuit.* Nebulæ, malusq; Iupiter urget] *Iouem pro tempeſtate ponere poëticum eſt, ſic & Virg.*

» *Modò Iupiter adſit,*
» *Tertia lux claſſem Cretæis ſiſtet in oris.*

Ergo malus Iupiter, pro eo quòd eſt, iniqua tempeſtas. Pone ſub curru nimium propinqui Solis] *In Aphrica, ſcilicet, cui ſol propior eſt, quàm cæteris terris.* Domibus negata] *Quia ultimæ partes Aphricæ inhabitabiles ſunt, propter nimios calores.* Dulce ridentem] *Pro dulciter ridentem, nomen pro aduerbio ponitur.*

CHRIST. LAND.

Oſtendit qui innocentes ſunt eos, inter omnia pericula tutos uerſari. Ex quo ſequitur homines

ipſi

ipſi diuinitati curæ eſſe, & iuſtè ita agi, ut & malis ſupplicia ſint, & bonis præmia. Hoc autem probat huiuſcemodi argumento. Nam cum uagerentur incautiùs per Sabinam ſyluam, nec quicquam tale ſuſpicaretur, lupus in quem inermis inciderat ſtatim fugit. Integer uitæ] Id eſt, ille cui uita integra eſt, id eſt, nullis uitijs maculata, & eſt modus Græc. Sic Virg.

,, Iſq; inops animi & furore accenſus amaro.

Vita humana tunc perfecta nulla in parte imminuta eſt cum caret uitio, quod non ex humana uita, ſed ex ferina prouenit, quia propter ſolam rationem homines ſumus. Integer eſt igitur homo, cuius rationem nullum uitium imminuit. Vita autem ex nominibus eſt, quorum haud facile pluralem inuenias.

Sceleriſq; purus] Seipſum declarat, quaſi dicat, eum eſſe integræ uitæ, qui ſit ſine aliquo ſcelere. Mauris] Pro Mauritanis. Maurus enim gentile eſt ut Gallus. Mauritanus autem poſſeſſiuum, ut Gallicus. Ergo dicimus uirum Maurum, & bellum Mauritanum. Venenatis] Veneno imbutis, ut mors certior ſequatur. Vnde eſt illud: Ferrumq; armare ueneno. Fuſce] Nam ad hunc ſcribit. eſt itidem fuſcus nomen appellatiuum, & eſt color ad nigrum tendens, ſed non omninò niger. Ouid.

,, Turgida ſi pinguis, ſi fuſca nigra uocetur.

Pharetra] Theca eſt, in qua ſagittas ferunt, qui arcu utuntur, & eſt Græcum nomen. Syrtes] Duo ſunt ſinus in Aphrica diſpari magnitudine, ſed pari periculo. Dictæ ſunt παρὰ τὸ συρέιν, id eſt, traho. Vento enim trahuntur harenæ. propter quod idem locus modò uadoſus eſt, accedête cumulo harenarum, modò profundior, ipſo in alium impulſo. Rectè ergo Virg.

,, In breuia & Syrteis urget miſerabile uiſu:

,, Illiditq; uadis, atq; aggere cingit harenæ.

Eſt igitur minor Syrtis & maior. Minor lotum cibum ſuauiſſimum producit. Indéq; Lotophagitis appellatur. Eſtq; ambitus eius. M. D C. ſtadiorum. Aeſtuoſas] Vel nimio ſole ardentes, uel fluctibus æſtantes. Caucaſum] Mons iſte quamuis Scythiæ aſſcribatur, tamen longitudine ſua multas pertingit nationes. Aſperitate in multis locis cæteros ſuperat, & feris immanibus eſt refertus. Eſt autem inter Oleos & Albanos uſq; ad mare Caſpiũ. Quare motus Maro, ut Aeneæ duritiem notaret, dixit,

,, Sed duris genuit te cautibus horrens

,, Caucaſus Hyrcanæq; admorunt ubera tigres.

Ponit ergo & Syrtes propter pericula naufragij, & Caucaſum, & ſolitudines propter pericula ferarum. Inhoſpitalem] Inhabitabilem. Sic alibi.

,, Et inhoſpita Syrtis.

Propriè hoſpites dicuntur amici diuerſarum patriarum, qui ſe mutuo recipiunt cùm alter in alterius patria peregrinus eſt, taliſq; amicitia hoſpitalitas appellatur, & eorum domus, quæ gratis liberaliterq; uenienti hoſpiti patent hoſpitia dicunt. Quapropter ædes, quæ publicè parantur ad egenos recipiendos hoſpitia, & hoſpitalia appellantur. Nam illa, quæ uiatoribus, perigriniſq; mercede patent cauponæ, diuerſoriaq; dicuntur. Nec nos fugiat tam qui recipit, quam qui recipitur hoſpitem uocari. Erantq; antiquorum domus ita ædificatæ, ut ſeparata haberent hoſpitalia habitacula. Nam primis diebus una cum hoſpite conuiuebat hoſpes. Inde ſeorſum habitans cibaria ſingulis diebus, quibus ex dignitate aleretur à patrefamiliâs recipiebat. Hinc appellamus locum inhoſpitalem, quo ſine periculo non uenimus, aut moramur.

Fabuloſus] Quaſi dicat, celeberrimus, & de quo omnes fantur. Nam ut iam oſtenſum eſt fabula res paſſim diuulgata etiam ſi uera ſit dicitur. Vel fabuloſus, de quo propter longinquitatem multa finguntur. Hydaſpes] Inſignis magnitudine fluuius, in quo aureæ & harenæ, & gemmæ deprehenduntur. Fluit per Parthos in Indiam, & amplo, profundoq; alueo crebras facit inſulas. Poſtremò quatuor ſuſceptis fluminibus. Indo flumini admiſcetur: dictus ab Hydaſpo Medorum rege. Lambit] Placidè tangit propriè lambere, & lingere eſt, cum aliquid lingua ſuauiter tangimus, quod Græci λίχω dicunt. Placet autem Acroni per metaphoram dictum, quoniam leniter fluat. Alibi eſt, & ſidera lambit.

Namque] Quòd qui integra uita ſunt, tuti ſint, probat exemplo ſui. Lupus] Is eſt, qui Græcè λύκος dicitur, παρὰ τὸν λύκην, id eſt, à luce. Huius enim oculi terſi ſunt, & perſpicui, ut in tenebris quicquid uel minimæ lucis eſt, ita colligant, ut fulgeant. Animal eſt Marti conſecratum, quia & ui, & inſidijs pugnet, & crudelis ſine aliqua generoſitate ſit. Eius natura, ut ſi hominem prius uiderit, quam ab eo uideatur, illum muteſcere, aut ſaltem rauceſcere cogat. Vnde eſt prouerbium Græcorum, quod & Teretius uſurpauit λύκος ἐν τῷ μύθῳ, id eſt, lupus in fabula, quotiens alicuius interuentu, quoniam ea, quæ loquimur illum audire nolumus, ſermonem finimus, quia ita ab illo uiſi obmuteſcimus, quemadmodum obmuteſcunt, uel rauceſcunt uiſi à lupo. Propter quod Virg.

,, Vox quoq; Mœrim

,, Iam fugit ipſa, Mœrim lupi uidere priores.

Aphrica, Aegyptuſq; paruos & inertes gignit lupos. Euanthes ait Archades ſcribere, ex gente cuiuſdam Anti ſorte familiæ, lectum hominem ad ſtagnum eius regionis duci, ac ſi ueſte in quercu ſuſpenſa ſtagnum tranârit, in ſyluas abire fieriq; lupum, quòd ſi carnibus humanis abſtineat, rurſuſq; poſt nonum annum rurſus tranet ſtagnum in hominem reuerti, addito nouem annorum ſenio. Auguſtinus hoc fieri negat, ſed dæmonum illuſionibus, ita id & ſibi id aſpicientibus uideri: caudæ huius animalis creditur uulgò uirus amatorium in exiguo uillo ineſſe, ſed cum capite abijci, nec pollere, niſi uiuo arripiatur. Lupi roſtrum inueteratum beneficijs reſiſtere aiunt, ob id porus refugiunt. Veſtigia eius calcata, equum torpeſcere faciunt. Lardum ijs, qui argentum uiuum biberint remedio eſt. In excrementis eius oſſa inueniuntur, quæ alligata, dentium dolorem ſedant. Sylua Sabina] Vt non mirum ſit, ſi lupus in aperto hominem fugiat, ſed quod fugiat in denſa ſylua, ubi animos habet maiores. Maius autem mirum, quod maximus lupus fugerit. Affert etiam rationem quare incautiùs & ultra conueniens ſpatium ambulaſſet. Erant enim & uacuus curis, & adeò occupatus in Lalage canenda, ut non animaduerteret ſe terminum excedere, uel itineris, uel curarum. Terminos] Eſt lapis, ſiue quippiam ſimile, poſitus inter agros, dictus à terendo, quoniam utrinq; ab ijs qui agrum ſuum colerent, fodiendo teretur. Item terminorum Deus Terminus dicebatur. Iſte cùm dij cæteri, qui in Capitolio fuerant Ioui ceſſiſſent, ſolus cedere noluit. Quo putarunt Romani imperium, eorum ſine termino fore. Colebatur ergo in Capitolio unà cum Ioue, eiq; ſacra inſtituta ſunt à Numa Pompilio & Terminalia appellata. Erat aũt cautũ, quòd ſi quis bobus terminũ euelliſſet, ipſe, boueſq; termino ſacri eſſet, ut Oui. in li. Faſt. oſtẽdit.

,, Fugit Magnum innocentiæ ſignum,

Nã non ſolũ nõ nocuit, ſed ultrò fugit, & quod plus eſt, fugit inermem. Portentum] Id eſt, quod ſupra naturam, cum ſit aliquid futurum portendit. Sed nunc appellat portentum feram, quæ ſupra naturalem modum creuerit. Non ergo tanta proceritate ſunt in Apulia portentoſi lupi, aut in Aphrica leones, quantus erat ille lupus. Daunias] Apulia à Dauno illic rege, & Diomedis ſocero. Dicta eſt autem in patronomico fœminino à Daunia, ut ſit Daunias, Dauniados, ut Troas Troados. Sunt autem in Aeſculetis Apuliæ urſi, & apri ingentis magnitudinis. Eſt autem ab Aeſculo arbore Aeſculetum, ut à pinu pinetum. Iubæ tellus] Mauritania, in qua Iubas regnauit. In ea leones abundant. Nam in Europa nuſquam ſunt præter illud terrarum ſpacium, quod inter Acheloum, Neſtumq; amnes interiacet. Magna generoſitas in hac fera: proſtratis parcit, ſatiati innoxij ſunt. In periculis diu terrore tantum ſe tuetur, teſtariq; uidetur ſe cogi, tandem coactus periculo, ueluti amentia fertur. Quando canibus, uenatoribuſq; urgetur, contemptim, neſcitanſq; cedit, donec cerni poteſt. Vbi autem iam arboribus tegitur, celerrimam fugam capit. Cùm inſequitur ſaltu inſilit, inter fugiendum non ſaltat. Vulneratus reliquos negligit, ac in ſolum percuſſorem fertur. Eum autem qui tela miſerit, ſed non uulnerauerit correctum rotat ac ſternit, nec uulnerat. Pueros non lædunt, niſi in magna fame. In fœminas duntaxat rugiunt. Rotarum orbes circumacti, & inanes currus, & galli gallinacei cantus timent, ſed maximas ignes. Inſidias neq; parant, neq; ſuſpicantur. Neque limis intuentur oculis, nec ſic aſpici uolunt. Quint. Scæuola in curruli ædilitate primus edidit leones. Centum autem

Rubatorum primus. L. Sylla dictator in prætura. Poſt eum in circo Pompeius Magnus. 600. ac in his Iubatorum 315. Cæſar dictator quadringentos. M. Antonius poſt pugnam Pharſalicam primus eos ad currũ iunxit, non ſine oſtento generoſos iugum ſubire. Præſertim cum ſimul cum Cytheride Mima uictus ſit.

Arida nutrix] Summa enim penuria aquarum laborat Libya. Vnde ad atros amnes conueniunt omnium generum feræ, & uaria admixtione monſtroſos partus edunt. Pigris] In partibus Septentrionalibus, ubi gelu omnia concreta ſunt, ubi aquæ glacie pigreſcunt. Vel dixit. Pigris] Id eſt, frigidis ab effectu.

Aura æſtiua] Non enim illic ſunt auræ ſuaues, à quibus in caloribus recreari ualeamus, ſed uehementes inſurgunt Boreas & Aquilo. Nebulæ] Quæ partes hyperboreæ perpetuis nebularum tenebris damnatæ ſunt. Malus Iupiter] Malignus aër, id eſt, frigidus. Frigus enim uitæ ſummoperè aduerſatur. Vrget] Comprimit: nam frigore omnia contrahuntur, ut calore relaxantur.

Nimium propinqui] Non quod propinquior terræ ſit ſol in una, quam in alia parte orbis, ſed quia illic directis radijs maiores affert calores, quam ubi ferit obliquis, Athlantici populi ſunt ſub ipſo oriente collocati, qui propter nimios æſtus ſolem orientem ſingulis diebus, maximis execrationibus inſectantur. Vltra hos loca propter calores inhabitabilia ſunt. Sententia eſt, quod nullis contrarijs poterit prohiberi, quin amet Lalagen. Eſt autem ſimile illi Virgiliano.

„ Non illum noſtri poſſunt mutare labores.
„ Non ſi frigoribus medijs Hebrumq́; bibamus,
„ Sythoniasq́; niues hyemis ſubeamus aquoſæ.
„ Nec ſi cùm moriens alta liberaret in ulmo,
„ Aethiopum uerſemus oues ſub ſydere cancri.

HERMAN. FIGVL. } Integer uitæ] Caſtus, innocens, incorruptus. Sceleriſq; purus] Syncerus, iuſtus, & recti conſcius. Venenatis] Veneno tinctis, & mortiferis. Grauida] Plena, referta. Per Syrtes iter æſtuoſas] Syrtes duo ſinus ſunt Africæ importuoſi atq; atroces, & ob uadorum frequentium breuia, magiſq; etiam ob alternos motus pelagi affluentis & refluentis, infeſti & diri. Caucaſum] Caucaſus mons eſt Indiæ, aſper & inhoſpitalis. Scythæ Graucaſum, hoc eſt, niue candidum, appellãt. Virgilius:

„ Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus.

Quæ loca] Hoc eſt, Parthiæ & Indiæ ſolitudines.

Fabuloſus Hydaſpes] Hydaſpes celebris eſt fluuius magnitudine, aureis arenis & gemmis, quas uehit, per Parthiam labens euadit in Indiam, Indoq́; per maximo miſcetur flumini. Lambit] Alluit, & præterfluendo leniter attingit. Namq; me ſylua] Suo exemplo probat, uirum integrum ubiq; eſſe ſecurum: quòd in agro ſuo Sabino, dum amicam ſuam caneret, ingens lupus etiam inermem ſe fugerit. Vltra terminum uagor] Id eſt, limites tranſgredior. Eſt autem terminus ſignum quod agrum ab agro diuidit, Ein marckſtein. Apud antiquos deus reputabatur, in cuius tutela fines agrorum erant. Quale portentum] Ait tam magnum fuiſſe lupum, ut neq; Apulia, neq; Mauritania tale monſtrum unquam produxerit, & tamen ultrò fugiſſe. Militaris] Bellicoſa, robuſtos & militiæ idoneos uiros progenerans. Daunia] Apulia. Plinius: Hinc Apulia Dauniorum cognomine, à duce Diomedis ſocero.

Aeſculetis] Aeſculus arbor eſt glandifera. Hinc æſculetum, locus æſculis arboribus conſitus. Sicut quercetum, oliuetum.

Iubæ tellus] Mauritania, cui Iuba rex imperauit. Hæc leones & alia monſtra producit, quod in ſiticuloſa regione, inopia aquarum ad paucos amnes congregant ſe feræ, ideoq; multiformes, ut inquit Plinius, ibi animalium partus, uariè fœminis cuiuſq; generis mares aut ui, aut uoluptate miſcente. Vnde etiam uulgare Græciæ dictũ, ſemper aliquid noui Africam afferre. Pone me pigris, pone ſub curru] Senſus eſt: Licet ponas me in plagis terræ extremis, arctica & antarctica: uel in media torrida, nimio frigore & æſtu inhabitabilibus ac deſertis, tamẽ propter integritatem ero ſecurus ac tutus. Porrò quemadmodum cœlum diuiditur in quinq; zonas, hoc eſt, circulos, arcticum, antarcticum, duos tropicos, & æquinoctialem. Sic quoq; terra in totidem plagas, id eſt, regiones ſecatur, quarum duæ extremæ perpetuis niuibus & frigore rigentes, non ſunt habitabiles. Mediam ſolis calor exurit. Reliquæ duæ, quæ ſunt ſub tropicis, calore & frigore, ita ſunt temperatæ, ut poſſint habitari. Hæ ab Ouidio lib. 1. Transf. & Virg. lib. 1. Georg. pulchrè deſcribuntur. Pigris ubi nulla campis arbor æſtiua recreatur aura] Hoc eſt, in plaga ſeptentrionali, ubi perpetuò eſt hyems & frigora, & ut ait Ouidius:

„ Triſte ſolum, ſterilis ſine fruge, ſine arbore tellus,
„ Frigus iners, illic habitant, pallorq́;, tremorq́;.

Quod latus mundi nebulæ] Quam partem ſeu plagam terræ nebulæ & caligines infeſtant. Maluſq; Iupiter urget] Id eſt, malignus & iniquus aër Gelu conſtringit. Pone ſub curru nimium propinqui ſolis] Hoc eſt, ſub æquinoctiali circulo in plaga torrida, quæ ob ſolis uicinitatem eſt inhabitabilis,

„ Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab igni,
Vt ait Maro.

THEOD. PVLM. } 2 Mauris iaculis nec arcu] Mauri iaculis, neque arcu. B. Maura iacula dicit, quia Mauri optimi iaculatores erant, & his armis utebantur. Vide Turneb. lib. 17. cap. 5. 5 Syrtes iter æſtuoſas] Syrteis intelligere non poſſum arenoſos illos in Africo pelago maris tractus, uadis breuibus infeſtos nauigantibus: neque enim qui nauigat uel timet feras, uel arcu in eas, aut iaculis indiget, ſed tractum terræ illis finibus uicinum intelligo, qui etiam Syrtis nomine uocabatur. Lucanus (libro 9. uerſu 447.

„ —— Nam litore ſicco
„ Quam pelago Syrtis uiolentius accipit Auſtrum,
„ Et terræ magis ille nocens.

Aeſtuoſas igitur interpretor, non reciprocis & efferueſcentibus undis agitatas, ſed feruidas, & ualde calidas. nam ille Africæ tractus feruet & æſtuat. Quin etiam arenoſa illa Libyæ ſpatia mediterranea Syrteis appellantur, non tantum litoralis ora. Prudentius (Apotheoſi,)

„ Nec reſponſa refert Libycis in Syrtibus Ammon.

Mox ait ſine metu belluarum amores ſuos innocentia fretum cantaturum eſſe in locis, & uaſtitatibus incultis plagarũ frigore & ardore inhabitabilium, ſi in his collocatus ſit, quæ belluis abundant. nam ad Septentrionem gryphes, alcæ, biſontes, bonaſi feruntur eſſe: ad meridiem tigres, leones, pantheræ. Turneb. lib. 17. cap. 5.

11 Expeditus] E. expeditis. H. G. B. 14 Daunia in latis] B. Daunias latis. H. G. E. Daunias, Apulia à Dauno rege dicta.

ANTON. MVRET. } 2 Non eget Mauri iaculis] Mauris iaculis legendum eſſe & Acro affirmat, & ueteres libri comprobant. 6 Siue per Syrteis iter æſtuoſas, ſiue facturus per inhoſpitalem Caucaſum] [illegible] uocat Aeſchylus, interpretes autem ipſius admonent, [illegible]. 11 Terminum curis uagor expeditus] Expeditis, legendum eſt, ex Porphyrione, & antiquis libris.

GEORG. FABR } Docet in hac Oda Horatius idem, quod Socrates dixit, Viro bono nihil mali poſſe accidere. Id probat ſuo periculo, quod in ſylua Sabina ab immani lupo ſit ſeruatus, dum Lalagen cantaret, quam ſe amaturum narrat, ubicunq; locorum unquam ſit futurus. Sermo ἐνθυμηματικός, Bonis nihil mali accidit, quia nec mihi potuit accidere. Non eget Mauris iaculis] Ita in Aldino: ſed alij malunt Mauri iaculis, eſt enim primitiuum pro deriuatiuo, inquit Helenius. Solet tamen poëta dicere Maura unda, Maurus ſerpens. Vltra terminum curis uagor expeditis] pro ipſe expeditus, hoc eſt, curis ſolutus ac liber: ita in duobus manuſcriptis, nec aliter, aut citat Placidus Luctatius, aut interpretatur Porphyrio. Ita paulò pòſt,

„ Precibus non linquar inultis. ——

Daunia in latis alit æſculetis] Manuſcriptum, Daunias latis. Daunias, Apuliæ nomen antiquum, pro Dauni regno, quod ſuo demum fuiſſe abolitum tempore ſcribit Strabo lib. 6. Nominata fuit à rege Dauno, Turni patre, ut Seruius: uel Diomedis ſocero, ut Plinius & Porphyrio.

IOAN. THOM. FREIG. } Locum communem tractat de innocentia: & continet ſyllogiſmum.

Inno-

Innocens non eget armis : Propoſitio ſtatim initio eſt:
At Horatius eſt innocens.
Non ergo eget armis.

IOD. BAD. ASCENS. } Integer æui] *Hæc Ode docet poëta quantũ ualeat innocentia, & integritas uitæ, exemplum à ſe ſumens, qui cantilenis innoxijs intentus: dum fortè Lalagen amicã ſuam cantaret, in lupum ferociſſimũ inciderat inermis, & tamẽ ille cantantem refugit. Ordo eſt.* O Fuſce integer uitæ] *Id eſt, integrans aut integram faciens uitã ſuam: plus autẽ eſt quàm integer uita: ſicut maturus æui, quàm æuo: & purus ſceleris.* Non eget iaculis Mauris] *Id eſt, quibus utuntur Mauri.* E' manu] *Hoc eſt, eminus ea iactantes.* Nec arcu, nec pharetra] *Id eſt, Theca ſagittarum.* Grauida] *Id eſt, plena, & ita onuſta.* Sagittis uenenatis] *Siue ſupra ſit facturus.* Iter] *Id eſt, iturus.* Per Syrtes æſtuoſas] *Quæ ſunt loca arenoſa in Getulia ad torridã Zonam tendenter.* Siue per Caucaſum.] *Montem Scythiæ altiſſimũ & ſanè frigidum, & ita.* Inhoſpitalem] *Id eſt, nulli præbentem hoſpitium: uel per ea ſuprema loca, quæ loca Hydaſpes fluuius Indiæ.* Fabuloſus] *Id eſt, de quo multa fabulantur.* Lambit] *Id eſt, alluit.* Nãq; lupus fugit me inermẽ in ſylua Sabina: ludũ ego canto Lalagẽ meam] *Scilicet amicã.* Et expeditis curis uagor ultra terminũ] *Lupus inquã exiſtens.* Portentũ] *Id eſt, fera, malum portendens.* Quale neque Daunia] *Id eſt, pars illa Apuliæ.* Militari] *Ad militiã apta, unde Turnus fuit.* Aut Aeſculetis] *Id eſt, ſyluis, ubi Aeſculi naſcũtur.* Latis] *Id eſt, amplis.* Nec tellus Iubæ.] *Id eſt, Mauritania nutrix leonũ arida, quia aquis eget, cum bonæ nutrices lacte abundare debeãt, & tamẽ feroces nutrit leones. Pone. Quia uerò id quaſi dexteritate Lalages, quã tũc cantabat accidit, dicit ſe ubicunq; fuerit eã amaturũ & cantaturũ. Ordo eſt.* Pone] *Id eſt, Siſte & cõſtitue me.* Vbi cãpis pigris] *Id eſt, frigore pigriciẽ inducentib.* Nulla arbor recreatur.] *Id eſt, renouatur & fouetur.* Aura æſtiua] *Id eſt, ſolis calore, id eſt, ubi perpetuũ horret frigus.* Ad id] *Scilicet latus mũdi.* Quod nebulæ] *Id eſt, fœtidæ nubes.* Et Iupiter malus] *Id eſt, aër corruptus & malignus.* Vrgẽt] *Id eſt, premunt.* Pone etiam me in terra negata domibus] *Id eſt, inhabitabili: propter calorẽ uidelicet ſub curru ſolis.* Propinqui] *Scilicet terræ nimium, ego ſcilicet nihilominus amabo ſemper Lalagen amicã meã, ridentẽ dulce & loquentẽ.* Dulce] *Id eſt, dulciter.*

ANT. MANCIN. } *Fuſco amico ſcribit optimo uiro, nec iaculis, nec ſagittis opus eſſe, quamuis loca periculoſa adeat, quod quidem exemplo ſui oſtendit. Dum enim ſuam Lalagen cantando, apud ſuum agellum Sabina in ſylua uagaretur, ingens lupus eum inermem fugit. Concludit idem de Lalagen ubicunque fuerit amaturum, uel in frigidiſſima Scythia, uel in feruenti Aphrica.* Integer uitæ: ſceleriſq; purus] *Ode eſt ſecunda ſimilis.* Mauris iaculis] *De Mauris uide ſecunda Ode. poſuit autem Maura iacula, propter leones: qui in Mauritania ſunt. Syrtes de ijs latè in Epodo nono. Caucaſum, is Scythiæ mons eſt: dictus quaſi Graucaſus, hoc eſt, niue candidus, ut Plin. libro 6. Herodot. autem lib. etiam 6. ſcribit. Caucaſum omnium montium altiſſimũ eſſe.* Inhoſpitalem] *Id eſt, inhoſpitabilem, propter niues, ſcilicet Hydaſpes. Is fluuius eſt ampliſſimus, & ad nauigandi uſum aptiſſimus in India: Dionyſio teſte. Strabo libro 15. ſcribit Hydaſpen Crocodilos habere, & ingredi Indum fluuium Fabuloſus Hydaſpes ſua magnitudine ab omnibus ferè decantatus.*

Meam canto Lalagen] *Id nomen eſt non ab re fictum: λαλαγὴ enim uox dicitur λαλέω loquor, λαλιὰ loquela, λάλος loquax, λαλαγέω, uoco, loquor, cano.* Portentum] *Monſtrum rem portentem: portentum futurum tempus reſpicit: ut ſcribit Nonius.*

Daunia] *Legendum Daunia non Daunias. Nam Græcè etiã Daunia dicitur, & Græcè Horatius produxit in nominatiuo, quorũ plura exempla uideto in noſtro Verſilogo. Daunia autem ut Strab. lib. 6. oſtendit: regiuncula erat iuncta Apuliæ. Ait enim, quòd ipſi Apuli & Daunij, & Peucetij eandem uſurpabant linguam: ibi quoq; oſtendit Luceriam ueteri oppidum Dauniorum fuiſſe, ubi erat Mineruæ fanum. Plin. autẽ uolumine tertio, hoc pacto meminit. Hinc Apulia Dauniorum cognomine à Daunio Diomedis ſocero: poſtea ait, quòd amnis Cerbalus Dauniorum finis. Item Dauniorum coloniæ Luceria. Venuſia oppida, Canuſium Arpi, &c. Ptolemæus libro 3. Apulorum, Dauniorum, inquit militaris bellicoſa. Habebat enim uiros fortes, præterea locis illis clades illa Cannenſis obtigit, & multa alia prælia prius & poſterius ibidẽ a ctitata ſunt.* Aeſculetis] *Aeſculus arbor eſt glandifera, unde æſculetũ.* Iubæ tellus] *Fuit Iuba Mauritaniæ rex, de quo latè Iuue. in fine libro 4. in Mauritania autẽ leones eſſe. Plin. etiam docet. Arida nutrix, aquarum penuria ſicca eſt Lybia: ibi enim multum torrida zona occupat, quare maxima mediterraneæ Libyæ pars, & regio circa Oceanum deſerta eſt, quod Strab. libro 7. edocet.*

Pigris campis] *Id eſt, frigidis, intelligit autem de regione Scythiæ habente Ryphæum iugum, quæ regio aſſiduis obſeſſa niuibus: quippe caſus continuarum pruinarum quiddam ibi exprimit ſimile Pœnarum: damnata pars mundi & à rerum natura in nubem æternæ caliginis merſa: ipſiſq; prorſus Aquilonibus conflatis, rigentiſſima ſola terrarum non nouit uices temporum. Nec cœlo aliud accipit, quàm hyemem ſempiternam. author eſt Solinus. Nulla arbor recreatur æſtiua aura: Nam ut dixit ſemper hyems, ibi eſt.* Quod latus mundi] *Id eſt, quam mundi partem.* Vrgent] *Id eſt, aggrauant.* Nebulæ & malus Iupiter] *Id eſt, aër caliginoſus & rigentiſſimus.* Pone ſub curru ſolis] *Id eſt, ſub Zodiaco & torrida zona: quæ quidem æſtu inhabitabilis eſt.* Dulce] pro dulciter.

ODE XXIII. AD CHLOEN.

Ode XXIII. *Tricolos tetraſtrophos, ut: Quis multa gracilis te puer in roſa.*

-- -vv- -vv- v-
-- -vv- -vv- v-
-- -vv --
-- -vv- v-

ARGVMENTVM IN ODEN XXIII.

Puellam uirorum contactum formidantem increpat, quæ uelut hinnulus, amiſſa matre trepidet, quum à uiris illi nihil ſit periculi, utpote qui ament, non, ut feræ hinnulum, quærant perdere.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Chloen teneram puellam hortatur ne fugiat contactum ſuum, cum ſit iam uiro matura, cuius pauorem comparat hinnulo ad omnem ſtrepitum ſyluæ, trementi.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Chloen puellam timidam & fugientem ſe increpat, quòd uirorum conſuetudinẽ aſpernatur, à quibus illi nihil ſit periculi.

COMMENTARIA.

Vitas hinnuleo me ſimilis Chloë,
Quærenti pauidam montibus auijs
Matrem, non ſine uano
Aurarum, & ſyluæ metu.
Nam ſeu mobilibus ueris inhorruit
Aduentus folijs, ſeu uirides rubum
Dimouêre lacertæ,
Et corde, & genibus tremit.
Atqui non ego te, Tigris ut aſpera,
Getuluſue leo, frangere perſequor,
Tandem deſine matrem
Tempeſtiua ſequi uiro.

ACRON.

VITAS hinnuleo me ſimilis Chloë] *Metrũ duobus uerſibus Aſclepiadeum, & primus uerſus per reſolutionem ſcanditur ita :* Vitas, hinnuleo, me ſimilis, Chloë. *Tertius Pherecratius. Quartus Glyconius, qui & ipſe per reſolutionem ſcanditur, ita :* Aura r' & ſilu, æ metu. *Ad Chloën iam maturam uiro, ſcribit contactum ſuum fugientem, cui ueluti ſuadet, uirorum eam contactum non debere uitare, & comparat eam hinnulo imbelli, & natura timido, quod ſicut ille leonem uel tigridem, ſic iſta fugiat uiros: feras aſtruens ipſe qui ut occidant, ſe ad hoc uelle conſequi eam, ut amplectatur. Senſus autem hic eſt: Chloë me uitat et timet, ut hinnulus, qui ceruæ matri aberrauit, & ad omnes motus auræ, uel nemoris tremit. Ordo eſt: Chloë uitat me ſimilis hinnuleo quærenti pauidam matrem in auijs montibus, non ſine magno metu aurarum & ſyluæ.* Auijs] *Præter uiæ uſum, qua feræ ambulare conſueuerunt, ut naturam timiditatis oſtenderet, Virgil.*

„ *Auia tum reſonant auibus uirgulta canoris.*

Nam ſeu mobilibus] *Hypallage eſt, pro mobilia folia inhorruerunt aduentu Veris.* Inhorruit] *Conturbata eſt, ut : Inhorruit armos. Item,*

„ *Et inhorruit unda tenebris.*

Seu uirides rubum dimouere lacertæ] *Colorem lacertarũ expreſsit epitheton, quæ talibus locis latere conſueuerunt. Virg.*

„ *Nunc uirides etiam occultant ſpineta lacertos.*

Et corde & genib.] *Id eſt, animo & corpore, Synechdochicôs, genibus enim capti tremere conſueuerunt.* Atqui non ego te tigris] *Ordo eſt :* Atqui non perſequor ego te frangere ut aſpera tigris, uel Getulus leo. *Tigris, uelociſsimum animal eſt.*
Tandem] *Ad proprium deſiderium retulit. ut Virg.*

„ *Veniſti tandem tuaq́ expectata parenti,*
„ *Vicit iter durum pietas.*

Tempeſtiua uiro] *Id eſt, matura uiro, & uiri patiens, & coniunctioni apta.*

PORPHYR. } Vitas hinnuleo me ſimilis Chloë] *Hæc* Ode *in puellam refugientem tactum uiri ſcripta eſt. Senſus eſt autem,* Chloë *me uitat atque timet, ut hinnuleus, qui matri aberrauit.* Nam ſeu mobilibus ueris inhorruit Aduentus folijs] Ὑπαλλαγή, *Pro ueris aduentu folia mota inhorruerunt, id eſt, commota ſunt ac tremuerunt.* Seu uirides rubum dimouere lacertæ] *Rubus ſpecies ſunt mori agreſtis, ſic denique à ruſticis hodie in Italia appellantur.* Atqui non ego te] *Senſus eſt, Non ita Chloë tu timere hoc debes, ut hinnuleus, quia ille periculum uitæ à tigride, uel à leone timet : ego autem te non ea mente proſequor, ut abſumam, ſed ut amplectar. Quare non ut ille, ita tu matrem adhuc debes ſequi, cùm tu ſis id ætatis, ut uirum ferre poſsis.*

CHRIST. LAND. } *Tenui argumento, nec grauiori ſtylo ſcripta eſt amatoria* Ode*. Sed ſi ars inſpicitur non parua eſt. Et ut* Quintilianus *ſcribit, & in paruis rebus eſt etiã laus. Virgiliusq́ de Apibus ſcripturus tam minuto inſecto.*

„ *In tenui (inquit) labor at tenuis non gloria ſi quem*
„ *Numina leua ſinunt, auditq́ uocatus Apollo.*

Metrum duobus primis uerſibus Aſclepiadeum. Tertio Pherecratium, quarto Glyconicum. Hinnuleo] *Per diæreſim pro hinnulo dixit. Eſt enim hinnulus paruus filius cerui. Coagulum autem hinnuli in uentre matris cæſi, ad morſus uenenatos multum conferre ſcripſit Plinius. Dixerunt præterea antiqui Hinnulum, qui eſſet ortus ex equo, & aſina, Qui autem ex equa & aſino mulum.*

Optimè autem comparat puellulam adhuc amoris expertem ceruino filio, ætate, naturaq́ pauido, & quærenti matrem, quam perdiderat. Nam puellaris illa ætas ſine matre nuſquam ſe tutam putat. Auij.] *Per ea montis loca in quibus uia nulla ſit. Auia enim ſine uia. Auiaria autem in quibus aues ſint.*

Pauidam] *Vel natura pauidam, uel pauidam abſentia filij.* Vano metu] *Quia timet, quæ non ſunt timenda.* Syluæ] *Per diæreſim metri cauſa profertur, ut ſint tres ſyllabæ* ſy, lu, æ. *&* non ſyl, uæ. Nam ſiue] *Euagatur poeta, ut locũ exornet.* Ordo eſt, nam ſiue aduentus ueris inhorruit mobilibus folijs, *ſed per hypallagen lege* folia mobilia inhorruerunt aduentus ueris. *Propriè autem horrere eſt cum pili, ſetæ ue in animante eriguntur, uerum quando illud ex frigore ſit dicimus horrere, frigeſcere. Iuuenal.*

„ *Et horrenti tunicam reddere ſeruo.*

Et quia frigus in corpore perſæpe à timore eſt, dicunt horrere, timere. Demum dicimus horrere, exaſperaſcere, quoniam corpora, quæ horrerent aſpera redduntur. Virides lacertæ] *Sic Virgil. Nunc etiam uirides occultant ſpineta lacertas. Nimia ergo timiditas, quæ incutiatur etiam à lacerta, tantillo animali apud nos. Nam in Arabia refert. Plin. cubitales ſunt lacertæ. Fugis me tanquam ſi hoſtis eſſem, & formidandus hoſtis, ut tygris eſt & leo. At ego non perſequor, ſed ſequor. Nam ſequimur amici : Proſequimur comitandi cauſa. Aſſequimur, & conſequimur, cum coæquamur his, qui hactenus præcedebant. Sed etiam aſſequi, conſequiq́ rem dicimus, quam obtinemus. Tigris animal eſt ferocitate efficaciſsima, qui celeritate mirabili, nomen ut putant à uelocitate inditum, cum lingua illa tygrim ſagittam appellent. Indeq́ & fluuio rapidiſsimo, & huic feræ tygris nomen eſt. Venatores ſic catulos tygridi ſubripiunt. Aſcendunt enim uelociſsimos equos, uel camelos, & luſtra profecti omnes abſentibus parentibus rapiunt, fugiuntq́ celerrimè. At tygris odoriſeca fera ueſtigia ſectatur, & fugientes conſequitur : at ille antequam inuadat unum è catulis abijciunt, ut dum tempus in legendo filio parens conterit, ſpacium ſit fugiendi, & mox itidem alium, donec naues conſcendant, & interiecto mari feram à ſe arceant. Tanta autem eſt in hac beſtia crudelitas, ut ſua ſponte ſemper hominem petat. Cum reliquæ niſi fames, aut ira, aut libido ſtimulet, ſemper fugiant.*

Aſpera] *Dixit in fœmino genere, quia matres acriùs pro ſalute filiorum, quàm patres inſurgunt, uel quia ille ſexus uehementior ad iram ſit.* Getulus] *Aphricanus. Getulia enim pars Aphricæ eſt.* Tempeſtiua] *Matura uiro. Id eſt. cuius ætas uiri patiens eſt. Virgil.*

„ *Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis.*

Propriè Tẽpeſtiua res dicitur quæ debito eſt ſuo tempore: ſic Virg.

„ *Et tempeſtiuam ſyluis euerte pinum.*

HENR. GLAR. } Vitas hinnuleo me ſimilis Chloë] *Vitat legit Mancinellus. Idem in Acrone & Porphyrione legitur, ſi codices non ſunt corrupti, quod equidem ſuſpicor. Sed uitas legendum. Eſt enim apoſtrophe poetæ ad fugientem puellam ſecunda, non tertia perſona, quod ad finem Odes uerbum, deſine, ſatis indicat.*

HERM. FIG. } Hinnuleo ſimilis] *Rectè puellam pauidam hinnulo natura timido, comparat. Sunt autem hinnuli ceruorum, capreolorum, & damarum catuli.*

Pauidam matrem] *Videlicet ceruam, quæ ſimiliter eſt timida ac fugax.* Auij.] *Deſertis & remotis..* Non ſine uano aurarum] *Hoc eſt, inani formidine, cùm uentorum & frondium ſtrepitu, qui uanus eſt, terreatur.* Seu mobilibus ueris inhorruit] *Seu folia ara*

lia arborum uentis commota, perſonuerunt.

Rubum] *Fruticoſi generis ſunt, ait Plinius, & rubi. Idem paulò pòſt: Rubi mora ferunt, & alio genere ſimilitudinem roſæ, qui uocatur Cynos batos. Tertium genus Idæum uocant Græci à loco.* Lacertæ] *Hæ inter ſerpentes numerantur, de quibus ita ſcribit Plinius: Lacertæ inimiciſsimum genus cochleis, negantur ſemeſtrem uitam excedere. Lacerti Arabiæ cubitales. In Indiæ uerò Nyſa monte 24. in longitudine pedum, colore fului, aut puniceí, aut cærulei.*

Atqui non ego te] *Non ſequor te, ut perdam, ſicut Tygris, uel leo ſequitur hinnulum, ſed ut amem te. Itaque nubilis iam & matura, matrem relinque, & uiro te adiunge.*

THEOD. PVLM. } 1 Vitas hinnuleo] Vitat inuleo, *H. E. Vitat* hinnleo, *G. B. Vide Guliel. Canteri Nouarum lect. libro quinto, capite duodecimo. Inuleus per deminutionem eſ fictum eſſe uidetur, ut leguleus expreſſum eſt. Turneb. libro 26. cap. 36.* 5 *Nam ſeu mobilibus ueris inhorruit Aduentus folijs. Hypallage, pro, ſeu folio mobilia inhorruerunt aduentu ueris. Veris aduentus eſſe uidetur, cùm Fauonius incipit flare exacta hieme. quo tempore dicebatur & aduentus Veneris. Vide Turneb. libro uigeſimoſexto capite 36.* Nam ſeu mobilibus uitis inhorruit Aduentum folijs, *legit Muretus: quam ſcripturam in antiquis quibuſdam libris reperiri ſcribit.*

ANTON. MVRET. } 5 Nam ſeu mobilibus uetis inhorruit Aduentus folijs] *Hanc ſcripturam agnoſcunt & ueteres interpretes; neque tamen repudianda uidetur hæc, quæ in antiquis quibuſdam reperitur libris:* Nam ſeu mobilibus uitis inhorruit Aduentum folijs.

GEORG FABR. } *Chloen à coniugio abhorrentem, monet, ut ætate fruatur, & eam ad uinculum ſociale allicit. Conuenit Odæ ſuperiori nonæ.*

Nam ſeu mobilibus ueris inhorruit Aduentus folijs] *Hæc eſt ſcriptura interpretum ueterum & librorum. eſtq; prædicatum (ut loquuntur Dialectici) mutatum in ſubiectum, ὑπαλλαγὴν ſcholiaſtæ nominant. Pro, Seu folia mobilia inhorruerunt aduentu ueris. Duo tempora ſignificat apta connubio, uer quidem apertè, æſtatem συμβολικῶς. Ver eſt (ut Ouid. 1. Faſt.)*

» *Cum modo formatis operitur frondibus arbos.*

Aeſtas eſt, ut hoc loco poëta, cū rubetis deſertis prodeunt lacertæ.

IOD. BAD. ASCENS. } Vitas hinnuleo] *Iucunde comparat puellam meticuloſam, & laſciuiuſculum pullo ceruino dicens.* Cloe puella uitat me ſimilis hinnuleo.] *Id eſt pullo ceruino.* Quærenti in montibus auijs] *Id eſt, ubi non ſunt uiæ.* Matrem] *Scilicet, ceruam pauidā & ex natura, & propter abſentiam pulli tunc magis pauentem: non ſine uano metu aurarum & ſyluæ, quia ſi concutitur leui aura ramus in ſyluis timet inſidias uenatoris aut feræ.* Nam ſeu aduentus Veris] *Id eſt, flatus Zephyri aut Fauonij, quo flante uer aduenit.* Inhorruit] *Id eſt, horrorem fecit.* Folijs] *Id eſt, frondibus.* Mobilibus] *Facilè ſe motantibus.* Seu lacertæ uirides dimouêre] *Scilicet, à loco ſuo.* Rubum] *Id eſt, quoduis uirgultum aut fruticem.* Hinnulus ſupra] *Tremit & corde, & genibus: quia præ timore trepidat, & ita facit.* Cloe] Quod *quaſi meretur, poëta ait.* Atqui] *Sed cur O' Cloe id facis? ego non perſequor te frangere, ut frangam te, ut tygris aſpera.* Ve] *Pro uel.* Leo getulus] *Qui ferociſsimus eſt. Et ideo tu tempeſtiua uiro, id eſt, iam matura uiro iam plenis nubilis annis deſine tandem ſequi matrem, ſcilicet tuam.*

ANTON. MANCIN. } Cloen puellam alloquitur] *Ea enim Horatij tactum tremebunda uitabat matrem requirens: uti hinnuleus tygridis, aut leonis morſum metuens fugit ad matrem. Cumq; eam non perſequatur ut tygris, uel leo hinnuleum deſinat tandem iam matura uiro matrem ſequi, potiusq; ipſi adhæreat.* Vitat hinnuleo me ſimilis Chloe] Ode eſt ſimilis 21. Vitas hinnuleo] *Produxit propter aſpirationem ſequentem, uel potius poetarum more ut latiùs in noſtro uerſilogo apparet: ubi docuimus pluribus exemplis hoc in metro uim habere nullam.* Hinnuleo] *Hinnuleus diminutiuum eſt ab hinnulo: bene conueniens puellæ timoroſæ. Eſt autem hinnulus ceruorum, capreolorum, caprarum, damarumq; filius. Plinius ſcribit libro 8. quòd equo, & aſina mares genitos, antiqui hinnulos uocabant, contraq; mulos, quos aſini & equa generarent: ſic etiam Var. dixit.* Syluæ] *Hoc loco triſyllabum eſt. Veris aduentus tunc enim naſcuntur folia & hinnuli, & lacertæ in rubis apricantur.*

Atqui] *certè.* Tygris] *Beſtia eſt maculoſa uelocitatis tremendæ: ut Plinius ſcribit.*

Tempeſtiua uiro] *Id eſt, nubilis & uiri potens.* Frangere] *Id eſt, lacerare.*

ODE XXIIII. AD VIRGILIVM.

Θρηνητική.

Ode XXIIII. *Dicolos tetraſtrophos, ut: Scriberis Vario fortis, & hoſtium.*

– – – υ υ – – υ υ – υ υ
– – – υ υ – – υ υ – υ –
– – – υ υ – – υ υ – υ υ
– – – υ υ – υ υ

ARGVMENTVM IN ODEN XXIIII.

Miro ingenio Virgilium monet, ut amici mortem æquiùs ferat, ait enim ſe non mediocriter dolere, neque dolori modum inuenire ob tanti uiri iacturam, uerum fruſtrà deſiderari, quod conſequi non queas. Lugere autem ſupra quàm ſatis eſt, non ſolum ſtultum & inutile, uerùm etiam impium.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Conſolatur Vergil. impatienter Quintilij mortem ferentem. Ab innocatione Muſæ incipit, ut à numine hæc cōſolatio proficiſci uideatur. Deinde ob oculos ponit fatalem neceſsitatem, qua quicquid natum obſtringitur.

ALIVD

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Virgilium, mortem Quintilij acerbè & immoderatè ferentem, conſolatur: indicans neminem ſemel mortuum, poſſe reuocari ab inferis: itaque æquo animo tolerandum, id quod mutari non poteſt.

COMMENTARIA.

QVIS deſiderio ſit pudor, aut modus
Tam chari capitis? præcipe lugubres
Cantus, Melpomene: cui liquidam pater
Vocem cum cithara dedit.
Ergo Quintilium perpetuus ſopor
Vrget? cui pudor, & Iuſtitiæ ſoror
Incorrupta fides, nudaq́; Veritas,
Quando ullum inuenient parem?
Multis ille quidem flebilis occidit:
Nulli flebilior, quàm tibi Virgili.
Tu fruſtra pius, heu, non ita creditum
Poſcis Quintilium deos.
Quòd ſi Threicio blandius Orpheo
Auditam moderere arboribus fidem:
Non uanæ redeat ſanguis imagini?
Quam uirga ſemel horrida
Non lenis precibus fata recludere,
Nigro compulerit Mercurius gregi.
DVRVM: ſed leuius fit patientia,
Quidquid corrigere eſt nefas.

ACRON.

QVIS deſiderio ſit pudor aut modus] *Metrum tribus uerſibus Aſclepiadeum, quartus Glyconius. Conſolatur hac Ode Virg. impatienter Quintilij amici ſui mortem lugentem. Senſus autem eſt uel ordo:* Da mihi præcepta carminis ô Muſa, quibus oſtendam, quis modus deſiderio eſſe debeat chariſſimi ſodalis, aut amici. Quidā *autem fratrem Virgilij hunc uolunt eſſe, quia dicit, Tam chari capitis.* Cui liquidam] *Puram, dulcem ſiue canoram. Virg.*

„ *Tum liquidas corui preſſo ter gutture uoces,*
„ *Aut quater ingeminant.*

Pater] *Iupiter. Iouis enim & Mnemoſynes filiæ Muſæ eſſe dicuntur. Ordo autem eſt: Melpomene, cui pater dedit liquidam uocem, cùm cithara, præcipe lugubres cantus, quis pudor, aut modus ſit tam chari capitis.* Ergo Quintilium] *Ordo eſt: Perpetuus ſopor urget Quintilium, cui pudor & incorrupta fides, iuſtitiæ ſoror, nudaq́; ueritas erat: quando ergo ullum inuenient parem?* Sopor urget] *Mors, ut:*

„ *Ferreus urget ſomnus. Et,*
„ *Tunc conſanguineus lethi ſopor.*

Incorrupta fides] *Fides eſt appellata iuſtitiæ ſoror.* Nudaq́; ueritas] *Infucata & pura, quæ nil occulti habet, ut egeat argumento.* Occidit] *Mortuus eſt. Occidiſſe autem magnos, & probatos uiros dicebant, ut:*

„ *Quin occidit unà Sarpedon, mea progenies.*

Tu fruſtra] *Irrationabiliter, & ſine remedio, ut: Nil iam cœleſtibus ullis debentem.* Creditum] *Commiſſum, commendatum, ut Virgilius.*

„ *Auſus ſe credere cœlo.*

Vnde & homines animas reddidiſſe dicūtur, tanquam quas ad hoc acceperint, ut reſtituerent. Quòd ſi] *Ordo eſt:* Quòd ſi blandius Threicio Orpheo moderere fidem auditam arboribus, nunquid redeat ſanguis uanæ imagini? quam Mercurius non lenis recludere fata precibus, ſemel compulerit nigro gregi horrida uirga. Blandius] *Delectabilius.* Orpheo] *Orpheus Thrax fuit, qui dum cantu ſuo, uel cithara arbores commoueret, ut ſequerentur, Eurydicem tamen ſuam uxorem reuocare ab inferis non potuit. Virgilius.*

„ *Reſtitit Eurydicemq́; ſuam iam luce ſub ipſa,*
„ *Immemor heu uictusq́; animi reſpexit, ibi omnis*
„ *Effuſus labor, atq; immitis rupta tyranni Fœdera.*

Fidem] *Chordam.* Vanæ imagini] *Inani & mortuæ umbræ.* Sanguis] *Pro uita, ut Virgil.*

„ *Purpuream uomit ille animam.*

Imagini] *Modò corpori, ut Virgilius in 4. Aeneidos:*

„ *Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.*
Et alibi umbræ. Idem in eodem:
„ *Admonet inſomnis & turbida terret imago.*

Virga] *Caduceo, ut:*

„ *Tum uirgam capit, hac animas ille euocat orco*
„ *Pallentes, alias ſub tartara triſtia mittit.*

Horrida] *Seuera, diſtricta.* Recludere] *Aperire.* Nigro compulerit Mercurius gregi] *Vmbrarum multitudini congregauit, Virgilius.*

„ *Compulerantq́; greges Corydon & Thyrſis in unum.*

Durum] *Senſus eſt: Durum eſt tanti amici mortis dolorem ferre.* Sed leuius fit] *Leuigatur.* Patientia] *Suadet leuius ferri, quod corrigi non poteſt, ut:*

„ *Quicquid erit ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.*
Terentius:
„ *Sic, ut quimus aiunt, quando ut uolumus non licet.*

Corrigere eſt nefas] *Non eſt licitum corrigere: nefas enim pro illicito poſuit.*

PORPHYR.] Quis deſiderio ſit pudor aut modus] *Hæc Ode ἀγῶνας cōtinet, in Quintilium ſodalem Horatij. Senſus autem eſt.* Præcipe] *id eſt, da mihi præcepta carminis Muſa, ut oſtendam quis modus deſiderio eſſe debeat chariſsimi amici.* Perpetuus ſopor urget?] *Eleganter & poëtice ſoporem, pro morte poſuit.* Nudaq́; ueritas] *Bonum epitheton, ideo, quia nihil oculis tenet ac celat.* Quando] *Acuta priore ſyllaba quando, uim interrogatiuam habet.* Fruſtrà pius] *Hæc fruſtrà repoſcis inquit.* Quintiliū] *Non ſub hac ſpe illis commendatum ac creditum pro commiſſo, ut ſuprà, Nauis, quæ tibi creditum debes Virgilium.* Non uanæ redeat ſanguis imagini] *Imagini, id eſt, umbræ, ut illud: Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.* Non lenis precibus fata recludere] *Solita ſibi figura dixit, ut:*

„ *Callidum quidquid placuit iocoſo Condere furto.*

Nigro compulerit Mercurius gregi] *Nigro gregi, pro umbris poëticè.* Durum, ſed leuius fit patientia. Quicquid corrigere eſt nefas] *Grata ſententia.*

CHRIST. LAND.] *Et profundiori doctrina, & artificio non mediocri referta eſt Ode: grauiſsimis enim rationibus hortatur Virgilium, ut mortem Quintilij amiciſsimi uiri humanè, & æquo animo ferat. Sed in eam difficili inſinuatione utitur. A principio enim negat poſſe reperiri modum tanto luctui, Muſamq́; ad flebiles hortatur cantus, ut & ipſe pari dolore ferri uideatur. Deinde furtim in præcepta, quibus à luctu dehortetur labitur, & tandem occupata mente auditoris, apertè nimias querelas cohibendas oſtendit.* Quis ergo aut pudor, aut modus] *Id eſt, eſſe poteſt, quaſi dicat, nullus. Significat autem tantum eſſe deſiderium è morte Quintilij, ut nullo pudore prohibeatur à luctu.* Deſiderio] *Eſt enim deſiderium nimia cupiditas uidendi eum, qui abeſt. Hinc dicimus poſt pugnam deſiderari milites, qui in pugna perierunt.* Tam chari capitis] *Tam chari hominis: pudor idem eſt quod uerecundia. Et eſt ſpecies modeſtiæ, quia prohibemur nequid præter decorum, aut dicatur, aut agatur? Vnde diffiniunt philoſophi pudorem eſſe modeſtiam, quæ animum reprimit, ne procaciter aut inordinatè, aut turpiter peragat.* Præcipe] *Id eſt, da præcepta ad lugubres cantus.* Lugubres] *Qui ita queruli, dulcesq́; ſint, ut luctum moueant. Proptereaq́; dicitur inuocare Melpomenem, quoniam*

niam ſit ſibi liquida uox, id eſt, non ſit aſpera, aut rotunda uox. Sed liquida] Id eſt, ſuauis quoniã nihil in ſe habeat rauci, aut turbidi, aut turgidi, & deniq; ſit pura, & defæcata ab omni ſorde: Sic Virg.

„ Liquentia mella dixit.

Ergo Quintilium] Sermo abruptus, & qui à concluſione incipiat. Sic Terentius,

„ Quid nam igitur faciam.

Sic Propertius.

„ Ergo tam doctæ nobis perire tabellæ.

Quintilij autem hunc alij amicum, alij fratrem Virgilij eſſe uolũt. Perpetuus ſopor] Id eſt mors: unde,

„ Voluctiq; ſimillima ſomno.

Hoc enim differunt mors & ſomnus, quoniam illa perpetua, hic interruptus eſt. Pudor] De quo diximus. Fides] Hæc fundamentum iuſtitiæ appellata à Cicerone, diciturq; fides, quod fiat quod dictum eſt. Iuſtitia enim diuiditur in religionem, innocẽtiam, pacem, concordiam, pietatem, integritatem, & uindicationem. Integritas autem eſt iuſtitia, rerum conſtantiam, dictorumq; ueritatem inuiolabiliter conſeruans. Huic inſunt partes, fides, ueriloquium & ſimplicitas. Fides eſt integritas, quæ dictorum, conuentorumq; communiter uel ſpecialiter conſtitutorum intemerata ueritas cuſtoditur. Veriloquiũ eſt integritas ſine fallacia animi, ut ſeſe res habet pronuntians. Simplicitas eſt integritas nihil aliter, quàm corde conceperit, ſimulans intentione nocendi. Ergo & fides, & ueritas integritatis ſunt. Integritas autem iuſtitiæ pars eſt. Nuda] Quia nihil tectum habet. Occidit] Ait Acron, quod occidiſſe dicebant antiqui magnos uiros. Virg.

„ Quia occidit una Sarpedon mea progenies.

Tu fruſtrà pius] Duplex eſt lectio, uel quod fruſtra pius ſit, quia nihil pietas tua ualeat: Vel fruſtra poſcis deos, quia non exaudiũt. Fruſtrà ergo poſcis deos ipſum Quintilium, quia non dederunt tibi perpetuum, ſed crediderunt ad tempus, ut cùm uellent tu rem creditam redderes. Ea enim lege natus eſt homo ut ſit miſſus in corpus, tanquam in arcis cuiuſdam cuſtodiam, à qua, ni iuſſu Dei, non liceat ſibi diſcedere. Quapropter etiam ſecundum Platonicos peccant, qui ſibi mortem conſciſcunt. Sed ſi iuſſi ſint homines à Deo diſcedere, quod fit ipſa morte, nihil eſt, quod aut ipſi de ſe, aut nos de illis queri poſſimus. Ea enim conditione in hanc lucem producti ſumus. Ergo & impudentis eſt id recuſare, quod ſuæ ſortis ſit, & arrogantis, id petere, quod ſuam conditionem excedat. Hæc ergo eſt ſubtiliſſima ratio, qua à luctu Virgilium prohibeat.

Non ita creditum] Quem non ea conditione crediderunt, ut non liceret illis, pro arbitrio repetere. Quod] Oſtendit rationem cur non debeat repetere, ſuntq; argumentatio ab honeſto. Nunc arguit à neceſſario, id eſt, quòd neceſſe ſit, ut acquieſcat cum impoſſibile ſit, ut recipiat. Quod pro ſed, ordo eſt. Sanguis] Id eſt, uita, quæ in ſanguine eſt, non redeat. Vanæ imagini] Id eſt animæ incorporea, ergo uanæ dixit, quia ſit incorporea. Sic Virg.

„ Perq; domos Ditis uacuas & inania regna.

Appellat enim uacuas, quia animæ locum non occupant. Si] Id eſt, quamuis tu. Moderere] Pro modereris, id eſt, cum ſumma modulatione pulſes. Fidem] Id eſt, citharam in qua ſunt fides, id eſt chordæ. Auditam arboribus] Nam cytharam Orphei ſequebantur arbores, unde in ſuperioribus.

„ Blandum & auritas fidibus canoris ducere quercus,

„ Blandius Orpheo,

Et alluſit ad fabulam. Nam dicunt Orpheum potuiſſe ita demulcere ſua lyra manes, ut mortuam uxorem Eurydicem, ea conditione redderent ad ſuperos reducendam, ut nunquam illa inter eundũ antea reſpiceret, quàm infernum eſſet egreſſus, uerum cùm ille reſpexiſſet iterum amiſit. Quam uirga horrida] Sed hoc in ſuperioribus demonſtratum, quòd Mercurius animas uirga ſua ad inferos impellit. Non lenis] Non facilis, ſed implacabilis. Recludere] Aperire, quaſi dicat, reuocare. Sic Maro.

„ Deſine fata Deum flecti ſperare precando.

Durum] Grauiſſima ſententia & ex media ſumpta philoſophia. Nam quæ uitari nequeunt, minùs nocent ſi æquo animo feruntur. Optimè ergo & Terentius:

„ Vt quimus aiunt, quando ut uolumus non licet.

IOAN. HART. } Cari capitis] Græci φίλη κεφαλή.

HEN. GLAR. } Ergo Quintiliũ perpetuus ſopor, &c.] Ergo uox indignantis aut dolẽtis eſt, quare multis uidetur non eſſe interrogatiuè legendum. Porrò quod continuo ſubiungit, uariè torquetur à commentatoribus. Ego ſimplicem puto ordinem. Cui parem, quando unquã inueniet pudor, & incorrupta fides, iuſtitiæ ſoror, & nuda ueritas. Tria ponit numina, Pudorem, Fidem, & Veritatem. Fidem autem doctè ait iuſtitiæ ſororem, quippe quæ iuſtitiæ eſt fundamentũ, ut Cic. 1. Offic. lib. teſtatur. Præterea hunc Quintil. ſunt, qui Varium Cremonem intelligant, de quo in arte poetica non ita multum ab ſine. Certè Varus ac Varius duo eiuſdem temporis uiri docti fuère, de quo nõ magnopere dubito. Varij multa apud hunc poëtam mẽtio. Vari aũt apud Mar. in Aeglog. Etiamſi in Mærin Virg. Seruius eũdẽ eſſe putat. Varũ ſuperſtiti Vir. fuiſſe credo, Varium nõ item. quod cũ Euſebij traditione propius uerum eſt.

HERM. FIG. } Quis deſiderio ſit pudor] Sententia quatuor priorum uerſuum eſt. O' Melpomene, quandoquidem Iupiter pater canendi facultatem tibi conceſſit, præſcribe nobis lugubri carmine modum lugendi charum amicũ. Chari capitis] Amici. Nam caput, quia principale hominis membrũ eſt, & rationis ſedes, figuratè pro toto homine ponitur. Ergo] Vox indignantis uel dolentis uidetur, ut monet Glareanus. Perpetuus ſopor urget] Id eſt, æternum dormit. Cui pudor & iuſtitiæ ſoror] A' pudore, fide, & ueritate. Quintilium commendat, ideoq; dignum qui à multis defleatur, & imprimis à Virgilio, cenſet. Iuſtitiæ ſoror] Eſt enim fides iuſtitiæ fundamentũ, ut probat Cic. lib. 1. Offic. Nam ad iuſtitiæ conſeruationẽ potiſsimũ requiritur fides, quæ ſi non ſeruatur, nõ tribuitur cuiq;, quod ſuum eſt. Vel ut Plato refert: quoniã iuſtitia, ſi erga Deos colitur, pietas uocatur. Si in homines uiuos aut mortuos, uel in reddendis depoſitis pecunijs, uel in ſepulchris erigendis, fides dicitur. Silius Italicus fidẽ iuſtitiæ conſortẽ appellat. Incorrupta] Integra, illæſa & ſtabilis. Eſt enim fides dictorũ, conuentorũq; conſtantia & ueritas: ſic nuncupata à Latinis, quia fiat quod dictũ eſt. Nuda ueritas] Non fucata, aperta, nihil ſub uelamine tegens, ſed omnia in lucẽ ſimpliciter ac ſine fraude proferens. Veritatẽ eſſe, definit Cicero, per quã immutata ea, quæ ſunt, aut fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur. Fruſtra pius] Pium quidem eſt, amicum defunctũ lugere, ſed fruſtra. Quia non credidiſti ipſum dijs ea lege, quòd repetere debeas. Non ſi Threicio blandius Orpheo] Hoc eſt, etiã ſi Orpheo ſuauius cãnas, non tamen redibit mortui amici anima ab inferis. ſemel à Mercurio ad tartara miſſa. Et alludit ad fabulã illã, qua narratur Orpheus uxorẽ ſuam Eurydicen ab inferis lyræ cantu reuocaſſe. Auditã arborib. fidẽ] Fingunt ueteres illi & ſapientiſsimi Poëtæ, quib. ſtudiũ fuit, ſalubria Philoſophiæ præcepta fabularum inuolucris tegere, Orpheũ poëtam & Cytharœdũ ſaxa & arbores cãtu ſuo mouiſſe, ut iam antea dictũ eſt. Sanguis] Hoc eſt, uita, ſecundũ importunam Critiæ opinionem, qui animam ſanguinem eſſe dicebat. Virga horrida] Sæuero & duro caduceo. Non lenis] Difficilis & inexorabilis. Nigro compulerit gregi] Hoc eſt, agmini & turbæ animarum cõgregarit. Nam inter reliqua negocia, quæ plurima ſuſtinet Mercurius, etiam defunctorum animas nocturno tempore ad Plutonem deducere cogitur. De quo ipſe ſic apud Lucianum conqueritur: τὸ δὲ πάντων ἀθλιώτατον, ὅτι μὴ δὲ νυκτὸς καθεύδω μόνος τῶν ἄλλων, ἀλλὰ δεῖ με καὶ τότε τῷ Πλούτωνι ψυχαγωγεῖν, καὶ νεκροπομπὸν εἶναι, καὶ παρεστάναι τῷ δικαστηρίῳ. Durũ ſed leuius] Elegantiſſima & ualde ſalutaris ſententia, qua ſignificat, aſpera quidẽ & dura eſſe ea, quæ emendare non licet, ſed tamen patientia fieri mitiora. Idem docet gnome Publij Mimi: Feras, nõ culpes, quod mutari nõ poteſt. Quo præclaro dicto, & quouis philoſophorũ dogmate ſalubriori, admonemur, authore Eraſmo, ut mala fatalia, quæ nulla ratione poſſint neq; declinari, neq; propelli, ſaltem animi æquitate leniantur. Nec aliud uult Euripides in Phœniſſis, cùm ait: δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν. Huc etiam pertinet illud Virgilianum:

„ Superanda omnis fortuna ferendo.

Nec diſsimile eſt quod dicit Ouidius:

„ Pauperiatemq; ferendo effecere leuem.

THEOD.

THEOD. PVLM. } 1 Quis deſiderio] *Virgilius Muſam alloquitur. Vide Caroli Sigonij Emendationum lib. 2.* 3 Liquidam] *Liquidam uocem appellat per tranſlationem, canoram, claram, ſuauem, non raucam. Tranſlatio autem eſt à liquore defæcato & colato. nam & uox limpida, & ſuauis ipſa quoque per fauces quodammodo percolata uidetur. unde & liquata etiam dicitur per guttur tranſmiſſa. Hoſtius apud Macrobium (Saturn. libro 6. capite 3.)*

„ *—Totidem uoceſq; liquatæ.*

Turneb. lib. 26. cap. 36. 5 Ergo Quinctilium] *Sic lapides Capitolini, quos doctiſsimi ſequuntur.* Quintilium, *H.G.E.B. de qua ſcriptura uide Turneb. libro 30. cap. 28.* 9 Multis ille bonis] *H.G.E.B.* Multis ille quidem, *editio Aldina.* 13 Quòd ſi Threicio] Quid ſi Threicio, *H.G.E.B.* 15 Non uanæ] Num uanæ, *H.G.E.B.* 18 Gregi] Greg. *H.G.E.B.*

GEORG. FAB. } *Poëtam Virgilium propter obitum amici, ægritudine penè confectum, ſtudet ad æquitatem traducere: eo argumento, quod ea, quæ uitari nullo modo poſsint, patientia & lenitate ſint ſuperanda.* Nō uanæ redeat ſanguis imagini] *Hāc lectionem probo, non probo cum mutatione figuræ, ut quidam legunt,* Num uanæ. *Si coniungas,* non uanæ, *pugnat cum ſententia: ſin dicas,* non imagini, *aduerſatur naturæ, eſt enim, ut Academici loquuntur, εἴδωλον ἄναιμον. Ergo negatio addenda uerbo, ut ſit ordo,* Sanguis non redeat imagini uanæ. Imago uana] *Vmbra. Virg. 6. Aeneid.*

„ *Volitare caua ſub imagine formæ.*

Non lenis precibus fata recludere] *Aperire, ut Acro. In aliquibus exemplaribus eſt, reducere.* Leuius fit patientia. Quicquid corrigere eſt nefas] *Donatus ſcribit Virgilium ſolitum dicere, nullam uirtutem cōmodiorem homini eſſe patientia, ac nullam fortunam adeò eſſe aſperam, quam prudenter patiendo uir fortis non uincat. Propria igitur ſententia, ipſum nunc conſolatur Horatius. Eandem retulit in 5. Aeneid. Virgilius ipſe,*

„ *Quò fata trahunt, retrahuntq́, ſequamur:*
„ *Quicquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.*

& Ouid. in 8. Met.

—pauperiatemq; ferendo

„ *Effecere leuem, nec iniqua mente ferendam.*

IOD. BAD. ASCENS } Quis deſiderio] *Vergiliū conſolatur ſuper morte Quintilij, uiri quidem optimi: ſed irreuocabilis: & ideo aut patiendo, aut obliuiſcendo dolorem mitigandum docet: quia quod euitari non datur, ſuperatur patiendo. Vnde & Maro Aeneid. 5.*

„ *Superanda omnis fortuna ferendo eſt.*

Ordo autem eſt. O' Melpomene] *Id eſt, Muſa amœne canens Melos.* Cui pater] *Scilicet Iupiter dedit cum cythara uocem.* Liquidā] *Id eſt, liquidè modulantē.* Præcipe cantus lugubres] *Id eſt, præcipe.* Et doce quis] *Id eſt, qualis pudor.* Aut modus] *Id eſt, modeſtia.* Aut finis ſit] *Id eſt, eſſe debeat.* Deſiderio] *Scilicet, Vergilij.* Tam chari capitis] *Id eſt, quod habet de tam charo & præcipuo amico, uidelicet Quintilio. Reſpondet Muſa incipiens neniam ſeu lugubrem cantum. Ergo quæ uox dolentis & indignantis eſt.* Sopor perpetuus] *Id eſt, mors.* Vrget] *Id eſt, premit.* Quintilium] *Scilicet Cremonenſem contubernalē Vergilij & poëtæ.* Cui] *Scilicet Quintilio ſuper erat pudor & fides incorrupta: appoſitorū ſoror (imò ſecundum Cicer. 1. officiorum fundamentū) iuſticiæ.* Et ueritas nuda] *Id eſt, non fucata, nec palliata.* Quādo inueniet parem illi?] *quaſi dicat nunquā.* Ille occidit] *Id eſt, extinctus eſt, & mortuus exiſtens.* Flebilis] *Id eſt, flendus.* Multis bonis] *Scilicet uiris, ſed nulli flebilior quàm tibi. Vergil.* Tu pius] *Id eſt, tametſi pius poſcis.* Heu fruſtra deos Quintilium] *Vt ſcilicet eum tibi reddāt: quod fruſtrà facis.* Quis non ita creditum] *Id eſt, commiſſum tibi, ut ablatum à dijs repetat: aut dijs, ut tibi eum reddāt.* Quare ſi moderere] *Id eſt, temperes & regas canendo.* Fidem] *Id eſt, Cytharam auditam arboribus.* Modulante] *Scilicet Orpheo. & hoc facias blādius.* Orpheo Threicio] *Id eſt, quam fecerat Orpheus Thracius dum Euridicem ab inferis reuocauit.* Sanguis non redeat imagini uanæ] *Id eſt, Simulacro, aut cadaueri nil præter imaginem hominis habenti.* Quam] *Scilicet imaginem Mercurius.* Non lenis] *Id eſt, non exorabilis precibus.* Recludere] *Id eſt, reſoluere.* Fata] *Id eſt, fatalem mortem.* Compulerit] *Id eſt, adegerit ſemel.* Gregi nigro] *Id eſt, ad gregem mortuorum ſiue inferorum, qui nigri ſunt.* Virga horrida] *Scilicet caduceo, de quo prius uiſum eſt. Sed quia in uitam reuocari non poteſt.* Quicquid durum] *Id eſt, aſperum & moleſtum.* Eſt nefas] *Id eſt, nō licet.* Corrigere] *Id eſt, euitare.* Fit leuius] *Id eſt, tolerabilius.* Patientia] *Id eſt, per patientiam, quaſi dicat patere, quod corrigere nequit.*

ANT. MANCIN. } *Affatur Melpomenem percipere & docere uelit, quis pudor, aut modus, & finis ſit deſiderio chari amici. Reſpondet Muſa, obijt ergo Quintilius honeſtus fidus & uerus ante omneis nulli flebilior, quàm Vergilio, qui pius fruſtrà illū Deos poſcit, ſed ſi blandiùs Orpheo cythara perſonaret: non tamen uita mortuo rediret. Concludit. Inde quicquid durum non licet emendare leuiùs fieri patientia. Is igitur modus à Muſa præcipitur, & docetur in Verg. ſolamen.* Quis deſiderio] Ode eſt dicolos tetraſtrophos: *eſt enim metrum tribus uerſibus Aſclepiadeū, de quibus prima Ode. Quartus Glyconicus, de quo in quinta.* Quis deſiderio] Ordo eſt, *ô Melpomene cui pater cum cythara dedit liquidam uocem: præcipe lugubres cantus. Appoſitio quis pudor, aut modus ſit deſiderio tam chari capitis.* Deſiderio] *Id eſt, abſentiæ: quippe quæ abſunt deſiderantur. Pudor, modeſtiæ & decor. Nam ut inquit Seneca epiſtola C. Eſt aliquis & dolendi decor: hic ſapienti ſeruandus eſt, & quemadmodum in cæteris rebus, ita & in lachrymis aliquid ſat eſt. Imprudentium ut gaudia, ſic dolores exundauêre: æquè animo excipe neceſſaria, &c.* Præcipe] *doce. Melpomene à melodia dicitur, quæ audientes demulceantur: hinc ait Horatius.*

„ *Cui liquidam pater uocem cum cythara dedit.*

Pater] *Iouis enim filiæ Muſæ dicuntur, ab Heſiodo in Theogonia. Ergo reſpondet Muſa.* Ergo quia] *Scilicet lugubres cantus requiris Quintiliū: Euſebius ſcribit Quintilium Cremonenſem Vergilij & Horatij familiarem fuiſſe: obijſſe ante Vergilij obitum, annis ſenis. Cui ordo eſt.* Cui] *Scilicet Quintilio.* Pudor, &c.] *Quando inueniet ullum parem? Nuda ſimplex & pura.* Vergili] *Nigidius, ut refert Gellius lib. 12. cap. 24. Valer. in caſu uocandi ſcripſit.* Summo] *Id eſt, acuto tono eſſe primam, deinde gradatim deſcendere: ſed ſi quis nunc, inquit Gellius, Valerium appellās, in caſu uocandi ſecundum id præceptum Nigidij acuerit primam, non aberit quin rideatur. Priſcianus etiam lib. 7. cum Gellio conuenire uidetur.* Tu fruſtrà pius] Ordo eſt. tu fruſtrà pius poſcis deos Quintilium: heu non ita creditum. Ita] *Vt ſcilicet repoſcere debeas.* Creditum] *Scilicet tibi ab illis: dij enim non perpetuo liberos, aut amicos credūt, ac donant. Hinc Seneca epiſtola 90 ſcribit liberos, coniugem, atq; patrimonium, ita nos habere debere, tanquam non utiq; ſemper habituri, & tanquam non futuri ob hoc miſeriores, ſi habere deſierimus.* Orpheo] *De hoc latè in Ode 12 diximus. Maro etiā in fine. Georg. latiſsimè meminit, quomodo Eurydicem uxorem Orpheus ab inferis ſua fretus, cythara reuocare fruſtra tentarit, Ait autem.*

„ *Ipſe caua ſolans ægrum teſtudine amorem,*
„ *Te dulcis coniunx: te ſolo in littore ſecum,*
„ *Te ueniente die, te decedente canebat.*
„ *Tænarias etiam fauces alta oſtia ditis,*
„ *Et caligantem nigra formidine lucum*
„ *Ingreſſus, maneſq; adijt, regemq; tremendum*
„ *Neſciaq; humanis precibus manſueſcere corda.*

Moderere] *Pulſando temperes, & gubernes.* Vanæ imagini] *Id eſt, umbræ. Dido Vergiliana.*

„ *Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.*

& Ouid. de morte Druſi ad Liuiam inquit.

„ *Supprime iam lachrymas: non eſt reuocabilis iſtis,*
„ *Quem ſemel umbrifera nauita lintre tulit.*

Virg. de hac, uide in Ode 10. Lenis, mitis, placidus, facilis. Fata recludere] *Fatorum ſtatuta diſſoluere: ſtatuerant autem mortuos*

mos minimè poſſe redire ad ſuperos. Ouid. etiam de morte Druſi ait.

" *Non tibi non ullis, uincere fata datur.*

Nigro gregi] *Id eſt, umbris.* Durum] *Ordo eſt.* Sed quicquid durum eſt Nephas corrigere] *Id eſt, non licet emendare.*

Leuius fit patientia] *Plautus etiam in captiuis ait. Decet id pati animo æquo, ſi id facietis leuior labos erit. Et in Aſinaria inquit, Fortiter malum, qui patitur, idem poſt patitur bonum. Seneca item in Epiſtola 99. inquit. Rectus atq; integer animus praua fortunæ & dura atq; aſpera, ferendi ſcientia mollitur.*

ODE XXV. AD LYDIAM VETVLAM.

Μεμπτική.

Ode XXV. Dicolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

— ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ — —
— ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ — —
— ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ — ∪
— ∪ ∪ — ∪

ARGVMENTVM IN ODEN XXV.

Inſultat meretrici, quæ cùm iuuenis, ob formæ & ætatis elegantiam, in amatores eſſet ſuperbiſsima, iam uetula, uiciſsim ab illis negligeretur, & puellis magis delectarentur, dignè ſcilicet, pro meritis talione, ut eadem patiatur, quæ alijs fecerat.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Lydia dum adhuc ætate puellari floreret, amatoribus aſperior fuit, & ob corporis formam paulò ſuperbior. Anus uerò facta minùs urgebatur, id quod non ſine felle hîc narrat Poëta, ut rectè intelligatur plærunq; fore, ut qui alios contempſerit, uiciſsim ab alijs rideatur.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

In Lydiæ meretricis mutatam conditionem inſultat, quòd, cùm olim iuuenis adhuc & elegans amatores inſolenter ſpreuiſſet, nunc facta anus, & deformis, uiciſsim ab illis contemnatur, & meritò patiatur, id quod ipſa fecerit alijs.

COMMENTARIA.

PARCIVS iunctas quatiunt feneſtras
Ictibus crebris iuuenes proterui
Nec tibi ſõnos adimunt, amatq;
Ianua limen,
Quæ prius multùm faciles mouebat
Cardines. audis minùs, & minus iam,
Me tuo longas pereunte nocteis
Lydia dormis.
Inuicem mœchos anus arroganteis
Flebis, in ſolo leuis angiportu,
Thracio bacchante magis ſub inter
lunia uento:
Quum tibi flagrans amor, & libido,
Quæ ſolet matres furiare equorum,
Sæuiet circa iecur ulceroſum,
Non ſine queſtu:
Læta quòd pubes edera uirenti
Gaudeat, pulla magis atq; myrto:
Aridas frondeis hyemis ſodali
Dedicet Hebro.

ACRON.

PARCIVS iunctas quatiunt feneſtras] *Metrum ſapphicum hendecaſyllabum. Quartus Adonius. In Lydiam meretricem rapacem, ſed etiam uetulam ſcribit, meritoq; ab amatoribus paſſuram, quæ fecerat. Senſus eſt:* Iuuenes qui olim feneſtras tuas lapidibus inceſſabant, ut excitata ſomno ijs aperires, iam te negligere incipiũt, & idcirco hoc rariùs faciunt. Parcius] *Rariùs, ut:*

" *Parcius iſta uiris tamen obijcienda memento.*

Quatiunt] *Concutiunt:* κρούουσι *eſt.* Ictibus] *Lapidum.* Proterui] *Inſolentes, ſuperbi.* Amatq; ianua limen] *Non recedit à limine. Hoc eſt, ſemper clauſa eſt nullo iam amatorum iuxta ſolitum ueniente, aperta enim recedit à limine.* Facilis] *Vncta, ne reſonaret aſsiduo uſu frequentius aperiendo.* Minùs, & minus] *Id eſt, quod olim ſolebant amatores tui dicere adoleſcentes, ô Lydia pereunte me dormis, iam minùs, & minùs dici audis, dum deſpiceris propter ſenectutem. Ab ipſo autem dictum, quod pueri aiebant. Eſt autem ordo: Iam minùs, & minus audis ô Lydia, iam dormis longas noctes, me tuo pereunte amore.* Inuicem] *Sigillatim, modò hunc, modò illum.* Mœchos] *Pro amatoribus poſuit.* Leuis] *Ordo eſt,* Leuis anus flebis arrogantes, mœchos inuicem in angiportu, magis ſub interlunia Thracio uẽto bacchante. Arrogantes] *Te dedignantes.* Leuis] *Aut contempta, aut ab amatoribus uacans.* In ſolo angiportu] *Angiportum alij dicunt uicum ſine exitu, quaſi in loco deſerto, & ſine conuentu, ubi fletura eſſet: alij uicum anguſtum, & flexuoſum in modum anguis, uel ipſo ſecreto ſerpentibus tutum, quaſi anguis portum.*

Thracio uento] *Aquilone, uel Borea, ut: Threicio Aquiloni.* Bacchante] *Inſaniente, ut Virgil. in 4. Aeneid.*

" *Sæuit inops animi, totamq; incenſa per urbem*
" *Bacchatur.*

Magis ſub interlunia] *Tum magis flebis ſub interlunia, quia tunc ferè concitantur tempeſtates, quaſi tetro tempore, & in deſertis locis ideò fleret, ut doloris teſtem uitaret.* Sub] *Ante, ut Virg. in 4. Georg.*

" *Sub lucem exportant calathis: adit oppida paſtor.*

Furiare equorum] *Nouo uerbo uſus, quaſi in furorem libidinis urgere. Virgil.*

" *Scilicet ante omnes furor eſt*
inſignis equorum.

Vlceroſum] *Libidinis indignatione commotum: uel certè quod pro ætate appetente, tanquam ulceroſum ſpernatur.* Non ſine queſtu] *Non ſine querela, ut auaritiam meretricis oſtenderet, ne tum quidem ſine lucro & precio corporis.* Læta quod pubes edera uirenti Gaudeat] *Id eſt, quòd puellas iuuenes ament, quas in edera & myrto intelligi uoluit.* Pulla] *Pullam dixit, at eius coloris puellas oſtenderet amari.* Aridas frondes] *Id eſt, anus & decrepitas iam mulieres, & ſic etiam ætate frigidas, ut Hebro glaciali ſint ſimiles, meritò à iuuenibus contemnendas.* Hyemis ſodali] *Frigido, ut hyemis tempore. Virg.*

" *Semper hyems, ſemper ſpirantes frigora Cauri.*

PORPHYR.

Parcius iunctas quatiunt feneſtras] *Hac Ode in meretricem rapacem, ſed uetulam, & meritò ab amatoribus*

toribus paſſicram, quæ fecerat, ſcripta eſt. Iunctas autem feneſtras, occluſas intelligendum eſt. Amatq; ianua limen] Mirè in limine ianua eſt, inquit, id eſt, occluſa. Ianua enim cùm aperitur, recedit à limine. Quæ prius multum faciles mouebat cardines] Non multum facies cardines in hac re. Audis minus, & minus iam. Me tuo longas pereunte noctes] Quæ olim, inquit, ſolebant adoleſcentes amatores tibi dicere: O' Lydia, pereunte me dormis, iam hoc minus, & minus audis dici. Flebis in ſolo leuis angiportu] Leuis pro nullius ponderis poſuit: dicitur autem pro eo quod eſt contemptibilis, aut ergo amoribus leuis, aut amatoribus quondam tuis leuis, id eſt, contemptibilis. Thracio uento] Id eſt, Aquilone. Quæ ſolet matres furiare equorum] Furiare uerbum fictum uidetur, quod ſignat cum furore concitare. Equas magis cæteris animalibus in libidinem Veneream accendi. Virgil. teſtis eſt, ita dices: Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum. Vlcerosum] Ex contemptu. Læta quod pubes hedera uirenti Gaudeat, pulla magis atq; myrto] Per allegoriam hoc ſignat, iuuenculos, iuniores mulierculas quærere. Pullam autem Myrtum ſubcreſcentem] Ac per hoc nouellam intelligendũ. Aridas frondes] Conuenienis ſuperiori allegoriæ, pro uetuſtis mulieribus dixit. Sub interlunia] Rectè quia tunc ferè concitantur tempeſtates. Hebrus] Thraciæ fluuius. Hyemis ſodali dedicet Hebro] Vel quod frigidus ſit Hæbrus, hyemis ſodalis dicitur: uel quod partis Septentrionalis ſit, ubi maximum frigus eſt.

CHRIST. LAND. } Amariſsima inſultatio & felle plena. Fuerat enim hæc dum flore ætatis, & forma inſignis eſſet, ſuperbiſsima in amatores. Nam ut eſt apud Ouid.

„ Faſtus ineſt pulchris ſequiturq; ſuperbia formam.

Nunc uerò imminenti iam grauiori ætate, in qua pulchritudo corporea defloreſcit. (Nam ut eſt apud Saluſtium. Formæ autem dignitas, aut ætate, aut morbo defloreſcit) iam uileſcere apud omnes cœperat, nec iam ampliùs urgebant illam amantes. Hoc igitur nunc amariſsimè illi exprobrat poëta. Parcius] Modeſtius. Quatiunt] Concutient. Feneſtras] A ferendo dictas uolunt, quòd per eas lumen inferat. Iunctas] Coniunctas, quaſi clauſas. Adimunt ſomnos] Nam qui tota nocte te excitabantur, ut admitterentur, nunc non excitant. Eſt autem hoc initium ex deriſione acerbiſsimum, & prolatum penè cum Ironia, dum uidetur illi congratulari, quòd ſibi tãdem quieſcere liceat, exprobrat quòd iam deſerta ſit. Ianua] Primus ingreſſus ad interiora domus, ſic dicta à Iano Deo, cui antiqui omnia rerum initia conſecrãrant. Nam fores dicuntur, quæ foras aperiuntur. Valuæ autem dicuntur ſecundùm Varronem, quæ reuoluuntur & ſe uelant. Hoſtia uocantur cætera intra ianuam, ſiue fores ſint, ſiue ualuæ. Limen] Dicitur quod ex tranſuerſo in ianua ſit, nam limum tranſuerſum dicimus, hinc Terent. Limis oculis, & poſuit ianua, id eſt, fores, quæ tunc amant limen cum clauſæ ſunt, quoniam ab ipſo non diſcedunt. Cardines] Cardo dicitur, per quem fores libramentum habent ad ſe commouendas, ut ſit Cardo, quaſi cor ipſarum. Nam ut animantia motum à corde ſuſcipiunt: ita fores à cardine. Minus & minus, id eſt, quotidie minus audis uerba amatoris dicentis. O' Lydia tu dormis longas noctes me tuo pereunte] Continent autem huiuſcemodi uerba plenam querelam: nam durum eſt, non audire auxilium implorantem, durius ſi pereat, duriſsimum ſi qui perit tuus ſit. Quæ omnia ſi non audiret ſuis negocijs occupata minus eſſet querendum. Sed dormit, atq; ita ut excedat neceſsitatem. Dormit enim longas noctes cùm ſatis eſſet parte ex tota dormire: nulla ergo ſui amatoris cura eſt, cùm non modo dormiat, ſed ultra etiam quàm oporteat dormiat. Nox] Aut etiam pro concubitu ponitur. Terent.

„ Orabat illius noctem,

Et Propertius.

„ Mentiri noctem promiſsis ducere amantem,

„ Hoc erit infectas ſanguine habere manus.

Inuicem, uiciſsim, nam ita nunc te illi rident, ut tu olim illos. Anus] Vetula ſic dicta, quaſi annulus, quia ſenio incuruetur, uel ab annoſitate, id eſt, à numeroſitate annorum. Vel à Græco, ut placet Feſto, quaſi ἄνευ νοῦ, id eſt, ſine mente, quia ætate deſipiſcat. Mœchos, adulteros. Inuicem] Quaſi uiciſsim. Leuis] Quæ nullius ponderis apud illos ſit. In ſolo, id eſt, in deſerto ab amatoribus. Terent.

„ Venit meditatus alicunde ex ſolo loco.

Angiportu] Vicum flexuoſum ab anguſtis flexibus appellant angiportum. Varro dicit angiportum qua nihil poſsit agi. Acron uerò angiportum uicum ſine exitu, ubi in ſolitudine poſsit flere, uel anguſtum & flexuoſum, ut anguis, uel ipſo ſecreto anguibus trito, quaſi anguis portus. Threicio] De Threicio Septentrionali bacchante. Sub] Circa. Sed de hac præpoſitione iam dictum eſt. Interlunia] Metri cauſa diuiſit dictionem. Eſt autem interlunium id ſpatium temporis, in quo nec amplius luna uetus apparet, neque adhuc noua uidetur, quia radijs ſolaribus operta ſit. Sic dicimus intercolumnium ſpatium, quod inter columnas relinquitur. Sic interregnum tempus, quo regnum uacat, cum prior deceſſerit, nec adhuc nouus ſucceſſerit, quæ res ad legitimos etiam magiſtratus relata eſt. Nam ſi conſul uitio creatus ſe abdicare coactus fuiſſet, tempus quod intercedebat, antequam nouus magiſtratum iniret, interregnum dicebatur. Flagrans] Ardens. Flagro enim & flamma à flatu dicitur, quoniam flatu excitatur ignis. Fragrare autem olere eſt à frangendo. Nam res fractæ uehementiùs olent. Amor & libido] Endiadis eſt, id eſt, amor libidinoſus, ut eſt illud pateris libamus, & auro, id eſt, aureis pateris. Quæ ſolet matres] Argumentum eſt. Nam non ſolùm libidinoſus erit amor tuus, ſed etiam erit talis libido, qualis ſolet in equa, quod animal furore ex libidine ſæpe percipitur. Vnde Virg.

„ Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum.

Phyſici autem dicunt ex multo, & ualido cibo euenire illis, ut poſt quartam decoctionem multum relinquatur, quod cùm ſit iam reparatum, quod defecerat in uaſa ſeminari defluat, libidinemq; excitet. Conſtat teſte Plinio in Luſitania circa Vlyxiponem urbem & Tagum amnem equas Fauonio flante ad eum uerſas animalem concipere ſpiritum, idq; partum fieri, & gigni perniciſsimum. Sed triennium uitæ non excedere. Iecur dicitur & epar] Hæc ſedes eſt amoris. Hinc poëtæ fingunt, Titio libidinoſo uiro iecur tundi. Alia uiſcera putrefacta non renaſcuntur, iecur renaſcitur. Quapropter non poëticè ſolùm, ſed phyſicè dixit Virg.

„ Nec fibris requies datur ulla renatis.

Vlceroſum] Ac ſi dixit flagrantiſsimum. Nam ulcera in eo ex calore naſcuntur. Vel ut trito prouerbio dicunt, oſtendit ex amore iecur, iam marceſcere. Sine queſtu] Sine querela, ab eo quod eſt queror. Quid autem inter conqueri, & lamentari interſit: Cicero in ſecũda Thuſculana ſic demonſtrat. Conqueri fortunam aduerſam non lamentari decet. Id uiri officium eſt. Pubes] Id eſt, puberes. Pubes enim pili ſunt, qui in corpore enaſcuntur. Vnde antequam oriantur, impuberes dicimus. Poſtquam ſunt orti, puberes. Et quoniam ut plurimum circa femur naſcuntur pro eo membro, & his quæ uicina illi ſunt capitur pubes. Ouidius de arte Amandi.

„ Ipſa Venus pubem quotiens uelamina ponit

„ Protegitur læua ſemireducta manu.

Incipit autem in uiro à 14. anno, quo tempore pruritus libidini excitatur & iam gignere poteſt, optimè ergo dixit pubes. Hedera] Ab hærendo. Suis enim fibris ei rei cui annaſcitur hæret. Poſuit autem hæderam & myrtum, quia ſemper uirent, pro uiridiori ætate, & pro puellis. Aridas frondes] Id eſt, arbores in quibus frondes areſcant, pro uetulis intelligit. Pulla myrto] Id eſt, cuius frondes penè nigreſcant, uel dixit pulla nouella, nam pullulare dicimus arbores cum à radice nouæ plantæ ſurgunt. Pullos enim in equo, aſino ue iuuenculum filium dixerunt. Quin & priſci pullos dicebant ſuos catamitos.

HERMAN. FIGVL. } Parcius iunctas quatiunt feneſtras &c.] Iuuenes qui olim frequentes te ob formæ pulchritudinem amabant, ideoq; crebrius feneſtras tuas clauſas lapidibus appetebant, ut excitata tu è ſomno, eos intromitteres, nunc rariùs eas quatiunt, nec dormientem te perturbant, quia turpem & decrepitam anum oderunt. Hoc euenire meretricibus ſolere, Bacchis quoq; Antiphilæ apud Terentium hoc modo narrat:

„ Quippe forma impulſi noſtra, nos amatores colunt.

Hæc

„ *Hæc ubi immutata eſt, illi ſuum animum altò conferunt.*
„ *Niſi proſpectum interea nobis aliquid eſt, deſertæ uiuimus.*

Amatq; ianua limen] *Semper clauſæ manent fores, quia non amplius domum tuam ingredi amatores cupiunt.* Quæ prius multum] *Quæ antea crebrò frequentabatur, & facilè omnibus patebat. Notat meretricis impudicitiam, quæ citra diſcrimen quemlibet admiſerit.* Audis minus & minus] *Iam rarò has iuuenum ad ianuam pernoctantium, querelas audis. Dum ego toto pectore tuus hîc ad oſtium expecto, & uigilijs, frigoribusq; miſer pereo, tu Lydia totam noctem dormis, non exaudiens meas preces.* Inuicem mœchos anus] *Tu dura nunc & ſuperba deſpiciens amatores, facta aliquando anus, uiciſsim eos inſolentes & aſperos in te experieris, ſuperbiamq; illorum in deſerto aliquo loco pluuijs & uentis expoſita, deplorabis.* Leuis] *Vilis, abiecta, & ob ſenectutem ſpreta.* Thracio Bacchante uento] *Aquilone furente.* Ouid.

„ *Boreas bacchatur ab Arcto.*

Magis ſub interlunia] *Tum enim tempeſtates plerumque excitari perhibent. Eſt autem interlunium dies ille, quo Luna eſt in coniunctione ſeu coitu, quem Plinius alios interlunium, alios ſilentis Lunæ appellare ſcribit. Græcè* σύνοδος *uocatur.* Matres equorum] *Equas, in quibus uehemens eſt libido, teſtante etiam Virgilio:*

„ *Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum.*

Furiare] *Nouum & fictum eſt uerbum, pro, ad furorem & inſaniam adigere.* Circa iecur] *Nam in iecore amoris ſedem eſſe dicunt.* Vlceroſum] *Libidine exulceratum, atq; ſæuo amore ſaucium.* Non ſine queſtu] *Cum magna lamentatione ac mœrore.* Læta quòd pubes] *Quòd alacris iuuentus magis delectetur puellis: anus uerò contemnat. Et eſt pulchra allegoria, qua uirgines ederæ uirenti & nouellæ myrto, uetulas autem & marceſcentes anus, annoſis & aridis arboribus ſimiles facit.* Hyemis ſodali Hebro] *Fluuio Thraciæ, frigore & gelu æquali hyemi.*

THEOD. PVLMAN. } 2 Ictibus] Iactibus, *G.E.B.* 5 Faciles] Facilis, *H.* 7 Tuo] Tu ô, *H.G.E.B.* 8 Dormis] Dormis? *B.* 11 Thracio bacchante magis ſub interlunia uento] *Ventum dicit magis per interlunia bacchari, id eſt, per intermenſtruum, cùm Luna eſt in coitu. Quod & docet Theophraſtus in libello de uentis, his uerbis:* αἱ σύνοδοι τῶν μηνῶν χειμεριώτεραι. *Solent autem homines libidinoſi & uoluptuarij per uentum, & tempeſtatem iucundiùs amicam fouere in ſinu, & amoribus perfrui. Sic & meretriculæ laſciuæ petulantesq; libentiùs tum ſunt cum amatoribus. Tibullus (lib. 1. Eleg. 1.)*

„ *Quam iuuat immites uentos audire cubantem,*
„ *Et dominam tenero continuiſſe ſinu.*

Tum autem illa horrorem ſentiet Aquilonis perflantis, quem Thracium uentum dixit. Quia in Thracia regnaſſe Aquilo dicitur, & in Græciam è Thracia uentus ille mittitur. Vnde alio in loco, (Epod. 13.)

„ *Threicio Aquilone ſonant.*

Vates autem Græciæ, qui è Thracia Aquilonem ferri ſcripſerunt in Græciam, & Threicium Aquilonem appellarunt, imitatores, æmulatoresq; Latinos habuerunt: etſi in Latium aliunde Aquilo uenit. Turneb. lib. 26. cap. 36. 15 —Iecur ulceroſum] *Græcorum imitatione dicit de laſciua & amante, iecur ulceroſum, quòd eam partem Cupido ferire cenſeatur. Vnde Theocritus.*

„ χαλεπὸς γάρ ἴσω θεὸς ἧπαρ ἰάπτει.

Sed & Seruius è Varrone ita ſcribit: Nam propriè rubigo eſt, uitiũ obſcœnæ libidinis, quod ulcus uocatur. Egregiè autem, ut nihil ſupra, de libidine effrenata & immoderata ſcripſit,

„ *—— & libido*
„ *Quæ ſolet matres furiare equorum.*

Nam libidinem equinam, furioſam et immenſam, & incitatiſsimam uocare ſolebãt. Prudentius, (aduerſus Symmachum lib. 1.)

„ *Aduena quos profugus gignens, & equina libido,*
„ *Intulit Italiæ: Tuſcis namq; ille pueilis*
„ *Primus adhinnituit ſimulato Numine mœchus.*

Hinc elegans illa in Piſonem tranſlatio: ſic ad illius hanc orationem adhinnituit. Libidinem autem, quæ ſolet matres furiare equorum ſæuituram, circa iecur ulceroſum non ſine queſtu, dicit: cùm ab omnibus ſpernetur illius iecur ſaucium tanto amore fore, quantum ferunt equarum eſſe, quæ libidine in rabiem & furorem aguntur. ac tum eam ſuas quæſturam fortunas, quòd iuuenes puellas, non anus ſectentur. Turneb. lib. 19. cap. 29. & lib. 26. cap. 36. 19 Aridas frondes hyemis ſodali Dedicet Hebro] *Iucundũ eſt quod ait: quo figuratè ſignificat anus à iuuenibus nõ amari, nec aridas ab illis colligi frondes, ſed negligi & amnibus donari. Solent enim arida arborum folia fluminibus adſitarum in aquam cadere, niſi legantur aut ſtringantur. Quò alluſum eſt, cùm Hebrus his locis cuiuſcunq; fluminis fruatur. Turneb. lib. 26. cap. 36.*

GEORG. FABR. } *Lydiam irridet, quæ idem nunc pati cogatur anus, quod ipſa adoleſcens commiſerat. Amor diuturnus non eſt, ſed cum ætate & annis extinguitur.* Quæ prius multum facilis, mouebat Cardines] *Ianua multum facilis, quibuſuis aperta: melius enim ad ianuam, quàm cardines refertur. Legit in ſingulari Acro, ſed aliam affert expoſitionem.*

IOD. BAD. ASCENS. } Parcius] *Pulchrè minatur Lydiæ meretrici olim damnatæ. ſuperbiæ talionem. Nam quæ omnes faſtidierit, nec quenquam miſerata eſt: nunc anus ab omnibus ſpreta ante fores iuuenum ſecubabit. Ordo eſt.* Iuuenes proterui] *Id eſt, amore proteruientes & ferocientes.* Quatiunt parcius] *Id eſt, rariùs & modeſtiùs.* Feneſtras] *Scilicet, tuas ô Lydia.* Iunctas] *Id eſt, Clauſas, id eſt, quas olim clauſas quatere ſolebant.* Crebris ictibus] *Id eſt, impulſibus. Sed nunc neque clauſæ ſunt, neq; ſi eſſent clauſæ percuterentur, neq; ſi percuterentur, non tam crebris ictibus, neq; ſi tam crebris, tam ardenter, aut animoſè: quia parciùs, quod aduerbium à parcè Maro in Buc.*

„ *Parcius iſta tamen uiris obijciendo memento.*

Nec iuuenes adimunt] *Id eſt, demunt tibi ſomnos.* Et ianua tua amat limen] *Id eſt, non diſcedit ab eo, quia non aperitur.* Quæ ianua mouebat prius] *Scilicet, cùm frequentes ad te uenirent iuuenes.* Cardines] *Id eſt, poſtes, ad quos ianua uolutatur.* Faciles] *Scilicet, ad dimittẽdam ianuam, & iterum recipiendam, quod non facerent, niſi eſſent faciles. Nam faciles citò offenſam remittunt. Maro.*

„ *Sed faciles Nymphæ riſêre ſacello.*

Tu audis minus & minus] *Quia indies minus places, audis minus à iuuenibus dicere ſolitis.* O Lydia dormis] *Id eſt, potes ne in animum inducere, ut dormias, longas noctes, quæ amantibus longæ uidentur.* Me tuo] *Scilicet, amico & amatore, id eſt, me qui tuus ſum.* Pereunte] *Scilicet, algore & imbribus ante fores tuas.* Tu anus] *Id eſt, propediem futura anus, hoc eſt, uetula.* Flebis inuicem] *Id eſt, uiciſsim, ſicut flere illos coëgiſti.* Mœchos] *Id eſt, adulteros, aut quoslibet tecum coire ſolitos.* Arrogantes] *Id eſt, ſuperbos & faſtigioſos.* Exiſtens leuis] *Id eſt, uaga: huc illuc curſitans & obſeruans, an quiſquam perditus intret, ut faciunt proſtitutæ uetulæ.* In Angiporto] *Id eſt, uiculo, cuius non eſt exitus, qualem meretrices ferè habitant.* Flebiles dicit uento Thracio] *Id eſt, Borea, qui frigidiſsimus eſt.* Bacchante] *Id eſt, furente, & ſæuiente magis.* Sub] *Id eſt, paulò antè.* Interlunia] *Id eſt, tempora, quæ ſunt inter nouam & ueterem lunam, quibus acrior uitus, et libido eſſe ſolet. Vnde etiam ad libidinis ardorem reſpexiſſe docet, quod ſequitur.* Cum] *Id eſt, quando amor, & libido.* Flagrans] *Id eſt, ardens.* Tibi quæ] *Scilicet, libido.* Solet furiare] *Id eſt, in furorem rapere.* Matres equorum] *Id eſt, equas. Vnde Georg. 3.*

„ *Scilicet ante omnis furor eſt inſignis equarum.*

Sæuit tibi circa iecur ulceroſum] *Id eſt, amoribus ſaucium. Eſt enim ſedes amorum, ſæuit dico.* Non ſine queſtu] *Id eſt, te conquerente.* Quod pubes] *Id eſt, caterua pubeſcentium.* Læta] *Id eſt, iocoſa gaudeat magis.* Hedera uirenti] *Id eſt, puellis molliter amplexantibus.* Atq; myrto pulla] *Id eſt, ſubnigra, ut eſt dum uireſcit.* Aut pulla] *Id eſt, pullulante adhuc, ſicut pullus equinus dicitur, & eſt iucundè dictum.* Atq; dedicet] *Id eſt, deputet & cõſecret.* Hebro] *Id eſt, fluuio Thraciæ.* Sodali hyemis] *Id eſt, apud quem ſemper eſt hyems, & niuis præcipitatio.* Frõdes aridas] *Id eſt, uetulas, ut frondes deſiccatas.*

ANT. MANTIN. } XXV. Ode, in *Lydiam meretricem rapacem ſcribitur, quæ quondam ab iuuenibus adibatur frequentiùs. Nunc autem rariùs, quia uetula. Vtq; ipſa formæ faſtu mœchos olim ſpreuerat, ita facta anus uiciſſim deſpicietur. Flebitq; etiam quotiens libidinoſo amore torquebitur, non ſine quæſtu, quòd iuuenes gaudeant puellis magis, ſpernantq; uetulam.* Parcius iunctas quatiunt feneſtras] *Ode eſt ſecundæ ſimilis.* Parcius Rarius. Ictibus] *Lapidum ſcilicet.* Proterui] *Intemperantes & immodeſti.* Amat limen] *Non recedit ab limine.* Me tuo longas &c.] *Hoc minus audiebat Lydia quod quidem amatores olim dicere ſoliti erant.* Anus leuis] *Id eſt, contemnenda.* Arrogantes] *Superbos & indignantes te adamare.* Angiporto] *Anguſto uico. Intelligit autem ambitum, id eſt, domorum circuitum, in quibus mœchi latêre ſolent, & imbribus, & uentis expoſiti. Lydia uerò uiciſſim id patietur.* Thracio uento] *Id eſt, Borea.* Bacchante] *Furente. Interlunia tunc enim tempeſtates excitari ſolent. Plin. autem lib. 18. ca. 47. de Lunari ratione inquit, quotiens ab occidẽte ſole cernitur, prioribusq; noctis horis lucebit, creſcens erit, & oculis dimidiata iudicabitur. Quum uerò occidente Sole orietur ex aduerſo, ita ut pariter aſpiciantur, tunc erit plenilunium. Quotiens ab ortu Solis oritur, prioribusq; noctis horis detrahet lumen, & in diurnas extendet, decreſcens erit, iterumq; dimidia.* In coitu] *Quod interlunium uocant, apparere deſierit.* Flagrans] *Ardens.* Matres equorum] *Virg. lib. 3. Georg. ait.*

„ *Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum.*
„ *Et mentem Venus ipſa dedit.*
Poſtea inquit.
„ *Illas ducit amor trans Gargara, transq; ſonantem*
„ *Aſcanium, ſuperant montes & flumina tranant.*

Plin. lib. 8. ſcribit: Quòd equarum libido extinguũtur iuba tonſa. Iecur ulceroſum] *Id eſt, corruptũ. In iecore aut libido eſt, ut aiũt, ſoletq; ubi corruptum eſt ulceroſum eſſe, quod in brutis animalib. ſæpe uidere eſt. Pubes iuuentus ipſa.* Hædera uirenti] *Pro Hædera & myrto puellas ac iuniores intelligit. Ille enim ſemper uirent dum iuuenes quidem ſunt.* Pulla] *Id eſt, nouella, à pullulo. Vnde & pullus equinus, pullus Gallinaceus, & huiuſmodi.* Aridas] *Id eſt, allegoricôs uetulas mulieres intelligit, quæ aridæ ſunt & ſiccæ.* Dedicet] *Deputet.* Hebro] *Hæbrus Thraciæ amnis eſt inter Aemum & Rhodopen, qui recipit in ſe flumina Bargũ & Suemum: ut Plin. lib. 4. oſtendit.*

ODE XXVI. AD ÆLIVM LAMIAM.

εὐχαριστική.

Ode XXVI. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

–– ∪–– –∪∪ –∪–
–– ∪–– –∪∪ –∪∪
–– ∪– –– ∪– –
–∪∪ –∪∪ –∪ ––

ARGVMENTVM IN ODEN XXVI.

Ad Lamiam nobiliſsimum uirum, & eruditum, indicans ſtudioſum, bonis diſciplinis excolatum, uacare cum multis alijs affectibus, tum maximè metu & anxietate.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Quod eſt eruditorum proprium hic ſignificat, nempe ſolutus debere eſſe ab omni cura, qui liberalioribus diſciplinis imbuti ſunt. Vnde cum ſit ſcripturus carmen in laudem Lamiæ, dicit ſe omnes curas quàm longiſsimè reiecturum.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Principiò dicit, uirum doctum & Muſis uacantem, carere omni ſollicitudine & metu: deinde Muſam hortatur, ut Lamiæ nobili & perito uiro coronam, imponere eumq; carminibus lyricis ſacrare dignetur.

COMMENTARIA.

ACRON.

MVSIS amicus, triſtitiam & metus] *Metrum duobus uerſibus Alcaicum: Tertius iambicus nouenarius hypercatalectus. Quartus Pindaricus. Hæc Ode ad Aelium Lamiam ſcripta eſt. Lamias enim ueteres nobiles dicebant familias, quæ ſignificat doctum & perfectũ uirũ triſtitia, ſollicitudine, uel metu carere. Iuuenal.*

„ *Neſciat iraſci, cupiat nihil.*

Muſis amicus] Ordo eſt: *Ego amicus Muſis, ſecurus quid terreat unicè Tyradatem, tradam triſtitiã & metus proteruis uentis portare in Creticum mare, à quibus metuatur rex gelidæ oræ ſub Arcto.* Creticum] *Pro quolibet mari, id eſt, pro appellatiuo ſpeciale.* Quid] *Quæ res.* Tyradatem] *Tyradates rex Armeniorum, ſiue Perſarum fuit iuſtiſsimus, & ponitur pro omni homine iuſto.* Securus] *Securus, amotus à cura dicitur.* O' quæ fontibus integris] *Ordo eſt:* O' Pimplea dulcis, quæ gaudes integris fontibus necte flores, necte coronam meo Lamiæ. Integris] *Plenis & immutationem neſcientibus.* Pimplea] *Muſæ dictæ ſunt, aut à Pimpleo fonte Macedoniæ, uel uico, aut è monte Pimpleo Orchomeniorum, aut à ueſte, hoc eſt, à peplo.* Nil ſine te] *Hoc eſt, aut quia ſine Muſa non multum honoris, uult intelligi Lamiæ carmina ſua poſſe conferre: aut quia primus Horatius carmẽ Lyricum ſcripſiſſe dicitur.* Hunc fidibus nouis] *Chordis, ut Virg. in 6.*

„ *Threicia fretus cithara, fidibusq; canoris. Ordo eſt:*
„ *Decet te, tuasq; ſorores,*

Id eſt, Muſas hunc ſacrare nouis fidibus. Lesbo plectro] *Lyrico carmini.*

PORPHYR. } Muſis amicus] *Hæc Ode ad Aelium Lamiam ſcripta eſt, quæ ſignificat doctis uiᵃ*

MVSIS amicus, triſtitiam, & metus
Tradam proteruis in mare Creticum
Portare uẽtis: quis ſub Arcto
Rex gelidæ metuatur oræ,
Quid Tyradatem terreat unicè
Securus. ô, quæ fontibus integris
Gaudes, apricos necte flores,
Necte meo Lamiæ coronam
Pimplea dulcis: nil ſine te mei
Proſunt honores: hunc fidibus nouis,
Hunc Lesbio ſacrare plectro
Teq;, tuasq; decet ſorores.

dis uiris nullam inhærere ſollicitudinẽ. In mare Creticum] Creticũ mare pro quolibet mari, ita ſpeciẽ pro genere uſus eſt. Quid Tyridatem] Tyridates rex Armeniorum fuit. Pimplea dulcis] Pimpleides Muſæ dicuntur, à Pimplea fonte Macedoniæ. Hunc Lesbio ſacrare plectro, Teq; tuasq; decet ſororibus] Ἀμφίβολον, ſed ſic intelligendum, & te, & tuas ſorores decet hũc Leſbio plectro conſecrare. Leſbio autem propter Sappho & Alcæum dixit.

CHRIST. LAND. } Ad Aelium Lamiam doctrina excultum, & nobilitate primarium uirum eſt Ode. Lamiarum autem familia nobilis fuit Romæ. Iuuen.

„ Lamiarum cæde madenti.

Traxerunt autem iſti originem à Formiarum regibus, & ſenatoriam dignitatem Romæ obtinuerunt. Admonet quoniam amicus Muſis ſit, ut ſine ſollicitudine uiuat: nam doctrina homines ita excolit, ut omnibus perturbationibus careant. Triſtitiam & metum, duas maximas perturbationes. Triſtitia ergo eſt ægritudo, quæ eſt opinio præſentis mali, ut metus eſt opinio mali impendentis. Verùm de animi perturbationibus, quæ genera quatuor ſunt, ſpecie uerò multò plures, diſtinctius in epiſtolis, quoniam ad uitam, moresq; maximè pertinent, dicendum puto. Creticum mare] A' Creta inſula dictum, cui ab ortu Carpathium eſt, à Vulturno Icarcum, Lyciumq;, à Septentrione Aegeum, ab occaſu Ionium, à meridie Aphricum. Hic uerò poſuit ſpeciem pro genere. Proteruis] Omnia proteruitibus. Securus] Hoc enim præſtat doctrina, ut procul à curis uiuatur. Differt autem ſecurus à tuto: nam ſecurus eſt, qui non timet, etiam ſi immineat periculum. Tutus uerò eſt extra periculum, quamuis etiam timeat. Sub Arcto] Sub urſa. Id enim Græcè ſignificat Arctos. Eſt enim illa in cœlo imago, quem Arcturus & Vrſa appellatur. Caliſto filia fuit Lycaonis à Ioue compreſſa, & à Iunone in Vrſam uerſa, uel ut Heſiodo placet à Diana, cum ægrè tuliſſet ipſam, quæ ſibi Nympha fuiſſet, corruptam redditam. Hæc beſtia, factis arctum, quem Archadem appellant peperit. Amphis poëta comicus ſcribit illam ad Lycaonem cum filio perductam. At mox cùm in templum Iouis Lycæi, quo ſibi intrare non liceret ſequente filio fugerit, à paſtoribus cum filio occiſa, & à Ioue in ſignum cœleſte cõuerſa eſt. Habet ſtellas in capite ſeptem, quas noſtri ſeptentrionem appellant. In ſingulis humeris ſingulas, in armo duas, in ſumma cauda unam claram: In uentre claram unam, in ſpina unam, in crure poſteriori duas, in extremo pede duas, ſuper caudam tres. Appellatur Vrſa maior ſiue Helyce. Vrſa autem minor in quam uerſus eſt filius Arcturus, aut Cynoſura, aut Arctophylax nominatur. Verùm de hac non omnes idem ſentiunt, nam Agathoſthenes ait, Cynoſuram fuiſſe non filiam Caliſtos, ſed unam ex Idæis nymphis. Quæ quæ quoniam Iouem nutrierit, ab eo in hoc ſignum relata ſit, à qua etiam regio quædam in Creta ſit Cynoſura appellata. Cretenſes autem & Diodorus Siculus hanc & Helycem Iouis nutrices fuiſſe, affirmant. Habet Cynoſura ſeptem ſtellas, quarum una in humero, alia in pectore ſit. In ſpina una, & una in uentre & ſuper caudam tres. Tyridates] Rex Armeniæ fuit. Quis] Pro quibus, id eſt, à quibus Virgil.

„ Quis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis
„ Contigit oppetere. ——

Antiquè etiam, quibus in fœminino genere dixerunt. Vnicè] Singulariter. O Piplea] O' Muſa. nam à Pipleo fonte Macedoniæ dictæ ſunt, Pipleæ Muſæ, ut Acroni, Porphyrioniq; placet, aut à Pipleo monte Orcomenorum, aut à ueſte. Apricos] Quaſi pulchros, quia in Apricis locis pulchriores naſcuntur. Necte flores] Necte coronam, id eſt, pone coronam, quam nectendo flores feceris. Fingunt enim poetæ, poëtas a Muſis corona donari, aut alio munere. ſic Virgil.

„ Vt Linus hæc illi diuino carmine paſtor,
„ Floribus, at & Apio crines ornatus amaro.
„ Dixerit hos tibi dant calamos en accipe Muſæ.

Dulcis] Quia nihil ſit Muſis ſuauius. Nil ſine te mei proſunt honores] Sententia Platonica. Ille enim de furoribus diuinis loquens, cenſet inanem euaſurum poëtam & ſuam poëſim, qui ſine Muſarum inſtinctu poëtas ad fores accedit, quoniam furor poëticus à Muſis ſit, ergo quicquid honoris tentaret inferre Lamia poëta ſine Muſarum fauore, omne illud euaneſceret. Nouis fidibus] Vel quia Lyricum carmen nouum erat apud Latinos. Vel nouis, id eſt, magnis, ſic Virgil.

„ Pollio & ipſe facit noua carmina.

Fidibus aũt, i. uerſib. q ad fides, i. ad citharã canũtur. Priſcianus aũt Seruiũ impugnat, quòd hæc fides nominatiuo dicat, cũ ſit dicẽdum fidis. Lesbio] Id eſt, tali carmine, quali Sapphus, Alcæusq; ex Leſbo Lyrici poëtæ uti conſueuerunt. Sacrare] Quia poetæ Muſarum ſacerdotes ſunt. Me uerò primùm dulces ante omnia Muſæ. Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore.

SER. MAR. HON. } Portare uentis] Tradere uentis, obliuiſci eſt, atq; ex animo eijcere. Seruius prouerbialem figuram admonet eſſe.

HENR. GLAR. } —Quis ſub arcto Rex gelidæ metuatur oræ] Quis Nominatiui eſt caſus, gelidæ autẽ oræ Genitiui nõ Datiui. Loqtur aũt Horat. de tẽpore ſuo, quãdo malè aduerſus Germanos ac Dacos pugnatum eſt. Notum enim eſt illud Augusti. Quintili Vare legiones redde. Et timorem Rom. intelligit, non ſubditorum regi Scythiæ, ut quidam inſulſè expoſuit, quanquam illi ignoſcendum. In plæriſq; enim oſtendit ſe nihil iudicij habere. Pimplea dulcis] Quidam abſq; m in prima ſyllaba legunt, atque Græcus Strab. codex πιμπλεια habet, 9. & 10. lib.

HERM. FIGVL. } Muſis amicus] Quaſi dicat. Ego Muſarum cultor & alumnus, non ero anxius, aut meticuloſus, ſed quietus & ſecurus. Tradam proteruis uentis] Alludit ad prouerbium: Ventis tradere, pro eo quod eſt obliuiſci, atq; ex animo eijcere. Virg. in 10. Aeneid.

„ Nec ferre uidet ſua gaudia uentos.

Mare Creticum] Species pro genere. Eſt autem mare Creticum à Creta inſula, olim centum urbibus inclyta, ſic dictum. Quis ſub Arcto rex] Quaſi dicat: nihil me terret Barbarorum regum crudelitas, in plaga ſeptentrionali regnantium. Porrò circum polum duæ ἄρκτοι feruntur. Maior & minor, quarum altera Cynoſura, altera Elice, apud Græcos uocatur. Elice maior urſa eſt, quam noſtri ſeptentrionem appellant, ſub qua oræ, parteſq; terræ ſunt frigidiſsimæ, quia à ſole longiùs remotæ. Quid Tyridatem terreat] Id eſt, minimè curans quæ res Tyridati, regi Perſarum timorem iniiciat. Fontibus integris gaudes] Quæ plenis & puris fontibus delectaris. Apricos flores] In locis apricis, hoc eſt, ſoli expoſitis, libenter creſcentes. Pimplea] Pimpla locus eſt iuxta Parnaſum, Apollini & Muſis ſacer, unde Pimpleæ & Pimpleides uocantur. Nil ſine te mei proſunt honores] Nihil enim egregiè, & cum famæ celebritate ſcribunt Poetæ, ſine Muſarum inſtinctu atque afflatu. Vnde eſt in Prouerbio: σὺν ταῖς μούσαις, id eſt, cum Muſis: hoc eſt, Muſis bene fortunantibus. De doctis, aut iis, quæ doctè dicuntur, aut ſcribuntur. Nouis fidibus] Hoc eſt, Lyrico carmine, quod apud Romanos adhuc erat nouum, & primo ab Horatio tentatum. Lesbio plectro] Id eſt, Lyrico, quali uſus eſt Alcæus, ex Leſbo oriundus. Sorores] Muſas propterea ſorores dici exiſtimo, quia omnes artes, ut grauiſsimè inquit Cicero, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam cõmune uinculum, & quaſi cognatione quadam inter ſe continentur. Hac de cauſa Heſiodus κούρας ὁμόφρονας, uocat Muſas, ab ὁμοῦ φωνεῖν, ut doctiſsimè explicat Phil. M. Nam æquis legibus conueniunt Muſarum cantilenæ, id eſt: Tum demum rectè artes tractantur, cùm aliæ alijs iunguntur. Choris gaudent Muſæ. Dialectica Rhetoribus uſui eſt, Geometria Aſtronomiæ: Poëtam Philoſophia. philoſophum poetica cõmendat. Atq; id eſt, quod ἐγκύκλιον, uocamus παιδείαν.

THEOD. PVLM. } 2 Proteruis] Tralatio. Sic Epod. 16.

„ Proteruus Africus.

5 Quid Tyradatem] Legendum Tyridatem, ut in antiquis non modò libris, ſed numis etiam legitur. Non intelligit Tyradatem, qui cauſſam bello Armenico præbuit, de quo Tacitus & Plinius: is enim uixit Neronis demum temporibus: ſed de eo loquitur, qui cum Phraate 3. parricida, de regno Parthico contendit, cuius belli controuerſia Auguſto Cæſari data eſt dijudicanda. Vide Georg. Fabri

cij Caſtigationes. Hic Tyridates eſt, qui eiecto in exſilium Phraate rege Parthorum, rex conſtitutus eſt nobilitatis conſenſu: ſed cùm audiret Phraatem magnam Scytharum colligere manum, ſic territus eſt, ut è regno profugerit ad Auguſtum. Librum uidi indubitatæ fidei, in quo Mithridatem, legebatur ſine ullius lituræ ſuſpicione, quàm ſcripturam ſe reperiſſe fatetur Lambinus: & agnoſcere uidentur interpretes, cùm regem Armeniæ ab Horatio dicant intelligi. Itaque ſi quis eſt, qui eam recipiendam putet, is ſic habeat: Mithridatem eo tempore regem Armeniæ fuiſſe, quem captum, uinctumq́ Auguſtus Romam duxerit, ut ne huic quidem ſcripturæ deſit teſtimonium hiſtoriæ. Turneb. lib. 26. cap. 36. Mithradatem, Lugdunenſis editio Rouilij, cum a in ſecunda ſyllaba: quo modo in Faſtis Conſularibus Hub. Goltzij, uiri induſtrij, hoc nomen etiã ſcriptũ legitur. 10 Proſunt] Poſſunt, Ant. Mureti editio, & nonnulli codices Lambini. 11 Lesbio ſacrare plectro] Id ualet, hac cantilena, quæ ſcripta Alcaico carmine, hominum memoriæ conſecrare: nam libentiſſimè Alcæum imitatur, qui Leſbius erat, & Alcaicis uerſibus delectabatur. Turneb. li. 26. cap. 36.

GEORG. FABR } Ad Aelium Lamiam ſcribens, carmina bona edi non poſſe, affirmat, niſi ab animo ſecuro, & à Muſis inſpirato. Extrema pars Odæ huius ad imitationem Pindari eſt ſcripta. Quid Tyridatem terreat] Legendum, Tyridaten, ut in antiquis non modò libris, ſed nummis etiam legitur. Non intelligit Tyradatem, qui cauſam bello Armenico præbuit, de quo Tacitus & Plinius, is enim uixit Neronis demum temporibus: ſed de eo loquitur, qui cum Phraate 3. parricida, de regno Parthico contendit, cuius belli controuerſia Auguſto Cæſari data eſt dijudicanda. In Lugdunenſe editione Rouilly, qui ſuppoſuit Mithradatem non conſuluit hiſtoriam: non enim poteſt intelligi de Pharnacis patre, regum omnium maximo, quem uicit Pompeius: neq; de Pharnacis nepote, qui uixit ſub Claudio Imp.

IOD. BAD. ASCENS. } Muſis] Dicit ſe curis uacuum uelle Lamiam celebrare; quod quia ipſe ſatis non poteſt Muſam, ut id faciat precatur. Ordo eſt. Ego amicus Muſis] Id eſt, dummodo ſim amicus Muſis, tradam uentis proteruis, portare in mare Creticum, quod Cretam alluit, hoc eſt, Adriaticum, triſtitiam & metus exiſtens ſecurus. Quis rex gelidæ] Id eſt, frigidæ. Oræ] Id eſt, zonæ metuatur. Sub Arcto] Id eſt, urſa, hoc eſt, ſub polo Arctico. Et quid terreat unicè] Id eſt, præcipuè Tyridaten regem Armeniæ aut Perſiæ. O' Piplea] Id eſt, ô tu Muſa dulcis. Quæ gaudes fontibus integris] Id eſt, quæ in poteſtate habes ad plenum dicere. Necte Lamiæ] Scilicet, Aelio. Meo] Scilicet, præſidio, & amico flores. Apricos] Id eſt, odoriferos ſub ſole ortos. Et coronam] Scilicet, ex eis, hoc eſt, ſertum. Mei honores] Quos illi impendam nil proſint. Sine te] Id eſt, ſine Muſarum inſpiratione. Et ideò. Decet te & tuas ſorores] Id eſt, reliquas Muſas, quæ inter ſe ſunt ſorores, quia filiæ Iouis, celebrare. Hunc] Scilicet, Lamiam meum. Fidibus] Id eſt, Cytharis. Nouis] Id eſt, præclaris aut inſolitis Romanis. Et plectro Leſbio] Id eſt, quali uſus Alcæus eſt Leſbius.

ANTON. MANCIN. } Vigeſimaſexta Ode, oſtendit amicum Muſis, hoc eſt, doctum uirum & perfectum uacare. Triſtitia] Sollicitudine & metu. Hinc ipſe uentis permittit auferre à ſe talia, quo uacet lætitiæ & uoluptati. Itaque Muſam orat Lamiæ ſuo flores nectat, & coronam ſui. Namq; honores abſq; ea nil proſunt. Decetq; ipſam, ſororeſq; ſuas Lamiam ipſam conſecrare nouis fidibus & Leſbio plectro, hoc eſt, Lyrico uerſu laudare. Muſis amicus triſtitiam & metus] Ode eſt tricolos tetraſtrophos. Eſt enim nonæ ſimilis. Muſis amicus] Ordo eſt, amicus ego Muſis tradam proteruis uentis, portare in mare Creticum triſtitiam & metus, ſecurus quis rex gelidæ oræ ſub Arcto metuatur. Quis uel quid unicè terreat Tyridatem. Mare Creticum] Creta inſula terminatur ab occaſu mari Adriatico, à Septentrione pelago Cretenſi, à meridie Punico. Ab oriente Carpathio, auctor eſt Ptol. lib. 3. Sub Arcto] In Scythia ſub Septentrione. ἄρκτος enim urſa dicitur ἄρτος uerò ſine κ panis. Tyridatem] Armeniæ regem aut Perſiæ. Lamiæ uiro, quidem generoſiſſimo & perito: Lamiarum familia nobilis erat in urbe. Intelligit autem de Aelio Lamia, de quo etiam lib. 3. meminit latiſſimè in Ode 17. Fuit etiam alter Aelius Lamia eiuſdem familiæ, qui Domitiani tempeſtate uixit. Cui nupta erat Domitia Longina, quam à uiro ablatam Domitianus etiam in matrimonium adduxit. Deinde Lamia ipſum in exilium miſit. De Lamijs autem plura iã diximus, in Sat. 4. Iuuen. Piplea] Id eſt, ô Muſa ſcribit enim Feſtus, quòd Pipleides Muſæ à Pipleo fonte Macedoniæ dictæ ſunt, propter liquoris eius unicam ſubtilitatem. Varro etiam ſcribit Pipleides & Prinpliades, Libethrides, quæ & Theſpiades à terreſtribus locis cognominatas. Sunt & qui uelint hoc in loco Pimplea legere: nam Pimplea locus eſt Macedoniæ Muſis ſacer. πιμπλάω autem impleo ſignificat. Fidibus nouis] Id eſt, nouis chordis, per quod Latinas intelligit, quibus ipſe Horatius tunc utebatur Græcos imitans. Lesbio plectro] Id eſt, Lyrico carmine, quali Alcæus & Sappho Leſbij ſunt uſi.

ODE XXVII. AD SODALES.

Ode XXVII. Dicolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

— — ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ —
— — ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ ∪
— — ∪ — — — ∪ — ∪
— ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ — —

ARGVMENTVM IN ODEN XXVII.

Carmen hoc, cuius argumentum ab Anacreonte ſumpſit, protrepticon eſt, docens inter pocula ſuauiter quidem uino utendum & fabulis, uerum temperatè, ne, ut inter barbaros, res exeant in rixam & contentionem. Hinc quàm difficile ſit, ſemel meretriceo amore illigatam ſe explicare.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Cantio eſt conuiualis, in qua hortatur Poëta ſodales, ne barbarorum more, inter uina rixentur, ſed potiùs, ſuauiores miſceant fabulas, id, quòd ipſe agit, cùm Megillæ fratrem, cuius nomen ſubticet, rogat, cuius puellæ amore flagret.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Docet conuiuia non propter rixas & contentiones, ſed propter animi lætitiam, & ſermonis delectationem inſtitui; itaq; inter pocula non pugnandum, ſed moderatè bibendum, iucundas fabulas, amoreſq; recitandos. Hinc quàm difficile ſit, ſemel meretricum laqueis irretitum, ſe extricare, oſtendit.

COMMENTARIA.

NATIS in uſum lętitię ſcyphis
Pugnare, Thracum eſt. tollite
barbarum
Morem, uerecundumq́ue Bacchum
Sanguineis prohibete rixis.
Vino, & lucernis Medus Acinaces
Immane quantum diſcrepat? impium
Lenite clamorem ſodales,
Et cubito remanete preſſo.
Vultis ſeueri me quoque ſumere
Partem Falerni? dicat Opuntiæ
Frater Megillæ, quo beatus
Vulnere, qua pereat ſagitta.
Ceſſat uoluntas? non alia bibam
Mercede: quæ te cunq; domat Venus
Non erubeſcendis adurit
Ignibus, ingenuoq́ue ſemper
Amore peccas. quicquid habes, agé
Depone tutis auribus. ah miſer,
Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flamma.
Quæ ſaga, quis te ſoluere Theſſalis
Magus uenenis, quis poterit Deus?
Vix illigatum te triformi
Pegaſus expediet Chymeræ.

ACRON.

NATIS in uſum lætitiæ ſcyphis] *Metrũ duobus uerſibus Alcaicũ. Tertius dimeter nouenarius, iambicus, hypercatalectus. Quartus Pindaricus.* Natis in uſum lætitiæ ſcyphis] *Ad hoc ſpecialiter factis, ut eſt: Animal propter conuiuia natum.* Thracum] *Gentem ſignificat, ſicut ſuprà poſuit, per ebrietatem rixæ deditam.* Verecundumq; Bacchum] *Verecundum, uel quòd uirgineo ore fingatur, uel quod uerecundè eo uti decet.* Sanguineis prohibete rixis] *Figura noua locutus eſt, Bacchũ rixis prohibete, cùm dici oportuerit, à Baccho rixas prohibete. Eſt enim hypallage, ut illud eſt, Accipite Aeneam, & tandé arcete periclis, id eſt, pericula arcete ab Aenea.* Lucernis] *Id eſt, conuiuijs, quæ à ueſpere inchoari conſueuerunt. ut Virg.*

„ *Noctẽ flãmis funalia uincunt.*

Medus Acinaces] *Gladius Perſarũ, ſed hic pro quolibet poſuit. Luc.*

„ *Decurrit Medica Suſis.*

Immane quantum] *Admirando dicit, id eſt, ualde diſcrepat, hoc eſt, non conuenit, nec eſt aptus conuiuio lætitiæ & uino barbarus animus.* Lenite clamorem] *Rixam uel tumultum compeſcite.* Et cubito remanete preſſo] *Quaſi inſurgentes ad iurgium, admonet, ut diſcumbant. Inter accumbere autẽ & diſcumbere, & recumbere, hoc intereſt, accumbere eſt deorum, ut*

„ *Tu das epulis accumbere diuûm.*

Diſcumbere hominum, ut:

„ *Super diſcumbitur oſtro.*

Recumbere ferarum, ut:

„ *Oſſa ſuper recubant.*

Seueri Falerni] *Aut uetuſtiſsimi, aut auſteri, ut,*

„ *Nec cellis ideo contende Falernis.*

Me quoq; ſumere] *Id eſt, ſi ueſtro uultis me miſcere conuiuio, deeſt enim ſi. Ordo eſt: Dicat frater Megillæ Opuntiæ. Opuntia Locrorum oppidum dictum eſt, in quo erat aditus infernorum Megillæ nomen conuiuæ, quæ Opuntia oriunda erat.* Quo beatus uulnere] *Velut uoluptuoſus poeta, bene beatum amantem dixit. Vulnus enim pro amore poſuit, ut:*

„ *Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni.*

Qua pereat] *Quam amet, ut Virg. in Buc.*

„ *Vt uidi, ut perij, ut me malus abſtulit error.*

Ceſſat uoluntas] *Scilicet, confeſsionis, & deeſt ſi.* Non alia bibam mercede] *Niſi dixeris, ſubde.* Quæ te cunq;] *Tmeſis eſt, quæcunq; Venus aut amor, aut amica. Virg. in Buc.*

„ *Parta meæ Veneri ſunt munera.*

Non erubeſcendis] *Non ignobilibus, non uerecundis.* Ignibus] *Amoribus, ut:*

„ *Cæco carpitur igni.*

Ingenuoq́; ſemper amore peccas] *Non pudendo, non erubeſcendo, laudando, electione uel iudicio. Non omnis Venus, quæcunq; domat hominem, erubeſcenda eſt: ſæpius enim amore non peccatur.* Quicquid habes age] *Cogit illum fateri, quam diligat.* Depone tutis auribus] *Id eſt, fidelibus, depoſita ſeruantibus, hoc eſt, ſecretum ſecurè cõmitte.* Ah] *Interiectio eſt dolentis.* Miſer quanta laboras] *Oſtendit illum quaſi in aurem ſibi eſſe confeſſum, quam amaret, & cum execratione miratur, quòd ſic in procacem & ſceleratam mulierem amor eius inciderit.* Charybdi] *Meretricia uoracitate. Terentius: Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit: Vide eam & mari comparauit, uoraci.* Quæ ſaga] *Incantatrix & malefica, ab eo dicta, quod ſatis agat, id eſt, quæ carminibus uel accerſere poſsit mala hominibus, uel pellere: Ordo eſt: Quæ ſaga Theſſalis poterit te ſoluere uenenis?* Venenis] *Herbis. Virg. in Buc.*

„ *Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta uenena.*

Ipſe dedit Mœris. Illigatum] *Te in illa implicitum.* Pegaſus] *Bellerophontis equus, cuius celeritate, Chimæra dicitur interempta, unde & alas habuiſſe dicitur. Virg.*

„ *Alipedumq; fugam curſu tentauit equorum.*

Sicut ſuperiùs meretricem mari, ita hic Chimæræ comparauit, quaſi multiformi beluæ, quæ leonis, draconis & capræ capitibus emineret, Flammis armata, ſicut meretrix dolis & incitamentis libidinum. Multiformem autẽ uoluit eam hac comparatione intelligi, & omnibus corporis partibus turpem.

PORPH.} Natis in uſum lętitię ſcyphis] *Ode προτρεπτικὴ eſt ad hilaritatem, cuius ſenſus ſumptus eſt ab Anacreonte in libro tertio.* Natis in uſum lætitiæ] *Natis pro factis, ut apud Lucil. Iudicis Hortenſi eſt ad eam rem Palæſtra.* Verecundum Bacchũ ſanguineis prohibete rixis] *Verecundum, id eſt, detractandum: ita autem figurata elocutio eſt, ut apud Virgil. Et tandem arcete periclis Aeneam.* Acinacis] *Gladius Parthicus, ſed nunc pro omni gladio poſitum eſt.* Dicat Opuntiæ] *Nomen huius adoleſcentis non dicit. Opuntia autem oppidum Locridos eſt.* Quo beatus uulnere, qua pereat ſagitta] *Græcè dictum, beatus pereat, quod ſignat tamen.* Ceſſat uoluntas] *Bibendi, ſcilicet, qua negat ſe bibiturum niſi frater Megillæ amores ſuos narrauerit.* Ah miſer quanta laboras in Charybdi] *Intelligendum hîc illum in aurem, Horatio amorem ſuum eſſe confeſſum, ita hic inquit, Ah miſer quanta laborabas Charybdi, ſignificans illam, quæ ametur procaciſsimam, ſceleratiſsimamq; eſſe.* Quæ ſaga] *Sagæ ſunt præcantatrices, quæ uel accerſere carminibus mala hominibus poſſint, uel expellere.* Vix illigatum te] *Vix te, inquit, ab hac Chymæra liberabit Pegaſus, ſed hoc utiq; per allegoriam dictam intelligitur.*

CHRIST. LAND.} *Metrum duobus uerſibus Alcaicum. Tertius uerſus eſt dimeter nouenarius Iambicus. Quartus Pindaricus. Hortatur ſodales ita temperatè uti uino, ne ebrij in rixas inſurgant. Argumentum leue eſt, ſed non ſine Seueritate tractatum.* Natis] *Ad hoc præcipuè factis. Iuuen.*

„ *Animal propter conuiuia natum.*

Scyphis] *Pocula propriè Herculis ſunt, ut Bacchi erant canthari. Pingebatur enim hic Deus cum poculo, non ſolum, quia heros bibax haberetur. Sed quod fabula antiqua ſit ipſum poculo tanquã nauigio, maria tranſiiſſe. Poſuit autem ſcyphum pro omni poculo.* Pugnare Thracum] *Gens (ut ſuprà dixit) propter ebrietatem rixis dedita: Ordo eſt: pugnare cum ſcyphis natis in uſum lætitiæ, eſt Thracum] id eſt, hominum efferatorum, ut Thraces ſunt. Ergo tollite, id eſt, remouete barbaram conſuetudinem, & prohibete Bacchum à rixis, id eſt, prohibete rixas à Baccho. ſic & Virgilius.*

„ *Accipite Aeneam ac tandem arcete periclis.*

Verecundum] *Id eſt, quo cum uerecundia & modeſtia uti debemus. Vel ad faciem huius Dei reſpexit, quæ uirginalis pingebatur & pulcherrima. Vnde eſt:*

,, *Accedant capiti cornua Bacchus eris.*

Cornua illi dantur, ut diximus. Dantur tygres & lynces, ut per tygres ſignificetur furor ex ebrietate, per lynces oſtendatur acumen ingenij, quod à uino moderatè ſumpto nobis prouenit. Vino] *Pro conuiuio poſuit.* Medus lucernis] *Quæ in conuiuio ponebatur. Nam priſci non niſi aduentante nocte conuiuia inibant. Vnde à ueſpera ueſperna dicebatur. Hinc Virg.*

,, *Nunc eadem labente die conuiuia quærit.*

Et de lucernis meminit ſic.

,, *Et noctem flammis funalia uincunt.*

,, *Et pendent lychni laquearibus aureis.*

Acinacis] *hoc uocabulum Perſicum eſt, & Gladium apud illos ſignificat. Cum admiratione ergo dicit.* Quantum immane] *Pro immaniter.* Diſcrepat] *Id eſt, differt acinacis, id eſt, rixa & prælium, à uino & lucernis, id eſt, à conuiuijs. Et profecto conuiuia inuenta ſunt, ut ſimul uiuamus, & mutuo ſermone ac familiaritate fruamur. Rixæ autem ad cædem ſpectant, aut ad amaras diſcordias.* Remanete cubito preſſo] *Ne inſurgite. Dicit autem Acron differre hæc inter ſe, quia accumbere eſt Deorum. Virg.*

,, *Tu das epulis accumbere diuum.*

Diſcumbere hominum: ut

,, *Diſcumbitur oſtro.*

Recumbere ferarum: ut,

,, *Oſſa ſuper recubans.*

Ego autem quid ſentirem ſuo loco expreſsi. Vultis] *Vel interrogantis eſt, uel eſt ſubintelligendum: ſi, ut ſit ſenſus.* Si uultis me quoq; ſumere partem ſeueri Falerni. Seueri] *Quaſi uetuſti, uel acrioris ſaporis, id eſt, auſteri.* Dicat Opuntiæ frater] *Oſtendit ex ſuis uerbis conuiuium oportere eſſe hilare, & feſtiuo aſperſum ſermone, ſed cui etiam non nihil adſit utilitatis ad uitam, & mores emendandos. Nam ipſe iocundè interrogat de amore, & non ſine commiſeratione amantem ab auara meretrice abducere tentat. Interea autem conuiuio frater Megellinæ, quæ pulchritudine nota erat: Vnde fratrem ab illa denominat.* Opuntiæ] *Sic dicta eſt ab urbe Locridis.* Quo uulnere] *Quo amore. Nec eſt ſine ratione, quod dixerit beatus pereat. Nam beatos ſe putant amantes, cum perditiſsimè amant, ſi re amata frui poſſunt. Ergo amatoriè de amore locutus eſt poëta, & ex amantium more. Nam & beatos ſeipſos nuncupant, & tamen ſe perire conqueruntur. Quapropter neſcio elegantius ne, an uerius hæc duo admixta contraria ciuis noſter Petrarcha expreſſerit, cùm dixerit noſſe ſe. Quale eſt mel temperato Colaſinthio.* Ceſſat uoluptas] *Recuſat ille dicere adductus pudore, non quod amaret, ſed quod indignam amari amaret. Nam ut eſt, apud Ouid.*

,, *Turpis adulterio peius adulteri erit.*

At Horatius cùm contra putaret, ſperabat non mediocrem ſe uoluptatem capturum, ſi ſuum ille fœlicem amorem ſibi narraret. Itaq; dolet ſe illa uoluptate carere, neq; abduci poſſe, ut bibat alia mercede. Quæ te cunq; Venus] *Quæcunque mulier à te amata domat te, id eſt, ſub ſuum te iugum mittat. Et eſt tranſlatio à uictore duce.* Adurit te igni] *Id eſt, amoribus non erubeſcendis. Hoc dicit, quia putabat illam eſſe modeſtam, liberalemq; mulierem, nõ autem auaram. Quod autem amicam ſuam Venerem appellare conſueuerint amantes, etiam apud Maronem apparet. Eſt enim,*

,, *Parta meæ Veneri ſunt munera, namq; notaui,*

,, *Ipſe locum aëriæ quo congeſſere palumbes.*

Ingenuo] *Et non ſeruili, & quaſi mercenario, quaſi dicat, ſyncero & liberali, & qualis ingenuum deceat.* Depone tutis auribus] *Futilis hominis eſſe uidetur, & uani, ſuum amorem alij manifeſtare, niſi fideli & taciturno. Quapropter duo uerba ſelegit, primum,* depone. *Nam rem deponimus, quam ea ratione credimus, ut integra nobis conſeruetur, unde eſt depoſitum. Deinde dixit,* tutis auribus. *id eſt, quibus tute & ſine periculo propter taciturnitatẽ committere poſsis.* Ah mi] *Iam rem narrauerat adoleſcens, perceperatq; poëta longè aliter rem ſe habere, quàm crediderat, cùm illius amicam & crudeliſsimam, & auariſsimam intelligeret. Itaque ex commiſeratione exclamat. Optimè autem comparat rapaciſsimã mulierem Carybdi: nam ut hæc ſaxa cauernoſa in ſe furente æſtu nauigia trahunt, tractaq; lacerant. Sic auara meretrix amantem allicit, allectumq; uorat, cùm neq; corpori illius, neq; pecuniæ parcat. Carybdis autem & Scylla duo monſtra ſunt in freto Siculo, de quibus Maro.*

,, *Dextrum Scylla latus, leuum implicata Carybdis obſidet.*

Eſt autem locus iſte ſecundum Salluſtium iuxta Taurominitanum littus. Extatq; fabula Carybdim mulierem fuiſſe rapaciſsimã, quæ cum Herculi uaccas rapuiſſet, à Ioue fulminata eſt, & in hoc monſtrum conuerſa. Quanta ergo laboras Carybdi, id eſt, quàm crudeliſsima, rapaciſsimaq; muliere laceraris. Flamma] *Amore.* Saga] *Venefica dicitur, quòd ſatis agat, id eſt, quæ carminibus, philtrisq;, & alijs ueneficijs accerſere uel pellere mala hominibus poſsit. Optimus autem progreſſus cum à minoribus ad maiora aſcendat. Primo enim ponit Theſſaliam ueneficã, quæ multum poſſit. Deinde non ſatis hoc eſſe ad miſerias iſtius leuandas adiungit magum, qui plus quàm ſaga ualeat. Sed cum ne iſte quidem ſufficiat, adiungit poſtremò Deum, & in unoquoq; iſtorum trium generum per dubiam interrogationem oſtendit opus eſſe excellentiſsimo. Poſtremò cum dicat Pegaſum, uidetur admiſcere diuinam & humanam uim.* Theſſalis] *Efficaciſsimis, ut in Theſſalia efficiebantur. Nã eam regionem ueneficis mulieribus abundaſſe, & Lucanus & multi alij poëtæ teſtantur.* Venenis] *Veneficijs. ſic Virg.*

,, *Has herbas atq; hæc ponto mihi lecta uenena,*

,, *Ipſe dedit Mœris.*

Venenum autem dicimus quod citò in uenas deſcendat, ſiue ſalubre, ſiue noxium dictum, quòd per uenas trãſcurrat. Inde per quandam ſimilitudinem colorem, qui à ueſtibus imbibitur uenenum dixit Maro: ut

,, *Tyrio ſaturata ueneno.*

Hoc Græci pharmacon appellant in eadem ſignificatione. Deniq; omne id, quod uel ſumptu, uel tactu noceat, uenenum appellant, unde & pro ueneficio capitur. Magus] *Hoc uerbum lingua Perſica ſapientem ſignificat. Vnde illi eos Magos appellant, quos Græci philoſophos, quos Babylonij Chaldæos, quos Indi Gymnoſophiſtas, quos Aegyptij Sacerdotes. Et quoniam ipſi huius artis inuentores, cultoresq; habentur. Præcipue autem Zoroaſter, idcirco quicunq; in arte periti ſunt Magi appellantur, & ipſa ars magica, quæ Romanorum legibus exerceri prohibetur. Cuius rei non ignarus Virg. Ipſam ſe excuſantem inducit Didonem his uerbis.*

,, *Teſtor chara deos, & te germana tuumq;*

,, *Dulce caput magicas inuitam accingier artes.*

Quis Deus] *Qua potentia Deus,* Pegaſus] *Vt breui rem uniuerſam percurram, in extrema Libya Phorci Dei marini tres fuere filiæ excepto Nympha, hæ ut placet Heſiodo, Stheno, Euryale, & Meduſa fuerunt, quas Gorgones appellant. Ouid. autem duas ponere uidetur: dicit enim*

,, *Cuius in introitu geminas habitaſſe ſorores.*

Niſi forte dixit geminas, id eſt, eodem partu æditas, quaſi trigeminas. Sed uno tantum oraculo præditæ, quo mutuo & per uices utebantur. Meduſæ quia in caſtiſsimæ Palladis templo cum Neptuno concubere non erubuit, ipſa Pallas crines pulcherrimos in deformes angues mutauit. Eidem deinde caput à Perſeo Iouis filio abſciſſum eſt. Sed ex Meduſæ utero erumpuerunt duo filij, Chryſaor ſic nominatus, quia aureum enſem manu teneret, & Pegaſus equus alatus, qui nomen ſortitus eſt à fontibus & fluxibus Oceani, apud quos eſt ortus. Nam Græcè fons πηγὴ dicitur. Chryſaor autem ad cœlos aſcendit, tonitrum & fulmen Ioui ferens. Pegaſus uerò in montem Eliconem euolauit, & ungula uertice percuſſo fontẽ produxit, qui ab eo Pegaſius eſt dictus. hinc Iuuen.

,, *Ripa nutritus in illa.*

Ad quam Gorgonei prolapſa eſt penna caballi: & Perſ.

,, *Nec fonte labra prolui caballino.*

Hæc de Pegaſo. Sunt qui dicant ipſum igneum anhelitum habuiſſe, & ferreos pedes, de hoc Ouid. Huic etiam ſupra nubes & ſidera lapſo. Cœlũ pro terra, pro pede penna fuit. De fonte aũt ſic idẽ Oui.

Vera

» *Vera tamen fama eſt, & Pegaſus huius origo*
» *Fontis, ——*

Propter hunc fontem in ſignum cœleſte, quod ex 15. ſtellis micat, & equus dicitur conuerſus eſt. Ouid.

» *Iamq́; indignanti noua frena receperat ore,*
» *Cum leuis Aonias ungula fecit aquas:*
» *Nunc fruitur cœlo, quod pennis ante petebat.*
» *Et nitidis ſtellis quinq; decemq́; micat.*

Bellerophon autem Glauci filius fuit & Ephiræ, quam deinde Corinthus Oreſtis filius à ſe Corinthum nominauit & regnauit. Mox aperto Argiuorum rege, regno eiectus apud illum degebat. Sed fuit Preto uxor Sthenobœa ſiue Antia, quæ amore Bellerophontis capta cum ille aſſentiri nollet amorem in odium uertens, illum apud uirum tanquam, qui uim afferre uoluiſſet, inſimulauit. Nō ſuſtinuit rex eum perdere, ſed illum cum epiſtola ad Ariobatē ſocerū miſit, in qua & crimen hominis narrabat, & ut illum interficeret rogabat. Sed neq; Ariobates hominē perdere auſus, miſit contra Chimæram, ſperans ab ea interfectum iri, quo tempore dicunt illū Pegaſum alatum equum aſcendiſſe, & illius auxilio monſtrum Chimæram interemiſſe. Fuit enim Chimæra filia Typhāonis, & Echidnæ monſtrum horrendum. Ignem enim euomebat, & tribus inſurgebat capitibus, quorum primum leonis, poſtremum draconis: medium autem Chimæræ, id eſt, capræ erat. De qua Heſiodus [illegible]*, hæc antequam perderetur exorto cane Gerionis, & Sphingem, & Leonē Nemæū peperit, ſed tamen de Chimæra & Pegaſo aliquid eſt, quod ad hiſtoriam referri poſſit. Nam in Lycia dicunt montem fuiſſe Chimæram, leonibus, ſerpentibusq́; inhabitabilem, & cuius à uertice flammæ ſæpe apparerent, quem Bellerophon his feris purgatum habitabilem reddidit. Mons iſte Lyciam à Caria diuidit. Superauit præterea Solumios, cum quibus Ariobates bellum gerebat. Superauit & Amazonas in regnum illius irruentes, qua uirtute ita ſibi Ariobatem reconciliauit, ut non ſolùm pepercerit, ſed Alchimenem alteram filiam uxorem dederit: hoc altera, quam Preti uxorem diximus, ita iniquo tulit animo, ut ſibi ipſi mortem conſcierit. Plinius uerò ſcribit primùm à Bellerophonte inuentū eſſe equo uehi, ſed & in Aethiopia dicit Plinius eſſe equos pennatos, & cornib. armatos, quos Pegaſos uocant. Albertus autem Magnus addit animal eſſe horrendum, neq; tamen ſuis alis uolare, ſed illis ad curſum adiuuari: & omnes beſtias illum horrere, ipſumq́; omnibus eſſe infeſtum, præſertim hominibus. Sed ut quandoq; ad interpretationem noſtram redeam concludit poëta, quòd uix illum expedire poſſit Pegaſus ab illa Chimæra, id eſt, à muliere illa, quæ ita horrenda ſit fera, ut non poſſit ſuperari à Bellerophonte & à Pegaſo, ut ſuperata eſt Chimæra Lycia. Ergo ſua feritate multiplicem belluam & flammis armatam ſuperabat hæc meretrix.*

ERAS. ROT. } Quanta laboras in Charybdi] *De Charybdi narrant poëtarum fabulæ, quod fœmina fuerit uoraciſſima, quæ quod Herculis boues rapuiſſet, à fulmine icta, in mare præcipitata ſit, & in huiuſmodi uerſa monſtrum, quod adhuc priſtinam ſeruat naturam. Abſorbet enim uniuerſa, unde, tanquam prouerbio ſcortum uorax, & auiditatis nunquam ſatiatæ Charybdim hoc loco, uocat. Lege prouerb. Inſatiata Charybdis, &c.* Quæ ſaga, quis te] *Theſſalica mulier, in ueneficas, malarumq́; artium peritas, dici ſolitum, præterea, quod ea gens præter cæteras hoc nomine notata eſt. Vnde Horatius: Quæ ſaga, &c. Eam ſuperſtitionem in Theſſalos à Medæa profectam exiſtimant, quæ cum illac fugeret, per aërem uecta, ſcriniolum ueneficijs ac magicis herbis plenum deiecerit, eaq; ſparſa ſuppullulaſſe. Aliam rationem pandit Plinius libro 30. cap. 1. Eraſmus.*

ALD. MAN } Vino & lucernis Medus Acinacis] *Quoniam Acinaces Græci* [illegible] *dicitur, Suidas:* [illegible]*. non Acinacis imprimendum, ut erat in exemplaribus, ſed Acinaces uſurpamus, & puto natum errorem, quia nunc Græci* [illegible] *non e longum, ſed i pronunciant, quanquam & ipſi meo iudicio perperam, η enim non ι, ſed e longi ſonum habere debet. Sed de hoc alius erit tractatus. Hinc paraclitum dicimus illos imitati, cum & nobis, & Græcis paracletus dicendum ſit, παράκλητος enim ſcribitur Græcè.*

IOAN. HART. } Theſſalis uenenis] *Prouerb. Theſſala mulier.*

PHIL ENG. } *Cato.*

» *Interpone tuis interdum gaudia curis.*
» *Ferre potes dominam ſaluis tot ueſtibus ullam?*

HERM. FIG. } Natis in uſum lætitiæ Scyphis, &c.] *Poculis, quæ ad hilaritatem dandam facta ſunt, pugnare immanium & ferorum eſt hominum.* Scyphis] *Scyphum, quem ſcyphum, nonnulli ſcribunt, Græci* [illegible] *dicunt, &* [illegible]*, ut docet Athenæus in undecimo. Eſt autem uas ad uinum potorium, ut cuiq; notum eſt. L. Craſſus Orator, duos ſcyphos Mentoris, artificis manu cælatos, habuit, emptos ſeſtertijs centum. Confeſſus tamen eſt, nunquam ſe ijs uti propter uerecundiam auſum. Hæc Lazarus Bayfius in lib. de uaſculis.* Thracum eſt] *Ad Thraces pertinet, qui ſunt homines efferi, uinolenti, & propter ebrietatem ad rixas & pugnas procliues.* Barbarum morem] *Immanem illam & tetram rixandi pugnandiq́ue inter pocula conſuetudinem.* Verecundumq; Bacchum ſanguineis prohibete] *Hyppallage eſt, pro, à Baccho rixas prohibete. Verecundum autem uocat, uel quòd parcius & moderatius ſumendum eſt uinum: uel quòd uirgineo capite pingitur Bacchus.* Vino & lucernis] *Hoc eſt, nocturnis conuiuijs, quæ ad lucernam ab amicis celebrantur.* Medus acinaces] *Hoc eſt, arma. Nam acinaces gladius eſt peculiaris, & proprius Medorum. Sicut Romphæa Thracum, Geſſa Gallorum, Sariſſa Macedonū, Sica Romanorum.* Immane] *Crudele enim & prorſus inhumanū eſt, adhibere arma conuiuijs, quæ conciliandæ amicitiæ, conſuetudinis præterea & familiaritatis coniungendæ gratia parantur. Bene, inquit Cicero, maiores accubationem epularem amicorum, quia uitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominauerunt.* Impium lenite clamorem ſodales] *Liberius uociferantes & tumultuantes ſodales, iubet eſſe modeſtos ac ſedatos.* Vultis ſeueri me quoque] *Si uultis, ut conuiuium uobiſcum celebrem, omiſsis rixis, ſermonem de rebus facetis, & feſtiuis inter nos habeamus oportet.* Opuntiæ frater Megillæ] *Hæc Megilla dubio procul ſua forma nota fuit, & alicui ex ſodalibus chara, quòd fratrem ab illa, quàm nomine proprio denominare maluit.* Quo beatus uulnere] *Cuius puellæ amore felix. Tanquam amor felicitatem in amore ponit.* Qua pereat ſagitta] *Quam puellam amet. Alludit ad Cupidinis tela, quibus faucij amantes paulatim pereunt.* Ceſſat uoluntas] *Videlicet indicandi, & aperte conſitendi amorem.* Non alia bibam mercede] *Non alia conditione atq; lege compotabo.* Quæ te cunq; domat Venus] *Alloquitur nunc fratrem Megillæ, oſtendens eum tanquam liberalem, & ingenuum adoleſcentem, honeſtā quoque, & pudicam amare puellam, cuius pudere ipſum non oporteat.* Depone tutis auribus] *Concrede atq; committe fidis amicis.* Ah miſer] *Audita iam & cognita adoleſcentis amica, ualde dolet uicem eius, quòd tam auaræ & indignæ homine ingenuo meretricis amore captus ſit.* Quanta laboras in Charybdi] *In quantis uerſaris periculis. De Charybdi, ait Eraſmus, narrant Poëtarum fabulæ, hanc fœminam fuiſſe, uoraciſſimam, quæ quòd Herculi boues rapuiſſet, à Ioue fulmine icta, in mare præcipitata eſt, & in huiuſmodi uerſa monſtrū, quod adhuc priſtinam ſeruat naturā. Abſorbet enim uniuerſa, quæque abſorbuerit, ea circa Tauromenitanum littus egerit, ut Saluſtius eſt autor. Vnde tanquam Prouerbio, ſcortum uorax, & auiditatis nunquam ſatiatæ, Charybdim appellat Horatius. Seruius ait, Charybdim in Sicilia eſſe. Hanc diligenter deſcribit Homerus Odyſſ. μ. Virg. lib. 3. Aeneidos.* Meliore flamma] *Probiore & caſtiore amica.* Quæ ſaga, quis te ſoluere] *Oſtendit eum difficillimè liberari à tanto malo poſſe, quòd ægrè expediantur, qui ſemel animum meretricum cupiditate deuinxerunt. Porrò, mulier Saga dicitur uenefica, quæ incantationibus, & herbarum potentia mala dat, uel auertit.* Theſſalis uenenis] *Herbis uenenoſis, quibus abundat Theſſalia, quæ etiam ueneficiorum infamia imprimis notata fuit, teſtibus Lucano lib. 6. de bello ciuili: Apuleio lib. 1. & 2. de Magia. Plin. item lib. 30.* Magos] *Magi apud Perſas ſapientes & docti appellantur, quos Græci Philoſophos uocant. Hi, teſte Laërtio, deorum cultui potiſsimum*

mùm uacabant, precando illis uota & ſacrificia faciebant, de eorũ ſubſtantia, id eſt, ui ac natura, & genealogia diſſerebant, uitam imprimis frugaliter uiuentes. Sed uſque eò aucta eſt eorum uanitas, ut non ſolùm obſeruatione ſiderum futura prædicere, uerùm artibus quibuſdam ueritatis umbras habentibus, & rerum ac uerborũ maleficijs, & ſcire ſe omnia, & facere poſſe profiterentur, ut ſcribit Polydorus Verg. de inuentoribus rerum, lib. 1. cap. 23. Artes magicas primùm à Zoroaſtre, Bactrianorum rege inuentas tradit Iuſtinus. Quis poterit Deus] ὑπερβολικῶς hoc dicit, ad augendam meretricis maliciam. Nam Deus omnia poteſt. Simili modo Circe ſuadens Vlyſſi, ut Charybdim maximè uitet, dicit eam adeò eſſe ſæuam & periculoſam, ut inde ne Neptunus quidem eripere ipſum ualeat. Sic enim inquit apud Homerum Odyſſeæ M.

„ ὀυ γάρ κεν ῥύσαιτό σ' ὑπ' ἐκ κακοῦ, ὀυδ' ἐνοσίχθων.

Vix illigatum te triformi] Ab hac Chymæra uix te Bellerophon, auxilio Pegaſi, liberabit. Conuenientiſsimè autem meretricem cũ immani & fœdo monſtro nunc confert. Nam Chymæra dicitur, quaſi Chymæron, id eſt, fluctuatio amoris, quam triplicem eſſe, ex Fulgentio refert Bocatius: Quia tres amoris ſunt actus, hoc eſt, incipere, perficere, & finire. Dum enim amor nouiter uenit, ut Leo feraliter inuadit. Quòd capra in medio fingatur, perfectio libidinis eſt, ea uidelicet cauſa, quòd animal ſit in libidinem ualde pronum. At uerò quòd poſtremò draco dicitur, quia poſt perfectionem uulnus det pœnitentiæ, uenenumq́; peccati.

THEOD. PVLM. } 5 Acinaces] ἀκινάκης, gladius Perſicus uel haſta. Acinacis, H.G.E.B. quod doctis parũ placet. 19 Laboras in Charybdi] —laborabas Charybdi, H.G.E. 23 Te triformi] Tetriformi, etiam Georg. Fabricius. 24 Chymæræ] Chymera, H.G.E.B.

ANT. MVRET. } 5 Vino & lucernis Medus acinaces Immane quantum diſcrepat] Ἀκινάκης, ait Iulius Pollux, περσικὸν ξιφίδιον τῷ μηρῷ προσηρτημένον. Heſychius autem, ἀκινάκης, δόρυ περσικόν, ξίφος. Idem etiam Suidas, idem incertus auctor libelli περὶ σχημάτων ῥητορικῶν. Si igitur omnium conſenſu, Perſarum geſtamen eſt, cur Horatius Medum, non Perſicum Acinacen uocat? nimirum, quia hoſte populos, propter ipſorum uicinitatem, antiqui ſcriptores plerumque confundere ſolebant. Sic Xerxen Iuuenalis Medum uocat:

„ Aut perfoſſus Athos, epotaq́; flumina Medo:

Quem tamen Perſam fuiſſe conſtat. & Catullus,

„ Cùm Medi irrupêre nouum mare:

Cùm tamen de Perſis propriè intelligat. ac illud ipſum bellum, quo profligatus eſt Xerxes, Iſocrates in panathenaico περσικὸν πόλεμον uocat: at Ariſtoteles τὰ μηδικά. cuius uerba è ſecundo libro πολιτικῶν libet recitare, ut, quoniam, niſi fallor, leuiter deprauata ſunt, quomodo emendanda uideantur, admoneam. Sunt igitur hæc: τῆς ναυαρχίας γὰρ ἐν τοῖς μηδικοῖς ὁ δῆμος αἴτιος γενόμενος, ἐφρονηματίσθη. ubi homo doctiſsimus Sepulueda ναυαγίας legendum putat: quod mihi quidem minimè probatur. legendum autem arbitror, ναυμαχίας: tum quia ſententia melior efficitur: tum quia Iſocratem eadem de re loquentem, hoc ipſo uerbo uſum eſſe uideo, in Panegyrico, οὐδεὶς δὲ πρὸς ὑμᾶς οὕτως ἔχει δυσμενῶς, ὅς τις οὐκ ἂν ὁμολογήσειε, διὰ μὲν τὴν ναυμαχίαν ἡμᾶς τῷ πολέμῳ κρατῆσαι. ταύτης δὲ τὴν ἡμετέραν πόλιν αἰτίαν γενέσθαι. & in Panathenaico, οἱ δὲ ἡμέτεροι Θεμιστοκλέα, τὸν ὁμολογουμένως ἅπασιν αἴτιον εἶναι δόξαντα, καὶ τοῦ τὴν ναυμαχίαν γενέσθαι κατὰ τρόπον, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ κατορθωθέντων. 6 Immane quantum diſcrepat] Simile exemplum citat Nonius in dictione Inſanũ, è ſecundo libro hiſtoriarum Salluſtij: Immane quantum animi exarsêre.

GEORG. FAB. } Deteſtatur primùm ebrietatem furioſam, exemplo publico nationis Thracum: deinde libidinem miſeram, exemplo priuato fatui adoleſcentis Locrenſis. Conuiuijs ſe intereſſe nolle dicit, niſi abſtineatur à rixis, tales enim ſunt barbarorum epulæ: amorem turpem fugiendum ſignificat, quia eo ſe expedire eſt difficilimum. Medus Acinaces] Ita correxit olim Aldus, alij pro gladio, alij pro haſta exponunt hoc uocabulum Medicum ſeu Perſicum, Acinacem nudum coluiſſe Scythas, ſcribit Lucianus: Sauromatas, Hiceſius ſcriptor antiquus: Hunnos, Marcellinus. Immanè quantum diſcrepat] Genus loquendi annotauimus in Phormionem, nunc alijs duobus exemplis probabimus. Cic. in Orat. Admirabile quantum inter omnes unus excellat. Minutius in Octauio. Permirùm quantùm (de poëtis loquitur) ueritati ipſi ſua auctoritate nocuêre. Ceſſat uoluntas] Non uoluptas, ut error ſæpius renouatus eſt. Vtitur ſuo more ἀναλογικῶς. Ceſſat uoluntas? nempe dicendi: uel uoluntas confeſsionis, hoc eſt, ſi amorem tuum fateri negas. Aliter intelligit Porphyrio, cum quo ſentire non poſſum. Quanta laboras in Charybdi] Exemplaria noſtra manuſcripta, Anhaltinum, Turingicum, Saxonicum. Quanta laborabas Charybdi, nec aliter in commentario Porphyrionis. Vix illigatum te triformi, Pegaſus expediet Chymæræ] Legitur &, Chymæra: item tetriformi, unica dictione, ut meretrix omnibus ſuis partibus turpis intelligatur, nempe monſtro multiplici ſimilis. Plinius fabulam de Chymæra uenuſtiùs explicat, quàm aut Fulgentius, aut Palæphatus. Libri iſtorum in manibus ſunt, & hoc genus annotationis carere debet uerboſitate. Scitè poëta nominat hæc duo loca, Charybdin Siculam, & Chymæram Lyciam, ut ſit ſatius, uel æſtu uoraginis abſorberi, uel crateris igne abſumi, quàm amare auaram, & procacem meretricem.

IOD. BAD. ASCENS. } Natis in uſum] Hæc Ode, quæ de uini modeſtia inſcribitur duo admodum graphicè & arguitè facit. Docet enim uinum immodicè ſumptum ad furorem, & bellicum tumultum incitare. Deinde ſecreta reuelare uſque adeò, ut quæ inter bibendum dicere, & ſuæ fidei concredere coëgerit tacere non poſsit: quod in ſe quidem depingit, ſed in alios animaduertit. Neque uerò tam intendit ab amore meretricio dehortari, quàm oſtendere, quàm non celare ſecreta poſſunt uino indulgentes. Ordo eſt. O ſodales] Id eſt, conuiuæ, qui mecum ſedetis in conuiuio. Pugnare] Id eſt, pugnas exercere. Scyphis] Id eſt, poculis quibuslibet. Natis] Id eſt, inſtitutis & inuentis, in uſum lætitiæ, quam Bacchus ritè potantibus confert, unde Aeneid. id eſt,

„ Adſit lætitiæ Bacchus dator & bona Iuno.

Eſt Thracum] Id eſt, moris Thracij, hoc eſt, id Thraces facere ſolent, qui Barbari ſunt, & immanes populi. Et ideo tollite] Id eſt, amouete à uobis. Morem Barbarum] Id eſt, Barbarorum. Et prohibete] Id eſt, procul habete, & arcete rixis. Sanguineis] Id eſt, ad effuſionem ſanguinis procedere ſolitis, Bacchum uerecundum, quia ſemper purum & uerecunde ſumendum. Quantum] Id eſt, ô quantum uel quantum putatis. Immane] Id eſt, immaniter Acynacis. Medus] Id eſt, enſis aut mucro Parthicus, ut quamuis alius. Diſcrepat] Id eſt, differt, uino & lucernes, quibus ad noctem potantes utuntur. Et Ion.] Quia plurimum diſcrepat. Leuite] Id eſt, mitigate & ſedate. Clamorem impium] Id eſt, ad pugnam prouocantem, & manete cubito preſſo ſcilicet ad latera, & non erecta manu ad ictum. Voltis] Si uultis. Me quoq;] Id eſt, etiã me. Sumere partem Falerni] Scilicet uini ex Falerno monte Campaniæ. Seueri] Id eſt, ueteris & ita ſeueri, quia nemini parcit, aut ſeueri, quia ſeuerè & modicè ſumendi, ſi nunquam id uideris, dicat frater Megillæ Opuntiæ Locrenſis, quæ cùm fratrem non nominet meretrix uidetur. Quo uulnere] Id eſt, amoris. Ipſe beatus] Id eſt, qui diues eſt, & ita amare fœliciter ſibi uidetur, & qua ſagitta ſcilicet cupidinis pereat? Ceſſat uoluntas, id eſt, nõ uult ipſe dicere? ego non bibam alia mercede, niſi uidelicet dixerit. Et ut ad hoc eum inducat blanditur, ut ſit inter potandum dicens. Quæcunq; uenus] Id eſt, amica (Eſt autem Tmeſis, id eſt, inciſio dictionis quæ te cunq;) domat, id eſt, ſubijcit ſibi te, ipſa. Adurit te ignibus] Id eſt, amorib. non erubeſcendis, id eſt, certo ſcio, quòd non niſi te dignam amas quæcunq; ea eſt. Et tu peccas ſemper amore ingenuo, id eſt, qui ingenuo congruat, id eſt, peccas quidem, quia meretricem amare peccatum eſt (quam habere Ethnici non ſatis ſeuerè prohibebant, ſed duntaxat amare) uerùm huiuſmodi peccatum non eſt tam turpe, ut ingenuitatem polluat. Age quicquid habes] Scilicet amorum, aut amicæ. Depone] Id eſt, tanquam depoſitum concrede, auribus ſcilicet. Meis tutis] Id eſt, fidelibus, & tute rem celaturis. Ad quæ blandimenta ille fingitur

poëta

poëtæ in aurem dixiſſe amicam ſuam. Qua audita, ut oſtendat poëta quàm non celare poſſunt, qui potant ſtatim exclamat. Ah miſer] Quem beatum iam dixerat. Quanta Charybdi] Id eſt, uorace meretrice, in qua non minus, quàm in Charybdi periclitâris. Laboras] Id eſt, cum labore uerſaris. O puer digne meliore flamma] Id eſt, amore aut amica, & paulò antè dixerat non erubeſcendis, &c. Quæ ſaga] Id eſt, uenefica, quæ ſe ſagam, id eſt, ſagacē & peritam dicit. Et quis magus] Id eſt, ſapiens incantator & ueneficus. Et quis Deus poterit te ſoluere] Scilicet uinculis amorum. Veneris Theſſalis] i. Philtro aut amatorio confecto ex herbis uenenoſis, quæ in Theſſalia plurimæ naſcuntur. Id enim promittunt ueneficæ unde Aeneid. 4. Quæ mihi reddat eum, uel eo me ſoluat amantem. De qua re in pharmaceutria plura uidentur. Vix pegaſus] Id eſt, equus alatus & uolare ſolitus, in quo Bellerophontes Chymæram domuit, uix, id eſt, cum ſumma difficultate. Expediet] Id eſt, liberabit te. Illigatum Chymæra] Scilicet monſtro in Lycio. Triformi] Id eſt, habenti treis formas, & totidem capita, hoc eſt, hac meretrice, quæ Chymæræ naturam habet, eſt enim ſerpentinis uenenis, leonina feritate, & caprino fœtore infecta, flāmas immundi amoris undiq; euomens.

ANT. MANCIN.} Vigeſimaſeptima Ode ſodales hortatur ne uino rixentur, ut Thraces agunt, uerùm benignè & hilarè conuiuia celebrent. Oſtendit poſtea meretricio amore illigatū maximè laborare, uixq; diſſolui poſſe re ulla. Huius autem Odes ſenſum ab Anacreonte poeta ſumpſiſſe Porphyrio edocet. Natis in uſum lætitiæ Scyphis] Ode eſt tricolos tetraſtrophos, eſt enim ſimilis nonæ. Scyphis] Scyphus Herculis poculum erat, ita ut Liberi patris Cantharus, de quo Mac. lib. 5. Sat. & nos latiùs in epodo. 6. Thracum eſt] Thraces enim nimio uino truces ſunt, de his etiam Ode 18. latiùs dictum eſt. Barbarum morem] Id eſt, ſæuum. Verecundum Bacchum] Quo uerecunde utendum eſt. Vino & lucernis] Id eſt, à conuiuio & lucernis, quibus in conuiuiis utebantur Virg. lib. 1. De Didonis Conuiuio.

„ Pendent lichni laquearibus aureis.

Incenſi & noctem flammis funalia uincunt. Medus.] Acinacis enim, ut aiunt, dicitur gladius militaris lingua Parthorū uel Medorum, quod etiam Porphyrio innuit, hic tamen pro quocunq; gladio ponitur. Immane] Pro immaniter, id eſt, ſæuè & crudeliter. Diſcrepat] Differt, diſſentit, diſcordat. Lenite] Mitigate, placate, mulcete. Sodales dicti ſunt, quòd una ſederent, ut eſſent, quod Feſtus ait. Preſſo] De preſſo & demiſſo. In cubito] Scilicet non autem elato ad pugnam, cubabant autem antiqui ueſcentes & cœnantes, ait n. Valerius de inſtitutis antiquis: Fœminæ cum uiris cubantibus ſedentes cœnitabant. M. Tullius lib. 6. epiſtolarum. Accubueram hora nona, quum ad te literarum exemplum in codicillis exaraui. Item infra Eutrapelum Cytheris accubuit. Seueri] Veſtiſſimi. Opuntiæ Megillæ] Id eſt, Locrenſis. Locri autem ciuitas eſt in magna Græcia iuxta Adriaticū pelagus, ut ſcribit Ptol. lib. 3. Plinius item lib. 3. Quòd à Locris Italiæ frons incipit magna Græcia appellata. Dionyſius ſcribit Locros olim in Italiam ex Attica ueniſſe, ubi ciuitatem condidêre, quam ſuo nomine appellarūt. Stra. lib. 6. ſcribit Locridis oram eſſe prope Phocidem in Attica è regione Euboeæ: quorum aliqui Opuntij dicebantur à ciuitate Metropoli, ex qua natum eſſe Patroclum teſtatur Homerus. Et Aiax Locrus Opuntiorum regnum obtinebat: aliqui uerò. Ozolæ nominabantur] Id eſt, odoris mali, &c. Idem Stra. lib. 9. ait, quòd Ephorus fallitur, quum dixit Locros Italos ab Opuntijs deſcendiſſe, quoniam è Locris Chryſeum habentibus ſinum coloni in Italiā profecti ſunt Euanthe ductore. Horatius tamen cum Ephoro ſentit hoc loco. Quo beatus] Scilicet, id eſt, cuius amore fœliciter ardeat. Ceſſat] Id eſt, dicere abnegat. Quæ te cunque domat] Id eſt, amica. Domat te] Id eſt, iugo ſubijcit. Propertius in principio.

„ Et caput impoſitis preſſit amor pedibus. Item lib. 2.
„ Inſtabat ſemper amor ſupra caput inſtat amanti,
„ Et grauis ipſe ſuper libera colla ſedet,
„ Non erubeſcendis, non pudendis, & turpibus.

Hinc ait Phædra Hippolyto.

„ At bene ſucceſſit digno quòd adurimur igne:
„ Peius adulterio turpis adulter obeſt.

Id aūt poeta dicit, quo illum magis hortetur manifeſtare. Ingenuo amore] Id eſt, libero & nobili nō ſeruili. Ingenuus enim eſt, cui ex natiuitate cōpetit libertas: nec eſt factus liber, ſed natus, de quo legito inſtitutiones Iuſtiniani de ingenuis. Tutis] Secretis & fidis. Ah miſer] Poſtquā ille amorem ſuū poetæ manifeſtârat Horatius eū miſerans ita erupit. Quanta laborabas] i. quanto diſcrimini exponeris & rapinæ, comparat enim meretriciā rapinam uoraci mari. Saga] Sagæ inquit Nonius dicuntur fœminæ ad libidinē uirorum indagatrices, unde ſagaces canes dicuntur, ferarum uel animalium quæſitores. Lucilius.

„ Aetatem & faciem, ut ſaga & bona conciliatrix.

Turpilius. Non ago hæc per ſagā precio conductā, ut uulgò ſolent. Acrō dicit, quòd ſaga eſt incantatrix & malefica dicta, quòd ſatis agat. Feſtus ait ſaga quoq; dicitur mulier ſacrorum, & ueri ſapiēs. Magus, μαγεία incantatio, μάγος incantator. ſ Perſarū lingua ſapiens dicitur. Theſſalis uenenis ſoluere] Carminib. enim & ueneficijs, uel inferre, uel expellere hominib. mala ſolebant. Pegaſus] Ex Meduſæ ceruice & gutture exceſſo Pegaſus alatus equus profiluit, qui longo poſt tēpore, quū potaret in Pyrene fonte exiſtente infra uerticē Acrocorynthi montis Peloponneſi haud affluētes aquas habenti, cæterum perſpicuas ad imū potuiq; ſuauiſſimas à Bellerophonte deprehenſus fuiſſe dicitur. Vulgatū eſt etiā Caballinū in Helycone fontē erupiſſe, quū ſubiectā ibi rupē feriret ungula. Hæc ex Stra. lib. 8. Ouid. quoq; lib. 4. Meta. ex Meduſæ cruore Pegaſum natū ſcribit. Heſiodus aūt in Theogonia ſcribit, Pegaſum dictum, quòd iuxta Pegas. i. fontes Oceani natus ſit. Solinus docet, quòd in Aethiopia ales eſt Pegaſus, ſed hæc ales equinū nihil præter aures habet. Pli. lib. 10. ita inquit. Pegaſos equino capite uolucres & Gryphas auritos aduncitate roſtri fabuloſos reor. Illos in Scythia, hos in Aethiopia. Hyginius ſcribit Aratū dixiſſe Pegaſum Neptuni & Meduſæ Gorgonis filiū, eo dicunt uſum eſſe Bellerophontē, quum deuicit Chymærā: quā Heſiodus in Theogonia tria habere capita dixit: Vnum Leonis, aliud ipſius Chymæræ, aliud Draconis, quin & anterius Leonem, poſter. ut Draconem, medio autem capram eſſe, & Ouid. lib. 10. inquit.

„ Quoq; Chymæra iugo medijs in partibus hircum,
„ Pectus & ora leæ caudam ſerpentis habebat.

Addit ulterius Heſiodus illā per ſingula capita ignē efflare ſolitā. Solinus aūt ſcribit, quòd in Lycia mons eſt Chymæra nocturnis æſtib. ignē fumidū exhalans: unde fabula triformis monſtri in uulgū data eſt, quòd Chymæram animal putauerint, præterea χίμαιρα capella interpretatur, χίμαρος uerò hircus. Triformi Chymæræ] i. meretrice doloſa & fraudib. plena, ut Chymæra flammis, de Bellerophonte autem latiùs diximus in Sat. 10. Iuue. Latiſ. imò uerò Hom. lib. 9. Iliad. de Bellerophonte & Chymæra ſcribit.

ODE XXVIII. AD ARCHITAM.

Προσαγορευτική.

Ode XXVIII. Dicolos diſtrophos, ut: Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen.

— ∪ ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ ∪ — —

— — — ∪ ∪ — — — —

ARGVMENTVM IN ODEN XXVIII.

Architam Tarentinum Geometram & Aſtrologum nobiliſſimum inducit, à nautis petentem, ut cadauer ſuum, quòd è naufragio in littus eiectum erat, ſepeliant. Id enim facilè & pium eſſe quandoquidem mors omnibus eſt communis, heroibus & priuatis,

priuatis, doctis pariter atq; indoctis, quanquam diuerſa ratione, nam hoc melior doctorum conditio, quod immortalis ſit eorum fama, ſe uerò in ſinu Illyrico per tempeſtatem periiſſe.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Ex medio naturæ curſu ſumptum eſt hoc carmen, indicans omnibus ſemel eſſe moriendum. Scribitur ad Architam Philoſophum Pythagoricum, quem conſtat naufragio periiſſe. Huius ex Proſopopœia reſponſio talis eſt, quæ planè doceat in quam conditionem homines ſint nati.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Architæ Aſtrologo & Geometræ peritiſſimo ſcribens, probat exemplis, neminem neq; eruditione, neq; generis nobilitate, neque prudentia, neq; uiuacitate mortem effugere poſſe: Cui ille per proſopopœiam reſpondens, dicit, omnibus moriendum cuiuſcunque ſint conditionis, uel ætatis. Poſtea nautas rogat, ut cadauer ſuum, quod in littore Illyrico inhumatū iacebat, ſepeliant.

COMMENTARIA.

TE maris & terræ, numeroq; carentis arenæ
Menſorem cohibēt, Archita,
Pulueris exigui prope littus parua Matinum
Munera: nec quidquam tibi prodeſt
Aërias tentaſſe domos, animoq; rotundum
Percurriſſe polum morituro.
Occidit & Pelopis genitor, conuiua deorum:
Titonúsq; remotus in auras:
Et Iouis arcanis Minos admiſſus: habentq;
Tartara Panthoiden, iterum Orco
Demiſſum: quamuis clypeo Troiana refixo
Tempora teſtatus, nihil ultra
Neruos, atque cutem morti conceſſerat atræ:
Iudice te, non ſordidus auctor
Naturæ, uerìq;. Sed omneis una manet nox,
Et calcanda ſemel uia lethi.
Dant alios Furiæ toruo ſpectacula Marti:
Exitio eſt auidis mare nautis.
Miſta ſenum, ac iuuenum denſentur funera: nullū
Sæuo caput Proſerpina fugit.
Me quoq; deuexi rapidus comes Orionis
Illyricis Notus obruit undis.
At tu nauta uagæ ne parce malignus arenæ
Oſsibus, & capiti inhumato
Particulam dare. ſic, quodcunq; minabitur Eurus
Fluctibus Heſperijs, Venuſinæ
Plectantur ſyluæ, te ſoſpite: multaq; merces,
Vnde poteſt, tibi defluat æquo
Ab Ioue, Neptunoq; ſacri cuſtode Tarenti.
Negligis immeritis nocituram
Poſtmodò te natis fraudē cōmittere, fors &
Debita iura, uicesq; ſuperbæ
Te maneant ipſum. precibus non linquar inultis:
Teq; piacula nulla reſoluent.
Quanquàm feſtinas, non eſt mora longa, licebit
Iniecto ter puluere curras.

ACRON.

TE maris & terræ, numeroq; carentis arenæ] *Metrū primo uerſu heroicum. Secundus heroicus tetrameter. Hæc Ode in τῦ προσωποποιΐας formata eſt, inducitur enim corpus naufragi Architæ Tarentini ad littus expulſum, conqueri, de iniuria ſua, & à prætereuntibus petere ſepulturam. Qui Archita Pythagoricus fuit, Geometriæ & Aſtroſcopiæ peritus. Pythagorici autem omnia numeris conſtare dicūt. Ad eius ergo conſolationem, etiam famoſos & dijs oriundos, coniunctosq; homines perijſſe commemorat.* Numeroq; carentis arenæ] *Vt eſt: Quem qui ſcire uelit Lybici uelit æquoris, idē.*

» *Diſcere quàm multæ Zephyro turbentur arenæ.*

Menſorem terræ] *Geometram.* Cohibent] *Continent.* Prope littus parua Matinum munera] *Matinus mons Apuliæ iuxta quem Archita ſepultus eſt, ſiue ut quidā uolūt, plana Calabriæ.* Nec quidquam tibi prodeſt] *Id eſt, nihil tibi profuit ad mortalem conditionem, per Phyſicæ diſciplinam, rationem cœli & ipſas rerum perſcrutatum eſſe naturas, ut,*

» *Quid labor aut bene facta iuuant?*

Occidit & Pelopis genitor] *Tantalus Pelopis pater epularū ſcelere deorū conuiua, à quib. pro funeſtis filij dapibus pœna mulctatus eſt, de qua Virg. in 6.*

» *Lucent genialibus altis.*
» *Aurea fulcra thoris, epulæq; ante ora paratæ.*
» *Regifico luxu furiarum maxima iuxta*
» *Accubat, & manibus prohibet contingere menſas.*

Tithonusq; remotus in auras] *Tithonū Laomedontis filium, Auroræ maritum in auras receptum hoc eſt, mortuum dicit. Virg.*

» *Te potuit lachrymis Tithonia flectere coniunx.*

Et Iouis arcanis Minos admiſſus] *Aut quòd ſe Minos prædicabat cū Ioue colloqui, & ex conſilio eius cuncta agere: aut Iouis arcanis, hoc eſt, Plutonis, à quo inſtitutus eſt iudex pro recordatione iuſtitiæ, ut Virg. in 6.*

» *Quæſitor Minos urnā mouet.* Iterū Orco] *Nūc Pythagorā ſignificat, qui pdicauit ſe apud Troiā Euphorbū Panthoi filiū fuiſſe, qui interfectus à Menelao iterū reuixit, factus Pythagoras, idq; eū cognouiſſe agnito clypeo, quē in tēplo Euphorb. fixerat. Hic ante & in Hom. dicitur renatus, poſtea in pauonē, poſtremò in Ennium poëtā, & ideò dicit eum neruis atq; cute mortuū, anima diu uixiſſe.* Iterum] *Quia ſæpe mortuus eſt trāſeunte anima eius in alios.* Demiſſum] *In inferiora de ſuperiorib. dicitur, ut Virg. in 2. Aeneid.*

» *Demiſêre neci, nunc caſſum lumine lugent.*

Clypeum] *Per Clypeū.* Tempora teſtatus] Ordo eſt: *Teſtatus Troia tēpora refixo clypeo, te iudice nō ſordidus autor naturæ & ueri, nil ultra neruos atq; cutē cōceſſerat atræ morti.* Nil ultra] *i. quāuis nō ſit mortuus, niſi tantū neruis & cute.* Teſtatus] *i. recordatus Troi. tēporū refixo clypeo.* Et calcanda ſemel uia leti] *Intranda, ut eſt,*

» *Ibant obſcuri ſola ſub nocte per umbram, & alibi:*
» *Sed reuocare gradum ſuperaſq; euadere ad auras:*
» *Hoc opus, hic labor eſt.*

Dant alios Furiæ] *Ait diuerſis generibus quidē, ſed una morte ſingulos perire.* Spectacula Marti] *Eo quod in ludū Martis per bellicum præcipitantur furorem.* Auidum mare] *Vorax quod demerſos ſorbeat.* Miſta ſenum & iuuenum denſentur funera] *Multitudo morientium totius ætatis, ut:*

» *Matres atq; uiri, defunctaq; corpora uita.*
» *Magnanimûm heroum, pueri, innuptæq; puellæ.*

Nullū ſæua caput. Proſerpina fugit] *Quod oēs ſuſcipiat, quam nullus euadat. Figura eſt ὑπαλλαγή. fugit Proſerpina, pro fugiūt Proſerpinā, ut illud: Stant & oues circū, noſtri nec pœnitet illas, pro nos illarū non pœnitet.* Deuexi] *In deuexa parte cœli poſiti. Virg.*

» *Cōuexa polus dum ſidera paſcet.*

Rapidus comes Orionis] *Ortus enim & occaſus Orionis tēpeſtuoſi ſunt, ideo & comitem eius notū uentum dixit, ut Virg. in Aeneid.*

» *Cùm ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion,*
» *In uada cæca tulit.* At tu nauta] *Hìc quaſi Architā ponit precari nautā, ne remaneat inſepultus, ſed iam arenā inijciat. nam & in ſacris hoc genus ſepulturæ tradebatur, ut ſi non obrueretur, manu plena ter iacta terra cadaueri, pro ſepultura eſſet, ut:*

» *Aut tu mihi terram inijce namq; potes.* *Ideo etiam particulā arenæ dixit.* Ordo eſt. At tu nauta ne parce malignus dare particulā uagæ arenæ oſſib. & inhumato capiti: *ſic plectātur Venuſinæ ſyluæ, quodcūq minabitur Eurus Heſperij fluctib. & cætera.*

Venuſinæ]

Venuſinæ] *Venuſium ciuitas eſt Apuliæ, confinis Lucaniæ, cuius ſyluas, quia immenſæ ſunt, pro quibuſcunq; poſuit. Admonet ergo, ut etiam ſi tempeſtas ſit, quæ tales ſyluas flectat, ne omittat ſepeliendi curam.* Multaq; merces, Vnde poteſt tibi defluat æquo ab Ioue] *Hoc eſt, ne attentus ad lucrum, omittas ſtudium iuſta ſoluendi.* Neptunoq; ſacri cuſtode Tarenti] *Neptunus apud Tarentum deuotius colebatur, uel quia in Neptuni tutela dicitur fuiſſe, uel quia Neptuni filius Phalantus apud Tarentum Herculi & Neptuno templa conſtituit, ut fortiter per fauorem Herculis faceret, per Neptunum feliciter ageret.* Negligis] *Deeſt ſi.* Fraudem committere] *Seu ſtudio commercandi fraudem, quæ redundet in poſteros, capias: ſiue certè inhumati piaculum eius filios lædat, & ne longum putaret, etiam ipſum delicti ſubiturum pœnas minatur.* Committere] *Deeſt ſcias.* Maneant] *Expectent.* Precibus non linquar inultis] *Vltionem precibus ſuis dandam promittit.* Teq; piacula nulla reſoluent] *Hoc eſt, nullis hoſtijs expiaberis. Piacula enim dicebantur, quibus facinus expiabatur admiſſum.* Non eſt mora longa] *Vt Virg.*

,, *Hic tibi, ne qua moræ fuerint diſpendia tanti.*

Vt excuſationem arceat, dum ne morſum quod cœperat oſtendit. Iniecto ter puluere] *Vt:*

,, *Manes magna ter uoce uocaui.*

Te maris & terræ] *Hæc Ode de Proſopopœia formata eſt, inducitur enim corpus naufragi Architæ Tarentini in littus expulſum, conqueri de iniuria ſua, & petere à prætereuntibus ſepulturam. Hic autem Architas Pythagoricus fuit, qui meritò Geometriæ peritus dicitur, quia Pythagorici omnia conſtare numeris credunt.*

Matinus] *Mõs ſiue promontorium eſt Apuliæ, iuxta quod Architas ſepultus eſt.* Nec prodeſt quidquam] *Nil prodeſt tibi aduerſus conditionem mortalitatis, quòd rationem naturæ rerum & ipſum cœlum ſis perſcrutatus.* Occidit & Pelopis genitor] *Tantalus ſcilicet. Hæc autem ad ſolatium mortis dicuntur.*

Tithonusq; receptus in auras] *Id eſt, terris exceſſit, ac per hoc mortuus eſt.* Minos] *Minos Cretenſium rex prædicabat ſe cum Ioue colloqui, & conſilio eius cuncta agere.* Panthoiden] *Nunc Pythagoram ſignat, quia prædicauit ſe ad Troiam Euphorbum Panthoi filium fuiſſe, interfectumq; à Menelao, iterum reuixiſſe, & factum Pythagoram, id cognouiſſe, agnito clypeo, quem Euphorbus habuerat.* Nihil ultra Neruos atq; cutem Dare iudice te, non ſordidus autor, ueriq;] *Affirmante Pythagora, non eum mentitum naturam rerum cuius autor extitit.* Me quoq; deuexi rapidus Comes Orionis Illyricis notus obruit undis] *Notum eſt ortu & occaſu Orionis tempeſtates concitari: Notũ uentum comitem Orionis dicit, quod cum Orione ortus eſt, Deuexum autem Orionem. ut Virgil.*

,, *Conuexa polus dum ſidera paſcet,*

Id eſt, in deuexo cœlo poſitum. Nullum ſæua caput Proſerpina fugit] *Nullum Proſerpina timet, ac per hoc neminem exceptum habet.* At tu nauta uagæ ne parce malignus arenæ] *Ad prætereuntes nautas Architam ſe conuertiſſe fingit.* Venuſinæ plectantur ſyluæ] *Venuſia colonia inter Lucaniam & Apuliam, poëtæ patria. Vnde ſyluas Venuſinas pro quibuslibet poſuit. Plectantur autem, luant, atq; experiantur.* Neptunoq; ſacri cuſtode Tarenti] *Cuſtodem Tarenti Neptunum ait, quia præcipue Neptunus ibi colitur.* Negligis immeritis nocituram] *Negligis, id eſt, fraudem committere facilè eſſe putas, atqui hæc expetent in eos, qui ex te nati ſunt, id eſt, filios tuos.* Teq; piacula nulla reſoluent] *Id eſt, nullo modo expiabit hoc ſcelus, quod in me admittis.*

Forſet debita iura, uiceſq; ſuperbæ, Te maneant ipſum] *Vices ſuperbæ, pœnæ intelligendæ, quas ſuperbis factis illum paſſurum precatur.* Non linquar] *Id eſt, preces meæ efficient, ut ultionem huius rei perſoluat, quòd piaculum in me admittas.*

CHRISTOPH. LAND.} *Ode dicolos, & metrũ primo uerſu Heroicum hexametron, ſecundo heroicum tetrametron. Hortatur homines ad bonas artes acquirendas. Nam quamuis docti, indoctiq; pariter moriantur, tamen hoc meliori cauſa ſunt docti, quòd poſt mortem uiuunt fama. Sententia grauis & ex medijs philoſophia deprompta. Citat primum Architam Tarentinum Pythagoreum philoſophum, qui in littore ſepultus maiorem à nauigantibus ſepulturam peteret. Architas Tarentinus Pythagoricus nobiliſsimus fuit. Hic Platonem cum à Dionyſio necandus eſſet per epiſtolam eripuit, ut ait Laertius.* Admirationi habitus eſt in omni uirtutum genere. *Septies ſuæ ciuitati præfectus eſt, cùm cæteri pluſquàm annũ imperare lege prohiberentur. Refert autem Ariſtoxenus exercitum Tarentinorum ſub hoc duce nunquam fuiſſe ſuperatum, & cum aliquando inuidiæ cedens ſeſe imperio abdicaſſet, exercitus in hoſtium ditionem uenit.* Te maris & terræ] *Id enim eſt Geometra.* Numeroq; carentis] *Sic & Virg.*

,, *Quem qui ſcire uelit Libyci uelit æquoris idem*

,, *Diſcere quàm multæ zephyro turbentur harenæ.*

Menſorem] *Quia in Arithmetica & Geometria peritiſsimus fuit.* Parua munera] *Paruum ſepulchrum, quod munus & officiũ mortuis uiuentes præſtant.* Littus Matinum] *Alij Apuliæ montem, alij plana Calabriæ dicunt. Cùm autem dixit menſorem maris & terræ, expreſſit ipſum nomẽ. nã Geometria eſt* [illegible] *id eſt, terra* [illegible] *id eſt, menſura. Aiunt autem Geometriam primùm apud Aegyptios repertam. Nam cùm ſingulis annis Nilus inundans, ita limo omnia coæquaret, ut abeunte deinde illo, lites de agris, quoniam nullus terminus appareret, exorirentur, cœpti ſunt agri per lineas & menſuras diuidi, & adnotari. Curaq; Sacerdotum ea erat. Hi ergo huius artis authores fuerunt, quæ deinde à Pythagora ad Græcos eſt translata.* Aereas tentaſſe domos] *Quia & Aſtrologiæ ſcientiſsimus fuit. Ergo domos aëreas, id eſt, cœlum & ſydera. Virgilius.*

,, *Panditur interea domus omnipotentis Olympi.*

Morituro] *Quaſi dicat, non fuerat tantopere laborandum, ſi tibi erat nihilominus moriendum.* Occidit] *Reſpondet pro Archita. Sententia eſt, cùm mors ſit communis omnibus nec ſint ſoli docti, qui moriantur, ſed etiam magni reges, & qui multum laboris, ut imperium obtinerent ſuſceperunt, non eſſe recuſandum labores, ut doctrina acquiratur, cum ipſa dignior ſit, quàm imperium.* Genitor Pelopis] *Tantalum intelligit, hic filius Iouis fuit ex Plotide Nympha, & rex Phrygum Erichtheo Athenis regnante. Deos in conuiuium recepit, & illis Pelopem filium epulandum poſuit. Diodorus dicit illum in Paphlagonia habitaſſe, opibusq; & gloria fuiſſe inſignem, & patri Ioui adeò familiarem, ut omnia illius arcana teneret. Verum ille more hominum tantam fortunam ferre neſciret, & hominibus deorum arcana manifeſtauit, quo flagitio ad inferos detruſus ea pœna, ut uſq; ad mentũ irſurgant aquæ, & in labia uſq; dependant poma, & tamen in magna ſiti atq; fame, neq; bibere, neq; eſſe poſsit.* Minos] *Iouis & Europæ filius, leges Cretenſibus dedit, ſeq; prius in antro recondidit, & cum Ioue loqui finxit, ut populo ſuaderet ſe ex Iouis uoluntate omnia gerere. Iuſtitia inſignis fuit, & in re militari, primusq; bellum nauale exercuit. Sed propter iuſtitiam homines finxerunt poëtæ ipſum apud inferos iura dare.* Iouis arcanis] *Siue quia, ut dixi, de Iouis ſententia leges tuliſſet, cùm illius arcana nouiſſet. Siue Iouẽ pro Plutone poſuit, à quo inſtitutus ſit iudex apud inferos. Nam pro Plutone Iouem poni teſtatur Virgil. ſic*

,, *Sacra Ioui Stygio quæ ritè incœpta paraui.*

Ergo Ioui, id eſt, Plutoni. Panthoiden] *Refert Acron, Porphyrionq; Pythagoram dixiſſe animam, quæ in eo erat, in bello Troiano fuiſſe in Euphorbio Panthoi filio, & à Menelao interfecto, indeq; migraſſe in Homerum, & ab eo in ſe. Addunt poſtremò quòd à Pythagora in Pauonem uenerit, & à Pauone in Ennium unde & Perſius. Quintus Pauone ex Pythagoreo. Laertius autem ſcribit ſe apud Heraclitum Ponticum legiſſe Pythagoram de ſe dicere ſolitum, quandoq; Aethalidem fuiſſe, qui Mercurij filius putaretur, & à Mercurio admonitum, ut quicquid uellet præter immortalitatem peteret, petiſſe, ut omnium cõtingentium uiuus, mortuusq; meminiſſet, idq; ſibi contigiſſe, ac longo tempore poſt in Euphorbium ueniſſe, & in Troiano bello à Menelao fuiſſe interfectum.* Et Euphorbium] *Euphorbius aũt dixit, ſe aliquando Aethalidem fuiſſe, & à Mercurio accepiſſe, ut lõga circuitione uagaretur, et in quas uellet aut arbores, aut animãtes migraret. Sed mortuo Euphorbio migrauit in Hermotimũ ſua anima, qui & ipſe cum fidem uellet facere,*

erre, ingreſſus Apollinis fanum oſtendit clypeum iam putrefactũ, & cuius ſola duraret eburna facies, quo in bello Troiano uſus fuerat. Mortuo Hermotino in Pyrrhum Delium piſcatorem migrauit, qui memorauit Aetalidem Euphorbium & Hermotinum fuiſſe, ac poſtremo ſe eſſe factum Pythagorã. Panthoiden] Euphorbiũ Panthoi filium, iterum, nam prius cum Aetolides fuiſſet, & nunc cum Euphorbius. Teſtatus tempora Troiana] Id eſt, tempore Troiani belli, refixo, clypeo, id eſt, auulſo, ut paulò antè dixi. Et cũ oſtenderet per clypeum ſe interfuiſſe bello Troiano teſtabatur, id eſt, teſtimonio clypei comprobabat, quòd ipſe nihil morti conceſſerat. Vltra neruos & cutem] Id eſt, ultra corpus, quia ſolum corpus perierat, animus autem immortalis manſerat. Cutem in homine ſolo dicimus, pellem uerò in brutis Iuuen. Et duram pro cute pellẽ. Iudice te non ſordidus author] Nam etiam Archytæ iudicio (qui Pythagoreus fuit) omnia eſſent Pythagoræ cõcedenda in his, quæ ad inueſtigandum naturam pertinerent. Nam tanta fuit authoritas Pythagoræ apud ſuos, ut ſatis his eſſet dicere, ille dixit. Non ſordidus] Sed nobilis. Sordidus enim pro ignobili ponitur: Sed de hoc in inferioribus. Naturæ ueri] Id eſt, ueritatis quæ eſt in natura. Vna nox] Id eſt, non diſsimilis nox, id eſt, mors Virg.

„ In æternam clauduntur lumina nocte.

Furiæ] Elegantiſsimè & ueriſsimè: nam niſi furore perciperentur humanæ mentes, neq; de imperio, neq; de diuitijs ferro certarent homines, ſed de iure diſceptarent: Nam uis ferarum eſt, oratio hominis. Ergo increpat homines, qui ad bella non coacti deſcendunt. Toruo] Conueniens epithetum eſt Marti, & Deum pro bello cuius ipſe Deus eſt, poſuit. Spectacula] Ludos, nam cædes ea uoluptate ſpectat Mars, qua nos ludos ſpectare ſolemus. Spectaculum autẽ & ludos qui ſpectantur, & locum ubi ſpectantur, & cœtum illorũ, qui ſpectant ſignificat. Auidis] Cupidis & auaris. nam niſi auaritia traherentur, periculis ſe nequaquam exponerent. Quamobrẽ & ambitioſos, & auaros per tranſitum carpit. Mixta ſenum] Varijs ætatibus, & uarijs generibus mortis pereunt homines, ſed tamẽ omnes pereunt. Sæua Proſerpina nullum caput fugit] Hypallage eſt, id eſt, nullum caput fugit Proſerpinam, id eſt, mortem. Ponit enim deam inferni & defunctorum pro morte. Proſerpina autẽ filia Iouis ex Cerere fuit, quæ dum in Sicilia flores legeret, à Plutone ad inferos rapta, & in coniugem aſſumpta eſt. Sed ut ait Euſebius Pamphilius, Proſerpina, quam Græci Perſephonen nominãt, uis ſeminum eſt, quam Pluto, id eſt, inter[illegible] uis ſolis ad ſe rapit, hæc etiam φερεφάττα à Græcis dicitur. Me quoq; deuexi rapidus comes Orionis] Notus meridianus uẽtus. Comes Orionis] Quia Orion in ortu ſuo uentos, pluuias, & tempeſtates gignit. Virg.

„ Nimboſus Orion:

Orion ſignum cœleſte eſt ante tauri ueſtigia, ſic Græcè ab aquarũ inundatione dictus, quòd eius tempore hyemis habet ortum, & mare ac terras tempeſtatibus turbat: ὀρίνω enim turbo & concito ſignificat. Latini iugulam dicunt, quòd ſit ut armatorum gladius ſtellarum fulgore terribilis, hic ſi fulget ſerenitatem, ſi obſcuratur tempeſtatem ſignificat. Heſiodus hunc Neptuni filium dicit, eiq; à patre datum, ut ſuprà fluctus quemadmodum ſupra terram ambulare liceret. Sed illum Oenopion, quia filiam ſuam uitiarat excæcauit, & à ſuis finibus pepulit. Orion autem in Lemnum profectus à Vulcano equũ accepit, quo ad ortus Solis uectus lumina à ſole recepit: inde in Oenopionem conuerſus eſt, ſed cum non poſſet eum inuenire, in Cretam profectus immodicè uenatione utebatur, & cùm à Diana corriperetur, minatus eſt, ſe nullam feram relicturũ. Quapropter tellus ſcorpionẽ produxit, cuius morſu Orion periret. Hoc fingunt oriente cœleſti ſcorpione, ſignũ Orionis occidit. Sed redeo ad fabulam, qua à Ioue ob uirtutem in aſtra relatus dicitur. Habet ſtellas in capite claras tres, in ſingulis humeris ſingulas claras, in dextro cubito obſcuram unam, in eadem manu unã, in zona tres, in gladio, quem manu gerit tres, in ſingulis genibus ſingulas Nec tamẽ deſunt fabulæ, quæ illum Iouis Neptuni & Mercurij filium uelint. Aiunt enim ab Hyreo ſene liberaliter hos deos acceptos iuſsiſſe, ut peteret quod uellet, et illũ petiſſe, ut cùm iam prima defuncta uxore aliam ducere nollet, darent filium ſine matre, deoſq; tauri, quem illis immolauerat coriũ urinæ oppleuiſſe, & humi defodi ad decẽ uſq; menſes iuſſerunt, ac exactis decem menſibus Orionem inde in lucem ueniſſe dicunt, comitemq; Dianæ fuiſſe, & omnes feras perdere ſtatuiſſe. Terram uerò iratam immiſſo ſcorpione eum perdidiſſe. Dianam autem inſidijs tranſtuliſſe una cum cane ſuo, quem Syrium uocant. Poëta noſter alibi à Diana illum occiſum ſagittis dicit, quia eius complexum optauerat. Lucanus non ſagittis, ſed ſcorpione immiſſo, ab ea cæſum ſcribit. Alij Oenopionis filium hunc uolunt immenſæ proceritatis hominem & uenatorem. Sed quia filiam Oenopionis uiolaſſet, ab eo fuiſſe occæcatum, ſed ab oraculo iuſſum, ut per pelagus ita ad orientem tenderet, ut ſemper oculorum concauitates radij ſolares ſubintrarent. Acceſſit itaq; ad Cyclopas ipſorũ fabricantium ſonitum audiens ducente ſene, & ab uno eorũ humeris impoſitus iuſſa oraculi peregit, luminaq; recepit. Erat Oenopiõ Siciliæ rex, & eius filius Orion, per quietẽ à Venere accepit, ut eam cui primum obuiã fieret amplecteretur. Itaq; de antro ſurgens obuiauit Candiopæ ſorori, quæ & ipſa uenatrix erat, & ex ea Hippologũ genuit. Mox à patre exul factus cũ Candiope, & filio in Thraciam nauigauit, ubi ſubactis incolis Neptuni filius eſt habitus. Deuexi] Quia in diuexa parte cœli eſt. Illyricis undis] Illyrico ſinu, qui Adriatici maris pars eſt ab Illyria denominatus colpus, id eſt, ſinus Venetiæ appellatur. At tu nauta] Alloquitur prænauigantem, oratq; ut ſibi tumultuantem tumulum ſine impenſa faciat. Neq; parce] Id eſt, abundè utitur harena ad ſepulchrũ. Nam parcere dicimus, uel omninò abſtinere, uel modicè uti. Virg.

„ Parce metu Cytherea, Inde parſimonia. Huius uerbi præteritum eſt peperci, ſed priſci etiam parſi. Parcus autem unde uerbum uidetur eſſe, ſecundum C. Baſſum dicitur, quaſi par arcæ, quia ſua ita cuſtodiat ut conſeruat arca, quæ in illa ſunt. Gellio autem uidetur, quòd parcus ab eo quòd paruum, paruumq; ſit dicatur. Maligna] Non omninò malignum affirmat, ſed qui ſit futurus malignus ſi parcat. ſic Virg.

„ Ni fruſtra augurium uani docuêre parentes,

Id eſt, qui eſſent uani fruſtra docuiſſent, & Iuuen.

„ Conſilium laudo artificis ſi munere tanto,

„ Præcipuam in tabulis ceram ſenis abſtulit orbi.

Id eſt, qui fuiſſet artifex ſi abſtuliſſet. Oſsibus & capiti] Id eſt, corpori. Maximè autem hoc illum optare inducit poëta, quia animæ, quorũ corpora ſepulta non eſſent ab Acheronte non tranſportabantur. Virgil.

„ Hæc omnis quam cernis inops, inhumataq; turba eſt,

„ Nec datur horrendas ripas, nec rauca fluenta

„ Tranſportare priuſquam ſedibus oſſa quierunt.

„ Centum errant annos, uolitantq; hæc littora circum:

„ Tum demum admiſsi ſtagna exoptata reuiſunt.

Sic] Comprecantis eſt: Rogat enim ut omnis uentorum uis à nauigantibus in ſyluas auertatur. Venuſinæ] Quia Venuſia, quæ utrũ Apuliæ, an Calabriæ ſit dubitatur, habet magnas ſyluas. Sed tamen ſpeciem ponit pro genere. Te ſoſpite] Te incolumi. Plectãtur] Puniantur à Græco uerbo πλήττω, id eſt, percutio. Vnde plaga. Multa merces] Multa pecunia redacta de mercibus. Eſt enim merces huius mercis, quicquid uenditur, emiturúe lucri cauſa. Merces uerò huius mercedis, præmium uel precium, quod datur labori. Inde mercenarij, qui mercedis cauſa laborem ſubeunt. Mercatura ars eſt, & mercator qui mercaturam exercerat. Vnde poteſt] Quaſi dicat, undecunq; eſt occaſio. Aequo] Benigno & fauente Nec temerè nauigantibus placare cupit Iouem & Neptunum. Nam Iupiter aer eſt, à quo ſunt tempeſtates ſiue turbulentæ, ſiue tranquillæ. Neptunus uerò mare poteſt nauigantibus tranquillum præſtare. Cuſtode Tarenti] Porphyrion ait, quòd Pallantas Neptuni filius Neptuno & Herculi templum Tarenti condiderat. Vt Seruio autẽ placet Taras Neptuni filius hoc paruum oppidũ condidit. Sequẽtibus deinde temporibus cum Lacedæmonij aſsiduis bellis infrequentia ciuium laborarent, permiſerũt, ut uirgines uulgò uiris admiſcerentur, & qui inde nati ſunt cũ patres ignorarent Parthenatæ ſunt nominati, quaſi è uirginibus nati. Hi igitur inopia, & pudore ſimul premente cum adoleuiſſent, patriam deſeruêre, & duce Phalanto, qui octauus in genere fuit ab Hercule in Calabriã enauigarũt. Ibiq; hoc paruum oppidum offendentes, auxerunt, priſco tamen nomine

Tarentum

Tarentum appellauerũt: ergo cuſtode Tarenti uel propter templũ, de quo dixi, uel quia eius filius cõdidit. Negligis cõmittere fraudem] *Quaſi dicat, Negligentia ductus committis fraudem, id eſt, defraudas me ſepultura, quã humanitatis officio præſtare teneris, ſicq́ cõmittis ſcelus nociturum tuis poſteris, quamuis immeritis, & ſic acrius admonet ne uelit ſua negligentia orituris ex ſe nocere. Nam parentes ſæpe magis mouentur filiorum, quam ſuo damno. Quem locum non prætermiſit Virgilianus Iupiter in iis, quæ per Mercurium mandauit Æneæ. Dixit enim:*

" *Si nulla accendit tantarum gloria rerum,*
" *Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem.*
" *Aſcanio ne pater Romanas inuidet arces.*

Poſt modo ſecundùm Priſcianum hæc præpoſitio apud antiquos ſeruiebat genitiuo. Viceſq; ſuperbæ] *Id eſt, pene ſecundùm Priſcianum. Seruius etiam pugnas dicit ſignificare, quia per uiciſsitudinem pugnetur. Sic Virgil.*

" *Teſtor in occaſu ueſtro nec tela, nec ullas Vitauiſſe uices.*

Piacula] *Purgatoria ſacrificia, aliâs ſcelus quod piaculo, id eſt, purgatione, egeat.* Quanquam feſtinas] *Perſuaſerat ab honeſto & ab utili, nunc etiã à facili.* Licebit Iniecto ter puluere curras] *Nam & hoc genus eſt ſepulturæ. Virgil.*

" *—— Aut tu mihi terram*
" *Iniice (namq; potes) portusq́ require Velinos.*

Ter] Quia ter manes uocabant. *Virgil. Et:*

" *Magna manes ter uoce uocaui.*

LVD. COEL. } Iniecto ter puluere] *Humatos propriè dicebant, quos humus iniecta contegeret, quem morem & ius põtificale confirmat. Nam priuſquã iniecta gleba eſt, locus ubi crematũ corpus eſt, nihil habet religionis, iniecta gleba tumulis, & humatũ eſt, gleba uocatur, ac tum deniq; multa religioſa complectitur iura. Vnde cadauer ibi Horatium inhumatum, ut religionis aliquid ſortiatur, humũ petit. Ex hoc etiam locus apud Virgiliũ in 6. explicatur, in quo plus iuſto marcẽſcũt interpretes. Verba Virg. ſunt hæc:*

" *Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram*
" *Iniice, &c.* *Cælius lib. 9. cap. 45.*

IOAN HART. } Terræ menſorem] *Græcã uocem Geometram exprimit γεωμετρεῖν enim metiri terrã eſt.* Comes Orionis] *Penultima longa cum Marone lib. 3. uſus, Armatumq́ auro circumſpicit Oriona. Atq; iidem Homerum ſecuti Odyſ. ε. & λ. ὠρίωνα πελώριον. Ouidius corripuit lib. 8. Met. Strictumq́ Orionis enſem, ac magis ſecundum analogiam mea opinione.*

HEN. GLAR. } —Quamuis clypeo Troiana refixo Tempora teſtatus] *Laërtius Diog. lib. 8. hunc clypeũ apud Branchidas Cariæ oppido, in Apollinis templo fuiſſe memorat. Ouid. autem 15 lib. Metamor. ait,*

" *Cognoui clypeum leuæ geſtamina noſtræ*
" *Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.*

Quanquã eodem in loco quidam agris legunt. Id ego indicaſſe tantum lectori uolui, ut ſi quid certius apud idoneos authores inuenerit, id ſequatur. cum neq; de perſonis cõueniat, in quas Pythagoras mutatus fuiſſe fingitur. Negligis immeritis nocituram Poſt modo te natis fraudem committere] *Acro in negligis ſupplet, ſit in committere, ſcias. Porph. negligis pro facile eſſe putas, extulit: Sed haud ſcionum ullus parens cõmittere uellet, quæ filiis nocitura putaret. Quare lectori hoc quoq; iudicandũ relinquo. Simplicior eſt Porphyr. expoſitio, coactior Acronis.*

HERM. FIG. } Terræ menſorem] *Id eſt, Geometram. Nominis Etymologiã expreſsit.* Numeroq; carentis arenæ] *Hyperbole eſt, nam arenam numerare, eſt impoſsibile. Quare eum, qui rem infiniti laboris, ſeu inexplicabilem inceptat, harenam metiri dicimus.* Archita] *Architas Tarentinus fuit Philoſophus Pythagoricus, qui floruit Socratis, Zenonis, & Timonis Miſan-thropi temporibus, magnus inprimis & præclarus uir. Is dicere ſolebat, nullã capitaliorem peſtem à natura hominibus datam, quàm corporis uoluptatem.* Parua munera] *Id eſt, humilis ſepultura, quæ extremũ mortui munus eſt, atq; exiguo pulueris operimẽto corpus tuum obductum, in littore Illyrico iacet.* Nec quicquam, &c] *Hoc eſt, nõ potuit te à mortis impetu uindicare eruditio, cùm eſſes mortalis.*

Aërias tentaſſe domos] *Ea indagaſſe quæ in ſublimi ſiũt, atq; ſyderum curſus, & cæleſtiũ ſpharerũ motus perueſtigaſſe.* Rotundum polum] *Hoc eſt, cælum ſphæricæ figuræ. Nam cælũ eſſe rotundum, & circulariter moueri, multis argumentis probant Ptolemæus & Plinius, cæteriq; qui de rebus cæleſtibus & Aſtronomicis ſcripſerunt.* Occidit & Pelopis genitor] *Tantalus, quamuis nobiliſsimus fuerit rex, adeóq; charus diis, ut eo uiuo ualde familiariter uterentur, tamen mortem uitare nõ potuit.* Conuiua Deorũ] *Amicus & συμπότης Deorũ, cui ſoli ex hominibus permiſſum fuit epulis accumbere diuûm.* Ouidius:

" *Cui licuit ſoli ſuperorum tangere menſas.*

De hoc Didym. in Odyſ. λ. ſic: Τάνταλος Διὸς καὶ Πλουτοῦς συνδιατρίβων τοῖς θεοῖς καὶ συνεστιώμενος, &c. Tithonusq; &c.] *Senſus eſt: Tithonus, licèt ad mirandam peruenerit ſenectutem beneficio Auroræ, tamen mori etiam coactus eſt. Fuit autem Tithonus, ut in Iliade dicit Homerus, filius Laomedontis, uenuſta formæ iuuenis, adamatus ab Aurora, in cælum ſublatus eſt, atq; illius ſucco perfuſus, ad tantam uixit ſenectutem, ut illius uiuacitas in Prouerbium abierit. Didymus eò refert fabulam, quòd Tithonus inſignis fuerit Aſtronomus.* Iouis arcanis Minos admiſſus] *Tametſi tanta fuit prudentia, & iuſtitia Minos, ut Ioui Stygio datus ſit conſiliarius, atq; iudex, tamen è uita exceſsit.* Habent Tartara Panthoiden] *Quanquam Pythagoras longiſsimè uixit, utpote cuius anima ſubinde ex alio corpore in aliud tranſierit, tamẽ extinctus occidit.* Panthoiden] *Hoc eſt, Pythagoram, qui tempore Troiani belli fuit Euphorbus Pãthoi filius, in quo occiſus à Menelao ſemel, & tranſmutatus in Pythagoram, iterum occubuit. Nam Pythagoras probaturus animas eſſe immortales, fingit, neſcio quã ridiculã μετεμψύχωσιν. hoc eſt, animæ ex alio in aliud corpus trãſmigrationẽ, eãq; cõfirmat exẽplo ſuo. Sic enim loquẽtẽ ipſum introducit Oui.*

" *Morte carent animæ, ſemperq; priore relicta*
" *Sede, nouis domibus uiuunt, habitantq; receptæ.*
" *Ipſe ego, nam memini, Troiani tempore belli*
" *Panthoides Euphorbus eram: cui pectore quondam*
" *Hæſit in aduerſo grauis haſta minoris Atridæ.*
" *Cognoui clypeum læuæ geſtamina noſtræ*
" *Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.*

Has Pythagoræ trãsformationes, tanquã ſtultas, & abſurdas deridet Lucian. in Gallo. Quamuis clypeo, &c.] *Quãuis per clypeum ſuũ, quẽ poſt longiſsimũ temporis ſpaciũ in templo Iunonis inuenerat, monitus, Troiani belli tẽpora recordaretur.* Iudice te] *Fuit enim Architas Pythagoricorũ unus, qui aſſerunt animã eſſe immortalem, corpusq; ſaltem interire.* Non ſordidi &c.] *Hoc eſt, clariſsimus & prudentiſsimus Philoſophus, qui rerũ naturaliũ cauſas, & ueritatẽ diligentiſsimè inueſtigabat, perſcrutabaturq;. De huius induſtria, & ſedulo ſtudio, plura lectu digna, Val. Max. lib. 8. cap. 7. Et Ouid lib. 15. Met. cõmemorant.* Sed omnes &c.] *Reſpondet Architas per Proſopopœiam, Mortem omnibus eſſe cõmunem, magnis æquè ac paruis, fortibus pariter atq; ignauis. Hoc pulchrè declarat etiam Achilles apud Hom. Iliad. φ. in Patrocli & ſua perſona, ubi Lycaoni, ſuppliciter deprecanti, hoc modo reſpondet:*

" ἀλλὰ φίλος θάνε καὶ σύ, τίη ὀλοφύρεαι οὕτως,
" κάτθανε καὶ πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.
" οὐχ ὁράας οἷος καὶ ἐγὼ καλός τε μέγας τε,
" πατρὸς δ' εἴμ' ἀγαθοῖο, θεὰ δέ με γείνατο μήτηρ.
" ἀλλ' ἔπι τοι καὶ ἐμοὶ θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιὴ
" ἔσσεται. &c.

Eandem ſententiam exprimit Mapheus Vegius, hiſce uerbis

" *Quæ magnos paruosq; teris, quæ fortibus æquas*
" *Imbelles, populisq; duces, ſeniumq; iuuentæ.*

Et calcanda ſemel uia leti] *Huic non diſsimile eſt illud Propertii*

" *Sed tamen huc omnes, huc primus & ultimus ordo,*
" *Et mala, ſed cunctis iſta terenda uia eſt.*

Dant, &c.] *Tendimus quidẽ omnes ad mortẽ, & metam (ut ait ille) properamus ad unã, ſed uariis & diuerſis uiis. Alii enim in bello occubũt: alii naufragio pereũt, mortisq; nũcii et miniſtri admodũ ſunt multi, puta febres, tũ feruidæ, tũ frigidæ, tabes, pulmoniæq;, tũ gladii latrocinia, aconita, iudices, atq; Tyrãni.* Fortis] *Eſt enim ma-*

ximus furor, extremaq; inſania, armis cõfligere, & bello mortẽ acerſere. Hac de cauſa, opinor, inquit Eraſ. ueteres illi poëtæ, qui rerũ uim ac naturã, & ſagaciſsimè perſpexerũt, & aptiſsimis figmentis adũbrarũt, tradiderunt bellũ ab inferis immitti, idq; furiarũ miniſterio, neq; quãlibet furiã ad hoc negocij conficiendũ, eſſe idoneã. Deligitur omniũ peſtilentiſsima, cui nomina mille, mille nocẽdi artes. Spectacula Marti] Nam Martis ludus eſt bellũ, quo ipſe tanquam ſpectaculo delectatur. Miſta ſenum ac iuuenum] In hanc ſententiam quadrat illud Maronis:

„ Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta,
„ Non oblita rapit ſed tamen illa ſenes.
Concinit & Ouidius ad Liuiam:
„ Illa rapit iuuenes, ſuſtulit illa ſenes.

Nullum ſæua caput Proſerpina fugit] Quia à Proſerpina crine abſciſſo, damnatur orco cuiusq; caput. Virg. de Didone:

„ Nondum illi flauum Proſerpina uertice crinem
„ Abſtulerat: Stygioq; caput damnauerat orco.

Rapidus, &c.] Nam Orionis cœleſtis ſigni exortus uentos aquoſos, grandines & procellas gignit. Illyricis undis] Adriatici latus Illyris occupat, autore Mela, lib. 1. cap. 3. Et Plin. lib. 4. cap. 25. ſcribit: Quæ pars ad mare Adriaticũ ſpectat, appellatur Dalmatia, & Illyricũ ſuprà dictũ. At tu nauta] Modicum ſepulturæ honorem à præternauigantibus nautis petit, quia inhumatorum animas non tranſportat Charon, portitor apud inferos. Vnde Virg.

„ Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
„ Tranſportare prius, quàm ſedibus oſſa quierunt.

Sic quodcunq;] Remunerationem & præmiũ nautæ pro ſua pietate promittit, ſi cadauer ſuũ ſepeliat: Sin aũt negligat, delicti tanti pœnas minatur. Heſp.] Italis. Nam Græci Italiam Heſperiam dicunt, auth. Virgil.

„ Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt,
„ Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebæ:
„ Oenotrij coluêre uiri, nunc fama, minores
„ Italiam dixiſſe, ducis de nomine gentem.

Quem locũ ita explicat Seru. Heſperiæ ſunt duæ, inquit, una quæ Hiſpania dicitur, altera, quæ eſt in Italia. Quæ hac ratione diſcernũtur. Aut enim ſolã Heſperiã dicis, & ſignificas Italiã. Aut addis ultimã, & ſignificas Hiſpaniã, quæ in occidẽtis eſt fine. Vt Horat. Qui nunc Heſperia ſoſpes ab ultima. Et hæc eſt uera Heſperia ab Heſpero dicta, id eſt, ſtella occidentali. Cæterùm Italia Heſperia dicitur, à fratre Atlãtis, qui pulſus à Germano, Italiã tenuit, eiq; nomẽ priſtinæ regionis impoſuit, ut Higynus docet. Hæc ille. Venuſinæ] Dauniorum colonia eſt Venuſia, authore Plinio. Patria Horatij. Vnde Venuſinus epitheton. Aequo ab Ioue] Nam Deus bonorũ omnium remunerator eſt. Ouidius:

„ Dij pia facta uident. Plautus: Eſt profectò Deus, qui, quæ nos gerimus, auditq; & uidet.

Bene merẽti bene profuerit, malè merẽti par erit. Neptunoq;] Neptunus filius fuit Saturni & Opis. De quo ſic ſcribit Cic. Datũ eſt igitur Neptuno alteri Iouis fratri, maritimũ omne regnũ, nomenq; productũ, ut Portunus à portu, ſic Neptunus à nando. Cuſtode Tarẽti] Tarentũ urbs Calabriæ clariſsima in Italiæ finibus, oræ maritimæ adiacet. A Tara Neptuni filio condita. Negligis, &c.] Si non uereris tantum facinus admittere, quod etiã poſteris tuis nocere poſsit. Immeritis nociturã] Deus enim cùm ſit zelotes, uiſitat iniquitatẽ patrũ in filios, in tertiã & quartã generationẽ. Quam pœnã ipſe malis interminatur. Exod. 20. Sors] Fatalis neceſsitas, cui ne dij quidẽ reſiſtũt, ut eſt in prouerbio. Debita iura] Natura ipſa dictat, & conſcientia noſtra clamitat æquiſsimũ eſſe, ut, quod quiſq; iuris in aliũ ſtatuit, ipſe eodẽ iure utatur. Hanc diuinã ſententiã Chriſtus ſaluator noſter, cùm ageret inter homines, uiua uoce expreſsit: Omnia quæcũq; uolueritis, ut faciant uobis homines, ſic & uos facite illis. Hæc enim eſt lex & Prophetæ. Matth. 7. Vicesq; ſuperbæ] Inſolentes fortunæ uiciſsitudines, quæ nihil perpetuũ, nihil ſtabile in rebus mortaliũ eſſe ſinũt. Sed omnia uelut æſtuario quodã fluxu, refluxuq; decedere atq; accedere cogunt. Precib. &c.] Q. d. dij precib. meis moti, non relinquent tibi hoc facinus inultũ. Teq;, &c.] Hoc eſt, nullis ſacrificijs tam nefariũ ſcelus expiabis. Quanquã feſtinas] Occupatio, qua excuſat non fore longam etiam properanti, ter puluerem ſibi inijcere. Terræ autem iniectio, inquit Seruius, ſecundùm pontificalem ritum poterat fieri, & circa cadauer, & circa abſentiũ corpora quibuſdam ſolennibus ſacris.

THEOD. PVLM. } 1 Te maris] Verba nautæ. Numerorum arenarius uocatur, qui in ſchola tanquã in arena numeros exercet & docet, à Circenſi arena & amphitheatrali trãslatione profecta, niſi quis potius putet ratiocinatorem & numerariũ ita uocari quadam ueri ſuperlatione, quaſi arenam numerare poſſit: ut apud Flaccum ſcribitur:

„ Te maris & terræ, numeroq; carentis arenæ
„ Menſorem.

Hæc Turneb. lib. 7. cap. 20. Ad oraculum reſpexit Apollinis,

„ οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης.

In quo magnificè gloriatur arenæ numerũ Apollo ſibi notum eſſe. Quo adducti ſunt geometræ, ut aliquid audaciùs ſuſciperẽt, quàm Apollo, pronuntiarentq; quantus arenæ numerus futurus eſſet, ſi ea refertus eſſet mundus. quod Archimedes in libello, qui ψαμμίτης inſcribitur, ratiocinatur. Ad oraculum autem illud etiam Apollinis reſpexit Lucanus (lib. 5. uerſu 182.) ſcribens,

„ Non modus Oceani, numerus non deerat arenæ.

Cæterùm Horatius à globo maris & terræ, Geometram ſignificat: ex arenæ numero, Arithmeticũ. quas duas artes nomine Geometriæ plerumq; ueteres cõplectebãtur. ut Fab. lib. 1. Cic. in Tuſc. Sed et Euclides in Geometria numeros complectitur. Turneb. lib. 26. cap. 1.

3 Litus] Latum. G. 7 Occidit & Pelopis] Architæ reſpõſio. 15 Nox] Mors, H. G. E. 18 Auidis] Auidũ H. G. E. B. 19 Denſentur] H. G. E. denſantur. B. 20 Fugit] Scilicet, quò minus illud more ſuo tõderet, aut ſaltẽ tondendũ curaret. Vide Canteri Nouarũ lect. lib. 4. cap. 20. 23 Ne parce malignus arenæ Oſſibus, & capiti inhumato Particulã dare] Id eſt, terram inijcere. unde Catullus in Argonauticis,

„ ——Nec iniecta tumulabor mortua terra.

Quod qui facere negligebant, cum in naufragum aut inſepultum inciderat, fraudem committere impiam cenſebatur: ac Buzyges Athenis eius erat caput exſecratus, qui non id feciſſet. Hinc illud Sophoclis, λάβῃ δ' ἄγος φεύγοντος ἐκ τῶν νόμων. Quod idẽ apud Romanos iure pontificio erat cautum. Turneb. lib. 26. cap. 1.

32 Poſt modò] Poſt hac. 2. Serm. 6.

„ Poſt modo, quod mi obſit, clarè, certumq; locuto
„ Luctandum in turba. Seruius ad illũ locũ Virg. Eclog. 1.
„ Longo poſt tempore uenit, Vult eſſe unam dictionem.

Committere forſit. Sic 1. Serm. 6. Forſit honorem. Vide Gul. Canteri Nouarum lect. lib. 4. cap. 8. Committere forſet, G. E. quã lectionem citat Priſcianus libro 15. Committere forſan, H. Committere fors &, B. Committere? fors &, Mureti editio. Cõmittere forſan, Lambini antiqui libri quinque.

ANTON. MVRET. } 7 Occidit & Pelopis genitor] Hoc argumentum, quo æquo animo ferendam eſſe mortem, ex eo demonſtrat, quòd multi præſtantiores eam iam oppetierint, copioſiſsimè tractat Lucretius lib. 3.

„ Hoc etiam tibi tutè interdum dicere poſsis,
„ Lumina ſic etiam Solis bonus Ancu' reliquit,
„ Qui melior, quàm tu, multis fuit improbe rebus.

Totum locum uideat, qui uolet: eſt enim & longiſsimus, & ſupra quàm dici poteſt longè pulcherrimus. Sed princeps Homerus eo argumento uſus fuerat, cuius illa ſunt ex Iliados φ.

„ Ἀλλὰ φίλος, θάνε καὶ σύ, τίη ὀλοφύρεαι οὕτως;
„ Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.
„ Οὐχ ὁρᾷς, οἷος καὶ ἐγὼ, καλός τε μέγας τε,
„ Πατρὸς δ' εἰμ' ἀγαθοῖο, θεὰ δέ με γείνατο μήτηρ·
„ Ἀλλ' ἔπι τοι καὶ ἐμοὶ θάνατος καὶ μοῖρα κραταιὴ
„ Ἔσσεται, ἢ ἠὼς, ἢ δείλη, ἢ μέσον ἦμαρ.

GEOR. FABR. } In hac Oda nautas, & hoſpites alloquitur Archytas, monens eos de communi fragilitate hominum, quòd, cùm mortales omnes ſint, ſummi atq; infimi, docti & potentes, ſenes iuueneſq;: ſuum caſum miſereantur, & ſibi naufrago ſedem, inſepulto terram, proiecto tumulum præbeant: beneuolis precatur

catur optatam maris tranquillitatem, & lucrum ex negociationibus: duris uerò minatur, & ipſis, & ipſorum liberis, caſus ſimiles eſſe pertimeſcendos.

Hæc Oda ſimpliciter, Archytas inſcribitur, teſte libro antiquo, ut ſuprà 15. Nereus. Eſt autem θρῆνος Archytæ naufragi & inſepulti. Clypeo Troiana refixo Tempora teſtatus] *Clypeus ἀπὸ τοῦ γλύφειν, à ſculptura, Græca uocali ſcribitur: ἀπὸ τοῦ καλύπτειν, ut Seruius, quod celet & tegat corpus, Latina. Clupeus à cluendo, in ſignificatione imaginis, id reijcit Chariſius.*

Exitio eſt auidis mare nautis] *Epitheto mutato*, auidum mare, *legit & exponit Acrô: idq́ uerum eſſe libri teſtantur antiqui: res oſtendit, magis eſſe poëticum. Ita alibi, 3.29.*

„ *Addant auaro diuitias mari.*

Senum ac iuuenum denſentur funera] *Pro denſantur, quam etiam annotârunt ueteres.* Sacri cuſtode Tarenti] *In aliquibus*, ſui cuſtode Tarenti: *ſui inquam, tanquam ſibi peculiariter cari: uulgatam mutare non audeo. Virg.*

„ *Sancti cuſtos Soractis Apollo.*

Cuſtodes ſunt, dij tutelares & præſides. Forſet dedita iura] *Forſet aduerbium dubitantis, quo & alibi poëta utitur, & annotatum eſt à Priſciano.*

IOD. BAD. ASCENS. } Te maris] *Facit quod in titulo eſt, & à Mancinello recitatur: Eſt autem ferè Dialogus, quo inducitur Architas reſpondere, & precari iuſtam ſepulturam ſine qua, ut Maro, ex Aegyptiorum ſuperſtitione, dixit libro ſexto. Centum erret annos, Ordo autem eſt. O' Archita.* Parua] *Id eſt, exigua.* Munera] *Id eſt, officia funebria.* Sine iuſta ſepultura] *Scilicet exigui pulueris in te coniecti.* Cohibent] *Id eſt, comprimunt & continent prope littus marinum, quod ad Apuliam eſt. te* Menſorem] *Id eſt, qui fuiſti menſor, quia Geometra peritiſsimus maris & terræ, & arenæ carentis.* Numero] *Scilicet cognoſcibili.* Nobis] *Id eſt, innumerabilis: nec prodeſt quicquam tibi.* Morituro] *Id eſt, cum moriturus fueris: tentaſſe domos.* Aërias] *Id eſt, cœleſtes: hoc eſt cum fueris aſtrologus domos aſtrorum indagaſſe, & decurriſſe.* Animo] *Id eſt, contemplando* Polum] *Id eſt. per cœlum, aut axes cœli. Reſpondet Architas, quaſi ægrè ferens, quòd ſibi mors obiecta ſit cum omnibus ſit communis, dicens.* Et] *Id eſt, etiam quaſi dicat, non ego ſolus: ſed etiam genitor.* Pelopis] *Scilicet, Tantalus.* Conuiua] *Id eſt, quiduis conuiua deorum.* Occidit] *Id eſt, mortuus eſt.* Et Tithonus remotus] *Id eſt, ſublatus ab aurora in auras etiam occidit: & Minos iuſtiſsimus & ſapientiſsimus rex Cretæ admiſſus arcanis Iouis: utpote abs quo didicerat leges & iura, etiam occidit, & Tartara habent* Panthoiden] *Id eſt, Pythagoram, qui ſe Panthoiden, hoc eſt, Euphorbum dicebat, demiſſum iterum orco, id eſt, ad infernum cum ſemel illuc poſt mortem Euphorbi deſcenderat: quamuis ipſe teſtatus.* Tempora Troiana] *Id eſt, approbat ſe fuiſſe tempore belli Troiani.* Clypeo] *Scilicet ſuo.* Refixo] *Id eſt, reuulſo à poſtibus, ubi ſacratus pendebat: nihil conceſſerat.* Morti atræ] *Id eſt, nihil in ſe mortale fateretur.* Vltra neruos atque cutem] *Id eſt, ultra mortale corpus quod, ſpiritus linquens ſecundùm Pythagorã in aliud corpus ingrediebatur: quod & Maro in 6. poſt certa ſpacia fieri docet, exiſtens nõn ſordidus, imò clarus author.* Naturæ] *Id eſt, phyſicæ. &,* Veri] *Id eſt, logicæ, quæ uerum indagatur. Summa autem erat Pythagoræ authoritas ut diſcipuli eius pro argumento & approbatione ſatis putarent Pythagoram id dixiſſe aut ſenſiſſe: non ſordidus ergò auctor.* Te iudice] *Id eſt, etiam iudicante ô Horati: ſed una nox aut mors. cum ille ſe ſæpius mortuum diceret, in conceſſo eſt, quòd una mors.* Manet] *Id eſt, certè expectat omnes: &,* Pro] *Id eſt, uia* Lethi] *Id eſt, mortis eſt calcanda omnibus.* Semel] *Id eſt, conſtitutum eſt omnibus ſemel mori.* Dant alios] *Recitat uaria fata ac mortis genera Architas, ut ad ſuum tandem caſum perueniat, & ſepulturam precetur. Ordo autẽ eſt.* Furiæ] *Scilicet, bellicæ, hoc eſt, Erynnes & iræ immoderatæ.* Dant alios] *Id eſt, quoſdam.* Marti toruo] *Id eſt, truculento, qui ſtrage & ſanguine oblectatur.* Spectacula] *Id eſt, ut dicunt recreationem, & gaudium ex nece eorum ſpectanda, hoc eſt, alij moriuntur in bello.* Mare auidum] *Id eſt, multum uorax & inſaturabile.* Nautis] *Id eſt, nauigare ſolitis.* Exitio] *Id eſt, ad exitium & calamitatem, ſicq́ melius legitur, quam exitium.* Funera ſenum & iuuenum mixta] *Id eſt, confuſa.* Denſantur] *Id eſt, multiplicantur.* Quia proſerpina] *Scilicet, Plutonis uxor.* Nullum] *Id eſt, non ullum.* Non fugit ullum caput] *Id eſt, damnat Orco quodlibet caput tam iuuenum, quàm ſenum.* Notus] *Id eſt, uentus ille humidus, qui & Auſter dicitur.* Comes rapidus] *Id eſt, celeriter rapiens, quicquid offendit.* Orionis] *Id eſt, ſyderis illius nymboſi.* Deuex] *Id eſt, inclinati ad occaſum, quia tam in ortu, quàm in occaſu tempeſtatem ciet.* Obruit quoque] *Id eſt, etiam me.* Vndis Illyricis] *Id eſt, in mari Illyrico.* At tu nauta qui locum hunc pertranſi, ne parce] *Id eſt, ne parcas.* Malignus] *Id eſt, tanquam malignus, dare oſsibus & capiti inhumato.* Particulam arenæ uagæ] *Id eſt, uento & aquis agitari ſolitæ: ſic (apta precationi particula) quodcunq́, ſcilicet malum Eurus uentus ille orientalis impetuoſus.* Minabitur] *Scilicet tibi.* In fluctibus Heſperijs] *Id eſt, Italicis.* Eo (ſup. ſyluæ Venuſinæ)] *Quæ ſunt iuxta Venuſium oppidum, inter Lucaniam & Apuliam patriam poëtæ.* Plectantur] *Id eſt, feriantur, & minas luant.* Te ſoſpite] *Id eſt, incolumi exiſtente.* Et multa merces] *Id eſt, remuneratio & bonorum acceſsio.* Defluat] *Id eſt, deorſum fluat, & abundè deſcendat tibi.* Vnde poteſt] *Scilicet, defluere: quia omne bonum à Deo manat. unde dicit ab Ioue æquo, quia nullum bonum dimittit irremuneratum. Eſt autem propriũ epithetũ Iouis. ut Aeneid. 6. Aut æquus amauit Iupiter. Ideoq́ ipſe dicit eiuſdem 10. Rex Iupiter omnibus idem, & à Neptuno ſacro cuſtode Tarenti: hoc dicit, quia Tarentinus fuerat in gratiam patriæ ſuæ.* Negligis] *Proſequitur orationem ſuam Architas, qui ſicut pium opus facientibus bona precatus eſt, ita negligentibus mala imprecatur. Ordo eſt ſecundùm Acronem.* Negligis] *Id eſt, ſi negligis, ſcias ſupra te committere, &c. Secundum Porph. nihil intelligendum eſt, ſed dicendum.* Negligis modo] *Id eſt, contemnis & facilè eſſe putas te committere, ſcilicet in me.* Fraude] *Id eſt, defraudationẽ ſepulturæ: nociturãm poſt te natis tuis. ſicut dij ſacrilegi in Dionyſij Siculi in filium animaduertere Aut. Valerio de neglecta religione. hoc eſt, ſi ideo negligis, quia non tibi, ſed natis tuis nociturãm.*

Fors] *Id eſt, forte.* Et etiam debita iura] *Scilicet, talionis: &* Vices] *Id eſt, pœnæ uiciſsim infligendæ.* Superbæ] *Id eſt, graues.* Maneant] *Id eſt, expectẽt te.* Ego non linquar a dijs precibus inultis] *Id eſt, quas nulla ultio in te ſequatur.* Et nulla piacula] *Id eſt, nullæ expiationes.* Reſoluent] *Id eſt, liberabunt te, ſcilicet ab impietate: quanquam feſtinas mora non eſt longa.*

Licebit] *Scilicet, tibi, ut curras puluere iniecto ter, ſcilicet in tumulum meum.*

ANTON. MANCIN. } *Oſtendit mortem communem omnibus, alloquens autem philoſophum Architam: dixit nil profuiſſe mortuo ſibi Geometriam, Aſtrologiamq́ noſſe: ille autem reſpondere inducitur omnibus moriendum eſſe doctis pariter & indoctis: uario tamen caſu, ſe uerò Illyricis undis fuiſſe obrutum. Itaque nautas prætereuntes, orat puluerem ſibi ipſi inijcere, pigeat minimè.* Te maris, & terræ, numeroq́ carentis arenæ] *Ode eſt dicolos diſtrophos: eſt enim 7. ſimilis.* Menſorem] *Geometram intelligit. Ouid. lib. 1. Meta. ait.*

„ *Communemq́ prius ceu lumina ſolis & auræ,*
„ *Cautus humum longo ſignauit limite menſor.*

Archita] *Architas Tarentinus & Pythagoricus nobiliſsimus fuit, qui Platonem quum à Dionyſ. necandus eſſet, per epiſtolam eripuit. Eſt autem admirationi ſummæ habitus apud plurimos in omni uirtutis genere. In Geometria autem cubum primus, ut Plato in Rep. teſtatur. inuenit, Auctor Laërtius lib. 8.* Matinum littus] *Matini populi ſunt in Apulia, unde Plin. lib. 3. inquit: Ex Gargano Mateolani, Nerecini, Matini.* Aereas tentaſſe domos] *Aſtrologum fuiſſe innuit.* Polum rotundum] *Cœlum ipſum: poſuit enim pro toto partem, per ſynecdochen. Poli namq́ dicuntur duo puncta axem terminantia, in quibus cœlum uoluitur. Vnde dicuntur à πολέω quod eſt uerto. Hinc & poli uertices appellantur. Virgil. lib. 1. Georg.*

„ *Hic uertex nobis ſemper ſublimis.*

Occidit & Pelopis genitor] *Archytam ſic reſpondiſſe per proſopopœiam innuit: ubi per exempla oſtendit formoſos etiam & dijs oriundos, coniunctosq; homines peritos, item mortem effugere non potuiſſe, quod in mortis ſolatium dicitur.* Pelopis genitor] *Id eſt, Tantalus Phrygiæ rex: de quo latè in Ode 6. Diodorus etiam lib. 5. ait Tantalus Iouis filius diuitijs & gloria inſignis in ea Aſiæ parte: quam nunc Paphlagoniam uocant: habitauit, plurimum dijs ob generis claritatem charus: poſtmodum fœlicitatem ſuam inſolenter ferens immortalium ſecreta, quæ menſæ communione uſuq; deorum nouerat, palam protulit hominibus. Qua ex cauſa, & uiuus pœnam tulit: & poſt obitum ſecundùm fabulas tormentis apud inferos inter ſceleſtos perpetuis punitur. ex eo & Pelops, & Niobe orti ſunt. hæc ex Diodor.* Tithonus] *Fuit is Laomedontis filius, qui in Aſiam orientem uerſus uſq; in Aethiopiam militans, dicitur genuiſſe ex Ida filium nomine Memnona: qui quum Troianis opem tuliſſet, poſtea ab Achille eſt interfectus. Id ſcribit Diodor. lib. 5. Seruius autem lib. 3. Georg. ſcribit, quòd Tithonus dum iuuenis eſſet: & forma decorus ab auroræ dilectus, raptus fuit, ex qua Memnonem genuit, ſed tandem poſt longiſſimam, optatamq; uitam audita Memnonis filij morte in cicadam uerſus dicitur à poetis. hinc ait Horatius,*

„ *Longa Tithonum minuit ſenectus.*

Latini quoq; poëtæ Memnonem auroræ & Tithoni filium aſſerunt. Remotus in auras] *Id eſt, à terris in auras abijt. hoc eſt expirauit. Minos fuit is Iouis ex Europa filius: qui leges multas Cretēſibus dedit, ſimulans eas à ſe in ſpelunca quadā meditatas. Scribit id Diodor. lib. 6. Plato autem in Minoë de legibus introducit Socratem dicere, Homerum ſcripſiſſe Minoa in Gnoſo Cretæ urbe ampla regnaſſe nouem annos, magno cum Ioue collocutum. Accedebat enim, ut idem Socrates ait: in Iouis antrum erudiendus. Vnde didicit, quod docuit inde cæteros, quæ ab Ioue nouem annis acceperat Panthoiden. Pythagoram ſignificat, qui aliquando fuit Euphorbus Panthoi Troiani filius à Menelao interfectus. Laer. lib. 8. ſcribit: quòd refert Heraclides Ponticus Pythagoram de ſe dicere ſolitum, quòd fuiſſet aliquando Aethalides: Mercurijq; filius putatus eſſet, Mercuriumq; monuiſſe illum, ut peteret præter immortalitatem, quod uellet. Petijſſe igitur, ut uiuens, & uita functus omnium, quæ contingerent, memoriam haberet. Itaq; in uita meminiſſe omnium, eandemq; memoriam, & poſt mortem reſeruaſſe, longoq; pòſt tempore in Euphorbum ueniſſe, atque à Menelao fuiſſe uulneratum. Euphorbus autem dixit ſe aliquando Aethaliden fuiſſe, atque à Mercurio pro munere hoc accepiſſe, ut anima illius iugi circuitione uagaretur, & in quas uellet arbores, uel animantes commigraret. Poſtea uerò quàm Euphorbus diem obijt, migraſſe in Hermotinum ipſius animam, qui & ipſi quum fidem uellet facere Branchidas petijt, ingreſſus Apollinis fanum, oſtendit clypeum, quem illic Menelaus affixerat: ait enim illum quum ex Troia remeaſſet, Apollini ſacraſſe ſcutum iam putrefactum, ſolamq; perdurare eburneam faciem, ubi autem & Hermotinus uita functus eſt, rurſum in Pyrrhum Delium piſcatorem migraſſe, illumq; omnia memoraſſe, ut ſcilicet primùm Aethalides fuerit, poſtea Euphorbus: deinde Hermotinus, ac poſtea Pyrrhus effectus ſit, ac deinceps poſt Pyrrhum factū eſſe Pythagoram, omniumq; meminiſſe, quæ prædiximus. hæc Laërtius lib. 8. Meminit etiam Naſo. lib. 15. Met. nam introducit Pythagoram, ita dicentem.*

„ *Ipſe ego, nam memini, Troiani tempore belli*
„ *Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam*
„ *Cognoui clypeum læuæ geſtamina noſtræ*
„ *Nuper Abantæis templo Iunonis in agris.*

Orco] *Orcus Pluto dicitur: ait enim in Verrinis Cicero, ut alter Orcus ueniſſe Aethnam, & non Proſerpinam, ſed ipſam Cererem rapuiſſe uideatur. Sunt & qui uelint Orcum dictum ex eo, quòd dij iurabant per Stygem. Eſt enim ὅρκος iuramentum, ὁρκόω uerò uoco ad iuſiurandum. Eſt Orcus apud Homerum lib. 2. Iliad. Theſſaliæ fluuius, qui Peneum Olei inſtar ſupernatat, de quo Plin. libro 4. Nihil ultra neruos atq; cutem morti, &c. Senſus eſt, quòd nerui tantum & cutis ipſius perierant, anima tamen uiuebat ſemper.* Non ſordidus auctor] *Cicero lib. 1. de natura deorum ſcribit de Pythagoræis, quòd tantum opinio præiudicata poterat, ut etiam ſine ratione ualeret auctoritas. Nam Pythagoræi ſi quid affirmabant in diſputādo, quærereturq;, qua re ita, reſpōdebant, ipſe dixit. Ipſe aūt erat Pythagoras. Sed omnes Ouid. etiā, inquit, in Met.*

„ *Serius aut citiùs ſedem properamus ad unam.*

Et de morte Druſi.

„ *Fata manent omnes, omnis expectat auarus*
„ *Portitor, & turbæ uix ſatis una ratis.*
„ *Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam,*
„ *Omnia ſub leges mors uocat atra ſuas.*

Et de morte Tibulli, ſcilicet,

„ *Omne ſacrum mors importuna prophanat:*
„ *Omnibus obſcuras inijcit illa manus.*

Dant alios] *Ordo eſt.* Funera dant alios ſpectacula toruo Marti, *id eſt, multi furore ducti ſunt, ludi Marti pugnando enim periēre.* Exitio] *Id eſt, cladi morti calamitati.* Funera] *Id eſt, mortes.* Proſerpina] *Plutonis coniunx, quam dicit fugere nullum caput, quoniam abſciſſo crine à Proſerpina damnatur Orco. Quam fabulam abſcindendi crinis, ut refert Macrob. lib. 5. Virgilius induxit ſecutus Euripidem, qui compoſuit nobiliſſimam fabulam Alceſtin. In qua ſcæna Orcus inducitur gladium geſtans, quo crinem abſcidit Alceſtidi.* Deuexi] *In deuexo cælo poſiti. Diuidit enim eum æquinoctialis circulus cum tauro decertante collocatum, ut ſcribit Hyginius.* Orionis] *De Orione multa Hyginius. & Naſo libro 5. Faſtor. de quo ait.* Creuerat immenſum comitem ſibi Delia fecit. Ille deæ cuſtos, ille ſatelles erat] *Demum relatus inter ſydera ſtellas habet decem & ſeptem. Huius ſyderis incertam eſſe tempeſtatem dicunt: nam ſua magnitudine pluribus diebus oritur. Hinc ait poëta lib. 1. Aeneid.*

„ *Quum ſubito aſſurgens fluctu nymboſus Orion*
„ *In uada cæca tulit.* —

Orionis ſignum ab Accio iugula appellatur, de quo plura Varro ait lib. 3. de Lingua Latina. Illyricis] *Illyris Adriatici maris latus occupat teſte Mela & Dionyſio. Et Plin. libro 3. inquit. Quæ pars ad mare Adriaticum ſpectat, appellatur Dalmatia & Illyricum.* Malignus] *Id eſt, tanquam malignus.* Particulam dare] *Sic etiam Palinurus Aeneæ dixit lib. 6. Aeneid.*

„ *Aut tu mihi terram inijce.*

Id autem fiebat ne inſepulti cadaueris anima ab Charonte expelleretur, cogereturq; errare centum annos circum inferna littora. Sic] *Adiurantis eſt.* Eurus] *Is uentus eſt, ueniens ab oriente æquinoctiali, dictus ab ἠοῦς ῥέων, id eſt, ab oriente ſole fluens. is alio ab Græcis nomine ἀφηλιώτης, ab Romanis nautis Subſolanus cognominatur. Auctor eſt Gellius lib. 2. cap. 22.* Heſperijs fluctibus mari] *Id eſt, Tyrrheno. nam Heſperia Italia dicta eſt, quòd occaſui ſubiecta ſit ab Heſpero ſtella, ut refert Macrobius lib. 1. Saturna.* Venuſinæ ſyluæ] *Venuſia colonia fuit inter Lucaniam & Apuliā Horatij patria.* Plectantur] *Affligantur, percutiantur. πλήσσω enim percutio eſt. Vnde, id eſt à quo Ioue & Neptuno.* Tarenti.] *Tarentum eſt Calabriæ propinqua, & maritima urbs extrema Italiæ & Brunduſium, de quo multa Strabo lib. 5. Dionyſius etiam ait. Tarentini uerò ad littus reiecti ibi oppidum tenent Amycleorum, olim interitu conditum. Quibus propinqui Calabri, Iapigumq; gens. Florus ſcribit Tarentum Calabriæ quondam & Apuliæ, totiusq; Lucaniæ caput, poſitum in ipſis Adriatici maris faucibus, quod in omnis terras Iſtriam, Illyrim, Epyrum, Achaiam, Aphricam, Siciliam uelo mittebat. Neptuno cuſtode Tarenti, putandum eſt Neptunum à Tarentinis cultum, cùm plurimum in mari poſſent. præterea Seruius libro tertio Aeneidos aſſerit, Tarentum à Tara Neptuni filio ædificatum.* Negligis immeritis] *Ordo eſt. modò negligis committere, ſcilicet in me fraudem poſt te nociturani natis immeritis. Siue negligis te committere ſcilicet in me fraudem poſt modò nocituram, &c.* Vices] *Id eſt, pœnæ, quæ ſuperbis dantur. uel ſuperbæ uices, id eſt, alternationes ſæuæ. nam ut inquit Terentius. omnium rerum uiciſſitudo eſt. Piacula nulla. nullæ expiationes te liberabunt ab hoc ſcelere, & impietate iſta.*

Licebit curras] *Poteris currere.* Ter iniecto puluere] *Impar numerus mas, & par fœmina uocatur. Item Arithmetici imparem*

patris,

patris, & parem matris appellatione uenerantur. Auctor Macrob. lib. 1. de Som. Deus autem impari numero gaudet: *ut habetur Aegloga 6. Maronis. Et maſculũ genus religioni tributum eſt. Vnde ait Plin. lib. 12. de Maſculo Thure ſic. Quod ex eo rotunditate guttæ pepẽdit maſculũ uocamus, cũ aliàs nõ ferè mas uocetur, ubi nõ ſit fœmina religioni tributũ, ne ſexus alter uſurparetur. Hæc ille.*

SER. MAR. HON. } Negligis immeritis nociturã poſt modò natis te fraudem committere] *Sic Virg.*

„ *Satis iam pridem ſanguine noſtro*
„ *Laomedontea luimus per uitia Troiæ. Georg. 1.*

ODE XXIX. AD ICCIVM.

Ode XXIX. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

— — u — — — u u — u —
— — u — — — u u — u —
— — u — — — u — —
— u u — u u — u — —

ARGVMENTVM IN ODEN XXIX.

Expoſtulat cum Iccio familiari ſuo, qui omiſſo philoſophiæ ſtudio, prædæ & peculij inhians, militiæ ſe addixerat, præter omnium opinionem, quippe qui pulchrè iam inſtructus eſſet ad Stoicam diſciplinam.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Iccius relicta philoſophia, in bellum erat iturus, quare miratur Horat. hanc librorum cum armis mutationem, quæ tam uidetur eſſe contra naturam ſtudioſi, quàm ſi flumina in ſuos fontes reuerterentur.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Expoſtulans cum Iccio, quod relicta Stoicorũ diſciplina, qua pulchrè iam imbutus erat, prædæ cupiditate in militiam abire uelit, docet eos malè rebus ſuis conſulere, qui literis initiati, præter expectationem ſuorum parentum, neglectis bonarũ artium ſtudijs, bella ſectantur.

COMMENTARIA.

ICCI beatis nũc Arabũ inuides
Gazis, & acrem militiã paras,
Non ante deuictis Sabeæ
Regibus, horribiliq; Medo
Nectis cathenas. quæ tibi uirginum
Sponſo necato Barbara ſeruiet?
Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum ſtatuetur unctis.
Doctus ſagittas tendere Sericas
Arcu paterno? quis neget arduis
Pronos relabi poſſe riuos
Montibus, & Tiberim reuerti?
Quum tu coemptos undiq; nobileis
Libros Panæti, Socraticam & domum
Mutare loricis Hiberis,
Pollicitus meliora, tendis?

ACRON.

ICCI beatis nunc Arabum inuides] *Metrũ duobus uerſibus Alcaicum, tertius nouenarius iambicus hypercatalectius, quartus Pindaricus. Ad Iccium ſcribit, quem miratur philoſophiæ intermiſſo ſtudio repentè ſe ad militarem uitam contuliſſe, cupiditate diuitiarum, nam idem Iccius Panætij Socratici philoſophi bibliothecam emerat, cuius lectione ad philoſophandum fuerat deductus.* Arabum inuides Gazis] *Aemulus es, ut cupiendo pares diuitias, Gazas pro diuitijs ponit, ut Virg.*

„ *Arma uirum tabulæq; & Troia Gaza per undas, in 1. Aeneid. & 5.*
„ *Et Gaza lætus agreſti.*

Acrem militiam] *Id eſt, fortem, duram, acerbam.* Non autẽ deuictis] *Admonet pericula propter quæ, ad diuitias, gerentes bella, perueniunt, id eſt, cùm non ſint adhuc debellati, tu nectes iam catenas.* Horribiliq; Medo] *Forti crudeli.* Nectis catenas] *Aut illigas regibus uictis catenas, aut fabricas: mutuis enim nexibus ſunt catenæ.* Sponſo necato] *Id eſt, niſi prius occiſo ſponſo in ſeruitium captiua non uenit.* Puer] *Regis filius, qui captus pocula miniſtraret.* Sericas] *Deriuatiuum eſt ab eo, quod Seres uocatur. Seria enim gens eſt Parthis uicina, ſagittandi arte famoſa, à qua, & Sericum uocatur.* Quis neget] *Id eſt, quis rerum naturam neget poſſe mutari, cùm tu ſtudia in contraria uerteris, contra hominum opinionem.* Pronos] *Procliues, nam proni dicuntur riui, de montibus effluentes, qui impetuosè fluunt.* Tiberim reuerti] *Vt Virgil.*

„ *Reuocatq; pedem Tiberinus ab alto.*

Nobileis libros Panæti] *Panætius Stoicus philoſophus fuit, præceptor Scipionis Africani, & Lælij, Rhodius natione. Ordo eſt, Quis neget, relabi poſſe riuos, pro, non arduis montibus, & Tiberim poſſe reuerti, cùm uel tu pollicitus meliora mutare contendis loricis Hyberis, undique coemptos nobileis libros Panætij, & domum Socraticam.* Socraticam & domum] *Sectam ſiue libros.* Loricis Hiberis] *Optimæ enim forte Hiſpaniæ loricæ ſunt.* Pollicitus meliora] *Studia, ſcilicet, profeſſionem ſuam poeta, philoſophiam uult intelligi. Elocutio uerò nota eſt.* Tendis] *Contendis, iſtas. Vt,*

„ *Nec tendere contra.*

PORPHYR. } Icci beatis nũc Arabum inuides Gazis] *Hanc Oden ad Iccium ſcribit, quẽ miratur intermiſſo philoſophiæ ſtudio, repentè ſe ad militare ſtudium contuliſſe, per quod uidetur concupiſcere diuitias Arabum.* Inuides gazis] *Aemularis Arabes in diuitijs habendis, ac per diuitias concupiſcis.* Acrem militiam paras regib.] *Datiui caſus eſt: Hoc eſt, illis paras militiam, quod eſt aduerſus illos.* Nectis catenas] *Non uincis, ſed fabricas intelligendũ, propriè dictum: catenæ enim ipſæ nexibus quibuſdam conſtant.* Tibi necato] *A te necato, ſcilicet, ſponſo.* Puer ex aula] *Regius puer, qui aula ſeruierit.* Sagittas Sericas] *Id eſt, Parthicas, à gente Serum, qui partem orbis terræ Orienti ſubiectam tenent.* Quis neget arduis Pronos relabi poſſe riuos Montibus] *Sermo ὑπερβολικός. Senſus eſt, Quis non credat rerum naturam poſſe mutari, ut flumina in montes reuertantur, unde alioquin deſcendunt, cùm tu uitæ ſtudia in contrarium uerteris, quod nemo ſperauerat poſſe fieri. Tale eſt illud Virgil.*

„ *Iungentur iam gryphes equis, æuoq; ſequenti,*
„ *Cum canibus timidi uenient ad pocula Damæ.*

Cùm tu coemptos undique nobileis libros Panæti] *Panætius Stoicus fuit, præceptor Scipionis Africani & Lælij, genere Rhodius.* Loricis] *Κατ' ἐξοχὴν dixit, quia optimæ ſunt Hiſpanicæ loricæ.* Socraticam domum] *Vt ſi diceret, Socraticæ ſcholæ diſciplinam.* Tendis] *Pro contendis, Ordo eſt: Aut Socraticam*

domum mutare loricis Hiberis tendis, pollicitus meliora. Meliora autem aut abſolutè dictum, aut ſtudia ſub audiendum. Studia poëta ſecundùm ſuam opinionem philoſophiam uult intelligi. Nota autem figura elocutionis eſt, qua dicunt philoſophiam militia mutare, hoc eſt, philoſophia miſſa militiam ſumere, ut

» Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.

CHRIST. LAND. } Metrum eſt duobus uerbus Alcaicum. Tertio dimetrum nouenarium Iambicum, Hypercatalecticum. Quarto Pindaricum. Grauiter ſeuereq́ Iccium familiarem ſuum reprehendit, qui coëmptos undiq; Panætij libros ut Stoicam philoſophiam cognoſceret, armis permutet, ut militiã auaritiæ cauſa ſequatur. Carmen eſt ſublime, & non minori copia, quàm grauitate illuſtratum. Beatis] Diuitibus, quia uulgus fœlicitatem in diuitijs collocat. Iuuen.

» Quos euehit optata ſummi
» Nunc uia proceſſus uetulæ ueſica beatæ.

Vel dixit beatis, quia illa pars Arabiæ, in qua Sabæi ſunt, fœlix dicitur. Gazis] Vocabulum eſt, neque Græcum, nec Latinum, ſed Perſicum, & quoniam populi illi ditiſsimi fuerunt poeta cùm amplas diuitias uolunt oſtendere, gazas dicunt. Sic Virg.

» Et Troia gaza per undas.

Inuides] Quaſi dicat, non commoueret te: cupiditas auri, niſi te aliorum diuitiæ ſtimularent. Propterea q; ueriſsimè diuus Hieronymus dixit, oculi ſunt per quos paupertatem ferre non poſſumus. Vituperat ergo propoſitũ hominis, quia non ſuſcipiebat militiam propter animi magnitudinem, ſed contrà propter auaritiã, quæ à puſillanimitate prouenit. Vnde & ſenes, & mulieres, quia minorem animũ habent auariores ſunt. Arabum] Eſt Arabia inter Aſſyriã & Aegyptũ. Eius pars ad oriẽtẽ ſpectãs Nabathea dicitur. Ouid.

» Eurus ad auroram Nabathæaq; regna receſsit.

Regio precioſa eſt & penuria aquæ laborat, & putei quæ ſunt, de induſtria ab incolis occultantur, ne irruentibus hoſtibus potũ præbeãt. Quæ uerò ad meridiẽ uergit ea feraciſsima eſt omnĩũ aromatum, & fœlix appellatur Arabia. Thus in primis fert Sabæorũ regio, quod nuſquam alibi naſcitur. Dicunturq; Sabæi uel ἀπὸ τοῦ σεβάζεσθαι, id eſt, ſacrificare, propter thus, uel à Saba regionis metropoli. Non deuictis] A' Romanis. Nam olim ab Alexandro uicti fuerant. In quo occultè inijcit metum. Nam magis metuendi, qui nondum deuicti fuiſſent. Nectis catenas] Facis: nam catena ex nexu annulorum eſt. Vnde nomen ſumpſit. Nam catena eſt à capiendo dicta, quia in ea annulus annulum capit. Quæ tibi uirginum] Id eſt, quæ uirgo, id eſt, quàm pulchra. Et eſt indignatio, quaſi dicat, eſt pulchritudo puellæ digna cauſa, quæ et philoſophiã omittas, & periculũ ſubeas, præſertim adiuncta crudelitate, quæ à philoſopho aliena eſſe debet. Nã potieris tunc uirgine cũ ſponſum necaueris, & cùm hæc omnia feceris, tamen erit barbara. ergo & barbaricis moribus. Stultiſsima igitur militia, quæ ab auaritia, aut uoluptate proueniat, & periculum graue afferat, & præmium tamen leue, tum cum crudelitate præbeat. Necato] Quod ſine tuo periculo non fiet. Puer quis] Quaſi dicat, ponamus quòd rapias puerum regium, qui ſit tibi pincerna, putas ne hoc tãti, ut philoſophiam deſeras. Aula] Regia domus eſt apud Latinos. Virg.

» Illa ſe iactet in aula Aeolus.

Sed uidetur eſſe ab eo, quod eſt αὐλὴ Græcè, quod nomen apud illos etiam de caula quadrupedum dicitur, & caula ipſa, id eſt, ſtabulum ab eo per additionem c. literæ fortaſſe deducitur. Capillis] Capillus quaſi capitis pilus. Vnctis] Vnguentatis. Nam apud eos populos unguentũ repertum eſt, quod deinde ad Græcos Alexãdro Magno in Perſis res gerente traductũ eſt. Id enim in ſcrinijs deuicti Darij repererunt Macedones. Ad Ciathum] Ad pocula. Sericas] Id eſt, doctus optimè ſagittare, qua arte plurimũ ualent Seres populi, uicini Parthis, de quibus ſuprà diximus. Quod autem ſagittis ualeant, oſtendit Virg. Nam in Georg. ait

» Velleraq; ut folijs depectent tenuia Seres.

Et paulò infrà. Vbi aëra uincere ſummum arboribus haud ullæ iactu potuêre ſagittæ. Et gens illa quidẽ ſumptis non tarda pharetris Quis neget arduis] Admirabundus hæc dicit. Eſt locus Virgiliano illi ſimilis:

» Iungentur iam gryphes equis: æuoq; ſequenti
» Cum canibus timidi uenient ad pocula Damæ,

Quaſi dicat, ſperari omnium rerum confuſionem poſſe, & naturæ immutationem, ſi Iccius adeò ſtudijs philoſophiæ deditus, contrarium uitæ genus ineat. Pronos] Qui per prona & decliuia feruntur. Cum tu] Ordo eſt, omnia in contrarium mutabuntur, cùm tu uelis mutare libros Panætij nobiles, & coëmptos undique & domum Socraticã loricis Hiberis, & per libros, philoſophiam intelligit, & per loricas, militiam, ſed ut rem mirabiliorem reddat multa addit. Eſt enim admiranda res philoſophum philoſophiam deſerere. Sed facere fortaſſe hoc aut Epicureus, aut alius ex leuiorib. philoſophiæ familijs. At Stoicus cuius dogma grauiſsimũ eſt, & quod Socratis, qui moralis philoſophiæ author eſt, præcepta mordicus teneat, quo modo deſeret? præſertim cùm adeò illius rei cupidus fuerit, ut non emerit, ſed coëmerit, id eſt, emerit ex omnibus locis, ubi eſſent, & in ſuam bibliothecam congeſſerit, neq; id temerè, ſed cum electione: nam coëmeret nobiles & non ignobiles Panætij. Panæti] Panætius Rhodius nobiliſsimus Stoicæ ſectæ philoſophus fuit, & Scipionis magiſter, & quem Cicero, in ijs, quæ de Officijs doctiſsimè ſimul, et ornatiſsimè diſſeruit, imitatus eſt, quibuſdã & iam quæ ille uel reliquerat, uel prætermiſerat additis. Socraticã domum] Socrates Athenienſis uir innocentiſsimus, & qui oraculo Apollinis ſapientiſsimus iudicatus ſit primus philoſophiã è cœlis in terras uocauit, atque intra urbes adduxit, id eſt, primus relicta rerum cœleſtiũ, & ipſius naturæ inueſtigatione, in qua antiquiores philoſophi elaborant, de uita & moribus diſputauit: Ab eoq; fluxerunt omnes philoſophorũ ſectæ, quas cõmodiori loco latiùs proſequemur. Sed inſtituta Socratis ſeueriùs, quàm cæteri, Stoici obſeruare uidentur, propterea q; adiunxit poëta Socraticam domum. Loricis] Dicitur autem lorica, quia loris alligata ſit. Hiberis] Hiſpanicis, apud quos optimæ ſint, & poſuit ſpeciem pro genere.

IOAN. HART. } Icci beatis nunc Arabum] Prouerb. Arabum Gazæ. Pronos relabi riuos] Prouerb. Surſum uerſus fluminum feruntur fontes.

HENR. GLAR. } ..Non ante deuictis Sabeæ. Regib.] Acro exponit, Cùm non ſint adhuc debellati, tu nectis iam catenas, quaſi dicet ante deuictos, nectis catenas. Ego puto cum dicere Arabiam Felicem à Roman. nondum bello tentatam. —Quæ tibi uirginum. Sponſa necato barbara ſeruiet] Mancinellus hæc interrogatiuè ac reſponſiuè legit, quod mihi diſplicet, & de uirgine, & de puero. Et ipſe uerborum contextus non admittit. Pollicitus meliora tendis] Porph. ita habet, temnis, pro contemnis. At ego ea uerba corrupta puto, legendumq; ad hunc modum: Tendis, pro contendis: quod antiquis frequens fuiſſe, & Nonius affirmat, & ueterum authoritas comprobat. Certè hoc loco etiam melius congruit: ut ſit ſenſus: Tu tendis mutare libros Panætij, & Socraticam domum loricis Iberis, pollicitus meliora, hoc eſt, omiſſa Philoſophia, militiam ſumere contendis. Atque ita etiam legit D. Eraſ. in adag. Surſus uerſus, ſacr. flu. f. f.

HERM. FIGVL. } Beatis Arabum gazis] Hoc eſt, fœlicibus Arabiæ bonis ac fortunis. Nam propter fertilitatem & diuitias Arabia dicitur fœlix, beata, & Eudæmon. Plinius lib. 5. cap. 11. Vltra Peluſiacũ Arabia eſt, ad rubrum mare pertinens, & odoriferã illam, ac diuitem, & beatæ cognomine inclytã. Meminit & Mela lib. 1. cap. 10. Gazis] Gazã, in numero tantùm ſingularẽ Perſicã uocẽ eſſe, eaq; ſignificari diuitias, id eſt, omne id, quod poſſidemus, Seruius dicit. Acrem] Duros labores, & fortes atq; robuſtos uiros deſiderantem. Militiam] Seruius Grammaticus in octauum Aeneidos, tria, inquit, genera olim militiæ fuerunt. Sacramentũ, quæ legitima erat militia, cũ ſinguli milites iurabant. Tumultus, id eſt, bellũ Italicũ, uel Gallicũ, in quib. ex periculi uicinitate erat timor multus, & quoniã ſingulos interrogare nõ uacabat, qui cõuenerãt, ſimul & iurabãt, & dicebatur iſta militia cõiuratio. Erat et euocatio, cũ ad diuerſa loca diuerſi cogebantur exercitus. Non ante deuictis] Hoſtes antea à Romanis bello nõ tentatos ſuperare, & de uictis triũphare conaris. Nã ante currum uictoris ibant duces uicti, catenã ferream collo geſtantes. Sabeæ] Arabiæ. Sũt aũt Sabæi populi Arabiæ ditiſsimi (ut ait Plinius) ſyluarũ fertilitate odoriferã,

auri

auri metallis, agrorum riguis, mellis ceræq́ prouentu. Horribili Medo] Medi populi ſunt Aſiæ barbari & feroces, quorum ſitum deſcribit Plin. lib. 6. cap. 26. Quæ tibi uirginum ſponſo necato] Inter cætera enim mala, quæ infinita habet bellum, etiam hoc conſequitur, ut occiſis ſponſis, maritiſq́, ſponſæ, et matronæ uiduæ, pueriq́ orphani in captiuitatem & ſeruitutem trahantur. Puer ex aula] Hoc eſt, quis regius puer ſtabit tibi à Cyathis. Nā eximia forma pueri ad menſas regum & diuitum conſiſtere ſolebant, oculis ad nutum eorum intuentium diligenter miniſtrantes. Tales delectos atque pulchros adminiſtratores Dionyſium habuiſſe, apud Ciceronem legimus. Sericas] Quibus Seres, populi Aſiæ, mediæ fermè Eoæ partis incolentes, utuntur.

Quis neget arduis pronos relabi] Alludit ad prouerbialem illam allegoriam: Surſum uerſus ſacrorum fluminum feruntur fontes. Quo quippiam præpoſterè fieri ſignificamus, legitimaſq́ rerum uices inuerti. Idem ſic extulit Virg. in Aeneid.

„ Amnis & Adriacas retrò fugit Aufidus undas.

Item Ouidius in Heroidum epiſtolis:

„ Cùm Paris Oenone poterit ſpirare relicta,

„ Ad fontem Xanthi uerſa recurret aqua.

Vult autem oſtendere Horatius, ſe adeò non dubitaſſe de Iccij conſtantia, ut credidiſſet prius naturalem rerum ordinem potuiſſe inuerti, quàm ab eo philoſophiam relinqui. Tyberim reuerti] Ad fontem & originem ſuam relabi. Propertius:

„ Fluminaq́ ad caput incipiunt reuocare liquores.

Cum tu coëmptos undique nobiles] Senſus eſt, ut monet Glareanus: omiſſa philoſophia militiam ſumere contendis. Vt ſit legendum tendis, pro contendis, atq́ ita etiam legit Eraſmus, in prouerbio iam citato. Panæti] Panætius Stoicus fuit Philoſophus, quē Cicero in Officijs imitatus eſt. Socraticam domum] Id eſt, ſectam & diſciplinam Socratis. Fuit autem Socrates Philoſophus Athenienſis, moralis philoſophiæ author, quem conſtat tam fuiſſe pertinaci ſtudio & induſtria, ut etiam ætate prouectus fidibus tractandis operam dare cœperit, ut tantis doctrinæ ſuæ diuitijs, etiam Muſicæ rationis utiliſſimum elementū adiungeret. Iberis] Id eſt, Hiſpanis. Nam Iberi populi ſunt Hiſpaniæ, authore Plinio.

THEOD. PVLM. } Icci beatis nunc Arabum inuides Gazis] Quod ſcribit Horatius, ex hiſtoria petitum eſt: conſtat enim ea tempeſtate Auguſtum in animo habuiſſe Arabiæ & Parthis bellum inferre, eiuſq́ belli cauſa delectum habuiſſe: unde Horatius alio loco, (1. Carm. 35.) ſcribit,

„ —— & iuuenum recens

„ Examen Eois timendum

„ Partibus, Oceanoq́ rubro.

Vide Turneb lib. 9. cap. 13. 16 —Iberis Pollicitus meliora, tendis?] H.G.E.B. id eſt, urges, pergis. —Iberis Pollicitus, meliora temnis?] Porphyrio, temnis, pro contemnis.

GEORG. FAB. } Dehortatur à bello hominē, antea philoſophiæ ſtudioſum, eiuſq́; reprehendit leuitatē, qui uitæ genus temerè mutet: arguit imperitiā, qui Muſis Martē, tranquillitati pericula anteponat. Alludit ad dictū illud uulgi, [illegible]

Puer quis ex aula capillis Ad cyathum ſtatuetur unctis] Locutus de miniſterio pocillatoris, etiam ſuprà poeta eſt, ut & iſta Romana inſcriptio,

DORYPHORO CAESARIS

A CYATHO. VIX. AN. XX. D. XVIIII.

Tendis] Vrges, pergis, Terent. in Eu.

„ Neque poſt tendes gnauiter.

Acro, Tendis, contendis, inſtas. ut,

„ Nec tendere contrà.

Hæc tamen Acronis uerba in uulgatis omiſſa ſunt. Qui temnis legunt, amittunt ſententiam.

IOD. BAD. ASCENS. } Icci] Iccium amicum, & uirum literatū amicè arguit incōſtantiæ, imprudentiæ, atq́ auaritiæ: quòd relicta philoſophia, lucri gratia animos ad bella cōiecerit. Vnde dicit. O Icci] Tu inuides, nūc ſcilicet, mutato animo. Gazis] Id eſt, diuitijs & theſauris. Beatis] Id eſt, beatorū, hoc eſt, amplis, & paras militiā acrē, id eſt ſtrenuā. Bene-

ctis] Scilicet, animo & opinione prauia. Regib. Sabææ] Regionis illius Thuriferæ in Arabia. Nō deuictis ante] Id eſt, prius à Romanis. Et Medo horribili] Qui exercitū Romanū fudit, & Craſſo interempto ſigna abſtulit: nā quia cōtermini ſunt, Parthos & Medos pro eiſdē ſæpe ponit. Cathenas] Id eſt, uincula. Quæ uirginum] putas in animo, ſeruiet tibi ſponſo, ſcilicet eius, necato, ſcilicet abs te. Reſpōdet poeta. Barbara] Id eſt, quæcūq́ ea ſit profectò, barbara ſit. Et quis puer ex aula, ſcilicet regū captorū. Vnctis capillis] Id eſt, habēs unctos capillos more patriæ ſuæ. Statuetur ad cyathos] Id eſt, erit tibi pincerna. Reſpōdet poëta, innuēs nō molles illic eſſe, nec delicatos Ganymedi ſimiles. Statuetur ſup.] Puer doctus. Tendere] Id eſt, ad auriculas uſq́ trahere, aut emittere. Arcu paterno] Quia & pater eius ſagittādi peritus fuerit. Sagittas ſericas] Id eſt, quib. Seres uti ſolent. Quis neget riuos pronos] Id eſt, occiduos & decliues. Poſſe relab.] Id eſt, tanto impetu ac ſi labātur referri. Montib. arduis] Id eſt, ad arduos mōtes. Nouè autem dicit relabi montib. Nam lapſus uidetur deorſum debere fieri. Vnde eſt illud.

„ Labere nympha polo.

Quomodo ergo relabētur aſcēdendo. Profectò arguté dictum eſt. Nam labi eſt quidē cadere ſine difficultate: ut res à ſublimi deſcendēs, ſed quia riui ferè ab altiore labūtur, uult eos relapſuros dū recurrent cōtra naturā. Vnde ſenſus eſt, quis non putet naturam poſſe mutari? ſi uir olim prudens & philoſophiæ ſtudioſiſſimus, ſic mutatus ſit, ut pro libris arma tractet? Et eſt ſimilis ſententia ferè in Bucol. ubi dicitur.

„ Mopſo niſa datur quid non ſperemus amantes?

„ Iungentur iam griphes equis: æuoq́ ſequenti,

„ Cum canib. timidi uenient ad pocula Damæ. i. natura mutabitur animaliū ſed plus eſt quod hîc dicit naturā equarū mutari poſſe. Sed ad ordinē reuertamur. Et quis neget Tyberim reuerti] Scilicet à mari Tyrrheno ad ortū ſuū. Cū tu ô Icci tendis] Id eſt, paras & intēdis. Mutare loricis Iberis] Id eſt, accipiendo loricas. Ibericas] Id eſt, armaturas, quibus Iberi populi Hiſpaniæ bellicoſi utūtur: derelinquere (nam qui cōmutat, unum derelinquit, & aliud accipit. Vnde uenditio atq́ emptio priſcorū ante uſum pecuniæ erat cōmutatio quædā) Libros nobiles ſcilicet Panæti] Pro Panætij. Stoici diligentiſſimi & doctiſſimi, qui de philoſophia morali plurima ſcripſit. Vnde eum Cic. in Officijs ſæpe imitatur, ſæpeq́ citat. Coëmptos] Id eſt, ſimul emptos. Vndiq́] Id eſt, à quouis, qui eos uenales habuit. Vbi graphicè depingit naturam inconſtantiū. Nā nimis uehemētes in utramq́ ſunt partē: dū enim ſtudio intendere parant, omnis libros emunt, quaſi ſi fieri poſſet ſimul reuoluere uellent: dum uerò à ſtudio remittuntur, penitùs deſerunt. Et pro] Id eſt, domū. Socraticā] Id eſt, totam philoſophiā moralem, quā Socrates primus docuit: & quā à cœlo in terras deuocauit. Nihil tamē ſcripſit] Verū, quia ab eo hauſta eſt ferè philoſophia moralis, dicit in Arte. Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ. Tendis? Dico mutare: pollicitus. ſcilicet, tuis. Meliora] Quia melius eſt litteris, quàm armis ob auaritiam uacare.

ANT. MANCIN. } Iccium alloquitur, dicens eum auaritiæ cauſa militiam parare Parthis ac Medis. Verùm quis neget flumina in fontes redire poſſe: hoc eſt contraria fieri, cûm olim ſtudioſus philoſophiæ, illa relicta militiam ſubeat. Icci beatis nunc Arabum inuides] Ode eſt dicolos tetraſtrophos. Eſt enim ſimilis 27. Gazis] Gazam, per ſe ærarium uocant, ut ſcribit Mela. Arabum Gazis, Arabiæ pars, ut Dionyſius ſcribit, quæ ad orientem & auſtrum ſpectat, rubro alluitur mari. Vtq́; Solinus ait. Arabia ſacra interpretatur, partē eius Eudæmonem Græci, noſtri beatam nominauerunt: non fruſtrà. nam præter odores, quos creat plurimos: ſola Thus mittit, in iiſdem ſaltibus Myrrha prouenit. Sabææ regibus] Sabia regio eſt Thurifera Arabiæ ſpectans ortus ſolis æſtiui, ut docet Plinius libro 12. Et Strab. libro 16. ſcribit quòd Sabæi fœlicem Arabiā incolunt, ſupellectilē ex argento & auro multam habent. Vaſa lectos tripodas crateras cum operculis, domoſq́ ſumptuoſas, nam & portæ, & parietes, & tecta ex ebore, auro, argento, lapidibuſq́ incruſtatis ſunt diſtincta.

Medo] De Medis legito in Ode 2. Nectis] Fabricas & paras.

Qua

Quæ tibi uirginum] *Ordo eſt. Quæ uirginum necato ſponſo tibi ſeruiet?* Barbara] *Eſt enim barbara poëtæ reſponſio. Ex aula regia, ſcilicet ubi regi ſeruierit.* Doctus] *Reſponſio eſt.* Sericas ſagittas] *Seres, ut ſcribit Plinius lib. 6. cap. 17. regionem inhabitant, quæ ſpectat æſtiuum orientẽ: lanicio ſyluarum nobiles. At latius lib. 2. Georg. iã diximus.* Quis neget] *Senſus eſt. Quis neget cõtraria fieri poſſe, cũ tu olim Philoſophiæ deditus militiam ſubeas relicta illa?* Pronos decliuos ab arduis mõtib Panæti] *Fuit Panætius Stoicus, & præceptor Scipionis Aphricani: et Lælij gener, Rhodius ut Porphyrio ſcribit: eundem uerò Cic. imitatus eſt in officijs.* Socraticã domum] *Appoſitio eſt: Socrates aũt, ut ſcribit Laërtius lib. 2. ea potius inquirenda hortabatur, quæ mores inſtruerent, & quorũ uſus nobis domi eſſet neceſſarius. De Socrate autem plura diximus in Iuuenalis Saty. 2.* Loricis Iberis] *Græci eandem Iberiã & Hiſpaniã nominabant, ſic etiã Romani. Auctor eſt Strab. lib. 3. Ptolomæus itẽ lib. 2. ſic ait. Hiſpaniæ, quæ apud Græcos Iberia dicitur tres ſunt regiones. Bætica, Luſitania, ac Taraconẽſis. Loricis Iberis Iuſtinus lib. ult. de Hiſpania loquens, ait quòd Galatiæ regio tũ æris, tum plũbi uberrima, auro, quoq; ditiſsima eſt, præcipua ijs ferri materia, ſed aqua ipſa ferro uiolẽtior, quippe temperamẽto eius acrius redditur ferrũ. Nec ullum apud eos telũ probatur, quod non aut Byrbili fluuio, aut Chalybe tingatur. Vnde etiã Chalybes fluuij huius finitimi appellati, ferroq; cæteros præſtare dicuntur. Hæc inde.* Loricis] *Lorica dicta, quòd è loris & corio crudo pectoralia faciebant: poſtea ſuccuderunt Galli è ferro ſub id uocabulum ex annulis ferream tunicam. Auctor eſt Varro.*

ODE XXX. AD VENEREM.

εὐκτική.

Ode XXX. Tricolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪∪ –∪

ARGVMENTVM IN ODEN XXX.

Scribit hanc Oden, uelut epigramma quoddam in ſacellum, quod Veneri Glycera amica dedicabat.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Venerem rogat, ut relictis proprijs ſedibus transferat ſe in ædem Glyceræ, quam illa Deæ ſacrauerant: Nihil aliud ſignificans, quàm Glyceram, tam eſſe pulchram, ut meritò Venerem debeat habere propitiam.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Orat Venerem, ut relicta Cypro, conferat ſe in ſacellum, quod Glycera amica ei dedicauerat.

COMMENTARIA.

ACRON.

O Venus regina Gnidi, Paphiq;] *Metrum Sapphicum hendecaſyllabum, quartus adonius.* O Venus] *Quaſi epigramma, hoc eſt, in dedicationem Veneris ſcriptum quam ipſe conſecrarat.* Gnidi, Paphiq;] *Gnidus urbs Cariæ: Paphos uerò urbs Cypri inſulæ, utraq; Venerem præcipuè colens. Precatur autem ut deſertis, uelut proprijs ciuitatibus, adſit ædibus conſecratis. Incertum autem utrum Glycera amica ſit, an ancilla.*

O Venus regina Gnidi, Paphiq;,
Sperne dilectam Cypron, & uocantis
Thure te multo Glyceræ decoram
Transfer in ædem.
Feruidus tecum puer, & ſolutis
Gratiæ zonis, properentq; Nymphæ,
Et parum comis ſine te Iuuentas,
Mercuriusq;.

Et ſolutis Gratiæ zonis] *Vel liberæ, uel nudæ, quòd non cingantur, & bene nudæ, & ſolutis zonis Gratiæ finguntur, quia amicorum animi ſoluti inuicem & nudi eſſe debent.* Et parum comis ſine te Iuuentas] *Minus elegans Iuuentas ſine uenuſtate, hoc eſt, ſine te, Sciendum eſt tamen Venerem non tantum concubitus, ſed etiam omnium elegantiarum eſſe dominam. Aliud tamen eſt Iuuentas, aliud iuuenta, aliud Iuuentus. Iuuenta ætas putatur, iuuentas ipſum numen, iuuentus adoleſcentia.* Mercuriusq;] *Per Mercurium quæſtum uult accipi, tanquam ſine uenuſtate, nec lucrum ſit.*

PORPHYR. O Venus regina Gnidi Paphiq;] *Quaſi epigramma, hoc eſt, in dedicationem Veneris ſcriptum, Gnidus autem urbs Cariæ, Paphus autem urbs inſulæ Cypri, utraq; Venerem præcipuè colens.* Feruidus tecum puer] *Id eſt, Cupido, quod feruorem amoris inferat.* Et ſolutis Gratiæ zonis] *Quia Gratiæ nudæ, & ſine nodis finguntur, quia amici animos ſolutos ac nudos inter ſe habere debent.* Et parum comis] *Id eſt, minus elegans.* Sine te] *Id eſt, ſine uenuſtate. Scire autem debemus Venerem non tantùm concubitus, uerumetiam dominam eſſe omnium elegantiarum. Sic alibi ipſe: Ordinis hæc uirtus erit & Venus. Dicarat Glycera ſacellum Veneri. Poëta autem ſcribit tanquam epigrammã illi ſacello, in quo Venerem orat, ut relictis Papho, Gnido & Cypro in ædem Glyceræ ſibi dedicatam migret.* Paphi] *Locus in Cypro eſt, unde Cicero in epiſtolis: Omnes tibi commendo Cyprios, Paphos præſertim. Et Virg.*

" *Ipſa Paphon ſublimis adit. ſedesq; reuiſit*
" *Læta ſuas.* —

Paphi autem erat celeberrimum illud templum Veneri dedicatum, de quo multa ſunt apud Herodotum.

CHRIST. LANDIN.

Dicarat Glycera ſacellum Veneri. Poëta autem ſcribit tanquam epigramma illi ſacello, in quo Venerem orat, ut relictis Papho Gnido & Cypro in ædem Glyceræ ſibi dedicatam migret. Paphi] *Locus in Cypro eſt: Vnde Cic. in epiſtolis. Omnes tibi commendo Cypros, Paphos præſertim, & Virgil.*

" *Ipſas Paphon ſublimis adit. ſedesq; reuiſit* *Læta ſuas.* —

Paphi autem erat celeberrimum illud templum Veneri dedicatum, de quo multa ſunt apud Herodotum. Multo thure] *Quia ut plurimũ de thure et floribus Veneri ſacrificabatur. Dicitur autẽ thus ἀπὸ τοῦ θύειν, id eſt, ſacrificare. Vnde t aſpiratur th. Alij tamẽ credunt eſſe dictũ à tũſis glebis, quia de arbore deſtillat, et à terra ſubiecta*

ieƈta combibitur, in eaq́ congelatur. Indéq́ tunſis glebis colligitur. Decorã] Quaſi dicat, quia decora eſt, et tibi ſummopere cõueniens transfer te in illam. Aedem] Rectè poſuit in ſingulari, ut templũ ſignificet, nam in plurali ſignificat domũ. Feruidus] Nigra. Feruidus] Quia amor ſlãmas immittit. Gratiæ] De quib. iam dictũ eſt. Nymphæ] Harum plura ſunt genera. Nam quæ maris ſunt Nerinæ ſiue Nereides appellantur, quæ fontium Naiades, quæ montium Oreades appellantur. Nam ὄρος mons eſt. Sunt itidem Dryades ſyluarum Nymphæ, quia δρῦς quercus ſunt. Sunt Hamadriades, quæ cũ arborib. & oriũtur, & occidũt. Sunt Napeæ florum. Parum Comis] Quia ſine uetuſtate, nulla eſt comitas. Mercurius quia multum ualet eloquentia ad amorem conciliandum. Vnde illud,

» Diſertum faciebat amor.

HENR. GLAR. } Et parũ comis ſine te Iuuentas] Acro, Aliud eſt, inquit, iuuẽtas, aliud iuuenta, aliud iuuẽtus. Iuuenta ætas putatur: Iuuentas, ipſum numen: Iuuentus, adoleſcentia. Hæc ille. Quæ quàm benè ſeruẽtur apud authores, alijs iudicandũ relinquo. Hoc unũ Grãmatici cõſiderent, cuius declinationis eſſe uelint nomẽ Iuuentas pro numine: & quo pacto diſcriminemus iuuentã ætatem, ab iuuẽtute, id eſt, adoleſcentia, quaſi adoleſcentia non ipſa etiã ſit ætas, niſi quis in Acrone legendũ putet, adoleſcẽtes pro adoleſcẽtia.

PHIL. ENGEN. } Gnidõ] Vrbs Cariæ. Paphos] Cypri.

HERM. FIG. } Regina Gnidi Paphiq́] His enim in urbibus maximè colebatur, & regnabat Venus. Dilectã] Charam & dulcẽ, quia patria. Thure multo] Crebris ſacrificijs. Decorã in ædẽ] Pulchrũ ſacellũ tibi conſecratũ. Feruidus tecũ puer] Cupido flagrans. Quẽ ideo ſecũ adferre Venerem iubet, quia ſine eo nihil poteſt efficere Venus. Quare ipſa etiã apud Virgilium ſuas uires, & ſuam potentiam eum uocat. Solutis gratiæ zonis] Nã Gratiæ, quæ in comitatu Veneris eſſe dicuntur, nudæ & ſine nodis pinguntur, quia amici animos liberos, ſolutos & apertos inter ſe habere debent. Nymphæ] Veneris pediſſequæ, & miniſtræ puellæ. Et iuuentas] Quia ætas iuuenilis apta eſt ad Venerem & amores. Mercuriusq́] Hoc eſt, eloquentia, internuncia amãtes concilians.

THEOD. PVLM. } 5 Solutis] Solutis Gratias Zonis Horat. dicit, quod ita fingi pingiq́ ſolerẽt. Seneca, Quare tres Gratiæ, & quare ſorores ſunt, & quare manib. implexis, quare ridentes, quare iuuenes, & quare uirgines, ſolutaq́ & perlucida ueſte. Ideo etiam fortaſſe 4. Carm. 7. nudã Gratiã uocat, quòd perlucente ueſte, tanquam nuda eſſet: ut alio loco, (1 Sat. 2.)

» —Cois tibi penè uidere eſt
» Vt nudam. Turneb. lib. 9. cap. 13.

7 Iuuentas] Iuuentas Dea iuuẽtutis eſt, quæ Græcè dicitur Ἥβη, & cum Venere ab Homero iungitur, ut heic ab Horatio.

» Ἥβη τε Διὸς θυγάτηρ τ' Ἀφροδίτη. Turneb. li. 9. cap. 13.

GEORG. FAB. } Sacellum à Glycera extructũ, Veneri dedicat, & in id aduocat θεοὺς συμβωμοὺς αὐτῇ, uidelicet Cupidinem, Gratias, Nymphas, Iuuentatem, Mercurium. Venus enim nũquã eſt ſine cupiditate, beneuolentia, lætitia, flore, eloquẽtia.

IOD. BAD. ASCENS. } O' Venus] Vt complaceat Glyceræ amicæ ſuæ, uocat Venerẽ cũ comitiua eius in ædẽ, ab ea dedicatã dicens. O' Venus regina Gnydi] Vrbis in Caria: & Paphi urbis in Cypro. Sperne] Id eſt, minus ama. Cypro] Scilicet patriã tuã. Dilectam] Scilicet, prius. Et transfer te in ædem] Id eſt, ſacellum decorũ. Glyceræ] Scilicet, puellæ uocantis te multo thure. Et puer feruidus] Scilicet, cupido. Et gratiæ] Id eſt, charites. Zonis ſolutis] Id eſt, habẽtes zonas ſolutas. Et nymphæ] Scilicet reliquæ & Iuuentas] Scilicet, dea. Parum comis] Id eſt, elegans & ſuauis parum. Sine te] Et Mercurius Deus facundiæ, quæ ad amorem facit: properent tecum.

ANTON. MANCIN. } Hortatur Venerem ut relicta Cypro ſe in ædem Glyceræ transferat (de qua ſuperiùs ait, urit me Glyceræ nitor) Secũq́ ducat Cupidinẽ, Gratias, et Nymphas, Iuuẽtam, atq́ Mercurium. Eſt aũt ædis dedicatio. O' Venus regina Gnydi, Paphiq́] Ode eſt ſimilis ſecundæ. Gnydi] Gnydus in Caria urbs, quæ portus duo habuit. Inde memorabiles uiri oriundi, primùm Eudoxus Mathematicus Platonis ſodalis, poſtea Agatharchis Peripatheticus, uir hiſtoricus, ætate Strabonis, Theopompus diuo Cæſari familiaris & qui apud eũ maximè poterat. Idem Artemidorus eius filius. Hinc etiã Cteſias fuit, qui Xerxẽ meditatus eſt, & res Syriacas & Perſicas cõſcripſit. Aut. eſt Strab. lib. 14. Paphiq́] Paphos Cypri urbs, portũ habebat & templa optimè ſtructa, ut Strab. lib. 15. Plin. aũt li. 2. ait ita: Celebre ſanũ habet Veneris Paphos: in cuius quãdã area non pluit. Cypron] De hac latiùs in Ode 1. & 3. Aedem decorã] Aedes dicta ab aditu, quòd plano pede adibant, ut Varro docet. Aedem autem numero ſingulari de templo tantùm dicimus, plurali uerò & de domib. & de templo. Seruius lib. 2. Aeneid. Solutis zonis] Gratiæ enim nudæ & propterea diſcinctæ incedũt: de quibus multa in Ode 4. Feruidus] Habet enim faces cupido hinc amoris feruorẽ infert. Zonis ζώνη circulus dicitur. ζώνιον cingulum. ζωννύω & ζωννύω cingo. Comis] Hilaris, elegans, benigna, facilis, ſuauis. Sine te] Sine elegantia & uenuſtate. Venus enim omnium elegantiarũ domina eſſe dicitur, ut Porphyr. quoq́ narrat: & Venuſtũ ut ſcribit Fabius lib. 6. apparet eſſe id quod cũ gratia quadã & Venere dicatur. Iuuentas] Iuuenta ætas ipſa, iuuentus adoleſcentia & iuuenũ multitudo. Iuuentas dea eſt ipſa. Auctor eſt Seruius & Acron. Verg. lib. 2.

» Lumenq́ iuuentæ.

Horat. hic. Et Parum comis ſine te iuuentas] Hoc eſt ipſum numen. Verg.

» Tum mihi prima genas ueſtibat flore iuuentus.

Id eſt, adoleſcentia. Mercuriusq́] Is enim mercaturæ quæſtum reperit: uerbaq́ primus in ordinem redegit: de quo plura legito in Ode 10. Eloquentia autẽ Veneri grata eſt. unde Catullus ait. Verboſa gaudet uenus loquela. Ouid. item lib. 2. de Arte.

» Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes,
» Et tamen æquoreas torſit amore deas.

ODE XXXI. IN APOLLINEM.

εὐτική.

Ode XXXI. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

– – ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
– – ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
– – ⏑ – – – ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – –

ARGVMENTVM IN ODEN XXXI.

Docet quid ipſe & uir frugi ab Apolline petat, cui templum dedicauerat Auguſtus in Palatio, nimirũ bonam mentẽ, & integram corporis ualetudinẽ cum læta & facili ſenectute, non ambitioſa illa, ampla latifundia, armentorũ greges, ebur, & eiuſmodi.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Animus liberaliter inſtitutus nihil aliud precatur à Deo, quàm hic Poëta, cuius modeſtia uel hoc uno nomine deprehenditur, quod non petit ab Apolline amplas diuitias, ſed tantùm bonam mentem, cum ualetudine iucunda, qua fretus, Lycijs uerſibus operam dare queat.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Indicat poëta homines frugales non petere ab Apolline magnas diuitias, ſed ſanam mentem in corpore ſano: tranquillam & lætam ſenectutem.

COM-

COMMENTARIA.

QVID dedicatum poſcit Apolli-
nem
Vates? quid orat, de patera no-
uum
Fundens liquorē? nō opimas
Sardiniæ Segetes feracis:
Non æſtuoſæ grata Calabriæ
Armenta: non aurum, aut ebur Indicum:
Non rura, quæ Lyris quieta
Mordet aqua, taciturnus amnis.
Premant Calena falce, quibus dedit
Fortuna, uitem: diues & aureis
Mercator exiccet culullis
Vina Syra reparata merce.
Dijs charus ipſis, quippe ter, & quater
Anno reuiſens æquor Atlanticum
Impunè. me paſcunt oliuæ,
Me cichorea, leueſq; maluæ.
Frui paratis & ualido mihi
Latoë dones: at precor integra
Cum mente, nec turpem ſenectam
Degere, nec cithara carentem.

ACRON.

QVID dedicatū poſcit Apollinem] *Metrum duobus uerſibus Alcaicū. Tertius dimeter iambicus, nouenarius hypercatalectus. Quartus Pindaricus. Apollinis templum in Palatio dedicauit Auguſtus, ſed Apollinem pro templo poſuit* μετωνυμικῶς, *& ſignificat modeſtiā uotorum ſuorum, negans ſe ab Apolline ad cupiditatem, aut auaritiam ſpectent petere, ſed bonam mentem, bonaq; corporis uſque ad ſenectutem precari, cum Lyrico ſtudio. Putatur tamen diuersè Horatius Apollinem dedicaſſe, ad quē hæc ſcribit.* De patera] Calice, *uti,*

» *Qualem pateris libamus & auro.*

Nouum fundens liquorem] *Aut non uetus, ut deos non exquiſitis muneribus placari mōſtraret: aut certè per quod noua inſtaurabatur precatio, nam & ipſum morem ſacrificandi oſtendit, ut:*

» *Ipſa tenens dextra paterā pulcherrima Dido.*

Nō æſtuoſæ] *Aeſtuoſa enim regio eſt aptior pecori, ut:*

» *Calidi lucent buceta Martini.*

Aut ebur Indicum] *Indis enim ebur eſt abundè, ut Virg.*

» *India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.*

Lyris] *Fluuius Campaniæ eſt, interfluens urbem Minturnenſium. Virgil.*

» *Et umbroſæ Lyris per regna Maricæ.*

Taciturnus] *Lenis, altus, magnus. Vnde Virgilius de Tiberis altitudine,*

» *Tacita refluens ita ſubſtitit unda.*

Premant] *Id eſt, reprimant, putando uitem.* Calena falce] *Cales oppidum eſt in agro Sidicino, ubi optima uina, ut Falterna naſcuntur.* Diues] Ordo eſt: Et diues mercator, charus ipſis dijs, quippe ter & quater anno impunè reuiſens Atlanticum mare, exiccet uina aureis culullis reparata merce.

Culullis] *Poculis: propriè autem cululli calices dicuntur fictiles, quibus pontifices, uirginesq; Veſtales utebantur. Hic autem pro urceolis & conchis poſuit.* Syra reparata merce] *Syram mercem pro precioſa poſuit, qua uenditoris uina à negociatoribus comparentur.* Dijs charus ipſis] *Quaſi in hoc dijs, uelut per inuidiam gratos mercatores dicit, quod & proſperè, et frequentius nauigant.*

Aequor Atlanticum] *Aut pro quocunq; poſuit mari: aut Oceanum, ubi & mons Atlas eſſe perhibetur. Virg. in 4.*

» *Oceani finem iuxta ſolemq; cadentem,*
» *Vltimus Aethiopum locus eſt ubi maximus Atlas,*
» *Axem humero torquet.*

Cichorea] *Cichoreæ herbæ multis & tenuibus radicibus, quas Virgilius intyba nominauit in 1. Georg.*

» *—& amaris intyba fibris.*

Frui paratis] *Aut quæ in promptu ſunt omnibus.* Ordo eſt: *Et Latoë precor dones mihi ualido, frui paratis, ac cum integra mente, nec degere turpem ſenectam, nec carentem cithara, ut ſit mēs ſana in corpore ſano.* At] *Sed, uel ſaltem. Virgilius in primo Aeneidos: At ſperate deos memores.* Degere] *Deducere ut Virgilius in 4. Aeneid. Non licuit thalami expertem ſine crimine uitam Degere, more feræ.*

PORPHYRION } Quid dedicatum poſcit Apollinem] *Apollinis templum in Palatio Auguſtus dedicauit. Ergo dedicatum non à ſe dicit poëta, ſed quòd alioquin dedicatus eſt, ipſum autem ait dedicatum Apollinem pro templo eius.*

Non opimæ Sardiniæ ſegetes feraces] *Negat ſe poëta ab Apolline ea petere, quæ ad auaritiam ſpectant, uerùm potius bonam mentem, bonámque corporis uſque ad ultimam ſenectam ualetudinem.* Non rura quæ Lyris quieta Mordet aqua] *Lyris fluuius eſt in Campania, interfluens urbem Minturnenſem, hic autem leniſſimè labitur, quem ideo taciturnum dixit.*

Premant Calena falce, quibus dedit Fortuna uitem] *Cales oppidum in agro Sidicino eſt, in illa autem regione uina Falerna naſcuntur, ergo hoc ait: Poſſideant precioſos fundos, quibus fortuna conceſſit.*

Diues ut aureis Mercator exiccet culullis] *Pro poculis dixit: propriè autem cululli calices ſunt quidam fictiles, quibus pontifices, uirginesq; Veſtales in ſacris utuntur.* Vina Syra reparata merce] *Quaſi commutata uina Syra merce ſimilibus eſſe ſolet.*

Quippe ter & quater Anno reuiſens æquor] *Hoc quaſi argumenti loco poſitum ad probandum, quam charus dijs ſit hic mercator.* Me cichorea, leueſque maluæ] *Cichorea, intyba ruſtica. Maluæ autem corpori leues intelligendæ, ut graui Maluæ ſalubres corpori.* Frui paratis] *Aut ijs, quæ ego paraui, aut quæ parata ſunt, id eſt, in promptu ſunt omnibus.* Latoë dones] *Latoë ab eo, quod eſt Lato figuratum.*

CHRIST. LAND. } *Apollini templum dedicauit Auguſtus, quoniam in bello Actiaco ab eo adiutus eſt, quem nunc rogat. Vel potius domi ſuæ poëta illum Deum, in cuius tutela poetæ ſunt declarat. Nunc uerò in præſenti Ode oſtendit non per ambitionem, aut auaritiam infinita à Dijs petenda eſſe, ſed omnia modeſta & ſobria. Nam ut ait Iuuenalis.*

» *Orandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano.*

Vates] *De ſe tanquam de tertia perſona loquitur.* Dedicatum] *Vel quem ipſe domi, uel Auguſtus in Palatio dedicauit, quaſi dicat, quid poſcit ob huiuſcemodi dedicationem.*

Nouum] Quaſi dicat, *uilem, ut oſtendat deos pretioſa in ſacrificijs non quærere. Quoniam mente ſacrificantis, non genere ſacrificij moueantur.* Non feraces ſegetes] *Non feraces agri. Nā ſegetes quandoque terra eſt Virgilius.*

» *Quid faciet lætas, quandoq; fruges.* *Idem:*
» *Hic ſegetes illic ueniunt felicius uuæ.*

Opimæ] *Fertilis & opulentæ.* Sardiniæ] *Hæc inſula eſt in mari Tyrrheno, & in parte montuoſa atque ſterilis. Magna tamen eius pars agrum habet rebus omnibus fælicem, præcipuè tritico. Vnde horreum Romani populi olim habebatur. Habitata olim eſt ab Iolao, qui ſecum illuc, pleroſq; Herculis filios duxit.* Aeſtuoſæ] *Propter magnos calores. In hac magna eſt copia armentorum præſertim equinorum.* Indicum] Quia ex India *ueniunt maiores dentes & plures, quia in India, et plures ſunt, & maiores elephanti, quàm in Mauritania. Virgil.*

» *India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.*

Culullis] *Sunt Cululli (ut ait Acron) calices fictiles, quibus utebantur pontifices, & uirgines Veſtales. Hic pro urceolis & conchis poſuit.* Reparata] Quia *ſingulis annis cum priora conſumpta ſint uina, noua emit.* Syria merce] *Pecunijs exactis ex merce,*

quam

quam in Syriam importauerat, uel inde exportauerat. Diis charus] *Nam tot pericula, ad quæ totiens ſua ſtultitia rediret non euitaſſet ſine deorum beneficio.* Atlanticum] *Quaſi dicat remotiſſimum. Eſt enim pars Aphricani maris, & hinc mediterraneum, hinc Oceanum occupat ſuo nomine. Nam in mediterraneo à Molucha fluminis hoſtio, incipiens in occiduum tendit & Ruſicadã oppidum, & ſeptem fratres, qui montes ſunt & Abilam alluit. Inde Oceanum intrans, Tingem habet Antæi oppidum, & mari Atlantico terminatur.* Impunè] *Cum admiratione dictum, quòd ſuæ ſtultitiæ & auaritiæ ſæuienti mari pœnas non det.* Me paſcunt oliuæ] *Non poteſt auarus eſſe cui tam tenuis, tamq́ parabilis uictus ſemper ſit.* Cychoreæ] *Herba eſt notiſſima.* Leues] *Lubricæ, quæ uentrem lubricum faciant, id eſt ſoluant.* O Latoë] *O Phœbe Latonæ fili.* Dones] *Tuo beneficio concedas. Mihi ualido frui paratis, id eſt, nolo plura acquirere. ſed fac ut integra ualetudine conſtitutus poſſim frui his, quæ iam paraui, & ita ad ualetudinem corporis accedat integra mẽs, ergo ſit mens ſana in corpore ſano.* Turpem ſenectam] *Eſſet enim turpis, quia delirat & ſine integritate mentis, nec poſſet uti cythara delirus.*

HENR. GLAR. } Quid dedicatum poſcit Apollinem] *Pro templo poſuit, inquit Acro, Apollinem μετωνυμικῶς. Quod & Porph. innuiſſe uidetur, ſed obſcurius. Ego uerò puto, epitheton quid templo tribuendum erat, tribuiſſe poëtam Apollini.*

PHIL. ENG. } Calena falx] *Id eſt, quæ eſt ex Calib. Vrbe Cãpaniæ.* Culul.] *Cululli pocula dicũtur, à culeo dicta, Sacr.*

HERM. FIG. } Dedicatum] *Conſecratum. Cicero: Conſecrare, & publicè dedicare aliquem Deũ.* Apollinem] *Cuius templum ea parte domus palatinæ extruxit Auguſtus, quam fulmine ictam deſiderari à Deo auruſpices pronunciarant. Author Suetonius.* De patera nouum fundens liquorem] *Oſtendit ſacrificandi morem, quem in precibus & uotis ſeruabant. Virg.*

» *Tum pater Anchiſes magnum cratera corona.*
» *Induit: impleuitq́ mero, diuosq́ uocauit.*

Optimæ Sardiniæ] *Sardinia Africum pelagus attingens, niſi quòd in occidentem, quàm orientem anguſtiùs ſpectat: par & quadrata undiq́, & nuſquam non aliquanto ſpacioſior, quàm ubi latiſſima eſt Corſica. Cæterùm fertilis, & ſoli quàm cœli melioris, atq́ ut fœcunda, ita penè peſtilens. Mela.* Aeſtuoſæ Calabriæ] *Calabria regio Italiæ calida, fertilis, & armentis abundans.* Armenta] *Varro ab arando dicta tradit armenta, quòd principalis eorum uſus is eſſet. Inter armentum & gregem quid interſit, explicat Laurentius Valla, lib. 4 cap. 42.* Non aurum aut ebur Indicum] *India regio eſt Orientalis, terminus Aſiæ: uaſta & agreſtis. Fertiliſſima auri & argenti, terrarum omnium maximè gemmifera.* Elephantes *habet plurimos maximosq́. Iis incolæ arant, & inuehuntur: ijs dimicant, militantq́ pro finibus. Hi dentes deciduos caſu aliquo uel ſenecta defodiunt: hoc ſolum ebur eſt, ut refert Plin. lib. 8. cap. 3. Eſt autem eboris ſecatio luxuriæ cauſſa inuenta, & ideo elephantorũ dentibus, ut poſtea cap. 10. idẽ ait Plin. ingens pretium, & deorum ſimulachris laudatiſſima ex ijs materia. Magnitudo dẽtium uidetur quidem in templis præcipua. Sed tamen in extremis Africæ, quæ cõfinis Aethiopiæ eſt, poſtiũ uicem in domicilijs præbere. Sepesq́ in ijs & pecorum ſtabulis propalis elephantorum dentibus fieri, Polybius tradit, authore Guluſſa Regulo.* Non rura, quæ Lyris] *Hoc eſt, amœnos & opimos agros Campaniæ. Eſt enim Lyris amnis Coloniam Mynturnam diuidens, aliâs Glanicus appellatus. Amœnitatem, ſalubritatem, & fertilitatem Campaniæ multis uerbis deſcribit Plin. lib. 3. cap. 5. Luc. Florus de bello Samnitico. Solinus cap. 8 Strab. lib. 5.* Taciturnus] *Lenis, mitis, tacitè, & cum ſilentio prælabens.* Premant Calena falce] *Hoc eſt, præſtantiſſima uina Campaniæ colligant & bibant, quib. fortuna conceſſit. Eſt enim ager Calenus in felici illa Campania.* Culullis] *Culullus fictilis fuit calix, quo utebantur in ſacris Virgines ueſtales.* Syra merce] *Hoc eſt, peregrina & externa, quales ex Syria uehuntur. Eſt enim Syria Aſiæ regio opulentiſſima, & longè potentiſſima. Cice. Illa opima fertiliſq́ Syria.* Reparata] *Id eſt, permutata. Permutatio ſpecies eſt contractus uetuſtiſſima, à qua origo emendi, uendendiq́ cœpit, authore Paulo, libro Pandectarũ 18. Tit. 1. Olim enim, inquit, nõ ita erat nummus: neq́ aliud merx, aliud precium uocabatur: ſed unuſquiſq́ ſecundùm neceſſitatem templorum ac rerum, utilibus inutilia permutabant, quando plerunq́ euenit, ut, quod alteri ſupereſt, alteri deſit. Sed quia non ſemper, nec facilè concurrebat, ut cùm tu haberes, quod ego deſiderarem: inuicem ego haberem, quod tu accipere uelles: electa materia eſt, cuius publica ac perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubueniret. Ea materia forma publica percuſſa, uſum dominiumq́ non tam ex ſubſtantia præbet, quàm ex quantitate, nec ultrà merx utrunq́ eſt, ſed alterum precium uocatur. Vſus eſt permutatione Græcorum exercitus, cùm ære, ferro, hominibusq́ uinum ſibi comparaſſet, ut refert Homerus, omnis uirtutis & eloquentiæ parens, lib. 7. Iliad. hiſce uerſibus:*

» ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοὶ
» ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
» ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν,
» ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

Hunc locum doctiſſimi uiri, Andreas Alciatus, Guilelmus Budæus, Gregorius Haloander, Claudius Cantiuncula, Ioannes Ferrarius, Eobanus Heſſus, certatim omnes eleganter atque ornatè uerterunt. Conſtat igitur ex Homeri carmine, antiquiſſimam eſſe permutandi conſuetudinem, quam etiam Germanis noſtris fuiſſe, Pomponius Mela, & Cornelius Tacitus ſcriptum reliquerunt. Diis charus ipſis, quippe ter & quater] *Nam tot maris pericula, quibus ſe uno anno toties ſatis temerè committit, non poſſet effugere incolumis, ſine Dei beneficio & fauore.* Ter & quater] *Sic Virg.*

» *O terq́ quaterq́ beati,* *Id eſt, ſæpius, Finitus numerus pro infinito, inquit Seruius.* Aequor Atlanticum] *Mare Atlanticum pars eſt Africani: ſic dictum ab Atlante monte ſupra nubes celſo, de quo ita Virg. in 4. ſcribit:*

» *Oceani finem iuxta, ſolemq́ cadentem*
» *Vltimus Aethyopum locus eſt, ubi maximus Atlas.]*
» *Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.*

Me paſcunt oliuæ] *Oſtendit ſe non expetere popularem & dubiam cœnam, ſed frugali & parca contentum eſſe.* Oliuæ] *Oleæ fructus eſt oliua, cuius ſuccus eſt oleum.* Cichoreæ] *Cichorium herba eſt, quæ aliâs dicitur Intubũ. De qua Plinius lib. 21. cap. 15.* Leueſq́ maluæ] *In magnis laudibus, ait Plinius, malua eſt utraq́, & ſatiua, & ſylueſtris. Duo genera earum amplitudine folij diſcernuntur. Maiorem Græci Malopen uocant in ſatiuis. Alteram ab emolliendo uentre dictam putant malachen. Hæc ille. Habet enim herba illa uim leniendi & molliendi. Vnde prouerbiali figura, homo leni ingenio præditus dicitur πρᾳότερος μαλάχης id eſt, mitior malua.* Latoë dones] *Petitio eſt, qua indicat quid debeant orare Deum homines frugales & temperantes.* Frui paratis] *Rectè & prudenter hoc petit. Eſt enim Dei muneris, rebus partis contentum eſſe, & frui poſſe. Siquidem hoc ipſum ne faciant, multi ſæpe impediuntur: alij fato, alij morbo, nonnulli auaritiæ ſordibus, & eius matre luxuria. Ab hac ſententia non abhorret illud Eccleſiaſtæ: Sed & omnis homo, cui dedit Deus diuitias & opes, & cui dedit poteſtatem, ut comedat de eis, & tollat partem ſuam, læteturq́ in labore ſuo, hoc donum Dei eſt.* Valido mihi] *Bonã quoq́ corporis ualetudinem flagitat ab Apolline. Quia primus hic medicinã reperiſſe, & ſuis ſalubribus remedijs magno ubiq́ præſidio mortalibus fuiſſe dicitur. Quare etiam à Græcis ἀκέσιος, ἀποτρόπαιος, ἀλεξίκακος. appellatur, quaſi medicus, depulſor malorũ, & auerſor, defenſorq́ peſtium & calamitatum. Idem de ſe ipſo etiam apud Ouidium his uerbis gloriatur:*

» *Inuentum medicina meum eſt, opiferq́ per orbem*
» *Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.*

Quòd autem Apollini medendi facultatem tribuunt, rationem hãc reddit Macrobius, lib. 1. Satur. Quia temperatus ſolis calor fuga eſt omnium morborum. Integra cum mente] *Qua nihil melius, nihil præſtabilius homini Deus dedit utpote qua ſapit, qua prouidet, qua totã deniq́ naturã regit. Idcirco etiã rectiſſimè dixit Iuuenalis:*

» *Orandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano.*

Et propterea maximi etiam Philoſophi ſummum bonum, & finem hominis in uita perfecta, hoc eſt, ea quæ ſit animi, corporiſq́ expleta uita

ta uirtutibus, conſtituerunt. Turpem ſenectam] *Hoc eſt, delirã, moroſam, auaram, diſſolutam.* Cithara carentem] *Rogat, ut ſtudium poëticum ad extremum ætatis tempus ſibi permaneat, ne obmuteſcere in Lyricis ob ſenectutem cogatur. Vt habeat quo ingenium, animumq́; exerceat, ne inertia langueſcens ſuccumbat. Quia non modò corpori, ut rectè inquit Cato apud Ciceronem, exercitationibus ſubueniendum eſt, ſed etiam menti, atq; animo multo magis. Nam hæc quoque, niſi tanquam oleum lumini inſtilles, extinguuntur ſenectute.*

THEOD. PVLM. } 5 — Non opimas Sardiniæ ſegetes feracis] Non opimæ Sardiniæ ſegetes feraces, *H. G. E. B.* Segetes, *id eſt, Agros. Varro de Re ruſtica lib. 1. cap. 29. Seges dicitur, quod aratum ſatum eſt: aruum, quod aratum, nec dum ſatum eſt.* 2 Exſiccet culullis] *Eſt exſiccet & epotet poculis. cululli enim pocula erant per deminutionẽ data, à culleo deducta: etſi enim culleus primam producit, tamen, ut aſſolet, in deminutione corripit, ut mamma, mamilla. Acron autem, quod putat fuiſſe fictiles pontificum calices culullos, quibus & Veſtales uirgines uterentur, uereor ne culullos pro capeduncnlis acceperit. Turneb. lib. 9. cap. 13.* 16 Cichorea] *Κιχωρεῖον, uel κιχώριον, herba eſt, quam intubam uocant.* 18 At precor integra] — & precor integra, *Lambinus. quam tamen lectionem ueterum codicum teſtimonio non probat.*

GEORG. FAB. } *Petendum à dis ſuo exemplo docet, non quod ſit abundè, ſed quod ſatis: nec quod ad luxum aut oſtentationem, ſed ad uictum ſalubrem & neceſſarium pertinet. Docet poëta τὴν αὐτάρκειαν, & diſtinguit genus uitæ laborioſum, quale eſt diuitum & mercatorum, à uitæ genere quieto, & exiguis contento, dicitq́; eſſe homini nihil melius aut beatius, quam ualetudinem bonam, & celebrem è ſtudijs honeſtis gloriam.* Non opimæ Sardyniæ ſegetes feraces] *In antiquo noſtro, Non opimas Sardyniæ ſegetes feracis: & nõ paulò ſuauior epithetorum collocatio. Sed cùm aliter citent eruditi, nihil muto. Vocat Sardiniam opimam, ut 1. 7.*

„ *Lariſſæ percuſſit campus opimæ.*

Pindarus Lariſſam ὄλβιαν. Strabo Sardiniam εὐδαίμονα nominat. Mercator exſiccet culullis] *Qui aliter legunt, errant. A culeo maxima liquorum menſura, fit culeolus, inde culullus tertio gradu diminutionis, quod fuit grandis poculi genus, quo uſi ſunt in ſacris pontifices, ut ait Porphyrio: in conuiuijs reges & mercatores, ut noſter poëta. Reſtituam locum Ouidij, in ſimili genere 4. Faſt. ubi ſic legendum,*

„ *Tunc licet appoſito, ueluti cratere, camelo.*

Camelus uaſis agreſtis genus, quod pro poculo celebrauit Antiphanes Comicus, ut tragelaphum Menander, Priſtin Diphilus, qui expreſsè ait eſſe ἐκπωμάτων ὀνόματα, & ſυνώνυμα τῶν προσώπων, ut ſunt aliorum animalium & monſtrorum appellationes.

IOD BAD ASCENS. } Quid dedicatũ, &c.] *Vt oſtendat, quid uota uirilia à muliebribus diſtent, poſt uota Glyceræ Venerem uocantis. affert ſua, quibus Apollinem uocat dicẽs.* O Latoë] *Id eſt, Apollo quid ſup. putas uates, ſup. tuus poſcit: hoc eſt ego poſco (ubi ex more pro prima & iterum pro ſecunda perſona tertiam ponit) Apollinem: hoc eſt te.* Dedicatum] *Id eſt, conſecratum in ſacello, & quid orat uates.* Fundens nouum liquorem] *Id eſt, muſtum.* De patera] *Id eſt, poculo patente.* Non ſup. poſcit ſegetes] *Id eſt, terras & herbas feraces, ſcilicet frumẽti.* Sardiniæ opimæ] *Id eſt, quales ſunt in Sardinia.* Opima] *Id eſt, pingui. Non poſcit etiam.* Armenta grata] *Id eſt, utilia.* Calabriæ] *Scilicet regionis Italiæ æſtuoſæ. & ita ibi lanas molles ferunt pecudes, pro quibus armenta dixit, aut cerui & boues tenerã carnem.* Non ſup. poſcit aurum aut ebur Indicũ] *Id eſt, quod fit ex Elephanto Indico.* Non etiam rura] *Scilicet fertilia, quæ Lyris fluuius Italiæ iuxta Sinueſſam, appoſitoriè.* Amnis taciturnus] *Id eſt, leni fluẽs agmine, & ita propter renauigationem utilis eſt.* Mordet aqua quieta] *i. parum fluente. Illi ſup. quibus.* Fortuna dedit premant] *.i. putent & ſecent uitẽ.* Falce Calena] *.i. iuxta Cales oppidum, aut calenũ agrum, q. d. id mihi non poſco.* Et mercator] *.i. negociator diues.* Exiccet] *.i. ebibat uina.* Culullis] *.i. poculis.* Aureis] *Ex auro.* Vina dico reparata] *.i. comparata.* Merce Syra] *.i. ex Syria, quam ſaluam aduexit. Exiccet dico, exiſtens charus ipſis dijs.* Quippe] *.i. ut pote.* Reuiſens] *.i. iterum atq; iterum uiſitans.* Ter & quater anno] *.i. ſpatio unius anni.* Impune] *.i. ſine pœna & damno.* Mare Athlanticum] *.i. in Mauritaniam tendens. Exiccet inquit mercator, quia oliuæ paſcunt me & cychorea.* Et maluæ leues] *.i. uentrem leuigantes & mollientes. Et ideo poſco.* O Latoë dones] *.i. concedas mihi.* Valido] *.i. incolumi & ualenti.* Frui paratis] *.i. iam partis.* At] *.i. ſed precor dones cum mente integra, degere nec ſenectam turpẽ, nec* Carentem Cythara] *.i. Muſica uacantem.*

ANT. MANCIN. } XXXI Ode *ſcribit Horatius ab Apolline nuperrimè dedicato ſe minimè petiturum, quæ ad auaritiam attinent, uti feraces ſegetes, armenta, aurũ, ebur, rura & ſimilia: erat enim paruo contentus, & iam paratis. Petit autem corporis ualitudinem cũ ſana mẽte uſq; ad ſenectutem, lyrico ſtudio nõ carituram. Quid dedicatum poſcit Apollinem, Ode eſt tricolos tetraſtrophos. Eſt enim ſimilis. 29. Dedicatũ Apollinẽ. Suet. ſcri. Auguſtum extruxiſſe templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus, quam fulmine ictã deſiderari Deo haruſpices pronunciarent, addidit q́; & porticum Bibliotheca Latina, Græcaq́;.* Nouũ liquorẽ] *Cũ noua dedicatio eſſet nouo mero ſacrificare uolebat, decebatq́; etiam. Non ſu. erat.* Opimæ] *Fertilis.* Sardiniæ ſe.] *Feraces. Sardiniam inſulam amplectitur ab oriente Sardoum, à ſeptentrione mare, quod inter ipſam & Cyrnũ circumfunditur. Aut. eſt Ptol. lib. 3. Diony. autem ſcrib. Cyrnum & Sardiniam ſoli ubertate, & naſcentium copia ſpectatiſſimas. Mela etiam ait, quòd à barbaris colitur Sardinia fertilis, & ſoli, quàm cœli melioris, atq; ut fœcunda, ita penè peſtilens. Et Stra. item lib. 5. ait, quòd Sardiniæ magna pars agrum habet rebus omnibus fœlicem præcipuè tritico, diſtat à Corſica ſtadijs. 60.* Lyris] *Is fluuius eſt, qui Soram interfluit, Fregellas affluit, atq; Mynturnas, urbẽ prope Sinueſſam, labiturq́; supernè de Apenninis collibus, & agro Veſtino præter Fregellas. Plura Strab. 2. 5. & Plin. lib. 3.* Premant] *Amputent.* Calena falce] *De Caleno uideto in Ode 20.* Aureis culullis] *.i. poculis, propriè autem Cululli ſeu Culullæ calices quidã erãt fictiles, quibus pontifices, uirginesq́; Veſtales in ſacris utebantur. Auct. ſunt Acron & Porph.* Reparata] *Commutata.* Syra merce] *In Syria enim omnium ferè abundantia eſt, unde Diony. ſic ait. At uniuerſa Syria omni prorſus ubertate referta eſt, & ad alenda pecora paſcuis & frugibus copioſa. Plin. aũt lib. 5. ſcribit quòd Syria quodã terrarum maxima & pluribus diſtincta nominib. pars enim eius Palæſtina uocabatur, qua contingit Arabas, pars Iudæa, pars Damaſcena, pars Meſopotamia, pars Babylonia. Et Strabo lib. 16. ait. Et Syris mercatores eſſe Phœnices, Syriaq́; ipſa occidentem uerſus Aegyptio pelago terminatur. Aequor Athlanticum. Oceanus Athlanticus dicitur, à monte Athlante, quo poëta lib. 4. ait.*

„ Oceani finem iuxta, ſolemq́; cadentem.

„ *Vltimus Aethyopum locus eſt, ubi cælifer Athlas.*

„ *Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.*

Cichorea] *Cichoreum refrigerat, iocineri & renibus, & ſtomacho prodeſt. Autor Plin. lib. 20.* Maluæ] *Malua Græcè μαλάχη dicitur ab emolliendo uẽtre, ut innuit Plin. lib. 20. præterea μαλάσσω mollio ſignificat. μαλακὸς mollis dicitur.* Paratis] *.i. illis quæ omnib. in promptu ſunt, uel quæ iam paraui.* Latoë] *.i. Apollo Latonæ fili, λάτω enim Latona dicitur. Integra cum mente. Iuuenalis etiam Sat. 10. inquit.* Orandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano. *quo in loco ſuper hac re plura iam diximus non negligenda.* Nec turpem] *Id eſt, deformem, de qua lege Iuuenalem Sat. 10.* Nec cythara carentem] *Id eſt, Lyrico ſtudio & lætitia.*

ODE

ODE XXXII. AD LYRAM.

Προσφωνητική.

Ode XXXII. Dicolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis atque diræ.

–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪ –– –∪∪– –∪ –∪
–∪∪ –∪

ARGVMENTVM IN ODEN XXXII.

Orat Lyram ſibi deſit, pro uiribus ſatagenti, ut carmen quod condit, poſteritati probetur, laudatq́ eam ab amœnitate & utilitate, quæ deorum & fortium uirorum animos exhilarat.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Quia Lyricij uerſibus operam dabat poëta, non temerè Cytharam alloquitur: utpote qua fretus carmina ſolebat edere, in multos annos duratura, quod exemplo dicit ſe facere Alcæi Lesbij, qui etiam belli tempore, ab eo ſtudio non cedebat.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Petit à Lyra, ut in ſeceſſu Latinum ſibi canat melos, ſicut Alcæo etiam inter arma Græcum carmen dixerat, poſtea à ſuauitate & utilitate eam laudat.

POSCIMVS, ſi quid uacui ſub
umbra
Luſimus tecum, quod & hunc
in annum
Viuat, & plures: age, dic Latinū
Barbite carmen.
Lesbio primum modulate ciui:
Qui ferox bello, tamen inter arma,
Siue iactatam religarat udo
Littore nauim:
Liberum, & Muſas, Veneremq́; & illi
Semper hærentem puerum canebat,
Et Lycum nigris oculis, nigroq́;
Crine decorum.
O' decus Phœbi, & dapibus ſupremi
Grata teſtudo Iouis, ô laborum
Dulce lenimen, mihi cunq; ſalue
Rite uocanti.

COMMENTARIA.

ACRON.

POSCIMVS, ſi quid uacui ſub umbra] *Metrum Sapphicum hendecaſyllabum. Quartus Adonius. Hac Ode lyram ſuam alloquitur, ut adſit, & canere nō deſiſtat, poſcebatur enim dicta ſua edere.* Luſimus] *Scripſimus, ut Virg. in Buc.*

» *Ludere quæ uellem calamo permiſit agreſti.*

Ludum enim poëtæ carmina ſua: ueluti præ uerecundia, dicere cōſueuerunt. Viuat] *Victura pro perpetuis poſuit, ut Virg.*

» *Nulla dies unquam memori uos eximet æuo.*

Latinum] *Facile intellectu.* Lesbio primum modulate ciui] *Alcæum dixit, qui fuit de Lesbo inſula, hic enim res bellicas aduerſus tyrannos geſsit, & Pittacum Mitylenæum uictum expulit.* Siue iactatam] *Qui ſeu in tempeſtatibus, ſeu in bellis conſtitutus, citharæ ſolatium non amiſit.* Liberum] *Liber enim & cantilenam ſuadet, & uoluptatem.* Et Lycum nigris oculis, nigroq́ Crine decorum] *Pulchrum enim hunc puerum Lycum Alcæus dilexit. Pulchritudo autem puerorum ſæpe nigris decoratur oculis.* O decus] *Lyram dicit eſſe Apollinis decus.* Supremi] *Summi, ut:*

» *Proh ſuppreme Iupiter.*

Omni enim lætitia Iouis epulum celebratur. Dulce lenimen] *Malorum enim lenimē eſt cithara cātus, & ſibi quandocunq; profuturum exoptat.* Cunque] *Quandocunque.*

PORPHYR. } Poſcimus ſi quid] *Hac Ode lyram ſuam alloquitur Horatius, uti ſibi adſit, ut canere perſeueret.* Vacui ſub umbra] *Vacui pluralis numeri eſt, caſus nominatiui, & eſt ſenſus: Nos uacui, id eſt, à negotijs liberi, ſi quid luſimus exigitur à nobis, ut canamus.* Luſimus tecum] *Sic ferè poëtæ uerecundè carmina ſua luſus uocant.* Quod & hunc in annum uiuat, & plures] *Optat carmini, ut perpetuò floreat, ea enim ſcripta, quæ ſine uirtute ſunt, temporalia ſolent eſſe.* Age dic Latinum Barbite carmen] *Barbiton organi genus eſt, ſed nunc pro lyra poſuit.* Lesbio primum modulate ciui] *Lesbium ciuem Alcæum dicit, hic autem etiam res bellicas aduerſus tyrannos geſsit.* Siue iactatam religarat udo littore nauim] *Hoc ideo dicitur, quia in nauigationibus hic poëta, cum bellicas res ageret, ſæpe tempeſtatibus uexatus eſt.* Et Lycum] *Hunc Lycum puerum Alcæus dilexit.* O' decus Phœbi] *Lyram dicit, decus Phœbi.* Mihi cunque ſalue Rite uocanti] *Cunque pro quandocunque poſitum eſt, ut ſit:*

» *O' dulce lenimen mihi quandocunq; te rite uocanti.*

CHRIST. LAND. } *Lyricus poëta lyræ applaudit, eamq́ laudat, & hortatur ut concedat ſibi aliquid ita canere, ut diu duraturum ſit: Nec caret artificio, nam oſtendit ſe omnia paraſſe, quib. quod petit facilè euenire poſſit. Nam niſi mens uacua ſit poëtæ, niſi aliqua proueniat ex amœno loco uoluptas, ineptus rei agendæ uidebatur.* Poſcimus] *Nam tibi dediti iure quodam patere uideremur, & iccirco poſcimus. Nam poſcere ſecundùm Donatum eſt imperioſè rogare: petere eſt cum precibus: poſtulare eſt iure, obſecrare eſt per ſacra rogare: Flagitare maioris eſt uehementiæ quàm poſcere: Expoſtulare eſt cùm conquerimur iniuriam apud illum à quo accepimus, & habet in ſe reprehenſionem: Flagitare uidetur non ſine crepitu uerborum addere conuitium. Cic. Quanquam cauſa poſtulat non tamen flagitat.* Vacui] *Ocioſi & ſine cura, præbet ergo ſe idoneum modo lyra aſpiret.* Sub umbra] *Locus eſt poëtæ accommodatus.* Luſimus] *Ludere eſt in re iocari uerbis: Ludere mouere. Terent.*

» *Simite congrum in aqua ludere.*

Item exercere, unde Latini dicunt, quod Græci gymnaſium: & itidem ſcribere, ut hic: & Virg.

» *Ludere quæ uellem calamo permiſit agreſti. & alibi.*

» *Carmina qui luſi paſtorum.*

Acron dicit poëtas per uerecundiam ludum ſuum laborem uocare. In hunc annum] *Vſque ad finem huius anni.* Et plures] *Ergo dic carmen non moriturum.* Barbyte] *O lyra nomen Græcum eſt.* Lesbio] *Propter Alcæũ dicit, qui Lesbius fuit, & quem poëta noſter imitatus eſt ſolum in ea parte, in qua ipſe luſus, amoresq́ deſcribitur. Vir fuit etiam in re militari egregius, & qui tyrannos è patria pepulit. Et præſertim Pyttacum Mithylenæum, quem Athenienſes uiciſſe tandem gloriati ſunt?* Modulate] *Participium deponentis paſſiuè protulit. Eſt enim modulari carmen cum illi modum & numerum muſicum damus. Virg.*

„ *Et modulans alterna notaui.*

„ *Et Carmina paſtoris Siculi modulabor auena.*

Oſtendit autem poëta petitionem ſuam facilem cum lyra ſua maius quiddam Alcæo præbere ſolita ſit. Ferox, audax & fortis. Inter arma, nam ſi etiam armis res leuiores tantus poëta admiſcuit, non dabitur mihi uitio, ſi idem faciam. Siue iactatam religarat udo littore nauem] *Siue bella gereret, ſiue in portu quieſceret.* Liberum] *Id eſt, conuiuia, in quibus uina, quæ Liberi dona ſunt celebrãtur.* Puerum] *Cupidinem, qui nuſquam ab eo diſcedebat, nam ſemper amabat.* Lycum] *Puerum ab eo amatum.* Nigris oculis] *Nam nigredo pupillarum in oculis laudatur, & apud priſcos etiam in puerorum capillis.* O decus Phœbi] *Exaltatur enim Phœb. in cithara, quæ illi rectori, & moderatori reliquorum luminum propter cœleſtem harmoniam datur.* Et grata dapibus] *Nõ enim ſolum hominum, ſed etiam deorum conuiuia illa exhilarantur. Rectè autem dixit dapes: nam uolunt dapes, deorum eſſe & principum: epulas, priuatorum. Epulum etiam in ſingulari eſt, quod publicè datur uniuerſo populo.* Teſtudo] *Quia prima in formam huius animalis facta eſt.* O laborum dulce lenimen] *Quid ergo illi deeſt ad laudem, cum & Phœbo omnium rerum pulcherrimo decus afferat, & Ioui maximo Deo ſit grata, & laborum ſit ſuauis mitigatio.* Cumq;] *Quomodocunq;, quaſi dicat, etiamſi non te digno carmine uocauero.*

HENR. GLAR. } Dulce lenimẽ mihi cunq; ſalue, Rite uocanti] *Porphyrio cunque pro quandocunque poſitum eſt, inquit, ut ſit, O dulce lenimen mihi quandocunque te rite uocaui: hæc ille. quæ uerba uix intelligo. Mancinellus ordinem putat:* Salue ô dulce laborum lenimen mihi cunque *id eſt, quandocũque rite uocanti, id eſt, apto loco & tempore. Ego puto unum ex carminibus Horatij eſſe, quod potuiſſet melius facere, ſi non neruum etiam aliquando corpori ineſſe placuiſſet. Quod ſi quis cunque prorſusque exponeret, ut 6. Aeneid.*

„ *Iuuat uſque morari.*

Fortaſſis non minus commodè interpretaretur. Sed nimis ſollicitum in omnibus eſſe uitio datur.

PHIL. BNG. } *Ouid. in epiſtola, Sapphus,*

„ *Non facit ad lachrymas Barbitos ulla meas.*

Horatius Ode 32. lib. 1.

„ *Poſcimus ſi quid: Barbite carmen,*

„ *Lesbio primum modulate ciui.*

HERM FIG. } Poſcimus] *Poſcere eſt, cùm aliquid pro merito noſtro depoſcimus. Petere uerò eſt, cùm aliquid humiliter & precibus poſtulamus. Plagitare, uehementer & plus quàm poſtulare. Hæc Valla Grammaticorum Coryphæus lib. 5. cap. 58.* Vacui ſub umbra] *Hoc eſt, ſoluti, & à cura liberati in loco umbroſo atq; amœno. Nam carmina mentis tranquillitatem & ſeceſſum exigunt. Vnde Ouid. de Sappho.*

„ *Vacuæ carmina mentis opus.* *Et alibi:*

„ *Carmina proueniunt animo deducta ſereno,*

„ *Nubila ſunt ſubitis tempora noſtra malis.*

„ *Carmina ſeceſſum ſcribentis, & ocia quærunt,*

„ *Me mare, me uenti, me fera iactat hyems.*

Luſimus] *Hoc eſt, ſcripſimus. Sic Virg. Eclog. 1.*

„ *Ludere quæ uellem calamo permiſit agreſti.*

Nam ludere authore Laurentio Valla, etiam dicitur uerſibus ſcribere, ſed nõ niſi in opuſculis ferè, qualia ſunt epigrammata: & hæc opuſcula dicuntur luſus, & hoc ita ſentire ſummos authores annotauit. Quintilianus lib. 10. Inſtitut. Oratoriæ de Alcæo inquit: Sed & luſit, & in amores deſcendit, maioribus tamen aptior. Viuat, & plures] *Sunt enim poëtarũ illuſtrium carmina ſempiterna, & immortalem rerum præclarè geſtarum memoriam retinent, æternãq; gloriã, præmiũ uirtutis ampliſſimũ, apud poſteros pariunt. Id quod etiam M. Cicero pro Archia poëta multis grauiſſimis argumentis probat. Declarant quoq; eandem ſententiam plurib. uerbis Horat. Ode ult. lib. 3. Et Ouid. in fine ſuarum Tranſfor.* Latinũ carmẽ.] *Hoc eſt, Romanum, quia lingua Latina, à Latio, ubi Roma eſt, dicta, eadem eſt cũ Romana, domina illa & regina linguarũ omniũ.* Lesbio ciui] *Alcæi eſt Periphraſis. Qui Poëta Lesbius, carminib. Lyricis apud Græcos maximè enituit. Nam in eloquendo, teſte Quintiliano, fuit breuis, magnificus, & diligens.* Ferox bello] *Pugnax, & fortis, quia non ſolùm arte poëtica fuit inſignis, ſed etiam rebus bellicis, & militiæ laudibus clarus.* Tamen inter arma, ſiue iactatam] *Quaſi diceret: Licet terra, mariq; fortiter pugnarit, tamen in caſtris, uel in portu, animum ſcribendis carminib. recreare non eſt dedignatus.* Illi ſemper hærentem puerum] *Filium Cupidinem, perpetuum eius comitem, ſine quo prorſus uabecilla eſt. Vnde apud Virgilium, ſuum robur ipſum appellat.*

„ *Nate, ait, meæ uires, mea magna potentia ſolus.*

Lycum] *Puerum quem amabat: hoc eſt, ſcribebat res leues & amatorias. Nam & luſit, & in amores deſcendit Alcæus, ut ait Fabius.* Nigris oculis] *Græci enim ac Romani oculos nigros laudabant: Galli autem & Germani oculos cœruleos in pueris cõmendant.* O decus Phœbi, & dapib.] *Encomium eſt citharæ, quæ tam eſt ſuauis, ut Deorum & fortiũ uirorum animos exhilaret.* Decus Phœbi] *Citharæ repertor fuit Apollo, ut placet Diodoro. qui lib. 5. inquit: Apollo primùm cithara ſimplici uſus eſt. Sunt tamen qui Mercurium inueniſſe, & Apollini donaſſe, dicant, qui poſtmodum Muſis præfuit.* Dapibus ſupremi Iouis] *Conuiuio Deorum, in quo cithara ludit Apollo, apud Homerum lib. 1. Iliad.*

„ [illegible]

Porrò, dapes uolunt eſſe Deorum, uel noſtras in ſacrificijs Deorũ, ut inquit Valla. Epulæ ſunt cibi miniſterio hominum, & in noſtrũ uſum comparati. Epulum propriè publicum conuiuium, in propatulo numeroſis ciuibus exhibitum. Laborum dulce lenimen] *Nam ſuauiſſima illa citharæ harmonia omnem animi perturbationem & ſollicitudinem mitigat: & ad tollerandos humanæ uitæ labores plurimùm ualet. Cithara in rebus duris, diuinum illum pſalmographum Dauidem non ſolùm oblectare ſe, uerùm etiam diuina Dei myſteria ad eius concentum accommodare ſolitum, omnib. eſt notiſſimum. Sic Legati Græcorum miſſi cum donis ab Agamemnone ad Achillem iratum, ipſum ſedentem in littore, & cithara animũ ſuum recreantẽ, offenderunt, ut teſtatur Homer. lib. Iliad. 9.*

„ [illegible]

Socratem etiam conſtat, ætate profectum lyra inſtitui, & operam tractandis fidibus dare, non erubuiſſe.

THEOD. PVLM. } 1 Poſcimus] Poſcimur, *ex ueteri codice Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 5. cap. 12. quam lectionẽ & Acron, & Porphyrio ſequitur.* 2 Lesbio primũ modulate ciui] *Cùm ait, ſignificat primũ Alcæũ barbito uſum, quod citharæ genus eſt grauius aliquanto ſonantis: quaſi enim* [illegible] *dicitur. Ab Alcæo etiã Sapphicũ carmen inuentũ fuiſſe, non deſunt qui ſcribant. Hephæſtion,* [illegible] *Alcæus porrò cum Athenienſibus bellum geſſit, & cum tyrannis, expuliq; Pittacum Mitylenis. gratam autem dicit epulis Iouis teſtudinem, in quib. Apollo cithara canit: unde illud,*

„ [illegible]

Turneb. lib. 9. cap. 13.

GEORG. FAB. } *Imitatione Alcæi & Pindari, ſuam citharam alloquitur, & cõmendat artẽ Muſicam: quæ hominib. & occupatis, & ocioſis, id præſtat, quòd alia ſtudia non faciunt, nẽpe recreationem in laboribus, ut Alcæo: iucunditatem in literis, ut Horatio. Nec eſt ſolùm delectationi hominibus, quibus præter uoluptatem nomen præbet ſempiternum, ſed dijs ipſis eſt decori, nam & Phœbum ornat ſcientia Muſica, & Iouem ipſum inter dapes exhilarat. Delectat igitur Muſica Deum, & placet hominibus.* Poſcimus

ſcimus ſi quid uacui] *Porphyrio legit, Poſcimur ſi quid uacui, id eſt, ſi quid à nobis uacuis exigitur. Propriè autem, ut in Arte,*

Fabula quæ poſci uult.

IOD. BAD ASCENS. } Poſcimus] *Hac Ode Barbyton. i. plectrũ ſuũ alloquitur, cui, quia per proſopopeiã perſonam dat etiam genus mutat, quia maſculino affatur dicens.* O Barbyte modolate] *.i. temperate ad modulos.* Primum] *Ciui.* Lesbio] *.i. ab Alcæo, quem imitamur.* Nos poſcimus] *.i. exquirimus.* Si nos uacui] *.ſ. curis & cæteris negocijs.* Luſimus quid] *.i. aliquid tecũ.* Sub umbra] *.ſ. Tyburtina, ut alibi dicit.* Quod uiuat] *.i. extet.* Et] *.i. etiam.* In hunc annum] *.i. ad hæc uſq; tẽpora.* Et in plures annos] *.i. ultra uicturum eſt, nos poſcimus inquam, age.* Quæ] *Adhortandi uox, dic carmen Latinum cũ prius dixeris Græcum ſub Alcæo.* Qui quanquam ſup. ferox bello] *Quia etiam bellator fuerat tamen canebat, ſiue ſup.* Inter arma] *Siue religarat ſup. in littore.* Udo] *.i. humido, propter eiectã nauem.* Nauem iactatam] *.ſ. ab undis, quæ debellatus & naufragium paſſus ad littus deuenerat, hoc eum ſiue iam arma tractabat, ſiue uectus nauem reparabat, utrunq; enim in Odis ſuis deſcripſit. canebat dico.*

Liberum, & Muſas, & Venerem, & puerum, ſcilicet Cupidinem aut iocum hærentem, id eſt, adhærentem ſemper illi ſcilicet Veneri. Et canebat] *Lycum ſcilicet puerum, quem amauit, decorum nigris oculis, & nigro crine.* O teſtudo decus Phœbi] *Id eſt, qua Phœbus decoratur, geſtat enim eam.* Et ô teſtudo grata dapibus ſupremi] *Id eſt, ſummi. hoc eſt cæleſtis Iouis, adhibetur enim conuiuijs deorum.* O dulce mihi lenimen laborum, ſalue mihi uocanti] *Id eſt, ſaluus dicaris.* A me uocanti te cunque] *Id eſt, quandocunq; ritè, id eſt, decenter.*

ANT. MANCIN. } XXXII. *Ode à Barbyto, id eſt, ſua cythara poſcit, ut quicquid ſecum luſerit diutiùs uiuat, hortaturq; dicat Latinũ carmen, & canere perſeueret, eius deinde laudes enumerat, dicit enim Alcæum Barbyto ceciniſſe, Liberũ, Muſas, Venerem, Cupidinem, & Lycum puerum ſibi dilectum dicit etiam eſſe Phœbi decus & gratum ſummi Iouis dapibus, dulceq; ſibi laborum lenimen.* Poſcimus ſiquid uacui ſub umbra] *Ode eſt ſecundæ ſimilis, eſt autem ordo, ô Barbyte ſiquid nos uacui ſub umbra luſimus tecum poſcimus, quod & uiuat hunc in annum & plures.* Age dic Latinum carmen modolate primum Lesbio ciui] *Legitur etiam poſcimur: Tunc talis erit ordo.* O Barbyte primum modolate Lesbio ciui poſcimur, ſiquid uacui ſub umbra luſimus tecum, *age dic Latium carmen, quod uiuat, & in hũc annum & plures.* Vacui] *Curis liberi, nam uacuæ carmina mentis opus.* Luſimus] *Eſt enim poëtarum ludus ſcribere carmina, uerecundeq; ſua carmina luſus uocat.* Ludere deniq; *dicitur uerſibus ſcribere, ſed non ferè niſi opuſcula: qualia ſunt epigrammata, & hæc opuſcula dicuntur luſos.* Hunc in annum] *In eius finem.* Barbyte] *De hoc legito latiùs in Ode prima.* Lesbio ciui] *Id eſt, Alcæo quem Horatius imitatus eſt, de quo plura in Ode prima.* Modulate] *Decantate.* Qui ferox bello] *Alcæus enim Mytilenæus militiam exercuit, nam diu inter Mytilenæos & Athenienſes pugnatum eſt, demum uincentibus Athenienſibus in quodam prælio, Alcæus fugæ ſe mandans, euaſit: ſed armis eius potiti ſunt Athenienſes, quæ apud templum Mineruæ ſuſpenderunt. hanc rem Alcæus carmini mandatam in Mytilene repoſuit, indicans Menalippo ſodali ſuam calamitatem. Scribit ea Herodotus lib. 5. Liberum & Muſas, ferunt Dionyſium Semele natum, delitijs deditum, molli corpore ac præ cæteris decoro, uoluptatibus inſuper Venereis indulgentem. In exercitu mulierum copiam circunduxiſſe armatam haſtis thyrſo inuolutis. Tradunt & Muſas uirgines cum eo profectas apprimè eruditas, ijs tum propter cantus ſuauitatem, tum quia doctæ ſaltare, bonisq; artibus eruditæ erant Deus ille oblectabatur. Scribit ea Diod. lib. 5. O decus Phœbi, Mercurius Lyram inuenit in Cylleno monte Arcadiæ ſeptem chordarum, quam deinde Apollini conceſsit, habita ab eo uirgula quadam: poſtquam uerò Apollo cytharam reperit, Orpheo Lyram conceſsit Higynus in his authorem. Quæ quidem ſuperiùs quoq; iam diximus Diodorus etiam docet lib. 9. quomodo cùm Apollo alijs dijs celebrauit nuptias Cadmi & Hermiones, ubi Mercurius uſus eſt lyra, Apollo cythara, Muſæ tibijs. Et inferius ſubdit, quòd Apollinem cytharæ, eiusq; Muſicæ inuentorem ferunt.* Teſtudo] *Id eſt, chelis, hoc eſt, cythara. χέλυς. n. teſtudo dicitur, cuius neruis ſonantibus Apollo uel Mercurius cytharam dicitur inueniſſe, ita Lactantius lib. 1. Th. ſcribit.* O laborum] *Ordo eſt,* ſalue ô dulce laborum lenimen mihi cunque, *id eſt, quandocunq;* ritè uocanti. Ritè, *id eſt, apto loco & tempore.*

ODE XXXIII. AD ALBIVM TIBVLLVM POETAM.

Ode XXXIII. Dicolos tetraſtrophos, ut: *Vario fortis, & hoſtium.*

‒ ‒ ‒ ∪ ∪ ‒ ‒ ∪ ∪ ‒ ∪ ∪
‒ ‒ ‒ ∪ ∪ ‒ ‒ ∪ ∪ ‒ ∪ ‒
‒ ‒ ‒ ∪ ∪ ‒ ‒ ∪ ∪ ‒ ∪ ∪
‒ ‒ ‒ ∪ ∪ ‒ ∪ ∪

ARGVMENTVM IN ODEN XXXIII.

Conſolatur Tibullum poëtam, ſuo & aliorum exemplo, qui ægrè ferebat, ſe ab amica contemni, docens id illi cum multis eſſe commune, Venere ita uolente, ſibiq; idem accidiſſe, ut contempta nobiliore, Libertinæ adhæſerit.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Ad Tibullum Poëtam ſcribens, qui ſit in amore ludus oſtendit, nempe ſic ſolere fieri, ut plerumq; non reſpondeat in utroque mutuus amor, id quod quibuſdam exemplis probat.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Albium Tibullum Elegiarum ſcriptorem, & equitem Romanum, ſuo atque Cyri exemplo hortatur, ne plus nimio doleat ſe ab amica ſperni, quòd hoc cum aliis multis habeat commune, & ita uiſum ſit Veneri, ut in diuerſum amorem animi diuidantur.

COMMENTARIA.

ALBI ne doleas, plus nimio memor
Immitis Glyceræ: neu miſerabiles
Decantes elegos, cur tibi iunior
Læſa præniteat fide?
Inſignem tenui fronte Lycorida,
Cyri torret amor: Cyrus in aſperam
Declinet Pholoën: ſed prius Apulis
Iungentur capreæ lupis,
Quàm turpi Pholoë peccet adultero.
Sic uiſum Veneri, cui placet impares
Formas, atq; animos ſub iuga ahenea
Sæuo mittere cum ioco.
Ipſum me melior quum peteret Venus,
Grata detinuit compede Myrtale
Libertina, fretis acrior Adriæ
Curuantis Calabros ſinus.

ACRON.

ALBI, ne doleas plus nimio memor] *Metrum trib. uerſibus Aſclepiadeum.* Quartus Glyconius. *Album Tibullum alloquitur elegorum poëtam, conſolans eum exemplo aliorum, & hortatur, ut ſit fortiori animo in contemptu, quem indignè à Glycera muliere patitur: & commemorat Lycorida, quæ ſimiliter à Cyro contemnatur, rurſus Cyrus Pholoën diligat, & ab ea ſpernatur, ſicut Albius à Glycera.* Neu miſerabiles] *Seu quia ipſi elegi, hoc eſt carmen eius contemptū miſerabile ſit: ſeu quia miſerabilia elegis ſcribantur.* Læſa fide] *Quia perfida extiterit amatori.* Tenui] *Anguſta & parua, ſicuti pulchræ habere conſueuerunt.* Apulis Iungentur capreæ lupis] *Aut quia maioris ibi formæ eſſe dicūtur, ut:*

» *Iungētur iam Gryphes equis.*

Sic uiſum Veneri] *Quotieſcunq; ratio nō appareat, ſic uiſum, interponitur, ut Virg.*

» *Poſtquam res Aſiæ, Priamiq; euertere gentem*
» *Immeritam, uiſum ſuperis.*

Sub iuga ahenea] *Sub durum ac difficilem amorem.* Sæuo mittere cum ioco] *Sæuo, aut quia nonnunquam in diuerſum amorem animi diuiduntur: aut quia cupido ſibi ludos de hominibus exhibet: aut certè quod in amorem per iocum uenit.* Ipſum me] *Dicit ſe amore amicæ ab uxoris coniunctione reuocatum, cuius ira litibus, uel amaritudine uexetur, quemadmodum Calabriæ littora maris Adriatici tempeſtatibus. Adriæ autem curuantis dixit, ut Virg.*

» *Et littore curuo extruimusq; thoros.*

Grata detinuit compede] *Compedem ſingulari numero contra ueterum poſuit conſuetudinem.* Myrtale] *Nomen concubinæ.* Curuantis] *Commouentis uel erigentis præ nimio æſtu.*

PORPHYR. } Albi ne doleas plus nimio memor Immitis Glyceræ] *Albium Tibullum alloquitur elegorum poëtā. Hortatur autem eum, ut ſit fortiore animo in contemptu, quem indignè à Glycera muliere patitur, quam ideo immitem uocat.* Neu miſerabiles Decantes elegos] *Propriè elegiorum uerſus aptiſſimi ſunt fletibus, quos ideo miſerabiles dixit. Nam & nomen ipſum elegiorum παρὰ τὸ ἒ, ἒ, quæ eſt uox lamentantium, dictum putāt.* Cur tibi iunior læſa præniteat fide] *Apud Glyceram, ſcilicet, præniteat, quæ fidem hoc faciendo læſerit.* Tenui fronte] *Pro anguſta, & puſilla poſuit. Frons autem minor pulchriorem facit mulierem, & ideo inſignem tenui fronte accipe, hoc eſt, in hac re inſignem.* Sed prius Appulis iungentur capreæ lupis] *Hoc eſt prius lupi concumbent cum capreis.* Sic uiſum Veneri, cui placet impares Formas, atq; animos ſub iuga ahenea Sæuo mittere cum ioco] *Sub iuga mittit, qui domat cū turpitudine, ut amor, Ordo eſt: Sic uiſum Veneri cum ſæuo ioco, id eſt, Veneri & Amori ſic placuit, quem amorem ſæuum iocum dixit non ineleganti cōceptione. Iuga autem ahenea durum ac difficilem amorem uult intelligi, hoc Veneri inquit, placuit, ut quæ amantur, non conſentiant amatoribus, ſed in alios ipſi amores declinent.* Grata detinuit compede Myrtale] *Compedem gratum, amorem ſignat. Et uidemus quòd non ſimpliciter compedem hic dixerit, ſed referens ad conditionem Libertinæ Myrtales. Attendendum autem compedem ſingulari numero eum dixiſſe, quod non facilè apud ueteres inuenitur.* Adriæ] *Per hoc Adriaticum ſinum intellige, quod mare & Calabriam alluit.*

CHRIST. LAND. } *Metrum eſt tribus uerſibus Aſclepiadeum, & quarto Glyconicum. Hortatur Albium exemplo aliorum, ut fortiori animo ferat ab amica ſperni.* Cùm non ſit eo *dolendum, quod tritum conſuetudine appareat, & ſibi cum multis commune exiſtat. Plus nimio memor. Nam cum te non amat, non debes illius meminiſſe.* Elegos] *Quibus de illa quereris. Nam elegia inuenta eſt, ut illo genere querimoniæ exprimerentur. Deinde etiam & res iucundiores ſcripſerunt in elegis poëtæ. Eſt autem dicta elegia, quaſi luctuoſum carmen, quia ἔλεγος luctum ſignificat. Fuit autem Sacadas Argiuus primus, qui elegias ad muſicos rithmos canere inſtituit. Horatius ergo Verſibus impariter iunctis, querimonia primum. Poſt etiam uncta eſt uoti ſententia compos. Quis tamē exiguos elegos emiſerit author, Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt.* Cur iunior, *quereris enim unde ſit, quòd dij illi quantò perfidior eſt, tantò maiorem tribuant pulchritudinem, cum contraria mereantur:* Inſignem] *Argumentationibus è grauioribus philoſophiæ locis eductis ad leuiſſimas amatorias res probandas utitur, ſcilicet, non eſſe eà recuſanda, quæ nobis accidant cum multis cōmunia, quod probat exemplo Lycoridis, quæ cum pulchra ſit & uehementer Cyrum amet, tamen ab eo non amatur.* Cyrus autem declinat aſperam Pholoën] *Id eſt propenſus eſt in amorem Pholoës, quæ erga illum aſpera, immitiſq; ſit.* Tenui] *Anguſta & parua ſecundum Acronem, quoniam frons anguſta pulchrior ſit. Vel potius dicamus, tenui fronte, id eſt, in qua tenuis & pellucida ſit cutis.* Apulis] *Sic Virg.*

» *Iungentur iam Gryphes equis, æuoq; ſequenti.*
» *Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ.*

Sæuo cum ioco] *Nam iocus eſt cupidini ſæuire in homines. Et ſimile eſt illi, quod de Marte in ſuperioribus dixerat, heu nimis longo ſatiate ludo.* Melior Venus] *Nobilioris mulieris amor.* Grata] *Non quia ſibi illa uices in amore reddat, ſed grata, id eſt, iocunda, nam & ſi ab ea durius tractaretur, tamen non poterat non amare, neque poterat non lætari illa ſeruitute. Compede, raró in ſingulari profertur. Dicimus enim compedes quibus pedes colligantur, quemadmodum manicas, quibus colligantur manus, quamuis etiam manicas dicamus eam partem ueſtimenti, qua manus tegimus, Et Virg.*

» *Et tunicæ manicas alij libertini habent redimicula mytræ.*

Libertine] *Eſt hæc conditionis diſtinctio, ut hominum alij liberi dicantur, alij ſerui: & liberorum rurſus alij ingenui ſunt, alij liberti, alij libertini. Ingenui igitur ſunt, qui neque ipſi unquam ſeruierunt, neque eorum parentes. Liberti autem, qui quandoque ſeruierunt, ſed tandem liberi ſunt facti. Libertini poſtremò nunquam ſeruierunt, ſed ex ijs, qui ſeruierant ſunt orti. Hæc fuit apud priſcos diſtinctio. Sed ſub Cæſaribus inter libertum & liberum ea erat duntaxat differentia, quæ eſt inter ſubſtantiuum & adiectiuum, ut dicerent aliquem eſſe libertum, & eius conditionem liberam eſſe. Quintilian. in ſeptimo loquens ſecundum conſuetudinem ſuorum temporum dixit. Seruus eſt, qui cùm manumittitur fit libertinus. Verùm audiamus Tranquillum cuius hæc uerba ſunt in uita Claudij. Senatum eſt libertino filio tribuit, ſed ſub conditione ſi prius ab equite Romano adoptatus eſſet, ac ſic quoque reprehenſionem uerens, & Appium Cæcum ſui ſanguinis pro authore libertinorum filios in ſenatum allegiſſe docuit, ignarus temporibus Appij, & deinceps aliquandiu Libertinos dictos, non qui manumitterentur, ſed ex ijs procreatos. Sed hæc apud iuriſconſultos. Philoſophi autem teſte Ariſtotele dicunt eſſe etiam & liberos, & ſeruos à natura.*

Nam qui ingenio & conſilio plurimum ualent, corpore autem imbecilliores ſunt, à natura ea ratione producti uidentur, ut præſint et imperent. Qui autem ingenio nõ ualent, at robore corporis ualent, ſerui à natura ſunt, eosq; melioribus obtemperare decorum eſt. Si autem ad uitam rectè degendam reſpicimus, quicunq; non procedunt ratione, ſed feruntur perturbatione, ut ſerui & uiliſſima mancipia à ſapientibus habentur. Vnde illud eſt Stoicorum παράδοξον. Omnes ſtultos ſeruos eſſe, & omnes ſapientes liberos. Sed ut ad ius ciuile redeam, erant apud antiquos addicti, quæ ſpecies eſſet ſeruitutis, qui cùm ijs non eſſet ſoluendo à prætore creditoribus, & uinciendos, & domi ſuæ pro ſeruis habendos adiudicabantur. Curuantis] Quaſi erigentis. Sinus] Id eſt, fluctus: Vel curuantis ſinus, quia litora omnia curua ſunt. Sic ſæpius Virgil. littore curuo dixit, nam illud tum,

,, Ad ſe Caietæ rectò fert littore portum.

Non rectum littus oſtendit, ſed quod breuiori ſit uſus nauigationis compendio.

ERAS. ROT. } Huic conſimile prouerbium eſt: Priùs lupus ouem ſibi iungeret uxorẽ. De his inter quos eſt inſanabile diſſidium. Ibidem lege Eraſmum. Sub iuga] Prouerbialis hic eſt metaph. à iumentis iugalibus ſumpta. Subiugus item homo, non qui ſuo arbitratu, ſed alieno iuſſu quippiam facit, dicitur. Grata detinuit compede] Senecæ inſtar in dialogo affectus, & rationis loquitur poeta, qui inquit, ſtulti eſt compedes ſuas, quamuis aureas amare. Vbi de uxore formoſa innuit. Eraſmus in Prouerbijs: Aureæ compedes.

IOAN. HART. } Fretis acrior Adriæ] Prouerb. Iracundior Adria.

HERM. FIGVL. } Albi ne doleas plus nimio, memor Immitis Glyceræ] Duræ, ſuperbæ, & faſtidientis amicæ. Miſerabiles elegos] Elegi uerſus ſunt lugubres. Sic dicti, ut uolũt aliqui, ab ἒ, ἒ, quod idem eſt quod heu, heu. Nam defunctorum næniæ, lamentationesq; his carminibus deſcribebantur. Diomedes lib. 3. ἀπὸ τοῦ ἐλέου, id eſt, miſeratione, dictam elegiam ait, quòd ἐλεοῦντες Græci iſto metro ſcriptitauerunt. Cui opinioni etiam Horatium hoc loco conſentire putat, miſerabiles elegos à miſeratione appellantem. Poſtea uerò non modò res funebres & luctuoſæ his uerſibus decantabantur, ſed etiam lætæ, amores item & ioci. Hinc Horat. in Arte poetica:

,, Verſibus impariter iunctis querimonia primùm,
,, Poſt etiam incluſa eſt uoti ſententia compos.

Quòd ubi iunior] Quòd iunior te adoleſcens magis placet amicæ, tibiq; præferatur. Læſa fide] Meretricum notat perfidiam, quæ rarò fideles ſunt amatoribus. Inſignem tenui fronte] Conſolatur Tibullum exemplo Cyri iuuenis, qui formoſam & amantem ſe Lycorida contemnebat, Pholoën uerò deformem & duram, amore proſequebatur, quæ ipſum uiciſſim ſpernebat. Sed priùs Appulis iungentur] Hac ſententia prouerbiali figura uti quis cõmode poſſet in eos, qui moribus ac ſtudijs inter ſe diſcrepantiores ſunt, ac ut unquam neceſſitudo inter ipſos ſit coitura. Lupi enim & capreæ animalia ſunt natura longè diuerſiſſima. Impares formas atque animos] Hoc eſt, homines diſsimilibus formis, & diſſentientibus animis. Sub iuga ahenea mittere] Id eſt, duro & firmo amoris uinculo alligare. Sæuo cum ioco] Quia ridiculum quidem eſt, ſed tamen ſæuum amantibus, cogi non redamantem diligere. Ipſum me] Sibi quoq; contigiſſe idem, quod Cyro, ſignificat. Cùm enim amaretur ab ingenua & nobili, ipſe Myrtalen Libertinam, mulierem ſæuam dilexit. Grata compede] Hoc eſt, ſplendida quidem, ſed ſtulta ſeruitute. Stulti enim eſt, ut ait Seneca, compedes ſuas, quamuis aureas, amare. Loquitur de uxore formoſa. Refer huc quæ habet Eraſmus in Prouerbio, χρυσαῖ πέδαι. Libertina] Libertini, inquit Imperator Iuſtinianus, ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt. Manumiſſio autem eſt de manu liberatio. Nam quamdiu aliquis in ſeruitute eſt, manui & poteſtati ſuppoſitus eſt: & manumiſſus liberatur poteſtate. Fretis acrior Adriæ] Hoc eſt, ingenio immiti, ſæuo, & irritabili. De Adriatici maris ſæuitia alibi à nobis dictum eſt. Curuantis Calabros ſinus] Tarentinum uidetur intelligere ſinum, qui inter Salentinum & Lacinium promontoria, ex alto in Calabriam inflectitur.

THEOD. PVLM. } 10 Sic uiſum Veneri] Cùm ſuos caſus non ſibi adſcribebant, ſed Dijs, dicere ſolebant, ſic uiſum ſuperis. Sic Virgil. lib. 2. Aeneid. (uerſ. 428.)

,, Dis aliter uiſum. & 3. (uerſu. 1.)
,, Poſtquam res Aſiæ, Priamiq; euertere gentem
,, Immeritam, uiſum ſuperis. Turneb. lib. 6. cap. 21.
,, —Cui placet impares. Vide Annotationem ad Epod. 11.

GEORG. FABR. } Tibullum amicum monet Horatius, ne animo nimis ægro ferat, quod ab amica faſtidiatur: idem alijs accidere, ut Cyro & ſibi: nec aliter Veneri placere, quæ illa amorum inconſtantia, & ipſo amantium faſtidio ſuauiter delectetur. Deteſtatio amoris, primùm quia turpis eſt in uiro docto: deinde, quia mutabilis & uagus in omnibus. Sæuo mittere cum ioco] Iocus nunc eſt comes Veneris, ut Cupido, & inter eius comites refertur. ita Heſiodus μειδήματα ponit in Veneris comitatu, & Horat. 1. 2. Carm.

,, Quam Iocus circum uolat & Cupido.

IOD. BAD. ASCENS. } Albi ne doleas] Hac Ode Albium Tibullum elegiacorum terſiſſimum iucundè monet, temperatè dolere de inconſtantia Glyceræ, quandoquidem ita placitum eſt Veneri, quæ impares formas uinculis amorum nectit, quod & ſuo exemplo comprobat: Ordo eſt. O Albi ſcilicet Tibulle, moneo aut precor. Ne doleas plus nimio] Id eſt, longè plus, quàm par ſit, memor Glyceræ immitis, quæ te inclementer poſthabuit. Neu] Id eſt, neue. Decantes elegos miſerabiles] Id eſt, miſeros quæſtus tuos cõtinentes uerſus elegiacos: utpote. Cur iunior] Scilicet, quam tu. Præniteat] Id eſt, pulchrior & nitentior uiſus ſit Glyceræ. Fide læſ.] Id eſt, uiolata. Amor Cyri non ſatis formoſi. Torret Lycorida] Scilicet puellam, aut meretricem. Inſignem tenui fronte] Id eſt, iuuenculam formoſam. Et Cyrus declinat à Lycoride formoſiore & amatrice, in Pholoën puellam aſperam ſcilicet Cyro, quem aſpernatur: ſed Capreæ iungentur prius lupis Apulis. Quã Pholoë peccet] Scilicet, conſentiendo. Turpi adultero] Scilicet, Cyro. Sic uiſum] Id eſt, placitum eſt Veneri, cui placet mittere formas, atq; animos impares. Sub iuga ahenea] Id eſt, fortia & diu duratura uincula. Cum] Id eſt, comitante. Ioco] Scilicet, filio ſuo. Sæuo] Quia quiſquis.

,, —Amores,
,, Aut metuet dulces aut experietur amaros.

Eſt.n. ſæuus iocus quẽ tãtus dolor ſequitur. Cũ mel. Ven] .i. amica aptior. Petteret me ip. Myrt. Liber] .i. Libertinæ cõditionis, & ita non ingenua, Et acr. fr. Adr.] .i. Adriatici maris. Curuãtis] Scilicet, alluendo. Sinus Calabros] Id eſt, littus Calabriæ. Continuit me compede grata] Id eſt, iugo amorum quod captus libenter tuli. Solet enim peccatorum uinculis irretitis lubenter ſeruitutem turpiſſimam ſeruiunt.

ANT. MANCIN. } XXXIII. Ode Albion Tibullum hortatur ne doleat, quòd immiti Glyceræ ſpernitur, ſic enim Veneri uiſum. Cui quidem placet & formas, & animos impares ſub iugã mittere, cũ ſuo ioco. Hinc pulchra Lycoris Cyrum adamans ab illo ſpernitur, ille uerò ab aſpera Pholoë. Sibimet etiam accidiſſe ait idem. Nam quũ à pulcherrima appeteretur. potiùs Libertinæ Myrtyle inhæſit, quæ certè acerrima erat. Aliorum itaq; exemplo Albiũ amicæ deſpectum ſolari contendit. Albi ne doleas plus nimio memor] Ode eſt δίκωλος τετράστροφος: eſt enim metrum tribus uerſibus Aſclepiadeum, de quo Ode prima uiſum eſt. Sed quartus Glyconicus eſt, de quo in Ode tertia habetur Glyceræ. de hac iterum in Ode XIX. Elegos miſerabiles] Elegum Metrum binis uerſibus conſtat hexametro heroico ſubiuncto quinario, quod & Diomedes ſcribit. ἐλεεῖν & οἰκτείρειν miſereor, dicit ἔλεγος dicitur luctus. ἐλεγεῖον uerſus ad mæſtitiam. Solet enim elegis uerſibus miſerabiles hominũ ærumnæ, amorũq; labores deſcribi. Iunior] .i. adoleſcẽtior, intelligitur aũt hic eius riualis. Præniteat tibi] .i. magis te niteat ac placeat Glyceræ. Inſignẽ tenui] Aliorũ exemplo ſolamen afferre nititur. Ten. fron.] .i. parua fronte, p quod puellã oſtẽdit, & magis amãdã. Capreæ lupis] Maro itẽ in Buc. Eclog. 8. ait.

,, Mopſo Nyſa datur, quid nõ ſperemus amantes?

» *Iungentur iam Gryphes equis, æuóq; ſequenti,*
» *Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ.*

Turpi adultero] *Hinc Phædra Hippolyto ſcribit:*

» *At bene ſucceſſit, digno quod adurimur igne*
» *Peius adulterio turpis adulter obeſt.*

Ahenea iuga] *Id eſt, dura & aſpera ac ponderoſa. Ahenea aũt eſt hic quadriſyllabum propter carmen, ut ibi in libro 1. Metam.*

» *Tertia poſt illas ſucceſſit ahenea proles.*

Et propterea interponenda eſt, inter a & e litteras h. Melior Venus] *Id eſt, amica puella.* Compede] *Id eſt, amoris uinculo. Retulit autem ad Myrtales cõditionem: erat enim Libertina, Quintilianus lib. 7. ait. Seruus quum manumittitur Libertinus, addictus recepta libertate eſt ingenuus, ad ſeruos nulla lex pertinet. Addictus legem habet. Suetonius uerò in Claudio inquit. Ignarus temporibus Appij & deinceps aliquandiu Libertinos dictos non ipſos, qui manumitterentur, ſed ingenuos ex ijs procreatos.* Fretis acſtibus] *Hadriæ curuantis Calabros ſinus. Mare Tyrrhenum quum iam ad Iapygiã uſq; reclinat, atq; inde in Borream uerſus dilatat ſeſe Adriaticı confeſtim nomen ſortitur. Author eſt Dionyſius.*

GILB. COG. } Fretis amor Hadriæ] *In hominem moribus aſperum & iracundo ingenio. Gilbert. in eo Prouerb.*

ODE XXXIIII. AD SEIPSVM PHILOSOPHANTEM.

Ode XXXIIII. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – ∪ – – – ∪ – ∪
– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – –

ARGVMENTVM IN ODEN XXXIIII.

Teſtatur ſe in impietatem lapſum, quum nimium ex Epicureorum decreto ſuperſtitionem uitat. Illi enim deos humana curare negant, poſthac reſipere uelle, & ijs accedere, qui Dei prouidentia omnia adminiſtrari putant.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Epicuream ſectam, cùm diu eſſet ſectatus Horat. quæ, parum ſynceriter, de religione & diuina prouidentia diſſerebant, tandem ad ſaniorem Stoicorum opinionem deflexit, hoc argumento potiſſimùm ductus, quod rerum mutationem, non temerè, ſed diuinito numine contingere certi uideat.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Cùm intellexiſſet, mundum diuina prouidentia adminiſtrari, contra opinionem Epicureorum, quibus erat addictus, liberè fatetur, ſe erraſſe, quòd tam impiè de Deo cum illis ſenſerit: ideoq; mutata ſententia, rediturum ſe in uiam oſtendit.

COMMENTARIA.

ACRON.

PARCVS Deorum cultor & infrequens] *Metrũ duobus uerſibus Alcaicum, Tertius dimeter iambicus nouenarius hypercatalectus: Quartus Pindaricus. Hac Ode ſignificat pœnitere ſe, qui dum Epicuream ſectam ſequeretur, dijs irreligioſus extiterit.* Parcus Deorum cultor] *Minus colens.* Inſanientis] *Res ſacrilegas ſuadentis. Epicurei enim omnia affirmant caſura, nec deos humana curare, aduerſus quam ſectam uel perſuaſionem, Virg.*

» *Nec curare Deum credis mortalia quenquam?*

Hoc ergo & ipſe culpat. Stoici enim & Platonici, & eſſe Deum, & humana curare confirmãt, & ideò inſanientis ſapientiæ, hoc eſt, Epicureæ. Item Virgil. ſecundùm ſuperiorem ſuaſionem dicit,

» *Scilicet hic ſuperis labor eſt, ea cura quietos*
» *Sollicitat. ——*

Conſultus] *Doctus, peritus, hinc Iuriſconſulti, periti iuris eſſe dicuntur.* Vela dare] *Metaphora eſt à nauigatione, quòd contempta Epicureorum diſputatione ſe reuertiſſe ad credendum aſſerat, deos curare mortalia. Vt,*

» *Ni teneant curſus, certum eſt dare lintea retro.*

Dieſpiter] *Diei pater.* Igni coruſco] *Hoc eſt, qui nubila cælo coruſcare conſueuit, ſereno tonare, ut eſt:*

» *Intonuêre poli, & crebris micat ignibus æther.*

Volucremq; currum] *Ex uulgi opinione plerunque ſenſus poëtæ concipiunt, ut hic de curribus dictum, pro Olympi ſtrepitu.* Bruta] *Sine ſenſu, tarda uel ſtolida, quod terræ epitheton eſt.* Tænari] *Tænarus promontorium Laconiæ per quod deſcenſus eſſe ad inferos fertur, ut Virgil.*

» *Tænarias etiam fauces alta hoſtia Ditis.*

Atlanteus finis] *Atlas enim mons eſt, qui in ultimo Oceani fine porrigitur.* Valet ima ſummis Mutare] *Hoc eſt, poteſt hominum Deus mutare fortunas.* Obſcura] *Ignobilia, id eſt, uiles perſonas ad honorem ducens denuò.* Apicẽ] *Summitatem poteſtatis.* Rapax] *Mutabilis, ut Terentius:*

» *O' fortuna, ut nunquam es perpetuò bona.*

Ordo eſt: Fortuna rapax hinc ſuſtulit apicem cum acuto ſtridore, hic gaudet poſuiſſe. Acuto] *Luctuoſo illis, quos ediderit, ſiue ſonoro, ut:*

» *Non ſic geminant Corybantes æra,*

Senſus eſt: hunc eleuat, hunc deijcit mutata uice, unum exaltans, alterum deponens.

PARCVS Deorũ cultor, & infrequens,
Inſanientis dum ſapientiæ
Cõſultus erro: nũc retrorſum
Vela dare, atq; iterare curſus
Cogor relictos. namq; Dieſpiter
Igni coruſco nubila diuidens,
Plerunq; per purum tonantes
Egit equos, uolucremq; currum:
Quò bruta tellus, & uaga flumina,
Quo Styx & inuiſi horrida Tænari
Sedes, Atlanteusq; finis
Concutitur, ualet ima ſummis
Mutare, & inſignem attenuat Deus,
Obſcura promens: hinc apicem rapax
Fortuna cum ſtridore acuto
Suſtulit, hîc poſuiſſe gaudet.

POR-

PORPHYR. } Parcus deorum cultor] *Hac Ode ſcribit ſe pœnitentiam agere quòd Epicuream ſectam ſecutus, irreligioſus extiterit.* Dum ſapientiæ Conſultus erro] *Sapientiæ conſultus iterare curſus relictos cogor, non inſtaurare, ſed ad eoſdem redire.* Namque Diespiter igni corusco nubila diuidens] *Senſus eſt. Iupiter qui non niſi nubilo tonare ſolet.* Per purum] *Id eſt, per ſerenum tonuit.* Plerumque per purum tonantis egit equos, uolucremque currum] *Ex uulgari opinione plerumque poetæ ſenſus concipiunt, uelut hic, ubi dicuntur tonitrua, ſtrepitus eſſe currus & quadrigarum Iouis.* Bruta tellus] *Bruti graues, & tardi dicuntur, quod terræ perpetuum eſt.* Tænari ſedes] *Sedes inferi intelligendi, quia per Tænarum Laconiæ promõtorium, deſcenſus ad inferos fertur.* Valet ima ſummis Mutare] *Vt ſi diceret, poteſt ex minimo potentem, ex potente infimum reddere.* Inſignem attenuat Deus obſcura promens] *Id eſt, qui inſignis fuerit, attenuatur claritate mali. Hæc adeò pandunt ad Fortunam, quæ Antij præcipuè colitur.* Hinc apicem rapax Fortuna cum ſtridore acuto ſuſtulit] *Cùm ſtridore acuto, hoc eſt, cum fletibus, & lamentatione, ſed non ſua, uerùm eorum, quibus apicẽ, id eſt, dignitatem aufert. Apicem autem pro honoris ſublimitate poſuit. Senſus eſt autem: Fortuna res humanas plerunque mutat, & ab alio ad alium opes, & dignitatem transfert.*

CHRIST. LAND. } *Fuerat (quod & à principio oſtendimus, & plurimæ eius Odæ atteſtãtur) Epicureæ ſectæ aſſipulator noſter poeta, nunc iam grauiori ætate ſaniori conſilio inſtructus, per quandam Palinodiam cantatã recantat, et ſectam impiam relinquit. Metrum duobus uerſibus Alcaicum, tertio dimetrum nouenarium iambicum, quarto Pindaricum.* Parcus] *Auarus eſt in hoc loco, quia non tantum, colebam quantũ ſat eſſet, aliàs eſt parcitas. Eſt enim parſimonia ſecundùm philoſophos, qua cauemus ne quòd diſpendium ultra modum fiat, & res familiaris, quoad fieri poteſt ſine cuiuſquã iniuria conſeruetur.* Et infrequens] *Id eſt, modo frequens, hoc enim erat Epicur. Nam cùm putarent deos humana non curare, neque iraſci hominibus aliquo ſcelere, neque moueri ulla uirtute, uolebant ipſos propter has res non eſſe colendos. Sed propter eorum excellentiam, idque non niſi paruo, raroque ſacrificio. Quod autem dij humana non curent, ſecundùm Epicur. huiuſcemodi uerſibus oſtendit Lucret.*

» *Omnis enim per ſe diuum natura neceſſe eſt,*
» *Immortali æuo ſumma cum pace fruatur.*
» *Semota à noſtris rebus ſeiunctáque longè.*
» *Nam priuata dolore priuata periclis.*
» *Ipſa ſuis pollens opibus nihil indigna noſtris.*
» *Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.*

Ergo poëta dum Epicur. effectus, deos humana curare non crederet, & parcè, & raro ſacrificabat. Conſultus] *Doctus. Poſuit enim conſequens pro antecedenti. Qui enim docti ſunt, conſuluntur, hinc Iuriſconſultos appellamus.* Inſanientis ſapientiæ] *Atqui nulla ſapientia inſaniens eſt, ſed ſapientiam dixit ex opinione Epicur. qui ſuum dogma ſapientiam appellant. Dicebat enim Epicur. ſe eſſe ſapientem, qui duobus maximè malis mortale genus liberauerat, metu mortis cùm poneret animos mortales, & metu Deorum, cum oſtenderet deos humana non curare. Hanc ergo putabat ille ſapientiã, quæ profectò ſtultiſſima res eſt.* Retrorſum] *Tranſlatio à nautis, qui cum aberrauerint retro nauigant.* Iterare] *Nõ quòd per eundem curſum reuertantur, ſed iterare curſum, eſt curſum & nauigationem rurſus inſtituere.* Diespiter] *Iupiter diei pater, qui ſereno & nubilo cœlo tonare conſueuit. Sententia eſt. Summo aliam nauigationẽ à priori, & credo deos minime negligere humana, cum uideam Iouem per ſerenum tonare, & mutare ima ſummis.* Igni corusco] *i. fulmine.* Diuidens] *Quia diſrumpuntur nubes in fulmine.* Egit equos] *Per aëra, loquitur ex opinione uulgari, qui credunt Iouem cùm tonat, equis cœlum percurrere.* Purum] *Serenum, nam quod tonet non mirum, ſed quod tonet in ſerenitate, unde in lib. augurum pro monſtro notabatur.* Quo] *Ioue, & per hæc oſtendit omnia ex arbitrio Dei adminiſtrari.* Bruta] *Immobilis, nam aqua à Luna, aër à 5. ſtellis, ignis à Sole mouetur. Terra immobilis, quia cum duriſſima ſit non poteſt commoueri inflexione ſtellarum.* Styx] *Palus inferna. Virgil.*

» *Alligat & nouies Styx interfuſa coërcet.*

Sedes Tænar.] *Id eſt, infernus. Tænarus tamen promontorium eſt Laconiæ regionis, iuxta Maleum ſinum, cuius in radicibus hiatus, antráque ſunt, per quæ putant ad inferos eſſe ingreſſum. Vnde pro inferno ponitur.* Atlanteus finis] *De quo iam dictum eſt.* Valet] *Scilicet, Deus mutare ima ſummis, id eſt, excolere eos, qui depreſſi ſunt.* Attenuat] *Id eſt, ad minimam facultatem redigit.* Inſignem] *Excellentem quaſi dicat, erigit infimos, ac ſummos deprimit. Hinc, ab iſto Deo.* Fortuna rapax] *Id eſt, Fortuna quæ ſua temeritate omnia rapit.* Apicem] *Verticem quaſi dicat, nos omnia imputamus Fortunæ, tanquam caſu & fortuna cunctis proueniant. Sed quicquid poteſt Fortuna à Deo poteſt, cuius nutu cuncta reguntur.* Stridore acuto] *Quaſi luctuoſo. Nam qui ſuam fortunam lamentantur, non uocem, ſed ſtridorem acutum emittũt.* Hinc] *Ab eodem Ioue.* Gaudet] *Quia lætari putatur Fortuna calamitatibus hominum.* Poſuiſſe] *Pro depoſuiſſe.*

IOAN. HART. } Valet ima ſummis mutare] *Illi cognatum, [illegible]. Simile eſt in limine Heſiodi legere.*

PHILIP. ENGENT. } Tænarus] *Promontorium Laconiæ.*

HERM. FIGVL. } Parcus cultor & infrequens] *Nam Epicurus (teſtante Cicerone) ex animis hominum extraxit radicitus religionem, cum dijs immortalibus, & opem, & gratiam ſuſtulit.* Inſanientis ſapientiæ conſultus] *Hoc eſt, doctus & peritus Epicureorum doctrinæ, quam ipſi quidem ſapientiam uocãt, cùm tamen ſit extrema inſania. Quid enim ſtultius, & magis impium, quàm dicere, Deum non curare res hominum, nec ſuo conſilio mundum gubernare?* Vela dare atque iterare curſus] *Tranſlationes ſunt à nautis ſumptæ, qui, cùm ſemel aberrarunt, dare lintea retrò coguntur.* Diespiter] *Iupiter uocatus eſt Diespiter, id eſt, diei & lucis pater: ideircoque ſimili nomine Dijouis dictus eſt, & Lucetius, quòd nos die & luce, quaſi uita ipſa, adficeret & iuuaret.* Igne corusco nubila diuidens] *Hoc eſt, fulmine, ex confracta nube prorumpente. Tum enim generatur fulmen, quando exhalatio calida & ſicca uirtute Solis in mediam aëris regionem euecta, atque in nube incluſa, frigore nubis circumdantis, extimulatur atque agitatur, exitũ quærens: itaque hac agitatione & [illegible] incenditur, lateráque nubis ſpiſſæ magnis ictibus concuſſa, perrumpit.* Plerunque per purum tonantes] *Quaſi dicat: Cùm uideam etiam ſereno cœlo Iouem tonare, credere me oportet, eius prudentia & poteſtate mundum gubernari, non caſu, aut cauſis materialibus.* Egit equos, uolucremque currum] *Loquitur ex opinione uulgi putantis Iouem curru per æthera uehi, cùm tonat. Currum & equos Iouis deſcribit Homerus Iliad. Θ.* Quo bruta tellus, & uaga flumina] *Oſtendit Dei Opt. Max. nutu & arbitrio cœlum, terram, mariáque regi.* Styx] *Ea quæ ſunt apud inferos. Eſt enim Styx palus infernalis. Sic dicta, ut uidetur, à Græco uerbo, [illegible], quod ſignificat, odio haberi. Per Stygem fluuium Dij iurare ſolebant. Vnde eſt apud Ouid.*

» *— Promiſſi teſtis adeſto.*
» *Dijs iuranda palus, oculis incognita noſtris.*

Et apud Virg. in Aeneid.

» *— Stygiamque paludem*
» *Dij, cuius iurare timent & fallere numen.*

Sic Iuno apud Homerum Iliad.

» *Ioui ſe expurgans, iurat per Stygias undas:*
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]

Tænari ſedes] *Inferi. Eſt autem Tenarus Laconiæ promõtorium, in quo fertur eſſe ſpecus, per quem Hercules ad inferos deſcendit. Dictus eſt à Tænaro Elati filio.* Atlanteúsque finis] *Hoc eſt, Atlas mons in extremis Mauritaniæ finibus ſitus.* Concutitur] *Cõmouetur, terretur.* Valet ima ſummis mutare] *Videtur dicere uoluiſſe: Maxima illa uis & poteſtas Dei, quæ omnia efficere poteſt: & ſumma iuſticia, quæ infimos extollit, & ſupremos deijcit, cogit me*

gitur

git me fateri, Deum moderari mundum. Sanctiſsima profectò ſententia. Namq; hoc Deo proprium eſt, iacentes & depreſſos erigere, elatos uerò detrudere. Neque enim poteſt ferre, ſuperbos & impios omnia pro ſua libidine agere. Eandem ſententiam Maria diuino instinctu, afflatuq; Spiritus ſancti concitata, in hunc modum protulit: καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς. Et Aeſopus interrogatus, quid ageret Deus? Reſpondit: Sublimes deprimit, & humiles eleuat. Idem etiam doctiſsimus Poëta Heſiodus ſtatim in principio ſui operis, cui Titulus, ἔργα καὶ ἡμέραι, Deo attribuit. Sic enim inquit:

„ ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει.
„ ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει,
„ ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα κάρφει.
„ Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.

Sed cùm Epicurei etiam contrarium ſæpe fieri animaduerterent, uiderentq; homines improbos & ſceleſtos florere, ac ad ſummos honores euehi: bonos uerò & pios opprimi, negauerunt mundum prouidentia regi, Deumq; res humanas curare. Hinc apicem rapax fortuna] Oſtendit uagam, uolubilemq; eſſe fortunam, quæ ſua uarietate omnia mutat: Imperia, honores, gloriam, diuitias, & quicquid eſt commodorum, aut incommodorum in rebus mortalium, ab alijs ad alios transfert. Has fortunæ uices libr. 1. pulchrè etiam deſcribit. Item Ouid. lib. 5. de Triſtib.

„ Nempe dat, & quodcunq; libet fortuna, rapitq;,
„ Irus & eſt ſubitò, qui modò Crœſus erat.

Sunt & alij conſimiles loci apud probatos ſcriptores plurimi, nihil aliud ſignificantes, quàm bona fortunæ eſſe inſtabilia atq; caduca. Cum ſtridore] Quia pennatam & uolucrem fortunam prædicāt. Horatius:

„ Si celeres quatit pennas, reſigno quæ dedit.

THEOD. PVLMAN.} 5 Namq; Dieſpiter, Igni corruſco, &c.] His uerſibus ſignificat curru Iouis fremitum tonitrus excitatum eſſe. Ea autem maximè diuina tamen tonitrua & fulmina putabant, quæ ſereno cœlo mittebantur. Vide Turneb. lib. 9. cap. 9. & 13. item lib. 22. cap. 20. lib. 24. cap. 31. & lib. 29. cap. 29. Lege ſuprà Annotat. ad Oden 12. Per purum] Dixit, ueluti δι' αἰθρίας. Intelligit uerùm eſſe, Iouem tonare: unde & eius cognomen, quod Epicuri negant. Nam ſi puro, ſerenoq; cœlo tonat, falſa eſt & inſana Epicureorum ſapientia, qui id ſemper fieri denſis nubibus obducto cœlo prædicant. &, ut eſt apud Manilium (lib. 1. uerſu 104.)

„ Eripuitq; Ioui fulmen, uireſq; tonanti.

Tonitru autem puro cœlo & ſereno fremens certiſsimum Numinis argumentum eſſe, & aliquid certiſsimum portendere cenſebant. Vide Turneb. lib. 9. cap. 9. & 13. 8 Egit equos] Ad currum Iouis cenſebant equos niuali candore iunctos eſſe. Vide Turneb. lib. 24. cap. 31.

M. ANT. MVRET.} 13 —Inſignem attenuat Deus Obſcura promens] Hanc ſententiam ſumpſit, ut opinor, ab Heſiodo ſub principium ἔργων:

„ ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει,
„ ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει
„ Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει

Idem etiam ualet, quod Hecuba loquitur apud Euripidem in Troadibus:

„ ὁρῶ τὰ τῶν θεῶν ὡς τὰ μὲν πυργοῦσ' ἄνω
„ τὰ μηδὲν ὄντα τὰ δὲ δοκοῦντ' ἀπώλεσαν.

GEORG. FABR.} Doctrinam Epicureorum, quam poëta fuerat ſectatus, hoc Oda recantat, & eam eſſe impietatis magiſtram, ſuo exemplo aſſerit, & experientia probat. Epicurus (ut ſcribit Cicero) ex animis hominum extraxit radicitùs religionem, cùm diis immortalibus & opem, & gratiam ſuſtulit. Itaq; Epicureorum ſapientiam Horatius, inſipientiam & inſaniam nominat.

IOD. BAD. ASCENS.} Parcus Deorum cultor &c.] Sanctè damnat ſacrilegam Epicuri hæreſim, quæ radicitùs ex animis hominum religionem extraxit, ut Mancinellus recitat. Ordo igitur eſt. Ego parcus] Id eſt, modicus, quantum ad quantitatem affectionis. Et infrequens] Id eſt, rarus. Cultor] Id eſt, uenerator Deorum. Dum ego conſultus] Id eſt, peritus. Sapientiæ] Scilicet Epicuricæ. Inſanientis] Id eſt, ad inſaniam ducentis: ſicut dicitur quòd prudentiæ huius ſæculi ſtultitia eſt, apud Deum. Erro] Id eſt, erronea opinione ducor. Nunc cogor] Scilicet, à ueritate cognita ex Stoicorum ſecta. Dare uela retrorſum] Id eſt, dediſcere quod didici, & doctrinam in quam proceſsi reuocare, & ita quaſi de nouo ad initium diſcendi redire. Atq; iterare] Id eſt, iterato facere. Curſus relictos] Id eſt, redeundo ad terminum unde excurri, quia tota erraui uia, cogor ubi redierim, quaſi nihil profectus ſim, nouos facere curſus, quos priùs reliqueram, & eſt Metaphora à nauigante. Qui ſi malis uentis, ſtatim ut ſoluit nauim impulſus eſt, cogitur ad portum redire, atq; relictos inſtituere curſus. Cogor dicit. Namq; Dieſpiter] Id eſt, diei pater Iupiter. Diuidens] Id eſt, diſſecans. Nubila] Id eſt, nubes igni. Corruſco] Id eſt, fulgure. Egit plerunq;] Id eſt, frequenter. Equos tonantes] Id eſt, tonitrua excitantes. Et currum uolucrem] Id eſt, uelocem, cuius rotis ferratis putatur à uulgo tonitru excitari. Per purum] Id eſt, ſudum ac ſerenum tempus, quando non naturale, ſed à Deo curante mortalia in uindictam alicuius miſſum probatur fulmen. Quo] Scilicet, curru. Tellus Bruta] Id eſt, ſine ſenſu & ratione, concutitur, ſcilicet, tremore. Et uaga flumina] Concutiuntur ſup. Quo Styx] Id eſt, lacus infernalis, et horrida ſedes Tænari promõtorij illius in Laconia, per quod deſcenſus ad inferos dicitur, & ita inuiſi, quia nemo libenter uiſit, aut uidet. Et finis] Id eſt, terminus mundi occidentem uerſus, ſcilicet. Atlanteus] Hoc eſt, maris Atlantici, concutitur. Et quia Deus ualet mutare ima ſummis] Id eſt, ut faciat de imis ſumma, & de ſummis ima. Vnde Diua Virgo. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Quod ut alia Eccleſiaſtica ſubinde cito: Non quòd ea uiderit poëta, ſed ut oſtendam Ethnica ſæpe Catholicis congruere. Nam Ethnicis catenus fidem habeo, quatenus Catholicis fulciuntur. Et Deus attenuat] Id eſt, diminuit & deponit. Inſignem] Id eſt, perſpicuum ac potentem uirum. Promens] Id eſt, in lucem & claritatem proferens. Obſcura] Id eſt, eos qui priùs erant obſcuri, quia de ſtercore erigens pauperem, erigit Eliſos & ſoluit compeditos. Fortuna rapax] Quæ tamen nihil facit, niſi permittente Deo, aut ita nobis ignorantibus ordinante. Aliter enim non uideretur huic loco congruere. Nam Epicureos damnat, qui in fortunæ caſibus omnia ponunt, niſi dicamus more poëtico ipſum hæreſes miſcere, ſicut Maro facit, ubi dicit.

„ Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum.

Aut, ut dixi. Fortuna] Id eſt, potentia Dei, non præuiſa nobis. Rapax ſuſtulit] Id eſt, clàm abſtulit. Hinc] Id eſt, ab hoc loco, aut capite. Apicem] Id eſt, ſummum honorem. Et gaudet poſuiſſe hic] Id eſt, in alterius capite.

ANT. MANCIN.} XXXIIII. Ode ſcribit, quòd dum ſectaretur Epicuream ſectam parcus & infrequens Deorum cultor euaſerat. Nunc uerò ſe cogi, ait, relicta repetere. Deus enim mutare poteſt ima ſummis, inſignem attenuare, obſcurum educere, Proptereaq; Fortunam hunc eleuare, illum deprimere. Epicurus autē, ut Cicero ſcribit in lib. de Natur. Ex animis hominum extraxit radicitùs religionem, quùm dijs immortalibus, & opem, & gratiam ſuſtulit: ita fit, ut non modò homines à dijs, ſed ipſi dij inter ſe ab alijs alij negligantur. Stoici uerò optimè dicebant Deorum prouidentia mundum adminiſtrari, & regi. Secundùm igitur Stoicos poëta credit Deos curare mortalia, ab illiſq; hominum uitæ conſuli, & prouideri. Itaq; ad illorum cultum redire cogitur. Parcus Deorum cultor & infrequens] Ode eſt dicolos tetraſtrophos. Eſt enim ſimilis nonæ. Eſt autem Ordo. Ego parcus & infrequens Deorum cultor. Dum conſultus inſanientis ſapientiæ erro. Nunc cogor, &c. Inſanientis ſapientiæ] Id eſt, Epicureæ philoſophiæ & ſectæ. Eſt enim philoſophia ſtudium ſapientiæ, ut Cic. docet lib. 1. Tuſc. Conſultus] Scius, peritus. Dieſpiter] Olim Iupiter dictus eſt, ut diei pater, ut ſcribit Macrob. lib. 1. Sat. Meminit & Gellius. Igni corruſco nubila diuidens] Si in nube luctetur flatus, aut uapor, tonitrua eduntur. Si erumpat ardens fulmina: ſi longiore tractu meatur, fulgetra. Iis finditur nubes] Illis

perrum-

perrumpitur. Plinius Author lib. 2. Per purum tonantis]*Id eſt, ſerenum. Fulminum autem plura genera traduntur, quæ ſicca ueniunt, non adurunt, ſed diſsipant. Quæ humida, non urunt, ſed infuſcant. Tertium eſt, quod clarum uocant, mirificæ naturæ, quo dolia exhauriuntur intactis operimentis, nullo alio ueſtigio relicto. Aurum, & æs, & argentū liquatur intùs, ſacculis ipſis nullo modo ambuſtis, ac ne confuſo quidem ſigno ceræ. Martia princeps Romanarum icta grauida, partu exanimato ipſa citra ullum incommodum uixit. In Catilianis prodigijs. M. Herennius ſereno die fulmine ictus eſt. Author eſt Plin. lib. 2.* Per purum tonantis] *Iuuen. item in Satyr. 13. de impijs & ſceleratis trepidantibus inquit. Hi ſunt qui trepidant, & ad omnia fulmina pallent. Quum tonat exanimes primo quoq; murmure cœli, poſtea ſubdit. Cura grauiore timetur proxima tempeſtas: uelut hæc dilata ſereno.* Bruta tellus]*Sine ſenſu, quantò magis igitur homines concuti debent.* Styx]*Strab. lib. 9. de Arcadia, inquit, apud Pheneum ſanè ſtygis aquæ ſtant. Sic enim uocant letalis aquæ ſtillicidium, quam ſacram, hominum facit opinio. Poëtæ tamen fabuloſè deſcribunt inferorum paludem. στύγος autem triſtis dicitur στυγέω uerò odi, timeo.* Tænari ſedes] *Id eſt, inferi. Tænarus enim Laconiæ promontorium eſt. Aduerſum Aphricæ ripa erecta eſt, ſacram Neptuni ædem conſtructam, continens in luco propinquo, quæ ſpelunca eſt, per quam cerberum ab inferis ſuperius reductum ab Hercule fabulæ canunt. Id Solinus ſcribit, & Strabo libro octauo, Scribit item latiùs Seneca in Hercule.*

Atlānthæus finis]*In occidente eſt Athlas mons, de quo latiùs in Ode XXXI.* Attenuat]*Propter ſcelera, ſcilicet.* Obſcura promens]*Id eſt, humilia eleuans.* Ob ulitatem]*Scilicet. Hinc apicem. Ordo eſt: Fortuna rapax cum acuto ſtridore ſuſtulit.* Hinc apicem hic gaudet poſuiſſe]*Id eſt, ſummos infimos reddit & contrà. Fortuna enim immeritos auget honoribus: Fortuna innocuos cladibus afficit, ut Maro dixit.*

„ *Apicem ſummum honorem & dignitatem.*

Acuto]*Flebili.* Sonoro]*Luctuoſo.*

ODE XXXV. AD FORTVNAM.

Ode XXXV. Tricolos tetraſtrophos, ut præcedens.

– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪ – –
– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – –

ARGVMENTVM IN ODEN XXXV.

Auguſtum Cæſarem profecturum in Britanniam commendat fortunæ, quæ Antij religioſiſsimè colebatur, cuiusq; numen omnes agnoſcunt ac reuerentur barbariſsimæ & ferociſsimæ gentes.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Vt ſemper apud mortales ſuum locum habuit ſuperſtitio, habituraq; eſt perpetuò, ita hæc Ode ſatis indicat, quàm cœcutiat humanus animus dum præſidium aliunde, quàm à Deo quærit. Inuocat poëta, fortunam tāquam deam potentiſsimam, ut, Auguſto Cæſari in Britanniam ituro faueat, & ut magis fit, propitia loci commeminit, ubi pleno numine ſeſe ſolebat effundere.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Quandoquidem magnam eſſe uim in fortuna in utramq; partem, uel ad ſecundas res, uel aduerſas Ideoq; ab omnibus hominibus inuocari eam uidebat: Auguſtum Cæſarem in Britanniam profecturum, etiam huic Deæ hac Ode commendat.

COMMENTARIA.

ACRON.

DIVA, gratum quæ regis Antium] *Metrum duobus uerſibus Alcaicum. Tertius dimeter nouenarius iambicus hypercatalectus. Quartus Pindaricus. Hæc Ode ad Fortunam ſcripta eſt, cui Cæſaris aduerſus Britannos profectionem commendat.* O' diua gratum] *Ζεῦγμα ab inferiori, ſerues iturum Cæſarem.* Quæ regis Antium] *Apud Antium autem eſt Fortunæ templum famoſiſsimum, multorum etiam principum donis ornatum, unde etiam ciuitas Fortunæ ipſius tutela dicta eſt.* Præſens] *Parata, potens mutare ſtatus hominum uel Reipubl.* Vertere]*Conuertere, mutare: ut, Multos mutata remiſit Luſit, & in ſolido rurſus fortuna locauit.* Ambit]*Rogat, ſupplicat.* Te dominam æquoris] *Fortuna enim & æquori dominatur, ita ut à nauigantibus inuocetur.* Bythinus] *Species pro genere, ut:*

„ *Innatat alnus Miſſa Pado.*

Carpathium pelagus]*Carpathiū inter Aegyptum & Rhodum ab inſula Carpatho illic poſita.* Dacus aſper]*Gens iuxta Iſtrum fluuium degens, aſpera bellis. Virgil.*

„ *Et coniurato decedens Dacus ab Iſtro.*

Profugi Scythæ]*Ab orbe ſepoſiti, & in mundi extima parte conſtituti.* Et Latium ferox]*Forte, uictorioſum. Virgil.*

„ *Gens dura atq; aſpera cultu,*
„ *Debellanda tibi Latio eſt.*

Regumq; matres]*Propriè matrum eſt timere filijs. In omnibus autem ſubaudiendum eſt metuunt, uel metuit, iuxta menſurā quantitatis.* Purpurei] *Purpureum eſt, quod totum ex purpura eſt.* Iniurioſo]*Iniuſto, ut Virgil.*

„ *Cùm Turni iniuria matrem admonuit.*

Poteſt autem Fortuna & contra iuſtitiam graſſari. Terent.

„ *Tu nunc id laudi ducis, quod tum feciſti inopia, iniuriū eſt.*

Imperiumq; frāgat]*Aut quia imperium ſemper fragile putatur, aut quia magnæ res deterioratæ & fractæ dicuntur, ut Virgil.*

„ *Fractæ uires,——*
Et alibi:
„ *Fracti bello fatisq; repulſi*
„ *Ductores Danaûm.*

DIVA, gratum quæ regis Antium,
Præſens uel imo tollere de gradu
Mortale corpus, uel ſuperbos
Vertere funeribus triumphos:
Te pauper ambit ſollicita prece
Ruris colonus: te dominam æquoris,
Quicunq; Bithyna laceſsit
Carpathium pelagus carina.
Te Dacus aſper, te profugi Scythæ,
Vrbesq;, gentesq;, & Latium ferox,
Regumq; matres barbarorum, &
Purpurei metuunt tyranni:
Iniurioſo ne pede proruas
Stantem columnā: neu populus frequens

Te ſem-

Ad arma ceſſantes,ad arma
Concitet,imperiumq; frangat.
Te ſemper anteit ſæua neceſsitas,
Clauos trabales,& cuneos manu
Geſtans ahena: nec ſeuerus
Vncus abeſt,liquidumq; plumbum.
Te Spes,& albo rara fides colit
Velata panno: nec comitem abnegat,
Vtcunq; mutata potentes
Veſte domos inimica linquis.
At uulgus infidum,& meretrix retro
Periura cedit,diffugiunt cadis
Cum fæce ſiccatis amici,
Ferre iugum pariter doloſi.
Serues iturum Cæſarem in ultimos
Orbis Britannos,& iuuenum recens
Examen Eois timendum
Partibus,Oceanoq; rubro.
EHEV cicatricum,& ſceleris pudet,
Fratrumq;.quid nos dura refugimus
AETAS? quid intactum nefaſti
Liquimus? unde manus iuuentus
METV deorum continuit? quibus
PEPERCIT aris? ô utinam noua
Incude diffingas retuſum in
Maſſagetas,Arabasq; ferrum.

Te ſemper anteit] *Serua enim præcedit, quaſi neceſsitas comes,& miniſtra Fortunæ. Ideò ſerua, quia aut imperio Fortunæ obediat, aut quia non ſuæ poteſtatis eſt, quia ſubiacet neceſsitati, non ergo ipſa ſerua, ſed quæ ſeruire compellit.* Trabales clauos] *Species tormentorum.* Ahena] *Forti:ut,*

„ *Vaſtis tremit ictibus ærea puppis.*

Seuerus uncus] *Quo puniebantur damnati,ut Iuuen.*

„ *Seianus ducitur unco:*

Et Cicero: Vncus impactus fugitiuo illi, qui C. Marij nomen inuaſerat. Liquidumq; plumbum] *Nam de reſoluto plumbo rei pugnari conſueuerunt.* Te ſpes] *Quæ ſola ſperando meliora durat. Virg.*

„ *Spem uultu ſimulat, premit altum corde dolorem.*

Rara fides] *Quæ à paucis colitur.* Velata panno] *Poſſet uideri uili uerbo uſus, panno, niſi hoc ſermone intelligi uoluiſſet à pauperioribus magis coli fidē: aut certè, quia albo panno caput uelabant. Fidei ſacrificantes: aut propter ipſam fidem, quod pura eſt & alba: uel quòd à ſenibus,& iam maturis colatur,ut Virg.*

„ *Cana fides & Veſta:*

Seu quia honeſti dum fidem colunt, pauperes ſunt, & eſt quæſtuoſa perfidia: ut, Iuuen.

„ *Criminibus debent hortos, prætoria.*

Nec comitem abnegat] *Abſcedens enim fortuna etiam fidem ſecum aufert,ut: Iuuen.*

„ *Quantum quiſq; ſua nummorum ſeruat in arca,*
„ *Tantum habet & fidei.*

Vtcunq;] *Quotienſcunq;.* Mutata] *Aut luctu, aut pauperie. Ordo eſt, Nec abnegat te comitem, utcunq; inimica linquis potentes domos, mutata ueſte.* At uulgus infidum & meretrix retro Periura cedit] *Vulgus & meretrix fortunam triſtem amicorum, ita non ſequuntur, uti proſperam, quod ideò dicit, quia Fortunæ euentum ſubire ſe plerunq; homines uulgares negant. Iuuen.*

„ *Sed quid Turba tremens ſequitur fortunam,*
„ *Vt ſemper, & odit Damnatos.*

Diffugiunt cadis cum fæce ſiccatis amici] *Per allegoriam oſtendit eos, qui nolunt amicorum neceſsitati coniungi, ut:*

„ *Omnes me noti atq; amici deſerunt.*

Serues iturum] *Per hyperbaton ſenſui ſuperiori reſpondit:*

„ *O' Diua gratum quæ regis Antium.*

Et iuuenum recens Examen] *Collectitium. Omnibus enim militibus per ciuilia bella conſumptis habito ab Auguſto delectu, nouus fuerat collectus exercitus, quem bene examen uocauit.* Eois timendum partibus Oceanoq; rubro] *Vtriq; orbi metuendum dixit exercitum, nam in Eoo orientem poſuit, in Oceano Rubro occidentem, ut Virg.*

„ *Et duo rapta manu diuerſo ex hoſte trophæa,*
„ *Biſq; triumphatas utroq; ab littore gentes.*

Heu cicatricum] *Sic enim bellorum ciuilium pudendæ cicatrices ſunt, quemadmodum glorioſæ in bellis externis.* Fratrumq;] *Quos in bello ciuili uulnerauimus, ut ille locus fratres habuit.* Dura ætas] *Aſpera, infœliciter nata, aut dura ſine miſericordia.* Nefaſti] *Nefarij.* Vnde manum iuuentus] *Non ſolum à parentum cæde, ſed nec à numinum uiolatione temperatum eſt. ut Lucanus:*

„ *Numina miſcebant caſtrenſis flamma monetæ.*

Quibus pepercit aris] *Hoc eſt, quæ nō ſpoliauit templa deorum, aut polluit cæde, ut Lucanus:*

„ *Stat cruor in templis.*

O' utinā noua incude diffingas] *Vtinam noua inſtaurentur tela noſtris hoſtibus experienda, nec ciuilis ſanguinis polluta piaculo, quæ uictoriam mereantur, & nomine careant infœlicitatis, ut eſt:*

„ *Ipſorum clypeos & non fallacia tela.*

Diffingas] *Confuſum reformes. Nam ſicut fingere formare dicitur, ſic & diffingere eſt quaſſatum reformare.* Retuſum] *Ciuilibus bellis hebetatum.*

PORPHYR.} O' diua gratum quæ regis Antium] *Hæc Ode ad Fortunam potentum ſcripta eſt, cui Cæſaris profectionem commendat.* Gratum quæ regis Antium] *Hoc ideò quia Antij Fortuna potentiſsimi numinis habetur, adeò ut multi pretioſiſsimisq; donis, & priuatorum & imperatorum templum ibi eius refertum ſit.* Præſens uel imo tollere de gradu] *Præſens ita dictum, ut præſentia dicūtur numina deorū, quia ſe, potentiamq; ſuā manifeſtè oſtendunt.* Vertere funeribus] *Vertere pro eo, quod eſt conuertere, & mutare poſitum eſt.* Te dominam æquoris] *Hoc autem rectè dicitur, quoniam Fortuna & ſemper, & ubiq; metuenda eſt.* Quicunq; Bithyna laceſſit Carpathium pelagus carina] *Bithyna ait, ut ſolent poëtæ ſpeciem pro genere ponere, qualia ſunt illa Virgil.*

„ *Leuis innatat alnus Miſſa Pado,*

Pro quolibet flumine, &:

„ *Illam ducit amor trans Gargara, tranſq; ſonantem*
„ *Aſcanium,——*

Pro quolibet monte. Profugi Scythæ] *Manifeſtum eſt cum profugos dixerit, quòd ſcilicet fugiendo præliarentur.* Et purpurei metuunt tyranni] *Pro purpurati. Purpureum aliud eſt ſi proprietatem attendas, nam ſic dicit purpureum, ut lapidem igneum, hoc eſt, quod purpura tantum conſtat.* Stantem columnam] *Pro incolumitate dignitatis, & totius domus intellige.* Neu populus frequens ad arma ceſſantes, ad arma] *Bene tumultum uulgarem expreſsit repetendo.* Serua neceſsitas] *Nec enim eſt ſuæ poteſtatis, qui neceſsitati ſubiectus eſt.* Clauos trabales, & cuneos manu] *Eleganti conceptione hæc inſtrumenta Fortunæ accommodat, ſcilicet, quibus torquet, & cogit, implicatq; res humanas.* Rara fides] *Bono epitheto raram fidem appellat, quia à paucis colitur.* Et albo rara fides colit Velata panno] *Poſſet uideri ſordidè dixiſſe panno, niſi uellet hac conceptione intelligi à pauperibus magis coli Fidem. Albo autem dixit propter honeſtatē fidelitatis. Aut, nunquid albo panno Fides uelata dicitur, quòd qui fidem colunt, honeſti habeantur, ſed pauperes fiant? quoniam acquiſitio magis perfidia prouenit.* Nec comitem abnegat. Vtcunque mutata potentes Veſte domos inimica linquis] *Non ſpernit te, inquit, ô Fortuna fides cùm linquis potentiorum limina, uel cūm relinquis diuites. Per hoc autem uidetur ſignificare eos, qui ex dignitate honoris, aut diuitiarum ceciderunt, nec fidem apud eos remanere, id eſt, fidem quoq; amittere, & hoc quoq; dupliciter intellige, ut fides illis nec habeatur, nec ſeruetur.* Diffugiunt cadis cum fæce ſiccatis amici] *Hæc eleganter dicuntur, quia Fortunæ euentum ſubire cum amico uulgares homines nolunt.* Ferre iugum pariter doloſi] *Ἀλληγορικῶς oſtendit neceſsitati amicorum, nolle coniunctos eſſe.* Pariter] *Importunè.* Serues iturum Cæſarem in ultimos Orbis Britannos] *Cæſarem Auguſtum dicit, hic initium huius coniungendum, ſic:* O' diua gratum quæ regis Antium,

Antium, Serues iturum Cæſarē. Iuuenū examen] *Ab apibus factū. pro multitudine militū poſuit.* Timendū] *Cuius exercitus timetur, & in occaſu, & oriente.* Oceano rubro] *Hoc eſt, Rubro mari, quod eſt in oriente.* Heu cicatricū, & ſceleris pudet] *Huius, ſcilicet, ſceleris, quod bello ciuili in nos admiſimus.* Quid nos dura refugimus Aetas?] *Suauiter figurauit nos ætas.* Quid intactū nefaſti liquimus] *Neſaſtos pro nefarijs poſuit.* O' utinā noua incude diffingas retuſum in Maſſagetas Arabasq; ferrū] *ἀναφορά. Non enim retuſum in Maſſagetas accipiendum, ſed in Maſſagetas diffingas. Senſus enim eſt, ut ferrum, quod retudimus in corporibus noſtrorum bello ciuili, diffingas, id eſt, refabrices aduerſus barbaros. Maſſagetæ autem gens Thraciæ.*

CHRIST. LAND. } *Contraria ſuperiori uidetur, quam nunc ſcribit Ode. In illa enim omnia fortunæ ademerat, & diuinæ prouidentiæ attribuerat. In hac tanquā recōciliatus ſit omnia reddit. Itaq; uel redit ad eos, qui in fortunæ caſibus omnia ponunt, uel Fortunā appellat ea, quorū cauſam ignoramus. Sed de Fortuna nō Grammaticè, ſed philoſophicè in ſequentibus tractabimus, ubi res ipſa non ſolū poſtulare, ſed flagitare uidebitur.* Antium] *Vrbs, ubi religioſiſsimè Fortuna colebatur. Habebatq; templum multorū principum donis nobilitatum.* Præſens] *Prompta & parata ac fauens, Virg.*

„ *Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos.*

Quandoque ineuitabile, nam quæ iam præſentia ſunt, euitari nequeunt. Virg.

„ *Præſentemq; uiris intentant omnia mortem.*

Vel] *Pro etiam, quaſi dicat, non ſolùm quædam minora potes, ſed hoc quòd maximum eſt.* Tollere] *In altum efferre. Virg.*

„ *Mulcereq; dedit fluctus & tollere uento.*

Aliàs remouere idem.

„ *Tollite cuncta* *inquit. Item nutrire. Terent.*

„ *Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere.*

Mortale corpus] *Quaſi dicat, homuncionem, in quo nulla mentis, animiq; uirtus apparet, qua commendari, extolliq; poſsit. Sunt enim quidam ita excellentes, ut ſine difficultate fortuna extollere poſsit: Sed ij, qui præter effigiē corporis nullum hominis ueſtigium retinent, magnū negotiū exhibent Fortunæ. Non enim illam ducentem ſequuntur. ſed ita ſua mole oppreſsi iacent, ut & ſubuectandi, & ſuis humeris à Fortuna portandi ſint.* Superbos triumphos] *Id eſt, magna imperia nobiliſsimis uictorijs, & ſumma uirtute parta. Mira ergo potentia ſi & eos in quibus nulla uirtus eſt, ad ſummum ſubuehit, & eos, qui ſuis præclaris uirtutibus iam ſumma imperia tenebāt deijcit.* Funeribus] *Cædibus, ut ſit conſequens, pro antecedenti.* Ambit] *Anxiùs rogat. Ambire enim circuire eſt, ſed quia cū rogamus, ipſos homines circuire ſolemus icciрco dicimus ambire rogare, hinc ambitio & ambitus qui exceſſus eſt. Nā in honoribus magiſtratibusq; petendis ſi modus, ac mediocritas ſeruetur, uirtus eſt. Sin autē modus exceditur, uitium eſt & ambitio uocatur. Sed tamen & apud Varronē, & alios nonnunquam ambitio pro uirtute ipſa ponitur. Erat apud Rom. lex ambitus, quæ in eos animaduertebat, qui in petēdis magiſtratib. ſuffragatores corrumpere tentabant.* Pauper] *Oſtendit Salluſtian. illud Fortunam in omni re dominari, & in omni cōditione.* Bithynia] *Species eſt pro genere. Bithynia aūt proxima eſt Pōto, uel ut Euſeb. placet, ea eſt, quæ Pontus olim dicta fuit.* Carpathiū] *Mare dictū à Carpatho inſula, Aegypto propinqua, in qua Protheus regnauit, qui etiam deinde Aegypti rex eſt factus.* Laceſsit] *Prouocat. Nam uidetur irritare in ſe tēpeſtates, qui periculis marinis exponitur.* Daci] *Iſtro finitimi ſūt populi aſperrimi et bello ſæui, hinc illud. Et cōiuratus diſcedit Dacus ab Iſtro.* Ferox] *Forte & robuſtum, Virgil.*

„ *Gens aſpera cultu debellanda tibi Latio eſt.*

Purpurei] *Id eſt, purpurati. Purpureum enim dicimus quod totum ſit ex Purpura: Purpuratum uerò purpura ornatū. Purpura aūt in exercitu duces tantū utebantur, ſecundùm quoſdam, unde Iuba rex Mauritanus cū Pōpeianis copijs, quib. Scipio præerat iunctus eſſet ea ſuperbia fuit, ut auderet interdicere purpurā Scipioni, affirmans ſatis eſſe in exercitu ſi rex purpura uteretur, tamē & purpuratos legimus eos, qui apud principes dignitate anteirēt.* Stantem columnā] *Ipſum principē, qui eſt tanquā columna: Eſt enim is quo ſubſtētetur populus, ut colūna ædificiū ſubſtentat. Quapropter & reges Græcè βασιλεῖς dicūtur, quoniā ſint baſis & fundamentū populi.* Ne populus frequēs] *Conſtipatus odio principis.* Cōcitet ceſſantes] *Id eſt, eos qui impetū non faciūt.* Ad arma, ad arma] *Congeminauit, ut exprimeret morē concitati populi, qui ſæpius hoc nomē iterat. Sic Verg.*

„ *Arma uiri, ferte arma.*

Frangat] *Aut quia imperiū ſemper fragile ſit, uel quia magnæ res deterioratæ fractæ dicūtur. Virg. Fracti bello, fatiſq; repulſi.* Saeua] *Crudelis.* Neceſsitas] *Quaſi dicat, quòd placuit fortunæ id ineuitabile & neceſſariū eſt, ut neceſsitas, fortunæ ſubiecta dici poſsit.* Clauos] *Sentētia eſt, quod omnes cruciatus fortuna ſecū trahat.* Trabales] *Genus tormentorū, credo eſſe pedicas ligneas, quæ trabis inſtar ſunt.* Cuneos] *Cunei propriè inſtrumēta ſunt, quorū primæ partes acutiores ſint, ut quāuis rimulā facilè intrent, ſequentes aūt latiores, & ampliores, ut quod acies illa penetrare cœpit, hæ penitus diuidant. Virg. in Georg. Cuneis ſcindebant fiſsile lignū. Sed in exercitu ſpeciem aciei ad eam ſimilitudinē inſtructam, ut hoſtium ordinem diſrumpat cuneum appellant. Dicunt etiā theatris cuneos loca, in quibus plebs ſpectat. Sed & conſtipatam turbā cuneos dicimus. Virgil. in 4. Aeneid.*

„ *Per cuneos geminatus enim populiq;, patrumq;.*

Aenea] *Infrangibili. Sic Virgil.*

„ *Aeneus axis.*

Vncus] *Nam unco gutture perforato trahebantur noxij. Iuuenal.*

„ *Seianus ducitur unco.*

Et Cic. Vncus impactus fugitiuo. Seuerus] *Propriè ſeueritas pars iuſticiæ eſt, qua iudex nihil omninò de ſupplicio remittit, neq; à uero diſcedit: adeò ut uideatur miſericordiæ cōtraria, quapropter pro crudeli aliquādo ponitur. Diciturq; ſeuerus, quaſi ſecus, id eſt, iuxta uerū. Hinc dicimus aſſeuerare, quod eſt nō rationibus, ſed uultus, geſtusq; quadā grauitate affirmare, ut apud Quintilianum apparet.* Fides] *Non ij, in quibus eſt fides ſequentur fortunā. nam non eſſet illa fides, ſed perfidia. Sed ſequitur Fortunā fides, quoniā remota Fortuna remouetur fides ab hominibus. Sacrificabatur autē Fidei manu inuoluta albo panno, ut notaretur, ut per albedinē innocentiam, per uelamen taciturnitatem in Fide eſſe demonſtrarent, propter quod Virgil. 1. Aeneid.*

„ *Cana fides, & Veſta Remo cum fratre Quirinus.*

Vel fortaſſe quod à canis ſenibus colatur. Panno] *Fortaſſe potiùs pannum dixit, quam ueſtem, quia uilior res eſt pannus, quàm ueſtis. Terentius in Eunucho,*

„ *Pannis, annisq; obſitus,* *Et Perſius.*

„ *Pannucia baucis.* *Et hic ipſe in epiſtola.*

„ *Alter mileti textam cane peius & angue*

„ *Vitabit Chlamydem, morietur frigore ſi non*

„ *Retuleris pannum refert, & ſine uiuat ineptus.*

In quo loco res apertiùs demōſtrabitur. Panno] *Ergo qui fides à pauperioribus colitur.* Nec comitē abnegat] *Sententia eſt, quod quāuis Fortunam fides ſequatur, non tamen illam deſerit, & ſi ipſa Fortuna mutetur.* Vtcunq; mutata] *Siue luctu, ſiue paupertate.* At uulgus] *Fides nunquā Fortunàm deſerit, quāuis ipſa mutetur, ſed uulgus, id eſt, uulgares amici et omne hominū indoctū genus refugit.* Meretrix] *Ea eſt quæ pecunia, & nō amore corpus ſuū uulgat. ſed hic intelligas, omnes qui cupiditate habēdi, et nō beneuolentia amicitias ſectātur.* Periura] *Infida.* Diffugiunt cadis] *Ordo eſt. Amici Doloſi ferre iugū pariter, id eſt, amici qui dolo et fraude detrectant ferre calamitates, unà cū amico fugiunt, id eſt, relinquunt amicū.* Siccatis cadis] *Exhauſtis cadis cū* Fece] *Quaſi dicat expectant donec etiā fecem uini exhauriant, deinde amicū relinquunt.* Serues iturū] *Ordo eſt, ô diua quæ regis gratū Antiū ſerues Cæſarē iturū.* In ultimos Britannos] *Nam locus eſt ſitus inter Septentrionē & Occidentē aduerſus Galliā in mari Oceano propinquus Gadib. hæc inſula primo Albion dicta eſt, deinde Britannia. Quia inſula cùm ſit in Oceano ultima iure dici poteſt, & ab orbe noſtro diuiſa. Hinc Maro in Buc.*

„ *Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.*

O Hæc

Hæc antea Romanis incognita, primùm à Iulio Cæſare in Gallijs bellũ gerente tecta eſt, quãuis nihil huiuſmodi mandante ſenatu. Quapropter cẽſebat *Cato non modo triũpho non honeſtandũ, ſed potius pœna afficiendũ Cæſarẽ, qui immanes barbaros nõ ſine reip. periculo irritaſſet. Defecit tamẽ Britannia poſt mortem Iulij, quam Cæſar recũperauit. Ergo & de Parthis, populis Orientalibus, & de Britannis triumphauit. Hinc Maro,*

„ *Et duo rapta manu diuerſo ex hoſte trophea:*
„ *Biſq; triumphatas utroq; à littore gentes.*

Et magnum profectò ſibi negocium fuit cum Germanis & Britannis, ſed optima opera uſus eſt, Druſi ſui priuigni. Nam ſub Varro tres amiſit legiones, quem conflictum adeò impatienti animo tulit, ut penè media perierit, cùm ſæpiſſimè clamitaret, Vare redde legiones. Examen] *Propriè nouã apum ſobolem examen dicunt, quã parentes ex ſuis aluearibus ad nouas ſedes quærendas exire cogũt. Virg. in 1. Aeneid.*

„ *Aut cum gentis adultos Educunt fœtus.*

Item ſtylũ in ſtatera ſeu lance, qui quo pondus ſe uergit, exit, examẽ dicunt, utrunq; ab exeundo. Hinc dicimus examinare, id eſt, diligenter inueſtigare, tractũ ab illa ponderatione. Recens examen] *Id eſt, recentẽ iuuentutẽ. Ergo per translationẽ nouũ examen, id eſt, nouam iuuentutem, quæ ad id ætatis iam peruenit: ut parentes ex urbe ad bella exire cogãt, nam dixit Acron nouũ examen, id eſt, collectitiũ de omnib. militibus per ciuilia bella conſumptis poteſt fortaſſe nõnullis placere.* Heu Cicatricũ] *Prorũpit in quærelã ex ijs, quæ impiè à populo Rom. in ciuilib. bellis geſta ſunt. Nam ſi quid egregiũ eſt geſtũ, quoniã in ciues & nõ in hoſtes ſæuierant infamiã pro laude inuenit. Ergo* Pudet cicatricũ] *Id eſt, pudet, cũ uideo cicatrices è uulnerib. acceptas non pro ſalute patriæ, ſed pro euerſione libertatis:* Quod *conqueritur Lucanus, cùm ait,*

„ *In ſua uictrices conuerſum prælia dextras.*

Cicatrix autẽ dicitur caro calloſa, pro cute inducta, ubi hiatus uulneris, quod iam coiuit fuerat, dicta cicatrix, quaſi occæcatrix. Scelerũ fratrum] *Id eſt, ſcelerum, quæ in cæde fratrũ cõmiſimus, & uel re uera fratrũ, quòd reperti ſunt, qui in prælio fratrem ab aduerſarijs pugnantẽ interfecerint. Vnde Lucanus, et propter hoc et propter affinitatẽ Cæſaris & Põpeij, bella dixit plus quàm ciuilia: uel dixit fratrum, id eſt, ciuium, qui cum patria, communis ſit omnibus parens, fratres inter ſe ſunt putandi.*

„ *Pectore ſi fratris gladium, iuguloue parentis,*
„ *Condere me iubeas plenoq; in uiſcera partu*
„ *Coniugis inuita peragam tamen omnia dextra.*
„ *Si ſpoliare deos, ignemq; immittere templis,*

Et cætera, ait Lucanus quid refugimus. Nos dura] *Eſt per appoſitionẽ, quaſi dicat nullum ſcelus prætermiſimus, quoniã ſumus dura ætas, id eſt, crudelis ætas. Nã durũ crudelẽ dicimus, quoniam nulla humanitate molleſcit, uel dura, quaſi ferrea. Poetæ enim per metalla ætates diuiſerunt, primamq;, quoniam iuſtiſſima eſſet, auream dixerint* Ouid. in 1. Metam.

„ *Aurea prima ſata eſt ætas, quæ uindice nullo*
„ *Sponte ſua ſine lege fidem, rectumq; colebat.*

Secundam qui paulò deterior fuit, ſed nondum multum deprauata, dixerunt argenteam. Idem,

„ *Subit argentea proles*
„ *Auro deterior fuluo, precioſior ære.*

Tertiam æream, quartam ferream, De quibus. Idem,

„ *Tertia poſt illam ſucceſſit Aenea proles*
„ *Sæuior ingenijs, & ad horrida promptior arma.*
„ *Non ſcelerata tamen. De duro eſt ultima ferro,*
„ *Protinus irrupit uenæ peioris in æuum*
„ *Omne nefas. fugêre pudor, uerumq;, fideſq;,*
„ *In quorum ſubiêre loco fraudeſq;, doliq;,*
„ *Inuidiæq; & uis, & amor ſceleratus habendi.*

His igitur ſceleribus dolet poëta ſuam ætatẽ premi. Quid nefaſti] *Id eſt, nefarij.* Vnde] *A quo tẽplo, quaſi à nullo.* Metu deorũ] *Quaſi dicat, quod nõ ſolũ non abſtinuit uota propter religionẽ, ſed ne metu quidẽ deterrita eſt.* Quibus pepercit aris] *Expolitio eſt, in qua ſententiã repetit eandẽ, ſed alijs uerbis, ut diu auditorẽ in re graui demoretur.* O' utinã] *Optat, ut arma malo omine fabricata, quoniã in ciues conuerſa ſunt, nunc melioribus auſpicijs refabricentur, ut uertantur in Maſſagetas & Arabes.* Noua incude] *Quaſi fœlicius formata.* Diffingas] *Id eſt, de nouo fingas & fabrices.* Ferrum retuſum] *Arma retuſa, in bello ciuili in Maſſagetas, uel Arabes, id eſt, ut ſit paratũ nõ in ciues, ut in prima fabricatione, ſed in hoſtes Maſſagetas. Sunt autẽ ij populi in Scythia, quos dicit Herodotus, neq; ferrũ, neq; argentũ habere, ſed auro, æreq; abundare. Addit quod uxores cõmunes habent. Senes occidunt, immolantq;, ac eorum carnibus ueſcũtur. Qui autem morbo ſubrepti ſint, in ijs ſe iacturam feciſſe dolent. Apud hos cæſus eſt Cyrus, atq; à Tamyri eorum regina caput intra utrem auro liquefacto plenum incluſum: ut aurum quod ſitierat biberet.*

ERAS. ROT. } Ferre iugũ] *Plinius in epiſt. alicubi dixit: Ex æquo iugũ ducere, pro eo quod eſt, negocij uices pariter ſuſtinere. Translatum à bobus arantibus, ad quod quidem Horat. alluſiſſe uidetur. Lege prouerb. Ego tu idem trahimus, &c.*

IOAN. HART. } Clauos trabales] *Prouerb. Herculanus nodus, & Cœlius.*

HENR. GLAR. } Clauos trabaleis, & cuneos manu. Geſtans ahena] *Quidã aiunt trabali clauo infixũ prouerbiũ eſſe in eas res, quæ nulla ætatis iniuria ruituræ ſint, ſed manſuræ perſeuranter. Tu potiùs uide, quæ Deſiderius Eraſ. Rot. ex Cicerone citat in adagio, Herculanus nodus. Acro ait ſpecies tormẽtorũ eſſe, quod & ſequẽtia indicãt Poëtæ uerba. Et Proph. elegãti, inquit, conceptione hæc inſtrumẽta fortunæ accõmodat, ſcilicet, quæ torquet, & cogit, implicatq; res humanas. Lãdinus credit eſſe pedicas ligneas. Ego quid amplius dicã nõ habeo.* Te ſpes, & albo rara fides colit Velata panno] *Mirũ eſt quàm hoc loco & Acro, & Porphyrio philoſophẽtur de fide, cur rara dicatur, quòd à paucis colatur: deinde etiã panno uelata, quòd pauperes magis fidẽ ſeruẽt. Ad idem facere pannũ, ſubſordidũ uocabulũ: Et albũ, quòd à ſenib. etiam maturius colatur. Adijcit Porphyrio propter honeſtatẽ fidelitatis album pannũ dixiſſe poëtã. Cæterùm id magis mirũ quãdo exponunt.* Nec comitẽ abnegat ſi aduerſa incidat: *quippe quæ ſic etiã fidẽ ſecum auferat, ut inquit Acro. Porphyrio adijcit etiã hoc dupliciter intelligendũ, ut fides illis nec habeatur, nec ſeruetur. Hæc cũ lego ſuſpicor, quod res eſt, iniuria temporũ horũ uirorũ cõmentarios corruptos. Nã longũ eſſet omnia proſequi. Ego Horatiũ puto nõ de quauis fide, ſed de uera hîc loqui, quæ ſanctiſſimũ humani pectoris bonũ eſt, ut inquit Seneca, nulla neceſſitate ad fallendũ cogitur, nullo corrũpitur præmio. Vre, inquit, occide, non prodã. Cui Numa Pompilius Solẽne inſtituit, ut Liui. li. 1. deſcribit. Vulgarẽ aũt fidẽ eſſe, de qua paulò poſt Horat. uulgus infidũ, & meretrix retro Periura cedit. Nec eo in loco mutãdũ, atqui &, ut qdã ſciolus mutare auſus eſt.*

HERM. FIGVL. } O' Diua] *Inter numina pleraq;, quæ ueteres habuêre, olim à Romanis Fortunã eximiè cultã, ſcriptũ in antiquitatib. eſt. Idq; ex eo cõiectari licet, quòd plures illi ædes fuiſſe, ac diuerſis nominib. Deã denominari, uulgò proditũ eſt. Quibus aũt cognominib. apud Roman. appellata, quibuſq; templis donata fuerit, multis uerbis declarat Alexãder Neapolitanus, lib. 1. Genialiũ dierũ, cap. 13.* Antiũ] *Latij colonia eſt Antiũ, apud quod Fortunæ Equeſtris tẽplũ fuiſſe, ſunt qui cõtendunt.* Præſens] *Potẽs, maximã uim & poteſtatẽ habens: Vnde etiã domina rerũ humanarũ dicitur.* Imo tollere de grado] *Poteſt abiectos & infimæ fæcis homines ampliſſimis honoribus decorare: & rurſus, honoratos atq; claros, obſcuros, ignobileſq; reddere. Eius rei pulchrũ eſt exemplũ in Prõmpalo quodam, qui cùm eſſet ſortis extremæ iuuenis, factus eſt repentè rex Syriæ. Plura ſunt exẽpla apud Valerium Max. lib. 6. cap. 10. Huc quadrat illud Iuuenalis Satyr. 7.*

„ *Si fortuna uolet, fies de Rhetore Conſul,*
„ *Si uolet hæc eadem, fies de Conſule Rhetor.*

Te pauper ambit &c.] *Hoc eſt, quod Plin. ait, hiſtoriæ mũdi lib. 2. cap. 7. Toto quippe mũdo, & locis omnib. omnibuſq; horis hominũ uocibus fortuna ſola inuocatur, una accuſatur, una agitur rea, una cogitatur, ſola laudatur, ſola arguitur. & cũ conuicijs colitur uolubilis, à pleriſq; uerò & cæca etiã exiſtimata, uaga, inconſtans, incerta, uaria, indignorũ fautrix. Huic omnia expenſa, huic omnia*

ferun-

feruntur accepta: & in tota ratione mortaliũ ſola utranq; paginã facit. Bithyna] Bithyni populi ſunt Aſiæ, ab Helleſponto ad Thraciũ Boſphorum. Carpathiũ] Carpathos Inſula eſt Mediterranei maris, Aegypto propinqua. Vnde Carpathio mari cognomẽ. Dacus] Daci ſoboles Getharũ ſunt, inquit Iuſtinus, qui cũ Olore rege aduerſus Baſtarnas malè pugnaſſent, ob ultionem ſegnitiæ capturi ſomnũ, capita loco pedũ ponere, iuſſu regis cogebãtur, miniſteriaq; uxorib. quæ ipſis antea fieri ſolebãt, facere. Profugi Scythæ] Hoc eſt, Parthi. Hi enim, autore Iuſtino lib. 41. Scytharũ exules fuerũt. Hoc etiã ipſorũ uocabulo manifeſtatur: Nã Scythico ſermone Parthi exules dicũtur. Latium ferox] Italia aſpera & dura. Virg.

„ Bellum ingens geret Italia, populoſq; feroces
„ Contundet, moresq; uiris, & mœnia ponet.

Regũ Barbarorũ] Id eſt, immaniũ & incultorũ morib. quales ſunt Aegyptij, Syri, cæteriq; oẽs, qui nõ ſunt Romani, aut Græci. Purpurei] Pro purpurati, hoc eſt, purpureis & precioſis ueſtib. induti. Purpureus aũt color in ueſtib. laudatiſſimus ueterib. fuit, & Romanorũ Magiſtratuũ inſigne. Ideoq; uſum eius Romani Imperatores priuatis hominib. interdixerũt, in Titulo: quæ res uendi nõ poſſunt, lib. 4. Codicis. Purpuræ uſus nobis eſt ignotus, quod etiam Budæus affirmat in lib. de Aſſe. Tyrãni] Vocabulũ Tyrãni olim qualẽcũq; principem ac dominum ſignificabat, &, teſte Trago, fortem. Virg.

„ Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe Tyranni.

Poſtea hæc uox ad eos tranſlata eſt, qui ui quadam ac libidine, oppreſſa libertate, dominarentur, ac crudeliter imperio abuterentur, quibus nihil poteſt eſſe pernicioſius & miſerius Reipub. Vnde Euripides uerè dicit:

„ οὐδὲν τυράννου δυσμενέστερον πόλει.
„ ὅπου τὸ μὲν πρώτιστον, οὐκ εἰσὶ νόμοι
„ κοινοί, κρατεῖ δ' εἷς τὸν νόμον κεκτημένος.

Iniurioſo ne pede proruas ſtantẽ colũnam] Ne mutata de imperio eos deijcias. Et colũnam, pro columine poſuit, autore Donato. Eſt enim ſemper incõſtans, ac uolubilis fortuna. Vnde etiã conuertens denominata eſt, quòd homines ludit: bona, & mala, quibus placet, tribuit. Paruo momẽto magnas facit mutationes in rebus humanis, in eodẽ ueſtigio nunquã ſtat, &, ut canit Poëta, incõſtans, fragilis, perfida, lubrica. Quæ à Græcis τύχη εὔριπος, quaſi æſtuãs dicitur, quòd uiciſſim nũc huic fauere ſoleat, nũc illi. De qua Manilius,

„ Quid memorem euerſas urbes, regumq; ruinas?
„ Inq; rogo Craſſum? Priamumq; in littore truncum,
„ Cui ne Troia rogus? Quid Xerxem, maius & ipſo
„ Naufragium pelago? quid captos agmine reges?

Neu populus frequẽns ceſſantes ad arma concitet] Ne populus erectus ad ſpem libertatis, qua nihil eſt dulcius, recuperãdæ, Tyrannũ uita pariter ac regno ſpoliet. Acriores enim morſus ſunt, ait Cicero, intermiſſæ libertatis, quàm retentæ. Ad arma cõcitet] Propter occultum & acerbum populi odium, in quod Tyranni propter ſuam crudelitatem incurrere ſolent. Vnde præclarè Enni.

„ Quem metuunt, oderunt, quem quiſq; odit, periſſe expetit.

Malum enim cuſtodem diuturnitatis metum eſſe, grauiſſimè diſputat Cicero, idq; tyrannorũ exemplis probat, qui miſerabilem & turpem plerunq; ſortiuntur interitum. Quare rectè dicit Iuuenalis:

„ Ad generum Cereris ſine cæde & uulnere pauci
„ Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni.

Idẽ Plutarchus quoq; in uita Arati, non minus uerè, quàm elegãter prodidit, cum inquit: Ex his uerò qui arces occupant, ſatellites alũt, armis, portis, cataractisq; tutãdi corporis gratia muniuntur, pauci uiolentã mortem ueluti lepores, effugerũt, domus uerò, aut genus, aut ſepulchrũ nullius relictũ eſt, celebrẽ memoriã ad poſteros habiturũ. Sic cruenta tyrannorũ mors declarat, quantũ odium hominũ ualet ad peſtẽ & excidiũ eorum, qui metui, quàm amari malũt. Contrà uerò beneuolentia fidelis eſt, uel ad perpetuitatem. Etenim cùm ſit uoluntaria, perpetuò durat, magnamq; habet uim ad tuendas opes, et defendendũ principatũ. Eſtq; optima, ut Plutarchus ait, principis cuſtodia. Cùm enim ita multitudo ac potentes aſſueti ſunt, ut nõ ducẽ, ſed duci non timeant, multis ad uidendũ oculis, multis ad audiendũ auribus utitur, facta omnia & cõſilia percipit. Hoc optimè Antigonũ quoq; ſciuiſſe, teſtimonio Plutarchi cõſtat. Nam cùm quidã amicorũ ſuaderet Antigono, ut Athenas urbem occupatam, ualidis præſidijs firmaret, ac deinde ut totius Græciæ fundamentũ cuſtodiret, dixiſſe Antigonũ tradunt: beneuolentiã ſibi ſemper uiſam optimũ regni fundamentũ, ueriſſimũq; præſidiũ eſſe. Legimus etiam apud eundem Plutarchũ, Aratũ Philippo dixiſſe: Latrones ſaxa incolunt, & rupes, & præcipitijs ſe tutantur. Regi aũt nihil fide & beneuolentia firmius, nec munitius eſſe poteſt. Similiter & Cyrum moribundũ, filijs ſuis dixiſſe ferunt: Nõ eſt aureũ hoc ſceptrũ, quod regnũ ſeruet, ſed amici multi ſceptrũ ſunt regibus ueriſſimũ maximeq; ſecurũ. Te ſemper anteit ſæua neceſſitas] Oſtendit neceſſitatem, hoc eſt, fatũ ſemper præcurrere fortunam, ut, quòd à Deo prius conſtitutũ ſit, ut eueniat, hoc fortuna demum largiatur. Sæua] Dira, rigida, atq; inexorabilis, quæ mutari, flectiue non poteſt. Euripides in Helena:

„ Λόγος γάρ ἐστιν οὐκ ἐμὸς, σοφῶν δ' ἔπος,
„ Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον.

Clauos trabales] Pro uinculo indiſſolubili atq; arctiſſimo, ut monet Eraſ. in Prouerb. Herculanus nodus. In conſimilẽ ſenſum etiã Cicero uſurpauit Beneficiũ (ut dicitur) trabali clauo figere. Cuneos] Tormenti ſpecies, quo in ſceleratos ſæuitũ eſt. Seuerus uncus abeſt, liquidũq; plumbũ] Pœna Romanis fuit, ut nefarios & maioribus criminib. obnoxios, reſoluto plumbo necarent, uel unco tractos in ſchalas Gemonias, darent præcipites. Te ſpes, & albo rara fides colit] Indicat ſpem & fidẽ ſemper ſequi fortunam, quocunq; uolet. Nam quos reliquit, illi ſemper ſperant eam reuerſuram: ad quos autem deuolauit, illis plus fidei adhibet, iuxta illud Iuuen.

„ Quantum quiſq; ſua numorum poſſidet arca,
„ Tantum habet & fidei.

In rebus autem aduerſis abeſt fides. Vnde Seneca in Hercule:

„ Non rata fides, ubi iam melior
Fortuna ruit ——Item Silius Italicus:
„ Stat nulla diu mortalibus uſquam,
„ Fortuna titubante, fides.

Albo panno] Propter candorẽ & integritatẽ. Eſt enim fides dictorũ, factorũq; conſtãtia, & ueritas. Fidem Romani Deam fecerunt, eamq; in Capitolio uicinã Iouis Opt. Max. eſſe uoluerunt. At uulgus infidum] Dicit, uulgares illos amicos cum fortuna mutari. Iuxta illud Petronij:

„ Cùm fortuna manet, uultum ſeruatis amici,
„ Cùm cecidit, turpi uertitis ora fuga.

Nam felicitas multos habet amicos, in rebus autẽ aduerſis, uel nulli, uel pauci ſunt fidi. Ouidius:

„ Cùm fueris fœlix multos numerabis amicos,
„ Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Meretrix periura] Hoc eſt, illi qui non beneuolentiæ, ſed ſui cõmodi gratia amicitiam ſimulant. Vt facere ſolent meretrices, quæ tantùm quæſtus cauſa amant, & ut ſtultos atq; cæcos amatores argento emungant. Qua de re Læna apud Terentium diligens præceptũ Philotidi, de amatorum perfidia querenti, tradit:

„ Ergo propterea (ait) te ſedulò
„ Et moneo & hortor, ne cuiuſquam miſereas,
„ Quin ſpolies, mutiles, laceres quemquem nacta ſis.

Peruerſos mores, & fraudulẽta meretricũ ingenia, qui cernere tanquam in ſpeculo cupit, is Terentij ac Plauti comœdias, & Luciani Dialogos meretricios legat. Diffugiunt cadis cum fæce ſiccatis amici] Ollæ amicos intelligit, hoc eſt, eos quos patina, non beneuolentia cõciliat. Hi enim dum res ſunt proſperæ et ſaluæ, comitantur ſedulò, & fidi ſunt amici lingua. Rebus aũt perditis, nuſquam apparent, & amicũ tanquam inutilem amplius non agnoſcunt. Sic apud Terentium quidam, uidem patria, qui abligurierat bona, ſe ab omnibus relictum conqueritur:

„ Quoniam miſer (inquit) quod habui, perdidi, hem,
„ Quò redactus ſum? omnes noti me atq; amici deſerunt.

Cadis cũ fæce ſiccatis] Quaſi dicat: dum plena ſunt dolia, diligũt, amãt, amplectuntur, laudãt, & ſuũ officiũ in bibendo ſtrenuè præſtãt. Sed poſtquã omnia ſunt exhauſta, etiã cum fæcibus, & iam ſera in fundo ſequitur parſimonia, atq; paupertas, diffugiunt omnes. Hos ſacra ſcriptura menſæ amicos nominat, de quibus ita Eccleſia-

ſticus cap.6. Et eſt amicus particeps menſarũ, & non permanebit in die tribulationis tuæ. Et in bonis tuis erit ut tu, & in domeſticos tuos fiducialiter aget. Si humiliatus fueris, erit cõtra te, & à facie tua abſcõdetur. Vltimos] *Quia extra orbẽ in Oceano inter Occidentem & ſeptentrionẽ ſita eſt Britannia, quam Angliã hodiè appellant, Germaniæ, Galliæ, Hiſpaniæ, multò maximis Europæ partibus magno interuallo aduerſa. Totã hanc Inſulam in circuitu bis mille milia paſſuum continere legimus. Agrippa longitudinẽ eius D.CCC.M. paſſuũ eſſe, latitudinẽ CCC.M. credit. Britãnos primus Iulius Cæſar ſubegit, & in ditionẽ Romanã redegit.* Iuuenũ recens examen] *Examẽ noua apũ ſoboles, quam parentes ex ſuis aluearib. ad nouas quærendas ſedes exire cogunt. Per tranſlationem, pro quacunq; nouæ pubis multitudine, inſtar apum, accipitur. Et quemadmodũ nouus apum fœtus iam migraturus, regem ſuũ procedentẽ cingit, protegit, circaq; eum cõglobatur et ſe quæq; illi proximam cupit eſſe, conſpiciq; in officio gaudet. Sic quoq; iuuenẽ Auguſtũ iturũ ad Britannos, æquali turba militũ comitatum oſtendit.* Eois timendũ partib.] *Populis ſub oriente ſole habitantib. Nam legimus in hiſtorijs, Orientales populos uirtutis, moderationisq; fama Auguſti motos, ultrò ueniſſe petitũ Cæſaris & populi Rom. amicitiam. De quo ita Paulus Oroſius: Interea Auguſtũ Cæſarẽ apud Tarraconẽ, Hiſpaniæ urbem, legati Indorũ & Scytharũ, toto orbe tranſmiſſo, tandẽ ibi inuenerũt: quem cũ gentilitio munere ſupplex Eous, Indus, & Scytha, Boreus orauit.* Oceanoq; rubro] *Mare rubrũ inter Indicũ & Aethiopicũ Oceanũ ampliſſimo ore ab Auſtro in ſeptentrionẽ funditur, quod rubrũ dixêre noſtri, Græci Erythræum, à Rege Erythra, aut (ut alij) ſolis repercuſſu talem reddi colorẽ exiſtimãtes. Alij ab harena, terraq;: alij tali aquæ ipſius naturæ, teſte Plinio.* Eheu cicatricũ & ſceleris pudet] *Bellorũ ciuiliũ cladem & ſcelera deplorat.* Sceleris fratrumq;] *Eſt enim pudendũ & nefariũ facinus, hominẽ cum homine armis, propter inanem aliquẽ titulum & ambitionẽ, confligere: multò magis aũt cum fratre. Nã in bellis ciuilib. ſæpe fit, ut frater incidat in fratrẽ, affinis in affinẽ, ſocer in generũ, amicus in amicũ, hoſpes in hoſpitẽ, municipalis, in municipalẽ, & cõmuni furore iã agitati, alter in alterius uiſcera ſtringat ferrũ. Quo qd poteſt eſſe crudelius, & magis exitioſum atq; inſanũ? Immanẽ hũc furorẽ aſperrimè rephẽdit, Hor. in Epod.*

» *Quò quò ſceleſti ruitis? aut cur dexteris*
» *Aptantur enſes conditi?*
» *Parum'ne campis, atq; Neptuno ſuper*
» *Fuſum eſt Latini ſanguinis?*
» *Neq; hic lupis mos, nec fuit leonibus*
» *Vnquam, niſi in diſpar feris.*
» *Furor'ne cæcus, an rapit uis acrior?*
» *An culpa? reſponſum date.*
» *Tacent, & ora pallor albus inficit,*
» *Menteſq; perculſæ ſtupent.*
» *Sic eſt, acerba fata Romanos agunt,*
» *Scelusq; fraternæ necis.*

Quid nos dura refugimus ætas] *Morũ prauitatẽ & peruerſitatẽ è bello proficiſcentẽ, notat. Inde enim omne genus ſcelerũ & flagitiorũ, tanquã è lerna malorũ, uberrimè profluit. Hinc (inquit Eraſmus in prouerbio: Dulce bellũ inexpertis) pietatis contẽptus: hinc legũ neglectus: hinc ad quiduis audendũ ſceleris promptus animus. Hoc fonte nobis tam ingens latronũ, raptorũ, ſacrilegorũ, percuſſorũ turba ſcatet.* Nos dura ætas] *Fingunt Poëtæ quatuor ætatum differentias, & illis nomina à metallis imponunt. Nihil aliud hoc figmento ſignificantes, quàm hominum mores ſubinde deteriores factos, & uicia magis, magisq; aucta. Nam ita natura comparatum eſſe uidemus, ut ſemper poſteri à maiorum ſuorũ uirtute, grauitate, frugalitate, atq; fide degenerent, pauci animum paternum capiant.*

» παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
» οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.

Vt eſt apud Homer. Odyſſ. . Conqueritur autẽ Horatius, ſe in duram, hoc eſt, ferream ætatem, incidiſſe, in qua tãta ſit hominum improbitas, ut à nullo crudelitatis & impietatis genere abſtineant.

» *Hanc ita deſcribit Ouid. lib. 1. Transfor.*

» *—— De duro eſt ultima ferro.*
» *Protinus irrupit uenæ peioris in æuum*
» *Omne nefas: fugêre pudor, uerumq; fideſq;,*
» *In quorum ſubiêre locum, fraudeſq;, doliq;,*
» *Inſidiæq; & uis, & amor ſceleratus habendi.*

Et paulò pòſt:

» *Iamq; nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum*
» *Prodierat, prodit bellum, quod pugnat utroq;,*
» *Sanguineaq; manu crepitantia concutit arma.*
» *Viuitur ex rapto: non hoſpes ab hoſpite tutus,*
» *Non ſocer à genero, fratrum quoq; gratia rara eſt.*

Et cætera, quæ ibi ſequũtur. Quib. pepercit aris?] *Oſtendit, templa & aras, humana omnia atq; diuina iura uiolata. Cæſar de bello ciuili, lib. 1. Pecuniæ à municipijs exiguntur, & è fanis tolluntur: omnia diuina & humana iura permiſcentur.* O utinam noua incude] *Quoniã ciues Romanos, maxima calamitate Reipub. & crudelitate, ſe mutuò dilaniaſſe, & trucidaſſe armis, quibus melius hoſtes periſſent, uidet, rogat fortunam, ut armorũ acies, bello ciuili hebetatas, rurſus exacuet in Maſſagetas, Arabaſq;.* Maſſagetas] *Maſſagetæ populi ſunt Scytharum, quorũ prodigioſa, immaniſq; natura eſt. Nam parentes ſenio confectos in fruſta cædere, illorũq; carnibus, immiſtis pecudibus, ueſci conſueuêre.* Arabasq;] *Romanos prædæ Arabũ genti imbelli antea, fuiſſe, ſcribit Iuſtinus lib. 39.*

THEOD. PVLM. } 1 O Diua] *Zeugma eſt, inquit Helenius, ab inferiori. Serues iturũ Cæſarem. Cùm Diuam appellat Fortunam, ex ijs ſe philoſophis poëta profitetur, qui Fortunã in humanis reb. plurimũ poſſe, & diuinã quandã rem eſſe exiſtimabant, ut à noſtris ingenijs explorari nõ poſſit. Lege Franc. Luiſini Parergon libro 1. cap. 22. ubi hæc Ode declaratur.* 17 *—anteit ſæua Neceſſitas. Horatius anteambulatricẽ Fortunæ dicit eſſe Neceſſitatẽ, Fortunæ dominatũ & potentiã conſtituens, quòd quidquid ei collibuerit, nulla uis tãta ſit, ut impedire poſſit. Clauos autẽ trabaleis perelegãti fictione & cõceptione tribuit Neceſſitati, quibus omnia figat, firmetq; & retineat. Sunt autẽ grãdes claui, quib. trabes cõfigũtur: at trabale telũ in Marone (12. Aen. uerſu CCXCIIII.)*

» *Inſtar trabis magnum eſt.*

Non exiſtimo aũt de tormentis & cruciatibus illa explicanda eſſe, quod uidetur interpretib. Cuneis quoq; inſertis, ad artiuis aliquid adſtringendum utebantur. Cic. 1. Tuſc.

» *Hos ille cuneos fabrica fideli inſerens, perrupit artus.*

Vide Turneb. lib. 9. cap. 14. ſerua neceſſitas, *H.E. quã lectionẽ, ut mẽdoſam improbat Lambinus.* 19 Nec ſeuerus Vncus abeſt] *Vncus ſeuerus, hamus eſt & anſa ferrea coagmẽta rerũ tenaciter & aſperè retinẽs liquido plũbo addito. Vide Turneb. lib. 9. cap. 14. & lib. 23. cap. 27.* 21 Te Spes & albo rara Fides colit Velata panno] *inquit Horat. quod ita accipio: Fortunã antecedit Neceſſitas, ſequitur & comitatur Spes & Fides, nec eam unquã deſerũt, quocunq; ſe cõferat, quãuis ueſte mutata ſeſe diſſimulet: nõ tamẽ ut Fides, & Spes aſſectatrices tuæ perpetuò ſunt, itẽ uulgus amicos perpetuò ſequitur, quos mutata ſemper Fortuna deſerit. Turneb. libro 9. ca. 14.* 27 Fæce] *Fece, H.G.E.B.* 28 Ferre iugum pariter doloſi] *Quidã cõſtruendũ putãt hũc in modũ: amici pariter doloſi diffugiunt iugum ferre, uel pariter iugum ferre, id eſt, nolũt eſſe conſortes aduerſæ fortunæ, ut ſecundæ, ego putem dici doloſos pariter iugũ ferre, qui nõ ſyncerè ſe cõſortes prabẽt, neq; bona fide, ideoq; in reb. aduerſis deſerũt: eſtq; tranſlatio à iumentis. Turneb. libro 9. cap. 14.* 33 Eheu] *Heu, H.G.B. Heu heu, E.* 36 Manus] *Manum, H.G.E.B.* 39 Diffingas retuſum] *H.G.B.E. diffingas retuſum ualet, aliter fingas. Turneb. li. 9. cap. 14. diffingas, quaſi deſtruendo repares. Diffingere eſt ita deſtruere, ut aut nihil ſit amplius, ut, 1. Carm. 29.*

» *—Neq; Diffinget,*

aut ut non cognoſcas amplius, ut, 1. Sat. 10.

» *Diffingit Rheni luteum caput.*

Lege Georgij Fabricij Caſtigationes. diffindas, id eſt, deducas, refabrices, & exacuas contra barbaros, Iac. Cuiacius Obſeruationũ lib. 12. cap. 18. defigas recuſum, ex antiquiſſimo codice legit Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 7. cap. 30.

GEORG.

GEORG. FABR. } *Commendat Fortunæ Auguſtum in Britãnos mouentē. In hac cōmendatione digreditur in bella, potentiã & mutabilitatē Fortunæ, & tractat locũ circa laude Auguſti, qui ea cōpreſſit atq; ſuſtulit, eſiq; expeditiones in populos externos molitus.* O Diua, gratũ quæ regis Antiũ] *Omninò duo fuerũt templa Fortunæ Romanis celebria: in Latio, Prenæſtinũ: in Volſcis, Antiate. Prenæſtinũ cultũ nomine Fortunæ Primigeniæ, cum Ioue puero: id teſtantur, in eadem urbe inſcriptiones. In pariete domus priuatæ.*

FORTVNÆ
IOVI PVERO
EX TESTAMENTO
TREBONIÆ
Ante templum diui Agapeti
FORTVNÆ
PRIMIG.
SIGNVM ÆQVI-
TATIS NIGRINA
AVXESIS. DDDD.

Steterunt duo Cupidines Lychnuchi in eadem ſtatua, ut ibidē marmor fractũ indicat. In hac uerò oda de Antiate agitur, & eius inſigni pictura, in qua Fortunæ aſtiterit: hinc Neceſſitas, cũ uarijs tortorũ inſtrumentis: inde Spes, uultu ſereno & amabili, & Fides, palbo candido amicta, hæc enim utramq; Fortunã ſequitur, in triſtib. afferens ſolatium, gaudium cumulans in ſecundis: ſed aduerſam fugiunt uulgus, meretrices, paraſiti. Hoc templum cultum fuit nomine Fortunæ Equeſtris, ut Tacitus. In eodē ſimulacra ... *ſeu neruis mobilia, quæ reſponſa darent, ſe uidiſſe ſcribit Macrobius. Fortunas Antiatinas, pro ipſis reſponſis ponit Suet. in Caligula. Hæc prolixitas ne ſit faſtidio, quia lucem huic addit loco, qui uariè à uarijs eſt explicatus.* Te ſemper anteit ſæua neceſſitas] *Sũt qui legant, uiri docti, ſerua neceſſitas, inter quos Luiſinus & Giſanius ſed improbat Lambinus, & rectè. Neceſſitas, ſæua, propter inſtrumēta quæ geſtat, quæ poëta noſter ait eſſe ænea, Plato adamantina. Vnde ab eodem & dea, & mater Parcarũ fingitur in lib. 10. de Repub. & ſacellum eam habuiſſe etiam in arce Corinthia, tradit Pauſanias.* O utinã noua incude diffingas retuſum in Maſſagetas, Arabasq; ferrũ] *In hoc loco diſſentit Lambinus à ſeipſo, & ab alijs, et uerba mutat: eſtq; obſcurus propter uerbi uſum, quod nō alibi facile reperies. Hadrianus Turnebus, & Curio Secũdus me cōfirmant, ut lectionem uſitatã retineam, & hanc interpretum ſententiam,* Vtinã, inquit, arma ſanguine ciuium hebetata diffingas, & quaſi deſtruendo repares, in barbaras gentes & nomini Romano inimicas. *Diffingere eſt ita deſtruere, ut aut nihil ſit amplius, ut 3, 29. Carm.*

„ *Non tamen irritum*
„ *Quodcunq; retro eſt efficiet, neq;*
„ *Diffinget, infectumq; reddet.*

aut, ut non cognoſcas amplius, Vt, 1, 10. Serm.

„ *Diffingit Rheni luteum caput*

IOD. BAD. ASCEN. } O D. Grat.] *Quia, ut dixi poëtarũ eſt uarias hæreſes et ſectas ſeq; ideo qã Stoicè prouidentiæ diuinæ in ſuperiori Ode plurima cōceſſit, nũc quaſi fortunã recōciliaturus eam plurima poſſe fatetur, precaturq;, ut Cæſarē in Britannos iturũ ſeruet: unde conſtructio dependet uſq; ad illũ locũ: ſerues iturum, ante quem ordo ſuſpenſus eſt huiuſmodi.* O diua] *Scilicet, Fortuna, quæ regit Antiũ oppidũ maritimũ.* Gratum] *Scilicet, tibi, id eſt, aut beneficia recognoſcens, quia egregiã tibi conſtruxit ædem.* Aut acceptũ tibi] *Quia illi libenter præſides.* Exiſtens præſens] *Id eſt, potēs ſine cunctatione, quaſi in rem præſentē & præſentibus uiribus.* Vel tollere] *Id eſt, erigere aut eripere de imo* gradu] *Scilicet mortis & conditionis.* Corpus mortale] *Id eſt, nos mortales.* Vel uertere funeribus] *Id eſt, conuertere in funera.* Superbos triumphos] *Id eſt, eos, qui ſuperbè triumpharant.* Pauper colonus ruris ambit] *Id eſt, more ambientiũ & magiſtratum petentiũ ſuppliciter orat.* Sollicita prece.] *Te dominam ruris.* Et quicunq; laceſſit] *Id eſt, ſulcat, & pertranſit.* Carina Bithyna] *Id eſt, naue ex Bithynia, id eſt, nauta & negociator pelagus* Carpathiũ] *Id eſt, mare iuxta Carpathon inſulã Rhodiorũ.* Ambit ſollicita prece te dominã æquoris, Dacus aſper] *Id eſt, licet aſper: & Scythæ profugi, qui nō habent certas domos aut Parthos Scytharum exules dicit: & urbes, & gentes.* Et Latium] *Id eſt, etiã Latium ferox, quia bellicoſum. unde Maro.*

„ *Gens aſpera cultu Debellanda tibi eſt Latio.* [XXX]

Matres regũ Barbarorũ, & tyranni] *Id eſt, reges aut uiolenti, aut etiã pij.* Purpurei] *Id eſt, purpurati, ſeu purpura decorati metuũt te. Dixi aũt etiã pij, quia omnes reges olim tyranni ſunt dicti, unde Latinus de pio Aenea eius amicitiã expetens.*

„ *Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.*

Metuunt] *Dico.* Ne proruas] *Id eſt, porrò in terram deuoluas.* Pede iniurioſo] *Id eſt, ſuperbo.* Columnam] *Id eſt, potentatũ.* Stantem] *Scilicet illis, & ne populus frequens.* Concitet] *Id eſt, prouocet ſcilicet, clamando ad arma.* Ad arma ſumenda] *Scilicet, cōtra tyrannos, & reges.* Ceſſantes] *Id eſt, reſides & pigros, &* Frangat imperiũ] *Scilicet tyrannorũ.* Sæua neceſſitas] *Scilicet fatalis.* Anteit] *Id eſt, præcedit ſemper te, quia fata plus poſſunt, quã Fortuna anteeunt: ſunt tamen coniuncta ſicut apud Verg. li. 8.*

„ *Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum:*

Quia quæ fata] *Id eſt, à Deo cōſtituta ſunt: nobis cauſas ignorantibus fortuita uidentur, unde dictum eſt.*

„ *Fata uiam inuenient.*

Anteit ergo geſtans. Manu ahena] *Scilicet, duriſſima.* Clauos trabales] *Id eſt, uectes tortorios: ſunt aũt pedicæ ligneæ, quibus alligantur torquẽdi, dicti claui à cōpingendo: trabales, quia trabium inſtar, aut quia illis connectendis ſufficiant, & geſtans cuneos, quibus arctiores fiunt clauati.* Nec uncus ſæuus] *Scilicet, quo ad ſuppliciũ trahebãtur dãnati.* Ve] *Pro uel.* Liquidũ plumbum quod infunditur torquẽdis abeſt] *Hoc eſt, tecũ ſunt omnia tormentorũ genera.* Spes colit te] *Quia quæ ſperãtur fortuita ſunt, cũ etiã quæ poſſidẽtur incerta ſint.* Et fides rara] *Quia pauci ſunt fideles, uelata panno albo, qui pauperũ eſt ueſtitus: pauperes aũt ſerè fidē ſeruant, quia nō habēt in quo fallãt: etiã colit te, quia ſi Fides dicta eſt ut fiat, quod dictũ eſt. i. promiſſum: certè fortuitũ eſt id præſtare.* Nec] *i. & nō.* Et fides non abnegat comitē utcunq;] *Id eſt, qualitercũq;, aut quãdocunq; tu inimica ſcilicet eſfecta ueſte mutata, quia uidetur Fortuna læta aliter indui, qui inimica relinquit.* domos potentes] *i. potentiũ.* At] *i. ſed.* Vulgus infidum, &c.] *Id eſt, retrorſum ſcilicet cũ fortuna abeunte.* Quia amici doloſi] *Id eſt, nō fidi.* Ferre pariter iugũ] *Scilicet aduerſitatis, ſicut gauiſi ſunt de bonis & lætis diffugiũt.* Cũ cadis ſiccatis fæce] *i. ut primũ uaſa uinaria ad fæcē uſq; exhauſta ſunt.* Serues iturũ] *Hucuſq;, ut dixi, dilata eſt cōſtructio.* Nã] *Ordo eſt.* O diua quæ regis Antiũ, &c.] *Serues. i. conſerues precor.* Cæſarē] *Scilicet Auguſtũ.* Iturũ] *Id eſt, qui ire parat in Britãnos, quos Anglos uocamus, ultimos orbis, imò ſecundũ Vergilium extra orbem poſitos. dicit enim in Buc.*

„ *Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.*

At in Aenei. dixit, extremos hominũ Morinos, quos Teruanos uulgus uocat. Et ſerues recens examen] *i. nouã fœturã more apum primo educendorũ.* Iuuenũ] *i. Tyronũ.* Timendũ] *Id eſt, formidandũ: partib. Eois, id eſt, orientalib. & oceano rubro.* Eheu pudet] *Scilicet me cicatricũ, ſcilicet ſuſceptarũ in bello ciuili, & ſceleris, quod in patriã Romani milites egerãt, et fratrũ, uel conciuiũ, uel reuera fratrũ in bello ciuili diſcordiũ.* Quid] *Scilicet, ſceleris nos ætas dura, quia ferrea.* Refugimus?] *Quaſi dicat, nihil.* Quid nos nefaſti] *Id eſt, nefarij, liquimus.* Intactũ] *Id eſt, inuiolatum? Quaſi dicat, nihil.* Vnde] *Id eſt, à quo, cōtinuit iuuẽtus manũ metu deorũ? quaſi dicat, à nullo, quib. aris pepercit? quaſi dicat, nullis.* O utinã fortuna diffingas] *Id eſt, acuas.* Noua incude in Maſſagetas] *Id eſt, Scythas & Arabas ferrũ.* Retuſum] *Id eſt, hebetatum, ſcilicet, in cæde ciuili. Hoc eſt, ut arma ciuium cæde obtuſa, in hoſtes acuantur.*

ANT. MAN } *Fortunæ potentiã ſcribit. Illãq; à cũctis timeri oſtẽdit. Auguſtũ deinde Cæſarē in Britãnos euntē eidē cōmendat. Orat enim ut illũ cũ toto exercitu ſeruet deuictis hoſtib.* O Di

ua gratū quæ regis Antiū] Ode eſt tricolos tetraſtrophos: eſt enim ſimilis nonæ. Antiū gratū] Erat Antiū maritima Latinorū urbs nunc diruta penitùs. Diſtant aūt eius ueſtigia octo ſtadijs à Neptuno oppido, quod & nos uidimus. erat etiā ibi portus mirādus quidē. Nā aggere cinctus in ipſo adhuc mari cōſpicitur. Strabo aūt ſcribit lib. 5. Tempeſtate ſua in ea urbe magnificas fuiſſe ædes ædificatas: principes enim illic ſæpius ocio uacabāt: Erat ibidē & fortunæ templū, quod & Flaccus ipſe hoc in loco oſtēdit. Præſens parata potēs] Vnde Salluſtius ait in Catilinario, profectò fortuna in omni re dominatur. Seneca uerò Epiſt. 90. ait, ita. Errāt enim, qui aut boni aliquid nobis, aut mali iudicāt tribuere fortunā. Valentior enim omni fortuna animus eſt, & in utrāq; partē ipſe res ſuas ducet. Beatæq; ac miſeræ uitæ ſibi cauſa eſt. At Naſo lib. ult. Triſtium inquit.

,, Rara quidem eſt uirtus quam non fortuna gubernat,
,, Quæ maneat ſtabili, quum fugit illa pede.

De fortuna denuò multa iam diximus in fine Saty. 10. Iuuen. Tollere ad honorem & diuitias Vnde Iuuenalis inquit.

,, Si fortuna uolet fies de rhetore conſul,
,, Si uolet hæc eadem fies de conſule rhetor.

Et Hircius li. 4. de bel. Alex. ait. Fortuna plærūq; eos, quos plurimis beneficijs ornauit, ad duriorē caſum reſeruat. Ambit, circumuenit, Orat. Bithyna carina] Bithyni ſunt Aſiæ populi iuxta Phryges & Myſios. ut Strabo ait lib. 12. Laceſsit] Inſtigat, prouocat, frequenter lacerat nauigādo. Carpathiū pelagus] Eſt Carpathos inſula excelſa, à qua pelago quoq; nomē inditū eſt, ut ſcribit Strab. lib. 11. de Sporadib. Plin. lib. 5. ſcribit Carpathū unam eſſe de inſula Rhodiorū. Dacus aſper] Diuiduntur Daci à Germanis Danubio: ut ſcribit Tacitus. De eiuſdē uerò latiùs Strab. lib. 7. Profugi Scythæ] Id eſt, Parthi. nā ij fuerūt Scytharū exules, quod etiā ipſorū uocabulo manifeſtatur. Scythico enim ſermone, Exules Parthi dicuntur. Auctor eſt Iuſtinus lib. 12. Latiū ferox] Vnde Anchiſæ umbra dormienti Aeneæ in Sicilia lib. 5. Aeneid. ait.

,, Gens dura atq; aſpera cultu Debellanda tibi Latio eſt.

Plin. autē lib. 3. ſcribit, quòd Latiū antiquū à Tyberi, Circeos uſq; ſeruatū eſt mille paſſuū, ſcilicet lōgitudine tā tenues primordio imperij fuère radices. poſtea Latij nomē proceſsit ad Lyrim amnē: qui Mynturnas diuidit. Sinueſſa aūt extrema urbs eſt in adiecto Latio. Purpurei] Purpurati. Stantē columnā] Metaphora eſt: intelligit enim regni robur. Cuius præſidia, ut, inquit, Salluſtius nō exercitus, neq; theſauri ſunt, uerùm amici. Populus frequens] Stipatus & collectus. Ceſſantes] Deſides & nihil agentes. Concitet] Vt Iunius Brutus egit contra Tarquinios, ut itē. M. Brutus cōtra Iuliū Cæſarē. Anteit] Nunc diſſyllabū eſt. Sæua neceſsitas] Id eſt, Dura: uult aūt poëta Fortunā in omnibus dominari, unde quæ ipſa uoluerit neceſſariò fiunt: Acrō legit ſerua neceſsitas, tamē & ſæua & ſerua hic conuenit. Melius autē ſæua. Intelligit enim poëta Fati neceſsitatem, cui Fortuna ſubiacet. Hinc ait Manilius aſtronomus.

,, Hoc niſi fata darent nunquam fortuna tuliſſet.

Trabales] Ingentes & longos, uti Trabes. hæc aūt omnia tormentorum genera erant. Cuneos] Intelligit ferrea fruſtula, quib. conſtringuntur compedes & manicæ. Manu ahenea] Id eſt, dura & firma. Ahenea autem triſyllabum eſt. Nec enim unius eſt ſyllabæ, hoc in loco: poteſt & Ahena legi. Vncus] Curuū ferrum, quo rei & infœlices trahebantur. Vnde Iuuen. Sat. 10. ait.

,, Seianus ducitur unco ſpectandus Liquidumq; plumbum.

Nocētes enim liquefacto plūbo quādoq; plectebātur. Fides albo uelata panno] Fides eſt firma opinio, ut docet Cic. in Partitionib. Et Seneca epiſt. 89. inquit, Fides ſanctiſsimū humani pectoris bonum eſt, nulla neceſsitate ad fallendū cogitur, nullo corrūpitur præmio. Vre] Inquit occide nō prodā. Liuius præterea lib. 1. ſcribit: Numā Pompiliū fidei ſolenne inſtituiſſe, ad quod ſacrariū Flammines bigis, curru arcuato uehi iuſsit. Manuq; ad digitos uſq; inuoluta rem diuinā facere, ſignificātes fidē tutandā, ſedemq; eius etiā in dextris ſacratā eſſe. Nec com. abnegat] Dicit enim Ouid. li. 2 de Pōto.

,, Et cum fortuna ſtatq; caditq; fides.

At uulgus infidum] Oſtēdit ſuperiùs fidē ſequi Fortunam, quocunq; mutata ierit. Vulgus autem & meretrix: & infidi amici mutatam fortunam diffugiunt. Vnde Ouidius, inquit lib. 2. de Ponto.

,, Turpe quidem dictu, ſed ſi modò uera fatemur
,, Vulgus amicitias utilitate probat. Et lib. 1. Triſtium.
,, Donec eris fœlix multos numerabis amicos,
,, Tempora ſi fuerint nubila ſolus erit. Itē eodē in lib. inquit.
,, Horrea formicæ tendunt, ad inania nunquam
,, Ibit ad amiſſas nullus amicus opes.
,, Vtq; comes radios per ſolis euntibus umbra eſt,
,, Quum latet hic preſſus nubibus illa fugit.
,, Mobile ſic ſequitur Fortunæ lumina uulgus.
,, Quæ ſimul inducta nube teguntur:

Abit. Cadis] Vaſis quibus uina conduntur. Virg.

,, Vina bonus quæ deinde cadis onerārat Aceſtes.

Serues iturū] Longū eſt hyperbaton, tendit enim illuc uſq;. O' Diua gratū quæ regis Antiū] &c. Examen] Militū agmen. Metaphora enim eſt ab apibus, quarū filij relinquentes alueos examen colligunt, & aliò ſe recipiunt. Eois] Timendum partibus, orientalib. populis, ut Medis, Parthis, Perſis, Arabibus, Indis. Oceanoq; rubro] Ex mari Eoo unde ſol oritur, quod Indicum uocāt, quod Rubrum mare ſiue Aethiopicum appellant, ad Auſtrum uerſus effunditur, ex ea maximè parte, qua uaſta quædam ſolitudo, & inhabitabilis terræ plaga conſpicitur, ardentibus ſemper caloribus exuſta. Auctor eſt Dionyſius. Pliniusq; libro 6. cap. 27. ait, quòd Perſæ Rubrum mare ſemper accoluère, propter quod is ſinus Perſicus uocatur. Solinus autem Capite 47. ſcribit Rubrū mare in duos ſinus ſcindi. Quorum qui ab oriente eſt Perſicus appellatur, quem quidē habitauère Perſidis populi. Ex aduerſo uero unde Arabia eſt, alter Arabicus uocatur. Eheu Cicatricum] Deteſtatur poëta bella ciuilia, quibus quidem omnes nefas commiſerant ſpreto deorum metu, ſuorumq; pietate, charitateq; patriæ, quæ omnibus maxima eſſe debet, quod & Cicero meminit. Cicatricum] Quas ſcilicet bella ciuiliq dederant. Cicatrix autem dicitur liuor & obductio uulneris: ſic dicta, quòd occæcet uulnus. Sceleris] Quod in patriam Romani milites egerant. Fratrumq;] Scribit enim Apianus libro 2. ſub Cæſare & Pompeio militaſſe in Pharſalia ad ſimile bellorum facinus, qui eiuſdem eſſent ciuitatis ciues, ſimul cognati, amiciq;, nonnulli fratres. Quid refugimus] Quaſi dicat, nihil. Nos] Appoſitio, dura ætas, id eſt, ferrea. ait enim. Ouid. lib. 1. Met.

,, Aurea prima ſata eſt ætas poſtea inquit
,, Subijtq; argentea proles.
,, Auro deterior fuluo, præcioſior ære.
,, Tertia poſt illam ſucceſsit ahenea proles:
,, Sæuior ingenijs & ad horrida promptior arma.
,, Non ſcelerata tamen. De duro eſt ultima ferro,
,, Protinus irrupit uenæ peioris in æuum,
,, Omne nefas: fugere pudor, uerumq;, fidesq;
,, In quorum ſubière locum fraudesq;, doliq;.
,, Inſidiæq;, & uis, & amor ſceleratus habendi.
,, Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus,
,, Non ſocer à genero, fratrum quoq; gratia rara eſt.
,, Victa iacet pietas, &c.

Intactum] Intentatum. Nefaſti] Nefarij, ſcelerati. Vnde] A quo loco, uel à quo homine, quaſi dicat à nullo. O' utinam] Optat Horatius fortunā noua incude reficere in Maſſagetas & Arabas ferrum bellis ciuilibus retuſum. Diffingas] Reficias, reformes tu fortuna. Retuſum] Repercuſſum & hebetatum. Maſſagetas] Maſſagetæ populi ſunt in Scythia ad orientem uerſus: trans Araxem, quorum ſtudium eſt, ut continuò ſagittandi caſu conterantur, infeſtiſsimi admodum hoſpitibus. neq; cum uicinis populis ullam ſeruare diutiùs amicitiam, neque fidem poſſint, frumenti ac uini uſum prorſus ignorant. Bibunt enim lac cum equorū admixtum ſanguine, ut Dionyſius ſcribit. Meminit item multa Herodotus libro 5. Et Strabo lib. 11.

ODE XXXVI. AD POMPONIVM NVMIDAM.

εὐχαριστικά.

Ode XXXVI. Dicolos diſtrophos, ut: Sic te diua potens Cypri.

— –∪∪– ∪∪

— –∪∪– –∪∪– ∪–

ARGVMENTVM IN ODEN XXXVI.

Amicitiam ſuam erga Numidam teſtatur, pro cuius ſalute dijs ſacrificium uouerat: dicens, eo reuerſo incolumi ex Hiſpania, ſe uelle uota perſoluere, ac feſtum diem agere, conuiuia celebrare, genio & uoluptatibus operam dare.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

In reditum Pomponij Numidæ, ueluti uoctiuum iuſſit Poëta, ſic inſtruens conuiuium. Vt communis ſodalium hilaritas ex rerum copia perfectam gratulationem oſtendat.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Pro ſalute Pomponij Numidæ, ſummi amici abſentis, ſacrificium dijs uouerat. Itaq; eo incolumi nunc reuerſo, dicit ſe uelle facta uota perſoluere, largiùs potare, ſaltare genio, & uoluptatibus indulgere.

COMMENTARIA.

ACRON.

ET thore & fidibus iuuat] *Metrũ primo uerſu Glyconium, ſecundo Aſclepiadeum. In honorem Pomponij Numidæ hanc Oden ſcribit, pro cuius ſalute, ex Hiſpania reuerſi, uota perſoluit, lætitiamq; conuiuorum per ſacrificia ſe exhibere commemorat.* Et thore & fidibus] *Fidicines ſacrificijs adhiberi conſueuerunt, ut Virgil.*

„ *Inflauit cùm pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.*

ET thure, & fidibus iuuat
Placare, & uituli ſanguine debito
Cuſtodes Numidæ Deos:
Qui nunc Heſperia ſoſpes ab ultima
Charis multa ſodalibus,
Nulli plura tamen diuidit oſcula,
Quàm dulci Lamiæ, memor
Actæ non alio rege puertiæ,
Mutatæq; ſimul togæ.
Creſſa ne careat pulchra dies nota:
Neu promptæ modus amphoræ,
Neu morem in Salium ſit requies pedum:
Neu multi Damalis meri
Baſſum Threicia uincat Amyſtide:
Neu deſint epulis roſæ,
Neu uiuax apium, neu breue lilium.
Omnes in Damalim putres
Deponent oculos, nec Damalis nouo
Diuelletur adultero,
Laſciuis ederis ambitioſior.

Placare] *Hic nó irata, aut mitigare, aut reconciliare numina poſuit, ſed parat grates referre, aut uota perſoluere. Propitij enim dij reduxerunt Numidam ſoſpitem.* Et uituli ſanguine debito] *Id eſt, uotis peractis. Debetur enim hoſtia, dum uotis ſuſceptis promittitur.* Qui nunc Heſperia] *Hiſpaniam dixit: Heſperia autem, ab Heſpero dictis, quaſi in occidẽtali plaga. Ordo eſt: Qui nunc ſoſpes reuerſus ab ultima Heſperia, diuidit multa oſcula charis ſodalibus, nulli tamen diuidit plura, quam dulci Lamiæ, memor pueritiæ actæ non alio rege, & memor ſimul mutatæ togæ.* Diuidit oſcula] *Tanquam, quæ multis data ſufficerent, quæ conſuetudo eſt amicorum, dum de longinquo tardiùs reuertuntur.* Non alio rege] *Regem aut diuitem poſuit, aut patronum ſuum.*

„ *Optima ſyluarum interea pelagiq; uorabit*
„ *Rex horum. ——*

Pueritiæ] *Pro pueritiæ, per ſyncopam dixit, & ſignificauit Numidam Lamia patrono uſum à pueritia uſq; ad uirilem ætatem. Vnde ait rege, quòd eum Lamia rexerit. Peractæ autem pueritiæ ait, quia depoſita prætexta, accipiebant adoleſcentes togam uirilem. Qua cõmemoratione uult uideri per hoc, quòd ſimul togas mutauerint, ætatis æqualitatem augere amicitiam. Vnde & Virgil.*

„ *Mea quidem ſpatijs propioribus ætas inſequitur.*

Creſſa] *Cretenſi: Cretenſibus enim mos erat dies lætos albis calculis, nigris, contrarios numerare, & ex lætorum dierum numero uitá & tempus metiri: malos enim in annorum numerum non ducebant.* Neu promptæ modus amphoræ] *Id eſt, prolatum uinum expendatur continuata lætitia.* Neu morem in Salium] *Salij ſacerdotes Martis & Herculis dicebantur, qui ſacra ſaltatibus celebrabant, ut:*

„ *Tum Salij ad cantus incenſa altaria circum*
„ *Adſunt. —— Nam propriè Salij à ſaliendo dicti ſunt.*

Neu multi Damalis meri] *Ebrioſam mulierem dicit, quæ à Numida amabatur. Vnde hic ſenſus eſt:* Cum Numida certamen bibendi ſit Damali nouo amico, non cum Baſſo. Amyſtide] *Amyſtis, ut quidam putant, potionis genus apud Thracas: Ideo Amyſtis dicta, quia certa menſura clauſis oculis potabatur uno ductu. Alij Amyſtin gemmam intelligi uolunt, quæ præſenti uſu Amethyſtus dicitur. Clauſa enim poculis ebrietatẽ prohibere credebatur, nam & apiũ ſi manditur, aduerſus ebrietatẽ putatur prodeſſe.*

Neu uiuax apium] *Diu uiriditatem retinens, cuius folium penè non deficit uiriditate.*

Neu breue lilium] *Breue ad tempus retulit.* Putres] *Nimio potu marceſcentes, & libidine reſolutos.* Laſciuis] *In diuerſa diſcurrentibus, & uagis.* Ambitioſior] Quoniam *ambitu & concupiſcentia, amplexu facili ſe ita illiget, ut hederæ conſueuerunt.*

PORPHYR. Et thure & fidibus iuuat Placare, & uituli ſanguine debito] *Hanc Oden ſcribit in honorem Pomponij nomine Numidæ, pro cuius ſalute reuerſi ex Mauritania uota ſoluere æquum eſſe dicit.* Fidibus iuuat Placare cuſtodes Numidæ deos] *Fidicinas hodie quoq; Romæ ad ſacrificia adhiberi, ſicut tibicines, nemo eſt, qui neſciat. Placare autem pro eo, quod eſt gratiam referre intelligendum, non ut placari irati dicuntur. Cùm enim Numidã dicat ſoſpitem rediſſe, appãret eum deos propitios, & ante ſacrificia habuiſſe, cuſtodes autem pro conſeruatoribus accipiamus.* Qui nunc Heſperia ſoſpes ab ultima] *Numida hic è*

Mauritania in qua militauerat, reuerſus eſt. Ergo Heſperiam nunc occiduam partem intellige, non ut Heſperia à Virgilio Italia dicitur. Actæ non alto rege pueritiæ] Pueritia, pro pueritia κατὰ συγκοπὴν dixit. Signat autem Pomponium hunc Numidam à pueritia Lamia patrono uſum. Mutatæq; ſimul togæ] Prætextam utiq; togæ mutatæ, qua depoſita uirilis accipitur. Per hoc ſignat eos pariter adoleuiſſe. Creſſa ne careat pulchra dies nota] Album calculum Creſſam notam dicit. Quia Cretenſibus mos erat lætos dies calculis albis, quos in pharetras mittebãt, notare: triſtes autem nigris, per hoc dicit poeta lætum diem exigendum.

Nec prompta modus amphoræ, Neu morem in Salium ſit requies pedum] Per quod ſignat & largiùs bibendum, & ſaltandum. Salij autem ſacerdotes Martis, hodieq; tripudiare in ſacrificijs Martis dicuntur, unde & Salij à ſaliendo, id eſt, à ſaltando dicti. Ordo eſt: Neu ſit requies pedum Saliorum more. Neu multi Damalis meri Baſſum Threicia uincat Amyſtide] Amyſtis, ut quidam aiunt, potio quædam eſt apud Thracas. Alij poculi ſpeciem eſſe aiunt, eò quòd neceſſe ſit uno ductu potionem haurire. Senſus autem eſt: Damalis, quæ multi meri eſt, id eſt, ebrioſa, non uincat Baſſum in potando. Ideò Baſſus quoque multum potat.

Neu breue lilium] Quod breuis temporis eſt, hoc eſt, citò defloreſcit. Putres oculos] Vino putres intellige. Videmus enim ex uino oculos, quaſi languidos fieri. Nec Damalis nouo Diuelletur adultero] Senſus eſt: Nec nouus adulter, id eſt, amator Damali auelletur à priſtino ſuo amore. Laſciuis hederis ambitioſior] Ambitioſa, ab ambitu lacertorum, id eſt, amplexu Damalis dicta eſt, quæ ob hoc hederæ comparata eſt, quia & illa ſolet arbores ambire, id eſt, circundare. Hederas autem laſciuas dixit, quia quaſi ludentes uagæ ſerpunt.

CHRIST. LAND. } Metrum primo uerſu Glyconicum, ſecundo Aſclepiadeum. Parat ſacrificium pro reditu Pomponij Numidæ, quod uouerat ſi incolumis rediſſet.

Fidib.] Nam in ſacrificijs muſicam adhibebant. Virg. in Georg.

„ Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.

Debito] Quia uouerat. Diuidit] Vt multis ſufficiãt. Vlt.] Heſperia Epitheton diſcretiuum. Heſperia enim Italia dicitur à rege Heſpero, dicitur etiam Hiſpania, Heſperia ab Heſpero ſtella occidentali: nam Venus quando ſolem antecedit, quamuis ſubſequi uideatur, poſt Occaſum ſolis in Occidente apparet, & Heſperus appellatur, & ab hoc Hiſpania, quia occidentalis plaga ſit, Heſperia dicitur, ſed appellatur ultima, noſtra uerò Italia magna. Soſpes] Incolumis: fortaſſe à uerbo Græco σώζειν. Actæ pueritiæ] Exactæ pueritiæ. Dixit puertiæ per ſyncopen metri cauſa, ut reſtaret ſolus dactylus. Rege] Patrono. Iuuenal.

„ Optima ſyluarum interea pelagiq; uorabit

„ Rex horum, ——

Vel rege, id eſt, conuiuij magiſtro. Mutatæ togæ] Nam cùm ad adultam ætatem deueniſſent depoſita puerili prætexta, uirilem togam ſumebant. Ergo mutatæ togæ] Id eſt, memor togæ, quam mutata prætexta ſumebant. Simul] Ergo erant coætanei.

Creſſa] Cretenſi, ſic Virgil. Creſſa genus Pholoë. Creſſa nota] Albo lapillo. Erant enim de cõſuetudine apud Cretenſes, ut quot dies ſibi fœliciter euenirent, tot albos lapillos in uaſculum coniicerent. Nigros autem in ijs, qui infœliciter eueniſſent, atq; elapſo anno enumerabant albos, totidemq; ſe dies uixiſſe dicebant. Perſius.

„ Hunc Macrine diem numera meliore lapillo,

„ Qui tibi labentes apponat candidus annos.

Nec ſit modus amphoræ] Vel non ſit modus in exhaurienda amphora, uel ſit amphora magna & ſine menſura. Nec requies pedum] Nihil lætitia uacare uult. Ergo iubet, ut adhibeant ſaltationes in morem Saliorum. Salij enim Martis ſacerdotes erant, à Numa rege inſtituti. Nam ancile breue, rotundumq; ſcutum regnante eo rege, de cœlo prolapſum eſt, & oraculum fuit, ibi futurum imperium ubi fuiſſet ancile. Quapropter curauit Numa, ut per Mamurium optimum fabrum, undecim alia ancilia conficerentur, ut uerum inter illa agnoſci, propter ſimilitudinem non poſſet. Hæc autem duodecim ancilia, duodecim ſacerdotes per urbem circumferebant, & ne firmo intuitu aſpici poſſent, illi aſſidua ſaltatione procedebant. Vnde Salij ſunt dicti. Mamurius uerò nullam aliam ſibi mercedem popoſcit, niſi ut in fine carminis, quod Salij canebant, nomen ſuum enunciaretur, ut Ouidius in libro de Faſtis teſtatur,

„ Mamuriumq; ſonant.

Liuius in hanc ſententiam ſcribit, duodecim Salios Marti Gradiuo, & tunicæ pictæ inſigne dediſſe, & ſuper tunicam æneum pectoris tegmen, cœleſtiaq; arma, ſcilicet ancilia ferre, & per urbem ire cantantes cum tripudijs, & ſolenni ſaltu. Virg. de hoc in Georg. Lanigeroſq; apices, & lapſa ancilia cœlo: Vbi poſuit ancilia pro ancile, nam unum de cœlo prolapſum eſt. Hinc Ouidius de Faſtis. Atq; ancile uocat, quod ab omni parte reciſum eſt. Quemq; notes oculis angulus omnis abeſt. Alij tamen dicunt ancile, quaſi ἀμφίχειλον, id eſt, undiq; labrum habens. Nec multi] Damalis ebrioſa mulier, & amica Numidæ, & eſt ſenſus, ut ipſa certet cum Numida, & non cum Baſſo. Damalis ergo multi meri, quaſi dicat bibaciſſima non uincat Baſſum. Amyſthide] Dicunt quod amyſthis genus eſt poculi apud Thraces, quod clauſis oculis certa menſura biberent à uerbo Græco, quod conniuere & oculos claudere ſignificat. Secundùm alios Amyſthis, quod nunc Amethiſtis dicitur, gemma eſt, quæ incluſa poculis ebrietatem tollit.

Viuax] Nam nullo penè anni tempore uiriditatem perdit. Dicunt & hanc herbam ſi mandetur, ebrietatem tollere. Breue] Atqui magnus eſt flos, ſed ad breue durat. Oculos putres] Vino languidos. Deponent in Damalin] Id eſt, ſuam pulchritudinem inſpiciant, uel putres nimio amore, nec tamẽ diuelletur à nouo adultero, ſcilicet Numida. Ambitioſior] Id eſt, quæ magis ambiat & amplectatur, quam hæderæ amplectuntur arbores. Vnde eſt illud.

„ Brachia non hæderæ non uincant oſcula conchæ.

IAC. À CRVCE BONON. } Creſſa nec careat pulchra dies nota] Vbi Creſſa paſſim & legunt, & exponunt interpretes, nos unius literæ cõmutatione ſpiritu accedente Threſſa caſtigamus, ne poëta uideatur exorbitare ab hiſtoria notiſſima, ex quo inſtitutum peculiare Thraciæ, non Creticæ gentis fuit, lapillis albis, & nigris candidos, atroſq; dies ſignare. Et ne uox iſta alicui inſolens uideatur illud addimus Threſſam pro Thracenſi, alibi ab eodem poëta ſic ſcriptum fuiſſe.

„ Me nunc Threſſa Chloë regit:

Seneca ad hoc in Hercule Oetæo hoc uerbum ſic uſurpat. Verum eſt, quod cecinit

„ Sacer Threſſæ ſub Rhodopes iugis.

ERASM. ROTER. } Creſſa ne] Candidum calculum, creſſam notam appellat, qua ueteres dies fortunatos ſignare conſueuerũt. Tametſi ſunt, qui hoc in loco pro Creſſa, legũt Threſſa, quod hic mos fuiſſe perhibetur Thracibus. Vbertim tamen huius ſuperſtitionis mẽtionem facit Plinius lib. 7. cap. 40. lege Adag. Creta notare.

LVD. COEL. } Baſſum Threicia] Id quod Plin. libro 14. capite 22. moris fuiſſe apud Romanos teſtatur, quippe ut plurimum haurirent uno ictu ſine reſpiratione, Græci uno uerbo exprimunt ἀμυστὶ: quo ſignificatur, inter bibendum ne fuiſſe quidem occluſum os, aut contracta labra, ſed capaciter hauſiſſe, aut magis quaſi ἀπνευστί, quod indicat ſine reſpiratione. Vnde etiam producitur uerbum ἀμυστίζειν quod eſt eo modò bibere, quod nos Latinè nec ineptè, amyſtiſſare dixerimus. Cælius lib. 4. cap. 26. & libro 15. capite 6.

IOAN. HART. } Vincat Amyſthide] Prouerb. ἀμυστὶ πίνειν lege.

HENR. GLAR. } Creſſa nec careat pulchra dies nota] D. Eraſmus in adagio: Creta notare, ait quoſdã legere, Threſſa nec careat pulchra dies nota; propter uerba Plin. lib. 7. cap. 40. de Thracum moribus: quibus ego planè ſubſcribo.

HERMAN. FIGVL. } Fidibus] Quia in ſacrificijs quoq; fidicines adhibere ueteres ſolebant. Debito] Id eſt, uoto & promiſſo dis pro felici reditu Numidæ. Heſperia ab ultima] Differentiæ cauſa adiecit ultima, ut ſignificetur Hiſpania, quæ in occidentis eſt fine. Nam Hiſpania & Italia uno nomine dicuntur Heſperia, ab Heſpero ſtella occidẽtali, authore Macrobio. Quæ quo-

modo

modo diſcernantur, ſuprà etiam Ode 28. ex Seruio docuimus. Diuidit] Impertit atq; diſtribuit, more amicorum, qui inuicem amplecti & oſculari ſe ſolent. Actæ nõ alio] Memor pueritiæ & adoleſcentiæ, cum Lamia patrono & gubernatore ſuo tranſactæ. Mutatæq; ſimul togæ] Nam Romani depoſita toga prætexta, qua pueri, uſque ad annum decimum ſeptimum utebantur, togam uirilem ſumebant. Creſſa ne careat pulchra dies nota] Dies illa, qua ſoſpes & incolumis ex Hiſpania reuerſus eſt Pomponius, inter felices & proſperos à me numerabitur. Candidum enim calculum, ut monet Eraſmus, Creſſam notam appellat, qua ueteres dies fortunatos ſignare conſueuerunt. Tametſi ſunt qui hoc loco pro Creſſa legunt Threſſa, quòd hic mos fuiſſe perhibetur Thracibus. Ductum à ueterum ſuperſtitione, qui unũquemq; anni diem, miſſis totidem in urnam, aut ut apud Scythas, in pharetram, calculis, ſignabant: quem arbitrabantur proſperum abiiſſe, candido calculo, aut creta: quem egregiè felicem, unione. Contrà, quem inauſpicatum, nigro lapillo notabant. Huius ſuperſtitionis meminit Plin. lib. 7. cap. 40. Neu promptæ modus amphoræ] Modus bibendi uini non retineatur. Neu morem in ſalium] Pedes non quieſcant, ſed more ſaliorum ſaltent. Salij enim, Martis ſacerdotes, menſe Martio ibãt per urbem ſubſaltantes & canentes. Neu multi Damalis meri] Damalis ebria & temulenta mulier etiam ad hoc conuiuium uocetur, & non amplius cum Baſſo amatore, ſed cum Numida uino certet. Threicia Amyſtide] ἄμυστις. Græcis potatio dicitur, ſine reſpiratione, aut intermiſſione, quæ fit continuato & unico ſuctu. Eſt & poculi genus, quo uſos fuiſſe Thraces, hoc loco oſtendit Horatius, quod ſine reſpiratione exhauriebant. Nam ijs peculiare erat, capacius ingurgitare merum, & ingentia exiccare pocula.

Neu deſint epulis roſæ] Delicatum & ſplendidum hoc ſit conuiuium. Omnes in Damalim putres deponent oculos] Omnes ſodales in hoc conuiuio oculos uino languidos in unam Damalim conijcient. Sed tamen nemo eam à Numida nouo amatore diuellet ac diſtrahet, quia arctiſſimè ei copulabitur. Laſciuis ederis ambitioſior] Alludit ad naturam ederæ, quæ eſt omnia complexu ſuo uincire. Vnde alio in loco arctiſſimum amicæ complexum ſignificare uolens, ait:

„ Arctiùs atq; edera procera adſtringitur ilex,
„ Lentis adhærens brachijs.

Sed complexu ſuo enecat arbores, quod idem amantibus faciunt laſciuæ puellæ. Hæc Eraſmus in prouerbio: Edera laſciuior. De edera ſic ſcribit Plin. lib. 16. cap. 34. Adoleſcit in longitudinem maximè herbacea. Arbores autem necat candida, omnemq; ſuccum auferendo tanta craſſitudine augetur, ut ipſa arbor fiat. Et quanquã omnium ederarum generi radicoſa brachia, huic tamen maximè ramoſa ac robuſta. Ab ea nigræ: ſed proprium albæ, quod inter media folia emittit brachia, utrinq; ſemper amplectens. Hæc eſt & in muris, quamuis ambire non poſſit. Itaq; etiam pluribus locis interciſa, uiuit tamen, duratq;, & totidem initia radicum habet quot brachia, quibus incolumis & ſolida arbores ſugit ac ſtrangulat.

THEOD. PVLM. } Actæ non alio rege pueritiæ, Mutatæq; ſimul togæ] Cùm ſcribit: eos æquales eſſe, dicit: qui in pueritia eundem habuerint magiſtrum, ad eundemq; ludum iuerint, ſimulq; togam uirilem ſumſerint. Magiſtrum autem regem appellat tralatitio nomine, recedebant autem ab imperio magiſtrorum & pædagogorum, ſumta uirili toga. Turneb. lib. 9. cap. 14. puertia, ſyncope, ut 2. Carm. 2. lamnæ. 10 Creſſ.] Threſſa, Iacobus Crucius Bononienſis in Annotationibus, & Ioannes Murmelius, atq; Cælius Curio, ad illud Perſij Satyr. 2.

„ Numera meliore lapillo, legunt.

18 Neu multi Damalis meri Baſſum Threicia uincat Amyſtide] In hoc carmine Damalim multi meri dixit, ut multi cibi aliquos fuiſſe legimus, quos edaces intelligimus: ut eam bibacem & merobibam fuiſſe exiſtimamus. ἄμυστις porrò genus erat potandi, quo ſe magnis & meracis poculis mutuò inuitabant, quod dicebant ἀμυστίζειν, quod cùm facere ſolerent Thraces, iccirco πρόποσιν Θρᾳκίαν appellabant: ſed & ex Scytharum moribus σκυθικὴν πόσιν. Turneb. lib. 18. cap. 27. 17 Omnes in Damalim putres Deponent oculos] Non placet, quod interpretibus credi uideo, ſignificari oculos uino marcentes & languidos: cùm dicat oculos putreis in Damalim, in Damalis amorem ſolutos. nam etſi omnes in eius amorem ſoluti erunt, nemo tamẽ alius quàm Numida ea potietur: quia qui Damalim deperibunt, obdormiſcẽt. id enim, cùm deponere oculos dicit, intelligit. Plautus Aulularia, ſcilicet (Nimium lubenter.)

„ Vt me deponat uino, eam affectat uiam.

Alio loco (Curculione, ſcilicet, Date uiam.)

„ ——Ille ebibit, Caput deponit.

Translatio autem eſt ab oneribus, quæ deponi dicuntur: ut nobis dormitantibus caput & oculi oneri ſunt: itaque neque caput, neq; oculos ſuſtinere tum poſſumus. Vt autem dixit Horatius, oculos in Damalim putreis: ſic Perſius (Sat. 5.)

„ ——Ille in Venerem eſt putris,

Id eſt, ſolutus & profuſus, dixit. Vide Turneb. lib. 18. cap. 27. & lib. 24. cap. 23.

GEOR. FABR. } Gratulatur amico Numidæ reditum in patriam, & genio ob id indulgendum eſſe ſuadet. Non diſsimilis gratulatio Catulli ad Verannium. Rege pueritiæ] Syncope inuſitata per medium. Regem pueritiæ, intelligo morum magiſtrum, quemadmodum regem cauſarum Aſconius dicit Hortenſium, maximum oratorem. Qui aliter exponunt, nimis exponunt paraſiticè. Numidam & Lamiam quaſi par amicorum celebrat, nam & æquales fuerunt, & ſub eodem magiſtro egerunt adoleſcentiam, & ſimul ſũmpſerunt uirilem togam. Creſſa ne careat pulchra dies nota] Recentiores Bonfinius, Murmelius, Eraſmus, Glareanus mutant lectionem, ut legant, Threſſa: ſed nos, nec in manuſcriptis, nec in interpretibus, ullam diuerſitatem inuenimus: Cretenſes enim non minùs, quàm Thraces, dies uitæ felices & infelices, calculis ſignarunt. Threicia uincat Amyſtide] Poculo ex Amethyſto facto, ut interpretatur quidam, ſanè ineptè. Amyſtis poculi magni genus. Callimachus apud Athenæum,

„ καὶ γὰρ ὁ Θρηΐκιην μὲν ἀπέστυγε χανδὸν ἄμυστιν οἰνοποτεῖν.

IOD. BAD. ASCENS. } Et Thure, & fidibus] Argumentũ per Mancinellũ patet. Vult enim ob amici fœlicem reditum, prius rem diuinam dandum eſſe epulum, quod lautum quidem & opiparum uult: ſed ſine litibus & Zelotypia. Videtur autem ad Lamiam loqui, ut ſit ordo. O' Lamia iuuat] Id eſt, delectat & prodeſt. Placare] Id eſt, placidos, & ut dicunt contentos facere: quia dum dijs uouemus, non ſunt placati, donec reddiderimus uota. Et] Id eſt, ſimul. Thure, & fidibus] Id eſt, hymnis, & canticis ad lyram dicendis. Et ſanguine uituli debito] Scilicet ex uoto. Deos cuſtodes Numidæ] Scilicet amici noſtri. Qui nunc ſubaudi reuerſus. Soſpes] Id eſt, incolumis. Ab ultima Heſperia] Id eſt, ultima parte Hiſpaniæ, diuidit charis ſodalibus multa oſcula, ut de more faciunt Itali, dum poſt longam peregrinationem ad ſuos ſe recipiunt, tamen nulli diuidit plurima. Quam Lamiæ] Scilicet, Aelio. Dulci] Scilicet, amico & ſodali.

Exiſtens memor pueritiæ] Pro pueritiæ. Actæ] Id eſt, tranſactæ. Non alio rege] Id eſt, ſub eodem rege ſeu rectore, hoc eſt ſub eodem Pædagogo, & memor togæ mutatæ ſimul, quòd uno die togam uirilem ſumpſerit cum Aelio Lamia.

Pulchra] Id eſt, feſtiua. Careat nota Creſſa] Id eſt, Cretenſi, quia in Creta. Eſt multum Cretæ] Id eſt, terræ albæ, unde ſicut Carbonem pro nigredine, ſic Cretam pro Albedine ponunt poetæ. Non ergo intelligimus Cretenſium eſſe morem, Lapillos candidos in uas conijciendi diebus lætis, ſcilicet diem lætum poſſe notari.

Creta] Id eſt, colore candido. Nec modus] Id eſt, menſura ſit. Amphoræ] Id eſt, uaſi uinario capaci. Promptæ] Id eſt, deprõptæ. Neu] Id eſt, neue requies ulla ſit. Pedum in morem ſaliarum] Id eſt, quin ſaltent, ut Salij dum ancilia ferunt. Et poteſt eſſe Salium pro Saliorum, aut adiectiuè dictum. Nec multi] Vult ut Damalis bibax & laſciua mulier amica quondam Numidæ adſit quidem, ſed ſine ſuſpicione zelotypiæ, quam ne inijciat monet, ut non alteri adbibat, licet alij eam laſciuiùs inſpiciant. Ordo eſt. Nec Damalis amica Numidæ mulier ſup. Multi meri] Scilicet, capax. Vincat] Id eſt, ſuperare contendat, Baſſum amatorem ſuum

absens

abſente Numida. Amyſtide] Id eſt, poculo uno hauſtu & clauſis oculis ſiccando. Threicia] Id eſt, quo Thraces uti ſolent. Neu roſæ deſint] Id eſt, ut adſint epulis. Nec apium uiuax] Id eſt, diu uirens, aut uirere faciens. nam eſt Apium dictum, quòd apex hoc ferre ſolebat uictoris, ueterum fieret dum more triumphus. Nec lilium breue quantum ad tempus] Id eſt, breuiter deciſurum ſup. deſit. Et omnes deponant oculos putres] Id eſt, corruptos. In Damalin] Id eſt, eam laſciuè reſpiciant, nec Damalis diuelletur à Numida. Nouo adultero] Id eſt, per nouum adulterum. Ex ſteus ambitioſior] Id eſt, Arctiùs ambiens & complectens Numidam. Hæderis laſciuis] Id eſt, quàm faciant hederæ laſciuæ, truncum aut murum cui adhæret.

ANTON. MANCIN } Ode ſcribit ſacrificandũ eſſe: dijsq; agendas gratias, obſeruatum ab eis Pomponium Numidam nuper enim ab Hiſpania ſoſpes redierat. Hortatur inde ut diem leti & hilares celebrent, genio operam tribuentes. Et thure & fidibus iuuat. Ode eſt dicolos diſtrophos. Eſt enim metrum primo uerſu Glyconio, de quo in Ode 3. Secundo uerſu Aſclepiadeo. Fidibus] In ſacris enim fidicines etiam adhibentur. Iuuat] Delectat me. Placare] tunc enim placantur dij, quum uota eis perſoluuntur. Debito ex uoto] Scilicet Heſperia ultima Hiſpania intelligitur. Soſpes] Saluus dicitur auctore Feſto. Lamiæ de Aelio Lamia dicit, de quo etiam ſuperius in Ode 26. Non alio rege, per id oſtendit eos æquæuos fuiſſe, eodem enim rectore, & alumno ſeu præceptore fuerant pueri, & togam mutârant. Nec pro rege patronus eſt accipiendus, quomodo enim diceret mutatæ ſimul togæ? De domino, ſed patrono Lamia intelligere non conuenit, nam Lamia puer, ut ille erat, ut hîc oſtenditur. Præterea libera toga Solis liberis dabatur. Puertiæ] Pro pueritiæ per ſyncopen. Mutatæ togæ] Primis annis adoleſcentiæ, quæ anno 14. incipit, pueri nobiles apud Romanos deponentes prætextam, ſumebant uirilẽ togam cum ſolennitate in templis oblati, & in forum deducebantur. Vnde dicit Senec. Tenes memoria, quod gaudium ſenſeris, quum prætexta poſita ſumpſiſti uirilem togam, & in forum deductus es, ſunt & qui ſcribant liberam togam adoleſcentibus in feſtis liberalibus exhibere ſolitos ad ſignificationem liberioris uitæ, in futurum conceſſæ. Memor Actæ puertiæ & mutatæ togæ] Scribitur à Cicerone quòd Scipio nihil difficilius eſſe dicebat quàm amicitiam uſq; ad extremum uitæ diem permanere, mutari etiam mentes hominum ſæpe dicebat. Et quòd ſummi puerorũ amores ſæpe una cum prætexta & toga deponerentur. Horum autem omnium Numida memoriam retinebat. Creſſa nota] Plin. lib. 7. de gentium fœlicitate ſic ait. Vana mortalitas, & ad conſcribendam ſeipſam ingenioſa computat more Thraciæ gentis, quæ calculos colore diſtincto, pro experimento cuiuſq; diei in urnam condit, ac ſupremo die ſeparatos dinumerat, atq; ita de unoquoq; pronunciat. Horat. tamen hic Cretenſibus quoq; eandem conſuetudinem aſſcribit. Promptæ] Apertæ, exhibitæ & paratæ, latæq; in conuiuiũ. Amphoræ] Vinario uaſi. Nec modus] Scilicet ſit per quod hortatur largius bibendum. Nec morem] Ordo eſt, nec ſit requies pedum in morem Salium. Salium] Salius 12. Marti gradiuo Numam Pompilius legit tunicæ, quod pictæ inſigne dedit, & ſuper tunicam Aeneum pectori tegmen cœleſtiaq; arma, quæ ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire, canentes carmina cum tripudijs, ſolenniq; ſaltu iuſſit: Auth. eſt Liuius. meminit item latiùs Ouid. lib. 3. Faſt. Damalis] Mulier uinoſa & temulenta Numidæ amica, hinc dicit poëta illam relicto Baſſo eius ueteri amico intereſſe debere conuiuio Numidæ noui amici, & cum eo certare bibendo. Threicia Amyſtide] Amyſtis potio quædam erat apud Thracas, & ideo Amyſtis dicta, quia certa menſura clauſis oculis potabatur, uel erat poculi ſpecies, quod uno ictu hauriebant. Auctores ſunt Acron & Porph. Roſæ] Valerius lib. 2. de ciuitate Spartana loquens, ſcribit primos Ionas unguenti, coronarumq; in conuiuio dandarum, & ſecundæ menſæ ponendæ conſuetudinem haud parua luxuriæ irritamenta reperiſſe. Viuax apium] Honos apio in Achaia erat coronare uictores ſacri certaminis Nemeæ. ut ſcribit Plin. lib. 19. Et lib. 20. ait ſuauiores aquas potui incoctum apium præſtare, & quòd ex aqua coctum, potumq; rationibus med. Viuax aũt apium inquit, quoniam diu uireſcit, nec aret, ut alia multa olera. Omnes in Damalim] Senſus eſt, quod effecti omnes ebrij Damalim aſpicient Veneris gratia, ſicuti Centauri fecerunt in Perithoi nuptijs. Damalis autem ſoli Numidæ inhærebit. Putres] Vino graues & infectos, & languidos. Diuelletur] Scilicet ab ipſo Numida per nouum adulterum, ſicuti nec diuulſa fuit Hippodame à Perithoo per Centauros. Ambitioſior] Magis ambiens ſuis lacertis.

ODE XXXVII. AD SODALES OB ACTIACAM AVGVSTI VICTORIAM.

προσφωνητική.

Ode XXXVII. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – ∪ – – – ∪ – ∪
– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – –

ARGVMENTVM IN ODEN XXXVII.

Gratulatur Auguſto reuertenti à uictoria Actiaca quam ſuperato Antonio & Cleopatra nauali pugna reportauerat. Ait enim genio eſſe indulgendum propulſato periculo. quod imperio Romano imminebat. Antonius enim non contemnendis uiribus pro ſumma imperij decertare parabat, ſuperior futurus, ſi celeritate uſus, ineptijs & delitijs uxoris non indulſiſſet.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

In Auguſti uictoriam, ex Antonio & Cleopatra partam gratulatio eſt. Hortatur ſodales, ut intermiſſas ob belli aleam cõmeſſationes repetant, uictam eſſe reginam, quæ Rom. Imperio exitium parabat, quam & hic maximè in inuidiam ducit.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Hortatur ſodales ad conuiuia & lætitiam, ob inſignem uictoriam Auguſti Cæſaris, quam reportauit ex nauali prælio, quo M. Antonium & Cleopatram, Aegypti reginam, de pernicie Reip. Roman. & urbis exitio cogitantes, ad Actium Epiri promontorium ſuperauit.

COMMENTARIA.

NVNC eſt bibendum, nunc pede libero
Pulſanda tellus, nunc Saliaribus
Ornare puluinar Deorum,
Tempus erat dapibus, ſodales.
Antehac nefas depromere Cæcubum
Cellis auitis, dum Capitolio
Regina dementeis ruinas,
Funus & imperio parabat,
Contaminato cum grege turpium
Morbo uirorum: quidlibet impotens
Sperare, fortunaq; dulci
Ebria. ſed minuit furorem
Vix una ſoſpes nauis ab ignibus:
Mentemq; lymphatam Mareotico
Redegit in ueros timores
Cæſar, ab Italia uolantem
Remis adurgens: accipiter uelut
Molles columbas, aut leporem citus
Venator in campis niualis
Hæmoniæ, daret ut catenis
Fatale monſtrum. quæ generoſius
Perire quærens, nec muliebriter
Expauit enſem, nec latenteis
Claſſe cita reparauit oras.
Auſa & iacentem uiſere regiam
Vultu ſereno fortis, & aſperas
Tractare ſerpenteis, ut atrum
Corpore combiberet uenenum.
Deliberata morte ferocior:
Sæuis Liburnis ſcilicet inuidens,
Priuata deduci ſuperbo
Non humilis mulier triumpho.

ACRON.

NVNC eſt bibendum, nũc pede libero] *Metrum duobus uerſibus Alcaicum. Tertius dimeter nouenarius iambicus hypercatalectius. Quartus Pindaricus. Poſt ciuile bellum primum imperium Romanorum inter tres diuiſum eſt, ita ut Antonius Orientem Auguſtus Gallias, urbem Lepidus obtineret. Antonius Auguſti ſororem habuit uxorem, qua ſpreta, amore ductus, Cleopatræ Ptolemæi ſororis coniunctus eſt. Qua indignatione Auguſtus, aduerſus Antonium & Cleopatram bellum geſſit apud Actiũ, promontorium Epiri, & præfecto claſſis Agrippa ſuperauit Antoniũ prælio nauali, quo uicto & Alexandriam cœpit. Hac ergo Ode lætitiã ſuam ſignificat ob uictoriam Auguſti.* Pede libero] *Aut à periculis, aut à fuga ſecuro, aut laſciuienti.* Pulſanda tellus] *Pedum plauſu ferienda.* Nunc Saliaribus] *Saliares cœnæ, quas Salij faciebant, dicuntur ampliſsimi apparatus fuiſſe. Vnde & in prouerbio erat, Saliares cœnas dicere opiparas & copioſas. Ordo eſt. Nunc eſt tempus ornare puluinar Deorum Saliaribus dapibus. Puluinaria dicebantur, aut lecti deorum, aut tabulata, in quibus ſtabant numina, ut eminentiora uiderẽtur.* Erat] *Pro eſt.* Dapibus] *Poſt ſaltationem enim hoſtijs epulabantur, ut:*

„ *Lucos uocat hoſtia pinguis in altos.*

Cellis auitis] *Antiquis cellis uinarijs, id eſt, uinum auitum.* Dum Capitolio regina] *Cleopatra, ut eſt:*

„ *Terruit illa ſuo ſi fas Capitolia ſiſtro.*

Ordo eſt: Dum regina impotens ſperare quidlibet, & ebria dulci fortuna, parabat funus, & dementes ruinas Capitolio, & imperio, cum grege turpium uirorũ contaminato morbo. Turpiũ] *Eunuchorum, quos ſatellites habuit Cleopatra. Turpium autem, aut malæ uitæ, aut exoletorum.* Ebria] *Eluſa fortunæ ſucceſſu, & ob hoc, demens, inconſulta, improuida, ſicut ebrij eſſe ſolent.* Vix una ſoſpes nauis ab ignibus] *Aut nauis, qua fugit Cleopatra: aut per allegoriam oſtendit Cleopatram primum Iulium Cæſarem corporis ſui illecebris cepiſſe, ſecundum Antonium, Auguſtum deinde tentaſſe, ſed eum eius uitaſſe complexus: ideò, Vna ſoſpes nauis ab ignibus.* Lymphatam] *Ebrietate inſanam.* Mareotico] *In Aegypto Mareotis palus eſt, iuxta quam uinum optimũ naſcitur, quod eius uocabulo Mareoticum appellatur, ut ſunt: Et Mareotides albæ. Et, Mareotica fumant.* Redegit in ueros timores] *Non fictos.* Volantem] *Hoc dicit, ut illius fugæ celeritatem oſtenderet. Volantem autem, aut fugientem, ut:*

„ *Pedibus timor addidit alas.*

Aut nauigantem, ut:

„ *Pelagoq; uolamus.*

Ordo eſt: Cæſar adurgens, ſupple uolantem ab Italia, uelut accipiter urget molles columbas, aut citus uenator urget leporem, ut fatale monſtrum daret catenis, in campis niualis Hæmoniæ, ſupple à ſuperiore, minuit furorem & cætera. Molles] *Aut propter renitendi uires, aut certè captu faciles, ut Virgil.*

„ *Quam facilè accipiter ſaxo ſacer ales ab alto,*
„ *Conſequitur pennis ſublimem in nube columbam.*

Niualis] *Frigidæ & niuoſæ.* Hæmoniæ] *Thraciæ, ab Hæmo monte, ibi enim pugnatum eſt. Virgil.*

„ *O' qui me gelidis in uallibus Hæmi ſiſtat!*

Fatale monſtrum] *Aut turpe dixit, unde & proſtantes fatales dicuntur, ut eſt.*

„ *Romam non caſta malo.*

Aut uelut monſtrũ fatis ſibi reſeruatũ, aut fato Romanis ſubiectũ. Generoſius] *Id eſt, maiore quàm ſexus exigebat animoſitate.* Nec latentes Claſſe cita reparauit oras] *Latentes oras, id eſt, Fines regni latentes. Id eſt, non collegit denuò exercitum ex intimis regni partibus ſibi fauentibus. Perditis enim rebus Cleopatra, dum omnis in eius auxilium Aegyptus conſpiraret, ne aut reparato bello, ad inferiora deſcendens, id eſt, genti ſuæ exiſteret grauis, aut occaſionẽ glorioſæ mortis effugeret, contempſit amorem, uel deuotionem ſuorum. Quod Virg. religioni dans in fluminis appellatione retulit, Nilum auxilia offerentem, ut eſt:*

„ *Pandentemq; ſinus, & tota ueſte uocantem,*
„ *Cæruleum in gremium lachrymoſaq; flumina uictos.*

Auſa & iacentem uiſere regiam Vultu ſereno] *Id eſt, regnum ſuũ deſperatum & deiectum uultu interrito, & ueluti læto, ut:*

„ *Spem uultu ſimulat.*

Fortis] *Quæ habebat ex deſperatione uirtutem.* Et aſperas tractare ſerpentes] *Cleopatra metu capta, ne duceretur in triumphum, corpori ſuo ſerpẽtes appoſuit, quorum interiret ueneno, ut:*

„ *Nec dum etiam geminos à tergo reſpicit angues.*

Deliberata] *Aut, pro adhuc in cogitatione & tractatu habitam poſuit, aut pro iam ſtatuta morte, ut:*

„ *Decreuitq; mori.*

Ferocior] *Promptior ſæuis Liburnis, fuit ad mortem. Illi enim libenter moriuntur: aut ſæuis ſibi, per quos uicta eſt, aut ſæuis fortibus, ut:*

„ *Sæua paupertas.* *Et,*
„ *Sæuus Hector.* *Et,*
„ *Sæuumq; tridentem.* *Aut quia Liburnorum gens ad moriendum prompta dicitur, quibus illa ferocior fuit. Virg.*
„ *Regna Liburnorum.*

Scilicet inuidens] *Ordo eſt: Scilicet,* Non humilis mulier inuidens, priuata deduci ſuperbo triumpho: *Inuidens Auguſto, ne captiuitas ſua illi ſpecioſiorem faceret triumphum. Nam & Liuius refert Cleopatram, cùm de induſtria ab Auguſto capta indulgentius tractaretur, dicere ſolitam, non triumphabor.* Deduci] *Pertrahi.*

PORPHYR. } Nunc eſt bibendum] *Hac Ode lætitiam profitetur ſuam poëta ob uictoriam Actiacam Auguſti, qua M. Antonium apud Actium promontorium, nauali prælio ſuperauit, ac deinde Alexandriam cœpit.* Nunc pede libero Pulſanda tellus] *Id eſt, liberè tripudiandum eſt, ac per hoc ludendum.*

Nunc

Nunc Saliaribus ornare puluinar deorum Tempus erat dapibus ſodales] *Sacerdotales cœnæ, quas Salij faciunt, dicuntur eſſe ampliſſimi apparatus. Vnde in prouerbio eſt, Saliares cœnas, dicere opiparas ac copioſas.* Cellis auitis] *Per cellas auitas, uinum uetuſtum ſignat.* Funus & imperio parabat] *Funus pro exitio poſitum eſt. Imperio autem utiq; Romano intelligendum.* Contaminato cum grege] *Id eſt, cum greges ſpadonum, quos Cleopatra ſatellites, & cubicularios habebat, quos morbo turpes dixit, quia ferè ij effœminati ſunt.* Fortunaq; dulci Ebria] *Hoc eſt, fortunæ ſucceſſu demens & inconſulta.* Sed minuit furorem Vix una ſoſpes nauis ab ignibus] *Vna nauis, quæ ſcilicet effugit uicta ab Auguſto, ſecundùm unam nauem dictum accipe.* Mentemq; lymphatam Mareotico Redegit in ueros timores] *Mareotis palus eſſe dicitur in Aegypto, unde uinum Mareoticum. Dicit ergo lymphatam mentem Mareotico, ex ebrietate ueſanam accipi.* In campis niualis Hæmoniæ] *Hæmonia Thracia dicitur ab Hæmone monte, quem niualem meritò appellauit, quia eſt frigidiſſimus.* Daret ut catenis Fatale monſtrum] *A' fato ſibi ſeruatũ, aut deteſtabile, aut dictum hoc accipiamus, quaſi decreto nobis fatorum obiectum.* Nec muliebriter Expauit enſem] *Non tanquã enſe perierit Cleopatra, ſed ſignat eam tam præſtãtem animi fuiſſe, ut enſem quoq; non timuerit.* Nec latentes claſſe cita reparauit oras] *Hoc eſt, nec fugit latentes, id eſt, intimas Aegypti regiones, ut uires inde repararet.* Fortis & aſperas Tractare ſerpẽtes] *Hoc ideò dicitur, quia ſerpentem ſibi appoſuit, cuius morſu perijt.* Deliberata morte ferocior Sæuis Liburnis] *Deliberata, utrum pro cognita poſitum eſt: an uerò de qua pleriq; deliberant, id eſt, dubitant, ut ſit hoc perpetuum epitheton mortis. Signat autẽ in ipſius mortis ſignificatione conſtantiſſimam fuiſſe. Liburni gens ferox Illyrij, ad moriendum apparatiſſima.* Scilicet Inuidens Priuata deduci ſuperbo. Non humilis mulier triumpho] *Inuidens ſcilicet Auguſto, ne captiuitas ſua illi glorioſiorem, honeſtioremq; triũphum faceret ornatu. Nam & T. Liuius refert, illam cùm de induſtria ab Auguſto in captiuitate indulgentius tractaretur, identidem dicere ſolitam fuiſſe,* οὐ θριαμβεύσομαι, *id eſt, non triumphabor ab alio.*

CHRIST. LAND } *Metrum duobus uerſibus Alcaicum, tertio dimetrum nouenarium iambicum hypercatalecticum, quarto Pindaricum. Impoſuerat autem extremam manum Octauianus bello periculoſo, quo aduerſus Marcum Antonium, & Cleopatram geſſerat, triumphaturusq; deuicta regina redibat. Quapropter poeta ad læticiam ſodales conuocat. Hiſtoria longa eſt, ſed, ut breui conſtringatur: Poſt Imperium Romanum à triumuiris diuiſum, adeò amore Cleopatræ Alexandrenſis reginæ exarſit Antonius, ut deinceps tantùm dux in muliercula arbitrium concedens cuncta illius nutu gereret. Itaq; tandem diuortium cum Octauia Auguſti ſorore, ſuaq; uxore fecit, & bellum contra Octauianum mouit, potuiſſetq; uictoria potiri, ſi celeritate uſus fuiſſet. Erant enim & milites, & omnes Italiæ ciuitates Octauiano propter acerba tributa infenſæ. Sed dum Antonius uniuerſam Græciam lentiùs luſtrat, & uaria ſpectacula ac ludos Cleopatræ parat, fuit ſpatium Octauiano, ut etiam Italos ſibi reconciliaret, & exercitus inſtrueret, obuiamq; in Cyprum hoſti ueniret. Erant Antonio robuſtiores copiæ pedeſtres, quàm nauales. Cõtra autem Octauiano contigerat, & tamen, quoniam ſic placuit Cleopatræ, maluit nauali prælio decertare. Ac paulò pòſt incerta omnino adhuc uictoria cùm fugientem Cleopatram uideret, ſuos egregiè certantes relinquens, mulierẽ in Aegyptum ſecutus eſt. Aduolauit & illuc Octauianus. Quapropter coactus eſt Antonius ne in manus hoſtium ueniret, ſibi mortem conſciſcere. Cleopatra ad Octauianum uiua deducta eſt. Nam cupiebat Cæſar illam in triumphum ducere. Quod mulier, ut effugeret, ueneno ſeipſam perdidit, ſiue quod fiſtulas inter capillos latentes gerebat, ſiue inter ficus ab agricola porrectas aſpides acceperit, quas mamillis ſuis admouit.* Nunc eſt bibendum] Quaſi dicat, *quia imperium conſtabilitum eſt. Nam antea nulla lætitia in tanto periculo eſſe poterat.* Libero] *Aut à periculo, aut à fuga, ait Acron, uel libero quaſi laſciuiori, uel dixit ut exprimeret ſaltationem non ita ad numeros exactam, ſed liberiorem.* Saliaribus] *Opiparis & ſplendidis, & qualibus Salij (de quibus ſuprà dictum eſt) uti conſueuêre, & reliqui ſacerdotes, uel dixit ſaliaribus, ut oſtenderet ſacra pro uictoria Cæſaris eſſe Marti exhibenda, cui Salij ſacerdotes ſunt.* Puluinar] *Erant puluinaria lecti deorum, aut tabulata in quibus ſtabant numina, ut eminentiora uiderentur. Erat etiam in conſuetudine, ut lectiſternia in templis fierent, id eſt, lecti ſternerentur. Verum puluinar à piuma dictũ uidetur, hinc & puluilli, & pro lecto capitur. Iuuenal.*

„ *Fumoq; lucernæ*
„ *Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.*

Nefas] *Contra religionem uidebatur læticiam priuatam in publico luctu agitare.* Cellis Auitis] *Vt notetur uetuſtas uini, in qua laus ſumma eſt. Laudat igitur & à patria, quia Cæcubum, & à uetuſtate, quia cellis auitis. Cella autem à celando locus eſt anguſtior & in quo res uidentur bellè condi poſſe.* Capitolio] *Romano imperio.* Regina] *Cleopatra, ut ſit indignatio à ſexu.* Amentes ruinas] *Id eſt, ipſa amens parabat ruinas. Nam niſi amens fuiſſet ruinas tanto imperio parare non fuiſſet auſa, uel magnas, Virg.*

„ *Inſani feriant ſine littora fluctus.*

Id eſt, magni, uel uoluit per inſaniam turpes Antonij & Cleopatræ amores ſignificare. Nominat autem reginam & non Antonium, ne bellum ciuile geſtiſſe uideretur Cæſar, de quo iuſtum triumphum reportare Auguſto nõ licuiſſet. Contaminato cum grege] *Duplex indignatio, & quod mulier hoc tentauerit, quod ne maximi quidem uiri auſi eſſent, & quod non fortibus uiris, ſed imbellibus Eunuchis.* Grege] *In quo uilitas quædam eſt. Vnde egregium excellentem uirum dicimus, quia nõ ſit in grege.* Contaminato] Corrupto. *Contaminare enim ſecundùm Donatum eſt, cùm res rei ita immiſcetur, ut neutra incorrupta maneat, ſed ſit in utraq; corruptio: qua ratione Terent. contaminare fabulas dixit, ergo contaminato grege, quia nec uirilis, nec fœmineus in illo ſexus relinquatur.* Turpium] *Tum propter Eunuchos, tum propter cæteros, qui luxurioſi eſſent.* Morbo] *Vitio. Iuuenal.*

„ *Hiſpo ſubit iuuenes, & morbo pallet utroq;: uel morbo,*

Emaſculationis qui turpiſſimus eſt. Impotens ſperare] *Id eſt, ualde potens, ut in augeat, uel ut dicitur impotens iræ, qui iræ frenum ponere nequit: ſic impotens ſperare, id eſt, cuius animus nimia cupiditate accenſus, cohiberi non poſſet, quin ea ſperaret, quæ ſperanda non erant.* Fortuna dulci] *Tranſlatio ab ebrijs, qui ut auiditate ſua uis uini ebrij redduntur, ſic qui fœlici fortuna efferuntur, neſciunt ſe continere, quin ſupra ſuam conditionem multa ſperent, ergo eluſa fortunæ ſucceſſu, & ob hoc improuida, & inconſulta, ut ebrij ſolent. Effert enim nos fortuna, ut ebrios uinum, & profectò dulci fuerat uſa fortuna: nam nõ ſolum illi ignouerat M. Antonius, ſed una cum Cæſarione filia, quam ipſa ex Iulio pepererat, reginam appellauêre Aegypti, Cypri, Libyæ, & Syriæ. Eos autem filios, quos ex ipſa Antonius ſuſceperat, reges regum appellauit, tribuitq; Alexandro Armeniam, Mediam, ac Parthiam, ſi quando reciperentur, Ptolemæo Phœniciam & Cyliciam. Ordo autem eſt.* Dum regina impotens ſperare quidlibet, & ebria dulci fortuna parabat f. & d. r. ca. & imp. cũ grege cõtaminato turpiũ uirorũ. Vix una ſoſp. nauis] *Per Hyperbolẽ dixit: nam & prætoria ſua naui cum multis alijs fugit Antonius: uel una nauis, quia ipſa prælio adhuc dubio ſola fugit: Mox Antonius cum reliquis ſecutus eſt.* Ab ignibus] Quibus *in nauali pugna utuntur, hinc ſuprà flammata manu.* Lymphatam Mareota] *Veluti furibundam ex uino Mareotico, quòd Virg laudat dicens,*

„ *Sunt Thaſiæ uites, ſunt & Mareotides albæ*
„ *Pinguibus hæ terris habiles leuioribus illæ.*

Lymphatos enim dixerunt eſſe furentes dictos à nymphis, nam credidit antiquitas, qui in fonte imaginem nymphæ uidiſſet furore percipi. Dicta autem eſt lympha, quaſi nympha, nam N in L, facilè tranſit: unde Græci ς ο. *per N ſignant, nos per L. Permanſit autem in tranſlatione, nam cùm appellaſſet ebriam, nunc addit Mareoticum, quòd uinum & optimum eſt, & in ſuo regno legitur. Eſt autẽ Mareotis teſte Strabone, lacus in Aegypto, ſed & partẽ Lybiæ Aegypto conterminam, Mareotida appellari refert Plin. & Mareotas populos in ea, neq; iniuria ebriam inducit mulierem, quæ in omni luxu*

luxu incontinentiſsima fuerit, deq́ lautiori apparatu conuiuiorum ſæpe cum Antonio certauerit, ſuperaueritq́, referuntq́ tantam in ea in hoc certaminis genere uincendi cupiditatem fuiſſe, ut quandoq́ timens ne ab Antonio ſuperaretur: alterum ex duobus unionibus omnium ea tempeſtate precioſiſsimis ab auriculis, unde pendebant rapuerit, atq́ aceto ut mandi, ſorberiq́ poſſet, liquefecerit, ut ſaltem precio ſuperior in conuiuio euaderet, parata & alterum rapere, niſi ſe uictum Antonius pronunciaſſet. Hic reliquus Romam tranſlatus, & in duas partes ſectus, Veneris pulcherrimum ſimulachrum ab utraque aure ornauit, ita ut dimidius omnium iudicio, quemlibet ſuperaret. Volantem] *Vt illius fugæ celeritatem oſtenderet.* In ueros timores] *Et non fictos.* Volantem] *Vt illud Virgilianum,*

„ *Pedibus timor addidit alas.*

Vel nauigantem, nam mare Veliuolum dixerunt, quia uelis per illud uoletur. & Virgil.

„ *Pelagoq́ uolamus.*

Cæſar] Ordo eſt, Cæſar adurgens remis, id eſt, *celeri nauigatione illam uolantem ab Italia, uelut accipiter urget molles columbas, ac uelut citus uenator adurget leporem in campis niualis Hæmoniæ. Accipiter auis rapax eſt, ab accipiendo, id eſt, rapiendo minores aues dicta. Græcè dicitur hierax. Plin. ſexdecim ſpecies huius auis ponit, adeò ut præter aquilam omnes aues, quæ raptu uiuũt illis adſcribere uideatur etiam miluum & butheonem, quem buzacum dicimus. Albert. in lib. de Animalib. refert, accipitrem magnum aſturem eſſe, paruũ uerò niſum, id eſt, ſperauerium, aſſeritq́ Plin. quod coccix, id eſt, cuculus ex accipitre fit. Albertus, autem uult cuculo matrem eſſe columbam, patrem uerò maiori aſturem, minori autẽ ſperauerium.* Columbas] *In fœminino genere protulit, ut maiorẽ timiditatem per eum ſexum exprimeret, atq́ de muliere loquẽs, eundem ſexum proferret. Cæterùm columborum tres ſunt ſpecies, horum maximi domeſtici appellantur, quia ut gallinæ inter nos uerſantur: Minimi autem dicuntur ſaxatiles, quia inter ſaxa & in turribus habitant. Tertium genus admixtione utriuſq́ fit, & hos miſcellos, aut miſcellaneos dicunt.* Leporem] *Fugaciſsimum timidiſsimumq́ animal eſt, diciturq́ lepus, quaſi leuipes. Dicunt in alpibus lepores eſſe candidos, qui in hyeme niuibus ueſci credantur. Certè ea liqueſcente rutileſcunt annis omnibus. Archelaus ait omnes lepores utriuſq́ ſexus eſſe, & concipere ſine mare.* Vt daret cathenis] *Id eſt, ut in uincula conijceret, cupiebat enim uiuam in triumpho ducere.* Fatale] *Periturum, nam paſsiuè hîc poſuit, quod in ſe fatum ſuum haberet. Contra Virgil.*

„ *Cum fatalis equi* ——

Dixit, id eſt, qui fatum, perniciemq́ alijs afferret. Vel dixit fatale ad excuſationem Romanorum, ut non cum muliere, ſed cum fatis certaſſe uiderentur. Fatale] *Turpe ait Acron, & pro ſtans dicit ſcribi.* Monſtrum] *Nam res monſtroſa fuit, quod mulier Cæſarem dictatorem priùs, deinde M. Antonium tantos duces, ita demoliſſet, ut in ſuam pene ditionem adduxiſſet, & ad tãtum periculum imperium Romanum impuliſſet. Fuit etiam et pro monſtro, ut mulier omni luxui ſemper dedita, tamen magnam in morte fortitudinem oſtenderet.* Latentes oras] *Montana, & à mari remota loca Aegypti, in quibus ſe tempus tutari potuiſſet. Ferunt tamen futuræ mortis præſagio oblitam eſſe Cleopatram in Aegypti receſſus abire, in quibus facilè bellum reparaſſet, de qua re, ſe moriẽs increpaſſe dicitur.* Iacentem regiam] *Quia iam occupatum erat regnum de Octauiano, ipſa tamen diſsimulabat dolorem & ſpem, ut perſuaderet Octauiano conſilium de morte ſibi conſciſcenda penitus abieciſſe, nam ſic illo nil tale ſuſpicante commodiùs rem peragere potuit.* Tractare] *Quaſi irritare, ut aſperiores in ſe eſſent, de quibus paulò ſuprà dixi. Et Virgil.*

„ *Nec dum etiam geminos à tergo reſpicit angues.*

Refert enim Plutarchus, quòd cũ in Aegyptum reuerſa eſſet, quãuis in omni luxu uerſaretur, tamen omnium generum uenena tentabat, & in damnatis experiebatur. Erat enim anxia, quod quæ citò extinguerent, dolorẽ inferrent, quæ ſine dolore eſſent, celeritate carerent. Verùm tandem deprehendit aſpidis morſum ſine dolore uitam ſubitò extinguere, grauato ex ſomno capite, & leui ſudore per faciem diffuſo. Fortis ſerpentes] *Ex rerum deſperatione, quæ non eſt uera fortitudo, ſed reponitur inter illas ſpecies fortitudinis non ueræ, quæ ab Ariſtotele in Ethicis referũtur. Ergo erat ferox, quia ex deſperatione mortem decreuerat, ut de Didone refert, Virgilius:*

„ *Ergo ubi concepit furias euicta dolore,*
„ *Decreuitq́ mori tempus ſecum ipſa, modumq́*
„ *Exigit.* ——

Atrum noxium] *Vel quia, qui ueneno pereunt, turgeſcunt, & nigreſcunt. Cicero. Si tumore & liuore decoratum corpus eſt, mortui ſignificat eum ueneno necatum.* Deliberata morte] *Propter mortem deliberatam.* Ferocior] *Promptior.* Sæuis Liburnis] *Qui, ut Acron refert, prompti ad mortem ſunt, uel ferocior ipſis Liburnis, per quos uicta eſt. Sed Liburni populi Albini inter Rhætos ſunt.* Inuidens] *Scilicet, Auguſto, quod eam priuatam, nec amplius reginam, & tamen non humili, ſed nobili genere in triumpho duceret. Refert præterea Acron, quod cùm indulgentius tractaretur ab Auguſto, Cleopatram ſolitam eſſe dicere, non triumphabor.*

HENR. GLAR. } —In campis niualis Hæmoniæ] *Vel ex hoc loco conijcere licet Acronis cõmentarium eſſe poſt Porphyrionem coaceruatum. Nam cùm ille de Hæmonia parum uel nihil diceret, Acro adiecit ab Hæmo Thraciæ monte, nec hoc contentus. Sed ibi etiam pugnatum eſſe adnectit, nec quando, nec abs quo explicans. Virgilij etiam carmen nihil ad rem faciens ſubijcit. Sed omnium abſurdiſsimum, quod conſtructionem confundit.* Vt fatale monſtrum (inquit) daret catenis in campis niualis Hæmoniæ. *Quaſi Auguſtus Cæſar cũ Antonio ac Cleopatra in Thracia, non in Epeiro pugnauerit: quæ Antonius Mancinellus rectè, quamuis obiter notauit. Sanè Hæmonia non ab Hæmo mõte Thraciæ, ut uoluit Acron, & innuit Porphyrio, ſed ab Hæmone Theſſali parente, à quo poſtea Theſſalia nomen habet, ut ad finem libri 9. refert Strabo, dicta eſt. Theſſalia autem Macedoniæ à meridie eſt, Thracia à ſeptentrione: cui & mons Hæmus à ſeptentrione. Quare non paruus error, ſi Straboni credimus, quæ tantùm diſtant, alterum pro altero exponere.*

PHILIP. ENG. } *Salij 12. Sacerdotes à Numa Pompilio inſtituti.*

HERMAN. FIGVL. } Nũc eſt bibendum] *Rebus feliciter & ſtrenuè geſtis ab Auguſto, lætandum & gratulandum Reipublicæ, ideoq́ conuiuia apparanda.* Nunc ſaliaribus ornare puluinar Deorum] *Oſtendit ſacrum & ſolenne conuiuium, in honorem deorum immortalium, ob Auguſti uictoriam inſtituendum eſſe.* Saliaribus dapibus] *Hoc eſt, ſumptuoſo & opiparo conuiuio, lautiſsimisq́ obſonijs, & apparatu magnifico inſtructo. Fuerunt autem Salij Martis ſacerdotes antiquiſsimi, à Numa Pompilio primùm duodecim creati, dicti à ſaltando. Nam menſe Martio, cum tripudijs ad tibiam, ſolenniq́ ſaltatu cæleſtia ancylia ferentes, & gladiolis illa percutientes, & pulſu pedum ad ſonum uocis modulato, per Capitolium & forum, perq́ urbem incedebant. Horum ſacra & feſtos dies, cœnis & comeſſationibus dubijs, cùm cantu & ſymphonia, alijsq́ oblectamentis, ſplendidè celebrare ſoliti ſunt. Putat autem D. Eraſmus, Horatium hoc loco ſaliares, pro pontificales dixiſſe, hoc eſt, ſpeciem pro genere. In omnibus enim ſacris adhibebatur apparatus ſplẽdidus ac magnificus, quæ cura delegata erat ſeptem uiris epulonibus.* Puluinar deorum] *Puluinaria, lecticæ diuorum erant in templis apparatæ, in quibus numina pro maieſtate iuxta aras ſublimia extabant.* Antehac nefas depromere] *Ante hoc tempus, cùm Regina exitium atq́ euerſionem Reipublicæ minaretur, nõ licuit depromere antiquum uinum, atque triſtitiam hilaris & tempeſtiuis conuiuijs pellere.*

Capitolio] *Capitolium arx fuit Romæ, ubi templum ac ſedes Iouis Opt. Max. De hoc ita ſcribit Alexander Neapolitanus lib. 6. Genialium dierum, cap. 22. Inter urbis colles Capitolium fuiſſe præcipuum, nemo dubitat, qui Saturnius ab Arcadibus, qui ea loca incolebant, primò nuncupatus, portamq́ illic excitati caſtelli Saturniam habuit, phanumq́ Saturni in Capitolij faucibus, quod ærarium populi Romani fuit, qui etiam Tarpeius, à Veſtali oppreſſa armis, poſtea Capitolinus, ex hominis capite inuento, dum templi fun-*

P damenta

damēta effodiunt, denominatus eſt. In quo præter Iouis Opt. Max. templum, Iunonis Reginæ & Mineruæ ædes fuêre. Regina dementes ruinas] Dum Cleopatra, Aegypti regina temeraria & & ſtulta, Romanum Imperium euertere conabatur. Nam Antonius poſt Parthos cùm exoſus arma, in ocio ageret, captuſq; amore Cleopatræ, quaſi bene geſtis rebus, in regio ſe ſinu reficeret, ipſa Regina ab ebrio imperatore, pretium libidinis, Romanum imperium petijt: & promiſit Antonius. Itaq; ingentibus copijs contractis, repudiataq; Octauia Cæſaris ſorore, bellum urbi, Italiæq; inferre moliebatur. Qua re cognita, Cæſar à Brunduſio in Epirum cum exercitu traiecit, ubi mari prælium eſt commiſſum, eratq; commune certamen, & æqua utrinq; pugna, donec naues Cleopatræ, uelis ſublatis, per medios pugnantes fugam arripiunt, ſuoſq; perturbant. Cuius amore tractus Antonius, omnibus poſthabitis, & his qui pro ipſo pugnabant, proditis & relictis, eam inſecutus Alexandriam profugit, obſeſſuſq; à Cæſare in ultima deſperatiōe ſe ipſe interemit. Cleopatra uerò ne in arbitrium uictoris ueniret, uoluntaria morte occubuit. Contaminato cum grege turpium] Intelligit Spadones & Eunuchos, homines corruptes, effœminatos & molles, Cleopatræ familiares. Vnde dicit Cæſar apud Plutar. in uita Antonij: Antonium quidem amatorijs poculis infectum, ne ſe quidem regere ac gubernare poſſe: pugnaturos autem contra ipſos fore Photinum, & Mardionem eunuchum, & Chardionem, & Iradem, Cleopatræ tonſtricem, à quibus Antonij imperium plurimùm gubernaretur. Fortuna dulci ebria] Hoc eſt, fœlici fortunæ aſpirantis ſucceſſu, de mente deturbata. Furorem] Inſolentiam & temeritatem Cleopatræ. Vix una ſoſpes nauis] Qua aufugit Cleopatra. Nam primam ducem fugæ Reginam, cum aurea puppe, ueloq; purpureo ſe in altum dediſſe, tradit Florus. Et mox ſecutum Antonium in eandem nauem receptum eſſe, refert Plutarchus.

Lymphatam Mareotico] Id eſt, inebriatam & commotam præſtanti uino, quod creſcit ad Mareotum paludem Aegypti, penes Alexandriam. Volantem remis adurgens] Hoc eſt, celeriter fugientis ueſtigijs inſtans. Cùm enim eadem in naui cum Cleopatra Antonius fugeret, ſoluſq; in prora tacitus ſederet, interea Cæſaris Liburneæ ſunt conſpectæ, quæ Antonium ſequebantur. Accipiter uelut] Elegans & apta ſimilitudo, qua Auguſtum accipitri ſeu uenatori, Cleopatram uerò fugientem columbæ, uel lepori comparat. Ita apud Homerum Achilles Hectorem fugientem inſequitur, quemadmodum accipiter columbam. Verba Homeri lib. Iliad. χ. hæc ſunt:

„ ἠΰτε κίρκος ὄρεσφιν ἐλαφρότατος πετεηνῶν,
„ ῥηϊδίως οἴμησε μετὰ τρήρωνα πέλειαν,
„ ἡ δέ θ' ὕπαιθα φοβεῖται ὁ δ' ἐγγύθεν ὀξὺ λεληκὼς
„ ταρφέ' ἐπαΐσσει ἑλέειν τέ ἑ θυμὸς ἀνώγει.

Hæmoniæ] Hoc eſt, Theſſaliæ, quæ ab Hæmone dicta eſt Hæmonia. In qua Tempe. Daret ut catenis fatale monſtrum] Vt ante currum in triumpho catenam collo geſtantem ageret. Nam ad gloriam ſuam pertinere putabat Cæſar (teſte Plutarcho) ſi Cleopatra in triumpho duceretur. Itaq; nunciata ſibi morte Antonij, ſtatim Proculeium miſit, iubens dare operam quam maximè poſſit, ut uiua in poteſtatem ſuam ueniat. Sed illa in manus quidem Proculei uenire noluit. Expauit enſem] Nam enſe perire uoluit Cleopatra. Cùm enim Proculeius miſſus ab Auguſto, clàm per feneſtram ſepulchrū, in quo erat incluſa, ingreſſus eſſet uiuam capturus, ſubitò conuerſa illa, & Proculeium conſpicata, gladio quem accincta erat, ſeipſam necare contendit. Sed Proculeius approperans, & manibus ambabus eam continens, gladium ademit, ueſte inſuper excuſſa, ne quid ſub ea occultaret ueneni. Hæc Plutarchus. Nec latentes claſſe citi reparauit] Non reſtaurauit bellum aduerſos Romanos in interioribus Aegypti partibus. Legimus apud Plutarchū, eam transferre claſſem in Arabicum ſinum, & cum auro, argento, & magna ſuorum manu, in ignotas ſedes migrare, bellumq; ac ſeruitutem fugere inſtituiſſe. Vultu ſereno] Quia omnem triſtitiam uultu diſſimulabat, ſeſeq; uiuendi maximè cupidam oſtendebat, ut ita Cæſarem falleret, & meliorem interfaciendi ſe occaſionem haberet. Aſperas tractare ſerpentes] Sunt qui ferunt (ait Plutarchus) aſpidem in ficubus allatam, inter folia quæ ſuprà erāt, occultatam fuiſſe data opera à Cleopatra, ut ipſam inſciam inuaderet, (nam per multos dies experta comperit, ſolum fermè aſpidis morſum ſine ullo dolore uitam extinguere, grauato ex ſomno capite, & leui ſudore per faciem diffuſo, ſenſibus paulatim deficiētibus, nec ſecus excitationem grauiter ferētibus, q̄ ſolent ij, quos placidus atq; altus ſopor tenet.) Inde cùm ficus acciperet, conſpicatam aſpidem, dixiſſe: Hic illud erat: & brachium aſpidi nudatum porrexiſſe. Alij ſeruatam aſpidem ferunt in uaſe quodam incluſam, & per fiſtulam auream à Cleopatra prouocatam atq; irritatam brachium momordiſſe. Sunt item qui aliter opinentur. Cæterùm ueritatem nullus nouit, brachium tamen Cleopatræ aiunt duas nōtās habuiſſe impreſſas, & humidas, quibus Cæſar uidetur fidem dediſſe. Nam in triumpho Cleopatræ imaginem tulit cum aſpide mordicus affixa. Vnde Propertius:

„ Brachia ſpectaui ſacris admorſa colubris.

Deliberata morte] Hoc eſt, decreta & conſtituta morte: quia certò ſibi propoſuerat mori, & in propoſito conſtanter perſeuerabat. Sæuis Liburnis] Per quos præcipuè uicta erat. De Liburnis ita ſcribit Vegetius lib. 4. de re militari: Auguſto dimicante Actiaco prælio, cùm Liburnorum auxilijs præcipuè uictus fuiſſet Antonius, experimento certaminis patuit, eſſe Liburnorum naues cæteris aptiores. Ergo ſimilitudine & nomine uſurpato, ad inſtar earundem claſſem Romani principes texuerunt. Liburnia namque Dalmatiæ pars eſt, cuius exemplo nunc naues bellicæ fabricantur, & appellantur Liburnæ. Hæc ille. Inuidens] Videlicet Auguſto, à quo cùm ſe de induſtria indulgentiùs tractari, triumphoq; ſeruari uideret, dicere ſolebat (ut tradunt hiſtorici) οὐ θριαμβεύσομαι. Itaq; incautiorem nacta cuſtodiam, in Mauſoleum, ſe (ſepulchra regum ſic uocant) recepit: ibi maximo, ut ſolebat, induta cultu, in differto odoribus ſolio, iuxta ſuum ſe collocabat Antonium, admotiſq; ad uenas ſerpentibus, ſic morte quaſi ſomno ſoluta eſt, teſte Lucio Floro. Deduci ſuperbo triumpho] Nam Auguſtus, ſi Suetonio credimus, Cleopatræ, quam ſeruatam triumpho magnopere cupiebat, etiam Pſyllos admouit, qui uenenum ac uirus exugerent, quòd perijſſe morſu aſpidis putabatur. Bellum Actiacū deſcribitur à Liuio, Plutarcho, Suetonio, & Oroſio.

THEOD. PVLMAN. } 1 Nunc eſt bibendū] Hæc ab Alcæo poëtam deſumpſiſſe patet. Vide Brodæi Miſcell. libro 1. cap. 21. 3 Puluinar Deorum] Id eſt, epulum. Vide Turneb. lib. 7. cap. 17. 4 Erat] H.G.E.B. erit Aſcenſij editio, corruptè. 9 Contaminato cum grege turpium Morbo uirorum] Cùm dicit, morbum, impudicitiam intelligit, ut & Catullus in Mamurram & Cæſarem,

„ Morboſi pariter gemelli utriq;.

Spadones autem hoc genere morbi erant infames, quos habebat plurimos Cleopatra: unde in Epodis (9.) ſcribitur,

„ Romanus (eheu, poſteri negabitis)
„ Emancipatus fœminæ,
„ Fert uallum, & arma miles, & ſpadonibus
„ Seruire rugoſis poteſt.

Turneb. lib. 9. cap. 43. congrege, legit Ioſeph. Scaliger, Auſoniarū lectionum lib. 1. cap. 17. 17 Adurgens] Adurguens, H. ut 51. Carm. 9. urgues. Et 10. urguendi. 24 — Nec latentes Claſſe cita reparauit &c.] Hypallage, H. ad marginē. Vide Gul. Cāteri Nouarū lect. lib. 4. cap. 30. Reparauit, eſt repetiuit, requiſiuit, recuperauit. Vt enim parare eſt quærere: ſic reparare, requirere, recuperare. Turneb. lib. 9. cap. 14. 30 Liburnis] Id eſt, nauigijs. Sic Epod. 1. Ibis Liburnis. Vide Pet. Victorij Variarum lect. lib. 10. cap. 9.

GEORG. FABR. } Poëta celebrat uictoriam Auguſti Alexandrinam, de qua etiam Propert. lib. 4. Exordium & mutatio eſt Alcæi,

„ νῦν χρὴ μεθύσθην καί τινα πρὸς βίαν
„ πίνην ——

Lætatus eſt Alcæus propter obitum Myrſili tyranni, lætatur Horatius propter obitum reginæ Cleopatræ. Alcæus gratulatur ſibi, Horatius patrono, Auguſto Cæſari. Nunc eſt bibendum] οὐ γὰρ ἐν βακχεύμασιν ὁ νοῦς ὁ σώφρων, ἂν διαφθείρεται, ut Ariſtippus ait apud

ait apud Laërtium. Accipiter uelut] Oratio ſit apertior, ſi iſtæ ſimilitudines includantur parentheſi: qua Cleopatram columbæ, lepori Antonium, Auguſtum accipitri, & uenatori Theſſalo cōfert. Hæmonia per aſpirationem ſcribitur à Suida, Aemonia à Stephano. Extat nūmus argēteus M. Durmij III.uiri, in quo leo mordicus incumbit tergo alterius leonis: per quæ animalia Auguſtum & Antonium uolunt intelligi. Sæuis Liburnis ſcilicet inuidens] Quod ijs nauibus præcipuè adeptus uictoriam fuerat Cæſar: ut ſcribunt Appianus lib. 4. & Vegetius lib. 4. Diſtinctio prior ſententiam deſtraxerat.

IOD. BAD. ASCENS. } Nunc eſt bibendū] Epulum cum uictima celebrandū monet ſodales, ob uictoriam Auguſti contra Antonium & Cleopatram in bello Actiaco, meminit autē potius Cleopatræ, quàm Antonij, quòd hic Romanus, illa barbara ſit, quodq; hic illius auſpicijs & militibus rem male geſſerit. Verùm quia, ut dicit Maro, Aeneid. 2.

„ Nullum memorabile nomen,
„ Fœminea in pœna eſt, nec habet uictoria laudem,
„ Extinxiſſe nephas, &c.

Imò inducit Cleopatram uirili animo bellante, & uictam ſibi mortem conſciſcentem. Et quia id præter naturam muliebrē facit monſtrum uocat: ut in proceſſu patebit. Ordo autem hic eſt. O ſodales] Id eſt, ô ſocij menſæ, quibuſcum ueſci & conuiuere ſolitus ſum. Nunc eſt] Scilicet, nobis & omnibus Romanis. Bibendum] Scilicet, ad uoluptatem (nam ad neceſsitatem ſemper bibendum eſt) Notum autem eſt gerundium in dum, & eius gerundiua nomina cū uerbo eſt importare quandam neceſsitatem, aut decentiā, ut ita faciendum fuit, i. ita oportuit factum. Mos gerūdus eſt Thaidi].i. decet morē gerere, &c. Et utrūq; etiā hic, nā bibendū eſt gerūdiuū, pulſanda gerūdiuū nomē. Tellus eſt pul.] Nūc qđ pōaſim per excluſionē habet, q. a nō potius, pulſanda eſt inquā. Pede libero].ſ. à curis & ſollicitudinibus, hoc eſt, nūc liberiùs ſaltijdum & tripudiandum eſt. Et tempus erit nunc ornare puluinar] Id eſt, tabulas, aut potiùs lectulos deorum, qui in epulo & uiſcerationibus ſterni ſolebant, quaſi & Dij ipſi accumberent, nam in lectis olim faciebant cōuiuia: unde & triclinium dictum eſt. Hinc enim ait poëta noſter primo Sermonum.

„ Sæpe tribus uideas lectis cœnare quaternos.

Vbi autem hic dicitur. Tempus eſt ornare puluinar] Orator diceret ornandi puluinaris. Dapibus ſaliaribus] Id eſt, opiparis & ſumptuoſis, quales ſunt ſaliares. Nam ſicut regium & regale differunt; ut quicquid regis ſit, regium dicatur. Regale autem regis magnificentia dignum ſiue eius, ſiue alterius ſit. Sic ſalium & ſaliare, nam ſalium eſt ſaliorum. Saliare] Salijs dignum. Veteri ergo de more ſacerdotes & rebus ſacris diti menſis pinguioribus indulſerunt. Vnde bene dicit dapibus] Nam & dapes uolunt eſſe deorum, aut ſolenniores eſcas. Addit quare dixerat nunc. Quia antehac] Id eſt, ante hoc tempus nephas ſup. fuit. Depromere] Promendo extrahere. Cellis auitis] Id eſt, in quibus aui uinum condiderant: & ita, ſanè uetuſtum ſignificat, quod in pretio ſummo erat, quod etiam à prima laudat, addens. Cæcubum ſcp. uinū] Natum in Cæcubo monte Campaniæ. Ante dico erat nephas.

Dum regina] Scilicet, Cleopatra regina Aegypti. Impotens] Id eſt, ualde potens, ut Mancinellus aſſerit, uel reuera impotens, id eſt, per impotentiam animi, quia non poterat continere animum à ſperanda re illicita, & quam aſſequi non poſſet. Vnde ſicut (quod rectè docet in Enchyridio Diuus Auguſtinus) Deus & ſancti in cœlo, qui peccare non poſſunt, non ſunt dicendi ob id impotentiores, ſed multò potentiores, ſic qui appetitum ſuum ab illicitis arcere nequeunt, non potentes, ſed impotentes dicendi ſunt, & id uitium impotentia meritò uocatur. Regina ergo impotens] Id eſt, per impotentiam abſtinendi à negatis, coacta ſperare. Quidlibet] Id eſt, quamlibet rem tam conceſſam, quàm non conceſſam. Nec legendum eſt quidlibet, nam quodlibet eſt adiectiuum, nec ſtat ſine ſubſtantiuo, quidlibet autem ſubſtantiuè ponitur, & per ſe plenum eſt. Et ebria] Docet quomodo impotens effecta eſt, quia effecta ebria, id eſt, rationis expers. Fortuna dulci] Quia ut dicit Maro aſpirat primo fortuna labori. Et ſic quoq; Cleopatræ euenerat, quæ primo uicerat, & quia Antonio triumuiro nupſerat, ſperabat poſſe imperium Romanum aſſequi. Cum grege turpium uirorum] Scilicet, ſpadonum. Contaminato] Id eſt, qui grex erat contaminatus. Morbo] Scilicet, caſtratione. Dicuntur enim ſpadones à uerbo Græco σπᾶν, quod eſt euello, ob teſticulos euulſos. Et parabat Capitolio] Id eſt, arci Romanæ. Ruinas dementes] Id eſt, dementer conceptas. Et parabat imperio] Scilicet, Romano. Funus] Id eſt, exitium, quia actum fuiſſet de imperio Romano, ſi ipſa uoti compos fuiſſet, traduxiſſet enim rerum ſummam ad Aegyptios. In quo etiam poëta callidè aſtruit iuſtam Auguſti querelam, qui pro Romano imperio bellabat. Ebria ergo fuit. Sed uix una nauis] Scilicet, in qua ipſa euaſit. Soſpes] Id eſt, incolumis. Ab ignibus] Scilicet, immiſsis à Romanis. Minuit] Scilicet, Cleopatræ. Furorem] Id eſt, dementiam & temeritatem, quia oculos, quos læta Fortuna eripuit aduerſa reſtituit. Et redegit mentem] Scilicet, Cleopatræ. Lymphatam] Id eſt, furore & ebrietate percitam. Mareotico] Scilicet, uino, quod in Mareotide palude Aegypti naſcitur, hoc eſt, confidentia, quam priûs ex læto ſucceſſu in Aegyptijs ſuis habebat. In timores ueros] Cum uana fuerat confidentia: poteſt & huic ſini eſſe alius ordo, ut iam dicam. Cæſar ab Italia] Recitat quanto impetu Cæſar Cleopatram, ut eam caperet inſecutus ſit, & quāta animoſitate illa in fugam coacta, cùm non eſſet ſpes reparandi exercitus, ne in triumphum duceretur, adhibitis ſerpentibus ſibi mortem conſciuerit, quod (ut dixi) in laudem uergit Auguſti. Nam laus uictoris ex precio dependet uicti. Parum enim fuiſſet mulierem muliebriter agentem uiciſſe: unde ironicôs dicit Iuno ad Venerem Aeneid. 4.

„ Egregiam uerò laudem & ſpolia ampla refertis,
„ Tuq; puerq; tuus, magnum & memorabile numen,
„ Vna dolo diuûm ſi fœmina uicta deorum.

Dicit ergo. Cæſar adurgens ſcp. erat remis] Scilicet, ſuis ſcilicet illam unam nauim Cleopatræ. Volantem] .i. celeriter aufugientem. Ab Italia] Cum priùs etiam capitolio ruinas paraſſet, aut quia non eſt uerbum. Conſtruamus cum ſuperioribus ſic. Et Cæſar adurgēns remis illam unam nauem Cleopatræ uolā tem ab Italia. Redegit mentem Cleopatræ lymphatam] Id eſt, inebriatam. Mareotico] Scilicet uino, in ueros timores. Adurgens dicit. Velut accipiter] Id eſt, auis illa prædatrix, ſup. adurget. Columbas molles] Id eſt, imbelles & mites. Ac uelut uenator citus] Id eſt, celer urget, ſup. leporē in campis. Hæmoniæ] Id eſt, Theſſaliæ. Niualis] Id eſt, niuibus conſperſæ, cùm effugere non poteſt, adurgens dico. Vt daret catenis] Id eſt, uinciulit. Monſtrum fatale] Id eſt, mulierem (quod monſtri ſimile eſt) pluſquam uiriles animos habentem. Sed fatis] Id eſt, morti deſtinatam. Et quia Emphaticôs monſtrum pro monſtruoſa muliere poſuit, refert non ad uocem, ſed ad rem: dicens, quæ ſcilicet mulier monſtruoſa. Quærens] Id eſt, intendens. Perire generoſiū.] Scilicet, quàm mulieri competat. Nec expauit muliebriter] Id eſt, more mulierum. Vnde dictum eſt.

„ —Bellaq; matribus deteſtata.

Enſem] Id eſt, mucronem. Nec reparauit cita] Id eſt, ueloci. Claſſe] Id eſt, & non repetiuit ad reparandum exercitum. Oras] Id eſt, extremas partes regni. Latentes] Id eſt, in quibus latêre potuiſſet. Auſa uiſere] Id eſt, ire uiſum, aut uidere. Vultu ſereno] Id eſt, imperterrito. Et] Id eſt, ſimul. Regiam aulam iacentem] Id eſt, concuſſam ex re malè geſta. Et] Id eſt, ſimul ipſa Fortis] Id eſt, animoſa. Auſa eſt tractare ſerpentes aſperas] Id eſt, aſpides uenenoſas. Vt combiberet] Id eſt, contineret & imbiberet. Corpore] Scilicet, ſuo. Venenum atrum] Id eſt, atram mortem inducturum. Deliberata morte ferocior] Id eſt, poſtquam deliberauerat & decreuerat mori. Ferocior Liburnis] Scilicet, populis Illyriæ. Sæuis] Scilicet, in ſe, quia ad mortem paratiſsimis. Scilicet] Id eſt, ſcire licet cur id fecerit, quia inuidens. Mulier non humilis] Id eſt, regalibus natalibus nata. Deduci priuata] Scilicet, regno ſuo. Superbo] Id eſt, pomposo & magnifico Triumpho] Scilicet, Cæſaris Auguſti, ubi acquiſitus eſt color ex antitheſi, id eſt, cōtrapoſitione: nam humilis & ſuperbus antitheta ſunt. Dicitur enim humile ab humo. Quaſi hu-

mi ſerpens, ſuperbum à ſuprà, quaſi ſublime. Erat autem mulier non humilis, quantũ ad genus & animos, humiliata tamen per fortunam, quia uicta.

ANT. MANCIN. } *XXXVII. Ode, ſotales hortatur ad lætitiam & uoluptatem ob uictoriam quidem ab Auguſto habitam cõtra Antonium & Cleopatram, quæ ruinas & funus Romano imperio parabat.* Nunc eſt bibendum, nunc pede Libero, *Ode eſt tricolos tetraſtrophos. Eſt enim ſimilis nonæ.* Pede libero] *Id eſt, ſolutiori & laſciuienti.* Saliaribus dapibus] *Id eſt, copioſis & ſolennibus. Nam ſaliares ſacerdotales cœnæ erant, quas Salij faciebant ampliſsimi apparatus. Vnde Plin. lib. 21. cap. 3. de Coronis ſcribens, ait. Sutiles Saliorum ſacris inuenimus, & ſolennes cœnas. Apuleius item lib. 4. ſic: Vt equus quidem meus tanta copia & quidem ſolus potitus, ſaliares ſe cœnaſſe cœnas crederet.* Puluinar] *Deorum puluinaria dicebantur, aut lecti Deorum, aut tabulata, in quibus ſtabant numina, ut euidentiora eſſent. Acron ita ſcribit. Seruius etiam lib. 3. Georg. ait. Quòd puluinaria ſunt propriè lectuli, qui ſterni in quibuſdam templis conſueuerant.* Regina Cleopatra] *Scilicet, de qua latiùs, quomodo fugerit diximus in Epodo 9. Eſt autem ordo:* Dum regina impotens ſperare quidlibet, & ebria dulci fortuna cum grege turpium uirorum contaminato morbo parabat capitolio dementes ruinas & funus] *Id eſt, exitium imperio. Dementes ruinas, pro ipſa demens.* Contaminato] *Corrupto.* Morbo] *Caſtratione.* Turpium uirorum] *Id eſt, Spadonum, qui Cleopatram ſequebantur. De quibus latè in Epodo 9.* impotens] *Valde potens. Virg. item lib. 1. Georg.*

„ *Nunquam imprudentibus imber offuit.*

Id eſt, ualdè prudentibus. Cic. quoq; lib. 5. Thuſc. Qui nihil metuant, nil agant, nil cõcupiſcant. Nulla impotentia, efferantur] *Id eſt, ualida potentia.* Ebria] *Elata & imprudens fœlicitate, ut ebrij uino.* Vix una ſoſpes nauis] *Quo pacto euaſerit Cleopatra, uideto latiùs in Epodo 9.* Ab ignibus] *Multæ enim Antonij naues uſtæ, multæ ſubmerſę, multæ captæ ſunt, de quibus amplè legito in Epodo 9.* Lymphatam mentem] *Id eſt, commotam inſania & ueſaniam. Varro enim ſcribit, quod in Græcia commota mente, quos lympholentos appellant, lymphatos dixerunt noſtri.* Mareotico uino] *Scilicet, à Mareotide palude Aegypti, ubi optimum uinum. Hinc ait poëta lib. 2. Georg.*

„ *Sunt Thaſiæ uites, ſunt & Mareotides albæ.*

Velut] *Scilicet, adurget.* Hæmoniæ] *Id eſt, Theſſaliæ, nam Theſſalia ipſa priori ſæculo Pyrrhæa ab Deucalionis uxore Pyrrha nominabatur. Et Hæmonia ab Hæmone, à cuius filio Theſſalo, Theſſalia uocata eſt. Plura Strab. lib. 9. Hæmoniæ. Hic fiat colon, nam ſuperiori ſententiæ conuenit, non ſequenti.* Fatale] *A fatis ei ſeruatum.* Vel fatale] *Id eſt, mortiferum, nec latentes claſſe cita reparauit oras, ſenſus eſt quod Cleopatra apud Actium uicta in patriam fuga delata eſt. Noluit enim ueloci claſſe extremas Aegypti oras adire. Illasq; ſibi munire, quò tutior eſſet. Plutarchus autem in Antonij uita ſcribit, quòd ubi in Alexandriam appulit Cleopatra inter Rubrum & Aegyptium mare transferre claſſem inſtituit in Arabicum ſinum, & cum auro, & argento, & magna ſuorum manu in ignotas ſedes commigrare, fugiens bellum ac ſeruitutem. Sed quum primas naues per terram delatas Arabes igne corrupiſſent, & Antonius tunc etiam in legionibus, quas apud Actium reliquerat ſpem haberet, & incolumes eſſe putaret: fruſtrà tamen. Deſtituit Cleopatra ab incepto, & portus, ac littora cuſtodire contendit. Vacans cum Antonio, uti prius luxuriæ, & lautitiæ, ac ſumptui. Interea ob Auguſtum in urbem reuocatum ab Agrippa, quia res Vrbanæ præſtantiam ſuam deſiderare uidebantur, facta eſt dilatio belli. Demum exercitum in Alexandriam adduxit. Antonius autem ſuis militibus deſtitutus, & proditus, quum accepiſſet Cleopatram, licet falſò ſibi mortem conſciuiſſe, gladio ſibi uentrem percuſsit, ſeq; in lecto poſuit, deinde ad Cleopatram deductus eſt adhuc uiuens, cui multa dixit, inde ſumpto uino expirauit. Poſt hæc miſit Auguſtus Proculeium, ut Cleopatram uiuam adduceret, quo eius pecunijs congeſtis potiretur, & in triumpho etiam duceretur. Illa tamen cõtendit gladio, quo accincta erat ſeipſam necare. Proculeius uerò ademit ſibi, febre poſtea oppreſſa eſt nimio planctu. Qua de re eam adijt Auguſtus promittens quam plurima, uti ipſa optabat, & hoc ne ſe occideret: attamen ne in triumpho duceretur clam Auguſto ſibi mortem conſciuit aſpidis morſu, in brachio recepto. Accurrens autem Auguſtus inuenit eam mortuam aureo in lecto iacentem regio more ornatam, quam poſtea magnificè ac regiè una cum Antonio ſepeliri iuſsit.* Iacentem regiam] *Id eſt, territam & mœſtam Alexandriam.* Fortis] *Magnanima.* Deliberata morte] *Id eſt, ubi mori decreuit.* Ferocior ſæuis Liburnis] *Appianus lib. 2. ſcribit, Illyriorum gentẽ Liburnos eſſe, de quibus multa in 1. Epodo. Liburni autem ut etiam Porph. ſcribit, dicuntur ad mortem eſſe paratiſsimi.* Scilicet inuidens] *Senſus eſt, quod Cleopatra ſe occidit inuidens Auguſto, ne ipſa regina* Priuata] *Scilicet, regno, id eſt, captiua & ſerua deduceretur in triumpho.* Superbo] *Id eſt, glorioſo, ob eam deductam.*

ODE XXXVIII. AD POCILLATOREM.

Προσφωνητική.

Ode XXXVIII. *Tricolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.*

– ᴗ – – – ᴗ ᴗ – ᴗ – –
– ᴗ – – – ᴗ ᴗ – ᴗ – –
– ᴗ – – – ᴗ ᴗ – ᴗ – ᴗ.
– ᴗ ᴗ – ᴗ

ARGVMENTVM IN ODEN XXXVIII.

Ad miniſtrum ſuum, cui ſcribit ſe non delectari exquiſito apparatu, ſed parabili, frugaliq; uita.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Frugalitas Poëtæ hoc breui carmine oſtenditur. Qua ſanè nihil eſt iucundius ſi recta ualetudo, & uitæ libertas acceſſerit. Voluptas enim, quæ luxu quæritur, plus habet in receſſu amaritudinis, quàm in fronte gaudij.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Monet famulum ſuum, ut frugalẽ paret cœnam, quòd non delectetur magnifico apparatu.

COMMENTARIA.

PERSICOS odi, puer, apparatus,
Diſplicent nexæ philyra coronæ:
Mitte ſectari, roſa quò locorum
Sera moretur.
Simplici myrto nihil allabores
Sedulus curo: neq; te miniſtrum
Dedecet myrtus, neq; me ſub arcta
Vite bibentem.

ACRON.

PERSICOS odi puer apparatus] *Puerum ſuum alloquitur & elegantem miniſtrum, quem ſibi medio cris iubet parare, negans ad uoluptatem opus eſſe magnifico apparatu & optimo. Perſæ autem ob nimias diuitias in ſumptuoſiſſimis delitijs degere dicuntur.* Philyra] *Φύλλον Græcè folium dicitur, hic ergo coronam de folijs factã poſuit, ut quia ipſæ precioſiores ſunt.* Mitte ſectari] *Vetat puerum roſas, quæ iam peracto Vere inueniri ſolent, ſtudioſè quærere.* Sera] *Tarda, ut:*

» *Aeſtatem increpitans ſeram.*

Simplici] *Singulari, cui nihil aliud adiungitur.* Neq; te miniſtrum dedecet] *Id eſt, tametſi myrto præter roſam uteris non te dedecet, quaſi non faciet te gratiæ minoris.* Sub arcta uite] *Sub humili.*

PORPHYR. } Perſicos Odi puer apparatus] *Ad puerum ſuum de hilaritate loquitur, negans ad uoluptatem opus eſſe magno apparatu. Perſæ autem reges ob nimias diuitias in ſumptuoſiſſimis delitijs uitam agere dicuntur.* Diſplicent nexæ philyra coronæ] *Hoc eſt, diſplicent nexæ philyra coronæ operoſius factæ.* Mitte ſectari roſa quo locorum Sera moretur] *Vetat puerum magnopere roſas ſibi quærere, quæ ſolent iam præterito ueris tempore ex frigoribus, afferri.* Simplici myrto nihil allabores] *Senſus: Nihil allabores myrto applicare. Simplex enim myrtus delectat, nec in hac re uolo ſedulus ſis, id eſt, curioſus, ut pluſquàm myrto coroneris. Ordo eſt autem:* Nihil curo, *id eſt, non curo, ac per hoc nolo.* Neq; me ſub arcta Vite bibentẽ] *Arctam uitem ſpiſſam, ac per hoc umbroſam accipe. Plautus in Aulularia myrtum etiam fœminino genere dixit & neutro. Fœminino, ſic. Per myrteta proſilit, & hæc myrtus Veneris eſt, hæc myrteta locum ſignificat.*

CHRIST. LAND. } *Demonſtrauimus in uita poëtæ modeſtiam, & frugalitatem eius in omni uita. Ipſa autem in hoc loco ad puerum ſuum ſcribens, oſtendit quàm ſimplici apparatu delectetur.* Perſicos] *Nimium luxurioſos & delitioſos, ut Perſæ conſueuerunt. Quod in multis locis, ſed maximè in uita Alexandri oſtenditur, qui quidem uehemẽter milites ſuos offendit, quod omiſſa ſeueritate Macedonica, Perſarũ luxui ſe dediſſet.* Philyra] *Græcè ſtemmata, id eſt, coronæ, in τῶν φυλλῶν, id eſt, ex folijs. Coronæ nexæ, id eſt, coronæ, quæ ex connexis inter ſe frondibus efficitur.* Sectari] *Id eſt, diligenter ſequi, & quaſi inueſtigare, unde philoſophorum ſectæ dicuntur.* Sera moretur] *Nam elapſo ſuo tempore roſæ, non niſi in raris locis reperiuntur.* Sera] *Serotina.* Moretur] *Quia ultra cæteras duret.* Simplici myrto] *Intellige agimus.* Simplici] *Villi rei admixta nihil. Ordo eſt, ego nihil ſedulus curo ad labores, id eſt, ego non utor tam exquiſita diligentia in his rebus, ut laborem. Sedulus dicitur, quaſi ſine dolo: nam qui fideliter agit, diligenter agit.* Myrtus] *Neq; dedecet te, nam cum modica re delectet, quòd oſtenditur, quia ſatis ad ornatum eſt, mihi uitis cuius umbra tegat, & tibi & mihi concedens eſt myrtus.*

ERAS. ROT. } Mitte ſectari roſa] *Nec te maceret deſiderio rerum, quæ reuocari, reſtituiq; non queunt, uelut exactæ iuuentæ, formæ uirium, fortunæ. Nam ut nihil roſa gratius, ita nihil minus diuturnum. Habent enim roſæ ſuum tẽpus, ſed perbreue.*

ANG. POL. } *Philyra quid ſit, uideo neſciri à pleriſque peruerſeq; etiam à nonnullis interpretibus accipi. Nam uocabulo eo ſic utitur Horatius 1. carminum:*

» *Diſplicent nexæ philyra coronæ.*

Et Ouidius item 5. Faſt.

» *Ebrius incinctus philyra conuiua capillos.*

Salutat] *Quo apparet uſum ipſius apud ueteres in coronamentis fuiſſe percelebrem. Iam primùm igitur ſi conferat, quæ ſuper philyra Theophraſtus in 3. de Plantis, quæue item Plinius in 16. Naturalis hiſtoriæ narrant, facilè nimirum cognoſces, eandem apud nos eſſe Tiliam, quæ philyra ſit apud Græcos. Ac ſic etiam Theodorus Gaza, quantumuis homo doctus & diligens interpretatur. Porrò autem tuniculæ etiam quædam ex libro ipſo Tiliæ arboris, uel ad eius imitamentum factæ, quibus aut lemniſci fierent, id eſt, faſciolæ de coronis pendulæ, aut libelli Græco uocabulo peculiariter appellatæ philyræ. Teſtatur partem ex his eodem libro Plin. his uerſibus: Inter corticem & lignum, tenues tunicas, multiplici membrana, è quibus uincula Tiliæ uocantur, tenuiſſimæ earum philyra coronarum lemniſcis celebres antiquorum honore, rurſusq; idem lib. 1. atque 20. de lemniſcis & philyris, ita meminit: Craſſus diues primus argento, auroq; folia imitatus ludis ſuis coronas dedit. Acceſſerunt quoq; & lemniſci, quos adijci ipſarum coronarum honos erat, propter Hetruſcos, quibus iungi niſi aurei, non debebant: puri diu fuere ij. Calare eos primus inſtituit P. Claudius Pulcher, Bracteaſq; etiam philyræ dedit. Porrò lemniſcatas coronas, etiam (ni fallor) in numiſmatis Laurentij Medicis identidem uidemus, deq; his mentio quoq; apud Suetonium, ſicuti idem à Pompeio Feſto lemniſcorum uocabulum diligenter exponitur, deq; lemniſcis itidẽ non nihil Tertullianus quoq; in libro de corona militis. Nicas autem in commentario, quem per ordinem literarum compoſuit, Græcè ille quidem ſed in hunc fermè intellectum Philyram interpretatur. Philyra, inqt, planta librum papyro ſimilem habens, ex quo etiam funes complicãt. eſſe autem ductilem philyram laniciJ modo, uel uetilem potius. Innuit & Tertullianus idem in libello eo, qui de pallio inſcribitur. Quin Herodianus etiam Græcus author olim à nobis in Latinum conuerſus, & Innocentio octauo Pont. Max. dedicatus libro ipſo hiſtoriæ 1. mentionem libelli facit è philyra tenuiſſima, utroq; uerſum replicabili. Sed & Capella Marcianus libro de Philologiæ nuptijs 2. Cernere erat, inquit, qui libri, quantaq; uolumina, quot linguarum opera ex ore uirginis defluebant. Alia ex papyro, quæ cedro perlita fuerant uidebãtur. Alij carbaſinis uoluminibus implicati, libri ex ouilis multi quoq; tergoribus. Rari uerò in philyræ cortice ſubnotati. Tum iſta quoq; Vlpiani uerba reperias in titulo Digeſtorum, de legatis, & fideicommiſsis, librorum appellatione continentur omnia uolumina, ſiue in charta ſiue in membrana ſint, ſiue in qualibet alia materia. Sed & ſi in philyra, aut tilia, ut nonnulli conficiunt, aut in alio corio, idem enim erit dicendum. Denique etiam Euſtathius in commentario 2. Homericæ Odyſſeæ, facta prius de nauticis rudentibus mentione, corticem Tiliæ dicit: quàm Græcè philyram nominat, plurimam id genus funium ſuppeditare materiam. Receptum autem uidetur ex eo, ut corta quoq; ſingula, uel tunicas, aut membranulas etiã materiæ diſparis à Tilia, philyras uocent, aut philuras y, Græca in u commutata, ueteri & peruulgata Latinorum conſuetudine. Sicuti de papyro agens Plin. lib. 13. Præparãtur ex eo, inquit, chartæ diuiſæ acu in prætenues, ſed quam latiſſimas philyras. Nam illud utiq; ad hæc enarranda, neutiquã pertineat, quod idem ait Plinius lib. 14. philyra cocos, & polline nimium ſalem cibis eximere.*

IOAN HART. } Perſicos apparatus] **πλουσιώτερος**, *Crœſo ditior.*

HENR. GLAR. } Diſplicent nexæ philyra coronæ] *Angelus Politianus lib. Miſcellaniorum cap. 72. multa de philyris ac lemniſcis in hunc ediſſerit locum, quem Acro non uidetur intellexiſſe. Mancinellus tamen non neglexit, à Politiano ne monitus, ignoro. Nam eodem uixiſſe illos tempore notum eſt.*

HERM. FIGVL. } Perſicos apparatus] *Hoc eſt, nimis exquiſitos ac ſumptuoſos, quia Perſæ plurimũm ualent magnificentia, autore Plutarcho. Hi cùm antea in uimineis toris diſ-*

cumberent, poſtea lectos auro fulgentes, & gemmis magnificè conſtruxêre, in quib. uaſa non minoris cenſus adæquarunt. Xerxes Perſarum rex, opũ regiarum oſtentatione eximia, eò uſq; luxuria gaudens, ut edicto præmium ei proponeret, qui nouum uoluptatis genus reperiſſet, ut legitur apud Valerium. Odi] Erat enim Horatius ualde frugalis, parciſſimiq; cibi, ideoq; continenter & ſobriè uiuebat, tenui uictu, & modico contentus apparatu. Vt ipſe lib. 1. Sermonum, Satyra ſexta cecinit, his uerſibus:

» Incedo ſolus, percunctor quanti olus, ac far,
» Fallacem circum, ueſpertinumq; pererro
» Sæpe forum, aſſiſto diuinis, inde domum me
» Ad porri, & ciceris refero, laganiq; catinum.
» Cœna miniſtratur pueris tribus, & lapis albus
» Pocula cum cyatho duo ſuſtinet, aſtat echinus
» Vilis, cum patera guttus, Campana ſuppellex.

Sciebat enim prudentiſſimus Poëta, uictum ad ualetudinem corporis & uires ſaltem referendum eſſe, non ad luxum: uoluptatemq; nõ ſatis eſſe dignam hominis præſtantia. Nam ſi conſiderare uolumus, (inquit Cicero) quæ ſit in natura hominis excellentia & dignitas intelligemus, quàm ſit turpè diffluere luxuria, & delicatè, ac molliter uiuere: quanquam honeſtum, parcè, continenter, ſeuerè, ſobrieq; uiuere. Nexæ philyra coronæ]Romanis enim inter cœnandum corollas poculis accipere, feſtiſq; diebus coronatos & ſertis redimitos epulari mos erat cum lemniſcis, qui erant faſciæ coloratæ, quæ coronis addebantur. Philyra] Hoc eſt, Tiliæ cortice, qua ad funes uſos eſſe ueteres, manifeſtum eſt. Mitte ſectari roſa] Ne te maceres deſiderio rerum, quæ reuocari, reſtituiq; non queunt, uelut exactæ iuuentæ, formæ, uirium, fortunæ. Nam ut nihil eſt roſa gratius, ita nihil minus diuturnum. Habent enim roſæ ſuum tempus, ſed perbreue. At exquiſitiùs delicati, etiam alieno tempore roſam quærunt. Hæc Eraſmus in Prouerbio: Roſam quæ præterierit, ne quæras iterum. Simplici myrto nihil] Ego contentus ſola & ſimplici myrtea corona, diligenter curo, ne quos alios adycias flores. Erat autem myrtus arbor Veneri ſacra, & propterea conuiuijs adhibebatur.

THEOD. PVLM. } 5 Simplici myrto] Plectilem coronam intelligit. Sibi enim uult coronã plecti è ſimplici myrteo ramo: nam lemniſcos nihil moratur, nec deſiderat, quos reycit, cùm ait,

» Diſplicent nexæ philyra coronæ.

Turneb. lib. 18. cap. 29.

M. ANT. MVRET. } 1 Nunc eſt bibendum] Alcæus apud Athenæum lib. 10.

» Νυν χρὴ μεθυσκειν, καί τινα πρὸς βίαν
» Πινειν, ἐπειδὴ κάτθανε Μύρσιλος.

Profectò enim, quamuis apud Athenæum legitur πονεῖν, tamen conſtat legendum, πίνειν, quod mirum eſt non animaduertiſſe eos, qui ante me hoc annotarunt. Nam quòd malè diſtinxerint uerſus, quoquo modò ignoſci poterat, ſi ſaltem hanc tam inſignem mendam ſuſtuliſſent.

GEORG. FABR. } Poëta ſimplicem mediocritatem luxui ſumptuoſo anteponit, neq; alia quàm ſimplicia, & uſitata à famulo apponi poſtulat.

IOD. BAD. ASCENS. } Perſicos Odi] Hæc Ode huius libri ultima modeſtè commemorat poëta parſimoniam ſuam, ſignificans ſe amare cœnam parabilem ſine magno apparatu: idq; ex profeſſione Epicuri, qui cum uoluptatem potiſſimùm animi, ſummum bonum cenſeret, nec eam aſſequi poſſet, niſi modicis contentus ſit: non enim cuiuis cõtingere poteſt rerum affluentia, ſæpè ad parſimoniam, et ut apud Senecam legitur parcos hortulos inuitauit ſectatores ſuos. Ordo igitur eſt. O puer] Id eſt, miniſter. Ego odi] Id eſt, odio perſequor. Apparatus Perſicos] Id eſt, nimis lautos & ſumptuoſos, quales habent Perſæ unguẽto & reliquo apparatui nimis indulgentes. Et coronæ] Scilicet, ex roſis, hoc eſt, ſerta. Nexæ] Id eſt, connexæ filis. Philyra] Id eſt, ad philyram, hoc eſt, circulum factum, ex libro ſeu cortice interiore tiliæ. Diſplicent ſup. mihi] Quaſi dicat, contentus ſum ſimplici fronde. Et ideò mitte] Id eſt, omitte aut dimitte. Sectari] Id eſt, diſquirere. Quo locorum] Id eſt, in quo loco. Roſa moretur] Id eſt, permaneat antequam defluat. Sera] Id eſt, tarda. Vt ſcilicet faciunt delicati, qui roſas cùm apud ſe defecerint ex alienis locis comparant. Ego curo] Id eſt, uolo. Vt tu ſedulus] Id eſt, quamuis ſis ſedulus, id eſt, ſeorſum à dolo, hoc eſt, diligenter ſeruiens. Nihil allabores] Id eſt, nihil per laborem adycias. Myrto ſimplici] Id eſt, puræ & impermixtæ. Quia neq; myrtus dedecet te miniſtrum] Id eſt, cũ ſis miniſter. Neq; dedecet me bibendum] Id eſt, cum bibere parem non ſub lacunari aureo. Sed ſub uite etiam arcta] Id eſt, non ſanè ampla.

ANT. MANCIN. } XXXVIII. & ultima huius primi uoluminis Ode ſuo puero ſcribens, odiſſe ait Perſicos & ampliſſimos apparatus. Itaq; mediocria ſibi ad uoluptatem paranda monet. Perſicos odi puer apparatus] Vt nõ Perſæ magnoperè tẽperant, tamen cuiuſcunq; generis uoluptatibus, quas audierint frui ſtudent. Quod Herodotus lib. 1. ſcribit.

» Diſplicent nexæ philyra coronæ.

Philyra caſus eſt ablatiui. Vnde Ouid. eſt lib. 5. Faſt. ait:

» Ebrius incinctus philyra conuiua capillos
» Saltat. ——

Plin. lib. aut 15. de Tilia inquit. Inter corticem & lignũ tenues tunicas eſſe, multiplici membrana, è quibus uincula tiliæ euocantur. Tenuiſſimæ earum philyræ coronarum lemniſcis celebres antiquorũ honore. Feſtus uerò ſcribit: Lemniſcos Faſciolas fuiſſe dependentes ex coronis. Plin. lib. 21. cap. 3. ſic ait: Craſſus diues primus argento, auroq; folia imitatus, ludis ſuis coronas dedit. Acceſſerunt quoq; & lemniſci, quos adyci ipſarum coronarum honos erat, propter Hetruſcas, quibus iungi, niſi aurei non debebant. Puri diu ſi. ſe]
Id eſt, calare eos primus inſtituit P. Claud. Pulcher, Bracteaſq; etiam philyræ dedit. Hæc ille. Philyra] Id eſt, tiliæ libro & membranula. Sera]Tarda. Moretur]Moram trahat ultra alias Plinius lib. 21. ſcribit: Quòd roſa Carthagine Hiſpaniæ hyeme quoq; tota præcox eſt. Præcox item Campana, ſera Mileſia. Nouiſſimè tamen deſinit Prænæſtina. Simplici nihil] Id eſt, cui nil aliud addatur. Eſt autem Ordo. Sedulus ego curo nihil allabores] Id eſt, laborando addas ſimplici myrto. Sedulus] Sine dolo & ſimplex. Sub arcta uite bibendum] Pampinis denſa & umbroſa, quod quidem in æſtu pergratum eſt.

COMMENTARIORVM VAR. AVTHOR IN Q. HORAT. CARMINVM LIBRVM I. FINIS.

Q. HORATII FLACCI

CARMINVM, CVM VARIORVM DOCTISSIMORVM, TAM NEOTERICORVM, QVAM ANTIQVISſimorum Grammaticorum, Commentarijs ac Annotationibus, in unum Opus collectis:

LIBER SECVNDVS.

ODE I. AD ASINIVM POLLIONEM.

Πραγματική.

Ode I. *Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.*

—— ∪— — —∪∪ —∪∪
—— ∪— — —∪∪ —∪—
—— ∪— —— ∪— ∪
—∪∪ —∪ —∪ —∪

ARGVMENTVM IN ODEN I.

Deterret Aſinium Pollionem, uirum undecunque eruditiſsimum & ornatiſsimum à ſcribenda hiſtoria belli ciuilis inter Cæſarem & Pompeium, quod id adhuc minus tutum eſſet, laudatque eum à pietate, & prudentia, à dignitate quod de Dalmatis triumphârit, ab eloquentia, quod ita ſcribat, ut res geri uideatur, non narrari, & ob oculos poni. Hinc belli ciuilis calamitatem deflet, quo Romani ſe mutuò conficiunt. Denique Muſam monet, ut à cantu lugubri temperet & næniis, cuius inuentor fuit Simonides Ceus.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Aſinium Pollionem uirum eloquentiſſimum, Poëtam Tragicum & hiſtoricum hortatur, ne bellum ciuile in literas referat. Nondum omninò penitus extincta eſſe odia: Itaque facilè fieri poſſe, ut periculum ſibi accerſat. Deinde infelicitatem Romanæ cladis deteſtans: ad ſcribenda Lyrica, Muſæ præſidium aduocat.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Aſinium Pollionem, doctiſſimum atque fortiſſimum uirum, ciuile bellum inter Cæſarem & Pompeium exprimere uolentem, à propoſito deterret, quòd illud ſatis periculoſum adhuc ſit. Prædicatque eius pietatem, fortitudinem, & eloquentiam. Poſtea calamitatem, quam populus Romanus ex bello ciuili accepit, deplorat. Denique Muſam à lugubri carmine, ſibi minus conuenienti, auocat.

COMMENTARIA.

ACRON.

MOTVM ex Met.] *πραγματικὴ τετράκωλος, in qua poſt duos uerſus alia inchoantur metra. Ad Aſinium Pollionem ſcribit, conſularem uirum rhetoricæ, & poëticæ diſciplinæ peritum, ſcribendarum etiam Tragœdiarum ſtudio doctum, & quòd ciuilis belli hiſtoriam inter Pompeium & Cæſarem geſti, ſcribere cœperat, ſciret rem ſe inchoaſſe periculoſam. In ipſa admonitione bellorum ciuilium calamitatem refert, à Lentuli & Marcelli conſulatu cœptam, quam altius repetit, id eſt, à Marcello Celere & Afranio.* Ex Metello] *Ideò quia Syllæ fuit collega.* Ciuicum] *Pro ciuile, ſicut hoſticum pro hoſtile ueteres dixerunt.* Bellique cauſas] *Eo quod Cæſari negatus triumphus bellum fecerit.* Ludumque Fortunæ] *Quæ ludibrio habet res humanas.* Grauesque Principum amicitias] *Quæ nec perpetuæ fuerant, & reip. graues, ut Lucan. Temporis Auguſti manſit concordia diſcors: Paxque fuit non ſponte ducum. Craſſus enim amicitiarum fœdus ad tempus tenebat, quo mortuo, Antonius, Auguſtus, & Lepidus facto Pompeio imperatore, colliſi ſunt.* Graues] *Autem pernitioſas aut infidas.* Nondum expiatis uncta cruoribus] *Id eſt, de quibus nondum loti cruores ſint, quo debito ueluti expiarentur delicto. Vult ergo intelligi adhuc in manibus eſſe arma ciuilia, nec ſicut ſolebat, bello uncta repoſita.* Periculoſæ] *Periculum inferentis.* Aleæ] *In militia igitur alea ludebatur, ne exercitus otio torperet. Quòd autem periculoſæ addit, fraudem & liuorem ludo illo prodeuntem reſpexit.* Cineri doloſo] *Allegoricôs dixit, ſicut ignem cinere opertum: Ita adhuc odia belli ciuilis ſub ſpecie pacis latêre, nec tutum eſſe per hiſtoriæ ueritatem, horum offendi animos, qui ea geſſerunt.* Paulum ſeueræ Muſa tragœdiæ Deſit theatris] *Vt depoſito tragico ſtylo Pollio cautiùs cœpta deſcriberet. Vno enim tempore & tragœdiã & hiſtoriam ſcribebat. Id eſt, non cantetur in Theatris edita à te tragœdia, dum occuparis hiſtoria, actus publicos referendo.* Cecropio] *Athenienſi. Theſpis enim apud Athenas*

MOTVM ex Metello conſule ciuicum,
Bellique cauſas, & uitia, & modos,
Ludumque Fortunæ, grauesque
Principum amicitias, & arma
Nondum expiatis uncta cruoribus,
Periculoſæ plenum opus aleæ
Tractas, & incedis per igneis
Suppoſitos cineri doloſo.
Paulum ſeueræ Muſa Tragœdiæ
Deſit theatris: mox, ubi publicas
Res ordinaris, grande munus
Cecropio repetes cothurno,

nas primus tragœdiam frequentius dixit uſu Cothurnorum, ut:

» *Sola Sophocleo tua carmina digna Cothurno.*

Præſidium reis] *Fuit enim & cauſidicus Pollio, & defenſionem reis frequenter impendit.* Et conſulenti] *Hoc eſt, curiæ expetenti à te das conſilium.* Cui laurus æternos] *Laurum hic pro uictoria poſuit. Salonas enim Dalmatarū ciuitatem, Pollio ceperat, unde & filiū ſuū, eo quòd natus ibi eſt, quandò ibi erat, Saloninum appellauit. Quamuis Laurus & poëtæ conuenit, nam & carmina faciebat. Virg.*

» *Pollio & ipſe facit noua carmina.*

Iam nūc minaci] *Laus relatoris, tanquam hæc ipſa, quæ ſcriberet, ita commendaret, ut ſe auditor crederet intereſſe. Virg.*

» *Tū Phaëtontiadas muſco circundat amaræ*

» *Corticis.——*

Fugaces equos] *Aut ueloces, aut ſplendorem pauēſcentes armorum.* Equitumq́ uultus] *Vt etiam homines terreret fulgor exercitus.* Audire magnos iam uideor duces] *Videtur mihi quod audiam, aut ipſos concionantes duces, aut referentem de ducibus Pollionē.* Non indecoro] *Glorioſo.* Puluere ſordidos] *Puluere bellico ſordentes.* Atrocem] *Conſtantem: Portius enim Cato apud Vticam elegit potiùs interire, quàm in hoſtium poteſtatem uenire.* Iuno] *Ordo eſt:* Iuno, & quiſquis deorum amicior Afris impotens ceſſerat, inulta tellure retulit Iugurthæ inferias nepotes uictorum, ſcilicet Romanorum, qui Carthaginem uicerant. Et Deorum Quiſquis amicior] *Tanquam ciuilia bella, quæ poſtea geſta ſunt in Africa, ad uindictam Africæ ſuperatæ, Iunonis ira uel deorum fecerit commoueri.* Iugurthæ] *Hannibalem intelligi uoluit, in commemoratione Iugurthæ, aut certè, quia in Africa tempore belli ciuilis multi Pompeiani occiſi ſunt.* Quis non Latino ſanguine pinguior] *Quis non Romanorum ſanguine, uel ſepulchris campus repletus? Lucanus.*

» *Totoq́ exercitus orbe Te uincente perit.*

Auditumq́ Medis] *Pro cladis magnitudine dicit bella ciuilia etiam Perſis audita. Virg.*

» *Quibus actus uterque.*

» *Europæ atq́ Aſiæ fatis concurrerit orbis*

» *Audijt, & ſi quem tellus extrema refuſo,*

» *Summouet Oceano.*

Quis gurges] *Τὸ πέλαγος eſt. Gurgitē enim pro mari poſuit, ut:*

» *Apparent rari nantes in gurgite uaſto.*

Quod mare Dauniæ] *Apuliæ, à Dauno, ſed per Apuliam omnis Italia accipienda eſt, in qua ſanguis Romanorum fuſus eſt. Vel quia per Adriaticum mare de Brunduſio Cæſar profectus eſt, Pompeium ſequens. Luc. Brunduſium decimis iubet hanc attingere caſtris.* Non decolorauêre cædes] *À proprio colore mutauêre. Luc.*

» *Tum primum rubuit ciuili ſanguine Nereus.*

Quæ caret ora] *Pars regionis, aut terræ.* Sed ne relictis Muſa procax iocis] *Id eſt, ne cum lyrico carmine aptiores ſint ioci, improbè faciat Muſa, ſi lugubria miſceat. Ordo eſt: Sed tu Muſa procax ne relictis iocis retractes munera næniæ Ceæ, quære mecū ſub Dionæo antro modos leuiore plectro.* Næniæ] *Nænia carmen lugubre, quod mortuis dicebatur, quod nunc Græcè ἐπικήδειον appellatur, quod Simonides Græcus poëta Lyricus, primus inſtituit, à Cea inſula oriundus: unde & Ceæ næniæ poſuit, de qua Virg.*

» *Cui pinguia Ceæ, & Ouidius:*

» *Cingitur Aegæo inſula Cea mari.*

Insigne mœſtis præſidium reis,
Et conſulenti Pollio curiæ:
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.
Iam nunc minaci murmure cornuum
Perſtringis aureis: iam litui ſtrepunt:
Iam fulgor armorum fugaces
Terret equos, equitumq́ uultus.
Audire magnos iam uideor duces
Non indecoro puluere ſordidos:
Et cuncta terrarum ſubacta,
Præter atrocem animum Catonis.
Iuno, & Deorum quiſquis amicior
Afris, inulta ceſſerat impotens
Tellure: uictorum nepotes
Rettulit inferias Iugurthæ.
Quis non Latino ſanguine pinguior
Campus ſepulchris impia prælia
Teſtatur? auditumq́ Medis
Heſperiæ ſonitum ruinæ?
Qui gurges? aut quæ flumina lugubris
Ignara belli? quod mare Dauniæ
Non decolorauêre cædes?
Quæ caret ora cruore noſtro?
Sed ne relictis Muſa procax iocis
Ceæ retractes munera næniæ:
Mecum Dionæo ſub antro
Quære modos leuiore plectro.

Procax] *Petulans.* Relictis iocis] *Relicto lyrico carmine.* Dionæo ſub antro] *Sub Niſa. Parnaſus mons Bœotiæ biceps, id eſt, bina iuga habens, quorum alterum uocabatur Cyrrha, Phœbo ſacratum: alterum Niſa Libero: ſub illo, qui ſtudebant, in tutela erant Apollinis: ſub hoc, in tutela Bacchi.*

PORPHYR. } Motum ex Metello cōſule ciuicum] *Hæc Ode ad Aſinium Pollionem conſularem uirum & triumphalem ſcripta eſt, qua hortatur eum, ut omiſſo tragœdiarum ſcribendarum ſtudio, inchoatum hiſtoriæ opus conſumet. Ac perinde πραγματικὸν id eſt, in tranſlatione bellorum ciuilium, Pollio hiſtoriam belli ciuilis à conſulatu Lentuli & Mamerci cœptam altius repetit, id eſt, à Metello Celere, & à L. Afranio conſulibus. Attende autem non ciuile, ſed ciuicum dixiſſe antiqua figura, illi enim ciuica hoſtica: deinde ciuilia, & hoſtilia dicebant. Denominationes autem hæ ferè liberæ ſunt apud doctos, & motum pro bello poſuit.* Ludumq́ Fortunæ] *Hoc eſt, quæ res humanas ludibrio habet.* Et arma Nondum expiatis uncta cruoribus] *Id eſt, loti cruores ſint: ergo intelligi uult penè adhuc in manibus eſſe arma ciuilia. Solent autem ungi arma, cùm poſt bellum tranſactum reponenda ſunt. Ordo ergo eſt:* Nondum expiatis cruoribus uaſta arma. Periculoſæ plenum opus aleæ Tractas, & incedis per ignes Suppoſitos cineri doloſo] *Allegoricôs adhuc odia belli ciuilis ſub ſpecie pacis latêre oſtendit, nec tutum eſſe hæc ſcribere.* Paullum ſeueræ Muſæ Tragœdiæ Deſit theatris] *Quoniam, inquit, hæc ſcribere deſtinaſti, parce tantiſper tragico ſtylo. Sæueram autem tragœdiam meritò dicit, quod triſtia ferè ſint argumenta tragœdiarum.* Mox ubi publicas] *Id eſt, ubi hiſtorias, quæ publicas res continent.* Ordinaris] *Id eſt, deſcripſeris.* Inſigne mœſtis præſidium reis, Et conſulenti Pollio curiæ] *Per quod ſignificat, & fortiſsimè eum cauſas reorum in iudicijs defendere, & præterea prudentiſsima conſilia in ſenatu dare.* Cui laurus æternos honores] *Ideò hoc dicitur, quia Pollio Salona urbe ex Dalmatis capta triumphauit.* Grande munus Cecropio repetes cothurno] *Cecropio cothurno inquit, quia apud Athenienſes primū eſt ſcripta, atq́ acta tragœdia, Theſpi inuentore eius atq́ actore.* Iam nunc minaci murmure cornuū] *Iā uideor uidere & audire ea, quæ hiſtoria refert, per quod ſignat ui eloquentiæ Pollionē omnia fere ante oculos in relatione pugnarū inducere.* Fugaces Terret equos] *Fugaces pro ueloci b. accipe, & in ſermone, hodieq́ fugam pro uelocitate dicimus, cum de equis loquimur.* Audire magnos iā uideor duces] *Ambiguū; utrū enim ipſos duces cōcionantis audire ſe dicat, an Pollionē de ducib. narrantē, incertū eſt.* Non indecoro puluere ſordidos] *Specioſè ac decenter dictū puluere nō indecoro ſordidos, quaſi puluere bellico pulueratos.* Præter atrocē animū Catonis] *M. Portiū Catonē ſignat, qui Vticæ maluit ſe interficere imminēte Cæſare, quā in poteſtatem eius uenire.* Iuno & deorū quiſquis amicior Afris inulta ceſſerat impotēs tellure] *Senſus eſt: Iuno & quicūq́ alij dij Carthaginienſib. fauerāt, ultionē uaſtæ Africæ ex poſteris eorū, qui eā uaſtauerūt, nunc receperūt.* Impotēs] *Aūt non potēs, id enim ad uictos ſine uirtute intelligēdū.* Rettulit inferias Iugurthæ] *Nunc Iugurthā intelligit, omnib.* Quis nō Latino ſanguine pinguior Cāpus] *Cāpus nullus eſt, q nō ſepulchris Rom. bella ciuilia fuiſſe, & ſanguine Rom. pinguē factū eſſe oſtendat.* Auditumq́ Medis Heſperiæ ſonitum

uirum ruinæ] De ſuperiore oſtendit, ſic enim intelligendum: Quis non campus ſepulchris teſtatur, impia prælia, ſonitumq; Heſperiæ, quem etiam Medi audiuerunt. Sonitum autem ruinæ Medos audiſſe.i. ſuper orbem tranſilire κα θ' ὑπερβολὴν intelligendum. Cuius ſenſus ex ſubiectis magis illuſtratur quod dixerit. Qui gurges] Quæ flumina lugubris ignara belli. Quod mare Dauniæ non decolorauêre cædes] Daunia à Dauno rege Apuliæ, ac per hoc Italiæ, ac deinde Romanæ intelligendũ. Sed ne relictis Muſa procax iocis Ceæ retractes munera næniæ] Nænia lugubre carmen eſt, quod in mortuos cantatur. Simonides autẽ ex Cæa inſula Lyricus poëta θρῆνος, id eſt, planctus optimè deſcripſit. Inde Cæam næniam appellauit. Senſus eſt autem. Cùm lyrico carmini aptiores ioci ſint, procaciter egeris ô Muſa, ſi lugubria potiùs Dionæo modulata plectro fueris, quàm Venerea, quæ leuioribus modulis aptantur. Dionæo ſub antro] Venereo, quia Dione dicitur Venus à loco. Quære modos leuiore plectro] Meditare mecum lyrica carmina. More ſuo agens coërcit ſemetipſum, à narratione præliorum ad lyricam reuertens, ad quam pertinet diſputare de amoribus & leuibus rebus.

CHRIST. LAND } Alloquitur Aſinium Pollionem uirum, & ſumma etiã in libera repub. dignitate, & in poëtica excellentem, & qui maxima authoritate eſſet apud Auguſtum. Hic ductor Germanici exercitus cùm poſt captas Salonas Dalmatiæ ciuitatem primò meruiſſet lauream, poſt etiam conſulatum adeptus fuiſſet, eodem anno ſuſcepit filium, quem à captis Salonis, Saloninum nuncupauit. De quo Virg. meminit in Buc. Pollionum autem familiam à Numa Pompilio ſecundo Romanorum rege originem habuiſſe tradunt. Scripſit tragœdias optimè, unde Virg.

Pollio & ipſe facit noua carmina.

Hoc igitur tempore cum omiſſis tragœdijs hiſtoriã ciuilis belli inter Cæſarem & Pompeium ſcribere inciperet, dehortatur illum à ſcribendo tanquã non poſſet huiuſcemodi res peragi ſine offenſione multorum adhuc uiuentium. Nam & ſi Auguſtus omnia iam pacaſſet, tamen clandeſtina odia multa in hominum mentibus reſidebant. Verſatur igitur poëta in genere deliberatiuo, cuius finis eſt utilitas, quæ diuiditur in tutum & honeſtum. Quapropter à tuto arguit, ut abſtineat ab hiſtoria ciuilis belli, ne ambulet per ignes cineri tectos. Item ab honeſto, cùm honeſtum ſit non refricare uulnera belli iam præteriti. Non enim renouanda diſcordiarum memoria, ſed penitùs delenda eſt. Quod & Pythagoras myſticè iubebat. Eſt enim in ſui præceptis, ut ſi uſpiam ſanguis humanus ſparſus cernatur, illico lapidibus obruatur. Motum] Id eſt, tumultum, & commotionem, & in ſententia bellum. Non enim participium eſt, ſed uerbale nomen hic motus, huius motus. Alij uolunt participium & ſubintelligunt bellum. Ciuicum] Ciuile. Ex Metello conſule] Pleriq; huic bello initium dant conſulatũ Marcelli & Lentuli, quo tempore in ſenatu agitatum eſt de ſucceſſore Cæſari mittendo cum ille negaret ſe exercitum dimiſſurum, niſi Pompeius quoq; dimitteret. Qui uerò rem altius repetunt à conſulatu Metelli Celeris & Aphricani incipiunt. Cauſas belli] Quæ fuit nimia in Pompeio, Cæſareq; cupiditas imperandi, cùm neuter, qua in libera repub. decet poſſe uideretur. Pompeius enim iam in ciuitate ſummus Cæſarem ſibi adiunxit, ut illius opibus munitior aduerſus æmulos eſſet, atq; adnitente Pompeio Cæſari Gallia prouincia in quinquennium cum ualido exercitu decreta eſt, damnante id conſilium Cicerone quod hominem omni uirtute præſtantem nimis extolleret. Finito deinde quinquennio cùm rurſus in aliud quinquennium ſibi imperium prorogatum eſſet tum demum illius potentiam exhorrere cœpit Pompeius, atq; ea moliri, quibus à tanto gradu uirum iam ſibi ſuſpectum deijceret. Nam & legionem cuius Labienus præerat, & à Cæſare repetit, & ſibi tanquam contra Parthos ituro tradi curauit. Simul etiam noluit quod illius abſentis ratio in conſulatus petitione haberetur, neq; poterat ille urbem ingredi, ſi triumphum aſſequi uolebat, maximè ergo exarſit quod ſibi ita doloſè triumphus eriperetur, ergo cum multa etiam iuſta negaret, cauſam dedit, ut animus dominandi cupidus, quæ iniuſta eſſent aggrederetur. Optimè ergo Lucanus.

Atq; arma tenenti omnia dat qui iuſta negat.

Vitia] Imperatorum, nam in Pompeio nimia arrogantia, cum neminem ſibi parem cuperet. In Cæſare nimia dominandi cupiditas apparebat. Fortunæ] Quæ ludibrio habet res humanas. Graues amicitias] Nam niſi affinitas, amicitiaq; inter Pompeium, & Cæſarem interceſſiſſet, neuter ad tantas opes aſpirare potuiſſet, ergo graues, & moleſtæ populo Romano, cùm illorũ amicitia libertatem ad exitium tandem deduxerit. Arma uncta] Quaſi repoſita, nam unguntur ne rubiginem contrahant. Nondum expiatis cruoribus] Id eſt, purgata cæde: uel uncta, cruoribus, id eſt, infecta, quia unctuoſitas quædam apparet in ſanguine. Plenum aleæ] Plenum fortunæ, nam quemadmodum alearum ludus ſemper periculum affert, & dubius eſt in eo euentus, ſic & ipſa fortuna periculũ affert, ne multos offendas in hiſtoria ſcribenda. Ignes ſuppoſitos cineri doloſo] Optima tranſlatio, nam quemadmodũ euenit, ut qui credunt per cinerem iam frigidũ ambulare, ſæpè lædantur ab igne ſuppoſito cineri, quem adeſſe non ſuſpicabantur, ſic tu deſcribendo hiſtoriam putas inuenire animos uacuos omni perturbatione. At multi clandeſtinum & occultum retinent odium. Doloſo cineri] Dat ſenſum rei inſenſatæ: Non enim ſenſum habet, ut patere dolos ignis, quemadmodum ex dolo ſuam mentem occultãt homines, id ergo quod caſu euenit igni dolo dat. Seueræ tragœdiæ] Quia & ſeueriſſimæ res in tragœdia tractantur, & ſeuerus in illis ſtylus adhibetur. Abſit theatris] Id eſt, ne ſcribito tragœdias, & patere, ut deſint theatris in quibus per manos perſonatos cõſueuerunt agi, & hoc ad paruum tempus, donec tu ordines reſp. id eſt, deſcribas hiſtoriam, deinde redibis ad tragœdias ſcribendas. Grande munus] Nam grandia continet tragœdia. Cecropio cothurno] Id eſt, Athenienſi. De poëmatum origine non multum conſtat apud ſcriptores, tamen pleriq; inuentionem tragœdiæ Theſpi Athenienſi tribuunt. Sed hæc in poëtæ poëtica latiùs. Dixit igitur Athenienſi propter hoc à Cecrope Athenarum rege, quem dicunt urbem hactenus in pagos diſtributam, mœnibus cinxiſſe. Fuit autem Cecrops iiſdem temporibus, quibus Moyſes apud Hebræos populum ab Aegypto reduxit. Inſigne præſidium] Excellens defenſaculum. Mœſtis reis] Id eſt, ijs reis, qui cum in graui periculo uerſentur mœſti ſunt, & præſidium etiam curiæ. Conſulenti] Id eſt, conſilium petenti. Sententia eſt poſſe Pollionem ſua eloquentia, & in foro amicos defendere & in ſenatu optimum conſilium in dicendis ſententijs dare. Ergo & publicè, & priuatim prodeſt. Erit ergo ordo, ô Pollio inſigne præſidium reis, & curiæ tu tractias mœſtũm ciuium & reliqua. Cui laurus] .i. uictoria qua laurũ meruit. Iam nunc] Oſtendit quantũ ualeat eloquentia cũ ita expreſſa narret, ut res geri, & non narrari uideatur. Perſtringis] Percutis, obtundis. Vt enim oculi nimia luce perſtringuntur, ſic aures nimio ſonitu. Cornuũ] Quia grauiorẽ ſonitum emittunt, murmur dixit. Iam fulgor armorũ] Nam apparebat in Hiſtoria Pompeianos ſolo armorum Cæſarianorum ſplendore terreri. Fugaces, uel quia in fugã uertuntur, uel ueloces. Equitumq; uultus] Etiã terrent equos. Oſtendit enim quanta ferocia in illorũ facie appareret. Audire] Videor, maxima profectò laus ſcriptoris, qui ita animos legẽtiũ moueat, ut ſibi pugnæ intereſſe, & uictores duces audire uideatur, qui clamore ſuo & cõmilitonib. audaciã, & hoſtib. terrorẽ inijciant. Nam ut teſte Hom. oſtendunt, qui de re militari ſcribunt, nõ parua laus eſt in duce uti in prælio magna uoce. Sordidos puluere] Non indecoro. Nam decorũ eſt uictorib. cùm aut puluere, aut cruore deturpati ſunt. Atrocẽ] Conſtantẽ, rigidũ, & inflexibilem. Magna omninò laus, ſed quæ propria ſit tanti uiri de cuius morte in ſuperiorib. dictũ eſt. Iuno] Sententia eſt, ſi Iuno olim ceſſit Romanis expugnantib. Carthaginẽ, neq; ſuos defendere ualuit his tamen tẽporib. ulta eſt ueteres iniurias, cũ tanta in Aphrica Rom. ſtrages facta ſit, ergo & Iuno, & quæcunq; aliorũ deorũ amicior Carthaginenſib. Ceſſerat] .i. tanquã uicta diſceſſerat tellure inulta .i. quã ulciſci nõ potuit, inulta, ergo nõ uindicata, nam paſſiuè poſuit. Impotens, quia reluctari non potuit nunc. Retulit Iugurthæ] Id eſt, Hannibali, nam nomen pro nomine ſæpe ponunt poëtæ. Nepotes uictorum] Id eſt, milites Romanos nuper cæſos in Aphrica, qui poſteri ſunt eorum, qui ſuperauerant Hannibalem. Inferias] Id eſt, ut eſſent inferiæ. Sunt enim inferiæ ſacra, quæ exhibentur defunctis.

defunctis. Erat autem de more apud antiquos, ut ſi quis dux in acie cæſus eſſet, qui capti eſſent ex hoſtibus, ad illius tumulum tanquam hoſtiæ mactarentur. Quare Virgilianus Aeneas, ut Pallantis huiuſcemodi inferias faciundas curaret.

» *Sulmone creatos,*
» *Quatuor hinc iuuenes, totidem quos educat Vfens,*
» *Viuentes rapit inferias, quos immolet umbris.*
» *Captiuoq́ rogi perfundat ſanguine flammas.*

Rettulit] *Per geminam t ſcribitur, ut re quæ natura breuis, etiam poſitione longa reddatur. Sic etiam reppuli & reppéri dicimus geminata conſonante. Notat autem in hoc loco poëta ingentem ſtragem Romanorum in Aphrica, nam quo prælio Scipionem & Iubam ſuperauit Cæſar quinquaginta hominum millia deſiderata ſunt.* Quis] *Probat inferias eſſe Aphricanis factas.* Pinguior] *Nam pingueſcit terra humanis cadaueribus. Quis ergo campus non eſt pinguior ſanguine noſtro? quaſi omnis campus eſt pinguior, l. ſ. Sic Virg.*

» *Nec fuit indignum ſuperis bis ſanguine noſtro,*
» *Aemathiam & latos Hæmi pingueſcere campos.*

Auditum Medis, quaſi dicat, extremis orbis habitatorib. Sic Virg.

» *Audijt & ſi quem tellus extrema refuſo*
» *Submouet Oceano.*

Quis gurges] *Omnis aquarum congeries gurges eſt, & per Tapinoſim pro mari capitur. Virg.*

» *Apparent rari nantes in gurgite uaſto.*

Eſt autem expolitio, nam mutatis uerbis ſæpius eandem profert ſententiam, ſcilicet, omnes urbis partes ſparſas eſſe Romano cruore. Decolorauêre] *Valde colorauêre, quamuis multiplices, uariiq́ ſint colores, tamen principes ex quib. reliqui manant albus, nigerq́ ſunt. Verùm cum poëtæ coloratum dicunt, nigrum & non album intelligunt, & quia ſanguis ita purpureus eſt, ut nigreſcat, idcirco dixit decolorauêre, ut de, augeat. Poſſumus etiam ponere de priuatiuè, ut ſit decolorauêre, id eſt, ſuo colore priuauêre, quamuis nullus proprius uideatur eſſe color aquæ.* Dauniæ] *Italiæ, partem enim pro toto poſuit. Eſt autem Daunia Apulia.* Noſtro] *Latino & Romano Virg.*

» *Tu quoque littoribus noſtris.*

Sed ne relictis] *Dum Tragicum laudat poëtam, ipſe penè tragicus factus eſt, oblitus profectè quod in ſuperioribus dixerat. Nos conuiuia, nos prælia uirginum, in quo oſtendit ſe de rebus tenuioribus ſcribere decreuiſſe. Ergo cohibet Muſam, ut altiora illa relinquat. Ordo eſt.* Sed tu ô Muſa procax, id eſt, petulans, quæ fines egreſſa tuos aliena inuadis, quære mecum modos leuiore plectro, *id eſt, carmina leuiori ſtylo facta ſub antro Dionæo, ſub antro Veneris, id eſt, in rebus laſciuioribus, & non grandibus, ne tu retractes, repetas munera, Næniæ Cææ relictis iocis.* Modos] *Modulationes, quos etiam numeros appellant, ut numeros memini ſi uerba tenerem.* Plectro] *Pectinem Latini dicunt. Virg.*

» *Iamq́ eadem digitis iam pectine pulſat eburno.*

πλῆκτρον *enim* παρὰ τὸ πλήττειν percutere. Næniæ] *Carmen lugubre eſt nænia, quod nomen aliqui uolunt dictum eſſe per onomatopœiam, quia ipſæ ſyllabæ exprimunt aliquid lugubre. Alij ab eo quod* νέον *id eſt, ultimum. Erat enim ultimum, quod defunctis caneretur, uel ab ultima chorda citharæ, quæ Nænia dicitur.* Cææ] *Id eſt, à Simonide poëta inuentæ, qui ex Cæa inſula fuit.* Dionæo] *Venereo. nam tertia Venus ex Ioue & Dione filia fuit. Dione autẽ nata eſt ex Tethi & Oceano, ſed & Venus Dione appellatur.* Antro Dionæo] *Id eſt, in locis uoluptuoſis, & ad uoluptatem potiùs, quàm ad res grandes ſpectantibus.*

IOAN. HART. } Incedis per ignes] *Prouerbialiter: Vide Chiliad. Per enſes, per ignes. Xenophon in Sympoſio idem uſurpauit* καὶ μετὰ σοῦ διὰ τοῦ πυρὸς ἰέναι.

HENR. GLAR. } Motum ex Metello conſule ciuicum] *Acro ait Pollionem rem inchoaſſe periculoſam, à Lentuli & Marcelli conſulatu cœptã, quã altiùs tamen repetierit à Metello Celere & Afranio Coſs. Hæc quidem intelliguntur, ſed quod ſtatim ſubiungit: ex Metello ideo, quia fuit Syllæ collega. De hoc Metello intelligi non poteſt, qui Celer dictus, cũ Afranio Coſs. fuit. ſed de Pio. Porphyrio etiã de Celere intelligit, atq́ adeò Mancinellus, qui uerbis tamen L. Flori motus, non omnino ineptè hæc expoſuit. Quidã de Metello Numidico intelligunt: uidelicet à quo inter Mariũ ac ipſum primum priuatũ eſt ortum odiũ, quod poſtea inter eundẽ Marium ac Syllam in publicum uertit. Verũ illi nullum tempus diſtinguunt certũ, niſi quod à tempore Iugurthini belli, quot uerò annis interrogati, reſpondere non poſſint. Quare diligẽtius hæc notanda duximus: Bellũ inter Cæſarem atq́ Pompeiũ cœpiſſe anno ab urbe condita 706. Metellum autem Numidicũ Coſ. fuiſſe anno ab condita urbe 645. à quo ueriſimilius eſt repetiſſe hiſtoriam Pollionem, quàm uel à Metelli Pij conſulatu, qui fuit anno 674. cũ L. Cornelio Sylla: Vel à Metelli Celeris cum Afranio, anno 694. duodecim duntaxat annis ante initium belli Pompeiani. Porrò in Cõmentario Acronis paulò poſt etiam hoc corruptũ eſt. Craſſus enim, inquit, amicitiarũ fœdus ad tempus tenebat: quo mortuo Antonius, Auguſtus, & Lepidus facto Põpeio imperatore colliſi ſunt. Hactenus ille. Quæ uerba ut reſtitui debeant, lectoris iudicio relinquo: non enim magna mihi de hoc authore cura. Multa enim ſimilia in ipſo reperias, ut quæ paulò poſt de alea ſcribit, nihil ad rẽ facientia.* Mox ubi publicas Res ordinaris] *Porphyrio exponit: Vbi hiſtorias, quæ publicas res continent, ordinaris, id eſt, deſcripſeris. Nec ſecus Acro ac Mancinellus. Ego uerò puto uenuſtius intelligi de ipſa rep. quaſi Pollio tantæ authoritatis fuerit, ut ſuo conſilio Remp. tranquillam facere poſſit, quippe de quo paulò pòſt dicturus eſt. Et conſulenti Pollio Curiæ.* Iuno & deorũ quiſquis amicior Afris] *Amphibolon in comparatiuo, amicior. Nam uel ad Iunonem, uel ad populos cõparatio fieri poteſt, amicior Afris quàm Romanis, uel, amicior Afris quàm Iuno, quæ Afris maximè amica fuit.* Qui gurges, aut quæ flumina] *Acro ait eſſe Tapinoſin, ſecutuſq́ eſt eum Mancinellus. Verum ſic gurges pro mari exponeretur. Nam ita eſt in 1. Aeneid. exemplo, quo Acro adducit:*

» *Apparent rari nantes in gurgite uaſto.*

Quorſum igitur noſter Flaccus adderet, quod mare Dauniæ, non decolorauêre cædes, ſi Tapinoſis hic eſſet? Ego puto uerè poſuiſſe gurgitem, *quaſi diceret, Nullam propemodum lacunã eſſe, in quã non aliquid Romani ſanguinis influxerit per hyperbolen.*

HERM. FIG. } Motum] *Hoc eſt, bellum, ſeditionem.* Ex Metello conſule] *De Q. Cæcilio Metello, ex re geſta Numidico cognominato, intelligendum, qui anno ab eiectis regibus 401. ab urbe condita, 645. ante ſeditionem uerò Cæſaris & Pomp. 60. cũ M. Iunio Sylano conſul fuit, ut licet colligere ex digeſtione annorum per conſules Romanos, doctiſſimi uiri Gregorij Haloandri, de Iuris ciuilis diſciplina, ſi quiſquam alius, optime meriti. Nam inter hunc Metellum & Marium primùm priuatæ ortæ ſunt inimicitiæ. Cùm enim Cæcilius Metellus aduerſus Iugurtham Imperator factus eſſet, legatum Marium in Libyam abduxit. Vbi rebus fortiter geſtis, Marius maximo honore potitus, Metellum colere quemadmodũ cæteri, & inſeruire renuit. Sed gloria bellica & beneuolentia militum in magnam ſpem capeſcendæ Reipublicæ erectus, Romam properauit, & multis contra Metellum calumnijs Cõſulatum petijt, promittens ſe uel è medio ſublaturum, uel uiuum Iugurtham capturum. Poſtquam igitur ſplendidam orationem habuit, ſtatim copias ad bellum conſcripſit, & in Libyam traiecit. Metellus inuidia uictus, & animo æger, quòd iam ipſius opera confecto bello, & excepto corpore, rebus omnibus Iugurtha ſpoliato, Marius palmam & triumphum ſuſcepturus ueniret, ſua ignominia laude ipſi quæſita, illum ad ſe accedere non expectauit, ſed diſcedens, Rutilio legato, qui exercitum Mario traderet, negocium dedit. Hinc acerbum inter Metellum & Marium excitatum odium. At in fine rerum ultio quædam exorta eſt contra Marium. Sic enim Sylla gloriam ſecundarum rerum Marij, quemadmodum Marius gloriam Metelli intercepit. Et inde graues illæ inter Marium & Syllam, ac nefariæ ſeditiones, quæ ferè Romam funditùs euerterunt, primordia habuêre. Hæc ferè Plutarchus in uita Marij. Ab hoc Metello Pollionem hiſtoriam ſuam inchoaſſe, Horatius ſignificare uidetur.* Belliq́ cauſas] *Videlicet inter Pompeiũ & Cæſarẽ, quæ erant nimia regnandi cupiditas in utroq́: Morte enim Iuliæ & Craſſi, qui magnus fuerat obex belli inteſtini frena uiris laxata ſunt.*

ſunt. Nam Cæſar de Pompei deſtructione, ſicut & Pompeius de illius, dudum mente conceperat. Teſte Plutarcho. Et ut refert Florus, Pompeio ſuſpectæ Cæſaris opes, & Cæſari Pompeiana dignitas grauis. Vitia] Imperatorum indomitam & effrenatam imperandi libidinem, qua uterq; flagrabat. Nam alter parem, alter ſuperiorê ferre non potuit. Netas] Sic de principatu laborabant, tanquam duos tanti Imperij fortuna non caperet. Modos] Quo modo bellum ciuile inter Cæſarem & Pompeium ſit geſtum, ſatis declarant Commentaria Cæſaris de bello ciuili. Lucanus, Plutarchus in Iulio & Pompeio. Lucius Florus lib. 4. cap. 2. Appianus lib. 2. bell. ciuil. Oroſius lib. 6. Ludumq́; fortunæ] Nam ut fortuna in cæteris rebus humanis ſua poteſtate regnat ac ludit, ita etiam in bello maximè dominatur. Vnde Homerus Martem ἐνυάλιον, uocat, hoc eſt, communem, quòd incertus ac uarius eſt belli euentus, & nuſquã minus, ut ait Liuius, quàm in bello reſpondet. Grauesq́; principum amicitias] Hoc eſt, ſocietatem Craſſi, Pompei, & Cæſaris, quæ orbis imperium occuparunt, afflixerunt, atq; perdiderunt. Nam (ut Cato dicere ſolebat) non ex inimicitijs Cæſaris & Pomp. ſed ex hac amicitia cuncta mala prouenerunt. Vnde Luc.

„ Tu cauſa malorum facta tribus dominis communis Roma.

Periculoſæ plenum opus aleæ] Oſtendit, non ſatis tutum eſſe hiſtoriam ſcribere, cùm arma ciuilia nondum ſint depoſita, ſed ſcriptori maximè periclitandum, dubiumq́; rei euentum expectandum, ſicut in iactu aleæ, qui fortunæ ludus eſt magis quàm artis. Incedis per ignes ſuppoſitos cineri doloſo] Allegoria eſt, quæ indicat, belli incendium nondum prorſus extinctum, ſed latère adhuc quædam occulta odia ſub ſpecie pacis, ideoq; periculi plenum, & nimis praeceps hanc hiſtoriam deſcribere. Paulum ſeueræ] Monet Pollionem, ut pauliſper tragœdiam ciuilis tumultus differat, dum ſua prudentia Rempublicam ordinârit, & tranquillam pacem inter ciues conciliarit. Seueræ tragœdiæ] Siquidem tragœdiæ triſtem, funeſtum, & horribilem habent ſemper exitum, & atrociores amant affectus. Vnde etiam hæ natæ ſunt uoces: ἐπαγινὸν πάθος, de ingenti & miſerabili calamitate. τραγῳδικὸν βλέπειν apud Ariſtophanem in Pluto, quod in luctuoſos quadrabit: triſtitia namque proprium eſt tragœdiæ. Ideoq; Euripides, petente Archelao rege, ut de ſe tragœdiam ſcriberet, abnuit, ac precatus eſt, ne accideret Archelao aliquid tragœdiæ proprium: oſtendens nihil aliud eſſe tragœdiam, quàm miſeriarum comprehenſionem. Plura de tragœdia licet uidere apud Donatum in Terentium, Diomedem lib. 3. Iodocum Vuillichium in Artem poëticam Horatij. Deſit theatris] Nam in theatralibus ſcenis comici & tragici, cæteriq; Poëtæ ſua recitabant poëmata. Publicas res ordinaris] Oſtendit Pollionem fuiſſe cum imperio, & maximæ authoritatis in Republica Romana. Grande munus] Complectitur enim tragœdia res grandes, ſublimes & arduas, &, ut Græci dicunt, τὰ δεινά. Cecropio cothurno] Hoc eſt, tragico ſtylo, & ſublimi charactere, quem uocabulo cothurni hîc ſignificat Horatius. Quo genere calciamenti utebantur Tragœdi, uelut ſocco Comœdi. Cæterùm Cecropio, propterea dicit, quòd Athenis, quarum primus fuit conditor, & rex Cecrops Aegyptius, Theſpis Tragœdiam primùm inueniſſe dicitur, qui ploſtris tragica poëmata circumuexit, Solone etiam approbante, ut teſtis eſt Plutarch. in uita Solonis. Inſigne mœſtis] Ab eloquentia & prudentia commendat Pollionem, quòd miſeris ſæpe reis in iudicio ſaluti fuerit, & Curiæ periclitanti conſuluerit. Reis] Veteres reos appellabant, non eos modò qui arguuntur, ſed omnes etiam, quorum de re (unde dicti quoq; ſunt) diſceptatur, ut Cicero de Oratore teſtatur. Mœſtis autem adijcit ideo, quia mos Romanis erat, ut tam ipſe reus, cùm ad populum dicto iudicij die produceretur, quàm amici & neceſſarij ſqualida, obſoletaq; ueſte, flentes & forſitan, barbam capilliũq; ſubmittant, & pœnam deprecentur, ut eo ſqualore & deformi habitu populum ad miſericordiam adducerent. Curiæ] Curias à cura dictas eſſe, uelut per quas publica ſalus curaretur, non ſine magna ratione, & etymologia Reipublicæ conuenientiſſima, Pomponius admonet. Siquidem cura ſollicitudo eſt, & anxietas animi, quaſi cor edens. Curia autem aliâs ſignificat ordines hominum, qui curant: aliâs locum, in quo curabantur res diuinæ, uel humanæ, ut eleganter docet Oldendorpius. Fuiſſe etiam duorum generum Curias legimus. Vnum in quo ſacerdotes res diuinas, ſacra, & cæremonias, cultusq; deorum curarent: Alterum, ubi ſenatum de rebus publicis, & ad populum pertinentibus, conſulerent. Cui laurus] Hoc eſt, uictoria, cuius inſigne eſt laurus in triumpho. Ipſos enim Imperatores triumphantes myrto priùs, mox lauro, deinde auro coronari ſolitos ferunt. Aeternos honores] Nam uiris fortibus, & de republica bene meritis, ampliſſimus & immortalis honor, pulcherrimum uirtutis præmium, in triumpho, iudicio, ſtudioq; ciuium habebatur. Talem quoque honorem ad Aſinium, ob res feliciter & ſtrenuè geſtas, delatum eſſe indicat. Dalmatico triumpho] Dicit Pollionem de uictis Dalmatis triumphaſſe. Florus ſcribit, hunc Dalmatas gregibus, armis, agris mulctaſſe. Conſul fuit. C. Aſinius Pollio anno ab urbe condita, 714. cum Cn. Domitio Caluino. Iam nunc minaci] Eloquentiam & dicendi ἐνάργειαν in Pollione commendat, quòd adeò euidenter & perſpicuè, ac ueluti per ὑποτύπωσιν bellum exprimat, ut cerni & audiri tumultus & ſtrepitus bellicus potius uideatur, quàm narrari. Murmure cornuum] Nam his ſignis ad excitandos militum animos Romani in bello utebantur. Vnde Cæſar lib. 3. de bello ciuili ait: Neque fruſtra antiquitus inſtitutum eſt, ut ſigna undique concinerent, clamoremq; uniuerſi tollerent, quibus rebus & hoſtes terreri, & ſuos incitari exiſtimauerunt. Equitumq́; uultus] Nam Cæſar pugnaturus cũ Pompeio, cohortes ſuas præmonuerat, ut oculos & uultus equitum Pompeianorum obuiè ferirent. Eos namq; iuuenes coma & ætatis flore decoros, parum bellis ac uulneribus aſſuetos, tales maximè plagas deuitaturos, nec expectaturos in præſentia, cùm ſimul & diſcrimen, & oris deformitatem reformident. Quod haud ſecus accidit, uehementia enim tela ne ſuſtinere quidem poterant: utq; ferrum ante oculos uerſari cernebant, omnem protinus exuentes audaciam, auertebantur, ſimulq; ut uultibus parceretur, capita uelabant. Hi denique hunc in modum turbati, fugæ terga uertentes, turpiſſimam in cunctos edidêre ſtragem. Confeſtim enim uictores, circumuento peditatu, à tergo eos inuadentes, obtruncant. Hæc Plutarchus in uita Cæſaris. Audire magnos iam uideor duces] Videlicet ſuos ad ſtrenuè dimicandum exhortantes. Non indecoro puluere ſordidos] Eſt enim ſumma laus & gloria Imperatoris, non citra pulueris contactum, quod Græci uocant. ἀκονιτί, uincere, ſed puluere & hoſtium cruore ſordeſcere, & cum maximis laboribus, ſudoribus, atque cæteris belli moleſtijs uictoriam reportare. Atrocem animum] Acrem, inuictum, atque conſtantem. Catonis] Vticenſis, qui mira per omnem ætatem fuit conſtantia, adeò ut mortem ſibi ipſe adferre maluerit, quàm in Cæſaris manus uenire. Sic omnibus ſuperatis, atque in Cæſaris poteſtatem redactis, ſolus Cato remanſit inuictus. Vnde apud Plutarchum ipſe de ſe ita loquitur: Nec uictum, aut captum eſſe Catonem, ſed ipſum Cæſarem, qui bellum, quod iam diu contra patriam parabat, cùm ſæpe id negaſſet, nunc tandem conuictus eſt agitaſſe. Iuno & Deorum] Iuno & alius quicunque Deus Afris benignior & amicior, cùm antea Romanos, Carthaginem euertentes, ulciſci non poſſet, nepotes eorum nunc perſecutus eſt. Iunonem autem Afrorum iniuriam propterea uindicaſſe dicit, quia Carthaginem, Africæ ciuitatem inclytam & opulentam, mirificè diligebat, charamq; habebat. Vnde Virg.

„ Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam,
„ Poſthabita coluiſſe Samo: hîc illius arma,
„ Hîc currus fuit: Hoc regnum Dea gentibus eſſe,
„ Si qua fata ſinant: iam tum tenditq; fouetq;.

Victorum nepotes] Intelligit eos, qui ſub Scipione, Afranio, & Iuba in Africa à Cæſare ad Thapſum interfecti ſunt. Vbi una die modicis in ſpacijs trinis potitus eſt exercitibus, in quibus quinque hoſtium Myriadas occidit, ex ſuis uix dum amiſſis quinquaginta. Inferias] Inferiæ mortuorum ſunt ſacra, quæ manibus ſoluuntur. Iugurthæ] Iugurtha rex fuit Numidarum, cum quo populus Romanus bellum geſſit magnum & atrox. Vir ſtrenuus & acris ingenij, quem Bocchus ſocer manibus Syllæ uiuum tradidit. Vnde graues illæ & pernicioſæ Reipublicæ inimicitiæ inter Mariũ & Syllã cœperunt. Nam multi qui contra Marium propter inuidiã ſentiebant,

ſentiebant, Syllæ opera captum eſſe Iugurtham prædicabant. Ea res Marium in iram, atq; contentionem commouit, ut refert Plutarchus in uita Marij. Quis non Latino] Expolitio eſt per octo ſequentes uerſus, qua, mutatis uerbis, eandem profert ſententiam, nẽpe nefarium illud, & impium bellum terra mariq; geſtum, adeò latè ſe extendiſſe, ut nulla ſit orbis terræ pars, nulla lacuna, in quam non aliquid Romani ſanguinis peruenerit. Nam apud Ilerdam ulterioris Hiſpaniæ ciuitatem, ualidiſſimas Pompei copias, quæ ſub tribus Legatis M. Petreio, L. Afranio, & M. Varrone erant, Cæſar inuaſit, & breui ſubegit. Hinc urbe repetita in Macedoniam transgreſſus, Pompeium Pharſalico prælio fudit. Dehinc Scipionem, ac Iubam, reliquias partiũ in Africa refouẽtes, deuicit. Poſtremò Pompei liberos apud Mundam in Hiſpania ſuperauit. Auditum & Medis] Remotiſſimis quibuslibet populis. Ruinæ] Hoc eſt, excidij: propriè autem caſum ruina ſignificat. Gurges] Locus in flumine profundus, in quo aqua uertitur, & in gyrum rotatur, gurges dicitur: hic lacunam ſignificat. Interdum etiam pro ipſo mari apud Poëtas per tapinoſin ponitur. Dauniæ] Hoc eſt, Italiæ, per Synecdochen. Decolorauêre] Infecêre, nam decoloratur id, cuius color uitiatur, non mutatur. Sed ne relictis Muſa] Muſam à triſtibus ad læta reuocat, tãquam limites ſuos tranſgreſſam. Iocis] Qui Lyrico carmini potiùs, quã næniæ conueniunt. Ceæ] Propter Symonidem Lyricum Poetã, qui ex Cæa Inſula oriundus, primus næniam inuenit. Huius præcipuam in commouenda miſeratione uirtutem fuiſſe ſcribit Fabius. Næniæ] Honoratorum uirorum laudes (ait Cicero de Legibus) in concione memorantor, eaſq; ad cantus, & ad tibicinem proſequantor, cui nomen eſt Næniæ, quo uocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant. Dionæo ſub antro] In loco Venereo & uoluptuoſo. A Dionæa Venere, Diones matris, ſecundùm Hom. filia. Modos] Carmina; modulationes iucundas, non ploratus, & lamentationes. Leuiore plectro] Remiſſiore & humiliore ſtylo, qualis decet carmen lyricũ.

THEOD. PVLM. } Ad C. Aſinium Pollionem] Aſinius Pollio hiſtorias de bello ciuili ſcripſit, ut ex Horatio facilè coniectu eſt, ſcribente,

„ Motum ex Metello Conſule ciuicum. Et rurſum,
„ Mox ut publicas res ordinaris.

Id eſt, ubi bellorum ciuilium hiſtoriam pertexueris. Et è Tranquillo, qui ita ſcribit (in Iulio cap. 30.) Quod probabilius facit Aſinius Pollio Pharſalica acie cęſos, profligatoſq; aduerſarios proſpicientem, hæc eum ad uerbum dixiſsé referens. Idem Pollio poëta erat. Maro, (Ecloga. 3.)

„ Pollio & ipſe facit noua carmina.

Et tragœdias ſcribebat. Flaccus,

„ Paullum ſeueræ Muſa tragœdiæ
„ Deſit theatris.

Vidit enim aliquandiu ab eo tragœdiarum confectionem omitti, & bella fideliter referri ciuilia. Iterum Flaccus (2. Serm. 10.)

„ —— Pollio regum
„ Facta canit ter percuſſo:

Quod iambicis ſenarijs tres habentibus manſiones, regum calamitates tragicè caneret. Vide Turneb. lib. 10. cap. 21. 18 Perſtringis aureis] Iuuenalis lib. 4. uerſ. 501.

„ —— Et fragor aurem Percutit.

38 Ceæ retractes munera næniæ] Simonidem poëtam ſignificat, quem θρῆνον ſcripſiſſe refert Suidas, & eum in rerum triſtium tractatione excelluiſſe refert Fabius. Turneb. lib. 21. cap. 27.

GEORG. FAB. } Aſinij Pollionis ſumma doctrina & auctoritas fuit, cuius monumenta, & inprimis hiſtoriam de bello ciuili poëta commendat, laudandoq; eius eloquentiam eximiam, ſibi beneuolentiam conciliat. Prætereà bella ciuilia, propter plurimas calamitates deplorat: & ſe ad lætiorem cogitationem conuertit. Quod de Catone Cenſorio, & de Scipione Aemiliano ſcribit lib. 7. Plin. nempe quòd uterq; fuerit optimus orator, optimus ſenator, optimus imperator: idem de Pollione, uerbis & figuris mutatis nunc ſcribit poëta. Dalmatico peperit triumpho] Capta urbe Salona, quã num. unitatis Salona Mela, Plinius Porphyrio: multitudinis nominant Salonas, Cæſar, Dio, Seruius, Acro. Conſulenti Pollio curiæ] Pollio liquidã habet geminatã in antiquis nummis.

IOD. BAD ASCENS. } Motum ex Me.] Secundum librum ab altiore auſpicatus exordio, admonet Aſiniũ Pollionem, de quo eſt illud in Buc. Maronianus.

„ Pollio & ipſe facit noua carmina.

Occulêre ad tempus tragœdiam, quã doctiſſimè ſcripſit de Bellorum ciuilium miſero exitu, eò quòd nondum ſopita eſſent. Ordo aũt eſt longè petendus, ſic. O Pollio] Scilicet Aſini. Inſigne præſidium.] Id eſt, defenſor. Reis mœſtis] ſ. criminis accuſatis. Et curiæ] i. ſenatui. Conſulenti] i. conſilium. Petenti] i. tam in priuatis, quàm publicis cauſis. Cui laurus] i. uictoria lauro donata. Peperit æternos honores triumpho Dalmatico] i. quem duxiſti deuictis Dalmatis. Tu tractas motum] i. tumultum. Ciuicum] i. ciuilem. Ex Metello conſule] i. ſumens initium ex cõſulatu Quinti Metelli, & Lucij Afranij. Et cauſas belli] i. ambitionẽ, unde addit. Et pro] i. uitia & modos, quia etiã in iuſto bello ſæpe modus bellandi uitium affert. Et ludum fortunæ] Quæ nunc hos, nunc illos extulit. Et amicitias] i. cõſpirationes. Principum] ſ. trium uirûm. Graues] ſ. reip. quæ per eas extincta eſt. Aut amicitias] Cæſaris & Pompeij. Graues] Quia in ſummum odium excreuerunt. Et tractas arma nondum uncta, quia cruoribus expiatis] i. purgãdo deletis, aut nondum ex equis eorũ perſolutis. Et ita tractas opus plenum aleæ periculoſæ] i. euentus dubij & formidandi, ſi mutetur uictoria. Et incedis] i. ingrederis, per ignes ſuppoſitos. Cineri doloſo] i. ſub quo latet periculum ſummum. Et Muſa] i. decantatio. Tragœdiæ ſeueræ] Quæ eſt de rebus ſæueris, & triſtibus. Deſit paulum] i. ad modicum temporis. Theatris] i. publicis ſpectaculis. Tu repetes] Cothurno. Cecropio] i. alto ſtylo ab Athenienſibus primum inſtituto. Munus grande] i. arduum. ſ. ſcribendæ Satyr. Mox ubi ordinaris] i. ordinaueris reſpublicas. Vt uerò artificium Pollionis commendet, addit Tu perſtringis] i. ſtrictim penetras. Iã nunc] i. interdum aures. ſ. audientium tragœdiam tuam. Minaci murmure] i. ſonitu. Cornuum] ſ. bellicorum. Et litui] i. tubæ clariſonæ, & incuruæ iam ſtrepunt. Iam fulgor armorũ terret equos fugaces & uultus equitum] Id eſt, omnia ad uiuũ exprimis. Nam ego uideor audire iam] Id eſt, interdũ duces magnos, ut Cæſarẽ, & Pompeium. Sordidos] i. ſordidatos. Puluere non indecoro] ſ. quia non dedecus, ſed decus afferenti. Et cuncta terrarum] i. cuncta, quæ in terris ſunt. Subacta] i. ſubiugata. Præter atrocem animũ Catonis] ſ. Vticenſis. Iuno & deorũ] Innuit deorũ ira, quaſi in ultionẽ Pœnorũ ſeu Carthaginẽſium tantã cladẽ Romanis immiſſam, tantumq; furorẽ, ut ſe mutuis armis conficerent. Ordo eſt. Iuno & quiſquis] i. quicunq; Deorum. Amicior] ſ. quàm Iuno. Aphris] i. Aphricanis populis & præcipuè Carthaginem colentib. Quã Iuno in terris fertur magis omnib. unã poſthabita, coluiſſe, Samo. Ceſſerat] i. diſceſſerat ab Aphricis. Impotens] ſ. ulciſci, & ita tellure Inulta] i. nulla ſumpta uindicta de nece Aphrorũ, de uaſtatione terrarũ atq; euerſione Carthaginis, quia dij Romanorũ erant potentiores. Retulit] i. effecit. Nepotes] i. poſteros. Victorũ] i. eorũ qui Aphros uicerant. Inferias] i. uictimas inferendas. Infeſtis] i. manib. Iugurthæ] i. illius & cuiuslibet alterius imperatoris Aphricæ. Quis campus non] Sup. effectus pinguior. ſ. quàm prius erat. Sanguine Latino] i. per ſanguinẽ Latinũ, hoc eſt, Latinorũ & reliquorũ Italorum effuſum. Non teſtatur] i. probat. Sepulchris] i. per ſepulchra & monumenta Romanorum. Prælia] Sup. eſſe impia. Aut quis non teſtatur] i. deteſtatur prælia impia. Sepulchris] i. oſtentando ſepulchra. q. d. nullus non, hoc eſt, quilibet teſtatur, & quilibet eſt pinguior. Et ſonitum] i. ſonorum caſum. Ruinæ] i. cladis. Heſperiæ] ſ. magnæ, hoc eſt Italiæ. Auditum Medis] i. ab inimicis Romano imperio. Qui] i. quis. Gurges] Sup. eſt ignarus belli lugubris? q. d. nullus, & quæ flumina ſup. ſunt ignara belli. Lugubris] Id eſt, lugendi. q. d. nulla, ut Aeneid. 1.

„ Quæ regio in terris noſtris non plena laboris eſt?

Quod mare non decolorauêre] i. in deteriorẽ colorẽ, utpote ſanguineũ non uertêre. Cædes Dauniæ] i. Daunorũ i. Apulorũ & reliquorum Italorum, ſed Dauniæ, quã prius uitarẽ dixit libenter meminit.

meminit. Quorum] Id eſt, regio. Caret noſtro] Id eſt, Romano cruore? quaſi dicat nulla. Sed ne ô muſa] Scilicet lyrica. Procax] Id eſt, nimis animoſa ultra quam licet petulans. Retractes] Id eſt, iterum tractes. Munera] Id eſt, officia & partes. Næniæ] Id eſt, lugubris cantilenæ. Ceæ] Id eſt, quam Symonides lyricus ex Cæa oriundus primus aut præcipue ſcripſit, id eſt, ne penitus lugubres cantus iteres. Relictis iocis] Id eſt, iocoſis Odis, quære mecum ſub antro. Dioneo] Id eſt, Venerio, ubi tractari debent amores & res lætæ. Modos] Id eſt, numeros & uerſus. Plectro leuiore] Id eſt, faciliore & minus rigido, minuſq; triſti. Hoc autem propter decorum carminis dicit, ne argumentum incongruum ſumpſiſſe uideatur.

ANTON. MANCIN.] Prima Ode ſecundi uoluminis hortatur poëta Aſinium Pollionem Tragœdiarum ſcriptorẽ, dum ciuilium bellorum Cæſaris, & Magni Pompeij hiſtoriam conſcit. ſeueræ Tragœdiæ Muſam quieſcere ſinat. Ordinatis enim publicis rebus poterit Tragœdiæ munus repetere. Laudat inde Aſiniũ ipſum à pietate, à prudentia, à dignitate & honore, ab eloquentiæ uiribus. Oſtendit poſtea bellorum ciuilium calamitatem. dicit enim Romano ſanguine totum pene terrarum orbem repletum. Poſtremò eius muſam hortatur, ut relicto lugubri cantu ſecum leuiora quærat, qualia ſanè lyricos uerſus decuerint. Metrum uerò ſimile eſt Ode 9. Motum ex Metello conſule ciuicum] Ordo eſt, ô Pollio, appoſitio inſigne præſidium mœſtis reis. & conſulenti curiæ, cui laurus triumpho Dalmatico peperit æternos honores Tractas motum ciuicum ex Metello cõſule, bellique cauſas, &c. Motum ciuicum] Id eſt, tumultum & cõmotionem ciuilem, quam ſcilicet, Quinto Metello, Lucio Afranio cõſulibus nimia Pompeij potentia ciuibus mouit inuidiam, ita Pompeium detrectarent, præſertim Metellus ob minutum Cretæ triumphum, & Cato, qui aduerſus potentes ſemper obliquus, detrectabant Pompeium, actiſq; obſtrepebant, hinc dolor Pompeium ad præſidia dignitati paranda impulit, quare orbis imperium ſocietate trium principum occupatum eſt. Nam Galliam Cæſar inuaſit, Craſſus Aſiam, Pompeius Hiſpaniam, quæ dominatio decem annos traxit. ut latiùs L. Florus edocuit. Et lib. 2. Appianus. Et Plutarchus in Cæſare. Belliq; cauſas] Craſſi morte apud Parthos, & morte Iuliæ Cæſaris filiæ, quæ nupta Pompeio erat, ſtatim æmulatio erupit. Nam Pompeio ſuſpectæ Cæſaris opes, & Cæſari Pompeiana dignitas grauis. Ergo Lentulo, Marcelloq; conſulibus rupta prima coniurationis fide, de ſucceſſore Cæſaris Senatus, id eſt, Pompeius agitabat. Nec ille agitabat, niſi proximis comitijs abſenti ſibi ratio ſui conſulatus haberetur, quem decem tribus fauente Pompeio nuper decreuerant. Sed diſſimulante eodem negabatur, niſi ueniret, & peteretur maiorum more. Ille contra flagitat decreta, ac niſi in fide permanerent, non ſe remittere exercitum. Ergo ut in hoſtem decretum eſt, his Cæſar agitatus, ſtatuit præmia armorum armis defendere, prima ciuilis belli arena Italia fuit, &c. hæc & plura L. Florus, & alij ſupradicti. Et uitia] Cæſar enim nec ferebat parem: Nec Pompeius ſuperiorem, ut Florus ſcribit. Modos] Id eſt, quibus modis bellum geſtum eſt, inter Cæſarem & Pompeium. Prima enim ciuilis belli arena Italia fuit. Cuius arces leuibus præſidijs Pompeius inſederat, ſed omnia ſubito Cæſaris impetu oppreſſa ſunt. Prima Arimini ſigna cecinerũt, tum pulſus Hetruria Libo, Vmbria Thermus, Domitius, Corfinio, Senatus ab urbe, Pompeius Brunduſio, Vrbem Cæſar penè uacuam metu ingreſſus, conſulem ſe ipſe fecit. Ærarium quoq; ſpoliauit, pulſo, fugatoq; Põpeio, maluit prius ordinare prouincias, quàm ipſum ſequi. Demum in Campis Philippicis Theſſaliæ deuictus Pompeius, fugit in Aegyptum, ubi ſub oculis ſuæ uxoris, liberorumq; gladio trucidatur eſt. Hæc & plura Lucius Florus. Ludumq; for.] Fortunæ ludus eſt imos attollere, ſummos deprimere, quòd ipſi Pompeio, & ſocijs quoq; euenit. Principũ] Cæſaris & Pompei. Graues amicitias] Id eſt, noxias, fuerãt enim affines, & unà orbis imperium ſibi ipſis cum Craſſo diuiſerant. Nondũ un.] Solent enim arma ungi finito bello ad fugandam æruginem. Per id autem oſtendit ciuile bellum non penitùs exhauſtum. Expiatis] Puris & lotis cruorib. Opus] Appoſitio eſt. Periculoſæ plenũ aleæ] Id eſt, periculoſi ludi, intulit quippe periculum patriæ, ac ciuibus ferè cunctis. Vel periculoſæ aleæ] Inquit, quoniã ſcriptori periculum inferret uera dicenti, quibus offenderentur adhuc uiuẽtes. Inde ait & incedis per ignes, &c.] Id eſt, per odia belli ciuilis ſub ſpecie pacis latentia. Seueræ tragœdiæ] Id eſt, triſtis & grauis. Tragœdia quippe eſt Heroicæ fortunæ in aduerſis comprehenſio, dicta à τράγος & ᾠδή quia olim auctoribus Tragicis tragus, id eſt, hircus præmium cantus præponebatur, qui liberalibus die feſto Libero patri immolabatur. Nam, ut Varro inquit, depaſcit uitem. Hinc & Horatius in Arte ſcribit,

„ Carmine qui Tragico uilem certauit ob hircum.

Alij putant à fæce, quam Græcorum quidam τρύγα appellant, tragœdiam nominatam mutatis literis, quaſi trygadiam, quoniam olim nondum perſonis à Theſpide repertis, tales fabulas peruncti ora fecibus agitabant. Vnde Horatius.

„ Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ
„ Dicitur, & plauſtris uexiſſe poëmata Theſpis.
„ Quæ canerent, agerentq; peruncti fæcibus ora.
„ Poſt hunc perſonæ, pallæq; repertor honeſtæ
„ Aeſchylus, & modicis inſtrauit pulpita tignis
„ Edocuit, magnumq; loqui, nitiq; cothurno.

Cæterùm comœdia à tragœdia differt: nam in tragœdia introducuntur duces, heroës, reges: in comœdia uerò humiles atq; priuatæ perſonæ. In illa luctus, exilia, cædes. In hac amores, & uirginum raptus. In illa item lætis rebus exitus triſtis, triſtitia namq; tragœdiæ proprium. Eſt enim tragœdia miſeriarum comprehenſio, hæc omnia ex Diomede accepimus. Res publicas] Id eſt, publicarum rerum hiſtoriam. Cecropio cothurno] Id eſt, Athenienſi à Cecrope rege. nam ut oſtẽdit Horatius in Arte, & Porphyrio, Theſpis genere Athenienſis primum tragœdias ſcripſit, ad quas agendas plauſtro circa ciuitates agebatur. Poſt hunc Aeſchylus etiam Athenienſis primus tragœdijs perſonã, & pallam, & cothurnos dedit, ut patuit per Horatium. Inſigne præſidium] Eum cauſas actitaſſe innuit. Conſulenti] Scilicet te, per quod eius prudentiã indicat & ſapientiam. Cui laurus] Quo pacto triumphantes Romani duces lauro coronarentur, & aurato curru, per urbem in capitoliũ ueherẽtur, latiſſimè uideto in epodo 9. Dalmatico triumpho] Aſinius Pollio orator fuit, & conſularis, qui de Dalmatis triumphauit. LXXX. ætatis ſuæ anno in uilla Thuſculana obijt, ut tradit Euſebius. Iam nunc minaci] Vult Pollionem hiſtoriam optima eloquentia confeciſſe, ita quòd omnia fieri potius, quam ſcribi uiderentur. Perſtringis] Id eſt, obtundis. Litui] De lituo latè in Ode prima. Subacta] A Cæſare, ſcilicet Catonis, de hoc in Ode 12. ſuperiùs. Iuno & deorum] Ordo eſt. Iuno, & quiſquis deorum amicior Aphris impotens ceſſerat. inulta tellure rettulit inferias Iugurthæ nepotes uictorum. Eſt autem ſenſus, quòd Iuno & dij, qui Aphros tutari fruſtrà uoluerãt, uictorum Romanorum nepotes in Aphrorum ultionem traxêre. Rettulit Inferias] Inferiæ ſunt ſacra mortuorum, quæ inferis ſoluuntur, ſimiliter lib. 11. Aen. ait Maro de Aenea in funere Pallantis.

„ Vinxerat & poſt terga manus quos mitteret umbris
„ Inferias, cæſo ſparſuros ſanguine flammam.

Iugurthæ hunc pro cunctis Aphricæ imperatoribus poſuit. Fuit enim Iugurtha rex Numidarũ, cum quo populus Rom. bellum geſſit magnum & atrox. Vir erat impigri & acris ingenij, tandem à Boccho Maurorum rege, & pacis auctore inſidijs captus eſt, & uinctus Syllæ traditus, & ab eo ad Mariũ deductus, quem uinctũ in triumpho Marius duxit, de quo latiùs in Epodo 9. Quis non Latino] Ordo eſt. Quis campus pinguior Latino ſanguine] Id eſt, propter Latinum ſanguinem ſepulchris non teſtatur impia prælia, & Heſperiæ ruinæ ſonitum auditũ Medis. Auditum Medis] Vbiq; ſed enim ciuilium bellorum tumultus auditi ſunt propter uaria, uarijs locis habita, prælia. Gurges] Id eſt, mare, per Tapinoſim, id eſt, humiliationem. Ignara] Scilicet fuerũt. Cæſar enim in Hiſpania cum legatis Cn. Pompeij Petreio, & Afranio pugnauit, quos ad deditionem coëgit. In Illyrico mari tribunus Vulteius cum magna manu cecidit, contra quẽ Octauius Libo pugnauit Pompei legatus. In Aphrica uerò Curio perijt miſſus à Cæſare, pugnatũ eſt in Epiro apud Dyrrachiũ, contra Pompeiũ tãdem in Theſſalia, qui uictus

in Aegyptum fugit, ubi obtruncatus eſt. Poſtea ibidem Cæſar contra Pompeij percuſſores acriter pugnans illos debellauit, in Aphrica deinde contra Cæſarē pugnarunt Scipio, qui fugiens occiſus fuit ab hoſte. Petreius etiam & Iuba rex Mauritaniæ uicti fugerāt. Iuba in ſua regia magnificè epulatus, Petreiū orauit cædem, ille regi obſecutus eſt. Poſtea ſibi ipſi Cato ubi id accepit: nam Vticam ſeruabat, ſibi mortem conſciuit, in ipſo Oceani oſtio Varus, Diuusq́; legati conflixerunt, ſed Oceanus utramq; claſſem naufragio perdidit. In Hiſpania apud Mundam pugnando fugientem Cn. Pompeiū Cæſonius apud Tautonem oppidum conſecutus interfecit: Cæſar in Patriam uictor inuectus eſt, poſtea contra Sextum Pompeiū ſæpius Auguſtus pugnauit, & uicit. De ijs autem omnibus. L. Florus author eſt. Dauniæ cædes] Id eſt, Italiæ per ſynecdochē. de Daunia uerò uideto lib. 1. in Ode 22. Sed ne relictis, ad Muſam poëta ſe uertit, quæ relictis iocis ſeria, grauia & lugubria cecinerat præſenti Ode, hortaturq́; illam ſecum quærere leuiora, qualia uidelicet Lyricis conueniunt uerſibus. Procax] Id eſt, petulans, immoderata, impudens, importuna. Ceæ neniæ] Cea teſte Plin. lib. 4. Inſula eſt in Mari Aegæo, quæ tamen Ceos à Græcis dicitur. Strabo etiā lib. 10. ſcribit Ceon unam è Cycladibus eſſe, quæ quum quaternas contineret urbes, Tetrapolis uocitata eſt. Duæ ſuo tempore erant Carthea, ſcilicet, & ea quam Iulidem appellant. Ex Iulide Symonides condendorum author carminum duxit originem, Item Eraſiſtratus Medicus inſignis, & Ariſto Peripateticus. Ceæ Neniæ] Id ait, quoniam Symonides Lyricus poëta ex Cea oriundus, primus Næniam inſtituit, id eſt, carmen lugubre, quod mortuis dicebatur, & planctus optimè deſcripſit, authores Acron & Porphyrio. Tullius etiam lib. 2. de legibus ſcribit, quòd næniæ propriè cantus eſt lugubris, & laus in funere honoratorum uirorum. Diomedes quoq; ait id carmen, quod cum lamentatione extremum atq; ultimum mortuo accanitur, Nænia dicitur. Declinatur autem hæc Nænia, Næniæ, ut Muſa, Muſæ. uti hoc loco. Item in numero plurali hæc Nænia, Næniorum, ut lib. 6. Faſtor.

„ Næniaq́; in uolucres falſa figurat anus.

Modos uerſus & modulationes. Leuiore] Id eſt, lyrico, non tragico uel Heroico. Dionæo antro] Id eſt, Venereo: Dione ſiquidem Veneris tertiæ mater fuiſſe dicitur ex Ioue, ut ſcribit Tullius in lib. de natura deorum.

ODE II. AD CRISPVM SALLVSTIVM.

παραινετική.

Ode II. Dicolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

—u —— —uu —u ——
—u —— —uu —u ——
—u —— —uu —u ——
—uu ——

ARGVMENTVM IN ODEN II.

Oſtendit auaros & ſordidos homines, obſcuros & ignobiles eſſe, & contra liberalium famam, exemplo Proculei uiri in fratres pijſſimi, nunquam interire. Poſtremò ex comparatione hydropis colligit eum diuitem, non qui multis latè imperat, ſed animo & cupiditatibus, alioquin habendi ſitim, extinguī, niſi illæ extinguantur.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Totum hoc carmen ſententijs eſt plenum, inuehitur autem contra auaritiam, liberali animo admodum indignum, ſolum eum eſſe docens è numero Beatorum, qui mediocri contentus fortuna, cupiditates uincat.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Ad Criſpum Saluſtium equitem Romanum ſcribens aſſerit homines auaros: & parcos planè ac ignobiles: liberales uerò elatos. Deinde addit, diuitem eſſe eum, non qui multa poſſidet, ſed qui animum temperantia domat.

COMMENTARIA.

ACRON.

NVLLVS argento color eſt auaris] Salluſtium Criſpum alloquitur hiſtoriographum, equitem Romanum, Auguſti amicum, libertatem & magnificentiam animi eius deſcribens. Auaræ autem terræ dicuntur, cùm id in ſe recipiunt, quod non ampliato reddunt fœnore. Argentum abditum] Pro pecunia abdita in Theſauris dixit. Senſus autem hic eſt: Diuitiarum ſplendorem nullum eſſe, niſi honeſtè in uſu fuerit, auaris autem recondendo creſcit ſola cupiditas, ut Iuuenalis:

„ Creſcit amor nummi, quantū ipſa pecunia creſcit.

Vnde & hydropi morbo comparauit hoc uitium, quod nimietate ſitis, & potus deſiderio creſcente ægritudine interius augetur. Inimice lamnæ] Lamnam pro infabricata & rudi materia argenti poſuit, quæ obſcuratur ab auaris celata, & uult intelligi Salluſtium non occultare diuitias.

Temperato] Moderato uſu, ne crederetur prohibendo auaritiam ſuadere luxuriam. Viuet extento Proculeius æuo] In perpetuum: ut,

„ Viuusq́; per ora feretur: Proculeium equitem Romanum laudat, amicum Auguſti, qui pius ſic erga fratres ſuos Scipionem & Murenam fuit, ut cum ſpoliatis bello ciuili patrimonium ſuum ex integro diuideret, quod cum eis iam antè diuiſerat. Animi paterni] Qui paternum fratribus impenderit amorem. Aget] Ducet per noticiam omnium hominum. Fama ſuperſtes] Quibus boni facti fama perpetua ſit, nec penna eius, hoc eſt, uolatus ad poſteros ſolui poſſit. Volare enim famam, Virgilius etiam ponit:

„ Fama uolat, pulſum regnis ceſſiſſe parentis.

Latiùs regnes auidum domando ſpiritum] Latiùs, inquit, regnes cupiditatem uincendo, quàm ſi per uniuerſum orbem poſſeſſiones extendas. Gadibus iungas] Gades autem oppidum eſt in Hiſpania à Pœnis

NVLLVS argento color eſt auaris
Abdito terris, inimice lamnæ
Criſpe Salluſti, niſi temperato
Splendeat uſu.
Viuet extento Proculeius æuo,
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente ſolui
Fama ſuperſtes.
Latius regnes auidum domando
Spiritum, quàm ſi Libyam remotis
Gadibus iungas, & uterq; Pœnus
Seruiat uni.

Pœnis conditum, aut quia in parte Africæ ponitur, quicquid freto, aut Gadibus ſeparatur, ideoq́ utrunq́ Pœnum dixit locis diuiſum: uel certè, quia Carthago & in Hiſpania eſt, quam Spartariam uocant. Vterq́ Pœnus] *Id eſt, orientis & occidentis Africanus. Vterq́ autē Pœnus, quia Carthago, quæ eſt in Africa: & Gades in Hiſpania à Pœnis conditæ ſunt.* Indulgens] *Impendens, ut:*

„ *Indulgent uino, & uertunt crateras ahenos.*

CRESCIT indulgens ſibi dirus hydrops,
NEC SITIM pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit uenis, & aquoſus albo
Corpore languor.
Redditum Cyri ſolio Phraaten,
Diſsidens plebi, numero beatorum
Eximit uirtus, populumq́ falſis
Dedocet uti.
Vocibus, regnum, & diadema tutum
Deferens uni, propriamq́ laurum,
Quiſquis ingentes oculo irretorto
Spectat aceruos.

niam à Libya poſſeſsiones extendas. Gadibus longis] *Gades oppidum in Hiſpania à Pœnis conditum.* Vterq́ Pœnus] *Ergo, inquit, quia Carthaginem, ſicut Gades, Pœni condiderunt.*

Et aquoſus albo Corpore languor] *Bella conceptione, aquoſus languor ὑδρωψ dicitur. Album autem corpus, pro pallido dictum eſt.* Redditum Cyri ſolio Phraaten] *Phraates, inquit, qui in regnum Perſarum reſtitutus eſt, non in numero eſt beatorū, ſicut uulgus putat. Nec enim regnū, aut diuitiæ beatos faciunt.* Cyri ſolio] *Regno Perſarū, à rege Cyro, qui in Perſide regnauit.* Diſſidens plebis numero beatûm Eximit uirtus] Ordo: *Phraatē eximit numero beatorū uirtus diſsidens plebi, id eſt, quæ plebis numero diſsidēt, hoc eſt, quæ uirtus, id eſt, ſapientia, non eſt apud plebem.* Populumq́ falſis Dedocet uti] *Dedocet pro dedocere cupit, id eſt, diſſuadere populo, beatū dicere eum, qui regnum & diuitias poſsideat, quia falſò hinc dicitur, ſolummodo illum, & diuitem, & regem, & ſecurum eſſe affirmans, qui diuitijs alienis non inuideat, nec eas concupiſcat.* Propriamq́ laurum] *Laurum pro laurea, per hoc gloriam intelligimus, propriam autem perpetuam.* Oculo irretorto] *Hoc eſt, oculo non inuidenti, id eſt, animo non concupiſcibili.*

teras ahenos. Dirus hydrops] *Hydrops ſubcutaneus eſt morbus de uitio ueſicæ natus, cū anhelitu fœtido, & inflatione turgente. Eſt autē hydropico propriū, ut quantò amplius biberit, tantò amplius ſitiat.* Dirus] *Pernitioſus.* Albo] *Pallenti, ut Perſius:*

„ *Turgidus hinc epulis atq́ albo uētre lauatur.* *Diffuſus enim humor omne inficit corpus. Senſus ergo eſt: Sicut ſitis, niſi ægritudine uicta, non tollitur: ita auaritia & cupiditas non ſatiatur, niſi ante animo in ſanitatē cōtinentiæ reuocato.* Redditū Cyri, &c.] *Cyrus, qui primus regnauit in Perſide. Phraates rex Perſarum Cyri filius, hic à parentibus deſtitutus, regno pulſus eſt, & à Bragmanis philoſophis Indorum ſuſceptus & educatus. Poſtea regno redditus magno iuſtitiæ & continentiæ documento geſſit imperium. Alij dicunt ei ab Antonio ademptum imperium, & per Auguſtum poſtea reſtitutum. Vult ergo oſtendere, non ſicut uulgus putat, beatam uitam regnum, aut diuitias facere, ſed ſapientiam.*

Diſſidens uirtus] *Diſcrepans, nec habens aliquid cum inſipientibus, & plebe commune.* Ordo eſt: Virtus beatorum, *id eſt, ſapientiæ,* quæ non eſt apud plebem, *id eſt,* diſſidens numero plebis eximit Phraaten, redditum ſolio Cyri, & regnum, & tutum diadema deferens uni, & propriam laurum, dedocet populum uti falſis uocibus: quiſquis: *ſcilicet,* ſpectat ingentes aceruos irretorto oculo. *Nam quaſi ſuperiora exponendo hoc dicit.* Eximit] *Effert.* Dedocet] *Dedocere cupit, deſueſcit, aut diſſuadet populum beatum dicere eum, qui diuitijs utatur: aut certè loqui falſum, propter hoc, quod factione eiectus Phraates regno ſit.*

Propriamq́ laurum] *Laurum pro laurea, hoc eſt, ſpeciali gloria, quæ non uirtuti exercitus, ſed prudentis continentiæ debetur perpetua.* Irretorto] *Irreflexo à iuſtitia, uel à continentia oculo ad cupiditatem.* Aceruos] *Pecuniæ cumulos. Virgil.*

„ *Ac uelut ingentem formicæ farris aceruum*
„ *Cum populant.*

PORPHYR. } Nullus argento color eſt auaris] *Hac Ode Salluſtium Criſpum equitem Romanum Auguſti amicum alloquitur, qua liberalitatem & magnificētiam animi eius deſcripſit. Iſte Salluſtius hiſtoriographus fuit, contemporaneus Virgilij & Ciceronis: huius uxor Salluſtio nupſit, unde quidam dixit, quòd aſcenderit per gradus eloquentiæ, primùm nupta Ciceroni eloquentiſsimo, poſtea Salluſtio nihilominus perito.* Argentum abditum] *Pro pecunia recondita in Theſauris dixit, & eſt ſenſus:*

„ *Diuitiarū ſplendor nullus eſt, niſi honeſta ratione fuerit in uſu.*

Inimicè Lamnæ] *Lamna pro rudi & infabricata materia poſuit, per quod ſignat non libenter habere abſconditas & ſine uſu diuitias.* Viuet extento Proculeius æuo] *Proculeius eques Romanus, amicus Auguſti, rariſsimæ pietatis erga fratres ſuos Scipionē & Murenam fuit, adeò ut bona ſua cum his æquis partibus diuiſerit, quibus illi in bello ciuili erant ſpoliati.* Notus in fratres animi paterni] *Id eſt, habens animum paternum in fratres, & eſt noua figura. Senſus eſt: Ecce, inquit, Proculeius qui liberalis in fratres ſuos extitit, æternam ſibi per hanc pietatem memoriam parauit, & per omne æuum fama eius extenta eſt, per quā ſemper uolat.* Illum aget ſolui metuente penna Fama ſuperſtes] *Sic intulit famæ ſuperſtes poëta, quaſi fama illum agit, id eſt, diuulgata penna ſua, quæ nunquam ab ullo ſoluitur, nam ſemper uolat.* Latius regnes auidum domando Spiritum] *Latius, inquit, poſsideas animum auidum compeſcens, quàm ſi per continuationem in Hiſpa-*

CHRIST. LAND. } *Acerrima inuectiua in auaritiam eſt, cùm demonſtret auaros nulla fama lucere. Liberalium autem nomen ubiq́ ſpargi. Addit poſtremò diuitem eum eſſe, non qui multa poſsideat, ſed qui animum temperantia cohibeat. Sunt autē qui credant hunc Salluſtium eſſe eum, qui hiſtorias ſcripſit. Alij eius filium.* Nullus color eſt auaris] *Sapienter elegit uerbum pluribus rebus commune, nam ſine colore eſt auarus, quaſi ſine famae. Vt enim res ex colore in conſpectum cadit, ſi homo in cognitionem ex fama uenit: uel ſine colore eſt auarus, quia ex nimia parſimonia palleſcunt. Dixit autē color propter id, quod paulò pòſt dixit ſplendor. Ordo ô Criſpe Saluſti nullus color eſt auaris, id eſt, nimium cupidis.* Lamnæ] *Pro laminæ, argento abdito terris in conſequentia, niſi ſplendeat ille auarus temperato uſu, hoc eſt, niſi ſplendidè uiuat, ſed cum uſu temperato & modeſto. Ponit autem lamina pro infabricata materia in quam auari aurum, uel argentum redigunt & humi fodiunt.* Inimicæ] *Vel per hypallagen legas, id eſt, cui auaro inimicatur, quia auro omnes inſidias tendunt. Vnde Diogenes Cynicus propterea aurum palleſcere dicebat, quoniam omnes ſibi inſidiarentur. Fodiunt autem auari pecuniam, ut Virg.*

„ *Iacent penitùs de foſſa talenta.*

Splendeat] *Quod non eſt in auaro. Vnde auarum ſordidum dicimus, ut hic idem:* Quatenus id facies, *ut quidam memoratur Athenis ſordidus ac diues. Et alibi.* Obijciet nemo ſordes mihi, *quas tibi Tulle, id eſt, auaritiam.* Splendeat] *Ex eius uſu famam & ſplendorem aſſequamur. Vnde lauti & ſplendidi diuites dicuntur, qui opes ſuas ad liberalitatem conuertunt.* Vſu] *Optimè & ſecundùm philoſophos, qui utilia à bonis diuidunt, bonaq́ ea appellant, quæ propter ſe ſunt expetenda, ut fœlicitas. Vtilia autem, quæ non propter ſe, ſed propter uſum earum, unde ab utendo utile dicitur. In hoc numero pecuniæ ſunt, quæ non propter ſe expetuntur.* Quid *enim nobis conferrent, ſed ut illarum uſu, quæ nobis aut neceſſaria, aut commoda ſint comparare poſsimus. Vnde ipſe alibi.*

„ *Quid mihi diuitiæ ſi non conceditur uti?*

Temperato] *Nam ſi pecunia ultra modum uteremur, non iam liberales, ſed prodigi eſſemus.* Viuet Extento Proculeius] Opti*mo exemplo: Proculeius enim Cæſarianus miles duos habuit fratres, qui partes* Pompeianas *ſecuti, & hoſtes publici poſt uictoriam* Cæſaris *iudicati, omne patrimonium amiſerunt.* Proculeius ergo *ſuum illis patrimonium condonauit, ea ſibi ſatis eſſe dictitans, quæ ex præda comparaſſet, mox ſuis interceſsionibus, ut illos Cæſar reſtitueret, curauit.* Viuet] *Aeterna fama, ergo auari infamia premuntur.* Extento æuo] *Id eſt, æternitate, quæ extenta eſt, & om-*

nia tenet, uel extento æuo, id eſt, prorogata ætate, quaſi dicat, & ſi uita breuis ſit, fama tamen prorogabitur. Notus] Quaſi nobilitatus, ut contra ignotum pro ignobili capimus. Paterni] Ergo plus quàm fraterni. Nam maior eſt patris in filium amor, quàm fratris in fratrem. Penna] Ala, & alluſit ad famã, quam alatam pingunt poëtæ. Virgil.

„ *Illam terra parens ira irritata deorum.*
„ *Progenuit pedibus celerem & pernicibus alis.*

Propter hoc alio in loco dixit. Fama uolat ſuperſtes] *Id eſt, quæ illi ſuperuiuet. Superſtites dicuntur, qui aliquo mortuo ſuperſunt. Hinc nonnulli dictam uolunt ſuperſtitionem, quod parentes anili quadam, & non uera religione aſsiduis precibus, uotisq́ deos, ut liberi ſuperſtites ſint, defatigant. Teſtes etiam antiqui ſuperſtites appellarunt.* Latiùs regnes] *Ex media philoſophia ſumptum, arguunt enim, præſertim Stoici illum ſolum eſſe diuitem, cui nihil deſit. At uerò auaro ſemper multæ deſunt, nunquam ergo erit diues. Contra uerò qui animum ſuum à cupiditatibus uendicauit: ei, quæcunq́ aſſunt, ſatis ſunt. Nam natura paucis, minimisq́ contenta eſt, ergo diues. Omnis enim diues eſt cui nihil deeſt. Nam ut ait Cicero. Animus hominis non archa diues appellanda eſt. Hinc illud Stoicorum paradoxon. Omnes ſapientes diuites eſſe. Item ſolos ſapientes liberos eſſe, ſolos etiam reges. Nam ſoli ipſi animum, ita ab omni perturbatione, ab omniq́ nimia cupiditate coërcent, ut & præſentibus fruantur, & abſentia non requirant, nulla libidine torqueantur, nullas diuitias expectant. Quamobrem ueriſsimum eſt, quod latiùs regnabimus.* Domando ſpiritum] *Id eſt, animum, id eſt, cohibendo illum intra rationis terminos, quos cum excedit indomitæ feræ ſimilis effertur, quaſi uniuerſæ Libyæ & Hiſpaniæ imperemus. Nam nihil profuit Alexandro tot populis, ac nationibus imperare, dum ipſe interim uino, iræq́ crudeliſsimis, uiliſsimisq́ dominis ſeruiret, & turpiſsimarum uoluptatum turpiſsimus eſſet ſeruus.* Spiritum] *Id eſt, animum.* Remotis Gadibus] *Id eſt, disiunctis ab ipſa Libya. Nam Gades urbs eſt Hiſpaniæ non procul à Calpe, colonia Tyriorũ, ut Straboni placet: Sed poëta pro Hiſpania poſuit, quæ anguſto freto ab Aphrica diuiditur. Sententia eſt quod latiùs imperium habebis, ſi animũ à cupiditatibus coërcueris, quàm ſi tu coniungeres ſub imperio tuo Aphricã Hiſpaniæ, & uterq́ Pœnus uel Aphricanus, & Hiſpanienſis, quia & in Hiſpania Carthago eſt.* Vel uterq́] *Id eſt, Orientalis & occidentalis.* Creſcit indulgens] *Ratio quare ditior erit, qui animo imperauit, quoniam niſi frenum cupiditatibus imponemus infinitæ erunt, ergo inſatiabiles, ergo nũquam diues, quia ſemper deerit aliquid, & probat Hydropici exemplo, in quo quoniam infinita ſitis excitatur, quantò plus bibit, tantò plus ſitit. Hydropiſis Græcum uerbum, Latinè ſubcutaneus morbus appellatur, quoniã ſub cute aqua ſit, qua uenter turgeſcit, ſic etiam & ab aqua Græcè denominatur, nam hydor aqua eſt. Naſcitur autem de uitio ueſicæ, cum anhelitu fœtido & inflatione turgente.* Sibi dirus] *Crudelis ſibi ipſi. Nam potando ſibi ipſi mortis cauſa eſt.* Nec ipſum pellit, niſi cauſa morbi fugerit uenis] *Nam quemadmodum, hydropico nunquam ceſſat ſitis potando, niſi pellatur à uenis cauſa, quæ ſitim gignit, ſic in nobis non ſatiatur auaritia, niſi pellatur ex animo infinita cupiditas habendi.* Languor aquoſus] *Ipſe morbus, qui aquam inducit unde fit languor in corpore.* Albo] *Pallido Perſius. Turgidus hinc epulis, atq́ albo uentre lauatur.* Languor] *Propriè eſt defectio uirium & ſucci naturalis in corpore, hinc languere dicuntur herbæ, quæ areſcere incipiunt. Sed & animi debilitatem, defectumq́, languorem dicimus.* Phraaten] *Hunc dicunt nonnulli à Marco Antonio regno exutum, deinde ſuis uirtutibus ab Auguſto reſtitutum. Alij referunt à parentibus deſtitutum, & regno à principibus pulſum, ad Indorum philoſophos Brachmanas ſiue Gymnoſophiſtas acceſsiſſe, & cùm ſapientia, & doctrina multum profeciſſet, tandem à ciuibus (qui ſuarum uirtutum fama moti ſunt) in patriã reuocatum, & regno reſtitutũ, magna doctrinæ documenta dediſſe. Ergo plus profuit regi uirtus quàm opes aut diuitiæ: Ordo uerò ſit.* Virtus beatûm] *Pro beatorum.* Diſsidens plebi] *Id eſt, diſſentiens à plebe. Nam uirtus quæ recta ſunt ſentit. Plebs autem ex inſcitia falſa omnino.* Eximit Phraatem numero] *Id eſt, numero ſcilicet grege, quia reddit illum egregium & remotum. A numero, eſt numerat inter paucos.* Et dedocet populum] *Id eſt, ipſam ſtultam & ignaram plebem.* Vti falſis] *Dedocet autem cùm remouemus ex homine, quod priùs didicerat & ei contrariũ docemus.* Falſis Vocib.] *Falſis iudicijs.* Reg. tut.] *i. regnũ cuius inſigne eſt diadema, et refert ad paradoxũ illud, quod eſt oẽs ſapiẽtes reges eſſe, & eorũ regnũ tutũ eſſe.* Deferẽs ergo uni] *Id eſt, ſoli ſapiẽti. Nulla enim uis ſapienti, uirtutes quib. uerè regnat eripere poteſt.* Et propriã laurum] *Propriam uictoriam & triumphũ. Nam laurũ poſuit pro laurea, qua coronãtur triumphantes, & dixit propriam laurũ, quia nunquam à ſapiente eripi poteſt huiuſcemodi uictoria.* Semper enim de uitijs triomphat. Vni quiſquis] *Id eſt, ſoli illi quicunq́ is ſit, qui ingentes aceruos, id eſt, grandes pecuniarum cumulos reſpicit.* Oculo irretorto] *Id eſt, non reflexo à iuſtitia ad cupiditatem. Eſt ergo ſententia uirtutem facere eos reges, qui propter cupiditatem auri non dimouentur à iuſtitia.* Orationis autem contextus eſt, *uirtus deferens regnum & diadema tutum, & propriam laurum uni, id eſt, illi ſoli quiſquis ſpectat aceruos pecuniarum, oculo irretorto. Non enim uetamur ſpectare, id eſt, cupere pecunias. Vtiles enim ad multa ſunt, atq́ illis multos ſubleuare poſſumus. Sed ſunt ita ſpectandæ & cupiendæ, ut non propter illas uirtutes relinquamus.* Diadema] *Erat faſcia linea, qua reges caput circumligabant. Nam διαδέω Græcè circumligo ſignificat. Quapropter cum Pompeius propter ictũ Crus obligaſſet faſcia, audiuit à prætereunte plebeo, mordax illud dictum, nihil intereſt, qua parte corporis diadema ferat Pompeius, dummodo regnet. Aſt Alexander uehementer ſuos offendit cum poſt uictoriam habitam, & de Perſis depoſito linteo, ſimpliciq́ diademate patrio, Perſicum auro, puro puraq́ ornatum ſumpſit.*

ERASM. ROTER. } Nullus argento] *Vt picturæ abſtruſæ nullus eſt uſus, ſic nihilo maior diuitiarum repoſitarum, quas cum Plutarcho rectè Plutum τυφλὸν, id eſt, cæcum dixeris, ac repoſitum. Quoniam non ſolum cæcum dicitur, quod non uidet, uerùm etiam quicquid luce caret. Eraſ. in Prou. ἄξυλος πλοῦτος.*

IOAN HART. } Gadibus] *Prouerb. Vltra Gades. Et, ad Herculis columnas.* Cyri] *Cælius locũ declarat lib. 5 c. 6.*

HENR. GLAR. } Redditum Cyri ſolio Phraaten] *Acro exponit de Phraate rege Perſarum, Cyri ut ipſe ait, filio cum de Phraorte Orodis Parthorum regis filio loquatur author.* Phraorten *autem legendum hîc puto. Eſt enim hoc regum Medorum nomen, ut Deiocis filij apud Herodotum lib. 1. De hoc Phraorte præter Appianũ in libro Parthico, à Mancinello non neglecta multa. Iuſtinus lib. 42. Exemplum certè eſt cuiuſuis in humilem deiecti ex alto locum, ac deinde rurſus reſtituti. Illud autem, uterq́ Pœnus, de imperio intelligo Carthaginenſi, & in Africa, & in Hiſpania etiam alluſum ad utranq́ Carthaginem.* Beatûm Eximit uirtus] *Et beatûm legi poteſt, & beatorum, ut ſit uerſus hypermeter. Vel ex hoc loco coniectare licet, qualis coaceruator fuerit uel Acro, uel alius ſub eius (ut diximus) nomine cum ſuo ordine: quem ſecutus eſt Landinus, relicto Porphyrione, ut nihil dicam de nouo quodam annotatore, nuper orto. Sed nomen lubens obiiceo.*

HERMAN. FIGVL. } Nullus argento color eſt auaris, &c.] *Oſtendit pecuniæ ab auaris reconditæ, nullum eſſe colorem, hoc eſt, ſplendorem, famamq́, niſi mediocriter & liberaliter expendatur. Sunt enim ſordidi iſti, & auidi Patrocli prorſus obſcuri, odioſi, & omnibus modis uituperandi, quòd ad diuitias & pecuniam inflammati, omnem humanitatem relinquunt, nemini proſunt, omnibus nocent, alienaq́ rapiunt, atq́ deuorant. Rurſus ſumma laude & gloria digni, liberales, & benefici, qui pro dignitate cuiq́ tribuunt, proſunt amicis, opibusq́ ad conſeruationẽ humanæ ſocietatis utuntur, beneficia in eos, quos oportet, largè conferunt, quo nihil eſt naturæ hominis accommodatius.* Laminæ] *Pro laminæ, per Syncopen. Eſt autem Lamina bractea tenuis, ex auro, uel argento, uel alio metallo, quam hic ponit pro ipſa pecunia.* Temperato] *Eſt enim liberalitas uirtus & mediocritas quædã inter auaritiam & prodigalitatem, circa dandas, accipiendasq́ pecunias.* Vſo] *Nihil enim proſunt diuitiæ, niſi utamur: neminem reddunt illuſtrem & præclarũ diuitiæ infoſſæ. Vnde Cyrus apud Xenophontem*

tem dicit: Pecunijs utimini, nam in terram ſatis ſit corpora deſodere, cùm quiſq; diem obierit. Et Seneca, Generoſi & magnifici, inquit, animi eſt, iuuare & prodeſſe: Qui dant beneficia, Deos imitantur. Viuet extento Proculeius æuo] *Exemplo Proculei, erga fratres ſuos liberaliſsimi, declarat, liberalium & munificorum hominum famam ac laudem perpetuò uigere, & cum omni poſteritate adæquari.* Animi paterni] *Quia omnino parentis erga fratres ſuos animum ſumpſit. Nam cum hi, bello ciuili ſpoliati, bona ſua æqualiter diuiſit.* Illũ aget penna] *Conſtanti fama atq; omnium ſermone celebrabitur:* Penna] *Fingunt Poetæ famam eſſe alatam. Virg. lib. 4. Aeneid.*

„ *Illam terra parens ira irritata Deorum*
„ *Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis.*

Fama ſuperſtes] *Incolumis & ſalua. Nam licet corpus intereat, & exiguum ac breue ſit huius uitæ curriculum, fama tamen meritorum, nominiſq; commemoratio ſuperſtes atq; ſempiterna manet. Ouidius lib. 1. de Ponto:*

„ *Corpora debentur mæſtis exanguia buſtis,*
„ *Effugiunt ſtructos nomen, honosq; rogos.*
Et lib. 3. de Triſtibus:
„ *Quilibet hanc ſæuo uitam mihi finiat enſe,*
„ *Me tamen extincto fama ſuperſtes erit.*

Latiùs regnes] *Oſtendit eum eſſe diuitem, non qui latè regnet, & ampliſsimas habeãt fortunas, ſed qui animo, & cupiditatibus imperare ſciat. Vnde Cicero in Paradoxis: Animus hominis diues, non arca, appellari ſolet, quamuis illa ſit plena. Dum te inanem uideo, diuitem non putabo. Horat. lib. 4. Carminum:*

„ *Non poſsidentem multa uocaueris*
„ *Rectè beatum. Rectiùs occupat*
„ *Nomen beati, qui Deorum*
„ *Muneribus ſapienter uti,*
„ *Duramq; callet pauperiem pati,*
„ *Peiuſq; leto flagitium timet.*

Quàm ſi Lybiam remotis Gadibus iungas] *Hoc eſt, quàm ſi Africam, Hiſpaniæ coniunctam, ſub tuo habeas imperio. Eſt autem Gades Inſula, & eiuſdem nominis in ea urbs opulenta in Oceano Gaditano, fretum Herculeũ attingens. Autor Mela.* Vterq; Pœnus] *Vtrumq; Carthaginenſe imperium. Sunt enim Carthagines duæ, altera in Africa à Didone condita, altera in Hiſpania, quam dux Pœnorum Aſdrubal conſtituit.* Creſcit indulgens ſibi] *Eleganti & apta ſimilitudo, qua comparat auarum hydropico. Nam ut hydropicus quò plus bibit, eò plus ſitit, & nunquam ſitim reſtinguit, niſi cauſa morbi fugerit uenis: ſic auaro quò magis creſcunt opes, eò magis etiam creſcit habendi amor, nec unquam ſatiatur, niſi cupiditas ex animo eijciatur. Ouid. lib. 1. Faſt.*

„ *Creuerunt & opes, & opum furioſa cupido:*
„ *Et cùm poſsideant plurima, plura petunt.*
„ *Sic, quibus intumuit ſuffuſa uenter ab unda,*
„ *Quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.*

Indulgens ſibi] *Obſequens atq; deſeruiens ſibi, uidelicet potando.* Hydrops] *Morbus eſt acerbus & crudelis, quem Latini aquã intercutem appellant, ἀπὸ τοῦ ὕδατος, quod aqua eſt. Vnde hydropici dicuntur, quos aqua & nimia humorum abundantia inter cutem male uexat. Eius tres ſunt ſpecies. Prima ἀσκίτης uocatur Græcis, & fit cùm inter membranam peritonæum, & inteſtina plurimus aquoſus humor coaceruatur. Altera τυμπανίτης dicitur. Fit ubi flatus ac ſpiritus copioſus in iiſdem uentris locis cõgregatur. Hoc nomine à tympano inſtrumento appellata. Si enim pulſetur uenter, inſtar tympani ſonũ edit. Tertia ἀνὰ σάρκα, uel λευκοφλεγματία nuncupatur. Fit quoties per totũ corpus humor pituitoſus diſſeminatur, ut inſtar ſpõgiarũ, aut papyri, uniuerſa caro permadida appareat. Ideoq; in ea totum corpus intumeſcit, ac mortuo ſimile euadit.*

Aquoſus albo corpore languor] *Ad tertiam ſpeciem, quæ λευκοφλεγματία dicitur, alludere uidetur.* Redditũ Cyri ſolio, &c.] *Senſus eſt: Plebs exiſtimat eos eſſe beatos, qui imperia & diuitias occupant, ſed malè: quare uirtus à falſo uulgi iudicio diſſentiens, ſoli ſapienti tutum & firmum tribuit regnũ, qui nulla corrumpi poteſt pecunia, nec auaritia à bono & æquo diuellitur.* Redditũ Cyri ſolio] *Hoc eſt, reſtitutum Parthorum imperio. Nam Cyrus etiam Parthiæ imperauit. Totum enim Aſiam ſubegit, & uniuerſum Orientem in poteſtatẽ redegit, authore Iuſtino lib. 1.* Solio] *Regali ſellæ. Eſt aũt ſolium armariũ à ligno factum, in quo reges ob corporis ſui tutelam ſedebant. Dictũ quaſi ſolidũ.* Phraoten] *Phraotes, ſceleratiſsimus omniũ filius Herodis (quẽ Plutarchus Hyroden uocat) interfecto patre, & fratribus triginta trucidatis, rex Parthorũ conſtitutus eſt. Huic Antonius propter auxilium aduerſus ſe, & Cæſarem latũ, bellum cum ſedecim ualidiſsimis legionibus intulit: Sed grauiter multis prælijs uexatus, à Parthia refugit: qua uictoria inſolentior Phraotes redditus, cùm multa crudeliter conſuleret, in exilium à populo ſuo pellitur. Itaq; cùm magno tempore finitimas ciuitates, & ad poſtremum Scythas precibus fatigaſſet, Scytharum maximo auxilio in regnum reſtituitur. Hæc Iuſtinus lib. 42.*

Numero beatorum eximit] *Hoc eſt, non refert in numerum beatorũ Phraoten, propterea quòd ſemel ex alto deiectus, & reſtitutus multas habet opes, & rerum omnium abundantiam. Sicut facit ſtultum uulgus, quod diuites eſſet eos, quibus multæ ſunt poſſeſsiones.* Falſis uocibus] *Hoc eſt, ſententijs, iudicijſq; uanis & errantibus, quibus iudicat diuites eos, qui magnam uim auri & argenti, ampla prædia, magnificas ædes poſsident, cùm tamen ſoli ſint diuites ſapientes, & uirtute præditi. Hi enim ſoli poſsident res & fructuoſas & ſempiternas, ſoliq;, quod eſt propium diuitiarum, contenti ſunt rebus ſuis. Satis eſſe putant quod eſt, nihil appetunt: nulla re egent: nihil ſibi deeſſe ſentiunt: nihil requirũt, ut præclarè Cicero in Paradoxis diſputat.* Diadema tutum] *Hoc eſt, firmam & ſtabilem maieſtatem, propter uirtutem & ſapientiam, qua ſola gubernantur & conſeruantur imperia. Cæterùm diadema regum inſigne tam Romanis, quàm exteris gentibus candidam faſciam fuiſſe legimus, quod Liberum patrem inueniſſe primũ, ſcribit Plin. lib. 7. cap. 56.* Oculo irretorto ſpectat aceruos] *Qui ſuis rebus contentus, adeò contemnit diuitias & pecunias, ut ne quidem oculos retorquere ad eas, atq; reſpicere dignetur.*

THEOD. PVLM. } 1 Nullus argẽto color eſt auaris Abdito terris inimice lamnæ Criſpe Salluſti, niſi temperato Splendeat uſu] *Color uidetur eſſe quædam ſpecies, & pulchritudo, ut (1. Sat. 1. uerſ. 44.)*

„ —— *Quid habet pulcri conſtructus aceruus?*

Vel potius ſpecioſa quædam cauſſa & prætextus: quid enim cauſſæ adferre, quid prætexere poſſunt, qui ſuam pecuniã humi defodiũt? Inimicũ aũt Salluſtiũ dicit pecuniæ illi, quæ non tẽperato ſplendet uſu. nam hoc extremũ, ad ſenſum eſt accõmodatius ad Salluſtiũ referri, quàm ad argẽtũ. nõ enim erat inimicus ſimpliciter: laminæ ſed ei demũ, quæ uſui non ſeruiret. Turn. li. 10. ca. 21. Nullus argento color eſt auaris Abdita terris inimice lamnæ Criſpe Salluſti, *Legit Lambinus: ſed alterã lectionẽ codices antiqui cõfirmãt. uerũ libri ueteres in ſcriptura iſtius inter ſe diſcrepant, atq; etiã à ſeipſis diſsident.* lamnæ *enim G. E.* lamnæ, *uerò H. B. li. 1. Epiſt. 15.*

„ *Lamna candente nepotum.* lamna *H. G. V.* Lamina, *E. B. C. eandemq; uarietatẽ in Prudentij antigraphis etiam reperi.*

5 Proculeius æuo] *Proculeius, amicus Cæſaris Auguſti, homo eximiæ uirtutis. Turneb. lib. 28. cap. 24.* 7 Illũ aget penna metuente, *H. G. E. B.* Illum aget penna haud metuente *quidam libri uulgati perperã. eſt enim, haud, ab indocto inſertũ. Vide Ant. Mureti Variarum lect. lib. 1. cap. 7.* 11 —Vterq; Pœnus Seruiat uni] *Id eſt, Eous, & Occiduus, qui Gaditanus eſt. Sic Virgil. (9. Aeneidos, uerſu 100.)*

„ —*Quà Sol utrumq; recurrens*
„ *Adſpicit Oceanum.*

Vterq; Oceanus, mare Eoum eſt, & Occiduum. Turneb. lib. 10. cap. 5. 17 Redditum Cyri ſolio Phraaten] *Quo ſignificat reſtitutum in Parthorum, uel Perſarum imperium, quod Cyri ſoliũ uocauit: quia ſella regia in qua ſedebant Perſarum reges, Cyri ſella dicebatur. Plutarchus,* [Greek illegible] *Turnebus libro 6. cap. 25. Phraates, ſæuiſsimus & crudeliſsimus rex à ſuis in exſilium pulſus, Scytharum tandem maximo auxilio in regnum reſtituitur. Lege Iuſtinum lib. 42.* 18 Beato-rum] Beatũm, inquit, *Henr. Gla-*

reanus, legi poteſt. quæ lectio ueterum codicum teſtimonio nõ confirmatur. 23 Quiſquis ingentes oculo irretorto Spectat aceruos] *Id eſt, quiſquis non eſt auarus, nec adſpectu pecuniæ magnopere mouetur; nam qui pecuniæ eſt auidus & ſtudioſus, ad eius aceruos ſubinde retorquet oculos, ac pene ſtrabus efficitur, nec ſic ab ea auelli poteſt, quin oculos ſæpenumero reflectat, ut eam reſpiciat. Eum igitur dicit, cui pecuniæ adſpectus oculos non deprauat, nec ſtrabos reddit, quod magnæ auiditatis eſt argumentum. Hinc & eos, qui alicuius rei nimia cupiditate tenebantur, Strabones fieri dicebant. Varro (Flextabul. περὶ ἐπαρχιῶν.)* Multi enim, qui limina intrarunt, integris oculis ſtrabones facti ſunt: habet enim quiddam ἑλκυστικὸν prouincialis formoſula uxor. *Lucilius (lib. 27.)* Nulli me inuidere, non ſtrabonem fieri ſæpius deliciis me iſtorum. *Turneb. lib. 10. cap. 21.*

GEORG. FABR. } *Nullam eſſe utilitatem probat diuitiarum reconditarum: modumq́ rei ſtatuit, non in copia, ſed in uſu: non in ſplendore, ſed in uirtute: non in auro & latifundijs, ſed in officio. Quò uerò quiſq; minoris facit diuitias, eò uitam feliciorem, ac magis regiam ducit.* Regnum & diadema tutum Deferens uni] *Diadema olim regum Perſarum & Macedonum inſigne fuit, quod erat faſcia circum tẽpora religata. Eodem inſigni, cum corona laurea, uſi ſunt poſtea Imp. Romani, ut ſtatuæ ipſorum, & ſimulacra & nummi teſtantur: & id inſigne primum uſurpaſſe Auguſtum, ex hoc conijci loco poteſt.*

IOD. BAD. ASCENS. } Nullus argento] *Graphicè admodum & perquàm moraliter ſcribens ad Salluſtium, quẽ minimè auarum fuiſſe conſtat, dicit omnem argenti pulchritudinẽ in uſu temperato eſſe, nihil ad famam claram efficacius liberalitate cum animi continentia & temperantia, quam deinceps laudat.* Ordo eſt. O Criſpe Salluſti inimice] *Id eſt, qui inimicaris.* Lamnæ] *Id eſt, laminæ argenteæ, aut aureæ, quia pecuniam, ut expendatur mauis.* Nullus color] *Id eſt, nullus decor eſt argento.* Abdito] *Id eſt, abſcondito.* Terris auaris] *Niſi ſplendeat uſu temperato, ab auaricia & prodigalitate, quia utraq; uitioſa eſt.* Viuet extento Procul.] *Exemplo Proculei probat liberalitatis ſplendorem & gloriam, ſubiuncturus temperantiæ contra auaritiam laudem ac dicens. Proculeius ciuis ille Romanus beneficus & liberalis.* Notus] *Id eſt, cognitus.* In] *Id eſt, erga fratres, ſcilicet ſuos.* Animi paterni] *Id eſt, affectionis paternæ, quia patrimonij portionem iterum illis tanquam filijs ſuis conduxiſſit.* Viuet æuo extento] *Id eſt, producto, ſcilicet in æternum.* Quia fama ſuperſtes] *Id eſt, ſemper ſtans, ubi mortales ceciderint.* Aget] *Id eſt, uehet illum, ſcilicet Proculeium in ore hominum.* Penna] *Id eſt, alis.* Metuente ſolui] *Id eſt, ſemper duraturis, & quæ non diſſoluentur, ut alæ Icari, aut etiam auium mortalium.* Tu regnes] *Id eſt, quilibet regnet.* Latius] *Id eſt, diffuſiùs aut magnificentiùs.* Domando ſpiritum] *Id eſt, animum.* Auidum] *Id eſt, auarum.* Quam ſi longa] *Scilicet imperando Lybiam.* Gadibus] *Id eſt, ultimæ parti Hiſpaniæ Bæthicæ, in qua etiam Tyrij Erythræi apud Erythræum mare oriundi, coloniam habuêre.* Et iis uterq; Pœnus] *Scilicet, tam Lybicus quàm Gaditanus ſeruiat tibi Vni. ut uerò latius commendet uirtutem temperãtiæ, damnat uitium ei oppoſitum, dicens.* Hydrops] *Id eſt, Hydropicus, id eſt, intercute laborans.* Dirus] *Id eſt, execrabilis, & quaſi deorũ ira laborans.* Creſcit] *Id eſt, magis inflatur.* Indulgens ſibi] *Id eſt, ſequens appetitum ſuum, quia quantò plus potat, tantò plus ſitit, & quantò plus ſitit, tantò plus potat, & ita, & morbum, & appetitum auget. unde addit.* Nec pellit ſitim] *Id eſt, appetitum bibendi.* Niſi cauſa morbi] *Id eſt, aqua intercus.* Fugerit] *Id eſt, abierit uenis & languor.* Aquoſus] *Id eſt, aquæ plenus.* Fugerit ſup. à corpore albo] *Id eſt, aquis ſic diſtenta cute, ut alba uideatur, quaſi dicat per ſimilitudinem, ſic nec auarum impleri pecunia, nec beatum reddi, niſi auaritiam expulerit.* Virtus diſſidens] *Id eſt, diſſentiens.* Plebi] *Id eſt, opinioni populi.* Eximit numero beatum] *Id eſt, beatorum Phraaten Parthorum regem filium Herodis, qui patrem ſuum trucidauerat.* Redditum] *Id eſt, reſtitutum poſt mortem patris.* Solio Cyri] *Id eſt, regno Perſarum in quo Cyrus maximè claruit. Hoc eſt omnis populus prædicat Phraaten beatum, quòd regnum Perſarum in quod pater per parricidiũ uenerat aſſecutus ſit præter opinionem multorum.* Verum uirtus diſſidet] *Id eſt, non aſſentitur populo, quia uult nihil eſſe utile, quod non idem honeſtum, neminemq; beatum, niſi qui bonus ſit & ſapiens, unde poëta noſter in epiſtolis:*

„ *Neue putes alium ſapiente bonoq; beatum.*

Et uirtus dedocet populum uti] *Id eſt, docet populum ne amplius utatur.* Vocibus] *Id eſt, ſermonibus falſis.* Deferens] *Id eſt, attribuens regnum &* Diadema] *Id eſt, inſigne regnum præcipuè Perſarum.* Tutum] *Id eſt, ſine periculo poſsidendum.* Et laurum] *Id eſt, lauream.* Propriam] *Id eſt, debitam.* Vni] *Id eſt, ſoli illi.* Quiſquis] *Id eſt, quicunq; ſpectat ingentes aceruos, ſcilicet auri & argenti, aut aliarum rerum.* Oculo irretorto] *Id eſt, non retracto, ex obliquo per auaritiam. Nam pertranſeũtes rem placidam retorquemus oculos in eam.*

ANTON. MANCIN. } *Salluſtium poëta à liberalitate, & temperantia celebrat, dicens latenti pecuniæ nullum eſſe ſplendorem, honoremúe aliquem, niſi quis ea temperatè utatur. Affert ad id Proculei exemplum, qui erga fratres fuit liberaliſsimus, unde dicit illum perpetua fama notum fore: aſſerit item late regnare illum ſolum, quicũq; cupiditates, ſeq; ipſum domuerit: facit deinceps comparationem ab hydropico ad auarum, ſicut enim hydrops bibendo plus ſitit, ita nunquam ſatiatur habendi ſitis, & poſtremò inquit, quod ſapiens nõ appellat beatũ illũ, qui diues aut rex fuerit, ſed qui ſine rerum cupiditate & auaritia uixerit. Nam ut Cicero inquit, animus tuus oportet ſe indicet diuitem, non hominem ſermo neque poſſeſsiones.* Nullus argento] *Metrum eſt ſimile Odæ ſecundæ libri primi.* Nullus argento] Ordo eſt. O Criſpe Salluſti inimice Lamnæ nullus color eſt argento abdito terris auaris, niſi, &c. *Eſt autem ſenſus quòd latenti pecuniæ nullus ineſt color, id eſt, ſplendor & honor, niſi temperatè & modeſtè in uſu fuerit.* Auaris terris] *Auaræ terræ dicuntur, quoniam bona multa in eis latent & celantur, ut Theſauri & huiuſmodi.* Inimice] *Vocatiui caſus eſt, nec enim trochæus eſt. Lamnæ & lamina, & lamina indifferenter dicitur.* Lamnæ] *Id eſt, latæ maſſæ argenteæ, quæ ipſa pecunia eſt. Erat autem Salluſtius pecuniæ inimicus, quoniam non terris, uti auari ſolent, celabat, ſed impendebat potiùs neceſſarijs rebus, & opportunis modeſtè quidem & temperatè.* Temperato uſu] *Non parco uel prodigo. Prodigus enim ut lib. ſecundo Ethicorum. ait philoſophus in erogando exuperat, in capiendo deficit. At illiberalis, atq; auarus in capiendo exuperat, in erogando deficit, unde exuperatio, & defectio bonum ipſum corrumpunt mediocritas uerò conſeruat.* Proculeius] *Fuit is Romanus eques, & Auguſti amiciſsimus, de quo Plutarchus ſcribit in Antonij uita, dicit enim quòd Antonius paulò antequam expiraret, admonuit reginam Cleopatram, ut ſibi ac rebus ſuis conſuleret, & maximè omnium, qui cum Cæſare Auguſto erant Proculeio ſe crederet. Mortuo Antonio, Auguſtus Proculeium miſit, ut curaret Cleopatram uiuam in eius poteſtatem habere poſſe. Deinde quũ illa, arrepto enſe, uoluiſſet ſibiipſi mortem inferre, Proculeius enſem è manibus ademit. Acron præterea, & Porphyrio dicunt, hũc Proculeium ita pium erga fratres ſuos Scipionem & Murenam fuiſſe, ut ſpoliatis fratribus bello ciuili, patrimonium ſuum ex integro diuideret, quod cum eis ante quoq; diuiſerat.* Aget] *Id eſt, ducet per ora uirũm.* Penna metuente ſolui] *Id eſt, alis ſemper uolantibus, ne ab aliquo ſoluantur. Fama autem quónam pacto pennas habeat, legito lib. Aeneid. 4. Maronis.* Auidum do. ſpi. *Difficilius enim eſt, ut etiam Heraclyto placet, uoluptati repugnare, quàm iræ, ut philoſophus lib. 2. Eth. inquit. Et Salluſtius in Iug. ait,* ſed dux atque imperator uitæ mortalium animus eſt. *Valerius quoq; lib. 4. inquit,* quod animi moderatio mentes noſtras impotentiæ & temeritatis incurſu trãſuerſas ferri non patitur, quo euenit, ut reprahenſionis morſu ſit uacua. Auidum pecuniæ] *Scilicet, iubet enim auaritiam fugari.* Lybiam] *Lybia Aphricæ regio eſt Aegypto contermina, ut Plin. lib. 6. Gadibus enim ipſo capite Bæticæ ab oſtio freti Gadis, inſula eſt longa paſſuum milibus 75. Lata*

autem

autem eſt paſſuum millibus 12. quæ tribus millibus abeſt à continente: habebat oppidum ciuium Romanorum, quod appellabatur Auguſtiana urbs Iulia. Sed ab eo latere quò Hiſpaniam ſpectat, inſula eſt in longum ducentorum. M. paſſuum, quadraginta millium lata. In qua prius oppidum Gadium fuit, dictum Erythræa, quoniam Tyrij ab origine eorum orti, ab Erythræo mari ferebant. In hac Gerionem habitaſſe exiſtimatur, cuius armenta Hercules abduxerit, author eſt Plinius libro 4. cap. 23. de inſulis in Oceano. Vterque Pœnus] Gaditanus ſcilicet & Carthaginenſis. Pœni enim Carthaginem condiderunt, & urbem in Gadibus, quã Erythræam appellarunt, quod iam ſuperiùs dictum eſt. Vni] Id eſt, tibi ipſi. Creſcit] Auaro hydropa comparat, nam, ut Iuuenalis ait,

» Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Ouidius item lib. 1. Faſt.

» Creuerunt & opes, & opum furioſa cupido.
» Et cùm poſsideant plurima, plura petunt:
» Sic quibus intumuit ſuffuſa uenter ab unda.
» Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Indulgens] Id eſt, concedens. Dirus] Id eſt, deorum ira miſſus, eſt enim morborum ferè peſſimus. Hydrops] Intercus dicitur propriè aqua, quam Græci hydropa uocant. ut ſcribit Priſc. libro ſexto. Cato autem quaſi adiectiuo eo eſſe uſus, dicens intercutibus ſtupris obſtinatus, pro inteſtinis, ut ſit ſecundùm eum, hic & hæc, & hoc intercus, id eſt, qui uel quæ, uel quod intra cutem eſt. hydrops autem quid ſit propriè, uideto Celſum lib. 3.

Cyri ſolio] Fuit Cyrus Perſarum rex, qui ſubegit Aſiam & uniuerſum Orientem in poteſtatem redegit: regnauit annis triginta, continuo ſucceſſu totius temporis admirabiliter inſignis, cui tandem ab hoſtibus Scythis trucidato cum ducentis millibus Perſarum ſucceſsit filius Cambyſes, qui imperio patris Aegyptum adiecit. Scribit ea Iuſtinus libro primo. Phraaten fuit is Parthorum rex, Herodis filius, qui trucidato patre regnum occupauit, contra quem ſæpe Mar. Antonius pugnauit, ut teſtatur Plutarchus. ſcribit etiam Apianus in libro Mithrydatico. Acron autem ſcribit aliquos dicere Phraatæ ab Antonio ademptum fuiſſe imperium, & per Auguſtum poſtea reſtitutum. Quod autem fuerit Cyri filius, ut idem ait, minimè uerum eſt. nam Cambyſes Cyri filius fuit, ut diximus, & qui ſibi in regno ſucceſsit.

Redditum Cyri ſolio] Fuit Cyrus Perſarum rex, regnauitq; annis triginta, ut diximus, ſubacta Aſia & uniuerſo oriente. Ergo Parthis regnauit. Senſus autem eſt, quòd uirtus, & ſapientia, quæ à plebe diſcordat, tollit è numero beatorum Phraaten reſtitutum regno Perſarum. hoc eſt, ſapiens non appellat beatum & regem illum, qui regnum habet, ſed qui ſine inuidia & ſine cupiditate pecuniarum aceruos ſpectat. Vnde optimè inquit ille.

» Dilige denarium, ſed parce dilige formam.

Redditum Cyri] Ordo eſt. Virtus] Id eſt, prudentia & ſapientia. Diſsidens plebi eximit è numero beatorum Phraaten redditum Cyri ſolio] Equo ſcilicet eiectus fuerat.

Et dedocet ipſa uirtus] Id eſt, diſſuadet populum uti falſis nominibus, deferens regnum & diadema tutum, et propriam laurum. Vni, id eſt, ſoli illi. Quiſquis oculo irretorto ſpectat ingentes aceruos, Populumq; falſi] Id eſt, diſſuadet populo beatum dicere eum, qui diues eſt, & non ſapiens. Tunc igitur falſis uocibus populus utitur, quum beatos appellat diuites, & reges, quibus auaritia ineſt. Sprecta uirtute] Id eſt, temperantia & liberalitate. Vnde optimè Horatius idem prima Epiſtola inquit

» Ad ſummam ſapiens uno minor eſt Ioue:
» Diues, liber, honoratus, pulcher, rex deniq; regum.

Valerius libro 7. capite 2. ait. Nec parum prudenter Anaxagoras interroganti cuidam, quiſnam eſſet beatus. Nemo inquit, ex his, quos tu fœlices exiſtimas, ſed eum in eo numero reperies, qui à te ex miſeris conſtare creditur, non erit ille diuitijs & honoribus abundans, ſed aut exigui ruris, aut non ambitioſæ doctrinæ fidelis, ac pertinax cultor in receſſu, quàm in fronte beatior. Diadema tutum] Id eſt, Regiam coronam. Ἀναδέω enim nobis eſt corono, uel circumligo. Propriam laurum] Pro laurea, id eſt, propria gloria, quæ non aliorum uirtute acquiritur, ſed ſua & propria unicuique.

Oculo irretorto] Id eſt, ſine cupiditate, & ſine inuidia. Inuidus enim nuſquam recta acie ſpectat, niſi ubi ærumnæ fuerint, tunc enim lætatur maximè. Vnde libro ſecundo Metamorph. Naſo ait de ipſa inuidia.

» Pallor in ore ſedet macies in corpore toto,
» Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes.
» Riſus abeſt: niſi quem uiſi fecere dolores.

ODE III. AD Q. DELIVM.

προτρεπτικὴ.

Ode III. Dicolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

— — ◡ — — — ◡ ◡ — ◡ —
— — ◡ — — — ◡ ◡ — ◡ —
— — ◡ — — — ◡ — ◡
— ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ — —

ARGVMENTVM IN ODEN III.

Ode parænetica ad Q. Delium amicum, qua monet in utraque fortuna moderatè utatur, rebus lætis non efferatur, aduerſis non deiiciatur, ſed mediocritatem, & æquabilitatem quandam ſeruet: interim certus de morte utcunq; uixerit, rem familiarem extruxerit, undecunq; natus ſit, atq; ob id hilaris uiuat, dum per ætatem & facultatem licet.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Quod eſt in uita mortalium maxime expetendum, hîc docet poëta, nempe ut æquo animo tàm proſperã quàm aduerſam fortunam feramus, quod præceptum rationi confirmat ſubiectione, quãdo per mortem omnia relinquenda dicit, quibus tamen nunc per occaſionem commodè poſſumus uti.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Monet amicum, ut utramq; fortunam æquo animo ferat; hilaris uiuat dum fata & ætas permittant: memor omnia heredi relinquenda, & nihil certiùs eſſe morte.

COMMENTARIA.

AEQVAM memento rebus in arduis
Seruare mentem, non ſecus in bonis
Ab inſolenti temperatam
Lætitia, moriture Delli.
Seu mœſtus omni tempore uixeris
Seu te in remoto gramine per dies
Feſtos reclinatum bearis,
Interiore nota Falerni:
Quo pinus ingens, albaq; populus
Vmbram hoſpitalem conſociare amant
Ramis, & obliquo laborat
Lympha fugax trepidare riuo.
HVC VINA & unguenta, & nimiū breueis
Flores amœnæ ferre iube roſæ:
DVM RES, & ætas, & ſororum
Fila trium patiuntur atra.
Cedes coëmptis ſaltibus, & domo,
Villaq; flauus quam Tiberis lauit:
Cedes, & extructis in altum
Diuitijs potietur hæres.
Diues'ne priſco natus ab Inacho
NIL INTEREST, an pauper, & infima
De gente ſub dio moreris.
Victima nil miſerantis Orci.
OMNES eodem cogimur, omnium
Verſatur urna, ſerius, ocyus
Sors exitura, & nos in æternum
Exilium impoſitura cymbæ.

ACRON.

AEQVAM memento] *Id eſt, æqualem, immutabilem memento, habens ſemper moderationis in animo propoſitum, id eſt, in aduerſis talis ſis, qualis in proſperis.* Rebus in arduis] *Aduerſis & difficilibus.* Ab inſolenti temperatam] *Immoderatè lætam ſiue inconſuetam, moriendum enim eſt, ſeu tenax, ſeu largius uixeris.* Reclinatum] *In bibendo reſupinum & ſoluto à curis animo te beatum feceris.* Interiore nota Falerni] *In interiore enim uina reſeruanda reponuntur, quibus ad uetuſtatis indicium & tempus quo conduntur, eſcribitur.* Quo pinus ingens] *Quæ magnitudine ſua amœnitatem potantibus præſtat.* Albaq; populus] *Interiora enim populi folia, alba ſunt, ut.* *Herculea bicolor cùm populus umbra.* Vmbram hoſpitalem] *Refugium propter æſtum epulantibus genialiter præſtantem.* Conſociare] *Condenſare & opacam facere.* Trepidare] *Feſtinare: ut,*

„ *Ne trepidate meas Teucri defendere naues.*

Huc] *Id eſt, ad nemora & pinus, inſtrumenta conuiuij & uoluptatum parentur.* Breuis] *Genitiuus eſt. Breuis autem citò tranſeuntis & temporalis, ut ipſe ſuperiùs.*

„ *Et breue lilium —*

Dum res & ætas] *Patrimonium & iuuenta apta lætitiæ.* Sororum fila trium] *Quæ mortis admonent & minentur. Ideo & atra. Virg.*

„ *Extremaq; Lauſo Parcæ fila legunt.* Cedes coëmptis ſaltib. & domo] *Omnib. diuitijs, & amœnitate, niſi in uſu ſint, carendū morte dicit, ut Iuuen.*

„ *Dum tamen à figulis munitam intrauerit urbem*
„ *Sarcophago contentus erit.*

Et Terent. Dum uixit, uixit bene.

Extructis] *Compoſitis, ut:*

„ *Qui forte tapetibus altis Extructis.*

In altum] *Mari iactis operibus, & extructis in altum ædificijs potietur. Hæc eſt concluſio ſenſus.* Cum in diuitijs uſus non fuerit tuis, relictis hæredes utentur. Diues'ne priſco natus ab Inacho] *Nihil intereſt poſt mortem, utrum diues & generoſus ſis: an pauper & humilis genere. Inachum autem pro nobilitate generis poſuit. Rex enim Argiuorū Inachus nobiliſſimus fuit, à quo & fluuius, qui in ipſo mortuus eſt, nomen accepit. unde & Virg. pro nobilitate:*

„ *Et Turno, ſi prima domus repetatur origo,*
„ *Inachus, Acriſiusq; pater.* *Et Iuuen.*
„ *De quocunq; uoles proauum tibi ſumito libro.*

Sub dio moreris] *Supra enim inter diuitias & domum dixerat, ideo hic ſub diuo poſuit pauperis manſionem.* Nil miſerantis Orci] *Implacabilis. Virgil.*

„ *Ignoſcenda quidem ſcirent ſi ignoſcere manes.*

Cogimur] *Compellimur, ut:*

„ *Tytire coge pecus.*

Verſatur urna] *Aut ubi fatum & conditio uitæ uerſatur: aut urna ubi cineres colligebantur, ut Lucan. Nunquam plenas plangemus ad urnas. Hic autem poëticè per urnam, quaſi ſorte ad mortem ductos, rapi dixit, ut Virg.*

„ *Quæſitor Minos urnam mouet.*

Sors] *Ideò ſortem, quia urnam dixerat.* Ordo eſt: Sors omnium exitura ſerius uel ocyus, & nos impoſitura cymbæ in æternum exilium uerſatur omnium urna. Impoſitura] *Cymbæ uidelicet impoſitura eſt nos, ut in æternum dirigat exilium.* Cymbæ] *Naui Charontis.*

PORPHYRION. } Aequam memēto rebus in arduis Seruare mentem] *Hæc Ode ad Qu. Dellium ſcripta eſt, de animi æquitate, ſubitis bonis non eſſe gaudendum: nec malis deſperandum, ſed medium tenorem ſequendum* Moriture Delli, Seu mœſtus omni tempore uixeris. Seu te in remoto gramine per dies feſtos reclinatum bearis] *In hoc cauſam oſtendit cur æquo animo uiuendum ſit, quoniam, ſcilicet, moriendum eſt. Et ſi laſciuus & largus uixeris, ſeu in remoto gramine, hoc eſt, in ſueceſſu nemoris.* Reclinatum autem] *Id eſt, reſupinum recumbentem, ut ſolent qui ſecuriores, & ſoluto animo hoc faciunt.*

Interiore nota Falerni] *Hoc eſt, uetuſtiore, quoniam interiores lagenæ ſolent eſſe, quæ prius ſtipatæ ſunt.* Quo obliquo laborat Lympha fugax trepidare riuo] *Subaudiendum ſi ea non utimur, & eſt totum aduerbialiter dictum.*

Huc uina & unguenta, & nimium breues Flores ferre iube roſæ] *Id eſt, ubi hoſpitalem umbram conſociant pinus & populi, & ubi lympha fugax obliquo laborat trepidare riuo.*

Dum res, & ætas, & ſororum fila trium patiuntur atra] *Hoc eſt, & unde, & dum per ætatem hæc decet facere, & dum fata permittunt uiuere, quæ atra fila mortuorum tractant. Dum fila atra ſororum patiuntur, inquit, pro eo quod eſt, dum ipſæ ſorores patiuntur, hoc eſt, quorum fila ſunt atra.* Et extructis in altum diuitijs potietur hæres] *Hoc eſt, quas tu in altum extruxeris, ac per hoc, magnas amplas feceris.* Diues'ne priſco natus ab Inacho] *Verum diues, inquit, & generoſus ſis, an pauper & ignobilis nihil intereſt.* Sub dio moreris] *Sub cœlo agas, ac per hoc uiuas.* Omnium Verſatur urna] *Poëticè hoc quaſi ſorte, ſcilicet ducti ad mortem.* Impoſitura cymbæ] *Scilicet, qua Charon umbras ſepultorum per Acherontem, in ulteriora inferorum transfert, & hoc poëticè.*

CHRIST. LAND. } *Aureum præceptum, quo amicum monet, ut utranq; fortunam moderatè ferat.* Memento ſeruare] *Id eſt, conſeruare mentem æquam, id eſt, æqualem & in nullam partem inclinātem, neq; in mœrorem propter res aduerſas, neq; in profuſam lætitiam propter fœlices. Socraticam igitur illam uultus æqualitatem ſemper ſeruet. Temperatā idem eſt, quòd æquam, quiá temperatus in nullum extremum labitur.* Arduis] *Difficilibus. Arduum enim ſignificat erectum, & quod accliue dicimus, hinc arduam appellamus uiam per quam aſcenditur, & quia aſcenſus tendit ad alta, dicimus arduum altum & erectum. Virg.*

„ *Arduus ad ſolem, & linguis micat ore triſulcis.*

Et quia aſcenſus difficilis, laborioſusq; eſt arduum etiam difficile & laborioſum dicimus. Ergo hic arduis, difficilibus & duris. Qualis eſt orbitas, & paupertas, exilium & ſimilia.

In bonis] *Quæ proximè dictis contraria ſunt.* Ab inſolenti lætitia] *A nimia lætitia, quæ quoniam ex rebus proſperis prouenit, nos inſolentes, id eſt, ſuperbos reddit. Sed de lætitia, reliquiſq; perturba-*

turbationibus, in quibus modum excedimus, latiùs diſputabitur in ſermonibus, atq; epiſtolis. Ergo ab inſolenti, id eſt, à geſtienti. Nam ut ait Sal. Quippe ſecundæ res ſapientium animos fatigant, nedum illi corruptis moribus uictoriæ obtemperarent, alij legunt inſolenti, id eſt, non ſolita & conſueta, quaſi dicat ô magna, quæ rarò mortalibus euenit. Moriture] Id eſt, cui ſit omnino moriendum, ſiue mœſtus uixeris, ſiue lætus. Seu mœſtus] Sententia eſt, ſiue rebus aduerſis, ſiue in lætis uixeris moriturus es. Propterea q; indulge genio, & à ſententia quam grauiſsimè propoſuit paulatim in epicureā mollitiem labitur. Seu bearis, pro beaueris, id eſt, beatum feceris, & ſecundùm Epicureorum dogma loquitur, qui beatitudinem in uoluptate corporis reponunt. Dies feſtos] Nam in profeſtis ferijs eſt incumbendum, & oſtendit etiam Epicureos modum in uoluptatibus habere. Remoto] Scilicet à frequentia hominum. Nam omninò palàm hæc agenda non ſunt, uel dixit, remoto, ut magis ex arbitrio ſuo remoto arbitrorum pudore, genio indulgere poſsit. Gramine] Pro omni herba. cæterùm gramen Marti dicatum eſt, quia ex humano cruore oriri creditur, & in cæteris quidem locis illud exilib. folijs exire uidemus. In Parnaſo uerò, ut ait Plinius, hederacea ſpecie eſt, flore q; odorato atque candido. Reclinatum] Quaſi reſupinum ad bibendum. Et ſi locus iſte diligenter annotetur, inueniemus uitam epicuream, quam ipſe ſectam olim tenuerat, ad unguem deſcribi. Nam ponit uoluptates, ſed parabiles & faciles, & præſcripto tempore, quod Epicurus fieri multis locis præcipit. Interiore nota] Antiqui ita uina in cellis cōdebāt, ut quæ eſſent pretioſiora, & ad longius tempus duratura interiùs cōderent, reliqua magis ad manus exponerēt. Præterea dolium notabant titulo, quo & tempus in quo conditum eſſet, & patriam uini deſcribebant. Vnde alibi]

,, Chio nota ſi commixta Falerni. & Iuuenalis.
,, Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
,, Setinis cuius patriam, titulum q; ſenectus.
,, Deleuit multa ueteris fuligine teſtæ.

Ergo interiore nota. i. lagena in interiori parte poſita, et in qua nota, id eſt, titulus ſit. Quo] In quo gramine & prato. Pinus] Hæc enim matri deorum conſecrata eſt. Sola pinus, & cedrus capillata habēt folia. Alba] Quia frondes ſuæ internæ albæ ſunt. Arborem hanc Herculi conſecrauit antiquitas. Conſociare amant] Atqui pinus campos deſiderat, & populus fluuios. Vnde Virg.

,, Fraxinus in ſyluis pulcherrima, pinus in hortis,
,, Populus in fluuijs, abies in montibus altis.

Sed & quia in campo pinus, & quia iuxta aquas populus aderat. Hoſpitalem] Quæ nobis gratum præbent hoſpitium. Fugax] Aquæ epithetum eſt, ſemper enim labitur. Obliquo] Quaſi dicat flexuoſo, ut maiorem ſpectanti uoluptatem afferat. Differt autem obliquum à tranſuerſo. Nam in corpore quadrato obliquum eſt ab angulo ad angulum. Tranſuerſum uerò à linea oppoſita ad aliam lineam. Breuis] Non ad corpus roſæ, magnus enim flos eſt, ſed quòd ad tempus breue duret. Dum res] Scilicet familiaris, & ætas, ſcilicet iuuenilis, nam ſenectus ineptior ad has uoluptates habetur. Poſuit igitur illa duo, ſcilicet rem & ætatem, & re ueluti inſtrumēto opus eſt, & ætate uiridiori, quæ uoluptatum capax ſit. Sed quia interuentu mortis etiam hæc non proſunt, addit tertiū ipſam mortem. Fila atra] Propter mortē dixit atra, aliquando atra fila, pro infœlici uita, ut alba pro fœlici ponuntur. Iuuen.

,, Et pelago poſtquam Parcæ meliora benigna,
,, Penſa manu ducunt hilares & staminis albi Lanificæ.

Quoniam autem uita humana initium habet progreſſum & finem] Hæc tria per tres Parcas antiqui notauerunt. Harum nomina ſunt Clotho, Lacheſis & Atropos. Clotho colum cum penſo geſtat, ut ſit ortus noſter, qui materiam uiuendi præbet. Lacheſis autem filum ex penſo ducit. Id enim eſt tempus illud quod ad uiuendum ſortiti ſumus. Vnde ipſa ab eo quod eſt λαγχάνω, id eſt, ſortior nomen ſumpſit. Tertia uerò filum iam à Lacheſi ductum obtruncat, quia abrumpit uitam, mortem q; adfert. Ex quo Atropos, quaſi ἄνευ τροπῶν, id eſt, ſine cōuerſione dicitur, quia immutabilis, inflexibilis q; eſt mors: Nulli enim parcit. Hinc Virg.

,, Ignoſcenda quidem ſcirent ſi ignoſcere manes.

Seruius autem dicit ex ijs unam loqui, alteram ſcribere, tertiam fila deducere. Addit q; dictas Parcas per cōtrarium ſermonem, quoniam nemini parcant. Aulus autem Gellius refert tribus fatis tria nomina eſſe, & primam dici Parcam à parendo, ſecundam nonam, tertiam uerò decimam, quoniam, aut nono aut decimo mēſe pariantur homines. Ceſellius autem uindex Parcarum ponit tria nomina, ſcilicet Nonam, Decimam & Mortuam, producit q; Liuij poëtæ uerſum. Quando dies aduenit quam pro fata mortua eſt. Parcas alij dicunt fuiſſe filias Demogorgonis. Alij Noctis, Alij (quibus aſſentitur Cicero in libris de Natura deorum) Herebi & Noctis filias dicunt. Saltibus] Saltus alij dicunt loca arboribus expedita, quia facilè in ijs ſaltetur. Alij dicunt loca eſſe ſyluis circumdata. Alij loca anguſta & abſciſſa inter colles. Virg.

,, Cum pater Aeneas ſaltus ingreſſus apertos.

Videntur q; apti uenationi. Vnde

,, Nec ſaltus deſint illis, nec luſtra ferarum.

Enumerat autem hic cuncta, quæ diuitem reddere poſsint. Extructis] Compoſitis, Virg.

,, Qui fortè tapetibus altis exſtructis
,, Toto perflabat pectore ſomnum.

Potietur hæres] Ergo non tibi, ſed illi laboras. Priſco] Sententia eſt, neque poſt mortem proderint tibi accumulatæ pecuniæ, neque in uita cauſa erunt ne moriâris, quia mors nobilibus, ignobilibus q;, & pauperi, diuiti q; communis eſt. Inachus etiā pro nobili ponitur, quia huius poſteri per multa ſæcula durarunt, ergo Virg. de Turni nobilitate ſic ait. Et

,, Turno ſi prima domus repetatur origo,
,, Acriſius, Inachus q; pater, media q; Mycenæ

Inachus autem Oceani & terræ filius in fabulis traditur. Hic Argis regnauit, quo tempore apud Hebræos floruit Iſaac Abrahæ filius. Pauper & ig.] Duas fortunæ iniurias ponit, quas uulgus maximas putat, quòd & pauper ſit ignobilis. Sub diuo] Sub aëre, quaſi ſine domo. Victima] Veluti uictima, quæ Plutoni mactetur. Seruius uictimam ait eſſe, quæ dijs pro hoſtibus deuictis ſacrificatur. Hoſtiam autem quæ ſacrificatur cum ſit contra hoſtes eundum. Ergo uictima gratias referimus, pro beneficio accepto. Hoſtia ut illud accipiamus precamur. Tamen Ouid. ait.

,, Victima quod dextra cecidit uictrice uocatur,
,, Hoſtibus à domitis hoſtia nomen habet.

Serius ocius] Poëticè, quaſi dicat ſorte ex urna educta moriantur homines. Erat Romæ conſuetudo propter infinitas penè cauſas, ut omnium litigantium nomina in urnam conijcerentur, & ſorte inde educerentur, & quibus primo ſortes euenirent illi, prius audiebantur, eorum q; lites decidebantur. Iuuenalis,

,, Expectandus erit qui lites inchoet annus.

Hoc ergo & Virg. ad inferorum iudicia retulit, cum dixit

,, Vrnam mouet ille ſilentum,
,, Concilium q; uocat uitas q; & crimina diſcit.

Hoc nūc ad diuerſa moriēdi tēpora retulit Horat. Verſatur, ſors urnæ] Id eſt, in urna, i. uerſantur & cōmiſcentur nomina, ut deinde non electione, ſed ſorte nomina eorū, qui morituri ſunt educantur. Cymbæ] Qua Charon animas per Acherōtē fluuiū traducit. Virg.

,, Portitor has horrendus aquas & flumina ſeruat
,, Terribili ſqualore Charon.

Sed nos in noſtris allegorijs in Maronem ſcriptis, quid ſibi illa omnia uelint, ſi non ſcientiſsimè tamē diligētiſsimè demōſtrauimus. Ordo eſt. Sors exitura & nos impoſitura cymbæ in æternū exiliū uerſatur urna, aut ſeriùs aut citiùs.

HENR. GLAR. } Et nimiū breues Flores amœnæ ferre iube roſæ] Acro breuis gemitiui caſus eſſe putat, uerū ipſe amœnos legiſſe uidetur, quod nō diſplicet, quāquā & hæc lectio bene habet. Et infima De gente ſub dio moreris] Omnes ſub Dio legunt. At Seruius in 12. Aeneidos ſuper hoc Virgilij carmen,

,, Diua deam, ſtagnis quæ fluminibus q; ſonoris
,, Præſidet ——

Videtur ſub diuo legere, quanquā ea Seruij uerba corruptè in pleriſq; codicibus leguntur, nobis locum indicaſſe lectori, ſatis uiſum eſt.

HER. FIGVL. } Aequā m. ſēr.] Animū moderatū & tollerātē, & minimè querulū in aduerſis: nec in ſecūdis elatū. Hāc animi

æquitatem,

æquitatem, hoc eſt, rectam animi conſtitutionem, tranquillamq́ affectionem omni indignatione uacantem, εὐϑυμίαν, Græci uocant, ut monet doctiſsimus ille Budæus, in prioribus annotationibus in Pandectas. Rebus in arduis] Diſſicilibus, duris & afflictis. Bonis] Hoc eſt, proſperis & ad uoluntatem fluentibus. Inſolenti lætitia] Nam uulgare uitiū hoc eſt, ut in rebus ſecundis ſimus arrogantes & ſuperbi, nimisq́ inſolenter efferamur. Tēperatam] Moderatā. Eſt enim temperantia (ut Cicero definit) rationis in libidinē & in alios non rectos impetus, animi firma & moderata dominatio. Et in Thuſcul. quæſt. ait: Temperātia eſt moderatrix omnium cōmotionum. Moriture Deli: ſeu triſtis] Oſtendit triſtibus perinde moriendū atq; lætis, itaq; mortis nihil intereſſe quomodo quis uixerit. In remoto gramine] Id eſt, in loco ſecreto & amœno. Per dies feſtos] Hoc eſt, feriatos & lætos, qui continebāt ferias publicas & priuatas, ludos, epulas, & ſacrificia deorū. Reclinatum] Recumbentē, ſtratum, ut ſolent qui ſecuro animo genio indulgent, & cuticulam curant. Bearis] Recrearis, exhilaraueris. Interiore nota Falerni] Id eſt, uetuſtiore & præſtantiore uino, quod interius erat reconditū & ſignatū. Nam dolijs notas ſeu titulos inurebant, quibus & locus uini ſignificaretur. Quo pinus ingens] Locum conuiuijs aptum deſcribit. Nam ibi iucūdum eſt conuiuari, ubi (ut canit Virgilius)

» Opaca præbent arbores umbracula. Et
» Aquæ ſtrepentis uitreus lambit liquor.

Hoſpitalem] Amicam & aptam ad inſeruiendū, prohibendumq́ æſtum ſolis hoſpitibus. Nympha fugax] Aqua perpetuò fluens & natura ſui manans. Neq; enim conſiſtere flumen poteſt, ſed ſemper unda impellitur unda: urgeturq́ eadem ueniens, urgetq; priorem. Huc uina, & unguenta] Ad ſplendidum & delicatum, tanquam Epicuri de grege porcus, conuiuium hortatur. Nimium breues flores] Eſt enim roſis tempus perbreue. Vnde eleganter Virgil.

» Quàm longa una dies, ætas tam longa roſarum,
» Quas pubeſcentes iuncta ſenecta premit.
» Quam modò naſcentem rutilus conſpexit Eous,
» Hanc rediens ſero ueſpere uidit anum.

Roſæ] Cui olim maximus eſt habitus honor.
Res] Videlicet familiaris, fortuna, diuitiæ.
Et ætas] Iuuenilis, & compotationibus idonea.

Sororum fila trium] Hoc eſt fata. Nam Parcæ alio nomine fata uocantur. Sunt autem tres ſorores, filiæ Demogorgonis: ſecundùm uerò Ciceronem de natur. Deo. Herebi & noctis. Has fingūt uitæ hominum præeſſe, & nendo eam ducere. Lacheſis net, ac filum ducit. Sic dicta ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν, quod eſt ſortiri, quoniam ſorte obtingit, quemadmodum quis uiuere poſsit. Clotho fuſum torquet, & in eo filum colligit, uitam enim protrahit. Κλώϑειν, quod ſignificat circūuoluere, torquere. Atropos inexorabilis, flecti enim nequit quin filum abrumpat, & uitam hominis, decurſo iam ſpacio, finiat. Dictam putant ab α, & τρέπω, quòd ſit implacabilis, nec ad cuiuſquam preces uertatur. Nam certis regionibus cuiuſq; uitæ ſpacium circumſcriptum eſt, quas tranſgredi nemo poteſt. Quare Ouidius rectè cecinit:

» Sed rigidum Ius eſt, & ineuitabile mortis:
Stant rata, non ulla fila tenenda manu.
Et concinnè Martialis lib. 4. Epigram.
» Lanificas nulli tres exorare puellas
» Contigit, obſeruant quem ſtatuêre diem.
» Nil adijcit penſo Lacheſis, fuſóq; ſororum
» Explicat, & ſemper de tribus una negat.

Fila atra] Triſtia, luctuoſa. Fingunt enim Poetæ, mortales omnes à Parcarū filis pendere, quibus inſectis, protinus decidant. Atq; alios quidem à candidis, alios à pullis ſuſpendi filis. Rurſum alios in ſublime ſublatos pendere, alios terræ uicinos. Omnium tamen hanc eandem eſſe ſortem, ut ſimul atque inexorabilis Atropos, pollice filum ſecuerit, ilico decidat is, qui pendebat. Nec ullum diſcrimē, niſi quòd maiore tumultu decidit is, qui pendebat altius. Eraſ. in prouerb. Homo bulla. Meminit & Lucianus in Charōte. Dictus autem eſt color ater omninò uelut anthrax, id eſt, carbo: nam propriè eſt carbonis extincti. Differt à colore nigro, quòd ut omnis ater eſt niger, ſic non omnis niger eſt ater: horrendus eſt hic, triſtis, uiſu iniucundus, lugentibus accommodatus: ille contrà nōnunquam lepidus ac uenuſtus: ut humani oculi ſunt complures, quos nemo atros diceret, ſed nigros, ut diligenter annotauit Anton. Thyleſius in libro de coloribus. Cedes coemptis ſaltibus] Significat Poëta, diuitias à morte uindicare neminem poſſe. Sic idem lib. 2. epiſt.

» Quid uici proſunt, aut horrea? quid'ue Calabris
» Saltibus adiecti Lucani? ſi metit Orcus
» Grandia cum paruis, non exorabilis auro.

Extat in hanc quoq; ſententiam perelegans & feſtiuum Epigramma Auſonij, quod hic libet adijcere:

» Effigiem rex Crœſe tuam ditiſsime regum,
» Vidit apud Manes Diogenes Cynicus.
» Conſtitit, utq́; procul ſolito maiore cachinno
» Concuſſus dixit: Quid tibi diuitiæ
» Nunc proſunt regum rex ô ditiſsime, cùm ſis
» Sicut ego ſolus, me quoq; pauperior?
» Nam quæcunq; habui, mecum fero, cùm nihil ipſe
» Ex tantis tecum Crœſe, feres opibus.

Saltibus] Saltus eſt (ut Caius lib. 2. ſignificationum definit) ubi ſyluæ & paſtiones ſunt. Dictus à ſaliendo Nonio Marcello. Villa] Villa à uehendo, quaſi uehilla dicitur, quòd in eam ruri fructus conuehantur ex agris, ſicut domus propriè in urbe eſt. Flauus quam Tyberis lauit] A' loci amœnitate commendatio, quia ad flumen ſita. Extructis in altum] Hoc eſt, magnificis, amplis, & arduis ædificijs. Potietur hæres] Plerunq; enim auari & tenaces bonorū ſuorum prodigos ſortiuntur hæredes, & decoctiores. Vnde prudenter ait Syrach. Qui aceruat iniuſtè, alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Diues ne priſco] Docet, opulentis & nobilibus perinde moriēdum, ut pauperibus, & ignotis. Idē pulchrè declarat etiam Propert. lib. 3. Elegiarum, ad amicam:

» Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas,
» Nudus ad infernas ſtultè uehêre rates.
» Victor cum uictis pariter miſcebitur umbris.
» Conſule cum Mario capte Iugurtha ſedes.
» Lydus Dulichio non diſtat Crœſus ab Iro,
» Optima mors parca, quæ uenit apta, die.

Et paulò pòſt eodem libro, in carmine, quod incipit:

» Claſſus ab umbroſo, &c.

Ab Inacho] Pro antiquo & generoſo poſuit Inachum, qui primus fuit rex Argiuorum, anno mundi 3343. Eſt & eiuſdem nominis fluuius in Argolico, teſte Mela. Sub dio] Hoc eſt cœlo, quod in prima Ode lib. 1. ſub Ioue dicit. Nam dium dicitur, quod ſub cœlo eſt extra tectum: ab Ioue, qui Græcè ζεὺς, ἀὴρ, appellatur, authore Sexto Pompeio lib. 4. Antiq. Rom. Infima de gente] Id eſt, obſcura, & ſine ullis maiorum imaginibus. Gentem porrò, familiam tantùm ex eodem parente maſculo productam, nuncupari: Genus uerò totius cognationis neceſsitudinem appellari, admonet eruditiſsimus uir Oldendorpius. Victima] Quæ Plutoni mactetur, & immoletur. Dicta autem eſt uictima à deuictis hoſtibus, ſicut hoſtia, quæ idem ſignificat, ab hoſtibus. Vnde Ouidius:

» Victima quæ dextra cecidit uictrice uocatur,
» Hoſtibus à domitis hoſtia nomen habet.

Nil miſerantis] Hoc eſt, inexorabilis, nullius miſerentis. Orci] Plutonis, Ditis: ſic dicti ab urgendo, quòd ad mortem urgeat. Omnes eōdem cogimur] Vnde Ouidius ad Liuiam:

» Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam,
» Omnia ſub leges, mors uocat atra ſuas.

Verſatur urna] Olim cauſæ ſortibus ex urna ductis, cognoſcebantur. Vnde illud Vergilij:

» Nec uerò hæ ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes:
» Quæſitor Minos urnam mouet: ille ſilentum.

Hanc conſuetudinem Horatius hîc ad diuerſa moriendi tempora referre uidetur, quaſi omniū nomina in eandem urnam ſint demiſſa, aliáq; citiùs, alia ſeriùs exitura. Hoc eſt, alij priùs, alij poſteriùs morituri. Cymbæ] Hoc eſt, nauiculæ Charontis, qui nauta apud inferos, defunctorum animas tranſportat. Quem ita deſcribit Virg. lib. 6. Æneid.

» Portis

„ *Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat*
„ *Terribili ſqualore Charon: cui plurima mento*
„ *Canicies inculta iacet, ſtant lumina flamma.*
„ *Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.*
„ *Ipſe ratem conto ſubigit, uelisq; miniſtrat:*
„ *Et ferruginea ſubuectat corpora cymba.*
„ *Iam ſenior, ſed cruda deo, uiridisq; ſenectus.*

Meminit & Lucianus in Dialogo Charontis & Mercurij. Alludit quoq; ad hanc fabulam Propertius:

„ *Scandenda eſt torui publica cymba ſenis.* Item Ouid.
„ *Fata numerat omnes, omnes expectat auarus*
„ *Portitor, & turbæ uix ſatis una ratis.*

THEOD. PVLM. } 9 Quod pinus] *H. G. E. B.* Qua pinus, *Mureti editio.* 10 Amant] *Id eſt, ſolent. ut 3. Car. 16.*

„ *Et perrumpere amat ſaxa.* & Epod. 8.
„ *Quid, quod libelli Stoici inter Sericos*
„ *Iacere puluillos amant.*

11 Et obliquo] Quo obliquo, *H. B.* quid obliquo, *G. E.* & *uterque in interſtitio*, quo, quid obliquo, *libri quidam Lambini.* 25 Dio] Diuo, *H. G. E. B.* 28 Exſilium] Exitium, *G. E. B.*

GEORG. FABR. } *Contra ſolicitudinem & arrogantiam ſuadet æquitatem, quæ eiuſmodi uirtus eſt, ut nec in aduerſis animum deijciat, nec in proſperis extollat. Illam maximè eſſe commodam, probat communi hominum conditione: nam & ij moriuntur, qui ſe triſticia angunt: & ij, qui poſt laborem, quærunt uoluptates parabiles, atq; honeſtas.*

IOD. BAD. ASCENS } Aequam memento] *Vt temperantiam & liberalitatem, Delio amico perſuadeat, memoriã facit fragilitatis uitæ humanæ, admonẽs, ut dum licet fruatur rebus lætis, quas hæredi propediem relinquere cogetur, cũ mors nemini parcat*, Ordo eſt. O' Deli moriture memento ſeruare in rebus arduis] *Id eſt, difficilibus & aduerſis.* Mentem æquã] *Id eſt, non minus demiſſam, nec concuſſam, ſed æqualẽ, & memento non ſecus, id eſt, conſimiliter ſeruare in reb.* Bonis] *Id eſt, lætis.* Mentem temperatam] *Id eſt, moderatam* Ab inſolenti] *Id eſt, nimis immodica & diffuſa lætitia.* Deli dico moriture] *Id eſt, qui moriturus es, ſeu uixeris mæſtus omni tempore.* Seu bearis] *Id eſt, beatum feceris (ſecundùm Epicurum) te reclinatum in* Gramine remoto] *Scilicet, à populo.* Per dies feſtos] *Id eſt, in quibus à negotio publico ceſſandum eſt bearis dico.* Nota] *Id eſt, ſigno Falerni, ſcilicet, uini.* Interiore] *Id eſt, Id eſt, reconditi uini in intima parte cellæ uinariæ aut nota* Interiore] *Id eſt, ebibendo uſque ad ſignum, quod eſt in interiore parte pateræ.* Iube ferre huc] *Id eſt, in hunc locum.* Quo] *Scilicet, loco.* Pinus ingens & populus alba] *Scilicet in folijs interioribus.* Amant conſociare] *Id eſt, ſocialiter efficere* Ramis] *Id eſt, per ramos ſuos.* Vmbram hoſpitalem] *Id eſt, potandi ad tempus hoſpitium præbituram.* Et lympha] *Id eſt, aqua.* Fugax] *Id eſt, aſſiduè dilabens.* Laborat] *Id eſt, conatur.* Trepidare] *Id eſt, murmur, ut in trepidatione ſit, excitare.* Riuo obliquo] *Id eſt, obliquas ripas, quæ ſaxoſæ ſunt percutiente. Iube dico ferre huc, uina & unguenta, & flores roſæ amœnæ* Nimium breues] *Id eſt, nimis parum duraturos. unde in opuſculo de roſa dicit Maro.*

„ *Quàm longa una dies ætas, tam longa roſarum eſt.*

Dum] *Id eſt, donec, hoc eſt tantiſper* Dum res] *Id eſt, facultas, & ætas, &* Fila] *Id eſt*, Stamina ſororum] *Id eſt, trium Parcarum: hoc eſt diſpoſitiones fatales uitæ humanæ* Atra] *Id eſt, nocitura dum rumpuntur.* Patiuntur] *Id eſt, tibi permittunt.* Quia tu cedes] *Id eſt, diſcedes, ſcilicet à ſaltibus* Coemptis] *Id eſt, quos ſimul emiſti.* Et domo, & uilla] *Id eſt, domo in agro quã* Tyberis flauus] *Id eſt, ſubalbis aquis.* Lauit] *Id eſt, alluit* Et cedes, &] *Id eſt, ſimul ædib. urbanis extructis in altũ, quia hæres potietur diuitijs à te partis.* Nil intereſt diues'ne] *Id eſt, an diues ſup ſis* Natus] *Id eſt, progenitus, ab Inacho* Priſco, *Id eſt, antiquiſſimo rege Argiuorũ, id eſt, & generoſiſſimus an pauper ſup. ſis, & natus de gente infima, quia morieris.* Sub dio] *Id eſt, Ioue, hoc eſt, ſub cœlo exiſtens* Victima Orci] *Id eſt, inferi ſeu Plutonis nil miſerantis.* Nos cogimur] *Id eſt, impellimur* Omnes eodẽ] *Id eſt, ad eundẽ exitum.* Sors omniũ uerſatur] *Scilicet in urna fatali.* Exitura ſerius, ocyus] *Id eſt, fortè ſerius, & fortè ocyus: unde prudenter fingunt poetæ uitas hominum eſſe in urna fatali, eáq; uerſata exire, & inde fieri, ut iuuenes moriantur nõ minùs quàm ſenes, ut nos admonet Euangelium.* Vigilate utique, quia neſcitis diem neq; horã: *& tamen ubi ſemel mortui ſumus non eſt pœnitentiæ locus. unde addit.* Sors exitura & impoſitura cymbæ] *Scilicet Charontis.* In exilium æternum] *Id eſt, unde nunquam redituri ſumus.*

ANT. MANCIN. } *Delium hortatur ad fortitudinem & temperantiam, ut tum in aduerſis, tum proſperis ſibi temperet, eademq; mẽte, & uultu conſiſtat. hinc optimè Seneca.* Nemo deſperet meliora lapſis. Nemo confidat nimiũ ſecundis. Cumq; moriturus ſit ei conſulit, ut lætiori uitæ incumbat, dum res & ætas, Parcæq; etiam ſinũt. Cedet enim relictis agris domo & uilla. Nec aliquid intereſt diues ne ac nobilis, an pauper & infimus natus fuerit, omnes quippe ſerius, aut citius Charontis cymbam adhibimus. *Ode eſt, ſimilis nonæ lib. 1.* Aequam memento] Ordo eſt. Memento rebus in arduis] *Id eſt, aduerſis* Seruare mentem æquam] *Id eſt, eandem & immutabilem.* Non ſecus in bonis] *Id eſt, proſperis ſeruare temperatã ab inſolenti lætitia.* O' Deli moriture] *Ab inſolenti temperatam lætitia Cicero lib. 1. Offic. docet, quomodo fortis animus & magnus maximè cernitur: ſi nulli neq; homini, neq; perturbationi animi, nec fortunæ ſuccumbat. Intemperantia, quoq; ut idẽ ait. Verecundia & quaſi quidam ornatus uitæ, omniſq; ſedatio perturbationum animi, & rerum modus cernitur, & libro 4. Tuſc. inquit:* Quemadmodũ Temperantia ſedat appetitiones, efficit, ut hæ rectę rationi pareant. Sic huic inimica intẽperantia omnẽ animi ſtatum inflãmat, conturbat, incitat inſolẽti lætitia, immoderata uel nimia. *Cic. enim lib. 4. Tuſc. ait.* Atq; ut confidere decet, timere non decet. Sic quidẽ gaudere decet, lætari non decet. *Prius etiam dixerat. Nam quum ratione animus mouetur placidè atq; conſtanter, tum illud gaudium dicitur. Quum autem inaniter & effuſè animus exultat, tum illa lætitia geſtiens uel nimia dici poteſt, quam ita definiunt ſine ratione animi elationem, habet enim profuſam hilaritatem.* Seu mæſtus uixeris] *Senſus eſt, quòd uel mæſtus, uel lætus uixeris, moriturus es omninò.* Seu te] Ordo eſt. *Seu interiore nota Falerni bearis te reclinatum in remoto gramine per dies feſtos.* Interiore nota Falerni] *Id eſt, ſecretiore uini optimi cado ſignato, quo uidelicet tẽpore, quibuſ ue conſulibus illud ſeruatum fuerit.* Hoſpitalem] *Hoſpitio aptam.* Trepidare] *Id eſt, feſtinare.* Dum res] *Id eſt, ipſa rerum copia, & patrimonium.* Sororum trium] *Parcas intelligit, de quibus latè in carmine de floribus diximus & alibi. Hæ autem dicũtur habere manibus candida fila et nigra. Candida fœlicitatem, nigra uerò infœlicitatem ſignificant. Papinius.*

„ *Iamq; dies aderat Parcarum conditus albo*
„ *Vellere.* Ouid. item in Ibin.
„ *Dixerat at Clotho iuſſit promiſſa ualere:*
„ *Neuit & infeſta ſtamina pulla manu.*
—— Cedes migrabis (inquit) à tuis bonis.

Fila atra] *Quæ ſcilicet mortis admonent, & minãtur ideo atra inquit.* Diues ne Priſco] *Ordo eſt. Nil intereſt an diues natus, ſcilicet, fueris à Priſco Inacho, an pauper, & de gente infima.* Mores.] *Id eſt, habites ſub dio, id eſt, ſub aëre & ſine domo.* Victima] *Scilicet, eris nihil miſerantis Orci.* Priſco Inacho] *Inachus apud Argos primus regnauit annis 50. regnãte apud Hebræos Iacob Iſaac filio, Anno mundi. MMM. CCXL. Author eſt Euſebius.* Omnes eodem. *Ouidius quoq; in Metam. inquit*

„ *Serius aut citiùs ſedem properamus ad unam,*
„ *Omnium uerſatur urna. ——*

Ordo eſt: in urna uerſatur omniũ ſors. Serius, ocyus, exitura & impoſitura nos Cymbæ in æternũ exiliũ] *In æternũ: ultima ſyllaba abſcidat, ergo cum ſequenti dictione alterius uerſus ſcandetur.*

ODE

ODE IIII. AD XANTHIAM PHOCEVM.

προσφωνητική.

Ode IIII. Dicolos tetraſtrophos, ut: *Iam ſatis terris niuis atq; diræ.*

–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪∪ –∪

ARGVMENTVM IN ODEN IIII.

Probat ducũ exemplo, Phoceo Xanthiæ, ignominioſum non eſſe, ſi Phyllidis ancillæ ſuæ amore capiatur. nam & Achilles, Briſeida, Agamemnon, Caſſandram, Aiax, Tecmeſſam, puellas captiuas adamarũt. Phyllida autem ingenuis moribus, regium quiddam præ ſe ferre, neq; ignobilem eſſe, neq; ſe hoc ex affectu dicere, qui iam quadragenarius ab amore alieniſsimus ſit.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Xanthias Phoceus (ita eſſe uiri nomen accipimus, non puellæ) Phyllidem amauit captiuam, cuius conditionem paulò tulit ægrius: utpote ſeruæ: Poëta magnorum ducum exemplis probat, quandoq; ancillarum non omninò erubeſcendum: fieri enim poſſe, ut & ipſæ ſint melioribus parentibus prognatæ, maximæ ſi mores reſpondeant.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Dicit, non eſſe dedecori Xanthiæ amare ſeruam. Idq; probat exemplis maximorum ducum Græciæ, qui etiam amore captiuarum flagrauerunt. Poſtea puellam à generis nobilitate, fide, modeſtia & pulchritudine commendat.

COMMENTARIA.

Ne ſit ancillæ tibi amor pudori,
Xãthia Phoceũ: prius inſolẽtẽ
Serua Briſeis niueo colore
Mouit Achillem.
Mouit Aiacẽ Telamone natũ
Forma captiuæ dominum Tecmeſſæ.
Arſit Atreides medio in triumpho
Virgine rapta:
Barbaræ poſtquàm cecidere turmæ
Theſſalo uictore, & ademptus Hector,
Tradidit feſsis leuiora tolli
Pergama Graijs.
Neſcias, an te generum beati
Phyllidis flauæ decorent parentes.
Regium certè genus, & Penates
Mœret iniquos.
Crede non illam tibi de ſceleſta
Plebe delectam: neq; ſic fidelem,
Sic lucro auerſam potuiſſe naſci
Matre pudenda.
Brachia, & uultum, tereteſq; ſuras
Integer laudo: fuge ſuſpicari,
Cuius octauum trepidauit ætas
Claudere luſtrum.

ACRON.

Ne ſit ancillæ tibi amor pudori] *Aſſerit hac Ode ancillæ amorem domino erubeſcendum non eſſe, & ducum ponit exempla, quibus turpitudini datum nõ ſit, in amorem trahi forma captiuarum.* Inſolentem] *Factorum ſuorum, & uictoriæ ſuperbia elatum, ut ipſe ſuperius: Exercitus inſolens.* Serua] *Belli iure ancilla, ut. Olli ſerua datur.* Niueo colore] *Digna amoris pulchritudine, ut: Et erat tam dignus amari.* Mouit Aiacem] *Innata enim uoluptate animus mouetur, & propriè motus libidinis eſt.* Telamone natũ] *Ideo Telamone natum, quia fuit alius Oilei, de quo Virg.*

„ *Et furias Aiacis Oilei.*

Forma] *Specialiter forma, pro pulchritudine ponitur, ut:*

„ *Et formæ conſcia coniunx.*

Medio in triumpho] *Aut medio in belli tempore, aut in medio ipſo bello, uacuũ illi fuiſſe etiam in piaculis amare, quod tamen ad emphaſim poſuit cùm animus ſpe triumphi ad alium amorem incendi non poſſet.* Virgine rapta] *Aut Briſeidem dicit, Chryſæ ſacerdotis filiam. Sed magis Caſſandra intelligitur, quæ habuit ſorte Agamemnonẽ dominum.* Theſſalo uictore] *Potuit intelligi Pyrrho, qui excidio interfuit Troiæ, ſed quia ſubdidit, ademptus Hector, Achillem ſignificat fuiſſe.* Feſsis] *Supple bello longo, ueluti morte Hectoris Troia ſit tradita.* Leuiora] *Imbecilliora, ut: Decimum quos diſtulit Hector in annum.* Beati] *Beatos nobiles dixit, neq; enim beati eſſe poterant, quorũ erat filia captiua.* Phyllidis flauæ] *Phyllis enim capta fuit.* Mœret] Quod *nihil ei profuerit, ut ſeruitutem uitaret, triſtis recordatione ſui generis, ut: qualis populea mœret Philomela ſub umbra.* Auerſam] *Abhorrentem, fraudem & pecuniam, ut: Aduerſa deæ mens. & Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat, ut parentum merita ex habitu & moribus colligat, ut Virg.*

„ *Quem ſeſe ore ferens! quam forti pectore & armis!*

„ *Credo equidem, nec uana fides, genus eſſe deorum.*

Pudenda] *Erubeſcenda.* Integer] *Caſtus, & quia aut ſecurus pulchritudinem laudat corporis, quia animi antè laudauit: aut certè, de quo iam etiam ætas nihil obſcœnum faceret ſuſpicari.* Cuius octauum] *Quadraginta annos, dixit, Quinquennijs enim uoluit ſacrificare ætatem: ut, Virgil.*

„ *Veniet luſtris labentibus ætas.*

Trepidauit] *Feſtinauit, ut: Ne trepidate uiri.*

PORPHYR. } Ne ſit ancillæ tibi amor pudori] *Ad Xanthiam Phocæum hac Ode dicitur, de amore Phyllidis non eſſe, domino ancillæ affectum erubeſcẽdum.* Prius inſolẽtem Serua Briſeis niueo colore mouit Achillem] *Inſolentem hîc ſuperbum, & arrogantem accipe, alioquin inſolens crudelis dicitur. Superbiæ autem Achillis Virgil. quoque meminit, cùm de Pyrrho filio eius loquitur. ita*

„ *Stirpis Achilleæ faſtus.*

Arſit Atrides medio in triũpho Virgine rapta] *Medio in triũpho, id eſt, in ipſa uictoria, capta Troia, quæſita ex captiuis amica eſt.* Barbaræ poſtquam cecidere turmæ Theſſalo uictore] *Poterat accipi Neoptolemus, qui interfuit excidio Troiæ: ſed cùm ſubijciat, & ademptus.* Hector, ad Achillem reuocauit omnẽ excidij Troiæ cauſam Leuiora tolli Pergama Graijs] *Leuiora, ſcilicet, facta Pergama, id eſt, imbecilliora extincto Hectore.* Neſcias ante generum beati Phyllidis flauæ decorẽt parentes] *Poſſe autem fieri ait, quod & hæc regij generis ſit, unde intelliger,*

intelligere debemus Phyllidem captiuam eſſe, ſic enim ſe habent & hæc, quæ ſubijciuntur: Regium certè genus & penates. Sic lucro auerſam potuiſſe naſci Matre pudenda] Ideo dicit, auerſam lucro, quia non potuit pecunia corrumpi. Brachia & uultum tereteſq; ſuras] Eleganter cùm puellæ pulchritudinem laudaret, ne ſuſpectus haberetur in amorem eius, adiecit Integer laudo, fuge ſuſpicari Cuius octauum trepidauit ætas Claudere luſtrum] Aetate quadraginta ætatis annos, ſe exceſsiſſe oſtendit. Octo enim luſtra, octo quinquennia, quadraginta annos, ſcilicet claudunt. Quæ ætas uidetur iam amori eſſe aliena.

CHRIST. LAND. } Neſit] Res amatoria & argumentum comicum, in quo probat exemplo Achillis non oportere pudere Xanthiam amoris ancillaris. Amor ancillæ ne ſit tibi pudori] Id eſt, ne pudeat eſſe uertendum tibi ad ignominiam. Ancilla] Serua & teſte Seruio dicitur ex an antiqua præpoſitione quòd circum ſignificat, & cillo moueo, unde & forcillæ quòd illis in area fruges moueantur, & oſcilla quòd ore cillantur, id eſt, moueantur. Sic ancillæ, quia circa dominum, ut illi adminiſtrent crebro moueantur. Feſtus tamen ancillas dictas uult ab Anco rege, quòd is in bello magnum fœminarum numerum ceperat, uel quòd priſcis anculare dicebant miniſtrare, ex quo dij, deæq; coli dicuntur, quibus anculi & anculæ nomina ſint. Xanthiæ puto eſſe potius quàm Xanthia. Vt non ſit nomen Phocei, ſed Phyllidis, quæ dicatur Phyllis. Xanthia quaſi flaua, ξανθὸς enim Græcè flauus eſt. Phoceû] Vocatiuus Græcus à nominatiuo remoto φωκεὺς φωκεῦ. Prius inſolentem] Arguit ab authoritate, qui locus plurimum ualet apud indoctos, qui ſubtiliorum rationum capaces nó ſunt, & eſt argumentum à maiori. Nam ſi non puduit Achillem tantum uirum ancillam amare, multum minus te pudere oportet. Sed de Briſeide in ſuperioribus dictum eſt. Niueo colore] Pro niuei coloris per antiptoſin. Sic Virg.

„ Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

Id eſt, lati ferri, uel uicit Achillem niueo colore. Mouit Aiacem Telamone natum] Ad differentiam alterius Aiacis, qui filius Oilei fuit. Sic & Virg. ad differentiam huius dixit.

„ Et furias Aiacis Oilei.

Ex Aeaco autem natus eſt Thelamon & Peleus. Telamon Aiacem, & Peleus Achillem genuit, de quibus in ſuperioribus diximus. Pugnauit autem Aiax cum Hectore ſingulari certamine, & cum interuentu noctis æquo Marte diſceſsiſſent, mutuis, ſed infœliciſsimis muneribus ſe donarunt. Hector enim balteum accipit, quo alligatum deinde illum Achilles ter circum mœnia patria, ut Priamo horrendum eſſet ſpectaculum traxit. Aiax autem ab eo accepit gladium, quo ſe ipſum interemit. Tecmeſſæ] Nomen captiuæ, quã amauit Aiax. Medio in triumpho] In media uictoria, in qua Agamemnoni ex ſorte Caſſandra ſerua euenit, de qua potius quàm de Chryſeide uidetur intelligendum, qua multò ante expugnatam Troiam potitus eſt. Alij legunt, in medio triumpho, id eſt, in medio tẽpore belli, & tunc de Chryſeide rectè intelligemus. Sed non quadrat hæc ſententia cum ſequentibus in quibus Troiæ captiuitas demonſtratur. Turmæ] Pars pro toto poſita eſt. Turma enim ex triginta equitibus fiebat, & qui illi præerat Decurio appellabatur. Dicitur autem turma per onomatopiam à ſtrepitu equinarum ungularum terram pulſantium, uel à terenda terra. Theſſalo uictore] Achillem intelligit, qui ex Theſſalia urbe Lariſſa, ſiue Pithia fuit. Victorem autem dixit non qui urbem expugnârit: nam iam occiſus fuerat, ſed qui Hectorem interfecit, quo uiuente nunquam capi potuiſſet Troia, ut referas ad Pyrrhum Achillis filium. Nam cum eſſent fata, niſi ex Aeacidarum genere aliquis intereſſet non poſſe capi Troia, fuit cauſa Pyrrhus quòd caperetur, ſed magis quadrat prior ſententia, quoniam ſtatim ſequitur. Et ademptus Hector] Quaſi dicat, ille urbem expugnauit, qui Troianis Hectorem ademit, quoniam Hector ſic ademptus. Tradidit Pergama leuiora tolli] Id eſt, faciliora ad tollendum, nam ab eo quod eſt ἔχειν.i. habeo & defendo, dictus eſt Hector, quaſi defenſor. Tradidit] .i. morte ſua hoc euenit incommodum. Feſſis] Decennali bello, & grauib. prælijs ab Hectore editis. Neſcias an te] Occurrit ijs, qui obijci poſſint. Diceret enim ille, quæ memoratæ ſunt puellæ, quamuis captiuæ eſſent, tamẽ ex regia ſtirpe fuerunt. Itaq; addit poëta hanc quoq; nobilem eſſe. Hoc autem non probat teſtimonio, quoniã illo caret, ſed probat à luctu puellæ, & amoribus qui non ſeruiles, ſed ingenui, regijq; ſint. Beati] Nobiles & diuites: nam beati eſſe non poſſunt, qui filiam in captiuitate habeant. Regium genus] .i. parentes regios. Et penates iniquos] .i. deos, in quorum cuſtodia erat, qui iniqui, iratiq; illi ſint: quia in ſeruitutem abduci permiſerint. Penates autem proprij Romanorum dij erant, ſed qui ſint uaria opinio eſt. Nigidius enim requirit num ſint dij Troianorum Apollo & Neptunus, qui mœnia illis condiderunt. Et num in Italiam illos Aeneas duxerit. Idemq; affirmat Cornelius Labeo, quod exprimere uolens, Maro dixit.

„ Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Varro autem refert Dardanum ex Samothracia in Phrygiam & Aeneam ex Phrygia in Italiam penates detuliſſe. Sed qui ſint non exprimit, ſed qui diligentiùs quærunt, dicunt penates eſſe, per quos penitùs ſpiramus, per quos habemus corpus, per quos animi rationem poſsidemus. Id eſt, mediũ æthera Iouẽ. Imũ aëra cum terra Iunonẽ, & ſummũ ætheris cacumen Mineruã. Adferuntq; eius rei argumentum quòd Tarquinius Priſcus myſticis Samothracũ ſacris imbutus, ſub eodem templo eadem tria numina haberet. Caſsius uerò Emina dicit eoſdem eſſe Samothracum deos, & penates Romanorum, magnoſq; deos appellari. hinc Virg.

„ Cum ſocijs natoq;, penatibus, & magnis dijs.

Veſtam etiam aut de numero penatum, aut illorum comitem eſſe uolunt. Higynius addit penates uocari deos patrios, hinc Maro.

„ Dij patrij ſeruate domum, ſeruate nepotem.

Ergo in hoc loco. Penates iniquos] .i. deos iratos. Sed quoniam penates pro domibus, ſcilicet in qua ſeruit, nobili fœminæ ſeruilia imponat. Crede] Coniectura eſt ab eo quod ſolet eſſe. Nam quæ ex plebe ſunt non ſolent ijs moribus eſſe, quibus eſt Phyllis. Sceleſta] Apud quam minor eſt cura pudicitiæ. Dilectam] Amatam, uel delectam.i. electam, ut oſtendat quòd non temerè amat ſeruam mulierem, ſed eam quam ratione elegit. Neq; ueriſimile uidetur, quòd ex matre pudenda.i. ex matre impudica cuius filia pudere deberet, nata ſit illa quæ fidelis.i. quæ fidem in amore ſeruet, & auerſa lucro, id eſt, quæ non cedat lucro, neq; pecunia corrumpatur. Permultis enim referre uidetur, quib. quiſq; parentib. natus ſit, & ubi educatus. Vnde Iuuen.

„ Scilicet expectas ut tradat mater honeſtos

„ Atque alios mores.

Fuit utili porrò filiolam turpi uetulæ producere turpem. Tereteſq; ſuras] Sura pars poſterior eſt cruris. Eſt enim tibia os. Sura caro poſterior. Crus uerò ex ſura & tibia conſtat, diciturq; crus, quia illo curramus. Eſt autem laus in muliere, ut ſuræ minimè turgeſcant, ſed teretes ſint. Integer laudo] Cum proferat iudicium ſuum de pulchritudine puellæ, comparat ſibi fidem quòd integer ſit, neque amore illius corruptus iudicat, ergo ex ratione & non ex perturbatione, & ut ille omnem ſuſpitionem deponat, dicit non eſſe ſibi de ſe ſuſpicandum, quia cum antea uirtutes laudârit integer pulchritudinem, laudat præſertim cum iam quadragenarius ſit, in qua ætate cupiditates iam rationi cedunt. Aetas trepidauit] Id eſt, properauit. Claudere] Finire octauũ luſtrum, id eſt, quadrageſimum annum. Erat enim luſtrum quinq; annorum, nam quinto quoque anno Cenſores cenſum imponebant, & urbem luſtrabant.i. ſacris purgabant, idq; erat luſtrum condere. De hoc Virg.

„ Veniet luſtris labentibus ætas.

IOAN. HART } Tecmeſſæ] Lege Sophoclis Aiacẽ. Habuerunt uerò ſinguli duces ſingulas concubinas, excepto Menelao. Cur autem id, uide Athenæum lib. 13.

HENR. GLAR. } Xanthia Phoceû] Mancinellus Xanthiæ in genitiuo caſu legit, exponitq; Troianæ. At Porphyrio ad Xanthiam Phoceum hanc Oden ſcriptam teſtatur. Ideoq; Xanthia uocatiui caſus exiſtimandum. Nam & proprium ancillæ huius nomen, Phyllis ſubiungitur. Verum puſillum hoc, ac uix annotatione dignum. Cuius octauum trepidauit ætas. Claudere luſtrum] Luſtrum pro ſpacio quinq; annorum dixit, ſed impropriè, ut uulgus. Nam propriè ea uoce uſus eſt Ode 14. lib. 4. Carminum.

minum. Fortuna luſtro proſpera tertio. Rurſus impropriè Ode 1. libro 4. Carminum.

HERM. FIG. } Prius inſolentem ſerua Briſeis] *A' maiori ad minus argumentatur, in hunc modum: Si Achillem fortiſsimum uirum non puduit amare ancillam, nec te pudeat.* Inſolentem] *Superbum, arrogantem.* Serua Briſeis] *Briſeis formoſa fuit puella, quæ capta ex Lirneſo regia Minetis, præmium laboris Achilli ab Argolicis ducibus fuit data, & ab eo ſupra modum adamata, ut licet uidere apud Homerum lib. 1. Iliados. Et apud Ouidium in epiſt. Briſeidis ad Achillem.* Niueo colore] *Hoc eſt, forma & uenuſtate.* Aiacem Telamone natum] *Hoc addit ad differentiam Aiacis Oilei, regis Locrenſium filij.* Tecmeſſæ] *Hanc Aiax captam in bello amauit. Ouid.*

,, *Tecmeſſam diligat Aiax.*

Arſit] *Amauit. Tranſlatione ſumpta ab igne, qui pro amore paſſim ponitur.* Atrides] *Agamemnon, rex Mycenarum.* Medio in triumpho] *In ipſa uictoria. Nam diruto Ilio, Caſſandra filia Priami formoſiſsima in ſortem contigit Agamemnoni.* Barbaræ poſtquam cecidere turmæ] *Poſtquam Troianorum copiæ ſunt fuſæ à Græcis.* Theſſalo uictore] *Achille uincente Hectorem. De qua re Homerus Iliados χ.* Feſſis] *Longo bello. Virg. lib. 2. Aeneid.*

,, *Fracti bello, fatiſq; repulſi*
,, *Ductores Danaûm, tot iam labentibus annis.*

Et paulò pòſt:

,, *Sæpe fugam Danai Troia cupiêre relicta*
,, *Moliri, & longo feſſi diſcedere bello.*

Leuiora tolli] *Expugnatu faciliora, nam quoad Hector uiuebat, Troia capi non poterat. Quia ſolus hic ſuo robore ex cunctis Troianis terrebat Græcos.* Neſcias an te] *Occupatio eſt, qua reſpondet, puellam non eſſe ignobilibus parentibus, ſed regijs prognatam.* Beati] *Nobiles, diuites, potentes.* Flauæ] *Propter comas flauentes, quæ uirginum capita exornant. Flauum colorem etiam pro pulchro frequenter poſitum uidemus.* Decorent] *Suo ſplendore & imaginibus cohoneſtent.* Regium genus] *Id eſt, generoſam & illuſtrem familiam luget.* Penates iniquos] *Deos familiares non ſatis propicios & dextros, quòd à charis parentibus in captiuitatem eam abduci permiſerunt.* De ſcelesta plebe] *Ex perditiſsima atq; infima fece populi.* Delectam] *Deligere & diligere quomodo differant, ſcribit Valla lib. 5. cap. 60. Diligere, inquit Cicero, oportet, quam uelis diligere, de uxore loquens: deligere dixit, quaſi ad res domeſticas adminiſtrandas.* Neque ſic fidelem, ſic lucro auerſam] *Ex puellæ uirtutibus colligit, eam nobilibus & honeſtis procreatam parentibus, nam ab improbis naſci probi non poſſunt, iuxta prouerbium. E' ſquilla non naſcitur roſa. Theog.*

,, *οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται οὐδ' ὑάκινθος,*
,, *οὔτε ποτ' ἐκ δούλης τέκνον ἐλευθέριον.*

Simili forma etiam lib 4. Carminum dicit Horatius:

,, *Neq; imbellem feroces*
,, *Progenerant aquilæ columbam.*
,, *Fortes creantur fortibus, & bonis.*

Lucro auerſam] *Frugalem, & paruo contentam, bene & pudicè educatam, ignaram artis meretriciæ, quæ eſt ſpoliare atq; denudare amatores. Hinc Clitipho apud Terentium de amica ſua dicit:*

,, *Mea 'ſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa nobilis.*
,, *Tum quod dem ei rectè 'ſt, nam nihil eſſe religio eſt dicere.*

Matre pudenda] *Impudica, turpi, quæ filiam honeſtam producere non poteſt. Nam mali corui malum ouum, ut eſt in prouerb. Improba mater, improba filia. Hoc etiam Clitipho apud Terentium ſuſpicans, inquit:*

,, *Sed uereor ne me abſente mulier corrupta ſit:*
,, *Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant.*
,, *Locus, occaſio, ætas, mater, ſub imperio cuius eſt, mala.*
,, *Cui nihil iam præter precium dulce eſt.*

Huc quoq; pertinet illud Iuuenalis:

,, *Scilicet expectas, ut tradat mater honeſtos*
,, *Atq; alios mores, quàm quos habet? Vtile porrò*
,, *Filiolam turpi uetulæ producere turpem.*

Brachia & uultum, teretesq; ſuras] *Puellam laudaturus, eas commendat partes, quæ præcipuè uenuſtatem, & aptam compoſitionem in fœminis requirunt.* Integer] *Candidus, ſincerus, non corruptus amore eius.* Suſpicari] *Nam amatores in omnibus ſunt ſuſpicioſi, nec poſſunt ferre riuales. Quare apud Terentium dicit Chremes:*

,, *Noui ego amantium animos,*
,, *Aduertunt grauiter, quæ non cenſeas.*

Cuius octauum trepidauit ætas] *Ne in ſuſpicionem de amore puellæ, Xanthiæ ueniat, dicit ſe ea ætate illam laudibus efferre, quæ uoluptati minimè ſit apta.* Octauum luſtrum] *Hoc eſt, quadrageſimum annum. Eſt autem luſtrum tempus quinquennale, authore Feſto. In quot annos prædia olim locari ſolebant. Vnde luſtrum dictum eſt à luendo, hoc eſt, ſoluendo, ut Varroni placet: Ideo quòd quinto quoq; anno uectigalia, tributaq; exigebantur.*

THEOD. PVLM. } 18 Deiectam] Dilectam, *H.G.E.B. Cicero Philippica 6.* ne prouinciam depopuletur, ne dilectus habeat. *Feſtus,* Dilectus militum, & is qui ſignificatur amatus, à legendo dicti ſunt.
19 Auerſam] *Aduerſam, B. ſed prior lectio huic præfertur.*

GEORG. FAB. } *Non eſſe turpem mulieris humilis amorem, exemplis demonſtrat heroum: Agamemnonis, propter ſummum imperium: Achillis & Aiacis, propter fortitudinem. Appellati tamen non ſatis honeſto uocabulo tales homines ſunt* δουλομανεῖς. *Dotes uxorias numerat, nobilitatem, integritatem, pulchritudinem.* Sic lucro auerſam] *Pro, uerſam à lucro,* id eſt, *minus cupidam & auaram. Eadem eſt interpretum ueterum lectio. Ita,* auerſus mercaturis *Sat. 2. 3. ubi Acro exponit,* alienus à mercaturis.

IOD. BAD. ASCENS. } Ne ſit an.] *Commendat Phoceo amico Phyllida ancillam, eiuſque amorem, cuius ne eum pudeat, exemplis probat ancillas etiam principibus uiris dilectas fuiſſe, & ſi Phoceus dicat eas progenie regali ortas, dicit phyllidos mores ingenuos, & lepidum corpus argumento eſſe, illam non illiberalibus ortam parentibus. At ne eius amore captum ſuſpicetur, dicit ſe integrum & incorruptum laudare, nec amoribus irretitum, cùm ſit quadragenarius. Atque ita frigidus in Venerem ſenior. Ordo eſt, ô Phoceû ne amor ancillæ Xanthiæ, id eſt, Troianæ ſit tibi pudori, Briſeis ancilla & amica Achillis.* Serua] *Id eſt, imperioſa ad nutũ ſuum hominem regens.* Mouit] *Id eſt, affecit amore ſui.* Colore niueo] *Id eſt, propter nitorem formæ, Achillem prius inſolentem, ſed eius amore domitum, aut dicamus mouit prius.* Achillem inſolentem] *Id eſt, quamuis inſolentem & arrogantem, atq; indomitum.* Forma] *Id eſt, ſpecies & formoſitas Tecmeſſæ captiuæ, mouit Aiacem natum Thelamone, qui tamen fortior quàm Oileo natus dicitur.* Dominum] *Id eſt, quamuis dominum ſuum.* Atrides] *Scilicet Agamemnon.* Arſit] *Scilicet incendio amoris impatientis.* In medio triumpho] *Id eſt, in ipſa uictoria.* Et hoc uirgine] *Scilicet Caſſandra rapta.* Poſtquam turmæ Barbaræ] *Id eſt, Barbarorum, qui Troianis auxilio uenerant, quod potius dicam, quàm ut de ipſis Troianis intelligam, propter Romanorum originem.* Cecidêre] *Id eſt, fuſa & ſtratæ ſunt.* Theſſalo] *Scilicet Achille uictore.* Et Hector ademptus] *Id eſt, ablatus opera Achillis, à quo interfectus erat, tradidit ſcilicet per ſuam abſentiam.* Pergama] *Id eſt, mœnia Troiana.* Tolli] *Id eſt, diripi.* Leuiora] *Id eſt, leuius & facilius.* Grais feſſis] *Scilicet decennali bello. Vnde Aeneid. 2.*

,, *Fracti bello, fatiſq; repulſi Ductores Danaûm tot iã labẽtib.*

Tu neſcias] *Id eſt, neſcire poſsis cognitis moribus, & ſuſpirijs eius.* An parentes Phyllidis flauæ] *Id eſt, flaui coloris ſaltem in capillis.* Beati] *Id eſt, diuites & potentes.* Decorent] *Id eſt, illuſtrẽt & ornent.* Te generum] *Scilicet ſuum, quia filiæ maritũ.* Certè ipſa mœret] *.i. tacitè deflet genus regiũ, unde ſe ortam dicit, & penates iniquos, uel impares dijs uictorũ, uel iniuſtos, quòd familiã ſuam non ſeruauerint.* Crede illam dilectam tibi non de ſcelesta plebe, neq; ſic fidelem tibi & ſic auerſam] *.i. alienam à lucro potuiſſe naſci.* Matre pudenda] *.i. turpi. Vnde dicit Iuuenalis Sat. 6.*

,, *Scilicet expectas ut tradat mater honeſtos.*

,, *Aut*

„ *Aut alios mores quam quos habet, utile porro,*
„ *Filiolam turpi uetulæ producere turpem.*

Ego laudo integer.] *Id eſt, incorruptus amore eius.* Brachia, & uultum, & ſuras] *Id eſt, poſteriores partes crurum.* Teretes] *Id eſt, cum longitudine rotundas.* Fuge ſuſpicari] *Id eſt, habere ſuſpitionem ſcilicet de illo, hoc eſt, de me uetulo, utpote.* Cuius ætas trepidauit] *Id eſt, feſtinauit.* Claudere] *Id eſt, perficere.* Octauum luſtrum] *Id eſt, quadrageſimum annum.*

ANT. MANCIN. } *Erat Phoceo Phillys ancilla, quam certè amore proſequebatur: ait poëta id ipſi nulli eſſe dedecori. Achilles cum Bryſeida, Aiax Tecmeſſam, Agamemnon Caſſandram captiuas etiam & ancillas adamarunt. Probat inde Phillyda quoque regium genus uti illas habuiſſe moribus, & forma nobilem, quæ omnia decori amatoribus potius quàm dedecori poſſunt accedere. Eſt autem Ode ſimilis ſecundæ.* Xanthiæ] *.i. Troianæ ſeu Phrygiæ ac Barbaræ.* Inſolentem] *Superbum, iracundum, arrogantem. De moribus autem Achillis dictum eſt latiùs lib. 1. ibi.*
„ *Pelidæ ſtomachum.*

Refert etiam plura Homerus lib. 24. Iliad. Serua Bryſeis] *Ea quidem ab Achille rapta fuit ex Lyrneſſo regia Minetis, ex Theba uerò Ectionis patria, Andromaches capta fuit, Chryſeis quæ ſanè Agamemnoni contigit. Ambæ autem hæ urbes in eo campo erant, qui poſtea Thebanus campus eſt appellatus, is propter fertilitatem prius à Myſiis ac Lydis, poſtea ab Græcis infeſtatus eſt. Erat autem in Cilicia, nam Cilices in duos diuiſi erant principatus, alterum Ectionis, alterum Minetis. Erantque iſta oppida Lesbo oppoſita, quibus omnibus Priamus imperabat, quod Achillis uerba manifeſte declarant, ubi ait: Ante tuas noramus opes, ſpatioſaque regna. Quæ ſurſum pariter Lesbos complectitur, & quæ cõprehendit Phrygiæ tellus, ac Helleſpontus. Tunc quidem hæc erant, poſtea uariæ mutationes ſunt conſecutæ. Tota autem ora ſub Troianis in nouem principatus diuiſa erat, & ſub Priamo in bello Troiano conſtituta, & Troia appellata, hæc omnia ex Strab. lib. 13.* Tecmeſſæ] *De hac item Ouid. lib. 3. de Arte meminit his uerbis.*

„ *Odimus & mæſtas, Tecmeſſam diligat Aiax.*
„ *Nos hilarem populum, fœmina læta capit, &c.*

Atrides] *.i. Agamemnon, cui diruto Ilio Caſſandra uirgo & Priami filia ſorte obtigit, quæ etiam ſibi, quæ fata ſeruarentur à coniuge prædixit, quod Seneca in Tragœdia Agamemnonis teſtatur latiſſimè.* Medio in triũpho] *.i. in ipſa uictoria.* Barbaræ] *.i. Troianæ.* Theſſalo uictore] *.i. Achille, is enim Theſſalus fuit. Verg.*
„ *Et Laryſſæus Achilles.* *Lariſſa & Phthia egregia erant oppida in Theſſalia, ut ſcribit Sol.* Et ademptus Hector] Ordo eſt. Et Hector ademptus tradidit Pergama leuiora toll. feſſis Graiis: *Vnde & Maro ait.*
„ *Decimum quos diſtulit Hector in annum.*

Neſcias an] *Potuiſſet Phoceus reſpondere poëtæ, non mirum eſſe, quòd Achilles Bryſeida, Tecmeſſam Aiax, Agamemnõ Caſſandrã captiuas & ancillas arſerint. Illæ enim regum filiæ fuerant. Suam uerò Phillyda humilem eſſe. Hinc ait poëta illam mœrere regium genus, moresque generoſos habere, ut ſimilem illis oſtendat.* Beati] *Id eſt diuites, uti fuêre prædictarum parentes. Penates ij ſunt omnes dij, qui domi coluntur. Vt Seruius inquit lib. 2. Aeneid. quod etiam Tullius pro Sylla oſtendere uidetur, his uerbis. Quamobrem uos dij patrij ac penates qui huic urbi, atque huic imperio præſidetis, &c. Mac. etiam lib. 3. Sat. docet, Penates eſſe per quos penitùs ſpiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi poſſidemus. Eſſe aũt mediũ Aethera Iouem, Iunonem uerò imum aera cum terra, & Mineruam ſummum ætheris cacumen.* Lucro auerſam] *.i. ab lucro abhorrentem, non enim donis ad libidinem allici poterat.* Pudenda] *.i. turpiſſima.* Teretes] *Non craſſas, uerùm in longitudine rotundas, hinc laudabiles.* Integer] *Non corruptus libidine aliqua, potuiſſet Phoceus poëtæ dicere. Tu meã Phillyda ardes, hinc eã laudas, poëta igitur tacitæ obiectioni ita reſpondit.* Suſpicari] *De illo, ſcilicet me ipſo.* Trepidauit] *.i. feſtinauit.* Octauum luſtrum] *.i. quinquennium, hoc eſt, annos quadraginta, quos quidem ab amore alienos eſſe decet.*

ODE V. IN LALAGEN.

εὐϛικὰ.

Ode V. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

– – u – – – u u – u u
– – u – – – u u – u u
– – u – – – u – u
– u u – u u – u – u

ARGVMENTVM IN ODEN V.

Dehortatur ſe ipſum ne Lalagen puellam, uiro nondum maturam, contingat, comparatque eam iuuencæ & uuæ acerbæ, honeſta allegoria, luſibus quàm Veneri aptiorem ſignificans, breui futuram, ut illa grandior & maturior ultrò uirum appetat.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Ab amore immaturæ puellæ ſeipſum reuocans, principio utitur abrupto, tanquã qui prius ſecũ umbra conſultauerit, ut fieri ſolet in rebus uehementi affectu turbidis, quale eſt illud Ouid. Epiſtola. Panaces ad Macaræum. Si qua tamẽ cæcis errabunt ſcripta lituris. Oblitus à dominæ cæde libellus erit. Hic cum nihil præcedat, cogitationes turbati animi facile deprehendimus, ſic in præſentiarum amantis deſiderium principium facit, quod affectus extorſerunt.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Per elegantem & honeſtam allegoriam Lalagen puellam iuuencæ & immaturæ uuæ comparans, oſtendit eam nondum eſſe nubilem, & uiro aptam, ideoque non petendam, breui tamen futuram grandiorem, & tum ultrò uirum ſecuturam.

COMMENTARIA.

ACRON.

NONDVM ſubacta ferre iugum ualet] *Incertũ eſt, quem alloquatur hac Ode, utrum amicorum aliquem, an ſeipſum, tamen ut reuocet intemperatam mentem à cupiditate & à deſiderio uirginis immaturæ, quam comparat per allegoriam iuuencæ, & à tranſlatione incipit dicendo, iugum eam coniunctionis ferre non poſſe, nec tauri tollerare pondus, ut deſignatione pecudis, inhabilem monſtret uiro, ſignificans eam ita nullo adhuc calore ætatis ſollicitari, ut ſoli eſſet ludo dedita.* Munia] *Obſequia, lege debita, quod uult intelligi de implendo uxoris officio.* Aequare] *Pari affectu ferre, ut:*
„ *Aequatque Sichæus amorem.*

Circa uirentes] *Circa ludos tantùm, non adhuc nubilem ſapit cõpenſare ætatem.* Solantis] *Recreantis: ut Virg.*
„ *Paſiphaën niuei ſolatur amore iuuenci.*

NONDVM ſubacta ferre iugum ualet
Ceruice: nondum munia comparis
Aequare, nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.
Circa uirentes eſt animus tuæ
Campos iuuencæ, nunc fluuiis grauem
Solantis æſtum, nunc in udo
Ludere cum uitulis ſalicto
Prægeſtientis: tolle cupidinem
Immitis uuæ: iam tibi liuidos
Diſtinguet autumnus racemos
Purpureo uarius colore.
Iam te ſequetur: currit enim ferox
Aetas, & illi, quos tibi dempſerit,
Adponet annos: iam proterua
Fronte petet Lalage maritum
Dilecta, quantum non Pholoë fugax,
Non Chloris, albo ſic humero nitens,
Vt pura nocturna renidet
Luna mari, Gnidius'ue Gyges:
Quem ſi puellarum insereres choro:
Mirè ſagaces falleret hoſpites
Diſcrimen obſcurum, ſolutis
Crinibus, ambiguoq́ue uultu.

Ordo eſt, Nunc eſt animus tuæ iuuencæ ſolantis grauem æſtum fluuiis, circa uirentes campos: nunc eſt animus tuæ iuuencæ ludere cum uitulis in udo ſalicto. Prægeſtientis] Properantis, creſcentis. Immitis uuæ] Quia omnes uuæ donec ſunt liuidæ, ſemper non ſunt maturæ, ſed autumnus diſtinguet, dum incipiunt matureſcere. Diſtinguet autumnus] Per autumni tempus uindemiæ ad colligendū aptæ, per translationem maturitatem expectandam demonſtrat ætatis. Iam te ſequetur] Non eſt longum expectare aptam puellæ ætatem ad cōſentiendū faciliorem. Currit enim ferox ætas] Adoleſcentia autem prona & labilis eſt in multis, ideo ferox dixit, aut quæ ferre ualeat uirum. Apponet annos] Pro uiribus & ætatis flore dixit annos, tanquam illi per ſenium minuerentur. Pholoë fugax Non Chloris] Nomina pro exemplo poſuit, quæ dū ante uiros uitaſſent, poſtea obſcœnarum uitam elegere mulierū.
Vt pura] Habens in ſereno integrum lumen. Vt Virg.
» Splendet tremulo ſub lumine pontus.
Gnidiuſq́ Gyges] Nomen pueri pulchri, de Gnido inſula, Veneri dicata, ut ipſe ſuperiùs:
» O' Venus regina Gnidi, Paphiq́,
Huius pueri formam laudat in carmine ſuo. Falleret hoſpites] Aduenas, quia ſexum ex ſimilitudine non noſſent.

PORPHYR. } Nondum ſubacta ferre iugum ualet Ceruice] Hac Ode ἀλληγορικῶς cum eo agit, qui inhabilem adhuc uiro puellam perſequitur, quæ luſus magis, quàm rerum Venerearum cupida ſit. Nondum munia comparis Aequare] Eleganter, quia de iugo ferendo loquitur, quod de coniugio intelligi uult. Nunc fluuiis grauem Solantis æſtum] Quod ſignificat refrigerantis. Solari æſtum, pro refrigerare gratiſſimè dicitur. Ludere cum uitulis] Dicendo uitulis, intelligi uult cum pueris. Tolle cupidinem Immitis uuæ] Tranſit in allegoriam immaturæ uuæ, comparans uiriditatē eius adhuc puellæ, uirginitati. Diſtinguet autumnus racemos] Hoc eſt, nigrorē maturitatis uariabit. Videmus enim racemos cùm primùm nigreſcere incipiunt, non omnes ſimul ac uuas colorari. Currit enim ferox ætas, & illi, quos tibi dempſerit, Apponet annos] Hic pro uiribus ad florem ætatis accipe. Sic enim ſe habet ſenſus: Quantum tibi urgente iā inuentute uirium decerpſerit, tantum nunc illi cura maxima floreſcenti accedet. Albo ſic humero nitens] Pro candido. Dilecta quantum non Pholoë fugax Non Cloris] Dilecta generaliter accipe à quocunq́, qui eam uiderit, dilecta & utiq́ propter pulchritudinem, quam in eo prædicat præferendo Chloridi & Pholoë, quas æquè pulcherrimas fuiſſe intelligendū. Pholoë autem fugax, quia uiros fugerat. Gnidiuſq́ Gyges] De huius pueri pulchritudine etiā Ouid. locutus eſt. Mirè ſagaces falleret hoſpites] Suauiter hîc hoſpites pro ignotis dicit, hoc eſt, qui ipſum puerum non noſſent: ſic enim falli poſſint obſcuro ſexus diſcrimine, & ambiguo uultu. Sagaces] Quamuis ſagaces. Diſcrimen obſcurū, ſolutis Crinibus, ambiguoq́ uultu] Diſcrimen ſexus, ſcilicet, obſcurabat per crines ſolutos.

CHRIST. LAND. } Nondum ſubacta] Rem turpiuſculam allegoria honeſtat, admonetq́ ſodalem, ne eam, quæ adhuc uiri potens non ſit, tangat, per comparationem iuuencæ, quæ nondum taurum ferre queat. Nondum] Tua iuuenca, ualet ferre iugum. Subacta ceruice] i. domita ceruice. Iugum dicitur] Quo iumenta iungūtur. Itē ſumma montiū iuga appellarūt. Virg.
» Dum iuga montis aper fluuios dum piſces amabit.
Iugum etiam unde lances pendet. Item in uitib. dicimus iuga, quib. uites iunguntur. In nauib. quoq́ iuga, ſedilia quæ tranſtra etiam appellant. Virg.
» Inde alias animas quæ per iuga longa ſedebant,
» Deturbat.
Poſtremò & apud antiquos ſub iugū mittebantur uicti milites. Duabus enim haſtis relicto inter ſe ſpatio humi affixis tertia ſuperimponebatur, illamq́ demiſſo capite uictos ſubire cogebāt. Munia] Munera, munus ſingularem numerum habet, & ſignificat donum & officiū, munia aūt officia ſolū & maximè quæ publicè præſtātur. Hinc immunes dicūtur qui uel ætate, uel alio priuilegio præſtare munia non tenentur. Neq́ ſingularē habet hoc nomen, neq́ in plurali aliter cadit. Comparis Enim coniugii munus eſt cōmiſceri ad liberos procreandos. Subact.] Autem à ſubigendo. Subigere autem aliquando eſt ex ſubſum antiqua præpoſitione, quæ ſurſum ſignificat, & tunc eſt extollere & impellere. Virg.
» Ipſe ratem conto ſubigit, uelisq́ miniſtrat.
Aliquando cauſa eſt à ſub, & ſignificat excolere. Virg.
» Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni.
Item acuere. Idem.
» Subiguntq́ in cote ſecures. Item ſubiugare.
» Ternaq́ tranſierint Rutulis hyberna ſubactis.
Item cogere. Idem.
» Caſtigat auditq́ dolos, ſubigitq́ fateri.
Et terram excultam ſubactam dicimus, ſimiliter ingenium ſubactum. i. doctrina excultum appellamus. Aequare] Quaſi dicat, æquam operam reddere, Virg.
» Aequatq́ Sichæus amorem.
Circa campos eſt animus tuæ iuuencæ] Non diſcedit ab allegoria, ut ponat iuuencam pro puella, & campos, quibus delectatur iuuenca pro uoluptate edendi & pro ludo. Vdo] Quia ſalicta prata irrigua & flumini uicina adamant. Salicto] Locum ſignificat ſalicib. conſertum. Salices autem dicuntur à ſaliendo, quia ſaliunt, i. breui ſurgunt & creſcunt. Cùm aūt à quercu dicamus quercetū, à pinu pinetum, ab æſculo æſculetū, ſic à ſalice debet etiam eſſe ſalicetū, ſed per ſyncopam ſalictum proferimus. Cum uitulis] Et non cum tauris, quia nondum Venerem nouit. Prægeſtientis] Vehementer cupientis. Geſtire enim eſt cum rem adeò uehementer cupimus, ut corporis geſtus id exprimentes continere non ualeamus. Immitis] Acerbæ. Mutat allegoriam, ſed idem ſentit, ergo ne uelis ueſci, uuis acerbis, cùm paulò pòſt autumnus diſtincturus ſit. Racemos Purpureo colore] i. incipient in autumno uuæ matureſcere. Non ergo properandum eſt in ea re, quæ paulò pòſt uentura ſit. Iam te ſequetur] Quæ non acerbitate ætatis te refugit paulò pòſt matura ultro petet te. Currit] Fœmininus fœtus in matris utero tardius perficitur, quoniam materia ex qua fit humidior & liquidior eſt, & propter hoc ſeritis retinet formam. Cùm autem in lucem editus eſt fœmineus partus, propter eandem abundantiam humoris citiùs creſcit, & celerius ad maturitatem perducitur, efficiturq́ uiripotens duodecimo anno, cū maſculus non niſi quarto decimo ri patrare poſſit. Annos quos tibi dempſerit] i. conſtituet illā in flore, in quo tu nunc es, qui flos paulatim in te minuetur, ergo addet ætas illi id robur, quod tibi demet. Proterua fronte] In frōte dicūt eſſe pudorē, pudori frontē dedicatā eſſe uolūt, ergo, proterua frōte. i. petulātia: ut oſtendat illā iam pudorē abieciſſe. Cōtra de Didone Virg.

" *Tum breuiter Dido multum demiſſa profatur.*

Lalage] *Vel de qua in ſuperioribus dixit, uel alia.* Albo humero] *Vt in ſuperiorib. Nube candentes humeros amictus.* Nitens] *Reſplendens. Sic reſtituit Aeneas, puraq; in luce refulſit.* Pholoë] *Quam Cyrus amabat, ſed ab ea ſpernebatur.* Fugax] *Summam ſemper copiam uerbale in ax. denotat. unde bibax .i. qui copioſiſsime bibit, ſic uerax multò plus eſt, quam uerus.* Renidet] *Reſplendet. Sic alibi renidet in æde lacunar.* Vt pura] *Quemadmodum luna pura .i. nulla nube impedita. Reſplendet in mari, nocturno .i. ipſa nocturno tempore reſplendet in mari, nam ſi in aqua limpida, tranquillaq; lunam conſpicias ſplendida omninò apparet. Poſſumus etiam per hypallagen proferre, mare renidet luna nocturna, nā ex eius lumine repercuſſum uehementer ſplendet.* Gyges] *Nomen pulcherrimi pueri.* Gnidius] *Ex Gnido inſula, de qua Ouid.*

" *Piſcoſamq; Gnidon, grauidamq; Amathunta metallis.*

Quem ſcilicet Gygem] *Si tu admiſceas puellis aut canentib. aut ſaltantib.* Falleret] *.i. deciperet non nos ciues, qui illum cognoſcimus, ſed hoſpites, qui quoniam peregrini ſunt non hactenus uiderunt, nunc autem cum tanta illi uirginea facie ſimilitudo cum puellis ſit, poterit haberi pro puella ab hoſpite, etiam ſi mirè ſagax .i. ſolers & acutus ad inueſtigandū ſit. Id enim ſignificat ſagax quod nomen nonnulli putant eſſe à ſaga. Sagas autem ueneficas quæ cantib. herbisq; pollent ad humanas mentes peruertendas, & alia ſupra naturam facienda appellamus. Ego puto eſſe uerbum ſagire. Vnde fiat præſagire quod ſignificet callidè ſentire, & inde ſagax. Vnde & canes odoriſeci ſagaces appellamus. Vel dixit hoſpites, quaſi domeſticos, ut etiam eos, qui randem domum habitēt fallere poſſit.* Diſcrimen obſcurum] *.i. non intellectum & non cognitū. Eſt quidem diſcrimen .i. differentia inter puerum & puellam, ſed in hoc puero adeò obſcurum, latensq; erat, ut uix cognoſci poſſet, & quia crinibus utebatur longis ſolutisq;, puellæ, & quia erat illi facies adeò ambigua, ut incertum eſſet puellæ an pueri uideretur. Sūtq; hæc dicta de Achille inter uirgines Lycomedis latitāte putāt.*

ERAS. ROT. } Nondum ſubacta] *De puella nondum uiro matura loquitur, indicans unde ducta ſit metaphora. Nimirum à iuuenco, cui nondum ſuppetunt uires, ut in ducendo aratro pares operis uires ſuſtineat. Nā & coitus duorum ex æquo negocium eſt itidem, ut in iugo, unde dictum etiam coniugium.*

IOAN. HART. } Immitis uuæ] *.i. immaturæ* ἀλλο- ϕορικῶς*. quemadmodum & Lucianus alicubi* ὄμφακας *appellat.*

HERM. FIG. } Nondum ſubacta ferre iugum ualet, &c] *Adhuc minor eſt, ac ut poſſit uiro matrimonio coniungi. Sumpta metaphora à uitulis, ferendo iugo nondum aptis.* Nondum munia comparis æquare] *Nondum onera matrimonij ſuſtinere, & marito obſequi poteſt, quia impar. Nam malè inæquales, ut canit Ouidius,*

" *Veniunt ad aratra iuuenci.*

Nec tauri ruentis in Venerem] *Hoc eſt, uirum pati nequit. Iuſtas autem nuptias fœmina non contrahit, niſi ſit uiripotens. Nec poteſt uideri nupta ſecundùm Labeonem, quæ uirum pati non poteſt.* Circa uirentes eſt animus] *Lalages puellæ animus non eſt occupatus in Venere, ſed in amœnis campis, ubi nunc membra æſtu languida aquis refrigerare, nunc cum puellis ludere geſtit.* Solātis] *Recreantis, & ab æſtu reficientis.* In udo ſalicto] *Quia non niſi in aquoſis proueniunt ſalices, authore Plinio.* Tolle cupidinem immitis uuæ] *Deſine amare, & concupiſcere puellam nondum nubilem, quia hæc cupiditas inanis eſt. Ducta translatio à crudis & immaturis uuis, quæ ſunt acerbæ & inutiles.* Iam tibi liuidos] *Mox fiet apta & idonea matrimonio, & uiripotens puella. Manet in translatione, nā autūno mature ſcunt & colorē ducunt uuæ.* Racemos] *Racemus pars eſt Botryonis, ſiue potius ipſe Botryon, qui & βότρυς, à Græcis dicitur. Nec ſolum in uite, ſed etiam in alijs plantis intelligitur.* Purpureo colore] *Hūc enim pulcherrimū & gratiſsimum colorē maturæ uuæ oſtentant.* Iam te ſequetur] *Mox facta matura ultrò te appetet. Poma, inquit, Cicero, ex arboribus ſi cruda ſunt, ui auelluntur: ſi matura & cocta, decidūt.* Currit enim ferox ætas] *Puerilis ætas ſubitò adoleſcit & perficitur.* Apponet annos] *Addet robur & uires, quæ temporum progreſſu creſcunt, & minuuntur* Proterua fronte] *Audaci & perfricta facie.* Dilecta, quantum] *Plus amata quàm uel Pholoë, uel Chloris.* Pholoë fugax] *Quia amatores fugiebat, ſpernebatq;. Hanc lib. 1. duram, & amantem Cyrum faſtidire ſcribit.* Albo ſic humero nitens] *Ita nitore & candore corporis ſplendens, ut lumen radiantis Lunæ nocturno tempore in aquis refulget.* Gnidiusue Gyges] *Formoſiſsimus hic puer fuit, fortè ex Gnido Cariæ oppido oriundus.* Quem ſi puellarum inſereres choro] *Qui Gyges adeò eſt uenuſto, & uirgineo uultu, ut homines peregrini, etiam ualdè prouidi & acuti, de ſexus diſcrimine dubitare poſſent, ſi inter uirgines ipſum collocares.* Ambiguoq; uultu] *Forma & ſpecie ancipiti: utpote, de qua dubitari facilè poterat, uirilis'ne, an muliebris eſſet.*

THEOD. PVLM. } Vultu] Voltu, G.

ANT. MVRET. } 1 Nondum ſubacta ferre iugum ualet. Ceruice] *Eadem metaphora uſus eſt & Plautus in Curculione:*

" *—— Iámne ea fert iugum?*

" *Tam à me pudica eſt, quàm mea ſi ſoror ſiet.*

GEORG. FAB. } *Allegoria eſt, de immatura ætate puellæ uirginis: cuius prima pars ſumpta eſt à iuuenca nondum domita, altera ab uua immatura. Habet & habere debet unumquodque uitæ genus ſuam ætatem atque maturitatem.*

IOD. BAD. ASCENS. } Nondum ſubacta ferre iugum] *Hac Ode diſertiſsima poëta noſter amicum, quem quia inhoneſtum eſt, non nominat, monet, deſinat puellas immaturas ſectari, dicens per allegoriam.* Iuuenca tua] *.i. puella, quam ſectaris nondum ualet.* Ferre iugum] *.i. pondus uirile.* Ceruice nōdum ſubacta] *Id eſt, nondum domita. bis enim dicetur nondum, hoc eſt, natura nondum ad Venerē apta.* Nondum ualet æquare] *.i. ex æquo præſtare.* Munia] *.i. officia.* Comparis] *Scilicet tauri, hoc eſt, uiri: nec ualet tolerare pondus tauri ruentis.* In Venerem] *.i. uiri uolentis coire, hoc eſt, tuum impetum. Circa uirentis perſiſtit in allegoria & metaphora ab iuuenca ſumpta: dicens.* Animus tuæ iuuencæ] *.i. iuuenculæ quam ſectaris eſt circa campos uirenteis, hoc eſt, cum puellis æqualibus uerſari cupit.* Iuuencæ dico ſolantis] *ſ. leuantis.* Nunc] *.i. aliquando.* Fluuiis] *.i. aquis fluentibus.* Aeſtum grauem] *.i. dulcibus colloquiis æqualiū puellares curas.* Et prægeſtientis] *.i. nimis cupientis.* Nunc] *.i. aliquando.* Ludere cum uitulis] *.i. coæuis pueris.* Non cum tauro] *.i. uiro impetuoſo.* In ſalicto] *.i. loco ubi ſalices creſcunt.* Vdo] *.i. aquoſo, quia is ferè humidus & aquoſus eſt.* Tolle] *i. amoue.* Cupidinem] *.i. appetitum aut cupiditatem.* Vuæ] *.i. puellæ, & eſt alia metaphora.* Immitis] *.i. nondū maturæ.* Iam] *.i. prope diem, quia citò matureſcunt puellæ.* Autumnus uarius] *.i. afferens uarias uuas maturas.* Diſtinguet] *.i. diſcernet tibi racemos.* Liuidos] *.i. uuas adhuc liuentes & plumbeum colorem.* Habentes] *.i. nondum plenè maturas.* Colore purpureo] *i. à uere maturis, hoc eſt, ſi paulùm expectare poteris, quæ nunc eſt liuida uua fiet.* Purpurea] *.i. iuuencula, uix pubeſcere incipiens uiri potens fiet. Ipſa, quæ te fugit modò, ſequetur te iam, ſcilicet matura uiro.* Enim] *Pro quia.* Aetas ferox] *.i. robuſta & animoſa. Aut quæ tunc erit indomita ſub primo furore amorum.* Currit] *.i. feſtinanter adueniet, & apponet illi.* Annos] *ſ. aduenientes, & ad Venerem aptos, quos dempſerit tibi: quia ad medium uſq; ætatis dicuntur anni uenire, & apponi, & poſt medium recedere & demi. Vnde dicit in Arte.*

" *Multa ferunt anni uenientes commoda ſecum.*

Multa recedentes adimunt] *Iam Lalaga exponit allegoriam. i. iuuencula quam tu ſectaris.* Petet maritum] *.i. commertium uiri.* Fronte proterua] *Aut quia matri neganti inimica, aut quia ob formoſitatē ſuperba.* Dilecta] *ſ. ab omnib. tantū, quantū ſ. nō eſt dilecta.* Pholoë puella illa fugax] *ſ. ab amatorib. qui nimis frequentes ſunt.* Et nitens, ut luna renidet] *.i. reſplendet, pura.* Mari nocturno] *.i. dum diffunditur per mare tempore nocturno.* Sicut Chloris nō eſt nitēs] *.i. plus quàm Chloris formoſa illa puella eſt nitens.* Albo humero, & nitens ut Giges puer Gnydius] *.i. Venereus aut uenuſtus, ut quē Venus regina Gnydi omnib. gra-*

tijs decorârit, quem puerum si tu insereres choro puellarum. Diſcrimen obſcurum]*.i. differentia difficilis cognitu.* Crinib. ſolutis & uultu ambiguo]*.i. dubio an maris, an fœmellæ.* Falleret hoſpites]*.i. aduenas, qui eum in forma & ueſtitu uirili non nouerant.* Mire]*.i. licet mire.* Sagaces]*.i. rem latentem ſagientes, & quadam ſagacitate olfacientes.*

ANT. MANCIN.] *Sectanti Lalagen puellam pulcherrimam, ſed innubilē, uiroq́ immaturā Horatius ſcribit: illam iuuencæ cōparans, nondum ualenti Veneree tauri ſufferre pondus. Conſulit igitur illius citam adoleſcentiā expectare uelit. Tunc enim proterua, impudentiq́ fronte uirū ultrò appetet. Crederem attamē ſibiipſi potuit id dicere. Superiùs enim de Lalage inquit, quòd ubicunq́ fuerit, illā ſemper amabit.* Nondum ſubacta.]*Ode eſt ſimilis.9. lib.1. Eſt aūt ordo* Animus tuæ iuuencæ eſt nunc circa uirentes cāpos, nunc ſolantis grauē æſtum fluuiis nunc prægeſtientis ludere cum uitulis in udo ſalicto, nondum ualet ſubacta ceruice ferre iugū, nondum ualet æquare munia cōparis, nec ualet tolerare pondus tauri ruentis in Venerē. Subacta]*.i. ſuppoſita uel attrita.* Iugum]*Allegoricôs coniugiū accipit.* Vaces]*Tua ipſa iuuenca.* Munia]*Officia Venerea.* Comparis]*.i. uiri ſibi adhærentis.* Tauri]*Viri, perſtat enim in allegoria.* Iuuencæ]*.i. puellæ.* Solantis]*Refrigerantis & recreantis.* Cum uitulis]*.i. cum pueris.* Prægeſtientis]*Deſiderantis & exultantis.* Immitis uuæ]*Id eſt, immaturæ puellæ.* Diſtinguet]*Diuidet, uariabit.* Autumnus]*Ab augeo dicitur, quòd tunc maximè augeantur hominum opes, coactis agrorū fructibus, ut Feſtus ait. Incipit autē 7. Idus Sextilis, habetq́ dies nonaginta unū. Auct. eſt. Var. lib. 1. de re ruſt.* Racemos]*Eſt Racemus Botrionis pars; ut Ser. docet lib. 4. Georg.* Purpureo colore]*.i. nigrāti roſæ ſimilis. Plin. enim lib. 9. ſcri. quòd purpuræ piſces florem illum tingendis expetitum ueſtib. in medijs habent faucibus: liquoris hic minimi eſt in candida uena. Vnde precioſus ille bibitur nigrantis roſæ colore ſublucēs, reliquū corpus ſterile.* Ferox]*Robuſtior.* Ætas]*Adoleſcentia.* Proterua]*Impudenti.* Dilecta]*Ab omnibus ſ. tantū.* Pholoë]*De hac lib. 1. Ode uerò 33. etiam dixit,*

» *Cyrus in aſperam declinat Pholoën,*
» *Sed prius Appulis iungentur capreæ lupis.*

Quam turpi Pholoë peccet adultero. Chloris]*Formoſæ puellæ nomen χλωρὸν aūt uiridis dicitur.* Gnydius Gyges]*Gnydium appellat, quoniā in Gnydo urbe Cariæ colebatur Venus, quæ omnium elegantiarū domina eſſe dicitur. Meminit Tullius lib. 3. Off. de altero Gyge, qui annuli cuiuſdā beneficio ſtuprū intulit reginæ Lydorū, eaq́ adiutrice regem dominū interemit, & rex effectus eſt Lydiæ.* Sagaces]*Sagire eſt acutè ſentire, inde Sagaces dicti canes. is igitur qui antè ſagit, quàm oblata res eſt, dicitur præſagire, .i. futura ante ſentire. Author eſt Cicero lib. 1. de diuinatione. Et Feſtus inquit. Sagax acutus & ſolers .i. in omni re prudens.* Hoſpites peregrinos]*Quib ſ. antea non cognitus eſſet.* Diſcrimen obſcurum]*.i. incognita differentia. Ver. lib. 6. uel quo diſcrimine ripas hæ linquunt.* Solutis crinibus]*Intonſi crines & ambiguus Gygis uultus obſcurū diſcrimen ſexus reddebant.* Ambiguo]*Scilicet puellæ, an pueri eſſent.*

ODE VI. AD SEPTIMIVM.

Προσφωνητική.

Ode VI. Dicolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis, atque diræ.

−∪ −− −∪∪ −∪ −∪
−∪ −− −∪∪ −∪ −∪
−∪ −− −∪∪ −∪ −∪
−∪∪ −∪

ARGVMENTVM IN ODEN VI.

Septimium ueri amici exemplar proponit, qui amici cauſa, nullum laborem & periculum ſuſcipere recuſaret: hortaturq́ ut Tybur aut Tarentum urbeis amœniſſimas ſecum deligat, ubi ſenectam exigat, nam ea regio, præterquàm quod ſit ſaluberrima, melle, oleo, uino, & omnium rerum feraciſſima eſt.

ALIVD PHILIPPI INGENTINI.

Ad Septimium amicum optimum ſcribit, quem captata prius ab amicitia, beneuolentia inuitat ad Tybur, uel ſi quid fieri nequeat ad agrum Tarentinum, ut in loco amœniſſimo conſeneſcant ambo, ſimulq́ mutua pietatis obſequia præſtent.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Amœnitatem Tyburis & Tarenti cæteris locis omnibus præfert: optatq́ ut ſibi cum Septimio uero amico, extremam ſenectutem ocioſam & quietam traducere ſibi liceat.

COMMENTARIA.

ACRON.

SEPTIMI] *Septimium equitem Romanum, amicum & commilitonem ſuum hac Ode alloquitur, cui ſe tanta gratiæ neceſſitudine fatetur aſtrictum, ut ſi uelit ad ultimas nationes ire, ſe cum eo promittat poſſe. Hortatur tamē, ut gratiſſima ſibi loca eligat Tiburis & Tarenti, quorum & amœnitatem laudat.* Gades] *Inſulæ ſunt Hiſpaniæ in ultima parte Oceani.* Cantabrum] *Cantabri gens Hiſpaniæ, ſiue Galliæ, nec dum à Romanis uicta, de qua Luc.*

» *Si tibi durus Iber, uel ſi tibi terga dediſſet*
» *Cantaber.*

Hanc Auguſtus poſtea ſuperauit.

SEPTIMI Gades aditure mecum, &
Cantabrum indoctum iuga ferre noſtra, &
Barbaras Syrteis, ubi Maura ſemper
Aeſtuat unda.
Tibur Argeo poſitum colono,
Sit meæ ſedes utinam ſenectæ:

Barbaras] *Inhoſpitales, propter incertum maris,* Syrtes] *Loca ſunt habitatione remota. Virg.*

» *Et Numidæ infreni cingunt, & inhoſpita Syrtis.*

Vbi Maura ſemper] *Propter Africanam addidit Maura, quia utraq́ Libya dicitur.* Sit modus] *Modum, finem dixit laborum, ut eadem domo & ſenectam ageret, & uitam finiret.* Vnde] *A quo, id eſt, à Tibure.* Galeſi]*Galeſus fluuius eſt iuxta Tarentum, ubi pro paſturæ copia, uel dulcedine, maiores ouibus lanæ ſunt, de quo Virg.*

» *Qua niger humectat flauentia culta Galeſus.*

Regnata]*Participium eſt ſine uerbi ſubſtantia, ut Virg.*

» *Arui quondā regnata Lycurgo.*

Phalanto]

Sit modus laſſo maris, & uiarum,
Militiæq́;.
Vnde ſi Parcæ prohibent iniquę,
Dulce pellitis ouibus Galeſi
Flumen, regnata petam Laconi
Rura Phalantho.
Ille terrarum mihi pręter omnes
Angulus ridet, ubi non Hymetto
Mella decedunt, uiridiq́; certat
Bacca Venafro:
Ver ubi longum, tepidasq́; præbet
Iupiter brumas, & amicus Aulon,
Fertili Baccho minimum Falernis
Inuidet uuis,
Ille te mecum locus, & beatę
Poſtulant arces: ibi tu calentem
Debita ſparges lachryma fauillam
Vatis amici.

Phalanto] *Phalantus Lacedæmonius fuit, eiectus patria hac culpa, quòd abſentibus Lacedæmonijs filiæ eorum ex ſeruis grauidatæ natos ediderant, poſtea reuerſi, patres tali culpa genitos expulerunt, quorum dux Phalantus fuit, qui Tarentinam condidit ciuitatem, ut fertur, octauus ab Hercule.* Ille terrarum] Ordo eſt: *Ille angulus ridet mihi præter omnes, ſupple angulos terrarum, pro loco autem angulum poſuit.* Ridet] *Lætus eſt, ut Virgil.*

,, *Mixtaq́; ridenti colocaſia fundet acantho,* &c.

,, *Omnia nunc rident.*

Vbi non Hymetto] *Hymettus mons eſt Atticæ regionis, melle abundans. Laudat autem Apuliam & Calabriam prouincias, in qua & Tarentum ſitum eſt, cuius ſe amœnitate & delicijs delectari dicit. Nam & melle, & oliuetis præcellunt. Hyemes quoq; apriciores habent.* Venafro] *Venafrum ciuitas Samnes oleis abundans.* Et amicus Aulon Fertili Baccho minimum Falernis Inuidet uuis] *Hoc eſt, nō eſt impar uuis Falernis. Inuidere enim ſibimet ſolēt impares uirtute. Hic Aulon mons eſt Calabriæ, & quia impar non eſt, ideò dixit non inuidere.*

Ille te mecum] *Eleganter ſe cum Septimio in laudatis locis optat uiuere, & eum habere ſuperſtitem, defunctoq; ſibi iuſta perſoluere.* Arces] *Virg.*

,, *Auloniiq; arces & nauifragum Scylaceum.*

Ibi tu calentem] Ordo eſt: Ibi ſparges tu calentem fauillam uatis amici debita lachryma, *id eſt, naturali, aut debita propter amicitiam. Antiquorum enim mos erat mortuorum cadauera concremare, ideò defuncti fauillam dixit, ut eſt:*

,, *Bibulam lauere fauillam.*

PORPHYR. } Septimi] *Hac Ode Septimium equitem Romanum, commilitonem ſuum alloquitur, qua teſtatur gratiſsima ſibi loca eſſe Tiburis & Tarenti.* Gades aditure] *Gades oppidum à Pœnis conditum, ut ſuprà oſtendimus.* Cantabrum indoctum iuga ferre noſtra] *Apparet Cantabros, quæ eſt gens Galliæ, illo adhuc tempore indomitos fuiſſe: cùm dicit Cantabrum indoctum iuga ferre noſtra.* Vbi Maura ſemper æſtuat unda] *Maura hic pro Aphrica κοινῶς dicitur, ſcilicet, quòd tam Aphrica, quàm Mauritana generaliter Libya dicitur.* Tibur Argeo poſitum colono] *Suprà oſtendimus Tibur oppidum, à tribus fratribus conditum eſſe Tiburto, Catillo, Cora, quos genere Argiuos eſſe, etiam Virg. teſtis eſt, qui ait.*

,, *Catilluſq; acerq; Coras, Argiua iuuentus.*

Ergo Argeo pro Argiuo antiquè dicitur. Sit modus laſſo maris & uiarum Militiæq;] *Modum nunc pro fine dixit. Optat ergo ſibi poſt laborem maris & uiarum atq; militiæ in reliqua ætate Tiburis ſeceſſum.*

Dulce pellitis ouibus Galeſi Flumen] *Galeſus fluuius eſt Tarentinorum. Pellitas autem oues dixit, quòd Tarentinæ oues pellibus teguntur. De fertilitate autem & amœnitate Tarentini agri, & Virg. in Georg. 4. ſignificat, & ſic Titurius ait:*

,, *Tarentinorū hortorū qui geris odores, cū uellet intelligi florū.*

Et regnata petam Laconi Rura Phalanto] *Phalantus Lacedæmonius fuit, quo authore, & principe Parthenıæ Spartani Tarentum condiderunt.*

Vbi non Hymetto Mella decedunt] *Hymettus mons eſt Atticæ ubi optimum mel naſcitur. Decedunt ergo è contrariò cedunt, compoſitum pro ſimplici, id eſt, cedunt. Senſus autem eſt, ubi mel naſcitur, quod Attico non uincatur.*

Viridiq; certat Bacca Venafro] *Græca figura dictum eſt, illi certat. Bacca autem pro oliua dixit, uidetur ergo ſignificare Tarentino agro tale oleum naſci, quale ſit Venafrum.*

Et amicus Aulon fertili Baccho] *Aulon locus eſt contra Tarentinam regionem, ferax boni uini.*

Minimū Falernis Inuidet uuis] *Pro non inuidet, quia, ſcilicet, non ſit ibi deterius uinum, quàm in Falerno agro, inuidet eum tantùm, qui inferior eſt.*

CHRIST. LAND. }

Septimi Gades] *Ad amicum ſcribit & agrum ſuū laudat, ut illi applaudat. Gratiſsimum enim homini eſt, ut id laudemus, quo ipſe maximè delectetur.*

Septimi Gades aditure mecum] *Oſtendit quantum à Septimio ametur. Et occultè demonſtrat, qui uerus amicus ſit eum nullum laborē, nullumque periculum amici cauſa recuſaturum. Sed illum & in longinquiſsima loca (ut Gades ſunt) & in periculoſiſsima, ut Syrtes prædicant propter naufragia, & in Cantabros propter illius gentis crudelitatem iturum. De Gadibus autem in ultima Hiſpaniæ inſula, & de Syrtibus dictum eſt. Cantabri uerò populi ſunt Hiſpaniæ in Mediterraneis per quos fluit Hiberus, ferociſsimi, qui nunquam ante Auguſtum populo Romano pacati ſeruierunt. Ipſe tandem ſubiugauit: Vnde in ſequentibus.*

,, *Seruit Hiſpaniæ uetus hoſtis oræ.*
Cantaber ſera domitus cathena. Indoctum] *Quoniam nondum ſint aſſueti imperio Romano.* Maura unda] *Quia ſint in mari Mauritano.* Aeſtuat] *Quia aſsidua reuolutione arenarum ſemper ueluti feruens exundat.*

Tibur Argeo] *Quod condidit Tiburtus Argiuus, de quo iam dictum eſt.*

Colono] *Nam Tibur Argiuorum colonia fuit. Sed de iure Romano differunt coloni & municipes. Municipes enim erant dicti à muneribus capiendis. Munera autem honoraria intelligamus. Capiebant enim munera populi Romani non damnoſa, ut eſt collatio tributorum & ſimilia, ſed quæ ad honorem pertinerent. Erant ergo donati ciuitate municipes, ſed alij erant cum ſuffragijs, id eſt, ut cùm Romæ eſſent unà cum ciuibus Romanis irent in comicia, & ſuffragia redderent. Alijs autem non licebat reddere ſuffragia. Erant præterea immunes ab omni tributo, unumquemq; eorum fundus populi Romani factus eſt, & nullis erant populi Romani legibus adſtricti, ſed ſuis municipalibus legibus uiuebant. Primi autem omnium ciuitate Romana donati ſunt Cerites, pro ſacris bello Gallico receptis, cuſtoditiſq;, ſed ſine ſuffragij iure. Hinc Cerites tabulæ, in quibus Cenſores adſcribebant, quos notæ cauſa ſuffragijs priuaſſent. Coloniarum autem alia ratio erat. Nam Coloni ciues erant Romani ad aliquam urbem habitandam miſsi. Hi non proprijs inſtituti, ſed populi Romani legibus uiuebant. Erant ergo magis obnoxij, quàm municipes, ſed tamen quoniam ſimulachrum quoddam apparebat Romanæ reipublicæ præſtantiores habebantur coloni quàm municipes. Dicuntur præterea coloni agrorum cultores. Virgil.*

,, *Vt quamuis auido parerent arua colono.*

Columella in lib. de Agricultura pro eo ponere uidetur, qui non ſuum, ſed alienum agrum colat, partem tamen fructuum domino daturus. Sedes] *Propriè uidentur eſſe domicilia, & loca in quibus habitare decernimus. Iuuenal.*

,, *Qui ſedem figere Cumis. Deſtinet, atque unum ciuem donare Sibyllæ.*

Virgilius:

,, *Tendimus in Latium ſedes ubi fata quietas*
,, *Oſtendunt.* ——

Nam ubi ſedemus ſæpius ſellas, & ſedilia quam ſedes appellamus.
Sit modus] *Sit finis, Iuuenalis.*

,, *Impoſitiq; modum ſapiens & rebus honeſtis.*

Laſſo] *Ad corpus refertur. Feſſum autem potius de animo intelligimus. Virg.*

» *Quo rapitis feſſum Fabij.*

Maris] *Nauigationis.* Viarum] *Terreſtris itineris.* Et militiæ] *Nam militiam quoq; exercuit, ut iam demonſtratum eſt.*

Vnde] *A' quo.* Si Parcæ iniquæ prohibent] *Id eſt, Parcæ quæ eſſent iniquæ ſi prohiberent.*

Galeſus] *Fluuius iuxta Tarentum ubi pro paſturæ copia, uel dulcedine lanæ maiores fiunt. Virgil.*

» *Qua niger humectat flauentia culta Galeſus.*

Ouibus] *A' Græco nomen eſt interpoſita u conſonante.* Laconi] *Phalanto. Virg.*

» *Hinc ſinus Herculei ſi uera eſt fama Tarenti.*

De hoc & de Parthenijs in ſuperioribus abundè dictum eſt.

Ridet] *Dat quod eſt hominis proprium inanimatæ rei, ſed eſt quædam ſimilitudo. nam cum ſe offert læta agrorum amœnitas ridere dicimus. Virgil.*

» *Omnia nunc rident, at ſi formoſus Alexis.*

» *Montibus his abeat uideas & flumina ſicca.*

Hymetto] *In quo monte propter copiam thymi multum, idemq; optimum mel naſcitur. Eſt autem mõs iſte in Actiaca regione. Vnde etiam marmor quod in precio eſſet, excidebatur. Primus aūt Craſſus Orator 60. columnis Hymettijs atrium exornauit, neq; ante illum quiſquam externa marmora Romæ habuit. Ob id M. Brutus illum Venerem Palatinam appellauit. Ferunt & in hoc monte naſci herbam quam mulieres, ut ardentius à uiris appetantur brachijs alligatam geſtant.*

Bacca] *In fructibus arborum eſt in oliuis, ceraſis, cornis, lauris, myrtis, lentiſco, aquifolio & ſimilibus. Præterea uniones baccas appellant. Virg.*

» *Colloq; monile baccatum.*

Baccha autem cum h aſpiratione ſacerdotem bacci nominant. Acini uerò ſunt in uuis hædera, ſambuco, ebulo, malo punico & ſimilibus. Bacca ergo in hoc loco oliua eſt.

Certat Venafro] *Elegantius quàm ſi dicatur certat cum Venafro. Sententia eſt, quòd oliuæ huius agri æquiparari poſſunt ijs, quæ oriuntur in Venafro. Eſt autem Venafrum oppidum poſt Minturnas, unde eſt optimum oleum.* Ver ubi longum] *Ver non excedit ſpatium trium menſium dicit longum, quia & in hyeme tale temperamentum aëris eſt, quale ſolet eſſe in uere, unde addit tepidas hyemes. Sic & Virgil.*

» *Atq; alienis menſibus æſtas.*

Brumas] *Id eſt, hyemes: nam bruma dicitur, quaſi brachimera, id eſt, breuis dies. Eſt autem breuiſſimus cum Sol attingit primam partem Capricorni, in qua eſt initium hyemis, quæ perdurat uſque ad ingreſſum ſolis in Arietem, in quo incipit Ver.*

Aulon] *Mons Calabriæ uitibus refertus.* Ille locus] *Vbi hæc omnia ſunt.* Arces] *Montes dicit.* Beatæ] *Fertiles. Illæ igitur arces beatæ poſtulant te mecum. Nam cum amicus ſis, & amicorum officium poſtulet, ut ad loca & longinqua, & periculoſa amicum proſequantur, tantò magis ad propinquia, & fœlicia, & tuta mecum uenies.* Arces] *De quibus iam diximus.* Fauillam] *Cinerem extinctum dicimus, ſcintillam accenſam.* Calentem] *Nuper exuſtam.* Debita lachrymis] *Nam tenetur amicus amici funus lachrymis proſequi.*

IOAN. HART. } Viridiq; certat] *Græcatur iterum. Nam Græci* μάχομαι σοί *dicunt.*

HENR. GLAR. } *In hac Ode multa ſunt in Acronis commentario corrupta: ipſiúſne authoris culpa an librariorum, iniuriaúe temporum, non facilè pronunciauerim. Primùm cum dicit fateri Horatium Septimio tãta gratiæ neceſſitudine aſtrictum, ut ſi uelit, ad ultimas mundi nationes ire, ſe cum eo promittat poſſe: cùm poëta contrarium aſſeueret, Septimium cum Horatio iturum, ſi Horatius poſcat. Deinde quod Cantabros gentem putat nondum uictam, quam ego uictam puto tunc recens, ſed nondum ſuetam iuga imperij Romani ferri. Denique de Maura unde, quod inquit, propter Africanam addidit Maura, quia utraq; Libya dicitur: non bene intelligitur, ſed Mauram (ut ego puto) ob uicinitatem dixit, ut Perſas pro Parthis, & ſimilia multa apud poëtas. Quod ſi legeretur in Acrone, pro Africana dixit Maura: id certè intelligeretur. Porphyrio de Cantabris, eiuſdem cum Acrone eſt opinionis. Cæterùm pellitas oues dixiſſe Horatium idẽ ait, quod Tarentinæ oues pellibus teguntur. Id corruptum puto, niſi Porphyrio crediderit eſſe aliquas oues abſq; pellibus.*

Et amicus Aulon] *Acro Virgilij carmen ex 3. Aeneidos allegat, Aulonisq; arces, & naufragum Scylaceum. Seruius autem eodem in loco hunc Horatij locum allegat, ut mihi ueriſimile fiat Aulonis apud Virgilium legendum, non Caulonis. De eodem monte loquuntur. Neq; Seruius tam indoctus fuit, ut ignorârit Caulon hoc in loco carmen non ſuſcipere. Sed iudicet lector. Plinius enim Caulonis oppidi meminit lib. 3. cap. 10. & Strabo lib. 6. ait. Cauloniam poſt Sagram olim Auloniam nominatam.*

HERM. FIGVL. } Septimi Gades aditure mecum] *Fidi, & certi amici imaginem in Septimio expreſſit, cuius tantum ſit ſtudium, & animi uoluntas erga amicum, ut nullum laborem, nullumq; periculum amici cauſa ſubterfugiat, ſed ad loca etiam penitus remota, aſpera, & infeſta ſe comitem & ſocium præbeat.* Gades] *Pro quolibet loco, ab Italia longiſſimè diſiuncto.* Indoctum iuga ferre noſtra] *Hiſpanum indocilem, & inſuetum Romanam tollerare ſeruitutem. Sunt enim Cantabri populi Hiſpaniæ citerioris, ad Septentrionem, Oceano propinqui, ut ſcribit Ptolemæus, quos Auguſtus adoleſcens adhuc oppreſſit: immunes Romani imperij, & libertatis amantes. De Cantabrico bello, ita ſcribit Florus lib. 4. Cantabrorum & peior, & altior, & magis pertinax in rebellando animus fuit. In hos igitur non mandata expeditio, ſed ſumpta eſt. Ipſe uenit, & Cantabriam efferam gentem, ritu ferarum, quaſi indagine debellabat. Et paulò pòſt: Poſtquam extrema Barbari uident, certatim igni, ferro inter epulas, ueneno@q;, quod ibi uulgo ex arboribus taxis exprimitur, percepere mortem: ſeq; pars maior à captiuitate, quæ uidebatur, uindicauêre.*

Iuga] *Seruitutem, quæ omnib. eſt grauis, & acerba. Iugum autem ſub quo uicti tranſibant, hoc modo fiebat: Fixis duabus haſtis, ſuper eas ligabatur tertia, ſub ijs uictos, diſcinctos tranſire cogebant. Autor Sextus Pomp. lib. 9. Aliàs iugum eſt inſtrumentum ligneum, quo boum ceruices ad aratrum, uel currum iunguntur. Sic dictum à iunctu, teſte Varrone, de lingua Latina, lib. 4.*

Maura] *Africana. Eſt enim Mauritania Africæ pars, in Athlanticum pelagus expoſita.*

Aeſtuat] *Affluit & remeat. Eſt enim in Syrtibus æſtuarium, hoc eſt, locus in quo mare motu ſuo accedit, & reciprocat. De æſtuum natura & motu, lege Plinium lib. 2. cap. 97.*

Poſitum] *Conditum à Tyburto Argiuis colonis. Vel, ut Seruius dicit, à Catillo Corace, & Tyburto, fratribus ſimul, & de fratris Tyburti nomine appellatum Turbur.* Sit meæ ſedes utinam ſenectæ] *Optat Tybure ſtabilem ſedem, & certum domicilium in ſenecta habere.* Sit modus laſſo maris & uiarum militiæq;] *Tybur ſit mihi finis omnium laborum, nauigationis, itineris, & belli.* Vnde ſi Parcæ prohibent] *Si fata non permittunt, me Tybure ſenectutis meæ tempus tranſmittere, conferam me Tarentum, ibiq; uitæ curſum terminabo.* Galeſi flumen] *Galeſus fluuius eſt Calabriæ, à Tarēto urbe quinq; millia paſſuum, ad quem poſuit caſtra Annibal, autore Liuio lib. 5. Decad. 3. Virg. lib. 5.*

» *Qua niger humectat flauentia culta Galeſus.*

Regnata] *Participium ſine origine, nam Regnor, nemo dixit. Sic*

» *— Acri quondam regnata Lycurgo.* (Virg.

Laconi Phalanto] *Fuit is Spartanus, filius Araci, quem Lacedæmoniorum ſpurij ducem aſſumentes, ad ſedes requirendas proficiſcuntur, diuq; & per uarios caſus iactati, tandem in Italiam deferuntur, & oppugnata arce Tarentinorum, expugnatis ueteribus incolis, ſedem ſibi conſtituunt, ut refert Iuſtinus libro 3. De Tarento ita ſcribit Lucius Florus: Tarentum Lacedæmoniorum opus, Calabriæ quondam, & Apuliæ, totiuſq; Lucaniæ caput: Tum magnitudine & muris, portuq; nobili: tum mirabili ſitu. Quippe in ipſis Adriatici maris faucibus poſita, in oras noſtras Hiſtriam, Illyricum, Epirum, Achaiam, Africam, Siciliam, uela dimittit.*

Angulus] *Quia in faucibus, & ſinu Adriatici maris ſitum eſt Ta-*

rentum

rentum. Ridet]*Pro arridet, placet, delectat.* Vbi non Hymeto mella decedunt]*Hoc eſt, tam præſtantia ſunt mella Tarenti, ut etiam ſua bonitate non cedant melli Hymetio. Eſt autem Hymetus mons Atticæ regionis, floribus nitens, thymo & optimo melle abundans.* Certat bacca Venafro]*Hoc eſt, oleum Tarentinum æquari poteſt cũ Venafrano. Venafrum oppidum eſt Italiæ, ubi optimum creſcit oleum. Vnde Plinius lib. 15. cap. 2. dicit: Principatum in hoc quoq; bono obtinuit Italia toto orbe, maximè agro Venafrano, eiuſq; parte quæ Licinianũ fundit oleum: Vnde & Liciniæ gloria præcipua oliuæ.*

Ver ubi longum]*Nunc à temporis uerni ſuauitate, & hyemis temperatione Tarentum commendat.* Tepidas brumas]*Calidas & temperatas hyemes. Eſt autem dicta bruma à breuitate dierum, βραχὺ ἦμαρ: tunc enim breuiſsimus eſt dies, quando eſt Solſtitium hyemale, ſole ingrediente Capricornum.*

Aulon]*Mons eſt Calabriæ, uinetis abundans, & generoſa uina producens. Ita que hic appellat fertilem, & amicum Baccho.*

Minimum Falernis inuidet uuis]*Quia æquè bona habet uina ac Falernus ager in Campania, ideoq; nihil inuidet, tanquam ſuperiori.* Ille locus]*Tarentum uidelicet tam fertile, & amœnum ad habitandum nos inuitat.* Ibi tu calentem]*Ibi tu funeri Horatij amici, iuſta cum luctu ſolues.* Debita]*Propter ſingularem amicitiam, & firmiſsimum mutuæ charitatis uinculum.*

Fauillam]*Cinerem extinctum. Romani enim defuncta corpora cremare ſolebant. Quam conſuetudinem temporibus Syllæ, qui primus ex patritijs cremari uoluit, cœpiſſe, & uſq; ad Antoninos Cæſares duraſſe, legimus.*

THEOD. PVLMAN. } 3 Argeo] Argiuo, G. 10 Pellitis ouibus Galeſi]*Alij legunt,* pullatis ouibus, *id eſt, nigris. alij, Galeſum flumen. Vide Caſtigationes Georg. Fabricij.* 19 Fertili]Fertilis, *E.B. & Gul. Canterus Nouarum lect. libro 6. cap. 14.*

GEORG. FABR. } *Cõmendat Septimij amorẽ erga ſe, qui ſecuturus ſit, quocunq; terrarũ ire placuerit: ſed aut Tiburtino, aut Tarentino rure poëta uult cum amico uiuere, propter utriuſq; loci delicias, & cupit ibidem mori, atq; ab amico ſepeliri.*

» [illegible],

Ait Euadne apud Euripidem. Dulce pellitis ouibus Galeſi flumen]*Duplex huius loci lectio. Alij legunt,* pullatis ouibus, *id eſt, nigris. Alij,* Galeſum flumen, *ut, mare Oceanum, dixit Catullus.* Oues pellitæ ſunt *Quæ pellibus teguntur, ne contaminetur lana, ut Varro & Columella. Alteram lectionem de pullatis ouibus, memini placere uiro acutiſsimo Georgio Agricolæ. Greges è Galeſo bibentes, nigræ fiunt: ut fuſci, qui è Pollentia Aemiliæ, quod tradit Silius: cãdidi, qui à Clitumno Vmbriæ, quod Propertius: flaui, qui è Crathy & Sybari, quod Strabo: Qui de temperamentis aquarum tractant, cauſam talium colorum, uellera tingentium, ſolent exponere.*

IOD. BAD. ASCENS. } Septimi Gades]*Septimium amicum de quo confidit, quòd ſecum in remotiſsimas & difficillimas oras proficiſci uelit, precatur, ut ſecum Tybur petat, aut ſi id non detur Tarentum oppida amœniſsima, in quibus ubi reliquum ætatis degerit poëta: rogat ut ab eo optata donetur ſepultura. Ordo eſt.* O' Septimi amice aditure mecum]*Id eſt, qui adire mecum uelis, ſi opus ſit. Vnde hic qualitatem non tempus notat.* Gades]*Id eſt, inſulam illam in ultimis Hiſpaniæ oris.*

Et Cantabrum]*Scilicet, populum Hiſpaniæ.* Indoctum]*Id eſt, adhuc inſuetum.* Ferre]*Id eſt, pati.* Noſtra iuga]*Id eſt, imperia dura.* Et Syrtes Barbaras]*Id eſt, barbarorum.* Vbi unda Maura]*Id eſt, Mauritanica æſtuat ſemper.* Vtinam Tybur poſitum]*Id eſt, conditum.* A' colo Argeo]*Id eſt, Argiuo, ſcilicet, Tyburto.* Sit ſedes meæ ſenectæ]*Quaſi dicat, non te uocem ad Hiſpanos, aut Mauros.* Et ſit modus]*Id eſt, finis.*

Maris]*Id eſt, nauigationis.* Et uiarum]*Id eſt, itinerum.* Et militiæ]*Id eſt, belli.* Mihi laſſo]*Id eſt, fatigato.* Vnde]*Id eſt, à quo, ſcilicet, Tybure.* Si parcæ iniquæ]*Id eſt, non fauorabiles Deæ.* Prohibet]*Id eſt, arcent me, ego petam flumen Galeſi, illius fluuij iuxta Tarentum.* Dulce ouibus pellitis]*Id eſt, pelles exi*mias habentibus, *quas Romanicas uulgus uocat.* Et petam regna regnata]*Id eſt, recta.* Phalantho]*Scilicet, duci.* Lacono]*Id eſt, Laconico.* Ille angulus ridet]*Id eſt, amœnus uidetur mihi.* Præter ſupra omnis]*Scilicet, angulos terrarum.* Vbi mella non decedunt]*Id eſt, non deorſum cedunt, tanquam inferioris dignitatis.* Hymeto]*Id eſt, melli Hymetio.* Et bacca]*Scilicet, oliuæ.* Certat]*Id eſt, contendit de dignitate.* Venafro]*Scilicet, monti.* Viridi]*Scilicet, oleis.* Ver ubi]*Ordo eſt.* Vbi]*Id eſt, in quo angulo Tarentino.* Ver]*Id eſt, uerna temperies eſt ſup.* Longum]*Id eſt, diu.* Et Iupiter]*Id eſt, aër præbet.* Brumas]*Id eſt, Brumales dies.* Tepidas]*Id eſt, minus frigidos.* Et Aulon]*locus ille Tarentinus.* Fertilis]*Id eſt, fœcundus.* Et amicus]*Id eſt, fauorabilis, aut dilectus Baccho.* Inuidet minimum]*Id eſt, ualde parum, quia parum uincitur.*

Vuis Falernis]*Id eſt, in Falerno monte Campaniæ naſci ſolitis.* O Septimi]*Ille locus & beatæ arces ſubaudi.* Illi]*Scilicet, iam dictæ poſtulant te mecum.* Tu ſparges ibi]*Id eſt, in illis montibus.* Fauillam]*Id eſt, flammulam reliquam, dum cadauer uretur amici uatis.* Hoc eſt meum qui tibi iam cu: ſum calentẽ]*Id eſt, recenter uſtam.* Sparges]*Dicit lachrymæ debita pro officio amicitiæ.*

ANT. MANCIN. } *Septimio amiciſsimo ſuo poëta ſcribens, ait ſecum in ultimas etiam & aſperrimas orbis oras iturũ eſſe, quod maximam eius beniuolentiam arguit. optat inde, ut Tybur ſenectæ ſedes haberi poſsit, quod ſi Parcæ non dederint, petet, inquit Tarentum, cuius quidem regio ſibi præter omnes arridet. Abundat enim melle, uino, oleo, & temperie ſumma. Hortatur itaq; Septimium uelit eo ſecũ pergere, ubi defuncto ſibi ualeat debitas emittere lachrymas.* Septimi Gades aditure mecum]*Ode eſt, ſimilis 2. lib. 1.* Gades]*Inſulas Bæticæ oppoſitas in Oceano, de quibus latè ſuperiùs Ode 2. huius uoluminis.* Cantabrum]*Cantabri populi ſunt in Hiſpania Taraconenſi ad Oceanum, ut docet Ptol. lib. 2. Eos autem & uicinas illis gentes, quæ latrocinia exercebant, Auguſtus oppreſsit, ut ſcribit Strab. lib. 3. Suet. etiam de Auguſto ait, Externa bella duo omninò per ſe geſsit. Dalmaticũ adoleſcens adhuc, & Antonio deuicto Cãtabricum. Paulò item inferiùs ait. Domuit autem partim ductu, partim auſpicijs ſuis Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniam, &c.* Indoctum iuga ferre noſtra]*Quo tempore id poëta ſcripſit, Cantabri ab Romanis ſubacti non fuerant, quod Auguſtus poſtea egit, ut diximus: uel indoctum ait id eſt, non aſſuetum: nam paulò antè uictus fuerat Cantaber ab ipſo Auguſto.* Barbaras]*Id eſt, ſæuas.* Syrtes]*Sunt duo ſinus in extrema Africa, eas inacceſſas uadoſum ac reciprocum mare efficit, ita incertis motibus, nunc in breuia reſcindit dorſuoſa, nunc æſtibus inundatur inquietis: latiùs tamen uideto in Epodo 9.* Maura unda]*Mauri terminantur Oceano occidentali, ut ſcribit Ptol. lib. 4. de quibus plura lib. ult. Strab.* Tybur]*De eo latè ſuperiùs Ode 7. lib. 1.* Sit modus]*Ordo eſt.* Laſſo mihi ſit modus]*Id eſt, finis maris uiarum & militiæ. Vnde à quo Tybure.* Parcæ]*Clotho, Lacheſis, Atropos.* Pellitis ouibus Galeſi]*Galeſus, ut dixit, Liu. lib. 5. de 2. bel. Pun. Calabriæ flumen eſt Tarento proximum, per quinq; millia paſſuum. Et Plin. li. 8. Tarentinas oues fuluas eſſe & ſuæ pulliginis. Phalanto, hoc duce Lacones Tarentum Apollinis oraculo condiderunt, de quo multa Strab. lib. 6. Et nos latiùs Ode 28. lib. 1.* Hymeto]*Hymetus mons eſt nobilis in Attica, qui mel gignit optimum, ut Strab. ait lib. 10. Qui etiam lib. 6 ſcribit Tarentinam oram fructuum bonitate præcellentem: nam & mel eius, & uellera uehementer laudantur.* Decedunt]*Procedunt.* Venafro uiridi]*Id eſt, oleo Venafrano: nã laudes habet olei totus Venafranus ager, maximè planis finitimus aruis. Aut. eſt Strab. lib. 5. de Campania loquens.* Aulon]*Locus eſt contra Tarentinam regionem ferax optimi uini, ut Porphyrio inquit. Acron uerò dicit eſſe montem Calabriæ. Montem eſſe cõparatione Phalerni crediderim. Eſt autem ordo.* Et Aulon fertilis amicus Baccho. Phalernis uuis]*Phalerno agro ſecunda uini nobilitas erat, non longè à Capua, de quo plura Plin. lib. 14. cap. 9.* Debita lachryma]*Id eſt, merita & amica.* Fauillam]*Poëta lib. 6. de Miſeni cadauere ait.*

» *Poſtquam collapſi cineres, & flamma quieuit,*

Reliquias

» *Reliquias uino & bibulam lauere fauillam.*
» *Oſſaq́; lecta cado texit Chorynæus aheno.*
Sappho item ait:
» *Sex mihi natales ierant, quum lecta parentis,*
» *Ante diem lachrymas oſſa bibere meas.*

Optat ergo Horatius, ut ei Septimius funus celebret his in locis amœnis.

SER. MAR. HON. } Ver ubi longum tepidasq; præbet Iupiter brumas] *Virgil. uer aſsiduum dixit. Ver propriè aſsiduum eſſe non poteſt. Sed ut Horatius dixit longum.*

ODE VII. AD POMPEIVM VARVM.

Προσφωνητική.

Ode VII. *Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.*

−− ∪− − −∪∪ −∪∪
−− ∪− − −∪∪ −∪∪
−− ∪− −− ∪− ∪
−∪∪ −∪∪ −∪ −−

ARGVMENTVM IN ODEN VII.

Pompeio Varo commilitoni ſuo gratulatur, qui cum M. Bruti & Caſsij parteis ſecutus fuiſſet apud Philippos fuſo exercitu euaſerit ſecum non ſine Mercurij numine. Dicitq; ob amicum patriæ reſtitutum, poſt iterum expertum periculum, uota meritò dijs ſoluenda, & liberiore compotatiuncula ſeſe inuitandum.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Gratulatur Pompeio Varo, quod rurſus in patriã redierit, receptus in gratiam ab Auguſto, cuius tamen partes ambo non erant ſecuti. Gratulatio plena eſt iucunditatis, cùm ad hilaritatem inuitat, & ſimul ſuauem putat fore inſaniam ob amicum, periculis liberatum & receptum.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Pompeio ſodali, quem in bello Philippenſi reliquerat, de felici reditu gratulatur. Et ad lætum conuiuium inuitat.

COMMENTARIA.

ACRON.

SAEPE mecum tempus in ultimum] *Ad Pompeium Varum ſcribit, gaudens ob eius in patriam reditum, quem commilitonem ſibi in caſtris Bruti & Caſsij fuiſſe commemorat, & belli ciuilis euaſiſſe pericula Auguſto uictore, qua gratia liberius ſe conuiuium exhibere promittit. Ordo eſt: O' Pompei prime meorum ſodalium, ſæpe deducte mecum in ultimum tempus Bruto duce militiæ, quis redonauit Quiritem te dijs patruis, & Italo cælo?* Redonauit] *Reddidit, redire fecit in patriam.* Quiritẽ] *Romanum. Notandum tamẽ quod ſingularem numerum poſuit, cum plurali numero dicatur.* Italoq; cœlo] *Cœlũ pro Itala regione poſuit, uti dẽ alibi: Cœlũ nõ animũ mutant, q trans mare currũt.* Prime] *Præcipuè, i. cuius amor ante omnes ſit.* Mor. diẽ] *Pro longo dixit, hoc eſt, æſtiuo, q quaſi cũ mora ſpaciũ ſuũ decurrat.* Mero] *Vel datiuus, uel ablatiuus caſus benè accipitur.* Fregi] *Aut conſumpſi, aut diuiſi, ut à ſexta hora ſignificet ſæpe epulatos.* Malob. Syrio] *Malobathrum genus unguenti eſt.* Philippos] *Macedoniæ campus, aut ciuitas ubi ab Auguſto Brutus uictus occubuit, unde & Lucanus:*
» *Video iã Phœbe Philippos.*
Relicta non bene parmula] *Parmula, id eſt, ſcuto: non bene autem relicta, quia arma in fugam uerſi proiecerant.* Minaces] *Caſsium & Brutum ſignificat, qui ſe de uirtute iactare conſueuerant: aut certè milites eorum.* Turpe ſolum] *Aut cruentum, aut quo proſtrati turpiter precarentur.* Sed me per hoſtes Mercurius celer] *Iucundè ſe dixit à Mercurio liberatum, uel quod furtim ſe fugiſſe, & celerem oſtenderet fugam, uel quòd poëtæ ad Mercurium pertinere dicuntur.* Aëre] *Nebula, ut: Nube caua eripiam, & per hoc fugæ latebras tutiores oſtẽdit.* Reſorbens] *Metaphora à Charybdi, quæ cum impetu quodam ſignificet mentis, & furore correptum, ad Bruti partes reuerſum.* Ergo obligatã redde Ioui dapem] *Promiſſum ac debitum redde conuiuium: & ſciendum dapem ſingulari numero declinatum.* Sub lauro mea] *Vt eſt illud Virgil.*
» *Hic tamen hac mecum poteris requieſcere nocte.*
Vel certè ſub Auguſti uictoria: aut tanquam poëta inuitat amicum ſub ſuo carmine. Nec parce cadis tibi deſtinatis] *Vaſis uinarijs, ad eius quaſi reditum reſeruatis, ut:*
» *Vina bonus, quæ deinde cadis onerârat Aceſtes.*
Obliuioſo Maſsico] *Hoc eſt, uino, quo curæ pelluntur, & labor in obliuionem uenit. Maſsicum uerò pro Campano poſuit.* Ciboria exple.] *Aut Alexãdrina poma, quæ habent ſimilia colocaſijs folia, in quorum ſimilitudinem facta pocula, eodem nomine appellantur: aut certè pro cibo poſuit, tanquam cibum*

SAEPE mecum tempus in ultimum
Deducte, Bruto militiæ duce,
Quis te redonauit Quiritem
Dijs patrijs, Italoq́; cœlo,
Pompei meorum prime ſodalium?
Cum quo morantem ſæpe diem mero
Fregi, coronatus niteneis
Malobathro Syrio capillos.
Tecum Philippos, & celerem fugam
Senſi, relicta non bene parmula:
Cum fracta uirtus, & minaces,
Turpe, ſolum tetigere mento.
Sed me per hoſtes Mercurius celer
Denſo pauentem ſuſtulit aëre:
Te rurſus in bellum reſorbens
Vnda fretis tulit æſtuoſis.
Ergo obligatam redde Ioui dapem,
Longaq́; feſſum militia latus
Depone ſub lauru mea, nec
Parce cadis tibi deſtinatis.
Obliuioſo leuis Maſsico
Ciboria exple, funde capacibus
Vnguenta de conchis, quis udo
Deproperare apio coronas,
Curat'ue myrto? quem Venus arbitrum
Dicet bibendi? non ego ſanius

Bacchabor Edonis, recepto
Dulce mihi furere eſt amico.

bum poculis compenſaret. Fonde capacibus] *Largiùs utere odoribus.* De Conchis] *De echinis concharum.* Quis udo] *Interrogatiuum eſt, ſed cum exhortatione dicitur.* Vdo apio] *Viridi, uel quod in locis aquoſis naſcitur. Corona enim apij ebrietatem prohibere dicitur, ut eſt:*

„ *Apio crines ornatus amaro.*

Deproperare] *Feſtinanter afferre.* Quem Venus arbitrum dicet bibendi] *Ἀρχιποσίαν ſignificat, & teſſerarum iactu datum in bibendo primatum. Veneris autem iactus latiſsimus dicebatur, qui habebat tricenarium numerum.* Edonis] *Thracibus Bacchis.* Furere] *Aut ebrium eſſe, aut certè ſaltare.*

PORPHYR. } O' ſæpe mecum tempus in ultimum Deducte, Bruto militiæ duce] *Hanc Odam ad Pompeium ſodalem ſcribit, quo gratulatur ei, quòd reſtitutus ſit in patriam, & teſtatur commilitonem ſibi fuiſſe in caſtris M. Bruti.* Quis te redonauit Quiritem] *Quiritem ciuem Romanum ſignificat. Attende ſingulari numero dictum, quod non facilè apud ueteres inuenies.* Cum quo morantem ſæpe mero diem Fregi] *Morantem pro longo poſuit, quod quaſi cum mora ſpacium ſuum decurrat. Fregi autem diem, uidetur pro eo, quod eſt, diuiſi dixiſſe, ut à ſexta hora ſignificet ſe ſæpe epulatos. Mero autem ſiue datiuo caſu, ſiue ablatiuo accipias, habebit ſuam rationem. Senſus autem eſt: Illa re fregi diem, aut illi rei fregi.* Malobathro] *Malobathrũ unguenti ſpeciem eſſe ſcimus.* Tecum Philippos] *Philippi eſt oppidum in Macedonia, ubi Brutus perijt.* Cùm fracta uirtus] *Qua uirtute ſe Caſsius & Brutus præcipuè iactabant.* Et minaces Turpe ſolum tetigere mento] *Turpe ſolum aut cruore fœdatum, ut:*

„ *Sanguine fœdantem, quos ipſe ſacrauerat ignes:*

Aut nomen eſt loco aduerbij poſitum ut, ſit.

„ *Turpe ſolum tetigêre, —*

Pro turpiter tetigêre. Sed me per hoſtes Mercurius celer Denſo pauentem ſuſtulit aëre] *Sæpe oſtẽdit Horatius ſe in Bruti partibus militaſſe. Iucundè autem à Mercurio ſublatum de illa cæde dicit, ſignans clam, & quaſi furto quodam ſe inde fugiſſe, per celerem ergo Mercurium celeritatem fugæ, per id quod ait denſo aëre, latebras ipſius fugæ intelligi uult.* Te rurſus in bellum reſorbens Vnda fretis tulit æſtuoſis] *Allegoricôs ſignat Pompeium poſt fugam illam impetu quodam mentis, petiſſe rurſum partes Bruti.* Obligatam] *Promiſſam ac debitam.* Obliuioſo Maſſico] *Maſsico, id eſt, uino obliuiones curarum ac ſollicitudinum facientе uel afferente.* Ciboria exple] *Ciboria propriè ſunt folia colocaſiorum, in quorum ſimilitudinem pocula facta eodem nomine appellantur.* Quis udo Deproperare apio coronas, Curat ue myrto?] *Quis interrogatiuè cum quodam hortamento dicitur. Vdo autem apio pro uiridi, uel quod in aqua naſcitur. Deproperare autem ualde properare ſignat.* Quem Venus arbitrum Dicet bibendi] *Ἀρχιποσίας inchoationem bibendi, in conuiuio talorum iactu ſortiri ſolebant. Venerius autem iactus in talis ſummum numerum habet, id eſt, tricenarium.* Non ego ſanius Bacchabor Edonis] *Edonij Thraces ſunt, quos ſolet ebrietas fortiores reddere.* Recepto dulce mihi furere amico] *Percipiendum extrinſecus etiam, ut ſit, etiam furere dulce mihi eſt recepto amico.*

CHRIST. LAND. } O' ſæpe mecum tempus] *Congratulatur Pompilio, qui commilito ſibi in caſtris Brutianis fuerit, quod tandem pericula euaſerit, & ab Auguſto ueniam ſit aſſecutus.* Ordo, ô Pompili prime meorum ſodaliũ deducte mecum in ultimum tempus, *id eſt, in ipſam mortem quis redonauit te Quiritem. In ultimum tempus, ad mortem, quod eſt ultimum tempus hominum.* Quis] *Cum admiratione Quaſi dicat, multum ualuit ille amicus. Sic Virgil.*

„ *Quis te nate dea per tanta pericula caſus,*

„ *Inſequitur. —*

Redonauit] *Optime. Nam primo natura te patriæ ciuem fecerat. Deinde hoſtis iudicatus ciuis eſſe deſieras. Nunc uerò reſtitutus, rurſus ciuis patria donatus es.*

Dijs patrijs] *Qui uarij in uarijs locis celebrantur. Quiritem, ciuem Romanum, ut iam expreſſum eſt.* Prime] *In ordine, uel prime, optimè, ut Virg.*

„ *Primisque iugarat ominibus.*

Fregi diem morantem] *Quaſi dicat conſumpſi, uel diuiſi, quaſi ad ſextam horam.* Mero] *In mero, id eſt, in conuiuio.* Coronatus] *Oſtendit lautiora conuiuia celebraſſe, nam in ijs coronati diſcumbebant.* Coronatus capillos] *Per ſynechdochen, quaſi dicat, habens capillos coronatos, ut oculos ſuffuſa nitentes.* Nitentes] *Scilicet malobathro, id enim unguẽtum eſt, quod Syrij conficiunt.* Philippos] *Prælium in Philippicis campis. Hi in Theſſalia ſunt, regio equis amica, unde Philippos dictos uolunt. Nam φίλος amicus eſt, & ἵππος equus, uel ſic denominati ab eorum antiquo rege. Sunt autẽ Philippi in Pharſalia & in his primò à Cæſare & à Pompeio, deinde ab Octauiano, Antonioque atque Cleopatra, & à Bruto, & Caſsio pugnatum eſt. Virgil.*

„ *Ergo inter ſeſe paribus concurrere telis,*

„ *Romanas acies iterum uidere Philippi.*

In hac acie cum plagam Brutiani accepiſſent, poëtæ ſibi fuga ſalutem peperit. Parmula] *Diminutiuum à parma, hæc autem breue ſcutum eſt, quo pedites utebantur. Virg.*

„ *Parmaque inglorius alba.*

Non bene] *Indecore & turpiter. Summum enim dedecus erat militi, ſi illius armis hoſtes potirentur. Itaque legitur de Thebano Epaminunda cùm in bello aduerſus Lacedæmonios apud Mantineam geſto uulneratus, ex acie in caſtra relatus eſſet, antea quàm haſta è corpore educeretur interrogauit an clypeus ſuus ſaluus eſſet, & an hoſtes fuſi, fugatique eſſent, & cum utrunque ex animi ſententia audiſſet, haſtam euelli iuſsit.* Fracta uirtus] *Non adimit uirtutem Brutianis, ſed oſtendit maiorem in Cæſarianis.* Minaces] *Propterea. Turpe pro turpiter ceciderunt, quia minaces erant. Nam turpe eſt homini uinci cum minatus fuerit, uel dicamus.* Turpe ſolum] *Id eſt, cruore fœdatum.* Mento] *Cùm mento. Dicitur autem mentum ab eminendo. A' gula enim eminet.* Tetigere] *Quaſi dicat oppetiêre. nam oppetere eſt terram ore petere, quod eſt uirorum fortium, qui morientes mordicus humum apprehendunt, ne uocem uiro indignam emittant Vnde Luc.*

„ *Qui timuit ne quas emittere uoces,*

„ *Vellet & æternam fletu corrumpere famam.*

Celer] *Quia & uelociſsimi curſus eſt Mercurius. nam illum nouẽ dies ante quam ſol perficit, & etiam alatus pingitur. Dicit autem ſe à Mercurio adiutum, quia clam & ſubitò aufugit, uel quia poëtæ in tutela Mercurij ſunt, uel quia in Geneſi ſua aliquo maligno planeta ad interitum ducebatur, niſi in eo loco ſitus fuiſſet Mercurius. In quo illius malignitatem frangeret. Nam malorum perniciem boni planetæ tollunt. Hinc Perſius.*

„ *Saturnumque grauem noſtro Ioue frangimus una.*

Poteſt etiam intelligi quod quemadmodum Mercurius deorum nuntius eſt, ſic poëta ab aliquo amico internuncio in gratiam Cæſaris uenit, quem ipſe pro Deo colendum putat. Denſo aëre] *Id eſt, nube, quæ aër denſior eſt. Sic Virgil.*

„ *At Venus obſcuro gradientes aëre ſepſit.*

Sic Homerus Venerem fingit, quæ Aeneam nebula ſeptum de manibus Achillis eripuerit. Rurſus] *Vel in eadem acie & prælio, uel quia ad Sextum Pompeium poſt illam pugnam ſe contulit.* Vnda reſorbens] *Translatio eſt ab inundatione maris, quæ cum refluat retrahit, & reſorbet quæ expulerat.* Fretis æſtuoſis] *Per freta æſtuoſa. Illis enim comparat bella, et forte alludit ad prælium Sext. Pompei commiſſum in fretô Siciliæ.* Redde] *Tanquam debitum.* Obligatam] *Scilicet, ex uoto.* Dapem] *Sacrificium. Sunt enim deorum dapes.* Latus] *Totum intelligit corpus, ſed defatigatio maximè in latere ſentitur.* Sub lauro mea] *Sub meo Auguſto, qui lauro ob uictoriã inſignitus eſt, uel ſub meis carminibus. nam & triumphanti & poëtæ laurus datur.* Leuia polita] *Contra autem eſt, atque aſpera ſignis.* Ciboria] *Alexandrina folia ſimilima Collocaſijs, in quorum ſimilitudine facta pocula eorum nomine appellantur. Alij dicunt cibaria, ut ſit exple cibaria*

baria uino, tanquam cibum poculis penſaret. Maſsicum] A' Maſsico Campaniæ monte, unde illud:

„ Vertunt fœlicia Baccho Maſsica qui raſtris.

Obliuioſo] Quod curarũ obliuionem inducit. Conchis] Quia in teſtis conchilium unguenta ſeruabant, præſertim in ijs in quibus uniones concipiuntur. Deproperate] Valde properare, id eſt, properanter facere. Virg.

„ Hæc properans iter ad naues tendebat Acanthes.

Apio] Quia ea herba ebrietas uitatur. Vdo] Quia in locis humidis naſcatur. Quis] Interrogat cum exhortatione. Myrto] Propter Venerem dixit, nam illi dedicata eſt arbor. Quis arbitrum hic dabitur in iactu talorum, ut eſſet arbiter ad bibendum. Veneris autem latiſsimus uictus habebatur, qui habebat tricenarium numerum. Plautus in Aſinaria, Hoc Venereum eſt pueri plaudite, & mihi ob iactum cantharo mulſum date. Bacchor] Inſanio, ut eſt de more bacchantium. Edonijs] Thraciæ hi populi ſunt, ſed pro omnibus Thracibus poſuit, quoniam Orpheus apud illos liberalia inſtituit. Dulce eſt furere] Suauis res eſt, uehementer lætari.

IOAN. HART. } Denſo aëre] Oeconomia Homerica, apud quem Venus & Apollo Aeneam, aliosq́ circumfuſa nebula occulunt, eripiuntq́ à periculis, Iliad. uide.

HENR. GLAR. } Ad Pompeium hæc eſt Ode, non ad Pompilium, ut male in quibuſdam tum Acronis, tum Porphyrionis codicibus legitur. Mancinellus dubitare uiſus eſt: inclinat tamen eò, ut Pompei malit legere, propter carmen. Si enim inquit, Pompili meum legas, erit Trocheus ſecũdo loco, extra carminis uſum. Imò uerò ego miror aliquem eſſe, qui hæc inculcare doctis audeat. Hoc etiam in eadem Ode lectori perpendendum, quod & Acro, & Porphyrio aiunt, Veneris iactum numerum habere tricenarium, nam ego ſanè non intelligo.

HERM. FIGVL. } Tempus in ultimum] In ipſam mortem, quæ extrema eſt linea rerum, & ultimus uitæ terminus. Bruto militiæ duce] Nam Brutus & Caſsius cùm Cæſarem in Curia occidiſſent, in prouincias Syriam & Macedoniã conceſſerunt, in quos Auguſtus, auunculi ſui necem uindicaturus, unà cum Antonio ſuccingitur. In Campis igitur Philippicis prælium commiſſum, diuq́ pari ardore utrinq; dimicatum, tandem uictoria fortuna magis, & errore quàm uirtute ad Cæſarem peruenit. Qua de re uide Plutarchum in Bruto. Et Florum lib. 4. Liuium & Appianum. Quis te redonauit Quiritem] Miratur Horatius quis Pompeium ſeruauerit, & in priſtinũ ſtatum̃ reſtituerit, quum multi in ea pugna ſint cæſi, multi capti, in quos Auguſtus crudeliter ſæuijt, teſte Suetonio. Cœlo] Hoc eſt, Aëri. Nam cœlum pro aëre apud Ciceronem & alios ſcriptores, ſæpe ponitur. Plin. lib. 2. Naturalis hiſtoriæ: Nam & hoc cœlum appellauêre maiores, quod alio nomine aëra. Prime] Præcipue, ſumme, quem Græci κορυφαῖον, uocant. Sodalium] Sodalis propriè eſt in rebus leuioribus, ac ſæpe uoluptuoſis. Vnde ſubijcit: Cùm quo morantem ſæpe diem mero fregi. Cicero de Senect. Epulabar igitur cum ſodalibus omnino modicè. — Morantem] Longum, tardum. Diem mero fregi] Conſumpſi, leuaui, feſelli tempeſtiuis conuiuijs.

Coronatus nitentes] Per hoc oſtendit, ſplendida & opiparè apparata ab ipſis fuiſſe acta conuiuia. Malobathro Syrio] Vnguento. De quo ita ſcribit Plin. li. 12. cap. 26. Dat & Malobathron Syria, arborem folio conuoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad unguenta, fertiliore eiuſdem Aegypto: Laudatius tamẽ ex India uenit. Philippos] Cãpos Macedoniæ, quæ inter Bruti & Cæſaris caſtra iacebant. Hos enim Philippos Romani, autore Plutarcho, appellauêre, in quibus tunc maximè Romanorum uires conuenêre. Dicit igitur ſe unà cum Pompeio, bellum illud in campis Philippicis geſtum expertum eſſe. Erat enim Tribunus militum ſub duce Bruto. Relicta non bene parmula] Fatetur ſe in fuga cum magna ignominia ſcutum amiſiſſe, quod erat olim turpiſsimum. Veteres enim arma militum membra uocauerunt. Quare etiam, qui arma alienaſſet, uel amiſiſſet, propter inertiæ turpitudinem æquè ac deſertor capitali pœna plectebatur. Apud Græcos militari iure cautum erat, ut miles, qui ſcutum in acie amiſiſſet, capite lueret: Qui uerò gladium, leuiori pœna notaretur. Quia maioris diſciplinæ ſe ab hoſte tueri, quàm cum ſua pernicie hoſtem perdere, ſemper ſummi duces putauêre. Germanis quoq; qui ſcutum amiſiſſet in bello, à publico concilio, & ſacris arcebatur. Cùm fracta uirtus] Cùm uirtus militum Bruti iam eſſet repreſſa, & debilitata fortitudine Cæſarianorum: & qui antea fuerant feroces, in fuga turpiter caderent. Sed me per hoſtes Mercurius] Dicit ſe nebula ſeptum, à Mercurio fautore è medio hoſtium ereptum. Sic Venus Paridem è manibus Menelai rapit, apud Homerum Iliad. 3.

„ τὸν δ' ἐξήρπαξ' Ἀφροδίτη,
„ ῥεῖα μάλ' ὥστε θεός, ἐκάλυψε δ' ἄρ'
„ ἠέρι πολλῇ. ——

Similiter Iliados υ. Apollo Hectorem caligine tectum à morte liberat. In bellum reſorbens unda] Oſtendit Pompeium animi impetu, & feruore in prælium ex fuga reuerſum. Sunt autem pulchræ translationes ab æſtu maris, qui cùm reciprocat, omnia ſecum retrahit, & reſorbet. Ergo] Quoniam bis à maximis periculis liberatus, ſaluus in patriam nobis redijſti. Obligatam redde Ioui dapem] Sacrificium ex uoto pro ſalute & reditu promiſſum Ioui fac. Dapes enim Deorum, uel noſtras in ſacrificijs Deorum eſſe uolunt. Longaq; feſſum militia latus] Monet Pompeium, ut ſe multis & diutinis belli ciuilis moleſtijs uexatum & defeſſum, uino recreet, atq; reficiat. Tibi deſtinatis] Ad tuum reditum reſeruatum uinum largè bibe. Obliuioſo] Quia laborum & curarum obliuionem parit. Leuia] Polita, & nihil aſperitatis habentia. Maſsico] Optimo & ſuauiſsimo uino. Species pro genere. Ciboria] Vaſa potoria. Referuntur enim in poculorum nomenclatura ciboria. Quæ & Scythia nuncupari poſſe, nonnulli putarunt, quòd anguſtiora in imo ſint. Funde capacibus unguenta] Solebant antiqui in conuiuijs unguentis & odoribus uti, quod etiam docet Martial. in 3.

„ Vnguentum fateor, bonum dediſti
„ Conuiuis here, ſed nihil ſcidiſti.
„ Res ſalſa eſt bene olere & eſurire,
„ Qui non cœnat & ungitur Fabulle,
„ Hic uerò mihi mortuus uidetur.

Quo carmine facetè ludit in illum, qui dederat quidem bonum unguentum, ſed ad epulandum nihil appoſuerat.

Conchis] Vaſculis, quibus unguenta ſeruantur. Concham autem apud rubrum mare creſcere & coaleſcere, autor eſt Vlpianus in Lege 20. ff. de auro, argento, &c. legatis. Vdo] Creſcit enim in locis paluſtribus, & humidis, unde ἑλεοσέλινον, Græcè uocatur.

Apio] Nam eam Apio naturam eſſe referunt, ut ebrietatem diſcutiat. De Apio & eius ſpeciebus, plura legant ſtudioſi apud Plin. lib. 20. cap. 11. Coronas] Quas Græci primùm ſympoſijs, poſtea Romani quoq; conuiuijs luxuriæ cauſa adhibebant.

Quem Venus arbitrum dicet bibendi?] Priſcis in compotationibus mos erat (ut ſuprà libro primo quoq; dictum eſt) talis ſortiri quempiam, qui conuiuio præſideret, & bibendi leges præſcriberet, quem βασιλέα, hoc eſt, regem uocabant. Horatius hic arbitrum appellat. Talorum autem ludus octo punctis, ſeu figuris conſtabat, inter quas una, Venus nomine, quæ ſummum continet numerum, multum lucri adfert, ſemperq́ felici exitu ludum terminat. Hæc enim cani oppoſita, colias dicebatur, tricenariumq́ abſoluebat numerum. Non ego ſanius bacchabor] Oſtendit ſe ob receptum amicum maximis gaudijs & uoluptatibus exultaturum.

Edonis] Thracenſibus mulieribus, quæ furore agitatæ, Bacchi myſteria celebrabant. Nam Edon mons eſt Thraciæ, Vnde Edonus, a, um.

THEOD. PVLMAN. } 11 Cùm fracta uirtus, & minaces, Turpe, ſolum tetigere mento] Turpe, enallage. nomen loco interiectionis. Sic Epod. 9.

„ Interq́ ſigna, turpe militaria.

Georg. Fabricius, Partitionum Grammat. lib. 3. Libri ueteres, H. G.E.B. Turpe ſolum tetigere mento, id eſt, occubuerunt, ceciderunt. Sic Virg. Aeneid. 11 uerſu 418.

„ Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit.

17 Obligatam] Id eſt, promiſſam, debitam, uotam. 19 Libero] H.E.B. &

re, H. E. B. & Seruius in Virgil. Ecl. 2. lauro, G. 22 Ciboria exple] Ciborium, capacius poculum. Vide Had. Iunij Animaduerſorum libro primo, capite decimo, imple, Faerni liber, teſte Lambino. 25 ——arbitrum Dicet bibendi. Arbiter bibendi, συμποσίαρχος, præfectus conuiuij. Franc. Luiſinus lib. 2. cap. 22.

ANTON. MVRET. } 31 —Non ego ſanius Bacchabor Edonis] Quidam emendare hunc locum uoluit, ſcribendum'que admonuit Hedonis, non Edonis. ineptè. Ἠδωνοὶ enim, non, ut ille putauit, Ἡδωνοὶ populi illi Thraciæ uocantur. neque ſolet Horatius in tertia horum carminum ſede iambum, ſed ſpondeum ponere.

GEORG. FABR. } Gratulatur Pompeio Varo, è militia ſaluo redeunti, eum'que ad conuiuium uocat: in quo & pro patria ſalute, gratias Ioui agant, & mæſticia depoſita, inter ſe lætitia optata perfruantur. Aliud requirit forum, aliud triclinium. unde concludit, Recepto Dulce mihi furere eſt amico.

Cum fracta uirtus, & minaces (Turpe) ſolum tetigere mento] De hoc loco in Partitionibus. Grammaticis, & nuper de lectionis diuerſitate, in Tragœdijs Senecæ diximus. Turpè, aduerbium exprobrantis. Vt alibi,

» Interq; ſigna (turpè) militaria
» Sol aſpicit conopeum.*

Interpretum expoſitiones non admitto: multò minus fero cenſuram Iulij Scaligeri, in hac interiectione, Turpè. Virtus ponitur, pro Bruto uirtute prædito. ita Tragicus in Herc. Furente,

» Indomita uirtus colitur.—

Pro, indomitus Hercules. Cur autem milites Bruti minaces uocet, ipſorum uerbis atrocibus atq; temerarijs exponit Appianus bellorum ciuilium lib. 4.

IOAN. THOM. FREIG. } Gratulatio eſt de reditu amici in patriam: per ſyllogiſmum.

Recepto amico indulgendum eſt genio:
Ego recepi amicum.
Ergo indulgebo genio.

Aſſumptio prima eſt, ſtatim in principio, Cõplexio ibi, Ergo obligatam. Propoſitio in ultimo uerſu eſt.

IOD. BAD. ASCEN. } O' Sæpe mecum] Pompilio ueteri amico congratulatur quòd nactus gratiam Auguſti ciuitati reſtitutus ſit, monetq; diffuſiùs uino indulgeat, ſuo exemplo, qui ad ebrietatem uſque poturus eſt, dulce exiſtimans furere amico recepto. Ordo eſt. O' Pompili prime] Id eſt, qui primus es. Meum] Pro meorum ſodalium. O' deducte mecum ſæpe in] Id eſt, uſque ad Vltimum tempus] Id eſt, donec Brutus uictus erat. Bruto exiſtente duce] Id eſt, ductore. Militiæ] Id eſt, qui militaſti mecum, ſub Bruto tantiſper, dum ille ducatum præſtitit. Quis] Scilicet, deorum aut amicorum, quaſi dicat, quiſquis eſt, optimus eſt.

Redonauit] Id eſt, reſtituit & iterum donauit, dijs patrijs. hoc eſt, Romanis penatibus Et cœlo Italo] Id eſt, Italiæ regioni. Te quiritem] Id eſt, Romanum militem. O' Pompili unquam prime] Id eſt, præcipue ſodalium. Cum quo] Id eſt, cuius ſocietate. Ego coronatus capillos] Id eſt, habens capillos coronatos Nitentes] Id eſt, Perfuſos Malobathro] Id eſt, unguento illo Syrio] Ex Syria. Fregi] Id eſt, tranſegi Mero] Id eſt, bibendo. Diem morantem] Id eſt, æſtiuum, & ita nimis longum, niſi mero fractus fuiſſet. Ego ſenſi tecum Philippos, locum illum Macedoniæ ubi Caſsius & Brutus pugnantes contra Auguſtum & Antonium uicti ſunt, ſicut Pompeius prius uictus fuerat à Cæſare. unde dicit Vergil. Georg.

» Romanas acies iterum uidere Philippi.
» Nec fuit indignum ſuperis bis ſanguine noſtro
» Ematheam & latos Hæmi pingueſcere campos.

Et ſenſi celerem] Id eſt, præcipitem fugam, & Hoc parmula] Id eſt, breui ſcuto relicta. id eſt, abiectio. Non bene] Id eſt, non decenter: quia contra diſciplinam militarem. Cùm uirtus ſcilicet Bruti fracta ſup. eſt: & Turmæ minaces] Id eſt, quæ minabantur prius Auguſtum expellere. Tetigêre mento] Scilicet, oppetendo. Solum turpe] Id eſt, ſanguine fœdatum. Sed Mercurius] Id eſt, ſubductio quædam Mercurialis: aut Blandæ preces celer] Id eſt, cito auxilio ueniens Suſtulit me denſo aëre] Scilicet, circumſeptum, ita ut non uiderer per Hoſtes] Scilicet, medios. Alludit ad Priamum à Mercurio per medios hoſtes ad tentoria Achillis perductum. Suſtulit] Dicit me pauentem. Sed unda] Scilicet bellorum: unde & Vergilius pro bello ſæpe diluuium ponit.

Reſorbens te rurſus in bellum] Id eſt, impetus & furor animi trahens te iterum in bellum. Tulit] Id eſt, abſtulit te. Fretis] Id eſt, procellis à feruore dictis, unde addit æſtuoſis. Ergo quia ſoſpes rediſti, redde Ioui ſcilicet liberatori tuo. Dapem] Id eſt, epulum. Obligatam] Id eſt, ad quod dandum ex uoto ei obligâris. Et depone] Hoc eſt, repone ſeu reclina & laxa. Sub lauro mea] Id eſt, quæ domi meæ eſt. Latus feſſum] Id eſt, fatigatum. Longa militia] Quia non deſtitit cum Horatio, ut iam uiſum eſt. Nec parce] Id eſt, ampliter indulge. Cadis] Id eſt, uaſis uinarijs: ut Aeneid. 1.

» Vina bonus quæ deinde cadis onerârat Aceſtes
» Littore trinacrio, &c.

Accipitur autem continens, pro contento, cadis pro uino, quod in eis aſſeruatum eſt: unde addit. Deſtinatis] Id eſt, deputatis, & addictis animo. Tibi] Id eſt, ad tuam uoluptatem, aut ad reditum repoſitis & ſeruatis. Obliuioſo] Proſequitur reliquam partem conuiuij dicens. Exple] Id eſt, ſicca & ebibe. Ciboria] Id eſt, pocula à ciborijs Colocaſiæ folijs dicta. Leuia] Id eſt, non aſpera Maſsico] Scilicet, uino obliuioſo, id eſt, curarum obliuionem inducente. Funde] Id eſt, effunde unguenta.

De conchis] Id eſt, concharum teſtis. Capacibus] Deinde conuerſus ad pueros ſuos dicit, quis curat Deproperare] Id eſt, properanter facere coronas Apio udo] Id eſt, uiridi & irriguo (qui ablatiuus regitur uirtute præpoſitionis de, uerbo iunctæ) Vel] pro uel. Myrto] Id eſt, fronde aut ramo myrti. quem dicet Venus] Id eſt, iactus ille dexter talorum. Arbitrum] Id eſt, regem & iudicem bibendi. Ego bacchabor] Id eſt, furiam Baccho indulgens. Non ſanius Aedonis] Pro Aedonijs, id eſt, æquè inſanè, ut faciunt Aedonij Thraciæ populi bibaciſsimi, quia dulce eſt mihi furere amico, ſcilicet Põpilio recepto, ſcilicet ex periculis.

ANT. MANCIN. } Pompeius ſeu Pompilius familiaris & contmilito Bruti & Caſsij, partes cum ipſo poëta contra Auguſtum ſecutus fuerat, habita clade uictore Auguſto apud Philippos euaſit poëta Mercurio duce, ut ſcribit. Pompeius uerò iterum bella ſubijt, tandem redditus patriæ hinc ipſum hortatur ad debita uota Ioui ſoluenda. Hortatur item, ut ſecum liberius conuiuiũ ineat. Nam recepto amico bacchari, & furere ſibi dulce erat. O ſæpe mecum tempus in ultimum] Ode eſt ſimilis 9. libro 1. Eſt autem ordo. O' Pompeij prime meorũ ſodalium ſæpe mecum in ultimum tempus deducte Bruto militiæ duce: quis dijs patrijs & Italo cœlo redonauit te quiritem? Cum quo ſæpe mero fregi diem morantem coronatus capillos nitentes Syrio Malobathro. In ultimum tempus] In ultimam uitæ metam, quæ bello terminari ſolet, quàm plurimis. Bruto militiæ duce] De hoc latè libro primo in Ode 14. legito. Quiritem] De Quiritibus uide in Ode prima. Pompili meum prime ſodalium, quod magis placet: Pompei enim hic ſpondæus eſt. Inde ſequitur iambus & cæſura. Si autem Pompili meum, leges, erit Trocheus ſecundo loco extra carminis uſum. Diem morantem] Id eſt, æſtiuum longum & tardè euntem. Mero fregi] Id eſt, conuiuijs, non enim mane & ueſperi tantùm, ſed meridie quoque conuiuabantur. Malobathro Syrio] Malobathrum unguenti ſpeciem eſſe Porphyrio ſcribit. Plin. uerò libro 13. cap. 1. de Generibus Vnguentorum ſic ait. Singuli quoq; ſucci nobilia unguenta faciunt, imprimis Malobathrũ, poſtea Iris Illyrica & Cyricena Amaracus. Et libro 12. ita inquit, At & Malobatron Syria arborem folio conuoluto arido colore, ex quo exprimitur oleum ad unguenta, fertiliore eiuſdem Aegypto, laudatiùs ex India uenit. Philippos] Philippi ciuitas eſt in Macedonia, quæ Datos olim dicebatur: Crenida ante dati nomen appellata, fontes quippe plurimi circa collem uberiùs ſcaturiunt atque

quis. Eum locum Philippus uallo ſepſit, & à ſe Philippos nuncupauit. Condita eſt enim ciuitas in prærupto quodam colle. Apud Philippos demum & Caſsius, & Brutus pugnantes contra Auguſtum & Antonium uicti ſibijpſis mortem conſciuêre, de quibus omnibus uideto Appianum libro quarto. Et nos latius diximus in Ode 14. libro primo. Relicta non bene, fugientes enim proiecerant arma.
Parmula] Id eſt, ſcuto. Virtus] Bruti & Caſsij & cæterorum. Mento] Barba & facie, quum ſtrati ſunt. Turpe] Id eſt, cruentum. Mercurius celer] Hoc ait quoniam poëtæ Mercurio quoque ſubeſſe dicuntur: Vel quòd furto quodam ſceleri fuga inde euaſit, Mercurius enim occultè peculandi modum inueniſſe dicitur. Denſo aëre] Id eſt, nube. Te rurſus] Ordo eſt. Te rurſus in bellum tulit unda reſorbens.
Fretis æſtuoſis] Id eſt, mentis furore. Obligatam dapem] Voto debitum conuiuium. Sub lauro mea] Intelligendum apud poëtæ domum laurum fuiſſe, ſiue in hortis domui uicinis. Tibi deſtinatis] Id eſt, deputatis. Obliuioſo] Rerum obliuionem præſtante: id enim ebrietas agit. Maſſica] Plinius libro 14. de uinis generoſis Italiæ inquit. Certant Maſsica æquè ex monte Gaurano, Puteolosq́, Baiasq́ proſpectantia.
Leuia] Polita. Et Agliptha] Id eſt, non ſculpta. Ciboria] Id eſt, pocula. nam propriè ſunt folia Colocaſiæ, in quorum ſimilitudinem pocula facta eodem nomine appellantur. Author eſt Porphyrio. Plinius autem libro 21. ſcribit, quòd in Aegypto nobiliſsima eſt Colocaſia, quam è Nilo metunt. Thyrſum autem cum folijs latiſsimis etiam ſi arboreis comparentur. ad ſimilitudinem eorum, quæ perſonata in noſtris amnibus uocamus. Adeoq́ Nili ſui dotibus gaudent, ut implexis Colocaſiæ folijs in uariam ſpeciem uaſorum potare gratiſsimum habeant. Serebatur hæc in Italia ſuo tempore. Exple bibendo] Euacua. Capacibus] Amplis. Conchis] Piſcium teſtis, in quibus unguenta aſſeruabantur. Vnguenta] Vnguentorum uoluptas à noſtris quoque inter laudatiſsima atque etiam honeſtiſsima uitæ bona admiſſa eſt, inquit Plinius libro 13. Nam Perſarum gentis & Parthorum unguenta erant. Deproperare] Scilicet, nobis, id eſt, ualde properare. Vdo apio] Quod humidis gaudet, ſiue udo apio, inquit, propter uina & unguenta. De Apio autem latiùs ſuprà. Venus talorum iactum ſignificat Talus enim ſex laterum erat, in quibus canis afferebat, iacturam, erat enim unius puncti, ut ſcribit Pollux:

„ Venus & Senio lucrum. Perſius

„ Quid dexter Senio ferret ſcire erat in uoto:

„ Damnoſa canicula quantum raderet.

Aug. præterea ſcribit, Talis iactis, ut quiſque canem aut ſenionem miſerat in ſingulos talos ſingulos denarios conferebat in medium, quos tollebat uniuerſos, qui Venerem iecerat. Propertius item ait.

„ Me quoque per talos Venerem quærente ſecundos.

„ Semper damnoſi ſubſiluere canes.

Sunt qui dicant, quod omnes talorum caſus pro conſuetudine ludentium aſſumptorum erant quinque & triginta: quorum quidam à dijs, alij ab heroibus, alij à claris hominibus, aut à meretricibus nomen accipiebant. Qui iactus ſex continebat Senio dicebatur. Qui uerò unum Canis. Acron autem ſcribit, quòd Veneris iactus in talis habebat tricenarium numerum. Arbitrum, id eſt, dominum, de quo latiùs Ode tertia libro primo.
Aedonis] Triſyllabon hîc legendum eſt, ut conſtet carmen. Item Bacchabor] Non bacchor, primus enim pes debet eſſe ſpondæus non trochæus. ſunt autem Aedonij Thraciæ populi accolentes Hebrum fluuium, ut ſcribit Plinius libro quarto. Quod autem Thraces uino bacchentur Ode 27. lib. 1. oſtendit his uerbis.

„ Natis in uſum lætitiæ ſcyphis pugnare Thracum eſt.

SERV. MAR. HON. } Quem Venus arbitrũ dicit bibendi] Dicit, id eſt, deſignat. Sic Vergilius. Quem legere ducem & pecori dixére maritum, id deſignauêre.

ODE VIII. IN BARINEN MERETRICEM.

Ode VIII. Dicolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

—∪ —— —∪∪ —∪ ——
—∪ —— —∪∪ —∪ —∪
—∪ —— —∪∪ —∪ ——
—∪∪ ——

ARGVMENTVM IN ODEN VIII.

Deſtomachatur in Barinam meretricem periuram, quod promiſſam ſibi noctem non ſeruarit, doletq́ quod ex periurijs quotidie magis ac magis eniteſcat, ut flagitijs dij fauêre uideantur, & ad perfidiam conniuere, quum non ſolum ob illa non plectatur, ſed creſcat etiam, & felicius ei ſuccedant omnia.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Barinem arguit perfidiæ, ut quæ rarò fidem ſeruet, etiam interpoſito iuramento, quo argumento poëta docetur, ut non credat deos, curare mortalia, cum illa toties periura, ſemper prodeat pulchrior locus eſt amatorius, quo eximiam mulieris formam commendat.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Ex ſententia Epicureorum negare uidetur, Deum res humanas curare, quod Barine meretrix ſuæ perfidiæ pœnas non ſolùm non det, ſed quotidie, magis magisq́ floreat, ac ueluti præmijs pro ſua nequitia afficiatur.

COMMEN.

COMMENTARIA.

ACRON.

VLLA ſi iuris tibi peierati] *Scenicum principium in Barinen meretricem. Intelligitur enim per hanc inuectionem aliquos præceſsiſſe ſermones, quibus noctem ſibi eadem Barine iureiurando promiſerit, de hinc poſtquam fefellit eum, in hæc uerba, uelut amantem erupiſſe. Vt enim dicitur iuriſiurati: ita poſuit iuris peierati, quod nulla fallens pœna perculſa ſit.* Dente ſi nigro] *Maior pœna eſt meretrici, ſi ob culpam corporis deformitate puniatur.* Crederem] *Aut tibi ſubaudiatur iuranti, aut deos uindices eſſe periurij.* Simul] *Poſtquam.* Obligaſti] *Deuouiſti, non implendo promiſſa. E contrario enim ſolui uota dicuntur.* Pulchrior] *Auctio eſt data auctioni.* Iuuenúmque prodis publica cura] *Amatorũ multitudinem ſignificat, dicens eam per iurijs fieri pulchriorem.* Expedit] *Prope eſt, ut putem, dum uideam non puniri periuria, in contrarium religionis ac pietatis uerti rationẽ. Hanc enim uult uideri ſacrilegio promeritam deorum fauorem.* Taciturna noctis Signa] *Duræ ſiue ſecretæ, & ſilentis, ut Virg.*

„ *Tacitæ per amica ſilentia lunæ,* Et:

„ *Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo.*

Ac ſi diceret: Fas eſt omnem mundi maieſtatem in ſacramento uocare. Rident ſimplices Nymphæ] *Simplices enim aut perfidiæ amoris cum riſu indulgentes: aut quia Nymphæ ad ignoſcendum faciles ſunt, ut:*

„ *Et quo, ſed faciles Nymphæ riſere, ſacello.*

Comites enim Veneris ſunt, ad quam pertinent meretrices. Simplices Nymphæ] *Id eſt, non iracundæ, ſed exorabiles. Ferus & Cupido. Numen Cupidinis demonſtratur immite, & implacabile, & quod ignoſcere neſciret, niſi uoluntatem Veneris, & iudicium ſequeretur, ut Virg.*

„ *Iamq́ ibat dicto parens, & dona Cupido*

„ *Regia portabat.*

Semper ardentes acuens] *Aut ſemper ardentes, aut acuens ſemper.* Sagittas] *Incendium libidinis, & iacula delectationis.* Cote cruenta] *Non in cote cruenta, ſed in qua acuit, ut occidat, immoderatus enim amor maturat exitium, & declinatur hæc cos, huius cotis.* Adde] *Adiunge his, quæ tibi creuerunt ex periurio.* Pubes] *Multitudo iuuenum.* Tibi creſcit] *Tuæ proſtitutioni, id eſt, ſubinde creſcentes amatores.* Seruitus creſcit noua] *Semper adiunguntur tibi noui, nec priores relinquunt te, quamuis relicturos minentur.* Tectum] *Lupanar.* Sæpe minati] *Vim amoris expreſſit, ut quod à ſeruis fieri conſueuit, hoc amatoribus non liceat dum contempti, ſe deſerturos minentur, & ſic non uenant, ut non abſcedant priores.* Iuuencis] *Filijs iuuenibus ne rapias eos, metaphora à tauris, ut ſuprà.*

„ *Nec tauri ruentis in Venerem tolerare pondus.*

Te ſenes parci] *Propter dilapidationem patrimonij, quæ meretricum incitamentis ſæpe contingit.* Miſeræque nuper Virgines nuptæ] *Timore repudij. Maior enim in recenti charitate dolor eſt ſollicitati coniugis, maior uit meretricis animum affectione occupatum uiciſſe.* Aura] *Aut facilitas, qua in amorem trahuntur, aut unguentorum odor, ut ipſe ſuperius.*

„ *Auræ fallacis.*

Retardet maritos] *Nec cura amoris tui rapiãtur noui illarũ ſpõſi.*

VLLA ſi iuris tibi peierati
Pœna, Barine, nocuiſſet unquã:
Dente ſi nigro fieres, uel uno
Turpior ungui:
Crederẽ. ſed tu, ſimul obligaſti
Perfidum uotis caput, eniteſcis
Pulchrior multò, iuuenumq́ prodis
Publica cura.
Expedit matris cineres opertos
Fallere, & toto taciturna noctis
Signa cum cœlo gelidáq́ diuos
Morte carentes.
Ridet hoc, inquam, Venus ipſa: rident
Simplices Nymphæ, ferus & Cupido,
Semper ardentes acuens ſagittas
Cote cruenta.
Adde, quod pubes tibi creſcit omnis:
Seruitus creſcit noua: nec priores
Impiæ tectum dominæ relinquunt,
Sæpe minati.
Te ſuis matres metuunt iuuencis,
Te ſenes parci, miſeræq́ nuper
Virgines nuptæ, tua ne retardet
Aura maritos.

PORPHYR. } Vlla ſi iuris tibi peierati Pœna Barine] *Scenicum principium, intelligendum enim aliquos ſermones proceſſiſſe, quibus Barine hoc noctem ei iureiurando interpoſito promiſerit. Deinde poſtquam fefellerit eum, in hæc uerba hunc erupiſſe.* Dente ſi nigro fieres, uel uno Turpior] *Subaudiendum extrinſecus ſaltem, leuiſsimam pœnam ob periurium ſenſiſſes.* Sed tu ſimul obligaſti] *Ac periurio te deuouiſti.* Eniteſcis Pulchrior multo] *Adeò multò pulchrior es poſt periuria, ut iuuenes te uniuerſi diligãt, ergo iuuenum publica cura, pro omnium iuuenum dictum eſt, ut apud Salluſtiũ, publicam miſerorũ cauſam.* Expedit matris cineres opertos Fallere] *Senſus eſt: Cũ hoc uideatur, prope eſt, ut putem rationẽ pietatis ac religionem in contrarium eſſe uerſam, ut qui impij atque irreligioſi ſint, magis deos promereantur.* Gelidáque diuos Morte carentes] *Et hic, & in eo quod ante hæc, ſenſus eſt per zeugma, id eſt, in coniunctione ex ſuperiore accipiẽdũ. Expedit fallere.* Ridet hoc inquam Venus ipſa] *Ridet periuriũ ſuum Venus, quæ ſcilicet amantibus facilis eſt.* Rident Nymphæ] *Sic illud dicitur. Sed faciles Nymphæ riſere ſacello.* Semper ardentes acuens ſagittas Cote cruenta] *Nimium ἀμφίβολος, utrum ſemper ardentes intelligendum, an ſemper acuens. Eleganti autẽ conceptione de amore dicitur, & ardentes ſagittas, & ſemper acuens cruenta cote, id eſt, Venerea delectatiõe, & bene cruenta, quia cogitur non ſine ſanguine.* Nec priores Impiæ tectũ dominæ relinquũt ſæpe minati] *Hoc oſtendit, eam etiam illis amatoribus gratã eſſe, quibus fuerit iniurioſa.* Te ſuis matres metuũt iuuencis] *Iuuenci ergo non tantum boues dicuntur, ſed homines quamuis in uſu ſit, ut non niſi per diminutionem iuuenculos dicamus.* Tua ne retardet] *Amoris aura, quæ ad te eos fert, ſed utique hoc per allegoriam dicitur.*

CHRIST. LAND. } Vlla ſi iuris] *Tibi exprobrant Barinæ perfidiã, quod ea, quæ iureiurãdo promiſerit, non obſeruet, & cũ admiratione queritur, quod quãtò magis periura eſt, tãtò in dies pulchrior efficitur, quaſi dolẽs, quòd dij humana curare nõ uideantur. Cũ ſua pulchritudine & ueteres amatores retineat, & nouos ſibi quotidie cõparet.* Barinæ enim unquã] *Ex Græca declinatione, quæ in genitiuo in es, in accuſatiuo in en, in reliquis caſib. in e longã terminat. Nã Græcè eſt per η, Βαρίνη.* Iuris peierati] *Id eſt, iuriſiurandi nõ obſeruati. Nã peierare eſt iuſiurandũ rumpere, & fit ex per & iuro ſed u, in e mutatur & ſubtrahitur i in uerbo, in nomine aũt manet, nam dicimus periuriũ & non peieriũ.* Dente nigro uel uno] *Quaſi dicat, ſi minima corporis parte fieres turpior, ego crederẽ Deos curare humana. Ergo ſequitur quod cũ hoc non fiat, nõ credat.* Obligaſti caput] *Id eſt, obligaſti te uotis, id eſt, ad uota reddẽda, nã qui uouit debitor uoti efficitur. Vel potiùs obligaſti caput perfidũ uotis, id eſt, reddidiſti obnoxiũ.* Caput] *Id eſt, uitã, quia uſus es perfidia in uotis. Contrariũ eſt ſoluere uota.* Perfidũ] *Quia fidem fregiſti.* Publica cura] *Publicus amor. nam omnes tuo amore ardeat. Oſtendit aũt in hoc loco naturã amantium, quòd quãtò infœliciores ſibi res ſunt in amore, & quãtò magis decipiuntur, tãtò ſibi, quã amant, pulchrior uidetur.* Prodis] *In publicum egrederis.* Expedit] *Vtile eſt. Verbũ aũt imperſonale eſt profertur, quòd cum ſumma admiratione & querela, quod id ſibi proſit quod ſummopere nocere deberet, & quod pulchritudine, quod eſt maxi-*

mum in muliere præmiũ pro pœna accipiat. Expedire aũt cum perſonale eſt, nonnunquam ſignificat librare. Virg.

„ Flammas inter & hoſtes expedior.

Item promere. Idem,

„ Cereremq́ caniſtris expediunt.

Item extollere. Idem,

„ Tum uerò augurium Rutili clamore ſalutant:

„ Expediuntq́ manus.

Item breuiter enarrare. Fallere Cineres matris] *Cum per illam iuras, deinde contra iuſiurandũ facis. Auget autẽ crimen, quòd non modò matrem fallat, ſed emortuam matrem, imò cineres iam ſepultos, quos in maiori ueneratione eſſe oportet, ueluti rem religioſam. Hoc efficaciter dolet Dido Virgiliana.*

„ Non ſeruata fides cineri promiſſa Sichæo.

Opertos] *Vrna cõditos. Erat autem hoc, apud Priſcos haud contemnendum iuſiurandum. Virg.*

„ Per patrios cineres per ſpes ſurgentis Iuli. Item,

„ Iliaci cineres & flamma extrema meorum

„ Teſtor in occaſu ueſtro.

Et ſigna taciturna noctis cum toto cœlo] *More oratorio tendit ad grauiora. Non enim ſolum fallit mortales, ſcilicet matrem, ſed & cœleſtia, quoniam ipſa ſydera, ſed denique ipſos immortales deos.* Signa] *In cœlo omnes imagines ex pluribus ſtellis configuratas ſigna appellãt: Præcipuè autem illa duodecim, quæ in zodiaco ſunt. Non autem ſola ſigna fallit, ſed etiam totum cœlum. Refert autem Plinius ſeptuaginta duorum ſignorum cognitionem habere aſtrologos, in quibus ſint mille ſexcẽtæ ſtellæ.* Taciturna] *Non dixit contra Platonẽ cuius opinio eſt, quòd ſinguli ſphærarũ motus ſingulos ſonos efficiant, ut latiùs cum eſt de Muſis diſputatum, expreſſimus: ſed dixit taciturna quia in ſola nocte apparent, in qua omnia tacent. Nam interdiu non apparent, quia ſolis ſplendore hebeſcunt, unde addidit.* Noctis] *Non quia non ſemper ſint, ſed quia non niſi in nocte uiſuntur.* Gelida] *Ab effectu. Acron autem per hypallagen dixit noctis taciturnæ, id eſt, ſecretæ & ſilentis: ut Virg. &*

„ Tacitæ per amica ſilentia lunæ.

Ac ſi diceret omnem mundi maieſtatẽ in ſacramento uocari. Ridet] *Oſtẽdit, quare impunè periura ſit. Nam Venus, in cuius tutela illa eſt, & ipſe nymphæ, faciles numina ſunt & de Nymphis. Virg.*

„ Et quo ſed faciles Nymphæ riſere ſacello.

Simile & illud eſt apud Ouidium.

„ Iupiter è cœlo periuria ridet amantum.

ergo ſimplices, quaſi faciles ad ignoſcendum. Sic alibi, faciles uenerare Napæas. Inquam] *Quaſi dicat, ego hoc aſſeuero.* Ferus] *Cur ergo ridetur? quoniã cùm ſit ferus in amãtes gaudet illos ludi, uel dixit, Ferus: Quia non ignoſceret, niſi ſequeretur Venerẽ.* Sagittas] *A' ſatis & ictius dicitur. Ad longum enim ſpatium perfert ictũ ſuum. Quoniã autem & ſagittis uulnerare, & facibus urere dicitur. Cupido utrumq; complexus eſt, & ardentes ſagittas, & cotem cruentam dixit.* Cote cruenta] *Id eſt, ſagittas cruentas acuit cote, uel dixit.* Cruentã cotem] *Quaſi aſperſam ſanguine ſagittarum, quæ in ea acuuntur. Cotem autẽ ſpeciem lapidis dicunt, in qua cõmodè ferrum acuitur. Ipſe alibi, ſungar uice cotis acutum Reddere quæ ferrũ ualet, expers ipſa ſecandi.* Adde] *Cum admiratione proferendũ. Nõ enim ſatis eſt quod impunè peccet, niſi etiam addit peccato præmium ſcilicet ipſa pulchritudo. Verum quod pro monſtro ſit, quantò perfidior eſt, tantò maior amatorum numerus apparet.* Omnis pubes tibi creſcit] *Quaſi dicat, omnes qui creſcunt, & creſcendo in ætatẽ ueniunt amori aptam, tui futuri ſunt, neq; exemplo eorum, quos luſiſti deterrentur.* Pubes] *Hæc iuuentus eſt, ſed de pube iam dictum. Hinc eſt hic, & hæc pubes, huius pubis ſecundùm Cæſarem. Caſsius autem facit hic & hæc pubes, puberis. Alij autem hic et hæc puber, puberis. Sic eſt impubis, huius impubis. Vnde impubis Iuli, & Horatius dixit, impube corpus. Cicero autem in 4. Inuectiuarum, filiumq; eius impuberem legatum à patre miſſum. Ergo impuberẽ dicimus ab eo quod eſt pubes, & impuberes ab eo, quòd eſt puber.* Pubes] *Iuuẽtus. Sic Virg.*

„ Haud aliter puppeſq; tuæ, pubeſq; tuorum.

Puberes igitur qui ad eam ætatem deuenerunt in quibus ſunt pili. Impubes, quibus adhuc inueſtes ſunt. Seruitus] *Turba ſeruorum, & iure dixit, quia paulò pòſt dixit dominam.* Impiæ] *Quia periura.* Tectum] *Id eſt, domum: Reſpexit autem cõſuetudinem amatorum, qui circa amicæ domum ſemper ſunt, ut ait ille Plautinus. Hic eſt ille angulus ubi diem omnem operam, meq; ipſum contriui miſer.* Sæpe minaci] *Demonſtrat ſummam miſeriam. Non enim non abeunt, quia non doleant: nam non eſſent infelices, ſed quia cogit illos amor omnem difficultatem, omnemq; indignitatem perferre. Quid ergo miſerius, quòd non liceat illis id, quod infimæ conditionis ſeruis licet, ſcilicet fugere.* Te ſuis matres] *Exaggerat quanta ſit amatorum turba, cùm ipſa petatur, & à tenellis, qui adhuc in materna potiùs quàm in paterna poteſtate ſint, ideircoq; appellat iuuencos, quaſi qui adhuc matrem ſequantur.* Te ſuis] *Oſtendit enim quòd timent de illorum ſalute, ne à meretrice uorẽtur.* Te ſenes parci] *Iſti autem non tam de ſalute filiorum, quàm de patrimonio timẽnt.* Miſeræq; nuptæ] *Ne zelotypia moueatur, quæ maximè torquet nouas nuptas, quæ nuper aſſuetæ amori perdite amant, & ob hoc, miſeræ.* Aura] *Nitor à ſplendore auri, uel ſecundùm Acronem.* Aura] *Id eſt, facilitas, quia in amorem trahuntur amantes, aut unguentorum odor, quo aura ad nares perfertur.*

ALD. } Sæpe minaci] *Sic legit Porphyrio, ſed legendum potius minati, & ſic participium, id quod & Acroni placet, ut ſit ordo. Nec priores, amantes ſcilicet, relinquunt tectum impiæ Dominæ ſæpe minati, ſcilicet, relicturos ſe eam, quod ualde miſerum, ut quod à ſeruis fieri conſueuit, id amatoribus non liceat, licet contemptu deſerturos ſe eam, quam amat, ſæpe minati fuerint. Expreſsit enim uim amoris, ut ait Acron. Nam qui capti amore ſunt, iniurias, contumelias, contemptus, excluſiones, & id genus cætera pertinaciter ferunt peiore conditione, quam ſerui. Adde quod eas, quarum amore capti ſunt appellent, dominas uti ſerui, nam dominus & ſeruus correlatiua ſunt. Pulchrè Propertius amantium hanc expreſſit ſeruitutem, his uerſibus: Tum mihi conſtantis deiecit lumina faſtus, Et caput impoſitis preſsit amor pedibus.*

HERM. FIGVL. } Iuris peierati] *Hoc eſt, iuriſiurandi non ſeruati. Eſt enim peierare, non falſum iurare, ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris, ſicut uerbis concipitur more noſtro, id non facere periurium eſt, teſte Cicerone.* Dente ſi nigro fieres, uel uno turpior ungui] *Si uel minima corporis parte fieres deformior, hoc eſt, ſi exigua aliqua pœna pro neglecta fide aſficereris, crederem Deos res humanas adminiſtrare.* Simul obligaſti caput] *Poſtquàm uota feciſti, & ſacrificijs te obſirmaſti.* Enitereſcis pulchrior] *Non ſit turpior, ut mereris, ſed quò peior & nequior es, eò magis omnes inter omnes, & formoſior appares, id quod eſt iniquiſsimum.* Iuuenum prodis publica cura] *Communis amor, uoluptas, ac deſiderium omnium adoleſcentium.*

Expedit matris cineres] *Colligit iterum, Deos res humanas non eſſe curæ, cùm non obſit Barinæ, matrem defunctam, ſidera cœleſtia, ipſos denique immortales Deos feſelliſſe, ſed proſit potius, & expediat. Simili ratione Plinius quoque eandem ſententiam confirmat: Alij, inquit, in ipſo Capitolio fallunt, ac fulminantem peierãt Iouem, & hos iuuant ſcelera.* Matris cineres opertos fallere] *Nam per parentum cineres ſanctiſsimum iuſiurandum fuiſſe apud ueteres, etiam ex illo Virgiliano conſtat: Per patrios cineres, per ſpes ſurgentis Iuli.* Et toto taciturna noctis ſigna cum cœlo] *Frequens enim Romanis fuit iuſiurandum, per Deos, per terram, mare, ſydera, & ipſum cœlum.* Gelidaſq; diuos morte carentes] *Hoc eſt, Deos immortales.* Ridet hoc inquam Venus] *Venus, Nymphæ, & Cupido non puniunt amantium periuria, ſed rident potius, quia illis delectantur.* Simplices] *Faciles ad ignoſcendum.* Ardentes ſagittas] *Nam ardentibus ſagittis armatus eſt Cupido.* Adde quod pubes] *Huc accedit quòd omnes iuuenes te frequentant, & ſectantur.* Seruitus creſcit noua] *Noui ſerui amatores te ueluti dominam agnoſcunt, ac colunt.*

Nec priores impiæ tectum dominæ] *Nec ueteres amatores, quãuis hoc ſæpe minati ſint, te deſerunt, ſed in amore permanent.* Te ſuis matres] *Oſtendit, Barinem ob formæ elegantiam, tam fuiſſe nobilem & celebrem, ut omnes eam petiuerint, conuenerintq; ad ipſam frequentiſsimi fuerint.*

Iuuencis] *Filijs adoleſcentibus, quibus ſemper metuunt matres à meretricum inſidijs.* Senes parci] *Te quoque metuunt ſenes auari & tenaces, uerentes, ne filij tuo amore capti emungantur argento, & cupiditate denuncianturr mala. Itaque ſcortari eos crebrò nolunt, nolunt crebrò conuiuarier, præbent exiguè ſumptum, quia hæc ſunt ad uirtutem omnia, ut rectè monet Terentianus ille Chremes.* Nuper uirgines nuptæ] *Hæ enim ob recentem adhuc & gliſcentem amorem, zelotypia maximè laborant.*

THEOD. PVLM. } 1 Vlla ſi iuris tibi peierati Pœna, Barine, nocuiſſet unquam: Dente ſi nigro fieres, uel uno Turpior ungui] *Periurij comitem cenſebant aliquam deformitatem. Ouidius in Amoribus, (lib. 3. Eleg. 3.) ut Theocritus Idyllio 12. quoq; poſtulas naſci mentientibus in naſo dicit,*

„ [illegible]

Turneb. lib. 26. cap. 31. Varinc, H.G.E. 5 Obligaſti] *Id eſt, obſtrinxiſti.*

GEORG. FAB } *Huius Odæ talis inſcriptio eſt in Anhaltino,* IN IVLIAM BARINEN ROMANAM, *quæ urbis quaſi imperium tenuit, omnium adoleſcentum & maritorum blanda & illecebroſa inſidiatrix. Iuliam Barinen Romanam accuſat, quòd ſit corruptela adoleſcentiæ, & quòd in ſummo Deorum contemptu uiuat. Ab ea ſibi timere honeſtas coniuges, frugi patresfamiliâs, nouas denique nuptas: nam inſidiari forma ſua maritis, adoleſcentulis, nouis ſponſis. Deos nõ eſſe, quia atrocia delicta non puniant, argumento dicit impij Democriti.*

IOD. BAD. ASCENS. } Vlla ſi iuris] *Barynes meretricis ſpeciem miré, ſed more amatorũ extollit, quãdoquidem etiã periurio & forma, & fauor illi accedat, unde & Iupiter Amaſij poëtæ teſtimonio periuria ridet amantum. Id autem fictum eſt, quia meretrices multum expetitæ coguntur, multis noctem promittere, & ita multos fallere, & quia*

„ *Nitimur in uetitum ſemper cupimusq; negata.*

Ideo pulchriores uidentur, ubi peierarint. In uſu autem eſt non periuro, ſed peiero licet periurus & periuriũ ex uſu dicantur. Ordo eſt. O' Baryne grauis & Pompoſa meretrix ſi ulla] *Id eſt, quæuis una quaſi dicat, uel minima pœna iuris ſcilicet iurandi.* Peieratí] *Id eſt, periurio uiolati nocuiſſet tibi.* Vnquã] *Id eſt, quouis tempore, quaſi dicat, uel ſemel.* Et ſi fieres turpior uel] *Id eſt, ſaltem.* Vno dente nigro] *Id eſt, denigrato.* Vel uno ungui nigro] *Id eſt, denigrato.* Ego crederem] *Id eſt, fidem haberem, quòd dij curarent mortalia, aut quòd punirent periuria, & cætera ſcelera.* Sed tu ſimul] *Id eſt, ſtatim uel in eodem inſtanti, dum* Obligaſti] *Id eſt, obnoxium feciſti.* Votis] *Scilicet, dijs promiſſis.* Caput tuum perfidum] *Id eſt, periurio uiolatum.* Eniteſcis] *Id eſt, manifeſtè appares.* Pulchrior multò] *Scilicet, quàm prius.* Et prodis] *Id eſt, procedis, id eſt, è domo aut templo.* Publica cura] *Id eſt, ſollicitudo* Iuuenum] *Id eſt, omnes iuuenes tui amore ſollicitantur, ob ſpeciem tuam.* Expedit] *Id eſt, expediens, & utilem tibi eſt.* Fallere ſcilicet periurio] Quia pulchrior effeceris. Cineres matris opertos] *Id eſt, ſepultos. per quos iurare, ut per rem chariſſimam ſoles, unde Aſcanius Aeneid. 9.*

„ *Per caput hoc iuro, per quod pater ante ſolebat*

Et fallere ſigna tacituma noctis] *Id eſt, tacitè labentia* Cœlo toto] *Id eſt, quæ in toto ſunt cœlo* Et diuos] *Qui in cœlo ſunt.* Carentes morte gelida] *Scilicet ab affectu, id eſt, deos immortales. ubi tria commemorat inferos, ſuperos, & ſidera pro intermedijs.* Ioquorto] *Id eſt, uolo dicere, quòd ipſa Venus dea amorũ, ridet hoc ſcilicet periurium tuum.* Et Nymphæ] *Scilicet, deæ* Simplices] *Id eſt, faciles & exorabiles non penſitantes grauitatẽ periurij. &* Cupido ferus] *Scilicet in amatores.* Acuens ſemper cote cruenta] (*Quia finis multorũ mors eſt,*) *ſagittas ſcilicet amorum.* Ardentes] *Id eſt, faces, rident hoc: Adde quòd pubes. Dicit cũ formæ acceſſione, fit etiã amatorũ numerus copioſior, quod ut dixi in gratiã Barynes dicit. Nã nihil mulieribus gratius, quàm quòd pulchræ, & multum dilectæ prædicantur. Ordo eſt.* Adde] *Scilicet ſuperiorib. utpote, quòd formoſior, & dijs charior prodis, quòd omnis pubes, id eſt, multitudo pubeſcentiũ, quæ adhuc ignara doli & rerum imperita eſt.* Creſcit] *Id eſt, accreſcit tibi, & quòd* Seruitus noua] *Id eſt, multitudo amatorũ, qui tibi ſerui ſunt.* Creſcit tibi] *Nec priores, id eſt, ſerui ſeu amatores, ſæpe minati, ſcilicet te derelinquere: relinquunt tectũ dominæ impiæ, id eſt, tuũ, quæ ipſis impia & crudelis atq; inhumana es domina, & ita propter impietatẽ tuã minati ſunt te derelinquere, ſed forma & amoribus irretiti, quod minãtur efficere nequeũt.* Matres metuunt te ſuis Iuuencis] *Id eſt, filijs adoleſcentibus, aut iuuenibus ne per te perdantur, aut quia mulieres potiùs optant, ut filij à multis expetantur, ſicut apud Perſium Sat. 2.*

„ *Hunc optent generum rex & regina, puellæ — hunc rapiant.*

Dicamus iuuencis] *Id eſt, iuuenculis filiab. ne minus formoſæ procos, aut maritos non inueniant, & ſenes parci metuunt te, aut propter filios, quos in te perditũ iri uerentur, aut propter filias, quibus utpote minus formoſis & minus amatis, ob id grandiorẽ dotem parare debent.* Et uirgines] *Id eſt, iuuenculæ adhuc ætate uigentes.* Miſeræ] *Id eſt, miſerandæ, quòd minus formoſæ, non tamen minùs Veneris appetentes ſpernantur.* Nuptæ] *Id eſt, marito iunctæ.* Nuper] *Id eſt, nunc parum eſt* Temporis] *Id eſt, paulò antè hac, metuunt te.* Neaura] *Id eſt, ſplendor aut fauor tuus.* Retardet] *Id eſt, retineat, quò minus domũ redeãt.* Maritos] *Scil. ſuos.*

ANT. MAN } *Barynen Meretricẽ periurã poeta alloquitur, non enim uota perſoluerat. nec pacta ſibi ſeruauerat. Dicit autẽ ſi pœna aliqua, uel etiam minima propter ipſa periuria afficeretur: Crederet deos eſſe, uel illos curare mortalia. At ubi periurijs pulchrior efficitur: maternos cineres & ſigna c[…]o cælo, deosq; ipſos expedit fallere. Quippe periuria omnia Ven[…] Nymphæ & Cupido ridẽt: hinc & ei amatorũ numerus paſſim affluit.* Vlla ſi iuris tibi peierati] O*de eſt ſimilis ſecundæ* Iuris peierati] *Id eſt, iuramenti & iuriſiurãdi tibi corrupti, nec ſeruati. Vnde Cic. lib. 3. Offic. ſic ait. Non enim falſum iurare: peierare eſt, ſed quod ex animi tui ſentẽtia iuraueris, ſicut uerbis cõcipitur more noſtro, id non facere periuriũ eſt. Scitè enim Euripides iuraui lingua: mentẽ iniuratã gero.* Baryne *id nomẽ Græcũ eſt.* [illegible] *enim grauo ſignificat,* [illegible] *aũt grauis dicitur. poterit igitur* Baryne *Latinè dici grauis, uel moleſta.* Turpior uno ungui] *Id eſt, minima etiã pœna lueres periuriũ.* Crederem] *Supple deos eſſe, uel curare mortalia.* Prodis] *Exis.* Publica cura] *Omnes enim te appetũt.* Expedit matris] *Iurauerat illa per hæc omnia poëtæ obſequi uelle.* Expedit] *Vtile eſt* Taciturna ſigna noctis] *Id eſt, & lunã, & ſidera interdiu latentia, quæ noctis ſigna dicũtur, quoniã in ea apparent, interdiu autem tacere dicũtur cũ non appareant. unde & luna ſilens, uel tacita dicitur, quũ non lucet. uel dicas taciturna ſigna noctis pro taciturnæ noctis, non enim tacita dicitur, quia tunc omnia pene tacere ſolent. hinc Ouid. lib. 1. triſtium, inquit.*

„ *Iamq; quieſcebant uoces hominumq;, canumq;.*

„ *Lunaq; nocturnos alta regebat equos.*

Quod autem per ſydera etiã iurarent. lib. 12. Aeneid. Maro oſtendit his uerbis.

„ *Hæc eadem Aenea terrã mare ſidera iuro.*

Signa] *Id eſt, ſydera. nã ut Varro ſcribit lib. 3. Signa dicũtur eadẽ & ſydera: Signa quod aliquid ſignificẽt. ut Libra æquinoctiũ. Sydera quæ […]q; ita ſignificant aliquid in terris peruerẽdo aliud […]ur.* Venus ipſa] *Quæ ſcilicet, amantib. facilis eſt.* Semper ardentes acuens ſagittas. *Propertius item ait de Cupidine.*

„ *Et merito hamatis manus eſt armata ſagittis.* Et

„ *Pharetra ex humero gnoſia utroq; iacet.*

„ *Ante ferit, quoniam tuti, quæ cernimus hoſtem:*

„ *Nec quiſquam ex illo uulnere ſanus abit.*

Ardentes] *Autem* Sagittas *dixit Horat. propter faces, quas etiã cũ ſagittis habet, ex iugi aũt & immẽſa ſollicitudine amatorum corda ardere uidẽtur.* Cote cruenta] *Dũ enim cruẽtæ ſagittæ ibi acuuntur, cruẽta fit cos. Multi aũt amoris impatiẽtia ſibi ipſis mortẽ conſciuêre.* Pubes] *Adoleſcentia. Sæpe minaci oſtendit, quantũ ab amatoribus diligeretur. nam cùm eis etiã minax eſſet & aſperrima: attamẽ eam relinquere non poterant. Textus aliqui etiã minati habent, quod placet. eſt enim ſenſus, quòd quamuis ſæpe minati eſſent Baryne, tamen eam relinquere non ualebant. Iuuencis. id eſt, adoleſcentibus.* Senes parci] *Auari & tenaces metuebant, ergo diuitijs ſuis potiſſimum.* Aura] *Id eſt, ſplendor & nitor.*

ODE IX. AD VALGIVM.

Ode IX. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

— — ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ —
— — ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ —
— — ∪ — — — ∪ — —
— ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ — —

ARGVMENTVM IN ODEN IX.

Conſolatur Valgium amicum ſuum, uirum literatum, & conſularem, impatienter ferentem mortem Myſtæ pueri chariſsimi, atque omnium rerum uiciſsitudinem eſſe ait, non ſemper flare uentos, oriri tempeſtates & imbres, non ſemper Neſtorem & Priamum fleuiſſe filios ſuos extinctos, quare à fletu tandem ceſſandum, & Cæſaris triumphis congratulandum.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Docet mala non eſſe perpetua, nec ſemper lugendum, unde eum ad lætiora ſcribenda inuitat, nempe Auguſti triumphos.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Ode eſt conſolatoria, qua obiurgat Valgium amicum ſuum, quòd Myſtæ pueri chariſsimi, mortem tam miſerè deploraret ac defleat, cùm tamen nulla perturbatio in rebus mortalium ſit perpetua, ſed omnium rerum ac temporum uiciſsitudo. Et propterea non ſemper lugendum, ſed exemplo maximorum uirorum, qui filios ſuos extinctos mediocriter fleuêre, à luctu ceſſandum, Cæſarisque triumphis potiùs gratulandum.

COMMENTARIA.

Non ſemper imbres nubib. hiſpidos
Manant in agros, aut mare Caſpium
Vexant inæquales procellæ
Vſque: nec Armenijs in oris
Amice Valgi ſtat glacies iners
Menſes per omnes: aut Aquilonibus
Querceta Gargani laborant,
Et folijs uiduantur orni.
Tu ſemper urges flebilibus modis
Myſten ademptum: nec tibi Veſpero
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente ſolem.
At non ter æuo functus amabilem
Plorauit omnes Antilochum ſenex
Annos. nec impubem parentes
Troilon, aut Phrygiæ ſorores
Fleuêre ſemper. deſine mollium
Tandem querelarum: & potius noua
Cantemus Auguſti trophæa
Cæſaris, & rigidum Niphaten,
Medumque flumen, gentibus additum
Victis, minores uoluere uertices,
Intraque præſcriptum Gelonos
Exiguus equitare campis.

ACRON.

Non ſemper imbres nubibus hiſpidos] *Valgiū hac Ode conſularem alloquitur amicū ſuum, quem conſolatur Myſtæ pueri ſui delicati mortē grauiter ferentem, indicans mala hominib. non eſſe continua.* Mare Caſpium] *Scythicū, ſpecies pro genere.* Inæquales] *Iniquæ, periculoſæ.* Armenijs in oris] *Armenia regio eſt in Septentrione plaga, frigore tabeſcens.* Stat glacies iners] *Aut quæ curſum gelata non habet, ut, concreſcunt ſubitæ currēti in flumine cruſtæ: aut quæ nimietate frigoris pigros efficiat, ut:*

» *Confertoque agmine cerui torpent mole noua.*

Querceta Gargani] *Vt pineta, æſculeta, & ſic querceta poſuit.* Laborant] *Agitantur.* Et folijs uiduantur] *Nō ſemper folijs uiduantur arbores, hoc eſt, dum in omnib. ſint uices temporum, continuare luctum Valgium non debere.* Flebilib. modis] *Quia poëta erat Valgius, & mœrorē ſuum luctuoſis ſolabatur carminibus.* Ademptū] *Tanquam non mortuum fleret, ſed ſolatio ſuo ademptum.* Fugiente Solem] *Subintelligitur ueſpero: ut duo eum tempora tenere monſtraret. Hæc ſtella oritur occidente Sole, & occidit oriente, ſed non uno et eodem modo.* At nō ter æuo functus] *Argumētum ad illius conſolationem de Neſtore.* Senex] *Neſtor, qui nonaginta annis, hoc eſt, trib. ætatibus uixiſſe firmatur, unā enim ætatem triginta annos ponebant. Non ergo eum dicit omni uita ſua Antilochū filium fleuiſſe.* Nec impubem parentes Troilon] *Troilus Priami filius, ætate impar congreſſus Achilli, de quo Virg.*

» *Parte alia fugiens amiſsis Troilus armis,*
» *Infelix puer, atque impar congreſſus Achilli.*

Tanquam nec ipſe parentibus continuè fletus ſit. Phrygiæ ſorores] *Quæ nimium teneri ſunt affectus.* Deſine mollium Tandem querelarū] *Pro deſine queri, figura ὑπαλλαγὴ. Et potius noua.* Cantemus Auguſti trophæa] *Tanquam ſi diceret: Melius remoto luctu, Cæſaris facta cantemus.* Et rigidū Niphatem] *Scythiæ fluuiū, plerique Armeniæ montem putant.* Medumque flumen] *Poëticè, quaſi & fluuium ſe uictum ſentiat, ut:*

» *Et pontem indignatus Araxes.* &,
» *Euphrates ibat iam mollior undis.*

Vnde gentes tum uictas uult intelligi, quæ circa flumina ſunt. Euphratē aūt Indorū amnē uult intelligi. Ordo eſt: Cātemus Medū flumē uoluere minores uertices, additū uictis gentib. Intraque præſcriptum] *Intra conſtitutū. Auguſtus enim fines Gelonis ſtatuit, quos uicti egredi non auderent, ſed præſcriptis limitibus tenerentur, cùm ante, ubi libuiſſet, excurrerent.* Exiguis equitare campis] *A Cæſare determinatis.*

PORPHYR.

Non ſemper imbres] *Hac Ode Valgiū cōſularē, amicū ſuū ſolatur, morte delicati pueri grauiter affectū.* Non ſemper imbres nubib. hiſpidos. Manāt in agros] *Latet ſenſus in hac elocutione, intelligi enim uult, nec ſemper pluere, nec ſemper agros hiſpidos eſſe, i. horridos, per quod intelligendū aduerſa hominib. non poſſe eſſe continua ac ſempiterna.* Nec Armenijs in oris Amice Valgi ſtat glacies iners] *Nā & hic, & in ſubiectis ſenſibus ſemper ex ſuperiore zeugma intelligendū.* Querceta Gargani] *Garganus mons eſt Apuliæ, ubi magnæ quercus habebantur, quæ quantò altiores ſunt, tantò amplius laborant, id eſt, uentis agitantur. Querceta autem dicuntur, ut pineta, & uineta, à quercis, ſcilicet, arboribus.* Tu ſemper urges flebilibus modis Myſten ademptum, nec tibi ueſpero Surgente decedunt amores] *Myſten ſemper urges, id eſt, inſtanti querela quæris ueſpero ſurgente.* Solem] *Id eſt, Orientem, cum ueſper ſtella reſurgit, id eſt, occidit.* At non ter æuo functus] *Neſtorem ſignificat, qui traditur tribus ſæculis uixiſſe. Antilochum autem Neſtoris fuiſſe filium notum eſt.* Deſine mollium tandem querelarum] *Deſine querelarum, Græca elocutione figuratū eſt, aliqui nos queri dicimus.* Et rigidum Niphaten] *Niphates Armenia*

meniæ mons eſt, in quo magna frigora ſunt. Medorum flumen gentibus additum Victis] *Videtur Euphratem Medorum ſignificare. Quem ait gentibus uictis additum eſſe, id eſt, in numerum uictarum gentium acceſſiſſe, & additum uictis, poëticè, quaſi ſit fracta ferocia impetus eius, poſtquàm uictus ſit.*

CHRIST. LAND. } Non ſemper] *Valgium uirum doctum atq; conſulare morte pueri cõſolatur. Demonſtrat enim nõ ſemper lugendum, ſed omnium rerum fieri uiciſſitudinem.* Non ſemper imbres manant] *Id eſt, fluunt in agros.* Hiſpidos] *Id eſt, rubis, fruticibuſq;, & ſimilib. rebus aſperos.* Nec ſemper procellæ, &c.] *Quia undatim irruunt. Eſt autẽ procella ſecundũ Seruium aqua uento admixta. Plinius autem dicit eſſe repentinos flatus, qui exhalantes è terra gignũt uentos, qui maiore illati pondere, incurſuq; ſi latè ſiccã ruperint nubem, procellam gignunt, quæ Græcè ecnephias dicitur. Hic cepit pro uehementiori uento.* Vexant] *Rectè Maronem defendit Gellius in eo uerſu Dulichias uexaſſe rates, ubi Anneus Cornutus nimis leuem ſignificatũ habere in eo monſtro dicit. At Gellius oſtendit eſſe à ueho, in quo iam uis ineſt alieni arbitrij. Non enim ſui potens eſt qui uehitur. Vexare autem quòd ex eo inclinatũ eſt, ui atq; motu augetur: nam qui fertur, & huc illucq; diſtrahitur, uexari dicitur. Sicut taſſare, preſſiũs, crebriuſq; eſt quã tangere. Hinc Cato in oratione pro Achenis, cum Hannibal terram Italam laceraret atq; uexaret. Cicero in Verrem. Quæ ab iſto ſic ſpoliata, atq; direpta eſt, ut non ab hoſte aliquo, ſed ut à barbaris prædonibus uexata eſſe uideatur.* Caſpium mare] *Quod Caſpij populi circumhabitant.* Stat] *Vel horret,*

„ *Vt ſtat ducis ſortibus urna:*

Vel ſtat, quia aqua, quæ ex ſua natura ſemper fluit, cum congelata eſt, ſtat. Aquilonib.] *Hic uẽtus à uehemẽtiſſimo uolatu inſtar aquilæ appellatur. Aquilo aũt ab aquilo colore, qui fuſcus & ſubniger eſt, uocatur.* Gargani] *Hic mons Apuliæ eſt, in quo Sipontus urbs & Arpi à Diomede cõditi, & in quo anno ſalutis trecenteſimo, octogeſimo primo apparuit Michael archãgelus.* Orni] *Mõtanæ arbores ſunt, Virg.*

„ *Deſcendere montibus ornos.*

Viduantur] *Priuantur.* Flebilibus modis] *Carminibus, quaſi elegiacis. Fuit enim Valgius poëta haud contẽnendus.* Myſten] *Nomen pueri à Valgio amati.* Veſpero] *Stella Veneris eſt. Hæc cum ſolem præcedit lucifer dicitur, & ante ortum ſolis apparet in oriente, cum ſubſequitur, heſpervesper, & heſperus: ueſperuſq; appellatur, uideturq; in occaſu ſtatim poſtquàm ſol occidit, primuſq; Pythagoras eandẽ eſſe ſtellam deprehendit heſperum & luciferum. In lucifero colorem gaudentem, in heſpero fulgentem uidemus. Nunquam à ſole longiùs gradibus quadraginta ſex diſcedit. Genitalis roſcida proſpera & ſalutaris eſt.* At] *Oſtenderat fieri mutationem in rebus naturalibus. Nunc idem probat hominum exemplis.* Senex Neſtor] *De quo iam dictum eſt, quem ad tertiam uſq; ætatem uixiſſe ferunt. Inducit autem exemplum, ſenis cum ſenes impatientiũs filiorum mortem ferant, quia in illis requiem ſuæ ſenectutis ſperarent.* Amabilẽ] *Ergo magis dolendum.* Antilochũ] *Hic filius Neſtoris ex Eurydice, fuit ab Hectore in prælio cæſus. Ouid.*

„ *Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore uictum,*
„ *Antilochus noſtri cauſa timoris erat.*

Impubem] *Imberbem, inueſtem, cui nondum barba exorta eſſet. Erat enim lugendus, & quia bonus filius, & quia adoleſcens, cum illa ætas etiam externis lachrymis excutere poſſit, & tamen luctui modum impoſuit. Ergo & te idem facere decet, cum amiſeris non filium, ſed ſeruum.* Troilum] *Qui puer adhuc ab Achille in pugna cæſus eſt. Virgil.*

„ *Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis.*

Infœlix puer atq; impar congreſſus Achilli filius fuit Priami. Deſine mollium querelarum] *Id eſt, à mollibus querelis, conſtructio Græca & poëtis potiùs, quàm cæteris ſcriptoribus conceſſa.* Mollium] *Ergo non ad uirum pertinentium.* Tandem] *Poſt diuturnum luctum.* Cantemus] *Lyricis carminibus.* Noua] *Nuper parta uel magna, & mirabilia, & alludit ad duo illa diuerſa trophæa, de quibus diximus. Trophæa apud Græcos fuerunt arbores amputatæ in eo loco, ubi hoſtes uiciſſent, atq; in fugam uertiſſent, dicta ab eo, quod eſt τρέπειν, id eſt, uertere. Amputabant enim ramos arborum ac deinde armis, ſpolijſq; hoſti detractis ornabant, ut eſſet poſteris monumentum uictoriæ in eo loco partæ. Deinde etiam ſunt cœpta poni in montibus, & locis eminentiorib. Hinc Salluſtius de Pompeio ait, quòd de uictis Hiſpanis trophæa in iugis Pyrenæi montis poſuit.* Nyphatem] *Fluuius Scythiæ ex monte eiuſdem nominis fluit. Sunt qui illum Parthis. Sunt etiam qui incolis aſſcribant. Virg.*

„ *Addam urbes Aſiæ domitas, pulſumq; Nyphaten.*

Poëtæ autem dant quodammodo ſenſum fluminibus, ut ſe uictos fateantur. Virgil.

„ *Euphrates ibat iam mollior undis.* Et alibi,
„ *Pontem indignatus Araxes.*

Minores uertices] *Minores undas, tanquam qui ſe uictos cognoſcant.* Gelonos] *Inter Budinos Scythiæ populos Geloni ſunt Græcorum colonia, apud quos omnia & publica, & priuata ædificia lignea erant. His uictis Auguſtus terminum (ut ait Porphyrion) præſcripſit quẽ egredi uetarentur.* Exiguis campis] *Breuibus finibus.* Equitare] *Vagari.*

IOAN. HART. } Deſine mollium querelarum] *Iliad. α. λῆγε χόλοιο. Affectauit Græcam conſtructionem.* Ter æuo] *De ſene. Prouerbialiter mea quidem ſententia, eſſæto & capulari, & quẽ Græci* [illegible] *uocãt. Per æuum aũt* [illegible] *accipit, quæ κατὰ τὸν παλαιὸν τρόπον ἐκτείνεται εἰς μετὰ τριάκοντα ἐνιαυτῶν, ut Auctẽ Heſiodus. Errãt ergo q autumãt Neſtora trecẽtos annos uixiſſe. Vide Herodot. in Euterpe, & Fauorinũ.*

HENR. GLAR. } *Acro ait Valgium fuiſſe conſularẽ, quod ego uix credo, etiamſi hoc idem Porphyrio adſerat, quanquã conſularis dicitur etiam, qui non fuerit Coſſ. ſed dignus conſulatu, ut ſuprà quoq; diximus. Fieri etiam potuit, ut alicui fuerit ſubrogatus. Eſt autem Aug. Valgij mentio in 6. libro Commentar. de bello ciuili.* At non ter æuo functos] *Elegans eſt Neſtoris periphraſis. Vnam autem ætatem (inquit Acro) triginta annos ponebant. Herodotus autem lib. 2. ubi de ſacerdote Vulcani, qui Aegyptijs Sethon dicitur, in centum annis tres ponit ætates. Qua ſupputatione triginta tres anni, ac menſes quatuor uenirent in unam ætatem. Si Ouidium audire uolumus, lib. 12. Metamorph. ætas erit centum annorum. Veriſimile eſt quod Acro ait, & fortaſſis hoc ad Saturninorum ſupputatũ.* Medum flumen] *De Araxe, Tigri, & Euphrate intelligi poteſt. Quanquam ego de Araxe & Euphrate malim. In Acronis commentario Euphrates Indorum dicitur flumen, ſed corrupto, ut puto codice. Porrò quod de Gelonis ait, longè ſanè nomẽ petitum, cùm Romani ultra Albim fluuium nihil habuerint. Geloni aũt Budinis uicini, ut lib. 4. Herodot. aſſerit, inter Sarmatas enumerentur, non ultra Albim modò, ſed etiam Viſtulã remoti.*

HERMAN. FIGVL. } Non ſemper imbres nubibus] *A uiciſſitudine temporũ, quæ non ſemper ſunt triſtia & turbulenta, ſed interdum quoq; læta & tranquilla, Valgium ſolatur.* Nubibus manant] *E nubibus decidunt, quia nubes quum in liquorem ſoluitur, pluuiam generat.* Aut mare Caſpium] *Quãuis Caſpium mare procellis undiq; ſit expoſitum, tamen non ſemper turbidum, ſed aliquando ſedatum. De hoc ita ſcribit Pomponius Mela, libro 3. capite 5. Mare Caſpium ut anguſto, ita longo etiam freto primũ terras, quaſi fluuius, irrumpit: atq; ubi recto alueo influxit, in tres ſinus diffunditur, contra os ipſum in Hyrcanũ, ad ſiniſtram in Scythicum, ad dextram in eum quem propriè & totius nomine Caſpium appellant: omne atrox, ſæuũ, ſine portubus, procellis undiq; expoſitum, ac beluis magis quàm cætera refertum, & ideò minus nauigabile.* Procellæ] *Repẽtini flatus (ut ait Plinius) nubiũ cute obducti, maiore illati pondere incurſuq;, ſi latè ſiccã ruperint nubẽ, procellã gignũt, quæ uocatur à Græcis ἐκνεφίας. Tumultuoſus uentus, qui non fuſus, ut inquit Seneca, nec per apertũ uenit, ſed laborat, & iter ſibi ui ac pugna parat.* Armenijs, &c.] *Armeniæ duæ ſunt, Maior & minor, regiones Aſiæ. De quib. Plin. lib. 6. cap. 8. & 9.* Menſes, &c.] *Per totum annũ.* Aquilonib.] *Borea, qui acer & uiolentus eſt uentus, ſyluas proſternens. Quare ipſe etiã apud Ouid. lib. 6. ubi exactè eius ſæuitia deſcribitur, ſic inquit:*

„ *Apta mihi uis eſt, qua triſtia nubila pello:*
„ *Qua freta concutio, nodoſaq; robora uerto.*

Gargani] *Garganus mons eſt Apuliæ, ſiniſtrorſum ab Apennino*

in Adriaticum mare ueniens. Viduantur] *Priuantur, ſpoliantur, denudantur.* Tu ſemper urges flebilibus] *Quaſi dicat: Licet aperto uideas, ita natura comparatum eſſe, ut nihil ſit perpetuum in hoc mundo, tamen nihilominus Myſten defunctum totos dies perquàm flebiliter deploras.* Flebilibus modis] *Lugubribus & mœſtis carminibus.* Veſpero ſurgente] *Veſperi, poſt occaſum ſolis, extremo diei tempore. Stella Veneris, una ex ſeptem errantib. cùm antegreditur ſolem, Græcè* φωσφόρος. *Latinè Lucifer appellatur, à quibuſdam Iubar: cùm autẽ ſubſequitur, à Græcis* ἕσπερος, *à noſtris Veſper & Veſperugo dicitur. De quo ita ſcribit Plinius lib. 2. cap. 8. Infra ſolem ambit ingens ſydus, appellatum Veneris, alterno meatu uagum, ipſiſq́; cognominibus æmulum ſolis ac lunæ. Præueniens quippe, & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut ſol alter, diem maturans. Contrà ab Occaſu refulgens, nũcupatur Veſper, ut prorogans lucem, uicemq́; lunæ reddens. Hunc locũ Pontanus his uerſibus expreſsit:*

» *Hic Cytherea ſuum poſuit pulcherrima ſydus,*
» *Quo terræq́;, fretumq́;, & magnus concipit aër,*
» *Et dulces in corde agitant animantia motus.*
» *Ipſa refulgentes auro interplexa capillos*
» *Auroræ è thalamis, radiorumq́; æmula Solis,*
» *Lucem aperit, reſeratq́; diem mortalibus almum.*
» *Interdum rapidis Phœbi deſerta quadrigis*
» *Euocat Oceano noctem ſurgentibus aſtris,*
» *Admonet & placidi per amica ſilentia ſomni.*
» *Verùm ita digreſſuſq́; ſuos, ſua tempora penſat,*
» *Et ſinuoſa means niueis ſecat æquora cygnus,*
» *Vt ſolem petat, ad ſolem ueſtigia flectat.*

Fugiente ſolem] *Id eſt, manè, prima luce. Loquitur ex uulgi opinione. Nam cùm minora ſydera ex oriente ſole fulgere deſinunt, fugere putantur. Sic Ouid.*

» *——Diffugiunt ſtellæ, quarum agmina cogit*
» *Lucifer, & cœli ſtatione nouiſsimus exit.*

Ter æuo functus] *Elegans eſt periphraſis Neſtoris, regis Pyliorũ eloquentiſsimi, qui tanta fuit uiuacitate, ut Homerus tres ætates ei attribuerit:*

» Τρὶς γὰρ δή μιν φασὶν ἀνάξασθαι γένε' ἀνδρῶν.

Et apud Ouid. ipſe de ſe ita loquitur:

» *Vixi annos bis centum, nunc tertia uiuitur ætas.*

Antilochum] *Filium, quem Homerus Iliados ψ, & certamine equeſtri, & curſu in ludis funebribus Patrocli certaſſe ſcribit. Quem Ouid. ab Hectore, alij à Memnone, Auroræ filio, occiſum referunt. Mortẽ eius deſcribit Calaber Lib. 2.* Senes] *Senes enim dolentius & grauius filiorum interitum deplorant, utpote, quos ſuæ ſenectutis requiem & ſubſidium poſuerunt. Virgil.*

» *——Tunc ille, ſenectæ*
» *Sera meæ requies, potuiſti linquere ſolam.*

Et Terent. in Hecyr. Seſe ſenem eſſe dicere, illũ autem eſſe unicum præſidium uelle ſe ſenectuti ſuæ. Impubem] *Pubes propriè ſignificat lanuginẽ, quæ pueris decimo quarto anno, puellis duodecimo circa pudenda creſcere incipit. Vnde pubertas, & impubes, qui nondum lanuginem illam emiſit, hoc eſt, annum decimum quartũ non expleuit. Talem fuiſſe Troilum oſtendit: Qui congredi cum Achille auſus, ab eo eſt occiſus, ut liquidò patet ex Virgilio, cùm inquit:*

» *Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis,*
» *Infelix puer, atq́; impar congreſſus Achilli,*
» *Fertur equis, curruq́; hæret reſupinus inani.*

Parentes] *Priamus & Hecuba.* Sorores] *Caſſandra, Creuſa, Iliona, Polixena, Lycaſte, & cæteræ Priami filiæ.* Deſine mollium curarum] *Pro, à mollibus curis, Græca conſtructione. Græci enim dicunt,* λῆγε τῶν πόνων. *Mollium uerò dicit, quia magna eſt mollities & animi impotentia, lachrymarum nullum facere modum, ſic frangi & perpetuò deflere eum, quem nullæ querelæ, nullæ lamentationes ad nos reuocare poſſunt.* Noua trophæa] *Nouos honores ex deuictis hoſtibus partos. Trophæum monumentum dixêre, modò marmoreum, modò æneum, cum inſcriptione & titulis, æuo perpetuo duraturis. Fuit enim moris in locis, quibus cum hoſtibus decertaſſent, & uiciſſent, aut aliqua inſigni clade affeciſſent, ibi uictores duces pro monumento laudis cum ampla inſcriptione trophæum ponere, & fortium factorũ poſteris dare memoriam. Hæc Alexander ab Alexandro. Sic Fabius Aemilianus, deuictis Gallis, ex candido lapide trophæum tulit. Marius de Iugurtha & Cimbris duplici trophæo eſt donatus. Quod & Flaminius de torquibus Gallorum aureum ſtatuit. Metellus deuicto Sertorio, aureum ſibi poni iuſſit. Octauius ex auro roſtratæ columnæ in foro trophæum fixit.* Niphaten] *Hunc alij dicunt fluuium eſſe Medorum, alij uerò Parthorum, nonnulli Armeniorum.* Medumq́; flumen] *Araxen uel Euphraten.* Gentibus uictis] *Multas enim prouincias Auguſtus domuit. Multas nationes malè quietas ad obſequiũ redegit. Multas gentes, auditu modò cognitas, ad amicitiam ſuam, populiq́; Romani ultrò petendam pellexit, ut licet uidere apud Suetonium in uita eius.* Minores uoluere uortices] *Hoc eſt, quaſi uictum & domitum iam lenius & tranquillius labi quàm antea. Sic Virg.*

» *——Euphrates ibat iam mollior undis.*

Intraq́; præſcriptum Gelonos] *Oſtendit, Gelonos populos Scythiæ feroces, & antea latiùs, liberiuſq́; uagari ſolitos, nunc ab Auguſto ſuperatos, anguſtioribus terminis circumſcriptos. Hos cutib. hoſtium equos. ſeq́; uelare, & urbem ligneam habitare, ſcribit Pomponius. Gentes ab Auguſto deuictas, in clypeo Aeneæ à Vulcano poſitas, ſic recenſet Virg. in fine 8. Aeneid.*

» *——Incedunt uictæ longo ordine gentes,*
» *Quàm uariæ linguis, habitu tam ueſtis, & armis.*
» *Hic Nomadum genus, & diſcinctos Mulciber Afros:*
» *Hic Lelegas, Caraſq́;, ſagittiferoſq́; Gelonos*
» *Finxerat: Euphrates ibat iam mollior undis,*
» *Extremiq́; hominum Morini, Rhenuſq́; bicornis*
» *Indomitiq́; Daci, & pontem indignatus Araxes.*

THEOD. PVLM. } 19 Tropæa] *Tropæum uexillum, ſignum, quod ueteres erigebant, ubi hoſtes in fugam uertiſſent,* ἀπὸ τοῦ τρέπειν, *id eſt, in fugam uertere, profligare: uel à* τροπῆ, *id eſt, fuga hoſtium, teſte Nonio. hinc ſpolia capta fixa in ſtipitibus appellantur tropæa. Horatius heic de Græco tropæo loquitur, Græci enim quo loco hoſtem uincebant, ſignum uictoriæ uel lapideum, uel æneum ab ipſis primum inuentum erigebant, quod eſſet poſteris uirtutis monumentum. Vide Franc. Luiſinũ libro 2. capite 12.*

ANTON. MVRET. } 17 —Deſine mollium Tandem querelarum] *Græca conſtructio eſt, ut rectè admonet Porphyrio, non ut alij uaticinantur, hypallage. Hom.*

» Ἀλλ' ἄγε λῆγ' ἔριδος, μὴ δ' ἔτι πτόλεμον ...

GEORG. FABR. } *Poëtam Valgium conſolatur propter ademptum Myſten. Materiam conſolandi ſumit, partim à natura, partim exemplis è communi uita: unde probat, non rectè lugeri hominem eruditum, & uirum fortem. In extremo ad grauiora ſtudia, tanquam ad leuamen luctus & doloris, illum reuocat. Huic amico Horatij tribuit inſigne elogium Tibullus ad Meſſalam,*

» *Eſt tibi qui poſsit magnis ſe accingere rebus*
» *Valgius, æterno propior non alter Homero.*

IOAN. THOM. FREIGIVS. } *Conſtat diſsimilitudine: protaſis eſt in principio: antapodoſis ibi, Tu ſemper.*

IOD. BAD. ASCENS. } Non ſemper imbres] *Argumento naturæ quæ uiciſsitudines amat & uirorum fortium, qui à lachrymis temperarunt, hortatur Valgium poëtam non uulgarem, ut ſuper Myſtæ puero defuncto lachrymis ſedatis ad lætas Auguſti laudes dicendas accingatur, dicens. O Valgi amice.* Imbres] *Id eſt, pluuiæ denſæ, terram imbuentes, non ſemper manant, id eſt, diſtillant.* Nubibus] *Id eſt, ex ipſis nubibus.* Et in agros hiſpidos] *Id eſt, hirſutos & aſperos uepribus & dumis.* Aut procellæ inæquales] *Id eſt, undæ uentis maximis agitatæ, ita ut mare inæquale, id eſt, nimis turgidum faciant, ſup. non ſemper.* Vexant] *Id eſt, moleſtant, & huc illuc uectant.* Mare Caſpium] *Quod ad Septentrionem uergit, ubi ſæuiſsimi ſunt uenti.* Nec glacies iners] *Id eſt, inertiam inducens. Propter frigus, quod Maro pigrum uocat.* Stat] *Id eſt, rigeſcit in* Oris] *Id eſt, regionibus.*

Arme-

Armeniis] Id eſt, ad Septentrioné uergentibus. Vſq;] Id eſt, continuè per omnes menſes. Aut querceta Gargani] Id eſt, loca conſita quercubus in Gargano monte Apuliæ creſcentibus. Laborant] Id eſt, uexantur uſq; per omnes menſes. Et orni] Id eſt, arbores illæ. Non uiduantur] Id eſt, ſpoliantur uſq; per omnes menſes. Folijs] Id eſt, frondibus. Et tamen urges] Id eſt, premis inceſſanter. Myſten] Scilicet, puerum. Ademptum] Id eſt, ablatum tibi per mortem. Vrges dicit modis flebilibus] Id eſt, luctuoſis uerſibus, ut elegijs aut nænijs. Nec amores] Id eſt, uehementes ardores ex amore prouenientes. Decedunt tibi] Id eſt, à te, uel in conſolationem tui. Veſpero ſurgente] Id eſt, in occaſu apparente. Nec fugiente] Id eſt, dum fugit eadem ſtella Veneris, quæ noctu ueſper, aut ueſperus dicitur, & manè lucifer. Solem rapidum] Scilicet mox appariturum, & ſecum nitorem cæterorū ſyderum rapientem, id eſt, nec ueſperi, nec mane. At ſenex] Scilicet, Neſtor. Functus ter æuo] Id eſt, tertiam agēs ætatem, id eſt, ut quidam uolunt tertium curſum Saturni. Non plorauit Antilochum] Scilicet, filium ſuum. Amabilem] Id eſt, licet amabilem & occiſum ante Troiam. Omnes annos] Scilicet, uitæ ſuæ. Nec parentes] Scilicet, Priamus & Hæcuba. Aut ſorores Phrygiæ] Id eſt, Troianæ, ut Caſſandra, Creuſa, Polyxena & cæteræ. Fleuere ſemper Troilon] Scilicet, filium illorum & fratrem harum. Impubem] Id eſt, adhuc uix pubeſcentem cum ab Achille occideretur unde Aeneid. 1.

„ *Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis.*
„ *Infœlix puer atq; impar congreſſus Achilli.*

Deſine tandem querelarum mollium] Pro eo quod eſt molliter conqueri. Aut deſine cantare trophæa] Id eſt, uictoriam à uertendo hoſte. Querelarum mollium] Id eſt, quæ cum molles ſint de te, tamen Trophæum agunt, & cantemus noua trophæa Augusti Cæſaris, & cantemus Niphatem fluuiū Armeniæ. Rigidum] Id eſt, durum ad uincendum, id eſt, accolas Niphatis rigidos. Et flumen Medum] Id eſt, Medicum, ſcilicet Araxem. Additum] Id eſt, quia additum eſt. Gentibus] Scilicet reliquis, uictis ſcilicet, ab Auguſto. Voluêre minores uortices] Id eſt, ſe ob pudorē cōſtringere, & minores facere gyros, hoc eſt populos minores excurſus, & cantemus in laudem Auguſti, Gelonos populos illos Cythiæ ſtigmata ferre ſolitos, equitare campis exiguis. Intra præſcriptum] Id eſt, definitum & aſſignatum, quaſi ex præſcripto ab Auguſto locum.

ANTON. MANCIN.] Obierat Valgio puer chariſſimus, unde plus æquo dolore afficiebatur, hinc Horatius eum ſolari cupiens ſimilitudines, inquit, non ſemper manare pluuias, non ſemper in mari procellas eſſe, non ſemper eſſe in Armenia glaciem, non ſemper Aquilonibus, uexari ſyluas, hoc eſt non ſemper in rebus eſſe turbationes & aduerſa. Ipſe tam[…]ontinuè ſibi ademptū puerum lachrymabatur nulla quiete habita. Et cùm Neſtor Antilochum filium apud Troiam extinctum non omnis ſuæ uitæ annos plorauerit. Nec etiam Troilum parentes, ſororeſq; fleuerint ſemper: debet etiam ipſe multò magis abſtinere à querelis, Auguſtiq; Cæſaris nouam Medorum uictoriam una ſecum decantare. Non ſemper imbres nubibus Hiſpidos. Ode eſt ſimilis nonæ lib. 1.

„ *Imbres nubibus manant.*

Plin. lib. 2. ſcribit, quod à terra caligo humida, & per uapores fumida exhalat, hinc nubes, quæ in ſublime egreſſæ in liquorē ſoluuntur. Hiſpidos agros] Incultos & dumoſos. Manant] Profluūt, erumpunt, exeunt. Mare Caſpium] Id mare ad Septentrionem eſt, ut Strabo docet lib. 11. qui etiam lib. 5. ait, Mare Caſpiū à pleriſq; uocari Hircanū. Inæquales procellæ] Id eſt, aſperrimi uenti & tempeſtates.

„ *Armenijs in oris ſtat glacies iners.*

Armenia maior eſt & minor, eſt autem ad Septentrionem, de qua lego Ptolemæum lib. 5. Et Strabo lib. 11. Stat, horret. Iners inertes reddens. Gargani] Garganus promontorium eſt prope Apuliam ad ſtadia 300. protendens in pelagus orientē proſpectans. ut Strabo ait lib. 6. Orni] Pro quibuſcunq; arboribus poſuit. De ornis autem plura legito Ode 9. libri 1. Flebilibus modis] Luctuoſis uerſibus & cantibus. Vrges] Fatigas. Myſten] Pueri nomen eſt hoc loco, μύστης autem dicitur myſticus, arcanus. Veſpero] Plin. lib. 2. cap. 8. De Venere ait, præueniens quippe, & ante matutinum exoriens luciferi nomen accipit, ut Sol alter. Contrà ab occaſu refulgens, nuncupatur ueſper, prorogans lucem, uicemue lunæ reddens. Surgente] Id eſt, in occaſu apparente. Fugiente] Id eſt, nunc ipſo, fugere enim uidetur à ſole cum non appareat illo exorto. Ter æuo functus] Periphraſis eſt Neſtoris, qui apud Ouidium inquit.

„ *Vixi annos bis centum nunc tertia uiuitur ætas.*

Multi interpretantur annos 90. inter quos etiam Acron, & Euſtachius commentator Homeri attribuentes ſeculo triginta annos. Is autem in bello Troiano, Antilochum filium amiſit interfectum ab Hectore, ut Ouid. 1. epiſtola narrat, aut à Memnone, ut ſcribunt alij. Iuuenal. Sat. 10. de Neſtoris fletus meminit. De Neſtore etiā plura diximus Ode 15. lib. 1. Troilon] Is Priami filius puer Achilli congreſſus eſt & occiſus, de quo Virg. lib. 1. Aeneid. & Plautus in Bacchidibus ait,

„ *Ilio tria fuiſſe audiui fata, quæ illi forent exitio*

Signum ex arce ſi periſſet, alterum etiam eſt Troili mors, tertium quum portæ Ieææ limen ſuperum ſcinderetur. Sorores, Caſſandra, Polyxena & Creuſa Aeneæ uxor. Deſine mollium querelarū] Per hypallagen deſine molliter queri. Trophæa] Trophæon Græci dicunt, Latini uerò Trophæum, à τροπή, quod eſt conuerſio τρέπω uerto, τρέπω inuerto. Qui autem dux hoſtem conuerteret Trophæum merebatur. Qui uerò plenam uictoriam conſequeretur Triumphum, ſæpe autem arbor in qua hoſtium ſpolia affigebātur Trophæum dicebatur, quod latè poſita oſtendit in principio lib. 11. Aeneid. Trophæa Cæſaris Auguſti: Scribit Sueto. Parthi quoq; Auguſto & Armeniam uindicanti facilè ceſſerunt, & ſigna militaria, quæ M. Craſſo & M. Antonio ademerant repoſcenti reddiderunt: obſideſq; inſuper obtulerunt, Scythas quoq; pellexit ad amicitiam populi Romani ultro per Legatos petendam. Nyphaten] Nyphates mons eſt in Armenia, Maſio monti orientem uerſus imminens, ut Strabo lib. 11. docuit. Eſt etiam fluuius ut hic. & apud Lucanū.

„ *Armeniuſq; tenens uoluentem ſaxa Nyphaten.*

Et Iuuenal. Sat. 6.

„ *Quoſdam facit ille Nyphaten*
„ *In populos, magnoq; illic cuncta arua teneri Diluuio.*

Medumq; flumen] Media ut Strabo edocet lib. 11. duplex eſt, maior & minor, in maiori æſtate Parthorum reges agebant, frigida enim eſt media. Media maior olim toti Aſiæ dominata eſt. Traduntq; Medos multarum rerum authores Armenijs fuiſſe. Eſt autē Media Borealis & Armeniæ iuncta. Medumq; flumen. Araxem intelligit, qui Armeniam & Atropaciam, id eſt, Mediam minorem terminat, & in Mare Caſpium egreditur. Tigris etiam labitur per Atropaciam fluuius celerrimus, unde & nomen habet. Nam Medi ſagittam Tigrin uocant. Author eſt Strabo lib. 11. Gentibus additum uictis minores uoluêre uortices, uult Nyphaten & Araxem ſiue Tigrin, quum peruenerint ad uictas gentes, id eſt, in Armeniam & Mediam tanquam ipſi etiam uicti ſint fluere lenius & mollioribus undis. Vortices] Vorſus & Vortices dixêre antiqui, quæ primò Scipio Aphricanus in e literam ſecundam uertiſſe dicitur, eſt autem contorta in ſe aqua, uel quicquid aliud ſimiliter uertitur, unde propter flexum capillorum pars ſumma capitis, id Fabius lib. 8. docet. Intra præſcriptum] Id eſt, conſtitutum terminum ab ipſo Auguſto ne latius uagarentur, ut olim. Gelonos] Geloni, ut Solinus ſcribit, populi ſunt in Scythia, qui de hoſtium cutibus, & ſibi indumenta faciunt, & equis ſuis tegmina, uti; Mela ſcribit,

Geloni urbem ligneam habitant.

ODE X. AD LYCINIVM.

προτρεπτική.

Ode X. Dicolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪∪ –∪

ARGVMENTVM IN ODEN X.

Docet Valgium Lycinium, ad beatè uiuendum opus eſſe ſumma animi temperantia & prudentia, ut ne quid ſupra cõditionem noſtram tentemus, aut contrà animi humilitate in ſordeis deuoluamur, tutiùs eſſe intra præſcriptum uitæ finem manere, deliberato animo ad omnem euentum fortunæ.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Optabilem uitæ curſum nobis præſcribit poëta, dum Lycinium hortatur, ne uel nimium magna appetat, uel ſordiditis deijciatur, ſed ueloti medium quendã curſum in hoc ſtatu teneat. Tota eſt philoſophiea ſententia, qua rerum mediocritas uerè aurea commendatur.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Docet hæc elegans Ode, mediocritatem in omnibus rebus ſeruare tutiſſimum, apprimeq; in uita utile, ut ait Comicus, NE QVID NIMIS.

COMMENTARIA.

ACRON.

RECTIVS uiues] *Ad Lycinium ſcribit, monens periculoſum eſſe magna tentare, nec rurſum ſi pericula timeantur, inter anguſtias humilem uitam ſordidè continendam, & per allegoriam nauigantium, mediocritatem ſuadet eſſe ſequendam.* Ordo *eſt:* Lycini dum cautus horreſcis procellas, rectiùs uiues, neq; ſemper urgendo, neq; nimium premendo iniquum littus, *id eſt, nauigantibus periculoſum.* Aureã] *Beatam. Virg.*

» *Aurea quæ perhibent illo ſub rege fuerunt*
» *Secula.*——

Obſoleti] *Squallidi, ſordidi.* Caret inuidẽda ſobrius aula] *Inuidia mediocritatem carere dicit, ex magnis autem ædibus ſolet oboriri inuidia.* Sæpius uentis agitatur ingens Pinus] *Metaphora ab arboribus, & ædificijs, tã quàm maiora, & in alto poſita periculis ſubiacere ſemper & caſibus, ut Iuuenalis:*

» *Numeroſa parabat*——
» *Excelſæ turris tabulata, unde altior eſſet*
» *Caſus, & impulſæ præceps immane ruinæ.*

Feriuntq; ſummos Fulgura montes] *Acroceraunia dicit, quibus à frequenti fulmine, nomen eſt datũ.* Alteram ſortem] *Contrariam ſortem.* Pectus bene præparatum] *Bono inſtructum ingenio, & forti doctrina formatum pectus præparat ſe ad temperandam fœlicitatẽ, & ad fortunam aduerſam contemnendã.* Informes] *Turbidas, aſſiduis imbribus.* Submouet] *Dat diuinitatis exemplum per immutationes temporum, per quæ ſperare in aduerſis, & ſemper fortes eſſe debeamus.* Non ſi malè nunc, & olim Sic erit] *Generalis ſententia: non ſemper eandem manere fortunam, ut Virg.*

» *Nunc, olim quocunq; dabunt ſe tempore uires.*
Et olim pro futuro tempore poſuit, ut:
» *Hunc tu olim cœlo ſpolijs Orientis onuſtum*
Accipies.—— Neq; ſemper arcum Tendit Ap.] *Aliud numinis poſuit exemplum, quo cum dicat non ſemper bellorum tristibus occupari: ſed miſcere dulcia cantilenæ.* Idem] *Quiſquis es.* Contrahes] *Supprimes, metaphora à nauigantibus, nam ſicut de incerto pelagi nautis, ita ſapienti, nec in aduerſis deſperandum, nec confidendum ſuadet in proſperis.* Appare] *Obtempera.*

RECTIVS uiues, Lycini, neq; altum
Semper urgẽdo, neq; dum procellas
Cautus horreſcis, nimium premendo
Littus iniquum.
AVREAM quiſquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obſoleti
Sordibus tecti, caret inuidenda
Sobrius aula.
SAEPIVS uentis agitatur ingens
Pinus, & celſæ grauiore caſu
DECIDVNT turres, feriuntq; ſummos
Fulmina monteis.
SPERAT infeſtis, metuit ſecundis,
Alteram ſortem bene præparatum
Pectus, informes hyemes reducit
Iupiter: idem
Summouet. non ſi malè nunc, & olim
Sic erit. quondam cithara tacentem
Suſcitat Muſam, neq; ſemper arcum
Tendit Apollo.
REBVS anguſtis animoſus, atq;
Fortis appare: ſapienter idem
Contrahes uento nimium ſecundo
Turgida uela.

PORPHYR.

Rectiùs uiues Lycini] *Hac Ode Lycinium Craſſum alloquitur, monens periculoſum eſſe magna tentare, optimumq; eſſe mediæ uitæ ſtatum.* Neq; altum Semper urgendo] *Allegoria, qua ſignificat, neq; magna nimis appetenda, nec rurſum dum pericula times, inter anguſtias humilis ac ſordidæ uitæ continearis.* Littus iniquũ] *Periculoſum, propter humilitatem uetorũ, ſiue propter ſaxa: ſed & hoc, ut dixi allegoricôs accipiendũ.* Caret inuidenda Sobrius aula] *Id eſt, ſapiens, quod careat inuidenda aula, id eſt, inuidioſa honorum ſublimitate.* Sæpius uentis agitatur ingens Pinus] *Per hæc, et quæ ſubiecta ſunt, allegoricôs ſignificat altiora, quæq; hominum, magis periculis eſſe ſubiecta.* Feriuntq; ſummos Fulgura montes] *Et hic, & in ſuperiori ſæpiùs κατὰ ſύνεσιν accipiendũ, ut ſit, ſæpius feriunt.* Sperat infeſtis] *Quod eſt aduerſum.* Informes hyemes reducit Iupiter idem] *Per hæc uices eſſe bonarum, & malarum rerũ probare uult.* Nec ſi malè nunc, & olim] *Nunc futuri temporis eſt nõnunquàm.*

Hic

Hic interdum, aut nonnunquàm ſignificat. Rebus anguſtis animoſus atq; Fortis appare] *Hac allegoria præcepit, nec aduerſis rebus deſperandum eſſe, & ſecundis non nimis confidendum.*

CHRISTOPH. LAND } Rectiùs uiues] *Docet non beate uiui, niſi animum ita intra fines mediocritatis contineamus, ut nullis cupiditatibus diſtrahamur. Hoc per metaphoram ex nauigatione oſtendit. Nam uita noſtra nauigationi ſimillima eſt, quæ niſi ratione, ueluti optima gubernatrice adminiſtretur, turbulentiſsimis perturbationum fluctibus obruamur oportet.*
Rectiùs] *Ergo fœliciùs: Ea enim demùm recta eſt, quæ ad fœlicitatem ducit, quam omnes aſſequi cupiunt, ſed alij in alia re illam ſitam putant.* Altum] *Id eſt, profundum, ut ſemper maxima petamus.* Litora] *Id eſt, ne ita ad infima & ſordida deſcendamus, ut nulla dignitatis ratio habeatur.* Procellas grauiores] *Cautus, id eſt, qui cautus eſſe cupit, & eſt ſententia, ne dum alterum extremum uitare uolumus, in alterum incidamus.* Auream] *Pretioſam, & ut aurũ cæteris metallis, ſic ipſam cæteris in uita rebus præferendam.* Sordibu.] *Pro paupertate, in qua penuria rerum ſordes uitare non poſſumus: alibi pro auaritia, ut demonſtratum eſt.* Obſoleti] *Squalidi. Ea enim obſoleta dicimus, quæ iam trita & uetuſtate conſumpta in deſuetudinem uenerunt, quamuis uerbum ſecundùm nonnullos non ſit à ſoleo, ſed ab oleo: nam hæc iam ſuum odorem amiſerunt. Caret ergo ſordibus, ſed ſi ſobrius eſt, caret.* Aula inuidenda] *Id eſt, domo nimis magnifica, & ita ſplendida, ut regia aula. Poſuit autem aulã pro nimio exceſſu in domo, & in uictu, & in omni apparatu, quæ cuncta non ſine inuidia nobis comparamus, quæ quoniam uehementer nocet, eſt euitanda.* Inuidenda ergo, *De qua inuidia ſit habenda, nam dicimus inuideo tibi tuam ſortem. Virgil.*

,, *Liber pampineas inuidit collibus umbras.* *Hanc autem mediocritatem Athenienſis Solon fœlicitatem habere poſſe, Crœſo Lydorum regi demonſtrauit: nam cum hoſpes regis eſſet, uir ſapiẽs & illi Crœſus diuitias, opeſq; ſuas, & infinitas, & uarias, & pulcherrimas oſtentaret, neq; tamen illas admiraretur Solon, interrogauit rex, quem ergo fœlicem putaret.* Tellum inquit Athenienſem qui domũculam in ſuo agro haberet, & illum tantum ut familiæ uictũ ſuppeditaret, eoq; ille uiueret contentus omni inuidia amota. *Quam ſententiam tum deniq; approbauit Crœſus, cùm ſe regno priuatum uidit.* Sæpius] *Alia metaphora, idem oſtendit.* Spectat infeſtis] *Oſtendit oportere animum ſapientis, ita ſe habere, ut in mediocritate ſe contineat & rebus ſecundis aduerſas, & aduerſis ſecundas euenire poſſe arbitretur, ut nihil illum incautum, improuidumq; opprimat, ſed aduerſus omnes ſuos ictus armatum fortuna inueniat.* Sperat infeſtis] *Id eſt, aduerſis.* Alteram ſortem] *Id eſt, contrariã, ſcilicet ſecundam.* Et ſecundis metuit] *Alteram ſcilicet aduerſam, ergo repete bis alteram.* Sortem] *Quia à fortuna huiuſcemodi res fortuntur.* Bene præparatum] *Cùm rerum humanarum fragilitatẽ et fortunæ temeritatem conſiderat omnia, quæ euenire poſſunt præmeditatur.* Informes] *Turpes uel magnas, & idem Iupiter ſummouet, ergo non ſemper miſeri ſunt miſeri.* Olim] *In futurum, ſic Virgil.*

,, *Olim quæcunq; dabunt ſe tempore uires.* Cithara tacentem] *Quemadmodum Iupiter, qui aër eſt non ſemper inducit hyemes, ſed poſt illas infert mitia tempora, ſic & Apollo non ſemper arcu ferit, ſed illo poſito demulcet lyra.* Rebus anguſtis] *Concluſio aurea & ex intima, ueraq; philoſophia prompta. Nam fœlices in uita nunquam erimus, niſi naturæ, quæ paruis, minimiſq; cõtenta eſt, obtemperemus. Deinde res anguſtias & difficiles forti & inuicto animo perferamus, & ſecundis nullo pacto efferamur, neq; intumeſcamus.* Animoſus] *Plenus animo, id eſt, fortitudine, quod ut interpretaretur fortis dixit. Et rurſus cum uela turgent nimis ſecundo uento contrahe, ne nimis inflent. Carmen omninò dignum tanto poëta, in quo cum grauiſsima, & ad mores emendandos apprimè utilia proferat, tamen ſuis metaphoris atq; exemplis triſtiem grauitatem multa iucunditate exhilarat.*

HERM. FIG. } Neq; altum ſemper urgendo] *Aptiſsima eſt Allegoria, qua ſignificat, rectam & beatam uitam non in nimis arduis, neq; etiam nimis humilibus rebus, ſed in optima illa regula mediocritate, quæ eſt inter nimium & parũ, conſiſtere. Quod etiã Horatius infrà Satyr. 1. rectè ſuadet, cùm ait: Eſt modus in rebus, &c.* Altum ſemper urgendo] *Nauigando & nimium fidendo mari, periculis pleno.* Neq; dum procellas cautus horreſcis] *Neq; ſemper propter deſidiam abſtinendo à nauigatione. Nam qui per animi inertiã, aut periculi metu nihil audent aggredi, illi ignaui prorſus ſunt iudicandi, & timidi, mediocritatẽ maximè excedentes.* Auream quiſquis mediocritatem diligit] *Admonet, pulcherrimam mediocritatem quaſi moderatricem reliquarũ uirtutũ, & rectè uiuendi ducem, in omnibus rebus ſeruandam, eiuſq; cultores tutos ab omni periculo & inuidia. Ad hanc prudenter & ſtudioſe hortatur Phœbus Phaëtontem, currum ſolis regere conantem, apud Ouidium lib. 2. Metamorph.*

,, *Altius egreſſus cœleſtia regna cremabis,*
,, *Inferius terras: medio tutiſsimus ibis.*

Similiter Dædalus, alis ſibi & filio adglutinatis, ex Labyrintho uolaturus:

,, *Inſtruit & natum, medioq; ut limite curras*
,, *Icare, ait, moneo, ne ſi demiſsior ibis,*
,, *Vnda grauet pennas: ſi celſior, ignis adurat,*
,, *Inter utrumq; uola.*

Hanc ſententiam Martialis ita exprimit:

,, *Illud quod medium eſt, atq; inter utrumq;, probamus.*

Caret obſoleti ſordibus tecti] *Hoc eſt, nihil ſordidũ & ſe indignũ ſequitur. Quemadmodum enim uiro frugali & temperanti nimius apparatus fugiendus eſt, ita etiã ſordes uitandæ.* Caret inuidenda ſobrius aula] *Hoc eſt, cauet à regijs & magnificis domibus, & amplis fortunis, quæ maximam plerunq; habent inuidiam. Id quod eleganter etiam Ouidius teſtatur, inquiens:*

,, *Summa petit liuor, perflant altiſsima uenti.*

Prudentẽ igitur uirum à ſummis abſtinere, & mediocri re familiari contentum eſſe, illudq; Senecæ in ore ſemper habere decet:

,, *Stet quicunq; uolet potens*
,, *Aulæ culmine lubrico,*
,, *Me dulcis ſaturet quies.*
,, *Obſcuro poſitus loco,*
,, *Dulci perfruar ocio:*
,, *Nullis nota Quiritibus*
,, *Aetas, per tacitum fluat.*
,, *Sic, cùm tranſierint mei*
,, *Nullo cum ſtrepitu dies,*
,, *Plebeius moriar ſenex.*
,, *Illi mors grauis incubat,*
,, *Qui notus nimis omnibus,*
,, *Ignotus moritur ſibi.*

Sæpius uentis, &c.] *Pulchræ ſunt tranſlationes ab arboribus, ædificijs & montibus ſumptæ. Quibus oſtendit, maiora & in alto poſita, multis periculis ac caſibus ſubiacere, ideoq; fugienda. Eandem ſententiã quàm elegãtiſsimè extulit Apollodorus, his carminibus:*

,, Τὰ μεγάλα δῶρα, καὶ τύχας ἐχεφρόνων.
,, καὶ τὸ πάνυ λαμπρὸν ἐν ἀκινδύνῳ οὐ κυρεῖ.
,, οὐδ' ἀσφαλὲς πᾶν ὕψος ἐν θνητῷ γένει,
,, ὃ περιτρέπει γὰρ ἢ χρόνος τις, ἢ φθόνος,
,, ἐπὰν ἐπ' ἄκρον τις τῶν καλῶν πράττειν δράμῃ
,, ἡ δὲ μεσότης ἐν πᾶσιν ἀσφαλεστέρα.
,, τῷ μὲν τελείαν ἐν ταπεινῷ τῆς ψυχῆς
,, μέρει φέρεσθαι, μετ' ἐν ὑψηλῷ πάλιν.
,, ἐὰν γὰρ πέσῃ τις ἐξ ἐλάττονος μέτρου,
,, δυσπαραίτητον ἴσχει τὴν δυσπραξίαν.
,, ὅταν δὲ μεγάλη, πτῶμα γίνεται μέγα.
,, πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται.
,, σφάλλει δ' ἐκείνους, οὓς ἂν ὑψώσῃ τύχη.

Huc etiam pertinet illud Ouidij:

,, *Viue tibi, quantumq; potes præluſtria uita,*
,, *Sæuum præluſtri fulmen ab arce cadit.*
,, *Tu quoq; formida nimium ſublimia ſemper,*
,, *Propoſitiq; memor contrahe uela tui.*

Celſæ grauiore caſu decidunt turres] *Sic Iuuenalis:*

» *——Numeroſa parabat*
» *Excelſæ turris tabulata, unde altior eſſet*
» *Caſus, & impulſæ præceps immane ruinæ.*

Feriuntque ſummos, &c.] *Rationem, cur fulmina celſa ædificia, turres templorũ & arces, ſummoſq́ montes uehementius & crebrius feriãt, hanc tradunt: Quia omne agens, fortius agit in propinquum, quàm diſtans. Et fulmina deſcendẽtia à loco alto, ſublimia primùm ſibi occurrentia frequentius quàm humilia tangunt.* Sperat infeſtis, &c.] *Oſtendit, uirum prudentem & benè inſtitutum, utramque fortunam æquo ferre animo. Hoc eſt, in rebus aduerſis non omninò deſperare: in ſecundis non nimium efferri. Quia uidet nihil in rebus humanis eſſe ſtabile & perpetuum, ſed ut temporum, ita fortunæ quoque ſempiternam uiciſſitudinem.* Informes hyemes reducit Iupiter] *Alludit ad prouerbium:*

» *Nunc pluit, & claro nunc Iupiter æthere fulget.*

Hoc eſt, aliquando res ſunt difficiles & duræ, aliquando proſperæ. Sicut cœlum nunc eſt ſerenũ & placidũ, nunc turbidũ & tempeſtuoſum. Non ſi malè, &c.] *Dicit non omni die malè eſſe poſſe, ſed iſto malè, atque alio bene. Iuxta illud Heſiodi:*

» ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

Rebus anguſtis animoſus] *Hanc ſententiam ſuprà* Ode 3. *hoc libro ſic effert:*

» *Aequam memento rebus in arduis*
» *Seruare mentem: non ſecus in bonis*
» *Ab inſolenti temperatam*
» *Lætitia. ——*

Animoſus atque fortis] *Quia omninò fortis animus & magnus (ut grauiſſimè affirmat Cicero) in rerum externarum deſpicientia maximè cernitur. Cùm perſuaſum ſit, nihil hominem, niſi honeſtũ decorumq́ ſit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere. Nulli neque homini, neque perturbationi, nec fortunæ ſuccumbere.*

Contrahes uento nimium ſecundo turgida uela] *Hoc eſt, reprimes te, et cautiùs ages. Sumpta metaphora à nautis (ut docet Eraſ.) qui uehementius ſpirante uento, uela contrahunt, quò tutius nauigent: uento languidiore pandunt captantes auram. Huic non diſsimile eſt illud Senecæ in Oedipo:*

» *Fata ſi liceat mihi*
» *Fingere arbitrio meo,*
» *Temperem Zephyro leui*
» *Vela, ne preſſæ graui*
» *Spiritu antennæ gemant.*
» *Lenè ſed modicum fluens*
» *Aura, nec uergens latus*
» *Ducat intrepidam ratem,*
» *Tuta me media uehat*
» *Vita decurrens uia.*

Vento nimium ſecundo] *Hoc eſt, rebus proſperis, & ex ſententia ſuccedentibus.*

THEOD. PVLM. } 12 Fulmina] Fulgura, *H. G.E.B.* 23 Contrahes] *Id eſt, comprimes.* Contines, *inquit Canterus, uetus codex habebat, quanquam ibi* Contine *ſcribendũ fuiſſe crediderim, quemadmodum præceſſerat, appare. Vide Nouarum lect. lib. 4. cap. 2. ſed utraque hæc ſcriptura, ut ait Lambinus, nullo modo ferri poteſt.*

ANTON. MVRET. } 1 Rectius uiues] *Quoniam hîc Horatius oſtendit, tutiſſimam eſſe eorum uitam, qui mediocritatem retinent: libet apponere quæ in hanc ſententiam diuinè, ut omnia, Ariſtoteles 4.* πολιτικῶν *ſcripſit:* καὶ σώζονται δ' ἐν ταῖς πόλεσιν οὗτοι (*loquitur autem* περὶ τῶν μέσων) μάλιστα τῶν πολιτῶν, οὔτε γὰρ αὐτοὶ τῶν ἀλλοτρίων, ὥσπερ οἱ πένητες, ἐπιθυμοῦσιν, οὔτε τῆς τούτων ἕτεροι, καθάπερ τῆς τῶν πλουσίων οἱ πένητες, καὶ διὰ τὸ μήτ' ἐπιβουλεύεσθαι, μήτ' ἐπιβουλεύειν, ἀκινδύνως διάγουσι. διὰ τοῦτο καλῶς ηὔξατο Φωκυλίδης,

» πολλὰ μέσοισιν ἄριστα· μέσος θέλω ἐν πόλει εἶναι.

GEORG. FABR. } *Maxima ex parte hæc Oda eſt* ἀλληγορική. *Tractationis uerò artificioſæ, propter ſeptem ſimilitudines, à natura, ab arte, à perſonis ſumptas, & propter quatuor ſententiarũ genera,* λέξεις, ἐπιφωνήματα, γνῶμαι, ἀξιώματα. *Similitudines naturæ à mari, uento, fulmine, uelo: artis, ab ædificio: perſonarum à Ioue ſumit & ab Apolline. Viro ſapienti ferenda utraque fortuna eſt, ut nec rebus difficilibus, ſubitò deſperet: neque ad uoluntatem fluentibus, nimiùm efferatur. Vita beata habetur ea, quæ nec aliena opera cum pudore indiget, nec ſuis copijs eſt inuidioſa. Mediocritas optima, quæ habet cum æquanimitate coniunctam ſapientiam.*

IOD. BAD. ASCENS. } Rectius uiues] *Mediocritatem & temperantiam pulcherrimam profectò uirtutum commendans, dicit. O' Lycini, tu uiues rectiùs neque ſemper.* Vrgẽdo] *Id eſt, premendo.* Altum] *Id eſt, multum exaltatum, & ita profundum mare. hoc eſt, non ſectando altiſſima quæq́, neque premendo ſemper littus.* Iniquum] *Scilicet, nauibus, aut quia arena carinas terit, aut quia ſcopuli latera concutiunt.* Dum tu cautus] *Id eſt, prouidus horreſcis nimium.* Procellas] *Id eſt, undas procelloſas, quæ in alto frequentiores ſunt, quam ad littora. unde in Arte.*

» *Serpit humi tutus nimium, timiduſq́ procellæ.*

Hoc eſt, neque humillima quæque & abiectiſſima amplexando. unde neque honor, neque res acquiritur. Verum quiſquis] *Id eſt, quicunque diligit.* Mediocritatem auream] *Id eſt, optimam & pulcherrimam.* Is] *Sup. tutus à periculo ſublimioris conditionis.* Caret] *Id eſt, uacat.* Sordibus] *Id eſt, immundicijs.* Tecti obſoleti] *Id eſt, ferre diruti & ſitu ac immundicia uicti.* Et is ſobrius] *Id eſt, maioribus abſtinens, & eo quòd ſatis eſt contentus.* Caret aula] *Id eſt, regia, hoc eſt domo regali Palatio ſublimi.* Inuidenda] *Id eſt, cui quilibet meritò inuideat, quia ſummum petit liuor.* Pinus ingens] *Id eſt, ualde excelſa.* Agitatur ſæpius] *Id eſt, ualde ſæpe, aut ſæpius quàm arbores humiles.* Ventis] *Id eſt, ui uentorũ.* Et turres celſæ] *Id eſt, ſublimes.* Decidunt caſu] *Id eſt, ruina grauiore, quia res grauis quantò diutius decidit, tantò grauius conteritur.* Et fulgura feriunt] *Id eſt, concutiunt montes ſummos nõ tamen penitus, quia ſunt ad quos fulgura & uenti non pertingunt.* Pectus benè] *Id eſt, decenter.* Præparatum] *Scilicet, temperantia & continentia.* Sperat rebus infeſtis] *Id eſt, dum res ſunt moleſtæ & aduerſæ.* Sortem alteram] *Id eſt, proſperam.* Et metuit ſecundis] *Id eſt, dum res ſunt ſecundæ, & nimium proſperæ.* Sortem alteram] *Id eſt, aduerſam. unde Philippus Macedo, Alexandri pater, dum uno die tres lætos nuncios accepiſſet,* magnæ inquit Iupiter, pro his tantis bonis modicum reponas mali. *Sciens prudentiſſimus rex, quòd fortuna nunquam eſt perpetuò bona.* Iupiter reducit] *Scilicet poſt ſerenitatem, hyemes, id eſt, tempeſtates.* Informes] *Id eſt, omnium agrorum ſpeciem auferentes & contaminantes.* Et idem] *Scilicet, Iupiter.* Submouet] *Id eſt, clanculum aufert hyemes.* Indoctis] *Scilicet, ſerenitate.* Si malè nunc eſt, non erit] *Sup. continuo.* Sic] *Id eſt, malè.* Et] *Id eſt, etiam.* Olim] *Id eſt, in futuro.* Apollo ſuſcitat] *Scilicet, cantu ſuo.* Quondam] *Id eſt, aliquãdo.* Cytharam tacentem] *Id eſt, non reſonantem.* Neque tendit, &c.] *Id eſt, non ſemper infenſus & infeſtus eſt. Nam dum arcum tendit, ultionem parat, dum cytharam, hilaritatem. Et quia & natura, & dynaturæ moderatores tẽperatã mediocritatẽ amant.* Appare reb. anguſtis] *Id eſt, in aduerſis & afflictis rebus animoſus atque fortis, &* *tu idẽ contrahes.* Vento ſecundo] *Id eſt, proſpero.* Nimiũ] *Id eſt, dum fortuna nimiũ arridet.* Vela turgida] *Id eſt, inflata. i. nõ ſequeris ductum fortunæ nimium proſperæ, ne te præcipitem det.*

ANT. MANC. } *Lycinio poeta ſcribit, hortãs eũ ad temperantiam & mediocritatẽ, nam qui ſumma petunt, multis ac uarijs caſibus opprimuntur, inde grauius decidũt. Qui uerò infima tenẽt, ignaui ſemper habentur, & nullius ſunt precij, ad illud etiam exhortatur, ne ſcilicet, deſperet meliora lapſis, néue confidat nimium ſecũdis: eſt enim omniũ rerũ uiciſſitudo, ut & Teren. ſcribit.* Rectius uiues Lycini neque altũ] *Ordo eſt. ô Lycini rectiùs uiues, neque ſemper urgendo altum, neque nimium premendo littus iniquum: dum cautus horreſcis, procellas.* Altum] *Id eſt. pelagus, eſt autem hic allegoria, uult enim intelligere ſumma nimmè adeunda, infimaq́ fugienda, mediocria uerò ſequenda.*

Procellas]Caſus arduos & pericula. Littus iniquum] Propter uada & ſaxa nauis periculoſa, intelligit autem ſordidæ & humilis uitæ ſtatum & anguſtias. Auream mediocritatem] Id eſt, fœlicem & pulcherrimam. Vnde & philoſophus lib.4.Politicorum ait, quòd in omni ciuitate ſunt tres ſpecies hominum. Diuites, pauperes, & mediocres, inter quos optimi ſunt mediocres, quia medium ſemp eſt optimum. Tutus]Philoſophus idem lib 4.Politicorum ſcribit. Mediocres ciues magis ſaluari, quoniam nec inſidias patiuntur, nec fraudes faciunt, ut alij: quapropter ſine periculo uiuunt.ibidem quoq; ait. Quantò magis aliquid accedit ad medium, tantò melius, quantò magis diſtat, ab medio tantò peius. Et lib. 2.Eth.ait, Quòd exuperatio & defectio bonum ipſum corrumpũt, mediocritas uerò conſeruat. Obſoleti]Inquinati & polluti, obſolere eſt de uſu exire. Sobrius] Temperatus, moderatus ſine ebrietate. Inuidenda] Id eſt, pulchra ingenti ſuperba ſublimi, & ex qua inuidia oriatur. Sæpius uentis] Per exempla oſtendit ſumma omnia caſibus aſperis opponi. Sæpius uentis]Ouidius etiam ait:

» Summa petit liuor perflant altiſsima uenti
» Summa petunt dextra fulmina miſſa Iouis.

Sperat infeſtis]Id eſt, quidem uiri fortis eſt. Vnde philoſophus lib.3.Eth.ait. Etenim nemo tolerantior eſt malorum homine forti, is autem(ut idem ait)homo fortis propriè dicitur, qui circa honeſtam mortem, & ea omnia quæ repentè eueniunt, atq; afferunt ipſam interritus eſt. Alteram ſortem]Id eſt, iniquam fortunam. Præparatum]Id eſt, inſtitutum ab uirtute & edoctum. Informes hyemes]Turpiſsimas tempeſtates, bonorum autem & malorum uiciſsitudines eſſe oſtendit. Olim] In futurum. Sic erit]Hic ſit punctum. Quondam]Id eſt, quandoq;, iungitur enim ſequentibus, poſſes etiam iungere ſuperioribus, ſed tunc in futurum ſignificares, & olim in præteritum. Apollo] Scribit Diodor. lib.6. Apollinem dici cytharæ, eiusq; Muſicæ inuentorem fuiſſe. Macrob. autem li.1.Sat.ſcribit, Arcu & ſagittis Apollinis ſimulachra decorari, ut per ſagittas intelligatur uis emiſſa radiorum, manu tamen dextera gratias geſtare, arcum uerò cum ſagittis ſiniſtra, quòd, ad noxam ſit pigrior, & ſalutem dextera manus promptior largiatur. Idem quoq; eſt in Ode XII.lib.1. Anguſtis]Anxijs. Contrahes] Metaphora eſt. Illud autem Senecæ, quod diximus & hic conuenit. Nemo confidat nimium Secundis. Nemo deſperet meliora lapſis.

ODE XI. AD Q. HYRPINVM.

Ode XI. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

–– ∪– – –∪∪ –∪–
–– ∪– – –∪∪ –∪–
–– ∪– –– ∪– –
–∪∪ –∪∪ –∪ –∪

ARGVMENTVM IN ODEN XI.

Suadet Q. Hyrpino ne ſe alienis negocijs inuoluat, & curis rerum futurarum, quum paucis natura ſit contenta, ſed potiùs dum adhuc iuuenis, & ſanus eſt, commodè, molliterq; in ocio uiuat, ex inſperato ſenectutem adfuturam, quę uoluptates omneis extinguit, ſomnum adimit, grauis, moroſaq; ſibiipſi eſt.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Cùm admodum ſit breue uitæ humanæ ſpatium, rectè Quintium Hyrpinum monet poëta, ut intermiſſis curis ſenectuti conſulat. More autem ſuo, ad communem hilaritatem eum inuitat, ut auream illam mediocritatem, de quâ ſuprà, ſuis gratijs adornet.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Monet familiariter Hyrpinum, ne aliena, & nihil ad ſe attinentia curet, paucis contentus in ocio ſuauiter uiuat, dum per ætatem liceat, breuem enim eſſe uitam hominis. Deniq; ut omiſſa rerum futurarum ſollicitudine, uoluptatibus operam det.

COMMENTARIA.

QVID bellicoſus Cãtaber, & Scythes,
Hyrpine Quinti, cogitet, Hadria
Diuiſus obiecto, remittas
Quærere: nec trepides in uſũ
Poſcentis æui pauca. fugit retro
Leuis Iuuentas, & decor, arida
Pellente laſciuos amores
Canicie, facilemq; ſomnum.
Non ſemper idem floribus eſt honos
Vernis, neq; uno Luna rubens nitet.

ACRON.

QVID bellicoſus] Hæc Ode Hyrpinum alloquitur, ut omiſſa cura rerum publicarum, uel negocijs quæ aliena à nobis ſient, otium petat, ſenectuti conſulens, ut commodis uitæ ſtudeat celeriùs fugientis. Ordo eſt Quinti Hyrpine remittas quærere, quid cogitet bellicoſus Cantaber, & quid cogitet Scythes, diuiſus obiecto Adria. Bellicoſus Cantaber] Hiſpaniarum gens pugnatrix. Et Scythes] Scythæ gens ſeptentrionalis. Hadria diuiſus obiecto] Mare enim proſpiciens. Figuratè Adria genere neutro protulit. Diuiſus]Interfuſo mari à nobis ſeiunctus. Nec trepides] Naturam dicit hominũ, ſi uſui ſufficientia quærat, & breuitatis uitæ ſit memor, paucis poſſe eſſe contentam. Poſcentis æui pauca] Id eſt, non timeas paucis uti, quia pauca ſufficiunt in uſu æui. Fugit retrò] Ordo eſt: Fugit retrò leuis Iuuentas, & decor, arida canicie pellente laſciuos amores & facilem ſomnum. Id eſt, recedit à nobis procedente uita in ſenectutem, ut eſt:

» Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui.
» Prima fugit. ——

Arida]Sicca, hoc eſt, aut nihil in ſe impendente per nimiam parſimoniam, ut ſunt ſenes: aut arida in Venerem iuuene minus calente. Facilemq; ſomnum]Eò quod facilem ſomnum iuuenibus pellat ſenectus, ut:

» Pendebat ſomno iam deterior ſenectus.

Non ſemper idem floribus eſt honor] Naturalibus exemplis probat, nihil eſſe perpetuum. Quid æternis minorẽ] Ordo eſt: Quid fatigas animum, minorem æternis conſilijs, id eſt, qui non eſt capax æternorum conſiliorum. Non enim ſemper ſubſiſtit in corpore, non minorem animum ad conſilia, ſed æ-

Vultu quid æternis minorem
Conſiliis animum fatigas?
Cur non ſub alta, uel platano, uel hac
Pinu iacentes ſic temerè, & roſa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Aſſyriaq; nardo,
Potamus uncti? diſsipat Euhyus
Curas edaces. quis puer ocyus
Reſtinguet ardentis Falerni
Pocula, prætereunte lympha?
Quis deuium ſcortum eliciet domo
Lyden? eburna, dic age, cum lyra
Maturet, incomptum Lacænæ
More, comam religata nodum.

ternis conſiliis minorem, uoluit intelligi, id eſt, infinitis & diuturnis. Cur non] *Ordo eſt: Cur non potamus dum licet ſic temerè iacentes, uel ſub alta platano, uel ſub hac alta pinu, & odorati canos capillos roſa, & uncti Aſſyria nardo, quæ nunc Syria, olim Aſſyria uocabatur. Notandum autem, quòd nardum genere fœminino poſuerit.* Sic temerè] *Paſſim, ut haberet licentiam ipſa laſciuia.* Canos odorati capillos] *Abſoluta locutio, canos capillos odorati, pro habentes odoratos capillos canos.* Diſsipat Euhyus] *Liber pater dictus, eò quod cùm dij bellum cum Gigantibus gererent, primus in leonem conuerſus, occidit Gigantem, ex quo facto eum Iupiter ita laudauit: εὖ υἱέ, hoc eſt, bene fili, Græcè enim υἱὸς filius dicitur. Hæc uox etiam Bacchis in ſacris tradebatur. Vt Virgil.*

» *Euhye Bacche fremens.*

Edaces] *Eò quod comedant, & attenuent, & conſumant.* Quis puer ocyus] *Velut in ipſo iam conuiuio uoluit uideri.*
Prætereunte lympha] *Fonte decurrente aqua petita, tanquam potu leuior, ut:*

» *Fontes liquidi atq; exercita flumina curſu.*

Quis deuium ſcortum eliciet domo?] *Quaſi inſcium plurium uiarum & domuum, id eſt, non ad publicas diſcurrens per domos, quæ publicè non omninò proſtet. Scortum autem dictum putatur à calceamentorum ſolo, ſubiecto omnibus etiam uulgaribus.*
Lyden eburna dic age cum lyra] *Ordo eſt, Hyrpine age dic Lyden cum eburna lyra, ut religata comas in nodum comptum more Lacenæ maturet, id eſt, feſtinet, ut:*

» *Maturate fugam.*

Feſtinantes enim mulieres pexum tantum capillum in nodum colligere conſueuerunt. In comptum] *In compoſitum.* Lacænæ more] *In Helenæ ſimilitudinem. Lacæna, Helena, ut Virgilius:*

» *Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacænæ.*

PORPHYR. } Quid bellicoſus Cantaber] *Hic Qu. Hyrpinum alloquitur hac Ode, qua continetur, alijs negocijs non debere nos nimias ſollicitudines adhibere, ſed potius commodis uitæ noſtræ conſulere.* Adria diuiſus obiecto] *Interfuſo maria nobis remoto.* Nec trepides in uſum poſcentis æui pauca] *Nec ſatis agas, ut habeas uitæ neceſſaria, cùm pauca omninò natura deſideret.* Fugit retrò leuis iuuentas] *Id eſt, decidit & remeat à nobis procedente uita in ſenectutem.* Arida pellente laſciuos amores Canicie, facilemq; ſomnum] *Canicie pro ſenecta, quam aridam dixit, quia ſenes parci ac tenaces ſunt.* Non ſemper idem floribus eſt honos Vernis: nec uno Luna rubens nitet uultu] *Hæc ad ætatem uult referri, quia nec ipſa ſemper in flore iuuentæ, pernitet.* Quid æternis minorem Conſilijs animum fatigas] *Diſertè, Quid, inquit, animum porrigis in rerum æternarum conſultationem, cùm is non ſufficiat breuitatem uitæ?* Aſſyriaq; nardo Potamus uncti] *Ea quæ nunc Syria dicitur, olim addita ſyllaba Aſſyria nominabatur: & adnotandum hic quoque nardum fœminino genere dici, ſicuti ſuprà.* Diſsipat Euhyus curas edaces] *Euhyus uoce Bacchantium, Liber pater.*
Quis puer ocyus Reſtinguet] *Suauiter, quaſi in ipſo iam conuiuio ſit, ſicut ſuprà,*

» *Quis udo Deproperare apio coronas,*
» *Curatue myrto?*

Ardentis Falerni] *Ardentis, auſteriſsimi, calorem corporis & animi concitantis: & bene reſtinguet praiecit, quia ardentis erat ſubiecturus.* Quis deuium ſcortum eliciet] *Bellè deuium ſcortum Lyden ait, quæ corpore quidem quæſtum faciat, ſed non publicè. Deuium enim eſt à uia remotum. Cæterùm ſcortum meretrix metaphoricôs dicitur à ſcorto, id eſt, à ſolo calciamentorum, ſubiecto omnibus, etiam uulgaribus.* Maturet in comptum Lacænæ More, comam religare nodum] *Gratè, ut ſolent mulieres feſtinantes pexum tantum capillum, in nodum colligere.*

CHRIST. LAND. } Quid bellicoſus] *Suadet Hyrpino, ut omittat futurorum curam, præſertim earum rerum, quæ longè abſunt, & uitæ breui indulgeat. Et ut ſuperior Ode à Stoica ſecta proficiſcebatur, nunc contrà hæc Epicuream redolet. Cupit enim uolumen uarietate carminis diſtinguere, atque illuſtrare. De Cantabris autem & Scythis dictum eſt.* Adria] *Figuratè in neutro protulit genere pro mari Adriatico.* Nec trepides] *Ne timeas, ne anxius ſis, in eas res quas poſcit uſus uitæ, quoniam natura paucis contenta eſt, & illa facilè parantur.* Leuis] *Inueſtis ſine pilis, iuuen. Sponſus adhuc leuis, quaſi polita & lubrica.* Decor] *Pulchritudo.* Arida] *Phyſicè expreſsit cauſam caniciei: nam ipſa ex defectu naturalis humoris prouenit, uel arida, id eſt, auara.* Laſciuos amores] *Illa enim ætas laſciuiam omnem excludit & ſomnos.* Non ſemper idem] *Non mirum quod in homine non ſit ſemper idem uigor, nam neque uerni flores, ſemper uirent, neque idem rubor eſt ſemper Lunæ. Nam & flores citò defluunt, & Luna aſsiduò creſcit, atque decreſcit. Ergo deſcriptio quædam illius ætatis quæ citò, ut eſt apud Saluſtium, uel ætate, uel morbo deflorеſcit.* Honor] *Pulchritudo: Virgil.*

» *Et lætos oculis afflarat honores.*

Vernis] *Qui maximè in Vere naſcuntur.* Luna] *Mutat colores, Virgil.*

» *Luna reuertentes ubi primum colligit ignes.*
» *Si nigrum obſcuro perfuderit aëra cornu.*
» *Ventus erit.* ——

Animum minorem] *Aeternis conſilijs, id eſt, qui non ſit par æternis conſilijs. Non enim ſemper ſubſiſtit in corpore. Non igitur dicit animum minorem conſilijs, ſed minorem æternis, aut diuturnis conſilijs, quia breuitas uitæ non ſinit illum tantam diuturnitatem amplecti.* Iacentes temerè] *Id eſt, ſine delectu, ſine ordine, non habita perſonarum ratione.*
Odorati] *Nos odorati capillos roſa, id eſt, habentes capillos odoratos roſa, id eſt, odore roſæ.* Roſa] *Succus roſæ longè antequam unguenta (teſte Plinio) repertus eſt: Et poëta in hoc loco ita uoluptatem quærit, ut tamen nimium luxum excludat. Ergo ſat putat eſſe ſi ſuccus roſæ pro unguento adhibeatur.* Nardo] *Herba hæc laudatiſsima eſt in unguentis. Primæ partes dantur Syriacæ, ſecundæ Gallicæ, tertiæ Creticæ. Gallica apud nos notiſsima eſt, & uulgò iam ſeritur.* Euhyus] *Bacchus de quo in ſuperioribus dictum eſt.* Edaces] *Rectè, nam & animum cruciant & corpus extenuant. Vnde uerè illud dictum eſt, quod ſpiritus triſtis deſiccat oſſa, & Græcè μελεδῶν, id eſt, membra exedens dicitur.* Prætereunte lympha] *Ne in ebrietatem incidatur.*
Deuium] *Id eſt, quod non omninò publicè proſtet. Deſignat autem meretricem, quæ à proſtibula differt. Nam meretrix honeſtioris eſt loci & quæſtus, quæ tantum noctu proſtat. Proſtibula quæ ante ſtabulum noctu, diuq; lucri cauſa ſtat, ergo hæc non deuia eſt, quæ ſemper ſit in uia. Plautus in Ciſtellaria oſtendit.*
Eliciet] *Blanditijs euocet, nam & hoc demonſtrat non omninò publicum.* More Lacænæ] *Scilicet mulieris.*

IOAN. HART. } Curas edaces] *Significanter Græcam uocem reddidit μελεδῶνας, id eſt, conficientes membra. Quanquam & Latinis æquè fœliciter curæ uidentur dici, quaſi corurentes.*

HENR. GLAR. } Hadria diuiſus obiecto] *Scythem pro Daco poſuit, inter quem & Italiam Hadriaticum mare interiacet. Eſt autem id conſuetum non huic modo poëtæ, ſed omnibus alijs.*

dixit. Ita paulò ſuperiùs de Gelonis etiam dixit. Acro autem ait: figuratè, Hadria genere neutro protulit. Certè maſculino potiùs dixerim, ut apud Lucanum libro 5.

„ Sonat Ionio uagus Hadria ponto.

In Porphyrione uerò pro his uerbis: interfuſo mari nobis remoto, legam interfuſo mari à nobis remotus: ut de Dacis loquatur, à nobis mari interluente ſemotis. Ideoque minùs eos timendos.

HERM. FIGVL. } Cantaber & Scythes] Vterque populi Romani hoſtis, à nobis longè remotus: hic ad ſeptentrionem, ille ad Occidentem. Adria diuiſus obiecto] Scythen pro Daco hic poſitum, dicit Glareanus, inter quem & Italiam Adriaticum mare interiacet. Remittas quærere] Deſinas indagare, quia nihil ad te attinet, quid illi moliantur.

Nec trepides in uſum poſcentis æui pauca] Non ſis ſollicitus de iis, quæ pertinent ad uſus uitæ neceſſarios. Hæc enim cùm ſit fugax & breuis, pauciſsimis eſt contenta. Leuis iuuentas] Imberbis & mollis puerorum ætas. Et decor] Venuſtas, ſplendor. Huc pertinet quod canit Ouid.

„ —Formam populabitur ætas,
„ Et placidus rugis uultus aratus erit.

Arida canicie] Exiccata & horrida ſenectute. Nam deficiente in ſenibus ſanguine, & ſucco exhauſto, corpus areſcit. Pellente laſciuos amores] Quia nulla uoluptas ſenibus grata eſt. Senectæ incommoda eleganter deſcribit Cornelius Gallus, & Iuuenalis Satyra 10. Facilemque ſomnum] Senectus enim ſomno priuat. Vnde Cornelius Gallus:

„ Ipſa etiam cunctis requies gratiſsima, ſomnus
„ Auolat, & ſera uix mihi nocte redit.

Non ſemper idem floribus eſt] Viciſsitudine uerni temporis probat, iuuentutis uiriditatem & florem ſubitò perire. Fugacitatem humanæ uitæ cum roſis repentè naſcentibus & intereuntibus, elegantiſsimè comparat Virgilius, in eo carmine, quod inſcribitur ROSAE. Eandem ſententiam ſic uenuſtè extulit Seneca in Hippolyto:

„ Langueſcunt folio lilia pallido,
„ Et gratæ capiti deficiunt roſæ.
„ Vt fulgor teneris qui radiat genis
„ Momento rapitur, nullaque non dies.
„ Formoſi ſpolium corporis abſtulit.

Nec uno Luna rubens nitet] Luna non ſemper eandem habet ſpeciem, ſed creſcendo, & decreſcendo diuerſas refert formas. Atque his uariis Lunæ permutationibus declarare uult, nihil inuita humana eſſe perpetuum ac conſtans. Has Lunæ uices, earumque cauſas, infra Ode 18. latiùs recenſebimus. Quid æternis minorem] Quid fruſtra animum tuum torques deliberando & conſultando de rebus æternis, captum hominis longè ſuperantibus.

Cur non ſub alta] Cùm diuina & cœleſtia conſilia mente ac cogitatione percipere nequeamus, quid uanis meditationibus ſolicitamur? cur non potius ſub umbra tempeſtiuis ſplendidisque conuiuiis nos delectamus? Sic temerè] Securè, & ſine meditatione.

Roſa canos odorati capillos] Id eſt, cano capite odoriferis floribus ornato. Dum licet] Videlicet per mortem, quæ non procul abeſt. Aſſyriaque nardo uncti] Optimis unguentis affluentes. Dicimus autem Nardus, in genere fœminino, & Nardum, in genere neutro. In noſtro orbe, inquit Plinius, proximè laudatur Syriacum (de Nardo loquitur) mox Gallicum, tertio loco Creticum.

Diſsipat Euhyus curas] Subiungit rationem cur ſit potandum, quòd uinum diſſoluat atque comminuat ſolicitudines & moleſtias. Curas edaces] Siquidem cura ſolicitudo eſt, & anxietas animi, quaſi cor edens. Reſtinguet ardentis Falerni] Vinum purum, quia uim ſapientiæ adhibet, & temulentos reddit: mixtum uerò lætitiam & hilaritatem adfert, quæ illud in conuiuiis reſtinguebant. Quem morem primò introductum à Staphilo, in ſeptimo ſcribit Plinius. Deuium ſcortum] A uia remotam, & in loco ſecreto habitantem meretricem. Dic age] Loquitur puero abeunti uocatum Lyden. Cum lyra] Oſtendit Lyden fuiſſe pſaltriam. Lacænæ more] In modum uirginis Spartanæ. Nam puellæ Laconicæ non in cultu & eleganti corporis ornatu occupatæ erant, ſed ad palæſtram, uenationem, aliaque ſtudia, quibus ſe exercebant feſtinantes, obiter capillos comptos in nodum conſtringebant.

THEOD. PVLMAN. } 9 Honos] Honor, H. G.E.B. 23 In comtum] Incomtum, H.G.E.B. 24 Comam] Comas, H.G.

GEORG. FABR. } Morbus quidam animi eſt peregrauis, non uulgi aut imperitorum: ſed eorum, qui eruditi habentur, ut aliarum rerum cura ſeſe excrucient, & uitam ea cogitatione faciant ſibi acerbiorem. Ei morbo nunc poeta mederi ſtudet, & malum illud è triſtitia natum, ratione contraria, nempè iucunditate, uſu rerum præſenti curare. Itaque a rebus longinquis, quæ ad ipſum nihil attinebant, & parum etiam ei proderant, domum quaſi reducit, ei conuiuium parat, & cithariſtriam accerſit, ut ad gaudia & tranquillitatem uino & cantu pertrahatur.

IOD. BAD. ASCENS. } Quid bellicoſus &c.] Argumentum per Mancinellum recitatur. Ordo eſt. O Quinti Hyrpine, remittas diuiſus] Id eſt, quia diuiſus & ſeparatus es. Adria] Id eſt, mari Adriatico. Obiecto] Id eſt, intercurrente. Remittas] Id eſt, non tam attentè cures. Quærere] Id eſt, inquirere. Quid Cantaber] Populus Hiſpaniæ bellicoſus. Et Scythes] Id eſt, populus Scythiæ etiam bellicoſus. Cogitet] Id eſt, Machinetur & moliatur contra Romanum imperium. Scimus autem ferè maſculina in A, quæ Græcè in ης, deſinunt etiam in es exire poſſe: ut Scytha & Scythes, Planeta & Planetes, Cometa & Cometes, &c. Nec trepides] Id eſt, ne anxietate concutiaris. In] Id eſt, ad uſum. Aeui] Id eſt, uitæ. Poſcentis] Id eſt, exigentis pauca, quia natura modicis contenta eſt. Iuuentas] Id eſt, iuuenta ſeu Iuuenilis ætas. Eſt autem iuuentas Dea ætatis, ſed per Metonymiam pro ætate ponitur. Leuis] Id eſt, ſine barba & pilis aſperis. Et decor] Id eſt, uenuſtas. Fugit retro] Id eſt, retrorſum. Et hoc canicie arida] Id eſt, quæ fit ſucco exhauſto, & areſcente atque in rugas contracta pelle. Pellente] Id eſt, refugiente. Amores laſciuos & ſomnum facilem] Id eſt, profundum & ſine medicamento acquiſibilem. Non ſemper idem honor] Id eſt, decor eſt. Floribus uernis] Id eſt, qui in uere abundare ſolent. Neque Luna rubens nitet ſemper uno uultu. Quid] Id eſt, ad quid igitur fatigas. Conſiliis æternis] Id eſt, perpetuis, aut rerum æternarum. Animum minorem] Id eſt, imparem, & qui non poteſt ſufficere, aut quia Epicuricè cenſet eum interiturum, aut quia non poteſt ſemper illis intendi. Cur non potamus dum] Id eſt, tantiſper. Dum] i. donec licet, iacentes. Temerè] i. ſine ordine & reſpectu, ut ad uoluptatem reconciliantes faciunt, uel ſub alta platano uel ſub pinu hac. Quæ] Scilicet, nobis uicina eſt. Et odorati capillos canos] i. habentes capillos. Canos odoratos] Id eſt, odore perfuſos. Roſa] Id eſt, propter roſam. Et uncti nardo Aſſyria] Id eſt, unguento ex nardo, quæ in Aſſyria præcipuè naſcitur. Euhyus] Id eſt, bonus filius Iouis. Bacchus lætitiæ dator, hoc eſt, uinum. Diſsipat] Id eſt, diſſoluit, unde & Lyeus dicitur, & Latinè Liber. Curas edaces] Id eſt, mordaces. Quis puer reſtinguet] Id eſt, diluet & temperabit. Ocyus] Id eſt, celeriter. Lympha] Id eſt, aqua. Prætereunte] Id eſt, præterfluente, unde ad riuum ſe ſedere innuit. Pocula Falerni] Scilicet, uini in Campania Italica nati. Ardentis] Id eſt, uehementis nimium, niſi temperetur. Quis] Scilicet, puer eliciet domo. Lyden ſcortum deuium] Id eſt, meretriculam uagari ſolitam. Age puer dic] Sup. Lyde. Maturet] Id eſt, properet uenire. Cum lyra eburna] Id eſt, ex ebore facta, per quam ſignificat eam pſaltriam eſſe. Religata more Lacenæ] Id eſt, Spartanæ ſeu Laconicæ mulieris, quæ uenatui intendere ſolet. Nodum incomptum] Appoſitoriè. Comam] Id eſt, habens comam religatam, ut nodum incomptum, id eſt, ſine moroſitate factum. Niſi potiùs dicamus ſic. Religata comam] Id eſt, habens comam religatam more Lacenæ, In nodum comptum] Id eſt, in formam nodi compti, & ita duæ erunt particulæ in comptum, quod mihi quidem placet licet maturare uelit.

ANTON. MANCIN. } Quintium Hyrpinum aliena quærenda minimè eſſe admonet. Suadet autem uictus & Gazæ

ſum ſollicitum eſſe non debere. Cùm paucis natura ipſa contenta ſit. Inuitat hinc illum ad lætiorem, commodioremq́ uitam, dum iuuenis eſt, ſuperueniet namque ſenectus uoluptatum immunis & expers. Quid bellicoſus Cantaber & Scythes. Ode eſt ſimilis nonæ. Cantaber & Cantabris uideto Ode 6. lib. 1. Hyrpinę Quinti] Hyrpini Samniticæ gentis populi, qui quidem ex lupo nomen adepti fuerunt, qui eis in deducenda colonia dux oblatus eſt. (Samnites enim lupum uocant Hyrpum) ij autem confines Lucanis adiunguntur, quod Strabo lib. 6. ſcribit. Hadria obiecto] Hic Hadria pro mari poſuit maſculino genere non neutro, ut quidam aiunt Lucan. lib. 5.

„ Sonat Ionio uagus Hadria ponto.

De mari uerò Adriaco ſuperiùs dictum eſt. Trepides] Timeas, curioſus ſis. Poſcentis pauca] Natura enim paucis contenta eſt. Hinc Lucanus ait:

„ Satis eſt populis, fluuiusq́, Ceresq́,

„ Fugit retrò. ——

„ Vtendum eſt ætate cito pede labitur ætas,

„ Nec bona tam ſequitur, quam bona prima fuit.

Leuis] Id eſt, ſine pilis. Arida canicie] Macrob. lib. 7. ſcribit. Caniciem ex nimio humore fieri, quod Phlegma uocatur. Nam ideò albi ſunt cani, quia colorem humoris, quo nutriuntur imitantur. Latiùs tamen uideto in Ode 9. lib. 1. Arida canicie] Id eſt, ſicca & macilenta ſenecta, defectu uidelicet ſanguinis. Hinc Iuuenal. ait Sat. 10.

„ Præterea minimus gelido iam corpore ſanguis,

„ Febre calet ſola. —— Ouid. etiam lib. 3. de Arte ait.

Pellente laſciuos amores] Cicero in Catone maiore, inquit, non modò uituperatio nulla, ſed etiam ſumma laus ſenectutis eſt, quòd ea uoluptates nullas magnopere deſiderat. Hoc quippe dixit, quia multi uituperabant ſenectutem, quòd uoluptatibus careret. Facilemq́ ſomnum] Id eſt, mitem & quietum: nequeunt enim ſenes quietè dormire, propter morborum moleſtiam. Hinc ait Iuuenal. Sat. 10.

„ Circumſilit agmine facto,

„ Morborum omne genus.

„ Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis, ambos

„ Perdidit ille oculos & luſcis inuidet, huius

„ Pallida labra cibum capiunt digitis alienis.

Iuuenibus autem facilis eſt ſomnus. Non ſemper idem, comparat floribus adoleſcentiam ac iuuentam, ſicuti enim illi paruo tempore uigent, ſic ipſi iuuenes citò deſinunt ſenectutis aduentu. Neq́ Luna nitet uno uultu, ſic etiam iuuenum uultus creſcente ætate mutatur. Luna autem nunc pura uidetur, nunc obſcura, & nigra, nunc rubicunda. Pura ſerenitatem portendit, nigra pluuias, Rubicunda, uentos. Author eſt Plin. & poëta lib. 1. Georg.

„ Animum minorem æternis conſilijs.

Minorem animum æternis conſilijs, ait, quoniam uitæ breuitate æternarum rerum conſultationibus expleri non poteſt. Cur non ſub alta] Ordo eſt, cur dum licet non potamus ſic temerè iacentes ſub alta, uel platano, uel hac pinu, & roſa odorati canos capillos & uncti Aſſyria nardo. Temerè] Impudenter & nullo ordine, quod uoluptatis eſt. Roſa odorati capillos] Plin. libro 13. ſcribit in unguentis repertum fuiſſe roſæ ſuccum, meminit item latiùs lib. 21. Odorati] Odoratos habentes. Aſſyria nardo] De unguento nardino, ſeu foliato intelligit, de quo plura Plin. lib. 13. cap. 1. Aſſyria nardo] Folium nardi principale erat in unguentis. Nardi autem frutex eſt graui & craſſa radice, ſed breui ac nigra, fragiliq́. Quanuis pingui folio, paruo, densoq́. Cacumina in ariſtas ſe ſpargunt, ideò gemina dote nardi ſpicas ac folia celebrant, laudatur Syriacum, mox Gallicum, tertio loco Creticum. Autor Plin. lib. 12. Dicitur autem hæc nardus, ut hoc in loco, & hoc nardum, ſic etiam hæc coſtus, & hoc coſtum. Euhyus] De Euhyo dictum eſt Ode 18. lib. 1. Quis puer ocyus, ac ſi in ipſo conuiuio eſſet ita loquitur. Ardentis Phalerni] Optimi uini. Prætereunte lympha] Id eſt, riuulo præterlabente. Deuium] A' uia remotum. Non enim proſtabat. Scortum] Meretricem intelligit. Feſtus enim ait. Scorta appellantur meretrices, quia ut pelliculæ ſubiguntur, omnia namque ex pellibus facta Scortum appellantur. Eburna dic age] Ordo eſt, age dic cum eburna lyra maturet more Lacenæ religata nodũ incomptum. Appoſitio comam. Maturet] Feſtinet, de quo uerbo legito Gellium lib. 9. cap. 11. Lacenæ] Id eſt, Laconicæ mulieris, non enim de Helena tantùm intelligit, unde Virg. lib. 1. Aeneid. ait:

„ Virginis os, habitumq́ gerens, & uirginis arma,

„ Spartanæ. ——

Erant namq́ Spartanæ uenatrices.

ODE XII. AD MECOENATEM.

Προσφωνητική.

Ode XII. Tricolos tetraſtrophos, ut: Scriberis Vario fortis, & hoſtium.

— — —∪∪— —∪∪— ∪—
— — —∪∪— —∪∪— ∪∪
— — —∪∪— —∪∪— ∪∪
— — —∪∪— ∪—

ARGVMENTVM IN ODEN XII.

Mecœnati ſe excuſat, quod res graueis non attentet, ſed circa iocos & nugas uerſetur, propter lyrici ſtyli humilitatem qui non conuenit rebus fortiter bello geſtis, illum meliùs poſſe ſoluta oratione hiſtoriam de bellis Cæſaris texere, & eiuſdem triomphos pro dignitate deſcribere, ſe amicæ ſuæ laudes malle canere.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Quæ ſit propriè Lyricorum materia hic oſtendit, dum minimè, ſed aptum ad ſcribendas res graues dicit ubi ſpiritus magnitudo exigitur, & felix rerum omnium copia, unde Mecœnati eas partes concedit, ipſe amatoria proſecuturus.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Purgat ſe Mecœnati, quòd non canter res fortiter geſtas, & triumphos Auguſti Cæſaris, oſtendens, res bellicas & arduas, non conuenire lyrici carminis imbecillitati, ſed potiùs amores & iocos: Rectius itaque Mecœnatem oratione ſoluta Auguſti bella deſcripturum.

NOLIS longa feræ bella Numantiæ
Nec dirum Hannibalem, nec Siculum mare
Pœno purpureum ſanguine, mollibus
Aptari citharæ modis:
Nec ſæuos Lapithas, & nimium mero
Hylæum, domitosq; Herculea manu
Telluris iuuenes, unde periculum
Fulgens contremuit domus.
Saturni ueteris: tuq; pedeſtribus
Dices hiſtorijs prælia Cæſaris
Mecœnas melius, ductaq; per uias
Regum colla minacium:
Me dulceis dominæ Muſa Lycimniæ
Cantus, me uoluit dicere lucidum
Fulgenteis oculos, & bene mutuis
Fidum pectus amoribus:
Quam nec ferre pedem dedecuit choris,
Nec certare ioco, nec dara brachia
Ludentem nitidis uirginibus, ſacro
Dianæ celebris die.
Num tu, quæ tenuit diues Achæmenes,
Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes,
Permutare uelis crine Lycimniæ?
Plenas aut Arabum domos?
Dum flagrantia detorquet ad oſcula
Ceruicem, aut facili ſæuicia negat,
Quæ poſcente magis gaudeat eripi,
Interdum rapere occupet?

COMMENTARIA.

ACRON.

NOLIS longa feræ] *Ad Mecœnatem ſcribit, docens non conuenire hiſtoriam poëtæ, ut nec graues res carmini Lyrico, ſed remiſſas potiùs et iocis aptas. Facta enim Cæſaris ipſum Mecœnatem meliùs executurum proſaica oratione dicit.* Ordo eſt, Nolis aptari mollibus modis cytharæ longa bella feræ Numantiæ, nec dirum Hannibalem, nec Siculum mare purpureum Pœno ſanguine. Dirum Hannibalem] *Fortem, qui ſumma difficultate uictus ſit.* Feræ Numantiæ] *Propter longa bella, decimo enim anno cum Numantinis depugnatum eſt, multa clade Romanorum.* Nec Siculum mare] *Quia ibi primùm naꝫ uali certamine Romani Carthaginenſes duce Luctatio uicerant.* Et nimium mero Hylæum] *Intolerabilem ebrietate. Hylæus centaurus à Perithoo inuitatus ad nuptias uiſa puella permotus eſt, dum uiolentus ei eſſe conaretur, à Lapithis, qui ſimul nuptijs intererant, prohibitus eſt. Hinc in certamé itum eſt, & uſq; ad pericula dimicatum. Ab Hercule ſunt poſtea ſuperati. De his ſuperiùs etiam ipſe commemorat, Centaurea monet cum Lapithis rixa ſuper mero. Virgil.*

» *Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.*

Telluris iuuenes] *Gigantes dicit, qui bellum numinibus indixerunt.* Vnde] *A' quibus Terentius,*

» *E' prædonibus, unde emerat, ſe audiſſe.*

Domus Saturni ueteris] *Regia deorum, ut:*

» *Panditur interea domus omnipotentis Olympi.*

Tuq; pedeſtrib. Dices hiſtoricis] *Veritate orationis ſolutæ meliùs quàm equeſtribus, id eſt, metricis.* Ductaq; per uias] *Victi enim reges in triumpho catenati ducebantur.* Me dulcis dominæ Muſa Lyciniæ] *Lycinia aut uxor Mecœnatis, aut ipſius Horatij amica. Dominæ, autem ait adoleſcẽtum more, qui amatas dominas uocant.* Ordo eſt: Dulcis Muſa dominæ Lyciniæ uoluit me dicere cantus, & oculos lucidè fulgentes, & pectus bene fictum mutuis amoribus. Mutuis] *Id eſt, alternis & iugalibus.* Lucidum] *Nomen pro aduerbio, ut: Sublimè uolantes, pro ſublimiter. &, Horrendum ſtridens, pro horrendè.* Fidum] *Fidele, ut:*

» *Fidus Achates it comes.*

Quam nec ferre pedem dedecuit choris] *Quam nec ſaltare dedecuit cum nitidis uirginibus, id eſt, non dedecuit illam iunctis brachijs cum nitidis uirginibus ſaltare, in ſacro die celebris Dianæ. Natalis enim Dianæ à uirginibus celebrabatur, ſicut Apollinis à pueris, ut ipſe ſuperiùs:*

» *Dianam teneræ dicite uirgines,*
» *Intonſum pueri dicite Cynthium.*

Num tu] *Ordo eſt.*

» *Nunquid tu permutare uelis crine Lyciniæ.*

Supple regna uel bona, quæ tenuit diues Achæmenes, aut Mygdonias opes pinguis Phrygiæ, aut plenas domos Arabum? Cùm detorquet ceruicem ad flagrantia oſcula, aut negat facili ſæuitia, quæ magis interdum gaudet eripi, ſupple à poſcẽte, interdum occupet rapere. Achæmenes] *Nomen regis Perſarum. Lucanus:*

» *Achæmeneis decurrent Medica Suſis.*

Aut pinguis Phrygiæ] *Fertilis, ut:*

» *Pinguibus hæ terris habiles.*

Mygdonias opes] *Mygdone ex Phrygiæ.* Plenas] *Diuitiarum ſupple, id eſt, diuites. Et eſt hic ſenſus:* Num potes tu regum opes, Lyciniæ amore præponere? Detorquet] *Inflectit, Deſcribit faſtidium mulieris detorquentis ſe ab oſculis amatoris, id eſt, cùm flagrantibus oſculis tuis ceruicem detorquet auertens ſe, ut magis incitet, ut:*

» *Et fugit ad ſalices, & ſe cupit ante uideri.*

Aut illud magis uolens intelligi, quòd ceruicem uertat ad oſcula, deſignans quòd aut facilè iraſcatur, aut facilè blandiatur. Gaudeat eripi] *Artem meretriciã deſignat, cùm uelut irata, aut negat amatori oſcula, aut interdum ultrò expetit, ſic ſatisfaciẽs indignanti, ut Terent.*

» *Nolunt, ubi uelis: ubi nolis, cupiunt ultrò.*

PORPHYR. } Nolis longa feræ bella Numãtiæ] *Hæc Ode ad Mecœnatem ſcribitur, qua teſtatur poëtæ non conuenire hiſtorias, & graues res lyrico carmini, ſed magis res iocoſas: cæterùm acta Cæſaris meliùs ipſum ſcribere.* Et nimium mero Hylæum] *Nimium pro intolerabili poſuit. Hylæus unus Centaurorum fuit. Notum eſt autem prælium quod inter Lapithes & Centauros in conuiuio nuptiali Perithoi & Hippodamiæ exarſit.* Telluris iuuenes] *Gigantes dicit.* Vnde] *Pro à quibus, ut eſt illud Terentianum:*

» *A prædonibus unde emerat ſe audiſſe.*

Tuq; pedeſtribus Dices hiſtorijs prælia Cæſaris] *Hoc eſt, ſoluta & ciuili oratione.* Lucidum fulgentes oculos] *Pro lucidè fulgentes, ut Virg. ait:*

» *Horrendum ſtridens, ——*

Pro horrendè. Et bene mutuis Fidum pectus amoribus] *Ordo eſt: Bene fidum, id eſt, ualde fidum.* Nec ferre pedem] *Saltare.* Nec dare Brachia] *Amplecti.* Diues Achæmenes] *Achæmenes rex Parthorum fuit.* Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes] *A' Mygdone rege, qui Phrygiam tenuit.* Permutare uelis Lyciniæ] *Senſus eſt: Num tu uelis accipere Parthicas, aut Phrygias diuitias, ut Lycinia fructum amittas?* Plenas aut Arabum domos] *Plenas, pro opulentis dictum eſt.* Dum flagrantia detorquet ad oſcula Ceruicem] *Magnificè depinxit faſtidium mulieris, auertentis ab eo, qui oſculari ſe uelit, quod ideò facere ſolent, ut irritent amantibus deſiderium ſui. Flagrantia ergo oſcula maiora intelligamus, hoc eſt, ex deſiderio mulieris ardentia oſcula, quæ oſcula ſcilicet, uelit ſibi à poſcente extorqueri.* Aut facili ſæuitia negat] *Quid eſt facilis ſæuitia, utrum quæ facilè iraſcitur, an quæ facilè mollitur?* Interdum rapere occupet] *Rapere occupet, iraſcenti amatori iam ſatisfacere cupiens, & totum hoc mira energia expreſſum eſt.*

CHRIST. LAND. } Nolis longa] *Oſtendit ſe hiſtoriæ ſcribendæ minimè aptum eſſe, & humili ſtylo, poëta cùm ſit, res magnas ſcribere poſſe negat.* Bella feræ Numantiæ] *Decem enim annis durarunt non ſine magna Romanorum clade: Nam primo M. Pompilius à Numantinis, cum quibus pacem factam irritam*

id in primis, quòd materia riſus, & quaſi obiectum quoddam, & regio quædam, unde riſus proueniat ſit turpitudo quædam, & deformitas, non tamen turpiter enarrata: nam quod tertio loco quærebatur, minimè dubitandum conuenire & oratori, & urbano uiro riſum mouere: nam & ipſa hilaritate beneuolentiam nobis excitamus, & admirantur auditores acumen ſæpe uno uerbo poſitum. Significatur poſtremò ex ipſo ioco nos & politos, & urbanos, & eruditos eſſe: Et quod non tamen faciendum eſt grauiorum rerum triſtitia, ac ſeueritas ioco facilè mitigatur. Habendus tamen modus eſt in riſu mouendo: nam nec inſignis probitas, & ſcelere uincta: nec rurſus miſeria inſignis agitata ridetur. Nam flagitioſi non ridiculo, ſed maiori quadam acrimonia uexandi ſunt. Miſeri autem nullo modo illudendi uidentur, niſi ſe fortè iactent. Ergo eos facilè ridebimus, qui neque magno odio, neque rurſus miſericordia magna digni ſunt. Maximum autem ſæpe riſum ea mouent, quæ ita auditorem decipiunt, ut cum æquiora credantur, acerbiora tandem eſſe deprehendantur. Interpretabar olim noſtri Petrarchæ elegias, lyricoſq; quibus Lauram canit: aderantq; aduerſarij, qui Lauram mulierem fuiſſe negarent, aſſererentq; non illo nomine puellam à ſe amatam intelligi, ſed aliud allegoricè ibi latére. Rogabam quid'nam illud eſſet, ut id me docerent, ſummis precibus contendebam. Illi autem magnum profectò id eſſe, ſed tamen quid ſit neſcire fatebantur. Hic ego ridiculi occaſionem non prætermiſi, ſed in maxima auditorum frequentia, ueluti conuictus, & pudore conturbatus: Malo, inquam, ingenuè fatendo inſcitiam meam à uobis accuſari, quàm iniquè defendendo peruicaciam damnari. Duo ſunt, quæ aduerſarij mei proferunt: Alterum non fuiſſe mulierem Lauram, quod ego adhuc non do. Alterum, quod ego ita liberaliter eis concedo, ut etiam ſi quis illos mendacij in iudicium uocet, uadimoniumq; facere cogat, uadem me præſtare decreuerim. Atque hic cum ueluti pudore impeditus, dubitabundus aliquantulum ſubſiſterem: et illi uictoria geſtientes inuicem ſe intueri: alioſq; circumſpiciendo meæ confeſsionis teſtes citare quodam nutu uiderentur. Atque tota iam ſchola auribus erectis, quid dicturus eſſem, expectaret. Tunc ego proſequens. Aiunt, inquam, quid ſibi poëta in Laura uelit ſe planè neſcire, quod ego ita utraque manu do, ut iure me iurando obſtringam, ut niſi hoc uerisſimum ſit, nihil ſit unquam futurum uerum: riſit tota ſchola, cùm dictum falſum fuerit, & illi ambiguitate orationis ad contrarium exitum, quàm putabant decepti ducerentur. Dicuntur autem facetiæ, ij ioci, in quibus aliquem, aut dictis, aut actionibus imitamur, & ut pictores exprimimus. Horum duo ſunt genera: quorũ alterum re tractatur, alterum dicto. Re cum aliquid uelut fabellam narramus fingimus ea, quæ naturæ dictis, geſtibuſq; conueniant, & nos ueluti mimos modeſtè tamen exhibemus, imitamur uocem uultum, & os deniq; eius, quem agimus. In dicto ridiculum appellamus id, quod uerbi ſententiæ acumine mouetur fingimus. Hæc dicta appellari docet Cicero in epiſtolis ad Cornelium Nepotem his uerbis. Itaque noſtri cum omnia, quæ dixiſſemus dicta eſſent, quæ facetè & breuiter, & acutè locuti eſſemus ea proprio nomine dicta appellari uoluerunt. Nonius autem Pomponius iocus dicteria appellat. In quibus quoniam morſus latet, placuit Græcis ea ſcommata appellari: nam σκώπτειν mordére eſt. Sunt & ioci in quibus feſtiuitas, quædam, & hilaris iocunditas, & blanditiæ potius, quàm morſus apparet. Hos noſtri lepôres Græci αἱμυλίας dixerunt, à quo dicendi genere nonnulli & Aemilios, & Lepidos uocatos uolunt. Vniuerſum autem hoc iocorum genus modò neque ſcurrile ſit, neque inimicum uehementer nos auditoribus commendat: Sed ut in cæteris rebus ſic & hic, & hominum, & rerum, & temporum, & locorum habenda ratio eſt: Adhibenda moderatio & raritas. Perſtrinxi pauca de multis: nam in numeroſa rerum turba, quas ſcribendas propoſuimus, nulli patentior locus relictus eſt: & in anguſtijs plura complicari fortaſſe poſſunt, explicari autem nullo modo poſſunt. Sacro die] *Feſto die in quo Dianæ ſacra agerentur. Eſt enim ſacrum quicquid deſtinatum dijs eſt. Videtur autem ita à ioco, ludoq; illam laudare, ut tamen laſciuiæ caſtitas non deſit: Non enim Veneris, ſed Dianæ ſacra cõmemorat. De diebus autem feſtis, profeſtiſq; alibi ſcriptum eſt. Sed diei initium apud Athenienſes erat occaſus, durabatq; ad alium occaſum. Babylonij autem ab ortu ad ortum diem finire putabant. Vmbri & Ethruſci à meridie ad meridiem, quod magis uidetur Aſtronomicæ rationi quadrare: Verum Rom. popul. à media nocte initium diei ſtatuit, placuitq; M. Varr. quòd qui ex media nocte ad proximam mediam noctem nati eſſent eodem, die nati uiderentur. Idem oſtendit Virg.*

„ *Hac uice ſermonum roſeis aurora quadrigis.*
„ *Iam medium æthereo curſu traiecerat axem,*

Et paulò pòſt,

„ *Nox ruit Aenea nos flendo ducimus horas.*

Diei igitur prima pars eſt mediæ noctis inclinatio. Inde Gallicinium. Inde conticinium, cum Galli tacent, & homines etiam tunc quieſcunt. Diluculum autem eſt cùm dies agnoſci cœpit. Mane, deinde, quòd ab inferis locis, id eſt, à manibus ueniat, uel à nomine ominis: Nam Lanobini Manum bonum dicunt. Cuius contrariũ eſt immanis. Inde meridies, quaſi medidies: Nam priſci. r. pro. d. ſæpe ponebant, ut aruena pro aduena, ab hoc ſupra cæterum tempus occiduum dicebatur: Mox ſuprema tempeſtas. Hinc in XII. Tab. ſolis occaſus ſuprema tempeſtas eſto. Deinde ueſpera à ſtella heſpero, à quo tempore dicta eſt ueſperna conuiuium, quod non niſi aduentante nocte inibant priſci: Cuius rei non ignarus Maro dixit.

„ *Nunc eadem labente die conuiuia quærit.*

Poſt ueſperam nox cõcubia erat, ac poſtremò nox intempeſta, quæ non habet idoneum tempus quicquam agendi. In has igitur partes diſtribuebant diem, id eſt, uniuerſum illud ſpacium, quo perficit una cœli reuolutio, quodq; conſtat ex quatuor & uiginti horis, & lucem tenebraſq; continet. Aliquando ita diem dicimus, ut ſolam lucẽ intelligamus, tenebras uerò ſub noctis nomine appellamus Virg.

„ *Noctes atq; dies patet atri ianua ditis.*

Ponimus nonnunquam diem pro tempore, ut,

„ *Longa dies homini docuit parére leones.*

Eſtq; ſententia Marcelli, quòd cum pro tempore ponitur in fœminino ponatur genere: aliter in maſculino. Sed contra multis in locis uidemus. Virg.

„ *Poſtera cum primo ſtellas oriente fugârat.*
„ *Clara dies. ——* *Et paulò infrà.*
„ *Expectata dies aderat,*

Pro die igitur in utroq; genere ponetur, pro tempore uerò in fœminino ſolum. Priſci Latini in aduerbio ponebant die quinti & die quarti. Et quia indifferenter e & i in fine ponebant pronuntiabãt etiam die quarte & die quinte. Dicebãt & die priſtine pro pridie. Alij tamen uolunt, ut hæc ſignificent: Ponuntq; uerba Prætoris Die noni poſt Calend. Quintiales compitalia erunt: De præterito uerò die nono dicebant. Verum ut ne hoc quidem relinquam in 24. horas diuiditur dies: Neq; illæ pares erant apud antiquos, ut nunc ſunt, ſed ut lux creſcebat, decreſcebatq;, ita & horæ lucis: Nam ſemper in ſex horas luci, ac in totidem tenebras diuidebant. Quapropter ab æquinoctio uerno uſq; ad autumnale, horæ diurnæ nocturnas ſuperabant. Contra uerò cum per reliqua ſex zodiaci ſigna, quæ auſtrina appellant, ſol diſcurrit. Neque tantum ratione caret, quod neque in plures, neque in pauciores horas reuolutio cœli diuiſa ſit. In duodecim enim ſigna diſtributum eſt zodiacum, & quamuis alia alijs longiori ſpatio, aut aſcendant ad noſtrum hemiſphærium, aut deſcendant in aliud, tamen ſi quod uno loco excedit in alto, apponantur ſingula binis horis rem perficiunt. Sed de die hactenus. Achæmenes] *Pro maximis diuitijs poſuit Achæmenem Perſarum regem, quoniam cæteros mortales diuitijs, opibuſq; ſuperaſſe Perſæ uidentur, ut plurimi teſtantur hiſtorici: Non tamen proprium nomen regis eſt Achæmenes, ſed omnes Perſarum reges à tribu, qua oriundi eſſent hoc nomine appellabantur, ut Alexandrini reges omnes à Ptolemæo Lagi filio, qui primo Alexandriæ regnauit Ptolemæi dicti ſunt. Sed de Perſis ita loquitur Herodotus. Sunt autem hi in Perſia populi Holli, Arteatæ Perſæ, Paſargadæ Maraphij, Mappij, omnibus autem iſtis Paſargadæ meliores ſunt: Ex illiſq; tribus eſt Achemenida, ex qua Perſici reges fuerunt.* Migdonias] *Id eſt, Phrygias, nam & in illis maximas opes fuiſſe conſtat. Fuit autem Migdon rex Phrygiæ,*

quo duce ferunt Idæos Dactylos ad Samothracas deueniſſe, & ibi excantationes, & ueneficia exercentes eos populos in ſummum ſtuporem adduxiſſe. Arabum plenas domos] *Hoc maximè propter aromata: Nam in Arabia Fœlici hæc ut plurimũ naſcuntur. Thus autem nuſquam niſi Arabia.* Fragrantis] *Optimè olentia, uel fragrantia, id eſt, ex amore ardentia.* Aut facili ſæuitia] *Exprimit id, quo uehementer delectatur amator: Nam neq; uult eam, quæ nimis laſciuè, nihil unquam denegat. Satietas enim quædam inde oritur, qua omnia uileſcunt, & ſordent, atq; interdum faſtidium adducit: Neq; rurſus illam, quæ ſemper pertinax, nunquam ſe morigerã præbeat. Quod eleganter è Martiale expreſſum uidemus. Inquit enim. Nolo nimis facilem, difficilemq; nimis. Verum quod medium eſt, quodq; inter utrunq; probatur. Nec uolo quod ſatiet, nec nolo quod cruciet.* Facili ſæuitia] *Negat quidem ut ſæua: Quæ res deſiderium auget: nam ut eſt apud Lucanum.*

„ *Nitimur in uetitum ſemper cupimusq; negata.*

Sed non diu negat, ne fortaſſe cruciet, ergò ſæuitia facilis eſt: præſertim cum ita neget, ut tamen cupiat extorqueri à poſcente quod non accipit. Denique ut oſtendat deſiderium ex penuria accedere illam uelle, cruciatum autem afferre nolle, addit quod ipſa occupat rapere, id eſt, præuenit, ut rapiat, quod ille nondum dat. Nam teſte Terentio:

„ *Nolunt ubi uelis, ubi nolis cupiunt ultrò.*

Hoc ſi dolo fiat meretricum artificium oſtendit: Sin impulſu naturæ ingenium muliebre deſcribit.

HENR. GLAR. } Me dulcis dominæ muſa Lycimniæ] Ci *ſyllabam in maſculino antea corripuit:* Rectidis olues Licini] *Hic in fœminino produxit.* Quod ideò admonemus, *ut appareat non rectè de hoc nomine præcepiſſe, qui ſyllabarum rationem noſtra ætate ſcripſerunt, de quibuſdam loquor. Deinde, in dulcis, manifeſta amphibologia, dulciſne muſa an Muſa dominæ dulcis: Demq; an dulcis cantus, pro dulceis, ut fit ſæpe. Porrò Acro, Lycinia, inquit, aut uxor Mecœnatis, aut ipſius Horatij amica. Mihi uerò ineptum uidetur de Mecœnatis uxore hoc intelligere. Quis enim probam mulierem ita laudârit?*

HERM. FIG. } Nolis lõga feræ bella Numãtiæ &c.] *Ne cupias, ô Mecœnas, ut humili Lyrici carminis ſtylo res bellicas, ſublimen requirentes phraſim, deſcribam.* Longa] *Florus, item* Oroſius, *bellum Numantinum quatuordecim per annos, Strabo autem lib. 3. ad annum uiceſimum perduraſſe ſcribit.* Feræ Numantiæ] *Numantia, ut ſcriptum reliquit Lucius Florus, quantum* Carthaginis, Capuæ, Corinthi *opibus inferior, ita uirtutis nomine, & honore par omnibus, ſummumq; ſi uiros æſtimes, Hiſpaniæ decus: quippe quæ ſine muro, ſine turribus, modicè edito in tumulo apud flumen Durium ſituata, quatuor millibus Celtiberorum, quadraginta millium exercituum, per annos quatuordecim ſola ſuſtinuit, nec ſuſtinuit modò, ſæuius aliquantò pertulit: pudendis fœderibus affecit. Paulus* Oroſius *lib. 5. cap. 6. Numantiam citerioris Hiſpaniæ ciuitatem, haud procul à Vacceis & Cantabris in capite* Gallecia *ſitam, ultimam Celtiberorum fuiſſe tradit. Bellum Numantinum, quod geſtum eſt annum ab urbe condita, circiter* DC. XX. *duce Scipione Africano, ſcribit Florus lib. 2. cap. 18. Plin. de Viris illuſt.* Oroſ. *lib. 5. cap. 6.* Dirum Annibalem] *Annibal Pœnorum dux, annis decem & ſeptem Romanis reſtitit, donec à Scipione Italia extortus, in ſua Africa acri bello uinceretur. Hoc bellum Punicum ſecundum ſcribunt Liuius Decade 3. Plutarchus in Scipione ſuperiore, & in Annibale, L. Florus lib. 2. cap. 6.* Oroſ *lib. 4.* Siculum mare Pœno purpureum ſanguine] *C. Duillius* Conſul *primus cum Pœnis nauali prælio in mari Siculo conflixit, in quo bello triginta naues Annibalis ſenioris & una captæ, tredecim merſæ, tria millia hominum occiſa, ſeptem millia capta feruntur. Inter Attilium deinde Conſulem, & Hannonem præfectum claſsi conſerta nauali pugna, Carthaginenſes in fugam uerſi, ſexaginta quatuor naues perdiderunt. Poſtea Lutatius* Conſul *apud Aegades inſulas claſſe contra Hannonem profectus, ipſum ducem in fugam uertit, naues Punicas ſexaginta tres cepit, centum uiginti quinque demerſit, triginta duo millia hominum cepit, quatuordecim millia cecidit. Author eſt* Oroſius *libro quarto.* Purpureum ſanguine] *Hoc eſt, rubrum. Hunc enim colorem maximè indicat animantiũ ſanguis, & præ cæteris rebus liquor purpuræ, teſte Thyleſio.* Mollibus cytharæ modis] *Hoc eſt, humili & imbecilli Lyrici carminis characteri.* Sæuos Lapithas] *Bellum inter Centauros & Lapithas, populos Theſſaliæ, de quo lib. 1. diximus. Prolixè hanc pugnam deſcribit* Ouidius, *lib. 12. Transforma.* Hylæumq;] *Hilæus unus fuit ex Centauris, uinoſus, & ebrietate furens: Vnde poculis eum pugnantem fingit, Virg. lib. 2. Georg.*

„ *Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.*

Domitosq; Herculea manu telluris iuuenes] *Gigantes intelligit, terræ filios, quorum aliquot ab Hercule occiſos ferunt. Vnde Virg. lib. 8. Aeneid. de Hercule ſic loquitur:*

„ *Nec te ullæ facies, non terruit ipſe Typhæus*
„ *Arduus, arma tenens.*

Vnde periculum fulgens contremuit] *A' quibus ingens periculum metuerunt dij. Nam cœlum reſcindere & Deos deijcere, conati ſunt* Gigantes. Pedeſtribus hiſtorijs] *Pedeſtris oratio dicitur numeroſa, & ſecundùm metricam rationem compoſita, quamuis non ſit carmen, authore Perotto. Nam oratio quoque proſa numeris, & metricis pedibus conſtare, & compoſita eſſe debet, ut poſt M. Tullium diligenter præcipit* Quintilianus. Ductaq; per uias regum colla] *Hoc eſt, uictorias & triumphos Cæſaris dices. Reges enim uicti in triumphis imperatorum ante currum ducebantur, catenas collo geſtantes.* Me dulcis dominæ Muſa] *Muſa uoluit, ut ego Lyrico carmine amicæ Lyciniæ cantus & formam, mutuoſq; amantium amores deſcriberem.* Lucidum fulgentes] *Græciſmus eſt, pro, lucidè.* Mutuis amoribus] *Paribus, & æqualiter reſpondentibus. Mutuum in amicitia eſt, inquit* Cicero, *cùm par uoluntas accipitur, & redditur.* Quam nec ferre dedecuit] *Commendat amicam à decoro, quod in actionibus ſuis ſeruare ſciebat. Nam & ſaltandi, & ludendi, & iocandi peritam eſſe dicit.* Dare brachia uirginibus] *Cum uirginibus cantantibus, conſertis manibus, choros ducere.* Sacræ Dianæ die] *Feſto & religioſo Dianæ die, qui erat Idibus Auguſti.* Num tu] *Tanquam amator cæcus amicæ oſcula maximis diuitijs præfert.* Achæmenes] *Hic Perſarum rex fuit opulentiſsimus.* Pinguis Phrygiæ] *Phrygia, ſecundùm Plinium, Troadi ſuperiecta, ſeptentrionali ſui parte Galatiæ contermina, meridiana Lycaoniæ, Piſidiæ, Mygdoniæq;: ab* Oriente Cappadociam *attingit. Aſiæ fœcunditatem multis modis prædicat Paris, apud* Ouidium *in Epiſtola ad Helenen.* Facili ſæuitia] *Quæ facilè reconciliatur.* Poſcente gaudeat eripi] *Quæ à poſcente amatore ſibi cupit extorqueri.* Rapere occupet?] *Varium & mutabile mulierum ingenium pulchrè exprimit. Huc pertinet illud* Comici:

„ *Nolunt ubi uelis, ubi nolis, cupiunt ultrò.*

THEOD. PVLM. } 5 Dirum] Durum. *H. G. E. B.* 12 Minacium] *H. G. E. B.* Minantium, *editio Aldina, & Lambini libri duo.* 13 Me dulceis dominæ Muſa Lycymniæ] Dulcis. *H. G. E. B. pro dulceis. Amatores non ſolùm amicam ſuam dominam uocare ſolebant, ſed & eodem nomine Auguſtæ & reginæ uocabantur, id eſt, imperatorum & regum uxores, atq; etiã in uniuerſum uxores omnes. Vide Turn. lib. 21. cap. 6. In antiquiſſimo Auguſtini Hunnæi, uiri clariſsimi & doctiſsimi, libro, Lycymniæ, ſcriptum reperi, & ad oram, uetuſtiſsimum gloſſema adiectũ, Lycymnia uxor fuit Mæcenatis, quam Horatius dominam uocat: quia ſub tutela Mæcenatis & illius degebat. Item, Lycymnia aut uxor Mæcenatis, aut ipſius Horatij amica, adoleſcẽtium more, qui amicas dominas uocant.* Lycimniæ, *G.* Licimniæ, *E.* Liciniæ, *B.* Lyciniæ, *editio Aldina.* Lycinniæ, *Georg. Fabricij editio. Licymniæ meminit. Virg. 9. Aeneid. uerſ.* D. XLVI.

„ *Mæonio regi quem ſerua Licymnia furtim*
„ *Suſtulerat.* ——

Licymnij Homerus Iliad. β uerſ. 663.

„ Ἤδη γηράσκοντα Λικύμνιον ὄζον ἄρηος.

25 Dum flagrantia] Cùm flagrantia, *H. G. E. B.* Cùm fragrantia, *ex uno codice, in quo adſcriptum reperit, aliàs fragrãtia, Lambinus excudendum curauit.*

GEOR.

GEORG. FAB. } *Non omnem materiam carmini quadrare Lyrico ait: neq; omnia ingenia ad res magnas ſcribendas eſſe idonea. Bella aũt à Romanis geſta, aut ab alijs poëtis tractata, à ſe omitti dicit, quia maiorem habent amplitudinem, quàm ut leuibus citharæ modis conueniant. Rectè facere Mecœnatem, qui res Auguſti, ſua facultate aptas ſcribendas elegerit: ſe uerò in genere humili & iocoſo, cantibus, choreis, ludis uerſari, cuius etiam ſtudia & mores magis occupati ſint in perfruendis uoluptatibus, quàm in aſſequendis diuitijs aut honoribus.* Dirum Hannibalem] *Melius, quàm* durum.] *Dirus quaſi furijs prouectus & adiutus, in Hannibale enim crudelitas inhumana fuit, ut Liuius. Ita alibi 3, 6. & 4, 4. ubi eius impetum flammæ & tempeſtati comparat.* Nimium mero Hylæum] *Hunc Gigantem nominat præ cæteris, quia factus ebrius, pugnæ cum Lapithis auctor fuit: quamuis Ouid. 12. Met. Eurytum dicat tumultus concitaſſe.* Regum colla minantium] *Ita in Aldino. In alijs* Minacium *quod melius uidetur, ut paulò antè dixit, Milites minaces.*

IOD. BAD. ASCENS. } Nolis longa fe.] *Quia Lyricis uerſiculis non ſunt ſcribenda Cæſaris præclara geſta, quæ Mecœnas meliùs ſcribet, conuertit ſe ad amicæ oſcula laudanda, unde dicit.* O Mecœnas, tu nolis bella Numantiæ] *Vrbis illius olim in Hiſpania.* Feræ] *Id eſt, indomitæ.* Longæ] *Id eſt, quæ diu durauêre:* Nec Hannibalem durum] *Id eſt, difficulter domabilem & impium.* Nec mare Siculum purpureum] *Id eſt, purpuratum.* Et tinctum ſanguine Pœno] *Id eſt, Pœnorum, hoc eſt, punico.* Aptari] *Id eſt, ut hæc aptentur mollibus.* Modis] *Id eſt, imbellibus uerſiculis.* Cytharæ] *Id eſt, ad Cytharam aut Lyram canendis.* Nec] *Sup. uelis (nam duæ aut plures negationes ad unam in principio poſitæ reſpicientes nihil efficiunt, ut nolis, nec bella, nec Hannibalem, nec Lapithas aptari, non plus faciunt, quàm nolis, aut bella, &c.)* Nec igitur uelis Lapithas] *Populos illos Theſſaliæ ſæuos, quia coniugem Perithoo rapere conantes.* Et Hilæum Centaurum illum nimium] *Id eſt, ferocientem.* Mero] *Id eſt, propter merum nimis ſumptum, unde Maro.*

„ *Et Magno Hylæum cratere minantem.*

Et iuuenes] *.i. filios.* Telluris] *Id eſt, terræ, hoc eſt, & alios Gygantes.* Domitos] *Iuxta Palenem Inſulam.* Manu Herculea unde] *Id eſt, à quibus fulgens domus.* Veteris Saturni] *Id eſt, Olympus, & ita cœlum ipſum ſtellis fulgens.* Contremuit] *Id eſt, cum tremore timuit, ſibi periculum.* Repete aptari] *Id eſt, ut aptetur mollibus modis cytharæ.* Tuq;] *Id eſt, & inſuper tu ô Mecœnas.* Dices melius] *Id eſt, aptiùs & doctiùs.* Hiſtorijs pedeſtribus] *Id eſt, aut ſolutis, ut Landinus & Mancinellus dicunt fortè, quòd miles pedeſter ſolutior eſt, quàm eques, aut dicamus quia in laudem Mecœnatis id dicit.* Suis] *Hoc eſt, hiſtoricis pedibus conſiſtentibus, nam ſunt & orationibus, & hiſtorijs ſui pedes.* Dices dico melius prælia Cæſaris] *Scilicet Auguſti.* Et colla regum minacium] *Non tamen minantium.* Ducta] *Scilicet in triumpho.* Per uias] *Scilicet publicas.* Muſa autem lyrica uoluit me dicere cantus Lyciniæ dulcis dominæ] *Id eſt, amicæ dulciter mihi dominantis, aut cuius dominium licet durum, dulce eſt amanti.* Et uoluit me dicere oculos] *Scilicet Lyciniæ.* Fulgentes lucidum] *Id eſt, lucidè, ſed in his, quæ ad ſenſum pertinent potiùs pronunciant poëtæ actionem, quam aduerbium lucidè, ut toruum clamat, uitium ſonat, tranſuerſa tuentibus, uetuſtatem ſapit. Rancidum olet, &c.* Et uoluit me dicere pectus Lyciniæ bene fidũ] *Id eſt, fidele amoribus mutuis.* Quam] *Lyciniam.* Nec dedecuit] *Imò (per Liptoten) multum decuit.* Ferre pedem choris] *Id eſt, in choreis & trepudijs.* Nec decuit certare ioco] *Id eſt, ſalibus & facetijs.* Nec dedecuit ludentem dare brachia] *Id eſt, coniungi uirginibus.* Nitidis] *.i. ornatis & mundis.* Die ſacro] *Id eſt, ſolenni.* Dianæ celebris] *Id eſt, celebrabilis.* Nũ] *Id eſt, nunquid ô Mecœnas uelis.* Tu permutare] *Id eſt, mutando accipere.* Procrine] *Id eſt, capillis Lyciniæ.* Opes] *Id eſt, diuitias Perſicas, quæ Achemenes rex Perſarũ diues tenuit, aut opes Mygdonias Phrygiæ.* Pinguis] *.i. quæ ſunt ad eam partem Phrygiæ, ubi uberrima eſt?* Aut plenas] *.i. opulentiſſimas domos Arabum? q.d. ſi te noui minime (nam nihil ſpecioſius illius capillo & diuitiarum Mecœnas, neq; egens, neque cupidus fuit) præſertim tunc.* Cum] *Id eſt, quando.* Ipſa detorquet] *Id eſt, ex obliquo applicat ceruicem ſup. ſuam.* Ad oſcula fragrantia] *Scilicet ſua .i. ut porrigat oſcula ſua.* Fragrantia] *.i. bene olentia, aut ad flagrantia oſcula amatoris, aut cum negat.* Facili] *.i. non dura.* Sæuitia] *.i. proteruia ſup. oſcula, quæ gaudeat magis eripi, ſup. à poſcente, quàm ultrò offerre poſcentĩ, & tamen interdũ.* Occupet] *.i. præueniat.* Rapere] *.i. ut ea rapiat etiã non poſcenti, & ita graphicè deſcribit ingeniũ mulierũ, quæ ut Comicus dicit dũ uelis nolunt, & dum nolis cupiunt ultrò, quod & Mancinellus diligenter oſtendit.*

ANT. MANCIN. } *Hac Ode Mecœnatem alloquitur, oſtendens Lyricis uerſibus non conuenire bella tractare, ipſe tamen multò meliùs ſoluta oratione prælia Cæſaris ſcribet, quam poëta Lyricis. Itaque dicet Horatius ſuæ puellæ laudes, cum oſculis quibus etiam maximæ regum opes haud permutandæ eſſent.* Nolis longa feræ bella Numantiæ] *Ode eſt ſimilis. 6. lib. 1.* Nolis longa] *Ordo eſt.* O Mecœnas nolis aptari mollibus modis cy haræ longa bella feræ Numantiæ, &c. Feræ] *Sæuiſſimæ.* Numantiæ] *Celtiberorum nobiliſſima ciuitas erat Numantia, quæ in bello Celtiberico, quod aduersùs Romanum populum geſtum eſt, uirtutem propriam oſtentauit: quod uiceſimum perdurauit ad annum, complures enim exercitus cum imperatoribus ad internicionem detracti. nouiſſimè autem Numantini obſidione euicti, diuturna patientia tolerarunt, paucis duntaxat exceptis, qui cedentes murum dediderunt. Durias autem fluuius præter Numantiam currit. Auctor in ijs. Strabo. lib. 3. Florus uerò ſcribit Numantiam ſine muro, ſine turribus modico editam tumulo apud flumen Silatam quatuor millibus Celtiberorum Romanorum exercitum, per annos quatuordecim ſolam ſuſtinuiſſe, nec ſuſtinuiſſe modò, ſed ſæuiùs aliquando perculiſſe, pudendisq; fœderibus affeciſſe. Demum Scipione Aemyliano duce maximo oppreſſa ciuitas nullum de ſe gaudium hoſti reliquit. Vnus enim uir Numantinus nõ fuit, qui in cathenis duceretur, præda, ut de pauperibus nulla, arma ipſi cremauerunt. Triumphus fuit tantum de nomine, hæc ex illo. Multa etiam ſcribit Liuius lib. 55. 56. 57. Mela præterea ſcribit, quòd urbium de Mediterraneis in Tarraconenſi Hiſpania clariſſimæ fuerunt Pallantia & Numantia. Vtq; Ptol. ſcribit lib. 2. occidentale latus Tarraconenſis ab occiduo alluitur Oceano.* Durũ Hãnibalem] *Qui an. 16. contra Rom pugnauit in Italia, ut ſcribit Liu. lib. 30. Durauit aũt bellũ ipſum Punicum 2. an. 18. ut ſcribit Florus. Durũ, id ait, quia (ut etiã Liu. ſcribit) Annibalis nullo labore aut corpus fatigari, aut animus uinci poterat, caloris ac frigoris patientia par, princeps plũ inibat, ultimus cõfecto prælio excedebat. Erat ei inhumana crudelitas, nihil ueri, nihil ſancti, nullus Dei metus, &c.* Siculum mare Pœno purpureũ ſanguine] *Cn. Duilius ſeu Duellius conſul in Sicilia aduerſus claſſem Pœnorum proſperè pugnauit, primusq; omniũ Roman. ducũ naualis uictoriæ duxit triumphũ, ob quã cauſam ei perpetuus honor habitus eſt, ut reuertenti à cœna tibicines canerent, & funale præferretur. Hæc ſcribit Liu. lib. 17. & lib. 19. ait, quòd reb. aduerſus Pœnos à pluribus ducib. geſtis ſummã uictoriæ C. Luctatius conſul uicta ad Aegades inſulas claſſe Pœnorũ ſinẽ bello impoſuit, petentib. Carthaginenſib. pax data eſt. Polybius aũt lib. 1. ſcribit. Victore. C. Duellio Pœnos amiſiſſe naues 50. ex centũ triginta, quas in Rom. tũc duxerant, quorũ dux fuerat Annibal quidam, quem deinde Carthaginenſes cruci affixerint. Idem quoq; inferius ſcribit L. Luctatiũ conſulẽ in Sicilia quoq; pugnaſſe cõtra Carthaginẽſes duce Amilcare, Carthaginenſiũq; naues [illegible] uel fractas, uel ſubmerſas 70. plenas captas fuiſſe, reliquas uerò fugiſſe. Fuerũt è Carthaginenſib. uiui capti præter eos, q inter certandũ perierant ultra 10000. hominum, inde ab Luctatio [illegible] Amilcare fœdus percuſſum eſt, de quo latè Polybius dicto lib. 1. Per hunc itaq; modũ primo bello, quod Rom. aduerſus Carthaginẽſes pro Sicilia geſſerunt, finis impoſitus, durauit id bellũ an. 24.* Mollib. modis] *Lyricis uerſib.* Lapythas] *Centaurorũ pugnam intelligit, in nuptijs Perithoi habitã cũ Lapythis, de qua re latiùs legito in Ode 18. lib. 1.* Nimium mero] *.i. ſuperbum, iracundũ, ferocem, & trucem uino.* Hylæum] *Centauri nomen, de quo Maro etiam lib. 8. ait, in hymno Herculis.*

Tu nubi=

» *Tu nubigenas inuicte bimembres*
» *Hyleumq́ Pholumq́ manu, tu Creſsia mactas prodigia, &c.*

Telluris iuuenes] *Circa inſulam Palenem Gigantibus bello cæleſtes laceſſentibus, Hercules pro dijs pugnans, multis ex hoſtibus interfectis maximam gloriam adeptus eſt, ut Diodorus lib. 5. ſcribit.* Vnde] *Id eſt, à quibus, eſt autẽ ordo.* Vnde fulgens domus Saturni ueteris contremuit periculum. Fulgens do.] *Id eſt, Olympus & mundus ipſe.* Veteris] *Is enim prima ætate regnauit, dixeruntq́ à filio pulſum, quod Mac. lib. 1. Sat. interpretatur nihil aliud eſſe, quàm tempora ſeneſcentia ab his, quæ prius ſunt nata depelli, is aũt eſt temporum auctor, deorumq́ princeps, ut idem ait. Verg. item lib. 7. inquit.*

» *Saturnusq́ ſenex, Ianiq́ bifrontis imago.* *Et lib. 8.*
» *Primus ab æthereo uenit Saturnus Olympo.*
» *Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.*

Ducta colla regum] *Captiui enim ante triumphalem currum ducebantur.* Dominæ Lyciniæ] *Hæc eius amica erat.* Lucidum] *Pro lucidè, hinc, autem eius puellæ laudes orditur.* Choris] *Tripudijs.* Certare ioco] *Salibus. Eſt autem iocus, id quod eſt contrarium ſerio, nam effingere & terrere, & promittere interim iocus eſt. Fabius auctor lib. 6.* Dianæ ſacro die] *Lib. etiam 1. Ode uero 21. ait.*

» *Dianam teneræ dicite uirgines.*

Num tu] *Oſtendis Lyciniæ oſculis, & iocis non permutandas regum diuitias.* Diues Achemenes] *Nomen regis Perſarum, inquit Acron. Parthorum inquit Porphyrio. Herod. autem lib. 4. ſcribit Achemenem primum Perſarum regem fuiſſe: à quo poſtea omnes reges Perſiæ uſq́ ad Darium deſcenderunt, alius eodem nomine fuit Xerxis frater, ut idem oſtendit.* Mygdonias opes] *Mygdonia iuncta eſt Phrygiæ, ut docet Plin. lib. 5. cap. 33. Phrygia autem, ut ibidem inquit, Troiadi ſuperiecta eſt. Priamus uero his regionibus imperauit, unde Stra. lib. 13. ſcribit Achillis uerba fuiſſe ad Priamum huiuſmodi.* Ante tuas noramus opes, ſpatioſaq́ regna. Quæ fœlix pariter Lesbos complectitur, & quæ compræhendit Phrygiæ tellus ac Helleſpontus. Fragrantis] *Id eſt, olentia.* Flagrantia] *Id eſt, ardentia, utrumq́ enim hîc conuenit.* Aut facili ſæuitia negat] *Id artis eſt meretriciæ, quod etiam* Ouidius *de Arte lib. 3. ſic præcipit.*

» *Quod datur ex facili longum malè, nutrit amorem.*
» *Miſcenda eſt lætis rara repulſa iocis.*
Martialis item ait.
» *Galla nega ſatiatur amor ſi gaudia torpent.*
» *Sed noli nimium Galla negare diu.*

SER. MAR. HON. } *Aut pingues phrygiæ.* Aut ad Mygdonias opes] *Opes ſemper dicuntur ad magnificentiam, & diuitiæ ad uſum.*

ODE XIII. IN ARBOREM, CVIVS CASV IN AGRO SABINO PÆNE' SVPpreſſus eſt.

Ode XIII. *Dicolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.*

– – v – – – v v – v –
– – v – – – v v – v –
– – v – – – v – –
– v v – v v – v – –

ARGVMENTVM IN ODEN XIII.

Execratur arborem, quæ ſe, quum in agro Sabino ſpaciaretur, repentè delapſa penè oppreſſerat, uituperatq́ eam & conſitore, quem ſceleſtiſſimum fuiſſe putat & impijſſimum, neq́ enim à bono uiro potuiſſe ſeri tam peſtilentem arborem, additq́ grauiſſimam ſententiam, neminem ſic poſſe cauere periculum, quia ubi minimum ſuſpicabatur, periculi neceſſitatem incurrat, ſe igitur tam parum à morte abfuiſſe, ut uiſus ſit uidere apud inferos Aeacum iudicem Sapphô, & Alcæum canentes fidibus cum omnium umbrarum admiratione.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Quanquam leuiculum hoc uideatur argumentum, tamen ita rem modicam exornat, ut incerta mortalium fata, potiſſimùm hinc probet. Execratur arborem, quæ ſua ruina, penè dominum perdidiſſet. Augit rei magnitudinem petitis undiq́ locis, qui ad ſceleris indignitatem conſiderandam animos permouerit.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Execratur arborem, cuius repentino caſu, dum in agro Sabino obambularet, penè oppreſſus fuerat, multisq́ conuicijs eius conſitorem proſcindit, aſſerens, à bono uiro tam noxium lignum plantari non potuiſſe. Addit deinde præclaram ſententiam de fati neceſſitate, ſeq́ adeò morti propinquum fuiſſe dicit, ut uiſus ſit cernere ea, quæ apud inferos ſiunt.

COMMENTARIA.

ACRON.

ILLE & nefaſto] *Execratur arborẽ, cuius caſu in agro ſuo Sabino penè periclitatus eſt, funeſtam eã, & inſitorem eius dicens, & eſt ordo:* Arbor, ille quicunque produxit te, primùm in nepotum perniciem & opprobrium pagi poſuit nefaſto die & ſacrilega manu. In nepotum perniciem] *Nepotes pro poſteris poſuit.* Opprobriumq́ pagi] *Tanquàm ad totius pagi, uel ad totius regionis pertineret infamiam, ſi famoſus ager morte domini fuiſſet.* Fregiſſe] *Nouo uerbo execratus eſt parricidã.* Et penetralia] *Domus ſecreta, in quib. hoſpes fuiſſet occiſus, & fœdus hoſpitale uiolatũ, tanquã minus eſſet, ſi homicidiũ diceret perpetratũ.* Venena Colchica] *Specialẽ prouinciã poſuit pro generali crimine. Colchos enim Scythiæ ciuitas eſt, ex qua Medea fuit uenenis, & magica arte potens.* Quid quiſq́ uitet] *Sẽtentia, quæ dicit improuidas hominũ mẽtes nulla fatis obuiare cautela, nec metuere periculum, niſi cui ſit proximum, & tamẽ multos improuiſis opprimi periculis.* Nauita Boſphorum] *Aut Boſphorũ pro quolibet freto dixit: aut Panũ pro quolibet nauta. Multũ enim diuiſus eſt Pænus à Boſphoro, Boſphorus enim*

Ponti

ILLE & nefaſto te poſuit die,
Quicunq́ primum, & ſacrilega manu
Produxit, arbos, in nepotum
Perniciem, opprobriumq́ pagi.

Illum & parentis crediderim ſui
Fregiſſe ceruicem,& penetralia
Sparſiſſe nocturno cruore
Hoſpitis: ille uenena Colchica,
Et quidquid uſquam concipitur nefas,
Tractauit: agro qui ſtatuit meo,
Te triſte lignum,te caducum
In domini caput immerentis.
Quid quiſque uitet, nunquam homini ſatis
Cautum eſt in horas:nauita Boſphorum
Pœnus perhorreſcit,neq; ultra
Cæca timet aliunde fata.
Miles ſagittas,& celerem fugam
Parthi: catenas Parthus,& Italum
Robur: ſed improuiſa lethi
Vis rapuit,rapietq; genteis.
Quàm pæne furuæ regna Proſerpinæ,
Et iudicantem uidimus Aeacum,
Sedeſq; diſcretas piorum, &
Aeolijs fidibus querentem
Sapphô puellis de popularibus,
Et te ſonantem plenius aureo
Alcæe plectro dura nauis,
Dura fugæ mala,dura belli.
Vtrunq; ſacro digna ſilentio
Mirantur Vmbræ dicere: ſed magis
Pugnas,& exactos tyrannos
Denſum humeris bibit aure uulgus.
Quid mirum? ubi illis carminibus ſtupens
Demittit atras bellua centiceps
Aureis,& intorti capillis
Eumenidum recreantur angues?
Quin & Prometheus,& Pelopis parens,
Dulci laborum decipitur ſono:
Nec curat Orion leones,
Aut timidos agitare lyncas.

Ponti ſunt fauces, ubi propter anguſtias, aſsidua naufragia ſunt. Nomen autem dicitur accepiſſe, quod inde in bouem Iô mutata tráſierit. quaſi βοόσπορος. Et celerem fugam] *Fugientes enim Parthi, ſagittis uehementiores ſunt. Virg.*

» *Aut miſſam Parthi poſt terga ſagittam.*

Vis] *Violentia, inexorabilitas. Dũ quiſq; timet hoc, aut illud, rapitur ſæua morte.* Quàm penè furuæ regna Proſerpinæ] *Ac ſi diceret, paruo interſtitio retenti ſumus. Furua myſtico nomine dicebatur Proſerpina, aut furua flaua matronymicon, ut:*

» *Flaua Ceres.*

Alij uolunt furuæ nigræ poſitum, unde & furta putant dicta, quia cõmittuntur in obſcuro. Et iudicantem uidimus Aeacum] *Achillis auum, qui pro iuſtitiæ bono, etiam apud inferos iudiciũ meruiſſe perhibetur, unde & Iuuen.*

» *Quas torqueat umbras Aeacus.*

Sedeſq; piorum] *Elyſias, ut Virg.*

» *Sed amœna piorum Concilia, Elyſiumq; colo:*

Vt oſtenderet ſe penè inferos imminente, uidiſſe periculo. Diſcretas] *Id eſt, ſeparatas.* Aeolijs fidibus querẽtem Sapphô] *Sapphô poëtria de Aeolia fuit, & ea dialecto in carminibus ſuis uſa, quam chordarum ſignificatione commemorat. Querebatur autem Sapphô de puellis ſuis ciuibus, quod non amarent, quem ipſa diligebat. Ordo eſt:* Et quàm penè uidimus Sapphô Aeolijs fidibus querentem de popularibus puellis. Et te ſonantem plenius aureo Alcæe plectro] *Alcæus nomen poëtæ eſt Lyrici, à quo & metrũ Alcaicũ dictũ eſt. Ordo eſt:* Et penè uidimus te Alcæe plenius ſonantem plectro aureo dura mala nauis, & dura mala fugæ, & dura mala belli. Vtrunq;] *Aut Sapphô & Alcæum: aut fugã & pugnas, aut certè carmina quæ ſic ſancta ſunt, ut adyti alicuius putarentur digna ſecreto.* Digna ſilentio] *Id eſt, & ſuæ nauigationis mala, & fugæ, & belli, audiuit eum plenius ſonantem. Qui res bellicas & nauigationem ſuam ſcripſit, dum à Pittaco tyranno ciuitatis ſuæ pulſus eſſet, eô quòd Mitylenenſibus amorem libertatis ſuaderet, quos poſtea collecto exercitu ſuperauit.* Plenius] *Fortius.* Aureo] *Meliore: aut aureo plectro propter celebritatem carminis dixit.* Denſum humeris] *Stipatum ad audiendum pugnas compoſitas, ut:*

» *Hæret pede pes, denſusq; uiro uir.*

Ordo eſt: Sed uulgus denſum humeris magis bibit aure pugnas & exactos tyrannos. Exactos] *Aut amore libertatis expulſos tyrannos, aut facilitatem Alcæi expreſsit, ut ille carmina dulciſsima fudiſſe uideretur.* Bibit] *Auidè audit.* Bellua centiceps] *Cerberum dixit propter multitudinem anguium, qui in capite eius eminebant. Finitum numerum pro infinito poſuit, ut:*

» *Tibi nomina mille.*

Oſtendit aũt non immeritò populos delectatos, dum Cerberus carminis potuerit amœnitate mulceri. Recreãtur angues] *Delectãtur. Nam eſt animal anguis auditus capax mali & boni, ut:*

» *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*

Quin & Prometheus] *Prometheus raptor per ferulam ignis diuini, uulturis paſtũ dum carminis oblectatione teneretur oblitus eſt. Iapetus & Tantalus pro criminib. damnati, pœnarum requiem apud inferos habuiſſe, carminum delectatione à poëta firmantur. Virg.*

» *Quin ipſæ ſtupuêre domus, atq; intima lethi Tartara.*

Dulci laborum decipitur ſono] *Figura, decipitur laborum, pro eo, quod eſt fallitur in laboribus, & ſenſum laboris amittit, dum carminib. delectatur.* Nec curat Orion leones] *Orion uenator fuiſſe narratur. Huius umbram dicit uenationi carmina præferre, uigentem ibi apud inferos ſtudio, quod habuerat in uita, ut Virg.*

» *Quæ cura nitentes.*

» *Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.*

Lyncas] *Id eſt, Damas, ut:*

» *Quid Lynces Bacchi uariæ?*

PORPHYR. } Ille & nefaſto te poſuit die] *Hac Ode execratur arborem in Sabino agello ſuo, quod ſuper deambulantem ſe decidit, ac penè oppreſsit. Nefaſto autem, non faſto & abominando.* Et ſacrilega manu Produxit arbos] *Vocatiuo caſu accipe arbos, hoc eſt, ô arbos. Quaſi ad illius regionis infamiam, arborem ſuum, dominũ ait oppreſsiſſe.* Et penetralia Sparſiſſe nocturno cruore Hoſpitis] *Hoſpitis ſui penetralia cruore ſparſiſſe, hoc eſt, hoſpitẽ in domo ſua interfeciſſe.* Ille uenena Colchica] *Colchica inquit, quia Medea Colchis fuit, quã ſummã ueneficã fuiſſe hiſtoriæ Græcorũ tradunt.* Nauita Boſphorũ Pœnus perhorreſcit] *His, & quæ ſubiecta ſunt, ſignificat, unum quenq; hominũ non ferè periculũ timere, niſi cũ ei proximus ſit: Verũtamen plerunq; ex improuiſo mala inopinata interuenire atq; opprimere. In horas enim Boſphorũ Pœnus perhorreſcit. Boſphori aũt fauces ſunt Pontici maris, unde longiſsima in Africã nauigatio fit, quòd ita Pœnus nauita cũ perhorreſcat. Hunc Boſphorũ pro quolibet freto poſuit. Freta aũt anguſta maria & concitata ſunt. Omnia aũt freta à feruore dicta exiſtimantur.* Quàm penè furuæ regna Proſerpinæ] *Furua nigra ſignificat, unde furta putãt dicta, quod per nigriores aëris tenebras maximè fiant.* Sedeſq; diſcretas piorũ] *Diſcretas .i. ſeparatas. Piorũ aũt ſedes Elyſios campos dicit, quos ſeparatos aiunt à cæteris locis inferorũ.* Aeolijs fidib. querentẽ Sapphô puellis de popularib.] *Aeolijs fidib. inquit, quia Sapphô Aeolica dialecto in ſuis carminib. uſa eſt. Queritur autem Sapphô de puellis ciuib. ſuis, quod Oden non ament, quã ipſa diligebat ament.* Et te ſonantẽ plenius aureo Alcæe plectro] *Plenius inquit, ſonantẽ, quia Alcæus robuſtior eſt .i. bellicas res ſcripſit, & nauigationẽ ſuã, à tyrannis Mitylenenſib. pulſus eſt. Aureo aũt plectro, propter dignitatẽ carminis dixit.* Vtrunq;] *Ad Sapphô & ad Alcæũ refert.* Denſum humeris bibit aure uulgus] *Multitudinẽ ſignat umbrarũ ad audiendũ conuenientiũ. Bibit aũt aure, cupidiſsimè audit ſignificat.* Quid mirũ] *Senſus eſt.* Non mirandũ ſi illũ umbræ libenter audiunt, cùm Cerberus & angues Eumenidũ ſtupeãt admiratione carminis illius. Bellua centiceps] *Cerberum dicit, propter multitudinẽ anguiũ, qui ex eo emanant, centiceps rectè dicitur.* Et Pelopis parens] *Tantalus ſ.* Laborũ decipitur ſono] *Audax figura, laborũ decipere, uult enim intelligi audienti illi ſenſum laboris auferri.* Nec curat Orion] *Iam dicit Orionẽ uocari à proprijs uenãdi uoluptatib. Agitare ergo Lyncas, ac ꝑ hoc inſeq; ſignificat.*

CHRIST.

CHRIST. LAND. } Ille & nefaſto te] *Execratur arborem à qua periculum ſibi fuit: Nec putat eam ſeri potuiſſe, niſi à ſceleſtiſsimo uiro. Vituperat è ſatore, ueluti à parentibus, maioribusq́ uituperare quempiam ſolemus. Poſtremò rem riduculam ſumma grauitate exornat, oſtendens nulli mortalium ſatis eſſe certum quod caueat. Tragicèq́ inſurgit, & exemplis nititur uarijs.* Poſuit] *Plantauit. Virg.*

„ *Ponere uites.*

Nefaſto] *Pro atro & infœlici poſuit. Atri triduani dicebantur, erant enim in quolibet menſe tres poſtridie Calend. Non. & Idus menſis. Cæterum quid ſit nefaſtus dictum eſt, & Ouid.*

„ *Ille nefaſtus erit per quem tria uerba ſilentur:*

Faſtus erit per quem lege licebit agi. Produxit] *Quaſi progenuit: nam arborum quas ſerimus ueluti parentes putamus. Producere autem quandoq; in longum protrahere Virg.*

„ *Abnegabat exciſa uitam producere Troia.*

Quandoq; proſequi: ut,

„ *Nec tua funera mater Produxi.*

Quandoq; procreare Terent.

„ *Seni animam primum extinguerem ipſi, qui illud ſcelus produxit.*

Sacrilega manu] *Id eſt, ipſe ſacrilegus, quaſi nefarius. Sacrilegium autem eſt furtum rei ſacræ, aut uitium ſacræ uirgini illatum.* Opprobrium] *Infamiam & dedecus, quod proueniat ob probrũ, id eſt, propter ſcelus commiſſum.* Pagi] *Veluti ad totius regionis infamiam pertineat. Pagus autem uicus ex pluribus domibus in agro conſtans, dictus ἀπὸ τῆς πηγῆς, id eſt, à fonte, quod ex eodẽ fonte bibant omnes, qui eiuſdem ſint uici. Perſius autem Semipaganum ſe appellauit, quia non eſſet omninò paganus, quoniam non omninò potaret ex poëtico fonte, ergo metaphoricè dixit Semipoëtam: Et Chriſtiani paganos eos appellant, qui non ſunt noſtræ religionis, quaſi qui non ſint ciues Chriſtianæ reipub. ſed ruſticani.* Penetralia] *Loca magis interna, & recondita ab eo, quòd eſt penitus, id eſt, ualdè intus.* Nocturno cruore] *Id eſt, cruore ſparſo nocturno tempore: Nam qui flagitium commiſſurus eſt, latebras ſibi quærit ad ſcelus tegendum. Vehementer autem ſingulis uerbis ſcelus auget. Non enim ſolum interficit hoſpitem, quod ex ſe ingens eſt ſcelus, uerùm interficit ex inſidijs, qui nocturno tempore, fuitq́ iniuſta cædis cauſa: Nam ſi iuſta fuiſſet, non quæſiſſet latebras. Interfecit domi ſuæ: ergo ſuæ ſe fidei hoſpes commiſerat. Interfecit crudeliter, quia fudit illius cruorem, quo penetralia ſparſa ſunt quaſi repleta. Poſuit ergo duo maxima ſcelera, & eius qui parentem, & eius qui hoſpitem necaſſet, & necaſſet crudeliter: Cùm horrendum ſcelus putarent antiqui polluere iura hoſpitalitatis, quibus Iupiter* Optimus Maximus *præeſſet. Vnde Virg.*

„ *Iupiter hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.*

Colchica] *Colchis urbs eſt Ponti, quæ regio & ueneficis abundauit mulieribus, quod maximè demonſtratur per Medeam, & herbas producit ueneficijs aptas. Virg.*

„ *Has herbas, atque hæc ponto mihi lecta uenena,*

„ *Ipſa dedit Mœris, naſcuntur plurima Ponto.*

Ergo Colchica dixit, quaſi uehementiſsima, & reliquis peſtilentiora. Et quicquid] *Poſt ſpecies tranſit ad genus, ut nihil prætermittat.* Concipitur] *Plus eſt, quàm ſi dixiſſet efficitur, quia maiora poſſunt homines animo concipere, quam re perficere.* Tractauit] *Quaſi dicat ſæpiùs ac uehementiſsimè egit.* Triſte lignum] *Infœlix lignum, & propterea triſtitiam illaturum. Erant autem apud antiquos in iure pontificio notatæ arbores fœlices, atq; infœlices. Fœlices enim erant: ut Veranius ait, quercus, æſculus, ilex, ſuber, fagus, corilus, ficus alba, pirus, malus, uitis, prunus, & cornus. Infœlices uerò ex ſententia Tarquinij Priſci erant, quæ in inferorũ tutela ſunt, ut ficus atra, acrifoliũ, pirus ſyluatica, pruſcus, rubus, ſentes. Quibus arboribus prodigia mala uri oportebat. Aſſerit igitur poëta hanc eſſe unam ex infœlicibus arboribus:* Caducum] *Aptum, ut caderes, non autem caſurum: nam non ſtaret uerſus.* In domini caput *Scelus erat in quencunq; caderet, ſed maius in dominum, maximè in dominum immerentem.* Quid quiſque] *Mirum poëtæ ingenium, ut ex occaſione paruæ rei magna inſerat. Oſtendit enim quanta ſit humana imbecillitas, atq; miſeria ex ipſa inſcitia, qua ſæpe non timenda timeamus: Contra uerò nullus ſit metus ab ijs, quæ ſumma cum pernicie imminent.* Quid quiſq; uitet nunquam homini ſatis Cautum eſt] *Sententia eſt color rhetoricus. Eſt enim ſententia oratio ſumpta de uita: quæ aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in uita, breuiter oſtendit, ut illud Virg.*

„ *Vna ſalus uictis nullam ſperare ſalutem:* Lucani.

„ *Atq; arma tenenti.* Omnia dat qui iuſta negat.

Aliquando ſententia confirmatur ſubiectione rationis, hoc modo. Omnes bene uiuendi rationes in uirtute ſunt collocandæ, quoniam ſola uirtus in poteſtate noſtra eſt. *Nonnunquam etiam efferuntur ſententiæ dupliciter aut ſine ratione. Sic errant, qui in proſperis rebus omnes fortunæ impetus ſe fugiſſe putant. Sapienter autem ſtatuunt qui temporibus ſecundis caſus aduerſos reformidant. Aut cum rationibus hoc pacto. Qui adoleſcentium peccatis ignoſcendum putant falluntur. Propterea quod ætas illa, non eſt impedimento bonis ſtudijs. At ſapienter faciunt, qui errata illorum caſtigant, ut quibus uirtutibus omnem uitam tueri poſſunt, eas in ætate maturiſsima uelint comparare. Dixi latiùs de hoc colore, quoniam uehementer omne ſcriptorum genus exornat, & ut ab oratore rariùs teſte etiam Cicerone ponendus eſt, ne uiuendi præceptores in dicendo eſſe uiderentur: Sic contra à poëta ſæpiùs ponendum cenſeo, quandoquidem uitæ præcepta profiteri illum apprimè deceat.* Cautum] *Differt cautio à timore, ſed hoc commodiori loco.* Nauita] *Pro nauta per epentheſin: ſic Virg.*

„ *Nauita tum ſtellis numeros, & nomine fecit.*

Fit autem epentheſis, quotiens in dictione ſyllabam addimus, ut Iuuenalis.

„ *Qualis tunc epulas ipſum glutiſſe putamus*

„ *Induperatorem,*

Id eſt, Imperatorem. Huic contraria ſyncope eſt, per quam ſyllabam dictioni ſubtrahimus ipſam concidendo, ut cùm dicimus Deûm pro Deorum. Boſphorum] Quia illac bos portata ſit. *Dicunt enim Ion in uaccam uerſam, has anguſtias transfretaſſe: Ponti enim fauces ſunt. Habet autem Byzantium, quam hodie Conſtantinopolim uocant. Hoc mare propter anguſtias periculoſum eſt.* Pœnus] *Vt Boſphorum pro omni mari, ita Pœnum pro omni nauta. Pœni autem, id eſt, Carthaginienſes colonia ſunt Phœnicum, qui primi penè omnium mortalium nauigijs mercaturam exercuerunt.* Neq; ultra] *Scilicet, hæc pericula Boſphori timet.* Fata] *Id eſt, perniciem & exitium.* Aliunde] *Id eſt, ab alio loco.* Sagittam & celerem fugam] *Id eſt, ſagittam, quam inter fugiendum emittit.* Regna furuæ Proſerpinæ] *Id eſt, infernum cuius illa (cùm Plutoni nupſerit) regina eſt.* Furuæ] *Nigræ, unde furtũ quod in tenebris peragatur. Acron autem ait, hoc myſtico nomine Proſerpina uocari, aut furuæ, id eſt, flauæ, ut ſit ſibi patronymicon, quia Ceres mater flaua cognominatur.* Iudicantem Aeacum] *Aeacus Iouis & Æginæ filius, Pelium patrem Achillis genuit: Regnauit in Aenopia inſula, quam deinde à matris nomine Aegynam nominauit, & propter excellentem hominis iuſtitiam inferis poſt mortem iudicem datum, fabulantur poëtæ. Iuuenalis.*

„ *Quas torqueat umbras Aeacus.*

Sedes diſcretas] *Id eſt, diuiſas à ſupplicijs & à pœnis, & intelligit campos Elyſios, in quibus umbræ piorum placidè quieſcunt. Elyſios autem uocari docet. Virg.*

„ *Quamuis Elyſios miretur Græcia campos.* Et in VI.

„ *Quiſq; ſuos patimur manes exinde per amplum*

„ *Mittimur Elyſium, & pauci læta arua tenemus.*

Et in eodem lib. locum deſcribit.

„ *Deuenere locos lætos & amœna uireta,*

„ *Fortunatorum nemorum, ſedeſq; beatas.*

„ *Largior hic campos æther, & lumine ueſtit*

„ *Purpureo, ſolemq; ſuum ſua ſidera norunt.*

Secretos ergo à Tartaris ubi impij puniuntur. Aeoliis fidibus canentem] *Ponit in campis Elyſijs Sapphò & Alcæum. De quibus alibi dictũ eſt. Eſt aũt Sapphò in accuſatiuo, ut Didò in hoc uerſu.*

Et

„ *Et nomine Dido ſæpe uocaturum.*

Aeolis] *Leſbiacis: Nam Leſbius à quo inſula denominata eſt, Aeoli filius fuit.* De popularibus] *Non ſuis, ſed Phaonis: Querebatur enim impulſa zelotypia, ne à ſe amatum Phaonem ad ſe conuerterent. Dixit igitur popularibus non ſuis, ſed Phaonis, & intelligit de Siculis: Nam Phaon relicta Leſbo, & in ea Sapphô, in Siciliam patriam ſuam redierat. Hinc illud in elegia.*

„ *Hinc tibi Sicilides ueniunt noua turba puellæ.*

„ *Quid mihi cum Leſbo Sicilis eſſe uolo.*

Cæterùm popularis poſſeſsiuum eſt à populo, ut ipſe alibi.

„ *Et populares uincentem ſtrepitus & natus rebus agendis.*

Sed nonnunquam dicimus popularem, quaſi plebeium, unde dicimus ueſtem popularē, id eſt, uilem & plebeiam. Cicero in lib. Offic. Popularibus enim uerbis utendum eſt, & uſitatis cùm loquimur de opinione populari. Dicimus etiam popularem eum uirum, qui ſibi populi fauorem conciliat: Idq; non ſimplici uia fit: ſed duplici. Nam ſunt, qui populi beneuolentiam acquirunt bene de repub. ſentiendo, & ea quæ ad ſalutem, & dignitatem populi ſpectant recta cum ratione agendo. Cicero in Catilinam. Intellectum enim eſt quid intereſſet inter leuitatem concitatorum, ac animum uerè popularem. ſaluti populi conſulentē. Sunt itidem populares, qui largiendo & adulando, & alijs corruptelis populi ſibi beneuolentiam captant, cùm populus plerunq; magis, quæ placeant, quàm quæ deceant concupiſcat. Sed illi bonis artibus ad honores nituntur. Hi uerò quoniam bonæ artes deſunt, dolorem aggrediuntur: tantumq; inter utrunq; intereſt quantùm inter uerum amicum, & adulatorem. Capimus etiam popularem, pro eo qui ſit eiuſdem ſortis & fortunæ: Vnde Terentianus ſeruus, Getam itidem ſeruum popularem ſuum appellat. Plenius] *Altiori ſtylo, quam Sappho.* Alcæus] *A quo Alcaicum carmen inuentum eſt: his uerbis à Quintiliano deſcribitur. Alcæus in parta operis aureo plectro meritò donatur: Quia tyrannos inſectatus multum etiam moribus confert. In eloquendo quoq; breuis & magnificus, & diligens, plurimumq; Homero ſimilis: Sed in luſus & in amores deſcendit maioribus tamen aptior. Hæc Quintilianus. Scripſit autem res bellicas, & nauigationem, dum à Pythago tyrannos pulſus eſt, quòd Mitylenenſibus libertatem ſuaderet: Ac demum collecto exercitu tyrannum ſuperauit.* Aureo plectro] *Excellenti ſtylo. Fingit autem quod apud inferos canten.* Alcæus dura mala nauis] *Id eſt, nauigationis, & dura mala fugæ, id eſt, exilij, & dura mala belli, quod non ſine ſumma difficultate geſsit aduerſus tyrannum.* Vtrunq;] *Sententia eſt quòd umbræ, utrumq; ſcilicet, Sapphò & Alcæum mirantur, cùm dicant res, quæ ſint audiendæ.* Sacro ſilentio] *Id eſt, cū religioſa quadā attentione: uel eo ſilentio, quod in ſacris adhibebāt. Vnde eſt illud:*

„ *Animis linguiſq; fauentes.* Ordo autem ſit: *Vmbræ mirantur utrunq; dicere digna ſacro ſilentio.* Sed uulgus denſum] *Id eſt, ipſa ad audiendum conſtipata turba umbrarum magis bibit pugnas & tyrannos, id eſt, pugnas geſtàs contra tyrānos, & quia fauens poetæ uirtuti in eo bello gerendo, & quia in ſcribendo ſtylus grandior eſt.* Bibit] *Ita auidè audit, ut qui audit intimis ſenſibus reponat. Sic Propertius.*

„ *Incipe ſuſpenſis auribus iſta bibam.* Denſum] *Stipatum ad audiendum.* Vulgus] *Solum ex Latinis nominib. eſt quod per us. in ſecūda declinatione neutrius ſit generis, ad ſimilitudinē alterius nominis, quod eſt pelagus, & Græcū eſt.* Dicere] *Cātare, ut:*

„ *Dicite quandoquidem molli conſedimus herba:* Et

„ *Alternis dicetis amant alterna Camœnæ.*

Quid mirum] *Quaſi nullum mirum ſit, ſi umbræ humanæ moueantur, cùm monſtra commoueri uideamus.* Bellua centipes] *Fortaſſe Briareum intelligit, cui fuerint, 50. capita, & centū manus, totidemq; pedes, & tunc ſuperabundus à ſequentib. Acron autē intelligit de turba anguiū, qui pro capillis aſſiunt furijs.* Recreantur] *Delectentur: Nam uidetur animal capax mali & boni. Virgil.*

„ *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*

Angues intorti capillis Eumenidum recreantur] *Id eſt, qui ſunt pro capillis in capite Eumenidum intorquentur.* Prometheus] *De quo dictum eſt.* Pelopis parēs] *Tantalus.* Decipitur laborum dulci ſono] *Id eſt, deceptus à ſono, obliuiſcitur laborum.*

Nec Orion leones] *Credunt ijſdem rebus apud inferos delectari umbras, quibus uiuentes hîc delectabantur. Virgil.*

„ *Quæ gratia currum*

„ *Armorumq; fuit uelis quæ cura nitentes*

„ *Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.*

Ergo ut apud ſuperos uenationib. delectabatur Orion, ſic & nūc apud inferos delectatur. Lyncas] *In maſculino protulit. Virg. cōtra.*

„ *Quid lynces bacchi uariæ & genus acre luporum.*

Sunt autem lynces quos ceruarios lupos appellant uiſu acutiſsimo, ſed nulla memoria. Nam ſi quamuis in fame mandens forte reſpexerit tanta ſubitò obliuione inuaditur, ut digrediens alium cibum quærat. Sunt tamen qui uelint alium eſſe lyncem, alium ceruarium lupum, & lyncem dicunt urinam huius congelari, atq; areſcere, & in gemmas uerti, carbunculis ſimiles, igneoq; colore rubeſcere, uocantq; lyncurium, lynces nouerunt, inuidiaq; moti, urinam terra operiunt: At illa citiùs ſolidatur. Eſt etiam fabella Triptolemū Athenienſis à Cerere per orbem miſſum, ut mortales fruges ſerere doceret in Thraciam ad regem Lyncum uenisse: Regem autem inuidia motum, quod Triptolemus tanti muneris auctor exiſteret, hominem perdere uoluiſſe. Cererem autem & illum ſeruaſſe, & regem in hoc animal mutaſſe, ipſamq; lyncē de nomine regis appellaſſe.

ERAS. ROT.} Nefaſto te] Ἀποφράδες ἡμέραι, *id eſt, nefaſti dies, olim uocabantur inauſpicati, & quibus publica non licebat agere, unde receptum ut homines inuiſos ad deteſtandos ἀποφράδας appellarent. Apud Atticos huiuſmodi dies erant ſeptem, quibus inferiæ peragebantur, eoq; habebantur inauſpicati. Eraſmus.*

IOAN. HART.} Nefaſto die] *Græci appellant eiuſmodi dies ἀποφράδας. Cæl. lib. 14. cap. 9. Prouerb. Nefaſti dies.*

HENR. GLAR.} *Acro ſtatim ab initio ita facit ordinem: Arbor, ille quicunq; produxit te primum, in nepotum perniciē, & obproprium pagi poſuit. Ego autem ita puto ordinem eſſe: ô arbos quicunq; te primum produxit, ille poſuit te, & nefaſto die, & ſacrilega manu, in nepotum perniciem, obprobriumq; pagi, ut etiam uoluntas eius mala exprimatur, quemadmodum ſequētia indicant.* Nauita Boſphorum Pœnus perhorreſcit] *Porphyrio coniungit his uerbis quod præcedit, in horas, quaſi diceret, In horas, hoc eſt, non ſemper, ſed tum, cum periculis proximus ſit, hominem periculū timere. Quod autem nautam Pœnum ait, facit propter diſtantiā: nam ideò Pœnus magis horreſcit. Græci* Βόσπορος *ſcribunt, non* Βοσπορος *à bouis trāſitu, quaſi tam anguſtum mare, & uadoſum, ut bos tranare queat.*

HERM. FIG.} Nefaſto die] *Ominoſo & importuno tempore. Gentes olim habebant dies faſtos, in quibus omnia licebat fari, & pro arbitrio conficere. Item nefaſtos, in quibus nemini, & ne quidem Prætori licebat loqui hæc tria uerba:* DO DICO, ADDICO. *quibus olim totam Iuriſdictionem complectebantur.* DO. *uidelicet iudicium poſtulantibus.* DICO. *ſententiam poſt litem conteſtatam, & cognitam.* ADDICO *rem uictori, & exequor ſententiam, transferendo rerum dominia.* Ouidius:

„ *Ille nefaſtus erit, per quem tria uerba ſilentur,*

„ *Faſtus erit, per quem lege licebat agi.*

Sacrilega] *Impura, ſceleſta. Sunt autem Sacrilegi (ut Paulus Iuriſconſultus definit) qui publica ſacra cōpilauerunt. Apud Græcos pœna in ſacrilegos ſtatuta fuit ſæuiſsima, ut præcipitati, uel immerſi, aut combuſti, pœnas darent. Apud Romanos etiam capite puniebantur.* Parentis crediderim ſui fregiſſe ceruicem] *Hoc eſt, parricidam, & ſummæ impietatis hominem. Eſt enim parricidium immaniſsimum, & atrociſsimū ſcelus, quod olim exquiſitis tormentorum ſupplicijs, & ultimis cruciatibus puniebātur.* Et penetralia ſparſiſſe nocturno cruore hoſpitis] *Hoc eſt, crediderim hunc etiam Ius hoſpitij uiolaſſe. Erant hoſpitia priuata apud ueteres, quæ magna erat neceſsitudo. Nam teſſeram dabant hoſpitibus dimidiatam, quam quicunq; attuliſſet ad hoſpitem, continuò agnoſcebatur, & hoſpitio accipiebatur, tanquam amicus, & uetus hoſpes, ſtatimq; triclinia, cubicula, & cum penu cellæ ei inſtruebantur. Erat autem maximum & ſanctiſsimum hoſpitij ius, adeò, ut qui hoc uiolaſſet, ſceleſtiſsimus haberetur.* Ille uenena Colchica, &

quicquid] Hoc eſt, ille fuit ueneficus. Et in ſumma, quodlibet aliud tetrum ac capitale facinus admiſit, qui te diram & peſtilentem arborem in agro meo poſuit. Venena Colchica] Colchis regio eſt Aſiæ, uenenis, uenenatiſq; herbis abundans. Vnde uenena Colchica appellantur. Quid quiſq; uitet] Indicat fatum eſſe incertum, & ineuitabile, propterea quòd ex improuiſo nos opprimat, adeò, ut, dum grauius malũ fugere conamur, in diuerſum incidamus minimè opinantes. Boſphorum Pœnus perhorreſcit] Quia periculoſum eſt mare, & longius remotum. Boſphorus anguſtus eſt meatus iuxta Conſtantinopolim, per quem mare Thracium in Propontidem fluit. Sic dictus à bouis tranſitu, quòd bos tranare queat. Cæca fata] Hoc eſt, obſcura, & de improuiſo, ac inopinato uenientia. Nam mors plerunq; oſcitantes nos, & amoto iam metu, obruit. Miles ſagittas, & celerem fugam Parthi] Videlicet, perhorreſcit. Parthi enim fugientes, poſt tergum tela conijciunt, & uehementer ſequentes lædunt. Vnde Virg.

„ ——Aut miſſam Parthi poſt terga ſagittam.

Catenas Parthus] Quibus capti ligantur, uel quas deuicti hoſtes in triumpho collo geſtabant. Italum robur] Romanorum militum fortitudinem. Sed improuiſa leti uis rapuit, rapietq; gentes] Sententia eſt: Nemo hominum ſatis cognitum & perſpectum habet, quid potiſſimùm uitare debeat: multi enim certa quædam pericula metuunt, & cauent, eaq; cùm effugerint, putant ſe iam tutos & ſecuros, ſed longè errant, quia alio quopiam caſu ſubito & repentino abſumuntur, præter omnem opinionem, atq; expectationẽ. Quàm penè furuæ] Exemplo ſui probat, mortem de improuiſo homines opprimere, quòd caſu arboris, dum in agro ſuo ſecurus, nihilq; mali ſuſpicans, obambularet, fermè perierit, & ad inferos deſcenderit. Proſerpinæ] Proſerpina Iouis, & Cereris fuit filia, quæ à Plutone rapta, ad inferos eſt deducta, & eius facta coniunx. Proſerpinæ raptus apud Ouidium lib. 4. Faſtor. & lib. 5. Transfor. deſcribitur. Iudicantem Aeacum] Aeacus Iouis & Aeginæ fuit filius, autore Homero. Is Myrmidonibus populis iuſtiſſimas leges tulit, & ſecundùm eas uiuere coëgit. Quare ob ſingularem iuſtitiã, cum Minoë & Rhadamantho apud inferos defunctorum culpas excutere, & pro delictis pœnas imponere, creditus eſt. Iudicia, accuſatores, & pœnas defunctorũ, eleganter deſcribit Lucianus in Necyomantia. Sedeſq; diſcretas piorum] Beatorum locum apud inferos, Elyſium campum nomine, intelligit. Virg. in 6.

„ ——Exinde per amplum
„ Mittimur Elyſium, & pauci læta arua tenemus. Idem:
„ Deuenêre locos lætos, & amœna uireta
„ Fortunatorum nemorum, ſedeſq; beatas.

Alij hunc locum apud Inſulas μακάρων, quas fortunatas Latini dicunt, eſſe uolunt. Campum hunc ualde iucundè, & copioſè deſcribit Lucianus in Veris narrationibus. Sapphô] Puella Leſbia Lyrica, floruit temporibus Alcæi & Steſichori Poëtarum, circiter annum mundi, 4 5 8 7. Scripſit Lyricorum libros 9. Præterea Epigrammata, Elegias, & Iambos. Puellis de popularibus] Hoc eſt, de puellis Siculis, quæ erant populares Phaonis ab ea adamati. De his igitur conquerebatur, quòd Phaonem à ſe profugũ in amorem ſui pertraxiſſent. Vnde apud Ouidium ſic ſcribit:

„ Nunc tibi Sicelides ueniunt noua præda puellæ,
„ Quid mihi cum Leſbo? Sicelis eſſe uolo.

Cæterùm populares dicuntur, qui ſunt ex eodem populo amici. Vel (ut Donatus annotauit) eiuſdẽ cõditionis, gentiſq;. Terent. in Phor.

„ Amicus ſummus meus, & popularis Geta.

Et popularis, populo amatus. Et popularis, ciuis. Et popularis, humilis Et popularis, uilis, è populoq; factus. Plenius] Grandiùs, fortiùs, perfectiuſq; quàm Sapphô. Quod ipſa etiam fatetur apud Ouidium his uerbis:

„ Nec plus Alcæus conſors, patriæq; lyræq;
„ Laudis habet, quamuis grandius ille ſonet.

Aureo Alcæe plectro] Alcæus Leſbius quoq; fuit, in ſcribendis Lyricis apud Græcos clariſſimus. De quo Fabius in 10. ita refert: Alcæus in parte operis aureo plectro meritò donatur, qua tyrãnos inſectatus. Multum etiam moribus confert, in eloquendo quoq; breuis, magnificus, & diligens. Hunc fingit hoc loco, apud inferos mala nauigationis, exilij & belli, quo Pyttacum tyrannum ſuperauit, canere. Vtrunq;] Hoc eſt, Sapphô, & Alcæum. Sacro digna ſilentio] Hoc eſt, uenerabili, & religioſa attentione. Quicquid enim ingens ac præclarum haberi uolebant ueteres, hoc ἱερόν, appellabant. Sed magis pugnas, & exactos tyrannos] Vulgus umbrarum libentiùs, attentiuſq; audit Alcæum canẽtem prælia, & eiectos tyrannos, quia iniquiſſimo animo tyrannos, tanquam libertatis ereptores, fert, ſemperq; extinctos cupit. Quid mirũ, ubi illis] Argumento ex maiore ad minus probat, mirum nõ eſſe, quòd umbrarum turba ſitienter auſcultauerit, cùm & Cerberus, & Furiæ hiſce carminibus delectatæ ſint. Demittit atras aures] Audire dignatur: Aliàs demittere aures, eſt animo eſſe deiecto, & ægro, & ſpe fruſtratum eſſe. Horatius:

„ Demitto auriculas, ut iniquæ mentis aſellus,
„ Quum grauius dorſo ſubijt onus.

Bellua centiceps] Cerberum intelligit, cui centum capita tribuit propter colubros, quos multos in capite pro pilis habet. Eſt autem Cerberus canis triceps, ianitor inferorũ. Sic appellatus quaſi κρεοβόρος, hoc eſt, carnem uorans, eò quòd à terra, quam per Cerberum quidam intelligunt, hominum cadauera deuorentur. De quo Seneca in tragœdia Herculis furentis:

„ Hic ſæuus umbras territat Stygius canis,
„ Qui terna uaſto capita concutiens ſono
„ Regnum tuetur, ſordidum tabo caput
„ Lambunt colubri, uiperis horrent iubæ,
„ Longuſq; torta ſibilat cauda draco.
„ Par ira formæ.—— Item Virg. in 6. Aeneid.
„ Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
„ Perſonat, aduerſo recubans immanis in antro,
„ Cui uates horrere uidens iam colla colubris,
„ Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam
„ Obijcit: ille fame rabida tria guttura pandens
„ Corripit obiectam.

Et intorti capillis, &c.] Furiarum quoq; ſerpentes illis uerſibus delectatos fuiſſe dicit. Fuerunt autem Furiæ tres: Alecto, Tiſiphone, Megæra, Acherontis & Noctis filiæ, pro crinibus habentes angues. Vnde Ouid. lib. 4. Transfor.

„ Nocte uocat genitas, graue & implacabile numen.
„ Carceris ante fores clauſas adamante ſedebant,
„ Deq; ſuis angues pectebant crinibus atros.

Et paulò pòſt de Tiſiphone ait:

„ Nexaq; uiperijs diſtendens brachia nodis,
„ Cæſariem excuſſit, motæ ſonuêre colubræ.
„ Parsq; iacent humeris, pars circum pectora lapſæ
„ Sibila dant, ſaniemq; uomunt, linguiſq; coruſcant.

Hæ etiam εὐμενίδες uocantur, puto per antiphraſim, quòd animũ nunquam quietum & placidum eſſe ſinant. εὐμενὴς enim Græcis dicitur placidus. De Furiarum ſignificatione, & totius fabulæ Mythologia, pulcherrimus eſt locus apud Ciceronem in oratione pro Roſcio Amerino: Nolite enim putare, (ait) quemadmodum in fabulis ſæpenumerò uidetis, eos qui aliquid impiè, ſceleratèq; commiſerunt, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quenq; fraus, & ſuus terror maximè uexat: ſuum quenq; ſcelus agitat, amentiaq; afficit, ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæq; animi terrent, hæ ſunt impijs aſſiduæ, domeſticæq; furiæ. Et de legibus inquit: Furiæ agitant, & inſectantur impios non ardentibus tædis, ſicut in fabulis, ſed angore conſcientiæ, & fraudis cruciatu. Similis etiã ſententia eſt in L. Piſonem. Ex quibus locis facilè cognoſci poteſt, Furias nihil aliud eſſe, quàm uehementiores animi affectus, & perturbationes, quæ hominem ſedulò agitant, de ſanitate & mente deturbant, neq; quieſcere, aut conſiſtere uſquam patiuntur. Id quod etiã ipſarum nomina ſignificare uelle uidentur. Nam Alecto inquietudo eſt, ἀπὸ τοῦ λήγειν, hoc eſt, quieſcere, & α, priuatiua particula. Tiſiphone ultio, ſeu uindicta, à τίειν, & φόνος. Megæra odium, à μεγαίρω. Huc pertinet locus apud Lucretium lib. 3.

„ ——At mens ſibi conſcia facti
„ Præmetuens adhibet ſtimulos, torretq; flagellis.
„ Nec uidet in terra, qui terminus eſſe malorum
„ Poſſit, nec quæ ſit pœnarum deniq; finis.

Quia

Quin & Prometheus] *Prometheus apud inferos ea plectitur pœna, ut aquila cor eius perpetuò exedat. De quo lib. 1. Ode 3. plura diximus. Cæterùm* προμηθής, *Græcis dicitur is, cui antequã rem aggrediatur, ſuppetit conſilium,* προμηθεύεσθαι, *conſilio malis imminentibus occurrere.* Pelopis parens] *Tantalus Iouis fuit filius, rex Phrygiæ. Hic cùm dijs hoſpitio ſuſceptis, Pelopem filium coctum comedendum appoſuiſſet, & Deorũ ſecreta (ut refert Diodorus) effutiſſet, ad inferos deiectus eſt, ubi maximo afficitur ſupplicio. Nam mento ſummam aquam attingens, ſiti enecatur, & pomis ad os dependentibus, perpetua fame torquetur. Ouidius libro 4. Transformat.*

„ *——Tibi Tantale nullæ*
„ *Deprenduntur aquæ, quæq; imminet effugit arbor.*

Hac pœna omnes auari & tenaces conſtringuntur, qui magnas inter opes ſunt pauperes, & ſordidi, quia partis bonis propter auiditatẽ uti non audent. Id quod etiã elegãter dicit Horat. lib. 1. Sat. 1.

„ *Tantalus à labris ſitiens fugientia captat*
„ *Flumina. Quid rides? mutato nomine de te*
„ *Fabula narratur, congeſtis undiq; ſaccis*
„ *Indormis inhians, & tanquam parcere ſacris*
„ *Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.*

Dulci laborum decipitur ſono] *Græca eſt figura. Eſt autem ſenſus: Dulci carminis ſono permulſus laborum obliuiſcitur. Similis locus eſt apud Ouid. lib. 10. Transform. de Orpheo apud inferos canente.* Nec curat Orion leones] *Hoc eſt, Orion quoq; cantus dulcedine delectatus, non inſectatur feras. Nam fingunt Poëtæ, eiſdem laboribus & ſtudijs defunctos apud inferos occupatos eſſe, in quibus uiui exercebantur. Ouid lib. 4. Transform.*

„ *Errant exangues ſine corpore & oſsibus umbræ,*
„ *Parsq; forum celebrant, pars imi tecta tyranni,*
„ *Pars aliquas artes antiquæ imitamina uitæ*
„ *Exercent: aliam partem ſua pœna coërcet.*

Item Virgilius lib. 6. Aeneid.

„ *—— Quæ gratia currûm*
„ *Armorumq; fuit uiuis, quæ cura nitentes*
„ *Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.*

Porrò Orion ab urina, ex qua natus eſt, dicitur quaſi οὐρίων. *Nam* οὐρεῖν, *ſignificat urinam emittere. Hic ualdè ſtrenuus fuit uenator, & cùm Dianam de ſtupro interpellaſſet, & comprimere uellet, ab ea ſagitta eſt interfectus, teſte Horatio lib. 3. Ode 4. dum dicit:*

„ *——Notus & integræ*
„ *Tentatur Orion Dianæ,*
„ *Virginea domitus ſagitta.*

Quomodo autem ex Iouis urina ſine matre natus ſit, multis uerſibus deſcribit Ouid. lib. 5. Faſt. Lynces] *Eſt inter animalia ex luporum ceruariorum genere, quod Lynx uocatur, maculoſo tergore. De quo Virgilius:*

„ *——Maculoſæ tegmine Lyncis.*

Eadem linguam ſerpentium ſimilem in magnam longitudinem porrigit. Collum circumagit in aduerſum, ungues et grandes, ceu gracculis. Lyncum humor redditus, ubi gignuntur, glaciatur, areſcitue in gemmas, carbunculis ſimiles, & igneo colore fulgentes, Lyncuriũ uocatas, atq; ob id ſuccino à plerisq; ita generari prodito. Nouere hoc, ſciuntq; Lynces, & inuidentes urinam terra operiunt, eóq; celerius ſolidatur illa. Hæc Plin. li. 8. ca. 38. Et adſtipulatur Ouid.

„ *E quibus, ut memorant, quicquid ueſica remiſit,*
„ *Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto.*

Quamuis Plin. lib. 37. cap. 3. falſum id totum arbitretur, nec uiſam gemmam ullam ea appellatione ſuo æuo dicat.

THEOD. PVLM. } 8 Colchica] Colcha, G. 14 Boſporum] *Boſporus anguſtus eſt meatus iuxta Byzantiũ, per quem mare Thracium in Propontidem fluit, à bouis tranſitu dictus, quòd bos tranare queat.* βοῦς *enim bos eſt, &* πόρος, *tranſitus, meatus,* ἀπὸ τοῦ πείρω, *uel* περῶ, *quod tranſeo ſignificat.*

33 Diſcretas] *B. quo modo & H. in interſtitio. deſcriptas, H. G.E.* 34 Demittit atras bellua centiceps Aureis] *Id eſt, demulcet aures. Lactantius:* Et tamen uidemus in alijs animantibus quædam ſigna lætitię, cùm ad luſum geſtiunt, aures demulcent, rictum contrahunt, frontem ſerenant, oculos in laſciuiam reſoluunt *Turneb. lib. 21. cap. 22.* 38 Dulci laborum decipitur ſono] *Non credo accipiendum eſſe ut uulgò auditur: ſed decipitur dulci ſono laborum Alcæi: ac decipitur erit* λανθάνεται, *nõ ſentit ærumnas, non ſentit pœnas, legi in duobus optimis libris,* Dulci laborem decipitur ſono, *ut ſit Græcanica locutio, decipitur laborem,* τὸν πόνον λανθάνεται, *atq; ita Porphyrion uidetur legiſſe. Turneb. lib. 10. cap. 21.* Laborum, *G.E.B.* Laborem *H.* 40 Timidos] Timidas, *Lambini codex unus.*

ANTON. MVRET. } 38 Dulci laborum decipitur ſono] *Non dubium eſt, quin hoc loco reſpexerit ad uariam ſignificationem uerbi* λανθάνειν, *ut & alibi,*

„ *Nec uixit malè, qui natus moriensq; fefellit.*

Ibi enim, fefellit, eſt ἔλαθε *& alibi,*

„ *—— Fallentis ſemita uitæ.*

GEORG. FABR. } *Hæc Oda generis iudicialis eſt parte prima, quia deteſtatur arborem ruris ſui in Sabinis, & mortẽ eſſe incertam docet. Parte altera demonſtrationem continet, quia laudat Sapphonem & Alcæũ. Tota eſt oratoria & artificioſa, nam cùm materiam haberet anguſtam, in campum eam latiſsimũ producit, & tractatione loci communis per digreſsionem ſplendidè amplificat.* Sedeſq; diſcretas piorum] *Alij legũt, deſcriptas, id eſt, diuiſas, diſtributas: lectionem uulgatam ſequuntur interpretes, &* diſcretas *exponunt, ſeparatas.*

IOD. BAD. ASCENS } Ille & nefaſto] *Graphicè execratus arborem & eius ſatorem, cuius caſu ferè oppreſſus fuerat, docet uitæ humanæ incertitudinem, cùm nemo ſatis circumſpectus ſit, ad inopinata pericula, ac fata euitanda, cum parum abfuerit, quin ipſe inferos uiſerit, ubi poëtarum cœtui additus Sapphûs atq; Alcæi, qui, quæ in uita cecinerunt, cum omni ſtupore apud inferos iterant cantica audiuiſſet, quibus etiam damnatorũ ceſſant tormenta, & cæterorum ſtudia, cùm tamen dicat Maro in 6.*

„ *—— Quæ gratia currûm*
„ *Armorumq; fuit uiuis, quæ cura nitentis*
„ *Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.*

Ordo *eſt.* O arbos ille quicunq; produxit primum te in perniciem nepotum] *Id eſt, poſt ſe uenturorum &* In opprobriũ] *Id eſt, execrationem & contumeliam* Pagi] *Id eſt, uici in agro.* Poſuit te & die nefaſto] *Id eſt, abominando.* Et manu ſacrilega] *Id eſt, quæ ſacra ſurripuerat aut uiolauerat.* Ego crediderim illum] *Scilicet, qui arborem produxit* Et] *Id eſt, ſimul.* Fregiſſe ceruicem] *Id eſt, collum, à parte totum aut reuera ceruicem, quaſi à tergo per inſidias.* Parentis] *Id eſt patris aut matris.* Et] *Id eſt, ſimul ſparſiſſe* Penetralia] *Id eſt, ſecretiſsima domus cruore hoſpitis* Nocturno] *Id eſt, noctu effuſo, ille tractauit ſcilicet, manu ſacrilega.* Venena Colchica] *Id eſt quæ plurima ſunt apud Colchos, ubi & Medea ſumma uenefica nata, &* Quicquid nefas] *Id eſt, nefandum.* Concipitur] *Scilicet, animo* Vſquã] *Id eſt, ubiuis gentium, ille dicit.* Qui ſtatuit] *Id eſt, plantauit.* Te in agro meo] *Te lignum triſte, te lignum caducum, id eſt, quod cadere poſsis in caput* Domini] *Scilicet, tui: hoc eſt in caput meũ* Immerentis] *Id eſt, qui non merueram, id de te. Nunquam eſt ſatis* Cautum] *Id eſt, proſpectum homini, in* Horas] *Id eſt, per ſingulas horas.* Quod quiſq; uitet] *Id eſt, uitare debeat.* Neſcio ta Pœnus] *Id eſt, Punicus* Perhorreſcit] *Id eſt, multum horreſcit.* Boſphorum] *Id eſt, anguſtũ quoduis mare, ubi nauis facilè in ſcopulos pellatur, ut in Boſphoro Thracio, & Cymmerio.* Neq; timet ultra] *Id eſt, præter ſubmerſionem, aut naufragium.* Fata cæca] *Id eſt, improuiſa, & quæ uideri non poſſunt.* Aliunde] *Scilicet, prouenientia.* Miles] *Scilicet, Romanus præſertim pedes.* Perhorreſcit ſagittam Parthi & celerem fugam] *Id eſt, per celerem fugam illatam: ita ut non ſit facultas ulciſcendi & cominus pugnandi, alioqui non timeret eum, ſed fuga ſimulata illudit Parthus, unde Maro.*

„ *Fidentemq; fuga Parthum.*

Et Parthus perhorreſcit ſolum cathenas] *Id eſt, uincula &* Robur Italum] *Id eſt, uires Italicas, ob quas congredi non audet.*

Sed uis] *Id eſt, uiolentia.* Leth] *Id eſt, mortis.* Improuiſa] *Id eſt, inopinata.* Rapuit] *Et rapiet gentes.* Quam] *Id eſt, quantum.* Pene] *Id eſt, quaſi.* Vidimus] *Id eſt, ſi arbore oppreſſus fuiſſem, uidiſſem regna Proſerpinæ uxoris Plutonis.* Furuæ] *Id eſt, Nigræ.* Et Aeacum] *Filium Iouis iudicantem, ſcilicet apud inferos.* Et ſedes piorum diſcretas] *Scilicet, ab impiorum ſedibus.* Et Sapphô] *Puellam Leſbia.* Querentem] *Id eſt, cõquerentem.* Fidibus] *Id eſt, cythara.* Aeolijs] *Id eſt, Leſbica.* De puellis popularibus] *Id eſt, eiuſdem populi, hoc eſt, etiam Leſbicis, quas impatienter amauerat, in uita &* Te ô Alcæe] Qui etiã *Leſbicus erat.* Sonantem pleniùs] *Id eſt, grauiore & neruoſiore carmine plectro aureo, quò propter artem donatus erat.* Dura mala] *Id eſt, incommoda.* Nauis] *Id eſt, nauigationis.* Et dura mala fugæ] Quam turpiter commiſiſſe plangit, *& dura mala belli, ob quod & fugam, & naufragium paſſus eſt.* Vtrumque] Ordo *eſt.* Vmbræ] *Id eſt, manes, mirantur utrunq; ſcilicet tam Sapphô, qui Alcæum dicere.* Digna ſilentio] *Id eſt, ob quæ dum dicuntur ſilentium fiat.* Sed magis denſum humeris] *Id eſt, ſtipatum & frequens ad humeros Alcæi, miratur magis pugnas & tyrãnos exactos, quæ res ab Alcæo dicuntur.* Quid mirum ubi illis carminibus ſtupens demittit atras bellua centiceps] *Id eſt, Cerberus habens caput cẽtenis capitibus anguiũ implicitũ.* Demittit] Quod placati animi. Iudicium est aures] *Id eſt, auriculas atras, quia infernales, ſtupens illis carminibus.* Et angues intorti capillis Eumenidum] *Id eſt, Furiarũ recreantur illis carminibus.* Quin & Prometheus] *Aeterno uulture cruciatus.* Et pater Pelopis] *Id eſt, Tantalus ſiti & fame laborans.* Decipitur] *Id eſt, capit obliuionem laborum.* Dulci ſono] *Nec Orion licet uenator curat agitare leones, aut lyncas timidas.*

ANTON. MANCIN.] *Oppreſſus arbore decidẽte Horatius, quæ ſuo in pago Sabino fuerat, deteſtatur hic eius conſitorem, oſtendit poſtea nunquam ſatis eſſe hominibus cautum ad euitanda pericula. Mors enim improuiſa rapuit, rapietq; gentes: ſcribit inde ſe penè inferos adijſſe, uidiſſeq; Aeacum iudicantem. Sappho quoq; atq; Alcæum fidibus canentes, quæ omnia maximè mirabantur umbræ.* Ille & nefaſto te poſuit die] *Ode eſt ſimilis 9. lib. 1. Ille & nefaſto.* Ordo eſt. O arbos, ille quicunque primum te produxit in nepotum perniciẽ, opprobriumque pagi poſuit, & nefaſto die & manu ſacrilega. Nefaſto die] *Non faſto: ſed abominando. Erant autem dies faſti, quibus licebat ſine piaculo fari prætori tria uerba ſolennia.* Do, dico, addico *nefaſti uerò, quibus eis fari ius non erat, & ſi fati fuiſſent piaculum faciebant. Auctor eſt Var. diximus & plura ſuperiùs.* Sacrilega manu] *Id eſt, peſſima, ſceleratiſſima, ſacrilegus enim propriè dicitur, qui ſacra legit. id eſt, furatur.* Perniciem] *Exitium & necem.* Opprobrium] *Crimen, dedecus, & infamiam. Propter domini oppreſſionem arboris caſu.* Pagi] *Pagus uilla dicitur* πηγῆς, *quod eſt fons, ut Feſtus ait.* Penetralia] *Penetrale eſt propriè omnis interior pars domus, ut Seruius 2. Aeneid. ait.* Venena Colchica] *Verſus eſt Hypermeter: ſcanditur igitur cum ſequenti, in Ponto aut ubi Colchi ſunt prouentus eſt malorum graminũ: Idem uerò Epodo penultimo ait.*

,, *Cales ueneni officina Colchicis.*

De quibus latiùs dictum eſt in Epodo 5. Quod quiſque uitet] *Oſtendit nunquam ſatis cautum eſſe poſſe hominibus improuiſæ mortis ſæuitia, & ſatorũ caſu imminẽti.* In horas] *Id eſt, hora quaq;.* Boſphorũ] *Duplex eſt Boſphorus, Thracius & Chymerius, eſt autem anguſtum mare, quo Io in bouem mutata, enatauit conſilio Iunonis, inde ſic appellatum. Dionyſius & Mela ſcribunt.* Pœnus nauita] *Hunc pro quocunq; poſuit:* Eſt autem ſenſus, quòd multi timent loca tantum periculoſa, quibus præteritis putant ſe tutos. Sed decipiuntur, fata enim obſtant, & ubi non credunt illic opprimuntur. Quàm penè furuæ] *Indicat ſe penè inferos adijſſe, uidiſſeq; Aeacon iudicantem. Sapphô & Alcæum fidibus canentes.* Furuæ] *Id eſt, nigræ.* Aeacum] *Fuit is Iouis filius, quem apud inferos bonorum ac malorum iudicem ferunt fabulæ. Hinc ait Ouid. in Ibin.*

,, *Noxia mille modis lacerabitur umbra tuaq;,*
,, *Aeacus in Pœnas ingenioſus erit.*

Latius tamen diximus circa principium Iuuenalis. Socrates autem in Gorgia Platonis refert, Iouem hæc dixiſſe Plutoni. Ego igitur conſtitui iam meos filios iudices. Duos quidem ex Aſia Minoem uidelicet & Rhadamanthum, unum uerò ex Europa Aeacum. Hi ergo poſtquam mortui fuerint, iudicabunt in prato quodam, ibiq; in Triuio ex quo geminæ portant uiæ. Altera quidem ad Tartarum, altera uerò ad inſulas Beatorum. Et Aſiaticos Rhadamanthus, eos uerò qui ab Europa uenient, Aeacus iudicabit. Minoi autem id muneris iniungam, ut ipſe diiudicet, ſiquid ambiguum fuerit, ut iuſtiſſimè procedat iudicium, recteq; fiat tranſmiſſio animorum. Hæc ille, ubi legitur etiam, quòd uterq; ipſorum uirgam tenet dum iudicat. Minos autem conſiderans, ſedet ſolus aureum habens ſceptrum. Sedes piorum] *Elyſium intelligit, quas Beatorũ inſulas ſuperiùs appellari oſtendimus.* Aeolijs fidibus] *Id eſt, Leſbijs. nam ut ſcribit Dionyſius Aeolidum inſularum rupes Leſbos eſt & Tenedos. Vtq; Strab. docet lib. 13. Aeolica regio ingens erat & Troiæ adiuncta.* Popularibus] *Id eſt, eiuſdem populi ipſius Sapphus, ait enim ipſa ad Phaonem ſcribens.*

,, *Leſbides infamem quæ me feciſtis amare*
,, *Deſinite ad cytharas turba uenire meas.*

De illis ergo conquerebatur, ut hic Sapphô, amauerat autem impudicè ut aiunt Thelesippam. Megaram, Atthidem] *Qui aliter exponuère querentem non procedit.* Alcæe] *Alcæus in parte operis aureo plectro meritò donatur, quia tyrannos inſectatus, multum etiam moribus confert. Auctor eſt Fabius libro 10. Plinius.* Sapphô] *etiam inquit.*

,, *Nec plus Alcæus conſors patriæq;, Lyræq;,*
,, *Laudis habet, quamuis grandiùs ille ſonet.*

Dura nauis] *Alcæus militiam exercuit, uictus tandem, aufugit demiſſis armis, quam rem carmini mandatam in Mytilene repoſuit. latiùs tamen uideto in Ode 32. libro 1.* Dura nauis] *Repete dura mala nauis.*

,, *Dura mala fugæ, dura mala belli.*

Bibit aure] *Auide audit.* Bellua centiceps] *Cerberum intelligit. Cerberus autem dicitur quaſi* κρεοβόρος. *id eſt, carnem edens. nam* κρέας *caro eſt,* βορὸς *edens, de hoc Seneca in Hercule furente ait. Poſt hæc auari ditis apparet domus, hic ſæuus umbras territat ſtygius canis, qui terna uaſto capita concutiens ſono, regnum tuetur, ſordidum tabo caput lambunt colubræ, uiperis horrent iubæ, longiorq; torta ſibilat cauda draco par ira formæ, &c.* Centiceps] *Id dicit propter colubres & uiperas caput tenentes.* Eumenidũ] *Eumenides per antiphraſin appellantur tres infernæ furiæ. Alecto, Theſiphone, & Megæra, mites enim interpretantur, de ijs uerò latiùs lib. 1. Georg. Et in carmine de Floribus.* Prometheus] *De hoc latè lib. 1. uideto.* Pelopis parens] *Id eſt, Tantalus, de quo ſuperiùs multa. Et Ouid. lib. 2. de Amorib. inquit,*

,, Quærit aquas in aquis & poma fugacia captat
,, *Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.*

Nec curat Orion leones] *Voluit poëtæ idem ſtudium apud inferos quoq; quemq; ſectari. Vnde Virg. lib. 6. ait.*

,, *Quæ gratia currum, ——*
,, *Armorumq; fuit uiuis, quæ cura nitentis*
,, *Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.*

De Orione uerò legito lib. 1. Lyncas] *Lynx animal eſt maculoſum. Virg. lib. 3. Georg.*

,, Quid lynces Bacchi uariæ.

In Aethiopia uulgò naſcuntur, ut ſcribit Plinius lib. 8. qui etiam libro 28. capite 18. inquit peregrinæ ſunt Lynces, quæ clariſſimè omnium quadrupedum cernunt.

ODE

ODE XIIII. AD POSTHVMVM.

Ode XIIII. Dicolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

— — ∪ — — — ∪∪ — ∪ —
— — ∪ — — — ∪∪ — ∪∪
— — ∪ — — — ∪ — —
— ∪∪ — ∪∪ — ∪ — —

ARGVMENTVM IN ODEN XIIII.

Commonet Poſthumum hominem parcum & diuitem, ne nimium intentus rei faciendæ genium defraudet, momentaneam enim eſſe hanc uitam caducam, ſatis eſſe quæſitis frui, quum ſemel moriendum ſit omnibus: & dulciſſima quæq; relinquenda, idq; hæredi nonnunquam prodigo & ingrato, quamlibet magno labore parta.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Omnia morti eſſe ſubiecta, hoc carmen demonſtrat. Sententia eſt generalis, neminem unquam tam fuiſſe pium, tam iuſtum, qui præſcriptum mortis terminum effugerit.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Monet Poſthumum, uirum tenacem, ac auarum, uitam hominis eſſe breuiſſimam, nec pietatem quenquam à ſenectute, aut morte liberare, ſed omnibus ſimul moriendum, & unicuiq; certum uitæ terminum conſtitutum: itaq; ſtulidum, mortis pericula metuere, & bonis, magno labore quæſitis, non frui, cùm omnia ſint relinquenda, & ad prodigum, nec non ingratum hæredem plerunque peruentura.

COMMENTARIA.

EHEV fugaces Poſthume Poſthume
Labuntur anni, nec pietas moram
Rugis, & inſtanti ſenectæ
Afferet, indomitæq; morti:
Non ſi trecenis, quotquot eunt dies,
Amice places illachrymabilem
Plutona tauris: qui ter amplum
Geryonem, Tityonq; triſti
COMPESCIT unda, ſcilicet omnibus,
Quicunq; terræ munere ueſcimur,
Enauiganda, SIVE reges,
SIVE inopes erimus coloni.
Fruſtrà cruento Marte carebimus,
Fractisq; rauci fluctibus Adriæ.
Fruſtra per autumnos nocentem
Corporibus metuemus Auſtrum.
Viſendus ater flumine languido
Cocytus errans, & Danai genus
Infame, damnatusq; longi
Siſyphus Aeolides laboris.
LINQVENDA tellus, & domus, & placens
Vxor: neq; harum, quas colis, arborum
Te præter inuiſas cupreſſos,
VLLA breuem dominum ſequetur.
Abſumet hæres Cæcuba dignior,
Seruata centum clauibus: & mero
Tinget pauimentum ſuperbo
Pontificum potiore cœnis.

ACRON.

EHEV fugaces] *Præmiſſo doloris affectu ad Poſthumum, queritur de uitæ breuitate, quòd nullus iuſtitia, uel pietate mortem poſſit euadere nec imminentem horam mora, quantacunq; differre, & dicit ſuperuacue timeri, quod non poteſt euitari.* Indomitæq; morti] *Quaſi ferociſſimæ, à qua nemo exoret indulgentiam, ſicut & illachrymabilem ſubiūgit Plutonē.* Trecenis quotquot eunt dies] *Per menſes ſingulos, id eſt, quotidie. Dixit autem eunt, pro mortalitatis dolore, quaſi fluunt & pereūt.* Illachrymabilem] *Durum, impla cabilem, qui nulla hoſtia, nec ſi diuina ſit placari poſſit. Dicit tamen præſentia pericula magnopere homines uitare cupere, cùm nulla ratione poſſunt mortem uitare.*
Qui ter amplum Geryonē] *Hoc eſt, trino corpore mōſtruoſum, quē Hercules interemit. Virg.*

» *Laurentia poſtquàm Geryone*
extincto
» *Tyrinthius attigit arua.*
Et,
» *Tergemini nece Geryonis.*

Ordo eſt: Qui cōpeſcit ter amplum Geryonem, & Tityon triſti unda, id eſt, inferna omnibus ſcilicet enauiganda, quicunq; ueſcimur terræ munere, ſiue erimus reges, ſiue erimus inopes coloni. Enauiganda] *Id eſt, moriendum eſt, ut:*

» *Nauita ſed triſtis nunc hos,*
nunc accipit illos.

Inopes] *Pauperes, quaſi præter opes dicti.* Coloni] *Optimè dixit, quaſi nil proprium habentes, ſed temporales terræ cultores.*
Fruſtrà cruento Marte carebimus] *Hoc eſt, fruſtrà uitamus pugnas, & nauigationes, & peſtiferum timemus autumnum, cùm neceſſe ſit omnibus mori.* Fractisq;] *Tempeſtuoſis. Virgilius:*

» *Quibus omnibus ab alto*
» *Frangitur, inq; ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.*

Vnde & raucum ſonum fracta reddit unda in ſcopulis. Rauci] *Tempeſtuoſi, ſonori, ut Virg.*

» *Tum rauca aſſiduo longè ſale ſaxa ſonabant.*

Metuemus Auſtrum] *Auſtro enim flante, morbi generantur autumno. Vnde & Iuuenalis:*

» *Iam lethifero cedente pruinis*
autumno.

Viſendus ater] *Id eſt, uidebimus ergo damnatorum umbras, quas uidentes beati prætereunt, aut quibus ſcelerati iunguntur.* Languido] *Triſti uel deformi, pigro, ut:*

» *Triſtiq; palus innabilis unda.*

Cocytus errans] *Flexuoſus, ut:*

» *Cocytusq; ſinu labens circumfluit atro.*

Infame] *Famoſum à facti crimine. Danai enim filiæ una nocte iuſſu patris occiderunt maritos, unde Virgil.*

» *Vna ſub nocte iugali*
» *Cæſa manus iuuenum.*

Vnde pro ultione commiſſi criminis apud inferos urnis fractis aquā inde feſſæ perhibentur haurire.
Damnatusq; longi Siſyphus Aeolides laboris] *Damnatus laboris dixit, ut: Damnatus capitis, uel iniuriarum. Hæc autem manere pœna apud inferos Siſyphum dicitur, ut ſaxum contra montis uerticem uoluat, quo ſemper relapſo, finem nunquam mereatur laboris. de quo Virgil.*

» *Saxum ingens uoluunt alij.*

Pro hoc tamen flagitio tali pœna percuſſus eſt, quia Aeginam Aſopi filiam Iupiter adamauit, eamq; cuſtodiæ patris furtim ſurripuit, &

factum Siſypho confeſſus eſt, ille humana leuitate, quærenti eam patri prodidit, hinc tali apud inferos pœna damnatus eſt. Linquenda] *A' morientibus, ſcilicet, quia etiam dulces relinquunt affectus.* Neq; harum] *Ordo eſt: Neq; ulla arborum harum, quas colis ſequetur te breuem dominum, præter inuiſas cupreſſos, id eſt, rogis & luctibus conſecratas. Virgil.*

„ *——Et ferales antè cupreſſos*
„ *Conſtituunt.——*

Breuem dominum] *Id eſt, parui temporis. Vt, Breue lilium.* Abſumet hæres] *Hæc cũ inuectione dicũtur in eos, qui nimia parſimonia cõſeruant, quæ prodigi hæredes abſumunt. Iuuenal.*

„ *Vt locuples moriatur egens.*

Mero tinguet pauimentum ſuperbo] *Solum promptuarij, hoc eſt, perfundet pauimentum negligens hæres uino, deorum conuiuijs digno.* Superbo] *Pro ipſe ſuperbus. Hypallage figura.*

PORPHYR. } Eheu fugaces Poſthume Poſthume Labuntur anni] *Ad Poſthumum hæc Oda loquitur de celeritate currentis uitæ.* Indomitæq; morti] *Indomitæ, quaſi ferociſsimæ, quia nemo ab ea beneuolentiam & indulgẽtiam exorat. Sic & illachrymabilem Plutona ſtatim ſubijcit.* Qui ter amplum Geryonem] *Ter amplum pro trimembri dixit. Et accipiendũ hìc extrinſecus, quãuis, ut ſit, Quamuis ter amplum.* Quicunq; terræ munere ueſcimur] *Pro quicunq; uiuimus.* Fruſtrà cruento Marte carebimus] *Præſentia pericula magnopere uitare cupimus, cûm nulla ratione mortem effugere poſsimus.* Fractiſq; rauci fluctibus Adriæ] *Fractis pro illiſis dicitur.* Damnatuſq; longi Siſyphus Aeolides laboris] *Damnatus laboris ſic dicitur, ut capitis damnatus.* Præter inuiſas cupreſſos] *Inuiſas inquit, quia funeribus cupreſſus adhibetur.* Breuem dominum] *Id eſt, breuis uitæ.* Abſumet hæres Cæcuba dignior Seruata centũ clauibus] *Hæc cum inuectione dicuntur corripienti eum, quod ad nimiã parſimoniam ſe conſtringat, adſeruans quod hæres prodigè ſit abſumpturus.* Et mero Tinget pauimentum ſuperbo] *Effuſurũ eum paſsim uina ſignificat, quæ hic magnopere ſeruauerat recluſa. Superbo autem pauimento, pro ipſe ſuperbus.*

CHRIST. LAND. } Heu heu fugaces] *Pulcherrima ſimul, & ueriſsima narrat, atq; illa mira uarietate diſtinguit, & illuſtrat. Demonſtrat enim Poſthumo uiro (ut reor auaro) mortem euitari non poſſe, breuiq; (cuiuſcunq; fortunæ fuerimus) eſſe moriendum, proptereaq; ſtultiſsimum eſſe non frui ijs, quæ noſtro tanto labore pepererimus. Incipit autem ab interiectione dolentis, ut ſtatim à principio auditorem commouere poſsit ipſo mœroris pleno initio: Et nomen congeminat, quæ congeminatio occultam habet, aut conqueſtionem, aut iurgationem. Sic Terent. O' Thais Thais. Sic Virgil.*

„ O' Coridon Coridon *quæ te dementia cœpit.*

Fugaces] *Plus eſt, quàm fugitiui: nam huiuſcemodi uerbalia & habitum, & abundantiam rei cuius eſt habitus denotant. Sic dicimus bibacem & edacem cum & habitum, & frequentiſsimos actus notamus.* Poſthume] *Nomen in hoc loco proprium eſt: Cæterùm is Poſthumus appellatur, qui poſt humatum patrem natus ſit. Virgil.*

„ *Siluius albanum nomen tua Poſthuma proles.*

Labuntur] *Veluti aqua, quæ ſine intermiſsione fluit. Hinc Virgilius:*

„ *Sed fugit interea fugit irreparabile tempus.*

Pietas] *Eſt iuſtitiæ pars, diffiniturq; Iuſtitia gratum & diligens officium, tribuens propinquitate nobis coniunctis, patriæq; deuotis, ſed hic ponitur pro religione, quæ quidem ſi deos non exorat, ut mortem à nobis propulſent, quæ nam alia res poterit exorare?*

Rugis] Quoniam *in ſene deficiunt ſubtiliores humores, corpus areſcit, dureſcitq;, unde cutis in rugas contrahitur.* Inſtanti] *Imminenti, quaſi quæ breui uentura ſit. Voluit enim breuitatem humanæ uitæ oſtendere.* Indomitæ] *Inexpugnabili & ſeruauit ordinem, ut in breuitate uitæ celeritatem ſenectæ, & in ſenectute imminentem & neceſſariam mortem oſtendat.* Non ſi trecenis] Quaſi *dicat, per menſes ſingulos, qui tricenis diebus conſtant, ergo penè eſt ac ſi dicat, quotidie, quotquot quotcunq;.*

Places] *Id eſt, placare & exorare tentes.* Plutona] *Ad quem pertinent: nam in tutela Plutonis ſunt mortui, nec amplius in ſuperorũ cuſtodia. Hinc Virgil.*

„ *Nec iam cat. ult. debem.*

Pluto filius Saturni, & Iouis, Neptuniq; frater, & cui in mundi diuiſione infera regna eueniſſe fabulantur. Qui uerò ad hiſtoriam referunt, orientales partes dicunt in diuiſione Ioui obueniſſe, quæ plaga, quoniam ex ea mortalibus lux datur, ſuperior appellatur: Occidentales *autem Plutoni, & hæ inferiores apparent. Vnde fictum à poëtis eſt Iouis cœlum, Plutoni (cui Ageſilao cognomen fuit) inferos eueniſſe. Nec ob aliam cauſam Neptunus maris Deus creditur, niſi quia inſulæ, & maritimæ regiones illi obuenerint. Hæc in ſacra hiſtoria legi. Lactantius auctor eſt: Habitauit ſecus inferum mare, ubi poſtea fuêre Moloſsi. Euſebius illum tempore Lyncæi Argiuorum regis fuiſſe commemorat. Diodorus uerò Siculus Plutonem ſepeliendi, funeriſq; ac exequiarum inuentorem extitiſſe ſcribit, cùm hactenus nulla in hac re cura erga defunctos exhiberetur. Proptereaq; mortuorum Deum eſſe habitum, uocatur* Orchus. *Varro Plutonem inter deos ſelectos poſuit, quos XX. ſcribit: Ianum, Iouem, Saturnum, Genium, Mercurium, Apollinem, Martem, Vulcanum, Neptunum.* Solem, Orcum, *Liberum patrem, Tellurem, Cererem, Iunonem, Lunam, Dianam, Mineruam, Venerem, Veſtam. Sunt ergo XII. mares, octo fœminæ. Phyſici autem Plutonem intelligunt ſolem, qui hyemali tempore remotiorem quendam mundi partem per luſtrat. Eſt autem dictus diuitiarum Deus, quod indicat nomen, nam & Latinè Dis pater appellatur, & Ditis etiam in nominatiuo teſte Seruio. Vnde ſunt dites, & diuites, & diuitiæ, & Græcè πλοῦτος diuitias, & πλούσιος diuitem dicunt. Eſt Deus diuitiarum, quoniam & metalla in quibus maximæ diuitiæ continentur ſub terris ſunt, & omnes fructus ex interna terræ ui prouenîunt.*

Geryonem] *Hic Pegaſi alati equi (ſecundùm Heſiodum) filius fuit, & ab Hercule interemptus, hic canis fuit Orthus nomine, natus ex Echidna & Typhaone. Refert autem Seruius quòd in Hiſpania tres reges fuerint inter ſe ſimillimi, quib. Hercules armenta abſtulit. hinc fabula exorta Geryonẽ unũ fuiſſe, ſed tria habuiſſe corpora. Alij dicunt Geryonem tribus inſulis imperaſſe, atq; illis omnibus ab Hercule exutum fuiſſe. Has ponunt duas Baleares maiorem & minorem. Item Hebuſam Plinius in Erithræa inſula Celtiberiæ oppoſita, Geryonem habitaſſe credi ait. Hinc Ouid.*

„ *Ecce boues illuc Erithreidas applicat heros.*

Addunt Herculem in Hiſpania contra hunc ferrea olla enauigaſſe. Qua in re oſtenditur robur huius Herois.

Ter amplum] *Trino corpore monſtroſum. Sunt qui fabellam ad mores referant, & Geryonem terræ coniunctionem interpretentur, quæ inſurgit Herculem, id eſt, certamen carnis aduerſus ſpiritum, hoc ſit cum appetitus inſurgit contra rationem, & ſit in Hiſpania ratione occidentali, id eſt, in mentis, rationiſq; occaſu ac cæcitate. Hercules igitur, id eſt, ratio ad illum expugnandum per mare uehitur, id eſt, per appetitum uexatum perturbationibus ut mare tempeſtatibus, ſed uehitur olla ferrea, id eſt, ſumma fortitudine & conſtantia.* Tityon] *Dicunt Iouem filiam Orcomeni Ellaron compreſſiſſe, ſed mox cum ille iram Iunonis timeret, ſub terris occultaſſe, atq; inde natum eſſe Tityum, & à terra nutritum. Verùm cum è terra exiſſet, multi illum terræ filium crediderunt.* Quapropter *cum partim natum, partim educatum à terra opinaretur, in re ambigua ambiguum quoq; nomen Virg. elegit, cùm dixit.*

„ *Nec non & Tityum terræ omniparentis alumnum.*

Alumnus enim utrunq; ſignificat. Hunc cum Latonam de ſtupro compellaſſet, Apollo ſuis ſagittis ad inferos detruſit, cruciatumq; æternum illi appoſuit, ut aſsiduò iecur ſuum uultur exeſſet, iecurq; ut pœnæ ſufficeret aſsiduò renaſceretur. Vnde Ennius,

„ *Vulturis in ſyluis miſerum mandebat homonem.*
Et Virgil.
„ *Nec non in Tityon terræ omniparentis alumnum,*
„ *Cernere erat per totam nouem cui iugera corpus.*
„ *Porrigitur, roſtroq; immanis uultur adunco*
„ *Immortale iecur tondens, fœcundaq; pœnis*

Viſcera

» *Viſcera rimaturq́ epulis, habitatq́ ſub alto*
» *Pectore, nec fibris requies, datur ulla renatis.*

Hunc Leontius uetuſtarum rerum ſcrutator, ſcribit apud Boetios magnum fuiſſe uirum, atque ſuis opibus fretum tentaſſe Apollinem Delphis pellere; ſed contrà euenit: nam ipſe ab Apolline pulſus, & ad paupertatem redactus aſsiduo mœrore ex facti pœnitentia maceratus eſt: Itaq́ per uulturem tormentum conſcientiæ intelligunt. Lucretius autem maximè hanc fabellam ad libidinoſum amorem refert, impulſus ni fallor, quòd iecur libidinis ſedes ſit. Ait ergo:

» *Sed Tityus nobis hic eſt in amore iacentem.*
» *Quem uolucres lacerant atq́ exeſt anxius angor.*
» *Aut alia quamuis ſcindunt turpedine curæ.*

Quamuis autem fabuloſum ſit, quòd iecur in Tityo renaſcatur, & uelint per id oſtendere poëtæ, quod libido nunquam extinguatur, ſed quantò plus exercetur plus creſcere, non tamen omninò à phyſica diſcedunt, nam alia extat ut cor, lien, & pulmo putrefacta non renaſcuntur: Iecur uerò renaſcitur. Triſti unda] *Sic Virg.*

» *Triſtisq́ palus inamabilis undæ.*

Quicunque terræ munere veſcimur] *Quaſi dicat omnes mortales, nam ſi ex ſola anima conſtaremus, quæ cœleſtis eſt, non moreremur, ſed quia corpus à terra eſt, & à terra alitur, nam omnia iiſdem rebus aluntur, ex quibus conſtant, neceſſe eſt, ut quandoq́ in interitum cadat. Non tamen terrenum eſt corpus, ſed ex quatuor elementis Geometrica proportione conſtat, ita & fructus, quibus alimur non ſimplici ex elemẽto ſunt, ſed eadem proportione compoſiti.* Enauiganda] *Reſpexit ad fabulam, qua Charon animas Acheronte tranſuehit.* Fruſtrà cruento] *Sententia eſt quamuis prælia, quamuis naufragia, quamuis autumnales morbos fugiamus, & cætera huiuſcemodi pericula, tamen poſtremò moriendum erit, quia omnia orta occidunt, & omnia compoſita ſolui quandoque neceſſe eſt, & in interitum cadere.* Rauci] *Raucum ſonum propter tempeſtatem emittentis, & etiam in ſuperioribus in neutro genere pro mari uſurpauit. Raucum uerò aliquando ad optimam uocem referimus. Virg.*

» *Piſcoſo'ue amne Paduſæ*
» *Dant ſonitum rauci per ſaxa liquentia cygni.*

Aliquando ad peſsimam, ut:

» *Rauci Theſeide Codri.*

Cocytos] *De fluminibus inferorum alibi expreſsiùs dicetur.* Languido] *Expreſsit craſsitudinem, & cœnolentiam aquarum.* Infame] *Propter ſcelus commiſſum.* Danai] *Ex primo Ioue Epaphum, atq́ ex Epapho priſcum Bellum natum uolunt, qui in ſuperiori Aegypto regnauit. Huic duo fuerunt filij Danaus & Aegyptus. Danaus 50. habuit filias, Aegyptus totidem filios. Cogebatur Danaus à fratre, ut ſuas filias ſibi nurus præberet. Ille recuſabat deterritus oraculo, à quo acceperat fore, ut quandoq́ à genero interficeretur. Propterea naui, quæ (ut ſuprà diximus) ab eo prima fabricata eſt, in Græciã nauigauit. Inſecuti ſunt nepotes, tandemq́ illum obſidendo coëgerunt, ut filias in uxores daret. Dedit Danaus, ſed eas admonuit, ut dormientes aggrederentur, atq́ interficerent. Itaq́ cæteræ omnes iuſſa paterna adimplerunt. Sola autem Hypermeſtra Lino ſiue Lynceo uiro pepercit. Quapropter hac pœna apud inferos uexantur hæ puellæ, ut iubeantur uas aqua implere, quod cùm undiq́ rimoſum ſit, implere nunquam poſſunt. Hanc fabulam per allegoriã Lucretius interpretatur, ſignificari illorũ animos, qui nimia cupiditate eorum bonorũ, quæ in fortunæ poteſtate ſunt inflammati, nulla unquã rerum affluentia tantum ardorẽ extinguere poſſunt, ſed ſemper plura optantes, nunquã explentur. Ille igitur cùm plura in hanc ſententiam dixerit addit.*

» *Nec tamen explemur uitæ fluctibus unquam.*
» *Hoc opinor (id eſt) æuo florente puellas:*
» *Quod memorant Laticem pertuſum cogere in uas.*
» *Quod tantum expleri nulla ratione poteſt.*

Hic Danaus, ut placet Euſebio regnauit apud Aegyptios anno mũdi 16. ſupra 3700. Longi laboris] *Quia perpetui, imò æterni, ſi fabulæ credimus, & æternitate nihil longius.* Siſyphus Aeolides] *Horũ ſiue hiſtoria, ſiue fabula adeò uaria, ambiguaq́ traditur, ut difficile ſit omnia proſequi. Nã & plures Siſyphi ex plurib. Aeolis nati uidentur. Primũ autem Siſyphum dicunt fuiſſe regnante Danao Argis, uel ſaltem Lynceo eius nepote atq́ genero, qui illi ſucceſsit. Voluntq́ Ephyrã in Achaia condidiſſe, quã deinde Corinthus Oreſtis filius à ſe Corinthum denominauit, & habuiſſe in uxorem ſeptimam Atlantis filiam Meropen, de qua Ouid.*

» *Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit.*

Fuit & alter Siſyphus, & hic Aeoli, ſed alterius à ſuperiore Aeoli filius regnãte Aegeo Athenis, qui ut refert Lactãt. in Iſthmo Achaiæ habitans prætereuntes, aut ſaxo obruerat, aut dum ab eo iuſsi pedes lauarent in mare calce ictos præcipitabat. Adduntq́ ſuorũ Archanorũ à dijs participem factũ, illa mortalibus prodidiſſe, & furta Iouis cum Aegina manifeſtaſſe. Quo ſcelere à Ioue ea pœna ad inferos detruſum, ut ſaxum ex una ualle ſubuolens in montis iugo conſtituere iubeatur. Verum cùm iam ad locum aduentum eſt, rurſus ſaxum ad ima ruit. Hinc Ouid.

» *Aut petis, aut urges ruiturum Siſyphe ſaxum.*

& Virgil. ſubtracto nomine.

» *Saxum ingens uoluunt alij*

& apud quendam Tragicum.

» *Tum illud quod Siſyphus uerſat ſaxum ſudans, nitendo nec proficit hilum.* *Per quam rem eos arguere poëtæ uoluerunt, qui perpetuis curis ac laboribus anxij ſemper circa magna uerſantur, & ſummos magiſtratus, atq́ imperia per ſtultiſsimam ambitionem aſſequi tentant. Et quoniam maiora ſuis uiribus expetunt nunquã quod uolunt aſſequũtur. Sed omnes eorum conatus inefficaces redduntur. Sapienter ergo & hoc Lucretius,*

» *Siſyphus in uita quoq́ nobis ante oculos eſt.*
» *Qui petere à populo faſces ſæuasq́ ſecures.*
» *Imbibit & ſemper uictus triſtisq́ recedit.* *& paulò infrà.*
» *Hoc eſt aduerſo nitantem trudere montem.*
» *Saxum quod tandem ſummo iam uertice rurſus.*
» *Voluitur & plani raptim petit æquora campi.*

Hunc uolunt Vlyſsis patrem fuiſſe, quod illi etiam Aiax apud Ouid. *exprobrabat.*

» *Et ſanguine Cretus Siſyphio.*

Nam quòd à Theſeo interfectus ſit, ut nonnulli dicunt, propter diuerſitatem temporum quadrare non uidetur, & fortaſſe erit tertius Siſyphus, ſed poëtarum licentia cuncta commiſcet atq́ confundit. Aeolides] *Aeoli filius, uerùm de hoc alibi, nam neq́ etiam Aeolus unus fuit.* Linquenda tellus] *Id eſt, agri quibus delectaris.* Et placens uxor] *Non temerè placens dixit, nam relinquere difficilem & moroſam uxorem, pars non minima fœlicitatis uidetur. Hac eadem ratione Iuuen. ſcripſit.*

» *Rogus aſpiciendus amatæ*
» *Coniugis & fratrum plenæq́ ſororibus urnæ.*

Inuiſas cupreſſos] *Nulla arbor ſequatur te præter cupreſſum, ſed nec ea quidem delectaberis, quoniam erit indicium tui rogi. Adhibebatur aut funeribus, quoniã ut mortui nõ reſurgunt, ſic ipſa cæſa non pullulat: ergo rogus illa ornabatur, Virg.*

» *Ingentem ſtruxêre pyram cui frondibus atris*
» *Intexunt latera & ferales ante cupreſſos* —*Conſtituunt.*

Sunt etiam, qui dicant idcirco cupreſſum rogis adhiberi, quia ſuo odore cadaueris uſtrinã tollat. Mos autem apud Rom. fuit, ut ante domũ defuncti ramus è cupreſſo poneretur, indiciũ pontifici, qui ſi domũ funeſtatã ingreſſus eſſet, ſtatim polluebatur. In hãc Cato inuehẽs, hiatu moroſam, fructu ſuperuacuã, baccis toruã, folijs amaram, odore uiolẽtam, ac ne umbra quidem gratioſam, Diti ſacram, & ideo funeri ſigno appoſitam dixit. Patria fuit Creta.

Breuem dominum] *Qui iam in tantillum cinerem redactus ſit, uel breuem ad temporis breuitatem, retulit. Breui enim tempore rebus à nobis poſſeſsis dominamur.* Abſumet] *Summa ſtultitia, ut tu labores, & alter tuo labore partis fruatur.* Dignior] *Vel dixit ironicè, cùm magis dignum ſit, qui parit, eum partis frui, uel dignior, quia ſit uti quo uti ne ſciebas.*

Seruata centum clauibus: & mero] *Summa ſtultitia ut tanta anxietate parcens ea ſerues, quæ alter ita diſsipabit, ut non modò utatur, ſed etiam ſpargat.* Superbo] *Nobili, excellenti. Oſtendit autem quod uſu ſæpe euenit, ut quanto maiore*

auaritia & parimus, & partis parcimus, tanto maiore prodigalitate hæres ſpargat. Tinget] Plus dixit, quàm ſi dixiſſet ſparget. Eſt autem tingo & tinguo. Pauimentum] Solum eſt nobis ſubiectum, quod gaudiendo calcamus, dictum à pauendo, quod tundere, percutereq; ſignificat. Cicero de Diuinatione, ſed quia cum paſcuntur neceſſe aliquid ex ore cadere, & terram pauere, terripauiũ primò, poſtea tripudium dictum eſt. Hinc pauor, quãdo timor cor pulſat, & pauſia oliuæ ſpecies, quæ quàm antè mola ſubijciatur tunditur. Potiore cœnis] Id eſt, uino quod datur in cœnis pontificũ. Conſtat enim apud plures ſcriptores, & maximè apud Macrobium pontificum cœnas lautiſs. luxurioſiſſimasq; fuiſſe.

COBL. } Tinget pauimentum] Nõ reſpiraſſe in hauriendo, neq; expuiſſe, nihilq; ad elidendum in pauimento ex uino reliquiſſe. Cælius lib. 4. cap. 26.

ERAS. ROT. } Illachrymabilem] Boni uiri lachrymabiles: prouerbium de ijs dicebatur, qui facilè commouerentur ad miſericordiam, ac precibus flecterentur. Nam lachrymare dicuntur, qui miſereſcunt. Proinde Horatius Plutonem, quod nullis precibus flectatur, illachrymabilem appellat. Tinget pauimentum] Hæc Plinij uerba ex 14. lib. 22. multum lucis huic Flacci loco adferũt, quem conniuentes pleriq; tranſiliunt. Plinij hæc ſunt uerba: Apud Romanos bibendi ars hiſce ferè conſtabat legibus. Non labaſſe ſermone, non leuatum uomitione, ſed plurimum hauſiſſe uno potu, optima fide. Pontificum] Prælautas cœnas Pontificales dicimus prouerbio, quod & Macrobius Satur. lib. 3. obſeruat, ubi uetuſtiſſimam quandam Pontificis cœnam deſcribit, dicens ſummo apparatu eam & omnigenis lauticijs affatim inſtructam fuiſſe. Eraſmus.

IOAN. HART. } Cæcuba] Strab. lib. 5. κέκυβ ν σίνουο τά τον ἄμπελον τρέφει. Pro generoſiſſimo accipitur hic τροπικῶς. Pontificum cœnis] Cælius libro 7. cap. 26. pro magnificis & ſplendidis.

HENR. GLAR. } Non ſi trecenis quotquot eunt dies] Acro tricenis exponit per menſes ſingulos, id eſt, quotidie, ad tricenos menſis dies referens, ſed id ineptè, cùm carmen tricenis nullo pacto admittat: ſed trecenis per e, cuius prima eſt breuis, quæ in tricenis longa, quemadmodum in triginta, ut teſtatur Laurentius Valla, literarum optimarum uerè princeps. Tinguet pauimentum ſuperbo] Et Acro, & Porphyrio exponunt ſuperbo pro ipſe ſuperbus: alij pro optimo, & nobili uino, quod & mihi placet. Cæterùm potatorem per hyperbolen ait, ita prodigum, ut multum uini potando, quemadmodum fit apud bibones, in terrã fundatur: quod ob ineptam cuiuſdam annotatoris expoſitionẽ dicimus, qui in hunc poëtam adeò ineptiuit, ut indignus uideatur uenia.

HERMAN. FIGVL. } Eheu fugaces] Dolet breues, fugaces & caducas temporum commutationes, atque uiciſſitudines. Virgil. lib. 3. Georg.

„ Et fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Idem libro 10. Aeneidos:

„ Stat ſua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus
„ Omnibus eſt uitæ.

Poſthume Poſthume] Per ἀναδίπλωσιν, eandem dictionem geminat atque repetit, quò magis moueat. Poſthumus autem dicimus eos, (inquit Vlpianus) qui poſt mortem parentis naſcuntur. D. Haloander, diligentiſſimus, fideliſſimusq; Iuris reparator, hanc dictionem ſine aſpiratione ſcribit. Refer huc quæ habet Gellius libro 2. cap. 16. Labuntur anni] Continuum temporis motum aptiſſimè deſcribit Ouid. lib. 15. Transfor. his uerſ.

„ Ipſa quoq; aſſiduo labuntur tempora motu,
„ Non ſecus ac flumen: Neq; enim conſiſtere flumen,
„ Nec leuis hora poteſt: ſed ut unda impellitur unda,
„ Vrgeturq; eadem ueniens, urgetq; priorem,
„ Tempora ſic fugiunt pariter, pariterq; ſequuntur,
„ Et noua ſunt ſemper. Nam quod fuit antè relictum eſt,
„ Fitq; quod haud fuerat, momentaq; cuncta nouantur.

Idem libro 6. Faſt.

„ Tempora labuntur, tacitisq; ſeneſcimus annis,
„ Et fugiunt freno non remorante dies.

Nec pietas moram] Oſtendit horam mortis unicuiq; à Deo præſcriptam, nulla pietate poſſe tardari, aut procraſtinari. Rugis] Quæ ſunt præ ſenectute corporibus areſcentibus. Corn. Gallus:

„ Aret ſicca cutis, rigidi ſtant undiq; nerui.

Indomitæq; morti] Hoc eſt, effrenatæ, & furioſæ, quæ ſua ferocitate atq; uiolentia omnia rapit. Ouid.

„ Quàq; ruit furibunda ruit, totumq; per orbem
„ Fulminat, & cæcis cæca triumphat equis.

Non ſi tricenis, quotquot eunt dies] Dictam modò ſententiam amplificatione confirmat, uidelicet, mortem differre neminem poſſe, etiamſi cotidie trecenta Plutoni offerat ſacrificia. Illachrymabilem] Hoc eſt, implacabilem, durum, inexorabilem, nullius miſerentem. Plutona] Hunc ueteres Saturni & Opis filiũ, regemq; inferorum eſſe finxerunt. Ciuitatem eius multis uerſibus deſcribit Virgil. lib. 6. Aeneid.

„ Reſpicit Aeneas ſubitò, & ſub rupe ſiniſtra
„ Mœnia latè uidet triplici circundata muro, &c.

Aulam uerò & maieſtatem eius ſic depingit Statius libro octauo Theba.

„ Fortè ſedens media regni infelicis in arce
„ Dux Herebi, populos poſcebat crimina uitæ.
„ Nil hominum miſerans, iratusq; omnibus umbris.
„ Stant Furiæ circùm, uariæq; ex ordine mortes.
„ Sæuaq; multiſonas exercet pœna catenas, &c.

Hunc præterea Orcum appellauerunt, quòd recipiat quacunque morte morientes.

Qui ter amplum Geryonem] Probat exemplis, mortem omnibus eſſe communem, fortibus atque imbellibus. Ter amplum] Hoc eſt, tricorporem. Virgil. uocat tergeminum. Geryonem] Geryon rex fuit Hiſpaniæ, quem Hercules interemit, & armenta eius abegit: Vt teſtatur. Virgil. libro 8. Aeneid. Et Iuſtinus libro ultimo, his uerbis: Armenta Geryonis, quæ illis temporibus ſolæ opes habebantur, tantæ famæ fuêre, ut Herculem ex Aſia prædæ magnitudine illexerint. Porrò Geryonem ipſum non triplicis naturæ, ut fabulis proditur, fuiſſe ferunt, ſed tres fratres tantæ concordiæ extitiſſe, ut uno animo, omnes regi uiderentur. Hunc ueſtibulum ante ipſum, primisq; in faucibus Orci habitare fingit. Virg. Tityonq;] Tityus Iouis fuit filius, tantæ magnitudinis, ut corpore ſuo nouem agri iugera occuparet. Hic cùm Latonam de ſtupro interpellaſſet, ab Apolline ſagittis eſt confoſſus. Hunc Vergilius in Tartaro ponit, eoq; ſupplicio torqueri ait, ut renaſcens eius iecur uultur ſemper dilaniet.

„ Nec non & Tytion, terræ omnipotentis alumnum
„ Cernere erat: per tota nouem cui iugera corpus
„ Porrigitur: roſtroq; immanis uultur obunco
„ Immortale iecur tundens, fœcundaq; pœnis
„ Viſcera, rimaturq; epulis, habitatq; ſub alto
„ Pectore: nec fibris requies datur ulla renatis.

Item Ouid. lib. 4. Transform.

„ Viſcera præbebat Tityus lanianda, nouemq;
„ Iugeribus diſtractus erat.

Triſti compeſcit unda] Hoc eſt, ſtyge palude. Styx enim interpretatur triſtitia, mœſtitia. Hunc fluuium defunctorum animas parua nauicula Charontis traijcere, fingunt Poëtæ, ad quod etiam hic alludit Horatius, cùm dicit:

„ Vnda (ſcilicet) omnibus enauiganda.

Et Propertius libro 3.

„ Exoranda canis tria ſunt latrantia colla.
„ Scandenda eſt torui publica cymba ſenis.

Scilicet omnibus] Demonſtrat, cunctis hominibus eſſe ex hac uita migrandum: potentibus perinde, ut humilibus. De qua re plura Ode 4. lib. 1. diximus. Quicunq; terræ munere veſcimur] Omnes qui terræ fructibus alimur, hæc enim ſola eſt altrix, parensq; noſtra. Cui uni rerum naturæ partium, eximia propter merita, beneficiaq; erga nos, cognomen maternæ uenerationis indidimus. Sic hominum illa, ut cælum dei: quæ nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelq; æditos ſuſtinet ſemper: nouiſſimè complexa gremio, iam à reliqua natura abdicatos, tum maximè ut mater operiens. Ad hæc benigna, mitis, indulgẽs, uſusq; mortalium ſemper ancilla: quæ coacta

acta generat? quæ ſponte fundit? quos odores, ſaporesq́? quos ſuccos? quos tactus? quos colores? quàm bona fide creditum fœnus reddit? quæ noſtri cauſa alit? Hæc & alia multa, Plin. lib. 2. cap. 63. de terræ utilitate & natura, pulchro encomio diligẽter & doctè prædicat. Coloni] Coloni propriè dicũtur, qui colunt numis, id eſt, dãt penſionẽ in pecunia numerata. Hîc ponitur pro quocunq; habitatore uſquã paupere & humili. Fruſtra cruento, &c.] Declarat, nihil ad cõſeruandã uitã iuuare bellũ, naufragia, & morbos fugere, cùm ſit omnib. à natura definita & propoſita mors. Fractiſq; rauci fluctib. Adriæ] Hoc eſt, tempeſtatibus Adriatici maris, cuius ſæuitia abijt in prouerbiũ, ut eum qui ſit irritabili ingenio, moribusq́ aſperis & parum cõmodis, Adriæ cõparemus. Non quòd illud mare (ut monet Eraſmus) ſit cæteris ſæuius, imò uix aliud mitius, ſed ita uiſum eſt Italis, qui ſi nauigaſſent mare Britannicũ, aut Danicum, faterentur Adriam indignũ maris uocabulo. Per autumnos nocentẽ corporib. metuemus Auſtrũ] Auſter, quem Græci Noton appellant, uentus eſt humidus, noxius & æſtuoſus Italiæ, auth. Plinio. Conſtat aũt hunc uentum eſſe peſtiferum, exitialem & morboſum, propterea ſæpenumero flare ſolet in Autumno. Flumine languido] Hoc eſt, pigro, inerti. Cocytus] Κωκυτὸς, fluuius eſt infernus, natus ex ſtyge palude, quia ex triſtitia oritur luctus. Deriuatum uidetur à κωκύω, quod eſt lamentor. De hoc ſcribit Seneca:

„ Palus inertis fœda Cocyti iacet.
„ Hic uultur, hic luctifer bubo gemit.

Errans] Flexuoſus. ut:

„ Cocytusq́ ſinu labens circumuenit atro.

Et Danai genus infame] Belides Danai filiæ, ob interfectos maritos famoſæ. Danaus rex Argiuorũ, cùm ex plurib. uxorib. quinquaginta haberet filias, eas totidẽ filijs Aegyſthi fratris deſpondit. Sed cùm oraculo certior eſſet factus, ſe quandoque genero occiſum iri, mandauit filiabus, ut prima nocte maritos ſuos iugularent. Quod cùm omnes, præter unam Hypermeſtrã natu minimã, quæ ſuo ſponſo pepercit, feciſſent, ea pœna ſunt damnatæ apud inferos, ut perforatis urnis aquas haurire nunquam deſiſtant. De his Ouid. libro 4. Transform.

„ Moliriq; ſuis letum patruelibus auſæ
„ Aſsiduæ repetunt, quas perdant, Belides undas.

Damnatusq; longi Siſyphus Aeolides laboris] Siſyphus Aeoli fuit filius, qui Iſthmum latrocinijs infeſtans, alios ſaxo perimebat, alios calce in aquas præcipitabat. Quare ad inferos abreptus eam luit pœnam, ut immane quoddã ſaxum perpetuo labore ex ima ualle in aduerſum montẽ ſubuoluat. De hoc Ouid. lib. 4. Transform.

„ Aut petis, aut urges ruiturum Siſyphe, ſaxum.
Idem alibi:
„ Vbi Aeoliden ſaxum Siſyphon urget.
Et Virg. in 6. Aeneid.
„ Saxum ingens uoluunt alij.

Linquenda tellus & domus] Oſtendit morientibus omnia chara, & amœna relinquenda. Vnde præclarè Silius Italicus:

„ —— Modò quem fortuna fouendo
„ Congeſtis opibus, donisq́ referſit opimis,
„ Nudum tartarea portauit nauita cymba. Item Propertius:
„ Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas.
„ Nudus ad infernas ſtulte uehẽre rates.

Ea de re extat feſtiuus admodũ dialogus apud Lucianum, qui inſcribitur Charontis & Mercurij, quo ſignificatur, omnia quæ in uita magnoperè expetũtur, eſſe fragilia atq; caduca, & poſt mortem deſerẽda. Harũ, quas colis, arborũ] Relinquẽdi etiã amœni horti, quos tu deliciarũ & uoluptatis cauſa colis. Inuiſas cupreſſos] Has enim tanquã Plutoni conſecratas, funebri ſigno ad domos defunctorum poſuẽre maiores. Virg.

„ Et ferales ante cupreſſos
„ Conſtituunt.

Abſumet hæres Cæcuba dignior] Pulchrè hæc in auaros & ſordidos homines quadrant, qui bonorũ ſuorũ, quæ magnis laboribus ſummaq; parſimonia, ſuũ defraudantes geniũ, congeſſerũt, plerunque prodigos hæredes, & luxurioſos nepotes ſortiũtur. Cæcuba] Optima uina: à Cæcubis Campaniæ populis ſic dicta. Martial.

„ Cæcuba fundanis generoſa coquuntur amicis.

Dignior] Quia diuitijs, à defuncto relictis, frui, alijsq; multis prodeſſe & elargiri audet. Seruata centũ clauib.] Hoc eſt, diligentiſsimè cuſtodita, & ſub multis clauſtris poſita. Mero tinget pauimentũ] Tam prodigũ dicit hæredem futurũ, ut non ſolùm largius potare, uerùm etiã pauimentum uino natare, parietes madere uelit. Pontificũ potiore cœnis] Hoc eſt, lautiſsimis & magnificè apparatis. Nã olim cœnas ſumptuoſas, opiparasq; pontificales appellabãt. Macrob. lib. Satur. 3. uetuſtiſsimã quandã Pontificis cœnã deſcribit, ſummo apparatu, & omnigenis lautic ijs affatim inſtructã. Id inde natũ apparet, quòd ſolennes, ſacræq; cœnæ exquiſitiſsimis epulis ſoleãt inſtrui. Hæc Eraſ. Cæterùm Pontifex ſacer eſt Magiſtratus, ut ait Scæuola, à poſſe & facere dictus: Quia, ut Andreas Alciatus interpretatur, ius illi erat ſacrificãdi: facere enim apud ueteres, ſacrificare eſt. De Põtificis etymologia miror, inquit Viglius Zuichemus, Iuriſconſ. clariſsimus in Rub. de Teſt. ord. cur noſtri potius Varronis ſententiam, quàm Scæuolæ ſint amplexi. Ille à ponte ſublicio faciendo, curãdóq; nomẽ deducit, quod noſtri poſtea deflexerũt ad uitæ cæleſtis pontẽ. Scæuola probabiliùs mihi dixiſſe uidetur, à poſſe & facere Pontificem dictum, quòd ſacrorum penes illum ſumma eſſet poteſtas: quò pertinet illud Virgilij.

„ Cùm facerem uitula. Et:
„ Ne tamen extinctum faciam pecus.

Pontificẽ Numa Marciũ Marci filiũ ex patrib. legit, eiusq; ſcitis omnia publica, priuatáq; ſacra ſubiecit, teſte Liuio. Nec cœleſtiũ modò cæremoniarũ, ſed etiã totius ſtatus ciuilis authoritatẽ ei tribuit. Adeò ut iuris quoq; interpretandi ratio, & agendi in iudicio facultas ab eo peteretur. Quò etiã reſpexit Pomponius in l. 2. ff. de orig. iur. dũ inquit: Omniũ tamẽ harũ (legũ ſcilicet XII. Tab.) & interpretandi ſcientia, & actiones, apud collegium Pontificum erant.

THEOD. PVLM. } 1 Eheu Poſtume] Heu heu, E. Poſtumus, nõ poſthumus ueteres dixerũt, quẽadmodũ ex antiquis monumẽtis cõſtat, deducitur aũt à prouerb. poſt, uelut ab extra, extumus, & à citra, citumus. Virg. 6. Aen. (uerſu IↃCLXIII.)

„ Tua poſthuma proles. Poſthumã prolẽ exponũt eũ, qui poſtremo loco natus eſt. Vide Gul. Canteri Nouarũ lect. li. 2. ca. 10. Poſthumus dicitur quaſi poſterior. Vide Iac. Cuiacij Obſeruat. lib. 1. ca. 4. 5 Trecẽteni] Scribendũ treceni: cuius prima breuis eſt, quæ in trecenis lõga dicimus ducenis pro ducẽteni, treceni, pro trecẽteni. Vide Ioan. Brodæi Miſcell. lib. 2. ca. 19. & Glareani Annot. 27 Tinget pauimentũ ſuperbo] Tinguet, H. G. B. ſuperbũ, legẽdũ eſſe arbitratur Lambinus, nõnullorum ueterum codicum auctoritate fretus. 28 Pontificum potiore cœnis] Id eſt, ſumtuoſis, opiparis. Eraſmus Chil. 1. Cent. 2. Adag. 36.

GEORG FABR. } Mortẽ imminere omnib. certum eſt, ideo rebus præſentib. perfruendũ honeſtè & liberaliter, ne hæredib. occaſio relinquatur ad uitã inertẽ & uoluptuariã. Eiuſdẽ argumenti ſunt lib. 1. Oda 9. & undecima. lib. 2. Oda 3. & 13. Mero tinget pauimentũ ſuperbo] In alijs, pauimentũ ſuperbum. Vt ſit, uel ipſe ſuperbus, more poëtico: uel pauimentũ lapillis precioſis ſtratum. Tu mero, inquit, nõ es uſus tenacitate, hæres eodem perfundet ſolum & parietes, luxuria: neque ſolum uulgare, quale in tua domo fuit, ſed ſuperbum incruſtationibus, & ſumptu magnificum.

IOD. BAD. ASCEN. } Eheu fugaces] Poſthumum monet fragilitatis uitæ humanæ cùm tanta ſit neceſſitas mortis fatiq; uarietas, quo ſemel raptis omnia linquenda ſunt. Aptum autem ut in ſyluis noſtris diximus, eſt negocio nomen. Nam poſthumus is appellatur, qui poſt patris humationem, & ſepulturam natus eſt: dicit ergò incipiens ab interiectione lamentabili, quia res omnes tangit. Eheu poſthume poſthome, anni fugaces] Id eſt, aſsiduè fugientes. Labuntur] Id eſt, præcipites eunt. Nec pietas] Id eſt, pius cultus deorum & parentum? (ſcriptũ eſt tamen honora patrem, & matrem, & eris longæuus ſuper terram, ſed non erat poetæ notum) afferet rugis & ſenectæ Inſtãt.] i. properãti & Morti indomitæ] Id eſt, indomabili, quia nulli parcit. Morã] i. dilationẽ ô amice nõ afferret moram. Si] Id eſt, tametſi Places] Id eſt, placare niteris,

rit Plutona illachrymabilem] *Id eſt, nullis lachrymis mobilẽ, aut flexibilem* Quotquot dies eunt] *Id eſt, per ſingulos dies ſemel.* Tauris tricenis] *Id eſt, tot, quot ſunt dies in ſingulis menſibus, aut quia tricem, ut triginta, primam producit, legatur.* Trecenis] *Id eſt, tercentum tauris, quod plus eſt, quàm ſi uaccis, aut uitulis dicit, qui ſcilicet* Plutona compeſcit] *Id eſt, arcet Gerionem regem olim Hiſpaniæ.* Ter amplum] *Id eſt, licet, ter amplum, hoc eſt, tricorporem, & Tityon alumnum terræ per tota nouem cui iugera corpus porrigitur, arcet, dicit.* Vnda triſti] *Scilicet ſtyge, ſcilicet* Enauiganda] *Id eſt, quæ unda enauigabitur (eſt autem hic ſeptimi caſus)* Omnib.] *ſup. nobis, quicunq; ueſcimur.* Munere] *Id eſt, alimẽto terræ, ſiue ei mus reges, ſiue erimus coloni inopes.* Nos carebimus fruſtra] *Id eſt, necquicquã* Marte cruento] *.i. cæde per effuſionẽ ſanguinis, & fluctib. Adriæ, id eſt, Adriaci maris.* Rauci] *.i. raucè ſonantis.* Fractis] *Scilicet, ui uitorũ .i. fruſtra neq; occidemur gladio, neq; ſubmergemur aquis: &* Metuemus] *Id eſt, metuendo cauebimus fruſtrà* Auſtrum] *Scilicet, uentum nocentem corporibus per autumnos, quia Cocytus fluuius infernalis.* Ater] *Id eſt, tenebroſus.* Errans] *Id eſt, uagè fluens.* Flumine languido] *Id eſt, debili, eſt uiſendus ſcilicet ſemel: &* Genus infame] *Id eſt, filiæ Danai nece patruelium maritorũ infames, &* Siſyphus Aeolides] *Id eſt, Aeoli filius* Damnatus] *Scilicet apud inferos pœna ſup. longi laboris, eſt uiſendus: & genus uiſendum. De quo & labore eius dicit Landinus, ſic longi laboris. quia perpetui, imò æterni, ſi fabulæ credimus, & æternitate nihil longius.* Siſyphus Aeolides] *Horum ſiue hiſtoria, ſiue fabula adeò uaria, ambiguáq; traditur, ut difficile ſit omnia proſequi. Nam & plures Siſyphi, & ex pluribus Aeolis nati uidentur. Primum autem Siſyphum dicunt fuiſſe regnante Danao Argis, uel ſaltem Lynceo eius nepote atque genero, qui illi ſucceſsit. Voluntq; hunc Ephyram in Achaia condidiſſe, quam deinde Corinthus Horeſtis filius à ſe Corinthum nominauit, & habuiſſe in uxorem ſeptimam Athlantis filiam Meropen, de qua Ouid.*

„ *Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit.*

Fuit & alter Siſyphus, & hic Aeoli, ſed alterius à ſuperiore Aeoli filius regnante Aegeo Athenis, qui, ut refert Lactant. in Iſthmo Achaiæ habitans, prætereuntes aut ſaxo obruebat, aut dum ab eo iuſſi pedes lauarent in Mare calce ictos præcipitabat. Adduntq; ſuorum arcanorum à dijs participem factum illa mortalibus prodidiſſe, & furta Iouis cum Aegina manifeſtaſſe. Quo ſcelere à Ioue ea pœna ad inferos detruſum, ut ſaxum ex ima ualle ſubuoluens in montis iugo rẽſtituere iubeatur. Verum cum iam ad locum deuentum eſt, rurſus ſaxum ad ima ruit. Hinc Ouid.

„ *Aut petis aut urges ruiturum Siſyphe ſaxum.*
& Virg. ſubtracto nomine.
„ *Saxum ingens uoluunt alij.*
& apud quendam tragicum.
„ *Tum illud quod Siſyphus*
„ *Verſat ſaxum ſudans, nitendo, nec proficit hilum.*

Per quam rem eos arguere poetæ uoluerunt, qui perpetuis curis ac laboribus anxij, ſemper circa magna uerſantur, & ſummos magiſtratus, atque imperia per ſtultiſsimam ambitionem aſſequi tentant. Et quoniam maiora ſuis uiribus expetunt, nunquam quod uolunt aſſequuntur: ſed omnes eorum conatus inefficaces redduntur. Sapienter ergo & hoc Lucretius.

„ *Siſyphus in uita quoq; nobis ante oculos eſt.*
„ *Qui petere à populo faſces ſæuaſq; ſecures,*
„ *Imbibit & ſemper uictus triſtiſq; recedit.* Et paulò infrà.
„ *Hoc eſt, aduerſo nixantem trudere monte*
„ *Saxum quod tandem ſummo iam uertice rurſus*
„ *Voluitur, & plani raptim petit æquora campi.*

Hunc uolunt Vlyſsis patrem fuiſſe, quod illi etiam Aiax apud Ouid. exprobrat.

„ *Et ſanguine Cretus Siſyphio.*

Nam quòd à Theſeo interfectus ſit: ut nonnulli dicunt, propter diuerſitatem temporum quadrare non uidetur, & fortaſſe erit tertius Siſyphus, ſed poëtarum ſententia cuncta commiſcet, atque confundit. Aeolides] *Aeolij filius, uerùm de hoc alibi. nam neque etiam Aeolus unus fuit.*

Linquenda tellus] *Aperit, quo animo mortis admonuit, ut uidelicet bonis fruatur, dum datur. Nam omnia linquenda ſunt dicẽt.* Tellus] *Id eſt, terra & fundus eſt linquenda, ſcilicet tibi, & domus eſt linquenda.* Et uxor placens] *Id eſt, tametſi placens eſt, tamen linquenda.* Neque ulla harum arborum, quas colis ſequetur te breuem] *Id eſt, breuis temporis dominum.* Præter cupreſſos inuiſas] *Scilicet, uiuis, quia ſunt indices mortis, & ſacerdotibus, quia ſunt funeſtæ.* Hæres dignior] *Scilicet, quàm tu uita, quia te defuncto ſuperſtabit, aut dignior, quia fruetur bonis, quibus quia tu abſtines indignum te cenſet.*

Abſumet] *Id eſt, ebibet.* Cæcuba] *Id eſt, bona illa uina.* Seruata] *Scilicet à te dum uiueres.* Centum clauibus & tinguet] *Id eſt, rigabit & madefaciet* Mero] *Id eſt, puro uino* Superbo] *Id eſt, nobili & ſuperbiente de loco, & anno quo natum eſt.* Pauimentum] *Quia tam abundè bibet, ut etiam pauimentum rigeat.* Mero dicit potiore] *Id eſt, meliore.* Cœnis pontificum] *Id eſt, quàm quò pontifices in cœnis ſuis, quæ ſemper ſumptuoſiſsimæ fuerũt (unde nunc theologicũ dicunt* Vinũ ſuſi ſunt.

ANT. MANCIN. } *Oſtendit amico Poſthumo iuuentam effugere, nec pietatem aliquam futuræ ſenectæ, aut imminenti morti moram afferre. Non ſi Plutoni die quoq; tauri tercentum mactarentur (placet autem magis ut trecenis legatur, quia debet eſſe ſecundus pes Iambus) unde & regibus, & inopib. adeunda eſt Charontis unda, linquenda tellus, domus, et uxor, hæresq;, inde optimo Cæcubo fruetur, & humi ſparget prodigus, quod ipſe tantopere ſeruauerat, per quod innuit quidem poëta poſthumum ipſum potius debere frui bonis ſuis, quàm abutenda hæredibus relinquere.* Eheu fugaces] Ode eſt ſimilis nonæ lib. 1.

„ *Fugaces anni.* Ouid. lib. 3. de Arte etiam ait.
„ *Vtendum eſt ætate, cito pede labitur ætas*
„ *Nec bona tam ſequitur, quã bona prima fuit.* & alibi inquit.
„ *Eunt anni more fluentis aquæ.*

Nec pietas moram] Ouid. quoq; de morte Tibulli lib. 3. de Amoribus ait.

„ *Viue tamen moriêre pius, cole ſacra colentem*
„ *Mors grauis à templis in caua buſta trahet.*

Illachrymabilem] *Durum, implacabilem, & qui nullis etiam precib. & donis mouetur.* Ter amplũ Geryonẽ] *Id eſt, trimembrem. Virgil. lib. 6.*

„ *Et forma tricorporis umbræ.*

Reuera tamẽ tres fratres in Hyberia fuerunt Chryſei filij, qui à diuitijs nomen id traxerat. uniuerſæ enim Hyberiæ imperabat, habebatq; tres propugnatores filios, tũ robore corporis, tũ animis egregios. Exercitus præterea cuilibet fortiſsimorũ ualidũ erat, quos demũ trib. magnis exercitib. fidẽtes, ſingulari prouocatione Hercules ſuſtulit, gregeſq; boum ſecũ abduxit. Diodorus id ſcrib. 1. lib. 5. finxère aũt poëtæ Geryonẽ eſſe tricorporẽ, illiuſq; umbrã apud inferos eſſe. Iuſtinus itẽ lib. ult. ſcribit. Geryonẽ ipſum nõ triplicis naturæ, ut fabulis proditur, fuiſſe ſed tres fratres tãtæ cõcordiæ extitiſſe, ut ut uno animo omnes regi uiderẽtur. Nec bellum Herculi ſua ſponte intuliſſe. ſed cũ armenta ſua rapuiſſent, amiſſa bello repetiſſe. Tityon] *De hoc Virg. lib. 6. ait.*

„ *Necnon & Tityon terræ omniparentis alumnum*
„ *Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus*
„ *Porrigitur, roſtroq; immanis uultur adunco.*
„ *Immortale iecur tondens fœcundaq; pœnis*
„ *Viſcera, rimaturq; epulis, habitatq; ſub alto*
„ *Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis.*

Mac. aũt lib. 1. de Som. inquit, quòd uulturẽ iecur immortale tondentẽ, nihil aliud intelligi uolũt, quàm tormẽta cõſcientiæ ob noxiã flagitio uiſcera interiora rimantis, & ipſa uitalia indefeſſa admiſſi ſceleris admonitione laniantis, ſemperq; curas, ſi requieſcere fortè tentauerint excitãtis, tanquam fibris renaſcentibus inhærendo, nec ulla ſibi miſeratione parcentis, legẽ hac, qua ſe iudice nemo nocens abſoluitur. Nec de ſe ſuam poteſt uitare ſententiam. Triſti unda] *Id eſt, ſtygia. Virg. lib. 6.*

„ *Et nouies ſtyx interfuſa coërcet.*

Scilicet

Scilicet omnibus. Naſo item de morte Tibulli.

„ *Scilicet omne ſacrum mors importuna prophanat.*
„ *Omnibus obſcuras inijcit illa manus.*

Coloni] *Agricolæ uel inquilini.* Fruſtrà cruento] *Oſtendit fruſtrà nos abſtinere à bellis, nauigatione. Fruſtrà quoq; timere autũni auſtrum peſtiferũ, nam omninò inferos adire debemus, omnes mortis neceſsitate.* Auſtrum] *Plin. lib. 2. ſcribit, quòd humidus eſt auſter, præſertim Italiæ ac noxius. De autũno autẽ ait Naſo de Arte.*

„ *Quum modo frigoribus premimur, modo ſoluimur æſtu,*
„ *Aëre non certo corpora languor habet.*

Cocytus inferorum fluuius κωκυτὸς *luctus & ululatus dicitur ueluti ſu lamentor,* κωκύω *ploro, lugeo, lamentor. Mac. autem libro 1. de Som. ait. quòd non aliud, Cocytum eſſe aſſeruerint, quàm quicquid homines in luctum, lachrymaſq; compellit.* Danai genus infame] *Belides intelligit quæ fuére. L. filiæ Danai filij Beli, quæ etiam L. filios Aegypti patrueles ſuos, ac uiros prima coniugij noctie occiderunt, præter minimam natu Hipermeſtram, quæ lino ſuo pepercit, de quo amplè in Naſonis Epiſtola habetur, ait etiam in Ibidem.*

„ *Quæq; parare ſuis letum patruelibus auſæ*
„ *Belides aſsidua colla premuntur aqua.*

Siſyphus] *De hoc in Met. legitur.*

„ *Aut petis, aut urges ruiturum Siſyphe ſaxum.*

Per quod uolunt intelligi: ut Macrobius ſcribit, qui apud nos ineſficacibus laborioſisq; conatibus uitam trahunt. Cupreſſos] *Cupreſsi mortuorum domibus præponebantur ideo, quòd hæc arbor excisa non renaſcitur, ſicut ex mortuo nihil iam ſperandum, quam ob cauſam in tutela ditis patris eſſe putabatur, ut Feſtus inquit.* Breuem] *Id eſt, breuis uitæ.* Dignior] *Tu enim illis caruiſti, tanquam indignus.* Tinguet pauimentum] *Sparget quod tu ſeruaras tantopere. Superbo nobili & optimo.* Pauimẽtum] *Domorum ſolum dicebantur etiam pauimenta Pœnica, hoc eſt, marmore Numidico ſtrata, ut ſcribit Feſtus, pauire uerò ferire eſt. ut idem ait. De pauimento aũt plura diximus in Iuuenal. Sat. 14. Ibid.*

„ *Verum pauimentum.*

Potiore] *Id eſt, meliore & digniore cœnis ſacerdotalibus, quàm ſpargi humi: uel digniore uino, quo utebantur in cœnis pontificum.*

POLYD. VIRG. } Siſyphus Aeolides labores] *Quũ aliquem inextricabili labore afflictum eſſe, innuere uolumus, prouerbij loco dicimus, Siſyphen portas ſaxum, Polyd. in eo prouerb.*

SER. MAR. HON. } Vila breuem dominum ſequetur] *Moris erat, ut Romani ramum cupreſſi ante domum funeſtam ponerent, ne quiſquam pontifex per ignorantiam pollueretur, ingreſſus.*

ODE XV. IN SVI SÆCVLI LVXVRIAM.

Ode XV. Tricolos tetraſtrophos, ut: *Vides ut alta ſtet niue candidum.*

– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪ – – –
– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – –

ARGVMENTVM IN ODEN XV.

Taxat ſeculi ſui luxum, cùm in hortis, uiuarijſq; dilatãdis, tum maximè ædificijs, quibus agri occupabantur, iam ad amœnitatem ſolam utiles, contra ueterum diſciplinam & frugalitatem, quibus quidem priuatus cenſus erat exiguus, ſed communis ampliſsimus.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Seculi ſui carpit inſignem luxum, quo ſanè tempore luxuria incubuit, & ulta eſt uictum orbem. Non minori nunc diſpendio mores noſtri periclitantur, quia à Parſimonia recedentes, peregrinos apparatus adm ſimus. Vnde non improbè faciunt, qui ueterem frugalitatem & laudant, & reducere conantur.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Luxuriam ſuæ ætatis reprehendit, quòd diuites amplis ædificijs, piſcinis, & hortis agros occupent, contra ueterum frugalitatem & diſciplinam: qui modicis opibus priuatis contenti, omnem curam in publicam utilitatem contulerunt.

COMMENTARIA.

ACRON.

IAM pauca] *Antiquorum hîc ſeueritatem & continentiam laudat, & queritur de præſentis luxuria ſeculi, quo tanta ædificandi inuaſit libido, ut ædificia latiùs porrigendo, uel captando amœnitates aſpectus, breui agros dicat arationibus defuturos.* Vndique latius] *Non latiùs extenta, ſed latiùs uiſentur, tanquam non in latitudinem, ſed in altitudinem potiùs extenderentur, porrigendo faſtigia, ut Lucrinus Baiarum lacus undiq; conſpiceretur.* Platanuſq; cœlebs Euincet ulmos] *Plures erunt, inquit, platani quàm ulmi. Platani, quæ ſine fructu ſunt, magis ad amœnitatem deambulationi poſitæ, quia ulmi utiles uitibus, & neceſſariæ ſunt. Hinc notat luxum præſentis tẽporis, uel quòd myrtus, aut uiolaria anteferantur oliuetis, pluſq; odorũ copia, quàm fructus curentur. Cœlebs autem uitibus, uidua. Ideò oliuetum dixit fertile priori domino, quia præſenti ſolã poſuerat ſterilitatẽ placere.* Tũ ſpiſſa ramis laurea] *Infructuoſa etiam laurus, aut ad excludendos umbra ſua ſolis ardores poſita, aut certè quia ideò in uiridarijs inſtituebatur, quòd feruidis ictibus fulminum credebatur eſſe cõtraria.* Excludet ictus] *Contra maiorũ laborioſam, frugalemq; uitã Romuli uel Catonis, dixit luxũ præſentem.* Præſcriptũ] *Præceptũ, à magiſtris ludi tractũ, qui præſcripta dant pueris, quæ imitentur. Intonſi autem ideò, quia dicebãt iniuriam naturæ fieri ſi quod tegumento capitis datum fuerat, amputetur. unde & Lucan.*

„ *Intonſos rigidam in frontem*
deſcendere canos

Paſſus erat. Norma] *Pro recta uitæ uia poſuit. Metaphora à fabris, qui normã uocant, ad quã opus dirigunt.* Commune magnũ] *Communis res magna erat illis. ut,*

„ *In cõmune bonus.* Nulla decẽpedis] *Decẽpeda regula eſt decẽ pedũ, ad quã ab artificibus fabrica menſura colligitur. i. nulla priuata domus*

IAM pauca aratro iugera regiæ
Moles relinquent: undiq; latiùs
Extẽta uiſent Lucrino (lebs
Stagna lacu, plãtanuſq; cœ
Euincet ulmos: tum uiolaria,
Myrtuſq;, & omnis copia narium
Spargent oliuetis odorem,
Fertilibus domino priori.
Tum ſpiſſa ramis laurea feruidos
Excludet ictus: non ita Romuli

Præſcriptum,& intonſi Catonis,
　Auſpicijs,ueterumq́; norma.
Priuatus illis cenſus erat breuis,
Commune magnum: nulla decempedis
　Metata priuatis,opacam
　Porticus excipiebat Arcton:
Nec fortuitum ſpernere ceſpitem
Leges ſinebant, oppida publico
　Sumptu iubentes,& deorum
Templa nouo decorare ſaxo.

domus erat, quæ porticum haberet tantæ magnitudinis,ut poſſet ſuffi-cere umbræ ſole uicino Septētrionali plagæ, tunc enim paruiſsimæ ſunt umbræ. Nam hyemali tempore latiſsimas etiam porticus ſolis occupat radius. Metata] *Menſurata,diſpoſita: nam metari dicebantur caſtra,hoc eſt, magna cura ducum,peritiaq; conſtitui. Quod augmentū luxus ædificio priuato dedit,ut metari porticum diceret.* Excipiebat Arcton] *Quæ tanta eſſet porticus, ut ſeptentrionali plagæ ſufficeret ſua magnitudine,& ad hanc tantum pateret pro declinatione ſolis & auræ exceptione: Ad cœli enim clima, ſeu porticus ueteres, ſeu ædificia conſtituebant,unde & Iuuenalis:de ædificio hiemali. Et algentem rapiat cœnatio ſolem.* Nec fortuitum ſpernere ceſpitem] *Id eſt, non licebat,aut neglectum horrere, aut rideri eum, qui ſuper herbam recumberet,aut dormiret. Per quod ſignificat ſimplicem, ac ſine ambitu uitam ueteribus Romanis fuiſſe, nec magna cura priuatas opes curaſſe,dum ſtudium omne publico ornatui impenderetur,& templis.*

PORPH. } Iam pauca aratro iugera] *Hac Ode de luxuria præſentis ſeculi loquitur.Senſus eſt autē,tāta libido eſt hoc tēpore latiùs porrigēdi ædificia,ut breui defuturi ſint agri.* Vndiq; latiùs uiſentur extēta Luc. Stag.] *Nō tantū in altitudinē, ſed etiā in latitudinē ſtudent porrigere ædificia. Deniq; undiq; lacus Lucrinus proſpicitur in Campania, non aūt latiùs extenta ſtagna intelligendū, ſed latiùs uiſentur.* Platanuſq; cœlebs euincet ulmos] *Cœlibem platanum ait eleganter, quoniam econtrariò maritari arbores dicuntur, quibus uites iunguntur, per hoc autem ſignificat non niſi luxuriæ, & ambitioſis uoluptatibus ſtuderi. Platanus autem in ambulacris conſeritur,unde fructus nullus eſt.* Copia narium] Odorem dixit. Oliuetis] *Hoc eſt, ubi oliueta fuerunt. Significat autem futurum, ut oleæ arbores uertantur ad conſerendas ibi myrtos,& uiolas,& cætera,quæ ſunt odori & uoluptati grata.* Fertilibus domino priori] *Quæ olim uera ſub priore domino, id eſt, ſub prioribus temporibus colebantur: & idcirco fertilia erant.* Tum ſpiſſa ramis laurea feruidos Excludet ictus] *Et Laurea arbor infructuoſa eſt, & tantum uoluptuoſis locis apta.* Non ita Romuli Præſcriptum] *Præſcriptum, præceptum dicitur à magiſtris ludi, qui ſcripta pueris dant, præcipiuntq; imitari.* Et intonſi Catonis] *Intonſum Catonem ait, quia ueteres propter ſeueritatem hirſuti erant.* Veterumq; norma] *Norma pro regula dixit.* Priuatus illis cenſus erat breuis,Commune magnum] *Id eſt, familiarem rem anguſtam habebant, rem publicam magnam.* Nulla decempedis] *Nemo,inquit,priuatam domum ædificans decempedis porticum Septentrioni obiectam metabatur. Septentrioni autem obiecta porticus æſtate, delicatioribus grata eſt, quia ſolem non contingit.* Nec fortuitum ſpernere ceſpitem leges ſinebant] *Senſus & ordo eſt: Hic nec ſinebant leges ſpernere ceſpitem fortuitum, id eſt, non licebat irridere eum, qui ſuper ſtipulam recumberet,aut dormiret. Propter quod ſignificat ſimplicem, aut ſine ambitione uitam ueteribus Romanorum fuiſſe. Oppida publico ſumptu iubentes, & deorum Templa nouo decore ſaxo. Hoc eſt,opera templorum in oppidis publico ſumptu iubentes ædificari. Eſt ergo hic figura ſchema quod ἐν διὰ δυοῖν dicimus,unum in duos ſenſus diuiſū. Oppida enim & deorum templa,pro eo quod eſt oppidorum templa.*

CHRIST. LAND. } Iam pauca aratro] *Priſtorum ſeueritatē,& parſimoniā laudat,& ſuorum temporū luxū maximè in ædificando carpit.* Moles regiæ] *Villæ inſtar regiorū ædificiorū.Moles autē ſecundū Pompeiū pro magnitudine ponitur, ſed tamen moliri & molitiones à mouendo dici affirmat.* Iugera] *Si Quintiliano credimus, Iugera à iungendo boues dicitur.Vultq; tantum terræ eſſe, quantū uno die boues iuncti arāt. Columella autem diſtinctiùs rem proſequens, ait iugera dici à iunctis actibus. Ponit enim ſexdecim digitos pedē facere, & quinq; pedes paſſum, ducentos & uiginti paſſus actū. Duos deniq; actus ſimul iunctos aſſerit iugerū facere. Erit ergo iuger quadringentorū,quadraginta paſſuū.* Aratro] *Ad arandū cū omnis penè ager ædibus, hortiſq; occupetur.* Stagna] *Conqueritur nimiū ſpaciū uiuarijs ac piſcinis occupari, ponit igitur ſtagna pro uiuarijs. Quæ quidem iam uidebātur extēdi undiq; latiùs Lucrino, id eſt,maiori, ſpacio, quā Lucrinus ſit.Lucrinus autem & Auernus lacus ſunt in Baiano ſinu cōtra Puteolanā ciuitatem,qui olim ex piſciū copia uectigalia magna præſtabant.Sed cum maris impetus plerunq; irrumpens, inde piſces excluderet & redemptores grauia dāna paterentur, id quod apud ſenatū cōquerentur,miſſus eſt.C.Iulius Cæſar, qui ductis brachijs excluſit partē maris, quæ ante infeſta erat, atq; per Auernum breue ſpaciū reliquit,qua & piſcium copia poſſet intrare, et fluctus non eſſent moleſti. Hinc Virgil.*

,, *An memorem portus Lucrinoq; addita clauſtra:*
,, *Atq; indignatum magnis clamoribus æquor,*
,, *Iulia qua ponto longè ſonat unda refuſo*
,, *Tyrrhenuſq; fretis immittitur æſtus Auernis.*

Eſt autem hoc appellatū opus Iulium,& ab alijs ocia maris. Queritur ergo poëta quòd priuatorū uiuaria latiora ſint, quàm publici lacus.Sed profectò priſci maximos fructus ex uillaticis piſcinis capiebant.Scribit Annæus in piſcinā, quæ in uilla Pauſilippo eſt piſcem à Pollione immiſſum poſt ſexageſimū annum expiraſſe duobus æqualibus ſuperſtitibus. Primæ piſcinæ oſtris poſitæ ſunt à Sergio Orata,tēpore Craſſi Oratoris. Deinde reliquorū piſcium uiuaria inuenit Lucius Murena.Huius exemplū ſecuti ſunt Philippus:Inde Hortenſius orator, qui ſuæ piſcinæ murenā adeò dilexit, ut extinctā fleuiſſe credatur. Lucullus aūt exciſo etiā monte iuxta Neapolim maiore impendio, quàm uillam ædificarat Euripum & maria admiſit,ex quo illū Pompeius Xerxem Togatum appellauit: Curius Cæſari in ſuis cœnis triumphalibus murenarū ſex millia numero mutuò dedit. Platanus] *Hæc arbor in Diomedis inſulam priùs,inde in Siciliam,& illinc in Italiam inuecta eſt, hæc niſi amœnam, denſamq; propter latitudinem foliorum umbrā præbeat, inutilis penè eſt. Eſt enim ſterilis. Vnde Virg. in Buc.*

,, *Et ſteriles platani malos geſſere ualentes,*

Sed potentib. amœnā & uoluptuoſam umbrā præbēt: Hinc Ouid.

,, *Et platanus genialis acerq; coloribus impar.*

Vino eius radices irrigabant, quoniā,id ad creſcendū utile cognitū eſt. Ait Plin. in Lycia iuxta fontē, & uiæ imminentē platanū eſſe in formā domicilij concauā, & octoginta unius pedum ſpecū facere, umbra ita denſa,ut etiā imbres arceat. Erāt & chameplatani minores,& ueluti inter homines pumiliones. Multa ſecula durare ea ratione credit Plin. quod authores extarent, platanū Delphicā ſuis temporib.adhuc uiuentē manu Agamemnonis ſatam eſſe. Cœlebs] *Per Antrologiā dixit. Cœlibes enim, qui cœlo degunt appellamus, quia cœlo digni ſint.Cœlebs ergo,id eſt, infructuoſa, nam in cœlibatu nihil gignitur ut cœlebs,quia non maritatur uitibus,ut ulmi, quæ quāuis & ipſæ nullū fructum ferant, tamē quia uites ſubſtinent, fructuoſæ uideri poſſunt. Ergo dolet, quod platanus ulmos iam uincat,id eſt,quod maior ſit platanorū, quam ulmorū numerus futurus,cùm ulmi uites ſubſtineāt,platani non ſubſtineant.* Violaria] *Damnat luxū in hortis,quos ultra modū propagabant, & illis locū antea oleis arboribus fructuoſis datū occupabant. Damnat autem eam ſpeciē hortorū,qui ſolis floribus conſeruntur. Ordo eſt,*uiolaria & myrtus, & omnis copia ſparget narū odorē oliuetis fertilibus.*id eſt,quæ fertilia fuerant domino priori, id eſt,illi,qui antea poſſidebat.* Oliuetis] *Non oliuetis, ſed ſolo in quo antea oliueta erant. Nam iam illis exciſis horto datus erat locus. Sed notandum,quod dupliciter profertur,nam aliter dicimus,*

,, *Sparge marite nuces,* & aliter,
,, *Spargite humum folijs.*

Laurea] *Laurus,quam decenter iuxta myrtū nominat,nam.Virg.*
Et

» *Et uos ô lauri carpam, & te proxima myrte.*
» *Sic poſitæ quoniam ſuaues miſcetis odores.*

Ictus] *Nomen eſt uerbale à uerbo Priſco ico, cis. Lucretius.*

» *Nec radio citiùs uita ſe tollit & icit.*

Præſcriptum] *Præceptum.* Intonſi] *Quaſi dicat, Priſci, nam non niſi poſt.* CCCCLIIII. *urbis annos Romæ tonſores fuerût, ſed intonſi manebant. Vnde intonſum & barbatum pro uetuſto, & priſco ponunt. Iuuen.*

» *Facile eſt Barbato imponere regi.*

Intelligit igitur de Catone Cenſorino Portiæ familiæ authore, cuius tanta in cenſura ſeueritas fuit, ut & collega ſuus illum timeret. Tria ſumma habuit. Fuit enim optimus dux, optimus orator, & optimus ſenator. Et quod illius proprium ſit, nemo ſæpius eſt accuſatus. Quater enim, & quadrageſies cauſa ſibi dicenda fuit, & ſemper abſolutus eſt, quod ueriſimilius eſt. Si uerò ad Vticenſem referas, dices intonſi, quia ex quo ciuilia bella incepta ſunt, nunquam tonderi paſſus eſt Luc.

» *Ille nec horriferam ſancto dimouit ab ore,*
» *Cæſariem duroq́ admiſit gaudia uultu,*
» *Vt primum tolli feralia uiderat arma,*
» *Intonſus frigida in fronte deſcendere canos,*
» *Paſſus erat miſeramq́ genis increſcere barbam.*

Auſpicijs] *Imperijs & poteſtate Virg.*

» *Paribusq́ regamus auſpicijs.*

Romuli] *Quo regnante duo agri iugera ſatis erant.* Norma] *Inſtrumentum eſt, quo fabri ſua opera dirigunt. Hic per tranſlationem pro lege poſuit.* Decempedis] *Regula erat decempedum, qua fabricæ, menſuram colligebant. Sententia autem ſecundùm Acronẽ,* eſt quòd nulla eſſet domus priuata, quæ porticum tantæ magnitudinis, ut poſſet ſufficere umbræ ſolis, quum ſeptẽtrionalis eſt. *Tunc enim umbræ minimè ſunt, quoniam penè ad lineam capita noſtra ferit. Quando autem meridianus eſt, tunc ex tranſuerſo nos petens ad longum ſpacium ædificia aperta ſubit, & umbras longiùs iacit. Sed erit fortaſſe alius ſenſus. Antiqui enim habebant, ut & nos loca ad meridiem expoſita, in quibus hyemali tempore apricarentur, & in ſole diſcumberent. Habebant itidem, quæ ad Arcton & ſeptentrionem ſpectarent, & nullum ſolem admitterent, in quibus in æſtiuis menſibus amœno frigore epularentur. Hoc quod nunc poëta exprimit. Sitq́ ſententia,* nulla porticus decempedis, *id eſt, nulla porticus adeò ampla erat, ut perueniret ad menſuram decem pedum. Non enim negat fuiſſe illis porticus, quæ uergeret ad ſeptentrionem, quæ calores arcerent, ſed negat illas decem pedes fuiſſe, ſed breuiores.* Metata] *Quaſi magno ſpacio menſurata, nam metari caſtra, quæ magna ſunt dicebantur, quod ſpatium nunc luxui priuato dari datum conqueritur.* Nec fortuitum ceſpitem ſpernere] *Pro non parua uoluptate erat, ſi forte ceſpitem in umbra inueniſſent, in quo diſcumberent, aut recumberent, quam leges ſpernere non ſinebant. Nam ita ſeueri erant in coërcendo luxu, ut ceſpes pro ſumma uoluptate haberetur.* Oppida publico ſumpto] *Sententia eſt, quod in publicum diuites eſſent, & illis diuitijs aut oppida ædificabant, aut templa exornabant.* Nouo Saxo] *Id eſt, externo & aliundè inuecto, propter quod illis nouum erat.*

HENR. GLAR. } Vndique latius Extenta uiſentur Lucrino] *Et Acro & Porphyrio exponunt, non latiùs extenta. ſed latiùs uiſentur. At alijs contrarium uidetur, quibus lubens ego ſubſcribo. Puto enim poëticam eſſe hyperbolen: quaſi dicat: Piſcinæ latiores nunc inſtituuntur, quàm ſit lacus Lucrinus.* Tum uiolaria, & Myrtus, & omnis copia narium] *Legendum, tum* uiolaria, Myrtusq́, & omnis copia narium. *Alioqui Trochæus fuerit primo loco: quem hoc carmen, hoc certè uerſu non ſuſcipit.* Nulla decempedis Metata priuatis, opacã Porticus excipiebat Arcton]. *Dicere uult, priſcis Romanis non fuiſſe, ut noſtri ſeculi hominibus, porticus, quæ ſeptentrioni eſſent expoſitæ, atque ita Solis minimè obnoxij caloribus. Itaque excipiebat Arcton, exponendum eſt, expoſita erat ſeptentrioni, Acronis uerba mirum. quàm hoc obſcurè exponunt. Nec quiſquam ſenſus ex illis elici poteſt. Domos autem, quæ ſeptentrioni ac ortui erant expoſitæ, non ob umbram modò amabant, ſed etiam ob ſanitatem. In Porphyrionis autem commentario legendum, ædificans decempedis porticum, non decempedum. Hoc corruptum erat uel temporum iniuria, uel ab aliquo ſciolo, ut fieri ſolet. Ideoq́ annotatione dignum in bono authore.*

HERM. FIG. } Iam pauca aratro] *Hoc eſt, regiæ & magnificæ ædes ſua amplitudine tot agros occupant, ut pauci relinquantur culturæ.* Iugera] *Apud nos in agro Romano & Latino (ait Nonius Marcellus) Iugeris iugum uocant, quod iuncti boues uno die exarare poſsint. Iugerum longitudine ped.* 240. *in latitudinem dimidio minùs conficere, duosq́ in ſe Actus continere, ſcribit Alciatus in Comment. De uerb. ſig.* Vndique latiùs extenta] *Dolet latiſsima agrorum ſpacia piſcinis, tantum uoluptatis gratia, deſtinari.* Lucrino lacu] *In Campania duo ſunt lacus, iuxta portus Baiarum contra Puteolos, Lucrinus ſcilicet, & Auernus. Auth. Plin. De his Strab. lib. 5. Geog. ſic dicit: Contiguus Baijs, Lucrinus adeſt ſinus, intra quem Auernus eſt. Portum Iulium apud Baias, immiſſo in Lucrinum & Auernum mari, effeciſſe Auguſtum, ſcribit Suetonius. Sunt qui à lucro nominatum Lucrinum exiſtiment, ob maximam piſcium multitudinem, qui ibi capiebantur, & quàm plurimum lucri mercatoribus faciebant.* Platanusq́ cælebs euincet ulmos] *Hoc eſt, plures nunc Platani tantùm uoluptatis gratia plantantur, quàm ulmi utiles & neceſſariæ uitibus. Eſt autem Platanus arbor patulis diffuſa ramis, ideoq́ umbrifera, & ad opacandum aliquem locum apta.* Cœlebs] *Hoc eſt, ſine uxore uite, quia in Platanis gigni uina non poſſunt, propter nimiam frondium denſitatem. Sic uiciſsim ulmos uitium coniuges appellat Virg. hoc carmine. Fœcunda uitis coniuges ulmos grauat. Quia ulmi uitibus ſunt aptiſsimæ, quòd nobilia uina (ut ſcribit Plin. lib. 17. cap. 23.) non niſi in arbuſtis gignantur, & in his quoq́ laudatiora ſummis, ſicut uberiora imis: adeò excelſitate proficitur. Hac ratione & arbores eliguntur. Prima omnium ulmus, excepta propter nimiam frondem Attinia. Deinde populus nigra, eadem de cauſa, minus denſa folio. Non ſpernunt plerìq́ & fraxinum, ficumq́, & etiam oleam, ſi non ſit umbroſa ramis.* Tum uiolaria, Myrtusq́, & omnis] *Quaſi dicat: hortorum uſus nunc magis ad luxum & odorum ſuauitatem, quàm ad uitæ neceſsitatem conuertitur.* Violaria] *Violarium locus eſt, ubi creſcunt uiolæ, auth. Ser. Virg. lib. 4. Georg.*

» *Irriguumq́ bibant uiolaria fontem.*

Fertilibus domino priori] *Non ad odores & delitias, ſed ad ſolam fertilitatem, & fructus uitæ neceſſarios reſpicienti.* Tum ſpiſſa ramis laurea] *Laurus quoq́, ſicut & Platanus, ad præbendam umbram magis, quàm arbores frugiferæ & utiles, ponitur: cõtra ueterum agricolarum conſuetudinem & regulam. Facit autem laurum uicinam myrto, quoniam ſua permiſtione ſuauem odorem creant. Vnde Virg. Ecloga. 2.*

» *Et uos ô lauri, carpam, & te proxima myrte:*
» *Sic poſitæ quoniam ſuaueis miſcetis odores.*

Non ita Romuli præſcriptum] *Romuli, Catonis, & ueterum lex, regula & rectè uiuendi norma non fuit, luxuria & deſidia corrumpi, ſed frugalitatem amplecti in laboribus tolerandis, & præcipuè in agri colendi ſtudio ſe exercere.* Intonſi Catonis] *Superioris, qui priſca illa frugalitate, & continentia fuit clarus.* Auſpicijs] *Auſpicium ab auium uolantium ſpectatione, quaſi auis ſpecium, appellatum eſt: Sicut augurium à garritu auium, tam in bonam, quàm in malam partem. Nam ex auſpicijs ſe putabant intelligere miſeri, quid faciendum utiliter, quidúe fugiendum ob perniciem futuram eſſet. Ideoq́ cùm omnia ab auſpicijs inciperent, uulgò nunc auſpicari dicimus pro incipere.* Veterumq́ norma] *Norma latinè (quemadmodum Græcè gnomon, inquit Budæus) eſt pars & Geometrici & architectonici inſtrumẽti, qua norma, ut recti anguli à Geometris, ſic lapides ac ſtructuræ orthogonæ, id eſt, rectis angulis exactæ, ab architectis & fabris deprehenduntur. Vulgò quadra uocatur. Vitr. lib. 7. inter regulam, perpendiculum, & normam ſic diſtinguit: Longitudines (ait) ad regulam & lineã, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes, exiguntur. Normam hîc pro rectè uiuendi regula, & lege, eleganter*

ponit Horatius, quem Lucianus κανόνα τῶν γνώμονα τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου, hoc eſt, canonem & gnomonem uitæ, ſecundum uirtutem agendæ, uocat. Cicero pro L. Murena: Et primùm Catoni, uitam ad certam rationis normam dirigenti, reſpondebo. Et de Legib. Naturam legis normam appellat. Priuatus illis cenſus] Oſtendit, tantam fuiſſe ueterum temperantiam, & frugalitatem, ut parum curârint opes priuatas, ſed omnia ad publicam utilitatem retulerint, ſequentes in hoc ducem naturam. Quæ uult, ut plus utilitati publicæ, quàm priuatæ conſulamus, & noſtra officia, ad cōſeruandam hominum ſocietatem, in medium adferamus. Quoniam, ut præclarè ſcriptum eſt à Platone, non nobis ſolùm naſcimur, ortusq́ noſtri partem patria, partem amici ſibi uendicant: atq; ut placet Stoicis, omnia quæ in terris ſunt, ad hominū uſum ſunt creata, homines autem hominum cauſſa generati, ut ipſi inter ſe alij alijs prodeſſe poſſint, ſequitur natura, ut communem Reip. utilitatem priuato commodo anteponamus, & quàm plurimos noſtris facultatibus iuuemus. Vnde magnificè Cato apud Ciceronem lib. 3. de finibus dicit: Vt leges omnium ſalutem ſingulorum ſaluti anteponunt, ſic uir bonus & ſapiens, legibus parens, & ciuilis officij non ignarus, utilitati hominū plus, quàm unius alicuius, aut ſuæ conſulit. Cenſus breui.] Exiguum patrimonium. Cenſus uocabulo parum Latinè imperita multitudo utitur, pro reditibus annuis: cūm patrimonia nonnunc cenſus ueniant. Ouidius:

„ Si modò non cenſus, nec clarum nomen auorum,
„ Sed probitas magnos, ingeniumq́; facit.

Hinc cenſum agere, eſt deſcribere, ac æſtimare ſubditos, profitentes & capita, & patrimonia ſua iuratò. Et Cenſores dicti ſunt ab eo, quòd arbitratores eſſent rerum & bonorum, quæ ciues profiterentur: quantum ex his unumquemq; publicæ neceſſitati contribuere oporteret. Cenſére enim pro æſtimare accipitur. Hi poſteriore tempore cœperūt magiſtri morum eſſe, multò maiore fructu, quàm cūm pecunias corraderent. Erant autem duo Cenſores, qui quinto quoq; anno creabantur. Hæc diligenter & doctè, ut alia omnia, Ioannes Oldendorpius. Commune magnum] Quia in medium quærebant, & priuati commodi obliti, omnia ad publicū uſum referebant. Hæc animi magnitudo (inquit Cic. in Oratione pro Flacco) in maioribus noſtris fuit, ut in priuatis rebus minimo contenti eſſent: in imperio atq; publica dignitate omnia ad gloriam & ſplendorem reuocarent. Nulla decem pedis metata] Oſtendit ueteribus Romanis non fuiſſe, ut ſui ſeculi hominibus luxurioſis, priuatim amplas, & ſeptentrioni expoſitas porticus, ubi à ſolis arboribus defenſi inambularent. Decempedis] Decempeda à Græco Δεκάπους, dicitur. Regula eſt decēpedum, qua agri menſores & metatores utuntur. Hæc etiam Pertica, teſte Alciato, uocatur, quæ duos paſſus in ſe habet, hoc eſt, pedes decem. Dicit autem, Decempedis metata, propter magnitudinē, quia porticus, quæ ad ſeptentrionem ſpectabat, duplex ampliſs. latitudine perficiebatur. Porticus] Locus arcendi feruorem ſolis, repentinosq́; imbres, & deambulationis gratia egregiè & Magnificè extructus. Græcè dicitur στοά. Vnde στωϊκοί, philoſophi, quia in porticu ambulantes diſputabant, & philoſophabantur. Quæ porticus Romæ inſignes fuerint, magna diligentia indagauit, & ſcriptum reliquit Alexander Neapolitanus lib. 3. cap. 23. Genial. Die. Arctoν] Septentrionem frigidam & opacam. Nec fortuitum ſpernere ceſpitem leges ſinebant] Leges uetabant irridere atq; contemnere eum, qui fortè ſuper herbam aut ceſpitem recubuiſſet: adeò nemini fuit dedecori paupertas & parſimonia. Huc pertinet quod Ouid. lib. 1. Faſt. de frugalitate ueterum cecinit:

„ Frondibus ornabant, quæ nunc capitolia gemmis.
„ Paſcebatq́; ſuas ipſe ſenator oues.
„ Nec pudor in ſtipula placidam cepiſſe quietem,
„ Nec fœnum capiti ſuppoſuiſſe, fuit.
„ Iura dabat populis poſito modò Prætor aratro,
„ Et leuis argenti lamina crimen erat.

Adde quod Gellius ſcribit, parſimoniam apud ueteres Romanos, & uictus atq; cœnarum tenuitatem non domeſtica ſolùm obſeruatione ac diſciplina, ſed publica quoq; animaduerſione, legumq́; cōplurium ſanctionibus cuſtoditam eſſe. Oppida publico ſumptu iubētes] Imperātes, ut publica potiùs ædificia quàm priuata, in honorem deorum, & decus urbis, quàm pulcherrimè & honorificentiſſimè exornarentur. Nam quæ publicè ſunt utilia, ſemper ſunt præferenda ijs, quæ priuatim: quia ad ſalutem non unius, uel alterius, ſed totius populi, omniumq́; ciuium pertinent. Quanto igitur maior eſt multorum hominum æſtimatio, quàm unius, tantò diligentiùs publicæ utilitatis habenda eſt ratio, quam priuatæ in ciuitate. Cura autem publicarum ædium procurandarū, & totius urbis tuendæ penes Aediles erat. Templa nouo decorare ſaxo] Fuerunt enim Gentes in religione, cæremonijs & pſeudodeorum cultu ſupra modum ſuperſtitioſi. Quæ de re mira licet uidere in XII. Tabulis.

THEOD. PVLM. } 5 —Tum uiolaria, & Myrtos, & omnis] H. G. E. B. Tum uiolaria, Myrtusq́, & omnis, Georg. Fabricij manu ſcriptum, bona utraq; lectio, eſt enim motus in priori ſpondeus, numero multitudinis. 17 Nec fortuitum ſpernere ceſpitem Leges ſinebant] Cùm dicit, ſentit ex ima terræ ceſpite, quæ cuique forte obtigerat, qui non ædificaſſet ductis lateribus, aut etiam crudo ipſo ceſpiticio ſolo minimo ſumptu, legū pœnis obnoxium fuiſſe, cùm ſumptuoſam ædificationem publicorum in oppidis operum, & ſolidam è ſaxo quadrato ſtructuram templorum non priuatorum ædificiorum eſſe uellent. Turneb. lib. 10. cap. 22.

GEORG. FAB. } Inuehitur poëta in ſumptum ædificiorum ſui temporis, quem ſimili modo reprehendunt apud Romanos, Salluſtius, Velleius, Seneca. Docet ciues ſuos, & quid eos facere ſit turpe: & quid ſequi, maximè honeſtum atque utile. Homines ſui ſeculi Mecœnatem, Lucullum, Cocceium, ne eos offendat, non nominat. priſcos nominat, qui frugalitate rem Romanam auxerant, Romulum & Catonem Cenſorium. Luxus fugiendus, & quia turpis eſt, & quia maioribus noſtris inuſitatus. Tranſiulit locum quendam Demoſthenis de Athenienſibus in 3. Olynthiaca, in qua dixit domum Ariſtidis aut Miltiadis non fuiſſe domo uicini alicuius ſplendidiorem. Tum uiolaria, & Myrtus, & omnis copia] Manuſcriptum, Tum uiolaria, Myrtusq́ & omnis, quod magis numeris conuenit.

IOD. BAD. ASCENS. } Iam pauca] Graphicè ſui ſæculi luxum in ædificijs extruendis taxat, & maiorum commendat continentiam, & parſimoniam, dicens. Moles regia] Id eſt, tam ingentes, ut regiæ uideantur, hoc eſt, regales ſtructuræ. Relinquent iam] Id eſt, deinceps ſi ſic pergunt ædificare mortales, ut inſtituerunt. Pauca iugera aratro] Id eſt, rationi, & aruis ſerendis. Stagna, quæ ſunt ad uoluptatem & munitionem ante priuatas domos ducta. Viſentur] Id eſt, uidebuntur. Vndiq; extēta latiùs lacu Lucrino] Id eſt, quàm ſit lacus Lucrinus, qui tamē mari irrumpente maximus eſt. Et platanus arbor latis foliis] A quibus dicitur. Celebs] Id eſt, non coniuncta uitibus, quia non naſcuntur in platano, ſed ſub platano abſumuntur umæ. Euincet] Id eſt, excedet. Vlmos arbores] Quibus uites quaſi matrimonio coniunguntur in Italia. Tum] Id eſt inſuper Myrtus arbor odorifera, ut in Bucco. Maro.

„ Et uos ô lauri carpam & te ô proxima Myrte.

Sic poſitæ, quoniam ſuaues miſcetis odores. Omnis copia] Id eſt, uis. Narium] Id eſt, herbarum, aut frondium odoriferarum ſpargent odorem. Oliuetis fertilibus] Id eſt, ubi erant oliueta fertilia domino priori. Oliueta autem ſunt ubi oliuæ naſcuntur, id eſt, oliuiferæ arbores. Tum] Id eſt, inſuper laurea ſup. arbor, id eſt, laurus. Spiſſa ramis excludet feruidos ictus] Scilicet ſolis, quibus uuæ matureſcerent. Non ita præſcriptum] Id eſt, quod non ita præſcriptum erat. Auſpicijs] Id eſt, principio & ductu Romuli, qui iuſsit agriculturæ intendi. Et Catonis intonſi] Id eſt, rigidi & hiſpidi, atq; ita ſeueri, qui de re ruſtica multa ſcripſit, & norma ueterum, qui de agri cultura præceperunt & ſeruauerunt multa. Priuatus illis] Ordo eſt, Cenſus priuatus] Id eſt, res propria. Erat illis] Scilicet ueteribus. Breuis] Id eſt, modica. E commune] Sup. bonum, Id eſt, publicum, erat illis magnum. Nulla porticus metata] Id eſt, menſurata dum fieret. Decempedis] Id eſt, partica aut regula decempedum. Priuatis] Id eſt,

Id eſt, in priuatum uſum adductis. Excipiebat Arcton] *Id eſt, urſam, hoc eſt partem ſeptentrionalem, à qua ſol non influit, uentus autem ſaluberrimus eſt, licet frigidior, quapropter, addit opacã: ut, ſcilicet opacitate umbroſarum arborum uenti uis impediatur.* Nec leges] *Scilicet cenſorum, qui delicatos & ſibi indulgẽtes æruis notabant.* Sinebant ſpernere ceſpitem] *Id eſt, terram cum herbis & radicibus.* Fortuitum] *Id eſt, forte inuentum, dum ſedere, aut recubare uellẽt, pro quo nunc receſſus multo artificio extructos habent.* Leges] *Dico iubentes.* Decorare oppida publico ſumptu, & templa ſaxo nouo] *i. externo, nec cuilibet uiſo.*

ANT. MANCIN. } *Damnat hac Ode ædificiorũ luxuriam, agri enim illis occupati minus populo neceſſaria ſuppeditabant: laudat inde maiorum parſimoniam. Cenſus enim priuatus olim breuiſsimus erat, res uerò communis ingens.* Iam pauca aratro iugera regiæ] Ode eſt ſimilis nonæ lib. 1. Regiæ uidebantur] *Id eſt, regum domus.* Vndiq; uiſentur] Ordo eſt. *Vndiq; uiſentur ſtagna.* Latius extenta] *Id eſt, ampliora lacu lucrino, piſcinas enim intelligit.* Lucrino lacu] *Contiguus Baijs Lucrinus adeſt ſinus, intra quem auernus eſt, ut inquit Strab. lib. 5. Plin. quoq; lib. 3. prope Baias eſſe indicat lacum Lucrinum & Auernum.* Platani] *Erant in uſu platani apud Romanos, uel in uilla, uel in hortis Vrbanis, ad umbras mambulationum, quem uſum docuerunt Athenæ in philoſophorum ocio. πλάτος autem latitudo dicitur. πλατύνω dilato. Plura diximus in Iuuenalem ibi.*

„ *Frontonis platani.*

Cælebs] *Id eſt, ſine uitibus per metaphoram, non iunguntur enim platano uites, quia ut ſcribit Plinius: Iucunda eſt umbra platani, quanquam craſſa. Cælibem autem dictum exiſtimant, quòd dignam, cœlo uitam ducat, ut ſcribit Feſtus. Vlmos euincet. Hoc eſt plures erunt platani uoluptatis gratia conſitæ, quàm ulmi cum uitibus.* Narium] *Id eſt, odorum.* Oliuetis] *Vbi fuerant oliueta. Fertilibus, nunc enim ſublatis, inde oleis uiolaria, & ſimilia ibidem conſerebant ad uoluptatem, & odorum gratiam.* Ictus] *Solares radios, uel fulmina intelligit. Laurus enim non tangitur fulmine, ut ſcri. Plin. lib. 15.* Non ita Romuli] Ordo eſt. *Non ita præſcriptum auſpicijs Romuli, & intonſi Catonis, & ueterum norma.* Non ita præſcriptum] *Id eſt, præceptum. Romulus enim præcepit ſuis agriculturam & militiam: ut latè oſtendit Dionyſius, & nos multa in principio Georg.* Auſpicijs] *Principijs, & ductu.* Intonſi Catonis] *Id eſt, rigidi & hiſpidi propter ſeueritatem. Intelligendum uerò eſt de maiore Catone, tunc enim meliores erant. Præterea intonſi ueteres dicuntur, quoniam, ut ſcribit Plin. lib. 7. Tonſores in Italiam ex Sicilia uenẽre prius Romam conditam, anno quadrageſimo .54. adducente. P. Ticinio Mena, primus omnium radi quotidie inſtituit Aphricanus. Sequens diuus Auguſtus cultris ſemper uſus eſt.* Norma] *recta uiuendi regula.* Priuatus cenſus] *Res propria.* Commune] *Id eſt, res communis, & publica.* Nulla decempedis] *Senſus eſt.* Nullus priuatus uir habebat porticum tantam ad ſeptentrionem pro æſtiuo ſole uitando, *quæ etiam potuiſſet ſufficere umbræ ſolis uicini plagæ ſeptentrionali, tunc enim umbræ ſunt minimè, quod Iuuen. Sat. 7. innuit dicens.*

„ *Parte alia longis Numidarum fulta columnis*
„ *Surgat, & algentem rapiat cœnatio ſolem.*

Id quidem priores non habebant tanti luxus. Decempedis] *Decempeda regula eſt, ſeu partica decem pedum, qua fabricæ menſura colligitur. Eſt autem ſenſus, quòd antiquorum porticus non erat tanta, ut potuiſſet decempeda menſurari.* Metata] *Menſurata.* Opacam Arcton] *Id eſt, umbram ſolis uicinioris.* Arcto] *Id eſt, urſæ boreali.* Fortuitum] *Id eſt, forte & caſu inuentum, quocunque loco.* Spernere] Quin ibi ſederent, iacerent ue. Leges quæ] *Scilicet parſimoniam iubebant, luxum quoq; prohibentes.* Nouo ſaxo] *Id eſt, externo loco adducto. Marmor enim è Laconia portebatur uiride, & præcioſum, cunctiſq; hilarius, ut ſcribit Plin. lib. 36. Ex Armenia quoq; & Aegypto uectum eſt marmor: item è Numidia, Cariſto, & Chio. Iuuenalis quoque Sat. 14. inquit.*

„ *Græcis longeq; petitis marmoribus.*

ODE XVI. AD GROSPHVM.

Ode X V I. *Dicolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis, atque diræ.*

–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪∪ ––

ARGVMENTVM IN ODEN XVI.

Inſectatur mortalium ſtultam temeritatem, qui cùm omnes naturæ impulſu ocium & tranquillitatem expetant, tamen ambitione & cupiditatibus excæcati, ſemet in inquietudinem præcipitant. Neque intelligunt ſe à dijs petere, quod per ſe ſibi, ſi uelint, præſtare poſſint, ſi curis quibus ſe aſſiduè torquent temperare poſſint. Sapientis eſſe, de futuro non anxium eſſe, & triſtia lætis compenſare, ſi quid aduerſi acciderit, quod omnibus ferè ſolet uſu uenire, boni conſulere, quum nemo abſolutè beatus inueniatur.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Pertinet hæc Ode ad mores formandos, qua declarat quietiorem animi ſtatum in mediocritate conſiſtere: Fruſtraq; eos precari à dijs ocium, qui cupiditatibus nullum ponunt modum, quas ingentes ſemper comitantur curæ.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Inuehitur in hominum ſtultitiam & temeritatem, quòd cùm otium omnibus ſit gratum & optabile, nec ullis diuitijs ac dignitatibus, ſed frugalitate & temperantia paretur, ultrò ſe per auaritiam & ambitionem in maximas curas atq; ſolicitudines præcipitent, quæ auarum, quocunq; fugerit, nunquam relinquunt. Sed prudentem, qui rebus præſentibus contentus, nihil cogitat de futuris: & ſi triſte quid acciderit, lætitia compenſat, perſuaſum habens, neminem mortalium per omnia felicem.

COMMENTARIA.

OTIVM Diuos rogat in patenti
Prænſus Aegæo, ſimul atra nubens
Condidit lunam, neque certa fulgent
Sidera nautis.
Otium bello furioſa Thrace,
Ocium Medi pharetra decori,
Groſphe, non gemmis, neq; purpura uenale, nec auro.
NON enim gazæ, neq; conſularis
Summouet lictor miſeros tumultus
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta uolantes.
VIVITVR paruo bene, cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum:
Nec leues ſomnos timor, aut Cupido
Sordidus aufert,
QVID breui fortes iaculamur æuo
Multa? quid terras alio calenteis
Sole mutamus? patriæ quis exul
Se quoq; fugit?
SCANDIT æratas uitioſa naueis
Cura: nec turmas equitum relinquit,
Ocyor ceruis, & agente nymbos
Ocyor Euro.
LAETVS in præſens animus, quod ultrà eſt,
Oderit curare, & amara lento
Temperet riſu: NIHIL eſt ab omni
Parte beatum.
ABSTVLIT clarum cita mors Achillem:
Longa Tithonum minuit ſenectus:
Et mihi forſan, tibi quod negarit,
Porriget hora.
Te greges centum, Siculæq; circum
Mugiunt uaccæ: tibi tollit hinnitum
Apta quadrigis equa, te bis Afro
Murice tinctæ
Veſtiunt lanæ: mihi parua rura, &
Spiritum Graiæ tenuem Camœnæ,
Parca non mendax dedit, & malignum
Spernere uulgus.

ACRON.

OTIVM diuos rogat] *Hac Ode indicat ocium nemini non gratum eſſe, atque optabile, aſſeritq; à dijs ſtultè homines ocium precari, cùm ipſi ſibi id præſtare poſsint, ſi cupiditatibus modus ponatur. Nullis præterea diuitijs aut præmijs emi poſſe. Ordo eſt:* Groſphe ſimul atra nubes condidit lunam, neque ſidera fulgent certa nautis, prænſus in patenti Aegæo rogat diuos ocium, non uenale gemmis, neque auro, neque purpura. Patenti Aegæo] *Lato mari, & ubique diffuſo ſine littoris alicuius aſpectu. Bene prænſus tanquàm furtum nauigās faciat, inſidiatus ſereno. Aegæum autem mare ab Aegæo, Theſei patre dictum.* Certa ſidera] *Nota, aut certè fidelia, quorum claritudo pernox ſit, ut meritò eis credatur, id eſt, Septentrio, unde & Lucanus:*

» *Miſeros fallentia nautas*
» *Sidera non ſequimur, ſed quæ non mergitur undis*
» *Arctos.* ——

Ocium bello furioſa] *Optabile etiam bellicoſis nationibus ocium dicit.* Pharetra decori] *Quia ſagittarum uſu, & armorum ſplendore decori ſunt Perſæ. Ocium naturale animi affirmat bonū, quod nullis poſsit diuitijs, uel honorum poteſtate comparari.* Gazæ] *Diuitiæ, ut*

» *Troia gaza per undas.*

Senſus uerò eſt, quòd non diuitiæ homines ab inquietudine excuſent, ſed quies & electa mediocritas. Ordo eſt: Non enim gazæ, neq; conſularis lictor ſummouet miſeros tumultus mentis, & curas uolantes circum laqueata tecta. Lictor] *Lictorem pro dignitate poſuit & honore, qui ocia denegat.* Miſeros tumultus mentis] *Non alibi grauiores curas eſſe, quàm ubi maiores ſunt opes demonſtrat.* Circum uolantes] *Volantes curas dixit diſcurrentes: ſicut Virg.*

» *Atque animum celerem, nunc huc, nunc diuidit illuc,*
» *In parteſq; rapit uarias, perq; omnia uerſat.*

Laqueata tecta] *Lacunaria. Virg.*

» *Summiq; ferit laquearia tecti.*

Laquearia autem dicuntur opera cameræ in lacus collecta. Virg.

» *Dependent lychni laquearibus aureis.*

Viuitur paruo bene] *Paupertate ſola beate approbat uiui. Luc.*

» O *uitæ tuta facultas pauperis anguſtiq; lares.*

Salinum] *Pro quocunq; uaſe poſuit fictili menſæ pauperis. Propriè tamen Salinum eſt patella, in qua dijs primitiæ cum ſale offerebantur.* Timor aut cupido] *Cupido pro auaritia dictus, ut & timor pro cuſtodia cenſus. Iuuen.*

» *Miſera eſt magni cuſtodia cenſus.*

Iaculamur] *Pro appetimus, & dum breuis uita ſit, maiora tentamus.* Quis exul Se quoq; fugit] *Quis à ſe quoq, id eſt, à uitijs auaritiæ ſuæ poterit fugere, qui derelinquit patriam, diuitias autem quærit mutatione terrarum, ut eſt:*

» *Atque alio patriam quærunt ſub ſole iacentem.*

Scandit æratas uitioſa naues Cura] *Oſtendit neq; mari, neq; terra ſine militia poſſe quenquam curas fugere ſuas uel peccatum.* Nec turmas equitum relinquit]. *Non deſerit relictas turmas. Relinquit enim, eſt pro deſerit. Senſus autem hic eſt:* Si equo quis uelis curas fugere, non poteſt, quia & ceruis, & ipſis uentis ſunt ueloci ores. Lætus in præſens] *Plus præſenti lætitia, quam ſpe futuri animum iuuari dicit, id eſt, non plus lætetur, quàm expedit.* Et amara læto téperet riſu] *Philoſophicum præceptum ad patientiam exhortans, ut aduerſa lætitia temperentur, & non ſatis proſperis credatur, maximè cum uarietate uitæ, nec pro uoluntate ad omnia fælicitas conſtet, nec ſint aduerſa continua.* Abſtulit clarum cita mors Achillem] *Oſtendit rerum humanarū duo inter ſe contraria, exemplo eorum, qui putati fælices ſunt. Achilles uerò uirtute præcipuus, cita morte iuuenis perijt.* Longa Tithonum minuit ſenectus] *Tithonus maritus Auroræ tardè mortuus eſt, per damna deficientis ætatis. Viuendo enim in cicadam conuerſus dicitur. Et ideò dicit nihil certum eſſe homini, dum illum cita mors punierit, alterum uerò ſenem cōſumpſerit antè uita, quàm fatum.* Porriget hora] *Horam pro tempore poſuit, id eſt, uariabilis fortuna proſperabitur mihi, tibi amara, id eſt, forſan tibi mors occurrendo me pertranſibit.* Te greges centum] *Finitum pro infinito uſus eſt, ut:*

» *Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.*

Bis Afro] *Pro Tyrio, & inde pro Carthaginienſi.* Mihi parua rura] *Dicit ita plerunq; diuerſa eſſe ingenia: ut fortunas in diuerſis ſtudijs, ut ſicut alij honoribus & diuitijs clari ſunt, ita hic carmine illuſtret mediocritatem ſuam.* Et ſpiritum Graiæ tenuem Camœnæ] *Dedit mihi tenue, ingenium Grææ Muſæ, ſcilicet ut poſſem lyra cantare, primò à Græcis inuenta. Ordo eſt:*

» *Et parca non mendax dedit mihi tenuem ſpiritum Graiæ Camœnæ, & ſpernere malignum uulgus.*

Graiæ Camœnæ] *Id eſt, Græcæ Camœnæ: uel quia Græci fuerunt poëtæ Lyrici, quos Horatius imitatus eſt, Alcæus & Sappho: uel quia primi Græci carmina inueniſſe perhibentur. Camœnæ uerò genitiuus eſt ſingularis.* Parca non mendax] *Immutabilis. Vult enim fataliter ſibi hoc attributum ingenium.*

PORPHYR. } Ocium diuos rogat] *Hac Ode Groſphum equitem Romanum alloquitur, Sicilienſem, indicans nemini non ocium gratum eſſe atque optabile.* In patenti prænſus Aegæo] *Dicit omnes ſtultè à dijs ocium optare, cùm ipſi illud ſibi præſtare poſsint, quippe cùm nullis præmijs ematur. Non enim, inquit, diuitiæ aut honor proſunt cuiquam, quò minus inquietam*

ſollicia

ſollicitudinis mentem patiatur. Et curas laqueata circum tecta uolantes] *Oſtendit non alibi grauiores curas eſſe, quàm ubi maiores opes ſint.* Cui paternum ſplendet in menſa tenui Salinum] *In menſa tenui, hoc eſt, in paupere. Salinum patella, in qua primitiæ dijs cum ſale dantur, ſed nunc pro uaſculo domeſtico ſalis dixit. Dicit autem bene uiui paupertate, quia paterna re familiari contentus uictum non abhorret.* Nec leues ſomnos timor aut cupido Sordidus aufert] *Cupidinem hic non puto pro amore poſuiſſe, ſed pro cupiditate, quare miror maſculino cum genere cupidinem dixiſſe, cum hac ſignificatione hæc cupiditas dicatur.* Terras alio calentes Sole] *Sic & Virg.*

„ *Atq; alio quærunt patriam ſub ſole iacentem.*

Patriæ quis exul ſe quoque fugit] *Senſus eſt: Qui ſe quoque, id eſt, aut uitium auaritiæ ſuæ, aut impatientiam ſuam potuit fugere, qui patriam relinquit.* Scandit æratas uitioſa naues cura] *Per hoc oſtendit neque mari, neque terra poſſe curas ſuas effugere.* Nec turmas equitum relinquit] *Id eſt, etiamſi equo uelis curas effugere, ſequentur illæ te tamen, ſunt enim ceruis & ipſis uentis uelociores.* Lætus in præſens] *Præſentibus, inquit, delectemur ac fruamur, futura non quæramus.* Et amara læto Temperet riſu] *Amaritudinem uitæ hilaritate interpoſita leniat.* Nihil eſt ab omni Parte beatum] *Extrinſecus hic audiendum eſt, quatenus conceſſum omnibus non eſt, ut per omnia beati ſint.* Abſtulit clarum cita mors Achillem, Longa Tithonum minuit ſenectus] *Oſtendit diuerſitatem rerum humanarum, duo inter ſe contraria poſuiſſe, breuem, ſcilicet, Achillis uitam, & Tithoni uſque ad ultimam ſenectutem porrectam.* Te greges centum, Siculæq; circum Mugiunt uaccæ] *Alij inquit, diuitias inſatiabili animo cupiunt, at mihi paupertatem cum animi æquitate opto, per quod oſtendit ſic ingenia diuerſa eſſe plerunque hominibus, ut fortunas.* Te bis Afro Murice tinctæ Veſtiunt lanæ] *Afrum muricem pro Tyrio dixit, uidelicet, quia Tyrij in Africam transierunt, id eſt, Carthaginem condiderunt. Bis tincta autem lanam, dibapham purpuram dicit, quam ſcimus eſſe precioſiſsimam.* Et ſpiritum Graiæ tenuem Camœnæ, parca non mendax dedit] *Spiritum tenuem, id eſt, ſubtilem accipe, Camœnæ autem Graiæ ideò dixit, quòd hæc carmina ad imitationem Græcorum ſcribat. Graiæ genitiuus ſingularis eſt.*

CHRIST. LAND. Ocium diuos rogat in patenti] *Ex omnibus quæ hactenus deſcripta ſunt carmina nullum reperies, quo ſeuerius increpet humanæ mentis cæcitatem. Nam cum naturali impulſu omnes ocium cupiant: Idq; ſibi, ſi modo ſuas cupiditates intra rationis terminos cohibeant, præſtare poſsint, ſtultitia tamen ſumma id à dijs petunt, cùm interim auaritia, ambitioneúe eos impellente aſsiduis laboribus atque periculis ſe crucient. Ergo alius.* Prenſus] *Pro deprehenſus à tempeſtate in mari.* Rogat diuos ocium] *Id eſt, Ceſſationem & quietem à tempeſtatibus quam ipſe (ſi auaritiæ impulſu mare non intraſſet) ſibi præſtare potuiſſet.* Patenti] *Quia amplioris eſt tractus.* Aegæo] *Species eſt pro genere poſita. Cæterum Aegæum mare à ſcopulo, qui non procul à Tenedo eſt, denominatur. Ille enim ſpeciem capræ habent. Capram autem αἶγα Græci nominant. Alij uolunt ab Aegæo Athenienſium rege, qui ex alta ſpecula in id ſe præcipitem dedit, eſſe Aegæum dictum. Nam cùm ita iubentibus ſortibus in Cretam enauigaſſet filius Theſeus, uelaq; nigra, ueluti à Minotauro deuorandus detuliſſet, iuſſuſq; eſſet, ſi forte incolumis reuerteretur, ut uela mutaret in alba, oblitus eſt id facere Theſeus. Quapropter nigra conſpicatus Aegæus, propterea'q; filium periſſe ratus, ſe (ut dixi) præcipitauit. Eſt autem mare latum, & incipit ab (Cleo) Helleſponti finibus. Nullum quod olim in inſulis, & uiris illuſtribus maiori' fama fuit, noſtro autem ſæculo turpi ſeruitio premitur. Et pleræq; inſulæ deſertæ iacent.* Condidit lunam] *Et ſic obſcurauit cælum. Contra alibi nec candida curſum luna negat.* Certa] *Nam abſcondit ea ſydera, quæ cognita, certaq; ſunt nautis, ut eſt urſa & reliqua.* Thrace] *In nominatiuo eſt & Græca declinatio, ut ἡ θρᾴκη τῆς θρᾴκης, nos hæc Thracia dicimus.* Furioſa] *Sine ratione bellicoſa: nam ſæpe ebrietate impulſi in prælia deſcendunt uel furioſa, propter Bacchi ſacra illic ab Orpheo inſtituta, & tunc erit furioſa furore diuino repleta propter Bacchantes, ſed prima interpretatio rectior.* Ocium] *Repetitio eſt color rhetoricus, quo oratio ſplendidior ſimilis, & efficacior redditur.* Medi] *Pro Parthis poſuit.* Decori Pharetra] *Quia (ut iam demonſtratum eſt) multum ualent ſagittis. Sententia eſt, quod & qui nauigando, & pugnando labores, & pericula ſubeunt, ea ratione laborant, ut in ocio uiuant, ſtultiſsimi profectò, qui ſi & auaritia, & ambitione à ſe propulſatis modico contenti uiuere uelint, ſibi ipſi ocium præſtare poſsint.* Venale] *Id dicimus quod uendendum proponitur. Et eſt uenale, quod emi poſsit, ocium autem dicit non poſſe emi gemmis & purpura, id eſt, magnis diuitijs, nam ocium prouenit ex tranquillitate mentis, quæ tunc deniq; exiſtit, cum iam rationi obtemperante appetitu omnibus perturbationibus uacamus: ſed imperia & diuitiæ augent, perturbationes non tollunt, ergo non erit uenale ocium illo precio, metri cauſa autem diu ſit uenale, quod ſæpe facit Pindarus.* Gazæ] *Amplæ diuitiæ.* Conſularis lictor] *Pro omni magiſtratu & imperio poſuit, ergo non diuitiæ, nec imperia remouent.* Tumultus] *Id eſt, perturbationes mentis.* Neque curas] *Et ſollicitudines & anxietates animi. Dicitur enim cura, quia cor urat, quas neque diuitiæ, nec opes, ſed animus cupiditatibus uacans tollit. Dicitur autem tumultus, quaſi timor multus.* Volantes circum tecta laqueata] *Nam ſemper in maioribus domibus, ubi maioris fortunæ homines ſunt, acriores curarum morſus apparent.* Laqueata tecta] *Apparent in tabulatis magnarum domorum, loca quædam ex tranſuerſis tignis in quadratam formam redacta, quæ auro, uarijsq; coloribus, atque ſigillis illuſtrantur, hos lacus nominant, ſed ab eo, quod eſt lacus fit lacunar, ut ipſe alibi.*

„ *Mea renidet in domo lacunar.*

Et per antiſtychon laquear. Virg.

„ *Pendent lichni laquearibus aureis: Inde laqueatum.* Tecta] *Non ſolum ſupremum ædificij integumentum, tectum à tegendo antiqui dixere, ſed omnia etiam tabulata, quibus & triclinia, & cubicula, & reliqua huiuſcemodi teguntur, ut apud Vitruuium apparet, ergo tecta laqueata, id eſt, contignationes domorum laquearibus diſtinctas.* Viuitur paruo bene] *Sententia eſt quod, qui neque timore futurorum malorum premuntur, neque nimia bonorum cupiditate inflammantur, & præſentibus tenuiter quidem, ſed ſine ſordibus fruuntur, bene uiuunt.* Cupido] *In maſculino, Deum amoris ſignificat, in fœminino cupiditatem. Sed in hoc loco ſordidus, pro ſordida dixit melioris ſonitus cauſa.* Salinum] *Propriè uas eſt, in quo cum ſale dijs primitiæ offerebantur. Sed poteſt pro uaſe poni, in quo ſal in menſa ſit. Hic pro omni ſuppellectile intellige.* Paternum] *Quaſi moneat nos oportere acquieſcere ſuppellectili à patre relicta.* In tenui menſa] *Mediocribus, & non ſumptuoſis epulis.* Nec timor] *Qui eſt ex impendentibus malis.* Neque cupido] *Quæ eſt de futuris bonis nimia cura ita macerat, ut ſomnum non capias.* Quid breui fortes iaculamur] *Id eſt, appetimus, ſecundùm Acronem, & profectò, qui miſsile iaculatur ad certum locum illud dirigunt, quaſi dicat, ſtultum eſt in tam breui ætate tam multa concupiſcere, poſſumus etiam dicere iaculamur, id eſt, multa ſine ratione tentamus, nam iaculatur, qui brachio uehementer haſtam contorquet, cui ſimile eſt, qui ſine ratione multa tentat.* Mutamus terras calentes alio ſole] *Nam relicta patria petimus longinquas regiones.* Alio ſole] *Sol unus eſt, ſed dicimus alium ſolem eſſe orientalem, alium occidentalem. Sic etiam dicimus in alio orbe, id eſt, in alia parte orbis. Sic alibi.*

„ *Impiger extremos currit mercator ad Indos.*

Patriæ quis exul ſe quoque fugit] *Quaſi dicat nullus, nam quãuis uoluntario exilio patriam deſeramus ituri in alias regiones quæſtus cauſa, tamen non fugimus noſipſos, id eſt, noſtras curas, quoniam illæ una nobiſcum aſcendunt naues.* Vitioſa] *Optimè, nam poteſt eſſe cura cum uirtute, quando mediocres, & quatenus ratio patitur curas capimus, quæ non anxios, ſed cautos & prouidos nos reddunt, & rebus agendis, quantum oportet intentos.* Æratas] *Robuſtas, ut eſt æs, ſic Virg. Temonem æreum dixit,*

uel æratas, quaſi roſtratas. Dicuntur enim roſtratæ, quæ roſtrum proræ ferratum habent. Turma equitum] Quia etiam in militiam nos ſequuntur. Ocyor] Velocior, comparatiuum noſtrum eſt, ſed eius poſitiuum Græcum. Lætus in præſens] Sapientis eſt frui datis, & ſi quid acerbum inciderit, compenſare cum lætis, neque angi de futuro. Et cogitare uitam humanam ſemper premi aliqua triſtiori re, neque uelle recuſare, quod cum cæteris hominibus ſibi commune ſit, neque eſſe ſpernandam ætatem Thitoni, neque rurſus timendam acerbam Achillis mortem. Et mihi forſan] Vt oſtendat nemini cuncta proſpera euenire, neque rurſus omnia aduerſa. Ait igitur Groſphum ditiorem eſſe, ſed ſe forſan diuturniore uita uicturum. Greges] De minoribus intellige, ut oues ſunt & capræ. Vaccæ] Armenta uaccarum. Mugiunt] Eſt enim mugire boum, hinnire uerò equorum. Vnde dixit hinitum, pro hinnitum. Apta quadrigis] Plurimis modis auget diuitias, nam oſtendit illum abundare non ſolum gregibus, ſed armentis, & illa ali in Sicilia, ubi optima ſunt paſcua, neque ſolum habere uaccas, ſed equas, & eas natura ita ueloces, ut ſint aptæ quadrigis, id eſt, certaminibus curulibus. Nam Pindarus ſæpe huiuſcemodi equas laudat. Quadrigæ propriè ſunt quatuor equi, ad currum uincti, ut bigæ duo. Ergo neque currus, neque equi quadrigæ, aut bigæ ſunt, ſed utrunque ſimul. Bis tinctæ] Expreſſit quod Græci dipapha dicunt. Purpura autem conchilis ſpecies eſt. Hæc minor, maiorq́ue inuenitur. Sed minor buccinum appellatur. Viuunt 7. annis. Liquor ille, quo ueſtes inficiebantur in medijs faucibus eſt in candida uena, neque extrahitur, niſi à uiuentibus. Nam illum ſimul cum uita euomunt. Purpura, ut ait Plinius, de naturali hiſtoria, diſtinguebat ſenatores ab ordine equeſtri lingua purpuræ digitales, ſed tanta ineſt durities, ut reliqua conchilia perforet, & ſic paſcatur. Aqua dulci necatur, alioquin capta uiuit ſaliua quinquagenis diebus, uarijs in locis capiebant maximè circa Tyrum, & circa Tenarum promontorium Laconicæ regionis. Varij colores ex Varietate coquendi, atque ex uariarum rerum admixtione fiunt. Laudat Tyrius, qui in colorem ſanguinis concreti nigrans aſpectu, idemq́ue ſuſpectu refulgens. Vnde ab Homero ſanguis purpureus uocatur, & Virg.

„ Purpuream uomit ille animam.

Cornelius Nepos, qui ſub Auguſto uixit uiolaceam purpuram, tūc in pretio fuiſſe commemorat. Fuit & dibapha, id eſt, bis tincta. Fuit & amethyſtus à lapilli precioſi colore appellatus. Hic color rurſus Tyrio admiſcebatur, unde erat Tyriamethyſtus, purpurea itidem cocco admixta colorem ſuſcipiebat, quem byſſinum appellant. Longior ſim, ſi quæ de purpura à Plinio ſcribuntur in medium proferam. Verum Seruius addit, & nigriorem colorem quæſitum, quem à ferrugine nominant Virg. in Georg.

„ Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit, & alibi,

„ Et ferrugine clarus Hibera.

Sed ut ad poëtam redeam. Bis tinctæ] Id eſt, dibaphe. Murice] Pro purpura poſuit Virg.

„ Tyrioq́ue ardebat murice læna.

Nonnunquam ſignificat aſperitatem ſaxi Idem in 5. Concuſſæ cautes acuto in murice remi. Muricem Mutianus ait eſſe latiorem purpura, neque aſpero, neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte roſtro, ſed ſimplici concha utroque latere ſeſe colligente. Afro] Pro Tyrio, quia inde Carthaginienſes. Quin & aliæ plures in Aphrica erant Phœnicum coloniæ. Spiritum tenuem] Stilum depreſſum. Sententia eſt, tu diues, ſed ſine Muſa, ego pauper, ſed cum Muſa. Vult enim ſibi à fato eſſe hoc ingenium. Non mendax] Quaſi dicat ſtabilis, quæ perſiſtat in ſententia. Spernere uulgus] Nam ſemper inimicus fuit auræ populi, neque unquam ambitioſus. Sic alibi, Odi profanum uulgus. Malignum] Inſidum, & quod bonis ſemper obtrectat. Alias ſterile Virg.

„ Difficiles primum terræ colleſq́ue maligni.

ERAS. ROT. } Huic non admodum diſſidet illud Euripidis: Siquidem uniuerſis in rebus mortalium. Nil continenter, & undiquaque proſperum. Vel hoc:

„ Omnibus galeritis innaſcitur criſta.

Tenui ſalinum] Salis nomine frugalem uictum innui ex hoc Horatiano licet cognoſcere, ut taceam iſtius Adagij: Iuxta ſalem & caminum. Sic Eraſmus in prouerb. Qui circa ſalem, &c. Alio calentes] Id non diſſimile eſt huic quod Adagio circumfertur. In alio mundo, de ijs qui longè diſſident à patria. Eraſmus.

IOAN. HART. } Tenui ſalinum] Theocritus Idyl. ultimo ἐσθ' ἄλα λιτά.

HENR. GLAR. } Nec leueis ſomnos timor aut cupido. Sordibus aufert] Cupidinem hîc non puto, inquit Porphyrio, pro amore poſuiſſe, ſed pro cupiditate, quare miror maſculino cum genere Cupidinem dixiſſe, cum hac ſignificatione hæc cupiditas dicatur. Hæc ille. Imò ego miror an uſquam apud Horatium aliter, quàm genere maſculino cupidinem inuenerit. Fieri autem poteſt, ut hoc quoque Porphyrioni aſſutum ſit, quemadmodum ſæpe alia aliâs. Lætus in præſens animus] Laurentius Valla libro 4. Elegant. exponit in præſens, id eſt, in præſentiarum, quod aduerbium nuſquam apud ueteres reperias. Quanuis etiam Perottus, atque adeò noſtra ætas ſæpe utatur. Porrò quod Acron proximo uerſu exponit. Tibi amara, diſplicet ac nimis coactum uidetur: cum in genere dictum ſit.

HERM. FIG. } Otium diuos rogat] Oſtendit, auaros nautas in tempeſtatibus, & periculis demum fieri religioſos, & otium laudare, atque à dijs petere. Ouid. lib. de Triſtibus 1.

„ Ipſe gubernator tollens ad ſydera palmas.

„ Expoſcit uotis, immemor artis opem.

Patenti Aegæo] Hoc eſt, quolibet uaſto & amplo mari, per ἀντονομασίαν. Eſt autem Aegæum mare primum, quod accipit Europa ad Macedoniam, quod incipiens ab Eleo, quæ Helleſpontum ſinit, ſtatim uaſtè longum littus impellit, ſummotaſq́ue terras hinc ad promontorium, quod Sunium uocatur, magno ambitu, molliq́ue circumagit, teſte Mela. Simul atra nubes condidit lunā] Poſtquā orta eſt magna aliqua & turbulēta tēpeſtas. Sic Virg. lib. 1. Aeneid.

„ Eripiunt ſubitò nubes cœlumq́ue, diemq́ue,

„ Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra.

Et in tertio.

„ Inuoluêre diem nimbi: & nox humida cœlum

„ Abſtulit.—— Item Ouid. lib. 11. Transfor.

„ ——Inducta piceis è nubibus umbra

„ Omne latet cœlum, duplicataq́ue noctis imago eſt.

Neque certa nautis ſydera fulgent] Nautæ enim cùm eouſq́ue prouecti ſunt à terra, ut iam cœlum undiq́ue, & undiq́ue pontus, ſtellarum indicio, & certorum ſyderum obſeruatione nocturnas nauigationes moderari ſolent: maximè Cynoſuræ & Helices. Idem oſtendit Virg. in 5. de Pal. loquens.

„ Talia dicta dabat: clauumq́ue affixus, & hærens

„ Nunquam amittebat, oculoſq́ue ſub aſtra tenebat. Idē alibi.

„ Cuncta notat tacito labentia ſydera cœlo.

Ocium bello furioſa Thrace] Indicat nullam gentem tam bellicoſam, barbaram & ferocem, quæ in rebus duris, & laborioſis ocium non optet. Furioſa Thrace] Bellicoſi, & cum furore in arma ruentes Thraces. Continens pro contento. Thracia à Pontici lateris fronte uſq́ue in Illyricos penitus immiſſa, qua latera agit, Iſtro, pelagoq́ue coniungitur. Regio nec cœlo læta, nec ſolo: &, niſi quà mari propior eſt, infœcunda, frigida: Eorumq́ue quæ ſeruntur, malignè patiens. Viros benigniùs alit, non ad ſpeciem tamen: nam & illis aſper & indecens corporum habitus eſt. Cæterùm ad ferociam, & numerum, ut multi immiteſq́ue ſint, maximè ferax, ut ſcribit Pomponius Mela lib. 2. cap. 2. Medi pharetra decori] Hoc eſt, Parthi in Aſia ſuper ſinum Perſicum habitantes, ad ſagittandi artem, & diſciplinam belli peritiſſimi. Non gemmis, neque purpura uenale, nec auro] Oſtendit, ocium & animi tranquillitatem nequaquam parari diuitijs, ſed frugalitate & temperantia. Eandem ſententiam ualdè eleganter effert Tibullus lib. 3. Elegia 3. his uerſibus:

„ Nam graue quid prodeſt pondus mihi diuitis auri,

„ Arua'q́ue ſi findant pinguia mille boues?

Et ſequentib alijs, quos ipſe ſtudioſus apud authorem legat. Non enim Gazæ] Dictæ ſententiæ ἐκ τοῦ ἀνάλογον ſubiungit. Siquidem opes & dignitates animi curas non leuant, ſed potius augent.

Conſu-

Conſularis lictor] *Viator, qui ante conſulem aut Prætorem ferebat inſignia Magiſtratus, hoc eſt, uirgarum faſces & ſecures. Gellius refert ex libro ſecundo Valgij Ruſi, lictorem à ligando appellatum eſſe: quòd, cùm magiſtratus populi Romani uirgis quempiam uerberari iuſsiſſent, crura eius & manus ligari, uinciriq; à uiatore ſolita ſint: isq; qui collegio uiatorum officium ligandi haberet, lictor ſit appellatus. Idem quoque etymum reddit Plutarchus in uita Romuli. Græcis dicitur ῥαβδοῦχος, id eſt, uirgas tenens, quas magiſtratibus præferebat. Cur autem magiſtratuum Romanorum uirgæ colligatæ adnexis ſecuribus latæ ſint, pulchram tradit rationem Plutarchus in Problematis: Nimirum (inquit) hoc indiciũ eſt, magiſtratuum iram promptã ac ſolutã minimè eſſe debere: aut certè ideò id conſtitutum eſt, ut mora tantiſper magiſtratuum iræ fuit, dum uirgæ diſſoluuntur. Id quod ſæpe pœnitentiæ occaſionem magiſtratibus attulit. Enimuero, quoniam facinoroſi partim ſunt emendabiles, partim perditiſsimi, ut uirgæ admonendis illis, ſic ſecures his tollendis de medio, inſtitutæ ſunt. Sic Budæus locum hunc tranſtulit.* Summouet miſeros tumultus mentis] *Quaſi dicat: Lictor præcedens magiſtratum, poteſt quidem ſummouere uulgus, & obſtantem hominum turbam, ſed animi perturbationes, & ſollicitudines pellere non poteſt. Vult autem ſignificare, imperium, & potentiam non liberare à curis.*

Curas laqueata circum tecta uolantes] *Indicat diuites, & potentes multis ſemper moleſtijs & ſolicitudinibus eſſe obnoxios: pauperes autem & frugales, ſecuros. Hanc ſententiam ſic extulit Euripides:*

„ ἀεὶ τὸ πλουτεῖν συμφορὰς πολλὰς ἔχει,
„ φθόνον τε, κἀκίνδυνον, καὶ μῖσος πολύ,
„ πράγματά τε πολλά, καὶ ὄχλησιν μυρίαν,
„ πράξεις τε πολλάς, συλλογάς τε τοῦ βίου.
„ εἶτα μετὰ ταῦτ' εὐθὺς εὑρέθη θανών,
„ ἄλλοις καταλείψας εἰς τρυφὴν τὴν οὐσίαν.
„ ὅθεν πένεσθαι μᾶλλον ἥδιον ἔχω,
„ ἔχων τὸ μέτριον, καθαρὸν ζῆν βίον,
„ καὶ μήτ' ἔχειν κίνδυνον, μήτε πράγματα.
„ πᾶς γὰρ πένης ὢν μεγάλα περιφεύγει κακά.

Viuitur paruo bene] *Qui modico & frugali cibo contentus eſt, is tranquille & ſecurè uiuit. Nam felicitas hominis non eſt in facultatibus ſita, quæ curas animi non pellunt, ſed potiùs excitant, ueràm in hoc, ut ſuam fortunam quiſque boni conſulat. Vnde Ariſtoteles lib. 7. Moralium refert:* ὀρθῶς λέγεται ὅτι ἡ φιλία τῶν βεβαίων. μόνη ἡ αὐτάρκεια τῶν αὐτάρκων.

Paternum] *Paternam paupertatem & parſimoniam conſeruaſſe, olim maxima laus erat.* Splendet] *Nam qui mediocriter uiuit, ſordes & immunditiem non minus uitat, quàm nimium apparatum & luxum.* In menſa tenui ſalinum] *Salis nomine frugalem uictum paſsim apud poëtas innui, docet Eraſmus. Horatius in Sermonibus: Modò ſit mihi menſa tripes, & concha ſalis puri.*

Nec leues ſomnos timor aut cupido] *Indicat, homines auaros & metu ſuſpenſos, ualde eſſe miſeros, quod priuentur ſomno, omnium laborum & ſolicitudinum perfugio. Beatos autem pauperes, quòd liberi, & nulla perturbatione implicati, facilè ſomnum capiant. Idem canit Ode 1. lib. 3.*

„ *Diſtrictus enſis cui ſuper impia*
„ *Ceruice pendet, &c.* ——

Quid breui fortes iaculamur æuo multa?] *Notat ſtultitiam hominum, quòd in congerendis diuitijs multum operæ ponant, magniſq; laboribus frangantur, cùm pauca in tam breui uitæ curriculo ſufficiant: quòd per mare pauperiem fugiant, uitia uerò in animo ſeruent.* Quid terras] *Cur lucri cauſa remotiſsimas à patria terras peragramus? Sic Horat. alibi:*

„ *Impiger extremos currit mercator ad Indos.*

Alio calentes ſole] *Hoc eſt, ſub alio climate poſitas, authore Seruio in illo Virg.*

„ *Atq; alio patriam quærent ſub ſole iacentem.*

Eſt autem figurata locutio, cùm unus tantùm ſit Sol, luminis ſui uirtute uniuerſo mundo ſufficiens. Furor itaque eſt, ut inquit Plinius, quoſdam innumerabiles tradidiſſe mundos, totidemq; ſoles. Pulchrum ſolis ἐγκώμιον *extat apud Plinium lib. 2. cap. 6.* Patriæ quis exul ſe quoque fugit?] *Dicit nos poſſe quidem patriam facilè relinquere, & quæſtus cauſa longè diſsitas adire regiones, ſed animi uitia, & curas indiuiduas eſſe comites, ſemperq; nos ſequi, quocunq; terrarum proficiſcamur. Cæterùm exul dicitur, ut ex iectus à patria, exilio affectus. Nomen per ſe calamitatis, non turpitudinis, ut ait Cicero. Hic uidetur poſitum pro eo, qui paupertatem ſubterfugere uolens, lucri gratia ſolum mutat.* Scandit æratas uitioſa naues cura] *Conſimiliter Ode 1. lib. 3.*

„ *——Sed timor & minæ*
„ *Scandunt eòdem, quò dominus: neq;*
„ *Decedit ærata triremi: &*
„ *Poſt equitem ſedet atra cura.*

Æratas naues] *Hoc eſt, roſtratas. Nam roſtra nauibus adijciebant, unde naues roſtratæ: quæ quia ex ære fiebant, æratæ etiam dicebantur. Roſtra ex ære, Diodorus & Plutarchus* χαλκώματα *appellant, teſtante Bayſio.* Turmas equitum] *Turma quaſi terna triginta equites, hoc eſt, tres decurias recipit, qui honore præſtant, & ordine.* Ocyor ceruis, ocyor Euro] *Prouerbiales ſunt hyperbolæ, de admiranda celeritate. Nam animo in magnis curarum æſtibus fluctuante, quid poteſt eſſe celerius? Hunc elegantiſsimè Virgil. in 8. Æneid. comparat tremulo aquæ lumini:*

„ *Atq; animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,*
„ *In parteſq; rapit uarias, perq; omnia uerſat.*
„ *Sicut aquæ tremulum labris, ubi lumen ahenis*
„ *Sole repercuſſum, aut radiantis imagine Lunæ,*
„ *Omnia peruolitat latè loca: iamq; ſub auras*
„ *Erigitur: ſummiq; ferit laquearia tecti.*

Euro] *Ab Oriente brumali Vulturnus ſpirat uentus, quem εὖρον Græci appellant. Siccus & tepidus, authore Plin. Hunc Gellius ab Oriente uerno, hoc eſt, æquinoctiali uenire, nominariq; Eurum ficto uocabulo, ut iſti ἐτυμολογικοὶ aiunt, ἀπὸ τοῦ ἠῶ ῥέειν, aſſerit.* Lætus in præſens animus quod ultra eſt] *Qui animo uult eſſe ſedato, & hilari, is præſenti fortuna contentus, nihil ſit anxius de futuris: & triſtia cum lætis compenſet, cogitans, neminem per omnia felicem, & undiquaque proſperum.* Nihil eſt ab omni parte beatum] *Prouerbialem habet ſententiam, ut monet Eraſmus, quam Græci ſic efferunt:*

„ οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.

Id eſt, felix per omnia nullus eſt mortalium. Conuenit huic dictum Cratetis, quod refertur apud Laërtium: uix eſſe quempiã, qui prorſus omni uitio careat, ſed omnibus malis punicis aliquod ineſſe granum putre. Huc pertinet etiam carmen Simonidis:

„ πάμπαν δ' ἄμωμος οὔτις οὐδ' ἀκήριος.

Abſtulit clarum cita mors Achillem] *Exemplis nunc confirmat, nemini felicia omnia accidere, ſed felicitatem ſemper cum aliqua calamitate commiſtam. Siquidem Achillem, fortitudine quidem clarum, immatura mors præripuit: Tithonum, uiuacitate inſignem, extrema ſenectus fregit, atque comminuit.*

Cita mors] *Immaturum interitum Thetis mater Achilli apud Homerum prædixit. Cùm enim cognouiſſet Achilles Patroclum, alteram animæ ſuæ partem, ab Hectore occiſum, dixiſſetq; matri, ſe non poſſe diutiùs uiuere, niſi ultus ſit amicum interemptum. Sic ipſa reſpondit filio lachrymanti:*

„ ὠκύμορος δή μοι, τέκος, ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις.
„ αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μεθ' Ἕκτορα πότμος ἑτοῖμος.

Et libro ult. Iliad ipſum ad uoluptatem hortatur, quòd mors ſit propinqua. Sic enim inquit:

„ οὐ γάρ μοι δηρὸν βέῃ, ἀλλά τοι ἤδη
„ ἄγχι παρέστηκεν θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.

Longa Tithonum] *De admiranda Tithoni ſenectute diximus lib. 1. Ode undeuigeſima.* Et mihi forſan] *Quemadmodum nemo eſt ab omni parte beatus, ſic uiciſsim nullus in omnibus infelix: ſed alius alio munere excellit. Ita fortaſsis ego, licet tu diuitijs & dignitate ſis ſuperior, uita te ſuperabo. Tu opibus & honoribus præſtas: ego frugalitate, & ingenio antecello.* Greges centum] *Finitus numerus pro infinito, ut in illo Ouidiano:*

„ *Mille greges illi, totidemq́ armenta per herbas*
„ *Errabant.* ——

Siculæ uaccæ] *Hoc eſt, præſtantia armenta, qualia habet Sicilia.* Apta quadrigis equa] *Bigæ, trigæ, quadrigæ, ad currule certamen, & ſacra certamina pertinent. His enim uerbis non tantùm uehiculum, quàm equi biiuges, triiuges, quadriiuges, ſignificantur, teſte Budæo.* Afro murice] *Nam in Africa quoq; oliu murices & purpuras nobiles fuiſſe. Pomponius Mela teſtatur, qui capite ultimo libro 3. ſic ſcribit: Nigritarum, Getulorumq́ paſſim uagantium ne littora quidem infœcunda ſunt, purpura, & murice efficaciſsimis ad tingendum, & ubique, quæ tinxere clariſsima.*
Bis tinctæ lanæ] *Dibapham intelligit, ueſtem purpuream bis tinctam. De qua ita ſcribit Plinius: Succeſsit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinter Aedilis Curulis, Vrbis conditæ anno ſeptingenteſimo, Cicerone Conſule, primus in prætexta uſus improbatur. Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta eſſet, ueluti magnifico impendio, qualiter tunc omnes penè commodiores purpuræ tinguntur. Oſtendit autem Groſphum geſſiſſe magiſtratum: Nam purpura erat inſigne Romanorum magiſtratuum, quod etiam Martialis hoc uerſu declarat:*
„ *Diuiſit noſtras purpura ueſtra togas.*
Et purpura ſæpe apud bonos autores pro magiſtratu ponitur, ut apud eundem:
„ *Purpura te felix, te colit omnis honos.*
Spiritum Graiæ tenuem Camœnæ] *Fata mihi humilem characterem Lyrici carminis, quod ego primus à Græcis in Latinos modos tranſtuli, conceſſerunt. Cæterùm Dei ſpiritum ineſſe poëtis, apud ſcriptores legimus. Cicero in Oratione pro A. Licinio Archia poëta: Atqui ſic, inquit, à ſummis hominibus, eruditiſsimisq́ accepimus, cæterarum rerum ſtudia, & doctrina, & præceptis, & arte conſtare, poëtam natura ipſa ualere, & mentis uiribus excitari, & quaſi diuino quodam ſpiritu afflari. Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat poëtas, quòd quaſi deorum aliquo dono, atq; munere commẽdati nobis eſſe uideantur. Huic adſtipulatur Ouid. lib. 3. de Arte amandi.*
„ *Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia cœli,*
„ *Sedibus æthereis ſpiritus ille uenit.*
Parca non mendax] *Verum & infallibile fatum.* Malignum ſpernere uulgus] *Contemnere uilium hominum conſortia, popularemq́ auram ac fauorem, quia non ambio dignitates.*

THEOD. PVLMAN. } 8 Nec auro] Neq; auro, *H.G.E.B.* 9 —Neque conſularis Summouet lictor] *Lictores olim ante Magiſtratus incedebant non tantùm honoris gratia, ſed ad turbam etiam plebis ſummouendam: nec tamen ut multitudinem ſummouere poterant, ita & arcere, ac depellere poterant animi curas & moleſtias. Igitur ad illud lictoris officium credo Horatium eleganter reſpexiſſe cùm ſcripſit,*
„ *——Neque conſularis*
„ *Summouet lictor miſeros tumultus*
„ *Mentis.* ——
Quo ſignificat honoribus homines non eſſe beatiores, cùm felicitas animi tranquillitate cenſeatur, quam præſtare nõ poteſt lictor. nam ut ſummouere poſsit hominum turbam, non tamen poterit uitiorum & perturbationum tumultum arcere. Vide Turneb. lib. 15. cap. 10. 24 Splendet in menſa tenui ſalinum] *Senſus heic inſulſus penè uideatur, niſi quis intelligat ſalis fuiſſe quandam in menſa religionem, unde ἱερὰς ἅλας Græci dicunt, & appoſitus ſal menſam conſecrare uidebatur: unde & Arnobius ſcripſit,* ſacras facite menſas ſalinorũ appoſitu, & ſimulacris Deorum. *Sed tamen potiſsimùm tenuem & parcum pauperemq́ uictum Horatius ſignificat hominum pro opſonio ſalem lingentium, quod pauperes olim faciebant, ut apud Perſium Sat. 5.*
„ *Varro re guſtatum digito terebrare ſalinum*
„ Contentus perages. ——
Vide Turneb. lib. 10. cap. 22. 27 Læto] Lento, *H.G.E. & B. in quo erat ſuprà appoſita hæc interpretatio, moderato.* 39 Parca non mendax] *Pendet è uetere ritu. Nam ultima hebdomadis die, qua quis in lucem editus erat, fata uocabantur, quæ ſcriberentur, quòd eo die uiderentur Parcæ in totam ſtatuere uitam, quæ fortuna futurus quis eſſet. Tertullianus,* dum per totam hebdomadam Iunoni mẽſa proponitur, dum ultima die fata ſcribenda aduocantur. *Vide Turneb. libro 10. capite 22.*

M. ANT. MVRET. } 9 Non enim gazæ] *In eandem ſententiam extant uerſus Varronis:*
„ *Non fit theſauris non auro pectu' ſolutum,*
„ *Non animis demunt curas, ac religiones*
„ *Perſarum montes, non atria diuiti' Craſsi.*
30 Longa Tithonum minuit ſenectus] *Ea de cauſſa Clearchus apud Athenæum libro 1. ait, Melanthium quendam in optando ſapientiorem Tithono fuiſſe. Nam Tithonus cùm immortalitatem optaſſet, neq; illud addidiſſet, ut ne unquam ſeneſceret, ſenio confectus, & uoluptatum omnium priuatus uſu, in thalamo languebat: Melanthius uerò, quò uoluptatibus iis, quæ guſtatu percipiuntur, melius frui poſſet, collum ſibi gruis optauit. Hoc autem poſterius uotum etiam Philoxeni Eryxij fuiſſe, idem Athenæus paulò ſuprà dixerat. Sed in impreſsis libris mendum eſt, non difficile illud quidem ad tollendum, eiuſmodi tamen ut imperitiorem fallere aliquem poſsit. Legitur enim φιλόξενον τὸν τῆς ἐρυξίδος, cùm legi debeat, φιλόξενον τὸν ἐρύξιδος. Ita autem legendum eſſe conſtat ex Ariſtotele tertio Ethicorum, ubi hoc ipſum eiuſdem uotum exponitur.*

GEORG. FABR. } *Mediocritatis commoda, & incommoda cupiditatis deſcribuntur per cõtentionem, cum reprehenſione cupiditatis, quæ homini omnium malorum atque ærumnarum cauſa eſt.* Nihil eſt ab omni parte beatum] *Cicer. 1. de Inuent. Nihil omni ex parte perfectum atque beatum. Ita Theognis,*
„ οὐδεὶς γὰρ πάντ᾽ ἐστὶ πανόλβιος.
Eadem ſententia ab aliis poëtis Græcis, Euripide, Poſidippo, Antigene, Philippide, Nicoſtrato celebratur: quorum dicta enumerare, alieni operis eſt, & induſtriæ arrogantis.

IOD. BAD. ASCENS. } Ocium] *Commendat uerum ocium, & qua uia id acquiri poſſet commemorat, dicẽs.* O Groſphe, prenſus] *Id eſt, is qui deprenſus eſt à tempeſtate.* In Aegæo] *Scilicet, mari.* Patenti] *Id eſt, aperto & expoſito uentis & uelis, rogat diuos.* Ocium] *Id eſt, ceſſationem ab illo negocio.* Simul] *Id eſt, ſtatim, ut atra nubes.* Condidit] *Id eſt, occuluit lunam, quia noctu magis timendum eſt.* Neq; ſydera certa nautis] *Id eſt, cognita & immobilia ferè, ut urſæ, fulgent nautis.* Thrace] *Id eſt, Thracia.* Furioſa] *Id eſt, licet furioſa & bellicoſa.* Petit bello] *Id eſt, dum bello premitur.* Ocium] *Id eſt, ceſſationem belli.* Et Medi] *Id eſt, Parthi, & Medi.* Decori] *Id eſt, honeſtati pharetra, qua bene utuntur, quia optimi ſunt Sagittarii, petunt diuos ocium.* Non uenale] *Id eſt, non expoſitum à diis uenditioni, neque gemmis, neque purpura, neque auro, id eſt, nullis diuitiis.* Non enim Gazæ] *Id eſt, Theſauri & diuitiæ ſup. ſubmouent.* Neque lictor conſularis] *Id eſt, miniſter faſces ferens ante conſulem.* Submouet miſeros tumultus] *Id eſt, agitationes mentis.* Et curas uolantes circum tecta laqueata] *Id eſt, laquearibus.* Ornata] *Id eſt, in diuitum etiam domibus uerſari ſolitas.*
Viuitur bene] *Id eſt, beate.* Paruo] *Id eſt, etiam in paruo patrimonio.* Ab ipſo] *Sup. Cui.* Salinum] *Id eſt, uaſculum ſalis, aut pro ſacrificio, aut pro uſu priuato.* Paternum] *Id eſt, à patre per hæreditariam ſucceſsionem, acquiſitum.* Splendet] *Id eſt, mundum tenetur, in menſa tenui.* Nec timor] *Scilicet, cuſtodiendæ pecuniæ. unde Iuuenal.*
„ *Miſera eſt magni cuſtodia cenſus.*
Aut cupido ſordidus] *Id eſt, is Deus, qui non amatoribus, qui plerique lauti ſunt, ſed auaris præeſt, qui omnes ſordidi. unde licet pro cupiditate maſculino genere protulit. Acron autem et Porphyr. notant id mirè & inuſitate factum, ſunt tamen qui legant ſordibus.*
Vt aufert ſordidus] *Id eſt, per ſordes auaritiæ, uerùm ut dixi: ſi etiam Cupido auariciæ intelligatur ſordidus Deus, ut amorum cæcus analogia pateretur utrunq; maſculino genere enunciari. Sed ad*

ordinem

ordinem reuertamur. Nec timor ergo amittendæ pecuniæ æquè ſitæ. Nec cupido] *Id eſt, Deus auaritiæ.* Sordidus] *Id eſt, immundus & minimè lautus.* Aufert] *Scilicet, illi qui paruo contentus eſt, & licet tantum ſalinum haberet, adhuc tamen ſplendidum ac mundum teneret.* Quid nos fortes] *Id eſt, ualidi breui æuo.* Iaculamur] *Id eſt, appetimur. ſicut, qui iaculo rem quam manu attingere nequeunt deijcere eminus conantur.* Multa] *Id eſt, res multas cum paucis uti detur.* Quid] *Id eſt, ad quid.* Mutamus] *Scilicet, peregrando, terras auariciæ cauſa.* Quis exul patriæ] *Id eſt, exiſtens ſolùm patriæ ſuæ.* Fugit] *Id eſt, deuitauit.* Quoque] *Id eſt, etiam ſe, ſcilicet, ipſum: quaſi dicat nemo, quia cælum non animum mutãt, qui transmare currunt. Fugit autem hoc loco, nequis erret, eſt præteriti temporis, quia primam producit.* Scandit] *Probat quod dixit neminem ſe, aut conſcientiam ſuam fugere.* Quia cura uitioſa ſcandit] *Id eſt, ſimul aſcendit.* Naues æratas] *Id eſt, licet æratas & fortes, nec reliquit turmas equitum, qui tamen expeditiores ſunt, quàm pedites.* Exiſtens Ocyor ceruis & ocyor Euro] *Id eſt, uento Orientali.* Agitante] *Id eſt, pellente.* Nymbos] *Id eſt, nubes; hoc eſt, nemo tam celeri uehitur naue, aut equo ut curas effugiat, quæ ceruis, & uentis perniciores ſunt.* Et ideò animos lætos in præſens] *Id eſt, in rem præſentem.* Oderit] *Id eſt, fugerit, id eſt, debet fugere.* Quod eſt ultra] *Scilicet, præſens, hoc eſt, adhuc expectandum.* Et temperet amara] *Id eſt, res amaras.* Riſu lento] *Id eſt, non diſſoluto, ſed temperato & maturo.* Quia nihil eſt beatum] *Id eſt, bene ſe habens, ex omni parte.* Nam mors cita] *Id eſt, repentina.* Abſtulit Achillem clarum] *Id eſt, glorioſum.* Senectus longa minuit] *Id eſt, uſque ad cicadæ quantitatem extenuauit.* Tithonum] *Scilicet, maritũ auroræ. Homerus Iliad. 1. dicit Veneri oblatam eſſe conditionem ab Ioue de filio, ut aut diu, & inglorius, aut parum & glorioſus uiuat, illamq́ accepiſſe breuem, & glorioſam uitam cum utranque obtinere non poſſet.* Et hora] *Scilicet, naſcendi, aut temporis conditio.* Porriget forſan mihi id quod negarit tibi] *Scilicet, longam uitam.* Centum greges] *Scilicet, ouium ſup. ſunt circum te, & centum uaccæ Siculæ mugiunt circum te.* Equa apta] *Quadrigis tollit tibi hinnitum (ubi quidam legunt hinitum, ſed non eſt opus, quia hypermeter uerſus non eſt improbandus, dummodò abundans ſyllaba per ſequentem uocalem abſumatur.) hoc eſt, eſt tibi bene educata, ita ut equum appetens hinniat.* Et lanæ tinctæ bis murice Aphro] *Id eſt, purpura Tyria.* Quæ bis tincta] *Id eſt, dibapha illic fit, ueſtiunt te.* Sed parca] *Id eſt, Dea fatalis ab inſtanti natiuitatis cuique officia, quantum ad inclinationem diuidens.* Non mendax] *Id eſt, uerax, & ſecundùm Stoicos infallibilis dedit mihi parua rura, quæ ideò ſe fataliter habere contendit, quia illis contentus eſt, & ita ſentit ſe naturaliter ad modica natum, quia naturæ ſequitur ſemina quiſq; ſuæ.* Et dedit tenuem] *Id eſt, exilem.* Spiritum] *Id eſt, uenam & inuentionem, aut potius ingenium.* Camœnæ Graiæ] *Id eſt, ad Lyricum carmen Graijs, & nondum cuiquam Latinorum egregiè datum. Imitatur autem potiſsimum, ut dictum eſt Alcæum.* Et dedit ſpernere] *Id eſt, parui facere.* Vulgus malignum] *Id eſt, ſermonem uulgi de me, aut, non curare, quæ uulgus curat.*

ANT. MANCIN. } *Scribitur* Ode ad Groſphum, *dicẽs ocium multos temerè optare à dijs, cùm per ſe ipſos habere poſſint remota rerum praua cupiditate & auaritia. Vnde non diuitijs, non honoribus curæ cedunt, ſed ſola mentis & animi quiete, qui paruo gaudetur. Hinc Horatius ipſe paruo lætus Lyricis uacat, ocio fruens.* Ocium diuos] Ordo eſt: ô Groſphe ſimul atra nubes condidit lunam, neq; fulgent nautis certa ſydera prenſus in patenti Aegeo, rogat ocium diuos. Ociũ *uocatio eſt à labore, cuius contrarium eſt negocium.* Prenſus à tempeſtate] *Deprehenſus.* Aegeo] *Huius maris confracti exitus ſparſis inſulſis, fluctus adeò & ipſi plærunq; ſtrident, & fremunt, ut nullum aliud eſſe mare credatur, quod maiores efferat motu, neq; periculoſiores. Portenditur autem uſq; Tenedon, ubi tanquam tantæ tædeat amplitudinis in anguſtum delabitur alueum, ſcribit Dionyſius. Scribit & plura Plinius.* Certa ſydera] *Syderum obſeruationem in nauigando Phœnices inuenerunt, ut ſcribit Plin. lib. 7.* Bello furioſa Thrace] *Thraces enim bellicoſi ſunt, inde Phillys ait apud Ouid.*

„ *Armiferam Thracen, qui regat alter erit.*

Vbi etiam Ouidius, ſicut Horatius hoc loco, Græcè uariauit Thrace, Thraces: Latinæ enim Thracia dicitur. Venale] *Id propriè dicitur, quod eſt uenditioni expoſitum. Vendibile uerò quod facilè uendi poteſt, hic autem poëta uſus eſt Tmeſi figura.* Conſularis lictor] *Dignitas conſulum & huiuſmodi, quæ omnia ocium denegant.* Gazæ] *Amplæ diuitiæ.* Conſularis] *Id eſt, pro omni magiſtratu & imperio poſuit, ergo nec diuitiæ, nec imperia remouent.* Laqueata tecta] *Laquearibus ornata. Laquearia autem ſunt loca ipſa quadrata in tabulatis.* Cui paternũ] *Sup. bene uiuitur illi cui &c.* Splendet] *Splendere uidetur tanquam argentum uel aurum.* Salinum] *Patella erat in qua primitiæ dijs cum ſale dabantur, nunc tamen pro uaſculo domeſtico ſalis dixit. Scribit ita Porphyrio.* Timor] *Vel rerum ſuarum, uel ſui ipſius. Diuitibus enim ſæpe inſidiæ parantur.* Cupido ſordidus] *Praua cupiditatas, id eſt, auaritia, ſed præter morem genere protulit maſculino.* Iaculamur] *Appetimus. Metaphora eſt ab his, qui iaculo appetunt hoſtes.* Alio calentes ſole] *Virg. item lib. 2. Geor.*

„ *Atq; alio patriam quærunt ſub ſole iacentem.*

Mutamus] *Auaritiæ cauſa.* Se quoq;] *Sicut patriam.* Se autẽ] *.i. ſeipſum & curas ſuas.* Scandit æratas] *Curæ enim perſequuntur quemlibet, uel nauibus, uel equis fugerit, niſi paruo contentus fuerit.* In præſens] *In res præſentes, non in futuras.* Riſu] *ut illud:*

„ *Spein uultu ſimulat premit altum corde dolorem.*

Abſtulit clarum] *Per exempla nil eſſe beatum, ab omni parte probat.* Achilles *Enim quamuis clarus eſſet & illuſtris, & inclytus, tamen iuuenis obijt. Tithonus uerò quamuis diutiùs uixerit, tamen ſenecta oppreſſus eſt, & uerſus in cicadam ante obitum.* Et mihi forſan] *Senſus eſt, forſan & ego diutiùs te uixero, qui paruo fruor, & lætior, tendit autem ad illud idem.* Nil eſſe beatum ab omni parte] *Poteſt namq; ditior citiùs paupere mori.* Te greges centum] *Oſtendit ſe paruo gaudentem ocio frui, & Lyricis operam tradere, quod diuiti Groſpho non accidit ob imminentes curas, hinc ex diuerſis fortunis diuerſa ſunt ingenia, & nihil eſt ex omni parte beatum.* Hinnitum] *Hypermeter eſt uerſus.* Quadrigis] *Id eſt, ludis Circẽſibus. Quatuor autem equi ſimul iuncti. Quadrigæ, quaſi quadriugæ uocantur, quod ſcribit Gell. lib. 18. cap. 8.* Aphro murice] *Id eſt, Tyria.* Purpura] *Nam apud Tyrum eſt purpurarum piſcatus. Hinc Tyria purpura optima omnium perhibetur. Auth. eſt Strab. lib. 16.* Murice] *Murex piſcis eſt firmiori teſta circũdatus, è cuius ſanguine lana tingitur, de quo Plin. lib. 9.* Bis tinctæ lanæ] *Dibapham purpuram intelligit. Dibapha enim dicebatur, quæ bis tincta eſſet magno impendio, quod Plin. libro 9. ſcribit.* Spiritum tenuem] *ingenium tenue.* Graiæ Camœnæ] *Id eſt, Græcæ muſæ. In Lyricis enim Græcos imitatus eſt Alcæum potiſsimùm.* Parca non mendax] *Id eſt, uera & immutabilis. uult autem ex fato eſſe, ut paruo contentus Lyrica decantaret.* Vulgus ſpernere] *Id eſt, uulgi plauſum & fauorem, per quod ſe minimè ambitioſum eſſe oſtendit.*

ODE

ODE XVII. AD MECOENATEM ÆGROTVM.

Παραινετική.

Ode XVII. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – ∪ – – – ∪ – ∪
– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪

ARGVMENTVM IN ODEN XVII.

Ad amicitiam ſuam, & gratitudinem erga Mecœnatem teſtatur, quum beneficiorum in ſe, & mutuæ beneuolentiæ memor, negat ſe poſſe ſuperſtitem uiuere, ſi ille prior decederet: utpote ſui pars altera ſic dijs uiſum eſſe & fatis: nam ita utriuſque horoſcopum conuenire, ut eodem tempore penè perierint. Illum Iouis benignitate in theatro, ſe Fauni beneficio in agro ab arboris lapſu ſeruatum.

ALIVD PHILIPPI ENGENTINI.

Cùm grauiter ægrotaret Mecœnas hac Ode Horat. uim amicitiæ expreſsit quando oſtendit, ſe nolle uiuere ſi ille occumbat. Magnum certè amoris uinculum eſt morum & ingenij ſimilitudo. Vnde rectè hic putat, eundem utriuſque fuiſſe horoſcopum.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Veræ amicitiæ exemplum hæc Ode habet. Scribens enim Horatius Mecœnati ægroto, oſtendit ſe non poſſe ſuperſtitem eſſe ſine ipſo, quòd ſit altera ſuæ animæ pars: itaque eo prius mortuo, ſe quoque è uita migraturum: Sic enim uiſum eſſe dijs, quoniam utriuſque horoſcopus ita cõueniat, ut uterque eodem penè tempore perierit, eodemque modo ſeruatus ſit, alter à Ioue, alter à Fauno.

COMMENTARIA.

ACRON.

CVR me querelis exanimas tuis?] *Mecœnatem ægrum, uelut aſsidens alloquitur, querentem de periculo ſuo, & pro præſenti ſtatu optantem mortem: pro cuius affectu, uel amore dicit ſe ei eſſe nolle ſuperſtitem, ſed quaſi quodam ſacramento deuinctum, ſociandum morte, cui fuerat uita coniunctus. Ordo eſt:* Mecœnas grande decus, & columen mearum rerum, cur me exanimas tuis querelis? nec dijs, nec mihi amicũ eſt, te prius obire. Ah te meæ ſi partem animæ] *Interiectio dolentis, hoc ſenſu, quo ſuperius dixerat, amicorum animam in duobus corporibus conſtitutam. Et ſerues animæ dimidium meæ: unde & unanimes dicti. Hoc autem dicit ſine dubio, alteram partem non retinendam, una pereunte, hoc eſt, ſe negare ſuperſtitem.* Nec charus æquè, nec ſuperſtes. Integer] *Non ero, inquit ita alteri futurus, ſicut ipſi: nec integram uitam habiturus ſum parte animæ iam in illo extincta. Nec ſuperſtes integer: quia tu es medietas meæ animæ.* Vtramque ducet ruinam] *Id eſt, unius caſu dicit ambos perituros.* Non ego perfidum] *Falſum, tanquam non perfidum de ea re interpoſuerit iuſiurandum, ne ei ſuperuiueret. Ordo eſt:* Ego non dixi perfidum, ibimus, parati carpere ſupremum iter, utcunque præcedes. Vtcunque præcedat] *Seu ætate, ſeu ſorte præcederet, in ſupremo mortis die comitari ſe aſſerit Mecœnatem.* Me nec Chymæræ] *Nullorum obiectione monſtrorum ſocietatem diſiungi poſſe, quæ nec mortis terrore ſeparetur.* Centimanus Gigas] *Briareus, de quo Virgil.*

„ *Qualis centum cui brachia dicunt,*
„ *Centenaſque manus.——*

Sic potẽti iuſtitiæ, placitumque Parcis] *Ac ſi diceret, fataliter habeo, ut diuelli à te non poſsim.* Seu Libra] *Ordo eſt,* utrunque noſtrum aſtrum conſentit incredibili modo, ſeu aſpicit me Libra, ſeu formidoloſus Scorpius, pars uiolentior horæ natalis, ſeu aſpicit me Capricornus tyrannus Heſperiæ undæ. *Per genituræ commemorationẽ horoſcopos ſuos ſimiles eſſe, & in ſe aſſerit conuenire, in quibus uitæ finis apparet. Vnde dicit, quod tempore uno, ille ægritudine, hic caſu arboris, periclitatus ſit.* Formidoloſus] *Timendus, qui naturaliter formidandus ſit, ut Saluſtius: Etiam tum potentia Cn. Pompei formidoloſa erat.* Violentior] *Præ omnibus iniquior natalis horæ. Infeſtius enim fertur Scorpius genituræ iuxta Matheſim. Tractat genituras amborum, dicẽs ſe ſeu horoſcopum, id eſt, horam, in qua natus eſt in Libra habere, ſeu in Scorpione, qui iuxta Libram eſt, contrarius illi Saturn. erat: ſeu in Capricorno horam habuit, in illis diameter ei erat hic quadratus, ſicut & Mecœnati, quem Iupiter illic poſitus temperauit.* Horæ] *Datiuus caſus eſt.* Seu tyrannus Heſperiæ Capricornus undæ] *Capricornum tyrannum dixit, ideò, quia hyemale ſignum eſt. Oritur enim XVI. Calend. Ianuarij, & occidit XVII. Cal. Februarij, & dum Sol in Capricornũ uenerit, tunc generat tempe-*

CVR me querelis exanimas tuis?
Nec dijs amicum eſt, nec mihi, te prius
Obire, Mecœnas, mearum
Grande decus, columenque rerum.
Ah, te meæ ſi partem animæ rapit
Maturior uis, quid moror altera,
Nec charus æquè, nec ſuperſtes
Integer? ille dies utranque
Ducet ruinam. non ego perfidum
Dixi ſacramentum: ibimus, ibimus,
Vtcunque præcedes, ſupremum
Carpere iter comites parati.
Me nec Chymæræ ſpiritus igneæ,
Nec ſi reſurgat centimanus Gigas,
Diuellet unquam. ſic potenti
Iuſtitiæ, placitumque Parcis.
Seu Libra, ſeu me Scorpius aſpicit
Formidoloſus, pars uiolentior
Natalis horæ, ſeu tyrannus
Heſperiæ Capricornus undæ:
Vtrunque noſtrum incredibili modo
Conſentit aſtrum. te Iouis impio
Tutela Saturno refulgens
Eripuit, uolucriſque fati
Tardauit alas, cùm populus frequens
Lætum theatris ter crepuit ſonum:

tempeſtateſq; maximè in Italia. Aut ideò poſuit Heſperiæ undæ, quia uoluit intelligi occaſum ſigni huius magis ſæuire tempeſtatibus, quàm ortum, ut per Heſperiam undã occiduam partem Oceani, & ex eo occaſum eius uoluiſſet intelligi.

Me truncus illapſus cerebro
Suſtulerat, niſi Faunus ictum
Dextra leuaſſet, Mercurialium
Cuſtos uirorum. reddere uictimas,
Aedemq; uotiuam memento:
Nos humilem feriemus agnam.

Te Iouis impio Saturno refulgens Eripuit] *Mortem dicit ſubmouiſſe Iouis beneficam ſtellam, maleficam reſpicientem Saturni.* Ordo eſt: Te eripuit tutela Iouis, refulgẽs impio Saturno, & tardauit alas uolucris fati, cum frequens populus ter crepuit lætum ſonum. *In theatris oſtendit populum pro gratia plauſum dediſſe.* Cum populus frequens] *Oſtendit populum per gratiam Mecœnatis comperto quod euaſiſſet ægritudinis periculum, in theatro congratulantem ſaluti eius abſenti, & adhuc inualido plauſum dediſſe.* Me truncus illapſus cerebro] *Ad illud retulit, quod dixerat utriuſq; aſtrum, certa ratione coniunctum.* Faunus] *Deus agreſtium & ſyluarum.* Mercurialium] *Doctorum, qui in tutela Mercurij ſunt. Mercurius enim Deus, facundiæ dictus eſt.* Aedemq; uotiuam memento] *Vt memor ſit uoti ſoluendi hortatur, quia ædem ſi euaſiſſet, Saluti promiſerat.* Nos humilem feriemus agnam] *Non humilem agnam, ſed humilium oblationi aptam. Mecœnatis enim uelut potentis uotum fuerat.*

PORPHYR. } Cur me querelis exanimas tuis] *Hæc dicit Mecœnati, aſſidens ægroto grauiter quærenti de periculo ſalutis ſuæ, negatq; ſe uelle ſuperſtitem ei uiuere mutuæ charitatis pignora commendans.* Amicum] *Hic pro grato poſuit.*
Ab te meæ ſi partem animæ] *Senſus conceptus eſt ex illa amicitiæ definitione quæ dicit: Amicitiam animam unam eſſe in duobus corporibus. Ergo ait ſi te uis fatalis ſuſtulerit amicum, qui pars es alteta animæ meæ, partem quæ apud me eſt non retinebo. Quod ſignificat non ſe ei ſuperuicturum.* Nec charus æquè nec ſuperſtes Integer] *Nec charus, inquit, alij futurus ſum, ſicuti tibi, nec integram uitam habiturus, parte, ſcilicet, animæ meæ in te extincta.*
Non ego perfidum Dixi ſacramentum] *Id eſt, non perfidũ iuſiurandum, de hac re à me interpoſitum.* Vtrunq; ducet ruinam] *Id eſt, utrunq; noſtrum abſumet.* Supremum iter] *Supremum iter illud dicit, quo quaſi ad inferos itur.* Nec ſi reſurgat centimanus Gigas Diuellet unquam] *A' te, ſcilicet, à propoſito de quo nunc apud te loquor, & ante iuraui.* Seu Libra, ſeu me Scorpius aſpicit] *Senſus eſt, in quocunq; ſigno horoſcopum natiuitatis meæ conſtitutum habeo, hoc intelligo tuo horoſcopo conuenire, ac per hoc unam Geneſim nos morum æquitate habere.* Seu tyrannus Heſperiæ Capricornus undæ] *Tyrannum nunc ideò dixit hunc, quòd hyemale ſignum.* Oritur XVI. *Cal. Ianuarij, occidit autem* XVIII. *Cal. Febr. quod tempus in undas, quaſi dominatur, id eſt, ſæuit: Heſperiæ autem undæ, quare? niſi forte uult intelligi occaſum ſigni huius magis ſæuire tempeſtatibus, quam ortum, ut per Heſperiam undam, occiduam partem* Oceani, *& ex ea occaſum ſigni huius intelligamus.* Te Iouis impio Tutela Saturno refulgens Eripuit] *Aiunt Saturni ſtellam infeſtam eſſe hominibus, Iouis autem econtrario ſaluberrimam. Saturni pericula afferre, eaq; tamen euanci ſuperfulgente Iouis ſtella. Per hæc ſignificat periculo aduerſæ ualetudinis nuper Mecœnatem liberatum, cui ob hanc gratulationem populus in theatro plauſum edidit, eodemq; ſimiliter tẽpore & ſe periclitatum repentino arboris ictu, de quo ſuprà locutus. Ita autem idem ſtudit, ut illud probaret, quod ſuprà dixit, Vtrunq; noſtrum incredibili modo Conſentit aſtrum.*

CHRIST. LAND. } Cur me querelis] *Quantum in animo bene inſtituto, & beneficiorum memori poſſit ius amicitiæ, hoc carmine manifeſtat poëta. Cùm querelis tam uehementer moueatur Mecœnatis, quem amabat, & obſeruabat, atq; etiam admirabatur. Oſtendit autem uehementer dolere uerborum Mecœnatis. Nam cum ægrotaret, & uota pro eius ſalute eſſent facta, reſpondebat ampe iſe ſatis uixiſſe. At Horatius negat ſe uicturum, niſi ille uiuat.* Exanimas] *Intermis, uerbum eſt amicitia, & affectu plenum. Sic & Cicero de Milone. Me quidem iudices exanimant, & interimunt hæ uoces Milonis.* Querelis] *Querebatur de morbo, & mortem optabat.* Nec dijs amicum] *Non eſt gratum, non placet.* Obire prius] *Quam ego obeam.* Decus & columen] *Idem in prima Ode, in qua ipſum decus & præſidiũ ſuum appellat: Ergo eodem modo exponendũ eſt hic locus.* Mearum rerum] *Honorum & facultatum.* At te] *Sententia eſt animam ſuam ita diſtributã, ut melior pars ſit in corpore Mecœnatis, quàm in ſuo. Quod ſi ille moriturus ſit & ablaturus illam animæ partem, negat ſe moraturum diutius cum altera parte, ſed pariter moriturum altera parte, qua uiuit. Nam illa neq; ſibi æquè grata eſt, ut pars, quæ cum Mecœnate eſt, neq; illo mortuo, remanet integer, cùm iam pars, quæ in Mecœnate eſt, perierit.* Vis maturior] *Violentia quædam fati, uelocior in te, quàm in me. Non eſt igitur amicum neq; dijs, quoniam tu reipublicæ melior es, neq; mihi, qui ex te pendeo, te obire prius. Ille dies utranq; ducet ruinam, nam quo tu die obibis, ego quoque obibo.* Non ego perfidum dixi ſacramentum] *Non ſum ueluti miles, qui adactus ſacramento, transfuga efficitur. Vnde efficitur perfidus. Non dixi ſacramentum, quod uelim frangere. Nam hoc modo eſſem perfidus, ſed ſeruabo, proptereaq; ibimus, id eſt, ueniemus parati, & prompti tibi comites.* Vtcunq;] *Id eſt, quomodocunq; parati carpere ſupremum iter, id eſt, ultimum iter, nam qui mortem adit ſupremum iter conficit. Quibus uerbis eſſe ueri amici officium utriuſq; fortunæ amico ſe comitem præbere.* Me nec Chymeræ] *Exempla fabuloſa ponit. Sed per illa nihil eſſe tam horrendum, tam laborioſum, tam periculoſum, quod ſe à Mecœnate diuellere queat, ſed de Chymera dictum eſt.* Centimanus] *Nam & Græci ἑκατόγχειρας appellant. Cottus Briareus, & Gyas fratres fuerunt, & filij Cœli & Terræ, ut placet Heſiod. Centum manus, & quinquaginta capita habuerunt. Fueruntq; omnium fortiſſimi atq; pulcherrimi. Virgil.*

„ *Et centum geminus Briareus & bellua Lernæ.*

Hæ Titanes dicti ſunt, ac decennale bellum cum Saturni filijs geſſerunt, & ut ait Heſiodus, illi quidem ab Othry, hi ab Olympo monte impetum fecerunt. Tandem à dijs uicti in Tartara ſunt detruſi. Eſt & apud Homerum huiuſcemodi fabella, qua Iuno, Neptunus, & Pallas Iouem quandoq; ligauerunt, neq; erat, quæ auxilium ferret. Sed Thetis, Achillis mater cœlum aſcendit, & ſecum Briareum adduxit, à quo eſt à uinculis liberatus. Addit præterea quod Briareum illum dij uocant homines, aut Aegeonem [illegible] *Heſiodus præterea addit Neptunum illum ſibi generum aſciuiſſe Opyta filia ſibi in uxorem data. Hinc illum Ouid. inter marinos deos refert, ut:*

„ *Balnearumq; prementem Ageona ſuis immania terga lacertis.*

Sic potenti iuſtitiæ placitumq; parcis] *Reddit duplicem rationem tam inſolubilis uinculi amicitiæ. Primo enim oſtendit hanc eſſe ueram amicitiam, quoniam ſit ex lectione, cùm ipſe memor eorum, quæ acceperat beneficiorum iudicarit poſcere ad iuſtitiam, ut uitam etiam (ſi opus eſſet) illi impendat. Secundo idem probat ex configuratione ſyderum, nam quamuis animi noſtri liberi ſint arbitrij, tamen multum credunt poſſe ad amicitias contrahendas ipſa ſydera. Maximè ſi fiat inter duos permutatio ſignorum. Quod ut planiùs intelligas, ut ſunt duodecim ſigna in zodiaco, ita etiam in duodecim partes, quas domos appellant diuidunt cœlum, primaq; dicitur angulus orientalis, ſiue Horoſcopus, ſiue uita. Nam multum ualet quod ſignum, & qui planeta in eo ſigno, qua hora naſcimur ab inferiori hemiſphærio ad noſtrum ſurgat & oriatur. Secunda domus ſpes ſiue anaphora appellatur, ſiue inferna porta. Tertia dea. Quarta eſt angulus terræ, ſiue imum cœli. Quinta bona fortuna. Sexta mala fortuna. Septima angulus Occidẽtalis ſiue coniunx. Octaua mors. Nona domus fidei. Decima eſt angulus medij cœli, & quoniam hæc cœli pars nobis excelſiori in parte eſt, multum pertinet ad noſtras dignitates & honores. Vndecima bonus dæmon dicitur. Duodecima malus dæmon. Si ergo fiat hæc permutatio, ut quod zodiaci ſignum tibi ſit in tuo angulo orientali, mihi ſit in medio cœlo. Et rurſus quod mihi eſt in medio cœlo, tibi ſit in Orientali ſumma,*

li ſumma amicitia inter nos uigeat, uolunt ſydera. Facit hoc idem permutatio linearum, id eſt, Solis ad Lunæ atque etiam fortunarum, ſcilicet Iouis & Veneris. Ergo placitum Parcæ, id eſt, fato, quod ab ipſis ſtellis prouenit. Seu libra] Ordo eſt, utrunq; noſtrum aſtrum, id eſt, & tuum, & meum conſentit, id eſt, conuenit incredibili modo ſeu Libra, ſeu Scorpius. Formidoloſus pars uiolentior natalis horæ, Seu Capricornus tyrannus Heſperiæ undæ reſpicit me] Sententia eſt, quodcunque ſignum zodiaci ſit in meo horoſcopo, id eſt, deprehendatur aſcendiſſe ad noſtrum hemiſphærium, qua hora ego in lucem editus ſum, ſiue fuerit in aliqua quacunq; cuſpide, uel domo cum aliquo aſpectu, ſiue bono, ſiue malo, illud conſentit cum tuo aſtro. Quod nil aliud ſignificat, niſi quod erat ſitus aſtrorum in tuo horoſcopo, qui fuit in meo. Libra] Septimum eſt in zodiaco ſignum, eſtq; domicilium Veneris. Sed quia & alibi incident nomina cœleſtium ſignorum, ex uſu erit ne eòdem ſæpius reuertendum ſit, ut rem uniuerſam breuiſſimè percurramus. Circulus eſt in octaua ſphæra, cuius latitudo eſt, duodecim graduum. Hoc autem in duodecim ſigna diſtinguitur. Eorum ſignorũ nomina ſunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, & Piſces. Quare autem principium in zodiaco ſit ab Ariete, alij aliã afferunt cauſam. Sunt enim qui dicant, quod diſcurrente ſole per Arietem propter naturam eius callidam & humidam incipiat fieri generatio & augmentatio, & quia generatio, & augmentum excellentiora ſunt corruptione & detrimento, iure optimo datum eſt illi initiũ. Alioquin circulus neq; principium habet, neq; finem. Alij dicunt, quod intrante ſole in Arietem lux, quæ hactenus ſuperabatur à tenebris incipit tenebras ſuperare. Et quia tenebris nobilior eſt, & in luce augmentatio nobilior diminutione, iccirco ſit ab Ariete incipiendum. Alij autem occultiora quædam rimati, dicunt incipiente eo die qui primus omnium illuxit, quo in hunc fulgorem cœlum & elementa purgata ſunt, arietem in medio cœlo fuiſſe, & quia medium cœlum, quaſi mundi uertex eſt, Arietem primum eſſe habitum, qui ut mundi caput in exordio lucis apparuit. Et tunc lunam cancer geſtabat. Sol autem cum Leone oriebatur, cum Mercurio Virgo, Libra cum Venere, Mars Scorpionem, Iupiter Sagittarium tenebat, Saturnus poſtremò Capricornum. Quapropter iſtorum ſignorum domini dicuntur. Inde cum quinq; ſuperaſſent ſigna remotis Sole, & Luna quinq; alijs planetis, ita hæc aſſignarunt, ut à fine prioris ordo ſecũdus inciperet. Fuit enim ſupremus Saturn. in Capricorno, ergo Aquarius qui Capricornum ſequitur Saturno, Piſces Ioui, Aries Marti, Taurus Veneri, Gemini Mercurio dati ſunt. Ergo Sol ſolum Leonem, Luna ſola Cancrum obtinet. Reliqui autem quinq; ſinguli bina ſortiuntur ſigna. Siue Libra] Hæc domicilium Martis eſt, ſignum eſt aqueum & frigidum. Nam quanuis Virg. dixerit,

„ Iam brachia contrahit ardens.

Scorpio, ardorem illum non ad naturam ſigni, ſed naturam Martis, qui ſigni dominus eſt reſpexit. Capricornus] Signum Saturni terreum & frigidum. Tardauit] Nam mors penitus tolli non poteſt, ſed tardari poteſt. Alius enim alio ſerius, maturiuſue moritur, quin & fata etiam tardantur: Virgil.

„ —Nec fata uetabunt,
„ Stare decemq; alios. Priamum ſupereſſe per annos.

Celeris] Vel de propria Mecœnatis morte dixit, quæ uelox ex malignitate Saturni erat, niſi Iouis benignitas illam fregiſſet, uel celeris in commune dixit. Nam ijs etiam qui ad extremum ſenium deuenêre, ſi æternitatem reſpicias, tempus breuiſſimum fuit. Populus frequens] Adeo populo gratus erat Mecœnas, ut cum grauiter ægrotaſſet, & inde ex improuiſo ſe in theatro oſtendiſſet, ex ſubita lætitia frequentiſſimus populus uehementer ſibi applauſerit, de qua re etiam ſuprà meminit.

„ Datus in theatro cum tibi plauſus.

Ter] Quaſi dicat multotiens, quia numerus ternarius pfectus eſt, & diuinis attribuitur, Virgil.

„ Numero Deus impare gaudet.

Crepuit] Cum crepitu emiſit. Sonum] Et non uocem, quia ſtrepitu potiùs, & geſtu quam ſermone applaudimus. Faunus] Quia in ſylua erat dixit, ſe à Fauno auxilium accepiſſe, & quia Faunus à fando dicitur, iure in Mercurij tutela eſt, à quo Deo ſermo manauit, ut ſuprà. Qui feros cultus hominum recẽtum uoce formaſti, iureq; cuſtodit uiros Mercuriales, quales poëtæ ſunt. Reddere] Id eſt, tanquam debitam Deo exhibere: Id enim reddere ſignificat. Iuuenalis:

„ Et horrenti tunicam non reddere ſeruo.

Victimas ædemq; uotiuam] Oſtendit opulentos uiros magna & præclarè decere immortali Deo reddere, quoniã eius dono illa aſſecuti ſunt. Tenui aut etiam puſillum ſat eſſe. Victimas] In plurali numero dixit, ut plures oſtenderet. Aedem] Id eſt, templũ. Votiuã] Ex uoto promiſſam. Nam qui uouit, & id eſt conſecutus, cuius cauſa uotum conceperat, reus eſt iam uoti factus. Hinc Virg.

„ Damnabis tu quoq; uotis.

Alij dicunt reddere eſſe uerbum ſacerdotum, tunc enim dicebantur exta reddi cum probata & elixa aræ imponebantur. Virg.

„ Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

Feriemus agnam] Sic Maro.

„ Ipſe atri uelleris agnam,
„ Enſe ferit.——

Humilem] Id eſt, quod ſacrificium humile eſt, & paruum, ut mei patrimonij humilitas exigit.

IOAN. HART. } Columen] Prouerb. Columẽ familiæ.

HENR. GLAR. } Vtrunq; noſtrum incredibili modo Conſentit aſtrum] Seruius in primo Georg. ad illud Virgil.

„ Qua locus Erigonen inter Chelasq; ſequentes.
„ Panditur.——

Ita ait, Aegyptij duodecim ponunt ſigna. Chaldæi undecim. Nam Scorpium & Libram pro uno accipiunt. Chelæ enim Scorpij faciũt Libram. Hæc ille. Ita hoc loco, Flaccus noſter Libram & Scorpiũ pro uno horoſcopo uſurpat, quanquam Scorpionem eius horoſcopi uiolentiorem partem, Capricornum uerò alterum horoſcopum, ideoq; ab ipſo adiectum utrunq;: quod ideò admonemus, ne quis emendet utcunq; pro utrunq;, ut quidam fecit. Quod autem Acro, atq; eum ſecutus Mancinellus, horæ, dicat eſſe datiui caſus, cùm ſit genitiui, lectori iudicandum relinquo: nam ego, ut ingenuè fatear, horum ſubtilitates non intelligo: ſicut nec planè, quæ in Acronem paulò antè præcedunt uerba.

HERM. FIGVL. } Querelis exanimas] Indicat, Mecœnatem de morbo apud ſe, tanquam familiariſſimum amicum conqueſtum. Nam inter cæteras utilitates, quas plurimas habet amicitia, etiam hæc refertur, quòd, ſi quid doleat, ſi quid aduerſetur, in amici ſinum effundere licet: quæ res magnam ægritudinis partem adimere ſolet. Cui reſcribens dicit, ſe tantum accepiſſe dolorẽ morbo eius, ut propemodum exanimetur. Nec mihi, te prius obire] Non eſt mihi gratum te prius me è uita diſcedere. Nam ſyncerus amicus non ſolùm cupit amicum ſibi incolumen tanquam alterum ſe, uerũmetiam uitam pro eo, ſi opus eſt, profundere eſt paratus, ut apud Virg. Niſus pro Euryalo: apud Dionyſium Syracuſanũ, Damon pro Pythia capitis periculum ſubire non detrectauit. Hæ ſanè uires amicitiæ (ait Valerius) mortis contemptum ingenerare: uitæ dulcedinem extinguere. Mearum grande decus] Tanquam homo gratus, & bene inſtitutus, amici benemerita in ſe collata, commemorat. Sic Ode 1. lib. 1. decus & præſidium eundem uocat: qua autem de cauſſa, ibidem expoſuimus. Columen] Suſtentatio, columna, cui tota domus innititur. Columen familiæ, dixit Terentius in Phormione: non dubium (inquit Eraſ.) quin prouerbialiter, Getam ſeruum natu grandem, cui peregrè profecturus, tanquam pædagogo & curatori iuuenum mores, & rem domeſticam ſenex commendarat. Pindarus in Olympijs Hectorem appellat columnam Troiæ: ὃς Ἕκτορ' ἔσφαλε Τροίας ἄμαχον, ἀστραβῆ κίονα, id eſt, Qui Hectorem ſubuertit, inexpugnabilem, immobilem columnam. Meæ partem animæ] Oſtendit, tam arctè amicitiam ſibi cum Mecœnate fuiſſe coniunctam, ut una eademq; fuerit anima utriuſque, unus animus factus ex duobus. Cicero pro Plan. Vetus eſt lex illa iuſtæ, ueræq; amicitiæ, ut idem amici ſemper uelint. Nec eſt ullum certius amicitiæ uinculum, quàm conſenſus & ſocietas conſiliorum & uoluntatum. Et de Amicitia dicit: Et id in quo eſt omnis uis amicitiæ, uo

tiæ, uoluntatũ, ſtudiorũ, & ſententiarũ ſumma conſenſio. Itaq; di-midia parte ſuæ animæ uolẽtia mortis ſibi ablata, ait ſe altera parte, tanquã ſemiuiuũ, & minus quàm antea charũ, diutiùs uiuere nolle. Ille dies utramq; ducet ruinam] *Mortem tecũ oppetere ſum paratus, idcirco una dies rapiet utrũq;. Similis amicitia ſignificatur & prouerbio.* Κοινὰ τὰ χρημάτων. *Quod de fidis amicis dici ſolitum ſcripſit Zenodotus: quiq; non dubitarent, uel mortis eſſe comites amicis. Erat autẽ hoc amicitiæ genus laudatũ apud Aegyptios, quod appellabant* συναποθανουμένων, *id eſt, cõmorientiũ. Quibus hoc neceſſitudinis genus placebat, ij hac lege copulabantur, ut ſi alteri fatale quippiam accidiſſet, alter ultrò mortis sociũ ſeſe adiungeret. Hoc fœdere cohæſerant Antonius & Cleopatra. Hæc Eraſmus in Chiliad. Eius quoq; ſodalitij meminit Alexander ab Alexandro. Genial. dierum lib. 1. cap. 26. Vbi etiã inter alia refert, apud Græcos uſurpatum eſſe, ut cùm aliqui inexplicabili nexu copulentur, uno pallio inuicem ſe operiant, & morte obita eodem tumulentur: quo ſignificabant, duo ſimul corpora concordibus animis, & una mente teneri.* Non ego perfidum dixi ſacramentum] *Ego non neglexi fidem, iuſiurandumq;, ſed fœdus commoriendi firmiter conſeruabo. Erat autem ſacramentum iuſiurandum militiæ, quod ſinguli milites duci iurare ſolebant. Quo qui obligati non erant, pugnare cum hoſtibus non poterant.* Supremũ carpere iter] *Nam qui è uita hac migrant in eas oras, quas mortui incolunt, ultimum iter faciunt.* Me nec Chimæræ ſpiritus igneæ] *Nihil erit tam horrendum, tamq; periculoſum, quod me diſtrahere à te queat.*
Chimæræ ſpiritus igneæ] *Chimæra monſtrum triforme, flammiuomum, caput habuit Leonis, uentrem Capræ, caudam Draconis, teſte Hom. lib. 6. Iliad. cùm ita ait de Chimæra:*

„ ἡ δ' ἄρ' ἔην θεῖον γένος, οὐδ' ἀνθρώπων,
„ πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα,
„ δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.

Hunc locum ita uertit Eobanus:

„ *—— Fuit hoc mirabile monſtrum,*
„ *Non hominum de gente aliqua, ſed ab æthere miſſum.*
„ *Ora leonis erant, uenter capra, cauda draconis,*
„ *Terribiles rapido ſpirabat pectore flammas.*

Ouidius item de ea ſic ſcribit:

„ *Quoq; Chimæra iugo medijs in partibus hircum,*
„ *Pectus & ora leæ, caudam draconis habebat.*

Hanc Virgilius cũ alijs monſtris in forib. Orci ſtabulare dicit. Orta eſt fabula hæc à natura montis Lyciæ, qui in ſummitate ardet inſtar Aethnæ, & leones nutrit, in medio abundat capreis, in radicib. alit ſerpentes. Igneæ] *Ardentis, flammiuomæ. Virg.*

„ *— Flammisq; armata Chimæra.*

Centimanus Gyges] *Briareus, quem eundem cum Gyge dicunt. Huic poëtæ centum brachia fuiſſe dicunt. Virg.*

„ *— Et centum geminus Briareus.*

Homerus Iliad. 1. uocat ἑκατόγχειρον. *Hic etiam cum Chimæra in foribus inferorum excubias agit.* Sic potẽti Iuſtitiæ placitũ] *Quæ mutuæ fidei & beneuolentiæ fœdera religioſè ſeruari uult. Cuius propriè ſpecies eſt amicitia, qua boni uiri uirtutis & humanitatis gratia arctiſſimè coniunguntur.* Parcis] *Quæ uitam utriuſq; paribus fuſis & ſtaminib. menſæ ſunt.* Seu Libra, ſeu me Scorpius] *Indicat Horatius, ſe omninò habere eundem horoſcopum cũ Mecœnate, ſiue Librã, ſiue Scorpiũ, ſiue Capricornũ, ſeu quodcunq; aliud ſignũ in genituræ ſuæ horoſcopo habuerit: quòd eodẽ tempore uterq; periclitatus ſit, atq; liberatus. Sunt enim ex Mathematicis, qui uolunt, eos qui ſub eodẽ ſigno aſcendente nati ſunt, eandem naturam, eoſdem mores, eundẽ ſucceſſum, atq; fortunam ſortiri. In qua ſententia etiam Horatius hoc loco fuiſſe uidetur. Eſt autem horoſcopus natalitium ſydus, id eſt, quod conuerſione cœli oritur eo momẽto, quo quis naſcitur, quaſi horæ natalitiæ notatio: quod etiam uocatur* γένεσις, *à Latinis genitura. Ex cuius proprietate Aſtrologi ingenitam naturam hominis, mores, uirtutes, uitia, honores, ſtudia, fortunã, initium, finemq; uitæ, deniq; uniuerſos actus, & quicquid ad humanæ rationis conuerſationẽ pertinet, iudicare conãtur. Porrò inter 12. ſigna Zodiaci circuli, in quibus ſeptẽ Planetæ ſua imperia & domicilia, propter aliquam ſimilitudinem naturæ, ac proprietatis, conſtituta habẽt, etiã ſunt Libra, Scorpius, Capricornus: quorũ hîc meminit poëta.* Pars uiolentior] *Quia Scorpius Martis eſt domus, qui natura eſt iracũdus, uehemẽt, præceps, cuius ſignificatio eſt proditio, pugna, cædes, ſeditio, bella, præda, inſidiæ, latrocinia: homines feri, crudeles, uiolenti, inhumani, omnia turbantes.* Tyrãnus Heſperiæ undæ] *Eſt enim Capricornus ſignũ meridionale, poſitum in uento auſtrali. Vniuerſaliter nimis humectans, & deſtruens, autore Ptolomæo.* Impio Saturno refulgens] *Nam ſi beneuola Iouis ſtella in bono genituræ loco poſita, forti & contraria radiatione ad Saturnum reſpexerit, quicquid mali decreuit Saturnus, hoc Iupiter maxima ex parte minuit, & in melius transfert.*

THEOD. PVLM. } 2 Amicum eſt] *Id eſt, placet. M. Antonius Muretus Variarũ lect. li. 2. cap. 12.* 14 Gigas] *H.E.B. ſic etiã 1. Carm. 4. Gygas, G. corrupti. Gyas, Muretus Variarũ lect. lib. 6. cap. 12. Gyges, nonnulli uulgati. Vide Georg. Fabricij Caſtigationes.* 24 Volucriſq;] *uolucreſq;, quidã libri manu ſcripti Lãbini.* 26 Lætũ theatris ter crepuit ſonũ] *Illud nõ habet explicationẽ ſatis apertã, ſed exiſtimo in plauſu dando ueteres ſolitos eſſe ter uoce ſignificationes lætas dare, & manuum plauſu, idq; pro multo exiſtimatum eſſe. Turneb. lib. 18. cap. 12.*

ANT. MVR. } 2 Nec Dis Amicũ] *De hoc loquẽdi genere ſcripſi cap. 12. lib. 2. Var. lect.*

GEOR. FABR. } *Amicũ clientis, fidẽ amici, officiũ grati hominis poëta nunc declarat, qui ſine patrono & amico uitam amplius uitalẽ eſſe non exiſtimat.* Supremũ carpere iter comites parati] *Quia loquitur de ſacramẽto, & de ſocietate periculorum, uidetur intelligere* συναποθνήσκοντας, *qui ſimul cũ amicis mortem expetunt, quales fabulas ſcripſerunt Diphilus, Philemon, Alexis.*
Centimanus Gigas] *Lambinus aſſeuerat legendum, Gyas, ex Apollodoro, quod ſit proprium Gigantis nomen. In uulgatis, Gyges. Ouid. 4. Faſt.*

„ *Quid grauius uictore Gyge captiua tuliſſem?*

fuit, ut & Briareus frater eius, centum manuum. Idem,

„ *— Centimanumq; Gygen.*

Diuerſus ab hoc eſt, Gyges adoleſcens Gnidius, de quo Carm. 2. 5.

IOD. BAD. ASCENS. } Cur me querelis] *Argumentum à Mancinello explicatur. Ordo eſt.* O Mecœnas grande decus & columẽ rerum mearum: cur exanimas] *Id eſt, enecas me tuis querelis.* Quæreris te] *Scilicet, morbo, quo laboras moriturum.* Nec amicum] *Id eſt, fauorabile & gratum eſt dijs, nec mihi.* Te mori prius quàm me] *Scilicet, Ah ſi* Vis] *Id eſt, neceſſitas moriendi.* Maturior] *Scilicet, quàm decet, id eſt, prœmatura.* Rapit te partem] *Scilicet, dimidiatã animæ meæ.* Quid] *Id eſt, ad quid.* Ego altera pars moror] *Scilicet, in terris exiſtens.* Superſtes] *Id eſt, ſuperſtans. ubi tu cecideris.* Nec æquè charus] *Scilicet dijs, quibus charus ſum, propter te, qui dimidium es animæ meæ, nec integer.* Ablato] *Scilicet, altera parte.* Ille dies] *Scilicet, qui te rapiet.* Ducet utramq; ruinã] *Id eſt, utriuſq; occaſum & mortẽ. Ego enim iurans, quòd nollem tibi ſuperuiuere.* Non dixi perfidũ] *Id eſt, falſum* Sacramentum] *Id eſt, iuramentũ per ſacra.* Nos ibimus] *Scilicet, tecum ibimus inquã.* Vtcunq;] *Id eſt, qualitercunq; præcedes.* Parati comites] *Id eſt, comitantes te in uia* Carpere] *Scilicet, tecum iter ſupremum.* Poſt quod] *Scilicet, non eſt amplius eundum. Nec ſpiritus* Chimæræ igneæ] *Id eſt, tota flamma, quam Chymera in Lycia dicitur euomere.* Nec Gigas centimanus] *Id eſt, Briareus, aut Aegeon, qui centum manus habuiſſe dicitur, priuſquam occiſus eſt.* Si] *Id eſt, tametſi* Reſurgat] *Scilicet, cum manibus ſuis.* Diuellet me unquam] *Scilicet, abs te. Sic enim placitum eſt iuſtitiæ potenti, quæ uult, ut nemo inuitus, & innocens contra iuramentum faciat: utq; qui in uita coniuncti fuêre in morte non ſeparentur, &* Placitum eſt ſic Parcis] *Id eſt, fatis, quæ uiam ſemper inueniunt.* Seu libra] *Hũc locum uidetur imitatus Perſius ad Cornutum ſcribens, ita.*

„ *Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo,*
„ *Conſentire dies & ab uno ſydere duci.*
„ *Noſtra uel æquali ſuſpendit tempora libra*
„ *Parca tenax ueri, ſeu nata fidelibus hora.*

„ *Diuiſit in Geminos concordia fata duorum*
„ *Saturnumq́; grauem noſtro Ioue frangimus una.*

Neſcio quod] *Certè eſt, quod me tibi temperat aſtrum. Dicit ergo poëta propter unitatem animorū, & ſtudiorū ſecum Mecœnate ſub eodē ſidere natum, & ita par eſſe, ut ſimul occumbat. Ordo eſt.* Seu Libra ſeu Scorpius formidoloſus quia Marti datus aſpicit me] *Id eſt, horoſcopū & domum natiuitatis meæ.* Exiſtens pars natalis uiolentior horæ, ſeu Capricornus tyrannus] *Id eſt, ſæuus incubator.* Vnde heſperiæ] *Quæ dum ſol in capricorno eſt, ſemper tempeſtate aut glacie agitatur.* Vtrunq; aſtrū noſtrum] *Quia trium meminit Libræ, ſcorpij & ſagittarij, credam legendum eſſe* Vtrunq;, ut ſit, utcunq; ſup. eſt] *Id eſt, quiſquis dominus erat in hora natiuitatis noſtræ* Aſtrum noſtrum] *Id eſt, cōſtellatio, conſentit incredibili modo.* Nam tutela Iouis refulgens] *Id eſt, irradians tibi.* Eripuit te Saturno impio] *Id eſt, fato per malignitatem Saturni inſtanti.* Quæ pro & tardauit] *Id eſt, immorata eſt uolucres alas* Fati] *Id eſt, mortis.* Cum populus frequens crepuit] *Id eſt, applaudendo emiſit Theatris* Ter ſonum lætum] *Id eſt, gratulabundum.* Truncus illapſus] *Scilicet, pæne cerebro.* Suſtulerat] *Pro ſuſtuliſſet.* Me] *Niſi Faunus à fando dictus, & ita cuſtos uirorum mercurialium.* Leuaſſet] *Id eſt, amouiſſet* Dextra] *Scilicet, ſua* Iſtum memēto ergo reddere uictimas & ædem uotiuā, nos feriemus agnam humilem] *Quia ipſe humilis minori Deo minora dabit.*

ANT. MANCIN. } *Dum Mecœnas acriter ægrotaret morbi ſæuitia querebatur, quare Horatius longè dolebat: hinc ait ſe terreri, & perimi quodāmodo querelis illius. Sed nec dijs, nec ſibi gratum eſſe Mecœnatem Horatium morte præire. Cum rerum ſuarum fuerit decus atq; præſidium. Vnde iuratū ſe dicit nullo pacto uelle Mecœnati ſupereſſe. Narrat inde amborum horoſcopum cōuenire, cum eodem pœne tempore oppreſſi fuerint, utq; Iouis tutela mortem Mecœnati tardauerit, ita eum truncus ſuſtuliſſet, niſi Faunus dextra leuaſſet ictum. Hortatur demum Mecœnatem uota perſoluere.* Votiuam] *Scilicet ædem, ipſe enim humilem agnam ſacrificabit.* Cur me querelis exanimas tuis?] *Ode eſt ſimilis 9. lib. 1. Exanimas, terres, perimis.* Querelis] *Querebatur enim Mecœnas morbi ſæuitia.* Amicum] *Gratū.* Columen] *Præſidiū.* Te meæ partē animæ] *Amicus enim eſt alius ipſe, & æqualis æqualem delectat, ut habetur in Ethicis.* Vis] *Mortis uiolētia.* Alterum] *Id eſt, ego ipſe Horatius altera pars animæ meæ.* Nec charus, nec charus ero æquè] *Id eſt, ita alijs, ut nunc tibi.* Nec ero ſuperſtes integer] *Nā Mecœnas pars animæ debet eſſe.* Dixi ſacramentum] *Innuit ſe iuratum fuiſſe nolle Mecœnati ſupereſſe.* Præcedes] Ordo *eſt.* Vtcunq; præcedes ibimus, ibimus comites parati carpere ſupremū iter. Vtcunq; præcedes] *Vel ætate, uel ſorte.* Chimæræ igneæ] *Id monſtrum erat, triceps, per ſingula aūt capita ignē emittebat, latiùs tamen uideto in Ode 27. lib. 1.* Centimanus Gi.] *Id eſt, Briareus. Verg. lib. 6.*

„ *Et centum geminus Briareus ac belua Lernæ.*

Dixêre enim poëtæ eū hābuiſſe centū manus, & capita quinquaginta: is idem Aegeon quoq; dicitur, id eſt, terrigena. Iuſtitiæ] *Iuſtū eſt enim ut grati ſimus, de nobis benè merentib.* Seu libra] *Aſſerit poëta Mecœnatis horoſcopū cōuenire cū ſuo, ſeu aſpexerit cum Libra ſeu Scorpio, ſeu Capricornus Ptolomæus uerbo 32. inquit, quòd ſi cōcordia duorū in re aliqua eſt, quòd reperitur ex ſignificatione illius rei in utriuſq; natiuitate. Si ergo fuerit in loco laudabili erit inter illos concordia bona, & qui fortior loco fuerit, erit ſicut agens, & princeps, & debilior, ſicut patiens & ſubiectus.* Libra] *Id ſignū & taurus Veneri ſtellæ cōplexionis tēperatæ attribuuntur, eò quòd res oriri faciunt, ut ſcribit Ptole.* Scorpius] *Id ſignum & Aries Marti ſtellæ, quæ naturaliter deſiccat dantur: ut idem ait.* Capricornus] *Id ſignum & Aquarius dantur Saturno ſtellæ, quæ naturaliter eſt frigida, calorīq; cōtraria, quod idē ſcribit.* Formidoloſus] *Formidandus.* Pars uiolentior natalis horæ] *Horæ datiuus eſt: Pars autem uiolentior de Scorpione ait, quoniam Scorpius Marti datur. de quo Manilius lib. 4. Sic & plura, inquit,*

„ *Scorpius armata uiolenta cuſpide cauda*
„ *In bellum ardentes animos & martia caſtra.*
„ *Efficit, & multò gaudentem ſanguine ciuem.*
„ *Nec præda quàm cæde magis, &c.—*

Heſperiæ] *Hiſpaniæ & occiduæ, Capricornus enim, ut ſcribit Hyginus ad occaſum ſpectat.* Tyrannus] *id ait, quoniā teſte Columella lib. 12. 16. Kalend. Ianuar. Sol in Capricornū tranſitum facit, brumaléq; ſolſtitium eſt, ut Hipparcho placet. itaq; tempeſtatem ſæpe ſignificat: Chaldæi tamen brumale ſolſtitium obſeruant. 9. Kalend. Ianuar. Occidit aūt Capricornus 15. Kalendar. Februar. quo die ſol in Aquarium tranſitus Iouis tutela. Iupiter enim occultat impedimenta, & quum fuerit cum Mercurio, delebit infirmitates medicaminibus, uel per iuſtorum medicorum medelas. Auctor eſt Ptolem. qui etiam dicit Iouem Venerem, & Lunam fortunas eſſe, eò quòd earum eſt complexio temperata, & quòd eis multum caloris ac humoris ineſt. Opera uerò Saturni ac Martis operibus prædictarum ſtellarū naturaliter contraria eſſe, eò quòd horum alter per frigiditatem intenſam, & alter per ſiccitatem intenſam operatur.* Quum populus frequens] *Cēualeſcens Mecœnas Theatrum adierat, lætusq; populus ei plauſit, tunc autem in agro ſuo Horatius caſu arboris oppreſſus eſt, ut inquit.* Mercurialium] *Id eſt, doctorum, ſcribit enim Ptol. quòd Mercurius habet ex homine locutionem, deliberationem, memoriam, linguam, fel atque nares.*

ODE XVIII. AD AVARVM.

Ode XVIII. Dicolos diſtrophos. *Primus uerſus eſt Hipponactius trochaicus, dimeter, catalectus, conſtans è trochæis tribus, & ſyllaba una, hoc modo:*

Non e-v bur neq -v aure -v um v.

Secundus uerſus eſt Archilochius Iambicus, trimeter catalectus, conſtans è quinq; Iambis, & ſyllaba, recepto tamen in locis imparibus ſpondeo hoc modo:

Mea v- reni v- det in v- domo v- lacu v- nar v

-v- v- vv

v- v- v- v- v- v

ARGVMENTVM IN ODEN XVIII.

Damnat in uita faſtum & ambitioſum ſtrepitum, aſſerens ſibi non eſſe ſumptuoſas ædeis, pretioſam ſupellectilem, neq; frequens ſatellitium, uerum fortuna ſua contentum, fide & ingenio mediocri præditum, nihil amplius optare. At bonam partē hominum, tam præpoſterè agere, ut ſepulchro uicina, oblita mortalitatis ſuæ, amplas ædeis extruit, nō ſine pauperum iniuria, quibus cum liberis & uxore proprijs ſedibus migrandum per uim auulſis agrorum terminis.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Principio oſtendit, ſe non eſſe diuitem nec ſuperbum, ſed fide & mediocri ingenio præditū, tenui fortuna cōtentum: Deinde potentum ſtultitiam notat, quod uicini morti, amplas ædificant, ornantq; ædes, etiam cum magna ſæpe pauperum iniuria, quos ſedibus ſuis pellunt: cùm tamen nullum certius domicilium habituri ſint, quàm terram, quæ pari amore atq; beneuolentia, & magnos & paruos ſuo gremio complectitur, & uelut mater operit.

COMMENTARIA.

ACRON.

NON ebur neq; aureum] *Metrum Hipponactiū, & primus uerſus eſt trochaicus dimeter catalectus una enim ſyllaba deeſt, ut ſit plenus dimeter. Scanditur enim ita:* Non e,bur ne,qu'aure,um. *Secundus Iambicus trimeter catalecticus. Scāditur ita :* Mea,reni,det in,do mo,lacu,nar. *Appellatur autē hoc metrum aliter Euripidæum, nō quod ipſe ſit inuentor eius, ſed quod frequenter eo ſit uſus. Trochaicum autem metrū recipit pedes imparib. locis trochæum, tribrachū, & interdum dactylum, in paribus autem trochæum, tribrachum, dactylum, ſpondeum, anapæſtum, habet penthemimerim & hepthemimerim. De continentia ſcribit, & paupertatem ſuam omnib. diuitijs præfert, culpans eos, qui obliti breuis uitæ, cupiditatibus & diuitijs ſtudēt.* Non ebur] *Ebur pro deriuatiuo, ut ſit eburneum. Ordo eſt: Non renidet in domo mea eburneum, neq; aureum lacunar.* Hymettiæ] *Id eſt, de Hymetto monte marmora excisa, quæ Thebaica dicuntur.* Neq; Attali Ignotus hæres] *Oſtendere uult Romanos non iure factos Attali heredes.* Clientæ] *Familiares, uicinæ. Oſtendit uotum clientum, quorum uxores, cum nobilibus togæ prætextæ fiūt ad ſpem magiſtratuum gerendorum purpuras carpentes, iuuant matronas. Unde dicit: Dum ſibi iſta deſunt, fide ſe & ingenio diuitem.* Nec potentem amicum] *Mecœnatem ſignificat à quo ſe dicit maiora nō quærere, dum beatum ſe factum fatetur, fundo ab eo in Sabinis accepto.* Truditur dies die] *Tanquā parum eſſet, quod dixerat diem die excludi, addidit integri mēſes tranſiliunt. nam per nouas lunas recurſus mēſium intelligimus.* Nouæq; pergunt interire lunæ] *Deſinunt decreſcere, uel potius defectus pati.* Tu ſecanda marmora locas] *Ordo eſt: Tu parum locuples continente ripa, et immemor ſepulchri, locas ſecanda marmora ſub ipſum funus, & ſtruis domos, & urges ſummouere Baijs littora obſtrepentis maris.* Summouere littora] *Effuſionem diuitum culpat, ut Salluſtius:* Qui diuitias ſuas profundunt in extruendo mari, & montibus coæquandis. Parum locuples] *Minus diues, niſi etiam alienum inuadas elementum.* Pellitur paternos] Ordo eſt : Pellitur & uir, & uxor, ferens in ſinu paternos deos Sordidoſq; natos] *Acerbitatem facti euidenter expreſſit, dum homines pauperes ac religioſos ſedibus ſuis uiolenter expulſos, ſacra deorum penatum ſecum ferre cum diſcedant, & nihil amplius quàm filios ſuos demonſtrat, quos ſordidos ad grauiorem pellentium inuidiam dixit.* Nulla certior tamen] *Ordo eſt:* Nulla aula manet diuitem herum certior deſtinata fine rapacis Orci, *id eſt, nulla domus expectat diuitem dominum, quæ certior ſit deſtinata fine rapacis Orci, eaq; ui tollitur ac ſi diceret : Quamuis ſerius, uel ocyus ut cuncta fluant, ſunt tamē, quæ ſemper manſura referantur, ut Roma: ſed nulla domus certior ſe credat rapiendam, & diſſipandam fine rapacis Orci, quam quæ diuitem continet dominum, domo abſtracta proximi.* Aequa tellus] *Superuacuè dixit minoris fortunæ hominū fines inuadi, uel diuitiarum moles congeri, dum par ſit omnibus ſepulchri menſura: unde & Iuuen.*

„ *Mors ſola fatetur*

„ *Quantula ſint hominum corpuſcula.*

Pueris] *Pro filijs, ut:*

NON ebur, neq; aureum
Mea renidet in domo lacunar:
Non trabes Hymettiæ
Premunt columnas, ultima recisas
Africa: neq; Attali
Ignotus hæres regiam occupaui:
Nec Laconicas mihi
Trahunt honeſtæ purpuras clientæ:
At fides, & ingeni
Benigna uena eſt, pauperemq; diues
Me petit. nihil ſuprà
Deos laceſſo: nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis beatus unicis Sabinis.
Truditur dies die,
Nouæq; pergunt interire Lunæ.
Tu ſecanda marmora
Locas ſub ipſum funus: & ſepulchri
Immemor, ſtruis domos,
Mariſq; Baijs obſtrepentis urges
Summouere littora,
Parum locuples continente ripa:
Quid? quod uſq; proximos
Reuellis agri terminos, & ultra
Limites clientium
Salis auarus? pellitur paternos
In ſinu ferens Deos
Et uxor, & uir, ſordidoſq; natos.
Nulla certior tamen
Rapacis Orci fine deſtinata
Aula diuitem manet
Herum. quid ultra tendis? æqua tellus
Pauperi recluditur,
Regumq; pueris: nec ſatelles Orci
Callidum Promethea
Reuexit auro captus. hic ſuperbum
Tantalum, atq; Tantali
Genus coërcet. hic leuare functum
Pauperem laboribus,
Vocatus, atq; non uocatus audit.

„ *Ne pueri, ne tanta animis aſſueſcite bella.*

Nec ſatelles Orci] *Oſtendit nullis muneribus flectendos manes, ut remeare poſſit, quilibet ab inferis.* Hic leuare functum] *Ordo eſt: Hic uocatus atque non uocatus audit leuare pauperem, functum laboribus.* Audit] *Bene audit, quia mors, ut neceſſitas eſt, ita eſt perpetua requies laborum.*

PORPHYR. } Non ebur] *Hæc Ode in continentiam ſcribitur per quam paupertatē ſuam omnibus diuitijs præfert.* Trabes Hymettiæ] *Marmor Achaicum, dicit quod ceditur in Hymetto mōte Atticæ regionis.* Renidet] *Fulget ſignificat.* Vltima recisas Africa] *In Numida, quæ eſt Africæ pars interior.* Neq; Attali Ignotus hæres regiam occupaui] *Attalus rex Aſiæ, Pergami regnauit, cuius hæreditatē Pop. Roman. cœpit. Dicendo autem hæres occupaui, ſibi ſuſpitionem dat, quaſi exiſtimans hæreditatem uindicaſſe.* Laconicas mihi Trahunt honeſtæ purpuras clientæ] *Hoc illò pertinet, quòd prætextas togas cū ſibi nobiles conficiunt, ad ſpem magiſtratuum agendorum, uotum ſit uxoribus clientum ad matronam conficientem conuenire, & purpuram cauſa ipſius carpere.* At fides & ingeni Benigna uena eſt] *Hic locus ſimilis eſt illi Virgiliano.*

„ *Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis,*

„ *Mane ſalutantum totis uomit ædibus undam.*

Pauperemq; diues me petit] *Hoc eſt gratia me petit.* Nihil ſuprà deos laceſſo] *Nihil, inquit, amplius deos, nec amplius Mecœnatem opto, qui me ſatis beatum fecit donando me uno fundo Sabino, qua poſſeſſione contentus ſatis beatum me iudico.*

PORPHYRION. } Truditur dies die] *In eos inuehitur, qui intelligunt tempus uitæ ſuæ uelociter currere, nihilominus tamen non deſinunt, ædificia domorum ingētia ac precioſa conſtruere, cùm potius deberent, ſi memores mortalitatis eſſent, ſepulchra ſibi ſtruere.* Mariſq; Baijs obſtrepentis urges] *Ordo eſt:* Littora maris obſtrepentis Baijs, *id eſt, Baianis littoribus perſtrepentibus. Hic autem corripit eos, qui in campania affectant molibus in mare iactis, prætoria ſuper ædificare.* Quid? quod uſque proximos Reuellis agri terminos] *Accedit nunc, inquit, ad ambitionem tuam auaritiæ ſcelus, quòd uicinos tuos per impotentiam agris ſuis expellis.* Pellitur paternos in ſinu ferens deos, uxor

& uir]

& uls] Hic ipſa rei acerbitas deſcripta eſt, homines pauperes à religioſis ſedibus ſuis pulſos, etiam ſacra deorum penatum ſecum ferre cum diſcedant, nec aliud amplius, quàm filios ſuos, quos ſordidos dicendo, grauiorem inuidiam expellentibus facit. Nulla certior tamen Rapacis Orci fine deſtinata Aula diuitē manet Herū] Licet, inquit, ô diues, habeas quod optas, ſcito tamen nihil tibi proprium eſſe magis, quàm mortem, illa enim quæ poſſidentur tēporalia ſunt, at enim mors perpetua eſt. Regumq; pueris] Pueris pro filijs poſitum. Regū autē ſignificat omnes, & diuites, & pauperes pari mortalitatis conditioni ſubiectos eſſe, & idcirco non magnopere appetendos eſſe honores & diuitias. Hic leuare functum Pauperem laboribus, Vocatus, atq; non uocatus audit] Oſtendere uelle uidetur quanquam mors neceſſitas eſt, ita tamen requies perpetua laborum, fiat.

CHRIST. LAND. } Non ebur, neq; aureum] Metrum ab authore Hipponaĉteum uocatur. Primus uerſus trochaicus, dimeter catalecticus: Vna enim ſyllaba deeſt, ut ſit plenus uerſus dimeter. Scanditur ſic. Non e,bur ne,qu' aure,um Secundus iambicus trimeter catalecticus, ſic. Mea,reni, det in,domo,lacu, nar. Ebur] Dens elephantis, quem propter incorruptum candorem in plurimos uſus conuertitur. Dictum eſt autem à barro, ſic enim Latinè hoc animal appellatur. Ipſe alibi,

„ Quid tibi uis mulier nigris digniſſima barris.

Barrus autem à uoce ſua, nam pro onomatopoeam barrire dicitur elephas. Aureum] Pro auratū. Lacunar] Nam de hoc iam dictū eſt. Renidet] Reſplendet. Hymettiæ] Montē Hymettium diximus eſſe in Attica regione, multis rebus nobilitatū. Nam abundans thymo, multas apes alit, & mella producit optima. Item herbā chariſiam nomine, quam uim philtri habere crediderūt. Hanc itaq; mulieres, ut ardentiùs amarentur, brachijs alligare conſueuerant. Hinc pulcher lapis ex quo Hymettiæ colūnæ Romā ſunt aduectæ. Craſſus orator in atrio ſuo habuit columnas Hymettias. 6o. Hic enim primus marmora externa inuexit. Habitabat autē in palatio. Vnde M. Brutus in iurgijs eum Venerē Palatinā appellauit. Trabes] Scilicet ſaxeas, quæ ex tranſuerſo colūnis ſuper imponuntur. Vltima Aphrica] In Numidia, Iuuenalis.

„ Numidarum fulta columnis.

Inde enim primo à M. Lepido. Q. Catuli collega quatuor annis ante Luculli conſulatū marmor Numidicum Romam aductum eſt. Reciſas] Nā lapidicinæ dicūtur, in quibus exciduntur lapides, Græcè λατομίαι. Attalus] Rex Pergami, & pop. Rom. amiciſſimus. Nam deuicta Aſia illi amplum imperium tradiderunt, cui adeò ſplendidam ſuppellectilem fuiſſe conſtat, ut quæq; nobiliora Attalica appellarentur. Propertius.

„ Nec ſit in Attalico mors mea nixa thoro.

Hic populum Rom. ſine liberis decedēs hæredē inſtituit anno urbis, 626. Hæc hæreditas in maximū luxum adduxit ciuitatem, et ut refert Plinius, omnis pudor in ea emenda ſublatus eſt. Ignotus] Scilicet ſibi, ut alluderet ad populū Rom. quem ille ſibi ignotum hæredem inſtituit. Vel ignotus, id eſt, ignobilis. Laconicas] Nam & purpura piſcis capitur, etiam circa Tenarum Laconicæ regionis promontoriū, ut eſt apud Pliniū. Honeſtæ clientes] Id eſt, honorificæ mulieres meorū clientū uxores. Nā honeſtū pro honorato poni Cicero ſæpiſſimè teſtis eſt in ſuis epiſtolis. Ait enim Honeſtiſſimo equite Romano utor familiariſſimè. Purpuras Laconicas] Id eſt, lanas infectas purpura. Trahunt] Vel texunt, ut ueſtes faciant, nam trahitur ſubtegmē per telā, ut ueſtis texatur, uel trahendo molliunt, & in filum deducunt, ergo uel texunt, uel nent. Sententia aūt eſt, Non ſum adeò opulentus & potens, ut habeā nobiliores clientes, quorum uxores non dedignentur conficere mihi ueſtes purpureas. Maius enim munus cum manu honeſtioris mulieris factum ſit. Sic & Andromache apud Maronem.

„ Accipe & hæc manuum tibi quæ monumenta mearum
„ Sint puer. At fides] Non ſunt mihi diuitiæ, nec potentiæ. Sed fides quæ precioſior eſt omnib. uirtutibus. Et benigna uena] Ingeni pro ingenij per apocopen. Ingeniū autem duplicē habet apud Latinos notionē. Nonnunquā enim referimus illud ad rationē & intellectū, & dicimus eſſe uim, qua uel doctiores, uel minus docti eſſe uidemus. Hinc dicimus in alijs eſſe acutū ingeniū, in alijs hebes. Atq; huius ingenij duplex eſt pars, altera qua acquirimus ea, quæ hactenus nō tenebamus, altera qua acquiſita retinemus, & illa quidem docilitas, hæc uerò memoria appellatur. Nōnunquā ad uitam, & ad mores ingeniū refertur, & dicimus malum ingenium fuiſſe in Clodio, bonum in Milone. In quo loco uidetur idē ſignificare quod natura, ſed hoc differt, quòd natura cōmunior eſt, ingeniū particulare. Itaq; non rectè diceremus noui ingenium humani generis, ſed noui naturā. Rectè autem ſi dico noui ingeniū uxoris meæ, id eſt, noui, qui mores illi à ſua particulari natura ſint. Ergo cùm dicat benigna uena ingenij, ſi intelligimus ingeniū in actionibus, & uita morali, cōmendat ſe à probitate, ſi referamus ad uim mentis, commendat ſe à doctrina & eloquentia. Rurſus intelligamus uenas propriè ſignificare meatus illos, et ueluti fiſtulas per quas ſanguis, ſpiritusq; ad uarias corporis partes labuntur, dictas, quia per illas ueniat ſanguis ſpiritus' ue. Sed etiam uenas dicimus meatus ſubterraneos, per quos aquæ manant. Dicitur præterea uena in ſaxis. Ouid.

„ Quæ modo uena fuit ſub eodem nomine manſit.

Dicitur etiam in metallis. Idem.

„ Protinus irrupit uenæ peioris in æuum
„ Omne nefas, & Iuuenalis.
„ Accepimus tenuæ argentum, uenaq; ſecundæ.

Poſtremò per quandam translationē dicimus in dicendo bonam habere uenā eos, in quibus copioſior, ornatiorq; ſtylus ſit. Idem,

„ At uatem egregium, cui non ſit publica uena,

Ergo benigna uena, id eſt, liberalis, abundanſq; uena in dicendo. Contra malignus ſterilis erit. Virg.

„ Difficiles primum terræ, colleſq; maligni.

Vt benigna uene, quaſi mitior & benefica in uita & moribus. Pauperemq; diues] Quaſi dicat, propter fidem & ingeniū potentiores meā expetūt amicitiam. Nil ſupra] Nihil ultra. Eſt enim aduerbiū, & non præpoſitio. Deos laceſſo] Quaſi dicat, impudenter peto. Nā quibus ſatis eſt, et adhuc plura requirunt, ij uidentur deos laceſſere & irritare, quādo precibus eos fatigant. Potentē amicum] Scilicet ipſum Mecœnatē. Largiora] Id eſt, ampliora quā illa, quæ iam largiter dedit, in quo loco & ſuā modeſtiā oſtendit, & amici copioſam liberalitatē extollit. Flagito] Nam flagitatio potius q̃ petitio uidetur, cùm plura quā opus ſit rogamus. Tu uerò in ſuperioribus require, quid ſit flagitare. Satis beatus] Satis diues. Vnicis Sabinis] Sibi à Mecœnate dono datis. Truditur dies die] Nā ut undā antecedentē ſubſequens unda trudit, id eſt, impellit, ſic diem dies urget. Et nouæ lunæ pergunt] Nā breui tempore fit pleniluniū, & paulò pòſt, ita decreſcit, ut nuſquā appareat, & intereſſe uideatur. Per hæc autē demonſtrat uelocitatē, & breuitatē temporis. Tu locas marmora ſecanda] Stultitia ſumma eſt, ut circa mortē tu pares ædificare. Locas marmora ſecanda] Das mercedē illis, qui tibi ſecent. Nam ſecantur marmora in ſubtiliores tabulas ſerris nō dentatis iniecta aqua & harena. Sed inter omnes harenas Aethiopica in ſecando marmore Romæ laudabatur, teſte Plinio, quoniā reliquis utilior eſſet. Nec ſine ratione dixit Marmora. Nā non ſolū ædificat, quo tempore domo non eget, ſed etiā luxū adhibet in ædificando. Sepulchri] Id eſt, mortis. Vrges ſubmouere] Inſtas fabris, ut ſubmoueant, id eſt, ad ulteriora protendant. Maris ſtrepentis] Id eſt, quod obſtrepit, Baiis ſuo fonitu. Sententia eſt, quod iactis mollib. & fundamentis in mare in eo ædifices. Vnde & mare propellitur, & litus extenditur, Hinc Salluſt. Nā quid ego illa cōmemorē, quæ niſi illis, qui uidere nemini credibilia ſunt à priuatis cōpluribus ſubuerſos eſſe montes, & maria conſtrata. Et alibi illis diuitias ſuperare, quas profundūt in extruendo mari, & montibus coæquandis. Baiæ] Celebratiſſimus locus fuit cùm ſua amœnitate, tum aquarū calidarū uoluptate et ſalubritate, & ab illis ſinus Baianus, qui hinc Miſeno mōte illinc Puteolis clauditur. Baiæ à Baio Vlyſſis ſocio illic ſepulto dictæ ſunt. Nam baulas dictas uoluit Seruius, quaſi boaulas, id eſt, τῶν βοῶν τὰς αὐλὰς, id eſt, boum ſtabula. Illic enim Hercules armenta, quæ abduxerat ex Hiſpania, habuit. Nam & uia Herculea ibi erat. Propertius.

„ Et ſonat Herculeo ſtrata la ſua.

Sunt qui dicant lingua antiqua Latina Baias omnes portus eſſe appellatos,

pellatos, quoniam inde merces baiulentur. Ripa continente] Ripa fluuiorū eſt, ſed poſuit pro littore cōtinente, id eſt, quod in continenti poſitū eſt. Appellamus enim continentem terram, quæ neq; inſula, neq; iſthmos ſit, ut eſt Italia. Inſulam uerò quæ undique ſit mari circundata, ut Sicilia, Sardinia, & huiuſcemodi ad quas accedere, niſi mari nō poſſumus. Iſthmos autē ita undiq; mari cingitur, ut tamen in aliqua parte cōtinenti iungatur. Summa & ſtultiſſima luxuria cum agri tui propagentur per amplū ſpatium uſq; ad littus, tu ueluti naturæ uim afferens, uelis in mari ædificare, & quod mare fuerat in terrā conuertere. Hoc cùm Lucullus factitaſſet à Pompeio Xerxes togatus appellatus eſt. Agri terminos] A' uellendo terminos, qui ſunt inter te & uicinū defraudas illum ſuo agro. Vnde ille cogitur migrare ex antiquo agro, & reportare domeſtica ſacra. Paternos deos] Id eſt, ſuos lares, qui locus mouet miſericordiam. Sic Virg.

Sacra ſuosq; tibi commendat Troia penates.

Et uxor & uir] Omnia hæc habent cōmiſerationem. Nam durum eſt alicui pelli è ſuis ſedibus, durius ſi antiquæ ſunt, & illic habeat domicilium, duriſſimum ſi ſit ſibi uxor atq; liberi. Quid ergo erit, ſi ſint ſordidi, id eſt, ob paupertatem ſqualidi & neglecti. Nam diuiti facile eſt mutare ſedes, & noua ſibi domicilia parare. Pauper autem priuatus ſuo tenui patrimonio, quomodo hæc poterit. Nulla tamen certior] Ordo eſt, quamuis aſſiduò ædificet, & alienos ſibi rapiat agros, tamen nulla aula manet, id eſt, expectat diuitem herum certior fine deſtinata Orci, id eſt, morte inferi, quæ hominibus omnibus deſtinata eſt. Rapacis] Quæ omnia rapiat. Nam omnes ad inferos rapiuntur. Quid ultra tendis] Quid plura quæris, quando tellus ſe æquā præbet & recluditur, id eſt, aperitur, ita pauperi, ut regibus. Nec ſatelles Orci] Satellites propriè ij ſunt, qui ad alicuius regis cuſtodiā ponuntur. Hic uerò Charonem intellige, qui ingreſſum inferorum obſeruans animas ſua cymba tranſuehit, tranſuectasq;, nunquam reuehit, ut poëtæ fingunt. Quæ fabulæ profundā continent allegoriam, ut nos in noſtris Virgilianis allegorijs, & in ijs, quæ in Danthem ſcripſimus, qua potuimus doctrina expreſſimus. Nec ſatelles Orci] Satiſfacit tacitæ inquiſitioni. Nam diceret quiſpiā ſi diuitijs non uitari poteſt mors, poterunt fortaſſe, qui iam mortui ſunt, ſe ab inferis, ſuis diuitijs redimere. Sed hoc falſum eſt, cum nullo auro Charon corruptus ſit, ut, quos hic nominat, reuehere uoluerit. Non ergo fauet diuitibus, qui cùm feliciter uiuant ad uitam redire cupiunt. Sed fauet pauperi, qui cùm uitam infœlicem egerit tandem ipſum morte à tantis curis & laboribus liberat. Callidum Promethea] Nam non ualet ſua aſtutia illum decipere, aut ſaltem perſuadere.

ERAS. ROT. } Vocatus atq;] Ad prouerbium alluſit poëta, quod olim Lacedæmonijs oraculi uice datum erat. Vocatus & non uocatus deus aderit. Eius uſus erit, ubi quid ſignificabimus etiam non accerſitum, neq; curatum, tamen euenturū uelimus nolimus, puta ſenectam, mortem, malefactorum pœnam. Eraſmus.

HENR. GLAR. } Hoc genus carminis in præſenti Ode rectè Acro docuit, quod ideo admonemus, quòd in Aldico codice hoc corruptum eſt, quem noſtra ætate ferè librarij abſque iudicio libros excudentes ſecuti ſunt. Cæterùm marmora ex Hymetto monte excisa, Acro Thebaica dicta aſſerit, Porphyrio Achaica. Strabo meminit eorum libro nono, ſed abſq; cognomine.

HERMAN. FIGVL. } Non ebur neq; aureum] Non eſt mihi magnifica & ſumptuoſa domus, ebore & auro fulgens, nec lauta & precioſa ſuppellex, ut homini luxurioſo & abundanti. Ebur] Quod luxuriæ cauſa cœpit ſecari, eoq; lignum diſtingui, mox operiri, teſte Plinio. Aureum lacunar] Principaliter (inquit Seruius) lacus dicitur, ut Lucilius:

—Reſultant ædesq;, lacusq;:

Diminutio lacunar facit, ut hic apud Hor. Inde fit alia diminutio, lacunarium, & per antiſtychon, laquearium. Virg.

Dependent lychni laquearibus aureis, &c.

Non trabes Hymettiæ] Hymettus mons eſt in Attica marmore nobilitatus. Vnde Hymettiæ colūnæ: Plin. li. 36. cap. 3, ait, L. Craſſum Oratorem illum, qui primus peregrini marmoris columnas habuit in eodem atrio, Hymettias tamen nec plures ſex, aut longiores duodenûm pedum habuiſſe. Columnas ultima recisas Africa] Hoc eſt, ex Numidia allatas. Marmor Numidicum primus Romæ inuexit M. Lepidus. De quo ita Plin. Denique M. Lepidus Catuli in conſulatu collega, primus omniū limina ex Numidico marmore in domo poſuit, magna reprehenſione. Is fuit Conſul anno urbis DCLXVI. Hoc primùm inuecti Numidici Marmoris ueſtigium inuenio, nō in columnis tantùm, cruſtis'ue, ut Mamurra Caryſtium poſuit, ſed in maſſa, & uiliſſimo liminū uſu. De marmorum luxuria, uarijs generibus, & uſu in ædificijs, uideāt ſtudioſi Plin. lib. 36. Natur. hiſt. Neq; Attali ignotus hæres regiam occupaui] Ait ſe non eſſe diuitem, quòd nullius opulenti hæreditatem adierit, ſed patrem habuerit Libertinum & tenuem. Fuit aūt Attalus rex Aſiæ ditiſſimus, qui populum Romanum hæredem inſtituit. Huius hæreditatem, poſt L. Scipionis uictoriam, luxuriam in Italiam miſiſſe, & grauiter mores Romanorum afflixiſſe, tradit Plinius. Regiam] Domum, & regalis opulentiæ monimentum, quod Trallibus lateritio pariete extructum fuiſſe, teſtatur Plinius. Græci enim, præterquam ubi è ſilice fieri poterat ſtructura, parietes lateritios prætulêre. Sunt enim æterni, ſi ad perpendiculum fiant, ideo & ad publica opera, & regias domos adduntur. Nec Laconicas mihi] Non ſum potens, & multorū clientum patronus: nec ambitioſus, ut præparem mihi purpureas ueſtes ad gerendū magiſtratum. Laconicas purpuras] Dibapham Laconicam intelligit, cuius color à Plinio inter principales refertur: quo gratius nihil traditur aſpectu. Legimus etiam in Græcorum commentarijs, purpuram indumentum Laconicon, cùm ad bellum proficiſcerentur, ſanguini concolor, ne, ſi quando uulnerari eos contigiſſet, ſanguinis aſpectus metum eis incuteret. De purpura Laconica etiam lib. 35. ſic ſcribit Plinius: Quare Puteolanum (de purpuriſſo loquitur) potiùs laudatur quàm Tyrium, aut Getulicum, uel Laconicum, unde precioſiſſimæ purpuræ. Honestæ clientes] Vxores clientium nobilium. Moris autem fuit (inquit Budæus in cōmentarijs in Pandectas) apud antiquos, ut prouinciales, & ſocij populi Romani in clientelam ſeſe darent procerib. Romanis quos patronos ſibi adoptabant: non modò publicè, ſed etiā priuatim, ijq; ut clientes eorū dicerentur, id eſt, πελάται, & fœminæ πελάτιδες, inter ſe uerò hoſpites. Ferebat autem id huiuſmodi neceſſitudo, ut clientes perpetuò patronorū ſuorum patrocinio caput ac fortunas ſuas tuerentur, uiciſſimq; ipſi patronos ſuos omni obſeruantia atq; obſequio colerent, & uenerarentur. Plutarchus in Romulo: Alios ex multitudine potētes legit, eosq; patronos nuncupauit, illos autē cliētes, magnaq; illos inter ſe beneuolētia deuinxit, quæ maximas neceſſitudines productura foret. Hi hominibus oppreſſis, & iudicio circūuentis, in obtinendo iure ſuo, & cauſæ actores, & patronos, & moderatores conſiliorū omnium ſe præbebant: Illi uerò hos obſeruabant, non honorib. tantùm, ſed etiā copijs ſuis in filiabus locandis, & in diſſoluendo ære alieno. Cicero in diuinat. Clariſſimi uiri noſtræ ciuitatis, tēporibus optimis, hoc ſibi ampliſſimum pulcherrimumq; ducebant, ab hoſpitib. clientibusq; ſuis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia populi Romani, ditioneq; eſſent, iniurias propulſare, eorūq; fortunas defendere. M. Catonem illum ſapientē, clariſſimū uirum, & prudentiſſimū, cum multis graueis inimicitias geſſiſſe accepimus, propter Hiſpanorū, apud quos Conſul fuerat, iniurias. Hoc ius neceſſitudinis non perſonale, ſed gentilitium erat, & ad agnatos & gentiles tranſiens. Quòd ſi clientem improbus patronus decepiſſet, eum lex haud ſecus puniuit, ac ſi capitali iudicio eſſet affectus. Neq; enim leui pœna dignum cenſuit eum, qui fidē labefactaſſet. Nam clientem, qui tutelæ patroni ſe commiſit, chariorem haberi, quam propinquos, affineſq;, ueteres uoluêre. Hanc cōſuetudinem etiam apud Gallos olim fuiſſe frequentem, legimus apud Cæſarem libro 6. de bello Gallico. Ex hac patronorum & clientium neceſſitudine, atq; obſeruantia, ueluti ſcintillis quibuſdam militaria iura, uel (ut nunc uocant) Feuda, quæ aucta ſunt multùm hodie, propter continuam bellorum moleſtiam, & ad primarium nobilitatis ſtatum pertinent, cœpiſſe, eruditiores & prudētiores noſtræ ætatis Iuriſconſ. rectè ſentiunt. At fides, & ingeni] Fide, & mediocri ingenio præditus, meaq; ſorte contentus, nihil amplius opto, nec diuitū fortunas conſector, ſed hi ultrò meā amicitiā expetunt. Nec potentē amicū largiora flagi-

to] *Suam modeſtiã, & Mecœnatis copiam atq; eximiam liberalitatis magnificentiã oſtẽdit.* Vnicis Sabinis] *Agro meo Sabino. Sabini (ut quidam exiſtimauére) à religione, & deorũ cultu Seuini appellati, Velinos accolunt lacus, Roſidis collibus, Auth. Plin.* Truditur dies die] *Viciſsitudine temporis probat, nihil eſſe perpetuũ ac ſtabile: Et propterea ualde ſtultum, amplas, & æternùm duraturas domus extruere: præſertim cùm mors propter uitæ breuitatẽ ſit admodum propinqua. Hanc temporum celeritatem pulchrè comparãt poëtæ fluenti aquæ.* Ouidius:

» —*Neq; enim conſiſtere flumen,*
» *Nec leuis hora poteſt: ſed ut unda impellitur unda.*
» *Vrgeturq; eadem ueniens, urgetq; priorem,*
» *Tempora ſic fugiunt pariter, pariterq; ſequuntur.*

Nouæq; pergunt interire lunæ] *Luna poſtremã, terriſq; proximã ſphæram tenet, uariasq; uiciſsitudines in recipiendo, & amittendo lumine, creſcens ſemper, aut ſeneſcens, refert. Nã modò (ut ait Plinius) curuata in cornua, modò æqua portione diuiſa, modò ſinuata in orbem, maculoſa, eademq; ſubitò prænitens, immẽſa orbe pleno, ac repentè nulla. Has lunæ uarias uices Pontanus his uerſibus deſcribit.*

» ——*Quantumq; ab Apollinis igne recedit,*
» *Hoc magis ipſa ſuum fundit mortalibus ignem.*
» *Cornibus auratis primùm, mox fronte refulget.*
» *Iam media, medium cœli dimenſa uolumen.*
» *Atq; hinc obliquos uultus, turgentiaq; ora*
» *Nocte refert, tandemq; uago digreſſa meatu,*
» *Exurgit ſolem contra, plenoq; coruſcam*
» *Orbe comam, & fuluo totum caput explicat auro.*

Ratio aũt harum permutationũ, & diuerſarum ſpecierũ lunæ hæc eſt: Quia luna per ſe eſt opaca, nec ſuapte naturæ ſplendet, ſed à ſole illuminatur. Cùm igitur eſt in coniunctione cum ſole, radij ſolares nõ poſſunt corpus lunare propter denſitatẽ penetrare, itaq; prorſus nõ cernitur. Tertio aũt die poſt coitũ à ſole paulùm digreſſa, ex obliquo ſolis radio perſtringitur, & corniculata apparet, uocaturq; μηνοειδὴς, id eſt, falcata. Poſtea uerò longiùs à ſole diſcedit, & διχότομος, hoc eſt, dimidiata apparet. Cùm autẽ eouſq; peruenit, ut radios ſolis ex aduerſo recipiat, πανσέληνος, id eſt, plena conſpicitur. Deniq; eodẽ modo rurſus decreſcit, donec ad coniunctionẽ iterum peruenerit, quam interluniũ ſeu nouiluniũ noſtri, Græci σύνοδον, appellant. Tu ſecanda marmora locas] *Carpit inanes hominũ cupiditates, & fallaces cogitationes, quòd ſpe longæ uitæ terra, mariq; extruant, ædificent: magno damno & iniuria pauperum fundos, prædia, fortunasq; augeant, exaggerent, amplificent, immemores ſe morti adeò uicinos, ut iam alterũ pedem in ſepulchro habeant.* Secanda marmora] *Alia enim ſecabãtur, alia ſolidis glebis ponebantur. Plin. Marmoreos parietes habuit ſcena M. Scauri, nõ facilè dixerim ſectos, an ſolidis glebis poſitos, ſicuti eſt hodie Iouis tonantis ædes in Capitolio. Nondũ enim ſecti marmoris ueſtigia inuenerat Italia. Sed quiſquis primùm inuenit ſecare, luxuriamq; diuidere, importuni ingenij fuit. Harena hoc fit, & ferro uidetur fieri, ſerra in prætenui linea premente harenas uerſando, tractuq; ipſo ſecante.* Sub ipſum funus] *Prope ſinus, morti uicinus.* Sepulchri immemor] *Mortalitatis & uitæ fragilitatis oblitus.* Marisq; Baijs obſtrepentis] *Non cõtentus terra, ſed in mari etiam Campano amœnitatis gratia fundamẽta iacis, & domus ſuperſtruis. Similis eſt locus Ode 1. lib. 3.* Cõtinente ripa] *Terra diuiditur in continentem, peninſulam, & inſulam.* Quid?] *Indignationem habet hæc interrogatio. Et incremento potẽtum auaritiã amplificat. Eſt enim inhumanũ, & ſatis temerariũ, alienum occupare elementum: ſceleratũ, auellere proximi terminos: crudele & impium, pauperem omninò cum dijs penatibus & paruis liberis expellere.* Reuellis agri terminos] *Diuus Hadrianus conſultus de coërcitione eorũ, qui terminos auulſiſſent, in hæc uerba (ſecũdùm Calliſtratum) reſcripſit: Quin peſſimũ factum ſit eorũ, qui terminos, finiũ cauſſa poſitos, protulerũt, dubitari nõ poteſt. De pœna aũt modus ex cõditione perſonæ, & mẽte facientis magis ſtatui poteſt. Nã ſi ſplendidiores perſonæ ſunt, quæ cõuincuntur, non dubiè, ſi id occupandorum alienorũ finiũ cauſſa admiſerunt, poſſunt ad tẽpus, ut cuiuſq; ætas patietur, relegari: & ſi iunior, in longius: ſi ſenior, receſsius. Si uerò alij negociũ geſſerint, & miniſterio functi ſint, caſtigari, & ad opus biennio dari. Quòd ſi per ignorantiam, aut fortuitò lapides furati ſunt, ſufficiet eos uerberib. decidere. Hæc Calliſtratus li. ff. 47. Tit. 21. Pulchra profectò determinatio, & temperamentũ pœnæ, obſeruatis omnibus circũſtantijs.* Vltra limites ſalis] *Terminis in confinio deiectis, fines tui prædij trãſgrederis, & uicino tuo aliquid fundi per uim detrahis. Tãta enim eſt hominũ auaritia, tam furioſa habendi libido, ut nemo non ſummis uiribus conetur fines dominij ſui quoquouerſus extendere. Adeò cæca eſt hominũ auiditas, adeò frigida erga proximũ charitas, ut nihil curemus & quæramus, niſi noſtra: cõtrectamus, graſſamur, rapimus, & nihil nõ tẽtamus, quò tandem ſacrã illam auri famẽ expleamus, atq; ſaturemus. Sunt aũt limites, fines certi, quibus agri confines diſtinguũtur, ac ſeparantur. Tã frequens aũt de terminis & limitib. prædiorum cõtrouerſia eſt, ut litem à limite (teſte Oldendorpio) dicerent. Et Virgil. de ſaxo, quod Turnus in Aeneam torquebat, loquens, adſtipulatur:*

» *Saxum antiquum ingens, campo qui forte iacebat,*
» *Limes agro poſitus, litem ut diſcerneret aruis.*

Paternos in ſinu ferens deos] *Hæc maximè mouẽt πάθος.* Quid *enim miſerius, quid calamitoſius pauperi euenire poteſt, quàm omnib. ſuis facultatibus, quas ſatis paruas à maioribus acceperat, priuari, ſpoliariq; ita ut nudus planè cũ penatibus, uxore, & familicis, ſordidatisq; liberis migrare, & ſolum uertere cogatur?* Nulla certior tamen] Omnib. moriendũ *eſſe ait, & regiam Plutonis, ueluti certam metam cunctis præfixã, ultra quã nemini liceat tendere.* Rapacis Orci] *Auari Plutonis. Dictus Orcus, authore Feſto, ab urgendo, quòd ad mortẽ urgeat.* Aequa tellus pauperi] *Oſtendit, terram cõmune omnib. cuiuſcunq; ſtatus, ac conditionis, hominib. receptaculum: nec quenquã à morte diuitijs, aut calliditate liberari poſſe.* Nec ſatelles Orci callidum Promethea] *Plutonis miniſter Charon nõ ſinit ſe corrũpi pecunia, ut ab inferis quẽ reducat, quia nec Prometheus omniũ callidiſsimus, auro eũ oppugnare potuit.* Hic ſuperbũ Tantalũ] *Mors domat diuites & ſuperbos: nec parcit pauperib. In ſumma, omnes rapit, & (ut canit* Ouidius)

» *Omnibus obſcuras inijcit illa manus.*

Cæterùm de Tantalo rege, & filijs eius, Atreo, & Pelope, lib. 1. diximus. Vocatus atq; non uocatus audit] *Oraculũ olim Lacedæmonijs redditũ, abijt in prouerbiũ: κεκλημένος τε κἄκλητος θεὸς παρέσται id eſt, uocatus, & inuocatus Deus aderit. Vſus erit, ubi quid ſignificabimus etiam non accerſitum, neq; curatum, tamẽ euenturum, uelimus nolimus, puta ſenectam, mortem, maleſactorũ pœnam. Huc alluſiſſe hoc loco Horatium, ait Eraſmus in Chiliad.*

THEOD. PVLM. } 3 Non trabes] *Trabes heic non è materia, ſed marmore ſunt, imponebanturq; columnis. Id eò dico, quòd mirũ uideri quibuſdã intelligo è lapide trabes fieri: Plinij tamen id confirmabimus auctoritate, qui lib. 36 ita ſcribit:* Circa Syenem uerò Thebaidis Syenites, quem antè pyrrhopœcilon uocabant. Trabes ex eo fecere reges quodam certamine obeliſcos uocantes. *Turneb libro 10. cap. 22.* 7 Laconicas] Laconias, *H.* 8. Clientæ] *G. & Cariſius Artis Grammaticæ lib. 1.* clientes, *H. E. B. ſed in E. etiã* clientæ *ſuprà adſcriptum fuit.* 30 Fine] ſede, *Seruius ad illud Virgilij 6. Aeneidos, uerſu 57. Sedibus hunc refer.*

34 Pueris] *uarie liber manu ſcriptus habet. quod ſi non de alia, uerſin quidem cauſſa præferendum eſt. Canterus Nouarum lect. lib. 6. cap. 14.*

ANT. MVR } 1 Trahũt honeſtæ purpuras clientæ] *Ita legendum eſſe, non, ut antea, clientes, admonuit me Chariſius libro 1. cuius hæc uerba ſunt: Cliens cõmunis eſt, inuenimus tamẽ & clientã apud Afraniũ in Põpa: Interim tua clienta, & apud Horat:*

» *Nec Laconicas mihi*
» *Trahunt honeſtæ purpuras clientæ.*

GEORG FABR. } *Reprehenſio cupiditatis, in ædificandis domibus, & extruendis uillis, ad quæ ædificia, ut ſatis ſpacij habeant, nõ dis, nõ hominib. parcitur: penates eijciuntur ſuo lare & foco, uillici ſpoliãtur agris & fundis. Cõparatione mediocritatis ſuæ probat, nimis eſſe anxiam cupiditatem, quòd homines idm capulo*

proximos

proximos, cogat eſſe ſub funus ipſum ſollicitos, rapaces, iniquos, crudeles: cùm tamen fruſtrà quærantur ea, quæ paulò pòſt nihil ſint profutura: nam potes ab humili, ab egeno diues, in morte nihil differt. Inuectius uidè in cupiditatē eſt, ſuprà, 2, 16. & inuchetur 3, 1.
Mea renidet in domo lacunar] *Principaliter (inquit Seruius) lacus dicitur, ut Lucilius,*

» *——Reſultant ædeſq; lacuſq;.*

Diminutio facit lacunar, ut Horatius,

» *Mea renidet in domo lacunar.*

Inde fit alia diminutio, lacunarium. Hæc ille. Trahunt honeſtæ purpuras clientæ] *Hæc Charisij lectio eſt,* Clienta clientæ, *ut antiſtita antiſtitæ. Intelligit matronas nobiles, in uxoris comitatu, quæ ſint potentiſſimorū pediſſequæ, & à patronis ueſtimēta accipiant, ut in manuſcripto Saxonico eſt annotatum. Trahunt mihi, mei honoris gratia. Quod interpretes narrant de lana carpenda, uidetur paulo remotiùs. Purpura in Græcia non eſt celebris, niſi inſularum: nec alibi de Laconica, quam hoc loco legi aliquid.*
Quid ultra tendis?] *Fortaſſe temerarium eſt, quod annoto: ſed quia diſtinctio inuenitur in alijs non inepta, ponenda eſt: nempe,* Quid ultra? *ut ſit* ἔλλειψις. *ſcilicet mortem &* Orcum. *Tendis, hoc eſt, perſtas, & expetis. quaſi ſit admirantis, qui in morte uix eſſe inuitus & cupidus deſinat, ut epiphonema ſit uehementius, Aequa tellus, &c.*

IOD. BAD. ASCENS. } Non ebur] *Quia ut uulgatus, ſed non pœnitendus ait uerſiculus.*

» *Turpe eſt doctori, quòd culpa redarguit ipſum.*

Poëta deteſtatus aliorum auaritiā, & in extruendis ædificijs, & augendis fundis inexplebilitatem, purgat ſe ab his uitijs, dicens, ſe minimè curioſum in ædificijs, & in eorum ornatu nimis ſplendido & pompoſo. In ueſtitu quoq; minus delitioſum, ſed benignitate ingenij atq; naturæ, animiq; ſatietate et Mecænatis beneficio ſatis ampli agelli poſſeſſione diuitem, neq; amplius à dijs aut ab amico flagitare. Ordo eſt. Ebur] *Id eſt, menſæ & parietes eburni.* Non renidet] *Id eſt, non reſplendet in mea domo.* Neq; lacunar] *Id eſt, laquear, id eſt, locus quadratus in connexu tabulatorum, quæ ſolaria uulgus uocat, quæ in cœnationibus inaurari ſolebant, renidet in domo mea.* Et trabes Hymetiæ] *Id eſt, marmora prælonga ex Hymeto monte Atticæ regionis exciſa, trabis inſtar, quæ Thebaica ſecundùm Acronem dicuntur.* Non premunt columnas ultima marmoreas reciſas ultima Aphrica, *ut in Numidia, neq; ego hæres ignotus, ut eat populus Romanus, occupaui regiam Attali regis ditiſſimi, in cuius aula aulea, & intertexto auro indumenta primū reperta dicuntur.* Et clientes] *Id eſt, pediſſequæ.* Honeſtæ, non trahunt mihi purpuras Laconicas] *Id eſt, non nent lanam, unde fiat purpura faſcibus apta.* At] *Id eſt, ſed fides eſt mihi, & benigna uena.* Ingeni] *Pro ingenij.* Et diues petit me pauperem] *Scilicet, aut conſilium, aut carmina.* Ego nihil laceſſo] *Id eſt, laceſſendo peto.* Deos] *Supra, id eſt, ulterius.* Nec flagito amicū potentem] *Scilicet, Mecænatem.* Largiora] *Exiſtens.* Satis beatus] *Id eſt, diues.* Vnicis] *Id eſt, ſolis Sabinis, ſcilicet poſſeſſionibus.* Truditur dies die] *Carpit aliorum ſtultam auaritiam cùm ſub ipſum funus marmorea parent ædificia, & ueteres clientes excutiunt paterna poſſeſſione, cùm tamen nulla certior ſit aula, quam Orci, ad quam omnes tendimus. Moris eſt poëtæ in hoc præſenti opere, quem laudat nominare, & quem uituperat nō expreſſo nomine, potiùs monere quàm carpere, in quo ſe candidum & humanum ſignificat. Ordo eſt.* Dies truditur] *Id eſt, conteritur & cito tranſigitur.* Die] *Id eſt, à die ſequenti.* Et lunæ nouæ pergunt interire] *Id eſt, ut ueteres fiant, & ita intereant non lunæ, ſed ut dicunt lunationes, hoc eſt illuminationes lunæ, & tamen ſup.*
Tu cito moriturus locas] *Id eſt, precio ſtatuto marmorarijs tribuis.* Sub ipſum funus] *Id eſt, paulò ante ſepulturam tuam.*
Marmora ſecanda] *Id eſt, incidenda, polienda, & ad opus aptanda, & immemor ſepulcri ſtruis domos.* Et urges] *Id eſt, inſtas urgenter.* Summouere] *Id eſt, extendere littora.* Occupando] *Scilicet, uada uicina littoribus ædificijs, littora dico maris.* Obſtrepentis] *Id eſt, dulce murmur excitātis, aut indignātis ſe excludi.* Baijs] *Id eſt, ad Baias iuxta Lucrinū ſinum, de quibus, Iuuenal.*

» *Ianua Baiarum eſt & gratum littus, amœni*

» *Seceſſus.——*

Parum locuples] *Dico exiſtens, quantum eſt ad opinionem tuam, parum locuples ripa.* Continente] *Id eſt, terræ adhærente, niſi & mare inuadas.* Quid] *Sup. dicā cū multo fœdiùs & iniquius ſit, quòd* Tu reuellis] *Id eſt, eruis* Vſq;] *Id eſt, ſemper.* Terminos agri] *Id eſt, limites* Proximos] *Id eſt, lapides, inter tuum & proximum agrum poſitos, &* Tu auarus ſalis] *Id eſt, ſaltu tranſcendis (eſt enim uerbum ſalio, ſalis)* Vltra limitem clientium] *Id eſt, corū, qui tuo patrocinio, & fidei ſeſe commiſerunt.* Et ita, & uxor, & uir] *Id eſt, maritus.* Pellitur] *Scilicet, à te.* Ferens in ſinu deos paternos] *Id eſt, penates, quos longa poſſeſſione & obſeruantia maiores coluerant, unde ut & ipſi pij ſignificantur, qui relictis cæteris rebus, ferunt in ſinu deos paternos.* Natos] *Id eſt, liberos.*
Sordidos] *Scilicet, ob inopiam. Et tamen quamuis tam ardenter, & tam iniquè hic ædificia, & poſſeſſiones extendere conaris.* Nulla aula] *Id eſt, regia domus.* Manet diuitem herum] *Id eſt, dominum aula.* Orci] *Id eſt, Plutonis.* Rapacis] *Id eſt, ad ſe cunctos trahentis.* Deſtinata] *Id eſt, addicta cuilibet.* Fine] *Id eſt, in fine dierum.* Quid tendis ultra] *Id eſt, quid ſemper plura quæris?* Tellus recluditur] *Id eſt, aperitur dum ſepulcrum fit.*
Aequa] *Id eſt, æqualis aut æquè magna, unde de Alexandro Magno dicit, Iuuenalis Satyr. 10.*

» *Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis*

» *Aeſtuat infœlix anguſto limite mundi*

» *Vt Gyaræ clauſus ſcopulis paruaq; Seripho.*

» *Quum tamen à figulis munitam intrauerit urbem,*

» *Sarcophago contentus erit, mors ſola fatetur*

» *Quantula ſint hominum corpuſcula recluditur.*

Ergo æqua, quia pro modulo corporis. Pauperi, & pueris] *Id eſt, liberis.* Regum] *Id eſt, ditiſſimorum.* Nec ſatelles] *Id eſt, portitor & miniſter Orci, id eſt Plutonis, id eſt, Charon reuexit, ſcilicet in hunc mundum.* Captus] *Id eſt, corruptus auro, quia uita auro redimi non poteſt.* Promethea callidum] *Id eſt, tametſi callidum, ut qui Ioui ignem ſuum furatus erat. Hic ſcilicet ſatelles* Orci] *Coërcet. id eſt cohibet ne exeat, Tantalum ſuperbum, quia Deorum conuiuam, & genus Tantali, ut Nioben, Atreū, Thieſten, Pelopem, & cæteros, qui ab eo deſcenderunt. Hic uocatus atq; non uocatus, id eſt, ſiue petant diſſolui corpore mortis huius, ſiue malint in miſeria manere, audit quantum ad utilitatem licet nō omnes, quantum ad uota.* Leuare] *Id eſt, liberare pauperem.* Functum laboribus] *Id eſt, munere uitæ.*

ANTON. MANCIN. } *Oſtendit hac Ode ſe carere ſuperba domo, carere etiam faſtu, eſſe tamen fidei plenum, & ingenio præditum. Et quòd diues eum pauperem adit, ipſe nil ulterius à dijs poſcit, contentus Sabino agello. Præfert itaq; paupertatem ſuam diuitijs cunctis, in auarum inde inuehitur, qui cùm deberet potiùs ſibi ſepulchrum parare, oblitus uitæ breuiſſimæ, domos ſtruebat ampliſſimas, proximi agri terminos auellebat, uirū & uxorem clientes ſuos proprio iure pellebat, deos & natos in ſinu ferentes, mors tamē omnibus æqua cunctos attrahet, diuites ſimul, & pauperes nullo diſcrimine. Quid igitur multa prodeſt appetere relinquenda ſanè?* Non ebur, neq; aureum] *Metrum eſt primum Trochaicum, dimetrum catalecticum, id eſt, cui una deeſt ſyllaba, ut ſit perfectum dimetrum, ſecundum uerò iambicum, trimetrum cui etiam una deeſt ſyllaba. De iambicis autem plenè legito Epodō primam.* Lacunar] *Id laquear etiam dicitur, eſt autem locus quadratus in tabulatis.* Hymetiæ trabes] *Lapideæ, ſcilicet ſeu marmoreæ. Eſt enim Hymetus Atticæ mons nobilis, qui mel gignit optimū, effoſſioq; marmorum pulcherrimorū ex ora Hymetia erat. Vt Strabo docet lib. 9. Et Plin. lib. 36. cap. 1. ſcribit L. Craſſum oratorem, primum peregrini marmoris columnas habuiſſe in codē atrio. Hymetias tamen nec plures ſex, aut longiores duodenum pedum.* Vltima Aphrica] *De Numidia intelligi, quæ pars eſt Libyæ Maſiniſſæ clara nomine, ut ſcribit Plin. lib. 5. in Numidia autem lapis erat optimus ad columnas. Vnde Suetonius, de honore Cæſari à populo collato, poſtea inquit ſolidam columnā propè 20, pedum lapidis Numidici in foro ſtatuit, ſcripſitq; parenti patriæ.*

Attali hæres ignotus] *De Attalo multa uideto in Ode 1.* Laconicas purpuras] *Plinius lib. 9. cap. 35. ait in Laconica purpuram fieri, ex purpuraq́ fasces, ſecuresq́ Romanæ uiā faciebant. Idemq́ color pro maieſtate in pueritia erat, diſtinguebat ab equitatu curiam. Dijs aduocabatur placandis, omnemq́ ueſtem illuminabat in triumphali miſcebatur auro.* Honeſtæ clientæ] *Id eſt, familiarium mulieres auxiliantes matronis.* Trahunt mihi] *Id eſt, ad meum decus & ornamentum.* Supra] *Id eſt, ulterius.* Laceſſo] *Precando, fatigo.* Potentem ami.] *Mecœnatem intelligit.* Truditur dies die] *Dies diem pellit.* Nouæ] *Sup. menſes intelligit, qui etiam tranſeunt breui.* Pergunt interire] *Decreſcendo paulatim nouæ lunæ intereūt, & ſic menſes ipſi.* Tu ſecun.mar.] *In auarum inuehitur. De ſecandis autem marmoribus uideto Plinium lib. 36.* Locas] *Marmorarijs, ſcilicet & ſculptoribus.* Sub ipſum funus] *Id eſt, circa uel prope mortem.* Baijs] *Baiæ contiguæ ſunt Lucrino ſinui, ab Vlyſsis ſocio nomine Baio ſic dictæ, erant ibi calidæ aquæ, & ad uoluptatem, & ad ſanandos morbos accommodatiſsimæ, quod ſcribit libro 5. Strabo.* Vrges] *Inſtas.* Submouere littora] *Multi enim non contenti prætorijs, & amplis domibus in terra manentibus, etiam in mari ædificabant, prope Baias uoluptatum gratia.* Continente ripa] *Id eſt, firma ripa.* Quid] *Quòd addit etiam plura prædictis.* Salis] *Id eſt, ſaltas.* Pellitur] *Auari impietatem innuit, pellentis proprio iure clientes etiam.* Paternos deos] *Per id longo tempore cum agrum illius miſeri clientis, & ſuorum parentum fuiſſe indicat.* Sordidos] *Eorum paupertatem indicat.* Nulla certior] *Senſus eſt, quamuis diues auarus multa poſsideat, & ſine fine exoptet: Attamen ei nulla domus certior eſt Plutonia domo: illic enim morabitur in perpetuum.* Rapacis Orci] *Id eſt, Plutonis omnes ad ſe rapientis.* Fine deſtinato] *Conſtituta fine hominibus omnibus, illuc enim traducimur cuncti.* Pueris filijs Satelles Orci] *Charon portitor intelligitur.* Callidum Promethea] *De hoc uideto in Ode 3. libro primo. callidum autem inquit: quoniam Prometheus dici poteſt prouidens, uel prudēs, Prometheo uerò prouideo: de quo etiam uideto in Ode 16. libro primo. Reuexit ſtygia uidelicet cymba.* Tantalum] *De hoc latiùs ſuprà.* Tantali genus] *Vt puta, Nioben, Atraum & Thyeſtem, de quibus latè ſuperiùs.* Hic leuare] Ordo eſt. Hic Charon uocatus atq; non uocatus, audit leuare pauperem functum laboribus, id eſt, qui *laborioſam uitam habuerat, morte enim media pauper laboribus & curis omnibus alleuiatur.*

ODE XIX. IN BACCHVM.

Ode XIX. *Tricolos tetraſtrophos, ut:* Vides ut alta ſtet niue candidum.

— — ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ ∪.
— — ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ —
— — ∪ — — — — ∪ — ∪
— ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ — —

ARGVMENTVM IN ODEN XIX.

Dicit ſe Bacchi numine correptum, furore quodam agitari & exclamare *εὐοῖ*, territum Dei ſpectaculo, quem in receſſu quodam uiderat Muſas docentem, Satyros attentos auſcultare. Hinc eius laudes, geſtaq; commemorat, quod Pentheum, Lycurgum, & aduerſarios ſuos domuerit, quod mulieres capillis, & manibus ſerpentes innoxie geſtarent, quod in bello Gigantum fortiſſimè ſe geſſerit, mutatus in leonem, quod deniq; incolumis ab inferis reuerſus ſit.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Scribit ſe uidiſſe Bacchum, Nymphas, & Satyros carmina in receſſu docentem, eiusq; ſe numine correptum. Hinc impetrata uenia laudes ipſius, & res præclarè ac fortiter geſtas celebrat.

COMMENTARIA.

ACRON.

BACCHVM in remotis] *Hac Ode indicat à ſe uiſum Liberum patrem, in ſecretis nemoribus, carmina docentem, & quaſi perturbatus his uiſis exclamat, Euœ, uelut præſentiam numinis ſentiens.* Ordo *eſt:* Vidi Bacchum docentem carmina in remotis rupibus, & uidi Nymphas diſcentes, & acutas aures capripedum Satyrorum. Capripedum Satyrorum] *Panas dixit caprarum pedes habentes.* Acutas] *Et ad audiendum, & ad ipſarum aurium figuram.* Credite poſteri] *Id eſt, etiam uos credite, qui uenturi eſtis talia dicenti.* Nymphas] *Muſas, nā quidam uolūt ipſum eſſe Solem, ipſum Apollinē, ipſum Dionyſiū. Nā ut illi nouem ſacratæ ſunt Muſæ, ita Soli nouem circuli, & Dionyſio ſimiliter chorus Baccharum. Modò tamen pro Muſis Nymphas inducit carmina audientes. Virg. Similiter Nymphas pro Muſis,*

» *Nymphæ noſter amor Libethrides, aut mihi carmen,*
» *Quale meo Codro, concedite:*

Turbidum] *Turbida mens lætatur.* Parce graui metuende thyrſo] *Fronde. Vt ueluti turbatā oſtenderet mentem, puto ſibi infeſto thyrſo Deum imminere. Graui autem dixit pernicioſo. ut ipſe ſuperiùs:*

» *Grauesq́ Principum amicitias.*

Fas] *Non ſignificat nunc licet, ſed poſsibile eſt. Vult enim probare ſe Deo non indignū eſſe, myſterijsq́ eius, cum quæ ad ſacra pertinent ſufficiat cantandis.* Peruicaces] *Proteruas, uagantes propter Bacchantium diſcurſus, & ſaltatus.* Thyadas] *Bacchas dixit à ſacrificio, uelut Theadas Θεὸν Græci Deum, ita & ſacrificium uocauēre.* Atq; truncis lapſa cauis iterare mella] *Iterare, id eſt, ex integro cantare, et repetere: Virgilius:*

» *Et duræ quercus ſudabūt roſcida mella.*

Ideo autem ſacra commemorauit poëta, quia in ſpeluncis Dionyſio, uino, melle, & lacte ſacrificabatur. Beatæ coniugis additum ſtellis honorem] *Ariadnen, in honorem Dionyſij, commemorat inter ſydera collocatam, quæ corona dicitur, data ardens à Vulcano, ut:*

» *Gnoſiaq́ ardentis decedat ſtella corona.*

BACCHVM in remotis carmina rupibus,
Vidi docentem, credite poſteri,
Nymphasq́; diſcēreis, & aureis
Capripedū Satyrorū acutas.
Euœ, recenti mens trepidat metu,
Plenoq́; Bacchi pectore turbidum
Lætatur: Euœ parce Liber,
Parce graui metuende thyrſo.
Fas peruicaces eſt mihi Thyadas,
Viniq́; fontem, lactis & uberes
Cantare riuos, atq; truncis
Lapſa cauis iterare mella.
Fas & beatæ coniugis additum
Stellis honorem, tectaq́; Penthei
Diſiecta non leni ruina,
Thracis & exitium Lycurgi.

Teſtaq;

Tu flectis amneis, tu mare barbarum:
Tu ſeparatis uuidus in iugis
Nodo coërces, uiperino
Biſtonidum ſine fraude crineis.
Tu, cùm parentis regna per arduum
Cohors Gigantum ſcanderet impia,
Rhœcum retorſiſti leonis
Vnguibus, horribilíq; mala.
Quanquam choreis aptior, & iocis,
Ludóq; dictus, non ſat idoneus
Pugnæ ferebaris: ſed idem
Pacis eras, mediuſq; belli
Te uidit inſons Cerberus aureo
Cornu decorum, leniter atterens
Caudam, & recedentis trilingui
Ore pedes, tetigitq; crura.

Teſtaly. Penthei diſſecta] In quibus Pentheus captiuum, Liberum patrem uinctum reluſerat, ob quã cauſam Baccharum furore diſcerptus eſt: uel certè notatur fabula eius, & Agaues matris. Thraces & exitium Lycurgi] Lycurgus Legumlator cùm uideret per uini temulentiam in mores multa committi, abſcidi iuſſit uineta, propter hoc iracũdia Dionyſij per furorem crura ſua amputauit: & ideò ad laudem numinis poſuit, ſumptum de inimico ſupplicium. Tu flectis] Domas ſiue ſuperas, tanquam corũ curſus declinans: aut quia gentes multas ſubegit, & per amnes uoluit intelligi terras: aut flectis per gyros, quia & Dionyſius Nili fontem, ſicut Hercules quæſiuit, aut quia muneri eius immiſcentur aquæ, & ad ſuauiorem uſum flectitur. Mare barbarum] Indicũ, quia Indos Dionyſius ſuperauit. Barbarum autem pro ſæuo ac uiolento propter ſubitas tẽpeſtates. Separatis] Secretis ac remotis. Vuidus] Vino madidus. Biſtonidum] Biſtonides Thraces ſunt mulieres, quæ in liberi patris ſacris Bacchari conſueuerunt, angues geſtantes in capite. Sine fraude] Sine compoſitione, qua comi non poterant, utpote uiperini. Rhœcum retorſiſti] Rhœcum enim Gigantẽ in leonẽ conuerſus occiderat Dionyſius. Horribilíq; mala] Maxilla metuendus, ut Virgil.

„ Et malæ terere lupi cum dentibus albis.

Inſons Cerberus] Non ſemper, ſed tunc inſons, cum nocere non potuit. Cornu decorum] Libero cornua nõnulli aſſignant, quoniam uiolentia proteruitatem, & contumaciam conſueuit augere. Et recedentis] Ordo: Et tetigit pedes, & crura recedentis. Trilingui ore] Dicitur enim Dionyſius & apud inferos regnaſſe, ut etiam ipſi, ita ut Dianæ, triplex daretur poteſtas.

PORPHYR. } Bacchũ in remotis rupibus] Hæc Ode indicat, à ſe uiſum Liberum patrem ne moribus, carmina docẽtem, & quaſi perturbatus ijs, quæ audierat exclamat, Euœ. Aures Capripedum Satyrorum acutas] Acutas Satyrorum aures, non ad audiendum tantum referendas dixit, ſed etiam ad figuram eorum, nam ſic uidemus Satyros fingi oblongas aures, acutaſq; habentes. Lætatur Euœ] Metuit, trepidat, ſacra ſagitta ſe perturbatum ſignificat, et mira energia totus hic locus explicatur. Et eſt bonus ſenſus, uiſo enim Deo, quis non perturbetur, licet gaudeat: & bene repetitum Euœ, quaſi incitamento mentis ad hanc exclamationem inſtigante. Parce graui metuende Thyrſo] Benè hæc dicũtur ab eo, qui per ipſam mentis perturbationem putet ſibi infeſto Thyrſo Deũ imminere. Fas peruicaces eſt mihi Thyadas] Fas eſt, nunc non ſignificat licet, ſed eſt poſſibile. Vult enim probare ſe Deo non indignum eſſe, & myſterijs eius, cum ſufficiat cantandis his, quæ ad ſacra eius pertineant. Iterare] Ex integro cantare ac repetere fas eſt. Additum ſtellis honorem] Ariadnes coronam ſignificat, quam Liber inter ſydera collocauit. Tectáq; Penthei] Pentheum uinctum recluſerat, qui ob hanc cauſam fulmine ictus eſt.
Exitium Lycurgi] Hic quod uites excidiſſet, furore ſibi à Libero iniectio, crura ſibi falce amputauit. Tu flectis amnes] Pro eo quod eſt, domas. Flectis autem poſitum eſt, tanquam decurſus eorum declinet, quò uelit. An quia multas terras ſubegit. An uerò quia uino aquæ miſcentur, & in ſuauiorem uſum flectuntur.
Tu mare barbarum Pro ſæuo ac uiolento, propter ſubiectas tempeſtates dixit. Flectis autem ex ſuperiore hic quoq; ſubaudiendum.
Vuidus in iugis] Madidus, ſcilicet, propter uinum.
Nodo coerces uiperino] Biſtonides Thraces ſunt, quæ cùm in ſacris Liberi patris, crinibus ſolutis uerſantur, angues & in capite, & in manibus geſtant.
Separatis] Secretis ac remotis nunc ſignificat. Sine fraude] Aut ſine noxa, aut ſine iniuria intelligendum. Leonis unguibus] Sic dicitur illud apud Virgil.

„ Maculis quem Thracius albis
„ Portat equus, bicolor maculis.

Sed idẽ pacis erat mediuſq; belli] Hoc eſt, tam belli, quàm pacis potens. Te uidit inſons cerberus] Non ſemper inſons, ſed tibi inſons, id eſt, qui nocere non potuit. Aureo Cornu decorum] Cornua Libero patri, & nonnullis alijs aſſignantur, quoniam, ſcilicet, uiolentia proteruitatem, & cõtumaciam addere ſolet, quæ per cornua ſignificatur. Leniter atterens Caudam] Suauiter, ut ſolent dominis canes facere blandientes.

CHRIST. LAND. }
Bacchum in remotis carmina rupibus] In tutela Bacchi eſſe Poëtas nemo ambigit, unde & hæderà coronantur Poëtæ, quæ frondes illi ſacræ ſunt. Virg

„ Hanc quoq; ſine tempora circum inter
„ Victrices hæderam tibi ſerpere lauros.

Et Lucanus.

„ Nec ſi te pectore uatem,
„ Accipiam Cyrrhea uelim ſecreta mouentem,
„ Solicitare deum, Bacchumq; auertere Nyſa.

Ergo ſe Bacchum uidiſſe carmina docentem teſtatur. Et eius numine plenus exclamat. Bacchum] Hunc Deum eundem eſſe, quem ſolem Macrobius multis argumentationibus oſtendit. In remotis rupibus] Nam ſecreta nemorum, & Bacchi ſacris, & poëtis etiam aperta ſunt. Quod oſtendit Iuuenalis.

„ Cum deſertis Aganippes
„ Vallibus eſuriens migraret in atria Clio.

Optimè ergo in remotis rupibus. Et quia Bacchus eſt, & quia poëtas docet. Nymphas diſcentes] Pro muſis poſuit. Sic Virg.

„ Nymphæ noſter amor Lebethrides.

Bacchum igitur ſi idem & Apollo eſt, rectè muſis attribuit. Aures acutas] Dixit acutas, uel ut exprimeret formam aurium, quæ cum in Satyris caprinæ ſint, acutiores illis ſurgunt quàm homini, uel acutas, id eſt, acuti auditus, ut oſtendat illos attẽtè audiſſe. Sunt autem Satyri, & ipſi in Bacchi tutela Ouid.

„ Tu biiugum inſignia frenis
„ Colla premis lyncum Bacche Satyriq; ſequuntur.

Euœ] Vocem ſibi dat, qua Bacchantes furore plenæ uti conſueuerunt. Recenti metu] Nam nuper uiderat. Metu] Pro religione, quæ horrorem incutit. Virgilius.

„ Sacra comam, multoq; metu ſeruata per annos.

Lætatur turbidum] Atqui lætitia cuncta ſerenat, & à turbatione remouet. Sed uoluit oſtendere, quod ſolet euenire in religione. Nam & ſi illa lætemur, nõ ſit tamen ſine horrore. Thyrſo] Haſta pampinis inuoluta utebantur in ſacris Bacchi, eamq; Thyrſum nuncupabant. Thyadas] Bacchi ſacerdotes ab eo, quod eſt θύειν, id eſt, furere. Peruicaces] Quæ nullo pudore impeditæ peragunt rem. Alij dicunt pernicaces, id eſt, ueloces. Viniq; fontem] Ait Diodorus apud Thebas natum Bacchum, ibiq; fontem eſſe, è quo perpetuo uinum manat. Vberes riuos lactis] Poëticè dixit. Sic Virg.

„ Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ
„ Vbera.—— Ait autem Acron idcirco hoc dictũ, quia

in ſpeluncis uino melle, & lacte Dionyſio ſacrificabant. At Horatius, quaſi aurea ſæcula in hoc Deo deſcribit, de quibus poëta]

„ Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant.
„ Flauaq; de uiridi ſtillabant ilice mella.

Coniugis] Adriadnæ, hæc ex Minoë nata Theſeum, quem ritu de more captũ à Minotauro liberauerat. In Diam uel Naxum uſq; inſulam ſecuta eſt. Sed ei cum profundiorem ſomnum prolapſa illum enauigantem non ſentiret, neq; ab eo excitaretur, ac mox deſertam cum ſe cognoſceret, propterea q; luctu atq; eiulatu omnia littora repleret, affuit præſtò Bacchus, qui mulierem miſeratus, eam in coniugem aſſumpſit. Eratoſthenes autem, qui Creticam ſcripſit, ait

Liberum

Liberum patrem ad Minoa ueniſſe, ut Ariadnā uxorem duceret, Et coronam puellæ dono dediſſe, à Vulcano auro, gemmiſq; fabricatā, quæ eo fulgore ſplendebat, ut Theſeum è Labyrintho liberaret. Hæc corona, quam Græci ſtephanō appellant, cùm deinde in Diam ſiue Naxum inſulam utriq; ueniſſent, cœlo affixa eſt. Habet ſtellas octo, ut refert Hyginus, quarum tres ſunt ſplendidæ ad caput Arcturi. Tecta Penthei] *Filiæ Cadmi fuêre Semele, ex qua Bacchū Iupiter ſuſcepit. Autonoë, quæ Actheonem peperit, Ino Learchi & Melicertæ mater, Agaue, quæ ex Echione uiro ſuo peperit Pētheū, hic Thebis regnans Baccho ſacra fieri prohibebat. At iratus Deus eum furorem, & matri, & materteris iniecit, ut uenientem Pentheū aprum crederent, proptereaq; interficerent. Leontius hunc uirum abſtemium fuiſſe tradit, & à matre, materteriſq; temulentis, quod illarum ebrietatem coërcere tentaret, interemptum & eius domum dirutam.* Lycurgi] *Ex Orione cuius fabulā paulò ſuprà audiſti natus, Hyppolagus eſt, & ex Hyppolago Dryas, qui hunc Lycurgū Thraciæ regē genuit. Hic ut ait Homerus, cum Bacchi nutrices in Dia inſula latentes inſequeretur, & eo timore Bacchus ipſe in mare fugiſſet, deorum odium in ſe cōuertit, & ab illis eſt oculis priuatus. Seruius aūt refert hunc Bacchi contemptorem fuiſſe, & dum illius uites iniurioſè cædere parat, ſibi crura amputaſſe. Lactantius uerò illū Thraciæ regē affirmat, & à Baccho in mare præcipitatū, quod primus aquā uino admiſcuerit. Sunt qui referāt in morbū crurū incidiſſe, quoniā à uino abſtineret. Alij cōtra. Nam dicūt ex nimia temulentia hanc ſibi calamitatē proueniſſe, ex humore ſalſo: Vnde fictum ſit, quod in mare fuerit præcipitatus. De his Ouid.*

,, *Penthea tu in Actas, bipenniferumq; Lycurgum.*

Tu flectis amnes] *Ad te amandū, & allegoricè demonſtrat illum aquā uino demulcere.* Mare barbarū] *Pro barbarica durities poſuit, uel tribuit huic, quæ ſunt Aegyptij Bacchi, quē dicunt uniuerſam Indiā ſubiugaſſe, ergo mare barbarū, id eſt, Indicū. Ouid.*

,, *Oriens tibi uictus ad uſque*

,, *De color extremo, qua cingitur India Gange.*

Vuidus] *Quaſi dicat uinolentus. Nam ut humidum dicimus, quod externè humorem habet, ſic uuidum, id quod internè habet humorem. Hinc dicta eſt uua, quaſi uuida.* Iugis ſeparatis] *Quia in remotis, & deſertis montibus ſua ſacra agebantur. Atq; ſigiul innuit uites commodiùs in locis editis ſeri. Hinc. Virgil.*

,, *Bacchus amat colles.* Biſtonidum] *De ſacris Bacchi, ubi id res poſtulauit dictum eſt abundè. Quod autem in hoc loco de crinibus & de uiperis dicit, intelligendum puto has barbaras mulieres ad colligandas crines, uittarum loco adhibuiſſe angues, qui ligarēt & coërcerent illarū crines ſine fraude: id eſt, ſine nocumento. Nam pro miraculo ponit, quod mulieres ſerpentibus loco uittarum uterentur, ſed Bacchi uoluntas erat ut ſerpentes mulierib. fideliter ſeruirent. Acron autem rem monſtroſam ponit, ſcilicet quod Biſtonides haberent angues in capite loco crinium tanquam furiæ, & ponit ſine fraude, id eſt, ſine comptu & ornatu ut poëtæ, quoniam colmari nō poſſent crines, qui uiperini eſſent. Verum ego tale monſtrū à poëta poni non puto, ut humana corpora fœminarum angues, pro ſerpentibus haberent, ſed potiùs ſuos crines uiperis alligarent, & tūc erit ſine fraude, id eſt, ſine noxa, ut ſit ſententia, iubet Bacchus* Biſtonidas ſine timore uincire crines uiperis, neq; decipiuntur illæ. Tu cum parentis] *Nam quod cū conuerſus in leonē Rhœtum gigātem interemerit, dictū eſt.* Dictus] *Exiſtimatus.* Iocis] *Qui ſunt in uerbis.* Bello] *Qui eſt in re.* Non ſat] *Pro ſatis.* Idoneus] *Aptus, quaſi ideo natus, uel ad id natus. Nam qui alicui rei aptus eſt, & ad id, & propter id natus uidetur.* Sed idem] *Miratus quod idem medius ſit pacis & belli, id eſt, ſe utriq; rei communem præbeat.* Te uidit inſons] *Nam cùm idē Bacchus ſit, & Sol eandem triplicem poteſtatē habebit, quā in ſuperiorib. Apollini tribuimus. Ergo & apud inferos fuit.* Inſons] *Innoxius.* Cerberus] *Hunc canem Plutonis eſſe uolunt. Quem Heſiodus ait natum ex Typhaone & Echidna, & dant illi centum capita. Alij tricipitem eſſe uolūt. De quo nos multa allegoricè in quarto libro noſtrarum Camaldulenſium diſputationū retulimus.* Aureo cornu] *Id eſt, pulchris cornibus. Nam & cornua ſuo capiti dari, & quare dentur iam, (ni fallor) audiſti.* Leniter atterens caudam] *Leni motu, caudam percutiens, quod faciunt canes, cum nobis applaudūt, & tetigit pedes, & crura tui recedentis, ſcilicet cū ad ſuperos inde redires.* Ore trilingui] *Id eſt, tribus linguis, & triplici eſſent ore.*

HERMAN. FIGVL. } Bacchum carmina docentem] *Hoc dicit propterea, quòd poëtæ Baccho ob facundiam ſunt ſacri. Nam uinum, quod per Bacchum intelligunt, acuit ingenia, & parit facundiam. Horatius:*

,, *Fœcundi calices quem non fecêre diſertum?*

Idem declarat celebre illud diſtychon Demetrij Halicarnaſſei:

,, οἶνός τε χαρίεντι πέλει μέγας ἵππος ἀοιδῷ,

,, ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις.

Quos ita uertit Eraſmus:

,, *Sanè magnus equus lepido ſunt uina poëtæ.*

,, *Aquam bibens probum, & uile paries nihil.*

Senſus eſt: A poëtis nihil præclarum, aut poſteritate dignum, aut uenuſtum proficiſci, ſi biberint aquam: ſin uinum potarint, omnia eximia & egregia. Martialis:

,, *Poſſum nil ego ſobrius, bibenti ſuccurrunt mihi quindecim poëtæ.* Credite poſteri] *Poſteri ſunt, quicunq; ex nobis, & poſt nos nati ſunt, ut filius, nepos, pronepos, abnepos, trinepos, & cæteri, qui nomine carent, poſteri, ſeu minores uocantur.* Nymphaſq; diſcentes & aures, &c] *Qui eius ſunt miniſtri & ſatellites in celebrandis Orgijs & Bacchanalibus. Quæ tanta licentia apud Athenienſes fieri ſolita, Alexander Neapolitanus ſcriptū reliquit, ut Nympharum & Heroum habitu Bacchantes prodirent in forum, & ad ſonum tibiæ cum laſciua geſticulatione compoſitis modis pſallerent, uinumq; cum bellarijs, libaq; ex melle, magna bibendi licentia circumferrent, quos plerumq; populus coronatus ſpectauit. Quæ ſacra, præterquàm quòd per anum deliram, & temulentam inducerentur, eò inſolentiæ proceſsêre, ut mulieres, uariè ornati hedera, crine fluxo, lymphatis animis de Bacchatæ, cum Thyrſis uelut inſanientes, & furore afflatæ obuios ferirent: miniſtri quoq; phanatici non minore ueſania ferulas geſtarent, tanta temulentia, & uerborū licentia, ut Marcus Varro: niſi ab amentib. fieri potuiſſe, negaret. Quare miniſtræ Mænades dictæ inter quas Sileni, Satyri, Bacchæ, Lenæ, & Chiæ Mimallenes, Naiades, Nymphæ, & Tityri, ſacris operabātur. In his quoq; comeſſationes, Thyrſi, tibiæ, & cantus, frequentes erant. Hæc ille.* Aures capripedum Satyrorum] *Fauni olim, & Satyri nemorum: Panes uerò & Syluani, agrorum, & montium dicebantur Dij, quos omnes Fauni, cui Picus pater, filios fuiſſe dicit Theodontius. Semiferos uocat Satyros Pomponius, ſine tectis ac ſedibus, paſſim uagos, præter effigiem nihil humani habentes. Rabanus ſcribit, Satyros homuntiones eſſe, & habere uncas nares, & frontibus cornua, pedeſq; caprarum ſimiles. Pana in hunc modum depingit Sil. Italicus:*

,, *Cingit acuta comas, & opacat tempora pinus,*

,, *Ac parua erumpunt rubicunda cornua fronte.*

,, *Sunt aures, ſummoq; cadit barba hiſpida mento.*

,, *Paſtorale Deo baculum, pelliq; ſiniſtrumq;*

,, *Velat grata latus teneræ de corpore damæ.*

Acutas] *Attentas, arrectas, & Bacchi carmina admirantes.* Euoe recenti mens trepidat] *Territus Bacchi ſpectaculo, & numine eius correptus, more Baccharum geſtit, & exclamat εὐοῖ, qua uoce Mænades dominum ſuum (ut mihi quidem uidetur, inquit Lucianus) compellunt.* Turbidum lætatur] *Inſanit, furore & turbido, atq; concitato motu agitata Bacchatur. Turbidum autem pro turbidè poſitum, nomen pro aduerbio. Sicut indomitum furit, Toruum uidet, pro, indomitè, toruè. Quomodo & Græci adiectiua neutra mutant ſæpe in aduerbia, quos Latini in hoc imitantur, ut λευκὸν χεῖλα, ἡδὺ γελᾷ.* Parce Liber parce] *Quaſi indignus hoc ſpectaculo, ueniam petit à Baccho.*

Metuende Thyrſo] *Thyrſi haſtæ pampinis ornatæ, quibus Bacchus & miniſtræ eius utuntur in ſacris. Lucianus ſcribit, paruas eſſe, & nulla acie ferri acuminatas. Ouid. de Baccho:*

,, *Pampinis agitat uelatam frondibus haſtam.*

Fas peruicaces eſt mihi] *Quoniam non ſolùm impunè Bacchum, Nymphis, & Satyris canentem uidi, uerùm etiam numine eius correptus ſum, licet mihi ipſius ſacra, & laudes deſcribere.*

Peruica-

Peruicaces Thyadas] *Temulentas, inſanas, & furore afflatas Liberi miniſtras, quæ Thyades uocantur, forte ἀπὸ θύειν, quod eſt, impetum facere, furere. Vnde & Bacchus ipſe dicitur Thyoneus.* Viniq; fontem lactis & uberes] *Oſtendit Bacchi beneficio fontes uino, flumina lacte manaſſe, & quercus mella ſudaſſe. Libero autem uino, lacte, & melle ſacrum fieri ſolitũ, conſtat.* Lactis riuos] *Idem Ouid. aureo ſeculo tribuit:*

» *Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant.*

Atq; truncis lapſa mella] *Ouidius:*

» *Flauaq; de uiridi ſtillabant ilice mella.*

Virgilius item:

» *Et duræ quercus ſudabant roſida mella.*

Fas & beatæ coniugis additum ſtellis honorem] *Licet mihi canere honores Ariadnes uxoris tuæ, quibus inter ſydera in æternam memoriam fulget. Fuit autem Ariadne Minois regis Cretenſis filia ex Paſiphaë. Hæc cùm Theſeum ad Minotaurum miſſum amaret, & Labyrinthum euadere docuiſſet, ab eo eſt abducta, atq; in Dia inſula (ut ſcribit Ouid.) relicta. Hoc tamen Palladis iuſſu factum, ait Didymus. Hanc fortè prænauigans Bacchus uxorem duxit, & coronam eius, quam à Venere acceperat, in aſtra retulit. De qua ita ſcribit Hyginus in poëtico Aſtronomico: Corona hæc exiſtimatur Ariadnes fuiſſe, à Libero patre inter ſydera collocata. Dicitur enim in inſula Dia, cùm Ariadne Libero nuberet, hanc primùm coronam muneri à Venere, & Horis accepiſſe, cùm omnes Dij in eius nuptijs dona conferrent. Dicitur etiam à Vulcano facta ex auro & Indicis gemmis, per quas Theſeus exiſtimatur de tenebris Labyrinthi ad lucem ueniſſe: quòd aurum & gemmæ in obſcuro fulgorem luminis efficiebant. Ouidius dicit, ipſam quoq; Ariadnen à Baccho in aſtra ſublatam, & Liberam denominatam. Sic enim Bacchus ad Ariadnen:*

» *Et pariter cœli ſumma petamus, ait.*
» *Tu mihi iuncta toro, mihi iuncta uocabula ſumes,*
» *Nam tibi mutatæ Libera nomen erit.*
» *Sintq; tuæ tecum faciam monumenta coronæ,*
» *Vulcanus Veneri quam dedit, illa tibi.*
» *Dicta facit, gemmaſq; nouem transformat in ignes,*
» *Aurea per ſtellas nunc micat illa nouem.*

Meminit quoq; eius rei lib. 8. Trãsfor. Tectaq; Penthei diſiecta.] *In gratiam & laudem Liberi patris, uindictam ſpretæ religionis, & grauia de contemptoribus ſumpta ſupplicia canit. Sic Ouid.*

» *Penthea tu uenerande, bipenniferumq; Lycurgum,*
» *Sacrilegos mactas.*

Fuit autem Pentheus filius Echionis regis Thebarum, & Agaues, qui cùm Bacchi ſacra deriſiſſet, atq; contempſiſſet, à matre & ſororibus, cæteriſq; Mænadibus dilaniatus eſt. Horatius hîc dicit, domum eius quoq; dirutam. Hoc autem propterea fictum exiſtimant, quòd Pentheus homo ſobrius, & abſtemius, ſæpe matri diſſuaſit ebrietatem, & ideo à uinoſa matre atq; cæteris temulentis mulieribus eſt interfectus. Satis prolixè, & copioſè hanc fabulam tractat Ouidius in fine 3. libri Transformat. Thracis, & exitium Lycurgi] *Lycurgus cùm Bacchum, & eius comites armis hoſtiliter inuaſiſſet, iratus Iupiter, oculis eum priuauit, ſecundùm Homerum, libro Iliados ζ. Vbi Diomedes Glauco dicit, ſe Lycurgi exemplo monitum, nolle cum Dijs pugnare.* Tu flectis amnes] *Gangem, & Indum, iuxta quem aduerſus Indos dimicans, Nyſam urbem condidiſſe fertur.* Mare barbarum] *Indicum. Nam tradunt hiſtorici, Liberum patrem primùm omnium Indiam bello ſubiugaſſe, imprimis autem Diodorus & Euſebius. Concinit quoq; Ouidius libro 4. Transformat.*

» —— *Oriens tibi uictus ad uſq;*
» *Decolor extremo quã cingitur India Gange.*

Huius exercitum ex mulieribus inſanis, & Satyris ſaltantibus collectum: Socios autem conſiliorum, & rerum gerendarum fuiſſe Silenum, & Pana, huncq; in ſiniſtro, illum in dextro cornu conſtitutum, ſcribit Lucianus. Separatis in iugis] *In remotis rupibus. Quia in altis mõtibus, & procul diſiunctis ſyluis Bacchi ſacra peraguntur.* Vuidus] *Vino madidus, temulentus.* Nodo coërces uiperino] *Quaſi dicat: Tanta eſt uis & potentia tua, ut poſſis crines Baccharum paſſos, uiperis nihil quicquam illis nocentibus, colligare.* Biſtonidum] *Thracenſium mulierum, quæ Dionyſij ſacra celebrant. Ouidius:*

» *Tempus erat, quo ſacra ſolent Trieterica Bacchi*
» *Sithoniæ celebrare nurus.*

Dictæ Biſtonides, à Biſtone gente, ſeu ſtagno Thraciæ. Tu cum, &c.] *Nunc à rebus ſtrenuè in bello aduerſus Gigantes geſtis, Bacchum laudat. Cùm enim Gigantes, homines impij & ſuperbi, congeſtis montibus, cœlum aſcendere, & Deos depellere armata manu conarentur, Bacchus in leonem mutatus, præcipuam operã in eo prælio nauaſſe dicitur.* Parentis] *Iouis, cuius fuit filius Bacchus ex Semele.* Cohors Gigantum ſcanderet impia.] *Gigantes à poëtis terræ, & Titanis filij fuiſſe, & impetum in Deos feciſſe finguntur. Ouid. lib. 5. Faſt.*

» *Terra ferox partus immania monſtra Gigantes*
» *Aedidit, auſuros in Iouis ire domum.*
» *Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues,*
» *Atq; ait: in magnos arma mouete Deos.*
» *Extruere hi montes ad ſydera ſumma parabant,*
» *Et magnum bello ſollicitare Iouem.*
» *Fulmina de cœli iaculatus Iupiter arce,*
» *Vertit in authores pondera uaſta ſuos.*

De hac re plura diximus lib. 1. Ode 3. Gigantomachiam deſcribit Heſiodus in Theogonia: Ouid. lib. 5. Transformat. Horat. lib. 3. Carm. Ode 4. Rhœtum] *Vnum ex Gigantibus cuius etiam lib. 3. Ode 4. meminit.* Vnguibus, horribiliq; mala] *Quibus à natura armatus eſt ad prælium leo, quem cõdito in corporis uaginas unguiũ mucrone, ne refringatur, hebeteturue, ingredi ſcribit Plin.* Quanquam choreis aptior, & iocis] *Quamuis homo mollis, effœminatus, & magis idoneus ad choreas, conuiuia, & uoluptates, quàm ad bellum uidearis. Eſt enim perpetuò puer, formoſus, imberbis, uirgineum habens caput, habitum muliebrem. Ouid.*

» —— *Tibi enim inconſumpta iuuentus,*
» *Tu puer æternus: Tu formoſiſſimus alto*
» *Conſpiceris cœlo: tibi, cùm ſine cornibus aſtas,*
» *Virgineum caput eſt.* ——

Baccho mollitiem ſic exprobrat Pentheus apud Naſonem:

» *At nunc à puero Thebæ capientur inermi?*
» *Quem neq; bella iuuant, nec tela, nec uſus equorum:*
» *Sed madidus myrrha crinis, molleſq; coronæ,*
» *Purpuraq;, & pictis intextum ueſtibus aurum.*

Pacis eras mediuſq; belli] *Alludit ad naturam uini, quod homines alios reddit mites & manſuetos: alios immanes & feroces.* Te uidit inſons Cerberus] *Oſtendit etiam apud inferos fuiſſe Bacchum, & illæſum à Cerbero rediſſe. Nam Apollini, qui idem eſt cum Libero patre, authore Seruio, triplicem poteſtatem tribuunt: apud ſuperos Solem, Liberum patrem in terris, apud inferos Apollinem eſſe aſſerentes. Et per hoc indicat, uirtute & genere ipſum fuiſſe clarum, & Ioui charum, quia aliàs non potuiſſet ab inferis redire. Etenim per paucis hoc cõceditur. Vnde Sibylla apud Virg. his uerbis reſpondet Aeneæ:*

» *Tros Anchiſiade, facilis deſcenſus Auerni.*
» *Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis.*
» *Sed reuocare gradum, ſuperaſq; euadere ad auras,*
» *Hoc opus, hic labor eſt: pauci quos æquus amauit*
» *Iupiter: aut ardens euexit ad æthera uirtus:*
» *Dijs geniti potuêre.*

Aureo cornu decorum] *Cornua propterea adduntur Baccho, ut docet Sextus Pompeius, quòd homines nimio uino truces fiant: modicè uerò ſumpto hilares ac manſueti. Huc reſpicere uidetur quoq; Ouidius, dum inquit:*

» —— *Tum pauper cornua ſumit.*

Diodorus uerò libro quarto, ait, Dionyſio cornua idcirco fuiſſe attributa, quòd boues ad aratrum primus iunxiſſet.

Leniter atterens caudam] *Dicit Cerberum crudeliſſimum ianitorem, Bacchi numine & uirtute adeò factum mitem & placidum, ut non modò non oblatrarit, ſed etiam caudam, more adulantium canum, clementer mouẽdo, cruraq; eius & pedes linguis leniter demulcendo, aſſentatus ſit.*

THEOD. PVLM. } — Et aureis Capripedū Satyrorum acutas] [illegible]m, ut op[illegible], acutas dicit acutè & attentè audientes, & Bacchi canticis operam dantes, & arrectas: ſed in acumen faſtigiatas atq; collectas. Horatius autem Satyris, ut & multi alij, caprarum tribuit pedes, quos eſſe Panis potius Lucianus dicit. ſic enim de Pane ſcribit, ὡς ὁ μὲν κέρατα ἔχων, καὶ ὅσον ἐς ὑπήνην τὸ κάτω αἰγὶ ἐοικώς. Vide Turneb. lib. 18. cap. 8.

15 Non leni] G. λεπτός. pro ſæua. non leui. H. E. B. id eſt, aſpera. Leuis enim ſignificat quod aſperum non eſt. 23 Rhœcum] Rhœcus ῥοῖκος Græcè, Gigantis nomen 3. Carm. 4. Quid Rhœcus] Virgil. 2. Georg. uerſu 461.

„ ——Rhœcumq; Polumq;.

Lucanus lib. 6. uerſu 390.

„ Rhœce ferox.——

28 Pacis eras mediusq; belli] Valet, in media uerſabaris pace, medioq; bello, atq; eras ad utrumq; tempus accommodatus. Dicitur autem medius belli, ut in ſanctiſſimo euangelio, μέσος ὑμῶν ἕστηκεν. Turneb. lib. 10. cap. 22.

GEORG. FABR. } Bacchum commendat Muſarum ducem & præſidem, cuius præ cæteris laus eſt, quòd carmina docet, & auditores attentos habet. Bacchus caris ſibi hominibus dedit honores, ut Ariadnæ: aduerſarios perdidit, ut Pentheum & Lycurgū. Cedunt eius potentiæ omnia, in terris, mare & amnes, quos domuit: in cœlo, Gigantes, quos è regione ſupera fugauit: apud inferos Cerberus, qui ei blanditus eſt. Eius enim poteſtas triplex, & appellatio τριώνυμος. nam in ſupero hemiſphærio Sol, in diurno Apollo, in nocturno Dionyſius appellatur, teſte Macrobio. Idem & artiū præſes, & ubertatis largitor, & pacis arbiter habetur. De Baccho multa Diodorus Siculus, ſed in narratione prolixa plura non dixit, quàm in hoc carmine poeta artifex. Rhœcum retorſiſti] Ita in libris antiquis. Lucan. 6.

„ Teq; ſub Oeteo torquentem uertice, uulſas

„ Rhœce ferox, quas uix boreas inuerteret, ornos.

Quod Lucanus de Rhœco, noſter poëta ſcribit de Encelado Carmin. 3. 4.

IOD. BAD. ASCENS. } Bacchum] Vt Mancinellus inquit, hoc carmine celebrat, forte quòd in eius tutela etiam poetæ ſunt, unde poetico quodam furore dum hæc ſcriberet percitus uidetur. Eſt autem Ordo. Ego uidi Bacchum docentem in remotis rupibus carmina, quod quia uero ſimile non eſt, addit per parentheſim. O' poſteri] Id eſt, qui poſt me futuri eſtis. Credite] Scilicet, id uerum eſſe, & uidi nymphas diſcentes, & aures. Satyrorum capripedum] Id eſt, caprinos pedes habentiū. Acutas] Id eſt, arrectas, quo ſitu acutiores ſunt, quam demiſſæ, Euœ quæ Bacchantium uox eſt. Mens trepidat metu recenti] Quaſi dicat quem paulò antè hac habui, & lætatur, ſcilicet mens. Turbidum] Id eſt, turbidè, uidelicet pectore exiſtente pleno Bacchi. Euœ liber] Id eſt, Bacche pater, qui & liber diceris. Parce] Scilicet, mihi. Nam qui ſentiunt ſe à numine inuadi excutere moliuntur, parce inquit ô tu Liber metuende. Thyrſo] Id eſt, haſta pampinis inuoluta. Graui] Vt quo furorem ſacrum incutit.

Fas peruicaces] Quaſi Bacchi numine uictus ſignificat ſe non indignum, qui uel Bacchum uiderit, aut eius præconia celebret, dicens. Fas] Sup. eſt, id eſt, ſecundum Porphyrionem & Acronem poſſibile, ſed rectiùs Mancinellus uult, ut ſit licitum & permiſſum eſt mihi cantare. Thyadas] Id eſt, Bacchas, hoc eſt, Bacchi ſacrificulas. Peruicaces] Id eſt, peruicaciter diſcurrentes, dum Bacchantur & fontem uini à Baccho inuenti, et uberes riuos lactis, quo Baccho quidam ſacrificare ſolebant, atq; iterare mella lapſa.

Truncis] Scilicet, arborum, in quibus apes, examina, & fauos condunt. Cauis] Id eſt, cauatis, quibus aut mulſum, aut ſacrificium Baccho fit. Et fas eſt mihi cantare honorem] Id eſt, munus honorificum, ſcilicet, coronam auream. Coniugis] Scilicet, Ariadnes beatæ quòd tali munere donata erat. Additum ſtellis] Id eſt, tranſlatum in ſydera, & fas eſt iterare tecta Penthei regis Thebarum. Diſiecta non leni] Imò grauiſſima ruina, quia mater eius Agaue ipſum pro uitulo obtruncauit. Et exitium Lycurgi] Scilicet, regis, Thracis qui ſibi crura incidit, uolens uites interſecare.

Tu flectis] Id eſt, domas. Amnes] Id eſt, minus atroces populos, niſi id dicit, q̄a uino tēperatur aqua in potū. unde eſt illud Maronis.

„ Poculaq; inuentis Acheloia miſcuit uuis.

Tu flectis mare Barbarum] Id eſt, Barbaras nationes, Indos. Tu uuidus] Id eſt, uino irrigatus, in iugis. Separatis] Id eſt, ſolitarijs. Coërces] Id eſt, colligas, & irretis crines. Biſtonidum] Id eſt, mulierum Thraciæ. Sine fraude] Id eſt, ſine læſione.

Nodo uipereo] Id eſt, uiperis in nodum complicatis. Tu retorſiſti unguibus leonis, in quem te conuertiſti, in bello Giganteo. Et horribili mala] Id eſt, maxilla leonis. Rhœcum] Id eſt, Gigantē illum. Quum impia cohors Gigantum ſcanderet per arduū] Id eſt, per difficile iter, aut arduos montes. Regna] Id eſt, in regna Iouis, hoc eſt, in cœlum, retorſiſti dicit, quanquam aptior choreis. Et dictus] Id eſt, addictus iocis & ludo. Ferebaris] Id eſt, exiſtimabaris nō ſat idoneus pugnæ. Sed tu idem eras medius] Id eſt, mediator pacis & belli. Vtriuſq;] Scilicet, commodus & utriuſq; potens. Cerberus] Canis ille infernalis. Inſons] Id eſt, non nocens ubi, uidit te decorum cornu aureo, cum ſcilicet, ad inferos deſcenderes, quaſi cornu illud pro aureo ramo portaris, atterēs leniter caudam, ut faciunt canes blandiri uolentes. Et tetigit ore trilingui] Id eſt, triplici lingua linguens. Pedes & crura] Scilicet, tua recedentis, id eſt, cum recederes.

ANTON. MANCIN } Fatetur Horatius in receſſu uidiſſe Bacchum docentem carmina, muſas diſcentes, Satyros quoq; attentos, inde ipſius Bacchi geſta, & laudes celebrat. Macr. autem lib. 1. Sat. Scribit Ariſtotelem multis argumentis aſſeuerare Apollinem & Liberum patrem unum eundemq; Deum eſſe. de Libero autem, & Muſis uideto latiùs in Ode 32. lib. 1. Bacchum in remotis] Ode eſt ſimilis nonæ. Nymphas] Id eſt, Muſas. Satyrorum] Dionyſius lib. 1. ſcribit Oſirim, qui etiam Dionyſius dictus eſt, ſecum habuiſſe in caſtris Satyros ad cantum & animi remiſſionem aptos. Satyrorum] Satyrus animal eſt, quod teſte Solino de hominibus nihil aliud præfert, quam figuram. Hiero. in uita Pauli ſcribit Beato Anton. apparuiſſe Homunculum, aduncis naribus, & fronte cornibus aſpera, cui extrema corporis in caprarum pedes deficiebant, qui interrogatus, quis eſſet, reſpondit ſe mortale eſſe unum ex accolis eremi, quos deluſa gentilitas Faunos, Satyroſq; & Incubos colit. Euœ] Vox Græca, & Bacchantium eſt, caretq; aſpiratione, ut aiunt. Metu] Numina enim terrorem quendam incutiunt ſui præſentia. Pleno Bacchi pectore] Se afflatum diuino Bacchi pectore, ſe afflatum diuino Bacchi ſpiritu indicat.

Turbidū] Pro turbidè, mens enim trepidabat. Parce liber] Tanquam indignus fuerint, uidiſſe numen ueniam orat. Fas] Licet, exponas non aliter, uult enim probare ſe in dignum minimè eſſe numen uidiſſe, eiuſq; myſteria celebrare. Peruicaces] Id eſt, proteruas & uagantes ac diſcurrentes. Thyadas] Id eſt, Bacchas. θύω enim ſacrifico eſt, occido, impetum facio, excito, feſtino. Vini fontem] Scribunt Dionyſium uitis repertorem, uiniq; conficiendi rationem, & fructuum in longiorem uſum ſeruandorum curam, & modum docuiſſe. Auctor eſt Diod. lib. 6. Lactis riuos] Scribit Acron in ſpeluncis Dionyſio uino melle, & lacte olim ſacrificari.

Iterare] Repetere. Truncis lapſa, ſtanaſq;]

„ De uiridi ſtillabant ilice mella. Inquit Ouid. Coniugis honorem] Coronam Ariadnes intelligit, à Libero patre inter ſydera collocatam, cum Ariadne Libero nuberet. Hanc primùm muneri accepiſſe à Venere ſcribit Hyginus, cùm omnes dij in eius nuptias dona conferrent, habet autem ſtellas nouem in rotundo diſpoſitas. De qua corona latiùs diximus lib. 1. Georg. ibi.

„ Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella coronæ.

Penthei, πενθέω lugeo, ſignificat, πένθος uerò luctus dicitur. Inde Pentheus, fuit enim uiſus aper à matre, & materteris laniatus, cùm Bacchi ſacra prohiberet. de quo latè Ouid. lib. 3. Met. Diodorus lib. 4. ſcribit Dionyſium ſuſtuliſſe omnes impios, qui in orbe erant, ſed maximè Pentheum & Lycurgum. Thracis Lycurgi] Is Thraciæ rex aduertens uini cauſa in mores multa cōmitti, abſcindi iuſſit uineta: itaq; Dionyſij iracundia per furorem ſua crura amputauit. ut Acron ait Diod. uerò lib. 1. ſcribit Oſirim, qui idem & Dionyſius, per Helleſpontum in Europam tranſeuntem in Thracia

Lycurgum

Lycurgum Barbarorum regem ſibi obſiſtentem, peremiſſe. Seruius autem abſtemium fuiſſe aſſerit. Homer uerò inducit lib. 6. Iliad. Glauco Diomedem ita dicere, quòd ſi Deus es, certiorem me fac. Nã non eſt mihi ſententia pugnare, cum dijs, ut Lycurgus Dryantis filius fecit, fortis alioqui uir. Sed poſtquam cum ſuperis contendendum ſibi putauit, nec diu poſtea uixit. Is enim aliquando apud ſacrum montem, Nyſæ nactus temulentas. Bacchi comites, eas eſt inſecutus. Nec ut Bacchas reueritus, ſed ut uaccas urgens, prout quandoq; furioſo curſu aſſequebatur ſtimulo pungebat, & omnes humi abijcere Thirſos coëgit. Bac. quoq; timore perterritus immani, cum clamore urgentem Lycurgum, quum aliter uitare non poſſet in maritimis fluctibus ſe abdidit, quem pauidum, exanimatum, trementem, nec adhuc ſecurum Thetis in ſuũ ſinum recepit. Ea propter dij immortales in Lycurgum uehementer irati ſunt: Eumq; Saturnius Iupiter perpetua cæcitate affecit, nec ita multò pòſt extinctus eſt, dijs omnibus ipſi infenſis, quòd mortalis cũ immortalibus dimicaſſet. Tu flect. amnes barb.] Scilicet, per quos terrarum populus indicat, per mare autem inſulas. Flectis] Domas, metaphora exum eſt tracta ab aurigis. Barbarum] Indicum intelligit. Vuidus] Humidus, & uino madidus. Separatis iugis] Montibus ſemotis. Sine fraud.] Sine cultu & compoſitione, uel ſine dolo, & ſine nocumento aliquo. Serpens enim capiti circumdatus, non mordebat. Nodo uiperino] Sacrificabant quippe Bacch. Biſtonides] Id eſt, Thraces crinibus ſolutis angues & in capite, & in manibus geſtantes, ut Porphyrio ſcribit. hoc igitur pacto intelligerem coërces crines nodo uiperino, quòd illæ ſolutos crines in capite ſerpente circumdato conſtringerent. Biſtonides] Id eſt, Thraces mulieres. Biſtonis] .i. Thracia, dicta à Biſtonerege, ut ſcribit La. lib. 2. Th. Cohors Gi.] Oſiris, qui etiam Dio dictus eſt, ut ſcribit Diod. lib. 1. Gigam deuicit, cum Ioui, Oſiridiq; & dijs bellum intuliſſent. Leonis ungui] Acron ſcribit, quum dij bellum cum Gigantibus gererent, Bacchum in leonem conuerſum, occidiſſe Gigantem, quod hoc loco, & ipſe Horat. indicat. Choreis aptior] Ferunt Dionyſ. Semele natum, delicijs deditum fuiſſe molli corpore. At præ cæteris decoro, uoluptatibus inſuper Venereis indulgentem in exercitum mulierum copiam circumduxiſſe, armatam haſtis Thirſo inuolutis. Author eſt. Diod. lib. 5. Pacis eras, mediusq; belli] Id eſt, tam pacis quam belli potens. Macr. lib. 1. Sat. ſcrib. Quòd hinc Liber pater bellorum potens probatur, quòd eum primum ediderunt auctorem triumphi. Inſons] Innocens. Tibi] Scilicet, Aureo cornu. Decorum] Dicitur Dionyſ. Propter ingenij acumen primus boues ad iugum iunxiſſe, eorumq; opera frugem iacta ſemina reddidiſſe, quæ ex re illum cum cornibus finxerunt, quod Diod. li. 5. edocet. Feſtus uerò ait, Cornua Liberi patris ſimulachro adduntur, quoniã inuentorem uini dicunt, eò quod homines nimio uino truces fiant. Leniter] Suauiter. Atterens] Perhumum trahens. Te uidit] Liber inferos adijt, quia impetrarat ab Ioue, ut Semelẽ matrẽ inde reduceret, quam & reduxit. Aut. in hoc eſt Hyg.

ODE XX. AD MECOENATEM.

Ἀλκαϊκή.

Ode XX. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

— — ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ ∪
— — ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ ∪
— — ∪ — — — ∪ — ∪
— ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ — ∪

ARGVMENTVM IN ODEN XX.

Vaticinatur carminum ſuorum immortalitatem, dum in cygnum transformatum iri ſe, & per totum orbem uolaturũ oſtendit, neq; ullam tam deſertam, tamq; incultam regionem, in quam non penetrabit nominis ſui memoria, quare non opus illi poſt mortem luctu, & eiuſmodi pompis.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Scribit ſe mutatum iam in cygnum non amplius moraturum in terra, ſed ad omnes mundi plagas uolaturum. Quo ſignificat, ſe ob partam carminibus gloriam & ſplendorem, apud omnes gentes fore celebrem atq; immortalem.

COMMENTARIA.

ACRON.

NON uſitata nec tenui ferar Penna] Allegoricôs ſignificat ſe in cygni figuram mutandum, & carmina ſua totum orbem impletura, unde & ſe immortalem futurum promittit. Auis enim inquam ſe transfigurandum dicit canora eſt, ut poëtæ meritò conueniat, & Apollini conſecrata. Non uſitata aũt propterea, quia non uulgaria, nec communia ſcripſit. Ordo eſt: Ego biformis uates ferar per liquidum æthera, non uſitata nec tenui penna. Inuidiaq; maior] Ego, qui maior ſum inuidia, relinquam urbes. Inuidia enim maiorem ſe dicit, quia maioribus inuidetur. Non ego pauperum ſanguis parẽtum] Id eſt, non ero ignobilis, qui putor humilibus parentibus natus. Non ego quem uocas] Ordo eſt: Mecœnas non obibo ego, quem uocas dilecte, nec cohibebor Stygia unda. Significat carmina non obire, quæ per æternitatem ipſe mereatur. Iam iam reſidunt] Iam ſe dicit in formam cygni tranſire. Syrteſq; Getulas] Libycas.

„ Nunc promite uires, (Virg.
„ Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus uſi.

Viſam gementis litora Boſphori] Toto orbe ſe uulgandũ promittit, ut etiam perueniat ad Barbaras nationes, nam per commemorationem gentium omnes terræ partes deſignat. Hyperboreoſq; campos] Thracios. Hi ultra Aquilonis flatus, Septentrioni ſubiacent, ut eſt:

„ Quin & Hyperboreo ſeptem ſubiecta trioni,
„ Gens effrena uirûm.

Marſæ cohortis] Pro Italiæ militibus dixit, ut oſtenderet ſolos Romanos Dacis eſſe terrori. Rhodaniq; potor] Hiſpani & Galli. Næniæ] Carmen funebre. Luctuſq; turpes] Propter habitum lugentiũ dixit. Superuacuos honores] Supuacuè enim honorari mortuos multi di-

NON uſitata, nec tenui ferar
Penna, biformis per liquidum
æthera
Vates, neq; in terris morabor
Longiùs, inuidiaq; maior
Vrbes relinquam. non ego pauperum
Sanguis parentum: non ego, quem uocas,
Dilecte Mecœnas, obibo,
Nec Stygia cohibebor unda.
Iam iam reſidunt cruribus aſperæ
Pelles, & album mutor in alitem
Supernè, naſcunturq; leues
Per digitos, humeroſq; plumæ.

Iam Dædaleo ocyor Icaro,
Viſam gementis littora Boſphori,
Syrteiſq; Getulas canorus
Ales, Hyperboreoſq; campos.
Me Colchus, &, qui diſsimulat metum
Marſæ cohortis, Dacus, & ultimi
Noſcent Geloni: me peritus
Diſcet Iber, Rhodaniq; potor.
Abſint inani funere næniæ,
Luctuſq; turpes, & querimoniæ.
Compeſce clamorem, ac ſepulchri
Mitte ſuperuacuos honores.

multi dixerunt: maximè Horatius, qui immortalitatē ſe uideri uult per carmina conſecutum. nā & Virgil.

» *Vano mœſti comitamur honore.*

PORPHYR. } Non uſitata, nec tenui ferar Penna] *Poëticè ſignificat ſe in cygni formam tranſiturū, & dulcedine cantus totū orbē impleturū.* Non uſitata] *Hoc eſt, non uulgari, nec. n. uulgaria ſcribit.* Biformis] *Biformem aūt ſe dicit, quod & Lyrica ſcribat & hexametros.* Non ego pauperum ſanguis parentum] *Hoc eſt, non ego ignobilis, quem putatis humilibus parentibus natum.* Non ego obibo] *Negat ſe obiturum, quod per allegoriam intelligi uult carmina ſua ſemper floritura.* Iam iam reſidunt] *Iam dicit ſe in cygnum trāſfigurari.* Iam Dædaleo ocyor Icaro Viſam gementis littora Boſphori] *Hoc ſignificat carmina ſua ad extrema uſq; orbis terrarum, & ad Barbaras etiā gentes peruentura. Gementis aūt Boſphori. Hoc eſt, per ſtrepentis ac ſonantis.* Hyperboreoſq; campos] *Qui ultra flatus Aquilonis Septentrioni ſubiacent.* Marſæ cohortis] *Italorum militum accipe. Marſi enim Itali ſunt.* Inani funere næniæ] *Næniæ enim ſunt cantus funerum.* Luctuſq; turpes] *Turpem autem ipſum luctum ait. Squalore lugētium.* Superuacuos honores] *Superuacua eſt enim ſepultura eis, qui immortalitatem uidentur per carmina conſequi.*

CHRIST. LAND. } Non uſitata nec tenui ferar] *Allegoricum huius cantus carmen eſt, quo indicat ſe immortalem futurum, & quoniam in cygnum ſe iam uerti uideat, per omnem orbem uolaturum.* Biformis] *Quia hactenus homo iā cygnus fio, per quem oſtendit ſe euaſurum in optimum poëtam. Nam mali uates, anſeribus, boni uerò cygni comparantur. Virg.*

» *Nam neq; adhuc Vario uideor, nec dicere Cinna*
» *Digna, ſed argutos interſtrepere anſer olores.*

Et Cic. in Philippicis. Malum uatem indicans, pellantur, inquit, anſeres ex agro Salerno. Nam anſerum moleſtus eſt ex clangore ſtrepitus. Cygnorum aūt canora uox eſt. Præterea Apollini ſacri ſunt cygni, & ſuæ mortis præſcij. Quare aduentante illa ſuauiùs canūt.

» *Sic ubi fata uocant udis abiectus in herbis* (Ouid.
» *Ad uada Mæandri concinit albus olor.*

Poëta ergo ſua candida uoce, id eſt, ſuaui ſtylo uolat, quia immortali fama per omnia fertur, & deſerit terras, quia eleuatur ad cœleſtia. Inuidiaq; maior] *Quod in uita humana difficile, arduūq; omninò eſt inuidiam ſuperare. Eſt enim inuidia inter pares, aut paulò ſuperiores. Illi aūt qui ſuis egregijs uirtutibus longo iam interuallo cæteros à tergo reliquerunt omni carent inuidia, & potiùs ſunt in admiratione, quia iā deſperamus nos illos aſſequi poſſe. Hinc Græci quæ præclariſsima, & maxima ſunt ἄφθονα, id eſt, ἄνευ φθόνου, id eſt, ſine inuidia appellant. Quapropter ut miſeri, ſic & ij, qui in maximo gradu ſunt inuidia carent. Quoniam alteri minores, alteri maiores inuidia ſunt. Hinc Micipſa apud Saluſtiū: Poſtremò quod difficillimum inter mortales, gloria inuidiam uiciſti.* Vrbes relinquam] *Quia relinquam humana & ſequar diuina.* Non ego] *Ordo eſt, ô dilecte Mecœnas ego ſanguis pauperum parentum non obibo. Et ego quem tu ſæpe uocas non obibo.* Sanguis] *Genus & progenies. Virgil.*

» *Reuocato à ſanguine Teucri.*

Pauperum parentum] *Pater enim (ut in eius uita demonſtratum eſt) & libertinæ conditionis fuit, & pauper, quippe qui præconia arte ſibi uictum compararet. Ergo in hoc loco demonſtrat neq; diuitias, neq; generis nobilitatem, ſed ſolas uirtutes reddere homines immortales.* Quem tu uocas] *Quaſi dicat quem tu amas, quem tu etiam ita ignobilem non nihili facis.* Nec Stygia cohibebor unda] *Mortuorum enim animæ, cum iam apud inferos deſcenderint, arcentur à Stygia palude ne redeant Virgil.*

» *Fata obſtant, triſtiq; palus inamabilis undæ*
» *Alligat, & nouies Styx interfuſa coërcet.*

Ego autem immortalis effectus nō prohibebor illa palude, quin per omnia uolitem. Nec triſtitia, mœroreq;, nam id ſignificat Styx, impediar. Et certè q doctrina exculti ſunt omnibus perturbationibus uacant. Iamiam] *Oſtendit, quo pacto in cygnum uertatur.* Reſidunt] *Id eſt, uehementer adhærent. Nam in humano crure non hæret cutis oſsi: quia interponitur caro. In illa uerò aue nulla caro eſt inter pellem & tibiā.* Aſperæ pelles] *Id eſt, cutis iam conuerſa in aſperam pellem. Ea enim eſt cygnis in crure.* Album alitem] *Optimè cum per cygnum fœlicia oſtendat, alitem in maſculino genere poſuit. Nam cum infœliciora auguria notāt poëtæ in genere fœminino conſueuerunt alitem ponere.* Superné] *E' parte ſuperiori.* Leues] *Epithet. eſt pennarum.* Per digitos] *Scilicet manuum.* Et humeros] *Brachia, nam cum iam crura in olorina crura mutata eſſent: nunc manus & brachia in alas mutari oſtēdit.* Ocyor Icaro] *Fabula eſt nota, Comparatio uerò non abſurda. Volauit Icarus, ſed temerariè, quapropter decidit, eiuſq; uolatus retardatus eſt. Ipſe autem oſtendit ſe ocius uolaturum. Quia non temerè ut ille, ſed ſapienter procedet. Icarus altiora quàm oporteret petens decidit. Poëta autem nihil ſupra uires ſuas conatus eſt. Ergo potuit perficere, quod faciendum ſuſceperat. Neq; oblitus eſt, quod alijs in ſua poëtica præcepit.* Sumite materiam ueſtris qui ſcribitis æquam Viribus. *Nunquam enim aggredietur ſapiens ſcriptor, quæ ſunt ſupra uires ſuas, ne forte decidat.* Viſam] *Nam pennis ſublatus, potero cuncta quæ ſunt, uidere.* Boſphori] *De quo iam ſcriptum eſt.* Gementis] *Ex æſtuatione fluctuum gemitum emittentis.* Neq; Syrtes omiſimus Getulas] *Virg.*

» *Hinc ergo Getulas agerem ſi Syrtibus exul.*

Canorus] *Nam (ut dixi) boni poëtæ optimè canunt.* Hyperboreoſq; campos] *Iuxta montes extenduntur uſq; ad ſeptentrionalem Oceanum, & poſiti ſunt ſub polo & uertice, & cardine cœli, dictiq; ſunt Hyperborei, quia inde ſpirat boreas.* Colchus] *Hæc Scythiæ pars eſt, & habet in ſe iuga Caucaſi atq; hinc Caſpium & Hircanum habet mare, hinc Mæotim.* Dacus] *Quos etiam Getas appellant, & ipſi in Scythia ſunt. Virgil.*

» *Et coniurato deſcendet Dacus ab Hyſtro.*

Diſsimulat] *Timēt enim omnes iſti populi Romanos, ſed propter ferocitatem diſsimulant.* Marſæ cohortis] *Marſos pro omni Italo exercitu. Sūt hi populi in quarta Italiæ regione iuxta lacum Sucinum, qui à Marſia Lydorum duce denominātur: eorum oppidum Archippe à lacu Sucino hauſtum Gallianus ſcribit. Plinius uerò refert illos à Circes filio originem duxiſſe, & uim habere contra ſerpentem ictus. De Gelonis dictum eſt. Hiberi autem populi Hiſpaniæ ſunt, denominati ab Hibero flumine, qui apud Cantabros oriens per quadringēta paſſuum millia fluit, & in mare Balearicum exit.* Rhodaniq; potor] *Hic fluuius à Rhodano oppido denominatus eſt. Oritur ex Alpibus, quæ Italiā à Gallia diuidunt, non longè à fontibus Rheni & Danubij, feturq; per lacum Lemanum & uerſus occidentem per Galliam fluens, Ararim ſuſcipit. Inde ad meridiem conuerſus & Iſaram, Druentiamq; ſuſcipiens apud Heracleam uno oſtio, & paulò ulterius duobus alijs in mare Tyrrhenum irrumpit.* Næniæ] *Pro omni funeris pompa poſuit. Cæterùm quid ſit Nænia non te latet.* Inani funere] *Rectè inani, Quia nihil mortuis prodeſt Nam ſiquid eſt, id omne ad uiuētes ſpectat. Vel inani funere, quaſi non moriar inane erit.* Turpes] *Quia deturpant uirilem grauitatem, puerilis enim res eſt, aut muliebris ipſe luctus. Alij dicunt turpis, quia lachrymæ faciem deturpant. Eſt aūt locus iſte ſumptus de Ennij epitaphio, quod eſt huiuſcemodi.*

» *Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu*
» *Faxit, cur? uolito docta per ora uirum.*

Cōpeſce clamorē] *Expolitio eſt color rhetoricus. Nam eadē ſententia.* Compeſce clamorem ac honores ſuperuacuos ſepulchri quæ ſuit, Abſint Næniæ inani funeri & turpes luctus.

HERM.

HERM. FIGVL. } Non uſitata penna] *Hoc eſt, Lyrico carmine nouo, & Romanis hactenus inaudito, quod primus ego à Græcis ad noſtros tranſtuli.* Nec tenui] *Quia longè cæteris excellit, adeò ut uni omnibus Latinis Lyricis meritò palmam dederit Fabius.* Ferar per liquidum æthera, nec in terris morabor] *Hoc eſt, non ampliùs ero humilis & obſcurus, ſed clarus & illuſtris, quia æterna nominis celebritas & memoria carminibus poëtis paratur. Vnde rectè dicit Virg.*

» *—Tentanda uia eſt, qua me quoq; poſſim*
» *Tollere humo: uictorq; uirûm uolitare per ora.*

Inuidiaq; maior] *Ait ſe deterrimam illam peſtem inuidiam, quæ ſemper præclarorum facinorum comes eſſe, & uirtutem non aliter quàm umbra corpus aſſequi ſolet, obruiſſe. Quanquam enim (inquit Eraſmus) liuor uelit ignis, alta petit, eſt tamen omninò aliquid uſq; adeò perfectum & illuſtre, ut eò non poſsit attingere. Quò loci perueniſſe ſeſe gloriatur Horat. hic. Et alibi, cùm ait:*

» *At iam dente minus mordeor inuido.*

Non ego pauperum ſanguis parentum] *Quanquam ex humili & obſcura ſum familia, tamen ob ingenij uires ero conſpicuus & immortalis. Sic infrà libro 3. dicit:*

» *Dicar ex humili potens*
» *Princeps Aeolium carmen ad Italos*
» *Deduxiſſe modos.*

Non ego obibo] *Sic libro 3. Ode ultima:*

» *Non omnis moriar, multaq; pars mei*
» *Vitabit Libitinam.* *Et lib. 4.*
» *Dignum laude uirum Muſa uetat mori:*
» *Cælo Muſa beat.*

Nec ſtygia cohibebor unda] *Non ero apud inferos, ſed apud ſuperos. Sic lib. 1. dicit:*

» *Me doctarum ederæ præmia frontium*

Dijs miſcent ſuperis. Mortuorum autem umbræ coërcentur ſtygijs fluctibus, uel Marone teſte lib. 4. Georg.

» *Quos circum limus niger, & deformis arundo*
» *Cocyti, tardaq; palus innabilis unda*
» *Alligat: & nouies Styx interfuſa coërcet.*

Iam iam reſidunt] Μεταμόρφωσις *Horatij in Cygnum. Talis quoq; transformatio eſt apud Ouidium, qua Cygnum regem Liguriæ, in Olorem mutatum ſcribit:*

» *Cùm uox eſt tenuata uiro: canæq; capillos*
» *Diſsimulant plumæ, collumq; à pectore longè*
» *Porrigitur, digitoſq; ligat iunctura rubentes.*
» *Penna latus uelat, tenet os ſine acumine roſtrum.*

Reſidunt cruribus aſperæ pelles] *Infernè crura pro cute accipiũt rigidam pellem.* Album mutor in alitem ſupernè] *Ex ſuperiore parte in candidum olorem transformor.* Naſcunturq; leues per digitos] *Brachia manuſq; mutantur in alas.* Dædalio ocyor Icaro] *Dædalus faber ingenioſus, cùm ligneam uaccam fabricaſſet tanto artificio, ut ingredi & uiuere uideretur, & in ea incluſa Paſiphaë cum tauro coiret. Minos rex Cretæ, hoc nefario amore & ſtupro uxoris cognito, Dædalum unà cum Icaro filio in Labyrinthum coniecit. Sed Dædalus, ut erat ingenio ſolerti & acuto, pennis cera conglutinatis, ſibi & Icaro alas adaptauit, quarum remigio ex Labyrintho euolarunt: uerũ Icarus cœli cupidine tactus dum altius euolaſſet in auras, liquefactis à ſole ceris, pennisq; nudatis brachijs, in mare cecidit, quod nomen ab illo traxit. Cæterùm occaſionem fabulæ hinc datam arbitror, quòd Icarus uelum, Dædalus malum, hoc eſt, arborem nauis, & antennas primus inueniſſe fertur, & propterea per mare uolaſſe creditur. Hanc fabulam pulchrè tractat Ouid. lib. 8. Transform.* Viſam gementis littora Boſphori] *Dicit ſe uerſum nunc in olorem, ad quatuor mundi cardines, Orientẽ, Occidentem, Meridiem, Septentrionem, uolaturum.* Gementis Boſphori] *Propter anguſtias feruentis.* Syrteſq; Getulas] *Hoc eſt, Africanas, à parte totum. Eſt autem Getulia regio Africæ ad fluuium Nigrin, qui Africam ab Aethiopia dirimit, teſte Plinio. De Syrtibus uerò, quæ iuxta Lybiam ſunt, dictum eſt lib. 1.* Canorus ales] *Sonorus & argutus Cygnus. Hunc enim canorum eſſe, ſic omnium poëtarum litteris eſt decantatum, ut nihil ſit celebrius. Hic inſuper dicitur inſtante iam morte, ſuauiſsimos & admirandos cantus edere. Martialis:*

» *Dulcia defecta modulatur carmina lingua,*
» *Cantator cygnus funeris ipſe ſui.*

Quod tamen falſum eſſe aliquot experimentis arbitratur Plinius. Rectiſsimè igitur ob carminis ſuauitatẽ, Olores, quos Cygnos Græci uocant, doctis comparantur poëtis. Virg. Eclog. 9.

» *Vare tuum nomen*
» *Cantantes ſublime ferent ad ſydera Cygni.*

Similiter Horat. lib. 4. Ode 2. Pindarum appellat Cygnum, ſic inquiens:

» *Multa Dircæum leuat aura Cygnum*
» *Tendit Antoni quoties in altos*
» *Nubium tractus.*

Hyperboreoſq; campos] *In Aſiatico littore (inquit Mela) primi Hyperborei ſuper Aquilonem, Riphæoſq; montes ſub ipſo ſyderum cardine iacent, ubi Sol nõ quotidie, ut nobis, ſed primùm uerno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit, & ideò ſex menſibus dies, & totidem alijs nox uſq; continua eſt. Terra anguſta, aprica, per ſe fertilis, cultores iuſtiſsimi, & diutius quàm ulli mortalium, & beatius uiuunt. Eadem & Plin. lib. 4. cap. 12.* Colchus] *Aſiæ populus Plinius lib. 6. cap. 4. Subijcitur Ponti regio Colchica, in qua iuga Caucaſi ad Riphæos montes torquentur, ut dictum eſt, altero latere in Euxinum & Mæotin deuexa, altero in Caſpium & Hyrcanum mare.* Marſæ cohortis] *Hoc eſt, Romani exercitus. Pars pro toto.* Dacus & ultimi Geloni] *Getæ, Daci Romanis dicti, & Geloni populi ſunt Scythiæ. Getas feros, & ad mortem paratiſsimos dicit Pomponius Mela.* Iber] *Hiſpanus. Nam, ut refert Iuſtin. lib. ult. Hiſpaniam ueteres ab Ibero amne primùm Iberiam, poſtea ab Hiſpalo Hiſpaniam cognominauerunt. Hæc inter Africam & Galliã poſita, Oceani freto, & Pyrenæis montib. clauditur. Sicut minor utraq; terra ita utraq; fertilior.* Rhod. potor] *Hoc eſt, Gallus. Rhodanus fluuius (ut tradit Raimundus Marlianus, uir eruditiſsimus) Sedunos, Veragros, Allobroges, & Galliam Prouinciam Romanorum à Celtis diſpartiens, oritur non longè à Danubij & Rheni fontibus, circa fines diœceſis Sedunenſis prope montem, cui nunc Briga nomen eſt, & ad Sedunum, Germaniæ urbem, decurrens, uicum Veragrorum, qui hodie ſanctus Mauritius dicitur, interſecat. Lacuiq; Lemano, quem accolæ Loſſanenſem nominant, admiſtus, & ad pontem Gebennæ urbis eundem lacum egreſſus, in Lugdunum, Viennam, aliaſq; urbes, & inſignia loca ad Volcas, nunc Auinionenſes prolapſus, Liguſticum mare tribus hoſtijs influit. Roſne à Gallis hodie.* Abſint inani funere næniæ] *Non opus eſt mihi cantu lugubri, luctu, & funebri pompa, quia memoria uiuam ſempiterna.* Sepulchri honores] *Romani enim inter cæteros honores, quos ueluti extremos defunctis habebant, etiam floribus ornare ſepulchra, & ſacrificio atq; epulis mortuis parentare, nonnunquam thure & mero ſupplicare ſolebant.*

THEOD. PVLM. } 1 Non uſitata] *Hic Horatij locus Platonis & Plutarchi ſcriptis illuminatur. Vide Franc. Luiſini Parergon lib. 3. cap. 13.* 10 —& album mutor in alitem] *Cùm ſe in album alitem, id eſt, cygnum mutari dicit, id eo fecit conſilio, quòd olores in Apollinis tutela ſint, & de illius canoræ auis modulis poëtæ olores uocari interdũ ſoleant: unde & 4. Carm. 2. de Pindaro cecinit,*

» *Multa Dircæum leuat aura cycnum.*

Reſpexit tamen potiſsimùm ad mutationes Pythagoricas à Platone celebratas. nam eos cenſent, qui numeris delectati poëticis ſunt, alterius exordiò uitæ in olores mutari. Vide Turneb. li. 10. cap. 22.

11 Supernè] *H. G. E. B. Lucretius lib. 6.*

» *Tecta ſupernè timent, metuunt infernè cauernas,*
» *Terrai ne diſſoluat natura repentè.*

Superna, legit Muretus. Eſt autem figura, inquit, loquendi Græca, atq; hanc lectionem, ut germanam, adſtipulantibus & ueteribus codicibus, amplectitur: illam uerò retinet Lamb.

M. ANT. MVRET. } 11 Supernè, naſcunturq; leues] *Superna, non supernè, legendum eſſe, & metri ratio & ueteres libri probant. Eſt autem figura loquendi Græca.*

GEORG. FABR. } *Nominis immortalitas re nulla paratur magis, quàm ingenio & literis: non enim genus, non potentia magis nobilitant, quàm doctrina rerumq́; multarum cognitio. Imitatus in hac Oda eſt Anacreontem.* Viſam gementis littora Boſpori] *Scribendum hoc nomen ſine aſpiratione, ex Iulio Hygino, & interprete Apollonij.*

IOD. BAD. ASCENS. } Non uſitata] *Bene de ſe fiducia quadam ſperans poëta fingit ſe in cygnum uerti, & perpetuò uolaturum per ora uirum, omnibusq́; mundi oris celebrem futurum. Ideoq́; pro eius tranſitu nullum fore locum, luctui aut Nænijs.* Ordo eſt. Ego uates] *Id eſt, diuinus poëta.* Ferar biformis] *Id eſt, duplici forma, ut hominis & cygni præditus.* Per æthera liquidum] *Id eſt, aërem purum.* Penna non uſitata, nec tenui] *Id eſt, non modicis alis, hoc eſt, egregia fama.* Neq; morabor] *Id eſt, detinebor.* Longius] *Id eſt, diutiùs (à longum)* In terris] *Id eſt, in ſepulchro.* Et ego maior inuidia] *Id eſt, per inuidiam, aut certè quam ſit inuidia, quia inuidiam gloria ſuperauero.* Relinquam urbes] *Scilicet, æthera petens.* O' Mecœnas ego quem uocas] *Id eſt, uocando dicis dilecte: ut in Euangel. uocatis me magiſtrum & Dominũ, &c.* Non obibo ſanguis] *Id eſt, ut ſanguis, id eſt, progenies pauperum parentum, aut ſic.* Ego ſanguis] *Id eſt, licet ſanguis pauperum parentum, quia libertino patre natus.* Non tamen obibo] *Id eſt, interibo.* Nec cohibebor unda Stygia] *Id eſt, apud inferos.* Iam iam] *Id eſt, in hac hora.* Pelles aſperæ] *Quales ſunt cygnorum.* Reſidunt] *Id eſt, hæreſcunt.* Cruribus] *Scilicet, meis.* Et mutor ſupernè in alitem album] *Id eſt, cygnum.* Et ego Ocyor] *Id eſt, celerior.* Icaro Dædaleo] *Id eſt, Dædali filio.* Viſam] *Id eſt, uiſum ibo.* Iam littora boſphori] *Scilicet, Cymeri aut Thracij.* Gementis] *Scilicet, fluctibus colliſis in anguſtia, & uiſam exiſtens ales canorus.* Quia cygnus Syrtis Getulas] *Id eſt, quæ ſunt in Getulia.* Et campos Hyperboreos] *Qui ſunt ultra Aquilonem, ubi ſunt mundi cardines.* Colchos] *Id eſt, populus Colchicæ regionis in ponto, & Dacus populus Danubio à Germanis diſtinctio.* Qui diſsimulat metum cohortis Marſæ] *Id eſt, bellicoſiſsimi populi Italiæ, id eſt, qui licet timet diſsimulat tamen ſæpe rebellans, unde eſt illud Maronis:*

„ *Et coniurato deſcendit Dacus ab Iſtro.*

Et Geloni ultimi] *Scilicet, in Scythia degentes.* Noſcent me] *Id eſt, carmina mea, aut me propter carmina.* Et Iber] *Populus Hiſpaniæ.* Peritus] *Scilicet, literarum & armorum, ſed potiùs litterarum, quia armorũ periti poëtas non legunt.* Et potor Rhodani] *Id eſt, Gallus Lugdunenſis, etiam peritus litterarum, quia illic ſolebant eſſe rhetorum certamina. Vnde eſt illud Iuuen.*

„ *Aut Lugdunenſem rhetor dicturus ad aram.*

Et ideò ô Mecenas abſint næniæ] *Id eſt, Lugubres cantus.* Funere inani] *Id eſt, nihil defunctis (quod & Auguſtinus de pompa funebri ſentit) ſed fortè uiuis, qualecunq; ſolatium allaturo.* Et luctus, & querimoniæ turpes] *Scilicet, uiris.* Et ô Mecœnas compeſce clamorem] *Scilicet, populi.* Ac mitte] *Id eſt, omitte.* Superuacuos] *Id eſt, ſuperfluos honores.* Sepulchri] *Id eſt, ad Pompam funebrem pertinentes, quia ſine illis poëta ſe ſatis honoratum, & clarum futurum confidit, cùm nòn moriturus, ſed tranſmutandus in cygnum ſit. Et hæc in ſecundum librum.*

ANT. MANCIN. } *Oſtendit ſe uerti in cygnum auẽ canoram, ſuaq́; carmina totum orbem aditura. Renuit itaq; Nænias, & funeris laudes, ſuperuacuosq́; ſepulchri honores. Eius enim carmina perpetuam ſibi laudem, & memoriam præbebant, hinc immortalis erit.* Non uſitata, nec tenui ferar] *Ode eſt ſimilis nonæ. Eſt autem Ordo: Vates ego biformis ferar per liquidum æthera penna, non uſitata, nec tenui.* Non uſitata penna] *Non enim uolauerat pennis, per id autem eius famam intelligit.* Vel non uſitata penna] *Id eſt, Lyricis uerſibus, quibus adhuc Latini non uſi fuerant, uti & ipſe.* Nec tenui penna] *Id eſt, nec tenui fama, uel nec tenui, & humili carmine.* Biformes uates] *Vel quia Lyrica ſcripſit & hexametra, uel q̃a homo erat, & nũc cygnus.* Neq; in terris morabor] *Hoc ait, quia dixerat, ferar per liquidũ æthera Inuidia maior: ſemper quippe maioribus inuidetur: hinc inuidi minoris ſunt conditionis.* Non ego pauperum] *Oſtendit ſe nullo pacto mortalem fore. Eſt autem ordo.* Non obibo ego ſanguis pauperum parentum: Non obibo ego quem tu Mecœnas uocas dilecte. *Potes & dilecte Mecænas dicere.* Cohibebor] *Coërcebor, ut alij quorum nulla fama ſuperſtes.* Reſidunt] *Hæreſcunt.* Aſperæ] *Quales, ſcilicet cygnorum ſunt.* Mutor in alitem] *Se in cygnum mutari dicit, non ab re, bonus enim poëta, cygno canoro comparatur, ſicut malus anſeri obſtrepenti.* Supernè] *Id eſt, in parte ſuperiori, ſicut enim crura, ſic manus & humeri pennis uelabantur. Eſt autem periphraſis alarum.* Dædaleo ocyor Icaro] *Hic nulla fit Sinalœpha. Tradunt autem fabulæ Dædalum, & Icarum fabricatis alis euolaſſe, Icarum tamen cecidiſſe ſolutis alis calore ſolis, de quo lege in Iuuen. Satyra prima latiùs.* Ocyor] *Per id indicat, ſe non caſurum, ut Icarus cecidit.* Viſam] *Innuit ſe totum orbem ſuis carminibus aditurum.* Gementis] *Inſonantis & frementis Boſphori, anguſti maris apud Thraciam, lege latiùs Ode 13. huius libri. Strab. lib. 12. ſcribit. Boſphorum eſſe apud Byzantium mare anguſtũ.* Syrtes Ge.] *Loca ſunt periculoſiſsima in mari Lybico, de quibus latiùs in Epodo nona. Getuli autem natio frequens, & multiplex iuxta Lybicum mare eſt, ut docet Mela.* Canorus ales] *Cygnus intelligitur.* Hyperboreos cãpos] *Hyperborei incolunt ultra Aquilonẽ, teſte Solino. Apud eos mundi cardines eſſe credunt, de quibus latiùs diximus lib. 3. Georg.* Colchos] *Colchica regio & Iberia, ſibi coniunctæ ſunt in Ponto prouincia ad ſeptentrionem, de quibus Ptol. lib. 5.* Marſæ co] *Id eſt, tali exercitus.* Dacus] *Diuiduntur Daci à Germanis Danubio, ut ſcribit Tacitus, de quibus latè Strab. lib. 7.* Geloni ultimi] *Hi populi ſunt in Scythia, de quibus latiùs Ode 10. huius libri.* Iber peritus] *Iberia & Hiſpania eadem dicitur, ut ſcribit Strab. lib. 3. à Priſcis autem uocabatur Iberia tractus uniuerſus extra Rhodanum. Iuſtinus lib. ultim. ſcribit Hiſpaniam ueteres ab Ibero amne, Iberiam primùm, poſtea ab Hiſpalo Hiſpaniam cognominauiſſe, præter ea Iber, Iberis gentile nomen eſt: ſunt enim Iberes gens ab Iberis profecta, qui ultra Armeniam habitant. Lucan. lib. 6. etiam ait:*

„ *Si tibi durus, Iber aut ſi tibi terga dediſſet.*

Priſcianus lib. 6. id ſcribit. De Iberia autem iuncta Colchis multa Strab. lib. 11. Rhodani potor] *Rhodanus ingens fluuius eſt in Gallia apud Lugdunum, ubi Arar Rhodano commiſcetur, de quo multa Strab. lib. 4.*

„ *Inani funere nihil mortuo profuturo.*

Næniæ] *Eſt Nænia, cantus lugubris, & laus in funere honoratorum uirorum, latiùs dictum eſt Ode 1. lib. 2.* Turpes] *Turpitudinem inferentes.* Superuacuos honores] *Eius enim carmina ſibi honori accedent. Hinc ſuperuacui eſſe uidentur ei honores ſepulchri.*

COMMENTARIORVM VAR. AVTHOR IN Q. HORAT. CARMINVM LIBRVM II. FINIS.

Q. HO.

Q. HORATII FLACCI CARMINVM, CVM VARIORVM DOCTISSIMORVM, TAM NEOTERICORVM, QVAM ANTIQVISſimorum Grammaticorum, Commentarijs ac Lucubrationibus, in unum Opus collectis:

LIBER TERTIVS.

ODE I. DE VARIIS HVMANÆ VITÆ STVDIIS AD SEIPSVM.

Πραγματική.

Ode I. *Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.*

—— ∪— — —∪∪ —∪—
—— ∪— — —∪∪ —∪∪
—— ∪— —— ∪— — ∪
—∪∪ —∪∪ —∪ ——

ARGVMENTVM IN ODEN I.

HAC Ode, quæ Proœmij uice in ſequentem librum eſſe poſſit, ſanctiſsimis præceptis teneram ætatem imbuit. Nam quum inquit, uariæ ſunt hominum conditiones, alij alijs ſtudijs, ſed omnes ad felicitatem cõtendunt, & æqua ſit omnibus mortis conditio, priuatis nihilo ſunt feliciores ſatrapæ, quamlibet lautè paſcantur, felicitatem non in eiuſmodi ſitam, ſed in ſecuritate & animi tranquillitate, quæ plerunque mediocrium fortunam comitatur, extremè potentium non ita, neque prodeſſe, quod in mari ædificent, quo æquè aſcendunt curæ demum ait, ſi purpura & ueſtes ſplendidè dolores non pellant, non eſt quod illas uelit permutare cum fundo ſuo Sabino.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Hæc Ode tota eſt moralis, & ſalubrium præceptorum, quibus iuuentutem imbuit, plena. Primò enim docet Deum regem & principum Dominum, ac ſummum imperatorem, ſuo nutu totum mundum gubernare: Deinde hominum quidem diuerſos eſſe ſtatus atque fortunas, ſed mortis conditionem omnibus eandem. Poſtremò beatam uitam non in opibus & honoribus ſitam, uerùm in animi tranquillitate, quæ plerunque mediocrium ſortem comitatur.

COMMENTARIA.

ACRON.

ODI prophanum] *Hæc uox in ſacrificijs frequentabatur, qua ſignificarent, ut bona omina haberentur. quod opportunè hic poëta poſuit, qui ſacerdotem Muſarum ſe dicturus erat inferius, ut prædicendo prophanos ſacrorum ſe meminiſſe monſtraret. Virgil.*

» *Procul ô procul eſte prophani.*

Prophani, dicebantur, ſacris non initiati, qui phanum intrare non poterant. Hic tamen per Allegoriam prophanos imperitos dixit, qui meritò doctis exoſi ſunt. Odi] *Modò præſentis eſt temporis, aliquando tamen pro præterito ponitur.* Fauete linguis] *Cantate mecum. Virgil.*

» *Ore fauete omnes & cingite tempora ramis.*

Ore fauete] *Apto ſermone uſus eſt, & ſacrificio, & ludis. Nam in ſacris taciturnitas, in ludis neceſſarius fauor eſt. Fauet autem ore etiã quis per taciturnitatem. Horat. Fauete linguis.* Carmina non prius audita] *Ordo eſt:* Ego ſacerdos Muſarũ canto uirginibus, & pueris carmina non priùs audita, à

Romanis ſupple, quamuis Bebius Lyrica carmina ante Horatium ſcripſerit, *ut illa non plenum, & exactè facta monſtraret.* Canto] *Promittit ſe carmen prolaturum, quo teneras ætates ad utilia inſtituat, quibus ad uitam beatam peruenire poſſint.* Regum timendorum] Ordo eſt: *Imperium regum timendorum eſt in proprios greges. Imperium Iouis clari Giganteo triumpho, & cuncta mouentis ſupercilio, eſt in ipſos reges. Vnde & Virg.*

» *O pater, ô hominum, diuumq́ æterna poteſtas.*

Vt philoſophicè oſtendat neminem hominum eſſe à metu immunem, omneſq́ uindictæ numinũ ſubiacere. Cuncta ſupercilio mouentis] *Virgil.*

» *Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum*

Latius ordinet Arbuſta] *Digerat in ordinem, uinearum ſatorem dicit.* Hic generoſior Deſcendat in campum] *In campo enim Martio comitia erãt Populi Romani & ibi deſcendebant, qui honorem petere uoluiſſent.* Contendat] *Nonnulli autem diſtinguunt, ut hic melior fama, & moribus contendat, cum ſupradicto ſcilicet qui generoſior petitor deſcendit in campum. Poteſt autem & ſic dici:* Hic contendat, *id eſt, uiuat melior fama & moribus,*

ODI Prophanum uulgus, & arceo
Fauete linguis. carmina nõ priùs
Audita, Muſarum ſacerdos,
Virginibus, puerisque canto.
Regum timendorum in proprios greges,
REGES in ipſos imperium eſt Iouis,
Clari Giganteo triumpho,
Cuncta ſupercilio mouentis.
Eſt, ut & uiro uir latius ordinet
Arbuſta ſulcis, hic generoſior
Deſcendat in campum petitor.
Moribus hic, meliorq́ fama
Contendat: illi turba clientium
Sit maior. AEQVA lege neceſsitas

Sortitur inſignes,& imos.
Omne capax mouet urna nomen.
Diſtrictus enſis cui ſuper impiā
Ceruice pendet,non Siculæ dapes
Dulcem elaborarunt ſaporem:
Non auium,citharæq́ cantus.
Somnum reducent.ſomnus agreſtium
Lenis uirorum non humiles domos
Faſtidit,umbroſamq́ ripam,
Non Zephyris agitata Tempe.
DESIDERANTEM quod ſatis eſt,neq́
Tumultuoſum ſollicitat mare,
Nec ſæuus Arcturi cadentis
Impetus,aut orientis hœdi:
Non uerberatæ grandine uineæ,
Fundusq́ mendax:arbore nunc aquas
Culpante,nunc torrentia agros
Sydera,nunc hyemes iniquas.
Contracta piſces æquora ſentiunt,
Iactis in altum molibus.huc frequens
Cæmenta demittit redemptor
Cum famulis,dominusq́ terræ
Faſtidioſus,ſed timor & minæ
Scandunt eodem,quo dominus,neq́
Decedit ærata triremi,&
Poſt equitem ſedet atra cura.
Quòd ſi dolentem nec Phrygius lapis,
Nec purpurarum ſydere clarior
Delinit uſus,nec Falerna
Vitis,Achæmeniumq́ coſtum:
Cur inuidendis poſtibus,& nouo
Sublime ritu moliar atrium?
Cur ualle permutem Sabina
Diuitias operioſiores?

moribus, ut oſtendat uarios actus hominum una neceſsitate perire. Neceſsitas] *Id eſt, mors:& per hoc oſtendit ſtudia quidem diuerſa eſſe hominibus & morum,& honorum gradibus,conditionem tamen mortalitatis unam eſſe.* Omne capax mouet urna] *Aut quia in urnam omnium nomina,qui honores petebant,mitti conſueuerant,ut qui ſorte egreſsi fuiſſent,de ipſis iudicaretur:aut ſecundùm opinionem illam uulgarem, quæ affirmabant ſorte ſingulos ab Orco ad mortem trahi,ut eſt:*

» *Et uana uerſat in urna.*

Mouet autem eſt,uoluit ad ſortiendum fatum. Cui ſuper] *Deſuper.ut, Ligna ſuper foco. Largè reponens,& per allegoriam ſignificat neminem delicioſè & libenter uiuere ſub metu. Sumpſit exemplum à Dionyſio Siculorum tyranno magnæ ſæuitiæ, cuius dum potentia & copiæ,à Dimocle quodam philoſopho laudarentur, quòd ad luxum ei cuncta ſuppeterent, rogato eodem philoſopho ad prandium, diſtrictū gladiū ſuper ipſum tyrannus à culmine iuſsit ligatum ſeta pendere, quo metu perculſus philoſophus, regalibus & appgratis copijs uti non potuit. Tunc Dionyſius timenti reſpondit. Hoc modo tyrannos uiuere, & inter ſummos apparatus imminentib.urgeri periculis.* Non auium, citharæq́ cantus] *Propter illos Siculorum reges, qui aut pro delicijs ſine auium cantu, & ſine citharæ ſono dormire non poterant.* Somnus agreſtium lenis uirorum] *Lenis,id eſt, Altus, quo ruſtici aut laſsitudine laboris utuntur,aut animi ſecuritate.Virgil.*

» *At ſecura quies,& neſcia fallere uita.*

Ordo eſt : Lenis ſomnus agreſtium uirorum non faſtidit humiles domos,& umbroſam ripam,& non faſtidit deſiderantem quod ſatis,Tempe agitata Zephyris, id eſt, loca nemoroſa & amœna ruris. Quòd ſatis eſt] *Quod ſufficit ad uictū,cultumq́ agri, non ad ambitum diuitiarum.Hic autem conuertenda eſt oratio, ut tumultuoſum mare,& ſæuus impetus cadentis arcturi,aut orientis hœdi,non ſollicitat ſomnum,& cætera ſimiliter ſyderibus hœdi cadentis & orientis,qui aut in ortu,aut in occaſu faciunt tempeſtates, ut:*

» *Præterea tam ſunt arcturi ſydera nobis,*
» *Hœdorumq́ dies ſignandi,& lucidus anguis.*
Et alibi:
» *Pluuialibus hœdis.——*

Fundusq́ mendax] *Qui agricolæ ſpem, nihil ferendo,deceperit. Ordo eſt: Et non ſollicitat illum fundus mendax, arbore culpante, nunc aquas,nunc ſydera torrentia,nunc agros,nunc iniquas, id eſt, nimias & graues hyemes.* Arbore] *Quæ florum ubertatem non proferat,ad fructum pomorum,ut Virg. cùm de fructifera loqtur:*

» *Quotq́ in flore nouo pomis ſe fertilis arbos*
» *Induerat,totidem autumno matura tenebat.*

Contracta piſces æquora ſentiunt] *Bene dixit piſces, non belluas, ut augeret breuitatem anguſtiati maris, quam exiguitas tanta ſentiret.* Iactis in altum molibus] *Verbo in ipſo uſus eſt fabricantium.Iaci enim in mare moles dicūtur, quoties excluditur aqua.* Cæmenta] *Fundamenta,ubi ædificium conſiſtit.* Redemptor] *Fabricæ ſuſceptor,aut certè qui redimat terras cum famulis, & eaſdem faſtidiat maria ſtruens.Ordo eſt: Frequens redemptor & dominus faſtidioſus terræ, cum famulis demittit hîc cæmenta.* Sed timor & minæ Scandunt eodē] *Ad illa redit, quæ beatam uitā adimant,oſtendens nec mari, nec terra quenquam poſſe auaritiæ, aut animi ſui uitia effugere.* Poſt equitē ſedet atra cura] *Id eſt, quocunque ierit auarus,ſiue in mare, ſiue in aëre, ſiue per terram ſemper ſequitur illum atra cura.* Quod ſi dolentem] *Superfluum dicit ambitum fabricandi,& diuitiarum appetitū, dum dolores & mœrorem auferre nō poſſunt.* Nec Phrygius lapis] *Synnadicus.In Synnada enim Phrygiæ ciuitate marmora ipſa cæduntur.* Achæmeniumq́ coſtū] *Perſicum. Achæmenij enim Perſæ dicti,ab Achæmene rege, unde coſtū uenit.* Inuidendis poſtibus] *Ambitioſis ianuis,ut eſt:*

» *Nec uarios inhiant pulchra teſtudine poſtes.*

Sublime] *Aut altum,aut marmoribus ornatū intelligitur.* Moliar] *Extruam,ut:*

» *Moliri arcem, & manib. ſubuoluere ſaxa.*

Cur ualle permutem Sabina Diuitias] *Si ſollicitudine carere non poteſt, nec commutationibus ărbĭt augeri diuitiæ.* Operoſiores] *Cū magno opere acquiſitas, ac ſi diceret,laborioſiores.*

PORPHYR. } Odi prophanum uulgus,& arceo] *Indoctos deteſtatur. Hæc autem Ode multipliciter per uarios deducta eſt ſenſus.Prophanum uulgus allegoricôs indoctos dicit. Certè prophani propriè dicuntur ſacris non initiati,ergo quaſi Muſarum prophanos dixit.* Fauete linguis] *Hic mos in ſacrificijs uſurpatur, & ſignificat bona omina habere, quod opportunè hic poëta intulit, qui & prophanos præcedendo,et Muſarum ſacerdotes ſubijciendo, ſacrorum meminerat.* Virginibusq́,puerisq́ canto] *Dicit ſe carmen proditurum quod teneras ætates inſtituat, quibus ad beatam uitam peruenire poſsint.* Regum timendorum in proprios greges] *Ζεῦγμα eſt,& hic intelligendum imperium,ut ad ſuperiorem ſenſum referamus,quia totum tale eſt: Regum timendorum in proprios greges imperium eſt,& per hoc oſtendit neminem hominum à metu mortis immunem eſſe, ac per hoc,& infimos, & maximos ijſdem conditionibus ſubiectos eſſe.* Carmina non prius audita] *Romanis utiq́ non priùs audita, quamuis Bebius Lyrica ante Horatium ſcripſerit, ſed uidetur non illa Græcorum lege ad Lyricum characterem exacta.* Eſt ut & uiro uir] *Per hoc oſtendit ſtudia quidem & gradus honorum,& mores diuerſa eſſe hominibus, conditionem tamen mortalitatis unam eſſe.* In campum] *Campum magiſtratuum petendorum locum ſignificat.* Aeque lege neceſsitas] *Neceſsitatem mortem dixit,quia neceſſe ſit mori.* Omne capax mouet urna nomen] *Hæc ſecundùm illam opinionem uulgarem dicuntur, qua affirmatur ſorte ductos ad mortem ab Orco trahi.* Diſtrictus enſis cui ſuper impia Ceruice pendet] *Per allegoriam ſignificat neminem libēter poſſe uiuere ſub metu, & ſumpſit exemplum Dimoclis, ſuper quem Dionyſius Siciliæ tyrannus ſeta gladium ſuſpendit, antepoſitis epulis quàm amplißimis & cæteris,quæ ad uoluptatem animos aduocare poſſunt, per quem oſtendit ſimiliter regiam uitam ſplendore rerum ſuarum uti non poſſe, quia ſemper inſidiarum metu ſuſpecta ſit.* Non auium,citharæq́ cantus Somnum reducet] *Hoc ideò dixit,quoniam quidam regū Siculorum per nimias delicias ad citharæ, & ad auium cantū dormiebant.* Somnus agreſtium Lenis uirorum non humiles domos Fa-

mos Faſtidit] Ordo eſt: Ideò faſtidit humiles domos, & ideò humilis, à non particula ſubdiſtinguendum. Nec ſæuus arcturi cadentis impetus, aut orientis hœdi] E contrario eſt antitheton, cadenti orientem oppoſuit. Vult autem arcturum occaſu ſuo maiores tempeſtates concitare. Non uerberatæ grandine uineæ, fundusq́ue mendax] Per zeugma ex ſuperiore, & hic accipiendū. Fundus autem mendax meritò dicitur, quia plerunq́ue cultoris ſui ſpem fallit, non perferens ad maturitatem fructus, quos oſtenderat. Arbore nunc aquas Culpante, nunc torrentia agros Sidera, nunc hiemes iniquas] Hic illud oſtendit, quod dixerat: fundusq́ue mendax. Plerunq́ autem ſterilitas arboribus euenit per nimias aquas, interdum per ſiccitates, aliquando per uiolentiam frigorū. Contracta piſces æquora ſentiunt] Tranſit ad eos, qui per nimiam luxuriam elaborant ſibi ædificia in mari ponere. Sed timor & minæ Scandunt eodem, quo dominus] Redit ad illa quæ beatam uitam adimunt. Neq́ decedit ærata triremi, & Poſt equitem ſedet atra cura] Hic oſtendit neq́ terra, neq́ mari quenquam poſſe effugere inſita animi uitia. Quod ſi dolentem, nec Phrygius lapis, Nec purpurarum ſidere clarior] Senſus eſt: Si dolorem corporis, animiq́ nulli diuitiarum apparatus excludere poſſunt, cur laboremus in acquirenda re? Phrygius lapis] Marmor eſt Synnadicum. Synnadi enim eſſe dicuntur Phrygiæ, iuxta quam hoc marmor cæditur. Nec purpurarum ſidere clarior] Non enim omnem purpuram ſidere clariorem intelligi uult. Achæmeniumq́ coſtum] Odoramentum eſt quoddam gratiſſimum. Achæmeni autem Perſæ dicuntur ab Achæmene rege, qui quondam totum orbem tenuit. Cur inuidendis poſtibus] i. magnificis ac nobilibus. Et nouo Sublime ritu moliar atrium?] Ordo eſt: Ritu nouo ſublime atrium cur moliar? Sublimitatem autem & ad multitudinem referre poſſumus, & ad magnificentiam. Cur ualle permutem Sabina Diuitias operoſiores?] Cur, inquit, relicto Sabino agro, ſub quo ſecuram uitam ago contentus, appetam ampliſſimas domuū, fundorūq́ poſſeſſiones, quæ mihi oneri & moleſtiæ ſunt?

CHRIST. LAND. } Odi profanum uulgus & arceo] Egregium atq́ artificioſiſſimum huius tertij libri principium, & quod proœmij uim maximam obtineat. Nam maximam captat attentionem, cum dicat ſe non prius cantata carmina cantaturum. Maximam itidem beneuolentiam, cùm præbeat ſe authorem uerum non prius auditorum, & earum quæ pueros, puellasq́ deceant, cùm deniq́ arceat indoctum uulgus. Sunt deniq́ quæcunq́ hic deſcribit præcepta ad uitam beatam ſummopere ſpectantia. Nam oſtendit, neq́ in imperio, neq́ in diuitijs illam conſiſtere, ſed in animi tranquillitate. Quæ ſententia à teneris annis pueris, puellisq́ perſuadenda ſit. Odi profanum] Hoc nomen non ſimplicem notionem habet. Nam cùm is profanus ſit, qui procul à fano iure haberi poſſit, dicitur profanus, qui ſacris non eſt initiatus. Ille enim ea ratione procul à fano eſt. Virg.

" Procul ô procul eſte profani (conclamat uates) totoq́ abſiſtite luco.

Eſt itidem id procul à fano, quod impium aut ſceleſtum ſit aduerſum omni religioni. Stat. Fraternas acies, alternaq́ bella profanis decertata odijs. Ergo cùm carmina tanquam poëta promittat, oſtendit ſacra eſſe Muſarum, quarum poëtæ ſacerdotes ſint. His autem ſacris ſoli docti initiati ſunt, ergo uulgus, quia indoctum eſt, profanum erit. Vel dicito ſimpliciter profanum ſceleſtum, quia qui inſcitia abundant eos grauiſſimo omnium penè philoſophorum teſtimonio uitioſos eſſe neceſſe eſt. Et arceo] Remoueo à ſacris, & quia profanum, & quia impium. Fauete linguis] Cantate mecum ait Acron, Vel attendite cum ſilentio, ut alibi iam demonſtratum eſt. Nam indicebatur ſilentium, ne malum omen intercederet. Audita] Scilicet à Latinis. Sacerdos] Nam niſi Muſarum ſacerdos ſit, non erit bonus poëta. Virginibus, puerisq́ canto] Nam tenera ætas à primo uitæ initio his præceptis informanda eſt. Regum timendorum] Sententia eſt, quod reges quidem timentur ab ijs qui ſub regno ſunt. Sed & ipſi non carent metu, nam ſub imperio ſunt deorum. Ergo ſtultiſſima eſt cupiditas regnandi, ſi credūt non eſſe imperium ſupra ſe. Clari Giganteo] Ergo non eſt ab hominibus contemnendum imperium Iouis, quandoquidem potuit uel maniſſimos Gigantes ſuperare. Supercilio] Cilia oculorum tegumenta ſunt, dicta quod cillere commouere ſit. Supercilia uerò infima pars frontis pilis ueſtita, quæ cilijs prominet, quæ cùm commouentur ſeueritatem perferunt. Vnde in hoc loco ſupercilium Iouis, pro ipſius maieſtate, aut ſeueritate poſuit. Eſt] Euenit. Latius ordinet] Quod oſtendit, ut ampliores poſſideat agros. Arbuſta] Locum ubi nouellæ eſſent arbores denſæ poſitæ, ut inde maiuſculæ factæ per agrum iuſtis interuallis diſtinctæ ſuo ordine ſererentur. Ergo ordinet arbuſta .i. uellendo ipſas arbores è ſeminario plantet per ordinem. Sulcis] i. foſſis. Vir. Forſitan & tenui ſat erit ſuſpendere ſulco. Hic generoſior] Præualet ille in agricultura. At hic alius in ambitione, & in petendis magiſtratibus. Generoſior] Vel nobiliore genere natus, uel maiori animo præditus. Qui autem magiſtratum petituri erant ueſte cādida ſumpta, propter quod candidati appellabantur, ex propinquo colle in campum Martium deſcendebant, ut ex loco ſuperiori facilè à turba proſpici poſſent. Populus autem in campo Martio ad magiſtratus cōgregabatur, eaq́ comitia appellabantur. Cùm ergo turbæ ſe admiſcuiſſet candidatus, ſequebatur nomenclatorem. Erat enim nomenclator, qui ſingulorum ciuium nomina teneret, dictus, quaſi nomen calator. Nam calare uocare eſt. Hic igitur candidatum admonebat, quo quiſq́ nomine uocaretur. Ille autem hominem proprio nomine appellans, manuq́ apprehendens, orabat, ut ſibi in ſua petitione ſuffragaretur, & quoniam circuendo ſingulos adiret huiuſcemodi forma petendi ambire dicebatur. Atq́ actio ambitio, quæ ſi pura erat nulla adhibita corruptelæ ſpecie, citra uitium habebatur, & legibus permittebatur. Sin autem ita ſuffragatores ambiret, ut uel pollicitationibus, uel largitionibus, uel metu miſcto, uel deniq́ alia quauis recta ratione corrumpere tentaret, iam legis ambitus reus erat, quaſi accuſaretur, damnabatur ambitus. Ergo quoniam uterque ambiebat, ſed alter uirtutibus utens, alter quoniam bonæ deerant artes malis artibus, aggrediens uterq́ ambitioſus appellabatur. Sed alter cum uirtute, alter cum uitio. Nam cū mediocritas quædam ſit circa honores mediocres petēdas, in qua uirtus conſiſtit, quæ ut reliqui mortales utroque extremo euitato, neq́ deficit, neq́ excedit. Cunq́ talis uirtus etiā apud Philoſophos innominata ſit, certant, ut inquit Ariſtoteles, duo extrema de media regione. Vt ambitio pro mediocritate ponatur comparatione alterius extremi, quā Græci uocant ἀφιλοτιμίαν, qua deficimus in honorib. appetendis. Et rurſus ponatur philotimia comparatione ambitioſi. In campum] Cāpus non omnis ager eſt, ſed is ſolùm qui apertus, planusq́ ſit. Vnde cāpeſtria hæc loca dicimus. Hic aūt de cāpo Martio intelligit, qui inter Tyberim, & colles propinquos iacet, & Tarquinij regis fuerat, quo exule facto campus Marti ſacratus eſt. Fruges aūt, quoniā illas cōſumere religioſum erat in Tyberim deiectæ cū ad aliquod ſpatiū undis deuectæ fuiſſent, tandē flumine in maximis calorib. leniter fluente, hæſerunt in media penè urbe, ac limo & alijs reb. quas flumē uehebat aggeſtis inſula fieri cœpta, ac humana opera accedente, & additis molibus tandem firma area ad tēpla & porticus ſuſtinendas reddita fuit. Habuit .n. tēpla duo Iouis & Aeſculapij. Hodie (ni fallor) habet Baſylicā diui Bartholomæi. Sed redeo ad campū. In cāpo Martio ſepta erant intra quæ ſuffragia reddebantur. Erat & tumultus, quem citatoriū appellabant ponte ſeptis coniunctus. Inde citabantur tribus ad ſuffragia reddenda, & quæ intus iam reddiderant ne laturis ſe denuo immiſcerent per eum pontē diſcedebant. Morib. & fama melior] Nam in alio candidato ualebat nobilitas generis. In alio celebris fama à ſuis uirtutib. orta. In alio numerus magnus clientum. Clientes autē dicuntur, quaſi colentes, qui ſe alicuius potentioris ciuis patrocinio committunt. Illumq́ tanquam patrem colunt. Ipſe autem dicitur patronus, quaſi pater. Iſti ergo clientes patrono in magiſtratus petitione ſuffragantur. Neceſſitas] Mors qua nihil magis neceſſariū eſt. Aequa lege] Parib. conditionib. Eodē .n. pacto ſe habet erga inſignes & potentes, quo erga obſcuros & infimos. Sortitur] Sorte ſumit, Sortiri enim ſorte accipere eſt. Vrna] Tranſlatio à iudicijs Romanis, ut in ſuperioribus demonſtratum eſt. Sic Virg.

" Vrnam mouet ille ſilentium, Conciliumq́ uocat.

Diſtrictus] Ex uita Dionyſij Syracuſani exemplum ſumptum

eſt. Refert enim Cicero huic tyranno familiarem fuiſſe Diomedem, qui illius diuitias atque opes uehementer admirabatur, illumq́; fœlicem putabat. At Dionyſius, qui ſibi ſuarum curarum & timorũ conſcius eſſet. Vis ne, inquit, Diomedes quæ fœlix ſit uita tyrannica deguſtare, & cum ille annuiſſet, iuſſit hominẽ in ſtrato purpuræ atq; auro exornato recumbere, epulasq́; regio luxu inſtructas apponi, & uina precioſa promi, adeſſéq; qui illi adminiſtrarent pulcherrimos pueros, adeò ut fœliciſsimum illis rebus ſe putare Diomedes poſſet, uerùm eodem tempore ex laquearibus triclinij nudum, acutumq́; enſem equini ſeta alligatum ſupra diſcumbentis caput pendere curauit. Maximo timore per omnia temporis puncta afficiebatur, Diomedes ne in caput ſuum decideret enſis. Itaq; neq; ex apparatu rerum, neq; ex ſuauitate epularum uoluptatem ullam capere poterat. Non pulchros illos adminiſtratores reſpiciebt, nec plenum artis argentum. Deniq; non iam manum in menſam porrigebat, quin & coronæ è capite defluebant. Exorauit poſtremò tyrannum, ut abire liceret, quod iam beatus nollet eſſe. Hanc ergo rationem oſtendit Dionyſius non poſſe beatum eſſe cui ſemper aliquis immineat. Optimè ergo poeta ait, quod dapes Siculæ, id eſt, à tyranno Siciliæ paratæ non elaborabunt dulcem ſaporem. i. nullo labore erunt ita inſtructæ, ut dulcem ſaporem exhibeant, illi cui enſis diſtrictus pendeat ſuper impia ceruice, id eſt, cũ impio ſemper timor immineat. Neq; etiam cantus citharæ aut auium, reducet illi ſomnum, quem curæ ab eo pepulerunt. Suauiſsima enim res ſomnus eſt, & à natura animanti attributus, ut quietem ſumat, & membra labore feſſa refocillet, atq; corroboret. Eſt autẽ ſomnus congregatio caloris naturalis ad interiora cauſatus ex uapore per calorẽ cordis eleuatum ad cerebrum, & per cerebrum frigefactum. Hic enim uapor ſic frigefactus obſtruit meatus uirtutis ſenſitiuæ, per quos etiam cor fons omnium ſenſuum dirigat atq; educit ad membra ſenſuum extremorum. Iure ergo Virg.

„ *Somne quies rerum placidiſsime ſomne Deorum.*

Somnus agreſtium uirorum] Nam agreſtes paruo contenti, atq; ab omni ambitione, & auaritia procul, nõ afficiuntur ijs curis, quibus ſomnus tollitur. Vmbroſam ripam] Nam ſuauiorem ſomnum in duris ſtratis, & ſub umbra recubantes capiunt, quam magni principes in lectis purpuratis. Non zephyris]. i. ſomnus agreſtium non faſtidit Tempe, ſed ſummopere deſiderat. Deſiderantem quod ſatis eſt] Sententia eſt, quod neq; marina tempeſtate mouetur, quippe qui non ſit nauigaturus homo deſiderans quod ſatis eſt, nec rurſus ſollicitatur ſi fructus ſuorũ agrorum nõ copioſi prouenıant, quippe qui nõ multis egeat, cùm ſibi parua ſufficiant. Tumultuoſum] Aeſtuoſum, nam uidetur tumultus in aquis, ita ſurgere cum fluctus in mari concitantur. Arcturi] Nam in occaſu huius ſigni inſurgunt tempeſtates, ut in ortu hœdi. Signũ enim cœleſte eſt, quam capram appellant. Ferunt enim capram hanc Solis filiam fuiſſe ait Muſeus, & tam atroci aſpectu, ut illo territi gigantes Tellurem matrem orarint, ut illam intra ſe abderet. At tellus in antro clauſam Amaltheæ cuſtodiendam dedit. Sed capra infantẽ Iouem cura Amaltheæ nutriuit. Inde cùm aduerſus Titanas merito pugnaturus eſſet, eius pellem pro ſcuto geſsit, quo terrore illos in fugam uertit. Poſt partam uerò uictoriam capram in uitam reduxit, aliáq; pelle tectam & immortalitate donatam aſtris intulit cum eius hœdis. Capram Erichthonius in humero, hœdos autem in brachio portat. Hoc ſignũ in ſuo ortu tempeſtates excitat. Virg.

„ *Præterea tam ſunt Arcturi ſidera nobis,*
„ *Hœdorumq́; dies ſeruandi & lucidus anguis.*

Fundus mendax] Quoniam non correſpondet in fructibus, quantum à principio ipſo demonſtrabat. Arbore nunc culpante aquas] Pluuias. Et nunc ſidera torrentia agros] Calores prouenientes è ui ſiderum, qui etiam flumina contrahunt: nam aut nimijs pluuijs, aut nimia ſiccitate fructus antè maturitatem ex arboribus decidunt, maximè autem oliuæ. Piſces] Eos uituperat, qui ædificando in mari, illudq́; occupando faciunt, ut piſces ſentiant æquora eſſe contracta. i. anguſtiora reddita propter moles iactas in altũ, id eſt, propter fundamenta iacta, quibus moles, & magna ædificia ſubſtententur. In altum]. i. in profundum mare. Neq; enim terra contenti ſunt, in qua ædificent, neque uadis marinis. Sed uolunt in profundo. Frequens redemptor] Incertum, an multi ſint redemptores, qui hoc faciant, ut dicimus frequentem ſenatum. i. multos ſenatores, an ad iterationem referatur, ut ſit frequens pro frequenter. Redemptor] Ille eſt, qui accepta (quam pacti ſunt) pecunia aliquid faciendum ſuis ſumptib. ſuſcipit. Cæmenta] Omnis rudior materia, qua parietes conſtruuntur: nam ut eſt apud Vitruuiũ ædificatur, aut opere lateritio, aut cæmento, aut ſaxo quadrato. Huc] Scilicet in hoc altum mare. Faſtidioſus terræ dominus] Nam niſi terram faſtidiret in aquis non ædificaret. Quod ſi] Cõcludit ſi timor & cæteræ perturbationes perſequuntur nos quocunque accedimus, neq; diſcedunt à naui, ſi illam ingrediamur, neq; ab equo, ſi illum aſcendimus. Si etiam nec purpura, nec pulchri lapides, neq; unguenta, neq; uina dolorem dimouere à nobis poſſunt, qd opus eſt tã egregijs ædificijs. Achæmeniũ coſtũ] Vnguentũ ex coſto quo Perſæ (quos Achæmenios iam uocari ſuprà oſtendimus) uehementer delectantur. Coſtum] Inter arbores aromaticas ponitur. Radicem habet guſtu feruentem, odore eximio. In frutice nulla eſt utilitas. Plinius duo eius genera ponit. Sed nigrum melius, quàm candidum eſſe aſſerit. Inuidendis] Quia ex ijs citatur inuidia. Nouo ritu] Quia ſolemus magis laudare ea, quæ noua forma ædificantur. Atrium] Prima domus pars erat apud priſcos. In quo (ut ait Cato) aperto oſtio, ut à prætereuntibus conſpici poſſent, epulabantur priſci, & duo tantum fercula adhibebant. Quapropter Iuuenalis ſuorum temporum turpem luxum notans, contraria induxit interrogans,

„ *Quis fercula ſeptem Secreto cœnauit auus.*

In eadem etiam parte domus & pecunias, & reliqua præcioſiora ſeruabant. Seruosq́; quibus tanquam fidelioribus cuſtodiam earum rerum committebant, Atrienſes appellabant. Vt apparet apud Plautum in Aſinaria. Vir. quoq; his uerſibus oſtendit,

„ *Dardano Anchiſe.*
„ *Armiger ante fuit, fidusq́; ad limina cuſtos.*

id eſt, Atrienſis ſeruus, cum atrium iuxta limen ſit. Dicitur autem atrium, quaſi atrum, quia ex fumo culinæ nigreſceret. Cum ualle Sabina] Cũ uilla mea, quæ modica, & frugi in ualle Sabina eſt. Operoſiores]. i. maiori artificio paratas: Opera enim labor eſt, & omnia quæ maiori artificio parantur elaborata dicuntur. Virg.

„ *Arte laboratæ ueſtes.*

ERAS. ROT. } Reſpexit Horat. ad Græcũ hoc prouerb. θύρας ἐπίθεσθε βέβηλοι. id eſt, fores occludite quiq; prophani. Quo uti conueniet, ſi quando ſignificabimus nos de rebus arduis & arcanis locuturos, ubi prophanorum leuis omninò ratio eſt.

IOAN. HART. } Fauete linguis] εὐφημεῖτε. Vide Pro. Prophani obdite oſtium. Diſtrictus enſis] Damoclem innuit, cuius etiam Perſius Saty. 3. & Cicero lib. 5. Thuſculan. quæſt. mentionem faciunt. Et magis auratis pendens laquearibus enſis.

HENR. GLAR. } Somnus agreſtium Lenis uirorum] Ordo eſt, inquit Acro, Lenis ſomnus agreſtium uirorum, nõ faſtidit humiles domos, & umbroſam ripam, & non faſtidit deſiderantem quod ſatis eſt. Hæc ille. In quibus bene habent quæ præcedunt, at quod aſſutum eſt, malè habet: nam in Ode ipſa diſtinguendum eſt ante, Deſiderantem, neque ea connectenda ſunt ſuperioribus. Ad idem pertinet quod paulò poſt ſubnectit idem Acro. Hic autem conuertenda eſt oratio (inquit) ut tumultuoſum mare, & ſæuus impetus cadentis arcturi, aut orientis hœdi non ſolicitat ſomnum, & cætera ſimilia, nõ ad ſomnum hoc referendum, ſed ad Deſiderantem. Hæc ille. At dicet aliquis, nemo in hoc Acronem ſequitur. Video, ſed cur huius Acronis authoritas mihi obijcitur? quũ manifeſtè tot erroribus conuincitur, quem quidem etiam Porphyrioni præferunt. Sed ſuſpicor uerum Acronis commentarium alicubi latitare, & nobis relictas eius paleas in noſtris codicibus. Quod ſi dolentem nec Phrygius lapis] Per Phrygium lapidem & Acro, & Porphyrio Synadicum marmor intelligunt, ab urbe Synada Phrygiæ. Cuius urbis Strabo lib. 12. meminit, non ita longè à fine: meminit & Ptol. At Plinius lib. 36. cap. 19. aliter de eo lapide ſentire uidetur, ad finem prorſus eius capitis, quod lectori indicare duntaxat uolui, ac ipſum ſuo relinquere iudicio, ut in alijs plæriſq; facimus.

HERM.

HERM. FIG. } Odi prophanum uulgus, & arceo, &c.] *Significat poëta, ſe res arduas, ſacras & arcanas cantaturũ, itaque uelle ſe prophanam turbam, cui hæc audire fas non eſt, procul remotam, ne quid arcani ſermonis poſsit percipere.* Prophanum] *A religione remotum, ſacris non initiatum. Contrarium eſt conſecratum, ſacrum, religioſum.* Arceo] *A ſacris tanquam indignum pello.* Fauete linguis] *Hoc eſt, cum ſilentio animaduertite. Ante ſacrificium (ut refert doctiſsimus ille Eraſmus) præco clamore ſolebat iubere populum fauere linguis, hoc eſt, uerba bona omnis loqui: Vnde & fauentia, dicitur bona ominatio. Item Seneca, de philoſophia agens: Et ipſam ut Deos, & profeſſores eius, ut antiſtites colite, & quoties ſacrarum literarum mentio interuenerit, fauete linguis. Hoc uerbum non, ut pleriq; exiſtimant, à fauore trahitur, ſed imperatur ſilentium, ut ritè peragi poſsit ſacrum, nulla uoce mala obſtrepente.* Carmina non prius audita] *Attentos facit auditores, quia pollicetur ſe de rebus nouis, inuſitatis, & utiliſsimis iuuentuti præceptis uerba facturum.* Non prius aud.] *Videlicet à Romanis, quibus Lyrica Latina ante Horatium erant incognita.* Muſarum Sacerdos] *Poëtæ enim Muſarum ſunt miniſtri & antiſtites, quarum ſpiritu afflati diuina carmini poëmata, & ciuilia præcepta, ad uitam præclarè inſtituendam comprimis utilia, & neceſſaria nobis præſcribunt. Sic Heſiodum poëtam ſanctiſsimum, templi Muſarum ſacerdotem in Helicone monte Bœotiæ fuiſſe legimus. Eſt autem Sacerdos, uox deriuatiua à ſacris. Sacra autem ſunt, quæcunq; ueniunt ſub nomine religionis, & iuſtitiæ conſideranda. Hinc Iuriſconſultos ſacerdotes Iuris uocat Vlpianus, à ſacris Dei ordinationibus. Roman. 13. ut ait Oldendorpius, uel, quòd ſanctiſsima res ſit ciuilis ſapientia, autore Budæo.* Virginibus, pueriſq; canto] *Teneræ enim ætas ut eſt tractabilis, & ita flexibilis, ut ſequatur quocunque ducas, ſic etiam ad optima quæque ſtatim torquenda eſt. Nam à teneris rectè aſſueſieri oportet, ut inquit Plato. Et Ariſtoteles, multum referre, imò omne in eo momentum ſitum eſſe, ſcribit, hoc an illo pacto protinus à pueris conſueſiamus. Rectiſsimè igitur Horatius pueris atq; uirginibus, tanquam mollibus adhuc, & ad percipienda honeſtatis & morum præcepta idoneis, cantaturum ſe dicit.* Regum timendorum] *Gradatio eſt, qua ſignificat, reges & principes legum uinculis coërcere ſubditos, et pœnarum metu in officio eos continere: Deum autem regibus ipſis imperare, & potentiſsimos etiam, atq; crudeliſsimos tyrannos ſua maieſtate domare, freno maxillas eorum conſtringere, & quàm acerrimè ipſorum maleficia uindicare.* In proprios greges] *Hoc eſt, in ſubditos ſuos. Ducta metaphora à paſtoribus. Sic regem ſæpe appellat paſtorem Homerus, apud quem ſolenne eſt illud, ποιμένα λαῶν.* Clari Giganteo triumpho] *Probat exemplo, Deum poſſe impios & feroces tyrannos pœnis & calamitatibus comprimere. Huc pertinet illud Ouidij:*

Nil ita ſublime eſt, ſupráq; pericula tendit,
Non ſit ut inferius, ſuppoſitumq; Deo.

Cuncta ſupercilio mouentis] *Omnia nutu, grauitate, arbitrióq; ſuo regentis. Virg.*

Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.

Supercilia propriè, pars in ima fronte ſupra oculos, pilis ueſtita. Græcè ὄφρυες. Supercilia (inquit Plinius lib. 11. cap. 36.) homini & pariter, & alternè mobilia, & in ijs pars animi. Negamus, annuimus. Hæc maximè indicant faſtum. Superbia alicubi concepta culum, ſed hîc ſedem habet. In corde naſcitur, hîc ſubit, hîc pendet. Nihil altius ſimul, abruptiuſq; inuenit in corpore, ubi ſolitaria eſſet. Hactenus ille. Inde prouerbio (ait Eraſmus) attolli ſupercilium, dicimus, arrogantiam ſignificantes: adduci ſuperciliũ, faſtidium indicantes. Poni dicitur ſupercilium, cùm à faſtu receditur. Et faſtoſos homines ſuperciliosos nominamus. Deniq; ſimpliciter ipſum ſupercilium, pro faſtu atq; arrogantia ponitur. Porrò quòd Plinius ait, ſupercilijs annuere nos, atq; renuere, Homerum ſecutus eſt, apud quem uerſus hic aliquoties legitur:

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. *Id eſt:*
Sic ait, atq; ſupercilijs pater annuit atris.

Eſt ut uiro uir] *Variæ & diuerſæ ſunt mortalium conditiones: Alij enim ſunt locupletes, alij nobiles, alij moribus & famà præſtantes, alij diuites ac potentes: eadem uerò & æqua lex moriendi omnibus. Quare inſignis eſt temeritas & ſtultitia, dilatare prædia, ambire honores, & dignitates, acquirere multas diuitias, cùm hæc omnia ſint incerta atq; caduca, morte autem nihil certius.* Eſt] *Accidit, nam interdum ſignificat contingit, licet: Sicut etiam apud Græcos, εἶναι.* Latius ordinet arbuſta] *Hoc eſt, plures uineas, & agros poſsideat, maiuſq; ſtudium in agricultura ponat. Eſt autem arbuſtum locus, quo certo ordine arbores uitium cauſa plantantur.*

Hic generoſior] *Accidit ſæpe, ut hi nobilitati ſuæ, illi uirtuti & famæ, alij clientium multitudini confidentes, ſimul in campum Martium competitores deſcendant, & de eodem magiſtratu certent.*

Deſcendat in campum] *Candidatorum enim mos fuit, cùm comitia fiunt, & in ſuffragium ciues uadunt, in candida ueſte, ſiue toga, in campum Martium deſcendere, cùm clientibus, gentilibuſq;, ſingulas tribus prehenſare & circuire: hominesq; etiam tenuiſsimos & ignotos rogare, obſecrare & obteſtari, ſuaq; merita, & facinora domi, foriſque commemorare, demiſsiſq; & humilibus uerbis ſupplicare, nihil demq; fraudis & lenocinij omittere, donis pellicere, ut ſibi in petitione ſuffragentur. Hæc ferè Alexander Neopolitanus.* Turba clientium ſit maior] *Tanta enim ambitio hominum mentes inuaſerat, ut petitores manus & operas clientium, & comitum audaciſsimorum ad uim & ſeditionem paratas haberent, ita ut ſeditioſiſsimo cuiq;, temeritatiq; & audaciæ præcipuus locus foret, cùm populus mercede corruptus, atque alij potentia amicorum fulti, per cædes & dimicationem, perq; omnem licentiam, & audaciam faſces, imperia, ſacerdotia, & triumphos darent, & non iuſto ſuffragio, ſed armis, lapidibuſq; pro largitore certarent. Hæc Alexander. Porrò quanta fuerit coniunctio inter patronos & clientes, libro 2. diximus.* Aequa lege neceſsitas] *Oſtendit mortem fatali neceſsitate ſummis & infimis ex æquo propoſitam.* Omne capax mouet urna nomen] *Dicit omnium hominum nomina in eandem urnam coniecta per ſortes educi. Tranſlatum à conſuetudine comitiorum, ubi tribus, uel centuriæ per ſortes ſuffragabantur, aut à iudiciorum calculis, de quibus lib. 2. meminimus.*

Diſtrictus enſis] *Indicat nihil ei iucundum & beatum, cui ſemper aliquis terror impendeat. Hoc etiam ſatis apertè Dionyſius Syracuſanorum tyrannus declaraſſe uidetur. Nam cùm quidam ex eius aſſentatoribus Damocles, commemoraret in ſermone copias eius, opes, maieſtatem, dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam ædium regiarum: negaretq; unquam beatiorem quenquam fuiſſe: Viſ ne igitur, inquit, ò Damocle, quoniam hæc te uita delectat, ipſe eandem deguſtare, & fortunam experiri meam? Cùm ille ſe cuperè dixiſſet: collocari iuſsit hominem in aureo lecto, ſtrato pulcherrimo textili ſtragulo, magnificis operibus picto: abacoſq; complures ornauit argento, auróq; cælato, tum ad menſam eximia forma pueros delectos iuſsit conſiſtere, eoſq; ad nutum illius intuentes diligenter miniſtrare. Aderant unguenta, coronæ: incendebantur odores: menſæ conquiſitiſsimis epulis extruebantur, fortunatus ſibi Damocles uidebatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari ſeta equina appẽſum demitti iuſsit, ut impenderet illius beati ceruicibus. Itaq; nec pulchros illos adminiſtratores aſpiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in menſam: iam ipſæ defluebant coronæ: deniq; exorauit tyrannum, ut abire liceret, quòd iam beatus eſſe nollet. Hæc ex Cicerone transſcribere libuit, quòd ad hoc memorabile factum Dionyſij, Horatius hic alluſiſſe mihi uidetur.* Impia] *Sceleſta & tyrannica, qualis fuit Dionyſij & reliquorum, qui ſeruitute oppreſſam Rempublicam tenent: quibus perpetuò metus, malus diuturnitatis cuſtos, tanquam Tantalo ſaxum imminet.* Non Siculæ dapes] *Is nullam uoluptatem ex ſapore etiã lautiſsimorum ciborũ, quales erant Damocli parati, capiet. Sunt autem celebres ob delicias Siculorum menſæ.* Non auium citharæq; cantus] *Nullus auium citharæue cantus tam erit ſuauis, ut ipſum ad quietem, & ſomnum reuocare queat.* Somnus agreſtium] *Significat poëta, ſomnum & animi tranquillitatem non uerſari in aulis potentium & diuitum, ſed humilium & pauperum caſas, loca umbroſa & amœna, libenter adire.*

Agreſtium lenis uirorum] *Hi enim curis uacui, & laborib. feſſi,*

ſomnum

ſomnũ facilè capiunt. Vnde ſcitè admodũ Ouidius de ſomno canit:

» Somne quies rerum: placidiſſime ſomne deorum.
» Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris
» Feſſa miniſterijs mulces, reparasq́ labori.

Non Zephyris agitata Tempe] *Locis nemoroſis & amœnis gaudet. Eſt autem* Ζέφυρος, *uentus occidentalis, contrarius Euro. Hunc ita appellatum, quòd flores & gramina eius uiuificentur ſpiritu atq; eundem uocari Fauonium latinè, quòd his faueat quæ naſcuntur, Iſidorus ſcribit. Calidus eſt & ſiccus, itaq; eo flante, terra aperitur, & plantæ omnes germinare ac pullulare incipiunt. Catul.*

» Aura parit flores tepidi fœcunda Fauoni. Ouid.
» Placidiq́ tepentibus auris
» Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.

Deſiderantem quod ſatis eſt] *Oſtendit poëta, uirum frugalem & modico contentum, non ſollicitari tempeſtatibus maris, nec angeri calamitate aut ſterilitate fundi, ſed animo eſſe æquo & ſecuro.* Quod ſatis eſt] *Quod ad tenuem & moderatũ uictum, cultumq́ ſufficit, quo delectatur qui paruo eſt contentus, & quieti ſe tradit.* Arcturi cadentis] *Arcturus ſtella eſt poſt urſæ maioris caudam locata. Vnde etiam nomen accepit,* ἀπὸ τῆς ἄρκτου, καὶ οὐρᾶς. *Hic etiam Arctophylax dicitur, quòd urſam ſequens, & arctum ſeruans perſpiciatur. Huius ortus & occaſus grauiſſimas facit tempeſtates.* Hœdi] *Hyginus in ſuo Aſtronomico poëtico ſcribit, Amaltheam capram, quæ Iouem educaſſe fertur, geminos hœdos ſolitam procreare: & ferè eo tempore peperiſſe, quo Iupiter nutriendus eſſet allatus. Itaq; propter beneficium matris, & hœdos quoq; inter ſydera collocatos. Horum exortus tempeſtates facit. Plinius: Grandines, procellæ, ab horridis ſyderibus exeunt, ueluti Arcturo, Orione, Hœdis. Virg. lib. 1. Georg.*

» Præterea tam ſunt Arcturi ſydera nobis,
» Hœdorumq́ dies ſeruandi.

Mendax] *Hoc eſt, ſterilitate ſua domini ſpem fallens.* Arbore nunc aquas culpante] *Proſopopœia, qua fingit arborem reddere rationem ſterilitatis, & excuſare ſuam ingratitudinem apud cultorem ſuum. Nam arbores ſteriles ſunt, aut propter nimias pluuias, aut uehementiores æſtus, aut magnitudinem frigorum.* Contracta piſces æquora ſentiunt] *Irridet diuitum ſtultitiam, quòd terram faſtidientes, in mari ædes magnificas extruant, cùm tamen metus, anxietas, & reliquæ animi perturbationes, atq; uitia, dominum ſuum, quocunq; ſe conferat, ſedulò comitentur.* Iactis in altum molibus] *Hoc eſt, poſitis in mari fundamentis.* Cæmenta] *Cæmenta ſunt lapides temerè cæſi, atq; etiam rudes, & informes, id eſt, uulgares, non quadrati, aut ordinarij, quales ſunt, quibus farturæ inter pilares ductus ſunt, teſte Budæo.* Redemptor] *Is dicitur, qui certo precio cõducit uniuerſum aliquod opus ſuis cæmentis faciendum. Qui & manceps à Cicerone, & Tranquillo appellatur.* Quod ſi dolentem] *Quoniam, inquit, nec precioſæ ueſtes, nec optimum uinum, nec ſuauiſſimi odores, nec regiæ domus, dolores, & ſolicitudines animi pellunt, prudenter facturum me exiſtimo, ſi eiuſmodi diuitias fugiam, & agro meo Sabino, ubi tranquillè uiuo, contentus ſim.* Phrygius lapis] *Phrygius lapis (inquit Plin. libro 36. cap. 19.) gentis nomen habet. Eſt autem gleba pumicoſa. Vritur antè uino perfuſus, flaturq́; follibus, donec ruffeſcat, ac rurſus dulci uino reſtinguitur, & hoc trinis uicibus, tingendis ueſtibus tantùm utilis.* Sydere clarior] *Pulchrior, lucidior. Per hyperbolen.* Falernæ uitis] *Hoc eſt, uinum Campaniæ precioſum. Per Metonymiam.* Achæmeniumq́ coſtum] *Hoc eſt, unguentum, ſic dictum ab Achæmene, qui populis Orientalibus, Achæmenijs ab eo dictis, imperauit. Herodotus tradit, Achæmenem fuiſſe regem Perſarum primum. De Coſto autem ita ſcribit Plin. lib. 12. cap. 12. Radix & folium Indis eſt maximo precio. Radix Coſti guſtu feruens, odore eximio, frutice aliàs inutili.* Inuidendis poſtibus] *Hoc eſt, magnificis columnis ædificem regias ædes, quæ maximam plerunque habent inuidiam.* Atrium] *Atria in primo aditu domus, & proxima ianuis extruebantur: in quibus ara, focus, & lar familiaris erant. Hæc in medio continebant aream, in quam ex omni tecto pluuia recipiebatur.* Operoſiores] *Id eſt, multarum operarum, & laborum plenas.*

THEOD. PVLM. } 6 Iouis] Ioui *in uno è manuſcriptis Georg. Fabricij.* 17 Diſtrictus] Deſtrictus, *id eſt, exertus, H.G.* 21 Reducent] Reducat, *Mureti editio,* reducet, *nonnulli ueteres codices Lambini.* 35 Demittit] Dimittit, *H.A.* 39* Triremi, & Poſt] Triremi. *Poſt, H. G. E. B. A.* 40 Poſt equitem ſedet atra cura] *Atra, id eſt, moleſta. Sic 3. Carmin. 14.*

» ——Atras Eximet curas. ☞ 4. Carm. 11.
» —Minuentur atræ Carmine curæ:

inuiſæ, odioſæ, moleſtæ. Ater per metalepſin, non inſolita uſurpatione eſt inuiſus, odioſus, moleſtus, triſtis, noxius, inauſpicatus, infelix, fœdus, turpis: quòd niger color infauſtus ſit, & atra quæ ſunt, inauſpicata, funeſta, & iniucunda, & 2. Serm. 6.

» —At ſimul atras Ventum eſt Eſquilias,

Id eſt, odioſas mihi, & moleſtas ob negotia, ſic Arte,

» ——Atrum
» Deſinat in piſcem mulier formoſa supernè,

Dixit, pro turpi, & fœdo. Vide Turneb. lib. 4. cap. 14. lib. 19. cap. 9. lib. 22. cap. 7. & lib. 29. cap. 29. 43 Delenit uſus, nec Falerna] Delenit uſus nec Falernæ, *G.* Delinit uſus, nec Falerna, *A.* Delinit uſus, nec Falernæ, *H.B.*

GEORG. FAB. } *Quò quiſque gradu eſt altior, eò eſt miſerior. Itaq; optima ab ætate tenera, diſcenda ſunt: diuitiæ enim, honores, regna neminem beant. Hominum ſtatus mediocrium eſt optimus, quia periculis & metu carent: contra perniciosiſſimus cupidorum, quos cura & ægritudo domi forisq́ perſequitur. Quare cùm diuitiarum uel uoluptatum cumulus, nullum ſolatium ueꝛum afferant, ipſæ diuitiæ, & uoluptates cum cura, & moleſtia non ſunt expetendæ.* Reges In ipſos imperium eſt Iouis] *In uno è manuſcriptis,* Imperium eſt Ioui, *id eſt, Iupiter regibus Imperare poteſt. Plaut. in Men.*

» Imperium eſt in te mihi.

IOD. BAD. ASCENS. } Odi prophanũ uulgus] *Hac prima Ode tertij libri profectò grauiſſima dicit ſe odio proſecutũ, & à ſe ne contaminetur arcentem uulgus prophanum à bonis inſtitutis abhorrens, & ita à bonis inſtitutionibus atq; doctrinis alienum, cantare uirginib. & pueris, adhuc caſtis carmina non prius audita, & ita dociles beniuolos, & attentos facit. Atq; incipiens pulcherrimè docet rerum ordinem.* Nam greges] *.i. homines gregarij & ſubditi, ſunt ſub regibus, reges ſub Ioue, & ita, ut reges timendi ſunt ſubditis, ita Iupiter regibus, atq; ita nullus hic, qui nõ ſubſit imperio. Nam licet alij diuitijs excellant, alij genere, alij moribus, alij Patrocinio & clientium numero, omnib. tamen indifferẽter moriendum eſt, nec hic beatus quiſquam uiuit alia quauis re, quàm animi continentia, & tranquillitate, quæ omnibus eam deſiderantib. acquiſitu facilis eſt. Damnanda igitur eorum dementia, qui largis poſſeſsionib. obtinere ſperant, cum contrà fiat. Ordo aũt eſt.* Ego Odi, uulgus prophanum] *.i. longè.* A' Phano] *.i. templo muſarum habendum, & ſacrilegum impium & temerarium.* Et arceo] *Id eſt, dimoueo à me, aut quia ſciuit hominem facilè in errorem à mala ſocietate trahi, aut quia nõ uult à talib. opus ſuum legi, quod etiam in ſermonib. aſſerit, & Perſius in fine primæ Satyr.*

» Fauete ergo linguis.
» Silentium exhibendo, aut bona comprecando.
» Ego ſacerdos muſarum, quia poeta. Vnde & Maro,
» Me uerò primum dulces antè omnia Muſæ.
» Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore
» Excipiant, &c.

Canto uirginibus & pueris] *Scilicet caſtis, quia bonum eſt à primis annis ad uirtutem aſſueſcere.* Carmina non prius audita] *Scilicet uoce Latina. Incipiens autem dicit.* Imperium] *Ordo eſt. Imperium regum timendorum eſt.* In proprios greges] *.i. ſubditos.* Imperium Iouis clari triumpho Giganteo] *Id eſt, contra Gigantes habito.* Et mouentis cuncta ſupercilio] *Id ſolo nutu eſt in ipſos reges. Eſt tamen diſcrimen hominum in rebus nihil ad beatitudinem facientibus. Nam.* Eſt] *Id eſt, contingit & fit.* Vt uir ordinet latius uiro] *Id eſt, quàm alius uir.* Arbuſta] *Id eſt, arbores ad quas uites connectuntur.*

tur. Sulcis] *Id eſt, in ſcrobibus, id eſt, habet plures uineas in ordinem ponendas, quàm alius.* Et eſt] *Scilicet datum aut contingit: ut hic deſcendat, quaſi in locum periculoſum (unde eleganter utitur ſecundum Vallæ ſententiam, hoc uocabulo)* In campum] *Scilicet Martium, ubi fiebant comitia ad magiſtratus innouandos.* Petitor] *Scilicet magiſtratus, quem ambientes in ueſte candida petebant.* Generoſior] *Id eſt, nobiliore genere, & clarioribus natalibus.* Ortus] *Scilicet quàm alius.* Et ut hic] *Id eſt, alius contendat, ſcilicet de magiſtratu obtinendo, melior moribus & fama. Et ut turba clientium ſit illi maior, quàm alteri.* Verum neceſſitas] *Scilicet moriendi.* Sortitur inſignes & imos] *Id eſt, omnes cuiuſcunque conditionis ſint.* Aequa] *Id eſt, æquabili.* Lege] *Id eſt, pacto & forma. Vrna enim, in qua ſunt fata & mortes hominum.* Capax] *Quia omnia capit, mouet omne nomen, & quia is cuius nomen poſt motam urnam excipitur, aut exit moriturus eſt, omnibus incerta eſt hora mortis, certa tamen mors, uerùm ſuperioribus neminem beatũ uiuere, probat exemplo dicens.* Dapes Siculæ].*i. propoſitæ Democli à tyranno Siculo.* Nõ elaborabunt] *i. toto labore, & apparatu non efficient ſaporem dulcem.* Illi] *Scilicet Democli.* Cui enſis diſtrictus] *i. uagina exemptus, & equina ſeta dependet ſuper ceruice.* Impia] *i. imminens ceruici impiæ.* Cantus auium & cytharæ non reducent illi ſomnum] *ſ. dulcem, & econtrario ſomnus uirorum agreſtium.* Lenis non faſtidit] *Id eſt, non aſpernatur per faſtum.* Domos humiles] *i. tuguria & caſas ruſticorum non faſtidit ripam umbroſam.* Non Tempe] *i. loca amœna agitata zephyris.* Neque mare tumultuoſum, nec ſæuos impetus Arcturi] *Scilicet ſyderis in cauda urſæ.* Cadentis] *i. occidentis, quia tunc tempeſtatem citat.* Aut hædi orientis] *Id eſt, dũ oritur, tunc enim tempeſtuoſior eſt, ſollicitat deſiderantem, quod ſatis eſt, quia id ſine nauigatione inuenit.* Nec uineæ uerberatæ] *Id eſt, decuſſæ grandine.* Et fundus mendax] *Id eſt, fidem non ſeruans, quia plus accipiens, quàm referens.* Nunc] *Id eſt, interdum arbore.* Culpante] *Scilicet pro excuſatione, aquas quæ flores corruperunt.* Nunc] *Id eſt, interdum ſidera torrentia.* Agros] *Id eſt, nimium calorem.* Nunc hyemes iniquas] *Id eſt, nimis longas aut magnas. Et tamen piſces ſentiunt.* Aequora contracta] *Id eſt, arctiora facta.* Molibus] *Id eſt, grandibus, ædificijs iactis.* In altum] *Scilicet mare.* Redemptor] *Id eſt, cui operæ locatæ ſunt.* Frequens] *Id eſt, multus.* Et dominus terræ faſtidioſus] *Id eſt, quæ in terris habet faſtidines cum* Famulis] *Scilicet ſuis.* Demittit hoc] *Id eſt, in dictum mare.* Cæmenta] *Lapidea fundamenta.* Sed timor & minæ ſcandunt eòdem quo dominus, neque cura atra decedit] *Id eſt, cedit de triremi, id eſt, naui ternis remorum ordinibus agenda.* Aerata] *Id eſt, quamuis ærata & fortiſsima.* Et ſedet poſt equitem] *Qui tamen armatior & tutior eſt pedite.* Quod ſi. *Ordo eſt.* Quòd ſi nec lapis Phrygius] *i. tinctura ex marmore Phrygio, nec uſus.* Purpurarum clarior] *i. ſplendidior, ſidere delinit i. mulcet.* Dolentem] *Nec uites Falernæ, quæ optimum ferunt uinum.* Nec coſtum] *i. unguentum ex coſto.* Achæmenium] *i. Perſicum, ſup. delinit dolentem.* Cur moliar] *Id eſt, cum molimine extruam.* Atrium poſtibus inuidendis] *i. ſumptuoſis, quibus meritò inuideatur, & ſublime nouo. i. inſolito.* Ritu & cur permutem] *i. permutando accipiam diuitias.* Operoſiores] *i. plus operæ, & laboris exigentes.* Valle Sabina]. *i. pro ualle Sabina quam à Mecænate dono acceperat? q. d. id nequaquam faciam.*

ANT. MANCIN. } *Tertij uoluminis hæc Ode prima edocet reges dominari alijs, regibus uerò Iouem, cuncti ergo homines metuunt, illi reges, iſti numina. Oſtendit poſteà uaria eſſe hominum miniſteria, uariaſque Fortunas, & gradus, unam tamen eſſe mortis conditionem. Oſtendit item diuites, non ocio, non ſomno frui, pauperes uerò his omnibus gaudere, in auaros inde inuehitur, qui non contenti terreſtrib. ædificijs, in mari etiam ædificabant. Ait demum ſi dolor non domib. ornatiſsimis, nec purpureis ueſtibus tollitur, non optimo uino, nõ odorib. ſummus: Cur ipſe uelit talia exoptare? Cur item Sabinam uallem diuitijs maximis permutare, ubi quidem ſecuram uitam agebat.* Odi prophanum uulgus & arceo] *Ode eſt ſimilis nonæ lib. 1. Dicit autem ſe habere odio indoctos, ſed tanquam Muſarum ſacerdos cantaturum carmina pueris & uirginibus, hinc linguis fauere debent .i. bona fari, uel ſilere.* Prophanum] *i. indoctum, & ſacris Muſarum non initiatum, prophani enim dicebantur, ſacris non initiati, qui fanum intrare non poterant.* Fauete linguis] *Fauere, inquit, Feſtus eſt bona fari. At ueteres poëtæ pro ſilere, uſi ſunt fauere. Erat autem ſacerdotum uerbũ in ſacris, quo ſilentiũ imperabatur, ut ritè ſacra peragerẽtur, nulla uoce mala obſtrepẽte, uel ut bona uerba dicerent, hinc Tibullus, ait.*

„ *Dicamus bona uerba, uenit natalis ad aras.*
„ *Quiſquis ades lingua, uir mulierque faue.*

Plura tamen diximus etiam ex Cicerone, in Iuue. Satyra. 12. ibi.

„ *Ite igitur pueri linguis animiſque fauentes.*

Non prius audita, quippe ipſe lyrica primus Rom. ſcripſit commendanda quidem. Muſarum ſacerdos] *Muſarum miniſtri ſunt eruditi omnes, propriéque muſici, Apollinis uerò ſunt & iſti, & uates uniuerſi, ut inquit Stra. lib. 10.* Virginibus puerisque canto] *Vt ſcilicet in tenella ætate uirtutis iter arripiant.* Regum timendorum] Ordo eſt, Imperium regum *timendorum eſt in proprios greges, imperiũ Iouis eſt in ipſos reges.* Giganteo triompho clari] *Multò magis igitur timendus eſt ab regib. & hominib. ipſis. Macr. lib. 1. Sat. ubi de Hercule meminit, ita ſcribit. Gigantes autẽ quid aliud fuiſſe credendum eſt, quàm hominum quandam impiam gentem, deos negãtẽ, & ideo exiſtimatã Deos pellere, de cæleſti ſede uoluiſſe.* Supercilio]. *i. ipſo nutu. Virg. lib. 5. Aeneid. de Ioue, inquit.*

„ *Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.*

Eſt ut, uiro uir. Ordo talis erit. Eſt ut uir latiùs uiro ordinet arbuſta ſulcis, hoc eſt, accidit, ut alius aliò plura in agricultura poſsideat. Varia quippe hic hominũ miniſteria narrat, uariaſque fortunas. Alius enim agricola alio ditior eſt. Alius generoſus cum ignobili, ſed bono uiro contendit de magiſtratu. Illique turba clientium maior eſt. Tamen mors omnibus æqua eſt. Vnde ſummos & infimos attrahit. Arbuſta arbores, dicuntur uitib. connexæ. item loca arborib. ac uitib. conſita. In campum] *Scilicet Martiũ tempore comitiorũ.* Petitor]. *ſ. magiſtratus alicuius.* Contendat] *ſ. cum illo generoſiore.* Illi]. *ſ. ditiori alicui. Aliquis enim genere, aliquis uirtute, aliquis Gaza pollebat.* Neceſſitas] *i. ipſa mors. Omne nomen, & inſignium, & infimorũ.* Vrna] *Dicunt enim ſorte quaſdam mori homines.* Diſtrictus enſis] Ordo eſt. *Siculæ Dapes nõ elaborabunt dulcem ſaporẽ illi, cui ſuper impia ceruice pendet diſtrictus enſis.* Diſtrictus enſis] *Alluſio eſt ad exemplum illud Dionyſij Syracuſanorũ tyranni. Nam cùm quidam ex eius aſſentatorib. Democles commemoraret in ſermone copias eius, Maieſtatem, Dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam ædium regiarũ, negaretque unquam beatiorem quenquã fuiſſe: Vis igitur inquit, ô Democles, quoniã hæc te uita delectat, ipſe eandem degustare, & fortunã experiri meam? Quũ ſe ille cupere dixiſſet. Collocari iuſsit hominẽ in aureo lecto ſtrato, pulcherrimo textili ſtragulo magnificis operib. picto, abacoſque cõplures ornauit argento, auróque celato. Tum ad menſam eximia forma pueros delectos iuſsit conſiſtere, eoſque ad nutũ illius intuentis eſſe: aderant unguenta, coronæ, incendebantur odores, menſæ conquiſitiſsimis epulis extruebantur. Fortunatus ſibi Democles uidebatur, in hoc medio apparatu fulgentem gladiũ è lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſsit, ut impenderet illius beati ceruicibus: itaque nec pulchros illos adminiſtratores aſpiciebat, nec plenũ artis argentũ, nec manũ porrigebat in menſam, iã ipſi defluebant coronæ. Denique exorauit tyrannũ, ut abire liceret, quòd iam beatus nollet eſſe. Satiſne uidetur declaraſſe Dionyſius nihil eſſe ei beatũ, cui ſemper aliquis terror impendeat? hæc omnia ex lib. ultimo Tuſc. quæſtionũ Ciceronis.* Impia cer.] *i. crudeli & tyrannica, qualis fuit Dionyſius Siculæ* Dapes] *Quæ ampliſsimè paratæ fuerunt Democli.* Non auiũ, &c.] *Trãquillus de Auguſto ſcribit, quòd nõ amplius ſeptẽ horas dormiebat, ac ne eas quidẽ continuas, ſed ut illo temporis ſpatio ter aut quater expergiſceretur, ſi interruptũ ſomnũ recuperare, ut euenit, non poterat, lectorib. aut fabulatoribus accerſitis reſumebat, producebatque ultra primam ſæpe lucem. Cui tamen timor imminet nullo pacto ſomnus reducitur.* Tempe.] *Loca amœniſsima ſunt in Theſſalia, per quæ labitur Peneus fluuius, de quibus latè ſuperiùs.*

Deſide-

Deſiderantem] Oſtendit mediocritate gaudentem, carere anxietate, timore, & cura. Arcturi cadentis] Arcturus ſtella eſt, quæ urſæ cauda interpretatur. Plautus in rudente introducit Arcturum ſic loqui. Increpui hybernum, & fluctus moui maritimos. nam Arcturus ſignum ſum omnium acerrimum. Vehemens ſum exoriens, quum occido uehementior: occidit autem ſæpius, ut oſtendit Plinius & Columella. Et nos latè, lib. 1. Georg. Orientis hœdi] Hædi ſunt duæ ſtellæ. Oriuntur autem ut ſcribit Columella lib. 11. quinto Kal. Oct. Fauonius flat, nonnunquam auſter eſt, cum pluuia. Oriuntur item pridie nonas Oct. Plin. lib. 18. ſcribit hœdos oriri. 3. Kal. Octo. horum exortus tempeſtates inducunt, ut idem inquit lib. 2. Manilius quoq; lib. 1. inquit

„ Tum ſubeunt hœdi claudentes ſidere pontum.

Mendax] Non enim fructus produxerat, uti debebat. Torrentis] Deſiccantia. Contracta] Oſtendit cupidos non contentos ædificijs terreſtribus, etiam in mari ædificare, quo etiam curæ accedũt, niſi reliquerint penitùs infinitam habendi ſitim. Cæmenta] A cedendo cæſuræ lapidum dicuntur: ſunt qui dicant Cæmenta eſſe ipſa fundamenta, uel res ipſas neceſſarias ad fabricam. Cæmenta] Lapides non magni modi, quibus ædificia conſurgunt, ut inquit Nonius. Frequens redemptor] Ordo eſt, frequens redemptor & dominus faſtidioſus terræ cum famulis, &c. Frequens redemptor] Id eſt, architectus aliquis, & ſuſceptor Fabricæ. Is enim à primo emptore uidetur redimere, quum aliquid ædificandum conducit. Faſtidioſus] Erat enim faſtidio ſibi in terra tantum habere prætoria, & ædificia, niſi in mari quoq; habuiſſet. Poteſt etiam dicere faſtidioſus timor, ſuperiori tamen melius iungitur. Sed timor & minæ. Ode etiam in ſuperiori. 16. ait

„ —— Patria quis exul,
„ Se quoque fugit.
„ Scandit æratas uitioſa naues.
„ Cura, nec turmas equitum relinquit.
„ Ocyor ceruis & agente nimbos.
„ Ocyor Euro. ——

Poſt equitem] Id eſt, poſt eius terga in clunibus equi. Quòd ſi dolentem] Oſtendit ſi diuitiæ multæ non pellunt dolores, & moleſtias ſe nolle permutare cum diuitijs etiam maximis Sabinam uallem, ubi quidem ſecuram uitam agebat. Phrygius lapis. Plin. lib. 36. ſic: Phrygius lapis gentis nomen habet. Eſt autem gleba pumicoſa: Vritur antè uino perfuſus, flaturq; follibus donec ruſeſcat. Ac rurſus dulci uino reſtinguitur, & hoc trinis uicibus tinguendis ueſtibus tantum utilis: hæc ille. Horatius ergò de hoc lapide ad tinguendas ueſtes intelligit, cùm dicat quoq; nec purpuratum, &c. Delinit] Placat, mitigat. Coſtum] Radix coſti guſtu feruens eſt odore eximio, frutice aliâs inutili. Primo ſtatim introitu amnis Indi in Patale inſula. Plin. lib. 12. ſcribit. Achæmenium coſtum, id eſt, Perſicum unguentum. Nam ut ſcribit. Plin. lib. 13. Perſarum eſſe debet gentis unguentum, ſed Parthi madent eo. Achæmenes autem fuit primus Perſarum rex, uti & ſuperiùs oſtendimus ex Herodoto.

ODE II. AD AMICOS.

Ode II. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

—— ᴗ— — —ᴗᴗ —ᴗ—
—— ᴗ— — —ᴗᴗ —ᴗᴗ
—— ᴗ— —— ᴗ— —
—ᴗᴗ —ᴗᴗ —ᴗ ——

ARGVMENTVM IN ODEN II.

Ode ſaluberrima de educatione iuuentutis, nimirum ut in labore, & parſimonia uiuere aſſueſcant, dum adhuc ſequaces, tractabilesq; ſunt, in militia uerſetur, uitam ſub dio agat, diſcat pro patriæ ſalute mortẽ contẽnere, uirtute nihil præſtantius, ignauia nihil turpius, ignobiliusq; ducat, cum ſcelerato autem non cõmunicandum, ne ſimul cum illo pereat, illum enim manere certum exitium.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Monet amicos, ut filios ſuos ſtatim à prima pueritia labores belli, ad rei militaris ſcientiam, & ad uirtutem, quæ immortales reddit, aſſuefaciant: à uitijs uerò, quæ certiſſimas habent pœnas, arceant.

COMMENTARIA.

ACRON.

ANGVSTAM] Hanc Oden generaliter ad amicos ſcribit, commonens beatiorem uitam, fœlicioremq; eſſe pauperi. Suadens, ita adoleſcentes iuſtitui debere, ut paupertate & exercitio ad militiam firmentur. Anguſtam] Difficilem, arduam. Parthos] Pro quibuslibet hoſtibus. Species pro genere. Sub dio] In campo, ut: In ripa, gelidiq; ſub ætheris axe. Et trepidis] Aut in bellis, in quibus ſemper trepidatur: aut in periculoſis laboribus. Sic educatum, inquit, adoleſcentem, ita clarum eſſe debere gloria bellicarum rerum: ut etiam mulieribus & puellis hoſtium notus ſit, ipſa aſſiduitate bellandi. Suſpiret] Cum illum proſpexerit, timore ſuſpiret, ne aut maritus eius, aut ſponſus militem Romanum prouocans, neſcius bellicæ artis intereat. Ordo eſt. Proſpiciens illum ex hoſticis mœnibus matrona bellantis tyranni, & adulta uirgo ſuſpiret, Eheu ne regius ſponſus, rudis agminum laceſſat leonem aſperum tactu, quem rapit cruenta ira per medias cædes. Seruauit metaphoram, ut qui Romanum militem leoni comparauerat, adderet impetum. Vt,

„ Contra tela furit.

Mors & fugacem] Fugacem, qui fugat agentis eſt, & non patientis. Oſtendit eos magis periclitari, qui fugiunt. Iuuentæ] Genitiuus eſt. Ab eo enim quod eſt iuuẽta, iuuentæ, declinatur. Timidoue tergo] Hoc eſt, fugientium, ut eſt:

„ Et in tergum fugientibus urgerit haſtas.

Tergum autem pro quibuſcunque membris poſuit poſterioribus, quæ uulnerari ſolent his, qui in prælio fugiunt. Intaminatis] Incorruptis, aut ſine macula repulſæ. Secures] Pro faſcibus poſuit, aut pro

ANGVSTAM, amici, pauperiem
pati
Robuſtus acri militia puer
Condiſcat, & Parthos feroces
Vexet eques metuendus haſta,
Vitamq; ſub dio, & trepidis agat
In rebus. illum ex mœnibus hoſticis
Matrona bellantis tyranni
Proſpiciens, & adulta uirgo
Suſpiret, eheu, ne rudis agminum
Sponſus laceſſat regius aſperum

pro poteſtate, ut: Saeuumq; ſecuri Aſpice Torquatum. Hic itaq; talis dum in ſe habet honorem, nec ex populi poteſtate ſumit, nec ab alio dignatur accipere. Arbitrio popularis auræ] *Populi fauore, ut Lucan. Popularibus auris impelli, plauſuq; ſui gaudere Theatri. & Virgilius.*

„ *Nunc quoq; iam nimium gaudens popularibus auris,*

Recludens cœlum] *Aperiens etiã cœlum, ut:*

„ *Ardẽs euexit ad æthera uirtus.*

Negata uis] *Vt Virg.*

„ *Inſuetum per iter.*

Cœtusq; uulgares] *Vilium hominum conſortia.* Spernit humũ] *Vt Virg.*

„ *Terreniq; hebetant artus,*

Et alibi.

„ *Qua me quoq; poſſim Tollere humo.*

Tactu leonem, quem cruenta
Per medias rapit ira cædes.
DVLCE, & decorum eſt pro patria mori.
Mors & fugacem perſequitur uirum,
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus, timidóue tergo.
VIRTVS, repulſæ neſcia ſordidæ
Intaminatis fulget honoribus:
Nec ſumit, aut ponit ſecureis
Arbitrio popularis auræ.
VIRTVS, recludens immeritis mori
Cœlum, negata tentat iter uia:
Cœtusq; uulgareis, & udam
Spernit humum fugiente penna.
EST & fideli tuta ſilentio
Merces. uetabo, qui Cereris ſacrum
Vulgarit arcanæ, ſub iiſdem
Sit trabibus, fragilemq; mecum
Soluat phaſelum: ſæpe Dieſpiter
Neglectus, inceſto addidit integrum.
RARO antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

ipſa poſitum eſt. Negata tentat iter uia] *Negata ſcilicet omnibus. Hic autem intelligi uult per uirtutẽ acquirere poſſe homines immortalitatem, qui mortali conditione ſunt.* Eſt & fideli tuta ſilentio Merces] *Inter uirtutes, ſcilicet.* Vetabo, qui Cereris ſacrum Vulgarit arcanæ] *Abſit, inquit, ut ſub eodem tecto mecum ſint, & cum his nauigem, qui linguam ſuam uſq; ad proditionem myſteriorũ Cereris producunt.* Raro antecedentem ſceleſtum Deſeruit pede pœna claudo] *Hoc proximum eſt illi, quod dicitur Deos iratos pedes laneos habere, quia nõnunquàm tardè ueniunt nocentibus. Secundùm hæc ergo pœna pede claudo dicta eſt, quã raro deſeruiſſe antecedentem ſceleſtum ait. Significat difficile nõ eſſe perſequi eum, cui ob meritum aliquod pœna debetur.*

Virtus] *Virtutem per ſe claram ornare honores, non ornari dicit ab honoribus. Repulſam uerò meruiſſe dicebantur, qui honorem petentes repudiati fuiſſent. Quod cùm eueniſſet Catoni uiro claro, uirtutis ſuæ conſcius corruptum populi iudicium cõtempſit: & hoc tamen iuxta Stoicorum ſectam, qui dicunt uirtutem ſolam ſufficere ad beatam uitam. Modo uerò generaliter repulſa accipienda eſt uirtutem infamem ac ſordidam nunquam eſſe poſſe.* Fugiente penna] *Tanquam ipſius uirtutis fama terras fugiens, cœlum petat.* Eſt & fideli tuta ſilentio] *Oſtendit uirtutem etiam ſecreti tenacẽ.* Vetabo] *Ordo eſt: Vetabo ſit mecũ ſub eiſdem trabibus, & ſoluat mecum fragilem phaſelum, qui uulgauit ſacrũ Cereris. Sacra Cereris myſtica erant, nec uulgari licebat propter hoc, quod occultè conſilijs uſa eſt, donec filiam ſuam reperiret. Vnde & Virg.*

„ *Et fida ſilentia ſacris.*

Et dicit ſe cum ſacrilego nec nauigare, nec manere uelle, ne inuoluatur illius pœna & periculis. Soluat] *Soluere dixit in pelagus, nauim dimittere.*

„ *Soluite uela citi.*

Phaſelum] *Phaſelus uelox, & oblonga nauis eſt, ut Virgil.*

„ *Et circum picto uehitur ſua rura phaſelo.*

Neglectus] *Id eſt, ad ſupplicium inceſti, id eſt, noxij.* Integrum] *Innocentem, ut:*

„ *Integer uitæ ſceleriſq; purus.*

Antecedentem] *Præeuntem, tanquàm rarò pœna deſerat ſceleſtum, & quamuis tardè, tamen puniat meritum, nec ab eo poſſit euadi, nec effugi. Virgil.*

„ *Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.*

PORPHYR. } Anguſtam amici pauperiem pati] *Suadet breuiorem uiam, faciliorem'q; eſſe pauperi ad beatam uitam, ſi ita inſtituatur, ut in ſubiectis oſtendet.* Robuſtus acri militia puer] *Hoc eſt, cùm ita robuſtus eſt, ac per hoc, cùm adoleſcens eſt. Acri autem militia, aut in acri militia accipe, aut per acrem malitiam.* Et Parthos feroces] *Parthos pro quibuslibet hoſtibus accipe.* Illum ex mœnibus hoſticis] *Tam clarus ſit, inquit, in gloria bellicarum rerum adoleſcens, ut uulgò etiam mulieribus & puellis hoſtium notus ſit, quæ utiq; niſi frequentes in bello nõ proſpiciũt.* Aſperum tactu leonem] *Hoc eſt, qui aſper eſt, ut leo. Aſperum tactu autem, qui ſi tactus, id eſt, læſus eſt, aſperatur.* Mors & fugacem perſequitur uirum] *Hic oſtendit eos maximè periclitari, qui fugiunt.* Virtus repulſæ neſcia ſordidæ] *Hæc de Stoicorum ſecta ſunt, qui dicunt uirtutem ſolam ſufficere ad beatam uitam. Repulſam autem generaliter accipit, pro infamia ac turpitudine. Hoc enim ait: Virtus infamis ac ſordida nunquam eſſe poteſt.* Nec ſumit aut ponit ſecures Arbitrio popularis auræ] *Id eſt, hæc poteſtate propria coronatur, quia non alius illi auferre poteſt, quod in*

CHRIST. LAND. } Anguſtam amici pauperiem pati] *Iam in principio huius tertij libri propoſuit ſe ea cantaturũ, quæ & ſi à uulgo abhorrerent, utiliſſima tamen eſſent ad teneram ætatem bonis moribus informandam. Admonet ergo pueritiam, ut à prima ætate in laboribus atq; parſimonia uiuere aſſueſcat, ut inde fortitudinem animi, & temperantiam ſibi compararet. Optima enim uirtus eſt temperantia, & quæ iure optimo prudentiæ cuſtos appellari poſſit. Quapropter Græci hanc uirtutem σωφροσύνην, id eſt, prudentiæ cuſtodem dixerunt.* Anguſtam] *Cuius contrarium eſt copioſum, ergo difficilẽ. Hinc Seneca,* Facilius eſt laudare paupertatem, quam ferre. Robuſtus puer] *Quaſi dicat, qui etiam in tenera ætate, & molliuſcula duriora ferre poterit, ſi aſſueſcat egeſtati, & labori militari. Adeò in teneris aſſueſcere magnum eſt, ut eſt apud Maronem. Quin & Lygurum fortitudinem, & robur hinc probat, cum dicit.*

„ *Aſſuetumq; malo Lygurem.*

Condiſcat] *Quaſi una & diſciplinam militarem, & difficultates pati addiſcat. Quod maiores factitaſſe. Salluſtius ſcribit. Iuuentus ſimul ac belli patiẽs erat in caſtris per laborem uſu militiã diſcebat.* Sub diuo] *Extra tectum.* Trepidus] *Propter propinquitatem hoſtium.* Illum ex mœnibus] *Locus artificioſus eſt, nam cum ſeueriora huiuſcemodi præcepta ſint, conatur illa uarietate quadam, & iocunditate mitigare, atq; exornare. Præcipit igitur, ut ſemper adeò inter primos pugnet, ut etiam ſuis egregijs facinoribus coniugi, & liberis inimici regis, & cognitus, & formidabilis ſit, ita ut & matrona, id eſt, coniunx tyranni, & uirgo adulta, id eſt, filia, ſuſpiret propter timorem. Timet enim illa genero hæc ſponſo, ne forte ille ignorans uirtutes huius Romani militis.*

Et rudis agminum] *Id eſt, rei militari inſcius laceſſat illum, quem comparat leoni, qui ira percitus feratur per medias cædes.*

Rudis agminum] *Ignarus militiæ, ergo præſtat à prima ætate imbui diſciplina militari, ſine qua nec hoſtem ſuperantur, nec ſe tutari poterit.* Dulce & decorum] *Confutatio duplex eſt, nam cum oſtendiſſet aſſueſcendum eſſe militiæ, confutat eos, qui contraria ſentirent, quoniam ſæpe cædes ex bello proueniunt. Confutat ergo dupliciter, primo quoniam ſuaue ſit propter immortalem gloriam, pro patria mori, deinde quod ſtultum ſit talem gloriã propter metum mortis refugere, quandoquidem nihilominùs paulò poſt moriendum ſit.* Poplitibus] *Poplites ligamenta genu, quæ quoniam nerui ſunt & robur, & imbecillitatem pro eorum qualitate afferũt.* Virtus] *Sententia ex media philoſophia, nam uirtus ſemper magiſtratus, honoresq; omnes meretur. Vnde eſt neſcia repulſæ, nam quamuis homines illam non honorent, tamen ſemper digna eſt honoribus. Quapropter concludunt in ſuis Paradoxis Stoici, omnes ſapientes eſſe reges, eſſe dictatores, eſſe cõſules, etiam ſi populus tales honores*

les honores illis non demandet, non igitur patitur repulſam: quod Cato ille Vticenſis animaduertens etiam ſi magiſtratum, quem petierat non eſſet aſſecutus, tantum ſe illo dignum exhibuerat, nullam ſe repulſam paſſum exiſtimauit, aſſerebatq́; amicis eſſe illam rem ignominioſam populo, qui non rectè iudicaſſet, nō autem ſibi qui rectè petiſſet. Sordidæ] *Ignominioſæ, non uirtuti, ſed illis qui iuſtè repulſam ſunt paſſi.* Intaminatis] *Incorruptis. Dictum autē eſt, quid ſit contaminare.* Nec ſumit] *Pūtat uulgus, quod qui magiſtratus petunt, eos accipiant, aut deponāt, ut eſt illis, aut maior, aut minor fauor in populo. At philoſophus ſolos ſapientes eos cenſet accipere, etiamſi denegentur à populo, ſtultos autem nunquam accipere, etiamſi populo conferantur. Indoctum enim uulgus honorē, qui uirtutis præmium eſt, immerenti tradere nō poteſt, ſed inſignia honoris dare poteſt, quæ perſæpe ad indignos transferuntur.* Auræ] *Fauoris. Virgil.*

» *Nunc quoq; iam nimium gaudens popularibus auris.*

Secures] *Cōſulatus aut dictaturas, aut præturas, quarum inſignia ſunt ſecures & faſces.* Virtus recludēs immeritis] *Aperiens cœlum.* Immeritis mori] *Id eſt, illis quorum fama non ſit moritura nam iſtis tribuuntur ab hominibus diuini honores, & ut dij coluntur, quemadmodum de Libero patre, & de Hercule decretum eſt.* Tentat iter uia negata] *Scilicet homini. Quia aggreditur ea, quæ aut ſupra humanas uires ſunt, aut uehementer ardua homini.* Et ſpernit cœtus uulgares] *Quaſi dicat, communia & uulgata ſunt,* Homū] *Res terrenas, quis quærit diuina & immortalia.* Fugiente] *Velociſſimè labente.* Eſt & fideli] *Laudauit uirtutem, id eſt, fortitudinem. Nam & ſi omnes rectos animi habitus uirtutes appellamus, tamen propriè uirtus eſt fortitudo. Nam à uiro uirtus dicitur. Virum autem hominem præſtanti, excellentiq́; animo nuncupamus. Dicitur etiā uis illa quæ res cuius eſt uirtus perfecta redditur. Cicero in quinto de finibus bonorum & malorū. Atqui in ſenſibus eſt ſua cuiq; uirtus. Laudauerat ergo fortitudinem, nunc laudat iuſticiam & fidem, quæ totius iuſticiæ fundamentū eſt.* Qui Cereris ſacrum] *Ponit hæc ſacra pro omni arcano. Nam in Eleuſinæ ſacra nefas erat non initiatis prodere.* Sub ijſdem trabibus] *Sub eodem tecto. Sententia eſt neq; mecum habitabit, neq; una nauigabit. Nam perſæpe euertit aut domum, aut nauigiū Deus, ut puniat ſceleſtū, qui ibi ſit. Vnde neceſſe eſt, quod qui & boni ſunt, cum illo pereat.* Trabibus] *Pro tecto poſuit.* Phaſelon.] *Fluuiale nauigium eſt. Vnde. Et circum pictis uehitur ſua rura Phaſelis.* Inceſto] *Scelerato, poſuit autem ſpeciem uitij pro omni uitio. Inceſtum autem omnem inconceſſum concubitum appellarunt. Dicunt enim ceſton cingulum eſſe, quo Venus conceſſas nuptias adiens utitur.* Integrum] *Innocentem. Sic ſuprà,*

» *Integer uitæ ſceleriſq; purus.* Raro] *Quamuis pœna nō ſtatim ſceleri paret, non tamē propter morā tollitur. Ipſa enim claudo pede ſequitur ſceleſtos, ſed tamē nō deſerit, donec conſequatur.*

ERAS. ROT. } *Huic confinis tuta ſilentio, eſt hæc ab Ariſtide in defenſione Periclis ex Cio quopiam poëta citata ſententia. Silentij tutum præmium.* Deſeruit pede] *Teſtatur Porphyrio Hanc Flacci ſententiam eſſe prouerbio affinem, quod dicitur. Dij irati laneos habent pedes. Cuius ſenſus eſt. Dij tamen nonnunquam tardè ueniunt nocentibus, tamen uel inopinato de malefactis aliquando ſumunt pœnas.*

HENR. GLAR. } Mors & fugacē perſequitur uirū] Fugacem, *inquit Acro, qui fugat, agentis eſt, & non patientis. Hic uide ſtudioſe lector diſcrimen inter Acronem ac Porphyrionē: nam quæ iam poſuimus uerba Acronis ſunt, nihil ſanè ad rem: fugax enim dicitur, nō qui fugat, ſed qui facilè propter timiditatem fugit. At quæ continuè ſubiungit idem Acro, oſtendit eos magis periclitari qui fugiunt. Hæc uerba bene habent, ſed ex Porphyrione uidentur ſublecta.*

HERMAN. FIGVL. } Anguſtam amici] *Saluberrimum praeceptum, quo docet parentes, ut filios ad patientiam inopiæ, laboris, famis, frigoris, atq; ſolis, inſtituant, quò ad bellum fiāt idonei. Sic Lycurgus legiſlator Spartanorū iuſtiſſimus, pueros puberes, nō in forum, ſed in agrum deduci præcepit, ut primos annos, non in luxuria, ſed in opere, & in laboribus agerēt. Similiter & Cicero ſcribit, adoleſcentiam maximè à libidinibus arcendā eſſe, exercendamq́; in labore, patientiaq́; & animi, & corporis, ut eorū, & in bellicis, & ciuilibus uigeat induſtria.* Parthos feroces, &c.] *Romani equis & haſta, inter cætera exercitia iuuentutem maximè exercebant, ut equitatu plurimūm cōtra hoſtes ualerent.* Vitamq́; ſub dio] *Non ſub tecto, ſed ſub cœlo, tempeſtatibus, procellis, frigoribus, caloribusq́; durati, ruſticis, & aſperis operibus aſſuefacti, belli moleſtias, & pericula ferre diſcant.* Illum ex mœnib. &c.] *Adeò fortis & ſtrenuus fiat miles, ut hoſtium matronæ & puellæ, robur, & fortitudinē eius in pugnando, ex mœnibus cernentes, meritò maritis & ſponſis ſuis periculum ab eo metuant.* Matrona] *Regina, pugnantis regis coniunx.* Eheu ne rudis] *Verba ſuſpirantis, & metuentis ſponſæ, ne mollis, & prælijs non aſſuetus ſponſus, cū Romano milite robuſto, & in rebus bellicis exercitatiſſimo congreſſus, impar occumbat.* Aſperum tactu leonem] *Eleganter Romanū militem comparat leoni irato, & per obſtantes uenatores graſſanti. Hæc comparatio etiam ualde frequens eſt Homero.* Dulce & decorum eſt pro patria mori] *Hortatur ad fortitudinem. Quia pro patria mori, honeſtiſſimum, & præclariſſimū. Itaq; ſtrenuè in prælio pugnandū, non dandū ſe turpi fugæ: quòd mors etiam fugientibus inſtet, & ſæpe in fuga plus ſit periculi, quàm in pugna. Sic Hector apud Homerum optimum augurium eſſe cenſet, pro patria pugnare. Ita enim inquit Iliados μ.*

» εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Et Cicero in Officijs ait: Pro patria nemo bonus dubitat mortem oppetere, ſi ſit ei profuturus. Idem de Leg. Patria, pro qua mori, & cui nos totos dedere, & in qua noſtra omnia ponere, & quaſi conſecrare debemus. Nec parcit, &c.] *Mors omnibus communis, fortibus, imbellibus, & timidis.* Poplitib.] *Poples eſt cauitas poſterior in genu, flectēdi cruris cauſa facta. Græcè ἰγνύα, ἡ ἰγνύς. Hic pro imbecillitate pueritiæ poni uidetur, q̃a pueris poplites ſunt infirmiores.* Virtus repulſæ] *Hortatur adoleſcentes ad uirtutē, quòd ea nihil ſit formoſius, nihil pulchrius, nihil laudabilius: quòd ſplendeat per ſeſe ſemper, nec alienis unquam ſordibus obſoleſcat, aut contaminetur: quòd ad honores, dignitatesq́;, ſine repulſa & populi fauore, conſcendat.* Intaminatis honorib.] *Quia boni uiri nō largitionibus, ambitu, ſupplicationibus, coëmptis ſuffragijs, pollicitationibus, & id genus alijs ſordibus, ad dignitates aſpirant: ſed propter ueram uirtutem, & res præclarè domi, militiæq́; geſtas, ampliſſimis honoribus ornātur. Sunt enim huiuſmodi lenocinia, & petitoriæ artes, quas olim corruptis hominum moribus magno ſtudio in petendis magiſtratib. obſeruabant, abſurdæ, turpes, & libero homine indignæ. Itaq; Craſſus adduci non potuit, ut præſente, & ſpectante Scæuola ſocero, uiro grauiſſimo, in petitione conſulatus populo blandiri, palpare, atq; rogare obuios uellet. Phocioni, cùm nūquam populo ſupplicare dignaretur, & ideo Comitijs intereſſe nollet, abſenti & inuito honores, ob excellentem uirtutem, omniū ſuffragijs delati ſunt.* Nec ſumit, aut ponit ſecures] *Non ſuſcipit, nec deponit magiſtratus. Secures enim, quæ faſcib. alligatæ, magiſtratib. præferebantur, pro ipſa dignitate ponit, per μετωνυμίαν.* Arbitrio popularis auræ] *Hic non diſſimile eſt illud Claudiani:*

» *Ipſa quidem Virtus precium ſibi, ſolaq́; latè*
» *Fortunæ ſecura nitet, nec faſcibus ullis*
» *Erigitur, plauſuue petit clareſcere uulgi,*
» *Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis,*
» *Diuitijs animoſa ſuis, immotaq́; cunctis*
» *Caſibus, ex alta mortalia deſpicit arce.*
» *Hanc tamen inuitam blandè ueſtigat, & ultrò*
» *Ambit honor, docuit toties à rure profectus*
» *Lictor, & in medijs Conſul quæſitus aratris.*

Virtus recludens] *Virtutem immortalem, & diuinū hominem reddere oſtendit. Vnde Hercules apud Senecam: Virtus mihi in aſtra, & ipſos fecit ad ſuperos iter. Virtus in aſtra tendit, in mortē timor.* Negata tentat iter uia] *In cœlum iter facit, quod eſt arduū & difficile, & ſoli uirtuti peruiū ac patens. Credebat enim cæca antiquitas, homines uirtute ſua & meritis in cœlū uocari.* Cœtusq́; uulgares] *Vilium hominum conſortia, res humanas & caducas deſpicit, diuina & cœleſtia quærens.* Eſt & fideli tuta] *Nunc etiam taciturni-*

taciturnitatem iuuenibus commendat. Nam ſilentij tutum premium, ut eſt in prouerbio. Silendo enim nemo peccat, loquendo perſæpe. Iam olim (inquit Eraſ.) in prouerbio eſt nobilis illa Simonidis ſententia, quæ celebratur & apud Latinos prouerbij loco:

» *Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum.*

Vetabo, qui Cereris] *Hoc eſt, cum homine futili & garrulo, ſub eodem tecto non habitabo, nec cum eo nauigabo: ne propter illius impietatem, & religionis neglectum, mihi quoque periclitandum ſit.* Cereris ſacrum] *Cereri ad quintum Calendas Aprilis annis ſingulis Romani rem diuinam more patrio facere aſſueuerant. Quæ ſacra, quòd è Græcia tranſlata eſſent, Græca dicta ſunt. Fuiſſe enim in Græcia ſacrum Eleuſinæ Cereris ſpectatiſſimum, autores memorant. Cuius myſteria magno ſilentio inclyta, uelut arcanum quid, ſanctumque in uulgus efferre non licebat. Quod ſacrum à ſolis matronis fiebat annis ſingulis, Romanique in toga candida ſpectare ludos, mulieresque in ueſte alba pariter ſacrum facere ſolebant: in quo id fuit obſeruatum, ut tunc Dijs gratū eſſe cenſerent, ſi à lætis, nec funere pollutis celebraretur. Hæc Alexand. Neap.* Soluat Phaſelum] *Nauem. Plutarchus in Antonio, Myoparonas uocare uidetur, quos Appianus dixit phaſelos, mixtos ex forma onerariarum, longarumque nauium triremiū. Phaſelum Catullus docet fuiſſe maxime appoſitum, ſeu quis remis uti uelit, ſeu uelis, dum ait:*

» *—— Siue palmulis*

» *Opus foret uolare, ſiue linteo. Autore Lazaro Bayſio.*

Sæpe Dieſpiter] *Rationem ſubijcit nunc, quare ab arcanorū proditoris commercio abſtinendum ſit. Quòd Deus iratus, & contemptus ſæpe, cum ſcelerato bonum & innocentem puniat, atque perdat. Sæpenumero enim uniuerſa ciuitas unius mali uiri pœnam luit, ut ait Heſiod. Sic mala omnibus ob peccata Manaſſæ Dominum dediſſe, in ſacris literis legimus.* Raro antecedentem ſceleſtū] *Salubris, & ad terrendos homines ab impietate, atque flagitijs utilis ſententia, qua ſignificat, ſceleratis hominibus nullum malum fore impunitum, & graues ſemper dediſſe pœnas eos, qui Deos neglexerūt.* Pede claudo] *Tardo gradu. Nam licet Dij lentè ad ſcelerum ultionem procedant, tamen certiſſimas de malefactis pœnas ſumunt. Idem eleganter quoque indicat Agamemnon apud Hom. Iliad. Δ.*

» εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν,

» ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ, σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν.

Quos ita uertit celeberrimus poëta Eobanus Heſſus, præceptor olim meus digniſſimus:

» *Nam licet haud ſontes præſenti puniat ira,*

» *Sera tamen ſumit Deus, at grauiora malorum*

» *Supplicia, & lentum ſemper compenſat acerbo.*

Huc pertinet quoque illud Valerij Max. Lento enim gradu ad uindictā ſui diuina procedit ira, tarditatemque ſupplicij grauitate compenſat.

Ad eandem facit ſententiam, quod ait Cæſar lib. 1. de bello Gallico: Conſueſſe, inquit, Deos immortales, quò grauius homines ex commutatione rerum doleāt, quos pro ſcelere eorum ulciſci uelint, his ſecundiores interdū res, & diuturniorē impunitatē concedere.

THEOD. PVLM. } 1 Amici] Amice. *H. B. A. quod menſura uerſus reſpuit.* 5 Dio] Diuo *H. G. E B. A.* 14 Perſequitur] Proſequitur, *Lambini codices tres.* 16 Timidoque] Timidóue, G. 18 Sordidæ intaminatis] *Ex H. & A. repoſuimus.* –*ſordidæ*, intaminatis, *G. E. B.* 26 Sacrū] Sacra, *Lambini codex unus.* 27 Vulgarit] Vulgauit, *H. G.*

ANTON. MVRET. } 13 Dulce & decorū eſt pro patria mori] *Tyrtæus:*

» Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα

» Ἄνδρ' ἀγαθὸν, περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον.

Et Caſſandra apud Euripidem in Troadibus:

» Τρῶες δὲ πρῶτον μὲν, τὸ κάλλιστον κλέος,

» Ὑπὲρ πάτρας ἔθνῃσκον.

14 Mors & fugacem perſequitur uirum] *Simonides:*

» Ὁ δ' αὖ θάνατος ἔμαρψε καὶ τὸν φυγόμαχον.

GEORG. FABR. } *Studia adoleſcentiæ, uult eſſe exercitationes & labores, unde pariatur uirtus, & Deorum obſeruantia. Cicero lib. 1. Offic. Maximè, inquit, hæc ætas à libidinibus arcenda eſt, exercendaque in labore, patientiaque & animi, & corporis: ut eorū, & in bellicis, & ciuilibus officijs uigeat induſtria. Multa ſunt in Perſarum & Lacedæmoniorum inſtitutis, quæ ad hunc locum pertinent. Oda hæc contexta è ſententijs Homericis.* Anguſtam amici] *Hanc lectionem requirit carmen.* Imbellis iuuentæ Poplitibus timidoque tergo] *Lectum fuit, timidóue tergo: alterum magis ad ſententiam facit. Tergum à nitore commendari non memini: ſed terga uertere, terga dare, imbellium & timidorum eſt. Vt, Inhoneſtaque uulnera tergo Accipiunt.* Qui Cereris ſacrum Vulgarit arcanum) *Hæc communis lectio, & poëtica, cùm Cererem uocet arcanam, cuius ſacra arcana ſunt: Vnde minus placet, Qui Cereris ſacrum Vulgarit arcanum. hoc enim populare nimis.*

IOD. BAD. ASCENS. } Anguſtam] *Docet quis ſit ad militiam aptandus, & quibus inſtitutionibus, quia puer robuſtius. Puer ut ab ineunte ætate diſcat. Robuſtius ut inuita Minerua non moliatur prouinciam negatam. Pro inſtitutione autem propoſitum habere debet dulce & iocundum eſſe pro patria mori, cum alioqui etiam breui moriendum ſit: Item nihil pulchrius eſſe uirtute, hoc eſt, fortitudine, quæ cedere neſciens cœlum petit. Eius autem duæ ſunt alæ, altera qua fortiter agimus, altera fideliter commiſſa fidei noſtræ, & deorum arcana taceamus, quæ reuelare tantum nephas putat, ut nolit cum eo mare ingredi. Ordo eſt.* O amice puer robuſtus] *Id eſt, extantis & magnis membris condiſcat, ſcilicet à puero.* Pati pauperiem] *Id eſt, paupertatem* Anguſtā] *Id eſt, anguſtantem & conſtringentem, ſicut copiæ dilatant.*

Condiſcat dicit, acri militi.] *Id eſt, in.* Aut per acrem] *Id eſt, ſtrenuam militiam, & ipſe iam eques metuendus haſta, quia eius agitandæ peritus uexet Parthos feroces, qua Romano imperio inimicos.* Et agat uitam ſub Dio] *Id eſt, Ioue: hoc eſt aëre, aut cœlo, &* In rebus trepidis] *Id eſt, trepidare facientibus.* Matronæ] *Id eſt, uxor matrimonio, ut mater fiat data.* Tyranni] *Id eſt, regis inimici.* Bellantis] *Scilicet, contra Romanum imperiū.* Proſpiciens ex mœnibus hoſticis] *Id eſt, hoſtilibus* Illum] *Id eſt, talem equitem, ita à puero inſtitutum.* Et uirgo adulta] *Id eſt, iam matura uiro, iam plenis nubilis annis.* Suſpiret] *Id eſt, cum ſuſpirio dicat.* Eheu ne ſponſus regius] *Id eſt, cui regis filia deſponſata eſt.* Rudis] *Id eſt, ignarus & nondum eruditus.* Agminū] *Scilicet inſtruendorum & ducendorum* Laceſſat] *Id eſt, prouocet ad iram & pugnam.* Leonem] *Scilicet, talem equitem ferocientē in morem leonis.* Aſperum tactu] *Id eſt, dum tāgatur, quem ira, quæ leoni congrua.* Cruenta] *Id eſt, cruorem effundēs.* Rapit] *Id eſt, fert.* Per medias cædes] *Id eſt, ſtrages. Et ſi dicatur tam audens cito morietur, addit dulce & decorum eſt pro patria mori.* Mors perſequitur] *Et id eſt, etiam fugacem uirum, quia qui hoſtē effugit, nōn continuò mortem effugit, nec mors parcit* Poplitib.] *Id eſt, neruis poſt genu qui fugientibus incidi ſolent, & tergo timido* Iuuentæ] *Id eſt, iuuentutis, imbellis, quia fugientis.* Virtus neſcia repulſæ ſordidæ] *Id eſt, quæ non patitur repulſam ſordidā, quæ fiat ob culpam, aut ineptitudinem petitoris.* Fulget honoribus intaminatis] *Id eſt, impollutis.* Nec ſumit, aut ponit] *Id eſt, deponit* Secures] *Id eſt, ſummos faſces, in quibus erat ſecuris* Arbitrio] *Id eſt, ad arbitrium* Auræ] *Id eſt, fauoris popularis, quia dignus conſulatu, conſularis eſt etiamſi repulſus.* Virtus recludens] *Id eſt, aperiens cœlum* Immeritis mori] *Id eſt, dignis ſemper uiuere.* Tentat iter uia negata] *Scilicet, homini in terris degenti.* Et ſpernit penna fugiente] *Id eſt, alis fugientibus per æthera.* Cœtus uulgares] *Id eſt, uulgarium.* Et humum udā] *Id eſt, cœnoſam & paludoſam terram. Nec ſoli qui fortiter agunt præmiabuntur, quia merces tuta, quia in cœlo, ubi fures non demoliuntur.* Eſt &] *Id eſt, etiam.* Silentio fideli] *Id eſt, de commiſſis fidei.* Ego uetabo] *Id eſt, prohibebo* Sit] *Id eſt, ut ſit, uel ne ſit mecum.* Sub iiſdem trabibus] *Id eſt, in eadem naui &* Soluat] *Scilicet, à littore mecum* Phaſelum] *Id eſt, nauiculam fragilem, is* Qui uulgauit] *Id eſt, uulgò reuelauerit ſacrum Cereris arcanæ, ut Eleuſinæ, quæ ſacra ſua arcana uult teneri, quia* Dieſpiter] *Id eſt, diei pater, Iupiter cuncta uidens* Neglectus] *Scilicet, ab inceſto addidit ſæpe* Inceſto] *Id eſt, polluto & non caſto.* Integrum] *Id eſt, incorruptum, hoc eſt, puniuit temporaliter ſæpe bonos cum malis, eo quòd in una ſocietate inuenit.* Pœna] *Id eſt,*

ſidio deorum Pede claudo] *Quia lentè aduenient, hoc eſt licet pede claudo, raro deſeruit ſceleſtũ antecedentem: imò nunquã, niſi ipſum ſceleris pœnituerit, ſed nec tunc deſerit.*

ANTON. MANCIN. } *Amico ſcribens docet robuſtum puerum debere acri militia diſcere pauperiem pati, & hoſtes eques uexare, uitam ſub dio agere. Nam dulce eſt & decorũ pro patria mori. Quia mors omnes proſequitur & fugaces & imbelles, uirtus autem honore afficitur, nec perit unquam, ait inde quenquã impium ſecum morari nolle. Nam ſpretus Iupiter ſæpe ſcelerato addidit etiam innocẽtem. Raro enim pœna ſceleſtum deſerit, quanquam ſera quandoq.* Anguſtam amice] *Ode eſt ſimilis 9.* Anguſtam pauperiem] *Id eſt, grauem, moleſtam, acerbam, difficilẽ.* Parthos feroces] *Id eſt, feroces hoſtes.* Sub dio] *Sub aëre, ſub ſole, ſub imbri.* Trepidis] *Id eſt, periculoſis & aſperis. Illum ex mœnibus hoſticis. Senſus eſt.* Illum Romanum militem bellis aſſuetum & ſtrenuum timeat regia hoſtis uxor à mœnibus eum aſpiciens *timeat inquam ne ſuo uiro concurrat imbelli.* Rudis agminum] *Id eſt, præliorum, militiæq.* Leonem] *Id eſt, Romanum militem ſtrenuum.* Tacto aſperũ] *Id eſt, dum tangitur, uel ut tangatur.* Dulce & decorum] *Edocet pulchrum eſſe pro patria mori ergo pugnandum non fugiendum eſt, cum etiam fugientibus mors magis inſtet.* Imbellis iuuen] *Id eſt, debilis & non aptæ bellis.* Timido terg] *Id eſt, fugiẽti.* Virtus repulſæ] *Senſus eſt, quòd uirtute præditus nunquã repulſam habere poteſt, ſplẽdet enim per ſe incorruptis honoribus, quos in ſe habet, inde ſi peteret magiſtratum, nec populi fauorem haberet, repulſam non haberet, quia omninò dignus eſt magiſtratu ipſo fungi.* Nec ſumit aut ponit] Senſus eſt, quod uirtute præditus non ſumit, aut relinquit magiſtratus, arbitrio populi fauentis uel obſtãtis, quoniã omnino uirtute ſua illud meretur exequi, nec aliquis ei auferre poteſt uel dare, quod eſt in ipſo poſitum. Virtus recludens] *Oſtendit uirtute præditos humana deſpicere, appetereq; cœleſtia illisq; diuinos honores exhiberi, cum inter cœlicolas referantur.* Eſt & fideli] *Oſtendit uirtutem ipſam ſecreti etiam tenacem eſſe, & fidelem. Vetabo qui dicit ſe nolle cum ſacrilego conuiuere, uel nauigare, ne illius culpa ipſe quoq; opprimatur à dijs.* Cereris ſacrum arcanum] *Cereris ſacra myſtica erant, id eſt, ſecreta nec uulgari licebat. dicunt enim eam occultè conſilijs uſam fuiſſe, donec filiam reperiret. Sub iiſdem trabibus, ſub eodem tecto.* Dieſpiter] *Iupiter, ut diei pater teſte Macr.* Inceſto addidit, &c.] *Scilicet, ſcelerato & criminoſo adiũxit integræ uitæ uirũ & inſontẽ.* Raro] *Ordo eſt pœna claudo pede rarò deſeruit ſceleſtũ antecedentẽ, nam ut etiã lib. 1. Valerius ſcribit. Lento gradu ad uindictã ſui diuina procedit ira, tarditatemq; ſupplicij grauitate cõpenſat. Et Iuuen. Sat. 13. Vt ſit magna tamẽ certè lenta ira deorũ eſt, quæ quidem ab Homero ſumpta ſunt, is enim lib. 4. Iliad. ait, contemni numero Olympi haud impunè ſinunt ſuperbi, ſcelera impia, quanquam diſtulerint culpas hominum grauiora morantur ſupplicia.*

ODE III. DE VIRO HONESTO.

Πραγματικά.

Ode III. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

– – ◡ – – – ◡ ◡ – ◡ –
– – ◡ – – – ◡ ◡ – ◡ ◡
– – ◡ – – – ◡ – –
– ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ – –

ARGVMENTVM IN ODEN III.

Ex Stoica diſciplina ſcribit ſapientem nullis minis, nulla tyrannide ad turpitudinem cogi poſſe, honeſto & uirtute nixum, qua freti non pauci ad cœlum aſcenderunt.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Ex Stoicorum diſciplina indicat, uirũ prudentẽ & conſtantẽ nullo prorſus metu ad turpitudinẽ cogi poſſe: Sed paratũ eſſe etiã mortis pericula ſubire pro honeſtate, ac uirtute conſeruanda, qua multi immortalẽ gloriã, & diuinos honores cõſecuti ſunt.

COMMENTARIA.

IVSTVM, & tenacem propoſiti
uirum,
Non ciuiũ ardor praua iubentium,
Non uultus inſtantis tyrãni
Mente quatit ſolida: neq; Auſter,
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.
Hac arte Pollux, & uagus Hercules
Innixus, arceis attigit igneas:
Quos inter Auguſtus recumbens
Purpureo bibet ore Nectar.

ACRON.

IVSTVM & tenacem] *In ſecta Stoica hoc dicitur: Iuſtum uirum, honeſti q; propoſiti, nõ terreri ciuium opinionibus uel minis, exigentium, ut aliquid forte rationi contrarium fiat. Ordo eſt: Iuſtum uirum ſolida mente, & tenacem propoſiti, non quatit ardor ciuium iubentium praua.* Ardor praua iubentium] *Seditio, iniqua ſperantium.* Vultus] *Seueritas.* Inſtantis tyranni] *Imminentis, terrentis.* Mente ſolida] *Dicit iuſti & conſtantis uiri ſolidam mentem, quæ minis non quatitur tyrãni, aut certè mentem pro conſilio intelligi uoluit. Vt Virg.*

„ *Hac mentem Aeneæ genitrix pulcherrima miſit. Et:*
„ *Quã facere id poſſis, noſtram nunc accipe mentem.*

Et hoc auget per ſubſ...ou, & gradus. nam à populo ad regem, à rege ad elementum, ab elemẽto ad Deũ, à Deo ad mundũ labitur. Inquieti] *Scilicet, Auſtro duce cuius commotione mare ſequatur. Vnum pendit ab altero.* Adria] *Maſculini generis eſt.* Si fractus illabatur orbis] *Ad ἐμφασιν animi conſtantis retulit, ut Lucan.*

„ *Sic cùm ruit arduus æther,*
„ *Terra labat.——*

Vagus Hercules] Qui orbem omnem peragrauit, *Vt Virg.*

„ *Nec uerò Alcides tantum telluris obiuit.*

Innixus] *Recumbens, incumbens. Semidei dicebantur qui ob merita Deorum adhibebantur conuiuijs, quod Horatius modò Auguſto dedit, ſicut Virg. Aeolo.*

„ *Tu das epulis accũbere diuûm.*

Purpureo] *Pulchro, ut eſt:*

„ *Roſeoq; hæc inſuper addidit ore.*

Nectar] *Potus numinum.* Hac te merentem] *Vtcunq; ad hoc meritum peruenerit, an uirtute ſua. An merentem, quaſi militantem.* Collo trahentes] *Potentiæ numinis dedit, iugo feras ſubdere. Ideò quantũ ad mortales indociles, quãtum ad potentiam Dionyſij ex more doctas.* Hac] *Virtute animi. Quirinum ſiue Romulum in honorem*

Hac te merentem Bacche pater, tuæ
Vexere tigres, indocili iugum
Collo trahentes hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit.
Gratum elocuta conſiliantibus
Iunone diuis. Ilion, Ilion
Fatalis, inceſtusq; iudex,
Et mulier peregrina uertit
In puluerem: ex quo deſtituit deos
Mercede pacta Laomedon, mihi,
Caſtæq; damnatum Mineruæ
Cum populo, & duce fraudulento.
Iam nec Lacænæ ſplendet adulteræ
Famoſus hoſpes: nec Priami domus
Periura, pugnaces Achiuos
Hectoreis opibus refringit,
Noſtrisq; ductum ſeditonibus
Bellum reſedit: protinus & graues
Iras, & inuiſum nepotem,
Troica quem peperit ſacerdos,
Marti redonabo illum ego lucidas
Inire ſedes, ducere nectaris
Succos, & aſſcribi quietis
Ordinibus patiar deorum.
Dum longus inter ſæuiat Ilion,
Romamq; pontus, qualibet exules
In parte regnanto beati,
Dum Priami, Paridisq; buſto
Inſultet armentum, & catulos feræ
Celent inultæ, ſtet Capitolium
Fulgens, triumphatisq; poſsit
Roma ferox dare iura Medis.
Horrenda laté nomen in ultimas
Extendat oras, quâ medius liquor
Secernit Europen ab Afro:
Quâ tumidus rigat arua Nilus:
Aurum irrepertum, & ſic melius ſitum
Cum terra celat: ſpernere fortior,
Quàm cogere humanos in uſus,
Omne ſacrum rapiente dextra.
Quicunq; mundo terminus obſtitit,
Hunc tangat armis, uiſere geſtiens,
Qua parte debacchentur ignes,
Qua nebulæ, pluuijq; rores.
Sed bellicoſis fata Quiritibus
Hac lege dico: ne nimium pij,
Rebusq; fidentes, auitæ
Tecta uelint reparare Troiæ.
Troiæ renaſcens alite lugubri
Fortuna triſti clade iterabitur,
Ducente uictrices cateruas
Coniuge me Iouis, & ſorore.
Ter ſi reſurgat murus aheneus
Autore Phœbo: ter pereat meis
Exciſus Argiuis, ter uxor
Capta uirum, puerosq; ploret.
Non hæc iocoſæ conueniet lyræ,
Quò Muſa tendis? deſine peruicax
Referre ſermones Deorum, &
Magna modis tenuare paruis.

rum Auguſti laudat, & ipſum ut Martis filium, Deum pro uirtute factum, Acherontem mortuis deputatum uitaſſe confirmat. Equos uerò Martis pro pugnandi inſigni poſuit. Conſiliantibus diuis] *Conſilium habentibus dijs, de recipiendo Romulo in numerum Deorum.* Ilion Ilion] *Repetitio nominis interdum iracundiam, interdum laudem ſignificat, ut:*

» *Ah Corydon Corydon quæ te dementia cepit?*

Et:

» *Ex illo Corydon, Corydon eſt tempore nobis.*

Ordo eſt: Fatalis & inceſtus iudex, & peregrina mulier uertit in puluerem Ilion, Ilion inquam damnatum mihi, & caſtæ Mineruæ, cum populo & fraudulẽto duce, ex quo Laomedon deſtituit Deos pacta mercede. Fatalis] *Alexander per quem deleretur Ilion, ut:*

» *Cùm fatalis equus ſaltu ſuper ardua uenit*
» *Pergama.——*

Et mulier peregrina] *Peregrinam Helenam dixit ad exaggerationẽ. ut Virgil.*

» *Fœmina qua noſtris errans in finibus urbem conſtituit.*

Ex quo deſtituit deos] *Laomedon enim pro murorum Troiæ perfectione, non ſoluerat uotum numinibus promiſſum, ut Virg.*

» *Nec dum Laomedonteæ ſentis periuria gentis?*

Damnatum] *Traditum & deſtinatum ad perdendum. Virg.*

» *Hic Iuno Scæas ſæuiſsima portas*
» *Prima tenet.*

Bene autem caſtæ, quia inceſtus iudex dixerat. Lacenæ] *Adulteræ Helenæ, Menelai uxoris, quam Alexander pulchritudine ſua, & ornatu perſuaſam rapuit. Virgil.*

» *At non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor,*
» *Ledeamq; Helenam Troianas uexit ad urbes.*

Famoſus hoſpes] *Infamis, qui fidem uiolauerit hoſpitij, hoſpitis coniugem rapiendo.* Nec Priami domus] *Domum pro genere poſuit. Paris enim Priami filius fuit. Virgil.*

» *Da propriam Thymbræe domum, da mœnia feſsis.*

Hectoreis opibus] *Vt:*

» *Decimum quos diſtulit Hector in annum.*

Opes autem pro auxilijs ponuntur, tanquàm ſint auxilio uitæ, ut Terentius:

» *Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro.*

Noſtrisq; ductum ſeditionibus bellum] *Id eſt, quod tantum fuerat, ut deorum ſeditionibus, hoc eſt, diſcordijs & diſſenſionibus decennium traheretur.* Reſedit] *Finitum eſt. Vt,*

» *Omnisq; repentè reſedit Flatus.*

Protinus] *De hinc, ut Virg.*

» *Mos erat Heſperio in Latio, quem protinus urbes*
» *Albanæ coluêre ſacrum.*

Et inuiſum nepotem] *Odioſum ſibi Romulum dixit. Nepos enim Iunonis fuit per Martem, quem Iouis & Iunonis filium Homerus affirmat. Per genus autem Romuli Carthago deleta eſt.* Troica] *Pro Troiana. Ilia enim Troiana genere fuit, ut Virgil.*

» *Donec regina ſacerdos*
» *Marte grauis, geminam partu dabit Ilia prolem.*

Marti redonabo] *Quamuis ſit de Troiano genere, patri ſuo Romulum regnare concedam.* Inire ſedes] *Aedificare, permittam inquit, uel indigetem fieri.* Ducere] *Propinare, potare, id eſt, deorum conuiuijs etiam intereſſe permittam.* Quietis ordinibus deorum] *Philoſophi enim hanc beatudinem dijs dederunt, qua eos ocioſos eſſe, & nihil curare, nec alicuius rei ſollicitudine teneri dicant: ſemel mundo lege diſpoſito, unde Virg. Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos ſollicitat.* Dum longus inter ſæuiat Ilion] *Tolerabilius ſe ferre confirmat, ut longo ſpacio maris interiecto Romæ regnent potius Troianorum nepotes, quam ut Ilium fruatur imperio.* Inſultet armẽtum] *Liberè ſuperuagetur, conculcet, ut:*

» *Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.*

Inultæ] *Illæſæ, ſecuræ. Siluoſis enim & deſertis locis feræ catulos tutò celant. ut:*

» *Syluas & luſtra ferarum.*

Stet Capitolium] *Dummodò Ilia ruat.* Triumphatisq; Medis] *Species participij eſt, ut:*

» *Quondam regnata Lycurgo*

Et,

» *Bacchatamq; iugis Naxon.*

Et,

» *Triumphata Corintho.*

Et,

» *Regnata per arua.*

Dare iura Medis] *Medos hîc prò omnibus gentib. poſuit, ac ſi diceret per triumphum ſubditis hoſtibus leges imponat.* Quâ medius liquor] *Gaditanum mare dicit, inde enim incipit Europa ſecerni à Libya.* Ab Afro] *Ab Africa, ſynecdochicôs, id eſt, per quæ loca diuiduntur Europa & Africa, duæ partes mundi.* Aurum irrepertum] *Etiam Roma aurum contemnet, quod multò utilius eſt hominibus, cùm latet adhuc ſub terra: minus enim cauſas auaritiæ præſtat. Fortiorem ergo dicit Romam contemnendo aurum fore, quam in uſus cogendo. Veteres enim Romani in hoc plurimum potuerũt, quòd amatores paupertatis diuitias poſt habebant. Vt,*

„ *Paruoq́; potentem Fabricium.* Et,

„ *Te ſulco Serrane ſerentem.*

Ordo eſt: Fortior ſpernere aurum irrepertum, & ſic melius ſitum, cùm terra celat, quàm cogere in uſus humanos.

„ *Omne ſacrum rapiente dextra*

Sacra enim omnium gentium rapuere Romani, non modò aurum. Dextram autem, aut pro auaritia, aut pro bello poſuit, ut Virg.

„ *Quid non mortalia pectora cogis*

„ *Auri ſacra fames? ——* Iuuenal.

„ *Atque omni ex crimine lucrum* Quæſitum. ——

Terminus] *Finis naturæ, quo mundi ſpacia terminantur, ad quem adhuc armis dicit peruenire ambitu gloriæ, ſiue auri cupidine.* Qua parte debacchentur ignes] *Κεκαυμένην dixit inhabitabilem, ut Virgil.*

„ *Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab igni eſt.*

In qua incendium ita ſemper eſt, ut furor Bacchãtibus dominatur, ideóq́; dicit, Debacchētur. Qua nebulæ pluuijq́; rores] *Septentrionalem ſignificat cardinem, hoc eſt, niualem. ut item Virg.*

„ *Cœrulea glacie concretæ atq; imbribus atris.*

Sed bellicoſis fata Quiritibus Hac lege dico] *Conſtituto, ſancio Romanis hoc ius fatorum, ut perniciosum habeant per ſe reparare Troiam.* Ne nimium pij] *Qui uelint præſtare parentibus, contra uoluntatem Deorum.* Triſti clade iterabitur] *Hoc ideò quidam dictum uolunt quod Fimbria, legatus Cinnæ, Ilium temporibus Syllanis oppugnauerit ac diruerit, qui mox ſeditione militum peremptus eſt. Ordo eſt:* Fortuna Troiæ renaſcens lugubri alite iterabitur triſti clade, me coniuge & ſorore Iouis, ducente uictrices cateruas. Coniuge & ſorore] *Sic Virgil.*

„ *Aſt ego quæ diuûm incedo regina Iouiſq;*

„ *Et ſoror, & coniunx. ——*

Ter ſi reſurgat murus aheneus] *Hic aut quoties reparata fuerit, diruendam dicit, ut finitum pro infinito ponat: aut tertio Troiam ſignificat periiſſe, ſemel ab Hercule, ſecundo à Græcis pro Helena, tertio à Fimbria.* Ter uxor] *Quidam Andromachen intelligi uolunt, propter Hectorem & Aſtyanactem.* Non hæc iocoſæ conueniet lyræ] *Id eſt, non talia conueniunt noſtræ propoſitioni. A' Iunonis uerbis in ſe poëta conuertitur.* Peruicax] *Licentioſa, uel reprehenſibilis.* Modis] *Modulationis metrorum.*

PORPHYR.} Iuſtum ac tenacem propoſiti uirum] *Non eſt alia hæc Oda, quàm ſuperior, ſed illi adhæret, Quare falluntur, qui eas ſeparant, quippe quæ manifeſtè cohæreat. In ſecta Stoica & hoc dicitur, iuſtum uirum honeſti propoſiti, nó terreri ciuium opinionibus exigentium, ut aliquid contra rationem faciat.* Non uultus inſtantis tyranni Mente quatit ſolida] *Id eſt, cum quem iuſtum & tenacem propoſiti ait: Ergo ſenſus eſt: Sapientem uirum non quatit, id eſt, non conturbat minax uultus tyranni, ideò, ſcilicet, quia ſolida mente eſt, id eſt. firma & cõſtanti.* Vagus Hercules] *Vagus dictus eſt, quia orbem terrarum peragrauit.* Arces Igneas] *Id eſt, ſydereas, ac per hoc cæleſtes.* Quos inter Auguſtus] *Bene, qa & ipſe uirtutis cultor eſt.* Purpureo bibit ore nectar] *Purpureo ore claro & ſplendido. ut Virg.*

„ *Lumenq́; iuuenæ Purpureum.*

Hac] *Virtute, ſcilicet.* Merentem] *Merentem quomodo accipimus, utrum ſimpliciter dignum, an ut mereri ſtipendia milites dicimus?* Indocili iugũ collo trahentes] *Alioqui indocili. Non utiq; etiam ſub Libero, qui eas docuerit iugũ ſuum trahere.* Cõſiliantibus diuis] *Conſiliantibus, nunc in conſilio agentibus intelligendum. Eſt autem ſenſus:* Iunone elocuta quæ erat cum dijs, apud quos conſilio loquebatur, gratum elocuta cõſiliantibus. *Significat hoc, Romulum in cælum receptũ Iunone mitigata Romanis, quibus aliquãdiu propter iram, quã in Troianos habuit, irata fuit.* Ilion Ilion] *Hæc iam Iunonis uerba ſunt in conſilio.* Mihi, caſtæq; damnatum Mineruæ] *Pro à me damnatum Ilion, ſcilicet, ceſtuiq;.* Iam nec Lacenæ ſplendet adulteræ Famoſus hoſpes] *Eleganter hæc dicuntur, quaſi oſtendat Iuno ſe ad ſatisfactionem uſq;, ultionem percepiſſe de Troianis.* Docere nectaris ſuccos] *Id eſt, aſſueſcere ſaporib. nectaris. Dum longè ſit, inquit, ab Ilio Roma, in qualibet parte orbis Romani, quantum in me eſt, regnet. Eleganter hic peruicacia iratæ in Troianos deæ exprimitur.* Regnanto] *Pro regnent. Secunda pro tertia perſona eſt ut & illud Virg.*

„ *Tertius Argolica galea hac contentus abito.*

Dum Priami, Paridiſq; buſto Inſultet armentum] *Hoc eſt, paſcẽdo ſupergrediatur.* Et catulos feræ celẽt inultæ] *Peritè, quaſi deſertam eſſe uelit Troiam.* Horrenda latè nomen in ult.] *Non perpetuo epitheto horrendam Romã dicit, ſed barbaris horrendã.* Qua medius liquor ſecernit Europen ab Afro] *Gaditanum fretum ſignificat, inde enim incipit diſcerni Europa à Libya.* Qua tumidus rigat arua Nilus] *Non ſemper tumidus, ſed tumidus tãtùm rigat.* Aurũ irrepertũ] *Bene aurũ utilius ait eſſe prius, quàm de metallis cùm effodiatur, quoniã effoſſum cauſam præſtat auaritiæ ac ſcelerib. Populũ aũt Romanũ ait conſtantiſſimũ, aurũ contemnere meritò, quoniam apud ueteres paupertas magis in honore erat, quàm diuitiæ.* Omne ſacrum, &c.] *Non Romanorum, ſcilicet, dextra, ſed Deorum, qui cogunt aurũ in uſus Romanos. Extrinſecus autem hic accipienda uox eſt, &, ut ſit,*

„ *Etiam, ſacrum rapiente dextra.*

Viſere geſtiens] *Qua uel parte debacchentur ignes. Auſtralẽ cardinem ſignificat, qui eſt torrentiſſimus.* Troiæ renaſcens alite lugubri Fortuna, triſti clade iterabitur] *Ordo & ſenſus eſt: Fortuna Troiæ alite lugubri, id eſt, malo auſpicio renaſcenti iterata excidio cadet. Hic autem ſenſus inde conceptus eſt, quòd Flauius Fimbria legatus Cinnæ Ilium temporibus Syllanis oppugnauit ac diruit, quem mox ſeditio militum occidit.* Non hæc iocoſæ conueniet lyræ, quo Muſa tendis] *Nunc his uerbis poëta ad ſe conuerſus ait: Non ſe rectè facere, quòd lyrico carmine, cui iocoſa conueniant, ſeueriora loquatur.* Deſine peruicax] *Peruicax nunc pro licentiore dicitur.* Et magna modis tenuare paruis] *Senſus eſt: Deſine magnas res, quæ heroico magis carmini cõueniũt, extenuare humilitate lyrici carminis.*

CHRIST. LAND.} Iuſtum & tenacem propoſiti uirum] *Oſtendit qui fructus, & quæ præmia proueniant ex eo uitæ genere, in quod hactenus præcepta dederit, & eos, qui huiuſcemodi uitæ aſſueti habitum contraxerint, nullo terrore ad uitia impelli poſſe. Referiq́; multos uiros his uirtutibus ad cælũ aſſumptos eſſe. Laudauerat iuſtitiam & fortitudinem, nunc quid ex illis aſſequamur oſtendit.* Tenacem] *Id eſt, fortem & conſtantem, & in propoſito perſeuerantẽ. Nam fortitudinis partes ſunt. Conſtantia, Confidentia, Magnanimitas, Perſeuerantia, Patientia, Magnificẽtia & Seueritas. Verum magnanimitatis partes ſunt, Dignitas & liberalitas. Magnificentiæ uerò Gloria, Amplitudo, Studium, & Exercitium, ergo tenacem propoſiti intelligit perſeuerantem. Eſt aũt perſeuerantia, quam fortitudinis partem eſſe poſuit in re bene conſiderata ſtabilis ac perpetua manſio. Eſt autem ordo, quod neq; ardor ciuium iubentium, parua nec uultus inſtantis tyranni quatit à mente ſua ſolida. uirum iuſtum & tenacem propoſiti.* Ardor] *Ardentiſſima quædam cupiditas, quæ etiam bonos ad turpia impellere ſolet.* Nec uultus] *Quaſi ſæuitia, quã in uultu oſtendit.* Quatit] *Quaſi dicat nedum deijciat, ſed ne quatit quidẽ.* Mente ſolida] *Id eſt, à bene conſtabilito inſtituto.* Iouis fulminãtis] *Sed de Iouis fulminib. diximus ſuo loco. Sentẽtia eſt, nihil unquã futurũ tam horrendum, quòd illum à uita rectè inſtituta dimoueat, neq; ſi mundus ruat expaueſcet illius ruinã.* Hac arte Pollux] *Oſtendit exẽplis homines uirtute & iuſtitia inter deos eſſe relatos, nã de Polluce hiſtoriã, ut iam demonſtrauimus habere, quia mare piratis infeſtũ pacarit diuinos honores meruiſſe.* Et uagus Hercul.] *Hunc etſi Thebanũ ex Alcmena Iouis filiũ fingãt, tamẽ illi omnia tribuũt, quæ Aegyptius Hercules factitauit.* Vagus] *Cõuenienter ſibi epithetũ, nam iubente Euryſtheo diu, latiusq; ad uaria monſtra domanda uagatus eſt. ſic Virg. Nec uerò Alcides tãtũ telluris obiuit.* Innixus] *Vehemẽter nixus.* Igneas] *Syderib. micantes.* Purpureo] *Pulchro & quaſi diuino.* Nectar] *Potio diuina eſt.* Recũbens] *Diſcũbẽs, nã uoluit antiquitas duplici uia homines reddi deos, lectis ſ. ſcilicet aut mẽſæ participatione, de mẽſa apparet apud Aeolũ Virg.*

„ *Tu das epulis accumbere Diuûm.* De utroq; in Bucol. *Nec Deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt. De Baccho uerò eadẽ repete, quæ iam dicta ſunt.* Indocili] *Indomabili, nam brutum indocile,*

indocile dicimus, quando imperio humano non paret, ergo indocilis ſuapte natura, ſed iuſſui dei tamen paret. Hac] Repetitio eſt hanc enim dictionem ter in initio clauſulæ ponit. Dant autem poëtæ tygres Baccho, uel ad oſtendendam herois uirtutem, qua etiam efferatiſsima & natura indomabilia domuerit, uel ut his feris notetur efferitas ebriorum. Quirinus] Magni artificij, ſed nec minoris cõſilij poëta Auguſtum, Romulumq́, à quo Auguſtus originem ducit non ſolum laudat, uerùm ita laudat, ut adulationis ſuſpitionem dimoueat, nam per quandam inſinuationem ſimulat ſe in commune uirtutem laudandam ſuſcepiſſe, ac mox ideo exemplis nititur demonſtrare ſe coactum eſſe, ut illos heroibus aſcribat, ut caſu potius, quàm electione hoc agi uideri poſsit, nam quantò magis adulandi ſuſpicio amouetur, tanto magis laus creſcit.

Quirinus] Romulus, Hoc autem totum figmentum & nouum eſt, & à poëta excogitatum. Nam cum miro artificio procedat in ijs ad hiſtoriam pertinent, non tamen ſe poëtã eſſe obliuiſci oportet. Fingit tamen quæ ab alijs figmentis non abhorreant, Romulũ eſſe ad cœlos euectum iam placata Iunone, quæ Troianis, & ijs, qui è Troianis fluxerant, hactenus inimica fuerat. Martis equis] Nõ immeritò, & quia Martis filius fuerat, & quia rebus bellicis claruerat. Fuge Acheronta] Fugit infernum, quia inter deos relatus eſt, quod ut docet Liuius etiam poſt mortem ſuam uulgò creditum eſt. Poſſumus etiam dicere, quod ex Platonicorum ſententia locutus ſit poëta, qui uolunt animos eorum, qui piè caſteq́ uixerint, & bene de mortali genere meriti ſint, ſeq́; puros conſeruauerint nullo ſcelere infecti, quamprimum ex corporibus exceſſerint ad cœlum in ſuam originem reuerti. Qui autem ijs ſceleribus infecti ſunt, quæ tamen purgari poſsint, eos poſtquam tempore debito per omnia inferorum flumina longo circuitu ſæpius deuoluti fuerint, tunc demum inde liberari. Qui autem tam magna, tamq́ tetra, cõmiſerũt flagitia, ut nullo piaculo purgari poſsint, eos in æterno ſupplicio apud inferos detineri ſcribunt. Gratum] Rem gratam. Nam pergratum diuis ſuit, cum in eorum ſenatu in conſultationem ueniſſet, eſſet ne recipiendus Romulus. Quoniam Iuno hactenus aduerſa Troianis nunc reconciliata ſe beneuolente id agi demonſtret. Iudex] Scilicet Paris, & quaſi Ironicè protulit, cum non uideatur dignus uocari iudex, qui ita iniquè iudicauerit. Fatalis] Exitialis patri, patriæq́ ſuæ. Et mulier peregrina] Et hoc cum ſummo ſtomacho pronunciauit. Oſtendit enim ſolum Paridẽ propter raptam Helenam cauſam exitij Troiani fuiſſe, & ſimul ne minuatur ignominia ex nobilitate eorum qui uicerunt, non dicit à mille nauibus, & à nobiliſsimis ducibus fuiſſe euerſam Troiam, ſed ab uno ciue & muliercula peregrina, quaſi parum pudica. Nam ignominiæ datur mulieri, quæ mutat patriam. Quapropter & Terentius ille Parmeno cum Thais dixiſſet matrem ſuam Samiam fuiſſe, & Rhodi habitaſſe, propter eam, quam dixi cauſam, tacere ſe poſſe reſpondit. Verſis] Funditus eruit. Ilion Ilion] Sic enim nominabatur urbs, quæ in Troia regione Phrygiæ fuit. Cõgeminauit autem ex ingenti lætitia. Nam ut cum ſtomacho Paridem iniquum in ſe iudicẽ pronunciauit, ſic urbis exitium non ſine uoluptate meminit. Ex quo deſtituit deos] Fabulantur enim dirutis mœnibus Troianis ab Hercule, pactum fuiſſe Laomedontem ſe ingens auri pondus Neptuno, Apolliniq́ daturum, ſi illi mœnia reſtauraret, ac deinde opere abſoluto pacta mercede deos defraudaſſe. Quod nõnulli ad hiſtoriam referunt. Dicunt enim cùm deeſſet pecunia ad reparandos muros, regem eam, quæ in templo Apollinis & Neptuni ſacra erat, aſſumpſiſſe, dijsq́ pollicitum breui ipſam repoſiturum, nec tamen repoſuiſſe, quod periuriũ ita deos commouit, ut accedentibus deinde nouis iniurijs in Iunonẽ, Mineruamq́ iniquitate iudicij à Paride illatis, illi urbẽ Iunoni, Mineruæq́ damnarint. Ordo eſt, iudex fatalis & inceſtus, id eſt, pollutus. Helenæ adulterio, & mulier peregrina, uertit in puluerem, id eſt, in cinerem. Ilion Ilion damnatũ mihi et cum, ex quo Laom. deſtituit damnatũ Mineruæ cum populo. Iam nec] Quaſi dicat, remitto inimicitias ijs, qui à Troia originem ducunt, quia iam abundè ulta ſum Paridem, & exultanter atq́ amare. Iam non ſplendet] Vt demonſtret hominem luxurioſum cultura corporis, & nõ uirtutibus operam impendiſſe. Famoſus hoſpes] Quaſi dicat infamis apud omnes gentes, propter uiolatum hoſpitiũ, quo liberaliter à Menelao ſuſceptus erat? Famoſus enim plurimum Laomedon rex Troianus 5. fuit à Dardano. Fuit enim filius Trois, & ille Erichthonij, quem Dardanus ex Candauia genuit. Hic deos (ut dixi) mercede pacta defraudauit, proptereaq́ apud Maronem ſcriptum eſt,

„ Laomedonteæ luimus periuria gentis.

Nec Priami domus periura] Quaſi dicat, ipſa peritura perijt, neque potuit ab Hectore defendi. Ductum] In plures annos protractum, quaſi dicat, quicquid temporis durauit bellum Troianum, id omne adſcribendum eſt non uirtuti illorum, ſed noſtris ſeditionibus, nam partim deorum etiam Troianis fauit, ut eſt apud Homerum & Virg. qui ſi omnes in pœnam ſcelerum eorum conſenſiſſent, ſtatim actum fuiſſet de Troia. Quapropter ego iam ulta non ulterius proſequar iniurias, ſed redonabo Romulum nepotem Troianorum ex Ilia (quãuis illum oderim) Marti filio meo & patri ſuo. Dicimus autem redonare & cõdonare aliquem alicui, cùm et à quo ſiue ſupplicium, ſiue ultionem ſumpturi ſumus, illius cauſa iniurias remittimus nam eam pœnam, quæ nobis debebatur gratia remittimus, ergo donamus. Adſcribi] Annumerari, tranſlatio à ciuibus qui in coloniam aliquã mittuntur. Ii enim adſcribi dicũtur. Quietis] Ex profunda Theologia promptũ. Nam ſolius diuinitatis quies eſt, creaturarum aũt motus Optime ergo Boëtius de Deo.

„ Stabilisq́ manens das cuncta moueri.

Dum longus] Modo magnũ maris ſpaciũ intercedat inter Romã & Ilion permittã eos regnare. Dũ Priami, Paridisq́ buſto] Modo ita deſertum ſit Ilion, ut ferè in diruto ſepulchro audeant ſua cubilia ponere & impunè, id eſt, nemine prohibente, nõ prohibebo Rõmanũ imperiũ per uniuerſum orbẽ propagare. Locus aũt ſumptus eſt ex Ennio. Ille enim deſcribit in ſecundo bello Pun. Iunonem reconciliatã Romanis, Carthaginẽ deſerere. Regnanto] Tanquam legem cõſtituat tempore, & modo legumlatorũ uſa eſt. Priami] Nam neminẽ magis oderat quàm Paridem, et qui illum produxerat Priamum. Buſto] Buſtum propriè locus eſt, in quo defunctus eſt cõbuſtus & ſepultus, diciturq́ buſtum, quaſi bene uſtum. Vbi autem combuſtus ſolũ eſt, & alibi ſepultus, is locus ab urendo uſtrina uocatur. Sed modo buſta ſepulchra uocamus. Triumphatis] Vſurpauit participiũ paſsiuum à uerbo non paſsiuo. Non enim dicimus triumpho Medos, ſed triumpho de Medis. Idem fecit & Virg.

„ Ille triumphata capitolia ad alta Corintho.

Europen] Actus Græcus. Liquor] Mare quod ab occiduo Oceano irrumpens Europã ab Aphrica diuidit. Nilus] De cuius Origine multa fabuloſa referũtur. Tumidus] Quia diebus canicularibus contra reliquorũ fluminũ morem ita turgeſcit, ut Aegyptũ exundat. Rigat arua] Vnde alibi, Et uiridẽ Aegyptũ nigra fœcundat harena. Fortior] Hæc in ore Iunonis uera ſonant, Nam priſci Romani his moribus fuerũt. Fortior ergo, id eſt, cõſtantior ſpernere aurũ. Irrepertum] Quaſi dicat quãuis illis offeratur quicquid auri intra terrã latet, quod multò plus eſt quàm quod apparet. Et eſt ex ſententia Curij, qui Samnitib. reſpõdit, nolle Romanos aurum, ſed imperare poſsidentibus aurum. Vaticinatur igitur priſcã illam ſæueritatẽ, quæ adhuc futura erat. Omne ſacrũ] Sentẽtia eſt, quod melius ſit ſpernere aurũ, quã cogere, id eſt, cõgregare in uſus humanos. Quoniã qui cõgregant rapiunt etiam ſacra. Nã non congregãt niſi auari, & auari nulli rei parcunt. Debacchentur ignes] Iuxta torridam zonam Virgil.

„ Quarũ quæ media eſt non eſt habitabilis æſtu. Qua nebulæ] Plagã ſeptentrionalẽ intelligit. Dico] Quaſi cõfirmo & ſancio, Et poſuit hoc poëta ad excuſationem Romanorũ, qui antiquã patriam contempſiſſe uidebãtur. Nimium pij] Nã nimia fuiſſet pietas, ſi illis eſſet nocitura. Fidentes reb.] Id eſt, freti potentiſsimo imperio. Auitæ] Quæ ueſtrorũ auorum urbs fuit. Troiæ] Introducit non meliore fortuna renatum iri Troiã quam olim fuerit, ergo fortuna Troiæ, quaſi dicat mala fortuna. Sic Virg.

„ Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta.

Lugubri alite] Infœlici augurio. Reiterabitur] Iterum ſurget, hoc autem fiet me duce. Me coniuge] Interpretatio eſt color rhetoricus. Fit autem quotiens exprimimus quam uim pronomen antecedens, & quod pondus habeat. Sic Virg.

„ *Aſt ego quæ diuum incedo regina Iouiſq;*

Et ſoror & coniux.— Ter ſi] *Finitũ numerũ pro infinito ponit.* Aeneus] *Fortis, infrangibilis.* Authore Phœbo] *Quaſi dicat nõ proderint, neq; ſi à deo fiat, neque ſi ex infrangibili materia.* Meis Argiuis] *Nã Argis colebatur. Vnde ſupra plurima in Iunonis honorem aptum dicet equis Argos, & Virg. Prima quod ad Troiam pro caris geſſerat Argis.* Virum & pueros] *Maritũ & filios aut cæſos aut in captiuitatem abductos.* Non hoc iocoſe] *Profeſſionem fecerat minorũ rerum, & quæ iocis magis quã ſeueritate commendarentur. Quapropter cùm animaduertat ſe ad altiora aſcendiſſe, admonet Muſam, ut deſinat ſermones deorũ referre.* Et magna modis tenuare paruis] *Modeſtiſsimè de ſe loquitur. Nam qui magna paruo ſtylo canit, non modò non auget illa, ſed potiùs extenuat.*

ERAS. ROT. } *Superius alluſit ad Græcorum prouerb.* τί εἰ ὁ οὐρανὸς ἐμπέσοι, *id eſt, quid ſi cœlum ruat? quod in eos citatur, qui in tutiſsimis rebus ridiculè timent.*

HENR. GLAR. } Caſtaq; damnatũ Mineruæ] *Si Damnatũ rectè legitur, manifeſtè Horatius Ilion genere neutro profert, ut Virgil. Homerus nunquã, niſi Iliados 15. non ita longè ab initio* εἰσόκ' Ἀχαιοὶ Ἴλιον αἰπὺ ἕλοιεν. *Id tamen carmen notatum eſt, tanquã* ὁ γνήσιον. *Sed & in Horatio fortaſsis legendum damnatã, non damnatũ, quod equidẽ magis crediderim, ſicut Ode 9. libro 4. Non ſemel Ilios uexata.* Bellũ reſedit protinus] *Protinus, inquit Acro, id eſt, dehinc, ut Virg.*

„ *Mos erat Heſperio in Latio, quem protinus urbes*

„ *Albanæ coluere ſacrum.*

Placet hæc expoſitio, ſed oportebat, tũc, diſtinguere ante protinus, quod & ſonãtius fit propter duas, quæ ſequuntur, copulas. Omne ſacrũ rapiente dextra] *Nõ Romanorũ ſcilicet dextra (inquit Porphyrio) ſed deorũ, qui cogũt aurũ in uſus Romanos. Hæc ille. Quæ uerba ego planè non intelligo: Fieri aũt poteſt, ut ex Acronis aſſumentis in Porphyrionis cõmentarium uenerint. Ego ſenſum authoris eſſe puto: Roma fortior ut ſpernat aurũ, quàm ita cogat in humanos uſus, ut ne ſacris quidẽ parcatur, quẽadmodũ ſæpe fieri ſolet, ſacro illo auri amore. Obiter etiã notandum in hac Ode apotheoſin eſſe Romuli, cum obliqua purgatione impietatis Romanorum in Ilium nuper perfidia Fimbriæ euerſam. Meminit Florus libro 83. in Epitome. ubi C. Fimbria dicitur. In Porphyrionis commentario Flauius, ſi codex non fallit. Hæc pro totius Ode ſenſu dicenda duximus. Nam commentatores prima quæq; explicant, ut de uiro iuſto, omittentes poëtæ propoſitum.*

HERM. FIG } Iuſtũ] *Sapientẽ, fortẽ, Seruari enim iuſtitia (inquit Cic.) niſi à forti uiro, niſi à ſapiente nõ poteſt.* Tenacẽ propoſiti] *Conſtantẽ. Eſt enim iuſtitia, ut Vlpianus definit cõſtãs, & perpetua uolũtas, hoc eſt, certa & perpetua notitia naturalis, quæ iudicat quid ſit iuſtũ. Cõſtantẽ ex Stoicorũ ſententia, ita deſcribit Cicero: Conſtantẽ, ait, uolumus quendã ſedatum, grauẽ, humana omnia prementẽ, illũ eſſe, quem magnanimũ, & fortem uirũ dicimus: talis aũt nec mærens, nec timens, nec cupiens, nec geſtiens eſſe quiſquã poteſt.* Non ciuiũ ardor] *Significat conſtantẽ uirũ nullo furore, aut ſeditione populi, à recto poſſe deduci. Exemplum eſt egregiũ in L. Piſone, qui Conſulatũ Palicano ſeditioſiſsimo homini cõtra fauorẽ populi, & Tribunitiã temeritatẽ ſua cõſtantia eripuit.* Nõ uultus inſtãtis Tyrãni] *Docet conſtantẽ uirũ nullis tyrannorũ minis à iuſto, & honeſto mentis propoſito flecti poſſe. Hoc probari poteſt admirãda Zenonis Stoicorũ principis atq; inuentoris, cõſtãtia. Hic Pythagoræ præceptis imbutus, cum Phalaridi Tyranno, homini ſæuo & ſanguinario, ob crudelẽ dominatũ necẽ machinaretur, ut ciues ab impotenti ſeruitio tolleret, & arcano conſilio detecto, captus ab eo in omnes cruciatus laceraretur acerbis quæſtionibus, quòd cõſcios cõiurationis nõ detegeret, nullis terroribus adduci potuit, ut affines culpæ, & cõſcios facinoris palàm faceret: ſed uultu interrito, & quadam ſublimi conſtantia, ea præſentia animi fuit, ut ſingulos tyranno intimos familiares, quanquã inſontes, cõiurationis capita eſſe diceret: quibus ſublatis, multitudinẽ ſæuientẽ magnifica oratione ita impulit, ut facto impetu, lapidib. eum obruerint. Hæc Alexãder Neapolitanus. Huic ſimile eſt illud, quod refert Valerius Maximus de Q. Scæuola: Cùm enim Sylla proſtratis inimicorũ partibus, urbem occupaſſet, Senatumq; armatus coëgiſſet, cupiens, ut C. Marius quamprimùm hoſtis iudicaretur: cuiuſq; uolũtati nullis obuiã ire audentibus, ſolus Scæuola interrogatus de hac re, ſententiã dicere noluit. Quinetiã truculentius ſibi minitanti Syllæ, Licet, inquit, mihi agmina militũ, quibus curiã circũſediſti, oſtentes, licet mortẽ identidem miniteris, nunquã tamen efficies, ut propter exiguũ, ſenilemq; ſanguinẽ meum, Marium, à quo Vrbs, & Italia conſeruata eſt, hoſtem iudicem.* Mente quatit ſolida] *Hoc eſt, à recto conſtantis & firmi animi propoſito, nullis terroribus deturbat.* Auſter dux inquieti] *Hunc lib. 1. uocat Adriatici maris arbitrum, inquiens:*

„ *—Nec rabiem Noti,*

„ *Quo non arbiter Adriæ*

„ *Maior, tollere, ſeu ponere uult freta.*

Eſt autem Auſter uentus meridionalis, turbidus & nubiloſus. De Adria diximus lib. 2. Ode 14. Nec fulminãtis] *Innuit, iuſtum & innocentem uirum non terreri Dei ira.* Si fractus illabatur orbis] *Etiamſi cœlũ ruat, tamen ruinã eius non metuet. Ariſtoteles, libro* τῶν μετὰ τὰ φυσικά *quinto, ſcribit, priſcis illis, & rudibus mortalibus perſuaſum fuiſſe, cœlum hoc, quod uidebant imminere, Atlanticis humeris ſuſtineri. Quòd ſi ille ſe ſubduxiſſet, fore ut è ſublimi in terrã decideret. Idq; non ſolùm poëtarũ figmẽtis fuiſſe proditum, uerùm etiam à Phyſicis nonnullis adfirmatum. Huc alluſiſſe hoc loco Horatium, dicit Eraſ.* Hac arte Pollux] *Hoc eſt, iuſtitia, fortitudine, & conſtantia. His enim uirtutibus præditos ueteres in cœlum aſcendere, & pro Dijs colendos eſſe credebant: & minorum gentiũ Deos, tanquã adſcriptitios, & adlectos in Deorũ numerum dicebant. Ars autem pro ipſa uirtute interdũ ponitur, quia* ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, *id eſt, à uirtute appellata eſt. Cicero pro lege Manilia. Non enim ſolùm bellandi uirtus in ſummo atq; perfecto imperatore quærida eſt, ſed multæ ſunt artes eximiæ, huius adminiſtræ, comitesq; uirtutis. De Polluce dixi lib. 1. Ode 12. De Hercule, Ode 3. eod. lib.* Arces attigit igneas] *In cœlum aſcenderunt, & Dij facti ſunt multi propter uirtutem. Quòd aũt (inquit Cic. de Leg.) ex hominũ genere cõſecratos, ſicut Herculẽ & cæteros, coli lex iubet, indicat omniũ quidẽ animos immortales eſſe, ſed fortiũ, bonorũq; diuinos. Quo in loco Cicero ueris falſa miſcet, teſte Ioanne Oldendorpio. Sicut enim uerũ eſt, animos immortales eſſe, uitamq; futurã omnib. modis æternam, ut eſt in ſymbolo fidei catholicæ, ita rurſus falſiſsimũ eſt. fortitudine, aut bonitate, maiorẽ aliquã diuinitatẽ donari, ſed omnes ex æquo per fidem in Chriſtũ, ſeruabimur ad perpetuam, cœleſtẽq; beatitudinẽ. Ioan. 3. Rom. 4.* Quos inter Auguſtus recũbens] *Blãdiens Auguſto Cæſari, eũ in numero & cõuiuio Deorũ ponit, tanquã fortiſsimũ, & de Repub. optimè meritũ principẽ.* Vexẽre tigres] *Tigres & lynces Bacchi currũ trahere dicuntur. Per quod oſtenditur ebriorum ſæuitia et feritas:* Ouidius de Baccho.

„ *—Tu biiugum pictis inſignia frenis*

„ *Colla premis lyncum.—* Item Stat.

„ *Effrenæ dextra læuaq; ſequuntur*

„ *Lynces: & uda mero lambunt retinacula tigres.*

Hac Quirinus] *Declarat Romulũ quoq; propter uirtutẽ & merita curru Martis in cœlũ euectũ, permittente hoc Iunone inimica Romanorũ reconciliata.* Conſiliantib. Diuis] *Hoc eſt, Dijs in conſilio deliberantib. de Romulo, in Deorũ numerũ recipiendo.* Ilion Ilion] *Oratio Iunonis, qua urbis & gentis Troianæ uaſtationẽ cũ magna uoluptate recẽſet. Eſt aũt longa* παρέκβασις, *qua poëta in laudes Romanorũ excurrit.* Fatalis inceſtusq;] *Quia fatali neceſſitate cõſtitutus erat adulter Paris ad interitũ Ilij.* Iudex & mulier peregrina] *Cũ n. Paris datus arbiter à Ioue, cõtra Iunonẽ & Mineruã pro Venere iudicaſſet, eiuſq; beneficio Helenã ſibi promiſſam rapuiſſet, ortũ eſt bellũ ingens, & crudele inter Græcos & Troianos, quo Ilion, & tota Troia funditus fuit euerſa. Iudiciũ Paridis lepidè deſcribit Lucianus in Dialogis Deorũ.* Ex quo Laomedon deſtituit Deos] *Poſteaquã Laomedõ rex, Apollinẽ & Neptunum decepit, nõ ſeruando pactũ. Nã cũ totũ annũ pro certa mercede, iuſſi à Ioue illi inſeruiſſent, hic extruendo muros, ille paſcendo boues,*

Laome-

Laomedon finito anno conſtitutum precium non dedit, ſed minis deterruit, & mani ſpe deluſit. Meminit eius rei Neptunus apud Homerum lib. Iliad. φ. Mihi caſtæq; Mineruæ damnatum] *Iuno & Minerua propter ſpretam à Paride formam, non ſolùm Troianis ſedulò aduerſabantur, uerumetiam Græcos in expugnatione urbis iuuabãt, ut licet uide apud Hom. & Virg.* Iam nec Lacænæ] *Quaſi dicat: Periŋ nunc omnis pulchritudo, ornatus, & ſplendor, quibus libidinoſus & delicatus ille Paris fulgebat, atq; hoſpitæ ſuæ Helenæ placebat.* Nec Priami domus] *Debellata atq; oppreſſa etiam eſt Hectoris fortitudo, quæ ſola multos annos Græcorũ uim & impetum ſuſtinuit atq; repulit.* Periura] *Propter Laomedõtis Priami patris perfidiam.* Noſtriſq; ductum ſeditionibus] *Bellum Troianum, inquit, ô Dij, noſtris diſſenſionibus & diſcordijs longiùs productum, extinctum nunc, atq; funditùs deletum eſt. Itaq; ira, & memoria doloris depoſita, Romulũ, hactenus mihi inuiſum, ueluti Troianæ gentis nepotem, in gratiã Martis patris ipſius, inter Deos referri patiar.* Noſtris ſeditionibus] *Nam alij Dij fauebãt Græcis, alij Troianis, adeóq; grauiter diſſidebant, ut etiam inter ſe bella mouerẽt. Autore Hom. li. 20. Iliad.* Troica quẽ peperit ſacerdos] *Hoc eſt, Romulum, quem Rhea Syluia uirgo Veſtalis compreſſa à Marte, edidit, teſte Liuio lib. 1. Decad. 1. Et Virgil. dum inquit:*

„ *—Donec regina ſacerdos*
„ *Marte grauis geminam partu dedit Ilia prolem.*

Illum ego lucidas inire ſedes] *Illum ego in cælum uenire permittam. Cic. de Leg. Romulus poſt exceſſum ſuum dixit Proculo Iulio, ſe Deum eſſe, & Quirinum uocari, templumq; ſibi dedicari.* Ducere nectaris ſuccos] *Hunc ego in Deorum conuiuio uerſari, & ambroſia atq; nectare lætari ſinam.* Adſcribi] *Quaſi nouum & adſcriptitium ciuem in cælum recipi. Quemadmodũ enim Romæ erant maiorum, minorumq; gentium Senatores, ita etiam maiorũ, minorumq; gentium Dij in cælo, ut ſemel atq; iterũ monuimus. Illi cæleſtes ſemper habiti, & ſelecti appellati ſunt: hi adſcriptitij, & allecti in Deorum numerum dicti, qui ex hominibus diuinos honores meruerant.* Ordinibus] *Nam ſicut in Republica Romana populus diuiſus erat in honoris gradus, ſic quoq; inter Deos certos dignitatis ordines conſtituebat inſania, & cæcitas gentium. Sedes & habitationes Deorum ita diſponit Ouid. lib. 1. Transforma.*

„ *Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis,*
„ *Regalemq; domum: dextra læuaq; Deorum*
„ *Atria nobilium ualuis celebrantur apertis.*
„ *Plebs habitat diuerſa locis: à fronte potentes*
„ *Cælicolæ, clariq; ſuos poſuêre penates.*

Platonem quoq; tres deorum ſpecies feciſſe legimus.

Dum longus inter] *Dummodo longiſſimo locorum interuallo, mariq; interiecto, Romani à Troianis disiuncti ſint, Iliũq; exciſum & euerſum, libenter permittam, eos feliciter & quàm latiſſime regnare.* Exules] *Hoc dicit propter Aeneam, qui eiectus à patria, cùm diu uagus & exul errasſet, tandem in Italiam uenit, ut apud Virg. & Liu. ſcriptum eſt.* Dum Priami Paridiſq; buſto] *Dummodo ita ſit extincta Troia, ut ibi nunc deſertiſſimæ ſint ſolitudines, & denſiſſimæ ſyluæ, ubi olim Troianorum regum fuerũt ſepulchra.* Buſto] *Cicero de Legibus Buſtum appellari putat tymbon, quod Latini ſepulchrum uel monumentum dicimus.* Inſultet armentum] *Quaſi dicat, ſint campi ubi Troia fuit, in quibus exultent & paſcantur pecora.* Catulos feræ celent] *Dummodo in ſepulchro Priami & Paridis iam uaſtæ & aſperæ, ſint ſyluæ, tuta ferarum latibula.* Stet Capitolium] *Floreat potentia, uictoria, triumphis & legibus, Romanum Imperiũ.* Triumphatis Medis] *Hoc eſt, hoſtibus uictis, & in triũpho ductis. Species pro genere.* Dare iura] *Præſcribere leges. Nam populum Romanum, regem atq; Imperatorem omnium gentium non ſolùm armis potentem, ſed legibus etiam oportebat eſſe ornatum.* Horrenda latè nomen] *Hoc eſt, Reſpub. Romana gloriam nominis & imperij fines, in ultimas etiam Africæ & Europæ oras extendat atque propaget.* Qua medius liquor] *Hoc eſt, in Hiſpaniam & Mauritaniã uſq;, quæ ſunt extremæ partes Europæ & Africæ, quas fretum Herculeũ ſeparat.* Qua tumidus rigat arua Nilus] *Vbi Nilus, Aegypti fluuius, Africã ab Aſia diuidit. Tota autem terræ ſuperficies in tres partes. Mari mediterraneo, & duobus inclytis amnibus, Tanai & Nilo diſterminatur. Harum duas, hoc eſt, Europen & Africam, Romanis Iuno occupandas concedit. A tertia uerò, uidelicet Aſia, eos ſecludit, ne Troianum regnum ſibi inuiſum, & iam dirutum inſtaurent.* Rigat arua Nilus] *Nilus (inquit Pomponius Mela) omnium in noſtrum mare permeantium maximus, it per omnẽ Aegyptũ uagus, atq; diſperſus, ſeptemq; in ora ſe ſcindens, ſingulis tamen grandis, euoluitur. Non pererrat autẽ tantùm eam, ſed æſtiuo ſydere exundans etiam irrigat, adeò efficacibus aquis ad generandum, alendumq;, ut præter id quòd ſcatet piſcibus, quòd Hippopotamos, Crocodiloſq; uaſtas belluas gignit, glebis etiã infundat animas, ex ipſaq; humo uitalia effingat.* Aurum irrepertũ] *Oſtendit Romanos fortiores fore ſi aurum contemnãt, quàm ſi ad uoluptates perfruendas expetant, atq; effodiant. Frugalitas enim & temperantia fortitudinem, & maximas quaſq; uirtutes complectuntur: Diuitiæ autem hominũ animos effœminant, atq; bonos mores corrumpunt.* Et ſic melius ſitum] *Quia ad maximã perniciem humanæ uitæ effoditur aurum, ingentibus & multis laboribus atq; periculis. Aurum Perſicũ, fugato Mardonio, Athenienſium animos labefactauit, & dira tabe infecit. Attali opibus, luxuriaq; in Italiã inuectis, & mores Romanorũ grauiter afflicti ſunt.* Spernere fortior] *Pro, ſpernendo & cogendo fortior: imitatione Græcorum, qui cùm Gerundijs in uniuerſum careant, Infinitiuos pro Gerundijs uſurpant.* Omne ſacrum rapiẽte dextra] *Indicat nihil tam ſanctum & religioſum, quod auaritia non audeat uiolare. Conſtat Dionyſium Syracuſanum non modò fana deorũ ſpoliare ſolitum, ſed etiã ſacrilegia ſua iocoſis dictis proſequi uoluptatis loco duxiſſe. Detracto enim Ioui Olympio magni põderis aureo amiculo, iniectoq; ei laneo pallio, dixit: æſtate grauem eſſe aureum amiculum, hyeme frigidum, laneũ autem ad utrumq; tẽpus anni aptum.* Quicunq; mundo terminus obſtitit] *Ad ultimas quaſq; orbis terræ regiones & limites Romanorum arma perueniant. Eſt autem terminus terræ* Oceanus. Ouidius:

„ *—Circumfluus humor*
„ *Vltima poſſedit, ſolidumq; coërcuit orbem.*

Qua parte debacchentur ignes] *Plagam torridam intelligit, quæ eſt ſub æquinoctiali circulo, & à ſolis ardore torretur.* Qua nebulæ] *Plagã ſeptentrionalẽ ſignificat, quæ eſt ſub cingulo arctico, & perpetuo frigore riget.* Sed bellicoſis fata Quiritibus] *Ea conditione, quid euenturũ ſit, fortibus Romanis prædico, ne nimiũ fortunæ & potentiæ confidentes, patriã auitamq; Troiam pietatis ergò redintegrare conẽtur.* Troiæ renaſcens] *Troiæ reſurgenti ſecundum excidiũ minitatur.* Alite lugubri] *Triſti augurio, infelici auſpicio.* Triſti clade iterabitur] *Acerbo & calamitoſo bellò iterũ me duce euertetur.* Cõiuge me Iouis, & ſorore] *Idẽ quod dicit apud Virgil.*

„ *Aſt ego quæ diuũm incedo regina, Iouiſq;*
Et ſoror & coniunx. Quod Seruius exponens, ait *Phyſici Iouemætherẽ, id eſt, ignẽ uolunt intelligi, Iunonẽ uerò aërẽ. Et quoniã tenuitate hæc elementa paria ſunt, dixerũt eſſe germana. Sed quia Iuno, hoc eſt, aër, eſt ſubiectus igni, iure ſuperpoſito elemento maritẽ traditũ nomen eſt.* Murus aheneus] *Hoc eſt, ſolidiſſimus, firmiſſimus & inexpugnabilis.* Autore Phœbo] Conditore *Apolline.* Meis Argiuis] *Argis enim Iuno ſumma religione colebatur, itaq; charos habebat Argiuos, eiſq; auxiliũ contra Troianos tulit. Virg.*

„ *—Veteriſq; memor Saturnia belli,*
„ *Prima quod ad Troiã pro charis geſſerat Argis.*

Ter uxor ploret] *Hoc eſt, ſæpiùs Troiana mala, ærũnas & calamitates belli accipiãt.* Capta uirũ, puerosq; ploret] *Trahũtur enim in captiuitatẽ mulieres, trucidãtur mariti, in ſeruitutẽ uenduntur pueri, ſtuprãtur uirgines. Denique omnia ſunt triſtia, acerba, luctuoſa, plena mærore, fletu, & lachrymis, tempore belli.* Quò Muſa tendis] *Muſam lõgius quàm uolũtas fuit, à propoſito digreſſã, reuocat, monetq; ut relictis arduis & grauib. rebus humilia potius & iocoſa canat.*

THEOD. PVL. } 6 Iouis manus] Manus Iouis, *H.B. E.A.* domus Iouis, G. 12 Bibit] Biber. G.B. 41 Poſſis] *Venuſtum ſanè apud poetas uſum habet uocabulum poſſum, quando cum alijs uerbis coniunctum, eorum uicem periphraſticè impleto*

ut

ut cùm potuiſſe aliquem dicere uel facere aliquid, pro dixiſſe, uel feciſſe ſcribunt. id quod exemplis eſt comprobandum. Horat.

» ——ſtet Capitolium
» Fulgens, triumphatiſq; poſſit
» Roma ferox dare iura Medis. & 3. Carm. 11.
» Impiæ ſponſos potuere duro
» ——Perdere ferro. & ad Piſonem,
» —quid ſuperat? poteras dixiſſe triens.

Vide Gul. Canteri Nouarum lect. lib. 11. cap. 11. 53 Mundo] Mundi, libri manu ſcripti aliquot Lambini. 54 Tangat] Tanget. H.G.E.B.A. 66 Auctore] Ductore, A. 67 Excilus] H.G.E.B.A. Excīſus, legendum eſſe ſcribit Lambinus 69 Nō hoc iniocoſæ conueniet] H.G.E.B.A. ſic pauci quidam ueteres Lambini: &, Non hoc iocoſæ conueniet, ferè omnes. Non hæc iocoſæ conueniunt, etiam nonnulli.

GEORG. FABR. } Hæc Oda quaſi προοίμιον habet, de cōmendatione uirtutis: hoc ſenſu, Iuſti & boni uiri ſemper imperant: iniuſti, libidinoſi, periuri etiam aſſecuti imperiū, idē amittunt. Cauſſas imperia deſtruentes, ponit iniuriā, libidinem, periuriū: quibus addit alibi diſcordiā ciuilē 3, 6. Huic doctrinæ aptè conuenit ἐπίφωνημα Pindaricū, quia à propoſito diſcedens, Iunonis inſerit uaticiniū, Romam ſtare non poſſe, ſi inſtauretur Troia. Prima pars ad laudē Auguſti Cæſaris, altera ad omniū Romanorū pertinet, cū dehortatione, ne urbs Troia unquam reſtituatur: quod fortaſſe in ſumma ſua felicitate, tum tēporis Romani moliti ſunt. Fatalē enim ei urbi ruinam & perniciem imminere, hiſtoriæ teſtantur, quia ter capta, ab Hercule, ab Agamemnone, à Charidemo Athenienſe, ut Plutarch. in Sertorio: quarto etiā à Fimbria Romano. Eadem autē ſcelera quæ initio Troiam, poſtea Romam ipſam euerterunt.

IOD. BAD. ASCEN. } Iuſtum & tenacem] Deſcribit uiri fortis uirtutē, & qui uerè fortes inuenti cœlū meruerint cōmemorat. Romulum illis annumerās etiā Iunonis permiſſu, quæ in conſilio deorū permiſit, ut Romulus uirtute cœlum conſcēderet, & Romā conſtrueret, Parthis & Medis aliiſq; ferè gentibus dominaturam, cui conſonat illud Aeneid. 1.

» Quin aſpera Iuno.
» Quæ mare nunc terraſq; metu, cœlumq; fatigat.
» Conſilia in melius referet, mēcumq; fouebit
» Romanos rerum dominos gentemq; togatam.

Verū id ſolū recepit, ne Romani pietate moti Ilion inſtaurare moliantur, quod cōmodè fingitur à poëta ne aut impietati, aut ignauiæ detur Romanis, quòd Troiā patriā ſuā antiquā non reparauerint, quod illis impietati dari poſſet ſi nollent, & ignauiæ ſi nequirent. Cæterū quia hæc materia altior uidetur, quàm quæ Lyræ conueniat, admonet Muſam ſeſe reprimat: Ordo eſt. Ardor] Id eſt, ardens furor Ciuium iubent. ô praua] Id eſt, iniuſta, quia iuſtis parendū eſt. Et uultus] Scilicet, crudelis. Tyranni inſtantis] Id eſt, urgētis. Non quatit] Id eſt, nō excutit, nec Dimouet ſolida] Id eſt, firma & integra mente, uirū iuſtū & tenacem Propoſiti] Id eſt, conſtantē in propoſito. Nec auſter dux turbidus] Id eſt, turbulentus rector Adriæ] Id eſt, Maris Adriatici Inquieti] Id eſt, commoti. Nec magna manus Iouis fulminantis quatit] Sup. eum, quia Iupiter non uult, & Adria non poteſt. Si orbis] Id eſt, totus globus cœli fractus illabatur, ſcilicet In ſe ruinæ] Id eſt, fragmenta candentia, ferient eum impauidum, forte tamen pauentem. Pollux] Alter geminorum Et Hercules uagus] Scilicet, ad monſtra domanda. Innixus] Id eſt, Stabilitus Hac arte] Scilicet, ſolidæ uirtutis. Attigit arces igneas] Id eſt, cœleſtes. Inter quos] Scilicet Pollucem & Herculem Auguſtus recumbens] Scilicet, in menſa deorum. Bibet ore purpureo] Id eſt, purpurato. Nectar] Id eſt, deorum potum. O' bacche pater tuæ] Id eſt, tibi obſequentes peculiariter tygres. Trahentes logū collo indocili] Id eſt, indomabili ab aliis. Vexere te merentem] Id eſt, militiam agentem aut bene merentem. Hac] Scilicet, arte uirtutis. Quirinus] Id eſt, Romulus fugit equis martis. Id eſt, bello Hac] Scilicet, arte Acheronta] Id eſt, infernum. & Hoc Iunone elocuta gratum] Id eſt, rem gratam Marti & eius ſoboli. Diuis conſiliantibus] Id eſt, conſultantibus de ſtatu Romano. Inquit autē Iuno. Iudex] Scilicet, Paris, qui Veneri pomum adiudicauit. Fatalis] Id eſt, exitialis, quia ita in fatis fuit, ut Roma ſurgat ex ruinis Troiæ & inceſtus, quia libidine corruptus Veneri fauit, & mulier peregrina ſcilicet Helena. Vertit in puluerem Ilion Ilion] Bis dicit ad affectum exprimendum, quaſi dicat, pulcherrimū quondam oppidum. Damnatum] Scilicet, ad euerſionē à diis, cum Populo & duce fraudulento] Scilicet, Laomedonte mihi & Mineruæ caſtæ] Id eſt, in ultionem meam & Mineruæ, ab eo tempore ex quo Laomedon rex Troiæ pater Priami. Deſtituit] Id eſt, defraudauit deos, ſcilicet Neptunum & Apollinem. Mercede pacta] Id eſt, pacto promiſſæ pro inſtauratione murorum Troiæ. Iam nec] Ordo eſt. Nec iam] Id eſt, amplius Splendet] Id eſt, ſplendidus apparet. Hoſpes famoſus] Scilicet, paris. Adulteræ Lacænæ] Id eſt, Spartanæ, ſcilicet Helenæ, quæ Parin hoſpitio ſuſceptum, quia tam formoſum uidit ſecuta eſt. Nec domus Priami periura] Id eſt, Laomedontis periurio polluta. Refringit] Scilicet, amplius. Opibus] Id, eſt, uiribus Hectoreis] Id eſt, ipſius Hectoris. Achiuos] Id eſt, Græcos præcipuè Achiuos. Pugnaces] Id eſt, bellicoſos. Et iam bellum ductum] Scilicet apud Troiā. Noſtris ſeditionib.] Id eſt, factionibus. Reſedit] Id eſt, quieuit & ſedatum eſt. Ego] Quaſi dicat, iam ſaturata. Redonabo protinus] Id eſt, omnino Marti] Scilicet authori Romanorū. Iras graues] Id eſt, alta mente repoſitum odium in Troianos: & Nepotem] Scilicet Romulū inuiſum. unde in Aeneid. Heu ſtirpem inuiſam. &c.] Vtpote quē Sacerdos Troica] Id eſt, à Troianis. Orit nda] Scilicet, Ilia ſeu Rhea Numitoris filia peperit. Ego patiar illum] Scilicet, Romulum. Inire] Id eſt, ingredi. Sedes lucidas] Scilicet, deorū. Et ducere] Scilicet, ad os ſuccos Nectaris] Id eſt, potus diuinos, & aſcribi ordinibus deorum Quietis] Id eſt, æternæ quietæ gaudentium. Exules] Scilicet, Troiani Regnanto] Id eſt, permitto, ut regnent etiam beati, in qualibet parte, ſcilicet, mūdi. Dum longus Pont.] Id eſt, magnum mare Sæuiat] Id eſt, fremeat inter Ilion & Romam. Dum] Id eſt, dummodo Armentum] Scilicet, dum paſcitur Inſultet buſto] Id eſt, ſepulchro Priami & Paridis: & Dum feræ inultæ] Id eſt, non captæ, nec punitæ Celent] Id eſt, occulant in buſto illorum Catulos] Scilicet, ſuos Stet] Id eſt, permitto, ut ſtet. Capitolium] Scilicet, arx Romana fulgens & Roma ferox, quia martia. Poſſit dare iura Medis] Id eſt, quibuſcunq; bellicoſis hoſtibus. Triumphatis] Id eſt, in triumphum actis, & ut Roma horrenda extendat latè nomen In ultimas oras] Id eſt, regiones. qua Liquor] Id eſt, liquidus ſinus, utpote Gaditanus medius] Id eſt, interiacens. Secernit] Id eſt, diſterminat Europen ab Aphro] Id eſt, Aphrica. & Qua] Scilicet parte. Nilus tumidus] Id eſt, Inflatus. Rigat arua] Id eſt, in Aegypto. Remis (dicit) exiſtens fortior ſpernere] Id eſt, ad ſpernendum, quam Cogere] Id eſt, ad cogendum in uſus humanos (ut patet de Curio & Fabricio) & hoc dextra rapiente omne ſacrum, ut à barbaris fit: ſpernere dicit. Aurum irrepertum] Id eſt, nondum repertum. Et ſitum] Id eſt, poſitum Melius] Id eſt, conuenientius Sic] Id eſt, uiſceribus terræ. Quum] Scilicet, terra celat ipſum. Quicunq; terminus obſtitit mundo, quò minus peruius ſit: hunc Roma tanget geſtiens. Viſere] Id eſt, ire uiſum, qua parte Debacchentur] Id eſt, ſæuiant Ignes] Scilicet, in Lybia: & qua parte nebulæ & rores Pluuii] Scilicet, Ripheis iugis. Sed dico Quiritibus] Id eſt, Romanis bellicoſis Rata hac lege ne] Scilicet, exiſtentes Nimium pii] Scilicet in patriam antiquam Velint] Id eſt, moliantur tecta Troiæ, quia fortuna Troiæ Renaſcens] Id eſt, ſi renaſcatur Alite] Id eſt, auſpicio. Lugubri] Id eſt, lamentoſo. Iterabitur] Id eſt, iterum afficietur clade triſti, & hoc me coniuge & ſorore Iouis Ducente] Id eſt, reducente Cateruas uictrices] Scilicet, Græcorum. Ter ſi reſurgat] Proſequitur ſermonē Iuno, dicens. Si muros Aheneus] .i. etiā Aheneus. Reſurgat] .i. reparetur Ter Phœbo auctore] .i. approbāte & auxiliante. Ipſe pereat ter] Id eſt, toties. Excīſus ſup.] Ab Argiuis meis, ut Aeneid. eſt.

» Veteriſq; memor Saturnia belli.
» Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis.

It uxor]

& uxor] *Scilicet Hecuba aut Andromache capta.* Ploret ter uirorum] *Scilicet occiſum, ut Hecuba Priamum, & Andromache Hectorem & pueros, ut Hecuba Hectorem, Parin, Deiphobum, Troilum & reliquos Andromache, Aſtyanacta. Verum quia hæc altiora uiſa ſunt, conuertit ſermonem ad muſam, cuius inſpiratione, hæc cecinit, dicens: ô Muſa quo tendis? hæc non conueniunt lyræ.* Iocoſæ] *Id eſt, iocos canere ſolitæ.* O' peruicax] *Id eſt, procax & arrogans deſine referre ſermones deorum.* Et tenuare] *Id eſt, deprimere magna.* Modis paruis] *Id eſt, propter paruitatem modorum, hoc eſt cantuum lyricorum.*

ANT. MAN.} *Scribit ſapientē uirū, & optimū nulla ſeditione, nulliſq; minis tyrāni, non tempeſtatibus, non Iouis fulmine, poſſe a ſolida & integra mēte cōcuti & moueri, ſi etiā mundus rueret impauidū ruinæ ferirent. Itaq; uirtute, & mente innixus Pollux & Hercules cœlum aſcēdere, inter quos quidē ipſe quoq; Auguſtus accūbet: hac itē uirtute à tygrib. uectus eſt bacchus, hac inquā uirtute Romulus Martis equis, & militiæ gloria fugit inferos, cœlum aſcendit Iunone etiā permittente, dum dij conſiliū ſuper hoc agerēt. Refert inde plurima Iunonis uerba in Romuli Romanorūq; gratiam prolata. Admonet poſtea muſam, ut deorum ſermones referre deſinat, cum Lyricis iocoſa tantū non ſeria, grauiaq; cōueniant. Iuſtū & tenacē propoſiti uirū: Ode eſt ſimilis 9. lib. 1. Hinc autē poëta ipſe longo interuallo ad Romuli numē deſcendit in Auguſti laudem.* Tenacē propoſiti] *Id eſt, cōſtantem & continentē, cōſtantia namq; in reſiſtēdo, continētia uerò in ſuperādo cōſiſtit, quod philoſophus lib. 7. Eth. ſcribit.* Ardor] *furor, ſeditio.* Vultus] *Sæuitia.* Mente quatit ſolida] *Concutit, mouet à mente firma, integra, & conſtanti.* Auſter dux turbidus Hadriæ inquieti] *Ode quoq; 3 lib. 1. de eodem ait.*

„ *Nec rabiem noti.*
„ *Quo non arbiter Adriæ maior tollere, ſeu ponere uult freta.*

Impauidū ferient ruinæ] *Id fortis uiri officium eſt, unde philoſophus ait lib. 3. Ethi. is igitur homo fortis, propriè dicitur, qui circa honeſtam mortem, & ea omnia, quæ repentè eueniunt atq; afferunt ipſam, interritus eſt.* Hac arte] *Id eſt, iuſtitia, conſtātia & fortitudine.* Hac arte] *Id eſt, uirtute, dicitur enim ars ab ἀρετῇ, id eſt, uirtute, ut Diomedes ſcribit.* Pollux] *De hoc lege Ode 12. lib. 1.* Vagus] *Orbis enim plurima loca peragrauit, monſtra domando, iuſſus ab Euryſteo Mycenarū rege, de quo uide Epodo tertio & in Iuuenal. ibid.*

„ *Sed quid magis Heracleos.*

Arces igneas]. *i. ſydereas.* Auguſtus recūbens] *Vult Auguſtum quoq; in deorū numero ſeu nomine haberi. Loquitur autem, ut ille,*

„ *Tu das epulis accumbere diuum.*

Nā homines per merita deorū cōuiuijs adhibebātur. Hac] *Scilicet, arte & uirtute.* Te merentē]. *i. pugnantē & benemeritē de hominib. Bacchus enim, ut ſcribit, Diodo. cūctos impios ſuſtulit.* Tygres] *Lynces & tygres Bacchi currū trahūt. Sed uidentur Baccho aſſignari (teſte Probo) ut per earū colorē in uino uarias hominum eſſe mentes intelligamus, uel, ut per eas ſæuitia demonſtretur, quòd quidā poti infinitā excedūt crudelitatē.* Hac] *Scilicet, arte & uirtute.* Quirinus] *Romulus, hūc aūt in Auguſti laudē cōmemorat. Martis equis. i. bellādo.* Acheronta]. *i. inferos ipſos. De Acheronte legito in Ode 3.* Gratū] *Pro Grate.* Conſiliantib.] *i. conſiliū habentib. de recipiendo Romulo.* Ilion] *Ilion, hæc ſunt Iunonis Romanis cōciliatæ uerba ad deos.* Fatalis inceſtusq; iudex] *De Paride loquitur, qui iudiciū habuit triū dearū, de quo latè in Ode 15. lib. 1.* Mulier peregrina]. *i. Helena.* Laomedon.] *Scribit Homer. lib. 21. Iliad. Neptunū talia uerba Apollini retuliſſe, ſtultè quā inſipiēs es, non ne meminiſti, quæ iā paſſi ſumus apud Iliū mala? Solos nos deorum Iupiter miſit, ut ſuperbo Laomedonti in annū promiſſa mercede ſeruiremus, ipſe imperabat. Ego Troianis urbem ſatis, & quā pulchris muris ne expugnari poſſent circūdedi. Tu errabūdus & camuras boues in iugoſæ Idæ cōuallib. pauiſti. Sed quū uenit accipiēdæ mercedis tempus, tunc debita nos mercede fraudatos minatus dimiſit Laomedon, tibi quidem manibus, pedibuſq; ligatis ad longinquas inſulas deportaturū: utriuſq; aūt aures inciſurū, nos animo irato promiſſa fraudati mercede reuertimur. horum tu nunc Troianis gratiā refers, &c. id uerò fictū eſſe, aiunt, quoniā cū Troianorū pecunia in ſacro horum deorū ſeruaretur: ab eis Laomedon petijt redditurū ſe iurans, unde mœnia inſtaurauit. poſtea tamē nec reddidit, hinc datus eſt fabulæ locus.* Ilion] *Ordo eſt, iudex fatalis & inceſtus, & mulier peregrina uertit in puluerem Ilion.* Ilion damnatū mihi] *Pro à me.* Et caſtæ Mineruæ] *Cū populo & duce fraudulēto. ex quo Laomedon pacta mercede deſtituit deos.* Caſtæ Mineruæ] *Id ait, quia dixerat inceſtus iudex. Scribit aūt Hom. lib. ult. Iliad. quòd Iuno & Minerua ſacrū Iliū, Priamūq; & Troianum populū proſequebātur Alexandri gratia, qui deabus ad ſe uenientib. eam prætulit, quæ miſerā ipſi libidinē pollicebatur.* Duce fraudu.] *Id eſt, ipſo Laomedonte, qui deos fraudauerat, Neptunū, ſcilicet & Apollinē.* Iā nec Lacenæ] *Oſtendit Troiana omnia diruta eſſe è Iunone agēte, hinc iræ ſuæ ſatisfactum eſſe.* Famoſus] *Infamis, rapuit enim Helenā Menelai hoſpitis uxorem.* Hoſpes famoſus] *Paris enim ab Helena Spartæ hoſpitatus eā rapuit.* Nec Priami domus]. *i. familia.* Periura] *Propter Laomedonta dicitur, qui deos deceperat.* Hectoreis opib.] *Id eſt, auxilijs. Hector enim Troiā diſtulit in decimū annū.* Ductū] *Prorogatū: fuēre quippe inter deos ſeditiones. iā partim Troianis, partim Græcis fauēre.* Reſedit] *Quieuit.* Protinus] *Dehinc.* Graues Ir.] *Quibus in Romanos uſa fuerā ob Troianorū cauſam.* Inuiſum] *Mihi odioſum, quia Troianæ ſtirpis.* Nepotē] *Id eſt, Romulū mei filij Martis, filiū ex Ilia Numitoris filia, de quo plura uideto in Ode 12. lib. 1.* Marti redonabo]. *i. Martis gratia iras ad odiū in Romulum & Romanos relinquā.* Quietis] *Dij enim nulla perturbatione afficiūtur.* Dū longus inter] *Senſus eſt, dūmodo Roma ab Ilio diſtet oppoſito mari, Romani ipſi ubiq; regnent beati.* [illegible]] *Ne illuc Romani redire, queāt inſtaurareq; Iliū.* Exules] *Ad Aeneam & comites retulit, à quo Romani ſunt oriundi.* Regnanto] *Pro regnent.* Dum Priami] *Senſus eſt.* Dū modo Priami ſepulchra & Paridis armenta paſcendo inſiliant feræq; tutæ ibidem catulos celent] *Id eſt, dūmodo Ilion deſertū fuerit, ſtet capitoliū, &c.* Buſto] *Sepulchro.* Inſultet] *Inſiliat.* Superuagetur] *Calcitret. Inultæ, ſine pœna illæſæ, ſecuræ ac tutiſſimæ.* Fulgens]. *i. auratū.* Medis] *Pro quibuſcūq; bellicoſis ponūtur.* Horrenda hoſtib.] *Scilicet Medius liquor ſecernit. Europen ab Afro Gaditanū ſinū intelligit. nam uti Solinus ſcribit, Oceanus ab occaſu ſolis irrūpens leuo latere Europā radit, Aphricā dextro, ſciſſiſq; Calpe & Abyla montib. quos dicunt colūnas Herculis inter Mauros funditur & Hiſpanā.* Tumidus rigat arua Nilus] *Nilus Aphricam ab Aethopia diuidens Medios Aethyopas ſecat, certis tamē diebus auctu magno per totā ſpaciatus Aegyptū fœcundus innatat terræ. Incipit aūt creſcere luna noua quæcūq; poſt ſolſtitiū eſt ſenſim, modiceq; Cancrū ſole tranſeunte, abundantiſſime autem Leonē, & reſidet in Virgine iiſdē quibus accreuit modis. In totum autem reuocatur intra ripas in Libra, ut tradit Herodotus centeſimo die, iuſtū incrementum eſt cubitorum 15. minores aquæ non omnia rigant, ampliores detinent, tardius recedendo, hæ ſerendi tempora abſumunt ſolo madente, illæ non dant ſitiente, utrunq; reputet prouincia, in 12. cubitis famem ſentit, in 13. etiam eſurit 14. cubita hilaritatem afferunt 15. ſecuritatem 16. delitias. Author eſt Plin. lib. 5. cap. 10.* Fortior] *Fortior, inquit, Roma erit ſpernere aurum, quā appetere & uſitare.* Irrepertum] *Ineffoſſum, per quod intelligit Romam ſpreturam magnam auri copiam, erit enim paruo contenta, dicitur autem id propter Curium & Fabritium, & ſimiles, de quibus lib. 1. in Ode 12. Sic melius ſcriptum. Auro enim multa ſcelera fiunt, hinc ait poëta lib. 3.*

„ *Fas omne abrumpit Polydorum obtruncat & auro*
„ *Vi potitur.*
„ *Quid non mortalia pectora cogit*
„ *Auri ſacra fames?* Et Ouid.
„ *Effodiuntur opes irritamenta malorum.*
„ *Iamq; nocens ferrum ferroq; nocentius aurum*
„ *Prodierat, prodit bellum quod pugnat utroq;.*

Omne ſacrum rapiente dextra] *Senſus duplex, uel quòd Romani ſacra omnia ab externis accipient, quod fecerunt: Vel Romani ſpernent aurum, cuius auaricia ſacris etiam non parcitur.* Termi-

nus

nos obſtitit] *In quodam antiquiſsimo textu legimus extitit. Vtrumque tamen placet. Eſt autem ſenſus ubicunque terminabitur orbis.* Mundo] *terrarum orbi.* Obſtitit] *Hoc propter mare ait id enim terræ obſtat ne ulterius tendat. Hinc* Ouid. *inquit:*

» *Circumfluus humor.*
» *Vltima poſſedit, ſolidumq́ coërcuit orbem.*

Qua parte debacchentur] *Lybiæ partem intelligit, quam torrida zona occupat, de qua re Strabo libro 17.* Debacchentur] *Aeſtuent, feruent.* Qua nebulæ, pluuijq́ rores] *Deripheo iugo intelligit ad Scythiam, ubi regio eſt aſsiduis obſeſſa niuibus, quippe caſu continuarum pruinarum damnata pars mundi, & ab rerum natura in nubem æternæ caliginis merſa, ipſisq́ prorſus Aquilonibus rigentiſsima. Sola terrarum non nouit uices temporum, nec de cœlo aliud accipit, quàm hyemem ſempiternam. hæc ex Solino. potes quàm de Hyperboreis intelligere, ij enim incolunt ultra Aquilonem, apud quos mundi Cardines eſſe creduntur: ut idem, inquit, demum Ripheo iugo non nimium diſtant.*

Nimium pij] *Hoc ait, quia pij erga Ilium inſtaurandum ſibi ipſis nocerent numinum & Iunonis ira.* Rebus *opibus & imperijs.* Alite lugubri] *Malo omine & infœlici auſpicio.* Triſti clade] *Hoc ait, quoniam Fimbria ultro è ſenatu egreſſus, uir bellicis artibus inſignis, cum rerum militarum inexpertus eſſet, Flaccus collega Cinnæ in conſulatu, quem Cinna duabus cum legionibus in Aſiam miſerat, ut Syllæ loco hoſtis iudicati, ipſe Aſiam inuaderet, bellumq́ Mithridati inferret, Flaccum ipſum interemit in Nicomedia urbe. Itaque in puteo latente Roman. conſule belliq́ imperato re cum ipſe priuatus duntaxat exiſteret, ſeipſum poſtea exercitus imperatorem nũcupauit. Ilienſibus obſeſsis ab eo, & ad Syllam confugientibus. Sylla ſuaſerat, ut ad Fimbriam irent, dicerentq́ illi hoc duntaxat, quòd ſe Syllæ dedidiſſent, quibus perceptis Fimbria eos, ueluti Romanorum amicos collaudauit: monuitq́, ut ſe etiã Romanum ciuem exiſtentem intra urbem reciperent, per ironiam faſſus Romanos atq́ Ilienſes inter ſe cognatione deuinctos eſſe: ita urbem ingreſſus, omnes ſibi obuios occidit, urbem incendit. Illos quĩ ad Syllam legati ierant uariè cõfecit. Nullis præterea pepercit, neq́ ijs, qui ad Palladis templum confugerant, quos cum templo ſimul igne cremari iuſsit, diſiecit & urbis Mœnia. Hæc & plura Apianus in lib. Mithridatico.* Coniuge me Iouis & ſo.] *Cic. in lib. de Nat. deor. ſic ait. Aër autem & Stoici diſputant interiectus inter mare, & cœlum, & Iunonis nomine cõſecratur, quæ eſt ſoror & coniunx Iouis, quòd & ſimilitudo eſt ætheris & cum eo ſumma coniunctio. Effœminarunt aũt eum, Iunoniq́ tribuerunt, quòd nihil eſt eo mollius. Sed Iunonem ab iuuando credo eam nominatam: Hæc ille. Mac. uerò lib. 1. de Som. ſic ait. Eſt autem Iuno aër, et dicitur ſoror, quia ijſdem ſeminibus, quibus cœlum etiam aër eſt procreatus. Coniunx, quia aër ſubiectus eſt cœlo, prius autem dixerat, quòd Iupiter eſt mundi anima.* Vxor capta] *Andromachen Hectoris uxorẽ intelligit, uel potius Hecubã Priami coniugem.* Cũ dicat pueros] *Id eſt, filios. Andromachæ enim unicus Aſtyanax fuerat, Hecuba uerò ſecuta eſt Vlyſſem ut habetur li. 12. Met. uerũ in Thracia cõuerſa eſt in canem. Non hæc iocoſæ. Muſam hortatur, ut ſeria & decẽ ſermones referre deſinat, cum Lyricis iocoſa potius, quàm illa conueniant. Nec uelit magna extenuare humili carmine, id eſt, Lyrico.* Peruicax] *audax, arrogans.*

ODE IIII. IN CALLIOPEN.

πϱοσφωνητικὴ.

Ode IIII. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

–– ᴗ– – –ᴗᴗ –ᴗᴗ
–– ᴗ– – –ᴗᴗ –ᴗᴗ
–– ᴗ– –– ᴗ– –
–ᴗᴗ –ᴗᴗ –ᴗ ––

ARGVMENTVM IN ODEN IIII.

Hanc Oden ſuperiori connectit, quæ ſublimia & deorum colloquia tractabat, hic, ad humana deſcendit, narratq́ ſe olim adhuc puerum in Apulia lauro & myrto à palumbis tectum, ut à feris tutus eſſet, præſagium id nimirum fuiſſe innuens, quòd poëta & lyricorum, amorumq́ ſcriptor aliquando eſſet futurus.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Encomium ſtudij poëtici hac Ode canit, oſtendens, Muſarum numine & fauore poëtas ubiq́ ab omnibus periculis eſſe tutos: & ingenij uim atq́ induſtriam uiribus corporis longè antecellere.

COMMENTARIA.

ACRON.

DESCENDE cœlo] *Id eſt, deſine loqui de dijs. Propterea dixit deſcende cœlo, tanquam iam uelit Muſam tranſire à uerbis Iunonis, quæ eam uelut in cœlo habuiſſe oſtenderat. Ordo eſt: Tibia deſcende cœlo, & Calliope regina age dic lõgum melos. Melos autem ſpecialiter dici uolunt cantum paſtoralem, eſt autem indeclinabile neutri generis.* Acuta] *Sonora, liquida, conuenıente melodijs.* Auditis] *Dum ad ſolã Calliopen loqueretur, dixit auditis: Vos ô Calliope precor aſpirare canenti, & quaſi deæ præſentiã ſe ſentire ait, tanquam uenerit inuocata, quod appellabatur* ιδνσιαςτικός. An me ludit] *Velut interrogans ſodales ſuos poſuit, id eſt, an dum ſpero me audiri à te, & erro & nõ audior, id eſt, decipior dulci amore poëtico?* Ordo eſt: Videor audire, & uideor errare per pios lucos, *id eſt, uideor mihi audire, ſcilicet, cantus ueſtros. Tanquã diceret, uerè audio cãtus, & lucis interſum, aut errore mẽtis imaginor, quẽ ſtudio concepi poëtico: aut certè per amœnos lucos Elyſij uerè uideo Muſas errare.* Vulture] *Vultur mõs Apuliæ. Fabuloſam uerò nutricẽ appellauit, quòd hæ ferè alũnis ſuis narrare fabulas ſolent.* Ordo eſt: Me puerũ fatigatũ ſomno & ludo, texẽre plũbes noua fronde, in Vulture Apulo, extra limen fabuloſæ Apuliæ, meæ nutricis. *Prouinciæ nomẽ poſuit pro nutricis, quia inde Horatius fuit.* Frõde noua] *Viridi, non antiqua, nec arida, quæ odore & umbra ſomnos nutriret. Sic Virgil.*

» *Floribus & dulci aſpirans complectitur umbra.*

Acherontia] *Acherõtia ciuitas eſt Apuliæ*

DESCENDE cœlo, & dic age tibia
Regina longũ Calliope melos,
Seu uoce nunc mauis acuta,
Seu fidib. citharáue Phœbi.
Auditis? an me ludit amabilis
Inſania? audire, & uideor pios
Errare per lucos, amœnæ
Quos & aquæ ſubeunt, & auræ.

Apuliæ cõtermina Lucaniæ, quam ob hoc nidum appellauit, quia parua eſt, & in montis conſtituta ſummitate, ſicut nidi auium in ſummis arboribus. Saltusq; Bantinos] *Bantina ciuitas eſt Apuliæ, contermina Venuſinæ ciuitati. Huius territorium paſcuis amœnatur, cui cãpi ſubiecti ſunt uicini ſunt, qui Macoui appellantur nunc abuſiuè.* Humilis Ferenti] *Ferentum oppidũ eſt Apuliæ, Venuſinæ ciuitati uicinum, quod humile appellauit, quia in ualle ſitum eſt, ſed nunc ſine habitatore eſt.* Premeret] *Tegeret, defenſaret.* Sacra lauro, collataq; myrto] *Laurum ſacram, ait, non propter ſolum Apollinem, ſed etiam propter ſe, eo quòd paruulus extra limen Apuliæ expoſitus, lauro & myrto columbis deferentibus tectus ſit, in omnẽ futuri poetæ. Laurus enim dicata Apollini eſt, & myrtus Veneri, quæ lyræ erat & luxurioſo futura, dum lyrico carmine res Venereas deſcriberet.* Non ſine dijs animoſus] *Impauidus, ut:*

» *Animoſum pectus, honeſti Spadices.*

Ordo eſt. Camœnæ, ego infans animoſus, non ſine dijs, ueſter, tollor in arduos Sabinos, &c. *Prodigiũ autem fauore diuinitatis & ſecuritatis ſuæ fuiſſe confirmat, tanquam ſi numẽ ſibi ineſſe uelit intelligi. Vbicunq; ſum, inquit ueſter ſum, ô Muſæ, cuius infantiam uos cuſtodiſſe manifeſtum eſt, ſignificans quòd ubiq; nihil aliud, quàm ſtudia, ſcribendo carmina, Muſarũ colat, ut eſt: Me uerò primum dulces ante omnia Muſæ, Quarum ſacra fero, ingenti perculſus amore, Accipiant.* Supinum] *Montuoſum, ut:*

» *Colleſq; ſupinos.*

Situm aũt ciuitatis deſcripſit, quia in aſcenſu montis eſt conſtituta. Seu liquidæ] *Aut in aquas conſtitutæ, aut delicioſæ, ſiue puri aëris.* Veſtris amicum fontibus] Ordo *eſt:* Me amicum ueſtris fontib. & choris. non extinxit Philippis acies, uerſa retro: non deuota arbor nec Palinurus. *Sicula unda In Philippis enim à Bruto & à Caſſio dimicatum eſt, in quorũ parte Horatius fuit.* Palinurus] *Promontorium eſt Siciliæ, non à Palinuro Aeneæ gubernatore dictũ, ſed ab Hannibale, ubi redeuntem ſe Horatius de Macedonia periclitatum dixit, quia eſt & nauibus periculoſus locus.* Vtcunq;] *Vbicunq;. Sæpe enim ueteres ut, pro ubi ponebant, ut Virg.*

» *Caſu ut fortè inuenit.*

Nauita] *Nuſquam hic pro nauigãs*

Me fabuloſæ Vulture in Apulo,
Altricis extra limen Apuliæ,
Ludo, fatigatumq; ſomno,
Fronde noua puerum palumbes
Texêre: mirum quod foret omnibus,
Quicunq; celſæ nidum Acherontiæ,
Saltusq; Bantinos, & aruum
Pingue tenent humilis Ferenti,
Vt tuto ab atris corpore uiperis
Dormirem, & urſis: ut premerer ſacra
Lauroq;, collataq; myrto,
Non ſine dijs animoſus infans.
Veſter, Camœnæ, ueſter, in arduos
Tollor Sabinos: ſeu mihi frigidum
Prenæſte, ſeu Tibur ſupinum,
Seu liquidæ placuere Baiæ.
Veſtris amicum fontibus, & choris,
Non me Pilippis uerſa acies retro,
Deuota non extinxit arbos,
Nec Sicula Palinurus unda.
Vtcunq; mecum uos eritis, libens
Inſanientem nauita Boſphorum
Tentabo, & arenteis arenas
Littoris Aſſyrij uiator.
Viſam Britannos hoſpitibus feros,
Et lætum equino ſanguine Concanum.
Viſam pharetratos Gelonos,
Et Scythicum inuiolatus amnem.
Vos Cæſarem altum, militia ſimul
Feſſas cohorteis abdidit oppidis,
Finire quærentem labores,
Pierio recreatis antro.
Vos lene conſilium & datis, & dato
Gaudetis almæ: ſcimus ut impios
Titanas, immanemq; turmam
Fulmine ſuſtulerit caduco,
Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventoſum, & urbes, regnaq; triſtia,
Diuosq;, mortaleſq; turmas
Imperio regit unus æquo.
Magnum illa terrorem intulerat Ioui
Fidens, iuuentus horrida, bracchijs,
Fratreſq; tendentes opaco
Pelion impoſuiſſe Olympo.
Sed quid Tiphoëus, & ualidus Mimas,
Aut quid minaci Porphyrion ſtatu,
Quid Rhœtus, euulſiſq; truncis
Enceladus iaculator audax,
Contra ſonantem Palladis Aegida
Poſſent ruentes? hinc auidus ſtetit
Vulcanus, hinc matrona Iuno, &
Nunquam humeris poſiturus arcum,
Qui rore puro Caſtaliæ lauit
Crineis ſolutos: qui Lyciæ tenet
Dumeta, natalemq; ſiluam,
Delius, & Patareus Apollo.
Vis conſili expers mole ruit ſua:
Vim temperatam dij quoque prouehunt
In maius: ijdem odere uires
Omne nefas animo mouentes.
Teſtis mearum centimanus Gygas
Sententiarum notus, & integræ
Tentator Orion Dianæ
Virginea domitus ſagitta.
Iniecta monſtris terra dolet ſuis,
Mœretq; partus fulmine luridum
Miſſos ad Orcum: nec peredit
Impoſitam celer ignis Aetnam:

te poſuit. Boſphorum] *Mare, ſic à natatu bouis dictum.* Et arentes harenas] *Calentes. In Aſſyria enim regione Perſarum, uehementior eſt Sol, ubi & Antonius dum ad Cleopatram uult reuerti, morbo exercitũ perdidit.* Littoris Aſſyrij uiator] *Ordo eſt:* Et ego uiator libẽs uiſam arentes arenas Aſſyrij littoris, & Britannos feros hoſpitibus, & Concanum lætum equino ſanguine. *Littus etiam camporum extremitatem ueteres dicebant. Virg.*

» *Iacet ingens littore trũcus, &:*
» *Cui littus arandum,*
» *Cuiq; loci leges dedimus.*

Feros] *Inhoſpitales. Britanni enim immolare hoſpites dicebantur.* Et lætum equino ſanguine Concanum] *Concani gens Hiſpaniæ dicebantur, uel ut quidã uolũt, Thraciæ, quibus dum uinum deeſſet, lacte & ſanguine utebantur, de quibus, ait Virg.*

» *Et lac conceptum cũ ſanguine potat equino.*

Viſam] *In omnib. ſubaudiendum eſt, utcunq; mecum eritis.* Pharetratos Gelonos] *Geloni gens Scythiæ ſagittis potens. Virg.*

» *Et gens illa quidem ſumptis haud tarda pharetris.*

Inuiolatus] *Intactus Muſarũ tuitione.* Amnem] *Tanaim, aut Iſtrum: de quo Virg.*

» *Quã Scythicæ gentes, Mæoticaq; unda.*
» *Turbidus & torquens flauentes Iſter arenas.*

Vos Cæſarem altum militia] *Magnum, fortem, ſiue triumpho ſublimem.* Ordo eſt: Vos recreatis Pierio antro Cæſarem, altum militia, quærentem finire labores ſimul abdidit oppidis feſſas cohortes. *Feſſas, hĩc non laſſas, ſed à labore quieſcentes. Ad hyemandum enim de caſtris in oppida ducebatur exercitus.* Abdidit] *Interius recondidit.* Finire quærentem labores] *Neceſſitates bellorum ad præſens releuare.* Pierio antro] *Muſico ſecreto, ut oſtenderet Cæſarem poeticæ quoq; artis ſtudioſum.* Vos lene conſilium datis] *Per muſas, id eſt, per ſtudia literarum, intelligi uult mentem ſapientia roborari. Lene enim conſilium ſapientium, ad philoſophiæ moderationem dicit.* Scimus ut impios Titanas] *Ordo eſt: Scimus ut ſuſtulerit impios Titanos caduco fulmine, & immanem turbam, unus, qui temperat inertem terram, & uentoſum mare, & qui æquo imperio regit triſtia regna, & urbes, & diuos, & mortales turbas.* Titanas] *Hic*

Incontinentis nec Tityi iecur
Relinquit ales, nequitiæ additus
Cuſtos: amatorem trecentæ
Pirithoum cohibent catenæ,

per Titanas oſtendit uires ſine prudentia non ſolùm uanas eſſe, ſed etiam aduerſas ſibi. Vnde & Gigantum poſuit exemplum, qui irrationabili furore aduerſus deos arma ſuſtulerunt. Inertem] *Aut quæ eos genuerit, qui uicti ſunt, aut quæ iacet ſemper, nec agitatur, aut fertur motu, ut alia elementa, ut Virg.*

„ *Deſpiciens mare uelivolum, terraſq; iacentes.*

Triſtis] *De ſtatu ſuo ſemper ſollicita.* Magnum illa terrorem intulerat Ioui] *Ordo eſt:* Illa horrida iuuentus, fidens brachijs: & fratres tendentes impoſuiſſe Pelion Olympo, intulerant magnum terrorem Ioui. *Melius intelligitur horrida iuuentus, quàm horrida brachijs, ut:*

„ *Hic & Aloidas geminos, immania uidi*
„ *Corpora.——*

Aut brachia pro uiribus accipienda ſunt. Tendentes] *Contendentes montibus montes imponere, ut Virg.*

„ *Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam,*
„ *Scilicet, atq; Oſſæ frondoſum inuoluere Olympum.*

Tiphæus & ualidus Mimas] *Nomina Gigantum recenſet.* Minaci] *Sublimi, eminenti, ut:*

„ *Mediæq; minans illabitur urbi.*

Euulſiſq; truncis] *Tantæ enim erat uirtutis, ut truncos arborum iaceret in hoſtes.* Aegida] *Clipeum Mineruæ. Similiter Virg.*

„ *Contra Neptunum & Venerem, contráq; Mineruam*
„ *Tela tenens.——*

Aegis eſt pellis capræ Amaltheæ, à qua nutritus eſt Iupiter. Ruentes] *Inconſideratè uenientes.* Hinc] *Id eſt, ex parte Iouis.* Auidus] *Propter ignis rapacitatem, Vt,*

„ *Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia tecti.*
„ *Voluitur.——*

Qui rore puro Caſtaliæ] *Caſtalia fons eſt Lyciæ, ubi Apollo armentum dicitur pauiſſe, ſiue in monte Parnaſo, ut Virg.*

„ *Caſtaliæ molli diuertitur orbita cliuo.*

Cũ Parnaſum ſignificaret. Crines ſolutos] *Solutos crines dixit, ſignificans ſtudium capillorum, ut crinem fingens.* Dumeta] *Nemora, ſed propter aſperitatem loci Dumeta dixit:* Natalemq; ſiluam] *Deli inſulæ, in qua natus memoratur.* Patareus] *Patara ciuitas Lyciæ, in qua Apollo maximè colitur, ut Statius:*

„ *Seu Lyciæ Patareis*
„ *Exercent Dumeta iugis.*

Vis conſili expers] *Ignara generalis ſententia eſt, nec ſpecialiter pertinens ad Gigantes, quòd robor corporis ſine prudentia periculoſum ſit & inefficax.* Vim temperatam] *Virtutem moderatam, & ideò dicit eam iuuari, quòd uult ad Auguſtum reuerti, qui & fortis erat & ſapiens, per quæ ad culmen peruenit imperij.* Iidem odere uires] *Id eſt, execrabiles dij ſunt uires, quæ omnem iniquitatem animo meditantur.* Teſtis] *Superiorem ſententiam perſonarum confirmat exemplis.* Centimanus gigas] *Briareus. ut Virg.*

„ *Et centum geminus Briareus.*

Tentator Orion Dianæ] *Orion uenator fuit, qui ſtuprare conatus Dianam, eius ſagittis occiſus eſt.* Iniecta monſtris terra dolet ſuis] *Dolet, inquit, terra, quòd ita iniecta eſt ſuper Gigantes, ut eos quos filios eius uolunt, ſuis montibus premat. Vt Iuuen. Vnde fit, ut malim fraterculus eſſe Gigantum.* Mœretq; partus] *Ita Virg.*

„ *Hic genus antiquum terræ, Titania pubes.*

Luridum] *Squalidum & inferno colore fœdatum.* Nec peredit Impoſitam celer ignis Aetnam] *Aetna mons Siciliæ, Encelado ſuppoſitus, quem ad pœnæ perpetuitatem ſemper ardere commemorat, ſicut & Tityi iecur à uulture indefeſſo paſtu non poſſe conſumi. ut Virg.*

„ *Roſtroq; immanis uultur adunco,*
„ *Immortale iecur tondens, fœcundáq; pœnis*
„ *Viſcera nec fibris requies datur ulla renatis.*

Incontinentis] *Libidinoſi, qui Latonam uoluerit ſtuprare. Tityus gigas fuit, in nouem terræ iugeribus cubans, ſic Virg.*

„ *Per tota nouẽ cui iugera corpus.*
„ *Porrigitur.——*

Pirithoum cohibent catenæ] *Cohibent, reprimunt, reſtringunt. Pirithous enim conatus Proſerpinam rapere, catenis dicitur uinculatus, ut:*

„ *Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.*

PORPHYR. } Deſcende cœlo, dic age tibia] *Inuocat Muſam, ut ſe iuuet in carminibus, ſed quod ait, Deſcende cœlo, ad illud pertinet, quod uelit iam tranſire à Iunonis ſermonibus, quos in cœlo habuiſſe eam oſtenderat.* Auditis] *Hic diſtinguendum & pronunciandum interrogatiua figura. Dicit autem audire ſe uocem Muſæ cantus, aut nunquid hoc imaginor errore mentis, quem nimio poëticæ ſtudio concepi.* Audire & uideor pios] *Hic pios dixit pro Muſis dictum eſt.* Me fabuloſæ Vulture in Apulo, Nutricis extra limen Apuliæ] *Vultur mons in Apulia, ubi dicit ſe poëta educatum, à nutrice quam fabuloſam appellat, quòd nutrices alumnis ſuis ferè fabulas narrare ſoleant.* Ludo fatigatum] *Ordo eſt:* Me puerum fatigatum ludo & ſomno, texêre palumbes noua fronde in Vulture Apulo extra limen Apuliæ fabuloſæ nutricis: *prouinciæ nomen pro nutrice poſuit.* Quicunque celſæ nidum Acherontiæ] *Acherontia oppidũ eſt Lucaniæ, quam nidum appellat, quòd parua eſt, & in ſummo monte conſtituta, ſicut nidi auium in ſummis arboribus ſolent eſſe.* Saltuſq; Batinos] *Batina oppidum eſt in Apulia.* Et aruum Pingue tenent humilis Ferenti] *Ferentum oppidum eſt & ipſum in Lucania, quod ideò humile appellauit, quod in ualle eſt poſitum.* Vt premerer ſacra Lauroq; collataq; myrto] *Sacram laurum non ideò tantùm dixit, quòd ſit in tutela Apollinis, ſed etiam quòd uelit ſe diuinitùs ea coopertum à columbis intelligi.* Non ſine dijs animoſus infans] *Ideò quia ſolitudinem nemoris non expauerat, cùm eſſet & ſolus, & infans, quod ipſum prodigium dicit diuinitatis cuiuſdam, quam in ſe eſſe intelligi uult.* Veſter Camœnæ, ueſter in arduos Tollor Sabinos] *Vbicunq; inquit, ſum, ueſter ſum ô Muſæ, cuius infantiam manifeſtum eſt uos cuſtodiſſe. Per hoc autem ſignificat ſe ubicunq; fuerit, nihil aliud quàm ſtudia Muſica colere.* Seu Tibur ſupinum, Seu liquidæ placuere Baiæ] *Supinum, inquit, Tibur, ad ſitum eius montis aſpiciens, nam in latere montis eſt ſitum eſt.* Veſtris amicum fontibus & choris] *Sub Bruto ſe militaſſe Horatius ſæpe oſtendit, & periclitatum cùm ab Auguſto partes eius fuſæ ſunt. Quod periculum nunc ait præſidio Muſarũ ſe euaſiſſe.* Deuota non extinxit arbos] *Deuota, nunc euitanda, ac per hoc execrabilis & deteſtabilis.* Nec Sicula Palinurus unda] *Oſtendit ſe etiam in mari circa Palinurum promontorium periclitatum.* Vtcunq; mecum uos eritis] *Vtcunq; pro ubicũq; accipe. Vt enim ueteres nonnunquam pro tali particula ponebant. ut Virg. in 5.*

„ *Cæſis ut forte iuuencis.* Pro ubi cæſis, & Ouid.
„ *Quaq; fuit tellus illic & pontus & aër.*

Nautis] *i. nauigans.* Et lætum equino ſanguine Concanum] *Concani Hiſpaniæ gens, uel ut alij dicunt Scythiæ, quos oſtendit equino ueſci ſanguine: de qua Virg. ſic ait.*

„ *Et lac concretum cum ſanguine potat equino.*

Et Scythicum inuiolatus amnem] *Scythicum amnem Tanaim ſignificare uidetur. Inuiolatus autè ad ſuperiores ſenſus per zeugma referendum.* Vos Cæſarem altum militia, ſimul Feſſas cohortes abdidit oppidis] *Etiam Cæſarem altũ, inquit, uos recreatis cum in hybernis conſtituit exercitum, per quod etiam Cæſarem ſtudioſum fuiſſe poëticæ oſtendit.* Vos lene conſilium & datis, & dato Gaudetis almæ] *Per Muſas .i. per ſtudium literarum ad ſapientiam corroborari mentem intelligi uult. Lene enim conſiliũ, ſapientiam dicit.* Scimus ut impios Titanas, immanemq; turbam] *Hac parte, quaſi oſtendit, uires ſine prudentia non tantũ uanas eſſe, uerùm etiam ſibi aduerſarias. Per quod probat iſtum, quod ſuprà dixerat:*

„ *Vos lene conſilium datis, & dato gaudetis.*

Fident. iuuentus horrida. brachijs] *Ordo eſt:* Fidẽs brachijs iuuentus horrida. *Melius enim intelligitur horrida iuuentus, quàm horrida*

horrida brachijs. Fratresq́ tendentes opaco Pelion impoſuiſſe Olympo] *Tendentes pro contendentes. De hoc autem & Virg.* (*ſic loquitur.*

,, *Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam.*
,, *Scilicet, atq; Oſſæ frondoſum inuoluere Olympum:*
,, *Ter pater extructos diiecit fulmine montes.*

Aut quid minaci Porphyrion ſtatu] *Sic & Virg.*

,, *Mediaq; minans illabitur urbi:*

Niſi quod & in ipſa corporis altitudine, minæ quædam uidentur eſſe, atq; horror. Vt,

,, *Minæq; Murorum ingentes.*

Hinc auidus ſtetit Vulcanus] *Auidum Vulcanum dixit, propter ignis auiditatem.* Nunquàm humeris poſiturus arcum] *Poſiturus, pro qui nunquàm ponet.* Qui rore puro Caſtaliæ lauit Crines] *Caſtalia fons eſt, in monte Parnaſo.* Natalemq; ſiluã] *Natalem ſiluam nunc, in qua natus eſt Apollo. Aliter diem natalem dicimus, quo quis natus eſt.* Delius & Patareus Apollo] *Delius è Delo inſula dicitur. Patareus autem à Patara urbe, quæ eſt in Lycia.* Vis conſili expers mole ruit ſua] *Hæc & generalis ſententia, & ſpecialiter præterea, nunc ad Gigantes pertinet.* Vim temperatã dij quoq; prouehunt in maius] *Hoc ad Auguſtũ uult referri, quẽ. ſ. fortem intelligi uult, & doctũ, per quæ ad ſublimitatem imperij fama peruenerit.* Notus & integræ tentator Orion Dianæ] *Et hic teſtis eſt mearum ſententiarum, accipe. Orion autẽ Dianam ſtuprare cùm tentaſſet, ſagitta eius occiſus eſt.* Iniecta monſtris terra dolet ſuis] *Terra, inquit, mater dolet filios ſuos Gigantes montibus ſuis ſe premere.* Nec peredit impoſitã celer ignis Aetnam] *Aetna mons Encelado ſuppoſitus eſt, quẽ ait, quamuis ardeat, non tamen abſumi, ut ſemper eum premat.* Incontinentis nec Tityi iecur Relinquit ales] *Incontinentis, libidinoſi. Hic autẽ adortus eſt Proſerpinam, uel (ut alij aiunt) Latonã, ob quod illi cur eius ſemper renaſcens à uulture conſumitur.* Amatorem trecentæ Pirithoũ cohibent catenæ] *Atq; hic Proſerpinam rapere tentauit, ob quod dicitur catenis innodatus eſſe apud inferos.*

CHRIST. LAND. } Deſcende cœlo, & dic age tibia] *Videtur ad ſuperiora continuari, uel illis adnecti, nam cœleſtia canere tentaſſet, hortatur Muſam, ut iam deſinat, & prodigia quæ puero ſibi euenerint canat. Deinde cũ ſe exauditum putet, quoniam illarũ cantũ audiat, narrat à columbis ſe olim lauro, myrtoq; tectũ, atq; ex Apulia in Sabinos adductũ, quæ illũ Lyricorum poëtam futurũ, & amatoria ſcripturũ indicant. Aſſeritq; illis ducibus nihil ſibi eſſe timendũ. Oſtendit illas Octauianum bellis feſſum in ſuo antro recreare.* Deſcende] *Quaſi dicat res cœleſtes relinque.* Calliope] *Hanc cum inuocat, cæteras omnes inuocare intelliges, ſiquæ de Muſis dicta ſunt, repetes, ſic & Virg.*

,, *Et uos ô Calliope precor aſpirate canti.*
,, *Eademq; ratione reginam dici cognoſces.*

Auditis] *Exauditis me Muſæ. Hoc autem dicit, qui ſentit præſentiam numinis. Niſi fortè inſania amabili decipiatur.* Amabilis] *Nam etſi ab huiuſcemodi inſania laudatur, tamen ſuaue ſit ita ludi.* Audire uideor] *Nam præſentia numinis furore percipitur.* Per lucos amœnos] *Quos Muſæ habitant. Rapiuntur. n. aliquando in ſacris hõies ex profundiore cogitatione ad tãtũ furorẽ, ut uidere & audire multa ſe putent. Eſt aũt unus ex quatuor diuini furoris generib. à Platone poſitis, cui præpoſitũ eſſe uult.* Aquæ & auræ] *Nam & uenti ſuauiores in calorib. & perſpicui riui uehemẽter augent amœnitatẽ locorũ.* Me fabuloſæ] *Heſiodum, qui & aliquid de ſe fingit imitatus, hæc cõmiſcitur.* Vulture] *Vultur in Apulia mons eſt, de quo Lucanus.*

,, *Igne fouet terras ſimul & Garganus & arua*
,, *Vulturis & calidi lucent buceta Matini.*

Apuliæ] *Non regionis, ſed nutricis nomen eſt.* Fabuloſæ] *Nam nutricis eſt pueros fabellis oblectare.* Limen] *Pro domo poſuit.* Fatigatum ludo & ſomno] *i. fatigatũ ludo, quæ defatigatio, ut eſt apud philoſophos, ſomnum prouocat. Labores. n. exceſsiui, ut ait Albertus, prouocant ſomnũ, quia per illos aperiũtur meatus, & calor naturalis exhalat. Vnde ne cor à calore penitus deſeratur, natura inſtituit hanc quietẽ. Alij dicunt quod calor naturalis & internus adiutus ab externo, qui ex motu citatur, uehemẽtius agit in nutrimento ad eleuandos uapores ad caput.* Palumbes] *Syluatici ſunt colũbi domeſtici, dicti à culminalibus, in quib. frequẽtes ſunt.* Nutrix] *In ſententia eduxerat eum in agrũ ubi dormientes palumbes texerunt.* Ordo uerò palumbes texere mihi puerũ fatigatũ ludo, & ſomno noua fronde extra limen Apuliæ nutricis fabuloſæ in Apulo Vulture. *i. in Vulture montis Apuliæ.* Nidũ Acheronteiæ] *Vrbs parua eſt, & in montib. poſita. Vnde illã Nido optimè cõparat, imitatus Ciceronẽ, qui Ithacã Vlyſsis patriã aſperrimis ſaxis tanquã nidulũ affixam dixit. Eſt aũt non procul Venuſia.* Bantinos] *Apuliæ eſt ciuitas. Bantina ſiue Panthia, iuxta Venuſiã, paſcuis abundans.* Humilis] *Quia in plano & depreſſo loco poſita eſt urbs.* Viperis] *Serpentibus. Poſuit. n. ſpeciẽ pro genere. Verum quod lauro tectus ſit, indicat poëtã futurũ. Sed quod palumbes texerint aues Veneri ſanctæ, & myrto tinxerint, quæ & ipſa ſit Veneri dedicata, notat talẽ poëtã amores cantaturũ, & res ad Venerẽ ſpectantes. Addit quod Muſæ illum ſerpentibus, ſeruarunt quo ſignificat doctrinã aduerſus inuidiæ morſus ualere.* Animoſus] *Non ſine dijs, non ſine diuino numine, aliter temerarius fuiſſet.* Veſter infans] *Nam niſi Muſarũ fuiſſet, poëta non fuiſſet.* Frigidũ] *Quia in montibus poſitum eſt. Sed & in fœminino etiam genere profertur, ut*

,, *Prenæſte ſub ipſa.*

Eſt autem poëtarum, ſeceſſu urbis uti, & in hyeme aprica, ut Baiæ ſunt, in æſtate mõtuoſa incolere. Nec caret ratione, quod ſe in Sabinos ſublatũ dicat, tanquã ſi etiam id prognoſticũ fuiſſet illũ Mecœnatis amicitiam acquiſiturũ, per quam Sabinam uillam ſumpturus eſſet. Non me] *Oſtendit eos, qui Muſis amici ſunt, illarũ tutela eripi ab omnib. periculis. Compone autem uerba uerſa retrò in Philippis. i. conflictus à Brutianis apud Philippos acceptus, non extinxit me amicũ ueſtris fontib. & choris.* Nec arbor deuota] *i. execrabilis. Sed & de pugna in Philippis geſta, & de arbore iam accepiſti.* Palinurus] *Promontoriũ eſt, à Palinuro gubernatore nauis Aeneæ denominatũ, quẽ illic cæſum teſtatur, Virg.*

,, *Locus non procul ab Helia urbe, quæ deinde Velia eſt dicta.*

Poſuit aũt Palinurũ pro tẽpeſtate, quam in mari Siculo iuxta Palinurũ paſſus eſt. Vtcunq;] *Quomodocunq;, ſiue in ſecundis, ſiue in aduerſis reb. mecũ ſitis, neq; tẽpeſtates marinas, quas per Boſphorũ denotat, neq; in aquoſa & arida itinera.* Aſſyrij] *Nam regio calidiſsima eſt.* Britannos hoſpitib. feros] *Hoſpites. n. mactabant pro hoſtia, ait. Acron. Sed noſtra etiam tempeſtatẽ ſuperbiſsimi ſunt in ea inſula contra peregrinos, ſeq; ſolos hõies putantes, reliquos pro brutis penè habent. De inſula iã dixi.* Concanos] *Genus hominum Scythicum eſt, paſtoriam exercet, & ſanguine equini cruris uenis ſubtracto, & lacti permixto ueſcuntur, ſeu pro poculis utuntur Virg.*

,, *Et lac concretum cum ſanguine potat equino.*

Sunt qui credant hos etiam Biſaltas uocari. Virg.

,, *Biſaltæ quo more ſolent acerq; gelonus*
,, *Cùm fugit in Rhodopen.*

Scythicum amnem] *Quaſi dicat, extremas partes Scythiæ, quæ longo, lateq; protenditur. Intelligit aũt de Tanai, qui ab extremis Ryphæis ſub Arcto conſtitutis oriens multas Scytharũ nationes irrigat, paludemq; Mæoti facit, & ab Aſia Europã diuidit. Quod uerò à Muſis Octauianũ recreari dicit, oſtendit principis ſapientiam, quã Muſæ per doctrinas uarias dant.* Finire quærentẽ labores] *Maxima laus in principe, qui nulla alia cauſa bellũ ſumpſiſſe uidetur, niſi, ut in pace liceret quieſcere.* Antro Pierio] *Quaſi dicat, in ueſtra ſuauitate & amœnitate. Conſtat etiam Auguſtũ poëticæ haud ignarũ fuiſſe.* Lene conſiliũ] *Nam humana & mitia, & ab omni immanitate remota monet philoſophia. Quapropter rectiſsimè deliciæ Florentinæ Baptiſtas Albertus dictitabat id præſtare literas hominib. quod aqua lupinis. Nam ut hoc leguminis genus aqua maceratum omnem amarorẽ deponit, ſic principes bonarum artium ſtudijs deliniti mitiſsimè, iuſtiſsimeq; eos, qui ſuæ fidei cõmiſsi ſunt ſemper regunt, Quod noſtro hoc ſeculo in Feltrano Federico parente tuo non ſine ſtupore tantas principis uirtutes admirantes manifeſto cognoſcimus. Nec falſa eſt diuini Platonis ſententia, Beatas eſſe res, quorum gubernatores philoſophentur. Sed*

redeo ad rem. Scimus ut] *Sapientiſsimè docet Muſas præualuiſſe aduerſus Gigantes, ut oſtendat uires nihil ualere contra ſapientiam. Cùm enim narret uictos à Dijs Gigantes, ſupplicium paſſus monet non oportere uires carere prudentia, ſed illa eas eſſe moderandas. Nam dijs odioſa ſemper eſt immoderata potentia.* Caduco] *Nam caduca ſunt quæ ſua ſponte cadunt.* Qui terram inertem] *Per hæc omnia oſtendit deos omnia curare.* Inertem] *Quia non mouetur, propriè inertes dicuntur qui nullis liberalibus artibus ualent. Sed pro deſidioſo & pigro dicimus inertem.* Triſtia] *Si de inferis intelligimus rectè dictum eſt: Omnia enim illic triſtia ſunt. Virg.*

,, *Triſtes ſine ſole domos loca turbida.*

Si uerò intelligit de regnis humanis, dixit triſtia, quia metu ſolicitudineq; ſemper plena ſunt. Vnus] *Nam diuina ſubſtantia unica eſt, quæ apud nos in tres perſonas diſtincta eſt. Apud gentiles uerò philoſophos tot penè nomina habet, quot illius ſunt poteſtates, ergo non crediderunt plures eſſe deos, ſed eiuſdem dei plura poſuerunt nomina. Turba autem doctrinæ ignara ex numero nominum numerum deorum iudicauit.* Fidens iuuentus] *De Gigantibus intelligit, quos fratres appellat, quoniam ex terra orti ſunt, quorũ fabula iam enarrata eſt. Refert autem Heſiodus Tellurem guttas ſanguinis, quæ ex amputatis cœli uirilibus à Saturno in terram fluxerunt cõcepiſſe, & inde Erines & Gigantes, & eas nymphas, quas Melias appellant peperiſſe. Sunt ergo fratres Gigantes.* Sed quid Typheus] *Enumerat ferociſsimos Gigantes, quos demonſtrat nihil ualuiſſe ſuis immanibus uiribus aduerſus Aegida Palladis, quia, ut dictum eſt, nihil ualent uires contra ſapientiam. Nam uis expers conſilij ex ſe ipſa ruit. Typhœus quem etiam Typhaonem nominant immaniſsimus Gigas fuit. Hunc refert Lactantius prouocaſſe Iouem in certamen de regno. Iupiter illum fulmine proſtrauit. Atq; Aetnam montem ſuper impoſuit, ut docet Ouid. Vaſta Giganteis iniecta eſt inſula membris. Hic flammam, quam ex fulmine in ſe conceperat euomens, montem cõſumere nititur. Virg. tamen non Aetnam, ſed Inarimen ſuper impoſitam dicit.*

,, *Tum ſonitu Prochyta alta tremit duruḿq; cubile*
,, *Inarime Iouis imperijs impoſta Typheo.*
Et, Lucan.
,, *Conditus Inarimes æterna mole Typhæus.*

Mimas uerò & Porphyrion etiam gigantum nomina ſunt. Minaci ſtatu] *Minaci pugna. Nam ſtare, pugnare eſt. Vel minaci ſtatu, id eſt, ingenti ſtatura, nam minari eminere eſt. Virg.*

,, *Geminiq; minantur In cœlum ſcopuli.*

Hinc minæ murórum, uel quod haberet uim, ſtaturamq; horrendã, & nullis uiribus à ſuo ſtatu dimoueri poſſet. Enceladus] *Alius gigas, quem Maro Aetnæ ſupponit. Fama eſt Enceladi ſemiuſtum fulmine corpus Vrgeri mole hanc ingentemq; inſuper Aetnam impoſita ruptis flammam expirare caminis. Et alibi.*

,, *Extremam, ut prohibent Cæo Enceladoq; ſororem.*
,, *Progenuit pedibus celerem & pernicibus alis.*

Audax] *Qui contra deos inſurgeret.* Auidus Vulcanus. *Reſpexit ad naturam ignis, qui omnia exedit. Virg.*

,, *Ilicet ignis edax.* ——

Et nunquam poſiturus Apollo] *Apollo quem ſemper arcum gerere fingunt. Hinc Græcè ἀργυρότοξος, id eſt, argenteum arcum gerens dicitur.* Caſtaliæ] *Fons in Parnaſo eſt Apollini ſacer dictus à Caſtalia puella. Hæc enim adamata à Phœbo dum illius cõgreſſum fugit, in fontem præceps delata & nomen, & uitam in eo reliquit.* Lyciæ] *Ibi enim colitur, & reſponſa dat. Virg.*

,, *Nunc Lyciæ ſortes, nunc Ioue miſſus ab ipſo.*
,, *Interpres diuum fert horrida iuſſa per auras.* Et alibi,
,, *Qualis ubi Hybernam Lyciam Xhantiq; fluenta*
,, *Deſerit & Delon maternam inuiſit Apollo.*

In quo uerſu ſcribit Seruius. Apollinem ſex menſibus hyemalibus apud Pateras Lyciæ urbem reſponſa dare. Vnde illum hinc Pateream appellat, & Delo, ex quo Delius dicitur. Natalem ſyluam] *Cynthum Deli montem in quo natus eſt.* Vis conſilij] *Aurea ſententia. Nam quantò robuſtiores ſunt homines, tantò maiore opprimuntur ruina, niſi ualeat ſapientia, qua ſibi moderentur. Contra qui uiribus moderantur adhibito conſilio & prudentia, eos Deus ipſe iuuat, quoniam illi non niſi iuſta tentant. Audaces autem cum impia ſæpe & nefanda moliantur, debitas tandem pœnas luunt.*
Centimanus] *Probat hoc exemplo Gigantum, & eorum maximis uiribus impiè abuſi ſunt, ſed de Briareo iam dictum eſt.* Integræ] *Inuiolatè.* Orionis] *Et hoc in parte eius fabulæ accepiſti. Neque prætermiſſa eſt fabula Gigantum.* Luridum] *Pallens, atq; nigrũ & ſquallidum, Ouid.*

,, *Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.*

Suis monſtris] *Nam monſtroſa eſt Gigantum forma, quia pro monſtro ij habendi ſunt, qui deo, naturæq; opponere ſe audent.* Nec peredit] *Nam paulò antè dictum eſt Enceladon ſiue Typheum conari, ut igni, quem ex fulmine concepit, Aetnam exurat, ſed non poteſt.* Incontinentis] *Luxurioſi.* Nequitiæ] *Ac nequitia apud Latinos uitium eſt, quod cætera omnia uitia complectatur. Eſtq; oppoſita frugalitati, quæ uirtus omnes in ſe continet uirtutes. Dicitur autem nequitia, quod nequicquam in eo ſit. Nam uitium priuatio eſt boni, & propterea nihil eſt. Sæpe tamen pro laſciuia atq; libidine nequitiam capiunt. Propertius.*

,, *Tunc ego nequitiæ dicerer eſſe caput.* Ouid.
,, *Te quoq; in extinctæ Syllenæ cupidinis urunt,*
,, *Nequitia eſt, quæ te non ſinat eſſe ſenem.*

Cicero in Verrem. Ex mulierum morſu ueſtigia libidinis atque nequitiæ. Erit igitur laſciuia, incontinens laſciuia, quæ uerbis, factisq; circa Venerea adhibetur. Perithous] *Non ex nube ut Centauri, ſed ex coniuge ſua Iſionis filius fuit. Cùm autem Hippodamiæ nuptias celebraret, & Martem inhonoratum prætermitteret, iniecit Mars furorem in centauros, ut nouam nuptam raperent, ſed tandem ſuperati ſunt. Hic ſeu mortua Hippodamia ſeu repudiata cum Theſeo coniurauit, non niſi Iouis filias in coniuges habituros Rapuit Helenam Theſeus. Deinde cum alia Iouis filia in terris non eſſet, deſcenderunt ad inferos, ut raperent Proſerpinam. Sed infœlici euentu. Nam & Theſeus captus eſt, & Perithous à Cerbero interemptus. Venitq; deinde Hercules, & Theſeum cathenis reuinctum liberauit. Cerberumq; triplici uinculo (Tria enim colla erant) ligatum ad ſuperos uſq; protraxit per eam ſpecum, quæ in Tenaro eſt. Vnde fabulantur herbas uenenoſas, quibus is locus abundat, ex Cerberi ſpuma eſſe ortas. Volunt plerique à rege Moloſſorum coniugem rapere tentaſſe, & Perithoum à cane ſuo interemptum. Theſeum autem in uinculis detentum eſſe donec Hercules acceſſerit, & cane interfecto Theſeum liberarit.* Amatorem] *Inuidioſè dixit, quaſi qui deas concupiſcere ſit auſus.* Trecenta] *Numerus pro numero.*

ERAS. ROT.} *Sic poëta dixit, quia cum deo quiſq; gaudet & flet, ut prouerbio dicitur: Cum deo autem hoc ſit, quod ſit fauente numine, contra ſine deo. quod abſq; deorum fauore. Nõ diſsimile eſt ſchema ab hoc ſuperiore quod dicitur: Ad Herculis columnas. Lege Eraſmum in prouerbijs: Ad Phaſin uſq;.* Centimanus Gyges] *Γιγάντων ἀπόνοια, id eſt, Gygantum amentia. Dicebatur ubi quis uiribus ſuis fretus temerè, nulloq; conſilio res non tentandas moliretur. Tractum à notiſsima fabula Gygantum.*

HENR. GLAR.} Deſcende cœlo, & dic age tibia] *Encomium eſt Muſarum, ſtudijq; poëtices totam per Oden, deinde quantum ingenium uiribus corporis præpolleat (id quoq; ad omnium ſtudiorum humaniorum laudem attinet) exemplis oſtenditur. Porrò de multis hac in Ode cum alijs diſſentimus, præcipuè uerò cum Acrone. Primũ quidem, cùm inquit: Deſcende cœlo. i. Deſine loqui cum dijs, id, ita etiam alij expoſuerunt, quanquam ſimpliciter de Muſis intelligi poteſt, ut è cœlo influant. Verum cum idem ait,* Tibia deſcende cœlo, *hoc prorſus ineptè ponit. Nam tibia ablatiui eſt caſus, Vt & uoce & fidibus. Nec hoc mihi placet, quod,* auditis *ad Calliopen refert, cum ad ſodales loqueretur, ut ipſe etiam Acro paulò poſt uelut ſui oblitus, refert. Velut interrogans (inquit) ſodales ſuos dixit:* An me ludit amabilis inſania? *Quod uero* lucos Elyſij *idem Acro intellexerit, id ſanè miror, mihi minimè ueriſimile uidetur. Tolerabilius erat, quod Acherontiam Apuliæ ciuitatem facit, cum Porphyrio Lucaniæ dicat eſſe. Et Plinius Acherontem fluuium in eadem ponat Lucania. Nam Venuſiano*

confinio

confinio erat duorum populorum. Vnde & libro ſecundo Sermonum ipſe de ſe dicturus eſt.

» Sequor hunc, Lucanus an Appulus anceps.

Nam Venuſinus arat finem ſub utrunq; colonus. Idem de Ferento dicimus. Porrò idem Acro ubi paulò pòſt inquit: Ordo: Camœnæ, ego ueſter infans animoſus, non ſine Dijs, diſtinguendum puto poſt infans, ne ſequentibus coniungendum uerbis. Sed hoc puſillum. Nec Sicula Palinurus unda] Palinurus, idem Acro inquit, Promontorium eſt Siciliæ. Hoc apud neminem inuenio autorem, ſed omnes Lucaniæ fatentur promontorium: quod admonendum duxi, ſi fortaſſe librariorum culpa hoc irrepſerit. Vtcunq; mecum uos eritis. Vtcunq; pro ubicunq; exponit Porphyrio, ac poſt eum Acro. Verum exempla Virgilij, Ouidijq;, ut ad rem faciant non uideo, etiamſi hanc expoſitionem hoc in loco Horatij non reijcio. Quidam utcunq; expoſuere, pro quandocunque. Et arenteis arenas Littoris Aſſyrij uiator] Arenteis (idem inquit Acro) id eſt, calentes. In Aſſyria enim regione Perſarum uehementior eſt Sol. Hæc ille. Ego magis credo Aſſyriam pro Syria dixiſſe, ut ſæpiùs alibi: nempe ſuperioris libro Ode 2. Aſſyriaq; nardo, quod & Acro, & Porphyrio eodem loco fatentur. Vos Cæſarem altum, militia ſimul feſſas] Ordo eſt (inquit Acro) uos recreatis Pierio antro Cæſarem altum militia. Hæc ille. At ego malim ante militia diſtinguere, ut ſit ſenſus, militia feſſas: Niſi quis ita à poëta dictum putet, ut ad utrunque referri queat, ex τῶν μέσων numero. Altum militia, & feſſas militia, ut quidam etiam expoſuerunt. Vos lene conſilium] Duæ breues ſyllabæ in pentenumere pro una longa, Vos lene conſilium. Sicut Ode 6. paulò poſt, uerſu ſexto. Sed id admodum rarò. Qui rore puro Caſtaliæ lauit Crines ſolutos] Caſtaliæ fons Lyciæ (inquit Acro) ubi Apollo armentum dicitur pauiſſe, Hæc ille. Quaſi ab ipſo authore ſcripta ſunt, næ ille egregiè inſipiens eſt. Quid porrò ego ſuſpicer, dicere ſuperſedeo. Paulò poſt ad illud poëtæ, Vis Conſili expers mole ruit ſua: ex Porphyrione ait: generalis eſt ſententia, ſed ſpecialiter pertinẽs ad Gigantes, ut quidam codices pro ſed habent nec, haud dubiè librariorum errore.

HERM. FIG. } Deſcẽde cœlo, & dic age tibia, &c.] Inuocatio eſt, qua more poëtarum Muſam orat, ut ſibi adeſſe, & ſcribendi facultatem largiri uelit. Sic Virg.

» Vos ô Calliope precor aſpirate canenti.

Tibia ſiue uoce, ſiue cithara] Oſtendit Muſam facilè præſtare poſſe id quod petit, Siue malit fiſtulis, ſeu uoce, ſeu fidibus. His enim tribus modis Muſica ferè exercetur. Citharáue Phœbi] Apollinis lyra. Nam Diodorus lib. 5. ait, Apollinem primùm cithara ſimplici uſum eſſe, Marſyam uerò tibijs. Alij dicunt à Mercurio inuentam, & traditam Apollini. Auditis?] Ad ſodales hoc dicit. Cùm enim uideretur ſibi audire Muſam, uocatamq; aduenire & canere, interrogat ſodales, an ipſi quoq; audiant? an uerò dulci furore poëtico decipiatur? Amabilis inſania] Iucundus & gratus furor poëticus, ſine quo magnus poëta nemo eſſe poteſt. Nam ueri præſtantesq; uates tum demum ſunt, cùm diuini numinis pleni, & Dei ſpiritu afflati inſaniunt. Vnde Cicero de Orato. ait: Sæpe audiui poëtam bonum neminem (id quod à Platone & Democrito in ſcriptis relictum eſſe ferunt) ſine inflammatione animorum exiſtere poſſe, & ſine quodam afflatu quaſi furoris. Pios] Sunt enim luci religioſi, & numinibus ſacri. Amœnæ, quos & aquæ ſubeunt, & auræ] Amœnas enim, & à ſtrepitu hominum ſemotas ſyluas inhabitant Muſæ. Vbi tranquilliſsimum eſt otium, altiſsimum ſilentiũ, mira operũ naturæ ſimplicitas: ubi nihil turpè, nihil fucatũ, nihil menti noxiũ conſpicitur: Vbi gratiſsimæ arborũ ſunt umbræ, limpidæ & aquæ dulcis fontes, gelidi ac ſuauiter ſuo murmure crepitantes riui, ſolum mollibus & fragrantibus herbis ueſtitũ, odoriferis floribus diſtinctum, ſalubres & tepentes auræ, canorus & uarius auium concentus, mira beſtiolarum exultantium lætitia, delectabilis & iucunda antrorum atq; nemorum echo. His inquam amœnitatibus naturæ mirificè delectantur Muſæ, earumq; miniſtri & ſacerdotes Poëtæ. Me fabuloſæ Vulture in Apulo] Narratio prodigij, quod olim puero ſibi acciderat. Dicit enim ſe puerum extra domum patris in Vulture monte ſomno grauatum, à palumbis lauri & myrti frondibus tectum, & ab omnib. periculis defenſum. Quo ſignificatum innuit, ſe aliquando poëtam lyricũ, amorumq; ſcriptorem eſſe futurum. Apuliæ] In Apulia, quæ Venuſiæ, Daunorum Coloniæ, erat finitima, ſe nutritum ait. Palumbes] Hæ ætate potiſsimùm à columbis diſtant. Palumbes [illegible] ad trigeſimum annum uiuere ſcribit Plinius, columbas uerò & turtures, octonis annis. Sunt autem palumbes dicatæ & dilectæ Veneri, quia plurimi ſunt coitus. Mirum quod foret omnibus] Quod etiam uicini & finitimi populi mirabantur. Erat enim Venuſia, Horatij patria, in confinio Lucanorum & Appulorum. Quicunque celſæ nidum Acherontiæ] Hoc eſt, Acherontini, populi Lucaniæ, quorum urbs Acherontia in montis cacumine pendebat, ſicut nidi auium in arboribus. Saltusq; Bantinos] Sic dictos opinor à Bato, quod Plinius Lucaniæ flumen facit. Humilis Ferenti] Vrbis Venuſiæ propinquæ, in ualle ſitæ. Sacra lauro] Apollini conſecrata, ex qua coronæ fiunt poëtis. Collataq; Myrto] Arbore Veneri ſacra, quia res amatorias, molles & uoluptarias eſſet cantaturus olim poëta. Non ſine Dijs] Oſtendit, diuinitùs & fauentibus Dijs hoc ſibi accidiſſe. Nam cum deo fit Græcis (ut monet Eraſmus) quod fit fauente numine: contrà, ſine deo, quod abſq; deorum fauore. Pindarus: οὐ θεῶν ἄτερ. id eſt, non ſine dijs. Et σὺν ταῖς μούσαις, id eſt, Muſis fauentibus. τῶν θεῶν εὖ ἰόντων. id eſt, dijs bene iuuantibus. Veſter Camœnæ] Vbicunq; terrarum uitam egero, ô Muſæ, totus ueſter ſcribendis carminibus uos colam. Sabinos] Hos in quinta Italiæ regione ponit Plinius. Præneſte] Præneſte urbs eſt Italiæ, non procul à Roma. À Cæculo, Vulcani filio, fundatum, authore Virg. lib. 7. Aeneid. Dictum ἀπὸ τῶν πρίνων. id eſt, ab ilicibus, quæ illic abundant, teſte Seruio. Quare hìc etiam ab Horatio frigidum uocatur. Liquidæ placuere Baiæ] Baiæ Campaniæ ciuitas, à Baio, Vlyſsis ſocio ibi ſepulto, nomen habens. Quas hìc Horatius liquidas uocat propter aquas calidas, quæ ſunt in agro Baiarum, ſuo ſalutari calore & fomento hominibus, aliquo morbo laborantibus, ſanitatem reconciliantes. Veſtris amicum fontibus] Tanquam gratis, & beneficiorum memor, aliquoties ſe ab imminentibus periculis Muſarum fauore liberatum eſſe cõmemorat. Philippis uerſa acies retrò] Hoc eſt, fuga, in quam me cum cæteris militibus Caſsij & Bruti, in campis Philippicis, conieci. De hac re lege quæ diximus lib. 2. Ode 7. Deuota arbos] Cuius caſu in Sabino agro penè oppreſſus fuit, ut licet uidere Ode nona lib. ſecundi. Nec Sicula Palinurus unda] Oſtendit, ſe redeuntem ex bello Philippenſi, ad Palinurum, Lucaniæ promontorium, periclitatum, atq; à Muſis ſeruatum. Dictus autem eſt Palinurus locus, à Palinuro Aeneæ gubernatore ibi interempto à Lucanis, teſte Virg. lib. 6. Aeneid. Vtcunq; mecum uos eritis] Quandocunq; uos mecum eritis, ô Muſæ, tutus & ſecurus gentes quaſq; remotiſsimas & crudeliſsimas adibo. Et laudat Muſas à præſentia numinis. Inſanientem nauita Boſphorum tentabo] Hoc eſt, quodlibet mare ſæuiſsimum ingrediar. Littoris Aſſyrij] Aſſyria regio eſt maioris Aſiæ, ſuper ſinum Perſicum. Sic dicta ab Aſſur, filio Sem, teſte Auguſtino. Britannos hoſpitibus feros] Inhoſpitales, crudeles, qui captiuorum ſanguine dijs litare ſolebant. Et lætum equino ſanguine Concanum] Concana ciuitas eſt Hiſpaniæ, autore Ptolomæo. Huius incolas ſanguinem equinum potare, dicit Horatius. Virg. lib. 3. Georg. tribuit hoc Biſaltis, Scythiæ populis. Plin. Sarmatarum gentes cruda ferina ali, equino lacte, uel ſanguine è cruris uenis admixto, ſcribit. Pharetratos Gelonos] Geloni populi ſunt Scythiæ, quos Virg. ſagittiferos appellat. Sunt enim optimi ſagittarij. Scythicum amnem] Tanaim intelligit, qui fluuius eſt Scythiæ. Ex Riphæo monte deiectus per Sarmatas & Scythas præceps ruit, atque in Mæotida decurrit. Vos Cæſarem altum] Commendatio Muſarum ab authoritate & iucunditate. Tantæ enim fuit dignitatis apud ueteres poëtica, ut etiam nobiliſsimi principes hac ſe delectationis gratia exercuerint. Sic Iulium Cæſarem intermiſsis aliquando grauioribus curis, poëmata conſcripſiſſe legimus. Auguſtum Epigrammata Tragœdias meditatum, refert Suetonius Tranquillus. Tiberium carmen lyricum, & poëmata Græca feciſſe, nemo ignorat. Ad poëticam pronus Nero carmina libenter,

& ſine labore compoſuiſſe fertur. **Simul feſſas cohortes abdidit oppidis]** *Hoc eſt, poſtquam exercitum in hyberna deduxit. Temporibus enim hyemis, ob frigorum magnitudinem, milites in oppida imperatores dimittunt.* **Finire quærentem labores]** *Hoc eſt, animum & militiæ moleſtijs reficere cupientem ſcribendis carminibus. Petitur enim ex ſtudio poëtico ſuauiſsima delectatio, humaniſsima ac liberaliſsima animi remiſsio.* **Pierio recreatis antro]** *In loco ſecreto & amœno reficitis, hoc eſt, ſcribendi facultatem ſuppeditatis. Eſt autem Pieria mons Macedoniæ, Muſarum parens domusq́, ut tradit Pomp. Mela.* **Vos lene conſilium]** *Commendatio ab utili. Et oſtendit poëta, uires corporis parum ualere ſine conſilio & prudentia, quæ multum iuuatur poëtarum literis, omni doctrinarum genere, plurimarumq́ rerum ſcientia refertis.* **Scimus ut impios Titanas]** *Exemplis dictam modò ſententiam declarat. Gigantes enim uiribus ſuis freti, cùm dijs inconſideratiſsima ac dementiſsima quadam temeritate bellum inferrent, Iouis fulmine interempti ſunt, & in tartarum depulſi.* **Titanas]** *Gigantes Titani filios. De his lib. 1. & 2. mentionem fecimus.* **Qui terram inertem]** *Elegantiſsima omnipotentis & cuncta gubernantis Dei periphraſis.* **Terram inertem]** *Immobilem grauitate ſui, & in medio atq; imo uniuerſi mundi conſiſtentem.* **Mare uentoſum]** *Ventis obnoxium, & expoſitum. Mare enim quod ſua natura tranquillum eſt (inquit Cicero) uentorum ui agitatur atq; turbatur.* **Imperio regit unus æquo]** *Silius Italicus:*

» *Iuſtitiæ, rectiq; dator, qui cuncta gubernas.*

Magnum illa terrorem intulerat Ioui] *Huic adſtipulatur* Ouid. *lib. 5. Transformatio. ubi dicit.*

» *Tiphoëa è terra emiſſum.*
» *Cœlitibus feciſſe metum, cunctosq; dediſſe*
» *Terga fugæ, donec feſſos Aegyptia tellus*
» *Ceperat, & ſeptem diſcretus in oſtia Nilus.*

Horrida brachijs] *Horribilis tot brachijs, quibus pugnabat.* Ouidius.

» *Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues.*

Pelion impoſuiſſe Olympo] *Nam montibus congeſtis in cœlum aſcendere, atq; deos deijcere conabantur, ut lib. 1. Ode 3. ex Virg.* & Ouid. *oſtendimus.* **Sed quid Tiphoëus]** *Ferociſsimorum Gigantum, qui cum dijs in acie pugnauerunt, nomina hic recenſet, & oſtendit, robur & audaciam Gigantum nihil ualuiſſe contra Palladis prudentiam.* **Euulſisq; truncis Enceladus]** *Indicat Enceladum tantas habuiſſe uires, ut euulſas arbores in deos proiecerit.* **Contra Palladis Aegida]** *Aduerſus prudentiam & conſilia, quæ plus ualent, quàm uires corporis.* **Ruentes]** *Hoc eſt, temerè & inconſultè bellantes.* **Hinc auidus ſtetit Vulcanus]** *Catalogus potentiorum deorum, qui pro Ioue Gigantibus fortiter reſtiterunt.* **Auidus]** *Rapax, atq; omnia conſumens.* **Nunquam humeris poſiturus arcum]** *Periphraſis eſt Apollinis, qui arcum gerit & pharetram.* **Caſtaliæ]** *Videlicet Nymphæ. Eſt enim Caſtalius fons, ſacer Muſis & poëtis, in monte Parnaſo, à Caſtalia uirgine ſic uocatus, quæ, cùm uim illi inferre uellet Apollo, in fontem hunc præcipitem ſe dedit, eiq; nomen impoſuit.* **Lyciæ]** *Lycia regio eſt Aſiæ, in qua ciuitas Patara, quam facit illuſtrem & nobilem Apollinis delubrum: quondam opibus, & oraculi fide, Delphico ſimile, autore Mela.* **Natalemq; ſyluam]** *Hoc eſt, Delum inſulam, in qua natus eſt Apollo, & ab ea Delius cognominatus.* **Patareus]** *Sic dictus à Patara, Lyciæ urbe.* **Vis conſilij expers mole ruit ſua]** *Oſtendit homines robuſtos, & uiribus ualentes, ſine conſilio & prudentia, eſſe corpus ſine pectore, ac ſuis ipſorum ſe telis confodere. Sic Cicero aliquot rationibus oſtendere conatur, urbana conſilia bellicis laudibus præſtantiora. Omnino enim (inquit) illud honeſtum, quod ex animo excelſo, magnificoq; quærimus, animi efficitur, non corporis uiribus.* **Vim temperatam]** *Docet moderatas, temperatasq; uires deorum beneficio augeri atq; extolli: immanem uero & immodicam corporis firmitatem, omne ſcelus audentem, debilitari atq; deprimi. Prior huius ſententiæ pars referri poteſt ad Auguſtum Cæſarem, qui uiribus animi & corporis ad imperij gubernaculum acceſſit. Poſteriorem exemplis crudelium & flagitioſorum hominum declarat atq; illuſtrat.* **Centimanus Gyges]** *Hunc eundem cum Briareo, Gigantum maximo, centumq; brachijs metuendo, uolunt eſſe. Virg.*

» *—Et centum geminus Briareus.*

Notus & integræ tentator Orion Dianæ] *Erat hic uenator robuſtiſsimus quoq;, & in uenatu exercitatiſsimus, adeò ut gloriaretur, ſe omnia, quæ ex terra naſcerentur, interfecturũ. Sed cùm ad tantam perueniſſet audaciam, ut Dianam de ſtupro ſolicitaret, ab ea ſagittis eſt confoſſus.* **Iniecta monſtris terra dolet]** *Terra luget, filios ſuos Gigantes dare iuſtas ſuæ temeritatis atq; impietatis pœnas: montes enim quos extruxerant, Iupiter miſſo fulmine perfregit, & Gigantibus occiſis impoſuit.* Ouid.

» *Vertit in autores pondera uaſta ſuos.*

Monſtris ſuis] *Filijs ſuis Gigantibus.* Ouid. *in Faſt.*

» *Terra feros partus immania monſtra Gigantes Edidit.*

Fulmine luridum miſſos ad Orcum] *Præcipitatos in tartarum, ubi crudeliſsimè puniuntur, teſtante etiam Virg.*

» *Hic genus antiquum terræ, Titania pubes,*
» *Fulmine deiecti fundo uoluuntur in imo.*
» *Hic & Aloidas geminos, immania uidi*
» *Corpora: qui manibus magnum reſcindere cœlum*
» *Aggreſsi, ſuperisq; Iouem detrudere regnis.*

Monemur autem hac fabula, homines ſuperbos, ἀθέους, Deum contemnentes, & propriæ potentiæ confidentes, certiſsimas & exquiſitiſsimas ſuæ impietatis dare pœnas. Eraſmus hoc figmento poëtas ſignificare uoluiſſe dicit. Immanes quoſdam ac feros homines, & obſcuros, à coniugali concordia uehementer abhorruiſſe, eoq; fulmine præcipitatos, hoc eſt, funditùs interiſſe, cùm id uitarent, quo ſolo conſtat humani generis incolumitas. Cicero de Senectute ait: Nam quid aliud eſt, Gigantum more bellare cum Dijs, niſi naturæ repugnare? **Luridum]** *Luridus mortui color eſt horribilis, ipſiusq; mortis, ut poëtæ dicunt, & Plutonis. Anto. Thyleſ.* **Nec peredit impoſitam celer]** *Perpetuitate Enceladi, Tityi & Perithoi pœnas amplificat. Dicit igitur Aetnam montem Encelado ad ſempiternam ſceleris pœnam impoſitum, flammis ipſius nunquam poſſe conſumi. Nec uulturem, ſub Tityi pectore habitantem, immortale iecur unquam poſſe exedere, quòd perpetuò ad pœnas renaſcatur. Perithoum quoq; tot catenis alligatum, ut à nemine queat liberari. De Encelado Virgil. quoq;, cùm Aetnæ, montis Siciliæ, incendium deſcripſiſſet, ita ſubiungit:*

» *Fama eſt, Enceladi ſemuſtum fulmine corpus*
» *Vrgeri mole hac: ingentemq; inſuper Aetnam*
» *Impoſitam, ruptis flammam expirare caminis:*
» *Et feſſum quoties motat latus, intremere omnem*
» *Murmure Trinacriam, & cœlum ſubtexere fumo.*

Incontinentis nec Tityi] *Exemplo Tityi & Perithoi docemur, Deum non corporalibus tantùm, ſed etiam æternis pœnis, ſtupra, adulteria, & uagos, atq; illicitos concubitus ulciſci. Maximarum calamitatum in imperijs libidines ſæpe cauſas fuiſſe, & ſacræ, & prophanæ hiſtoriæ paſsim declarant. Tityi facinus & pœnam, qua apud inferos cruciatur, lib. 2. Ode 14. ex Virg. retulimus.* **Amatorem trecentæ Perithoum]** *Perithous filius fuit Iouis Homero, Ixionis* Ouid. *Is cùm ad inferos ad rapiendam Proſerpinam, Plutonis coniugem, deſcendiſſet, ibidem à Dite detentus eſt, & firmiſsimis catenis alligatus.*

THEOD. PVLM. } 9 **Voltore]** *H.* Vulture, *G. E. B. A.* 10 **Altricis]** Nutricis, *H. G. E. A.* 15 **Bantinos]** *H. G. E. B. A.* non Batinos, *ut quidam impreſſi.* 27 **Arbos]** Arbor, *H. G. E. B. A.* 31 **Arenteis]** Vrenteis, *H. G. E. B.* 38 **Abdidit]** Reddidit, *H. A.* 41 **Conſilium]** Craſſi, *ut infrà, Ode 6. principium.* 43 **Turmam]** Turbam, *G. E. A.* 47 **Turmas]** *H. G. E. B. A.* Turbas, *G. etiam in margine. Legendum eſt, inquit Lambinus, turbas, ut eſt ſcriptum in antiquis.* 55 **Euulſisq;]** Euolſisq;, *G.*

ANT. MVRET. } 62 **—Qui Lyciæ tenet Dumeta]** *Tenet, eſt, ἀμφιβεβηκώς.* 69 **Teſtis mearum centimanus gigas Sententiarum]** *In quibuſdam ueteribus, Gyas: de quo amplius quærendum puto, uide quæ ſcripſi cap. 13. lib. 6. Var. lect.*

GEORG.

GEORG. FABR. } *Muſarum commendatio inſignis, quæ hominib. ſolent eſſe ſaluti & iucunditati, quæq́ multa afferunt ad uitam cùm præſidia, tum ornamenta. Muſæ ipſæ nihil magis oderunt, quàm feritatem & libidinem: nihil magis amant, quàm modeſtiã & pudorem. In hac Oda ἡ πίστις τῶν μαρτυριῶν, primo enim loco affert ſuam experientiam, ſecundo Cæſaris Augusti exemplum, poſtremò auctoritatem Deorum, qui in hominum ſcelera & in uita, & in morte grauiſsimè animaduertunt. Tractat idem argumentum de ſtudiorũ iucunditate & uſu pro Archia Cicero, eſtq́ confecta hæc Oda ex alijs quoque Ciceronis ſententijs.*

Deſcende cœlo] *Hanc Odam quaſi cum ſuperiore connectit, non quod una ſit aut eſſe debeat: ſed quia moris eſt, aut carmen carmini iungere, uti fit hoc loco: aut librum libro, ut in Ouidiana Metamorphoſi.* Arentes harenas Littoris Aſſyrij] *Rectius eſt, urentes, è manuſcriptis. Id eſt, æſtu intolerabiles, calore impenetrabiles.* Et lætum equino ſanguine Concanum] *Silius lib. 3. de Hiſpania.*

„ *Nec qui Maſsigetem monſtrans feritate parentem,*
„ *Cornipedis fuſa ſatiaris Concane uena.*

Concana urbs Cantabriæ: ut Ptolemæus: colonia Maſſagetarum, ut Silius. Sanguine equorum pro potu uſos eius ciues, ait Horatius: idem ſcribit de Gelonis & Biſaltis Virgilius, de Maſſagetis Statius, de Sarmatis Plinius, de Thracibus Sidonius. Quid ualidus Mimas] *Hoc nomen & apud Horatium, & apud Silium in Aldinis corruptum fuit. Validus dicitur, quia (ut apud Claudianum) totã inſulam Lemnon in deos tentauit conijcere. Ipſæ inſulæ Prochytæ, in mari Tyrrheno eſt ſubiectus. Silius 12.*

„ *Apparet Prochyte ſæuum ſortita Mimantem,*
„ *Apparet procul Inarime, quæ turbine nigro*
„ *Fumantem premit Iapetum.*

IOD. BAD. ASCENS. } Deſcende cœlo] *Quia argumentum diligenter à Mancinello collectum eſt, colligamus ordinem, qui talis eſt.* O Calliope regina] *Scilicet, Muſarum age deſcende cœlo. Quia ſphæris cœleſtibus præſidere à Platonicis dicuntur, uel de cœleſtibus rebus ad terrenas.* Et dic longum melos] *Id eſt, canticum dulce.* Seu mauis] *Id eſt, magis.* Vis nunc] *Scilicet, dicere.* Voce acuta] *Id eſt, clariſona.* Seu fidibus] *Id eſt, chordis.* Et cythara Phœbi] *Id eſt, quam Phœbus ferre ſecum dicitur.* Auditis] *i. an' ne exauditis uota mea ô muſæ: mutat autem numerum, quia cum Calliope princeps ſit muſarum eam pro omnibus allocutus erat, non enim Lyricis, ſed heroicis præeſt, ſic & Aeneid. 7. Maro.*

„ *Vos ô Calliope precor aſpirate canenti.*

An inſania amabilis] *Id eſt, furor poëticus.* Ludit me. Quia uideor audire] *Scilicet, cantum Muſarum & errare per pios lucos.* Quos ſubeunt] *Id eſt, attingunt amœnæ, & aquæ, & auræ, quod ut uero ſimile faciat fatale ſibi dicit, quia palumbes.* Columbæ ſyluestres texêre] *Id eſt, operuerunt me.* Puerum noua fronde] *Scilicet, lauri & myrti uirentis.* Fatigatum ludo & ſomno] *Id eſt, dormientem poſt ludum puerilem, in uulture monte Appulo.* Extra limen] *Id eſt, in confinio.* Apuliæ nutricis] *Scilicet, meæ.* Fabuloſæ] *Id eſt, garrulæ, ut ſolent nutrices blandæ garrire alumnis ſuis.* Quod] *Id eſt, quæ res.* Foret mirum] *Id eſt, miranda.* Omnibus] *Scilicet, populis.* Quicunque tenent] *Id eſt, habitant.* Nidum] *Id eſt, oppidulum poſitum in monte, ut nidus ſolet in arbore. Acherontiæ illius oppiduli.* Celſæ] *Id eſt, in ſublimi ſitæ.* Et ſaltus Bantinos] *Id eſt, ad Batinam oppidulum Apuliæ, & pingue aruum ferenti illius oppidi Lucaniæ.* Humilis] *Id eſt, in decliuo poſiti.* Foret inquam mirum ut] *Id eſt, qualiter ego dormirem.* Corpore tuto] *Id eſt, defenſo deorum tutela.* Ab atris] *Id eſt, uenenoſis uiperis & urſis.* Et ut premerer] *Id eſt, operirer ſacra lauro, quæ triumphanti debetur, & myrto, quæ ouanti, aut incruentæ uictoriæ datur: unde ſignificabatur futurus poëta Lyricus, qui uictorum laudes ſine heroica grauitate dicat.* Collata] *Id eſt, congeſta, à palumbibus, aut in faſciculum colligata, exiſtens infans animoſus.* Non ſine dijs] *Id eſt, Deorum prouidentia. Et ideò ô Camenæ, ego ueſter quia uobis deſtinatus adhuc infans.* Veſter] *Id eſt, ueſtro beneficio ſeruatus, tollor in Sabinos arduos, ſeu frigidum Præneſte urbis in Aretino monte, ſeu Tybur.* Supinum] *Id eſt, molle & ſupinos faciens, ſeu Baiæ liquidæ propter balnea, placuêre mihi.* Ego] *Sup. tollor eo ueſter.* Acies uerſa retro] *Id eſt, in fugam.* Philippis] *Apud Philippos in Aemathia.* Et arbor deuota] *Id eſt, neci meæ deſtinata.* Nec Palinurus] *Id eſt, promontorium ab eo dictum, non extinxit in unda Sicula.* Me amicum] *Id eſt, fataliter deſtinatum fontibus & choris ueſtris.* Vtcunque mecum] *Ordo eſt.* Vtcunq] *Id eſt, quandocunque ô Muſæ uos eritis mecum.* Ego nauita] *Id eſt, obiens munus nauticum.* Tentabo libens] *Id eſt, etiam uoluntarius.* Boſphorum] *Id eſt, anguſtiam quamuis maris boui tranſmeabilem, ſed propter anguſtiam periculoſam.* Vnde addit inſanientem] *Id eſt, furentem æſtu.* Et ego Viator] *Id eſt, incedens pedibus.* Tentabo libens, arenas Arentis] *Id eſt, ſiccas, littoris Aſſyrij, ubi propter uicinitatẽ, aut directum aſpectum Solis maior eſt æſtus, & ita difficilius iter.* Viſam] *Id eſt, uiſum ibo.* Britannos feros] *Id eſt, crudeles.* Hoſpitibus] *Quos tunc immolare ſolebant, nunc etiam aduenis ſatis duri.* Et concanum] *Id eſt, populum Cõcanæ ciuitatis mediterraneæ in Cantabria, quæ eſt regio Hiſpaniæ Tarraconenſis.* Lætum] *Id eſt, gaudentem.* Sanguine equino] *Quia eius potu more Scytharum quorundam tunc ueſcebatur. Viſam etiam (repete ſemper utcunque uos mecum eritis)* Gelonos Scythiæ] *Populos Pharetratos, quia ſagittandi peritos. Vnde Parthi, qui dicuntur Scytharum exules ab illis oriundi, priùs dicti ſunt Pharetra decori.* Et uiſam amnem Scythicum] *Scilicet, Tanaim, qui Europam ab Aſia disiungit.*

Vos Cæſarem &c.] *Docet deinde quid Muſæ in Cæſarem Auguſtum contulerint, utq́ illi familiariſsimæ ſint dicens.* Vos recreatis] *Id eſt, reficitis & molliter fouetis.* Antro Pierio. In quo] *Scilicet, genitæ eſtis in Theſſalia iuxta Macedoniam, hoc eſt, ueſtro ſeu poëtico ſtudio.* Cæſarem] *Scilicet, Auguſtum.* Altum] *Id eſt, inſignem & ſublimiter ſpectabilem.* Militia] *Id eſt, arte militari.* Simul] *Id eſt, immediatè.* Poſtquam abdidit] *Id eſt, hyemare permiſit.* Oppidis] *Id eſt, urbibus clauſit.* Cohortes feſſas militia] *Scilicet, longa.* Cæſarem dico, quærentem] *Id eſt, intendentem.* Finire labores] *Id eſt, expuere, & abijcere faſtidium ex longis laboribus belli.* Vos ô almæ] *Scilicet, Muſæ.* Datis] *Scilicet, omnibus, ſed præcipuè Cæſari Auguſto inſequenti patrem adoptiuum Iulium, qui fuit uſque ad pœnitudinem clemens.* Conſilium lene] *Id eſt, lenis & humanæ uitæ. Vnde ſtudium Muſarum uulgò ſtudium humanitatis uocatur.* Et uos almæ] *Id eſt, animorum imò omnium rerum altrices, quia concordia (quam Muſæ per lene conſilium, quod dant inducunt) res paruæ creſcunt, authore Saluſtio.* Et gaudetis dato] *Scilicet, conſilio, quia Muſæ alios inducunt ad humanam uitam, & ipſæ inter ſe benignæ atque humanæ ſunt. Secus faciunt multi dantes bonum conſilium, & non facientes, quod conſulunt, dicunt enim (ait Saluator noſter) & non faciunt.* Scimus ut impios] *Vt probet pietatem ad quam Muſæ nos inuitant, quia prudentiam adiunctam habet, plus poſſe quam temerariam multorum impietatem uiribus ſuis fidentem, affert teſtimonium Gigantum, qui uiribus quidem præditi, ſed non uirtute, nec pietate inconſultò Iouem debellare auſi, uicti ſunt. unde dicit.* Scimus ut] *Id eſt, quemadmodum. Is ſup. uidelicet Iupiter.* Qui temperat] *Id eſt, temperamento quodam diſponit, & tranſmutat.* Terram inertem] *Quia immobilem & nihil niſi uirtute cœleſti producentem.* Et mare uentoſum] *Id eſt, procelloſum, & aſsiduis uentis agitatum, aut uentos ac nymbos procreans.* Et qui unus] *Id eſt, ſolus.* Regit imperio æquo] *Quia ut dicitur Aeneidos decimo:*

„ *Rex Iupiter omnibus idem.*
Et eiuſdem 6.
„ *Aut æquus amauit Iupiter.*

Ipſe autem ſolus hæc facit propria quidem poteſtate, quia cæteri Dei credebantur eius membra, unde ne Apollo quidem, qui uaticinij Deus dicitur futura ſcit, niſi quæ ab Ioue didicerit, unde dicit Celeno Aeneid. 3.

„ *Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo,*
„ *Prædixit, uobis furiarum ego maxima pando.*

Qui ergo onus regit imperio æquo urbes & regna triſtitia] *Scilicet, inferorum.* Et diuos, & turbas mortales] *Id eſt, omnes uiuentes.* Suſtulerit, Titanas] *Id eſt, filios Titanis & Terræ, ex quorum ſanguine poſtquam montibus oppreſſi fuerunt omnes præter ſolem, qui dijs annuens cœlum meruit.* Progeniti ſunt Gigantes] *Impios ſcilicet in deos, præterquam (ut dixi) ſolem, appoſitorie.* Turbam immanem] *Id eſt, efferam & crudelem.* Volentem] *Scilicet, diuinis & naturalibus legibus reſiſtere.* Illa iuuentus] *Id eſt, multitudo Titanum adhuc iuuenum.* Horrida] *Id eſt, aſpera.* Fidens brachijs] *Id eſt, uiribus ſuis, quæ potiſſimum bellatoribus in brachijs ſunt. Vnde etiam canitur.* Fecit potentiam in brachio ſuo. Et fratres] *Id eſt, reliqui Gigantes etiam è terra geniti.* Tendentes] *Id eſt, contendentes impoſuiſſe.* Olympo opaco] *Scilicet, umbris Nemorum.* Pelion] *Id eſt, montem illum Theſſaliæ ab Olympo non multum diſtantem.* Intolerant] *Scilicet, dum primum contra Iouem impia arma ſumerent.* Magnum terrorem] *Timuit enim ne ab eis.* Pelleretur] *Id eſt, ne beniuolus aſpectus Iouis terrigenarum malitiam domare nequeat.*

Sed quid Typheus] *Docet uires inconſultas nihil poſſe, dicens.* Scilicet quid Typheus] *Superb. ille Gigas, & Mimas frater eius etiam Gigas.* Validus] *Id eſt, potens uiribus.* Aut quid Porphyrion] *Etiam Gigas.* Statu minaci] *Id eſt, ſtans minaciter, & habens ſtatum minacem, & quid Rhetus conſimiliter Gigas, & Enceladus potentiſſimus ille Gigas in Aetna ſepultus: unde Aeneid. 3.*

„ *Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus*
„ *Vrgeri mole hac.—*

Iaculator audax truncis euulſis] *Id eſt, qui integras arbores cum radicibus euulſas iaculari potuit.* Ruentes] *Id eſt, præcipites tendentes.* Poſſent contra Aegida] *Munimentum pectoris.* Palladis] *Id eſt, contra prudentiam, cuius Pallas author & Dea eſt.* Sonantem] *Scilicet, dum agitetur: quaſi dicat nihil.* Vulcanus auidus] *Id eſt, incenſus ad pugnam ſtetit.* Hinc] *Id eſt, ab una parte.* Et Iuno matrona] *Quæ etiam Vulcani mater fingitur produxiſſe eum in femore ſuo ſine Iouis ſemine, quod fingitur, quia fulmen ex pingui terreſtri natum in medio infimæ regionis aëris productum partem aëris, cui Iupiter præeſt non tranſcendit.* Stetit hinc] *Id eſt, ex una parte.* Et Apollo Delius] *Id eſt, in Delo natus.* Et Patareus] *Id eſt, in Patara urbe Lyciæ uiciſſim uerſare ſolitus.* Nunquam poſiturus] *Id eſt, qui conſtituerat nunquam deponere, donec uicerit.* Arcum humeris] *Scilicet, ſuis.* Qui lauit] *Id eſt, imbuit & irrigat (eſt enim præſentis temporis, nam priorem corripit.)* Puro rore Caſtaliæ] *Scilicet, fontis illius Muſis in Parnaſo ſacratiſſimi riuo guttatim infuſo.* Crines] *Id eſt, Capillos.* Solutos] *Id eſt, diſperſos, & qui tenet Dumeta Lyciæ, unde Patareus dictus eſt.* Syluam natalem] *Id eſt, Cynthiam in Delo, in qua natus eſt, unde & Delius dictus.* Vis] *Id eſt, fortitudo corporis.* Expers conſilij, ruit] *Scilicet, in interitum ſua mole.* Sed dij quoque] *Id eſt, etiam dij.* Prouehunt in maius, uim temperatam] *Id eſt, prudentia moderatam.* Iidem] *Scilicet, dij.* Odere uires mouentes] *Id eſt, agitantes animo omne Nephas.* Gigas centimanus] *Id eſt, centum manus habens ſcilicet, Briareus aut Aegeus, eſt teſtis mearum ſententiarum, quia ſe proſtratum inuenit.* Et Orion tentator] *Id eſt, ſollicitator.* Dianæ integræ] *Id eſt, incorruptæ domitus.* Sagitta uirginea] *Id eſt, ipſius Dianæ à qua confoſſus eſt, eſt notus teſtis mearum ſententiarum.* Terra iniecta] *Scilicet, ad ſepulturam.* Monſtris ſuis] *Id eſt, Gigantibus à ſe productis.* Dolet & mœret partus] *Id eſt, natos ſuos miſſos fulmine.* Ad Orcum] *Id eſt, infernum ſeu Plutona.* Luridum] *Id eſt, ſqualidum, & infero colore fœdatum.* Nec ignis celer] *Id eſt, quamuis celer.* Peredit] *Id eſt, abſumit.* Aetnam impoſitam] *Scilicet, Encelado præcipuè.* Nec ales additus cuſtos] *Id eſt, obſeruator & perſecutor.* Nequitiæ] *Scilicet, uultur immortale iecur tundes.* Reliquit iecur Tytij, *qui alumnus erat terræ, incontinentis, quia Iunonem de ſtupro interpellauit.* Et catheæ trecentæ] *Id eſt, plurimæ, ut ſit numerus finitus, pro infinito.* Cohibent] *Id eſt, conſtringunt, & arcent ne exeat ab inferis.* Perithoum amatorem] *Scilicet, Proſerpinæ, cuius rapiendæ gratia ad inferos deſcenderat.*

ANTON. MANCIN. } *Quoniam ſuperiori Ode Horatio Muſa Deorum ſermones retulerat. Eam præſenti Ode cœlo deſcendere hortatur, referreq́ humana potius quàm diuina: itaque ſcribit ſe puerum in Vulture monte Apulo dormientem à palūbibus fuiſſe lauro & myrto tectum, quo eſſet tutior ab uiperis, feriſq́ omnibus. Dicit inde, quod ubicunque fuerit Muſarum erit, uel in Sabinis, uel Præneſte, uel Tybure, uel Baijs: hoc eſt, ubicunque carminibus operam tradet. Dicit item Muſarum ope liberatum ſe Philippenſi clade, liberatum arboris caſu, liberatum quoque Sicula tempeſtate apud Palinurum Lucaniæ promontorium eſſe. Aſſerit inde Auguſtum Cæſarem ſæpè à Muſis quoque recreari. Muſaſq́ ipſas rectè conſulere, hinc Iupiter Gigantes euicit, quia nullo conſilio uiribus freti fuerant.*

Vis enim conſilij expers ſua mole ruit] *Vis autem conſilij plena à dijs quoque augetur, quod ſanè exemplis etiam probat.* Deſcende cœlo] *Ode eſt ſimilis nonæ libro 1. Eſt autem ordo: O regina Calliope age deſcende cœlo, & nunc tibia dic longum melos, ſeu mauis acuta uoce, ſeu fidibus cytharaúe Phœbi.* Regina Calliope] *Id eſt, quia Calliope cantus ſuauitate cæteras antecedit: ut Diodor. lib. 5. edocet. Poteſt autem dici pulchrum carmen.* κάλλος *enim pulchritudo dicitur,* ὄψ *uox* καλλιεπεῖν *uerò ornatè dico. Melos,* τὸ μέλος, μέλος *cantus dicitur.* Acuta uoce] *Id eſt, magna, clara, pura, ſecans aëra, & auribus ſedens, ea enim perfecta uox eſt & plena.* Auditis?] *Id interrogatiuè legendum. Nam cùm muſam è cœlo ad cantum uocaſſet, tanquam illa uenerit, inquit poëta.* Auditis] *Nam ipſi uidebatur audire illius cantum.* Me ludit] *Deluduntur inſani Phantaſmatis Poëtæ quoque furore ducti inſaniunt, multaq́ uidere falſò uidentur, hinc fingunt etiam contraria rerum naturæ.* Amabilis inſania] *Poëticus furor. Oblectabatur enim furor ille, quo Muſam, & errare per pios lucos, quos ſubeunt & amœnæ aquæ & auræ.* Me fabuloſæ] *Ordo eſt. Me puerum ludo, & ſomno fatigatum texere palumbes noua fronde uolture in Apulo extra limen Apuliæ fabuloſæ nutricis: Inde enim oriundus fuerat.* Fabuloſæ] *Blandæ & facetæ, quales eſſe nutrices ſolent.* Extra limen] *Extra ianuam.* Apuliæ] *Regionis nomen pro nutrice poſuit.* Voltore in Apulo] *Eſt Vultur Apuliæ mons.* Fronde noua] *Viridi.* Palumbes] *Quæ Veneri dicatæ ſunt, propter id autem & myrtum ſe de amore ſcripturum indicauit, per laurum uerò poëtam futurum.* Celſæ Acheruntiæ] *Acherontia oppidum eſt Lucaniæ, quam nidum appellat, quòd parua ſit, & in ſummo monte conſtituta, ſicut auium nidi in ſummis arboribus ſolent eſſe, quod Porphyrio ſcribit. Acron uerò aſſerit eſſe in Apulia conterminā Lucaniæ. Plin. uerò lib. 3. ſcribit, in Lucania eſſe Acherontia fluuium, à quo oppidani Acherontini.* Batinos ſaltus] *Batina oppidum in Apulia, ut Porphyrio docet. Plin. lib. 3 nominat Batinum flumen iuxta Truentum.* Humilis Ferenti] *Ferentum oppidum in Lucania in ualle poſitum, propterea humile appellauit, quod & Porphyr. ſcribit. Plinius libro 3. numerat Ferentanos inter Apuliæ populos.*

Atris] *Venenoſis. Vt tutò ab atris. Ordo eſt: ut infans non ſine dijs animoſus dormirem corpore tuto ab atris uiperis & urſis.* Vt premeret] *Id eſt, tegeret à ſacra lauro, & collata Myrto.* Sine dijs] *Id eſt, ſine Phœbi & Veneris, & Muſarum numine.* Animoſus] *Animoſum ſe dicit fuiſſe, quòd in monte illo non ſatis tutò dormierat.* Veſter] *Senſus eſt, O Camœnæ ego docor in Sabinos ueſter: ueſter & ſeu placet mihi Præneſte, ſeu Tybur, ſeu Baiæ, ueſter ero, per quod innuit ſe ubicunque carminibus uacaturum.* Liquidæ Baiæ] *Id eſt, aquoſæ.* Philippis uerſa acies retrò] *Philippi Macedoniæ urbs, apud quam uictus eſt ab Auguſto & M. Antonio Brutus & Caſſius, cuius Bruti Horatius Tribunus erat, de quo latius Ode 14. in lib. 2. Item*

Ode

Ode 7. libro ſecundo, ubi dixit à Mercurio ſe liberatum, hic uerò ab Muſis. Deuota arbor] *Sceleſta & execrabilis, de qua ſuperius meminit.* Nec Sicula Palinurus unda] *Putandum eſt Horatium è Macedonia fugientem in mari Siculo uſque ad Palinurum promontorium Lucaniæ tempeſtatem fuiſſe paſſum. Plin. autem docet lib. 4. Palinurum Lucaniæ promontorium eſſe, prope urbem Veliam, quæ priùs Helea dicebatur.*

Vtcunque mecum] *Senſus eſt: Quandocunque eritis mecum ſine timore æſtuoſum mare tentabo, & ſæuiſsimas gentes adibo inuiolatus.* Inſanientem] *Aeſtuantem de Boſphoro autem ſuperiùs diximus.* Arentes harenas littoris Aſſyrij] *In Aſſyria cum regione uehementior Sol eſt.* *Sunt Perſiæ uicini Aſſyrij, ut Strab. lib. 16. inquit Britannos hoſpitibus feros. Hoſpites enim immolabant, ut aiunt.* Concanum] *Concana urbs eſt mediterraneè Cantabrorum in Tarraconenſi Hiſpania, quod ſcribit Ptol. lib. ſecundo.* Gelonos Scythiæ populos] *Qui, ut diximus ſuprà ex hoſtium pellibus ſibi, & equis faciunt tegmina.*

Scythicum amnem] *Tanaim dicit, qui Europam ab Aſia disiungit, atque ambarum fines utrinque perlambens in Boream uerſus per Sauromatas in Scythiam uſque, atque in Mæotidis paludem protenditur, oritur autem ex Indiæ montibus. Dionyſius ſcribit, & Strab. libro 11. & lib. 7.* Vos Cæſarem altum] *Aſſerit Auguſtum Cæſarem ſæpe à Muſis quoque recreari, Muſasq́ ipſas rectè conſulere: eſt autem ordo.* Vos recreatis antro Pierio] *Altum militia Cæſarem quærentem finire labores ſimul abdidit oppidis cohortes feſſas.* Altum militia] *Inſignem & inclytum.*

Abdidit oppidis] *Vt ibi hyemarent.* Pierio antro] *Id eſt, Muſeo. Auguſtus enim Cæſar poëticam etiam attingit. Extabat autem Tranquilli tempore unus liber ab eo ſcriptus hexametris uerſibus, cuius & argumentum, & titulus erat Sicilia. Extabat alter æquè modicus epigrammatum. Tragœdiam quoque Aiacis magno impetu exorſus, non ſuccedente ſtylo aboleuit, ſcribit & plura Tranquillus ipſe.* Pierio antro] *Muſarum eſt Pierius mons Theſſaliæ, qui ad Macedoniam protenditur: ut ſcribit Plinius libro 4. Inde Pierides Muſæ dicuntur, ut docet Feſtus.*

Vos almæ] *Id eſt, ſanctæ Muſæ.* Lene conſilium] *Id eſt, mite, ſuaue, iocundum, per id autem ſapientiam intelligit.*

Scimus, ut impios] *Exemplis oſtendit conſilio res bene geri.*

Titanas] *Indicat uires ſine conſilio uanas eſſe & aduerſas, ut Titanibus euenit, qui uiribus freti in deos inſurrexerunt.*

Titanas] *Titanis filios & terræ, qui in deos arma ſumpſère, ſed montibus oppreſsi ſunt, inde eorum ſanguine & ex terra Gigantes nati, qui etiam in deos irruere, ſed uicti ſunt.* Qui] *Ordo eſt. Qui unus æquo imperio regit, &c.* Terram inertem] *Deſidem, immobilem.* Fidens iuuentus] *Ordo eſt: Illa iuuentus horrida, fidens brachijs, &c.* Tendentes] *Pro contendentes & conantes.* Impoſuiſſe] *Pro imponere.* Marci] *Id eſt, alto & imminenti.* Pelion Olympo] *Pelion Olympus, & Oſſa ſunt Theſſaliæ montes, ſcribit Solinus. Maro autem lib. 1. Georg. ait.*

» *Conati ter ſunt imponere Pelio Oſſam.*
» *Scilicet atq́ Oſſæ frondoſum inuoluere Olympum.*
» *Ter pater extructos diſiecit fulmine montes.*

Sed quid Typhœus] *Oſtendit uires ſine cōſilio non prodeſſe contra ſapientes, de Gigantibus uerò latiùs uideto Naſonem in Met.*

Typheus] *Typhon uel Typheus trium ſyllabarum cum eu diphthongo in fine, non autem cum æ diuiſa uel coniuncta, Gigas fuit, de quo Seneca in Octauia, inquit. Non tam ferum Typhona neglecto Ioue irata tellus edidit quondam parens. Hunc dicit Lactantius Iouem prouocaſſe de regno, hinc ab irato Ioue fulminatum. Et teſte Ouid. libro 5. Metamorph. Siciliæ ſuppoſitus eſt.* τῦφος *autem ſuperbia dicitur* τύφω *incendo,* τυφ... *inaniter iacto, ſuperbio.* Enceladus] *Titani & terræ filius fuit, & Aetnæ ſubiectus, de quo Maro libro 3. Aeneid.*

Ruentes] *Sine conſilio aliquo.* Poſiturus arcum] *Superius dictum eſt Apollinem in dextra habere gratias, in ſiniſtra ſagittas, & arcum.* Caſtaliæ] *Caſtalia fons eſt, in Parnaſſo, ad fines cuius fontis Delphi urbs locata erat Strabonis tempore, ut ipſe docet lib. 9. Probus uerò ait Caſtalium fontem eſſe Delphis in Apollinis oraculo, qui abluebat ipſam Dei aram.* Crines lotos] *Eſt enim crinitus Apollo. Vnde Tibullus ait:*

» *Solis æterna eſt Phœbo, Bacchoq́ iuuentas.*
» *Et decet intonſus crinis utrunq́ Deum.*

Lyciæ dumeta] *Lycon Pandionis filius à ſe Lycios appellauit: ut ſcribit Strab. lib. 12.* Delius] *E' Delo inſula maris Ageæ, cui imminet mons Cynthus ſublimis, & aſper habebat Delos templum Apollinis & Latonæ, quæ ibi Dianam ſimul & Apollinem peperit. Author eſt Strab. lib. 10.* Patareus] *Patara ciuitas eſt Lyciæ maxima, quæ portum habet & templa plurima, quod lib. 14. Strabo ſcribit in ea, ut aiunt, ſex menſibus anni Apollinis dabantur reſponſa.* Vis conſilij expers] *Id ad Gigantes attinet.* Vim temperatam] *Ad Auguſtum hoc refert.* Prouehunt] *Contendunt, augent.* Centimanus Gigas Briareus] *Scilicet, teſtis mearum ſententiarum.* Quod] *Scilicet, uis conſilij expers mole ruit ſua.* Orion Dianæ tentator] *Scribit Hyginus, aliquos dicere Oriona, quum Dianæ uim uoluiſſet afferre, ab ea ſagittis eſſe confixum, inde ad ſydera propter uenandi conſimile ſtudium relatum. Latiùs tamen diximus de Orione in Ode 28. lib. 1.*

Iniecta monſtris] *Ordo eſt.* Terra iniecta monſtris ſuis dolet] *Id eſt, Gigantibus ipſius terræ filijs, ſuper quos cecidere fulmine montes.*

Nec peredit impoſitam ignis Aetnā] *Senſus eſt: Quod Aetna Encelado impoſita, nunquam ab igne conſumitur ut continua Enceladus pœna afficiatur Ouid. lib. 5. Metamor. dicit, eſſe Typheum ſub Aetna.* Incontinentis Tityi] *Intemperantis. Dicunt enim uoluiſſe Latonæ uim inferre. Hinc apud inferos eius iecur aſsiduus uultur depaſcitur, de quo latè Maro lib. 6. ibi.*

» *Nec non & Tytion terræ omni parentis alumnum.*

Perithoum] *Fuit is Ixionis filius, qui cùm Theſeo ad inferos deſcendit, ut Proſerpinam [illegible]eret, ſed ibi detentus eſt: de quo uide Senecam in Tragœdia Herculis. Meminit & Diodorus lib. 5.*

POLYD. VIRG. } Vis conſilij expers mole ruit ſua] *Vult poëta res non minùs conſilio atque ingenio, quàm uel ui, uel armis expediendas Polydor. in prouerb. Romanus ſedendo uincit.*

GILB. COGNAT. } Non ſine dijs animoſus infans] *Nihil ſine Deo, prouerbium eſt, quo admonemur rerum humanarum ſubitam eſſe mutationem, ſed in nobis non eſſe ſitum ut res ſint, uel aduerſæ, ſed ut Deo uidetur. Gilb.*

Non ſine dijs.

ODE

ODE V. IN LAVDEM AVGVSTI.

Ode V. Dicolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

—— ∪— — —∪∪ —∪—
—— ∪— — —∪∪ —∪∪
—— ∪— — —∪— —
—∪∪ —∪∪ —∪ ——

ARGVMENTVM IN ODEN V.

Miro argumento Auguſti laudes ingreditur. Nam ait, ſi Iouem credimus imperare ex perſuaſione & fama, multò magis Auguſtum regnare credere conuenit, cuius imperium & potentiam præſentes intuemur, cuius auſpicijs res Romana ſemper in maius creſcit, quanquam à Craſſo, & eius exercitu afflicta, & ignominia affecta ſit, qui captiui duxerant uxores, ab hoſtibus ea affinitate uitam ſuam redimentes, quum Reguli exemplo moneri debeant, qui ſemel mori maluit, & grauiſsimis ſupplicijs affici, quàm ut captiui redimerentur, aut inter hoſteis turpiter ſeruirent.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Auguſtum Cæſarem ob pacatam & auctam Rempublicam maximis laudibus ornat. Craſſi exercitus turpê ignauiam & ſeruitutem arguit. M. Attilij Reguli, qui mori maluit, quam pecunia ab hoſte redimi, egregiam fortitudinem Splendido encomio celebrat.

COMMENTARIA.

ACRON.

COELO tonantem] *Lucanus, per fulmina tãtùm Sciret adhuc ſolùm cælo regnare tonantem. Ergo ſi famæ, inquit, tantùm magnitudine deos credimus, quantò magis de Auguſti diuinitate credendum eſt, cuius uirtutem & potentiam non audiri aſſerit, ſed uideri.* Ordo *eſt:* Auguſtus adiectis Britannis Imperio & grauibus Perſis, habebitur præſens diuus. *Per has gentes ab ultimo occidente uſq; ad orientẽ continuaſſe imperium, prouincias acquirendo, confirmat Auguſtum.* Grauibusq; Perſis]*Perniciosis, propter mortem Craſsi & cædem Romanorum.* Proh curia]*Exclamatio dolentis curiæ eſt, quæ tam indignum caſum pertulerit.* Inuerſiq; mores] *Quia minuerunt famam ſenatus. Ideò autẽ dedecus Craſsi commemorat, ut plus Auguſtum faciat eminere. Inuerſos autem dixit mores hoſtium, quia uictores erant: non quod iam non eſſent ſub Romanorum iugo poſiti.* Marſus & Appulus]*Cõmemorando milites Roman. ſignificat, qui ad bellum Perſicum profecti, & cum Craſſo ſuperati, uxores à uictoribus acceperunt ut uitã mererentur, & uelut proprijs in ſedibus omnem iam ætatem agerẽt. Hi enim milites apud Romanos clariores erant, ut:*

" *Hic genus acre uirum Marſos*
pubemq; Sabellam.

Anciliorũ nominis & togæ] *Ancilia arma Romani de cælo meruiſſe, pro uirtutis inſigni, dicebantur, & ideò hæc arma, pro uirtute, pro dignitate, togam poſuit.* Aeternæq; Veſtæ] *Aeterni ignis, qui in ara eius indefeſsè colebatur, ut:*

" *Vos æterni ignes.*

Incolumi Ioue, & urbe Roma] *Quaſi diceret, aut ſtante mundo, aut ſaluo Capitolio, uel rerum natura, & Romana urbe. Non enim mirum, ſi Roma capta & Capitolio diruto conſeneſcerent ſub rege Medo. Sed incolumi Capitolio & urbe Roma turpiſsimum eſt conſeneſcere ſub hoſtilibus armis.* Hoc cauerat mens prouida Reguli]*Id eſt, hoc prouiderat, ne quis uitam ex captiuitate ſperaret, ſed potiùs pro libertate moreretur. Captus enim Regulus Imperator Romanus à Pœnis dum pro commutatione captiuorum Romam ab Afris miſſus fuiſſet, hanc ſententiam in ſenatu dixit: ne captiui, aut redimerentur, ut in poſterum diſciplina militaris tali exemplo ne deperiret, nec militi ſpes alia ſalutis, niſi in armis eſſet. Vnde milites Craſsi, qui Reguli diſsimiles animo erant, uitam captiuitate pepigerũt.* Conditionibus Fœdi]*Turpibus, quod captiuos Afrorũ pro ſe reddi noluiſſet.* Perniciem ueniens in æuum] *In futurorum perniciem proceſſurum, ſi tale deduceretur exemplum Romanis nõ pereuntibus, qui capi poterant.* Immiſerabilis] *Tanquam non eſſent digni miſericordia in bello capti.* Ordo eſt: Niſi pubes captiua immiſerabilis periret, eſſet pernicies ueniens in æuum. Signa ego Punicis]*Allocutio, Reguli in ſenatu de turpitudine & inertia captiuorum.* Militibus] *Sine cæde dixit ut ſuorum ſignificaret ignauiam, nec eos redemptione dignos, nudatos eos, ſine cæde & commiſsione pugnæ, dixit armis, ut:*

" *Cur ante tubam tremor occupat artus?*

Libero] *Aut nudo dixit, aut, qui cùm ingenui eſſent, ne occiderentur ſeruire uoluerant & ligari.* Portasq; non clauſas] *Id eſt, Afros non timentes, & quaſi iam uictores recolentes agros, quos cum exercitu Romano ipſe uaſtauerat.* Auro repenſus ſcilicet acrior, Miles re-

COELO tonantem credidimus
Iouem
Regnare: præſens diuus habebitur
Auguſtus, adiectis Britãnis
Imperio, grauibusq; Perſis.
Miles'ne Craſsi coniuge barbara
Turpis maritus uixit? & hoſtium
(Proh Curia inuerſiq; mores)
Conſenuit ſocerorum in armis,
Sub rege Medo, Marſus, & Appulus
Anciliorum, nominis, & togæ
Oblitus, æternæq; Veſtæ.
Incolumi Ioue, & urbe Romæ
Hoc cauerat mens prouida Reguli,
Diſſentientis conditionibus
Fœdis, & exemplo trahentis
Perniciem ueniens in æuum.
Si non periret immiſerabilis
Captiua pubes. Signa ego Punicis
Affixa delubris, & arma
Militibus ſine cæde dixit,
Direpta uidi. uidi ego ciuium
Retorta tergo brachia libero,
Portasq; non clauſas, & arua
Marte coli populata noſtro.
Auro repenſus ſcilicet acrior
Miles redibit? flagitio additis
Damnum: neq; amiſſos colores
Lana refert medicata fuco:
Nec uera uirtus, cum ſemel excidit,
Curat reponi deterioribus.
Si pugnat extricata denſis
Cerua plagis. Erit ille fortis,
Qui perfidis ſe credidit hoſtibus,
Et Marte Pœnos proteret altero,

Qui lora reſtrictis lacertis
　Senſit iners, timuitq́ mortem?
Hic unde uitam ſumeret inſcius,
Pacem duello miſcuit O' pudor,
　O' magna Carthago probroſis
　Altior Italiæ ruinis.
Fertur pudicæ coniugis oſculum,
Paruosq́ natos, & capitis minor,
　Ab ſe remouiſſe, ut uirilem
　Toruus humi poſuiſſe uultum,
Donec labenteis conſilio patres
Firmaret auctor, nunquam aliâs dato,
　Interq́ mœrentes amicos
　Egregius properaret exul
Atqui ſciebat quæ ſibi barbarus
Tortor pararet, non aliter tamen
　Dimouit obſtantes propinquos,
　Et populum reditus morantem,
Quàm ſi clientum longa negotia
Dijudicata lite relinqueret,
　Tendens Venafranos in agros,
　Aut Lacedæmonium Tarentum.

les redibit] Per ironiam dicit, ſub hoc ſenſu: Ergo fortior miles procederet ad pugnam, precio redemptus, & ſignificat non poſſe in acie fortiter ſtare militem, qui uiuere redemptione didicerit. Aut certè acrior ad uitia redibit, id eſt, deterior redemptus, uelut qui culpam hauſerit damno. Flagitio addidis Damnum] Id eſt, Contra conſuetudinem Romanam & diſciplinam eſt, ut milites precio non uirtute liberentur. Neq; amiſſos colores Lana refert medicata fuco] Sicut fuco, inquit, lana medicata ad priſtinum iam non poteſt colorem reuerti: ita miles uitio captiuitatis imbutus, ad priſtinam non poteſt redire uirtutem. Nec uera uirtus] At qui ait, Virgil.

" Quondam etiam uictis redit
　in præcordia uirtus.

Sed ſententiæ non ſemper generales ſunt, ſed interdum pro negociorum qualitate firmantur. Nec uera uirtus] Inuiolata, incorrupta. Reponi] Reddi, reſtitui. Deterioribus] Deterior à bono, peior à malo dicitur. Extricata] Expedita, liberata, & eſt ſenſus: Sicut cerua plagis erepta, conſuetudinem non poteſt mutare fugiendi: ita & miles, qui ſe perfidiæ hoſtium commiſerit, conſtantiam pugnandi habere non poterit. Plagis] Retibus. Plagæ autem propriè funes retium ſunt. Proteret] Conteret. Marte altero] Reſtaurato bello ad prælium non reuertetur. Ordo eſt: Qui iners ſenſit lora & timuit mortem reſtrictis lacertis, id eſt, uinciri ſe pertulit timore mortis, proteret Pœnos altero Marte. Sic cerua pugnat extricata denſis plagis. Hic] In bello. Inſcius] Ignarus rerum, & per hoc ignarus, qui neſciat uitam uiro forti potius in armis ſperandam. Pacem duello miſcuit] Qui tanquam in pace ſe hoſtibus crediderit dum ſe debuerit armis tueri. O' pudor] Verecundia Romanorum, ô, exclamatio dolentis. O' magna Carthago] Magna enim Carthago ab accolis uocabatur: ſed hîc eam poëtam dedecore Romanorum maiorem ait factam. Altior Italiæ ruinis] Indignatio Romani ducis, qui non uirtutibus urbis contulit Carthaginem, ſed ruinis, ut miſerijs fortior crederetur, non rebus præclaris. Fertur pudicæ coniugis oſculum] Ad augmẽtum uirtutis pertinet, quòd caſtam pro patriæ Regulus contempſit uxorem. Impudica enim iure potuit contemni. Indecorum enim duxit matronam Romanam ſeruum, hoc eſt, captiuum oſculo dignum putare. Neglexit etiam paruos filios, qui pro ætatis infirmitate miſerationem patris merere potuerunt. Vt capitis minor] Vt inſanus. Minoratio enim cerebri amentiam infert. Toruus] Terribilis, ut Virgil.

" Optima toruæ　　Forma bouis.

Humi poſuiſſe uultum] Id eſt, in terrã deiecto uultum, ne ad affectum, uel aſpectu traheretur. Nunquam aliâs dato] Qualem ſententiam nemo nunquam de ſe dediſſet. Egregius] Glorioſus, qui exulem ſe eſſe maluerit, quàm cum infamia redimi, & eſt occultum ἀντίθετον. Nam mœrentibus egregium exulem oppoſuit. Mirum eſt ergo ut cæteris pro ſe mœrentibus, ipſe conſtans animo properetur. Atqui ſciebat, quæ ſibi barbarus Tortor pararet] Qui hac ſecuritate uoluntatis ſuæ, impleto conſilio rediret ad pœnam, contemnens certa ſibi, & promiſſa ſupplicia, tanquam impetratis minutis negocijs, uel ad ocium reuerteretur, uel ad præmiũ. Et populum reditus morantem] Supple Romanum, cùm illi populus reſiſteret ad Africam properanti, tum ſecuro & pertinaci animo ipſe omnes deſeruit, quàm ſolet quis relictis negocijs amicorum, aut clientum litibus definitis, ad prædia ſua proficiſci, propter uoluptatem, quaſi uolens carere moleſtijs. Venafranos] Venafrum ciuitas Campaniæ eſt, unde & Venafranus. Ad amœnitatis autem exemplum delitioſas poſuit ciuitates. Lacedæmonium] A' Lacedæmonijs conditum.

PORPHYR. } Cœlo tonantem credimus Iouem Regnare] Famæ, inquit, de Iouis magnitudine credimus quanto magis de Auguſti credendũ eſt, cuius uirtutem & potentiam non audimus, ſed uidemus. Adiectis Britannis Imperio grauibusq́ Perſis] Per has gentes, ab ultima occidentis plaga uſque ad orientalem, per continuationem adiunxiſſe imperio ſuo terras Auguſtum intelligi uult. Miles ne Craſſi coniuge barbara] Cum magnitudinem rerum geſtarum Auguſti commemoraſſet, indignatur in eos, qui ſub Craſſo militauerant, oblitos Romanæ uirtutis apud Parthos reſediſſe, turpitudinemq́ captiuitatis æquo animo ferre. Turpis maritus uixit & hoſtium, Proh curia inuerſiq́ mores Conſenuit] Sic ordinandum: Et hoſtium ſocerorum in armis conſenuit. Nam illa pro curia, inuerſiq́ mores per exclamationem per medium quod eſt Græcè διὰ μέσου illata eſſe dicuntur. Poëta autem hoc cùm dixiſſet. Ita ne hoc Romanus fecit, ô mores quam inuerſi eſtis, & ô curia quam indignas res paſſa es, ſub rege Medo. Medum ſuo more pro Partho poſuit. Anciliorum & nominis, & togæ Oblitus æternæq; Veſtæ] Per ancilia & Veſtam, ſacra ac religiones Romanas uult intelligi. Aeternam autem Veſtam, propter æternos, qui in ara eius coluntur, ignes dixit. Incolumi Ioue] Mirè incolumi Ioue, ac ſi diceret, ſtante mundo incolumi & rerum natura. Hoc cauerat mens prouida Reguli] Ne quis, ſcilicet, uitam captiuitate ſperaret, ſed potiùs pro libertate moriretur. Diſſentientis conditionibus fœdis] Quod captiuos Afrorum noluit pro ſe reddi. Exemplo trahentis perniciem ueniens in æuum] Perniciẽ hinc proceſſuram in futurum tempus, ſi exemplum tale iudicet. Si non periret immiſerabilis Captiua pubes] Id eſt, ſi nõ periſſent captiui, quorum nemo eorum miſereri deberet. Signa ego Punicis Affixa delubris] Hæc uerba ſunt Reguli diſſuadentis, ne permutatio captiuorum fieret. Indicat autem indignatione quantũ turpitudinis militibus Romanis eſſet, cùm facilè ſe captiuitati tradere uiderentur. Et arua Marte coli populata noſtro] Vidi, inquit, Pœnos agros ſuos colere, qui agri iam à nobis ante fuerant uaſtati. Auro repenſus ſcilicet acrior Miles redibit] Ironia, cuius ſenſus ualet: Fortior redibit miles, ad pugnam precio redemptus? Quod ſignificat non poſſe fortiter in acie ſtare militem, qui didicerit uictum ſe poſſe uiuere. Flagitio addidis Damnum] Turpitudini, inquit, Romanæ quæ per ignauiam militum accidit, inſuper uos adiungitis damnum pecuniæ, qua eos redimere uultis. Neq; amiſſos colores Lana refert medicata fuco] Vt lana, inquit, medicata, id eſt, infecta, nunquam ad priſtinum redit colorem: ita miles imbutus uitio captiuitatis non erit fortis. Et Marte Pœnos proteret altero] Id eſt, iterum conſtitutus ad pugnam hoſtis prodierit. Hic unde uitam ſumeret inſcius pacem duello miſcuit, ô pudor. O' magna Carthago probroſis, Altior Italiæ ruinis] Sic uocabatur Carthago magna, quam ait dedecore & dolis Romanorum altiorem factam. Fertur pudicæ coniugis oſculũ, Paruosq́ natos ut capitis minor, A' ſe remouiſſe] Affirmatur Regulus, cùm Romam captiuus deductus eſſet à Pœnis, auerſatus uxoris oſculum, dicens inhoneſtum matronæ eum eſſe, qui ſit infamiæ captiuitati damnatus, id eſt, ſeruus factus, maritum agnoſcere. Bene ergo additum pudicæ coniugis, ne putaret illum ideò oſculum coniugis auerſatum, quòd de pudicitia eius iniquus ſenſiſſet. Donec labentes conſilio patres, Firmaret autor nunquam aliàs dato] Generaliter accipiendum, qualem ſententiam nemo nunquam de ſe tuliſſet.

Et uiridem

Et uirilem Toruus humi poſuiſſe uultum] *Id eſt, ad humum uultum deieciſſe. Virilem autem uultum ad uirtutem animi eius, cùm hoc faceret, referens dixit.* Egregius properaret exul] *Hoc eſt, glorioſus, qui ſe exulem maluerit eſſe, quàm cum infamia redire, & eſt occultum* ἀντίθετον. *Mœrentibus amicis egregium exulem oppoſuit, quæ figura eam uim habet, ut oſtendat ingens miraculum fuiſſe in hoc, quòd cum amici pro eo mœſti eſſent, ipſe tamen lætus ad hoſtes redierit.* Quam ſi clientum longa negocia] *Cum populus, inquit, ei obſiſteret, ne in Africam portaretur, non aliter eos reliquit, quam ſolent principes ciuitatis negociorum diiudicatis iuribus, uel prolatis rebus, ocioſa mente urbē relinquere feſtinantes ocioſè in prædia ſua.*

CHRIS I. LAND. } Cœlo tonantem credimus Iouem] *Mirificum carmen, & miro artificio atq; argumento compoſitum. Nam ad præclaras laudes Auguſti adiungit ſaluberrima ad rectè uiuendum ſuis ciuibus præcepta. Vituperat enim animi ignobilitatem, quæ multorum malorum in republica cauſa eſt. Summisq; contra laudibus exemplo Reguli inuictum animi robur & fortitudinem laudat.* Cœlo tonantem credimus Iouem regnare] *Ex iis, quæ proueniunt à Ioue illum regnare credimus, nuſquam tamen uidemus. Auguſtum autem præſentem intuemur, Deumq; cognoſcimus, ex immortalibus beneficiis in nos collatis, cum & Britannos, & Parthos ſuperauerit.* Præſens] *Vel quia non eſt per fidem, ſed quaſi uiuens. Vnde alibi.*

„ *Præſentiq; tibi diuos largimur honores.*

Vel præſens, id eſt, fauens, Virg.

„ *Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos.*

Britannis] *Hi ab Auguſto per Druſum priuignum ſuperati ſunt. Britanniæ inſulæ dictæ ſunt, quas deinde Orcades appellarūt ſecundum aliquos.* Perſis] *Parthis, ergo*

„ Bisq; triumphatas utroq; à littore gentes.

De Parthis iam diximus. Sed hoc addam, ipſos olim fuiſſe Scytharum exules, quod uocabulum indicat. Nam Scythæ exules Parthos uocant. Hi inter Aſſyriorum Medorum, Perſarumq; gentes obſcuriſſimi fuerunt. Eorum deinde imperium ab Arſace uiro incertæ originis, ſed multis uirtutibus præclaro, initium habuit, eoq; peruenit, ut non ſolùm ſe pares Romano imperio geſſerint, ſed & uictores tribus bellis laceſſiti euaſerint Parthi. Denique Octauianus maieſtate imperii potius, quàm armis ſubegit. Et Suetonius demonſtrat quod Parthi. Auguſto facilè ceſſerunt, nam ſigna militaria, quæ Craſſo & M. Antonio ademerant poſcenti reddiderunt, & obſides præbuerunt.

Miles ne Craſſi] *Exemplo iſtorum oſtendit quam turpis ſit puſillanimitas, cùm iſti qui ex exercitu Craſſi relicti erant, maluerint turpiter ſeruire, quàm uiriliter occumbere.* Turpis maritus] *Nam ſeruus, uxorem barbaram ſumpſit, quod illi ignominioſum fuit. Miles intellectio eſt. Ponit enim ſingularem pro plurali. Virgilius:*

„ *Atq; armato milite complent.*

Proh curia inuerſiq; mores] *Exclamatio ex dolore eſt quod contra maieſtatem curiæ Romanæ ita mores peruertiſſent.* Conſenuit] *Auget uituperationem à diuturnitate, cùm contra faciendum eſſet. Nam breui ſit quod turpiter audes.*

In armis] *Nam, ut refert Iuſtinus, Parthis Scythicus mos eſt in armis, exercitumq; maiori ex parte ex ſeruis conficiunt, quorum uulgo nulla manumittendi facultas eſt. Ac per hoc omnibus ſeruis naſcentibus in dies creſcit numerus, hos pariter ut liberos curant & ſagittare magna induſtria docent. Locupletiſſimus ut quiſq; eſt: ita plurimos equites in bello regi ſuo mittit. Hoc intereſt inter ſeruum & liberum, quia extra exercitū liberi omnia negocia equo circumuecti obeunt. Serui non niſi pedibus eunt. Denique cum M. Antonio quinquaginta equitum millia occurriſſent: ſoli quadringenti ex iis liberi fuerunt.* Inuerſi mores] *Nam qui alios in captiuitatem abducere ſolent, nunc ipſi aliis ſeruiunt. Neque temerè dixit inuerſos mores, quia à moribus uirtutes, uitiaq; ſunt.* Medo] *Pro Partho, ut Appulus & Marſus pro Romano, Pachorus autem fuit, à quo Craſſiana clades accepta eſt.*

Anciliorum] *De his dictū eſt. Sed hîc ancile poſuit pro oraculo, quòd cum ancili datum eſt ibi fore imperium ubi fuiſſet ancile. Dolet igitur quod tanta animi ignobilitate affecti ſint, ut ſeruire turpiter quam egregiè pugnare maluerint, ergo pro Romana fortitudine poſuit.* Et togæ] *Id eſt, Romani nominis, qui tot nationes ſubiugauerant.* Aeternæ Veſtæ] *Admiratur igitur quomodo potuerint obliuiſci fortitudinis, quod ſignificauit per ancilia & patriæ. Id enim fuit toga, quæ ita Romanorum erat, ut pallium Græcorum. Vnde Virg.*

„ *Gentemq; togatam.*

Et religionis ſuæ, patriæ quam expreſſit per Veſtam. Aeternæ, quia nunquam extinguebatur ignis in templo Veſtæ. Virg.

„ *Vos æterni ignes & non uiolabile ueſtrum*

„ *Teſtor numen ait.*

Incolumi Ioue] *Stante Capitolio ubi Iupiter colebatur, quaſi dicat, nam deſerta urbe à ſuis diis. Aliqui legunt incolumi Ioue, id eſt, ſtante mundo. Ignominioſiſſimum ergo illis eſt, quod florente ex omnibus partibus imperio Romano ipſi omnem animum depoſuerint.* Hoc cauerat] *Exemplo ſui hanc cautionem cæteris demonſtrauerat, ne quis ſpem in captiuitate reponeret, ſed potius in honeſtiſſima morte. Sed de Regulo narrauimus, quam primùm nobis occurrit.* Mens] *Non in ſenſu & appetitu, quod ſemper ad uoluptatem corporis cuncta refert, ſed mente, qua ad omnia recta & honeſta inducimur rem indicauit & publicam utilitatem priuatæ prætulit.* Prouida] *Is prouidus eſt, qui non præſentibus ſolùm, ſed futuris conſulit. Ergo Regulus ſuo exemplo id præſtare uoluit, ne quis in futurum ciuis poſthabita cura publica, ſibi priuatim conſuleret.* Diſſentientis fœdis conditionibus] *Non enim placuêre conditiones Carthaginenſium, quibus cupiebant ſenem cum paucis turbæ iuniorum rependere. Nam hæ conditiones trahebant ſuo exemplo perniciem publicam in futurum Quia reliqui quoque Imperatores ſi capti fuiſſent exemplum ſuum ſecuti, permutari captiui uoluiſſent. Ergo non ſolùm erat res pernitioſa ad præſens, uerùm etiam & in futurum.* Si non periret immiſerabilis captiua pubes] *Nam ſi tunc captiuorum permutatio facta fuiſſet, cæteri deinceps in futuris præliis capi, quā interfici maluiſſent, quia ſperaſſent permutationem. Non ergo dixit trahentis perniciem abſolutè, ſed trahentis ſi non periret captiua pubes.* In æuum ueniens] *Id eſt, futurum. Exemplo, nam ſi facta fuiſſet tunc permutatio, omnes deinde captiui illam rurſus futuram ſperaturi eſſent.* Immiſerabilis] *Nulla miſericordia digni, quoniam ſi honeſtè mori uoluiſſent, non turpiter ſeruiſſent.* Signa] *Hæc Reguli oratio eſt, & ponitur in genere deliberatiuo. Diſſuadet ergo permutationem primùm à turpitudine, quia turpè ſit eos redimere, qui ſine cæde arma hoſti tradiderint, & ultrò brachia poſt terga reuincienda præbuerunt, & multis cladibus oppreſſis Carthaginienſibus, & paulò antè intra urbem oppreſſis non ſine agrorum populatione permiſerunt, ut in pace degerent.* Libero tergo] *Nam adhuc in ſua poteſtate erant milites & poterant, uel armis ſe defendere, uel morte ſeruitutem fugere, uel libero tergo, id eſt, ipſi liberi & non ſeruiles ex quo maiorem conſequuntur ignominiam.* Retorta] *Vt religarent.*

Auro repenſus] *Vel cum interrogatione eſt, aut quod magis credo, cum Ironia eſt pronunciandum, ut ſit ſententia, qui ſimel acrimoniam, & uehementiam animi remiſerit, nunquam illam reſumpturum. Ironia eſt cum aliud uerbis pronuncietur, aliud mente intelligatur Virg.*

„ *Scilicet his ſuperis labor eſt ea cura quietos*

„ *Sollicitat.——*

Damnum] *Nam in futurum nocebit exemplum.* Nec amiſſos colores] *Quemadmodum natiuus color non redibit cùm ſit infecta fuco, ſi uera uirtus nunquam in hos redibit.* Medicata] *Curata, & poſuit participium uerbi deponētis in paſſiua ſignificatione. Fucus, herba qua ueſtes tinguntur, ſed pro omni adulterino colore capitur. Eſt & fucus apis ſine aculeo, & quæ non mellificat, neque operam aliquam præbet in faciundo opere, niſi quod ad fouendos fœtus concalefaciendo adiuuat. Ergo apes tam diu ſecum eſſe patiuntur, donec fœtus educant, deinde ne mella alieno labore parta conſumant, pellunt. Virgil. Aut agmine facto Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent.*

Deterio-

Deterioribus] *Id eſt, ipſis qui iam deteriores facti ſunt, quia animi generoſitatem depoſuerint.* Si pugnat] *Sententia eſt. Erit ille fortis, qui fuit ita imbellis, ut nõ ſolùm hoſtibus ex pauore ſe crediderit, ſed perfidis etiam hoſtibus, qui datam fidem non ſeruant. Erit inquam fortis, ſi cerua extricata ex plagis pugnat. Sed cerua nunquam pugnat, quamuis ſit exempta plagis, ergo nunquam erit ille fortis. Eſt autem optima ſimilitudo. Nam quemadmodũ ex timore irretitur, ſic iſte miles ex timore ſe hoſti ligandum præbuit.* Extricata] *Expedita, euoluta, Græci enim τὰς τρίχας capillos dicunt. Vnde eſt intricare, innectere, impedire, & eſt translatio à rebus, quæ inter capillos inuolutæ non ſine difficultate indeſoluũtur. Cuius contrarium eſt extricare.* Perfidis] *Nam Pœni fidifragi ſunt.* Lorica] *Vincula.* Inſcius] *Vnde ſumeret uitam. Nam ſi fuiſſet cõſcius rei militaris, ſumpſiſſet uitam, unde timuit mortem. Nam uiriliter pugnando euaſiſſet incolumis cæſo aduerſario.* Pacem duello miſcuit] *Nam in ardentiſſima pugna ſe dedendo pacem petiuit.* Duello] *Bello. Nam priſci duellum dixerunt, quòd duabus partibus de uictoria, contendentibus dimicaretur. Inde perduelliones, quos nunc hoſtes dicunt. Nã hoſtis apud antiquos peregrinũ ſignificat, ſed humanitatis cauſa incœperũt inimicos publicos hoſtes, quaſi peregrinos uocare. Sed paulatim nomẽ à mitiori ſignificatione in duriorẽ defluxit. Suntq́ in hoc Græcos imitati, qui & ipſi publicos inimicos ξείνους appellauerunt. Homerus in 4. Iliad.* ἦλθ᾽ ἀπὸ ξεῖνος ἅτερ πολέμου ἰσαμῆνα κατα Τυδεύς, Ταβῆα μῦθος ἰών. *Verũ ξεῖνος Græcè hoſpes eſt & peregrinus.* O pudor] *Exclamatio ad indignationem excitandam.* Altior] *Nobilior.* Probroſis] *Ignominia, quaſi dicat, non ſua uirtute nobilitata eſt Carthago, ſed noſtra inertia.* Fertur] *Hactenus demonſtrauit inuictum animũ Reguli ex ſua oratione, quæ quamuis ſit in genere deliberatiuo, tamen acceſſoriũ eſt etiam demonſtratiuũ, cum inuehatur in inertiam captiuorũ. Nunc eandẽ generoſitatẽ ex ijs quæ egit, oſtendit. Fertur enim remouiſſe à ſe oſculum coniugis. Magnã profectò animi conſtantiã quòd chariſſimã uxorem contemneret, pudicã præſertim. nam impudicã facilè erat ſpernere.* Paruosq́ natos] *Extremũ animi robur. Nam profectò durũ eſt abſtinere, quin eas in conſpectu filiorum, ſed durius uenientes illos abigere, duriſſimum ſi paruuli ſint, quorum ætas cum aliena opera egeat, etiam hoſtibus miſerabilis ſit.* Capitis minor] *Id eſt, capite diminutus. Eſt enim apud Iuriſconſultos diminutio capitis triplex, quarũ maxima eſt capitis diminutio, redigi in ſeruitutem.* Toruus] *Quaſi imperſuaſus, & penè ijs infenſus, qui à ſententia illum deijcere uellent. Sic Virg. Talibus Aeneas ardentem & torua tuentem.* Virilem] *Qui ne uultu quidem quicquã de uirilitate minuiſſet.* Poſuiſſe humi] *Quod ſignũ eſt animi non perſuaſi, & in propoſito perſeuerantis Virg.*

,, *Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.*

Labentes] *Vacillantes, & quaſi in captiuorũ fauorẽ ex commiſeratione pronos. Res inaudita quòd ſuam calamitatẽ æquiori animo ipſe ferret, quàm ij ad quos nullum eſſet incõmodum peruenturũ.* Author] *Quia ipſe quod permutatio non fieret author fuit.* Conſilio nunquã alias dato] *Nam quis ea conſuluit, quæ contra ſe ſint.* Interq́ mœrentes amicos egregius properaret exul] *Sententia eſt, quãuis obſtarent amici, & retinere lachrymis cuperent, ille ne dubitandus quidẽ paululum ſubſtitit, ſed progreſſus eſt, imò properauit, ne fortè interim patrum ſententia immutaretur, & properabat exul, quaſi dicat, qui ſciret nunquã ſe reuerſurum.* Atqui ſciebat] *Nam Pœnorum crudelitatẽ non ignorabat, & ſe ad indubitata ſupplicia reuerti non dubitabat, & tamen ita tranquillè ab urbe proficiſcebatur, ut ſolent qui relinquunt ſuorum clientium negocia poſt litem dijudicatam, uacui curis in uillam ſuam, animi relaxandi gratia, diſcedere quæ ſit aut in Venafranos aut in Tarentinos agros. Quare autem Lacedæmonium Tarentum dixerit: iam ſcriptum eſt.*

ERAS. ROT } *Per colorem innuit Flaccus non natiuum aut genuinum, ſed adulterinum, Quoniam fucus herbæ genus eſt, quam Græci φῦκος uocant, tingẽdis lanis utile. Hæc Eraſmus in prouerbijs: Fucum facere.*

IO. HART. } Cælo tonantẽ Iouẽ] *Græcè* ὑψιβρεμέτης.

HENR. GLAR. } *Vel moriendũ, uel uincendum bellatori ſcribit, exẽplo M. Attilij Reguli, cuius concionantis uerba hic ponit, atq́ ipſius uiri ingens Encomium.* Pro Curia, inuerſiq́ mores] *Inuerſos autẽ dixit mores (idem inquit Acro) hoſtium, quia uictores erant, non quod iam non eſſent ſub Romanorũ iugo poſiti. Hæc ille. Primum haudquaquam hoſtium ad mores connectendum, ſed ad ſocerorũ. Deinde quæ in eiuſdem cõmentario ſequuntur uerba, à me non admodum probantur, atque adeò ea corrupta puto Porphyrio rectè hæc extulit.* Si non periret immiſerabilis. Captiua pubes] *Hoc genus Carminis in cæſura Penthemimeri perpetuò habet longam apud hunc poëtam ſyllabam, idq́ ſtudioſè, imo propemodum religioſè obſeruaſſe uidetur. Quare ego periret legam. nota eſt figura. Pars in fruſtà ſecant.* Vidi ego ciuium, Retorta tergo brachia libero] *Mirũ uerò in Acronis porphyrioniſq́ cõmentarijs hæc uerba de Romanis militibus expoſita, ſequentia autem de Carthaginenſibus: Secutoſq́ hos & Mancinellum, ac Landinum, cum totus hic locus de Carthaginenſibus intelligẽdus, ocioſis ac ſecuris de omni hoſte, ut rectè Badius in hunc poëtam annotauit, quem non priuandũ hac debita laude uolui.* Sic pugnat extricata denſis. Cerua plagis] *Si legerimus ſic, coniungenda ſunt hæc uerba ſuperioribus: Si autem, ſi, poſteriorib. annectemus. In Acrone Ambiguam reperias expoſitionem. Et paulò pòſt.* Hic unde uitam ſumeret inſcius] *Idem Acro exponit, Hic, in bello, ut hic ſit aduerbium, cùm uideatur potius pronomen. Illud non minus ineptum, quàm puerile, quod exponit.* Vt capitis minor] *Id eſt, ut inſanus. Minoratio enim cerebri à κεφαλῆς facit. Quæ ridicula ſiue Acronis, ſiue cuiuſdam alterius ineptientis ſint, non opus eſt refellere, cum triplex illa capitis imminutio omnibus ſit nota.*

HERM. FIGVL. } Cœlo tonantem credidimus Iouẽ, &c.] *Argumento à minore ad maius probat, Auguſtũ pro Deo colendum, in hunc modum: Si credidimus hactenus Iouem Deũ eſſe, & regnare, quòd ipſum tonantẽ audiuimus, multò magis ſanè perſuaſum habere debemus, Auguſtum, quem præſentem hìc imperare, & imperium augere cernimus, Diuum eſſe, & religioſè, ſanctéq́ uenerandum.* Adiectis Britannis imperio] *Quas gentes Auguſtus imperio adiecerit, quas deleuerit, quas ad concordiam & pacem compulerit, quæ legatos ad ipſum cum donis miſerint, populi Romani amicitiam ultrò petentes, legant ſtudioſi apud Suetonium Tranquillum, in uita Auguſti. Apud Lucium Florum lib. ultimo. Apud Sextum Aurelium in uita Octauiani. Apud Oroſium lib. 6. cap. 21.* Miles'ne Craſſi] *M. Craſſus auaritia & diuitijs clarus, cùm Parthico inhiaret auro, cũ undecim legionibus à Parthis deletus eſt: caput eius reciſum cum dextera manu, ad regem reportatum, ludibrio fuit: neq́ indigno. Aurum enim liquidũ in rictum oris infuſum eſt, ut cuius animus arſerat auri cupiditate, eius etiam mortuum & exangue corpus auro ureretur, teſte Lucio Floro. Feruntur (inquit Plutarchus) in eo bello uiginti fermè hominum millia interempta, & decem millia capta fuiſſe. Captiuos autem milites, ut affinitate uitam redimerent, Parthorum filias duxiſſe uxores, & ſumma cum turpitudine Romani nominis, apud hoſtes uixiſſe, hîc oſtendit Horatius.* Prò curia, inuerſiq́ mores] *Exclamatio, qua rei turpitudinem exaggerat, & peruerſos, atq́ corruptos mores Romani populi, qui tantum dedecus in ſe admittere potuit, deplorat.* Sub rege Medo] *Sub rege Parthorum, quem Hyrodem Plutarchus, Oroden Florus uocat.* Marſus & Appulus] *Milites Romani fortiſſimi, qui non ſeruire, ſed hoſtes in ſeruitutẽ cogere conſueuerunt.* Ancyliorum] *In quibus Romanorũ fata ſita erant. Cùm enim pelta ænea è cælo, regnante Numa, & ciuitate graui morbo laborante, decidiſſet, in ea urbis ſalutem poſitam eſſe credebant. Itaq́ ne inuentu facilis eſſet, alias undecim ad ſimilitudinem huius, à Mamurio, ex ſummis opificibus uno, fieri curabant. Hæ in Martis ſacrario aſſeruabantur à Salijs miniſtris atq́ cuſtodibus. Et ſi quando alijs nationibus iuſtum bellum per Feciales indicebatur, Ancylia (ſic enim peltas illas propter figuram uocabãt) in eodem ſacrario commouere ſolebant: qui dies religioſi ſunt habiti.* Nominis] *Videlicet, Romani, cuius gloria famaq́ ad omnes orbis terræ regiones peruenit.* Togæ] *Quæ Romanorũ erat ueſtis. Varia aũt antiquis Romanis togarũ erant genera. Virilis, quam poſt pubertatẽ*

 induebant

induebant pueri ſedecim annorũ. Picta, quæ triumphantiũ erat, teſte Liuio. Pura, quam tyrunculi forenſes aſſumebant tyrocinij die. Candida, quã petitores magiſtratuũ induebant: Vnde candidati dicebantur. Toga etiam pacis eſt inſigne, & ocij. Cic. Cedãt arma togæ. A' toga, togatus. Virg.

„ —— Gentemq; togatam.

„ Comœdiæ togatæ, quæ Romanorum erant.

Aeternæq; Veſtæ] Propter ignẽ, qui perpetuus & ſempiternus nocturnis uigilijs à uirginib. illi ſeruatur. Incolumi Ioue] Hoc eſt, ſaluo Capitolio, quod erat templũ Iouis Opt. Max. atq; arx omniũ gentiũ. Vrbe Roma] Ciuitate omniũ terrarũ principe, & illuſtriſſimo orbis terrarũ monumento, ut inquit Cic. Liu. lib. 1. Decad. 1. Romam à Romulo, urbis cõditore, appellatam eſſe tradit. Plutarchus autor ἐπώνυμος in uita Romuli ſcribit, Vrbis Romæ nomen magnũ, maximeq; gloria apud omnes gentes peruagatum, à quo, & quam ob cauſam inditũ ſit, permagnam inter ſcriptores diſſenſionem eſſe. Ibiq; uarias de nominis origine opiniones recenſet. Hoc cauerat mens prouida Reguli] Hoc prudentia & fortitudo Reguli præcauendũ, & prouidendũ putabat, ne ſcilicet Romanus miles poſthac ſuo exemplo ignauus foret, ſed aut fortiter ſibi cadendum, aut uincendum omninò ſciret. Itaq; ipſe ad certiſsima ſupplicia redire Carthaginem maluit, quàm redimi pecunia à ſeruitute. Diſſentientis conditionibus fœdis] Redemptionem militũ captiuorũ, tanquam turpem diſſuadentis. Exemplo trahentis perniciem in æuum] Sciebat enim Regulus, ſi captiui ab hoſtibus redimerentur, fore, ut poſteri quoq; milites, ſpe redemptionis ducti, non ſtrenuè in prælio dimicarent, ſed capi quàm mori mallent. Itaq; ſuo exemplo diſciplinã militarem deteriorẽ reddere noluit. Signa ego Punicis] Oratio Reguli in genere deliberatiuo, qua diſſuadet Romæ in Senatu, ne captiui redimantur. Hanc hiſtoriã de Regulo refert Cic. lib. 3. Offic. inter exempla fortitudinis. Affixa delubris] In templis enim ſigna militaria, hoſtibus detracta, ſuſpendebantur. Sic Romæ in æde Saturni recõdebantur. Sine cæde derepta] Propter ignauiã Romanorum militum diſſuadet redemptionem. Nam ſine ſanguine & cæde ſigna militiæ, & arma ipſis eſſe adempta dicit, id quod erat inertiſsimæ deſidiæ. Ideoq; ſaeuiſsimo olim ſupplicio afficiebantur, quorum ſegnitie uexilla & arma amiſſa eſſent. Vidi ego ciuium retorta tergo] Vidi ciues Romanos ingenuos captos, & in ſeruitutẽ redactos, cùm pro libertate mori debuiſſent. Poteſt tamen etiam totus hic locus de Carthaginenſibus intelligi. Nam, ut ſcribit Luc. Florus, tantus terror Reguli aduentus Pœnis fuit, ut apertis penè portis Carthago caperetur. Ciuitas igitur Clypea prima, & trecenta amplius caſtella uaſtata ſunt. Nec cum hominibus modò, ſed cum monſtris quoq; dimicatũ eſt. Sed omnium uictor Regulus, cùm terrorẽ nominis ſui latè circũtuliſſet: cumq; magnam uim iuuentutis, ducesq; ipſos aut cecidiſſet, aut haberet in uinculis, claſſemq; ingenti præda onuſtam, & triumpho grauem, in urbem præmiſiſſet, etiam ipſam caput belli Carthaginem urgebat obſidione, ipſisq; portis inhærebat. Hic paulùm circumacta fortuna eſt, tantum, ut plura deeſſent Romanæ urbis inſignia, cuius ferè magnitudo calamitatibus approbatur. Nam conuerſis ad externa auxilia hoſtibus, cùm Xantippum illis ducem Lacedæmon miſiſſet, à uiro militiæ peritiſsimo uincimur, cũ fœda clade, Romanisq; uſu incognita. Viuus in manus hoſtiũ uenit fortiſsimus imperator. Sed ille quidem par tantæ calamitati fuit. Nam nec Punico carcere fractus eſt, nec legatione ſuſcepta, quippe diuerſa, quàm hoſtes mandauerant, cenſuit, ne pax fieret, ne cõmutatio captiuorum reciperetur. Sed nec illo uoluntario ad hoſtes ſuo reditu, nec ultimo, ſiue carceris, ſeu crucis ſupplicio deformata maieſtas. Imo his omnibus admirabilior, quid aliud quàm uictus de uictoribus, quia Carthago non ceſſerat, de fortuna triumphauit? Populus autẽ Romanus multò acrior, infeſtiorq; pro ultione Reguli, quàm pro uictoria fuit. Hæc ex Lucio Floro huc transferre libuit, quia huic loco multum lucis adferre uidebátur. Auro repenſus ſcilicet] Ironia eſt, qua ſignificat, militem ſemel pecunia redemptũ, nunquã redire fortẽ poſthac in bellũ. Flagitio additis damnũ] A' turpi & inutili. Quaſi dicat: Non ſolùm cũ magna infamia & dedecore ipſorũ; ſed etiã cum ingẽti damno & iactura Reipub. captiuos redimetis. Nec amiſſos colores] Pulchra ſimilitudine probat, militis animũ ſemel ignauia & timiditate corruptũ, non redire ad priſtinã fortitudinẽ. Quemadmodũ enim lanarũ colores, quibus ſimplex ille candor mutatus eſt, elui non poſſunt, ſic animus ſemel inquinatus, & deformatus uitijs, denuò purgari & expoliri nequit. Medicata fuco] Hoc eſt, infecta, decolorata, fucata. Eſt enim fucus herbæ genus, quam Græci φῦκος uocant, tingendis lanis utile. Vnde ſimpliciter fucum pro colore reperire licet, & fucare pro colorare. Maximè ſi colorẽ non natiuum, aut genuinum, ſed artificioſum, ac uelut adulterinum ſignificemus. Proinde medicamentum illud, quo cuti ſuperinducto, mulierculæ uitia formæ diſsimulant quaſiq; perſonam aſſumunt, fucum uocant. Hæc Eraſmus. Nec uera uirtus] Oſtendit uirtutem ſemel amiſſam, redire poſtea, & uitijs, quibus cõtraria opponitur, ſuccedere nolle. Si pugnat extricata denſis cerua] Cõmodiſsimè militẽ ſemel captũ, & ab hoſte redemptũ, comparat ceruæ, quæ cũ ſemel ex laqueis & inſidijs euaſit, poſtea ſemper metuit plagas, nec uenatorẽ expectat, ſed pedibus ſibi quærit ſalutem. Erit ille fortis] Declarat cũ anguſto, & paruo eſſe animo, & nunquã renouato bello hoſtiũ copias profligaturũ, qui ſemel ſe hoſtib. cõmiſit, & capi ſe mortis metu paſſus eſt. Timuitq; mortẽ] Magnus enim & excelſus animus etiã morti ſe pro æquitate & publica ſalute offerre nõ dubitat. Et magnitudinis animi, fortitudiniſq; propriũ eſt, ut ait Cic. nil extimeſcere, omnia humana deſpicere, nihil quod homini accidere poſsit, intolerandum putare. Et in Tuſcul. inquit: Viri propria maximè eſt fortitudo, cuius munera duo maxima ſunt, mortis, dolorisq; contemptio. Hic unde uitã ſumeret] Iners, & timidus ille miles uitã ſeruare cupiens, abiectis armis cũ hoſte fecit pactiones ſeruitutis, quæ libero homini eſt turpiſſima, & tanquã malorũ omniũ poſtremũ, non ſolùm bello, ſed morte etiã repellenda. Duello] Hoc eſt, bello. Sic dictũ, quoniã duobus ſemper partibus de uictoria cõtendentib. dimicatur. Id aũt aliàs inter plures fit, aliàs inter duos tantùm, quod μονομαχίαν Græci uocant. Antiqui (inquit Cic. in Oratore) nomina contrahebant, quò eſſent aptiora, ut duellũ bellũ, duis bis. O' pudor, ô magna Carthago] Vehemens exclamatio, doloris & indignationis plena. Probroſis altior Italiæ ruinis] Propter noſtrã ignauiã, & ignominioſas cædes elatior atq; animoſior. Fertur pudicæ coniugis oſculũ] Nunc conſtantiã & magnanimitatẽ Reguli laudat poeta. Quæ nullis ſuorũ charitate, nullis amicorũ precibus labefactari, flecti ue potuit. Dicitur enim caſtã uxorem, & paruos liberos, multis lachrymis orãtes, atq; obſecrantes, ut maneret, tanquã captiuus, & liberæ matronæ, ingenuisq; filijs indignus, à ſe remouiſſe. Vt capitis minor] Hoc eſt, capite deminutus. Nã qui in bello captus, in hoſtium poteſtatẽ uenit, ſeruus hoſtium fit, & capite minuitur, hoc eſt, ſtatũ & conditionẽ mutat. Eſt enim capitis deminutio, ſtatus mutatio. Huius tria genera ſunt, autore Paulo: Maxima, media, minima. Tria enim ſunt quæ habemus: Libertatẽ, ciuitatẽ, familiam. Igitur cùm hæc omnia amittimus, hoc eſt, libertatẽ, & ciuitatẽ, & familiã, maximã eſſe capitis diminutionẽ. Cùm uerò amittimus ciuitatẽ, & libertatẽ retinemus, mediã eſſe capitis diminutionẽ. Cùm autẽ & libertas, & ciuitas retinetur, familia tantùm mutatur, minimam eſſe capitis diminutionẽ conſtat. Virilẽ] Conſtantẽ, grauem, ſeuerũ, & obſecrationes ſuorũ deſpicientẽ. Donec labantes conſilio patres] Tantiſper in ſua perſtitit grauitate, donec uacillantẽ Senatũ ſuo conſilio cõfirmaret, & dubitanti ſententia ſua perſuaderet. Patres] Senatores. Nã Romulus cõdita urbe ex optimatibus centum creauit Senatores, quorũ collegiũ ex ætate Senatũ uocauit, ut refert Plutarch. Patres autẽ ab honore (teſte Liuio) appellauit. Autor] Hortator & ſuaſor Senatui, ne captiui redimerentur. Nunquam alias dato] Quod conſiliũ nemo unquã dederat. Quis enim tam ſtultus uellet eſſe, ut ſuæ utilitati repugnaret. Siquidem utilius uidebatur manere in patria, eſſe domi ſuæ cũ uxore & liberis, quã calamitatẽ accepiſſet in bello cõmunem fortunæ bellicæ iudicare, tenere Conſularis dignitatis gradũ. Sed fortitudo Reguli utile negabat, uidens illam utilitatis ſpeciem eſſe falſam, itaque in Senatu captiuos redimi diſſuaſit, & Carthaginẽ rediit. Inter mœrentes amicos] Hoc eſt, propter abitũ eius lugentes, multisq; precibus, & lachrymis retinere ipſum cupientes. Properaret] Animus enim

Reguli

Reguli fortitudine, cõſtantia, fide, reliquarũq; uirtutũ præſidio atq; comitatu ſeptus, ſine mora redire, & iuſiurandum ſeruare uoluit. Atqui ſciebat quæ ſibi Barbarus] *Non ignorabat ſe ad crudeliſſimũ hoſtem, & ad exquiſita ſupplicia proficiſci. Gellius cũ rediiſſe Carthaginẽ, & nouis exemplorũ modis excruciatũ à Pœnis, ex Tuberonis hiſtorijs refert. In atras, inquit, & profundiſſimas tenebras eũ claudebant: ac diu pòſt, ubi erat ſol uiſus ardentiſſimus, repentè educebãt, & aduerſus ictus ſolis oppoſitũ, continebant, atq; intendere in cœlũ oculos cogebãt. Palpebras quoq; eius, ne cõniuere poſſet, ſurſum ac deorſum diductas, inſuebãt. Plin. Nouocomenſis autem, Carthaginẽ, reiectis à ſe cõiuge & liberis, regreſſum, ibiq; in arcam ligneã coniectũ, clauis introrſum adactis, uigilijs ac dolore punctũ eſſe ſcribit.* Non aliter tamẽ] *Quãuis ſciret reuerti ſe ad acerbiſſimos cruciatus, tamen nõ alio animo atq; uultu obſtãtes neceſſarios & familiares repulit, ac diſceſſit, quàm ſi, poſt longas cauſas clientiũ expeditas, in locũ aliquem amœnum & ſalubrem animi relaxandi gratia proficiſci uellet.* Dijudicata lite] *Sentẽtia lata, diffinita cauſa, Lis, cauſa, ἀιτὴ, controuerſia, eiuſdem propemodum ſunt ſignificationis.* Venafranos in agros] *De Venafro & Tarento à Lacedæmonijs condito, diximus lib. 1. & 2.*

THEOD. PVL. } 7 Pro curia] *Pro tẽpora, alij legũt. quod annotauit Georg. Fabritius.* 10 Anciliorũ, nominis] G. Ancillorũ & nominis, *H. E. B. A.* 12 Incolumi] Incolomi. G. 15 Trahẽtis] *H. G. E. B. A. trahenti, legendum putat Guil. Canterus, rectè enim dicitur exemplũ aliquod perniciẽ ſecũ trahere, cuius eſt imitatio pernicioſa. Vide Nouarũ lect. libro 7. cap. 30.* 21 Derepta] *E. Direpta, H. G. B. A. Arrepta. Lãbini liber unus.* 25 Auro repenſus] *Ironia.* 31 —deterioribus. Si pugnat extricata denſis Cerua plagis: erit] *H. G. E. B.* —deterioribus: Sic pugnat extricata denſis Cerua plagis: erit. A. *Si legerimus ſic, cõiungenda ſunt hæc uerba ſuperioribus: ſi aũt ſi, poſterioribus annectemus. Glareanus.* 37 Sumeret inſcius] aptius, *B. ſuprà adſcriptũ habebat, ſed alia manu.* 43 A ſe.] Ab ſe, G. E. B. 51 Propinquos] Amicos, *H. G. E. B. A.*

GEORG. FABR. } *Antiqua Romanorũ uirtus commendatur, & Auguſtus ſimul extollitur, qui auxerit imperium. Accuſat interea poëta grauiter, temporum ſuorum ignauiã, propter milites Craſſi, qui ſummũ dedecus nomini Romano attulerint, quod apud barbaros conſeneſcentes, nuptijs turpibus educarint hoſtes reipub. Obliti enim fortitudinis, famæ, dignitatis, religionis: è militibus facti ſunt captiui: è Romanis ciuib. uilia mãcipia: è liberis hominibus Parthici coloni: è cultoribus Deorũ, ſerui impij: idq; cũ neglectione Iouis præpotentis, & cũ infamia Romæ incolumis, & tum adhuc florẽtis. Opponit exẽplum Reguli, qui ad uitandã captiuitatis ignominiam, facto glorioſiſſimo oſtendit, ſatius eſſe cruciari & mori, quàm turpiter & cũ ignominia uiuere.* Prô curia inuerſiq; mores] *ἐκφώνησις ἐν συμβολαῖς, quòd ab iſto milite ignauiſſimo omne dedecus in ſenatũ & patriã ſit profectũ. Alij legunt, Prò tempora, ut in genere exprobretur infamia uniuerſis, qui ſeruire uoluerunt, cùm conſuẽrint dominari: qui elegerint frui potius uoluptatib. quàm gloria: ſeneſcere mancipia, quàm liberi oppetere.*

IOD. BAD. ASCEN. } Cœlo tonantem] *Quo Auguſti uirtutẽ cœlo æquet Craſſi, & militũ eius, qui Barbaris ſeſe dediderunt incuſat ignauiã, quod Reguli non eſſent, uirtutẽ ſecuti, qui Romanos deditos Carthaginenſib. cenſuit non redimendos, maluitq; potius in duriſſimũ ſuppliciũ redire, quàm tam ignauorũ redẽptionẽ admittere. Ordo eſt.* Nos credidimus] *Scilicet, diu propter fulmina & lõgã perſuaſionẽ.* Iouem tonantẽ] *Tonitru potentẽ, regnare cœlo.* Sed Auguſtus habebitur diuus præſ.] *Id eſt, adhuc inter mortales cõuerſatus.* Britannis] *Scilicet, extra orbem poſitis, hoc eſt, Anglis, &* Perſis grauibus] *Id eſt, moleſtis.* Adiectis imperio] *Id eſt, poſtquã illos adiecerit imperio Romano, quod niſi de uicinis intelligatur, nondũ fecerat.* Miles ne] *Id eſt, an' ne decuit, aut dijs ita uiſum eſt, quod miles* Craſſi] *Id eſt, qui ſub Craſſo militauerat, uixit turpis maritus ſup. cũ coniuge* Barbara] *Scilicet Perſa aut Partha?* Et pro] *Quaſi dicat infamis.* Curia] *.i. Romanorũ militum turmæ, & prô: (ſcribunt quidam proh, ut noſcatur interiectio, mores inuerſi, quia qui dominari debebant, inſeruiunt etiam barbaris)* Marſus & Appulus] *Id eſt, fortiſſimus quiſq; miles Italicus.* Oblitus anciliorũ] *Id eſt, inſigniũ Martis authoris ſui.* & nominis] *Id eſt, famæ.* & togæ] *Id eſt, ueſtis Romanæ, pro qua Brachas ferebant apud Medos.* Et Veſtæ] *Scilicet, deæ* Aeternæ] *Id eſt, cuius ignis ipſam ſignans, æternus à uirginib. ſacratis aſſeruabatur.* Oblitus dico] *Ioue adhuc exiſtente* Incolumi] *Id eſt, non deiicto nec euocato, & urbe Roma exiſtente incolumi adhuc.* Conſenuit] *Id eſt, ad ſenectutẽ uſq; libens uixit in armis* Socerorum hoſtium] *Id eſt, qui hoſtes Romano Imperio, ipſis ſoceri facti ſunt? Quaſi dicat, id dedecere maximè.* Hoc cauerat] *Vt contra maiorũ ſuorũ inſtituta Craſſum, Craſſiq; militem feciſſe probet, affert reguli fortitudinem, qui tantum abfuit, ut Barbararum amplexibus irretiretur: ut ne à coniuge quidem Romana & eadem caſtiſſima detineri poſſet, quin in ſupplicia rediret, Ordo eſt.* Mens prouida] *Id eſt, prudens & futura proſpiciens, cauenſq; ne turpitudini ſe præbeat exemplũ.* Reguli] *Scilicet, Marci Attilij.* Diſſentientis conditionibus] *Scilicet, de permutandis captiuis à Carthaginenſibus oblatis.* Fœdis] *Id eſt, turpibus Romano Imperio.* Et trahentis] *Id eſt, arguentis & inferentis* Exemplo] *Id eſt, imitatione.* Perniciem] *Id eſt, graue dedecus uſq; ad interitum honeſtatis & forte imperij.* Si pubes] *Scilicet Romana.* Captiua] *Id eſt, quæ permiſerat ſe ab hoſtibus capi: cum potiùs mori debuiſſet.* Non periret] *Scilicet, in manibus hoſtium.* Immiſerabilis] *Id eſt, non digna miſeratione, quia ſi illi fuiſſent redempti alij forte permiſiſſent ſe quoq; capi ea ſpe, ut etiam redimantur. Vt autem in odium captiuorum incitaret animos ſenatus, recitat probra & dedecora eorundẽ, unde ait poëta.* Ipſe in ſenatu dixit, ego uidi ſigna] *Id eſt, uexilla Romana, & arma Romana* Direpta militibus] *Scilicet, Romanis* Sine cæde] *Id eſt, ſine effuſione ſanguinis.* Affixa delubris] *Id eſt, templis* Punicis] *Id eſt, Carthaginenſibus à Pœnis extructis.* Ego uidi brachium ciuium] *Secundum Mancinellum, Acronem, Porphyrionem, & Sabinum intelligendum eſſet de ciuibus Romanis, ſed quia ſequitur* portaſq; non clauſas, *&c. manifeſtũ eſt de Carthaginenſibus loqui, præſertim cùm quæ apud Carthaginem uiderit, recitet: uult autem dicere tantum eſſe ocium Carthaginenſibus, & eos tam parum formidare Romanos, ut brachijs poſt terga per ocium complicatis incedant, dicamus ergo ſcilicet Carthaginenſium.* Retorta] *Id eſt, replicata & reducta ad lumbos, ubi manus oſcitabundi complicant.* Tergo libero] *Id eſt, nõ timenti ne hoſtis inſtet, & uidi portas non clauſas: &* Vidi arua populata] *Scilicet prius.* Noſtro marte] *Id eſt, bello à nobis nequicquam illato.* Coli] *Scilicet nunc à Carthaginenſibus colonis. Et tamen cenſetis ſup. talem militem reducendum.* Scilicet] *Id eſt, ſcire licet cur id faciatis, & eſt amara Ironia.* Miles repenſus auro] *Id eſt, redemptus auro penſo, ſed pulchrè dicitur* repenſus auro: *quaſi in ſtatera poſitus ſit cum auro, & non uirtus, ſed mores eius appenſa.* Redibit] *Scilicet, Romam* Acrior] *Id eſt, magis ſtrenuus, quàm prius, quàm captus erat? Quaſi dicat, id non eſſe uero ſimile, & ideo addit,* Vos additis flagitio] *Id eſt, peccato dolorum flagris digno.* Damnum] *Scilicet, auri mittendi in perniciem pubis Romanæ tracturæ, uidelicet, unde malum exemplum.*

Nec lana medicata] *Id eſt, iterum imbuta & tincta.*

Fuco] *Id eſt, colore adulterino & non naturali.* Refert] *Id eſt, reſumit* Colores amiſſos] *Scilicet, naturales. Id eſt, ſicut lanæ candidæ (nam lanarum) ut inquit Plinius, nigræ non imbibunt colorem) poſſunt imbibere quemuis colorem, ſed illo imbibito non poſſunt reſumere priſtinum: ſic uirtus incontaminata, denigrari quidem poteſt, ſed non ad priſtinum nitorem redire. unde dicit.*

Nec uera uirtus cum excidit] *Scilicet animis ſemel.* Curat reponi] *Id eſt, reſtitui ipſis animis.* Deterioribus] *Id eſt, minus bonis, quàm prius.*

Si pugnat, &c.] *Tam uidetur Regulo non poſſe fieri, ut qui ſe capi permiſerit fortis redeat, quàm ut cerua ſemel capta & forte elapſa bellicoſa fiat. Vnde ordo eſt* Si cerua] *Animal illud timidiſſimum, cuius totum præſidium in fuga eſt.* Extricata] *Id eſt, explicata & expedita, quaſi è tricis.* Plagis] *Id eſt, Rhetium chordis.* Denſis] *Id eſt, multiplicibus & fortibus.* Pugnat]

Id eſt, efficitur pugnax. Ille qui credidit] *Id eſt, commiſit, ac dedidit ſe hoſtibus perfidis, erit fortis, quod ut illud nunquam eueniet.* & Is qui iners ſenſit lora] *Id eſt, uincula.* Lacertis reſtrictis] *Id eſt, uinctis* Proteret] *Id eſt, penitùs peſſum dabit.* Poſteriore Marte] *Id eſt, bello altero.* Hic] *Id eſt, huiuſmodi miles: inſcius unde uitam ſumeret, quia fortiter pugnando non ſe dedendo.* Miſcuit duello pacem] *Id eſt, in pugna pacem orauit.* O' Pudor] O' *Carthago magna.* Altior] *Scilicet, effecta.* Probroſis] *Id eſt, dedecoroſis.* Ruinis Italiæ] *Quia aliter non fuiſſet uictrix. Regulus inquit poëta, ut, id eſt, perinde ac ſi eſſet.*

Minor capitis] *Scilicet, diminutione, quæ fiebat dum quis captus & hoſtium ſeruus efficiebatur. Non enim reputabatur amplius ciuis Romanus, donec poſtliminio patriæ reſtitutus ſit. Fertur ergo ut* Minor capitis] *Scilicet, diminutione aut pœna mulctatus, remouiſſe à* Se oſculum coniugis] *Scilicet, Martiæ* Pudicæ] *Id eſt, tametſi pudicæ, nec ob peccatum repudiandæ &* Natos] *Id eſt, liberos paruos, &* Toruus] *Id eſt, truculentus, quaſi Taurina fronte.* Poſuiſſe humi] *Id eſt, in humum fixiſſe.*

Vultum uirilem] *Donec ipſe author firmaret* Patres] *Id eſt, ſenatores.* Labantes] *Id eſt, uacillantes animo & dubitantes quidnam agerent.* Conſilio nunquam aliàs] *Id eſt, ab alio homine, aut alio tempore dato, quia conſuluerat contra ſalutem propriam pro ſalute patriæ, & ipſe exul egregius* Properaret] *Id eſt, feſtinaret redire ad hoſtes.* Inter amicos mœrentes] *Id eſt, triſtes.* Atqui] *Id eſt, ſed quomodo id fecit, ſciebat.* Quæ] *Scilicet tormenta.* Tortor barbarus] *Id eſt, immanis & efferus.* Pararet ſibi] *Scilicet, regulo.* Tamen] *Id eſt, nihilominus, ipſe dimouit amicos obſtantes &* Populum morantem] *Id eſt, impedientem, & in mora tenentem* Reditus] *Scilicet, ad hoſtes, non aliter, quàm ſi relinqueret longa negocia* Clientum] *Id eſt, ſe colentium & fidei ſuæ ſe credentium, quæ relinquere nollet.* Niſi lite diiudicata] *Id eſt, deciſa per iudicium.* Tendens] *Scilicet, recreãdi animi gratia in agros Venafranos, qui amœniſſimi ſunt, & oleis conſiti, aut Tarentum oppidum etiam ſanè, quàm amœnum, ubi amœnitate cœli mollia ſunt ouium uellera.* Lacedæmonium] *Id eſt, à Phalanto Lacedæmonio conditum.*

ANTON. MANCINEL. } *Hac ode Auguſtum celebrat, ſcribit enim homines credere Iouem regnare cœlo, quia tonat & fulminat. Auguſtus uerò præſens diuus habebitur ſua uirtute ac potentia, imperio additis Britannis & Perſis. Arguit inde & hoc in Auguſti maiorem laudem Craſſi milites, qui captiui hoſtium puellas Thalamo quoque iunxerant uitæ gratia: ſub regeq́; Medo pugnabant Romanæ uirtutis, & Gloriæ penitus obliti, quod agere non debebant, ſed potiùs pro libertate uel honeſta morte pugnare ſpreto omni terrore. Quod & regulus agendum eſſe cenſuit, quum à Pœnis captus, & in urbem legatus in ſenatu conſuluit nullo pacto captiuos permutandos, aut redimendos eſſe. nam uera uirtus ſemel amiſſa non redit unquam, nec qui ſemel captus eſt timore mortis poterit fortis eſſe. iterum enim capi ſinet ne pugnando occidatur ab hoſtibus. Reguli demum fortitudinem commendat.*

Cœlo tonantem] Ode eſt ſimilis 9. *libri* 1. Cœlo tonantem] *Credimus inquit Iouem regnare cœlo, quoniam tonat & fulminat, ſunt enim potentiæ maximæ, & nulli niſi Deo propriæ. hinc Lucanus ait,*

„ *Per fulmina tantum*

„ *Sciret adhuc ſolum cœlo regnare tonantem.*

Adiectis imperio Britannis, ciuitates Germaniæ: ut ſcribit Liuius cis Rhenum & trans Rhenum poſitæ oppugnatæ ſunt à Druſo, pro illis igitur Britannos poſuit poëta, nam iuncti ſunt & uicini. Perſis] *Tranquillus de Auguſto ſic. Parthi quoque & Armeniam uindicanti facilè ceſſerunt, & ſigna militaria, quæ M. Craſſo. & M. Anto. ademerant, repoſcenti reddiderunt. obſidesq́; inſuper obtulerunt, per Britannos autem & Perſas ab extremis orbis partibus imperio ſuo gentes ſubdidiſſe intelligit.* Grauibus] *Moleſtis & pernicioſis nobis* Miles ne Craſ.] *Hoc arguit, quia captiui potius uiuere in ſeruitute maluerint, quàm pugnando pro libertate mori, eſt autem ordo.* An Craſsi miles uixit turpis maritus barbara coniuge & hoſtium] *Scilicet coniuge. Nam ſi barbara fuiſſet, dummodo nõ hoſtium decentius foret. Apianus in lib. Parthico ſcribit, cum Craſſo ad 20. milia hominum interiiſſe. 10. milia in poteſtatem redacta eſſe. De Craſſo etiam plura uideto, Ode 2 libri primi.* Pro curia] *Exclamandi interiectio, atq; dolendi, dolet enim poëta, quod Romana curia id dedecus toleraret, quæ ſemper ad laudem & gloriam tetenderat. id uerò propter Craſſum & eius comites dicitur.* Inuerſiq; mores] *Hoſtes enim Romanis dominabantur.* Marſus & Appulus] *Hos Italiæ populos, quia ſtrenuiſſimi erant, pro cunctis nominat.* Anciliorum] *Rege Numa ſcutum cœlo decidit, quod ancile uocauit, eò quod ab omni parte reciſum eſſet: ut ſcribit Ouid lib. 3. Faſtorum, Reſponſum eſt poſtea ab hauriſpicibus illic orbis imperium fore, ubi ancile conſiſteret. ne igitur ab hoſtibus reciperetur, undecim ſimilia Mamurius fabricauit, quæ in templo Martis ſeruabantur. Duodecimq́; ſacerdotes à Numa inſtituti ea collo ſuſpenſa ferebant, ſaltantes, canentesq; etiã.* Hinc ali] *Ouidius dicto libro.*

„ *Iam dederat Saliis à ſaltu nomina dicta.*

Armaq;] *Et ad certos uerba canenda modos. fuitq; reuerentiæ maximæ Saliorum collegium. Hinc Aphricanus eorum unus fuit. Patritii enim erant, ut Lucanus oſtendit, dicens.*

„ *Quæ lecta iuuentus patricia ceruice mouet.*

Anciliorum] *Id eſt, dignitatum. nam Saliorum collegium maximæ reuerentiæ erat, uel* Anciliorum] *Id eſt, Romani Imperii reſponſo enim a. uſpicum, ubi ancile ſeruaretur orbis imperium erat.* Nominis] *Famæ & gloriæ Romanæ, ubiq; notæ. Togæ erat hæc propriè Romanorum. Virg.*

„ *Gentemq́; togatam.*

Illi uerò milites dimiſſa toga Parthorum ueſtibus utebantur. Aeternæ Veſtæ] *Per hæc religioni intelligit. Veſta aũt urbis Romæ cuſtos erat, quã uirgines ſeruabant igne perpetuò, de qua legito Ode 2. lib. 1.* Incolumi Ioue] *Id eſt, Auguſto, qui Ioui cõparauit ibid.*

„ *Præſens diuus habebitur Auguſtus, &c.*

Vel Incolumi Ioui] *Id eſt, capitolio Iouis ſede. Vrbe Roma, pro qua potienda, multi externi mortem etiam ſubierunt. Hoc cauerat, prouiderat, inquit, Regulus hoc, ut Romani milites captiui redemptionẽ ſperarent minimè, ſed potiùs pro libertate morti quoq; ſubirent.* Diſſentientis] *Diſcordantis.* Conditionib. fœdis] *Tam turpibus & inhoneſtis.* Vt] *Scilicet, captiuorũ permutatio fieret, uel redimerẽtur. nam ſub hac ſpe pugnãtes nulli acriter agerent ne occiderẽtur.* Immiſerabilis] *Nõ miſerabilis. Signa ego Punicis uerba ſunt Reguli apud ſenatum. Nam regulus Romanorum Imperator à Carthaginienſibus duce Xantippo Lacedæmonio captus eſt, primo bello Punico, apud Carthaginẽ cum quingẽtis, ut ſcribit Polybius lib. 1. deinde præſtito iuramẽto redeundi, niſi rem peregiſſet, ab ipſis Carthaginenſib. ad Senatũ Rom. miſſus eſt, ut captiui hinc inde permutarentur, fœdusq́; fieret par & æquũ. nec eſſent Romanis inferiores. Vbi in urbẽ aduenit Regulus, domũ, uxorẽ, & liberos uidere et alloqui noluit, tanquã indignus, quia captiuus erat, diſſuaſitq; ſenatui captiuorũ permutationẽ, uel redemptionẽ, nec æquas leges accipiendas contra maiorũ exẽpla, inde nauim ingreſſus ad Carthaginenſes rediit à quibus acerrimè tortus eſt ad mortem, de quo plenè legito Syllium lib. 6.* Signa Romana] *Scilicet, nobis oblata militũ ignauia* Militibus Romanis] *Scilicet Dixit Regulus ſup.* Tergo libero, quũ liberi eſſent & ſe tutari potuiſſẽt, uel liber] *Id eſt, nudo, exutis armis, reiectoq; ſcuto.* Portas nõ clauſas] *Spreto omne noſtro terrore tanquã uictores.* Arua coli] *Adeò tuti eſſe Aphri uidẽtur quod arua noſtro prælio uaſtata colũt. per id autem Romanorũ militũ accuſat ignauiã, quod capi ſe permiſerunt nõ repugnantes.* Repenſus] *Redemptus. Scilicet certè, loquutur ironicè.* Flagitio] *Id eſt, dedecori eorũ. quia capi ſe permiſerunt debentesq; propria uirtute, potius quàm auro ſeipſos liberare.* Additis damnum] *Perſoluendo ſcilicet pecuniã, pro eorũ redemptione, quod facere non debetis.* Amiſſos colores] *Id eſt, albos & priſtinos, optima eſt ſimilitudo.* Medicata fuco] *Id eſt, tincta infecta & colorata. nam græcè fucus color dicitur. ſunt & qui uelint eſſe purpureum colorem.* Deterioribus] *Vilibus & illis, qui olim boni deteriores effecti ſunt.* Si pugnat extricata denſis cerua pla-

us plagis] *Senſus eſt quod ſicut ceruus expedita & liberata retia̲bus, & laqueis fugiendi morem non mutat: nec pugnat unquam, ſic accidit illis, qui ſemel captiui fuerint, facile enim capi iterum ſinunt non repugnando hoſtibus timore mortis, malunt enim ſub ſeruitute uiuere, quàm pugnando honeſtè mori, bene aut timidis ceruum comparat.* Erit ille fortis] *Ironicè loquitur.* Altero] *Secundo ſequenti.* Lora] *Zonas & laqueos.* Hic] *Scilicet miles iners. Vnde uitam ſumeret, quo pacto euadere poſſet, pugnando quidem uiriliter euadere potuiſſet.* Pacem duello miſcuit] *Id eſt, pugna abſtinuit exorata pace ab hoſtibus, hinc captus eſt, hoſtesq́ nunc pace fruuntur, uictores enim ſunt noſtrorum militum ignauia.* O' pudor] *O' dedecus. Regulus idem cum dolore exclamat.* Magna Carthago] *Ea enim inclyta erat. reguli tamen & aliorum clade altior effecta eſt: id uerò ait Regulus, quo in captiuos ſenatus odium, & inuidiam moueret.* Pudicæ coniugis] *Apud Syllium uxor Martia inquit. Quo fers greſſus non Punicus hic eſt Regule, quem fugias carcer. ueſtigia noſtri Caſta toti domus & patrium ſine crimine ſeruat.* Inuiolata larē] *Semel hic, iterumq́ quid oro Pollutum eſt nobis? &c.* Fertur pudicæ] *Poëtæ uerba ſunt, quibus Reguli fortitudinem celebrat.* Coniugis oſculum] *Martia Reguli uxor apud Syl. lib. 6. refugienti eam Regulo ait.*

» *Non ego complexus & ſanctè fœdera tedæ.*
» *Coniugium'ue peto, patrios damnare penates*
» *Abſiſte, ac natis fas duc concedere noctem.*
» *Hos inter fletus iunctus ueſtigia Pœnis.*
» *Limine ſeduxit Tyrio, quæſtusq́ reliquit.*

Capitis minor] *Id eſt, ſtultus & inſanus, uel tanquā ſeruus. nā captiuus erat, hinc timuit matronam Romanam, & filios ingenuos oſculo deturpare. Capitis autem diminutio eſt ſtatus commutatio, ut quando liber efficitur ſeruus. Eſt autem triplex diminutio capitis. maxima, media, & minima, maxima dicitur, quum ciuitas amittitur, nec libertas retinetur, quū defertur quis in inſulam, quū ſeruus efficitur.* Humi poſuiſſe uultum] *Id egit ne illorū aſpectu & fletu moueretur.* Virilem uultum] *Id eſt, grauem & ſeuerum: non muliebrem.* Labantes] *Incertos quid agerent.* Aliâs] *Alio tempore, quàm tunc, quis enim contra ſeipſum conſuluerat pro reipub. ſalute?* Egregius exul] *Id eſt, inclytus & glorioſus. uoluit enim potius egregiè exul eſſe, quàm turpiter redimi. Atqui certè Reguli fortitudinem cōmendat, qui ad certos cruciatus cum laude redire maluit, quàm in patria turpiter eſſe, & cum infamia ſi captiuus redemptus eſſet, uel permutatus.* Barbarus tortor] *De Pœna reguli uideto in Ode 12. lib. 1. uideto etiam Syllium lib. 6.* Dimouit obſtantes amicos] *Syllius lib. 6. ait de Regulo uolenti repetere Carthaginem poſt habitum conſilium*

» *Patrias præparabat ad oras.*
» *Proſequitur uulgus patres, ac planctibus ingens*
» *Perſonat, & luctu campus, reuocare libebat*
» *Interdum, & iuſto captum retinere dolore.*

Dijudicata] *Lite finita & compoſita lite* Venafranos in agros] *Venafrum eſt Campanorū mediterranea ciuitas, ut ſcribit Ptolem. lib. 3. ibi oleum optimum teſte Strabone lib. 5. erant & amœna loca.* Lacedæmonium Tarentum] *Duce Phalanto Lacones Tarentum Apollinis oraculo condiderunt, de quo multa Strab. lib. 6. nos etiam latiùs Ode 28. lib. 1.*

ODE VI. AD ROMANOS.

Ode VI. Dicolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

– – ᴗ – – – ᴗ ᴗ – ᴗ –
– – ᴗ – – – ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ
– – ᴗ – – – ᴗ – –
– ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ – –

ARGVMENTVM IN ODEN VI.

Quantum calamitatis inuexerit contēpta religio, probat multis exēplis, & contrà, quantum cōmodi innocentia & deorum cultus. Craſſum enim & Labienum, Antonij legatum, cum toto exercitu deletos à Parthis refert, ob uiolatam religionem. Hinc à maiorum moribus iuuentutem ſic degeneraſſe, quod impunè paſſim adulteria committātur, ex quibus, noti, ignotiq́ filij naſcantur, ſic nati corruptiſſimè educentur. Tantùm in maioribus noſtris degenerauimus, ut qui olim fortiſſimi & frugaliſſimi uiri fuerint, nunc autem contrà fiat.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Hortatur Pop. Rom. ad Religionem, oſtendit Deum afficere præmijs pios, pœnis impios, idq́ exemplis declarat. Hinc adulteria corruptorum morum fontem, & originem eſſe docet, quòd inde nati ſpurij, atq́ nothi, molliter & impudicè educati, à maiorum frugalitate, & fortitudine degenerent.

COMMENTARIA.

DELICTA maiorum immeritus lues,
Romane, donec tēpla refeceris,
Aedesq́ labentes deorum, &
Fœda nigro ſimulachra fumo.
Dijs te minorem quod geris, imperas.
Hinc omne principium, huc refer exitum.
Dij multa neglecti dederunt
Heſperiæ mala luctuoſæ.

ACRON.

DELICTA maiorum] *Peccata antiquorum Romanorum.* Refeceris] *Inſtauraueris, ut Virg.*

» *Semper enim refice, ac ne poſt amiſſa requiras.*
» *Anteuenī.*

Fœda] *Aut maculta, aut per nimiam uetuſtatem ſordentia.* Dijs te minorem quod geris, imperas] *Hoc eſt, quanto te minorem dijs geris, tātò latiùs imperas. nam cultu deorū Romam creuiſſe refert, & ſumpſiſſe principiū à deorū cultu. Eandē ſuadens fœlicitatem debere uſq́ ad exitū cuſtodiri.* Hinc omne principiū] *Hoc ex tradita perſuaſione ſumptū eſt, quia aiunt pœnas in poſteros expertes ſæpe differri, quas maiores effugerunt, ita eos non ſua, ſed maiorū culpa percelli.* Dij multa neglecti dederūt Heſperiæ] *Frequēter enim Romani duces, nō addicentibus auſpicijs, dimicantes grandi exercitus clade ſuperati ſunt.* Iam bis Monæſes & Pacori manus] *Monæſes, & Pacorus reges Perſarū fuerunt, aduerſus quos Romani contra numinū uoluntatem pugnauerunt infœliciter. Bis autem Parthos uictoriam retuliſſe ob hoc dixit, quia & ante Craſſum, & poſt Decium Sextum cum exercitibus ſuis occiderunt.* Non auſpicatos] *Id eſt, non comitatos dijs, contemnētes auſpiciorū neceſſariā ueritatem.* Et adieciſſe] *Id eſt, ex præda Romanorū torques ſuos pondere auxiſſe uictores.* Renidet] *Splendet, eò quòd reparati torques & maiores facti, ipſa nouitate fulgerēt.* Penè occupatā ſeditionibus Deleuit urbem] *Occupatis enim ciuili bello Romanis data eſt occaſio hoſtibus commouendi bella, ſed & Aegyptijs, quos poëta Aethiopas appellauit, propter bellum Cleopatræ.* Dacus] *Germanus, ut:*

» *Aut Cōiurato deſcēdēs Dacus ab Iſtro,*

Iam bis Monæſes, & Pacori manus
Non auſpicatos contudit impetus
Noſtros, & adieciſſe prædam
Torquibus exiguis renidet.
Pænè occupatam ſeditionibus
Deleuit urbem Dacus & Aethiops:
Hic claſſe formidatus, ille
Miſſilibus melior ſagittis.
Fœcunda culpæ ſecula, nuptias
Primum inquinauêre, & genus, & domos,
Hoc fonte deriuata clades
In patriam, populumq́ꝫ fluxit.
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura uirgo: & fingitur artubus
Iam nunc, & inceſtos amores
De tenero meditatur ungui.
Mox iuniores quærit adulteros
Inter mariti uina: neq́ꝫ eligit,
Cui donet impermiſſa raptim
Gaudia, luminibus remotis:
Sed iuſſa coràm non ſine conſcio
Surgit marito, ſeu uocat inſtitor,
Seu nauis Hiſpanæ magiſter,
Dedecorum pretioſus emptor.
Non his iuuentus orta parentibus
Infecit æquor ſanguine Punico,
Pyrrhumq́ꝫ, & ingentem cecidit
Antiochum, Hannibalemq́ꝫ dirum:
Sed ruſticorum maſcula militum
Proles, Sabellis docta ligonibus
Verſare glebas, & ſeueræ
Matris ad arbitrium reciſos
Portare fuſtes: ſol ubi montium
Mutaret umbras, & iuga demeret
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens abeunte curru.
Damnoſa quid non imminuit dies?
Aetas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem uitioſiorem.

ab Iſtro. Fœcunda culpæ ſecula nuptias Primùm inquinauêre] Secula etiam ſanctũ matrimoniorũ fœdus per adulteria aſſerit corrupiſſe, inde fieri ut inutiles conſilijs publicis, & probis actib. generentur. Quidã etiam uolunt ipſum Auguſtũ tãgi his uerſibus, qui alienam coniugẽ tulerit, & genus bonũ patris ſanguinis alieni coitus admixtione polluerit. Ionicos] Græcos. Ipſi enim primi ſaltationẽ membrorũ geſtibus inuenerũt, unde Poſtea Pantomimi facti. Et fingitur artubus] Componitur, ut:

„ Et corpora fingere lingua.

Significat autẽ per hoc inſtitui, & molliores ſaltatus. De tenero meditatur ungui] Initio, id eſt, ab immatura et prima ætate. Meditatur, amori exercet, ut Virgil. Nec iam furtiuũ Dido meditatur amorem. Inter mariti uina] Aut in ipſis nuptijs, aut inter domeſtica conuiuia. Impermiſſa] Interleſſata. Gaudia] Voluptates ſtupri. Hic impatientia inceſtus oſtẽditur. Luminibus remotis] Tædis, faculis, ad admittendũ crimẽ obſcuritate procurata eſt, hoc eſt, remotis lucernis. Sed iuſſa] Aut à libidine inſtigata, aut à corruptore. Nõ ſine conſcio ſurgit marito] Vt Iuuen.

„ Doctus ſpectare lacunar,
„ Doctus & ad calicem uigilanti ſtertere naſo.

Inſitor] Mercator. Dedecorũ] Inceſtuũ. Nõ his iuuentus orta parentib.] Tanquã legitimis cõcepti nuptijs fuerint. Nec ex huiuſmodi nati hominibus, illi Romani, qui omnes uicerũt. Infecit æquor ſanguine Punico] Luctatiũ ſignificat, qui nauali bello apud Siciliã cũ Hannibale multa Pœnorum cæde pugnauit. Pyrrhumq́ꝫ] Pyrrhus Epirotarũ rex, Antiochũ auxilijs adiuuãs, uictus eſt à Romanis cũ ipſo Antiocho rege Syriæ, à quo & ciuitas nomẽ accepit Antiochea. Hannibalẽq́ꝫ dirũ] Aut crudelẽ, aut pugnacẽ, qui ab Africano ad ultimũ uictus eſt. Sabelli] Aut Sabinis, aut Marſis, ut:

„ Dentesq́ꝫ Sabellicus exacuit ſus.

Maſcula] Fortis, robuſta. Verſare glebas] Arare, ut Virg.

„ Antè ſupinatas aquiloni oſtendere glebas.

Et ſeueræ Matris ad arbitriũ] Et benè, & moraliter ſimplicitatẽ, & patientiam laboris in iuuenibus per hanc cõmemorationẽ oſtendit, eò quòd ita ſe ſubdant imperijs matrũ, ut ad earum operentur arbitrium: uel quia hæc ruſticis eſt conſuetudo, ut poſt laborẽ cum lignis reuertantur ad ſuos. Seueræ] Caſtæ. Sol ubi mõtium] Vt Virg.

„ Et ſol creſcentes decedens duplicat umbras.

Bobus fatigatis] Vt Virg.

„ Aſpice, aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci.

Amicum] Gratũ laborantib. ob cõpeſcendã quietẽ. Damnoſa quid nõ imminuit dies?] Ac ſi diceret: Cũcta in peius ruũt, eò quòd nihil æternũ ſit, ſed proceſſu temporũ omnia in peius labuntur. Vnde dictũ eſt: Nihil eſt enim opere & manu factũ, quod nõ conficiat, cõſumatq́ꝫ uetuſtas. Tulit nos Nequiores] Id eſt, peiores. Nequitiam parentum dicit augeri per poſteros. Mox daturos] Nos, ſcilicet allaturos peiores & uitioſiores filios.

PORPHYR. } Delicta maiorũ immeritus lues] Hoc ex tradita perſuaſione ſcriptũ eſt, qui aiũt pœnas poſteros expendere ſæpe, quas maiores effugerint. Donec refeceris] Pro donec reficias. Hinc omne principium] Subaudiẽda eſt extrinſecus particula, habes. & eſt ſenſus: Hinc omne principiũ imperij habes, quòd deos colas, ergo ut imperium perſeueret, perſeuera deos colere. Iam bis Monæſes, & Pacori manus] Hi Parthorũ reges fuerũt. Eos aũt Parthos retuliſſe de nobis uictoriam dixit, qa & Craſſum antea, & tũ Decidiũ Saxã cũ exercitib. occiderant. Et adiecisse prædã Torquib. exiguis] Ea præda, quã nobis detraxerunt, torques ſuos exiguos antè, ampliaſſe gaudẽt, hoc.n. nũc ſignificat, renidet. Pænè occupatã ſeditionib. &c.] Seditionibus, inquit, diſtrictũ populũ Rom. ex occaſione penè Barbari deleuerũt. Fœcunda culpæ ſecula] Noſtra, ſcilicet, nuptias primũ inquinauêre, per nuptias inquinatas uult oſtendere nos ex ipſa culpa progeneratos, ac meritò nihil rectũ in uita facere. Hoc fonte deriuata clades. In patriam populũq́ꝫ fluxit] Turpes, inquit, coitus, fœminarũ deſcendũt in liberos quoq́ꝫ, deinde in rempub. Motus doceri gaudet Ionicos] Id eſt, molles ſaltus, quos primi Iones inuenerũt. Et fingitur artubus] Artub. legendũ, quia nõ uenit à nominatiuo artes, ſed artus. Significat aũt per id molliores ſaltus puellas diſcere, hoc eſt, turpes & libidinoſos motus rerũ Venerearũ. De tenero meditatur ungui] Hoc prouerbiũ de Græco eſt, quod dicunt ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων: quod ſignificat, à prima infantia. Neq; eligit, Cui donet impermiſſa raptim] Senſus eſt: Neq; ex occaſione extinctis ſubitò in cõuiuio luminis properat adulter, poſt interuallum occultè ſcilicet, facere hoc non permittente tantùm, ſed etiã iubente marito. Dedecorũ pretioſus emptor] Qui dedecora, id eſt, adulteria magno precio emit. Non his iuuentus orta parentibus Infecit æquor ſanguine Punico] Melioribus, inquit, fuit orta parentibus iuuentus illa apud antiquos noſtros, quæ bella Punica pro patria naualibus prælijs geſſit. Sed ruſticorum maſcula militum Proles] Hodieq́ꝫ ex ruſticis milites lecti, meliores habẽtur. Seueræ Matris ad arbitrium reciſos Portare fuſtes] Mirè ſimplicitatem, & patientiam laboris in iuuenibus per id oſtendit, quòd etiam matrum poteſtati ſe ſubijcerent, cùm ad arbitrium earum operarentur. Amicum tempus agens] Amicum laborantibus, ſcilicet ob capeſſendam quietem. Damnoſa quid non imminuit dies] Hoc ideo dicit, quoniam uidentur, omnia per proceſſum temporum in deterius labi. Aetas parentũ peior auis, tulit Nos nequiores, mox daturos, Progeniem uitioſiorem] Damnoſam rerum mora facilitate, & breuitate ſucceſſu temporum in deterius labi, demonſtrat.

CHRIST. LAND. } Delicta maiorũ immeritus lues] Grauiſsimum omninò præceptũ, & quò nullum ad benè beateq́ꝫ uiuendũ grauius utilius ue eſſe poſsit. Monet enim ut religionẽ obſeruent cunctaq́ꝫ Romano imperio affirmat deorũ beneficio (quoniam religionẽ ſemper coluerũt) prouenisse. In bella autem & calamitates non niſi quia deos quandoque neglexerunt incidiſſe. Addiditq́ꝫ

idcirco

idcirco iuuentutem degeneraſſe, quoniam ex adulteris ſit matribus concepta. Delicta] Peccata à delinquendo. Omne enim peccatum ex eo eſt, quòd uiam rectam delinquimus. Lues] Solues. Eſt autem tractum quòd omnes pœnæ apud priſcos pecuniariæ eſſent. Eſt autem luo à Græco uerbo mutata v in u. Nam λύω dicitur apud ipſos. Lues ergo delicta, Id eſt, ſolues pœnas pro delictis. Immeritus] Quoniam non tu, ſed maiores tui ſcelera cõmiſerunt. Romane] Intelligit nos Romanos. Sic Virgil.

,, Tu regere imperio populos Romane memento. Vel

Auguſtum ſignificat, quem ut refert Tranquillus. Conſtat ædes ſacras aut uetuſtate prolapſas, aut incendio aſſumptas, ita reſtauraſſe, ut pro lateritio opere marmoreum poſuerit. Aedes] In plurali priuatorum dicuntur, in ſingulari deorum, ſed poëta ut plura templa oſtenderet pluralem aſſumpſit, & ut ambiguitatem tolleret addidit deorum. Labentes] Nam exhauſta cædibus urbe propter Syllana, Marianaq́; primò bella, ac rurſus propter Cæſariana atq; Pompeiana, multa templa deſerta ſunt, id eſt, multa etiam uictorũ auaritia direpta, ex quo paulatim cadere inceperunt. Fumo] Situ uetuſtatis, uel fumo contracto ex ignibus ſacrificijs adhibitis. Simulacra] Imagines ſunt, quæ ſimulent illos, quorum cauſa factæ ſunt. Ergo tecta fumo] Quia neglecta, non fuerant purgata. Dijs te minorem quod geris imperas] Veriſſima ſententia. Nam propterea bona conſequimur, quia grati in deos ea ab illis recognoſcimus. Eſt autem gerere ſe minorem dijs nil aliud, quàm recognoſcere non noſtris uiribus, ſed diuino munere fœlicitatem conſequi. Contraria faciunt ſuperbi, qui ſuæ prudentiæ & robori omnia arrogant. Hinc omne principium] Nam & Romulus primus Romanæ urbis author multas cerimonias inſtituit, & multa ſacrificia. Huic ſucceſſit Numa, quem nemo in ſacrificijs adæquauit, tantaq́; fuit ex religione huic regi authoritas, ut nullus ex finitimis populis, quamuis à Romulo irritatis, qui illo regnante Romanos fines irrũpere auſus ſit. Propterea refert diuus Auguſtinus Deum miſertum eſſe populi Romani ob ipſius circa deos ſinceritatem, quamuis falſa eſſet religio. Voluiſſeq́; ut præmia, quæ in futura uita ſuſcepturi nõ eſſent, in præſenti ſuſciperent. Huc refer exitum] Depone negligentiam in deorum cultu, quæ in calamitates multas incidiſti, & refert ad illud initium, unde tot prouenerunt bona. Dij neglecti] Probat exemplis quãtum nocuerit neglecta religio. Nam Craſſus, quoniam templum Hieroſolymitanum diripuiſſet, à Parthis cum omni exercitu cæſus eſt. Iam bis] Propter Craſſum. Secundo propter Labienum: allegatum, qui in Syria à Parthis cum omni exercitu deletus eſt. Monæſis & Pacorus reges Parthorũ fuerunt. Non auſpicatos] Propterea contudit, quia nõ bonis auſpicijs bellum geſſerunt, nam contra auſpicia rem geſſerant. Dicimus rem auſpicatã, quæ auſpicijs probata eſt. Vnde datur uitio Mancino, qui cum à littore ſolueret iturus contra Numantiã non obtemperauit uoci, quæ fuit: Mancine mane. Torquibus exiguis] Torques appellabant aurea ſiue argentea ornamenta, quæ circa collum gerebant milites. Torquem autem tam maſculinum, quam fœmininũ proferũt. Hinc apud Romanos dictus eſt Torquatus Manlius ille, qui deuicto à ſe Gallo Torquem detraxit: refert ergo poëta Parthos ipſos, qui prius exiguos Torques haberent, effeciſſe illos maiores adijciendo illis prædam, id eſt, aurũ ex præda direptum. Manus ergo Pachori renidet adieciſſe prædam torquibus, id eſt, reſplendet propter fulgorem Torquiũ, qui ampliores facti ſunt ex præda, quam illis adiecerunt. Pene Dacus & Athiops] Intelligit exercitum M. Antonij, quem ex gentibus occidentalibus aduerſus Octauianũ inſtruxit, & quo penè Auguſtum uicit. Hoc autem bellum propter illorum ſeditiones euenit, quod autem multos populos in hoc bellum traxiſſet Anton. his Virgil. uerſibus apparet.

,, Hinc ope barbarica, uarijs quæ Antonius armis
,, Victor ab auroræ populis, & littore rubro
,, Aegyptum uireiq́; orientis, & ultima Bactra ſecum uehit.

Hæc aũt bella propter diſcordias ciuiles orta ſunt, quæ dicũtur ſeditiones. Eſt enim ſeditio quaſi ſeorſum itio, cùm ciues in diuerſas factiones abeunt. Daci] Cum Antonio uenerunt à Scythia & ab Octauiano, de quĩs in uictoria Octauiani meminit Virg.

,, Indomitiq́; Daci & pontem indignatus Araxes.

Aegyptum] Qui Aegypto conterminus eſt. Iſti autem Cleopatrã ſecuti, ab Auguſto uicti ſunt Virg.

,, De ſuper omnis eo terrore Aegyptus, & Indi.
,, Omnis Arabs, omnes uerterunt terga Sabæi.

Hic Claſſe] Fortè de Auguſto intelligit, qui claſſe præualebat. Antonio autem terreſtribus copijs. Sed tamen Cleopatræ obtemperaret, quæ naues ſuas mirificè exornauerat, proptereaq́; conſpici uolebat bello nauali cõtendit. Vel hic] Scilicet Aethiops, quẽ pro Aegyptio ponit, quoniã, ut dixi, claſſem inſtruxerat Cleopatra. Ille] Dacus ſcilicet. Melior] Fortior uel doctior. Nam bonum pro docto capi demonſtrat Virgil. his uerſibus

,, Cur non Mopſe bone, quoniam conuenimus ambo
,, Tu calamos inflare leues, ego dicere uerſus.

Primum inquinauère] Nam etiam in ſæculo argenteo adulteria fuiſſe dicunt. Iuuenal.

,, Viderunt argentea ſæcula mœchos.

Nuptias] Quæ ſacræ ſunt & in tutela Iunonis, quas uiolare, contemnere eſt deos. Inquinauère] Cõmaculauère & infecère. Sententia eſt, quòd populus natus ex adulterio primo familias, deinde patriã inquinauit. Hoc fonte] Hoc principio. Deriuata] Manſit in trãslatione. Nam deriuare eſt aquã è fontib. ꝑ riuos deducere. Clades] Nam ſumma pernicies eſt luxuria ciuitatibus, Iuuen.

,, ——Sæuior armis
,, Luxuria incubuit uictumq́; ulciſcitur orbem.

Et alibi.

,, Nullum crimen abeſt facinusq́; libidinis ex quo
,, Paupertas Romana perit.

Fluxit] Et hic quoq; manſit in tranſlatione, nam aquarum eſt fluere. In patriam] Nam non ſolùm priuatim, uerumetiam publicè obeſt libido. Nam illa eneruati homines, & animos conſilijs inutiles, & corpora bello imbecilla gerunt. Motus Ionicos] Saltationes laſciuas, quas turpè erat Romanas mulieres addiſcere. Permittebant quidem antiqui aliquam mulieribus ſaltationem, ſed incompoſitam, & nulla arte emendatam. Quapropter Salluſt. dixit Pſallere & ſaltare pluſquam probè par eſt. Ionicos] Autem id eſt, nõ graues. Nam apud Græcos triplex erat muſicæ genus. Doricum, graue, & modeſtum Corinthium leue & laſciuum, Ionicum medium inter hæc. Sed ferè in omnibus tribus ſic ſe res habebat apud Græcos. Ergo & in ædificando, ut placet Vitruuio, conſtituebantur templa Corinthio genere, Veneri, Floræ, Proſerpinæ, & reliquis laſciuioribus numinibus. Ionico autem genere, Iunoni, Dianæ & ſimilibus. Dorico demum, Ioui & Marti, & qui illis ſimiles ſunt. Matura] Nubilis Virg.

,, Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis.

Meditatur] Exercet. Inceſtos] Illicitos & laſciuos. De tenero ungui] A' primis annis. Inter uina] Duo peccata & uini, & libidinis, ut ſecundũm à primo ſit. Nam ſine Cerere & Libero friget Venus. Deinde mouet indignationẽ in ſecundo prius ab ætate. Nam à teneris annis incipit. deinde à modo quòd palàm & ſine pudore. Neq; eligit] Oſtendit enim quòd nullius amore capta ſit, quem deinde inter reliquos eligat. Nam ſi amore coacta peccaret, eſſet aliquo modo minus indignè ferendum, ſed quærit cum quocunque. Non ergo eligit, ſed obuium rapit quo utatur. Impermiſſa] Inconceſſa, quia non eſt coniugium. Raptim] Celeriter ne per moram deprehendatur. Conſcio marito] Qui ſpe lucri hæc permittit, de quo Iuuenal.

,, Doctus & ad calicem uigilanti ſtertere naſo.

Sed Iuſſa] Omnibus uitijs hanc mulierem accumulat. Hactenus enim oſtenderat illam libidine ferri. Nunc auaritia quoq; rapi demonſtrat. Nam mercatori qui ſe ſine precio quippiam daturum negat morigera efficitur. Iuſſa] Vt oſtendat qui pecunia ualent poſſe illis imperare. Vel iuſſa, id eſt, rogata. Inſtitor] Non is eſt, qui egregiè mercaturam exercet, quam etiam Cicero in libro de Officijs laudat, ſed is, qui à mercatore emit, ut diuiſim deinde merces emptas uendat. Iuuen.

,, Inſtitor hybernæ tegetis, niueiq́; cadurci.

Magiſter] Propriè gubernator eſt nauis, qui ad temonem ſedet Virgilius.

» Excutitur pronuſq; magiſter
» Voluitur in caput.

Sed hic ponitur, pro nauiculatore, id eſt, pro eo, qui naui merces importat atq; exportat. Precioſus emptor dedecorum] Qui multo precio emit, adulterium, quod ſummum eſt dedecus. Non his] Non talibus. Puto intelligere de claſſe. C. Duilli, qui primus de Pœnis nauali prælio triumphauit. Sententia eſt, quòd iuuentus, quæ nauali bello ſuperauit Pœnos, & illorum ſanguine mare infecit, non eſt orta ex tam libidinoſis parentibus. Nam circa urbis primordia, ſumma erat caſtitas & pudicitia in mulieribus. Laboribus enim maceratæ & paupertate oppreſſæ libidinem cuius ocia & deliciæ parentes ſunt, non ſentiebant. Iuuenal.

» Præſtabat caſtas humilis fortuna Latinas.
Quondam nec uitijs contingi parua ſinebat.
» Tecta labor ſomniq; breues & uellere tuſco
» Vexatæ duræq; manus.

Pyrrhum] Regem Epyrotarum intelligit ex nobiliſsimo Aeacidarum genere, uirum quidem nimis regnandi cupidum, ſed magnificentia & humanitate egregium, & in quo neq; crudelitatis, neq; auaritiæ ueſtigium uſquam apparuit, qui non tantùm armis, quantū munificentia Romanos ſuperare conatus eſt. Venit igitur in Italiā præ ſe ferens auxilium Tarentinis ferre. Sed cupidus Romanum imperiū inuadere prima pugna cum Romanis fuit apud Lyrim Campaniæ fluuium, in qua tanto ardore pugnatum eſt: ut ex utroq; exercitu quiſque fortiſsimus, aut occubuerit in acie, aut uulneratus diſceſſerit, pugnatum eſt iterum apud Eſculum Apuliæ ciuitatem Curio & Fab. conſulibus. In quo prælio magnopere ſuas copias attritas ſentit, & ipſe in humero uulnus accepit. Pugnatum & tertiò in Lucania, unde uictus diſceſsit. Vir profectò bello acer, & cui in caſtris ponendis palma omninò concedatur. Ingentem Antiochum] Hic magnæ Aſiæ parti imperauit. Hannibal autem Carthagine exul illum aduerſus Romanos irritauit. Non tamen obtinuit, ut uellet in Italiam traijcere copias, quamuis efficacibus argumentationibus oſtenderet nuſquam, niſi in Italia Romanos uinci poſſe. Parauit igitur exercitum numero militum maximum. Auro, argentoq; decorum, & multis opibus refertum, cæterùm militum robore infirmum. Atq; Hannibali cum oſtendens interrogabat an ſatis Romanis eſſe poſſet, cui ſubridens reſpondit Hannibal. Satis quidem puto etiā ſi auariſsimi ſint Romani quib. uerbis ſignificauit non illos quidem in pugna pares fore Romanis, ſed ingentē ſe prædam præſtaturos. Victus eſt tandem à Romanis, & omni parte regni, quæ cis Taurum montem eſſet, exutus. Quo quidem tempore cum tranquilliorem in paruo regno uitam degeret, ſe ingentes Romano populo gratias agere dicebat, quòd magna & nimis anxia gubernandi cura per illos liberatus eſſet. Maſcula] Virilis & nō effœminata, ut tunc. Ruſticorum] Nam omne tempus, aut in agro colendo, aut in militia exercēda cum maximo labore terebant. Hoc oſtendit Iuuenal.

» En habitum quo te leges ac iura ferentem
» Vulneribus crudis populis modo uictor.

Et illud Montanum

» Poſitis audiret uulgus aratris.

Et Virgil.

» At patiens operum paruoq; aſſueta iuuentus.

Sabellis] Nam & iſti robuſtiſsimi fuerunt. unde Virgil.

» Pubemq; Sabellam.

Ligonibus] Ferramentum ruſticanum eſt, ſed poſuit ſpeciem pro genere. Verſare] Excolere. Virg.

» Quo ſidere terram uertere Mecœnas.

Seueræ matris] Nam tantæ erant uenerationis mulieres propter pudicitiam, & laborioſam uitam, ut eas nō minùs, quàm patres reuererentur filij. Ergo non ſolùm maiora imperabāt, uerum & hæc minora, ut fuſtes, ad ignem alendum arbitrio matris reciderent. Sol ubi] Totum diem in agro fodendo terebant, & aduentante nocte, lignis onuſti domum redibant, ut ne minimo quidem temporis puncto ab opere ceſſarent. Mutaret umbras] Nam cùm à noſtro hemiſphærio ad inferius deſcendit, mutat umbras. Nam quæ apud illos fuerāt ad nos redeunt. Amicum tempus] Nam quieti conceditur nocturnum tempus. Agens] Inducens, quia inducit noctem, in qua requieſcimus. Abeunte curru] Id eſt, ipſo cum curru ſuo abeunte. Damnoſa] Quæ damnum affert, ergo actiuè ponitur. Perſ.

» Scire erat in uotis damnoſa canicula quantum.

Aetas parentum] Mira & lepida & minimè obſcura breuitas, ut tribus uerſiculis multos agnationis gradus complectantur. Ergo ætas parentum, quæ fuit peior auis noſtris, ergo & aui à proauis degenerarunt, tulit nos nequiores ſe, nos inquam daturos progeniem uitioſiorē, poſuit igitur proauos, auos, parentes, filios & nepotes.

ALD. MAN. } Iàbis Monæſis, & Pachori manus] Eadē ratione, qua Acinaces, pro Acinacis, Monæſes pro Monæſis inſtā imprimēdum. Nam Græci μοναισης dicitur: & eſt Monæſes rectus. Conſtruitur autem ſic, Iam Monæſes bis contudit impetus noſtros non auſpicatos, & manus Pachori, ſcilicet, bis contudit. Quod ſi genitiuū eſſe quis uoluerit, & dicatur Monæſis, erit ſis breuis, quod ſolet euitare Horatius, licet pēthemimere defendi poſsit.

LVD. COEL } Doceri gaudet] Hoc eſt, laſciuas ſaltationes & parum decoras geſticulationes. Nam Ionum mollicies, perinde atq; Sybarytarū faſtus in prouerbiū abijt. Vnde apud Ariſtophonē ἰωνικῶς, pro eo quod ἁβρῶς, id eſt, molliter ac delicatè.

ERAS. ROT. } De tenero ungui, pro eo quod eſt, à prima pueritia. Translatū à catulis, quorū ungues nōdū duruerunt.

HENR. GLAR. } Querela eſt poëtæ in corruptos ſui ſeculi mores, quorum cauſam ait adulteria eſſe. Hinc omne principium] Pro ſyllaba longa, quæ cæſuram facere debebat, poëta ponit duas breues, quod bis feciſſe inuenitur in hoc genere carminis. Mancinellus nō rectè putat i elidi ſcandendo. Sed hic operæ precium eſt notare, quæ in commentario ſunt Acronis: Nam quæ uerba Porphyrio ad primum carmē primæ ſtrophes huius Odes ponit & aptè & uenuſtè, eadem Acro in ſuum commentarium ſublegit, huius carminis ſecundæ ſtrophes annectens, nihil ſanè propoſito congruentia. Infecit æquor ſanguine punico] Luctatium (inquit idem Acro) ſignificat, qui nauali bello apud Siciliam cum Hannibale multa cæde Pœnorum pugnauit. Hæc ille. Quidam emendare hoc uolentes, pro Hannibale ſubſtituerunt Hamilcarem. Sed ex Polybio lib. 1. patet Hannone reſtituendum. Hamilcar enim terra bellabat, Hanno mari. Verùm ut id librariorum uitio factum eſſe concedamus, ita quod ſtatim ſubnectit idem, non uidetur codicum errore ſcriptum. Pyrrhus, inquit, Epirotarum rex Antiochū auxilio adiuuās, uictus eſt à Romanis, cum ipſo Antiocho rege Syriæ. Hic mirè hiſtoriā cōfudit Acro, cū Pyrrhi bellū centū propè annis præceſſerit Antiochi bellum. Sabellis docta ligonibus] Sabinis aut Marſis idem Acro exponit. Hoc priùs facilè concedam: nam & Seruius in tertium Georg. ad illud Virg.

» Denteq; Sabellicus exacuit ſus:

Exponit Sabinis, quanquā ex Plin. lib. 3. cap. 12. Samniticus malim. Sed fortaſsis ideò hoc admittitur, quod Samnites à Sabinis originem habere dicuntur. Verùm illud alterum de Marſis non uideo quare addiderit Acro. de hoc fine Epodon latiùs diſſeremus.

HERM. FIG } Delicta maiorum immeritus lues, &c. Grauiſsima & horrenda contemptæ religionis pœna, qua etiam innocentes filij ob parentū delicta puniuntur. Deus enim cùm ſit fortis zelotes, uagari uult per tertiā, & quartam generationem, unius iniquitatem & maleficium uindicari in multis: ut magnitudine pœnarum territi, uerùm Dei cultū amplectamur. Extant ubiq; expreſſa exempla, ubi Deus propter delicta maiorum, & ipſos, & poſteros extinxit. Donec templa refeceris] Cùm religio erga Deū ſecundū naturā ſit, etiam gentes naturali quodam lumine uiderunt. Deū eſſe habendū & colendū. Sed cùm uerū deum propter corruptā lapſu Adæ naturā, non agnoſcerent, uaria ſimulacra, & pſeudodeos, aut potiùs dæmones infinitos finxerunt, quos publicè in delubris, & priuatim in lararijs multis cæremonijs, & ſacrificiorū ritibus colebant. Ad talem Idolatriam poëta hic ſuos hortatur, ignorans hunc falſum eſſe cultum Dei. Dis te minorem quod geris, imperas] Quòd Deos agnoſcis, colis, & honoras, ſummum totius orbis tenes imperium. Deus enim ſuis cultoribus ingentia & plurima beneficia tribuit, faciens miſericordiam in millia uerè diligentibus ſe.

Hinc

Hinc omne principium] Quemadmodum à Deorum cultu initium regnandi feciſti, ſic ad eundem exitum quoq; refer. Pietas & religio ſit tibi prora & puppis. Vt enim omnia à Deo, uelut à fonte proficiſcuntur, ita ad eundem quoq; cuncta, tanquam ad felicitatis portum referenda. Quibus autem auſpicijs Romulus urbem condiderit, quæ ſacra inſtituerit, quæ item Numa Pompilius poſtea, ad inijciendum metum rudibus adhuc hominibus, adiecerit, legant ſtudioſi apud Liu. lib. 1. Decad. 1. Di multa neglecti dederũt] Veriſsima ſententia. Nam impij homines, & Deum contemnentes, maximis calamitatib. diuinitùs puniuntur. Iam bis Monæſes] Exempla ſubijcit, ut magnitudinem diuinæ iræ aduerſus delicta conſiderantes Romani, Deos timeant & uenerentur. Indicat autem Romanos bis à Parthorũ regibus cum maxima clade ſuperatos. Primum enim Horodes bella cum Romanis geſsit, Craſſumq; imperatorem cum filio, & omni exercitu Romano deleuit. Deinde Pacorus, Horodis filius, inita ſocietate cum Labieno, Antoniana præſidia diſsipauit, Syriam & Aſiam uaſtauit. Sed Ventidius, Antonij legatus, incredibili felicitate, & Labieni copias, ipſumq; Pacorum, & omnẽ Parthicum equitatum cæcidit. Paulus Oroſ. lib. 6. ſcribit, Ventidium Perſas & Parthos in Syriam irruentes, tribus bellis maximis fudiſſe, regemq; eorum Pacorum in acie interfeciſſe, ea ſcilicet die, qua Craſſus à Parthis fuerat occiſus. Meminit quoq; huius hiſtoriæ Iuſtin. lib. 42. Sunt qui dicunt, Monæſem quoq; Parthorum regem fuiſſe. Quod ego tamen nuſquam in hiſtorijs legi. Plutarchus de quodam Monæſe in uita Antonij ita ſcribit: Poſthæc, cùm Phraortes, Hyrodæ filius, trucidato patre, regnum occupaſſet, multiq; Parthorum profugiſſent, Monæſes quidam uir nobilis, ac domi potens, ſolo patrio extorris, ad Antonium confugit. Antonius Themiſtocli illum ſimilem ducens, ſe autem potẽtia, ac munificentia Perſarum regibus parem arbitratus, tres ciuitates Partho largitur, Lariſſam, Aretuſam, Herampolim, quam Borbycen antè appellabant. Sed Parthorũ rege Monæſum reuocante, benignè illũ dimiſit Antonius. Non auſpicatos] Hoc eſt, inauſpicatos, & contempta religione pugnantes. Romani enim prorſus nihil tam publicè, quàm priuatim, in quo periculum aliquod eſſet, agere, aut ſuſcipere ſolebãt, niſi ſumptis prius auſpicijs, præſertim ex pullis, quibus plurimum honoris & religionis à ueteribus adſcriptum fuit. Ob contempta igitur auſpicia infeliciter Romanos bella aduerſus Parthos ſuſcepiſſe dicit. Valerius Maximus refert, Craſſum plurimis, & euidentiſsimis prodigijs tantam ruinam prædicentibus neglectis, exercitũ cõtra Parthos duxiſſe, cum grauiſsima Romani imperij iactura. Sic Deorũ, inquiens, ſpreti præmonitus excandeſcunt. Sic humana conſilia caſtigantur, ubi ſe cœleſtibus præferunt. Et adieciſſe prædam] Oſtendit Parthos præda Romanis detracta auctos, & diuites factos, auro, argento, & militaribus ornamentis, quæ antea exigua erant, ampliſsimis fulgere. Torquibus exiguis] Inter cætera militaria dona, quæ militibus ob ſtrenuam in bello nauatam operam, dabantur à ducibus, etiam aurei do[illegible]tur torques, qui colli ornamenta erant. Occupatam ſeditionibus] Ciuilib[illegible] & domeſticis bellis impeditam. Eſt & aliud exemplum dati ob con[illegible]ũ Deorũ mali. Dacus & Aethiops] Quos Antonius & Cleopatra aduerſus Auguſtum inter cæteras gentes barbaras ad bellum duxerunt. Fœcunda culpæ ſecula] Hoc eſt, fœcunda in culpam & ſcelus. Vt apud Virgilium.

„ ——Fœcundaq; pœnis uiſcera.

Hoc fonte] Ex adulterijs, ſtupris, & corruptis parentum negligentia familijs, ignauia, luxuria, & nefariæ libidines in populum fluxerunt, multæq; calamitates ortæ ſunt. Motus doceri gaudet] Sui ſeculi luxuriam & uoluptatem, turpitudinis illecebram, notat. Motus Ionicos] Hoc eſt, laſciuas ſaltationes, & parũ decoras geſticulationes. Eraſ. teſte. Nam Ionum mollicies perinde ut Sybaritarum faſtus, in prouerbium abijt, quòd alteri Græcorũ, alteri Barbarorum eſſent luxurioſiſsimi. Athenæus lib. 14. Dipnoſophiſtarum docet, ſaltationis genus olim fuiſſe laſciuũ & petulans, quod Ionicum diceretur. Fingitur artubus] Componitur ad libidinoſos geſtus, & turpes corporis motus. Inceſtos amores] Inceſta ſtupra cogitat. De tenero ungui] Hoc eſt, à prima pueritia. Tráſlatum à catulis, quorum unguiculi nondum duruerunt.

Inter mariti uina] Præſente, & conniuente etiam marito, iuniores & formoſiores mœchos ſuis blanditijs ſollicitat. Neq; eligit cui donet] Inſignem meretricis impudentiam deſcribit, quæ tam perfrictæ eſt frontis, ut non adulterium ſuum latere in occulto cupiat, ſed palàm, & in oculis omniũ quemlibet admittat. Non ſine conſcio marito] Notat infames illos, & quouis lenone impuriores nebulones, qui ſpe turpiſsimi quæſtus, ſuas uxores proſtituunt, & adulteris ſcientes produnt, ſomnum interim inter pocula ſimulantes, quò tutiùs uxores mœchẽtur. Quod genus obſequij notans Iuuen.

„ Doctus, inquit, ſpectare lacunar,
„ Doctus & ad calicem uigilanti ſtertere naſo.

Seu uocat Inſtitor] Inſtitor eſt (ut inquit Paulus Iuriſconſultus) is, qui tabernæ locóue ad emendum uendendúmue præponitur. Appellatus ex eo, quòd negocio gerendo inſtet, terra ſcilicet, ſicut magiſter nauis mari. Nauis Hiſpanæ magiſter] Magiſter nauis is dicitur, cui totius nauis anchora mandata eſt ab exercitore, ſcilicet uitante pericula & duros labores nauigandi, interim tamen captãt lucrum. Precioſus emptor] Oſtendit, Inſtitores & nauium magiſtros tãquam diuites & luxurioſos, ob magnitudinem precij, quo huiuſmodi flagitia redimunt, admitti. Non his iuuentus orta] Declarat, fortes & militiam aptos iuuenes, non naſci ex mollibus, delicatis, & omnibus libidinibus effœminatis parentibus, ſed duris, ſeueris, frugalitati & laboribus aſſuetis. Infecit æquor ſanguine Punico] Hoc eſt, Pœnos nauali prælio ſuperauit. Duillium Conſulem primum triumphum maritimũ de Pœnis egiſſe legimus. Nam Cn. Cornelio Aſina, & C. Duillio conſulibus, cùm Annibal ſenior oram Italiæ maritimam inſtructa ſeptuaginta nauium claſſe uaſtaret, Romani & ipſi claſſem fabricari atq; inſtrui præcipiunt, quod Duillius Conſul celeriter impleuit. Nam intra ſexageſimum diem, quàm arbores cæſæ erant, centum triginta nauium claſsis in anchoris ſtetit. Cornelius Aſina Conſul alter cum ſedecim nauibus Liparam Inſulam petit, ubi ab Annibale, quaſi ad colloquium pacis euocatus, Punica fraude captus, atq; in uinculis necatus eſt. Quod ubi Duillius alter Conſul audiuit, cum triginta nauibus aduerſus Annibalem profectus eſt. Commiſſo nauali prælio, Annibal amiſſa naui, qua uehebatur, ſcapha ſubductus aufugit, triginta naues eius & una captæ, tredecim merſæ, tria millia hominũ occiſa, ſeptem millia capta referuntur. Hæc Paulus Oroſius lib. 4. Adſtipulatur Florus de bello Punico primo. Pyrrhumq;] Clariſsimum Græciæ regem, qui auxilium Tarentinis contra Romanos laturus, & Tarentum ſemigræcam ex Lacedæmonijs conditoribus ciuitatem uindicaturus, cùm totius uiribus Epyri, Theſſaliæ, Macedoniæ, incognitiſq; in id tempus elephantis, mari, terra, uiris, equis, armis, addito inſuper ferarum terrore, uenit: Et tribus prælijs à Romanis ſuperatus eſt. Prima pugna apud Heracleam, Campaniæ urbem, fluuiumq; Lyrim Leuino Conſule commiſſa eſt. Secunda in Apulia apud Aſculum fuit, Curio Fabricioq; Coſſ. Tertia & ſuprema in Lucania, ſub Aruſinis, quos uocant, campis, ducibus iiſdem qui ſuperiùs. De hoc bello ſtudioſi legant Lucium Florum, libro primo, capite 18. Plutarchum in uita Pyrrhi. Oroſium libro 4. cap. 1. & 2. Antiochum] Regem Syriæ, qui uiris, opibus, armiſq; copioſus, bellum contra Romanos, impellente Annibale, inſtruxit. Commiſſo igitur prælio à Conſule Attilio Glabrione uictus, cum paucis fugit Epheſum. In qua pugna ex ſexaginta millibus quadraginta millia cæſa, plus quàm quinq; millia capta dicũtur. De hoc bello ſcribunt Liuius Decad 4. lib. 6. Florus lib. 2. cap. 8. Plutarchus in uita Scipionis. Iuſtinus lib. 31. Oroſius lib. 4. cap. 20. Hannibalemq;] Ducem Pœnorum, quem Scipio ſuperauit, cæſis uiginti millibus & quingentis hoſtium. Vide Plutarch. in uita Scipionis. Liuium Decad. 3 lib. 10. Florum lib. 2. cap. 6. Oroſium lib. 4. cap. 19. Dirum] Crudelem. Erat enim in hoc, teſte Liuio, inhumana crudelitas, perfidia pluſquàm punica, nihil ueri, nihil ſancti, nullus Deûm metus, nullum iuſiurandum, nulla religio. Sed ruſticorũ maſcula militum] Oſtendit eos fortes, & robuſtos fore milites, qui ex agricolis nati, ruri in laboribus, frugalitate & patientia enutriti, ſeuera parentũ diſciplina educati ſint. Ea de re mentionẽ quoq; lib. 1. fecimus. Sabellis] Hoc eſt, Samniticis. Samnites enim, quos inter fortiſsimas Italiæ gentes ponit Plin. Sabellos dixêre.

Et ſcuto

Et ſeueræ matris] *Commendat in matre doctrinam & inſtitutionem: in filijs uerò obedientiam, quibus nihil poteſt eſſe ſalubrius iuuentuti.* Reciſos portare fuſtes] *Ita inſtituta ad labores, ut non ſolùm arando, fodiendo, & opere faciundo totum diem ruri conſumat, uerùm etiam ueſperi domum reuertens, matris iuſſu ligna ad alendum ignem portet: ne quod uacuum tempus det ſibi laboris.* Sol ubi montium mutaret] *Imminentis noctis deſcriptio. Nam ſole deſcendente ad inferius hemiſphærium, terra umbram mutat. Terra enim quia eſt corpus ſolidum, per quod radij ſolares nō poſſunt tranſmitti, neceſſe eſt eam de ſe umbram proijcere in partem contrariam, quæ umbra nox dicitur. Vnde ſole exiſtente ſupra noſtrum hemiſphærium, umbra terræ eſt infrà, & econtrà.* Et iuga demeret bobus] *Sub noctem enim boues ſoluuntur aratro.* Amicum tempus agens abeunte curru] *Ipſa enim umbra terræ ſoli diſcedenti officiens, noctem efficit, quæ, propter quietem & ſomnum, laborum perfugium, omnibus eſt grata & amica.* Damnoſa quid non imminuit dies] *Epiphonema eſt, quo reddit rationem, quare omnia in peius ruant. Quia ſic natura comparatū eſſe uidemus, ut omnia temporis lapſu fiant deteriora.* Aetas parentū, &c.] *Gradatio, qua declarat, ſingulis ætatibus mores hominū fieri corruptiores, & bona ſemper mutari in peius. Hoc enim poëtæ ſignificare uolunt, quando quatuor hominū ſecula fingunt.*

THEOD. PVLM.} 9 Monæſes] *Moneſis H.B. caſu patrio.* 10 Non auſpicatos contudit impetus Noſtros] *H.G.E.B.A. Noſtris, in Priſciam ſcribitur libris: quanquam non conſtat an ita legerit. hodie in Horatianis exemplaribus, noſtros, editum eſt. Turneb. lib. 16. cap. 6.* Inauſpicatos, *Canterus Nouarū lect. lib. 5. cap. 20.* 21 Motus gaudet doceri Ionicos] *Id eſt, molles, tum quòd Ionum mores & ſaltationes laſciuiores & teneriores, petulantioresq́ erant: tū quòd, ſi id è propinqua repeti inſula placet, nec in Aſiam nauigari, Siculi ſaltationē quandā, ut reor, blandam & uoluptuariam, in honorem Dianæ celebrabant, Ionicā uocatam. Pollux,* τὸ δὲ ἰωνικὸν ἀρτέμιδι ὠρχοῦντο σικελιῶται μάλιστα. *Vide Turneb. lib. 4. cap. 21.* 22 Fingitur artibus] *G.E.B.* fingitur artubus, *H.* frangitur artibus, *A.* 27 Impermiſſa] *Intermiſſa, H.* Improuiſa, *A.* 36 Dirum] *Durum. B.A.* 41 Bobus] *H.E.B.A. & Priſcianus lib. 7. de datiuo & ablatiuo plurali tertiæ declinationis.* Bubus, *G.*

GEORG. FABR.} *E contemptu deorum, naſcitur licentia uitiorum: nec ullum uitium eſt fœdius libidine, quæ & domus corrumpit familiarum decus, & propter homines degeneres, facit Remp. ignobilem. Dehortatur initio Romanos à ſuperbia, & illis hoſtes fieri ſuperiores conqueritur. Tum cauſam ignauiæ oſtendit eſſe, corruptam domi libidinibus diſciplinam, in qua parte immoratur, & confert cum ſui ſeculi moribus, mores antiquos, quod & ſuprà facit, 2, 15. Poſtremò oſtendit, homines quotidie labi in deterius.* Iambis Monæſes] *Hanc lectionē probat Aldus Manutius: Plut. in Antonio,* μοναίσης ἀνὴρ ἐπιφ. τῶν ἐν δυνατοῖς. *Satrapa Parthicus, ad Romanos tranſiuit: ſed eorū amicitiā non diu coluit. hunc in tanto honore habuit M. Antonius, ut alterum Themiſtoclem in colloquijs nominaret.*

IOD. BAD. ASCENS.} Delicta maiorū, &c.] *Sanctè hortatur ad religionem & templorum inſtaurationem, dicens.* O Romane tu lues] *Id eſt, perſolues & purgabis.* Immeritus] *Id eſt, tametſi immeritus (non tamen penitus immeritus, quia parentum uitia, ſi à filijs continuantur fiunt ipſorum propria, ſolet etiam Deus nonnunquam filios propter parentes temperaliter affligere, & in peccato originali, niſi per Baptiſmum deleatur etiam in æternum)* Delicta maiorum] *Id eſt, progenitorum tuorum, donec refeceris templa & ædes deorum* Labentes] *Id eſt, decidentes & ruinam facientes.* Et ſimulacra] *Scilicet, deorū* Fœda] *Id eſt, immunda.* Fumo nigro] *Scilicet, ex negligentia cultus.* Te imperas quòd] *Id eſt, quia* Geris] *Id eſt, fateris in geſtu & moribus tuis.* Te minorem dijs] *Quia ſeruire Deo regnare eſt. Cui itaq; frenis & obtemperare præceptis ſumma libertas eſt.* Omne principium] *Scilicet, Romani imperij eſt ſup.* Hinc] *Id eſt, ex religione & Deorum cultu, refer huc* Exitum] *Id eſt, finem.* Dij multa neglecti] *Commemorat mala, quæ ex neglecta religione prouenerunt Italiæ, dicens.* Dij neglecti dederunt Heſperiæ] *Scilicet, magnæ: hoc eſt, Italiæ, luctuoſæ propter mala.* Multa mala] *Id eſt, incommoda.* Manus] *Id eſt, exercitus, Menæſis ſeu Moneſis uiri illius apud Parthos clari & Pachori filij ipſius Orodis Parthorum regis contudit iam bis, quia ſemel ſub Craſſo & ſemel ſub Didio ſaxa.* Impetus noſtros] *Id eſt, Romanos.* Non auſpicatos] *Id eſt, ſine fœlici auſpicio contra morē initos.* Et renidet] *Id eſt, ſecundùm Acronem ſplendet, ſecundùm Mancinellum & Porph. gaudet, quaſi geſtiens.* Adieciſſe torquibus exiguis] *Id eſt, quos prius exiguos habuerat, ſunt intorti autē anuli, aut cycli ferè ex auro de collo equitum auratorum dependentes* Prædā] *Scilicet, Romanis detractam.* Dacus & Aethiops] *Id eſt, Aegyptius uicinus Aethiopiæ.* Deleuit pene] *Id eſt, quaſi* Vrbem] *Scilicet, Romam, occupatam ſeditionibus, id eſt, bellis inteſtinis.* Hic] *Scilicet, Aethiops formidatus claſſe.* Ille melior] *Id eſt, peritior.* Sagittis miſſilibus] *Id eſt, emittēdis ſeu manu ſeu arcu.* Secula fœcunda culpæ] *Id eſt, plena ſceleris: unde Iuuen.*

„ *Omne in præcipiti uitium ſtetit, &c.*

Inquinarunt] *Id eſt, polluerunt, primum* Nuptias] *Id eſt, coniugia, quod etiam primum uitium in mundo fuerat ſecundùm Iuuenalem Satyr. 6.*

„ *Viderunt primos argentea ſæcula mœchos,*

Et inquinarunt genus] *Quia adulterio procreati degeneres effecti ſunt.* Et domos] *Id eſt, familias, quia qualis pater, & mater familias talis ferè familia eſt.* Et clades] *Id eſt, calamitas & peſtis, inquinationē ſecuta fluxit in patriam & populum.* Deriuata hoc fonte] *Id eſt, hac origine adulteriorum. Nam uirgo matura gaudet* Iam doceri motus Ionicos] *Id eſt, ſaltationes Ionum, & cæterorum Græcorum.* Et fingitur] *Id eſt, componitur* Artubus] *Id eſt, ut artus habeat compoſitos ad geſtus, aut ut in Eunucho dicitur, quas matres ſtudēt eſſe demiſſis humeris, & meditatur* Iam nunc] *Id eſt, adhuc puella & in domo paterna.* De ungui tenero] *Id eſt, cum adhuc teneros habet unguiculos, unde Græci uolentes à primis annis dicere, dicūt à teneris unguiculis, ut author eſt Cicero in epiſtola. 1.* Amores inceſtos] *Id eſt, non caſtos & adulterinos.* Et quærit mox] *Id eſt, ſtatim, ubi matrimonio tradita eſt.* Adulteros iuniores] *Quum ſit maritus aut inter adulteros eos, qui cæteris iuniores ſunt, id autem facit inter uina mariti, quod nephandum eſt, ſed matrem imitatur.* Neq; eligit] *Id eſt, diſpicit, cui donet* Raptim] *Id eſt, celeriter & furtiuè.* Gaudia impermiſſa] *Id eſt, coitum luminibus* Remotis] *Id eſt, poſtquā lumina ſint remota, & interdum à ſcientibus adulteris extincta, ſed iuſſa* Coram] *Scilicet, marito, id eſt, in præſentia mariti iuſſa ab ipſo aut adultero ſurgere & in cubiculum rem habituram diſcedere.* Surgit, non ſine conſcio] *Id eſt, & conſentiente marito: unde, Iuuenal.*

„ *Doctus ſpectare lacunar.*

„ *Doctus & ad calicem uigil[illegible]ertere Naſo.*

Id autem corruptiſſimorum indicium eſt morū. Seu] *Id eſt, ſiue.* Inſtitor] *Id eſt, negociator aut mercator ſeu* Magiſter] *Id eſt, nauarcha ſeu ut dicunt patronus.* Nauis Hiſpanæ uocat] *Sup. eam, exiſtens precioſus emptor, quia multum pecuniæ aut mercis illi pro ſtupro dat, quamobrem maritus patitur.* Dedecorū] *Id eſt, probrorum & uitiorum, eſt enim utriq; dedecori & uitio dandum tam emptori, quam uenditori talis mercis Non iuuentus orta.* His] *Id eſt, huiuſmodi tam corruptis & infamibus parentibus.* Infecit æquor ſanguine punico] *Id eſt, Pœnorum illic occiſorum.* Et cecidit] *Id eſt, percuſſit licet non occidit* Pyrrhum] *Scilicet, regem Epirotarum de ſanguine Aeacidarum, quem ab animi nobilitate Cicero lib. 1. Officiorū laudat, & Antiochū regē Syriæ.* Ingentē] *Id eſt, ualde potentem, & Hannibalem ducem Carthaginenſ.* Dirum] *Id eſt, crudelem & execrabilem.* Sed pubes maſcula] *Id eſt, uirilis.* Militum ruſticorum docta uerſare ligonib.] *Id eſt, bidentibus, & cæteris inſtrumentis agri colendi.* Glebas] *Id eſt, globos pinguis terræ.* Et portare fuſtes] *Id eſt, contos & perticas reciſos ad arbitrium matris* Seueræ] *Id eſt, rigidæ, & non mollis, nec adulteræ,* Vbi] *Id eſt, poſtquam ſol mutaret, ſcilicet occidendo umbras montium, quia umbræ mane ſunt ad occidentem & ueſperi* ad orien-

ad orientem, quia ſemper oppoſito ſoli, & demeret Bobus fatigatis] *Scilicet, aratione longa.* Iuga] *Scilicet, aratorũ.* Agẽs] *Scilicet, ſol.* Curru abeunte] *Id eſt, occidente.* Tempus amicum] *Scilicet, fatigatis labore & æſtu tam bobus, quam eorum actoribus, ſup. infecit æquor, &c.* Quid dies] *Id eſt, tempeſtas.* Damnoſa] *Id eſt, multũ damni afferre ſolita.* Non imminuit] *Quaſi dicat nihil non imminuit, hoc eſt omnia imminuit.* Aetas parentum] *Scilicet noſtrorum exiſtens* Peior auis] *Id eſt, ætate auorum* Tulit] *Id eſt, protulit* Nos nequiores] *Id eſt, minus ualentes.* Daturos] *Id eſt, progenituros mox progeniem uitioſiorem.* Quam] *Scilicet, nos ſumus.*

ANTON. MANCIN } *Hortatur Romanum populum ad religionem, ne maiorum delicta amplius lu[illegible] Dij namq; neglecti, malis plurimis Italiam affecerãt, Romanorumq; exercitus ſæpe cladem fuerat paſſus. Oſtendit poſtea adulterijs fuiſſe matrimonia contaminata. Inde degeneres natos eſſe, & à maiorum uirtutibus diſſidentes, procedenteq; tempore nequiores, uitioſioresq; gigni.* Delicta] Ode eſt ſimilis 9. lib. 1. Lues] *Purgabis.* Labẽtes] *Non labantes per a— legendum eſt. Secundus enim pes iambus eſſe debet. Si labantes per a— legeres Pyrichius eſſet, labo enim labas prima breui legere, labor laberis longa.* Dijs te minorẽ] Ordo eſt. Imperas quòd geris te minorem dijs] *Hoc eſt, quia deos colis.* Hinc] *A' Deorum cultu.* Omne principium] *Scilicet, fuit tibi imperandi.* Notandum tamen hic quòd] *Id eſt, tollitur ſcandendo, ſicut in ſemiuſtus, &c. Huc refer exitum ad deos etiam finem referto. hoc eſt, cole deos, ut prius & imperabis.* Hinc omne principium] *Orta ſeditione inter Romulum & Remum condendæ urbis uiſum eſt ambobus, ut omnia materno auo permitterent. Itaq; iuſſit ille, ut indices deos facerent, utrum eorum coloniã deducere & imperio potiri oporteret, ſtatutaq; eis die ſedere ambos iuſſit, ſeparatos alterum ab altero in quibus uellent ſedibus ſacris prius, quæ uiderẽtur dijs peractis bonas aues obſeruare, et uiri prius meliores aues apparuiſſent, hunc dominum eſſe coloniæ. hinc Romulus in Palatino Remus in Auentino augurium acceperũt, auctor eſt Dionyſius lib. 1. ubi Romanas hiſtorias tractat, apparet itaq; Romam à deorum cultu principium habuiſſe. Romulus inde ſacra etiã multa inſtituit celebranda.* Iam bis Menæſis & Pachori manus] *Orodes Parthorum rex Pachorum & Phraatem filios habuit. Pachoro Artabazis Armeniorum regis ſororem deſponderat, quo poſtea mortuo, Phraates patrem aconito oppreſſit: Pachori autem nuptiæ factæ fuerunt paulò poſt Craſſi mortem, qui dolo oppreſſus fuerat à Surena ductore exercitus Orodis, erat enim genere diuitijs & gloria regi ſecundus, fortitudine uerò & robore inter Parthos ætate ſua fere primus. Auctor Apianus in lib. Parthico. ubi etiam ait, quomodo Pachorum regis filium magnas Parthorum copias in Syriam ducentem Ventidius circa Cyrrhium occurrens pepulit, Pachoroq; inter primos occũbente magna ſtrage eos afflixit, quod opus inter cætera memoratu digna omnes fere calamitates, quas Romani ſub Craſſo pertuliſſent uindicta ſuſtulit. Iam bis poſt Craſſi mortem Parthi duce Labieno, qui Pompeianarum partium fuerat in Syria, uicerunt Didium ſaxam M. Antonij legatũ, inde uniuerſam eam prouinciam occuparunt, quod Liuius ſcribit lib. 127.* Menæſis] *In Apiano eſt Monæſes, ſcribit enim quum Phraates Oroden Patrem interemiſſet, regnumq; ſibi uendicaſſet plurimos Parthorum aufugiſſe, quodq; Monæſes uir clarus, & potens ad Antonium pariter fuga peruenit, fortunam ſuam Themiſtocli aſſimilans, deinde permittente Antonio iterum Phraate regi inheſit.* Non auſpicatos contudit impetus] *In libro Parthico ſcribit Apianus hoc pacto. Ferunt die illo Craſſum non (ut Romanis imperatoribus mos fuit) purpurea ornatum ueſte, ſed nigra indutum proceſſiſſe, eamq; quum animaduertiſſet immutaſſe, ex ſignis etiam nonnulla, ueluti infixa uix magno labore ab auferentibus trahi potuiſſe, qua ex cauſa irridens Craſſus agmen properare iuſſit, &c.* Non auſpicatos] *Conſul antequam in expeditionem iret, capere auſpicium ſolebat.* Non auſpicatos ergo] *Id eſt, infælices & quaſi auſpicijs repugnantibus. Et adiecisse. Ordo eſt.* Et renidet adiecisse torquibus exiguis prædam. Renidet] *Gaudet.* Prædam] *Romanorum, ſcilicet.* Torquibus] *Scilicet, eorum qui exigui erant.* Seditionibus] *Habitis certè inter Cæſarem & Põpeium, & tunc inter Auguſtum & Brutum, ac Caſſium, & Sex. Pompeium poſtea cum M. Antonio, de quibus latè Suetonius.* Dacus] *Dacorum incurſiones Auguſtus coercuit tribus eorum ducibus cum magna copia cæſis.* Aethiops] *Aegyptios intelligit, qui cum Cleopatra & M. Antonio cum Auguſto pugnarunt, apud Actium.* Hic claſſe formidatus] *Cleopatra enim & Antonius duxerunt in Auguſtum naues pugnaces quingentas, ut ſcribit Plutarchus, contra quas pugnauit Auguſtus nauibus 250. de quò latius Epodo nona.* Fœcunda culpæ] *Plena ſceleris. Oſtendit adulteria fuiſſe primas ſcelerum cauſas.* Nuptias] *Coniugia.* Motus doceri] *Arguit puellarum praua & uana ſtudia.* Motus] *Ionicos Græcos & laſciuos ſaltus. Iones enim primi, id genus, inuenerunt. Iones autem Athenas profecti ſunt, ut ſcribit Plin. lib. 5.* Flagitior artubus] *Cõponitur ad geſtus.* Inceſtos] *Inhoneſtos, & turpiſſimos.* De tenero] *Vnde ab ipſa tenella ætate, id eſt, ab ipſa infantia iungit ſe coæuis ſuis etiam conſanguineis.* Mox] *Deinde ubi nupta eſt, iuniores uel ſuo uiro.* Vel iuniores] *Id eſt, grandiores ſi uolueris ad ſuperiora reſpicere. nam in infantia coæuis hæſerat.* Inter mariti uina] *Id eſt, inter ipſas nuptias, & conuiuia nuptialia.* Neq; eligit] *Oſtendit, quòd adulteria committebant non clam remotis luminibus, ſed palàm quoq; etiam uiro iubente, ſicq; damnat maritos ſimul, de quibus & Iuuen. ait.*

„ *Doctus & ad calicem uigilanti ſtertere Naſo, &c.*

Iuſſa] *Vel à cupidine, uel amatore, uel ipſo uiro.* Inſtitor] *Mercator aliquis.* Magiſter] *Rector & gubernator.* Dedecorum] *Adulteriorum.* Precioſus] *Multa enim pro coitu impendebat, ideirco facilius uir aſſentiebatur.* Non his iuuentus] *Oſtendit degeneraſſe Romanos ex adulterijs, propterea nequiores eſſe.* Infecit æquor ſanguine punico] *Cn. Duilius conſul in Sicilia aduerſus claſſem Pœnorum proſperè pugnauit.* Lucatius] *Finem bello impoſuit, de qua re uideto latius Ode 12. lib. 2.* Pyrrhũq;] *de Pyrrho rege Epirotarum intelligit, qui auxilio Tarentinorum bellum Romanis intulit, cumq; Romanos aduerſis uulneribus occiſos uideret. Ego inquit talibus militibus breui orbem terrarum ſubigere potuiſſem, ab Curio & Fabricio ſuperatus, Tarẽtum profugit, ium in Græciam regreſſus dum Argos oppugnaret ictu tegulæ obijt, plura etiam Plin. de uiris illuſt.* Antiochum] *Is Syriæ rex nimia opum fiducia bellum Romanis intulit, nauali prælio, cui Annibalem præfecerat ab L. Aemilio regulo ſuperatus eſt, inde cum L. Scipione conflixit, uictus & ultra Taurum montem relegatus à ſodalibus occiſus eſt, plura quoq; Plinius. Sed ſupple infecit æquor ſanguine punico.* Maſcula] *Dura, non effœminata.* Vt nunc erat] *Id eſt, Horatij tempore. Sabellis docta ligonibus Samnites Italiæ populos. Sabellos etiam Græci dixerunt, ut ſcribit Plin. lib. 3. Romulus præterea agriculturã, & militiam ſuis relinquerat, ut latè oſtendit Dionyſius.* Fuſtes] *Virgas & palos pro ignibus.* Agens] *Ipſe ſol ducens.* Abeunte curru] *Solari curru terras ſubeunte.* Tempus amicum] *Id eſt, gratam noctem, feſſi enim quieſcunt noctis munere.* Damnoſa quid] *Ouid. quoq; ait.*

„ *Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa uetuſtas:*
„ *Omnia conſumis, &c.*

POLYD. VIRG. } Dãnoſa quid non imminuit dies] *Alludit ad Prouerbium.* Dies adimit hominibus dolore] *Hoc alijs uerbis Seruius Sulpitius ad Ciceronem de obitu Tulliæ ſcribens, oſtendit. Nullus dolor eſt inquit, quem non longinquitas temporis minuat, atq; molliat. Et Ouidius, qui tempus rerum edax appellat. Item Cicero, Nihil eſt opera manuumq; factum quod non minuat, conſumatq; uetuſtas.*

ODE

ODE VII. AD ASTERIEN.

Ode VII. Dicolos tetraſtrophos, ut: Quis multa gracilis te puer in roſa.

— — — ◡ ◡ — — — ◡ ◡ — ◡ —
— — — ◡ ◡ — — — ◡ ◡ — ◡ —
— — — ◡ ◡ — — ◡
— — — ◡ ◡ — ◡ —

ARGVMENTVM IN ODEN VII.

Conſolatur Aſteriem, Gygis familiaris ſui uxorem, dolentem ob mariti abſentiam, promittitq́ illum rediturum, quum na-ctus erit uentum opportunum, interim bene ſperet, & ſe gerat modeſtè, neq; patiatur ſibi à quoquam imponi, quo pudicitiam uiolet, ſed caſtiſſimo marito fidem ſeruet, qui nullis blanditijs poteſt ad adulterium ſollicitari.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Gygis amici, ad mercaturam profecti, uxorem, de reditu mariti longius abſentis ſollicitam, & mœſtam, ſolatur hoc carmine Horatius, & exemplo uiri ad mutuam fidem caſtitatemq́ ſeruandam hortatur.

QVID fles Aſterie, quem tibi candidi
Primo reſtituent uere Fauonij,
Thyna merce beatum,
Conſtanti iuuenem fide
Gygen? ille notis actus ad Oricum,
Poſt inſana capræ ſydera, frigidas
Noctes non ſine multis
Inſomnis lachrymis agit.
Atqui ſollicitæ nuncius hoſpitæ,
Suſpirare Chloen, & miſeram tuis
Dicens ignibus uri,
Tentat mille uafer modis.
Vt Prœtum mulier perfida credulum
Falſis impulerit criminibus, nimis
Caſto Bellerophonti,
Maturare necem refert.
Narrat pænè datum Pelea tartaro,
Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinẽs:
Et peccare docentes
Fallax hiſtorias monet,
Fruſtra. nam ſcopulis ſurdior Icari,
Voces audit adhuc integer. at tibi
Ne uicinus Enipeus
Plus iuſto placeat, caue.
Quamuis non alius flectere equum ſciens
Aeque conſpicitur gramine Martio:
Nec quiſquam citus æquè
Thuſco denatat alueo.
Prima nocte domum claude, neq; in uias
Sub cantu querulæ deſpice tibiæ,
Et te ſæpe uocanti
Duram, difficilis mane.

COMMENTARIA.

ACRON.

QVID fles Aſterie] *Ad Aſterien amici ſui coniugem ſcribit, & eam ſolatur Gygis mariti ſui amore mœſtam, monens, ut cuſtodiat caſtitatem, nec alterius adoleſcentis blanditijs, aut ſpecie capiatur, dum maritum ſperare debet primo uere rediturum. Ordo eſt: Aſterie quid fles Gygen iuuenem conſtantis fidei, quem reſtituent tibi primo uere candidi Fauonij Thyna merce beatum.* Quem tibi candidi] *Sereni, proſperi. Iſte enim uentus uerno tempore frequentius flat.* Thyna] *Bithyna. Quidam enim uolunt Thynam ciuitatem uicinam Bithyniæ dictam, Ponto confinem. Quidam Thynnum piſcem magis intelligendum ſuadẽt.* Ille notus] *Notos pro quibuslibet uẽtis poſuit.* Ad Oricum] *Ciuitas Ciliciæ: Aut Oricia terebintho.* Poſt inſanæ capræ ſydera] *Hædos uidetur ſignificare, quorum ortus, & occaſus concitat tẽpeſtates de quib. Virg.*

» *Pluuialibus hædis, & albi.*
» *Hædorumq; dies ſeruandi.*

Inſana autem, id eſt, intempeſtuoſa. Frigidas noctes] *Duplici modo accipi debet, uel propter hyemẽ, quæ peregrinantibus acerbior ſemper uidetur: uel propter ſolitudinẽ, quia ſine ſuis erat, & uelut abſtinẽs frigebat.* Inſomnis] *Velut uxoris amore non dormiens, ut:*

» *Nec unquam Soluitur in ſomnos.*

Atqui ſollicitæ nuncius hoſpitæ] *Gygẽ à Chloe hoſpita ſua affirmat adamatum, quam contemni dicit præ dilectione, uel deſiderio uxoris abſentis, quem etiam per internuncios terret, ita eum pro caſtitate moriturum, ſicut hi quorum exempla commemorat. Ordo eſt. Atqui uafer nuncius ſollicitæ hoſpitæ tentat illum mille modis, dicens ſuſpirare miſeram Chloen, & uri tuis ignibus, & refert, ut perfida mulier impulerit Prœtum credulum, falſis criminibus, maturare necem nimis caſto Bellerophonti.* Tuis ignibus] *Quia etiã tu ureris tui mariti amore.* Vafer] *Ad ſuadendum callidus, & aſtutus: ſiue malignus, qui nitebatur continentiã ſuperare.* Vt Prœtum] *Vt id eſt, quemadmodum.* Mulier perfida] *Stenobœa ſiue Antia uxor fuit Prœti, quam commemorat amore Bellerophontis hoſpitis inflammatam, qui dum uoluntati eius conſentire noluiſſet, in adulterij crimen uocatus eſt. Quod exemplum Gygi, ad acquieſcendi terrorem ſignificat à ſuadente pr. poſitum, ne eadem continentia etiam ipſe periclitaretur.* Narrat pænè datum Pelea tartaro] *Peleus adamatus eſt ab Hippolyta Acaſti uxore, quæ dũ deſpiceretur ab eo, queſta marito eſt ſe ſtupri interpellatã. Indignatus Acaſtus Peleum inuitatum duxit uenandi gratia in Peliõ, ibiq; eum inermem reliquit, à Centauris perimendum, qui ſeruatus à Chirone, collecto exercitu euertit Acaſti regnum, & Hyppolitam ſupplicio merito ſatis affecit. Ordo eſt: Narrat Pelea pænè datum tartaro, dum abſtinens fugit Magneſſam Hippolytam, & fallax fruſtrà monet hiſtorias docentes peccare.* Magneſſam Hippolyten] *Magnes Theſſaliæ ciuitas eſt, quam per diſcretionem Hippolytes Caucaſiæ commemorat, & Amazoniæ uxoris Theſei.* Et peccare docentes] *Et aliàs ſubauditur, quia hæ quas ſupra dixit, reliquerant exẽpla peccandi.* Scopulis ſurdior Icari] *Metaphora à nauigantibus, quod ita amantis nõ audiret preces, quẽadmodum ſi à periclitantibus rogẽtur ſcopuli, ut eſt: Sed nullis ille mouetur Fletibus, aut uoces ullas tractabilis audit.* Adhuc integer] *Adhuc contemnens eam, quaſi eum demõſtret trahi poſſe in poſterum, diutiùs immorετur.* Enipeus] *Nomen uicini petulantis.* Plus iuſto] *Plus æquo, uel non pro forma, ſed pro libidine: nec plus placeat quàm debet uicinus, quod prius commemorando mariti honeſtatem, ſuadet, ut illud:*

» *Seruataq; ſeruet Troia fidem.*

Quamuis non alius] *Ordo eſt: Quamuis non alius æquè conſpicitur*

citur ſciens flectere equum in Martio gramine, nec quiſquam æquè citus denatat Thuſco alueo. Gramine Martio]*In campo Martio bellicis artibus exerceri conſueuerat Romana iuuentus, quibus ita Enipeum cæteros præire dicit, ut meritò amari poſsit, ſi pudicitiæ cuſtodia non reſiſteret.* Deſpice]*Deorſum aſpicias, hoc eſt, nec ad uoluptuoſos cantus, nec ad amantis præceps permota deſpicias.*

PORPHYR. } Quid fles Aſterie]*Hac Ode conſolatur puellam deſiderio coniugis ſui mœſtam, & ſimul monet, ne alicuius adoleſcentis blanditijs, aut ſpecie ipſa capiatur, & eſt ordo:* Quid fles Aſterie Gygen, quem tibi reſtituent Fauonij primo Vere Thyna merce beatum. *Bythini iuncti ſunt Thynnis, utraq; autem gens Ponto confinis eſt.* Ille Notis actus]*Notis pro quibuslibet uentis poſitum eſt.* Poſt inſana capræ ſydera] *Hædos uidetur ſignificare, quorum ortus, & occaſus concitant tempeſtates. Horum etiam Virgil. Meminit dicens:*

„ *Quantus ab occaſu ueniens pluuialibus hœdis,*
„ *Verberat imber humum.*

Frigidas]*Duplici modo accipe, & propter hyemem, qua peregrini retinentur: & propter ſolitudinem.* Atqui ſolicitæ nuncius hoſpitæ] *Dicit Gygen ab hoſpita Chloē amari, & ab ea nuncium amoris ad eum mitti.* Tuis dicens ignibus uri]*Tuis ignibus quibus ipſa tu ureris, id eſt, mariti tui amore.* Tentat mille uafer modis] *Vafer nuncius, id eſt, calidus ad ſuadendum.* Mulier perfida]*Stenobœam ſignificat Prœti uxorem, quæ bellerophontem hoſpitem amauit, & conſentientem ſibi ut adulterum criminata eſt.* Maturare necem refert]*Nuncius Gygi hiſtoriā, qua Bellerophontes periclitatus, oſtendit, quod hoſpitæ in amorem non cōſentiret, per exemplum eum terrens, ne idem & ipſe patiatur.* Magneſſam Hippolytem dum fugit abſtinens]*Hæc eſt quæ nupta fuiſſe Euripilo traditur.* Et peccare docentes Fallax hiſtorias monet]*Subaudiendum & aliās, quia hæ, quas ſuprà retulit, docent peccare.* Scopulis ſurdior Icari]*Icari ſcopuli, pro Icarij maris ſcopulis, ſed hos pro quibusq; poſuit. Surdi autem ſcopuli, à periclitantibus dici ſolent, quòd quaſi preces eorum non exaudiant.* Quamuis non alius flectere equum ſciens, & reliqua] *Notum eſt iuuentutem Romanam apud ueteres, & exercitatam in campo Martio, & poſt hoc exercitium natare ſolitam fuiſſe in Tiberi, quia peritia natandi rebus militaribus ſit neceſſaria. Dicit ergo Enipeum non debere puellæ huic placere, licet glorioſè in exercitio inter æquales uerſetur.* Prima nocte domum claude neq; in uias Sub cantu querulæ deſpice tibiæ] *Ne cùm ille, quaſi Gyges, ueſpertino cantu ad feneſtram Aſteries tibicinum adhibere ſoleat, illa cupiditate audiendi per feneſtram deſpiceret, atq; ita cupida uidendi ſui ac ſollicitata diem daret.*

CHRIST. LAND. } Quid fles Aſterie, quem tibi candidi]*Conſolatur Aſteriem lugentem abſentem uirum, proponens illi optimam reditus illius ſpem. Ergo ô Aſterie quid fles Gygen maritum tuum.* Candidi] *Nam ſerenitatem & cœli uernam clementiam inducunt. Vel proſperi & boni, quemadmodum nigrū, malum & infœlix dicitur. Iuuen.*

„ *Qui nigrum in candida uertunt.*

Primo Vere]*Nam ſingulas quatuor anni partes trifariam diuidimus, ut ſit primū Ver. Adultum Ver, Et præceps Ver. Idemq; dicas de æſtate, autumno & hyeme.* Beatum]*Diuitem. Occupat autē omnes locos ad ſolandum mulierem efficaces. Nam redibit citò, & in parte anni tranquilla in qua non ſint timenda pericula, & redibit diues.* Thyna] *Quidam uolunt à Thynna deriuatū, quæ Bithynia urbs eſt Ponto uicina. Alij dicūt Thynnū piſcē. De quo Perſius.*

„ *Cauda natat Thynni.*

Hic ſale conditus ad plurimum tempus durat. Iſtorum captura præcipua eſt apud Byzantium in Boſphoro, quo Propontis Euxino iungitur. Ergo uel Thynna merce, quia ſalitos Thynnos emiſſet, uel ſit dictum à Thynna urbe. Oricum] *Epiri urbs iuxta quam abundat terebinthus. Acron in Cilicia eſſe putat.* Frigidas]*Quia ſolus cubet. Oſtendit non minus eſſe in illo Aſteries deſiderium, quā in Aſteria illius, propterea quòd & ſolus cubet, & inſomnis, & lachrymabundus, & quod ſollicitanti mulieri non concedat.* Atqui] *Eſt ordo:* Nuncius Chloes hoſpitæ ſollicitæ. *Dicēs ſuſpirare Chloēn, & uri miſeram tuis ignibus tentat uafer mille modis, ſcilicet ipſum adoleſcentem.* Inſomnis] *Vigilans. Nam cura & amor abſentis priuat amantem ſomno. Virgil.*

„ *At non infœlix animi Phœniſſa nec unquam*
„ *Soluitur in ſomnis.*

Tuis ignibus]*Id eſt, quibus tu etiam ureris. Nam quæ flammæ ſollicitant Chloēn etiam te ſollicitant, nam quia ambæ eūdem amatis, ardetis eodem igne. Poſſunt etiā eſſe uerba nuncij ad Gygen, & tūc tuus ô Gyge. Probat ergo illum eſſe conſtanti iuuenem fide, cū neq; precibus, neq; minis flectū inhoſpitæ amorem poſsit.* Vt Prœtū] *Fabula iam narrata eſt.* Credulum]*Nam ſi circumſpectior fuiſſet, nō ita facilè perſuaderi poterat.* Narrat] *Ponit nuncius aliud exemplum, quo in amorem Chloēs trahat Gygen. Sed fabulam ut tibi nota ſit accipe. Pelius Aeaci filius, & Achillis pater, cum apud Acaſtum Theſſaliæ regē hoſpitem ſuum degeret, adamatus eſt ab Hippolite uxore Acaſti, & ab eadem adulterio interpellatus. Sed refugit tale ſcelus adoleſcens, neq; illi eſt aſſenſus. Illa autem ira & odio præceps, hominem apud Acaſtum tanquam ab illo interpellata eſſet, accuſauit. Acaſtus uerò in Pelium montem iuuenē ſub ſpecie uenationis eduxit. Ibiq; inermen Cētauris obiecit. Fuiſſet autem ab illis laniatus, niſi eum Chyron ſeruaſſet. Qua iniuria irritatus Peleus collecto exercitu, & Acaſtum regno ſpoliauit, & Hippolitem iuſto ſupplicio affecit.* Magneſſā] *Sic ab urbe Theſſaliæ nominatam. Poſuit aūt ad differentiam alterius Hippolites Amazonū reginæ ab Hercule ſuperatæ, & Theſeo in uxorem datæ, ex qua natus eſt Hippolitus.* Monet]*Ad memoriam reducit.* Fruſtrà] *Quia non perſuadet.* Surdior audit]*Id eſt, ſurdior eſt ad audiendum.* Scopulis]*Qui nullis fletibus mouentur, ſic & Gyges nullis precibus, nullisq; minis flectitur.* Icari]*Pro Icarij, ſcilicet maris, & poſuit ſpeciem pro genere.* Enipeus]*Qui illam amabat.* Flectere equum] *Nam in primis ſe in hoc exercebat Romana iuuentus, ut uti equo benè ſcirent, quo deinde in bello commodiùs uterentur. Hoc in iuuentute Latina ſignificauit. Virgil.*

„ *Ante urbem pueri & primæuo flore iuuentus*
„ *Exercentur equis.* ——

Tuſco alueo]*Scilicet Tyberino, qui ex Ethruria eſt.* Prima nocte]*Prima parte noctis.* Querulæ]*Nam amatores querulū cantum tibia exprimere conantur. Deniq; ô Aſterie.* Maue difficilis] *Id eſt, perſeuerat in ſententia, & præbe te inexorabilem Enipeo uocanti te duram.*

HENR. GLAR. } Thyna merce beatum]*Plin. lib. 5. cap. 27. Inter Ciliciæ oppida & Thynni meminit: At ſæpe aliàs Thynnorum cùm in Aſia, tùm in Europa ad Pontum Euxinū mentio eſt. Ad idem Strabo, atq; ita Commentarij.* Ille notis actus ad Oricum]*Ciuitas Ciliciæ inquit Acro, Inſignis lapſus ſi non accuſabimus codicem. Hoc etiam hac in Ode conſiderandum lectori, quare hic Fauonij mentio fiat, cùm is, ſiue ex Sicilia, ſiue ex Ponto nauiganti Romam, contrarius tamen flat ab occidente in orientem. Aut ergo Zephyrum, pro quouis uento poſuiſſe dicetur, uel potius Zephyri mentionem fecisse, non quod proſper ſit nauigantibus ab oriente in occidentem, ſed quod eius clemēti flatu mare aperiatur, ſub initium Veris, quo uidelicet Gyge rediturum ait poëta. Quod Virg. ab initio Georgicôn 1. ſcribit:*

„ *Vere nouo gelidus canis cum montibus humor*
„ *Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſoluit.*

HERM. FIGVL. } Quid fles Aſterie, quē tibi candidi, &c.] *A' breuitate tēporis conſolatio. Pollicetur enim ſtatim primo uere reuerſurum maritum. Nā uer aperit nauigantibus maria, cuius in principio Fauonij hybernum molliunt cœlum, teſte Plinio.* Thyna merce beatum] *A' felici profectionis euentu, & mercium precio, quas plurimas reportaturus ſit maritus. Eſt aūt Thynus oppidum Ciliciæ, authore Plinio.* Conſtantis iuuenem fide] *A' fide & conſtantia Gygis. Ne more mulierū ζηλότυπος, ſuſpicetur, maritū amare aliam.* Ille Notis actus ad Oricū]*Cauſam, cur diutius in alijs terris moretur, aduerſos uentos & tēpeſtates eſſe dicit: à quibus redire uolens in Cyprum agitatus ſit. Oricum enim Pomp. Mela inter ciuitates Cypri numerat.* Poſt inſana capræ ſydera]

ris inter Thuſciam & Sabiniam per Romam fluentis. Claude domum prima nocte] *Id eſt, prima parte noctis, ſicut prima luce pro prima parte diei dicitur.* Neque deſpice] *Id eſt, deorſum è ſpecula, aut feneſtra inſpice.* In uias] *Scilicet, publicas,* Sub cantu] *Id eſt, intercantu.* Tybiæ querulæ] *Id eſt, quærentis de duritia tua.* Et mane difficilis] *Id eſt, inexorabilis.* Ipſi tuo nimi uocanti] *Id eſt, compellanti te ſæpe dura.* Quod] *Scilicet non flectaris nec fores aperias amanti.*

ANT. MANCIN. } Gyges maritus Aſteries nauigauerat hinc *Illa fletu macerabatur, ſcribit hora, eam id agere non debere. Ille enim primo uere diues redibit. Hortaturq́ ipſam ad honeſtatem ſeruandam, cùm Gyges etiam uir ſuus caſtiſsimè degat.* Quid fles Aſterie] *Ode eſt ſimilis quintæ, lib. 1.* Aſterie] *Id nomen fictum eſt. ἀςὴρ enim ſtella dicitur, ἀςέριος ſtellatum.* Quid fles] *Ordo eſt, ô Aſterie quid fles Gygen iuuenem conſtantis fide, quem candidi Fauonij primo uere tibi reſtituent beatũ Thyna merce.* Primo uere] *Primi ueris temporis dies extat. 7. Idus Febr. Habetq́ dies nonaginta unum, author eſt Varro. lib. 1. de Re ruſt.* Candidi Fauonij] *Id eſt, ſereni. Fauonius enim uentus occidentalis eſt tepidus & ſiccus, ut docet Plin. lib. 2. Septimo autem Idus Febr. Fauonij ſpirare incipiunt, ut docet Columella lib. 12.* Thyna merce] *Thynos oppidum eſt Ciliciæ, ut docet Plin. lib. 5. Et Strabo lib. 12. ſcribit Thynos uicinos eſſe Bithynis.* Beatum] *Diuitem.* Fide] *Pro fidei. Sic etiam bis Naſo ait namq́ lib. 3. Metamorphoſ.*

„ *Prima fide, uocisq́ ratæ tentamina ſugit.*

Et libro 6.

„ *Vtq́ fide pignus.——*

Quippe antiqui dicere ſolebant, huius fide, & huius fides, huius acie & huius acies, quam rem & Priſcianus, & Gellius latiùs docet. Ille notis] *Ordo eſt.* Ille notis actus ad Oricum poſt inſana ſydera capræ, &c. Notis] *Auſtris, qui humidi ſunt.* Oricum] *Mela de Epiro ſcribens ſic ait. Vrbium prima eſt Oricum, ſecunda Dyrrachium. Epidamnos ante erat, Romani nomen mutauère, quia uelut in damnum ituris omen id uiſum eſt, ultrà eſt Appollonia.* Poſt inſana ſydera Capræ] *Id eſt, poſt tempeſtatem. Heniochus quem nos Latinè aurigam dicimus, ut ſcribit Hyginus. Vna manu ut lora tenens figuratur, cuius in humero ſiniſtro capra, in manu autem duo hœdi ſtellis formati dicũtur, habet præterea ſtellam unam in capite, in utroq́ humero unam, in manu duas, quæ hœdi appellantur: Vtq́ Plin. lib. 2. Oſtendit hædorum exortus tempeſtatem inducunt. Verùm hic poëta de Capra ſtella intelligit, ait enim lib. 12. Columella quod 15. Kal. Ianuar. Capra occidit mane, & tempeſtatem ſignificat.* Frigidas] *Quia ſolus cubat, hinc ait illa.*

„ *Non ego deſerto iacuiſſem frigida lecto.*

Inſomnis] *Vigilãs.* At qui ſollicitæ] *Oſtẽdit Gygis continentiã ut facilius eandem Aſterie perſuadere poſsit. Eſt autem ordo.* Atqui uater nuncius ſollicitæ hoſpitæ dicens Chloën ſuſpirare] & miſeram uri ignibus tuis Vafer tentat] *Scilicet, Gygen mille modis.* Sollicitæ] *Anxiæ propter amorem quidem.* Hoſpitæ] *Scilicet, Chloës.* Ignibus tuis] *Id eſt, tui uiri Gygis, quo etiam tu ureris.* Vafer] *Vafrum inquit Nonius eſt callidum, quaſi ualde Afrum & Vrbanum.* Vt Prœtum] *Ordo eſt: Refert ut perfida mulier falſis criminibus impulerit Prœtum credulum maturare necem.* Bellerophonti nimis caſto] *Bellerophontes autem Glauci regis Ephyræ filius fuit formoſiſsimus, hinc Sthenobœa Prœthi regis uxor, apud quem ille degebat eũ attentauit, promittens regnum coniugis ſui, qui cùm renuiſſet accuſatus ab illa eſt regi, quod ei uim inferre uoluiſſet, tandem idcirco multa ſubire pericula coactus eſt, quumq́ uictor ſemper fuiſſet gratiam meruit apud patrem ipſius Sthenobœæ, qua re ipſa furore & ira ducta ſibimet mortem conſciuit. Scribit ea Hyginus & Homerus latiùs lib. 6. Iliados, ubi non Sthenobœam, ſed Anteam Prœthi uxorem appellat.* Pelea] *Peleus Aeaci filius Achillisq́ pater fuit. Demum quum fratrem Phocum occidiſſet, in exilium abijt, ſeuera patris iubente iuſtitia. Vnde ad Magnetas abijt, ubi ab Achaſto fraterna cæde purgatus eſt, hæc & plura habentur lib. 11. Metam. Addunt alij eo tẽpore Hyppolitem Achaſti uxorem Pelei amore ductam Peleum attentaſſe, illumq́ noluiſſe obſequi, quare irata mulier falsò Peleum uiro ſuo inſimulauit. Hinc Achaſtus credulus illum inermem reliquit in Pelio monte. Vt à Centauris opprimeretur, quod eſſe non potuit. Nam Chiron illi auxiliatus eſt, inde collecto exercitu Peleus Achaſtum regno priuauit, uxoremq́ ſupplicio affecit.* Magneſſam Hyppoliten] *Hæc erat Achaſti uxor. Magneſia autem regio eſt Theſſaliæ annexa, ut ſcribit Plin. lib. 4. Hiſtorias docentes peccare, qualiter hiſtoria Bellerophontis & Pelei fuit. Plura enim exempla nuncius ille fallax narrabat, quo Gygen ad amorem Chloës traheret.* Icari] *Maris Icharei. Integer conſtans.* At tibi Aſterien] *Commonet ut uiri exemplo conſtans ſit uſq.* Quamuis] *Ordo eſt: Quamuis non conſpicitur alius æquè ſciens, flectere equũ in gramine Martio.* Aequè ita] *Gramine Martio in campo Martio, ubi Tyrones exercebantur, de qua re legito latiùs lib. 1. Ode 8.* Nec quiſquam] *Ordo eſt:* Nec quiſquam æquè citidi denatat. Alueo Thuſco] *Id eſt, Tyberino fluuio, qui Thuſciam à Sabinia diuidit, poſt certamen in campo Martio habitum Tyberim innatabant, ut quandoq́ flumina alia hoſtibus imminentibus tranare natando potuiſſent, de quibus legito Vegetium.* Alueo] *Alueus fluuij foſſa dicitur.* Querulæ tibiæ] *Id eſt, ſonore uel conquerentis, ut te faciliùs alliceret.*

SER. MAR. HON. } Sub cantu querulæ deſpice tibiæ] *Querulæ, id eſt, canoræ Seruius.*

ODE VIII. AD MECOENATEM.

Ode VIII. Dicolos tetraſtrophos, ut: *Iam ſatis terris niuis atq́ diræ.*

–∪ –– –∪∪– ∪––
–∪ –– –∪∪– –∪ –∪
–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪∪ ––

ARGVMENTVM IN ODEN VIII.

Reddit cauſam Mecœnati, quod Calendas Martias celebraret, qui dies ſolis matronis feſtus erat, quo etiam mariti pro uxorum ſuarum ſalute ſupplicabãt, nam ſe eo die, ait, ab arboris caſu ſeruatum, & ob id Libero uota ſoluere uelle. Mecœnatem ad epulas inuitans, & celebritatem, omiſſa Reipublicæ cura, quæ pacatis hoſtibus ſatis tranquilla ſit.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Mecœnati rationem ſui propoſiti reddit, cur calendis Martijs ſacrificet, nimirum quod eo die dijs uota fecerit, quorum beneficio ab arboris caſu ſeruatus erat. Poſtea Mecœnatem à grauioribus curis ad conuiuium & hilaritatem inuitat.

COMMENTARIA.

MARTIIS cœlebs quid agam Ca-
lendis:
Quid uelint flores, & acerra thu
ris
Plena, miraris, poſitusq́; carbo
Ceſpite uiuo, (in
Doctę ſermones utriuſq; linguæ
Voueram dulceis epulas, & album
Libero caprum propè funeratus
Arboris ictu.
Hic dies, anno redeunte feſtus,
Corticem aſtrictum pice dimouebit,
Amphoræ fumum bibere inſtitutæ
Conſule Tullo.
Sume Mecœnas cyathos amici
Soſpitis centum, & uigiles lucernas
Perfer in lucem procul omnis eſto
Clamor, & ira
Mitte ciuiles ſuper urbe curas.
Occidit Daci Cotiſonis agmen:
Medus infeſtus ſibi luctuoſis
Diſsidet armis:
Seruit Hiſpanæ uetus hoſtis oræ
Cantaber, ſera domitus catena:
Iam Scythæ laxo meditantur arcu
Cedere campis.
Negligens, ne qua populus laboret,
Parce priuatus nimium cauere, &
Dona præſentis cape lætus horæ, ac
Linque ſeuera.

ACRON.

MARTIIS cœlebs]*Vt uiduæ ſine uiris, ita cœlibes ſine uxoribus dicebantur.* Calendis Martijs]*Matronalia dicebantur, eò quòd mariti pro conſeruatione coniugij ſupplicabant, & erat dies propriè feſtus matronis. Ad Mecœnatem ergo ſcribit Horatius non eum debere mirari, quòd Calendis Martijs, dum ſit ſine uxore ſacrificet. Hac enim die ſe caſu arboris commemorat liberatum, & eſſe eam ſeruatæ ſalutis feſtiuam. Ordo eſt: Mecœnas doctę ſermones utriuſque linguæ, id eſt, Græcæ & Latinæ linguæ, miraris quid cœlebs agā Martijs Calendis, quid uelint flores, & acerra plena thuris, & carbo poſitus in uiuo ceſpite.* Acerra]*Thuribulum dicebatur miniſterialis patinæ fictilis.* Voueram dulces epulas]*Modò reddit cur faciat hoc. Illo die ſe uouiſſe dicit, quod eſt periculo arboris ereptus.* Et album Libero caprum]*Superis aptior erat alba uictima: nam dijs infernalibus ſemper nigra offerri debent, ut hic:*

» *Tum caſta Sibylla*
» *Nigrarum multo pecudum te ſanguine ducet.*

Dicit aūt promittere ſe Libero patri caprum album, & dulces epulas eo die, quo penè interemptus ictu arboris fuit. Caper autem Libero dabatur, quòd Vinetis ſit contrarius. Vnde Virg.

» *Nullam aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris,*
» *Cæditur.* ——

Prope funeratus]*Extincta ſine ſepultus.* Hic dies]*Ordo eſt:* Hic dies feſtus redeunte anno dimouebit corticem amphoræ aſtrictum pice inſtitutæ bibere fumum conſule Tullo. Dimouebit]*Arripiet in uſum conuiuij uinum, quod fumo inueterabatur.* Conſule]*Conſulem pro uetuſtate poſuit.* Cyathos]*Menſuras dixit, quas pro ſexta parte ſextarij dicebant.* Centum]*Verbo uſus eſt conuiuarum centum Cyathos: ſiue finitum pro infinito poſuit, ut:*

» *Tibi nomina mille.*

Et uigiles lucernas]*Vigilantes in officio luminis.* Procul omnis]*Ita innocuum uinum ſe exhibiturum promittit, ut nec oneret, nec per ebrietatem lites prouocet, ut:*

» *Timor omnis abeſto.*

Occidit Daci]*Cotiſon nomen regis Dacorum, quo uicto ſuadet aliquatenus à curis publicis Mecœnatem recedere debere, & priuato ſecum indulgere conuiuio.* Diſsidet]*Diſſentit, diſcordat, eo quod ciuilia inter ſe Medi bella gererent, nec eis per diſcordiam rebellare Romanis uacaret.* Vetus hoſtis]*Vetus, id eſt, diuturnus.* Cantaber]*Gens Hiſpaniæ.* Sera domitus catena]*Tarda, quia diu bellum cum his geſtum eſt, & cum difficultate ab Auguſto ſuperati ſunt, & iam Romānis ſeruire dicit uictos, & ſubditos.* Iam Scythæ laxo meditantur arcu]*Vt eos diſtentis arcubus uictos, & fugientes oſtenderet, ut:*

» *Laxos humeris referunt languentibus arcus.*

Negligens]*Supple, eſto, quod pro ſecuritate poſuit, quia non timeret, ne qua Reſpublica parte laboraret. Vt econtrariò, Virgil. ſecurum pro negligente poſuit: Securus amorum Germanæ.* Nimium cauere]*Curare uel ſollicitus eſſe.*

PORPHYR.

PORPHYR. } Martijs cœlebs quid agam Calendis]*Hæc Ode ad Mecœnatem ſcripta eſt, qua teſtatur ſe diem feſtum Martiarum Calendis gerere, quòd hac luce maximum periculum effugerit arbore fracta penè eliſus. Calendæ autem Martiæ hodie quoq; matronarum dies feſtus eſt. Ait enim non debere iraſci Mecœnatem, quod diem Calendarum Martiarum celebret, quum matronam, id eſt, uxorem non habeat.* Doctę ſermones utriuſq; linguæ]*Hoc ad Mecœnatem annectendum, nam ſic ordinandum eſt: Mecœnas doctę ſermones utriuſque linguæ, & intelligendum utriuſq; Græcæ & Latinæ chartæ.* Corticem aſtrictum pice dimouebit Amphoræ fumum bibere inſtitutæ]*Dicit ſe hoc Calendarum die amphoram ad ſacrificium, & conuiuium aperiturum, quam cortice picato operuerit, & in fumario poſuerit conſule Tullo. Corticem autem pro cortici, hoc eſt, accuſatiuum caſum pro datiuo poſuiſſe uidetur, ut ſit ſenſus, & cortici fumum dimouebit pice aſtrictum. Et fumum utiq; pro fauilla fumi dixit, quæ ſydere ſolet ad coopertmentum amphoræ.* Conſule Tullo]*Soliti erant uinum recondere in amphoris, in quarum fundo nomen Conſulis ſcribebant, ſicq; in fumario domus ſuæ collocabant, ſcilicet ut uenturo tempore, quo illud bibituri erant, ſcirent quot annorum eſſet, dicerent, illo uel illo conſule eſſe uinum reconditum.* Sume Mecœnas]*Senſus eſt: Licet cētum cyathos bibas, innocui erunt.* Procul omnis eſto]*Eſto pro erit: Dicit adeò autem innocuum eſſe uinum, quod ebibiturus ſit, ut potātes, nec oneret, nec per ebrietatem ad lites incitet.* Mitte ciuiles ſuper urbe curas]*Noli, inquit ſollicitus eſſe de ſalute urbis, cùm ſint tuta omnia, et ſolue animum ad lætitiam in conuiuio meo.* Medus infeſtus ſibi luctuoſis Diſsidet armis]*Medos ſignificat inter ſe ſeditionibus occupatos eſſe.* Seruit Hiſpanæ uetus hoſtis oræ]*Oræ genitiuum caſus, & Hiſpanæ eiuſdem caſus eſt.* Cantaber ſera domitus cathena]*Quia diu bellum cum his geſtum eſt, & tardè uicti ſunt.* Parce priuatus nimium cauere]*Cùm ſis, inquit priuatus, noli arrogare tibi Reipub. curam.*

CHRIST. LAND.

CHRIST. LAND. } Martijs cœlebs quid agam calendis]*Quoniam de calendis Martijs dicendum eſt, non ſolùm poſtulat, ſed etiam flagitat cauſa, ut de anno quoq; breui quæ neceſſaria ad hanc cognitionem ſunt perſtringam. Anni igitur certus modus apud ſolos Aegyptios ſemper fuit. Aliæ uerò gentes diſpari numero pari errore titubant. Arcades trium menſium annum habuêre. Acarnanes 6. Reliqui Græci trecentorum quinquaginta quatuor dierum. Romulus autem annum apud Romanos inſtituit decem menſium, confectiuum ex trecentis & quatuor diebus. Primum autem menſem à patre Martium denominauit. Secundum dixit Aphrilem, quaſi Aphrodilem à Venere matre Aeneæ, quæ Græcè Aphrodite appellatur, quoniam ex Aphro, id eſt, ſpuma orta ſit. Nam ab his duobus dijs origo Romanorum maxime exiſtit. Vnde Martem, patrem, & Venerem genitricem in ſacris nominant. Alij dicunt non Aphrilem, ſed Aprilem dici ab aperiendo, quòd tunc terra aperiri & germinare credatur. Tertium uerò & quartum appellauit hunc Maium à Maioribus. illum Iunium, à Iunioribus, quia Romulus urbem biſariam diuiſit in maiores, qui conſilijs præeſſent, & iuniores*

qui are

qui armis Rempublicam tutarentur. Alij dicunt eſſe Maium tranſlatum à Tuſculanis, apud quos Maius dicitur Iupiter à magnitudine. Cinctius putat à Maia Vulcani matre nomen menſi inditum, proptereaq́ affirmat flaminem Vulcanalem Calendis Maij huic deæ ſacra facere. Alij à Maia Mercurij matre menſem nomen ſumpſiſſe uolunt, quoniam mercatores in hoc menſe, & Mercurio & Maiæ pariter ſacrificant. Iunium autem dictum uolunt per ſyncopen, quoniam Præneſtini illum Iunonium à Iunone dixerunt. Nam ædes Iunonis monetæ Calen. Iunij dedicata eſt. Reliqui denique menſes dicti ſunt à numero Quintilis, Sextilis, September, October, Nouember, December. Inſtitutum fuit igitur, ut matronæ ſeruis cœnas his Calendis apponerent, quemadmodum Domini in Saturnalibus, quæ erant in ultimo menſe. Illæ ut principio anni ad promptum obſequium ſeruos honore inuitarent, hi ut gratias perfectu operis redderent. Pompeius autem dicit idcirco Calend. Martijs matronas ſacra celebraſſe, quia eo die Iunonis ædes celebrari cœpta ſit, & ea ſacra matronalia appellant. Verùm quacunq́ cauſa, id ſit, conſtat iſtis Calendis matronas ſacra celebraſſe. Poſſet ergo aliquis mirari cur poëta, cui non eſſet uxor, matronalia celebraret. Quapropter oſtendit non ſacrificare Calendis Martijs, ut matronalia celebret, ſed facere, priuatum ſacrificium, quòd ab arboris ictu incolumis euaſerit. Cœlebs] Sine uxore. Sed de uocabulo diximus in ſuperioribus. Calendis]Calendas primum menſis diem dixerunt hac ratione. Datum enim erat negocium pontifici minori ut aſpectum nouæ Lunæ obſeruaret, uiſaq́ regi ſacrificulo nunciaret, à quibus ambobus facto ſacrificio idem pontifex calata, id eſt, uocata in Capitolio plebe iuxta curiam calabram, quot dies à Calendis ad Nonas ſupereſſent pronunciabat. Et quintanas quidem repetito quinquies hoc uerbum καλῶ. Septimanas repetito ſepties indicabat. καλεῖν autem Græcè uocare eſt. Ergo primum menſis diem qui primus ex ijs qui calarentur eſſet Calendas uocauere, & curiam ad quam uocabantur calabram dixere. Ordo ergo ſit, ô Mecœnas docte ſermonis utriuſq́ linguæ. Tu miraris, quid ego cœlebs agam in Martijs Calendis, cùm ſacra illa ad matronas, & non ad uiros ſpectent. Flores] Ad ſacrificium parati præſertim in Martio, in quo iam eſſe incipiunt. Acerra] Vt placet Feſto, ara erat, quæ ante mortuum poni, & in ea odores incendi ſolebant. Alij dicunt arculam eſſe thurariam, id eſt, in qua thus poneretur. Dulces] Propter animi uoluptatem, quoniam dulce erat meminiſſe ſe à periculo euaſiſſe, uel ſimpliciter dulces. Epulas] Propriè dixit, quia priuatorum ſunt. Album]Quia ſuperis uictimam albam offerebant, inferis nigram. Hinc Virgilianus Aeneas inferis ſacrificaturus.

„ Quatuor nigrantes terga iuuencos
„ Sacrificat. ——

Et alibi,

„ Ipſe atri uelleris agnam.

Caprum]Nam hæc hoſtia Baccho ſacrificabatur, quia caprigenum pecus uehementer uitib. nocet. Ergo uidebatur lætari tali cæde. Sic & Cereri, porcus, qui maxima eſt frugibus pernicies, quando radicitùs illas auellit. Virg.

„ Non aliam ob cauſam Baccho caper omnibus aris
„ Cæditur. ——

Dabantur quandoq́ hoſtiæ per contrarium. Vnde Aeſculapio Deo medicinæ, & ſalutis capra mactabatur quod animal nunquam febre caret. Dicitur autem caper à capiendo, id eſt, priuando, quia teſtibus captus ſit, ergo caſtratus. Hircus aũt non eſt caſtratus. Hinc Martialis cum in illum qui hircum interficere uolens ſibi ipſi lapſu cultri teſtes amputauit ſcribit.

„ Dum iugulat hircum factus es ipſe caper.

Eadem ratione in equis canterios, in ſuibus maiales, in arietibus uerueces, in Gallis gallinaceis capos, qui emaſculati ſunt appellamus. Funeratus] Morti datus. Arboris ictu] De quo iam ipſe ſcripſerat. Feſtus] Non ſolùm matronis, ſed mihi priuatim. Dimouebit]Remouebit. Corticem fumum aſtrictum pice] An appellat corticem cruſtam è pice illitam amphoræ, & dicit fumum pro fumeum. Nam apud antiquos picabant, id eſt, pice obturabant uaſa uinaria, & fumo durabant, ut apparet apud Columellam & Varronem. Vel corticem] Dixit ex ſubere adſtrictum pice. Tullo inſtituto Mecœnas]. Tullio Cicerone, in quo conſulatu natus eſt Auguſtus, qui tempore noſtri poëtæ iam plures annos regnarat. Cyathos]Sunt qui dicant Cyathum fuiſſe ſextam partem ſextarij. Plinius autem in libro 22. Naturalis hiſtoriæ ſcribit Cyathum per ſe pendere drachmas decem.

Centum] Numerus pro numero eſt. Quaſi dicat, lætitiæ cauſa proferemus conuiuium ad ipſam lucem. Vigiles] Quaſi dicat, accenſas, ut contra ſopitum ignem dicimus, cùm non lucet. Virgil.

„ Et primùm Herculeas ſopitis ignibus aras
„ Excitat. ——

Mitte ciuiles]Hortatur ut ueniat omni cura ſolutus. Super orbe] Id eſt, de urbe. Virgil.

„ Multa ſuper Priamo rogitas ſuper Hectore multa.

Laudat autem Mecœnatem cum oſtendat illum de rebus publicis ſollicitum, anxiatumq́ eſſe. Cotiſonis] Rex hic Dacorum fuit, quos Octauianus ſuperauit. Medus] Id eſt, Parthus. Non eſt ergo metuendus, quia quamuis nobis infeſtus ſit, tamen quoniam bello ciuili laborant, non ſunt timendi. Parthi igitur poſt mortem Pacori in ciuile bellum hac ratione inciderunt. Nam Phraates ueritus, ne quis ex fratribus ſuis ſuccederet in regno, patrem ſuum & ſuos 30. fratres trucidauit. Quin & paulò pòſt cum infenſos ſibi optimates propter tanta ſcelera uideret, ne quis forte reſtaret, qui rex creari poſſet, adultum filium interfici iubet. Inde pulſus in exiliũm tam diu precibus Scythas fatigauit, donec illorum auxilio in regnũ reſtitutus eſt. Quapropter Tyridates, qui illo exulante rex à Parthis creatus erat, cum magna manu amicorum ad Cæſarem Auguſtum in Hiſpania tunc bellum gerentem confugit. Seruit Hiſpanæ oræ uetus hoſtis] Nec temerè potuiſſet perſuadere Mecœnati, cui maxima circa Remp. cura eſſet, niſi oſtenderet ſummam imperij tranquillitatem. Neq́ erat ex officio poëtæ auertere illum ab adminiſtratione, ſi patria conſilio ſuo indiguiſſet. Cantaber] Pro Cantabri, populi ſunt Hiſpaniæ, de quibus dictum eſt, qui diu contumaces aduerſus imperium Romanum fuerat. Cathena] Pro ſeruitute poſuit. Scythæ] Refert Suetonius quod Indi, & Scythæ audita moderatione Auguſti, qui ſolo auditu Romanis cogniti erant, legatos Romam ad Romanorum amicitiam petendam miſerunt. Laxo arcu]Nam qui ſagittare deſinunt arcum quem priùs tetenderant, relaxant. Milites uerò qui hoc faciunt uictos ſe fatentur. Virgil.

„ Sed laxos referunt humeris languentibus arcus.

Negligens] Id eſt, ſecurus. Nam qui ſecuri ſunt & ſine ſollicitudine, negligentes redduntur. Contra uerò ſecurum pro negligente poſuit Maro.

„ Clam ferro incautum aggreditur ſecurus amorum.

Parce priuatus] Magno artificio perſuadet quietem à curis publicis, primo quia nulla impendent pericula. Deinde quia priuatus tunc ſit & non conſul, poſtremò etiam temperauit qui non abſolutè dixit parce cauere, ſed parce nimium cauere. Non igitur prohibet illi, quamuis priuatus ſit, ne omninò caueat, ſed ne nimium. Nam modum excedens in uitium caderet, neque cautio illa eſt, quæ cadit in ſapientem, ſed metus qui in ſapientem cadere non poteſt.

ERAS. ROT. } Huic ſuperiori confine eſt, pro à certamine deſiſtere, & uictoriam ultrò concedere. Trãslatum à pugna gladiatoria.

HENR. GLAR. } Calendis Martijs Matronalia dicebantur (inquit Acro) eo quod mariti pro conſeruatione coniugij ſupplicabãt. Et erat dies propriè feſtus matronis. Hæc ille, quæ uerba ab initio & fine placent, in medio corrupta ſuſpicor. Nam ſi mariti ſupplicabant, quomodo matronalia erant? Docte ſermonis utriuſq́ linguæ] Omnes quotquot nos uidimus codices ita habẽt. At Donatus in Eunucho Terent. ad illud Solertem dabo legit, Docte ſermones utriuſq́ linguæ: & ſanè Horatius nuſquam Tribrachyn tertio Sapphici carminis loco ponit, quare ſermones legendum, non ſermonis. Corticem aſtrictum pice dimouebit] Quæ hoc in loco in Porphyrionis commentario leguntur Corticem pro Cortici, & ſequentia aliquot uerba, ab aliquo nebulone aſſuta ſunt, ut facilè uidere eſt ex uerborum ordine, quæ inuerſa leguntur.

Mancinellus ſatis rectè hunc locum expoſuit. Porphyrio mihi defendendus erat. Conſule Tullo]Hic libuit ridere Annotatorem noſtrum, qui longa præmiſſa præfatione, ut ſolet ubiq;, tãdem hûc deuenit, ut nos ſynereſim, qualis figura ſit, edoceat, neq; ullis alijs exemplis, quàm Virgilianis, magna grauitate, ſed longè maiore ſcilicet iudicio. Hic etiam aſſerit Conſule Tullio legendum, non Tullo, ea credo motus ratione, quod nullum Coſ. Romanũ putarit cognomine Tulli, ſed ad unum Ciceronem Tullium reſpiciendum. Cũ autem homo ille bellus, ne unũ quidem uerbum aut oſtendat, aut de Coſſ. narret, aut quare hoc oporteat [illegible] legi, probet. Tullo benè legitur. Fuit enim L. Iulius Tullus Coſ. proximo ante natum Horatium anno, uti ex Salluſtij bello Catil. manifeſtum eſt. Quanquam eum L. Volcatium Tullum à Cicerone in oratione pro Sylla uocatum ſcribit Riuius. Ipſe poëta poſtea Ode 21. cum uetuſtum uinum innuere uellet, unum annum poſt hunc nominauit. Et Ode 14. uetuſtius 1. tempore Sparthaci aliquot annis ante Horatij natalem. Quod ideò admonendum duxi, ne quis putet nimium uetuſtum me hoc unum facere. Deinde ut lector uideret, quanto iudicio nunc quidam emendent libros. Quod ſi mihi liceret ad eandẽ formam in authores nugamenta colligere, haud magno negotio in unum Horatium Iliade maiorem annotationum librum ſcriberem. Tollerabilius erat quod de parte pro parte ad finem huius Odes annotauit idem: cui & nos ſubſcribimus.

HERM. FIGVL. } Martijs cælebs quid agam Calendis]Hic dies feſtus à matronis celebrabatur, unde matronalia, quibus uiri munera mulieribus mittebant, & pro conſeruatione coniugij ſupplicare dijs ſolebant. Quare non immeritò mirari quis potuiſſet, cur ipſe hoc die ſacrificaret, cùm uxorem non haberet. Acerra thuris]Hoc eſt, arcula in qua thus adoletur. Floribus enim & thure dijs ſupplicabant. Ceſpite uiuo]Sicut diuerſæ hoſtiæ dijs dicatæ fuerunt, ita & aras habuerunt uarias. Superis enim à terra elatis aris, terreſtribus in terra, inferis uerò ſub effoſſa terra ſacra fieri ſolebant. Nonnunquam ſacra facturi, ceſpitem ex gramine in ara apponebant. Vtriuſq; linguæ]Hoc eſt, tam Græcæ, quam Latinæ. Romani enim ſemper Latina coniunxerunt cum Græcis, quòd ex Græcorum fontibus tota philoſophia, & omnes ingenuæ diſciplinæ ad Romanos profluxerant. Nam tardi ingenij eſſe ducebant, riuulos conſectari fontes rerum non uidere. Quare in utriuſq; ſermonis facultate pares eſſe cùm uellent, multum ſtudij & operæ in Græcis literis poſuerunt Romani, cuius locupletiſsimus teſtis eſt Cicero multis in locis, & præſertim in Oratione pro Archia poëta, ubi ſic inquit: Erat Italia tunc plena Græcarum artium, ac diſciplinarum: Studiaq; hæc, & in Latio uehementius tum colebantur, quã nunc iiſdem in oppidis: & hic Romæ propter tranquillitatem Reipublicæ non negligebantur. Voueram dulces epulas]Reddit rationem Mecœnati, cur Calendis Martijs, cùm tamen cælebs eſſet, ſacrificet. Album]Superis albæ, inferis uerò nigræ hoſtiæ immolabantur. Libero caprum]Bacccho caper ſacrificabatur, quòd caprinum pecus plurimùm nocet uitibus. Ouid. lib. 1. Faſt.

„ Quem ſpectans aliquis dentes in uite prementem,
„ Talia non tacito dicta dolore dedit:
„ Rode caper uitem, tamen hinc cùm ſtabis ad aram,
„ In tua quod ſpargi cornua poſſit, erit.
„ Verba fides ſequitur noxæ tibi deditus hoſtis
„ Spargitur effuſo cornua Bacche mero.
„ Culpa ſui nocuit, nocuit quoq; culpa capellæ.

Anno redeunte]Hoc eſt, reuoluto, quia ſemper in ſe recurrit annus, ad quod etiam alluſit Virg.

„ Atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus.

Vnde etiam Græcis [illegible] dicitur, quem Aegyptij ante inuentas literas, Dracone in ſe reflexo, & ſuam caudam mordente, deſignabant, quòd uolubili orbe circumagatur. Huc etiam reſpexit Claudian. dum inquit:

„ Omnia quæ placido conſumit numine ſerpens,
„ Perpetuumq; uiret ſquammis, caudamq; reducto
„ Ore uorat, tacito relegens exordia lapſu.

Corticem adſtrictum]Ordo eſt: Hic dies dimouebit adſtrictum pice corticem, amphoræ inſtitutæ fumum bibere Cõſule Tullo. Hoc eſt, quotannis redeuntibus calendis Martijs, dolium optimi & uetuſtiſsimi uini relinam, & lætum conuiuium inſtituam.

Pice adſtrictum]Nam pice & reſina uaſa uinaria obturabant in Italia, Vnde Plin. In Italia reſina condendo uino maximè probatur Brutia. Amphoræ]Amphora uas eſt uinarium, utrinq; anſatum, quod libro primo Diotam appellat. Octo autem congij amphoram efficiunt. Sed tamen amphorarum aliæ minoris menſuræ, ut Italicæ: aliæ duplo maioris, ut Antiochicæ cenſentur. Italica enim urnarum duarum fuit, Attica trium, quæ cadus & metreta dicitur.

Fumum bibere]Hoc eſt, fumum excipere. Nã uaſa abſterſa myrrha ſuffire ſolebant, authore Plin. Conſule Tullo]Vetuſtatem uini commendat, quod proximo anno ante Horatium natum fuit reconditum Coſſ. M. Aemilio Lepido, & L. Iunio Tullo, anno ab urbe condita 688. iuxta Chronologiam Henrici Glareani. Secundùm digeſtionem uerò Gregorij Haloandri, hoc anno Conſules fuerunt An. Aemylius Lepidus, L. Torquatus Tullus. Sume Mecœnas]Hortatur Mecœnatem, ut, ob ſalutem ſui ſeruati & incolumis, largiùs ſecum potet, & tota nocte genio indulgeat.

Procul omnis eſto] Oſtendit moderatum & quietum conuiuium hoc futurum, non tumultuoſum & turbulentum. Mitte ciuiles ſuper curas urbis]Noli ſolicitus eſſe de rebus urbanis, cùm pacata circa omnes populos ſit Reſpublica, & ideò ſatis tutum ac tempeſtiuum conuiuia celebrare. Daci Cotiſonis]Qui ſubactus eſt ab Auguſto Daci, inquit Florus, montibus inhærent Cotiſonis regis imperio: quoties concretus in gelu Danubius iunxerat ripas decurrere ſolebant, & uicina populari. Viſum eſt Auguſto, gentem aditu difficillimam ſubmouere. Miſſo igitur Lentulo ultra ulteriorem repulit ripam, citra præſidia conſtituit. Meminit & Suetonius in uita Auguſti: Dacorum, ait, incurſiones tribus eorum ducibus, cum magna copia cæſis, Germanoſq; ultra Albin fluuium ſummouit. Marcus Antonius (ut refert Suetonius) ſcribit, Auguſtum deſpondiſſe Iuliam filiam Cotiſoni Getarum regi: quo tempore ſibi quoq; inuicem filiam regis in matrimonium petiſſet. Medus infeſtus ſibi]Parthi ciuilibus & domeſticis iam bellis occupati ſunt, igitur nobis non metuendi. Nam Phraates, rex Parthorum, cùm multa crudeliter conſuleret, & infeſtos ſibi optimates propter aſsidua ſcelera haberet, in exilium pulſus eſt. Itaq; cùm magno tempore finitimas ciuitates, & ad poſtremùm Scythas precibus fatigaſſet, Scytharum maximo auxilio in regnum reſtitutus eſt. Tyridates uerò, quem regem Parthi conſtituerant, audito Scytharum aduentu, magna manu ad Auguſtum Cæſarem, in Hiſpania bellum tum temporis gerentem, profugit. Seruit Hiſpanæ]Cantaber populus Hiſpaniæ, qui diu multumq; rebellis fuit Romano imperio, nunc quoq;, licet ſerò, in ſeruitutem noſtram redactus eſt. De hoc bello lege Oroſium lib. 6. cap. 21. Iam Scythæ]Auguſtus uirtutis moderationiſq; fama, Indos ac Scythas, auditu modò cognitos, pellexit ad amicitiam ſuam populiq; Romani ultrò per legatos petendam, ut refert Suetonius in uita Auguſti. Et Florus libro ultimo. Scytharum regionem, mores atq; uirtutes copioſè deſcribit Iuſtinus libro ſecundo, circa principium. Cedere campis]Hoc eſt, à bello deſiſtere, & uictoriam ultrò Romanis concedere.

Negligens ne qua] Quoniam cum poteſtate iam non es, ſed priuatus, negligentior ſis in prouidendis, præcauendiſq; Reipublicæ incommodis, & grauibus, ſerijsque rebus relictis, id quod per fortunam impartiri nunc licet, læto uultu accipe, ac hilarem te præbe.

THEOD. PVLM. } 3 Poſitusq; carbo in]Præpoſitionem in, omittunt G.B. 5 Sermonis]Pro ſermones, H. G.E.B.A. Vide Georg. Fabricij Explicationes Caſtigationum in Adelph. act. 4. ſc. 2. & Caſtigationes in Horatium.

10 Corticem adſtrictũ pice dimouebit Amphoræ fumum bibere inſtitutæ]Cortice oppicato oblinebant & operculabant dolia. Cato cap. 120. In amphoram muſtum indito, & corticem oppicato. Vide Turneb. lib. 30. cap. 6. Dimouebit amphoræ]Pro mouebit de amphora. Antiptoſis, datiuus loco ablatiui. Georg. Fabricius Partitionum Gram. lib. 3. demouebit, Lambini libri tres.

„ Amphoræ fumum bibere inſtitutæ.

Id eſt, in apotheca conditæ. Brodæus Miſcell. libro primo cap. 13.

15 Per-

15 Perfer] *Legitur & Profer, id eſt, differ, & protrahe: quod Georg. Fabricius annotauit, quam lectionem etiam ſuprà adſcriptam habent G. & E.* 17 Cape lætus horæ, ac.] *Rape lætus horæ ac, A cape lætus horæ, ſine coniunctionis copula Ac, H. G. E. B.*

GEORG. FAB. } *Diei feſti celebratio, in qua & debitum offert ſacrificium, & ad hilaritatem Mecœnatem prouocat: præſertim cùm nulla triſticiæ cauſa ſit, neque publicis in rebus, neque priuatis.* Poſtulo carbo in Ceſpite uiuo] *Omittitur in alijs præpoſitio, non ſine elegantia.* Docte ſermonis] *Ex hoc loco probant Victorinus & Donatus, in Accuſatiuo, ſcriptum fuiſſe, Sermones, pro ſermones. eſtq́ hæc ſcriptura ſeruata conſtanter etiam in libris uulgatis.* Perfer in lucem] *Legitur &, Profer, id eſt, differ, protrahe.* Occidit Daci Cotiſonis agmen] *Huius regis Dacorum nomen, eodem modo apud Florum ſcribitur.*

IOD. BADIVS. ASCENS. } Martijs Cælebs] *Facetè uolens inuitare Mecœnatem ad conuiuium Martijs Calendis, quæ matronis celebres erant celebrandum, dicit ſe non propter coniugem, ſed propter uotum ad id adductum hoc ordine.* O Mecœnas docte] *Id eſt, perite.* Sermonis utriuſq; linguæ] *.i. Græcæ & Latinæ, tu miraris, quid ego.* Celebs] *.i. ſine coniuge uiuens.* Agam] *.i. agere intendam.* Calendis Martijs] *Matronis Scilicet & matrimonio iunctis celebrandis, & quid uelint ſibi flores, quos feſtiuis conuiuijs adhibebant.* Et acerra] *.i. uaſculum thuriferum, quod thuribulum uocāt plena thuris, & carbo quo incendatur, poſitus.* Ceſpite uiuo] *.i. ad aram ex ceſpite adhuc uirente, quia recens euulſo.* Extructam] *Sed ſup. ut noris, quid ſibi uelint.* Ego prope] *Id eſt, quaſi.* Funeratus] *Id eſt, extinctus & in funere ducendus: ictu arboris de qua lib. 2. uiſum eſt.* Vouerain Lib.] *.i. Deo liberatori: quem prius Faunum & poſtea Mercurium dixit: ſed poëtæ ſunt Fauno à Fando dicto, & Mercurio facundiæ Deo: & Libero patri curas ſoluenti ſacri: ideoq́ non ab re à tribus id factum commemorat, epulas dulces, aut quia cum mulſo, aut quia liberato dulces ſunt, & caprum, qui Baccho ſacer eſt, quia uitium hoſtis, unde Maro in Georg.*

„ *Non aliam ob cauſam Baccho caper omnibus aris,*
„ *Cæditur, &c.*

Album] *Quia Deo fauorabili & bono: unde & Maro.*

„ *Nigram hyemi pecudem, Zephyris fœlicibus albam.*

Hic dies] *Scilicet Calendarum Martiarum.* Feſtus] *Scilicet mihi.* Anno redeunte] *Id eſt, reuoluto.* Dimouebit amphoræ] *Id eſt, uaſi fictili grandi.* Inſtitutæ] *Id eſt, iuſſæ aut incipienti.* Bibere] *Id eſt, imbibere.* Fumum] *Id eſt, fumoſitatem uini in eo cooperti.* Conſule Tullo] *Id eſt, anno conſulatus Tulli.* Corticem] *Scilicet ſuberis.* Aſtrictum] *Id eſt, illitum pice.* Ne] *Scilicet euaporare ſinat uinum.* O Mecœnas ſume centum cyathos] *50, pocula uini.* Amici ſoſpitis] *Id eſt, ob ſoſpitatem amici.* Et perfer] *Scilicet potando.* In lucem] *.i. uſq; ad lucem.* Lucernas uigiles] *Id eſt, uigilantium indices & adiutrices, & omnis clamor & ira eſto procul.* Mitte] *Id eſt, omitte.* Curas ciuiles ſuper] *Id eſt, de urbe, quia agmen Cotiſonis Daci, quia regis Getarum, qui Dacis uicini ſunt.* Occidit] *Id eſt, extinctum eſt.* Et Medus infeſtus] *Scilicet prius.* Diſſidet] *Id eſt, diſcordias inteſtinas fouet.* Armis luctuoſis ſib.] *Id eſt, inter ſe.* Seruit] *Proſequitur cauſas ſollicitudinis ponendæ, quia Cantaber uetus hoſtis.* Oræ Hiſpanæ] *Id eſt, ſolitus eſſe in Hiſpania.* Seruit] *Scilicet imperio Romano.* Domitus catheua ſera] *Id eſt, quæ ſerò, quia poſt multorum Romanorum cladem impoſita eſt illi.* Et Scythæ meditantur cedere] *Id eſt, diſcedere campis.* Nolentes] *Scilicet ampliùs rebellare Auguſto: arcu quo multum ualent laxo.* Tu negligens] *Id eſt, ſpernens & paruipendens.* Ne qua] *Id eſt, ne aliqua parte aut uia laboret, Id eſt, in periculo ſit.* Populus] *Scilicet Romanus.* Parce] *Id eſt, caue.* Priuatus] *Scilicet, curis, uel tanquam priuatus: cauere nimium.* Et cape læta dona præſentis horæ] *Id eſt temporis.* Et linque ſeuera] *Id eſt, ſeria, de hora futura conſideranda.*

ANT. MANCIN. } *Martias Calendas Matronæ ſolùm celebrabant, uerùm Horat. quoque eaſdem colebat. Scribit igitur Mecœnati cauſam, quòd eo die oppreſſus arboris ictu epulas & album caprum Libero uouerat, hortaturq́ illum ad epulum celebrandum: & genio curis omiſſis uacandum.* Martijs Cælebs quid agam Calendis] *Martias Calendas inquit Feſtus matronæ celebrabant, quòd ea die Iunonis ædes coli cœpta ſit. Ouid. autem Faſt. lib. 3. ſcribit, quæ uolentibus Romanis cum Sabinis pugnare: Therſilia Romuli uxor Sabinas omnesq; raptas in Iunonis templũ acciuit, ibiq; eis conſuluit ut bellum ipſum dirimerent, quod actum eſt. Venerunt ſiquidem in medium ambarum partium iam certare uolentium: hinc pax perpetua facta eſt: unde cœperunt Romanæ Martias calendas celebrare. Vel quia tunc arbores, & uites, & ager omnis fœcundus eſt iure fœcunda tēpora Latiæ mulieres Martem frequentabant.* Martijs calendis] *Hoc die nouum ignem Veſtæ aris accendebant. In regia & curijs atq; flaminum domibus Laureæ ueteres nouis laureis mutabantur. Hoc menſe mercedem exoluebant magiſtris, quas completus annus deberi fecit. Comitia auſpicabantur, uectigalia locabant, et ſeruis cœnas apponebant matronæ, ut domini Saturnalibus, hæc & plura Macrobius lib. 1. Sat.* Cælebs] *Cælibem dictum exiſtimant, inquit, Feſtus, quòd dignam cælo uitam ducat. Dicunt alij cælibem eſſe, qui non uult contrahere matrimonium.* Cælebs] *Ergo Horatius erat .i. ſine coniuge.* Quid uelint flores] *Mars ipſe Ouidio poëtæ in Faſtis narrans cauſas, quibus matronæ colerent Martij calendas, ubi de matre ſua Iunone cauſam attulit, inquit.*

„ *Ferte deæ flores, gaudet florentibus herbis*
„ *Hæc dea, de tenero cingite flore caput.*

Acerra thuris] *Id eſt, arcula, ubi thus reponebāt: ut ſcribit Feſtus.* Ceſpite uiuo] *Id eſt, ara ex herboſo ceſpite.* Sermonis utriuſq;] *In tertio pede tribrachus eſt pro dactylo.* Docte] *Vocatiuus eſt. Eſt enim ordo.* O docte ſermonis utriuſq; linguæ] *Id eſt, Græcæ & Latinæ.* Miraris quid cælebs agā Martijs calendis, &c.] *Album caprum, ſuperis enim aptiores erant albæ uictimæ, inferis nigræ.* Libero] *Id egerat quo oppreſſus ab eo liberaretur.* Funeratus] *Extinctus à φόνος quod eſt cædes. φονεύω interficio.* Corticem aſtrictum] *Ordo eſt. Dimouebit amphoræ corticem pice aſtrictum inſtitutæ, bibere fumum Tullo conſule.* Corticem] *Suberis corticē intelligo pice illitum, pro amphoræ operculo.* Fumum bibere] *Tempore .n. fumoſum fit uinum.* Vigiles lucernas perfer in lucem] *Hortatur eum ut tota nocte genio uacet ſecum.* Procul omnis eſto clamor & ira] *Indicat uinum illud optimum fore, neque alicui nociturum ad ebrietatem.* Vnde ſi centum cyathos Mecœnas ſumpſiſſet] *Innocui fuiſſent.* Daci Cotiſonis agmen] *Superius de Dacis dictum eſt. Cotiſon autem rex fuit Getarum cui Auguſtus Iuliam filiam deſpondit, quo tempore ſibi quoque inuicem filiam regis in matrimonium petijſſet: auctor eſt Tranquillus. Diſsidet armis, orta fuerat inter Medorum, Parthorumq́ reges diſcordia quædam, quæ ſanè principium ex Romanorum ſpolijs aſſumens ſuſpitionem amittendi regni & pauorem Medo attulit. Nunciis itaq; ad Antonium miſſis in auxilium uocare cœpit cum omnibus copijs ſuis ad bellum, pollicitus adeſſe. Quod etiam latiùs Apianus ſcribit in lib. Parthico.*

ODE IX. AD LYDIAM.

ἀνταποδοτική.

Ode IX. Dicolos tetraſtrophos, ut: Sic te diua potens Cypri.

– – – ∪ ∪ – ∪ –
– – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – ∪ –

ARGVMENTVM IN ODEN IX.

Scribit ad eos, qui in amore inſtabiles ſunt.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Carmen eſt *ἀμοιβαῖον*, quo amator Horatius, & amica Lydia uiciſſim ſe eludentes, diſſidiolum excutere, & ueterem amorem renouare ſtudent. Eſt autem carmen *ἀμοιβαῖον*, autore Seruio, quoties ij, qui canunt, utuntur æquali numero uerſuum: & ita ſe habet ipſa reſponſio, ut aut maius, aut contrarium aliquid dicat. Sic dictum à uiciſſitudinaria reſponſione, hoc eſt, *ἀντὶ τοῦ ἀμείβεσθαι*, quod eſt, retribuere, ad inuicem reſpondere. Huius generis exemplum quoque eſt apud Virgilium in tertia Ecloga.

COMMENTARIA.

ACRON.

DONEC gratus] *Hac Ode alternis uicibus Lydiam reſpondentem ſibi amicam facit, & agit cum eadem de inſtauratione gratiæ, qua promerita beatiorem ſe affirmat rege Perſarum.* Donec] *Quãdiu.* Nec quiſquam potior] *Melior, id eſt, cùm nemo mihi à te præferretur.* Perſarum uigui rege beatior] *Perſarum enim reges delitioſis copijs utebantur.* Donec non aliam] *Hic pro Lydiæ perſona reſpondet.* Arſiſti] *Amaſti, ut:*

» *Ardet amans Dido.*

Neque erat Lydia poſt Chloën] *Id eſt, non erat inferior apud te Chloë nomen alterius amicæ.* Multi Lydia nominis] *Magnæ famæ, & magnæ formæ, & Iliæ matri Romuli præferenda.* Me nunc] *Horatius reſpondet.* Threſſa] *Threſſa, Thracia. Vt,*

» *Threſſa genus, Pholoë.*

Si parcent animæ] *Si fata parcent illi, diu uiuendo, cupio pro ea mori: Ad augmentum amoris paratum ſe dicit mori, ſi pro altero, hoc fata fieri paterentur, iuxta illud:*

» *Si fratrẽ Pollux alterna morte redemit.*

Me torret] *Ex perſona Lydiæ uſque ad finem.* Ordo eſt: Thurini Ornithi filius Calais me torret. *Thura Brutiorum oppidum, unde Ornithum dicit fuiſſe.* Quid ſi priſca redit Venus?] *Secunda uice tanquam ſua, & ipſius, ſi amorem reddimus priorem.* Iugo cogit aheneo] *Forti, inexpugnabili. Ad perpetuitatem redeuntis gratiæ iugum aheneum poſuit. Aes enim non ſicut ferrum rubigine conſumitur. Vnde Virg.*

» *Et Centum uinctus ahenis.*

Poſt tergum nodis: Vt uelut æternam pacem futuram furoris aerea uincula monſtrarent. Excutitur] *Pro, expellitur.* Sidere pulchrior] *Vt Virg.*

» *Qualis ubi Oceani perfuſus Lucifer unda.*

Ille] *Calais.* Iracundior Adria] *Sicut illud,*

» *Amantium iræ, amoris integratio eſt.*

Tecum uiuere amem] *Vt,*

» *Vna ſalus ambobus erit.*

Tecum obeam] *Vt:*

» *Tecum conſumere æuo.*

HOR.

DONEC gratus eram tibi,
Nec quiſquam potior brachia candidæ
Ceruici iuuenis dabat:
Perſarum uigui rege beatior.
L Y. Donec non aliam magis
Arſiſti, neque erat Lydia poſt Chloën,
Multi Lydia nominis,
Romana uigui clarior Ilia.
H O. Me nunc Threſſa Chloë regit,
Dulces docta modos, & citharæ ſciens:
Pro qua non metuam mori,
Si parcent animæ fata ſuperſtiti.
L Y. Me torret face mutua
Thurini Calais filius Ornithi:
Pro quo bis patiar mori,
Si parcent puero fata ſuperſtiti.
H O. Quid ſi priſca redit Venus,
Diductosque iugo cogit aheneo?
Si flaua excutitur Chloë,
Reiectæque patet ianua Lydiæ?
L Y. Quanquam ſidere pulchrior
Ille eſt, tu leuior cortice, & improbo
Iracundior Adria:
Tecum uiuere amem, tecũ obeam libens.

PORPHYR.

Donec gratus eram tibi] *Hac Ode alternis uicibus reſpondentem ſibi amicam facit, agit autem cum ea de inſtauratione gratiæ. Donec aũt pro quandiu poſitum eſt.* Nec quiſquam potior brachia candidæ Ceruici iuuenis dabat] *.i. non quenquam me potiorem habebas, cui ceruicis tuæ amplexus permitteres.* Donec non aliam magis arſiſti] *Dehinc quatuor uerſibus Lydia reſpondit. Et deinde ut dixi, uices inter eos ſunt dicendi ac reſpondendi quaternis uerſibus.* Neque erat Lydia poſt Chloën] *Neque Lydiam, id eſt, me poſtponebas Chloë.* Multi Lydia nominis] *Id eſt, magni nominis, ac per hoc claræ famæ.* Pro qua non metuam mori, Si parcant animæ fata ſuperſtiti] *Id eſt, ſi mea morte illius animæ fata parcant, ut ſuperſtitem eam mihi faciant fata.* Thurini Calais filius Ornithi] *Ordo eſt & ſenſus: Thurini Ornithi filius, Calais nomine. Thurini autem, qui eſt à Thura oppido Italiæ.* Pro quo bis patiar mori] *Quàm charum habeat Calain καθ᾽ ὑπερβολὴν expreſſit, bis ſe paratam mori pro illo dicens, quod ideò intulit, ut illum uinceret, quia dixerat, ſe paratum pro Chloë mori.* Quid ſi priſca redit Venus?] *Hic iam tentare incipit Lydiam, an redire ſecum in gratiam uelit.* Diductosque iugo cogit aheneo] *Sic rurſus inquit, nos Venus iungit ac firmat perpetua coniunctione, per hoc enim iugum aheneum dicit: æris nanque materia, non ſicut ferrum, rubigine conſumitur. Quare & Virgil. non ob aliud mihi uidetur dixiſſe,*

» *Et centum uinctus ahenis*
» *Poſt tergum nodis.*

Niſi ut perpetuam pacem per ahenea furoris uincula futuram oſtenderet. Excutitur] *Pro expellitur poſitum eſt.* Sidere pulchrior] *Calais ſcilicet.* Et iracundior Adria] *Adria pro Adriatico mari dicitur.*

CHRIST.

CHRIST. LAND. } Donec gratus eram tibi] *Lepidum carmen auditoribus & ex ipſo dialogo iocundum. Sed amariori exprobratione inuicem amator, amicaq́ ſe inceſſunt.* Donec] Quandiu *& tanquam amator ponit ſummum bonū eſſe frui te amata, idq́ Perſarum regno anteponit.* Potior] *Propriè is dicitur, cui ius plus fauet, ſed pro meliore potentioreq́, ergo potior, quaſi priores partes apud te haberet, & magis in corde tuo regnaret.* Donec] *Reſpondet Lydia, & retorquet crimen in illum, oſtēditq́ quòd dum amata eſt, ſemper amauit, & amare inſultans eadē ratione reſpondet, quod non ſit ſine felle. Demonſtrat præterea efficacius inducens amorem Chloës initium diſsidij ab illo prouenisſe. Et cum demonſtrat ſe clariorem illa fuiſſe, adfert efficaciſsimā cauſam, quàm facile credat ſe ab illa amatum, quoniam glorioſæ cùm ſint mulieres ſuū nomen celebrari ſummopere gaudent.* Me nunc] *Reſpondet poëta & prouocatus latenti felle in mulieris uerbis concitatior fertur, & animum penitus immutatū fatetur.* Regit] *Amatorium uerbum, quaſi dicat, pro ſuo arbitrio mihi imperat.* Modos] *Numeros Muſicæ.* Animæ ſuperſtiti] *Quaſi dicat dimidium eſt ipſa animæ meæ.* Nec recuſabo mori] *Si modo anima mea, quæ in illa eſt ſuperſtes mihi euadat, mortem ſubire non recuſabo.* Me torret] *Maiora reſpondet, nam non ſe in poteſtate adoleſcētis eſſe dixit, ut ille in poteſtate amicæ, ſed mutuò ab illo amari.* Chalais] *Nomē amantis.* Thurini] *A Thurio Brutiorum oppido.* Aëneo] *Pro Aeneo per diæreſim metri cauſa.* Nam cogit Aëneo] *Duo ſunt dactyli in uerſu Aſclepiadeo. Aeneo ergo forti, nam hoc metallum ferro durabilius eſt, quoniam rubiginem non ſentit Virg.*

„ *Et centum uictus Aënis.*

Priſca Venus] *Priſcus amor.* Excutitur] *Eijcitur è pectore meo.* Quanquam] *Bene dicenti, bene reſpondet. Sed tamen quantum ſibi concedat, non tacet quæ linquat pulcherrimum amatorem, & reuocet hominem, & leuem, & iracundum, & perpetuo uinculo ſe illi obligaturam promittat.*

ERAS. ROT. } *Cortice leuior, prouerbialis hyperbole in homines inconſtantes & lubrica fide. Lege prouerb. Subere leuior.*

HENR. GLAR. } *ἀμοιβαῖον carmen eſt, cuius natura eſt, ut proceſſu creſcat.* Me nunc Threſſa Chloe regit] *Creſſa (inquit idem) Thracia: quod ego etiam à librarijs corruptum putaſſem, niſi ſubiunxiſſet Virgilij carmen lib. 5. Aeneid.*

„ *Creſſa genus Pholoën, geminiq́; ſub ubere nati.*

Quare Acronis errorem puto, qui Creſſam ac Threſſam non diſtinxit. *Nam ſi Creſſa legit, quare expoſuit Thracia? Si Threſſa, quorſum attinebat Virgilij exemplum? niſi quis in Virgil. quoque* Threſſa *legendum exiſtimet, quod ego ut non ſuaſerim author, ita neutiquam negauerim. Eadem difficultas eſt Ode 36. lib. 1.* Me torret face mutua] *Idem Acro ex perſona Lydiæ reliqua eſſe dicta uſq; ad finem putat. Quare ipſum legiſſe puto, quod pro quid, & enunciatiuè, non interrogatiuè quatuor hos uerſus, quod mihi non probatur.*

HERM. FIG. } Donec gratus eram tibi, &c.] *Hoc eſt, quàm diu me amabas, cæteriſq́ iuuenibus me præferebas, fortunatiſsimus fui.* Perſarum uigui rege beatior] *Cùm enim ſecundæ res de amore ſunt amatoribus, putant ſe eſſe feliciſsimos. Sic Chærea adoleſcens, ob deſponſatam ſibi Pamphilam, gaudio exultans, inquit:*

„ *O populares, ecquis me uiuit hodie fortunatior?*
„ *Nemo hercule quiſquam.*

Donec non aliam magis] *Quo ad me cæteris chariorem habuiſti, nec Chloën mihi præpoſuiſti, magnæ gloriæ apud omnes fui, illuſtriorq́ ipſa Rhea, regina & matre Romani imperij, florui.* Regit] *i. ſuo arbitratu, tanquam ſeruum gubernat.* Pro qua non metuam mori] *Quam adeò uehementer amo, ut etiam ab ea mortem mea uita redimere, ſi hoc fata permittant, paratus ſim.* Me torret face mutua] *Pulchrè ſeruat legem Carminis ἀμοιβαίου. Nam maiora obijcit amica, inquiens: ſe non regi ab amatore, ſed mutuò amari, nec ſemel tantùm pro ipſo, ſi opus ſit, paratam ſe mori, ſed bis.* Thurini] *Fortè à Thurio oppido, quod eſt in ſinu Tarentino, ut ſcribit Mela.* Quid ſi priſca] *Conatur redire in gratiam cum amica, itaq; dicit: Quid ſi ueterem amorem reconciliemus? Ea enim eſt leuitas & inconſtantia amantium, ut modò diſcordent, modò iterum conſentiant: Vnde rectè dicit Terentianus Parmeno:*

„ *In amore hæc omnia inſunt uitia: iniuriæ,*
„ *Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,*
„ *Bellum, pax rurſum.*

Diductoſq; iugo &c.] *Hoc eſt, diſſentientes & ſeparatos nos firmiſsimo uinculo amoris denuò coniungat. Ducta metaphora à bobus aratorijs.* Flaua] *i. formoſa, propter flauam comam, quæ in puellis multùm laudatur.* Quanquam ſydere &c. *Hyperbolica locutio, qua maius reſpondet, quàm amator obiecit. Sunt autem prouerbiales hyperbolæ hæ: Sydere pulchrior, Cortice leuior, Adria iracundior, in homines formoſos, inconſtantes, ſæuos. Tractæ à rebus ſimilibus. Plures huiuſmodi locutiones recenſet D. Eraſmus in Chiliad.* Tecum uiuere amem] *Hic uides ueram eſſe Græcam illam ſententiam:*

„ *ὀργὴ φιλούντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον.*

Et quod eleganter dicit Terentius in Andria:

„ *Amantium iræ amoris redintegratio eſt.*

Quibus non diſsimile eſt illud Plautinum in Amphytrione:

„ *Iræ interueniunt, redeunt rurſum in gratiam.*
„ *Verùm iræ, ſi quæ fortè eueniunt huiuſmodi*
„ *Inter eos, rurſum ſi reuentum in gratiam eſt,*
„ *Bis tanto amici ſunt inter ſe, quàm prius.*

THEOD. PVLM. } 5 Aliam] *Alia, H. G. E. B. A. quod magis Horatianum eſſe puto.* Threſſa, *H. G. E. B. Creſſa, A.*

GEORG. FAB. } *Argumenta huius Odæ ſunt, ſententiæ illæ Terentianæ. In Andria.*

„ *Amantium iræ, amoris redintegratio eſt.*

In Eunucho. In amore hæc omnia inſunt uitia, iniuriæ, inimicitiæ, induciæ; bellum, pax rurſum. Me nunc Threſſa Chloe] *Legendum Creſſa: qui eam dicit Muſicæ peritam, ars enim illa floruit Minois inſtituto, apud Cretenſes, ut eſt apud Aelianum.*

IOD. BAD. ASCENS. } Donec gratus] *Dialogo quodam feſtiuo Lydiam ſibi reconciliare nititur, dicens. O'* Lydia donec] *.i. tantiſper.* Dum ego eram tibi gratus] *.i. acceptus & dilectus.* Nec quiſquā iuuenis potior] *.i. gratior & acceptior.* Dabat ceruici] *.ſ. tuæ.* Candidæ brachia] *.ſ. amplexādo eam, unde illud.*

„ *Leua eius ſub capite meo, &c.*

Ego uigui] *.i. in uigore uixi.* Beatior rege Perſarum] *Qui opulentiſsimus ſibi maximè indulget. Reſpondet Lydia ab eodem incipiens.* Donec non arſiſti] *.i. inflammatus fuiſti Horati.* Alia] *.ſ. amica.* Magis] *.ſ. quàm* Me] *.i. amore mei.* Neq Lydia] *Ex more de ſe in tertia perſona loquitur, erat poſt* Chloen] *.ſ. reputata minoris aut minus dilecta: tunc ego Lydia* Multi nominis] *.i. nobilis & inſignis talis poëtæ amica ſingularis.* Vigui clarior Ilia Romana] *Romani imperij auctore, qui à Romuli matre. Addit poëta.* Chloe Creſſa] *.i. Cretenſis mulier. Nam mas dicitur, Cres Cretis, mulier Creſſa.* Regit] *.i. gubernat, pro libito nunc me.* Docta modos] *.i. modulos, & cantus dulcis* Et ſciens] *.i. perita Cythare, pro qua ego non metuam mori.* Si fata] *.i. mors parcant animæ.* Superſtiti] *.ſ. ipſius.* Chloes] *.i. niſi uerear, quòd ipſa amore mei etiam moriatur. Reſpondet Lydia. Quaſi per Amœbæi carminis legem plus ſemper dicens.* Chalais] *Puer ille delicatiſsimus, filius.* Ornithi] *.i. uiri illius, qui huc, ut ornis aduolauit, cum filio: nam ὄρνις ὄρνιθος. Ornis huius ornithos, auis & gallina dicitur.* Thurini] *.i. ex Thurio oppido, iuxta Tarentum, ubi temperatus aër.* Molles facit & pueros, & lanas ouium torret] *.i. uehementer inflammat.* Me face mutua] *.i. igne mutui amoris, pro quo patiar bis mori, cum ille ſemel dixerit,* ſi fata parcant puero ſuperſtiti. *Adiungit poëta ad reconciliandam eam.* Quid] *Sup. facias aut dicas.* Si Venus] *.i. amor.* Et gratia priſca] *.i. priſtina.* Redit] *.ſ. inter nos.* Et cogit] *.i. in unū agit.* Nos diductos] *.i. diuiſos.* Iugo] *.i. uinculo.* Aheneo] *.i. ex ære, & ita fortiſs.*

Et ſi

Et ſi Chloe flaua].i.tametſi flaua & ita formoſa. Excutitur].i. uiolenter eijcitur,& domo, & animo. Et ianua].i.introitus patet Lydiæ reiectæ? Reſpondet Lydia. Quanquam ille] .ſ. Chalais puer eſt pulchrior ſydere. Et tu leuior].i.inconſtantior cortice.ſ. deſiccato,aut qui ſuper aquas uento fertur, aut qui cum arboribus immutatur,& iracundior.

„ Sed amantium iræ redintegratio amoris eſt.

Hadria].i.mari Adriatico. Improbo] .i.improbando propter ſæuitiam & tempeſtates plurimas. Tamen] Sup.ego amem, uiuere tecum:& ſi neceſſe ſit Obeam]Id eſt,moriar. Libens] Id eſt,etiam libenter tecum.

ANT. MANCIN. } Scribitur Ode tanquam dialogus,alloquitur.n.poëta Lydiam, dicens,quòd donec ab ea diligebatur,nullus eo Beatior erat,reſpondet illi. Donec Hora] Non aliam magis arſit, ſe fuiſſe clariorem Ilia. Romuli matre]Loquitur inde poëta, quatuor enim uerſus reſpondet quiſq; : demũ uterq; optat priſtinus amor ambobus redeat, quo una uiuant, unàq; pereant. Donec gratus eram]Ode eſt ſimilis 13.lib.1. Potior] potentior, ſuperior,ualentior,melior. Donec non aliam] Reſpondet Lydia. Nominis famæ & gloriæ.Ilia]Quæ fuit Romuli mater,de qua lib.1.latiùs. Vigui]Florui,pollui. Me nunc]Poëtæ ſunt uerba. Modos] Modulationes & uerſus. Si parcent animæ] .i. ſi mea morte fata parcant Chloe.nam, ut illa diutiùs uiuat mori non metuam. Me torret] Lydiæ uerba. Thurini] Ornithi. Thurium oppidum erat in Tarentino ſinu: ut ſcribit Ptolemæus lib.3.Erat etiam ibi uinum optimum, ut ſcribit.Stra. lib.6. Si parcent puero] .i. ſi fata permittant puerum illum ſupereſſe mihi ego bis moriar, non tantùm ſemel pro ipſo ſeruando. Quid ſi priſca]Optabat poëta redire in Lydiæ gratiam, inde ita loquitur. Priſca Venus]Priſca gratia & beneuolentia. Diductos]Nos ſeparatos ſimultate quadam,& odio. Abiecto fortiſſimo] Quanquam reſpondet Lydia ſi poëta ad ſe redibit uelle cum eo uiuere cum eoq; mori. Hadria]Hadriatico mari æſtuoſo.

ODE X. AD LICEN.

πραγματική.

Ode X. Dicolos tetraſtrophos, ut: Scriberis Vario fortis,& hoſtium.

– – –∪∪– –∪∪– ∪–
– – –∪∪– –∪∪– ∪–
– – –∪∪– –∪∪– ∪–
– – –∪∪ –∪∪

ARGVMENTVM IN ODEN X.

Vehemens expoſtulatio in Lyces puellæ crudelitatem,quæ amatorem ſuum uento & niuibus expoſitum,pateretur ante fores ſuas pernoctare,quod uix faceret barbariſsima quæq; barbaro nupta marito, nec metuat ne uiciſsim contempta, det pœnas inhumanitatis.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Iracundius & uehementius cum Lyce expoſtulat, quod ſe non intromittat, ſed ad oſtium pernoctare in niuibus, frigore, & uentis ſinat,non metuens,ne uiciſsim aliquando ſpreta,meritas ſuæ ſuperbiæ pœnas pendat.

COMMENTARIA.

EXTREMVM Tanaim ſi biberes
Lyce,
Sæuo nupta uiro: me tamen aſperas
Porrectum ante fores obijcere
incolis
Plorares aquilonibus.
Audis quo ſtrepitu ianua,quo nemus
Inter pulchra ſitum tecta remugiat
Ventis? & poſitas ut glaciet niues
Puro numine Iupiter?
Ingratam Veneri pone ſuperbiam,
Ne currente retrò funis eat rota.
Non te Penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens.
O,quamuis neq; te munera,nec preces,
Nec tinctus uiola pallor amantium,
Nec uir Pieria pellice,ſaucius
Curuat: ſupplicibus tuis
Parcas, nec rigida mollior æſculo,
Nec Mauris animum mitior anguibus.
Non hoc ſemper erit liminis,aut aquæ
Cœleſtis patiens latus.

ACRON.

EXTREMVM] Hæc ad puellam, Lycen nomine, dicuntur aſperam & intractabilem. Extremum Tanaim]Vltimum.Tanais enim fluuius Scythæ dicitur, qui & Danubius:per cuius commemorationẽ uult intelligi barbari animi mulierem. Porrectum]Extenſum, ut Virg.

„ Quáq; redit medium Rhodope porrecta ſub axem.

Aquilonibus] Quia Tanaim nominauit, de Septẽtrionali enim parte Aquilo oritur. Senſus eſt non ſolum quia in proſperitate es, miſereri mei debes,ſed etiamſi in captiuitate eſſes, coniuncta ſæuo uiro, deberes meo ſuccurrere amori. Nemus] Inter tecta ſatũ, uiridarium dicit. Poſitas]Deorſum miſſas. Poſt niues enim miſſas ſi flat Aquilo,eius frigore ſolidantur. Puro]Sereno, ut.

„ Pura nec obtuſis per cœlum cornibus ibit.

Ingratam Veneri] Execrabilem Veneri dicit, ſi amet ſuperbiam, & amantem contemnat. Currẽte]Celeriter labente.Vult enim intelligere ſciſſuram repudij, id eſt, ne nimia uelocitate rotæ rũpatur funis. Dominam rotæ, fortunam dixit,id eſt, ne uolubilitate rotæ tu amans contemnaris; & ita inflexæ rotæ lædaris: ſicut equus à conſueta uelocitate deficiens, conſueuit. Non te Penelopen]Penelopes Vlyſſis uxoris,nota fabula eſt,quæ pro fide abſentis mariti omnes repudiauit ſponſos. O quamuis] Ordo eſt: O quamuis nec curuant te munera, nec preces, nec pallor amantium tinctus uiola, nec uir ſaucius Pieria pellice, & quamuis non ſis mollior rigida æſculo,nec animo mitior Mauris anguibus, parcas tuis ſupplicibus. Tyrrhenus parens]Italus. Nec munera] Vt eſt: Quoniam ſordẽt tibi munera noſtra, & alibi:

„ Nec munera curat Alexis.

Nec tinctus uiola] Bene,uelut amator amœnitatẽ floris pallori amantium dedit. Pellice ſaucius] Concubinæ amore uulneratus.Vult intelligi maritum Lyces huius, amare aliam,id eſt, Pieriam nomine mulierem, propter quam contumeliam,uel dolorem ſuadet,ad reddendam uiro pro pellice uiciſsitudinem ſe amari debere. Nec rigida mollior æſculo] Id eſt, non ſis rigidior æſculo arbore, tãquam lignea & ſine ſenſu rationabili: nec aſperior Mauris ſerpentibus colore noxioribus,ut:

„ Sæuit agris aſperq; ſiti, atque exterritus æſtu.

Non

Non hoc ſemper] *Non ſemper ſe ante limen obſeruantem, cœleſtem aquam paſſurum dicit, ſed deſinente per contemptum animo, amore cariturum.*

PORPHYR. } Extremum Tanaim ſi biberes Lyce] *Hæc ad puellam, Lycen nomine, dicuntur aſperam, & intractabilem, Tanais aũt fluuius eſt Scythiæ, per quod uult intelligi eſſe barbaram.* Me tamen aſperas Porrectum ante fores obijcere incolis Plorares aquilonibus] *Mei etſi miſereris, non patereris tamen frigoribus perire ante fores tuas iacentem. Incolis aũt Aquilonibus ad illud pertinet, quod dixerat.*

„ *Extremum Tanaim ſi biberes.*

Tanais enim flumen in parte ſeptentrionali eſt, unde Aquilo oriri uidetur. Quo nemus inter pulchra ſitum tecta remugiat] *Significat arbores eſſe, ut fit in pluuio domo, quibus nunc ſtrepere tẽpeſtas intelligi uult.* Et poſitas ut glaciet niues] *Oſtendit quod reuera in Italia frequenter euenit, poſt niuem poſitam in Aquilone uento ſerenatum eſſe, & frigore eius gelu ſuper niuem concreſcere.* Nec currente retro funis eat rota] *Allegoricôs ne intereant harũ rerum uices.* Nec uir Pieria pellice ſaucius] *Vult intelligi maritum huius Lyces amare aliam. i. Pieriam nomine, propter quod debuiſſem hanc uicem contumeliæ, amando ei retribuere.* Nec rigida mollior Aeſculo, Nec Mauris animo mitior anguibus] *Cætera enim per parentheſim illata ſunt.*

CHRIST. LAND. } Extremum Thanaim ſi biberes Lyce] *Grauis querela in crudelitatem Lyces. Quæ duricia plus quàm barbarica ſit.* Extremum] *Putarunt Phyſici, qui loca frigidiſſima incolunt eos durioris eſſe animi, præſertim ſi aſperiora incultioraq́ ſint. Virg.*

„ *Duris genuit te cautibus horrens.*

„ *Caucaſus, Hyrcanæq́ admorunt ubera tygres.*

Extremum] *Quia Thanais ab extrema Scythia & ab ipſis Hyperboreis montibus fluit, ultra quos nulla eſt cognitio terræ habitabilis, proptereaq́ extrema pars putatur.* Si biberes] *Si barbara eſſes, & ibi nata.* Plorares obijcere] *.i. non poſſes non plorare cũ obijceres.* Incolis] *Nam ab Hyperboreis deſcendunt aquilones ut Thanais.*

„ *Ergo Thanais incolæ ſunt.* Ouid.

„ *Scythiam ſeptemq́ triones,*

„ *Horrifer inuaſit Boreas.*

Obijcere] *Hoc uerbũ aut in re noxia dicimus, ut obiecit leonibus, & in hoc loco. Aut repagulum, obſtaculumq́ opponi intelligimus, ut cum ualidam aciem hoſtibus irruentibus opponimus.* Audis] *Ergo non latet te. Oſtendit autem omnia adeſſe, quæ frigus augeant, noctem, aquilones, niues, & glaciem & aërem ſerenum.* Inter tecta] *Nam maiores domus impluuia habent porticibus circũdata, in quibus arbores etiam ſolent eſſe. Virg. de Priami regia.*

„ *Aedibus in medijs, nudoq́ ſub ætheris axe*

„ *Ingens ara fuit, iuxtaq́ ueterrima laurus.*

Ingratam] *Nam Venus humanitatem affabilitatemq́ deſiderat.*

Ne currente] *Sententia eſt ne fortuna, quæ nunc tibi fauet retrocedat, & tranſlatio à curru qui funibus trahatur per ardua, qui ſi funis remittatur, relabitur, & retrocurrit.* Rota] *i. curru, ut ſit pars pro toto, uel erit rota, pro trochilo. Nam ſolemus trahere funes per trochleas, quò facilius trahentem ſequantur uolubilitate rotulæ illius, & pondus alligatum ſubleuet, qui funes ſi & trahentis manu dimittatur, ſtatim relabitur retrò trahente pondere. Quapropter tibi nũc omnia procedunt & uehementer amaris, ſed caue, ne ab amato quandoq́ contemnaris, ut tu nunc me amantem contemnis.* Penelopen] *De huius caſtitate referta ſunt omnia, filia fuit Icari ſeu Icarioti, & Vlyſſis coniunx, quæ aduerſante etiam patre & illam ad nouas nuptias eliciente caſta tamen ad uigeſimũ annum, quamuis multis procis ſollicitata, permanſit. Non ergo genuit te pater ſimilem Penelope, ut ita te difficilem præbeas.* O'] *Vel optantis eſt Virg.*

„ *Quanquam ô, ſed ſuperent quibus hoc Neptune dediſti.*

Vel ita legendum: ut Seruius interpretatur illud Maronis.

„ *O' formoſe puer.*

Legit enim ô ſeorſum, ut ſit initium orationis amaræ, qua in illum inuehatur. Deinde uerens illius iram reprimit ſe, & mutat orationem. Pallor amantium] *Nam aſſidua cura palleſcunt. Ouid. Palleat omnis amans color eſt hic aptus amanti.* Tinctus uiola] *Nam talis eſt qualem in uiola deprehendimus.* Nec curuat] *Id eſt, flectit te, in amorem meum uir tuus ſaucius Pieria. i. captus, amore Pieriæ.* Pellice] *Quæ tibi pellex eſt. Sententia ſit,* ſi non flecteris meis precibus, moueare ſaltem iniuria mariti tui, qui Pieriam (te contempta) amat, & aſſentire mihi, ut par pari referas. Parcas ſupplicibus] *Nam ſumma duritia eſt non parcere ijs, qui tibi ſupplices ſunt.* Mollior] *Flexibilior.* Aeſculo] *Species eſt quercus, ſed nunquam frondibus ſpoliatur.* Mauris] *Nam Lybia harenoſa peſſimis generib. ſerpentum abundat.* Nec hoc] *Quaſi dicat, quod tuum eſt.* Semper erit] *Noluit minari ſe ſuo illam iudicio deſerturum. Quæ res iracundiam mulieri prouocarè potuiſſet, ſed oſtendit neceſſitate id euenturum, ut & illi ſuſpitionem inijciat, & ſe culpa liberet.*

HENR. GLAR. } Extremum Tanaim ſi biberes Lyce] *Tanais inquit Acro, fluuius Scythiæ, qui & Danubius. Vel ex hoc item loco perſpicere licet, quàm perſpicacis iudicij fuerit Acro. Si non iniuria temporis potiùs in culpa eſt, ut quidam putant. Nam cum Porphyrionis uerbis addit, continuò declarat ſe nihil ſcire: Fluuium Scythiæ Tanaim dixit Porphyrio. His uerbis Acro aſſuit, qui & Danubius. Cæterùm ab initio huius Odes hunc ſenſum eſſe puto:* O Lyce ſi barbara eſſes, ut apud Tanaim nata, & nupta, *ſæuo. i. barbaro uiro, ut zelotypo ac agreſti, non tamen mihi talia faceres, quæ nupta es uiro Romano, ipſa ex Tyrrheno parente nata. Acro illud,* Sæuo nupta uiro, *exponit. i. ſi in captiuitate eſſes coniuncta ſæuo uiro, debebas meo ſuccurrere amori, quaſi captiuæ hoc liceret.* Ne currente retro funis eat rota] *Dominã rotæ (idem inquit) fortunam dixit. i. ne uolubilitate rotæ, & tu amans contemnaris, & ita in flexu rotæ lædaris, ſicut equus à conſueta uelocitate deficiens conſueuit. Quæ uerba ego planè quid ſibi uelint non intelligo. Puto autem in uerbis poëtæ metaphoram eſſe, à puteis, è quibus aquæ urna ac fune trahuntur.* Nec rigida mollior æſculo] *Hæc uerba ad ſuperiora cõſtruit Acro, ut omnibus ſubnectat, ſupplicibus tuis parcas, Porphyrio autem. Cætera, inquit, per parentheſim illata ſunt. Quanquam & ſic hic intelligit Acro. Badius et intelligit, ſed ad Acronis ordinem. Porphyrio hæc uerba* (ſupplicibus tuis parcas) *legit in parentheſi, quod placet.*

HERM. FIG. } Extremum Tanaim ſi biberes, &c.] *Si ad caput & originem Tanais nata eſſes, hoc eſt, apud Scythas, gentem ualde immanem ac barbaram, non poſſes eſſe tam dura & immitis, ut me tantis procellis obijceres. Tanais autem ex Riphæis, Scythiæ montibus, prorumpit, quem Scythiæ accolæ bibunt. Quorum feritas apud Græcos in prouerbium ceſſit, ut quicquid agreſtè, quicquid barbarum ac ſæuum intelligi uellent, ut Scythicũ appellarent.* Incolis Aquilonibus] *Aquilonem Scythiæ incolam uocat, quia hic uentus, quem Boream Græci appellant, ad Septentrionem Scythiam occupauit, ut etiam teſtatur Ouid.*

„ *—Scythiam, ſeptemq́ triones*

„ *Horrifer inuaſit Boreas.*

Audis quo ſtrepitu ianua] *Ad ianuam porrectus hæc loquitur, grauiter de ui uentorum ac frigorum conquerens.* Glaciet] *Gelu conſtringat. Poëticum & inuſitatum eſt uerbum.* Puro numine Iupiter] *Hoc eſt, purum & ſerenum cœlum.* Ingratam Veneri] *Nam gratum eſt Veneri puellas eſſe faciles ac mites.*

Ne currente retro funis eat rota] *Ne mutata fortuna, tu uiciſſim contemnaris ab amatoribus. Sumpta metaphora à puteis, è quibus aqua urna ac fune trahuntur, ut monet Glareanus.*

Non te Penelopen difficilem procis Tyrrhenus genuit parens] *Non produxit te pater Tyrrhenus ſimilem Penelopes, ut illius inſtar aſperam te, & difficilem amatoribus præbeas. Fuit autem Penelope filia Icarij, teſtante aliquoties Home. in Odyſſea: Vxor Vlyſſis. Vnde Didym. Odyſſ. o. ſic ſcribit:*

„ πενθήμερῳ ἡ λαίςην περὶ τῆς

„ πανελόπης, ὅτι καὶ τῷ κάλλει καὶ

„ ταῖς φρεσὶ διαφέρει πάντων τῶν

„ καθ᾽ ἑαυτὴν γυναικῶν, ἄγεται αὐτὴν

τῷ παν

„ τῷ πόσει ὀδυσσῆι πρὶς γάμον.

Hæc adeò illibatæ fuit caſtitatis, ut nullis precib. procorũ, abſente marito uiginti annis, ad ſecundas nuptias induci potuerit. Et quò melius procos urgentes, acriusq; inſtantes, deluderet, & rem quam longiſsimè differret, promiſit ſe nupturam, quàmprimùm telam, quæ in manibus erat, abſoluiſſet. Quam conditionem cùm accepiſſent proci, mulier aſtuta, quicquid interdiu texuiſſet, hoc noctu reſoluebat, ut diutius connubium extraheret. Meminit eius rei Homerus lib. Odyſſ. 2. O quamuis neque te] *Sententia horum uerſuum eſt: O aſpera & crudelis Lyce, etſi non mouent te, nec blanditiæ, uel munera, uel amor uehemens amantium, nec perfidia mariti tui adulteri, tamen amatoris tui ſupplicis miſereri debes, quòd tantam calamitatem & contumeliam perferre diutiùs nequeat.* Tinctus uiola] *Violaceo colore infectus. Sunt enim uiolæ amantibus ſimiles, teſte Seruio.* Pallor amantium] *Pallorem albi flauiq; copula generat. Eſt nonnunquam gratus in homine, atq; amabilis color pallidus. Ouid.*

„ *Palleat omnis amans, color eſt hic aptus amanti.*

Nec uir Pieria pellice ſaucius] *Obijcit mariti perfidiam & incontinentiam, quæ meritò ipſam mouere potuiſſet, ut par pari referret.* Curuat] *Torquet, flectit, mouet.* Nec rigida mollior æſculo] *Dura, agreſtis, immitis. Sumpta metaphora ab æſculi arboris duritie.* Nec Mauris animo mitior anguibus] *Hoc eſt, intractabilis, animo ſæuo, & aſperis morib. Ducta metaphora ab immiti natura ſerpentum, quib. Africa abundat.* Aq. cæl.] *Aquæ pluuiæ.*

THEOD. PVLM. } 1 Tanaim] Tanain. *G.B.B.* 5 Audis] Audi. *in uetere codice quodam Georg. Fabricij.* 6 Situm] *A. ſatum H.G.E.B.* 8 Puro numine Iupiter] *Sæpenumero legendũ putaui, puro lumine, magno tamen errore, præſertim cùm lumen audiri non poſsit: uerius eſt, poſita glacie & Aquilone ſpirante, cuius flatus auditur, intelligi purius & liquidius & frigidius eſſe cælum, quod experimur dieb. glacialibus toto cælo per aëris æthram ſudo, & ſtellas annumerante nobis omnes. Itaque heic Iupiter eſt aër, de quo tamen ut. Deo loquitur numen appellando. Turneb. lib. 22. cap. 24. Vide lib. 27. cap. 9.* Puro numine Iupiter] *Hic uerſus in ſcripto quodam codice ſic legebatur.* Puro lumine Iupiter] *Quam equidem lectionem minùs corruptam puto, quam eſt uulgata, recta autem erit, ſi legas, lumine. Vt enim numen heic pro cælo ſeu aëre ponatur, uix ferri poſſe puto, nec minus hoc poteſt, quam illud audiri. Vide Guil. Canteri Nouarũ lect. lib. 4. cap. 2.* 10 Ne currente retro funis eat rota] *Arbitror dici cauendum ei eſſe ne felix & ſecundus ipſius mutetur curſus in diuerſam fortunam: nec ſcilicet funis .i. funalis equus, retrò eat, & in diuerſum feratur, cum ſequente rota & curru, quo ipſa uehatur, curſu præcipiti. Interpretationem confirmat Auſonius (Epitaphio, Equo admirabili,) hoc uerſu,*

„ *Funis & ad quartum det tibi Caſtor equum.*

Turn. lib. 12. cap. 24. Vidè lib. 26. cap. 19. & lib. 27. cap. 9. Funalis equus dicitur, qui extra iugum eſt, & iugali opponitur: is σειραῖος & παρήορος à Græcis dicitur. Turn. lib. 14. cap. 17.

18 Animum] Animo. *H.B.A.*

GEORG. FAB. } *Duriciem Lydes reprehẽdit, quæ re nulla moueretur, ut amantem redamaret. Eſt hac reprehenſio non uirtutis, ſed libidinis eius, qui reprehendit. Cùm igitur poëta hic utatur argumentis, peccare docentibus, rectè à Lyde non auditur.* Audis, quo ſtrepitu ianua] *In uetere quodam, audi: quod hortantis eſt, ut deponet ſuperbiam & duriciem.* Puro numine Iupiter] *Hæc lectio Acronis, & puro, exponit ſereno. Purum numen Iouis, pro aëre tranquillo & placido. Ita Sole puro, pro nitente & lucido, & nubibus uacuo, 1. 39.*

IOD. BAD. ASCENS. } Extremum] *Lycen amatoriè culpat ob duriciã, dicens ô Lyce.* Si] *.i. tametſi tu nupta.* Viro ſæuo] *Id eſt, horrendo.* Biberes Tanaim] *.i. fluuium illũ Scythiæ.* Extremum] *.i. extrema.* Parte] *.i. quamuis ſis barbara & in barbaris oris uerſata: tamen plorares obijcere.* Aquilonib. incolis] *.i. incubantib. in regione illa me.* Porrectum] *.i. extremũ ante fores aſperas, tu enim audis.* Quo] *.i. quali ſtrepitu ianua.* Remugiat] *.i. crepet percuſſa uento: & quo nemus* Situm] *.i. conſitum inter.* Pulchra tecta] *.i. in circuitu domus tuæ remugiat, & ut.* Iuppiter] *.i. aer.* Glaciet] *.i. in glaciem conuertat uentis.* Niues poſitas] *.i. demiſſas.* Puro numine] *.i. iam ſub mera ſerenitate.* Ingratam] *Ordo eſt.* Pone] *.i. depone ô Lyde. ſuperbiã ingratam Veneri, quia Venus ſuperbientes ſæpe humiliat, cùm æ morib. ardeant.* Ne funis] *.ſ. Fortunæ aut uaſis in quo ſublata ad ſuperbiam es.* Eat retrò] *.i. retrò labatur.* Rota currente] *.i. dũ rota currit, ad quam funis replicatur, ut patet dum aqua hauritur è puteis.* Parens Tyrrhenus] *Qui indulgens eſt, & facilis non genuit te Penelopen .i. tanquam alterã Penelopen Vlyſsis uxorem.* Difficilẽ] *.i. inexorabilẽ procis.* O] *Deſiderãdi uox.* Quamuis] *.i. quantumuis neq; munera, nec preces, nec pallor, amantiũ.* Tinctus uiolis] *.i. colore uiolaceo.* Nec uir ſaucius] *.i. amore uulneratus.* Pellice Pieria] *Sic dicta, aut potius pſaltria, tam perita, ut Pieria cenſeatur.* Curuet] *.i. flectat te.* Nec] *.ſ. ſup. et.* Mollior] *.i. flexibilior.* Aeſculo] *Arbore illa rigida.* Nec mitior animo] *Quia molli corpore erat.* Anguib. Mauris] *Qui aſperrimi ſunt.* Tamen] *Sup. parcas tuis ſupplicib.* Quia hoc] *.i. meum latus nõ erit ſemper patiens.* Liminis] *.i. duri cubilis ante limĩ tuũ aut* Aquæ cæleſtis] *.i. pluuiæ. hoc eſt, nõ ſemper potero talia pati.*

ANT. MANCIN. } *Captus amore Lyces poëta ante illius fores cubabat, dicit inde ſi* Barbara eſſet] *.i. immitiſsima & nupta uiro aſperrimo, tamen eum ante fores iacentẽ aquilonib. opponere nõ ſine lachrymis pateretur: petitq; ab ea, ut mitior fiat: non.n. poterit diutiùs aëris impetus perpeti.* Extrem ô Tanaim] *Ode eſt ſimilis. 6. lib. 2.* Extremum Tanaim] *De hoc uide ſuperiùs Ode 4. lib. 3. per id uerò eã oſtendit immitẽ.* Porrectũ] *Iacentem & extentũ.* Incolis aquilonib.] *Hoc ait, quia à Septentrionib. flat Septentrio: interq; eum, & exortum ſolſtitialẽ Aquilo, qui & Boreas. Quicunq; autem uenti à Septentrione ſpirant, frigidiſsimi ſunt: niuales ſunt Aquilo & Septẽtrio. Aut. Plin. lib. 2.* Audis quo ſtrepitu] *Quo tẽpore ante fores cubabat poëta, uenti ſpirabant: hinc Lyce, ait quod ſequitur.* Nemus] *Id uiridariũ erat intra domũ.* Puro numine Iuppiter] *.i. pura ſerenitate.* Ne currente] *.i. ne rota currente funis rumpatur, hoc eſt, ne tu etiã amans aliquẽ ſpernaris ab illo Penelopen, hæc Vlyſsis uxor uiginti annos uirum caſta uoluit expectare, nec unquam Procis obſequi, de quali. 1. de arte ait Naſo:*

„ *Penelopen ipſam perſta modo tempore uinces.*

O quamuis] Ordo eſt. O parcas ſupplicib. tuis, quamuis neq; te curuent munera, nec preces, nec pallor amantium, uiolis tinctus, nec uir ſaucius Pieria pellice, quamuis nec mollior animo Mauris anguibus. O] *Optantis aduerbium.* Tinctus uiola pallor] *Hinc ait Ouid. lib. 1. de Arte.*

„ *Palleat omnis amans color eſt hic aptus amanti.*

Violæ] *Autem pallidæ ſunt. Verg. in Buc.*

„ *Pallentes uiolas & ſumma papauera carpens.*

Pellice ſaucius] *Deprenſa pellice mulier longè ardet, hinc ait. Naſo lib. 2. de Arte.*

„ *Sed neq; fuluus aper media tam ſæuus in ira eſt.*
„ *Fulmineo rabidos quum rotat ore canes.*
„ *Nec lea quum catulis lactentibus ubera præbet.*
„ *Nec breuis ignaro uipera læſa pede*
„ *Fœmina, quam ſocij deprenſa pellice lecti*
„ *Ardet, & in uultu pignera mentis habet.*
„ *In ferrum flammasq; ruit poſitoq; decore*
„ *Fertur, ut Aonij cornibus icta Dei.*

Pieris] *Nomen eſt pellicis.* Mauris anguibus] *Lege Lucanum lib. 9. Mauri uerò ſerpentes æſtu ſunt acriores, quod etiã ubiq; accidit. Non hoc ſemp. oſtendit ſe non diutius poſſe pati ante fores cubare, hinc mitior effici debeat.* Liminis] *Apud quod iaceo. Ouid. lib. 2. De Arte inquit.*

„ *Sæpe feres imbrem cæleſti nube ſolutum*
„ *Frigidus & nuda ſæpe iacebis humo.*

SER. MAR. HON. } Et tinctus uiola pallor amantium] *Non præter affectionem amantis eos flores Nymphas dicit offerre, qui ſunt amantibus ſimiles, ſic Maro 2 Aegloga,*

„ *Pallentes uiolas & ſumma papauera carpens.*

ODE XI. AD MERCVRIVM.

προσφωνητική.

Ode X I. Dicolos tetraſtrophos,ut: Iam ſatis terris,niuis atq; diræ.

–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪∪ ––

ARGVMENTVM IN ODEN XI.

Mercurium laudat à lyræ inuentione,& cantus efficacia,à quo petit, ut lyræ ſuæ talem inferat ſuauitatem,ut Lydes amicæ inimicum animum poſſit flectere. Nam facilè illum hoc poſſe oſtendit, dum eius opera lapides emollitos ſit, & Cerberum cum ſeuctiſſimis umbris.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Petit à Mercurio, lyræ inuentore,ut eiuſmodi ſibi carmina inſpiret,quibus amicam Lyden duram & petulantem flectere poſſit. Et hac occaſione canit encomion eloquentiæ,cuius uim & ſuauitatem per Mercurium,eiusq; lyram intelligimus.

MERCVRI: nam te docilis Magiſtro
Mouit Amphion lapides canendo:
Tuq; teſtudo,reſonare ſeptem
Calida neruis:
Nec loquax olim,neq; grata,nunc &
Diuitum menſis,& amica templis,
Dic modos,Lyde quibus obſtinatas
Applicet aureis.
Quæ uelut latis equa trima campis,
Ludit exultim metuitq; tangi,
Nuptiarum expers,& ad huc proteruo
Cruda marito.
Tu potes Tigres,comitesq; ſiluas
Ducere,& riuos celeres morari.
Ceſsit immanis tibi blandienti
Ianitor aulæ.
Cerberus:quamuis furialæ centum
Muniant angues caput eius,atq;
Spiritus teter,ſaniesq; manet
Ore trilingui.
Quin & Ixion,Tityosq; uultu
Riſit inuito.ſtetit urna paulùm
Sicca,dum grato Danai puellas
Carmine mulces.
Audiat Lyde ſcelus,atq; notas
Virginum pœnas,& inane lymphæ
Dolium fundo pereuntis imo,
Seraq; fata,
Quæ manent culpas etiam ſub Orco.
Impiæ,nam quid potuere maius?
Impiæ ſponſos potuêre duro
Perdere ferro.
Vna de multis face nuptiali
Digna,periurum fuit in parentem
Splendidè mendax,& in omne uirgo
Nobilis æuum.

COMMENTARIA.

ACRON.

MERCVRI] *Mercurium lyræ inuocat repertorem, ut inſpiret ſibi modulationem dignam auribus Lydes amicæ. Ordo eſt.* Mercuri dic modos, quibus Lyde obſtinatas aures applicet:nam te magiſtro, docilis Amphion mouit lapides canendo. *iuxta hoc quod M. Cicero in Rhetoricis dixit,artium magiſtros afferre laudem ſiue uituperationem diſcipulis: rurſus diſcipulos magiſtris. Vnde hic Mercurius laudatur in Amphione diſcipulo,cuius nota fabula eſt:eò quòd idem Amphion citharæ cantu, & pecudes quarum paſtor erat, ad ſe accerſere conſueuerat: & lapides, quibus muri ſunt extructi Thebani,ut Statius:*

„ *Quo carmine muris*
„ *Iuſſerit Amphion Tyrios accedere montes.*

Reſonare ſeptem] *Vt:*

„ *Obloquitur numeris ſeptē diſcrimina uocum.*

Nec loquax] *Laus repertoris ab opere,quaſi diceret, neq; loquacem lyram,neq; gratā fuiſſe,ante, quàm Mercurij doctrina aptaretur ad cātum: nam & in ſacrificijs fidicines adhiberi conſueuerant.* Obſtinatas] *Clauſas, obſeratas.* Exultim] *Saltim.* proteruo] *Importuno,nimio.* Applicet aures] *Velut oblectata,iungat & applicet ad audiendum.unde eſt dictum: Adeò in teneris aſſueſcere multum eſt.* Equa trima] *Trium annorum, & ideo difficilis ad domandum.* Cruda marito] *Intacta, immatura,ſiue intēpeſtiua. Sed animo cruda,id eſt,crudelis, ac per hoc aſpera atq; horrens maritum.* Ducere] *Oblectatione cātus quocunq; ieris te ſequentes,ut Virg.*

„ *Mulcentem tigres & agentem carmine quercus.*

Ceſſit immanis tibi blandienti Cerberus] *Hypallage, cùm ipſe magis blanditus ſit Cerberus.* Spiritus teter] *Aut poſuit pro ueneno: aut pro ſanie cadauerum, quibus ueſci conſueuerat.* Centum] *Finitum pro infinito.* Muniant angues caput eius] *Vt ait Ennius:*

„ *Angue uilloſi canis.*

Ore trilingui] *Vt:*

„ *Latra tu regna trifauci*
„ *Perſonat.*

Quin & Ixion] *Vt:*

„ *Atq; Ixionei uento rota conſtitit orbis.*

Vultu Riſit inuito] *Extorquente cithara dulcedine ſua quod tormentorum pœna non ſinebat.* Dum grato Danai puellas Carmine mulces] *Danai nota fabula, qui fratris Aegypti inuidia, quòd omnes ille filios, hic haberet filias, pactis nuptijs filiabus præcepit, ut interimerēt acceptos ſponſos,quod ab omnibus factum eſt, præterquā ab Hypermeſtra, quæ Linum fuga data ſeruauit. Ob hoc ſcelus apud inferos hac dicuntur pœna damnatæ, ut aquam in pertuſum doliū iugiter mitterent.* Puellas] *Filias dixit.* Sera fata] *Vt:*

„ *Diſtulit in ſeram cōmiſſa piacula mortem.*

Perdere ferro] *Occidere.* Vna] *Hypermeſtra.* Audiat Lyde ſcelus] *Audiat qua pœna damnatæ ſunt,quæ amantibus crudeles fuerunt.* Manent] *Expectāt.* Etiā ſub Orco] *Non ſolùm damnantur in aquæ penuria, ſed etiā infernali cruciātur igni.* Duro Perdere ferro] *Non ad naturam ferri relatum eſt epitheton, ſed ad earum animū, quæ dura ac crudeli mente hoc auſæ ſunt,ut:*

„ *Duris genuit te cautibus horrens*
„ *Caucaſus.*

Face nuptiali Digna] *Poſitum eſt hoc pro affectionis inſigni, tanquā maius præmium fœminis non ſit. Cum facibus enim nuptiæ fiebant ueſperi apud antiquos.* Et in omne uirgo Nobilis æuum] *Virginē pro muliere poſuit.* Ne longius tibi ſomnus] *Id eſt, mors,ut:*

Et „ *Et conti*

„ *Et conſanguineus leti ſopor.*
Mollior] *Melior, affectioſior.* Quæ uelut, &c.] *Ordo eſt: Quæ ue*lut leænæ nactæ uitulos, heu heu lacerant ſingulos: & eſt pulcherrima comparatio. Me uel extremos Numidarū in agros] *In deſerta Numidiæ, quæ feris plena ſunt, aut pro crudelitate Numidas memorauit, ut:*

„ *Hinc Numidæ infreni cingūt.*

Claſſe releget] *Remoueat: ut, Virgilius.*

„ *Atq; ideo tauros procul, atq; in ſola relegant*
„ *Paſcua.* ——

Dum fauet nox] *Vt:*

Surge, quæ dixit iuueni marito:
Surge, ne longus tibi ſomnus, unde
Non times, detur: ſocerum, & ſceleſtas
Falle ſorores:
Quæ, uelut nactæ uitulos leænæ,
Singulos eheu lacerant. ego illis
Mollior, nec te feriam, nec intra
Clauſtra tenebo.
Me pater ſæuis oneret catenis,
Quod uiro clemens miſero peperci,
Me uel extremos Numidarum in agros
Claſſe releget:
I, pedes quô te rapiunt, & auræ,
Dum fauet nox, & Venus: i, ſecundo
Omine, & noſtro memorem ſepulchro
Scalpe querelam.

hoc idem facit & alijs exemplis. Mouit lapides] *Arguit à maiori. Nam multò facilius eſt cor muliercula mouere. De Amphione dictū eſt in principio.* Septem neruis] *Septem cordis.* Neq; loquax] *Id eſt, ſonora.* Neq; grata] *Sua ſuauitate. Olim dum nondum à Mercurio inſtituta eſſet. Nūc uerò poſtquam Mercurius te inſtituit grata es.* Menſis] *Conuiuijs.* Tēplis] *Quia & in ſacris adhibebant muſicam, ut illud. Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.* Dic modos] *Id eſt, muſicam modulationē.* Quibus] *Scilicet, modis. Et quāuis omnis generis ſit, erat tamen in fœminino apud antiquos quibus ut duabus.* Obſtinatas] *Id eſt, Lydiæ obſtinatæ.* Trimo] *Quæ in triennio ſit. Dicimus enim bimum, trimum & quadrimum. Sed etiam dicimus hornum, id eſt, huius anni. In trimatu autem nondum Venerem ſentiunt æquę.* Exultim] *Exultando & per ſaltationem.* Cruda] *Immatura. Contra Virgil.*

„ *Iam Matura uiro, iam plenis nubilis annis.*

„ *Defenſi tenebris, & dono noctis opacæ.*

Scalpe querelam] *Id eſt, epitaphion in cōmemoratione, quod geſtū eſt, ſcribe.*

PORPHYR. } Mercuri, nam te docilis magiſtro] *Mercurium uocat lyræ inuentorem, petens ut inſpiret ſibi modulationem dignam auribus, Lydes amicæ. Ordo eſt autem:* Mercuri dic modos, quibus Lyde obſtinatas applicet aures, nam te docili magiſtro mouit Amphion lapides canendo. *Nota fabula Amphionem citharæ cantu & pecudes, quarum paſtor erat, ad ſe acceſſiſſe: & lapides quibus Thebani muri extructi ſunt.*
Tuq; teſtudo] *Quia teſtudine Mercurius lyram fecit.* Et amica templis] *Fidicines, hodieq; Romæ in ſacrificijs adhiberi uidemus.* Et adhuc proterno Cruda marito] *Non intempeſtiua, ſed animo cruda, id eſt, crudelis, ac per hoc aſpera atq; horrens maritum.*
Tu potes Tigres comitesq; ſyluas Ducere] *Hæc ad teſtudinem dicuntur, ſiue ad Mercurium.* Ceſſit immanis tibi blandienti Ianitor aulæ] *Receptam de Orpheo fabulam tractat, quæ refert etiam Cerberum, & cætera inferna cantu citharæ eius lenita eſſe.*
Atq; ſpiritus teter, ſaniesq; manet Ore trilingui] *Saniem autem cadauerum, quibus ueſcitur intelligi uult: aut prò ueneno poſuit, quæ in illo poteſt fingi, cùm etiam ſerpentibus hirſutus eſſe uideatur.* Quin & Ixion Tityosq; uultu Riſit inuito] *Inuito uultu, intelligas tantam fuiſſe gratia cantus, ut in tormentis pœnæ conſtitutis extorſit tamen riſus.* Danai puellas] *Pro eo quod eſt, Danai filias.* Audiat Lydæ ſcelus] *Mira opportunitate de exceſſu exceſſum repetit, & eſt ſenſus: Audiat Lyde, qua pœna dānatæ ſunt, quæ crudeles amatoribus fuerunt.* Inane lymphæ Dolium] *Ita autem figurauit, ut econtrario Plenum uas, & inane illius rei dicitur, ut & Terentius:*

„ *Vini plenum.*

Seraq; fata] *Quare Sera dixerit, ipſe ex ſubiectis oſtendit.* Quæ manent culpas etiam ſub Orco Impiæ, nam quid potuere maius] *Bona παρένθεσις, per quam impenſior affectio dicentis exprimitur.* Duro perdere ferro] *Non ad naturam ferri relatum eſt epitheton duro, ſed ad animum earum, quæ dira ac crudeli mente in eos uſæ ſunt.* Vna de multis] *Hypermneſtram dicit, quæ Lincon maritum ſeruauit, & uidetur præſenti affectione illatum.* Face nuptiali digna] *Tanquā maius præmium non ſit fœminis.* Et in omne uirgo Nobilis æuum] *Propter pietatem, ſcilicet quam marito præſtitit.* Me pater ſæuis oneret catenis] *Extrinſecus audiendum, ſi putat, uel quid tale me putet. ut,*

„ *Si putat ſæuis catenis onere pro hoc facto.*

Et noſtro memorem ſepulchro, Scalpe querelam] *Id eſt, monumento meo inſcribe mortis meæ caſum uel cauſam.*

CHRIST. LAND } Mercuri: nam te docilis magiſtro] *Mercurium inuocat, ut lyræ repertor lyræ ſuæ ſuauiſſimū præſtet ſonum, quo amicæ mentem flectat. Ode in genere deliberatiuo uerſatur, ſed procemij uicem, obtinet principiū. Captat enim beneuolentiam, cum laudet eum ab arte. Laudet itidem à diſcipuli doctrina, quæ in illum redundare uidetur. Ex eodem tamen loco oſtendit facilitatem petitionis. Nam ſi ita inſtruxit Amphionem, ut poſſet mouere ſaxa, multò illi facilius eſt præbere ſuauem cantum,*

Proterno] *Procaci. Dixit autem & nuptias, & maritum per acyrologiam. Nam impropriè dicuntur hæc niſi in humana ſpecie.* Tigres] *Quæ feræ ſæuiſſimæ ſunt, comitesq; ſyluas, ut patuit in Orpheo.* Ceſſit immanis] *Cerberus. nam fingunt Orpheum cum inferos petiſſet, ut Euridicem reduceret, omnes tortores, omnesq; tortas umbras ſua lyra demulſiſſe & mitigaſſe.* Ianitor] *Ianuæ cuſtos Propert.*

„ *Ianitor ad dantēs uigilet.*
Cerberum intelligit. ſic Virg.
„ *Te Stygij tremuêre lacus, te ianitor Orci.*

Sed de Cerbero & quare Virgil. inducat illum nolle Aeneam admittere, Et quare contra fingat Heſiodus uenientes quidem animas blandè illum excipere, ſed egredi cupientes prohibere, & quædam alia, quæ ad altiorem ſpeculationem ſpectant nos in noſtris dialogis Chamaldulenſibus in quibus Virgilianæ allegoriæ commentum pro uiribus exprimere conati ſumus. Centum angues] *Numerus eſt pro numero.* Spiritus teter] *Vt etiam ſpiritum, qui propter ſaniem earum, quas uorat animas grauis fœtidusq; eſt, nocere poſſit.* Sanies] *In corpore animantis humor integer, incorruptusq;, quo corpus uiget, aliturq; ſuccus dicitur. Terent.*

„ *Corpus ſolidum & ſucci plenum.*
„ *Sine autē morbo, mortéue corrūpitur, pus ſaniesq; uocatur.*

Ore trilingui] *Ex triplici ore, unde tres linguæ ſint.* Quin & Ixion] *Huius fabula expreſſa eſt. Sed ipſe apud inferos hac pœna cruciatur, ut rotæ inter ſerpentes alligatus, aſsiduè & ſine requie circumagatur Ouid.*

„ *Voluitur Ixion dum ſe ſequiturq; fugitq;.*

Tityos] *Nominatiuus Græcus.* Inuito uultu] *Nam etſi uultum cruciatus contraheret, tamen uoluptas lyræ ad riſum porrigebat.* Stetit ſicca] *Reſtitit paulū, & propterea ſiccata eſt, id eſt, dū breui mora deſinunt Belides ab aqua haurienda, euacuata eſt unda.* Vrna] *Ab hauriendo dicta. Nam orno antiquū uerbum id ſignificat.* Puellas] *Filias, ut pueros pro filijs ponimus.* Audiat Lyde] *Audiat mulier quæ mihi crudelis, qua pœna afficiātur illæ, quæ crudeles in ſuos amantes fuerunt. Et profectò mirum poetæ fuit ingenium, qui exemplum quod ad petitionis ſuæ facilitatem probandam adhibuerat, etiam ad mitigandam Lydæ ferocitatē efficaciter traducat. Proptereaq; omiſsis alijs, quibus facultatem probauerat, in hoc moratur ad id, quod iam dixi perficiendum. At tum unam laudando, quæ pia in maritum fuit, tum cæteras uituperando, Lyden in ſe inclinare nititur.* Longus] *Quaſi dicat, æternus, id eſt, mors.* Non times] *Auget ſcelus illarum, quòd in eos ſæuierint, qui omne ab illis auxiliū ſpectaſſent.* Me pater] *Non ſolum illi remiſſura ſupplicium eſt, uerùm etiam in ſe ſi oporteat ſuſceptu-*

rum

rum, ut uir euadat. Maximus ergo amor, quo marit͡u non modò parentis præceptis, ſed ſuæ etiã ui æ anteponat. Me pater] Non ab re eſt explicata narratio, nam quantò magis immoratur in pietate Hypermneſtræ, tantò uehementius mollire Lyden ualet. Quod uiro] Sapienter ita uitat crudelitatẽ in maritũ, ut ne tamen in parentem impia dici poſsit. Nam demonſtrat ſi ſuppliciũ ſubitura ſit, inïuſtè ſubituram, & pœnam pro eo daturã, pro quo præmiũ mereatur. Plectetur enim quòd pepercerit uiro, qui iure naturali cæteris ſit præferendus. Peperci miſero] Qui etiã externos mouere poſſit. Oneret] Quod ſupplicium uel morte grauius ſit. Morte enim omnes labores finimus, carcere autem, miſeria in longũ extenditur. Nec temerè dixit oneret, ut non ſolùm uinculis conſtringatur corpus colligatum, ſed pondere quoq; deprimatur. Vel extremos] Singula uerba pondus habent. Primo enim dixit releget, in quo excluditur redditus. In extremos] Vnde audire quidem, quæ apud meos gerantur poſsim. Numidarum] Ergo apud efferatos & immaniſsimos barbaros: quod etiam Dido conqueritur. Hinc Nomadæ infrene cingunt. Claſſe] Ergo difficilius ſit redire. I pedes] Oſtendit ita properato opus eſſe, ut non detur ſpaciũ prius conſultandi quò potiſsimũ ſit fugiendũ, ergo i quo rapiunt, id eſt, rapium ferunt. Pedes] Ad terreſtre iter referas. Vel auræ] Ad nauigationem. Dum fauet nox] Nam quamprimũ illuxerint, adempta erit omnis euadẽdi facultas. Venus] Amor meus in te. Querelam memorem] Id eſt, qua omnes qui legent in memoriã noſtri ueniant. Idem penè deprehendes apud Naſonem in huius puellæ epiſtola. Defunctaq; uita Corpora furtiuis inſuper adde rogis. Et ſepeli lachrymis perfuſa fideliter oſſa. Sicut atq; ſint titulo noſtra ſepulchra breui. Exul Hypermneſtra precium pietatis iniquũ. Quam mortem fratri depulit ipſa tulit.

ERAS. KOT. } Audiat Lyde] Notiſsimæ fabulæ filiarum Danai hic mentionem facit Horatius, quæ ob ſponſos necatos has pœnas dare dicũtur, ut ſitulis perſtillantibus aquã hauriãt, atq; in dolium pertuſum infundant graui nimirùm, ſed utili labore. A quibus tractum eſt prouerbium. Dolium inexplebile. Vide item Eraſmum in Prouerbijs: Cribro aquam haurire.


HENR. GLAR. } Tuq; teſtudo reſonare ſeptẽ Callida neruis] Macrob. lib. 1. Saturn. ſcribit Apollinis lyrã ſepté chordarũ fuiſſe, per quas tot cœleſtiũ Sphærarũ motus præſtet intelligere: dicere uult ſeptẽ Planetarũ motus: quãquã ea ratio frigida eſt. Si enim octo neruos dixiſſet poëta, hic tam ſubtilis ſpeculator cõtinuò ſubiunxiſſet: per eos tot cœleſtiũ ſphærarũ motus intelligi. Sunt enim octo apud omnes. Rurſus ſi nouẽ chordas nominaſſet poëta, octo haud dubiè hic dixiſſet motus eſſe, atq; adeò totidem ex illis ſonos: Nonũ aũt intelligi oportere conflatũ ex his octo phthongis ſymphoniã: ut de Muſis quidã nõ temerè philoſophantur, ac nonã ideò dictam Calliopẽ. Eadem eſt Ciceronis in Somnio Scipionis tractatio: quæ me non multũ moratur: ſed multò minus Macrobij portentoſæ ille magnitudinis cõmentarius. Ad idem pertinet quod Diodorus ait Mercuriũ lyræ repertorẽ fuiſſe, atq; eam trib. inſtituiſſe chordis, inſtar trium anni tẽporũ. Treis item uoces deſumptas grauẽ ab Hyeme, acutã ab Aeſtate, à Vere mediã, magna iniuria Autumni, qui hîc indigniſsimè plenus fructibus exulat. Alij Orpheũ quatuor chordis lyrã inſtituiſſe tradunt, uel ad eadẽ anni tẽpora, ut iniuria affectus Autumnus, poſtliminio rediret: Vel ad quatuor elemẽta Id enim quidã docent. Mirum uerò, quod non potius ad quatuor mundi cardines: ita enim firmiores ac longiores puto futuras fuiſſe chordas. Longũ eſſet referre quis chordã quintã, quis ſextã, ſeptimãq; adiecerit, deinceps, ut ad decimã quintã uſq; deuentũ. Quid enim fructus ex his lector percipit? Pudet planè quoties ea apud doctos lego tam indoctè, atq; abſq; omni tractata iudicio, cũ ... maximum in muſicis ſiſtema æquo in Trichordo haberi queat, atq; in Cithara multarũ chordarum, tametſi ita cedere arſi ac theſi non poteſt, ut cithara. Verùm hæc omnia nihil ad rem, ſed effugia ſunt noſtræ ignorantiæ, quæ nimium fœcunda eſt quoties hæret. At qui hoc explicandũ erat, quare toties apud authores mẽtio ſit ſeptẽ chordarum, quidq; per has intelligi oporteat: quemadmodum apud Homerum ſecundo hymno, qui eſt ad Mercurium:

» Ἑπτὰ δὲ συμφώνους ὀΐων ἐτανύσσατο χορδάς.

Et apud Virgilium in Alexi:

» Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
» Fiſtula —— Et Aeneid. 6.

Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina uocum: Et hic: Septem Callida neruis. Et ſi quæ ſunt apud alios loca alia, ut planè ſunt apud Claſsicos quàm plurima. Quid hic ad noſtri authoris ſenſum eruendum facit, quam quiſq; chordam adiecerit, enarrare? aut ſeptem planetarum numerum recenſere, uelut rem nulli notam? Cum interea lectoris mens non minùs dubia quã antea, hæreat? Non nũc dicam quod ſæpe mecũ ingemiſco, hanc Matheſeos partem, de qua tantum apud priſcos cautum fuit, adeò negligi, ut inter eximiè doctos uix unus aut alter ne dicam adhibere uelit manum, imò uerius



Nete hypermixolydij	Aa	Nete hyperbolæon
Nete Mixo lydij	g	Paranete hyperbolæon
Nete Lydij	f	Trite hyperbolæon
Nete Phrygij	e	Nete diezeugmenon
Nete Dorij	d	Paranete diezeug.
Nete hypolydij	c	Trite diezeugmen.
Nete hypophrygij	b	Parameſe
Nete hypodo. Proſl. hyper.	a	ΜΕΣΗ.
Proſlambano myxolydij	G	Lichanos meſon
Proſlambanomene lydij	F	Parhypate meſon
Proſlãbanomene Phrygij	E	Hypate meſon
Proſlambanomene Dorij	D	Lichanos hypaton
Proſlambanom. hypolydij	C	Parhypate hypaton
Proſlamban. hypophrygij	B	Hypate hypaton
Proſlamban. hypodorij	A	Proſlambanomene

qui poſſit. Sed nunc querelarũ ſatis eſt: rẽ ipſam aggrediemur. Ego per ſeptẽ ſiue chordas, ſiue neruos, ſiue cicutas, ſiue diſcrimina uocũ, intelligo ſeptẽ illas Diapaſon ſpecies, quos & Modos, & tropos priſci, noſtra uerò ætas non ſatis aptè Tonos nominat, qui non minus in trichordo Mercurij, Tetrachordo Orphei, ac reliquis deinceps aliquot chordarum inſtrumentis habentur, quã in cithara 24. chordarum, per quos omnis cantus regitur, quemadmodũ per pedes carmina. Sunt autem hi Modi ex Proslambanomene ad paraneten hyperbolæon, quibus Ptolemæus octauũ adiecit à Meſe ad Neten hyperbolæon, à primo tamen nihil differentem, qui erat à Proslambanomene ad Meſen, ut impleretur ſyſtema maximum Δὶς διὰ πασῶν à Proslambanomene ad Nete hyperbolæon. Et ut noſtræ ætati aliquid demus: Modi ſeptem ſunt ab A graui ad g acutum: Septẽ uidelicet Diapaſon ſpecies ex ſeptem grauioribus literis A, B, C, D, E, F, G, ad ſeptem acutas, a, b, c, d, e, f, g, Neq; eſt ullus cantus uel citharæ, uel alij inſtrumento habilis: qui non in aliquem ſeptem horum Modorum ceciderit. Huius rei antecedentẽ ſubiecimus typum. Hæc tamen ut doctis harum rerum plana ſunt, atq; adeò etiam nimium prolixa, ita huius artis imperitis fruſtrà tinniunt. Tum ſi omnium ineptias hîc enarrare coner, integrũ uolumen mihi texendum erat. De his Modis doctè differit Boëthius lib. 4. muſices, cap. 14. Nam quod noſtra ætate octo aiunt Tonos, id non uideo, qua ratione dicant, cùm octauus ille recens ſit quartæ ſpeciei Diapaſon: ſed quæ ſit diuiſa Arithmeticæ, nõ Harmonicæ. Verùm ſi Modos inde liceat numerare, erunt, ut diximus, non minus duodecim: futuri etiã quatuordecim, ſi ſecunda Diapaſon ſpecies ac ſexta, illa Harmonicæ, hæc Arithmeticῶs diuidi potuiſſent. De his in Dodechordo noſtro quibuſdã uiſa παράδοξα, cùm nihil minus ſint, diligenter diſſeruimus. Quare nunc deſino moleſtus eſſe lectori, atq; typo poſito ad alia properamus. Impiæ (nã quid potuêre maius Impiæ) ſponſos potuere duro Perdere ferro] *Hos uerſus ita legendos exiſtimo, ut in parentheſi cõtineantur hæc uerba (Nam quid potuêre maius Impiæ?) atq; etiam interrogatiuè legantur. Nam cùm Impias primùm dixiſſet, ſubiungit mox cauſam impietatis. Et ipſa quidem interrogatio hoc loco magis urget, quàm ſimplex enunciatio. Mancinellus primum Impiæ putauit eſſe genitiui caſus, nec diſtinxit poſt Orco. Cætera rectè expoſuit. Quidam exponunt impiæ, inquam, ſed non placet hæc geminatio.*

HERMAN. FIGVL. } Nam te magiſtro mouit Amphyon] *Commendans diſcipuli peritiam, ipſum præceptorem quoq; laudat. Solent enim diſcipuli adferre laudem, uel uituperium magiſtris artium. A doctio ſiquidem præceptore, doctus naſcitur diſcipulus, iuxta prouerbium:* [illegible] *Et oſtendit Mercurium facilè poſſe præſtare id, quod petit: argumento à maiore ad minus ducto, in hunc modum: Si docuiſti Amphiona lapides mouere lyra, multò faciliùs me docebis hominem eadem flectere. Cæterùm Amphiona Iouis & Antiopes filium fuiſſe, & artis muſicæ adeò peritum, ut ſequẽtia cantum lyræ ſaxa, in Thebarum muros ſua ſponte ſe compoſuerint, poëtæ fabulantur. Quod tamẽ propterea fictum conſtat, quia homines rudes & agreſtes ſua eloquentia in unum locum congregauit, & ad ciuilem conſuetudinem, humanioremq; uiuendi cultũ redegit. Idem Propertius lib. 3. quoq; affirmat, his uerbis:*

„ *Saxa Cithæronis Thebas agitata per artem,*
„ *Sponte ſua in muri membra coiſſe ferunt.*

Meminit etiam Horatius in arte poëtica. Et Silius Italicus lib. 11. Teſtudo] *Hoc eſt, lyra, quam primus ex arida teſtudine fecit Mercurius.* Septem callida neruis] *Legimus enim ſeptem fuiſſe in cithara chordas, iuxta numerum ſeptem Atlantidũ, quòd Maia Mercurij mater una ex his fuiſſet: deinde adiectas duas, ut repræſentarent numerum Muſarum. Henricus Glareanus, uir doctiſsimus, per ſeptem ſiue chordas, ſiue neruos, intelligit ſeptem illas Diapaſôn ſpecies, quos & modos, & tropos priſci, noſtra uerò ætas non ſatis aptè tonos nominat, per quos omnis cantus regitur, quemadmodum per pedes carmina.* Nec loquax olim] *Nec prius ſonora, & grata ob ſuauitatẽ hominibus, quàm acceſſit ars Mercurij. Ab inuentore commendatio.* Nunc & diuitum menſis] *Nunc autem poſtquam mira quædam & ſingularis ſuauitas tibi à Mercurio addita eſt, amaris ab omnibus, & Deorum ſacrificijs, diuitumq; conuiuijs, delectationis gratia adhiberis. Ad tantum enim honorem, & dignitatis culmen Muſica apud ueteres conſcendit, ut illam ſacris & publicis cæremonijs adiungerent, cùm in Deorum puluinaribus, & epulis magiſtratuum, fides præcinerent. Et inter regalia conuiuia laudes Deorum atq; heroum ad citharam canerentur. Sic Iopas apud Virgilium in cœna Didonis cantat errantem lunam, ſoliſq; labores.* Obſtinatas] *Pertinaces & præfractas.* Quæ uelut latis equa trima] *Commodè puellam nondum maturam & uiuacitem, comparat equæ trimæ, laſciuienti atq; exultanti in campis.*
Crudæ] *Immatura, nondum nubilis. Ducta metaphora à fructibus, qui nondum maturuerunt.* Tu potes Tigres] *Vim & poteſtatem lyræ celebrat, indicatq; factu ei facilimum, quod rogat.*
Tigres, comiteſq; ſyluas] *Alludit ad fabulam Orphei, qui lyræ carminibus feras, ſyluas, & ſaxa traxiſſe, & flumina detinuiſſe fertur. Hoc autẽ quare fictum ſit, pulchrè declarat Horat. in arte poët. Et multùm elegãter explicatur in Epigrãmmate de Orpheo, quod Virgilij eſſe creditur, in hæc uerba:*

„ *Threicius quondam uates fide creditur canora*
„ *Mouiſſe ſenſus acrium ferarum:*
„ *Atq; amnes tenuiſſe uagos,*
„ *Et ſurda cantu concitaſſe ſaxa.*
„ *Suauiſonoſq; modos teſtudinis arbores ſecutæ*
„ *Vmbram feruntur præbuiſſe uati.*
„ *Sed placidis hominum dictis fera corda mitigauit:*
„ *Doctaq; uitam uoce temperauit.*
„ *Iuſtitiam docuit: cœtu quoq; congregauit uno,*
„ *Moreſq; agreſtes expoliuit Orpheus.*

Ceſſit immanis tibi] *Orpheus, cum ardentiſsimo amore inflammatus eſſet in Eurydicen, ſerpentis morſu interemptam, fretus ſua arte, ad repetendam eam, ad inferos deſcendit, & carminis ſuauitate Cerberum ianitorem, cæteroſq; infernos miniſtros mites & placidos reddidit, Vmbras in obliuionem pœnarum ſuarum deduxit: Vxorem à Proſerpina facilè impetrauit. Hanc fabulam prolixè tractant Virgilius libro 4. Georg. Et Ouid. lib. 10. Transform. in princip.* Ianitor aulæ Cerberus] *De Cerbero, ad ianuam Plutonis uigilante, ſatis multa diximus lib. 2. Ode 13.*
Centum angues] *Hoc eſt, multi colubri, quos pro pilis in capite habet.* Spiritus teter] *Fœdus halitus, & propter deuorata cadauera fœtens.* Ore trilingui] *Trifauci rictu. Eſt enim triceps Cerberus. Vnde Virg.*

„ *Tenuitq; inhians tria Cerberus ora.*

Quin & Ixion Tityoſq;] *Ixion & Tityus, obliti pœnarum ſuarum, ridere inuiti ſuauitate cantus coacti ſunt. De Tityo dictum nobis eſt. Ixionem uerò apud inferos perpetuò rota circumuolui fingunt, propterea, quòd cum Iunone concubuiſſe ſe gloriaretur.* Ouid. lib. 4. Transfor.

„ *Voluitur Ixion, & ſe ſequiturq;, fugitq;.*
Et Tibullus lib. 1. Elegia 3.
„ *Illic Iunonem tentare Ixionis auſi,*
„ *Verſantur celeri noxia membra rota.*

Stetit urna paulum ſicca] *Sic Ouidius:*

„ —*Vrniſq; uacarunt*
„ *Belides.*—

Danai puellas] *Regis Argiuorum filias, quæ etiam ſuauitate cantus delectatæ, paulùlum ab opere ſuo ceſſauerint.*
Audiat Lyde ſcelus] *Crudele illud facinus à Danai filiabus commiſſum, audiat amica mea, & hoc exemplo diſcat eſſe mitior atque benignior ergo amantem.*
Inane lymphæ dolium fundo pereuntis] *Hæc pœna eſt Danaidum puellarum. Nam Plato ſcripſit, eas apud inferos hoc pœnæ genus pendere, ut aſſiduè aquam in dolium pertuſum, urnis uerò perforatis infundant, graui nimirum, ſed inutili labore.*
Quæ manent culpas] *Quæ impiæ & ſceleratæ puellæ, etiam apud inferos ſuæ crudelitatis pœnas dant. Vnde Tib.*

„ *Et Danai proles, Veneris quòd numina læſit,*
„ *In caua lethæas dolia portat aquas.*

Sponſos potuere duro perdere ferro] *Nam quinquaginta filios*

Aegypti

Aegyſti patrui, quibus nupſerant, una nocte iuſſu patris interfecerũt omnes, præter unam Hypermneſtram, quæ ſuo marito pepercit. Hãc fabulam latiùs tractauimus lib. 2. Vna] *Scilicet Hypermneſtra, quæ una ex quinquaginta, unũ ex totidem fratribus ſeruauit. Vnde ſic ad ipſum ſcribit apud Ouid.*

„ *Mittit Hypermneſtra de tot modò fratribus uni,*
„ *Cætera nuptarum crimine turba iacet.*

Face nuptiali digna] *Digna matrimonio. Nam in nuptijs tædæ ardentes ſponſis præferebantur.* Splendidè mendax] *Quæ honorificè mentita eſt, & fidem datam patri magna cum gloria non ſeruauit. Nam licet liberi magnam parentibus debeant obedientiam & reuerentiam, tamen cùm impium aliquid & ſceleratum, quod eſt contra mandatum Dei, eos facere iubent parentes, non eſt obtemperandum impiæ eorum uoluntati. Oportet enim Deo magis obedire quàm hominibus.* Iuueni marito] *Scilicet Lino ſponſo.* Surge, ne longus tibi ſomnus detur] *Surge, ne perpetuum ſomnum dormire cogaris. Somnus autem imago, uel ſimulachrum eſt mortis, itaq; hìc pro ipſa morte poſuit. Apud Ouidiũ ſic eũ alloquitur:*

„ *Surge age Belide, de tot modò fratribus unus,*
„ *Nox tibi, ni properes, iſta perennis erit.*

Quæ uelut nactæ] *Elegans comparatio, qua crudelitatem ſororũ exaggerat.* Mollior] *Mitior & humanior. Idem apud Ouidium ſic pulchrè effert:*

„ *Fœmina ſum, & uirgo, natura mitis, & annis,*
„ *Non faciunt molles ad fera bella manus.*

Me pater ſæuis oneret catenis] *Præclarum amoris coniugalis exemplum in Hypermneſtra, quæ mariti ſalutem non modò ſcelerati parentis præceptis, ſed uitæ etiam ſuæ antepoſuit. Hanc ſententiã Ouid. ita expreſſit:*

„ *Me pater igne licet, quem non uiolauimus, urat,*
„ *Quæq; aderant ſacris, tendat in ora faces.*
„ *Aut illo iuguler, quem non bene tradidit, enſe,*
„ *Vt qua non cecidit uir nece, nupta cadat.*
„ *Non tamen, ut dicant morientia, pœnitet, ora*
„ *Efficiet, non eſt, quam piget eſſe piam.*

Quòd uiro clemens miſero] *Hoc ita apud Ouidium:*

„ *Quòd manus extimuit iugulo dimittere ferrum,*
„ *Sum rea: laudarer, ſi ſcelus auſa forem.*

Extremos Numidarum in agros] *Hoc eſt, ad remotiſſimas & crudeliſſimas gentes. Vel reſpexit poëta ad Romanorum conſuetudinem, qui ſolebant damnatos, uel in Africam, uel in Pontum relegare. Sunt autem Numidæ populi Africæ, ad ripas fluminis Ampſagæ.* Releget] *In exilium mittat.* I, pedes quò te] *Hortatur, ut fugam maturet, dum liceat hoc per noctis oportunitatem.* Dum fauet nox] *Apud Ouid. ſic ait:*

„ ——*Dum nox ſinit, effuge, dixi.*
„ *Dum nox atra ſinit, tu fugis, ipſa moror.*

Venus] *Hoc eſt, amor meus erga te.* Secundo omine] *Id eſt, felici augurio.* Memorem ſepulchro, &c.] *Hoc eſt, defunctæ ſepulchro epitaphium incide, quod legentes commonefacit pietatis meæ. Extat apud Ouid. Hypermneſtræ Epitaphiũ, in hæc uerba:*

„ *Exul Hypermneſtra, precium pietatis iniquum,*
„ *Quam mortem fratri depulit, ipſa tulit.*

THEOD. PVLM. } 52 Scalpe] *G.E.B. & Ant. Mureti editio.* Sculpe, *H.A. Diomedes lib. 1. de multiplici uerborum differentia: Nec ſolum coniugationes, uerùm etiam ipſam poſitionem uerborum compoſitio mutat: ut calco facit inculco, & conculco, nõ incalco uel concalco: ſcalpo inſculpo, quare gẽina ſcalpta dicendũ eſt, non ſculpta: adiecta tamẽ præpoſitione facit ſculpta.*

ANTON. MVRET. } 9 Quæ uelut latis equa trima campis] *Henricus Stephanus, utriuſq; linguæ peritiſſimus adoleſcens, cuius ego è ſingulari ingenio, placidiſq; moribus, ſextũ iam menſem, incredibilem in hac urbe haurio ſuauitatem, iã pridẽ indicauit Anacreõtis locũ, è quo hic Horatij expreſſus uideretur.*

GEORG. FABR. } *Mercurium alloquitur, ut ſibi eiuſmodi artem tradat, qua Lyden duriſſimam permoueat. Duriciam Lydes probat, quod nec blanditijs frangatur Muſicæ, quibus alia res omnes trahuntur: neq; pœnis terreatur, quas luunt apud inferos, qui ſuos amantes tractarunt crudeliũs. Duplex exemplum laudis, unum rei, ἀπὸ πράξεως, ut Muſicæ, ſumptum ab effectis: alterum facti, τοῦ πράγματος, ut Hypermneſtræ, quæ maritum conſeruauit.* Sculpe querelam] *In Aldinis,* ſcalpe, *minus bene. ſcalpere enim ſignificat effodere. Vt Serm. 1. 8. ſcalpere terram unguibus. & in Aul. Plauti, Occœpit ibi ſcalpurire ungulis circumcirca. Legitur itaq; rectiùs, Sculpe. hoc eſt, inſculpe, loquens de ſaxo aut marmore. Ouid. refert hoc uerbum in Hyperm.*

„ *Sculptaq; ſint titulo noſtra ſepulcra breui.*

Vbi in iiſdem Aldinis, Scriptaq;: ſed è duobus manuſcriptis lectionem ſinceriorem erui.

IOD. BAD. ASCENS. } Mercuri] *Mercurium & Lyram eius inuitat poëta, ut eius cantu Lydæ exemplo Belidum ab immanitate deterreatur, & amanti mitior fiat, dicens.* O Mercuri] *Nam Amphion uates ille Thebanus, & Muſicus peritiſſimus.* Docilis] *Id eſt, habilis ad diſcendã Muſicam.* Te magiſtro, mouit canendo] *Id eſt, per cantum.* Lapides] *Scilicet, ad conſtructionem murorum Thebanorum. unde Author in Arte.*

„ *Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis,*
„ *Saxa mouere ſono teſtudinis.*

Et tu teſtudo] *Id eſt, Lyra aut cithara ad exemplar teſtudinis habentis adhuc neruos ſuos* Iuuenta callida] *Id eſt, ualde perita.* Reſonare ſeptem Neruis] *Secundum numerum ſeptem Planetarum.* Nec loquax olim] *Id eſt, olim antequam inuenta eras nihil dicere ſolita.* Neq; grata] *Quia incognita, & nũc amica, & menſis diuitum, ad quas pulſatur.* Et templis] *Scilicet, deorum.* Dic] *Scilicet, uterq;* Modos] *Id eſt, cantus modulatos: quibus* Lyde obſtinata] *Id eſt, obdurata nunc applicet aures.* Vt] *Scilicet, flectatur, quia eas nunc obſtruit, quæ ludit* Exultim] *Id eſt, exultando & ſaliendo, uelut equa* Trima] *Id eſt, triennis. ludit campis latis.* Et expers nuptiarum] *Id eſt, coitus aut coniugij adhuc* Inexpertarum] *Id eſt, coitus aut coniugij adhuc inexperta.* Et cruda] *Id eſt, dura & immatura, adhuc marito* Proteruo] *Id eſt, laſciuo, proteruè.* Metuit] *Scilicet, ab eo, ut autem id facilè oſtendat, dicit.* Tu potes ducere Tygres] *Id eſt, ferociſſima illa animalia & ſyluas* Comites] *Id eſt, te ſequentes ut ſub Orpheo accidit.* Et morari] *Id eſt, detinere.* Riuos celeres] *Scilicet, prius & ianitor immanis aulæ, quia* Infernalis] *Scilicet, Cerberus.* Ceſſit tibi blandienti] *Id eſt, blandè ſonanti, dum Orpheus uxorem repetit.* Quamuis centum] *Id eſt, plurimi angues muniant caput eius furiale.* Et ſpiritus] *Id eſt, flatus* Teter] *Id eſt, ueneneſus.* Et ſanies] *Id eſt, udor ex corrupto cruore.* Manet] *Id eſt, diſtillet & fluat ore trilingui.* Quin &] *Id eſt, quinetiam Ixion & Tytius, Gigantes in inferno damnati, riſit uultu* Inuito] *Id eſt, coacto.* Vrna] *Scilicet, Belidum.* Stetit paulum] *i. ad modicũ tẽpus, ſicca cõtra præſcriptũ, quia coguntur ſemper implere, dũ tu mulces carmine grato.* Puellas] *i. filias Danai.* Audiat] *Rogat citharã, ut ad terrorẽ Lydæ canat pœnas perfidarũ Belidũ, quas luunt, quia patruelib. ſuis infideles fuerũt, dicens.* Audiat, &c.] *ſ. parricidũ, atq; pœnas uirginũ, ſ. Belidum.* Notas] *i. uulgatas.* Et doliũ &c.] *i. aquæ, i. in quo, quia fundo caret aqua nõ remanet. unde dicit* Lymphæ pereuntis, &c.] *i. per fundi ſublati locũ, & audiet* Fata ſera] *i. extrema.* Aut ſero] *Quæ poſt mortẽ patruelũ illata.* Quæ] *ſ. fata manent, i. certè expectãt culpas, ſ.* Belidum etiam &c.] *i. inferno.* Impiæ] *ſcil. Belides.* Miſero] *Id eſt, miſerando: hoc eſt, miſeratione digno. Nam miſer ferè in bonam partem accipitur: hoc eſt, peperci tibi, ſed potius dicit uiro, quã tibi, quia multa uis excuſationis eſt in eo, quòd uiro pepercit. Nam etiã lege diuina, ſicut derelinquet homo patrẽ et matrẽ, & adhærebit uxori ſuæ, ita multò fortius mulier uiro, ut quæ propter uirum procreata eſt.* Vel pater releget] *ſ. unde nõ redeam.* Me claſſe] *i. naui in extremos* Agros Numidarũ] *i. ad torridã zonam aut Syrtes* I] *i. abi ô Line aut Lynceũ, quo pedes & auræ rapiunt* Te] *i. aufuge, quantum potes, etiã auxilio uentorũ & nauiũ fratrum.* Dũ] *i. donec nox fauet, & Venus, quæ nubẽtes legitimè ceſto cingit, aut quæ mihi tui amorẽ iniecit* I omine] *i. auſpicio & euẽtus indicio.* Secundo] *i. proſpero.* Et ſculpe ſepulcro] *ſ. noſtro querelam* Memorem] *i. Epitaphium memor noſtri.*

ANT. MANC. } *Mercuriũ eiusq; lyrã poëta ad cantus inuitat, quib. Lyde fugax & impia oblectetur, ipſius deniq; Mercurij laudes, & potentiã melodiæ concelebrat. Refert etiã Belidũ pœnas apud inferos, & illarũ cædem in patrueles, impiæ namq; illic puniuntur, id aũt agit, ne Lyde ſit impia ſed mitis fiat in eũ.* Mercuri nam te] Ordo eſt. O' Mercuri dic modos, quib. Lyde applicet aures obſtinatas: nam te magiſtro docilis Amphion mouit lapides canẽdo & tu teſtudo & callida &c. Amphyõ] *Is Iouis filius primus Muſicã inuenit, primus item cũ cythara cecinit, primus illam inuenit, ut alij Orpheus, ut alij Linus. Author Plin. lib. 7. De hoc idemq; Horat. ait in Arte. Solinus uerò ait Thebas cõdidit Amphyon, quòd Lyra ſaxa duxerit, neq; enim par eſt ita geſtũ uideri, ſed quòd affatus ſuauitate homines rupium incolas, & incultis moribus rudes ad obſequij ciuilis pellexerit diſciplinã.* Septẽ neruis] *Diodor. lib. 1. ſcribit: Mercuriũ Lyræ ex neruis triũ chordarũ inſtar trium anni tẽporũ repertorẽ fuiſſe. Tris enim inſtituit uoces, acutã, grauẽ, & mediã. Acutã ab æſtate, Grauẽ ab hyeme: Mediã ab uere ſumemus. Macrob. lib. 1. Sat. ſcribit Lyrã Apollinis chordarũ ſeptẽ fuiſſe. Per quas tot cœleſtiũ ſphærarũ motus præſtat intelligi, quib. ſolẽ moderatorẽ natura cõſtituit, diximus & plura in lib. 1. ubi Mercurium Horatius maximè celebrat.* Callida] *Docta, ſcia.* Loquax] *i. uocalis & ſonora. Olim, antequam Mercurius reperiſſet.* Modos] *Verſus modulationes.* Obſtinatas] *Duras, inexorabiles.* Trima] *i. trium annorum.* Exultim] *i. ſaltim uel ſaltuatim.* Nuptiarum] *i. coniugij.* Proteruo] *Petulanti & impudenti.* Cruda] *Immatura & dura.* Tygres] *Quæ ſunt ferociſsimæ.* Cerberus] *De hoc uide ſuperius. Totum uerò id ad Orpheum refertur, nam cythara fretus inferos adijt, de quibus uideto Maronem in fine libri 4. Georg.*

„ *Centum angues propter hos —— Item ſuperius dixit bellua centiceps.* Teter] *Niger uenenoſus.* Ixion Tityoſq;] *De his ſuprà oſtendimus.* Vrna] *De Belidum urna loquitur, de quib. Ode 14. lib. 2. de ijs etiã ait Ouid. lib. 4. Meta. finxerunt enim poëtæ has apud inferos eſſe dãnatas tali ſupplicio, ut haurientes aquas, urnas abſq; fundis conentur implere, unde Seneca.*

„ *Vrnasq; fruſtrà Danaides plenas ferunt.* Audiat Lyde] *Optat poëta Lyda ipſa mitior fiat audito ſupplicio earum, quæ amantib. impiæ fuerant.* Seraq; fata] *i. decreta Deũm ſerò uenientia. nã ut oſtendit Apuleius in lib. de mundo: fatũ Iouis decretũ eſt, Deorũ uerò uindicta ſera eſt, ſed grauior potes etiã ſera fata, ſerã mortem accipere, uel futura mala, ut indicant ſequentia.* Seraq; fata] *Ordo eſt.* Et audiat Lyde ſera. &c] *i. expectant culpas impia etiam ſub Orco.* Nam quid. &c.] *Dictio eſt nominatiui pluralis. Dicit aũt quòd impiæ nõ poſſunt maius ſcelus cõmittere, quam necare uiros, & hoc ait propter ſe, qui ſpernebatur ab Lyde impia, ut oſtendat, ſcelus id eſſe maximũ.* Etiã ſub Orco] *Hinc ait poëta lib. 6. Seneca itẽ Tragœdia prima ait,* ut fert fama impios ſupplicia uinculis Sæua perpetuis domant. Vna de multis] *De Hypermneſtra dicit, quæ Lino uiro ſuo pepercit, de qua latè* Ouid. *in Her.* Vna, &c.] Ordo eſt. Vna uirgo de multis digna face nuptiali fuit ſplẽdidè mẽdax in parentẽ periurũ, & fuit nobilis in omne æuũ. Face nupt. &c.] *i. matrimonio.* In parẽtẽ] *Contra Danaum. non enim mandata illius peregit in occidendo uiro ſuo, ut aliæ fecerint.* Splendidè mendax] *i. decorè, honeſtè, & honorificè, mendax nam propter id & decus, & laudẽ meruit. Sume ge quæ dixit Hypermneſtra apud Ouidium Lino ſcribens.* Et aura] *Ad nauigationem id refert.* Sepulcro] *Sculpe querelã. Apud Ouidium quoq; ait Hypermneſtra Lino.*

ODE XII. AD NEOBVLEN.

Παραινετική.

Ode XII. *Dicolos triſtrophos. primi duo uerſus ſunt Sapphici, ionici, trimetri, acatalecti, qui conſtant è tribus Ionicis à minore uel ultimo Pæone tertio hoc modo:*

Miſerarum eſt ∪ ∪ – – *neque amori* ∪ ∪ – – *dare ludum* ∪ ∪ – ∪
Neq; dulci ∪ ∪ – – *mala uino* ∪ ∪ – – *lauere aut ex* ∪ ∪ – –

Tertius item uerſus eſt Sapphicus Ionicus, Acatalectus, ſed tetrameter, conſtans è quatuor Ionicis à minore hoc modo:

Animari ∪ ∪ – – *metuentes* ∪ ∪ – – *patriæ uer* ∪ ∪ – – *bera linguæ* ∪ ∪ – –

∪ ∪ – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – ∪
∪ ∪ – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – –
∪ ∪ – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – –

ARGVMENTVM IN ODEN XII.

Miſerum eſt, ſi quis ita uehementer amet, ut ex amore nullam ſentiat uoluptatem, ſed ſemper anxius ſit & ſollicitus, adeò ut ne conſuetum quidem exercitium poſſit repetere.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Oſtendit miſeras eſſe puellas, quæ ita ament, ut nullã ex amore uoluptatem percipiant, ſemperq; duras caſtigationes patruorũ metuere cogantur.

COMMENTARIA.

ACRON.

MISERARVM eſt, neq; amori dare ludum] *Metrum hoc Sotadicum dicitur, ut numerus ſit potiùs, quàm metrum. Conſtat autẽ Ionico minore, & duobus primis uerſibus trimetris, ita:* Miſerarum eſt, neque amori, dare ludum, Neque dulci, mala uino, lauere aut ex. *Tertius uerò tetrameter ſcanditur, ita,* animari, metuẽtes, patruæ uer, bera linguæ. *Ad Neobulem amicam ſcribit, amantem Hebrum adoleſcentem, & deteſtatur inſuauem eſſe uitam ſine hilaritate & amore. Ordo eſt:* Neobule miſerarum eſt, neq; dare ludum amori, neq; lauẽre mala dulci uino, aut exanimare metuentes uerbera patruæ linguæ. Lauẽre] *Pro lauare, ſic enim ueteres declinabãt. Lauit pro lauat, ut: Virg.*

„ *Lauit improba teter Ora cruor.*

Qui uerſus non conſtat, ſi præteritum intelligas. Exanimari metuentes patruæ uerbera linguæ] *Senſus eſt, cruciari caſtigatione uerborũ. Patruæ aũt linguæ pro ſeueritate dixit. Patrui enim adoleſcentibus corripiẽdis auſteriores eſſe ſolent, quàm patres, quibus natura ipſa indulgentiã plerunq; extorquet. Cicero idem pro ſeueritate cenſuræ: Patruus quidem magis ſter hoc diceret. Quid tibi mulier*

MISERARVM eſt, neq; amori dare ludum, (aut ex-
Neq; dulci mala uino lauere,
animari metuentes patruæ
uerbera linguæ.

cum

cum Cælio? Tibi qualũ] *Calathum, ut* ταλασιουργίας *pro lanificio dixit, tanquam amore & pulchritudine amatoris capta cõtineret penſa mulierũ.* Liparæi] *A' Lipare inſula, ut ſi diceret Liparenſis. Liparitanæ enim inſulæ eum ciuẽ demonſtrat.* Bellerophonte] *Qui Pegaſo equo uectus, Chimærã interemerat.*

Tibi qualum Cithareæ puer ales,
Tibi telas, operoſæq; Mineruæ
Studiũ aufert, Neobule, Liparæi nitor Hebri.
Eques ipſo melior Bellerophonte,
Neq; pugno, neq; ſegni pede uictus,
Simul unctos Tiberinis humeros lauit in undis
Catus idem per apertum fugientes
Agitato grege ceruos iaculari, &
Celer alto latitãtẽ fruticeto excipere aprũ.

tu afficiuntur, in iã & ad uoluptatem ex re Venerea & ex uino percipiendam, & ad grauiores de ſe cenſuras contemnendas Neobulẽ hortari uideatur. Mala] *Curas & ſolicitudines.* Lauere] *Reſpexit ad naturã laboris. Nam ut uinũ poteſt lauare maculas à corpore, ſic dicitur lauere mala, quia remouet illa ab animo. Et eſt lauere, non à lauo,*

Pugno] *Athletico & Agonico certamine.* Per apertũ] *Latũ, ut:*

„ *Alia de parte patentes*
„ *Transmittunt curſu campos.*

Ordo eſt: Ales Puer Cithereæ, & nitor Liparæi Hebri, ſimul ac lauat unctos humeros in Tyberinis undis, eques melior ipſo Bellerophonte, neq; uictus pugno neq; ſegni pede, idẽ catus iaculari ceruos, fugientes per apertũ agitato grege, & celer excipere aprum latitãtem alto fruticeto, aufert tibi qualum, & aufert ſtudium operoſæ Mineruæ.

PORPH. } Miſerarum eſt, neq; amori dare ludum] *Hac Ode teſtatur inſuauẽ eſſe uitam ſine hilaritate & amore, ac deinde puellam quandã captã ſpecie adoleſcentis deſcribit.* Vino lauẽre] *Antiqua declinatione dixit lauere, non lauare. Nam tertiæ cõiugationis hoc uerbum apud ueteres erat. Sic enim declinabant lauo, lauis, lauit, non lauo, lauas, lauat.* Exanimari metuentes uerbera patruæ linguæ] *Senſus eſt, caſtigatione cruciari uerborum. Patruæ autem linguæ, pro ſeueræ poſitum. Videntur enim patrui adoleſcentibus corripiendis auſteriores eſſe, quàm patres, quibus natura ipſa indulgentiam plerunq; extorquet.* Tibi qualum] *M*[illegible] *pro lanificio dixit. Sed mulieres per diminutionem, uaſculum hoc uſurpant, quaſillũ dicentes, hoc eſt, in quo penſum uel tramam reuoluunt.* Liparæi nitor Hebri] *Hinc tranſit ad laudem adoleſcentis nomine Hebri, quem à Neobule amari indicat. Liparæi autẽ, à Lipare inſula, ut ſi diceret Liparenſis.* Tyberinis lauit in undis] *Diximus & ſuprà adoleſcentes poſt exercitium campeſtre in Tyberi nare ſolitos fuiſſe.* Catus idem] *Catus à catos, ac per hoc doctos ſignificatur. Ordo eſt autẽ:* Catus idem fugientes ceruos iaculari per apertum agitato grege. Per apertum *autem abſolutè, id eſt, per campum.*

CHRIST. LAND. } Miſerarum eſt neq; amori dare ludum] *Metrum Sotadicũ dicitur, ut numerus ſit potiùs quàm menſura. Cõſtet enim ex Ionico minore, & eſt primis uerſibus trimetrũ, id eſt, habet tres Ionicos ſic. Miſerar' eſt, Nequ' amori. Dare ludũ. In ſecundo uerò uerſu ſic.*

„ *Neq; dulci Mala uino. Lauer aut ex.*

Tertius uerò uerſus tetrameter, id eſt, quatuor habet Ionicos. Quod ſi eſt, ita ſcribendi ſunt in codice uerſus. Miſerarum eſt neque amori dare ludum, Neq; dulci mala uino lauere aut exanimari metuentes patruæ uerbera linguæ. *Ergo erunt hi tres uerſus, & non quatuor: ut in multis codicibus ponuntur. Eademq; ratione tertius ab hoc ſcribetur ex quatuor Ionicis ſic:* Studiũ aufert Neobule Liparæi nitor Hebri, *ut hic unus uerſus ſit, & non duo. Sic etiã* Bellerophonte neq; pugno neq; ſegni pede uictus: *Sic ultimus erit.* Celer alto latitantẽ fruticeto excipere aprũ *Sed ut ad ſententiã ueniamus. Rem inſuauẽ eſſe oſtendit, ſi quis ita perditè amet, ut ſemper anxius uiuat. Nam tunc oportet illum miſerũ eſſe. Alij dicunt ſententiã eſſe, quod qui uehementiſſimè amant, nõ dant ludũ amori, id eſt, non deludunt amorem, & tunc exponemus miſerarũ, id eſt, earũ quæ miſerè, id eſt, uehementer amant. Nam & perditè, & miſerè amare, eſt uehemẽter amare. Alij præceptum poëtæ eſſe uolunt, ut ſit amandum, ſed ita amandum, ut non impediantur amore, quin cùm uelint aliquam iucunditatem, ludum'ue percipiãt Nam iſtud eſſe miſerè amare. Vel potiùs, dicamus, ſunt profectò miſeræ mulieres, quæ neq; in amore ludũ, id eſt, iocunditatẽ inueniunt, id eſt, quæ non capiunt uoluptatẽ in amore, neq; uino hilarentur, ita, ut à ſe pellant curas, atq; ſolicitudines, & rurſus ſunt etiã miſeræ illæ, quæ metuentes uerbera patruæ linguæ, id eſt, quæ metuentes infamiam & cenſuram exanimantur, id eſt, magno me-*

as, ſed à lauo, uis. Sic Virg.

„ *Lauit improba teter Ora cruor.* *Et Plaut. in Pſeud.*
„ *Geſtas tabellas eas lachrymis lauis.*

Plura enim uerba in diuerſis coniugationibus antiqui poſuére, ut nexo as, uel nexis, ſono as, uel ſonis. Lucret.

„ *Caligare oculos, Sonere aues.*

Ex—animari] *Metri neceſſitate diuiſit hanc dictionẽ, ergo uehementer cruciari.* Verbera] *Acerbiores reprehenſiones, quæ: ut ferrum corpus ita illæ animum uerberant.* Patruæ] *Acerrimæ ac ſeueriſſimæ. Nam patrui uehementiùs corrigunt, quàm parentes, quia nec amor illis in nepotes deeſt, & nimia illa parentum indulgentia abeſt. Quapropter in priſca Romanorum ſeueritate erat, ut fratribus alendos ſuos filios darent parentes. Hinc Perſius.*

„ *Dum ſapimus patruos.*

Et Cicero pro Cælio. Diceret aliquis cenſor patruus, quaſi dicat, cenſor ſeuerus. Qualum] *Pro uaſe & ciſtula uiminea poſiut, in qua mulieres ponebant penſa lanæ, aut alia in quibus laborabant. Cæterùm qualos dixerunt à colando, per quos guttatim uinum effunderetur, reliqua uerò materia exire prohiberetur. Illos à colando, ut etiam cola dici credit. Seruius Virg.*

„ *Tu ſpiſſo uimine qualos.*
„ *Colaq; prælorum fumoſis deripe tectis.*

Ales] *Puer Cupido qui alatus eſt, & filius Veneris, quæ à Cytheris inſula, Cytherea dicta eſt.* Hebri] *Adoleſcentis nomen eſt, & non fluminis in hoc loco.* Lyparæi] *Pro Lyparenſis, ab inſula una ex Vulcanijs.* Unctos] *Ne aquæ frigiditatem nantes ſentirent, olei caliditate temperant.* Melior] *Doctior Virg. bonum pro docto.*

„ *Cur non Mopſe boni, quoniam conuenimus ambo,*
„ *Tu calamos inflare leues, ego dicere uerſus.*

Bellerophõte] *Qui oportuit eſſe optimũ equitẽ, cùm potuerit uti Pegaſo equo alato.* Neq; pugno] *Id eſt, arte pugili. Sic ſuprà.*

„ *Hunc equis illum ſuperaré pugnis.*

Pedem] *Curſu pedeſtri.* Neque Victus ſegni pede] *Id eſt, neq; uictus pede, qui quidem uictus eſſet, ſi pedem ſegnem haberet.* Catus] *Ingenioſus. Nam* καίω *uro ſignificat, & ij, qui habent ſanguinem calidiorem prudentiores ſunt unde dicti ſunt Catones.* Iaculari] *Iaculis configere, & laudat in uenatione artem ſagittandi.* Excipere] *Laudat à fortitudine.* Fruticeto] *Frutices ſunt minores arboribus & maiores herbis, ut ſunt rubi, & ſentes, & ſimilia, quæ ſyluas implicatas, & inuias reddunt, & ut à quercubus ſit quercetum, ſic à fruticibus fruticetũ. Excipere autem propriè eſt, cum ueluti in inſidijs collocati expectamus, ut ueniẽs incautus in nos incidat, ut parati imperatum facilè opprimamus.*

ALD. } Simul unctos Hyberinas humeros la—Uit in undis, eques ipſo melior Bellerophõte neq; pugno, neq; ſegni pede uictus] *Treis hos uerſus, ſi quis ſic ſcribat, primũ neceſſe eſt diuidere dictiones, quod durũ uidetur, licet ſuprà Ode eadẽ ſit: Neq; dulci mala uino lauere, aut ex— Deinde Lerophonte eſt Pæan tertius, quũ eſſe debeat Ionicus à minore, nã licet apud Græcos ὁ Βελλεροφόντης prima ſit declinationis τῶν ἰσοσυλλάβων. Hom. Ἰλιάδ. ζ.* [illegible] *Et paulò pòſt inferius:* [illegible] *Apud nos tamẽ eſt tertiæ, Bellerophõtes, Bellerophontis, ut* [illegible] *Euripides, Euripidis. Ode 7. lib. 3. ut,*

„ *Prœtum mulier perfida credulum*
„ *Falſis impulerit criminibus, nimis Caſto Bellerophonti.*

Iuuen. Satyr. 10 Omnibus terris,

Et 4 Sed

„ Sed caſto, quid forma nocet, quid profuit imo
„ Hippolyto graue propoſitum? quid Bellerophonti?

Quapropter iuſſi ego reſtituendos in ſuum locum, quemadmodum habentur Viennæ in antiquo quodã codice apud Stanislaũ Zaur, quem ad me amicus quidam meus miſit hoc ordine.

„ Eques ipſo melior Bellerophonte.
„ Neq; pugno, neq; ſegni pede uictus.

Simul unctos Tyberinis humeros lauit in undis] Hæc modò & ſeruantur integræ dictiones: & nõ claudicat uerſus in dictione Bellerophonte. Nam primi duo uerſus cõſtant è tribus Ionicis à minore, tertius uerò è quatuor, ut ſuo loco licet uidere.

HENR. GLAR. } Manifeſta ironia eſt in hac Ode, qua neutiquam ad amorem hortatur, ſed amore captã ridet, ut ſequentia indicãt. Quæ enim antea ſedulo operi uacabat, nunc deſidioſa deſcribitur. Metrum eſt numero Ioculare. Ionicum, ideoq; aptum ſaltationi, qua etiamnum Gallia utitur: ut primi quiq; duo uerſus diapente ultimam habeant ſpeciem. Tertius quiſq; diateſſaron tertiam ſpeciem, reiecto ſupernè de diapente tono. Cæterùm cùm nullum ſit facilius carmen ſcanſu, noſtri tamen Grammatici mirè hic digladiantur. Mancinellus, dictiones ueritus diuidere, Humeros & melior, exiſtimauit Anapæſtos, pro Ionicis à minore, cum illic la, hic Bel ſyllabas omittit: mirum uerò, quò illas abiecerit, neq; enim ad reliquas potuit locare, quæ ipſæ in nullum Catalecticum cadũt numerum. Siue igitur ita legamus.

„ Simul unctos Tyberijs humeros la-
„ Vit in undis, Eques, ipſo melior Bel-
„ Lerophonte, neq; pugno, neq; ſegni pede uictus.

Quomodo & Porphyrio legiſſe uidetur. Et illud Bellerophonte, cum habeat π apud Græcos, nihil remoratur. Siue ut Aldinus codex habet, qui mihi magis probatur, ad hunc modum.

„ Eques ipſo melior Bellerophonte
„ Neq; pugno, neq; ſegni pede uictus,
„ Simul unctos Tiberinis humeros lauit in undis.

Ita neq; dictiones diuiduntur, neq; ſenſus mutatur. Dicendum tamen eſt carmen eſſe ſimillimum proſæ, & quàm impenſè hoc noſtro poëtæ placuerit, ſcire certum non poſſumus, nuſquam autem poſtea eſt uſus.

HERM. FIGVL. } Neq; amori dare ludum] Hoc eſt, nihil uoluptatis, aut lætitiæ ex amore capere. Neq; dulci mala uino lauere] Neq; uino ſolicitudinem, anxietatemq; pellere. Aut exanimari metuentes] Hoc eſt, patruorum metu, & minis perterreri. Patruæ linguæ] Hoc eſt, ſeueræ, & obiurgatricis, ut exponit Eraſ. Nam patruorũ in nepotes, ceu peculiaris, genuinaq; ſeueritas, prouerbio locum fecit, ut uulgò dicamus:

„ Ne ſis mihi patruus.

Tibi qualum] Obſerua hic, quàm ſæua & pernicioſa res ſit iuuentuti amor carnalis, qui cogit amãtes omnia conſueta, & honeſta ſtudia atq; exercitia deſerere. Idem quoq; lib. 1. in adoleſcente Sybari pulchrè expreſſit. Qualus autem eſt uas uimineum, per quod uinũ defluit è prælo, cùm calcatur uua, ut patet ex Plinio & Virgil. Ponitur etiam pro ciſtula, in quam mulieres telas & penſa lanæ reponunt. Per diminutionẽ dicitur quaſillus. Varro Thalaſsionẽ quoq; ſeu calathũ lanificijs aptum, nuncupari perhibet. Cythereæ puer ales] Hoc eſt, Cupido, Veneris filius alatus, de quo ſic Græci:

„ καὶ πτερόεις ὅτος ὄρνις ἐφίπταται, ἄλλοτ᾽ ἐπ᾽ ἄλλως
„ ἀνέρας, ἠδὲ γυναῖκας ἐπὶ σπλάγχνοις δὲ κάθηται.

Elegans deſcriptio Cupidinis eſt apud Prop. lib. 2. Eleg. Operoſæ Mineruæ ſtudium] Id eſt, nendi texendiq; artẽ, quã Palladẽ inſtituiſſe cõſtat. Vnde Minerua ars nominatur. Eques ipſo melior] Tranſit ad laudes Hebri adoleſcentis, quem non modò formoſum facit, ſed etiam in omnibus ſtudijs, laudisq; iuuentutis exercitatiſsimum.

Melior Bellerophonte] Prouerbialis hyperbole, ad augendum Hebri peritiam. Quis enim Bellerophontem equitando uinceret? quem primum equo uehi docuiſſe, & Pegaſum alatum aſcendiſſe ferunt. Neque pugno, neque pede] Neque athletico certamine, nec curſu in ſtadio unquam ſuperatus. A' robore & celeritate commendatio. Simul unctos Tyberinis] Natando in Tyberi numquam uictus. Vngebantur autem natantes tolerandi frigoris cauſa. Catus] Doctus, peritus iaculandi. Per apertum] Per campos patentes, quos cerui, fuga ſibi conſulentes, petunt. Excipere aprum] Hoc eſt, prouocatum uenabulo tranſuerberare.

THEOD. PVLM. } 1 Miſerarum eſt, neque amori dare ludum] nec amori dare ludum, H. B. Plautus Bacchidibus, (ſc. Quàm magis.)

„ —ſed nimis nolo deſidiæ
„ Ei dare ludum.

Turneb. lib. 24. cap. 11.

Henricus Stephanus, uir eruditiſsimus, & de literis elegantioribus optimè meritus, in Epiſtola ſua ad lectorem ſcribit, huius odes quartum quemque uerſum eſſe, Adonium: hoc modo, Miſerarum eſt, neque amori dare ludum, Neque dulci mala uino lauere: aut exanimari metuentes patruæ Verbera linguæ. Idemq; in ſequentibus. 4 Tibi qualum] Vide Pet. Victorij Variarum lect. libro 9. cap. 18. 7 Eques ipſo melior Bellerophõte, Neq; pugno, neque ſegni pede uictus, Simul unctos Tiberinis humeros lauit undis] Ita Aldus Manutius hos uerſus ex uetuſto codice legendos eſſe docet in ſuis Scholijs: quos Iac. Cruquius ex manu ſcriptus ſic reſtituit: Simul unctos Tiberinis humeros lauit in undis, eques ipſo melior Bellerophonte, neque pugno, neque ſegni pede uictus. In H. G. E. B. A. eodem ordine leguntur: ſed abſque harum duarum dictionum diuiſione, Laui, Bellerophonte: hoc modo, Simul unctos Tiberinis humeros Lauit in undis, eques ipſo melior Bellerophonte, neque pugno, neque ſegni pede uictus pugna, A. 12 Celer alto] G. B. Celer arcto, H. E. Scelerato, A. Celer arcto, Lambini quidam codices.

GEORGIVS FABRICIVS } Vitæ iucunditas aut eſt in amore, aut in uino, aut in libertate agendi, quæ placeant: ita, nullius reprehenſio, aut uerborum acerbitas ſit metuenda. Neobule hic fictum nomen eſt, quæ alias mater Phryxi & Helles fuit, ut eſt apud Placidum Luctatium in 2. Thebaidos Statij. Enumerantur ſtudia puellarum, item adoleſcentum nobilium, ut horum etiam Carmin. 1. 8.

Eques ipſo Melior Bellerophonte] Horum uerſuum trium elegans reſtitutio, Aldo Manutio debetur, de literis meritiſſimo: qui uſus eſt codice Auſtriaco, quod Viennæ Stanislaus Saurus poſſedit. Enipeus in Theſſalia, Ebrus in Thracia nomina ſunt fluuiorum: apud noſtrum poëtam, adoleſcentum, ut fuſcus Hydaſpes, in ultimo Serm. Talia multa apud Virgilium. Eodem modo Orontes, à fluuio Phœniciæ dictus eſt, Darij præfectus, qui Polycratem Samium in crucem egit. Idem teſtatur inſcriptio Neapolitana, in ædicula Pontani,

POMPONIVS CRESCENTI
RHENO DANVVIO NEPO-
TIBVS, ET EVPHRATI
PATRI EORVM, FILIO.

Alte latitantem fruticeto] Legitur &, arcto, pro denſo & inacceſſo.

IOD. BAD. ASCENS. } Miſerarum] Sicut in Satyra Ode uafer uitium ridenti Flaccus amico tangit, & admiſſus circum præcordia ludit, ita & hic Neobolem Satyricè inſultat ad amandum, non eo animo, ut amare perſuadeat ſed ut amantem fatuè rideat & auertat. Quocirca metro Sotadico, quod numerus potius, quàm metrum dicendum eſt ſecũdùm Acronem utitur, ut ſermonẽ ſe facere ſignificet, qua de cauſa treis dictiones diuiſit, ut examinari, lauit, & Bellerophonte. Duo priores numeri conſtant tribus Ionicis à minore, quorum ſinguli habent Pyrrhichium cum ſpondæo, id eſt, duas breues & totidem longas. Tertius quiſq; quaternis Ionicis à minore. Ordo eſt. O' Neobole miſerarum eſt] Id eſt, ad miſeras pertinet, neque dare amori. Ludum] Id eſt, non indulgere amori, neque Lauere] Id eſt, diluere & abſtergere. Mala] Id eſt, curas anxias dulci uino, aut eas Metuentis] Id eſt, timentes (eſt enim accuſatiuus) uerbera Linguæ patruæ] Id eſt, obiurgationes patruorum. Exanimari]

mari] *Id eſt, quaſi emori metu.* Tibi qualum] *Quaſi dicat, certe ſcio, quod tu ex illis miſeris non es, & id ut dixi Satyrico riſu dicit, quia ô Neobole quod nomen aptum eſt, dicitur enim Neos bolos, nouus fundus, quaſi ſit amatoribus nouus fundus, unde uiuant tantiſper dum illius bona exhauriant. Hebrus quoque fluuius eſt Thraciæ preces admodum, unde bene natatori hic attribuitur nomen: & Lypare una ex Aeolijs, quaſi uito, agi ſignificet. dicit ergo.* O' Neobole] *Penultima longa quia* [illegible] *per* [illegible] *ſcribitur.* Ales] *Id eſt, alatus puer* Cytheræ] *Id eſt, Veneris, ſcilicet cupido.* Aufert tibi qualum] *Id eſt, calathū, hoc eſt, uas uimmeū, in quo fuſos & penſa, aut acum & fila mulieres reponunt.* Et nitor] *Id eſt, ſplendor formæ.* Hebri illius pueri liparæi] *Lypare orti.* Aufert tibi telas & ſtudium] *Id eſt, exercitium.* Mineruæ operoſæ] *Id eſt, quæ uarias artes ſtudioſè inuenit, & exercuit præcipuè* Texeudi ſimul] *Id eſt, ut primum uiſus tibi, lauit in undis Tyberinis.* Humeros unctos] *Id eſt, oleo ne contrahantur frigore perfuſos.* Exiſtens eques melior] *Id eſt, peritior ipſo Bellerophonte, qui Pegaſo uolaſſe dicitur. Eſt aut à nominatiuo Bellerophōtes, quia ultima producitur.* Neq; uictus pugno ſegni] *Quia cum non habeat ſegnes pugnos, aut pedes in neutris uincitur. Eſt ergo optimus pugil & curſor, uerſus uult, ut legatur, neq; pugno. Idem etiam eſt* Catus] *Id eſt, callidus iaculari ceruos* Fugientis] *Id eſt, aufugientes* Per apertum] *Scilicet, campum.* Grege agitato] *Id eſt, concitato &* Celer] *Id eſt, uelox & ſtrenuus* Excipere] *Id eſt, ad excipiendum, quaſi ex inſidijs.* Aprū] *Id eſt, ſuem ſylueſtrem.* Latitantem in fruticeto] *Id eſt, loco ubi frutices creſcunt* Arcto] *Id eſt, anguſto.*

ANT. MANCIN. } *Miſerarum eſſe, inquit poëta, nō uacare iucundo amori, aut epulis. Timere etiam patruorum minas & contumelias, propter quod ingratam uitam eſſe oſtēdit ſine gaudio & amore. Dicit inde Neobolem Hebrum Lyparæum ardere, qui eques optimus quiq; nulli uictus, aut pugno, aut curſu, aut iaculis eſſet, itaque operam omnem & ſtudium omittebat, ergo non miſera Neobole erat, ſed fœlix potius cum lætiori uitæ uacaret.* Miſerarum eſt] *Metrum eſt, conſtans Ionico minore. Duo primi uerſus trimetri ſunt. Tertius uerò tetrameter. Ionicus maior, ut Diomedes ait conſtat ex ſpondæo & Pyrrichio, ut Demetrius. Ionicus uerò minor ex Pyrrichio & ſpondæo, ut Diomedes, id autem metrum Sotadicum dicitur, quia Sotades eo plurimum uſus eſt. Strabo præterea libro 14. ſcribit Sotadem fuiſſe auctorem Cynædicæ orationis.* Ludum] *Gaudium.* Lætitiam] *Oblectamentum.* Lauere] *Extricare, pellere. Maro etiam dixit*

„ *Et pleno ſe proluit auro.*

Lauere autem eſt à lauo, lauis, uerbo tertiæ coniugationis, ſicuti dicimus ſono ſonas, & ſono ſonis. Hinc ait ille.

„ *Littora lata ſonunt —— ut Priſcianus ſcribit. Aut exanimari. Ordo eſt.* Aut miſerarum eſt metuentes uerbera linguæ patruæ exanimari] *Id eſt, terreri & ſtupeſcere.* Verbera] *Minas & cōtumelias. nam ut ſcribit Nonius. Verberare non ſolum ab uerberibus dictū, ſed à uerbis.* Patruæ linguæ] *Acrius enim patrui, quàm parentes caſtigāt.* Qualum] *Calathum ſeu Caniſtrū intelligit ubi lanæ, linū, & lanificij opera cōtinentur.* Cythereę] *Id eſt, Veneris.* Puer ales] *Cupido & amor ipſe aliger.* Tibi qualum] Ordo eſt, tibi ô Neobole aufert qualū, Cythereæ puer ales: tibi aufert telas & ſtudiū operoſæ Mineruæ nitor Hebri Lyparæi ſimul eques melior ipſo Bellerophonte, neq; uictus pugno, neque ſegni pede unctos humeros lauit undis Tyberinis. Operoſæ] *Multarum operarū operoſus etiam dicitur, magnæ operæ, & magni laboris. Item actiuè & paſſiuè accipitur. Hinc dicitur à Cicerone* Senectus operoſa] *Id eſt, quæ agit & rebus agendis operā dat. Et Ouidius.*

„ *Moles operoſa laboret.* — *Id eſt, quæ ab aliquo operata eſt.* Mineruæ] *Pallas ueſtiū apparatum inuenit, olei quoq; uſum docuit ædificandi artem, pluribusq; alijs in rebus hominibus profuit: nam & Tybiam eiusq; cantū, & plurima inſtrumenta ad uaria opificia inuenit, ex quib. operaria dicta eſt. Auctor Dio. lib. 6.* Neobole] *Id nomē dici poteſt noua gleba* [illegible] *enim nouus dicitur & iuuenis. βῶλος gleba.* Lyparæi Hebri] *A' Lypara inſula una ex Aeolijs dicta ab Lyparo Auſonij regis filio, qui illic urbē ædificauit, ubi poſtea Aeolus imperauit ſumpta Lypari filia pro coniuge, auctor Diodo. lib. 6.* Vnctos humeros] *Vngebant ſe Palæſtritæ. Supernis antē dictū eſt Tyrones in campo Martio ſolitos exerceri, inde in Tyberi natare, ungebantur quoq; natantes uitandi frigoris gratia.* Humeros] *Pes eſt anapæſtus pro Ionico minore. Melior anapæſtus etiam, ut ſuprà, potius quàm tribrachus, ultima enim ſyllaba cuiuſq; uerſus cōmunis eſt.* Bellerophonte] *Qui Pægaſum alatum equū aſcendit. nam prope Corynthum Achaiæ urbem mōs eſt excelſus Acrocorynthus nomine, uertex eius Veneri ſacrā habebat ædiculā, infra uerticem Pirene fons erat, haud affluētes aquas habēs, cæterùm proſpicuas ad unum, potuiq; ſuauiſsimas. Fama eſt equum Pægaſum, quū potaret hoc in loco à Bellerophonte depræhenſum fuiſſe, alatum quidem caballum è Meduſæ ceruice proſilientem, quod Strab. docet lib. 8. Hyginus uerò ſcribit poſt Chymæræ expeditionem, quum Bellerophontes ad cœlum contenderet euolare, neq; longè iam abeſſet, deſpiciens ad terram timore permotus, decidit. Equus autem ſubuolauit, inq; ſydera ab Ioue cōſtitutus exiſtimatur. De hoc etiam ait Ouid. in Ibin.*

„ *Quiq; ab equo præceps alienis incidit aruis.*

„ *Exitio facies cui ſua pænè fuit.*

Scribit lib. 12. Bellerophontem Solymos domuiſſe, qui poſtea Lycij dicti ſunt. nā Lycon Pandionis filius à ſe Lycios nominauit. Piſandrum etiā Bellerophontis filium pugnantē cūm Solymis Mars intereniit. Pliniusq; lib. 7. ſcribit equo uehi Bellerophontem inueniſſe. Segni pede] *Propter ſegnem, id eſt, pigrum pedem.* Catus] *Prudens, doctus, ſagax.* Fruticeto] *Eſt frutex, qui* [illegible] *iuſtam magnitudinem arboris non aſſurgit, & ſtatura ſimilis eſt multis herbis, ſed non demoritur, neque areſcit, ut herba. Frutices quoque dicuntur arborum plantulæ, inde fruticari, quaſi fruticem renaſci ex arbore.*

ODE XIII. AD FONTEM BLANDVSIAM.

Ode XIII. *Tricolos tetraſtrophos, ut: Quis gracilis te puer in roſa.*

— — —∪∪— —∪∪— ∪—
— — —∪∪— —∪∪— ∪∪
— — —∪∪ — —
— — —∪∪— ∪∪

ARGVMENTVM IN ODEN XIII.

Laudes fontis Blanduſiæ, quæ in Sabinis eſt regio, in qua erat poëtæ ager, cui ob ſalubritatem & amœnitatem pollicetur ſacrificium & nominis immortalitatem inter nobiliſsimos quoſq; fonteis.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Fonti Blanduſiæ, qui erat in Sabino agro, ſacrificium promittit, celebremq; ſuis carminibus reddit.

COM.

COMMENTARIA.

O FONS Blanduſiæ, ſplendidior uitro,
Dulci digne mero, non ſine floribus,
Cras donaberis hœdo:
Cui frons turgida cornibus
Primis, & Venerem, & prælia deſtinat
Fruſtra: nam gelidos inficiet tibi
Rubro ſanguine riuos
Laſciui ſoboles gregis.
Te flagrantis atrox hora caniculæ
Neſcit tangere: tu frigus amabile
Feſsis uomere tauris
Præbes, & pecori uago.
Fies nobilium tu quoq; fontium,
Me dicente, cauis impoſitam ilicem
Saxis, unde loquaces
Lymphæ deſiliunt tuæ.

ACRON.

O FONS Blanduſiæ ſplẽdidior uitro] *Hac Ode Blãduſiæ fonti ſacrificiũ promittit. Blanduſia enim Sabinenſis agri regio eſt, in qua Horatij ager fuit. Laudat ergo fontem dicendo eum perſpicuum uitri comparatione. Vt,*

„ *Vitrea te Fucinus unda.*

Cras donaberis hœdo] *Hædi immolationẽ promittit. Amphibolon eſt tamẽ utrũ dicat donaberis hædo & floribus, an hædo floribus: & hædo florib. coronato.* Et Venerẽ & prælia deſtinat] *Maturi enim & appetere Venerẽ, & propterea pugnare conſueuerũt.* Fruſtrà] *Ideò fruſtrà, quia inficiet gelidos riuos.* Laſciui] *Luxurioſi, petulantis.* Te flagrantis atrox] *Opacitatem nemoroſi & abſtruſi fontis oſtendis, per quã dicit canicularũ æſtuum calores arceri.* Tu frigus amabile] *Amœnum, ut:*

„ *Frigus captabis opacũ, & non ipſi amabile, ſed feſsis.*

Fies nobilium] *Meo carmine prædicatus, inter nobiles fontes prædicaberis.* Vnde loquaces] *Id eſt, ſonantes. ut,*

„ *Per leuia murmur Saxa ciet.*

PORPH. } Fons Blãduſiæ] *Sacrificiũ hac Ode fonti Blãduſiæ repromittit, ſimulq; laudes eius dicit.* Non ſine floribus Cras donaberis hœdo] *Ἀμφίβολον, incertum eſt enim utrum dicat hædo donaberis & floribus: an uerò donaberis hædo, qui erit cum floribus, id eſt, coronatus.* Et Venerem & prælia deſtinat Fruſtrà] *Fruſtrà, ſcilicet, qui immolabitur.* Te flagrantis atrox hora caniculæ Neſcit tangere] *Opacitatem laudat, per quam dicit calorem caniculariũ dierum ad eum non deſcendere.* Frigus amabile] *Eleganter pro umbra refrigerante calorem æſtiui temporis dixit.* Fies nobilium tu quoq; fontiũ] *Tu quoq; inter nobiles fontes nominaberis, carmine prædicatus.* Cauis impoſitã ilicem ſaxis] *Significatur in ſaxo natam ilicem arborem, ſub cuius radice erumpit aqua fontis huius.* Vnde loquaces Lymphæ deſiliunt tuæ] *Loquaces autem dixit, quod cùm de ſaxo cadant, perſtrepãt.*

CHRIST. LAND. } O' Fons Blanduſiæ] *Res feſtiua & ſtylus comicus. Pollicetur fonti in ſuo agro conſtituto ſacrificium & celebritatem nominis.* O' Fons Blanduſiæ] *Id eſt, Fons Blanduſinus. Sic alibi eſt urbs Brutoti. Erat autem in ſuo agro Sabino. Fons uel quia aquas foueat, uel quia ibi aquæ ferueant, id eſt, ſcaturiant.* Dulci digne mero] *Nam ſuauitas tuarum aquarum digna eſt, ut illæ dulci uino admiſceantur.* Donaberis hœdo nõ ſine floribus] *Id eſt, hædo floreis ſertis ornato.* Frons turgida] *In qua iam turgeſcant cornua.* Deſtinat] *Decernit. Virgil.*

„ *Et me deſtinat aræ.*

Sed nõ frons deſtinat ſibi prælia & Venerem, ſed ipſe ſibi deſtinat, cum peruenerit ad eam ætatem, in qua frons turgeſcat. Fruſtrà] *Nam morte præuenietur, & ſic inficiet. id eſt, maculabit riuos ſanguine. Riuus eſt aqua ex fonte fluẽs ab eo, quod eſt ῥεῖν, id eſt, fluere. Neq; riuos, niſi de paruis dicimus. Hinc deriuare aquas dicimus, cùm maiorem congeriem in plures riuos deducimus.* Tibi] *Ad tuum honorem.* Laſciui gregis] *Laſciuũ enim animal capra eſt.* Hora caniculæ] *Dies caniculares q ingẽtes calores inferũt. Perſius*

„ *En quid agis ſiccas inſana canicula meſſes.*

Iamdudũ coquit. Nullo ergo tempore caleſcit. Frigus amabile] *Id frigus quod delectet non autem noceat.* Me dicente] *Id eſt, laudante, ut:*

„ *Prima dicte mihi ſumma dicente Camœna.*

Fies fontium nobilium] *Id eſt, efficieris unus ex nobilibus fontibus, cũ ego laudabo.* Ilicem impoſitã cauis ſaxis] *Quaſi dicat, laudabo te exeuntẽ ex antro cui imminet ilex, quæ umbram amœnã præbet.* Loquaces] *Murmure ſonantes. Sed impropriè dixit, cum loqui ſolius hominis ſit. Sed uoluit notare ſuauitatem ſoni.*

HENR. GLAR. } O' Fons Blanduſiæ] *Sacrificiũ (idem inquit Porphyrio) hac Ode fonti Blanduſiæ promittit, ſimulq; laudes eius dicit. Hæc ille & breuiter, & uerè ut ſolet. Nunc uide ut Acro rhetoricetur, uerbisq; Porphyrionis nugamenta addat. Hac Ode (inquiens) Blanduſiæ fonti ſacrificium promittit. Blanduſia enim Sabinenſis agri regio eſt, in qua Horatij ager fuit, elegans emblema, quod huc purpuræ aſſuatur, Blanduſiã & regionis, & fontis nomen facit. Ego ſanè cum Porphyrione fontis nomẽ puto, dictũq; à poëta fons Blanduſiæ, ut apud Virgiliũ, fontem Timaui, Niſi quis contendat Blãduſia legendũ abſq; diphthongo, ut a ſit lõga poſitione, quæ ad caput dictionis eſt ſequentis, quod apud Græcos frequentiſsimũ, apud Latinos, etſi rariſsimũ, præſertim hunc poëtam, inuenitur tamen. Verum res eſt momenti non admodum magni.*

HERM. FIGVL. } Fons Blanduſiæ] *Pro Blanduſia dixit. Amant enim poëtæ (ut ait Seruius) rem unius ſermonis circumlocutionibus dicere, ut pro Troia, dicant urbem Troianam: pro Buthrotio, urbem Buthroti: pro Timauo, fontem Timaui.* Splendidior uitro] *Laus à ſplendore & puritate, quæ in fontibus maximè commendatur.* Dulci digne mero] *Quaſi dicat: Aquæ tuæ limpidæ, dignæ ſunt ut uino admiſceantur.* Cui frons turgida] *Hoc eſt, qui iam aptus ad pugnam & Venerem eſſe incipit.* Fruſtrà] *Qui a mactabitur tibi.* Gelidos riuos] *A' frigiditate commendatio.* Rubro ſanguine] *Rubrum colorem maximè indicat animantium ſanguis, & quo lana inficitur, coccus. Anto. Thyle.* Laſciui gregis] *Hoc eſt, capræ, quæ uoluptuoſum & libidinoſum eſt animal. Virg. Eclog. 2.*

„ *Florentem cythiſum ſequitur laſciua capella.*

Te flagrantis atrox hora Caniculæ] *Nunc opacitatem fontis laudat, oſtendens eum adeò eſſe umbroſum, ut etiam uehementes Caniculæ ardores pellat. Eſt autem Canicula, ſtella lucida in ore canis maioris, exoriens cum Leone. Quòd autem hoc tempore ſolis radij magis accenduntur, cauſa eſt, quòd plurimæ ſtellæ calidæ tunc cum ſole oriuntur, quæ illius calorem intendunt: Omnes enim ſtellæ Leonis ſunt calidæ. Hunc canẽ Orionis eſſe dixerunt, eo quòd ſtudioſus fuerit uenandi, cũ eo quoq; cane inter ſidera collocatũ. Id quoq; Homer. teſtatur lib. Iliad. 22. ubi ſic de cane ſcribit:*

„ ὅν τε κύν᾽ ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσι.
„ λαμπρότατος μὲν ὅγ᾽ ἐστὶ, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται,
„ καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν.

Tu frigus amabile] *Ab utili commendatio, quòd armenta & pecora potum conueniant.* Fies nobilium tu quoque fontium] *Eris quoque in numero clarorum & nobilium fontium, poſtquàm ego laudem, amœnitatemq; tuam uerſibus celebrauero.*

THEOD. PVLM. } 8 Soboles] *Feſt. & Nonius ſcribunt, ſoboles, H.G.E.B.A.*

GEORG. FABR. } *Fontẽ ſui fundi in agro Sabino deſcribit, à natura aquæ, quod ſit uitreus & perſpicuus: à ſitu, quod umbroſus: à commoditate, quod pecori opportunus: ab ortu, quod ſub ilice è ſaxis deſiliat: à copia, quod aquis non deſtituatur. Addit ei poëticè diuinitatem, hoc eſt, numẽ fontis, cui hædum mactaturus ſit: item fortunam, hoc eſt, dominum fontis, qui ſuis ſcriptis eum immortalem facturus ſit.*

IOD.

IOD. BAD. ASCENS. } O Fō. Blāduſiæ.&c.] *Feſtiuiſſimè celebrat poëta fontem in agro ſuo in Sabinis poſitum, pollicens eum carmine ſuo nobilem effícere. Vnde dicit.* O fons blanduſiæ] *Id eſt, reguncula illius in Sabinis ſplendidior uitro.* Et digne dulci mero] *Id eſt, ut tuis aquis merum diluatur, aut po tius ut tibi ex eo ſacrum fiat, quia tu donaberis cras hædo, qui in honorem tuum mactabitur.* Non ſine] *Id eſt, cum floribus* Cui] *Scilicet, hædo* Frons turgida] *Id eſt, aſpera: Primis cornibus* Deſtinat] *Id eſt, decernit & conſtituit* Venerem] *Id eſt, initium, & prælia ſed fruſtrà.* Quia inficiet] *Id eſt, imbuet tibi cras* Ri uos gelidos] *Id eſt, refrigeratiuos.* Sanguine] *Scilicet, ſuo ru bro exiſtens ſoboles gregis* Laſciui] *Id eſt, petulci, quia bene edu cati. Celebrans autem fontem dicit.* Hora atrox] *Id eſt, aſpera & ardens caniculæ* Flagrantis] *Id eſt, ardentis neſcit te tāgere, quia in umbroſis locis aut ſub rupe eſt, unde gelidos emittit riuos. tu præ bes* Amabile] *Id eſt, dulce* Frigus] *Id eſt, refrigeriū.* Tauris feſsis] *Id eſt, fatigatis* Vomere] *Scilicet, trahendo in aratro: & Pecori uago] Id eſt paſcenti liberè.* Tu quoq;] *Id eſt, etiā tu nō ſolū alij, ut Caſtalia Dirce, Hippocrine, &c.* Fies] *Sup. unus.* Fon tium nobiliū] *Id eſt, illuſtrium* Me dicente] *Id eſt, laudāte in carmine.* Ilicem impoſitā cauis ſaxis] *Vnde è qua arbore.* Tuæ lymphæ] *Aquæ puræ* Deſiliunt loquaces] *Id eſt, dulci murmu re reſonāte, ſed ſic, ut quaſi loqui uideātur, aut loquelas referentes.*

ANT MAN. } *Promittit hic ſacrificiū fonti Blāduſiæ apud a gellū ſuū in Sabinis: ubi perſpicuitas ad mū, frigusq; amabile & a mœnū erat, quē fontē laudādo inter nobiles fonteis annumerari con tendit.* O fons Blanduſiæ] *Ode eſt ſimilis quintæ, libri primi.* Blanduſiæ] *Erat Blanduſia reguncula apud Sabinos. ubi poëtæ agellus* Deſtinat] *Conſtituit, decernit.* Fruſtra] *Mactabitur enim tibi.* Soboles] *Appoſitio eſt.* Laſciui gregis] *Hinc ap pellantur hœdi petulci.* Hora caniculæ] *Hyginus ita ſcribit. Ca nem autem ſua appellatione & ſpecie caniculam dixerunt, quæ ab Græcis, quod ante maiorem canē exoritur Procyon appellatur. Ita etiam Plin. ſcribit lib. 18. Columella autem docet lib. 11. quod v. Calend. Auguſt. Canicula apparet, quo tempore caligo fit æſtuoſa. Diximus & latius epodo tertio.* Neſcit tangere] *Id autem prop ter umbras arborum erat, & ilicem ſibi imminentem: ut infrà oſtendit.* Me dicente] *Laudante & canente.* Loquaces] *Murmurantes, in ſonantes.*

ODE XIIII. IN AVGVSTI VICTO-RIAM HISPANICAM.

προσευκτική.

Ode XIIII. Dicolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris, niuis atq; diræ.

—∪ — — —∪∪ —∪ —∪
—∪ — — —∪∪ —∪ —∪
—∪ — — —∪∪ —∪ —∪
—∪∪ — —

ARGVMENTVM IN ODEN XIIII.

Mira cōparatio Auguſti & Herculis, & quidē appoſitiſsima. Nam ut Hercules ut mundū monſtris purgaret, in Hiſpaniā pro fectus, Geryone extincto max.mā gloriā reportauit: ita Auguſtus poſt Anton ū, & reipublicæ hoſteis confectos, Cantabros præ dones, & ferociſsimam gentem domuit, ex quibus luculentiſsimam uictoriam reportauit, ſuo periculo & Marte partam.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Laudes Auguſti uictoris ex Hiſpania reuertentis, hoc carmine prædicat, aptè & honorificè eum cōparans Herculi, olim quoq; ex Hiſpania, interfecto Geryone, maximam gloriam reportanti.

COMMENTARIA.

ACRON.

HERCVLIS ritu modō dictus ō plebs] *Hæc Ode in Auguſti laudem ſcribitur uictoris ex Hiſpa nia reuertētis, Herculis autē ritu dicit, ut oſtēdat, la bores eū non per alios, ſed per ſe adminiſtrare: nec ſub hac difficultate adipiſci uictoriam breui tempore, ut proficiſci ad bellum & reuerti uictorē. Ordo eſt: O plebs, Cæſar dictus pe tijſſe laurum uenalem morte, modō uictor ab Hiſpania ora, rè te Herculis repetit penateis.*

Morte uenalem] *Mortis enim con temptu laus uictoriæ quæritur & triumphi. Vt, Eſt animus lucis con temptor, & iſtū. Qui uita bene cre dat emi, quo tēdis, honorē. Et, ui ta&q; colunt pro laude pacisci.* Pe tiſſe laurū] *Laureatæ enim de ui ctoria literæ mittebantur.* Vnico gaudens mulier marito] *Lydiā dicit ſub caſtitatis laude, uotū pro Cæſaris reditu ſolutur ā.* Et iuſtis operata diuis] *Operationes ueteres, ſacrificia dixerunt. Iuſtos uerò diuos, quāuis generaliter dici poſ ſint, nunc tamen ſpecialiter poſuit, tanquā qui uictoriam uel reditum Cæſari meritò eius uirtuti præſtiterint. Virgilius operationes etiam pro ſacrificijs poſuit. ut:*

„ *Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.*

Et ſoror clari ducis] *Octauiam, Auguſti, ſororem commemorat.* Supplice uitta] *Non uitta Supplice, ſed uittis ſolutis ſupplicantes, ut:*

„ *Soluite crinales uittas, capite Orgia mecum.*

Iuuenumq; nuper Soſpitum] *Prodeant matres nuper ſoſpitum reuerſorum per Auguſti uictoriam.* Iam uirum expertæ] *Id eſt, nuptæ.* Malè ominatis Parcite uerbis] *Siue quia pro feſtiuitate dierum feriæ indicebantur, & abſti nebatur à litib. iurgijsq;: ſiue quia in ſacrificijs præcepto ſilentio bona omnia habere uidebantur, ne incaſtè loquentes uerbis omnia facerēt: ideo nunc parcite malis uerbis, id eſt, malis ominibus.* Tumultum] *Per commotionem bellorum.* Per uim] *Id eſt, per impulſionē hoſtiū.* Tenente Cæſare] *Id eſt, parta pa ce incolumi Cæſare, ut Ferrea bel ligeri compeſcat limina Iani.* Et cadum Marſi memorem duelli] *Vinum quod bello Marſico diffuſum eſt. Cadum autem lagenam, ut:*

Herculis ritu modò dictus, ô plebs,
Morte uenalem petijſſe laurum,
Cæſar, Hiſpana repetit penateis
Victor ab ora.
Vnico gaudens mulier marito
Prodeat, iuſtis operata Diuis:
Et ſoror clari ducis, & decoræ
Supplice uitta.
Virginum matres, iuuenumq; nuper
Soſpitum. uos ô pueri, & puellæ
Iam uirum expertæ, malè ominatis
Parcite uerbis.
Hic dies uerè mihi feſtus atras
Eximet curas: ego nec tumultum,
Nec mori per uim metuam, tenente
Cæſare terras.

„ Vino

I, pete unguentum puer, & coronas,
Et cadum Marſi memorem duelli,
Spartacum ſi quâ potuit uagantem
Fallere teſta.
Dic & argutæ properet Neæræ
Myrrheum nodo cohibere crinem:
Si per inuiſum mora ianitorem
Fiet, abito.
Lenit albeſcens animos capillus,
Litium, & rixæ cupidos proteruæ.
Non ego hoc ferrem calidus iuuenta,
Conſule Planco.

» *Vina bonus quæ deinde cadis oneraret Aceſtes.*

Spartacũ ſi quâ potuit] *Gladiator fuit Spartacus, hic cũ quatuor & ſeptuagintis ſocijs, ſimilis conditionis, è ludo fugiens, dux factus per quatuor annos, aduerſum Pop. Rom. bellans, plura uaſtauit, ideò nullã lagenã euadere potuiſſe commemorat. Hunc poſtea Põpeius oppreſſit, ut Lucanus.*

» *Et ſimili cauſa caderet, qua Spartacus hoſtis.*

Neæræ] *Nomẽ puellæ citharistriæ ſiue cantatricis. Argutæ autẽ ſonoræ, ut. Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.* Myrrh. ſi nodo cohibere crinem] *Perfuſum myrrha, ut inter flauum & nigrum, uel myrrhei coloris.* Cohibere] *Id eſt, cõſtringere. Præfeſtinãtis lætitia in nodũ colligere crinẽ præcepit.* Si per inuiſum mora ianitorẽ Fiet] *Id eſt, ſi ianitor prohibuerit illam ingredi, ſupple parcã, quia canicies mitigat animos cupidos litium, & proteruæ rixæ, cùm iuuenis eſſem non ferrem hæc.* Lenit albeſcẽs] *Canæ ætatis acceſſu corporis uis extinguitur & feruor.* Cupidos] *Superbos iuuenes, uel rixæ pronos animos ſenectus mitigat.* Calidus iuuenta] *Feruidus iuuentute, Adoleſcentem ſe fuiſſe feruidum commemorat, iraſciq́ue minus ſolitũ, ſi faſtidiretur ab aliquo.*

PORPH. } Herculis ritu modò dictus] *Hæc in Auguſtum ſcribuntur, uictorẽ ex Hiſpania, reuertentẽ. Quod autẽ Herculi illum cõparat ideò facit, ut oſtendat laborẽ eum non per alios, ſed per ſe adminiſtrare.* Morte uenalem petijſſe laurum] *Quã eſt morte paratus emere. Non enim in bello mori dubitauit, ut inde lauream petat.* Prodeat iuſtis operata diuis] *Pro prodeat & operetur diuis, id eſt, ſacrificet. Operationes enim ſacrificia dixerũt. Iuſtos diuos quamuis generaliter dicere poſſumus, nunc tamẽ ſpecialiter accipiendũ ij, ſcilicet, qui Cæſari uictoriam & reditũ merenti dederint.* Et ſoror clari ducis] *Octauiam dicit, Auguſti ſororem.* Iuuenumq́ue nuper hoſpitum *Nuper per Auguſtũ ſoſpitem.* Male ominatis Parcite uerbis] *Quid eſt malè ominatis uerbis parcite? Verũ, quemadmodũ dicitur:* Vt ciues feriati hodie, litibus iurgijsq́ue abſtineant ſe. An ut econtrariò in ſacrificijs præcipitur, Bona omina habere: Ita nunc parcite malis uerbis, id eſt, malis ominibus? Tenente Cæſare terras] *Id eſt, incolumi Cæſare.* Et cadũ Marſi memorẽ duelli] *Nam uinũ natum erat temporibus belli Marſici.* Spartacũ ſi quâ potuit uagantẽ Fallere teſta] *Spartacus dux fugitiuorũ per Italiam aliquando graſſatus, multa uaſtauit.* Myrrheum nodo cohibere crinem] *Colorem Myrrheum in crinibus hodie quoq; dicunt, qui medius eſt inter flauum, & nigrum, quia properare uult illam, in nodum tantum colligerẽ crines præcipit.* Si per inuiſum mora ianitorem Fiet, abito] *Præcipit puero, ut ſi tardius ad Neæram ab oſtiario admittatur, redeat. Deinde quare hoc præceperit oſtendit inferendo.* Lenit albeſcens animos capillus] *Hæc cum admiratione quadam & dolore animi dicuntur. Miratur enim ſe tam ſegnem factum, ut in contumelias faſtidientis puellæ nõ iraſcatur, quod ipſum iniuria ſenectutis fieri ingemeſcit.*

» *Lenit albeſcens animum capillus,*
» *Litium & rixæ cupidos proteruæ.*

Animi, inquit, iuuenum, qui litiũ & rixæ in contemptu amoris cupidi ſunt, ſenili ætate leniuntur. Conſule Planco] *Significat ſe conſule Planco adoleſcentem fuiſſe, iraſciq́ue mirabiliter ſolitum ſi faſtidiretur.*

CHRIST. LAND. } Herculis ritu modo] *Maxima cum gloria Romam ab Hiſpania repetebat Auguſtus deuictis Cantabris populis atq; bellicoſiſsimis. Hunc ita laudat poëta, ut Herculi illum comparet. Nam ut ille extincto Gerione ingenti uictoria illuſtratus olim. Pallanteum ubi nunc Roma eſt uenit, ſic & Auguſtus deuictis Cantabris triumphaturus Romam nunc redit. Sic autem ordo.* O Plebs] *Id eſt, Romane Popule.* Cæſar uictor repetit penates] *Id eſt, domum ab ora Hiſpana.* Dictus] *Scilicet, cum in prouinciã profectus eſt, petiſſe laurum uenalem morte. Nam uictoria nõ acquiritur, niſi cõtemptu mortis.* Herculis ritu] *Non enim aut ambitionis, aut auaritiæ gratia illuc acceſſit, ſed ut populo pacaret, quod propriũ fuit Herculis.* Laurum] *Triumphum, in quo lauro coronabãtur duces.* Venale] *Quicquid uenditur uenale appellatur.* Vnico gaudens] *Rectè ergò ſtatim à principio ſermonem à populo cõuertit, quoniã ad omnes pertinet hæc uictoria.* Vnico marito] *Nam quæ cupit unicũ habere maritũ, gaudet illum ſoſpitem reuertiſſe. Gaudet etiam reuenisſe Auguſtũ caſta mulier. Nam ipſe legem Iuliã tulerat de adulterijs coërcendis. Alij intelligũt mulier, id eſt, Liuia Druſilla uxor Octauiani, quã ipſe de Tiberio Nerone grauidã abduxit, ac diuortio cũ Scribonia facto propter morum peruerſitatẽ ſibi uxorem fecit. Vnicéq; ſemper dilexit, quamuis nullos ex ea ſuſceperit liberos.* Operata] *Sacra faciens. Operari enim ſacrificare eſt Virg.*

» *Lætis operatus in herbis.*

Iuſtis] *Nã bene de illis meritũ Octauianũ ſeruauerant.* Soror] *Octauia, quæ Antonij uxor fuerat.* Supplice] *Ea quæ in ſupplicijs deorũ utebãtur.* Vitta] *Dicitur aũt uitta, quòd crines, caputq́ue uinciat.* Virũ expertę] *Id eſt, nuptæ.* Malè ominatis] *Quæ nominata malũ omen inferrent. Per antiſtitẽ enim ſacrorũ indicebatur ſilentiũ. Illud eſt enim fauere linguis.* Vere feſtus] *Quoniam affert ſummã lætitiã, cum ſimus à periculoſiſsimo bello liberati. Feſti enim dies inſtituti ſunt, ut animus lætitia relaxetur.* Atras] *Noxias & quæ atram bilẽ, id eſt, melancholiam poſsint excitare.* Ego nec tumultũ] *Tantum repono in uirtute ac in iuſtitia Cæſaris, ut dum ipſe imperiũ regit, nihil timeã.* Marſi Duelli] *Id eſt, ſocialis belli, quòd maximè opera Marſeorũ populorũ excitatũ eſt, & dictũ bellũ ſociale. Cuius cauſa fuit M. Liuius Druſus, qui ut ſenatus cauſam ſuſceptã tueretur Italicos populos ſpe Romanæ ciuitatis ſollicitauit, qui cũ ille promiſſa præſtare nõ poſſet: irati defecerunt. Initiũ ſumptũ eſt à Picentibus Veſtinis Marſis & Pelignis.* Spartacũ uagantẽ] *Nam hic ſuo ſeruili exercitu Italiã populatus eſt, neque pepercerit cadis uinarijs & ipſi uino, niſi quod ita abſcõditũ fuit, ut illud ipſe non inuenerit. Spartacus iſte ex Thracia ſeruus gladiator fuit Capuæ in ludo Lentuli. Sed inde cũ Chryſo ſocio & cũ ſeptuaginta quatuor eiuſdẽ conditionis hominib. fugiens exercitũ primũ ex fugitiuis ad tria millia hominũ colligit, per omnia loca populabundus uagabatur, ac breui ad centũ millia ſeruorũ coëgit. Primò aũt prælio malè à Claudio Pulchro legato, et à P. Valerio Prætore pugnatũ eſt. Secundò prælio Chryſus cum 20 millib. fugitiuorũ à Q. Arrio prætore cæſus eſt. Mox Spartacus C. Caſſiũ & Gn. Mallium prætores ſuperauit. Poſtremò M. Craſſo prætori bellũ traditũ eſt. Qui primum cum parte fugitiuorũ quæ ex Gallis, Germanisq́ue conſtabat, pugnauit, atq; ex ijs 35 millia cæcidit. Poſtremò Spartacum ipſum cum 40 mil. interfecit.* Argutæ] *Sonoræ Virg.*

» *Mænalus argutumq́ue nemus pinusq́ue loquentes*
» *Semper habet.*

Ergo. Argutæ] Quoniam optimè caneret. Cohibere nodo] *Id eſt, colligare & coërcere.* Myrrheum] *Id eſt, unguentatum, à myrrha aũt dixit myrrheum. Si autem ſit murrheum, erit ex mutatione literæ y in u, ut mys, mus dicitur, imperat ergo puero, ut adducet Neærã, ſed tamen ſi non quàm primum à ianitore admittatur, (quòd euenit ex ſuperbia mulieris) redeat illa inſalutata. Nec cum illa rixetur. Hoc idcirco nũc ſe paſſurũ dicit, quoniam per ſenectutem referbuerit in eo bilis. Sed in iuuentute non paſſus fuiſſet illa animus incaleſcente.* Albeſcens] *Propter canitiem.* Lenit] *Mitigat.* Animos] *Animi uehementes impetus, & propterea cupidos contentionis.* Ferrem] *Protuliſſem.* Calidus iuuenta] *Et in qua bilis uehementer ſanguinem ad iram accendit.*

HENR.

HENR. GLAR. } Herculis ritu modo dictus ô plebs] *Ordo Acronis hoc in loco placet, ſed paulò pòſt etiam ad Poëtæ ſenſum pertinere putat, quod olim laureatæ literæ de uictoria mittebantur. Certè hic non erat neceſſe de ijs, quicquam adducere.* Vnico gaudens mulier marito] *Lydiam dicit (idem inquit) ſub caſtitatis laude uotum pro Cæſaris reditu ſoluturam, quidam Liuiam emendarunt. Quanquam de illa, quomodo intelligendum, mulier unico gaudens marito, ipſe hæſito, cum antea Tyberio Neroni nupta fuerit, à quo prægnans ad Auguſtum uenit authore Suetonio. Porphyrio nihil de Liuia adducit.* Malè ominatis] *Landinus malè nominatis legit, exponitq́, quæ nominata malum omen inferrent. Id fortaſsis propter carmen, cuius legem tamen ipſe ſæpe negligit. Ego totum hoc, malè ominatis* Parcite uerbis, *dictum puto pro fauete linguis. Quo in loco Porphyrionis uerba non admodum intelligo, & ſuſpicor ea corrupta eſſe.* Si per inuiſum mora ianitorem. Fiet, abito] *Idem Acro ita exponit: Si ianitor prohibuerit illam ingredi, quæ uerba nihil explicant: ſed ſermo eſt ad puerum quem iubet abire, ſi ianitor moleſtus eſſe uolet.* Conſule Planco] *Horatius ſub Torquato Manlio natus eſt anno ab urbe condita 689. Plancus autem Coſs. fuit cum M. Aemylio Lepido anno Vrbis 712. Quapropter Horatius Planco Coſs. fuit annorum 23. de quibus hic loquitur, Hæc ita explicanda erant cōmentatoribus non annotatori. Nunc ſatis uiſum eſt illis dicere Horatium tum fuiſſe adoleſcentem, ideóq; iraſci ſolitum, ſic naſo ſuſpendentes Lectorem, quæ magis declaratione indigebant, omittūt.*

HERM. FIG. } Herculis ritu] *More Herculis, qui mundum purgare monſtris cupiens, in Hiſpaniam profectus eſt, & interempto Geryone rege tergemino, boues eius mira ſpecie uictor abegit, & triumphauit.* Morte uenalem petiſſe laurum] *Hoc eſt, uictoriam & triumphum cum periculo mortis conſecutus.*

Hiſpania uictor ab ora] *Nam Cantabros, & uicinas illis gentes Hiſpaniæ, quæ latrocinia exercebant, in periculū ſæpe deducto exercitu, oppreſsit Auguſtus. De hoc bello ſcribit Liu. lib. 135. Iuſtinus in fine lib. 44. Luc. Flo. lib. 4. cap. 12. Sueton. Tranquil. in uita Auguſti. Oro. lib. 6. cap. 21.* Vnico gaudens mulier] *Ad ſupplicationes & honores, Dijs immortalibus pro Auguſti uictoria habendos, hortari uidetur. Nam ſupplicationes uictoribus bello uiris, ob res feliciter ductu eorum geſtas, in quibus grates Dijs agebant, mulieresq́; eximios cultus, uiri prætextas, atq; ampliſsima ornamenta ſumebant, à ſenatu maximi muneris loco ſæpe tributæ ſunt, modò plurium dierum, modò paucorum, prout manifeſtè geſta, & proſperi ſucceſſus poſtulabant. In quibus grandes natu matres manib. amplexæ, & uiri ſemotim coronati procedere, & cum bonis precationibus & fauſtis ominibus ad templa conuenire, & Dijs gratias agere ſolebant. Hæc, & plura de ſupplicationibus Alexander Neapol.* Iuſtis operata diuis] *Hoc eſt, iuſtum ac debitum honorem Dijs immortalibus, pro ſingulari eorum merito, exhibeat ſacrificando.* Soror clari ducis] *Octauiam Auguſti Cæſaris ſororem intelligit, quam amiſit quinquageſimum & quartum agens ætatis annum, teſte Suetonio.* Supplice uitta] *Hoc eſt, matres quoque prodeant, Dijs pro ſalute filiorum ſoſpitum, ſupplices gratias acturæ.* Malè ominatis parcite uerbis] *Hoc eſt, bonas precationes, & uerba fauſti ominis proferte.* Ego nec tumultum, nec mori] *Quàmdiu Auguſtus imperium tenebit, ego ſolutus curis, nullum bellum aut uim metuam, quia omnia erunt pacata & tranquilla.* I, pete unguentum puer] *Iubet famulum apparare delicatum & opiparum conuiuium in honorem Auguſti.* Marſi memorem duelli] *Hoc eſt, proferuinum uetus ex dolio, quod tempore belli Marſici ſit reconditum. Marſum autem uocat bellum ſociale, quod Liuius Druſus in expugnationem urbis excitauit, quòd in eo bello multùm ualuerunt Marſi. Ab his enim Rutulus Conſul occiſus eſt, & multi nobiles interfecti, & octo millia Romanorum cæſa ſunt. Oroſius ſcribit, hoc bellum cœptum fuiſſe anno ab urbe condita 659. Sexto Iulio Cæſare, & Lucio Martio Philippo Coſs. De hoc bello ſcribit Plutarchus in uita Syllæ. Luc. Florus lib. 3. cap. 8. Oroſ. lib. 5. cap. 18.* Spartacum ſi qua] *Si modò aliqua teſta exercitum Spartaci, omnia per Italiam populantis, latere potuit. Hoc autem bellum cœptum eſt C. Caſsio Varo, & M. Licinio Lucullo Coſs. Anno ab urbe condita 679. poſt bellum ſociale 20. ante bellum Cantabricum 47. ſecundùm Oroſium. Iuxta uerò ſupputationem Henrici Glareani, anno ab urbe condita 681. poſt bellum ſociale 18. ante natum Horatium 8. ante bellum Cantabricum ab Auguſto ſuſceptum, 45. Si igitur ad ſeriem temporum Oroſij reſpicias, fuit hoc uinum, quod Horatius puerum ſuum proferre iuſsit, 67. annorum: Sin Glareani Chronologiam perpendas, durauit 63. circiter annos. Ne cui autem hoc uinum nimis uetuſtum uideatur, libet hîc ſubijcere uerba Plinij, quæ ſunt in 4. cap. lib. 14. Durant adhuc, inquit, uina ducentis ferè annis, iam in ſpeciem redacta mellis aſperi. Etenim hæc natura uinis in uetuſtate eſt: Nec potari per ſe queunt, ſi non peruincat aqua, uſque in amaritudinem carie indomita. Cæterùm Spartacus, cuius hîc mentionem facit Flaccus, ex Thracia fuit oriundus, ac non minus prudentia, quàm corporis robore & uiribus præſtans, facilitate inſuper ac manſuetudine, tum uirtutibus omnibus ſupra fortunæ & conditionis ſortem ornatus. Hic cùm inter gladiatores, qui Capuæ ex ludo Lentuli diffugerant, primus dux conſtitutus eſſet, congregata magna hominum undique confluentium multitudine, ingens & crudele bellum excitauit, ſuperatisq; ſæpius cum graui clade Romanorum copijs, terribili ſtrage magnam partem Italiæ populatus eſt. Contra quem miſſus à Senatu Licinius Craſſus, graue hoc bellum confecit. Ipſum enim Imperatorem Spartacum, fortiſsimè dimicantem, cum multis millibus occîdit. De hoc bello legant ſtudioſi Plutarchum in uita Craſsi. Lucium Florum lib. 3. cap. 20. Appianum libro 1. bellorum ciuilium. Paulum Oroſ. lib. 5. cap. 26. Videtur autem belli Spartaci in laudem Auguſti hîc meminiſſe. Cuius pater Caius Octauius, ex prætura Macedoniam ſortitus, fugitiuos, reſiduam Spartaci & Catilinæ manum, Thurinum agrum tenentes, in itinere deleuit, negocio ſibi in Senatu extra ordinem dato: Autor eſt Suetonius Tranquil.* Vagantem] *Mediam enim peruadens Italiam, cædibus, incendijs, rapinis, populationibus omnia uaſtabat.* Dic & argutæ properet] *Iubet etiam uocare ſibi amicam Neæram pſaltriam.* Myrrheum] *Precioſis unguentis & odoribus conſperſum. Myrrham enim unguentarij digerunt odoris atque pinguedinis argumentis. De Myrrha, eiuſq; generibus, natura & precio, multa commemorat Plin. lib. 12. cap. 15. & 16.*

Si per inuiſum mora ianitorem] *Si non ſtatim intromitteris à ianitore, non admodum flagites, quia nihili iam pendo ab amica contemni, quod tamen olim adoleſcens non tuliſſem.*

Lenit albeſcens animos] *Subijcit rationem, quare moleſtè iam non ferat amicæ moram. Nimirum, quòd ſenectus animum, qui olim fuit iracundus, & ad rixas propenſus, ſibi nunc leniat ac mitiget.* Ferrem] *Pro tuliſſem, hoc eſt, paſſus eſſem. Per Enallagen.* Calidus iuuenta] *Calet enim feruetq; illa ætas plurimùm, ideóq; primo impetu furit.* Conſule Planco] *Hoc eſt, in adoleſcentia mea. Fuit enim Conſule Planco annorum 23. Quia natus eſt L. Aurelio Cotta, & L. Manlio Torquato 2. Coſs. Anno ab urbe condita 689. At L. Munatius Plancus, cuius hîc meminit, Conſul fuit cum M. Aemylio Lepido, anno urbis 712.*

THEOD. PVLM. } 6 Diuis] Sacris. G. B. 12 Ominatis] *G. E. A.* nominatis. *H. B.* 13 —Atras calmet curas] *Vide Annotat. ad uerſum 40. lib. 3. Carm. 1.*

GEORG. FAB. } *De Hiſpanis, Cantabris & Aſturibus triumphum Auguſto gratulatur, & ſimul eius familiam, & populum Romanum adhortatur ad lætitiam, ſibiq; inprimis hunc diem dicit eſſe celebrandum omni gaudiorum genere. Scripſit hanc odam poëta, anno ætatis ſuo octauo & trigeſimo, Auguſto Cæſ. 6. & Vipſanio Agrippa 2. Coſs.* Prodeat iuſtis operata diuis] Verum iuſtis diuis? *ut legit Porphyrio, qui Cæſari uictoriam & reditum meritò conceſſerint.* An iuſtis ſacris? *quæ facta pro mariti incolumitate ſint. Vtrunque in exemplaribus legitur.*

Et ſoror clari ducis] *In Aldino cari: quod non probo.* Clari *dicit, ut Virg.*

„ *Clara deûm ſoboles.*

Malè ominatis Parcite uerbis] *Hoc modo legit non indiligens patrū memoria interpres Ch. Landinus: hoc modo noſtro tempore*

Dionyſ. Lambinus: nec aliter noſtrum manuſcriptum. Malè ominata uerba, interprete Landino, quæ malum omen inferrent. Contra bene nominata uerba, ſeu bona nomina erant, quæ auſpicata eſſent in delectu cenſuíe, de quibus Cic. 1. de Diuinat. ut Valerij, Saluij, Statorij: in uectigalibus, ut lacuum, Feronij & Lucrini, de quibus Feſt. Pompeius.

IOD. BAD. ASCENS. } Herculis] Auguſtum celebrans, dicit. O plebs] Scilicet Romana. Cæſar] Scilicet Auguſtus, dictus modò. Petijſſe ritu] Id eſt, more Herculis. Laurum] Id eſt, triumphum. Venalem] Id eſt, acquiſibilem. Morte] Id eſt, periculo uitæ, repetit modo uictor ab ora Hiſpana. Penates] Id eſt, Deos domeſticos. Vnico, &c.] Inuitat omnes ad ſupplicationem, & ad uota deo reddenda dicens. Mulier] Id eſt, matrona. Gaudens unico marito prodeat operata] Id eſt, ubi operas expleuit, iuſtis ſacris. Et ſoror clari ducis] Scilicet octauia. Et matres decore] Id eſt, honeſtæ. Virginum, uitta ſupplice] Id eſt, quibus eſt uitta ſuppliciter adhibita. Et matres iuuenum nuper] Scilicet, per uictoriam Cæſaris. Soſpitum] Id eſt, incolumium, & à nece liberatorum, ſup. prodeant, & uos O pueri] Scilicet laſciui, & puellæ iam expertæ uirum. Parcite] Id eſt, abſtinete. Verbis malè ominatis] Id eſt, cum malo omine prolatis, hoc eſt, laſciuis & obſcœnis. Hic dies mihi feſtus. Verè] Id eſt, ſyncerè. Eximet mihi curas atras] Id eſt, nociuas & nigredinem ex ardore inferentes, ego nec metuam. Tumultum] Scilicet hoſtilem. Nec mori per uim, Cæſare tenente] Id eſt, tantiſper dum Cæſar tenebit terras. Puer i] Id eſt, abi. Pete unguentum] Scilicet ut epulum ſolemne faciat, & coronas. Et cadum] Scilicet uinarium. Memorem] Id eſt, habentem notam & ſignum. Duelli Marſi] Id eſt, belli ſocialis aut Marſici, quod in multos annos ſeruatum legitur. Si cadus] Id eſt, teſta fictilis potuit. Qua] Id eſt, aliqua uia aut ratione, eſt enim qua ſeptimi caſus, cuius ſi etiam Teſta] Id eſt, uaſo fictili. Sparthacum] Scilicet gladiatorum & ſeruorum ducem. Negantem] Scilicet per Italiam & omnia uaſtantem. Dic ô puer &] Id eſt, etiam. Neæræ] Scilicet meretriculæ. Argutæ] Id eſt, canoræ. Properet] Id eſt, ut feſtinet. Cohibere] Scilicet reticulo. Crinem] Id eſt, capillum. Myrrha perfuſum, ſi mora fiet] Id eſt, ſi non admitteris ad eam per ianitorem inuiſum abito, quia patiar modeſtè ſine illa feſtum agi. Nam capillus albeſcens] Id eſt, caneſcens mihi. Lenit] Id eſt, ſedat & lenem facit mihi animum. Cupidum] Scilicet, olim. Litium & rixæ protervæ] Id eſt, pertinacis. Ego non ferrem] Id eſt, non paterer. Hæc] Scilicet illam uocatam non uenire. Aut puerum meum non admitti calidus iuuenta] Id eſt, ſi adhuc eſſem calidus iuuenta. Conſule Planco] Id eſt, quæ fuerat mihi in conſulatu Planci.

ANT. MANCIN. } Hortatur ad ſacrificium & lætitiam Romanos omnes ob Auguſti uictoriam, quam uictis Cantabris ex Hiſpania referebat. Herculis ritu] Ordo eſt. Modo ô plebs Cæſar uictor ab ora Hiſpana repetit penates Herculis, ritu dictus petijſſe laurum morte uenalem. Herculis ritu] More Herculis, qui ſemper uictor redibat, qui etiam laudis gratia mortem nó abhorrebat. Vnde ſpreto omni terrore atque periculo cuncta ardua ſubibat, non contentus ſui exercitus uiribus, niſi & ipſe pugnaret. Sic & Auguſtus egit, quū deuicit Cãtabros Hiſpaniæ populos. Hercules aũt ut Diodo. ſcri. li. 5. cum exercitu in Iberiam trãſiens, Chryſauri filios tribus magnis exercitibus fidentes ſingulari prouocatione ſuſtulit. Capta Iberia boum greges ſecum abduxit ad Tyberim uſque, ubi nunc Roma eſt. Abijt inde in Cumeum campum demum cornu bouis innixus mare Siculum traiecit cum bobus aliis, &c. Laurum] Id eſt, lauream & triumphum. Hiſpana ora] Auguſtus Cæſar Antonio deuicto Cantabricum bellum geſſit. Domuit autem partim ductu, partim auſpicijs ſuis Cantabriam. Auctor eſt Tranquillus. Stra lib. 3. ſic ait. Cætera bella omnia hac tempeſtate deſierunt, ut dixi, nam Cantabros & uicinas illis gentes, quæ adhuc latrocinia retinent, Cæſar Auguſtus oppreſſit. Et qui Romanorum ſociorum prædones erant, nunc pro Romanis rei militari ſeruiunt, Cõiaci uidelicet, & qui Iberi amnis fontes incolunt. De Cantabris autem etiam plura uideto ſuperius. Vnico gaudens] Inuitat ad ſacra reddenda dijs. Liuiam Auguſti uxorem ſoſpite uiro & uictore. Auguſtus autem Liuiam Druſillam matrimonio Tyberij Neronis, & quidem prægnantem adduxit, dilexitque & probauit unicè ac perſeueranter. Vnico marito Valerius lib. 2. ſcribit, quòd quæ uno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur. Soror clari ducis] Auguſti Octauiani ſoror Octauia intelligitur, quæ uxor fuerat. M. Antonij. Nam Octauius Auguſti pater morte obijt repentina ſuperſtitib. liberis Octauia maiore, quam ex Antonia, & Octauia minore, item Auguſto, quos ex Accia tulerat. Accia autem. M. Accio Balbo & Iulia ſorore, C. Cæſaris genita eſt, ut & Tranquillus inquit. Male ominatis] Id eſt, uerbis turpibus & malis ominis. Hinc fauere linguis dicebantur in ſacris] Id eſt, bona fari uel tacere ne mala omina dicerentur. Nec mori per uim] Erat enim ubiq; pax Auguſto imperatore. I pete unguentum] Puerum ſuum monet, ut neceſſaria lætis epulis, paret. Marſi duelli] Cum Samnites & libertatem, & ciuitatis cõmunionem aſſequi uellẽt, repulſam paſſi deſciuerunt. Vnde Marſicum exarſit bellum, Corfinium Pelignorum metropolim communem uniuerſis Italis ciuitatem demonſtrantes contra populum Rom. receptaculum, propugnaculumq; conſtituerunt, & imperatores creauêre: biennio igitur bellum protraxêre, donec perfectum eſt, ut in ciuitatem cõmuniter uocarentur. Cuius rei gratia tantum belli conflatũ fuerat incendium, Marſicum autem inde nominatum eſt bellum, quoniam à Marſis rebellandi ſuſcitatum fuerat initium. Auctor eſt Strab. li. 5. Euſebius uerò docet, quòd bellum aduerſum Romanos Picentes Marſi, Pelignią; mouerũt Olympiade, 172. paulò ante Saluſtij Criſpi hiſtorici natale. Lucius Florus bellum ſociale id appellat. Apianus uerò prius Sociale poſuit, & ſtatim uix illo finito, ſic ait. Marſi ferarum more ſe deceptos ægrè ferentes iterum cæpêre arma. Denuoq; cum ipſis congredi conantur, &c. Spartacum uagantem, quatuor & ſeptuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerunt, & congregata ſeruorum & ergaſtulorum multitudine Chryſſo & Sparthaco ducibus bello excitato, Claudium Pulchrum legatum & P. Voreuum prætorem prælio uicerunt, ait Liuius lib. 115. Marius autem prætor Chryſſum fugitiuorum ducem cum 20. milibus hominum cecidit. Cn. Lentulus conſul malè aduerſus Sparthacũ pugnauit. Ab eodem L. G. & Q. Arius prætor acie uicti ſunt. Item C. Craſſus proconſul. Cn. Manlius prætor malè aduerſus Spartacum pugnauerunt. Ait Liuius lib. 96. M. Craſ. deinde cum Sparthaco pugnauit, cæſis cum ipſo Sparthaco millibus quadraginta. Ait etiam idem lib. 97. meminit etiam Florus. Sed latiùs Apianus li. 1. de bel. ciuili, inter quæ dicit Sparthacũ Thracem fuiſſe & gladiatorem, qui aliquando cum Romanis meruerat, & in cuſtodia ac gladiatorijs ſpectaculis aſſeruabatur tãtumq; animi aſſumpſit ut. 70. uiris comitatus pro libertate potiùs illos certare perſuaſerit, quàm in ſpectaculis pericula ſubire, itaq; per uim repulſis his qui cuſtodiæ præerant fuga abijt, &c. Argutæ canoræ] Myrrheum. Crinem] Id eſt, Myrrha madidum. Lenit albeſcens] Aſſerit canos ſenectutemq; ipſam animos ſæuos lenire, hinc ipſe cum antea iracundus eſſet, iam mitior eſſe cogitur & tollerare facilius, ſi Neæram ad eã pergere ianitor non permitteret. Calidus iu.] Id eſt, ardens & feruens. Conſule plan.] Oſtendit ſe iuuenem fuiſſe tali conſule.

ODE

ODE XV. IN CHLORIM.

Μεμπτική.

Ode XV. Dicolos diſtrophos, ut: Sic te diua potens Cypri.

— — — ∪ ∪ — ∪ —

— — — ∪ ∪ — — ∪ ∪ — ∪ —

ARGVMENTVM IN ODEN XV.

Hæc Ode oſtendit quantum dedeceat, maximè ſenem & pauperem, intempeſtiua laſciuia, citharæ cantus, & eiuſmodi uoluptates, quum illa ſint potius adoleſcentum.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Chlorim Ibici uxorem impudentem obiurgat, quòd uetula iam facta, puellarum ludis & choris, ſenī minimè conuenientibus, admiſcere ſe non deſinat, & potiùs lanam, ut ſuum decet, quàm citharas & flores non tractet.

VXOR pauperis Ibici,
Tandem nequitiæ fige modum tuæ,
Famoſisq; laboribus.
Maturo ꝓpior deſine funeri
Inter ludere uirgines,
Et ſtellis nebulam ſpargere candidis.
Non, ſi quid Pholoën ſatis,
Et te Chlori decet, filia rectius
Expugnat iuuenum domos,
Pulſo Thyas uti concita tympano.
Illam cogit amor Nothi
Laſciuæ ſimilem ludere capreæ.
Te lanæ prope nobilem
Tonſæ Luceriam, non cytharæ decent,
Nec flos purpureus roſæ,
Nec poti uetulam fece tenus cadi.

COMMENTARIA.

ACRON.

VXOR pauperis Ibici] *Ad mœcham ſcribit uetulā & luxurioſam. Bene dixit, uxor pauperis, cui ſolum poterat eſſe ſolatio, ſi caſtam haberet uxorem, nec tenuitati eius luxuriam conuenire.* Fige modum] *Pone modum obſcœnitati, ſiue libidini: aut turpi auaritiæ, ut Terentius:*

„ *Leno iniqua non uult me loqui.*

Maturo propior] Ordo eſt: *Deſine inter uirgines ludere, cum ſis propior funeri, id eſt, morti uicinior iam, per ætatem.* Et ſtellis] *Decens* ἀλληγορία. *Ait enim ut ſtellarum decus, & ſplendor fuſcatur nebulis & celatur: ſic nitorem uirginum permixta anus obſcuras.* Et te Chlori] *Ordo eſt:* Chlori non ſi quid ſatis decet filiā Pholoën, decet te. *Rectius expugnat filia domos iuuenum, ſupple, quàm tu, concita uti Thyas pulſo tympano.* Filia] *Chloridis, in quā ſcribit, & ipſam turpem deſignāt, quæ furore libidinis ita incitaretur, uti Bacche tympanorum pulſu.* Nothi] *Nomen amatoris.* Laſciuæ] *Quia hoc genus libidini & laſciuiæ aptius.* Prope nobilem Tonſæ Luceriam] *Luceria ciuitas eſt Apuliæ. Dicit autem lanificio ætatem eius magis aptam, quàm luxui & ebrioſitati.* Fece tenus cadi] *Tanquam quæ uaſa uino uetere potando uacuaret.*

PORPHYR. } Vxor pauperis Ibici] *Hæc Ode ſcribitur in uetulam, mœcham & luxurioſam.* Tandem nequitiæ fige modum tuæ] *Nequitiæ nunc calliditati & malitiæ: non ut olim nequam dicebatur ignauus ac ſenex.* Inter ludere uirgines] *Ordo & ſenſus eſt: Deſine inter uirgines ludere cum ſis funeri propior.* Et ſtellis nebulam ſpargere candidis] *Decens allegoria, ait enim ut decor ſtellarum nubilo infuſcatur: ſic nitorem fieri uirginum interuentu tuo turpem, quippe cū ſis ætate iam atra & deformi.* Filia rectiùs Expugnat iuuenum domos Pulſo Thyas uti concita tympano] *Hic etiam filiam eius oſtendit uitioſam eſſe, & per libidinem nimiam ita in furorem incitari, ut Bacchæ ſolent pulſu tympani audito.* Te lanæ prope nobilem Tonſæ Luceriam] *Luceria urbs eſt in Apulia & Samnio.* κατ' ἐξοχὴν *autē pro quolibet lanis poſitum.* Nec poti uetulam fece tenus cadi] *Hoc non decet ætatem tuam, inquit, in conuiuio multum potare, id eſt, fece tenus potare. Nam uīq; cùm tota amphora bibitur, ad fecem peruenitur. Per fecem autem uetulam uetus uinum accipe.*

CHRIST. LAND. } Vxor pauperis Ibici] *Per hanc mulierem admonet quantū dedeceat, ſenem ea ſequi, quæ iuuenum ſunt.* Vxor pauperis Ibici] *Omni excuſatione illam ſpoliat, cùm non diuitiis abundet, quæ cum ocium præbeant, accendunt uoluptates. Sed paupertate prematur, quæ iuuenes quoque à uoluptatibus arcere poſſit. Vnde Iuuen.*

„ *Præſtabat caſtas humilis fortuna Latinas.*

Tandem] *Cùm iam ſatis ſuperq; huiuſcemodi rebus indulſeris. Vituperat ergo à diuturnitate. Nam probè monet Iuuen.*

„ *Breue ſit quod turpiter audes.*

Nequitiæ] *Petulanti & laſciuæ libidini.* Famoſis] *Infamibus, ut iam demonſtratum eſt. Labores autem appellat anxietatem erga corporis cultum. Vnde infamiam contrahit.* Maturo funeri] *Maturæ morti. nā & ſi omni ætati accidere mors poſſit, tamen indubitata eſt ſenectuti.* Inter ludere uirgines] *Ludere inter uirgines. Duplex uitium & quod uetula ludat, & quod ludat inter uirgines.* Et ſtellis] *Mira ſimilitudo. Nam eam maculam uidetur anus afferre uirginibus, quam affert nubes ſtellis.* Pholoë] *Quæ iunior te eſt, quamuis forte non ſit uirgo.* Filia rectiùs] *Vituperanda eſt omninò mulier, quæ in quacunque ætate ita petulans ſit, ut ultrò uiros petat. Sed tamen magis hoc conceditur filiæ quàm tibi, quoniam datur aliqua uenia teneris annis.* Thyas] *Sacerdos Bacchi furore concita. Nam* θύειν *furere & ſacrificare eſt.* Noti] *Nomen eſt uiri.* Prope Luceriam] *Speciem pro genere. Cæterùm Luceria urbs eſt Apuliæ, quæ Auſonum colonia fuit. Non ergo decent res laſciuæ.* Nec decent cadi poti tenus fece uetula] *Id eſt, uſque ad fecem uetulam. Sententia, non decet te intereſſe potationibus, ubi ſint & optima uina, quia uetula, & multum bibatur, quia tenus fece cadi.*

HENR. GLAR. } Illam cogit amor Nothi] *Nothi amatoris hic nomen eſt, ut Acro teſtatur. Mancinellus Noti exiſtimauit eſſe participium à noſco & pro cogniti adoleſcentis poſitum. Badius poſterior addit, per conſuetudinem cogniti. Sed carmen non patitur hanc lectionem, ut illi haud dubiè norant uterque, ſi aut attendiſſent, aut cogitaſſent. Cæterùm ultimum carmen rurſus uterque rectiùs meo iudicio exponunt de optimo, quod ad fæcem uſque bibi ſolet, uino, quàm uel Acro, uel Porphyrio, lector iudicet.*

HERM. FIG. } Nequitiæ fige modum tuæ] *Finem*

aliquem & modum tuæ luxuriæ ac libidini fac. Famoſis laboribus] *Infamibus & fœdis adulterijs.* Maturo propior funeri] *Propinqua magis & uicina morti, quippe in ætate maturiſsima.* Et ſtellis nebulam ſpargere] *Deſine tuis tenebris puellarum ſplendorem obſcurare. Eleganter anum nebulæ, puellas uerò ſtellis comparat.* Non ſi quid Pholoën ſatis] *Per collationem oſtendit, non decere anum, ſicut puellam, laſciuire, & uoluptatibus operam dare. Huc pertinet illud Cornelij Galli:*

» *Turpe ſeni uultus nitidi, ueſteſq; decoræ,*
» *Atq; etiam eſt ipſum uiuere turpè ſenem.*
» *Crimen amare iocos, crimen conuiuia, cantus,*
» *O miſeri, quorum gaudia crimen habent.*

Et te Chlori decet] *Quia magna inter uos eſt ætatis diſsimilitudo: tu enim confecta ſenio, illa iuuenis.* Filia rectius expugnat] *Rectiùs filia ultrò amatores appetit, & libidini paret, quàm mater. Luxuria enim, ut, inquit, Cicero, cùm omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſsima eſt.* Pulſo Thyas uti] *Furore libidinis exagitata, uelut Mænas ſono tympani.* Illam cogit amor Nothi] *Pholoën amor Nothi iuuenis, capreæ inſtar, laſciuire impellit.* Te lanæ prope nobilem] *Te uetulam decet lanas ducere, non autem cytharа ludere, caput ſertis impedire, & largiùs potare.* Lanæ prope nobilem tonſæ Luceriam] *Hoc eſt, optimæ. Lana enim Apuliæ, cuius oppidum eſt, Luceria, laudatiſsima dicitur à Plinio.* Nec poti fece tenus cadi] *Nec amphoræ ad fecem uſq; exhauſtæ.*

THEOD. PVLM. } 2 Fige]Pone, B. 16 Vetulam] *A. Vetula, H. G. E. B. & Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 6. cap. 14.*

GEORG. FAB. } *Inuehitur in adulteram, à conſideratione perſonæ ipſius, quod maritum habeat, quod in re tenui ſit, quod ætate decrepita, & morti uicina, quod ſatis uoluptatibus uſa ſit, quod ad luſus amplius inepta. Argumentum odæ huius eſt illud Ouidij,*

» *—— Turpe ſenilis amor.*
» *Item, γέρων ἐρῶν, κακὴ τύχη.*

Tandem nequitiæ pone modum tuæ] *In duobus manuſcriptis, approbante Acrone, fige modum. hoc eſt, finem impone. Libido in puella, in anu nequicia dicitur. Ita Ouid. de Sileno,*

» *Nequitia eſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem.*

IOD. BAD. ASCENS. } Vxor pauperis] *Inuehit in Chlorim uetulam intempeſtiuè laſciuam, dicens.* O Chlori uxor Ibici pauperis] *Scilicet per te.* Fige] *Id eſt, conſtitue firmiter.* Tandem] *Id eſt, poſt tam longa tempora.* Modum] *Id eſt, finem.* Tuæ nequitiæ] *Id eſt, perditæ & luxurioſæ uitæ.* Et laboribus famoſis] *Id eſt, infamibus.* Tu propior] *Id eſt, uicinior & imminentior.* Funeri maturo] *Id eſt, tempeſtiuo, deſine ludere inter uirgines, & ſpargere.* Stellis candidis] *Id eſt, puellis in morem ſtellarum candentibus.* Nebulam] *Id eſt, nebuloſam & obſcuram ſitu & rugis.* O Chlori ſi quid decet ſatis Pholoen] *Scilicet filiam tuam.* Non] *Sup. continuò, aut ideo, decet.* Et] *Id eſt, etiam te.* Filia tua] *Scilicet Pholoe.* Expugnat] *Id eſt, ſibi dedi cogit, ſicut qui urbes expugnant, rectiùs, id eſt, conuenientius ætati, domos iuuenum.* Qui] *Scilicet ea conſpecta excurrunt.* Vti] *Id eſt, quemadmodum.* Thyas] *Id eſt, ſacerdos Bac.* Pulſo tympano, concita] *Id eſt, feſtina.* Tympano pulſo] *Sup. expugnat domos Baccharum, aut excurrit concitata.* Illam] *Pergit, dicens.* Amor noti] *Scilicet iuuenis per conſuetudinem cogniti.* Cogit illam ludere] *Id eſt, ſalire ſimilem capreæ laſciuæ.* Lanæ tonſæ] *Prope Luceriam uetus oppidum Dauniorum.* Nobilem] *Scilicet Lanicio.* Decent te] *Id eſt, decenter conueniunt tibi non cytharæ.* Nec flos roſæ purpureus] *Id eſt, ſertum ex roſa purpurea.* Nec cadi poti tenus fæce] *Id eſt, nec uina optima, quæ bibuntur è cadis uſq; ad fæcem, cùm debilia bibantur à delicatis tantùm ad medium cadi.* Decent te uetulam] *Hoc eſt tua non eſt intereſſe conuiuijs, nec indulgere cantilenis.*

ANT. MANCIN. } *Chlorim pauperis Ibici uxorem monet, ut finem rebus Venereis imponat cùm iam funeri proxima ſit, itaque lanam potiùs eam parare decebat, quàm Cytharam tangere, uel coronis inter conuiuas ornari.* Vxor pauperis Ibici. *Ode eſt dicolos, diſtrophos, primus enim uerſus Glyconicus eſt, ſecundus uerò Aſclepiadeus.* Nequitiæ] *Laſciuiæ, libidini.* Famoſis] *Turpibus & infamibus.* Stellis candidis] *Id eſt, formoſis puellis.* Pholoen] *Hæc iuuenis erat, imo filia eius Chloridis, ut ſequentia indicant.* Expugnat iuuenum domos] *Hoc eſt è domibus iuuenes attrahit ſua forma.* Thyas] *Bacchi ſacrificula, de qua ſuperiùs latè.* Concita] *Scilicet tua filia.* Vti Thyas pulſo tympano] *Eo autem inſtrumento Bacchātium antiſtites utebantur, hinc mulieres ilicò ad ſacra concitabantur, Chloridis uerò filia Pholoe concitabatur ab amore, ſicut Thyas pulſo tympano, hocq; pacto filiam quoq; uituperat.* Noti]*Cogniti adoleſcentis.* Luceriam] *Luceria uetus erat oppidum Dauniorum, ubi Mineruæ fanum extitit, auctor eſt Stra. lib. 6. Plin. quoq; lib. 3. Dauniorum coloniam fuiſſe ſcribit.* Flos purpureus roſæ] *Id eſt, roſea corona, qua in conuiuijs utebantur.* Vetulam] *Sic legitur in antiquis codicibus, ergo uetulam ad Chlorim refertur.* Nec poti, &c.] *Senſus eſt, quòd non decent uetulam cadi poti.* Ad fæcem uſque] *i. optima uina, quæ uſque ad fæcem bibi ſolent.*

ODE XVI. AD MECOENATEM.

ὑποθετική.

Ode XVI. Dicolos tetraſtrophos, ut Scriberis Vario fortis & hoſtium.

```
—— —∪∪— —∪∪— ∪∪
—— —∪∪— —∪∪— ∪∪
—— —∪∪— —∪∪— ∪∪
—— —∪∪— ∪—
```

ARGVMENTVM IN ODEN XVI.

Fabula Danaës, hiſtorijs nonnullis docet, quantum calamitatis adferat rebus mortalium, auri cupiditas. Nam illa non ſolùm munitiſsimas ciuitates expugnari & euerti, ut Philippus rex Macedoniæ, uerùm ſacra omnia prophanari, coniuges in coniugum perniciem corrumpi, ut Eriphile Amphiarai uxor. Eam eſſe auaritiæ naturam, ut expleri non poſsit, ſed in nouas ſollicitudines pertrahat hominem: quare non immeritò ſibi caniſſet, ne quid ſuprà conditionẽ ſuã adiectaret, ſed paucis contentus maneret.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Docet elegantiſſima hæc Ode, boni & prudentis eſſe uiri, frugalitatem & temperantiam, quæ beatum & Deo charum reddit hominem, amplecti: auaritiam uerò, ad omnem calamitatem, ſollicitudinem & ſcelus impellentem, aſpernari.

COMMEN.

INCLVSAM Danaën turris ahenea,
Robuſtæq́; fores, & uigilum canum
Triſtes excubiæ, munierant ſatis
Nocturnis ab adulteris.
Si non Acriſium, uirginis abditæ
Cuſtodem pauidum Iupiter, & Venus
Riſiſſent: fore enim tutum iter, & patens
Conuerſo in precium deo
Aurum per medios ire ſatellites,
Et perrumpere amat ſaxa, potentius
Ictu fulmineo. concidit auguris
Argiui domus, ob lucrum
Demerſa excidio. diffidit urbium
Portas uir Macedo, & ſubruit æmulos
Reges muneribus. munera nauium
Sæuos illaqueant duces.
Creſcentem ſequitur cura pecunia,
Maiorumq́; fames. iure perhorrui
Latè conſpicuum tollere uerticem,
Mecœnas, equitum decus.
Quanto quiſq; ſibi plura negauerit,
A' dis plura feret. nil cupientium
Nudus caſtra peto, & tranfuga, diuitum
Partes linquere geſtio,
Contemptæ dominus ſplendidior rei,
Quàm, ſi qdquid arat non piger Appulus,
Occultare meis dicerer horreis,
Magnas inter opes inops.
Puræ riuus aquæ, ſiluaq́; iugerum
Paucorum, & ſegetis certa fides meæ,
Fulgentem imperio fertulis Africæ
Fallit ſorte beatior.
Quanquam nec Calabræ mella ferunt apes,
Nec Læſtrigonia Bacchus in amphora
Langueſcit mihi, nec pinguia Gallicis
Creſcunt uellera paſcuis:
Importuna tamen pauperies abeſt:
Nec, ſi plura uelim, tu dare deneges.
Contracto melius parua cupidine
Vectigalia porrigam.
Quàm ſi Mygdonijs regnum Alyattici
Campis continuem. multa petentibus,
Deſunt multa, bene eſt, cui Deus obtulit
Parca, quod ſatis eſt, manu.

COMMENTARIA.

ACRON.

INCLVSAM Danaën] *Acriſius pater cum Danaë, ob pudoris cuſtodiam, ualida & munita turri clauſiſſet, uerſus in aurum Iupiter fingitur eam uiolaſſe. Quod nunc exemplum ad oſtendendam uim auri & potentiam poſuit, quod probat in hoc compoſitam fabulã, de aureo imbre Danaës, ut monſtraretur nihil non poſſe auro atque pecunia corrumpi. Ordo eſt: Ahenea turris, & robuſtæ fores, & triſtes excubiæ uigilum canum, ſatis munierant, incluſam Danaën ab nocturnis adulteris: Si non Iupiter & Venus riſiſſent Acriſium, pauidum cuſtodem abditæ uirginis, conuerſo deo in precium, fore enim tutum iter, & patens, ſupple ſciebat.* Triſtes] *Epitheton uigiliarum, eò quòd mæſtitudinem generent, ſeu Danaë triſtis, nuptijs per cuſtodiã denegatis.* Nocturnis ab adulteris] Occultis. *Hoc enim tempus crimini aptum eſt. Vt eſt.* Nec gregibus nocturnus obãbulat. cùm & per diem lupi inſidiari conſueuerint. Pauidum] *Sollicitum, & cautum propter iniunctum ſibi officium.* Conuerſo in precium deo] *Quia Iupiter in aurum uerſus, precium uidetur eſſe concubitus.* Per medios ire ſatellites] *Per hoſtium cuneos, & hoſtiles fremitus.* Et perrumpere amat ſaxa] *Munitiones expugnare.* Potentius] *Exaggeratio uolupt uoſæ rei.* Concidit Auguris] *Amphiaraum dicit, cuius uxor Eriphyle monili corrupta, egit, ut egrederetur ad bellũ, quod exitiale, uelut uates præſcius, declinabat.* Ob lucrum] *Propter amorem monilis.* Demerſa excidio] *Deiecta hiatu telluris. Nam pro Amphiarao totam domum poſuit.* Vir Macedo] *Philippum ſignificat Alexandri Magni patrem, qui multas ciuitates auro proditoribus dato cepit & diruit.* Munera nauium Sæuos illaqueant duces] *Dicit Pyratas, propter rapacitatem ſcilicet. Pyratæ enim propter cupiditatem lucri, latrocinia exercent, & ſæpe periclitantur. Et eſt ordo:*

„ *Duces nauium non Munera nauium.*

Creſcentem ſequitur cura pecuniam] *Senſus eſt: Curam & famem, maiorum, ſcilicet, diuitiarum augeri dicit quæſtus cupiditate, ut Iuuenal.*

„ *Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.*

Iure perhorrui] *Pecuniarum deſiderium merito ſpreui. Horrui timore curarum, uel honorum potentia.* Verticem] *Augmentum diuitiarum & celſitudinem dignitatum.* Mecœnas equitum decus] *Mecœnas eques Romanus fuit, nec uoluit tranſire in ordinem ſenatorum.* Quanto quiſque ſibi plura negauerit] *Quantò diuitias magis ſpreuerit, contentus mediocritate cenſus, nec habenti ambitum fortunæ maioris, tanto deorum fauore dicit abeſſe nihil poſſe.* Et transfuga] *Quia dixerat caſtra, ſeruauit metaphoram ſignificando. Transfugam dixit tanquam qui à diuitiarum uitijs ſignificet ſe tranſire uelle ad uirtutis inſignia.* Contemptæ] *Id eſt, compoſitæ & mediocris.* Impiger] *Laborioſus.* Magnas inter opes inops] *Propter inſatiabilem cupiditatem. Inopem enim ſe oſtendit rei deſideratæ auarus, tanquam non habeat quod quærit. ut Iuuenalis.*

„ *Egenti uiuere fato.*

Puræ riuus aquæ] *Laus mediocritatis ſub agelli deſcriptione.* Et ſegetis certa fides meæ] *Vbertas fertilis glebæ, non decipiens ſpem domini, uel laborem agro ſuo præſtitum.* Beatior] *Multa Africæ patrimonia poſſidente. Ordo eſt:* Et certa fides meæ ſegetis, beatior imperio fertilis Africæ falli fulgentem ſorte *id eſt, illum qui per ſortem fulget, & non natura. Nam naturale eſt, ut quis paucis, paruiſq; contentus ſit.* Quanquam nec Calabræ mella ferunt apes] *In Calabria enim ſunt flores aptiſſimi apibus. Per mella autem negat ſe uti poſſeſſione Calabriæ.* Nec Læſtrigonia Bacchus in amphora] *Formiana ſeu Sicula, in quibus locis Cyclopes fuerunt, qui Læſtrigones uocabantur.* Langueſcit] *Id eſt, ueteraſcit.* Importuna pauperies] *Quæ importunos facit & odioſos. Poterat tamen quæſtio oriri, quæ crederetur poëtam dixiſſe contraria, ut cùm ſuperius dixerit, ſe trãsfugam diuitum, hic dicat ſibi pauperiem abeſſe ſed conuenit, nec cõtrarium eſt, ut qui diuitum transfuga eſt, importunus paupertate non ſit, quam eligit, & quam libenter appetit.* Nec ſi plura uelim] *Plura, quàm habeo. Humanitatem circa ſe Mecœnatis oſtendit.* Contracto cupidine] *Mitigato & repulſo deſiderio diuitiarum. Efficientem poſuit pro eo, quod efficitur.* Vectigalia porrigam] *Id eſt, paruus poſſeſſor minora perſoluam tributa.* Regnum Halyattici] *Halyatticus rex Lydiæ pater Crœſi, qui opimo uſus eſt imperio.* Bene eſt cui Deus obtulit Parca quod ſatis eſt manu] *Omnia frugalitati ſuppetere & nihil deeſſe dicit.*

PORPHYRION.

Incluſam Danaën] *Hæc Ode ad Mecœnatem ſcripta eſt, quæ initium quidem habet ab habitatione Danaës: Cæterùm tractat, quæ ſit uis auri, & quantum potentiæ habeat. Per hoc oſtendit factam fabulam de aureo imbre Danaës, ut oſtendatur nihil non poſſe aureo, aut pecunia expugnari.* Nocturnis ab adulteris] *Bellè nocturnis adulteris, quia adulteris nox apta eſt.* Si non Acriſium uirginis abditæ Cuſtodem pauidum Iupiter & Venus riſiſſent] *Senſus eſt:* Acriſius filiæ Danaës pudicitiam diligentiſſimè cuſtodiſſet, ſi non diligentiam hanc clauſam uellent Venus ac Iupiter in aurum

uerſus, quod precium uidetur fuiſſe concubitus. Aurum per medios ire ſatellites] *In hoc iam exceſſu conſilium eſt fabulæ, quam in principio poſuit.* Concidit auguris Argiui domus ob lucrum] *Amphiarai, ſcilicet, quem Eriphyle uxor, corrupta monili aureo, prodidit.* Diffidit urbium portas uir Macedo] *Philippum ſignificat Alexandri Magni patrem.*

Illaqueant] *Id eſt, capiunt.* Creſcentem ſequitur cura pecuniam] *Reprehendit eos, qui pecuniam ſic concupiſcunt tanquam fœliciores futuri, cùm tanto plus ſollicitudinis ac curæ habeant, quantò maiorem pecuniam acquirant.*

Maiorumque fames] *Pecuniarum maiorum, ſcilicet, & nunc famem pro deſiderio poſuit metaphoricôs. Dicit autem, quod reuera uidemus tanto cupidiores, auarioresque fieri homines, quantò plus acquirant.* Quantò quiſque ſibi plura negauerit, A dijs plura feret] *Bella relatio. Senſus eſt:* Agellus meus quamuis oneri mihi ſit, locupletiorem me tamen facit, *nihil amplius, ſcilicet, deſiderans, quàm ille eſt. Qui ſibi clarus uideretur, quòd latiſſimas, multasque habebat in Aphrica poſſeſſiones, hoc ergo, fallitur, ille locuples quod ſe beatiorem iudicet.*

Quanquam nec Calabræ mella ferunt apes] *Licet nec in Calabria poſſideas quid inquit, ubi mel optimum naſcitur.*

Nec Læſtrigonia] *Læſtrigones oppidum Campaniæ Formias tenuiſſe dicuntur. In illa autem regione quoniam ſaxoſa eſt, precioſiſſimum uinum Campanum naſcitur.* Bacchus in amphora langueſcit] *Bacchus langueſcit, quaſi ſeneſcit, ac per hoc ueteraſcit. Et paulò poſt ait: Promere languidiora uina.*

Contracto melius parua cupidine Vectigalia porrigam] *Senſus communis eſt & manifeſtus: Ait enim paruo contentum plus ſe uideri poſſidere, quàm ſi multum habens, amplius deſideret. Reipublicæ autem redditus, dicuntur uectigalia.*

Quàm ſi Mygdonijs regnum Alyattici Campis continuem] Ordo eſt: Quam ſi Mygdonijs campis regnum Alyattici continuem. *Alyattus autem rex Perſarum dicitur fuiſſe, uel (ut alij dicunt) rex Lydorum pater Crœſi.* Bene eſt cui Deus obtulit Parca, quod ſatis eſt, manu] *Subaudiendum hîc extrinſecus pronomen, quod eſt ei, ut ſit: Bene eſt ei, cui Deus obtulit parca manu, quod ſatis eſt.*

CHRIST. LAND. } Incluſam Danaën] *Demonſtrat auro omnia patere propter hominum auaritiam. Et ſe ſibi modum inſtituiſſe in cupiendo. Satisque eſſe ea, quæ ad neceſſitatem ſpectant, Danaën, Acriſius Abantis filius ab oraculo acceperat ſe nepotis manibus periturum. Cùm ergo unicam haberet filiam, ne inde filius naſceretur, puellam in turri Aenea incluſit, cauitque appoſitis cuſtodibus ne quis ad eam uir admitteretur. Iupiter autem puellæ amore correptus, cum alia uia ingreſſus non pateret, ſe in aureum imbrem conuertit, ac per impluuium in puellæ gremium incidit, ibique in formam priſtinam reuerſus Danaen compreſſit, indeque Perſeum peperit. Qua fabula oſtenditur omnia auro expugnari poſſe. Acriſius re cognita ex partu filiæ, illam cum nato in arcula miſit, atque in mare portari iuſſit. Delata fluctibus in Italiam eſt arcula, atque littoribus appulſa ad Pilunnum Turni auum conuecta eſt. Cognouit patriam genusque rex, atque illam in coniugem aſſumpſit. Perſeus autem cùm adoleuiſſet ad Gorgonas profectus, & ſcuto chryſtallino Palladis & falcato Mercurij enſe ſuffultus, Meduſæ caput abſtulit, quo & multos prius alios in ſaxum conuertit, & tandem Acriſium auum, quo extincto regnum ſibi uendicauit.* Aeneæ] *Vt fabulæ dicunt. Sed nonnunquam pro forti capitur. Hinc Aeneus axis.*

Vigilum canum] *Solertiſſima eſt & fidiſſima canum cuſtodia: qua principes uti conſueuerunt. Virgil. de Euandro*

» *Nec non & gemini cuſtodes limine ab alto*
» *Præcedunt greſſumque canes comitantur herilem.*

Triſtes] *Seueræ ergo incorruptæ.* Sed Iupiter & Venus] *Quaſi amor facultas pecuniæ. Nam cùm homines amant, neque deeſt quod dent omnia aſſequi poſſunt.* Fore enim tutum] *Subaudi ſciebant.* Conuerſo in precium Deo] *Id eſt, Ioue ſe in aurum conuerſo, quod precium illi eſſet, & penè allegoriam figmenti demonſtrat.* Aurum] *Sententia eſt color rhetoricus. Ergo aurum.* Amat] *Id eſt, capit, quaſi dicat, non timidè ineunt pericula, qui auro ualent, ſed freti auri potentia ultrò cupiunt pericula adire.* Satellites] *Quaſi dicat, per homines deuotos, & qui parati ſint ſua morte principis ſui uitam tueri. Nam ſatellites ij dicuntur, qui ad cuſtodiam alicuius magni uiri poſiti ſunt. Hoc autem hominum genus plerunque illis deuotum eſt. Quapropter nemo magis timendus eſt, quàm is qui mori pro alterius ſalute propoſuerit, & tamen qui aurum habent non dubitant per illos incedere ſperantes illos quoque corrumpi poſſe.*

Saxa] *Quaſi munita loca, quæ uiribus expugnari non poſſunt: Auro autem poſſunt, quia aurum potentius ſit, quam fulmen. Nam ea per corruptelam expugnat, quæ fulminis ictus non diruit.*

Auguris Argiui] *Hic Amphiaraus fuit: Amphiaraus ab Adraſto Argiuorum rege ad expeditionem, quam ut Pollynicem generum in regnum Thebanum reſtitueret aduerſus Thebanos parabat, accitus ſe iturum negauit, quia per auguria animaduerteret ſe illic periturum. Occultauerat autem ſe nemine conſcio præter Eryphilem uxorem. Cùm ergo quæſitus non inueniretur, tandem promiſſum eſt monile Eryphile ſi indicaret, illa ab auaritia uicta indicauit. Coactus eſt Amphiaraus in bellum proficiſci, atque in primo concurſu unà cum equis, curruque à terra abſorptus eſt. Alcmæon autem filius ut patrem ulciſceretur, matrem paternæ mortis cauſam interfecit, de qua Maro:*

» *His Phædram Procrinque locis mæſtamque Eryphilem*
» *Crudelis nati monſtrantem uulnera cernit.*

Monile autem illud Vulcanus olim ſummo artificio fabricauerat, uarijsque gemmis diſtinxerat, atque Hermioni (ea enim Cadmi uxor erat) dono dedit. Sed quadam ſucceſſione ad Polynicem peruenerat: Amphiaraus autem (ut eſt in fabulis) originem à Ioue duxit. Nam Iouis filius fuit Eolus, Eoli Eritheus, Erithei Amithaon, Amithaonis Bias. Biantis Antiphates, Antiphatis Oicleus, ex quo ortus eſt Amphiaraus. Concidit domus] *Nam & ipſe perijt, & filius Alcmæon in furias incidit.*

Vir Macedo] *De Philippo Alexandri Magni patre intelligit. Nam incertum eſt plures ne urbes ciues earum corrumpendo, an aperto marte pugnando ſubegerit.* Diffidit] *Refregit. Eſt enim findo, dis, fidi fiſſum. Virg.*

» *Et medias aduerſi liquefacto tempora plumbo*
» *Diffidit.* —

Vrbium] *Scilicet, Olynthiorum, Phocenſium & ſimilium.* Reges æmulos] *Et uicinos imperio ſuo ut regem Moloſſorum, & regem Epiri, quos corrumpendo eos, qui in illorum regno potentia præualebant afflixit.* Sæuos duces] *Nauium pyratas intelligit, qui cupiditate auri potiundi alios inuadentes ſæpè capiuntur, dum alios capere tentant.* Creſcentem ſequitur cura pecuniam] Sententia eſt quantò plures pecunias congregant homines tantò maiori cura & ſolicitudine afficiuntur. *Idem expreſſit in ſuperioribus. Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops.*

Fames maiorum] *Cupiditas maiorum pecuniarum. Vnde Iuuenalis:*

» *Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.*

Et Saluſt. Semper infinita & inſatiabilis eſt, neque copia, neque inopia minuitur. Iure] *Cùm ita ſit, ut dixi, meritò timui extollere & augere.* Verticem conſpicuum] *Id eſt, cumulum pecuniarum. Vel dixit uerticem, id eſt, caput, Nam dicuntur extollere caput, qui diuitijs celebres ſunt.*

Quanto quiſque] *Veriſſima ſententia quod quantò plura nobis negauimus, id eſt, quantò magis ab huiuſcemodi rebus abſtinemus, tantò plura dant Dij, quia præbent animi ſecuritatem atque tranquillitatem, qua nihil maius poteſt eſſe homini. Quod cùm ſit, ego nudus, id eſt, pauper fugio ueluti transfuga à caſtris diuitum ad caſtra nihil habentium. Nam cùm olim cuperem diuitias, ſeruatus ſum in diuitum caſtris. Nunc autem cùm animaduerterim illas non extinguere, ſed augere cupiditates, fugio inde. Dixit autem transfuga, ut maneret in translatione à militia ſumpta, cùm poſuiſſet caſtra. nam transfuga is eſt, qui ſuos relinquens ad hoſtes deficit.* Geſtio] *Plus eſt quàm cupio, quia qui geſtit, cupiditatem ſuam minimè tegere ualet, ſed geſtibus indicat.*

Dominus rei contemptæ] *Nam magis poſsidemus ea, quæ contemnimus, quàm ea, quæ poſsidemus. Neq; eſt diſsimile illi tanquam illi habentes & omnia poſsidentes.* Occultare] *Recondere.* Magnas inter opes inops] *Vt de Tantalo fabulantur.* Puræ riuus aquæ] *Oſtendit quàm pauca ſibi ſint, & tamen illis ſe deditiſsimum regem Aphricæ ſuperare poſſe.* Fallit fulgentem ſorte] *Id eſt, illum qui fulget non natura & ſplendore bonarum artiũ, ſed ſorte, id eſt, fortuna. Vt ſit ſententia.* Hæc paupertas fallit diuitias. *Sed erit optimus ordo,* certa fides ſegetis beatior imperio fertilis Aphricæ fallit fulgentem ſorte, *id eſt, illum qui fortuna fulget & non uirtute. Fallit autem illum, quia non cognoſcit fœlicitatem paupertatis.* Beatior] *Scilicet, certa fides meæ ſegetis. Pro riuo autem credo illum intelligere Degentiam fluuium, quem per eius fundum labi in epiſtolis demonſtrat.*

„ *Me quotiens reficit Gelidus Degentia riuus.*

Læſtrigonia] *Id eſt, Phormiana. Nam Læſtrigones olim in Sicilia habitarunt, qui & Cyclopes dicti ſunt. Idem Phormiana in Italia tenuerunt. Creditumq́; eſt carnibus humanis ueſci eſſe ſolitos. Phormiæ autem abundabant optimo uino.* Languescit] *Seneſcit.* Importuna] *Moleſta, & in qua nullus ſit portus, id eſt, requies.* Nec ſi] *Duo facit: nam & paupertatem pati uolentem oſtendit, & Mecœnatis libertatem laudat. Quare autem nolit plura indicat, quia ipſe melius porriges, id eſt, extendat, propagabit, augebit.* Parua uectigalia] *Id eſt, paruos ſuos prouentus, qui ſunt uectigalia ſuorum agrorum.* Contracto cupidine] *Id eſt, coërcita cupiditate, ut ſit ſententia diuitiæ minores efficiuntur maximæ, ſi illarum poſſeſſor temperatas habeat cupiditates. Contrà uerò etiam quæ maximæ ſunt opes fiunt minimæ in eo cui infinitæ, inexplebilesq́; cupiditates adſint. Erunt ergo mea uectigalia maiora & melius porrigentur, quam ſi ego continuem, id eſt, adiungam.* Regnũ Alyattici] *Id eſt, Lydiam, in qua hic rex pater Crœſi regnauit.* Mygdoniis campis] *Id eſt, Phrygiæ. Nam hæ duæ regiones conterminæ ſunt.* Multa petentibus, multa deſunt] *Aurea ſententia. Nam qui multa cupiunt, multis careant neceſſe eſt, & infinitæ cupiditates inſatiabiles ſunt. Quapropter rectè concludit bene cum illo actum eſſe cui Deus dederit, quantum ad uitam degendam ſat ſit.* Parca] *Temperata & modeſta.*

IOAN. HART. } *Vide 2. lib. Copiarum Eraſm. Et Prouerb.* Orci galea. Vir Macedo] *Pro Macedon. Lege Priſcianum lib. 6.*

HENR. GLAR. } Triſtes excubiæ] *Triſtes (inquit Acro) epithetum uigiliarum, eò quod mæſtitudinem generent, ſeu Danaë triſtis, nuptijs per cuſtodiam denegatis. Hæc ille: Vbi triſtis eſſet Trochæus, quem pedem hoc carmen primo loco non recipit.* Cuſtodem pauidum] *Idem Acro, ſollicitum & cautum exponit propter iniunctũ ſibi officiũ: perinde atq; Acriſius unus ex uigilibus turri adſiſtentibus eſſet. Idem Acro poſtea, Contemptæ dominus ſplendidior rei, contentæ legit pro compoſitæ atq; mediocris, quod ego lectori iudicandum relinquo.* —Et ſegetis certa fides meæ, &c.] *Ordo eſt (idem inquit) & certa fides meæ ſegetis, Beatior imperio fertilis Africæ fallit fulgentem ſorte, id eſt, illum qui per ſortem fulget, & non natura. Nam naturale eſt, ut quis paucis, parcisq́; contentus ſit. Hæc ille ingenioſè ut cætera. Talia nugamenta abſq; omni iudicio edita, omnes legunt, nec quiſquam refellere audet, ob nomen authoris, ut quem apud quoſdam inter Horatij interpretes primum locum habere audio, de quo iurare auſim non intellexiſſe, quæ hoc loco expoſuerit ipſe: ſi modo uera ſunt eius hæc ſcripta. Ergo nec conſtruendum puto, Beatior imperio, nec fulgentem ſorte: ſed contra utrumq; ut rectè expoſuit Mancinellus.* Nec Læſtrygonia Bacchus in Amphora] *Læſtrygonius prima æ diphthongum habet, & y, ſecunda ſyllaba. Vt Odyſſ. κ. hoc eſt, decimo patet. At noſter Acro Læſtrygonia exponit Formiana ſeu Sicula, in quib. locis Cyclopes fuerunt (inquit) Læſtrygones uocabantur. Hæc ille. Formiana rectè, ſed Sicula non item. Cyclopes in Sicilia fuêre, Læſtrygones in Italia ad mare Tyrrhenum.*

—regnum Halyattici] *Porphyrio Halyatticum regem Perſarum facit, quanquam alij Lydorum dicant: ſic ille. Acro Lydorum ait, qui & Crœſi parentem fuiſſe addit, Mancinellus, patrem Crœſi non Halyatticum, ſed Halyatten uocatum oſtendit ex Herodoti libro 1. nihil præterea ad poetæ ſenſum addẽs. Badius Halyatticum putat dictum Crœſum, Halyattis filium, quaſi patronymicum. Idq́; mihi placet: placet & quod paulò antè de ouibus Gallicis exponit idem Badius, Altinatibus, in Euganeis ſiue Venetis. Vbi omnes commentatores ſilent, tanquam res ſit nota omnibus.*

HERMAN. FIGVL. } Incluſam Danaën] *Danaë Acriſij regis Argiuorum filia fuit. Qui cùm ex oraculo didiciſſet, ſe manu eius, qui ex filia naſceretur, periturum, in turri Aenea eam concluſit, & diligentiſsima ſeptam cuſtodia tenuit, ne cuiquam pateret aditus. Sed Iupiter amore puellæ captus, & in aureas guttas conuerſus, per impluuium ſe demiſit in gremium Danaës, & ſic ipſam uitiauit. Ex quo concubitu natus eſt Perſeus, qui poſtea Acriſium, obiecto illi Gorgonis capite, in ſaxum mutauit. Hoc autem figmento ſignificare uoluerũt poetæ, nihil eſſe tam munitum, quod non auro expugnari poſsit: nihil tam integrum, quod non muneribus corrumpatur.* Turris ahenea] *Hoc eſt, firmiſsima & inexpugnabilis.* Vigilum canum] *Canum ſolertiſsima & fidiſsima eſt cuſtodia, uehemens odium in externos. Itaque pro foribus diuitum ad ſignificandum inſidias excubare ſolent. Canes enim publicè alebantur in Capitolio, ut indicarent fures. In templo Vulcani canes pro æditúis fuiſſe legimus, ut ſacrilegis allatrarent. Apud Homerum principes quoq; canum comitatu uſi ſunt. Nam lib. 2. Odyſ. Telemachum Herois inſtar in concionem duobus canibus comitatum prodiſſe, canit hoc uerſu:*

„ οὐκ οἶος, ἅμα τῷ γε δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο,

Sic quoq; Virgil. Euandro canes tribuit:

„ *Nec non & gemini cuſtodes limine ab alto*
„ *Procedunt, greſſumq́; canes comitantur herilem.*

Similiter & Maſiniſſam, hominibus parum fidentem, canes cuſtodes corporis atq; ſalutis habuiſſe, proditum eſt.

Triſtes excubiæ] *Seueræ & duræ uigiliæ atq; cuſtodiæ.* Nocturnis ab adulteris] *Nox enim aptiſsima eſt ad ſtupra, adulteria & alia ſcelera committenda.* Pauidum] *De uita metuentem ſibi ab eo, qui ex filia naſceretur.*

Iupiter & Venus riſiſſent] *Hoc eſt, nimiam illam diligentiam in cuſtodienda filia illuſiſſent, nimirum bene ſcientes, quo pacto poſſet patere aditus ad illam. Et ſignificat, mulieres impudicas, & ad libidinem procliues, facilè inuenire peccandi occaſionem, etiamſi accuratiſsimè obſeruentur.* Conuerſo in pretium Deo] *Id eſt, Ioue in aurum mutato, quod etiam caſtarum mulierum pudicitiam labefactat atq; expugnat. Exemplum eſt in Chryſide Terentiana, de qua ita narrat Soſiæ Simo:*

„ *Primùm hæc pudicè uitam, parcè, ac duriter*
„ *Agebat lana ac tela uictum quæritans:*
„ *Sed poſtquam amans acceſsit, precium pollicens,*
„ *Vnus & item alter, ita ut ingenium eſt omnium*
„ *Hominum à labore procliue ad libidinem,*
„ *Accepit conditionem, deinde quæſtum occipit.*

De Danaë, ab Ioue muneribus corrupta, ſic elegantiſsimè canit Ouidius:

„ *Iupiter admonitus nil eſſe potentius auro,*
„ *Corruptæ precium uirginis ipſe fuit.*
„ *Dum merces aberat durus pater, ipſa ſeuera,*
„ *Aerati poſtes, ferrea turris erat:*
„ *Sed poſtquam ſapiens in munera uenit adulter,*
„ *Præbuit ipſa ſinus, & dare iuſſa, dedit.*

Huc quoq; reſpexiſſe uidentur poetæ, quando fingunt, aureum Cupidinis telum conciliare amorem, plumbeum uerò fugare.

Aurum per medios ire ſatellites] *Oſtendit nihil tam fideliter cuſtoditum, tamq́; diligenter confirmatum, quo non perueniat penetretq́; pecunia: nihil tam ſtabile & fundatum, quod auro euerti non poſsit. Huc pertinet celebre illud Dyphili:*

„ * ἰσχυρότερον κρίνω τὸ χρυσίον πολὺ
„ τὰ πάντα τούτῳ τέμνεται καὶ πράττεται.

Nec diſsimile eſt quod canit Euripides:

„ τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα,
„ δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει

Potentius ictu fulmineo] ὑπερβολὴ uim & potentiam auri exaggerat. Concidit auguris Argiui] *Subijcit exempla, quibus dictam modò ſententiam illuſtrat. Amphiaraus Oiclei fuit filius, ut in Odyſſea teſtatur Homerus, & Græcus uates. Is cùm præuidiſſet, ſe periturum eſſe, ſi in bellum, quod Adraſtus rex Argiuorum aduerſus Thebanos ſuſceperat, proficiſceretur, ſeſe occultauit. Verùm Eriphyle uxor aureo monili, quod ab Adraſto acceperat, corrupta, uirũ latentẽ prodidit, ut copioſè ſcribit Statius. Sic tractus ad bellum Amphiaraus, cùm quodam die fortiter cum hoſtibus pugnaret, repentè hiatu terræ abſorptus eſt: Eriphyle autem ab Alcmæone filio, quem in bellum abiens pater ultorem ſuæ mortis domi reliquerat, interfecta eſt: Alcmæon ob matris cædem furijs poſtea agitatus. Ita ob unius auaritiam multi perierunt.* Diffidit urbium portas uir Macedo] *Philippum regem Macedonum, Alexandri patrem, intelligit, qui totam fermè Græciam ſuis uiribus & calliditate domuit. Quippe Græciæ ciuitates dum imperare ſingulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt: & dum in mutuum exitium ſine modo ruunt, omnes periêre. Quid ſingulæ amitterent, oppreſſæ demum ſenſerunt. Quarum dum inſanas concurſiones Philippus ueluti è ſpecula obſeruaret, auxiliumq́; ſemper inferioribus ſuggerendo, contentiones, bellorum fomites, callidus doli artifex foueret, uictos pariter uictoresq́; ſubire regiam ſeruitutem coēgit. Hac de re ſtudioſi legãt Iuſt. li. 8. & 9. Paul. Oroſ. lib. 3. cap. 12.* Aem. reg.] *Hoc eſt, de imperio contendentes. Eſt enim æmulantis angi alieno bono, quod ipſe non habeat. His æmulamur, inquit Cicero, qui ea habent, quæ nos habere cupimus.* Subruit muneribus] *Id eſt, donis & pecunia euertit, quibus omnia obedire ſciebat. Itaq; cùm arcem quandam ad præſidium capere deſtinaſſet, ualde munitam, atq; exploratores retuliſſent, prorſus eſſe difficile, atque adeò etiam impoſſibile: percontatus eſt, num uſq; adeò difficile eſſet, ut nec aſinus auro onuſtus poſſet accedere: ſignificans nihil eſſe tam munitum, quod auro non expugnetur. Et dictum eſt apud antiquos (ait Plutarchus) non Philippum, ſed Philippi aurum Græciam ſubuertiſſe. Victoria enim (ut Ariſtophanes inquit) ſolet in illis reſidere caſtris, in quibus plus auri pecuniarumq́; habetur.* Munera nauiũ ſæuos illaqueãt duc.] *Hoc eſt, muneribus etiã pyratæ prædonesq́; barbariſſimi & crudeliſſimi capiuntur.* Creſcentẽ ſequitur cura pecuniam] *Oſtendit diuites auaros ſemper eſſe anxios & inſatiabiles. Hos alibi eleganter hydropico, aliàs Tantalo comparat. Huic affine eſt illud Iuuen.*

„ *Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.*

Iure perhorrui latè conſpicuum tollere] *Quoniam creſcentis pecuniæ comites & pediſſequæ ſunt ſollicitudo & auaritia, meritò diuitias aſpernatus ſum. Latè conſpicuum tollere uerticem, dicit propterea, quòd diuites criſtas tollunt, hoc eſt, ſuperbiunt, animoq́; efferuntur, & uulgo clari atq; nobiles habentur.*

Mecœnas equitum decus] *Ornamentum & lumen equeſtris ordinis.* Quanto quiſq; ſibi plura negauerit] *Pia hæc eſt ſententia. Quanto enim quiſq; erit modeſtior, liberalior & beneficentior in pauperes atq; egenos, tanto erit Deo charior, & plura munera atque beneficia diuinitùs recipiet.* Nil cupientium nudus] *Relicta & ſpreta diuitum familiaritate, qua hactenus uſus ſum, in conſuetudinem mediocrium & pauperum me dabo, penitusq́; immergam. Vtitur autem elegantibus metaphoris à militia ſumptis.*

Contemptæ dominus ſplendidior rei] *Reddit rationem, cur à locupletibus ad inopes transfugere cupiat. Quia nobilior & ditior eſt, qui nihil cupit, quàm qui plurima poſſidet. Ad hanc ſententiam ſic pulchrè alluſit Iuuen. Sat. 14.*

„ *Senſit Alexander, teſta cùm uidit in illa*
„ *Magnum habitatorem, quanto felicior hic, qui*
„ *Nil cuperet, quàm qui totum ſibi poſceret orbem.*

Magnas inter opes inops] *Oſtendit auaros miſerrimos eſſe, & in maximis copijs egere, cùm eis uti neſciant. Idem admonet quoq; Ouid. hiſce uerſibus:*

„ *Quid mihi fortunæ tantùm? quid regna ſine uſu?*
„ *Quid niſi poſſedi diues auarus opes?*
„ *Sic aret medijs taciti uulgator in undis,*
„ *Pomaq́; quæ nullo tempore tangat, habet.*

Puræ riuus aquæ, ſyluaq; iugerum] *Dicit ſe modicis exigui ruris ſui fructibus contentum, rege Africæ auaro eſſe beatiorem.*

Segetis certa fides meæ fortè beatior] *Hoc eſt, fruges agelli mei ſemine ſparſo lõgè uberiores, nec cultoris labores & ſpem fallentes. Sortem hìc appellat capitale, hoc eſt, ſementem factam, quæ cum maxima uſura fructus fundit. Aliàs ſors eſt ſumma, id eſt, prima pecunia, quæ confertur in ſocietatem, uel fœnus, ut inde lucrum fiat.*

Quanquam nec Calabræ] *Etſi diuitijs non abundo, tamen non ſordidè uiuo, ſed mediocriter, & mundè.* Nec Læſtrygonia Bacchus in amphora langueſcit] *Tametſi non eſt mihi tanta copia optimi uini, ut aceſcat. Dixit autem Læſtrygonia, pro, Formiana. Nam Formiæ, Campaniæ oppidum, antiqua Læſtrygonum ſedes fuit, teſte Plinio, ubi præſtantiſſima creſcebant uina, ſi Straboni credendum eſt.* Nec pinguia Gallicis] *Quamuis non ſint mihi præſtantes uelleribus oues, quales habet Gallia.* Nec ſi plura uelim, tu dare deneges] *Liberalitatem & munificentiam Mecœnatis prædicat.* Contracto melius parua] *Oſtendit, ſe moderatum & continentem, plura uectigalia ex tenui agro ſuo percepturũ, ꝗ̃ cupidum & appetentem ex latiſſimis regnis. Quòd diues ſit is, qui nihil cupit: pauper auarus.* Vectigalia] *Significatio uectigalis duplex eſt. Altera ſpecialis, à uehendo, pro eo, quod ex uectura penditur: quoniam fruges ex agris in urbes uehuntur. Altera generalis, pro omni reditu & fructu, cùm publico, tum priuato. Publica (inquit Vlpianus) uectigalia intelligere debemus, ex quibus uectigal fiſcus accipit, quale eſt uectigal portus, uel uenalium rerum. Priuatum, quod quiſq; ſumit ex redditibus & fructibus, ut hic accipitur. Cicero in Par. Ex meo (ait) tenui uectigali aliquid etiam redundabit.* Quàm ſi Mygdonijs] *Quàm ſi fertiliſſima regna occupem. Eſt autem Mygdonia regio Aſiæ, Phrygiæ contermina & Lydiæ.* Regnum Alyattici] *Hoc eſt, Lydiam, regnum Crœſi, Alyattis Lydorum ſecundi regis filij. Huius Crœſi diuitiæ tantæ fuerunt, ut apud Græcos in prouerbium abierint. Nam prodigioſè opulentum Crœſo ditiorem dicebant.* Multa petentibus deſunt multa] *Oſtendit, homines cupidos & auaros non eſſe locupletes & diuites, ſed eos qui paucis, & ad frugalem uitam ſufficientibus, contenti ſunt. Diues enim eſt (ut ait Cicero in Parad.) cui tanta poſſeſſio eſt, ut ad liberaliter uiuendum facilè contentus ſit. Et ibidem: Animus hominis diues, non arca, appellari ſolet, quamuis illa ſit plena. Conuenit cum hac ſententia illud Claudiani:*

„ *Semper inops quicunq; cupit.*

Et illud Auſonij in Biæ ſapientis ſententijs: Quis diues? qui nil cupit. Quis pauper? auarus.

THEOD. PVLM. } 13 Exſcidio] Exitio, *H.G.E.B.A.* 18 Perhorrui] Perhorrui, *A.* 25 Contemtæ] Contentæ, *A. Lege Gul. Canteri Nouarum lect. lib. 4. cap. 2.* 16 Non piger] Impiger, *H.G.E.B.A. & Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 5. cap. 20.* 39 Contracto] Contentò, *Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 4. cap. 2.* 42 Petentib.] Placentibus, *H. & eodem atramento, uel petentibus.*

GEORG. FABR. } *Huius Odæ pars prior eſt* παραδειγματικὴ*, nam primo Iouis exemplo oſtendit, aurum penetrare per pudica cubicula: altero Eryphiles, idem nocere thoris maritalibus: tertio Philippi Macedonis, aurum tranſcẽdere mœnia, corrumpere aulas regum, & claſſes euertere. Vnde aurum propter ſuam uim, ictui fulminis: propter inſidias, laqueis cõparat. Altera pars* [illegible]*, ſuo enim exemplo probat, mediocritatem eſſe optimã, & uerè (ut ſuprà eam nominauit) auream, hoc eſt, omni auro anteponendam. Se dicit, magna non expetiuiſſe, quod incrementum honorum & diuitiarum poſſeſſionem non in agris atq; horreis, aut aliarum rerum abundantia: ſed in animo eius, qui ſapienter fruitur poſitam. Præclarè ille apud Menandrum,*

„ ὁ πάντων ἥδιστον πλουτοῦντα σφόδρα
„ ἄνθρωπον, ἀπολαύοντα μηδὲν ὧν ἔχει.

Regnum Alyattici] *Alyatticum nominat, quem Herodotus, cæteriq́; hiſtorici Alyattem, Cyri patrẽ. Hic Prienem Biantis patriã obſedit, ut Laertius: cum Aſtyage Mediæ rege bellum geſsit, ut Solinus: cum Cimmerijs cane pugnauit milite, ut Polyænus.*

IOD. BAD. ASCENS. } Incluſam Danaën]

Au

Auri & munerum uim nociuam deteſtatus, animi continentiam ac modeſtiam laudat, docens ueras diuitias, quæ ſufficientiam pariant acquiri non acceſsione rerum, ſed diminutione cupiditatum. Ordo eſt. Turris ahenea] *Id eſt, fortiſsima, quaſi ex ære, quod rubiginem non ſentit.* Et fores] *Id eſt, ianuæ aut ualuæ.* Robuſtæ] *Id eſt, fortes.* Et triſtes] *Id eſt, ſeueræ excubiæ canum uigilum.* Munierant] *Id eſt, defenderant ſatis Danaën filiam Achriſij, qui nepotem ex filia timens eam includi fecerat, ab adulteris nocturnis,* Si Iupiter & Venus] *Id eſt, influentiæ illorum planetarum aut ſecundum fabulas dij illi.* Non riſiſſent Acriſium cuſtodem pauidum] *Id eſt, meticuloſum & anxium.* Virginis] *Scilicet, Danaës.* Abditæ] *Scilicet, in turri. Riſerunt autem, enim pro quia.* Fore] *Id eſt, futurum eſſe, aut quia ſciebant futurum.* Iter tutum & patens] *Id eſt, peruium ad eam.* Deo] *Scilicet, Ioue.* Conuerſo in aurum] *Id eſt, in imbrem aureum, in cuius forma ſe per impluuium, id eſt, feneſtram, per quam impluit, in ſinum uirginis immiſit.* Aurum amat] *Id eſt, affectat ire, quia uiam inuenit per medios Satellites.* Et amat perrumpere] *Id eſt, penetrare ſaxa.* Potentius ictu fulmineo] *Id eſt, quam faciat fulmen.* Domus Auguris Argiui] *Scilicet, Amphiarai ſeu Amphiareij.* Concidit] *Id eſt, ruit tota, demerſa exitio.* Ob lucrum] *Id eſt, monile, quod Euriphile uxor eius ab Argia uxore Polynicis ob proditum maritum acceperat.* Vir Macedo] *Scilicet, Philippus Alexandri pater, qui à Iuuenale dicitur, Callidus emptor Olynthi.* Diffidit] *Id eſt, aperuit uiolenter portas urbium.* Et ſubruit] *Id eſt, ſubuertit reges.* Aemulos] *Id eſt, æquè potentes.* Muneribus] *Id eſt, donis.* Munera illaqueant] *Id eſt, irretiunt & in ſeruitute tenent.* Sæuos duces nauium] *Id eſt, pyratas, qui ſe ob munera mutuò produnt.* Et tamen cura ſequitur pecuniam creſcentem, & fames] *Id eſt, deſiderium.* Maiorum] *Id eſt, grandiorum, quia ut dicit, Iuuen.*

„ *Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit.*

O' Mecœnas decus equitum] *Quia in equeſtri dignitate permanere uoluit.* Ego perhorrui] *Id eſt, perfectè & ad finem uſque horrui.* Iure] *Id eſt, meritò, uiſo periculo.* Tollere] *Id eſt, erigere.* Verticem] *Id eſt, extolli aut ſublimari, habendo uerticem.* Conſpicuum] *Id eſt, clarum & conſpicabilem latè.*

Nam quiſq; feret] *Id eſt, accipiet à dijs tantò plura, quantò plura negauerat ſibi. Nam (ut dicit Euangelium) qui ſe humiliauerit exaltabitur.* Ego nudus] *Id eſt, parum habens.* Peto] *Id eſt, à Deo & me tranſfero.* Ad caſtra nil cupientium] *Hoc eſt, ſequor factionem illorum, qui nil cupiunt.* Et ego tranſfuga] *Id eſt, tranſfugiens ab ijs, quibus prius adhæſi.* Geſtio] *Id eſt, manifeſtè cupio.* Linquere partes diuitum, exiſtens] *Scilicet, aut futurus.*

Splendidior dominus rei contemptæ] *Id eſt, ſpretæ, quàm ſi dicerer occultare meis horreis.* Quicquid Appulus impiger] *Id eſt, ſtrenuus colonus.* Arat] *Id eſt, arando producit, & gigni facit.* Exilens inops] *Id eſt, ſine opibus inter magnas opes more auari & diuitis, quia: ut dicit Seneca.* Tā deeſt auaro, quod habet quàm quod non habet. Riuus puræ aquæ] *(De quo in ſermone, qui incipit,*

„ *Hoc erat in uotis modus agri non ita magnus*
„ *Hortus ubi & tecto uicinus iugis aquæ fons,*
„ *Et paulùm ſyluæ ſuper his foret, auctius atq;*
„ *Dij melius fecère, bene eſt mihi amplius oro,*
„ *Maia nate, niſi ut propria hæc mihi munera faxis,*
„ *Et ſylua paucorum iugerum ad ignem, ſ. ſufficiens.*

Et certa fides] *Id eſt fidelitas.* Meæ ſegetis] *Id eſt, terræ ſatæ, quæ annuum penum mihi ſufficiat.*

Beatior ſorte] *Id eſt, conditione.* Aphricæ fertilis] *Id eſt, ciuis beatum faciens, quàm ſi totam haberem Aphricam.*

Fallit fulgentem imperio] *Quia is credit ſe beatiorem cùm non ſit, ſed multis curis maiores comparat.* Vbi autem ſollicitudo illic nulla eſt beatitas.

Quanquam &c.] *Proſequitur quod inceperat dicere non rerum acceſsione, ſed cupiditatum minutione fieri beatum, ideoq; dicit ſe ſatis beatum unicis Sabinis, licet exquiſitas non habeat diuitias. Ordo eſt.* Quanquam nec apes Calabræ ferunt] *Id eſt, colligunt mihi mella.*

Nec Bacchus, languеſcit] *Id eſt, ueteraſcit & domatur ac mitius ſit mihi.* In amphora Læſtrygonia] *Id eſt, Phormiana: Nam precioſa creſcunt iuxta Phormias uina, nec uellera creſcunt mihi pinguia ſup.* In paſcuis Gallicis] *Vt in pede montium ubi Gallia Italiæ Ciſalpina, aut in Euganeis præſertim Altinatibus: Nam Columella libro 8. de Ouibus emendis ſic ait. Generis eximij Calabras, Appulasq; milites noſtri exiſtimabant, earumq; optimas Tarentinas. Nunc Gallicæ precioſiores habentur, earumque præcipuæ Altinates. Vt autem Strabo libro 5. ait. Altinum eſt in palude poſitum, ſimilem Rauennæ ſitum habens. Martialis autem ſic ait, lib. decimoquarto, uelleribus primis Appulia prima, ſecundis Nobilis, Altinum tertia laudat ouis.*

Tamen pauperies importuna] *Id eſt, non ſupportanda & ad improbitatem urgens.*

Abeſt] *Scilicet, à me: nec ô Mecœnas ſi ego* Velim] *Scilicet, habere plura, tu deneges dare plura.*

Verum ego porrigam] *Id eſt, extendam, & augeam melius parua.* Vectigalia] *Id eſt, paruos redditus & agrorum fructus.*

Cupidine] *Id eſt, cupiditate.* Contracta] *Id eſt, Imminuta.*

Quam ſi ego continuem] *Id eſt, continuò poſsideam.*

Regnum Halyattici] *Id eſt, Crœſi Halyattis filij, hoc eſt, Lydiam ditiſsimam.*

Campis Mygdonijs] *Id eſt, Mygdoniæ regionis in finibus Aſiæ fertiliſsimæ.*

„ *Multa deſunt petentibus multa.*

Bene] *Id eſt, ſatis multum eſt.* Illi cui Deus obtulit manu parca] *Id eſt, licet pauca.* Tamen quod ſatis eſt] *Id eſt, uſque ad ſufficientiam, ut dicunt. Vnde & Prouerb. 30.* Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum uictui meo neceſſaria, ne forte ſaciatus illiciar ad negandum, & dicam quis eſt dominus? aut egeſtate compulſus furer & periurem nomen Dei mei.

ANT. MANCIN. } *Quid aurum poſsit Mecœnati hac Ode oſtendit, exemplum afferens Danaës ferrea turri incluſæ, ne fortè alicui iungeretur. Iuppiter enim in aurum uerſus, illa potitus eſt. Dicit inde unumquemq; plura optare, ubi plurima habuerit. Se autem paruo contentum, cùm multa petentibus, multa deſinit.* Incluſam Danaën] *Ode eſt ſimilis 15 lib. 1. Danaën Acriſius pater Danaës accepto oraculo mortem ſibi futuram ab eo, qui ex filia natus eſſet, illam in turri clauſit. Iupiter uerò in aurum uerſus eam uitiauit, ex quo congreſſu natus eſt Perſeus, qui poſtea Acriſium obiecto Gorgonis capite in ſaxum uertit. Meminit ita Lact. lib. 1. The. Dicunt alij auro pudicitiam uirginis uiciatam, quod & poëta noſter hic innuit. Euſebius autem ſcribit Acriſium fuiſſe 14. regem Argiuorum, & Perſeum ipſum non ſponte interfeciſſe. Lactantius etiam plura de Danaë lib. 2. The.* Fore] Ordo *eſt enim ſi quidem* Fore *ſup.* Norant iter tutum & patens conuerſo Deo in precium. Satellites] *Familiares miniſtros, cuſtodes.* Auguris Argiui domus] *De Amphiarao dicit, quia Apollinis fuit antiſtes, ut ſcribit Lactan. lib. 1. The. Is autem ne in Thebas iret: lateret uxore Eryphile conſcia, quæ quidem eum prodidit monilis deſiderio ducta, quod erat Argiæ uxoris Polynicis ab Vulcano elaboratum. Vir poſtea ab terræ hiatu abſumptus eſt. De quo Statium lege lib. 6.* Vir Macedo] *De Philippo Macedoniæ rege intelligit, qui opum, diuitiarumq; gratia multas diruit urbes, in Græcia præſertim, in Scythiam quoq; prædandi cauſa profectus eſt, eiusq; æmulos Thebanos & Lacedæmones bello confecit, de quibus plura legito apud Iuſtinum lib. 8. & lib. 9. Demoſthenes præterea contra Aeſchinem ſcribit Philippum ſolitum eſſe ſingularum ferè ciuitatum proditores pecunia corrumpere, unde & Laſthenes pecunia corruptus, illi Olynthum tradidit.* Muneribus propter munera] *Id eſt, propter diuitias.* Illaqueant] Capiunt.

Sæuos duces] *Pyratas dicit, quia cauſa lucri ſæpe illaqueantur.*

Creſcentem] *Ouid. item ait:*

„ *Et cum poſsideant plurima plura petunt.*

Verticem tollere] *Id eſt, ad ſummas diuitias aſcendere.* Nil cupientium] *Dicit ſe potius adeſſe uelle paruo contentis, quàm diuitibus, qui nunquam quod ſatis ſit habent, ſemper enim plura cupiunt.* Splendidior] *Nam melius eſt non deſiderare, quàm potiri.* Certa fides] *Ordo eſt.* Et certè fides meæ ſegetis ſorte beatior fallit fulgentem imperio fertilis Aphricæ. *Eſt autem ſenſus,* Quòd ipſe beatior eſt ſua ſorte, quàm ille qui Aphricæ dominatur, ubi maxima eſt Tritici copia. Sorte beatior] *Sortem appellat.* Capitale] *Id eſt, iactũ ſemen. Seges ergo ſua beatior & fertilior erat ſorte. nam ſæpe accidit.* Vt uix ſors ipſa] *Id eſt, iactum ſemen colligatur.* Fallit fulgentem] *Ego enim paruo contentus ſum ille uerò nequaquam.* Læſtrygonia] *Formiæ oppidum iuxta Caietam fuit antiqua Læſtrigonum ſedes, authore Plin. lib. 3. Straboq; lib. 5. ſcribit. Totam hanc oram optima uina generare.* Langueſcit] *Id eſt, ſeneſcit.* Importuna] *Moleſta, inquieta.* Contracta cupidine] *Frenato habendi deſiderio.* Vectigalia porrigam] *Id eſt, agrorum fructus, dixit autem ſibi paruo contento, uideri plura poſsidere quàm ſi Halyattici regnum coniungeret Mygdonijs. Eſt Mygdonia regio in finibus Aſiæ ab rege Mygdono, ut ſcribit Lactant. lib. 11. Th. Legito uero, quæ dicta ſunt de Mygdonia ſuperiùs, nam hic etiam conueniunt Halyattici, in lib. 1. Herodoti legitur Halyattes. Ait enim ſic. Crœſus genere fuit Lydus, patre autem Halyatte, & paulò pòſt ſic. Porrò Halyattes lydus compoſito cum Mileſijs bello poſtea cum, LVII. regnaſſet annos uita exceſsit.* Bene eſt cui] *Tullius in Paradox. inquit. Quem enim intelligimus diuitem, aut hoc uerbum in quo homine ponimus? opinor in eo cui tanta poſſeſsio eſt, ut ad liberaliter uiuendum facile contentus ſit, qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius. Animus enim tuus oportet ſe iudicet diuitem non hominum ſermo, neq; poſſeſsiones tuæ, &c.*

POLYD. VIRG. } Creſcentem ſequitur cura pecuniam Maiorumq; fames] *Velut Tantalus quamuis apud inferos in lympidiſsima aqua uerſetur, tamen perpetua ſiti efficitur. Sic etiam illi contingit, qui in magna rerum copia eget. Quod etiam Propertius indicat:*

„ *Inſanus medio flumine quæris aquam.*

ODE XVII. AD ÆLIVM LAMIAM.

παραινετική.

Ode XVII. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

–– ∪– – –∪∪ –∪–
–– ∪– – –∪∪ –∪–
–– ∪– –– ∪– ∪
–∪∪ –∪∪ –∪ ––

ARGVMENTVM IN ODEN XVII.

Aelium Lamiam, cuius ſuprà meminit, à generis antiquitate laudat. Ait enim Lamiarum familiam à Formijs oriundam, ut Lamus regnaui, qui Lamijs in urbe dignitate, & opibus præcipuis nomen dedit.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Aelij Lamiæ Senatoris genus & originem hac Ode celebrat, monetq;, ut ante futuram tempeſtatem arida ligna ad conuiuium præparet.

COMMENTARIA.

ACRON.

ÆLI] *Aelium Lamiam alloquitur ſenatorem. Aeliorum autem familia à Lamo Formarum rege oriri affirmata eſt: unde & Lamiarum cognomen nobilibus inditum eſt, quòd uulgò Lamium genus uocabatur. Iuuen.*

„ *Lamiarum cæde madenti.*

Vetuſto] *Id eſt, antiquo.* Quando] *Siquidem.* Faſtos] Qui *nobilitatis in poſteros memoriam teſtarentur. Per faſtos autem conſules uult accipi. Lucanus:*

„ *Qui dat noua nomina faſtis.*

Latè tyrannus] *Alibi pro domino, alibi pro crudeli, alibi pro potente ponitur, ut:*

„ *Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni.*

Tenuiſſe Lyrim] *Lyris fluuius eſt Campaniæ, interfluens urbem Minturnenſium: de quo Lucan.*

„ *Et umbroſæ Lyris per regna Maricæ.*

Ordo eſt: Et latè tyrannus dicitur tenuiſſe Lyrim innatantem littoribus Maricæ. *Marica Nympha fuit, à qua fluuius nomen accepit.*

Cras folijs nemus] *De futuræ tempeſtatis indicio, ut:*

„ *Omnia plenis Rura natant foſsis.*

Ordo eſt: Tempeſtas demiſſa ab Euro ſternet cras nemus multis folijs, & ſternet littus inutili alga. Annoſa cornix] *Diu uiuens. Iuuen.*

„ *Exemplum uitæ fuit à cornice ſecundæ.*

Dum potes aridum Compone lignum] *Dum permitteris ſerenitate, ſtrue ad faciendum ſacrificium.* Et porco bimeſtri] *Duos menſes habente, aut certè duos annos uoluit ſignificare à Luna computatos.* Cum famulis operum ſolutis] *Cum uacantibus ſeruis, & ab opere feriatis. Oſtendit autem tempus hyemis, dum ad focum parari hortatur, & ſacrificium genio inſtitui, ut:*

„ *Inuitat genialis hyems. Et:*

„ *Ante focum, ſi frigus erit. Si meſsis, in umbra.*

PORPHYR. } Aeli uetuſto nobilis ab Lamo] *Aelium Lamiam alloquitur ſenatorem. Aeliorum familiam ab Lamo Formiarum rege oriri affirmat, & inde Lamiæ cognomen ijs adhæſiſſe.* Qui Formiarũ mœnia] *Formiam por-*

AELI uetuſto nobilis ab Lamo,
Quando & priores hinc Lamias ferunt,
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne faſtos:
Autore ab illo ducis originem,
Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ
Littoribus tenuiſſe Lyrim,
Late tyrannus. cras folijs nemus
Multis, & alga littus inutili
Demiſſa tempeſtas ab Euro
Sternet: aquæ niſi fallit augur
Annoſa cornix. dum potes, aridum
Compone lignum: cras Genium mero
Curabis, & porco bimeſtri,
Cum famulis operum ſolutis.

tentiores uidentur fuiſſe Minturnenſibus, & eorum agros tenuiſſe. Et innantem Maricæ littoribus tenuiſſe Lyrim] Lyris per mediam urbem Minturnenſium labitur. Maricam autem Minturnenſes maximè colunt, cuius etiam lucus in ipſa Minturnenſi ciuitate eſt. Latè tyrannos] Qui ad Lyrim uſq; regnum ſuum extenderit. Aquæ niſi fallit augur annoſa cornix] Etiam Virgilius dicit, cornices pluuiæ imminentis præſagas eſſe, cùm ait:

„ Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce.

Augurem pro præſaga, id eſt, diuina poſuit. Annoſam autem ait, Quoniam mille annos uiuere affirmatur.

„ Dum potes, aridum
„ Compone lignum, cras genium mero,
„ Curabis, & porco bimeſtri.

Cum famulis operum ſolutis] Intelligendum in uilla fuiſſe Lamiam, quam ideò hortatur apud focum epulari, ſic enim ſolent ruſtici hyeme, cùm feriati ſunt, quod ipſum manifeſtatur ex eo, quod dixerit,

„ Genium curabis cum famulis operum ſolutis.

Talia ſunt & illa Virgiliana:

„ Inuitat genialis hyems.
„ Et ante focum ſi frigus erit: ſi meſſis, in umbra.

CHRIST. LAND. } Aeli uetuſto nobilis] Lamiarum familiam excelſum gradum in urbe tenuiſſe. Iuuenal. Suetoniusq; teſtes ſunt, Oriundi autem erant formijs, quæ à Læſtrigonibus habitatæ fuerunt, ubi Lamos regnauit. Hortatur Aelium Lamiam, ut præſentibus fruatur. A' Lamo] Rege Formiarum & familiæ authore. Vetuſto] Ad differentiam aliorum, qui deinde fuerũt in ea familia. Quando] Pro ſiquidem. Memores] Actiuè poſuit, id eſt, qui ad noſtram memoriam res geſtas reducunt. Faſtos] Libri Faſtorum appellantur in quibus totius anni fit deſcriptio, ait Feſtus.

„ Nam breuiter & annuatim res notabantur.

Declinantur autem in plurali ſolùm, & in ſecunda declinatione. Faſtus autem in quarta ſuperbiam ſignificat. Ouid.

„ Faſtus ineſt pulchris ſequiturq; ſuperbia formam.

Impropriè ergo Lucanus,

„ Nec tuus Eudoxi uincetur faſtibus annus.

Propriè enim feſtis dixiſſet. Lyrim] Hic fluuius eſt Minturnas Romanorum coloniam diuidens. In littore autem Minturnenſium erat templum Maricæ nymphæ, quam nonnulli credunt fuiſſe Venerem marinam. Id enim uetuſtum epigramma Græcis litteris ſcriptum indicabit. Erat enim · ωιρ τῆς ἀφροδίτης. De Marica. Virg.

„ Hunc Fauno è nympha genitum Laurente Marica.

Quamuis Seruius in eo loco aliter ſentiat. Innantem] Quaſi inundantem. Tyrannos] Validiſſimus rex. Apud antiquos indifferenter erat rex & tyrannus. Virgil.

„ Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.

Cras Ordo ſit: Tempeſtas demiſſa ab Euro ſternet nemus multis foliis, & ſternet littus alga inutili. Ab Euro] Qui uehemens uentus eſt, & Græcè ſic dictus, quod latè perflat. Alga] Herba in imo mari nata & nullius uſus. Vnde & Virgil.

„ Horridior ruſco proiecta uilior alga.

Ergo inutili alga. Annoſa] Quæ ad multos annos uiuit. Augur] Id eſt, quæ pluuias prognoſticatur. Sed quoniam auguris mentio facta eſt, placet, ſed breui oratione totam antiquorum diuinationem, ſi non explicare, ſaltem perſtringere. Nam non ſine audientium uoluptate percipietur, & ad multos locos interpretandos utilis apparebit. Sunt igitur genera diuinandi duo. Naturæ unum, artis alterum, natura furorem habet, & ſomnium. Nam nullo artificio uidemus quoſdam diuino furore percitos atque repletos, & à mente ſua deuios futura prædicere. Hoc in Prophetis, Sibyllis, & multis oraculis animaduerti licet. Nam & Prophetarum uolumina extant ueriſſima. Et Sibyllarum non pauca carmina, multaq; reſponſa & Delphici Apollinis, & Hammonis, Dodoneiq; Iouis, & aliorum præterea oraculorum uidemus ueterum ſcriptorum litteris mandata. Verùm ex ijs, quæ diuino furore proueniant, & quæ rurſus dæmonum illuſionibus nos decipiant, non facilè eſt huiuſcemodi noſtra breuitate demonſtrare. Somniandi autem quinq; ſunt ſpecies, ſed tres ſolùm ad diuinationem ſpectant. Sunt enim inſomnium, phantaſma, oraculum, uiſio, ſomnium. Dicimus autem inſomnium, cum aut ex humorum peccato, aut ex nimia cupiditate, aut metu uigilantis talia dormientibus nobis ſe offerunt, qualis aut humorum eſt natura, ut cum exundatia bilis igneæ purpureæue imagines ſeſe ingerunt, aut talia uidemus ſopiti, qualia cupiebamus, timebamusúe. Quæ omnia cùm falſa ſint nihil ad diuinationem pertinent. Quare ut reliqua, ſic iſtud quoq; ſapienter protulit Maro.

„ Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia manes.

Phantaſma eſt quod Cicero uiſum appellat, quando in prima ſomni nebula cum adhuc uigilare credimus, et uix dormire cœperimus, uidere uidemur uarias quidem, ſed omnes tamen à natura diſcrepantes ſpecies, formasq; irruentes. Inter has Aemacles eſt. Sed Latini incubum dixerunt, quem publica opinio dormientes inuadere & pondere oppreſſos grauare credidit. Sed hæc duo genera nihil ad diuinationem pertinent. Sequitur tertio in loco oraculum, cum dormientibus parens Deusúe, aut aliqua ſancta perſona loquitur, & apertè futura prædicit. Viſio eſt, cùm inter dormiendum non audire, ſed uidere quippiam uidemur, quod uigilantibus deinde ita eueniat, ut dormientes uidemus. Sed oraculi exemplum ſit illud Virgilij, in quo Aeneæ oraculum fundit Hector.

„ Heu fuge nate dea teq; his ait eripe flammis.
„ Hoſtis habet muros, ruit alto à culmine Troia:

Somnium autem eſt quod ambagibus, uelaminibusq; tegit id, quod ſine interpretatione non intelligitur. Quale fuit illud Cyri regis, quod apud Dionyſium legitur. Hic enim dormiens, ſolem ad pedes ſuos habere uiſus eſt, eumq; ter præhendere fruſtrà tentauit cùm ſe uoluens Sol elaberetur. Quod ſomnium ita magi interpretati ſunt, ut ex triplici appetitione Solis triginta annos Cyrum regnaturum eſſe portenderetur. Quod ita contigit. Nam ad ſexageſimum ætatis annum perueniſ cum quadraginta natus annos regnare cœpiſſet. Ac de naturali diuinatione hactenus. Ars autem aruſpicinam, Auguria, Aſtrologiam, & ſortes continet. Aruſpicinam apud Ethruſcos inuentam tradunt. Nam aranti cuidam in agro Tarquinienſi, & ſulcum profundiùs imprimẽti, è terra ſubitò exiuit, quidam quẽ Tagem appellarunt, facie quidem puerili, ſed ſenili prudẽtia, à quo uniuerſa Ethruria Aruſpicinam edocta eſt, de quo Lucanus:

„ Sed conditor artis.
„ Finxerit iſta Tages.

Dicitur autem aruſpicinam ab ara, & inſpiciendo. Verùm hæc complectitur. Exta, fulgura, & oſtenta. Nam mactata apud aram atque aperta, quomodo ſe iecur & reliqua extã haberent inſpiciebãt, & ex illorum motu, ſitu, defectu, augmentoq; atq; deniq; colore futura coniectabant, ut latè patet apud Lucanum. Nam & quo die primùm in ſella aurea ſedit Cæſar in boue quem immolauit cor non apparuit. Oſtenta ſunt quæ præter naturam facta aliquid futurum eſſe ſignificant. Vt cum exercitu Xerxis equa leporem peperiſſet, reſponſum eſt ex timore in fugam abiturum illum exercitum. Eſt autem ſi Ciceronis ſententiam teneo, eadem res oſtentum, portentum, monſtrum & prodigium. Nam ipſe ait hæc, quia oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt, oſtenta, portenta, prodigia & monſtra appellantur. Marcellus autem monſtra, dicit eſſe monita Deorum, quia Virgil. dicat in tertio.

„ Monſtra Deûm refero.

Prodigia uerò iras & minas Deorum. Idem harpya Celeno prodigium canit. Portenta quæ aliquid imminere ſignificant. Seruio uerò placet noſtrum ad præſens referri. Prodigium autem id, quod in longum tempus protrahit ſignificationem. Tertia pars aruſpicinæ conſiſtit in fulminibus & fulgure, & tonitru interpretando. Quod autem iſtæ tres partes ſub aruſpicina reponantur, idem Cicero in libro de Diuinatione demonſtrat his uerbis. Sed quoniam de extis & fulgoribus ſatis eſt diſputatum, reſtat ut tota aruſpicina ſit pertractata. Huiuſcemodi igitur eſt aruſpicina, & quia eam tractant cùm aruſpices, tùm extiſpices nominantur. In ſecunda autem parte eius diuinationis quæ artis eſt, auſpicia, auguriaq; ponuntur. Auſpicia uerò ab auibus inſpiciendis: Auguria ab auium guſtu, uel garritu nomen aſſumere putarunt. Erant autem tria diuinationis genera in auibus. Nam aliæ uolatu, aliæ cantu futura prædicabant, &

illæ

illæ quidem præpetes iſtæ oſcinæ dicebantur. Erat & tertium genus ex illarum guſtatu cum pullis gallinaceis è cauea depromptis eſca porrigebatur, ut tripudium ſoliſtimum inde eſſet, pernitiesq; portendebatur ſi eſcam non caperent. Quapropter infœlicem conflictum à Numantinis in Mancinum illatum prædixerunt pulli, qui eſcam non ceperunt, ſed ex cauea euolarunt. Docet autem in eodem libro Cicero his uerbis idem eſſe augurium & auſpicium. Quid augurijs loquar? Tuæ partes ſunt. Tuum, inquit, auſpiciorum patrocinium eſſe debet. Quamobrem hi augures, auſpicesq; dicebātur, qui idem etiam nomina animaduertebant. Dicebantur autem omina uerba, quæ cum fortuito & ob aliam cauſam dicta ſunt, nos tamen quoniam noſtro negocio conducant ea, tāquam id, de quo quærimus prædicant, accipimus. Cuius rei huiuſcemodi exemplum ſit. Erat creatus Conſul aduerſus Perſem Macedoniæ regem Paulus Aemilius, cui cum domum redeunti filia nomine Tertia lachrymabunda obuiam fieret: Quid eſt, inquit, mea Tertia, quod triſtis es? Mi pater, inquit illa, mea Perſa perijt. Erat autem Perſa nomen catellæ, quā puella in delitijs habuit. At Aemilius omen accepit periturum Perſem, aduerſus quem bellum eſſet geſturus. Hæc igitur omina uocantur, quia ore hominis prolata ſunt. Sortium originem huiuſmodi narrant. Referunt enim Numerium quendam Fuſcum apud Prænæſtinos per ſomnium admonitum certo in loco ſilicem perforaſſe, perforatoq; ſaxo ſortes in robore inſculptas priſcarum litterarum notis inueniſſe, quæ habitæ in maxima ueneratione fortunæ monitu manu pueri miſcebant, atq; educebantur. Illudq; legitur apud Antium, templum Fortunæ fuiſſe, in quo ſortes ſua ſponte mouebantur. Reſtat Aſtrologia, quæ omnium iſtarum formarum, quæ ab arte ſunt uериſſima ſit: de qua nihil dico, quia in paucis nulli ex legentibus uſui eſſem. Multa autem dicere & anguſtiæ temporis prohibent, & huius generis ſcriptorum minimè patitur ratio. Sed ab hac quamuis multum degeneret, Geomantia eſt. Eſt itidem Pyromantia, eſt Hydromantia. Harum prima fortuita puncta in puluere ſignat. Altera rem igni perficit. Tertia ex aqua uaticinia colligit. Adduntur his Necromantia, quam idcircò omnes boni abominati ſunt, quia ſine humana cæde non conficiebatur. Additur Chiromantia, quæ ex manuum lineis prognoſticatur. Sed iam ad noſtri itineris diuerticulum rediturus hoc ſolum addam, perſæpe hæc, quæ diſtincta ſunt à poëtis confundi, ut omen pro monſtro ponatur, & ſortes pro oraculo, aliud itidem pro alio. Componere]Cogere.

Aridum]Vt ignem faciliùs concipiat. Genium] Huic ſacrificabant optimo uino, & lautiſsimis epulis. Ergo quando bene corpus curabant, genio indulgere dicebantur. Contrà autem quando paruo, & ſiccalio uictu utebantur, genium ſuum defraudare putabant. Quod Terent. ille ſeruus conqueritur. Bimeſtri] Quærit Acron an biennem intelligat, quoniam à menſibus computetur annus. Sed non fugit nos porculos bimeſtres, & tenellos, & uarijs rebus conditos inter ſuaues epulas reponi. Dicitur autem porcus, quia porrecto rictu paſcatur, & terram dum herbarum radices rimatur latiùs porrigat. Porci effigies inter ſigna militaria ſextum locum obtinebat, quoniam facta deinde pace cæſa porca fœda fieret. Dixerunt etiam porcum Troianum, intra quem iam exenteratum, & lepores, & altilia, & cætera huiuſcemodi eſui accommodata conderent, atque omnia ſimul decoquerent, quia inde multa obſonia prodibant, ut olim ex Troiano equo multi milites prodière.

Soluti Operum]Morte ſuo, id eſt, ab operibus. Hortatur autem, ut diem feſtum agat. Per ligna autem arida hyemale tempus ſignificat, in quo hæc uoluptuoſa magis expetuntur. Sic Maro,

„ Inuitat genialis hyems, curasq; reſoluit.

HENR. GLAR. } Aeli uetuſto nobilis ab Lamo] De hoc Aelio uidetur lib. 1. bis dixiſſe Ode 26. & 36. Porrò Aeliorum magna apud ſcriptores mentio. Hic autem L. Aelius Lamia Coſſ. fuit cum M. Seruilio anno à Chriſto nato quinto, ab Vrbe autem cond. 755.

HERM. FIGVL. } Ab Lamo] Antiquo rege Læſtrygonum populorum Italiæ, quorum ſedes fuerunt Formiæ. Huius meminit Homerus, lib. Odyſſ. κ.

„ ἐς Λάμου αἰπὺ πτολίεθρον τηλέπυλον Λαιστρυγονίην.

„ [illegible]

Hunc Neptuni filium fuiſſe, ſcribit Didymus. Quando & priores hinc Lamias ferunt]Nam Lamiarum familiam, quæ fuit Romæ uetus & illuſtris ſenatoria, oriundam eſſe à Lamo, Formiarum rege, idonei ſcriptores prodiderunt.

Memores]Hoc eſt, memoriam antiquitatis, & recordationem rerum præteritarum præſtantes. Faſtos]Hoc eſt, Annales. Faſtos autem in numero plurali, Feſtus Pompeius libros eſſe dicit, quibus totius anni ſit deſcriptio, & cauſæ feſtiuitatum explicantur. Vulgus Calendaria uocat: quo tamen uocabulo libri debitorum appellantur in iure, teſte Zaſio, doctiſſ. I.C. Autore ab illo ducis originem]Ab hoc rege Lamo tanquam capite & fonte fluxit genus tuum. Et eſt commendatio à nobilitate & antiquitate ſtirpis.

Formiarum] Ciuitatis Campaniæ prope Caietam portum, antiquæ Læſtrygonum ſedis, autore Plinio. Innantem Maricæ littoribus]Hoc eſt, fluentem per regna Maricæ deæ. Fuit enim Marica (autore Seruio) Dea littoris Minturnenſium, iuxta Lyrim, fluuium Campaniæ, per medias Minturnas labentem. Late tyrannus]Hoc eſt, rex latè imperans. Sic Virg.

„ Hinc populum latè regem:

Pro, latè regnantem. Nam ſubſtantiua adiectiuorum uice aliquando funguntur. Tyrannus autem olim etiam pro bono principe uſurpabatur. Cras folijs nemus multis, & alga.] Oſtendit, uehementiſsimam futuræ tempeſtatis procellam imminere, quæ arbores agitat, atq; proſternit, & ſtagna maris refundit.

Alga inutili]Alga herba eſt marina, nullius uſus, adeò ut utilitas ipſius in prouerbium abierit. Nam inutilem prorſus & contemptam rem, alga uiliorem, prouerbiali ſpecie dicimus. Virgil.

„ Proiecta uilior alga.

Aquæ niſi fallit augur annoſa cornix] Niſi me fallit augurium cornicis, pluuiam prænunciantis, cras futura eſt tempeſtas. Cùm terreſtres (ait Plinius) uolucres contra aquā clangores dabant, perfundentes ſeſe, hyemem præſagiunt, ſed maximè cornix. Huic adſtipulatur. Virgil. lib. 1. Georg.

„ Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce:

„ Et ſola in ſicca ſecum ſpaciatur arena.

Annoſa cornix]Longæua, uiuax. Nam Heſiodus (referente Plinio) cornici nouem hominum tribuit ætates. Et ſentit cū hoc Virg. in Epigram. dum ait:

„ Hos nouies ſuperat uiuendo garrula cornix.

Dum potes aridum] Dum per ſerenitatem licet, collige arida ligna, cras enim Genio ſacrificabis, & diem feſtum cum tota familia tua celebrabis. Ligna autem parare ideò iubet, quia ad focum hyeme cœnabant. Genium mero curabis] Priſci ſingulis hominibus binos Genios attribuunt, quos dæmones uocant: Neq; hominibus modò, uerùm etiam locis atq; ædibus, quorum alter perniciem nobis moliatur, alter iuuare ſtudeat. Cuius ſententiæ fuit Empedocles, citante Plutarcho in libello de animi tranquillitate. Quin & noſtrates Theologi, ueteres illos, opinor, ſecuti, duos unicuique genios, quos angelos uocant, ab ipſo protinus exordio uitæ, adſcribunt: Amicum, qui commoda noſtra procuret: Malum, qui modis omnibus in exitium noſtrum immineat. Hæc Eraſmus in Prouerb. Genius malus. Libet etiam huc adducere, quæ Ioannes Oldendorpius, præceptor meus doctiſsimus, de Genijs ſcripſit: Lares, inquit, à Lare Nympha, reputabātur apud cæcas gentes, geminı Dij familiares: alter bonus, alter malus, unicuiq; homini deſignati, ut curam eius peculiarem haberent: Ideò Genij & penates appellati. Hos enim domi colebant, quaſi peculiares Deos in Larario, hoc eſt, loco & ſacrario domeſtico. Refert Lampridius, Alexandrum Seuerum, imperatorem primum in Larario ſuo coluiſſe Habraamū & Chriſtum. Porrò Genio ueteres præſtantiſsimo uino, & exquiſitiſsimis epulis ſacrificabant. Vnde, Curare Genium, uel indulgere Genio, eſt molliter, & lautè uiuere, animo obſequi. Defraudare Genium, eſt negare naturæ, quod appetit, parcè, ac ſordidè uitam agere.

THEOD. PVLMAN. } 1 Lamo]Lami meminit. Virgil. Aeneid. 9. uerſu 334. à quo Lamiarum familia. Vide Turneb. lib. 22. cap. 15. 4 Faſtos]Faſtos, & faſtus, Ant. Muretus ſe legiſſe affirmat in ſuis Scholijs. Vtramq; lectionem agnoſcit Priſcianus lib. 6. 7 Maricæ]Marica Circe erat interprete.

Lactantio

Lactantio, cuius uerba ſunt: nam & Romulus poſt mortem Quirinus dictus eſt, Leda Nemeſis, & Circe Marica. Turneb. libro 21. cap. 22. 8 Lirin] Lirim, *B.B.* Lyrim, *H.G.A.* Lyrin, *Ant. Mureti editio.*

ANTON. MVR. } 4 Per memores genus omne faſtus] *In alijs libris* faſtus, *in alijs* faſtos, *eodem tamen ſenſu, legi, & affirmare ipſi poſſumus, & iampridem teſtatum reliquerat Priſcianus.*

GEORG. FAB. } *L. Aelius Lamia regio genere ortus, cum M. Seruilio cõſulatum geſsit, & eius opera Auguſtus Cantabros domuit. Eum ut familiarem ſuum, poëta nunc commendat: & incitat ad laeticiam, propter tempeſtatem futuram.*

IOD. BAD. ASCENS. } Aeli uetuſto nobilis à Lamo] *Aelium Lamiam amicum à generoſitate laudatũ monet futuro conuiuio proſpiciat, dicens.* O Aeli nobilis ab Lamo uetuſto quando] *Id eſt, quandoquidem.* Ferunt] *Id eſt, dicunt ferè omnes.* Lamias priores] *Id eſt, priſcos, & omne genus* Nepotum] *Id eſt, poſteriorum aut minorum.* Per faſtos] *Id eſt, libros quaſi annales.* Memores] *Id eſt, qui in memoriam reducunt conſules & nobilium magiſtratus.* Denominatos hinc] *Scilicet à Lamo uetuſto, tu ducis originem ab* Illo authore] *Scilicet, primo Lamo, qui dicitur* Princeps] *Id eſt, primus tenuiſſe*] *Id eſt, poſſediſſe mœnia Phormiarum, &* Tyrannus] *Id eſt, rex* Latè] *Scilicet, regnans, dicitur tenuiſſe Lyrim fluuium inanantem littoribus* Maricæ] *Id eſt, Minturnenſium Deæ, hoc eſt, maris iuxta Minturnas.* Tempeſtas demiſſa ab Euro] *Scilicet uento orientali.* Sternet] *Id eſt, ſternendo.* Opperiet cras nemus] *Id eſt, ſyluam frondoſam.*

Folijs multis] *Id eſt, frondibus ui uentorum decuſsis, &* Sternet littus] *Scilicet, maris.* Alga] *Id eſt, herba euulſa, ui tempeſtatis.* Inutili] Vnde in Buc. Maro, proiecta uilior Alga] *Id eſt, cras erit maxima uentorum & pluuiarum tempeſtas, niſi cornix annoſa, & ita non friuolè garrula, ſed ſerioſè.* Augur] *Id eſt, prænunciatrix.* Aquæ] *i. Pluuiæ* Fallit] *Sup. me. &* Ita tantiſper] *Sup. dum potes.* Compone] *Scilicet ad focum lignum arridum, quia tu curabis cras* Genium] *Id eſt, Deum indulgentiæ.* Mero] *Id eſt, puro uino, hoc eſt, cras nobis uberiùs bibendum eſt, &* Porco bimeſtri] *Id eſt, duorum menſium porcello cum famulis ſolutis* Operum] *Scilicet labore, ut ſit participium.*

ANTON. MANCIN. } *Aelij Lamiæ genus celebrat, ait inde Cornicis augurio ſe noſſe craſtinam tempeſtatem, hinc illum monet, ut arrida ligna componat ad ſacrificium, quò luce ſequenti genium mero & porco bimeſtri curare poſsit. de Aelio autem Lamia libro* 1. *Ode uerò* 16. *etiam meminit.* Aeli uetuſto] *Ode eſt, ſimilis nonæ libri* 1. Quando] Quoniam. Faſtos] *Conſules intelligit Lucanus.*

„ *Qui dat noua nomina faſtis.*

Faſtorum libri dicuntur, in quibus totius anni ſit deſcriptio. ut Feſtus inquit, Priſcianus uerò libro ſexto ait, Faſtos pro annalibus à faſtis & non feſtis diebus dictos. Formiarum mœnia] *De Formijs ſuperiori legito.* Maricæ] *Seruius libro* 7. *Aeneid. ſcribit Maricam fuiſſe Deam littoris Mynturnenſium iuxta Lyrim fluuiũ, afferens quoq; hunc Horatij locum, in teſtimonium. Verg. autem in eodem lib.* 7. *de Latino ait.*

„ *Hũc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica accipimus.*

Lyrim] *Lyris supernè labitur de Apenninis mõtibus, & agro Veſtino præter uicum Fregeſias, excurrit autẽ in lucum ſacrum, quæ magnis honoribus Mynturnenſes celebrabant oppido incumbentem. Mynturnæ autem inter Formias & Sinueſſam erant, utrinque ad ſtadia* 80. *diſtantes. Interfluit autem Lyris amnis, ſuntq; dictæ urbes omnes maritimæ, Auct. Strab. lib.* 5.

Latè tyrannus] *Rex. Virgil. etiam ait.*

„ *Hinc populum latè regem.*

Alga] *Herba marina tenuiſsima.* Augur aquæ] *Id eſt, prænuncia.* Annoſa cornix] *Heſiodus multa de hominum æuo referens, cornici nouem noſtras attribuit ætates.* Quadruplam eius ceruis] *Id eſt, triplicatum coruis. Plinius ſcribit libro* 7. *Cornix autem ales eſt inauſpicatæ garrulitatis, ut ait idem, Id eſt, infelicis, quaſi auſpicijs repugnantibus. Cicero præterea libro primo, de Diuinatione ſcribit coruum à dextra, à ſiniſtra cornicem facere ratum. Et Plinius docet hyemem ſignificari quum terreſtres uolucres contra aquam clangores dabunt perfundentes ſeſe, ſed maximè cornix. Virg. item lib.* 1. *Georg.*

„ *Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce.*

„ *Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.*

Genium] *Genius eſt numen quoddam familiare, quod nobis naſcentibus datur, ut Seruius ſcribit libro* 6. *Aeneid. Cenſorinus aſſerebat, ut ſcribunt alij, eum dici Genium, ſeu quia, ut gignamur curat, ſeu quia una nobiſcum gignatur, ſeu quod genitos ſemper tueatur, eundemq; eſſe Genium & Larem oſtendit. Euclydes dixit, duplicem omnibus appoſitum eſſe Genium, bonum & malum. Chriſtiana ueritas angelos uocat, non cum naſcente genitos, ſed nato ſociatos, quorum alter bonus in bonum ſemper urget, quem ſeruat: alter autem malus, in contrariũ nititur, & quaſi bonorum, malorumq; noſtrorum obſeruatores, & teſtes in mortem uſque aſsiſtunt continui.* Operum ſolutis] *Diem feſtum indicat.*

ODE XVIII. AD FAVNVM.

προσευκτική.

Ode XVIII. *Dicolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris, niuis atq; diræ.*

— ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ — ∪
— ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ — ∪
— ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ — —
— ∪ ∪ — —

ARGVMENTVM IN ODEN XVIII.

Fauno quia Græcis Pan appellari creditur, nonis Decembris ſacrificabant ne læderet. Nam ex dijs inferis, & ſiniſtris putabatur. Orat igitur non ut proſit, ſed ne noceat, dum per agros ſuos tranſit.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Faunum Deum iniquum orans, ut per ſuum agrum lenis tranſeat, ſacra, & potentiam eius celebrat.

COMMENTARIA.

FAVNE Nympharum ſugientũ amator,
Per meos fines, & aprica rura,
Lenis incedas, abeasq; paruis
Aequus alumnis.
Si tener pleno cadit hœdus anno,
Larga nec deſunt Veneris ſodali
Vina cratere: uetus ara multo
Fumat odore:
Ludit herboſo pecus omne campo,
Cum tibi Nonæ redeunt Decembres,
Feſtus in pratis uacat ocioſo
Cum boue pagus.
Inter audaces lupus errat agnos,
Spargit agreſtis tibi ſylua frondes:
Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor
Ter pede terram.

ACRON.

FAVNE Nympharũ fugientũ amator] *Quaſi celeritate ſua Nymphæ Faunorũ petulantiam fugiant.* Aprica rura] *Amœna, temperata, ut:*

„ *Duceret apricis in collibus uua colorem.*

Paruis æquus alumnis] *Alumnis, ruris uernulis, quos maximè Fauni lædere dicuntur.* Lenis incedas] *Propitius, placatus.* Pleno anno] *Id eſt, completo. Annuale ſe ei oſtendit facere ſacrificium. Si autem, ſi quid eſt, ut:*

„ *Veſtro ſi munere tellus.*

Cadit] *Immolatur.* Veneris ſodali] *Dixit Veneris ſodali ideo,*

„ *Quia ſine Cerere & Libero friget Venus.*

Vetus ara] *Non ætatis cultu deſerta, ſed multo thure ſuccenſa. Oſtendit autem ſe deos multis ſacrificijs donaſſe, quibus promereatur, quæ petit.* Ludit herboſo pecus omne cãpo: *Tanquã deuotionem dici, in numinis honorem, etiã pecudes laſciuiendo ſentirent.* Cum tibi Nonæ redeunt Decembres] *Nonis Decembrib. Faunalia & Faunorũ cultus dicebantur.* Feſtus in pratis] *Id eſt, tua feſta celebrans. In pratis autẽ, quia Faunalia in ſyluis & in pratis celebrabãtur.* Vacat ocioſo Cum boue pagus] *In pagis enim & in compitis celebrari talia conſueuerunt. ut Virgil.*

„ *Præmiaq; ingentes pagos & compita circum*
„ *Theſidæ poſuere, atq; inter pocula læti*
„ *Mollibus in pratis unctos ſaliêre per utres.*

Inter audaces lupus errat agnos] *Nõ ſemper audaces agnos, ſed illo die, tanquam qui numinis interuentu non timeant, quòd honori Fauni applicat, feſtiuitatis ſuæ tẽpore lupos nocere pecudibus non ſinentis.* Spargit agreſtes tibi ſylua frondes] *Veluti ſylua per amœnitatem frondes ſpargeret, ut:*

„ *Spargite humum folijs, inducite frondibus umbras.*

Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor Ter pede terram] *Cultu uinearum liberatus, & Fauno ſacrificans, ut:*

„ *Inuitat genialis hiems curaſq; reſoluit.*

Ter uerò ad rithmum retulit.

PORPHYR. } Faune Nympharum] *Faunum inuocat, quem aiunt inferũ ac peſtilentem Deum eſſe, ſecundũ quæ & nunc Horatius loquitur, cùm eum orat ut lenis per agros ſuos tranſeat. Et Virg. in ſeptimo, eum apud Memphitem peſtiferi odoris pallidum lucũ habere oſtẽdit, & in conſulendo oraculo, eius uideri multa ſimulacra miris modis uolitantia.* Fugientum amator] *Per laſciuiam dicit fugientum, tale eſt illud:*

„ *Et fugit ad ſalices, & ſe cupit antè uideri.*

Si tener pleno cadet hœdus anno] *Significat ſemper ſe ei anniuerſariũ ſacrum hœdo facere.* Vina cratere] *Craterem Veneris ſodalem dixit, quia*

„ *Sine Cerere & Libero friget Venus.*

Ludit herboſo pecus omne campo. Cum tibi Nonæ redeunt Decẽbres] *Nonis Decembribus Faunalia ſunt, hoc eſt, dies feſtus Fauni, in cuius honorẽ pecudes laſciuiunt.* Inter audaces lupus errat agnos] *Non ſemper audaces, ſed illo die, quo uidelicet non timeant lupum inter ſe errantẽ, & hoc interueniente numine Fauni euenire dicit, qui quaſi die feſto ſuo uult pecora, quæ ſub tutela ſua ſunt, ſine periculo eſſe.* Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor Ter pede terrã] *Inuiſum terrã foſſoribus meritò dixit, quòd in ea laborẽt cũ fodiũt. Naturale eſt enim omnib. odiſſe laboribus ſui materiam. Significatur autem agreſtes cum Feſto Fauni feriati ludant, in terra tripudiare.*

CHRIST. LAND. } Faune Nympharũ fugientũ] *Faunos eoſdẽ apud Latinos putamus, quos Græci Panas dicũt. Sed de ijs enarratũ eſt. Sacrificabatur Faunis Nonis Decẽbris, eaq; Faunalia appellabãtur. Fertur Faunus agreſtib. pueris nocere, proptereaq; ſacrificio placari ne noceat, ait Acron. Nã deorũ alios placabant, ne nocerent. Alios orabant, ut prodeſſent: Hinc Virg.*

„ *In tenui labor eſt, at tenuis non gloria, ſi quem*
„ *Numina læua ſinunt.*

Eſt autẽ teſte Seruio Faunus, infernus deus. Hinc Virgil. In ijs ſacris, quæ ſibi Latinus filius inſtituit, ita regem inducit, ut dicat.

„ *Pellibus incubuit ſtratis, ſomnosq; petiuit.*
„ *Multa modis ſimulacra uidet uolitantia miris.*
„ *Et uarias audit uoces, fruiturq; deorum*
„ *Colloquio atq; imis Acheronta affatur auernis.*

Fugientũ] *Fugiunt enim ſuam petulantiã, uel reſpexit ad fabulã Panis, in qua fingitur inſectatus fuiſſe Syringã nymphã, quæ fugiens miſeratione deorũ in calamos conuerſa eſt, ex quibus Pan fiſtulam cõpoſuit.* Lenis] *Mitis ſine noxa.* Aequus] *Fauens.* Pleno anno] *Id eſt finito anno.* Sodali] *Amico. Nã*

„ *Sine Cerere & Libero friget Venus.*

Vetus ara] *Ex hoc oſtenditur, quòd per multos iam annos ſacrificiũ hoc inſtitutũ fuerat.* Ludit herboſo] *Laudat à beneficio & præſentia numinis. Nã oſtendit ita placari, ut nõ modò non noceat, ſed etiã tueatur ſuũ pecus, præſertim in Nonis Decẽbris, in quibus Faunalia celebrãtur.* Pagus] *Quaſi dicat uniuerſa regio.* Inter audaces] *Pro miraculo poſitũ, quod tanta ſit numinis præſentia, ut agni animal natura timidiſsimũ non ſine audacia inter lupos errent, quoniã Faunus illos tutos præſtet.* Spargit] *Et hoc ad miraculũ quod in menſe Decẽbri.* Tibi] *Id eſt, in tuũ honorem ſyluæ frondeſcant.* Gaudet] *Sententia eſt, quod in Faunalibus agricolæ ſaltationẽ adhibẽt, ut omnis pars corporis lætitiã exprimat, cũ iam annuus labor ad finem perductus ſit. Nam eo tẽpore & fruges omnes & uina cõdita ſunt, atq; poma collecta, & noua ſementis magna ex parte facta eſt: Vnde nõnihil ociari poſſe uidentur. Quapropter & Maro frigoribus parto agricolæ plerunq; fruuntur.*

„ *Mutuaq; inter ſe læti conuiuia curant.*
„ *Inuitat genialis hyems curaſq; reſoluit.*

Ter] *Numerus pro numero. Vel ter ut demonſtraret ſaltationẽ in honorem numinis eſſe. Nam, ut ait Maro, numero deus impare gaudet.* Inuiſam] *Propter annuũ laborẽ quo ſe in ea colẽda exercuit.*

HENR. GLAR. } *Romani quædã numina colebãt ut prodeſſent, quẽadmodũ Iouẽ qui iuuans pater dictus eſt: quædã ne nocerent, ut Febrẽ. Ad eum modũ Horatius nunc Faunũ, ut lenis per agros ſuos incedat precatur. In cõmentario Porphyrionis quidã legunt tenuis pro lenis, ſed codices errant: Quẽadmodũ paulò pòſt Memphitis pro Mephitis ex 7. Aeneid. Quãquã Porphyrio Mephitem locum intellexiſſe uidetur, ſi non aſſutũ hoc quoq; ei eſt, ut multa alia.* Larga nec deſunt Veneris ſodali Vina cratera] *Mancinellus Cratere putauit auferendi eſſe caſus. Itaq; expoſuit in cratere: non attendens e in ablatiuo correptum, quod huic loco minimè quadrat. Crateræ autẽ datiui eſt caſus, ut rectè annotauit Badius. Nec enim hunc ſua laude fraudandum puto, etiam ſi ipſe non primus hoc notauit.*

HERM. FIGVL. } Fugientum] *Videlicet te ſequentem, propter laſciuiam & petulantiam. Idem de Syringe Nympha ſcribit Ouid.*

„ *Non ſemel & Satyros eluſerat illa ſequentes,*

Et

„ *Et quoſcunq; Deos, umbroſaq; ſylua, feraxq;*
„ *Rus habet.*

Per meos fines] *Per meos agros. Fines enim in numero plurali, terminos ſiue limites, quibus agri diſtinguuntur, ſignificant.* Lenis incedas] *Cùm inſinitos haberent Deos Gentes, quoſdam colebant ut prodeſſent, & opem ferrent: ut Iouem & Iunonē: Quoſdam uerò, ne nocerent: ut febrem, & malam fortunā. Imò tanta fuit cæcitas, & inſania hominū, ut etiam uitijs & turpitudini ſacrificarēt, fœdiſsimarumq; rerum templa conſtituerent. Precatur itaq; Horatius hoc loco Faunum, ut per agros ſuos amicus & dexter incedat, nihilq; agreſtibus infantibus noceat.* Aequus] *Dicitur enim Faunus uel Syluanus pueris infeſtus. Itaq; cùm infans æditus primā lucem hauſiſſet, ne Syluanus domū irrepere ualeret, quem uexare pueros opinio erat, ad fores ædiū tres uiros, qui peruigiles domum circuirent, aduocare Romani ſolebant, quorum primus limen ſecuri, alter pilo feriebat, tertius uerò ſcopis euerrebat. Hæc Alexander Neap. lib. 2. Genial. die. cap. 25.* Alumnis] *Pueris infantibus. Alumnum eum ſignificare, qui ab aliquo alitus eſt, multis uerbis, contra ſententiam Nonij Marcelli, probat Laurentius Valla, libro 6. cap. 1. Cui etiam ſuffragatur eruditiſsimus uir Iacobus Spigelius, in Lexico ſuo, ita ſcribens: Alumnus & alumna dicitur, ſicut filius & filia. Eſt aūt alumnus, non is qui alit, ſed qui ab alio alitus eſt. Et eſt nomen ad aliquid dictum. Refertur enim propriè ad nutricium, nutricem'ue, utcunq; Nonio reclamāte. Pro eo enim qui alit, impropriè dicitur.* Si tener pleno] *Si modò noſtris beneficijs & honoribus, quibus te quotannis ornamus, promeremur, nobis ut faueas.* Cadit hœdus] *Si finito anno mactatur tibi hœdus à me. Nam agna uel hœdo litabatur Fauno, item capra.* Ouid.

„ *Cornipedi Fauno cæſa de more capella.*

Veneris ſodali cratera] *Crateram, hoc eſt, uinum ipſum Veneris ſodalē appellat: quia ſine Baccho, ut ait Comicus, friget Venus. Et uoluptatis comes eſt ebrietas. Silius Italicus de uoluptate loquens:*

„ *Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris*
„ *Circum te ſemper uolitans infamia pennis.*

Huc etiam pertinet illud Ouidianum:

„ *Vina parant animos Veneri.*

Ludit herboſo pecus] *Fauni ſacra, quæ Faunalia dicuntur, nunc deſcribit.* Ludit] *Exultat, laſciuit per campos, in honorem ſui cuſtodis.* Quum tibi nonæ redeunt Decembres] *Nonis enim decembrib. Faunalia, et Fauni feſta peruigili anniuerſario colebātur.* Feſtus uacat pagus] *Hoc eſt, omnes ruſtici Leti ceſſant à labore. Plures autem uillæ, hoc eſt, ruſticanæ domus cōiunctæ, pagi dicuntur.* Ocioſo cum boue] *Bobus etiā ceſſantib. & laboribus ſolutis.* Inter audaces lupus errat agnos] *Fauni præſentiam & poteſtatem laudat, quòd in ſuis ſacris adeò diligenter curet & cuſtodiat oues, ut non ſolùm non metuant lupos, ſed etiā in eos inſultent.* Spargit agreſtes tibi ſylua] *Arbores etiam in media hyeme frondes, quib. tu orneris, producunt.* Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor] *Quaſi dicat, tanta eſt Lætitia in tuis ſacris, ut etiam agricolæ omniū laborum & curarum obliti, ad numerum ſaltare geſtiant.* Inuiſam] Odioſam, *propter aſsiduos & duros labores, quibus in ea colenda defatigantur, & franguntur agricolæ.*

THEOD. PVLM. } 7 Cratera] *H.G.E.B.A. crateri, Ant. Mureti editio.* 11 Ocioſo] *otioſa, A.* 12 Pagus] *pardus, A. quam lectionem G. ad marginem, & B. eodem atramento ſuprà adſcriptam habebat. Vide Caroli Sigonij Emendationem lib. 1.* 15 Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor Ter pede terrā] *Ter pede terram ferire, pro ferri, à poëtis non rarò dicitur. Idem de iambico carmine, dicitur, quòd, quanquam ſenos reddat ictus, tamen ad tres percuſsiones inſignes redigatur.*

„ *—Pollio regum*
„ *Facta canit pede ter percuſſo.*

Scripſit Horat. 1. Serm. 10. Vide Turneb. lib. 21. cap. 3.

GEORG. FABR. } *Faunum orat, ut agris, pecori, & paſtoribus bonus ſit, ut ſacra eius annuatim poſsint repeti.* Cum tibi Nonæ redeunt Decembris] *Hoc die Faunalia ſunt celebrata, quod etiam annotatur in Kalend. Romano, his literis* N O N. F. F. *id eſt, Nonæ, faſtus, Faunalia. In eodem legitur* L A R. N P. *id eſt (ut Manutius eruditè exponit) Larentinalia, nefaſtus primo. Hinc obiter emēdo locum Ciceronis ad Brutum, Qui hunc honorem mulieri Larentinæ tribuerunt: ubi uulgò, mulieri Laurentiæ.* Vacat otioſo cum boue Pardus] *Concordiæ inuſitatæ prouerbia,* habitare pardum cū boue *(ita Mancinellus interpres, & unū manuſcriptum, & impreſſum Venetū) &, paſcere lupū cum agno. Fauno uolente & propitio, tam armēta quàm greges, inter animalia infeſta ſalui ſunt, & ſecuri uagantur. Lectio uulgata eſt, cū* boue pagus, *quam ueteres probant interpretes, & ſequuntur noſtro ſeculo eruditiores. Certamen de hoc loco inter uiros doctiſsimos noſtræ ætatis ortum, ſponte omitto: qui eorum quos ſoleo obſeruare, arbitrum me non conſtituo.*

IOD. BAD. ASCENS. } Faune] *Faunum feſtiuè rogat, ut innocuus per arua ſua incedat, polliceturq; ſi id fecerit ſacrificium, dicens.* Faune amator Nympharū fugientium] *Sunt enim timidæ deæ Faunū, qui rudis & agreſtis eſt potiſsimū timentes.* Incedas lenis] *Id eſt, placidus & innocuus.* Per meos fines] *Id eſt, confinia agrorū meorū, &* Per rura aprica] *Id eſt, ſoli expoſita & umbroſa: &* abeas] *Id eſt, diſcedas.* Aequus] *Id eſt, Benignus & innocuus.* Alumnis paruis] *Id eſt, uernis, uillici natis, aut fœtui pecoris, quod potius credam, quia quaſi obnoxius ſit fœtui conſeruando, addit confidenter, quaſi dicere uelit.* Si hœdus] *Id eſt, fœtus capræ.* Tener] *Id eſt, molliter educatus.* Cadit] *Dum tibi mactatur* Anno pleno] *Id eſt, completo (quia annuale ſacrificium illi fecit) hoc eſt, ſingulis annis mactatur tibi hœdus.* Nec] *Id eſt, & ſi larga uina non deſunt crateræ, à nominatiuo Cratera, quia ab accuſatiuo tertiæ maſculini fit, ſæpe nominatiuus in a primæ & fœminini, ut cratera, ſtatera, caſſida, &c. nec ſtaret uerſus, ut ſit cratere pro in cratere ablatiuus tertiæ. Qui Cor* ſperetur] *Id eſt, poculo illi.* Sodali] *Id eſt, quod eſt in ſocietate Veneris, quia* Sine Cerere & Baccho friget Venus. *Venter autem mero æſtuans facile diſpumat in libidinem.* Et ſi] *Sup.* Ara uetus] *Id eſt, ab antiquo tibi inſtituta.* Fumat tibi multo odore] *Scilicet thuris, aut potius holocauſti. Proſequitur autem in eius honorem, ut hic hymnus in eius Feſto canēdus intelligatur, dicens.* Omne pecus ludit] *Id eſt, ſalit & tripudiat in campo herboſo, cum* Nonæ Decēbres redeunt tibi] *Id eſt, in honorē tuum (quia tunc eius feſtū agebatur)* Pagus] *Id eſt, paganus, hoc eſt, ruſticus ſeu colonus (id aūt melius quàm pardus legitur)* Feſtus] *Id eſt, feſtiuus.* Vacat] *Scilicet, à labore in pratis* Cum boue ocioſo] *Id eſt, ceſſante ab aratione.* Lupus errat inter agnos audaces] *Id eſt, audentes tūc: quia tua protectione confiſi nihil timent.* Sylua ſpargit tibi frondes agreſtes, & foſſor, gaudet pepuliſſe pede ter.] *Id eſt, ſecundùm rithmum & numerum ſaltandi.* Terram inuiſam] *Id eſt, cuius fodiendæ labore defatigari ſoleat, & ita quaſi in execrationem terra ſaliendo conculcat eam.*

ANT. MANCIN. } *Faunum agreſtem ſylueſtremq; deum orat, uti per ſuos agros mitis & innocens eat, cum pleno anno hœdum ei uinaq; & odores plurimos tradat. Agreſtesq; etiam ſibi tripudient* Faune Nympharum] *Fauni Dei Latinorum erāt, quos in ſylueſtribus locis traditū eſt ſolitos fari, quod Varro ſcribit Seruius etiam docet Faunos dictos à fando, id eſt, uaticinando. Vnde & fatuos dicimus inconſideratè loquentes, de Faunis autem poëta lib. 1. Georg. ait.*

„ *Et uos agreſtium præſentia numina Fauni*
„ *Ferte ſimul Faunique pedem.*

Lenis] *Mitis.* Placidus] *Aequus, benignus, innocens.* Paruis alumnis] *Vernas, intelligit uillici filios.* Larga nec deſunt] *Ordo eſt, nec deſunt Veneris ſodali larga uina in cratere.* Veneris autem ſodali] *Id eſt, tibi Fauno. Dixerat enim* Faune Nympharū fugientium amator *uel dicas, ne deſunt larga uina in cratere ſodali Veneris, quoniam*

„ *Sine Cerere & Baccho friget Venus.*

Et Plin. lib. 14. inquit de ebrys. Præmiumq; ſummū ebrietatis libido portentoſa, ac iocundum nefas. Ouid. item lib. 1. de Arte ait.

„ *Vina parant animos faciuntq; coloribus aptos*
„ *Cura fugit multo diluiturq; mero*
„ *Illic ſæpe animos iuuenum rapuere puellæ.*

» *Et Venus in uinis, ignis in igne fuit.*
Et in lib. de Remed.
» *Vina parant animos Veneri, niſi plurima ſumas.*

Ludit herboſo] *Id erat in numinis honorem, ut etiam pecora gau derent & luderent, quæ ſub eius tutela ſunt.* Vacat ab labore] *Scilicet, Nonæ Decembres, tunc enim Fauno ſacra celebrabãtur.* Feſtus] *Id eſt, lætus: id autem erat propter Fauni numen, quum feſta pagus celebrarat.* Pardus] *Sunt Pardi Pantherarũ mares. Panthera autem & Tygris macularũ uarietate ſpectantur, ſuntq́ Pantheris in candido breues macularum oculi. Ferunt colore earũ mirè ſollicitari quadrupedes cunctas, ſed capitis toruitate terreri, quãobrem occultato eo reliqua dulcedine inuitatas corripiunt. Author eſt Plin. lib. 8.* Pardus] *Acron hic legit pagus utrumq́ tamẽ conuenit.* Agreſtes frondes] *Id erat, quoniam locis ſylueſtribus Fauni morabantur, hinc in eorum honorem agreſtes frondes per humum ſpargebantur ab ſylua ipſa, non ſolùm ab uiris. De more autem id fiebat, unde in Buc. Maro inquit.*

» *Spargite humum folijs, inducite fontibus umbras*
» *Paſtores, mandat fieri ſibi talia daphnis.*
Item alia Aegloga.
» *Quis caneret nymphas quis humum florentibus herbis*
» *Spargeret, aut uiridi fontes induceret umbra.*

Foſſor] *Agricola, quem gaudere dicit tripudijs in Fauni ſacris.*

ODE XIX. AD TELEPHVM.

Δικωλικά.

Ode XIX. Dicolos tetraſtrophos, ut: Sic te diua potens Cypri.

— — ⏑⏑ — ⏑ —
— — — ⏑⏑ — — ⏑⏑ — ⏑ —

ARGVMENTVM IN ODEN XIX.

Telephum familiarem ſuum reprehendit, quod genealogias, neſcio quas, & curioſas hiſtorias ſcrutaretur, & non potiùs ea, quæ ad uitæ uſum & hilaritatem attinẽt narret, curetq́ ut ſuauiter potet, & ſine noxa, à Gratiarum numero, ad Muſarum numerum cyathos exhauriat, neq́ progrediatur, nec conuiuij gratia perdatur per temulentiam.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Telephum familiarem ſuum taxat, quòd intempeſtiuè res ſerias nimis exactè in conuiuio tractet: Cùm potiùs dicendum eſſet de ijs, quæ ad cœnæ apparatum ſunt neceſſaria.

COMMENTARIA.

VANTVM diſtet ab Inacho
Codrus, pro patria nõ timidus mori,
Narras, & genus Aeaci,
Et pugnata ſacro bella ſub Ilio.
Quo Chium precio cadum
Mercemur: quis aquam temperet ignibus:
Quo præbente domum, & quota
Pelignis caream frigoribus, taces.
Da lunæ properè nouæ,
Da noctis mediæ, da puer auguris
Murenæ tribus. aut nouem
Miſcentur cyathis pocula commodis.
Qui Muſas amat impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates: treis prohibet ſuprà,
Rixarum metuens tangere Gratia,
Nudis iuncta ſororibus.
Inſanire iuuat. cur Berecynthiæ
Ceſſant flamina tibiæ?
Cur pendet tacita fiſtula cum lyra?
Parcentes ego dexteras
Odi: ſparge roſas. audiat inuidus
Dementem ſtrepitum Lycus,
Et uicina ſeni non habilis Lyco.
Spiſſa te nitidum coma,
Puro te ſimilem, Telephe, ueſpero,

ACRON.

VANTVM diſtet ab Inacho] *Telephum Græcum poëtam, ſodalem ſuum alloquitur iocosè cum corripiens, quòd hiſtorias non pertinentes ad propoſitum potius loquatur, quàm quæ ſint apta cõuiuio. Alij uolunt reprehẽdi Telephum, quòd quantũ temporis intereſſet, ab Inacho uſq́ ad Codrũ quæreret, deinde conuerſus ad puerũ, ut impari numero cyathorũ faciat potiones hortatur. Codrus rex Athenienſium & Lacedæmoniorum fuit, hic imminentibus hoſtibus pro patria ſe deuouit, reſpõſo incitatus oraculi, quo prædictum fuerat eos uincere poſſe, quorũ dux fuiſſet occiſus, hoc dum peruulgatũ fuiſſet, cœpit uitari ne occideretur. Mutato poſtea habitu, gregarij militis Veſte ad caſtra hoſtiũ perrexit, ma gnis iniurijs agens, ut occideretur obtinuit. ut Virg.*

» *Aut iurgia Codri.*

Et genus Aeaci] *Aui Achillis. Per has aũt fabulas hiſtoriam Græcam ſignificat.* Sacro bella ſub Ilio] *Quia à numinibus muri facti dicebantur Troiani, hoc eſt, Neptuno & Apolline, ut Virg.*

» *Cuperem cùm uertere ab imo,*
» *Structa meis manibus, periuræ mœnia Troiæ.*

Quo Chium precio cadum] *Aut peregrinũ uinũ dixit, aut uas uino precioſius.* Temperet ignibus] *Tepefaciat, nã tepefactis aquis ſolebãt Græci uina tẽperare.* Quo] *Aliquo.* Et quota] *Supple hora, ordinale nomẽ eſt.* Pelignis careã frigoribus] *Pelignũ oppidũ eſt Sabinorum frigidæ regionis.* Da noctis mediæ] *Id eſt, Bibamus in honorẽ mediæ noctis, & nouæ lunæ, & auguris Murenæ.* Da puer auguris Murenæ] *Puerũ pincernã alloquitur. Hoc modo ueteres feſtiuitatẽ conuiuiorũ celebrare conſueuerãt, in ſingulos uini cyathos, ſub ſingulorũ deorum, aut chariſſimorũ hominũ nomine, in pocula dici iuberent.* Tribus aut nouẽ] *Vt, numero Deus impare gaudet, Tribus autẽ aut nouẽ, aut propter Muſas, aut propter Charitas, quia lætitiã dabant.* Attonitus] *Quod nõ inebrietur.* Vates] *Pro quolibet ſacricola.* Treis prohibet ſuprà] *Ne ſi ſupra nouẽ addideris tres, ebrius factus exurgas in lites, quæ ſunt Gratiæ lætitiæq́ contrariæ, ideò Gratiæ nudæ pingũtur, ueluti ſine dolo, ſine fraude, ſine aliquo uelamine.* Cur Berecynthiæ] *Berecynthius urbs Phrygia, unde & tibias Phrygas dicit, quæ matris Deũm ſacris adhiberi cõſueuerant, ad quarum cantus, & à conuiuantibus ſaltabatur. ut:*

» *Tympana uos buxusq́ uocat*
Berecynthia matris Idææ.

Parcentes] *Ocioſas à cantu, uel à miſcẽdo ceſſantes.* Lycus] *Vicinus, hilaritatis noſtræ ſtrepitum & inuidiam patiatur, ut Virg.*

» *Fit ſtrepitu tectis, uoceſq́ per ampla uolutant*
» *Atria.*

Nõ habilis Lyco] *Vxor quæ puella ſeni inhabili coniuncta eſſet, unde & zelum eius oſtẽdit, dũ nõ habilẽ dicit.* Telephe] *Ordo eſt: Telephe tempeſtiua Rhode petit te nitidũ ſpiſſa coma, & puro ſimilem Ve-*

lero Veſpero, & eſt laus pulchritudinis Telephi. Nã & criniũ compoſitio iuuenibus aptatur.

Tempeſtiua petit Chloë,
Me lentus Glyceræ torret amor meæ.

PORPH. } Quantũ diſtat ab Inacho Codrus] Telephũ adoleſcentẽ alloquitur, quia quæ pertinẽt ad cõuiuij præſentis apparatus nõ narraret. Deinde cõuerſus ad puerũ hortatur, ut impari numero cyathorũ repotiones faciat. Quantũ diſtet ab Inacho Codrus, pro patria nõ timidus mori] Comparationem, inquit, facit uirtutũ Inachi & Codri. Codrus aũt Athenienſium dux fuit, qui ut patriæ uictoriã pararet, interimendũ ſe Lacedæmonijs obtulit. De Inachi aũt uirtutib. nulla extitit hiſtoria. Sacro bella ſub Ilio] Sacrũ Iliũ dixit, ſecũdũm Homericũ illud: ἴλιον ἱερήν. Quo præbẽte domũ & quota] Ad epulandũ præbente, ſcilicet, quomodo ſolent dicere apud quẽ & quota. Pelignis caream frigoribus] Vtrum in Peligno oppido uult intelligi dici: an, ut ſolẽt poëtæ ſpeciem pro genere poſuerit, ut:

„ Lenis innatat alnus Miſſa Pado.

Da lunæ propere nouæ] Sicut ueteres ſingulos uini cyathos ſub ſingulorum deorum, aut chariſsimorum ſibi nominibus ſolebant in poculum defundere, ſecundũm quæ nunc hæc dicuntur. Tribus aut nouem] Secundũm illud:

„ Numero deus impare gaudet.

Treis prohibet ſupra Rixarũ metuens tangere Gratia] Ait ſupra nouem cyathos ſi tres addideris, futurũ, ut ebrius factus exurgas in lites, quæ, ſcilicet, cõtrariæ ſunt Gratiæ. Cur Berecynthiæ Ceſſant flamina tibiæ?] Berecynthia urbs eſt Phrygiæ, ergo tibias Phrygias dicit, quæ ſacris Matris magnæ adhibentur, ad quarũ cantus tamen ſolent, & cõnutantes ſaltare. Parcẽtes ego dexteras Odi] Id eſt, ocioſas, quæ neq; lyram percutiant, nec ſpargãt roſas. Audiat inuidus Dementem ſtrepitũ Lycus] Hilaritatis noſtræ inuidia rumpatur. Seni non habilis] Meritò non habilis, quia puella ſeni iuncta eſt. Tempeſtiua petit] Id eſt, matura rebus Venereis. Me lentus Glyceræ torret amor] Elegãter me lentus amor, quaſi latens & occultus nunc intelligendum, ut lentus ignis, quia latens ac ſine flamma urit.

CHRIST. LAND. } Quantũ diſtat ab Inacho] Iocoſum carmẽ & hilaritate refertũ, quo Telephũ Murenã Græcũ poetã à rebus grauiorib. ad epulas reuocare nititur, illo ut ſperant proucè tamen potius, quàm ſerio quod hiſtorias nihil ad cõuiuia pertinẽtes ſcribat. Et certè Ironiã ſapit locus, cũ id quod facetè dicitur, ſeueriſsimè dictũ uideri poſsit. Quantũ] Tu ergo narras hiſtoriã ſcilicet cõtexens. Quantũ Codros, &c] Vel tempore, id eſt, quot anni intercedãt inter illos, uel diſtat, uirtutib. id eſt, quantũ uir ſuperet. Sed, ut de hiſtoria aliquid delibemus. Regnarũt Erechteidæ apud Athenienſes à Cecrope generis auctore, uſq; ad Thimoëtẽ ultimũ in ea familia regẽ, an. nouẽ atq; uiginti ſupra quadringẽtos. Poſt quos ad Melanthũ Pylienſem Andropõpi filiũ hac de cauſa regnũ tranſlatũ eſt. Prouocauerat Xanthus Boëtius in ſingulare certamẽ Thimoëtẽ, quo recuſante ſubijt illius uicem Melanthus, uictorq; rediẽs, regnũ meruit. Huius Codrus filius fuit: Qui dux in bello quod Peloponnenſes aduerſus Athenas gerebant factus, audito oraculo: illũ exercitũ ſuperaturũ cuius dux eſſet cæſus, habitũ ſeruilem ne forte pro duce agnoſceretur indutus, & ad hoſtiũ uicina tentoria accedẽt iurgio in ſe ita illos laceſsiuit, ut incognitus interficeretur. Qua cæde impletũ eſt oraculũ. Hoc autem ita geſtũ eſt anno mundi quinto ac trigeſimo ſupra quatuor millia. De hoc Virg.

„ Incipe Mopſe prior ſi quos aut Phillydis ignes,
„ Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri

Inachus aũt multò uetuſtior Codro primus rex Argiuorũ fuit anno mũdi quarto atq; quadrageſimo ſupra tria millia ac trecentos, regnauit annos quinquaginta. Perſeuerauit aũt regnũ in familia ſecundũ Caſtorẽ, qui de Argiuorũ regno Chronicõ ſcripſit an. 384. Vltimus omniũ fuit Sthenelantus Crotophi filius. Sed Inacho ſucceſsit Phoroneus, qui primus leges, iudiciaq; cõſtituit. Genus Aeaci] De hoc iam dictũ eſt. Pugnata] Sine origine uerbi ut etiam triũphata. Sacro] Ad imitationem Homeri, qui ſæpe dicit ἱερὴν ἴλιον i. ſacram Troiã, uel ſacra, cuius mœnia à dijs facta eſſent. Quo] Quæris ergo hæc quæ nihil profutura ſint: Nõ aũt ea quæris, quæ nobis ſint uſui, ſcilicet, quo precio cadum uini Chij emamus, quis nobis ignẽ ad aquã calefaciendã præbeat, & quis domum hoſpitalẽ, & quota hora me poſſim domũ recipere, ut careã frigorib. id eſt, ut illa tectus poſsim frigus uitare. Pelignis] Hi populi iuxta Marſos & Veſtinos ſunt in quarta Italiæ regione. Hinc Naſonem nobiliſsimũ poëtam natum dicunt. Ibi ergo credendũ eſt tunc fuiſſe poëtã. Eſt autẽ regio propter montes frigida. Temperet aquam] Ex hoc intellige cuncta, quæ aqua decoquuntur. Quo] Ex noſtris hoſpitib. Da puer] Tanquam iam in conuiuio ſit iubet puerum pocula miſcere. Ex conſuetudine priſca quæ ſolebant ſumere pocula ſub alicuius dei aut uiri honore. Ergo in honorẽ & lunæ, & noctis Telephi iubet pocula porrigi. Mediæ] Nam uſq; in mediã noctem producebant conuiuia. Auguris] Nam augurio pollebat Murena. Tribus aut nouem] Quaſi dicat infra tria pocula omnia mœſtiora eſſe. Suprà uerò non lætitiam, ſed tumultus, & rixas ex ebrietate excitari. Quapropter neq; infra Gratias] Quæ tres ſunt bibendũ eſt, neq; ſupra Muſas, quæ nouenariũ numerum explent. Quin & Marcus Varro in libro, qui ex Satyris Menippeis inſcribitur. Neſcis quid ueſper uehat, refert conuiuarum numerum, neq; minorem Gratiarum, neq; rurſus maiorem quam Muſarum eſſe oportere. Ergo pocula miſcentur tribus aut nouem cyathis commodis, id eſt, commodè & ſine damno miſcentur pocula à tribus cyathis uſq; ad nouem. Qui Muſas] Vt nos qui poëtæ ſumus. Bibit ternos ter] Id eſt, nouem. Totidem enim illæ ſunt. Attonitus] Quaſi iam ſtupeſcẽs ex nimio uino. Sed id non prætermittã aliud eſſe miſcere, aliud propinare. Miſcet enim pocula miniſter, quoniam aquam addit mero, proptereaq; iam adiuncta aqua mixtũ appellatur. Hoc ergo à miniſtro ei qui dignior eſt datur. Hic autem cùm acceperit, partemq; biberit, eligit cui ſecundo deinde porrigat: Et hinc prior propinare dicitur, quoniam antè ipſe bibat, quam alteri porrigat. πρὸ enim apud Græcos ante ſignificat, πίνω bibo. Miniſter autem, qui pocula diſcũbentib. præbet, pincerna appellatur. Tres prohibet] Scilicet] nam Gratiæ tres ſunt, ut iam dixi. Metuens rixarum] Propter ebrietatem. Nuda] Et hoc quare fingatur iam accepiſti. Inſanire iuuat] Modus loquendi eſt, cùm modum in aliqua re excedere uelle oſtendimus. Nam qui ſapiunt non excedunt. Sic Virg.

„ Inſanire libet quoniam tibi pocula ponam.

Ergo uult ad pocula Muſicam quoq; addi. Cur] Non interrogat ſolum, ſed arguit, tanquã ſi feſtinanti ſibi omnia tardiora procederent. Berecynthiæ] Vel quia tibia ipſa inuentrix fuerit, uel quia in eius ſacris adhiberi ſolita ſit. Flamina] Quia ex flatu ſonitũ emittit. Vnde tibias, tubas & ijs ſimilia non pulſare, ſed inflare dicimus. Virgil.

„ Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aram.

Parcentes] Scilicet pulſationi. Fiſtula] Hæc è cannis, ut plurinmum fiebat, Virg.

„ Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
„ Fiſtulam. ——

Cæterùm ex uarijs metallis etiam fiunt, ut ſint tanquam canales omnibus liquoribus peruiæ: nam quæ craſsiores & fictiles ſunt tubulos appellant, ut demonſtrat Vitruuius. Sparge roſas] Feſtinanti ſibi feſtinantem orationem accõmodat, & quæ in furentem furorem ſapiat. Nam & interrogatio, et repetitio, & diſſolutum, qui colores rhetorici tres adſunt, hanc feſtinationem ex furenti cupiditate prouenientem oſtendunt. Huiuſcemodi uehementiam alibi inuenies & præſertim apud Virgilianam Didonem cum abeunte iam Aenea ſic ſecum queritur, cuius initium eſt.

„ Proh Iupiter ibit hic (ait,) & ueſtris illuſerit aduena regnis.

Hoc enim eloquentis ſimul & ſapientis ſcriptoris eſt, ut non modò condecentes ſententias: ſed genus quoque dicendi naturæ rei, de qua agitur, cõueniens accõmodet. Sparge roſas] Tertium genus uoluptatis à floribus prouueniens. Audiat Lycus] Et hoc quartũ, Nam uoluptuoſum eſt hominibus in nos ex inuidia exaſperatis aliquid prouenire, propter quod inuidia rumpantur. Vnde illud.

„ Rumpantur ut ilia Codro.

Dementem] Id eſt, furibundum, & qualem ex nimia libidine ho

mines edunt. Et uicina] Qui fortè Lyci amica eſſet. Non habilis] Id eſt, quam ipſe pro arbitrio ſuo tractare non poſsit. Nam habilem rem dicimus ab habendo, quam pro arbitrio noſtro, ut uolumus, habemus & tractamus. Virgil.

„ Habilemq́ humeris ſuſpenderat arcum,

Id eſt, aptum ſexui, & quem uires, quæ tractare poſſent, ergo nõ habilis, id eſt, difficilis, & quæ non eſſet illi morigera. nam puella ſenẽ contemnebat. Spiſſa] Ordo ſit: Cleo tempeſtiua petit te nitidum ſpiſſa coma, & ſimilem puro ueſpero. Tempeſtiua] Quæ tibi cũ tempus poſtulat, ſemper aſsit, ergo facilis morigeraq́ eſt. Vt opponatur uicinæ Lyci, quæ nõ eſt habilis: Nam tempeſtiua res eſt, quæ ſuo tempore fit. Vel tempeſtiua, quaſi tibi in ætate conueniens, ut contra dicemus non habilis Lyco, id eſt, ætate diſcrepans. Spiſſa] Quod eſt adoleſcentiæ, nam ingraueſcente ætate non ſunt denſi capilli, quia caloris defectu calueſcimus: Sed & ſuprà etiam Telephũ laudauit. Puro] Qui non ſine nubibus obfuſcatus. Lentus] Vel flexibilis, & qui per omnes uenas inſinuet. Vel eſt ſimile illi Virg.

„ Eſt mollis flamma medullas.

Vnde ſequitur torret. Vel lentus quaſi diuturnus, nã quæ lentè procedunt, diu procedunt.

IOAN. HART. } Sacro ſub Ilio] Homerus ἱρὴν alicubi uocat, id eſt, Magnam Troiam. Nam ſacrum Græci quod ingens eſt appellant.

HENR. GLAR } Quantum diſtet ab Inacho Codrus] Porphyrio, neſcio de quo loquens, Comparationẽ inquit, facit uirtutum Inachi & Codri. Codrus enim Athenienſium Dux fuit, qui ut patriæ uictoriã pareret, interimendũ ſe Lacedæmonijs obtulit. De Inachi autem uirtutibus nulla extitit hiſtoria. Hæc apud illum tan quam ex alio quopiam authore. Alijs magis placet Telephi importunitatem ab Horatio taxatam, quod nimis exactè temporum rationem etiam in conuiuijs narraret, rem alioqui per ſe moleſtam. Quemadmodum noſtra ætate quidam ſcioli in miſſa, dum animus in patinis eſt, de rebus altiſsimis ſermones ordiuntur. Ad hunc ſenſum colliguntur ab Inacho ad Codrum 770. plus minus anni ex Chronicis Euſebij. In Acronis commentario Codrus rex Athenienſium ac Lacedæmoniorum dicitur magno errore. Ait enim Græcos conſueuiſſe uinũ tepefacta aqua temperare, Mira Mixtura. Ad hæc Pelignum oppidum eſſe Sabinorum. Sed ubi hoc legit? Et Attonitum exponit, ut non inebrietur. Denique Vatem pro quolibet ſacricola. Hæc in huius uiri commentarijs, ſi non mentiuntur authorem.

HERM. FIGVL. } Quantum diſtet ab Inacho Codrus] Narras quantum ſit temporis ſpaciũ inter Inachum, & Codrum. Colliguntur autem ex Chronicis huius interualli 770. anni. Nam Inachus, Oceani et terræ filius, apud Argos annũ mundi circiter 3343. primus regnauit: Codrus uerò, decimus & ultimus Athenienſiũ rex, anno mundi 4113. morte ſua Peloponeſiacum dire mit bellũ. Pro patria non timidus mori] Erãt inter Athenienſes & Dorienſes ſimultatum ueteres offenſæ, quas uindicaturi bello Doriẽſes, de euentu belli oracula cõſuluerunt: reſpõſum, ſuperiores fore, ni regem Athenienſiũ occidiſſent. Cùm uentũ eſſet in præliũ, militibus ante omnia, cuſtodia regis præcipitur. Athenienſibus eo tempore rex Codrus erat, qui & reſpõſo Dei, & præceptis hoſtiũ cognitis, permutato regis habitu, pannoſus ſarmenta collo gerens, caſtra hoſtiũ ingreditur: ibi in turba obſiſtentiũ, à milite, quem falce aſtu uulnerauerat, interficitur. Cognito regis corpore, Dorienſes ſine prælio diſcedũt. Atq; ita Athenienſes uirtute ducis, pro ſalute patriæ morti ſe offerentis, bello liberantur. Hæc Iuſtinus lib. 2. Meminit quoq; huius hiſtoriæ Cic. lib. 1. Tuſculanarũ Quæſtionum. Vbi inter cæteras præclaras mortes pro patria oppetitas, hanc quoque Codri enumerat. Valer. Max. lib. 5. cap. 6. eam inter exempla pietatis erga patriã refert. Aeaci genus] Aiacem, Teucrũ, Achillem, nepotes Aeaci intelligit, qui ad Troianã expeditionẽ profecti, multa ſtrenuè & fortiter geſſerũt, ut locupletiſsimus teſtis eſt Homerus in Iliade. De Aeaco, eiuſq́ progenie. Græci ſic tradunt: Aeacus ex Ioue & Aegina, inquiunt, natus, Endeida, Chironis filiam, uxorem duxit, & ex ea Peleũ & Telamonẽ genuit. Poſtea autẽ & Pſammathe, Nerei filia, cõpreſſa, genuit tertiũ Phocum. Hunc Peleus frater occidit, eoq́ factũ eſt, ut cùm ſolum uertiſſet, in Theſſaliam ad Chironẽ ueniret. Telamon aũt cùm & ipſe ex æqualibus quendã in uenatione Calydonij apri occidiſſet, fugiẽs Salaminã peruenit, ductaq́ uxore Eribœa, filia Alcathi, genuit Aiacẽ. Hæc ex Græcis refert Iacobus Micyllus, uir ſanè eruditiſsimus. Teucrũ quoq; ſuſcepit Telamon ex Heſiona, Laomedõtis filia. Peleus porrò Achillem, Græcorũ omniũ fortiſsimũ, ex Thetide procreauit. Et pugnata ſacro bella ſub Ilio] Bellũ Troianũ ad Iliũ à Græcis geſtũ, ob Helenæ raptum. Sacro Ilio] Iliũ ciuitas eſt Troadis, inclyta carmine Homeri, decennalẽ obſidionẽ Græcorũ paſſa, & ab eis tandẽ deleta. Hanc Ilion Trois, regis Troianorũ filius, cõdidit, & ex ſuo nomine nuncupauit, ut ſcribit Euſebius in lib. temporũ. Sacrũ uerò Iliũ dicit, ad imitationem Homeri, qui Odyſſ. α. Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον, uocat. Chiũ cadũ] Inter tranſmarina uina, in ſumma gloria, poſt Maroneũ & Pramnium, quæ Homerus celebrauit, fuẽre Thaſiũ, Chiumq́. Ex Chio, quod Aruiſium uocant. Cæſar dictator triũphi ſui cœna uini Falerni amphoras, Chij cados diſtribuit. Autor Plin. lib. 14. Quis aquã temperet ignibus] Quis nobis ignẽ ſtruat ad coquẽda ea, quæ ad conuiuiũ pertinent, uel ad calefaciendas niues, quibus uinũ diluamus, more Græco. Nam ſcribit Alexander Neapolitanus, Græcos, ſi quando uinũ aquæ admiſcerent, illud tepefactis niuib. diluere ſolitos. Quo præbente domũ] Quis nos domũ ſuam recipiat certa aliqua hora, ubi à frigorib. tuti, liberius cõpotemus, non dicis. Hyeme enim ad focũ cœnare ſolebant. Pelignis] Peligni populi ſunt in quarta regione Italiæ, uicini Marſis, teſte Plin. Da lunæ propere nouæ] Iubet puerũ, ut tria ſibi porrigat pocula, unũ in honorẽ lunæ, alterũ in honorẽ noctis, tertium in honorẽ Murenæ amici. Erat enim mos apud ueteres, ut propinantes Deũ primò quempiã, deinde amicum ominis gratia appellarent. Nonnulli, inquit Alexãder, Græco more bibere, dicunt eſſe, quoties Deos, aut amicos inter pocula appellarent ſingulos nominatim, toties haurire, & largè merũ bibere. Tribus aut nouẽ] Subijcit rationem, quare tres cyathos petat: quòd aut tria pocula ad numerũ Gratiarum, aut nouem, ad numerum Muſarum, commodè bibantur. Huc quoq; alluſit Auſonius:

„ Ter bibe, uel toties ternos, ſic myſtica lex eſt.

Qui Muſas amat impares] Cui poetæ Muſæ cordi ſunt, ut mihi, is nouem pocula exhauriet, ad numerum imparem Muſarum. Tres prohibet ſupra] Hoc ad ueterũ ſuperſtitionẽ pertinere putat Eraſmus, qua creditum eſt, impares numeros ad omnia efficatiores eſſe. Rixarũ metuens] Siquidẽ largior uini uſus gignit temulentiã, rixas & cædes. Vnde Anacharſim Scythã dicere ſolitũ legimus: primã craterã pertinere ad ſitim, alterã ad hilaritatem, tertiam uoluptatẽ, quartã ad inſaniam. Et Ebulus poëta Cyprius, tria tantũ pocula bene ſentientibus propinari putauit: ſanitati primũ, amori ſecundũ, tertiũ ſomno, quartum non utiq; noſtrũ, ſed iniuriæ. Inſanire] Inſanũ & ebriũ eſſe. Cur Berecynthiæ ceſſant flamina tibiæ] Ob maiorẽ hilaritatẽ, cupit quoq; muſica inſtrumenta ad conuiuiũ adhiberi: Nam Muſica ad leuandas hominũ curas plurimũ ualet. Parcẽtes ego dexteras] Difficiles & moroſos cantores atq; citharœdos odi. Sparge roſas] Splendidũ & uoluptuoſum omnino conuiuiũ deſcribit, utpote in quo uinũ præſtantiſsimũ largè miniſtretur, muſicis inſtrumentis uarijs canatur, roſæ & flores ſpargantur, tota deniq; uicinitas uocibus ebriorum perſonet. Audiat inuidus] Vt ſit quod illi doleat. Nam inuidi ex alterius bonis & fortuna ſemper cruciantur. Horat.

„ Inuidus alterius macreſcit rebus opimis.

Et uicina] Videlicet Lyci uxor. Non habilis ſeni] Non apta ſeni marito, quia ætate, forma & moribus impar. Spiſſa te nitidum coma] Amorem Telephi & ſuum nunc Lyci amori præfert, quòd uterq; aptam & æqualem habeat amicam. Veſpero] Stella Veneris. Et eſt Hyperbole.

THEOD. PVLM. } 1 Quantũ diſtet ab Inacho Codrus, pro patria non timidus mori] Cur Horatius hoc ſcripſerit, hæſiſſem, niſi Ocellus Lucanus mihi ſubueniſſet, qui principium hiſtoriæ Græcorum ait, duci ab Inacho Argiuo, ſic enim ait: [illegible]

ἀρχῆς

ἀρχὰς πρώτης, ἀλλὰ τῆς γενομένης μεταβολῆς κατ' αὐτόν. Turneb.lib.27.cap.16. non tumidus pro patria H. 9 Da Lunæ properè nouæ, Da noctis mediæ, da puer auguris Murenæ] Ter cyathos uini petit ſibi dari. Puerum enim ad cyathum habebant, qui, quot petebant cyathos uina, admetiebatur, in poculumq́ fundebat. ſic & Græci, quos Flaccus uidetur imitatus eſſe, cyathos ſibi nomine eorum miſceri petebant, quos caros habebant. Alexis apud Athenæum, ταύτην μεγάλην δὸς ὑποχέας φιάλας κυάθων τῶν παρόντων τέτταρας, τὸν τρεῖς δ' ἔρωτος, προσαποδώσεις ὕστερον ἓν τῆς Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως νίκης καλῶς, ἓν τὸ τοῦ νεανίσκου κύαθον Δημητρίου, φέρε τὸν τρίτον [Αἰνάτον Lambinus] φίλης Ἀφροδίτης. Lunæ autem nouæ (nam ne hoc quidem omittendum eſt) cyathum poſcit, quòd menſis Kalendis ueſperi epulatur, quæ feſtæ ſemper erant. menſes enim Luna olim ducebat, primusq́ primus menſis dies habebatur: poſtea tamen ad curſum Solis ex Iuliana anni correctione exacti ſunt: quod tametſi obtinebat Horatij ætate, tamen is è prima & naſcente Luna menſis principium, ut mihi uidetur, lib. 3. Carminum (23.) intellexit, cùm ait,

10 Cælo ſupinas ſi tuleris manus
11 Naſcente Luna, ruſtica Phydile:

Quod eſt; ſi Kalendis Deos precibus & ſacris placaris. Quod autem ait, Da noctis mediæ. id uerò facit, quia & Lunæ meminerat, & ad mediam uſque noctem epulari decreuerat, & Nox ritu Romano Dea cenſebatur, ut ex alio conſtat loco (3. Carminum 28.)

20 Dicetur merita Nox quoque nenia.
Turneb.lib.24.cap.45.
11 —— Da puer auguris Murenæ.

Græco more dictum eſt cauſſa ſubaudita. id eſt, enim propter auguratum Murenæ uel interprete Auſonio, qui ita ſcribit (Epiſtola Edyllio Gripho præpoſita:) in qua propter mediam noctem, & nouam Lunam, & Murenæ auguratum ternos ter cyathos attonitus petit uates. Vide Turneb. libro 16. cap. 11. 14 Petet] Petat, quidam libri manuſcripti Lambini. 27 Chloe] Rhode, eodem atramento ſuprà adſcriptum fuit in B.

GEORG. FABR. } Hæc Oda ſi intelligatur in genere, tota Epicurea eſt, & abijcienda: non enim ſunt uina aut uoluptates, ſtudio inueſtigationis & antiquitatis anteponenda. Sin ad rem præſentem refertur, docet, inter uina de rebus alienis aut grauibus non diſſerendum, ut facit Naſidienus Rufus in Satyris: ſed ſuo cuique loco & tempori dicta eſſe accommodanda.

Tempeſtiua petit Chloe] In manuſcriptis duobus, Rhode. Solet poeta noſter Comicis nominibus uti, qualis eſt Rhode, apud Menandrum: Lyce, apud Amphidem. Chloës ſæpius apud hunc poëtam mentio. Vt, Carm. 1, 23. & 3, 7, & 26.

IOD. BAD. ASCENS. } Quantum] Facetè Telephum poëtam amicum cuius corporis formam priùs celebrauit monet animum à carminibus, quibus Græcas hiſtorias nihil ad uoluptatem facientes deſcribebat, ad res lætioris conuiuij auertere dicens. O' Telephe tu narras] Scilicet, in carmine, quantum Codrus rex Athenienſ. Non timidus mori] Id eſt, qui ſe deuouit, pro patria, diſtet ab Inacho, primo Argiuorum rege, & narras genus Aeaci, ut Thelamonem, Peleum, & Phocum & bella pugnata Sub Ilio ſacro] Id eſt, à dijs conſtructo, hoc eſt, res nihil ad nos, aut ad conuiuium pertinentes, & taces, quo precio mercemur Cadum Chium] Id eſt, uini Chij, quod optimum erat, Et quis] Scilicet, puer Temperet] Scilicet, tepefaciendo, aquam ignibus, & quo Prabente domum] Id eſt, in cuius hoſpitio.

Et quota] Scilicet, hora, ego caream Frigoribus Pelignis] Id eſt, apud Pelignos populos uicinos Marſis. Exiſtens] Scilicet, ante focum. Et quaſi dicat, quia tu taces ego meminero, addit.

O' puer da propere] Id eſt, properanter pocula Nouæ lunæ] Id eſt, quæ ebibam in honorem nouilunij, da etiam pocula Mediæ noctis] Id eſt, quæ ebibam in commemorationem & laudem eius. Da] Scilicet, tertia pocula. Murenæ auguris] Id eſt, quæ ebibam in honorem eius cuius fortè auſpicio cóuiuium inierat, & quia tria commemorauerat addit eius rei rationem, dicens. Pocula miſcentur cyathis tribus aut nouem. Commodis] Id eſt, conuenientibus cuiq; ſuis. Nam Vates attonitus] Id eſt, numine Bacchi ac Apollinis raptus, qui amat Muſas Impares] Scilicet, nouem.

Petet ter ternos] Id eſt, nouem Cyathos] Id eſt, pocula. hoc eſt, qui in Muſarũ ſunt tutela ad illarum numerũ nouem ſumant pocula, qui uerò Gratijs ſeu Charitibus placere uolunt, duntaxat tria, quia Gratia] Id eſt, Gratiarum ſeu Charitarum una. Iuncta ſororibus] Scilicet, reliquis duabus. Nudis metuens] Id eſt, metum habens. Rixarum] Id eſt, ne fiant rixæ. Prohibet] Sup. cyathos Supra tres] Id eſt, excedentes numerum ternarium.

Inſanire iuuat] Significat ſe attonitis & furientibus aſcribendum nouem expetere pocula dicens. Iuuat] Id eſt, delectat Inſanire] Id eſt, inebriari. Cur flamina] Id eſt, ſonitus ex flatu. Tibiæ Berecynthiæ] Id eſt, Phrygiæ. Ceſſant cur fiſtula pendet cũ lyra tacita] Id eſt, non reſonante. Ego odi ô Thelephe, dexteras parcentes] Id eſt, abſtinentes à pulſando plectro. Sparge roſas, audiat Lycus] maritus zelotypus & ita inuidus. Strepitum dementem] Id eſt, dementiæ indicem. Et uicina] Scilicet, coniunx Lyci. Non habilis] Id eſt, non apta, quia iuuencula eſt Lyco] Vetulo. Chloë tempeſtiua] Id eſt, iam matura uiro.

Petit te nitidum] Id eſt, decorum ſpiſſa coma. Et petit te ſimilem ueſpero] Id eſt, ueſpertino Sideri] Scilicet, Veneris. Puro] Id eſt, ſereno Lentus] Id eſt, minus ardens amor Glyceræ meæ] Id eſt, dulcis amicæ. Torret] Id eſt, Vrit me.

ANTON. MANCIN. } Thelephum poëtam Græcum familiaremq́ ſuum cum ioco arguit, is enim Græcorum hiſtorias referebat Horatio. Cum tempus poſceret conuiuij, potius neceſſaria tractare. Hortatur inde puerum ſuum pocula præparare, aſtantq́ tibiæ cum lyra & fiſtula. Quantum diſtet] Ode eſt ſimilis 36. libro 1. Inacho] Fuit Inachus primus Argiuorum rex, qui regnauit annis L. anno autem mundi 3240. Aut. eſt Euſebius. Diſtet] Differat uel abſit. Codrus] Fuit is Athenienſium rex, 17. qui regnauit annis 21. anno mundi 3110. ut ſcribit Euſebius. Vtq; Iuſtin. lib. 2. ait. Cùm eſſent inter Athenienſes & Dorienſes ſimultatum ueteres offenſæ, quas uindicaturi bello Dorienſes de euentu prælij oracula conſuluerunt reſponſum ſuperiores fore, ni regem Athenienſium cecidiſſent. Quum uentum eſſet in prælium militibus ante omnia cuſtodia regis Athenienſis præcipitur Athenienſibus eodem tempore rex Codrus erat, qui & reſponſo Dei, & præceptis hoſtium cognitis permutato regio habitu Pannoſus Sarmenta collo gerens caſtra hoſtium ingreditur, ibi in turba obſiſtentium à milite, quem falce aſtu conuulnerauerat interficitur, cognito regis corpore, Dorienſes ſine prælio diſcedunt. Atq; ita Athenienſes uirtute ducis pro ſalute patriæ ſe offerentis bello liberantur. Poſt Codrum nemo Athenis regnauit. Adminiſtratio Reip. annuis magiſtratibus permiſſa, hæc omnia ex illo, de hoc etiam Cic. in fin. lib. 1. Tuſc. Genus Aeaci. fuit is Iouis, Aeginæq́ filius. Genuit autem Thelamonem Peleum & Phocum. Ex Peleo ac Thetide Achilles ortus, qui cum Agamemnone ad Troiam acceſſit. Auct. in ijs Diod. lib. 5. Sacro Ilio] A' Dijs enim mœnia ſibi conſtructa fuerant. Dionyſius ſcribit Ilion in Phrygia eſſe iuxta Idam montem, ciuitatem olim ampliſſimam & maximorum Heroum procreatricem quam ferunt ab Neptuno, & Apolline conditam extitiſſe, ſed poſtea direptam & euerſam Palladis ac Iunonis conſilijs, ſitam Propexanti & Idæi Simoentis undas. Chium cadum] De Chio uino optimo ſuperiùs dictum eſt. Aquam temperet ignibus] Id eſt, tepefaciant, utebantur enim tepida aqua pro diluendo uino. Per id autem Horatius hyemem tunc fuiſſe innuit.

Et quota] Sup. hora. Pelignis frigoribus] Peligni populi ſunt Marſis uicini, ut ſcribit Strabo lib. 5. Sulmo autem Pelignorum eſt mediterranea ciuitas, ut docet lib. 3. Ptolem. Pelignis autem frigoribus ait, quia ex montibus illis niuoſi uenire uidebantur, qui Sabiniæ imminent. Da lunæ properè nouæ] Hortatur puerum ad paranda pocula. Eſt autem Ordo. O' puer da properè pocula nouæ lunæ, da mediæ noctis, da pocula Murenæ auguris. pocula miſcentur tribus cyathis, commodis autem nouem.

Da lunæ] Id eſt, in lunæ honorem. Hoc ait, quoniam ſolebant olim pocula ſumere in Deorum honorem, aut heroum, aut amicarum, hinc Martial. inquit.

» *Naeuia ſex cyathis, ſeptem Iuſtina bibatur,*
» *Omnis ab infuſo numeretur amica Phalerno.*

Tribus aut nouem. Gell. libro 12. capite 11. *ſcribit Varronem dixiſſe, conuiuarum numerum oportere incipere à Gratiarum numero, & progredi ad Muſarum, id eſt, proficiſci à tribus & conſiſtere in nouem, ut cum pauciſſimi conuiuae ſint non pauciores ſint, quam tres, quũ plurimi non plures quã nouem. Nam multos inquit eſſe non conuenit, quòd turba plerunque eſt turbulenta.*

Attonitus] *Nimio uidelicet uino.* Nudis iuncta ſororibus] *De Gratijs uideto ſuperiùs Ode 3. lib. 1.* Berecynthiae tibiae] *Id ait, quoniam obliquam tibiam in Phrygia Mydas inuenit.*

Geminas tibias Marſias] *Cum tibijs canere uoce Trezenius Dardanus inſtituit. Auct. Plin. lib. 7.* Berecynthiae] *Berecynthes natio quaedam inter Phrygas eſt. Simpliciter uerò Phryges Troesque prope Idam habitantes, Rheam praecipuo uenerantur honore eius orgia frequentantes, hanc quidam Deorum matrem uocant, & Veſtam, & deam Phrygiam magnam, ab locis autem Idaeam, Dydimenam, Phylenam, Peſsinuntiam, Cybelem. Haec ſcribit Strabo lib. 10.* Lyra] *ueterum 10. epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Et in prouerbium uſque Graecorum celebratum eſt indoctos à Muſis atque Gratiis abeſſe. Apud illos autem mos erat, ut in conuiuijs poſt coenam circumferretur lyra, cuius quum ſe imperitum Themiſtocles confeſſus eſſet, habitus eſt indoctior. Auct. eſt Fabius libro 1. de Muſic.* Parcentes dexteras] *Nil agentes.*

Sparge roſas, in menſa] *Scilicet, Lycus, it ſenex et uicinus erat. Non habilis, non apta, erat enim Lyci ſenis uxor iuuenis: hinc ille zelotypus erat, & inuidus ac odioſus.* Spiſſa te] *Laudat Thelephum à forma.* Veſpero] *De hoc uide ſuperiùs* Tempeſtiua] *Viri potens, apta uiro.* Lentus] *Occulus ac longus.*

ODE XX. AD PYRRHVM.

Μεμπτικὴ.

Ode XX. Dicolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis, atque dirae.

– ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ – –
– ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ – –
– ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ – –
– ∪ ∪ – ∪

ARGVMENTVM IN ODEN XX.

Pyrrhum amicum ſuum monet, tam periculoſum eſſe illum Nearchum iuuenem à muliere, quae illum deperibat abſtrahere, quàm à leaena auferre catulos ſuos.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Monet Pyrrhum ſodalem ſuum, ne conetur Nearchum, formoſum puerum, amicae auferre: non enim minori cum difficultate & periculo hoc ipſum facturum, quàm ſi leaenae catulos eripere uelit.

NON uides, quanto moueas periclo,
Pyrrhe, Getulae catulos leaenae?
Dura poſt paulò fugies inaudax
Praelia raptor:
Cum per obſtanteis iuuenum cateruas
Ibit inſignem repetens Nearchum:
Grande certamen: tibi praeda cedat
Maior, an illi:
Interim dum tu celeres ſagittas
Promis, haec denteis acuit timendos:
Arbiter pugnae poſuiſſe nudo
Sub pede palmam
Fertur, & leni recreare uento
Sparſum odoratis humerum capillis:
Qualis aut Nireus fuit, aut aquoſa
Raptus ab Ida.

COMMENTARIA.

ACRON.

NON uides quanto] *Haec allegoricôs per commemorationem Pyrrhi Epirotarum regis, qui pro Tarentinis aduerſus Romanos pugnauit, ad Pyrrhum ſodalem dicuntur, qui puerum Nearchum nomine, à quadam foemina dilectum, ſollicitè extrahere conatur. Facit autem leaenam urbem Romam, catulos eius urbis principes.* Getulae] *Getulam pro magnitudine patriae poſuit, ut:*

» *Poenorum qualis in aruis*
» *Saucius ille graui uenantum*
uulnere pectus.

Tum demum mouet arma leo. Ordo eſt. Cùm per obſtantes cateruas iuuenum ibit grande certamen, repetens inſignem Nearchum nomine, aut equitem Romanum, quem Pyrrhus tenebat Epirota: aut obſcura elocutione in Pyrrhum ſodalem certamen ire dixit, in mulierem quae certamen cum eo habitura eſſet, cupiens illi eripere Nearchum, ipſam enim leaenam grande certamen dixit. Tibi praeda cedat] *Id eſt, Ibi cognoſces, cui maior accedat uictoria, tibi an illi. Hortatur autem illum quieſcere, quia exhauſta ſemper dubios facit.* Dentes acuit timendos] *Seruat metaphoram leaenae in Romae commemoratione.* Arbiter pugnae] *Vult intelligi non poſſe reſiſtere amori, commemoratione Paridis uictũ libidine, nam fabulam tangit.* Poſuiſſe nudo ſub pede palmam fertur] *Id eſt, fertur Veneri ſuccubuiſſe. Hoc eſt enim dicere poſuiſſe palmam ſub nudo pede, quod ceſsiſſet libidini. Dicit autem Horatius fruſtrari Pyrrhum conatem conantem ab amore meretricis reuocare iuuenem.* Arbiter pugnae] *Paris, quòd palmam iudicando poſuerit ſub nudo pede Veneris, ut expleret uno uerbo fabulam: aut hunc puerum arbitrum certaminis poſuit, palmam contentionis ipſius calcantem, cui ſe amatum potiſsimùm traderet. Porrò ſi regem Pyrrhum intelligere uelis, arbiter non iudex, ſed autor belli accipiendus eſt.* Sparſum odoratis humerum capillis] *Ambiguè enim pueri tondebãtur. Ad emphaſin uerò Venereae ſeruitutis, dicit illum habere humeros ſparſos odoratis capillis.*

Qualis aut Nireus fuit] *Nireus tam ſpecioſus ab Homero traditur, ut Graecos omnes excepto Achille ſuperaret.* Raptus ab Ida] *Ganymeden dicit, ut:*

» *Quem praepes ab Ida*
» *Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger uncis.*

PORPHYR. } Non uides quãto moueas periclo] *Haec allegoricôs ad Pyrrhum ſodalem dicuntur, qui puerum Nearchum nunc à quadam foemina dilectum ſollicitet, & ei extrahere conetur.* Inaudax] *Id eſt, non audax, ac per hoc timidus.* Ibit inſignem repetens Nearchũ Grande cer-

de certamen, tibi præda cedat Maior, an illi] *Obſcurã elocutionem quod certamen ipſum inire dixit, non mulierem, quæ certamen cum Pyrrho factura ſit, cupiens ei eripere Nearchum puerũ.* Hæc dentes acuit timendos] *Bellè hoc dicitur de ea, quam iamdudum ſub nomine leænæ intelligi uoluit.* Arbiter pugnæ poſuiſſe nudo Sub pede palmam] *Hunc puerum arbitrum certaminis eſſe dicit, & palmam contentionis ipſius refert. Quid ſi intelligi uoluit illum autorem certaminis futurum cui ſe tradere uoluerit.*
Qualis aut Nireus fuit] *Nirei pulchritudinem & Homerus prædicauit.*

CHRIST. LAND. } Non uides quanto moueas periclo] *Oſtendit Pyrrho non ſibi faciliùs eſſe Nearchum ab muliere illum amante abducere, quam à leæna catulos. Nam quod allegoricè Pyrrhum Epyrotarum regem moueat ne à leæna, id eſt, ab urbe Romana ſuos ciues eripiat, non multum quadrare uidetur, ut per allegoricam tam uetuſtam hiſtoriam ponat. Nec rurſus placet, quod ad res geſtas Marci Antonij referatur.* Moueas] *Id eſt, amouere tentes.* Catulos Leænæ] *Nearchũ, quem amica mulier non minori ferocitate ſibi tuetur, quam leæna ſuos tueatur catulos. quæ parabit tibi prælia, quæ tu inaudax raptor, id eſt, amiſſa omni audacia, quam raptor habebat, fugies.* Cum ipſa ruet per catervas iuuenum] *Ergo quia nullus reſiſtet, quomodo tu ſolus repugnabis, cum multi non poterunt, & tamen manet in translatione uenationis.* Grande certamen] *Nam non agitur de re parua utri cedat ipſa præda. Interim ſuauiſsima eſt allegoria, & manet in translatione. Nam oſtendit quòd antequàm in certamen deſcendatur, uterq; ſua inſtruit arma.* Arbiter] *Oſtendit exemplo Paridis neminem poſſe amori repugnare, cùm ille cõtempta Iunone, & Pallade ſub pede nudo poſuerit palmam, quaſi dicat, uictoriam inter tres deas, quæ meliori adiudicari debebat uictus amore, & libidine poſuerit ſub pede nudo, id eſt, ſubiecerit Veneri, ut ſit ſententia quod uictus Veneri ſuccubuerit, & dixit ſub pede, quia plantæ pedum pro Venerea libidine ponuntur. Nam plantæ ſemper terram tangunt, & in Venere nihil apparet niſi terrenum & corruptibile, & dixit nudo, quia nulla uirtute munita eſt libido. Quapropter tantum ualet hominibus amor, ut Paris electus arbiter inter tres deas, contempta Palladis ſapientia, & Iunonis regnis, uictoriam Veneri adiudicauerit. Ergo non ſperet Pyrrhus poſſe auellere Nearchum ab amore.* Recreare] *Repete uerbum, ut ſint, & fertur etiam Paris recreare humerum ſuum ſparſum, quaſi repletum capillis odoratis, quia eſſent unguento illiti. Hoc cùm dicit, indicat illum ex libidine in omnem muliebrem, effœminatumq; luxum incidiſſe.* Nireus] *Non hic Nereus Deus marinus eſt, ſed Nireus Charopi regis Symeq; & Aglaiæ filius, quem Homerus in catalogo. deſcribit pulcherrimum omnium, qui ad Troiam uenerunt Græcorum excepto Achille. Carmina Homeri ſunt.*

» Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱὸς Χαρόποιό τ' ἄνακτος,
» Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε
» Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλεΐωνα,
Propertius etiam.
» *Nirea non facies, non uis exemit Achillem.*

Aut raptus] *Id eſt, aut Ganimedes, quem Iupiter in aquilam conuerſus ab Ida monte Phrygiæ ad cœlum rapuit, ſed huius fabula iam narrata eſt.* Aquoſa] *Quæ fontibus, fluuijſq; abundat.*

HENR. CLAR. } Pyrrhe Getulæ catulos leænæ] *Ode ſexta huius libri, Acronis commentarius Pyrrhum Epirotarum Antiocho auxiliũ tuliſſe dicitur, hic Tarentinis. Cæterùm hæc Acronis comparatio à nomine Pyrrhi ſumpta parum cõgruere uiſa eſt Landino, mihi etiam inepta prorſus uidetur. Ideoq; non multa de ea uerba facere placuit.*

HERMAN. FIGVL. } Getulæ catulos leænæ] *ἀλληγορικῶς Nearchum catulo, amicam leænæ matri comparat, quò magis rapiendi difficultatem amplificet. Eſt autem Getulia regio ad fluuium Nigrin, qui Africam, leonum nutricem, ab Aethiopia diuidit.* Poſt paulò] *Cùm leæna indomita rabie ſua te raptorem inuadet, repetitura catulum ſuum raptum, tu timidus in fugam te conijcies.* Cùm per obſtantes iuuenũ cateruas] *Oſtendit, quãta ferocitate & furore leæna pro catulo repetendo dimicatura ſit. Natura enim, quæ ingenerat ſingularem quendam & maximum amorem in eos, qui procreati ſunt, datũ eſt feris, ut pro catulis ſumma ui, impetuq; contendant. Quanta ira atq; ſtudio leo amiſſos catulos indaget & quærat, ſatis declarat Homerus Iliados Σ.*
Nearchum] *Nearchus iuuenes dicitur princeps, à νέος, καὶ ἀρχή.*
Grande certamen tibi præda] *Vehemens erit pugna & anceps, uter prædam & uictoriam reportet.* Interim dum tu celeres ſagittas] *Oſtendit quibus armis uterq; ad futurum prælium ſe inſtruat.* Hæc dentes acuit] *Manet in allegoria. Nam dentibus & unguibus natura leonum rabiem armauit.* Arbiter pugnæ poſuiſſe nudo] *Ipſe Nearchus certaminis iudex conſtitutus receptusq;, cùm habeat facultatem dicendæ ſententiæ pro ſuo arbitrio, poterit ſeſe dare, & palmam tribuere, cui uoluerit.*
Et len. recreare uento] *Indicat, Nearchum formoſum, mollem & effœminatum fuiſſe puerum, qualis fuit Nireus & Ganymedes.*
Nireus] *Hic filius fuit Charopæ & Aglaiæ formoſiſsimus omnium, præter Achillem, qui uenerunt ad Troianum bellum, teſte Homero Iliados 6.*

» Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱὸς Χαρόποιό τ' ἄνακτος,
» Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε
» Τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα Πηλεΐωνα.

Aut aquoſa raptus ab Ida] *Ganymedis eſt periphraſis, quem ob egregiam formam Iupiter mutatus in aquilam, ex Ida monte rapuit. De hac fabula feſtiuus extat dialogus apud Lucianum. Ida mons eſt Phrygiæ, aquis & fontibus abundans, ex quo etiam Xanthus ſiue Scamander, & Simois, fluuij Homeri carmine celebratiſsimi, ſcaturiunt.*

THEOD. PVLM. } 1 —Quanto moueas periclo] —*Quanto moueas tumultu, Henricus Stephanus eo cod. ueteri, Epiſtola ad lectorem.* 5 Poſt paullò] Poſt paullum, *A. H. B. ſed in duobus poſtremis* paullum in paullo, *alia manu fuit mutatum.* 11 Arbiter pugnæ poſuiſſe nudo Sub pede palmam Fertur] *Id eſt, à pedibus Nearchi pendet uictoria, & is ea potietur, qui ſupplex illis ſe aduoluerit. Vel, habet in ſua poteſtate, utri ſe addicet. nam noſtris pedib. ſubiecta, noſtri arbitrij ſunt. Vide Franc. Luiſini Parergon lib. 11. cap. 26.*

GEORG. FABR. } *Certamen deſcripturus de puero Nearcho, hortatur Pyrrhum, ne contra mulierem formoſam id ſuſcipiat: nam uictoriam futuram penes eum, cui faueat puer. Pyrrhum uenatori, aut raptori: mulierem leænæ comparat: prædam, de qua certatur, leænæ catulo.*
Aquoſa raptus ab Ida] *Ex hoc loco Horatij, poteſt emendari locus Ouidij, qui eſt 11. Met.*
» *Et amœnam frondibus Idam.*
πολυπίδακα. ut Homerus. legitur uulgò, amœnam frondibus, contra conſenſum exemplarum ueterum. Dicitur aquoſa, non ſolùm propter ſcaturigines, ſed quia ex ea Scamander, & Simois fluuij oriuntur, teſte Mela, lib. 1.

IOD. BAD. ASCENS. } Non uides] *Facetè alludens ad Pyrrhum Epirotarum regem nobiliſsimum, & ductorem exercitus ſanè præſtantem, ab Italia tamen tandem cedere coactum, monet Pyrrhum ſodalem ſuum poëta ne pergat duellere Nearchum puerum ab eo amatum, è manibus mulieris ipſius amatricis ipſumq; detinentis, nam etiamſi extorſerit, uictoria tamen fuerit in arbitrio pueri, ad utrum uoluerit redituri. Ordo eſt.*
O' Pyrrhe non uides] *Id eſt, conſideras* Ne] *Sup. cum quanto periclo pro periculo.* Moueas] *Id eſt, auferre coneris.*
Catulos leænæ Getulæ] *Id eſt, puerum Nearchum, tam ardenter ab amica dilectum, & cum tanta feritate repetendum, ut catulum amat leæna, & ſi auferatur repetat.* Tu raptor fugies inaudax] *Id eſt, non ſatis audax.* Poſt paulum] *Scilicet, temporis.* Prælia] *Scilicet, cum furente muliere.* Dura cum ipſa ibit per obſtantes cateruas iuuenum repetens Nearchum] *Scilicet, puerum.* Inſignem] *Id eſt, eleganti forma præditum, appoſitoriè* Grande certamen] *Sicut in Bucol. Maro.*
» *Et certamen erat Choridon cum Thyrſi de magnum.*
Aut Grande certamen erit an præda] *Scilicet, Nearchus per te ablatus,*

ablatus. Cedat maior] *Id eſt, potior & pro maiore tempore.* Tibi an illi] *Scilicet, mulieri, quam leænam dixit.* Interim] *Id eſt, interea loci, dum tu promis celeris ſagittas.* Et hæc] *Scilicet, leæna, hoc eſt, acris mulier.* Acuit dentes, Ipſe puer arbiter] *Id eſt, qui ex arbitrio uictoriam attribuit utri uult.* Fertur poſuiſſe palmam] *Id eſt, uictoriam.* Sub pede nudo] *Id eſt, inermi & nullo præterquam arbitrio munito, aut in ſolo pede, quo utro uelit accedat.* Et ferrur recreare uento] *Id eſt, ſtare ocioſus ad ſpectaculum recreans uento* Humerum ſparſum] *Id eſt, conſperſum capillis* Odoratis] *Id eſt, unguento delibutis, qualis fuit aut Nireus rex Naxi indulgentiſsimus.* aut raptus] *Scilicet, Ganymedes.* Ab Ida] *Scilicet, ſylua Phrygiæ* Aquoſa] *Id eſt, unde duo defluunt fluuij Scamander & Symois.*

ANTON. MANCIN } *Erat inſignis puer Nearchus apud mulierem quandam. Pyrrhus autem poëtæ ſodalis illum rapere deſtinârat. Admonet igitur eum Horatius illam ſecum pugnaturam. Victoriæq́ facultatem eſſe penes Nearchum puerum. Nam ille uictor erit, quem ipſe uoluerit, laudat inde pueri formam.* Non uides quanto, &c] *Ode eſt. ſimilis ſecundæ lib. 2.* Getulæ catulos leænæ] *Amantẽ mulierem leæ habenti filios comparat, nam ſicut orba natis lea furit, ſic etiam mulier illa rapto ſibi amato puero.* Inaudax] *Id eſt, timidus.* Grande certamen] *Id eſt, ipſa mulier certans & furens.* Tibi præda, cedat maior, an illi] *Interrogatiuè legendum, eſt enim ſenſus. uinceſne tu an illa?* Dentes acuit] *Adhuc perſtat in metaphora.* Arbiter pugnæ] *Id eſt, ipſe puer pugnæ iudex. Dicitur enim arbiter, qui totius rei habeat arbitrium & facultatem, ut Feſtus docet.* Sub pede nudo] *Id eſt, diſſoluto & libero, oſtendit enim uictorem fore, cui puer uoluerit palmam tradere & ſeipſum.* Nireus] *Is regnauit in Naxo inſula, fuitq́ Charopi filius atq́ Alagiæ, ſpecioſus admodum, & qui cum Agamemnone ad Troiam profectus eſt, ut Diod. ait lib. 6. meminit etiam Homerus in Iliade.* Aquoſa raptus ab Ida] *Id eſt, Ganymedes, qui filius Trois ab Ioue in aquilam uerſus, raptus dicitur à poëta lib. 5.* Ibi] *Scilicet, uictori Chlamydem auratam, &c. ſcribit etiam lib. 10. Meta. Ouid.* Aquoſa Ida] *Ab Idæo enim monte defluunt Scamander & Symois, ut ſcribit Mela.*

ODE XXI. AD AMPHORAM.

Παραινετική.

Ode XXI. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – ∪ – – – ∪ – –
– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪

ARGVMENTVM IN ODEN XXI.

Feſtiuè ebriorum naturam deſcribit, quidam enim faceti & hilares, quidam ſomnolenti ſunt, nonnulli uino in Venerem accenduntur. Prouocat deinde Catonis exemplo Coruinum, tametſi philoſophus ſit, ad largiorem compotationem, nam præterquàm quod per uinum amicitiam experimur, animi quoq́ triſtitiam illo optimè diſcutimus.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Hortatur amphoram, ut optimum uinum in gratiam Coruini depromat, quòd is, quamuis grauiſſimus ſit Philoſophus, uina tamen eius non ſit neglecturus. Deinde pulchro encomio laudes uini celebrat.

COMMENTARIA.

ACRON.

O Nata mecum conſule Mallio] *Amphoram uini alloquitur, cuius uetuſtati annos ſuos comparat, & dicit ſe natum Mallio conſule, & eſt ordo: O' pia teſta, nata mecum Mallio conſule.* Siue geris iocos] *Vino enim aut ioci, aut querelæ naſcuntur, uel diuerſa quæ memorat.* Quocunq́ nomine) *Ex omnibus ſupradictis, ſiue ad iocos, ſiue ad querelas, &c.* Deſcende Coruino iubente] *Coruinum ſe ad conuiuium inuitare ſignificat, in cuius ſe honorem uina oſtendit uetuſtiſsima prolaturum.*

Notanda elocutio, Deſcende promere, pro deſcende ut promas.

Madet] *Hoc eſt, fluens eſt philoſophiæ ſcientia, optat tamen uino fieri madentior.*

Te negliget] *Contemnet.* Horridus] *Triſtis, cenſorius, ſeuerus.*

Priſci] *Antiquioris, non Vticenſis.*

Caluiſſe] *Efferbuiſſe, ut: quamuis ſecreta proderet.* Virtus] *Ingenium, ſiue prudentia.*

Tu leue tormentum] *Laus uini. Hoc eſt, ebrietate interdum prodis, quod per obſtinationem animi non poteſt extorqueri tormentis, prodendo enim ſecreta remouet tormentum.* Mentibus anxiis] *Id eſt, ſollicitis. Prudentibus etiam ad cogitationum leuamen uino præſtari, & remoueri triſtitiam.* Et addis cornua pauperi] *Id eſt, ſuperbiam, temeritatem, quam uino fieri per uiolationẽm cerebri uult intelligi. Ordo eſt:* Et addis cornua pauperi & uires, poſt *te, nec trementi iratos apices regum, neq́ arma militum.*

Trementi] *Id eſt, pauperi, frigore trementi, & oſtendit ſuperiores & nobiles, ab inferioribus contemni per uinum.* Te Liber & ſi læta aderit Venus] *Ordo eſt,* Te Liber & ſi aderit læta Venus, & Gratiæ ſegnes ſoluere nodum, & uiuæ lucernæ producẽt, dum Phœbus rediens fugat aſtra.

Segneſq́ nodũ ſoluere Gratiæ] *Hoc eſt, quæ nodum non ſoluunt, quo cõnexæ ſunt, propterea hoc dictum eſt, quia qui fida inter ſe gratia iunguntur, nunquam reſoluuntur ab amicitiæ fide, unde & ipſæ Gratiæ coniunctis ſecum manibus finguntur.* Producent] *In lucem ſe per gratiam & lætitiam, ſignificat protracturum eſſe conuiuium.*

Fugat aſtra Phœbus] *Vt, Stellis aurora fugatis.*

PORPHYR } O' nata mecum Conſule Mallio] *Ioculariter ad amphoram, quam habebat in ueterano alloquitur, ut oſtenderet quam uetuſtum uinũ habeat ſecum*

O Nata mecum Conſule Mallio,
Seu tu querelas ſiue geris iocos,
Seu rixã, & inſanos amores,
Seu facilem, pia teſta, ſomnum:
Quocunq́ lectum nomine Maſsicum
Seruas, moueri digna bono die,
Deſcende, Coruino iubente,
Promere languidiora uina.
Non ille, quanquàm Socraticis madet
Sermonibus, te negliget horridus:
Narratur & priſci Catonis
Sæpe mero caluiſſe uirtus.
Tu lene tormentum ingenio admoues
Plerunq́ duro: tu ſapientium
Curas, & arcanum iocoſo
Conſilium retegis Lyæo.

Tu ſpem reducis mentibus anxijs,
Viresq́;, & addis cornua pauperi.
Poſt te, neq; iratos trementi
Regum apices, neq; militum arma.
Te liber, &, ſi læta aderit Venus,
Segnesq́; nodum ſoluere Gratiæ,
Viuæq; producent lucernæ,
Dum rediens fugat aſtra Phœbus,

ſecum natum, dixit: Apparet autem Flaccum & conſule Mallio natum eſſe. Seu tu querelas ſiue geris iocos. Seu rixam & inſanos amores, Seu facilem pia teſta ſomnum] *Bellè hæc dicuntur: ut per uinum alij queruloſi, alij hilares fiunt ac iocoſi, & quidam in conuiuio in rixam, quidam autem in cupiditatem Veneream efferueſcunt, nonnulli obdormiunt.* Deſcende Coruino iubente] *Significat ſe Meſſalam Coruinum paſcere, in cuius honorem uetuſtiſſimi uini amphoram promere uelit.* Deſcende promere] *Attende elocutionem, deſcende promere, deſcende ut promas, ut eſt illud:*

„ *Bibere abſumo.*

Languidiora] *Autem uina dixit uetuſtate lenita. Sic ergo & illud ſupra dictum:*

„ *Nec Læſtrygonia Bacchus in amphora*
„ *Langueſcit mihi.*

Non ille quanquam Socraticis madet Sermonibus, te negliget horridus] Ordo & *ſenſus eſt: Non ille te negliget, nec eſt in hoc horridus, quanquam philoſophiæ ſtudioſus ſit.* Tu lene tormentum ingenio admoues] *Quoniam & blanditur ebrietas, & extorquet plerunq; animi grauitatem.* Viresq́; & addis cornua pauperi] *Bene & hoc, quia interdum per ebrietatem homines humilitatis ſuæ obliti, in maiorem ſui fiduciam exurgunt, per quam melioribus non cedentes accenduntur temeritate. Per cornua autem uiolationem, & per hanc uiolentiam cerebri intelligi uult.*

Te liber & ſi læta aderit Venus] *Significat ſe ex hac amphora potando hilaritatem & gratiam conuiuij uſque in craſtinum mane producturum.* Viuæq; producent lucernæ] *Pro ardentibus dixit.* Regum apices] *Per apicem ſublimitatem honoris ac potentiæ ſignificat, ut ſuprà oſtendimus.* Segnesq́; nodū ſoluere Gratiæ] *Hoc eſt, quæ nodum non ſoluunt. Ad hoc autem id pertinet, quòd qui fida gratia inter ſe iuncti ſunt, nunquam ab amicitia ſoluuntur.*

CHRIST. LAND } O' nata mecum Conſule Manlio] *Promit Amphoram uetuſti uini ex ueteratorio: Sic enim cellam appellabant, in qua ad multos annos duratura uina condebant. Promit ergo amphoram qua Coruinum in conuiuio lautiùs accipiat. Qui quamuis philoſophus ſit, non abhorret à poculis, exemplo Catonis, qui & ipſe ſumma grauitate admirandus uir ad multam noctem conuiuia pitiſſando & ſorbillando uinum producebat: Non quod bibax eſſet homo: Sed cupiebat ſermone familiari aliquid de animi triſti ſeueritate minuere uino quidem modico, ſed quoniam tenuiſſimè ſorbillando potabat, ad plures horas durabat. Vnde & omnis triſtitia exhilarabatur, & temperantiæ fines non excedebat.* O' nata mecum] *Id eſt, cuius uinum conditum eſt. Cotta & Manlio Torquato conſulibus, quo anno ego natus ſum, ut in eius quoq; uita apparet.* Seu tu] *Enumerat quæcunq; è uino prouenire ſolent. Nam ut quæruli, aut faceti uino madefacti redduntur. Sin autē pluſculum etiam ingurgitarint aut in amores labūtur, aut in rixam inſurgunt, aut deniq; ſomno grauantur.* Inſanos] *Qui homines inſanos reddunt.* Maſſicum] *Vinum optimum, ut ſuprà.*

„ *Nec ueteres pocula Maſsici.*

Quocunq; nomine] *Id eſt, quibuſcunq; conſulibus, quaſi dicat, ſi non Torquato conſule alio quocunq́; conſule, uel quocunq; enim in cuiuſcunq; honorem lectum ſit, promatur nūc in honorem Coruini, uel quocunq; nomine ex dictis, id eſt, ſiue nomine querelæ, ſiue loci, ſiue rixæ.* Languidiora] *Propter uetuſtatem.* Quanquam Socraticis madet ſermonibus] *Quamuis ſeueriſſima Socratis diſciplina imbutus ſit, tamen non negliget.* Te negliget horridus] *Id eſt, non erit ita horridus, ut negligat.* Priſca Catonis] *Id eſt, uirtus Catonis, quæ talis fuit, qualis olim in priſcis hominib. eſſe conſueuit.* Deſcende promere] *Id eſt, deſcende, ut promas.* Narratur] *Probat exemplo Catonis, & dixit narratur, quia illum non uiderat, ſed ab ijs, qui uiderant acceperat. Puer enim erat poëta, cùm apud Vticam ille ſe interemit.*

Caluiſſe] *Non enim ex temulentia ſepeliebatur in eo uirtus, ſed ex uino parce & paulatim ſumpto incaleſcebat, & uires acquirebat.*

Lene tormentum ingenio duro] *Vel intelligit, quod ipſum uinum etiam ingenia duriora inducat in amorem, quod eſt tormentum lene, id eſt, uoluptuoſum. Vel quod uitium ueluti tormentum ſit, quo etiam ingenia duriora, id eſt, tenaciora arcana prodant, & eſt lene, quoniam per lætitiam non per dolorem elicit arcana.* Curas] *Grauiores cogitationes. Nam perturbationes in ſapientem cadere non poſſunt. Quod autem dicit* retegis curas & arcanum, *iunxit poëticè duas res uni uerbo, quæ non conueniunt. Rectè enim dicitur* retegis arcanum, *ſed non rectè* retegis curas. *Ergo ſubaudi mitigas curas, & retegis arcanum. Sic Virgilius.*

„ *Diſce puer uirtutem ex me & tollerare labores:*
„ *Fortunam ex alijs.*

Nam uirtus quidem diſcitur: fortuna non diſcitur, ſed optatur. ergo optata ſubintelligendum eſt, uel legamus per endiadin curas & arcanum. *id eſt,* curas arcanas. *ut Virgil.*

„ *Molemq́; & montes inſuper altos,*

Id eſt, montuoſam molem. Lyæo] *Vnum eſt ex nominibus Bacchi, de quibus Ouid.*

„ *Thuraq́; dant Bacchumq́; uocant Bromiumq́; Lyæum.*
„ *Ignigenamq́; ſatumq́; iterum ſolumq́; bimatrem.*
Additur his:
„ *Hyſeuusq́; indomitus Thyoneus:*
„ *Et cum lenæo genialis conſitor uuæ.*
„ *Nictelius q́; Eleusq́; parens & Iacchus & Euan.*

Ergo Lyæo] *Id eſt, Baccho, quia homines à curis liberet: nam* λύειν *ſoluere ſignificat.* Iocoſo] *Faceto & hilari ab affectu. Nam cum uino exhilarati loquaciores reddamur, nihil retinere poſſumus.* Spem reducis] *Nam cum ex uino ſpiritus lucidiores ſplendidioresq́; ſint, relaxant animos à curis. Ait enim Auicenna, uinum modicè ſumptum ſpiritum reddit copioſum ſubſtantiæ luminis & ſplendoris. Vnde lætitia ſpesq́; ſublato metu prouenit.* Cornua] *Audaciam & confidentiā.* Pauperi] *Qui propter depreſſam fortunam ne mutire quidem audet, hinc Iuuenalis.*

„ *Plurima ſunt quæ non audent homines per tunſa dicere læna.*
„ *Sed poſt uinum ſumptum neq; timet iratos apices regum,*

Id eſt, reges in excelſo loco poſitos, qui irati magis timeri debent, quoniam potentiſſimi ſunt. Ordo eſt. Tu addis cornua pauperi non trementi poſt te, *id eſt,* poſtquam te ſumpſerit, neque iratos apices regum, neq; arma militis. Te liber] *Compone uerba ô Liber uiuæ lucernæ producente, dum Phœbus rediens fugat aſtra, ſi læta Venus aderit, & ſi aderunt Gratiæ ſegnes ſoluere nodum.* Viuæ] *Ardentes: nam extinctas dicimus cùm non ardent.* Producent te] *Id eſt, producent conuiuium, in quo tua pocula bibuntur.* Dum Phœbus fugat aſtra] *Dum redit dies, ergo per totam noctem.* Segnes ſoluere] *Id eſt, quæ non ſoluunt. nam inter ſe connexæ ſunt gratiæ, quia à gratia, gratia pendet.*

ERASM. ROTER } *Celebratur cuiuſdam Perſæ Apophthegma, qui negauit tormentis opus eſſe ad exquirendum uerum, uino enim rectiùs elici. Vide Eraſm. in prouerb. In uino ueritas.*

HENR. GLAR. } O' nata mecum Conſule Manlio] *Horatius natus eſt Vrbe condita 689. Coſs. L. Aurelio Cotta, T. Manlio Torquato ambobus iterum. Quo tempore autem hæc Ode ſcripta ſit à poëta, ſcire non poſſumus: certè poëta ipſe non ad rotundum ſupputationem aſſerit, cùm ſubiungit: Quocunq́; lectum nomine: quod de Coſs. intelligo etiamſi Acro aliter hæc exponat, ex omnibus, inquiens, ſupradictis ſiue ad iocos, ſiue ad querelas, quod mihi diſplicet.* —Madet ſermonib.] Madet (*inquit Mancinellus, & doctè, & breuiter*) *perfuſus eſt & plenus. Acro autem:* Fluens eſt (*inquit*) *philoſophiæ ſcientia. Et adijciens ſuo more, ſanè quam eleganter,* Optat tamen (*inquit*) *uino fieri madentior.*

—Priſca

—Priſci Catonis] Antiquioris, idem ait Acro, non Vticenſis. Alij autem de Vticenſi intelligunt ex uita ipſorum Catonũ. Pro Acrone epitheton Horatij eſt. At alij uel ad ſua poëtam tempora retuliſſe dicunt: quod tamen non admodum longum fuit ab Vticenſi Catone: uel cõfudiſſe epitheta, quod ſæpe fieri ſolet. Hiſtoria apud Plutarchũ ac alios de utroq; Catone in manib. omniũ eſt. Et ipſe poëta Catonis Vticenſis libenter meminit, ut lib. 1. Ode 12. Et lib. 2. Ode 1. Quod autem Acro caluiſſe exponit pro efferbuiſſe, ut quãuis ſecreta proderet, ineptum eſt, de utro uoles Catone intelligas.
Tu lene tormentum ingenio admoues] Quidam amoues, admoues fecerunt: quaſi poëta dicat, uinum amouere tormenta duro ingenio. Verum hi parum animaduertunt epitheton additũ lene. Ego admoues malim, & tormentum pro remedio exponã, quaſi poëta, Vinum duro ingenio lene tormentum admouere, id eſt, placidum remedium: Atq; ita etiam legit D. Eraſmus Adagio: In uino ueritas: Cæterùm, qui uolet ſcilicet aliquid arguti legere, uideat hoc loco Acronem: ſicut paulò pòſt, trementi exponit, pauperi frigore trementi: hæc tanquã de Tripode Apollinis prolata ſint, cogimur credere, & tantum non adorare.

HERMAN. FIGVL. } Nata mecum Conſule Manlio] Natus eſt Horatius Flaccus in Venuſio, Apuliæ oppido, anno ab urbe condita 689. L. Aurelio Cotta, & L. Manlio Torquato Coſſ. Seu tu querelas] Vrbanè ebriorum naturã exprimit. Nam uinum alios reddit triſtes & conturbatos, alios hilares & lætos, quoſdam ad rixas, quoſdam ad inſanas libidines, nonnullos ad ſomnum compellit. Quocunq; lectum nomine] Quibuſcunq; Coſſ. ſi non Torquato reconditum ſit hoc uinum, quod contines, non curo, dummodo ſciam eſſe optimum. Lectum nomine] Ad cognitionem uetuſtatis, cadis inſcribebant nomina Conſulum, quibus uinum in horreis reponebant. Moueri digna bono die] Digna propter uinum uetus & nobile, ut læto & fauſto die aperiaris.
Quanquam Socraticis madet ſermonibus] Quanquam grauiſſima Socratis philoſophi diſciplina imbutus eſt Coruinus, tamen adeò ſæuerum fore non cenſeo, ut te contemnat. Socraticis] Socrates Philoſophus fuit Athenienſis, philoſophiæ parens atq; princeps, homo urbanus. Vnde Cicero in Officijs: De Græcis, inquit, dulcem & facetum, feſtiuiq; ſermonis, atq; in omni oratione ſimulatorem, quem εἴρωνα, Græci nominauerunt, Socratem accepimus. Narratur & priſci Catonis] Exemplo Catonis probat, triſtitiam & ſeueritatem interdum lætitia recreandam. Nam Cato licet ualdè eſſet continens, & exiguo uictu, tamen aliquando etiam liberiùs indulgebat genio. Idem etiam de Socrate narratur. Vnde Cornelius Gallus:

„ Hoc quoq; uirtutum quondam certamine magnum
„ Socratem palmam promeruiſſe ferunt.
„ Hunc etiam rigidum memorant ualuiſſe Catonem.
„ Non res in uitium, ſed malefacta cadunt.

Tu lene tormentũ ingenio admoues duro] Per ἀντίθεσιν uim & efficacitatem uini amplificat. Nam licet ſuaue ac lene ſit bibentibus, tamen nihil minus etiam aſperos ac duros homines, quàm acerrima quæq; tormenta, ueritatem fateri cogit. Quare rectiſſimè dixit quidam: ad exquirendum uerum, non opus eſſe tormentis, uino enim rectiùs elici. Huc etiam pertinet illud Horatij:

„ Reges dicuntur multis urgere culullis,
„ Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborent,
„ An ſit amicitia dignus.

Sapientium curas, & arcanum] Oſtendit uinum etiam prudentiũ tacitas cogitationes, & occultas deliberationes in lucem proferre, ac quicquid in pectore conditum eſt, in apertum prodere. Huc quoque alludit Horat. alibi:

„ Quid non ebrietas deſignat? aperta recludit. Et Virg.
„ Arcanum demens detegit ebrietas.

Tu ſpem reducis mentibus] Tu miſeros & afflictos bene ſperare, & bono animo eſſe iubes. Viresq;] Idem alibi Horatius:

„ Spes iubet eſſe ratas, in prælia trudit inermem.

Addis cornua pauperi] Ferocem & inſolentem reddis pauperem, adeò ut nec magiſtratuũ dignitatem, nec ſatellitum arma metuat. Huc quadrat illud Ouidij:

„ Tunc ueniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit;
„ Tunc dolor & curæ, rugaq; frontis abit.

Te, Liber, & ſi læta] Si aderit uinum, amica, ſodales & faces, per totam noctem uſq; ad orientem ſolem potabimus. Segnesq; nodum ſoluere] Quia amicitia non temerè diſſoluenda eſt. Itaq; conſertis manibus cohæreſcunt Gratiæ. Rediens] Ab inferiori hemiſphærio. Fugat aſtra Phœbus] Ex opinione uulgi loquitur. Stellæ enim cùm ſint fixæ, fugere non poſſunt, ſed orientis ſolis maiore lumine obfuſcatæ, fulgere ceſſant, quia amplius non conſpiciuntur. Sic Ouidius:

„ ——Ecce uigil nitido patefecit ab ortu
„ Purpureas aurora fores, & plena roſarum
„ Atria: diffugiunt ſtellæ, quarum agmina cogit
„ Lucifer, & cæli ſtatione nouiſſimus exit.

THEOD. PVLM. } 22 Segnesq; nodum ſoluere Gratiæ] Dicitur ab Horatio, quod inter ſe ſemper connexæ & implexæ ſint. Vide Turneb libro 19. capite 29. & libro 30. capite undecimo.

GEORG. FABR. } Commendatio uini, ab effectu duplici. Primùm, ut ait Theognis,

„ ἀνδρῶν δ' οἶνος ἔδειξε νόον:

Varij enim mores & ſenſus ſunt ebriorum, alij enim queruntur, alij iocantur, alij pugnant, alij inſaniunt, alij dormiunt. Deinde uinum arcana aperit, ſollicitudines pellit, & metum adimit: quod etiam libris alijs dicit Horatius, Oda ad Varum, & epiſtola ad Torquatũ. Conſule Manlio] In Anhaltino, Mallio. Poëta natus eſt M. Aurelio Cotta, & L. Manlio Torquato iterum Coſſ. biennio ante conſulatum M. Ciceronis. Non conueniunt tamen hæc nomina cum Faſtis Capitolinis: & quem hic Coruinum, mox Torquatum nominat. Epod. 13. Addis cornua pauperi] Ouidius eundem, quem Horatius, auctorem Græcum imitatus, canit 1. de Arte.

„ Tunc pauper cornua ſumit.

IOD. BAD. ASCENS. } O' Nata] Amphorã affatur dicens. O' Amphora nata mecum] Id eſt, cum ego Naſcerer] Scilicet, conſule Manlio, quocunq; Nomine] Scilicet, conſulum tu ſeruas uinum Maſsicum Lectum] Id eſt, collectum exiſtens digna moueri Bono] Id eſt, læto die, deſcende Coruino iubente promere. Vina languidiora] Id eſt, imbecilliora, quod quia Socraticus uir, aut pro modeſtia iuſsit, licet fortè melius reciepiat, ſeu tu geris Querelas] Id eſt, uinum excitatiuum querelarum, ſeu iocos, ſeu rixam, & amores inſanos: ſeu ô pia teſta geris facilem ſomnum, hæc enim à diuerſo uino potis ingeruntur.
Non ille] Quanquam inquit Ille] Scilicet, Coruinus. Madet] Id eſt, fluat. Sermonibus Socraticis] Id eſt, moralibus & frugalitatem cum ſobrietate laudantibus, tamen ſup. non negligeret Te horridus] Id eſt, ut horridus & inconcinnus conuictor. Nam & uirtus Catonis priſci] Id eſt, ueteris non tamen maioris, nec cui Priſco cognomen erat, ſed Vticenſis narratur caluiſſe ſæpe mero, unde & Seneca dicebat ſe potiùs laudaturum ebrietatem propter Catonem, quàm uituperaturum, Catonem propter ebrietatem. Tu amoues plerunq; ingenio duro] Id eſt, difficili. Tormentum lene] Id eſt, moleſtiam tollerabilem. Tu amoues curas ſapientium, & retegis] Id eſt, aperis. Lyæo] Id eſt, uino à diſſoluendo dicto. Iocoſo] Quia ad iocunditatem faciente. Cõſilium arcanum] Id eſt, occultum prius, tu reducis mentibus anxijs ſpem, & uires, & addis Pauperi cornua] Id eſt, petulantiam aut uiolentiam, nec trementi Poſt te] Id eſt, poſt potũ boni uini. Apices] Id eſt, ſublimes magiſtratus regum iratos, id eſt, iratorum, neq; arma Militum] Id eſt, ſatellitum. Liber] Id eſt, Bacchus & Gratiæ Segnes] Id eſt, tardæ Soluere] Id eſt, ad ſoluendum Nodum] Id eſt, uim obligationis pro beneficio accepto, ſi Venus læta aderit. Et lucernæ uiuæ] Id eſt, uigiles aut uigilum, hoc eſt, ardentes. Producent] Exercebũt te. Dum] Id eſt, donec Phœbus] Id eſt, ſol rediens Fugat] Id eſt, occulit Aſtra] Id eſt, uſque ad diem.

ANTON. MANCIN. } Amphoram hortatur optima uina effundere in Coruini gratiam, qui & ſi mores Socraticos habet, non tamen à potu abhorrebit, Catonis exemplo, is enim mero caluiſſe

uo caluiſſe plerisque legitur. *Edocet inde quid merum efficiat.* O' nata mecum] *Ode eſt ſimilis 9.* Conſule Manlio] *Vno eodemq́ tempore uini amphoram & ſe natum aſſerit.* Seu tu querelas] *Vino enim aut queruli, aut hilares, aut Venerei, aut pugnaces, aut ſomnolenti fiunt.* Quocunque nomine] *Scilicet, Conſulum.* Lectum] *Erit enim in amphora conſulum nomen in ueruſtatis teſtimonium.* Maſsicum] *Vinum optimum, de quo ſuperius.* Digna] *Supple tu.* Bono die] *Id eſt, feſto.* Languidiora] *Languidiores reddentia, ſeu uetuſtiora, dixit enim ſuperiùs Ode 16. huius lib.*

» *Nec Laeſtrygonia Bacchus in amphora*
» *Langueſcit mihi.—*

Id eſt, ſeneſcit. Non ille] *Aſſerit Coruinum non abhorrere à potu, exemplo Catonis.* Madet] *Perfuſus eſt & plenus.* Socraticis ſermonibus] *Socrates primus de uitae ratione diſſeruit. Primus Ethicen inuenit, ea potius inquirenda exhortans, quae mores inſtruerent, dicebatq́ ſcire ſe nihil praeter hoc ipſum, quòd neſciret. Apollinis demum oraculo mortalium omnium Socrates ſapientiſsimus praedicatus eſt. Author Laërtius.* Priſci Catonis] *Catones duo celeberrimi fuerunt, maior & minor: Maior dicebatur Priſcus, conſequenti tempore Cato ei uirtutis cognomẽtum extitit. Nam Romani eum in quo multarum rerum uſus ac experientia ſit Catonem nominabant: Is in exercitu quaſi ſemper aqua utebatur, quòd ſi quando magis, atq; magis calore oppreſſus ſitiret aceti frequenter hauſtu ſitim ſedabat, uel ſi quando uires priſtinas deſideraſſet, uegetandi corporis cauſa leuiuſculi nonnihil uini delibare conſueuerat. Cum ſeruis in domo ſedere ſolitus eodem pane, eodemq́ uino ueſcebatur. Et Imperator, & Conſul eodẽ uino, quo & operarij uſus eſt. Cato uerò minor, qui proauum habuit Catonem maiorem, & ſi omni uirtute abundaret, attamen ſaepe cum amicis ad auroram uſque in potationibus uigilabat: cauſam huius rei credunt fuiſſe negocia publica, in quibus per totos dies occupatus, atq; ita amicos conuenire, & cum illis uerſari prohibitus per noctem atque potum cum eiſdem eſſe cogebatur. Author eſt Plutarchus Priſci Catonis, poëta abuſus eſt nomine. Non enim Cato priſcus, ſed Vticenſis uino inuigilabat, ut iam oſtendimus, uel ad tempora ſua reſpexit. Erant quippe & alij Catones. Tu lene tormentum, uini potentiam & effectus explicat.* Lene tormentum] *Vini calorem atq; potentiam & moleſtiam quandam lene tormentum appellat.* Ingenio duro] *Seuerae naturae uiro, Catonis & ſimilibus.* Curas] *Id eſt, arcanum conſilium.* Retegis] *Ebrij enim ſecreta pandunt.* Iocoſo Lyęo] *Per uinum quippe multi iocoſi fiunt & hilares. Virgil.*

» *Adſit laetitiae Bacchus dator & bona Iuno.*

Tu ſpem reducis] *Maeſti enim ubi uino incaluêre meliûs ſperant.* Viresq; & addis cornua Paup.] *Cornua intelligit ipſas uires. Feſtus autem inquit homines nimio uino truces fieri, ideóq; Liberi patris ſimulacro cornua addi. Videto latiùs lib. 2. Ode 19. Ouid. itẽ lib. 1. de Arte, de uino ait.*

» *Vina parant animos, faciuntq́ coloribus aptos,*
» *Cura fugit multo diluiturq́ mero.*
» *Tunc ueniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit:*
» *Tunc dolor & curae, rugaq́ frontis abit.*
» *Tunc aperit mentes aeuo tardiſsima noſtro.*
» *Simplicitas artes excutiente Deo.*

Viresq; & addis] *Ordo eſt.* Et addis uires & cornua] *Id eſt, uiolentiam pauperi.* Poſt tẽ] *Id eſt, poſt tuum potum.* Trementi neq; iratos regum apices] *Id eſt, potentias atq; ſublimitates.* Neq; militum arma] *Id autem euenit quoniam ebrius putat ſeſe liberum eſſe, & nulli ſubiectum.* Te liber] *Senſus eſt, quòd liber Venus, & Gratiae Veneris comites, & lucernae peruigiles uſq; ad ſequentem auroram potus producent, quod & de Catone legitur, ut diximus.* Segnes] *Pigrae. Nunquam enim ſoluuntur, de quibus uideto in lib. 1.*

ODE XXII. IN DIANAM.

εὐχαριστικά.

Ode XXII. *Dicolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis atq; dirae.*

—∪ —— —∪∪ —∪ —∪
—∪ —— —∪∪ —∪ ——
—∪ —— —∪∪ —∪ ——
—∪∪ —∪

ARGVMENTVM IN ODEN XXII.

Conſecrat pinum Dianae in fundo ſuo, eiusq; officia ac poteſtates numerat, pollicetur q; uerrem annis ſacrificium.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Dianae officia uaria recenſet: pinum illi conſecrat: annua ſacra pollicetur.

COMMENTARIA.

MONTIVM cuſtos, nemorumq́
uirgo,
Quae laborantes utero puellas
Ter uocata audis, adimisq́ laeto
Diua triformis:
Imminens uillae tua pinus eſto:
Quam per exactos ego laetus annos,
Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem.

ACRON.

MONTIVM cuſtos] *Pinum Dianae in agro ſuo conſecrat, apud quam ſe uerrem quotannis ſacrificaturum promittit.* Ter uocata] *Tria Dianae poteſtas putabatur. Ipſa enim uenantibus praeeſſe dicebatur. Ipſa lucifera, in honorem Lucinae. Vnde & Lucina à parturientibus inuocatur. Ipſa Proſerpina, ideóq; ter uocata. Nam & ipſa prior à Latona dicitur edita, tũ matrem etiam in fratris partu iuuiſſe.* Diua triformis] *Vt,*

» *Tria uirginis ora Dianae.*

Imminens uillae] *Ordo eſt:* Pinus imminens uillae, tua eſto, pro ſit: & ſic eſt melius dictum, quàm ſi dicatur, eſto aduerbium concedentis. Exactos] *Finitos.* Verris obliquum meditantis ictum] *Modum ferientis porci deſcribit. Nam ſaeuius laedunt uerres, cùm tranſuerſum feriunt iuxta dentium naturam.*

PORPHYR. } Montium cuſtos, nemorumq; uirgo] *Dianae pinum in fundo ſuo conſecrat. Apud quam quotannis ſe ſacrificaturum repromittit.* Quae laborantes utero puellas Ter uocata audis] *Secũdùm Graecorum opinionem, qui parientibus Dianam adeſſe dicunt, quam ideò Lucinam appellamus, quòd lucem naſcentibus tribuat.* Diua triformis] *Vt dicatur manifeſtum, quia, ſcilicet, eadem exiſtimatur Lucina, Diana, Proſerpina.*

CHRIST. LAND. } Montium cuſtos] *Refert Dianae*

uarias poteſtates, & annua illi ſacra pollicetur. Montium] Syluarum, & quia uenatrix fingitur, & quia uim habet uegetandi Luna, unde meritò ſyluarum & herbarum cuſtos dicetur.

Virgo] Hæc in cœlo Luna, in terris Diana, apud inferos Proſerpina appellatur, dicitur ergo tergemina. Item Hecate propter centum, id eſt, multiplices poteſtates. Virgil.

„ Tergeminam Hecaten tria uirginis ora Dianæ.

Præeſt & uijs, quæ quia ſteriles ſunt, iccirco ipſa dea uirgo fingitur. Quæ laborantes] Præeſt parturientibus & appellatur Iuno Lucina, id eſt, quæ iuuet ad ueniendum in lucem. Nec refert ut nomina dearum confundantur. Nam priſca religio omnes deos ad ſolem, omnesq; deas ad Lunam referebat, ut apertè demonſtrat Macrobius. Hinc Maro, Solem Lunamq; uocaturus, dixit.

„ Vos ô clariſsima mundi Liber & Alma Ceres.

Et Bacchum, Ceceremq; pro Sole & Luna ponens.

Præeſt infantibus, quia illis, dum in matris utero ſunt plus eſt uegetatiuæ potentiæ, quæ à Luna eſt, quàm ſenſitiuæ, quæ eſt à Sole. Adimis læto] Quia præſtas, ut incolumes pariant.

Triformis] Quia & cœleſtis, & terrena, & inferna es tergemina. Eſto tua] Quia illam tibi ſacraui, & tibi uerrem ibi ſacrificabo per omnes annos meos. Exactos] Finitos, id eſt, uſq; ad ultimos annos, ſic Virgil.

„ Exactis menſibus errant.

Verris] Nam ſi eadem Diana eſt, & Ceres conueniens eſt uictima uerres, quia hoc animal noxium frugibus eſt. Verris] Qui ſcroſas ſalit. Qui uerò caſtratus eſt maialis appellatur. Obliquū] Qui cum ex rictu emineant illi dentes, quæ fulmina appellant ex obliquo ferit.

HERM. FIGVL. } Montium cuſtos, nemorumque uirgo] Dianam perpetua uirginitate inſignem uoluére ueteres. Et quoniam ſpreto hominum conſortio, ſyluas incoleret, & in uenatu ſe exerceret, uenationis, nemorum, montiumq; deam appellauerunt. Hinc Catullus:

„ Montium domina ut fores,
„ Syluarumq; uirentium,
„ Saltuumq; reconditorum,
„ Amniumq; ſonantum.

Laborantes utero puellas] Dianam & Lunam eandem eſſe putant, inquit Cicero. Eadem apud Græcos Diana & Lucifera, & apud nos Iuno Lucina, & Diana dicta, quia noctu, quaſi diem efficit. Hæc adhibetur ad partus, quòd ij matureſcunt, aut ſeptem, aut nouem Lunæ curſibus. Ouid.

„ Parce precor, grauidis facilis Lucina, puellis,
„ Maturumq; utero molliter aufer onus.

Adimisq; letho] Nam parturientibus opem fert, & eas incolumes ſeruat. Terentius:

„ Iuno Lucina, fer opem, ſerua me obſecro.

Diua triformis] A' tribus poteſtatibus nominibusq;. Ipſa enim eſt Luna Diana, Proſerpina. Dicitur & Hecate. Virg.

„ Tergeminamq; Hecaten, tria uirginis ora Dianæ.
Item Ouid. lib. 1. Faſtor.
„ Ora uides Hecates in tres uergentia partes,
„ Seruet ut internas compita ſecta uias.

Imminens uillæ] Pinum uillæ ſuæ imminentem, Dianæ conſecrat. Quam per exactos] Cui ſingulis annis uerrem ſacrificem.

THEOD. PVLM. } 7 Verris obliquum meditantis ictum] Et ex animantis illius natura, obliquo ſemper ictu dentis homines ferientis, & Homeri exemplo dixit, apud quem ſcribitur Iliados μ.

„ Δοχμιώ τ' ἀΐσσοντε περὶ σφίσιν ἄγνυτον ὕλην.

Turneb. lib. 29. cap. 25.

GEORG. FABR. } Pinum propinquam uillæ ſuæ dedicat Dianæ, eiq; annuam promittit uictimam.

IOD. BAD. ASCENS. } Montium] Dianam celebrans, dicit. O uirgo] Scilicet, Diana perpetua uirginitate gaudens, cuſtos montium & nemorum, quia uenatrix eſt, quæ uocata ter, quod ad religionem facit. Audis puellas laborantes utero] Id eſt, parturientes: eſt enim Lucina, & matri parturienti Apollinem obſtetricis munus exhibuit. Et ô diua triformis] Id eſt, tria ora, & tres poteſtates habens.

Adimis] Scilicet, parturientes. Et partum letho] Id eſt, morti pinus. Imminens uillæ] Id eſt, inclinans ſe ad uillam, hoc eſt, domum in agro meo. Eſto] Id eſt, uolo. Sis tua] Id eſt, tibi ſacra.

Quàm ego lethus] Id eſt, lubenter ſacrificans. Per annos exactos] Id eſt, per annua feſta. Donem] Id eſt, imbuam ſacrificando. Sanguine uerris] Id eſt, porci maſculi & coleati.

Meditantis] Id eſt, cogitantis præ animoſitate quomodo inferre poſſet. Ictum] Scilicet, dentium. Obliquum] Id eſt, ex tranſuerſo, ſic enim feriunt apri & uerres.

ANTON. MANCIN. } Dianæ officia celebrat, eſt enim montium, nemorumq; cuſtos. Et uirgo] Fauet parturientibus, & morte liberat. Poſt hæc pinum quandam uillæ ſuæ imminentem eidem conſecrat, promittens anno quoq; uerrem ſacrificare. Montium cuſtos, nemorumq; uirgo. Quæ laborantes] Luna ut Varro ſcribit naſcentium dux eſt, hinc ab iuuando & luce, Iuno Lucina dicta, ab Latinis: ipſa enim menſibus actis in lucem producit infantes. Diodor. etiam libr. 6. ſcribit, Lucinam parientium curam habere, officiumq; eorum, quæ parturientes perferunt. Vnde & in partus diſcrimine ac difficultate hanc mulieres præcipuè inuocant deam. Ad Dianam tradunt infantium ac ciborum, quos id ætatis poſtulet, officium pertinere, qua ex cauſa puerorum nutricem uocari dicunt. Cicer. in lib. de Natura Deorum ſcribit, quòd Dianam & Lunam eandem eſſe putant. Luna à lucendo nominata eſt, eadem eſt enim Lucina. Itaq; ut apud Græcos Dianam, eamq; luciferam, ſic apud noſtros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant, quæ eadem Diana omniuaga dicitur. Diana dicta, quòd noctu quaſi idem efficeret. Adhibetur autem ad partus, quod ij matureſcunt, aut ſeptem nonnunquam, aut ut pleruinq; nouem Lunæ curſibus, qui quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominãtur: hæc ex Tullio. Ter uocata] Ternarius enim numerus & mas impar eſt, & religioni tributus, de quo latiùs lib. 1. Ode 28.

Diua triformis] Id eſt, quia: ut etiam Porphyrio docet, eadem exiſtimatur Lucina, Diana, Proſerpina. Ouidiusq; libro primo Faſtor. ait:

„ Ora uides Hecates in tres uergentia partes.
„ Seruet ut internas compita ſecta uias.
Virg. item lib. 4.
„ Tergeminamq; Hecaten, tria uirginis ora Dianæ.

Exactos] Finitos. i. anno quoque. Verris] Eſt uerres porcus minimè caſtratus. Obliquum ictum] Sic enim magis arbor offenditur.

ODE

ODE XXIII. AD PHYDILEN

προσφωνητική.

Ode XXIII. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

– – ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ –
– – ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ –
– – ⏑ – – – ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – –

ARGVMENTVM IN ODEN XXIII.

Ruſticæ mulieri promittit omnia futura ſalua in agro, ſi pietatem & deos colat. Illos autem optimè coli, placariq́, non ſumptuoſis hoſtijs & hecatombis, ſed pura conſcientia, & manibus cæde, & rapina non inquinatis.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Pollicetur Phidilæ, omnia ei ruri, domiq́ fore incolumia, ſi deos ueneretur ac colat. Illos autem rectè coli pura conſcientia & mente, nec minus exiguo munere placari, quàm ſumptuoſis uictimis.

COMMENTARIA.

Cœlo ſupinas ſi tuleris manus
Naſcēte Luna, ruſtica Phydile,
Si thure placaris, & horna
Fruge Lares, auidaq́ porca:
Nec peſtilētem ſentiet Africum
Fœcunda uitis, nec ſterilem ſeges
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifero graue tempus anno.
Nam quæ niuali paſcitur Algido
Deuota, quercus inter, & ilices:
Aut creſcit Albanis in herbis
Victima, Pontificum ſecures
Ceruice tinget: te nihil attinet
Tentare multa cæde bidentium,
Paruos coronantem marino
Rore deos, fragiliq́ myrto.
Immunis aram ſi tetigit manus:
Non ſumptuoſa blandior hoſtia,
Mollibit auerſos penateis
Farre pio, & ſaliente mica.

ACRON.

COELO Supinas ſi toleris manus] *Quandam Phydilen alloquitur, ſuadens deos magis puris manibus, & bona coli conſcientia deberi quàm uictimis. Supinas uerò dixit, ad ſuperiora palmas apertas & expanſas, ut:*

Tendoq́ ſupinas Ad cœlum cum uoce manus.

Naſcente Luna] *Solent enim ruſticæ mulieres in initio primæ Lunæ preces cœlo effundere.* Horna] *Annua, uel noua, ab horno deriuatur.* Fruge] *Vino nouello. Nunc uſq; Thuſci horna, nouella uina dicunt. Nam & uino ſacrificabatur, ut:*

Vinaq́ fundebat pateris:

Et fruge, ut:

Et ſalſæ fruges.

Sal enim cum farre incendebatur, ut:

Farre pio, et plena ſupplex ueneratur acerra.

Dulces alumni] *Quos nutrimentorum commendaret affectio, ut:*

Interea dulces pendent circum oſcula nati.

Pomifero graue tempus anno] *Pomorum enim uario guſtu languescunt corpora autumno, quorum eo tempore maxima copia eſt. Nam & graue, & peſtilens tempus eſt, ut. Iuuenal.*

Iam letifero cedente pruinis Autumno.

Iubet ergo neceſſitate temporis, deuotione et ſupplicationibus deos mitigari. Nam quæ niuali] *Ordo eſt: Nam uictima, quæ paſcitur niuali Algido, inter quercus & ilices, aut quæ creſcit in Albanis herbis, tinget ſecures pontificum ceruice, id eſt, magnæ uictimæ potentibus conueniunt.* Te nihil attinet] *Diſtare dicit inter publica & priuata ſacrificia. Et aliud pontificibus cōuenire, qui ad immolandum dijs hoſtias magnas inquirunt, aliud uelut priuatim debere præparari, hoc eſt, aut myrtum, aut rorem marinum. Ordo eſt:* Te coronantem paruos deos marino rore & fragili myrto, nihil attinet tentare illos multa cæde bidentium. *Bidentes propriè dicuntur oues, duos annos habentes, ſic uocatæ ab eminentioribus dentibus, qui circa duos annos naſcuntur.* Immunis aram ſi tetigit manus] *Immunis, ſcelerum ſubaudiendum, id eſt, innocens. Ordo eſt:* Si manus immunis ſcelerum tetigit aram, ſumptuoſa hoſtia non mollibit auerſos penates, blandior pio farre & ſaliente mica. Saliente mica] *Rationem uoluit ſalis incenſi monſtrare, quod crepitare & exilire flamma conſueuit. Et nota plus ualere far, id eſt, paruum ſacrificium cum innocentia, quàm magnum cum ſcelere.* Mollibit] *Placabit.* Auerſos] *Iratos, offenſos.*

PORPHYR.

Cœlo ſupinas ſi toleris manus] *Hac Ode quandam Phydilen alloquitur, dicens ei deos puris manibus, & bona conſcientia colendos eſſe.* Supinas] *Id eſt, ſupplices, ut: Virgilius:*

Tendoq́ ſupinas Ad cœlum cum uoce manus.

Pomifero anno] *Pro pomifera parte anni, id eſt, tempore autumnali, quod eſt graue & peſtilens.* Nam quæ niuali paſcitur Algido Deuota] *Dicit aliud conuenire pontificibus, aliud qui priuatos lares ſuos ornant. Illos enim hoſtias magnas dijs immolare debere: hos autem myrto & marino rore contentos eſſe debere. Deuota autem abſolutè dicitur, & ſignificat dijs deſtinata.* Ordo eſt: Deuota uictima quæ paſcitur niuali Algido inter quercus & ilices, aut creſcit in Albanis herbis, tinget ſecures Pontificum ceruice. Coronantem marino Rore deos fragiliq́ myrto] *Marinum rorem, hodieq́ in Italia uirgultum quoddam appellant.* Immunis aram ſi tetigit manus] *Subaudiendum extrinſecus ſcelerum, aut quid tale, quia immunem ſcelerum manum uult intelligi, id eſt, à ſcelèribus puram, quam dicit blandiorem dijs eſſe farre, & granis ſacrificātem, quàm ſi ſumptuoſam hoſtiam ſacrificet.* Non ſumptuoſa blandior hoſtia] *Nominatiui caſus ſunt ſumptuoſa & hoſtia, quia ſenſus eſt:* Non blandior dijs ſumptuoſa hoſtia per ſacrificium, quàm manus quæ innocens farre & ſaliente mica ſacrificat. *Salientem autem micam ſalis granum intellige, quòd ſaliat, cùm in ignem miſſum ſit.*

CHRIST. LAND.

Cœlo ſupinas tuleris] *Promittit ruſticæ mulieri omnia ruri ſibi incolumia fore, modo dijs ſupplicet.*

Et manus tulerit ſupinas ad naſcentem Lunam.

Supinas] *Nam ita manus tendunt qui ſupplices ſunt. Virg.*

Tendoq́ ſupinas Ad cœlum cum uoce manus.

Naſcente Luna] *Nam in nouilunio ſacrificare conſueuerant Lunæ ruſtici, quoniam plantarum mater eſt.* Horna] *Id eſt, huius anni.* Auida] *Inexplebile.* Africum peſtilentem] *Quo uites ſterileſcunt. Africus occiduus eſt uentus, qui opponitur Vulturno. & Græcè λίψ dicitur, & generat pluuias nimias & grandines, unde fit ſtrages ſegetibus, quæ dicitur calamitas, quaſi cadamitas, quia calami cadant.* Rubiginem] *Carbunculum, quo ſpica in nigredinem uertitur, & omne granum corrumpitur. Varro tamen dicit rubiginem propriè appellari uitium obſcœnæ libidinis, de hac Virg.*

„ *Vt mala culmos Eſſet rubigo.*

Nec alumni pacientur graue tempus] *Id eſt, moleſtum & noxium.* Anno pomifero] *Id eſt, illi anni parti, quæ fert poma, is autem autumnus eſt. Et rectè dixit alumni, quia pueri uehementer pomis delectantur.* Nam quæ] *Iccirco dixit thure & fruge, & porca pro annua fertilitate ſacrificandum, quia hoſtia maior, ut eſt uitulus & taurus, quæ creſcit in Algido monte de quo dictum eſt.* Inter quercus & ilices] *Id eſt, in locis ſyluoſis, aut etiam quæ creſcit in herbis Albanis, id eſt, in paſcuis Albani montis non eſt ſacrificanda, à te ſacrificio priuato, ſe à pontifice maximo in ſacrificio publico.* Deuota] *Ex uoto promiſſa.*

Secures] *Quia maiores hoſtiæ ſecuri feriebantur.* Te nihil attinet tentare] *Non opus eſt, ut tentes, id eſt, places.* Paruos deos] *Scilicet, lares.* Multa cæde bidentium] *Id eſt, mactando multas bidentes, id eſt, multa animalia.* Bidentes] *Nonnulli crediderunt eſſe eas oues, quæ duos tantum dentes haberent, quod monſtrum uidetur. Alij putant dictas bidentes, quod duos dentes cæteris eminentiores habeant, quod circa bimatum euenit. In libris autem pontificalibus legitur dici bidentes, quaſi biennes interpoſita d, littera Euphoniæ cauſa, ut dicimus redire, pro reire, & redarguere pro rearguere. Publius autem Nigidius omnes hoſtias bimas ſcribit bidentes dici. Vnde Pompon. Atellanarum poeta inquit:*

„ *Mars tibi uoueo facturum ſi unquam rediero bidente uerre.*

Nigidius tamen qui ius pontificium non ignorauit, dixit bidentes eſſe hoſtias, quæ per ætatem duos dentes altiores habent, per quos ex minore in maiorem tranſcendiſſe ætatem conſtat. Ordo autem erit. Te coronantem paruos deos marino rore, & fragili myrto nihil attinet tentare ipſos deos multa cæde bidentium.

Rore marino] *Ros marinus Latinè, Græcè Libanotis dicitur.*

Immunis] *Vel immunis ſcelerum, ut ait Acron. Vel ſimpliciter immunis, id eſt, nulla ferens munera, ut oſtendat, non muneribus, ſed ſyncera mente deos placari.* Tetigit] *Quia ſacrificantes aram tangebant. Virgil.*

„ *Talibus orabat dictis araſq; tenebat,*

Et in duodecimo.

„ *Audiat hæc genitor qui fœdera fulmine ſancit.*

„ *Tango aras medios ignes & numina teſtor.*

Non blandior ſumptuoſa hoſtia] *Quæ non erit magis blanda cum hoſtia, quæ ſit ſine hoſtia.* Farre pio & mica ſalis] *Id eſt, mole, ſalſa fiebat ex ſale horno & fruge horna. Propriè autem micæ ſunt fruſtula quæ tractantibus nobis aliquam rem inde emicant. Ergo minuta rerum micas dicimus.* Saliente] *Quod proprium eſt ſalis, nam ſalire epulas eſt ſale condire. Aliqui dicunt ſaliente ſaltante, quia igni tactus ſal ſaltat. Salire ergo eſt ſale condire: Eſt etiam ſaltare: Sed in pecore dicimus ſalire, quãdo mas cum fœmina coit. nam ſaliendo aſcendunt. Vnde ſalaces, luxurioſos dicimus.*

HENR. GLAR. } Non ſumptuoſa blandior hoſtia] *Quæ in Porphyrionis commentario de ſumptuoſa hoſtia in nominatiuo dicuntur, aſſuta, ut pleraq; alia, mihi uidentur. Neque enim tam inſanus fuit uir ille doctiſſimus. Riſi cuiuſdam ſeueri annotatoris meras nugas in hunc locum: ſed quòd alij huic reſponderunt, ut Badius præſertim hoc in loco, nolui eſſe longior. Ineptum enim eſt exiſtimare ſumptuoſa hoſtia, nominatiui eſſe caſus, cùm ſint ablatiui inſtrumenti, id eſt, per ſumptuoſam hoſtiam.*

HERM. FIGVL. } Cœlo ſupinas ſi tuleris manus] *Si manus ſupplices ad deos tetenderis. Supinas enim manus habent, hoc eſt, in altum eleuatas, qui ſupplicant. Virgil.*

„ *——Tendoq; ſupinas*

„ *Ad cœlum cum uoce manus.*

Naſcente Luna] *Nouilunio, quo ruſtici Lunæ ſacrificare ſolebãt.* Si thure placaris] *Nam rerum primitijs, floribus, thure, fruge, & porco lares colebantur.* Peſtilentem Africum] *Africus, quem ab occaſu brumali ſpirantem, Noton & Liba uocant, humidus eſt & noxius.* Rubiginem] *Vredinem, morbum herbarum, frugum, arborumq;, qui in uitibus etiam carbunculus dicitur, & in cæteris rubigo, ſata, plantas, arboreſq; adurens, & ex frigore ſemper proueniens. Virgil.*

„ *——Vt mala culmos*

„ *Eſſet rubigo.——*

Pomifero anno] *Συνεκδοχικῶς, pro Autumno, anni parte pomifera, qua corpora morbis affliguntur.* Deuota uictima] *Deſtinata, & conſtituta hoſtia.* Quercus inter & ilices] *In locis nemoroſis. Sunt autem quercus & ilex, arbores glandiferæ.*

Pont[i]ficum ſecures] *Ad pontifices pertinet, maiores hoſtias ſacrificare, penes quos uelut publicos ſacerdotes, ſacrorum & cæremoniarum ſumma eſt poteſtas: te uerò priuatam & pauperem, non oportet multorum animalium ſanguine, ſed mola deos placare.*

[B]identem] *Hoc eſt, ouium. Scriptum inuenimus (inquit Gellius) in commentarijs quibuſdam ad ius Pont. pertinentibus bidentes primò dictas litera immiſſa, quaſi biennes: tum longo uſu loquendi corruptam eſſe uocem, & ex bidennibus, bidentes factum, quoniam id uidebatur eſſe dictu facilius. Hyginus tamen Iulius, qui Ius Pontif. non uidetur ignoraſſe, in 4. librorum, quos de Virgilio fecit, appellari bidentes ſcripſit hoſtias, quæ per ætatem duos dentes altiores haberent. Verba illius ipſa poſui: Quæ bidens eſt, inquit, hoſtia, oportet habeat dentes octo: ſed ex his duo cæteris altiores per quos appareat, ex minore ætate in maiorem tranſcendiſſe. Hæc Hygini opinio, an uera ſit, non argumentis, ſed oculis iudicari poterit. Hactenus Gellius. Opinioni Hygini aſſentiuntur, Sextus Pompeius, & Nonius Marcellus.* Coronantem marino rore Deos] *Floribus & ſertis lares ornabantur. De Roſmarini natura generibus & medicinis ſcribit Plin. lib. 24. cap. 11.* Immunis aram ſi tetigit manus] *Pia ſententia, quæ declarat, Deum in ſacrificijs non ſpectare rei oblatæ precium, ſed offerentis ſynceram mentẽ. Sic Chriſtus pauperculæ uiduæ quadrantem, omnibus diuitum muneribus prætulit.* Aram tetigit] *Nam ſacrificantes aram manibus attingere ſolebant. Virg.*

„ *Talibus orabat dictis, araſq; tenebat.*

Non ſumptuoſa blandior hoſtia] *Non charior & acceptior futura Dijs, etiamſi centum boues ſacrificet, quàm ſi ſceleris pura & integra fuerit.* Mollibit auerſos penates farre pio] *Iratos atque offenſos lares mitigabit & reconciliabit. Quia Dij exiguo munere, pia mente oblato, æquè ac magno placantur, iuxta illud Ouidij:*

„ *Sed tamen ut fuſo taurorum ſanguine centum,*

„ *Sic capitur minimo thuris honore Deus.*

Huc referri poteſt, quod ſcribit Plinius in Præfatione ad Veſpaſianum. Verùm & Dijs (inquit) lacte ruſtici, multæq; gentes ſupplicãt, & mola tantùm ſalſa litant, qui non habent thura. Nec ulli fuit uitio Deos colere, quoquomodo poſſet. Farre pio, & ſaliente mica] *Hoc eſt, mola ſalſa, quæ fiebat aqua, farre & ſale. Quam Numa Pompilius primus inſtituit, & ſine ea nullum ſacrificium ratum fieri cenſuit.*

THEOD. PVLMAN. } 2 Phydile] Phillide, E.B.A. 11 Secureis] Securim, H. 13 Tinget] Tinguet, H.G.B. 19 Mollibit] Molliuit, H. 20 Farre pio, & ſaliente mica] *Quod eſt, ſalis grano ſaliente, & farre, ſed molito tamen, id eſt, mola ſalſa. Vide Turneb. lib. 7. cap. 13.*

GEORG. FABR. } *Deum placari maximè bona conſcientia, & animo grato oſtendit. Nec aliter Ouid.*

„ *Non boue mactato cœleſtia numina gaudent,*

„ *Sed quæ præſtanda eſt, & ſine teſte, fide.*

Vterq; imitatione ueteris poetæ, qui canit,

„ *θεοῖς τε μικρὰ χαίρειν θύοντας τέλη*

„ *τῶν ἑκατόμβων ὄντας εὐσεβεστέρους.*

Aut

Aut creſcit Albanis in herbis]*Rectè herbis, non hortis, Porci paſcuntur quercuum fructibus, ut in locis montoſis circa Tuſculum: aut aluntur paſtionibus, ut in uallibus herboſis, circa Albam.*

IOD. BAD. ASCENS. } Cœlo ſupinas] *Phylirem ruſticam ad religionem hortatur dicens.* O' Phylire ruſtica, ſi tuleris]*Id eſt, extuleris.* Cœlo]*Id eſt, ad cœlum.* Manus ſupinas]*Id eſt, ſurſum extendas.* Luna naſcente]*Id eſt, in nouilunio, quod ſuperſtitioſi obſeruant.* Si placaris]*Id eſt, placaueris.* Lares]*Id eſt, deos tuos familiares thure & fruge.* Horna]*Id eſt, hoc anno nata, & ita nondum corrupta.* Et porca auida]*Scilicet, cibi & ita non languente.* Nec uitis tua fœcunda ſentiet Aphricum]*Scilicet, uentum.* Peſtilentem]*Id eſt, nocuum, & quaſi peſtem inferentem uiribus.* Nec ſeges ſentiet rubiginem]*Id eſt, pluuiam quandam rubiginem inferentem ſterilem, quia enecat ſegetem, & inducit ſterilitatem.* Aut dulces alumni]*Id eſt, liberi tui quos alis.* Non]*Sup. ſentient.* Tempus graue]*Id eſt, moleſtum ſcilicet, auſtro flante, quem plumbeū uocat alibi poëta.* Anno Pomifero]*Id eſt, parte anni poma.* Ferente]*Scilicet, Autumno.* Nam uictima deuota]*Id eſt, addicta ſacrificio.* Quæ paſcitur in Algido]*Scilicet, monte cum oppido haud longè ab Roma.* Niuali]*Quia niuibus ſæpe tegitur: unde ab Algore nomen ſumpſiſſe uidetur.* Inter quercus & ilices]*Per quas ſuem intelligit.* Aut creſcit in herbis Albanis]*Scilicet, bos.* Tinguet]*Id eſt, imbuet & madefaciet.* Ceruice]*Id eſt, cruore è ceruice ſecta manante.* Secures]*Id eſt, cultros ad ſacrificium aptos.* Pontificum]*Id eſt, ſolenni ſacrificio ſeruabitur.* Nihil attinet]*Scilicet, ad religionem, aut placationem deorum.* Te coronantem]*Id eſt, ſi coronaueris rore marino.* Et myrtho fragili]*Id eſt, ſerto ex herbis fragrantibus.* Deos paruos]*Scilicet, penates tuos.* Tentare]*Sup. eos.* Multa cæde bidentium]*Id eſt, ouium.* Nam ſi manus immunis]*Id eſt, non particeps ſceleris.* Tetigit aram](*Tangebant enim aram teſtantes deos dum ſacrificabant.*) Ipſa non mollibit]*Id eſt, molliet, hoc eſt, mulcebit & placabit.* Blandior]*Id eſt, acceptior.* Penates auerſos]*Id eſt, indignatos.* Hoſtia ſumptuoſa]*Id eſt, per hoſtiam ſumptuoſam.* Farre pio, & mica ſaliēte]*Id eſt, mica ſalis, hoc eſt, quàm per molam piè oblatam. Mola autem fiebat ex farre, aqua, & ſale. Sal autem dicitur à ſaliendo.* Quia ſalit]*Id eſt, rem ſalſam facit.* Et ſalit]*Id eſt, ſaltat, dum in ignem mittitur.*

ANTON. MANCIN. } *Scribit ad Phylirem, dicens, quòd ſi ad cœlum tendet ſupinas manus noua quidem Luna, ſi thure & fruge lares placarit & porca: eius uites minimè ab Aphrico offendentur, nec ſegetes ab rubigine, nō etiam alumni ſui in autumno grauabuntur, concludit demum deos ſatis placari etiam minimis. Dum modò quis eos ſine crimine & ſcelere precetur.*

Cœlo ſupinas]*Ode eſt ſimilis nonæ.* Horna fruge]*Id eſt, huius anni, latiùs tamen ſuprà id patuit.* Lares]*de laribus latè uideto Epodo ſecunda.* Peſtilentem Aphricum] *Plin. lib. 18. cap. 49. ita ſcribit. Ex aduerſo Aquilonis ab occaſu brumali Aphricus, quem Græci Lyba uocant &c. Eſt autem uentus humidus ut lib. 2. docet.* Pomifero anno]*Autumnum intelligit, de quo etiam Naſo, lib. 2. de Arte ait:*

„ *Sæpe ſub Autumnum quum formoſiſſimus annus*
„ *Plenaq; purpureo ſubrubet uua mero.*
„ *Quum modo frigoribus premimur, modo ſoluimur æſtu,*
„ *Aëre non certo corpora languor habet.*

Algido]*De hoc oppido latè ſuperius.* Nam quæ] Ordo eſt: Nā deuota uictima, quæ paſcitur inter quercus & ilices, aut creſcit Albanis in agris ceruice tinguet pontificum ſecures te coronantem marino rore, & fragili myrtho paruos deos, nihil attinet tentare eos multa cæde bidentium. Paruos deos]*Lares intelligit.* Bidentium]*De iis latè Gellius & Macrobius.* Immunis manus]*Id eſt, pura & ſine crimine.* Non ſumptuoſa]*Ordo eſt:* Non mollibit auerſos penates ſumptuoſa hoſtia blandior farre pio, & ſaliente mica. *Dicit autem manum puram non eſſe blandiorem, et magis gratam diis, cùm maxima hoſtia quā cum farre pio & ſale.* Sumptuoſa hoſtia]*Non nominatiui, ſed ablatiui ſunt caſus. Sal enim cæſura longa eſt, & eſſe debet. Nam ſenſus aliter non quadraret.* Mollibit]*Pro molliet antiquè dixit, ut audibit, ſeruibit.* Penates]*De iis latiùs ſuprà.* Farre pio & ſaliente mica]*Molam intelligit, quæ aqua, farre, & ſale fiebat. Author eſt Valerius lib. 2. Plin. uerò ſic ait lib. 18. cap. 2. Numa inſtituit deos fruge colere, & mola ſalſa ſupplicare, atque: ut Author eſt Hem. far torrere, quoniam toſtum cibo ſalubrius eſſet, id uno modo conſecutum, ſtatuendo non eſſe purum ad rem diuinam, niſi toſtum. Is & fornicæ calua inſtituit farris torrendi ferias, &c.*

ODE XXIIII. IN AVAROS.

Προσφωνητική.

Ode XXIIII. *Dicolos tetraſtrophos, ut: Sic te diua potens Cypri.*

– – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – ∪ –

ARGVMENTVM IN ODEN XXIIII.

Inuehitur in inſaniam hominum auaritiam, qui per fas & nefas omnia inuadant, terram & mare ædificiis impleant, quum illa nihil profutura ſint, quum aderit mortis neceſsitas, feliciores eſſe Scythas, qui plauſtris circum aguntur, & è medio uiuunt, nec ultra, quàm ſatis eſt ad uiaticum ſuum affectant.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Docet ſtultiſsimum eſſe, ingentes opes per fas nefasq; congerere, terras, mariaq; ædificiis occupare, cùm illa ad dimouēdum mortis metum nihil quicquam proſint: multò igitur prudentiores eſſe Scythas & Getas, quòd contenti paucis, ſecurè ac tranquillè uiuant. Deinde hortatur principes ciuitatis, ut immoderatam & intolerandam rerum omnium licentiam reprimant, & urbem auaritia, luxuria, cæteriſq; uitiis corruptiſsimam, ad ueterem continentiam, frugalitatem, ac diſciplinam reuocent.

COMMENTARIA.

ACRON.

INTACTIS opulentior theſauris] *Generaliter hac Ode inuehitur in luxuriam omnia prophanantem, & ædificiis nouis non terram tantùm, ſed etiam maria occupantem.* Ordo eſt: Tu, ſupple, etiam ſi opulentior intactis theſauris Arabum, & diuitiis Indiæ, licet occupes omne Tyrrhenum mare, & mare Ponticum tuis cæmentis, non expedies animum metu & caput laqueis mortis, ſiquidem dira neceſsitas figit adamantinos clauos ſummis uerticibus. Arabum & diuitiis Indiæ] *Ditiſsimas gentes ad diuitiarum emphaſin poſuit.* Cæmentis]*Saxis ad fabricandum prouiſis.* Adamantinos] *Qui frangi non poſſint pro metallis*

 ſollidis

INTACTIS opulentior
Theſauris Arabũ, & diuitis
Cæmẽtis licet occupes (Indiç,
Tyrrhenũ omne tuis, & ma-
Si figit adamãtinos (re Pöticũ:
Summis uerticibus dira neceſsitas
Clauos: non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.
Campeſtres melius Scythæ,
Quorũ plauſtra uagas ritè trahũt domos,
Viuunt, & rigidi Getæ:
Immetata quibus iugera liberas
Fruges, & Cererem ferunt:
Nec cultura placet longior annua,
DEFVNCTVMQVE laboribus
Aequali recreat ſorte uicarius.
Illic matre carentibus
Priuignis mulier temperat innocens:
NEC DOTATA regit uirum
Coniunx, nec nitido fidit adultero.
DOS eſt magna, parentium
Virtus, & metuens alterius uiri
Certo fœdere caſtitas:
Et peccare nefas, aut precium eſt mori.
O', QVISQVIS uolet impias
Cædes, aut rabiem tollere ciuicam:
Si quæret pater urbium,
Subſcribi ſtatuis, indomitam audeat
Refrenare licentiam
Clarus poſt genitis: quatinus, heu nefas,
Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.
QVID triſtes querimoniæ,
Si non ſupplicio culpa reciditur?
QVID leges ſine moribus
Vanæ proficiunt? ſi neq; feruidis
Pars incluſa caloribus
Mundi, nec Boreæ finitimum latus,
Durataq́; ſolo niues
Mercatorem abigunt? horrida callidi
Vincunt æquora nauitæ?
MAGNVM pauperies opprobrium, iubet
Quid uis & facere, & pati,
Virtutisq; uiam deſerit arduæ.
Vel nos in Capitolium,
Quò clamor uocat, & turba fauentium:
Vel nos in mare proximum
Gemmas, & lapides, aurum & inutile,
SVMMI materiam mali,
Mittamus: ſcelerum ſi bene pœnitet.
ERADENDA cupidinis
Praui ſunt elementa, & teneræ nimis
Mentes aſperioribus
Formandæ ſtudijs. neſcit equo rudis
Hærere ingenuus puer,
Venariq; timet, ludere doctior,
Seu Græco iubeas trocho,
Seu malis, uetita legibus alea:
CVM periura patris fides
Conſortem ſocium fallat, & hoſpitem,
Indignoq́; pecuniam
HAEREDI PROPERET: ſcilicet improbæ
Creſcunt diuitiæ, tamen
CVRTAE neſcio quid ſemper abeſt rei.

ſollicitate. Dira neceſsitas]*Prò morte poſuit neceſsitatem. Senſus autem hic eſt: Quamuis multa poſſideas ampla, non tamen ſyncera & certa uoluptate his frui potes. Quippe cùm neceſsitate mortis aſtricta ſit humana cõditio, ne poſſis te ullo remedio inde, aut præmio redimere. Adamantinos autem clauos pro mortis neceſsitate poſuit, quæ uinci & expugnari non poteſt.* Campeſtres melius Scythæ] *Scythæ campeſtres dicti, eô quòd in campis ſine tectis ſub tentorijs uiuant, quæ carpentis mouentur, ut Salluſtius:*

„ *Quibus plauſtra ſedes ſunt.*

Rigidi Getæ]*Aſperi, fortes, propter frigidam regionem, ut:*

„ *Siue Getis inferre manum.*

Nec cultura placet longior annus]*Id eſt, qui non plus colant, niſi quod expenſis unius anni ſufficiat, continuæ ſedis incerti.* Defunctumq; laboribus]*Id eſt, liberatum, ut:*

„ *Magnis pelagi defuncte periclis.*

Aequali recreat ſorte uicarius] *In laboribus ſuccedendo unus alteri.* Illic matre]*Ordo eſt:* Illic innocens mulier temperat, *id eſt parat pocula priuignis carentibus matre, id eſt, non ſunt odia nouercarum.* Nec dotata regit uirum] *Dos eſt donum puellarum nubẽtium. Caſtitatem laudat exemplo barbarico, eò quòd dotem habent uirtutem parentum, & amorem coniugum, quæ uiros uitantes externos, ſeruant pudicitiam coniugalem.* Et peccare nefas, aut precium eſt mori] *Mortem precium dixit eſſe peccati, & eſt ſenſus:* Et peccare, aut eſt illis nefas, aut eſt pœna mori. nam ad ſuperiora reſpicit. Si quæret pater urbium]*Si ſit, qui uelit patriæ pater uocari, & ſtatuarum titulos habere, is tollat licentiam præſumendi, & illicita non præſumat admittere.* Clarus poſt genitis]*Aut poſtea laudetur in filijs, aut ob ſeueritatis & correctionis inſtitutum poſteris admirandus.* Quatenus]*Quãdiu: Nam quatenus aduerbium eſt, interdum tẽporis, interdum loci: quatinus uerò coniunctio eſt tantum.* Incolumem] *Incorruptam, ſine corrigentis diſtrictione ſeruatam.* Sublatam] *Remotam, nam uirtus ſic quærenda eſt, ut ſemper præ oculis habeatur, ſed ſic uirtutem quærimus, ut ſemper abſens ſit cauſa, uidelicet, noſtræ maliciæ.* Quid triſtes querimoniæ] *Quid de malis iuuat moribus conqueri, ſi non culpa licentiæ pœna compeſcitur?* Quid leges ſine moribus Vanæ proficiunt?] *Vanas dicit leges, niſi moribus & honeſtate ſeruentur, unum pendet ex altero, ideò autem uanæ, quia ſine moribus.* Si neq; feruidis pars incluſa caloribus Mundi, nec Boreæ] *Si nihil poteſt obſtare cupiditatibus, per quas non tantum leges irrumpuntur, uerũm etiam rerum natura expugnatur lucri cauſa, dum iam nec inhabitabiles orbis regiones poſſint prohibere commertia.* Finitimum latus] *Nobis uicinum, nã Septentrionalis plaga nobis uicinior eſt, utpote in qua eſt axis. Vt Vergilius:*

„ *Hic uertex nobis ſemper ſublimis.*

Et aut ſic nobis intelligendum, aut quod eſt melius, Nec latus finitimũ boreæ, id eſt, gelido climati, ut ſit ſenſus: ſi nec plaga finitima gelu, abigit mercatorem. Vult autem intelligi Septentrionem, tanquã nec hæc, quæ interdicta ſunt naturæ, abigant mercatorem. Durataq; ſolo niues]*Gelu, nimietate frigoris, ſolidatæ.* Abigunt] *Cohibent, repellunt.* Callidi] *Cupiditatum & uitiorum diſtinguit origines, primum enim dicit quod negatum mortalibus elementum, nauigijs tentatum eſt, inde ad maiora porrectum. Vnde & Vergil.*

„ *Pauca tamen ſuberunt priſcæ ueſtigia fraudis,*
„ *Quæ tentare Thetim ratibus, quæ cingere muris*
„ *Oppida, quæ iubeant telluri infindere ſulcos.*

Magnum pauperies opprobriũ, iubet, Quid uis & facere, & pati] *Hoc eſt, ex quo cœpit probro eſſe pauperies, & crimini dari, per omne nefas diuitiæ quæri cœperunt, ut:*

„ *Et quem ſuaſiſſet egeſtas,*
„ *Vile nefas.*—

Virtutis]*Fortium factorum, ſiue philoſophiæ, quibus erat amica & grata paupertas.* Vel nos]*Ordo eſt: Si bene pœnitet ſcelerum, eradenda ſunt elementa prauæ cupidinis, id eſt, cupiditatis, & nimis teneræ mentes aſperioribus ſtudijs formandæ: uel in Capitolium, quò uocat nos clamor & turba fauentium, uel in proximum mare mittamus gemmas & lapides, & inutile aurum, materiam ſummi mali.* Summi materiem mali]*Summũ malum auaritiam dixit, ex qua uitia omnia procreantur.* Et teneræ nimis] *Duplex intellectus eſt, utrum puerorum mentes teneras dicat eſſe formãdas ad aſperiora ſtudia, hoc eſt, fortiora: an certè luxurioſorum mentes teneras appellat, quas uult abiectis luxuriæ inſtrumentis, auro & gemmis, aſperioribus ſtudijs informari.* Ingenuus puer] *Ingenuum, ciuem*

ingenuum Romanum uoluit intelligi, ſiue nobilem, ut:

» *Ingenuus uultus puer, ingenuiq́ pudoris.*

Ludere doctior] *Culpat Romanos, quos omiſſo exercitij ſtudio ad Græcos ineptos, luxurioſoſq́ ludos, filios tranſtuliſſe commemorat.* Vetita legibus alea] *Luſus aleæ puniuntur propter nuditatis inceſtum.* Cùm periura patris fides] *Cum patris familiæ fides, ad congregandam heredi pecuniam, periura hoſpites fallat & ſocios.* Indignoq́ pecuniam] *Hæc inquit, quæ per ſcelus acquiruntur, congreganti nihil proſunt, dum relicta indignis hæredibus per luxuriam conſumuntur. Vt,*

» *Malè parta, malè dilabuntur.*

Curtæ neſcio] *Cupido ſemper adeſt aliquid abeſt rei, nunquam tantum res creſcit, ut ſufficere uideatur cupiditati.*

PORPHYRION.} Intactis opulentior Theſauris] *Hac Ode generaliter inuehitur in luxuriam omnē omnia prophanantem, & ædificijs nouis non terram tantùm, uerùm etiam maria occupantem.* Dira neceſſitas] *Neceſſitatem hic pro morte poſuit. Senſus autem: Quamuis multa ampla poſſideas, non tamen ſyncera uoluptate his frui potes, quippe cùm neceſſitati mortis te obſtrictū eſſe ſcias, nec poſſis inde te ullo remedio, aut præmio redimere. Adamantinos autem clauos pro neceſſitate mortis, quæ dura eſt & immutabilis, non mala conceptione dictum eſt.* Campeſtres melius Scythæ] *Quod in campis ſine tectis uiuant dicti ſunt, de quibus & Salluſt. Sic ait, Scythæ Nomades tenent, quibus plauſtra ſedes ſunt.* Et rigidi Getæ] *Thraces ſunt, quos rigidos dixit, propter frigora regionum earum.* Immetata quibus iugera liberas Fruges & Cererem ferunt] *Immetata, id eſt, interminata. Commune autem inter ſe Barbaris ſolum eorum eſſe, omnibus notum eſt.* Nec cultura placet longior annua] *Hoc eſt, nec plus colunt, quàm unde unius anni fructum percipiant.* Defunctumq́ laboribus Aequali recreat ſorte uicarius] *Vicem laborandi inter ſe præſtare barbaros oſtēdit.* Et metuens alterius uiri] *Subaudiendum extrinſecus, concubitum.* Et peccare nefas, aut precium mori] *Hoc eſt, peccare nefas uidetur, aut qui peccauerit, morte pœnas luit.* O quiſquis] *Non rectè à ſuperiore Ode hæc ſeparata ſunt, cùm inde pendeant, & illis annexa ſint.* Si quæret pater urbium ſubſcribi ſtatuis] *Id eſt, ſi uult gratiam apud ciues ſuos collocare, per quam mereatur, ut publicæ ſtatuæ ponantur, & in titulo earum pater urbium aſcribatur.*

» *Virtutem incolumem odimus.*

Sublatam ex oculis quærimus inuidi] *Qui bonos uiros incolumes odimus, etiam mortuos oderimus, ipſe oſtendit in quærendo inuideri. Vere enim per inuidiam fit, ut boni uiri dum amiſſi ſint deſiderentur.* Quid triſtes querimoniæ] *Intellige, proficiunt. Senſus eſt autem.* Quid prodeſt nos de malis moribus conqueri, ſi non licentia pœnis compeſcitur? Quid leges ſine moribus] *Senſus eſt:* Vanæ ſunt leges, ſi non obſeruentur à moribus. Si neq́ feruidis Pars incluſa caloribus] *.i. ſi nihil poteſt obſtare cupiditatibus, per quas non tantùm leges rumpuntur, uerùm etiam ipſa natura expugnatur, hominib. lucri cauſa adeuntib. penè inhabitabiles orbis terræ regiones.* Nec Boreæ finitimū latus] *Quomodo finitimum latus Boreæ dicit auſtrali nominato, cùm inter ſe hæc longinqua, & toto orbe diuiſa ſint? nunquid & huic elocutioni ſubtiliorem intellectum adhibemus, ut nec particulam bis accipiamus, ſemel ſic intelligentes, finitimum Boreæ latus: iterum ſimpliciter,* Nec Boreæ finitimum latus, durataq́ niues mercatorem abigunt. Magnum pauperies opprobrium iubet. Quiduis & facere, & pati] *Ex quo cœpit, inquit, paupertas probroſa eſſe, & oſtentum uideri, per omne nefas diuitiæ quæri cœperūt.* Virtutisq́ uiam deſerit arduæ] *Opprobrium ſcilicet paupertatis uiam deſerit uirtutis.* Scelerum ſi bene pœnitet] *Bene pro ualde poſitum, ut apud Ennium frequenter.* Et teneræ nimis Mentes] *Vtrum puerorum mentes teneras, nimis, digitiſq́ formandas, & aſperiora ſtudia? an uerò luxurioſorum mentes teneras appellat, quas uult abiectis gemmis & auro formari ad aſperiora ſtudia?* Neſcit equo rudis Hærere ingenuus puer] *Iraſcitur, Romanos omiſſo militaris exercitij ſtudio, ad Græcos ineptos, luxurioſoſq́ luſus tranſiſſe.* Cum periura patris fides Conſortem ſocium fallat, & hoſpitem] *Non eſt, inquit, mirum augeri quotidie cenſum uniuſcuiuſque priuatorum, cùm omnes ſcelere graſſentur in hoſpitem, in ſocium, in conſortem, acquirendi ſtudio, & tamen nihil tum his prodeſt, quia indignis hæc hæredibus relicturi ſunt, qui corrupti luxuria ſeruare hæc ſcilicet, non poſſunt.* Tamen Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei] *Hoc ad ipſam auaritiæ naturam refertur, cui cùm nihil deſit, ſemper uidetur deeſſe.*

CHRIST. LAND.} Intactis opulentior] *Animaduerterat poëta nullam perniciem hominibus capitaliorem eſſe, quam auaritiam. Quapropter uarijs rationibus hactenus illam è mentibus humanis euellere tentauit. Nunc autem maximè ex eo à uita amouendam eſſe probat, quia neq́ fata, neq́ mortem fugiant diuitiæ. Cenſet igitur abigendam omnem cupiditatem, ne uitijs quæ ab illa ſunt coinquinemur. Cùm illi qui cum uirtute degunt, & in uita magno in honore habeantur, & poſt mortem celebre, & immortale de ſe nomen relinquant.* Intactis] *Integris. Et eſt ordo.* Licet tu opulentior theſauris intactis Arabum aut Indiæ, occupes mare Tyrrhenum & Punicum tuis cæmentis, *id eſt, tuis ædificijs, tamen tu non expedies animum tuum metu mortis, neque expedies caput à laqueis, id eſt, neq́ fugies metū mortis, neq́ ipſam mortem, ſi dira neceſſitas, id eſt, mors, quæ dira in omnes eſt, & ineuitabilis, figit clauos adamantinos ſummis uerticibus.* Arabum] *Qui propter copiam aromatum, quæ in omnes orbis partes inde exportantur, undiq́ ingentes pecunias coaceruant.* Indiæ] *Hæc fertilitate agrorum, præterea auro, argentoq́ unionibus qui ex mari ſunt, & multis precioſiſſimiſq́ lapillis reliquas regiones ſuperat.* Tyrrhenum mare] *Per Hyperbolem exprimit inſanas ſtructiones illius ſeculi, & moles in mari iactas. Nam L. Luculli multas, egregiaſq́ uirtutes pauci imitati ſunt. Profuſas autem ædificationes multi, de quibus paulò ſuprà dictum eſt.* Punicum] Quod continuatur cum Tyrrheno. Caput laqueis] *Nam mors omnes illaqueat, nec poteſt quiſquam ab illius laqueis caput diſſoluere.* Figit clauos adamantinos] *Id eſt, infrangibiles, ut eſt adamas.* Summis uerticibus] *Id eſt, ſummis & in excelſo gradu conſtitutis uiris. Sit igitur quod neq́ diuitiæ, neq́ opes poſſunt à nobis arcere mortem.* Scythæ] *Nam in Scythia populi ſunt, quos Scythas Nomadas, id eſt, paſtores appellant, qui armenta ſequentes familiam omnem & ſuppellectilia plauſtris imponunt, & ſine certis ſedib. uagi noua paſcua ſequuntur.* Iugera immetata] *Quia cum omnia habeant communia, non ſunt terminis, neq́ limitibus diſtinctæ terræ. Ergo ferunt liberas fruges, quia nullis propriæ ſunt.* Annua] *Nam tantum ferunt, quantum ad annum ſufficiat.* Defunctum] *Sententia eſt cum alius hoc anno terram coluerit, ut tibi, & ſibi alimenta eſſent, tu uiciſſim ſuccedis, & terram colis daturus & ſibi quod ſat eſt.* Defunctum laboribus] *Qui labores finiuit, ut non ſit plus laborandum. Nam uicarius eſt, qui alteri ſuas uices geſturus ſuccedit.* Aequali ſorte] *Quia & ipſe annum laborem explet.* Illic matre carentibus priuignis] *Nouerca.n. non ſæuit in priuignos. Quod cōtra ſuis temporib. uituperat Maro.*

» *Hippomanes quod ſæpe malæ legêre nouercæ.*
» *Miſcueruntq́ herbas & non innoxia uerba.*

Et Iuuenalis:

» *Hyppomanes carmenq́ loquar, coctumq́ uenenum,*
» *Priuignoq́ datum.*

Priuignum aūt dixerunt, quia prius quàm ſecundæ nuptiæ ueniāt, genitus ſit. Pri enim antiqui, ut Pompeius affirmat, pro Præ dixerunt. Temperat] *Abſtinet ab iniuria. Significat etiam gubernare, tunc actio iungitur.* Nec dotata] *Non ſunt ibi mulieres cum magis dotibus, quibus fretæ maritis imperent. Plautus:*

» *Dotem accepi libertatem uendidi.*

Regit uirum] *Quia non uiuit uir uxoris nutu.* Nec nitido fidit adultero] *Oſtendit audaciam earum mulierum, quæ fretæ adultero nihil reuererentur.* Nitido] *Splendido.* Certo fœdere] *Nam fœdus in coniugio, ut alter alteri fidem ſeruet.* Precium] *Et pro pœna capitur, ſic Terent.*

» *Precium ob ſtultitiam fero.*

O Quiſquis] *Alloquitur principes ciuitatis, & admonet poſſe tolli omne uitiū ſi coërceatur licentia.* Pater urbiū] *Nam qui bene de*

repub. meriti ſunt, illis ſtatuæ decernūtur cū titulis, in quib. ipſi Patres Patriæ appellentur, ut Camillo contigit & Ciceroni. Nā ij non propter adulationem, ut imperatores, ſed propter eorū merita, non à populo in ſeruitutem redacto, ſed ab eo populo quem ipſi à ſeruitute tutos reddiderant, Patres Patriæ ſunt appellati, unde. Iuuen.

„ *Roma Patrem Patriæ Ciceronem libera dixit.*

Subſcribi] *Quaſi hypogramma ponere.* Clarus] *Scilicet fama & gloria nominis.* Poſt genitis] *Poſteris.* Quatenus] *Vitium eſt omnium ſeculorum, ut uiuentium uirtuti inuideamus, poſt mortem autem in honorem habeamus. Ergo* quatenus, *id eſt, quouſq; odimus nos uirtutem incolumem, id eſt, uirtutem uiuentium hominum, quaſi dicat, ſemper odimus.* Heu nefas] *Per interpoſitionē dictum eſt, ut exprimatur dolor.* Odimus uirtutem in uiuentibus. *Deinde cùm eſt ſublata ex oculis, id eſt, cùm defunctus eſt homo, in quo uirtus erat tunc illam quærimus, id eſt, deſideramus. Poſuit enim ſubſequens pro antecedenti: nam deſiderium inquiſitionem antecedit.* Quid triſtes querimoniæ] *Hæc enim in ciuitatibus conſuetudo, ut omnes uitam turpem doleamus, pauci corrigere tentēt. Ergo nihil ualent triſtes & ſeueræ querelæ, ſi culpa non punitur.* Quid leges] *Nihil ualent leges.* Sine moribus] *.i. ſi non deducuntur in conſuetudinem.* Vanæ] *.i. quæ uanæ ſunt, ſi ſint ſine moribus.* Quid ergo proſunt leges? *niſi mercatorum auaritiam cohibeant, nihil profectò. Leges enim inuentæ ſunt, ut aut recta iubeāt, aut ut praua coërceant.* Si neq; feruidis incluſa caloribus] *Si neq; mundi pars incluſa caloribus, ut ſunt loca torridæ zonæ ſubiecta nec latus finitimum Boreæ .i. plaga ſeptentrionalis.* Niues duratæ] *.i. glacie aſtrictæ.* Abigunt] *Arcent, quin illas ardeat. Imò eſt tanta habendi cupiditas, ut ingenium acuant, & inueniant per calliditatem artem, qua nauigando tempeſtates ſuperent. Hoc aūt eſt, quia tale opprobrium paupertatem putant, ut omnia pati uelint modo illā fugiant. Eandē ſententiā alibi pronunciauit.*

„ *Impiger extremos currit mercator ad Indos*
„ *Per mare pauperiem fugiens per ſaxa, per ignes.*

Ergo parati ſunt omnia pati, ut paupertatem fugiant: Virtutis aūt uiam deſerunt. Arduæ] *Quia ſublimis eſt uirtus, uel arduæ difficilis. Nam aſpera primo & pene inuia & ſudoris continui & laboris plena eſt uia: quæ ad uirtutem ducit.* Vel nos] *Poſtquam moribus impedimento ſunt diuitiæ uel illas transferamus ad capitolium Iouis templum exornandum.* Quò] *.i. quod capitolium uocat clamor, quaſi dicat, plauſus qui exhibetur triumphantib.* Fauentium] *Quaſi plaudentium. Ergo hunc potiſſimum locum noſtris diuitijs ornemus, ad quem tantus concurſus eſt, quaſi dicat, ut ſi religionis cauſa id non faciamus, faciamus cauſa gloriæ.* Vel in mare] *Quaſi dicat, tantorum malorum cauſa ſunt diuitiæ, ut etiam non ſit inutile eas abijcere.* Vel mittamus in mare proximum] *Scilicet Tyrrhenum gemmas & lapides, & aurum inutile, cum ſit materies tanti mali.* Si bene pœnitet] *.i. ſi uera eſt noſtra pœnitentia.* Eradenda] *Penitus euellenda.* Elementa] *Principia in quacunq; re elementa dicimus.* Teneræ] *Molles & effœminatæ. Vel* teneræ *propter iuuentutem quo tempore rectè informari poſſint.* Hærere] *Nam qui hæret etiam ſi non excutiatur, non cadit.* Rudis] *Quia ſe non exercuit. Dolet igitur quod puerilis ætas, uel trocho ludo inutili ludat, uel (quòd pernicioſius eſt) alea quæ legibus uetatur. Ergo quia non cohibetur licentia, aut uanitati ſtudet, aut rebus pernicioſis. Equitare aūt & uenari, quæ ſtudia & animi, & corporis uires augent, non uolunt.* Trocho] *Inſtrumentum eſt orbiculatum in acutum deſinens, quod habenis uerberatum aſſiduo uoluitur. Eſtq; Græcum uerbum* τρόχος *& rotum ſignificat, & reuolutionem. Hunc Latini turbinem appellant. Virg.*

„ *Ceu quondam torto uolitans ſub uerbere turbo.*
„ *Quem pueri magno in gyro uacua atria circum*
„ *Intenti, ludo exercent illi actus habena*
„ *Curuatis fertur ſpacijs ſtupet inſcia turba.*
„ *Impubeſq; manus mirata uolubile buxum.*
„ *Dant animos plagæ.*

Cum periuria patris fides] *Sententia eſt pater per ſummam perfidiam pecuniam quærit, quam filius ludendo perdat.* Periura fides] *.i. perfidia, quæ eſt quando fides periurio fallitur.* Conſortem ſocium] *Et ſocietates in mercatura ducimus, ut in multis locis apparet apud Ciceronem, & præſertim in oratione pro. P. Quintio.* Conſortem] *Sors & caput dicitur prima pecunia, quæ confertur in ſocietatem, ut inde lucrum fiat, quod noſtri ſocietatis corpus appellant.* Ergo conſortem] *Id eſt, qui tantundem ſortis attulerat ad ſocietatem, quantum ipſe, & tamen non tantum lucri ſocio aſcribit quantum ſibi. ſic ergo puto intelligi conſortem, ſed dicimus etiā conſortē, qui eiuſdē ſit ſortis & cōditionis, & fortunæ. Virg.*

„ *Et me conſortem nati concede ſepulchro.*

Fallit igitur ſocium, quod ſceleſtiſſimum putatur. Cicero pro Sex. Roſcio. Rectè igitur maiores noſtri eum, qui ſocium fefelliſſet in bonorum uirorum numero habendum nullo modo putauerunt. Videtur autem ſentire poëta, quod parentum ſcelera cauſa ſunt, ut malo exemplo filij peccent. Iuuenal.

„ *Sic natura iubet uelocius & citius nos.*

Corrumpunt uitiorum exempla domeſtica magnis. Cum ſubeunt animos authoribus. Hoſpitem] *De quo alio loco dictum eſt.* Indigno hæredi] *Filio qui propter ſcelera indignus eſt illa pecunia. Vituperat ergo auarum primò quod quæſtus gratia tolleret omnes labores, atq; pericula. Deinde quod per ſtultitiam putet ſummum malum eſſe paupertatem. Tertio in loco, quod quærat per omne nefas & ſcelus. Additur quarto quod ſit malo exemplo teneræ ætati filiorum. Additur & quintò quòd diuitias parat hæredi indigno, poſtremò quod etiam poſt multas opes partas adhuc cupiditates ſuas non expleuerit.*

IOAN. BAPT. PIVS } *Horatij numeroſum poëma omni prorſus gratia ſcatet, & illam tranſmarinam Venerē penitus exſcribit lepor grauitati mixtus, ſuaui loquentia grauitatē uno ueluti facto cuneo te ſubito circumlatrabunt, lyricaq; mulcedo ita te deliniet, ut cum huic littori Circæo appelles neceſſe ſit apud illud, uelut apud Syrenos ſcopulos conſeneſcere. Inter dulces, ſed & morales eius uerſus hos ſemper enumeraui.* Neſcit equo rudis Hærere ingenuus puer Venariq; timet ludere doctior: Seu Græco iubeas trocho, Seu malis uetita legibus alea] *Iraſcitur ibi Flaccus Rom. omiſſo militaris exercitij ſtudio ad Græcos ineptos, luxurioſoſq; luſus tranſiſſe. Verùm ut preſſius intelligas Horatiana uerba Romanos quoſdam ludos prohibuiſſe ſcire debes, utpote damnoſos, reiq; familiari graues, quoſdam uerò, utpote leues, facileſq; indulgenter permiſiſſe animi gratia. Hoc manifeſtum eſt teſtimonio Tranquilli, qui Octauium Cæſarem morum cenſorē integerrimum refert libenter & identidem luſitaſſe. Sed uſum ludo faciliori, & urbaniori. Erant enim id temporis ludi execrabiles & deteſtandi, in quos tanquam patrimoniorum peſtes leges armabantur: Genera ludorum quibus uti liceret his uerbis imperator exequitur in codice. Alearum uſus antiqua res eſt, & extra operas pugnatoribus cōceſſa. Verùm pro tempore prodijt extranearum multa nationum ſuſcipiens. Quidam enim nec ludentes, nec ludum ſcientes. Sed numeratione tantum proprias ſubſtantias perdiderunt, die, noctuq; ludendo argento, apparatu, lapidibus & auro. Conſequenter autem ex hac inordinatione blaſphemare Deum conantur & inſtrumenta conficiunt. Commodis autem ſubiectorum proſpicientes. Hac generali lege decernimus, ut nulli liceat in publicis uel priuatis domibus ludere, neq; inſpicere, & ſi contra factum fit nulla ſequatur condemnatio, ſed ſolutum reddatur. Subdit, Deinde uerò ordinent quinq; ludos. Conmolen, Idolomenon, Rhindalecha, Cyron & Ecpyruſam: Sed nec permittimus etiam ludere in his ultra unum ſolidum, etiamſi multum diues ſit. Senſus igitur eſt: Horatij mores ita delicatos eſſe à priſco robore, ut ſpreta militia, quæ populo Rom. imperium propagauit, ludere tantum uelit ludos Græcos & infames quoq; legibus uetitos, non contentus ludis, quos concedunt leges. Theodoricus Getarum rex non minus quàm Auguſtus ludo delectabatur, ſuper qua re Sidonius hæc graphicè conſcribit. Quibus horis uiro tabula cordi eſt teſſeras colligit rapidè, inſpicit ſollicitè, uoluit argutè, mittit inſtanter, ioculariter compellat, patienter expectat, in bonis iactibus tacet, in malis ridet, in neutris iraſcitur, in utriſque philoſophatur, ſecundas faſtidit, uel timere uel facere, quarum opportuni-*

tates

tates ſpernit oblatas, tranſit oppoſitas, ſine motu euaditur, ſine colludio euadit. Putes illum & in calculis arma tractare. Sola eſt illi *cura uincendi: Cùm ludendum eſt regiam ſequeſtrat tantiſper ſeueritatem, hortatur ad ludũ, libertatẽ, cõmunionemq́; dicam quod ſentio, timet, timeri. Deniq; oblectatur cõmotione ſuperari, & tunc demum ſibi ceſsiſſe collegam credit, cùm fidem fecerit uictoriæ ſuæ bilis aliena. Quodq́; mirere ſæpe illa lætitia minimis occaſionibus ueniens, ingentium negociorum merita fortunat. Tũc petitionibus diu ante patronorũ naufragia iactatis abſolutionis ſubitæ portus aperitur. Tunc ego etiam aliquid obſecraturus feliciter uincor, quando ad hoc mihi tabula perit, ut cauſa ſaluetur. Infigenda penitiſsimis medullis præcepta Naſonis ſunt lib. 3. de Arte amandi.*

» *Sed minimus labor eſt ſapienter iactibus uti.*
» *Maius opus mores compoſuiſſe ſuos:*
» *Tunc ſumus incauti, ſtudioq; aperimur in ipſo*
» *Nudaq́; per luſus pectora noſtra patent.*
» *Ira ſubit deforme malum, lucriq; cupido:*
» *Iurgiaq́; & rixæ, ſollicitus dolor.*
» *Carmina dicuntur, reſonat clamoribus æther.*
» *Inuocat iratos & ſibi quiſq; deos.*

Tempora ſua carpit Horatius, quibus uetita legibus erat alea. Sed leges non exercebantur. Conſimile illud Plautinum his noſtris accedit ex fabula Trinummo. Mores leges perduxerunt iam in poteſtatem ſuam, Magis qui ſunt obnoxij quàm parentes liberis, hæ miſeræ etiam ad parietem ſunt fixæ clauis ferreis ubi malos mores affigi nimio fuerat æquius.

ERAS. ROT. } Adamantinos] *Poëtæ neceſsitatem deam faciunt, Parcarum matrem quæ & ipſæ ineluctabiles atque inexorabiles uocantur. Hanc neceſsitatem philoſophi fatum uocant, quæ eſt æterna rerum ſeries neceſſariò cohærentium. Cui uelut cedens Iupiter apud Maronem, Fata (inquit)* uiam inuenient. *Hæc in prouerb. Aduerſum neceſsitatem, &c.* Capitolium] *Cum Homerico carmine iſthæc Horatiana conueniunt.*

» *εἰς ὄρος ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.* *Id eſt,*
» *In montem, tumidas'ue frementis in æquoris undas.*

Sed cum uitium aliquod aut rem alioqui noxiam admonebimus procul abijciendam eſſe, hæc ſcriptura conuenium. Eraſmus.

IOAN. HART. } Theſauris Arabum] *Prouerbium: Arabum Gazæ.* Vagas ritè trahunt domos] *Videtur ἁμαξοβίους Græcum nomen circumſcribere. Prou. uide. Hamaxobij.*

HENR. GLAR. } Si figit Adamantinos Clauos] *Hoc in loco quod Porphyrio dicit, mala conceptione dictum eſſe à poëta Adamantinos clauos pro neceſsitate mortis, quæ dura ac immutabilis, non uideo qua ratione ſcripſerit. Porrò diram neceſsitatem exponere pro morte, & adamantinos clauos pro mortis neceſsitate, cùm ſtatim laquei mortis ſubiungãtur, quid aliud eſt, quàm ſi dicas, ſi mors figit mortis neceſsitatem, nõ expedies caput laqueis mortis? Eò deducunt nos aliquando ſubtiles noſtræ illæ expoſitiones. Ego ſimpliciter illa enuntianda puto:* Et adamantinos clauos *pro duriſsimis uinculis ac ſpiculis exponi poſſe nõ inficias iuero.* Illic matre carentibus. Priuignis mulier temperat innocens] *Quidam temperat exponunt pro obtemperat. At Acro exponit* temperat, *pro parat pocula, quod placet. Nam & Ouidius de ſuo conquerens tempore ait:*

» *Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.*

Dos eſt magna parentium] *Hic rurſus non potui cohibere riſum, cùm ſcurri annotatoris cenſuram legerem, qui non dubitauit pro parentium ſubijcere petentibus: Et ita temerè authorem deprauare. Porrò quod ait omnes codices habere* parentum *quos ipſe uiderit, non poſſum mirari impudentiam hominis, qui fatetur Aldinum ſibi uiſum codicem, in quo hæc bene habent. Sed illud omniũ elegantiſsimum eſt, cum conatur oſtendere,* parentium *non poſſe hic locum habere, ob multas, inquit cauſas, quas breuitatis cauſa prætermitto, tum ob eam ipſam, quod in gignendi cauſa eius nominis* parentum *dicimus, non* parentium *qui genitiuus eſt participij in ens à pareo, es, uerbo. Hæc ille doctiſsimus Grammaticus. Si hoc ad authorem quicquam attineret, oſtenderẽ huic præceptori, quàm eſſet minimè Grammaticus. Sed alia nunc agimus.* Quatenus heu nefas] *Ita quidam per* s *legendum hoc loco putant. Acro autem docet.* Quatenus *aduerbium eſſe interdum temporis, interdũ loci.* Quatenus *uerò coniunctionem pro tantum. Tale quid etiam Feſtus Pompeius docet, ſi codex non eſt corruptus. Ipſe poëta lib. 2. Serm. Sat. 3. uidetur pro quoniam uſurpaſſe. Deniq;* quatinus excidi penitus uitium iræ, Cætera item nequeunt. *Atqui ego neſcio num authores hanc perpetuò ſeruarint diſtinctionem. Landinus hoc loco* quatenus *exponit,* quouſque: *quod mihi placet. quãquam ab Acrone, qui exponit* quamdiu, *non multum abeſt. Valla lib. 2. ait, Ciceronem,* quatenus *ſemper accepiſſe pro in quantum, quod hic optimè quadrat.* Nec Boreæ finitimum latus] *Acro exponit, nobis uicinum cùm Horatius, Boreæ finitimum dicat, non nobis. In Porphyrionis commẽtario ſimilia quædam, ſed æquè obſcura promuntur, præterea ſubtilior intellectus quæritur, quod nominato auſtrali latere, Boreæ ſubiungatur, cùm inter ſe (inquit) hæc longinqua, & toto orbe diuiſa ſint: Quaſi non liceat extrema coniungere, ſic loquentes: Auaro mercatori non obſtat frigus, non calor, non ſeptentrio, non meridies, non Torrida zona, non frigida. Sanè ita hi loquuntur, quaſi in his rebus non magnopere ſolliciti, minusq́; exercitati. Quod uerò continuò poëta ſubnectit:* Duratæq; ſolo niues: *Acro exponit,* gelu nimietate frigoris ſolidatæ, *elegans uerò gloſſa.*

HERM. FIG. } Intactis] *Plenis, integris, ſtudioſè cuſtoditis, atq; reſeruatis.* Theſauris] *Pecunijs repoſitis. Eſt enim theſaurus, autore Iul. Paul. uetus quædam depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, ut iam dominum non habeat. Sic enim fit eius, qui inuenerit, quod non alterius ſit: alioquin ſi quis aliquid uel lucri cauſa, uel metus, uel cuſtodiæ condiderit ſub terra, non eſt theſaurus, cuius etiam furtum fit. Ea pars patrimonij, quam quis in numerato, & ad caſus repentinos repoſitam habet, ex conſuetudine ſenum ruſticorum peculium uocatur: Græci theſaurũ dicũt, quòd repoſita ſit εἰς αὔριον, id eſt, in craſtinum, ſeu futurum tempus fruenda. Vnde & θησαυρίζειν reponere eſt, ut monet Alciatus.* Arabum] *Arabia ad rubrum mare pertinet, ſed illic magis læta & ditior, thure atq; odoribus abundat. Pomponius Mela Meminit quoque Plin. lib. 5. cap. 11.* Diuitis Indiæ] *India fertiliſsima eſt frugum, auri, argenti, & omnium terrarum maximè gemmifera. Situm, magnitudinem, fertilitatem, & gentes ipſius deſcribit Plinius lib. 6. cap. 17. Et Mela lib. 3. cap. 7.* Cæmentis licet occupes] *Oſtendit, diuitias & poſſeſsiones, licet maximæ & latiſsimæ fuerint, neminem à morte liberare. Idem ſuprà libro 2. ad Delium.* Si figit Adamantinos] *Significat, mortem eſſe ineuitabilem, inexorabilemq́;, quòd laquei ipſius, quibus cunctos mortales conſtringit atq; irretit, prorſus ſint adamantini, hoc eſt, arctiſsimi, & indiſſolubiles, adeò ut nemo eos declinare, & inde collum expedire poſſit. Quem igitur catenis ſuis ligat mors, eum nec potentia, nec diuitiæ explicabunt.* Summis uerticibus] *Hoc eſt, ampliſsimis, & orbis terræ principibus uiris.* Dira neceſsitas] *Rigidum & ineluctabile fatum: cum quo ne Deus quidem unquam pugnauit.*

» [illegible]

Vt inquit Euripides. Refer huc quæ annotauit Eraſmus in prouerbio: Neceſsitati ne Dij quidem reſiſtunt. Campeſtres melius Scythæ] *Scytharum, Getarumq́; frugalitatem, &* [illegible] *Romanorum auaritia & praua diæta longè præſtantiorem eſſe dicit. Scythæ paſtores, à per mutandis pabulis, dicti ſunt Nomades. Mapalia ſua, hoc eſt, domus plauſtris ſecum circumferentes, unde ἁμαξόβιοι appellantur. Circũ tentoria pecora comitantur, à quibus uictum capiunt. Hybernis temporibus Mæoticis uerſantur in paludibus: æſtiuis uerò per campeſtria uagantur. Aurum & argentum, inquit Iuſtinus, perinde aſpernantur, ac reliqui mortales appetunt: lacte & melle ueſcuntur. Hæc continentia illis morũ quoq; iuſtitiam dedit, nihil alienum concupiſcentibus. Quippe diuitiarum cupido ibi eſt, ubi & uſus. Atq; utinam reliquis mortalibus ſimilis moderatio, & abſtinentia alieni foret. Hæc ille, ac plura de moribus ſituq; Scytharum, lib. 2. ſcribit.* Quorum plauſtra uagas ritè trahunt, &c.] *Nam per incultas ſolitudines errare ſolent, uxores, liberosq́; ſecum in plauſtris uehentes, quibus pro domibus utuntur.*

Rigidi

Rigidi Getæ] Hi populi ſunt Thraciæ, duri & immanes. Pomponius Mela: Vnà gens Thraces habitant, alijs alijsq́ prædìti nominibus & moribus: & quidam feri ſunt, & ad mortem paratiſsimi Getæ utiq́. Immetata iugera] Hoc eſt, agri nullis limitibus diuiſi. Nam Getis inter ſe fines nulli, quia agrum in commune exercẽt, & fruges in medium colligunt. Fruges & Cererem] Interpretatio eſt, & μετωνυμία. Nam fruges Cererem, ait Cicero, appellamus, uinum autem Liberum. Ex quo illud Terentij:

„ Sine Cerere & Libero friget Venus.

Nec cultura placet longior annua] Tantum cultura & laboribus quærunt, quantum moderato & frugali uictui uno anno ſufficiat. Defunctumq́ laboribus] Vt uictum & facultates, ſic etiã labores habent communes. Itaque per uices, & mutuas ſucceſsiones, operas à defeſsis in quietos & integros transferunt, & ueluti curſores lampada tradunt. Aequali ſorte] Pari conditione: nimirum annuo labore. Vicarius] Laboris ſucceſſor uicem defeſsi gerens. Illic matre carentibus] Nunc Scythicarum, Geticarumq́ mulierũ fidem, obedientiam & pudicitiam laudat. Priuignis mulier temperat innocens] Illic nouercæ non dant uenena priuignis in potu, cùm tamen aliâs nouercis omnibus, ut ait Eraſmus, innatum ſit fatale quoddam & irreconciliabile odium in priuignos, quos ueneno ſæpe occidunt. Quod etiam innuit Ouidius:

„ Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.

Item Iuuenalis:

„ Hippomanes, carmenq́ loquar, coctumq́ uenenum,
„ Priuignoq́ datam.

Nec dotata regit uirum coniunx] Dicit uxores apud Scythas & Getas ſine dote nubere, & ideo obtemperare maritis ſuis, cùm apud Romanos ob dotem amplam ductæ, ſoleant imperare. Vnde eleganter dicit ille apud Plautum: Dotem accepi, libertatem uendidi. Rectè igitur Lycurgus in Repub. Spartanorum iuſsit, ut uxores eligerentur, non pecunia: ſeueriusq́ matrimonia ſua uiri coërcerẽt, cùm nullis dotis frenis tenerentur, teſte Iuſtino. Nec nitido fidit adultero] Non committit adulterium. Dos eſt magna, parentium] Admonet, uirtutem & pudicitiam optimam eſſe dotem, quam parentes puellis nubilibus conficere poſsint. Certo fœdere] Stabili, firma, & indiuidua matrimonij coniunctione, perpetuaq́ uitæ ſocietate caſtè ſeruata. Et peccare nefas, aut precium eſt mori] Illic non licet mulieribus delinquere: aut ſi pudicitiam proſtrauerint, plectuntur capite. O quiſquis uolet] Si quiſquam eſt, qui uoluerit bella ciuilia extinguere, & pro tantis in Rempublicam meritis, æternam gloriam, & ſummum honorem conſequi, is tollat licentiam, & auaritiam, matrem omnium ſeditionum atq́ ſcelerum. Atque utinam reliquis mortalibus (inquit Iuſtinus lib. 2. ubi Scytharum temperantiam laudat) ſimilis moderatio, & abſtinentia alieni foret: profectò non bellorum tantum per omnia ſecula terris omnibus continuaretur, neque plus hominum ferrum, & arma, quàm naturalis fatorum conditio raperet. Pater urbium ſubſcribi ſtatuis] Olim ſummis imperatoribus, & de Republica optimè meritis, ſtatuas ponere, & in eis inſcribere, parenti patriæ, ſolebant: & id quidem cùm fortium uirorum memoriæ conſeruandæ, tum uirtutis imitandæ gratia. Quod etiam Saluſtius de bello Iugurthino his uerbis teſtatur: Nam ſæpe audiui ego, Quintum Maximum, P. Scipionem, præterea ciuitatis noſtræ præclaros uiros ſolitos ita dicere, cùm maiorum imagines intuerentur, uehemẽtiſsimè ſibi animum ad uirtutem accendi, ſcilicet non ceram illam, neq́ figuram tantum uim in ſeſe habere, ſed memoria rerum geſtarum, eam flammam egregijs uiris in pectore creſcere, neq́ prius ſedari, quàm uirtus eorum famam atq́ gloriam adæquauerit. Claros poſt genitis] Fama & gloria nominis apud poſteros celebris. Quatenus, heu nefas, uirtutem] Dolet tantam eſſe ſui ſeculi hominum inuidiam, ut uiuentium uirtutes negligant, atque oderint, mortuorum uerò mirentur, amplectanturq́. Quid triſtes querimoniæ?] Fruſtra conquerimur de uitijs, & deprauatis hominum moribus, ſi magiſtratus ſceleratos non punit. Nam ad coërcendos malos pœnæ ſunt introductæ, quia ſalus Reipublicæ, iuxta ueriſsimam Solonis ſententiam, duabus potiſsimùm rebus conſtat: præmio, atq́ pœna. Quid leges ſine moribus uanæ proficiũt?] Oſtendit leges eſſe inutiles, niſi malos puniant, & peruerſos hominum mores emendent. Eſt enim Lex ſcripta de moribus formula, cui omnes obtemperare conuenit. Et ut elegantiſsimè Demoſthenes Orator definit: Νόμος ἐστὶν, ᾧ πάντας προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλά, καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστὶ νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ φρονίμων ἀνθρώπων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινὴ, καθ᾽ ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει. Itaq́ non ſatis eſt iura eſſe ſcripta, ſed moribus obſeruare, & in animis condita tenere expedit. Neq́ enim (ut grauiſsimè ait Iſocrates) decretorum redundanti copia, ſed compoſitione morum præclaræ urbes habitantur. Si neq́ feruidis pars incluſa caloribus] Si tanta eſt auaritia mercatorum, ut lucri ſtudio etiam eas mundi partes peragrẽt, quas ipſa natura inhabitabilis, & propter nimium calorem ac frigus incultas fecit, nec non ἀβάτους conſtituit. Pars incluſa caloribus mundi] Plagam torridam intelligit, quæ eſt inhabitabilis propter feruorem ſolis, diſcurrentis ſuper illam. Boreæ finitimum latus] Plagam arcticam ſignificat, perpetuis niuibus & frigoribus rigentem, quia ſol ab ea maximè remouetur. Horrida callidi uincunt æquora nauitæ] Tantus eſt habendi amor nautarum, ut nouas & miras ſubinde calliditate ſua excogitent artes, quibus horrendi maris fluctus ac tempeſtates ſuperent. Magnum pauperies opprobrium] Poſt quàm paupertas cœpit eſſe dedecori, & haberi probro, homines, ut eam fugiant, omnia ſcelera committere, & nulla non pericula adire audent. Huc alludit illud Virg.

„ Labor omnia uincit
„ Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.

Item Mimus ille non inelegans:

„ Hominem experiri multa, paupertas iubet.

Pulchrè Xenophon appellat πενίαν, σοφίαν αὐτοδίδακτον, ἅγαν ἱκανὴν τοῖς λόγοις πείθειν, ἅ τοῖς ἔργοις ἀναγκάζει. Virtutiſq́ uiam deſerit] Eleganter & uerè Heſiodus duas nobis propoſitas eſſe uias ſcribit. Alteram facilem & breuem, quæ ducat ad malitiam: Alteram uerò longam & aſperam, quæ iter ſit ad uirtutem. Verba Heſiodi ita habent:

„ τὴν μέν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἐστὶν ἑλέσθαι
„ ῥηιδίως· ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ᾽ ἐγγύθι ναίει.
„ τῆς δ᾽ ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
„ ἀθάνατοι. μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ᾽ αὐτὴν,
„ καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ᾽ εἰς ἄκρον ἵκηαι,
„ ῥηιδίη δ᾽ ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα.

Hunc locum imitatus eſt Virgilius, aut quicunq́ eſt ille, qui literam Pythagoræ deſcripſit. Imaginem uirtutis, & uiam ad eam ſcitiſsimè depingit Lucianus in Hermotimo. Ardua] Nam altum quiddam eſt uirtus (ut inquit Seneca) excelſum & regale. Vnde apud Sylium Italicum ipſa ſic loquitur:

„ Caſta mihi domus, & celſo ſtant colle penates.
„ Ardua ſaxoſo perducit ſemita cliuo.

Vel nos in Capitol.] Quandoquidẽ diuitiæ uirtutem deſerere, & uitia ſequi nos cogunt, aut in Capitolium, ad exornanda Deorum ſimulachra, cum magna acclamatione, & fauore populi eas transferamus, aut in mare abijciamus, ut ab his impedimentis ſoluti & liberi, honeſtatis iter ingredi poſsimus. In mare proximum mittamus] Sic Crates Thebanus magnum auri pondus in mare abiecit: abite, inquiens, peſſum malæ cupiditates, ego uos mergam, ne ipſe mergar à uobis. Neque putauit prudentiſsimus uir, ſe poſſe & uirtutem, & diuitias ſimul poſsidere. Similiter Philoxenus poëta, quum in Sicilia fundum ac domum opulentam nactus eſſet, & animaduertiſſet illius gentis luxum, ac delicias: Per Deos, inquit, hæc bona me non perdent, ſed ego potius illa: moxq́ ceſsit alijs hæreditatem, & è Sicilia abnauigauit. Aurum inutile] Eſt enim inutilis res aurum, niſi rectè utamur. Dionyſius, quum audiſſet quendã è ciuibus aurum habere domi defoſſum, id ad ſe deferri iuſsit. Verùm poſteaquàm is ſuffuratus auri paululum, in aliam urbem migraſſet, ibiq́ mercatus eſſet agrum, reuocato totum aurum reddidit, ut qui iam diuitijs uti cœpiſſet, deſijſſetq́ rem utilem inutilem reddere. Summi materiam mali] Huic non diſsimile eſt illud Ouid.

Effodiun-

,, *Effodiuntur opes, irritamenta malorum.*

Quia aurum homines ad qualibet maleficia committenda impellit. Itaque Lycurgus, quum ciues ſuos delitijs corruptos ad temperantiam traducere, & uirtutis ſtudioſos reddere uellet, auri argentiq́ uſum, uelut omnium ſcelerum materiam, è Republica Spartanorum ſuſtulit, teſte Iuſtino. Si bene pœnitet] *Si uerè nos flagitiorum pœnitet, & animum ad honeſtatem ac meliorem uiuendi rationem conuertere uolumus, neceſſe eſt, ut ipſa elementa, ex quibus naſcitur auaritia, radicitùs è pectoribus noſtris extrahamus.* Elementa] *Principia, primordia. Nam omnia principia dicuntur elementa, à quatuor illis elementarij corporibus, per quæ omnia giguntur. Vnde autore Priſciano, literæ uocantur elementa, Græcè ϛοιχεῖα, quoniam ſimul iunctæ, orationem uelut unum corpus efficiunt. Hæc Spiegelius in ſuo Lexico.* Et teneræ nimis mentes aſperioribus formandæ ſtudijs] *Oſtendit, teneros puerorum animos molli parentum educatione, ocio & luxuria deprauari: itaque, ſi fortitudinem & frugalitatem amplecti debeant, ad labores adſuefaciendos, & duriorib. in ſtudijs, patientiaq́ & animi, & corporis exercendos. Quantũ ualeat inſtitutio & doctrina, uel ad meliores, uel ad deteriores mores, apertiſſimè declarauit Lycurgus, quũ duos eiuſdẽ generis, ſed ob diuerſam educationẽ admodũ diſſimiles catulos in forũ, apud multitudinẽ produxit.* Neſcit equo rudis hærere ingenuus puer] *Nam equum agitare, arma tractare, uenationibus, natationibus, & bonis literis operã dare, ſtudia & exercitia ſanè honeſtiſſima, atq; utiliſſima nobilium iuuenum olim erant.* Seu Græco iubeas trocho] *Trochus bembix eſt, quem pueri ſe exercentes, flagello circumagunt, & in orbem torquent. Curſum circumacti turbinis elegantiſſimè Virg. lib. 7. Aeneid. in hunc modum deſcribit:*

,, *Ceu quondam torto uolitans ſub uerbere turbo,*
,, *Quem pueri magno in gyro uacua atria circum,*
,, *Intenti ludo exercent: ille actus habena,*
,, *Curuatis fertur ſpacijs: ſtupet inſcia turba,*
,, *Impubiſq́ manus, mirata uolubile buxum,*
,, *Dant animos plagæ.*

Vetita legibus alea] *Nullam eſſe maiorem occaſionem deprauandi animi, quàm ludum paſſim immodicum, ad perniciem omnium rerum, præceptorem meum Ioannem Oldendorpium dicere memini: Ideoq́ rectè leges coërcere aleatores in Republica. Accipiendi autem ſunt aleatores, qui ſeſe quocunque ludendi genere uarietati fortunæ committunt, & pecunias & tempus, aliquando etiam uitam amittunt. Alea quippe quemcunque ludum ſignificat. Senatus conſultum (inquit Paulus) uetuit in pecuniam ludere, præterquàm ſi quis certet diſco, uel pilo iaciendo, currendo, ſaliendo, luctando, pugnando, quod uirtutis cauſa fiat. Plura de aleatoribus & ſuſceptoribus eorum referuntur lib. 11. Pand. Tit. 5. Iuſtinianus poſtea aleæ luſum prorſus prohibuit, & repetitionem dedit ijs, qui aliquid perdiderunt, hæredibusq́ eorum, in conſtitutione alearum, Codice de religioſis, & ſumptibus funerum, & aleæ luſu, & aleatoribus.* Cùm periura patris fides] *Notat perfidiam, furorem, & inexplebilem parentum auaritiam: quòd cum omni ſcelere & fraude, cum magna infamia, pecunias cumulent, indigno & pœnitendo pleruneq; hæredi, malè parta, malè dilapidanti.* Conſortem] *Baldus conſortem ſocium eſſe, & dominij participem dicit. Sed ego (inquit Alciatus) à peritioribus intellexi, conſortem eiuſdem ſortis & conditionis hominem ſignificare, ſed ex ſubiecta materia aliter, atque aliter ὡς παρέργως accipi.* Socium fallat & hoſpitem] *Duo turpiſſima ſcelera coniungit, amicitiam & fidem, res ſanctiſſimas, uiolantia. De crimine uiolati hoſpitij diximus ſuperiùs. De fraudulento autem ſocio Cicero pro Roſcio Amerino ſic ſcribit: In rebus minoribus ſocium fallere turpiſſimum eſt, æqueq; turpe, atq; illud, de quo antè dixi (dedecus rei mandatæ malitioſius, & negligentius geſtæ intelligit) neque iniuria: propterea quòd auxilium ſibi ſe putat adiunxiſſe, qui cum altero rem communicauit. Ad cuius igitur fidem confugiet, quum per eius fidem læditur, cui ſe commiſerit? Atq; ea ſunt animaduertenda peccata maximè, quæ difficillimè præcauentur. Tecti eſſe ad alienos poſſumus, intimi multa apertiora uideant neceſſe eſt: ſocium cauere qui poſſumus? quem etiam ſi metuimus, ius officij lædimus. Rectè igitur maiores eum, qui ſocium fefelliſſet, in uirorum bonorum numero haberi noluerunt. Eſt autem ſocietatis duplex conſideratio, ut monet Ioannes* Oldendorpius. *Altera publica, altera priuata. Publicam ſocietatem natura conſtituit inter omnes homines, quæ nihil eſt aliud, quàm naturalis omnium hominum cognatio. Hanc eleganter tractat Cicero in officijs. Priuata uerò ſocietas eſt, quæ ciuili hominum autoritate in quandam contractus formulam producta eſt, imitatione publicæ ſocietatis, ut, cùm duo pluréſue ſic contrahunt, quò lucrum & damnum inter eos commune ſit, de una re uel negociatione, aut de omnibus bonis præſentibus & futuris. Hanc Græci κοινωνίαν uocant, hoc eſt, communem & indiuiduam rerum omnium ſocietatem. Nulla eſt inter homines functio, quæ ad naturalem illam charitatem propiùs accedat, quàm ſocietatis conuentio. Ea enim exprimit typum cognationis inter nos, quam* DEVS *conſtituit. Ex his nimirùm intelliges, quem hîc conſortem ſocium appellet poëta: quàm perfidioſum & nefarium ſit ſocium defraudare.* Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei] *Licet cotidie creſcãt diuitiæ, tamen auaris ſemper aliquid deeſt, quia ſunt inſatiabiles. Idem elegantiſſimè expreſſit Seneca in Hercule Oeteo:*

,, *Cupit hic gazis implere famem:*
,, *Nec tamen omnis plaga gemmiferi*
,, *Sufficit Iſtri, nec tota ſitim*
,, *Lydia uincit, nec quæ Zephyro*
,, *Subdita tellus, ſtupet aurato*
,, *Flumine clarum radiare Tagum:*
,, *Nec ſi totus ſeruiat Hebrus,*
,, *Ruraq́ diues cingat Hydaſpes,*
,, *Intraq́ ſuos currere fines*
,, *Spectet toto flumine Gangem.*
,, *Auidis, auidis natura parum eſt.*

THEOD. PVLM. } 4 Ponticum] Poaicum, *H.* Apulicum, *A.* 24 Eſt mori] Emori, *H.* 26 Aut rabiem] Et rabiem, *G. A.* 27 Quæret] Quærit, *A.* 30 Claros poſtgenitis: quatenus] *Carus, ex libro antiquo legit etiam Canterus Nouarum lect. lib. 7. cap. 10.* Poſtgenitis. ὁ ... ἰν. Quatinus, *B. Id eſt, quoniam.* Quatenus, *H. G. E. A. Id eſt, qua fine. Vide Feſtum.* 44 Ardor] Ardoam *malit Lambinus: ſed cùm omnes codices ueteres alteram lectionem comprobent, nihil mutandum eſſe putat.* 49 Materiam] Materiem, *H. E. B. A.* 54 Cupidinis Praui] Cupidinis Prauæ. *A. Priorem lectionem germanam eſſe exiſtimo, quod* Cupido *pro cupiditate, maſculino genere alijs in locis poëta ſemper utatur.* 60 Hoſpitem] Hoſpites, *H. G. B. A.*

GEORG. FAB. } *Auarorum primùm oſtendit miſeriam & infelicitatem, comparatione gentium barbararũ: adhortans interea ad frenandam cupiditatem. Tum multis modis auaros obiurgat, principio quod omnia tolerant, nec uitæ parcant, ut paupertatis probrum effugiant: iterum quod ſuis cupiditatibus nimis licenter indulgent, ideoq́ educationem filiorum negligunt: poſtea quod indignis & ferè profuſis liberis relinquant facultates: poſtremò quod nunquam ſatis poſſidẽt, tota uidelicet, uita, & omnib. actionibus infelices, & poſt mortem in poſteris tandem calamitoſi.* O quiſquis uolet impias] *Qui nouæ Odæ initium hoc loco fecit, à Porphyrione reprehenditur.* Eradenda cupidinis Praui ſunt elementa] Cupidinis praui, *non prauæ, ut in Anhaldino. Delectatur poëta hoc genere. Vt carm. 2. 16.*

,, *Cupido Sordidus aufert.* *Idem Serm. 1. 1.*
,, *Pars hominum decepta cupidine falſo.*

Eſſe nouitatem in eo uerbo annotauit Acro. Elementa cupidinis nunc uocat, quomodo Timõ auariciã nominauit, ... κακῶν.

IOD. BAD. ASCENS. } In:actis Arabũ, &c.] *Quia diuitijs multis mortem effugere non poſſumus, docet improuidos eſſe, qui hic ampla domicilia conſtruunt, prudentiores autem Scythas in paluſtris rem omnem tranſuehentes, quia caſtior & ſanctior eſt in illorum labore & paupertate uita, quàm in Romanorum opibus, quas corruptiſſimi ſecuti ſunt mores, Ode eſt ſanctis eruditionib, refertiſſima. Ordo aũt eſt.* Licet tu opulentior] .i. ditior.

Theſauris Arabum intactis] *Scilicet à prædatoribus, & Indiæ diuitis, ubi auri, lapillorumq; uis magna eſt.* Occupes cæmentis tuis] *Id eſt, fundamentis lapideis.* Omne] *Id eſt, totum mare Tyrrhenum & Ponticum, tamen ſupple ſi dira.* Neceſſitas] *Scilicet moliendi.* Figit ſummis uerticibus] *Id eſt, elatis ad multam gloriam aut fœlicitatem capitibus.* Clauos Adamantinos] *Id eſt, ſpicula duriſſima & ineuitabilia, nõ expedies animũ metu mortis, nec caput laqueis mortis. Et imò melius uiuunt.* Scythæ campeſtres] *Id eſt, non in domibus ſcilicet in campis uiuentes, utpote uagorum.* Domos uagas] *Id eſt, transferibiles.* Trahunt plauſtra rite] *Id eſt, ex ritu regionis.* Et Getæ rigidi] *Id eſt, rigidam uitam agentes, de quibus Maro*

» *Mortem contemnunt laudato uulnere Getæ.*

Melius] *Supple uiuunt.* Quibus iugera immetata] *Id eſt, non commenſurata.* Ferunt fruges liberas] *Id eſt, non coactas limitibus, nec legibus, quas Ceres alibi inuenit, ut illic quiſque metat ubi ſeuerit, & non alibi, unde legifera dicitur à Marone Aeneid. 4.* Legiferæ Cereri &c] *Vult autem dicere fruges illic omnes communes eſſe, ſed communi labore partas.* Et Cererem] *Scilicet liberam illic, nec cultura placet.* Longior annua] *Id eſt, quàm ad annuum penum, aut ad annonam unius anni.* Et ubi uicarius] *Id eſt, uiciſſim ſuccedens.* Recreat æquali ſorte] *Id eſt, æquali conditione, quia qui hoc anno laborauit ſequenti ceſſat & econtrario.* Defunctum laboribus] *Id eſt, qui iam labores exegit.* Illic] *Ordo eſt.* Mulier innocens temperat] *Id eſt, obtemperat aut ſe accommodat, non obijcit ut Romæ fit.* Illic] *Id eſt, apud Scythas.* Priuignis] *Id eſt, prius quàm marito nupſerat ab eo genitis carentibus matre.* Nec coniunx dotata] *Quia non habet diuitias, pro dote, ut ſtatim dicet, regit uirum, ut Romæ, unde eſt illud*, in aurem utranque quando quidem dotata eſt cubet.
Nec fidit] *Id eſt, non confidit, ut ſe defendat aut alat.* Adultero nitido] *Id eſt, compto.* Quia dos eſt] *Sup. illis magna uirtus parentum.* Et caſtitas metuens alterius uiri] *Id eſt, deuitans alterius uiri commercium.* Fœdere certo] *Id eſt, fide matrimoniali, quam nunc quoq; damus.* Et nephas] *Pro re neſanda habent.* Peccare] *Id eſt, aut non peccant, aut* Precium] *Scilicet peccati.* Eſt mori] *Quia adulteræ morte plectuntur. Paulus autem de morte animæ loquens, ait,* Stipendia peccati mors, &c. O] *Deſiderantis uox.* Quiſquis] *Id eſt, quicunque uolet tollere, è ciuitate Romana.* Cædes impias] *Per bella ciuilia.* Et per rabiem ciuicam] *Id eſt, ciuium.* Si quæret] *Id eſt, petet ſubſcribi.* Statuis] *Scilicet ſibi poſitis.* Pater urbium] *Id eſt, ut ſub pede ſtatuarum ſibi erectarum ſcribatur.* Pater urbium] *Id eſt, hic erat pater urbium audeat refrenare licentia indomitam.* Futurus] *Scilicet clarus.* Poſt genitis] *Id eſt, poſteris.* Quatinus] *Id eſt, quãdoquidem.* Heu] *Quæ interdolentis uox eſt.* Nos odimus] *Id eſt, odio proſequimur, eſt autẽ ab odi.* Virtutem incolumem] *Id eſt, adhuc uiuentium, quia inuidia moti detrahimus ſemper uiuentibus.* Et inuidi quærimus] *Scilicet uirtutem ſublatam.* Ex oculis] *Id eſt, defunctorum.* Quid proficiunt querimoniæ triſtes, ſi culpa non reciditur] *Id eſt, reſecatur.* Supplicio] *Id eſt, pœnitenia?* Quid leges uanæ] *Id eſt, mẽdaces & inutiles ſine moribus proficiunt. q.d. nihil, ſi neq; pars mundi incluſa.* Feruidis caloribus] *Id eſt, torrida Zona.* Nec latus finitimum Boreæ] *Id eſt, regio Septentrionalis, ubi perpetuum frigus, unde addit.* Et niues duratæ ſolo] *Id eſt, ſuper terram.* Abigunt] *Id eſt, deterrent.* Mercatorem] *Id eſt, negociatorem mercium.* Nautæ] *i. nautæ callidi.* Vincunt æquora horrida] *Id eſt, horrorem æquorum.* Pauperies] *Appoſitorie.* Magnum opprobrium] *Id eſt, quæ putatur magnum dedecus, & opprobrium iubet, & facere, & pati.* Quiduis] *Id eſt, quidlibet & phas & nephas, unde Maro.*

» *Quid non mortalia pectora cogis*
» *Auri ſacra fames?*

Et deſerit uiam uirtutis arduæ] *Id eſt, difficilis primum ſpectantibus.* Igitur mittamus nos gemmas & lapides] *Scilicet præcioſos & aurum.* Inutile] *Id eſt, ſuperfluum, quo non utimur, appoſitorie.* Materiam] *Id eſt, occaſionem ſummi mali.* Vel in capitolium] *Id eſt, in ſummum deorũ ædem.* Quo] *Id eſt, in quod.* Clamor] *Id eſt, applauſus approbantium pietatem in deos.* Et turba fauentium] *Id eſt, applaudentium.* Vocat] *Id eſt, inuitat, quia ſi quis larga munera in templa contulerit, omnes mortales illi applauſerint, uel ſi in templis nil facit aurum, mittamus in proximum mare, quod nonnulli philoſophi teſte diuo Hieronymo fecerunt, dictitantes ſe malle mergere aurum, quàm ab illo mergi.* Elementa] *Id eſt, ſemina.* Cupidinis] *Id eſt, amoris praui, ſicut prius ſordidus Cupido pro cupiditate, niſi ſit* Cupidinis] *Id eſt, cupiditatis.* Praui] *Id eſt, rei prauæ, ſunt eradenda.* Si pœniteat] *Scilicet nos.* Bene] *Id eſt, iuſto modo, ſcelerum, & mentes nimium* Teneræ] *Id eſt, delicatæ ſunt formandæ aſperioribus ſtudijs.* Puer ingenuus rudis] *Id eſt, imperitus rei militaris.* Neſcit hærere equo] *Id eſt, equitare, & timet uenari, exiſtens doctior ſeu iubeas ludere.* Trocho Græco] *Id eſt, more Græcorũ.* Seu malis] *Id eſt, magis uelis ipſam ludere.* Alea uetita] *Id eſt, prohibita.* Legibus] *Scilicet etiam Romanis.* Cum] *Id eſt, quandoquidem fides.* Parentis] *i. patris.* Periura] *Id eſt, periurio uiolata.* Fallit ſocium conſortem] *Id eſt, quem hoſpitio ſuſcipere ſolet, fraudans forte cum depoſito.* Et properet] *Id eſt, feſtinet ſup. linquere.* Heredi indigno] *Vt filio prodigo aut improbo ſcilicet, id eſt, ſcire licet, quid prætendat, diuitiæ improbæ & iniquæ, & improbandæ, aut quibus nunquam ſatis magna uiſa eſt menſura, creſcunt.* Tamen] *Id eſt, nihilominus.* Neſcio quid] *Id eſt, aliquid, quid ſit neſcio, abeſt ſemper.* Rei curtæ] *Id eſt, minutæ iudicio auari.*

ANT. MANCIN. } *In auaros inuehitur, arguens primum eorum plurima, minimeq; neceſſaria ædificia, non enim cõtenti terreſtribus, in mari quoq; ædificabant, quod, quidem nihil prodeſſe dicit ad fugiendam mortem, omninò namq; licet etiã multa quis poſſideat moriendum erit. Laudat exinde Scythas, qui domibus carentes plauſtris pro illis utuntur, & paucis contenti uiuũt. Quicunq; autem & laudem, & gloriam optat habendi cupiditatẽ frenare debet. Vnde damnantur illi, qui acquirendi gratia omne periculum ſubeunt, ſpreto etiam mari quocunq;, relictaq; ardua uirtutis uia. Hortatur inde uel in Capitolium Gemmas & aurum, uel in mare mittenda, ut malorum cauſæ fugentur. Damnat poſtea parentum perfidiam in acquirendis rebus indigno & uitioſo hæredi.* Intactis opulentior] Ode eſt ſimilis tertiæ. Opulentior] *Sup. tu.* Cæmentis lapidibus & ædificijs] *De Cæmento autem latiùs ſuprà.* Adamantinos clauos] *Id eſt, duriſſimos, & inde infrangibiles.* Summis uerticibus] *Id eſt, uiris ſummis.* Dira neceſſitas] *Sæua mors, quæ lege fatorum neceſſario cuiq; euenit.* Non animũ metu] *Senſus eſt, quòd mortis neceſſitate nullis diuitijs carere poſſumus.* Campeſtres Scythæ] *Scytarum Nomadum parſimoniam præponit Romanorum diuitijs. De Nomadibus Scythis paſtoribus multa poëta ſcribit lib. 3. Georg. Et Strabo lib. 7. ſic ait. Nomades etenim tentorijs utuntur centonum inſtar, pilo cõtextis. In plauſtris uitam degentes, circumq; tentoria pecora comitantur, à quibus uictum captant, & aluntur lacte, caſeo, carne: paſcua uerò ſectãtur loca ſemper herboſa permutantes, hybernis quidem temporibus Mæoticis uerſantur in paludibus, æſtiuis uerò per campeſtria uagantur, &c.* Getæ] *Strab. lib. 7. Myſos, Thraces, & Getas etiam Nomadas uocatos innuit, id eſt, paſtores.* Immetata] *Sine metis & terminis.* Liberas] *Id eſt, communes.* Nec cultura placet] *Senſus eſt, illos ſerere quantum uni anno ſatis fuerit.* Defunctumq; laboribus] *Id eſt, illum, qui anno præcedenti elaborauerat, alter ſequenti anno recreat, quieſcit enim ille altero operante. Cæſar. lib. 4. de bel. Gal. ſcribit, Sueuos Germanorum omnium bellicoſiſſimos centum pagos habere, ex quibus quotannis ſingula millia armatorum bellandi cauſa ex finibus educunt. Reliqui uerò, qui domi manſerint ſe atq; illos alunt, hi rurſus inuicem anno poſt in armis ſunt, illi domi remanent, ſic neq; agricultura, neq; ratio atq; uſus belli intermittitur, ſed priuati atq; ſeparati agri nihil eſt.* Vicarius] *Is dicitur, qui uices alicuius gerit.* Priuignis] *Priuignus dictus, quòd antequam mater ſecundo nuberet eſt progenitus.* Pri. *Enim antiqui pro per dixerunt. Author eſt Feſtus.* Temperat] *Pro obtemperat.* Nec dotata regit uirum] *Iuſtinus lib. 3. refert Lycurgum inter Lacedæmonum leges ſtatuiſſe uirgines ſine*

nes ſine dote nubere, iuſſiſſeq́, ut uxores eligerentur, non pecunia, quòd ſeuerius matrimonia ſua uiri coërcerent. Cùm nullis frenis do tis tenerentur: hinc optimè Iuuenalis ait.

„ Intolerabilius nihil eſt quam fœmina diues.

Eſt autem hoc in loco ſenſus, quòd quamuis ibi dotatæ ſint coniuges, attamen uiris ſunt obtemperantes, quod Romæ non erat. Hinc Iuuenalis ait.

„ Intolerabilius, &c. Item imperat ergo uiro, &c.] Certo fœdere quod quidem inter uirum & uxorem fit, ut alter alteri fidem ſeruet. Nam matrimonij bona triplicia eſſe dicuntur: Videlicet fides, proles, & Sacramentum. In fide attenditur ne poſt uinculum coniugale cum alio, uel cum alia coëatur. In prole, ut amanter ſuſcipiatur, religiosè educetur. In ſacramento, ut coniugium non ſeparetur, nec cauſa prolis alteri coniungatur.

Et peccare nefas] Senſus eſt, quòd mulieribus illis peccare eſt nefas, morsq́ eſt peccati precium. Puniuntur enim ilicò impudicæ, quod ſane in Italorum dedecus dicitur. O' quiſquis] Quicunque, inquit, laudem & gloriam optat habendi cupiditatem frenare debet. Rabiem ciuicam] Ciuilem ſeditionem. Pater urbium ſubſcribi ſtatuis] Sicuti Ciceroni prius, deinde Cæſari, poſtea Auguſto accidit. Nam Apianus lib. 2. ſcribit, quòd Ciceronis conſilio Roma à Catilinæ coniuratione liberata, Saluator pereuntis patriæ uiſus eſt extitiſſe. Gratiæ itaq; immenſæ ab omnibus illi habitæ, uariæq; laudationes. Nam Cato patrem patriæ illum appellauit, quod decus nominis ſublime à populo confirmatum eſt, ac poſtea ad Imperatores qui digni habebantur defluxit. At Suetonius de honore Cæſari à populo collato, poſtea, inquit, ſolidam columnam prope uiginti pedum lapidis Numidici in foro ſtatuit, ſcripſitq; parenti patriæ. Et Lucius Florus memoriæ tradidit C. Octauianum Cæſarem ob facta ingentia Dictatorem perpetuum, patremq́ patriæ, & Auguſtum appellatum fuiſſe. Poſt genitis] Id eſt, nepotibus & poſteris. Quatinus] Non Quatenus per e, ſed quatinus per i legendum eſt: nam ordo & ſenſus talis. Quatinus] Id eſt, quoniam inuidi odimus uirtutem incolumen, quærimus ſublatam ex oculis heu nefas. Quatinus] Quatinus eſt quoniam, ſed quantum quatenus aut ut author eſt Feſtus.

Virtutem incolumen] Id eſt, probos homines uiuentes. Vnde Ouidius etiam ait.

„ Paſcitur in uiuis liuor, poſt fata quieſcit.

Quid triſtes querimoniæ] Senſus eſt, quid prodeſt conqueri de uitijs, ſi culpa non punitur ſupplicio. Quid leges] Senſus eſt, quid proſunt leges ſine obſeruatione & uſu. Pars incluſa caloribus] Intelligit zonam illam temperatam, quæ torrida zona à nobis ſeparatur. Nec Boreæ] Ordo eſt. Nec latus] Scilicet, mundi Boreæ finitimum. Vbi aſſiduæ niues] Vti ſuperiùs de Hyperboreis, & Tripheo iugo oſtendimus. Magnum pauperies] Senſus eſt, quòd paupertas, quæ iam in opprobrium & dedecus habetur, iubet omnia pati & ſubire, ſpreta uirtutis uia, ut enim ditentur fas & nefas una confundunt. Vel nos in capitolium] Hoc in loco poëta ipſe Horatius conſulit, uel in capitolium Gemmas & aurum, uel in mare mittenda, ut eis malorum cauſæ fugentur.

Clamor] Illuc enim cum ſpectantium clamore & plauſu triumphantes accedebant. Scelerum ſi bene pœnitet] Id eſt, ſi bene piget ſcelerum, & malorum tollantur elementa auaritiæ.

Elementa] Principia & cauſæ. Teneræ mentes] Puerorum intelligit, uel etiam laſciuientium, dicit autem militiæ exercitia celebranda eſſe, ut uitiorum cauſæ tollantur. Ingenuus] Liber & generoſus. Græco trocho] Ab Græcis inuento, unde & nomen habet Græcum. nam τροχάζω curro, ſignificat τροχία orbita, curſus ueſtigium, τροχὸς reuolutio, rota curſus. Vetita legibus alea] De ludis lege prohibitis tute ipſe legum titulos, & tractatus conſpicito. Plurima enim uidebis euitanda. Cum periura patris] Damnat parentum perfidiam in acquirendis rebus indigno & uitioſo hæredi. Conſortem] Eiuſdem ſortis. Eſt autem ſors id, quod uulgò capitale appellant. Hoc eſt ſumma illa pecuniæ, quam quisq; in medium ponit ad emendas merces. Improbæ] Iniquæ iniuſtæ. Curtæ rei] i. diuitijs, quæ certè uidentur auaris paruæ, ſemp aliquid deeſt, quia habendi ſitis nūquā cupidis expletur.

ODE XXV. AD BACCHVM.

Ode XXV. Dicolos diſtrophos, ut: Sic te diua potens Cypri.

– – – ∪ ∪ – ∪ –

– – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – ∪ –

ARGVMENTVM IN ODEN XXV.

Allegoricè oſtendit tantam eſſe Cæſaris maieſtatem, ut eius laudes non poſſit uerbis conſequi, niſi Bacchi numine afflatus, in ſeceſſum aliquem transferatur, & ibi ab illo prius inſtruatur. Ipſe enim Deus eſt Muſicus, & poëtis propitius.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Oſtendit, laudes Auguſti Cæſaris omninò diuinas eſſe, nec ſufficere ad eas deſcribendas humanum ingenium, ſed opus eſſe alicuius numinis afflatu. Itaq; Bacchum Muſicum Deum, & poëtis propitium orat, ut ſe in ſecreta ſuorum nemorum ductum, inſtruat, quò ſatis dignè Auguſti maieſtatem celebret.

COMMENTARIA.

ACRON.

QVO' me Bacche] Hac Ode Liberum patrem inuocat, eò quòd ipſe Muſicus Deus ſit, petens ab eo, ut ſe in ſecreta in nemorum ſuorum ducat, ubi numine eius repletus, Cæſaris Auguſti laudes canat, allegoricôs ſignificans non ſufficere ſpiritum ſuum laudibus Auguſti, niſi numinis eius iuuetur inſtinctu. Aut quos agor in ſpecus] Hic maſculino genere ſpecus poſuit, dicitur & hoc ſpecus. Mente noua] Quæ nouam faciat præſentia numinis, hoc eſt, hominem inconſuetam. Quibus antris] Grauiter pronunciandum. Ordo eſt: Quibus antris meditans, audiar inſerere ſtellis, & concilio

QVO' me Bacche rapis tui
Plenū? quæ nemora, & quos
agor in ſpecus
Velox mente noua? quibus
Antris egregij Cæſaris audiar

Iouis æternum decus egregij Cæſaris? Decus] Conſecrationem dicit. Indictum ore alio] Ab alio adhuc non dictum. Ex ſomnis] Vigilans per furorem. Euhyas] Baccha, Libera. Senſus eſt. Non aliter Baccha, proſpiciens Hebrum fluuium Thraciæ, uel Rhodopen montem, regionis eiuſdem delectatur, quam ego uidens nemora, ſcripturus Cæſaris conſecrationem in antris muſicis. Vt] Quemadmodum. Deuio] Vaticinanti. Repleti enim numinis per deuia agi & remota, conſueuerant. Deuium dictū, à uia remotum. O' Naiadum potens] Dionyſius habens poteſtatē in Nymphis, uel in Bacchis.

Vertere fraxinos] Tantum uirium Liberi ſignificat eſſe cultricibus, ut arbores radicitùs poſsint euertere,

Ii numi

numinis eius inſtinctu. Nil mortale loquar] *Nihil quod mortali conueniat, ſi me in tuos ſpecus, ac ſecreta nemorum duxeris.*
Cingentem] *Amphibolicè dictũ, utrum ſibi tantum cingentem, an quoſcunq; ſuo nomine replere conſueuit.*

PORPHYR. } Quo me] *Hac Ode inuocat Liberum patrem, petens ab eo ut ſe in ſecreta aliqua nemorum ſuorum ducat, ubi numine eius mentem inſtinctus Cæſaris Augusti laudes canat. Per quæ uidetur allegoricôs ſignificare non ſufficere ſpiritum ſuum laudibus Augusti ſine Liberi numine,*

Aeternum meditans decus
Stellis inſerere,& conſilio Iouis:
Dicam inſigne,recens,adhuc
Indictum ore alio.non ſecus in iugis
Ex ſomnis ſtupet Euhyas,
Hebrum proſpiciens,& niue candidam
Thracen,ac pede barbaro
Luſtratam Rhodopen:ut mihi deuio
Ripas,& uacuum nemus
Mirari libet. ô Naiadum potens,
Baccharumq; ualentium,
Procéras manibus uertere fraxinos,
NIL PARVVM, aut humili modo,
Nil mortale loquar. dulce periculum eſt
O' Lenæe,ſequi Deum
Cingentem uiridi tempora pampino.

Egregij] *Quaſi qui unicus inter mortales ſit.* Cõſilio Iouis] *Hoc autem conſilium, id eſt, concilium Deorum cœtum intelligit: nam omnes Ioui aſsiſtunt. Virg.*

„ *Panditur interea domus omnipotentis Olympi.*
„ *Conciliumq; uocat diuum pater atq; hominum rex.*

Fingunt enim poëtæ Iouis regiam in medio cœlo eſſe, & maiores deos propinquas illi ſedes habere. Minores longiùs abeſſe. Ouid.

„ *Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis.*

Regalemq; domum, dextra læuaq; deorum Atria nobilium ualuis ce-

nam & ipſe Muſicus Deus eſt. Quibus antris] *Quibus graui ſono pronunciandum, eſt enim ſubiunctiua particula. Quia præpoſuit, Quos agor in ſpecus, ſubiunxit:* Quibus antris: *in quo & ἐπεξηγήσεως figura denotanda, qui prædicti ſpecus antra ſunt.*
Aeternum meditans decus] *Conſecrationem dicit.* Indictum ore alio] *Per hæc primum ſe Lyrica tangere ſignat.* Hebrum proſpiciens] *Hebrus eſt Thraciæ fluuius.* Rhodopen] *Mons Thraciæ.* Vt mihi deuio] *Deuium eſt à uia remotum, ac per hoc in ſyluis ac ſolitudinibus agentem. Dixit autem allegoricôs dici, quando per ea intelligi uult, ſe inuſitatum Romanis carmen tractare.* Proceras manibus uertere fraxinos] *Vult intelligi, tantas uires cultricibus. Liberi patris, inſtinctu numinis eius eſſe, ut etiam proceras arbores radicitùs poſsint uertere.*
Nil mortale loquar] *Subaudiendum, ſi me in tuos ſpecus ac ſecreta nemorum duxeris.* Cingentem uideri tempora pampino] *Vtrum ſibi tantũ ea cingentem, an quoſcunq; numine ſuo complere dignatur?*

CHRISTOPH. LAND } Quo me Bacche rapis] *Quia deſperat humana mente poſſe laudes Cæſaris dicere, cupit furore Dei rapi, & cum uehementer cupiat, iam ſe rapi putat. Admirabundus ergo dicit. Quo me Bacche rapis, & triplici (ut alio loco demonſtratum eſt) colore uehementiam exprimit, Repetitione, diſſoluto, & interrogatione.*
Plenum tui] *Percitum tuo furore, quo poëtæ altius inſurgere poſſunt, & grandiora efferre. Nam quod uatibus præſit, Lucanus demonſtrat.*

„ *Nec ſi te pectore uates*
„ *Accipiam Cyrea uelim ſecreta mouentem,*
„ *Sollicitare Deum, Bacchumq; auertere Nyſa.*

Specus] *Hoc nomen & neutrum inuenitur hoc ſpecus. Virg.*

„ *Hic ſpecus horrendum & ſæui ſpiracula ditis.*

Ennius autem in fœminino poſuit, ut ait Priſcianus, dicitur etiam ſpelunca & ſpeleum. Virgil.

„ *Ipſe inter ſyluas, inter ſpelea ferarum.*

Dixit autem in quos ſpecus, cum ſe furore plenum ſentiret, quia ex antris prouenire ſolebant ab aliquo Deo immiſsi furores, ut uidemus in Sibylla & in Pythia Apollinis ſacerdote. Nemora] *Quæ & Bacchi ſacris & poëtis apta ſunt.* Velox] *Ad ingenium allegoria eſt.* Noua mente] *Id eſt, inſolita ergo pluſquam humana.* In quibus antris audiar] *Vt in illis diuinum me numen afflet, quo poſsim inſerere ſtellis, id eſt, conſecrare cœlo.*
Decus Cæſaris] *Id eſt, ipſum Cæſarem, cui erit ſummum decus, quaſi annuat illum in ſignum aliquod cœleſte conuerſum iri. Sic enim & Virgil. Spatium libræ occupaturum, cum ſcribit, ut ſit inter Scorpiũ & Virginem, ut à Scorpio Martis domicilio diſciplina rei militaris, à Virgine quæ Mercurij eſt, ſcientia atq; eloquẽtia prouentura ſit: Ait enim*

„ *Anne nouum tardis ſydus te menſ addas*
„ *Qua locus Erigonem inter chelaſq; ſequentes.*
„ *Panditur ipſe tibi iam Brachia contrahit ardens*
„ *Scorpius & cœli iuſta plus parte reliquit.*

lebrantur apertis. Plebs habitat diuerſa locis. Dicam] *Canam, ut poëta Virgil.*

„ *Dicite quandoquidem molli conſedimus herba.*

Inſigne recens] *Quaſi inſolitum, quod declarat addens adhuc indictum.* Ore alio] *Pollicetur ſe carmen in honorem Augusti formaturum, quod hactenus dictum non ſit, quia carmen Lyricum nemo è Latinis adhuc tentarat. Ipſe in epiſtolis. Hunc ego non alio dictum prius ore Latinis Vulgaui fidicem. Neq; arroganter hæc ſcribit. Nam iam demonſtrauit non ſuis uiribus hoc euenturum, ſed afflatu numinis. Vel oſtendit id Cæſarem feciſſe, quod nondum quiſquam feciſſet, proptereaq; à nemine dictum.* Non ſecus] *Non magis delectatur Euhyas, id eſt, Bacchi ſacerdos ab ipſo Euhyo, id eſt, Baccho denominata, proſpicere Hebrum & Rhodopen. quã ego uidere ripas & nemora.* E ſomnis uigilans] *Nocturno enim tempore celebrabant hæc ſacra.* Hebrum] *Hic in Thracia fluuius eſt, cuius in oſtio Polydori tumulus, & non procul inde Apollinis templum eſt.* Candidam niue] *Nam regio ſeptentrionalis eſt frigida.* Pede barbaro] *Nam ipſi Thraces barbari ſunt, qui Orpheo canente Orgya Baccho celebrabant.* Luſtratam] *Circundatam à Bacchantibus, uel purgatam ſacris Bacchi.*
Vacuum] *Deſertum, ergo poëtis aptum.* Rhodopen] *Mons Thraciæ, ſic à puella pulcherrima denominatus.* O' Naiadum potens] *Nam Baccho & Muſæ, & Nymphæ dantur.*
Valentium euertere proceras fraxinos] *Nam percitæ numine Bacchi ſupra humanas uires poſſunt, taciteq; etiam ex Phyſica ratione oſtendit, uino uires augeri. Fraxinus autẽ arbor eſt, quæ montibus gaudet. Virgil.*

„ *Fraxinus in ſyluis pulcherrima, pinus in hortis.*

Arbor celebratiſsima eſt ab Homero in haſta Achillis. Huius ſuccus ad potum expreſſus contra ſerpentes ualet. Arborem ipſam ita refugiunt, ut ne umbram quidem attingant. Expertum ſe Plinius affirmat, ſi neceſsitas ſit, ſerpentem in ignem potiùs, quàm in fraxinum effugere. Dulce] *Periculum quidem eſt in res tam magnas ſequi te. Sed tamen non eſt ſine uoluptate tale periculum.* Cingentem] *Vel Bacchum ipſum cingentem. Vel eſt periculum, hominem cingentem ſequi te.*

HENR. GLAR. } —Vt mihi deuio] *Illud, Vt, puto admirantis eſſe, aut geſtientis. Itaque exponerem,* Vt libet. *id eſt, mirum quamlibet, nec ſupplendum eſſe, non ſecus, ut quidam exponunt.*

HERMAN. FIGVL. } Quò me Bacche, rapis tui plenum?] *ἐνθουσιασμὸς, quo ſignificat, ſe iam Bacchi afflatum numine, & furore percitum, duci in ſeceſſum.* Stellis inſerere] *In cœlum meis carminibus extollere, ubi cum dijs in ſempiterna ſit gloria. Et indicat, præclaros uiros carminum beneficio fieri immortales.* Concilio Iouis] *Fingunt poëtæ, Iouem de rebus arduis conſultaturum, tanquam regem & principem optimum maximũ, cæteros deos in concilium uocare. Sic Themis, apud Homerum Iliados Y. iuſſu Iouis, deorum omnium concilium conuocat. Conſeſſus deorum etiam à Naſone, lib. 1. Transform. pulchrè deſcribitur.* Dicam inſigne recens] *Pollicetur ſe Augusto inſigne uirtutis, & laudis*

laudis monimentū nouū, atq; inauditum cantaturū. Non secus in iugis] *Baccha furore agitata, non aliter ſtupeſcit, quando cernit Hebrum, Thracen, & Rhodopen, ubi Bacchi ſacra celebrare ſolet, quàm ego nunc afflatus numine, ſtupeo.* Euhyas] *Baccha, ab Euhyo Baccho.* Hebrum] *Hebrus fluuius eſt Thraciæ celebris.* Niue candidam Thracen] *Thracia regio eſt Europæ, inter partes Scythiæ computata. Et, ut ait Pomponius Mela, nec cœlo læta, nec ſolo, & niſi quà mari propior eſt, infœcunda, frigida. Eorumq; quæ ſeruntur, malignè admodum patiens. Montes attollit, Hæmon, Rhodopen, & Orbelon, ſacris Liberi patris, & cœtu Mænadum, Orpheo primùm initiante, celebratos.* Vt mihi] *Illud ut, inquit Glareanus, puto admirantis eſſe, aut geſtientis. Itaq; exponerem, ut libet, id eſt, mirum quàm libet.* O Naiadum potens, Baccharumq;] *Nam Orgia Bacchi ab inſanientibus, & furore afflatis uiris ac mulieribus fiebant. Quare eius miniſtræ Mænades dictæ, inter quas Sileni, Satyri, Bacchæ, Lenæ & Chiæ, Mimallones, Naiades, Nymphæ & Tityri ſacris operabantur, teſte Alex. Neap.* Valentium proceras manibus uertere] *Numinis uim & poteſtatem in miniſtris declarat.* Fraxinos] *Fraxinus arbor eſt procera ac teres, pennata folio: multúq; Homeri præconio, & Achillis haſta nobilitata. Hæc, & alia mira de fraxino, tradit Plin. lib. 16. ca. 13.* Nil paruum, aut humili modo] *Inſtinctus Bacchi afflatu diuino, non humilia & mortalia, ſed cœleſtia & æterna carmina in laudem Auguſti fundam.* Dulce periculum eſt] *Quaſi dicat, Magnus quidem & periculoſus eſt labor, tam ardua tentare, ſed duce Baccho exiguus & dulcis.* O Lenæe] *Ληναῖος dicitur Bacchus, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, hoc eſt, à lacu torcularis.*

THEOD. PVLM. } 2 Quæ nemora, & quos] *A.* quæ nemora, *aut* quos. *H.G.E.B.* quæ tu nemora, *aut* quos, *Lābini libri antiqui tres.* 13 Ripas] *H.G.E.B.A.* Rupes, *Ant. Mureti editio.*

GEORG. FABRICIVS } *Alloquitur Bacchum, ut ſe iuuet in laudibus Auguſti celebrandis, & perficienda eiuſdem apotheoſi.*

IOD. BAD. ASCENS. } Quo me] *Significat ſe Bacchico furore correptum ad Cæſaris æternum decus, commemorandum incitari, dicitq; hoc ordine.* O Bacche quo rapis me plenum tui] *Id eſt, à te, hoc eſt, numine tuo poſſeſſum.* In quæ] *Sup. nemora, aut in quos ſpecus.* Agor] *Id eſt, impellor.* Mente noua] *Id eſt, nubi inſolita & à Deo data: quibus antris audiar* Meditans] *Scilicet, canendo, inſerere ſtellis.* Et conſilio Iouis] *Id eſt, cœtui deorum, æternum decus* Cæſaris] *Scilicet, Auguſti* Egregii] *Id eſt, incomparabilis principis, aut Cæſaris Iulij cuius ſidus ſtellis inſertum aiunt: unde eſt.*

" *Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum.*

Quod Auguſto apparuit cum Iulio ludos funebres ageret. Ego dicam inſigne] *Id eſt, ornamentum Cæſaris.* Adhuc recens] *Id eſt, nouum & indictum* Prius] *Id eſt, nondum dictum.* Alio ore] *Scilicet, quam iam meo, qui ſacro furore correptus ſum. unde addit* Euhyas] *Id eſt, Baccha Euhyum inclamans* Exſomnis] *Id eſt, peruigil.* Stupet non ſecus] *Id eſt, non aliter* In iugis] *Scilicet, montium Thraciæ* Proſpiciens] *Id eſt, porrò aſpiciens, Hebrum fluuium illum Thraciæ, &* Thracen] *Id eſt, Thraciam* Candidam niue] *Id eſt, niuoſam: & Rhodopen montem Thraciæ.* Luſtratam] *Id eſt, circundatam aut purgatam.* Pede barbaro] *Id eſt, barbararum Baccharum ipſam prementium pede, non ſecus dicit.* Vt] *Id eſt, quam libet mihi* Deuio] *Id eſt, uaganti more Bacchantium.* Mirari & ripas, & nemoris uacuum] *Id eſt, uberem laudum Auguſti materiam ab alijs indictam.*

O Lenæe] *Id eſt, Bacche, id quaſi furens dicit, ut non ſuo, ſed numinis inſtinctu locutus putetur.* Potens Naiadum] *Id eſt, Muſarum, quæ Nymphæ quoq; ſunt, & in Bacchi comitatu.* Et potens Baccharum ualentium uertere manibus fraxinos proceras] *Id enim Bacchantibus uidetur per furorem, ego nil loquor paruum, aut humili modo.* Ego nil mortale loquor] *O Lenæe dulce periculum eſt cingentem tempora* Viridi pampino] *Id eſt, fronde uitis uirentis* Sequi Deum] *Scilicet, te, aut ſequi te Deum* Cingentem tempora] *Scilicet, capitum eorum, qui te ſequuntur pampino uiridi.*

ANTON. MANCIN. } *Oſtendit Horatius ſe Bacchi numine plenum ab illo in nemora & ſpecus rapi, ibiq; Auguſti Cæſaris numen, & laudes ſtellis inſerere uelle & Iouis conſilio ſcribit.* Quo me Bacche rapis] *Ode eſt, ſimilis ſuperiori.* Noua mente] *Nouo ſpiritu, Bacchico, ſcilicet.* Quibus antris] *Ordo eſt. Quibus in antris meditans audiar inſerere ſtellis, & Iouis conſilio æternum decus egregij Cæſaris.* Aeternum decus] *Auguſtum inter deos relatum iri oſtendit. Conſilio Iouis, ut interſit ibi cum alijs dijs.* Inſigne] *Id eſt, ornamentum, retulit enim ad illud æternum decus ſtellis inſerere.* Indictum ore alio] *Hoc ideò, quia recens erat inſigne illud.* Exſomnis] *Vigilans* Euhyas] *Id eſt, Baccha. Eſt enim patronymicum fœmininū nam Euhyus Bacchus eſt, ab uoce Bacchantium.* Hebrum] *Fluuius eſt Hebrus ſub Rhodope Thraciæ monte niuoſo ut ſcribit Plinius lib. 4. Ibi autem Orpheus ſonare, cantareq; ſolitus erat, & ibi ſacra Liberi patris Orpheo primum intrante celebrantur, ut ſcribit Mela. Eſt autem mons ſublimis poſt Hæmum, ut Strabo ait lib. 7. Ptolemæus libro 3. Rhodopen montem eſſe ſupra Neſum fluuium atq; Hebrū.* Ripas fluminum] *Scilicet, ad uoluptatem. Vacuum nemus. Auguſti decus ab alijs indictum intelligit.* Naiadum] *Id eſt, Muſarum, quæ & Nymphæ dicuntur. Virg. in Buc.*

" *Nymphæ noſter amor Libethrides.*

Quomodo autem Bacchus Muſis oblectaretur ſupra iam patuit. Valentium uertere] *Tuo uidelicet numine agente.* Proceras fraxinos longas arbores] *Bacchum enim in bella mulieres ſequebantur, à quibus Bacchantibus ipſe Bacchus dictus eſt. Author Diodo. lib. 4.* Nil mortale] *Dixerat enim ſe dicturum æternū decus Cæſaris.* Humili modo] *Id eſt, Lyricis uerſibus, qui humiles ſunt diuina quoq; loquar.* Dulce periculum] *Dulcis labor: Lenæe, à Torculari, quo uinum exprimitur, ut ait, Diodorus lib. 4.*

ODE XXVI. AD VENEREM.

Ode XXVI. *Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.*

– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪ – –
– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪

ARGVMENTVM IN ODEN XXVI.

Suſpendit lyram ſuam Veneri, uelut miles emeritus iam & fractus, qui nolit amplius Martem experiri, innuens ſe uelle amori ualedicere.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Per allegoriam ſignificat, ſe hactenus ſcribendis amoribus fuiſſe idoneum: nunc autē ſenem ſe lyram Veneri conſecraturū.

COMMENTARIA.

ACRON.

VIXI puellis nuper idoneus] *Hæc Ode uideri uult iam renunciare carminibus, & lyram conſecrare, & amare deſinere.* Idoneus] *Voluptati ſufficiens.* Et militaui] *Allegoricôs militiam nunc amorē uocat.* Non ſine gloria] *Non ſine opinione boni amatoris.* Arma] *Bene amatoris arma, Lyram dixit.* Marinæ] *Mari orta, ut:*

„ *Fas omne eſt Cytherea, meis te fidere regnis,*
„ *Vnde genus ducis.*

VIXI puellis nuper idoneus,
Et militaui non ſine gloria:
Nũc arma, defunctũq; bello
Barbitõ hic paries habebit:
Leuũ marinæ qui Veneris latus
Cuſtodit, heic heic ponite lucida
Funalia, & uectes, & arcus
Oppoſitis foribus minaces.
O', quæ beatam diua tenes Cyprum, &
Memphim carentem Sithonia niue,
Regina, ſublimi flagello
Tange Chloēn ſemel, arrogantem.

Atq; ideo ἀφροδίτη eſt dicta ἀπὸ τ ἀφρῶ, id eſt, à ſpuma, & eſt ordo: Qui paries marinæ Veneris læuũ latus cuſtodit, ac per hoc in ſiniſtra parte templi pendebit. Funalia] *Supple quibus luminaria ſuſpendi conſueuerãt.* Et uectes] *Hæc inſtrumenta amoris uult intelligi, quibus faſtus etiã per uim contemnentium ſuperantur.* O' quæ beatam diua tenes Cyprum] *In Cypro enim inſula Venus ſpecialiter colitur, ſimiliter & apud Memphim, id eſt, Aegyptũ, quod ideo carere niue dixit, quia calida regio eſt.* Sithonia niue] *A' prouincia nomen niuibus dedit, ut:*

„ *Sithoniasq; niues hyemis ſubeamus aquoſæ.*

Sublimi flagello] *In altum ſublato ictu, quod fit, dum quis uehementiùs uult ferire, et ideò Cloēn, q̃a arrogãs eſt, & ſuperba amãtibus, percuti uulnere graui dicit debere amoris plaga Venerei.*

PORPHYR. } Vixi puellis] *Hæc Ode uidetur iam renunciare carminibus & lyram conſecrare & amare deſinere.* Et militaui] *Allegoricôs militiam nunc amorē uocat.* Defunctũq;] *Perſeuerat in allegoria.* Defunctum bello Barbiton] *Quando ſignans amores ſuos ſe Barbito cecinisse, quod eſt organi genus.* Leuum marinæ] *Conſecratũ Veneri Barbiton ſuſpendere in templo eius dicit in parte ſiniſtra.* Hic ponite] *Hæc inſtrumenta amoris intelligi uult.* Memphim] *Memphis in Aegypto ciuitas eſt, quam meritò carere niue dicit, quia in Aegypto nunquã eſt nix, ideo calidior eſt. Sithonij autẽ Thraces ſunt, ubi multa nix, unde κατ' ἐξοχὴν Sithoniam niuem dixit.* Sublimi] *Id eſt, in alto ſubleuato. Hoc enim fit cum quis uehementiùs uelit percutere. Vult autem Chloēn quod ſit arrogans & ſuperba amantibus, uel una amoris plaga à Venere percuti.*

CHRIST. LAND. } Vixi puellis nuper idoneus] *Longè diuerſum à ſuperiori argumentum eſt. Nam infima ex ſummis prolapſus dicit ſe uelle relinquere, quæ ad Venerem pertinent cùm iam huius modi militia functus ſit. Rogat tamen ut Cleon arroganti mulieri uices ſuæ crudelitatis reddat.* Nuper] *Quaſi dicat uſque in hanc ætatem.* Militaui] *Nam ſpecies quædam militiæ eſſe uidetur amare. Hinc Ouid.*

„ *Militat omnis amans, & habet ſua caſtra Cupido.*

Non ſine gloria] *Et quia ſtrenuè me geſſi, neq; laboribus periculisq; peperci, & quia re amata potitus ſum. Vt in militari diſciplina laus ſumma eſt & labores perferre, & uictoria potiri. Nunc quoniã per ætatem amplius illam militiã exercere non licet.* Arma] *Cuiuslibet artis inſtrumenta arma dicuntur. Erat autem priſca cõſuetudo, ut qui alicui arti renuntiaret, Deo illi, qui arti præeſſet, inſtrumenta eius artis ſuſpenderet. Quapropter ipſe in epiſtolis,*

„ *Veianius armis Herculis ad poſtes fixis latet abditus agro.*

Et Virgil.

„ *Hic cæſtus uictor, artemq; repono.* Hic paries] *Paries huius templi.* Læuum latus Veneris] *Id eſt, ſtatuæ Veneris.* Marinæ] *Quæ ut iam diximus in mari orta eſt, proptereaq; in littore ſibi templa, ut plurimùm fiebant. Iuuenal.*

„ *Ante domum Veneris quam Dorica ſuſtinet Anchon.*

Defunctum bello] *Non diſceſſit à translatione, nam ſi amare militia eſt, qui amare deſinit, bello defunctus eſt. Ponit aũt arma huius militiæ Barbiton, id eſt, lyram.* Funalia] *Quæ amantib. noctu luceant.* Et uectes & arcus] *Quibus amicarũ domus expugnent.* Minaces forib. oppoſitis] *Minantur enim ſi fortes ſe opponant & nõ pateãt.* Vectes] *Inſtrumẽta ſunt ad aliquid ſubuertendũ, euertendũq;. Qua propter et Thraſo Thaidis domũ expugnaturus, inq.*

„ *Procede huc cum uecte Dorax.* Cypron] *Vt ſuprà ſpernæ dilecta Cypron.* Memphis] *Vrbs in Aegypto à Memphite rege condita. Alij dicunt ab Epapho. Voluntq; uſum carthæ primò in ea inuentum. Strabo uult non apud Memphin ubi Apis alitur, Sed apud Momemphin, ubi alitur uacca Venerē coli. Herodotus ſcribit Seſoſtri regi Aegypti ſucceſsiſſe Memphitem atq; illi in urbe Memphi lucum ſacrum fuiſſe & in eodem loco templum Veneris hoſpitæ, quod idem Herodotus Helenæ fuiſſe credit. Memphitem autem regem eum eſſe uult, quē Græci Proteũ appellant. Diodorus uerò Siculus Memphim conditã refert ab Ogdoo rege in eo loco in quo Nilus ſe in plura diuidens Delta facit, illamq; & pulcherrimã, & munitiſsimã. Et in ea regiam poſuiſſe, quæ hactenus Thebis fuerat. propter quã rem ſemper deinceps diminutæ ſunt Thebæ, ſemper aucta Memphis uſque ad conditam ab Alexandro Alexandriã. Volunt aũt Memphim dictam de nomine ſuæ filiæ, quam dicunt à Nilo adamatam & ſub forma Tauri compreſſam Aegyptũ peperiſſe, à quo regio ipſa nomē accepit.* Carentẽ Sythonia niue] *Quia in regione calida eſt Sithonia Thracenſi à monte Thraciæ. Virgil.*

„ *Sithonasq; niues hyemis ſubeamus aquoſæ.*

Sed poſuit ſpeciem pro genere. Sublimi flagello] *Sententia eſt,* Tu me Venus aſſiduis uulneribus amoris confodiſti. Fac ergo ut illã non dico uulneres, ſed tangas & tangas non pluries, ſed ſemel, & non ferro ſed flagello, nec cum toto flagello, ſed cum extrema parte, flagelli. *Locus eſt profectò artificioſiſsimus. Sed quem nõ minori artificio imitatus ſit Lyricus noſter Florentini communis poëta Franciſcus Petrarcha.*

„ *Et certo almo parer non gli fu honore*
„ *Ferir medi ſaetta in quello ſtato.*
„ *Allei armata non monſtar pur larco.*

HENR. GLAR. } —Heic heic ponite lucida Funalia] *Funalia (inquit Acro) ſcilicet, quibus luminaria ſuſpendi conſueuerant. Hæc etiam lectori conſiderandum relinquo, nam ego cereos, aut, ut Mancinellus, faces accipio.*

HERM. FIG. } Militaui non ſine gloria] *Fortiter & cũ magna gloria in eo bello pugnauit. ἀλληγορικῶς amorē, & ſcribendorum Lyricorũ ſtudium, in quo tanta cum laude uerſatus eſt, ut ſolus Lyricorum legi ſit dignus, militiam uocat. Eſt enim ſpecies quædam belli amor, ut patet ex carmine illo Naſonis:*

„ *Militat omnis amans, & habet ſua caſtra Cupido.*

Nunc arma, defunctũq;, &c.] *Manet in allegoria, oſtendens ſe ueteranum iam, & emeritũ militem, arma ſuſpenſurũ, hoc eſt, amandi ſcribendiq; finē facturũ. Erat aũt uetus conſuetudo, ut is, qui à munere aliquo, ob ætatē ceſſare uellet, inſtrumenta ſui artificij, Deo artis illius præſidi cõſecraret. Sic Veianus arma ad poſtem Herculis figit. Entellus apud Virgil. Cæſtus reponit. Et hoc loco Horat. Lyram in templo Veneris ſuſpendit.* Lucida funalia] *Id eſt, ardentes faces, ex funibus, ceraq; factas. Sunt etiã funalia, feriæ Furniæ deæ, autore Varrone.* Vecteis & arcus] *Inſtrumẽta amatorũ, ad emouendas, effringendasq; amicarũ ianuas apta. Sic Thraſo expugnaturus ædes Thaidis, Donacē legionariũ militem, cũ uecti in mediũ agmen cõſiſtere iubet.* O', quæ beatã. &c.] *Mira amatorũ inconſtantia hîc exprimitur. Nam qui paulò antè amori ualedixerat, is nunc amari ab amica cupit. Itaq; Venerē orat, ut ſuperbã & faſtidientem ſe flagello ſemel percutiat.* Memphim] *Memphis urbe clariſsima*

clariſſima Aegypti, quondam arx regũ, ab Ogdoo condita. Hodie Alkairo dicitur, ubi colebatur Venus. Carentẽ niue] *Nam Aegyptus expers eſt imbrium & niuis.* Sythonia] *Thracenſi, à Sythone, monte Thraciæ, niuibus abundantis, quam in præcedente Ode, niue candidam uocat. Virgil. in Gallo:*

„ *Sythoniasq́ niues hyemis ſubeamus aquoſæ.* Sublimi flagello tange Chloen] *Hoc eſt, languentem & tardam in amore ſtimulis incita. Ducta metaphora ab aurigis, qui equos ſegnes flagellis uerberibusq́ ad properandum impellunt.*

THEOD. PVLM.} Læuũ Marinæ qui Veneris latus] *Non abs re Veneri hoc epithetum attributum eſt ab Horatio. nam in Dis numerabantur, quæ mari præerãt, cùm ipſa è mari orta eſſet. ſic ab Euripide* ποντία *appellatur.*

„ [illegible]

Turneb. lib. 19. cap. 17. Vide Annotationes ad Oden 3. lib. 1.

GEORG. FABR.} *Poëta lyram ſuam Veneri dedicat, quaſi* ἀνάθημα, *cùm ſe ludis adoleſcentiæ iam defunctũ dicit, eamq́ exorat, ut Chloës arrogãtiam puniat. Eodem modo Sappho lyram dedicat ſuam Phœbo, apud Ouidium in Heroid.*

IOD. BAD. ASCENS.} Vixi puellis] *Dicit ſe amatoria Veneri conſecrare, ut non ampliùs amaturum, uerum ut amantium incõſtantiam agnoſcas, rogat ut Chloen Flagello amoris tangat, dicens.* Ego uixi nuper] *Scilicet, in iuuẽta.* Idoneus puellis] *Et militaui ſcilicet in caſtris Veneris.* Non ſine gloria] *Nunc hic paries.* Qui cuſtodit leuũ] *Id eſt, ſiniſtrũ latus.* Veneris marinæ] *Id eſt, è mari ortæ.* Habebit arma] *Scilicet.* Barbiton] *Id eſt, plectrum.* Defunctum bello] *Id eſt, quod perfecit partes ſuas in bello amorum.* Ponite ô pueri] *Hic, hic ſcilicet ad parietem Veneris, funalia lucida, quibus noctu ambulãt amatores, & uectes ferreos fuſtes, & arcus minaces.* Foribus] *Scilicet, puellarum oppoſitis, quia eas infringere minantur.* O diua] *Scilicet, Venus, quæ tenes Cyprũ.* Beatam] *Id eſt, diuitẽ &* Memphim] *Id eſt, Aegyptũ carentẽ niue.* Sythonia] *Id eſt, qualis eſt in Thracia, hoc eſt, nunquam frigidam, tange ô regina.* Semel Chloen arrogantem] *Id eſt, ſuperbam, propter formam & omnia ſibi attribuentem.* Flagello ſublimi] *Id eſt, acri ui amorum.*

ANT. MANC.} *Amori finem imponere deſtinat, & in Veneris templo Barbyton affigere tanquã emeritus, orat poſtea Venerem, ut Chloën asperã ſemel flagello tangat.* Vixi puellis] *Ode eſt ſimilis 9.* Militaui] *Militiæ ſpecies amor eſt. inquit Ouid.* Non ſine gloria] *Eſt enim potitus re cupita.* Arma] *Inſtrumẽta ipſa amatoria.* Defunctũ bello] *Qui finiuit amatoriæ militiæ ludum.* Marinæ Veneris] *Ex ſpuma enim nata eſt in mari. Inde dicitur Aphrodite.* Læuum latus] *in ſiniſtro templi latere intelligit.* Funalia] *Faces intelligit, quibus amicarum ianuæ urebantur aliquando.* Vectes] *Dicti ſunt uectes pali ferrei, quòd manibus uectentur, Cæſar lib. 2. de bel. ciuil. Oppidani ſaxa quam maxima poſſunt uectibus promouent.* Memphim] *Erat Memphis Aegyptiorum regia, urbs magna & populoſa, & ſecunda poſt Alexandriam. Memphi erat Veneris fanum quæ Græca Dea cenſebatur. Quidam lunæ id dicunt, author eſt Strabo lib. 17.*

ODE XXVII. AD GALATEAM NAVIGATVRAM.

προσφωνητική.

Ode XXVII. Dicolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

— ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ — —
— ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ — —
— ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ — —
— ∪ ∪ — —

ARGVMENTVM IN ODEN XXVII.

Mira arte Galateam amicam inſtituto itinere reuocare conatur, nam ut faciliùs perſuadeat, quibuſuis alijs potiùs & impijs, quam illi inauſpicatum iter optat, & mox periculum oſtendit. Nam ex ſignis quibuſdam tempeſtatem imminere ait, quam hoſtibus imprecatur, poſtremò Europæ exemplo planè non eſſe illi tentandum mare adfirmat, neq; auſtro fidendum, non magis quàm Europæ tauro, & ſi mitiſſimus uidebatur.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Galateam amicam ab inſtituta nauigatione reuocare ſtudens, miro utitur artificio. Nam primò multa omina, quæ proficiſcentibus triſte iter portendere ſolent, congerit, eaq; impijs potiùs quàm illi optat. Deinde ingentem tempeſtatem futuram ex ſignis colligit, quam hoſtibus imprecatur. Poſtremò Europæ exemplo, ne temerè ſe committat mari, ſuadet,

COMMENTARIA.

ACRON.

IMPIOS parræ recinentis] *Amicam peregrè proficiſcentem inuitus dimittens, timet ne malis pergat auſpicijs, & optat ut impij potius, quam ipſa, augurio parræ auis uel cæterorum, quæ ſubijcit, proficiſcantur. Et per iſtam commemorationem omnium aduerſorum, nititur eam reuocare ab itinere diſpoſito.* Raua] *Aut colore oculorum torua, aut uoce non clara, aut certè rabida.* Raua] *Fulua, ſiue ſub nigra, aut rauca, id eſt, uocis obtuſæ. Rauus enim color dicitur niger mixtus cũ fuluo.* Si per obliquum ſimilis ſagittæ] *Serpentis celeritate etiam animalia deterreri dicit, id eſt, ſi tantæ celeritatis eſt ſerpens, ut irrationabilia terreat.* Rumpat] *Id eſt, incidat, id eſt, interpellat tibi inſtitutum iter.* Mannos] *Burdos: Manni ideo dicti, quòd manſuetudine manuum familiariùs ſequantur.* Imbrium diuina auis imminentium] *Diuinam cornicem dicit imminentium imbrium præſciam, ut:*

„ *Tum cornix plena pluuias uocat improba uoce.*

Paludes autem finito die repetere cõſueuerat. Oſcinem corui] *Oſcinẽs dicuntur aues, quæ uoce augurium faciunt, præpetes, quæ uolatu, ut, Virgilius.*

„ *Qui uolucrũ linguas qui præpetis omina pennæ.*

Solis ab ortu] *Ab ortu ſolis proſpera corui omina ſunt, aduerſa ab occaſu.* Sis licet fœlix] Ordo eſt Galatea ſis fœlix & memor noſtri, licet uiuas ubicunq; mauis, *id eſt, etſi ſine me eſſe mauis, ſis tamen fœlix.* Te: nec læuus uetet ire

IMPIOS parræ recinentis omen
Ducat, & prægnãs canis, aut ab agro
Raua decurrẽs lupa Lanuuino
Fœtaq́ue uulpes:
Rumpat & ſerpens iter inſtitutum,
Si per obliquum ſimilis ſagittæ
Terruit mannos ego cui timebo
Prouidus auſpex

picus] *A' ſiniſtra picum mali omi-nis dicit, & uagam uolatu cornicē.* Trepidet] *Feſtinet, ut:*

» *Ne trepidate uiri.* *Vel*
» *Trepidet uentorum flatu uel murmure pelagi.*

Pronus Orion] *In occaſum uer-gens. Orīon tēpeſtuoſus eſt, & quia amicā non ualet precibus retinere, minis tempeſtatis conatur, Vt:*

» *Dum pelago deſæuit hyems, & aquoſus Orīon.*

Ego quid ſit ater Adriæ noui ſi nus] *Futuræ ſe noſſe ſigna tēpeſta-tis oſtendit, uel ex Adriatici maris ſono, uel ex flatu Iapygis uenti, qui ex ſereno ſubitā facit tempeſtatem.* Et quid albus Peccet Iapyx] *Aut propter erectionē fluctuū, aut colo-rem uacuarū nubiū.* Hoſtiū uxo-res] *Nec ſeruati barbaricæ, nec puerili ſcientiæ incognita dicit eſſe poſſe futuræ tēpeſtatis indicia.* Sic & Europæ] *Id eſt, Quēadmodū tu præſumptuoſè ſumis peregrinatio-nem: ſic & Europa præſumptuoſè credidit niueū latus doloſo tauro, & uide quid paſſa ſit.* Doloſo] *Falſo Iouis in taurū mutato.* Scaten-tē Belluis pontū] *Repletū, pullu-lantē, frementē, ebullientem.* Me-diasq́ fraudes] *Non fraudes me-dias, ſed in medio dolo cognitas, nec antè repertas.* Palluit audax] *Vehementer timuit. Id quod effici-tur poſuit pro efficiente, id eſt, quæ ante audax fuerat, tunc palluit.* Studioſa florū] *Id eſt, quæ Nym-phis ſtudebat facere floreas coro-nas.* Subluſtri] *In crepuſculo, uel ex luce.* Quæ ſimul centū] *Ordo eſt: Quæ ſimul attigit Cretē poten-tē centū oppidis, uicta furore dixit,*

» *O pater, & pietas relictū no-men filiæ.*

Pater ô relictū] *Europæ gemiſcen-tis uerba, ô patris pietas reliquiſti nomen filiæ.* Leuis una mors eſt Virginū culpæ] *Quātò minus uir-go peccare debet, eò peccans digna maiore ſupplicio eſt, leuior ſiquidē mors eſt uitæ, q̄ iactura pudoris, ut*

» *Ferroq́ auerte dolorem.*

Vigilans'ne ploro] *Sic incredibile dicit factum, ut ſibi ſomno etiā ſimi-le uideatur.* Ludit imago] *Pro ſomno dicitur, ut:*

» *Si nunquam fallat imago.*

Et eſt ſenſus: An ſine uitio ſum, & hoc potius ſomnio. Porta fugiens eburna] Per quam ſomnia uana emittūtur, ut altera candēti per-fecta nitens elephanto, Sed falſa ad cœlū mittūt inſomnia manes. Infamē] *Aut famoſum, aut certè ſibi infamē.* Dedat iratæ lacerare ferro] *Vt:* *(pus.*

» *Nō potui abreptū diuellere cor*

Antè quam ſtanteis repetat paludes
Imbrium diuina auis imminentum,
Oſcinem coruum prece ſuſcitabo
Solis ab ortu.
Sis licet felix, ubicunq́ mauis,
Et memor noſtri Galatea uiuas,
Teq́ nec læuus uetet ire picus,
Nec uaga cornix:
Sed uides quanto trepidet tumultu
Pronus Orion? ego, quid ſit ater
Adriæ, noui, ſinus & quid albus
Peccet Iapyx.
Hoſtium uxores, puerię cæcos
Sentiant motus orientis auſtri, &
Aequoris nigri fremitum, & trementes
Verbere ripas.
Sic & Europe niueum doloſo
Credidit tauro latus, & ſcatentem
Belluis pontum, mediasq́ fraudes
Palluit audax.
Nuper in pratis ſtudioſa florum, &
Debitæ Nymphis opifex coronæ,
Nocte ſublustri, nihil, aſtra præter,
Vidit, & undas.
Quæ ſimul centum tetigit potentem
Oppidis Creten, pater ô relictum
Filiæ nomen pietasq́ dixit
Victa furore.
Vnde? quò ueni? leuis una mors eſt
Virginum culpæ. uigilans'ne ploro
Turpe commiſſum? an uitijs carentem
Ludit imago
Vana? quæ porta fugiens eburna
SOMNIVM DVCIT? meliùs'ne fluctus
IRE PER longos fuit, an recenteis
Carpere flores?
Si quis infamem mihi nunc iuuencum
Dedat iratæ: lacerare ferro, &
Frangere enitar modo multum amati
Cornua tauri.
Impudens liqui patrios penateis:
Impudens orcum moror. ô, deorum
Si quis hæc audis, utinam inter errem
Nuda leones.
ANTE quam turpis macies decentes
Occupet malas, teneræq́ ſuccus
Defluat prædæ, ſpecioſa quæro
Paſcere tigres.
Vilis Europæ, pater urget abſens:
QVID mori ceſſas? potes hac ab orno
Pendulum, zona bene te ſequuta,
Lædere collum.
SIVE te rupes, & acuta letho
Saxa delectant: age, te procellæ
Crede ueloci: niſi herile mauis
Carpere penſum
Regius ſanguis, dominæq́ tradi
Barbaræ pellex? aderat querenti
Perfidum ridens Venus, & remiſſo
Filius arcu.
MOX ubi luſit ſatis: abſtineto,
Dixit, irarum, calidæq́ rixæ,
Cùm tibi inuiſus laceranda reddet
Cornua taurus.
Vxor inuicti Iouis eſſe neſcis:
Mitte ſingultus: bene ferre magnam
DISCE fortunam: tua ſectus orbis
Nomina ducet.

Et undis ſpargere, ut indignationē ſimulis ſexus indignatione monſtra-ret. Modò] *Paulò antè, ut:*

» *Quē modò nauali Mneſtheus certamine uictor*
» *Conſequitur.*

Impudens] *Turpiter nomen pro aduerbio. Ea-dem, inquit, impudētia uiuo, qua pa-triam reliqui.* O'] *Interiectio eſt.* Turpis macies] *Quæ turpes facit. Ante deteriorationem formæ optat perire.* Succus] *Viriditas, qua pul-chritudo corporis ſignatur, ut: Cor-pus ſolidū, & ſucci plenū.* Pater ur-get abſens] *Inſequitur, ut mori de-beat etiā abſentis timore.* Zona be-ne te ſecuta] *Tanquā quæ adiutu-ra ſit mortis neglectæ conſiliū, ideò bene ſecuta.* Age te procellæ Cre-de ueloci] *Id eſt, uēto & mari, tan-quam quæ magis debeat ſe tempe-ſtatib. tradere peritura, aut præcepſ per abrupta dimitti, quam dominæ imperiū ſeruiēdo perferre.* Pellex] *Concubina, ut exaggeret ſeruitutem barbaricā, addit pellex, id eſt, quæ ſic me inſequitur, ut pellex ſim, ti-mens meæ pulchritudini.* Perfidū] *Doloſum.* Ridens Venus] *Epithe-ton Veneris, & ad præſens eſt ma-gis cōueniens, eò, quòd ridet eā ima-gine iuuenci deceptam, quòd Vene-ri iraſceretur, ueluti uerè pecudis il-luſa concubitu.* Et remiſſo Filius arcu] *Meritò, remiſſo arcu Cupi-do, tanquam, qui Europæ iam de-bellaſſet pudorem.* Abſtineto ira-rum] *Ceſſa ab ira.* Calidæq́ ri-xæ] *De calore animi uenientis, uel furoris commotione, id eſt, commo-tione poſteaquam paſſa eſt diu illā caſus ſuos conqueri, uelut facti au-toris ignaram.* Non tibi Inuiſus] *Ironicè dictum, quia minata fuerat ſe cornua tauri facturam, id eſt, nō lacerabis eū cùm ſe tibi rurſus obtu-lerit.* Sectus] *Diuiſus, eò, quod u-na pars orbis Europæ nomen acce-pit, altera Aſia dicta eſt. ut, Europa atq; Aſia pulſus.* Nomina ducet] *Id eſt, ex tuo nomine dicetur.*

PORPHYR. } Impios Parræ recinentis omen Ducat] *Amicam peregrè proficiſcentem di-mittens mutius ne malis auſpicijs exeat, timet, & optat ut impij po-tius, quam ipſa auſpicio parræ aut & cæterorum quæ ſubijcit, profi-ciſcantur.* Raua decurrens] *Ra-ua lupa, à colore dicitur.* Rumpat & ſerpens iter inſtitutum] *Vt ſi-t in tranſuerſam uiam, impios ducat, non impios reuocet, hoc eſt prius ſer-pens.* Terruit Mannos] *Manni e-qui dicuntur puſilli, quos uulgò bu-dos uocant, nam & hoc ad omen di-cit pertinere, quòd manni terrean-tur.* Antequā ſtantes repetat pa-ludes]

ludes] *Cornix antequam repetat paludes, quam cornicem imbriũ imminentium diuinam ait, quia pluuiam futuram ſignificare ſolet quod etiam Virg. oſtendit:*

„ *Tunc cornix plena pluuiam uocat improba uoce.*

Paludes autem non ad anni tempus pertinent, ſed ad diei. Oſcinẽ coruum prece ſuſcitabo] *Oſcinem coruum inuocabo, inquit.*

PORPH. } Sed uides quanto] *Decenter pericula nauigationis oſtendit, quibus illã retineat. Nam reuocare non audet. In occaſum aũt pronus Orion intelligendus, nam tũc magnæ tempeſtates.* Et tremedtes uerbere] *Verbere fluctuũ aut uentorum.* Sic & Europæ] *Sic, hoc eſt, dum eam blandus in mare placidum Iupiter inducit. Hæc autem cõparatio Iapygi uento confertur, qui incipit placidus, mox in tẽpeſtates citatur.* Mediasq; fraudes Palluit audax] *Ad ludũ audax, non tunc cum palluit.* Nocte ſublustri] *Pro ſublucida.* Pater ô relictũ Filiæ nomẽ] *Europæ ingemiſcentis uerba ſunt. Et filiæ relictũ, pro à filia relictum.* Victa furore] *Nunc errore mẽtis uel amore.* Leuis una mors eſt Virginũ culpæ] *Quantò minus peccare uirgo debet, eò in peccantis digna maiori ſupplicio eſt.* Vigilans'ne ploro] *Bene tamẽ incredibile factũ eſt, ut uideatur hoc etiã ſimile ſomno.* Ludit] *Id eſt, pro ſomno.* Quæ porta fugiens eburna] *Virgilianum.*

„ *Altera candenti perfecta nitens elephanto,*

„ *Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia manes.*

Impudens liqui patrios penates, Impudens orcum moror] *Id eſt, Eadẽ impudentia uiuo, qua patriam reliqui.* Specioſa quæro paſcere Tygres] *Precatur ſu[illegible] eſt, ne deſinat eſſe ſpecioſa, quæ deſiderat quamprimũ uenire, dum pulchritudo ſua ſecum ſit.* Vilis Europæ pater urget abſens] *Dubiũ non eſt, inquit, quin me pater abſentem uilem extimet & appellet, credens me amantẽ perſecutam, & ideo moriendũ eſt, ut p[illegible]rum horum obliuiſcar.* Zona bene te ſecuta] *Quæ adiutura ſit mortis conſilium.* Aderat querenti Perfidum ridens Venus] *Etſi perpetuũ antè poſitum, nunc tamen epitheton conuenientius ad præſentia pertinet: Ridet enim, & quòd eam imago iuuenci deceperit, & quòd illa iraſcatur, quaſi uerè à pecore decepta ſit.* Mox ubi luſit ſatis] *Poſtquã diu paſſa eſt illã ignarã ſuæ fœlicitatis, de caſu ſuo conqueri.* Lacerandà reddet Cornua taurus] *Ne laceres eum, inquit, cùm ſe tibi rurſus obtulerit.* Vxor inuicti Iouis eſſe neſcis] *Ambiguum, utrum hoc dicat, neſcis te coniugem Iouis eſſe: an uerò neſcis te gerere coniugẽ Iouis. Vt ſi dicas. Neſcis eſſe conſul?* Tua ſectus orbis Nomina ducet] *Id eſt, diuiſus, quia ab huius nomine, pars orbis Europa appellata eſt.*

CHRIST. LAND. } Impios parræ recinentis omen] *Res infima eſt, ſed nõ infimo artificio tractata. Conatur Galatheã ab itinere, quod contra poëtæ uoluntatem ſuſceperat reuocare. Sed ne mulierculã offendat, inſinuatione utitur. Nam dum precatur ſibi iter fœlix, paulatim admonet non eſſe proficiſcendum. Habet ergo cauſſam turpem, non quia natura turpis ſit, ſed quia dicitur turpem habere cauſam orator, cum ipſa à ſe alienum reddat animum auditoris, ergo in turpi cauſa utitur inſinuatione. Deinde cũ iam animum auditoris occupauit, apertè rem ingreditur.* Impios] *Genus cauſæ deliberatiuum eſt. Huius finis utilitas habetur. Hæc autem in tutum & honeſtum diuiditur. Demõſtrat autem inutile eſſe iter, quia periculoſum.* Omen] *Pro augurio poſuit. Augurium autem fit aut ex garritu auium. id eſt, ex cantu, aut ex uolatu, aut ex paſtu, quod appellatur tripudium, quaſi terripauium. Quapropter dicunt augurium, quaſi auigerium, id eſt, eam diuinationem, quam aues gerunt. Alij ab auium guſtatu, alij ab auium garritu. Dicebantur autem ab auguribus præpetes aues, quæ opportunè præuolant, aut idoneas ſedes cupiunt, ut placet Gellio. Harum autem contrarias Nigidius Figulus inferas appellat. Verum Apollinaris Sulpitius eas præpetes dici uult, quas Homerus τὰς εὐπτερύγας appellat, quoniam iſtas aues potiſſimùm augures ſpectarent, quæ ingentibus alis patulæ atq; porrectæ præuolarẽt. Præpes etiam pro ueloci ſimpliciter appellarunt, ut Ennius in annalibus.* Brũdoſium pulchro præualeirent præcinctum præpete portu. *Oſcinas autem eas uolucres dixerunt, quæ non uolatu, ſed cantu auguria faciunt, quaſi quod ore canant. Virgilius utriuſq; in eodem uerſu meminit.*

„ *Qui uolucrum linguas, qui præpetis omnia pennæ.*

Inaugurandi ars Romam etiam circa initia ſua ex Ethruria traducta eſt. Auctoris tamen nomen Ouidio quoq; teſte ignoratur, quia uetuſtate interciderit. Videmus enim & Romulum de imponendo urbi nomine augurio cum fratre certaſſe. Numa deinde, qui Romulo ſucceſſit perpetuum ſacerdotium huic rei conſtituit. Vehementer poſtremò creuit authoritas ex peritia Actij Nauij auguris. Volebat enim quædam præter maiorum inſtituta mutare Tarquinius Priſcus: Negabat Nauius inauſpicatò fieri oportere. Quem illudẽs rex, age, inquit, inaugura an fieri poſsit, quod mente concipio, fiet inquit. Accius. Atqui concepi mente, inquit, rex nouacula cotem diſcindere, perage ergo hoc poſtquã aues tuæ fieri poſſe oſtenderunt. Tum ille incunctanter cotem nouacula diſcidit. Quo miraculo & uehementer motus rex eſt, & tanta illi arti authoritas acceſsit, ut nihil domi, foriſq; poſtea niſi auſpicato gereretur. Fuerunt à principio tres augures, ſinguli ſcilicet ex ſingulis tribubus Ramnenſis, Titienſis, & Lucera. Deinde auctus eſt quartus. Poſtremò cũ plebs in partem omniũ dignitatum admitti obtinuiſſet. M. Valerio. Qu. Apuleo conſulibus, ad quatuor patritios, quinq; plebei creati ſunt, ut eſſent nouem augurũ collegium. Parræ] *Auis ſpecies eſt. Hanc puto per onomatopœiam dici à litera p, & r, qua in canendo utitur illa auis.* Recinentis] *Ergo oſcina & non præpes.* Prægnans canis] *Et hoc inter mala auguria computabãt.* Rana] *A' colore oculorum torua, aut à uoce non clara, quaſi rauca aut rabida. Rauium dicunt colorem ſubnigrum, id eſt, nigrum fuluo admixtum.* Lanubino] *Species eſt pro genere.* Vulpes] *Quaſi uolipes dicitur. Hæc autem omnia, quæ ponit, mala erant auguria.* Per obliquum] *Cum ex tranſuerſo uiã eunti præcidit.* Similis Sagittæ] *Quia uelox.* Mannos] *Equos dixerunt currum trahentes, qui manſueti, id eſt, manibus aſſueti aurigæ illum ſequuntur. Ipſe alibi,*

„ *Et Appia mannis erit.*

Quid timebo] *Tacitè ſibi fidem quærit, ut ſit ſententia.*

„ *Potero tibi cõſulere, cũ ſim prouidus auſpex, modò tu obtẽperes.*

Antequam] *Permittit ſe prius capturum auguria, quam mala proueniant. Ordo autem eſt.* Ego prouidus auſpex ſuſcitabo prece coruum oſcinum ab ortu ſolis antequã auis diuina imbriũ imminentium repetat paludes. Coruum oſcinem excitabo] *Coruũ ut ſit oſcinus, id eſt, ut cantu augurium det, & ſuſcitabo ab ortu ſolis, quia inde à coruis bona proueniunt auguria. Contraria ab occaſu. Soli corui (ut refert Plinius) uidẽtur intelligere ſua auguria. Nam cũ Medi hoſpites occiſi ſunt, omnes è Peloponneſo & Attica regione migrarunt.* Diuina imbrium] *Cornix, ut puto, de qua Virg.*

„ *Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce.*

Scilicet fœlix] *Adhuc in inſinuatione eſt. Fingit enim arbitrio ſuo permittere quod paulò pòſt conabitur eripere. Et magnam beneuolentiam oſtendit, cum precetur fœlicitatem etiam abfuturæ, modo ſui non obliuiſcatur.* Læuus] *Vel ſimpliciter aduerſus, uel læuus, quia à parte ſiniſtra uolans malum afferat augurium. Sed quoniã reliqua de augurio paulò antè dixi, non grauabo formam quoq; inaugurandi breuiter referre unico tãtum exemplo, à quo rem in alia facilè erit transferre. Petebat editum locum augur, unde in longum cœli ſpatium proſpectus eſſet, atq; inaugurandum, id eſt, eum pro quo capturus augurĩũ eſſet ſuper lapidẽ meridiem uerſus ſedere iubebat. Augur autẽ ad Læuam ſedens capite uelato, baculum quẽ lituum dicunt, in manu tenebat. Inde proſpectu in urbẽ agrũq; capto, deos precatus regiones ab oriente ad occaſum determinat dextras ad meridiem, leuas ad ſeptentrionem eſſe dicit, erat & antica, & poſtica ab oriente & occidente. Hocq; ſpatium templum nominant. Tum lituo in leuam translato, dextra in caput eius, qui inauguratur. poſtea ita precatur. Iupiter pater ſi eſt fas hunc Numã Pompilium, cuius ego caput teneo, regem Romæ eſſe, uti ſigna nobis certa ac clara ſint inter eos fines, quos feci. Tum pergit uerbis auſpicia, quæ mitti uellet, quibus miſsis. Numa de templo declaratus rex deſcendit. Hæc forma inaugurãdi regis ad alia transferre poſſumus. Sed iam ad textum redeo.* Picus] *Picum regem filium Saturni fuiſſe dicunt, qui cùm amaretur à Cyrce, ipſe autem cùm in Pomonam, pomorum deam inclinaretur, à Cyrce in*

auem ſui nominis, id eſt, in picum Martium mutatus eſt. Virg.

» Picus equum domitor, quem capta cupidine coniunx
» Aurea percuſſum uirga uerſumq́ uenenis.
» Fecit autem Cyrce, ſparſitq́ coloribus alas.

Plinius ait picos principales eſſe in Latio in augurijs à rege, qui eis nomen dedit. Refertq́ in L. Tuberonis Prætoris urbani capite ita placidè reſediſſe, ut manu prehenderetur. Dixere augures ſi dimitteretur reipub. exitium portendi, ſi exanimaretur prætori. Exanimauit prætor ac paulò pòſt impleuit prodigiũ. Vaga] Hinc Virg.

» Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur harena.

Cornix] Eſt in fabulis hanc Coronei ex regio genere filiam fuiſſe, quam cum maris deus amaret atque inſequeretur miſeratione commota Pallas illam in auem conuertit, & in ſuam tutelam ſuſcepit, dederat per ea tempora Erichthonium ſerpentinis pedibus puerum in cyſta incluſum tribus uirginibus ſeruandum Pallas ea lege, ne quod in cyſta latebat, inſpicerent. Verùm cum una inſpexiſſet ſtatim ſpretum mandatum ad Pallada retulit Cornix. Sed non placuerunt Palladi huiuſcemodi mores. Quapropter eam à ſua tutela amouit, Dicunt præterea cornicem in templo, luco' ue Palladis rarò fuiſſe uiſam. Athenis autem quæ urbs illi ſacra eſt nunquã. Noctua autem quæ ſecundùm fabulas cornici ſucceſſit in tutela. Mineruæ frequentiſſima apparet. Vnde eſt prouerbium, noctuas Athenas. Sed uides] Poſtquam per inſinuationem animum Galatheæ occupauerat, nunc iam apertè illam à profectione dehortatur. Trepidet] Feſtinet. Tonitru] Motum aëris intelligit, aut ex uento, aut ex fulmine, aut ex pluuijs. Pronus] Nam in decexo cæli poſitus pronus, dici poteſt. Ego quid ſit] Quaſi dicat, quia ſæpe expertus ſum, idcirco facilè uaticinor. De apice autem & Orione dictum eſt. Albus] Vel quia ex uehementi tempeſtate ſpumas citet, uel quia ſicciores nubes & propterea albas inducat. Hoſtium uxores pueriq́] Quos perire cupimus. Cæcos] Non intellectos, uel qui in obſcuritate nubium fiant. Nigri] Noxij uel quod obſcura inducat nubila. Fremitum] Vndarum & tonitruum. Ripas] Id eſt, littora. Verbera] Scilicet undarum, quibus littora uerberantur. Sic & Europe] Vt Europa decepta eſt à tauro, quẽ mitem putabat, & nihil tale de eo ſuſpicabatur, ſic tu ni caues, ab auſtro decipieris. Credidit illa tauro & pœnituit. Tu auſtro credis & pœnitebit. Europa Agenoris Phœniciæ regis filia fuit, & cum unà cum uirginibus Tyrijs inter armenta luderet, captus eius amore Iupiter per Mercurium curauit, ut armenta à montibus littori admouerentur. Ipſe autem in pulcherrimum taurum conuerſus mitem ſe uirgini obtulit. At illa & pulchritudine, & manſuetudine illius delectata adeò paulatim aſſueuit, ut illum aſcendere non dubitârit. At Iupiter optatam prædam per mare uehens in Cretem tranſuexit, & in ueram formam reuerſus pro coniuge habuit, ex eaq́ Minoa, Rhadamanthum, & Sarpedoni ſubſtulit. Hiſtoriam multi eſſe putant, quod Iupiter illam naui cui taurus inſigne eſſet è Phœnicia in Cretam traduxerit, & deinde Aſterio regi uxorem dederit, ut placet Euſebio. At Auguſtinus non Aſterium, ſed Xanthum nominatũ uult. Sed neq́ de tempore conuenit. Euſebius anno quadrageſimo regni Danai à Ioue raptam ponit, & deinde ab Aſterio rege Cretenſium in coniugem ductam anno mũdi ſeptuageſimo nono ſupra ſeptingentos, & tria millia, quidam uolunt, Pandione Athenis regnante anno mundi ſextodecimo ſupra tria millia, & noningentos, quod tempus magis conuenit ijs, quæ de Minoe filio dicuntur. Palluit audax] Id eſt, uehementer timuit ea, quæ prius audax fuerat. Scatentem] Quaſi pullulantem. Sub luſtri] Parum in uſu eſt luſtris, ſed eius cõpoſitum illuſtris, luſtris autem à lucendo dicitur. Centum oppidis] Vnde Hecatompolis eſt dicta. Homerus illã ab Vlyſſe nonaginta urbium nominatam dicit, alias centum urbium ipſe illam nominat referens, hoc ad tempora ſua. Sed Ephorius ſecũdùm Troiana tempora decem condita ab Althmene Argiuo comitantibus Dorienſibus refert. O' pater non e relictum] Id eſt, neglectum, inuocat enim patrẽ & ſimul oſtẽdit non eſſe dignã, quæ illũ uocet, quoniã neglexerat eũ. Pietas] Dolet etiã pietatem non obſeruaſſe. ſed crimen in furorem reijcit, à quo uicta pietatẽ deſerere coacta ſit. Vnde quo ueni] Quaſi dicat ueni à patre apud quem degere par fuit, & ueni ad raptorem, quo nunquã uenire debui. Admiratur quomodo tantũ ſcelus admittere ſubſtinuerit, et cũ nõ poſſet credere, dubitat ſomnet, an uigilet. Vel admiratur, quod tam breui temporis ſpatio è Phœnicia in Cretam uenire potuerit. Quapropter ſiue hoc, ſiue illud admiretur, dubitat an hæc uera ſint, an ſomniet. Leuis una mors] Sententia eſt quod peccatum à uirgine commiſſum maius ſit, quam una morte poſſe puniri. Ludit imago] Decipit inſomnium, quæ eſt imago quædã rerum quas uidere uidemur, & non ſunt, & dicit imaginẽ pro phantaſmate. Carentem uitijs] Nam ſi non commiſiſſet, ſed ſomniaſſet, careret culpa. Vana quæ porta] Eſt apud Maronem,

» Sunt geminæ ſomni portæ, quarum altera fertur
» Cornea qua ueris facilis datur exitus umbris.
» Altera candenti perfecta nitens elephanto.
» Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia manes.

Quo in loco Seruius per portam corneã oculos ſignificari uult, qui & cornei ſunt coloris, & duriores, nam frigus non ſentiũt. Per eburneam autem, os in quo dentes ex colore eboris ſunt. Ergo per corneã uera ſomnia, per eburneã falſa dicit exire, quia quæ loquimur uera poſſunt eſſe & falſa, quæ uerò uidemus, uera eſſe neceſſe eſt. Macrobius autẽ Virgilium ex ſententia Porphyrionis locutũ uult. Ait enim Porphyrio omne uerum latere. Sed illud tamen anima cũ ab officijs corporis per ſomnum paululum libera eſt interdum aſpicit. Nonnunquam intendit aciem, & tamen non peruenit ad cognitionẽ. Verùm cùm aſpicit non tamen libero et directo lumine uidet, ſed interiecto uelamine, quod nexu caligantis naturæ obducitur. Hoc ergo uelamen cũ inquiete ad uerum uſq́ aciem animæ admittit, de cornu fingitur uenire ſomniũ. Nam cornu natura eſt, ut uehementer attenuatum uiſui ſit peruiũ & illum admittat, quod uerum eſſe in laternis apparet, cùm uerò animi aciem ita hebetat ille nexus, de quo dixi, ut à uero repellat, talis intuitus ebur putatur, cuius corpus adeò denſum ſit, ut ne attenuatum quidem perſpicuũ ſit & uiſum admittat. Quapropter falſa inſomnia per eburneam portã exire, & Homerus, & Virg. fingunt. Ergo & Horatius hos ſecutus cùm uelit demonſtrare falſum inſomnium per eburneã portã emiſſum dicit, ſed ſomniũ, pro inſomnio poſuit, quod patet in eo loco, in quo quinq́ ſomniandi ſpecies poſuimus. Melius nec] Damnat ſtultitiã ſuam, quæ propoſuerit periculũ maris, & nefarium ſcelus uoluptati legendorũ florum & innocentiæ. In quo naturã hominũ expreſſit poeta. Nam dum inflãmantur aliqua ardenti cupiditate ad uoluptatẽ explendã, nihil illis penſi eſt rectè an perperam id fiat, & dum quod cupiunt aſſequantur, nullum in illis diſcrimen eſt inter æquum & iniquũ inter rectũ & prauum. Deinde ubi iam uoluptate aut ceſſante, aut refrigeſcente ratio, quæ hactenus libidine ſubmerſa fuerat emergit, lumineq́ ſuo mentẽ prius obſcuratam illuſtrat, tum demum ſtultitiam noſtram recognoſcimus, & factum damnantes pœnitentia ducimur. Hoc eſt, quod & Virgiliana Dido de ſe conqueritur. Nam cum Epimetheo ſerior furorem ſuum recognoſceret, in hæc uerba prorumpit.

» Quid loquor? aut ubi ſum? quæ mentem inſania mutat.
» Infœlix Dido? nunc te facta impia tangunt.
» Tunc decuit cum ſceptra dabas.

Quem locum in noſtris Virgilianis allegorijs nos ad huiuſcemodi ſententiam rectè (ni fallor) traduximus. Siquis infamem] Semper enim cùm cupiditas diſcedit, ratio autẽ redit, ſapienter ea odimus quæ prius ſtultè amabamus. Muliebre autem in primis hoc ut ſuis manibus ultionem parare cupiant. Virg.

» Nam potui abreptum diuellere corpus & undis
» Spargere non ipſum abſumere ferro
» Aſcanium, patrijsq́ epulandum ponere menſis.

Infamem] Propter dolum machinatum, quo animaduerſo monſtrum illum uocat Nam cùm dicit

» Modo multum amati, non eſt, ſine ſtomacho.
» Nam dolet amaſſe qui odio dignus erat.

Impudens] Nã ſi aliquis in me pudor fuiſſet, neq́ tunc reliquiſſem patriam, neq́ tunc morarer in uita poſt admiſſum ſcelus. Moror Orcum] Demoror mortem, nam poſuit Orcum, id eſt, Plutonem pro morte, quia mortui ad Orcum tendunt. Leones] Non

ſolum

ſolum mortem, ſed crudele mortis genus expetit. Macies] Sunt qui dicant antequam marceſcam ex amore, ac ſi dicat priuſquam perſeuerem in tanto ſcelere. Sed potiùs dicamus, quod exoptet ciciſsimam mortem ne marceſcat dolore & ſimul exprimit naturam muliebrē, quæ etiam circa mortē anxia ſit, ne pulchritudinem amittat. Malas] Vnde maxilla, proferturq́ hoc nomen prima ſyllaba producta. Contra in eo quod eſt malus, mala, malum. Præda] Mihi, quæ præda facta ſum tauri. Specioſa] Id eſt, ante quam macies me deturpet. Vilis] Propter amiſſum pudorem. Nam omnem nobilitatem amittit. Quod & Dido apud Aeneam miſerè conqueritur. Te propter eundem Extinctus pudor & qua ſola ſidera adibam fama prior. Pater abſens] Nam ubicunque eſt pater tamen cum recordaris quid in illum deliqueris ipſe has pœnas à te efflagitare uidetur. Bene te ſecuta] Vt rectè factum ſit quod zonam attuleris in uſum laquei, neq; temerè dixit te ſecuta tanquam ſe diuina ultione, factū ſit ne te zona deſeruerit. Rupes] Montis præcipitia. Niſi herile mauis] Addit ad pudorem miſerias quoq; ſeruitutis. Regius ſanguis] Nam & ſi cuiq; grauis eſſe debeat ſeruitus, multò tamen grauior erit ſtirpi regiæ, & quamuis quæcunq; domina fugienda ſit, magis tamen eſt fugienda barbara. Sed profectò non ſine ſummo artificio orationem patheticam uariauit. Et quoniam oratio pathetica eſt, neceſſe eſt ut initium abruptum habeat. Nam grauiter indignantibus, aut dolentibus, leniter incipere non conuenit. Simile principium eſt.

„ Proh Iupiter ibit, Item alibi.
„ Quid me alta ſilentia cogis Rumpere. Item alibi.
„ Heu ſtirpem inuiſam & fatis contraria noſtris.

Initium ergo ab exclamatione ſumpſit, & à grauiſsima querela, quod & patrem filia reliquerit, & pietatē furor uicerit, deinde breuis ſequitur interrogatio. Vnde, quò uenis? Deinde addit ſententiā, qua oſtenditur quantum ſe peccaſſe cognoſcat. Habet uim hyperboles ſequens interrogatio atque ex hyperbole auget rem. Sequitur comparatio, ex qua quantum peccauerit, & quam malè ſibi conſuluerit, oſtenditur. Expoſcit ultionem, quis ſciat id non poſſe aſſequi quod iraſcentis eſt. Mox ad exprobrandum ſuum facinus atq; damnandum conuertitur, & repetitione auget uehementiam, addit apoſtrophem cum exclamatione ad deos, & tamen addubitat an ſint, quoniam talia multa eſſe ſinant: imprecatur ſibi diram mortem, & tamen in tanto furore à fœmina non diſcedit, quaſi curandum ſit, ne ante macie turpior reddatur, quàm mors ueniat, proptereaq́; cupit mori ſpecioſa, & ſe moræ arguit, & mortis genera quæ in promptu ſint enumerat. Poſtremo propoſito ſeruitutis metu, moriendum omnino decernit. Mirum poëtæ ingenium qui in argumento Comico has tragœdias excitare potuerit, nam non ſolùm abruptū principium habet, ſed ipſa breuibus ſententijs & crebris & ſententiarum mutationibus non aliter æſtuat, quam nauis, quæ diuerſis fluctibus icta huc & illuc impellitur, ut appareat quam diuerſi, quàm ſubitanei in eius animo motus inſurgant, & quia nulla requies inter huiuſcemodi fluctuationes datur, ita concitatè fertur oratio, ut nullis ſit diſtincta copulis, ſed diſſoluta tota fluctuet, & ut torrens æſtuet. Perfidum] Doloſè & non ex affectu. Remiſſo] Quia iam illius pudicitiam expugnauerat. Calidæ] Iracundæ nam à furore ſanguinis ira eſt. Nomina ducet] Nam tertia orbis pars ab illa Europa dicta eſt. Fines ſic deſcribuntur, ut per columnarum fretum nauigantibus in dextera Aphrica ſit uſq; ad Nili fluenta, in ſiniſtra ad oppoſitum fretū uſque ad Tanain Europa, terminantur autē utræq; in Aſiam, Europa autem multiformis eſt & ad uirorū uirtutes ingenuè diſpoſita. Et tota habitabilis præter quam in exigua parte finitima Tanai & Mæotidi, & Boriſthenis in currib. degentibus. Hic enim ſupra modum frigida ſunt.

ERAS. ROT. } Latinis ſcriptoribus à Græcis inualuit uſus iſtius figuræ, ut ſi quid timendum ſit, abominantes in hoſtium caput imprecentur. Græci ſic dicunt: Εἰ τὶ κακὸν εἰς πύῤῥαν, id eſt, ſi quid mali in Pyrrham.

IOAN. HART. } Centum oppidis] Hom. ἑκατόμπολιν. Cretam Iliad. β. uocat. Raua lupa] Cœliū lege lib. 13. cap. 8. Oſcinem coruum] Crinitum pete lib. 21. cap. 15. Dicebantur autem aues quæ ore augurium ſiue auſpicium dabant. Præpetes quæ uolatu. Græcè ταυυπτέρυγες. A. Gell. lib. 6. cap. 6. Eburna porta] Macrob. lege, lib. 1. cap. 3. in Somniū Scip. Et Homer. unde eſt traductū Odyſſ. τ. Abſtineto irarum] Homer. Iliad. α. λῆγε χόλοιο. ſuprà indicatum eſt.

HENR. GLAR. } Raua decurrēs lupa] Raua lupa (inquit Porphyrio) à colore dicitur. Hæc ille breuiter, ut ſolet, nec minùs doctè, innuens eum colorē, quo eſt lupa, omnib. notiſsimū. Acro aūt, ut oſtenderet iudicij acumen, ingenijq; copiā, quinq; modis hoc exponit, ita tamē, ut aliquando etiā Rauca legiſſe uideatur. Verū cùm ea omnia diligenter legeris, nihilo certior fueris de eius nominis ſignificatione. Rūpat & ſerpens iter inſtitutū] Vt ſit (inquit Porphyrio) in tranſuerſam uiā impios ducat, non impios reuocet, hoc eſt, pius ſerpēs. Hæc uerba nimis argutula uidentur, ut uix credā Porphyrionis eſſe. Poëta enim ſimplici ſenſu profert, ac uult hæc impijs accidere itineris incommoda, non Galateæ. At Acro hic ſerpentē celeritate ſua equos terrere putat, cum poëta de obliqua, ſiue tranſuerſa interruptione potiùs loquatur, etiamſi id celeritate fiat: uerū illud puſillum. Hoſtium uxores, pueriq; cæcos Sentiant] Nō feriati barbaricæ, nec puerili inſciētiæ incognita dicit eſſe poſſe futuræ tēpeſtatis indicia. Ita Acro, quaſi Poëta ita ad Galatheā loquatur: mirū ſi nō noſcis, tēpeſtatis futuræ indicia, cū hoſtiū uxores, ac pueri etiā illa agnoſcant. Quæ à poëtæ mēte alieniſsima puto, malā enim tēpeſtatē imprecatur hoſtiū uxorib. ergo abominātis ſunt hæc uerba, uti appoſitè D. Eraſ. in Adagio Bœotijs uaticinare, adduxit. Belluis pontum &c.] Mancinellus homo diligēs, & multæ lectionis, per pontū hoc loco intelligit Euxinū mare, quaſi Europa à Phœnice in Cretā uecta eò iuerit: ſed longè errat, ut Geographiæ docti ſciunt. Ad idem pertinet, quod per medias fraudes Cyaneas inſulas in Propōtide intelligi uoluit. —Pietas dixit Victa furore] Nō placet ordo, quā hoc loco facit Acro, quaſi ipſa Europe uicta furore à poëta dicatur: ſed conqueritur ipſam quā patrē debebat pietatē, uictā temeritate, quod auſa fuerit cōſcendere Taurum, quē furorē uocat. Ergo pater, relictū nomē filię: & ô pietas uicta furore, conſtruendū eſt: Nō, ô pater & pietas relictū nomē filiæ, ut Acro perperā cōponit. Et filiæ datiui caſus eſt. Vilis Europæ pater urget abſens] Dubiū non eſt, inquit, quin me pater abſentē uilem æſtimet, & appellet, credens me amantē proſecutam. Et ideo moriendum eſt, ut priorū horum obliuiſcar. Hæc Porphyrio. D. Eraſmus putat Europæ datiui eſſe caſus, & uilis exponendum, nihili æſtimatus, quod & mihi placet. Barbaræ Pellex] Pellex, id eſt, concubina, inquit Acro, ſed adijciendum erat, mariti concubina. Et Barbaram accepit pro immiti, non autem pro non Græcia, ut quidam expoſuit, cum ipſa eſſet Syra.

HERM. FIG } Parræ recinentis omē] Parra auiculæ genus eſt in Latio, cui apex in capite corniculis, teſte Plin. li. 11. cap. 56. cuius auguriū infœlix eſſe Horat. dicit. Prægnans canis] Canem prægnantem, uulpem fœtam, lupum ſubnigrum in uia obuiam factum, iter infortunatum & ominoſum præſagire, ac grande diſcrimen adferre, ueteres crediderunt. —Raua] Ex omnibus coloribus maximè lucet fuluus, quem multa iactāt, orichalcum imprimis, aurum, ipſæq; etiam ſtellæ. Qui ſi obtuſus quodammodo eſt, atque obſcuratus, uocatur rauus. Iamq; ſic Horat. lupam appellauit, cuius colorem noto magis uerbo plerique omnes fuluum dixerunt. Hæc Thyleſ. cap. 11. Lanuuino] A Lanuuio uetuſto Italiæ oppido, cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 3. Rumpat & ſerpens iter inſtitutum] Serpens quoq; interrumpat iter impijs, non tibi. Nam ſerpentem per impluuium decidiſſe, aut iter commeantium interrupiſſe illæſum, formiduloſos caſus, & inſignem calamitatem facere, periti adnotauerunt, ut ſcribit Alexander Neapo. Per obliquum] Obliquè, è tranſuerſo. Similis ſagittæ] Sagittæ inſtar uolucris, ὑπερβολικῶς. Ego quid timebo prouidus auſpex?] Oſtendit, nihil timendum eſſe de mala nauigatione Galateæ, modò ſibi prouido & perito auſpici obtemperare uelit: poſſe enim ſe auium uolatibus, cantibuſq; res futuras declarare, & proſpera captare auguria, antequam triſtia & infelicia eueniant. Antequam ſtantes] Priuſquam cornix tempeſtatem futuram ſignificet: ego ab Oriente excitabo coruum, fœlix auſpicium prædicentem. Imbrium diuina auis] Cornix præſagiens atq; diuinās imminentem tempeſtatem

tempeſtatem. Voce enim futuram pluuiam ſignificare ſolet. Quod etiam ſuprà Ode 17 huius libri ex Virg. & Plin. docuimus. Hanc fuiſſe uirginem, Coronei regis Phocidos filiam, & in cornicem auem mutatam ope Palladis, ſcribit Ouid. libro 2. Transform.

Oſcinem] *Hoc eſt, cantu futura prædicentē. Nam augures ex auibus quaſdam oſcines, quaſdam præpetes notarunt: oſcines cantu, præpetes uolatu augurium facere & futura nunciare.* Coruum prece ſuſcitabo ſolis ab ortu] *Coruus quoq; inter aues inauſpicatæ eſt garrulitatis: peſſimam uerò coruorum ſignificationem, maximè cùm glutiunt uocem uelut ſtrangulati, Plinius notauit: Si uerò ab ortu clara uoce occinuerint, præſentem fœlicitatem: contrà uerò ab Occaſu, exitium apportant. Hæc Alexander Neapolit. Locus Plinij, quem citat, ex libro 10. cap. 12. Vbi etiam coruos ſuarum ſignificationum ſolos intellectum habere putat.* Sis licet fœlix ubicunq; malis] *Licet alio quocunq; in loco malis eſſe, quàm apud nos, cupio tamen, ut fœlix & noſtri memor uiuas, habeasq; proſperum & fauſtum iter.* Teq; nec læuus uetet ire picus] *Nec picus à ſiniſtra uolans iter tuum impediat. Plinius libro 10. ſcribit, Picum Martium inſignem & magnum eſſe in auſpicijs. Nam picus à ſiniſtra ueniens, infauſti ominis eſt, ſicut & cornix.* Sed uides quanto trepidet tumultu] *Poſtquam per diſſimulationem & occultè in animum Galateæ ſe inſinuauit, & beneuolam quodammodo reddidit, apertè nunc diſſuadet profectionem, & ſummo artificio colligit ea, quæ maximam habere uim ad deterrendum arbitratur.* Trepidet tumultu pronus Orion] *Videt'ne quanto impetu & motu feſtinet Orion, à cuius ſydere tempeſtates exeunt.* Ego quid ſit ater] *Vehemens hic locus eſt ad diſſuadendū. Nam experientia, uſusq; longus certiſsima ſunt rerum documenta.*

Ater Adriæ ſinus] *Vriam, Adriatici maris ſinum, continuò Apulo cinctum littore, aſperum acceſſu, intelligere uidetur.* Hoſtium uxores, pueriq; cæcos] *Abominantis eſt ſermo, quo malam tempeſtatem hoſtibus imprecatur. Nam malum, ſi quod timeretur, deprecabantur abominantes, & in hoſtium caput imprecantes. Vnde & illa figura Græcis pariter ac Latinis ſcriptoribus familiaris: Hoſtibus noſtris hoc eueniat, ut Eraſmus in prouerbio: Si quid mali, in Pyrrham, admonet.* Aequoris nigri fremitum] *Procellas & tempeſtates, in quibus horribiles maris murmurãtis fremitus exaudiuntur, littora fluctibus non ſine maximo fragore uerberantur.* Sic & Europæ] *Exemplo Europæ, cum magno periculo infauſtũ mare expertæ, à nauigatione dehortatur, aſſerens, illi nihil magis fidendum naui uentisq;, quàm Europæ tauro. Cæterùm Europa filia fuit Agenoris, regis Phœnicum, cius amore captus Iupiter, in taurum ſe conuertit, cuius blandientis dorſum cùm aſcendiſſet Europa, tum fortè in littore cum uirginibus ludens, ab eo in Cretam eſt abducta. Quod ideo fictum conſtat, quia Cretenſes Europam, ex Phœnicia raptam, naui, cuius inſigne erat taurus, auexerunt. Hanc fabulam eleganter deſcribit Ouid. in fine libri ſecundi Transform. & lib. 5. Faſto.* Scatentem belluis pontum] *Mare Syrium, quod Phœnicum alluit littus, in quo Tyrus & Sidon quondam celeberrimæ ciuitates.* Medias fraudes] *In medio mari demum cognitas fallacias.* Palluit] *Sic Ouid.*

„ *- - Pauet hæc, littusq; ablata relictum*
„ *Reſpicit, & dextera cornu tenet, altera dorſo*
„ *Impoſita eſt.—*

Audax] Ouidius:

„ *—Auſa eſt quoq; regia uirgo,*
„ *Neſcia quem premeret, tergo conſidere tauri.*

In pratis] *Videlicet Phœniciæ, ubi magni filia regis ludere, uirginibus Tyrijs comitata, ſolebat, ut ait Ouid.* Studioſa florum] *Studioſè legens flores, & coronas componens, quod ſtudium eſt puellarum.* Nihil aſtra præter uidit & undas] *Quia in medio mari, ubi iam amplius nulla apparebat terra, ſed cœlum undique, & undiq; pontus.* Quæ ſimul centum tetigit potentem] *Creta Inſula eſt ſuper Cycladas, in medio mari ingens, & centum quondam urbibus habitata, teſte Mela. Vnde etiam ab Hom. Κρήτη ἑκατόμπολις, dicitur. His quoq; Virg. adſtipulatur:*

„ *Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto:*
„ *Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.*

Pater ò relictum filiæ nomen pietasq;] *Cõqueritur ſe amore tauri deceptam, dulce nomen patris, pietatemq;, quam ei debebat, turpiter deſeruiſſe.* Vnde? quò ueni?] *Locorum permutationẽ deplorat, quòd relicta chara patria, ad exteras & longinquas gentes peruenerit.* Leuis una mors eſt uirginum culpæ] *Oſtendit ſe tam grande & ſceleſtum facinus cõmiſiſſe, ut nequeat eius pœnas una morte perſoluere.* Vigilans ne ploro turpe commiſſum] *Præ dolore & triſtitia quid agat neſcit: An reuera tale flagitium admiſerit, an uerò innocens ſomniet, dubitans.* Ludit imago uana?] *Somniũ, uiſum. Cicero de Diuinatione: Animus cùm languore corporis, nec membris, nec ſenſibus uti poteſt, incidit in uaria uiſa, & incerta ex reliquijs, ut ait Ariſtot. inhærentibus earum rerũ, quas uigilans geſſerit, aut cogitarit, quarum perturbatione mirabiles interdum exiſtunt ſpecies ſomniorũ.* Quæ porta fugiens eburna ſomnium ducit?] *Virgil. lib. 6. Aeneid. ſecutus Homerum, duas ſomni portas in hunc modum deſcribit:*

„ *Sunt geminæ ſomni portæ, quarum altera fertur*
„ *Cornea: quà ueris facilis datur exitus umbris.*
„ *Altera candenti perfecta nitens elephanto:*
„ *Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia manes.*

Phyſiologiã ſic exponit Seruius: Per portam corneam oculi ſignificantur, qui & cornei ſunt coloris, & duriores cæteris membris, nam frigus non ſentiunt: ſicut etiam Cic. ait, in libris de Deorũ natura: Per eburneam uerò portam os ſignificatur à dentibus. Et ſcimus, quia, quæ loquimur, falſa eſſe poſſunt: ea uerò quæ uidemus, ſine dubio uera ſunt. Melius'ne fluctus ire per longos] *Serò tandem, ex euentu, ſtultorũ magiſtro, facta prudentior, pœnitere & de ſtultitia ſua cõqueri incipit. Iuxta illud Heſiodi: ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.* Si quis infamem mihi nunc] *Optat ultionẽ more iratorum, exiſtimantiũ, ægritudinẽ ſuam aliquo modo leuari, dum illos, quibus iraſcuntur, ulciſci modò liceat.* Lacerare ferro, & frangere] *Crudeliſsimũ minatur ſupplicium, more indignantium, qui ſibi uidentur ualde fortes, & ingenti impetu autorẽ offenſionis perſequi cupiunt.* Moleſtum amati] *Videlicet à me, propter formam, manſuetudinẽ & blanditias, quibus ſe in conſuetudinẽ & amorem inſinuauit.* Impudens liqui patrios] *Inſignis impudentiæ ſe adſtringit, quòd non modò tum perfrictæ frontis fuerit, cùm patriam reliquit, ſed nunc quoq; eadem confidentia mortem differat.* O deorũ ſi quis hæc audis] *Exclamatio, qua ſibi crudele genus mortis, ob turpe ſcelus, amiſſamq; uerecundiam, imprecatur.* Antequã turpis macies decentes] *Obijciã me ferociſsimis beſtijs, antequã macie ſuccus, & pulchritudo corporis corrumpatur, deformeturq;. Et concludit, pœnas ſui ſceleris uoluntaria ac repentina morte perſoluendas eſſe.* Prædæ] *Mihi, quæ nunc ſum præda tauri Ouid.*

„ *Inde abit ulterius, medijq; per æquora Ponti*
„ *Fert prædam.—*

Vilis Europæ] *D. Eraſ. putat, Europæ, datiui eſſe caſus, & pater uilis, exponẽdũ, nihili æſtimatus, quod & Glareano placet.* Viget] *Impellit ad uoluntarium, & acerbum genus mortis.* Quid mori ceſſas? potes hac ab orno] *Increpat ſeipſam, quòd mortem differat, cùm magna ſit facultas conſciſcendæ necis.* Zona bene te ſecuta] *Commodè & oportunè allata, ut ea te ſuſpendas de arbore.* Siue te rupes] *Seu mauis ex altiſsimo aliquo monte te præcipitare.* Procellæ crede ueloci] *Maris tẽpeſtati & turbinibus te committe, niſi libera tu & nobilis uirgo duriſsimum ſeruitutis iugum ferre, & cũ ſumma turpitudine immitis dominæ pellex dici mauis. Et fortiter tandem concludit, mortem ſeruituti, turpitudiniq; anteponendam eſſe.* Carpere penſum] *Hoc eſt, nere. Eſt enim penſum certũ lanæ pondus, quod ſingulis puellis in opus diſtribuebatur. Sardanapalũ, muliere corruptiorẽ uirum, Arbactus inter ſcortorum greges purpuram colo nentẽ, & penſa inter uirgines partientem inuenit, ut legimus apud Iuſtinum.*

Pellex] *Maſurius, ut Paulus Iuriſconſultus refert, lib. Memorialiũ ſcribit. pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cùm uxor non eſſet, cum aliquo tamen uiuebat: quam nunc uero nomine amicam, paulò honeſtiore concubinam appellari. C. Flaccus in libro de iure Papyriano ſcribit, pellicem nunc uulgò uocari, quæ cum eo,*

cui

cui uxor ſit, corpus miſceat, quoſdam eam, quæ uxoris loco ſine nuptijs in domo ſit, quã Græci παλλακὰς uocant. Quam expoſitionem Iuriſconſulti, etiam ſequitur Andreas Alciatus, & utramq; interpretationem defendit, contra Vallam & Perottum, Grammaticorum nobiliſſimos. Aderat querenti perfidũ ridens Venus] Fingit nunc, Venerem & filium eius Cupidinem, quorum impulſu decepta erat Europa, querelis ipſius interuenire, & irriſione eam ludere, quòd uerba ſibi dari à tauro paſſa ſit. Nam Venus, quia dea amoris, huiuſmodi fucis & artificioſis impoſturis plurimum delectatur. Remiſſo arcu] Quia immiſſo in Iouem telo, & expugnata Europæ pudicitia, quaſi officio ſuo functus arcum relaxarat. Abſtineto irarum] Græca eſt figura. Nam uerbũ abſtinendi, apud Græcos cum genitiuo cõſtruitur. Vt: ἀπέχω τούτου. Calidæq; rixæ] Vehementis, præcipitis, & nimium auidè taurũ ulciſci cupientis. Vel referri poteſt ad naturam iraſcentiũ, quorum ſanguis uehementi motu agitatus ardet. Ad quod etiam alludit. Virg.

„ Igneſcunt iræ, & duris dolor oſſibus ardet.

Incaleſcit enim cor in ira, & incendit ſpiritus, qui ſanguinem agitatum etiam inflammant, ut doctiſſimè ſcribit Phil. Mel. in cõmentario de Anima. Cùm tibi inuiſus laceranda] Quoniam acerbiſſimum ſupplicium interminata erat tauro, illud per ironiã Venus nunc deprecatur. Vxor inuicti Iouis eſſe neſcis?] Conſolatio cum quadam obiurgatione, qua afflictæ dolorem lenit, oſtendens eam non deceptam à tauro, ſed à ſummo Ioue: non fore infimæ conditionis ſeruam, aut pellicem dominæ, ſed uxorem, & propter mariti maieſtatem in magna fortuna, ac ſummo dignitatis gradu poſitam: accepturamq; amplum periculorum ſuorum premiũ. Tua ſectus orbis nomina ducet] Tertia pars orbis tuo nomine appellabatur. Cùm enim mari Mediterraneo, & duobus inclytis amnibus, Tanai & Nilo, uniuerſa terræ ſuperficies in tres partes diuiſa ſit, quod terrarũ iacet à freto ad Tanain, Europen uocamus, teſte Mela. Huc pertinet illud Ouidij:

„ Parſq; tuum terræ tertia nomen habet.

THEOD. PVLMAN. } 1 Impios parræ] Quærentem eſſe uiſum eſt, cur Flaccus inauſpicatum cantum parræ dicat, cùm canit,

„ Impios parræ recinentis omen Ducat.

Quod & Prudentius æquè ſcribit, (libro 2. aduerſus Symmachum:)

„ Cur Cremetæ campis, cornice, uel oſcine parra,
„ Nemo Deum monuit perituros Marte ſiniſtro
„ Ter centum Fabios?

Ego eam fuiſſe ſuperſtitioſam ueterum opinionẽ crediderim, quòd eius auis ſit iniucundiſſimus cantus, ut in oſcinibus augurij ſit ideo infauſti: cantus autem inſuauitatem & propè diritatem eius auis ſatis indicarit uerſus iſte Paulini, (Epiſtola 2. ad Auſonium:)

„ Si confers fulicas cycnis, & aëdona parræ.

Cantus quoque cornicis iniucundè crocitantis malum auſpicium erat aliquid incipienti, malum'que portendebat. Maro, (Ecloga 1.)

„ Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.

Erat etiam cantus eius fauſtus & auſpicatus: ut (Epig. auctoris incerti, apud Suet. Domitiano, cap. 23.)

„ Tarpeio quondam quæ ſedit culmine cornix,
„ Eſt bene, non potuit dicere: dixit, erit.

Cornix quoque & Parra, apud Plautum Aſinaria, (ſcen. Hercle uerò,) ſecunda ſunt auſpicia, non tamen cantu, ſed loco:

„ Picus, inquit, cornix eſt ab læua, coruus parra ab dextera:
„ —— Conſuadent.

Turneb. lib. 9. cap. 29. 5 Rumpat & ſerpens iter inſtitutum] non ſine cauſſa dictum eſſe uidetur. non enim tantum Romani auſpicia ex auibus obſeruabant, ſed etiam è pedeſtribus. nam ſic Feſtus ſcribit: Pedeſtria auſpicia nominabantur, quæ dabantur à uulpe, lupo, ſerpente, equo, cæteriſ'que animalibus quadrupedibus. Turneb. libro 30. capite 29. 7. Cui timebo] G. quid timebo, H.E.B.A. 11 Oſcinem coruum] Vanitas auguriorum auſpicia coruorum fauſta à dextra, à læua infauſta iactabat. itaq; cum partes mundi ab ortu auguribus Romanis læuæ eſſent, Horatius ſcripſit. Oſcinem coruum prece ſuſcitabo Solis ab ortu] Vt ſcilicet cantu ſuo iter inſtitutum dirimat. à dextra autem ſuadebat coruus, ut in Aſinaria, (ſcen. Hercle uerò)

„ Picus & cornix eſt ab læua, coruos parra ab dextera:
„ —— Conſuadent.

Hinc apparet contrariam in cornice fuiſſe obſeruationem: quod & à Cicerone ſcriptum eſt, cuius uerba ſunt: Cur à dextra coruus, à ſiniſtra cornix faciat ratum. ſiniſtra tamen cornix Maroni (Ecloga.) inauſpicata eſt,

„ Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix:

Vbi augurium malum etiam adiuuat arboris uitium. Turneb. libro 6. cap. 26. 13 Vbicunque mauis] ubicunque uadis, Henr. Stephanus etiam ex uet. codicibus, Epiſtola ad lectorem. 15 Vetet.] Vetat, Lambini liber unus. 17 Trepidet] Trepidat, H. 19 Quid albus] Quid altus, Henricus Stephanus Epiſtola ad Lectorem ſe in uet. codicibus inueniſſe teſtatur. 22 Auſtri, & Aequoris] G.E.B.A. Auſtri, Aequoris. H. Hædi, & Aequoris, Ant. Mureti editio. 28 Palluit] Id eſt, timuit. Turneb. lib. 10. cap. 1. 48 Tauri] monſtri. H.E. 52 Audis] Audit, Lambini codices duo. 57 Vilis Europe, pater urget] Vilis Europe, pater urguet, G. Vilis Europa pater urget, B. 60 Lædete] Secuta elidere, Lambini manu ſcripti codices nonnulli, ut prima littera uerbi elidere pertineat ad uerſum antecedentem.

GEORG. FABR } Initio Odæ dehortatur Galateam à nauigatione, propter iniquitatem temporis: & deinde propter ſimile exemplum, in quo τῷ εὑρήματι euagatur in Europæ fabulam, qua utitur obliquè ad Galateam deterrendam, ne ſponte ſibi accerſat periculum. Argumentum cœptum more Lyrico relinquit, & aſſumptum extrinſecus, ad finem deducit. Eædem παρεκβάσεις ſeu παρεμβάσεις Oda 3. ſuprà, ubi exponit orationem Iunonis contra Troianos. Item Oda 5. in qua interſerit Reguli hiſtoriam. Item 11. ubi fabulam Danaidum attexit.

Rana decurrens lupa Lanuuino] Mancinellus ſcribit, Lanuino, & ita ſcribendum probat, è marmore antiquo, quod in ea urbe uidit,

S. P. Q. LANIVINVS.

Legimus etiam in uno manuſcripto, Lanibino. Lanuium oppidum Volſcorum in dextera uiæ Appiæ, tribus M. paſſ. à Velitris. Pira Lanuuina commendat Macrobius, & familias ibidem Coleonum & Milonum memorat Cicero. In ſcriptoribus confuſa ſæpe ſunt oppidorum iſtorum nomina: Lauinij, quod Stephanus ſcribit Labinium: & Lauinij, quod in libro, ut dixi antiquo, Lanibium. Iſtarum literarum u & b cognationem, alij annotarunt. Modò multum amati Cornua tauri] In aliquibus, Cornua monſtri, ſed lectio communis alludit ad uerbum Græcorum ἀταύρωτος, quo ipſi uirginem nominant, uiri expertem. Taurum amare, prouerbiale eſt, & de Paſiphaë & Europa dicitur poëticè. Pendulum Zona bene te ſecuta Lædere collum] Dionyſ. Lambinus legit, pro Lædere, elidere: Petrus Paganus, in margine ſimplex annotauit, Lidere, quod uerbum in hac ſignificatione proprium eſt, à liſis, id eſt, uenis gutturis maioribus, quibus obſtructis, aut interclusis, ſequitur ſtrangulatio: quo mortis genere Cacum latronem Italum ſuſtulit Hercules. Claud. in laude Herculis.

„ Grandia corripiens eliſo guttura morſu.

Vbi perperã legitur uulgò, eluſo gutture. Aderat querẽti Perfidũ ridens] Europã querentẽ conſolatur apud Horatium Venus, doli auctor: apud Theocritum Iupiter, facinoris perpetrator.

IOD. BAD. ASCENS. } Impios Parræ, &c] Galatheæ migraturæ ne illi inuidere uideatur bona quidem cõprecatur, ſcilicet non ſine cõmemoratione malorum, quæ alijs imprecatur, & exemplo Europes, quam ad terrorem Galatheæ infœliciter migraſſe docet, dicens. O Galathea omen] Id eſt, auſpicium. Parræ] Id eſt, illius auiculæ apparentis ſub tempeſtatem. Recinentis] Quia oſcinis eſt in augurio, & cantu tempeſtatem prænunciat. Et canis prægnans] Cuius, quia ſæua eſt infauſtus, putatur occurſus. Aut lupa raua] Id eſt, ſubnigra & partim fulua, aut rauca ab effectu. Decurrens ab agro Lanuino] Id eſt, iuxta Lanuium oppidum ad uiam appiam

non

non longè ab Antio olim, & Vulpes fœta] *Etiam infortunij prognoſtica.* Ducat impios] *Qui ſcilicet, malo euentu digni ſunt, Quaſi dicat non te Galathea nec me.* & Serpẽs rumpat] *Id eſt, interrumpat* Iter inſtitutum] *Id eſt, inceptum ab impijs.* Si ſimilis ſagittæ] *Id eſt, celeriter tranſcurrens.* Per obliquum] *Id eſt, ex tranſuerſo* Terruit mannos] *Id eſt, puſillos equos delicatorũ, qui tunc non prouehuntur.* Quid ego auſpex] *Prouidus timebo, quaſi dicat, nihil horum.* Nam antequam auis diuina] *Id eſt, diuinatrix & prænuntia* Imbrium imminentiũ] *Scilicet cornix repetat paludes* Stantes] *Id eſt, ſtagnantes, ut ſeſe lauet.* Ego ſuſcitabo prece] *Id eſt, precatu uenire faciã, ab ortu ſolis. unde fauſti eſt auſpicij.* Coruũ Oſcinem] *Id eſt, ore canentẽ, & prognoſticon bonũ facientẽ, quo uis cornicis impediatur.* O' Galathea licet] *Id eſt, licitũ eſt per me, quia nihil mali imprecabor.* Sis fœlix ubicunq; mauis] *Id eſt, magis uis, ſiue hic, ſiuè alibi.* Et uiuas memor noſtri] *Et precor ſup. ut nec* Picus] *Scilicet, Martius* Læuus] *Id eſt, ſiniſter & ita mali ominis: quia prædatores prognoſticare creditur.* Nec cornix uaga] *Id eſt, ſpacians in arena.* Vetet te ire] *Id eſt, proficiſci.* Sed] *Id eſt, licet ego nil obſtem.* Tu uides quanto tumultu Orion] *Qui tam in ortu, quàm in occaſu nymboſus eſt, & tempeſtatẽ ciet.* Pronus] *Id eſt, occiduus* Trepidet] *Id eſt, properet.* Ego noui] *Scilicet, multa experientia.* Quid ſit] *Id eſt, quid portendat.* Sinus Adriæ] *Id eſt, Adriatici maris.* Niger] *Id eſt, obſcurus, quia uehementẽ tempeſtatẽ, & noui quid* Iapix] *Id eſt, uentus* Ab Iapygia] *.i. Apulia flans.* Albus] *.i. albicãtes nubes inducens* Peccet] *Scilicet, contra id, quod oſtẽdit facere ſolens, quia pro alba nube nigram infert tempeſtatẽ.* Vxores & pueri hoſtiũ ſentiant cæcos] *.i. caliginoſos motus* Auſtri orientis & fremitũ æquoris] *Scilicet, Adriatici nigri, & rixas* Trementes uerbere] *Scil. undarũ.* Sic] *Scil. inauſpicato.* Europæ] *Filia Agenoris.* Credidit tauro doloſo] *Id eſt, Ioui cõuerſo in taurũ, aut naui cuius inſigne erat Taurus.* Latus niueũ] *Id eſt, innocuũ, ſup. eſſe.* & Palluit] *Id eſt, mox uſq; ad pallorẽ timuit.* Pontũ] *Id eſt, mare* Scatentẽ] *Id eſt, manantẽ.* Beluis] *Id eſt, mõſtris marinis, & palluit* Medias fraudes] *Id eſt, cùm eſſet in medijs fraudib. iam perceptis.* Audax] *Id eſt, quæ fuerat audax.* Nuper] *Id eſt, paulò antè in pratis ubi taurũ aſcenderat, & ſtudioſa florũ quos collegerat.* Et ipſa opifex] *Id eſt, effectrix.* Coronæ] *.i. ſerti debitæ, quia promiſſæ Nymphis.* Vidit nocte ſublustri] *.i. parũ lucida, nihil præter aſtra & undas.* Cũ eſſet] *Scil. in medio maris.* Quæ ſimul] *Proſequitur fabulã aut hiſtoriæ Europes ad terrorẽ Galatheæ, dicens.* Quæ] *Scil. Europe.* Simul] *.i. ſtatim, ut* Tetigit Cretẽ] *.i. Cretã inſulã in mari Aegeo, patriã Iouis, potẽtem centũ oppidis: dixit.* O' pater] *Scil. Agenor.* O' nomẽ relictũ filiæ] *Id eſt, à filia, quia non meruit te amplius appellare pater.* Aut relictũ] *Scil. ſolũ filiæ, cũ in te nihil iuris, præter nomẽ habeat patris, nam nõ meruit, ut reipſa pater ſit, &* O' pietas] *Scil. quã patri debuerat, nec ſine eius conſenſu diſcedere.* Victa furore] *.i. temeritate aſcendendi taurum.* Vnde] *Scil. ueni, quaſi dicat, à patria, qua nihil dulcius,* Quo ueni] *Quia in terrã ignotam* Vna mors eſt leuis] *.i. nimis facilis.* Culpæ uirginũ] *Quæ raptores libenter ſequũtur.* Ne] *.i. an ego uigilans ploro turpè cõmiſſum.* An imago uana] *.i. phantaſmata in ſomnis apparens.* Ludit] *.i. illudit me carentem uitijs, ſic enim fuit à ſenſu alienata, ut neſciret an reuera auecta eſſet, an ſomnians ſibi auecta uideretur.* Quæ] *Scil. imago uana* Fugiens] *Scil. ab inferis.* Porta eburna] *Id eſt, ex ebore, qua falſa ad cœlũ mittunt inſomnia manes.* Ducit] *Scilicet, ſecum.* Somnum] *Id eſt, inſomnium.* Melius'ne fuit] *Quaſi dicat, nequaquã, quod ſero agnoſcit, ne per longos fluctus.* An carpere flores recentis] *Id eſt, recens ortos?* Si quis dedat] *Id eſt, in poteſtatẽ redigat mihi iratæ.* Nunc iuuencum infamem] *Scilicet, qui prius tãtum placuerat.* Ego nitar lacerare & frãgere ferro cornua tauri amati mihi modo] *Id eſt, paulò antè.* Multum] *Id eſt, uehementer.* Ego Impudens] *Scilicet, ſine pudore.* Liqui penates patrios. & impudens moror] *Id eſt, differo adire, aut detineo ne me rapuit.* Orcum] *Id eſt, Plutona aut inferum. ô ſi quis deorũ audis.* Hæc] *Id eſt, has lamentationes meas. utinam ego nuda interrẽ, aut errem inter leones, antequam macies turpis, quam ex mœrore contracta erat.* Occupet] *Id eſt, inuadat.* Malas] *Id eſt, maxillas.* Decentes] *Scilicet, roſeo colore.* & Antequam ſuccus] *Id eſt, radicalis & naturalis humor.* Defluat] *Id eſt, diſpereat, prædæ teneræ, de ſe loquitur.* Ego quæro ſpecioſa] *Id eſt, tantiſper dum adhuc ſpecioſa ſum.* Paſcere tygres] *Id eſt, ferociſſimas beluas.* O' Europe] *Ad ſe loquitur.* Vilis] *Id eſt, contemptibilis.* Pater] *Id eſt, offenſio paterna.* Abſens] *Id eſt, patris abſentis.* Vrget] *Id eſt, impellit te ad mortem, quid ceſſas mori?* Tu potes lædere] *Id eſt, ſtrangulare collum* Pendulum] *Id eſt, ſuſpenſum ab hac* Orno] *Id eſt, arbore uicina* Zona] *Id eſt, cingulo.* Secuta] *Id eſt, quod portaſti tecum.* Bene] *Id eſt, commodè.* Siue rupes & ſaxa acuta delectant te letho] *Id eſt, genere mortis, hoc eſt, ſiue malis præcipitio extingui.* Age crede te procellæ] *Quæ te in ſcopulos impellat.* Niſi mauis carpere penſum] *Id eſt, nere aut carminare, ſeu pectere lanam.* Herile] *Id eſt, dominæ, quam hîc ſortitura es, & mauis* Sanguis regius] *Id eſt, cum ſis filia regis.* Tradi pellex] *Et ita odioſa quia concubina mariti.* Dominæ barbaræ] *Quia non Græcæ, aut inuitis.* Venus ridẽ.] *Quod illi proprium eſt.* Et filius] *Sup. Veneris ſcilicet, cupido.* Arcu] *Quo prius in Iouis cor iaculum amoris immiſerat.* Remiſſo] *Id eſt, laxo, & non tenſo aderat* Querenti] *Scilicet, Europæ.* Perfidum] *Id eſt, doloſum Iouem, à quo rapta & derelicta uidebatur.* Mox] *Id eſt, paulò pòſt.* Vbi luſit] *Id eſt, illuſit, & ludibrio habuit, permittens eam ſine cauſa ſe exanimare: dixit.* O' Europe] *Sup. abſtineto. ſup. à motu aut perturbatione.* Irarum & rixæ calidæ] *Id eſt, feſtinantis ad uindictam.* Cum] *Id eſt, quandoquidem.* Taurus inuiſus tibi, reddet tibi mox cornua lacerandà] *Id eſt, mox aderit, & ni fallor ad uirgam uirilem alludit.* Tu neſcis] *(Rem aperit) eſſe uxor Iouis inuicti.* Mitte] *Id eſt, omitte.* Singultus & diſce bene ferre magnam fortunam, orbis ſectus] *Id eſt, in treis partes diuiſus ducet* Tua nomina] *Id eſt, uocabitur à te Europa. unde eſt nomen, donat ei quod habet pars tertia mundi.*

ANT. MAN. } *Galathea poëtæ amica migrare uolẽte optat Horat. Vt impij malo omine pergant, ipſa uerò fœlici auſpicio. Et quia illius digreſſus eũ pigebat, tẽpeſtatẽ imminere indicat, quã hoſtib. imprecatur. Exẽplo deinde Europes eam à migrandi ſententia reuocare nititur, illa enim fidens mitiſſimo tauro è Phœnicia in Cretã uſq; per æquor ab illo uecta eſt inſcio patre Agenore, ubi maximè queſtã Venus ſolata eſt.* Impios parræ] *Parra auicula genus eſt in Latio nunc uulgò parruſa dicitur. Plin. autẽ lib. 18. cap. 42. ſcribit Parrã oriente Syrio ipſo die non apparere, & donec occidat.* Raua] *Legitur & Ruffa in antiquis.* Raua autẽ] *Id eſt, fulua ſeu ſubnigra Rauus enim color dicitur niger mixtus cum fuluo. Acron author. Dicũt alij, quòd rauus color dicitur, qui eſt inter flauũ & cæſiũ. Idẽ tamen ferè eſt quod Acron ait.* Raua lupa] *Plinius lib. 8. ſcribit quod in Italia quoq; creditur luporũ uiſus eſſe noxius, uocemq; homini quẽ priores cõtemplẽtur adimere ad præſens, inter auguria ad dexterã cõmeantiũ præciſo itinere ſi pleno ore fecerit, nullũ omniũ præſtantius.* Agro Lanuuino] *Strab. lib. 5. ita traductus eſt à Latinis. Poſt Albanũ montẽ urbs eſt Aritia in Appia uia ſtadijs. C. & 40. Roma diſtãs. Cauus autẽ cũ ſit locus, habet tamẽ munitã ſummitatẽ, cui quidẽ ſuperincidit Lanuuiũ, Romanorũ ciuitas in Appiæ uiæ dextera, à qua proſpectus eſt maris & Antij, eſt & Dianæ lucus, id eſt, Arthemiſiũ (ſic enim uocant) è ſiniſtra uiæ regione ex Aritia ad Aricinã uiam conſcendentibus, quod templũ nominãt ædificiũ Tauricæ, &c. Præterea in Strabonib. impreſſis perperã Lauiniũ legitur, cũ legendũ ſit Lanuuiũ, intelligit enim Strabo de oppidulo, quod adhuc extat diſtãs à Velitris milib. Paſſ. trib. uel ad ſummũ quatuor, quò bis adij, ubi adhuc etiam legi eſt in marmore. S.P.Q. Lanuuius. Sicuti et Velitris in marmore, quodã aræ cuiuſdã baſi in ſacra æde Sancti Stephani, iã diruta legebatur. S. P. Q. Veliternus. quod marmor liuore ductus quidã ex aqua pendẽte oriũdus, cardinaliſq; Rhotomagẽſis Veliternorũ protectoris familiaris clã rupi fecit, ruptũq; ego paulò pòſt cõſpexi. Illius impij nomen tacui, ne ſacrilegio perpetuũ celebre foret, imitatus enim fortaſſe Heroſtratum eſt, qui Epheſiæ Dianæ templũ, ut eius nomẽ*

celebre

celebre fieret exuſſit. Sed dedit ille pœnas: poſt illud enim ſacrilegium paucis poſt annis in ſummam inopiam delapſus & ludibrio cunctis eſt habitus. Mannos] *Puſilli equi manni dicuntur, quos uulgò buricos uocabant, ut Porphyrio ſcribit. Acron uerò ait. Mãnos dictos, quòd manſuetudine manum familiarius ſequantur.* Antequam ſtantes. &c.] *Cornix inauſpicatiſsima eſt fœtus tempore, hoc eſt, poſt ſolſtitium, ut Plin. 10. ſcribit. Qui etiam lib. 18. ait: quum terreſtres uolucres contra aquam clangores dabunt perfundentes ſeſe, ſed maximè cornix, hyemẽ portendunt.* Oſcinem coruum] *Corui in auſpicijs ſoli uidentur intellectum habere ſignificationum ſuarum, nam quum mediæ hoſpites occiſi ſunt, omnes è Peloponneſo & Attica regione uolauerunt. Peſsima corũ ſignificatio, quum glutiunt uocem, uelut ſtrangulati. Author Plin. lib. 10. & lib. 18. cap. ult. ait, quòd corui ſingultu quodam latrantes, ſeſeq́ concutientes, ſi continuabunt, uentos portendunt, ſi uerò carptim uocem reſorbebunt, uentoſum imbrẽ.* Oſcinem] *Oſcinum augurium à cantu auium dicitur. Et oſcines aues auſpiciũ ore facientes, ut Feſtus ait.* Solis ab ortu] *Legitur etiam* lucis ab ortu. *Cic. autem lib. 1. de Diuinatione ſcribit. Coruum à dextra, cornicem à ſiniſtra facere ratum. Et Acron inquit, ab ortu ſolis proſpera corui omina eſſe, aduerſa ab occaſu. Ego aũt ab ortu ſolis id uerũ eſſe expertus ſum pluries.* Læuus picus] *Plin. lib. 16. ſcribit picum Martium inſignem & magnũ eſſe in auſpicijs, quòdque ipſi pici principales Latio ſunt in augurijs, ab rege, qui nomen huic aui dedit, in capite prætoris urbani, L. Tuberonis in foro iura pro tribunali reddentis, ſedit picus ita placidè, ut manu appræhenderetur, reſpondere uates exitium imperio portendi, ſi dimitteretur. At ſi exanimaretur prætori, illeq́ autem protinus concerpſit, nec multò poſt impleuit prodigium.* Sis licet] Ordo eſt. O' Galathea ſis fœlix, & memor noſtri licet uiuas ubicunq́ mauis. Læuus] *Id eſt, mali ominis.* Vaga Cornix] *De Cornice Verg. lib. 1. Georg. ait.*

» *Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce.*
» *Et ſola in ſicca ſecum ſpaciatur arena.*
» *Et caput obiectat querulum uenientibus undis.*

Sed uides quanto] *Imminente tempeſtate Galatheam reuocare à conſtituto itinere Horatius nititur.* Trepidet] *Properet.* Pronus Orion] *In occaſum uergẽs, de quo latè ſuperius.* Ater ſinus Hadriæ] *Hadriaticum mare obſcurum tempeſtatem portendere indicat.* Albus Ia.] *Is uentus eſt ex Apuliæ ora proficiſcens, de quo latius Ode 3. lib. 1.* Albus] *Id eſt, ſerenus, quamuis enim ſereno tempore perflet, attamen ſolet hyemẽ portendere, uel* Albus, *propter albas nubes.* Hoſtium uxores] *Hoſtibus imprecatur uentorum hyemẽ atq́ æquoris.* Verbere fluctuum] *Scilicet ſic & Europe, quemadmodum inquit tu Galathea albo Iapygi fidis, ita Europe credidit albo tauro, & decepta, quàm plurima paſſa eſt.* Europe] *Scribit Herodotus in principio, Curetes Tyrũ appulſos, filiam regis rapuiſſe Europam. Diodorus autẽ lib. 6. ſcribit in Creta Minoa & Rhadamantum ex Ioue natos, ac Europa Agenoris, quam tauro deorum prouidentia aduectam in Cretam tradunt. Euſebius docet Europam à Cretenſibus raptam fuiſſe naui, cuius fuit inſigne taurus.* Niueum doloſo credidit tauro] *Credidit tauro doloſo latus niueum ſcilicet eſſe, de quo Ouid. lib. 2. Met. ſic ait.*

» *Nunc latus in fuluis niueum deponit arenis.*
» *Paulatimq́ metu dempto, modo pectora præbet,*
» *Virginea palpanda manu, modo cornua ſertis*
» *Impedienda nouis, auſa eſt quoq́ regia uirgo.*
» *Neſcia quem premeret tergo conſidere tauri.*

Scatentem] *Feruentem Pontum. Ouid. etiam ait.*

» *Mediiq́ per æquora ponti.*
» *Fert prædam, pauet hæc littusq́ ablata relictum*
» *Reſpicit, & dextra cornu tenet, altera dorſo,*
» *Impoſita eſt, &c.*

Ponti autẽ menſura à Boſphoro ad Mæoticum lacum quidam fecere certo numero paſſuum, ut ſcribit, Plin. lib. 6. Audax] *Auſa enim fuerat tauro inhærere.* Medias fraudes] *Quæ in medio ferè mari cognouit, uel potius Cyaneas intelligit inſulas in ponto, ſeu magis ſcopulos contra Thracium Boſphorum, de quibus Mela ſcribit à nonnullis tamen authoribus Symplegades, hoc eſt, concurrentes etiam nominantur. Dicunt enim olim fuiſſe inſtabiles, unde Ouid. lib. 15. Met. ait.*

» *Timuit concurſibus Argo*
» *Vndarum ſparſas Symplegades Elyſarum.*
» *Quæ nunc immotæ perſtant, uentisq́ reſiſtunt.*

Sublustri] *Parum lucida.* Creten. *de hac etiam Maro ait.*

» *Centum digeſta per urbes.*

Pater ô relictum] *Gementis Europæ uerba ſunt. Eſt autem ordo.* O pater] *Appoſitio nomen relictum filiæ pro à filia.* Pietas] *Tullius pro Plantio inquit. Quid pietas niſi uoluntas grata in parentes?* Vnde quò ue.] *Ordo eſt, unde ueni? quò ueni? uel unde, id eſt, à qua pietate paterna, quò ueni?* Leuis una mors eſt uirginũ culpæ] *Senſus eſt, quòd unica mors culpæ, id eſt, crimini & peccata uirginum leuis eſt, meretur enim uirgo peccans plures mortes: is proprius & uerus ſenſus huius loci eſt, & eſſe debet, non alius.* Vigilans ne plo.] *Dubitat an uerè ſcelus commiſerit, ut relicto patre ſecuta fuerit taurum.* Vitijs carentem] *Id eſt, me quæ uitio caream, nec uerum ſit, quod mihi forte uidetur, ut rapta fuerim Imago, ſomnus ipſe.* Porta eburna] *Verg. in fine lib. 6. Aeneid. ait.*

» *Sunt geminæ ſomni portæ, quarum altera fertur*
» *Cornea, qua ueris facilis datur exitus umbris.*
» *Altera candenti perfecta nitens elephanto.*
» *Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia manes.*

Macrobius lib. 1. de Som. ſuper hoc loco ita ſcribit. Si quis forte quærere uelit, cur porta ex ebore falſis, & è cornu ueris ſit deputata. Inſtruetur authore Porphyrione qui in commentarijs ſuis hæc in eundem locum dicit, ab Homero ſub eadem diuiſione deſcriptum. Latet, inquit, omne uerũ, hoc tamẽ anima cum ab officijs corporis ſomno, eius paululum libera eſt interdum aſpicit, nonnunquam tendit aciem, nec tamen peruenit, & cum aſpicit, tamen non libero & directo lumine uidet, ſed interiecto uelamine, quod nexus naturæ caligantis obducit. Et hoc in natura eſſe idem Verg. aſſerit dicens.

» *Aſpice namq́ omnem, quæ nunc obducta tuenti*
» *Mortales hebetat uiſus tibi & humida circum.*

Caligat nubem eripiam, hoc uelamen quum in quiete ad uerum uſque aciem introſpicientis admittit, de cornu creditur. Cuius iſta natura eſt, ut tenuatum uiſui peruium ſit. Quum autem ab uero hebetat, ac repellit obtutũ, ebur putatur, cuius corpus ita natura denſatũ eſt, ut ad quamuis extremitatem tenuitatis craſſum nullo uiſu ad ulteriora tendente penetretur. Somnium] *Id propriè uocatur quod tegit figuris, & uelat ambagibus, nõniſi interpretatione intelligendam ſignificationem rei, quæ demonſtratur. Author idem Macro.* Impudens Orcum moror] *Senſus.* Vt ſine pudore Patriam reliqui, ita ſine pudore uiuo. Orcum moror] *Id eſt, Plutonem & mortem in moram detineo, non tamen ab re Orcum moror ait. Eſt enim alluſio quædam ad illud Euripidis, nam ut Macro. lib. 5. Sat. ſcribit in Alceſti Euripidis fabula in ſcena, Orcus inducitur gladium geſtans, quo crinem abſcidit Alceſtidi, quem ſecutus Verg. fabulam abſcindendi crinis induxit, lib. 4. Aeneid. de morte Eliſſæ, de Orco tamen latiùs ſuperiùs dictum eſt.* Vilis Europe] *Seipſam per Anaſtrophen alloquitur, dicens,*

» *O' uilis Europe pater abſens urget te mori,*

Quid ceſſas.— Vel pater abſens urget] *i. inſequitur, ac ſi fueris amatorẽ ſecuta, quid mori ceſſas?* Filius] *Cupido.* Remiſſo arcu] *Iam enim percuſſerat Iouis pectora ad Europæ rapinam.*

Sectus orbis] *Terra enim trifariam partita eſt in*
Europam, Aphricam,
Aſiam.

ODE XXVIII. AD LYDEN

Συλλογιστική.

Ode XXVIII. Dicolos diſtrophos, ut: Sic te diua potens Cypri.

–– –υυ υ–
–– –υυ– –υυ– υ–

ARGVMENTVM IN ODEN XXVIII.

Feſtis Neptuni ſe potiſsimùm uelle bibere, ait de elegantiſſimo uino, ſed ita tamen ſobriè, ut aegeltus acutidsq; reddat ingenium, non ingurgitatione opprimat.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Hortatur Lyden, ut optimum uinum depromat, quod feſto Neptuni die potiſſimùm ſit bibendum. Et quinque hic tractantur, ut monet Glareanus. Primùm enim pellitur ſapientia: ſecundò cantatur carmen feſti diei: tertiò carmen uenatorium: quartò, laſciuium: ultimò ſequitur ululatus.

COMMENTARIA.

FESTO quid potius die
  Neptuni faciam? prome reconditum
Lyde ſtrenua Cæcubum,
  Munitæq; adhibe uim ſapientiæ.
Inclinare meridiem
  Sentis, ac, ueluti ſtet uolucris dies,
Parcis deripere horreo
  Ceſſantem Bibuli conſulis amphoram.
Nos Cantabimus inuicem
  Neptunum, & uirides Nereidum comas:
Tu curua recines lyra
  Latonam, & celeris ſpicula Cynthiæ:
Summo carmine, quæ Gnidon,
  Fulgentesq; tenet Cycladas, & Paphon
Iunctis uiſit oloribus.
  Dicetur merita nox quoq; Nænia.

ACRON.

FESTO quid potius die Neptuni faciam?] .i. *Quid magis faciendum eſt feſto Neptunalium die, quàm ut uinum Cæcubum depromatur?* Amicam ſuam alloquitur. Lyde ſtrenua] *Id eſt, cita.* Cæcubum] *Vinum dictum uolunt, eò quod ebrietas caret, & confundat ingenium.* Munitæq; adhibe uim ſapientiæ] *Munitæ, quæ nulli caſui ſubiecta eſt. Bene autem ait uim ſapientiæ uino adhiberi.* Inclinare meridiem ſentis] *Sentis, hoc eſt, cernis inclinare diem in occaſum, qui maior fieri deberet, & augeri lætitia.* Ac ueluti ſtet uolucris dies] *Hortatur ad celeritatem promendi, dum dicit ad breuitatem impatientem morarum.* Parcis] *Ceſſas. Quaſi ſtet, cum celeriter non abeat.* Bibuli] *Proprium nomen, id eſt, Bibuli conſulatu reconditum.* Virides] *Herbis ſimiles aquæ fucatione.* Recines]*Iterum cantabis, id eſt, alternatim cantabimus.* Celeris ſpicula Cynthiæ] *Dianæ, quæ trinominis dicitur. Ipſa enim Luna, ipſa Diana, & Proſerpina dicitur. Ideò modò Lunam pro Diana poſuit.* Summo carmine] *Aut maximo, aut in conſummatione carminis, id eſt, in fine, Veneris cantabimus laudes.* Cycladas] *Nomina inſularum, quas Venus uecta circumit cygnis.* Merita nænia] *Conuenienti carmine. Nam quia tenebroſa nox eſt, merito lugubri carmine dicitur. Nænia enim carmen eſt, quod mortuis cantabatur, in honorem inferorum. Sed quia noctem prædicaturus erat propter tenebras & ſomnum, quæ morti proxima creduntur, ideò dixit, Nænia noctis.*

PORPHYR. } Feſto quid potius die] *Neptunaliorũ diem eſſe ſignans ait, quæ res eſt quam potiùs debeam facere, quàm uinum promere Neptunalibus?* Munitæq; adhibe uim ſapientiæ]*Munita ſapientia bene dicitur, quia nulli ſcilicet fortunæ ſubiecta eſt. Græci autem aiunt uim ſapientiæ adhiberi per uinum.* Inclinare meridiem] *In occaſum, ſcilicet diem inclinare.* Deripere horreo ceſſantem Bibuli conſulis amphoram] .i. *in horreo ceſſantem, & quaſi reſidentem. Bibuli conſulis autem, eo anno, quo Bibulus conſulatum geſſit, natam.* Summo carmine] .i. *in conſummatione carminis Venerem cantabimus.* Iunctis uiſit oloribus]*Oloribus .i. cygnis iunctis uecta, reuiſit Gnidó, Cycladas Paphon.* Dicetur merita nox quoque Nænia] *Nænia eſt carmen quód in mortuos cantatur. Sed bene nocti hoc carmen accommodat, propter tenebras & ſomnum, quæ morti ſunt proxima.*

CHRIST. LAND. } Feſto quid potius die]*Hortatur Lydiam ad Neptunia ſacra colenda.* Feſto] *Propter Neptunalia, quæ Neptuno celebrabant.* Reconditũ] *Ergo precioſum.* Adhibe uini] *Clanculum monet bibendum eſſe, ſed non ingurgitandum. Nam (ut ſuprà ex Auicennæ ſententia demonſtraui) modeſtè ſumptum uinum reddit ſpiritus lucidos, unde acuitur ingenium.* Munitæ] *Quæ nullis caſibus ſubiecta ſit, neq; unquã in manu fortunæ eſt ſapiens.* Inclinare meridiem]*Ergo tempus erat præparare conuiuiũ paulò pòſt aduentante nocte futurum. Vel dicas, per inclinationem meridiei iam tranſiſſe ſextam horam. Illa enim exacta meridiem facit, quoniam in duodecim partes dies, in totidemq; nox diuidatur, ergo non multum aberrat à nona hora in qua cibum capiebant.* Parcis diripere] *Abſtines diripere .i. non diripis.* Horreo] *Prò ueteratorio poſuit.* Volucris dies] *Nihil n. tempore uelocius eſt.* Amphorã ceſſantem]*Nam ad multum tẽpus manſerat.* Inuicem] *Per uices uiciſsim.* Neptunũ] *Hunc Saturni filiũ dicunt. Et quia in diuiſione regni ſibi inſulæ ceſſerũt, Deus maris habetur. Fundamenta illi ſacra ſunt. Ipſe quandoq; Amphytrites dicitur. Aquarum dulcium particulares uires Naiades, Marinarum uerò Nereides ſunt. Sed potiùs uidetur Amphytrite uxoris ſuæ nomẽ eſſe. Fundaméta illi ſacra ſunt, quia eius opera terra mouetur, ob idq; Enoſigæus appellatur, quia γαῖαν .i. terrã, ἐνοσίει .i. concutit. Dicitur latinè Neptunus à nãdo, Græcè Ποσειδῶν ἀπὸ τοῦ πόσιος .i. à potu & δίδωμι .i. do quia dat potum. Phyſici aquarũ effectiuam uim Oceanũ ponunt. Symbolum aũt Tethyn, uis aquæ potabilis Achelous eſt. Marinæ autem Neptunus, quæ in quantũ gignere poteſt Amphitrites dicitur. Mouet terrã Neptunus, quia aquæ terræmotus cauſa uidentur ἐνοσίχθονα appellant .i. concutientẽ terras. Item conſolidat terrã, quia illa à ſe excludit ἀσφάλειον .i. terram ſtabilientem.* Recines]*Iterum lyra canes, quod ego prius uoce cecinerim.* Summo]*Vel magno, uel in fine, & conſummatione poſito cantabimus Venerem.* Næ nia] *Propter ſomnum & tenebras noctis, quæ ſunt morti ſimilia. Nam de Nænia iam dixi.*

HENR. GLAR. } *Interrogationem habet hæc Ode ab initio, quid potiſsimùm faciat feſto Neptuni die. Reſpondet, cõtinuò bibendum eſſe. Vbi quinq; optimo proſequitur ordine. Primũ .n. pellitur ſapientia: ſecundò cantatur carmen feſti diei: tertiò carmen uenatorium: quartò laſciuũ: ultimò ſequitur ululatus, quam hoc loco Næniam uocat. Ipſe etiam poeta epiſtola prima pro cantilena uſurpauit Næniam. Hæc cum ita habent, mirũ eſt, quàm commentatores, præter unum Badiũ, nihil horum attingant. In primis uerò Acro, qui ait quoſdam dicere, Cæcubum uinum dictum uolunt, eo quòd ebrietas caret, & confundat ingenium, cum ab oppido Campaniæ in ſinu Caietano id nominis habeat: ut author eſt*

Strabo

Strabo lib. 5. Mancinellus autem, Adhibe uim, exponit, adde uim. Vino enim (inquit) uires augentur, quod rectè reprehendit Badius. Ceſſantem Bibuli Conſulis Amphoram] M. Calphurnius Bibulus Coſſ. fuit cum C. Iulio Cæſare anno ab Vrbe condita 695. Qui proximus fuit ante eum annum, quo cœptum eſt bellum Gallicum, quod geſſit C. Cæſar cum Gallis, à quo ad finem bellorum ciuilium ſunt anni circiter triginta: poſt quæ Horatium hæc ſcripſiſſe eſt uerisimile, uerùm hæc non ſunt tanti. Sũmo carmine] Quidam Bellus annotator ante hæc uerba ponit in priore carmine, & coniunctionẽ, contra fidem omniũ exẽplariũ, quaſi non ſit longè uenuſtior ſenſus, ſi poſt Cynthiæ gemmũ punctũ ponatur, uelut quieſcat lector, ac deinde inferat, Sũmo carmine, nouã ſententiam.

HERM. FIG. } Feſto quid, &c.] Orditur à ſubiectione. Nam interrogat quid potiſsimùm Neptunalib. faciat, & ipſe ſibi reſpondet, continuò potandũ eſſe. Fuit aũt Neptunus Saturni & Opis filius, frater Iouis & Ditis, cum quib. de regno ſortitus, mare adeptus eſt, ſicut Iupiter cœlum, Pluto inferos, ut ipſe apud Hom. Iliad. o. Iridi narrat. Huius ferias VI. fuiſſe, ſcribit Varro. Munitæ] Cognitione rerũ omniũ ſtipatæ, firmiſsimis conſiliorũ præſidijs, ueluti princeps & domina cæterarũ uirtutũ. ſeptæ. Sapientiam Cicero aliâs rerũ fundamentũ uocat, aliâs cuſtodẽ & procuratricẽ hominis nuncupat. Adhibe uim ſapientiæ] Pelle ſapientiã uino. Nam uinũ dementat ſapientes, ut in Eccleſ. refertur prouerb. Volucris dies] Volubile tẽpus, & præcipiti quadã celeritate properans. Bibuli Conſulis, &c.] Hoc eſt, doliũ Bibulo Conſule reconditũ. Et per hoc ſignificat, uinũ ualde uetus depromendũ eſſe. Nam M. Calphurnius Bibulus Conſul fuit cũ C. Iulio Cæſare, anno ab urbe condita 695. poſt natũ Horat. anno 6. Hunc Bibulũ Collegã Cæſar in eã deſperationẽ coẽgit, ut quoad poteſtate abiret, domo abditus, nihil aliud quàm per edicta obnuntiaret. Vnus ex eo tẽpore omnia in Republica, & ad arbitrium adminiſtrauit: ut nonnulli urbanorũ, cùm quid per iocũ teſtandi gratia ſignarent, non Cæſare & Bibulo, ſed Iulio & Cæſare Coſs. actũ ſcriberent: bis eundẽ præponentes nomine atq; cognomine. Hæc Suetonius in uita Cæſ. Nos cantabimus, &c.] Alternis uerſib. feſtũ diei carmen dicemus. Nereidum] Nereides Nymphæ ſunt marinæ: ſic dictæ à Nereo patre. Harum nomina triginta tria recenſet Hom. Iliad. Σ. Tu curua recines, &c.] Tu cantabis carmen uenatoriũ, in honorẽ Dianæ uenatricis. Summo carmine, &c.] Perfecto & ſingulari carmine laudabimus Venerem. Gnidon] Gnidus ciuitas eſt Cariæ, in cornu peninſulæ, teſte Mela, ubi colebatur Venus: Vnde Gnidia dicitur. Cycladas] Cyclades multæ ſunt inſulæ Aegei maris: ſic dictæ, quòd in orbem iacent. Paphon] Cypri urbes clariſsimæ, Salamis & Paphos, & quo primùm è mari egreſſam Venerem accolæ affirmant, Palæpaphos. Autor Pomponius Mela lib. 2. de ſitu orbis. Iunctis uiſit oloribus] Quia Venus uehitur curru, quem trahunt olores. Dicetur merita nox] Poſtremò lugubri & ululanti uoce noctem canemus.

THEOD. PVLM. } 6 Ac ueluti] &, ueluti, G. 7 Deripere. H. G. B. diripere, E. A. quod huic loco minimè conuenit, eſt n. diripere in diuerſas partes rapere, diſcerpere, dilacerare: deripere aũt, abſtrahere, auellere, de aliquo loco per uim mouere & rapere. Id genus uerba frequenter uitio librariorũ immutata eſſe apud auctores reperies: ut demoueo dimoueo, deripio diripio, defundo diffundo, delabor dilabor, deſilio diſilio, demitto dimitto, deminuo, diminuo, deduco, diduco. 9 Nos cãtabimus inuicẽ] Ita uoces, ex libris ueterib. etiã legit Henr. Steph. Epiſt. ad lectorẽ.

GEORG. FAB. } Neptunalib. amicam hortatur, ne ceſſet uinũ promere, genioq; & cantib. indulgerẽ. Feſto die Neptuni] Neptunalia celebrata 11. Cal. Iulij, quo auctore dicatur à Giraldo ignoro: ſed celebrata fuiſſe 10. Cal. Aug. Calend. Rom. certò indicat. Fuit eidem dicatus totus menſis Februarius, itẽ menſis cuiuſq; dies octauus. Parcis deripere horreo] Horatianũ eſt, pro, rapere de horreo. Summo carmine] Sententiam non intellexit, qui ſcribendũ cenſuit, ſummo cardine: nec interpretes, quod miror, conſuluit. Summo carmine. i. extrema carminis parte. Dicit enim poſt Neptunum, Nereidas, Latonam, Dianam, ſe cantaturum more conſueto, Venerem: & pro oratione temporis, Noctem.

IOD. BAD. ASCENS. } Feſto] Argumentũ narrat Mancinellus. Ordo eſt. Quid faciam potius feſto] .i. ſolenni die Neptuni. Quàm] Sup. latum conuiuium agam. q. d. nihil, & imo ô Lyde. Promo reconditum] .i. diligens. Cæcubum] Sup. uinũ. Reconditum] .i. iterum atq; iterum occultum, & adhibe. Sapientiæ munitæ] .ſ. per ſobrietatem. Vim] .i. ut Otentiam] .i. pelle ſapientiã uino, aut ut Mancinellus ſentit, adauge uires eius, quia uinum temperatè ſumptum acuit ingenium, ſed non quadrat loco, non enim uult temperatè ſumere, ſed uſq; ad ebrietatem. Tu ſentis meridiem inclinare] .ſ. ad occaſum Ac parcis] .i. ceſſas diripere. Horreo] .i. cella uinaria, in quam uinum, ut frumentum in horreum congeritur. Veluti] .i. perinde atq;. Dies uolucris] .i. citò uolubilis & tranſiens. Stet] .i. perſiſtat, ceſſas, dico diripere. Amphoram] .i. magnum uas uinarium, ceſſantem. i. nihil agentem & ocioſam in horreo Bibuli conſulis aut Amphoram Bibuli cõſulis] .i. ſignatam anno conſulatus eius. Ceſſantem] .i. ocioſam. Nos cantabimus inuicem] .i. uiciſsim. Neptunum, & comas Nereidum] Id eſt, Nympharum maris. Virides] .ſ. ut aquæ ſunt. Tu recines] .i. quæ dicam repetes. Lyra curua Latonam] Matrẽ Apollinis & Dianæ. Et ſpicula Cynthiæ] .i. Dianæ à Cyntho monte Deli, ubi nata dicitur. Celeris] Quia uenatrix eſt. Et ſummo] .i. ſupremo carmine. Dicetur] Sup. ea uidelicet Venus, quæ uiſit Gnidon oppidum, ubi pulcherrima Veneris ſtatua à Praxitele exculpta. Et Cycladas] .ſ. inſulas circa quas uecta in concha ad Cyprum, & Paphum: ubi peculiariter colitur ad Cyprum. Holoribus] .i. cygnis. Iunctis] Scilicet ad trahendum currum Veneris. Et dicetur nox quoq; Næniæ] .i. Cantilena Næniæ ſimili. Merita] .i. quam meruerit, quòd nos pernoctantes ſeruarit. Argutæ ſunt rationes ordinis. Nam primo bibendo expellitur ſapientia, mox cantur à potis ſolutis curis carmen dici Feſto congruum. Deinde carmen uenatorium Dianæ, mox laſciuium Veneri, at ubi uox, & ratio uino ſepultæ ſunt, Cantilena exit in næniam, Id eſt, in ululatum & plangenti ſimilem ſcreatum.

ANT. MANCIN. } Lyden hortatur, ut in Neptunalib. optimum uinũ exhibeat. Canteṫq; ſecum uiciſsim Neptuni Nereidum, quæ laudes Latonæ etiam ac Cynthiæ demum Veneris. Feſto quid] Ode eſt ſimilis tertiæ. Strenua] Fortis uigilans. Cæcubum] Optimum uinum, de quo latius ſuprà. Munitæ] Sapientia. n. per ſeipſam fortiſsima eſt. Adhibe uim] Addè uim. Vino enim uires augentur. Inclinare meridiem ſentis] Oſtendit maiorem diei partem præteritam, & diem ipſam tendere in occaſum. Inde opus] Vt citius conuiuia parentur. Horreo] .i. promtuaria cella poſuit. Ceſſantem] Deſidem & in receſſu manentẽ. Virides] Cærulei omnes finguntur aquarum dij. Tu curua recines] Declarat illud inuicem. Summo carmine] Vel maximo, uel nouiſsimo. Quæ Gnydon] Venerem intelligit, de Gnydo autem ſuperius uideto, de Cycladibus etiam & Papho. Fulgentes] Propter ſpumas id accidit. Iunctis oloribus] .i. cygnis, dicunt enim Veneris magnæ currum à cygnis trahi, aut quia per albedinem ſignificant lauticiam muliebrem, aut potius, quia dulciſsimè canant, ut demonſtretur amantium animos cantu trahi. De curru uerò Veneris Apuleius lib. 6. de Aſino aureo, ſic ait.

„ At Venus cœlum petit, iubet conſtrui currum:

Quem ei Vulcanus ſubtili fabrica ſtudioſè poliuerat, & antè Thalami rudimentum nuptiale munus obtulerat, lunæ tenuantis detrimento conſpicuum, & ipſius auri damno precioſum de multis, quæ circa cubiculum dominæ ſtabulant, procedunt quatuor candidæ columbæ, & hilaris inceſſibus picta colla torquentes, iugum gemmeum ſubeunt. Suſceptaq; domina læte ſubuolant currum deæ, proſequentes gannitu cõſtrepenti laſciuiũt paſſeres, & cæteræ, quæ dulcè cantitant aues melleis modulis, ſuauè reſonantes, aduentum deæ pronunciant, cedunt nubes & cœlũ filiæ panditur, & ſummus æther cum gaudio ſuſcipit deam, nec obuiat aquilas, uel accipitres rapaces, pertimeſcit magnæ Veneris canora familia, hæc ille. Merita Nænia] Lugubri carmine & nocti conuenienti, ſicut & mortuis, in nocte enim tenebræ ſunt, & ſomnus, quæ morti ſunt ſimillima. Nænia autem propriè eſt cantus lugubris, & laus in funere honoratorũ uirorũ, ut ſcribit. Cicero latius tamen ſuperius uideto.

ODE XXIX. AD MECOENATEM.

παραινετική.

Ode XXIX. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪ – ∪
– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – –

ARGVMENTVM IN ODEN XXIX.

Inuitat Mecœnatem ad conuiuium, quod illi inſtruxerat, cum amphora delicatiſsimi uini & unguenti, ſuadetq; ne grauetur paululum ad ſe diuertere. Nam licet ampliore ſit fortuna, non ingratam tamen illi uiciſsitudinem rerum futuram, neq; diuiti mundam paupertatem, itaque æſtu iam peſtilenti inſtante, monet, ut urbe cedat, & ſepoſitis publicis negocijs, genio & bonæ ualetudini det operam, ſtultum enim eſſe, nimium uelle ſapere, aut de futuro anxium eſſe, ſed eo, quod adeſt bene uti prudentis, felicisſimi autem qui non ex fortuna pendet, ſed ita ſeipſum comparauit, ut quicquid acciderit, hoc ferat imperturbato animo.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Rogat Mecœnatem, ut relictis magnificis ædibus, ad ſe pauperem in humilem domum, animi recreandi gratia, diuertat: præſertim eo tempore quo uehementiores ſint æſtus: monetq;, ut intermiſsis publicis negotijs, & grauioribus curis, genio indulgeat, rebusq; præſentibus & paratis contentus uiuat, nihil ſolicitus de futuris: Quòd is ſit feliciſſimus ac prudentiſsimus, qui in diem uiuat, & utramq; fortunam æquo animo ferat.

COMMENTARIA.

TYRRHENA regum progenies, tibi
Non ante uerſo lene merum cado
Cum flore, Mecœnas, roſarum, &
Preſſa tuis balanus capillis
Iamdudum apud me eſt: eripe te moræ,
Ne ſemper udum Tibur, & Aeſulæ
Decliue contempleris aruum, &
Telegoni iuga parricidæ.
Faſtidioſam deſere copiam, &
Molem propinquam nubibus arduis:
Omitte mirari beatæ
Fumum, & opes, ſtrepitumq; Romæ.
PLERVNQVE gratæ diuitibus uices,
Mundæq; paruo ſub lare pauperum
Cœnæ, ſine aulæis, & oſtro
Sollicitam explicuêre frontem.
Iam clarus occultum Andromedes pater
Oſtendit ignem, iam Procyon furit,
Et ſtella ueſani leonis,
Sole dies referente ſiccos.
Iam paſtor umbras cum grege languido,
Riuumq; feſſus quærit, & horridi
Dumeta Siluani: caretq;
Ripa uagis taciturna uentis.
Tu ciuitatem quis deceat ſtatus,
Curas: & urbi ſollicitus times,
Quid Seres, & regnata Cyro
Bactra parent, Tanaisq; diſcors.

ACRON.

TYRRHENA] *Tuſca, & Tiberis Tyrrhenus dictus eſt, ut:*

» *Tyrrhenoq; boues in flumine lauit Iberas.*

Simile eſt autem principium primæ Odes:

» *Mecœnas atauis edite regibus.*

Inuitat autem illum ad epulas, cui deſtinatam uini amphoram & illibatam, iam apud ſe eſſe promittit. Ordo eſt: Mecœnas, Tyrrhena progenies regum iamdudum apud me tibi lene merum, non antè uerſum cado cum flore roſarum, & balanus preſſa capillis. Preſſa] *Infuſa, tanquam iam capiti impreſſa. Balanus autem herba unguentaria eſt, ex quo componuntur unguenta, & ideo ſignificat unguentum.* Iamdudum apud me eſt] *Ac ſi diceret, hæc omnia tuo in honore iam diu ſeruãtur apud me.* Vdum Tybur] *Propter copiam aquarum.* Et Aeſulæ] *Nomen urbis alterius, in latere montis conſtitutæ.* Decliue contempleris] *Turrim in hortis ſuis Mecœnas conſtruxiſſe dicebatur, unde hæc omnia proſpectaret.* Telegoni iuga parricidæ] *Tuſculum ciuitas eſt, in iugo montis conſtituta. Hanc ſignificat nomine conditoris, à Telegono enim Circes filio fundata eſt, qui per ignorantiam patrem ſuum Vlyſſem interemit.* Faſtidioſam deſere copiam] *Quæ faſtidium aliquando ingerit propter luxum, ut proprias aliquando delitias faſtidiat.* Plerunq; gratæ diuitibus uices] *Viciſsitudinem rerum dicit gratam ſolere eſſe diuitibus, quos interdum poſt diuitias & copias delectat familiarium mediocritas. Ordo eſt: Plerunq; mundæ cœnæ gratæ uices diuitibus, ſine aulæis & oſtro, ſub paruo lare pauperũ explicuere ſollicitam frontem, id eſt, triſtem & obductam rugis frontem letitia extendere, hoc eſt, explicauere: ut Plautus:*

» *Exporge frontem.*

Andromedæ pater] *Cepheus Aethiopum rex Zetheus, qui inter ſydera collocatus dicitur proximus Orioni.* Oſtendit ignem] *Denunciat æſtatem, ut:*

» *Findit canis æſtifer arua.*

Iam Procyon furit] *Stella quæ ante caniculam oritur.* Cum grege languido] *Id eſt, æſtu fatigato, ut:*

» *Nunc etiam pecudes umbras, & frigora captant.*

Ripa uagis taciturna uentis] *Quæ propter ſomnum ſit uento remota, ut:*

» *Aſpice uentoſi ceciderũt murmuris auræ.*

Tu ciuitatem quis deceat ſtatus] *Quis ſtatus, id eſt, quis honor: oſtendit autem Mecœnatem præfectum urbi eo tempore fuiſſe.* Et regnata Cyro Bactra] *Cyrus rex Perſarum fuit, ideò genus eius commemorat, ut:*

» *Vltima ſecum Bactra uehit.*

Tanaisq; diſcors] *Tanais flumen in Mæotidem paludem fluens. Diſcors autem ideò dictum, quia diſcernit Europam & Aſiam: ſiue quia incolæ regionis illius feroces ſunt, & frequenter inter ſe diſcordia colliduntur.* Prudens futuri] *Prudenter dicit Deum feciſſe neſcia futura, tanquam qui homines uidet*

uellet pro breuitate uitæ uti præſentibus. Ordo eſt: Prudens premit Deus exitum futuri temporis caliginoſa nocte, & ridet ſi mortalis trepidat ultra fas. Componere æquus] *Iuſtus finire, unde lites cõpoſitæ, dicuntur finitæ, ut:*

» *Non noſtrum inter uos tantas componere lites.*

Cætera fluminis Ritu feruntur] *Dilabuntur. Hoc eſt, alia curſum ſuum habent, ut:*

» *Si brachia forte remiſit,*
» *Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.*

Ordo eſt: Cætera feruntur ritu fluminis, nunc cum pace dilabentis in Hetruſcũ mare medio alueo, nunc uoluentis unà adeſos lapides, & raptas ſtirpes, & pecus, & domos. *Per allegoriam deſcribit uarietates, & uices uitæ humanæ, quæ dum quieta & læta eſt, ſubitò aduerſis caſibus inquietatur & perturbatur.* Stirpes raptas] *Extirpatas, ut:*

» *Rapidus montano flumine torrens*
» *Sternit agros, ſternit ſata læta, boumq; labores.*

Diluuies] *Nouè tempeſtatẽ dixit, cùm omnes autores hoc diluuium poſuiſſent.* Irritat amnes] *Incitat, ut:*

» *Irritatq; uirum telis.*

Ille potens ſui Lætusq; deget] *Id eſt, ille felix eſt, qui modum uitæ ſuæ habet: ſiue qui futura non curat.* Cras uel atra] *Perſeuerat perſuadere præſentia tantum curanda, nec futuris animum cõmodari.* Non tamen irritum] *Hoc eſt, non poſſe commodum uitæ, quod iam perceptum fuerit, infringi.* Quodcunq; retro eſt] *Id eſt, quod iam tranſijt. Senſus eſt.* Præterita non poterunt immutari, quãuis futura incerta ſint, & ideo deſine eſſe ſollicitus de futuris. Diffinget] *Confundet, immutabit, ſiue conuellet.* Fortuna ſæuo læta negocio] *Quæ delectatur incertis, & inquietudine hominum gaudet, dum proſpera mutat aduerſis.* Ludum inſolentem] *Iniquum, nouum, ut Iuuenalis:*

» *Quotiens uoluit fortuna iocari.*

Ludere] *Quotiens uoluit, ſubaudi.* Pertinax] *Inſiſtens.* Transmutat incertos honores] *Vtrum ipſos honores incertos, an qui transmutando incerti ſunt, fortunæ inconſtantia.* Laudo manẽtem] *Id eſt, cum mutabilis non eſt, laudo illam.* Si celeres quatit Pennas reſigno quæ dedit] *Id eſt, dum ad alium deuolat, reddo quod dederat.* Et mea Virtute me inuoluo] *Id eſt, mea uirtute me munio, non timens incerta fortunæ, dum aut deſidero, aut formido quod præſtat, bona conſcientia & ſola probitate contentus.* Sine dote] *Sine opibus, ſine præmio.* Non eſt meum] *Id eſt, Nec uitæ, nec propoſiti mei eſt timere aduerſa, quia me nec periculo, nec tempeſtati quæſtus cauſa committo.* Et uotis paciſci] *Tanquã paciſcantur cum dijs homines oblectatione uotorum.* Auaro mari] *Inſatiabili, cuncta recipienti, quaſi quod omnia intercipiat.* Tunc me biremis præſidio ſcaphæ] *Biremis, Id eſt, duos ordines remorum habentis. Ordo eſt:* Aura & geminus Pollux, feret me per Aegeos tumultus, tutum præſidio biremis ſcaphæ. *Ironicè dixit, non patiar tam maris amore lucri.* Geminus Pollux] *Pollux cũ Caſtore intelligendus eſt, amborũ .n. ſtellæ ſimul naſcuntur.*

PORPHYR. } Tyrrhena regum progenies] *Simile eſt illi hoc principium:*

PRVDENS futuri temporis exitum
Caliginoſa nocte premit Deus:
Ridetq;, ſi mortalis ultra
Fas trepidat. QVOD adeſt, memento
Componere æquus: cætera fluminis
Ritu feruntur, nunc medio alueo
Cum pace delabentis Hetruſcum
In mare, nunc lapides adeſos,
Stirpesq; raptas, & pecus, & domos
Voluentis unà, non ſine montium
Clamore, uicinæq; ſiluæ,
Cùm fera diluuies quietos
Irritat amnes. ille potens ſui,
Lætusq; deget, cui licet, in diem,
Dixiſſe uixi: cras uel atra
Nube polum, pater, occupato,
Vel ſole puro: non tamen irritum
Quodcunq; retrò eſt, efficiet: neq;
Diffinget, infectumq; reddet,
Quod fugiens ſemel hora uexit.
FORTVNA ſæuo læta negocio, &
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alij benigna.
Laudo manentem: ſi celeres quatit
Pennas, reſigno quæ dedit, & mea
Virtute me inuoluo, probamq;
Pauperiem ſine dote quæro.
Non eſt meum, ſi mugiat Africis
Malus procellis, ad miſeras preces
Decurrere, & uotis paciſci,
Ne Cypriæ, Tyriæq; merces
Addant auaro diuitias mari.
Tunc me biremis præſidio ſcaphæ,
Tutum per Aegæos tumultus
Aura feret, geminusq; Pollux.

» *Mecænas atauis edite regib.*

Et cur eũ ſic appellat, ibi diximus. Inuitat aũt nunc Mecænatẽ ad epulas, cui deſtinatã uini amphorã, & illibatam iam apud ſe eſſe dixit. Non ſemper udum Tibur & Aeſulæ Decliue &c.] *Tuſculum ſignat, quod dicitur Telegonus Circes filius condidiſſe, qui per ignorantiam patrem ſuum Vlyſſem occidit.* Molem propinquam nubibus arduis] *Turrim dicit, quam Mecænas dicitur in hortis ſuis extruxiſſe, unde hæc omnia proſpectabat.* Sollicitam explicuẽre frontem] *.i. triſtem exhilarauêre.* Iam clarus occultum &c.] *Cepheus, qui .ſ. inter ſidera receptus eſt.* Iam Procyon furit] *Stella eſt, quæ ante caniculam oritur.* Et ſtella uæſani leonis] *Stellã pro toto ſigno dixit, in quo ſolem neceſſe eſt, eſſe mẽſe Auguſto, quod eſt feruentiſſimũ anni tempus.* Tu ciuitatem quis &c.] *Apparet illò tempore præfectũ urbi fuiſſe Mecænatem.* Tanaisq; diſcors] *Tanais fluuius eſt, fluens in Mæotidem paludem & inde in Pontum.* Diſcors *autẽ dictus quod diſcernit Europã ab Aſia, niſi fortè ad incolas eius referamus hoc epitheton, quòd inter ſe ferociſſimi barbari diſcordant.* Ridetq; ſi mortalis, &c.] *Quoniam .ſ. nefas eſt inquirere futura, quæ dij nos neſcire uoluerunt.* Quod adeſt memento. &c.] *i. præſentibus fruere, & ea quæ adſunt, æqua mente compone.* Nunc medio alueo Cum pace dilabentis Hetruſcum In mare: nunc lapides adeſos] *Varietatem & uices uitæ humanæ, quemadmodum modò quieta ac læta eſt, modò aduerſis caſibus inquieta, turbulenta, per allegoriam deſcribit.* Cui licet in diem dixiſſe, uixi] *Perſeuerat perſuadere præſentia commoda tantum amplectenda, de futuris non eſſe cogitandum.* Non tamen irritum, quodcunq; retrò eſt efficiet] *Id eſt, non poteſt commodum uitæ, quod iam perceperit infringere.* Ludum inſolentem ludere pertinax] *Veteribus uſitatum elocutionis genus ludum ludere, ſicut uitam uiuere, & ſeruitutem ſeruire, & multa ſimiliter.* Transmutat incertos honores] *Vtrum transmutando incertos facit, an quia incerti ſunt, ideo tranſmutare eos putet.* Reſigno quæ dedit] *Reſigno, id eſt, reddo.* Et mea Virtute me inuoluo] *Diſertè, id eſt, me mea uirtute munio, nihil ab illa timens, aut deſiderãs contentus ſola probitate & bona conſcientia.* Sine dote] *Id eſt, ſine opibus.* Non eſt meum ſi mugiat Africis Malus procellis] *Nec uitæ, nec propoſiti mei eſt, inquit, aduerſa timere, quia nec periculo, nec tempeſtati quæſtus cauſa me committo.* Addant auaro diuitias mari] *Cum mare habeat diuitias, obruendo naues cum rebus precioſiſſimis.* Tunc me præſidio ſcaphæ, Tutum per Aegeos tumultus, Aura feret] *Tunc cùm maximè ſæuit tempeſtas, inquit, ego tutus nauigo præſidio ſcaphæ, ſed per hoc allegoricôs ſignat ſe tutũ ſecurumq; uiuere, quia non quærat diuitias.* Geminusq; Pollux] *Quia horum ſidera cùm ſe oſtendunt laborantibus nautis, præbent ſpem ſalutis.*

CHRIST. LAND. } Tyrrhena regum progenies] *Idem Mecænatem ad præſens ſuadet ſæpe aliàs ſuaſit, ut publicis curis omiſſis, uel potiùs in aliud tempus dilatis genio indulgeat, & apud ſe ſit. Ne ue ſit illi graue deſerere quandoq; res magnas, & ad paruas deſcendere. Nam munda paupertas perſæpe*

diuitibus grata fuit. Iamdudum] *Iam diu, nonnunquam ſtatim ſignificat, ut iamdudum ſumite pœnas.* Lene] *Suaue, Translatio, à tactu ad guſtum. Nam lene eſt, cui aſperum opponitur.* Non antè uerſo] *Vaſa uinaria in ueteratoria condita in contrariã partem uertebantur, ne facile eſſet ſeruis uinum inde educere. Cùm uerò iam promere uolebant, tunc demum uertebant. Ergo non ante uerſo, id eſt, non ante prompto.* Balanus] *Idem uidetur apud Græcos ſignificare, quod apud Latinos nux. Nux enim omnia complectitur, quæ duriori cortice ueſtiuntur, unde*

„ *Caſtaneasq́ nuces*

Dixit Maro. Ergo apud Græcos, ut ait Suida, eam partem pudendorum uirilium ſignificat, quam Cornelius Celſus glandem appellat. Sed hic intellexit myrobalanũ, quæ unguentis idonea eſt. Hæc candida & nigra inuenitur. Candida in ea parte Arabiæ naſcitur, quæ Iudæam ab Aegypto diuidit. Nigra in Thebaide. Inter has tragodita uiliſsima eſt. Preſſa] *Pro expreſſa, id eſt, ex qua iam ſuccus expreſſus, & in unguentum redactus.* Apud me] *Domi meæ.* Aeſulæ] Oppidum in montis rupæ poſitum. Telegoni] *Hic Vlyſsis ex Circe filius fuit, & cùm iuſſu matris patrem quæreret, domumq́ ueniſſet, & incognitus inde prohiberetur, Vlyſſem q priùs in eum telum contorſerat, cùm patrem eſſe ignoraret, interemit. Theodontius dicit, ſpina uenenoſa caſu à Telegono tactum interijſſe. Reuerſus inde in Italiam Telegonus, Tuſculum urbem condidit, ea in iugo eſt. Vnde Strabo in ſua Geographia ait, Hic Tuſculanum iugum eſt irriguum, & terris fertile quieto ſurgens aſcenſu & uillis ornatiſsimum.* Molem] *Turrim, quam in hortis habebat intelligit. Ex hac dicunt Neronem incendium urbis ſpectaſſe.* Propinquam nubibus] *Propter altitudinem.* Arduis] *Altis.* Mundæ] *Nam uitandus luxus, ſed tamen ita adhibeatur paupertas, ut non admittantur ſordes.* Aulæis] Quibus exornantur parietes. Et oſtro] *Sine ueſtibus purpureis, quibus maximè tricliniorum lecti ſternuntur.* Explicuere] *Hilarem reddidére. Nam mæſti frontẽ in rugas contrahunt. Contra uerò ex lætitia frontem explicamus, & ſine rugis extendimus Vnde illud Terentianum eſt.*

„ *Exporge frontem.*

Clarus pater] *Fabula notiſsima eſt.*

„ *Sed ſumma ſequar faſtigia rerum.*

Cepheus Aethyopum rex uxorem habuit Caſsiopæam. In hac tanta fuit ſuperbia, ut ſe Nymphis marinis, quas Nereides dicunt, in pulchritudine propoſuerit. Iratus eſt Neptunus, & ob hoc, oraculo Hammonis reſponſum datum eſt, non ceſſaturam eſſe dei iram, niſi Andromedæ filia ad ſcopulum religata, marinis monſtris exponeretur. Per idem tempus rediens à cæſa Meduſa Perſeus, uolans ex aëre calamitoſam puellam cõſpexit, conſpectamq́ amauit, eiusq́ nuptias ſi à marinis monſtris liberaretur cum parentib. pactus eſt, perditaq́ bellua puellam à uinculis ſoluit, & uxorem duxit. Deinde Minerua patrem, filiam, uxorem atque generum in ſidera cœleſtia tranſtulit, & in parte ſeptentrionali collocauit. Cepheus in quarto loco ſitus, quem ſeptentrionalis circulus occupat à pedibus uſque pectus. Reliquus medius eſt in arcti & æſtiui tropici circulo. Habet ſtellas in capite duas ſplendidas. In ſingulis humeris ſingulas. In ſingulis manibus ſingulas, & claras. In ſingulis cubitis ſingulas, ſed obſcuras. In zona tres obliquatas. In dextra coſta unam. In ſiniſtro genu duas. Supra pedes quatuor. In ultimo pede unam. Sunt omnes decem & nouem. Procyon] *Signum eſt lacteo circulo defixum pertingens æquinoctialem circulum tendens ad occaſum, ſub geminis oritur, cum Leo occidit. Sunt qui credunt fuiſſe canem Orionis. Sed nos de canicula ſiue Syrio alibi demonſtrauimus. Habet ſtellas tres, in collo unã, in pectore alterã, tertiã in humeris.* Furit] *Quia uehementes excitat calores.* Veſani] *Furentis. Ve enim particula eſt nonnunquam intenſiua, ut uehemens, nonnunquam priuatiua, ut uecors.* Leonis] *Signum ſeptentrionale eſt. Collocatur enim iuxta Cancrum, in quo æſtiuum Solſtitium fit: dicunt idcirco inter aſtra à Ioue collocatum eſſe Leonem, quod cæteris beſtijs excellat. Alij uolunt in Archadia illum iuſſu Iunonis nutritum, ut Herculẽ perderet, ſed ab Hercule iuſſu Euryſthei in Nemea ſylua fuiſſe cæſum.* Dumeta] *Loca dumis & ſentibus conſita, quæ ſua denſitate ſolem excludunt.* Horrida] *Aſpera propter aculeatos ſentes.* Syluani] *Nam Syluano deo conſecrata ſunt. Syluanum teſte Varrone, fœtæ mulieri infenſum eſſe crediderunt. Itaq́ ne noctu ingrediens illas uexaret, tres deos cuſtodes illis adhibebant. Sed eorum deorum ſignificandorum cauſa, tres homines noctu circuire limina domus iubebant, ut primus limen ſecuri feriret, ſecundus pilo, tertius ſcopis deuerreret, ut his datis culturæ ſignis, Deus Syluanus prohibeatur intrare. Nam nec arbores cæduntur, putantur'ue ſine ferro, neq́ far conficitur ſine pilo, nec fruges coaceruantur ſine ſcopis. Ab his tribus tres nominant Deos, Intercidonem, Pilunum, & Deuerram. Hæ igitur ſylueſtrem Deum culturæ, ſignis utpote contrarijs deterreut.* Taciturus] *Quia cũ non commoueatur uentis nullum murmur edit.* Tu ciuitatem] *Quaſi dicat reliqui requiem quærunt. Tu curas publicas non omittis. Sic & Virg. Didonem eo tempore curis affici demonſtrat, quo reliqua animalia quietem agebant, Ait enim.*

„ *Nox erat & placidum carpebant feſſa ſoporem*
„ *Corpora per terras,——*

Et quæ ſequuntur, deinde adiungit.

„ *At non infœlix animi Phœniſſa nec unquam*
„ *Soluitur in ſomnos, oculis'ue aut pectore noctem*
„ *Accipit.——*

Bactra] *Quæ etiam ſecundùm Strabonem Zariaſpa appellatur. Ex Bactris autem, ut ait, Plinius ſeptem diebus itinere ad Indiam peruenitur. Dicuntur autem Bactra, Bactrorum, & populi Bactriani. Virg.*

„ *Atq́ ultima ſecum Bactra uehit.*

Regnata Cyro] *Quia fuit in regno Perſarum. Intelligit autem per hæc omnia maximè Parthos.* Diſcors] *Vel quia diuidit Aſiam ab Europa. Vel quia ab illius incolæ frequentibus diſcordijs diſsidunt.* Prudens] *Sententia eſt, ut ſtulti ſint homines, qui uelint nimis anxiè futura inquirere. Nam Deus hominem diligit & cernit quid illi melius ſit, dediſſet illi cognitionem futurorum, ſi utile fuiſſet homini, ut futura cognoſceret, Nam poteſt omnia quæ uult Deus. Vult autem, quia diligit nos, & nouit omnia quia Deus, At non dedit, ergo non eſt utile.* Premit exitum] *Comprimit & occultat finem rerum.* Caliginoſa nocte] *Id eſt, obſcura ignorantia. Caligo propriè nebula eſt ex calidis uaporibus excitata.* Vltra fas] *Vltra quam diuinæ leges ſinant. Nam pertinet ad prudentem cauere in futurum, quoad mens humana ualet, reliqua mandare Deo, neque metu affici. Nam cautio ſapientis eſt, Metus non eſt.* Quod adeſt] *Aurea ſententia eſt. Monet enim, ut de futuro non ſit anxius, ſed quod adeſt, id eſt, præſentia componat cum æquitatẽ, id eſt, ne ulla animi turbatione à uia recta dimoueatur.* Cætera] *Quæ præſentia non ſunt, feruntur more fluminis quod aliquando per ſuum alueum ſedatis tranquilliſq́ fluctibus fertur in mare aliquando aut diluuio auctum nimium turgeſcit, & rapidis uorticibus ſaxa, arboreſq́ ſecum rapit.* Etruſcum] *Nam in mare Tyrrhenũ, quod inferum appellant defluit.* Diluuies] *Non'ne dixit, cum cæteri diluuium dicant?* Irritat] *Prouocat nam ſine diluuio quietè feruntur, diluuio autem incitantur.* Ille potens ſui] *Id eſt, qui ſe totum in ſua poteſtate continet, neq́ habet in illo ius aliquod fortuna. Qui ueluti alter Bias Prienneus omnia ſua ſecum portet. Quod cum facit homo, ſemper lætus uiuet, & in diem, id eſt, ſingulis diebus poteſt dicere uixi, quia ſine perturbatione fuit. Nam non dicitur uiuere, qui infœliciter uiuit.* Cras] *Qui non pendet ex temeritate fortunæ: in ſe ipſo omnia bona repoſuit. Nec ſua multum intereſt utrum nubilum cœlum futurum ſit, an ſerenum, id eſt, utrum fœlix, an aduerſa ſit futura fortuna.* Diffinget] *Conſcindet, immutabit. Nam diffingere eſt quod fictum, formatumq́ fuerat remouere.* Quod fugiens ſemel hora uexit] *Nam ut facta infecta ſint, nec Deus ipſe facit. Eſt autem uniuerſa hæc ratio ex Stoica grauitate deprompta, quæ præter uirtutem nihil in bonis enumerat. Ergo ſi fortuna illis arridet, accipiunt quidem commoda fortunæ, non tamen ut inde beatos ſe fieri putent, ſed tamen illa incommodis præferenda putant. Sin autem immutetur, tunc illius commoda ſine perturbatione dimittunt.* Reſigno] *Reddo Nam reſignare eſt cum in libris datorum & acceptorum pecuniam quam acceptam ſignauimus redditam demonſtramus.*

Et mea

Et mea virtute me involvo] *Quaſi dicat, tego me mea uirtute, & totus ex me pendeo nihil à fortuna ſperans.* Pauperiem ſine dote] *Sine præmio. Oſtendit enim ſe eſſe pauperem ſpiritu, ut eſt in Chriſtiana doctrina, id eſt, ita acquieſcere paruo, ut non optet plura.* Non eſt meum] *Quaſi dicat, idcirco paupertate delector, quia nolo committere me periculoſiſſimæ nauigationi, ut paupertati dotem acquiram, in qua eſſet ad preces deſcendendum, & ad uota facienda, in quibus uidemur paciſci cum dijs nos, quod uouemus daturos, ſi noſtræ merces in mare non mergantur.*

Tu me] *Ironicè legendi ſunt uerſus, ut ſit ſententia.* Non eſſe credendum quod è tempeſtate per mare Aegeum biremi ſcaphæ auxiliante aura & Polluce euadamus. Geminus] *Quia cum Caſtore naſcitur. Sed de his alio loco. Aegeum in ſuperioribus diximus à ſcopulo cui forma caprina ſit. Vel ab Aegeo patre Theſei eſſe nominatum. Nunc addimus placere nonnullis ut dicatur Aegeum, quia in illo plurimæ ſunt inſulæ, quæ procul ſpectantibus αἶγες, id eſt, capræ uideantur, uel quia Aege Amazonum regina in eo perierit.*

IOAN. HART. } Fumum beatæ Romæ] *Alluditur ad Græcum Odyſſ. α.*

„ *καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι ἧς γαίης.*

HENR. GLAR. } *Ode eſt plena optimarum ſententiarum, multiiugæq; eruditionis, maximè autem futurorum curam prohibet, quam Chriſtus uocat ſolicitudinem de craſtino. Acro autem Balanum herbam unguentariam facit, quem rectè reprehendit Mancinellus ex Plinio lib. 12. cap. 21. & ſequentibus, quanquam uerba Plinij apud Mancinellum ſatis miſerè habent, non hoc tantùm loco.*

Faſtidioſam deſere copiam] *Quæ faſtidium (inquit Acro) aliquādo ingerit, id eſt,* fluxum. *Ego* luxum *puto Acronem ſcripſiſſe, quanquam expoſitioni eius non ſubſcribo, ſicut nec ordini, quem paulò poſt facit, in quo coniunctio, que, tanquamocioſa omittitur, non temerè uſquam apud hunc poëtam poſita.*

—Andromedæ pater] *Quæ hoc loco Acro exponit, apud neminem Aſtrologum reperio, ſed id in eo non admodum miror.*

Prudens futuri temporis] *Qui hæc uerba Mecœnati tribuit, ac prioribus connectit, planè imprudens eſt, ne dicam impudens, ſed ab alijs iam exploſus, ne nominabitur quidem à nobis.*

—Geminusq; Pollux] *Quia horum ſydera, cùm ſe oſtendunt laborantibus nautis, præbent ſpem ſalutis, inquit Porphyrio. At Acro, ut aliquid noui diceret, Geminus Pollux cum Caſtore, inquit, intelligendus eſt: amborum enim ſtellæ ſimul naſcuntur.*

HERM. FIGVL. } Tyrrhena regum progenies] *Comparat ſibi beneuolētiam à perſona Mecœnatis, quem antiquiſſima regum Hetruriæ ſtirpe ortum prædicat.* Non antè uerſo lene merum cado] *Quò facilius Mecœnati perſuadeat, ſcribit habere ſe in promptu bonum uinum, unguenta, & flores.*

Balanus] *Balaninum oleum Myrobalanum (inquit Plinius libro 12. cap. 21.) Troglodytis, & Thebaidi, & Arabiæ, quæ Iudæam ab Aegypto diſterminat, commune eſt, naſcens unguento, ut ipſo nomine apparet. Quo item indicatur, & glandem eſſe arboris, heliotropio, quam dicemus inter herbas, ſimili folio. Fructus magnitudine auellanæ nucis. Ex his in Arabia naſcens, Syriaca appellatur, & eſt candida. Contrà in Thebaide nigra. Præfertur illa bonitate olei, quod exprimitur: Sed copia Thebaica. Inter hæc Troglodytica uiliſſima eſt.*

Ne ſemper udum Tybur] *Ne in eodem ſemper hæreas, commoreriſq; loco.* Æſulæ] *Æſulanos Italiæ populos eſſe, ſcribit Plinius lib. 3.*

Telegoni iuga parricidæ] *Tuſculum Latij oppidum, in arduo monte ſitum, intelligit. Hoc enim conditum à Telegono, Vlyſsis & Circes filio, dicunt. Sil.*

„ Quod peperēre decus, Circæo Tuſcula dorſo

„ *Mœnia Laërtæ quondam regnata nepoti.*

Telegonum autem parricidam uocat, quia patrem Vlyſſem per ignorantiam occidiſſe fertur. Faſtidioſam] *Hoc eſt, ſatietatem & faſtidium afferentem.*

Molem propinquam nubibus] *Altiſſimam illam Mecœnatis turrim intelligit, in hortis qui erant in Exquilijs, ab eo extructam pulcherrimo proſpectu. Ex hac turri Neronem urbis Romæ incendiū, quod ipſe, quaſi offenſus deformitate ueterum ædificiorum, & anguſtijs, flexuriſq; uicorum, uoluptatis ſuæ ſpectaculum fecerat, proſpectaſſe legimus apud Suetonium Tranquillum, & Paulum Oroſium.* Fumum] *Inanem apparatum, & præſtigioſam rerum magnarum oſtentationem.*

Plerunq; gratæ diuitibus uices] *Oſtendit, uarietatem & uiciſſitudinem rerum tam eſſe gratam ac iucundam, ut ſæpe diuites ad pauperes diuertere, & cum illis ſe ſine omni apparatu oblectare cupiant.* Aulæis] *Tapetibus, quibus ſubſellia & cathedræ inſternuntur. Græci περιστρώματα, uocant. Quo uerbo Latini etiam uti ſolent: ut Cicero in ſecunda Āntoniana: Conchiliatis Cn. Pompeij periſtromatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos uideres. Dicuntur etiam peripetaſmata, ex eo quòd triclinijs obtendi ſoleāt, & παραπετάσματα, & aulæa, & Attalica, ab aulis regum, in quibus expanduntur. Virg.*

„ *Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.*

Curtius: Lectos circumdederant aulæa purpurea, auroq; fulgentia. Et in ſingulari aulæa, quomodo Græci utuntur. Curtius lib. 7. Cùm poſt aulæam, quæ lectos obduceret, ſtaret rex. Plin. lib. 8. Aurum intexere in eadem Aſia inuenit Attalus rex: unde nomen Attalicis. Dicuntur & Babylonica. Idem: Colores diuerſos picturæ ueſtibus intexere, Babylon maximè celebrauit, & nomen impoſuit. Vocantur etiam tapetes uerbo & ipſo Græco, & tapetia: noſtri uno uerbo ſtragula & plagas appellant, ut Liu. lib. 9. de bello Maced. Luxuriæ enim peregrinæ origo ab exercitu Aſiatico inuecta in urbem eſt. Inde primum lectos æratos, ueſtem ſtragulam precioſam, plagulas, & alia textilia Romam adduxerunt. Hæc cùm animalia habent intexta, ut hodie paſſim habentur, θηρωτὰ à Græcis, id eſt, belluata uocantur. Plautus in Pſeud.

„ *Neq; Alexandrina belluata, conſutaq; tapetia.*

Pallia à quibuſdam uocantur, ut ab Vlpiano: cùm pallium alioqui ſit ueſtis Græcorum propria. Hæc quia ualde utilia, & ſcitu digna uidebantur, ex commentarijs Budæi, uiri doctiſſimi, huc transferre ea libuit.

Et oſtro] *Hoc eſt, purpura. Nam oſtrum, muricem, & tyrium autores pro purpura ſæpe ponunt.* Solicitam explicuēre frontem] *Anxios, triſtes & ſæueros exhilarauerunt. Nam frontem explicare, cùm hilareſcimus, contrahere, cùm ringimur, hoc eſt, ubi quid moleſtum eſt, dicimur. Plin. in lib. 11. Frons & alijs, ſed hominum tantùm triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeueritatis index. Terent.*

„ *Exporge frontem.*

Exporrecta fronte hilariter, obducta fronte, corrugata fronte, cōtracta fronte, caperata fronte. Et nubila frons, ſerena frons, explicita frons. Hæc D. Eraſmus.

Iam clarus occultum] *Χρονογραφίαν nunc ſubijcit, ad ſignificandam temporis oportunitatem, ad bibendum idoneām.*

Andromedes pater] *Periphraſis eſt Cephei. Hunc Euripides (ut ſcribit Hyginus in poëtico Aſtronomico) cùm cæteris, Phœnicis filium, Aethiopum regem eſſe demonſtrauit Andromedæ patrem, quam Ceto propoſitam notiſſima hiſtoriæ dixerunt: hanc autem Perſeum à periculo liberatam, uxorem duxiſſe. Itaq; ut totum genus eorum perpetuò maneret, ipſum quoque Cephea inter ſydera ſuperiores numeraſſe. Meminit quoque huius rei Ouid. lib. 4. & 5. Transf. Cephei corpus Scorpione exorto occidere, cum Sagittario exoriri perſpicitur.*

Iam Procyon furit] *Hic in lacteo circulo (ut tradit Hyginus) defixus, pedibus æquinoctialem circulum tangit. Spectat ad occaſum, ut inter Geminos & Cancrum conſtitutus: Qui, quòd ante maiorem Canem exoritur, προκύων eſt appellatus. Hic autem occidit exorto Capricorno, exoritur cum Leone. Sed omnino eſt ſtellarum trium.*

Stella Leonis] *Hic dicitur à Ioue conſtitutus, quòd omnium ferarum princeps eſſe exiſtimatur. Nonnulli etiam hoc ampliùs dicunt, quòd Herculis prima fuerit certatio, & quòd eum inermis interfecerit.*

cerit. Stellas habet nouendecim. Hyginus. Sole dies referente ſiccos] *Quia radij ſolares eo tempore magis accenduntur, quàm reliquis temporibus. Nam plurimæ ſtellæ Canis ac Leonis calidæ & Martiales, tunc cum Sole oriuntur, ac ſua uirtute illius calorem intendunt, itaque neceſſe eſt in his ſignis maiores æſtus, quàm cæteris exiſtere.* Caretque ripa uentis] *Nam in magno æſtu non ſpirant uenti: cauſa eſt, quòd æſtu exhalati uapores, qui ſunt materia uentorum, conſumuntur.* Tu ciuitatem quis deceat ſtatus] *Monet Mecœnatem, ne nimium de Reipublicæ ſalute ſit anxius, ſolicitusque de futuris & impendentibus malis, quòd Deus prudenter ea, quæ euentura ſunt, occultauerit.*

Quid Seres] *Tu curas quid hoſtes in animo habeant. Seres autem media Acoæ partis incolunt, inter duos amnes, Hydaſpem & Indum.* Regnata Cyro Bactra] *Bactri populi ſunt Orientales, quorum oppidum Zariaſpe, quod poſtea Bactrum à flumine appellatum eſt, authore Plin. Regnata autem Cyro, dicit, qui Cyrus, rex Perſarum, ſubegit totam Aſiam, & uniuerſum Orientem in poteſtatem redegit.* Tanaisque diſcors] *Quia in duos alueos ſeparatus, in Mæotidem paludem duobus hoſtijs mergitur.*

Vltra fas trepidat] *Plus æquo curioſus eſt in exquirendis rebus futuris, & cernendis conſequentibus malis.* Quod adeſt, memento componere æquus] *Saluberrima profectò ſententia, qua monemur, oportere nos boni conſulere, & æquo animo ferre præſentia, quòd futura ſint dubia & incerta.* Cætera fluminis ritu feruntur] *Elegantiſsima comparatio, qua apertè declarat, in rebus mortalium nihil eſſe conſtans ac perpetuum. Sed quemadmodum flumina ſumma tranquillitate & lenitate per ſuos alueos modò defluunt, modò ſubito aliquo diluuio turgida, extra ripas diffluũt, omnia proſternunt rapiuntque: Sic quoque res hominum in uno eodemque ſtatu nunquam ſunt, ſed nunc quietæ, nunc repentinis malis atque periculis perturbantur.* Nunc lapides adeſos] *Pulchra diluuij deſcriptio. Talis eſt apud Ouid.*

» *Expatiata ruunt per apertos flumina campos,*
» *Cumque ſatis arbuſta ſimul, pecudesque, uirosque,*
» *Tectaque, cumque ſuis rapiunt penetralia ſacris.*

Ille potens ſui] *Seipſum continens ac moderans.* In diem uixi] *Hoc eſt, præſentibus rebus contentus, & ex parato uixi, minimè ſolicitus de futuris, ut interpretatur D. Eraſmus. Quæ uita Græcis dicitur καθημερινὸς βίος. Et καθημερόβιοι, qui ad eum uiuunt modum. Hanc uitam ceu feliciſsimam omnium probauit Chriſtus, ut quam & ipſe ſemper ſecutus ſit, & Apoſtolis ſequendam propoſuerit.* Cras uel atra nube polum] *Docet, præſentibus eſſe fruendum, & quemcunque ſtatum obtulerit fortuna, in eo læte uiuendum: quòd illa, quæ ſemel acciderunt læta & commoda, ſint rata: quæ autem euentura ſunt, poſsint eſſe felicia uel infelicia, utcunque Deo fuerit lubitum.* Non tamen irritum, quodcunque retrò eſt] *Expolitio eſt. Nam eandem ſententiam commutatis uerbis explicat, nimirum eam: Quod factum eſt, infectum fieri non poteſt. Extat apud Ariſtotelem libro Moralium Eudemiorum 5. τὸ γὰρ γεγονὸς οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι, id eſt, ut exponit Eraſmus: Fieri non poteſt, ut quod factum eſt, ſit infectum. Mox citat carmen ex Agathonis Tragœdia:*

» *μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται,*
» *ἀγένητα ποιεῖν, ἅσσ᾽ ἂν ᾖ πεπραγμένα.*

Deum nullum habere in præterita ius, præterquàm obliuionis, ſcribit Plinius lib. 2. cap. 7. Vbi ſecutus Epicurum, multa impiè de Deo ſentit. Fortuna ſæuo læta negotio] *Monet fortunæ non eſſe fidendum, quòd ſit inconſtans, perfida, lubrica.*

Tranſmutat incertos honores] *Eandem ſententiam libro 1. ſic extulit:*

» *Hinc apicem rapax*
» *Fortuna cum ſtridore acuto*
» *Suſtulit: hic poſuiſſe gaudet.*

Non diſsimile eſt illud Senecæ in Medæa:

» *Rapida fortuna, ac leuis,*
» *Præcepsque regno eripuit, & exilio dedit.*

Nunc mihi, nunc alijs benigna] *Hoc eſt, uiciſsim modò huic, modò illi fauens, & res mortalium, uelut æſtu quodam, ſurſum ac deorſum iactans. Vnde rectè τύχη εὔριπος, dicitur, id eſt, fortuna Euripus, ſiue uolubilis. Nam quemadmodum mare habet acceſſus et receſſus æſtuarios, ita nihil eſt in rebus humanis perpetuũ, ut docet Eraſm. De hac re ita Boetius: Exæſtuantis more fertur Euripi.*

Laudo manentem, ſi celeres quatit] *Oſtendit ſe omninò non pendere ex arbitrio fortunæ, ſed ſuo ſtatu contentum, boni conſulere quod adſit.*

Virtute me inuoluo] *Munio atque obuallo me uirtute, quæ eſt firma & ſtabilis. Omnia alia (inquit Cicero) falſa, incerta ſunt, caduca, mobilia: uirtus eſt una altiſsimis defixa radicibus, quæ nulla unquam ui labefactari poteſt.* Probamque pauperiem] *Quæ olim ſolida laus, & uera uirtus cenſebatur. Cùm Q. Cincinnatus ab aratro ad Dictaturam uocaretur. Cùm Curius Dentatus rapa ſibi obſonium parare à Samnitum legatis inueniretur. Cùm Aelius Catus Conſul, in fictilibus cœnans, legatos Aetolorum, uaſa aurea offerentes, repelleret.*

Non eſt meum, ſi mugiat Africis] *Non eſt mihi opus, in tempeſtate cum Dijs paciſci, ne precioſæ merces ſubmergantur, quas ius eri cauſa non ingrediar mare: Sed ſi fortè nauis fuerit fracta, atque occupata ab undis, ego conijciam meum ſcapham, ac præſidio Pollucis incolumis euadam, non retentus à mercibus. Notat autem auaritiam mercatorum, quibus adeò charæ ſunt diuitiæ, ut aut perire cum opibus ſuis, aut ſimul cum illis ſeruari cupiant.*

Ad miſeras preces decurrere] *Dijs ſupplicare, & uota nuncupare. Nam procellæ nautas faciunt religioſos, ut pulchrè declarat Eraſmus in Naufragio ſuo.* Cypriæ] *Ex Cypro inſula, quæ fuit Romanorum prouincia, aduectæ. Eò enim ob emendi & uendendi lucrum ad mercatum commeare ſolebant. Hinc dicit Sannio apud Terentium:*

» *——emptæ mulieres*
» *Complures, & item hinc alia, quæ porto Cyprum.*
» *Niſi eò ad mercatum uenio, damnum maximum eſt.*

Tyriæque] *Tyrus & claritate, & magnitudine ante omnes urbes Syriæ Phœniciſque memorabilis, à continenti quatuor ſtadiorum freto diuiſa, ſeptimo menſe quàm oppugnari cœpta erat, capta eſt ab Alexandro Magno. Vrbs & uetuſtate originis, & crebra fortunæ uarietate ad memoriam poſteritatis inſignis, condita ab Agenore, diu mare non uicinum modò, ſed quodcunque claſſes eius adierunt, ditionis ſuæ fecit, & ſi famæ libet credere, hæc gens literas prima aut docuit, aut didicit. Hæc Q. Curtius, libro 4. De rebus geſtis Alexand.* Præſidio ſcaphæ] *Nautæ enim in extremo periculo, cùm uident ſe non poſſe amplius tueri nauem, in ſcaphas ſe conijciunt. Cicero: Poſtea aliquanto ipſos quoque uehementius tempeſtas iactare cœpit uſque adeò, ut dominus nauis, cùm idem gubernator eſſet, in ſcapham confugeret. Liuius: Exceptis in præparatas ſcaphas nautis. Iulianus libro 2. ſcapham inter piſcatoria ponit. Labeo Iuriſconſultus, eam in inſtrumento nauis eſſe dicit. Biremes autem naues dictæ ſunt à Romanis, quæ binis remis agebantur, à Græcis Δίκροτα, teſte Bayſ. de re Naual.* Geminusque Pollux] *Qui nautis periclitantibus propitius eſt, quem geminum uocat, quia uno partu cum Caſtore natus fertur.*

THEOD. PVLMAN. } Παραινετική. Προσφωνητική. *H.E.B. & Pet.* Nonnius Symmictôn, *ſiue Miſcell. lib. 5.* 8 Patricidæ] Patricidæ, *Mureti editio.* 17 Andromedes] Andromedæ, *H.G.E.B.A.* 22 ——Horridi Dumeta Siluani: caretque] —Horrida Dumeta ſiluarum: caret qua, *A.* 32 Trepidat] Trepidet, *G.* 34 Alueo] Aquore, *Lambini quidam libri ueteres.* 35 Delabentis] *H.G.E.B.A.* Dilabentis, *Ant. Mureti editio.* 41 Irritat] *Irruet, A.* 47 Diffinget] *H.G.E.B.A. Id eſt,* Immutabit. *Vide Annotationes ad Oden 35. lib. 1. & ad Sat. 10. lib. 1.*

M. ANT. MVRET. } 17 Iam clarus occultum Andromedes pater Oſtendit ignem] *Expreſſum ex illo Alcæi.*

» *τέγγε πνεύμονας οἴνῳ, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.*
» *ἁ δ᾽ ὥρα χαλεπά, πάντα δὲ διψᾷ ὑπὸ καύματος.*

GEORG.

GEORG. FABR. } *Ad lætitiam ſuo more Mecœnatem hortatur, primùm occaſione loci, qua eum in larem pauperem inuitat: proximè occaſione temporis, quod ſint æſtus intenſiſſimi. Tractat θέσιν, nimias curas eſſe deponendas, & uitandam futurorum inquiſitionem: hæc enim neceſſaria non eſt, & hominis animum angit maximè. Vtendum igitur præſentibus eſt, cum æquanimitate, curſus enim uitæ humanæ, ſicut fluuiorum, eſt mutabilis. Beatè uiuere ait eum, qui de ſeipſo pendet, & ſua uirtute ſe inuoluit: non qui pendet de fortuna, aut qui metu rerum futurarum excruciatur.* Molem propinquam nubibus] *De turri Mecœnatis loquitur, quæ in monte Eſquilino prope Aggeres ſita, altitudinem omnium ædificiorum in urbe exceſſit: de qua non Roma ſolùm uniuerſa, ſed & uicinæ urbes montanæ Tybur, Aeſula, Prenæſte, Tuſculum potuerunt cerni in circuitu. Aeſulam in hoc tractu omittit Strabo, lib. 5. Prenæſte, ipſe Horatius: cum hoc ſemper celebre, illa multùm ſit obſcura.*

IOD. BAD. ASCENS. } Tyrrhena] *Mecœnatem inuitans, ait.*

„ *O Mecœnas progenies Tyrrhena regum.*

Id eſt, regum Tyrrhenorum, hoc eſt, Ethruſcorum, ut in prima Ode primi libri uiſum eſt. Merum lene] *Id eſt, uinum mite.* Cado non ante verſo] *Id eſt, unde nihil exhauſtum eſt.* Eſt tibi iam dudum apud me cum flore roſarum & etiam Balanus glans unguentaria] *Scilicet, Myrobalani.* Preſſa tuis capillis] *Id eſt, ad inungendos capillos tuos in unguentum preſſa.* Adeſt eripe te moræ] *Id eſt, feſtina, quia omnia parata ſunt.* Non contempleris] *Scilicet, meritò ſemper uidelicet ex domo ſua quam in loco ſublimi habuit Mecœnas Romæ.* Tybur udum] *Id eſt, riguum.* Et arnum decliue Aeſulæ] *Oppidi in Latio quondam non longè à Roma in rupe poſiti.* Et iuga Telegoni parricidæ] *Id eſt, Tuſculum à Telegono Vlyſſis, & Cyrces filio, qui patre per ignorantiam ut aiunt ſpina uenenati piſcis occiſo in Italiam redijt, & Thuſculum condidit.*

Faſtidioſam &c] *Vt Mecœnatem commodiùs in agrum pelliceat, inducit cõtemptum rerum urbanarum, quæ ex copia interdũ, uaſtidũ, & (ut dicunt) nauſeam pariunt. unde dicit.* Deſere copiam] *Scilicet, rerum.* Faſtidioſam] *Id eſt, faſtidium parientem.* Et deſere molem] *Id eſt, turrim grandem.* Propinquam nubibus arduis] *Id eſt, in nubes uſq; eductam.* Et omitte mirari fumum] *Scilicet, ex fumarijs innumeris aſcendentem.*

Et opes] *Id eſt, diuitias.* Et ſtrepitum] *Id eſt, fortunam aut pedum coeuntium ſonitum.* Romæ beatæ] *Id eſt, multum diuitis, quæ omnia ex turri ſua proſpectare poterat.* Vices] *Id eſt, uiciſſitudines, hoc eſt, ſucceſſiones epularum & apparatuum tenuium poſt opiparas & ſumptuoſas cœnas.* Plerunq;] *Id eſt, ut plurimum gratæ diuitibus.* Et cœnæ pauperum mundæ] *Id eſt, ſatis lautæ.* Sub paruo lare, ſine aulæis] *Quæ ſunt in parietibus.* Et ſine oſtro] *Id eſt, purpura, hoc eſt, ſine tapetis purpureis, quæ ſuper lectos ſternantur.* Explicuerunt] *Id eſt, exporrexerunt.* Frontem ſollicitam] *Id eſt, dempſerunt fronti ſollicitæ rugas.* Redacto] *Scilicet, animo ad hilaritatem.*

Pater Andromedæ] *Scilicet, Cepheus in cœlum tranſlatus.*

Iam clarus] *Id eſt, ſerenus.* Oſtendit ignem occultum] *Scilicet prius, aut uix uiſibilem propter uehementiam ardoris eius.*

Et Procyon] *Id eſt, Anticanis.*

Et ſtella Leonis ueſani] *Id eſt, inſaniam oſtendentis ardore ſuo.* Furit iam ſole referente dies ſiccos] *Id eſt, ſine pluuia calidiſſimos, ut in Iulio fit, quo menſe Sol in his ſignis eſt.*

Paſtor feſſus] *Scilicet, calore.* Quærit iam cum grege languido] *Scilicet, præ calore, umbras & riuum, & dumeta in quibus deliteſcant.* Siluani] *Id eſt, ſiluarum Dei.* Horridi] *Id eſt, ferulis, & alijs uirgultis aſperi & inæqualis, & ripa taciturna, quia impetu aquarum caret.* Caret uentis uagis] *Id eſt, uagari ſolitis, hoc eſt, omnia præ nimio æſtu refrigerium, & reſollicitationem quærunt.* Tamen tu curas] *Id eſt, ardenter diſpicis.*

Quis ſtatus deceat ciuitatem] *Scilicet, Romanam.* Et tu ſollicitus times urbi, quid Seres] *Proximi ad Indiam populi, & Bactra urbs in Scythia regnata Cyro, quã rex Perſarum etiam Scythas debellauit, ſed tandem uictus pœnas dedit.* Et quid Tanais] *Id eſt, fluuius ille ex India in Scythiam uſque profluens, hoc eſt, accola eius.* Diſcors] *Id eſt, multa prælia mouens (ſunt enim bellicoſi.)* Parent] *Id eſt, moliantur urbi.* Deus prudens] *Id eſt, prouidens, ſciens quanta mala homini ex nimia cura rerum futurarum obueniant.*

Premit exitum futuri temporis nocte caliginoſa] *Id eſt, ignoratione multa.* Et ridet ſi mortalis trepidat ultra fas] *Id eſt, plus quam fas eſt.* Memento componere] *Id eſt, bene regere & moderari.* Quod adeſt] *Id eſt, rem præſentem.*

Exiſtens æquus] *Id eſt, lenis, & quaſi in utramq; ſortem paratus.* Cætera] *Id eſt, quæ non ſunt præſentia.* Feruntur ritu fluminis] *Id eſt, Tyberis.* Delabentis] *Id eſt, mare Etruſcum nunc cum pace.* Medio alueo] *Id eſt, per medium alueum non tranſcendendo ripas.* Et uoluentis nunc] *Id eſt, interdum.*

Lapides adeſos] *Scilicet, ui aquarum.* Et ſtirpes] *Id eſt, radices raptas. Inuſitatè autem fœminino utitur. Nam Maro dixit.*

„ *At ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum, &c.*

Et pecus, & domos raptas. Poteſt autem ordo eſſe. Lapides adeſos & ſtirpes] *Scilicet, adeſos.* Et pecus & domos raptas, uoluentis dico unà] *Id eſt, ſimul, hoc eſt, uno impetu.*

Non ſine clamore] *Id eſt, cum murmure montium & ſyluæ uicinæ.* Cum] *Id eſt, quando.* Diluuies] *Id eſt, inundatio aquarum.* Fera] *Id eſt, efferа.* Irritat amnes quietos] *Scilicet, priùs.* Ille] *Scilicet, homo quiſquis eſt.* Deget] *Id eſt, uitam peraget.* Potens] *Id eſt, compos ſui & lætus.*

Cui licet dixiſſe] *Scilicet, ueraciter.* Ego uixi in diem] *Id eſt, ſine reſpectu diei ſequentis, ad conditionem diei præſentis.*

Pater] *Scilicet, Iupiter.* Occupato] *Id eſt, placet ut occupet.* Cras polum] *Id eſt, cœlum.* Vel atra nube] *Id eſt, tempeſtate nubiloſa.* Vel Sole puro] *Id eſt, ſereno.* Non tamen] *Scilicet, pater efficiet irritum, quia, ut recitat in Ethicis Ariſtoteles ſecundum Agathonem, Deus facta infecta facere non poteſt, quia ad præteritum non eſt potentia.* Quodcunque eſt retro] *Id eſt, quicquid præterijt.* Neque diffinget] *Id eſt, deſtruet.* Et non factum] *Id eſt, non prius compoſitum fuiſſe faciet.*

Quæ pro] *Id eſt, non reddet.* Infectum] *Id eſt, quod non fuerit factum.* Id quod hora fugiens] *Id eſt, celeriter pertranſiens uexit ſemel. Deinde, quaſi à fato ad Fortunam tranſiens dicit.*

Fortuna læta negocio ſæuo] *Quia nihil eſt infœlicius, quàm ſemper fuiſſe fœlicem, & non ampliùs eſſe.* Et pertinax] *Id eſt, perſeuerans, quia hoc ſolo eſt immutabilis, quòd ſemper mutabilis.* Ludere ludum inſolentem] *Id eſt, immodeſtum.*

Tranſmutat] *Id eſt, ad uarios applicat.* Honores incertos, existens benigna nunc mihi, nunc alij] *Vnde ſubdit.* Laudo manentem] *Scilicet, fortunam bonam.* Si ipſa quatit] *Id eſt, concutit à uolando.* Pennas] *Scilicet, alarum.* Celeres] *Id eſt, pernices.* Ego reſigno] *Id eſt, reſtituo ei.* Quæ dedit & inuoluo me mea uirtute] *Id eſt, proprijs bonis.* Et quæro pauperiem] *Id eſt, paupertatem.* Probam] *Id eſt, honeſtam, & decentem atq; approbandam ſine dote, quia per ſe placet, & prodeſt ſi uerè fuerit intellecta, ſed Lucanus de ea dicit:*

„ *Munera nondum intellecta Deûm.*

Non eſt meum] *Id eſt, officij mei, aut inſtituti.* Decurrere ad miſeras preces] *Id eſt, miſerè precari deos.* Si malus] *Id eſt, arbor nauis.* Mugiat] *Id eſt, uehementem crepitum faciat.* Procellis Aphricis] *Id eſt, ab Aphrico uento excitatis.* Et paciſci] *Id eſt, pactum facere cum dijs.* Votis] *Id eſt, per uota.* Ne merces Cypriæ & Tyriæ] *Id eſt, ex Cypro & Tyro deuectæ.* Addant diuitias mari auaro] *Vt cui nunquam ſatis eſt.* Tum me] *Per Ironiam, quaſi dicat ſanè quidem uota faciam & preces miſeras, ut quas, quia indecenter fiunt dij derideant, quaſi uerò.* Aura] *Id eſt, lenis uentus.* Et Pollux geminus] *Id eſt, cum fratre, quia dum utriuſque ſidus apparet, proſpera ſignificatur nauigatio.* Feret me tutum] *Id eſt, munitum.* Præſidio Scaphæ] *Id eſt, nauiculæ.* Biremis] *Id eſt, binis remis impellendæ.* Feret] *Dico.* Per tumultus] *Id eſt, tempeſtates.* Aegæos] *Id eſt, Maris Aegæi, quod uaſtiſſimum eſt.*

AN-

ANTON. MANCIN. } *Mecœnatem, ut ſecum conuiuia ineat exhortatur: dicit enim ſe iamdudum optimum pro ſe merum ſeruaſſe, paraſſeq́ etiam & coronas, & unguenta ſibi.*

Tyrrhena regum]*Ode eſt ſimilis nonæ. Eſt autem ordo.* O' Mecœnas Tyrrhena progenies regum iamdudum apud me eſt tibi lene merum cado non ante verſo, eſt Balanus preſſa tuis capillis cum roſarum flore. Tyrrhena regum] *De Mecœnatis proſapia latiùs Ode prima.* Tibi]*In tuam gratiam.*

Verſo]*Effuſo.* Lene]*Mite ac ſuaue.* Balanus] βάλανος *glans dicitur. Verùm Acron dicit eſſe herbam unguentariam, ſed ſecus eſt. Nam ut Plin. ſcribit lib. 12. cap. 28. Myrobalanum arbor Troglodytis & Thebaidi, & Arabiæ communis eſt.*

Naſcens unguento] *Vt ipſo nomine apparet, quo item indicatur & glandem eſſe, arbori, fructus eſt magnitudine auellanæ nucis, unde liquor exprimitur, ſeu oleum odoratum quidem, unguentarij tantum corticem premunt. Medici nucleos tundunt affuſa eis paulatim calida aqua, id autem oleum Balaninum dicitur. Vnde idem Plinius libro 13. cap. 1. ſic ait. Vnguentorum expeditiſsimum fuit, primumq́ ut uériſimile eſt ex Brio & Balanino oleo. Poſtea uerò ſic. Suſinum tenuiſsimum omnium eſt. Conſtat ex lilijs Balano calamo, &c. Et paulò inferiùs ita. Nardinum ſiue foliatum conſtat Omphacio Balanino, iunco, coſto, nardo, amomo, myrrha, balſamo.* Preſſa]*Expreſſa pro tuis capillis: Ex Balano enim liquor, exprimitur odoratus ſeu oleum, ut diximus.* Eſulæ] *Eſulanos Latij populos fuiſſe Plinius ſcribit lib. 3. Telegoni iuga parricidæ. Tuſculum indicat, quod in Romæ conſpectu ſitum erat, in ſummo montis, de quo latiùs Epodo prima: id autem ut etiam Porphyrio aſſerit.* Telegonus]*Condiderat filius quidem Circes & Vlyſsis, qui per ignorantiam patrem occiderat.*

Copiam] *Quàm tecum habes.* Molem] *Propinquus ipſius Mecœnatis turrim intelligit, de qua etiam in Epodis.*

Omitte mirari] *Ex illa enim turri tota ferè urbs ſpectabatur, quod latiùs ſuprà oſtendimus.* Iam clarus occultum] *Propter imminentem æſtum, Mecœnatem ad hilaritatem inuitat.*

Clarus pater]*Habet enim Cepheus ſtellas XIX. ut Hyginus oſtendit.* Andromedæ pater] *Id eſt, Cepheus, de quo latè libro 4. Metamorph. Et apud Hyginum. Columella autem libro 11. ſcribit ſeptimo Idus Iulias Cepheum ueſpere oriri, Idibus autem Iulijs Procyon exoritur manè. XIII. Cal. Auguſt. Sol in Leonem tranſitum facit IX autem Cal. Aug. Leonis in pectore clara ſtella exoritur.* Procyon]*De hoc latè ſuperiùs.*

Tu ciuitatem] *Oſtendit ſuperiùs paſtores cum grege languido æſtus fugiendi gratia ſubire umbram. Mecœnas tamen nunquam ab urbis cura uacabat. Hinc eum hortatur ad curas ponendas, ut omiſsis futuris præſentia tantum amplectatur.*

Bactra] *In Scythia ſunt Bactra urbs, quæ etiam Zariapſa appellata eſt. Vt Strabo docet lib. 11. in Plinio tamen lib. 6. legitur Zariaſta. Vbi etiam ait: Bactri quorum oppidum Zariaſtes, quod poſtea Bactrum à flumine appellatum eſt.* Cyro]*Lege de hoc ſuperiùs.* Tanais diſcors]*Is fluuius eſt, qui Europam ab Aſia diſiungit, atq; ambarum fines utrinque perlambens in Boream uerſus per Sauromatas in Scythiam uſque, atq; in Mæotidis paludem protenditur. Oritur autem ex India montibus. Authores Dionyſius & Strabo lib. 11.*

Diſcors]*Vel quia Europam ab Aſia diſiungit, uel propter populorum ſeditionem.* Prudens futuri] *Oſtendit Deum prudenter futura celaſſe homines, quia de re illi nimium ea curare debent, præſentiaq; tantùm ſumere.* Aequus]*Mitis, benignus, quietus, & ſine cura.* Cætera fluminis]*Comparat res humanas fluminibus, quæ modò placida fluunt, modò inquieta imbrium copia, ita & hominum res lætæ ſubitis aduerſis turbantur.*

Potens ſui] *Id eſt, dominus ſuipſius, quod ſolius eſt ſapientis.*

In diem]*Id eſt, in præſentem diem nihil de craſtino cogitando. In dies autem eſt idem, quod quotidie cum quodam incremento, ut creſcente indies multitudine. Indiem uerò plærunque cum hoc uerbo uiuo iungitur. Vt uolucres in diem uiuunt, id eſt, in præſentem diem nihil de craſtino cogitantes.*

Vixi]*Ille autem uerè uiuere dicitur, qui cum lætitia, & uirtute degit.* Occupato]*Pro occupet, ut inferiora oſtendunt.*

Tamen]*Quamuis nube, uel ſole occupauerit aërē Iupiter, id eſt, quamuis poſsit fœlicia & infœlicia tradere, non poterit præterita abolere. Ergo fruenda eſt dies, & lætitia remotis curis, nam quæ futura ſunt, poſſunt eſſe aduerſa.* Quodcunq; retro eſt]*Id eſt, quicquid præterijt: retulit autē ad illud uixi. Eſt enim ſenſus, quod præterita nullo pacto etiam Iupiter poteſt deſtruere, & infecta reddere, quamuis, ut diximus, bona & mala poſsit hominibus in futurum afferre.* Diffinget]*Deſtruet.* Fugiens]*Præteriens.*

Manentem]*Id eſt, ſtabilem.* Reſigno]*Reddo.*

Me inuoluo]*Me nimio ſola uirtute ſi aduerſa fortuna auferat externa bona.*

Sine dote]*Sine cenſu.* Non eſt meum] *Oſtendit ad ſe minimè pertinere nauigare, ſed potiùs uelle in proba eſſe paupertate, hoc eſt, uule eſſe pauper & probus.*

Votis paciſci]*Cum dijs enim uotis mediantibus uidemur paciſci, quum aliquid petimus.*

Cypriæ] *Erat Cyprus ditiſsima, ut latiùs patuit Ode 1. Hic autem locus declarat, cur poëta ibi dixerit:*

„ *Vt trabe Cypria Myrthoum pauidus nauta ſecet mare.*

Tum me]*Ironicè loquitur, dicens, quòd aura & geminus Pollux feret eum tutum per maris Aegei tumultus.*

Præſidio ſcaphæ biremis]*Id eſt, paruæ nauiculæ, per quod nauigationem effugere ſe innuit.* Geminus Pollux]*De Caſtore & Polluce fauentibus nautis, uide lib. 1.*

ODE XXX. AD MELPOMENEN.

Ode XXX. Monoculos, ut: Mecœnas atauis edite regibus.

– – – ∪ ∪ –, – ∪ ∪ – ∪ ∪

ARGVMENTVM IN ODEN XXX.

Abſolutis tribus carminum libris, ſibi diuturniorem famam partam ait, quam ſi in eius memoriam, aereæ ſtatuæ, aut Pyramides Aegyptiorum regum ſepulchra erigerentur, immortalem enim futuram prædicat.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Quandoquidem tribus libris finem Lyricis carminibus afferre, & faſtigium imponere ſibi propoſuerat Flaccus, in calce tertij, ad commendationem ſui operis, hanc Oden more poëtarum adiecit, qua ſignificat, poëtarum ſcripta nullis caſibus eſſe obnoxia, ſed omnino immortalia, æternamq́ ſuis autoribus parere gloriam.

COMMENTARIA.

EXEGI monumentum ære perennius,
Regaliſq; ſitu Pyramidũ altius:
Quod non imber edax, non aquilo impotens
Poſsit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.
Non omnis moriar, multaq; pars mei
Vitabit Libitinam, uſq; ego poſtera
Creſcam laude recens, dum Capitolium
Scandet cum tacita uirgine pontifex.
Dicar, quâ uiolens obſtrepit Aufidus,
Et quâ pauper aquæ Daunus, agreſtium
Regnator populorum, ex humili potens,
Princeps Aeolium carmen ad Italos
Deduxiſſe modos. Sume ſuperbiam
Quæſitam meritis, & mihi Delphica
Lauro cinge uolens Melpomene comam.

ACRON.

EXEGI monumentum ære perennius] *Per æternitatem carminis autori dat laudẽ. Ideò monumentum operis ſui ultra ſtatuas, quas nominato ære ſignificat magnificentiam, uel ſoliditatem ſepulchrorum perennius dicit. Pyramides aũt propriè regum Aegyptiorum ſepulchra ſunt, ingenti mole conſtructa, & in cacumẽ educta in modum flammæ ſurſum ſurgentis, unde & eis nomen eſt inditum.* Ordo eſt: Melpomene exegi monumentum perennius ære, *id eſt, durabilius metallo, nam monumentum dicit opus ſuum, quod durabilius dicit eſſe ſtatuis diuitum ex ære factis.* Exegi] *Finiui, perfeci, ut:* Ouid.

,, *Iamq; opus exegi.*

Edax] *Corrumpens ... tempeſtatis.* Aquilo impotens] *Valde potens. Ideò aquilonem poſuit, ut:*

,, *Et medijs properas Aquilonibus ire per altum.*

Quia tempeſtuoſus eſt, & hyeme congruens. Aut innumerabilis Annorum ſeries] *Vt,*

,, *Annis ſoluit ſublata uetuſtas.*

Hoc eſt, dicta ſua nec tempeſtatibus, nec uetuſtate abolenda. Non omnis Moriar] *In literarum laudem dicit, ſe corpore moriturum, uicturum eſſe carminibus, ideò non omnis, id eſt, totus.* Libitinam] *Libitina dicebatur lectulus, in quo mortui efferebantur.* Vſq; ego poſtera Creſca laude recens] Ordo eſt: *Ego recens creſcam poſtera laude, id eſt, per laudem poſterorum: Vſq; dum Pontifex ſcandet Capitolium cum tacita uirgine.* Recens *autem quaſi nouus: noua enim magis conſueuêre placere, uetera eboleſcere, & ideò ſe etiam poſteris in oblectatione nouum promittit.* Cum tacita] *Aut uerecunda, aut pro ſacrificio tacente. Conſueuerant enim ſacrificaturæ Capitolium tacentes aſcendere, ſiue pro ſacerdotij dignitate clara. Virg.*

,, *Tacitæ per amica ſilentia Lunæ.*

Violens] *Id eſt, torrens: de quo amnis. Virg.*

,, *Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus undas.*

Obſtrepit Aufidus] *Murmurat. Per Aufidum Apuliam uult intelligi, cuius prouinciæ flumen eſt.* Et quâ pauper aquæ] *Daunus rex Apuliæ fuit, quæ inopia aquæ ſiticuloſa eſt.* Ordo eſt: Ego potens ex humili, princeps dicar deduxiſſe Aeolium carmen ad Italos modos, quâ obſtrepit uiolens Aufidus, & quâ Daunus pauper aquæ regnauit agreſtium populorum. Ex humili] *Ex parua progenie. Gloriatur ſe Libertino patre natum ad tantam ſtudiorum claritatem uenisſe.* Princeps] *Primus, ut:*

,, *Maſſicus ærata princeps ſecat æquora Tygri.*

Primum ſe dicit Aeolicam, unam ex quinq; Græcis linguis, qua Alcæus uſus eſt Lyricus poëta, deduxiſſe in uſum Latinum. Sume ſuperbiam Quæſitam meritis] *Nobilitatem mentis non notabis uenientem.* Ordo eſt: Melpomene ſume ſuperbiam Quæſitam meritis, & uolens cinge mihi comam Delphica lauro. *Tãquam cui placuerit laurus Delphica conſecrata Apollini uel poëtis.* Cinge] *Illiga uel circunda, ut: Virgil.*

,, *Baccare frontem Cingite.*

PORPHYR. } Exegi monumentum ære perennius] *Hæc Ode, quâ tertius liber conſummatur, in ipſius autoris laudem ſcripta eſt.* Non aquilo impotens] *Pro ualdè potens.* Regaliſq; ſitu Pyramidum altius] *Pyramides regum Aegyptiorum ſepulchra ſunt, adeò ingenti mole ſaxorum in medijs arenis Aegypti ſtructa, ut inter ſeptem orbis miracula habeantur.* Vſq; ergo poſtera Creſcam laude recens] *Eleganter, quia ſemper ſunt quibus hæc elocutio noua ſit, & laudetur.* Dum Capitolium Scandet cum tacita uirgine pontifex] *Tale eſt Virgilij illud:*

,, *Dum domus Aeneæ Capitoli immobile ſaxum*
,, *Accolet.* ——

Aufidus] *Flumen Apuliæ, in qua Horatius natus eſt.* Et quâ pauper aquæ Daunus agreſtium Regnauit populorum] *Daunus in Apulia regnauit, à cuius nomine fluuius appellatus eſt, qui pauper aquæ dicitur, quia Apulia ſiticuloſa eſt, ob inimicos calores.* Agreſtium regnauit populorũ] *Annotanda elocutio, quæ per genitiuum figurata eſt.* Ex humili potens] *Gloriatur Libertino patre natum ſe, ad tantam claritatem ſtudiorum perueniſſe.* Aeolium carmen ad Italos Deduxiſſe modos] *Aeolide dialecto Alcæus, Lyricus poëta, uſus eſt. Teſtatur ergo ſe Græci carminis modulationem primum in Latinã linguam contuliſſe.* Quæſitam meritis] *Ad Muſam dicit, ac per hoc ad ſtudium ſuum. Adijce, inquit, tibi gloriam libertate ingenij quæſitam.* Et mihi Delphica Lauro cinge uolens Melpomene comam] *Delphica laurus dicitur, quia Apollini dedicata eſt, qui Delphicus appellatur, ab urbe Delphis, quæ ſub Parnaſo monte, ubi oraculum eius eſt.*

CHRIST. LAND. } Exegi monumentum] *Videtur ita huiuſcemodi Ode hunc tertium librum concludere tanquam Lyricis carminibus finem impoſiturus ſit. Quapropter ſunt, qui uelint ipſum deinceps Auguſti impulſu ut in laudem Druſi Neronis priuigni ſui quartum quoq; librum ſcripſiſſe. Ita ergo librũ tertium claudit, ut cõcludat carmina, quæ hactenus ſcripſit huiuſcemodi ſui nominis monumentum futurum, ut æter... duratura ſit eius fama.* Aere perennius] *Id eſt, magis perpetuum quam ſint aut ſtatuæ, aut trophæa, aut reliqua huiuſcemodi, quæ in memoriã clarorum uirorum ex ære eriguntur.* Monumentum] *Suum uolumen intelligit, propter quod in memoria hominum uiuet, & ætate durando arcus triumphales, & trophea, & Aegyptiorum Pyramides uincet. Et profectò quæ manu fabricata ſunt, aut hominum, aut cœli iniuria facilè corruere poſſunt. Monumenta autem literarum non pereunt. Quapropter potuit Sylla Mariana de Cymbris trophea diſijcere, atq; proſternere. Caligula uerò imperator uolumina Maronis atq; Liuij quamuis ſummopere nixus ſit abolere non potuit.* Perennius] *Dixerunt Latini perenne id, quod duret per annos quapropter Annam & Perennam deas coluerunt antiqui, ut annare & perennare illis concederent.* Pyramidum] *Pyramis forma quadrata eſt, quæ tamen in parte ſuperiori acuitur in formam flammæ, quæ latior ſurgens in acutum deſinit, unde nomen ab igne accepit, qui Græcè πῦρ appellatur. Myris autem Aegyptij rex duodecima generatione ab Aegypto Nili filio duas erexit Pyramides, alteram ſibi, alteram coniugi altitudine ſtadij. Et ſtadium octaua pars millij, & millium ex mille paſſibus conſtat, & paſſus ex quinq; pedibus, & ſinguli pedes ex ſedecim uncijs. Supra has Pyramides conſtituit ſimulachra lapidea in throno ſedentia. Cleops autem qui Rhampſinito optimo regi ipſe peſſimus ſucceſſit, Pyramidem reliquit quadrangulam, cuius ſingula latera habebant latitudinem octo plethrorum. Eſt autem plethrum ſexta pars ſtadij. Altitudo autem ſimiliter octo plethrorum fuit. Longum eſſet reliqua enumerare. Fuerunt enim & Obeliſci Seſoſtris regis duo in templo ſolis ex uno lapide, quorum altitudo centum, latitudo octo cubitorum fuit.* Nec Imber] *Sic Ouidius:*

,, *Iamq; opus exegi quod nec Iouis ira nec ignes.*
Nec poterit ferrum, nec edax abolere uetuſtas. Non omnis moriar]

riar] *Nam ſi interibit corpus, erit fama ſuperſtes.* Libitina] *Pro morte poſuit. Cæterùm feretrum ſignificat, quo cadauera in funere efferuntur, dicta, ut multi uolunt per contrarium quod nemini libeat.* Vſq;]*Semper.* Recens]*Quia non accedat uetuſtas.* Dum Capitolium]*Sententia eſt:* Dum imperiũ Romanum durabit quod æternum futurum tacitè annuit. Sic *Maro,*

,, *Dum domus Aeneæ Capitolium immobile ſaxum*
,, *Accolet.* ——

Scandet]*Sacrificaturus Ioui* Opt.Max. Tacita] *Verecunda aut pro ſacrificio tacente, ſiue pro ſacerdotij dignitate clara. Virg.*

,, *Per amica ſilentia Lunæ.*

Ait Porphyrion. Aufidus] *Apuliæ fluuius.* Daunus] *Rex à quo pars Apuliæ Daunia dicta eſt.* Pauper aquæ] *Nam Apulia ſiticuloſa eſt.* Ex humili potens]*Ex infima fortuna natus, & ad ſummam claritatem propter eloquentiam prouectus.*
Princeps] *Nam primus ad Latinos uerſus Lyricos tranſtulit.*
Aeolium]*Quia imitatus eſt Alcæũ, qui Leſbius fuit, in qua Aeolus regnauit. Aliqui uolunt Aeolium dictum, qui Aeolica lingua uſus fuerit.* Superbiam]*Nobilitatem.* Quæſitam meritis]*Ergo uera nobilitas quæ non ex antiquitate ſanguinis, ſed ex uirtute proueniat.* Volens]*Quia mereor.*

IOAN. HART. } Vitabit Libitinam] *Cœlius libro 29. cap. 18. Locum exponit.* Regnator populorum] *Linacer lib. 6. Regnauit populorum legit, Græcorum conſtructione, qui dicunt* βασιλεύω τῶν*. Rectè ne an ſecus, uiderint alij. Mihi quidem non diſplicet, quod animaduertam Horatium crebrò Græcari.*

HENR. GLAR. } Vitabit Libitinam] Libitina *hoc loco (inquit Acro) lectus eſt, in quo mortui efferebantur. Accepit ergo pro feretro, quo modo & Porphyrio lib. 2. Epiſtolarum hæc uerba Poëtæ exponit, niſi quod Libitina ſacrauit. Mirè ergo, inquit, dictum, & facetè,* Libitina ſacrauit*, quaſi ab ipſo feretro uenerationem acceperit poëta defunctus. At idem Acro lib. 2. Sermonum Satyra 6. ad illud poëtæ.*

,, *Autumnuſq; grauis Libitinæ quæſtus acerbæ.*

Libitina (inquit) locus in urbe, quo cõſtituuntur, qui efferenda corpora conducunt, & præbent funeribus neceſſaria. Plutarchus uerò Libitinam Deam, ait inſtitutam coli à Numa Pompilio, quæ uelut inſpectatrix ſit, eorum quæ mortuis iuſta ſoluuntur: quam alij Proſerpinam, alij Venerem dici exiſtimant. Ex his iudicet lector locis, quod uolet fieri enim poteſt, ut nomen plura ſignificet, uarijſq; accipiatur modis. —Cum tacita uirgine] *Angelus Politianus in fine Miſcellaniorum hoc loco Acronem reprehẽdit, meritò quidem: ſed de tacita tamen uirgine nihil plus Mancinello adfert, uter ex altero habeat, mihi non liquet.*

HERM. FIGVL. } Monumentum]*Monumentum à monendo dicitur, quicquid nos monet, ſiue monere poteſt alicuius rei præteritæ, ut tituli, ſepulchra, ſtatuæ, fana, carmina, hiſtoriæ, libri, cæteraq; huiuſmodi memoriæ conſeruandæ cauſa in poſterũ prodita. Monumentum eſt (inquit Vlpianus) quod memoriæ conſeruandæ gratia exiſtit.* Aere] *Hoc eſt, ſtatuis & ſignis ex ære poſitis.* Perennius]*Durabilius magis perpetuum & continuatum.* Regali q; ſitu Pyramidum altius] *Eandem ſententiam pulchrè expreſsit Propertius his uerbis:*

,, *Nam neq; Pyramidum ſumptus ad ſydera ducti,*
,, *Nec Iouis Elei cœlum imitata domus,*
,, *Nec Mauſolei diues fortuna ſepulchri,*
,, *Mortis ab extrema conditione uacat:*
,, *Aut illis flamma, aut imber ſubducet honores,*
,, *Annorum aut ictu pondera uicta ruent.*
,, *At non ingenio quæſitum nomen ab æuo*
,, *Excidet: ingenio ſtat ſine morte decus.*

Pyramides autem lapides fuerunt miræ magnitudinis, erecti, & in acutum tendentes. Sic appellatæ, quod flammam imitarẽtur igneam: nam πῦρ*, ignis dicitur. Harum in Aegypto tres fuerunt maximæ, ſitæ inter Memphim & Delta in monte ſaxeo, quæ impleuerunt orbem fama & admiratione. De Pyramidibus Aegyptijs multa ſcribit Plin. lib. 36. cap. 12. Meminit quoq; Pom. Mela, lib. 1. cap. 9 de Situ orbis.* Quod non imber edax, nec Aquilo]*Idem & Ouid. de ſua Metamorph. ueriſsimè prædixit:*

,, *Iamq; opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,*
,, *Nec poterit ferrum, nec edax abolere uetuſtas.*

Aquilo impotens]*Vehemens uentus. Quanta ſit uis Boreæ, ſuprà dictum eſt.* Non omnis moriar]*Hoc ita extulit Ouid.*

,, *Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis*
,, *Aſtra ferar: nomenq; erit indebile noſtrum.*

Multaq; pars mei] *Videlicet fama & nominis commemoratio, quæ non moritur, ſed in ſempiternam orbis terræ memoriam ſpargitur. Vnde Cicero, Annium Milonem dicere ſolitum, refert: Ex omnibus præmijs uirtutis, ſi eſſet habenda ratio præmiorum, ampliſsimum eſſe præmium gloriam: eſſe hanc unam, quæ breuitatem uitæ poſteritatis memoria conſolaretur: quæ efficeret, ut abſentes adeſſemus, mortui uiueremus: hanc denique eſſe, cuius gradibus etiam homines in cœlum uideantur aſcendere.* Libitinam] *Libitina Dea fuit Romæ, in cuius æde ea, quæ ad funera & ſepulturam mortuorum pertinebant, uendere & locare ſolebant. A Libitina dicti ſunt Libitinarij, qui efferenda corpora conducebant, & funebribus neceſſaria præbenda. In qua re adminiſtranda ſeruorum opera utebantur pollinctorum, qui à Græcis* νεκροφόροι *dicũtur, quaſi defunctiferi: quorũ appellatione ueſpillones, ſandapilarijq; continentur, ut diligenter annotauit Gulielmus Budæus.* Vſq; ego poſtera creſcam laude] *Semper omnes gentes me laudibus celebrabunt, nulla unquam obmuteſcet uetuſtas.* Dum Capitolium ſcandet cum tacita uirgine pontifex]*Hoc eſt, quàm diu pontifices & uirgines Veſtales in Capitolio ſacrificaturi ſunt Ioui: quaſi dicat, perpetuò. Nam Iupiter imperium in ſempiternum tempus duraturum Romanis apud Virgil. promittit, inquiens:*

,, *His ego nec metas rerum, nec tempora pono:*
,, *Imperium ſine fine dedi.*

Quà uiolens obſtrepit Aufidus]*In Apulia. Eſt enim Aufidus Apuliæ fluuius, qui ex Hyrpinis montibus Canuſium præterfluens, in mare Adriaticum ruit.* Pauper aquæ]*Eſt enim in Apulia aquarum inopia, propter uehementes ſolis calores. Vnde in Epodis ſiticuloſa ab eodem uocatur.* Daunus]*Hic filius fuit Pylumni, rex Apuliæ, quæ ab eo Daunia eſt cognominata.* Regnator populorum]*Linacer lib. 6. legit, regnauit populorum, ut ſit Helleniſmus, quia regnandi uerba apud Græcos genitiuum habent.* Ex humili potens]*Ex contempto & obſcuro clarus ac præſtans.* Princeps Aeolium carmen ad Italos] *Dicat primus Lyricum carmẽ à Græcis tranſtuliſſe ad Latinos.* Superbiam quæſitam meritis]*Hoc eſt, nobilitatem proprijs uirtutibus conciliatam, non maiorum imaginibus. Nam eos nobiles eſſe dicebat Antiſthenes, qui uirtute præditi ſunt. Habent enim id, unde uera naſcitur nobilitas.* Delphica]*Parnaſia. Fuerunt enim Delphi in Parnaſo monte, in quo ſpectatiſsima erat Laurus, qua coronabantur poëtæ.*

THEOD. PVLM. } 8 —Dum Capitolium Scandet cum tacita uirgine põtifex]*Opinor id ad ſacra Idulia referendum. nam in arcem per Sacram uiam quotquot Idibus ſacerdotes adſcendere ſolebant ad ſacra facienda, ut à Varrone ſcribitur. Turneb. lib. 17. cap. 7. Vide & lib. 20. ca. 35.* 11 Regnator populorum]*H.G.E.B.A. Sic Virg. 2. Aeneid. uerſu 557.* Regnatorem Aſiæ]*Et 4. Aeneid. uerſ. 268.*

,, *Ipſe Deûm tibi me claro demittit Olympo*
,, *Regnator.* —— *item 7. Aeneid. uerſ. 558.*
,, —— *Summa regnator Olympi.*
8. Aeneidos uerſu 77.
,, *Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarum.*
Et 10. Aeneidos, uerſu 437.
,, —— *magni regnator Olympi.*

Regnauit, ſuprà adſcriptum fuit in G. quæ lectio Seruij, Acronis, & Porphyrionis eſt, pro agreſtibus populis. Antiptoſis, genitiuus loco datiui, more Græco. Georgius Fabricius Partitionum Grammat. lib. 3.

GEORG. FABR. } *Literarum monumenta ære & ſaxis ſunt durabiliora: metalla enim aut temporum diuturnitate deteruntur,*

deteruntur, aut corrumpuntur tempeſtatum iniuria: ſed ingenij & uirtutis decus, inuiolabile manet & perpetuum. Et quà pauper aquæ Daunus, agreſtium Regnauit populorum] Hæc eſt Seruij, Acronis, Porphyrionis lectio, & multorum recentium: τὸ ἑλλη- νίζειν Horatio familiare.

IOD. BAD. ASCENS. } Exegi monumentum] Poëta quaſi cum hoc tertio libro decreuerit opus componere & finire: nam omne trinum perfectum, confidenter dicit ſe opus immortale peregiſſe, cui ſimile ad finem metamorphoſeôn, eadem confidentia de ſe dicit Naſo. Ordo eſt. Ego exegi] Id eſt, conſummaui & compleui. Monumentum] Id eſt, opus quod memoriã mei faciat. Perennius] Id eſt, diutius duraturũ. Aere] Id eſt, ſignis, ſtatuis, aut alijs rebus æreis, quæ tamen diu durant, quod æs rubigine non abſumitur, ut ferrum. & altius Situ] Id eſt, poſitione Regali] Id eſt, ad regium luxum pertinente. Pyramidum] Id eſt, quem in Pyramidibus reges Aegyptij extulerint, quia Pyramides non ſunt perductæ, niſi ad nubila, fama autem poëtæ tranſcendit ſydera, quod ſcilicet monumẽtum. Imber edax] Id eſt, edens & conſumens ſtatuas, & ædificia etiam marmorea, non poſſit diruere. Non etiam aquilo impotens] Scilicet ad hoc, & ualde potens ad diruenda ſumma ædificia Aut ſeries] Id eſt, conſertus & connexus ordo, & ſucceſſus. Innumerabilis annorum] Scilicet innumerabilium. Aut fuga] Id eſt, tranſitio temporum non poſſit diruere. Ego non omnis] Id eſt, non totus moriar. Et multa pars mei] Scilicet anima & fama. Vitabit Libitinam] Id eſt, Venerem aut Proſerpinam, quæ mortuis curandis præeſt. id eſt, manus mortis & funeris. Qui autem ſepeliendis officium debent Libitinarij dicũtur. Ego creſcam recens] Id eſt, renaſcẽs. Vſq;] Id eſt, tantiſper Dum pontifex ſcandet capitolium] Id eſt, arcem Romanam Cum uirgine] Scilicet, capta, hoc eſt, uirgine Veſtali. Tacita] Id eſt, tacente quod perpetuò futurum fruſtra ſperauit. Dicar] Id eſt, laudabor ea parte, qua Aufidus fluuius Appuliæ. Obſtrepit uiolens] Id eſt, uiolentus, & qua Daunus etiã Appuliæ fluuius à Dauno rege dictus. Pauper aquæ] Id eſt, parum habens aquæ, ſed regnator populorum agreſtiũ, quia per inundationem pauperes, & ſine inundatione diuites efficit, repete, obſtrepit. Dicar] Inquit. Potens] Scilicet effectus. Ex humili] Scilicet loco. Nam libertino patre natus eſt. Deduxiſſe princeps] Id eſt, primus carmen Aeolium, id eſt, Leſbicum, utpote Alcaicum. Ad modos] Id eſt, uerſus Italos, id eſt, Italicos. O' Melpomene ſume] Id eſt, uendica tibi. Superbia] Scilicet, quã hæc dico, aut hanc gloriam quæſitam meritis non arroganter. Et tu uolens] Id eſt, lubens. Cinge mihi comam lauro delphica] Qua triumphantes & poëtas decorari decet. Et hæc in tertium carminum.

ANTON. MAN. } Scriptis hactenus tribus Odarũ libris, ait poëta ſe monumentũ perfeciſſe, quod omni ære perennius erit, non enim aqua, nõ uentis, non annis conſumi poterit. Hinc minimè totus peribit: ſed magna ipſius pars erit ſuperſtes, dum Roma fuerit. hortatur inde Melpomenem Muſam, ut ſibi Delphica lauro coronam paret. Exegi monumentum] Ode eſt ſimilis primæ lib. 1. Exegi] Perfeci. Monumẽtum] Sepulchrum, opus, memoriam. Aere æreis ſtatuis] Perennius, durabilius.

„ Regaliq́ ſitu Pyramidum altius.

Plin. lib. 36. cap. 9. ſcribit in Aegypto reges Pyramides feciſſe, ne pecunia ſucceſſoribus, aut æmulis inſidiantibus præberent, aut ne plebs eſſet ocioſa. Tres autem quæ orbem terrarum impleuêre fama ſitæ ſunt in parte Africæ, monte ſaxeo, ſteriliq; inter Memphim oppidũ, & Delta Nili. Sed Pyramis ampliſſima ex Arabicis lapidicinis conſtat. Trecenta ſexaginta hominũ millia annis 20 eam conſtruxiſſe produntur, latiùs tamen ipſe ibidem legito: Pyramides autem moles ſunt maximæ, ita conſtructæ, ut è lato in acutum tendãt, ita uerò dictæ, quod flammarum ſimilitudinem habent: πῦρ enim ignis dicitur. Non aquilo impotens] Id eſt, ualde potẽs. Boreas enim lib. 6. Metam. apud Ouid. ita loquitur.

„ Apta mihi uis eſt, qua triſtia nubila pello.
„ Et freta concutio, nodoſaq; robora uerto.
„ Induroq; niues & terras grandine pulſo.
„ Idem ego quum fratres cælo ſum nactus aperto.
„ Nam mihi campus is eſt, tanto molimine luctor,
„ Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther.
„ Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes.
„ Idem ego quum ſubij conuexa foramina terræ.
„ Suppoſuiq; ferox imis mea terga cauernis,
„ Sollicitoq; manes, totumq; tremoribus orbem.

Libitinam] Plutarchus ſcribit Pompilium inſtituiſſe Libitinam coli, quæ Dea ſit eorum, quæ mortuis iuſta præſtantur inſpectatrix, ſiue Proſerpinam illam, ſiue Venerem crediderimus. Recens nouus] Noua enim plerunq; placere magis aſſolent. Tamen Ouid. in lib. de Ponto, ait.

„ Eſt quoq; cunctarum nouitas chariſſima rerum.

Tacita uir.] Tacitam uirginẽ Veſtalem appellat, quia ſacris ſilentium præſtabat, quibus tuendis præſtet. Scribit enim Plutarchus in uita Numæ. Pomp. quædam ſacra fuiſſe abdita, quæ alijs uidere non licebat, præterquam ueſtalibus. Erant autem ſecundùm quoſdam, ut idẽ oſtendit in Camilli uita, duo non magna dolia, quorum alterũ apertum ac uacuum, alterũ plenũ, ac clauſum, amborum uerò aſpectus tantũmodo ſanctis uirginibus patebat. Sed quidam ea aſſerentes mentiri arbitrabantur, quod puellas multa è ſacris corripientes, fertur duo dolia abſcondiſſe ſub terra in templo Quirini: unde locus adhuc doliorum appellationem retinebat. Virgines autem maiora ac digniora ex ſacris ſumentes, ultra fluuium fugerant, &c. Id autem Senonum Gallorum tempore fuit. Dicar laudabor] Violens Aufidus. Is fluuius eſt apud Cannas Apuliæ uicũ, de quo Sylius lib. 10. ita ſcribit.

„ Sanguineas tumidas in campos Aufidus undas.
„ Eiectat, redditq; furens ſua corpora ripis.

Plin. ſcribit Aufidum ex Hyrpinis montibus Canuſium præterfluere. Daunus] Apuliæ fluuius à Dauno rege. Ex humili potens] Ordo eſt. Ex humili] Id eſt, uili genere Potens princeps] Id eſt, primus dicar deduxiſſe ad Italos modos Aeolium carmen] Id eſt, Lyricũ, Leſboum, Alchaicum, Alcæum quippe imitatus eſt. Leſbium] Leſbos autẽ in Aeolia regione eſt, de qua latiùs ſuprà. Superbia] Gloriã tibi ſume ô Muſa. Delphica lau.] Laurus duo genera tradit Cato: Delphicam & Cypriam. Delphicam eſſe æquali colore uiridiorem maximis baccis, atq; è uiridi rubentibus. Hoc uictores Delphis coronari & triumphantes Romæ. Cypriam eſſe folio breui nigro & criſpam. Auctore Plin. lib. 15.

COMMENTARIORVM VAR. AVTHOR. IN Q. HORAT. CARMINVM LIBRVM III. FINIS.

Q. HORATII FLACCI CARMINVM, CVM VARIORVM DOCTISSIMORVM, TAM NEOTERICORVM, QVAM ANTIQVISſimorum Grammaticorum, Commentarijs ac Annotationibus, in unum Opus collectis:

LIBER QVARTVS.

ODE PRIMA AD VENEREM.

εὐκτικὴ, ἐρωτικά.

Ode I. *Dicolos diſtrophos, ut Sic te diua potens Cypri.*

– – – ∪ ∪ – ∪ –
– – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – ∪ ∪

ARGVMENTVM IN ODEN I.

Rogatus ab Auguſto, ut in Druſi priuigni ſui gratiam, quartum lib. æderet, excuſat ſe quod quinquagenarius, quã ſit alienus à rebus amatorijs & lyrico cantu, hortaturq́ Venerem, ut ſe relicto, Paulum Maximum accedat, iuuenem formoſum & nobilem eloquentia, præterea & opibus potentem, qui in ea re plurimùm poſsit, ſe uerò ætatem prorſus ineptum ad eiuſmodi nugas confitetur.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Abſolutis tribus Odarum libris, finem carminibus Lyricis imponere uoluit Horatius, ut facilè poſſumus colligere ex Ode ultima libri tertij. Verùm iuſſu Auguſti quartum quoque æditurus in gratiam Druſi, tanquam à Venere ad ſcribendum impulſus, prima hac Ode ipſam precatur, ut ſe iam in grauiori, & uoluptatibus minimè idonea ætate conſtitutum, ad amores reuocare parcat. Et Paulum Maximum, iuuenem formoſum, nobilem, & Venereis rebus aptum adeat, hortatur.

INTERMISSA Venus diu,
Rurſus bella moues. parce, precor, precor.
Nõ ſum qualis eram bonæ
Sub regno Cynaræ: deſine, dulcium
Mater ſæua cupidinum,
Circa luſtra decẽ flectere mollibus
Iam durum imperijs. abi
Quò blandæ iuuenum te reuocant preces.
Tempeſtiuius in domo
Pauli, purpureis ales oloribus,
Commeſſabere Maximi:
Si torrere iecur quæris idoneum.
Nanq; & nobilis, & decens,
Et pro ſollicitis non tacitus reis,
Et centum puer artium,
Late ſigna feret militiæ tuæ,
Et, quandoq; potentior
Largis muneribus riſerit æmuli,
Albanos prope, te, lacus
Ponet marmoream ſub trabe Cypria.
Illic plurima naribus
Duces thura, lyræq́, & Berecynthiæ

COMMENTARIA.

ACRON.

INTERMISSA Venus] *Statuerat Horatius uſq; ad tertium librum complere opus ſuum, quibus editis, maximo interuallo hunc quartum ſcribere eſt compulſus ab Auguſto in laudem priuigni ſui Druſi Neronis, qui uictor de Rhetis Vindelicis fuerat reuerſus. Allegoricôs autem ad Venerem ſcribit, quod incompetenter res amatorias ſcribere cogatur, quinquaginta annis, id eſt, decem luſtris grauis iam & maturus, & ab omni uoluptate alienus.* Rurſus bella moues] *Hoc eſt, iterum cogor ſcribere, cùm iam deſierim.* Sub regno Cynaræ] *Amicam ſuam commemorat, ideò autem dixit ſub regno, tanquam imperet amatoribus, quæ amatur.* Mollibus iam durũ imperijs] *Ἀντίθετον, mollibus durũ opponendo. Mollia enim imperia ſunt Veneris, quaſi ludicra & delicata. Se autem ait durum, quaſi indomabilem propter ætatem, & eſt metaphora à pecoribus, quibus iam ætate duris, niſi iugũ ac frena adhibentur perdomari non poſſunt.* Iuuenum] *Qui te ultro euocent, quib. facilè poſsis perſuadere quod uelis.* Tempeſtiuius] *Opportunius, aptius.* Pauli] *Paulus fuit nobilis, & diſertus adoleſcẽs & uoluptuoſus, cui Veneris luxus, cur maximè conuenire dicat, in ſequentibus ipſe demõſtrat, dum nobilem aſſerit & decentem.* Purpureis] *Nitidis aut pulchris: Aut reginæ Veneri dedicatis, ut pro regno purpureos dixerit.* Ales] *Aut uelox, aut quia currus eius ab alitibus, id eſt, cygnis trahitur.* Commeſſabere] *Delectabere conuiuando.* Si torrere iecur quæris idoneum] *Ideò iecur amori dedit, quod iecore amari uolunt, felle iraſci, corde doleri.* Et decens, Et pro ſollicitis non tacitus reis] *Hunc Paulum & flore iuuentutis decentem dicit, & Cauſidicum.* Et centum puer artium] *Finitum pro infinito. Centum artium, id eſt, multarum, qui pro bono & faceto ingenio optimè poſsit in amore uerſari.* Latè ſigna feret] *Valde amabit & libens.* Aemuli] *Riualis & ſectatoris ſui, ut eſt:*

„ *Partim roſtro premit æmula piſtris.*

Albanos prope te lacus] *In Albano monte lacus eſt, ubi Paulum dicit optima prædia poſsidere, unde eum effuſiorem ad cultum Veneris & amoris expenſas promittit.* Ponet marmoream ſub trabe Cypria] *Id eſt, marmoreum Veneris ſignum & templum decorum ſtatuet. Trabem uerò Cypriã aut pro difficili & nobili poſuit, aut pro amœnitate Veneris elaboratum, ut ædificantis diuitias indicaret.* Et Berecynthiæ] *Matris deûm, in cuius honorẽ tibiæ deputatæ ſunt, ut.*

„ *Itẽq; per alta Dindyma, ubi aſſuetis biforẽ dat tibia cãtũ.*

Illic bis pueri] *In honorem Veneris, bis in die promittit pueros ſaltaturos, ut Salios.* Cũ teneris uirginibus] *Aut pulchris, aut gracilibus, aut certè paruis.* Laudãtes] *Hymnum*

Delectabere tibiæ
Miſtis carminibus non ſine fiſtula.
Illic bis pueri die
Numen cum teneris uirginibus tuum
Laudantes, pede candido
In morem Salium, ter quatient humum.
Me nec fœmina, nec puer
Iam, nec ſpes animi credula mutui,
Nec certare iuuat mero,
Nec uincire nouis tempora floribus.
Sed cur, heu, Ligurine, cur
Manat rara meas lachryma per genas?
Cur facunda parum decoro
Inter uerba cadit lingua ſilentio?
Nocturnis te ego ſomnijs
Iam captum teneo: iam uolucrem ſequor
Te per gramina Martij
Campi, te per aquas, dure, uolubiles.

Hymnum canentes. Pede candido] *Id eſt, pulchro.* Saliũ] *Pro Saliorũ.* Nec puer] *Subauditur delectat.* Iam nec ſpes animi credula mutui] *Iam ſibi ſpem negat eſſe mutui animi quod amari poſſit, cùm ipſe amare non uellet per ætatem.* Nec certare iuuat mero] *Contẽdere poculis.* Vincire] *Coronare.* Sed cur heu] *Recordatione Ligurini pueri, quẽ amabat, flore cogitur.* Manat rara meas lachryma per genas] *Non amoris paruitate, ſed ætatis uerecundia, cui flere non conueniat pro amore.* Inter uerba cadit lingua ſilẽtio] *Indicium nimij amoris eſt, ſubitò inter loquendum tacere, ut:*

» *Incipit effari, media in uoce reſiſtit.*

Dicit ſe Ligurinum ſemper ex deſiderio ſomniare, & (ut fit) errore quodam mentis imaginari eum, quaſi diu quæſitum, & tandem inuentum, uelut alitem ex ipſo euolare complexu. Dure] *Aut fortis, aut inflexibilis.* Volubiles] *Fluuiales.*

PORPHYR. } Intermiſſa Venus diu] *Poſt cõſummatos, editosq́ tres carminum libros, maximo interuallo hunc librum quartum ſcribere compulſus eſſe dicitur ab Auguſto, ut Neroni eius priuigno uictoriam, de Rhætis, Vindelicis quæſitã illuſtraret, quæ hoc libro continetur, quæ ſic incipit :* Qualem miniſtrum fulminis alitem. Intermiſſa Venus diu Rurſus bella moues] *In ſuperiore libro oſtendimus allegoricôs bella & militiam Veneris, Horatium pro amatoribus dicere.* Sub regno Cynaræ] *Præſignat ſe Cynaram amaſſe, & hoc etiam allegoricôs, quod ait ſub regno Cynaræ, quaſi ſub dominio. Sed ut dignitatem formæ eius oſtenderet, reginã ſibi fuiſſe ait.* Circa luſtra decem] *Prope annos quinquaginta ætatis iam ſe dicit agere.* Flectere mollibus Iam durum imperijs] *Mollibus durum oppoſuit. Mollia autem Veneris imperia dicit, quaſi ludicra ac delicata ſint, ſe autem durum, aut quaſi iam indomabilem propter ætatem, nam & hoc translatiuè dicitur à pecoribus, quæ cùm iam ætate dura, ad iuga ac frena adhibentur, perdomari non poſſint.* Tempeſtiuius in domo Pauli] *Fabius Maximus Paulus fuit nobilis & diſertus adoleſcens, cui Venereos luſus nunc, cur maximè conuenire dicat, ipſe oſtendit ſubijciendo. Namq́ & nobilis, & decens, & cætera.* Purpureis oloribus] *Quomodo purpurei dicuntur, cùm albi ſint potius? ſed purpureum pro pulchro poëtæ dicere aſſueuerunt. Vt & Virg.*

» *Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.* & *alibi:*
» *In mare purpureum uiolentior affluit amnis.*

Et pro ſollicitis non tacitus reis] *Cauſidicum & oratorem eſſe oſtendit Paulum.* Et centum puer artium] *Vtique bonarum hîc artium accipiendum.* Et quandoq́ potẽtior Largis muneribus riſerit æmuli] *Quandoque pro quandocunque poſitum eſt, & eſt ſenſus: Quandocunque apud puellam potior riuale ſuo fuerit, quamuis ille muneribus commendare ſe ei conatus ſit.*

Ponet marmoream] *Id eſt, marmoreum ſignum tibi, & templum decorum ſtatuet.* Me nec fœmina, nec puer] *Dicit quod cum iam ſit ætate declinata, non ſperare poſſe fieri, ut mutuò ametur.* Sed cur heu Ligurine, cur Manat rara meas lachryma per genas] *Iucundiſsimè ſe oſtendit uelle excuſare à luſibus iam Veneris, recordatione Ligurini pueri, quem adhuc diligit, lachrymas ſibi decidiſſe, & impeditã linguã: quô minus poſſet perficere ipſam excuſationem.* Cur facunda parum decoro. Inter uerba cadit lingua ſilentio?] *Cur inquit, lingua mea alioquin facunda, ſubitò in medio ſermone obmutuit, ne proferre poſsim quod cœperam dicere.* Nocturnis ego ſomnijs Iam captum teneo, iam uolucrẽ ſequor] *Dicit ſe Ligurinum ex deſiderio ſemper ſomniare, & (ut fit) errore quodam mentis imaginari, quaſi eum diu quæſitũ tandem inuenerit, & in alitem uerſum ex ipſius manibus amittere.*

CHRIST. LAND. } Intermiſſa Venus] *Excuſat grandiorẽ ætatem, eamq́ amoribus ineptam dicit. Hortaturq́ Venerẽ, ut petat Paulũ Maximũ iuuenẽ, & rebus amatorijs aptũ.* Intermiſſa] *Quia diu à bello in me ceſſaſti.* Parce] *Cũ non poſsit cohibere, deſcendit ad preces.* Non ſum] *Oſtendit cauſam, qua poſsit moueri Venus, ut ſibi parcat.* Sub regno] *Amatoriè dixit, nã amicas reginas appellant.* Mater ſæua dulcium] *Pugnantia loqui uidetur, & tamen id euenit, ut crudelis ſit Venus inter ſuaues uoluptates.* Luſtra decẽ] *Quib. quinquaginta anni efficiuntur.* Mollibus] *Voluptuoſis.* Abi] *Quaſi dicat, relinque inhabiles, & propera ad eos, qui tuam militiã benè colant.* Tempeſtiuius] *Magis idoneo tempore.* Purpureis] *Propter roſtrũ & crura, uel pulchris.* Iecur] *Nam ea ſedes amoris eſt.* Nobilis] *Nã nobilitas & pulchritudo, & uirtus, & poſtremò eloquẽtia amantes commendat. Hæc Dido apud Maronem enumerat in Aen. Nam de pulchritudine ait, hærent infixi pectore uultus. De eloquẽtia uerbaq́, adiungit uirtutem, cùm ait,*

» *Multa uiri uirtus animo.*

Adiungit nobilitatem, ut

» *Multusq́ recurſat Gentis honos.*

Ergo & in hoc loco dixit nobilem, dixit decẽtem, quod ad pulchritudinem refertur, dixit non tacitũ pro eloquẽte. Sollicitis] *Quorum cauſa in periculo uerſatur. Eloquens. ergo, qui difficiles cauſas tueri poſsit. Dixit centũ artium propter uirtutes.* Et quandoque potentior] *Addit & quintum, quod in amore multum ualet. Nam diuitiæ omnem pudicitiam expugnant, quod Danes exemplũ indicat. Hinc Ouid.*

» *Ipſe licet uenias Muſis comitatus Homere.*
» *Si nihil attuleris ibis Homere forâs.* *Et Propertius.*
» *Qui dare multa poteſt, multa & amare poteſt.*

Aemuli] *Aemulus eſt eiuſdem rei ſtudioſus, quod poteſt eſſe uitio, ut ſiquis nititur inuidia ductus ſuperare poteſt eſſe, & ſine uitio ut cùm meliorẽ uideamus, conamur nõ inuidia, ſed amore ipſius uirtutis reddere, nos pares illi aut ſuperiores. Vnde eſt illud Stimulos dedit æmula uirtus. Appellat ergo æmulum, eiuſdẽ mulieris ſtudioſum. Aemulum tamẽ dixit pro zelotypo. Hoc enim differt æmulatio à zelotypia, quam Cicero obtrectationẽ dicit. Nam æmulus dolet non potiri quo alter potitur. Zelotypus ſolus potiri uult, & alios excludere nititur Hos autem riuales appellant, ſed eſt à re ruſtica translatio: nam riuales dicuntur ruri, ij quodã agros riuus aliquis diſterminet, qui incertitudine & mutatione crebra curſus lites ſæpe inter eos ſuſcitat. Vnde à quadã ſimilitudine, qui de eadem muliere inter ſe litigant riuales appellantur.* Albanos] *Habebat Paulus uillam iuxta Albanũ lacum, quo in loco pollicetur poëta illũ & ſimulachrũ ex marmore & templũ Veneri facturum. Albanus lacus in monte Albano eſt, ex quo fuit Vaticiniũ Romanos nunquã Veijs potituros, niſi ex Albano lacu aquam deriuarent.* Sub trabe Cypria] *Intellectio eſt, poſuit enim trabem partẽ templi pro ipſo templo. Cypria, autẽ dixit, id eſt, tale templũ, quale in Cypro eſt, ubi religioſè hæc dea colitur.* Plurima thura] *Plurima ex thure ſacrificia. Nam conueniens eſt Veneri ſacrificium thus. Hinc Virg.*

» *Ipſa Paphum ſublimis abit, ſedesq́ reuiſit*
» *Læta ſuas, ubi templum illi centumq́ Sabæo*
» *Thure calent aræ, ſertisq́ recentibus halant.*

Berecynthiæ] *Vel quod ab ipſa dea inuenta ſit. Vel quod illius ſacris adhibebatur.* Ter] *Vel quia tertio paſſu pauſam facit quædam chorea: uel quia numero Deus impare gaudet.* Quatient humum] *Saltabunt.* In morem Salium] *Quaſi dicat, non minori pompa quam Salij, de quibus dictum eſt quòd Marti ſaltant, tibi*

ſaltabitur. Spes credula] *Quaſi dicat, ea iam ætate ſum, qua homines à puellis faſtidiuntur. Quapropter nulla mihi ſpes eſt, ut poſſim credere, ſi quam amem mutuò me, ab illa amari.* Nec certare mero] *Ponit omnia, quæ iuuenem decent, ſenem uerò dedecent.* Nouis] *Recentibus, uel nouis ſibi, quia iam deſueuerat.* Lachryma] *Quod ſolet ijs accidere, qui uehementi amore repentè ſaucij ſunt. Sic & Virg. Didonem inducit à principio amoris: Nam poſt uerba habita cum ſorore, ait.*

» *Sic affata ſinus lachrymis impleuit obortis.*

Cur facunda] *Non enim mirum fuerit, ſi infacundum uerba deficiant. Sed id mirũ quod facundũ deficiant.* Lingua cadit] *Quaſi in medio ſermone deficit Virg.*

» *Incipit affari mediaq́; in uoce reſiſtit.*

Parum decoro] *Nam decorum eſt ſilentium, ſi finita ratione euenit. Sin autem imperfecta indecorum eſt, nam aut infacundiam loquentis, aut obliuionem, aut ſtulticiam denotat.* Nocturnis ſomnis] *Nam quod uigilantes uehementer aut cupimus, aut timemus, idem dormientibus ſe offerent. Vnde & Dido apud ſororem queritur. Anna ſoror quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent, quamuis huius carminis alia quoq; lectio ſit.* Per aquas] *Tyberis, qui iuxta campum Martiũ fluit. Nam adoleſcentes uarijs certaminibus ſe in campo Martio exercebant, & in propinquo flumine nare diſcebãt.*

HERM. FIGVL. } Intermiſſa Venus diu rurſus bella moues] *Per ἀλληγορίαν eleganter comparat amorem bello. Nam militiæ ſpecies eſt amor.* Ouid.

» *Militiæ ſpecies amor eſt, diſcedite ſegnes,*
» *Nec ſunt hæc timidis ſigna tuenda uiris.*
» *Nox & hyems, longæq; uiæ, ſæuiq; labores*
» *Mollibus his caſtris, & dolor omnis ineſt.*

Verus igitur Poëtæ ſenſus hic eſt: Ad ſcribendum lyrica carmina hactenus intermiſſa, iterum me impellis. Non ſum qualis eram] *Non ſum talis nunc, qualis olim eram, cùm ſub Cynara amica militarem. Sic lib. 1. Epiſt.*

» *Non eadem eſt ætas, non mens.*

Sæua] *Immitis, crudelis, potens. Omnia enim uincit atq; domat Venus. Hac de re magno ingenio multa ſcribit Virg. lib. 3. Georg. Et Ouid. lib. 4. Faſtor.* Dulcium Cupidinum] *Geminorum Cupidinum mater dici ſolet Venus, quia prima meretricias libidines, & blandiſſimas dominas uoluptates excogitauit, docuitq; mortales.* Circa luſtra decem] *Hoc eſt, anno quinquageſimo. Eſt enim luſtrum tempus quinq; annorũ. Et probat ætate ſe non eſſe idoneum ad amores: quia ſenibus nulla uoluptas grata.* Flectere mollibus iam durum imperijs] *ταπείνωσις, qua declarat, ſenem ſe aſperum & durum uoluptatum illecebris molliri non poſſe. Vtitur metaphora ducta ab arboribus, quæ cùm adhuc ſunt plantæ, flecti quocunque uoluerimus facilè poſſunt, ſed poſtquam factæ ſunt uetulæ, iam moueri nequeunt.* Imperijs] *Quia Venus latiſſimè regnat, & omnia ſuo imperio premit. Hoc eleganter ſic extulit Corn. Gallus:*

» *Cedunt cuncta tibi, quodq; eſt ſublimius, ultrò*
» *Cedunt imperijs maxima quæq; tuis.*
» *Nec ſubtracta gemunt, ſed ſe tibi ſubdere gaudent,*
» *Vulnera ſunt iræ proſperiora tuæ.*

Abi quò blandæ iuuenum te reuocant preces] *Relicto me ſene, ad iuuenes uade, qui ultrò te magna cupiditate expetunt.* Tempeſtiuius in domo] *Si idoneum tibi amatorẽ deligere cupis, multò oportunius cum Paulo adoleſcente, quàm mecum compotabis.* Purpureis ales oloribus] *Fingunt poëtæ, Venerem uehi curru, eumq; trahi à Cygnis. Propterea hìc alitẽ ipſam uocat. Purpureos autẽ appellat olores, quia purpuræ, ut ſcribit Antonius Thyleſius, adeò gratus eſt color, ut ſi quid paululum habeat ruboris, modò uiſu ſit illud non iniucundum, purpureum ſæpe dicatur: ut ſunt uiolæ, & uaria florum genera: quin & candidus, is enim quoq; oculos remoratur, à poëtis uocatur nonnunquam purpureus. Nam & olores purpureos dixit Horatius, & niuem ipſam purpuream Albinouanus.* Comeſſabere] *Comeſſari propriè eſt poſt cœnam epulari, quod in Domitiano apertè oſtendit Suetonius, cùm ait: Conuiuabatur frequenter & largè, ſed penè raptim, certè non ultra ſolis occaſum, nec ut poſtea comeſſaretur. Vtitur quoque in hac ſignificatione Liuius, Decad. 4. lib. 10. Comeſſationes uerò propriè cibos, potusq́, qui poſt cœnam ex luxu ſumuntur, ſignificant. Suet. in Vitellio: Sed præcipuè luxuriæ, ſæuitiæq; deditus epulas trifariam ſemper interdum quadrifariam diſpertiebat: in ientacula, & prandia cœnas, comeſſationesq;.* Torrere] *Amare. Sumpta translatio ab igne, quem poëtæ pro amore frequenter ponunt.* Iecur idoneum] *Amatorem aptum, per συνεκδοχὴν. Iecur enim, in quo amoris ſedem eſſe uolunt, pro toto homine ponit.* Namq; & nobilis & decens] *αἰτιολογίαν, id eſt, rationem ſubijcit, quare Paulus magis idoneus ſit ad amorem. Quia adoleſcens eſt nobilis, formoſus, eloquens, diues, & multis uirtutibus præditus. Hæ enim dotes adoleſcentium ualde ſunt amabiles.* Pro ſollicitis non tacitus reis] *Oſtendit, Paulum cauſarum patronum, ſæpe in iudicio miſeros reos ſua eloquentia defendere atq; ſeruare. Et propterea ad Veneris militiam aptiorem. Facundia enim amantibus quoque utilis.* Ouidius:

» *Nec leuis ingenuas pectus coluiſſe per artes*
» *Cura ſit, & linguas edidiciſſe duas.*
» *Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes,*
» *Et tamen æquoreas torſit amore deas.*

Et centum puer artium] *Adoleſcens multis liberalibus diſciplinis, & ingenuis artibus præditus.* Latè ſigna feret militiæ tuæ] *Signifer & princeps erit in tuo exercitu. ἀλληγορικῶς, pro eo, quod eſt, ardenter amabit.* Et quandoq; potentior largis muneribus] *Dandis muneribus riualem ſuperabit, & tanquam inferiorem deridebit, ac propterea in tua militia erit ſtrenuus & potens. Nam in caſtris quoque Cupidinis auro maximè pugnatur, adeò ut quantò quiſq; ſit pecunioſior, tantò uiribus maior, & uictoria clarior.* Propertius:

» *Qui dare multa poteſt, multa & amare poteſt.*

Item Ouidius, De Arte amandi, lib. 2.

» *Aurea ſunt uerè nunc ſecula, plurimus auro*
» *Venit honos, auro conciliatur amor.*
» *Ipſe licet uenias Muſis comitatus Homere,*
» *Si nihil attuleris, ibis Homere foràs.*

Albanos prope te lacus] *Prope Albanum lacum Paulus in prædio ſuo templum, ad ſimilitudinem illius, quod habes in Cypro, tibi ſtatuet, & in eo ſimulachrum tuum ex marmore collocabit. Fuit autem lacus Albanus in Albano monte, haud longè ab urbe. Qui anno ab urbe condita 357. ſine ullis cœleſtibus aquis, cauſa ue qua alia, quæ rem miraculo eximeret, in altitudinem inſolitam creuit. Quo prodigio portendi reſponſum eſt: priuſquam ex lacu Albano aqua emiſſa foret, nunquam potiturum Veijs Romanum. Autor eſt Liuius Decad. 1. lib. 5.* Illic plurima naribus] *In eo templo plurimis ſacrificijs, ſuauiſſimis carminibus, ſummisq; honoribus, numen tuum iuuentus colet, & uenerabitur.* Lyræq; & Berecynthiæ tibiæ] *Priſca religione obſeruatum legimus, ut in deorum ſacrificijs tibicines & cytharœdi, qui lyras ſeptichordes tendebant, cum cantu & longis tibijs præcinerent. Berecynthiæ aũt dicit, pro Phrygiæ: à Berecyntho, monte Phrygiæ, ubi primùm inuenta dicitur tibia. Vel à Berecynthia matre, in cuius ſacris Corybantes tibijs canebant.* Tibullus:

» *Vbi cymbalum ſonat uox, ubi tympana reboant,*
» *Tibicen ubi canit Phryx curuo graue calamo.*

Ea uerò tibia quæ Phrygia dicitur, à dextra unum, à ſiniſtra duo foramina habuit, cuius modulos non unos accepimus: quippe pro modulo ſonorum, ita animos mulcere aut accendere ſolebant. Teſtis eſt Alexander Neapolitan. Non ſine fiſtula] *Muſicum quoq; inſtrumentum eſt fiſtula, cuius inuentionem Apollini tribuunt, ſicut lyræ & tibiæ. Nam ſimulachrum eius, quod erat in Delo, habuiſſe dicitur in dextera arcum, in læua Gratias, quæ ſingula Muſicæ inſtrumenta manibus gerebant, una lyram, altera tibias, quæ autem media erat, fiſtulam tenebat.* Illic bis pueri die] *Carmina & choreas Veneris ſacris adhibet, quòd Muſica inſtrumenta & ſaltationes maximè apta ſunt uoluptati & libidini. Solebant tamen in aliorum quoq; deorum ſacris pedibus circum aras pſallere ad numerum, carminaq; & hymnos canere, & choros agitare.* In morem Salium] *Ritu Saliorum, Martis ſacerdotum, qui ancilia*

ferentes,

ferentes, & carmina canentes, cum tripudijs, ſolenniq́ſaltatu per urbem ibant. Me nec fœmina] Oſtendit, ſenem ſe puerorum uoluptatibus atque delicijs minimè delectari, & propterea ad ludum Veneris inutilem. Contriſtauit idem hoc Cornelium quoq; Gallum. Sic enim inter alia de Senectæ incommodis conqueritur:

„ Non Veneris ſunt grata mihi, nec munera Bacchi,
„ Nec quicquid uitæ fallere damna ſolet.

Nec puer] Solebant enim gentes pueros quoque inhoneſtè & turpiter amare. Meminit huius flagitioſæ & fœdæ obſcœnitatis D. Paulus ad Roman. cap. 1. Et in Epiſtola ad Corinthios hoc genus homines ἀρσενοκοίτας appellat, & hæreditate regni Dei priuat. Sic Iulium Cæſarem ſtabulum Nicomedis, reginam Bithynicam, pellicem & fornicem, ob proſtratam regi pudicitiam, appellatam legimus apud Sueton. Iam nec ſpes animi credula mutui] Non eſt mihi ſeni ſperandus par atq; mutuus erga me puellæ animus & amor. Nam iuxta illud Ariſtotelis, ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον. Prima enim familiaritatis & amicitiæ conciliatio proficiſcitur ab ætatis æqualitate. Vnde rectè dicitur, ſimilitudinem amoris eſſe matrem. Quia ibi uehementiſsimus eſt amor, ubi perfecta ſimilitudo. Propterea etiam Pittacus æqualem uxorem ducendam eſſe ſuadet. ἁ συνοῦσα γὰρ γέροντι νεαρὰ γυνή: Vt admonet carmen Ariſtophanis. Nec certare iuuat mero] Hoc enim certamine non capitur ſenectus, plurimùm uerò ualet, & nunc plus æquo delectatur iuuentus intempeſtiuis conuiuijs, cum maxima iactura pecuniæ & temporis, non ſine magna ingeniorũ, morumq́; corruptela. Sed cur heu Ligurine] Per ἀποστροφὴν compellans Ligurinum, corrigit atq; emendat id, quod paulò antè dixerat (me nec fœmina, nec puer) Quia uehementiſsimo eius pueri amore ſe ſaucium eſſe oſtendit. Manat rara meas lachryma] Accidere enim ſolet amantibus, ut præ nimio deſyderio eorum quos amant, ſæpe lachryment, obmuteſcant, & ſomnia dormientes faciant. Parum decoro ſilentio] Eſt enim turpe & indecorum ſilentiũ, quod fit ob linguæ hæſitanciam ante finitam orationem. Nocturnis ego ſomnijs] Sæpe in quiete uideor te fugientem modò prehendere, & captum tenere, modò in campo Martio celeriter præcurrentem, & in Tyberi natantẽ, ueluti durum & inexorabilem, ſequi. Per gramina Martij campi, te per aquas] Solebat enim Romana iuuentus in campo Martio equitando, currendo, & alijs puerilibus ludis, ac iuxtà in Tyberi natando, ſe exercere.

THEOD. PVLMAN. } 5 Mater ſæua Cupidinum] Mater Cupidinum eſt Venus, amorum mater. nam multi ex ea nati Amores ferebantur. Philoſtratus in Iconibus Nymphis genitos dicit, eorumq́ gregem et agmen, & examen uocat, tam multi cenſebantur eſſe. Turneb. lib. 28. cap. 10. 9 Domo] Domũ, H.E. 10 —Purpureis ales oloribus] Vehiculum Veneris quadrigis olorum trahi poëtarum inuentum eſt. Papinius de Venere, (1. Silu. 2.)

„ —Thalamiq́ egreſſa ſuperbum
„ Limen, Amyclæos ad frena citauit olores,
Quos & amori tribuit Horatius,
„ —Purpureis ales oloribus
„ Comiſſabere Maximi:

Vbi uel purpureos dixit olores pulcros de purpuræ miranda pulcritudine, ut & Maro 1. Aeneid. uerſu 599.

„ —Lumenq́ iuuentæ purpureum.

Ita Horatium interpretatur Seruius. uel poëtica ad miraculum audacia eſt uſus, ut quem rerum natura non procreat in eo auium genere colorem, eum fucaret. Turneb. lib. 15. cap. 22. Vide & lib. 28. cap. 10. Comiſſabere, Iacobi Cruquij codices tres. Vide Varronẽ de lingua Latina lib. 6. & Feſtũ. Comeſſabere, H.E.A. Comeſſabere, G.B. 20 Trabe Cypria] Inſulæ Veneri gratiſsimæ mentionem intulit, & ſignificauit materia ad ædificandum abundare Cyprum: cuius trabibus ſuſtineri Venus ſuũ maluiſſet ſignũ, quam alterius prouinciæ columine aut ligno. Vide Turneb. lib. 8. cap. 15. & lib. 28. cap. 10. citrea, G.E. quod etiam H. antiqua manu ſuprà adſcriptum habebat. 21 —Lyræq́, & Berecynthiæ Delectabere tibiæ] —Lyraiq́, & Berecynthia Delectabere tibia, Cruquij liber uetuſtiſsimus, & Lambini quidam libri manuſcripti. 28 Quatient] quatiunt, H. 37 Nocturnis te ego ſomnijs] Nocturnis ego ſomnijs, G.E.B.A. 39 Te per gramina Martij Campi, te per aquas, dure, uolubileis] Cùm dicit, Campum Martium & Tyberim intelligit: in quorum altero iuuenes Romani ſe exercebant: in altero natabant, quod cùm quotidie Ligurinus faceret, Horatius, qui eũ amabat, ſæpenumero ſomniabat ſe illum uidere, ſequiq́ per Martij Campi gramina: & per Tyberis alueum, & uolubilem aquam. Turneb. lib. 28. cap. 10.

GEORG. FABR. } Conqueritur idem, quod ſcribit ad Mecænatem, Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor, narrat enim ſibi ſeni quinquagenario amorem eſſe moleſtum. Intermiſſa Venus] Prima Oda in uulgatis, Ad Venerem, inſcribitur: in quibuſdam manuſcriptis, ad Paulum Maximũ, ſed propius ad Venerem pertinet. Hunc librum addidit ſuperioribus, Auguſti Cæſaris rogatu, quem ante obitum ſuum anno ſeptimo inchoauit, iam quinquagenarius. Berecynthiæ Delectabere tibiæ] Berecynthus mons & urbs Phrygiæ, in penultima ſcribitur ſine aſpiratione, ut Strabo & Stephanus: ad differentiam Cynthi montis in Delo inſula, ut Seruius. Purpureis ales oloribus] Olores purpurei ſunt nitentes: ut niuem purpuream, pro nitente Pedio dixit apud Senecam.

IOD. BAD. ASCENS. } Intermiſſa] Quia ſuperiori carmine, quaſi opus cõcluſurus finierat graphicè, hoc loco ſignificat ſe rurſus ad canendum Veneris imperio coactum: nimium diſertè, ſed non ſatis uerecundè Ligurini pueri amorem confeſſus, quod uocabulum, quaſi è re confectum putem, ut ſit ſuauiolo abliguriendus puer. Ordo eſt. O' Venus tu moues rurſus bella] Scilicet, cum puellis & pueris, intermiſſa diu. Parce precor] Precor, inquit, quaſi dicat, reuera & ſeriò precor (unde geminauit uerbum, pro quo in ſacris literis participiũ ſæpe ponitur, ut ueniens, ueniet, Expectans, expectaui dominum) cauſam addit, quia Non ſum] Sup. talis, qualis eram ſub regno Cynaræ bonæ] Id eſt, formoſæ Amicæ] Id eſt, dũ Cynara me ad libitũ regeret. O' mater ſæua] Id eſt, inimicis, & dura. Cupidinum dulcium] Sunt enim cupidines dulces, id eſt, tantiſper dum cupidine fiunt dulces amores. —Sed quiſquis amores.

„ Aut metuet dulces aut experietur amaros.

Deſine flectere mollibus imperijs] Nimium graphicè, quia Venus blandimentis uincit, ſup. Me iam durum] Quaſi ſenio induratum. Eſt autẽ antitheton eius, quod eſt mollibus. Circa decem luſtra] Id eſt, decem luſtrorũm ætatem, hoc eſt, iam quaſi quinquagenarium. Abi] Sup. eo, quo blandæ preces iuuenum Reuocant te] Scilicet, ad me uenientem.

Tu ales] Id eſt, alis innixa. Quia purpureis holoribus] Id eſt, cygnis currum tuum trahentibus. Comeſſabere] Id eſt, conuiuia celebrabis Tempeſtiuius] Id eſt, ætati congruentius, quia ille iuuenis, ego uetulus ſum in Domo Pauli] Scilicet, nomine. Maximi] Scilicet, diuitijs. (Eſt autẽ pulchra alluſio ad quam diuus Auguſtinus alludit, dicens Saulum ferocem, quaſi Sauli regi ſimilem. Factum Paulum, Id eſt, modicum, quia ſeruum Chriſti, Paulus enim à parum, aut pauco diminutiuum eſt)
Si quæris torrere] Scilicet, igni amorũ. Iecur idoneum] Quia iuuenile. Eſt autẽ ſedes amorum. Namque Paulus] Sup. exiſtens puer & nobilis, & decens. Et non tacitus] Id eſt, ſtrenuè & diſertè loquens, pro reis ſollicitis, etiam in re capitali. Et centum artium] Id eſt, centum alijs artibus præditus. Feret latè ſigna tuæ militiæ] Signiferi autem animoſiſsimi & optimi deliguntur. Et quandoque] Id eſt, quandocunque potentior muneribus Aemuli] Id eſt, riualis. Largis] Id eſt, quantumuis Largis] Id eſt, quod potens plura dare, quam æmulus. Riſerit] Id eſt, gauiſus fuerit, aut deriſerit ipſum. Ponet te] Id eſt, tibi Statuã] Marmoreã Prope lacus Albanos. ſub trabe Cypria] Id eſt, æræa. Tu duces] Id eſt, attrahes. Naribus, illic] Id eſt, in ſacello tibi ſacrato. Plura thura] Et delectabere carminibus Lyræ, & tibiæ Berecynthiæ] Id eſt, Phrygiæ. hoc eſt, ad ea inſtrumenta modulatis. Non ſine fiſtula] Id eſt, adiũcta etiam fiſtula Pueri. Cum teneris uirginib.] Id eſt, & teneræ uirgines, hoc eſt, puellæ. Laudantes die] Id eſt, quotidie bis, quia manè & ueſperi. Tum

nomen quatient] *Scilicet, ſaltando.* Ter] *Id eſt, ad rithmum ternarium.* Humum] *Id eſt, ſolum.* In morem Salium] *Id eſt, Saliorum ſacerdotum Martis, qui ſalientes ancile circumferunt.* Pede candido] *Illi ætati apto.* Me autem nec fœmina iuuat] *Id eſt, delectat.* Nec puer.] *Nec ſpes eſt mihi credula* Animi mutui] *Id eſt, quod poſſum nanciſci mutui amoris amicam, nec* Iuuat certare mero] *Quo amicam lucubrantur uictores.* Nec uincire tempora] *Id eſt, coronam capitis.* Nouis floribus] *Id eſt, dereliqui omnia laſciua.* Sed cur heu ô Ligurine puer] *Cur* *unquam dum me amare nego.* Lachryma rara] *Quia eam occultare uoluit.* Manat] *Id eſt, diffluit per genas meas?* Cur lingua facund.] *Scilicet, prius cadit inter uerba.* Silentio parum decoro] *Id eſt, non decenter imperfectis uerbis aborto? Quaſi dicat, id amore tui fit, quia ego teneo te captum.* Somnijs nocturnis] *Id eſt, ſomnians uideor te cepiſſe, & ſequor te iam* Volucrem] *Id eſt, uolitantem.* Per gramina campi Martij. Et per aquas] *Scilicet, Tyberis uolubiles* Dura] *Id eſt, durè, ſcilicet, ſeni aut pro puero timenti?*

ANTON. MANCIN.] *Propoſuerat uelle poëta Lyricis finem imponere, ut tertij libri finis oſtendit. Sed tamen quũ Venus eum iterum aggrederetur, quanquam natus annos quinquaginta rurſus ad Lyrica rediyt. Itaq; hac prima quarti uoluminis Ode Venerem ipſam precatur, ne amplius in eum ſæuiat, ſed in iuuenes potius luſibus aptiores ad Ligurinum poſtea puerum uertit ſermonem, dicens, quo modo eum nocturnis ſomnijs uidet, & captum retinet, fugientemq; etiam ſequitur.* Intermiſſa uero diu] *Ode eſt ſimilis tertiæ.* Bella]

„ *Militat omnis amans & habet ſua caſtra cupido.*

Inquit Ouid. lib. 1. de Amoribus

„ *Attice crede mihi militat omnis amans.*

Cynaræ ea quidē olim ipſius amica fuerat. Cupidinum mater] *Videto latius lib. 1. Ode 19.* Luſtra decem] *Id eſt, annos quinquaginta. Ouid. item in Ibin ait.*

„ *Tempus ad hoc luſtris bis iam mihi quinq; peractis, &c.*

Iam durum] *Metaphora eſt à quadrupedibus, quæ adulta non facile domantur.* Tempeſtiuius] *Ordo eſt.* Venus, tu ales holoribus purpureis] *Id eſt, uolucris & alas habens propter holores. diximus enim holores ducere & comitari Veneris currum, ſi quæris* Torrere idoneũ iecur tempeſtiuius] *Id eſt, aptius commeſſabere in domo Pauli Maximi.* Purpureis] *Pulchris.* Commeſſabere] *Comedes, commeſſor enim deponens uerbum eſt, & propter carmen m, additur.* Torrere iecur] *Adurere & deſiccare. Vnde Ouid. libro 3. de Amoribus, inquit.*

„ *Captaq; fœmineus corpora torret amor.*

Iecur] *Eſt enim amoris ſedes.* Pauli Maximi] *Cur maximi iam iam oſtendet. Non tacitus ab eloquentia eum laudat & pietate.* Artium] *Virtutum.* Signa feret] *Ouidius quoque libro 1. de Remedio ait.*

„ *Parce tuum uatem ſceleris damnare Cupido*

„ *Tradita qui totiens te duce ſigna tuli.*

Et quandoq;] *Ordo eſt.* & potentior largis muneribus æmuli quandoque riſerit. Riſerit] *Pro deriſerit. ſupple Aemulum.* Lacus Al.] *Poſt Albanum montem urbs eſt Aritia in Appia uia.* Eſt & Dianæ lacus] *Id eſt, Arthemiſium, cui lacus initar pelagi fluctuans adiacet, cõtinet autem Albanus mons lacum longè ampliorem ſupradicto, qui ad Arthemiſium montem iacet. Is uerò lacus hodie lacus Caſtelli Pandulphi appellatur.* Sub trabe Cyp.] *Id eſt, ſub trabe ænea. In Cypro enim æris metalla apud Tamaſſum urbem abundabant. Solebant autem æneæ trabes in templis poni, quas & hodie Panteôn in urbe Roma habet.* In porticu.] *Scilicet, de Cypro latius Ode prima.* Berecynthiæ tibiæ] *De ijs omnibus latè ſuprà in Ode 19. libro 3.* In mo Sa.] *Pro Saliorum, de quibus latiùs ſuperiùs uide.* Mutui animi] *Non enim ſenex mutuò amabitur, uti ſolet iuuenis. hinc Naſo lib. 1. de Amoribus ait.*

„ *Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.*

Sed cur] *Ab Venere ad Ligurinum puerum diuertit, miraturq; cur lachrymet, cur etiam ſermonem cum Venere habitum intercoeperit?* Manat lac] *Id quidem amoris gratia euenit amantibus ipſis.* Parum decoro ſilentio] *Non enim eum Venere ſermonem abſoluerat, propter Ligurini memoriam ſibi occurrentem.* Martij Cam pi gramina] *Gramina inquit, quoniam erant ibi perennes herbæ, coronatiq; uſque ad fluminis alueum colles, auctore Strab. lib. 5. ſcribit enim, quod Martius campus præter naturam locorum amœnitatem, artis & ſolertiæ exornationes admittebat: campi enim admirabilis magnitudo. Et curules pariter curſus, & alia equeſtria certamina expedita ſuppeditabat, nec minus tam multis pilam circulum palæſtram exercitatione tractantibus. Aliaq; incumbentia ſimul opera. Quid perennes ſolo herbas, coronatosq; uſq; ad fluminis alueum colles. Scenicarum oſtentatio picturarum eius generis ſpectacula præſtabant, ut difficulter & inuitus abſcederes.*

ODE II. AD ANTONIVM IVLIVM.

ἐγκωμιαστική.

Ode II. *Dicolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.*

—⏑ —— —⏑⏑ —⏑ ——
—⏑ —— —⏑⏑ —⏑ ——
—⏑ —— —⏑⏑ —⏑ —⏑
—⏑⏑ —⏑

ARGVMENTVM IN ODEN II.

Scribit Antonio M. Antonij filio. Pindarum poëtam omnibus modis imitabilem ob incredibilem rerum, & uerborum copiam, qua uelut torrens exundat ubiq; ſummus, ſeu Pæanes ſcribat, ſeu heroes & ſacrorum certaminum uictores laudet, ſeu epitaphia, uel quæuis alia ſcr batillum igitur cygnum ait ad cœlum ferri, ipſe uerò apiculam hi mi ſerpere, pro ingenij ſui modulo uerſus ſcribere: quare ſe Antonio cedere, qui Auguſti laudes faciliùs poſsit tractare, utpote poëta eximius.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Oſtendit ſe inferiorem eſſe, ac ut dignè heroum fortiumq; uirorum res geſtas deſcribere poſsit ad imitationem Pindari, qui ob incredibilem rerum, uerborumq; copiam in omni ſcribendi materia, nulli ſit imitabilis. Itaq; uelle ſe libenter cedere Antonio, qui laudes Auguſti Cæſaris felicius Cantare, tanquam poëta maior, queat.

COM-

COMMENTARIA.

PINDARVM quiſquis ſtudet æmulari,
Iule, ceratis ope Dædalea
Nititur pennis, uitreo daturus
Nomina Ponto.
Monte decurrens uelut amnis, imbres
Quem ſuper notas aluēre ripas,
Feruet, immenſusq; ruit profundo
Pindarus ore,
Laurea donandus Apollinari,
Seu per audaces noua Dithyrambos
Verba deuoluit, numeriſq; fertur
Lege ſolutis:
Seu deos, regeſq; canit, deorum
Sanguinem per quos cecidere iuſta
Morte Centauri, cecidit tremendæ
Flamma Chimæræ:
Siue quos Elea domum reducit
Palma cœleſtes: pugilem'ue, equum'ue
Dicit, & centum potiore ſignis
Munere donat:
Flebili ſponſæ iuuenem'ue raptum
Plorat, & uires, animumq;, moreſq;
Aureos deducit in aſtra, nigroq;
Inuidet Orco.
Multa Dircæum leuat aura cycnum,
Tendit Antoni, quoties in altos
Nubium tractus: ego apis Matinæ
More, modoq;
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, uuidiq;
Tiburis ripas, operoſa paruus
Carmina fingo.
Concines maiore poëta plectro
Cæſarem, quandoq; trahet feroces
Per ſacrum cliuum, merita decorus
Fronde, Sicambros:
Quo nihil maius, melius'ue terris
Fata donauere, boniq; Diui:
Nec dabunt, quamuis redeant in aurum
Tempora priſcum.
Concines lætoſq; dies, & urbis
Publicum ludum, ſuper impetrato
Fortis Auguſti reditu, forumq;
Litibus orbum.
Tum meæ, ſi quid loquar audiendum,
Vocis accedet bona pars, &, ô Sol
Pulcher, ô laudande, canam, recepto
Cæſare felix.
Tuq; dum procedis, Iô triumphe,
Non ſemel dicemus, Iô triumphe,
Ciuitas omnis: dabimuſq; Diuis
Thura benignis.
Te decem tauri, totidemq; uaccæ,
Me tener ſoluet uitulus relicta
Matre, qui largis iuueneſcit herbis
In mea uota,

ACRON.

PINDARVM quiſquis] *Hæc Ode ad Antonium Iulium, Marci Antonij triumuiri filium ſcribitur, cōtinens laudes Pindari, Lyrici poëtæ, quem dicit ſi quis imitari uelit, ita periculum ſuæ exiſtimationis incurrere, ſicut Icarus conatus ſui.* Ope Dædalea] *Hæc fabula Dædali eſt, dum pennas ſibi & Icaro filio arte mechanica ceris adfixis poſuiſſet, ut uolatu Minois fugeret tyrannidem: Icarus altum petens in ipſo uolatu, cera ardore ſolis reſoluta, cecidit in mare, & à ſuo nomine mari nomen indidit.* Vitreo] *Perſpicuo, ut:*

» *Vitrea te Fucinus unda.*

Monte decurrens] *Torrenti fluuio Pindari comparauit ingenium, ſignificans eum & in dicendo citū, & ſenſibus abundantem.* Quem ſuper notas aluere ripas] *Qui aluei ripas uelut aquis nutritus exceſſerit.* Feruet] *Feruere dixit Pind. ut ignei ingenij acumen oſtenderet.* Laurea donandus Apollinari] *Coronandus conſueta poëtis lauro, Apollini conſecrata.* Noua] *Aut admiranda, ut: Pollio & ipſe facit noua carmina, aut ab eo inuenta, ut:*

» *Finibus expulſum patrijs, noua regna petentem.*

Dithyrambos] *Dithyrambon carmen eſt, quo libri in Liberum patrē compoſiti ſunt. Hos Dithyrambos ideo audaces dixit, q̄a cæteris rithmis uehementiores ſunt, uel quia noua uerba in his Pindarus ſcripſit.* Numeriſq; fertur Lege ſolutis] *Numeris quibus rithmus ad ſonum pertinens colligitur, non pertinens ad uerſuum legem, ut Virgilius de pari carmine.*

» *Numeros memini, ſi uerba tenerem.*

Ergo in hoc lex pedum non quæritur, ſed ſyllabarum, & æquali ſono uocis dithyrambi, & æquali rithmo cantantur. Aut lege ſolutis dixit, quia in hoc metro licet uariare, & non in eodem metro permanere. Ideò autem uolunt dictos dithyrambos, ueluti cui licet alio uti oſtio. Ingreſſus enim, uocabulo θύρα *Græcè appellatur.* Fertur] *Velut uates rapitur.* Seu deos, regeſq; canit] *Deos dixit, propter Pæanas Pindari: reges propter* ἐγκώμια, *quia inter Olympionicas laudauit Hieronem regem Siciliæ. Laudauit etiam Herculem, ſiue Ixionem & Pirithoum, qui occiderunt Centauros, & Proſerpinam rapere conati ſunt. Bellerophontem laudatū commemorat in Chimæra. Caſtori quoque & Polluci laudes dixit, qui in Elide Epiri ciuitate agone Olympiæ edito, pugilatu & equorū curſu floruerunt, ut:*

» *Hic & ad Elei metas, & maxima campi*
» *Sudabit ſpacia.*

In eodem agone poëtæ heróum laudes dicentes coronabantur, & accepto themate certabant. Siue quos Elea domū reducit Palma cœleſtes] *Cœleſtes dixit propter honorem numinum, quibus agon impenditur.* Et centū potiore ſignis] *Dicit magis illuſtrari honore, quem Pindarus carmine ſuo agoniſtico celebret, quàm ſi centum ſtatuis honoretur.* Flebili ſponſæ] *Etiam in epitaphijs Pindarum ſignificat magnum, cùm aut iuuenem fortem, aut puellam mortuam fuiſſe deſcribit, & alicuius adoleſcentis morte facit ſponſam deceptam, quem inferis ſubduxit, & dat immortalitati laudando.* Plorat] *Deſcribit, ut uiri plorentur plangentib. ſponſis.* Moreſq; Aureos] *Aureos mores pro bonis & ſanctis poſuit, ut Virg.*

» *Aurea quæ perhibent illo ſub rege fuerunt*
» *Sæcula.* ——

Inuidet Orco] *Seu habet inuidiā nigro Orco.* Dircæum] *Thebanum. Dirce enim fons eſt apud Thebas, unde Statius:*

» *Cærula cùm rubuit Lernæo ſanguine Dirce.*

Et quia Thebanus Pindarus fuit, ideò Dircæum cygnum dicit à ſuauitate uocis ſiue carminis. Leuat] *Sublimem facit, & multa fama ad cœlum fert.* Antoni] *Apoſtrophe ad Antonium, quem alloquitur uolentem Pindarum imitari.* Ego apis Matinæ More modoq;] *Quia cygno Pindarum comparauerat, ſe api contulit pro paruitate, in Matino ſaltu Calabriæ paſcenti, de quo legitur:*

» *Iam calida lucent buceta Matini.*

Fugiens ergo arrogantiam api ſe comparat, quæ & circa terram uolat, & amœnitate florum depaſcitur. Fingo] *Compono: ut.*

» *Et corpora fingere lingua.*

Concines maiore poëta plectro] *Iulius Antonius heroico metro Diomedeas, duodecim libros ſcripſit egregios, præterea & proſa aliqua. Concines ergo inquit, hoc eſt, cantabis nobiſcum tu Antoni.*

Maiore plectro] *Id eſt, meliore opere uictorem Cæſarem per ſacrū Capitolij cliuum captiuos Sicambros trahentem pro triumpho.*

Trahet feroces] *Quia antequam caperentur, Cēturiones Romanos, qui ad ſtipendia miſſi erant, tentos crucibus defixere.* Quo] *Cæſare, ſcilicet.* Boniq;] *Proprij, ut:*

» *Sis bonus ô felixq; tuis.*

Fronde] *Laurea corona, qua triumphantes utebantur.* Nec dabunt] *Nec aureo ſeculo ſimilem Cæſari uirum natū fuiſſe, aut naſci potuiſſe*

 dicit,

Fronte curuatos imitatus igneis
Tertium lunæ referentis ortum,
Qua notam duxit, niueus uideri,
Cætera fuluus.

dicit, ſi in eum ſtatum tempora decurrant. Lætosq; dies] Id eſt, publicas ferias, & lætitiam cantabit. Super] De, ut:

„ Multa ſuper Priamo rogitans.

Forumq; Litibus orbum] Orbatum dicit forum litibus Cæſaris æquitate. Tum meæ ſi quid] Sub fuga arrogantiæ etiam ſe laudes Cæſari dicturum promittit, ut:

„ O' mihi tam longè maneat pars ultima uitæ
„ Spiritus, & quantum ſat erit tua dicere facta.

O' ſol] Solem pro die poſuit, quo uictor Cæſar urbem ingreſſus eſt. Virgilius.

„ Tris adeò incertos cæca caligine ſoles
Erramus. Canam recepto Cæſare fœlix] Hoc eſt, ego fœlix canã. Io triumphe] Ad ipſum quaſi triumphum loquitur ſacra inuocatione, qua Iò Iò dicebatur, ut: Iò matres audite. Benignis] Reditum eius præſtantibus. Te decem tauri, totidemq;] Ad honorẽ enim maiorum numinum pertinet, ſiue potentium perſonarum, ſi magnis uictimis immoletur, ut:

„ Maxima taurus Victima. Me tener ſoluet] Abſoluet, uotorum debito, hoc eſt, promiſſo. In mea uota] A' me dijs promiſſa. Curuatos imitatus ignes] Id eſt, Lunæ incipiẽtis ſimilis cornuum curuatione uel breuitate. Qua notam duxit] Signatum fronte uitulum, dijs pro reditu Cæſaris promiſſum in ea parte, qua nota inuſtus erat, albos pilos ſignificat habuiſſe, cùm eſſet toto corpore naturaliter rubeus.

PORPHYR. } Pindarũ quiſquis ſtudet æmulari] Hæc Ode ad Antonium Iulium M. Antonij triumuiri filium ſcribitur, continens laudes Pindari, lyrici poëtæ. Iule, ceratis ope Dædalea Nititur pennis] Id eſt, altiora quàm poſſit expedire conatur dicere, quemadmodum Icarus, maiora aggreſſus facere pennis Dædali manibus factis. Vitreo] Id eſt, uitrei coloris. Daturus Nomina ponto] Quia ab Icaro mare Icarium appellatum. Seu per audaces noua Dithyrambos] Vt plurimum ſibi hic Pindarus permittat, nam & maximo ſpiritu nouas hiſtorias hoc metro canit, noua autem uerba, admirabilia, ut ab ipſo Pindaro facta eſſe, accipe. Numerisq; fertur Lege ſolutis] Ideo quia plerunque ad uoluptatem ſuam, quiſq; Lyricus poëta metrum ſibi fingit, ita tamen ut quẽ ſibi ipſe initio Ode ſtatuit ordinem eum neceſſe habeat ad finẽ uſq; cuſtodire. Siue quos Elea domũ reducit Palma cœleſtes] Vtrum Caſtorem an Pollucem ſignificat? an generaliter quicunque ex certamine ſacrorum agonum uictoriam reportauerit. Et centum potiore ſignis Munere donat] Dicit magis illum honore illuſtrari, quẽ Pindarus carmine ſuo fecit, quàm ſi centũ ſtatuis publicè honoretur. Flebili ſponſæ] Aut ſi, inquit, flebile carmen ſcribit in adoleſcentem aliquem, cuius morte ſponſa decepta ſit, quem inferis ſubducit atq; immortalem facit laudando animum, moreſq; eius, atq; uirtutem. Multa Dircæum] Dircæum Pindarum dicit, quia Thebanus fuit, à fonte Bœtiæ Dirce, qui eſt Thebis proximus. Cygnum] Autem eundem appellat à ſuauitate carminum, quia & cygni canori eſſe dicuntur. Leuat] Id eſt, ſublimem facit. Ego apis Matinæ More modoq;] Vt Pindarum propter ſublimitatem & ſuauitatem carminis cygno comparauit: ita ſe api, per quod ſignat, parua quidem & humilia ſe ſcribere, ſed ſubtilia ac dulcia. Matinus mons eſt Calabriæ. Concines maiore poëta plectro] Concedit Antonio Iulio, ut ipſe potiùs triumphos Cæſaris ſcribat, cum ſit robuſtior carminis ſpiritu. Hoc enim ſignat dicens, maiore plectro. Per ſacrum cliuum] Id eſt, per ſacram uiam. Hac enim triumphantes in Capitolium ibant. Quo nihil maius melius'ue] Cæſare ſcilicet. Publicum ludum] Id eſt, publicum gaudium ſuper impetrato fortis Auguſti reditu. Apparet Cæſarem de reditu ſuo Romam literas miſiſſe, ſed gratus ſenſus, ſic enim ſe habet, ut intelligas populum Romanum, ut ſit publicis acclamationibus deſideraſſe diù, reditum Auguſti. Tum meæ ſi quid loquar audiendum] Spondet ſe quoq; carmine aliquo laudes in Cæſarem dicturum. Sed ſignificat breues uerſus in eo quod intulerit. Si quid loquar audiendum. Canam recepto Cæſare felix] Ordo eſt: Ego felix recepto Cæſare canam. Tuq; dum proce-

Iò triumphe] Ad ipſum triumphũ conuerſus hæc dicit. Non ſemel dicemus, Iò triũphe Ciuitas omnis] Nota figura eſt: ut, Pars in fruſtã ſecant. Te decem tauri] Hoc ad Iulum dicit. Me tener ſoluet] Soluet debitum uoti ſuſcepti. Fronte curuatos imitatus ignes] Vitulum quo uotum ſoluturus ſit, dicit cornua habere tertiæ Lunæ comparabilia, id eſt, adhuc parua. Qua notam duxit niueus uideri Cętera fuluus] Diſerta & elegans elocutio, inſignat autem uitulum hunc albam frontem tantũ habere, in cætero corpore fuluũ, id eſt, ruſum eſſe.

CHRIST. LAND. } Pindarum quiſquis] Sententia eſt omnium doctorum poſt Homerum primum eſſe inter Græcos poëtas, nec deſunt qui illum Homero præponant. Inter Lyricos principatum ſine controuerſia obtinet ſpiritus magnificentia, ſententijs, figuris, beatiſſima rerum, uerborumq; copia, & uelut quodam eloquentiæ flumine. Quapropter Quintilianus quoq; huiuſcemodi noſtri poëtæ ſententiam, ſummopere approbans eum nemini imitabilem aſſirmat. Eſt ergo Ode ad Iulium Antonium M. Antonij triumuiri ab Octauia Auguſti ſorore ſuſceptum filium. Cuius ſentẽtia eſt: ut ſi quis adeò audax ſit, ut nitatur imitari Pindarum, is profectò ſentiet non aliter ſuos conatus irritos futuros, quã ſenſerit Icarus, qui cùm uolare neſciret in mare decidit.
Pennis ceratis] Quam fabulam, quia iam enarrata eſt omitto. Nomina Ponto] Nam Icareum ab eo eſt appellatum. Monte decurrens] Hactenus propoſuerat eſſe imitabilem Pindarum, nũc affert rationem propoſitionis. Deſcribit igitur uehementiam Pindari in dicendo, & illum comparat torrenti ſubitis imbribus aucto. Nam uehemens dicendi genus, torrens Latini appellant, quoniam torrentes flumina ſunt per montium præcipitia decurrentia, quæ ſi diluuio turgeſcant, nihil magis rapidum inuenias. Sic & Græci hæc uim Δινώδη [illegible] appellant à uerticibus & reuolutionibus aquarum. Aluere] Auxere. Immenſus] Propter diluuium. Laurea Apollinari] Corona laurea Apollini dedicata, qua poëtæ coronantur. Dithyrambos] Hoc unum ex Bacchi nominibus eſt, qui ſic dictus eſt, quoniam in ortu ſuo duplici ſit uſus porta. Nam ante maturum tempus ex materno utero egreſſus eſt, quoniam Semele fulmine icta perijt. Iupiter ſuo aſſuere femori uoluit, unde completo tempore ſecundo egreſſus eſt, ſed fabulæ allegoriam alias expreſſimus. Dithyrambo uero] Id eſt, Baccho dicti ſunt Dithyrambi uerſus, quibus huius Dei laudes canebant. Audaces] Quia uehementiam & acrimoniam afferunt hi pedes. Noua] Vel quia cæteris rithmis uehementiores ſunt, uel quia præter cæteros poëtas noua fingit falius quadam compoſitione uerba. Numerisq;] Numeri rithmi ſunt, qui non ex pedum lege, ſed ex concentu uocis ſunt, unde Virgilius.

„ Numeros memini ſi uerba tenerem.

Ergo in Dithyrambis quærebant modulationem ſolum non habita pedum ratione, quoniam magna licentia eſt in his uerſibus uariare metrum. Itaq; extant qui idcirco Dithyrambos dici uelint, quoniam liceat poëtæ uti alio hoſtio. Nam hoc uocabulo Græci ingreſſum ſignificant. Seu Deos] Scripſit enim Pæana. Reges] Hieronem enim Syracuſanum ſummopere laudat. Sed alios quoq; ex priſcis, qui à deorum ſanguine ſunt. Palma] Id eſt, uictoria Olympica. Nam ludi Olympici, de quibus in principio diximus, inter Elin & Piſam Archadiæ urbes celebrabantur. Cœleſtis] Propter honorem numinum, quibus ludi exhibebantur. Vel quia in maximo honore habebantur uictores. Pugilem] Qui pugnis certat.
Equum] Qui in equeſtri certamine exercetur. Sic ſuprà. Hunc equis illum ſuperare pugnis nobilem. Et donat] Et re uera munus quod exhibet Pindarus in deſcribendis laudibus magnorum uirorum, maius eſt illis, quàm ſi donentur centum ſtatuis. Statuæ enim tempore pereunt, poëtarum uerò monumenta æterna ſunt.
Iuuenem raptum] Siue morte ſibi ereptum, ſiue alterius mulieris amore, ſiue quia in militiam profectus ſit. Plorat] Quia flebilis ſponſæ ploratum exprimit, & educit in aſtra, id eſt, ad cœlum laudibus extollit. Vires] Corporis. Et animum] Id eſt, ſapientiam. Et mores] Id eſt, uirtutes morales. Aureos] Bonos.

Et In-

Et inuidet Orco] *Id eſt, morti, quia homines quos laudat à morte uendicat, quia immortales ſuo carmine reddit.* Dircæum] *Thebanum. Fabula narratur Lyco Thebano regi Antiopem nupſiſſe. Verùm cùm illa ex Ioue Zetum & Amphionem peperiſſet, abdicauit eam Lycus & Dyrcen eius loco duxit. Hæc Antiopen in Cytheronem montem religari iuſsit, ut à feris laniaretur. At Zetus & Amphion illam à uinculis liberarunt, & Dyrcen indomitis tauris alligatam, & per agrum Thebanum tractam laniarunt, quæ tandem in fontem ſui nominis conuerſa eſt. Ipſi autem Lyco interfecto regnum ſibi & matri uendicarunt. Fons iſte Thebis uicinus eſt, à quo Thebani Dyrcæi dicuntur. Tanta autem fuit Pindari etiam poſt mortem authoritas, ut cùm Alexander expugnatas Thebas diripi iuſsiſſet, diligenter tamen cauit, ut poſteri Pindari incolumes ſeruarentur.* Cygnum] *Comparat cygno, quia boni poëtæ (ut iam dictum eſt) cygnis comparantur.* Multa Dircæum leuat aura] *Stetit in tranſlatione. Nam cygni aura, & uento leuati in altum uolant, ſic & Pindarus ſua eloquentia ad alta tollitur. Et per contentionem illum laudat, & ſe deprimit. Ait enim illum, ut canorum cygnum in alta uolare. Se autem ueluti apis ſit, humilem circa thyma uerſari.* Carpentis thyma] *Innuit & ſi depreſsè ſcribat, tamen ſuauem illi eſſe ſtylum comparatione inſecti mellificantis.* Operoſa] *Id eſt, labore compoſita.* Paruus] *Ad ſtylum refert.* Concines] *Nunc Iulum laudat, quem Acron. Diomedeas heroico uerſu 12. libris ſcripſiſſe refert.* Maiore plectro] *Grandiori ſtylo.*

Sicambros] *Populi in Hiſpania ſunt, qui Romanos centuriones ad ſtipendia exigenda miſſos cruci affixerunt. Hos deinde Auguſtus debellauit.* Quandoque] *Quæ uacat.* Per ſacrum cliuum] *Nam à porta triumphali per uiam ſacram ad Capitolium triumphantes perueniebant, & ſuperato cliuo Capitolij in templo Iouis Optimi Maximi maiores hoſtias ſacrificabant, ſacrum ergo propter templum. Nam de cliuo in ſuperioribus diximus.*

Merita fronde] *Merita laurea.* Quo] *Cæſare.* In aurum priſcum] *In aurea ſæcula, quæ priſcis fuerunt temporibus.* Concines] *Repetitio eſt, canes etiam dies feſtos & ludos publicos, quos populus Romanus pro reditu Cæſaris uouerat.* Super reditu] *Id eſt, de reditu, id eſt, pro reditu.* Litibus orbum] *Propter ferias. Nam aliquando propter aliquem tumultum ceſſabat prætor à iure dicendo, & illa uacatio Iuſtitium dicebatur. Aliquando propter magnam aliquam fœlicitatem, & illæ feriæ dicebantur, quæ erant imperatiuæ. Nam feriarum aliæ dicebantur ſtatiuæ, quæ erant omnibus communes, & certis menſibus, ac diebus celebrabãtur, & in faſtis adnotatæ erant ut agonalia, carmentalia, & lupercalia. Aliæ erant conceptiuæ, quæ & ipſæ quot annis à ſacerdotibus, uel à magiſtratibus concipiebantur, ſed non ſemper in certos dies ut ſuperiores, ut ſunt Latinæ, ſementinæ, paganalia, & compitalia. Aliæ ſunt imperatiuæ. Verum iſtæ nec certis diebus, nec ſemper ſingulis annis imperabantur. Sed imperabant illas conſules aut prætores quotiens, aut uictoria, aut aliquid lætum ueniebat, ut hæ, de quibus nunc poëta meminit. Aliæ deniq; ſunt nundinæ paganorum, & ruſticorum, quibus conueniunt negocijs proprijs, uel mercibus profuturi.* Tum meæ] *De ſe modeſtiſsimè loquitur. Ergo tu hæc grandiloquo ſtylo canes, & tunc bona, id eſt, magna pars meæ uocis, id eſt, mei ſtyli & meorum carminum.* Accedet] *Id eſt, addetur tuo poëmati, ſi ego loquar aliquid audiendum, id eſt, tale ut dignum ſit quod audiatur, & canam ô ſol pulcher & laudande.*

Fœlix] *Propriè & dator fœlicitatis. Nam aliquando paſsiuè ponitur fœlix, id eſt, in quo ſit fœlicitas, Virg.*

„ *Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.*

Aliquando fœlix non in quo ſit, ſed qui alijs inferat fœlicitatem, ut in hoc loco. Item apud Maronem.

„ *Sis fœlix noſtrumq; leues quæcunq; laborem.*

Ergo fœlix es recepto Cæſare, quaſi dicat, alia ratione nobis fœlix eſſe non potes. Recepto] *A' periculis erepto.*

Io triumphe] *Vox lætantis, quam in triumpho proferebant. Alij legunt & fortaſſe non abſurdè.* Ego fœlix recepto Cæſare canam te ô ſol, *id eſt, ô dies pulcher & laudande.*

Te decem tauri] *Nam ſecundum cenſum debent eſſe ſacrificia, ut plura ditior, pauciora pauperior, afferat. Ergo decem tauri ſoluent te à uoto, quo obligatus es, ex reditu Cæſaris. Erat autem maxima uictima taurus. Hinc Virgil.*

„ *Et maxima taurus Victima.* Me uerò ſoluet uitulus largis herbis] *Vt oſtendat diligenter à ſe nutriri, ut hoſtia pinguior ſit.* Fronte curuatos] *Oſtendit in eo talia eſſe cornua, qualia uidemus in luna in tertio die à ſuo nouilunio.* Qua notam duxit] *Vitulum fuluum deſignat, ſed cui ex albo in fronte nota ſit. De nota diximus alio loco. Cæterum & macula eãdem uidetur habere notionem, quæ quamuis ut plurimum turpitudinẽ inferat, tamen aliquando pulchra dici poteſt. Virgil.*

„ *Maculoſæ tegmine lyncis.*

ERASM. ROTER. } *In triumphis acclamabatur, Iô triumphe. Ouidius in opere de Arte amandi dixit, Iô Pæan. Lege Eraſmum.*

HENR. GLAR. } Siue quos Elea domum reducit] *Acro hoc loco ait* Eliden Epiri ciuitatem *eſſe, quod nullo pacto defendi poteſt. Cæterùm Porphyrio dubitat, utrum Caſtorem ac Pollucem ſignificet, an generaliter quicunq; ex certamine ſacrorum agonum uictoriam reportauerint, neq; temerè dubitaſſe mihi uiſus, tametſi nemini dubium de Caſtore ac Polluce intelligi, cùm dicit,* pugilem'ue equum'ue. *Verum præcedentia etiam de alijs poſſe intelligi ſatis clarum eſt.* Ego apis Matinæ more modoque] Matinum *Acro hic Calabriæ ſaltum facit. At Ode 28. libri primi montem Apuliæ. Porphyrio hoc loco mõtem Calabriæ ſcribit. Sed lib. 1. Ode iam dicta, Apuliæ. Rurſus huius libri Ode 16. Calabriæ. Vicinitas harum regionum uidetur hunc feciſſe errorem. Nec mirum, cùm ipſe Horatius de ſe dubitaret Lucanus an Appulus eſſet, ob patriam Venuſiam, quæ utriq; populo eſt confinis: nam,*

„ *Venuſinus arat finem ſub utrunq; colonus.*

Tuq; dum procedis Iô triumphe] *Quidam mutarunt* tu *in* te, *temerè meo quidem iudicio. Nam ad ipſum triumphum conuerſus hæc dicit, ut fatetur Porphyrio. Eſt autem* Ordo: Iô triumphe, dum tu procedis, omnis ciuitas dicemus, non ſemel, Iô triumphe. *Illud,* non ſemel *hos decepit. Iam quod Acro exponit,* Solem *pro die, à quibuſdam reprehenſum eſt: quanquam intelligi poteſt. Illi uerò Solem pro Auguſto accipi uolunt, quod mihi quidem non improbatur, ſi rectè fiat Ordo, ad hunc modum:* Ego felix recepto Cæſare canam O' pulcher Sol, ô laudate. *Quaſi diceret, Antoni ſi receperimus ſaluum Cæſarem feliciter canere poterimus, ac uelut uenientem honorificè excipere:* O' pulcher Sol, ô laudate. *Deinde, apoſtrophen Poëtæ à Iulio ad triumphum accipimus.* Tuq; dum procedis Iô triumphe. *Porrò rurſus ad Iulium Poëtam loqui intelligamus,* Te decem tauri, totidemq; uaccæ. *Atq; hic eſt uerus ſenſus horum uerborum, quæ ideo prolixiùs commemorauimus, quod Grãmatici mirè hîc rixentur, nec tamen lectorem erudiunt.* Fronte curuatos imitatus ignes] *Porphyrio planè intelligit* uituli cornua *ad Lunæ cornua comparari. Acronis autem uerba ſubobſcura ſunt, & ridicula etiam, ubi de nota iniuſta loquitur. Alij per frontem intelligunt albam maculã in fronte ad imaginem Lunæ, quod lectori iudicandum relinquimus: nam ego in utranq; hæreo partem.* Videri *etiam quidam mutarunt in* uidetur, *quod qua ratione fecerint: haud equidem intelligo: Græcam enim hanc per infinitiuos locutionem Latini non refugerunt, præſertim hîc poëta.*

HERM. FIG. } Pindarũ quiſquis ſtudet æmulari, &c] *Indicat, inſignem eſſe temeritatem & confidentiam ſtultorum hominum, non ſine maximo periculo, Pindarum imitari uelle. Fuit autem Pindarus Thebanus poëta lyricus, floruit tẽporibus Anacreontis uatis, L. Iunio Bruto ac L. Collatino Ro. Coſſ. Huius domũ ne euerteretur, Alexander Magnus cùm Thebas caperet, inſcribi iuſſit. De hoc Quintilianus, acerrimi iudicij autor, in 10. Inſtitut. Orat. his uerbis mentionem fecit: Nouem uerò Lyricorũ longè Pindarus princeps, ſpiritu, magnificentia, ſententijs, figuris, beatiſsima rerum, uerborũq; copia, & uelut quodam eloquentiæ flumine, propter quæ Horatius meritò credidit, nemini imitabilem.* Ceratis ope Dædalea, &c.] *Is altius effertur, quàm pro ſuis uiribus, parũq; firmis adiumentis nititur. Icari fabulam cum patre Dædalo ex Creta uolantis, & in mare delapſi, ſcitè tractat Ouid. lib. 8. Transform. & lib. 2. de arte amandi. Retulimus nos quoq; lib. 2. Ode ultima.*

Ope Dædalea] *Artificio Dædali cera coniunctis.* Vitreo] *Cæruleo: mare enim ab omnibus uocatur cæruleum, qui color idem cum uitreo eſſe uidetur.* Daturus nomina ponto] *Mare quod eſt inter Samum & Myconum, à ruina Icari Icarium dici cœpit. Ouidius lib. 8. Transform.*

„ *Oraq́ cærulea patrium clamantia nomen,*
„ *Excipiuntur aqua, quæ nomen traxit ab illo.*
Et libro 2. de arte amandi.
„ *Oſſa tegit tellus, æquora nomen habent.*

Monte decurrens, &c.] *Elegantiſſimè Pindarum propter copiam & uires eloquentiæ, flumini exundanti comparat.* Imbres quem ſuper notas, &c.] *Qui extra conſuetas ripas ſuas diffluit, & propter aquas pluuias excurrit atq; redundat.* Feruet] *Aeſtuat, ſæuit, omnia proſternit.* Ruit] *Fertur in arua furens.* Profundo ore] *Hoc eſt, immenſa copia & ubertate dicendi.* Laurea donandus Apollinari] *Dignus laurea corona tanquam poëta, in qualibet ſcribendi materia excellentiſſimus, ſiue Dithyrambos, ſiue laudes deorum & fortium uirorum, ſiue epitaphia cantare uelit. Hæc enim erat materia & argumẽtum lyricorum carminum antiquis. Id quod etiam ex ipſo Pindaro manifeſtè licet cognoſcere.*

„ *ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι*
„ *Τίνα θεὸν τίν' ἥρωα*
„ *τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν.*
Et apertè docet Horatius in Arte Poëtica:
„ *Muſa dedit fidibus diuos, puerosq́ deorum.*
„ *Et pugilem uictorem, & equum certamine primum,*
„ *Et iuuenum curas, & libera uina referre.*

Nam eodem poëmatis genere poſtea etiam amores & conuiuia deſcribi cœperunt. Quod etiam ab Horatio noſtro fieri uidemus. Seu per audaces noua Dithyrambos uerba deuoluit] *Hoc eſt, ſiue Dithyrambos, id eſt, libros ſeu uerſus in decus Bacchi componit. Eſt enim Διθύραμβος Bacchus, ut etymon Græcanicum ſignificat, παρὰ τὸ δύο, ſeu δὶς θύρας [illegible], ſiquidem bis natus eſt, aut per duas portas in lucem prodijt: Semel ex uentre Semeles, iterum ex Iouis fœmore. Huc quoq; alludens Ouid.*

„ *Satumq́ iterum, ſolumq́ bimatrem*

Bacchum appellat. In huius igitur laudem carmina & uerſus ſcribebant, qui Διθύραμβοι dicebantur, eorundem uerò autores Διθυραμβοποιοί. Numeriſq; fertur lege ſolutis] *Hunc locum doctiſſimè explicat Iodocus Vuillichius in προλεγομένοις, quæ ſcripſit in Artem poeticã Horatij. Compoſiti enim erant (inquit) εὐρύθμως, ut Bacchicorum multiplices flexus facilius exprimerentur. Quare certis pedibus uix adeò erant adſtricti, ut eorum ſepta tranſilire nõ licuiſſet. Id autem poëmatis genus Latini non habent.* Seu deos] *Siue ὑμνόγραφος deorum laudes componit.* Regeſq;] *Hoc eſt, encomia herôum & principum maximè uictorum cantat: ſcripſit enim Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia, in quibus fortes & ſtrenuos reges atq; præclaros uiros celebrat, & laudibus ad cælum euehit.* Deorum ſanguinem] *Fingit reges à dijs natos, ut ſignificet eorum prudentiam, iuſtitiam, & fortitudinẽ, quia proles imitatur plerunq; naturam eorum, à quibus orta eſt, ut Virgil. teſtatur:*

„ *Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hædos,*
Et Horatius:
„ *Fortes creantur fortibus, & bonis.*

Per quos cecidere iuſta morte Cẽtauri] *περιφραστικῶς aliquot regum nomina, quos deorum ſanguinem uocauit, deſcribit.* Cecidere iuſta morte Centauri] *Herculis eſt περίφρασις, qui Centauros, homines incontinentes & feroces, à Pholo hoſpicio ſuſceptus, interfecit. Cùm enim Pholus uini amphoram à Baccho ſibi ea conditione donatam, ut tum uinũ hoc depromeret, cùm Hercules adeſſet, in honorem Herculis hoſpitis releuiſſet, Centauri tam præſtantis uini deſyderio moti, impetum in ædes Pholi fecerunt, quo territo, Hercules fortiter pro hoſpite pugnans non ſolùm eos repreſſit, ſed multos etiam occidit. Eius rei ipſe apud Ouidium ſic meminit:*

„ *Nec mihi Centauri potuére reſiſtere.*

Cecidit tremendæ flamma] *Bellerophontem intelligit, Neptuni filium, qui accepto à patre Pegaſo equo, Chimæram, triforme monſtrum Lyciæ, domuit. Hunc tamen Homerus lib. 6. Iliad. Glauci filium fuiſſe ſcribit, adoleſcentem formoſum & robuſtum.*

„ *αὐτὰρ Γλαῦκος ἔτικτεν ἀμύμονα Βελλεροφόντην.*
„ *Τῷ δὲ θεοὶ κάλλος τε καὶ ἠνορέην ἐρατεινὴν ὤπασαν.*

Flamma Chimæræ] *Efflabat enim hoc monſtrũ ignes. Homer.*

„ *Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.*

Siue quos Elea] *Siue carminibus celebrat eos, qui ex Olympicis certaminibus uictoriam reportârint.* Elea] *Nam iuxta Piſam & Elidem, urbes Achaiæ, magno totius Græciæ concurſu ludi Olympici celebrabantur. In Achaia atq; Elide (inquit Mela) quondam Piſæ Oenomai, Elis, & numen delubrumq́ Olympij Iouis, certamine Gymnico, & ſingulari ſanctitate, ipſo quidem tamen ſimulachro, quod Phidiæ opus eſt, maximè nobile.* Palma] *Hoc eſt, uictoria, prouerbiali ſchemate. Neq; enim palma per ſe uictoriam, inquit Eraſmus, ſignificat, ſed arborem ἀειθαλόφυλλον, id eſt, perpetuò uirentem frondibus, quam Græci φοίνικα uocant. Cur autẽ ab hac potiſſimùm ſumpta ſit metaphora, illud arbitror in cauſſa fuiſſe, quemadmodum in conuiualibus quæſtionibus, refert Plutarchus, hæc una fuerit communis omnium ſacrorum certaminum corona, cùm alioqui ſinguli ludi peculiares quaſdam arbores, aut herbas haberent, quibus uictores inſigniebantur: Veluti laurum, oleam, myrtum, apium. Hæc ille. Gellius propterea in certaminibus palmam ſignum eſſe uictoriæ, quoniã ingenium eiuſmodi ligni eſt, ut urgentibus, opprimentibusq́ non cedat, ex Plutarcho refert.* Cœleſtes] *Victoria enim immortales, et diuinos reddit uictores. Sic Ode prima lib. 1.*

„ *——Palmaq́ nobilis*
„ *Terrarum dominos euehit ad Deos.*

Pugilem'ue equum'ue] *Pollucis & Caſtoris eſt περίφρασις, quorum alterum πυκτικὸν, alterum ἱππόδαμον, faciunt poëtæ. De his latiùs lib. 1. Ode 12. diximus.* Et centum potiore ſignis munere donat] *Quia ſimulachra & ſigna pereunt, poëtarum uerò carmina ſempiternam rerum præclarè geſtarum memoriam retinent, teſte etiam Ouidio:*

„ *Scindentur ueſtes, gemmæ frangentur, & aurum,*
„ *Carmina quam tribuent, fama perennis erit.*

Vel quòd multò præſtantius ſit, uirtutum & animorũ extare imagines, quàm corporum effigies relinquere. Id quod etiam prudenter admonet Cicero, pro Archia: An, cùm ſtatuas, inquit, & imagines non animorum ſimulachra, ſed corporum, ſtudioſè multi ſummi homines reliquerunt: conſiliorum relinquere ac uirtutum noſtrarũ effigiem, nònne multò malle debemus, ſummis ingenijs expreſſam & politam? Flebili ſponſæ iuuenem'ue, &c.] *Siue luctus & lamentationes deſcribit, hoc eſt, epicedia, epitaphiaq́ canit.* Et uires animumq;] *Hoc eſt, animi & corporis uirtutes pueri rapti ad cælum extollit.* Nigroq; inuidet Orco] *A morte ſuis laudibus uindicat.* Multa Dircæum leuat, &c.] *Elegantiſſimè Pindarum cygno per aëra uolanti, ſe autem api humili comparat, & ſumma modeſtia ſeipſum deprimit, ac Pindarũ extollit.* Dircæum] *Thebanum, à Dirce, fonte Bœotiæ Thebis proximo.* Apis Matinæ] *Venuſinæ. Nam Matini populi Venuſinis ſunt confines, autore Plinio.* Grata thyma] *Eſt enim thymum apibus gratiſſimum, floret circa ſolſtitia cùm & apes decerpunt, & augurium mellis eſt. Prouentum enim ſperant Apiarij largè floreſcente eo. Mel aptiſſimum exiſtimatur è thymo, coloris aurei, ſaporis gratiſſimi. Hæc Plin. lib. 11. & 21.* Per laborem plurimum] *Quia multum operæ ac laboris hoc animalculum in comportandis floribus ac cibis conſumit.* Operoſa] *Laborioſa, plena laboris, multarum operarum. Cicero ad Q. Frat. Scribebam illa πολιτικά ſpiſſum ſanè opus & operoſum.* Paruus] *Humilis: refertur ad figuram & characterem carminis.* Concines maiore poëta, &c.] *Hortatur Antonium, ut ſecum laudes Auguſti, tanquam poëta facundior canat.* Maiore plectro] *Sublimiore & grandiore ſtylo.* Quandoq; trahet] *Quando de uictis Sicambris triumphabit.* Per ſacrum cliuum] *Per cliuum Capitolinum. In Capitolium enim frequens per ſacrã uiam aſcenſus erat, per quam triumphalis pompa, captiua præda & hoſtium ſpolia, ſubactis gentibus, & nationibus domitis, ſolenni apparatu triũphi die procedebant. Autor Alex. Neapol.*

Meritã

Merita decorus fronde] *Laurea corona meritò ob res feliciter & ſtrenuè geſtas exornatus.* Feroces Sicambros] *Sicambri populi Germaniæ fuerunt transrhenani, quos Gelrhenſes hodie appellamus. Hi etiam nunc inter Moſam & Rhenum, oppida, uicos, & agros poſſident, quorũ pars eſt diœceſis Leodienſis. Hos cum Sueuis & Cheruſcis pariter aggreſſus Druſus, uno bello ſuperauit, ex quos, pecora, torques eorum, ipſosq́ præda diuiſit, & uendidit. Bellum hoc à Druſo auſpicijs Auguſti geſtum ſcribit Liuius, Lucius Florus, & Oroſius. Qui feritatem Sicambrorum ex eo conſiderari poſſe dicit, quòd mulieres quoque eorum, ſi quando præuentu Romanorum inter plauſtra ſua concludebantur, deficientibus telis, uel qualibet re, qua uelut telo uti furor poſsit, paruos filios colliſos humi in hoſtium ora iaciebant, in ſingulis filiorum necibus bis parricidæ.* Quamuis redeant in aurum tempora priſcum] *Quamuis reuertantur aurea illa & optima ſecula, quæ olim ſub Saturno fuerunt, tamen Dij terrarum orbi meliorem Auguſto principem non dabunt.* Concines lætosq; dies, & urbis] *Cantabis dies feſtos, & publicos ludos, ob reditum Auguſti inſtitutos.*

Forumq; litibus orbum] *Videlicet propter ferias, quibus à forenſibus negotijs ceſſabatur. Vel propter ſummam æquitatem & iuſtitiam Cæſaris, qua lites celeriter compoſitæ demmuebantur.*

Tum meæ, ſi quid loquar audiendũ] *Poſt te Antoni, ego quoq; laudes Auguſti, ſi modò aliquid auditu dignũ ſcribo, celebraturus ſum.* Et ô ſol] *Et ego felix recepto incolumi Cæſare canam, ô ſol pulcher, ô laudande, hoc eſt, ô pulcher, & ſummis laudibus euehende dies, quo ſaluus & uictor nobis reuerſus eſt Auguſtus.*

Teq; dum procedis, Iô triumphe] *Per apoſtrophen orationem ad triumphum conuertens, oſtendit totam ciuitatem in triumpho Auguſti exultaturam, & ſæpius acclamaturam, Iô triumphe.* Iô triumphe] *Vox eſt, qua acclamabatur triũphantibus.* Dicemus ciuitas omnis] *Syntheſis eſt, ut in illo* Ouidiano:

„ *Pars uoluc: es factæ. Item:*

„ *Turba ruunt in me.*

Nam in his conſtructio ad intellectum, non ad uocem refertur. Te decem tauri] *Tu Antoni tanquam diues & potens, amplis ſacrificijs, & magnificis ſumptibus uota pro Cæſaris reditu nũcupata perſolues: Ego uerò ueluti pauper, uitulo à uoti ſponſione me liberabo.* In mea uota] *Ad perſoluenda uota, quæ Dijs feci pro ſalute Cæſaris.* Fronte curuatos] *Commendat uituli formam, oſtendens eum habere cornua inſtar lunæ tertia die orientis, & albam maculam in fronte, in cæteris autem corporis partibus eſſe fuluum.* Curuatos ignes tertium lunæ referentis ortum] *Nam luna tertio die à coitu eſt* μηνοειδής, *id eſt, corniculata, ſeu falcata. quam figuram noſtra uitulorum cornua imitantur.* Cætera fuluus] *Quis fuluus ſit color, docet Fronto apud Gellium, his uerbis: Fuluus autem uidetur de ruffo atq; uiridi mixtus, in alijs plus uiridis, in alijs plus ruffi habere. Sic poëta uerborum diligentiſsimus, fuluam aquilam dicit, & iaſpidem, fuluos galeros, & fuluum aurum, & arenam fuluam, & fuluum leonem. Sicq́ Ennius in Annalibus fuluo ære, dixit. Ex omnibus, inquit Thyleſius, maximè lucet fuluus, quẽ multa iactant, orichalcum imprimis, aurum, ipſaq́ etiam ſtellæ.*

THEOD. PVLM. } 2 Iule] *Sic 1. Carm. 12. Iulium ſidus. 4. Carm. 15.*

„ *Edicta rumpent Iulia.* 1. *Sat. 8.*

„ *Iulus, & fragilis Pedacia. Et 1. Epiſt. 3. Iuli Flore.* annotari l. ule. *Lambinus. dijudicet lector.* 3 Pennis] Pinnis, *Lambini nonnulli libri ueteres.* 6 Quem ſuper notas aluere ripas] Cum ſuper notas ſalire ripas, *H.* 7 Feruet] Feruit, *antiquo more, Iacobi Cruquij, uiri doctiſsimi & diligentiſsimi, codex unus.* 10 Dithyrambos] Dithyrambus: *metri genus in honorem Bacchi decantari ſolitum. Vide Turneb. lib. 1. cap. 4. & Annotat. ad uerſum 136. Arte poëtica.* 23 Deducit] Educit, *B.* reducit, *H.G.B. Sic 2. Serm. 3.*

„ —*Claſſem reducere Troia.* 36 Sicambros] Sycambros, *H.G.E.* Sigambros *B.* Sygambros, *Cruquij codices tres.* 49 Teq; dum procedis] Teq; cùm procedis, *H.* Teq; dũ procedis, *G.E.B.* 58 Ortum] Orbem, *B.*

ANTON. MVR. } 5 Monte decurrens uelut amnis] *Non abſimilis eſt Homerica illa comparatio, qua Vlyſsis orationem hybernis niuibus confert. Iliados 3.*

„ Ἀλλ' ὅτε δὴ ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει,

„ Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν,

„ Οὐκ ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆΐ ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος.

59 Qua notam duxit, niueus uideri] *Talia ſunt illa,*

„ *Et uultus nimium lubricus aſpici: Et illa Theocriti,*

„ —Καλὸς ἰδέσθαι, [illegible] *Et ſimilia.*

GEORG. FABR. } *Eximiè laudat Pindarum, & Antonium hortatur, ad laudes Auguſti Cæſaris carmina heroico ſcribendas: quod ipſe ſit itidẽ Lyrico facturus, & oblaturus ei, pro ſuo cenſu & facultatibus, uictimam. Recenſet hoc loco operum Pindari multorũ nomina atq; argumenta. Scripſit enim* βακχικά, *in quo opere & nouitate uerborum, & uolubilitate numerorum fuit eminens: ſcripſit* παιᾶνας, *in quibus laudes deorum & heroum cecinit: ſcripſit* ὀλυμπιονίκας, *qui libri ſoli ſunt adhuc in manibus: ſcripſit* θρήνους, *in quibus amantiũ diſceſſus aut funera deplorauit: ſcripſit* ἐγκώμια, *in quibus uirtutes & mores uirorum præſtãtium ad cœlum extulit. Hæc præcipua eius opera Horatius nunc commendat.* Imbres Quem ſuper notas aluere ripas] *Id eſt, quem imbres auxerunt uel extulerunt ſuper ripas ſolitas ſi ſequaris lectionem Acronis, & librorum uulgariũ. Legitur in duobus manuſcriptis,* imbres Cùm ſuper notas ſaluĕre ripas *ſenſu magis manifeſto. Veteres dixerunt* ſalire & ſaluĕre, *teſte Priſciano.* Tertium lunæ referentis ortũ] *Manuſcripta, orbẽ ſed ea figura globoſa,*

„ *Tertia cornua lunæ, Virg. 3. Aeneid. Et*

„ *Sextæ cornua lunæ,* Ouid. 8. Met. *dixerunt, non quod cornua tot habeat, ſed tertiæ aut ſextæ diei ortum intelligit. Luna poſt triduũ ſui latibuli aut ſilentij* ταυρόκερως Orpheo, μηνοειδὴς *philoſophis dicitur, in cornua curuata, Plinio, bicornis poëtæ noſtro.*

IOD. BAD. ASCENS. } Pindarum, &c.] *Pindarum celebrãs, ut Mancinellus recitat, inquit.* O Iule] *Scilicet, Antoni.* Quiſquis] *Id eſt, quicunq;* Studet] *Id eſt, conatur* Aemulari] *Id eſt, imitari idem moliendo Pindarum.* Is] *Sup. nititur* Pennis ceratis] *Id eſt, cæra affixis.* Ope] *Id eſt, opera & auxilio.* Dædalea] *Id eſt, ipſius Dædali, qui ſibi & filio Icaro cæra alas affixit.* Daturus nomina ponto uitreo] *Id eſt, uitrei coloris & pellucido, ut fecit Icarus. Nam, ut dicit* Ouid. *Icarus, Icarias nomine fecit aquas. hoc eſt, quia ut Icarus, nimis alta conabitur fruſtratus corruet.* Pindarus feruet & ruit] *Id eſt, præcipitanter in morem torrentis fluit.* Ore profundo] *Velut amnis decurrens* Monte] *Id eſt, deorſum currens de monte.* Quem] *Amnẽ* Imbres] *Id eſt, pluuiæ abundãtes* Aluere] *Sup. id eſt, ita ut trãſcendat.* Ripas notas] *Intra quas ſolitus erat decurrere* Feruet] *Id eſt, cum feruore & æſtu fertur.* Pindarus] *Dicit.* Donãdus] *Id eſt, dignus qui donetur.* Laurea] *Scilicet, corona.* Apollinari] *Id eſt, Delphica, quæ eſt in tutela Apollinis.* Seu] *Id eſt, ſiue* Diuoluit] *Id eſt, uerſat aut cum impetu diffluere facit.* Noua] *Id eſt, inſolita & miranda uerba.* Per dithyrãbos] *Id eſt, Rithmos illos in Bacchi honorem factos.* Audaces] *Id eſt, audacter & feliciter acres.* Et fertur numeris ſolutis lege] *Scilicet, metrica, non tamen rithmica.* Seu canit deos & reges ſanguinẽ] *Id eſt, progeniem deorũ* Per quos] *Scilicet, reges & filios deorũ.* Centauri] *Populi Theſſaliæ ab Hercule Theſeo & Perithoo domiti.* Cecidere iuſta] *Id eſt, merita morte.* Et flãma Chymeræ] *Monſtri aut montis in Lycia* Cecidit] *Scilicet, ope Bellerophontis.* Siue dicit] *Id eſt, canit cum laude.* Pugilem & equũ] *Scilicet, Caſtorem & Pollucem, aut alios uictores Olympici certaminis.* Quos palma] *Id eſt, uictoria palmis donata.* Elea] *Id eſt, apud Elidem merita.* Reducit domũ cœleſtes] *Id eſt, dijs ſuperis pares. unde patet eum locum in prima Ode*

„ *Palmaq́ nobilis* —

„ *Terrarum dominos euehit ad deos. Eſſe intelligendum, non de capitolio, ſed ut illic diximus.* Et donat] *Sup. eos dicendo munere* Potiore centum ſignis] *Id eſt, ſculpturis & imaginibus ad eorũ effigiem* Factis] *Id eſt, quo magis nobiles & immortales efficiuntur, quam ſi centum duxerit ad eorũ effigiem ſigna.* Ve] *Pro uel. ſeu ſup. plorat iuuenem raptum* Sponſæ flebili] *Id eſt, ſiue*

Epita-

Epitaphium componit. Et reducit in aſtra] *Id eſt, in memoriam hominum & agnoſcere facit.* Vires & animum, &c] *Id eſt, pulcherrimos.* Et inuidet] *Id eſt, ſubtrahit* Orco Nigro] *Id eſt, inferis, id eſt, non uult ut uirtus defuncti ſit cum eo apud inferos, hoc eſt æterna obliuione ſepulta, ſed reducit eam ad ſuperos, id eſt, ſic extollit ut immortalis ſit is quem laudat, & cælo dignus habeatur, quicquid ergo horũ attentauit.* O Antoni] *Scilicet, Iule* Multa aura leuat] *Id eſt, extollit* Cygnum Dyrcæũ] *Id eſt, ipſum Pindarum Thebanum ad morem cygni benè canentẽ &* Alte uolantem] *Id eſt, ſublimi ſtylo & ſubtili inuentione utentem, quotiens tendit in altos tractus* Nubium] *Id eſt, diuino ingenio ad ardua canenda effertur.* Ego] *Quaſi dicat, ut quod de me ſentio dicam.* paruus] *Scilicet, reſpectu Pindari.* Fingo] *Id eſt, cõpono.* Carmina operoſa] *Id eſt, non diuini ingenij dexteritate, ſed opera & ſtudio parta, more quo ad qualitatem, & modo, quo ad menſuram.* Apis Matinæ] *Id eſt, Calabræ, hoc eſt, ut apis humilis rorẽ ex imis floribus decerpit, nec ui, ſed ſedulitate & ſtudio fauos fingit ac cellulas ſuas, ſic ego modico ingenio præditus, humilia quidem ſcribo, & quod ingenio non poſſum ſtudio aſſequor.* Tu uerò poëta concines maiore plectro Cæſare] *Scilicet, Auguſtum.* Quandoque] *Id eſt, quandocunq; trahet Sycambros populos Germaniæ.* Feroces] *Scilicet, bello.* Per cliuum ſacrum] *Qui in Capitoliũ ducit.* Et uiens decorus fronde] *Scilicet, laurea.* Merita] *Scilicet, iuſto triumpho.* Quo nihil ſuperiori cohæret] *Quo ſcilicet, Auguſto.* Nihil] *Id eſt, non aliquid.* Fata & boni Diui, non donauère nec dabunt terris] *Id eſt, terrigenis aliquid maius aut melius, ut ſicut Iupiter Optimus Maximus eſt in cœlo, ſic Cæſar in terris. Vnde in Epiſtol.*

„ *Iurandaſq; tuum per numen ponimus aras,*
„ *Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.*

Quamuis tempora redeant in aurum priſca] *Id eſt, in aurea ſæcula, quæ ſub Saturno fuiſſe perhibentur.* Et cócines lætos dies & publicum ludum urbis & forum orbum] *Id eſt, priuatum.* Litibus] *Id eſt, iuſtitium indictũ* Super] *Id eſt, pro reditu.* Forti Auguſti impetrato] *Scilicet, à dijs per multa uota.* Tum] *Id eſt, tunc* Bona] *Id eſt, magna pars* Meæ uocis] *Id eſt, cãtilenæ.* Si ego loquar quid] *Id eſt, aliquid* Audiendum] *Id eſt, dignum ut audiatur.* Accedet] *Id eſt, addetur carminibus tuis.* O ſol pulcher] *Id eſt, ô dies feſtiue, ô* Sol laudande, ego canã fœlix] *Id eſt, exiſtens fœlix.* Recepto] *Scilicet, ex periculis Cæſare, te &* Dum tu ſol procedis] *Id eſt, interea dum tranſigeris.* Nos] *Scilicet, Iulus, ego & omnis ciuitas dicemus* Nõ ſemel] *Id eſt, frequenter.* Io triumphe, Io triumphe] *Quæ uox exultantium præ gaudio eſt, &* Dabimus Diuis benignis] *Scilicet, Auguſti conſeruatoribus.* Thura] *Id eſt, incenſum.* Decem tauri & totidẽ uaccæ] *Id eſt, etiam decẽ* Soluent] *Id eſt, liberabunt ab obligatione uotiua.* Te] *Scilicet, ô Iule, quia diues es.* Et tener uitulus relicta matre, qui iuuenceſcit] *Id eſt, ad iuuentam peruenit.* Largis herbis] *Id eſt, latis & herboſis pratis* In mea uota] *Id eſt, exoluenda uota mea.* Soluet] *Id eſt, abſoluet me à debitis uotis. Iuueneſcit dico* Imitatus fronte] *Id eſt, in cornibus* Ignes curuatos] *Id eſt, ſplendorem curuorum cornuum lunæ referentis* Tertium ortum] *Scilicet, à nouilunio, id eſt, habens cornua ut in luna tertio die à coniunctione apparent.* Imitatus inquam uideri] *Id eſt, ut uideatur niueus* Ea] *Sup. parte.* Qua duxit notã] *Id eſt, ſtellã albam in fronte exiſtens* Fuluus] *Id eſt, aureum colorem imitans.* Cætera] *Id eſt, per cætera membra, aut in cæteris ut Aeneid. 3:*

„ *Conſertum tegmen ſpinis, ac cætera Graius.*

Diligenter aũt deſcribit faciem & colorẽ uituli, ut res uera putetur.

ANTON. MANCIN. } *Pindarum Thebanum nouum Lyricorum principem maximè laudat, quem etiam nulli imitabilem aſſerit: hinc cygno eum comparat, ſe uerò api, Antonium poſtea M. Ant. filium & poëtam celebrat, dicens Cæſaris geſta maiore plectro cantaturum, uota denium perſoluenda ob Auguſti incolumen reditũ memorat.* Pindarũ quiſq.] *Fuit Pindarus Thebis oriũdus. Quũq; Alexãder Macedo Thebas raperet Pindari uatis familiæ, penatibuſq; iuſſit parceretur. ſcribitq; Plin. li. 7. nos plura ſuperiùs in Horat. uita.* Iule ceratis, &c.] *Iulum Antoniũ M. Ant. & Fuluiæ filium ſcribit, cui quidem, ut refert Suet. Auguſtus Iuliã filiam deſponderat. deinde Cotiſoni Getarum regi, quo tempore ſibi quoq; inuicem filiam regis in matrimonium petiſſet. Plutar. uerò ſcribit quòd Octauia M. Antonij uxor, Antonium priuignum ſuũ ex Fuluia genitum, ita Magnum apud Auguſt. Cæſarem fecit, ut poſt Agrippam & Liuiæ filios primas partes obtineret. Meritò ergo Horat. Illum celebrat hunc poſtea, ut ſcribit Tranquillus Aug. ſimulacro Diui Iulij ad quod poſt multas & irritas preces confugerat abreptum interemit.* Opere Dædal.] *Quo pacto Dædalus ſibi, & Icaro filio fabricauerit alas, ſuperiùs patuit.* Daturus] *Vt fecit Icarus à cuius caſu dictum eſt mare Icariũ, qui uolet ergo æmulari Pindarum non gloriam, ſed dedecus potius ſibi ibit. Vitreo ponto uitrei coloris, uel claro & perſpicuo.* Monte decurrens] *Pindarici ſpiritus magnificentiam, & rerum uerborumq; copiam, uelut quoddam eloquentiæ flumen exundanti imbrium copia amni comparat.* Imbres quem] *Ordo eſt: quem imbres aluere ſuper notas ripas.* Profundo ore] *Sententijs grauibus.* Ruit] *Fluit.* Dithyrambos] *Metri genus eſt in Bacchi honorem cæteris rhythmis, uehementius propterea audaces ait.* Noua uerba] *Magna & admirabilia uel ab ipſo Pindaro facta.* Numeris legis ſolutis] *Id eſt, rythmus, qui neq; finem habent certum, nec ullam in contextu uarietatem, ſed quâ cœperunt ſublatione ad poſitionẽ uſq; decurrunt, ut Fabius ſcribit lib. 8. Diomedes item ait, quòd omnis ſtructura conſtat rythmis, & pedibus, & metris. Rythmi certa dimenſione temporum terminantur, & pro noſtro arbitrio nunc breuius arctari, nunc longiùs prouehi poſſunt. Pedes certis ſyllabarum temporibus inſiſtunt, nec à legitimo ſpatio, unquam recedunt. Metra ſunt uerborum ſpatia certis pedum temporibus alligata. Rythmus item eſt uerſus imago modulata, ſeruans numerum ſyllabarum, poſitionem ſæpe, ſublationemq; continens.* Seu deos] *Scripſit enim Pæanas, id eſt, deorum laudes & Apollinis.* Reges] *Laudauit enim in Olympicis Hieronem Siciliæ regem.* Herculem] *Theſeum Perithoum, qui centauros uicerunt, de quibus ſuprà.* Deorum ſan.] *Appoſitio eſt.* Chimæræ] *Quo pacto Bellerophon Chimæram domuerit ſuprà patuit.* Eleæ pal] *In Ode 1. iam dictum eſt.*

„ *Pugilemq; equumq; ue.*

Caſtorem & Pollucem intelligit, de quibus etiã ſuperiùs. Sigoli] *Statuas intelligit.* Munere] *Laudes eorum accipit.* Leuat] *Eleuat.* Dyrcæum cygnum] *Thebanum Pindarũ intelligit à Dyrce fonte.* Matinæ] *De Matinis populis ſuprà eſt.* Operoſa carmina] *Magnæ operæ, magni laboris.* Paruus] *Humilis ingenio.* Per ſacrum cliuum] *Ad arcem Capitolinã cliuus quidem erat publicus, non longè ab eo loco incipiens, ubi pons erat ſublicius, qui iam ſanctæ Mariæ uocitatur, ut aiunt, quo iter ab ianiculo in forũ ducebatur. De quo Ouid. lib. 1. Faſt. inquit.*

„ *Vtq; leuis cuſtos armillis capta Sabinis,*
„ *Ad ſummæ tacitos duxerit arcis iter.*

Inde uelut nunc eſt, per quem deſcenditis, inquit,

„ *Arduus in ualles per fora cliuus erat. Varro ſcribit cliuum publicum ab ædibus plebei publicis, qui eum publicè ædificãrũt. Erat & cliuus proximus ad Florales uſus uerſus Capitolium uetus, quòd ibi ſacellum Iouis, Iunonis, Mineruæ & id antiquius, quam ædes quæ in Capitolio* Sycambros] *Auguſtus Germanos ultra Albim ſubmouit, ex quibus Sueuos & Sycambros dedentes ſe traduxit in Galliã atq; in proximis Rheno agris collocauit, auctor eſt Suet. latius tamen L. Florus ſcribit.* In aurum] *Tempora priſcum. Maro etiam in Bucol. ait.*

„ *Iam redit & uirgo redeunt Saturnia regna.*

Forum litibus] *Iuſtitium intelligit.* O ſol] *O dies.* Teq;] *Ordo eſt. Et te canam dum procedis Io triumphe, tota ciuitas dicemus Io triumphe.* Qua] *Sup. parte.* Notã] *Scilicet, in fronte.* Fuluus] *Color eſt de rufo atq; uiridi mixtus, in alijs nemi plus uiridis, in alijs plus rufi habet. Sic Maro fuluã aquilam dixit, fuluum aurum. Gellius auctor libro 2.*

ODE

ODE III. AD MELPOMENEN.

Γεθλιακή.

Ode III. Dicolos distrophos, ut: Sic te diua potens Cypri.

– – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – ∪ –

ARGVMENTVM IN ODEN III.

Muſis fert acceptum, quicquid tandem, id eſt, quod in literis aſſequutus eſt, quarum beneficio fieri ait, ut aliquis ad poëticũ ſtudium incitetur. & in eo operæpreciũ faciat, & gloriam ſibi comparet, in hoc totus ſit, neq; rei cuipiam alteri ſtudeat, non triumphis Iſthmijs, Eleis, Olympicis, aut eiuſmodi certaminibus.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Docet Horatius, eum qui in ortu ſuo Muſas habuerit fautrices, animum ſuum ad nullum aliud ſtudium adiungere, quàm ad poëticen poſſe, earumq; beneficio & afflatu nobilem fieri poëtam, atq; inuidia maiorem.

COMMENTARIA.

QVEM tu Melpomene ſemel
Naſcentē placido lumine uideris:
Illum non labor Iſthmius
Clarabit pugilem, nō equus impiger
Curru ducet Achaico
Victorem, neq; res bellica Delijs
Ornatum folijs ducem,
Quod regum tumidas contuderit minas:
Oſtendet Capitolio:
Sed quæ Tybur aquæ fertile perfluunt,
Et ſpiſſæ nemorum comæ,
Fingent Aeolio carmine nobilem.
Romæ principis urbium
Dignatur ſoboles, inter amabileis
Vatum ponere me choros,
Et iam mente minus mordeor inuido.
O' teſtudinis aureæ
Dulcem quæ ſtrepitum Pieri temperas.
O' mutis quoq; piſcibus
Donatura cygni, ſi libeat, ſonum,
Totum muneris hoc tui eſt,
Quod monſtror digito prætereuntium
Romanæ fidicen lyræ:
Quod ſpiro, & placeo (ſi placeo) tuum eſt.

ACRON.

QVEM tu Melpomene] *Hac Ode affirmat, qui Muſarum gratiam in ipſis ortus ſui initijs meruerit, cum nulli alij aptiorem rei fore, quàm ſtudio poëtico, & ſubiungit laudes Deorum.* Clarabit] *Notum omnibus fecerit.* Pugilem] *Pugiles athletæ dicuntur, eò quòd pugnis ualeant.* Non equis impiger] *Id eſt, qui nec equeſtri certamine enitescet.* Achaico] *Græco, unde aurigæ famoſi.* Neq; res bellica] *Non futurum militem, ſed poëtam lauro Apollinis coronandum.* Quod regum tumidas contuderit minas] *Quòd uinctos reges in triumphi pompa ad Capitolium ducat. nam & uictores duces lauro coronabantur.* Sed quæ Tybur aquæ fertile perfluunt] *Ac ſi diceret, Non in his omnibus fortibus factis claruerit, ſed deſcriptionibus locorum, uel fluminum per poëticam nobilitatem.* Fingent] *Component, ut:*

" *Os rabidum, fera corda domans, fingitq; premendo.*

Aeolico] *Alchaico.* Romæ principis urbium Dignatur ſoboles] *Auguſtum uel priuignos eius ſignificat, ſiue poſteritatem Romanam, à qua ſe inter poëtas numerandum promittit.* Et iam dente minus mordeor inuido] *Virtute & laude ſe ait maleloquia & inuidiam ſuperaſſe. Salluſtius:* Gloria inuidiam uiciſti. O' teſtudinis aureæ] *Lyra pulchræ, aut dulciſonæ.* Dulcem ſtrepitum] *Muſici fontis.* Temperas] *Aptas, imponis.* O' mutis quoq; piſcibus] *Aut, ô Muſa, quæ potentia tua & muta animalia oblectari facis: aut propter Arionem, quem cithara in mari canentem ſecuti Delphines dicuntur. Virg.*

" *Orpheus in ſyluis, inter Delphinas Arion.*

Sonum] *Dulcedinem cantus.* Muneris] *Beneficij.* Quod monſtror digito] *Hoc eſt, quod cunctis innotui.* Romanæ fidicen lyræ] *Lyricus Latinæ linguæ.* Fidicen *à fidibus, id eſt, chordis, ut:*

" *Threicia fretus cithara, fidibuſq; canoris.*

Si placeo] *Ac ſi diceret, ſi tamen placeo.*

PORPHYR.} Quem tu Melpomene] *Hac Ode ſignat & affirmat ſtudio poëtico debitum, nulli poſſe alij rei uacare. Deinde Deorum ſubiungit laudes.* Curru Achaico] *Id eſt, quadrigali certamine.* Delijs folijs] *Id eſt, laurea corona.* Sed quæ Tybur] *Propriè ad ſeceſſum ſuum referens hoc dicit Horatius. Tyburi enim ferè ocium ſuum conferebat, ibiq; carmina conſcribebat,* Aeolico carmine] *Ita dictum accipe, Vt ſi diceret Lyrico carmine, quia quidam Lyrici, ut Alcæus Aeolide magis dialecto uſi ſunt.* Romæ principis urbium Dignatur ſoboles] *Soboles principis urbium, Nerones uult intelligi, quos Auguſtus priuignos alioquin ſuos loco filiorum diligebat.* Et iam dente minus mordeor inuido] *Hoc uult intelligi de ſe, quod ait Salluſtius:* Gloria inuidiam uiciſti. O' teſtudinis aureæ Dulcem quæ ſtrepitum Pieri temperas] *Ordo eſt:* O' Pieri quæ dulcem ſtrepitum teſtudinis temperas. Romanæ fidicen lyræ] *Id eſt, Lyricus poëta.* Si placeo] *ἐπιτιμητικῶς, ſi placeo, protulit, & ſubaudiendum extrinſecus tamen, ut ſit, ſi tamen placeo.*

CHRIST. LAND.} Quem tu Melpomene] *Quamuis ſolus homo ex cunctis animantibus ſui iuris ſit, propter animi diuinitatem & liberum ſibi à rerum omnium conditore conceſſum arbitrium, tamen non parum in multis rebus intereſt quo ſydere nati ſimus. Nam & ſi nulla ui ſtellarum aut in uirtutem, aut in uitium inuiti trahi poſſimus, niſi noſter accedat aſſenſus, tamen in his quæ corporis & fortunæ ſunt, non inſulsè dixit Iuuen. —Diſtat enim quæ*

" *Sydera te accipiant modo primos incipientem*
" *Edere uagitus, & adhuc à matre rubentem.*

Quinetiam & acumen, & hebetudinem ingenij non minima ex parte dant ſtellæ. Ergo ſi quem à Geneſi ſua Melpomene, id eſt, configuratio illa ſtellarum, unde hæc ſtudia dantur, benignè aſpexerit, hic profectò reliquis ſtudijs cōtemptis, totum ſe Muſis tradet. Quo in loco ſe in Muſas gratum oſtendit poëta cum quicquid in ſe boni habeat, id ab illis eſſe fateatur. Labor Iſthmius] *Labor ſuſceptus in ludis Iſthmijs. Ponit autem ſpeciem pro genere.* Clarabit] *Clarum reddet, uerbum eſt minimè tritum.* Pugilem] *Nā quamuis hæc in ſumma fama ſint, tamen neq; pugillaria, neque equeſtris concertatio illum delectabit.* Achaico] *Id eſt, Græco ſecundùm Acronem, quoniam inde optimi ad huiuſcemodi certa-*

men equi eſſent, uel non diſceſsit ab eo genere ludorum quod poſuerat. nam Iſthmos in Achaia eſt. Neq; res bellica] Id eſt, diſciplina militaris. nam rem pro diſciplina poni iam dictum eſt. Vnde eſt, de re militari, de re agraria dicitur. Erit autem ordo uerborum talis. Illum quem tu ô Melpomene naſcentem uideris placido lumine, non labor Iſthmius Clarabit pugilem, & nõ impiger equus ducet uictorem in curru Achaico, neq; res bellica oſtendet Capitolio ducem ornatum folijs Delijs, id eſt, Phœbeis, id eſt, non ducet triumphantem in Capitolium, quia contuderit tumidas minas regum, id eſt, compreſſerit minantes & ſuperbos reges. Sed aquæ] Id eſt, flumina & nemora, finget illum, id eſt, component & facient. Nobilem] Id eſt, illuſtrem & nobilitatiſsimum. Carmine Aeolico] Id eſt, Lyrico, ea ratione qua dictum eſt. Poſuit autẽ flumina, quæ perfluunt Tybur, quoniam ipſe ea regione delectabatur. Vnde ſupra Tybur Argæo conditum colono: Sint meæ ſedes utinam ſenectæ. Romæ] Oſtendit ab effectu quantum ſibi profuerit benignus aſpectus Melpomenes. Nam & ſi uatem ſe dicere non audeat, tamen affirmat quòd præclara ſoboles Romæ principis urbium enumerat eum inter poëtas. Sobolem autẽ hanc intelligit priuignos Auguſti, & præſertim Germanicum, quem conſtat non ignobilem fuiſſe poëtam, ut ſit ſententia Hectoris Neuiani, ſcilicet, quod gaudeat laudato uiro. Nam magnum eſt quòd à poëta laudetur. Fuerunt autem Auguſti Priuigni Druſus Nero, qui in Germania extinctus eſt, & Germanicus eſt uocatus, qui domi Claudij patris natus eſt. Alter Tyberius Nero quem natum domi ſuæ Auguſtus ſibi adoptauit, & illi in imperio ſucceſsit. Soboles] Quicquid à patre propagatur à ſerendo dicta. Minus] Quia iam incipio inuidiam ſuperare. O' Pyeri] O' Muſa. Eſt enim hæc Pyeris & in uocatiuo remota s, ex Græca cõſuetudine fit Pyeri. Quæ temperas dulcem ſtrepitum] Id eſt, dulcem ſonum. Aureæ teſtudinis] Pulchræ & excellentis teſtudinis. Temperas ſtrepitum] Non ſine ratione dixit. Nam ſonitus teſtudinis, niſi in certum numerum temperaretur, ſtrepitus, id eſt, confuſa uox eſſet & non harmonia. Temperas ſtrepitum, id eſt, temperando ex ſtrepitu uocem facis. O' donatura uocem cygni piſcibus quoque] Id eſt, cuius tanta ſit uis, ut etiam piſcibus qui muti ſunt, poſsit non modo uocem dare, ſed etiam optimam uocem qualem in cygnis audiuimus. Piſces (exceptis paucis) non reſpirant, quia non habent pulmonem, neque fuit opus pulmone ſanguine carentibus quia reſpiratio data eſt animali, ut illa refrigidetur nimis calor ſanguinis in corde. At in piſcibus ſanguis non eſt. Qui autem non reſpirant non poſſunt habere uocem. Ergo piſces mutum pecus dicuntur. Delphini tamen & Balenæ, & quidam magni piſces reſpirant, quia pulmonem habent. Ait Albertus Magnus, & Ariſtoteles in lib. de Animalibus. Totum muneris] Totum hoc quod monſtror à prætereuntibus digito fidicen Romanæ lyræ, id eſt, poëta Lyricus in Romana lingua, & quod ſpiro, id eſt, uiuo, & quod placeo, id eſt, ſi uerum eſt quod placeam, eſt tui muneris, eſt munus mihi à te datum. Quod ſpiro] Id eſt, uiuo, ſed non dixit uiuo, niſi quod ſum in aliqua fama. Nam qui ſine fama degunt illorum uita, morſq;, ut ait Salluſtius, iuxta eſt, quoniam de utraq; ſiletur. Si placeo] Conditionalem adhibuit, ne arroganter de ſe dicere uideretur.

ERAS. ROT. } Mordeor inuido] Quanquam liuor uelut ignis altè petit, eſt tamen omninò aliquid uſq; adeò perfectum & illuſtre, ut eo non poſsit attingere. Quo loci perueniſſe ſeſe gloriatur hic Horatius: Et etiam alibi Inuidia maior. Hæc in prouerbijs Herculei labores. Et: Inimicus, &c. O' mutis quoque] Ἀφωνότερος τῶν ἰχθύων, id eſt, magis mutus ipſis piſcibus, prouerbialis metaphora eſt de uehementer infantibus, atque infacundis. Piſces enim nullam ædunt uocem, exceptis perpaucis, inter quos canis marinus. Cauſam adfert Ariſtoteles quod his neq; pulmo ſit, neq; arteria, neq; guttur.

HERM. FIGVL. } Melpomene] Μελπομένη, una eſt ex nouem Muſis: ſic dicta à μέλπομαι, quod eſt canto. Hæc iuxta Apollonij commentarium inuenit ᾠδάς. Naſcentem] Poëtæ enim natura ipſa naſcuntur, & diuino quodã ſpiritu afflantur. Illum non labor Iſthmius clarabit pugilem] Is qui natus eſt ad ſtudium poëticum, nunquam conabitur ut in ludis Iſthmijs clarus ſit athleta. Cæterùm in Iſthmo Achaiæ iuxta Corinthum in Megarenſium ſinu, delubro Neptuni inclyto, inter Ionium & Aegæum, à conuentu totius Achaiæ profuſis ſumptibus fiebant ludi Iſthmij Qui in honorẽ Melicertæ ſeu Palæmonis, aut Portuni marini Dei, mãſere: quos quidem noctu à principio, mox die celebrari inſtitutũ eſt. Hos enim à Theſeo æmulatione Herculis, qui Olympia inſtituit, primùm inuentos memorant. Hæc Alexander Neapolit. lib. 5. cap. 8. Meminit quoq; horum ludorum Plutarchus in Theſeo. Et Strabo lib. 8. Geograph. Non equus impiger curru ducet] Nec in Olympicis ludis equeſtri certamine uictor erit. Achaico] Nam in Achaia iuxta Elidem Olympij ludi celebrabantur, in quibus præceleres & præcipui erant equi, apud Eleos educati, quibus non ſegnis equorum cura fuit: quippe qui equas finib. eductas mitti faciant, quòd eſſet experimento cognitum, miræ felicitatis prolem inde prouenire. Autor eſt Alexander. Nec res bellica] Nec in militari diſciplina adeò ſe exercebit, ut imperator de hoſtibus uictis triumphet. Delijs ornatum folijs] Apollinea lauro coronatum. Hac enim triumphantes imperatores ornabantur. Quòd regum tumidas] Quòd Barbarorum reges ſuperbos & feroces populi Romani hoſtes deuicerit. Oſtendet Capitolio] Nam triumphantes curru inaurato, quem albi equi trahebant, in Capitoliũ ad templum Iouis Opt. Max. uehebantur. Sed quæ Tybur aquæ] Sed fontibus, riuulis, nemoribus, & receſſu delectabitur, ubi ſcribendis carminibus Lyricis ſe exercens poëta celebris & inclytus euadet. Aeolio] Leſbio, hoc eſt, Lyrico. Romæ dignatur ſoboles] Exemplo ſui probat id, quod dixit. Nam ſe quoq; propter fauorem & gratiam Muſarum, à populo Romano in numerum poëtarum referri ait. Principis urbium] Fuit enim domina & regina cæterarum ciuitatum Roma. Virgilius: Romanos rerum dominos. Et Cicero pro domo ſua: Populus Romanus dominus regũ, uictor atq; imperator omnium gentium. Idem pro Plan. Hic princeps populus, & omnium gentium dominus atq; uictor. Et iam dente minus] Oſtendit ſe uirtutis ſplendore inuidiam & calumniam oppreſsiſſe, & eò loci perueniſſe, quò liuor attingere non poſsit. O' teſtudinis aureæ] Per apoſtrophen ſermonem ad Muſam conuertit, cuius uim & poteſtatem per ἀντίθεσιν declarat, eiq; omnem eruditionem ſuam & nominis famam acceptam fert. Dulcem ſtrepitum temperas] Chordas intendis, & canendi facultatem tribuis. Pieri] Pierides dicuntur Muſæ, à Pieria domo & parente in Macedonia, teſte Mela. O' mutis quoque piſcibus donatura cygni ſonum] Per contraria potentiam Muſæ mirè amplificat. Videtur enim impoſsibile oloris cantum ſuauiſsimum poſſe tribuere piſcibus, qui adeò ſunt muti, ut eorum ἀφωνία iam in prouerbij conſuetudinem uenerit, qua hominem immodicæ taciturnitatis, magis mutum, quàm piſcem dicimus. Piſces enim nullam ædunt uocem, ut monet Eraſmus, exceptis perpaucis, inter quos canis marinus. Quòd monſtror digito prætereuntium] Quòd ego inſignis, & inter Latinos princeps ſum Lyricus poëta, hoc tu mihi dediſti. Vult autem ſignificare, bonarum literarum ſtudia parere illuſtrem famam, & æternam gloriam, quam Romani ueluti fructum uirtutis, & rerum præclarè geſtarum mercedem expetebant. Si placeo] Hoc modeſtiæ ac uerecundiæ cauſa ſubiungit, ne ſibi nimium arrogare uideatur.

THEOD. PVLM. } 10 Perſonant] Præſonant, H.G.B. Perſonant, E. in quo etiam ſuprà adſcriptum fuit, præſonant. 14 Soboles] H. quo modo ſcribit Feſtus. ſoboles, G. E.B. 17 O' teſtudinis aureæ] imitatione Pindari dictum eſt, apud quem pulcherrimum poëma ſic incipit, χρυσέα φόρμιγξ, id eſt, pulcra. Turneb. lib. 24. cap. 35.

GEORG. FABR. } In ortu Pindari finguntur Muſas cecinisse, in ortu ſuo affuiſſe Melpomenen Horatius teſtatur, cui ſua omnia fert acceptum. Sumpta materia eſt de Aſtrologorum inſtitutionibus. Sed quæ Tybur aquæ fertile perfluunt] Ita in Aldino, in alijs præfluunt, quod Lambinus annotauit: in alijs profluunt. Aldina lectio melior uidetur: nam Anienis cataracta in urbe Tiburi eſt, prope Sibyllæ templum. Vt ſit, quæ aquæ per Tybur fluunt. quomodo Virgil. 12.

„ *Magnas domini cùm diuitis ædes Peruolat.*
Hoc eſt, per ædes uolat.

IOD. BAD. ASCENS. } Quem tu] *Quia ut Propertius dicit.*

„ *Naturæ ſequitur ſemina quiſq; ſuæ:*

ut ſe ad poëticam natum aſſerat, dicit ad Muſas natum in nulla alia re gloriam quæſiturum, ſe uerò quicquid in Muſica laudis obtinuerit, Muſis acceptum ferre fatetur, dicens. O' Melpomene, dulce canens Muſa. Illum quem tu naſcentem] *Id eſt, dum naſceretur.* Videris] *Id eſt, aſpexeris.* Semel] *Scilicet, in horoſcopo.* Placido lumine] *Id eſt, benigna influentia.* Non labor Iſthmius] *Id eſt, agon Iſthmiorum certaminum.* Clarabit] *Id eſt, clarificabit pugilem, quia pugil non erit.* Non etiam equus impiger] *Id eſt, ſtrenuus.* Ducet illum uictorem curru Achaico] *Id eſt, apud Piſam in Elide regione Achaiæ.* Neq; res bellica oſtendet Capitolio] *Ad quod triumphantes ducuntur, illum exiſtentem ducem ornatum.* Folijs Delijs] *Id eſt, lauro Delphica.* Quod] *Id eſt, quia.* Contuderit] *Id eſt, uiolenter ſuppreſſerit.* Tumidas minas regum] *Scilicet, tumidorum priuſquam uincerentur.* Sed quæ] *Arguté docet ſe à Melpomene aſpectum in Geneſi ſua dicens.* Sed aquæ quæ præfluunt Tybur fertile, & comæ] *Id eſt, frondes nemorum.* Spiſſæ] *Id eſt, denſæ.* Fingent] *Id eſt, efficient, ſup. me.* Nobilem carmine Aeolio] *Id eſt, Leſbico, hoc eſt, Alchaico.* Soboles Romæ Principis] *Scilicet, quæ eſt princeps urbium, dignatur ponere me inter amabiles choros uatum.* Et mordeor iam] *Id eſt, indies.* Minus dente inuido] *Id eſt, incipio inuidiam gloria ſuperare.* O' Pyeri] *Id eſt, Muſa in Pyerio antro genita.* Quæ temperas] *Id eſt, moderaris dulcem ſtrepitum.* Teſtudinis] *Id eſt, cytharæ aureæ, quaſi Alcheum donandum cenſuit.* O' donatura] *Id eſt, quæ poſsis donare.* Si libeat ſonum cygni] *Id eſt, dulciſsimum cantum.* Quoq;] *Id eſt, etiam piſcibus.* Mutis] *Id eſt, nullam uocem nec pulmonem habentibus.* Totum hoc eſt tui muneris] *Id eſt, beneficij.* Quòd monſtror] *Id eſt, dicor, dum monſtror digito prætereuntium.* Fidicen Romanæ lyræ] *Quaſi de ſe ſentiat, quod Quintilianus cenſuit, ſolùm ſe dignum inter Lyricos Romanos qui legatur.* Tuum eſt etiam quod ſpiro] *Id eſt, reſpiro & uiuo, quia ob carminis artem Auguſto reconciliatus eſt.* Et quod placeo] *Scilicet, Auguſto, Mecœnati & cæteris, quòd ne arroganter uideatur dixiſſe, addit, ſi placeo.*

ANTON. MANCIN. } *Probat quemcunq; naſcentem Melpomene placido lumine uiderit, nulli rei uacaturum præterquam poëticæ, indeq; nobilem fieri: uti & ſibi accidit. Qui quidem ab Romanis inter uatum choros ponebatur. Cumq; digito etiam monſtraretur uiueret, & placeret Melpomenes munus & beneficium eſſe aſſerit.* Quem tu] *Ode eſt ſimilis 3. de Melpomene autem legito Ode 24. lib. 1.* Labor Iſthmius] *Iſthmos dicitur terra anguſta inter duo maria, ut inter Aegæum & Ionium ubi ſita eſt Corynthus, ibi autem Iſthmia celebrabantur. Ludi quidem in honorem Neptuni. Vtq; lib. 8. ſcribit Strab. Iſthmo emporium imminebat locus negociatoribus frequentatus, qui exiſtit duorum portuum dominus, quorum alter Aſiæ, alter autem propinquus eſt Italiæ: illuc in Iſthmicorum celebratione ludorum multitudo conuenarum concurrebat. In Iſthmo Neptuni quem Iſthmium uocabant templum imminebat, picearum arborum luco circumcluſum. ubi ludos Iſthmios decertatos Corynthij celebrare ſoliti ſunt.*
Clarabit] *Clarum faciet.* Pugilem] *Pugiles Athletæ dicuntur, quia pugnis ualeant.* Curru Achaico] *Currule certamen intelligit in Piſea regione apud Elidem, de quò latiùs Ode prima.*
Delijs folijs] *Delphica lauro, qua triumphantes coronabantur, de qua latiùs ſuprà.* Aquæ] *Apud quas ſolent poetæ componere.*
Aeolio carmine] *Id eſt, Leſbio & Alcaico, ut ſuprà diximus.* Romanæ ſoboles] *Id eſt, Romana ſtirps & populus ipſe.* Minus] *Hoc erat populi fauore, & quia gloria inuidiam ſuperarat.*
O' Pyeri] *O' Muſa Melpomene. Pyerides enim dictæ ſunt Muſæ à Pyerio monte, ut latiùs ſuprà eſt.* Donatura ſonum] *Hoc ait, quòd Melpomene à melodia dicitur, qua audientes demulceantur. μέλπω autem & μέλπομαι canto ſignificat.*

ODE IIII. DRVSI LAVDES.

Προσφωνητικὴ, ἐγκωμιαστική.

Ode IIII. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪ – ∪
– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – –

ARGVMENTVM IN ODEN IIII.

Druſum Germanicum, in cuius gratiam hunc librum ſcripſit, commendat multis nominibus, nam illum Rhætos Vindelicos, gentem ferociſsimam inuaſiſſe ait, perinde atq; aquila, uiſam prædam inuadere ſolet. Hoſtes autem eo uiſo, & ſi aſperrimi eſſet, ita trepidaſſe, ut caprea uiſo leone in ſe irruente. Commendat & à parentibus, & inſtitutione. nam hoc partim deberi, ait Auguſto, cuius diſciplina & educatione ad tantam uirtutem peruenerunt, partim Claudiorum, ex qua natus eſt familia, ſed maximè bonis diſciplinis, quid autem præſtiterit ea familia, uel unus Claudius Nero ſatis declarauit, quum apud Metaurum fluuium, Haſdrubalem cum ingenti exercitu, tanta dexteritate fudit, ut frater Hannibal, qui uicinus erat non ſenſerit, niſi proiectum caput Haſdrubalis ante eius pedes, uictoria Pop. Rom. rem penè deſperatam reſtituit, fugato tandem Hannibale ex Italia.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Druſum Germanicum, Auguſti Cæſaris priuignum, iuuenem fortiſsimum, & multis modis commendabilem hac Ode celebrat. Nam primò comparans cum aquilæ & leoni, animi excelſi magnitudinem & robur laudat: deinde ab indole, educatione, parentum fortitudine & doctrina ipſum commendat: poſtremò eiuſdem maiorum res feliciter geſtas, & benemerita in Rempub. commemorat.

COMMENTARIA.

ACRON.

QVALEM miniſtrum] *De Druſo hæc Ode ſcripta eſt, propter quam & quartum librum contra diſpoſitionem fecit, in Laudem Druſi Neronis, priuiuigni Auguſti Cæſaris, filij Neronis, quem ob inſigne uirtutis Aquilæ comparauit.* Alitem] *Aquilam, quam & regînam auium uolunt, ut:*

„ *Pedibus rapuit Iouis armiger uncis.*

Ideò autem tutelæ Iouis dicitur deputata, quia proſperum auſpicium eius, aduerſum Titanas pugnaturus, accepit. Flauo] *Rubeo.* Nido laborum] *In metaphora Aquilæ perdurauit, dicendo nidum laborum, pro familia nobilium, & uirtutum do-*

mo. Vernisque] *Vt:*

" *Ruit imbriferum uer.*

Inſolitos docuere niſus] *Inconſuetum niſum, ad primos uolatus Aquilæ, adhuc aërem & uentos timentis.* Mox in ouilia Demiſit] *Solitam uiribus & uolatu continuo ad prædam prodire, ut:*

" *Fulua draconem Fert aquila.*

Egit amor dapis, atque pugnæ] *In agno imbelli, dapis: in dracone, pugnæ.* Qualemue lætis capreæ paſcuis] *Qualem, inquit, leonem primæ iuuentæ caprea timens, talem Druſum hoſtes uidere.* Dente nouo] *Adhuc inconſueto ad prædam.* Videre Rhæti bella ſub Alpib.] ὑπερβατὸν longũ, *ſuperiori ſenſui reſpõdet. Qualem aquilam uel leonem imbellis præda, talem Druſum uidere, Rhæti Vindelici, barbarorum gentes.* Nec ſcire fas eſt omnia] *Id eſt, licet aliqua ignorare.* Sed diu lateq; uictrices] *Hoc ſolum, inquit, mihi dicere ſatis eſt, quod Rhæti diu potentes, & uictores à Druſo adhuc puero ſuperati ſunt.* Senſere] *Probauére uirtutem & inſtitutionem Romanam.* Indole] *Aetas, indicium futuræ probitatis.* Fauſtis] *Fœlicibus, cuſtodia uirtutum.* Paternus] *Vt,*

" *Et pater Aeneas.*

In pueros animus] *Duo fuerunt Nerones, priuigni Auguſti, quorum unum in domo Tiberij Claudij Neronis mariti Liuia peperit, alterum in utero ad Auguſtum attulit. Horum altero in Germania morbo abſumpto, alter adoptatus Auguſto, ſucceſſor principatus eius fuit, & uocatus eſt Tiberius Cæſar.* Fortes creantur fortibus] *Filios à parẽtum nomine degenerare uirtute.* Eſt in equis patrum Virtus] *Vt:*

" *Continuò pecoris generoſi pullus, in aruis*

" *Altius ingreditur.—*

Promouet] *In melius augẽt.* Inſitam] *Naturalem.* Rectiq; cultus] *Bona inſtitutione reddi bonum naturale perfectum, quæ ſi deſit bene nata deprauari pectora: in laudem Auguſti dictũ, in cuius domo Nerones educati diſciplinã acceperẽ uirtutum.* Roborant] *Confirmant.* Vtcunque] *Vbicunq;.* Indecorant] *Indecora faciunt.* Teſtis Metaurum flumen] *Metaurus fluuius eſt, de Piceni prouincia oriẽs, in Flaminiam decurrens, quæ regio Gallia dicebatur, iuxta hunc fluuium Claudius Nero Conſul, cum Saluatore collega ſuo, Haſdrubalem Hannibalis fratrem in Italiam auxilio fratri magnum exercitum deducẽtem ita deuicit & interfecit, ut nec profectum ex caſtris conſulem Hannibal, dum in conſpectu caſtra mouiſſet, nec reuerſum ante cognoſceret, quàm fratris caput ante caſtra proiectum, & de exercitu eius Pœnos captiuos uidiſſet, quo bello ſupra quinq; & quadraginta millia in Haſdrubalis exercitu cæſa ferũtur.*

QVALEM miniſtrum fulminis alitem,
Cui rex Deorum regnum in aueis uagas
Permiſit, expertus fidelem
Iupiter in Ganymede flauo,
Olim iuuentas, & patrius uigor
Nido laborum protulit inſcium,
Vernisq; iam nimbis remotis,
Inſolitos docuére niſus
Venti pauentem: mox in ouilia
Demiſit hoſtem uiuidus impetus:
Nunc in reluctanteis dracones
Egit amor dapis, atq; pugnæ:
Qualemue lætis caprea paſcuis
Intenta, fuluæ matris ab ubere
Iam lacte depulſum leonem
Dente nouo peritura uidit:
Videre Rhæti bella ſub Alpibus
Druſum gerentem & Vindelici: quibus
Mos unde deductus per omne
Tempus Amazonia ſecuri
Dextras obarmet, quærere diſtuli.
(Nec ſcire fas eſt omnia) ſed diu,
Lateq; uictrices cateruæ,
Conſilijs iuuenis reuictæ
SENSERE, quid mens ritè, quid indoles
Nutrita fauſtis ſub penetralibus
Poſſet, quid Auguſti paternus
In pueros animus Nerones.
FORTES creantur fortibus, & bonis
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam:
DOCTRINA ſed uim promouet inſitam,
Rectiq; cultus pectora roborant:
Vtcunq; defecere mores,
Indecorant bene nata culpæ.
Quid debeas ô Roma Neronibus
Teſtis Metaurum flumen, & Haſdrubal
Deuictus, & pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris,
Qui primus alma riſit adorea:
Dirus per urbes Afer ut Italas,
Ceu flamma per tędas, uel Eurus
Per Siculas equitauit undas.
Poſt hoc ſecundis uſq; laboribus
Romana pubes creuit, & impio
Vaſtata Pœnorum tumultu
Fana Deos habuere rectos.
Dixitq; tandem perfidus Hannibal:
Cerui luporum præda rapacium
Sectamur ultrò, quos opimus
Fallere, & effugere eſt triumphus.
Gens, quæ cremato fortis ab Ilio
Iactata Thuſcis æquoribus, ſacra,
Natosq;, maturosq; patres
Pertulit Auſonias ad urbeis.
Duris ut ilex tonſa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido,
Per damna, per cædes, ab ipſo
Ducit opes, animumq; ferro.
Non Hydra ſecto corpore firmior
Vinci, dolentem creuit in Herculem:
Monſtrumue ſummiſere Colchi
Maius, Echioniæue Thebæ.
Merſes profundo, pulchrior euenit:
Luctere, multa proruet integrum

Tenebras] *Tenebras pro Afrorum terrore dixit.* Qui primus alma riſit adorea] *Adorea laus publica dicebatur, eò quòd uictores à uictis adorarentur.* Ceu flamma per tædas] *Poſt cladem fratris, fugam deſcribit Hannibalis.* Secundis uſq; laboribus] *In laudẽ Druſi (qui de Neronis genere deſcendit) commemorat, ex quo Haſdrubal occiſus eſt, à Nerone, & Hannibalem iam marcidum fuiſſe, & creuiſſe Romanos.* Tumultu] *Clamore bellico, ut:*

" *Ille etiam cæcos inſtare tumultus Sæpe monet.*

Deos habuére rectos] *Ita dij propitij, recti: ut auerſi, irati dicebantur, ut:*

" *Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.*

Perfidos] *Quia ipſius inſtinctu, poſt primum bellum, fractis pacis conditionibus, in bellum reditum eſt.* Cerui luporum] *Quaſi Hannibalis fugientis orationẽ fingit ad milites ſuos, qui dicat: Pugnamus contra eos, quos ſi euaſerimus, pro triumpho habendum. Ideò autem lupis comparauit Romanos, quia author nominis eorũ, à lupa nutritus eſt.* Gens quæ cremato fortis ab Ilio] *Tanquam gens Romana per damna & cædes creuerit, ideò exemplum Troiæ posuit, à qua oriundus eſt, ut:*

" *Quos nulla fatigant*

" *Prælia, nec uicti poſſunt abſiſtere bello.*

Sacra] *Deos penates, de quibus Virgil.*

" *Hos cape fatorum comites.*

Natosq; maturosq; patres] *Vt:*

" *Aſcanium Anchiſenq; patrem*

" *Teucrosq; penates:*

Quibus liberatis Aeneas ad Italiã uenit. Tonſa] *Cæſa.* Feraci] *Fertili.* Per damna, per cædes] *Ilex enim cæſa ferro, melius pullulat.* Non Hydra ſecto corpore firmior] *Exemplo ilicis ramorum, damno melioris Hydræ etiam, quæ exciſis ſub Hercule ſerpentum capitibus numeroſior excreſcebat. Laudat Romanos bellorum damnis meliores ſemper effectos. Colchorum quoq; eos monſtro comparat, ubi ſatis draconis*

dentib

Cum laude uictorem, geretq́;
Prælia coniugibus loquenda,
Carthagini iam non ego nuntios
Mittam ſuperbos: occîdit, occîdit
Spes omnis, & fortuna noſtri
Nominis, Haſdrubale interempto.
Nil Claudiæ non efficient manus:
Quas & benigno numine Iupiter
Defendit, & curæ ſagaces
Expediunt per acuta belli.

dentibus, armati de terræ ſulcis uiti egreſſi ſunt, quos Iaſon Medeæ arte ſuperauit. Simile & aliud exemplum draconis Thebani, quem Cadmus occîdit, cuius ſatis dentibus armati prodierunt, ex quibus aliquos in ſocietatem condendæ urbis Cadmus dicitur aſciuiſſe. Echyoniæ'ue Thebæ] *Ab Echyone conditæ, qui fuit pater Penthei, gener Cadmi.* Merſes profundo] *Si merſaueris Romanum, fortior fit, ita autem hoc uerbum declinatur, merſo, merſas, ut:*

» *Fluuio merſare ſalubri.*

Pulchrior euenit] *Exiſtit.* Multa] *Pro multum.* Proruet] *Euertet, euincet, ut:*

» *Proruit inſano contorquens uertice ſyluas.*

Integrum] *Ante non uictum. Senſus eſt, Si Romanum prouocaueris ad contentionem, quamuis multorum uictor eris, facilè ab illo ſuperaberis.* Coniugibus loquenda] *Aut pro laude uictoriæ referenda coniugibus, aut pro maritorum uirtute coniugibus narranda.* Carthagini iam non ego nuncios Mittam ſuperbos] *Adhuc uelut quaſi Hannibalis uerba ſunt, tamen iuxta hiſtoriæ fidem uiſo Haſdrubalis capite, in hæc dicta Hannibal dolore dicitur erupiſſe. Agnoſco te fortuna Carthaginis.* Fortuna noſtri nominis] *Dicit ſe fortunam fallacem agnouiſſe.* Nil Claudiæ non efficient manus] *Iam hic poëta loquitur Druſum Neronem ſignificans.* Curæ ſagaces] *Id eſt, optima Auguſti conſilia.* Expediunt per acuta belli] *Id eſt, per dura prælia.* Expediunt] *Id eſt, finiunt.*

PORPHYR. } Qualem miniſtrum fulminis alitē] *Hæc eſt Ecloga propter quã, ut ſuprà oſtendimus, totus hic liber cõpoſitus eſt. Scripta eſt ergo in Neronẽ Druſum priuignum, & ſuccesſorem Auguſti, qui Rhætos Vindelicos bello uicit. De imperio autem principis huius duplicem facit comparationem, nam Druſum ait tanto uigore atq; impetu hoſtes Vindelicos inuaſiſſe, quanto ſolet aquila in rapinam irruere primùm auium, mox corroborato uigore etiã draconum, ipſos autem hoſtes ita conterritos eſſe belligerantis Druſi uirtute, ut caprea uiſu leonis in ſe irruentis.*

Quibus mos: Vnde deductos per omne Tempus Amazonia ſecuri Dexteras obarmet, quærere diſtuli] *Hi Vindelici ab Amazonibus eiecti è ſuis ſedibus, ex Thracia in exilium ſe contuliſſe aliô, iisq; iugis inſediſſe dicũtur, & quòd potiſſimùm in ſe tela, ſecureiq; Amazonum experti fuerint, ipſos uſum earum in bello accepiſſe.* Nec ſcire fas eſt] *Senſus eſt:* Fas eſt nõ omnia ſcire, *id eſt, licet aliquid ignorare.* Conſilijs iuuenis repreſſæ] *Eô pertinet, quòd latè uictrices, dixerat.* Quid indoles Nutrita fauſtis ſub penetralibus] *Quia non poteſt Druſum laudare nunc, ut filium Auguſti, ab eo educatum, inſtitutumq́; dicit.* Quid Auguſti paternus in pueros animus Neronis] *Duo fuerant Nerones priuigni Auguſti. Quorum alterum in domo Tiberij Claudij mariti prioris Liuia peperit, alterum utero ad Auguſtum attulit. Horum alter in Germania morbo extinctus, alter adoptatus ab Auguſto, ſucceſſor principatus eius fuit, uocatusq́; eſt Tiberius Cæſar.* Nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam] *Prouerbialis ſentẽtia.* Doctrina ſed uim promouet inſitam] *Inſitam, innatam atq; ingeneratam. Significat ergo uirtutem à parentibus ingenerari, inſtrui uerò doctrinæ diſciplina.* Rectiq; cultus pectora roborant] *Recti genitiui caſus, numeri ſingularis, huius recti. Cultus numeri pluralis, caſus nominatiui, hi cultus. Senſus eſt aũt:* Colendo rectũ pectora corroborantur. *Et rectum abſolutè accipe, pro æquo ac iuſto.* Vtcunq;] Quandocunq;, *ſicut apud hunc poëtam ſæpè diximus.* Indecorant] *.i. indecora faciunt, ac per hoc dedecorant ſignificat.* Bene nata culpæ] *Abſolutè dicitur. Senſus ergo eſt:* Honeſta natalium generoſitas culpa dedecoratur, niſi digna hæc diſciplina proſequatur. *Totum aũt propter Auguſtum dicitur, in cuius domo Nerones uidentur diſciplinã uirtutis accepiſſe.* Quid debeas ô Roma Neronibus, Teſtis Metaurum flumen, & Haſdrubal] *Metaurus amnis Galliæ eſt, iuxta quẽ Nero conſul, cũ Salinatore collega ſua Haſdrubalẽ, Hannibali fratri ſuo magnum exercitũ adducentẽ, deuicit, cæſis ſuprà quinq; & quadraginta millibus.* Teſtis Metaurum flumen] *Metaurus dicitur nõ Metaurum, ſed flumen nomine hoc figurauit, ut alibi:*

» *Aut flumen Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.* Et Salluſtius: *Nomenq́; Danubium habet, ut ad Germanorum terras aſtringit.* Qui primus alma riſit adorea] *Adorea laus bellica dicitur fortaſsis, quod adorandi ſunt, qui laudem ex bello reportant. Riſit ergo Romanis accipiendũ.* Et impio Vaſt. Pœn. tumul. Fana deos hab. rect.] *Et hi, inquit, quorũ templa in Italia à Pœnis uiolata ſunt, inde recti eſſe cœperunt pro Romanis, aduerſus eos agẽtes.* Sectamur ultrò] *Sectamur quos bello petimus Romanos, quorũ manus ſi effugerimus, gaudere debemus, ſimilesq́; in hoc ſumus ceruis, qui ultrò lupos inſectantur, quos alioquin fugere debebant.* Duris ut ilex tonſa bipennib. Nigræ feraci frond. in Alg.] *Ordo eſt:* Vt ilex nigræ eſt frondis in Algido feraci duris bipennib. tonſa. *Senſus aũt hic eſt:* Vt ilex quanto magis ſecuribus ceditur, tanto corroboratur magis ac reuiuiſcit, ita Romani per damna cædis ſuæ fortiores effecti ſunt. Nigræ frondis] *.i. uiridis, umbroſæ.* Non Hydra ſecto cor. fir.] *Opportuna comparatio, quia Romanos uult intelligi cæde ſui potentiores fieri.* Monſtrum'ue ſummiſere Colchi Maius &c.] *Vbi armatorũ ſeges exiliuit. Hoc aũt intelligi uult mirabile eſſe, nõ deeſſe Romanos tot bellorum cladibus acceptis.* Geretq; prælia coniug. loq.] *Vtrũ quæ ipſi Romani milites apud coniuges ſuas oſtentent, an quæ coniuges eorũ de maritis ſuis prædicent.* Occîdit] *Occidit ſpes omnis, & fortuna noſtri nominis Haſdrubale interempto. Hæc reuera frequenter dicitur dixiſſe Hannibalem, cùm caput fratris ſui Haſdrubalis uidiſſet, quod Nero de induſtria allatũ ex Gallia ante caſtra eius, nihil adhuc ſcientis de hac cæde, projci iuſſerat.* Nil Claudiæ nõ perficient manus] *Hæc iam poëtæ uerba ſunt, non adhuc Hannibalis.* Et curæ ſagaces Expediunt per &c.] *Abſolutè dicuntur ea, quæ ſunt in bello periculoſiſsima.*

CHRIST. LAND. } Qualem miniſtrũ] *Druſum laudat priuignũ Auguſti, cuius gratia contra inſtitutũ ſuũ, quartũ hunc librũ ſcribendũ ſuſcepit. Druſus in Alpibus Rhætos Vindelicos populos aſperrimos ſuperauit. Cõparat ergo illũ aquilæ & leoni, quorũ altera inter aues, alter inter quadrupedes regnũ obtinet. Eſt aũt ordo:* Rhæti Vindelici uidere Druſum ſub Alpib. gerentem bella, talem, qualẽ iuuentas, & patrius uigor olim propulit nido alitem miniſtrũ fulminis cui Iupiter rex Deorũ expertus illũ fidelẽ in ſuo Ganymede promiſit regnũ in aues uagas, & propulit à nido illũ inſciũ laborũ, & uenti uerni docuere illũ pauentẽ inſolitos nixus iã remotis nimbis. *Quid aũt ſibi uelit, quod aquila ſubminiſtret Ioui fulmina, & quòd in illã uerſus Iupiter Ganymedem rapuerit, iã dictũ eſt.* Promiſit regnum] *Rex auium appellatur hic ales, quoniam cæteris omnibus ſit generoſior, & altius omnib. uolet. Vnde dicta eſt aquila, quamuis alij dicant nominari ab aquilo colore. Fabula tamen eſt quod illam auium reginam idcirco Iupiter fecerit, quia in bello Giganteo ſibi fulmina ſubminiſtrauerit.* Vagas] *Quia incertis ſedibus uagantur.* Iuuentas] *Nam pullus eſt & nondum è nido euolauit.* Patrius uigor] *Nam non degenerat à parente.* Inſcium laborũ] *Quia nondum uolauerat, unde addit, inſolitos nixus, quaſi dicat, quod ſit opus maiori nixu, quia inſolens uolandi ſit.* In ouilia] *Vt agnos rapiat. In quo notatur generoſitas, quia in primis uolatibus adhuc inſcia rerũ ſola generoſitate talẽ prædã petat. Plinius ſex aquilarũ genera ponit. Sed primo & ſecundo generi etiã cerui rapina ſunt, eodẽ Plinio authore. Cũ ſerpentibus pugna eſt. Serpens enim oua illius petit. Illa ſerpentem rapit.* In reluctantes] *Quia (ut dixi) pugna cum illis eſt. Fuit autem propria & accommodatiſsima comparatio adoleſcentis prima in militia excellentiſsimi ad aquilini pulli primos*

ex naturali generoſitate uolatus atq; raptus. Dapis] Vt ſit ſibi eſca. Pugna] Vt ulciſcatur illum, qui in oua Aquilina impetum facere ſolitus ſit. Qualem ue] Alia comparatio & in omnibus ſuperiori ſimillima. Ergo talem uiderunt Rhæti Druſum, qualem leonem uidet in lætis paſcuis caprea intenta propter timorem ab ubere fuluæ matris leonem iam depulſum lacte, id eſt, qui ad florentem, ualidamq; ætatem ex minori iam peruenit. Videt ergo hunc caprea peritura nouo dente, id eſt, dente leonini catuli, nondum in alia præda exercito. Rhæti Vindelici] Propoſuerat ingentem Druſi fortitudinem. Nunc ſequitur propoſitionis ratio, qua probat hominis fortitudinem ab expugnatis populis, qui & natura bellicoſiſsimi eſſent, & optimo armorũ genere munitiſsimi, & ſitu loci inexpugnabiles. Nam in Alpibus ſunt, & uniuerſam montanam regionem in orientem, Auſtrumq; ſpectantẽ occupant, & in Italiam ſupra Veronam et Comum extenduntur. Horum latrocinia crudeliſsima in Italos erant: Nam ſi uicum, oppidumúe cœpiſſent non modò puberes mares, uerùm etiam infantes trucidabant. Quin & omnes mulieres prægnantes, quas eorum uates marem concepiſſe diuinārant. Hos penitus ſubiugauit ampliſsima uictoria Druſus Germanicus. Sed uictor inter Salam, Rhenumq; fluuios extinctus eſt, ut ait Strabo: Qui multa propterea de Rhætis tum fortia, tum crudelia narrat. Seruius hos Liburnos eſſe dicit. Plinius uerò Rhætorum & Euganeorum Veronam fuiſſe ſcribit. Amazonia ſecuri] Id eſt, tali ſecuri, quali Amazones utebantur. Dicit autem poëta diſtuliſſe quærere unde illis mos, id eſt, conſuetudo, deductus per omne tempus ſubarmet dexteras Amazonia ſecuri. Quia nefas ſit ſcire omnia. Sed ſatis ſibi eſſe ſcire, quòd ipſi hactenus uictores, conſilio Druſi ſuperati ſint. Diu] Ad longitudinem temporis. Latè] Ad amplitudinem regionis referas. Magna ergo laus eius uictoriæ, qua infinita hominum multitudo, quæ ſemper uictrix fuiſſet ſuccubuerit. Senſere] Laudat & Auguſtum cuius diſciplina & fœlicitate informatus adoleſcens huiuſcemodi facinora edere potuerit. Fortes creantur fortibus] Laudat domum Claudiorum, è qua iſti orti ſunt. Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum uirtus.] Non inutilis inquiſitio eſt, quare magis in brutis, quàm in homine paterna uirtus reluceſcat. Sed in aliud tempus differenda uidetur. Poëta autem non in eo quod ſemper fit, ſed quod nonnunquàm fieri ſolet, ſententiam quæ ſibi ſubſeruiat ad præſens excitat. Ideò autem brutorum protulit exempla, quia in illis hoc ſæpius deprehenditur. Laudat igitur familiam à ſua ſobole. Laudat quoq; ſobolem à ſuis progenitoribus. Doctrina ſed uim] Sententia eſt, Valere quidem multum in homine uim à natura inſitã, ſed tamen opus eſſe dicit, ut ingenium illud naturale, bonarum artium diſciplina excolatur. Non enim uirtutes in nobis à natura ſunt. Sed (ut ait Cicero) extant igniculi, ſeminaq; uirtutum, quæ & ſi efficacia ſint, tamen niſi doctrina, optimiſq; moribus excitentur, augeanturq;, facilè extinguuntur. Quemadmodum & terræ quamuis fertiles ſint, tamen niſi cultura adhibeatur, facilè ſterileſcunt. Promouet] Educit ad profectionem. Cultus recti] Rectæ diſciplinæ quibus animi excoluntur. Pectora] Muniunt mentem & robuſtam faciunt. Vtcunque] Sententia eſt quòd ſi boni mores quibus ſemina uirtutum ad habitum perfectum producuntur deficiant, culpæ, id eſt, uitia dedecorant & deturpant, bene nata, id eſt, illam probam uim nobis inſitam, quam ſeminat Apollo, quoniam deprauati mores illam obruunt. Non enim ſunt à natura uirtutes, ſed per bonos mores ex frequentatis actibus ſiunt habitus, qui uirtutes ſunt. Metaurum] Flumen eſt Vmbriæ deſcendens in Adriaticum mare, haud longè à Fanestri colonia, Senogalliã uerſus. Haſdrubal deuictus] Poſt conflictum Cannenſem, etſi uniuerſæ Italiæ maximo terrori erat Hannibal, tamen accerſitus eſt in Italiã eius frater Haſdrubal. A Romanis autem alter Conſulum Claudius Nero cõtra Hannibalẽ profectus eſt. Alter aũt Liuius Salinator Haſdrubali oppoſitus eſt. Sed erant tantæ Haſdrubali copiæ, ut Liuius nimirũ illis reſiſtere poſſe putaretur. Quapropter Claudius neſcio maiori animo an cõſilio ita è caſtris, quæ Hannibali oppoſita habebat cum parte delecta militũ diſceſſit, ut nihil Hãnibal præſenſerit. Ita etiam ad Metaurum profectus cum collega ſe coniunxit, ut hoſtis ſuũ aduentum nõ animaduerterit. Quapropter ſua præcipua opera ita egregiè collatis ſignis pugnatum eſt, ut Haſdrubal cum quinquaginta ſex millibus militum cæſus fuerit. Eademq; celeritate ad caſtra ſua deinde reuerſus nihil tale adhuc ſuſpicanti Hannibali per captiuũ propter hoc ſolutũ Haſdrubalis caput obtulit. Ille dies] In quo uictoria potitus eſt pulcher fuit, fugatis tenebris ex Latio, id eſt, deuictis hoſtibus, & remota triſtitia, quæ notatur per tenebras, ut fœlicitas, p lucẽ. Ex hac uictoria Liuio Salinatori quoniam ſuis auſpicijs, & in ſua prouincia res geſta eſt triumphus decretus eſt. Ita quadrigis uectus eſt. Claudius uerò illum equo proſequebatur. Sed tamen plus honoris, & gloriæ in Claudium redundauit. Nam ſua opera uictoriam partam putabant. Adorea] i. uictoria. ſic enim nominatur, quia in ea uictus uictorem adoret. Alij credunt adoream ab eo denominatam, quod eſt ador, ſpecies, ſcilicet farris præcipua, ex quo liba ad ſacrificium fiebant. Dirus] Exaggerat uictoriã Claudij ab ijs, quæ inde prouenerunt bona. Nam tanta plaga accepta Hannibal, ſemper poſt hac de fuga cogitauit. Ordo aũt uerborum ſit. Vt equitauit, id eſt, quàm celeriter equitando aufugit. Dirus Afer] i. Crudelis Hannibal per urbes Italas. Ceu flamma per tædas] Ita uelociter, ut ignis percurrit tædas, uel ut Eurus per Siculas undas. Poſt hoc] Poſt hanc à Nerone partem uictoriam. Romana pubes] i. iuuentus creuit, uel numero multum cum amplius non cæderentur à Pœnis, uel creuit authoritate & imperio, dum pulſo hoſte amiſſas urbes recipiebat. Secundis laboribus] Nam laborabant in bello, ſed tamen uictoriam ſemper reportabant. Et fana] i. templa ſpoliata, & diruta à Pœnis, habuerunt deos rectos, id eſt, æquos, hoc eſt, propitios, ſic contra iniquum pro irato dicimus. Dixitq; tandem] Verba ſunt Hannibalis, cùm coactus eſt de fuga cogitare. Tandem] Poſt longum tempus. Nam priùs iactare ſuas crebras uictorias ſolitus erat. Cerui præda luporũ] Optimè fugientes ceruis, raptores lupis comparat. Sequimur eos] Quos non dico uincere, ſed fallere & effugere, id eſt, fallendo effugere, & tanquam ſi de illis triumphemus. Nam fugere fortiſsimum hoſtem ſpecies quædam uictoriæ eſſe uidetur. Gens fortis quæ] Fortis, ſic Virg.

„ Quos mille fatigant

„ Prælia nec uicti poſſunt abſiſtere bello.

Non mirum ſi in Romano populo tanta ſit uirtus, cùm originem ab ijs Troianis ducat, qui cremata patria non ſuccubuerunt, ſed in Italiam profecti ſacra, natos, parentesq; extulerunt, ut nõ ſolùm ipſi ſua uirtute incolumes ex tanto incendio euaſerint, ſed etiã ſuos ex crudeliſsimis hoſtib. receperint. Magni omninò animi eſt ſe ab hoſtibus uictorib. uendicare. Maiores aũt ſuosq; tueri maioris, ſed maximi omninò quòd inter bellicoſiſsimos Italiæ populos huiuſmodi ſibi ſedes cõſtituerint, ut non modò imperiũ amiſſum repararint, uerùm longè excellentius propagauerint, ut a calamitatib. ſuis maiores reſumpſiſſe uires uideantur. Quapropter quadruplici comparatione rem confirmat, artificioſiſsimus poëta. Oſtendit enim quòd non magis repullulat ilex ferro exciſa. Nigræ] Propter umbras, quas infert. Vel propter arboris uiuacitatem, quæ oſtenditur ex ipſo frondium colore, qui uiridis ad nigredinem tendit. Opes] Vires. Animum] Audaciam. Non Hydra] Monſtroſa ſerpens, quam Echidna ex Typhaone concepit. Sed illam in Lerna Argiuorum palude cõtra Herculem nutriuit Iuno, ut ait Heſiod. Pugnauit igitur Hercules cũ Hydra, nec ferro expugnare potuit. Nã uno exciſo capite, ſeptem ſubitò renaſcebãtur. Quapropter alia ratione tantum monſtrum aggreſſus fortiſsimus heros igne illam abſumpſit. Seru. ait quòd uno cæſo capite tria ſubitò excreſcerent, proptereáq; Latinè Excretam dictam eſſe. Idemq; ad hiſtoriam fabulam refert. Nam dicit locum fuiſſe aquas uomentem, in quo, uno meatu clauſo, multi erumpebant. Quod Hercules uidens loca ipſa exuſſit, & ſic aquarum clauſit meatus. Nam Hydra dicitur ab eo, quòd eſt, ὕδωρ, id eſt, aqua: Diodorus autem Siculus refert hunc monſtro ex uno corpore centena colla capita ſerpentina habentia ſurrexiſſe, quorum uno cæſo, duo orirentur. Sed Hercules Iolao mandauit, ut partem iam cæſam face accenſa ſubitò exureret, ne ſanguis inde fluere poſſet. Dolentem uinci] Nam iniquo animo fert, uinci uir fortis. Hydram, ignorantiam allegoricè nonnulli interpretãtur, quæ igne, id eſt, ingenij feruore interimitur. Euſebius aũt de tẽporibus ub

bus ubi de Aegeo Pandionis filio mentionem facit, refert, authore Platone Hydram calliduſsimum ſophiſtam fuiſſe. Ergo, ut placuit Coluccio Salutato conciui noſtro, Hercules, id eſt, doctus philoſophus ad Hydram accedit. Nam cum per dialecticam rationem uerum inueniri poſſe exiſtimet, & illam duplicem animaduertat, ut altera ueris rationibus agat, altera quæ ſophiſtica dicitur, falſis putat ſophiſticam tollendam, & cùm in ea uno capite ſublato plura naſcantur, quia ex uno errore plures ſubſequuntur, ſic igni, id eſt ingenij uehementia conficit. Colchi] Profectus eſt ad uellus aureum diripiendum Iaſon. Verùm cum auxilio Medeæ & tauros ignem euomentes domuiſſet, & ſerpentem aurei uelleris cuſtodem loci draconem interemiſſet, fuit illi & terra tauris excolenda, & in ipſa arata terra dentes ſerendi ex quib. ſingulis, ſinguli equites armati, ſubitò è ſulcis erumpebant. Ergo ex uno monſtro plura nata ſunt. Echyoniæue Thebæ] Vrbem Thebanam conditurus Cadmus ad propinquum fontem comites aquarum miſit. Sed illi omnes à ſerpente illic Marti ſacro cæſi ſunt. Interfecit ſerpentē Cadmus, & cum de reparatione ſociorum oraculum conſuleret, iuſſus eſt ſerere dentes ſerpentinos, & ex iis nati ſunt armati equites, qui ſubito tumultu uulnerib. ceciderunt exceptis quinq;, qui illi comites ad urbem condendam fuerunt. Inter quos fuit Echyon, qui Agauem unā ex filiabus Cadmi uxorem duxit, ex eaq; Pentheum ſuſcepit, à matre deinde, & materteris laniatus, cùm ſacra Bacchi fieri prohiberet. Ergo ut ad poëtæ orationem redeam non tantùm ilex & Hydra, & duo ſerpentes pullularunt, quantū Troiana gens. Merses] Subaudi ſi, Vt Iuuen.

„ Græculus eſuriens in cœlum iuſſeris ibit.

id eſt, ſi iuſſeris. Ergo ſi, id eſt, quamuis merſes, id eſt, frequenter mergas & obruas, profundo, tamen emerget. Pulchrior] Id eſt, fortior, ſic Virg.

„ Satus Hercule pulchro, Pulcher Auentinus.

Luctere] Pro lucteris, id eſt, ſi etiā lucteris & pugnes, ipſe proruet te uictorem, id eſt, qui antea uiceris. Integrum] Cui non ſit exercitus imminutus, & de ſe loquitur. Cum laude] Quia ita proruit, ut laudem mereatur. Coniugibus] Quia delebunt maritos aut ſeruos, ut caſos. Superbos] Ex uictoria ut poſt Trebienſem, Traſimenſem, Cannenſemq; conflictum miſit. Curæ ſagaces] Occultè enim oſtendit ad res magnas peragendas opus eſſe diuino auxilio, ſed illud nunquam affuturum, niſi ſummam, ſolertemq; curam adhibeamus. Nam ut eſt apud Saluſtium. Non uotis, neq; ſupplicijs muliebribus auxilia deorum parantur, ſed uigilando, agendo, & rectè conſulendo proſperè omnia cedunt. Peracuta] Id eſt, per res difficillimas belli.

ERAS. ROT. } Pullum animo uerè Aquilino hic graphicè deſcripſit Horatius cui ſemper hæret mente. Sic uolo, ſic iubeo, ſit prò ratione uoluntas: Hæc in prouerb. Scarabæus Aquilam, &c. Alluſit ad fabulam, quæ de Hydra Lernæa iactatur, quam quidam centum, quidam octo capitibus extitiſſe ferunt, è quibus unum erat mortale. Lege hæc in prouerbijs: Hydram ſecas. Nec imbellem feroces] E ſquilla non naſcitur roſa, in prouerb. circumfertur, quod admonet, è probis parentibus naſci liberos probos, ex improbis improbos. Hic ſimili figura dixit Horatius: Nec imbellem & cætera.

HENR. GLAR. } In Ganymede flauo] Acro exponit rubeo, quam uocem neſcio an uſpiam legerim apud authores Latinos, pro colore ullo. Drusum gerentem Vindelici] Acro & Porphyrio abſq; dubio Rhætos ac Vindelicos unam crediderūt gentem, ut ſunt Volcæ Tectoſages, & Aulerci Cenomanni apud Cæſarem. Quod ſi poſt gerentem non legatur, & Vindelici, uideri poteſt & Horatius in ea fuiſſe opinione, quod eſt ueriſimile, ſed eā coniunctionem omittendam cenſeo: Mancinellus ſupplendam putauit, alij uerbum uidere repetendum autumant, quod non eſſet opus, ſi & legatur in contextu. Sed notandum duplices eſſe Rhætos, alteros Veros, inter lacum Larium ac Brigantinum, alteros Vindelicos qui ad Lycum amnem habitarunt, hodie à lacu Brigantino Auguſtam uſq;, quibus cum Druſus bellum geſsit. Veros Rhætos Romani coercuēre, non ſubegerunt. Rhætos autem Vindelicos uicēre, & prouinciam fecēre. Rhæti ſunt quos hodie Griſones uocant: Marcellinus Camines: Per eorum regionem unum aut alterū iter habuēre Romani. At Rhæti fonteis non habuēre, uel quia ibi nihil magnopere deſiderabile, uel quia aditu difficilis eſt regio. Vnde eſt illud Lucani,

„ Indomitumq; caput Rheni.

Vide D. Aegidium Tſchudi de Rhætia, ac eius populis doctè hac de re diſſerentem. Fortes creantur fortibus] Acro exponit filios à parentum nomine degenerare uirtute, quæ uerba ego non intelligo, puto autem corrupta. Rectiq; cultus pectora roborant] Quæ hoc loco argutia eſt in Porphyrionis commentario, uix credo eius eſſe, ſed alicuius alterius racematoris. Simplicius erat, meo quidem iudicio, Recti cultus, ut adiectiuum ac ſubſtantiuum accipere: nam de educatione loquitur, quanquam cum nemine ea de re pugnauero. Et illud utcunque. Acro pro ubicunq; exponit, Porphyrio pro quandocunque, ut etiam Ode 4. lib. 3. Horatius accepiſſe uidetur,

„ Vtcunq; mecum uos eritis.

At ego malim propriè id exponere pro quandocunq;, ut ſit querela in mores ſuorum temporum. Vtcunq; defecerint mores, & mali ſint homines, tamen malefacta indecora uideri honeſtè natis. Dirus per urbes Afer ut Italas] Quidā, ut, legunt pro it, repetentes uerbum fertur, aut quid ſimile, pro equitauit. Acro autem ait, hic Hannibalis fugam deſcribi, cùm potius eius ſæuitia ante occiſum Haſdrubalem narretur, non fuga, quippe qui poſt occiſum fratrem, longè uitior factus eſt, quod & Liuius fatetur. Paulò poſt idem Acro, tumultu, exponit, clamore bellico, importunè hoc loco, ut puto. Clamore enim fana uaſtari non poterant, ſed manu.

HERM. FIG } Qualem miniſtrum] Poſcente comparationis ratione, longum hic fecit hyperbaton, & confuſam Syntaxim. Quare, ut pueri ſententiam huius periodi longiuſculæ rectiùs uideant, placet ad neceſsitatem ordinis ſui ſingula uerba redigere. Eſt igitur huius orationis compoſitio hæc: Rhæti & Vindelici uidere Druſum gerentem bella ſub Alpibus talem, qualem iuuentas & patrius uigor olim propulit nido inſcium laborum, uerniq; uenti, nimbis iam remotis, docuēre pauentem inſolitos niſus: mox uiuidus impetus demiſit hoſtem in ouilia: nunc amor dapis atque pugnæ in reluctantes dracones egit alitem fulminis miniſtrum: cui Iupiter rex Deorum, expertus fidelem in Ganymede flauo regnum in uagas aues permiſit: Qualémue caprea lætis paſcuis intenta, dente nouo peritura uidit leonem, iam lacte depulſum ab ubere fului matris. Miniſtrum fulminis alitem] Aquilam intelligit, quæ ob id armiger Iouis fingitur, quòd ex uolucribus aquilam fulmen non percutiat, teſte etiam Plin. lib. 2. cap. 55. Commodiſsimè autem Druſum aquilæ comparat, quaſi dicat: Quemadmodum Iupiter, deorum rex, aquilæ propter ſingularem fidem regnum in aues commiſit, ſic Auguſtus, terrarum dominus, Druſo priuigno expeditionem in ferociſsimas Germaniæ nationes, propter induſtriam & fortitudinē, mandauit. Regnum in aues] Dicitur enim aquila rex auium propter generoſam, & excelſam animi naturam, admirandamq; in uolando uelocitatem, ac ſublimitatem, qua ſuperat omne uolatiliū genus. Expertus fidelem Iupiter in Ganymede flauo] Ganymedes formoſiſsimus fuit puer Troian. quem Iupiter mutatus in aquilam, ex Ida monte rapuit, & pincernam menſæ ſuæ adhibuit. De hoc ita Virg.

„ Quem præpes ab Ida

„ Sublimem rapuit pedibus Iouis armiger uncis.

Et Ouidius lib. 10. Transfor.

„ Rex ſuperûm Phrygij quondam Ganymedis amore
„ Arſit, & inuentum eſt aliquid, quod Iupiter eſſe,
„ Quàm quod erat, mallet. Nulla tamen alite uerti
„ Dignatur, niſi quæ portat ſua fulmina terræ.
„ Nec mora, percuſſo mendacibus aëre pennis,
„ Arripit Iliaden, qui nunc quoque pocula miſcet,
„ Inuitaq; Ioui nectar Iunone miniſtrat.

Meminit quoque huius fabulæ Lucianus in dialogo quodam Iouis & Ganymedis. Patrius uigor] Paternum robur & fortitudo, quam imitantur filij. Et elegantiſsimè Druſum Neoptolemum cum aquilæ pullo confert. Nam ſicut aquilarum pullis iam adultis

ineſt naturalis quædam affectio, & cupiditas uolandi ac pugnandi, quæ è nido eos propellit, ſic iuuenes generoſi innato quodam animi impetu, & mentis ardore ad gloriam excitati, ſtatim è pueritiæ ludo ad militiæ diſciplinam proficiſci, & cum hoſtibus fortiter confligere geſtiunt. Laborum inſcium] Volandi imperitum. Inſolitos niſus] Inſuetos uolatus. In ouilia demiſit uiuidus impetus] Ineſt enim aquilæ naturalis quædam propenſio ad prædandum & populandum. Itaq; determinatis ſpacijs, oues, agnos, & ferarum fœtus rapiunt, nec minores tantùm quadrupedes abripiunt, ſed etiam cum ceruis prælia cõmittunt. In reluctantes dracones] Nam aquilæ acrior eſt cum dracone pugna, multoq; magis anceps, etiamſi in aëre. Oua hic conſectatur aquilæ auiditate malefica, at illa ob hoc rapit, ubicunq; uiſum. Ille multiplici nexu alas ligat, ita ſe implicãs, ut ſimul decidat. Hæc Plin. lib. 10. cap. 4. Qualemúe lætis caprea paſcuis] Alia comparatio, qua Druſum adoleſcentem leonis catulo aſsimulat, & ita hoſtes pugnantis Druſi uirtutem formidaſſe dicit, ut capreæ irruentem in ſe leonem horrent. Rhæti & Vindelici] Gentes ſunt Alpinæ. Noricis, inquit Plinius, contermini Rhæti & Vindelici, omnes in multas ciuitates diuiſi. Rhætos Thuſcorum prolem arbitrantur, à Gallis pulſos duce Rhæto. Druſum] Fuit hic Druſus Nero priuignus Auguſti, ex Liuia Druſilla, quam Auguſtus matrimonio Tiberij Neronis, & quidem prægnantem abduxit, dilexitq;, & probauit unicè ac perſeueranter, teſte Suetonio. Hic miſſus ab Auguſto in Germaniam, maximas, fortiſsimasq; gentes armis ſubegit. Bella à Druſo in Germania geſta, deſcribit Liuius, Florus, Oroſius, Valerius. Meminit quoque Ouid. lib. 2. Triſtium, & in conſolatione ad Liuiam Auguſtam. Amazonia ſecuri dextras obarmet] Nam Rhæti & Vindelici, ſæuiſsimi populi, ſecuribus in bello utebantur, ritu Amazonum, à quibus, autore Seruio, originem duxerunt. Virg. lib. 11. Aeneid.

„ Nunc ualidam dextra rapit indefeſſa bipennem.

Loquitur de Camilla, cui amazonum arma tradit. Fuerunt autem Amazones, Scythicæ fœminæ, quæ unà cum uiris domo pulſæ, in Cappadociæ ora iuxta amnem Thermodoonta conſedere. Vbi per inſidias trucidatis uiris, ipſæ arma ſumpſerunt, & Rempublicam ſine uiris auxerunt. Virgines armis, equis, uenationibus exercebant, inuſtis infantium dexterioribus mammis, ne ſagittarum iactus impediretur, unde Amazones dictæ ſunt. De origine harum mulierum ſcribit Iuſtinus, libro ſecundo, & Oroſius libro primo, cap. 15. Nec ſcire fas eſt omnia] Admonet nos non debere nimium anxios & curioſos eſſe in rebus exigui momenti, & nihil ad nos pertinentibus: quia nihil inanius quàm multa ſcire, iuxta Græcum illum uerſiculum:

„ πολυμαθημοσύνης οὐδὲν κενώτερον ἔφυ.

Victrices cateruæ] Germani diu uictores, propter corporis uires, quas natura illis conceſſerat, & experientiam, quam conſuetudo, uſusq; rei militaris docuerat. Conſilijs iuuenis reuictæ] Nam inter cæteras uirtutes, quæ ſummi imperatoris ſunt adminiſtræ comitesq;, etiam ingenium ſeu conſilium non poſtremum ſibi locum uendicat, quod maximum in Druſo adoleſcente fuiſſe oſtendit, quòd multas nationes Germaniæ fortiſsimas, diuq; uictrices domuit. Senſere quid mens ritè, quid indoles nutrita] Germani uicti cognouêre & didicêre exemplo Druſi, quantum ualeat bona educatio atque inſtitutio liberorum. Nam adeò in teneris, ut canit poëta, conſueſcere multum eſt. Et, ut refert Ariſtoteles lib. 2. Moralium Nicomachiorum: οὐ μικρὸν διαφέρει τὸ οὕτως ἢ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ πάμπολυ, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν. Fauſtis ſub penetralibus] Præcipua enim uiri prudentis cura eſſe debet, ut domi diſciplina maximè ſeuera liberi in prima ætate formentur, erudianturq;. Quibus enim moribus intra priuatos parietes imbuuntur, eos in publicum poſtea proferunt.

Quid Auguſti paternus in pueros animus] Maxima laus uitrici, ſumere parentis erga priuignos ſuos animum. Tiberium autem & Druſum Nerones intelligit, Liuiæ Druſillæ filios, quorum alter in domo Tiberij Neronis natus eſt, alter in domo Auguſti. Nam Tiberius Liuiam uxorem ſuam, & tunc grauidam, & antè iam apud ſe Tiberium enixam, petenti Auguſto conceſſit, teſte Suetonio. Veriſimile autem ualde eſt, Auguſtum priuignos quoque optima & diligentiſsima inſtitutione domeſtica informaſſe, ſicut & nepotes, quos & literas, & natare, aliaq; rudimenta per ſe plerumque docuit, ut ſcribit Suetonius.

Fortes creantur fortibus, & bonis] A' maiorum uirtutibus commendat Nerones. Nam è probis parentibus naſcuntur filij probi, iuxta illud Ariſtotelis lib. 3. Politic. ἐκ ἀγαθῶν βελτίους, εἰκὸς τοὺς ἐκ βελτιόνων. Eſt in iuuencis] Liberos plerumque parentum uirtutes referre, & mores eorum imitari ſolere, exemplis brutorum animantium probat, quorum proles etiam parentum plerumque fiunt ſimiles. Nec imbellem feroces progenerant] Quia commune eſt omnium animantium, procreare ſibi ſimilem in ſpecie. Itaque aquila columbam progenerare nequit, animal natura maximè diuerſum. Vult igitur ſignificare poëta, à parentibus bonis & generoſis procreari liberos malos & obſcuros non poſſe. Idem admonet prouerbium illud: E' ſquilla non naſcitur roſa. Doctrina ſed uim promouet inſitam] Affirmat perfectam ſapientiam & uirtutem tum exiſtere, cùm ad egregiam naturæ uim doctrina acceſſerit. Natura enim paruos nobis dedit igniculos, & tanquam elementa uirtutum, quæ literis & eruditione perficienda ſunt. Hanc ſententiam Cicero quoque pro Archia poëta pulchrè approbat. Qui locus cùm ſit ualde elegans, huc adſcribere cum libet: Ego multos, inquit, homines excellenti animo ac uirtute fuiſſe, & ſine doctrina, naturæ ipſius habitu propè diuino, per ſe ipſos & moderatos, & graues extitiſſe fateor. Etiam illud adiungo: ſæpius ad laudem atque uirtutem naturam ſine doctrina, quàm ſine natura ualuiſſe doctrinam. Atque idem contendo: cùm ad naturam eximiam, atque illuſtrem acceſſerit ratio quædam, conformatioq; doctrinæ, tum illud neſcio quid præclarum, ac ſingulare ſolere exiſtere. Similiter Quintilianus lib. 2. cap. 22. conſummatum oratorem fieri poſſe negat, niſi doctrinam cum natura coniungat. Rectiq; cultus pectora roborant] Indicat teneros & molles puerorum animos recta inſtitutione atque diſciplina parentum corroborari. Vtcunque defecêre mores, dedecorant bene] Dicit, ſemina uirtutum à natura hominibus ingenerata, uitijs corrumpi, niſi adhibeatur recta doctrina, & diligens cultus. Quid debeas Neronibus] Hoc eſt, Claudiorum familiæ. Patricia gens Claudia fuit, orta ex Regillis, oppido Sabinorum. Inde Romam recens conditam cum magna clientium manu commigrauit, autore T. Claudio, gentis principe. Poſt reges exactos ſexto ferè anno à patribus in patricios cooptata. Deinceps procedente tempore, duodetriginta Conſulatus, Dictaturas quinque, Cenſuras ſeptem, Triumphos ſex, duas Ouationes adepta eſt. Inter cognomina autem & Neronis aſſumpſit, quo ſignificatur lingua Sabina, fortis ac ſtrenuus. Hæc Sueton. Tranquill. in Tiberio. De origine huius gentis ſcribit etiam Liuius lib. 2. Decad. 1. Et Plutarchus in Publicola. Item Virg. lib. 7. Aeneid.

Teſtis Metaurum flumen, & Aſdrubal] A' rebus feliciter & ſtrenuè geſtis, gentem Claudiam commendat. Inter cætera autem egregia & præcipua Claudiorum merita, quæ multa in Rempublicam extitiſſe refert Suetonius, etiam commemorat, Tiberium Neronem aduenientem ex Hiſpania cum ingentibus copijs Aſdrubalem, priuſquã Annibali fratri coniungeretur, oppreſſiſſe. Hanc hiſtoriam copioſè ſcribit Liuius, lib. 7. Decadis 3. Plutarchus in Annibale. Lucius Florus, lib. 2. cap. 6. Paulus Oroſius, lib. 4. cap. 18. Sylius, lib. 15. Metaurum flumen] Metaurus Vmbriæ fluuius eſt, ad quem Coſ. Liuius Salinator, & Claudius Nero, inuictis copijs Aſdrubalem adorti, ſecundo prælio conflixerunt. Quinquaginta ſex millia hoſtium eo die occiſa dicuntur. Autores ſunt, Liuius, & Plutarchus. Aſdrubal deuictus] Hoc eſt, fuſus & cæſus. Cùm enim haud dubiam hoſtium fortunam eſſe uideret Aſdrubal, ne ſuperſtes tanto exercitui ſuum nomen ſecuto eſſet, concitato equo ſe in Romanam cohortem immiſit. Ibi, ut patre Amilcare, & Annibale fratre dignum erat, cecidit, teſte Liuio. Fugatis Latio tenebris] Hoc eſt, Aſdrubale noua belli mole ex Hiſpania ueniente debellato, & Annibale inhærente atque imminente Italiæ ſummoto. Qui primus alma riſit adorea] Qui primus propter uictoriam & laudem bellicam

Neronis

Neronis ſerenus atque amœnus populo Romano affulſit, quippe fugatis nubibus, & periculis Italiæ impendentibus. Nam actum erat procul dubio, ſi Aſdrubal nouum exercitum ſuum cum fratre iunxiſſet. Porrò, quid ſit adorea, non indoctè Alexander Neapolit. lib. 4. Genial. die. in hæc uerba tradit: Priſcis temporibus militaria dona, quæ militibus fortem operam nauantibus in bello à ducibus dabantur, heminæ uel quartarij farris fuére (unde adorea laus bellica dicta) binaq; iugera, aut tantum agri, quantum uno die circumaraſſent, ampliſsima dona putauere. Dirus per urbes Afer ut Italas] *Oſtendit Annibalem ante hanc cladem acceptam urbes Italiæ cum maxima celeritate inuaſiſſe atq; occupaſſe, non aliter quàm ignis tædas, uentus maria peruolitat. Vim Punici belli ſecundi, cuius dux erat Annibal, eleganter Lucius Florus tempeſtati magno impetu per medias Alpes in Italiam irrumpenti, multiſq; procellis ac fulminibus deſæuienti comparat.* Poſt hoc ſecundis uſq; laboribus Romana pubes creuit] *Poſt hanc uictoriam induſtria Neronis ad Metaurum partam, Romanus populus uires ſuas pauiatim recipere atq; colligere cœpit, quas Annibal multis prælijs atq; urbium expugnationibus attriuerat.* Impio tumultu] *Conſcelerato bello, quo etiam deorum immortaliū templa uaſtata ſunt. Bellum Gallicum, & Italicum tumultus nomine ueteres appellaſſe ſcribit Cicero in Philip. 8. Quid eſt enim tumultus, inquit, niſi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? unde etiam nomen ductum eſt, tumultus. Itaq; maiores noſtri tumultum Italicum, quòd erat domeſticus: tumultum Gallicum, quòd erat Italiæ finitimus: præterea nullum tumultum nominabant.* Dixitq; tandem Annibal] *Significat Annibalem toties uictorem, multas poſt Romanorum clades, urbiumq; deuaſtationes, occiſo iam Aſdrubale fratre, de fuga tandem cogitare Neronis uirtute fuiſſe coactum. Plutarchus ſcribit, Annibalem poſt calamitatem ad Metaurum acceptam, ex ijs locis profectum in agrum Brutium ſe recepiſſe, & excurſionibus magis, quàm iuſtis prælijs bellum geſsiſſe. Niſi quòd cum Sempronio Conſule iuſta acie aliquando dimicarit. Nec iam ultrà in Italia quicquam memoria dignum ab eo geſtum apud Græcos, Latinoſq; autores inueniri.* Perfidus] *Erat enim in Annibale perfidia plus quàm Punica, teſte Liuio.* Quos opimus fallere, & effugere eſt triumphus] *Maxima laus Romanorum, quos fortiſsimus & calliditſsimus Imperator tanquam inuictos armis fugiendos exiſtimat.*

Gens] *Videlicet Romana, quæ originem duxit à Troianis. De qua relegant ſtudioſi Liuium lib. 1. Decad. 1. Iuſt. lib. 43. Plutarch. in Rom. Meſſalam Coruin. de origine Octauiani. Et Virg.*

Cremato ab Ilio] *Euerſa atq; exuſta Troia à Græcis. Virgilius lib. 3. Aeneid.*

„ *Poſtquam res Aſiæ, Priamiq; euertere gentem*
„ *Immeritam uiſum Superis, ceciditq; ſuperbum*
„ *Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia.*
„ *Diuerſa exilia, & deſertas quærere terras*
„ *Augurijs agimur Diuûm.*

Fortis] *Magnanima, Hectorea.* Iactata Thuſcis æquoribus] *Virg. lib. 1. Aeneid.*

„ *His accenſa ſuper, iactatos æquore toto*
„ *Troas reliquias Danaûm, atq; immitis Achilli*
„ *Arcebat longè Latio, multoſq; per annos*
„ *Errabant acti fatis maria omnia circum.*

Sacra] *Tradita Aeneæ ab Hectore, qui dormienti apparens, ſic inquit:*

„ *Sacra, ſuoſq; tibi commendat Troia penates:*
„ *Hos cape fatorum comites. Et lib. 3. Aeneid. ait Aeneas:*
„ *Littora tum patriæ lachrymans, portuſq; relinquo,*
„ *Et campos, ubi Troia fuit: feror exul in altum*
„ *Cum ſocijs, natoq;, penatibus, & magnis Dijs.*

Auſonias] *Italas. Sunt enim Auſones populi Italiæ ultra Circeios, unde nomen modò Latij proceſsit ad Lyrim amnem, Plin. teſte. Commentarius in Apollonium lib. 4. Auſoniam dictam eſſe ait, ἀπὸ Αὔσονος τοῦ Ὀδυσσέως καὶ Καλυψοῦς.* Duris ut ilex tonſo] *Aptiſsimis comparationibus declarat, Romanum populum extingui non poſſe, quòd ſublato uno, in eius locum plures renaſcantur, ſicut Ilex cæſa ſecuribus ab ipſo ferro copioſius repullulat, meliuſq; creſcit: & uelut hydra Lernæa, uno capite amputato, plura recipiat.* Non hydra ſecto corpore firmior] *Hydram Lernæam intelligit, quam alij centum fuiſſe capitum aiunt, alij octo, è quibus unum erat immortale. Cum hoc monſtro multùm diuq; conflictatus eſt Hercules, propterea quòd uno reciſo capite, plura renaſcerentur. Hæc Eraſmus in prouerbio: Hydram ſecas. Meminit quoque huius fabulæ ipſe Hercules apud Ouidium:*

„ *—Nec profuit hydræ*
„ *Creſcere per damnum, geminaſq; reſumere uires.*

Meminit etiam Seneca in Tragœdia Herculis furentis. Et Calaber lib. 6. Vinci dolentem creuit in Herculem.] *Quàm in nos creſcit Romana gens, ſemper fortior reſurgens. Sic Cyneas cognita Romanorum multitudine, poſt acceptam cladem copias inſtaurantium, dixit, Pyrrhum ſibi uideri aduerſus Lernæam hydram pugnare.* Monſtrumue ſummiſere Colchi maius] *Non creuit maius monſtrum in Iaſonem apud Colchos, quàm populus Romanus eſt, ſemper in hoſtem renaſcens. Inter cætera autem monſtra cum quibus Iaſoni pugnandum fuit, aureum uellus petenti, etiam armati Gigantes, ex Draconis dentibus ſeminatis nati, bellum acre & horrendum contra eum fecerunt. Sunt qui dicunt, hos dentes fuiſſe illius ſerpentis, quem Cadmus interfecit. Nam, ut Pherecydes memorat, pars illorum dentium à Marte & Pallade Cadmo tradita fuit: Altera Aeëtæ, Colchorum regi. Hanc fabulam prolixè deſcribit Ouid. lib. 7. Transfor. in principio. Et in Epiſtola Medeæ ad Iaſonem.* Colchi] *Hi Scythiæ ſunt populi, Aegyptiorum coloni, ut Appollonius ait, & Herodotus approbat.* Echioniæue Thebæ] *Intelligit draconem illum, quem in Bœotia Cadmus, Thebarum conditor, occidit, ex cuius dentibus terræ à Cadmo mandatis, iuſſu Palladis nati ſunt armati uiri, qui ſe mutuis uulneribus ſtatim interfecerunt omnes præter quinque, quos condendæ urbis ſocios Cadmus habuit. In quorum numero fuit etiam Echion, unde Thebæ Echioniæ dicuntur. Hanc fabulam multis uerſibus recenſet Ouid. lib. 3. Transfor.* Merſes profundo] *Licet in mare altiſsimum demergas, tamen pulchrior, fortiorq; rurſus apparet, atque emergit è uadis.* Luctere multa proruet integrum] *Si pugnes cum populo Romano, etiam uictorem te antea prælio nunquam ſuperatum, magna cum laude proſternet atq; euincet.* Prælia coniugibus loquenda] *Hoc eſt, præclara ac ſecunda prælia committet, ideoq; digna ut domi coniugibus narrentur. Iuuat enim milites reuerſos commemorare ea, quæ geſta ſunt in bello. Vnde Penelope apud Ouidium ſic ſcribit Vlyſsi:*

„ *Grata ferunt Nymphæ pro ſaluis dona maritis,*
„ *Illi uicta ſuis Troica fata canunt.*
„ *Mirantur iuſtiq; ſenes, trepidæq; puellæ,*
„ *Narrantis coniunx pendet ab ore uiri.*

Carthagini iam non] *Poſthac non potero mittere legatos Carthaginem, ob lætum nuntium ſuperbos atque inſolentes, quales miſi poſt uictorias ad Ticinum, Trebiam, Traſimenum, & Cannas partas, quia Aſdrubale occiſo, omnis uincendi ſpes perijt.*

Occidit, occidit ſpes omnis, & fortuna] *Cum magno dolore hoc pronunciat Annibal, non ſine præſagio imminentis fati. Sic cùm Claudius Conſul caput Aſdrubalis, quod ſeruatum cum cura attulerat, proijci ante hoſtium ſtationes, captiuoſq; Afros uinctos, ut erant, oſtendi: duos etiam ex ijs ſolutos ire ad Annibalem, & expromere quæ acta eſſent, iuſsiſſet, Annibal tanto ſimul publico familiariq; ictus luctu, agnoſcere ſe fortunam Carthaginis fertur dixiſſe. Autor eſt Liuius lib. 7. Decad. 3. Florus dixiſſe Annibalem, cùm proiectum fratris caput ad ſua caſtra uidiſſet ait: Agnoſco infelicitatem Carthaginis.* Nil Claudiæ non efficient manus] *Neronis uires, atque fortitudo omnia efficient.*

Iupiter defendit & curæ ſagaces expediunt] *Rectiſsimè diuinum auxilium, & humanam ſolertiam coniungit in rebus gerendis. Nam Deus primùm inuocandus eſt, deinde negocia aggredienda. Siquidem Deus non ceſſantibus, ſed induſtrijs & uigilantibus opem ferre ſolet. Quod etiam prouerbia, uulgò frequenter iactata, ſignificare uidentur: Dij facientes adiuuant. Ἀεὶ τἀγαθὰ τοῖς πονοῦσι πωλοῦνται. Id eſt, Dij bona laborib. uendunt. Huc alluſit Saluſtius in lib. de coniuratione Catilinæ. Non uotis, inqt, neq;*

ſupplicijs

ſupplicijs muliebribus auxilia deorũ parantur: uigilando, agendo, bene conſulendo proſperè omnia ſuccedunt. Vbi ſocordiæ te atque ignauiæ tradideris, nequicquam deos implores: irati, infeſtiq́ ſunt.

THEOD. PVLM. } 6 Propulit] Protulit, *G.B.* 18 Gerentem & Vindelici] Gerentem Vindelici, *H. G. E.* 31 Nec imbellem] Neque imbellem, *H.G.* 34 Roborant] Roborat, *legendum eſſe, ſi cultus ſit numeri ſingularis, putat Lãbinus, uerumtamen nihil mutat.* 36 Dedecorant] *H.G.E.B.* Indecorant, *Acron, Porphyrio, quod & in G. ſuprà adſcriptum fuit.* 42 Vt Italas] *H.G.E.B.* ut Italas, *Aldina editio, & Cruquij codex unus.* 48. Fana Deos habuêre rectos] *Hanc complectitur ſententiam: antè Di Romanis infeſti iniquiq́ erant: ſed poſtea quàm impiè eorum à Pœnis uiolata templa ſunt, recti & æqui Romanis eſſe cœperunt auerſati Pœnos, quibus antè fauerant. Turneb. lib. 24. cap. 35.* 65 Merſes] Merſus, *H. G. E. B.* 73 Efficient] Perficiunt, *H.* perficient, *G. E. B.* 76 Peracuta belli] *H. G. E. B.* non, acuta bella, *ut libri quidam impreſſi. Vide Annotationes ad Oden 9. lib. 1.*

GEORG. FAB. } *Laudat initiò Druſum Neronẽ, Auguſti Cæſaris priuignum, propter indolem & educationem, qui annis penè puerilib. in Germania militarit. Deinde Claudium Neronem, qui Haſdrubalem Hannibalis fratrem, ad urbem Senogalliam, & ad fluuium Metaurum deuicerit. Oda hæc uaria eſt ſimilitudinibus, quibus uirtutem & natales Druſi, & animos excellentiamq́ Roman. extollit.* Dedecorant bene nata culpæ] *Lectio librorum antiquorum & interpretum eſt,* Indecorant. *Sententia de Sophocle translata, eam ſic effert Leo pontifex, Claris parentibus genitos, uicia malæ conuerſationis obſcurant. Citat eundem uerſum Ditmarus in Chronicis. Bene nata, τὰ εὐγενῆ, τὰ καλῶς πεφυκότα.* Wolgeborn. Expediũt per acuta belli] *Cũm Acronis commentarios ederem uberiores, ante annos quindecim, hunc locum emendaui, ut teſtantur codices excuſi Baſileæ. Ita Cic. ad Att. τὰ κατὰ τὸ πολέμου Hiſtoricus dicendi modus, ut apud Aemilium, montium infima: apud Salluſtium, terrarum extrema: ſed apud utrunq́ corruptis exemplaribus. Ita Hegeſippus, Bellorum ſæua. Minutius, Recta montium, collium flexa, porrecta camporũ dixit. Sed in re facili, nimium exemplorum.*

IOD. BAD. ASCENS. } Qualem] *In Auguſti laudem Druſum celebrat. Nam illius uirtutem Auguſti auſpicijs & maiorum præſtantiæ acceptam fert: comparat autem eũ aquilæ & leoni iam primum prædam agentib. Ordo aũt poteſt incipi illic.* Videre Rhæti ſic. Rhæti] *.ſ. populi in Alpib. & Vindelici in ijſdem Alpibus olim populi, quib. unde mos deductus per omne tempus.* Obarmet] *Id eſt, contra hoſtes armet.* Dextras ſecuri Amazonia] *Id eſt, qualẽ Amazones ſolent ferre.* Ego diſtuli quærere] *Id eſt, nondũ inquiſiui, nec fas eſt ſcire omnia, deinde ad principium redeundum eſt: talem inquam uidere Druſum, qualẽ.* Iuuentas] *.i. dea iuuentæ, hoc eſt, ipſa iuuenilis ætas.* Et uigor patrius] *Id eſt, à* Patre] *Scilicet aquila grandiore ſumptus.* Propulit] *Id eſt, porrò expulit olim nido.* Alitem] *Scilicet aquilam.* Miniſtrum fulminis] *Scilicet Ioui porrecti.* Cui] *Id eſt, cuius progenitori, Iupiter rex deorũ.* Expertus] *Sup. ipſum fidelem in* Ganymede flauo] *Id eſt, flauis capillis.* Dum] *Scilicet ipſum rapuit Ioui.* Permiſit regnum] *.i. ipſum effecit regem.* In aues uagas] *Id eſt, ſine uia uolantes, unde aues, quòd ſine uia ſunt, dictæ ſunt.* Propulit] *Dicit.* Inſcium] *.i. inexpertum.* Laborum] *.ſ. uolandi & prædandi.* Et uenti uerni] *.i. in uere, quando auiũ ferè educatio eſt, flantes.* Docuêre ipſum pauentem] *.ſ. quia adhuc imperitũ.* Niſus] *Id eſt, conatus uolandi.* Inſolitos] *Non prius obitos, & hoc nimbis iam* Remotis] *Id eſt, ſerenitate inducta, tunc enim ferè emittuntur aues, quæ ſub pluuia continẽtur in nido.* Et impetus uiuidus demiſit mox hoſtem] *Id eſt, prædatorem.* In ouilia] *Id eſt, caulas ouium, & amor dapis atq́ pugnæ, quia interdum auida pugnæ aquila prædatur, & alijs auibus prædam relinquit.* Egit] *Id eſt, impulit nunc, id eſt, ubi iam facto periculo animoſior factus eſt, in dracones reluctantes.* Ve] *Pro uel.* Videre] *Sup.* Talem] *Qualem* Caprea] *Id eſt, capra ſilueſtris intenta.* Paſcuis lætis] *Id eſt, pinguibus aut herboſis.* Videt peritura dente nouo] *Id eſt, quo nulla fera perierat.* Leonem] *Id eſt, catulũ leonis.* Depulſum iam ab ubere matris fuluæ] *Scilicet leæ aut leænæ.* Sed] *.i. licet non omnia ſcio, id tamen ſcio, quòd cateruæ ſcilicet Rhætorum & Vindelicorum uictrices diu & latè, reuictæ conſilijs.* Iuuenis] *Scilicet Druſi.* Senſere] *Id eſt ſenſerunt.* Quid mens & quid indoles] *Id eſt, inolita ſeu innata uirtus.* Nutrita ritè ſub fauſtis] *Id eſt, fœlicibus ſcilicet Auguſti penetralibus.* Poſſet & quid animus Auguſti paternus] *Id eſt, talis ac ſi paternus eſſet.* In] *Id eſt, erga.* Pueros] *Id eſt, liberos* Neronis] *Scilicet Claudij. Nam Fortes, ſcilicet liberi, creantur, ſcilicet parentibus, fortib. & bonis, unde per contrarium dixit, priꝰ ab adulteris inualidos gigni.* Virtus patrum] *Id eſt, progenitorum eſt in iuuentis, & in equis nec aquilæ feroces progenerant columbam imbellem.* Sed doctrina] *Scilicet maiorum.* Promouet uim] *Id eſt, uirtutem.* Inſitam] *Id eſt, innatam.* Et recti] *Id eſt, decentes cultus.* Roborant] *Id eſt, firmant pectora. Et contra.* Vtcunq́] *Id eſt, ubicunq́ uel quandocunq́.* Mores] *Scilicet boni defecêre.* Culpæ] *Id eſt, uitia prolis.* Dedecorant] *Id eſt, dehoneſtant.* Bene nata] *Id eſt, nataliũ claritudinem.* Quid debeas] *Ex rebus geſtis rem aperit dicens.* O Roma *flumen Metaurum apud quem Claudius Nero cum. M. Liuio Haſdrubalem uicit, & Haſdrubal deuictus, & ille dies pulcher fugatis tenebris, ſcilicet contumeliæ: Latio, qui dies riſit primus.* Adorea] *Id eſt, adorandorum conſulum gloria.* Alma] *Id eſt, altrice uirtutis. Vnde Naſo.*

„ *Laudataq́ uirtus creſcit, & immenſum gloria calcar*
„ *Habet:* ——

Eſt teſtis] *Id eſt teſtatur, quid debeat Neronibus.* Dirus] *Vt uictorem extollat, commemorat immanitatem uicti, & eius confeſſionem dicens.* Vt] *Id eſt, poſtquam, Apher Hannibal.* Dirus] *Id eſt, immanis & efferus, equitauit per urbes.* Italas] *Id eſt, Italicas.* Ceu] *Id eſt, ueluti flamma ſup. fertur.* Per tædas] *Id eſt, ligna reſinoſa.* Vel Eurus] *Id eſt, uentus ille.* Per undas Siculas] *Id eſt, maris Siculi.* Poſt hoc] *Id eſt, poſt illius ferociam à Claudijs domitam, pubes Romana.* Creuit uſq́] *Id eſt, continuè.* Laborib. ſecundis] *Id eſt, proſperis.* Et Phana] *Id eſt, templa uaſtata impio tumultu.* Pœnorum] *Id eſt, Punicorum.* Habuêre deos rectos] *Id eſt, iuſtos ultores. Et Hannibal perfidus dixit tãdem, quia quamdiu potuit reſtitit, ſed tandem animo quoq́ uictus dixit ſuis.* Nos cerui] *Id eſt, tanquam cerui.* Exiſtentes præda luporum rapacium] *Scilicet Romanorum ab Romulo Lupæ alumno originem trahentium.* Sectamur ultrò] *Id eſt, plus quam laceſſiti cũ fugere debeamus eos, quos fallere & effugere, quia aperto Marte uincere nõ dabatur.* Eſt triumphus opimus] *Id eſt, ſummus, qui nobis contingat, ſicut in quo opima Ioui ferũtur ſpolia.* Gens] *Scilicet Romana, quæ exiſtens fortis, pertulit ab illo cremato ad urbes.* Auſonias] *Id eſt, Italicas.* Sacra] *Id eſt, ſacrificia & deos, & natos.* Et patres maturos] *Scilicet bello & rebus gerendis, quod dicit, quia effœta ſenectus derelicta eſt in Sicilia, ut arguit decetur Aeneid. 5. ubi Anchiſes, inquit.* Lectos iuuenes *Fortiſſima corda, Defer in Italiam, unde non intelliges de Anchiſe, nec de Aenea, quia Anchiſes non peruenit, & Aeneas non dicetur perlatus, ſed pertuliſſe reliquos, quæ pertulit inquã exiſtens iacta* Aequoribus Tuſcis] *Id eſt, Thyrrenis.* Ducit opes] *Id eſt, potentias & animum.* Per damna & per cædes ab ipſo ferro] *Id eſt, Quantò plus cæditur, tantò animoſior renaſcitur.* Vt ilex] *Id eſt, arbor Glandifera tonſa duris bipennibus.* In Algido] *Monte non longè à Roma.* Feraci nigræ] *Id eſt, denſæ frondis, ſupple repullulat aut plures arbores producit.* Hydra] *Id eſt, ſerpens aquatilis, non creuit firmior corpore ſecto, cum pro quolibet capite abſciſſo bina renaſcerentur, in Herculem dolentem uinci, qui ubique uictor fuerat.* Ve] *Pro uel.* Colchi non ſubmiſêre] *Id eſt, clanculum immiſere Iaſoni.* Monſtrum] *Maius, quàm hæc qui tamen draconem & Tauros igniuomos ſubmiſerunt.*

Ve] *Pro uel.* Thebæ Echyoniæ] *Id eſt, ab Echyone uno ex dentibus draconis nato conſtructæ, quæ draconem & ex illius dentibus armatos ſubmiſerant: non ſubmiſêre maius monſtrum, quia ſi merſes, aut permuſtaue.* Merſes] *Id eſt, peruenſtom frequens*

frequenter mergas (Eſt enim merſo frequentatiuum à mergo) profundo ſcilicet mari. Gens ſupple illa eueniſ] Id eſt, emerget, pulchrior. Luctere] Id eſt, ſi lucteris, aut permitto, ut lucteris cum ea, & in principio uincas. Ipſa proruet] Id eſt, proſternet cum multa laude. Victorem integrum] Id eſt, non prius ſtratum & geret. Prælia loquenda] Id eſt, recitanda. Coniugibus] Scilicet cum iactantia. Ego non mittam iam] Id eſt, deinceps nuncios ſuperbos, quia uictoriæ indices. Carthagini] Id eſt, ad Carthaginem, quia omnis ſpes & fortuna noſtri nominis. Occidit] Id eſt, penitùs extincta eſt. Haſdrubale fratre interempto] Scilicet à Claudio Nerone. Nil Claudiæ] Proſequitur laudes Claudiæ gentis Hannibal, quæ eo plus ponderis habent, quòd ab hoſte dicuntur unde Dido de Teucro.

„ Ipſe hoſtis Teucros inſigni laude ferebat.

Ordo eſt. Manus] Id eſt, copiæ, aut Vires Claudiæ] Id eſt, Claudiorum. Nil non] Id eſt, omnia, quæ attentabunt, perficient: utpote. Quas Iupiter] Scilicet ut uolunt Auguſtus, ſed meliùs ſimpliciter de Ioue intelligimus: Qui auctor, & pater Aeneadum eſt. Defendit numine] Id eſt, aſpiratione & fauore benigno. Et quas curæ ſagaces] Id eſt, prouidæ. Expediunt] Id eſt, liberant. Per acuta] Id eſt, periculoſiſſima bella.

ANT. MANCIN. } Hac Ode & aquilæ, & leoni comparat Druſum, Tyberij fratrem, ob eius in hoſtes ſtrenuitatem, domuerat namq; Rhætos, & Vindelicos. Eiuſdem quoq; maiorum geſta in eius etiam laudem commemorat. Qualem mi.] Ode eſt ſimilis nonæ, lib. 1. Eſt autem ordo. Qualem alitem miniſtrum ful. Cui Iupiter rex deorum permiſit regnum in uagas aues. Expertus fidelem in flauo Ganymede. Olim iuuentas & patrius uigor propulit nido laborum inſcium, &c. Miniſtrum fulminis] Negant ſolam aquilam unquam fulmine exanimatam, ideo armigeram Iouis conſuetudo iudicauit, ut Plin. ſcribit lib. 10. In Ganymede, de hoc ſuperiùs. Qualemúe lætis] Ordo eſt. Qualemú: leonem iam lacte depulſum ab ubere fuluæ matris, caprea intenta lætis paſcuis uidet peritura nouo dente. Nouo d] Adhuc enim nunquam cædem commiſerant Leonis parui dentes. Videre Rhæti] Ordo eſt. Rhæti & Vindelici. Nam & intelligendum eſt &. Druſum] Fuit is Tyberij Neronis, & Liuiæ Druſillæ filius, fraterq; Tyberij Cæſaris, & Auguſti priuignus, qui Rhætos & Vindelicos, Alpiũ populos domuit, de quibus etiam Sueton. ait: quòd Auguſtus domuit partim ductu, partim auſpicijs ſuit. Cantabriã, Aquitaniam, &c. Item Rhætiam & Vindelicos ac Salaſſos gentes Alpinas coërcuit. Stra. lib. 4. ſcribitq; ſupra Comum ad Alpium radices Rhæti iacent, atq; ad Italiam pertinent. Et uinum Rhæticum inter Italica commendata non ſanè inferius: in montanis illorum radicibus naſcitur. Vniuerſa autem montana pars in orientem, & in auſtrum uergens à Rhætis. Vindeliciſq; tenetur: horum uerò feritatem etiam L. Florus ſcribit. De Druſo etiam plurima. Quid debeas ô Roma Neronibus patritia gens, Claudia orta eſt ex regillis oppido Sabinorum, inde Romam recens conditam cum magna clientium manu commigrauit: auctore Tito Tatio, uel quod magis conſtat Tacio Claudio gentis principe. Poſt reges exactos ſexto ferè anno à patrib. in patritios cooptata. Deinceps procedente tẽpore duo de triginta conſulatus, dictaturas quinque, cenſuras 7. Triumphos. 7. duas ouationes adepta eſt. Inter cognomina autem & Neronis aſſumpſit, quod ſignificatur lingua Sabina fortis ac ſtrenuus. Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa etiã ſecus admiſſa in rep. extant. Appius Cæcus ſocietatem cum rege Pyrrho, ut parum ſalubrem iniri diſſuaſit: Claudius Claudex primus freto claſſe tranſiecto, Pœnos Sicilia expulit. Tyberius Nero aduenientem ex Hiſpania cum ingentibus copijs Haſdrubalem, priuſquam Hannibali fratri coniũgeretur, oppreſſit. Ex hac ſtirpe Tyberius Cæſar genus traxit, & quidem utrinq; paternum à Tyberio Nerone, maternũ ab Appio Pulchro, qui ambo Appij Cæci filij fuerãt. Hæc ex Sueto. Metaurum flumen] Metaurus Fluuius eſt inter Phanũ Fortunæ & Senogalliam, propius tamen Phano ad duo millia paſſuum, longè uerò à Senogallia. 13. millib. paſſ. Eſt autẽ in Vmbria: ut ſcribit. Plin. lib. 3. ingrediturq; mare Adriaticum. Apud Metaurum deniq; M. Liuius: & Claudius Nero conſules Haſdrubalem, Hannibalis fratrem, ut illi ſe coniungeret ex Hiſpania uenientem occiderunt, cæſis etiam 56. millib. hoſtium: captis 5. millib. & quadringentis cum magna præda, tum omnis generis, tum auri, argentiq;. Ciuium etiam Rom. qui capti apud hoſtes erant, ſupra 4. millia capitum recepta. Sed octo fermè millia Rom. ſociorumq; occiſa. Plura etiam Liuius 7. de Bel. Punico ſecundo. Tenebris] .i. hoſtib. qui hominum animis tenebras ob terrorem incutiebant. Alma adorea] .i. laude & gloria. Nam adoream laudem ſiue gloriam dicebant, quia glorioſum eum putabant eſſe, qui farris copia abundaret, ut Feſtus inquit: Et Apuleius lib. 3. ait. Ego igitur iam & ipſe poſſum, inquam, mihi primam iſtã uirtutis adoream ad exemplum duodeni laboris Herculis numerare. Item lib. 7. ſic. Domi foriſq;, fortibus factis adoriæ plenæ, gloriarer equis armentis: Dicitur autem adorea & adoria, licet ab adoreo dicatur, adoreum olim far uocabatur. Dirus per urbes Apher] Senſus eſt, quòd Hannibal uicto Haſdrubale per Italas urbes fugit, uti flamma per tædas, & Eurus per mare Siculum. Liuius autem ſcribit lib. 7. de bello Punico ſecundo, quòd occiſo Haſdrubale, Hannibal tanto ſimul publico familiariq; ictus luctu agnoſcere ſe fortunam Carthaginis fertur, dixiſſe. Caſtris inde motis omnia auxilia, quæ diffuſa latiùs tueri nõ poterat, in extremum Italiæ angulum Brutios contraxit, & Metapontinos ciuitatem uniuerſam excitos ſedibus ſuis, & Lucanos qui ſuæ ditionis erant in Brutium agrum traduxit, utq; idem Liuius lib. 9. ſcribit: cũ poſtea Locros Scipio recipere uellet, inde nocte motis caſtris abijt Hannibal. Idem poſtea à Sempronio conſule in agro Crotonenſi fuſus, ac fugatus eſt: ubi cæſa ſunt ſupra quatuor millia armatorum, paulò minus trecenti capti uiui: & equi 40. & 11. militaria ſigna, itaq; percuſſus aduerſo prælio Hannibal Crotonẽ exercitũ reduxit. Atq; ut Liuius idẽ lib. 10. ſcribit. Nihil poſt hæc ab Hãnibale in Italia geſtũ eſt, nam eũ Carthaginenſes reuocauerunt ab ipſa Italia. Vt Italas] Vt .i. quemadmodum, legitur aũt cum quadam admiratione. Rectos] Aequos & benignos, non auerſos, ut olim. Fallere & effugere] Senſus eſt, quòd fallere Rom. & effugere illos erat Aphris ſummus triumphus. Gens, quæ] Ordo eſt. gens quæ fortis ab Ilio cremato iactata Thuſcis æquorib. pertulit Auſonias ad urbes ſacra & natos, & maturos patres, per dãna, per cædes ab ipſo ferro: ducit opes animũq;. ut ilex tonſa duris bipennib. in Algido feraci nigræ frondis. Nigræ frondis] Propter umbrã, id ait, quæ ex frondiũ dẽſitate eſt, uel quia ibi ilices affluũt, quæ nigræ ſunt frondis. Natos] Aeneã & Aſcanium. Patres] Anchiſem & Aeneam. Hydra] Ex Hydræ Lerneæ corpore centũ prodibant ſerpentum cũ capite ceruices, quarum ſingulis cæſis duæ renaſcebantur, ob eamq; rem minimè uinci poſſe uidebatur, cum pars amputata ualidior redderetur. Hanc difficultatem arte ſuperans Hercules, Iolaũ monuit, ut eueſtigiò inciſam ceruicem face lignea, ne efflueret ſanguis inureret, hoc pacto ſuperata belua ſagittas eius ſanguine unxit, quo illarũ uulnus mortiferũ redderetur, hæc omnia ex lib. 5. Diod. Euſebius uerò ubi de Hercule meminit, ita ait. Hydrã aũt callidiſſimũ fuiſſe Sophiſtam aſſerit Plato. De Hydra Ouid. etiam ſcribit in principio lib. noni. Illud ferè quod Diod. de numero capitum, & caſorum augmento. Monſtrum. ue ſubmiſere Colch.] Auream pellem Arietis in templo Martis Aëta rex ſuſpenderat: cuſtodeſq; plures appoſuerat, & draconẽ: ſed reuera templi cuſtos Draco dictus eſt, hæc & plura Diodorus lib. 5. Ouid. uerò lib. 7. Met. ſcribit hunc Draconem auxilio Medeæ ab Iaſone occiſum eſſe. Ait autem

„ Peruigilem ſupereſt herbis ſopire Draconem.
„ Qui criſtis, linguiſq; tribus præſignis, & uncis
„ Dentibus horrendus cuſtos erat arboris aureæ.

Echyoniæ uc.] The. ſuit Echyõ unus è quinq;, qui Cadmo Thebas condere auxiliatus eſt, occiderat aũt Cadmus ſerpẽtẽ maximum: deinde reſponſo ab aëre dato, illius dẽtes ſeuit: è quib. nati ſunt armati homines, qui ſeipſos occiderunt, ilico ſuperſtitib. quinq; tantũ, quorum unus Echyon. De hac re latiùs lib. 3. Met. Ouid. Merſes] Rom. ſup. eſt aũt à merſo, merſas. Luctere] Nullo modo ſi intelligas, nam per ſe plenus eſt ſermo: eſt enim ſicut merſes ſecunda uox præſentis ſubiunctiui: quo pro imperatiuo interdum utimur.

Luctere,

Luctere, id eſt, luctam inire cum Romano. Eſt autem eiuſdem formæ luctor, luctaris, uel luctere. Integrum uictorem] *Id eſt, antea inuictum.* Coniugibus] *Loquendo hinc ait Vlyſſi Penelope.*

» *Grata ferunt Nymphæ pro ſaluis dona maritis.*
» *Illi uicta ſuis Troica facta canunt.*
Poſtea
» *Narrantis coniunx pendet ab ore uiri.*

Superbos] *Hilares & nobiles ob uictoriam aliquam: non enim amplius uictor eſſe poſſum.* Spes omnis] *Erat enim Aſdrubal patre eodem Amilcare genitus: atque dux impiger, per tot in Hiſpania annos bello Romano exercitatus, gemina uictoria inſignes, duobus ducibus cum exercitibus deletis, ut Liuius ſcribit lib. 7. de bel. Pun. 2.* Et fortuna] *Vt ex Liuio diximus, occiſo Aſdrubale Hannibal ſe agnoſcere fortunam Carthaginis fertur dixiſſe.* Nil Claudiæ] *Poſtea uerba ſunt in laudem Druſi domus Claudiæ.* Iupiter] *Auguſtum intelligit.* Curæ ſagaces] *Ipſius Auguſti conſilia.* Expediunt] *Explicant, liberant. Acuta* Belli] *Periculoſiſſima: alludit autem ad telorum acumen.*

ODE V. AD AVGVSTVM.

Προσευκτική.

Ode V. Dicolos tetraſtrophos, ut: Scriberis Vario fortis, & hoſtium.

–– –∪∪– –∪∪– ∪–
–– –∪∪– –∪∪– ∪–
–– –∪∪– –∪∪– ∪∪
–– –∪∪– ∪–

ARGVMENTVM IN ODEN V.

Scribit ad Auguſtum, qui à ſenatu in hoc miſſis legatis, pollicitus ſe breui rediturum, diutiùs opinione morabatur, reuocat igitur eum miro conſilio, ſimulq; laudibus uehit, nam ait Populum Rom. non ſecus eius abſentia adfici, ac mater chariſſimi filij abſentis deſiderio tenetur, eiusq; præſentia, ut diſcuſſa hyeme, ueris amœnitate animos omnium exhilarari. ait eius opera pacem ubique reſtitutam, ut ne metus quidem ullus ſuperſit, quod leges integerrimè adminiſtrentur, proinde non eſſe quod diutiùs differat reditum ad ſuos.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Auguſtum Cæſarem, ultra promiſſum tempus in prouincijs morantem, rogat, ut reditum maturet: Nam populum Romanum uehementiſſimo eius deſyderio æſtuare. Propterea quòd eo præſente Reſpublica ſit læta, legibus bene ordinata, & tranquilla.

COMMENTARIA.

ACRON.

DIVOS orte] *Auguſto ſcribitur, qui tranſmarinis partibus diu reſidens, ſenatus ac populi precibus, legatione miſſa, reditum ſuum promittens, immorabatur.* Diuis orte] *Vt, Dijs genite, & genture Deos.* Romulæ] *Pro Romuleæ.* Lucem redde] *Plus dixit quàm ſalutem. Siquidem lux pro ſalute poni conſueuit, ut:*

» *O' lux Dardaniæ.*

Dux bone patriæ] *Bone Auguſte, non bonæ patriæ legendum eſt.* Inſtar ueris] *Pro ſimilitudine Veris. Vt,*

» *Inſtar montis equum.*

Quia lux dixerat ſuperiùs, ideò comparationem uerni temporis poſuit. Vt mater iuuenem] *Ita patriam Auguſti deſiderare præſentiam, ſicut à matre reditus abſentis filij conſueuit. Ordo eſt:* Vt mater uocat ominibus, uotis & precibus iuuenem cunctantē trans æquora Carpathij maris quem Notus inuido flatu detinet, à dulci domo longius anni ſpacio. Inuido] *Aduerſo, inimico.* Carpathij trans maris æquora] *Id eſt Aegyptij. Vt, Carpathium Libycumq; ſecat,* Cunctantem] *Morantem. Vt,*

» *Reginam thalamo cunctantem.*

Detinet] *Separat.* Votis, ominibusq;] *Tanquam uota pro reditu faceret, & omnia aduerſa timeret.* Curuo nec faciem littore dimouet, *Vt affectum deſiderantis oſtenderet, eas partes ſollicitè dixit attendi, à quibus ſperat reuerti.* Sic deſiderijs] *Tanquam patria deſiderio Auguſti perterretur, dum pro eius ſalute eſſet ſollicita,* Tutus bos etenim] *Virtute dicit & diſpoſitione Cæſaris præſtitam agris quietem, ut:*

» *Ille meas errare boues, ut cernis, & ipſum*
» *Ludere quæ uellem calamo permiſit agreſti.*

Almaq; fauſtitas] *Nouè fœlicitas dicta.* Pacatum uolitant per mare nauitæ] *Compreſſi enim ab eo fuerant piratæ.* Culpari metuit fides] *Tanquam eius tempore nec creditum, nec depoſitum negaretur.* Caſta domus] *Pudica, ut: Caſta pudicitiam ſeruat domus.* Mos & lex maculoſum edomuit nefas] *Legem ſignificat, quam de coërcendis adulterijs ſanxit.* Laudantur ſimili prole puerperæ] *Tanquam abeſſe matrimonio culpam, prolis & parentum ſimilitudine demonſtraret, ut:*

» *Si quis mihi paruulus aula*
» *Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret.*

Culpam pœna premit comes] *Comes, inquit, culpæ pœna eſt, nec differendo uindictam præſtat peccandi licentiam.* Quis Parthum] *Nullas gentes dicit incolumi Cæſare formidari.* Feræ] *Indomita & bellicoſa*

DIVIS orte bonis, optime Romulæ
Cuſtos gentis, abes iam nimiumdiu:
Maturum reditum pollicitus, patrum
Sancto concilio, redi:
Lucem redde tuæ dux bone patriæ.
Inſtar ueris enim uultus ubi tuus
Affulſit: populo gratior it dies,
Et ſoles melius nitent
Vt mater iuuenem, quem notus inuido
Flatu Carpathij tranſmaris æquora
Cunctantem ſpacio longiùs annuo
Dulci detinet à domo,
Votis, ominibusq;, & precibus uocat,
Curuo nec faciem littore demouet:
Sic deſiderijs icta fidelibus
Quærit patria Cæſarem.
Tutus bos etenim rura perambulat:
Nutrit rura Ceres, almaq; Fauſtitas:

bellicoſæ Hiſpaniarũ gẽtes. Condit quiſque diem] *Finit, explet. Virgil.*

„ *Cantando longos memini me condere ſoles.*

Et uitem uiduas ducit ad arbores] *Beneficio Auguſti per otium præſtitam utilitatem agrorum cultu creſcere. Viduas uerò arbores, ſine uitibus dixit, ut:*

„ *Stratus humi palmes uiduas deſiderat ulmos.*

Hinc ad uina redit] *Id eſt, à labore ad cõuiuia.* Et alteris Te menſis] *Secundæ menſæ dicebantur, quæ in honorem Deorum exhiberi conſueuerant, ut:*

„ *Non ego te dijs & menſis accepta ſecundis*

„ *Tranſierim Rhodia.*

Exhiberi ergo & Auguſto ſignificat honorem deorũ per eaſdem celebritates. Vt Græcia] *Sic à Romanis promittit Auguſtum dijs penatibus ſociandum, ſicut à Græcis Hercules, Caſtor & Pollux, quos aut ciuica animus familiaritas cõmendauit, aut quos labor diligi fecit & uirtus.* Et magni memor Herculis] *Id eſt, memor beneficiorum.* Dux bone ferias] *Aut propter continuationem uictoriarũ longas optauit ferias: aut abominando bella uitam prolixam.* Integro] *Toto die.* Sicci] *Ieiuni.* Vuidi] *Vino pleni, Vt:*

„ *Vuidus hiberna uenit de glande Menalcas.*

Subeſt] *Subter eſt, id eſt, in occaſum conditus eſt.*

PORPHYR. } Diuis orte bonis] *Hæc Ode ad Auguſtum ſcripta eſt, diutiùs in tranſmarinis prouincijs morantem, populi ac ſenatus legationibus miſsis reditum eius precantis.* Inſtar ueris enim uultus ubi tuus Affulſit] *Hoc eſt, præſentia tua ad inſtar uernæ gratiæ exhilarantur omnia.* Vt mater iuuenẽ] *Ordo eſt: Vt mater uocat iuuenem cunctantem ſpacio longius annuo, uotis, ominibus, & precibus.* Cunctantem] *Autem demorantem ſignificat, ut eſt apud Virgil.*

„ *Reginam thalamo cunctantem ad limina primi*

„ *Pœnorum expectant.*

Sic deſiderijs icta fidelibus Quærit patria Cæſarem] *Icta participialiter dicitur, & ſignificat percuſſa.* Nutrit rura Ceres almaq; Fauſtitas] *Ad notandum nomen Fauſtitas ſic dictum, quaſi fœlicitas aut iucunditas.* Mos & lex maculoſum edomuit nefas] *Eleganter uidetur eam legem ſignare, quam de adulterijs coërcendis ſanxit.* Culpã pœna premit comes] *Comes, inquit, pœna it culpæ ſuæ, id eſt, non differt pœnam ſuam delinquentibus, per hoc ſignificat ingeneroſe nihil, aut negligenter fieri.* Et uitem uiduas ducit ad arbores] *Suauiter & uiduas arbores dixit, priuſquam uites adiunctas habeant, qui cùm habent, maritari dicuntur à ruſticis.* Et alteris Te menſis adhibet Deum] *Id eſt, ſecundis.* Magni memor Herculis] *Memor beneficiorum eius diximus.* Vuidi] *Id eſt, poti ac madidi.*

CHRIST. LAND. } Diuis orte bonis] *Maximè laudes Auguſti in hac Ode exprimũtur, cum tanto deſiderio populum ex illius abſentia affici oſtendat. Quod nunquam eſſe, niſi ſua multa maximaq; merita in patriam extarent. Miſerat ſenatus populusq; Rom. legationes ad Auguſtum in Tranſmarinis partibus diutiùs immorantem, ut quàm primum reuerteretur, ſupplicantes. Verùm cum diutiùs opinione moreretur, ſcripſit ad eum poëta.*

Orte diuis] *Propter Aeneam Romulum & Cæſarem, qui in gente Iulia dij fuerunt.* Bonis] *Propitijs & fauentibus.* Gentis Romanæ] *Pro Romuleæ ſecundum Acronem. Ego autem puto uocatiui eſſe, ut appellet eum Romulum. Nam ut ſuprà oſtendimus, à triplici ordine tribus eſt donatus nominibus, ut Cæſar, ut Romulus, & Quirinus, ut Auguſtus uocaretur. Erit ergo optime Romule, cuſtos*

Pacatum uolitant per mare nauitæ:
Culpari metuit fides.
Nullis polluitur caſta domus ſtupris:
Mos, & lex maculoſum edomuit nefas:
Laudantur ſimili prole puerperæ:
Culpam pœna premit comes.
Quis Parthũ paueat? quis gelidum Scythen?
Quis, Germania quos horrida parturit,
Fœtus, incolumi Cæſare? quis feræ
Bellum curet Iberiæ?
Condit quiſq; diem collibus in ſuis,
Et uitem uiduas ducit ad arbores:
Hinc ad uina redit lætus, & alteris
Te menſis adhibet Deum.
Te multa prece, te proſequitur mero
Defuſo pateris, & laribus tuum
Miſcet numen: uti Græcia Caſtoris,
Et magni memor Herculis.
Longas ô utinam dux bone ferias
Præſtes Heſperiæ: dicimus integro
Sicci mane die, dicimus uuidi,
Cum Sol Oceano ſubeſt.

ſtos gentis, id eſt, humani generis, quia imperator eſſet Romani imperij. Maturum] *Celerem.* Redde lucem] *Nam tua præſentia omnia fœlicia ſunt, per cõtrarium in ſuperioribus dixit tenebris fugatis.* Inſtar ueris] *Ad ſimilitudinem ueris. Inſtar enim indeclinabile eſt, & ſine præpoſitione ponitur. Videtur autem non formam demonſtrare, ſed quantitatem. Hinc Virg.*

„ *Inſtar montis equum diuina Palladis arte*

„ *Aedificant.* ——

Non enim formam montis, ſed magnitudinem equũ habuiſſe demonſtrat. Cicero de Officijs. Idq; ſi accedat mortis inſtar putemus. Ergo eſt poëtæ ſententia, quòd Auguſti uultus tantum ſplendoris afferat, quantum affert uer in anno. Veluti dicat quod abſente Auguſto fuerit hyems, in qua omnia tenebræ ſunt, reuertente autem illo redeat uer, in quo & dies gratior eſt, & ſoles mollius rident, ſcilicet quàm cum abeſt. Vt mater] *Non potuit efficacius exprimere amorem populi in Octauianum: nam maternus amor omnes affectus ſuperat. Mirificè ergo Octauianum amat populus.* Iuuenem] *Ergo magis dignus amari, cùm ſit non puer, quæ ætas adhuc imperfecta eſt, non ſenex, quæ ætate iam uitæ terminus eſt. Sed ſit in ea ætate, quæ perfecta ſit.* Quem notus] *Nam & abſentia diuturna, & periculum, amorem augere uidẽtur.*

Precibus & uotis] *Nam precatur deos, & uota concipit, & cupida ludendi non dimouet oculos à littore, quo appulſurus eſt. Compone uerba, Patria icta fidelibus deſiderijs ſic quærit Cæſarem, ut mater uocat iuuenem, quem notus detinet cunctantem.* Tutus enim bos] *Oſtendit cauſam tanti amoris eſſe, quod terra, mariq; omnia Cæſaris uirtute pacata ſint.* Nutrit rura] *Dat uim terræ quæ fruges fertileſcant.* Fauſtitas] *Ab eo quod eſt fauſtus, parum autem tritum eſt.* Alma] *Pro ſancta, uenerandaq; accipitur. Cæterùm ab alendo uerbum deriuari uidetur. Quapropter utplurimum hoc epithetum ijs rebus datur, unde nobis ad uitam degendam auxilia ſunt, ſic Cererem, ſic Venerem, ſic diem almam dicimus.*

Mos & lex] *Id eſt, conſuetudo, quæ à lege prouenit. Fuerat enim lex Iulia, de qua Iuuen. Vbi nunc lex Iulia dormis, quam Auguſtus de coërcendis adulterijs tulerat.* Laudantur ſimili prole puerperæ] *Laudantur puerperæ propter prolem ſimilem patri. Nam quòd edat filium patri ſimilem caſtitatis ſignum eſt.* Puerpera] *Partu leuatam ſignificat, nam fœta, & quæ peperit, & quæ prægnans eſt, iure dicitur. Laudat ergo & quòd pacem, tranquillitatemq; pepererit, propter quam rura optimè culta fertilem ferunt annonam. Laudauit quòd optimis legibus rem adminiſtrat. Laudat nunc quòd nõ ſolùm bella ceſſant, uerùmetiam quòd omnis belli metus remotus ſit. Nam & Parthos, & Scythas, & Germanos, & Hiſpanos ita coërcuerat, ut nihil inde timendum ſit.* Hiberiæ] *Hiſpaniæ à flumine Hibero.* Condit] *Finit, Virg.*

„ *Cantando longos memini me condere ſoles.*

Diem] *Vitam, nam ceſſante bello non coguntur in longinquas expeditiones proficiſci.* Alteris] *Id eſt, ſecundis. Duas enim menſas adhibebant antiqui, primam carnibus, ſimilibusq; rebus dabãt. Secundam uerò pomis. Appellabantq; has ſecundas menſas bellaria. Et quia tunc optima uina dabantur, appellabant uina precioſa bellaria Bacchi. Virgil.*

„ *Non ego te menſis & dijs accepta ſecundis*

„ *Tranſierim Rhodia.*

Te Deum] *Nam uiuẽti adhuc Octauiano diuini honores inſtituti ſunt. Vnde alibi,* „ *Præſentiq; tibi maturos largimur honores.*

Et laribus] *De quibus dictum eſt. Ergo ut Græcia Dioſcuros & Herculem inter lares deos enumerãt, ſic nos te.* Ferias] *Id eſt, dies*

feſtos quos pro ocioſa pace ponit: Nam de ferijs dictum eſt. Sicci] Sobrij, cùm nondum biberimus. Integro] Nam integer eſt in primo mane, quia nondum conſumi cœptus eſt. Vuidi] Id eſt, madidi, id eſt, bene poti & opponitur ſicco.

ERASM. ROTER. } Prouerbium reſipiunt in genere omnia illa. Iratis dijs, propitijs dijs, dijs bonis, &c. Eraſ.

IOAN. HART. } Cuſtos gentis] Homerus ὄρχαμον λαῶν. Iliad. θ. principem ſeu regem uocat.

HENR. GLAREAN. } Diuis orte bonis optime Romulæ Cuſtos gentis. Mancinellus coniunxit optime Romule, perinde atque Romule uocandi ſit caſus. Acronis commentarius Romulæ pro Romuleæ expoſuit. Et D. Eraſmus in Adagio Genius malus, legit Romulæ, ultima cum diphthongo, quod & mihi placet. Votis, ominibusq;, & precibus uocat] Ordo eſt, inquit Mancinellus, ut mater & uotis omnibus, & precibus uocat iuuenem, &c. Ex quibus uerbis patet illum omnibus pro ominibus legiſſe: quod erroris, ut in ſoluta oratione ex ſcriptura facile accedere poteſt, ita in hoc genere carminis minimè: quod quidem uirum diligentem non animaduertiſſe, admodum miror,

HERMAN. FIGVL. } Diuis orte bonis] Dijs propicijs nate, propter Acciam matrem genitam in familia Iulia, quæ à Venere originem duxit, teſte Suetonio, apud quem Iulius Cæſar paternum genus cum dijs immortalibus eſſe coniunctum aſſerit, inquiens: A Venere Iulij, cuius gentis familia eſt noſtra.

Optime] Meritò Auguſtum appellat principem optimum, quia ſub eius Monarchia Reipub. ſtatus fuit optimus, & uiuendi conditio feliciſſima. Romulæ cuſtos gentis] Romani populi præſes atq; conſeruator. Sunt enim principes uerè cuſtodes Reipublicæ, quos Deus propterea ad hoc faſtigium euexit, ut ſeruiant ciuili adminiſtrationi, tanquam legi & ordinationi diuinæ, ciuium corpora & bona tueantur, cæteris dormientibus ipſi uigilent, publicam ſalutem ſuæ fidei commiſſam meminerint. Sic apud Homerum lib. Iliados 2. Somnus hortatur Agamemnonem, ducem Græci exercitus, ad uigilantiam, quòd non deceat principem, tot negocia & curas ſuſtinentem, dormire totam noctem. Verſus Homeri ſic habent:

„ εὕδεις Ἀτρέος υἱὲ δαΐφρονος ἱπποδάμοιο
„ οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
„ ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλε.

Nimium diu] Propter maximum tui deſyderium, quod nos tenet. Patrum ſancto concilio] Auguſto & religioſo ſenatorum conuentui. Eſt autem concilium, quod Græci συνέδριον, appellant, legitima uirorum ex diuerſis locis & prouincijs idoneorum, propter id quod in Republica paſſim controuertitur, nomine totius Reipublicæ, ab eo cuius intereſt uocata congregatio, modis quibus oportet ac conuenit hoc ipſum, de quo controuertitur, deciſura, uel de ipſo ſaltem conſultura, ut diligentiſſimus uir Spiegelius annotauit. Lucem redde tuæ dux bone patriæ] Orat Auguſtum ut aduentu ſuo lucem Reipublicæ, quæ eo abſente tanquam in tenebris uerſetur, reſtituat. Inſtar ueris enim] Indicat facillimum Auguſto quod petit, nempe lucem patriæ adferre, quòd præſentia ipſius, uerni temporis inſtar, omnia reddat ſerena, ſuauia & læta: rurſus abſentia cuncta turbulenta, mœſta ac triſtia, ueluti hyems. Vt mater iuuenem] Aptiſſima utitur comparatione, ad amplificandum Auguſti deſyderium, quo populus Romanus flagrabat. Quis enim amor poteſt eſſe ardentior, quàm quo mater in filium inflammatur? quæ expectatio uehementior, quàm matris de filio ob uentos in tranſmarinis regionibus aduerſos diutius cunctante? Carpathij] Carpathiū mare cognominatur à Carpatho inſula, quæ eſt in mari Mediterraneo, iuxta Cretam, autore Pōponio Mela. Aequora] Aequor planicies propriè dicitur tam campi quàm maris. Dulci detinet à domo] Quia patria ſua cuiq; iucundiſſima, ut eſt in prouerbio. Hom. lib. Odyſſeæ 9.

„ ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος. οὐδὲ τοκήων γίνεται.

Ouidius lib. 1. de Ponto:

„ Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
„ Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Votis omnibus, & precibus] Votis & precibus à dijs petit, ut incolumis redeat filius. Curuo nec faciem littore] Præ magno deſyderio ſemper ſpectat ad littus, cupiens uidere redeuntem filium. Tutus bos etenim] αἰτιολογίαν ſubijcit, quare tantopere Cæſarem deſyderent & ament, quòd eo regnante ſumma ſit ſecuritas & tranquillitas terra mariq;. Nam, ut legimus apud Oroſium, anno ab urbe condita 752. Cæſar Auguſtus ab Oriente in Occidentem, à Septentrione in Meridiem, ac per totum Oceani circulum cunctis gentibus una pace compoſitis, Iani portas tertiò ipſe tunc clauſit. Quas ex eo, per duodecim ferè annos quietiſſimo ſemper obſeratas ocio, ipſa etiam rubigo conſignauit.

Rura perambulat] Agri iam ſecurè coluntur, & uberiores fruges efferunt. Nutrit rura Ceres] Hoc eſt, terra alimentum dat frugibus. Nam terra Ceres dicitur à gerendis frugibus, tanquam Geres, teſte Cic. Hæc Saturni & Opis filia ac Dea frugum habita eſt, quòd prima omne genus agriculturæ hominibus rudibus & glande ueſcentibus indicarit, teſtante etiam Virgilio libro primo Georgic.

„ Prima Ceres ferro mortales uertere terram
„ Inſtituit.——

Et Ouidius lib. 5. Transform.

„ Prima Ceres unco glebam dimouit aratro:
„ Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris.
„ Prima dedit leges. Cereris ſunt omnia munus.

Pacatum uolitant per mare nautæ] Oſtendit Auguſtum maria autoritate ſua adeò pacata reddidiſſe, ut prorſus careat pyratis & prædonibus. Culpari metuit fides] Nemo uult dici perfidus, itaque datam fidem conſtanter omnes ſeruant.

Nullis polluitur caſta] Laudat ſeueritatē Auguſti in reprimendis populi uoluptatibus, & diligentiam in ferendis legibus, quibus uitia coërcuit, & mores hominum emendauit. Leges, inquit Suet. retractauit, & quaſdam ex integro ſanxit, ut ſumptuariam, & de adulterijs, & de impudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus.

Mos] Obſeruatio, conſuetudo, ius moribus introductum, & uſu approbatum. Nam diurni mores conſenſu utentium comprobati, legem imitantur. Macrobius, ut refert Budæus, libro 3. Saturnalium, Varro (inquit) morem eſſe dicit in iudicio animi, quem ſequi debeat conſuetudo. Sed Iulius Feſtus de uerborum ſignificationibus: Mos eſt (inquit) inſtitutum patrium, pertinens ad religiones, ceremoniasq; maiorum. Quod dictum idem Macrobius latius exequitur. Ex cuius uerbis apparet morem obſeruationem quandam eſſe, non lege, ſed iudicio, & opinione confirmatam. Inde illa locutio, more maiorum, nata. Et lex] Hoc eſt, Ius ſcriptum: comprehendit autem his uerbis: Mos & Lex, totum Ius ciuile, quod conſtat (teſte Vlpiano) aut ſcripto, aut ſine ſcripto, ut apud Græcos, Τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. Nam de quibus cauſis (ait Iulianus) ſcriptis legibus non utimur: id cuſtodiri oportet, quod moribus & conſuetudine introductum eſt. Lex autem, inquit Papinianus, eſt commune præceptum, uirorum prudentium conſultum: delictorum quæ ſponte uel ignorantia contrahuntur, coërcitio: communis Reipublicæ ſponſio. Legem Cicero ſic definit: Lex eſt iuſtorum, iniuſtorumq; diſtinctio, ad illam antiquiſſimam, & rerum omnium principem expreſſa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ ſupplicio improbos afficiunt, & defendunt ac tuentur bonos. Varro à legendo legem deriuat, quaſi ex pluribus ſtatuendis ſit lecta, ut una obſeruetur. Maculoſum edomuit nefas] Fœda hominum ſcelera coërcuit: ad formandos enim hominum mores pertinet uſus Iuris. Vnde Iſocrates eleganter Leges appellat cancellos quoſdam flagitijs hominum circundatos, ne tranſiliant mali. Legem autem Iuliam de adulterijs coërcendis, & ſtupro, tulit Diuus Auguſtus, teſtante Vlpiano. Prole ſimili] Videlicet patri marito, quod indicium eſt matrimonij caſtè ſeruati. Nam mulieres plerunq; pariunt liberos ſimiles ijs, ex quibus conceperunt. Sic Iulia, Auguſti filia, ſemper filios Agrippæ ſimiles procreauit, quod cùm quidam conſcij flagitiorum, & impudicitiæ eius mirarentur, feſtiuiter reſpondit: Nunquam niſi plena naui tollo uectorem. Quo urbano dicto ſignificabat, ſe non prius adulteris poteſtatem ſui corporis facere, quàm ex marito facta eſſet grauida.

Culpam

Culpam pœna premit comes] *Ratio, quare adulteria, & reliqua uitia ſub optimo principe ſint ſublata: Quia mali & flagitioſi ſtatim legibus conſtitutis afficiuntur pœnis, quæ homines à malitia deterrent. Cùm enim homines propter corruptam Adæ lapſu naturam faciliter peccent, introductæ ſunt pœnæ, quibus coërceantur mali, quos nulla honeſtatis ratio mouet ad rectè uiuendum. Vnde Solon, Rempub. duabus rebus contineri, grauiſsimè dixit: præmio & pœna.* Quis Parthum paueat? quis gelidum Scythen?] *Indicat nullam gentem tam barbaram, nullum tam ferocem hoſtem, qui populo Romano, incolumi Auguſto, ſit formidandus. Parthi ſunt populi Aſiæ, ſuper ſinum Perſicum. Hi Armeniam Auguſto uendicanti facilè ceſſerunt, & ſigna militaria, Craſſo & Antonio adempta, repoſcenti reddiderunt. Sed & filios nepoteſq; Phrahatis obſides dederunt, creandiq; regis arbitrium permiſerunt. Autores ſunt, Iuſtin. lib. 42. Suet. in Auguſto. Scythæ autem populi ſunt ſeptentrionales, duri & rigidi propter cæli aſperitatem. Hos auditu modò cognitos Auguſtus uirtute ſua pellexit ad amicitiã ſuam, populiq; Romani ultrò per legatos petendam.*

Germania quos horrida parturit, fœtus] *Cornelius Tacitus, in libello de ſitu, moribus, & populis Germaniæ, ait: Ipſe eorum opinionibus accedo, qui Germaniæ populos nullis alijs aliarum nationum connubijs infectos, propriam & ſynceram, & tantùm ſui ſimilem gentem extitiſſe arbitrantur. Vnde habitus quoq; corporum, quanquam in tanto hominum numero, idem omnibus: truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tantùm ad impetum ualida. Galli apud Cæſarem lib. 1. Commentariorum, Germanos ingenti magnitudine corporum, incredibili uirtute atque exercitatione in armis prædicantes, ſæpenumero ſeſe cum his congreſſos, ne uultum quidem, atque aciem oculorum ferre potuiſſe dicebant. Digniſsimum obſeruatu eſſe ſcribit Beatus Rhenanus, Germanos non dictos eſſe, quòd tanquam fratres forent Gallorum, ceu docti multi hactenus crediderunt, ſed quòd egregios uiros præſtiterint. Eſt enim merè Teutonica dictio ex particula gar, ſeu ger, quod totum ſeu robuſtũ (unde & Charoli nomen) & man, quod uirũ ſignificat, conflata. Valde aũt maioribus noſtris arriſerunt à mano, deductæ appellationes. Sic enim Marcomani dicti ſunt, ſic Alemani ſic Normani. Siquidem cùm à ſeipſis inuento nomine fuerint uocati, ceu ſcribit Tacitus, ueriſimile eſt id uocabuli patriam linguam referre. Plura de his in rebus Germanicis Beati Rhenani.*

Iberiæ] *Hiſpaniæ,* [illegible] *diximus Ode ult. lib. 2.* Condit quiſq; diem collibus] *Col*[illegible] *agros, & uineas quiſque diem ſecurè & tranquillè finit.* Hinc ad uina redit lætus] *Ex collibus à labore ad conuiuia domum lætus reuertitur.* Alteris te menſis adhibet Deum] *Apud Romanos duæ erant menſæ, una epularum, altera poculorũ, ut ait Seruius. In ſecundis menſis poma & mel, ſicut ad principia conuiuij, & multiformes nuces dari aſſueuêre. Apud maiores autem ſemẽ candidi papaueris cum melle & lactuca plerumq; menſas ſecundas fecit: Deinde, ut uua, ficus, pirum, & alia pomorum genera darentur bellaria, in uſu fuit. Autor eſt Alexãder Neapolitanus. Fuit quoq; antiquitus mos, ut in conuiuijs pocula miſcerent Dijs atq; heroibus. Ideoq; dicit: Te adhibet Deum.* Te multa prece, te proſequitur mero] *Tanquam Deum adorat, & libationibus honorat.* Et laribus tuum miſcet numen] *Cum Genijs & Penatibus domi, tanquam peculiarem Deum, in Larario colit. Tanta enim fuit cæcitas gentium, ut fortes uiros, ob merita, inter deos referrent, adorarentq;: Sicut Herculem, Liberum, Caſtorem, Pollucem, Quirinum. Legimus quoq; Auguſto adhuc uiuo erecta templa & aras, ludoſq; quinquennales conſtitutos. Nec defuiſſe uirum Prætorium, ait Suet. qui ſe effigiem cremati Auguſti euntem in cœlum uidiſſe iuraret.* Longas ô utinã dux bone ferias] *Toto die, ut tu, ueluti optimus imperator, diu ſuperſtes Rempublicam in tranquilliſsima pace gubernes optamus, manè ſobrij & ieiuni, ueſperi bene poti.* Ferias] *Imperatiuas uidelicet, quas magiſtratus pro arbitrio, ob inſignem aliquam uictoriam & rem feliciter geſtam, indicebant, quales erant ſupplicationes. Sunt autem Feriæ dies, quibus & à negocijs, & à forenſibus cauſsis ceſſandum ſit, excepta pietate, charitate, & neceſsitate, quæ nullas habet ferias. Publicarum feriarum apud antiquos quatuor erant genera.*

I. Statiuæ, omnibus populis certæ, ſicut nunc feſta immobilia dicimus.

II. Conceptiuæ, quæ quotannis à ſacerdotibus concipiebantur, ut nobis ſunt feſta immobilia.

III. Imperatiuæ, quas magiſtratus pro re nata indicebant.

IIII. Nundinæ, in quib. pagani & ruſtici ad negocia & merces conueniebant, ſicut & nunc Francoforti, alijſq; locis.

Cùm ſol Oceano ſubeſt] *Veſperi cùm ſol ad inferius hemiſphærium deſcendit.*

THEOD. PVLM.} 7 Affulſit: populo gratior it dies] Effulſit: populo gratior it dies. *G.E.* Affulſit: populo gratior & dies, *H.* 12 Diſtinet] *G.E.B.* deſtinet, *H.* detinet, *editio Aldina.* 14 Demouit] *H.* dimouit, *G.E.B.* 22 Mos, & lex] *Mos eſt uitæ quædam honeſta ratio & inſtitutum. Petrus Pithœus in Notis Moyſaicarum & Romanarum legum collationis ad tit. 6.* 31 —Redit] *Venit, H.*

„ *——Et alteris*
„ *Te menſis adhibet Deum,*

Ita mihi uidetur explicandum. Romani tui, Auguſte, pro Deo te colunt, & in menſa ſecunda, in qua ſolet libatio fieri, & Deorum precatio, te ut Deum obſecrant, & tibi ut Laribus libant. nam & libans Dido in conuiuio apud Maronem precatur, 1. Aeneidos, uerſu 735.

„ *Iupiter, hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.*
Itaq; mox libatio apud Flaccum ſequitur,
„ *Te multa prece, te proſequitur mero*
„ *Defuſo pateris.*

Turneb. lib. 24. cap. 35. Diffuſo. *H.E. altera lectio Germana eſt.* 38 —Dicimus integro Sicci manè die, dicimus uuidi Cùm Sol Oceano ſubeſt] Quod *eſt precamur, & ueniente die ieiuni & abſtemij, & decedente, id eſt, ueſperi, uuidi & poti. nam integer dies eſt, qui adhuc incipit. ea autem duo uidentur fuiſſe tempora uotis & precibus conſueta, ut è Platone conijci poteſt lib. 10. de legibus ſic ſcribente,* ἀνατέλλοντός τε ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ πρὸς δυσμὰς ἰόντων προκυλίσεις ἅμα καὶ προσκυνήσεις ἀκούοντές τε καὶ ὁρῶντες ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων πάντων ἐν συμφοραῖς παντοίαις ἐχομένων καὶ ἐν εὐπραγίαις. *Turneb. lib. 24. cap. 35.*

GEORG. FABR.} *Auguſtum laudat à natalibus, à cura in patriam, à pace urbi reſtituta, eumq; comparat cum Caſtore & Hercule. Recenſet pacis commoda, per Auguſtum parta, urbi & populo priuatim atq; publicè. Votum initio facit pro eius reditu, in fine pro eiuſdem incolumitate.* Diuis orte bonis] *Nobilitatem Auguſti ab ultimo ducit principio, nempe ab Aenea & Romulo, hoc eſt, à Venere & Marte. Virg. gloria contentus præſenti, ducit à Iulio, cùm ait,*

„ *Auguſtus Cæſar, Diui genus.*

Vt ex Seruio, & multis epigrammatis, item nummorum aliquot inſcriptionibus, legendum in Virgilio patet. Votis, omnibuſq; & precibus uocat] *In Aldino fuit,* Votis omnibus hunc, & precibus uocat: *quæ ſi probanda lectio eſt, pronomen* hunc, *abundat: ut Carm. 1, 12.*

„ *Hunc & incomptis Curium capillis.*

IOD. BAD. ASCENS.} Diuis] *Auguſtum celebrando inuitat eum ad reditum dicens.* O' Romule] *Id eſt, Auguſte, qui et alter Romulus, pater patriæ & Quirinus dictus.* Orte bonis diuis] *Scilicet, Aenea, Aſcanio, Romulo & Iulio, & etiam dijs, Ioue, Venere & Marte.* Optime cuſtos gentis] *Scilicet, Romanæ.* Tu abes iam nimium diu, pollicitus] *Id eſt, qui eras pollicitus, ſancto concilio* Patrum] *Scilicet, conſcriptorum.* Reditum maturum] *Id eſt, opportunè feſtinum.* Redi ô bone dux & redde tuæ patriæ lucem] *Id eſt, hilaritatem.* Enim] *Pro quia, ubi tuus uultus.* Inſtar] *Id eſt, qui habet ſtatum & formam* Veris] *Id eſt, temporis uerni.* Affulſit] *Id eſt, fulgendo aſpirauit populo.* Dies it] *Id eſt, procedit gratior, & ſoles nitent melius, quia ſine luctu.* Nam ut mater uocat omnibus uotis & precibus, iuuenem] *Scilicet, filium* Quem notus] *Id eſt, uentus ille humidus.* Detinet inuido flatu] Q*uia ſemper contrario, & ita matris gaudijs inuidens trans æquora maris Carpathij.*

Detinet] *Inquam* Cunctantem] *Id eſt, immorantem, longiùs à domo dulci.* Spacio annuo] *Id eſt, per ſpacium unius anni.* Nec ipſa dimouet faciem] *Supple à littore, ſcilicet maris curuo, quod omni littori commune eſt.* Sic patria] *Scilicet, Roma.* Icta] *Id eſt, percuſſa fidelibus deſiderijs, quia ob merita deſiderati.* Quærit Cæſarem] *Scilicet te. Etenim bos perambulat nunc tutus ab hoſtibus & prædonibus.* Rura Ceres] *Dea frugum.* Et alma fauſtitas] *Id eſt, fœlicitas producendi, nutrit rura.* Et nauitæ] *Id eſt, nautæ.* Volitant] *Id eſt, celeriter & muſtilibus nauigijs percurrunt* Mare pacatum] *Scilicet, à piratis.* Fides metuit culpari] *Id eſt, nemo eſt infidelis.* Domus caſta] *Id eſt, quia nunc caſta eſt, nullis ſtupris polluitur.* Mos] *Id eſt, honeſtum inſtitutum diu obſeruatum & lex edomuit.* Nefas maculoſum] *Id eſt, turpe adulterium.* Puerperæ] *Id eſt, pueros parientes.* Laudantur prole ſimili] *Id eſt, propter prolem ſimilem marito. Nam pœna ab Auguſto indicta.* Comes] *Id eſt, comitans.* Premit] *Id eſt, ſupprimit* Culpam] *Id eſt, peccata. Deinde proſequitur uictorias Auguſti, & pacem atq; beatam uitam illas ſubſecutam dicens.* Quis paueat Cæſar incolumi] *Id eſt, tantiſper dum Auguſtus Cæſar ſit incolumis.* Parthum] *Scilicet, ferociſsimum hoſtem Romano Imperio, quaſi dicat meritò nullus, quia Cæſar coëgerat Parthos reddere ſigna Romana.* Quis paueat Scythen ſeu Scytham] (*Nam maſculina apud nos in a, ſi etiam Græca ſunt exeunt ferè apud Græcos in es, hoc eſt, in es, ut Scytha & Scythes, planeta & planetes, &c.*) Gelidum] *Non ad bella, ſed in gelida regione natum.* Quis paueat incolumi Cæſare fœtus] *Supple hominum bellicoſorum, quos Germania* Horrida] *Id eſt, aſpera aut frigida, ſed non bello parturit?* Quis curet bellum Iberiæ] *Id eſt, Hiſpaniæ feræ, id eſt, ferocis, quaſi dicat nemo, quia omnes hi, aut ab Auguſto, aut eius auſpicijs domiti fuerunt. Et ideo quiſq;* Condit] *Id eſt, finit diem in ſuis collibus, id eſt, manet in patria ſua, & ducit uitem ad arbores uiduas, ſcilicet prius propter longa bella.* Hinc] *Id eſt, ex huiuſmodi cultu & labore.* Redit quiſque lætus ad uina] *Et adhibet alteris, id eſt, ſecundis menſis, id eſt, ferculis ad menſuram appoſitis.* Te ô Cæſar Deũ] *Quia te pro Deo inuocat.* Te multa] *Ordo eſt & quiſque in ſecundis menſis proſequitur te multa prece, id eſt, precatur te ut Deũ multa, & proſequitur te multo mero fuſo pateris, ut ſcilicet in honorem tuum ebibatur, ut recitauit paulò antè Mancinellus de Didone conuiuio ex Aeneid. 1.* Et miſcet tuum numen] *Id eſt, diuinam potentiam tuam.* Laribus] *Id eſt, dijs ſuis domeſticis.* Vti] *Id eſt, quemadmodum Græcia* Memor] *Sup. beneficiorum* Miſcet larib. ſuis nomẽ Caſtoris] *Sup. & Pollucis & magni Herculis.* Nos ſicci] *Id eſt, non dum poti dicimus* Mane] *Id eſt, matutino tempore, utpote* Die integro] *Id eſt, dum dies adhuc integer.* Et nos uuidi] *Id eſt, poti & uino irrigui dicimus, cum ſol ſubeſt* Oceano] *Id eſt, poſt occaſum ſolis, ô utinam bone dux ſcilicet Auguſte.* Præſtes] *Exhibeas* Heſperiæ] *Id eſt, Italiæ.* Longas ferias] *Id eſt, uacationes ab labore* Quas] *Scilicet, ob reditum tuum libenter faciamus.*

ANTON. MANCIN. } *Abſentem ab urbe Auguſtum ad reditum exhortatur. cuncti etenim ipſum optabant, cum præſertim iam omnia bella quieſcerent, & pax ubiq; nec timenda regio ulla Romanis eſſet, iam cunctis penè ſubactis cum poſtea uti Deum coli ab omnibus ſcribit, quod quidem ex hiſtoria ſumpſit: nam Suet. ait prouinciarum pleraſq; ſuper templa, & aras, ludos quoq; quinquennales penè oppidatim Auguſto conſtituiſſe.*

Diuis orte] *Ode eſt ſimilis ſextæ.* Eſt autem Ordo] O' optime Romule orte bonis diuis, &c.] *Eſt enim Auguſtus ortus ab Aenea Romulo, & Iulio Cæſare per Adoptionem. nam re uera filius fuit Acciæ filiæ ſororis Cæſaris.* Optime Romule] *Id eſt, Auguſte, quidam enim cenſuerunt Auguſtum Romulum appellari oportere, quaſi & ipſum conditorem urbis, legito Tranquillum latiùs, & L. Florum in fine* Gentis totius] *Scilicet,* Pollicitus, *id per literas actum eſſe intelligamus, aut per oratores.* Vt mater iuuenem] *Ordo eſt.* Vt mater, & uotis omnibus, & precibus uocat iuuenem cunctantem longius annuo ſpacio, quem notus inuido] *Id eſt, odioſo flatu trans æquora Carpathij maris* Detinet uel diſtinet] *Id eſt, diuidit à dulci domo.* Carpathij maris] *Id mare tendit uſque Rhodum, Cretamq; ac Cyprum. ut Strabo docet lib. 3.* Tutus bos] *Oſtendit per Cæſarem Auguſt. omnia tuta eſſe & crimina cuncta fugata. Florus enim ſcribit, quòd Auguſtus Clauſo Iani templo conuerſus ad pacem, primum in omnia mala & in luxuriam fluens ſæculum grauibus, ſeuerisq; legibus coërcuit.* Fauſtitas] *Fœlicitas uel iucũditas.* Culpari metuit fides] *Omnes iam fide ſunt.* Mos & lex] *Mos eſt inſtitutũ patrum, pertinens maximè ad religionem, cærimoniaſq; deorum antiquorum. ut Feſtus ait, quod idem Macrobius lib. 3. docet. Lex eſt recta ratio in iubendo & uetando, ut ſcribit Tull. lib. 1. de legibus.* Maculoſum nefas] *Id eſt, ſtupra & adulteria. nam eam legem tãgit, quam de adulterijs coërcendis ſanxit, ea erat lex Iulia. Vnde Tranquillus de Auguſto ita ſcribit,* Leges retractauit] *Et quaſdam ex integro ſanxit, ut ſumptuariam & de adulterijs, & de pudicitia, de ambitu, & de maritandis ordinibus. De lege autem Iulia latiùs legito in Iuuenalis Satyra ſecunda.* Ibi] *Scilicet, ubi nunc lex Iulia dormit.* Simili prole] *Non enim Nothi, non ſpurij generãtur, uerum legitimi & genitoribus ſimiles.* Quis Parthum] *Per Auguſtum deuictas prouincias enumerat.* Condit diem] *Abſcondit ſolem, & finit diem colendo agros, id autem pacem ubiq; eſſe indicat.* Alteris menſis] *Id eſt, ſecundis, quæ in deorum honorem exhibebantur. unde poëta lib. 1. Aeneid. ait de Didone.*

„ *Poſtquam prima quies epulis menſæq; remotæ,*
„ *Crateras magnos ſtatuunt, & uina coronant:*
„ *Hic regina grauem gemmis, auroq; popoſcit,*
„ *Impleuitq; mero pateram.*
Et poſtea Iuppiter hoſpitibus.
„ *Nam te dare iura loquuntur:*
„ *Hunc lætum Tyrijsq; diem, &c.*

Valerius autem lib. 2. ſcribit primos Ionas ſecundæ menſæ penendæ conſuetudinem reperiſſe. At Macro. libro 2. Sat. docet Bellaria ſignificare, omne ſecundæ menſæ genus. Nam quæ πέμματα *Græci uel* τραγήματα *dixerunt, ea ueteres noſtri appellauère bellaria. Vina quoq; dulciora eſt inuenire in comœdijs antiquioribus, hoc uocabulo, dictaq; ea Liberi bellaria.* Laribus] *Id eſt, penatibus, celebantur enim in domo lares. hinc Naſo lib. 1. triſtium de uxore, inquit.*

„ *Illa ſed antè lares ſparſis proſtrata capillis,*
„ *Contigit extinctos ore tremente focos.*

Sunt etiam lares urbium cuſtodes, de quibus idem libro quinto, Faſtor. ait.

„ *Stant quoq; pro nobis & præſunt mœnibus urbis.*
„ *Et ſunt præſentes auxiliumq; ferunt.*

De laribus tamen latius Epodo ſecunda, uideto. Caſtori] *Ode tertia & 12. lib. 1. de Caſtore & Polluce dictum eſt.* Herculis] *Athenienſes Græcorum primi, ut Deum ſacrificijs Herculem coluerunt, ſuæq; pietatis erga illum Deum exemplum relinquis præbentes, uniuerſam primum Græciam, deinde cæteras omnes gentes ad eius cultum conuertere. ſcribit ea Diod. lib. 5. Longas ô utinam. Ordo eſt.* Sicci manè integro die] *Dicimus ô utinam bone dux, ô bone dux utinam præſtes Heſperiæ longas ferias uuidi cum ſol Oceano ſubeſt dicimus, ô bone dux utinam, &c.* Ferias] *Solebant induci feriæ ab imperatoribus propter uictoriam, poëta igitur illas fore longas exoptat Ferias, ut ſcribit Pompeius antiqui feſta uocabant, & aliæ erant ſine die feſto ut Saturnalia. De ferijs autem plurima legito in Macro. de uarietate dierum lib. 1. Sat.* Sicci] *Ieiuni, ſobrij.* Vuidi] *Vinoſi.*

ODE

ODE VI. AD APOLLINEM ET DIANAM CARMEN SECVLARE.

Προσευκτική.

Ode VI. Dicolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

–υ –– –υυ –υ ––
–υ –– –υυ –υ ––
–υ –– –υυ –υ ––
–υυ ––

ARGVMENTVM IN ODEN VI.

Hymnus in laudem Apollinis & Dianæ, quem ludis ſecularibus ſcripſit, qui 100. quoq; anno celebrantur, quem ita à pueris & ingenuis puellis in eodem laudem cani poſtulat. Laudat autem Apollinem quod de Niobes filijs, & Tityo ob matrem Latonam contumelioſè ſumpſerit ſupplicium, quòd Achillem, alioqui inuictum, apud Troiam coniecerit, quòd citharam & muſicam inuenerit à quo denique ſe ingenium & artem poëticam accepiſſe fatetur. Dianam laudat, quod cùm eadem ſit cum Luna & Cerere, noctí præſit & menſibus, fruges uegetet, alatq;.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Hymnus eſt in honorem Apollinis & Dianæ ſcriptus, quo laudat Apollinem, quòd de impijs hoſtibus ſumpſerit ſupplicium, & ſibi artem lyricorum uerſuū, nomenq; poëtæ dederit. Dianam uerò laudibus ornat, quòd tueatur pueros, & proſpera ſit frugum: Deniq; hortatur pueros & puellas, ut hoc ſuum carmen ludis ſecularibus in laudem deorum canere uelint.

COMMENTARIA.

DIVE, quē proles Niobęa magnę
Vindicē linguę, Tityosq; raptor
Senſit, & Troiæ ꝓpe uictor altę
Phthius Achilles.
Cęteris maior, tibi miles impar:
Filius quamuis Thetidos marinæ
Dardanas turreis quateret tremenda
Cuſpide pugnax.
Ille, mordaci uelut icta ferro
Pinus, aut impulſa cupreſſus Euro,
Procidit latè, poſuitq; collum
Puluere Teucro.
Ille non incluſus equo Mineruæ
Sacra mentito malè feriatos
Troas, & lætam Priami choreis
Falleret aulam:
Sed palàm captis grauis, heu nefas, heu,
Neſcios fari pueros Achiuis
Vreret flammis, etiam latenteis
Matris in aluo:
Ni tuis uictus, Venerisq; gratæ
Vocibus Diuûm pater, annuiſſet
Rebus Aeneæ potiore ductos
Alite muros.
Doctor argutæ fidicen Thaleiæ
Phœbe, qui Xantho lauis amne crineis,
Dauniæ defende decus Camœnæ
Læuis Aegyieū.
Spiritum Phœbus mihi, Phœbus artem
Carminis, nomenq; dedit poëtæ.
Virginum primæ, puerīq; claris
Patribus orti,

ACRON.

DIVE quem proles] *Hymnum hic Apollini dicit, & commendat carmina ſua ſecularibus ludis, qui celebrantur poſt centum annos ſupra Tiberim, aut in* Capitolio. Quem proles Niobæa] *Laus Apollinis de factis, quia in uindictam matris Latonæ, Niobem cum filijs ſuis interemit.* Tityosq; raptor] *Qui uim Latonæ inferre conatus eſt.* Altæ] *Magnæ, ut:*

„ *Ruit alto à culmine Troia:*

Aut per uituperationem, ut:

„ *Magnus latro: aut altæ ſtultè, temerariæ.*

Phthius Achilles] *Affinitate dictus, ut Virgil.*

„ *Phthiam claraſq; Mycenas.*

Tibi miles impar] *Vt:*

„ *Dardana qui Paridis direxti tela manuſq;*
„ *Corpus in Aeacide.*

Thetidis marinæ] *Subauditur dea, ut:*

„ *Longè illi dea mater erit.*

Ille mordaci] *Achilles ruens, cadenti arbori cõparatur.* Teucrio] *Pro Teucrio, ut. Dardanus pro Dardanius. Virgil.*

„ *Et lõgo ſoluit ſe Teucria luctu.*

Ille non incluſus] *Achillem dicit nihil fraude feciſſe, ſed palàm ſemper uirtutis fiducia dimicaſſe, ut:*

„ *Nec equi cæca condemur in aluo luce palàm.*

Equo Mineruæ] *Virg.*

„ *Inſtar montis equum, diuina Palladis arte,*
„ *Aedificant.——*

Malè feriatos] *Vt:*

„ *Nos delubra Deum miſeri quibus ultimus eſſet.*
„ *Ille dies feſta uelamus fronde per urbem.*

Falleret aulam] *Aulam pro toto ſtilio poſuit, neq; enim ſolum regem fefellerunt Achiui, ſed cunctos.* Sed palàm captos] *Aperto ſemper bello Achilles, non inſidijs grauis, ut nõ furto melior, ſed fortibus armis.* Heu nefas] *Dolenter exclamat poëta Achillem uiuum ad internitionem interimere omnes potuiſſe Troianos, ut nec Aeneas profugeret ad Romam, omine meliore condendam, nec ab eo uel infantibus parceretur, quale eſt illud: Crimine quo parui cædem potuêre mereri. Quæ tamen in laudem cõmemorantur Apollinis.* Neſcios fari] *Infantes paruos.* Matris in aluo] *Etiã in grauidas mulieres ſæuiendum fuiſſe.* Ni tuis] *Hoc eſt, Apollinis.* Rebus Aeneæ] *Rebus Troianis, à quorum genere meliore alite, hoc eſt, uulturum auſpicio, erat Roma cõdenda.* Doctor argutæ fidicen Thaliæ] *Doctorem Apollinem non Thaliæ Muſæ, ſed artis lyricæ dixit, eumq; ad ſtudium ſuū referens.* Lauis] *Pro lauas. Xanthus fluuius eſt Troiæ, ut:*

„ *Xanthiq; fluenta*
„ *Deſerit, ac Delon maternã inuiſit Apollo.*

Dauniæ] *Daumam à Dauno rege Apuliæ, unde oriundus Horatius erat.* Læuis Aegyieū] *Lenis in urbis. Aegyia uerò Athenienſi lingua uici dicuntur, quo nomine ideo Apollo uocatus eſt, quia ex oraculi reſponſo, in uicis publicis urbis ſua ſtatutis altaribus ei ſacrificia inſtituerant, unde ἀγυιεὺς dictus eſt.* Virginum primæ, puerīq; claris] *Pueros & puellas alloquitur, quibus Dianæ carmē Lyrico ſono cantari conſueuerat, ut rithmum operis ſui in canendo cuſtodiant.* Deliæ] *Dianæ.* Lesbium] *Alcæi Lyrici poëtæ, qui Leſbius fuit.* Meiq; Pollicis ictum] *Modulationē Lyrici cara*

Deliæ tutela Deæ, fugaces
Lyncas, & ceruos cohibentis arcu,
Lesbium ſeruate pedem, meiq;
Pollicis ictum:
Ritè Latonæ puerum canentes,
Ritè creſcentem face noctilucam,
Proſperam frugum, celeremq; pronos
Voluere menſeis.
Nupta iam dices, ego Dis amicum,
Sæculo feſtas referente luces,
Reddidi carmen, docilis modorum
Vatis Horatî.

rici carminis, ueluti ipſe lyram percutiam. Ritè] Solenni conſuetudine. Face noctilucam] Eodem enim & Diana honore cenſebatur. Vnde & Diana luciferæ nomen accepit. Proſperam frugum] Rore nocturno nutrientem, ut:

» Quantum longis carpent armenta diebus,
» Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.

Celeremq; pronos Voluere menſis] Quia ita tempora per Lunæ curſum, ſicut ſolis peraguntur. Sed circa lunam propriè menſes dixit, ſic enim ſingulis menſibus Zodiacum circulum Luna pertranſit, quemadmodum Sol toto anno. Voluere autem menſes. Quia conditionem mortalitatis temporibus anni comparauerat, ne crederentur & homines renaſci, tempora, immutationes elementorum ſiue temporum reparari dixit: conditionem uerò mortalitatis, ut communem omnibus, ita irreparabilem. Nupta iam dices] Loquendo ad unam, de omnibus dicit, dum fueritis nuptæ dicetis. Amicum] Amabile. Reddidi carmen docilis modorum Vatis Horati] Non difficulter, Horatij carmen reddidiſſe ſe refert uel ceciniſſe.

PORPHYR. } Diue quem proles Niobea magnæ] Hæc Ode hymnum Apollinis continet, qua commendat ei carmina ſua, & ſimul alloquitur pueros, puellasq; quos carmen ſeculare docet. Et Troiæ prope uictor] Id eſt, penè uictor. Hoc autem ad illud pertinet, quod dicitur Paris in Achillem ſagittam Apolline dirigente tetendiſſe. Tibi miles impar] Tibi impar Achilles, ſcilicet. Pulueæ Teucro] Ergo principali pro poſſeſsiuo nomine uſus eſt, ut:

» Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
» Dardanus,——

Pro eo quod eſt Dardanius. Falleret aulam] Aulam ſine dubio pro toto Ilio poſitum eſt, neq; enim ſolum regem fefellerant Græci adhibitis inſidijs, uerùm etiam totum populū. Neſcios fari pueros] Νηπίους. Annuiſſet Rebus Aeneæ potiore ductos alite muros] Id eſt, annuiſſet, ut meliore alite, hoc eſt, meliore auſpicio Aeneas urbem cōſtitueret. Qui Xantho lauis amne crines] Lauis ueteres dixêre, & lauêre nō lauare, ſuprà oſtendimus. Dauniæ defende decus Camœnæ] Dauniæ Camœnæ, ſuæ Muſæ dicit Horatius, id eſt, ſui carminis, ſiquidem Daunia Apulia eſt, in cuius finibus natus eſt. Leuis Agyieu] Agyia eſt uia, & Græcè dicitur. Varro ait, quod ex reſponſo ſui oraculi in uijs publicis urbis ſuæ Athenienſes, ſtatuti altaribus ſacrificare Apollini inſtituerunt, & Aegyieûm appellauêre. Deliæ tutela Deæ] Id eſt, qui eſtis tutela Deliæ deæ, hoc eſt, ἀγῶνα ἐπισκόπησε. Leſbium ſeruate pedem] Id eſt, Alcæi Lyrici poëtæ, qui Leſbius fuit. Meiq; Pollicis ictum] Id eſt, modulationem Lyrici carminis, & ſuauiter hoc dicitur, quaſi ipſam lyram percutiat. Latonæ puerum] Id eſt, Apollinem, Latonæ filiū. Celeremq; pronos Voluere menſes] Quia, ſimiliter per Lunæ curſum uidentur tempora peragi, ſed & circa Lunam propriè menſes dixit, quod ſingulis menſibus Zodiacum circulum pertranſit, quem Sol toto anno. Nupta iam dices] Quoniam fueris iam nupta. Seculo feſtas referente luces] Id eſt, die ſingula feſtum referente.

CHRIST. LAND. } Diue quem proles] Sunt qui credunt in ludis ſecularibus carmen hoc in Apollinis honorem à poëta ſcriptum, ſed de ludis in ſuo loco dicetur. Interim quid ſibi uelit poëta inueſtigemus. Laudat Apollinem, & in primis à pietate quam in matre ulciſcenda adhibuerit. Proles Niobea] Niobe ex Tantalo Phrygum rege (ut placet Euſebio) nata eſt, & Amphyoni Thebano nupſit, ex eoq; ſecundum Ouidium ſeptem mares, totidemq; fœminas peperit. Verum cum illa Latonæ ſe præponeret, Apollo ſuis ſagittis omnes peremit. Sed de numero filiorum uaria opinio eſt. Nam Homerus pueros, puellasq; ſenos fuiſſe ait. Euryp. 14. Sapphus 18. Pind. 20. Quidam alij ſcriptores tres duntaxat.

Magnæ] Magnificæ, id eſt, ſuperbæ & iactabundæ. Vt legimus uerba magnifica, id eſt, iactantia plena. Ergo magnæ, quia magna de ſe iactabat. Vindicem] Vltorem. Proles Niobea] Filij Niobes. Tytios] Græcus nominatiuus. Raptor] Stuprator, ut. Et rapti Ganymedis honores. Non autem quia rapuerit, id eſt, ſtuprum intulerit, ſed quia inferre uoluerit, ſic Virg.

» Et gener auxiliū Priamo Phrygibusq; ferebat.

Non enim erat gener, ſed eſſe cupiebat. Prope uictor] Nam ſi opera Apollinis ſublatus fuiſſet, omninò Troiam expugnaſſet. Phthius] Ex Phthia, Theſſaliæ urbe. Mordaci] Quia paulatim exeſt arborem quæ inciditur. Falleret] Pro fefelliſſet. Sententia eſt Achilles, niſi opera tua extinctus fuiſſet, non fraudibus & inſidijs, ſed aperto Marte, Troiam expugnaſſet. Malè feriatos] Feriati ſunt, qui ferias & dies feſtos celebrāt, ergo malè, id eſt, in perniciem ſuam. Nam celebrabant eum diem, in quo perituri erant. Virgilius.

» Nos delubra Deum miſeri, quibus ultimus eſſet
» Ille dies feſta uelamus fronde per urbem.

Laudat autem Achillis fortitudinem, ut oſtendat maius in Troianos Apollinis beneficium fuiſſe. De morte autē Achillis quid Dion ſentiat in ſuperioribus diximus. Vt autem Græci fabulantur captus eſt amore Polixenæ Achilles, conuenitq; cum Hecuba, quæ illum fallebat, ut nocturno tempore ſolus templū Apollinis Tymbræi intraret puellam à matre accepturus. Vbi à Paride in inſidijs poſt Deī ſimulachrum collocato ſagitta calcaneum, qui ſolus uulnerabilis in eo corpore erat transfodit, atque interemit adiuuante Apolline. Hinc Virgil.

» Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores
» Dardana qui Paridis direxti tela manuſq;
» Corpus in Aeacidæ.

Fidicen doctor] Nam & citharam pulſas & alios pulſare doces. Xantho] Sic Maro.

» Xanthiq; fluenta
» Deſerit ac Delon maternam inuiſit Apollo.

Argutæ] Sonore. Dauniæ] Apuliæ & de ſe intelligit, qui primus ſit apud Latinos Lyricus. Leuis] Id eſt, imberbis, nam leuis ſine pilis ſignificat. Virg.

» Et ſæpe in leui quæſiſſent cornua fronte.

Agileus] Ideò dicitur Apollo, quia Athenienſes in uicis publicis urbis ſuæ ſtatutis altaribus Phœbo ſacrificabant. Vici autem ab Athenienſibus Agilei uocantur. Spiritum] Quaſi dicat, diuinum illum furorem. Artem & nomen] Ergo omnia recognoſcit ab Apolline. Primæ] Primariæ. Tutela] Nam in tutela Dianæ, id eſt, lunæ dicuntur pueri propter uim uegetatiuam, quæ ita ab illa eſt, ut ſenſitiua à ſole. Seruate Leſbium pedem] Quaſi canite Lyricum carmen ita, ut obſeruetis numeros & modulationem. Canentes puerum] Id eſt, Phœbum & lunam. Proſperam frugum] Quia, ut diximus, plantandi, uegetandiq; uim habet. Creſcentem] Quia creſcit & decreſcit luna. Celeremq;] Nam & hæc dea ad lunam refertur. Voluere] Id eſt, ſua reuolutione perficere, nam ut ad curſum Solis annus, ita ad curſum lunæ menſis inſtituitur. Seculo referentes] De quo dicemus in carmine ſeculari. Horatî] Pro Horatij uatis docilis modorum.

HENR. GLAR. } Leuis Agyieu] Mancinellus Agyleû legit, quaſi nomen ſit compoſitum ex duobus ἀγυιά & λεῖος, id eſt, leuis: ſed fruſtrà poëta appoſuiſſet, leuis, niſi quis dicat πλεονασμὸν eſſe, ut Plemmyrium undoſum. At apud Græcos ἀγυιεὺς Apollo dicitur, ut in Arcadicis Pauſanias docet. Idem Suidas ac Heſychius. Agyleus nuſquam memini me apud illos legiſſe. Corruptio culpa ſcribarum accidit, qui diphthongum Græcam υι, & Latinis yi non notarunt ita poſt y ſubiunxerunt l pro i.

HERM. FIG. } Diue quē proles Niobea magnæ. &c.]

Diuum

Diuum uocat Apollinem, quia fuit in numero illorum, qui cæleſtes ſemper habiti ſunt, qui maiorum gentium Dij & ſelecti nuncupabãtur. Proles Niobæa] *Niobe filia fuit Tantali, & uxor Amphionis, Thebarũ regis. Hæc ſeptem filios, & totidẽ filias cum haberet, Latonæ ſe præferre auſa eſt, prohibuitq́, ne quis in ſuo regno Latonæ ſacrificaret. Quam iniuriam uindicare uolens Apollo, liberos Niobes ad unum omnes ſagittis interfecit. Quod cum uidiſſet mater, præ dolore in ſaxum conuerſa eſt. Prolixè hãc fabulam tractat Hom. lib. ult. Iliad. 6. Transformationum. Propertius quoq; libro 2. Item Eraſmus in prouerbio: Niobes mala.* Magnæ uindicem linguæ] *Nam propter ſucceſſum tot liberorum ſuperbientem Nioben, & Latonam, quòd non niſi duorum mater eſſet, contemnentẽ, ultus & perſecutus eſt Apollo.* Tityosq;] *Hunc enim Apollo matris Latonæ, cui uim inferre uoluit, ulciſcẽdæ cauſa, ſagittis ad inferos detruſit.* Phthios Achilles] *Videlicet ſenſit uindicem Apollinem. Nam Calaber lib. 3. παραλ. ſcribit, Achillem ab Apolline in campo Troiano ſagitta ictum interijſſe. Cui ſententiæ etiam Homerus Iliad. χ. ſubſcribere uidetur, ubi Hector iam moriens prædicit mortem Achilli, his uerbis:*

» *φράζεο νῦν μή τοί τι θεῶν μήνιμα γένωμαι*
» *ἤματι τῷ, ὅτε κέν σε Πάρις καὶ φοῖβος Ἀπόλλων,*
» *ἐσθλὸν ἐόντ' ὀλέσωσιν, ἐνὶ σκαιῇσι πύλῃσιν.*

Ouid. lib. 12. *Transform. ſcribit, Achillem à Paride in acie ſagitta occiſum, iuſſu Apollinis.* Filius quãuis Thetidos] *Achilles, Græcorum fortiſsimus, Pelei & Thetidis filius fuit, quem cùm mater flammis perdere uellet, interuentu patris ereptus, & Chironi traditus eſt, qui eum urſorum medullis nutritum, Achillem uocauit, docuitq́ Medicinam & Muſicam. Quamobrẽ irata Thetis, à Peleo diſceſsit, & in mari ſeorſim habitauit.* Dardanas turres quateret] *Troianos muros euerteret, id quod etiam conqueritur Neptunus apud Ouidium:*

» *Cùm tamen ille ferox, belloq́ cruentior ipſo,*
» *Viuit adhuc operis noſtri populator Achilles.*

Tremenda cuſpide] *Haſta Peliade, quam nemo Græcorum tractare poterat præter Achillem. Hanc deſcribit Hom. Iliad. τ.* Ille mordaci uelut icta ferro] *Eleganter Achillem cadentem ob corporis robur & magnitudinem, arbori exciſæ ab agricolis, uel proſtratæ à uentis, comparat, ad imitationem Homeri. Quod etiam facit Virgil.* Puluere Teucro] *In Troiana pugna, ubi fortiter dimicans, magna cũ laude ſordidabatur pulueribus.* Ille nõ incluſus equo] *Achilles non per inſidias Troiã cepiſſet, ſed aperto Marte euertiſſet, niſi à te occiſus eſſet.* Incluſus equo] *Troiano uidelicet, in quo abditi Græcorum principes, repentè egredientes Troiam ceperunt. Hunc Homerus δουράτεον uocat, hoc eſt, ligneum, ut* Odyſſ. θ.

» *αἶσα γὰρ ἦν ἀπολέσθαι, ἐπὴν πόλις ἀμφικαλύψῃ*
» *δουράτεον μέγαν ἵππον, ὅθ' εἵατο πάντες ἄριστοι*
» *ἀργείων, τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες.*

Hunc quoq; deſcribit Virg. lib. 2. Aen. & nomina ducum Græcorũ recenſet, qui in eo latuerunt. Mineruæ ſacra mẽtito] *Quia Græci, ut ait Virgilius, uotũm pro reditu ſimulant, & in honorẽ Mineruæ erectum. Vnde Sinon proditor, apud eundem inquit:*

» *Hanc pro Palladio moniti, pro numine læſo*
» *Effigiem ſtatuêre, nefas quæ triſte piaret.*

Malè feriatos Troas] *Cum maximo ſuo malo & pernicie ocioſos. Nam cùm equũ intra muros duxiſſent, dies feſtos celebrabãt. Virg.*

» *Nos delubra Deûm miſeri, quibus ultimus eſſet*
» *Ille dies, feſta uelamus fronde per urbem.*

Lætam choreis] *Propter diſceſſum Græcorum, quos abijſſe putabant. Virgil.*

» *Nos abijſſe rati, & uento petijſſe Mycenas.*
» *Ergo omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu.*

Neſcios fari pueros] *Vehementer immanitatem & duritiem Achillis amplificat, & graphicè deſcribit. Erat enim homo immitis & inexorabilis. Quare Hector apud Homer. ferreum pectus illum habere dicit.*

» *ἦ γὰρ σοί γε σιδήρεος ἐν φρεσὶ θυμός.*

Et libro ult. Iliad. etiam ab Apolline ſæuitia atque furor eius ſatis apertè exprimitur. Tuis uictus, Venerisq;] *Nã Apollo & Venus Troianis fauebant, quorum precibus motum dicit Iouem annuiſſe, aut meliore auſpicio Roma ab Aeneæ poſteris conderetur, quam quo extructa fuit Troia: quod Achillis crudelitas impediuiſſet, trucidatis Troianis omnibus, niſi Iupiter eum mori uoluiſſet.* Doctor argutæ fidicen] *Cùm inuentor ſit Citharæ Apollo, ut quibuſdam placet, facilè etiam artem lyricam docere poteſt.* Qui Xantho lauis amne crines] *Xanthus fluuius eſt Troiæ, filius Iouis, ut Hom. Iliad. φ. teſtatur:*

» *ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἷξον ἐϋρρεῖος ποταμοῖο*
» *ξάνθου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο ζεύς.*

Hunc dictum Xanthum uolunt, quòd mulieres Troianæ in eo lauantes, ξανθὰς κόμας ἴσχον. Dauniæ Camœnæ] *Hoc eſt, Venuſinæ Muſæ.* Agyieu] *ἀγυιεύς, epitheton Apollinis eſt, teſte Macrobio, lib. Saturnaliũ 1. quòd præpoſiti ſolitus ſit uijs urbanis, nã uias quæ intra pomæria ſunt, ἀγυιὰς appellant. Erat itẽ eo nomine columna faſtigiata, atque in acutũ deſinens, prope ianuas ſurrecta, Apollini ſacra. Nam ueteres Apollinem ut ἀλεξίκακον, colere ſolebant.* Spiritum Phœbus] *Omnia quæ in bono requirũtur poeta, à Phœbo ſe accepiſſe fatetur. Dicitur enim Apollo præeſſe Muſis & poëtis, teſte etiam Virgilio:*

» *Mentis Apollineæ uis has mouet undiq; Muſas.*
» *In medio reſidens complectitur omnia Phœbus.*

Nuncupatur autem ſol, φοῖβος, hoc eſt, lucidus, purus, quaſi φόβιος, à φῶς, & βίος, id eſt, lux uitæ. Virginum primæ, puerique claris] *Ludens iam cithara, ingenuos & nobiles pueros atque puellas hortatur, ut lyrici carminis modulationem ritè inter canendum obſeruent.* Deliæ tutela Deæ] *Epexegeſis eſt: qui eſtis in tutela & fide Dianæ, quæ eadem eſt cum luna, naſcentium ortus moderante.* Catullus:

» *Dianæ ſumus in fide*
» *Puellæ, & pueri integri,*
» *Dianæ pueri integri,*
» *Puellæq́ canamus.*

Lyncas, & ceruos cohibẽtis arcu] *Eſt enim Dea uenatrix, ideóq; montes, & ſyluas inhabitat, arcũ gerens & pharetram.* Lesbium pedem] *Lyricũ carmẽ Alcæi Lesbij.* Meiq; pollicis ictum] *Mei carminis numeros & modulationes.* Ritè] *Rectè, caſtè, more inſtitutoq́ ueterum.* Latonæ puerum] *Periphraſis eſt Apollinis, quem Latona in Delo peperit.* Creſcentẽ face] *Cùm enim corpus lunæ ſua natura opacum ſit, & lumen ſuum à ſole recipiat, neceſſe eſt eam per uices mutari, & pro interiecto interuallo creſcere uel decreſcere. Poſt coniunctionem enim quandiu ad oppoſitionẽ properat, ſemper creſcit: rurſus ab oppoſita ſolis regione digrediens, eodem ordine iterum minuitur ac decreſcit, donec rurſus ad coitum peruenerit.* Proſperam frugum] *Sic Catullus:*

» *Tu curſu Dea menſtruo*
» *Metiens iter annuum.*
» *Ruſtica agricolæ bonis*
» *Tecta frugibus exples.*

Celeremq; pronos uoluere menſes] *Nam ad curſum lunæ menſes diriguntur, qui omniũ eſt celerrimus ac breuiſsimus. Integram enim reuolutionẽ conficit in 27. diebus & 8. horis. Cùm Sol motum ſuum, ad quem annus inſtituitur, diebus 365. & quarta diei parte abſoluat.* Nupta iam dices] *Enallage numerorum. Vult enim dicere: Vos puellæ poſthac in matrimonio dicere poteritis, cecinisſe uos carmen ſeculare, ab Horatio cõpoſitũ, in laudẽ Apollinis & Dianæ.* Seculo feſtas, &c.] *Hoc eſt, ludis ſecularibus, qui in honorẽ Apollinis & Dianæ inſtituti, à pueris, puelliſq; patrimis, & matrimis carmina, & hymnos in Capitolio modulantibus, centeſimo quoq; anno, unde & ſeculares dicti ſunt, celebrabantur. De origine & ceremonijs horum ludorum, plura ſcribit Alexãder Neapol. lib. Genial. dier. 6. cap. 19. Et Polyd. Virg. lib. 4. de Inuent. rer. ca. 14.*

THEOD. PVLM. } 11 Collum] Collum in, G. E. 19 Latentes] Latentem, *H. E* B. iacentem, *G.* 21 Victos] Flexus, *Cruquij codex unus, quod in* B. *explicatio eſt.* 28 Leuis Agyieu] Lætus Agyieu, *Cruquij codex antiquiſsimus, ἀγυιεὺς Apollinis eſt epitheton.*

38 Noctilucam] Noctilucē, H. Noctiluca Luna dicitur, quòd eo cognomine Luna in Palatio colebatur, & noctu in eius templo lampades lucebāt. Varro lib. 5. Noctiluca lucere ab luce, quòd propter lucē amiſſam is cultus inſtitutus. Vide Turneb. lib. 20. cap. 37.

ANTON. MVR. } 38 Rite creſcentem face noctilucam] Expreſſit epitheton νυκτιλαμπῆ, quod apud Dionyſium Halic. in quibuſdam Simonidis uerſibus legitur.

GEORG. FABR. } Poëta commendat Apollinem, ut hoſtium ſuorum, ultorem, & ut defenſorem amicorum inuocat, ſuumq́ carmen in templis & choris florere cupit, cū nominis ſui memoria, & præconio ingenij ſempiterno. Sed palàm captis grauis, heu (nefas) heu] Eſt in hoc loco aperta imitatio Turni apud Virgil. 9. Aen. Hic ſapphicus refutat eos, qui heu uolunt eſſe apud poëtam hunc diſſyllabum. Item hic ſenarius.

„ Ad non amicos heu mihi poſtes, & heu.

Leuis Agyieu] Impreſſa pleraq; in his nominibus corrupta ſunt. Leuis, pro imberbi. ut,

„ Cui læuia fulgent Ora.

Cognomen ἀγυιεὺς Apollini, Dianæ, Baccho, Mercurio tribuitur, θεοῖς ἐνοδίοις: de ipſo nomine multa Steph. plura Pauſanias.

IOD. BAD. ASCENS. } Diue, &c.] Apollinis laudes colligens, dicit. O' diue] Scilicet, Apollo. Quē proles Niobæa] Id eſt, ipſius Niobes filiæ Tantali. Senſit uindicē] Id eſt, ultorē. Linguæ] Scilicet maternæ. Magnæ] Id eſt, magniloquæ & ſuperbæ, ſe Latonæ præferentis. Et Tytios raptor] Id eſt, qui rapere uoluit latonam. Senſit uindicem] Scilicet, luxuriæ. Et Achilles Phthius] Id eſt, Theſſalus. Victor prope] Id eſt, quaſi Troiæ altæ, exiſtens miles Maior cæteris] Scilicet bellatoribus tam Græcis, quam Troianis, ſed impar tibi, quanuis exiſtens filius Thetidis marinæ] Scilicet, deæ. Quateret pugnax] Id eſt, aſſiduè pugnans tremenda cuſpide. Turres Dardanas] Id eſt, Troianas. Tamen] Sup. ſenſit te uindicem fortè uiolati templi: nam cùm Caſſandram filiam Priami in templo Apollinis ducere ſperaret, Paris latens poſt ſimulachrum Apollinis emiſit ſagittam in calcem Achillis, in qua parte ſola uulnerabilis erat. Nam ut Statius in Achilleide recitat, Thetis eum in Styge intinctum armauerat, præter calces quos dum eum intingeret tenebat, nec quia immemor, manū mutabat. unde quia illic ubi dū taxat uulnerabilis erat percuſſus eſt, dicit Verg. li. 6. id ab Apolline factū his uerbis.

„ Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores

„ Dardana qui Paridis direxti tela manuſq;,

„ Corpus in Aeacidæ, &c.

Vt uerò uictoriam Apollinis exaltet, proſequitur laudes Achillis, dicens. Ille] Scilicet Achilles procidit latè & poſuit collum Pulnere Teucro] Id eſt, Troiano. Velut pinus] Arbor grandis & excelſa. Icta] Id eſt, percuſſa ferro Mordaci] Scilicet, bipenni aut ſecuri, aut uelut Cupreſſus impulſa] Id eſt, deiecta Euro] Id eſt, uento illo uehementi ab oriente flante. Ille] Scilicet Achilles Non falleret] Id eſt, non erat talis, qui uellet fallere. Exiſtens incluſos equo] Scilicet ligneo Mentito] Id eſt, mendaciter ſimulante. Sacra] Scilicet uota & oblationes Mineruæ] Non falleret dico Troas Malè] Id eſt, in malum ſuum. Feriatos] Id eſt, qui à cuſtodijs, uigilijs & laboribus male ceſſauerant, ſomno & uino indulgentes, & aulam Priami lætam choreis. Sed ipſe grauis] Id eſt, moleſtus. Vreret flammis Archiuis] Id eſt, ignibus Græcis captos Palàm] Id eſt, aperto Marte. Heu nefas heu, pueros neſcios fari] Id eſt, adhuc infantes & etiam ſup. fœtum latentem in aluo matris. Ni] Id eſt, niſi pater diuûm, ſcilicet Iupiter. Victus uocibus] Id eſt, precibus tuis, & Veneris gratæ] Id eſt, acceptæ, ſcilicet Ioui: quia eius filiæ, aut gratæ, id eſt, gratiam referentis Paridi propter iudicium eius. Annuiſſet] Id eſt, in nutu addixiſſet rebus Aeneæ. Muros] Scilicet Romanos. Ductos potiore alite] i. meliore auſpicio, quod Aeneas precatur de muris ab Helena cōſtitutis in Epiro ſic Aen. 3.

„ Effigiem Xanti Troiamq; uidetis

„ Quam ueſtræ fecere manus melioribus opto

„ Auſpicijs, & quæ fuerint minus obuia Graijs.

Hoc eſt, niſi Iupiter curaſſet, ut Aeneas cum ſuis euaderet, ut ab eius ſucceſſoribus tandem extrueretur in Italiam Roma. Doctor Arg.] Proſequitur reliquas laudes Apollinis, & potiſſimū eas, quas ſibi conducere ſcit poëta, utpote in Muſica dicens. O' Phœbe fidicen] Id eſt, fidibus canens, exiſtens. Doctor Thaliæ argutæ] Id eſt, muſæ canoræ (nam ad Eurotam ſecundùm Maronem in Buc. docet, Phœbus ediſcere lauros carmina ſua) Qui lauis] Id eſt, lauas & imbuis Crines] Id eſt, capillos tuos Xantho amne] Scilicet, Phrygiæ. O' Agylieu leuis] Id eſt, qui Athenis in uia ſtans Leuis] Id eſt, imberbis, aut frequenti contactu leuigatus es. Defende decus] Id eſt, ornamentū & honorem. Camœnæ Dauniæ] Id eſt meæ, qui ferè Daunius ſummam Lucanus an Appulus anceps. Nam Venuſinus erat finem ſub utrumq; colonus. Dauni autē ſunt Appuliæ populi à Dauno dicti: Venuſium autem patria poëtæ non longè eſt ab Appulia. Deinde quaſi ab Apolline exauditus ſit confidenter ad pueros, puellaſq; de carminibus ſuis loquitur, dicēs. Optimæ] Id eſt, præcipuæ & clariſſimæ uirginum, & ô pueri ortī claris parentibus.] Phœbus dedit mihi ſpiritum] Id eſt, uiuax ingenium ad excogitandum, & Phœbus dedit mihi artem carminis & Nomen] Id eſt, famam poëtæ, & ergo ô uos Pueri & puellæ tutela] Id eſt, qui eſtis in tutela Deæ Deliæ ſcilicet Dianæ Cohibentis] Id eſt, retinentis arcu, quia confixæ feræ amplius currere nequeunt. Lyncas & ceruos fugaces, ſeruate] Id eſt, conſeruate ne pereat, aut obſeruate in choreis ueſtris. Pedem Lesbium] Id eſt, carmen Lyricum, quod ad imitationem Alcæi Lesbij fingo, & ictum mei pollicis, quo lyram tango, ſeruate dicit. Canentes] Id eſt, laudantes hymnis à me factis. Rite] Id eſt, decenter Puerum Latonæ] i. Apollini, & canentes ritè Noctilucam] Id eſt, lunam noctu lucentem. Creſcentem face] Id eſt, lumine ſuſcepto à ſole Exiſtentem proſperam] Id eſt, proſperatiuam Frugum] Scilicet, procreandarum, & Celerem] Id eſt, celeriter idoneam uoluere menſes pronos, qui quod à luna menſi ſunt certis diebus, aut quod luna Græcè μήνη Mene dicitur, denominati ſunt: nā & Græcè μὴν, μηνός. Id eſt, men, huius menos, mēſis dicitur. Nupta] Quæ modò es uirgo, & cānis ſeculare carmen in fine huius uoluminis ponendum, cùm fueris iam nupta, dices ego Reddidi] Scilicet, pronunciaui carmen Amicum dijs] Scilicet Apollini, Dianæ & Latonæ, & hoc Sæculo] Id eſt, ſpatio centum annorum. Referente, luces feſtas] Id eſt, ludos ſeculares Apollini ſacros exiſtentes docilis Modorum] Id eſt, carminum, hoc eſt, quæ diſcere potui, cùm eſſem puella modos carminum Horati pro Horatij. Vatis] Id eſt, Diuini, poëtæ. Hic annotandum Horatium non ab orando dici, nec primam producere: unde non rectè, inquit, Alexander. Tu tamen orat doctior, &c.

ANT. MAN. } Apollinis hymnū poëta ſcribit, laudat enim illū, quod Niobes prolē, & Tytion in Latonæ matris ultionē perimit, quod itē Achillē cæteris maiorē militib. apud Troiā occiderit, commēdat deinde Apollini ſua lyrica. Nā Phœbus ſpiritū, Phœb. carminis artē. Phœbus poetæ nomē dederat ſibi. Hortatur poſtea pueros, puellaſq; nobiles in Apollinis & Dianæ laudes ſua carmina decantare. Diue quē proles Niobea magnæ] Niobea proles fuit Niobe Tantali filia, quæ filios ſeptē, totidēq; filias peperit ſummo decore præſtātes, tali prole ſuperbiens admodū gloriabatur ſe Latonæ præferens numero filiorū, itaq; ira motā fabulæ Latonā ferunt Apollini, ut Niobes filios. Dianæ]. i. ut filias arcu interficerēt mandaſſe. Quibus matri obtemperātibus, contigit eodē tēpore, & abundare filijs Nioben, & carere. Diod. ita ſcribit lib. 5. legito itē lib. 6. Met. lib. ult. Iliad. & apud Gell. multa. Nos etiam plurima Satyr. 6. Iuuen. Magnæ] Lib. 1. ſuperbæ. unde lib. 6. Meth. Niobe.

„ Quis furor auditos (inquit) præponere uiſis

„ Cæleſtes? aut cur colitur Latona per aras.

„ Numen adhuc ſuum thure meum eſt, &c.

Tityosq; rap.] De Tityo uideto lib. 2. Ode 13. Item lib. 4. Ode 3. Raptor] Stuprator, uoluit enim Latonæ uim inferre. Propè] Fere, quaſi Phthius Achilles propè uictor altæ Troiæ miles cæteris maior, tibi impar, quamuis filius Thetidis Marinæ, poſtea ſequitur. Pugnax tremēda cuſpide quatere Dardanas turres. Phthius] Strabo lib. 9. dubitat an Phthia urbs, an regio ſit in Theſſalia, quā dicit Achilli ſubiectā fuiſſe, habuiſſeq; Thetidis Fanum. Plin. lib. 4. oppidum

oppidum eſſe docet. Ille procidit] De Achillis morte legito Ode 15. lib. 1.

Ille non incluſus equo mentito ſacra Mineruæ, &c.

Oſtendit autem Achillem non fraude & clam, ſed apertè Troianos potuiſſe opprimere, niſi Apollo eum occidiſſet. Equo Mineruæ] Euerſionem Troiæ cum Sinone ſuo & equo ligneo cæteriſq; omnibus, quæ librum ſecundum faciunt Aeneidos à Piſandro penè ad uerbũ tranſcripſit Maro. inquit Macro. lib. 5. Sat. Malè feriatos] Ocioſos & quietos, ob ligneũ equũ in Ilion ductũ, ut Maro docet. Lætã choreis] De hoc latè legere poteris lib. 2. Aen. Ni tuis uictus] Senſus eſt, uiuentẽ Achillẽ potuiſſe Troianos ad unũ interimere, ita, quod non ualuiſſet Aeneas in Latiũ pergere, & urbis Romæ cõditores producere. Verùm Diuũ pater Apollinis precibus & Veneris motus permiſit Achillis interitũ, quo Aeneas Romanæ urbi fundatores generaret. Ni tuis] Ordo eſt, Ni Diuũ pater uictus tuis uocibus O' Apollo, & Gratæ Veneris annuiſſet rebus Aeneæ muros ductos potiore alite. Rebus] Datiui caſus. Ductos muros] Romanos muros iam ductos intelligit. Potiore alite] Meliori auſpicio. Doctor argutæ Thaliæ] Lib. 1. Ode aũt 32. diximus Apollinẽ Cytharæ eiuſq; Muſicæ inuentorẽ fuiſſe, Thalia aũt dici poteſt capacitas, ſeu celebritas, quod in longũ tempus poetarũ laus parta uireſcat. Xanto] Amne Troiæ fluuius eſt, qui oues efficit rufas. ut Plin. ſcribit lib. 2. ξανθὸς autem flauus interpretatur. Lauis] Antiqui dixerunt, illi enim lauo lauis, & lauas dixerunt. Dauniæ Venuſinæ & Appulæ. Leuis Agilleo.] ἀγυιὰ agya uia dicitur, λεῖος leuis, poſitus. Porphyrio aũt ſcribit Varronẽ dicere, quod ex reſponſo oraculi in uijs publicis urbis ſuæ Athenienſes ſtatutis altaribus ſacrificare Apollini inſtituerũt, & Agyleũ appellauère. Leuis] Politus, imberbis uirginum primæ. Ordo eſt. O' primæ uirginũ & pueri orti claris patribus: appoſitio tutela Deliæ deæ arcu cohibẽtis fugaces lyncas & ceruos, &c. Leſbiũ pedem] Id eſt, Lyricum carmen. Hortatur enim illos cantare ſuũ carmẽ in Apollinis & Dianæ laudes. Face lumine] Noctilucam, Lunã quaſi nocte lucentem. Proſperã frugum] Luna enim nocturno temperamento maturandis frugibus moderatur, ut etiã Macrobius edocet. Celeremq; pronos uoluere menſes] Tempora duorũ temporũ ſunt unum annale, quod ſol circuitu ſuo finit. Alterum menſtruũ, quod luna circũiens comprehendit. id Var. ſcribit libro 1. de Re ruſt. Cicero autem in libro de Nat. Deor. ait, quod Lunæ curſus, quia menſa ſpatia conficiunt menſes nominantur. Nupta iam] Id eſt, poſtquam nupta eris. nam uirgines Græcæ & Latinæ carmina & Pæanas canebant. Sæculo feſtas referente] Luces de ſæculari carmine & ludis ſecularib. latiùs uideto poſt carmen Epodôn in carmine ſæculari.

ODE VII. AD TORQVATVM.

Παραινετική.

Ode VII. Dicolos diſtrophos. Primus uerſus eſt Heroicus Hexameter, Catalectus, qualis:
Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen, hoc modo:
Diffu - - gere ni - v v ues rede - v v unt iam - - gramina - v v campis - -
Secundus eſt Archilochius Dactylicus, dimeter, Hypercatalectus, conſtans duobus dactylis, & ſyllaba, hoc modo:
Arbori - v v buſq; co - v v mæ -

— — — v v — v v — — — v v — —
— v v — v v —

ARGVMENTVM IN ODEN VII.

Oſtendit ex rerum & temporũ mutabilitate, unumquenq; admoneri, nihil eſſe uita noſtra neq; fugatius neq; incertius. Nam ut illa citiſsimo impetu feruntur, ita homines ad interitum rapiuntur, niſi quod tempora mutata ſucceſsione reparantur, homines uerò ubi ſemel perierint nunquam reuiuiſcunt, & quidem quando perituri ſint incertum eſt.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Humanæ uita nihil eſſe breuius & fragilius, probat uiciſsitudine temporum. Nam ut illa perpetuò curſu labuntur, ſic etiam homines ad mortem rapiuntur: Niſi quod temporum uices motus ſucceſsione & reuolutione reparantur, homines uerò cum ſemel occiderint, nunquam reuertuntur.

COMMENTARIA.

ACRON.

DIFFVGERE niues] Ad Torquatum ſcribit per uerni temporis deſcriptionem omnium rerũ uiciſsitudinem: de quo & Virgil.

Vere nouo gelidus canis cũ montibus humor.
Liquitur.

Mutat terra uices] Per rationẽ temporũ dixit etiã ipſam naturã mutari. Prætereunt] Intra ripas labuntur. Gratia cũ Nymphis] Frigorib. hyemis finitis, amœnitate iam temporis, ad ludum & lætitiam Nymphas & Charites prouocari. Immortalia ne ſperes] Nil immortale eſſe, dum etiã tempora finiuntur. Frigora miteſcunt] Per uices temporũ probat, æternũ non eſſe, quod temporale eſt. Fruges effuderit] Deeſt cũ, ut ſit cũ effuderit. Quo Tullus & Ancus] Tullus & Ancus reges Romani fuerũt, per quos oſtẽdit mortẽ potentibus, & pauperib. cõmunem eſſe. Quis ſcit an adijciant] Id eſt, per incertũ uitæ neſciri, utrũ homini uſq; ad diẽ quẽ egit, ſequẽs adijciatur, cũ facilè & per horas poſſit occidere. Cuncta manus auidas] Ipſi in lucrũ uenire, quæ impenſa fuerint uoluptati peritura, hæredibus derelicta. Et de te ſplendida Minos] Vt: Quæſitor Minos urnã mouet. Nõ Torquate genus] Nec nobilitatẽ, nec eloquentiã, nec pietatẽ quenquã morti præripere. Diana pudicũ] Aut fabuloſè dicit Hippolytũ ab inferno reuerſum: aut nihil ei ad conditionẽ mortalitatis profuiſſe, quia ab equis fuit tractus, uitæ reſtitutus eſt, dum in eandẽ fuiſſet ſortem reuerſus, nec mortẽ perpetuò potuiſſet effugere. Nec Lethæa ualet] A flumine inferos dixit. Abrũpere caro Vincula Perithoo] Theſeus et Perithous amici fuerunt, quos dicit coniurata amicitia morti eripi nõ poſſe, nã uolentes Proſerpinã rapere, apud inferos remanſerunt.

PORPH. } Diffugere niues] Hoc carmẽ uerni temporis habet, & continet deſcriptionẽ. ſcribitur aũt ad Torquatũ. Et decreſcẽtia riuis] i. præter ripas ſuas eunt flumina, quo ſignificat ripas ſuas

DIFFVGERE niues, redeũt iam
gramina campis,
Arboribuſq; comæ.
Mutat terra uices, & decreſcentia ripas
Flumina prætereunt.
Gratia cũ Nymphis, geminiſq; ſororib. audet
Ducere nuda choros.
IMMORTALIA ne ſperes, monet annus, & almum
Quæ rapit hora diem.
Frigora miteſcunt Zephyris: Ver proterit æſtas,
Interitura: ſimul

Pomifer Autumnus fruges effuderit, & mox
Bruma recurrit iners.
Damna tamen celeres reparāt cœleſtia Lunę.
Nos ubi decidimus, (cus,
QVO pius Aeneas, quō Tullus diues, & An-
PVLVIS, & umbra ſumus:
QVIS ſcit, an adijciāt hodiernę craſtina ſumæ
Tempora dij ſuperi?
CVNCTA manꝰ auidas fugiēt hęredis amico
Quæ dederis animo.
Cū ſemel occideris, & de te ſplendida Minos
Fecerit arbitria:
Non Torquate genus, non te facūdia, non te
Reſtituet pietas.
INFERNIS neq; eñ tenebris Diana pudicū
Liberat Hippolytum:
NEC Lethea ualet Theſeus abrumpere caro
Vincula Perithoo.

ſuas nō excedere, ſed intra alueum labi. Docere nuda choros] *Nuda, quia iam frigora excluſa ſunt.* Immortalia ne ſperes] *Id eſt, ne quid putes immortale eſſe atq; perpetuū, reſpice anni tempora, quod nūc quoq; celeriter occidēt, alij cedit.* Dāna tamen celeres] *Cū conditionē mortalitatis noſtræ temporibus anni cōparaſſet, ne uiderētur homines renaſci, ut tēpora intulit:*

» *Quo pius Aeneas, quo diues Tullus & Ancus.*

Quis ſcit an adijciant] *Hoc ideo dicit, ut oſtēdat conditionē mortalitatis omnib. cōmunem eſſe, Quis inquit,* ſciat, an adijciant hodiernæ craſtina ſummæ tēpora dij ſuperi? Hodiernæ craſtina ſummæ Tēpora] Ad ſummā annorū uitæ, quā hodiernū uſq; egiſti, craſtinus dies adiūgatur, *id eſt*, quis ſcit an cras uicturus ſis, cum facilè & quacunq; hora poſsis occidere? Cūcta manus auidas fugient hæredis amico Quæ dederis animo] *Id eſt, illud tuū erit tantū, quo dū uiuis functus fueris.* Et de te ſplendida Minos fecit arbitria] *Nō dicit cūm ſplendidū, ornatūq; fecerit Minos iudicio ſuo, ſed cū de te ſplendidè ac dignè iudicauerit Minos. Ita ſplendida arbitria ad Minois laudē, & gloriā pertinent iudicantis, nō ad eum de quo iudicat.* Liberat Hyppolytum] *Atqui Virg. ait, Hippolytum rediſſe ad auras æthereas, Pæonijs reuocatū herbis, & amore Dianæ: ſed nunc non ad illud refert, quod poſt diſtractionem illam; quam ob equis ſuis paſſus eſt, in uitam ſuam reſtitutus fertur, ſed conditionem mortalitatis, quam non potuit perpetuò effugere per Dianæ fauorem.* Theſeus abrumpere caro uincula Perithoo] *Nota hiſtoria, Theſeum & Peirithoum ad inferos deſcendiſſe rapiendæ Proſerpinæ cauſa, nunc dicit uictos ibi remanſiſſe.*

CHRIST. LAND. } Diffugere niues] *Nō ſolùm deſcribit, uerumetiam pingit, quàm uolatile ſit tempus, & quàm momentaneo interuallo fluat.* Diffugere niues] *Quia aduentu ueris fugatur hyems.* Redeunt iam gramina campis] *Quæ hyemali frigore aruerant.* Mutat terra uices] *Longiuſcule proſequitur ueris deſcriptionē.* Gratia] *Cum geminis ſororibus, nam & tres eſſe, & quare tres ſint, dictum eſt. Hæc autem omnis deſcriptio poëtica eſt. nam uernum tempus cæteris gratius eſt.* Decreſcentia] *Duplex, ſed contraria poteſt eſſe ſententia, ut ſit uel decreſcētia, id eſt, ualde decreſcentia. nam uere liqueſcentibus niuibus augentur flumina, & tunc dicā prætereunt ripas, id eſt, tranſiliūt ripas, & ſuo alueo egrediuntur. Vel decreſcentia quòd deprimet, & ſit ſententia, quòd minuantur, & tunc erit prætereunt ripas, id eſt, eunt præter, id eſt, iuxta ripas, neq; illas tranſiliunt.* Immortalia ne ſperes] *Cum tempus quod eſt menſura motus ſemper fluat nihil erit ſub tempore quod duraturum ſit.* Almum] *Quia alat, nam ſole à quo dies eſt, omnia aluntur & creſcunt.* Frigora miteſcunt] *Mirum poëtæ ingenium qui cum uer ad uoluptatem legentis latiùs deſcripſerit, nunc uelocitate orationis, uelociſsimum temporis curſum ante oculos ponit. Eſt enim boni poëtæ, & in rebus ocioſis ociari, & in his quæ raptim geſta ſunt præcipiti quadam oratione ipſam celeritatem exprimere. Quod etiam in multis alijs locis apud Maronem, & præcipuè in narratione Troianæ captiuitatis apparet, in qua tum lentè & ocioſè, tum raptim & feſtinè, ut ipſa exigit ex induſtria narrat.* Frigora] *Pro hyeme ponit.* Zephyris] *Pro uere nam & medici à flatu huius uenti uer inchoare uolunt.* Proterit] *Quia ad exitium perducit, uel reſpexit rapidum uim caloris, quo herbæ quas uer ſua clementia, & perduxerat, & aluerat uehementer areſcunt.* Damna tamen] *Fluunt quidem aſsiduo lapſu tempora, cum omnibus rebus, quæ ſub tempore ſunt. Sed hoc tamē intereſt, quòd tempora quidem redeunt, quæ autem orta ſunt cùm ad interitum uenerint nunquam redeunt.* Celeres Lunæ] *Id eſt, Luna cum ſuis curſibus celerrimis.* Reparat] *Reſtaurat damna cœleſtia. nam ſi nunc imminuitur, paulò pòſt creſcet. Vnde cœleſtia nullum ſentiunt damnum. Mortalia uerò ſentiunt.* nam nos ubi, *id eſt, poſtquàm decidimus, ſcilicet ad inferos.* Puluis & umbra] *Nam corpus in puluerem redit.* Vmbra] *Id eſt, anima ſola reſtat. Nec me fugit Seruij opinio, qui refert fuiſſe philoſophos, qui dicerent ex nobis ſimulachrum inferos petere, umbram corpus ſequi, ſpiritum uerò ad cœlum redire. Sed huiuſcemodi inquiſitio altior eſt, quàm huic loco cōueniat, quæ propter alio differatur.* Quò pius Aeneas] *Oſtendit mortem ita omnibus eſſe communem, ut neque fortibus regibus, neq; opulentis parcat.* Diues *propter amplam uictoriam, quam de Albanis reportauit. nam & populum Roman. ex Albanis ciuibus, quos in ciuitatem Romanam recepit, uehementer auxit.* Quis ſcit] *Quaſi dicat, ſcire non potes, ergo duplex eſt infœlicitas, prima quòd uita breuiſsima & ſine reditu ſit. Secunda quòd illa etiàm eadem breuitas incerta ſemper ſit.* Cuncta] *Hortatur ad liberalitatem, nam uidetur eſſe hominis officium liberalitate uti, cùm tamen ſua omnia bona hæredi auaro & cupido relicturus ſit.* Amico] *Liberali, nam qui alteri dat, illi amicus eſt.* Cum ſemel occideris] *Eandem ſententiam repetens in eo immoratur, quo maximè Torquatū liberalem reddere poſsit.* Splēdida] *Vel quia uerisſima ſunt, uel quia ab illis non eſt prouocatio.* Non Torquate genus] *Neque nobilitate generis, neque eloquentia, neq; uirtute, quæ omnia in te ſunt, poteris te ab inferis eximere.* Infernis neq; enim] *Nam ſi dea amiciſsimum, optimumq; uirum & per ſummam iniuriam cæſum à morte uendicare non potuit, quis ab ea unquam liberabitur? Quo in loco poëtica licentia aliter fabellā Hyppoliti narrat, quàm ab alijs narretur. Dicunt Theſeo inferos deſcendente Phædrā Theſei uxorem amore Hyppoliti pulcherrimi adoleſcentis, ſuiq; priuigni captam de adulterio illum interpellaſſe, ſed caſtiſsimus adoleſcens procaci mulieri non obtemperaret illa amorem in odium conuertens redeunti Theſeo eum accuſauit, tanquam ipſe eam interpellaſſet. Iratus pater interimere Hyppolytum uoluit. At ille quadrigis uectus paternam ſæuitiam fugiebat. Quapropter cum aliter illum conſequi non poſſet, Aegeum patrem orauit Theſeus, ut ex tribus optatis, quæ ſibi daturum pollicitus fuerat hoc concederet, ut periret Hyppolytus, immiſit Phocas Aegeus, quibus deterriti equi, & in fugam uerſi, adoleſcentem per inuia raptarunt, donec diſcerptus, laniatusq; eſt, proptereaq; Hyppolytus uocitatum uolunt, quod ab equis laniatus ſit: nam ἵππος equus, λύω autem ſoluo ſignificat. Verum cum adoleſcens cælebs uixiſſet, Dianæq; deditus uenationibus ſe exercuiſſet, orauit Diana Aeſculapium Apollinis filium & medicinæ Deum, ut illum in uitam reuocaret, reuocatūq; in Italiam tranſtulit, Aegeriæq; Nymphæ commendauit, & mutato nomine pro Hyppolito Virbium appellari iuſsit. At Iupiter indignatus, quòd aliquis hominem iam uita functum reuocare ualeret, ipſum Aeſculapium fulmine interfecit. De quo Virg.*

» *Pæonijs reuocatum herbis & amore Dianæ.*
» *At pater omnipotens aliquem indignatus ab umbris*
» *Mortalem infernis ad lumina ſurgere uitæ*
» *Ipſe repertorem medicinæ talis & artis*
» *Fulmine Phœbigenam ſtygias demiſit ad undas.*

Theodontius rem ad hiſtoriā referens, ſcribit illum, non fuiſſe interfectum, ſed uehementer uulneratum, & Ariciam quādam Atticæ regionis mulierem, quam ille clanculum amabat ab Aeſculapio impetraſſe, ut Hyppolytū quem Theſeus periſſe credebat, ſanaret, quæ quoniā uenationib. exercebatur Diana putata eſt. Hyppolytus aūt idē Virbius appellatus in, Italiā ualetudine recuperata profectus eſt, & urbem Aricī de amata mulieris nomine appellatā condidit.

Verùm

Verùm hanc fabulam Horatius nunc peruertens negat, Dianam illum ab inferis liberare potuiſſe. Theſeus] *Theſeus Perithousq; adeò amici fuerunt, ut inter illa rariſsima paria amicorum enumeretur. Hi coniurarunt nullam niſi Iouis filiam uxorem ducturos. Quapropter cum Theſeus Helenam rapuiſſet ad inferos deſcenderunt, ut raperet Proſerpinam Perithous: ſed Perithous ibi interemptus eſt. Theſeus autem in uinculis retentus, donec ab Hercule liberatus eſt. Sed & hîc in aliqua parte fabulam uariat.*

ERAS. ROT.} Gratia cum Nymphis] *Αἱ χάριτες γυμναί, id eſt, gratiæ nudæ. Admonet Adag. ut candidè ac benigniter impertiamus amicis. Aut ne quid inter amicos fictum aut fucatum, uerùm nuda ſimpliciaq; omnia, Gratiarũ ſint inſtar, quæ humanitatis atq; beneuolentiæ à poëtis dicuntur præſides.*

HENR. GLAR.} *Hac Ode Veris aduentum deſcribi Mancinellus putauit, ſed rectè hoc ab alijs reprehenſum eſt: nam perfectum Ver hic exprimitur.* Diffugere, *inquit poëta,* niues, *non diffugiunt:* Et flumina decreſcentia prætereunt iam ripas, *non ſuperant, (quod & ipſum idem non rectè intellexit, quanquã poſtea emendat, ſed ambiguè) &* gratia nuda audet ducere choros, *quod facturа non erat, ſiquidem frigus eſſet.* —Ver proterit æſtas Interitura, ſimul Pomifer autumnus fruges effuderit] *Hic annotatur noſter efficaciſsimis ſcilicet rationib. perſuadere nobis conatur, pro uerbo effuderit legendum, ut fuderit, non intelligens uocem, ſimul, & apud hunc poëtam, & apud reliquos claſsicos, ſæpiſsimè pro, ſtatim ut, accipi: Vt Ode 9. lib. primi. Permitte Diuis cætera, qui ſimul ſtrauêre uentos. Et Ode 16. lib. 2.*

„ *Simul atra nubes condidit Lunam.*

Adducerem plura exempla, niſi rem manifeſtam etiam mediocriter doctis eſſe putarem. Eſt igitur ordo: Aeſtas proterit Ver, interitura ſimul, *id eſt, ſtatim ut Pomifer autumnus fruges effuderit. Rectè igitur* effuderit *legitur, & hic non emendat poëtæ carmẽ, ſed corrumpit. Nec poſt* æſtas *colon punctum ponendum.* Damna tamẽ celeres reparant cœleſtia Lunæ] *Hic Mancinellus abſurdum facit ordinẽ. Tamẽ ubi nos (inquit) decidimus,* Lunæ celeres reparãt cœleſtia damna: *Cum poſt* Lunæ *diſtinguendum, & contraria ſententia inferenda,* Lunæ reparant damna, Nos puluis & umbra ſumus, *nihil igitur ſperemus nos reparaturos. Eſt autẽ ſententia Epicureorum, ac eorum, qui ſtultè animas quoq; noſtras interituras putant. Damna autem intelligo referenda ad interlunium, Eclipſeis, & ſi quid ſimile.* Cuncta manus auidas fugient hæredis, amico. Quæ dederis animo] *Et Acro & Porphyrio hunc locum ita intelligunt, ipſi in lucrum uenire, quæ impenſa fuerant uoluptati: peritura, hæredibus derelicta. Mancinellus intellexit illa ſola hæredis manum effugere, quæ amicis donentur. Sed memini olim D. Eraſmum mihi iuueni ita expoſuiſſe: Quæ dederis amico animo, ſcilicet tuo: quod Homerus uocat φίλον ἦτορ, ea omnia fugient auidas manus hæredis. Atque id impenſè placet. Eſt etiam conforme Porphyrij, Acroniſq; expoſitioni.*

HERM. FIGVL.} Diffugere niues, redeunt iam gramina, &c.] *Noui Veris deſcriptio. Fugienti enim hyemi ſuccedit uerni temporis amœnitas.* Redeunt iam gramina campis] *Ver enim aperit ac reſoluit terram, flores, gramina, frondesq; producit. Virgilius:*

„ *Vere ſinum tellus aperit, floresq; miniſtrat.*

Mutat terra uices] *Ad uiciſsitudines temporum terræ etiam commutationes uariantur. Nam quæ hyeme gelu clauſa niuibus tegebatur, ea nunc Vere tepentibus auris patefacta, floribus ueſtitur.* Decreſcentia] *Quia niues hybernæ diffugêre, quibus reſolutis flumina creſcunt, & exundant.* Ripas flumina prætereunt] *Iam non turgida per campos paſsim uagantur, ſicut faciũt hyeme, ſed intra notas & conſuetas ripas fluunt.* Gratia cum Nymphis, geminisq; ſororibus] *Idem libro primo quoque dixit, ubi ſimiliter Ver deſcribit:*

„ *Iam Cytherea choros ducit Venus imminente Luna,*
„ *Iunctæq; Nymphis Gratiæ decentes*
„ *Alterno terram quatiunt pede.*

Quia uerni temporis ſuauitas cuncta animalia exhilarat, & ad ludendum ac laſciuiendum inuitat. Nuda] Obtemperatum aëris *calorem, & tepentes Zephyri flatus, quibus frigora pelluntur. Itaq; paulò poſt ipſe ſubijcit:*

„ *Frigora miteſcunt Zephyris.*

Immortalia ne ſperes, monet annus] *Perpetua illa temporum mutatio monet nos, ne ſperemus longam uitam.* Annus] *Videlicet commutatione ſua quadripartita. Nam annus diuiditur in quatuor partes, quæ continuò uariantur, & aſsiduo motu ſeſe fugiunt ac ſequuntur. Ver enim fugat hyemem: æſtas pellit uer: æſtatem conſumit autumnus: autumnum conuertatur bruma. Hanc mutuam temporum ſucceſsionem, ueluti in orbem recurrentem, elegantiſsimè deſcribit Ouidius libro 15. Transformationum. Venuſtè comparans quãtuor anni partes quatuor hominũ ætatibus, ibi.*

„ *Quid? non in ſpecies ſuccedere quatuor annum,*
„ *Aſpicis ætatis peragentem imitamina noſtræ?*

Et ſequentibus tredecim uerſiculis. Damna tamen celeres reparant cœleſtia Lunæ] *Hoc eſt, Luna celeri & aſsidua reuolutione ſua damna quæ patitur, id eſt, permutationes & uiciſsitudines, quas [illegible] Græci uocant, facilè reparat. Nos autem, cùm ſemel ad inferos deſcendimus, non reuertimur, quia puluis & umbra ſumus.* Vbi decidimus, quò] *Inferorum eſt periphraſis, quò defunctorum animas deſcendere credebant gentes.* Puluis & umbra ſumus] *Quia corpus poſt mortem in puluerem uertitur: animas uerò umbrarum inſtar apud inferos uerſari, antiquitas credebat. Ouidius:*

„ *Errant exangues ſine corpore & oſsibus umbræ.*

Et exemplis regum declarat, mortem omnibus eſſe communem: Pijs, diuitibus, ac potentibus. Quis ſcit an adijciant] *Hortatur Torquatum ad hilaritatem, & liberalitatem, propterea quòd uita humana ſit ualde breuis, adeò, ut neſciat an cras uicturus ſit: & meliùs multò collocetur id quod benigno animo quis bonis amicis impertiatur, quàm quod auaro & pœnitendo hæredi relinquat.* Splendida] *Præclara & uera. Cùm enim iuſtus ſit iudex Minos, de tuis uirtutibus, quibus es præditus, rectè cognoſcet, ſtatuet, & iudicabit.* Minos] *Hic filius fuit Iouis & Europæ, rex Cretẽſium, inſignis legiſlator. Leges à ſe conditas quotãnis quinquies per Rhadamantum circumferri curauit. Itaq; ob ſummam iuſtitiam & ſeueritatem, poſt mortem inferorum iudex factus eſt à poëtis, teſte etiam Virgil. lib. 6. Aeneid.*

„ *Quæſitor Minos urnam mouet: ille ſilentum*
„ *Conciliumq; uocat, uitasq; & crimina diſcit.*

Fecerit arbitria] *Iudicauerit, ſententiam dixerit. Eſt enim arbitrium, ut doctiſsimè definit Ioannes Oldendorpius, facultas dicendæ inter controuertentes ſententiæ, priuato conſenſu, non autẽ publica autoritate tributa. Ponitur item pro ipſa ſententia, & toto cognitionis exercitio promiſcuè.* Non Torquate genus] *Significat neq; nobilitate, neq; eloquentia, neq; pietate à morte quenquã reuocari.* Infernis neq; enim tenebris] *Probat exemplis, neminem propter aliquam uirtutem ab inferis reuocari poſſe.* Pudicum] *Purum, caſtum. Nam odio fœminei generis, Dianæ ſtudio ſe totum addixerat, deſpecto Veneris numine. Vnde ipſe apud Euripidem ſic loquitur:*

„ Τὴν οὖν δὲ κύπριν πολλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.

Hic cùm ab equis in fuga diſtractus eſſet, unde et nomẽ habet, precibus Dianæ ab Aeſculapio ab inferis in priſtinã ſanitatem reſtitutus fuit, teſte Ouidio. Quod tamẽ hoc loco factum negat Horat. Copioſè hanc fabulam tractat Ouid. lib. 15. Metamor. *Et Seneca* in Tragœdia Hippolyti. Lethæa] *Lethe fluuius eſt infernus, cuius aqua pota obliuionẽ inducit. Eſt enim λήθη, obliuio.* Theſeus abrumpere charo uincula Perithoo] *Theſeus & Perithous cũ iureiurãdo, ut refert Plutarchus, amicitiã firmaſſent, & uerbis conueniſſent, ut ambo uxores ex filiabus Iouis ducerẽt, Theſeus Helenam rapuit, & poſtea cum amico Perithoo ad inferos deſcẽdit, ad rapiendam Proſerpinam, Plutonis coniugem. Sed Perithous à Cerbero ſtatim interfectus eſt, Theſeus autem à Dite in uincula coniectus. Quod hoc loco Horatius Perithoo quoque contigiſſe dicit. Hanc fabulam copioſè explicat Plutarchus in Theſeo. Theſea & Perithoum Ditis ſe patris regnis commiſiſſe, ait Valerius Maximus, uani eſt narrare, ſtulti credere.*

THEOD. PVLM. } 6 Ducere nuda choros] *Vide Annotationes ad Oden 29. lib. 1.* 9 Recurrit] Recurret, *Lambini nonnulli libri manuſcripti.* 15 Pius Aeneas] pater Aeneas, *Cruquij codex antiquiſſimus.* 17 Summæ] *B. uitæ, H. G. B. A.*

ANTON. MVR. } 17 Quis ſcit, an adijciant] *Euripides Alceſtide:*

» Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται.
» Κ᾽οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξεπίσταται,
» Τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται.

GEORG. FABR. } *Temporum uiciſſitudine & uarietate probat, in rebus humanis nihil eſſe firmum, & morti nõ obnoxium, utens locis ſignorum & exemplorum.*

IOD. BAD. ASCENS. } Diffugere] *Hæc Ode ſanctiſſima, quam in ſyluis noſtris latiùs explorauimus, ex fragilitate humana, quæ omnes citi ad mortem tendimus unde non reuerſuri, docet non diligendas eſſe terrenas opes, ſed liberaliter exponendas, ut quas etiãſi molianur diu retinere, nequeamus. Ordo eſt.* O Torquate niues diffugere] *Id eſt, liquefactæ, diuerſa loca per riuos fugere, ita ut non ampliùs appareãt.* Gramina redeunt] *Id eſt, renaſcuntur iam campis.* Et comæ] *Id eſt, frondes redeunt iam arboribus.* Terra mutat uices] *Quia quæ prius erat gelu conſtricta, nunc Zephyris reſoluitur. unde Georg. 1.*

» *Vere nouo canis gelidus quum montibus humor*
» *Liquitur & Zephyris putris ſe gleba reſoluit, &c.*

Et flumina decreſcentia] *Id eſt, ſecundum Mancinellum multum creſcentia.* Prætereunt] *Id eſt, tranſcendunt ripas. ſed uerius dicam ſic.* Flumina decreſcentia] *Id eſt, ſe diminuentia.* Prætereunt ripas] *Id eſt (ut Acron interpretatur) labuntur inter ripas, nec eas tranſcendunt. Certum eſt, quod De præpoſitio aliquando auget, et aliquando diminuit: Sed cur diminuat potius ratio eſt, quod iam plenum uer ſignificare uult poëta: nam niues, inquit, non diffugiunt, quibus incrementa capiunt flumina ſed diffugere, ita ut non amplius appareant, & ita flumina decreſcentia prætereunt, non tranſeunt ripas. Præterea ſi adhuc eſſet mundatio fluminum, quæ non fit ſine frigore non adderet.* Gratia] *Scilicet, una trium*

Audet nuda ducere choros] *Id eſt, choreas,* cum Nymphis & ſororibus geminis] *Id eſt, reliquis ductus, de quibus latiùs alibi dictum eſt. Verùm ex hac grata ueris temperie, quæ hyemis rigorem deleuit, admonemur omnia, quæ ſunt ſub tempore cũ ipſo tranſire. unde dicit, annus à circumeundo dictus, de quo in Georg.*

» *Redit agricolis labor actus in orbem.*
» *Atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus.*

Vnde & Aegyptij ipſum per Draconem caudam ſuam mordentem depingere ſolebant. Et hora, quæ rapit] *Id eſt, tranſigit.* Diem almum] *Id eſt, quo præcipuè uiuimus & alimur.* Monet ne ſperes immortalia] *Scilicet, aliqua ſub tempore: hoc eſt, ſub elementorum regione poſita.* Frigora] *Scilicet hybernæ.* Miteſcunt] *Id eſt, fiunt mitia* Zephyris] *Id eſt, Fauonijs, uentis illis dulcibus ab occidente flantibus.*

Aeſtas proterit] *Id eſt, penitus abſumit.* Ver] *Id eſt, tempeſtatem uernam, æſtas dico interitura ſimul ſup.* Ac] *Id eſt, poſtquam autumnus pomifer* Effuderit] *Id eſt, decuſſerit è paleis fruges: uel largè nobis uina, poma, & cætera dederit, aut effuderit per ſationem* Fruges] *Id eſt, ſemina. &* Bruma] *Id eſt, breuiſſima dies, hoc eſt.* Hyems iners] *Id eſt, frigore quod Maro pigrum dicit, inertes faciens.* Recurrit] *Id eſt, redit mox excuſſo autumno: bene autem dicit recurrit, quia ab illa à uere fugata narrationem incepit.* Damna tamen] *Quo hominis interitum triſtiorem ſignificet, innuit cætera renaſci cum homo ceciderit, non rediturus. Ordo eſt.* Quanquam rerum eſt uiciſſitudo, tamen lunæ celeres] *Id eſt, celeriter innouatæ* Reparant damna cæleſtia] *Id eſt, ui cœlorum rebus corruptibilibus illata.* Vbi] *Id eſt, poſtquam.* Nos decidimus] *Id eſt, penitus cecidimus nõ redituri.* Decidimus] *Inquam eo.* Quo Aeneas pius] *Id eſt, tametſi pius decidit, qui in Numicum fluuium decidit, nec amplius apparuit, habitus à poſteris inter deos indigetes, & quo Tullus regum Romanorum tertius diues, quia res Romanas geminauit.* Et Ancus] *Scilicet Martius etiam diues, & regum Romanorũ quartus, ſup. decidit.* Quia puluis & umbra ſumus] *Atq; ita omnes interituri.* Quis ſcit an dij ſuperi] *Quod emphaticôs dicit, nam ſi de ſuperis tantùm certo nemo ſcit, multò minus de inferis.* Adijciant uitæ hodiernæ, tẽpora craſtina] *Quaſi dicat, nullus, quod & Euangelium probat, dicens,* Vigilate itaq;, quia neſcitis diem, neq; horam. *Si ergo quæras quid de diuitijs faciendum? Cuncta inquit, quæ dederis* Animo amico] *Id eſt, benefico & libenti, fugient manus* Heredis auidi] *Id eſt, non peruenient ad hæredem auidum, Quaſi dicat, tecum permanebũt. quod & Euangelium aſſerit,* theſaurizate uobis in cœlo. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, &c. *Vt autẽ id faciat dum licet ac datur, inquit.* O' Torquate, cum occideris ſemel, & Minos] *Id eſt, iudex ille inferorum, fecerit de te* Arbitria] *Id eſt, pro arbitrio ſuo iudicia, quæ ne in iuſta uereatur, addit.* Splendida] *Id eſt, ſine inuidiæ, aut alterius corruptionis macula, iuſtè enim poſt hanc uitam iudicabimur omnes.* Genus] *Id eſt, generoſitas* Non reſtituet te] *Scilicet, uitæ.* Non facundia, non pietas] *Sup. reſtituet te.* Enim] *Pro quia, neq;* Diana liberat tenebris infernis Hyppolytum pudicum] *Id eſt, tametſi pudicum, & ita Dianæ perpetuæ uirgini ſummè dilectum: quem tamen Maro ſemel per Aeſculapiũ reſtitutum dicit, & Virbium factũ, uerum à Vergilio fabuloſa res, hîc ſerioſa agitur, aut licet ſemel reſtitutus ſit, non tamen amplius reſtituetur.* Nec Theſeus ualet] *Scilicet amplius abrumpere* Perithoo] *Scilicet, amico.* Charo] *Id eſt, ſummè dilecto.* Vincula lethæa] *Id eſt, infernalia, quibus tamen ſemel ab eo liberatus, fingitur.* Scilicet] *Vt dixi pro locis mutantur fabulæ. Norit autem Grammaticus Syllaba* Ri *in Subiunctiuo cõmunem eſſe. unde & dederitis & tranſieritis penult. longa leguntur.*

ANTON. MAN. } *Hac Ode Veris aduẽtus deſcribitur. Oſtenditur inde nil immortale, & perpetuũ eſſe ab exemplo uarietatis temporum. Ver enim hyemem fugat, uer æſtas, æſtatem autumnus, autumnum hyems, quæ tamen omnia uiciſſim redeunt, homines uerò ubi ſemel occiderint perpetuò iacent, in puluerem uerſi, redituri nunquam. Cumq; etiam mortalium uita ſit incerta, & longè breuiſſima Torquatum hortatur ad liberalitatem: nam illa ſola hæredis manus effugiunt, quæ amicis donãtur. Cùm itaq; ab inferis reditum ſperare non poſſit bonis ſuis non amplius potietur, amicis ergo donandum, donec uixerit.* Diffugere] *Ode eſt, dicolos diſtrophos, in qua duo dactyli cum pentimimeri heroica ſubduntur hexametro.* Decreſcentia] *Id eſt, ualde creſcentia.* Prætereunt] *Id eſt, tranſeunt ripas, uerno enim tempore niuium ſolutione flumina creſcunt. ſunt & aliqui textus, qui* deſcendentia *habent, poteſt deniq;* decreſcentia *exponere quoq;* deficientia *præterita hyemis pluuia.* Et tunc prætereunt] *Id eſt, iuxta ripas eunt, dicens. non enim alueum exeunt; Gratia cũ Nymphis. Quarta etiã Ode lib. 1. deſcribens, item ueris aduentum, ait.*

» *Iam Cytherea choros ducit Venus imminente luna*
» *Iunctæq; Nymphis Gratiæ decentes.*
» *Alterno terram quatiunt pedem.*

Geminis ſororibus] *De Gratijs multa uideto lib. 1. Ode 4.* Immortalia ne ſperes] *Nil eſſe perpetuũ exemplo uarietatis temporũ probat.* Zephyris] *Ij enim ueri initium præbent, de quibus ſupra.* Proterit] Conterit, *deſtruit, diſſipat.* Damna tamen] *Senſus eſt: quod temporũ uiciſſitudines certo ſpatio menſium redeũt & reparantur, homines uerò ubi ſemel occiderint nunquam redierunt.* Damna tamen] *Ordo eſt, tamen ubi nos decidimus Lunæ celeres reparant* Cæleſtia damna] *Id eſt, ipſorum temporum uiciſſitudines.* Quo pro ubi] *Scilicet, eſt metri neceſſitate poſitũ.* Vel quo] *Sup. ierũt Tullus diues & Ancus, de ijs ſuperiùs latè patuit. oſtendit autem regibus etiam mortem imminere atq; ineſſe.* Tullus diues] *Creuerat enim Roma Albæ ruinis, duplicatoq; ciuiũ numero, qua de re Cælius mons urbi additus, deuictis inde Sabinis in magna gloria, magniſq; opibus regnum Tulli ac tota res Romana fuit. Quod Liuius ſcribit.* Quis ſcit] *Vitæ breuitatẽ & incertitudinem indicat.* Cuncta manus] *Torquatum hortatur ad liberalitatem. illa enim ſola hæredis manus effugiunt, quæ amicis donantur.*

tur, eumque ab inferis reditum minimè ſperare poſſit: bonis ſuis non amplius potietur, ergo amicis donandum, donec uixerit. Quum ſemel. Occideris] Non aliqua generis nobilitate, non eloquentia, non pietate ab inferis reuocaberis, inquit: non aliquorum deorum fauore. Splendida arbitria] Clara & digna iudicia: Minos enim iuſtus eſt index. Liberat Hippolytum] Per Aeſculapium illum equis diſcerptum ab inferis Diana reuocârat, qui propterea Virbius dictus eſt, obijt tandem iterum. Non enim ab dea perpetuò liberari ab morte potuit. Theſeus] De ijs ſuperiùs patuit, oſtendit autem nec ſumma aliqua amicitia, quenquam ab inferis reuocari poſſe.

SER. MAR. HON. } Neque enim Diana pudicum Liberat Hippolytum] Frequenter uariant fabulas poëtæ, Hippolytum ab inferis liberatum Verg. dicit, Horatius contrà ſentit.

ODE VIII. AD MARTIVM CENSORINVM.

ἐγκωμιαστική.

Ode VIII. Monocolos, ut: Mecœnas atauis edite regibus.

— — — ∪ ∪ — — ∪ ∪ — ∪ —

ARGVMENTVM IN ODEN VIII.

Scribit Cenſorino ſe cupere amicos liberalitate & beneficijs demereri, uerùm pro ſua tenuitate non poſſe ſtatuas, tripodas, uaſa argentea, & precioſa munera elargiri, tantum carmina poſſe donare, ex quibus tamen non minus, quàm ex titulis & imaginibus boni uiri illuſtrantur, quemadmodum Scipio Africanus ab Ennio, Aeacus à poëtis & ſcriptoribus diuinitati donati, ſic Hercules, Caſtor, & Pollux in Deorum numerum relati ſunt.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Negat ſuæ poteſtatis eſſe, Cenſorino & cæteris ſodalibus ſuis pocula, ſtatuas, tripodas, & id genus alia precioſa munera largiri: Itaq; donaturum ſe carmina pollicetur, quibus boni & laude digni uiri magis, quàm ſignis atque imaginibus illuſtrantur, & immortales fiunt.

DONAREM pateras, grataq; cōmodus
Cenſorine meis æra ſodalibus:
Donarem tripodas, præmia fortium
Graiorum: neque tu peſſima munerum,
Ferres, diuite me ſcilicet artium,
Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas,
Hic ſaxo, liquidis ille coloribus
Solers nunc hominem ponere, nunc Deum.
Sed non hæc mihi uis: non tibi talium
Res eſt, aut animus delitiarum egens.
Gaudes carminibus, carmina poſſumus
Donare, & precium dicere muneri.
Non inciſa notis marmora publicis,
Per quæ ſpiritus, & uita redit bonis
Poſt mortem ducibus. non celeres fugæ,
Reiectæq; retrorſum Hannibalis minæ,
Non incendia Carthaginis impiæ,
Eius, qui domita nomen ab Africa
Lucratus redijt, clarius indicant
Laudes, quàm Calabræ Pierides, neq;
Si chartæ ſileant, quod bene feceris,
Mercedem tuleris. quid foret Iliæ,
Mauortisq; puer, ſi taciturnitas
Obſtaret meritis inuida Romuli?

COMMENTARIA.

ACRON.

DONAREM pateras] Ad Cenſorinum ſcribit, dicens facultates ſuas tantas non eſſe, ut poſſit pateras, uel precioſa uaſa donare, ſed quod diuitijs maius eſt laudi eius ſe carmen dicturum. Pateras] Vaſa argentea. Commodus] Benignus, utilis, humanus. Aera] Statuas. Tripodas] Menſas. Virgil.

» Sacri tripodes, uiridesq; coronæ,
» Et palmæ precium uictoribus.

Præmia fortium] Ἐπεξήγησις. Peſſima] Vilia, de carminibus dicit, id eſt, ſi diuitias haberem, carmina non donarem. Quas aut Parrhaſius] Parrhaſius Athenis pictor optimus fuit. Protulit] Hominibus diuulgauit. Scopas] Signorum ſculptor. Dicit ſe cum tabulis ſigna daturum. Hic] Scopas. Ille] Parrhaſius, nam hic uiciniori reſpondet. Solers] Peritus. Ponere] Fingere, facere, formare, componere, ut:

» Poſuitq; immania templa.

Sed non hæc mihi uis] Diuitiarum, ſcilicet. Aut animus non tibi talium] Hic eſt ſenſus: Nec ego talia largiri poſſum, nec ſi poſſem tu ea deſiderares, ut qui carmina diuitijs omnibus anteferr. Et preciū dicere muneris] Quam precioſum ſit carmen oſtendere, nō quô ſperaret precium. Inciſa notis marmora publicis] Victoriarum titulis, quibus defuncti duces quandam immortalitatem conſequuntur. Impiæ] Quia ter geſſit bellum contra Romanos. Eius qui domita nomen ab Africa] Scipionem Africanum ſignificat. Lucratus] Quia Africanus dictus eſt, ut Salluſtius. Cui poſtea Africano cognomen ex uirtute fuit. Quam Calabræ Pierides] Facta, inquit, clarorum uirorū, niſi carminibus illuſtrarentur, ætatis ſuæ memoriam non excedūt, & ſignificat Ennium, qui facta Africani deſcribit, oriundum de Rhodino oppido Calabriæ, ideo Calabræ Muſæ. Si chartæ ſileant] Si non contineantur ſcriptis, uel libris. Quid foret Iliæ Mauortisq; puer] Quem fructum haberet Romulus, niſi laudaretur. Si taciturnitas Obſtaret meritis] Niſi carminibus laudaretur Romulus, quid prodeſſet, illi feciſſe talia. Aeacum] Iouis filium immortalitatem dicit conſecutum, laudibus poëtarum. Inſulis] Quas in Oceano conſtitutas fortunatas appellant, ſiue inſulas beatorum. Cœlo Muſa beat] Cœli poſſeſſione beatum facit, id eſt, reddit carminibus memorabilem. Sic Iouis intereſt] Carminibus poëtarum & ingenijs fortis Hercules nominatur, interſunt conuiuijs deorum. Clarum Tyndaridæ ſidus] Caſtorem & Pollucem dicit, quorum nauigantibus ſalubre ſidus carminib. memorantur. Quaſſas eripiunt] Carminibus poëtarum dignoſcuntur Caſtor & Pollux eſſe dij. Liber uota bonos] Et ſic à ſuperioribus, aut Deus factus carminibus poëtarū, ac fœlicia faciens uota precantium.

PORPHYRION. }

Donarem pateras] Hac Ode indicat ſibi facultates tantas non eſſe, ut poſſit phialas, & alia precioſa donare, ſed quod maius eſt, carmen ſe Cenſorino largiri. Deinde præfert carmina omnibus diuitijs,

Ereptum Stygijs fluctibus Aeacum
Virtus,& fauor,& lingua potentium
Vatum,diuitibus conſecrat inſulis.
DIGNVM laude uirum Muſa uetat mori:
Cœlo Muſa beat. ſic Iouis intereſt
Optatis epulis impiger Hercules.
Clarum Tyndaridæ ſidus ab infimis
Quaſſas eripiunt æquoribus rates.
Ornatus uiridi tempora pampino
Liber,uota bonos ducit ad exitus.

quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas. Parrhaſius Athenis pictor clarus fuit, Scopas γλύπτης μαρμάρων fuit, id eſt, ſignorum marmoreorum inſculptor. Solers ponere] *Ponere nunc, conſtituere ac fingere.* Sed non hæc uis mihi] *Senſus eſt:* Nec enim largiri precioſa poſſum, nec ſi poſſem tu ea deſideras, quia carmina tibi diuitijs præponēda ſunt.

Precium dicere muneris] *Id eſt, oſtendere, quam precioſum munus ſit carmen.* Non inciſa notis marmora publicis, Per quæ ſpiritus & uita redit bonis] *Per quos titulos conſecrati, defuncti duces quandam immortalitatem conſequuntur.* Qui domita nomen ab Africa lucratus rediſt] *Africanum Scipionem ſignat.* Clarius indicant laudes] *Facta, inquit, uirorum clarorum, niſi carminibus illuſtrentur, ætatis ſuæ memoriam non excedunt.*

Quam Calabræ Pierides] *Sua uult intelligi carmina, quia in urbe Venuſina natus eſt, quæ eſt in Calabria atq; Apulia.* Diuitibus cōſecrat inſulis] *Dicit quas in Oceano conſtitutas, Homerus, μακάρων νήσους dixit, Latini Fortunatorum inſulas appellant.* Cœlo Muſa beat] *Id eſt, cœli poſſeſſione beatum facit, ac per hoc immortalem reddit.* Clarum Tyndaridæ ſidus] Ἀντίπτωσις, *qui Tyndaridæ ſidus ait. Sæpe autem dictum eſt ſtellas Caſtoris ac Pollucis nauigantibus ſpem meliorem oſtendere.*

CHRIST. LAND. } Donarem pateras] *Eſt argumentum nihil eſſe, quod mortales homines magis immortales reddere poſſit, quàm carmina poëtarum. Hoc ipſe ſumma arte demonſtrat.* Grata Aera] *Commendat ſe à liberalitate, quæ non ex donis, ſed ex animo illius, qui dare cupit cognoſcitur, & æs, poſuit pro æneis ſtatuis.* Commodus] *Sic enim legit Acron quaſi utilis. Vel commodis ſodalibus.* Tripodas] *Accuſatiuus Græcus. Tripodes enim ſunt menſæ militares. Erat autem donum apud Græcos egregium. Hinc Ouid.*

Et tripodes ſeptem pondere & arte pares.

Non peſſima] *Id eſt, optata. Liptote eſt cum minus dicimus & plus intelligimus.* Diuite me] *Si eſſem diues.* Artium] *Id eſt, rerum arte fabricatarum.* Parrhaſius] *Epheſius fuit pictor egregius, ac primus, qui capillos in picturis diſtingueret, & uarios in facie uultus faceret, & modo acrem, modo lætum pingeret, pinxit & currentes, ita ut in curſu ſudorem emittere uiderentur, pinxit & armatos, ita arma exuentes ut præ labore anhelare uiderentur. Fuit autem ſuperbia intolerabili. Quapropter cum certaret cum Thymante de pictura, illumq; ſuperaſſet, tamen ſuffragijs populi prælatus Thymantes, quoniam propter ſuam ſuperbiam oderat Parrhaſium populus.* Scopas] *Sculptor fuit nobilitatus maximè in Venere & Phaëtonte, qui Samothraciæ ſanctis cerimonijs coluntur. Habuit æmulos Bryaxem, Thimotheum & Leocarem, cum quib. celauit Mauſoleum, Mauſoli Cariæ regis ſepulchrum, quod inter ſeptem orbis miracula ponitur. Opus quadratum fuit, & ſingula latera ſingulis celanda locata ſunt.* Hic] *Scilicet Scopas.* Ille] *Scilicet Parrhaſius.* Precium dicere muneris] *Quàm precioſum munus ſit.* Notis publicis] *Id eſt, titulis à rep. datis, ut eſt pater patriæ, & ſimilia, & eſt ſententia, quòd neque tituli, neq; arcus triumphales tantum ualent ad laudes præclarorum uirorum, quantum carmina. Ergo Scipionis Aphricani laudes maximè claruerunt Muſis Calabris, id eſt, uerſibus Ennij, qui fuit ex Rhodino Calabriæ oppido, ut ait Acron. Euſebius autem Qu. Ennium Tarenti natum dicit Olympiade quinta ſupra centum ac triginta. Hic à Catone Quæſtore Romæ traductus in Auentino habitauit paruo ſumptu, & unius ancillæ miniſterio contentus.* Poſt mortem] *Poſſunt quidem hæc, quæ dixi poſt mortem reddere uitam clarus hominibus, ſed multò magis id faciunt carmina.* Quid foret Iliæ] *Quemadmodum de Scipione dixit, ſic & de Romulo dicit, qui Martis ex Ilia filius fuit.* Taciturnitas inuida] *Nam ſilentium de rebus magnis uidetur inuidere gloriæ illorum, de quibus ſiletur.* Ereptum ſtygijs] *Mira uarietate narrationem diſtinguit.*

Nam cum idem de Scipione, Romulo & Aeaco dicat, non tamē eodem modo dicit, ut uarietate ipſa tædium amoueatur, & ornatus orationi augeatur. Fauor uatum potentium] *Nam magna uis eſt in ipſa perfecta eloquentia. Vnde & Alexander Magnus cum ad Achellis ſepulchrum peruenisſet, fœlicem iudicauit, qui Homerum tantum uatem ſuarum laudum præconem ſortitus eſſet.* Beatis inſulis] *Campos Elyſios intelligit. Cæterum inſulas beatas Geographi alibi ponunt, de quibus nos ſuo loco dicemus.* Dignum laude] *Expolitio eſt. In eo enim perſiſtit, ut demonſtret carmina poëtarum homines immortales reddere. Vetat ergo muſa mori eum qui dignus laude ſit.* Et beat cœlo] *Id eſt, beatum reddit dijs illum inſerendo. nam ſoli poëtæ Herculem & Dioſcuros & Bacchum immortales reddiderunt, cum illos ad cœlum aſcendiſſe, & auxilium hominibus præſtitiſſe ſcribant. Sed de Caſtoris, Pollucisq; ſyderibus, & in cœlo, & in mari iam diximus.*

IOAN. HART. } Tripodas] *Cælium conſule lib. 8. cap. 15. Et Homerum Iliad. 9. & 23.* Dignum laude uirum Muſa uetat mori] *Pindarus Encomio 8. Olympiorum* κέλαδος ἀρετᾶς ἄρμενα πράξαις αἰνῶ.

HENR. GLAR. } Neque tu peſſima munerum Ferres diuite me] *Peſſima (inquit Acro) uilia, de carminibus dicit, id eſt, ſi diuitias haberem, carmina non darem. Quæ expoſitio nimis argutula eſt, & à nemine probatur. Poëta enim de pateris, rebusq; precioſis loquitur, Cenſorinum non peſſima laturum fuiſſe, ſi quidem ipſi eſſent talia munera: & non peſſima dixit, id eſt, optima, per liptoten.* Non tibi talium. Res eſt] *Ego cum de re familiari dicere exiſtimo, quaſi dicat. Res eſt tibi, atque animus nequaquam egens talium delitiarum.* Non incendia Carthag. ulr impiæ] *Scipio Africanus ſuperior primus id cognominis meruit, ut author eſt Liuius lib. ult. tertiæ Decados, qui Hannibalem uicit, & cuius præconium celebrauit Ennius. At is non incendit Carthaginem, ſed tributariam duntaxat fecit. Poſterior uerò Africanus, Pauli Aemilij filius, eam tertio Punico bello deleuit. Verum de hoc nihil Ennius: quippe qui longè antea mortuus erat. Horatius igitur, ob uicinitatem tum nominum, tum rerum, hiſtoriam confundit, ut ſæpius faciunt poëtæ. Hæc cauſa fortaſſis fuit, cur Porphyrio* Calabræ Pierides *exponat ſua carmina, de Poëta loquens, quia in urbe Venuſina natus eſt, quæ in* Calabria *atque Apulia eſt.* Obiter *etiam notandum, oppidum, unde Ennius natus fuit, ab Acrone Rhudinum dictum, à Plinio autem ac Ptolemæo Rhudiam, à Strabone uerò Rhodæos lib. 6. Id quia Tarento proximum eſt, dedit occaſionem quibuſdam, ut Ennium Tarenti natum dicerent. Hoc etiam in eodem Porphyrione à Mancinello non eſt intellectū, ubi de* Tyndaridis *loquitur: Nam Tyndaridæ apud poëtam putauit genitiui caſus, quod eſt nominatiui. Sed nemo hic Mancinellum ſequitur, ideoq; de eo nos quoque dicere ſuperſedebimus. Cæterùm hunc* Cenſorinum Martium *nominatum in quibuſdam libris inuenio, quare* C. Martium Cenſorinum *hunc fuiſſe puto, eum inquam, qui factus Coſ. cum C. Aſinio Gallo, Anno ab urbe condita 746.*

HERM. FIG. } Pateras] *Precioſa pocula. Nam in poculis erant pateræ, eò quòd pateant, Latinè ita dictæ. Hiſce etiam nunc in publico conuiuio antiquitatis retinendæ cauſa, cùm magiſtri fiunt, potio circumfertur, & in ſacrificando Deis, hoc poculo magiſtratus dat Deo uinum. Autor eſt Terentius Varro de ling. Latin.* Aera] συνεκδοχικῶς *pro, ſigna ænea, & ſtatuas ex ære.* Tripodas, præmia fortium Graiorum] *Tripodes menſæ erant, quæ tribus pedibus ſuſtinebantur. Hos fortium uirorum præmia olim apud Græcos fuiſſe conſtat. Vnde apud Hom. legimus, Agamemnonem inter cætera dona ſeptem quoq; tripodas Achilli miſiſſe: & Achillem in ludis funebribus Patrocli inter alia præmia tripodas etiam propoſuiſſe.* Neque tu peſſima munerum] *Tu Cenſorine inter cæteros ſodales optima à me acciperes munera, ſi*

ego

ego earum artium peritus eſſem, quibus Parrhaſius & Scopas excelluerunt. Cæterùm Parrhaſius Epheſi natus ex Euenore, pictor fuit maximus. Hic deſcendiſſe cum Zeuxide in certamen traditur. Et cùm ille detuliſſet uuas pictas tanto ſucceſſu, ut in ſcenam aues aduolarent, ipſe detuliſſe linteum pictum traditur, ita ueritate repræſentata, ut Zeuxis alitum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo, oſtendi picturam, atque intellecto errore, concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipſe aues fefelliſſet, Parrhaſius autem ſe artificem. Multa præterea Parrhaſius conſtituit. Primus ſymmetriam picturæ dedit, primus argutias uultus, elegantiam capilli, uenuſtatem oris, confeſſione artificum in lineis extremis palmam adeptus. Autor eſt Plin. lib. 35. cap. 10. Scopas uerò inſignis fuit ſtatuarius, cuius opera recenſet idem Plin. lib. 36. cap. 5. Vis] Poteſtas, ars, uidelicet pingendi aut ſculpendi, quæ fuit in Parrhaſio & Scopa. Non tibi taliũ res eſt, aut animus] Nec res tua familiaris tam eſt tenuis, nec animus adeò cupidus, ut huiuſmodi delitias deſideret, etiamſi maximè ego dare poſſem.

Gaudes carminibus carmina poſſumus donare] Carmina mittam, munus tibi accipienti gratum & opportunum, & mihi donanti facile. Precium dicere muneri] Hoc eſt, poſſumus ſimul oſtendere, quod ſit precium, quæ utilitas, quæ uis carminum, muneris noſtri. Non inciſa notis marmora] Indicat, fortium uirorum laudes carminibus fieri multò illuſtriores, quàm ſtatuis & uictoriarũ titulis. Sunt enim ſtatuæ corporum ſimulachra, carmina autem animorum imagines, ut præclarè inquit Cicero. Per quæ ſpiritus & uita redit] Ponebantur enim ex marmore uel ære ſtatuæ, ad ſummorum ducum memoriam retinendam, ne recordatio eorum moreretur. Sic ſcriptum eſt apud Suet. Plebem ſolidam columnam propè uiginti pedum lapidis Numidici in foro Iulio Cæſari ſtatuiſſe, & parenti patriæ ſcripſiſſe. Non celeres fugæ] Annibal enim poſt deuictum uirtute Neronis ad Metaurum Aſdrubalem, de fuga cogitauit. Quare ſuprà de Romanis dixit: Quos opimus fallere & effugere eſt triumphus. Hunc inhærentem atque incubantem Italiæ, Scipio ſuperior ipſas Carthaginis portas obſidione quatiens extorſit, & in Africa uicit. Incendia Carthaginis] Confundit hoc loco hiſtorias poëta. Nam Scipio ſuperior non incendit Carthaginem, ſed poſterior, quem Paulo Numidico procreatum Africani illius magni filius in decus gentis aſſumpſerat, hoc ſcilicet fato, ut quam urbem concuſſerat auus, nepos euerteret, ut ſcribit Luc. Flor. Quanta urbs deleta ſit, ut de cæteris taceam, inquit idem Florus, uel ignium mora probari poteſt: quippe per cõtinuos decem & ſeptem dies uix potuit incendium extingui, quod domibus ac templis ſuis ſpontè hoſtes immiſerant, ut quatenus urbs eripi Romanis non poterat triumphis, arderet. Eius, qui domita nomen ab Africa] Scipionis ſuperioris eſt periphraſis, qui Africanus dictus eſt à deuicta Africa, quam tributariam fecit ſuperato Annibale. Teſtes ſunt, Liuius lib. ult. Decad. 3. Cicero in præfatione lib. 3. Offic. Flor. lib. 2. cap. 6. Calabræ Pierides] Hoc eſt, Ennij carmina. Is enim in Annalib. de Scipionis Africani, de Catonis, de Fabij Maximi, de M. Marcelli, de M. Fuluij Nobilioris laudibus, & rebus geſtis ſcripſit. Vnde Cicero in oratione pro Archia dixit: Charus fuit Africano ſuperiori noſter Ennius. Itaque etiam in ſepulchro Scipionum putatur is eſſe conſtitutus: & marmoratis laudibus, certè non ſolùm ipſi, qui laudantur, ſed etiam populi Romani nomen ornatur. Calabræ autem dicit, quia Ennius Rudijs, uetuſto oppido Calabriæ, natus fuit. Sylius lib. 12. de Ennio ſcribens, ait:

„ Rudiæ genuêre uetuſtæ,
„ Nunc Rudiæ ſolo memorabile nomen alumno.

Idem paulò pòſt:

„ Sacer hic & magna uirorum
„ Aonidum cura eſt, & dignus Apolline uates:
„ Hic canet illuſtri primus bella Itala uerſu,
„ Attolletq́ue duces cœlo.

Neque ſi chartæ ſileant, quòd benefeceris, mercedem tuleris] Oſtendit laudem & gloriam laborum periculorumq́ue eſſe mercedem, quæ detrahitur illis, quorum uirtus non prædicatur à poëtis, & fama uerſibus celebratur. Nam cum uita tempore terminatur quoque nominis commemoratio, & nobiſcum moritur, niſi à ſcriptoribus mandetur literis, & cum poſteritate adæquetur. Vnde eleganter dicit Cicer. Sed pleni omnes ſunt libri: plenæ ſapientum uoces: plena exemplorum uetuſtas, quæ iacerent in tenebris omnia, niſi literarum lumen accendere. Quid foret Iliæ?] Exemplo Romuli declarat, eos fore obſcuros & prorſus ignotos, quorum laudes ab obliuione hominum, atque à ſilentio non uindicentur.

Ereptum Stygijs fluctibus Aeacum] Aeaci exemplo probat, tantam eſſe uim poëtis, ut ab inferis, & à morte quem liberare, & ad beatorum ſedes transferre ſuis carminibus poſsint. Fauor & lingua potentium uatum] Nam poëtæ, quem diligunt, eum laudãt, & ad cœlum efferunt: quem uerò oderunt, eum conuitijs proſcindunt, atque omnem bilem chartis illinunt atris. Proinde Platonem admonuiſſe ferunt, ne quis hominem poëtam ſibi faceret inimicum. Et Horatius,

„ Genus irritabile uatum, dixit.

Diuitibus inſulis] Fortunatis inſulis, quas Virgilius campum Elyſium, & locos lætos, & amœna uireta fortunatorum nemorum, ſedesq́ue beatas uocat. Dignum laude uirum Muſa uetat mori] Expolitio eſt, nam eandem ſententiam alijs uerbis explicat. Idem ſic expreſsit Ouidius:

„ Carmine fit uiuax uirtus, experſq́ue ſepulchri,
„ Notitiam ſeræ poſteritatis habet.

Cœlo Muſa beat] Carmen immortales & diuinos reddit. Sic Iouis interest] Ponit exempla eorum, qui carminibus poëtarum ſunt celebrati, & in cœlum uocati. Nam Herculem, Pollucem, & Liberum leges quoque 12. Tabularum coli pro dijs iubebant. Vnde ait Cicero: Quòd autem ex hominum genere conſecratos, ſicut Herculem & cæteros, coli lex iubet, indicat omnium quidem animos immortales eſſe: ſed fortium, bonorumq́ue diuinos. Quem locum ſuprà quoque citauimus. Tyndaridæ] Caſtor & Pollux fratres: ſic dicti à Tyndaro, cuius filij credebantur. Hi poſt mortem in numerum deorum ſunt relati, quorum ſtellæ, quas Geminos Aſtrologi appellant, à nautis præcipuè inuocantur. Hos demonſtrant (inquit Hyginus) omnium fratrum inter ſe amantiſsimos fuiſſe: quòd neque de principatu contenderint, neque ullam rem ſine communi conſilio geſſerint. Pro quibus officijs eorum Iupiter inter notiſsima ſydera eos conſtituiſſe exiſtimatur. Neptunum autem pari conſilio numeraſſe: Nam equos his, quibus utuntur, donauit: & dedit poteſtatem naufragijs ſaluti eſſe. Ornatus uiri tempora pampino] Bacchus coronatur racemis, quia uitis conſitor, & uini repertor. [illegible], inquit Lucianus. Ouid.

„ Ipſe racemiferis frontem circundatus uuis.

Vota bonos ducit ad exitus] Inuocantium uota ad proſperos & felices exitus perducit.

THEOD. PVLM. } 1 Commodus] Commodis, editio Aldina. 8 Hominem ponere] More Græco dixit, pro facere, nam in eo ſenſu ſæpenumero τιθέναι ab Homero uſurpatur, ſic alio loco, (Arte poëtica uerſu 34.)

„ Quia ponere totum Neſciet.

Turneb. lib. 9. cap. 31. 9 Non tibi] Nec tibi, H. 12 Muneri] H. G. E. B. A. Muneris. Lambini aliquot codices antiqui.

GEORG. FAB. } Oſtendit ſe amico erudito gratum, & uerbis, & reipſa. Commendat litterarum ſtudia, quod immortalitatem tribuant hominibus: nam ſcriptis Ennij uiuere Scipionem & Romulum ait, ſicut poëtæ alij cœlò conſecrarunt Aeacum, Herculem, Tyndaridas, Bacchum. Commodus] Benignus, utilis, ut Acron, uel commodis ſodalibus, quibus cum uiuere dulce eſt, & quibus eſt uoluptas bene facere.

IOD. BAD. ASCENS. } Donarem] Docet nulla munera Muſicis, hoc eſt, carminibus eſſe potiora, ſeq́ue ea & dare, & commendare poſſe, dicens. O Cenſorine] Ego. Commodus] Id eſt, utilis & opportunus amicus, donarem. Meis ſodalibus] Id eſt, focijs menſæ. Pateras & æra] Id eſt, ærea ſigna. Grata] Id eſt, accepta eis. Et tripodas] Id eſt, trium pedum menſas, appoſitoriè præmia. Fortium Graiorum] Id eſt, quibus Graij fortiſsimos quoſque donare ob merita ſolent, neque tu cum ſis præcipuus amicus. Ferres] Id eſt, auferres me. Diuite] Id

 eſt,

eſt, à me ſi eſſem diues (Nil autem liberalius nihil habentibus) Peſſima] Imò optima. Munera] Scilicet ferres munera. Artium] Id eſt, artificioſorum ſignorum. Quas artes] Id eſt, artificioſas res, aut Parrhaſius optimus pictor, aut ſcopas optimus ſculptor protulit. Hic] Scilicet poſterior, hoc eſt, ſcopas. Solers] Id eſt, ſolerter peritus. Ponere] Id eſt, fingere, nunc hominem, nunc Deum. Saxo] Id eſt, è ſaxo aut marmore. Ille] Id eſt, prior ſcilicet Parrhaſius ſolers ponere nunc hominem, nunc Deum coloribus. Liquidis] Id eſt, fluidis. Sed hæc uis] Id eſt, facultas munerum non eſt mihi, nec tibi. Eſt res] Id eſt, occaſio, aut materia egens talium delitiarum, quia ſat earum habes, nec animus, quia etiam ſi non haberes, non, cuperes, aut quia non cupis, ut auari ultrà id quod ſatis eſt, uerùm tu gaudes carminibus, & nos poſſumus donare carmina. Et dicere precium] Id eſt, ualorem muneris aut muneri, quod fieri ſolet, unde in Eunuch. Munus noſtrum exornato uerbis quantum potes. Non inciſa] Dicit precium. Muneris] Id eſt, quantum carmina poſſunt. Quia marmora] Scilicet ſepulchrorum ſcilicet, Sarcophagi. Inciſa notis] Id eſt, literis. Publicis] Id eſt, palam patentibus & à reipub. traditis titulis. Per quæ] Scilicet monumenta, ſpiritus & uita redit bonis ducibus poſt mortem, quia uiuunt ſemper in hominis memoria, non etiam celeres fugæ Hannibalis & minæ Hannibalis. Reiectæ] Scilicet à Scipione Aphricano priore. Retrorſum] Id eſt, in timorem uerſæ, non etiam in incendia Carthaginis. Impiæ] Id eſt, omnia inſignia facta, indicant laudes eius, ſcilicet Scipionis Aphricani maioris, qui rediit lucratus. Nomen] Id eſt, Agnomen Aphricani ab Aphrica, propter Carthaginem domitam. Clarius quàm pierides] Id eſt, Muſæ. Calabræ] Id eſt, Ennianæ, quia Ennius Tarenti in Calabria natus eſt. Neque tu tuleris] Id eſt, obtinueris. Mercedem] Id eſt, premium, id eſt, honorem eius ſup. quod benefeceris. Si Carthæ] Id eſt, ſcripta in Carthis ſileant. Nam quid foret puer] Id eſt, filius Iliæ (quam forte, quia certiorem priorem nominat, aut quia carmini conducit, aut quia difficiliùs eſt mulieris, quàm Dei filium clarificare) Et Mauortis] Id eſt, Martis, hoc eſt, Romulus, ſi taciturnitas inuida obſtaret meritis Romuli quaſi dicat nihil foret, ſicut nec Græci, nunc clariſsimi. Nam uirtus] Scilicet ipſius Aeaci, qua laudari meruit, & fauor. Et lingua uatum] Id eſt, poëtarũ. Potentium] Scilicet in hac re, quæ eſt immortalitati conſecrare. Conſecrat Aeacum ereptum fluctibus Stygiis] i. quia alioqui in Stygiis fluctibus ignotus iaceret inſulis. Diuitibus] Id eſt, fortunatis, hoc eſt, Elyſiis beatorum campis. Muſa uetat uirum dignum laude mori, id eſt, aboleri & interire, bene dicit laude dignum, ne quis ſperet ſine merito poſſe fauorem poëtarum obtinere immortalitatem. Muſa beat.] Id eſt, beatum facit. Caelo] Id eſt, cæleſtium conſortio. Hic] Id eſt, per Muſam. Hercules impiger] Id eſt, ſtrenuus. Intereſt ſic epulis] Scilicet deorum. Optatis] Scilicet ab eo in tota uita. Nam ut Cicero docet primo officiorum ab adoleſcentia uirtutem ſectatus eſt, uoluptatem aſperis uerbis perſecutus. Et ſydus Tyndaridæ] Potuiſſet dicere Tyndaridum, hoc eſt, Caſtoris & Pollucis, ſed quia alter tantum reuera, ut in primo ſermonum dicit, Tyndari erat filius, aut quia tanta inter eos concordia fuit, ut pro uno cenſeri poſſent, maluit ſingulariter enunciare. Clarum] Id eſt, lucidum. Eripuit ſic] Id eſt, per Muſica munera, ab infimis æquoribus. Ratas quaſſas] Id eſt, per poëtarũ monumenta innotuit nautis Caſtoris & Pollucis ſidus benignum eſſe nautis. Et liber] Id eſt, Bacchus ornatus. Tempora] Id eſt, habens tempora ornata. Pampino] Id eſt, folio uitis. Viridi] Ducit ſic, id eſt, per atteſtationem poëtarum, uota ad bonos exitus, quia ſine poëtis neque notus, neque inuocatus fuiſſet.

ANT. MANCIN. } Aſſerit hic poëta ſe non pateras, non æra, non tripodas, non ſtatuas donaturum, ſed carmina tantum quib ſanè perpetua, maiorq; laus acquiritur, nam dignum laude uirum Muſa emori uetat. Donarem pateras] Ode eſt ſimilis primæ. Commodis] Sunt textus. Qui commodis ſunt qui commodus habent, utrumq; conuenit. Commodus autem] Id eſt, utilis, benignus, humanus. Tripodas] Trium pedum menſas pulcherrimas. Vnde Agamemnon inter alia dona Achilli miſerat ob Briſeida tripodas ſeptem pondere & arte pares. Homerus item inter dona Priami, quæ Achilli attulit lib. 6. Iliados ait.

„ Tum geminos tripodas fuluosq;

Ex ære lebetes, quatuor. Parrhaſius] Is pictor fuit Epheſi natus, qui primus dedit argutias uultus, elegantiam capilli, uenuſtatem oris: confeſsionem artificum in lineis extremis palmam adeptus. Auct. Plin. lib. 35. cap. 9. Et Fabius lib. 2. meminit. Scopas] Fuit is marmorarius optimus certans cum Praxitele. Fecit autem digniſsima opera, de quibus legito Plin. lib. 36. cap. 5. Et precium dicere muneris] Id eſt, dicere carmina eſſe precium muneris, ac ſi diceret precioſum munus, ait enim Ouid. lib. 1. de amoribus.

„ Ergo cum ſilices cum dens patientis aratri
„ Depereant æuo, carmina morte carent
„ Cedant carminibus reges, regumq; triumphi:
„ Cedat & auriferi ripa beata tagi.

Hæc uis, ut donare queam prædicta. Non ſolinus] Id eſt, talia tu etiam non deſideras. Notis publicis] Id eſt, literis palàm patentibus, & ab repub. traditis titulis, ſolent enim in ſepulchris geſtorũ tituli apponi, quod etiam de magnifico Roberto in Diui Petri æde in Vaticano tempore noſtro factum eſt, ubi inter alia illud ſcriptum eſt. VENI, VIDI, VICI. Vita redit] Per titulos eorum ſepulchrorum uiuere quodammodo uidentur ſtrenuiſsimi uiri. Non celeres fugæ] Oſtendit bene facta parùm eſſe, niſi fuerint carminib. aptè repoſita. De Hannibalis fuga ex Italia, & eius clade, quam accepit in patria latiùs ſuprà patuit. Eius] Id eſt, Scipionis Africani prioris. Calabræ Pierides] Ennium innuit, qui ut ſcribit Euſebius, Tarenti natus à Catone Quæſtore Romã tranſlatus, habitauit in monte Auentino, parco ad modum ſumptu contentus, & unius ancillæ miniſterio ſeptuagenario maior articulari morbo periit, ſepultusq; eſt in Scipionis monumẽto, uia Appia intra primum ab urbe miliarium. Scripſerat autẽ Scipionis geſta, de quo Naſo lib. 1. Amorum ait.

„ Ennius arte carens, animoſiq; Accius oris.
„ Caſurum, nullo tempore nomen habent.

Scribit etiam Fabius Quintilianus plura lib. 10. Mercedem tuleris] Senſus eſt, niſi carminibus tua geſta narrentur, laudis mercedem & premium non habueris. Nam carmine fit uirtus uiuax. Iliæ puer] De Romulo latiùs lib. 1. Stygiis fluctibus] Id eſt, ab inferis & à morte liberatum. Aeacum] De hoc latè ſuperius. Diuitibus inſulis] Id eſt, fortunatis inſulis. Et campo Elyſio] Strab. ſcribit lib. 1. Homerum oſtendere eorum mortalium fœlicitatem & aëris temperiem, qui occaſum incolunt: nam ibi & Fauonius ſpirat, & Elyſius eſt campus, ubi erat flauus Rhadamantus, uictus facilis, nix nunquam, nec multa hyems. Fortunatas etiam inſulas contra Mauritaniæ finem eſſe dicit, ad occidentem, ubi Hiſpaniæ terminus habetur. Fœlices autem dictæ, quia huiuſmodi locis propinquæ forent. Intereſt] Præſens eſt. Tyndaridæ] Caſtoris & Pollucis, quibus ſuprà diximus Neptunum dediſſe poteſtatem naufragis ſaluti eſſe. Liber] Vult Herculem Caſtorem & Pollucem, & liberum deos effectos carminum beneficio.

ODE

ODE IX. AD MARCVM LOLLIVM.

εὐχαριστικά.

ODE IX. *Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.*

– – ᴗ – – – ᴗ ᴗ – ᴗ –
– – ᴗ – – – ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ
– – ᴗ – – – ᴗ – –
– ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ – –

ARGVMENTVM IN ODEN IX.

Modeſtè Lollio immortalitatem carmine ſuo pollicetur. Nam ut non ſit ſummus, aut ſummis proximus, non tamen defuturam, ait, ſcriptis ſuis ſuam laudem & uitam, quemadmodum neque latet Pindarus, Simonides, Alcæus, Steſichorus, Anacreon, & Sappho, & cæteri, ſi Homerus primum locum teneat, & illos longè ſuperet. Carminum autem tantam eſſe uim, ut Helenam, Teucrum, Sthelenum, Hectorem, Deiphobum, Agamemnonem immortalitati donauerint, alioquin obſcuriſsimos futuros, ut ij qui ſine laudatore poëta perierunt, & ſi non minus fortes fuerint, quare & Pollionem ſe uelle ait ab obliuione ſcriptis ſuis uindicare.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Scribit carmina ſua fore immortalia, quamuis præſtantiores ante ſe fuerint poëtæ, nec propterea Pindari, & reliquorum poëtarum opera latere in tenebris, quòd Homerus primus & nobiliſſimus in poëſi fuerit. Deinde oſtendit, eos tantùm claros eſſe, qui ſuæ uirtutis præcones poëtas habuerint, alios obliuione obrui: Itaq; & ſe laudes Lollij prædicaturum, ut earum perpetua apud poſteros ſit memoria.

COMMENTARIA.

ACRON.

NE forte credas] *Ad M. Lollium ſcribit conſularem, affirmans immortalia fore ſcripta ſua, quamuis ante eum ſint alij meliores poëtæ. Nam nec Homeri magnitudinem obſtare, quô minus Pindarus, & alij poëtæ qui poſt eum orti ſunt, clari eſſent.* Interiturа] *Id eſt, ne caſu credas peritura.* Natus ad Aufidum] *Ipſe Horatius, qui primus Latinus Lyricus fuit.* Non antè] *Quia ipſe prior Lyrica carmina apud Latinos ſcripſit.* Non ſi priores Mæonius] *Mæonius Homer. à Mæonia dictus eſt.* Cææq; & Alcæi minaces] *Propter Simonidem Lyricum poëtam, qui de Cæa inſula fuit. Minaces autem Alcæi Camœnæ dictæ ſunt, quoniam adeò amarus fuit, ut auſteritate carminis ſui, multos ciuitate eiecerit.* Steſichoriq; graues] *Magnæ profundæ, nam & ipſe poëta bellorum ſcriptor.* Non ſi quid olim luſit Anacreon] *Ideo luſit, quia iocis & conuiuijs digna cantauit, ut:*

" *Carmina qui luſi paſtorum.*

Anacreon autem Satyram ſcripſit, amicus Lyſandri. Alij dicunt quòd ſcripſit Circẽ, & Penelopen in uno laborantes, unde in lib. 1. in Ode.

" *Velox amœnum.*

Dices laborantes in uno Penelopẽ uitreamq; Circen. Spirat adhuc] *Recens eſt.* Viuuntq; commiſſi calores] *Calores pro amoribus poſuit. Sappho autem ſignificat, quæ Aeolide dialecto uſa eſt.* Arſit] *Amauit, ut:*

" *Corydon ardebat Alexin.*

Adulteri] *Raptoris Alexandri.* Regaleſq; cultus] *Quia regis Priami filius.* Et comites] *Itineris.* Helena Lacæna] *De Lacedæmone, ut:*

" *At non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor,*
" *Ledeamq; Helenam Troianos uexit ad urbes:*

Vel quia non ſola Helena amauit Paridem: nam & aliæ ſimili in culpa fuerunt, ſed hæc magis famoſa eſt carmine poëtarum. Primusue Teucer tela Cydonio Direxit arcu] *Teucer Thelamonis filius ab Homero inducitur ſagittis peritiſsimè uſus. Cydonio autem Cretenſi, à Cydonia ciuitate, ubi primum de pecudum cornib. arcus curuati ſunt. Vt:*

" *Partho torquere Cydonia cornu Spicula.*

Non ſemel Ilios Vexata] *Ab Hercule enim ante euerſa fuerat. Et hæc Ilios, & hoc Ilium dicitur. Vt:*

" *Ceciditq; ſuperbum Ilium.*

Nec pugnauit ingens Idomeneus, Sthelenuſq;] *Sed hic carmine prælati ſunt cæteris, ut Terſandrus Sthelenuſq; duces. Sthelenus autem Capanei, & Euadnes filius fuit.* Non ferox Hector] *Oſtẽdere uult licet multi uiri fortes fuerint, illos tamen fama ſolos celebrari, quos commendauêre poëmata. Nam nec ſolus Hector & Deiphobus pro patria perierunt, ſed hi magis carminibus noti ſunt. Similiter & ante Agamemnonem paris uirtutis fuiſſe plures, ſed neſci... ſilentio, & ideò ſe ad ſcribendum, priorum confirmauit exemplis.* Graues excepit ictus] *Vt:*

" *Laniatum corpore toto Deiphobum uidi.*

Ignotiq; longa nocte] *Tanquam neſciantur, uelut mortui, quos nemo deſcribit occiſos.* Sacro] *Laude carminum.* Paulum ſepultæ diſtat inertiæ. Celata uirtus] *Non laudata uirtus, ſimilis eſt inertiæ, ita enim ſilentio obſcuratur, tanquam ſi nulla fuerit.* Inornatum] *Illaudatum, ut:*

NE fortè credas interitura, quæ
Longè ſonantem natus ad Aufidum,
Non antè uulgatas per arteis
Verba loquor ſocianda chordis.
Non, ſi priores Mæonius tenet
Sedes Homerus, Pindaricæ latent,
Cææq;, & Alcæi minaces,
Steſichoriq; graues Camœnæ.
Nec, ſi quid olim luſit Anacreon,
Deleuit ætas. ſpirat adhuc amor,
Viuuntq; commiſsi calores
Aeoliæ fidibus puellæ.
Non ſola comptos arſit adulteri
Crineis, & aurum ueſtibus illitum
Mirata, regaleiſq; cultus,
Et comites, Helene Lacæna:
Primusue Teucer tela Cydonio
Direxit arcu. non ſemel Ilios
Vexata: non pugnauit ingens
Idomeneus: Sthelenusue ſolus
Dicenda Muſis prælia: non ferox
Hector, uel acer Deiphobus graues
Excepit ictus pro pudicis
Coniugibus, pueriſq; primus.
Vixêre fortes ante Agamemnona
Multi: ſed omnes illacrymabiles
Vrgentur, ignotiq; longa
Nocte: carent quia uate ſacro.
PAVLVM ſepultæ diſtat inertiæ
Celata uirtus. non ego te meis

„ *Quis te magne Cato tacitũ,*
aut te Coſſe relinquat?

Rerumq́ꝫ prudens] *Philoſophiæ aptus, unde & rerũ prudentes philoſophi dicti ſunt.* Et ſecundis Temporibus, dubijsq́ꝫ rectus] *Quem neq; proſpera, neq; aduerſa mutauerint.* Vindex] *Punitor Vindicare enim apud ueteres non tantùm defendere, ſed etiam puni re ſignificabat.* Et abſtinẽs] *Abſtinentem dixit Lollium pecuniæ, quam aut ideo ad ſe cuncta ducere poſuit, quia auari ſtudent pecunijs: aut quia pecunioſorum gratiam omnes ſequuntur.* Conſulq́ꝫ non unius anni] *Fide, uirtute & honeſtate Lollium præfert.* Sed quoties bonus atq; fidus] *Quoties, inquit, iudex bonus es, honeſtum utili præponis, uel quoties bellorum uictorijs reipublicæ conſulis, toties conſulari uteris poteſtate, & uirtute tua perpetuus conſul efficeris.* Honeſtum prætulit utili] *Plus dilexit honeſtatem, quàm utilitatem.* Alto] *Prudenti, profundo.* Nocentium] *Noxiorum, & corrumpere iudicia tentantium.* Victor] *Vel cupiditatis, uel hoſtium, quoties uictor emerſeris, toties conſul efficeris.* Non poſsidentem multa uocaueris Rectè beatum] *Non rectè diuitem beatum uocari, ſed illum rectiùs beatum dici, qui fœlicitatem moderetur, & non habeat execrabilem paupertatem, plusq́ꝫ timeat morte peccatum.* Occupat] *Sibi uindicat.* Callet] *Ingenioſè nouit; ut ipſe alibi: Legitimumq́ꝫ ſonum digitis callemus & aure.*

PORPHYRION.} Ne forte credas] *Hæc Ode ad Lollium ſcripta eſt conſularem quæ affirmat immortalitatem habitura ſcripta ſua, quamuis alij ante ſe meliores poëtæ fuerint, nam nec Homeri magnitudinem obſtare, quô minus Pindarus, & alij poëtæ, qui poſtea orti ſunt, clari habeantur. Prima autem ſyllaba* Ode *huius circumflexe enuncianda eſt, ut ne credas, id eſt, ne crediderit.* Ante uulgatas per artes] *Gloriatur ſe primum lyrica carmina latina lingua auſum ſcribere.* Ceæq; & Alcæi minaces] *Simonides Lyricus poëta, Ceus fuit, id eſt, ex Cea inſula. Minaces autem Alcæi Camœnæ dicuntur, quoniam adeò amarus fuit, ut auſteritate carminis ſui multos ex ciuitate eijceret.* Nec ſi quid olim luſit Anacreon] *Luſit, quia iocis & conuiuijs digna ſcripſit.* Viuuntq́ꝫ commiſſi calores Aeoliæ fidibus puellæ] *Calores pro amores dicuntur. Sappho autem ſignat, quæ Aeolide dialecto uſa eſt.* Non ſola comptos arſit adulteri Crines] *Arſit pro deperit, aut quia amauit dictum eſt, hæc autem periodo colligit. Sæpe eadem facta, quæ legimus circa Ilion geſta, ſed ea tantum, quib. clarus poëta contigerit, perpetuam obtinuiſſe memoriam.* Paulum ſepultæ diſtat inertiæ Celata uirtus] *Non enim inquit, multo diſtat ab inertia uirtus: ſic ut de illa ita de hac quoq; ſileatur. Secundis Temporibus, dubijsq́ꝫ rectus, id eſt, proſperis & aduerſis æquitatem retinens.* Vindex auaræ fraudis] *Vindicem nunc pro punitore poſuit, quia uindicare apud ueteres non tantùm defendere, uerùm etiam punire ſignificat.* Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ] *Verum pecunia pro auaritia poſuit, quæ meritò ad ſe cuncta ducere dicitur, quia auari rapere omnia ſtudent: an ducentis ad ſe cuncta pecuniæ, ad hoc referens dixit, quia pecunioſorum gratiam omnes ſequũtur.* Conſulq́ꝫ non unius anni] *Virtutes tuæ, inquit, te perpetuum conſulem faciunt.* Sed quoties bonus atq; fidus iudex] *Quoties, inquit, animus tuus honeſta iudicans; præmia oblata à nocentibus reſpuit, toties glorioſus ex hoſtibus uictoriam reportauit.* Non poſſidentem multa uocaueris Rectè beatum] *Ordo:* Non Rectè uocaueris beatum multa poſſidentem.
Non ille pro charis amicis, Aut patria timidum perire] *Deeſt erit. Ait autem eum, qui his artibus inſtructus ſit, non dubitare pro amicis & patria mortem ſubire, ſi neceſſe ſit.*

Chartis inornatum ſileri,
Totue tuos patiar labores,
Impunè Lolli carpere liuidas
Obliuiones. eſt animus tibi,
Rerumq́ꝫ prudens, & ſecundis
Temporibus, dubijsq́ꝫ rectus,
VINDEX auaræ fraudis, & abſtinens
Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ,
Conſulq́ꝫ non unius anni,
Sed quoties bonus, atq; fidus
Iudex honeſtum prætulit utili: &
Reiecit alto dona nocentium
Vultu, & per obſtantes cateruas
Explicuit ſua uictor arma.
NON poſsidentem multa, uocaueris
Rectè beatum: rectius occupat
NOMEN beati, qui deorum
Muneribus ſapienter uti,
DVRAMQVE callet pauperiem pati,
Peiusq́ꝫ letho flagitium timet:
Non ille pro charis amicis,
Aut patria timidus perire.

CHRIST. LAND.} Ne forte credas] *In ijs profectò enumeranda eſt huiuſcemodi Ode, quæ artificio ſummo ſcriptæ dici poſſunt. Promittit autem ſe Lollium ſuis carminibus immortalem redditurum. Sed ne uideatur nimis ſtylo arrogare, exemplo aliorum poëtarum probat, quòd & ſi primus non ſit, neque Homero, aut Pindaro ſimilis, tamen ita uiuent ſua carmina, ut uixerunt carmina illorum poëtarum, qui non primũ locum tenuerunt. Ordo eſt:* Ne tu forte credas interitura ea uerba, quæ ego natus apud Aufidum flumen, *qui iuxta Venuſiam fluit.* Socianda chordis] *Id eſt, cytharæ.* Per artes non antè uulgatas] *Scilicet apud Latinos, ut ergo non credas hoc intellige, quòd ſi, id eſt, quamuis Mæonius Homerus tenet priores ſedes, ſcilicet in arte poëtica, tamen Pindari & Simonidis, & Alcæi, & Terpſichori Muſæ latent.* Ceæ Muſæ] *Id eſt, Simonidis qui ex Cea inſula fuit.* Steſichorus] *Quàm ſit ingenio ualido, materiæ quoq; oſtendunt, cum maxima bella & clariſſimos canat duces, & onera Epici carminis ſua lyra ſuſtentet. Reddit perſonis in agendo ſuam dignitatem. Ac ſic tenuiſſet modum uidetur æmulari proximus Homero. Sed redundat atque effunditur. Quod tamen uitium non inopiæ, ſed copiæ eſt.* Aeoliæ] *Lesbiæ & Saphon intelligit.* Anacreon] *Qui ex Cea inſula fuit.* Non ſola comptos] *Hactenus oſtendit poſſe durare ſua carmina, nunc demonſtrat quid poſſunt carmina: nam ante Helenam multæ amarunt, ſed quoniam non habuerunt poëtas, qui illius amores celebrarent. ut illa habuit Homerum, de illa ſiletur. Eandem ſententiam alibi ſic profert.*

„ *Sed fuit antè Helenam Cunnus teterrima belli cauſa.*
„ *Sed ignotis perierunt mortibus illi.*

Ordo eſt: nam ſola Helena Lacena arſit, id eſt, amauit mirata cõptos .i. ornatos crines, adulteri, ſcilicet Paridis, & cultus, id eſt, ornatus regalis, pro regales & comites, ſcilicet ſuos, & non primus Teucer direxit tela, quaſi dicat laudatur ab Homero, Teucer Telamonis filius in arte ſagittandi, ex qua re in precio eſt, ſed ante illum fuerunt optimi ſagittarij, qui quoniam ſuum poëtam non habuerunt, incogniti iacent. Cydonio arcu] *Species pro genere poſita eſt. Eſt autem Cydon urbs in Creta, in qua primum arcus de pecudum cornibus ornati ſunt. Virg.*

„ *Ire libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula.*

Non ſemel] *Nam prius ab Hercule expugnata fuerat. ſed quia nõ celebrata res illa ab Hom. eſt, idcirco nõ ita in ore hominum eſt, ut ſecunda expugnatio.* Ilios] *Nam hæc Ilios & hoc Ilion dicitur.* Idomeneus] *Qui Cretenſib. imperauit, nã & alij pugnarunt, quorũ quia Hom. non meminit, idcirco de illis ſiletur.* Prælia] *Poeticè dixit pugnauit prælia quemadmodum uiuo uitã.* Non ferox Hector] *Non ſolũ Hector & Deiphob. pugnauit pro defenſione Troianæ urbis, ſed multi alij, qui non ſunt in fama, quia non celebrauit illos ſuo carmine Hom.* Vixêre fortes] *Multi ante Agamemnonem fortes fuerunt, ſed nemo lachrymat illos in prælio caſos, quoniam nullus poëta eos deſcripſit. Ergo urgentur, id eſt premuntur.* Ingenti nocte] *Magna obſcuritate. nam quemadmodum illuſtres dicimus eos, quorum nomen celebratur, ſic nocte opprimi eos, qui ſine nomine ſunt & fama, & quorum nulla memoria extat.* Carent] *Ratio, quare ſint in obliuione, quia non habuerunt poëtam, qui illorum egregia facta caneret.* Sacro] *Nam iam demonſtrauit poëtas Muſarum eſſe ſacerdotes.* Paulum] *Sententia eſt &* uera quidem quantum ad famam quod nunc poëta agit. In cæteris autem falſa, Nam ſi extincto homine nulla ipſius memoria

moria relinquitur, & ſi egregia facinora ediderit, perinde eſt, ac ſi per ſummam inertiam uitam traxiſſet.

Non ego] *Poſtquàm demonſtrauit quid poëtarum carmina ualeant, promittit ſe Lollio famam immortalem ſuis carminibus daturum, optimeq́; in hunc locum ſuam pollicitationem diſtulit, quàm ſi à principio poſuiſſet ante quàm mediocres quoq; poëtas famam alijs acquirere poſſe demonſtraret, arrogans uideri potuiſſet.* Eſt animus] *Pollicitus eſt illum laudaturum. Nunc oſtendit ſuas laudes eſſe per adulationem, ſed illum eas mereri propter utrumq; uirtutum genus, quod in illo ſit. Nã quòd in illo ſit ſibi animus prudens rerum poſuit prudentiam unam ex uirtutibus intellectiuis pro cæteris omnibus, quæ ſunt intelligentia, ſcientia, ſapientia, prudentia & ars. Ergo laudat eum à philoſophia ſpeculatiua. Quod autem ſit rectus in temporibus ſecundis & dubijs, id eſt, aduerſis, notat in illo philoſophiam moralem, quæ maximè conſtat ex iuſtitia adhibito freno temperantiæ, & ſtimulo fortitudinis. Quam ergo laudem non meretur ille, qui & uirtutibus intellectiuis, quarum finis eſt uerum. Et moralibus quæ rectum, æquumq́; proponunt inſignitus ſit, & uim, naturamq́; rerum nõ ignoret, & ita uitam agat, ut neq; rebus ſecundis elatus, neque aduerſis factus à recto, honeſtoq́; deflectat.* Vindex] *Punitor quæ pars iuſtitiæ eſt.* Auaræ] *Quæ propter lucri cupiditatem committitur, & amore pecuniæ, cuius tanta uis eſt in malè imbutis animis, ut nihil ſit, quod illa ſuadente non fiat. Hinc exclamatio Virgiliana.*

„ *Auri ſacra fames quid non mortalia cogis* *Pectora?*—

Punire autem fraudem & abſtinere à pecunia, ita ad iuſtitiam pertinet, ut hoc temperantia, illud fortitudine egeat. Conſul non unius anni] *Ex ſententia Stoicorum loquitur, qui uolunt ſapienté omnia eſſe, ut ſit ſemper rex, Conſul, dictator & reliqua eiuſmodi, quoniam ea ſapientia eſt, ut ſciat eaq; mente, ut uelit ſemper omnia rectè adminiſtrare.* Sed quotiens] *Sententia eſt, ſed totiés Conſul, quotiens aut domi, aut militiæ rectè agitur, quia iſtuc ipſum faceres, ſi præeſſes reip. Vel legamus cum admiratione, ut ſit ſententia. Quotiens prætulit iudex honeſtum utili, quaſi dicat rarò. Ex quo maior laus ad eum peruenit, qui rectè agit.* Reiecit dona nocentium] *Noluit corrumpi muneribus.* Alto uultu] *Id eſt, ipſe altus, qui munera res humiles, atq; caducas non curat, ſed diuina atq; immortalia ſuſpicit. Vel alto uultu, quoniam nihil eſt, quod eum facti pudeat, & propterea ſtet uultu deiecto, ut illi quos admiſſæ culpæ pudet. Sic & prouerbium tritiſſimum approbat, quod dicit, deiecto uultu ſibi incedere licere cum rectè egerint.* Per obſtantes cateruas] *Aliqui referunt ad uictoriam de hoſtibus reportatam. Ego puto per metaphoram dictum quòd ipſe uictor, ſcilicet auaritiæ, & eorum qui illum corrumpere uoluerint.* Explicuit] *Scilicet, quaſi per medios hoſtes uictor euaſit. Nam crudeliſſimi hoſtes ſunt, qui corrumpere nos in iudicio tentant.* Cateruas] *Vt oſtendat magnam turbam corruptorum. Vel dixit.* Explicuit arma] *Id eſt, ſumpſit ſupplicium de reo. Nam explicandæ è faſcibus erant uirgæ, quibus damnati cædebantur, & ſecures quibus feriebantur.* Non poſſidentẽ] *Sententia iam in hoc poëta tritiſſima, ut non quia diuites ſimus, beati poſſimus dici, ſed quia diuitijs, quæ munera Deorum ſunt, ſapienter uti ſciamus & paupertatem pati, & mori quàm flagitium committere malimus. Ergo qui ita animũ inſtituit pro patria, & pro amicis mori nõ dubitabit.*

HERM. FIGVL. } Ne fortè credas int. quæ Longè ſon. nat. ad Aufid &c.] *Aufidus fluuius eſt Apuliæ ex Hyrpinis profluens montibus, Canuſium attingit, & in mare Adriaticum ruit, ut ſupra quoque diximus.* Non antè uulgatas per artes] *Quia primus Lyricum carmẽ à Græcis ad Latinos modos tranſtulit, ut ipſe gloriatur. Ode ultima lib. 3.* Sociãda chordis] *Applicanda lyræ fidibus.* Priores Mæonius tenet ſedes Homerus] *Nam hic omnes ſine dubio (ut teſtis eſt Quintilianus) & in omni genere eloquentiæ procul à ſe reliquit: Epicos tamẽ præcipuè, uidelicet quia clariſſima in materia ſimilis comparatio eſt. Hunc nemo in magnis rebus ſublimitate, in paruis proprietate ſuperauerit. Idem lætus ac preſſus, iucundus ac grauis, tum copia, tum breuitate mirabilis: nec poëtica modò, ſed oratoria uirtute eminentiſſimus.* Cææ] *Hoc eſt, Simonidis oriundi ex Cæa: quæ eſt Inſula maris Aegæi, diſtans ab Helene quinq; millia paſſuum, quam Græci Ceon et Hydruſſam dixêre, autore Plinio. De Simonide autem Fabius in decimo ſic ſcribit: Simonides tenuis, alioqui ſermone proprio, & iucunditate quadam commendari poteſt, præcipua tamen eius in commouenda commiſeratione uirtus, ut quidam in hac eum parte omnibus eiuſdem operis autoribus præferant.* Alcæi minaces] *Quibus acerbiùs exagitauit, & inſectatus eſt uehementius tyrannos.* Steſichori graues Camœnæ] *Steſichorus quoque poëta fuit Lyricus, ex Hymera Siciliæ ciuitate, in cuius infantis ore luſcinia cantaſſe dicitur. Hic quàm ſit ingenio ualidus (ait Quint.) materiæ quoq; oſtendunt, maxima bellã, & clariſſimos canentem duces, & Epici carminis onera lyra ſuſtinentem.* Luſit Anacreon] *Lyricus hic etiam fuit poëta, ex Teio, urbe Ioniæ, qui acino uuæ ſtrangulatus dicitur. Huius poëſis tota eſt amatoria, teſte Cicerone. Et ideò dicit Horatius: Si quid luſit.* Deleuit ætas] *Extinxit uetuſtas, quæ aliàs omnia deſtruit & conſumit.* Spirat adhuc amor] *Amores, quos Sappho Leſbia lyrica barbito cantauit, adhuc uiuunt.* Non ſola comptos arſit adulteri] *Sententia eſt: Helene propterea non eſt nota, quòd amauit Paridem, ſed quòd poëtarum carminibus eſt celebrata: Quia & aliæ multæ amauerunt alios, quæ tamen ſunt ignotæ & obſcuræ, quoniam carent uatibus, qui eas reddant illuſtres & immortales.* Comptos crines, & aurum] *Mollitiem & luxum Paridis notat. Fuit enim homo effœminatus & elegantioris cultus tanquam amator ſtudioſus. Vnde hoc modo ſcribit illi Helena:*

„ *Apta magis Veneri, quàm ſunt tua corpora Marti,*
„ *Bella gerant fortes, tu Pari ſemper ama.*

Regales, q; cultus, & comites] *Paridis & ſociorum magnificos apparatus, & corporum cultus cum elegantia ac luxurie. De quibus ita Paris apud Ouidium:*

„ *Cùm uideas cultus noſtra de gente uirorum,*
„ *Quales Dardanias credis habere nurus?*

Primus ue Teucer] *Non modò Teucer peritus fuit ſagittarius, uerùm & alij multi, qui tamen ſunt ignobiles, quia non habuerunt Homerum ſuæ artis præconem, ſicut ille. Fuit autem hic Teucer filius Telamonis, iaculandi doctiſſimus, unus ex nouem Græcorum, qui poſt Achillem erant præſtantiſſimi. Vnde Homer. Iliad. 8.*

„ τεῦκρος δ' εἴνατος ἦλθε παλίντονα τόξα τιταίνων.

Hic octo primos & bello egregios duces Troianorum ſagittis occidit, ut ipſe gloriatur ibidem apud Homerum. Cydonio] *Cretenſi. Eſt enim Cydon una ex notiſſimis urbibus Cretæ, teſte Pompon. Mela.* Non ſemel Ilios] *Non ſolùm eo bello quod Homerus deſcripſit, afflicta eſt Troia, ſed etiam pluribus: quia tamen latent, quia non ſunt mandata uerſibus.* Non pugnauit ingens Idomeneus] *Non modò Idomeneus & Sthenelus fortes fuêre, & prælia Homeri præconio digna fecerũt, ſed alij multi etiam fortiter pugnauerunt: non tamen noti, quia carent ſcriptore. Cæterùm Idomeneus Deucalionis fuit filius, rex Cretenſium, ut Homerus teſtatur Iliados ν. Vbi genealogiam eius deſcribit. Hic etiam fuit è numero nouem fortiſſimorum poſt Achillem. Hunc armatum fulguri, pugnantem apro, Homerus comparat.* Non ferox Hector] *Non ſolùs Hector & Deiphobus pro patria, coniugibus, & liberis ſtrenuè dimicauerunt, & multis uulneribus occubuerunt. Sed hi celebres ſunt, quia Homerum ſuæ uirtutis præconem habuerunt. Fuit autem Hector filius Priami, dux Troianorum. Homer.*

„ τρωσὶ μὲν ἡγεμόνευε μέγας κορυθαίολος ἕκτωρ πριαμίδης

Huius ſæuitiam lib. Iliad. ι. Marti & igni, omnia deuaſtanti, comparat. Hic ab Achille confoſſus eſt, & alligatus curru fœdè circũ Troianos muros raptatus, ut eſt uidere apud Homerum Iliad. χ. & Virgil. lib. 2. Aeneid.

„ *In ſomnis ecce ante oculos mæſtiſſimus Hector*
„ *Viſus adeſſe mihi: largoſq; effundere fletus,*
„ *Raptatus bigis, ut quondam, aterq; cruento*
„ *Puluere, perq; pedes traiectus lora tumẽtes.* Et paulò poſt:
„ *Squalentem barbam, concretos ſanguine crines,*
„ *Vulneraq; illa gerens, quæ circum plurima muros*
„ *Accepit patrios.*

Deiphobus quoq; filius fuit Priami & Hecubæ. Huic galeam Aſcalaphi interfecti rapere uolenti, Meriones brachium haſta traiecit, ut teſtis eſt Homer. Iliad. ε. Hic poſtea in expugnatione Ilij dormiens dolo Helenæ turpiter laceratus eſt à Græcis, teſte Virgil. libro 6. Aeneid.

» Atq; hic Priamiden laniatum corpore toto
» Deiphobum uidit lacerum crudeliter ora,
» Ora manusq; ambas, populataq; tempora raptis
» Auribus, & truncas inhoneſto uulnere nares.

Vixere fortes ante Agamemnona] Ante Agamemnonem quoq; multi fuerunt ſtrenui & magnanimi uiri, ſed obliuione obſcurati, quia ab Homero non ſunt decantati, ſicut ille. Fuit autem Agamemnon rex Mycenarum, frater Menelai, qui à Græcis propter animi uirtutem, & corporis robur omnibus heroibus præfectus, & imperator conſtitutus, ad Troianam expeditionem centũ nauibus profectus eſt, ut ſcribit Homer. Iliad. β in hæc uerba:

» τῶν ἑκατὸν νηῶν ἦρχε κρείων Ἀγαμέμνων
» Ἀτρεΐδης. ἅμα τῷγε πολὺ πλεῖστοι, καὶ ἄριστοι
» λαοὶ ἕποντ'· ἐν δ' αὐτὸς ἐδύσατο νώροπα χαλκὸν
» κυδιόων ὅτι πᾶσι μετέπρεπεν ἡρώεσσιν.
» οὕνεκ' ἄριστος ἔην, πολὺ δὲ πλείστους ἄγε λαούς.

Vate ſacro] Poëtæ ſacri dicuntur, quia miniſtri ſunt ſacrorum, & ſacerdotes Muſarum, ac quodam quaſi diuino ſpiritu afflantur. Itaq; Ennius ſanctos eos appellat, teſte Cicerone, quòd quaſi deorum aliquo dono, atq; munere commendati nobis eſſe uideantur. Paulum ſepultæ diſtat inertiæ, celata uirtus] Oſtendit animi magnitudinem, niſi carminibus celebretur, parum differre ab ignauia: Nam ea quæ fortiter & excellenter geſta ſunt cum ipſa uita dimittuntur, & cum corpore obruuntur, niſi poëtarum carminibus à mortalitate uindicentur. Non ego te meis chartis] Indicat ſe debere & uelle nomen Lollij uerſibus illuſtrare, & eius erga Rempublicam meritorum memoriam, ab obliuione liberare. Eſt animus tibi] Præclarum encomium, quo prudentiam, mediocritatẽ, continentiam, dignitatem & iuſtitiam Lollij prædicat. Rerũq; prudens] Hoc eſt, cognitione rerum & occultarum, & admirabilium, ad bene beateq; uiuendum, inſtructus. Secundis temporibus, dubijsq; rectus] In rebus tam proſperis, quàm aduerſis æquus, moderatus & conſtans, quo ſapientiſsimum quemq; præditum eſſe oportet. Vindex auaræ fraudis] Vltor atq; oppreſſor auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata eſt. Abſtinens pecuniæ] Pulcherrima uirtus in eo qui Reipublicæ præeſt continentia. Nam (ut eleganter ait Cicero) nullum uitium eſt tetrius, quàm auaritia, præſertim in principibus, & Rempublicam gubernantibus. Quamobrem pecuniæ fugienda cupiditas eſt: nihil enim eſt tam anguſti animi, tamq; parui, quàm amare diuitias. Nihil honeſtius, magnificentiuſq;, quàm pecuniam contemnere, ſi non habeat: ſi habeat, ad beneficentiam liberalitatemq; conferre. Ducentis ad ſe cuncta] Omnibus imperantis. Nam pecuniæ, ut eſt in prouerbio, obediunt omnia. Huc facetiſsimè alludit Ariſtophanes in Plutone:

» ἃ ταῦτα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα.

Et rectiſsimè Horatius alibi reginam uocat pecuniam. Conſulq; non unius anni] Non ſemel tantùm Conſul, ſed ſæpius. Hunc M. Lollium ſemel Conſulem fuiſſe cum Q. Lepido, legimus in Chronologia doctiſsimi uiri Glareani, & in Digeſtione Gregorij Haloandri, anno uidelicet ab urbe condita 733. quo Horatius fuit annorum 44. ut ipſe quoq; fatetur ultimis tribus uerſibus Epiſtolarũ primi libri:

» Fortè meum ſi quis te percontabitur æuum,
» Me quater undenos ſciat impleuiſſe Decembres,
» Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

Sed quoties bonus atq; fidus iudex] Nam Iudex boni atq; innocentis uiri officio fungi debet, cuius primæ partes ſunt, curare ut lites ſine calumnia procedant, & incorrupto animi iudicio celeriter de cauſa controuerſa, ſecundùm Ius & æquum, cognoſcat. Claudius Cantiuncula lib. 1. de Officio Iudicis, ſic definit Iudicem: Iudex, inquit, eſt uir bonus, Iuriſdicendi & æquitatis ſtatuendæ peritus, ad id muneris publica autoritate uocatus. Honeſtum prætulit utili] Honeſtatem prætulit ijs, quæ aliquam ſpeciem utilitatis præ ſe ferunt, & utilia uidentur. Nam utilia cum honeſtis non pugnant, iuxta Panætij ſententiam. Quia nihil utile, ut refert Cicero, quod non idem honeſtum: Nec honeſtum, quod non idem utile ſit, ſæpe teſtatur. Negatq; ullam peſtem maiorem in uita hominum inuaſiſſe, quàm eorum opinionem, qui iſta diſtraxerint. Hanc rem latiſsimè explicat Cicero lib. 3. Offic. Reiecit alto dona nocentium uultu] Reorum muneribus corrumpi ſe non permiſit: ut decet illum, qui boni, integri, & iuſti Iudicis munere fungitur. Eſt enim Iudex antiſtes iuſtitiæ, quem oportet eſſe grauem (ut colligit Guilelmus Budæus ex imagine iuſtitiæ, quam Gellius lib. 13. ex Chryſippo Stoico tranſcripſit) ſanctum, ſeuerum, incorruptum, contraq; improbos, nocentesq; immiſericordem, atq; inexorabilem, erectumq; & arduum, & potentem, ui & maieſtate æquitatis, ueritatisq; terrificum. Per obſtantes cateruas explicuit ſua uictor arma] Virtutibus ſuis reſiſtentium uitiorum turbas ſuperauit, & uictor euaſit. Non poſsidentem multa uocaueris rectè beatum] Oſtendit diuites non rectè dici beatos, ſed eos qui ſapientes ſunt, donisq; deorum cum mediocritate utuntur, paupertatem non minùs æquo animo ferunt, quàm diuitias: mori malunt, quàm indignum facinus in ſe admittere. Pro charis amicis, aut patria timidus] Non metuet mori pro patria: Decet enim chariorem eſſe patriam nobis, quàm noſmet ipſos, ut inquit Cicero. Et in Officijs: Sed cùm omnia ratione, animoq; luſtraueris, omnium ſocietatum nulla eſt gratior, nulla charior, quàm ea, quæ cùm Republica eſt unicuiq; noſtrum. Chari ſunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares, ſed omnes omnium charitates patria una complexa eſt: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus? Et (ut præclarè ſcriptum eſt à Platone) non nobis ſolùm nati ſumus, ortusq; noſtri partem patria, partem amici uendicant.

THEOD. PVLMAN. } 31 Silet] Silebo, A. & Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 6. cap. 14. 41 Vtili &] Vtili, omiſſo &, H.G.E.B.A. 52 Perire] Peribit, Cruquij codices duo.

GEORG. FABR. } Prima huius Odæ parte laudat ſtudia poëtica, & ab ijs non deſiſtendum ſuadet: altera extollit Lollium, uirum conſularem, omni uirtutis laude eximium. In prima parte utitur quaſi iudicis officio, in altera philoſophi grauitate: utranq; cõcludit epiphonemate. Omnis autem uirtus aut eſt ingenij, ut doctrina: aut eſt morum, ut integritas. Duæ ἐπιφωνήσεις pulcherrimæ & in laude rei, & in laude perſonæ. Pro caris amicis, aut patria timidus perire] Qui Phraſin non intellexit, ſcripſit: timidus periret. Sed & alibi, Codrus pro patria non timidus mori 3, 19.

IOD. BAD. ASCENS. } Ne fortè] Conformiter ad ſuperiorem Oden cohortatur poëtas ad ſcribendum cùm non ſolùm Homerica carmina, ſed & cæterorum poëtarum æternam famam meruerint: uerumtamen quia primus ferè ſcripſit Homerus, licet non primi Homeri tempore fortes uixerint, tamen primi in memoria hominum habentur, qui ab Homero laudantur. Vnde patet uirtus carminum, quocirca Lollium amicum ſuis carminibus celebrat poëta. Ordo eſt. O Lolli, ne] Id eſt, nolim credas, forte uerba, quæ ego natus ad Aufidum fluuium iuxta Venuſium, ſonantem longè, loquor ſocianda chordis, ſcilicet Lyricis, per artes non uulgatas ante, quia primus ferè Romanorum Lyrica ſcripſit. Interitura] Id eſt, peritura. Quia ſi] Id eſt, tametſi. Mæonius] Scilicet, uates, hoc eſt, Homerus tenet ſedes priores] Quam ſcilicet Pindarus tamen ſupple. Camœnæ Pindaricæ & Cææ] Id eſt, Simonidicæ. Et Camœnæ minaces] Id eſt, acres. Alcæi] Scilicet, Leſbij, & graues Camœnæ Steſichori. Latent] Id eſt, ignotæ ſunt. Nec ætas deleuit ſi Anacreon Lyricus ille poëta. Luſit] Id eſt, ſine labore cecinit ad lyram, & compoſuit. Quid] Id eſt, aliquid. Non autem dubitat, quin cõpoſuerit. Vnde particula ſi non ponitur hic dubitatiuè, ſed aſſertiuè. Amor commiſſus] Id eſt, mandatus, ut reueletur. Fidibus] Id eſt, plectris aut cytharæ. Puellæ Aeoliæ] Id eſt, Leſbiæ, hoc eſt, Sapphus. Spirat] Id eſt, ſpiritum ducit, & uitam habet adhuc. Eſt autem metaphora ſumpta ab animantibus. Et calores]

lores] Id eſt, uehementes effectus. Commiſsi] Id eſt, mandati & concrediti, ut reuelentur, & poſteris notificentur. Fidibus puellæ Aeoliæ] Id eſt, Sapphus. Viuunt] Scilicet adhuc. Non ſola] Monſtrat arguté quid carmina poſſunt. Nam per Homeri carmina multi tantiſper dum műdus erit, ferunt in memoria, qui ut multi, qui ante Homerum geſſerunt præclara, ignobiles periiſſent. Ordo eſt. Non ſola Helene lacena] Id eſt, Spartana. Arſit] Id eſt, ardenter amauit. Crines adulteri] Scilicet, Paridis. Comptos] Id eſt, compté pexos. Et aurum illitum ueſtibus] Scilicet, opere Phrygionum, qui acu pingunt. Arſit] Dico, mirata cultus regales, & comites regales. Id moraliter, quia comites feré conformes ſunt duci. Vnde & Aeneid. 4.

„ Multa uiri uirtus animo, multusq́ recurſat,
„ Gentis honos.——

Ve] Pro uel. Teucer] Scilicet, Thelamonius. Non direxit primus arcu Cydonio] Id eſt, Cretico. Tela] Id eſt, ſagittas. Et Ilios] Id eſt, regio illa aut ciuitas Phrygiæ (dicitur autem Iliű, Ilion, & Ilios, ut hic quod rarius cæteris.) Non eſt uexata] Sup. bello. Semel] Sup. tantum, quia etiam ſub Laomedonte ab Argonautis capta fuerat. Vnde Anchiſes Aeneid. 2.

„ Satis una ſuperq́,
„ Vidimus excidia, & captæ ſuperauimus urbi.

Non ſolus Idomeneus & Sthenelus ingens] Id eſt, ingenti animo, & uirtute præditus. Pugnauit prælia dicenda] i. digna quæ dicantur. Muſis] Id eſt, carminibus inſpiratione Muſarum compoſitis, & tamen prædicantur ij præcipué ab Homero, quia fortiter contra Troianos pugnauerunt. Non ſolus] Sup. Hector ferox, uel Deiphobus acer, qui ambo ſunt filij Priami. Excepit primus ictus grauis] Quia mortiferos. Pro coniugibus & pueris] Id eſt, Liberis. Multi uixêre fortes ante Agamemnona] Qui erat princeps exercitus Græcorum ante Troiam. Sed omnes urgentur] i. opprimuntur morte & obliuione. Illachrymabiles] Id eſt, quaſi indigni lachrymis. Et ignoti longa nocte] Id eſt, obliuionis perpetuæ caligine. Quia carent uate] Id eſt, poëta. Sacro] Id eſt, religione quadam uenerando. Virtus celata] Id eſt, occulta. Diſtat paulum] Id eſt, modicum. (diſtat tamen, quia ſicut Lucerna poſita ſuper Candelabrum multis lucet, poſita autem ſub modio, ſoli ſibi aut ſub modio poſitis, ſic uirtus nota multis prodeſt, ignota ſoli, in quo eſt, uerúm ut in epiſtolis dicet:

„ Non uixit malé, qui uiuens moriensq́ fefellit.

Id eſt, delituit.) Inertiæ ſepultæ] Id eſt, ab inertia ſepulta. Et ideó ô Lolli ego non ſilebo te inornatum meis Chartis] Id eſt, carminibus in Chartis deſcriptis. Ve] Pro uel. Ego non patiar obliuiones liuidas] Id eſt, obſcuras, aut potius inuidioſas. Carpere] Id eſt, corrodere, & abſumere tot labores tuos. Quia animus eſt tibi, & prudens] Id eſt, prouidens. Rerum] Scilicet, quæ prouideri poſſunt. Et rectus] Id eſt, æquus temporibus. Secundis & dubijs] Id eſt, aduerſis uſque adeó ut dubites quid aggrediare. Animus] Inquam exiſtens. Vindex fraudis auaræ] Id eſt, expellens á ſe omnem fraudem auaritiæ. Et abſtinens pecuniæ ducentis] Id eſt, placide trahentis ad ſe cuncta. Quia]

„ Et genus & mores regina pecunia donat.

Et eſt tibi animus Conſul] Id eſt, dignus conſulatu, non unius anni, ſicut qui in comitijs fiunt. Nam multi ſunt Conſules indigni conſulatu, & contrá. Sed totiens Conſul] Quotiens exiſtens bonus atque fidus iudex. Prætulit honeſtum] Id eſt, bonum honeſtum per ſe expetibile, ut uirtutem. Vtili] Id eſt, rei utili. Cicero autem tertio Officiorum, docet nihil eſſe honeſtum, quod non idem utile, nec uere utile, quod non idẽ honeſtum: Multa tamen uidentur utilia malé uidentibus, quæ non ſunt honeſta. Id autem ſatis eſt ad hunc locum, & ſup. Reiecit alto] Id eſt, magnifico. Vultu dona nocentium] Id eſt, noxiorum, qui ſe muneribus redimere confidunt. Et exiſtens uictor] Id eſt, uoti compos. Explicuit ſua arma] Id eſt, ſigna & uexilla. Per cateruas] Scilicet, hoſtiles, paſsionum potiſsimum. Obſtantes] Id eſt, obluctantes. Tu ô Lolli non uocaueris rectè beatum poſsidentem] Id eſt, eum qui poſſederit multa.

Nam is rectiús occupat nomen beati. Qui callet] Id eſt, multo uſu calleſcit. Vti ſapienter muneribus Deorum] Scilicet, paupertate & diuitijs. De paupertate enim dicit Lucanus:

„ Et munera nondum intellecta Deûm.

Hic tamen uidetur pro diuitijs poſuiſſe. Nam addit, & callet pati duram pauperiem. Et timet peius] Id eſt, attentius. Flagitium] Id eſt, turpe peccatum. Leto] Id eſt, morte. Iuuenal.

„ Magnum crede nefas animam præferre pudori, &c.

Ille] Id eſt, quicunq; talis eſt. Non timet perire] Id eſt, mori pro amicis charis aut patria, quæ una omnium complectitur charitates, ſecundúm Ciceronem in Officijs.

ANTON. MANCIN. } Scribit minores non debere á ſcribendo abhorrere timentes eorum ſcripta non foré perpetua, cúm tot priús doctiſsimi uiri ſcripſerint, & laudem maximam fuerint conſecuti. Itaque probat exemplo poſteros etiam non deterrimos, laudem quoque meruiſſe, ut Pindarum, & alios plures poſt Homerum, quem poëtarum ſummum pollicetur ex inde Lollij laudes ſuis carminibus celebrare. Quod] Vbi legit oſtendit beatum eſſe non multa poſsidentem, ſed qui Deorum muneribus utitur ſapienter, & pauperiem pati neſcit, timens flagitia, magis quam mortem ullam paratus pro charis amicis, & patria mori.

Ne forté credas] Ode eſt ſimilis nonæ. Eſt autem ordo ne forté credas interitura uerba, quæ natus ego ad Aufidum longé ſonantem loquor ſocianda Chordis per artes non anté uulgatas. Primus enim Latinorum Horatius Lyrica laude digna ſcripſit. Mæonius Homerus] De quo laté ſuperiús. Ceæq; Camænæ] Teſte Plin. lib. 4. Inſula eſt in mari Aegeo propinqua Helenæ inſulæ, quæ tamen Ceos á Græcis dicitur, & Hydruſa olim. Strabo etiam libro 10. ſcribit Ceon unam é Cycladibus eſſe, quæ cum quaternas contineret urbes Tetrapolis uocitata eſt. Duæ uerò reſtant, Carthea ſcilicet & quam Iulidem appellant, ad quas reliquarum habitatores concurrerunt. Ex Iulide Simonides condendorum autor carminum dixit originem. Eraſiſtratus Medicus inſignis. Et Ariſto Peripateticus. Fabius autem libro 10. ſic ait. Simonides tenuis alioqui ſermone proprio, & iucunditate quadem commendari poteſt. Præcipua tamen eius in commouenda miſeratione uirtus eſt, ut quidam in hac eum parte omnibus eius operis auctoribus præferant. Alcæi minaces] Id ait, quia tyrannos inſectatus eſt: ut Fabius Quintilianus ſcribit. Latius tamen ſuperiûs uideto.

„ Steſichoriq́ graues Camænæ.

Fabius, ſic lib. 10. Steſichorus quàm ſit ingenio ualidus materiæ quǽ, oſtendunt maxima bella, & clariſsimos canente duces, Epici carminis onera lyra ſuſtinente. Reddit enim perſonis in agendo ſimul, loquendoq́ debitam dignitatem, ac ſi tenuiſſet modum, uidetur æmulari proximus Homerum potuiſſe: ſed redundat atque effunditur, quod, ut eſt reprehendendum, ita copia uitium eſt. Anacreon] Fuit is Lyricus poëta tempore Piſiſtrati Pherecidis hiſtorici, & Pythagoræ magiſtri. Author eſt Euſebius. Nos tamen plura ſuperiús. Aeoliæ puellæ] Id eſt, Sapphus Leſbiæ. nam ut diximus in Aeolia regione Leſbos eſt. Non ſola] Ordo eſt: non ſola Helene Lacena arſit comptos crines adulteri, & aurum illitum ueſtibus, mirata & cultus regales, & comites. Hic uerò carminű uim oſtendit. Non ſola] Senſus eſt, quòd non ſola Helene, quæ pulcherrima fuit amauit Paridem, ſed aliæ plures ante eam. At quoniam poëtæ aliqui de illis ſcripſere nihil. Latent] Ac ſi non fuiſſent. Carminum igitur beneficio memoria regum, & bene geſtorum laudes perpetuæ ſunt. Hinc Helene, quia Homeri præconio, & aliorum uatum cantata eſt perpetuò celebratur. Primus'ue Teucer] Senſus eſt: quòd non Teucer Thelamonius primus optimè uſus eſt ſagittis, ſed multi ante ipſum, attamen ac ſi non fuiſſent latent. Teucer uerò in hominum ore uerſatur Homeri præconio. De quo quidem latiús ſuprà. Cydonio arcu] Id eſt, Cretenſi, nam Cydonia ciuitas una eſt é tribus Cretæ eximijs, ut ſcribit Strabo libro 10. in ea autem calami ſpiculis aptiſsimi, ut alibi dictum eſt. Non ſemel Ilios uexata] Senſus eſt, quòd pluries Ilios belló uexata fuerat, ſcilicet quia nulli uates ſcripſére, nulla eſt memoria, niſi quando ab Agamemnone, & id propter Homerum. Ergo carmine fit ui-

ſit uiuax uirtus. Non pugnauit ingens] *Senſus eſt: quòd non ſolus Idomeneus & Sthelenus cantanda prælia pugnarunt, ſed plu res alij. Tamen ac ſi non fuiſſent latent, quoniam nullus eorum lau des poëta cecinit, ſicut Homerus Idomenei & Stelleni præconia cantat.* Non ferox Hector] *Senſus eſt, quòd non primus Hector & Deiphobus pro patria pugnarunt, ſed multi alij: tamen perpe tuò latent carentes poëtarum munere, quod non euenit Hectori & Deiphobo. Maximè enim ab Homero laudantur. Illachrymabiles, quoniam eorum nulla eſt memoria.* Ignotiſq. & regioni] *Sci licet, ſunt, quia carent ſacro uate.* Sacro uate] Ouid. *de Arte lib. 3. ait:*

» *Adde quòd inſidiæ ſacris à uatibus abſunt.*
» *Et facit ad mores ars quoq; noſtra bonos.*
» *Eſt Deus in nobis ſunt & commercia cæli.*
» *Sedibus æthereis ſpiritus ille uenit.*

Et alibi:

» *At ſacri uates & Diuûm cura uocamur,*
» *Sunt etiam qui nos numen habere putant.*

Sepultæ inertiæ] *Senſus eſt: quòd uirtus non celebrata carmini bus ignauiæ ſimilis eſt, ac ſi nulla fuerit.* Non ego te] *Pollice tur iam Lollij laudes ſcribere.* Vindex] *Liberator.* Conſul iſ] *Senſus eſt, quòd Lolli animus toto uitæ tempore uictor erat non ſo lùm anno unico uti Conſul. Victor autem ſui ipſius & cupiditatis.* Sed quoties] *Toties Conſul eius animus uidebatur eſſe, quoties a uaritiæ & aliorum huiuſmodi uictor erat.* Obſtantes catervas cupiditatum] *Scilicet, ſua arma, ſuà conſilia, ſuam uirtutem.* Beatum] *Seneca in Epiſtolis Beatum appellat, animo bona cuncta retinentem. Tullius uerò beatum uocat, qui bona multa retinés, abſq; mala degit. Ipſe uerò Horatius alibi inquit:*

» *Neúe putes alium ſapiente, bonoq; beatum.*

Deorum muneribus] *Vt ſunt diuitiæ, amici, & huiuſmodi.* Cal let] *Acutè nouit.* Non ille] *Supple erit.*

POLYD. VIRG. } Paulum ſepultæ diſtat inertiæ celata uirtus] Quemadmodum homini erudito nihil quic quam ſua prodeſt uirtus, ſi illam ipſam occultat: ſic & Muſices ar tem callenti, quod non utitur cantando in nullam rem prodeſt. *Veluti prouerbialiter A. Gellius 12. lib. id pulchrè docet, quando ait: Noſti magiſter ne dum illud uetus egregiam Muſicam quæ ſit abſcondita nullius eſſe rei.* Celata uirtus] *Huc alluſit Terentius in Phorm. Non ſat eſt tuum te feciſſe officium, ſi id non fama approbatur. Cui ſimile eſt illud:* Occultæ Muſicæ nullus *eſt reſpectus, Gilbertus in Prouerb. Si ſo lus ſapias, nempe quis ſcius erit.*

ODE X. IN LIGVRINVM.

Erotica.

Ode X. Monocolos, ut: Tu ne quæſieris ſcire nefas, quem mihi, quem tibi.

– – –∪∪– –∪∪– –∪∪– ∪–

ARGVMENTVM IN ODEN X.

Monet ne quis ob corporis bona, quæ momentanea ſunt & fluxa, ſuperbiat.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Breue, ſed elegans hoc eſt carmen, quo monentur adoleſcentes, ne ob corporis uenuſtatem, quæ fragilis & caduca admo dum eſt, ſuperbiant.

COMMENTARIA.

O CRVDELIS adhue, & Veneris
muneribus potens
Inſperata tuæ cùm ueniet plu-
ma ſuperbiæ,
Et, quæ nunc humeris inuolitãt,
deciderint comæ:
Nunc & qui color eſt puniceæ flore prior
roſæ,
Mutatus Ligurinum in faciem uerterit hi-
ſpidam,
Dices: heu (quoties te, ſpeculo uideris al-
terum)
Quæ mens eſt hodie, cur eadem non pue-
ro fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt
Genæ

ACRON.

O CRVDELIS adhuc] *Vt:*

» O' *crudelis Alexi.*

Significans amoris querelam. De Ligurino iuuene loquitur, quomodo in ſenectute cótriſtetur, cùm ea dem Venerea uoluptas non perdurauerit ei ſeni, quæ nunc eſt iuue ni. Et Veneris muneribus] *Pulchritudine.* Pluma ſuper biæ] *Plumam pro barba incipiente poſuit.* Et quæ nunc hume ris inuolitant, deciderint comæ] *Vſque ad pubertatem enim pueris comæ nutriri conſueuerant. Vt:*

» *Crines cui lactea ceruix*
» *Excipit.* ——

Puniceæ] *Sanguinei coloris, ut:*

» *Puniceis inuecta rotis.*

Prior] *Priorem pro meliore dixit.* Hiſpidam] *Iam hirſutam barba.* Dices heu quoties te] *Mutationẽ formæ per ætatem aſpectam dole bis in ſpeculo.*

PORPHYR. } O' crudelis adhuc, & Veneris muneri bus potens] *Hæc Ode in Ligurinum ſcripta eſt, querelam amoris continens.* Muneribus potens] *Id eſt, ob munera quæ in te Ve nus contulit.* Inſperata tuæ cùm ueniant pluma ſuperbiæ] *Pluma pro prima barba poſuit.* Nunc & qui color eſt puni ceæ flore prior roſæ] *Prior pro melior.* In faciem uerterit hi ſpidam] *Id eſt, hirſutam.*

CHRIST. LAND. } O' crudelis adhuc & Veneris muneribus potens] *Ita ſe philoſophum profitetur poëtã eſſe non oblitus ſit. Ergo in ſerijs & grauibus rebus triſtitiam hilaritate adimit. Et quamuis res laſciua ſit, tamen hoc inde percipitur, ne quæ momentanea ſunt diuturna ſperemus.* Muneribus] *Pul chritudine.* Inſperata] *Quemadmodum dicimus ſperare pro ti mere, unde Virg.*

» *Hunc ego ſi potui tantum ſpe rare timorem.*

Sic illud quod non timuimus, inſperatum dicemus. Quod autem di xit inſperata, oſtendit ſtultitiam adoleſcentium, qui quadam uani tate elati nunquam florenti ætati immutationem timent. Deciderint comæ] *Nam teſte Acrone uſ que ad pubertatem pueris comæ nu triri cõſueuerant.* Quæ mens] *Quæ uoluntas.*

HERM. FIGVL. } O' crudelis] *Durus et aſper aman ti, quem faſtidis.* Veneris mu neribus potens] *Forma & uoluptatibus plurimùm ualens.* Inſperata] *Repentina ac ſubita. Et oſtendit corporis pulchritudi nem celeriter mutari, nobis nec opinantibus. Quod etiam elegan ter ſignis

ter ſignificauit Ouid. lib. 2. de arte Amandi, his uerſibus:

» *Forma bonum fragile eſt, quantumq́ accedit ad annos*
» *Fit minor, & ſpatio carpitur ipſa ſuo.*
» *Nec ſemper uiolæ, nec ſemper lilia florent,*
» *Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.*
» *Et tibi iam uenient cani formoſe capilli:*
» *Iam uenient rugæ, quæ tibi corpus arent.*

Item Seneca in Hippolyto:

» *Anceps forma bonum mortalibus,*
» *Exigui donum breue temporis,*
» *Et uelox celeri pede laboris.*
» *Res eſt forma fugax.*

Pluma] *Pluma mollior penna eſt. Hic ponitur pro lanugine, quam adoleſcentes poſt ephœbiam emittunt.* Et quæ nunc humeris inuolitant, deciderint comæ] *Sic Petronius arbiter:*

» *Quod ſolum formæ decus eſt, cecidêre capilli,*
» *Vernantesq́ comas triſtis abegit hyems.*

Et nunc qui color] *Et color, qui floribus roſarum pulchrior eſt, mutatus, faciem tuam, nunc mollem ac lenem, uerterit in duram & hirſutam. Intelligit autem colorem roſeum, qui omnium eſt iucundiſsimus (ut ſcribit Antonius Thyleſius) atque humano corpori, ſi id formoſum eſt, quàm ſimilimus. Itaque os, ceruicem, papillas, digitos roſeos poëta dicunt, id eſt, candidos, rubore ſanguinis penitus diffuſo cum uenuſtate: isq́ue color propriè eſt, quem communis ſermo incarnatum uocat. Refert enim maximè omnium pueri nitorem ac uirginis. Hyperbolicè uerò addit, puniceæ, quia puniceus color flagrat, atque ardere quodammodo uidetur, uelut uiola flammea, multò plus habens ruboris, quàm ille qui hominis corpus imitatur.* Quoties te ſpeculo uideris alterum] *Quoties in ſpeculo mutatam formam intueberis, dolebis non fuiſſe olim tibi puero eum, quem nunc ſenex habes, animum: aut non eſſe iam eam formoſitatem, quam olim habuiſti. Sic Ouid.*

» *Tempus erit quo nos ſpeculum uidiſſe pigebit,*
» *Et ueniet rugis altera cauſa dolor.*

Quæ mens eſt hodie, cur eadem] *Oſtendit, aliam ætatem alios mores habere, iuxta illud:*

» ἄλλος βίος ἄλλη δίαιτα.

THEOD. PVLM. } 6 Te ſpeculo] *H. G. E. B. A. te in ſpeculo, Cruquij codices duo, & Lambini ueteres libri ſeptem.*

GEORG. FABR. } *Accuſat adoleſcentem intemperantem, cuius pulchritudo cum annis & ſenectute breui ſit interitura: & amantium animum perfidum ſignificat, qui de ſua nequicia ſerò conqueruntur.*

IOD. BAD. ASCENS. } O' crudelis] *Breuis eſt & lepida Ode, ſed bonis moribus, quibus parum prodeſt nimis longa. Ligurinum enim cuius amore ſe captum, in prima huius quarti confeſſus eſt: mani argumento nititur ad ſe trahere, quaſi uerò doliturus ſit, ſi turpitudini non ſatis indulſerit. Ordo eſt:* O' Ligurine, *Crudelis, quia adamantem, non redamas, ſicut in Bucol. Maro.*

» *O' crudelis Alexi nihil mea carmina curas, &c.*

Et potens adhuc muneribus Veneris] *Id eſt, uenuſtate formæ.* Cum pluma inſperata] *Id eſt, canicies.* Veneris tuæ ſuperbiæ] *Id eſt, ſuperbo capiti tuo.* Et comæ] *Id eſt, capillis.* Quæ inuol tant nunc humeris tuis deciderint] *Id eſt, diffluxerint.* Et color qui nunc eſt prior] *Id eſt, præſtantior.* Flore roſæ puniceæ] *Id eſt, puri coloris.* Mutatus] *Scilicet, in deteriorem.* Verterit Ligurinum] *Hoc eſt, te iam indulgentem puerum.* In faciem Hiſpidam] *Id eſt, aſperam, barbatam & rugoſam.* Tu quotiens uideris te in ſpeculo alterum] *Id eſt, immutatum.* Dices, heu, cur eadem mens] *Id eſt, uoluntas, ſcilicet, obſequendi amatoribus.* Quæ hodie] *Scilicet, in uirili aut ſenili hodie, ætate eſt ſup. mihi.* Non fuit eadem puero] *Id eſt, cur non morem geſsi dum potui.* Vel cur genæ] *Id eſt, maxillæ, & faciei eminentes partes.* Non redeunt incolumes] *Id eſt, in priſtina formoſitate.* His] *Scilicet, morigeris & obſequioſis animis. Idem dicit lena illa Scyra nomine, in Hecyra Terentij his uerbis,*

» *Heu me miſeram cur non iſthæc nunc mihi ætas & forma eſt.*

Aut tibi hæc ſententia.

ANTON MANCINEL. } *Scribit Ligurinum quandoque fore, ut pœniteat ſuæ ſuperbiæ, idq́ agebat, ut ſibi moriger eſſet.* O' crudelis] *Ode eſt ſimilis 11.* Ordo autem eſt. O' crudelis & adhuc potens & cætera. Veneris muneribus] *Id eſt, grata forma.* Inſperata] *Putas enim ſemper habere adoleſcentiam, ſed ueluti Ouid Naſo inquit:*

» *Forma bonum fragile eſt, quantumq́ accedit ad annos,*
» *Fit minor, & ſpatio carpitur ipſa ſuo.*

Pluma] *Lanugo & pili ipſi.* Deciderint comæ] *Poſt pueritiam enim comas incidebant ut latè patet apud Martialem.* Mens] *Id eſt, uoluntas.* Obſequendi] *Scilicet, amantibus.* His animis] *His uoluntatibus obſequendi alijs.* Incolumes] *Inueſtes & imberbes ac ſine pilis: nam pilis corrumpuntur.* Genæ] *Id eſt, malè hoc loco.*

ODE XI. AD PHYLLIDEM.

Ἐρωτική.

Ode XI. Tricolos tetraſtrophos, ut: Iam ſatis terris niuis atq; diræ

—∪ —— —∪∪ —∪ —∪
—∪ —— —∪∪ —∪ ——
—∪ —— —∪∪ —∪ ——
—∪∪ ——

ARGVMENTVM IN ODEN XI.

Celebraturus poëta natalem Mecœnatis ſui, qui dies erat Idibus Aprilis menſis, qui Veneri ſacer eſt, inuitat Phyllidem amicam ad conuiuij celebritatem multo cum apparatu exhibendam neque grauetur uenire, quod ſperet quicquam de amore Telephi amaſij ſui: nam ille ab alia puella ditiore detinetur. Proinde non eſſe ſpem de illo, ac ne ullo quidem eam debere imparem ſibi ambire, probat exemplo Phaëtontis & Bellerophontis.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Mecœnatis patroni & amici ſui natalem celebraturus, Phyllidem amicam ad conuiuium magno apparatu inſtructum inuitat: Monetq́ exemplo Phaëtontis & Bellerophontis, ne Telephum iuuenem ſuperiorem & ditioris puellæ amore occupatum ambiat, ſed ſuæ ſortis amatorem diligat.

COMMEN-

COMMENTARIA.

EST mihi nonum ſuperantis annum
Plenus Albani cadus: eſt in horto
Phylli nectẽdis apium coronis:
Eſt ederæ uis
Multa, quæ crines religata fulges:
Ridet argento domus, ara caſtis
Vincta uerbenis, auet immolato
Spargier agno.
Cuncta feſtinat manus, huc, & illuc
Curſitant miſtæ pueris puellæ:
Sordidum flammæ trepidant rotantes
Vertice fumum.
Vt tamen noris, quibus aduoceris
Gaudijs: Idus tibi ſunt agendæ,
Qui dies menſem Veneris marinæ
Findit Aprilem.
Iure ſolennis mihi, ſanctiorq́
Pæne natali proprio, quòd ex hac
Luce Mecœnas meus affluenteis
Ordinat annos.
Telephum, quem tu petis, occupauit
Non tuæ ſortis iuuenem, puella
Diues, & laſciua: tenetq́ grata
Compede uinctum.
Terret ambuſtus Phaëton auaras
Spes, & exemplum graue præbet ales
Pegaſus, terrenum equitem grauatus
Bellerophontem.
Semper ut te digna ſequare, &, ultra
Quàm licet, ſperare, nefas putando,
Diſparem uites. age iam meorum
Finis amorum,
(Non enim poſthac alia calebo
Fœmina) condiſce modos, amanda
Voce quos reddas, minuentur atræ
Carmine curæ.

ACRON.

EST mihi nonum] *Ad Phyllidem ſcribit amicam ſuam, inuitans eam ſub promiſſione uini Albani ueteris, ad lætitiam conuiuij exhibendi natali Mecœnatis.* Albani cadus] *Elocutio eſt, Albani cadus, ut:*

» *Vina bonus, quæ deinde cadis onerârat Aceſtes.*

Nectendis apium coronis] *Vel quia Alcæus frequenter ſe dicit apio coronari: quia tarditiis deponatur, qui prãdet, apio coronatus, ut:*

» *Atque apio crines ornatus amaro.*

Religata] *Id eſt, coronata.* Fulges] *Id eſt, ſplendes.* Verbenis] *Verbenæ ſunt omnes herbæ, frondeſq́ feſtæ ad aras coronandas, dictæ quaſi herbenæ.* Ridet] *Id eſt, ſplendet.* Caſtis] *Id eſt, puris, ſacris.* Auet] *Id eſt, cupit.* Spargier agno] *Id eſt, ſpargenda erit agno immolato.* Cuncta feſtinat manus] *Multitudinem miniſtrantium pro apparatus feſtinatione ſignificat.* Curſitant miſtæ pueris puellæ] *Vt:*

» *Totidemq́ pares ætate miniſtri.*

Sordidum flammæ trepidant rotantes Vertice fumum] *Duo epitheta poſuit, quia & flammæ ueluti ſub quodem tremore uoluuntur, & fumus ſordidus eſt, id eſt, niger.* Vt tamen noris] *Diem natalem Mecœnatis ſignificat, ut fidẽ faciat promiſſæ lætitiæ.* Agendæ] *Celebrandæ.* Qui dies menſem Veneris marinæ Findit Aprilem] *Quia Idus ueluti diuidunt mẽſem. Aprilis autem Veneri conſecratus eſt.* Iure ſolennis] *Meritò amicitiæ.* Pœne natali proprio] *Pœne pro adulatione uitanda poſuit.* Luce] *Die.* Affluentes] *Id eſt, creſcentes aut multos.* Ordinat] *Diſponat toto anno faciẽda.* Telephum, quem tu petis occupauit] *Amauit. Virum ad eãdem Phyllidem, an ad aliam loquatur, incertum eſt, quia non prodidit nomen. Dicit tamen Telephum puerum, quem oſtendit ab ea amari, alterius ditioris amore occupatum.* Non tuæ ſortis] *Non tuæ conditionis, non tuæ mediocritatis, nec profeſſionis.* Vinctum] *Amoris uinculo.* Terret ambuſtus] *Ne quid auidè, & ſuprà conditionem noſtram appetamus Phaëtontis & Bellerophontis exemplo monet, qui impoſſibilia cupiendo ad pericula peruenerunt.* Grauatus] *Grauiter ferens.* Bellerophontem] *Dicitur hic auſus Pegaſo ferri per aëra in terram decidiſſe.* Semper ut te digna ſequare] *Poſſibilia ſuadet appetere, & ſibi competentia, & digna ſperare. Senſus hic eſt,* ô Phylli uita potentiorem Telephũ, & tibi diſparem, quia & aliam amat: ſed dilige me, qui tibi par ſum. Finis enim eris mei amoris, quia ſi conſenſeris, aliam non amabo. Condiſce modos] *Diſce, inquit, carmina & lyræ ſonos, quos ſuaui uoci cantes, ne ruſtica uidearis.* Minuentur atræ Carmine curæ] *Tunc enim uoluptas admittitur, ſi cura pellatur.*

PORPHYR. } Eſt mihi nonum ſuperantis annum] *Significat ſe diem natalem Mecœnatis uelle celebrare, loquitur autem ad Phyllidem amicam.* Quæ crines religata fulges] *Fulgere ſoles. Non enim iam coronatam eſſe dicit, ſed inuitat eam uti coronetur.* Ridet] *Pro, grata eſt ac fulget.* Cuncta feſtinat manus] *Ad multitudinem miniſtrorum refertur.* Sordidum flammæ trepidant] *Non ocioſum, ſed ἐπιθετικῶς dictum eſt.* Idus tibi ſunt agendæ, Qui dies menſem Veneris marinæ Findit Aprilem] *Idus Apriles ſignificat. Aprilis autem menſis ἀπὸ τῆς ἀφροδίτης dictus uidetur, nec immeritò, cùm in res Venereas eo ipſo omnia animalia excitentur, ſignat autem Idibus Aprilis natalem diem Mecœnatis eſſe in cuius honorem ſacrificet & epuletur.* Telephum quem tu petis, occupauit] *Ad mulierem loquitur, cuius nomẽ non oſtendit, ſignat autẽ amari, ab hac Telephũ puerum, quẽ iam alia occupauerat.* Non tuæ] *Scilicet, non tuæ conditionis, aut tuæ mediocritatis.* Tenetq́ grata Compede uinctum] *Puellæ grata compede, amoris uinculum ait.* Terret ambuſtus] *Ne quid auidè & ſuprà conditionem noſtrã appetere conemur Phaëtontis, & Bellerophontis proponit exempla.* Diſparem uites] *Dicendo Diſparem uites, difficilis dictionis phraſis. Monet autem ut diſparem uitet, ut poſſit ſe digna ſigna ſequi, & nefas habere, in ſpẽ referre plus, quã oportet.* Non enim poſthac alia calebo Fœmina] *Quare finem amorum ſuorum hunc dixerit, ipſe oſtendit. Ordo eſt:* Iam meorum finis amorum, condiſce modos.

CHRIST. LAND. } Eſt mihi nonum ſuperantis annum] *Inuitat amicam ad natalem Mecœnatis celebrãdum. Is erat Aprilis Idibus. Conſueuerant autem natales dies laſciuiori quadam lætitia celebrare & amicas adhibere. Hinc Maro.*

» *Phyllida mitte mihi meus eſt natalis Iola.*
» *Cum faciam uitula pro frugibus ipſe uenito.*

Nonum] *A uetuſtate uinum commendat.* Albani] *Laus eſt à patria.* Apium] Quod diximus fugare ebrietatem. Hederæ] Quæ Baccho conſecrata eſt. Religata] *Pro religenda ait Acron Sed fortaſſe nõ erit abſurdum, ut dicamus quæ religata fulges, id eſt, nitidior appares.* Religata] *Subaudi, comam per ſynecdochen. nam intelligit ſertum.* Ridet] *Splendet. nam ſplendor rei inanimatæ riſus uidetur.* Caſtis] *Religioſis. De uerbenis autem dictum eſt.* Auet] Cupit, *& dat ſenſum rei ſenſu carenti. Sed nimirum ita uidetur cùm aliquid rei cuipiam præparamus illud quodammodo rem ipſam deſyderare.* Flammæ rotantes fumum] *Nam in gyrum inuoluunt, & inuoluentes extollunt ipſum fumum.* Vt tamen noris] *Quaſi dicat non temerè eſt, quòd tantus ſit apparatus, cùm inſeruiat natali tanti uiri.* Agendæ] *Celebrandæ.* Veneris marinæ] Quia in mari orta eſt. Findit] *Diuidit. Nam Idus quia in medio ferè menſe ſunt, dicuntur ab iduando, id eſt, diuidendo, unde etiam dicitur uidua, quaſi à uiro idua, id eſt, ſeparata. Sequitur autem in hoc loco opinionem illorum, qui dicunt Aphrilem ſcribi cum aſpiratione & dictum quaſi Aphrodiem à Venere, quæ Græcè Aphrodite appellatur.* Telephum] *Hortatur Phyllidem, ut ad ſe properet, nec*

quicquam

quit quam ſperet in amore Telephi à ſe amari, quoniam ille ab alia puella detinetur, & ne fortè ſperet Phyllis illum ad ſe rediturum, dicit eum occupatũ eſſe à puella non eius ſortis, id eſt, fortunæ, cuius eſt Phyllis, quæ libertina erat, ſed quæ ſit ex nobilitate Romana. Dives] Quæ dare multa poſſit, uel ſaltem ab eo nihil petat. Laſciua] Quæ multũ illũ oblectare poſſit. Grata cõpede] Ex quo infert etiã Telephum, ut ametur, ita eam amare. Quæ omnia poſſunt omnẽ ſpem iuuenis recuperandi Phyllidi ereptam eſſe, oſtẽdere. Terret ambuſtus] Quod rationibus probare tentauit, exemplis quoq; probat, debere illam deponere ſpem Telephi, cùm ille ſit ſupra fortunam ſuam. Inducit aũt exemplum Phaëtontis. Hic enim cùm currum paternũ regendum ſuſcepiſſet, eſſetq; id negotium ſupra ſuas uires perijt. Eſt autem metri neceſſitate Phaëton pro Phaeton facta diphthongi diſſolutione. Bellerophontem] Nam ait Acron, quod Bellerophon auſus equitare per aëra Pegaſum alatum equum decidit. Meorũ finis amorum] Poſtquã in deſperationem riualis eam induxit, ſuum integrum, perpetuumq; amorem pollicetur. Modos] Modulationes quas canas uoce ſuaui, nam cantu minuuntur curæ atræ, id eſt, noxiæ.

HENR. GLAR. } Ordinat annos] Id eſt, diſponit toto anno facienda Acron inquit, quod mihi nõ ſit uériſimile: Sed ordinat, id eſt, numerat, uel ordine inchoat. Telephum, quẽ tu petis, occupauit] Ad mulierem (inquit Porphyrio) loquitur, cuius nomen non oſtendit. Hæc uerba planè corrupta puto. Et legendum: De muliere loquitur, cuius nomẽ non oſtẽdit. Ex his ſanè Porphyrionis uerbis Acro dubitationem elegãtem facit. Ego nihil hic uideo difficultatis, niſi ipſi aliter Horatij uerba legerint: neq; enim ad aliam loquitur quàm ad Phyllida.

HERM. FIGVL. } Nonum ſuperantis annũ] Commendatio uini à uetuſtate. Plenus Albani] Videlicet uini Commendatio à patria. Nectendis apium coronis] Ellyptica eſt conſtructio, intelligitur enim adiectiuũ idoneum uel aptum. Liuius: Ea modò, quæ reſtinguendo igni forent, portantes. Apio autẽ coronabantur in cõuiuijs, quia hæc herba ebrietatẽ pellere creditur. Fulges] Enallage eſt coniugationis, pro fulgebis. Nam ueteres multa uerba ſecundi ordinis, etiã in tertio coniugarunt. Exempla paſſim apud poëtas extant. Ara caſtis uincta uerbenis] Nam ſuper ara uerbenas apponebant facturi ſacra, quæ fauſta in omnibus ſacris ſunt habitæ, quas ex loco ſacro decerpere conueniebat. Cuncta feſtinat manus] Omnis turba famulorũ properat, & in apparando conuiuio ſollicita & occupata eſt. Huc & illuc curſi] Per hypotypoſin pulchrè miniſtrantiũ ſtudiũ deſcribit, & futuri conuiuij magnificentiam oſtendit. Sordidum flammæ] Elegans fumantis culinæ deſcriptio. Vt tamen noris, quib. aduoceris gaudijs] Certiorem reddit mulierem, quare ad tam ſplendidum conuiuium eam uocet, uidelicet quia dies natalis Mecœnatis ſit agendus, quo amicas inuitabant, quòd in eius diei ſacrificio licebat uoluptatibus operã dare. Gaudijs] Erant enim hilaritatis & lætitiæ pleni natales. Idus] Videlicet aprileis, quibus natus eſt Mecœnas meus. Menſem Veneris] Veneri conſecratũ à Romulo, quòd ab ea maternum genus ſuum cognouerat ortum. Ouidius:

„ Sic Venerem gradibus multis in gente receptam
„ Alterius uoluit menſis habere locum.

Marinæ] E ſpuma maris natæ, & ſanguine teſticulorum Cœli patris, quos Saturnus ei falce abſcidiſſe, et in mare proieciſſe fingitur. Vnde etiam ἀφροδίτη, denominata eſt. Findit] Diuidit. Et hinc Idus uocari placuit diem illum: Iduare enim lingua Hetruſca diuidere eſt. Aprilem] Hunc menſem Romulus nominauit Aprilem, quaſi aperilẽ, eò quòd in illo, remotis nubibus, pruinis, ãc tempeſtatibus hybernis, cœlũ, terra, & mare nautis, agricolis, & horoſcopis aperiatur: arbores quoq; & herbæ in germen, ſed & animãtia quæque in prolẽ ſe aperire incipiant. Autor eſt Macrobius. Iure] Meritò, quia præſidij & columinis mei Mecœnatis natalis. Solẽnis] Quotannis ſumma lætitia & certa obſeruatione colendus. Sanctior penè natali proprio] Sic Iuuenalis:

„ Natali Coruine, die mihi dulcior hæc lux.

Ordinat annos] Annos ætatis ſuæ numerare incipit. Telephum quem tu petis] Per occupationẽ oſtendit, eam fruſtrà ambire Telephum iuuenem, quòd hunc alia puella, longè ditior & formoſior totũ occupet, & uinculo amoris ita ligatum teneat, ut liberari nolit. Grata cõpede uinctum] Alludit ad prouerbiũ: χρυσαῖ πέδαι, id eſt, aureæ cõpedes, Prouerbiali metaphora dicitur ſeruitus ſplendida & amabilis, qualis eſt ferè aulicorũ uita. Diogenes in epiſtola quadam ſcriptũ reliquit, Ariſtippum in aula regia aureis teneri compedibus, ne poſſet auolare. Seneca in dialogo quodam affectus & rationis: Stulti eſt, inquit, cõpedes ſuas, quãuis aureas, amare, Loquitur de uxore formoſa. Eraſ. Terret ambuſtus Phaëton auaras ſpes] Exemplo Phaëtontis & Bellerophontis monet amicam, ne altiora quàm pro ſua ſorte, petat. Ambuſtus Phaëton] Phaëton filius fuit Solis & Clymenes. Hic cùm Solis currum regendum à patre impetraſſet, & non modò terras, ſed cœlum etiam, gubernandi equos imperitus, cõbureret, fulmine Iouis in Padum flumen præcipitatus eſt, & dignas ſuæ temeritatis pœnas dedit, quòd munus maius, quàm pro uiribus, adminiſtrandũ ſuſcepiſſet. Hanc fabulam prolixè tractat Ouid. lib. 2. Metamorph. Exemplũ graue præbet ales Pegaſus] Pegaſus reliquit nobis exemplũ in Bellerophonte, quem ob nimiã audaciã excuſſit, ne quis altius ſe, quàm pro ſua ſorte efferat. Cùm enim ex rerum felici ſucceſſu ſuperbiret Bellerophon, & in cœlum quoq; cum Pegaſo ſubuolare tentaret, Iupiter euiſmodi audaciã ægrè ferens, œſtrũ Pegaſo immiſit, à quo agitatus Bellerophontem excuſſit. Semper ut te digna ſequare] Vt perpetuò in memoria habeas Delphicã illam inſcriptionẽ: γνῶθι σεαυτόν. In quo modeſtiæ, mediocritatiſq; commendatio eſt, ne nobis uel maiora, uel etiã indigna ſequamur, autore Eraſmo. Et ultra quàm licet, &c.] Perſuaſum habens, illicitũ eſſe ac ſtolidũ, maiora, quàm poſsis aſſequi, tibi polliceri, & mani ſpe flagrare. Diſparem uites] Potentiorẽ te fugias, quia inter inæquales nunquã firma cõciliatur amicitia, ſed æqualis æqualẽ delectat. Ouid.

„ Quàm malè inæquales ueniunt ad aratra iuuenci,
„ Tam premitur magno coniuge nupta minor.

Meorum finis amorum] Quò facilius perſuadeat Phyllidi, pollicetur ſe eam perpetuò & ſolam amaturũ. Minuentur atræ carmine curæ] Olympius Ecloga 4.

„ —Leuant & carmina curas.

THEOD. PVLM. } 29 Vete] Vitæ, in G. ſupra adſcriptũ fuit, de quo iudicet Lector. 35 —minuentur atræ Carmine curæ] Atræ, id eſt, triſtes, quòd niger color infauſtus ſit. ſic Homer. μελαίνας ὀδύνας, dixit. Vide Turneb. lib. 4. cap. 14. & Annotat. ad uerſum 40. lib. 3. Carm. 1.

GEORG. FABR. } Inuitat Phyllidem ad lætitiam, in natali Mecœnatis, quo illam ſplendidè excepturus ſit: & dehortatur ab amore, cuius ſit nullum fructum perceptura, accuſans primũ temeritatis, quod petat Telephum, qui amet magis diuitem & ſpecioſam: mox imprudentiæ, quod iuuenem ſequatur, ab ipſius amore abhorrentem. Docet igitur ea, quæ temporibus, ætatiq; conueniũt, eſſe ſequenda: quæ cũ iiſdẽ pugnant, & diſconueniunt, omittenda. Amor uerus eſt, in coniunctione animorum & ſtudiorum.

IOD. BAD. ASCENS. } Eſt mihi] Feſtiuè inuitat Phyllida ad ſe uenire reiecta ſpe de Thelepho puero pulchro, diuite & docto, dicẽs. O Phylli cadus plenus Albani ſup] Vini ſuperantis nonum annum, & ita uetuſtate cõmendabile. Eſt mihi] Id eſt, habeo ipſum, & apium, id eſt, herba coronis apta: nã Eſt apium] Dictũ quod apex hoc ferre ſolebat Victoris: Veterum fieret dum more triumphus & Multa uis] Id eſt, copia hederæ illius herbæ, qua in honorẽ Bacchi coronabantur poëtæ & poturi eſt mihi Coronis nectendis] Id eſt, ad nectendas coronas. Qua tu fulges] Id eſt, fulgebis. Eſt enim hic futuri temporis tertiæ coniugationis. nam à ſecunda depoſito eſt, fiunt tertiæ uerba. ut feruco & feruo, &c. Religata] .i. habẽs religatos crines. Domus ridet] Id eſt, feſtiuitatẽ oſtentat. Argento] .i. uaſis Argenteis. Ara uincta uerbenis caſtis] .i. herbis ad ſacrificiũ aptis. Auet] .i. cupit. Spargier] .i. cõſpergi. Agno immolato] .i. ſanguine eius imbui. Cuncta manus] Scil. Famulorũ Feſtinat] Scil. præparare conuiuiũ. Puellæ mixtæ pueris curſitant huc & illuc, & flãmæ trepidant rotãtes] .i. uoluentes. Vertice] .i. ſupra uerticẽ, aut à uertice, fumũ ſordidũ. Vt tamen noris quibus gaudijs] Id eſt, ad

quæ gaudia aduoceris. Idus] *Scil. Aprilis ſunt agendæ* Tibi] *Sup. mecum.* Qui dies] *Scil. Iduū.* Findit] *Id eſt, diuidit Aprilem menſem* Veneris marinæ] *i. quo Veneri ſacra fiebant, exiſtens* Iure] *ſi. merito.* Solennis mihi & ſanctior]. *i. celebratior.* Pene] *i. quaſi.* Natali proprio] *Id eſt, quàm ſit natalis proprius.* Quod Mecœnas meus] *Scil. Patronus ac amicus ac præſes.* Ordinat] *i. ex ordine inchoat.* Ex hac luce] *i. die.* Annos affluentes] *i. accreſcentes, quia cū illi natalis ſit, quotiens redit annū apponit, unde & Perſius. Qui tibi labentes apponit candidus annos. Ne aūt dicat Phyllis ſe nolle abs Telepho abire: ait, puella diues & laſciua occupauit Thelephum iuuenem* Non tuæ ſortis] *i. conditionis & fortunæ, & tenet* Vinctum cōpede grata]. *i. accepta illi. Et ne ſperet recōciliari ait. Phaëton filius Solis & Clymenes.* Ambuſtus] *Dum currū Solis imprudenter regendū accepiſſet.* Terret ſpes auaras] *Id eſt, ultra meritum & poſſe.* Pegaſus ales] *Id eſt, alatus equus.* Grauatus] *Scil. temerario pondere, præbet Bellerophontem* Equum terrenum] *Id eſt, qui non in aëre, ſed in terra equitare debebat.* Graue] *Id eſt, magni momēti exemplū Man emellus uult grauatus actiuè ſumi.* Vt ſic grauatus] *Id eſt, grauiter ferens equitem terrenū, &c.* Vt ſequare ſemper te digna] *Id eſt, non uiliora, &* Vt putando te nephas] *Sup. eſſe ſperare ultra, quàm licet.* Vites diſparem] *Id eſt, longè præſtantiorem, age tu iam finis meorū amorū.* Non enim calebo] *Scil. per amorem.* Poſt hac] *Id eſt, deinceps* Alia fœmina] *Scilicet, quàm te* Condiſce modos] *Id eſt, uerſus meos.* Quos aut quo] *Id eſt, ut reddas eos uoce* Amanda] *Id eſt, delectabili.* Nam curæ atræ] *Id eſt, te urentes amore Thelephi.* Minuentur carmine]. *i. canēdo.*

ANT. MAN. } *Hac Ode Phyllida inuocat. ut ſecum Mecœnatis natale celebrare uelit: nec ſperet Thelephum amplecti poſſe. Ille namq; à ditiore puella tenetur. Itaq; Horatiū ipſum eius amatorem potiùs adire debet.* Eſt mihi nonū] *Ode eſt ſimilis ſecundæ. Apium de hoc latè ſuperius.* Hederæ uis] *Plinius lib. 24. capitulo 39. ſcribit quod Hædera mentem turbat, purgatq; caput largiùs pota, Neruis intus nocet, iiſdem neruis adhibita prodeſt, omnia genera eius refrigerant. Sunt autem genera 20. urinā ciunt potu, capitis dolorem ſedant, præcipuè cerebro ſuccus hederæ, tædium narium, graueolentiamq; emendat, præcipuè Albæ ſatiuæ. Idem infuſus naribus caput purgat. Acini, qui croci ſuccū habent præſumpti potu, à crapula tutos præſtant, denigrant capillum corymbi. hæc ex Plin. ubi & tu ipſe plurima legito. Religata quum* Veneris] *Scilicet, Verberibus de iis ſuperius latè.* Manus] *Miniſtrorum, ſcilicet Agendæ celebrandæ.* Findit Aprilem] *Idus enim uocamus diem, qui diuidit menſem. Iduare namq; Hetruſca lingua diuidere eſt unde uidua, quaſi ualde Idua, id eſt, ualde diuiſa, aut* Vidua] *Id eſt, à uiro diuiſa. ut autem Idus omnes Ioui, ita Calendas omnes Iunonī tributas confirmant ut ſcribit. Macrob. lib. 1 Sat.* Marinæ Veneris menſem] *De Aprili multa Macrobius lib. 1. Sat. inter quæ ait. Verrium Flaccū aſſerere in Aprili conſtitutū, ut Matronæ Venerī ſacrum facerent. Multa item Varro, & Naſo lib. 3. Faſtorum.*

„ *Telephon erat is quem Phyllis amabat.*

Horatius eum cū ditiore puella eſſe dicit, ut eam ad ſe facilius alliciat. Sortis] *Fortunæ & conditionis.* Compede] *Amoris uinculo.* Terret ambuſtus] *Phaëtontis & Bellerophontis exemplo oſtendit ardua & ſublimia ſperanda non eſſe. nam ſæpe id obfuit. hinc Telephum minimè ſperare debet Phyllis, ſed illa tantum, quæ ſunt ea digna.* Auaras ſpes] *Id eſt, ingentes & cupidas nimium & illicitas.* Ales Pegaſus] *Superiùs dictum eſt de hoc, & Bellerophonte, qui auſus in Pegaſo ipſo ſedere, aſcendit aëra, indéq; cecidit. de quo Hyginius etiam.* Grauatus] *Grauiter ferens* Diſparem tibi] *Non enim amori tuo reſpondet uti ego.* Finis amorū] *Conſtituerat enim poëta poſt hanc nullam ardere.* Curæ quas] *Scilicet, ex Telepho concipis.*

ODE XII. AD VIRGILIVM NEGOTIATOREM.

Paraeneticé.

Ode XII. Dicolos tetraſtrophos, ut: Scriberis Vario, fortis & hoſtium.

— — — ᴗ ᴗ — — ᴗ ᴗ — ᴗ —
— — — ᴗ ᴗ — — ᴗ ᴗ — ᴗ —
— — — ᴗ ᴗ — — ᴗ ᴗ — ᴗ —
— — — ᴗ ᴗ — ᴗ —

ARGVMENTVM IN ODEN XII.

Luculenta Veris deſcriptio, quum uidelicet flare incipiunt Eteſiæ uenti, & hirundines nidulari, & paſtores apud gregē in herbis canere, quo inuitat Virgilium Myropolam, ut æſtu iam adpetente, & ſitim prouocante, ad comparationem, ſed ea conditione, ut ſi Calenum uelit bibere unguento redimat, ſe enim non poſſe id gratis ob paupertatem præbere.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Ob uerni temporis amœnitatem & calores ſitim adducentes, Virgilium uocat ad conuiuium, ſed ea lege, ut pro Symbolo adferat unguentum, quo præſtantia uina redimat, ſe enim pauperem non poſſe hæc gratis dare, ſicut diuites.

COMMENTARIA.

ACRON.

IAM ueris comites quæ mare temperāt] *Ad Virgilium negotiatorem ſcribit, admonēs ueris tempus aptum nauigio. Vſitatum autem poëtis, eſt animas flatus uentorum dicere, dum ad Græcum uocabulum referunt animas, ut:*

„ *Quantum ignes animæq; ualent.*

Temperant] *Tranquillū reddunt.* Lintea] *Vela.* Iam nec prata rigent] *Ipſo enim tēpore, & hyems clauditur, & Veris amœnitas aperitur, quo Fauonius cœperit flare.* Ityn] *Itys filius fuit Prognes, quem occidit culpa Terei.* Flebiliter gemens Infœlix auis] *Progne enim uerſa eſt in hirundinem.*

IAM ueris comites, quæ mare temperant,
Impellūt animæ lintea Thraciæ (ſtrepunt
Iam nec prata rigant, nec fluuij
Hiberna niue turgidi.

Cecropiæ domus] *Cecrops dux fuit Athenienſium. Athenienſes enim fuerunt Tereus & Progne. Per Prognem uerò hirundinem ſignificat, quæ eo tempore apparet. Nota hiſtoria eſt, quòd pro ſtupro ſororis Philomelæ ad uindictā filium Terei occiderit Progne, & fuit pœna peior peccato, cùm committitur parricidium propter inceſtum. Vnde Tereus comperto facinore, dum ambas inſequitur, ipſe in upupam dicitur mutatus, illæ fugientes in hirundinem & luſciniam.* Aeternum opprobrium] *In domo enim Cecropis, hoc eſt, factum ſcelus.* In tenero gramine] *Vt,*

„ *Cum ros in tenera pecori gratiſſimus herbæ.*

Cuſtodes ouium carmina] *Carmina Pana ſignificāt à quo fiſtula Pandrium dicitur murmura, ut:*

„ *Pan*

„ Pan primus calamos cera con-
iungere plures
„ Inſtituit. ——

Deum] Pana, ut: Pan curat oues, ouiumq́ magiſtros. Adduxêre ſitim tempora] Sitim pro æſtate poſuit. Preſſum Calibus ducere Liberum] Calenum uinum ducere, id eſt, bibere. Cliens] Aut Auguſti, aut priuignorũ eius Neronum, aut Mecœnatis dicit. Nardo uina merebere] Iocularitèr nunc ſe Calenum uinum prolaturum promittit, ſi unguentum acceperit. Si dederis, inquit nardum, tibi datur uinũ à me. Nardi paruus onyx] Onyx metallum eſt gemmæ ſimile. De hoc ad unguenta odorata, parua fiebãt uaſa, de quo Lucanus ad oſtentationem luxus.

„ Totaq́ effuſus in aula calca-
batur onyx.

Qui nunc Sulpitijs] Sulpitia horrea dicebantur, ubi nunc Galbæ, illic hordeũ condi cõſueuerat. Spes

Nidum ponit, Itym flebiliter gemens,
Infœlix auis, & Cecropiæ domus,
Aeternũ opprobriũ, quòd malè Barbaras
Regum eſt ulta libidines.
Dicunt in tenero gramine pinguium
Cuſtodes ouium carmina fiſtula:
Delectantq́ Deum, cui pecus, & nigri
Colles Arcadiæ placent.
Adduxêre ſitim tempora Virgili,
Sed, preſſum Calibus ducere Liberum
Si geſtis, iuuenum nobilium cliens,
Nardo uina merebere.
Nardi paruus onyx eliciet cadum,
Qui nunc Sulpitij accubat horreis,
Spes donare nouas largus, amaraq́
Curarum eluere efficax.
Ad quæ ſi properas gaudia, cum tua
Velox merce ueni. non ego te meis
Immunem meditor tingere poculis,
Plena diues ut in domo.
Verùm pone moras, & ſtudium lucri,
Nigrorumq́ memor, dum licet, ignium
Miſce ſtultitiam conſilijs breuem.
Dulce eſt deſipere in loco.

pter frigiditatẽ ſunt, ſed de Eteſiis. Excitãtur enim in caloribus circa meridianũ tẽpus uenti quidẽ lenes & temperati. Iſti in Ponto flant à ſeptẽtrione. In Aphrica atq; Hiſpania ab Oriente. In reliquis partib. à meridie. Eteſiæ neq; diphthongũ habẽt, neq; aſpirationẽ aliquã. Auis infœlix] Hirundinẽ intelligit, quæ Progne fuit Pandionis Atheniẽſis regis filia, & Therei coniunx. Quæ cũ maritus ſuã Philomenã per uim conſtupraſſet, & deinde ne rẽ proferret linguã ſibi abſcidiſſet, Ithym filiũ cõmunẽ interemit, atq; patri epulandũ poſuit. Ipſa ergo in hirundinẽ, maritus in upupã, filius in phaſianũ auẽ, Philomena in luſciniam mutati ſunt. Opprobriũ] Quia cõtra Athenienſiũ mores immanẽ crudelitatẽ exercuit: filiũ inſontem interimens. Barbaras libidines] Quaſi efferatas libidines. Tenero] Nuper nato. Carmina] In honorẽ Panos. Fiſtula] Deum ſcilicet Pana. Nigri] Vmbroſi propter ſyluas. Archadiæ] Ibi enim præcipuè colitur. Virg.

„ Pan Deus Archadiæ mecum ſi iudice certet.

Liberum] Vinum. Cliens nobilium] Nam unguẽta inferioris fortunæ homines non emunt, ſed nobiles. Geſtis] Cupis. Nardo] Vnguento ex nardo. Sententia eſt, ſi cupis apud me optime uina bibere, afferto optimũ unguentum. Onyx] Græcum uerbum eſt & unguem ſignificat. Sed & lapidis ſpecies eſt, cuius color candidus apparet læto rubore in unguis humani ſimilitudinẽ ſuffuſus. Ex hoc uaſcula fiunt ad unguenta ſeruanda. Ergo parũ unguenti multum uinum eliciet. Horreis] Quamuis loca propria ſint ubi condantur fruges à ſpicarum horrore dicta, quia priſci eas in ſpicis condebant, tamen & de uino & de oleo dicuntur. Dicit autem Acron ibi ſupplicia fuiſſe horrea, ubi deinde fuerunt galbæ. Largus] Liberalis. Donare] Ad donandum. Nouas] Magnas, uel inſolitas. Amara] Amaritudines. Vt diues in plena domo] Nam qui diues eſt, uinũ gratis præbere poteſt. Nigrorum igniũ] Id mortis, nam rogos quibus defuncti utuntur, nigros ignes appellat. Miſce breuem ſtultitiam] Nam prudẽtis eſt in loco deſipere, modò breuiter fiat. Non ergo eſt ſtultitia, ſed uidetur.

donare nouas] Cadus, ſupple, maiora enim ſibi per licẽtiam poti promittere ſperando cõſueuerant. Efficax] Potens, qui largitate ſua curas expellat. Ad quæ ſi properas gaudia] Vt ſuprà dixi, id eſt, pocula non dabuntur tibi, niſi & tu ad me inuicẽ merces, ampullam detuleris unguenti. Immunem] Si Veneris ſine munere. Tingere] Id eſt, madefacere. Plena diues ut in domo] Vt gratis paſcam, ſicut diuites conſueuerunt. Nigrorumq́ memor, dũ licet ignium] Lugubrium ignium, ut memor mortis lætitiam non recuſet. Miſce ſtultitiam conſilijs breuem] Breuis temporis ocium. Dulce eſt deſipere in loco] Id eſt, iucundum eſt à ſeueritate aliquando diſcedere.

PORPHYR. } Iam ueris comites] Virgiliũ alloquitur, iterũ & annuũ ueris tempus deſcribit. Cæterũ animas pro flatibus uentorum uſitatiſſimum eſt poëtis, ſic denique Virg. ait:

„ Quantum ignes animæq́ ualent.

Iam nec prata rigent, &c.] Atqui ueris tempore intumeſcere flumina incipiunt. Nidum ponit] Adultũ iam ueris tẽpus uult intelligi, quoniã nix omnis elapſa eſt. Infœlix auis] Prognẽ, ac per hoc hirundinẽ ſignat. Cecropiæ domus] Cecropia domus, quoniã Athenienſes fuerunt, Cecrops autẽ Athenienſium dux. Regũ eſt ulta libidines] Nota hiſtoria eſt: Progne obſtupratam & linguа debilitatã Philomelam ſororẽ, à Tereo marito filium ſibi communem & illi, Itym nomine occidit, & epulandũ imprudenti appoſuit, deinde palam facto facinore, cùm fugeret cum ſorore infeſtũ maritũ in hirundinẽ & luſciniã transfiguratas eſſe fingunt, ipſum quoq; Tereum in upupã auẽ conuerſum. Cui pecus] Pana paſtoralem Arcadiæ Deum eſſe ſignat. Iuuenũ nobilium] Auguſti, Mecœnatis, aut nobiliũ Neronum, priuignorũ Auguſti dicit. Paruus onyx] Onyx genus ampullæ marmoreæ, iocularitèr aũt dicit: Si attuleris eo unguentum, demum ego proferã uinum Calenũ. Qui nunc Sulpitijs] Sulpitij Galbæ horrea dicit, hodieq́ aũt Galbæ horrea uino & oleo, ſimilibusq́ alijs referta ſunt. Spes donare nouas] Cadus, ſcilicet: Potulentos aũt ſcimus plerũq; maiora ſperare. Cum tua Velox merce ueni] Cũ ampulla unguenti, ſcilicet. Plena diues ut in domo] Vt ſcis diues ſum, & in domum meam omniũ rerum plenam te inuitem. Nigrorum igniũ] Funebrium dicit, quaſi lugubrium ignium. Miſce ſtultitiam conſilijs breuem] Breuem ſtultitiam, hoc eſt, breuis temporis.

CHRIST. LAND. } Iam ueris comites] Deſcribit uer. Neq; eſt carmen ad Virg. poëtam, ſed Myropolam. Animæ] Venti, Virg.

„ Quantum ignes animæq́ ualent.

Thraciæ] Non de ſeptentrionalib. uentis intelligit, qui aſperi pro-

ERAS. ROT } Immunem] Immunem Latini uocant quem ἀσύμβολον Græci nempe eum, qui nihil confert ad conuiuium. Eraſmus in prouerbijs. Immunem uenire.

IOAN. HART. } Impellunt animæ lintea Thraciæ] Id eſt, uenti, auræ, Græcum eſt. Nam ἄνεμος Græcè uentum ſignificat. Celata uirtus] Prouerb. Occultæ Muſices nullus uſus.

HENR. GLAR } Iam Veris comites, quæ mare temperant] Mancinellus hoc de Ornithijs intelligit, ex uerbis Columellæ lib. 11. cap. 2. de eiuſdẽ uentis. Nã & hic poëta de hirundine meminit, ut Columella. Porphyrio aũt adultũ iam ueris tẽpus poëtam deſcribere ait. quod ex eo patet, Adducere ſitim tempora Vergili. Quod de 10. Calend. Mart. quando Ornithiæ flare incipiunt, ac per triginta dies durãt, uix intelligi poteſt. Quare Landinus de Eteſijs hoc dictũ exiſtimat. Verũ cũ Eteſiæ Calend. Auguſti incipiãt flare, ac itidẽ per triginta dies durent, nõ uidetur hoc de hirundine quadrare. Nidũ ponit Ityn flebiliter gemens infœlix auis. Ego de Ornithijs intelligere cũ Mãcinello malim, & cum Porphyrione adultũ Ver intelligere. Tempus aũt Ornithiarũ non ad amuſſim à poëta obſeruatũ, ſed præteritis non ita pridẽ credo uſum, perinde atq; præſentib. uel propter carmẽ, uel quia ita libuit. Porrò hanc Oden ad Virgil. ſcribit, negociatorẽ, ut ait Acro: Myropolã, ut Landinus: Poëtã, ut alij. Ego poëtã uix credo hanc Oden ſcriptã: uidetur enim obliquè taxare, ut ſolet, unguentarij auaritiam, cùm ait

„ *Verum pone moras, & ſtudium lucri:*

Niſi quis & hæc iocalariter dicta intelligat, ut præcedentia pleraque. —tis Cecropiæ domus. Aeternū opprobriū] *Hic Acro, Cecrops inquit, Dux fuit Athenienſium: Athenienſes enim fuerunt Tereus, & Progne. Hæc ille.* Tereus Thraciæ Tyrannus ab Ouid. *dicitur, Athenis'ne an alibi natus, ignotū. Ad idem pertinet, quod paulò pòſt idem Acro ait, in domo Cecropis hoc factū ſcelus cum in Thracia: quanquam per filiam Cecropis, Strabo in Daulide. ſed hæc non ſunt tanti.*

HERMAN. FIG. } Iā veris comites, quæ mare, &c.] *Elegās ueris temporis deſcriptio. Quo nautæ denuò ingrediuntur mare, terra aperitur, flumina ſubſidunt, aues cubilia, nidoſq́; conſtruūt, paſtores ad paſtū pecus educunt.* Impellūt animæ lintea] *Hoc eſt, uenti uela impellūt. Intelligit aūt Ornythias, quæ poſt brumam uno & ſeptuageſimo die incipiunt flare. Sic enim inquit Plin. Fauonium quidam ad 7. Calend. Mart. Chelydoniā uocant, ab hirundinis uiſu, nonnulli uerò Ornythiam, uno & ſeptuageſimo die poſt brumā, ab aduentu auium, flantem per dies nouem. Idem etiā ait Ariſtoteles:* ἰβδ μην. να γαρ ἄρχ... *.* Iam nec prata rident] *Nec prata canis albicant pruinis.* Nec fluuij ſtrepūt] *Decreſcentia ripas flumina prætereunt.* Hyberna niue turgidi] Quia diffugêre niues. Nidū ponit infœlix auis] *Hirundinis eſt* περιφρασις, *quæ nuntia eſt Veris. Nā hyeme deuolat, uere reuertitur. Vnde natum eſt uulgò prouerbiū: Vna hirundo non facit uer.* Itym flebiliter gemēs] *Alludit ad fabulam de Progne Pandionis Athenarū regis filia, in hirundinē uerſa. Cùm enim Tereus maritus per uim ſtupraſſet Philomelā ſororē ipſius, irata Progne, Itym filiū occidit, eiuſq́; carnes coctas patri comedendas appoſuit. Et cùm inter cœnandū pater ſæpius uocaret Itym, Philomela proſiliens, caput filij in patrē coniecit. Quare Tereus, dum utramq́; ſtricto gladio perſequitur, in upupā miſeratione Deorū mutatus, Progne aūt in hirundinē, Philomela in ſui nominis auem conuerſa dicitur. Copioſè hanc fabulam ſcribit Ouid. lib. 6. Transform.* Cecropiæ domus] *Vrbis Athenarū, quam in Attide Cecrops Aegyptius cōdidiſſe, & primus ibidē regnaſſe dicitur. Ante Deucalionis tēpora, inquit Iuſtin. regē habuere Cecropem, quē, ut omnis antiquitas fabulata eſt, biformē prodidere, quia primus marem fœminæ matrimonio iunxit.* Aeternū opprobrium] *Perpetuū dedecus & ignominia, quòd tam ſceleſtū ac crudele facinus cōmiſiſſet in ea urbe, quæ domus eſt ſemper habita omnis doctrinæ: quæ literarū ac facūdiæ, & ciuilis diſciplinæ ueluti templum fuit.* Malè] Quia innocentis *filij morte.* Barbaras regum libidines] *Nefandam Terei regis barbari libidinem, quem Philomela per uim modò ab eo ſtuprata, his uerbis increpat:*

„ *—— O' diris barbare factis,*
„ *O' crudelis ait, nec te mandata parentis*
„ *Cum lachrymis mouere pijs, nec cura ſororis,*
„ *Nec mea uirginitas, nec coniugalia iura,*
„ *Omnia turbaſti. —* Ouid. lib. 6. Metamorph.

Deū cui pecus, & nigri colles Arcadiæ] *Periphraſis eſt Panis. Is enim Deus eſt paſtorū, & cuſtos pecorum, qui in Lyceo ac Mænalo montibus, ac tota Arcadia colebatur. Hic primus fiſtulam ſeptem diſparibus calamis compoſuit. Virg.*

„ *Pan primus calamos cera coniungere plures*
„ *Inſtituit: Pan curat oues, ouiumq́; magiſtros.*

Sed preſſum Calib. ducere Liberum] *Verùm ſi cupis uinum Calenū bibere, mercibus tibi redimendum erit.* Nardo] *Vnguento. Nardi foliū principale eſt in unguentis, ut ait Plin. Frutex eſt graui & craſſa radice, ſed breui ac nigra, fragiliq́;, quamuis pingui, ſitum redolente, ut cyperi, aſpero ſapore, folio paruo, denſoq́;. Et lib. 13. ſcribit, Nardinum unguentum, ſiue foliatum, conſtare omphacio, balanino, iunco, coſto, nardo, amomo, myrrha, balſamo.* Onyx] *Vas unguentarium, ex Onyche lapide factum.* Sulpicijs accubat horreis] *Qui in cellis uinarijs Sulpicij recumbit.* Spes donare nouas largus] *Nam uinum ſpes iubet eſſe ratas.* Amaraque curarum eluere efficax] *Triſtitiam & ſolicitudinem pellere ualens.* Ouid.

„ *Tunc fugiunt curæ, rugaq́; frontis abit.*

Immunem] *Immunem Latini uocant, quem* ἀσύμβολον *Græci, nempe eum, qui nihil confert ad conuiuium. Sed pluſculum habebit gratiæ, ſi transferatur ad res animi, puta doctrinam, uerſus, aut ſimile quippiam. Aulus Gellius lib. 6. cap. 13. indicat, uocem hanc in prouerbium abijſſe: Ne omnino, ut dicitur, immunes & aſymboli ueniremus, conuectabamus ad cœnulam, nō cupedias ciborum, ſed argutias quæſtionum. Eraſmus.* Nigrorumq́; memor, dum licet ignium] *Memor mortis, res ſerias & graues cum iocoſis & leuibus tempera, & prudentiam ſtultitia miſce dum licet: nam iucundum eſt in loco deſipere.*

THEOD. PVLM. } 2 Animæ] *Id eſt,* uenti auræ. 5 Ityn] Itym, *editio Aldina.* 16 Merebere] Mereberis, *Lambini quidā libri.* 3 Tingere] Tinguere, *H.B.*

GEORG. FABR. } *Occaſione ueris adulti, uocat amicum ad conuiuium & animi remiſſionem: ut curis depoſitis bene ſibi ipſe faciat, nec tamen immunis, ac ſine ſymbolo ad ſe accedat. Ratio tractandi amicum ſi pauper inuitet diuitem. Ipſe pollicetur uinum, amicum diuitem & copioſum poſcit unguenta. Eadem tractata ſunt, 3, 29. ad Mecœnatem.*

IOD. BAD. ASCENS. } Iam ueris comites] *Vrbaniſſimè & doctiſſimè, utpote poëtarum doctiſſimum Vergilium Maronem ex ueris aduentu ad uoluptatem inuitat, dicens.* Animæ] *Id eſt, uenti Thraciæ, id eſt, Ornythiæ dictæ, quod à Thracia flantes aues aducebant, appoſitiuè.* Comites ueris] *Id eſt, quæ comitantur uer & adueniunt cum uere.* Quæ temperant] *Id eſt, ſedant mare.* Impellunt iam lintea] *Id eſt, uela linea, hoc eſſe flare incipiunt, & ita uerna eſt tempeſtas.* Iam nec prata rigent] *Id eſt, aſpera non ſunt amplius gelu, nec fluuij ſtrepunt turgidi.* Niue hyberna] *Id eſt, hyemali.* Auis infœlix] *Id eſt, miſerabilis, ſcilicet, hirundo ex Progne facta.* Ponit] *Id eſt, conſtruit ex luto nidum.* Gemens flebiliter Ityn] *Scilicet filiū, quem Tereo patri epulandum appoſuerat, & exiſtens æternum opprobrium domus.* Cecropiæ] *Id eſt, Athenienſ. regiæ, quod malè, id eſt, cum malo ſuo eſt ulta.* Barbaras] *Id eſt, inceſtas libidines.* Regum] *Id eſt, ipſius Terei regis Thraciæ, qui ſororem coniugis ſuæ Philomelam uitiauit: unde dolet, quod non potiùs patrem, quàm filium trucidauerit. Bene autem ad pluralem tranſit, cùm de uno loquatur, quia amantes in uno læſi omnes, aut multos accuſant. Comicus. Non poſſum perpeti meretricum contumelias, de una Thaide loquens. Venus apud Virg. Aeneid. 1.*

„ *Nauibus infandum amiſſis:*

Cùm una tantum amiſſa eſſet. Dido eiuſdem 4.

„ *Nuſquam tuta fides.*

Cùm à ſolo Aenea uideretur decepta. Cuſtos] *Pinguium ouium dicunt fiſtula, carmina in tenero gramine, &* Delectant deum] *Scilicet pana, cui pecus & colles nigri, id eſt, umbroſi.* Arcadiæ placent] *Id aptè, commemorat, quia Vergilius iam Buc. cecinerat.* O' Vergili tempora adduxêre ſitim] *Quia calorem unde ſitis fit.* Sed ſi geſtis] *Id eſt, auidè cupis.* Ducere liberum] *Id eſt, uinum preſſum.* Calibus] *Id eſt, Calenum, à Calibus populis Campaniæ Italicæ preſſum.* Tu cliens] *Id eſt, cultor, & ſodalis iuuenum nobilium, qui ſe ungere ſolent.* Merebere uinum] *Scilicet mea.* Nardo] *Scilicet tuo ab illis obtēto.* Paruus onyx] *Id eſt, uaſculum ex Onyce nardi, id eſt, oppletum nardo.* Eliciet cadum] *Scilicet uini, qui accubat, id eſt, occultatur nunc horreis ſulpicijs, id eſt, cellarijs, quæ ſunt ad ea loca, quæ dicuntur Galbæ ſulpicij horrea exiſtens.* Largus donare ſpes nouas] *Id eſt, rerum non ſperatarum priuſquam eius uino, quis lætior effectus fuerit.* Efficax] *Id eſt, efficaciter potens.* Eluere] *Id eſt, abſtergere.* Amara] *Id eſt, amaritudines.* Curarum] Quia uinum bonum lætificat cor hominis. Ad quæ gaudia] *Scilicet bona, uina.* Si tu properas] *Id eſt, feſtinas uenire.* Veni cum tua merce] *Id eſt, Onyce unguenti nardini.* Ego non meditor tinguere] *Id eſt, irrigare meis poculis.* Te immunem] *Id eſt, nullum munus afferentem.* Vt] *Id eſt, tanquam ſim, aut ut faceret diues.* In domo plena] *Id eſt, opulenta, quaſi dicat, non muto te, niſi ſymbolū conferas.* Verum pone] *Id eſt, depone moras.* Et ſtudium lucri] Quia licet Onyx unguenti ſit minor, eſt tamē precioſior, & memor ignium

ignium nigrorum, id eſt, funeralium. Miſce] *Sup. tantiſper dum licet.* Stulticiam breuem conſilijs] *Scilicet, ſeueris, quia dulce eſt* Deſipere] *Id eſt, oſtendere ſe deſpicientem* In loco] *Id eſt, ubi opportunum eſt, ut inter ueros amicos. Prudenter autem dicit breuem, id eſt, breui duraturam & in loco. Et ſi dicas nullum locũ eſſe ſtulticiæ, concedam ſi inepta ſit & uitioſa, uerum ſtulticia accipitur hic pro hilaritate non ſimulata.*

ANTON. MANCIN. } *Vergilio ſcribens. Veris tempora explicat, inde illum ad conuiuia exhortatur, dicens, dulce eſſe quandoque deſipere loco & tempore.* Iam ueris comites] *Ode eſt ſimilis ſextæ.* Veris comites animæ Thraciæ] *Decimo enim Calend. Martij uenti ſeptentrionales, qui uocãtur Ornythiæ, per dies 30. eſſe ſolent: tum & hirundo aduenit. ita & Columella libro 11. cap. 2. ſcribit. De ijs igitur uentis poeta intelligit, nam ipſe quoque de hirundine meminit.* Animæ Thraciæ] *Id eſt, uenti illi Ornythiæ ſeptentrionales.* Infœlix auis] *Id eſt, hirundo.* Cecropiæ domus] *Pandion enim Athenarum rex Prognem & Philomenã genuit, quæ Progne Itim filium in Terei uiri ultionem peremit, ut latè patet in Met. Ouidij.* Deum Pana] *Scilicet, Adduxere ſitim, uidelicet calidi ueris aduentu.* Calibus] *Campaniæ populis. ubi Calenum uinum optimum, latiùs tamen ſuperiùs dictum eſt.* Cliens] *Is propriè dicitur, cuius cauſam aduocatus tuetur, & defendit, quaſi colens, ab colendis patronis: hic uerò Cliens accipitur domeſticus, & amicus, & comes, & iuuenum ſectator nobilium. qui uti & nobiles unguenta feret.* Nardo] *Nardino unguento, de quo ſuprà. Eſt autem ſenſus quod afferendo ſecum, nardi* Paruum Onychẽ] *Id eſt, uaſculum lucrabitur optima uina.* Onyx] *Naſcitur Onyx lapis in Arabiæ montibus & in Germania, potorijs uaſis inde factus primùm: deinde pedibus lectorum ſellisq́. Eo utrei & amphoræ magnitudinem Cadorum uſi ſunt, hunc aliqui lapidem Alabaſtriten uocant, quem cauant ad uaſa unguentaria, quoniam optimè ea incorrupta ſeruare dicitur. hæc & plura Plinius lib. 36. cap. 8. præterea, ut dicunt, alij ὄνυξ, ὄνυχος unguis dicitur, inde Onyx lapidis genus eo quod humano ungui ſit ſimilis.* Horreis] *Procellis uinarijs dixit.* Spes donare] *Optimo enim mero ſpes redit & laeticia.* Cum tua merce] *Cum tuo Nardi Onyche.* Immunẽ] *Sine aliquo munere tuo.* Diues ut] *Diuites enim & optima uina, & unguenta conuiuis præbent.*

Nigrorum ignium] *Funeralium, ſcilicet.* Conſilijs] *Id eſt, prudentiæ.*

ODE XIII. IN LYCEN ANUM.

Μεμπτικὴ.

Ode XIII. Tricolos tetraſtrophos, ut: Quis multa gracilis te puer in roſa.

— — — ∪ ∪ — — ∪ ∪ — ∪ —
— — — ∪ ∪ — — ∪ ∪ — ∪ ∪
— — — ∪ ∪ — —
— — — ∪ ∪ — ∪ —

ARGVMENTVM IN ODEN XIII.

Inſultat Lycæ meretrici, quam ſupra barbaram ac præfractam queſtus erat, quòd ſe inhumaniter excluſerat, & iuuenis inſolenter ſe geſſerat erga omneis amatores, uerùm iam uetula uiciſsim faſtidiretur ab ijs, quos olim tam ſuperbè reiecerat, dijs nimirum id agentibus, ut ad decrepitam ætatem, uelut in pœnam reſeruaretur.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Lycen meretricẽ à qua olim ſuperbè ſpretus & excluſus fuerat, nunc factam anum uiciſsim contemnit, & irridet: ſignificans eam propterea ad ſummam ſenectutem à Dis ſeruatam, ut ludibrio & deſpectui eſſet omnibus.

COMMENTARIA.

ACRON.

AVDIVERE Lyce] *Ad Lycen meretricem ſcribit, de cuius ſuperbia in tertio libro queſtus eſt, eò quòd anus facta contemnatur à iuuenibus, quorum amore antè plaudebat.* Vis formoſa uideri] *Vtrunq; in muliere anu turpiſsimum eſt, ut & formoſa uelit uideri. & laſciuire, & ideo addidit impudens.* Impudens] *Pro impudenter, nomen pro aduerbio poſuit.* Et cantu tremulo] *Tremulum uel ad uocẽ, uel ad ætatẽ retulit.* Cupidinẽ Lentum ſollicitas] *Iuuenũ, ſupple, qui ideo lentus eſt, quoniam tu eis ingrata es per ætatem.* Ille uirentis & Doctæ pſal. Chiæ] *Multũ decoram uult Chiam mulierem uideri, uel quòd uirenti ætate ſit, & docta pſallere, uel quòd genis, id eſt, facie pulchra ſit, & ideò cupidinẽ excubare in genis eius induxit.* Importunus enim tranſuolat aridas Quercus] *Per irriſionem, quercũ aridã uoluit anum mulierẽ intelligi, quas amorẽ dum feſtinat ad iuuenes, neceſſe eſt tranſuolare.* Luridi] *Nigri, ſquamoſi.* Quia te rugæ] *Vt:*

„ *Frontem obſcœnã rugis arat.*

Turpant] *Fœdant, ut:*

„ *Turpantem puluere crines.*

Et capitis niues] *Niuẽ pro canicie poſuit.* Nec Choæ referunt] *Choæ precioſæ, à loco. In hac enim inſula melior purpura tingitur.* Nec clari lapides] *Significat nec ueſtimentorũ cultu, nec gemmarũ precijs reuerti pulchritudinẽ, annis iam & ætate cõſumptã.* Incluſit] *Signauit, depoſuit, ſepeliuit. Incluſi enim, defuncti tumulo dicũtur.* Venus] *Venuſtas, cuius ab ea fugã ideo ſe ſimulat dolere, ut ei mærorẽ incitet maiorẽ.* Motus] *Saltatus. i. quid habes illius ætatis priſtinæ, aut quid tibi præteritæ gratiæ remanſit?* Surpuerat] *Syncope pro ſurripuerat, hoc eſt, alienũ amori fecerat.* Fœlix] *Pulchra.* Poſt Cyna.] *Poſt aut ad qualitatẽ ptinet, aut ad tẽpus. i. ſecunda pulchritudine à Cynara, ac poſt illã defunctã, tu ad amandũ elegantior.* Nota, &c.] *Probata & artifex.* Breues annos fata dederũt] *Tanquã quæ immatura ætate perierit.* Cornicis uetulæ] *Cornix enim diu dicitur uiuere, cui Lycen cõparat per longinquitatem uitæ.* Poſſent, &c.] *Vt quæ incenderat multũ ſuũ, ad uicẽ facis, in cinerem annis cõſumeretur ætatis, iuuenib. iã facta riſui. Et quòd facẽ dixerat, bene delapſam in cineres memorauit,*

AVDIVERE Lyce di mea uota: di
Audiuêre Lyce, fis anus, & tamẽ
Vis formoſa uideri:
Ludisq; & bibis impudẽs,
Et cãtu tremulo pota cupidinẽ
Lentum ſollicitas. ille uirentis, &
Doctæ pſallere Chiæ,
Pulchris excubat in genis.
Importunus enim tranſuolat aridas
Quercus, & refugit, te, quia luridi
Dentes, te quia rugæ
Turpant, & capitis niues.
Nec Coæ referunt iam tibi purpuræ,
Nec clari lapides tempora, quæ ſemel
Notis condita faſtis,
Incluſit uolucris dies.
Quò fugit Venus heu? quóue color decens,
Quò motus? quid habes illius, illius?

Quæ ſpirabat amores,
Quæ me ſurpuerat mihi.
Fœlix poſt Cynaram, notáq;, & artium
Gratarum facies? ſed Cynaræ breuis
Annos fata dederunt:
Seruatura diu parem
Cornicis uetulæ temporibus Lycen,
Poſſent ut iuuenes uiſere feruidi,
Multo non ſine riſu,
Delapſam in cineres facem.

uis. Delapſam in cineres facem] *Ita inquit, miſiſti pulchritudinem, ſicut fax conſumpta in cinerem.*

PORPH. } Audiuêre, &c.] *Ad Lycē loqtur, de cuius ſuperbia in tertio queſtus eſt, in illa Ode cuius initiū eſt: Extremū Tanaim ſi biberis Lyce. Ergo ſenectutē illi nūc opprobrat, per quā ingrata iuuenibus facta faſtiditur.* Et tamē Vis formoſa uideri, Ludis & bibis impudēs] *Illam laſciuire, ait, & ideò bene additū impudēs.* Cupidinē Lentū ſollicitas] *Qui ideo lentus eſt, quoniā in eis ingrata es, per ætatē.* Ille uirētis] *Cupido ſcilicet, ob multa aūt decorā eſſe Chiam uult intelligi, quòd uirenti ætate ſit, & docta ſit, & ideo Cupidinē ipſum in genis eius dixit excubare.* Importunus enim trāſuolat aridas Quercus] *Allegorice aridas quercus, pro ſenio affectas mulieres. & importunus io- cus* [illegible] *dicitur.* Nec Choæ referūt iam tibi purpuræ, Nec clari lapides] *Hoc eſt, quod ſuprà dixit, & tamē uis formoſa uideri: ſignificat enim illam puellari ſe ueſte & gēmis excolere.* Notis cōdita faſtis] *Quæ iā retro acta ſunt.* Quæ me ſurpuerat mihi] *Id eſt, ſurripuerat.* Fœlix poſt Cynarā notáq; & artiū Gratarum faces] *Poſt Cynarā utrū ad qualitatē pertinet, an ad tempus. i. ſecūda pulchritudine?* Delapſam in cineres facē] [illegible] *Illā aūt amoris facē delapſam, ait, in cineres, & conſumptam refrixiſſe.*

CHRIST. LAND. } Audiuêre Lyce &c.] *Mordaciſſimè inuehitur in mulierē, quæ hactenus quæ pulchra eſſet, et iuuenis, ſuperbiſſimè ſe erga amātes gerebat. Vtitur aūt ita ratione, ut affectū ſuum magis exprimat.* Fis anus] *Quod uotis à dijs petieram.* Ludis & bibis] *Quod iunioribus conceditur.* Tremulo] *Nā ex ſenectute uox intremiſcit.* Lentū] *Quia tardus eſt amor atq; piger in uetulas. Non eſt lentus natura ſua cupido, imo uelox. Sed in amorē uetulæ non poteſt, niſi lentè adoleſcētes excitare.* Excubat] *Vigilat. Excubare enim in re militari eſt cū extra caſtra nocturnæ uigiliæ habentur. Ergo in te lentus eſt cupido, in Chia uehemēs.* In genis] *In oculis, nā maximè ab oculis hauritur amor.* Pſallere] *Canere, unde pſalmus.* Importunus] *Scilicet tibi, quia ab illo contemneris.* Niues] *Pro canitie poſuit.* Aridas quercus] *Vt ſuprà pro uetula. Alluſit aūt ad ipſum Cupidinē, qui cū ales ſit, non ſidit, niſi in uiridi arbore.* Nec Choæ] *Sententia eſt quod ornatus ueſtiū, quo uteris nō reſtituet tibi iam elapſam iuuentutē. Choam aūt dixit ueſtē, qui in ea inſula tenuiſſimè ex bombice parabantur ueſtes. Quòd autem bombix & in Aſſyria, & in Choa inſula ſit, exprimit Plinius in hiſtoria naturali. Propert.*

„ *Quid iuuat ornato procedere uncta capillo*
„ *Et tenues Choa ueſte mouere ſinus.*

Venus] *Venuſtas.* Motus] *Agilitas corporis.* Quid habes illius] *Scil. Lyces quæ olim fuit, quaſi dicat, nihil omninò, quia toto immutata alia uideris ab illa Lyce quæ in me amores ſpirabat.* Surpuerat] *Pro ſurripuerat.* Fœlix] *Pulchra eadē ratione, qua beatū dicimus. Nā mulieres in pulchritudine ſummū bonū reponunt. Vel fortunata in amore, quoniā ad nutū omnia ſuccedebant.* Facies notáq; artium] *Quaſi multo & artificioſo cultu exornata, quaſi cui plus fuci, quàm natiuus decor cōferrent.* Sed fata] *Seruatura Lycem parem temporibus cornicis dederūt breues annos Cynaræ, Cornicē uerò aiunt Phyſici centeſimū annum excedere. Sed ne ſibi applaudat Lyce ex diuturna ætate, addit ea cauſa à fatis illam ſeruatam, ut iuuenes qui face illius ardebant, uideant ipſam facem penitùs exuſtam. Appellat autem facem ardentem, pulchritudinem mulieris, qua iuuentus in amorem accendebantur.*

ERAS. ROT. } Cornicis uetulæ tempori] *Viuacitatis cornicis in prouerbiū abijt, quod eſt, Cornice uiuacior, de uehementer Annoſis. Heſiodus nanq; Cornici noſtras ætates attribuit quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis. Eraſmus.*

HERM. FIG. } Audiuêre Lyce Di mea uota: Di, &c.] *Per conduplicationē uerba iterat, quo acrius inſultet, & inſolentiùs irrideat. Nā uehementer auditorem cōmouet eiuſmodi redintegratio uerbi, & uidetur maius efficit in contrario cauſa, quaſi aliquod telum ſæpius perueniat in eandē partē corporis, ut ſcribit Cic.* Fis anus, & tamen formoſa uideri] *Licet turpis & deformis anus ſis, tamen adeò es impudens, ut nō erubeſcas more puellarū ornari, potare, ludere, & cantādo amatorem in amorē illicere.* Lentum Cupidinem] *Iuuenem tardū, & ad amandū te anum ſegniorē.* Ille uirentis, & doctæ pſallere] *Cupido Chiā formoſam, florentem, & pſallendi peritā puellam amat: Itaq; te deformem, aridam, & tremula uoce canentem anum negligit.* Importunus] *Inhumanus, aſper & crudelis in ſenes.* Tranſuolat aridas quercus] *Cupido ales nō ſedet in aridis arboribus, ſed in uirentib. Hoc eſt, iuuenis nō habet in delitijs mulieres uetulas, ſed teneras puellas,* ἀλληγορικῶς. Et refugit te, quia luridi] *Aſpernatur te, quia pro candidis & eburneis dentib. nunc habes luridos & nigros, pro corpore ſolido & ſucci pleno, rugoſum et exangue, pro aurea cæſarie, canos.* Nec Choæ referūt] *Ridet ſtultitiam uetulæ meretricis, quòd magnifico cultu ſe ornet, cùm tamē ornatus aſcititius eam nō reddat iuniorē, pulchrioremúe, ſed ſimia ſemper maneat ſimia, etiam in purpura.* Choæ purpuræ] *Veſtes bombycinæ in Co inſula, ad luxum fœminarū repertæ. Refer huc, quæ habet Plin. lib. 11. cap. 22. & 23.* Tempora, &c.] *Semel præterita, & in faſtis inſcripta tempora, ornatus non reſtituet.* Venus] *Venuſtas, pulchritudo.* Heu] [illegible]*, per Ironiā.* Motus] *Habilitas & oportunitas corporis.* Quid habes illius illius?] *Quantum mutata ab illa Lyce, quæ quondā omnes in ſuū amorē pertrahebat.* Spirabat] *Efflabat, emittebat. Sic Virgil.*

„ *Ambroſiæq; comæ diuinum à uertice odorem*
„ *Spirauêre.*

Quæ me ſurripuerat mihi] *Quæ ita me mihi eripuerat, & occupauerat, ut nō eſſem apud me, nō eſſem mei potens.* Poſt Cynarā] *Priorē amicam meā.* Artiū gratarū facies] *Fucū, hoc eſt, artificioſum, & uelut adulterinū illū colorē, quo cuti ſuper inducto, mulierculæ uitia formæ diſſimulant, ſignificat.* Parem cornicis temporibus] *Id eſt, uehementer annoſam, per hyperbolen ſumptā ab auis eius prodigioſa uiuacitate, ut monet Eraſmus. Heſiodus cornici nouem noſtras attribuit ætates, inquit Plin.* Dilapſam in cineres facem] *Hoc eſt, te Lycen, olim formoſam puellam, nunc factam anum turpem,* ἀλληγορικῶς.

THEOD. PVLM. } *Μιμητικῶς, παρασιωπητικῶς, G. B.* 14 Clari] Cari, *H. G. B.* 17 Color] Calor, *A.* 20 Surpuerat] *Syncope. 2. Serm. 3.* — *Surpite morti.* 28 Dilapſam] *Delapſam, H. G. E. B. A.*

GEORG. FABR. } *Subſannat nunc anum libidinoſam, quā ſupra 3, 10. ut durā obiurgauerat: cōfert eam aridæ quercui, & uetulæ cornici.* Nec clari lapides] *Id eſt, gemmæ fulgentes. In ueteribus, chari, id eſt, precioſi. Sunt hæc nomina ſæpe inter ſe mutata, ſimilitudine literarum, ut & ſuprà dictum eſt.*

IOD. BAD. ASCENS. } Audiuêre Lyce] *Lycē meretricē ſuperbā olim, nūc aūt, quia uetulā reiectā taxat, exprobrās illi inutiles conatus, ac dicens.* O Lyce, &c.] *i. deſideria dij, inquit, audiuêre: quia tu ſis* Anus] *i. uetula: & tamē uis uideri formoſa.* Et ludis, &c.] *i. ſine pudore.* Et pota] *i. ebria.* Sollicitas] *Cātu tremulo, quia anili.* Cupidinē] *i. amorē aut amatorē.* Lentū] *i. lētè acceſſurū ad uetulā.* Ille] *Scil. cupido.* Excubat] *i. excubias et uigilias facit, in* Pulchris genis] *i. oculorū ſinib.* Chiæ] *Scil. puellæ.* Virētis] *Scil. in flore ætatis & doctæ pſallere.* Ipſe. n. importunus] *i. inquietus, aut tibi minus cōueniēs.* Tranſuolat &c.] *i. uetulas, ut quercus arētes.* Et refugit te] *Quia dentes* Luridi] *i. obſcuri pallere & rugæ, quæ ſunt in frōte, &* Niues capitis] *i. cani: hoc eſt, capilli caneſcētes.* Turpā] *i. turpē reddūt te.* Nec purpuræ Choæ] *i. Bombycinæ ueſtes.* Nec lapides clari] *i. pellucidi lapilli, quos meretrices uetulæ gerere ſolēt.* Referunt] *i. reducūt tibi iā tēpora.* Quæ dies] *i. tēpeſtas.* Volucris] *i. uelociter abiens.* Incluſit ſemel faſtis] *i. annalib. aut Faſtorū libris.* Notis] *i. per conſules cognitis.* Heu] *Simulatus dolor exprobrandi uim habens.*

Quo fugit Venus] i. venuſtas. Quo'ue fugit color decens? quo fugit motus] *Id eſt, agilitas corporis.* Quid habes ô Lyce illius] *Illius, inquit, pulcherrimæ puellæ, quæ eras iuuẽcula, quæ ſpirabat. id eſt, ſpiritu quodam attrahebat, aut acumulabat amores, quæ* Surpuerat] *Pro ſurripuerat, id eſt, clanculum rapuerat mihi me? quaſi dicat nihil.* Nam fœlix] *Supple fuiſti, ſcilicet in attrahendis amatoribus.* Poſt] *Id eſt, ſecundum Cynaram, quam adhuc pluris fecerat poëta, & facies tua nota gratarum artium, id eſt, propter gratas artes, quæ callidè ad ſe trahebat amatores.*

Sed fata] *Scilicet, benigna.* Dederunt Cynaræ breues annos] *Ne ſenectæ mala pateretur.* Seruatura] Id *eſt, quæ reſeruare uoluerunt Lycen diu, utpote* Parem] *Id eſt, æqualem temporibus cornicis* Vetulæ] *Id eſt, annoſæ.* Vt iuuenes feruidi] *Scilicet, in eam prius, aut adhuc in alias feruidi, cùm illa frigeat.* Poſſent uiſere] *Id eſt, uiſum ire.* Non ſine multo riſu] *Id eſt, cum multa irriſione* Facẽ] *Id eſt, faciẽ Lyces olim, ut facem inflãmantẽ.* Delapſam in cineres] *Id eſt, iam extinctam & nullius efficaciæ.*

ANTON. MANCIN. } *Lycen arguit meretricem, quæ iam anus amari optabat ac iuuenis.* Audiuêre Lyce] Ode *eſt ſimilis 5 libro 1.* Leonum] *Spernit enim te ut anum.*

Ingenis] *Oculos illius aſpiciens, uel malas.*

„ *Si neſcis oculi ſunt in amore duces.*

Inquit Propertius. Et Apuleius libro 10. Met. ita ſcribit, cauſa omnis, & origo præſentis doloris, & etiam medela ipſa, & ſalus unica mihi tute ipſe es, iſti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapſi præcordia meis medullis acerrimum commouent incendiũ. Ergo miſerè te tua cauſa pereuntis, &c. Importunus] *Inquietus, quaſi ſine portu.* Aridas quercus] *Id eſt, aridas anus.* Luridi] *Supra modum pallidi, inquit Feſtus.* Capitis niues] *Id eſt, cani.* Coæ purpuræ] *De Bombycina ueſte intelligit, quam in Co mulier Pamphilæ Platis filia prima texere docuit, de qua te legito plura in Plin. lib. 11. nos etiam plura in Iuuen.* Notis condita faſtis] *In Faſtis enim conſulum tempora ſcribebantur, quorum annus tẽpora præterita noſcebantur.* Venus] *Tua forma & Gratiæ.* Surpuerat] *Pro ſurripuerat, antea enim Lycen iuuenem Horatius amauerat, & tunc quidem ſuperbam & immitem.* Fœlix] Ordo *eſt, Fœlix fuiſti, & nota poſt* Cynarã meã] *Scilicet, primã amicã.* Cornicis] *De huiuſce auis ætate ſuperiùs legito.* Feruidi] *Amore calentes.* Facẽ] *Id eſt, Lycen ipſam olim iuuenẽ, et ſplẽdentem uti fax eſt, nũc uerò* Abiẽ & extinctã] *i. ſine ſplẽdore aliquo.*

ODE XIIII. AD AVGVSTVM.

ἐγκωμιαστικά.

Ode XIIII. *Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.*

– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪ – ∪
– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – –

ARGVMENTVM IN ODEN XIIII.

Commemorat res ab Auguſto geſtas, uelut per catalogum quendam, cuius tantam eſſe uirtutem, & in Rempub. beneficentiam colligit, ut neq; ſenatum, neq; populum, & ſi maximè uelit, & de eius ſalute, totus pendeat, unquam factis dignam laudem referre poſſe adfirmet. ſiquidem eius auſpicijs & conſilio, Druſus Claudius, Vindelicos, Brennos, Genaunos, genteis Alpinas in Romanorum poteſtatem redegit eius copijs & opibus. Tyberius Rhætos, Pannonas, Dalmatas, & bonam partem Germaniæ ſubegit. Denique eius opera Aegyptus Cantabri, Medi, Indi, Scythæ, Britanni, Galli, Hiſpani, Sycambri Roman. imperio parere coacti ſunt.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Aeternum rerum ab Auguſto geſtarum encomium canit, oſtendens uirtutem eius tantam eſſe, & tot in Rempub. merita, ut neq; Senatus, neq; plebs dignas pro tantis beneficijs laudes referre poſſit: quòd partim ſuo ductu, partim ſuis auſpicijs per Tiberium & Druſum priuignos, innumeras & ferociſſimas gentes ſuperauerit, & in poteſtatẽ populi Romani, ditionemq; redegerit.

COMMENTARIA.

ACRON.

QVAE cura patrum, quæ'ue Quiritium] *Negat ullos à ſenatu, uel populo Romano dignos honores inueniri, qui pro meritis uel triũphis Auguſti, æternitati ipſius conſecrentur.* Memoresq; faſtos] *Faſti ſunt annales, qui ad commemorationem honorum, uel rerum geſtarum inuenti ſunt, ipſi etiam faſti dicuntur, indices uirtutis, ſiue in quibus memoria temporum continetur.* Aeternet] *Aeternum faciat, & laudibus cõſecret.* O' quà ſol habitabiles] *Habitabiles, propter inhabitabilem κεκαυμένην.* Quem legis expertes Latinæ] *Latinitatis neſcij uel ciuitatis. Auguſto imputat de Vindelicis Druſi uictoriam, quia eius ordinatione & exercitu uicerat.* Milite nam tuo] *Hyperbaton. Ordo enim rectus eſt: Druſus acer, non ſimplici uice deiecit Genaunos.* Implacidum genus] *Implacabiles Genauni & Brẽni gentes Gallorũ.* Tremendis] *Terribilibus.* Plus uice ſimplici] *Aut non ſimplicem uicem, quia dupla quam dederant clade perculſi ſunt: aut quia dixit, acer non ſimplici uice.* Maior Neronum] *Druſus, qui maior natu fuit.* Immaneſq; Rhætos] *Id eſt, fortes.* Secundis] *Proſperis.* Spectandus] *Famoſus uel terribilis bellator.* Deuota morti pectora] *Rhætorũ gentis animos libertatis amore morti deſtinatos fuiſſe dicit.* Quantis fatigaret ruinis] *Tempeſtati furenti, uiri fortis animum comparauit.* Pleiadum] *Pleiades dictæ ſunt, quæ & Vergiliæ, harum ortus tempeſtuoſus eſt.* Scindente nubes] *Ita pugnantem Druſum ſcidiſſe dicit hoſtium turmas, ut uentus, nubes, undaſq; cõſueuit.* Mittere equũ] *Irrumpendo in hoſtium cuneos.* Per ignes] *Per medium pugnæ feruorem.* Sic tauriformis uoluitur Aufidus] *Omnium fluminum famoſorum uultus cum cornibus finguntur, ideò tauriformis propter impetus & mugitus aquarum. Vt,*

„ *Corniger Heſperidum fluuius.*

Diluuiem meditatur agris] *Inundationem fluminis uiro forti comparat, pro Druſi laude, ut:*

QVAE cura patrum, quæ'ue Quiritium,
Plenis honorum muneribus, tuas
Auguſte uirtutes in æuum
Per titulos, memoreſq; faſtos
Aeternet ô, quà ſol habitabileis
Illuſtrat oras, maximè principum,
Quem legis expertes Latinæ
Vindelici didicêre nuper,
Quid Marte poſſes. milite nam tuo
Druſus Genaunos, implacidum genus,
Brennoſq; ueloces, & arceis
Alpibus impoſitas tremendis,

» Aut rapidus montano flumine torrens
» Sternit agros.

Primoſq; & extremos metendo] Vt:

» Proxima quæque metit gladio.

Sine clade] Sine damno ſuorum militum dicit. Te copias, te conſilium] Auguſti auſpicijs Druſum dicit hoſtes fudiſſe, & fœlicitatem habuiſſe. Nam tibi, quo die Portus Alexandrea ſupplex] Fœlicitati aſsignat Auguſti Druſi uictoriam, demonſtrando ante annos duodecim eo die, Alexandriam ab Auguſto captam, quo Druſus Vindelicos ſuperauit. Pópeij enim mortem Actiaco bello ultus Auguſtus eſt. Vacuam] Sine hoſte, ſine domino. Et optatum peractis] Immortalitatem & conſecrationem uidetur ſignificare. Peractis enim imperijs diuinos honores meruit Auguſtus, ut idem in ſecundo epiſtolarum:

» Præſenti tibi maturos largimur honores,
» Iurandaſq; tuum per nomen ponimus aras.

Non antè domabilis] Nulli ante Cæſarem uictus. Profugus Scyth.] Aut ſub aquilone interius conſtitutus, aut qui nunquam in eodem loco maneat.

O tutela] Auguſtum dicit. Sic idē alibi:

» Res Italas armis tuteris, moribus ornes.

Præſens] Aut potens, ſiue propitia, ut Virgilius:

Deiecit acer, plus uice ſimplici.
Maior Neronum mox graue prælium
Commiſit, immaneſq; Rhœtos
Auſpicijs pepulit ſecundis,
Spectandus in certamine Martio,
Deuota morti pectora liberæ
Quantis fatigaret ruinis:
Indomitas propè qualis undas
Exercet auſter, Pleiadum choro
Scindente nubes, impiger hoſtium
Vexare turmas, & frementem
Mittere equum medios per ignes.
Sic tauriformis uoluitur Aufidus,
Qui regna Dauni perfluit Appuli:
Cum ſæuit, horrendamq; cultis
Diluuiem minitatur agris:
Vt barbarorum Claudius agmina
Ferrata uaſto diruit impetu:
Primoſq;, & extremos metendo
Strauit humi, ſine clade uictor,
Te copias, te conſilium, & tuos
Præbente diuos. nam tibi, quo die
Portus Alexandrea ſupplex,
Et uacuam pateſecit aulam,
Fortuna luſtro proſpera tertio
Belli ſecundos reddidit exitus,
Laudemq;, & optatum peractis
Imperijs decus arrogauit.
Te Cantaber non ante domabilis,
Medusq;, & Indus, te profugus Scythes
Miratur, ô tutela præſens
Italiæ, dominæq; Romæ.
Te fontium qui celat origines
Nilusq;, & Iſter, te rapidus Tigris,
Te belluoſus qui remotis
Obſtrepit Oceanus Britannis:
Te non pauentis funera Galliæ,
Duræq; tellus audit Iberiæ:
Te cæde gaudentes Sicambri,
Compoſitis uenerantur armis.

Deuota morti pectora liberæ] Eleganter, non metuens mortem liberam, perpetuo epitheto dictum accipe. Quantis fatiget ruinis] Hoſtium ruinis ſupple. Indomitas prope qualis undas Exercet Auſter] Mirum quod ſequitur, cùm ea non prædixiſſet, qualis, non intulit quod erat conſtans, talis, ſed impiger. Ergo ſic totum intelligendum, Qualis eſt Auſter, cum ortu Vergiliarum ſeu Pleiadum concitatas exercet undas, tam impiger Druſus hoſtium turmas uaſtabat. Per ignes] Ignes nunc pro acerrimis, concitatiſq; periculis accipere debemus.

Sic tauriformis uoluitur Aufidus] Omnia fluminū genera taurino uultu & cornibus pinguntur, propter impetus & fremitum ipſarum aquarū. Cū ſæuit, horrendamq; cultis Diluuiem meditatur agris] Malè dixit meditatur, quia in ipſo actu eſt, nec debet cogitare, aut condiſcere id, quod iam facit. Primoſq; & extremos metendo] Sic & Virgilius,

» Proxima quæq; metit gladio, de Aenea.

Sine clade uictor] Id eſt, ſine ſuorum clade. Te conſilium, & tuos præbente diuos] Hoc ideò dicitur, quia auſpicijs Cæſaris hæc egiſſe dicitur. Nam tibi quo die] Ita euenit, ut poſt annos quindecim Druſus eo die Rhætos Vindelicos uinceret, quo die Auguſtus Alexandriam uicerat.

Et optatum peractis] Immortalitatem & conſecrationem uidetur ſignificare, cùm dicat peractis imperijs. Te profugus Scyth.] Profugus dicitur, qui nunquam eodem loco manet. Vnde & nomades dicuntur. Te non pauentis funera Galliæ] Per zeugma ex inferiore uerſu accipere debemus. Non pauentes autem Gallos funera ait, quia uel ferocia, uel uera perſuaſione rurſus renaſcendi, mortem non timebant, de quibus Lucanus ait:

» —— Animæq; capaces
» Mortis, & ignauum rediturae parcere uitæ.

Compoſitis] Id eſt, pacatis.

» Et uos agreſtum præſentia numina Fauni.

Te fontium qui celat orig.] Origo enim Nili neſcitur, ut:

» Et genus ſi quis iacet naſcenti conſcia Nilo.

Gentes fluminum commemoratione deſignat. Belluoſus] Plenus belluis & monſtris. Obſtrepit Oceanus Britannis] Britanni enim interfuſo Oceano à terris omnibus ſeparantur, ut:

» Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.

Non pauentis funera Galliæ] Galli enim mortem ferocia non pauent. Duræq; Laberioſæ, ut,

» Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

Te cæde gaudentes] Bella optantes aſsidua. Sicambri] Qui Germani. Compoſitis uenerantur armis] Iam pacatis moribus & feritate depoſita.

PORPHYR.] Quæ cura patrum, quæue Quiritium] Negat ullo ſenatu, populiúe Romani obſequio, poſſe pro meritis dignos honores inueniri uirtutibus Cæſaris, quibus in æternum conſecretur. Aeternet] Fictum uerbum eſt, æternet. Quem legis expertes Latinæ Vindelici didicère nuper Quid Marte poſſes] Non ſic hæc dicit, quaſi ab Auguſto Cæſare Vindelici debellati ſint, ſed quòd Druſus exercitibus, auſpicijsq; Auguſti eos debellauerit. Genaunos, Breunoſq;] Ciſalpinæ gentes ſunt hæ. Et arces Alpibus impoſitas tremendis] Non ut dictum eſt intelligamus, ſed hos tremendos, id eſt, timendos qui eas habitant. Deiecit acer plus uice ſimplici] Vult intelligi in uaſtandis his nō tantam illis cladem intuliſſe, quantam ipſi dederant, ſed duplam, hoc eſt, eam non ſimplici uice reddentes. Maior Neronum] Ordo eſt, Druſus eſt maior Neronum, hic enim maior natu fuit.

CHRIST. LAND.] Quæ cura patrum] Diuerſi argumenti & ſtyli à ſuperiore Ode, quæ amatorias nugas contineret, eſt hæc, quæ grauiore charactere laudes Auguſti continet, cùm oſtendat quàm anxia uniuerſa ciuitas ſit pro ſalute ſua. Et tamē nullos ſatis dignos honores ſibi tribuere poſſit. Quæ cura] Quæ anxia ſolicitudo patrum ſenatus. Quiritium] Populi Romani. Aeternet] Id eſt, æternas reddat tuas uirtutes. Sententia eſt. Virtutes ſuas eſſe maximas, ſed eſſe opus ea munera in illum conferri, quæ illarum memoriam æternam conſeruent. Per titulos] Qui inſcribuntur ſtatuis. Faſtos] In quibus memoria rerum geſtarum continetur. Memores] Id eſt, qui ad memoriā reducunt. O maxime principum] Omnium qui ubiq; ſunt. Nam homines alibi eſſe non poſſunt, quam in terris habitabilibus & à ſole illuſtratis. Quem] Trita elocutio, ut dicamus, quem Vindelici didicere, quid poſſis, ut ſi dicamus Noui te quid feceris. Marte] Id eſt, in re militari. Tuo milite] Quaſi dicat, tuis auſpicijs. Sed uictoria Druſi paulò ſuprà dictum eſt. Plus uice] Scilicet, quia duplo quam dederant

dederant clade affecti ſunt. Maior Neronum] Druſus maior ex filijs Neronis. Deuota] Nam difficile eſt illos ſuperare, qui mortem pro libertate oppetere parati ſunt. Indomitas] Talem ſtragem edidit in hoſtibus, qualis eſt in mari, quando Auſter in ortu Pleiadum ſæuit. Pleiades enim ortum tempeſtuoſum habent. Choro] Quia plures ſunt. Sic tauriformis] Flumina cum cornibus taurinis pinguntur, propter mugitum aquarum. Oſtendit autem non minori impetu irruiſſe Druſum in hoſtes, quam Aufidus Apuliæ fluuius cum auctus eſt diluuio. Regna Dauni] Apuliam in quam ipſe regnauit. Primos & extremos] A prima acie ad extremam, ſic Virgil.

„ Proxima quæq; metit gladio.

Sine clade] Suorum militum, quod maioris eſt laudis. Te copias] Oſtendit idcirco laudem ad Octauianum pertingere, quoniam quicquid Druſo geſtum eſt, id omne militibus, conſilijs, & fortuna, & diuinitate Auguſti geſtum eſt. Alexandrea] Pro Alexandria ſecundum Priſcianũ. Tertio luſtro] Quindecim enim annos interfuerunt à uictoria Alexandrina ad hunc diem. Vacuã] M. Antonio. Nam iam extinctus erat. Arrogauit] Attribuit decus imperijs, ſcilicet diuinos honores. Indus] Indi ab eo non ſunt deuicti, neq; ab alio Romanorum duce ante Traianum imperatorẽ. Ipſe enim eos uicit, ſed tamen non triumphauit, quia rediens, in Sicilia mortuus eſt. Nihilominus tanta fuit Auguſti per orbem fama, ut Indi quoque legatos ad fœdus faciendum miſerint. Profugus] Quia ſine certis ſedibus uagatur. Te fontium] Ordo eſt. Nilus qui celat origines ſuorum fontium, id eſt, de cuius origine nemo nouit, audit te. Et Hyſter & Tygris] De quibus omnibus dictum eſt. Belluoſus] Belluis plenus. Bellua enim maiora animalia intelligimus. Obſtrepit] Circumſonat. Remotis] Non à ſe, ſed à nobis. Et tellus Galliæ non pauentis funera] Id eſt, mortem, audit te. Nam ferocitate ſua iſti populi in mortem ſine timore irruunt.

HENR. GLAR. } —Milite nam tuo Druſus Gelonos, implacidum genus] Gelonos ponit pro Germanis, longè petitum nomen, ut ſolet. Quod etiam libro 2. admonuimus. Acro ait Gelones, ac Brennos gentes Galliarum eſſe, quod neſcio ubi ipſe legerit. Porphyrio adijcit Ciſalpinas gentes eſſe. Quidam Genaunos emendarunt pro Gelonos. Plinij codices ita uariant, ut nihil inde certi dicere queamus, ubi de uictis, gẽtibus Alpinis, & de Pannonia, nam Brennos alibi, alibi Breunos reperias: Ptolemæus inter Vindelicos numerat Brennos, inter Pannonios autem Breucos. Florus cum Venonibus, & Vindelicis à Druſo uictis, & Brennos numerat. Strabo quoq; lib. 7. inter Pannonios Breucos enumerat, ut Ptolemæus, & Plinius. Quare conijcimus de Breucis nullam eſſe dubitationem, quin ſint Pãnoniæ populi. Sed qui Vindelicis ſunt uicini, Brenni'ne an Breuni ſint appellandi, hoc utiq; lectori iudicandum relinquo. Ioannes Auentinus, inſignis rerum Bauaricarum ſcriptor, paulò ante hanc ætatem, de Gelonis Vindelicis, qui ad Glanum fluuium habitant, intelligit. Glanus ſanè flumen exiguum, quod in Ambronem fluuium, qui in Iſaram, qui in Danubiũ tandem labitur. Brennos autem exponit inter Iſaram & Oenum fluuios, paulò plus Monacho inſigni oppido orientaliores. Hæc ille. Breuni autem uicini Miſaucis ſunt in Alpibus. Cæterùm quod Acro, Porphyrioq; Druſum maiorem Neronũ putarunt, rectè à Mancinello redargutum eſt, ideoq; à nobis omittitur. Diuuiem militaturagris] Et Acro & Porphyrio meditatur legunt. Addit Porphyrio malè hoc dixiſſe poëtam, quia in ipſo (inquit) actu eſt, nec debet cogitare aut condiſcere id, quod iam facit. Sed cùm meditor ſit exerceo, meditatio exercitatio, etiam aliquando armorũ, ut Valla probat lib. 1. Elegantiarum, non uideo quid ſibi uelit Porphyrio. —Nam tibi, quo die Portus Alexandrea] Ita euenit (inquit Porphyrio) ut poſt annos quindecim Druſus eo die Rhætos Vindelicos uinceret, quo die Auguſtus Alexandriam uicerat. Hæc ille. Vbi rurſus Rhætos ac Vindelicos unam facit gentem. Deinde quindecim ait annos, qui ſunt duodecim, à primo Conſulatu Auguſti, cum Q. Pædio: ad finem bellorum Ciuilium, quando tertium fuit Conſul Auguſtus, tertio, ait poëta luſtro, ſ. d nondum expleto. Si quidem luſtrum pro ſpacio quinq; annorum acceperimus. At ego luſtrum, ſi propriè uſurpare uolumus, pro Olympiade accipio. Itaq; rectè poëta dixit: tertio luſtro, id quod Porphyrioni occaſionem præbuit erroris, ſi modò non totus huius Odæ commentarius corruptus eſt, quod equidem ſuſpicor. Poëta ſanè ad plenam laudum Auguſti accumulationem hoc quoq; adijcit: Ciuilibus armis finem impoſitum, poſtquam Aegyptus capta fuerit. Quod Dionyſius Halicarnaſſeus primo fatetur libro. Nihil autem de iſthac comparatione, cuius meminit Porphyrio, ſi modo Porphyrio eſt, ac non potius aliquis impoſtor.

HERMAN. FIGVL. } Patrum] Senatorum. Romulus cùm nouam ſuam ciuitatem uiribus, & robore iuuenum munitam cerneret, ut eam & conſilij ope fulciret, centum numero elegit, quos ob honorem patres, ob ætatem Senatores appellauit: quorum poſteritas per genituram propagata, patricij appellati. Zaſius. Plenis honorum muneribus] Inter cæteros honores Auguſto per ſenatum, populumq; Romanum collatos, patris quoq; patriæ cognomen uniuerſos repentino, maximoq; conſenſu ei detuliſſe legimus. Per titulos] Per ſtatuas & præclaras nominis tui inſcriptiones. Conſtat enim argenteas ſtatuas Romæ Auguſto poſitas atque dicatas. Sueton. Atq; etiam argenteas ſtatuas olim ſibi poſitas conflauit omnes. Cæterùm titulus à tuendo, hoc eſt, indicando dicitur: quia tuetur, & indicat id cui ſuperſcribitur, ne incidat ambiguitas. Vnde ſolent ſtatuis, picturis, libris, & omnibus propemodum rerũ generibus inſcribi quidam uelut indices, qui demonſtrent uel nomẽ autoris, uel operis, uel eius, cuius eſt imago: uel tempus declarent. Faſtos] Libros, quibus totius anni fit deſcriptio, & in quibus omnium dierum anni ratio & numerus continetur. Qua ſol habitabiles illuſtrat oras] Hoc eſt, in omnibus mundi plagis, quæ deſertæ & incultæ non ſunt. Ouidius:

„ —Quodcunq; habitabile tellus
„ Suſtinet, huius erit: pontus quoq; ſeruiet illi.

Legis expertes Latinæ] Romanis legibus non obtemperantes. Quid Marte poſſes] Quantum bello ualeres. Genaunos] Alij legunt Gelonos, quos etiam Virgilius ab Auguſto uictos dicit. Implacidum genus] Crudele & efferum genus hominum. Brennosq;] Gentes Alpinas. Luc. Flor. Sed omnes illius cardinis populos, Brennos, Senones, atque Vindelicos, per priuignum ſuum Claudium Druſum pacauit. Alpibus] Videlicet Rhæticis & Iulijs. Fuerunt enim Alpes, quas Cor. Tacitus & priſci dixêre Rhæticas, à Rhætis populis, qui ex Thuſcia profecti duce Rhæto ea loca tenuêre, forſan dictæ. Hæ agro Tridentino adiacent, & Veroneſi, quibus ex Italia in Sueuiam & Auſtriam iter eſt. Hæc Marlianus. De Alpibus, & gentibus Alpinis, multa ſcribit Plinius libro 3. capite 20. Iulias præterea Alpes Tacitus libro 19 Annal. commemorat, quas ſenſit eſſe proximas Rhætiæ. Per has ſub Iulio & Octauiano Cæſaribus iter factum: Alpinis omnibus uictis, Noricorum prouincias acceſſiſſe Rom. imperio, ſcribit Sext. Ruffus. Maior Neronum] Tiberium intelligit. Qui natus fuit in domo patris Tiberij, Druſus uerò in domo Auguſti tribus menſibus poſtquàm Liuia mater Auguſto à Tiberio conceſſa eſt. Immanesq; Rhætos] Tiberius, ut tradit Suetonius, poſtquam anno ferè Comatam Galliam rexiſſet, Rhæticum Vindelicumq; bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum geſſit: Rhætico atque Vindelico, gentes Alpinas, Pannonico, Brennos & Dalmatas ſubegit: Germanico quadraginta millia deditiitiorum traiecit in Galliam, iuxtaq; ripam Rheni ſedibus aſsignatis collocauit. Quas ob res & ouans, & curru urbem ingreſſus eſt.

Deuota morti pectora liberæ quantis fatigaret ruinis] Hoc eſt, quantis laboribus ac cædibus hoſtes pro libertate mori paratos fatigaret. Indomitas propè qualis undas] Fortitudinem Tiberij per comparationes mirè amplificat, in hunc modum: Quemadmodum Auſter uentus in tempeſtate undas maris agitat, atque omnia perturbat: Et Aufidus flumen inundans omnia proſternit: ſic Tiberius in acie hoſtem profligat, fundit, occidit.

Pleiadum choro ſcindens nubes] Pleiadibus orientibus. Sunt autem Pleiades ſeptem ſtellæ in cauda Tauri. Has Atlantis filias fuiſſe dicunt, & in cœlum ob pietatem tranſlatas, eò quòd Atlantis calamitatem perpetuo fletu proſecutæ ſunt, ut ait Aeſchylus, uel

quòd

quòd Orionem perſequentem effugere non poſſent, & ideo implorato Iouis auxilio, inter ſydera ſunt relatæ. Harum exortu æſtas incipit, occaſu hyems, autore Plinio. Hyemem enim & æſtatem diſtinguunt, ortu quidem uer, occaſu autumnum ferentes. Dictæ ſunt Pleiades, ὅτι πλείστοι ἅμα κατὰ μίαν συναγωγήν εἰσι. Et propterea etiam Horatius dicit: Pleiadum choro. Eſt enim plurium congregatarum ſtellarum propriùs cœtus. Latini Vergilias appellarunt, quòd in uere oriantur. Medios per ignes] Per medios impetus & ardores pugnæ. Tauriformis] Corniger. Flumina ideo (inquit Seruius) cum cornibus pingũtur, ſiue quòd mugitum boum imitatur murmur undarum: ſiue quòd plerumq; in cornuum ſimilitudine curuatas cernimus ripas. Regna Dauni] Hoc eſt, Apuliam. Fuit enim Daunus filius Pilumni ex Danaë, Acriſij filia, rex Apuliæ, à quo dicta eſt Daunia. Cùm ſæuit] Cùm ſternit agros (ut inquit Virgilius)

„ Sternit ſata læta, boumq; labores: Præcipitesq; trahit ſyluas.

Vt Barbarorum Claudius agmina] Vt Tiberius Germanorum ferratas acies cum horribili incurſione & impetu armorum frangit, atque perrumpit: primos ac ultimos trucidat, & humi proſternit, uelut meſſor gramina falce demetit. Te copias, te conſilium, & tuos præbente diuos] Victoriam Tiberij Auguſto acceptam refert, quòd eo exercitum, conſilia, & Deos ſuos propitios præbente, Tiberius rem feliciter geſſerit. Quo die] Oſtendit poſt id tempus, quo Auguſtus Alexandriam urbem Aegypti cœpit, bellis ciuilibus finem impoſitum. Captam autem ſcribit Oroſius, cùm Auguſtus cum M. Licinio Craſſo eſſet Conſul. Vacuam] Carentem rege & regina. Nam Antonius imminente Cæſare, turbataq; ciuitate, ferro uentrem percuſſus, ac ſemianimis ad Cleopatram in monumentum, in quod ſe illa mori certa condiderat, perlatus eſt. Copioſè hanc hiſtoriam deſcribit Plutarchus in uita Antonij. Florus libro 4. capite 11. Oroſius lib. 6. cap. 19. Suetonius in Auguſto. Luſtro tertio] Decimoquinto anno imperij Auguſti, quod quidam exordiuntur anno ab urbe condita 711. Nam anno ab urbe 725. Auguſto quinquies, & Apuleio Conſulibus, Cæſar uictor (ut ait Oroſius) ab Oriente rediens, VIII. Idus Ianuarij urbem triplici triumpho ingreſſus eſt: ac tum primùm ipſe Iani portas, ſopitis omnibus, finitisq; bellis ciuilibus, clauſit. Hoc die primùm Auguſtus conſalutatus eſt. Quod nomen cunctis antea inuiolatum, & hucuſque cæteris inauſum dominis, tantum orbis licitè uſurpatum apicem declarat imperij: atq; ex eodem die ſumma rerum ac poteſtatum penes unum cœpit eſſe & manſit, quod Græci monarchiam uocant. Henricus Glareanus ſcribit, ciuilia bella finita anno ab urbe condita 713. qui eſt duodecimus à primo conſulatu Auguſti quando tertiùm fuit Conſul Auguſtus, ideoq; luſtrum pro Olympiade accipit. Te Cantaber] Ad maiorem laudum Auguſti accumulationem catalogum quoq; externorum bellorum ab eo geſtorum ponit. Quas gentes Auguſtus ſuperarit, enumerat Virgil. lib. 8. Aeneid. Suetonius in Auguſto: Sextus Aurelius Victor, in Octauiano. Fontium qui celat origines] Quia uulgatior opinio eſt, Nili originem & principium omninò ignorari. Aegyptum in prouinciæ formam redactam, ut feraciorem, habilioremq; annonæ urbicæ redderet, foſſas omnes, in quas Nilus exæſtuat, oblimatas longa uetuſtate, militari opere deterſit Auguſtus. Autor Suetonius.

Iſter] Danubius, fluuius Germaniæ, ex monte qui Iraneus dicitur, non longè à Rhæticis Alpibus, Atheſisq; & Rheni, Germaniæ fluminum fontibus inter Tridentinam, & Curienſem diœceſes oriens, Germanos ſiniſtra, & Hungaros ac Teutones dextra alluens, pòſt Iſter dictus, ac iterum Danubius, Euxino mari pluribus oſtijs immergitur. Hæc Marlianus. Vltra huius ripam ulteriorem Dacos per Lentulum repulit Auguſtus, teſte Floro. Rapidus Tigris] Ex Armeniæ montibus Tigris amnis profluit, Meſopotamiam percurrit, & per Babyloniorum fines in mare rubrum prorumpit. Nec ſanè alius ad orientis plagam tam uiolentus inuehitur, multorum torrentium non aquas ſolùm, ſed etiam ſaxa ſecum trahens. Itaq; à celeritate, qua defluit, Tigri nomen eſt inditum, qui Perſica lingua tigrim ſagittam appellant. Autor Q. Curtius. Qui remotis obſtrepit Oceanus Britannis] Mare Britannicum, quod Angliam, quæ & Britannia dicitur, à reliquo orbe terrarum diuidit. Hæc undiq; ab Oceano circumfuſa, nuſquam iungitur continenti, ſed ab omni orbe noſtro ſeparatur. Non pauentis funera Galliæ] Hoc eſt, ipſi Galli mortem contemnentes, tibi obediunt. In Galliam Sycambros tranſtulit Auguſtus. Duræ tellus Iberiæ] Hoc eſt, Hiſpania, in qua apud Tarraconẽ urbem, Eous, Indus, & Scytha Boreus ſupplex cum gentilitio munere Auguſtum orauit. Cantabrico bello per quinq; annos acto, totam Hiſpaniam in æternam pacem Cæſar repoſuit. Autor Oroſius.

THEOD. PVLM. } 10 Genaunos implacidum genus, Brennosq;] H.G.B. Gerenos, Brennosq;. E. Germanos Brenosq;. A Breunos, Turneb. libro 14. capite 17. Vide Pet. Nannij Miſcell. libro 3. Venonos, Breunosq; legendum eſſe uidetur ex Plinij libro tertio, capite uigeſimo. 16 Pepulit] Repulit, H. 25 Sic tauriformis uoluitur Aufidus] Et ſi corniger i amnium Dei finguntur, unde & tauriformis Aufidus ab Horatio dicitur: tamen etiam cornua amnium, ipſorum oſtia & ora dicuntur, ut apud Maronem (8. Aeneid. uerſu 727.)

„ —— Rhenusq; bicornis,

Exit enim duobus oſtijs in Oceanum. Vide Turneb. libro 23. capite 5. & Hieronymi Magij Miſcell. libro 4. capite 2.

26 Præfluit] H.G.E.B.A. perfluit, Gryphij editio. 28 Meditatur] G. B. minitatur, H.E.A. 32 Humi] Hi mom] H.G.E.B.A. 46 Rapidus] H.G.E.B.A. trepidus, editio Gryphiana, id eſt, feſtinus, celer. Petronius Arbiter,

„ —— Trepidusq; furentes

„ Flectere Phœbus equos reuoluto cogitur orbe.

ANTON. MVRET. } 28 Diluuiem meditator] In quibuſdam ueteribus, meditator: quod mihi quidem neſcio quo modo uenuſtius uidetur. 49 Te non pauentis funera Galliæ] Libet hoc loco duo grauiſſimorum auctorum teſtimonia proferre, quibus ſingularem quandam imperterriti & inuicti periculis animi magnitudinem in gente noſtra ex omni antiquitatis memoria uiguiſſe intelligatur. ac primum quidem Ariſtotelis eſt, qui tertio de moribus ad Nicomachum affirmat, τοὺς κελτοὺς μήτε σεισμὸν, μήτε κύματα φοβεῖσθαι. Alterum autem Aeliani, qui libro duodecimo de uaria hiſtoria de Gallis ita commemorat: Ἀνθρώπων δὲ ἐγὼ ἀκούω φιλοκινδυνοτάτους εἶναι τοὺς κελτούς. τῶν ᾀσμάτων οὖν ὑποθέσεις ποιοῦνται τοὺς ἄνδρας, τοὺς ἀποθανόντας ἐν τῷ πολέμῳ καλῶς. καὶ μάχονται δὲ ἐστεφανωμένοι· ἀλλὰ καὶ τρόπαια ἐγείρουσιν. ἅμα τε ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις σεμνυνόμενοι, καὶ ὑπομνήματα αὐτῶν τῆς ἀρετῆς ἀπολείποντες ἑλληνικῶς. οὕτως δὲ αἰσχρὸν νομίζουσι τὸ φεύγειν, ὡς μηδὲ ἐκ τῶν οἰκιῶν καταλισθανουσῶν, καὶ ἐμπιπτουσῶν πολλάκις ἀποδιδράσκειν. ἀλλὰ καὶ πιμπραμένων αὐτῶν περιλαμβανομένους ὑπὸ τοῦ πυρὸς, πολλοὶ δὲ ἐπικλύζουσαν τὴν θάλασσαν ὑπομένουσιν. εἰσὶ δὲ καὶ οἳ ὅπλα λαμβάνοντες ἐμπίπτουσι τοῖς κύμασι, καὶ τὴν φορὰν αὐτῶν εἰσδέχονται, γυμνὰ τὰ ξίφη, καὶ τὰ δόρατα προσείοντες, ὥσπερ οὖν ἢ φοβῆσαι δυνάμενοι, ἢ τρῶσαι.

GEORG. FABR. } Auguſti fortunam prædicat, quæ non ſolùm per ſe magna & conſtans fuit, uerùmetiam in ipſius priuignis durauit, è quibus Cl. Druſus Nero populos Alpinos, Cl. Tiberius Nero Tranſalpinos ſubiugauit, ut hoc loco, & ſupra 4. 4. Nullam orbis terrarum partem Auguſto inuiam, nullam gentem non tentatam demonſtrat. Memoresq; faſtus Aeternet] Aeternare, clarare, inimicare, pro æternum, clarum, inimicum facere, Horatiana ſunt, & ab antiquis ſumpta. Vtitur memoriter & aptè hoc uerbo, æternet, quia auro, æri, marmoribus Romani inſcribebant,

ÆTERNITATI
AVGVSTI.

Ad eiuſmodi titulos, alijs quoq; in locis poëta alludit. Druſus Genaunos, implacidum genus, Brennosq; ueloces] Retineo hanc ſcripturã, quæ etiam in noſtris eſt manuſcriptis. Genauni & Brenni, obſcuri nominis, ſed uirtutis expertæ gentes, Rhætiæ primæ & Alpium Iuliarum. Nomen eſt Germanicum, Genawn, ab Italis corruptum,

ruptum, ut Ingauni, Albigauni. Brenni uel à galeis nomen habent, uel ab igne, quod magnus in iis populis fuerit impetus, unde & ueloces nominantur. Sunt qui Veronam Venetiæ urbem, à Gallis conditam, olim Brennonam dictam autumant. Qui regna Dauni præfluit Appuli] Ita rectè, ut puto, in Aldino. pro eo quod eſt, præ regnis fluit. Virgil. 6.

„ Domos placidas qui prænatat, amnem.

Hoc eſt, quæ placidis domibus natat. Pulchra caſus mutatio, in compoſitione, contra præpoſitionis naturam. Diluuiem minitatur agris] Ita uulgares codices & Marcellus in nomine, Diluuies: ſed Porphyrio, meditatur, & id malè dictum annotat, Lambinus mirabile dictum & audax ait. Extremos metendo strauit humum] Vtrunq; Virgilianum. Metendo, ut 10. Aeneid.

„ Proxima quæq; metit gladio,

Vbi loquitur de Aenea. Strauit humum. ut 8. Aeneid.

„ ——Terram cæſi ſtrauere iuuenci.

Quaſi dicat, ut hoſtes antea terram ſtrauerant, ubi loquitur de uictoria Auguſti Actiaca.

IOD. BAD. ASCENS. } Quæ cura] Auguſtum tam ab Auſpiciis & dexteritate, quàm à rebus geſtis celebrans, inquit, cum deſyderio & admiratione. O' Auguſte quæ cura patrum] Id eſt, populi Romani. Aeternet] Id eſt, æternas faciat, muneribus plenis honorum tuas uirtutes Per titulos & faſtos] Id eſt, annales & faſtorum libros. Memores] Id eſt, rerum memoriam facientes In æuum] Id eſt, in ſempiternum. O' maxime principum] Per eam partem, qua ſol Illuſtrat] Id eſt, luce clarificat, & uiſit oras habitabiles quem Vindelici] Id eſt, populi in Alpibus à Druſo domiti. Expertes] Scilicet, prius. Legis Latinæ] Id eſt, Romanæ. Didicere nuper] Id eſt, nunc parum eſt temporis, quod poſſet Marte] Id eſt, bello. Nam Druſus, ſcilicet Tiberii Neronis frater. Acer plus ſimplici uice] Id eſt, ualentior, quam ſua unius dexteritate. nam & Auguſti, & propria uirtute ualuit. Is autem uerus eſt ſenſus, ab aliis commentariis nondum acceptus, nam de duplici clade minus ad laudem Auguſti faceret Deiecit milite tuo] Id eſt, à te excepto exercitu Gelonos & Brennos populos ſecundùm Porphyrionem Ciſalpinos, uerùm quia ut Mancinellus recitat, ex Suetonio Tyberius in Pannonico bello Brennos, & Dalmatas ſubegit, uidentur Brenni non Ciſalpini, ſed Thracibus uicini, ſicut & Geloni ſecundùm Herodotum, qui in confinio Scythiæ Agathyrſos, & Gelonos ponit, unde quia durum ſit fratrem pro fratre poſuiſſe, dicam Druſum etiam Brennos & Dalmatas ſubegiſſe, ſicut conſtat Tiberium etiam Vindelicos à Druſo prius deuictos domuiſſe. Aut igitur Ciſalpinos aut Thracibus uicinos dices, appoſitorie Genus implacitum] Id eſt, aſperum & bellicoſum. Et Arces] Scilicet, Rhætorum & Vindelicorum Impoſitas alpibus tremendis maior] Id eſt, ſenior Neronum] Id eſt, Claudiorum uidelicet Tiberius. Commiſit mox] Id eſt, paulò poſt mortem Druſi. Graue prælium] Et Pepulit] Scilicet, à ſedibus ſuis. Auſpiciis ſecundis] Id eſt, proſperis, uidelicet Auguſti, Rhætos populos in alpibus. Immanes] Id eſt, efferos, exiſtens Spectandus] Id eſt, ſpecioſus, & ſpectari dignus in certamine Martio, quantis ruinis Fatigaret pectora] Scilicet, Rhætorum, Vindelicorum, & cæterorum non prius ſubditorum legibus Romanis. Pectora deuota] Id eſt, uoto addicta, & deſtinata.

Morti libera] Id eſt, quæ eſſet cum libertate. Maluerunt enim in libertate mori, quàm in ſeruitute uiuere, in quo oſtenditur generoſus animus eorum, quem ideò laudat tacitè poeta, ut maior ſit gloria uictoris, quæ ex precio uicti populi dependet. Exiſtẽs talis] Qualis Auſter exercet undas Prope] Id eſt, quaſi indomitas. Choro] Id eſt, chorea Pleiadum] Id eſt, ſeptem illarum ſtellarum.

Scindente] Id eſt, diſſoluente in pluuiam nubes. Et exiſtens] Scilicet, Tiberius Impiger] Id eſt, ſtrenuus uexare turmas hoſtium, & mittere equum frementem Per medios ignes] Id eſt, pugnæ furorem. Sic tauriform.] Ordo eſt. Aufidus fluuius Appuliæ.

Tauriformis] Id eſt, habens forma Tauri, qui perfluit regna Dauni Appuli] Id eſt, quondam Appulorum regis, uoluitur ſic cum ſæuit per inundationem, & Minitatur agris cultis] Id eſt, ſatis Per diluuiem] Id eſt, inundationem horrendam, ut Claudius]

Scilicet, Tiberius diruit uaſto impetu agmina barbarorum Ferrata] Id eſt, armata & Strauit humum] Id eſt, per humum Metendo] Id eſt, reſecando & uellendo. Primos & extremos] Omnes obſtans, exiſtens Victor ſine clade] Scilicet, ſuorum & hoc ô Auguſte Te præbente copias] Scilicet, exercituum. Et conſilium, & diuos tuos] Id eſt, tibi fauorabiles. Nam eodem (tranſactis tamen 12. annis) quo Alexandrea] Scilicet, regia Aegypti. Supplex] Id eſt, ſubacta. Patefecit tibi portus & aulam uacuam] Scilicet, rege fortuna proſpera reddidit Tertio luſtro] Id eſt, intra tertium luſtrum, ſecundos exitus belli, quia uictoriam. Et arrogauit imperiis peractis] Id eſt, omnibus tuo imperio ſubditis. Laudem & decus optatum] Id eſt, dictaturam perpetuã, & patris patriæ appellationem. Cantaber] Populus Hiſpaniæ non domabilis ante, & Medus, & Indus, & Scythes, id eſt, Scytha Profugus] Id eſt, Parthus aut Scytha in plauſtris domicilia ut prius uidimus habens. Miratur te ô tutela præſens] Id eſt, præſenti numine freta. Italiæ & Romæ dominæ] Id eſt, principis urbium, quam, ut egregiam doceat ſeorſum ponit. Nilus] Qui celat origines Fontium] Id eſt, unde oritur. Et Iſter] Qui in quibuſdam locis Danubius dicitur, & Tygris] Fluuius Armeniæ, & Oceanus & belluoſus] Id eſt, multa monſtra, & beluas uarias continens, qui obſtrepit Britannis remotis] Scilicet, à globo huius mundi, ut in Buc. Maro.

„ Et penitus toto diuiſos orbe Britannos,

Et tellus Galliæ non pauentis funera] Id eſt, mortem, aut quia bellicoſus eſt Gallus, aut quia perſuaſum etiam tunc habuit poſt hanc uitam eſſe & aliam: unde hi ſæpe mutuò dabãt, quid illic reciperent. Et tellus Iberiæ] Id eſt, Hiſpaniæ, difficilis ad uincendum. Audit te] Id eſt, obtemperat tibi, & Sycambri] Populi inferioris Alemanniæ, gaudentes cæde. Venerantur te armis compoſitis] Id eſt, ſedatis.

ANTON. MANCIN. } Oſtendit] Non à ſenatu, non à populo unquam Auguſto pro meritis poſſe honores plenè reddi, ipſo enim authore, ipſo inquam præbente copias, & conſilium ſuoſq; diuos Geloni, Brenni, Alpini, Cantabri, Medi, Indi, Scythæ, Aegyptus, Britanni, Gallia, Iberia. Sycambri Romano imperio parebant. Quæ cura patrum] Ode eſt. ſimilis 9. eſt aut Ordo. O' Auguſte quæ cura patrũ, quæ'ue Quiritiũ plenis munerib. honorum titulos memoresq; faſtos in æuũ æternet uirtutes tuas. Honorum] Id eſt, dignitatum tuarum. Per titulos] Geſtorum, ſcilicet. Faſtos libros, in quibus totius anni ſit deſcriptio. Faſti enim dies feſti ſunt, ut Feſtus edocet. Gelonos] De his ſuperiùs.

Brennos] ii ſunt Alpini populi teſte Plin. lib. 3. & Lucio Floro. Acer] Fortis & ſtrenuus. Plus uice ſimplici] Oſtendit duplici clade affectos hoſtes. Maior Neronum mox graue prælium, de Tiberio nunc intelligit, qui Druſo maior natu fuit, ut patet etiam per Suet. Mox] Id eſt, poſt Druſi mortem. Druſus enim Germanicus domitis hoſtibus inter Salam & Rhenum fluuios, uictor oppetiit, ut Strab. docet lib. 7. Suet. etiam ait ſic de Tiberio. Druſum fratrem in Germania amiſit, cuius corpus pedibus toto itinere prægrediens Romam uſq; peruexit. Liuius autem lib. 140. ſcribit, quod Druſus ex fractura equo ſuper crus eius collapſo 30. die, quàm id acciderat, mortuus eſt in Germania, &c. Maior Neronum] Tiberius poſt Druſi mortem Rhæticum, Vindelicumq; bellum geſſit, inde Pannonicum, inde Germanicũ. Rhætico quoq; Vindelico gentes Alpinas, Pannonico Brẽnos & Dalmatas ſubegit, author eſt Tranquillus Strab. etiam lib. 7. ſcribit Tiberium naualibus pugnis Vindelicos inuaſiſſe. Euſeb. etiam ſcribit quòd Tiberius Vindelicos, & eos qui Thraciarum confines erat Romanas prouincias fecit. Idq; ſcribit Euſeb. etiam anno 15. poſt Alexandriæ captiuitatem. Hic igitur patet de ipſo Tiberio intelligendum ibi maior Neronum.

Deuota pectora] Scilicet, Rhætorum & Vindelicorum, qui ut liberi eſſent, morti ſe exponebant. Indomitas prope] Ordo eſt. Impiger hoſtium uexare turmas & mittere frementem equum medios per ignes, qualis Auſter choro Pleiadum ſcindente nubes exercet undas prope indomitas. Pleiadum choro] Sunt Pleiades in cauda Tauri ſeptem ſtellæ, quas appellauêre Virgilias, ut ſcribit. Plin. & Gell. lib. 12. Vtq; Higynus ait, exiſtimantur Choream ducere

ſtellis,

ſtellis, & Columella ſcribit, Vergilias 11. Kalendas Maias cum ſole oriri, eſſéq; Aphricum uel Auſtrum, & humidum diem, latiùs tamen diximus lib. 1. Georgicorum. Tauriformis Aufidus] Habens tauri formam, fluuij enim cum cornibus pinguntur, & propter aquarum murmur & impetum, & propter retortas ripas.
Claudius Tiberius, de Claudia autem domo latiùs ſuprà patuit. Alexandrea] Alexandria & Alexandrea dicitur, ut Priſc. docet lib. 2. qui hunc locum Alexandrea per e legit. quomodo autem ceperit Alexandriam, lege ſuperiùs, & etiam carmen Epodon. Peractis imperijs] Id eſt, omnibus tuo imperio ſubditis. Optatum decus] Scribit Florus, quòd Auguſtus ob ingentia facta Dictator perpetuus, & pater patriæ dictus eſt. Tractatum etiam in ſenatu, an quia condidiſſet imperium Romulus uocaretur. Sed ſanctius & reuerentius uiſum eſt nomen Auguſti, ut iam tum, dum coleret ipſo nomine, & titulo conſecraretur. Præterea ſcribit Suetonius, quum ſenatus cum Pop. Romano conſalutauit patrem patriæ, reſpondit Auguſtus lachrymãs, his uerbis (ipſe enim, ſicut Meſſalæ oppoſuit) Compos factus uotorum meorum, patres conſcripti, quid habeo aliud deos immortales precari, quam ut hunc cõſenſum ueſtrum ad ultimum uitæ finem mihi perferre liceat? per hæc igitur uerba intelligo optatum decus cognomen patris patriæ. Arrogauit] Deſcripſit, deputauit, tribuit. Cantaber] De Cantabris latiùs ſuprà. de Medis item. Indus] Scribit Euſebius, quòd Indi ab Auguſto per legatos amicitiam poſtulárunt. Strab. autem libro decimoquinto ſic ait. His ea addi poſſunt, quæ à Nicolao Damaſceno dicuntur. Refert enim ſe Antiochiæ, quæ apud Daphnem eſt, Indorum legatos uidiſſe, qui ad Cæſarem Auguſtum uenerant, qui quidem plures ex epiſtola ſignificabantur, ſed tres tantùm ſeruati erant, quos uidiſſe ſe ait, cæteri longitudine uiæ, magna ex parte perierant, addit etiam epiſtolam Græcam fuiſſe in membrana ſcriptam, in qua ſignificaretur, Porum eſſe qui ſcriberet, & cum ſexcentis regibus imperaret, Cæſaris tamen amicitiam multifacere, & paratum ſe quocunq; uoluerit aditum exhibere, & in quibuſcunq; rectum fuerit opitulari, hæc dicit in epiſtola contineri. Allata præterea eſſe dona octo ſeruos nudos, in ſubligaculis aromatibus delibutos, eſſe autem dona alia Mercurium à puero brachia exertum, quem nos uidimus. Item uiperas ingentes, & ſerpentes decem cubitorum, & teſtudinem fluuialem trium cubitorum, & perdicem uulture maiorem, &c. Te profugus Scythes] Parthi de quibus latiùs ſuprà Scytharum exules dicti ſunt. Nilus] Nilus incertis oritur fontibus ſecundùm quoſdam immenſo longitudinis ſpatio ambulans, demum pluribus in locis, & latens, & exiens, Aphricam ab Aethiopia diuidens Medios Aethiopes ſecat, longo poſtea interuallo in Aegyptium mare ſe euomit. Hæc & plura Plinius libro 5. capite 10. Iſter] Iſter, ut Strabo ait lib. 9. oritur ab extremis Germaniæ partibus, ſuperiores autem fluminis partes in fontes uerſus uſq; ad præcipites eius decurſus, quos catharractas nominant Danubium uocant, quæ maximè per Dacorum agrum delabuntur, alias uerò inferiores uſque in pontum Gethas, Iſtrum uocitant.
Rapidus Tigris] Oritur Tigris in regione Armeniæ maioris, fonte conſpicuo in planicie, à celeritate autem Tigris dicitur, ita enim appellant Medi ſagittam. author Plinius libro 6.
Beluoſus Oceanus] In eo enim uariæ ſunt beluæ, ut alibi diximus, ex Plinio Britannis, Auguſti tempore uniuerſa ferè Britannia inſula Romanis propria, familiariſq; habita. ut docet Strabo lib. 4. Galliæ. de Gallia & Iberia multa ſuperiùs. Sycambri] Diximus etiam ſuprà Auguſtum Germanos ultra Albim ſubmouiſſe, ex quibus Sueuos & Sycambros dedentes ſe, traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocauit. ut Tranquillus ait.
Compoſitis] Pacatis & repoſitis, ac collocatis.

ODE XV. DE AVGVSTI LAVDIBVS.

ἐγκωμιαστική.

Ode XV. Tricolos tetraſtrophos, ut: Vides ut alta ſtet niue candidum.

— — ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ ∪
— — ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ —
— — ∪ — — — ∪ — ∪
— ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ — —

ARGVMENTVM IN ODEN XV.

Excuſat ſe, quod quum in primis cupiat ſcribere geſta Auguſti ob ingenij & ſtyli exiguitatem non poſſit, illa enim maiora eſſe, quàm quæ Lyricis conuenīant, nam uir ille, inquit, non ſolùm fines Roman. imperij amplianit, ſed ſigna etiam à Parthis ablata reſtituit, pacem toti orbi peperit, ſaluberrimis inſtitutis & legibus, populumq; ad priſtinam integritatem, & incorruptos mores reduxit.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Oſtendit ſe uoluiſſe quidem libenter bella Auguſti Lyrico carmine deſcribere, ſed monitum à Phœbo periculoſum eſſe materiam arduam humilibus modis lyræ cantare, ſententiam ſuam mutaſſe. Facit tamen preclarum uirtutis & laborum Auguſti preconium.

COMMENTARIA.

ACRON.

PHOEBVS uolentem prælia me loqui Victas & urbes, increpuit lyra] Non lyra increpuit, ſed uolentem me prælia lyra loqui, quod eſt, lyrico carmine, Phœbus increpuit: amoribus enim aptum, hoc eſt, metrum, ut: Cùm canerem reges & prælia, Cynthius aurē uellit, & admonuit. Ne parua Tyrrhenum per æquor] Per allegoriã ſignificat, magnam materiam non ſufficienti ingenio, & humili generi carminis non debere committi. Fruges & agris rettulit uberes] Seu quia in pace diligentior cultus uberiorem fructum facit: ſeu quaſi ipſe Deus Cæſar faueat frugib. Vt,

» Ecce Dionei proceſſu Cæſaris aſtrum:
» Aſtrum quo ſegetes gauderent frugibus.

Et ſigna noſtro reſtituit Ioui] Quæ interfecto cũ exercitu Craſſo à Parthis Auguſtus receperat. Et uacuũ duellis] Id eſt, bellis. Ianum Quirini clauſit] Significat omnia pacata ſub Cæſare, templo Iani clauſo, quod belli tempore ſemper patêre conſueuerat. Vnde ad ſignificationem futuræ pacis apud Virgilium:

» Claudentur belli portæ.

Vaganti frena licentiæ iniecit] Leges tulit, quibus mores regerentur. Amouitq; culpas] Remouit, eiecit, ut:

» Emoti procumbunt cardine poſtes.

PHOEBVS uolentem prælia me
loqui,
Victas & urbes, increpuit lyra,
Ne parua Tyrrhenum per æquor
Vela darem. tua Cæſar ætas

Et uete-

Fruges & agris retulit uberes.
Et ſigna noſtro reſtituit Ioui,
Direpta Parthorum ſuperbis
Poſtibus: & uacuum duellis
Ianum Quirini clauſit, & ordinem
Rectum, et uaganti frena licentiæ
Iniecit, amouitq; culpas:
Et ueteres reuocauit artes,
Per quas Latinum nomen, & Italæ
Creuêre uires, famaq;, & imperi
Porrecta maieſtas ad ortum
Solis, ab Heſperio cubili.
Cuſtode rerum Cæſare, non furor
Ciuilis, aut uis eximet ocium:
Non ira, quæ procudit enſeis,
Et miſeras inimicat urbeis:
Non qui profundum Danubium bibunt,
Edicta rumpent Iulia: non Getæ,
Non Seres, infidiue Perſæ,
Non Tanaim prope flumen orti.
Nosq; & profeſtis lucibus, & ſacris,
Inter iocoſi munera Liberi,
Cum prole, matroniſq; noſtris,
Ritè deos prius adprecati,
Virtute functos, more patrum, duces
Lydis remiſto carmine tibijs,
Troiamq;, & Anchiſen, & Almæ
Progeniem Veneris canemus.

Et ueteres reuocauit artes] *In his enim uirtutibus ueteres uitæ artes eſſe dicebant, prudentia, iuſtitia, fortitudine, & temperantia, per has omnes conſtare uoluerunt politias.* Ad ortum Solis ab Heſperio cubili] *Vt:*

„ *Imperium Oceano, famã qui terminet aſtris.*

Ab oriente ad occaſum, imperium ſignificat peruenſſe Romanũ, ut:

„ *Quã Sol utrumq; recurrens Reſpicit Oceanum.*

Exuet] *Excludet.* Procudit] *Incudibus producit & fabricat.* Et miſeras inimicat urbes] *Inimicat, id eſt, inimicas facit. Miſeras autem, tanquam bellum patientes.* Nõ qui profundum Danubium bibunt] *Gentes à fluuio, ut:*

„ *Qui Tyberim Fabarimq; bibunt.*

Edicta rumpent Iulia] *A' nullis gentibus dicit leges Auguſti contemni, in Iuliam enim gentem fuerat adoptatus Auguſtus.* Getæ] *Gothi.* Infidiue Perſæ] *Craſſum enim ſecurum de pace perſuaſerãt.* Non Tanaim prope flumen orti] *Scythæ.* Profeſtis lucibus] *Diebus. Profeſti dies dicebantur, qui ante feſtos erant.* Iocoſi] *Lætitiam iubentis, ut:*

„ *Adſit lætitiæ Bacchus dator.*

Ritæ] *Cum affectibus.* Apprecati] *Inuocantes.* Virtute functos] *Duces, inquit, optimos parentum pietate uenerabimur, inter quos Auguſtus eſt.* Lydis remixto carmine tibijs] *Lydis tibijs læta cantabantur, Phrygijs triſtia, tres enim modos habebant tibiarum, Ionicum, Lydium, & Phrygium, quem & Barbarum. In honorem autem Lydorum dictum, quòd ipſi primi tibias inuenerunt.* Troiamq; & Anchiſen, & almæ Progeniem Veneris canemus] *In honorem Auguſti Venerem laudari uult, qua ab Iulij deſcendit origine.* Ordo eſt: Nos apprecati deos, canemus duces functos uirtute, more patrum, remixto carmine tibijs Lydis, & Troiam.

PORPHYR. } Phœbus uolentem prælia me loqui] *Quidam ſeparant hanc Odam à ſuperiore, ſed poteſt illi iungi, quoniam hic laudes dicuntur Auguſti.* Increpuit lyra] *Non lyra increpuit, ſed uolentem prælia me lyra loqui, id eſt, lyrico carmine.* Ne parua Tyrrhenum per æquor Vela darem] *Allegoricôs ſignificat, ne magnam materiam humili generi carminis committerem.* Et ſigna noſtro reſtituit Ioui] *Signa, quæ adempta Romanis interfecto exercitu à Parthis, Craſſo duce, Auguſtus recuperauit.* Ianum Quirini clauſit] *Id eſt, pacem ubique fecit, tunc enim claudebatur, belli uerò tempore patebat, nam & Virg. uolens oſtendere perpetuam pacem futuram, ſic ait:*

„ *Claudentur belli portæ.*

Et ordinem Rectum euaganti frena licentiæ iniecit] *Ordo eſt:*

„ *Iniecit frena licentiæ, ordinem rectum euaganti.*

Non furor Ciuilis, aut uis exiget otium] *Exiget, nunc excludet, ut ſit, quaſi extra aget, ut Terentius:*

„ *Spectandæ an exigendæ ſint uobis.*

Non ira quæ procudit enſes] *Procudit, hoc eſt, fabricat.* Et miſeras inimicat urbeis] *Inimicat fictum uerbum eſt, id eſt, inimicas facit.* Non Tanaim propè flumen orti] *Scythas ſignat.* Lydis remixto carmine tibijs] *Aiunt tres modos tibiarum eſſe, Ionicum, Lydium, Barbarum.* Et almæ progeniem Veneris canemus] *Id eſt, gentem Iuliam, quæ à Iulio nepote Veneris orium da exiſtimatur.*

CHRIST. LAND. } Phœbus uolentem] *Excuſat tenuitatem ingenij, quæ magnitudini rerum geſtarum ab Octauiano par eſſe non poſsit. Aitq; cum pararet illa deſcribere, à Phœbo prohibitum eſſe. Eſt autem tale figmentum, quale Virg. quoq; in Bucolicis adhibet. Ait enim,*

„ *Cum canerem reges & prælia Cynthius aurem*
„ *Vellit, & admonuit paſtorem Tytire pingues*
„ *Paſcere oportet oues deductũ dicere carmen.*

Increpuit] *Familiariter admonuit, Virg.*

„ *Tum Bitiæ dedit increpitans, ille impiger hauſit.*

Dare autem parua uela, id eſt, nauigia per æquor Tyrrhenum allegoricè eſt tenui ſtylo tractare res altas. Tua ætas] *Laudat à fertilitate, quæ propter pacem prouenit. Et ne deſidioſa pax uideri poſſit, demonſtrat ita pacem partam eſſe, ut tamen Parthi qui Craſſiana ſigna abſtulerãt, coacti ſunt per Ventidium Baſſum, qui eos ſuperauit, ea reddere. De his meminit, & Lucan.*

„ *Cumq; ſuperba foret, Babylon ſpolianda tropheis*
„ *Auſonijs umbraq; erraret Craſſus inulta,*
„ *Bella geri placuit nullos habitura triumphos.*

Clauſit Ianum] *Templum Iani Romæ in bellis patebat, in pace clauſum erat. Ter autem euenit ut clauderetur. Primò regnante Numa Pompilio. Secundò poſt, bellum Punicum ſecundum. Tertiò poſt bellum Actiacum imperante Auguſto. De his Virgil.*

„ *Claudantur belli portæ furor impius intus.*

Refert autem Macrobius quòd in bello, quod pro raptis geſtum eſt uirginibus: Romam portam in radicibus collis Viminalis, deinde ab aduentu Ianualem uocatam claudere uoluerunt. Sed cùm ter clauſiſſent, & totidem ſua ſponte patuiſſent, ſtabant pro cuſtodia armati, qui hoſtes irruentes ab ingreſſu arcerent. Mox accepta fama Romanos à Tacio pulſos relicta cuſtodia fugerunt. Et erant iam per portam irrupturi Sabini, cum è templo Iani per hanc portam, magna uis aquarum torrentium ſcatentibus undis erupit, & multas hoſtium cateruas aut feruenti, exuſtas, aut uaſta uoragine deuoratas ferunt. Vnde mos fuit, ut in bello ianua Iani ad auxilium pateret. Vacuum Ianum Quirini] *Id eſt, templum Iani, qui Quirinus dicitur. Nam autore eodem Macrobio, Ianus dicitur Conſiuius à conſerendo ſcilicet, propaginem generis humani. Item Quirinus, quaſi bellipotens ab haſta, quæ lingua Sabina Quiris dicitur. Appellatur item Patulcius & Clauſius, quia bello ualuæ eius pateant, pace claudantur. Sed ut ſemel de Iano plura tum Hiſtoricè, tum Phyſicè ex quadam allegoria referamus: Ianus ſecundũ Hyginum, qui Plutarchi teſtimonio nititur, olim regionem ubi nunc Roma eſt, cum Cameſe indigena gubernabat, ut regio Cameſene oppidum ianiculum diceretur. Extincto Cameſe ſolus regnauit. Et quoniam ſumma prudentia ex præteritis futura prænoſceret, & illa duo coniungeret, bifrons fuiſſe putatur. Et eadem ratione Anteuorta & Poſtuorta ſuæ diuinitatis comites à Romanis colebantur. Hic Saturnum à filio pulſum hoſpitio ſuſcepit, ab eoq; agriculturam doctum in ſocietatem regni accepit, & cum primus æra ſignaſſet, in altera parte Saturni effigiem, in altera nauis, qua uectus eſt imaginem expreſſit. Concordiam horum Maro teſtatur:*

„ *Ianiculum huic illi fuerat Saturnia nomen.*

Et duo continui menſes illis dicati ſunt. Nam December Saturnalia ſacra habet, & Ianuarius à Iano nominatur. Ianus cum

Saturnus nuſquam appareret regionem Saturniam parentem nominauit, & Saturno aram, ſacraq́, id eſt, Saturnalia inſtituit, & ſimulachrum ſuum falce, quia agriculturæ repertor fuerat, inſigniuit. Scribit Zeno, quòd Ianus in Italia primus templa & ritus ſacrorum inſtituerit. Ob quod in ſacrificijs præfationem perpetuam meruit. Et quoniam ea regnante omnium domus religione plenæ eſſent, idcirco ingreſſus, exitusq́ ædium illi ſacri ſunt. Hæc igitur ex hiſtoria. Phyſici autem Ianum dicunt Phœbum eundem atque Dianam eſſe: Nam Phœbo Græci aras ante fores ſtatuunt, & exitus introitusq́ illam potentem indicant, ut de Iano diximus. Pingitur præterea Ianus cum claui & uirga tanquam portarum cuſtos & uiarum rector. At etiam Diana uijs præeſt. Vnde ſecundùm Nigidium Diana à Iano dicta eſt appoſita d, litera quæ ſæpe decoris cauſa apponitur, ut redire & redintegrare. Ianum igitur ſolem eſſe uolunt & ideò gemino, id eſt, bifrontem quaſi utriuſque cœli ianuæ potentem, & inuocari priùs cum alicui Deo ſacrificatur, ut per huius portas preces ad illum tranſeant. Et ut anni dimenſio, quæ à ſole fit demonſtretur in ſimulachro Iani dextra manus trecentorum, ſiniſtra ſexaginta quinque numerum habet, quia ex totidem diebus conſtat annus. Alij mundum & cœlum eſſe uolunt Ianum, & ab eundo dictum, quod mundus ſemper dum in gyrum agitur, eat. Vnde Cornificius libro tertio Rithmorum inquit. Cicero non Ianum, ſed Eanum nominat.

Et uaganti licentiæ] Id eſt, leges quas utiles tulit. Veteres artes] Quia reduxit populum Romanum, ad priſtinam diſciplinam & mores. Cuſtode] Suprema laus in principe, ut non putet ob ſuum commodum illi datum imperium, ſed ut ſit optimus cuſtos & ueluti paſtor pabuli. Vnde Latini regem dixerunt à regendo, non autem dominos, ut nunc corrupti priores appellant. Græci autem, maximè Homerus ποιμένας λαῶν, id eſt, paſtores populorum κοσμήτορας, id eſt, temperatores & adminiſtratores nominarunt. Non furor ciuilis] Ita enim adminiſtrabit populum, ut nulla belli ſpecies oculum, id eſt, pacem perturbet.

Inimicat urbes] Nouè ſeu præter conſuetudinem. Nam inimicari tibi, & non inimico te dicimus. Nos & profeſtis] Cùm in ſummo ocio, & ſumma rerum affluentia uerſemur ingrati ſimus, niſi.

Sacris] Id eſt, feſtis diebus & profeſtis ritè Deos precemur. Deinde ex maiorum conſuetudine canemus duces defunctos uirtute, ſcilicet Troiam, Anchiſem & Veneris progeniem, ſcilicet Aeneam & domum Iuliam, quæ Aeneæ, filij Veneris progenies eſt. Oſtendit autem maximum ocium, & ſummam copiam rerum cùm etiam diebus profeſtis, qui rebus agendis decreti ſunt, non ſolùm ipſis uiris, ſed eorum uxoribus, & liberis feriari liceat. Nam quod Acron dies profeſtos eos intelligat, qui ante feſtos ſunt, ego cum tantæ auctoritatis homine non pugno, placet tamen, ut in trita eius notione ſumatur. Lydis] Tres enim erant modi tibiarum Dorius ſiue Ionicus, Phrygius, & Lydius. Nam Sacadas Argiuus eam, quam in muſicis ſtrophen dicunt tribus tonis Dorio, Phrygio, & Lydio admeuit.

IOAN. HART. } Cuſtode rerum Cæſare] Suprà adnotatum eſt Græcum eſſe ἔρ e.

HENR. GLAR. } Quem ab initio huius Odes ordinem faciunt, & Acro, & Porphyrio, etiamſi non improbem, tamen coactum puto, mirum uerò ſi non & concrepare lyra dicere liceat. illud autem. —Et ordinem R. ctum euaganti frena licentiæ Iniecit] Quidam pro euaganti legunt, & uaganti, quod mihi diſplicet. Placet autem ordo Porphyrionis: Iniecit frena licentiæ ordinem rectum euaganti. Et Claſtrumpens Iolis] Rectè hoc Badius de Iulio intellexit cum Suetonio: maximè enim laborauit Auguſtus, ut rata eſſent, quæ Iulius inſtituerat. Denique conſiderandum lectori, quàm uerum ſit, quod Acro ait: Profeſtos dies dici, qui ſint ante feſtos, cùm Feſtus Pompeius dicat profeſtos dici non feſtos.

HERM. FIGVL. } Volentem prælia me loqui lyra] Tentantem bella ab Auguſto geſta, & ſuperatas gentes Lyricis uerſibus mandare. Increpuit] Amicè & familiariter admonuit, tanquam præſes poëtarum, quibus ſpiritum & artem tribuit.

Ne paruas Tyrrhenum per æquor uela darem] Ἀλληγορικῶς, pro eo quod eſt, ne ingentia Cæſaris bella humili carminis generi committerem, & rem maiorem, quàm pro uiribus ingenij, cum periculo aggrederer. Non enim prælia conueniunt Lyricis, ſed amores & conuiuia. Eodem modo Tityrus, cùm reges canere uellet, ſe ab Apolline monitum ait, ut tenue carmen diceret.

„ Cùm canerem reges, & prælia, Cynthius aurem
„ Vellit, & admonuit, paſtorem Tityre, pingues
„ Paſcere oportet oues, deductum dicere carmen.

Fruges & agris retulit uberes] Vigilantiam Auguſti laudat, qua ille pacem & tranquillitatem Reipub. reſtituit atque confirmauit. Tempore enim pacis rura ſtudioſè ac tutò coluntur, fertilioresq́ fruges proferunt. Sic ſuprà:

„ Tutus bos etenim rura perambulat.
„ Nutrit rura Ceres, almaq́ fauſtitas.

Et ſigna noſtro reſtituit Ioui] Signa militaria, quæ M. Craſſo & M. Antonio ademerant Parthi, recepit, & Capitolio reſtituit. Autores ſunt, Suetonius in uita Auguſti. Iuſtinus lib. 42. Lucius Florus libro ultimo. Paulus Oroſius lib. 6. cap. 21.

Vacuum duellis Ianum Quirini clauſit] Iani templum Romæ eſt duabus portis, quod belli Ianuam uocant, legitimum enim eſt ipſum aperiri, cùm bellum ſit, in pace autem claudi: quod certè difficile, aut etiam rarò factum, cùm aliquo bello ſemper imperium ſuſpenſum teneatur. Hæc Plutarchus, qui ſemel tantùm clauſum ab Auguſto Ianum dicit. Huic adſtipulatur quoq; Liuius, his uerbis: Bis deinde poſt Numæ regnum clauſus fuit: Semel T. Manlio Conſule, poſt punicum primum perfectum bellum: Iterum, quod noſtræ ætati dij dederunt, ut uideremus, poſt bellum Actiacum ab Imperatore Cæſare Auguſto pace terra, mariq́ parta. Nec diſſentit Lucius Florus libro 4. cap. ultimo. Suetonius uerò Ianum Quirinum ſemel atque iterum à condita urbe clauſum, in multo breuiori temporis ſpacio ter clauſiſſe Auguſtum refert. Cuius ſententiæ etiam Paulus Oroſius lib. 6. cap. ultimo ſubſcribit.

Et ordinem rectum] Videlicet uiuendi. Nam clauſis Iani portis, Rempublicam, quam bello quæſiuerat, pace enutrire atque amplificare ſtudens optimus princeps, plurimas leges tulit, quibus effrenatam inſolentis populi licentiam refrenaret. Vt non ſolùm in hoſtilibus prælijs uictor exiſteret, ſed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expelleret: & fieret tam iuris religioſiſſimus, quàm uictis hoſtibus triumphator magnificus. Vt inquit Iuſtinianus in Proœmio Inſtitutionum. Vel referri poteſt ad ordinem Senatorium. Nam Senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba (erant enim ſuper mille, & quidem indigniſſimi, & poſt necem Cæſaris per gratiam & præmium allecti, quos abortiuos uulgus uocabat) ad modum priſtinum, & ſplendorem redegit, Author Sueton.

Et uaganti frena licentiæ iniecit] Indomitam peccandi libidinem legum uinculis coërcuit atque repreſſit. Pulchræ translationes ductæ ab equis. Idem etiam dicit Florus his uerbis: Hinc (uidelicet poſt clauſum Ianum) conuerſus ad pacem, pronum in omnia mala, & in luxuriam fluens ſeculum, grauibus ſeuerisq́ legibus multis coërcuit. Huc quoque pertinet quod de eodem refert Suetonius: Pleraque (inquiens) peſſimi exempli correxit, quæ in perniciem publicam, aut ex conſuetudine, licentiaq́ bellorum ciuilium durauerant, aut per pacem etiam extiterant.

Amouit culpas] Videlicet pœnas. Fuit enim uitiorum diligens & ſeuerus ultor. Itaque ne quod maleficium (ut ſcribit Suetonius) negocimúe impunitate, uel mora elaberetur, triginta amplius dies, qui honorarijs ludis occupabantur, actui rerum accommodauit. Veteres reuocauit artes] Corruptiſſimos Romanorum mores ad priſtinas uirtutes retraxit: puta ad frugalitatem, temperantiam, iuſtitiam, fortitudinem, &c. Nam ars hoc loco pro uirtute ponitur. Vnde etiam nomen habet ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. Per quas Latinum] Per quas uirtutes Romani imperij robur, gloria & dignitas creuit, & in omnes orbis terræ regiones penetrauit. Cuſtode rerum Cæſare] Quoad Cæſar regnabit, placidiſſima ſemper pacis, & ocij tranquillitas erit, adeo ut nullis ciuilibus bellis, nulla ſeditione, aut ira perturbari poſſit.

Ira, quæ

la, quæ procudit enſeis] *Nam furor, ut ait Virgilius, arma miniſtrat. Et alibi, Rimanti telum ira facit.* Inimicat] *Diſcordes, inimicas atque infeſtas facit.* Non qui profundum Danubium bibunt] *Oſtendit leges Auguſti tam eſſe firmas & ratas, ut inuiolatæ ab omnibus gentibus ſeruentur.* Edicta] *Edictum, ab edicendo, ſi rei ſignificationem ſpectemus, ideò dictum eſt, ut ſcirent ciues, quod ius de qua re quiſque magiſtratus dicturus eſſet. Edicere enim eſt decernere aliquid iure magiſtratus, ſiue id iubendo fiat, ſiue uetando.* Iulia] *Sic dicta à diuo Iulio Cæſare. Nam Auguſtus quaſdam leges, antea à Iulio latas retractauit, ut ſumptuariam & de ambitu. Sic Lex de adulterijs coërcendis, & ſtupro, Iulia dicitur, cùm tamen à Diuo Auguſto ſit lata, teſte Vlpiano. Henricus tamen Glareanus hunc locum de Iulio intelligit, quòd maximè laborârit Auguſtus, ut rata eſſent, quæ Iulius inſtituerat.* Tanaim prope flumen orti] *Hoc eſt, Sauromatæ, qui ripas Tanais poſſident. Tanais fluuius ex Riphæis montibus deiectus, præcipiti curſu ruit in Orientem, brumali rigore non duratur, multas Sarmatum atque Scytharum nationes irrigans, tandem in paludem Mæotidem mergitur.* Profeſtis lucibus] *Dies profeſti ſunt (inquit Alexander Neapolitanus) quibus rem publicam & priuatam gerere licet, quaſi procul à religione. Feſti uerò dies dijs dicati fuêre, in quibus Forenſibus negocijs omiſsis, ſacrificia, ferias, ludos, epulasq́ ſolennes celebrare, ac inter uota & ſacra, fauſtaq́ omnia uerſari, uerbisq́ prophanis abſtinere conuenit. Quippe diuiſa tempora uoluptatis & laborum, remiſsionum & curarum, Romani ueteres habuere.* Inter iocoſi munera Liberi] *In conuiuijs fortium & magnanimorum ducum laudes cantabimus diebus feſtis & profeſtis.* More patrum] *Nam, ut refert Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. maiores natu in conuiuijs ad tibias egregia ſuperiorum opera, carmine comprehenſa pangebant, quò ad ea imitanda iuuentutem alacriorem redderent. Item Cicero de Legibus, Ad cantus & ad tibicinem proſequi laudes clarorum uirorum, ait.* Lydis tibijs] *Tibiarum diuerſa fuerunt genera. Nam præcantoriæ erant & uaſtæ, quibus in ſacris præcinebant, & puellatoriæ ſono clariore, ac gingrinæ & miluinæ, quæ in acutos exeunt ſonos, ſicut à locis Lydiæ, Corinthiæ & Aegyptiæ, ſonis diuerſis & nominibus uarijs. Hæc Alexander.* Remiſto carmine] *Nam diebus feſtis pueri modeſti, cum uerecunda grauitate, maiorum laudes carmine decantare in conuiuijs ſolebant.* Progeniem Veneris] *Hoc eſt, Aeneam & Iulum, à quibus originem ducit Romanus populus, & præſertim gens Iulia: qua etiam Auguſti eſt familia.*

PERORATIO.

HAbes illuſtriſsime Princeps Guilelme, Q. Horatij Flacci poëtæ celeberrimi Lyricorum carminum libros quatuor, meo qualicunque ſcholio ſimplicius & craſsiore, ut uocant, Muſa, explicatos. Qua in re quicquid laboris ſuſcepi, id omne tua cauſſa ſuſcepiſſe affirmo. Etenim omne meum ſtudium atq; ingenium, quod equidẽ mediocre eſſe ſentio, me deferre tibi, princeps clariſsime, ſtatui. Itaq; conſumpti laboris atque operæ nunquam me pœnitebit, dummodo inde utilitatis aliquid tuę florenti multis uirtutibus ætati, generoſæq́; indoli accedere intelligam. Imò uoti prorſus compotem me factum putabo, ſi conatum hunc meum perquàm modicum, & promptam uoluntatem, clementer ac in bonam partem à tua Celſitudine acceptam atq; comprobatam eſſe uidero.

THEOD. PVLM. } 7 Derepta] Direpta, *H. G.E.B.A. altera lectio magis probatur.* 9 Ianum Quirini] Fanum Quirinum, *legi poſſe putat Ioan. Paſſeratius, quæ lectio Lambino non diſplicet.* 10 Rectum & uaganti] *Rectum euaganti, G. Rectum uaganti, A.* 11 Amouitq;] Dimouitq;, *H.* Emouitq;, *G.E.B.A.* 15 Ortum] Ortus, *G.E.B.A.* 18 Eximet] *H.G.E.B.A.* Exiget, *Porphyrio.* 23 Infidi'ue] Inſidiq;, *H.B.A.*

GEORG. FABR. } *Prædicat felicitatem Auguſti, qui domi pacem conſtituit, foris omnes gentes aut amicas, & ſocias, aut ſubditas habuit.* Et ſigna noſtro reſtituit Ioui] *De hac re extat nummus aureus Auguſti, cum curru triumphali: in cuius altera parte legitur,*

CIVIB. ET SIGN.
MILIT. À PART.
RECVP.

Ordinem rectum euaganti frena licentiæ Iniecit] Ordo *eſt, ait Lambinus,* Iniecit frena licentiæ euaganti *ordinem rectum, id eſt, extra ordinem rectum uagantem licentiam refrenauit, ut alibi loquitur.* Non furor ciuilis aut uis exiget otium] *Hoc modo probè Porphyrio, id eſt, turbabit & expellet: alij exuet, alij eximet, minus bene ex gloſsis.*

IOD. BAD. ASCENS. } Phœbus] *Iterum Auguſtum laudans, dicit.* Phœbus] *Id eſt, Apollo.* Increpuit] *Id eſt, crepitu repræhendit me, ſic Maro in Buc.*

» *Cum canerem reges & prælia, Cynthius aurem*
» *Vellit: & admonuit, paſtorem Tityre pingues*
» *Paſcere oportet oues.*

Deductum dicere carmen. Volentem loqui] *Id eſt, dicere.* Lyra] *Id eſt, Lyrico carmine conſequi.* Prælia] *Scilicet, Auguſti.* Et urbes uictas] *Ab eo.* Ne darem paruo uela per æquor, Tyrrhenum] *Id eſt, ne immenſam laudem tenui ſtylo mandarem.* Quia ô Cæſar Auguſte tua ætas] *Scilicet, aurea.* Rettulit &] *Scilicet, ſimul.* Agris fruges uberes] *Id eſt, abundantes.* Et Ioui noſtro] *Id eſt, Capitolino.* Signa direpta ſuperbis poſtibus] *Id eſt, Tholis Parthorum, ubi erant affixa, poſtquam ablata fuerant Craſſo.* Et clauſit Ianum Quirini] *Id eſt, templum Iani Quirini clauſit.* Vacuum duellis] *Id eſt, bellis.* Et iniecit licentiæ] *Id eſt, diſſolutioni licenter uiuendi.* Euaganti] *Scilicet, prius.* Rectum ordinem & frena] *Id eſt, morum leges tulit.* Et amouit culpas, & reuocauit ueteres artes] *Scilicet, frugalitatis & continentiæ.* Per quas nomen Latinum & uires Italiæ creuêre] *Scilicet, primum: ut docet Liuius in prima Præfatione.* Et fama] *Supple creuit.* Et maieſtatis imperij] *Pro Imperij.* Eſt porrecta] *Id eſt, extenſa.* Ab Heſperio] *Id eſt, Occidentali cubili Solis, ſupple uſq; ad Ortus Solis.* Furor ciuilis] *Id eſt, inteſtinus.* Aut uis] *Scilicet, externa.* Non eximet] *Id eſt, non abolebit otium.* Cæſare cuſtode] *Id eſt, tantiſper dum Cæſar erit cuſtos rerum.* Ira quæ procudit enſes & inimicat] *Id eſt, inimicas facit, miſeras urbes.* Et ij qui bibunt Danubium profundum] *Id eſt, Germani, Pannones, Daci, qui omnes ſunt bellicoſi.* Et Seres] *Id eſt, populi ad Indiam, & Perſæ infidi.* Et Getæ] *De quibus Maro:*

» *Mortem contemnunt laudato uulnere Getæ.*

Et orti prope Tanaim flumen] *Id eſt, Scythæ.* Non rumpent edicta Iulia] *Quæ Auguſtus maximoperè conatus eſt efficere rata. Nam ut Suetonius ſcribit, nihil conuenientius duxit, quàm necem auunculi uindicare, tueriq́; acta.* Vnde hic Iulia] *Id eſt, Iulij Cæſaris potius, quàm Auguſti dicam.* Et nos, *inquit, poëta.* Prius adprecati ritè] *Id eſt, ut decet deos.* Canemus & profeſtis] *Id eſt, non feſtis.* Lucibus] *Id eſt, diebus.* Et ſacris] *Id eſt, feſtis.* Inter munera] *Id eſt, dona.* Liberi] *Scilicet, Patris Bacchi, hoc eſt, uini.* Iocoſi] *Scilicet, ab effectu.* Cum prole] *Id eſt, Liberis.* Et matronis] *Id eſt, uxoribus noſtris.* Canemus dico more patrum] *Id eſt, maiorum noſtrorum.* Carmine remixto] *Id eſt, attentè & artificioſè, quaſi iterum atque iterum mixto.* Tybijs Lydis] *Id eſt, à Lydis inuentis.* Duces functos uirtute] *Id eſt, iam in cœlum tranſlatos.* Et Troiam] *Id eſt, Troianos Priſcos.* Et Anchiſen & progeniem Veneris almæ] *Scilicet, Aeneam,* Iulum]

Iulum] *Reges Albanos, Romulum, Iulium Cæſarem & Auguſtum.*

ANTON. MANCIN. } *Auguſti Cæſaris laudes hæc Ode continet uti & præcedens. Ille enim à Parthis Craſſo ablata ſigna reſumpſit. Ianiq́ etiam templum omni bellorum remoto furore clauſit.* Phœbus uolentem loqui prælia & uictas urbes. Parua uela] *Lyricos uerſus intelligit, non aptos quidem cantandis prælijs.* Tyrrhenum per æquor] *Metaphora. Intelligit autem maxima Cæſaris Auguſti geſta.* Tua Cæſar ætas] *Auguſtum laudat à pace, qua ſanè bona cuncta proueniunt, ut fruges & ſimilia.* Signa] *De ijs uideto in fine Odes ſecundæ, lib. 1.* Ianum Quirini] *Numa Pompilius mitigandum ferocem populum armorum diſſuetudine ratus. Ianum ad infimum Argiletum indicem pacis, belliq́ fecit: apertus ut in armis eſſe ciuitatem, clauſus pacem circa omneis populos ſignificaret. Bis deinde poſt Numæ regnum clauſus fuit: ſemel Tito Manlio Conſule poſt primum Punicum perfectum bellum. Iterum Auguſti tempore poſt bellum Actiacum pace terra, mariq́ parta. Hæc ex Liuio. Sueton. etiam de Auguſto ſic. Ianum Quirinum ſemel atque iterum à condita urbe ante memoriam ſuam clauſum in multo breuiore temporis ſpatio terra mariq́ pace parta clauſit. Florus item ſic. Auſusq́ tandem Cæſar Auguſtus ſeptingenteſimo ab urbe condita anno Ianum geminum claudere, bis ante ſe clauſum ſub Numa rege, & uicta primum Carthagine. Hinc conuerſus ad pacem primùm in omnia mala, & in luxuriam fluens ſæculum grauibus, ſæuerisq́ legibus coërcuit &c. Plutarchus quoque de Numa & Iano ſic. Eſt & eius templum Romæ duabus portis, quod belli Ianuam uocant. Legitimum enim eſt ipſum aperiri quum bellum ſit. In pace autem claudi. Meminit item de Iani templo. Ouid. libro 1. Faſtor. Ianum Quirini. Macrobius libro 1. Satur. ſcribit. Ianum Quirinum dictum, quaſi bellorum potentem ab haſta: quam Sabini curim uocant.* Et ordinem &c.] *Auguſtus enim, ut diximus, conuerſus ad pacem, primùm in omnia mala & in luxuriam fluens ſæculum grauibus, ſæuerisq́ legibus coërcuit.* Veteres artes] *Quatuor uirtutes intelligit, prudentiam, iuſtitiam, temperantiam & fortitudinem. Nam ars, ut etiam, Diomedes ſcribit, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, ab arete, id eſt, ab uirtute dicitur. Maieſtas, amplitudo, & dignitas.* Imperi] *Pro imperij.* Porrecta] *Id eſt, cudendo extendit ac fabricat.* Edicta Iulia] *Id eſt, Auguſti in Iuliam gentem adoptati.* Nosq́] *Oſtendit ſe dic quoque dijs ſacrificaturum, cantaturumq́ ſtrenuos duces, & Veneris progeniem, unde Iulia gens ortum habuit. Nam ex Venere ortus eſt Aeneas, inde Aſcanius, à quo Iulus: cui regni loco apud Albam ſacra eſt poteſtas attributa, atque honor, cuius familia fuit maxima atque clariſsima omnium, author eſt Dionyſius libro 1. Ex eadem familia Iulius Cæſar eſt. Vnde Maro ait. Iulus à magno demiſſum nomen Iulo. Quod non de Aſcanio intelligendum eſt, ſed de Iulo Aſcanij filio, qui magnus fuit, quantum ad ſacram poteſtatem, & honorem, ut oſtendimus.* Profeſtis lucibus] *Profeſtum diem dicebant, qui Feſtus non erat, ut Pompeius ait.*

More patrum] *Valerius libro 2. ſic ait: Maiores natu in conuiuijs ad tibias egregia ſuperiorum opera carmine comprehenſa, pangebant: quo ad ea imitanda iuuenem alacriorem redderent. Cicero item libro 1. Thuſcul. ſcribit, eſſe in Catonis originibus, ſolitos eſſe in epulis canere conuiuas ad tibicinem, de clarorum hominum uirtutibus.* Lydis tibijs] *De ijs latè ſuperiùs.* Iocoſi] *Dantis iocos, lætitiam, iucunditatem.* Veneris progeniem] *Iuliam gentem, ut diximus.*

COMMENTARIORVM VAR. AVTHOR. IN Q. HORAT. CARMINVM LIBRVM IIII. FINIS.

Q. HORA.

Q. HORATII FLACCI
CVM VARIORVM DOCTISSIMORVM, TAM NEOTERICORVM, QVA'M ANTIQVISSIMORVM GRAMmaticorum, Commentarijs ac Annotationibus: in unum Opus collectis.

LIBER EPODΩN.

ODE I. EPOD. LIB. AD MECOENATEM.

Ode I. Dicolos, diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Iambicus, Hipponactius, Trimeter, Acatalectus, conſtans è ſex Iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo, hoc modo:

Ibis - - Libur ∪ - nis in - - ter al ∪ - ta na ∪ - uium ∪ ∪

Secundus quiſq; eſt Iambicus, Archilochus, Dimeter, Acatalectus, conſtans quatuor Iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo, hoc modo:

Ami ∪ - ce pro ∪ - pugna - - cula ∪ ∪

— — ∪ — — — ∪ — ∪ — ∪ ∪
∪ — ∪ — — — ∪ ∪

ARGVMENTVM IN ODEN I.

EPODE ad Mecœnatem profectꝰrum cum Auguſto, à quo Liburnorum claſsi præfectus erat ad bellum nauale contra Antonium & Cleopatram, in qua ſollicitus poëta de hominis ſalute, ſcribit eo abſente, ſe nunquam futurum ſecuro animo, itaq; malle ſe eum quouis ſequi, & periculo ſuo militare, ut eius præſentia fruatur, non ut faciat quæſtum, quàm domi in ocio, ſed ſine eo uiuere.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Mecœnas Liburnicis nauibus præfectus, cùm ad bellum Actiacum nauale contra Antonium & Cleopatram cum Auguſto Cæſare iam abiturus eſſet, Horatius, ut par erat, de ſalute amici optimè meriti ualde ſollicitus, hanc primam Oden ad eum ſcripſit, ſignificans ſe abſente Mecœnate nunquam animo tranquillo & læto futurum: itaq; malle ſe quouis ipſum ſequi, & duriſsimos belli labores, non quidem lucrandi, aut prædandi, ſed amici præſentia fruendi cauſa, ſuſtinere, quàm ſine illo domi in otio uiuere.

COMMENTARIA.

IBIS Liburnis inter alta nauium
Amice propugnacula,
Paratus omne Cæſaris periculum
Subire Mecœnas tuo.
Quid nos? quibus te uita ſit ſuperſtite,
Iucunda: ſi contrà, grauis?
Vtrum'ne iuſsi perſequemur otium
Non dulce, ni tecum ſimul?
An hunc laborem mente laturi, decet
Qua ferre non molleis uiros,
Feremus? & te uel per Alpium iuga,
Inhoſpitalem & Caucaſum,
Vel occidentis uſq; ad ultimum ſinum,
Forti ſequemur pectore?
Roges, tuum labore quid iuuem meo,
Imbellis, ac firmus parum.

ACRON.

IBIS Liburnis] *Metrum hoc iambicum dicitur, primus enim uerſus iambicus trimeter eſt, ſecundus dimeter Iambicus. Epodon carmen uocatur, cuius primus uerſus maior eſt, ſecundus minor. Et primus uerſus ἐπῳδεῖται, id eſt, præcanitur: uel quia Græcè ἐπῳδὸς carmen dicitur, ideò ἐπῳδῶν hic liber nominatur, quia cõtinuo tenore primi uerſus ſenſus, uerſu conſequẽti cõcluditur. Huius uerò metri inuẽtor fertur Archilochus. Duo aũt ſunt genera huiuſmodi ſtyli, Epodon, & proodon, ἐπῳδὸς dicitur quaſi poſt cantatio, ut quid dicat primus uerſus, ordo ſequentis explanet: προῳδὸς per contrarium, quaſi ante cantatio. Hoc ipſum item epodon quaſi proodõ, hoc eſt, poſt uocem, poſt cantilenam. Liber iſte Epodon appellatur. Et quæritur de nomine ipſius. Soluitur ſic: Aut quia in itinere poſito Mecœnati hoc dicit, aut quoniam ita uerſus ordinati ſunt, ut ſinguli, quibuſq; clauſulæ reciunant. Clauſulam dicunt Lyrici præciſos, & non integros uerſus. Præcedit ſemp trimeter iambicus, & ſequitur dimeter. Trimeter aũt dicitur, qui habet ſex iambos. Dimeter, qui habet quatuor. Iambicus trimeter Tragicus recipit pedes dextros, uidelicet, ſpondæum primũ, tertium, & quintum: Siniſtros iambos, uidelicet, ſecundum, quartum & ſextum. Diu potentes ferre uix ſatis opem. Comicus erit, qui frequentes tribrachos habet, ut:*

„ *Agite quid dubitatis hilares dare choros,*
Satyricus medius, ut:
„ *Muſæ Iouem laudate, & hilares, date choros.*

Ibis Liburnis] *Mecœnatem proſequitur, euntem ad bellum nauale cum Auguſto aduerſum Antonium & Cleopatram.* Ad Actiacum *enim bellum iturus Cæſar Auguſtus, Liburnis præpoſuit Mecœnatem. Hac igitur illum poëta oratione ſolatur. Liburnæ, nauiculæ ſunt textæ uiminibus.* Amice propugnacula] *Vt in muro, ita & in nauibus ſunt propugnacula, poſt quæ dimicantes armati conſiſtunt.* Quid nos] *Eclypſis, deeſt, faciemus.* Superſtite] *Superſtitem pro præſenti poſuit, ut Plautus:*

„ *Nemo adeſt hic ſuperſtes.*

Vtrum'ne iuſsi] *A' Mecœnate, aut à Cæſare. Ipſo enim agente Horatius ab Auguſto meruerat militiæ uacationem, quod iniucundum ſibi ſine ipſo confirmat.* An hũc] *Supple, tecum ſuſcipiemus laborem, quem molles ferre non poſſunt*

Comes minore ſum futurus in metu,
Qui maior abſenteis habet:
Vt aſsidens implumibus pullis auis
Serpentium allapſus timet
Magis relictis: non, ut adſit, auxili
Latura plus præſentibus.
Libenter hoc, & omne militabitur
Bellum in tuæ ſpem gratiæ:
Non ut iuuencis illigata pluribus
Aratra nitantur meis
Pecus'ue Calabris ante ſidus feruidum
Lucana mutet paſcua,
Nec ut superni uilla candens Tuſculi
Circæa tangat mœnia.
Satis, ſuperq; me benignitas tua
Ditauit. haud parauero,
Quod aut, auarus ut Chremes, terra premā,
Diſcinctus aut perdam, ut nepos.

ſunt? Inhoſpitalem] *Aut propter nimia frigora: aut inhabitabilem propter montis ipſius aſperitatem, ut:*

„ *Inhoſpita Syrtis.*

Pectore] *Animo, μετωνυμικῶς. Imbellē enim ſe corpore in ſequenti dicturus erat.* Quid iuuem meo] *Humanæ mentis ratio eſt, ut per diuerſas ſuſpiciones dilectus plus timeatur abſentibus. Dicit ergo non quod comitatu ſuo imbecillus fortiſsimum uirum poſſet iuuare: ſed aut præſens cū eo tutior eſſe, aut ſalutis eius minorem præſens ſuſtinere ſollicitudinem. Lucanus ut timorem ſollicitæ mentis oſtenderet, canit:*

„ *Euētus belli ſciat ultima cōiūx.*

Comes] *Si comes ſum.* Vt aſsidens implumibus pullis auis] *Apta, inertium curæ, auium comparatio. Ille enim nudos non relinquunt cura pietatis, dum uindicare non poſſunt.* Serpentium allapſus] *Vt ipſa ſerpentium incurſus timent magis pullis relictis.* Libenter hoc & omne militabitur Bellum] *Nouè & eloquenter dixit, Militabitur bellum, ut pugnam pugno, ſeruitutem ſeruio.* In tuæ ſpem gratiæ] *Non ſpe prædæ, ſed gratiæ Mecœnatem ſe dicit nolle deſerere.* Illigata] *Implicata uel illaqueata.* Ante ſidus feruidum] *Ante caniculares dies.* Lucana mutet paſcua] *Id eſt, non ut ſaltus Lucaniæ æſtiuos accipiam, ad quos greges uitantes æſtus Calabriæ, transferantur.* Superni] *Alti, id eſt, in ſuperiore poſiti.* Cādens] *Aut pro altitudine niuoſa, aut marmoribus compta.* Circæa tangat mœnia] *Telegonus Circes filius Thuſculum condidit.*

„ *Aut Circæa mœnia Campaniæ.*

Id eſt, nolo continuare agros Thuſculanos uſq; ad Circæum. Benignitas] *Liberalitas.* Parauero] *Acquiſiuero. Et eſt pronunciatiuum futuri temporis, ut docuero. Virgil.*

„ *Donec me flumine uiuo Abluero.*

Vt Chremes] *Nomen in Terentio diuitis & tenacis.* Diſcinctus] *Diſſolutus & liberius agens, ut:*

„ *Malchinus tunicis demiſsis ambulat.*

Nepos] *Luxurioſus, negligens.*

PORPHYR. } Ibis Liburnis] *Hic liber Epodos inſcribitur, ſcilicet, quòd ita uerſus in eo ordinati ſunt, ut ſingulis, quibuſq; clauſulæ ſuæ ſuccinantur. Clauſulas autem Lyrici appellant, quaſi præciſos uerſus integris ſubiectos, qualis eſt ſecundus: Amice propugnacula, & deinceps alterni, quibus tertia pars deeſt, quæ minus ſint præcedentibus ſimiles ipſi ſequentes, quos meritò Hellines clauſulas appellant, & ἀλλιωσεις. Baſi enim tertiæ pars opus eſt, ut integer fiat.* Inter alta nauium Amicè propugnacula] *Non uidetur uerecundiæ Horatij conuenire, aut amicum ſe Mecœnatis dicat, cùm clientem debebat dicere. Nunquid ergo ſic ordinanda phraſis eſt, ut amice Cæſaris intelligamus? & ideò bis Cæſaris accipiendum erit, ut ſit tale:* Amice Cæſaris Mecœnas, ibis Liburnis paratus omne periculum Cæſaris tuo periculo ſubire. Quid nos? quibus te uita ſit ſuperſtite iucunda, ſi contrà, grauis] *Bis poſuit periculum, ſi ſemel abundat. Melius enim ſic loqueretur:* Quibus te ſuperſtite uita iucunda eſt, ſi contrà, grauis eſt: *ergo uerbum extrinſecus accipiendum ex eo ſit, ut plena fiat elocutio.* Grauis] *Id eſt, ſuperſtiti contraria.* Vtrum'ne iuſſi perſequemur ocium] *Iuſsi à te? aut nunquid à Cæſare? dicitur enim Cæſar Auguſtus dediſſe Horatio militiæ uacationem, cùm alijs negaſſet.* An hunc laborem mente laturi, decet, Quem ferre non molles uiros Feremus] *Senſus autem eſt hic: Nunquid animo laboraturi per abſentiam tuam, ſuſcipimus & corporis laborem tecum eundo? Corporis enim labor uult nō mollium uirorū.* Comes minore ſum futuris in metu, Qui maior abſentes habet] *Senſus eſt: Si comes ſim, minorē metum patiar, qui ſemper ab-*

ſentibus eſſe ſolet. Attende à ſingulari numero ad pluralem trāſitum feciſſe nunc. Vt aſsidens implumibus pullis auis Serpentium allapſus timet] *Attende elocutionē, illis timet per datiuum caſum, non pro illis timet. Sic Terent.*

„ *Syre tibi metui malè.*

Non ut adſit auxilij Latura plus præſentibus] *Sit uerbum hic deeſt, & ſi particula, quia ordo & ſenſus hic eſt:* Nō ut plus auxilij præſentibus ſit latura, ſi adſit. Pecus'ue Calabris antè ſidus feruidum Lucana mutet paſcua] *Ambigua quidem elocutio eſt, ſed cum ante ſydus feruidum dicat, & Calabriam manifeſtiſsimum ſit calidā eſſe, appãret eum hoc dicere, nō ut pecui ante feruidiſsimum æſtatis tempus ex Calabris in Lucaniam tranſeat.* Circæa tangat mœnia] *Tuſculum intelligendum, quia Telegonus Circes & Vlyſsis filius hoc oppidū condidit. Senſus eſt autem: At neq; in Tuſculano poſsideam uillā, quæ ibi ædificia habeat, uſq; ad ipſam urbem.* Satis ſuperq; me benignitas tua Ditauit] *Donatū ſibi in Sabinis fundum à Mecœnate Horatius ſæpe teſtatur.* Quod aut, auarus ut Chremes, terra premam] *Quoniam Chremes nomen ſenis eſt in comœdijs, ibi enim ferè auari finguntur. Videtur non immeritò Chremetem auarum dixiſſe. Senſus aūt:* Non ſtudebo nummos acquirere, quos theſauris cōditos, terræ ſubfodiam. *Per quod ait nolle nummos habere plures, quàm opus ſit, ac per quos ſollicitam habeat uitam.* Diſcinctus aut perdam ut nepos] *Diſcinctos pro negligentibus ſolent dicere. Nepotem autem ueteres prodigum ac luxurioſum dicebant, quia reuera ſolutiores, delicatioriſq; uictus ſoleant eſſe, qui ſub auo nutriuntur.*

CHRIST. LAND. } Ibis Liburnis inter alta nauium] *Verſus iambicus eſt. Sed primus iābicus trimeter. Secundus dimeter, nam quamuis trimeter ſit ſex pedum, tamen propter uelocitatem pro tribus recipitur. Epodôn carmen eſt, ut placet Acroni, in quo primus uerſus maior eſt, minor ſecundus, & primi uerſus ἐπᾴδει, id eſt, accinitur. Vel quia epos carmen dicitur. Ideóq; hunc librum Epodôn nominari dicit, quia continuo tenore primi uerſus ſenſus, uerſu ſequenti concluditur. Diomedis aūt Grammatici inſignis eadem penè ſententia eſt. Ait enim epodos dici uerſus quolibet metro ſcriptos, & ſequentis clauſulas habentes particularē, in quibus ſingulis uerſibus ſingulæ clauſulæ adijciuntur. Dictos aūt eſſe epodos οὐ ἐπιλογικῶς à partibus uerſuum, quæ legimus & integris uerſibus ἐπᾴδονται, id eſt, accinuntur.* Ibis] *Demonſtrat quàm anxius ſit de ſalute Mecœnatis, qui contrà Antonium bello nauali decertaturum Octauianum comitabatur.* Liburnis] *Nauigij hic genus eſt: Alibi uerò currus à populis Liburnis qui iuxta ſinum Illyricum ſunt. Virg.*

„ *Regna Liburnorum & fontem ſuperare Timaui.*

Alta propugnacula] *Nam & Virg. in hoc nauali prælio alta nauigia deſcribit.*

„ *Credas innare reuulſas*
„ *Cycladas, aut montes concurrere montibus altos,*
„ *Tanta mole uiri turritis puppibus inſtant.*

Paratus ſubire periculum Cæſaris tuo] *Id eſt, opponere te morti pro illius ſalute.* Quid nos] *Sententia eſt, nos autem qui Romæ reſtamus futuri ſumus incolumes, et læti te incolume. Si aūt cōtra, nos quoq; contra in luctu uicturi ſumus.* Iuſsi] *Nam intercedente Mecœnate Horatius belli uacatione ab Auguſto donatus eſt.* Feremus an] *Contexe ſic, An feremus hunc laborem laturi ipſum mente, quia imbellis corpore non poſſet, quem ferre decet non molles uiros.* Comes minore] *Scio ſi te ſequar nihil me te iuuaturum, ſed ero in minori metu. Nam ſi abſum, omnia quæ accidere poſſunt timebo etiam ſi non accidant. Si fuero tecum timebo tantùm ea quæ accident.* Vt aſsidens] *Conueniens comparatio,*

nam quamuis mater pullorum auis non poſſit eos ab allapſu ſerpentum tueri, tamen in minori anxietate ſunt præſentes. In ſpem tuæ gratiæ] Id eſt, libenter militabo, ut tibi rem gratam faciam. Neque tuam beneuolentiam cupio, ut plura à te conſequar munera, hoc autem ſic exprimit. Non ut aratra illigata plurimis meis iuuencis nitantur, ſcilicet contra obſtantem terram, id eſt, arent. Sed lege per Hypallagen, ut ſit, non ut plures iuuenci illigati aratris nitantur, id eſt, non ut habeam plura rura. Pecus ue] Nec habeam multa armenta. Eſt autem de conſuetudine ut hyemali tempore armenta in calidioribus locis, ut eſt, Calabria, æſtiuo uerò in frigidioribus, ut eſt Lucania, & quæcunq; alia regio montana, paſcantur. Candentis] Ex niue aut propter marmora. Circæa mœnia] Id eſt, mœnia ipſius Tuſculi conditi à Telegono Circes & Vlyſsis filio, Vel dixit nolo continuare prædia Tuſculani agri uſq; Circæos. Satis ditauit] Nam quæ ſatis erant dediſti. Nec uolo ſuperflua quæ ſi eſſem auarus, ut Terentianus Chremes occultarem intra terram, aut ſi eſſem nepos, id eſt, luxurioſus & deſes perderem. Diſcinctus] Piger, negligens.

ERAS. ROT. } Haud parauero] Oſtendit poëta ſe paruo etiam parto contentum, euitaturumq; ne illud ſibi obijci prouerbium audiat, Terra defoſſam habes, quod dicitur in eum qui non impertit, neq; profert ſuas dotes. Sumptum ab auaris theſaurum humo defodientibus, ut apud Plautum Euclio.

HENR. GLAR. } Mira eſt hic, ne dicam monſtroſa, Acronis ac Mancinelli de Epodis interpretatio, quam perſequi nō uiſum eſt operæ pretium. Epodi dicūtur (inquit Diomedes) συνεκδοχικῶς à partibus uerſuum quæ legitimis & integris uerſibus ἐπᾴδονται, id eſt, accinuntur. Hæc inter reliquas multas, placet interpretatio: συνεκδοχικῶς autem dixiſſe uidetur, quod à parte denominatio eſt totius. Huiuſmodi cantilenis etiam barbaræ nationes utuntur, quanquam non prorſus ad eum modum. Amice propugnacula] Nimis argutus eſt hoc in loco Porphyrionis ordo, ſi modò eius eſt, ac non alicuius impoſtoris: ſed à Mancinello rectè redargutus. Idem iudico de bis poſita coniunctione, ſi, in quinto ſextoq; uerſibus: nam ſit, non ſit legendum eſt in quinto uerſu, quātumuis hic repugnet Mancinellus. Verum'ne iuſſi perſequemur otium. Non dulce, ni tecum ſimul] Huius quæſtionis duæ ſunt partes, otium'ne perſequar, an laborem tecum ſubeam? Otiū tu iuſsiſti, laborem autem ferre ſtrenuos decet uiros. Tandem poſt deliberationem intulit: Feremus, & te uel per Alpium iuga, &c. Deliberauit itaque ſe iturum. Hæc ideo diximus, quòd commentatores hunc locum indigniſsimè tractant, præſertim Mancinellus cum ſuo corpore, & mente, præter authoris & ſenſum, & mentem. Quem quidem doctum ac diligentem uirum miror, cur Epodôn legem ita prorſus ignorauerit, ut Iamborum locum, atq; adeò carminis Iambici rationem confuderit, quæ apud hunc Poëtam optimè habet. Quippe qui locis parib. nullo alio uſus ſit pede, quàm Iambo ac Tribrachy. Quare in hoc uerſu, Roges tuum labore quid iuuem meo: non legendum eſt laborem in accuſandi caſu, ut Badius legit, nec in quinto pòſt. Non ut ſit auxilij, pro, non ut adſit auxili, ut Mancinellus ex antiquo codice malè allegat. Carmen enim non patitur, quantumuis uetuſtus indicet codex. Adſit enim legendum eſt, & auxilij Synæreſis eſt. Circæa tangat mœnia] Thuſculum intelligendum (inquit Porphyrio) quaſi poëta non nominet Thuſculum. Quid ſi hyperbole eſt, ad nimis longam uillam oſtendendam, à Thuſculo Circæum uſque promontorium etiam in Latio? Vt Ode 16. lib. 3. Quam ſi Mygdonijs regnum Halyattici Campis continuem. Quod etiam innuit Acro, ſed obſcurè ſatis. Nolo, inquit, continuare agros Thuſculanos uſq; ad Circæum.

ILLVSTRI AC GENEROSISSIMO ADOLESCENTI DOMINO SAMVELI COMITI A' VVALDECK, &c.

Domino & diſcipulo ſuo unicè ſemper colendo, Hermannus Figulus Hirsfeldianus, S. P. D.

MAGNIFICA profectò & præclara res eſt, Generoſiſſime Comes, natiua nobilitas: utpote quæ à maiorum uirtutibus ac magnis in Rempublicam meritis profecta atq; tranſlata ad liberos, in ampliſſimo eos dignitatis ac honoris gradu collocat. Quare explodenda, eijciendaq; prorſus illorum opinio, qui nihil in origine ac ſtirpe parentum nobilitatis eſſe temerè affirmant. Natura enim rerumq; experientia nos docet, & illuſtria multarum familiarum, præcipuè uerò gentis ueſtræ antiquiſſimæ exempla, palàm in oculis atque auribus hominum poſita, ſatis declarant, è probis nobilibuſque parentibus naſci liberos probos atque nobiles. Vnde & uerè, & rectè dux ille Lyricorum Horatius cecinit:

» Fortes creantur fortibus, & bonis.
» Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
» Virtus, nec imbellem feroces.
» Progenerant aquilæ columbam.

Verùm ingeniti illi paternæ uirtutis igniculi, maximarumq; rerum ſemina à natura pueris ingenerata, faciliimè extinguuntur atque ſuffocantur, niſi recta inſtitutione, beneq; uiuendi præceptis alantur, creſcant, & confirmentur. Nam licet natura egregia ſine doctrina multùm ualeat, tamen ſi ex pari coëant, perfectum aliquid & conſummatum efficitur. Hinc præclarè inquit Cicero: Cùm ad naturam eximiam & illuſtrem acceſſerit ratio quædam, confirmatioq; doctrinæ, tum illud neſcio quid præclarum ac ſingulare ſolet exiſtere. Itaque innatam illam indolem, & propagatam à parentibus nobilitatem plerumque amittunt, qui degenerant, & corruptis moribus, ac pœnitendis ſtudijs præſtans ingenium ſuum deprauant. Quamobrem commodè ibidem Flaccus noſter in hunc modum adiecit:

» Doctrina ſed uim promouet inſitam,
» Rectiq; cultus pectora roborant:
» Vtcunq; defecêre mores,
» Dedecorant bene nata culpæ.

Grauiſſima ſanè, & tanquam ex tripode dicta ſententia, qua pulchrè officij ſui erga liberos admonentur parentes. Nimirùm, ut teneros ac molles eorum animos, ab incunabilis, optima inſtitutione & diſciplina corroborent, ne paruæ iſtæ honeſti notitiæ, & uirtutis quaſi elementa infantibus à natura conceſſa, indulgentia & malo cultu corrumpantur.

Hanc memorabilem ac penè diuinam ſententiam Dominus Philippus, clariſſimus ac prudentiſſimus pater tuus, qui & ipſe in adoleſcentia bonas literas ſtudioſè coluit, & cum generis claritate magnam eruditionem, & politiorem humanitatem coniunxit, cùm diligenter conſideraſſet, acrique iudicio expendiſſet, non contentus fuit, te filium chariſſimum, in quo plurima uirtutis ſimulachra apparent, à teneris ſtatim (ut Græci dicunt) unguiculis, caſtiſsimis moribus, & ſanctiſſimis diſciplinis, intra priuatos ſolùm parietes, ſedulò imbutum eſſe: ſed etiam huc Marpurgum ad inclytum Haſſiæ noſtræ Gymnaſium, & ueluti

liberalium artium emporium longè celebratiſſimum te miſit, ac publicis præceptoribus perpoliendum, & rerum præſtantiſſimarum ſcientia exornandum tradidit. Qua quidem in ſchola licet non paucos & prudentia, & literis inſignes uiros habeas, qui te publicè ſaluberrimis præceptis inſtitutiſque erudire poſſunt, tamen priuatim quoque à me, quamuis mediocriter docto, informari omninò uoluiſti.

Hanc igitur prouinciam honeſtiſſimam quidem illam, ſed difficilem ac laborioſam, à prudente & ſatis literato uiro Ioanne Haco, qui uobis à ſecretis adeſt, mihi datam cùm ſuſceperim, onus mehercule propemodum grauius, quàm ferre queam, ſubiiſſe uideor. Etenim cùm maior adhibenda cura ſit, autore Fabio, ut & teneriores iuuenum (præſertim principum, quorum mores in Republica imitantur ciues) animos ab iniuria ſanctitas docentis cuſtodiat, & ferociores à licentia grauitas deterreat: Vereor equidem, ne ſatis accuratè ego, qui neque ætatem, neque eruditionem, neque autoritatem tantam habeo, ut ſumere mihi apud te præcipientis, aut corrigentis perſonam auſim, iſtud negocij atque muneris tranſigere & expedire queam. Qua de cauſſa dies, noctéſque cogito, ut tanto diſcipulo dignum me præceptorem præſtem, & tam uiuendi, quàm docendi modis omnibus tua ſtudia iuuem atque promoueam. Cùm igitur aliquid hoc tempore in philoſophia morali enarrare tibi ſtatuiſſem, ab eo exordiri uolui maximè, quod ætati tuæ eſſet aptiſſimum. Idcirco ex omnibus elegantiſſimos illos ſummi philoſophi Ciceronis libros de Officijs, quibus non extant alij de moribus abſolutiores, declarandos tibi elegi. Vt hinc pulcherrimarum rerum cognitionem ad iudicandum de ciuilibus moribus, & ad parandam prudentiam neceſſariam diſceres: ingentem ſelectiſſimorum uerborum copiam, ad dicendum de qualibet re utilem, excerperes.

Sed quoniam ad formandos mores, & ueram emendatè loquendi facultatem conſequendam lectio poëtarum magnopere etiam conducit, illos quoque non negligendos arbitror, in primis autem Horatium ſtudioſiſſimè tibi legendum cenſeo, quo uix ullus in ſententijs, & præceptis grauior ac copioſior, in uerbis terſior & uberior, præſertim in Lyricis. Quæ ut tuo marte intelligere poſſis, magnum tibi, ut uideor, adiumentum attuli. Scripſi enim Annotationes primùm in quatuor libros Carminum, quas illuſtriſſimo Principi Haſſiæ iuniori, Domino Guilelmo nuncupaui: Nunc etiam Commentaria in librum Epodôn, & carmen Sæculare, in tuam gratiam confeci, quæ tibi dedicare ac conſecrare placuit, ut legendis his poëtam hunc celeberrimum ſine doctoris opera facilè & ſanè perciperes.

Quem propterea præ cæteris tibi commendo, quòd præter magnam acceſſionem, quam inde ad mores & ſtudia tua facere potes, ad muſicam quoque rationem ſit conuenientiſſimus. Nam Odæ ipſius non modò quatuor uocum Harmonia cantari, uerùm etiam fidibus ac tibijs, quibus libenter exercere te & oblectare ſoles, aptè accommodari poſſunt. Tuum itaque erit, & ſtemmate, & uirtutibus Clariſſime Samuël, hanc meam qualemcunque operam, & tenue munuſculum boni conſulere, eoſque autores, quos doctiſsimi præceptores tui tam publicè, quàm priuatim diſcendos tibi proponunt, nocturna uerſare manu, uerſare diurna. Vt ueram ex his ciuilis uitæ diſciplinam, quam honeſtatis ac nobilitatis fontem & radicem eſſe liquet, adipiſcaris: Et plenam ſapientiam, quæ tum demum exiſtit, cùm ad excellentem naturæ uim doctrina adiuncta fuerit, conſecutus magna cum gloria, & nobiliſſimorum parentum tuorum gratulatione domum redeas: Deniqúe Optimo & Generoſiſſimo patre dignus filius, patriæ uerò idoneus princeps reuertaris. Vale in Chriſto feliciſſimè. Marpurgi X. Calendis Decembris,

Anno à Ieſu nato,

M. D. XLV.

PRAEFATIO AD LECT.

CVM è re ſit, ut rectè & utiliter clariſsimus ille poſt Papinianum iuris & æquitatis conſultus Vlpianus monet, priusquàm ad uerborum interpretationem perueniamus, pauca de ſignificatione ipſius tituli referre: Viſum eſt & mihi commentaria in librum Epodôn doctiſsimi poëtæ Horatij ſcribere uolenti, antequàm ad enarrationis munus accedam, nonnulla ad ipſam tituli declarationem, adeoq; nominis ſignificationem neceſſaria præmittere, ne in ipſo ſtatim portu, ut eſt in prouerbio, impingam. Quoniam igitur huius libri Odas eiuſmodi metrorum generibus Horatius compoſuit, in quibus ſingulis carminibus integris, ſingulæ clauſulæ, & quaſi præciſi uerſus ſubijciuntur: ideo librum ἐπῳδῶν eundem inſcripſit. De Epodis Diomedes, Grammaticorum facilè κορυφαῖος, libro tertio ſic ſcriptum reliquit: Epodi dicuntur uerſus quolibet modo ſcripti, & ſequentes clauſulas habentes particularum, quales ſunt Epodi Horatij, in quibus ſingulis uerſibus ſingulæ clauſulæ adijciuntur, ut:

» *Nox erat, & cœlo lucebat luna ſereno*
» *Inter minora ſydera.* Et:
» *Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas,*
» *Suis & ipſa Roma uiribus ruit.*

Et quicunq; ſunt ſimiles. Dicti autem Epodi συνεκδοχικῶς, à partibus uerſuum, quæ legitimis & integris uerſibus ἐπᾴδονται, id eſt, accinuntur.

COMMENTARIVS.

HERM. FIG } Ibis Liburnis inter alta nauiũ, &c.] *Meritò Horatius gratitudinis ergò hac prima Ode gloriam, laudemq; præſtantiſſimi & doctrina, & rei militaris ſcientia Mecœnatis celebrat, quia omnes doctorum hominum fautores & patroni, bonarum'q; literarũ antiſtites, qualem fuiſſe hunc Mecœnatem cõſtat, digniſſimi ſunt, quorum uirtus optimè prædicetur, illuſtretur, & in cœlum tollatur. Quid enim magis regium, & tantoperè in principe uiro laudandum, quàm amare eos, ſine quibus Eccleſia & Reſpublica rectè gubernari nequit? quàm obuijs ulnis complecti id, ſine quo totus mundus ne unum diem incolumis & ſaluus conſtare poteſt?* Liburnis] *Biremes leues & celeres à Romanis dicebantur Liburnicæ, à Liburnis: Illyriorum populis, teſte Appiano in Illyrico:* ἐγένοντο Λιβυρνοὶ γένος ἕτερον Ἰλλυριῶν, οἳ τὸν Ἰόνιον καὶ τὰς νήσους ἐλῄστευον ναυσὶν ὠκείαις καὶ κούφαις, ὅθεν ἔτι νῦν Ῥωμαῖοι τὰ κοῦφα καὶ ὀξέα δίκροτα, Λιβυρνίδας προσαγορεύουσιν. *Id eſt, fuerunt Liburni genus alterum Illyriorum, qui Ionium mare & Inſulas populabantur nauibus celeribus & expeditis. Vnde etiam nunc*

Romani

Romani leues & celeres biremes Liburnicas appellant. Apud Plutarchum in Antonio uidere eſt, Liburnicas Cæſaris etiam habuiſſe κατασκευάσματα, & ſic ad belli uſum maximè idoneas fuiſſe, præterea miſſas ab Auguſto ad perſequendum fugientem Antonium. Inter alta nauium propugnacula] In nauibus quoq; propugnacula & turres extruebantur, in quibus ſtantes armati milites hoſtem facilius læderent. Quamuis Plutarchus dicat, Cæſarem non altis & amplis nauibus, quæ oſtentationis gratia parantur, ſed agilibus celeribusq;, & uiris probè repletis inſtructum fuiſſe. Amice] Rectè uocat amicum Mecœnatem, utpote cum quo ſupra ſeptem annos ſumma familiaritate uixerit. Paratus omne Cæſaris periculum] Spectatiſsimam Mecœnatis fidem prædicat, quam ille imperatori ſuo præſtabat: pro quo defendendo maxima quæq; pericula ſubire paratus erat. Id quod olim in militari functione erat laude digniſsimum, quare etiam ampliſsima munera militibus fortiter pugnantibus, & ducem protegentibus dabantur. Rurſus puniebantur capite, qui aduerſus ducem contumaces erant, aut uocatum in periculum non tuebantur. Quid nos?] Poſtquam in militiam profecturum eſſe Mecœnatem indicauit, interrogat nunc, quid ipſe facturus ſit, quam fidem erga amicum exercere uelit, & tandem per ſubiectionem reſpondet, ſe abeuntem ad bellum Mecœnatem comitaturum. Si contrà] Id eſt, te non ſuperſtite, grauis ſit nobis uita. Iuſſi] A' te moniti, ut ocium teneamus. Hunc laborem] Videlicet bellicum, qui eſt maximus & duriſsimus, adeò ut molles enim & delicati uiri ſuſtinere ac perferre nequeant. Mente laturi] Animo toleraturi, non corpore, quod eſt infirmum. Per Alpium iuga] Id eſt, per difficilima quæq; itinera. Sunt enim Alpes montes altiſsimi, perdifficili, arduoq; aſcenſu, ut in portento propè habuerint maiores eas, ab Annibale exuperatas, teſte Plinio. Harum difficultatem inexuperabilem deſcribit Liuius lib. 1. Dec. 3. Inhoſpitalem & Caucaſum] Montem Scythiæ altiſsimum, inhabitabilem propter frigus & niues, quibus perpetuò riget. Vnde etiam Graucaſum, id eſt, niue candidum appellatum ſcribit Plin. Occidentis uſq; ad ultimum ſinum] Vſq; ad littora Atlantici Oceani, qui Europam ab Occidente terminat. Roges tuum labore] Occupatio eſt, qua reddit rationem, cur ſecuturus ſit Mecœnatem in bellum, cùm ſit imbecillis, & propterea ad rem militarem inutilis: Nimirùm ideo, quòd præſens in minori futurus ſit metu, quàm abſens. Præſentes enim ea ſolùm metuunt pericula, quæ iam imminere cernunt amicis: Abſentes uerò ſemper, & omnia quæ quidem in bello accidere poſſunt mala timent, peioremq; perpetuò & duriorem fortunam amicorum exiſtimant, quàm reuera eſt. Sicut etiam Penelope apud Ouid. dicit:

,, Quando ego non timui grauiora pericula ueri?
,, Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

Vt aſſidens implumibus] Per comparationem pulchrè nunc declarat & amplificat quod dixit. Eſt autem ſententia horum uerborum: Quemadmodum auis aſsiduè pullis ſuis non propterea aſsidet, quòd eos contra ſerpentium impetus præſens magis quàm abſens defendere queat, ſed quòd relictis plus timeat, quàm præſentibus. In tuæ ſpem gratiæ] Vt apud te in maiori ſim gratia & beneuolentia. Non ut iuuencis] Non propterea milito, ut plura à bobus mihi trahantur aratra, hoc eſt, ut ampliora habeam prædia. Nam hodie etiam cùm uolumus ſignificare aliquem eſſe locupletiorem, dicere ſolemus, eum habere plura aratra. Pecuſúe Calabris] Nec ideo, ut multa mihi ſint armenta, quæ ante exortum Caniculæ ex Calabris paſcuis in opima Lucaniæ loca transferam. Nec ut ſuperni] Nec, ut ſit mihi uilla Tuſculana ad Circæum uſq; promontorium porrecta, ὑπερβολικῶς, pro nimis ampla & longa. Superni Tuſculi] Tuſculum Latij fuit oppidum, ſic appellatum, quòd aditum difficilem habeat, quia in prææalto atq; arduo monte in conſpectu Romæ erat ſitum. Villa candens] Splendens, & egregijs ornamentis conſpicua. Erant enim ſub Tuſculo uillæ uarijs decoratæ apparatibus, ut ait Strabo. Circæa mœnia] Κιρκαῖον oppidum in Circæo monte: ſic dictum à Circe ſolis filia, quæ ibi habitauit. Virg.

,, Proxima Circææ raduntur littora terræ,
,, Diues inaceſſos ubi Solis filia lucos
,, Aſsiduo reſonat cantu: tectiſq; ſuperbis
,, Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.

Plin. lib. 3. Circæi (inquit) quondam inſula immenſo quidem mari circundata (ut creditur Homero) at nunc planicie. Benignitas tua ditauit] Satis diuitem me tua liberalitate reddiſti. Libro 1. Epiſt. ſic inquit:

,, Tu me feciſti locupletem.

Haud parauero] Non parabo mihi diuitias inutiles & ſuperfluas, quas aut terra abſcondam, ut auarus & parcus ſenex: aut luxuria diſperdam, ut prodigus nepos: ſed contentus ero mediocribus, & ad uſum uitæ quotidianæ ſufficientibus bonis, itaq; non plura à te peto, quàm dediſti. Auarus Chremes] Tenax & parcus ſenex. Chremetes enim dicuntur ſenes, παρὰ τὸ χρέμπτεσθαι, quòd tuſsi expurgent pectus. Horum omnium commune uitium eſt auaritia. Terra premam] Defodiam, ut faciunt auari ſenes, non ſatis ſibi fidentes. Talis eſt apud Plautum in Aulularia Euclio. Diſcinctus] Profuſus, luxurioſus, prodigus. Nepos] Nepos, autore Sex. Pompeio, eſt uitæ luxurioſæ homo, quòd ei rei familiaris non ſit maior cura, quàm illi cuius pater & auus uiuunt. Propriè enim nepos dicitur filius filij, uel filiæ. Aliquando dicitur etiam filius ſororis, uel fratris.

THEOD. PVLM. } Epodon lib] Exiſtimo libro Epodon à uerſiculis alternis, qui maioribus, iuſtiſq; numeris adiunguntur, nomen quæſitum, minuti enim illi uerſiculi etiam per ſe poſiti Epodi nomine celebrantur, ut conſtat è Mar. Victorino ita ſcribente, dehinc Epodos ſui generis, Arboribusq; comæ. Auſonius (ad Probum præfectum) Libello tamen apologorum antetuli paucos Epodos ſtudio in te obſeruantiæ meæ impudentiſsimos. Deinde uerſiculos minutos ſubijcit:

,, Perge ô libelle Sirmium
,, Et dic hero meo, ac tuo,
,, Aue, atq; ſalue plurimum.

Vide Turneb. lib. 21. cap. 6. 1 Ibis Liburnis inter alta nauium. Amice propugnacula] Amicum ſine controuerſia Mecœnatem uocat, ut in Sermonibus (lib. 1. Satyr. 6.)

,, —— Iubeſq;
,, Eſſe in amicorum numero.

Et principes primoreſq; Romani ab inferioribus clientibuſq; ſuis & familiarib. amici magni uocabantur, ut alio loco (lib. 2. cap. 24) iam diximus. Cum igitur Mecœnas claſsi Liburnarum præeſſet, utrum'ne inter aliarum nauium ut triremium, & quadriremium propugnacula, & turres ibat in bellum: an inter alta ſuæ claſsis propugnacula & turritas moles. Priorem ſenſum, ut uerum fateamur, uerba recipiunt: Poſteriorem Prudentius (lib. 2. contra Symmachum) agnoſcere uidetur, qui eadem de re ita ſcribit:

,, Fluctibus Actiacis ſignum ſymphonia belli
,, Aegypto dederat: clangebat Buccina contrà.
,, Inſtiterant tenues cymbæ, fragileſq; faſeli:
,, Inter turritas Memphitica roſtra Liburnas.

Et Propertius, (lib. 3. Eleg. 9.)

,, Baridos & contis roſtra Liburna ſequi.

Turneb. lib. 12. cap. 14. 5 Sit] Si, E. 10 Quis] Quem, H. B. ſed altera lectio retinenda. 15 Tuum labore quid] —Laborem quid tuum, Georg. Fabricius. —Tuum laborem quid, H. G. E. B. ſed dictiones malè collocatas eſſe exiſtimo.

21 Vt adſit] Vel ſic H. 23 Libenter hoc, & omne militabitur. Bellum in tuæ ſpem gratiæ, &c.] Se militaturum libenter nullius latifundij, nullorumq; ſaltuum mercede nec opum ſpe, in Mecœnatis ſolius gratiam, prædicat, ſic alio loco (Epod. 15.) dixit,

,, Sic pecore & multa diues tellure licebit.

Qui autem ditiſsimi erant, ſuo pecori ſaltus Hybernos & æſtiuos habebant: pecuarij quoque qui non poſsidebant ſaltus, tamen pecus profitentes, alioqui lege cenſoria commiſſurum, & ſcripturam ſoluentes publicano, in alijs æſtiuis, & hybernis pecus paſcebant. Varro, Itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æſtiuatum, atque ad publicanum profitentur, ne ſi inſcripti pecus pauerint, lege cenſoria committant. Iterum,

Quod accidit iis, qui per calles ſilueſtres longinquos ſolent commitari in æſtiua & Hybernа. hinc æſtiua Lycæi in Statio (*Theb. 1. uerſu 363.*) *lego pro paſcuis, in quibus pecus æſtiuat. Turneb. lib. 12. cap. 14.* 29 Nec ut ſuperni uilla candens Tuſculi Circæa tangat mœnia] *Scripſit per Hyperbolen, cum ſuburbanæ uillæ in maximo pretio eſſent, magiſq; quæ præclarè, magnificeq; ædificatæ erant, & amplitudine plurimum loci ſpacijq; occupabant. Turneb. lib. 12. cap. 14.* 32 — Haud parauero. Quod aut, auarus ut Chremes, terra premam. Diſcinctus aut perdam ut nepos] *Hanc continere ſententiam uidetur: modicæ diuitiæ, quæ benignitate tua iam mihi ſuppetunt, quæque ſatis ſunt uſui, me delectant, ultrà nihil deſidero: diuitiæ naturæ finibus & uſu termino, quidquid diuitiarum extra naturalem uſum quæritur, uel auaritiæ, uel luxuriæ eſt inſtrumentũ, cùm hæc nequiter profundat, at illa terræ infodiat. Turneb. lib. 12. cap. 14.* 26 Meis] Mea, *ex antiquo codice. Gul. Canterus lib. 5. cap. 20.* 28 Paſcua] Paſcuis. *H.G.E.B.*

ANT. MVRET. } *Cur Epodos liber hic uocetur, non equidem ſatis intelligo, ac uidi ueterem librum, in quo hic quinctus odarum liber inſcribebatur, quæ ad hanc inſcriptionem confirmandam afferuntur à Grammaticis, leuia ſanè ſunt, & huiuſmodi, ut nullo negotio refelli queant.*

GEORG. FAB. } *In libris prioribus imitatus præcipue eſt Alcæum & Sapphonem, ut ueteres tradunt, & ipſe ſubindicat Carm. 2.13. In hoc imitatur Archilochum, & inuidiæ Lucilij, ita tamen ut iambos ſuos Archilochi faciat meliores, & conuicijs, contrà quàm fecit Lucilius, miſceat doctrinam, acerbitati humanitatem. Scripſit hunc librum rogatu Mecœnatis.* Roges, laborem quid tuum iuuem meo] *De hoc uerſu deprauato diſputat Mancinellus, & ex eo colligit quarto loco iambici poſſe collocari ſpondeum. nam ita legit, Roges, tuum laborem quid iuuem meo? ſed codicem habuit uicioſum.* Vt aſſidens implumibus pullis auis] *Similitudinem hanc alij dixerunt eſſe Steſichori, unde ſumpſerit Theocritus & Oppianus, quorum uerſus citat doctiſſ. Lambinus. De hirundine ſcribit Aelianus, quod pullos implumes ſollicitè alat, & cibum nullum attingat, niſi qui ex ore pullorum exciderit.* Aratra nitantur meis] *In uno ueterum,* uectantur, *quod è gloſſa ſumptum.*

IOD. BAD. ASCENS. } Ibis lib.] *Amicè laudat Mecœnatem, quòd Auguſtum in bellum nauale ſequi decreuit, ſe autem derelictum conqueritur, dicens.* O Mecœnas amice, Ibis] *Quia decreuiſti ire.* Liburnis] *Scilicet nauibus, quæ pro celeribus & aptis quibuslibet nauibus accipiuntur, inter alia propugnacula nauium paratus ſubire omne periculum.* Cæſaris] *Scilicet Auguſti tuo periculo.* Quid nos] *Sup. faciemus, quibus uita ſit iucunda te ſuperſtite.* Si contra] *Id eſt, ſi non ſit ſuperſtes grauis. Aut legendum eſt ſi ut Mancinellus conſtruit.* Vtrum ne] *Id eſt, an ne.* Iuſſi] *Scilicet à te.* Perſequemur] *Id eſt, continuabimus.* Otium non dulce] *Scilicet futurum niſi ſimul tecum, an nos laturi hunc laborem mente, qua decet uiros non molles ferre, feremus & ſequemur te.* Vel per iuga] *Id eſt. ſummitatem.* Alpium] *Id eſt, ſummorum montium Italiam ab Hiſpania, Gallia & Germania diuidentium ex parte, & Caucaſum montem Scythiæ.* Inhoſpitalem] *Id eſt, inhabitabilem propter frigora, uel ſequemur te forti pectore uſque ad ultimũ ſinum.* Occidentis] *Scilicet maris.* Roges] *Id eſt, interroges forte.* Quid] *Id eſt, in quo, ego imbellis ac parum firmus iuuem tuum laborem.* Meo] *Sup. labore? reſpondet.* Ego ſum futurus comes in minore metu. Qui] *Scilicet metus.* Habet] *Id eſt, occupat.* Maior abſentes, ut auis aſſidens] *Id eſt, incubans pullis.* Implumibus] *Id eſt, nondum plumeſcentibus, timet magis relictis, quàm ſup. ſi adſit non ſup. ideò, quaſi ſit allatura præſentibus.* Plus auxili] *Pro auxilij, ſed ſup. quia certior eſt, quid pullis fiat.* Hoc bellum & omne] *Sup. aliud militabitur.* Libenter in ſpem tuæ gratiæ] *Id eſt, ut gratiam tuam aſſequamur.* Non] *Sup. ea ſpe, ut aratra alligata.* Nitantur] *Id eſt, ad rationem laborent, pluribus iuuencis meis.* Ve] *Pro uel.* Non] *Sup. ut pecus.* Meum] *Id eſt, grex ouium mutet paſcua lucana calabris.* Ante ſidus Feruidum] *Id eſt, ante æſtum canicularem.* Nec] *Sup. ea ſpe. ut.* Villa] *Sup. mea.* Candens] *Id eſt, nitens & ſplendens (ut in Epiſto.*

» *Hos ſolos aiunt ſapere & bene uiuere,*
» *Quorum conſpicitur nitidis fundata pecunia uillis)*

Tangat] *Id eſt, æquiparet altitudine.* Mœnia Circes] *Id eſt, à Thelogono Circes filio fabricata.* Tuſculi ſuperni] *Id eſt, multum editi.* Benignitas] *Id eſt, benigna largitas tua, ditauit me ſatis ſuperq;.* Haud] *Id eſt, non.* Parauero] *Id eſt, noluero ſi detur.* Parare] *Id eſt, comparare & acquirere: id quod ego aut.* Premam] *Id eſt, infodiam terra.* Vt Chremes] *Scilicet comicus auarus, aut quod ego.* Perdam] *Id eſt, prodigam.* Vt nepos] *Id eſt, lubricus & perditus puer.* Diſcinctus] *Id eſt, diſſolutus & in omni luxuria diffluens.*

ANTONII MANCINELLI VELITERNI
PROOEMIVM IN Q. HORATII FLACci Librum Epodon.

EPODI dicuntur uerſus metro quolibet ſcripti, & ſequentes clauſulas habentes particularium ipſorum uerſuũ, quales ſunt Epodi Horatij, in quibus ſingulis uerſibus ſingulæ clauſulæ adijciuntur. Vt,

» *Nox erat, & cælo lucebat luna ſereno.* Deinde.
» *Inter minora ſidera.* Et quæcunque ſunt ſimiles.

Dicuntur autem Epodi Synecdochicôs à partibus uerſuum, quæ legitimis, & integris uerſibus ἐπᾴδονται, id eſt, accinuntur. Hæc ex Diomede. Ex quibus colligimus quòd Epodos propriè dicitur uerſiculus ſequens, tamen & ſuperior, & ſequens ſimul epodos uocatur per Synedochen ſcilicet, unde & alibi ait, Iambicum eſt carmen maledicum plerunq; trimetro uerſu, & epodo ſequente compoſitum. Epodos autem mediam producit. Nam per ω ſcribitur, quod etiam probat Sidonius hoc Phaletio hendecaſyllabo.

» *Sermonumq; ſales, nouumq; Epodon.*

Huiuſmodi autem uerſus teſte Manlio Theodoro conſtant ſpondæo, dactilo, & tribus trocheis. Aſconius etiam ait, Choriambum carmen Epodo Græci quidem in ultima accentum faciunt, & ita mediam corripiunt. Epodon carmen dicitur ſecundum Acronem, quando prior uerſus maior eſt, ſenſus minor, ſed continuo tenore primi uerſus ſecundus uerſu ſequenti concluditur. Epodos, inquit, Tortellius apud nos dici poteſt carminis cantus, inde Epodion diminutiuum, id eſt, paruum carmen. quod ab Lyricis clauſula breuis dicitur, quaſi præciſos uerſus integris ſubijciat. Hoc autem modo componeretur ab ἐπὶ & ᾠδὴ Diomedis tamen ſententia magis placet, ut Epodi dicantur uerſus illi, quia ἐπᾴδονται, id eſt, accinuntur, ἐπᾴδω uerò accino & ite canto ſignificat, ἐπαοιδὴ incantatio dicitur, ἐπῳδὸς incantator, ἐπᾴδω componitur ex ἐπὶ & ᾄδω, id eſt, canto inde enim ἐπᾴδω, id eſt, accino. Acron etiam putat poſſe dici ab Epos, atque huius Iambici metri inuentorem fuiſſe Archilochum ſcribit Horatius, ſic dicens, Archilochum proprio rabies armauit Iambo, hunc ſocci cepere pedem, grandeſque Cothurni. De Iambo latius dictum eſt. Ode 16. lib. 1. Epos denique, ut Diomedes ſcribit, dicitur Græcè carmen Hexametron diuinarum rerum & heroicarum, humanarumque comprehenſio, Epos latinè primus dignè ſcripſit, Liuius is qui Romanorum

geſta

geſta decem & octo complexus eſt libris, qui & annales ſcribuntur, quòd ferè ſingulorum annorum actus continent. Epos autem appellatur, ut Græcis placet ab ἔπω dico. propriè enim Epos eſt ἔμμετρος λόγος, id eſt. metricus ſermo uel ab ἕπω, id eſt, ſequor, quoniam hoc uerſu uerba reſpondent mutuo, ἔπω ergo duo ſignificat, dico uel ſequor. Gellius item lib. 17. cap. 9. ſcribit Epos, id eſt, carmen dici ab ἕπεσθαι καὶ ἔπειν, id eſt, ab eo quod eſt ſequi & dicere.

ANTON. MANCINELLI COMMENTARIVS.

MECOENAS, *uti etiam Appianus oſtendit, ſecutus eſt Auguſtum in Siciliam uſq; cum M. Agrippa contra Sex. Pompeium, ubi tandem bello nauali Pompeius ipſe ſuperatus eſt, ut latè oſtendimus Ode 6. lib. 1. Secutus item Auguſtum Mecœnas eſt contra M. Antonium & Cleopatram apud Actium Epiri promontoriũ, ubi Naumachia Liburnarum præſertim uictus Antonius in Aegyptum uſque fugit, Auguſto etiam perſequente, donec Alexandriam ui cepiſſet. Ibi Antonius ſibi mortem conſciuit, & Cleopatra. Horatius itaque Mecœnatem alloquitur euntem in Naumachiam, cum ipſo Auguſto paratum omne Cæſaris periculum ſuo protegere, hinc ei timens dolet poëta ſe relictum eſſe in urbe, dicens ocium ſine Mecœnate ſibi non dulce fore, ſed libenter in Mecœnatis gratiam militare uoluiſſe, non autem lucri cauſa quò fieret ditior, nam minimè parare cupit, quod aut auarus, uti Chremes continuo labore accumulet, inde abſcondat, aut uti conſumptor & prodigus diſſipet. Oſtendit itaq; ſe paruo, & iam parto contentum, illoq; parcè fruiturũ.* Ibis Liburnis, &c.] *Ode eſt dicolos diſtrophos, habet metrum Iambicum, quod binis uerſibus ſcanditur. Primus enim Iambicus hexameter eſt, uel trimeter ſi miſceantur ſpondæi. Secundus tetrameter, uel dimeter ſpondæis incertis. Meminiſſe tamen debemus, ut ſcribit Diomedes uitium non eſſe in huiuſmodi uerſibus ſi primus pes tertius, & quintus ſpondæi inter cæteros Iambos occurrent. Aliquando aliqui ex tribus, aliquando nullus, eritq; ſyncerus Iambicus ſine alienis pedibus. Hoc & in tetrametro obſeruabimus, ut primum pedem, & tertium ſpondæum, ſi quando occurrit recipiamus. Secundum & quartum Iambos reſeruemus. Tu autem lector animaduerte Horatium in illo uerſu: Roges tuum laborem quid iuuem meo poſuiſſe ſpondæum in quarto loco. Nam imitatus eſt ueteres comicos, qui quidem ſpondæum in ſecundo, uel quarto loco poſuerunt, quòd inuenerunt etiam apud Græcos comicos uetuſtiſſimos, quamuis tamen rarò fieri hoc idem, de quo latè Priſcianus. Mallius autem Theodorus metrum Iambicum ſenarium ſcribit recipere ſpondæum, dactilum, & anapæſtum locis imparibus: Pyrrhichium ultimò tantum loco. In ſecunda autem epodo hos pedes Flaccus Horatius poſuit, ut dictum eſt, quos locis ſuis oſtendemus. Priſcian. quidem ſcribit ueteres comicos ac tragicos Latinos in Iambico omnibus in locis indifferenter poſuiſſe quinq; pedes, ſcilicet Iambum, tribrachum, anapæſtũ, dactilum uel ſpondæum, ſed ultimo loco Iambum uel Pyrrhichium ſolum.* Ibis Liburnis] *Erant ſub præfectis Claſſium deni tribuni, per cohortes ſingulas conſtituti, ſingulæ autem liburnæ ſingulos nauarchos, id eſt, quaſi nauicularios habebant, qui exceptis cæteris nautarum officijs, gubernatoribus, atq; remigibus, & militibus exercendis quotidianam curam, & iugem exhibebant induſtriam, author eſt Vegetius. Mecœnas ergo uel tribunus cohortis erat, uel ſingulæ Liburnæ præpoſitus potius uerò tribunus.* Liburnis] *Auguſto dimicante Actiaco bello cum Liburnorum auxilio præcipuè uictus fuiſſet Antonius. Experimento tanti certaminis patuit Liburnorum naues cæteris aptiores. Ergo ſimilitudine & nomine uſurpato earundẽ inſtar claſſem Romani principes texuerunt. Liburnia nãq; Dalmatiæ pars eſt, cuius exẽplo naues bellicæ fabricabantur, & appellabantur Liburnæ, minimæ autẽ habebant remorũ ſingulos ordines, paulò maiores binos, idoneæ menſuræ ternos, uel quaternos: interdum quinos ſortiebantur remigum gradus, in Actiaco uerò bello longè maiora concurriſſe nauigia refertur, ut ſenorum etiam, uel ultra ordinem fuerint, hæc ex Vegetio.* Liburnis] *Apianus lib. 2. ſcribit Illyriorum gentem Liburnos eſſe. Plin. lib. 3. cap. 23. ſic ait. Liburniæ finis, & initiũ Dalmatiæ Scardona in amne. Ea. 62. milibus paſſuum à mari. Strabo uerò lib. 7. docet Scardonam eſſe oppidum Liburnicum. Ptolemæus item lib. 2. Liburnorum urbem Scardonam ponit, pauloq; inferius dicit eſſe inſulam, in qua duæ ciuitates, ſcribit autem Scardum eſſe montem. Amicè non Cæſaris exponas uti Porphyrio, nam ſtultiſſimum quidem, ſcilicet ipſius Horatij Satyra enim ſexta ait, ad Mecœnatem. Ita te quoque amicum præſertim cautum, & paulò poſt, quòd te fortitus amicũ.* Propugnacula] *i. in maiorib. Liburnis propugnacula, turreſq; cõſtituebantur, ut tanquam de muro, ita de excelſioribus tabulatis facilius uulnerarent, uel perimerẽt inimicos, ut idem Vegetius docet. Quod autem amplæ naues, altaq; propugnacula in bello nauali apud Actium fuerint, Maro quoque lib. 8. ita oſtendit.*

" *Alta petunt pelago credas innare reuulſas*
" *Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.*
" *Tanta mole uiri turritis puppibus inſtant.*

Subire tuo] *Protegere tuo periculo.* Quid nos, quibus te uita ſi ſuperſtite. *in cunctis omninò antiquis codicibus id carmen habere legimus, ſi non ſit ut quidam legunt, itaq; talis erit ordo.* Quid nos] *Sup. agemus,* quibus uita iocunda *ſupple ſit uel erit, ſi te ſuperſtite adde ſit uita nobis, ſi contra, id eſt, ſi te haud ſuperſtite uita ſit nobis, grauis erit & moleſta, nec ullo pacto ſit legendũ eſt, ſententia enim non ſatis conſtaret. Porphyrio quoque ſi legit, dicit enim poëtam poſuiſſe bis particulam ſi, & ſemel abundare, & uerbum extrinſecus accipiendum ſit, ut plena ſiat elocutio. Si igitur extrinſecus accipiendum eſt, ſit, uerbum, ſi bis legendum eſt, nec præterea ſemel abundat, ut dixit idem Porph. quod ſanè ordo noſter oſtendit. Vtrum'ne ſenſus eſt,* debemus ne ocium ſequi non dulce niſi tecum ſimul, an patiemur bellicum laborem laturi mente, *id eſt, quem mente ſolum ferre debemus, quoniam corpore non ualemus, quem ſcilicet laborem decet ferre uiros non molles.* Iuſſi abs te quidem ô Mecœnas. Ocium] *Quietem & uacationem militiæ.* Mente laturi] *Toleraturi mente tantum ipſum laborem corpore enim imbecilli nequimus.* Alpium iuga] *Alpes montes ſunt altiſſimi, qui Italiam ab Germania ſubmouent, teſte Plin. lib. 3. horum montium difficultatem legito apud Liuium lib. 1. de bello Pun. ſecundo, nona autem die in Alpium iugum peruentum fuit ab Annibale, quintodecimo uerò die alpibus ſuperatis Italiam attigit.* Caucaſum] *Caucaſus Scythiæ mons eſt, dictus quaſi Graucaſus, hoc eſt, niue candidus, ut Plin. lib. 6. ſcribit. Herodotus quoq; lib. 6. ſcribit. Caucaſum omnium montium altiſſimum eſſe.* Inhoſpitalẽ] *Inhabitabilem, propter niues.* Roges] *Rogare poſſis.* Minore metu] *Ea ſiquidem metuam duntaxat, quæ uidero, abſens uerò per diuerſas ſuſpiciones etiam plura timebo, quàm quæ accidere poſſunt.* Aſſidens] *Incumbens.* Non ut adſit] *Senſus eſt, ut magis timet, relictis pullis auis, quia mater metus abſentes habet. Et quamuis adeſſet, non tamen plus auxilij præſentibus ferret, quàm relictis, ſic etiam Horat. magis timet abſenti Mecœnati, quamuis præſens plus auxilij nõ ferret.* Non ut adſit] *Ordo eſt.* Non ut adſit] *Id eſt, quamuis adſit latura, ſit plus auxilij præſentibus ſup. quàm relictis. Eſt autem legendum,* non ut adſit auxili per apocopen. *Vel* non ut ſit auxilij, *ſic enim in antiquo eſt codice.* In tuæ ſpem Gratiæ] *Non igitur in ſpem prædæ & lucri.* Vt] *Scilicet plura ſibi aratra comparet.* Non ut] *Ordo eſt, non ut aratra nitantur illigata pluribus.* Iuuencis meis] *Id eſt, ut plures mei iuuenci aratris alligati nitantur, & id per hyppallagen.* Pecusue Calab.] *antè in ſecundo pede tribrachus eſt, qui poteſt etiam in quarto pede locari, quoniam temporib. par eſt Iambo, de quo Priſcia.*

" *Calabris Lucana mutet paſcua.*

Dicit ut antè calorem pecus mutet Lucana paſcua. Calabris] *Scilicet paſcuis. Lucana enim non multum calet æſtate. Varro ait, neq; eadem loca æſtiua & Hyberna idonea omnib. ad paſcendum. Itaq; greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æſtiuatum,*

tum, & à campeſtri æſtate exiguntur in altos montes. Lucania autem, ut Strabo docet lib. 6. inter Tyrrhenum Siculumq́ latus iacet, quibus Samnites propinqui. Accolæ uerò tractum omnem poſt Calabros Appuliam uocant. Ante ſidus feruidum] Id eſt, ante æſtatis initium, quod eſt, 7. Idus Maias teſte Columella lib. 12. uel quia Idibus Iunijs calor incipit, ut ibidem ſcribit. Sed potius de Canicula, quæ 7. Kalen. Auguſtas apparet, fitq́ caligo æſtuoſa, ut idem dicit lib. 8. de modo paſcendi, inquit. Sed obſeruandum eſt ſydus æſtatis per emerſum caniculæ. Sup. Tuſ.] Thuſculum in Romæ conſpectu erat in ſummo montis ſitum, Ciuitas egregijs ornamentis inſignis: eam uineta coronabant, tectáq; magnifica, ex ea præſertim regione, quæ in Romanum deſcendebat aſpectum, aderant & uillæ uarijs decoratæ apparatibus. Hæc ex Strabone lib. 5. Erat autem Thuſculum in colle ſitum, qui oppoſitus eſt oppidulo, quod nunc Rocca papæ appellatur. Nam & nomen, & ueſtigia quædã eo in loco adhuc retinet. Circæa mœnia ſuperni Tuſculi] Id ait, quoniã Thelegonus Circes & Vlyſsis filius dicitur Thuſculum ædificaſſe. Tangat] Id eſt, tanta ſit uilla, ut ſuperni Thuſculi mœnia tangat. Villa candens] Id eſt, ſplendida & uario decorata apparatu. Tales enim uillæ ſub Thuſculo erant, ut diximus. Benignitas] Benignus propriè dicitur is, qui bonis & dignis largitur, ut Feſtus ait. Ditauit] Epiſtolarum primo etiam Mecœnati inquit.

» Tu me feciſti locupletem.

Haud parauero] Senſus eſt quòd non parabit, quod aut auarus uti Chremes continuo labore accumulet, inde abſcondat, aut uti conſumptor & prodigus diſsipet, per quod oſtendit ſe paruo, & iam parto contentum, illóq; parce fruiturum. Chremes terra premam] Teren. in Heaut. ſcribit Chremem multa ſuo labore bona inueniſſe. Vtque Clitipho eius filius prodigus illa non poſſet perdere, neque egeret, ſibi proximis commiſit & credidit, ubi ei eſſet præſidium uictus & ueſtitus. Horatius idem contra auarum Satyra 1. ſcribit.

» Quid iuuat immenſum te argenti pondus & auri.
» Furtim defoſſa timidum deponere terra.

Maro etiam lib. 2. Georg. ait.

» Condit opes alius, defoſſóq; incubat auro.

Diſcinctus nepos] Id eſt, negligens, diſſolutus, incomptus. Nepos] Id eſt, conſumptor, prodigus, luxurioſus. Nepos enim ut ſcribit Diomedes ſignificat & certum cognationis gradum, & conſumptorem. Priſc. etiam ait lib. 2. Nepos filius filij, & nepos luxurioſus. Nepotes inquit Feſtus, luxurioſæ uitæ homines appellati, quòd non magis ijs rei familiaris ſuæ cura eſt, quàm in his, in quibus pater, auusq́ uiuunt. Porphyrio uerò dicit, ita. Nepotem ueteres prodigum ac luxurioſum dicebant, quia re uera ſolutiores, delicatioresq; uictus ſoleant eſſe ſub auo nutriente. Nepa autem Scorpius dicitur. Cicero in Arato. Atque oculos urget pedibus, pectusq́ Nepai. Pronepa] Id eſt, Scorpij, uti & Priſcian. lib. 7. docet. Feſtus uerò ſcribit, quòd Nepa ſidus cancer appellatur, uel ut quidam uolunt Scorpius. Nonius præterea ſic ait, Nepam quidem cancrum putant, nam uerè Scorpius dicitur. Plin. lib. 11. de Scorpionibus ſcribit, quòd quidam ab ipſis fœtam deuorari arbitrantur, unum modo relinqui ſolertiſsimum, & qui ſe ipſius matris clunibus imponendo tutus & à cauda, & morſu loco fiat, hunc eſſe reliquorum ultorem, qui poſtremò genitores conficiat supernè, pariuntur autem undeni, hæc ille. Merito ergo à Nepa, id eſt, Scorpione Nepos, deducitur, id eſt, conſumptor.

ODE II. VITAE RVSTICAE LAVDES CONTINENS.

Ode II. Dicolos diſtrophos: ut Ibis Liburnis inter alta nauium.

ᴗ– ᴗ– –– ᴗ– ᴗ– ᴗ–
ᴗ– ᴗ– –– ᴗᴗ

HERMANNI FIGVLI ARGVMENTVM IN ODEN II.

Scripta eſt hæc Ode in genere demonſtratiuo: continet enim elegans admodum & luculentum ruſticæ functionis longè honeſtiſſimæ encomium. Tale eſt etiam apud Ciceronem in Catone Maiore.

COMMENTARIA.

ACRON.

BEATVS ille qui procul negocijs] Laus uitæ ruſticæ. Virg. O' fortunatos nimium ſua ſi bona norint, Agricolas. Negocijs] Litibus ſiue difficultatibus urbanis. Vt priſca gens mortalium] Antiquitatē ſignificat, cuius aurea ſecula credita ſunt, quòd præter ciuitatum munitiones omnes in agris uiuebant. Exercet] Colit. ut. Exercetq́ frequens tellurem, atque imperat aruis. Solutus omni fœnore] Liber à debitis & à fœnore. Claſsico miles truci] Terribili tuba, ut: Nec ſomnos abrumpit cura ſalubres. Horret] Timet. Forumq́ uitat] Vt,

» Inſanumq́ forum, aut populi tabularia uidit.

Et ſuperba ciuium Potentiorum limina] Salutationes potentiorum uitans, ut:

» Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis
» Mane ſalutantum totis uomat ædibus undam.

Adulta uitium propagine] Pro adultarum, quæ iam duci & propagari poſſint. Altas maritat populos] Coniungit. Sic enim maritat hic dixit: ut ſuprà, uiduas arbores uitibus carentes. In reducta ualle] Depreſſa ſiue ſecreta, aut certè flexuoſa, dum ſequitur montes. Errantes] Liberè paſcentes, ut:

» Ille meas errare boues.

BEATVS ille, q procul negotijs,
(Vt priſca gens mortalium)
Paterna rura bob. exercet ſuis,
Solutus omni fœnore:
Nec excitatur claſsico miles truci,
Nec horret iratum mare,
Forumq́ uitat, & ſuperba ciuium
Potentiorum limina.
Ergo aut adulta uitium propagine
Altas maritat populos:
Aut in reducta ualle mugientium
Proſpectat errantes greges.
Inutilesq́ falce ramos amputans,
Feliciores inſerit:
Aut preſſa puris mella condit amphoris:
Aut tondet infirmas oueis.
Vel, cùm decorum mitibus pomis caput
Autumnus aruis extulit:

Inutilesq́ falce ramos amputãs] Putatorem ſignificat arborum. Fœliciores inſerit] Fertiles, ut:

» Exijt ad cœlum ramis fœlicibus arbos.

Aut preſſa puris mella cõdit amphoris] Hoc eſt, fauos premit, ut ceram ſeparet, & mel ſincerum reparet. Aut tondet] Aut quæ æſtu uelleribus premantur: aut reiectas tædio. Mitibus] Veluti de æſtiuum nimietate. Inſitiua decerpens pyra] Proprij laboris, fructum, ut:

» Inſere Daphni pyros.

Certantem & uuam purpuræ] Vt, Purpureæ, Preciaq́. Qua muneretur te Priape] Dignis donis deorum. Siluane tutor finiũ]

Cuſtos

Vt gaudet inſitiua decerpens pyra,
Certantem & uuam purpuræ,
Qua muneretur te Priape, & te pater
Siluane tutor finium.
Libet iacére modò ſub antiqua ilice,
Modò in tenaci gramine.
Labuntur altis interim ripis aquæ,
Queruntur in ſyluis aues,
Fontesq́ lymphis obſtrepunt manantibus,
Somnos quod inuitet leues.
At cum tonantis annus hibernus Iouis
Imbreis, niuesq́ comparat:
Aut trudit acres hinc & hinc multa cane
Apros in obſtanteis plagas:
Aut amite leui rara tendit retia,
Turdis edacibus dolos:
Pauidumq́ leporē, & aduenam laqueo gruē
Iucunda captat præmia.
Quis non malarum, quas amor curas habet
Hæc inter obliuiſcitur?
Quòd ſi pudica mulier in partem iuuet
Domum, atq́ dulceis liberos,
(Sabina qualis, aut peruſta ſolibus
Pernicis uxor Apuli)
Sacrum uetuſtis extruat lignis focum,
Laſsi ſub aduentum uiri,
Claudensq́ textis cratibus lætum pecus,
Diſtenta ſiccet ubera,
Et horna dulci uina promens dolio,
Dapes inemptas apparet:
Non me Lucrina iuuerint conchylia,
Magis'ue rhombus, aut ſcari,
Si quos Eois intonata fluctibus
Hiems ad hoc uertat mare:
Non Afra auis deſcendat in uentrem meum,
Non attagen Ionicus
Iucundior, quàm lecta de pinguiſsimis
Oliua ramis arborum,
Aut herba Lapathi, prata amantis, & graui
Maluæ ſalubres corpori:
Vel agna feſtis cæſa Terminalibus,
Vel hœdus ereptus lupo.
Has inter epulas, ut iuuat paſtas oueis
Videre properantes domum:
Videre feſſos uomerem inuerſum boues,
Collo trahenteis languido,
Poſitosq́ uernas, ditis examen domus,
Circum renidentes lareis:
Hæc ubi locutus fœnerator Alphius,
Iam iam futurus ruſticus,
Omnem relegit idibus pecuniam:
Quærit calendis ponere.

Cuſtos agri ſiue fructuum. Libet iacére] *Introducit quendam fœneratorem loquentem, & laudantem uitam quietam, nec tamen ſuũ propoſitum deſerentem.* Sub antiqua ilice] *Antiqua, magna, ut:*

» *Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis.*

Hoc eſt, refugio apta paſtorum. Tenaci gramine] *Quod terrã radicib. ſtringat & ceſpite.* Interim] *Pro interea.* Fontesq́ lymphis obſtrepunt manantibus] *Strepitu ſuo ſomnos ſuadent, ut:*

» *Sæpe leui ſomnũ ſuadebit inire ſuſurro.*

Quod] *Quæ res, ut: Terent.*

» *Qui habet ſalem, quod in te eſt, Id eſt, quæ res.* Annus hibernus Iouis] *Id eſt, hiberna pars anni, ut: Iupiter umidus Auſtris.* Comparat] *Colligit.* Trudit] *Excludit, expellit, ut:*

» *Fruſtrà oppoſitum trudentes pectore montem.*

Multa cane] *Fœminino genere canem dixit:*

» *Viſæq́ canes ululare p umbrã.*

Obſtantes plagas] *Fugæ aprorũ oppoſitas plagas, hoc eſt, retia, ut: Retia rara, plagæ.* Amite] *Pertica qua rete tenditur.* Leui] *Lumpido, gracili.* Turdis edacib. dolos] *Epitheta ſingulis dedit. Turdos edaces dicendo, & pauidos lepores.* Aduenam gruem] *Quia tranſmarinæ ſunt, ut: Strymoniæq́ grues.* Quis non malarum, quas amor curas habet] *Amor, id eſt, auaritia, habẽs malas curas, id eſt, cupiditates.* Pudica] *Caſta, ut:*

» *Caſtum ut ſeruare cubile*
» *Coniugis, & paruos poſsit educere natos.* Sabina qualis] *Exempla pudicitiæ, à mulieribus ruſticis ſumpta.* Pernicis] *Celeris, uelocis, impigri, ut: Progenuit pedibus celerem, & pernicibus alis.* Sacrum uetuſtis] *Dijs enim penatibus ſacer focus eſt.* Extruat lignis focum] *Vt poſt laborem, diligentia & ſtudio reficiatur uxoris.* Claudensq́ textis cratibus] *Crates à paſtoribus texi conſueuerũt, ad mutandas pecudibus manſiones, ut appoſitæ greges muniant ab incurſione ferarum, ut:*

» *Cùm fremit ad caulas.* Lætum] *Aut fœcundum, aut pingue.* Diſtenta] *Plena, ut Lucan:*

» *Diſtentas ſiccant pecudes.* Siccet] *Mulgat, exprimat.* Horna] *Nouella.* Dulci dolio] *Hypallage pro dulcia uina.* Dapes inemptas] *Suo labore præparatas, id eſt, gratuitas, ut: Dapibus menſa: onerabat inemptis Vxor.* Apparet] *Scilicet Vxor.* Lucrina] *De Lucrino Baiarũ lacu.* Iuuerint] *Delectauerint, ut:*

» *Iuuat euaſiſſe tot urbes Argolicas.*

Magis'ue Rhombus] *Rhõbus & Scarus piſces ſunt precioſi & ſapore, & raritate.* Eois] *Orientalibus.* Hyems] *Tempeſtas, ut:*

» *Dum pelago deſæuit hyems.*

Afra auis] *Struthio.* Non Attagen Ionicus] *Attagines in Ionia abundare dicuntur. Et Attagen maſculino genere declinauit.*

Quàm lecta de pinguiſſimis Oliua ramis arborum] *Nullas dicit delicias boni agri fructibus conferendas.* Aut herba Lapathi] *Oſtendere uult agrum præter utilitatem fructuum, etiam herbas ſalutares afferre.* Vel agna feſtis cæſa Terminalibus] *Ad excludenda enim iurgia, Terminaliorum dies fuerat conſtitutus, qui per epularũ feſtiuitatem cæſis agnis ſeruari faceret fines conſtitutos: ſiue in honorem mortuorũ ipſe colebatur dies, & poſt parentalia eſt, eò quòd in ſacris Terminus poneretur.* Vel hœdus ereptus lupo] *Factus gratior ex perdito.* Properantes] *Feſtinantes ad ſtabula, ut:*

» *Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ*
» *Vbera.*

Feſſos] *Ipſo labore, ut:*

» *Aſpice aratra iugo referũt ſuſpenſa iuuenci.*

Languido] *Labore feſſo.* Poſitosq́ uernas ditis examẽ domus] *Pueri domi nati uernæ dicũtur, ut:*

» *Vnus uernula, tres domini.*

Examen uerò ad infantium multitudinem retulit. Renidentes] *Scilicet, ſplendentes, aut uultu, aut garrulitate.* Lares] *Focos, Metonymicôs.* Hæc ubi locutus fœnerator Alphius] *Fœneratorem quendam inducit Alphium, qui laudans uitam ruſticam, commoda tamen fœnoris non omittit.* Omnem relegit Idibus pecuniam] *Tãquam eum pro fœnoris lucro iam receptæ pecuniæ pœniteret, ita recollectam Idibus, calendis properat commodare.* Ponere] *Deponere.*

PORPHYR.} Beatus ille qui procul negocijs] *Hæc Ode laudes ruſticæ uitæ continet, per negocia autem hìc moleſtias urbanæ uitæ uult intelligi.*

Neque excitatur claſſico miles truci. Nec horret iratum mare, Forumq́ uitat] *Eleganter oſtendit incommoda uitæ, quibus ruſtici carent.* Et ſuperba ciuiũ Potentiorum limina] *Salutationum officia dicit.* Altas maritat populos] *Propriè maritari arbores dicuntur, cùm uites his adiunguntur, ſed gẽnus pro ſpecie poſuit, non enim populi maritari, ſed ulmi ſolent. Hinc autem iam cõmoda ruſticæ uitæ enumerare ac deſcribere incipit.* Vel cùm decorũ mitibus pomis caput Autumnus agris extulit] *Poëtica phantaſia finxit autumnum, quaſi corporalem Deum, pomis coronatum.* Inſitiua decerpens pyra] *Meritò inſitiua, nam pyrorum arbores, quæ ſpontè natæ ſunt, neceſſe eſt ut dura atq́ aſpera dent poma.* Qua muneretur te Priape] *Et munero, & muneror in actiua ſignificatione rectè dicitur.* Queruntur in ſyluis aues] *Queruntur, inquit, quoniam ueteres omnium animalium uoces, præterquã hominis, querelam dicebant. Virgil.*

» *Et cantu querelæ rumpunt arbuſta cicadæ:*

Et de ranis:

» *Et ueterem in limo ranæ cecinere querelam.*

Et de bobus: Atque omne querelis Impleri nemus. Fonteſque lymphis obſtrepunt manantibus Somnos quod inuitet] *Suauis eſt locutio fontes obſtrepunt, quod ſomnos inuitet.* At cum tonantis annus hybernus Iouis] *Annus hybernus pro hybernũ tempus anni. Nota autem ſynecdochen eſſe, annum pro parte anni dicere, ſic Virgilius:*

„ *Nunc frondent ſiluæ, nunc formoſiſsimus annus.*

Aut amite leui rara tendit retia] *Amites hodieq; appellantur furculæ, quibus retia in uenatione, uel in aucupio ſuſpenduntur, & eſt figura* [illegible] *quia retia doli ſunt.* Quod ſi pudica mulier in partem iuuet] *Non ait, quòd ſi & pudica uxor ruſticis contingat, qualis Sabina. Nec enim exiſtimat difficile eſſe ruſticam uxorem pudicam, cùm omnes pudicas eſſe intelligi uelit, ſed hoc ait: quod ſi & uxorem habeat, quæ alioquin pudica eſt. Poteſt autem utiq; accidere, ut eſt conſuetudo, ruſtica ut uxor ei non ſit, uel quia nondum ducta eſt, uel quia aliquo caſu adempta ſit.* Sacrum uetuſtis extruat lignis focum] *Propriè hoc uitæ ruſticæ eſt, focum amare. Sacrum autem focum dixit, quia ara deorum penatum eſt focus.* Et horna dulci uina promens dolio] *Horna uina dicuntur huius anni, non ergo dulci dolio, ut dictum eſt, ſed tranſlato epitheto dulcia uina intelligamus. Hoc quoq; autem ad idioma ruſticæ ſimplicitatis pertinet hornum uinum bibere.* Dapes inemptas apparet] *Virgilianum eſt: ſic & ille cùm de uita ruſtica loqueretur, ait:*

„ *Dapibus menſas onerabat inemptis.*

Non me Lucrina iuuerint conchilia Magiſue rhombus, aut ſcari. Si quos Eois intonata fluctibus Hyems ad hoc uertat mare] *Intelligi uult ſacros piſces in Orientali mari eſſe, & difficile fieri, ut etiam in Italia capiantur, niſi quos inde uiolentia tempeſtatis adduxerit.* Non Afra auis deſcendat in uentrem meum] *Afrã autem Gallinam Numidicam dicit.* Non Attagen Ionicus] *Cùm Attagenas fœminino genere uulgo dicant, attendendum, quòd maſculino genere hîc dixerit. Attagen autem auis Aſiatica inter nobiliſsimas habita. Ionicus uerò ab Ionia dictus, quæ eſt regio Aſiæ, in qua eſt urbs Epheſus.* Vel agna feſtis cæſa Terminalibus, Vel hœdus ereptus lupo] *Iucundè expreſsit ruſticorum frugalitatem.* Videre feſſos uomerem inuerſum boues Collo trahentes languido] *Hoc Virgilianum illud eſt: Aſpice aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci. Languido autem collo, laſſo. Et utiq; uoluptas domino hoc cogitanti, quantum utilitatis ex aratione agrorum côtulerit.* Vernas ditis examen domus] *Hoc eſt, qui uernæ ditem domum faciunt. Hic ditem frequentem ac familioſam accipe, ne ultra ditem domum nunc intelligas, cùm de ruſtico patrefamiliâs loquitur.* Hæc ubi locutus fœnerator Alphius] *Vrbaniſsimè poſtremò finxit hæc, non de ſua perſona dicta eſſe, ſed de cuiuſdam fœneratoris, per quod uult intelligi, neminem ſcire quid iucunditatis habeat ruſtica uita, nec tamen quiſquam ab ea, in qua conſueuerat, poteſt diſcedere.* Omnem relegit Idibus pecuniam, Quærit Calendis ponere] *Exigit, inquit, à debitoribus pecuniam comparaturus prædia, cogitans iucunditatem uitæ illius, quam in ruſticis laudat, ſed rurſum ſtimulatus cupiditate pecuniarum, quærit eam fœnori dare.*

CHRIST. LAND. } Beatus ille] *Laudat uitam ruſticam, eosq; qui illa delectantur, beatos appellat, ſic Virgil.*

„ *O fortunatos nimium ſua ſi bona norint Agricolæ.*

Paterna rura] *A parentibus accepta, in quo demonſtrat & diligentem curam familiarem, quod fundum paternum conſeruârit, & modeſtiã animi, qui illo contentus fuerit, nec plura parauerit. Solutus fœnore, non enim cura fœnerandi afficitur, ſed ſola agricultura contentus eſt.* Neq; excitatur] *Nec ob auaritiam militiæ curas ac labores ſubit.* Neq; horret iratum mare] *Quia non nauigat, ut mercatores, qui quæſtus cauſa periculoſiſsimas nauigationes ſuſcipiũt. Poſuit autem tria quibus homines rem ſuam augere ſtudent, fœnus, militiam, & nauigationem. Addit & quartum, nam multi patrocinando diteſcunt. Addit & quintam, infœlicitatem uitæ ciuilis, qua ruſticus caret. Nam non ſunt ſibi ſalutandi potentiores ciues, quorum patrocinio ipſe cum ambitioſus ſit magiſtratus quærit.* Maritas] *Sic côtra inſuperioribus dixit uiduas ulmos.* Propagine] *A propagando dicta. Verùm ſi de uitibus dicatur, ut hic profertur prima ſyllaba longa, ſi de humana ſobole corripitur. Virg.*

„ *Nimium uobis Romana propago*

„ *Viſa potens ſuperis.*

Ergo maritat ulmos cum propagine adulta ex quadam ſimilitudine. Nam ut ſit coniugium maris, & fœminæ ſobolis cauſa, ſic uitis & arboris ut fructus ferat. Reducta] *Longa uel flexuoſa.* Falce] *Omne inſtrumẽtum falcatum, id eſt, recuruum falcem appellant. Vnde dicunt falcem putatoriam, meſſoriam, fœnariam, ſepariam & huiuſcemodi.* Preſſa] *A fauis expreſſa & ſyncera.* Infirmas] *Quia natura imbecilles ſunt, & multis morbis expoſitæ, ſed non idem eſt infirmus & ægrotus. Infirmus enim poteſt eſſe ſine morbo, cui robur nõ ſit firmum, Aegrotus autem ſemper in morbo eſt.* Vt] *Admirantis eſt.* Priape] *Hic hortorum Deus eſt, ſed de eo alibi dicetur. De Syluano uerò diximus.* Tutor finium] *Id eſt, agrorum.*

FOENERATOR LOQVITVR.

Libet iacere modo] *Artificioſum carmen, nam maxima laus eſt agriculturæ, cùm tãtum poſsit mouere homines, ut, etiam auariſsimos dum cupiditas pecuniæ cedit rationi ad ſe amandam alliciat. Inducit igitur Alphium fœneratorem ruſticam rem laudantem.* Antiqua] *Quaſi magna, & quæ latiorem umbram præbeat.* Tenaci] *Quia propter multiplices fibras difficile uulſu eſt, nec facile illo agri purgantur.* Leues] *Sic Virgil.*

„ *Par leuibus uentis uolucriq; ſimillima ſomno.*

Inuitet] *Virgil.*

„ *Atq; leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.*

Annus hybernus] *Oſtendit in mitiori cœlo plurimas eſſe in agris uoluptates, ſed etiam in frigido.* Plagas] *Videtur plagas pro maioribus ponere retibus, & retia pro minoribus.* Rara] *Propter maculas, id eſt, internodia.* Leui] *Polito & ſentib. purgato. Sic enim in ſepibus ex tranſuerſo purgatur trames, in quo retia à ſentibus tuta collocari poſsint.* Turdo] *A turdo colore dicti ſunt.* Edacibus] *Auidiſsima enim & cuiuſcunq; eſcæ uoraciſsima eſt auis.* Aduenam] *Nam cùm & in hyeme aprica, & in æſtate frigida capiet loca, ubiq; aduena uideri poteſt, potiùs quàm indigena.* Sabina] *Nam hos populos & religioſiſsimos fuiſſe ſcribunt, dictosq; παρὰ τὸ σέβεσθαι, id eſt, ſacrificando, & fœminas caſtiſsimas habuiſſe.* Pernicis] *Id eſt, Perſeuerantis ſecundùm Priſcianũ, quaſi dicat, patientis laborum.* Appuli] *Sunt qui uelint eſſe nomẽ proprium uiri.* Sacrum] *Scilicet laribus.* Siccet] *Mulgeat.* Horna] *Huius anni.* Lucrina] *Quia in Lucrino lacu optima erant.* Rhombus] *Vnus eſt ex piſcibus planis.* Scarus] *Solus ex piſcibus ruminare traditur, herbisq; ueſci, & nõ alijs piſcibus, in Carpathio mari frequens inuenitur. Promontorium Troadis lectum ſpõte nunquam tranſit. Sed inde ab Octacio aduecti inter Hoſtienſem, & Cãpaniæ oram diſſeminati ſunt ſub Claudio. Inde per quinquennium cura adhibita, ut capti mari redderentur, frequentes reperti ſunt. Hæc ait Plinius, & ſimul adiungit ſua tempeſtate huic piſci principatum tributum eſſe.* Attagen] *Ex Ionia uenit hæc auis.* Lapathi] *Hanc herbam rumicem quoq; appellant.* Maluæ] *Græcè μαλάχη, quod molle ſignificat.* Terminalibus] *Potuit etiam dixiſſe terminalis. Nam nomina ſacrorum neutra, & carentia ſingulari, ut ſunt Bacchanalia, Lupercalia & ſimilia in ſecunda & tertia declinatione ponuntur, ut lupercalium, & lupercaliorũ ſit in genitiuo.* Hæc locutus] *Oſtendit. Per hunc quod etſi auaritia ſua diſcedere propter contractum habitum non poſſet Alphius, tamen cognoſcebat quantũ uoluptatis eſſet in agricultura.* Relegit] *Côgregauit illam à debitoribus exigens.* Idibus] *Circa dimidiatum menſem, & in Calendis ſequentis menſis.* Ponere] *Iterum in fœnore collocare.*

IOAN. HART. } Certantem purpuræ] *Græcè dictũ non Latinè. Supra. In partem: Græciſmus, ἐν μέρει, id eſt, uiciſsim.* Afra auis] *Prouerb. Vide. Afra auis.* Attagen] *De Attagene Pro. Attagen. Et Attagene nouilunium. Calendis ponere. Lege Alciatũ Diſp. lib. 3. cap. 2. Et Ariſtoph. Nebulas.* ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι ὁρῶν ἄγουσαν τὴν σελήνην εἰκάδας. οἱ γὰρ τόκοι χωροῦσιν. &c.

HENR. GLAR. } Inutilesq; falce ramos amputans,

Feliciores

Feliciores inſerit] *Acro putatorem intelligi uult, Mãcinellus inſitorem, Ego utrunq.* Non Attagen Ionicus iucundior] *Mancinellus ſupplet uerbum eſt, At ego puto conſtruendũ,* Non iucundior deſcendat in uentrem meũ. Hæc ubi locutus] *Hic rectè admonet Mancinellus diſtinguendum ac ſupplendum uerbum ſum. Cæterum idem author ad hoc carmen, Libet iacere modo ſub antiqua ilice, ait Acronem, Porphyrionem, & Diomedem hæc ſuperioribus coniungere: quod neſcio quàm uerum ſit, ſi hæc totius propemodum odes uerba Alphij faciant, ut Porphyrio planè fatetur, ſed iudicet lector. Hoc elegans eſt in noſtro annotare, qui in hac Ode bis ſupplet, & coniunctionem, ſemel poſt illud Dimetrum, Perniciꝭ uxor Appuli. Iterum poſt illud trimetrum, Omnem relegit Idibus pecuniam. At in neutro opus eſſe, Badius illi ſatis luculenter oſtendit. Itaq; nos de eo dicere ſuperſedebimus. Eiuſdem audaciæ eſt, quod ſequente Ode, uerſu quinto. Queis pro quid legendum idem annotator putat, nõ exiſtimans Horatianum candorem id habere, ut quid ueneni legatur, egregius uero iudex.*

HERM. FIG. } Beatus ille] *Felices prorſus iudicat eos, qui relictis ciuilibus negotijs, agri colendi ſtudio ſe oblectant. Nam omnium rerum (ut grauiſsimè inquit Cicero in Officijs) ex quibus aliquid exquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius. Et in Catone Maiore dicit: Mea quidem ſententia, haud ſcio an ulla beatior eſſe poſsit uita (de ruſtica loquitur) Neq; enim ſolùm officio delector, quòd hominum generi uniuerſo cultura agrorum eſt ſalutaris, ſed & delectatione quam dixi, & ſaturitate copiaq; rerum omnium, quæ ad uictum hominum, cultumq; etiam Deorũ pertinent. Et ibidem plura de agriculturæ laudibus. Simili modo Virgil. lib. 2. Georg. deſcripturus laudes uitæ ruſticæ, orditur:*

,, *O' fortunatos nimium, ſua ſi bona norint*
,, *Agricolas, quibus ipſa procul diſcordibus armis,*
,, *Fundit humo facilem uictum iuſtiſsima tellus.*

Vt priſca gens mortalium] *Cui maximum ſtudium agriculturæ fuit, & ſolus ex rure uictus ac quæſtus. Nam ipſorum tunc manibus imperatorum colebantur agri (ut fas eſt credere, ait Plinius) gaudente terra, uomere laureato, & triumphali aratore: illi eadem cura ſemina tractabant, qua bella, eademq; diligentia arua diſponebant, qua caſtra. Eſt porrò agriculturæ initium, utpote quam primus omnium Cain filius Adam inſtituit, ut tradit Ioſephus lib. 1. antiquitatum. Hanc primùm inuentam ab Oſiri in Aegypto, teſtatur Diodorus in primo: A' Triptolemo in Græcia, teſtis eſt Iuſtinus in ſecundo: A' Saturno in Latio, autores ſunt, Virgil. Macrob. Eutrop.* Paterna rura] *Qui ex agro à parentibus relicto uictum quærit, eoq; licet modico contentus eſt. Sic legimus Aeliorum & Tuberonum familiam, cùm decem & ſeptem eiuſdem cognominis eſſent, cum uxoribus, & liberis eandem domum exiguam incoluiſſe, eundemq; agrum Veientanum araſſe, & ex fructibus illius uixiſſe.* Solutus omni fœnore] *Non faciens lucrum iniquum ex pecunia fœnori data, ſed è terra uſuram capiens, quæ eſt longè ubertima & iuſtiſsima, utpote ex manu Dei profecta.* Nec excitatur claſſico] *Id eſt, nõ ſectatur horrenda & periculoſa bella ſpe lucri, aut honorum: ſed agrum ſuum cõlit.*

,, *Hinc anni labor: hinc patriam paruosq; nepotes*
,, *Suſtinet: hinc armenta boum meritosq; iuuencos.*

Vt canit Maro. Claſſico truci] *Hoc eſt, horribili tubæ ſonitu. Nam claſsicum dicimus (ait Seruius) & tubam ipſam, & ſonum. Solebant autem ueteres cùm legiones educere in hoſtes uellent, aut à prælio reuocare, concentu tubarum & cornuum ſignum dare, & illud claſsicum, hoc uerò receptui canere dicebant.* Nec horret iratum mare] *Non committit ſe tempeſtuoſo & periculis pleno mari cauſa quæſtus, ut faciunt mercatores.* Forumq; uitat] *Iudiciorum moleſtias fugit, & lites execratur. Et ſanè hæc uerecundia atq; cogitatio in bonis uiris maximè laudatur: quòd re omnino carere malint, quàm in iudicio cũ moleſto aduerſario controuertere: præſertim, ut nunc uident ſacroſanctæ iuſtitiæ officinas corruptas, & lites immortales. Vel uitat propterea forum, ne operam ſuam litigantibus pro exigua mercede locet, & miſeros reos deglubat. Sicut faciunt rabulæ iſti forenſes, & ueteratores cauſidici, quos Plato accipitres pecuniæ appellat. Et rectè Ioannes Ferrarius Montanus, præceptor noſter, harpyias atq; æruſcatores uocat.* Et ſuperba ciuium potentiorũ limina] *Id eſt, non deſiderat habere magnificas & arduas ædes in urbe, quales habent potentiores ciues. Sic Virg.*

,, *Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis,*
,, *Manè ſalutantum totis uomit ædibus undam.*

Vel ditioribus ob exiguum munus non aſſentatur, eorumq; munera mane ſalutatum ueniens, expectat. Nam in ueſtibulo illuſtrium ac clarorum uirorum præſtolari ſolebant, qui ſalutandi cauſa uenerant. Magna ſiquidem laus nobilibus apud maiores erat, quàmplurimos clientes & pauperes amicos habere, à quibus manè ſalutarentur, ad forum, curiamq; frequenti comitatu deducerentur, atq; reducerentur. Vitium propagine altas maritat] *Adultos iam ſurculos adiungit arboribus. Nobilia enim uina nõ niſi in arbuſtis gigni, longo æuo iudicatum eſt, teſte Plinio.* Populos] *Nam uitem magis populus alit, teſtante Columella.* Mugientium proſpectat errantes greges] *Videt armenta boum in uallibus paſcentium. Sic Virgilius.*

,, *Mugitusq; boum, mollesq; ſub arbore ſomni*
,, *Non abſunt.* ——

Greges] *De bobus greges dixit, cùm grex plerumq; de pecoribus minutis intelligatur, armentum uerò de maioribus. Cum appoſito tamen etiam ad maiora transferri poſſe illud, monet Valla, tanquã generalius nomen. Ideóq; ad diſtinctionem adiecisse Horatiũ: mugientium.* Inutilesq; falce] *Aridos & inutiles arborũ ramos falce putatoria circumcidit, nouosq; calamos inſerit.* Feliciores inſerit] *Inſitionem caſum docuiſſe, ſcribit Plinius in hunc modum: Agricola ſedulus caſam ſepis munimento cingẽs, quo minus putreſcerent ſudes, limen ſubdidit ex edera. At illæ uiuaci morſu apprehenſæ, ſuam ex alieno fecêre uitam, apparuitq; truncũ eſſe pro terra. Ibiq; plura de duplici ratione & tempore inſitionis.*

Preſſa mella] *Nam preſsis fauis mella defluunt. De natura, generibus, probatione mellis, & mellationis temporibus, multa eleganter ſcribit Plin. lib. 11.* Tondet infirmas oues] *Oues tondendas circa 6. Calend. Iulij, cùm longiſsima dies, & nox breuiſsima ſolſtitium conficiunt, tradit Plin.* Caput autumnus aruis extulit] *Deſcriptio autumni, quã per proſopopœiam illi perſonam, more poëtarum, attribuit. Eſt autem ſententia:* Cùm autumnus uberes & dulces fructus produxit. Vt gaudet] *Hoc eſt, quàm lætus eſt.* Certantem & uuam purpuræ] *Id eſt, uuam rubram & purpureũ colorem oſtentantem. Qua quid poteſt eſſe tum fructu lætius, tum aſpectu pulchrius?* Te Priape] *Priapus Liberi & Veneris fuit filius, Deus atq; cuſtos hortorum, fructuum fures caſtigans. Vnde apud Virgil. ipſe de ſe ita loquitur:*

,, *Hic me cuſtodem fœcundi uillicus horti*
,, *Mandati curam iuſsit habere loci.*

Et apud Horatium Satyr. 8.

,, —— *Deus inde ego furum, auiumq;*
,, *Maxima formido. Nam fures dextra coërcet,*
,, *Aſt importunas uolucres in uertice arundo*
,, *Terret fixa, uetatq; nouis conſidere in hortis.*

Syluane tutor finium] *Syluanum Virgilius quoq; in 8. aruorum pecorisq; Deum uocat, ibiq; Seruius ita annotauit: Publica cæremoniarum opinio hoc habet, pecorum & agrorum Deum eſſe Syluanum. Prudentiores tamen dicunt, eum eſſe ὑλικὸν θεὸν, hoc eſt, Deum τῆς ὕλης.* Finium] *Id eſt, terminorum, quibus agri diſtinguuntur.* Libet iacere modò] *Nunc uenit ad uoluptates agricolarum, quibus illi incredibiliter delectantur.* Queruntur in ſyluis aues] *Id eſt:*

,, *Aues canoros garrulæ fundunt ſonos:*
,, *Et ſe per auras cantibus mulcent ſuis.*

At cùm tonantis annus hybernus] *Hyberni temporis commoditates, oblectationesq; nunc refert.* Amite] *Id eſt, pertica aucupali.* Turdis] *Turdi aues ſunt præcipui ſaporis, in cacuminibus arborum nidificant luto, ſermonem hominum imitantur, frequentes ſunt in Germania tempore hyberno. Græci κίχλας uocant.* Pauidum leporem] *Lepus animal ualde timidum & meticuloſum, adeò ut leporis uitam uiuere, prouerbio dicantur, qui ſemper*

anxij trepidiq́; uiuunt: quòd id animal omnium prædæ expoſitum, ne ſomnum quidem capit, niſi oculis apertis. Eraſm.

Aduenam gruem] *Grues è longinquo, nimirum à mari Eoo proficiſci, & æſtatis aduenas eſſe, ſcribit Plin. Gerunt bellum cum Pygmæa gente. Quando proficiſcantur conſentiunt, uolant ad proſpiciendum altè, ducem quem ſequantur, eligunt: in extremo agmine per uices, qui acclament, diſpoſitos habent, & qui gregem uoce contineant. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede ſuſtinentes, qui laxatus ſomno & decidens, indiligentiam coarguat. Cæteræ dormiunt, capite ſubter alam condito, alternis pedibus inſiſtentes. Dux erecto prouidet collo, ac prædicit.*

Quis non malorum?] *Quis non inter has uoluptates obliuiſcitur omnium moleſtiarum & incommodorum?* Amor] *Videlicet habendi, hoc eſt, auaritia, quæ urbanos anxios & ſolicitos reddit.*

Quòd ſi pudica] *Quæ ſit functio & officium caſtæ ac ſedulæ uxoris ruſticæ, nunc diligenter deſcribit.* In partem iuuet] *Quòd ſi habeat uxorem ruſticus, quæ ſedulò maritum ſuum in augenda re familiari, & educandis liberis iuuare uelit, ea diligenter culinam & pecora domi curet, ut faciunt mulieres Sabinæ & Appulæ.*

Dulces liberos] *Hæc enim prima & præcipua debet eſſe cura bonæ matris, ut probè & liberaliter ſuſceptos liberos educet, diligenter ad labores adſuefaciat.* Qualis Sabina, aut uxor Appuli] *Sabini & Appuli Italiæ ſunt populi fortes & ſtrenui. Horum uxores dicit eſſe pudicas, & rerum domeſticarum ualdè ſtudioſas, optima profectò commendatione.* Perusta ſolibus] *Hoc eſt, fuſca, ſubnigra, quod eſt indicium ſedulæ mulieris ruſticæ, nullum ſudorem aut calorem in expediendis negotijs defugientis.*

Sacrum focum] *Dijs penatibus conſecratum.* Laſſi ſub aduentum uiri] *Debet curare uxor, ut ueſperi redeunte marito feſſo & famelico ſplendeat focus, quo illum ſpe lautioris & largioris cœnæ conſoletur. Memini auum meum aliquando dicere, diligentis fœminæ eſſe, uiro rure domum reuertente, ad minimum unam ollam habere apud focum, uel uacuam: ne, ſi uideat nihil apparatum, ringatur.* Textis cratibus] *Crates caulæ ſunt ex uiminibus contextæ, quibus noctu clauduntur, & à ferarum incurſione muniuntur greges.* Dapes inemptas apparet] *Non emptis, ſed labore partis epulis menſam extruat. Nam bonam matremfamiliâs non emacem, ſed uendacem eſſe oportet. Huc etiam alluſit Virg.*

„ *——Seraq́; reuertens*
„ *Nocte domum, dapibus menſas onerabat inemptis.*

Non me Lucrina] *Oſtendit ſe ruſticorum ferculis plus delectari, quàm lautiſſimis & exquiſitiſſimis diuitum cibis.*

Lucrina conchylia] *Oſtrea intelligit. Nam oſtreis Lucrinis optimum ſaporem primus Sergius Orata adiudicauit, quando eadem aquatilium genera alibi atq; alibi meliora, teſte Plinio.*

Rhombus] *Piſcis eſt planus, Rauennæ optimus, autore Plin. olim in delitijs habitus.* Scari] *Scarus piſcis, fuit Romanis in honore menſarum, ut quem ſuis temporib. principalem fuiſſe ſcribat Plin.*

Si quos Eois] *Si quos tempeſtas ab Oriente ad hoc mare noſtrum impellat. Et hoc dicit propter mare Carpathium, ubi Scarorum maxima eſt copia.* Afra auis] *Gallinas Africæ intelligere uidetur, quæ nouiſſimæ peregrinarum auium ſunt in menſas receptæ, ut legimus apud Plin. lib. 10.* Attagen Ionicus] *Attagen maximè Ionicus celebratur, quondam exiſtimatus inter raras aues, ut Plinius in decimo commemorat. Plumas habet uarijs colorum maculis diſtinctas. Quamobrem ab Ariſtophane ὠτοποιϊκὸς appellatur.* Oliua] *Oleæ arboris fructus.* Aut herba Lapathi] *Vt pulchrè urbanorum luxuriam hactenus notauit, ita nunc ruſticorum frugalitatem commendat. De Lapatho & Malua herbis, multa ſcribit Plinius libro uigeſimo, capite uigeſimoprimo.*

Feſtis terminalibus] *Terminus Deus fuit pacis, & iuſtitiæ cuſtos. Huius templum iuxta ædem Iouis Op. Max. in Capitolio primùm à Numa conſtructum, cui ſacrum feſtis terminalibus in agris, ſexto ab urbe miliario ſub patenti cœlo fieri ſolebat, quemadmodum Alexand. Neapol. memoriæ prodidit.* Vt iuuat] *Mirum quantum delectat.* Videre feſſos] *Id eſt, uidere boues arando feſſos, confecto iam labore diurno, domum redire.*

Poſitoſq; uernas] *Seruos circa focum ſedentes. Nam ad focum cœnare ſolebant. Eſt autem Verna domi noſtræ natus, id eſt, ex noſtra ancilla procreatus ſeruus.* Hæc ubi locutus] *Poſtquam hæc de agriculturæ laudibus dixi, fœnerator Alphius ſuam fortunam pertæſus, ſtatim ruſticus fieri deſiderauit. Ideóq; omnem pecuniam, quam fœneratus erat, à debitoribus exegit, mercaturus agrum.* Quærit Calendis ponere] *Notat inconſtantiam Alphenij, qui ſtatim ad ingenium & priſtinos mores redijt, pulchrè oſtendens, quàm periculoſum ſit, canem ſemel inteſtina deguſtaſſe. Alludit autem poëta ad conſuetudinem fœneratorum, qui ſolebant in ſingulas Calendas mutuum dare, unde & Calendarium pro libro rationum, in quo fœneratores nomina debitorum deſcribebant, ut in ſecundo ωαρεγγυω, memoriæ mandauit doctiſſimus uir Andreas Alciatus.*

THEOD. PVLMAN.} 3 Bobus] *G. E. & Priſcianus libro 7. de genitiuo plurali tertiæ declinationis.* bubus, *H.G.* 5 Nec excitatur] Neque excitatur, *H.G.E.B.*
6 Nec horret] Neque horret, *H.*
11 Aut in reducta ualle mugientium
Proſpectat errantes greges,
Inutileſq; falce ramos amputans,
Feliciores inſerit.

Ita libri ueteres & uulgati. Georg. Fabricius, & Henric. Stephanus hoc ordine legunt:

Inutileſq; falce ramos amputans,
Feliciores inſerit:
Aut in reducta ualle mugientium
Proſpectat errantes greges.

Reducta, id eſt, recedente. ut apud Virg. (4. Georg. uerſu 420. & 1. Aeneidos, uerſu 165.)

„ *——Inq́; ſinus ſcindit ſeſe unda reductos,*

Id eſt, recedentes, in receſſum remotos. Turneb. lib. 26. cap. 23.

17 Vel, cùm decorum mitibus pomis caput Autumnus agris extulit] *Pingebatur pomis capite redimitus autumnus. Vide Turnebum libro ſexto, capite decimoquarto.* agris, *H.E.*

20 Purpuræ] Purpura, *Cruquij libri quatuor.*

25 Ripis] Riuis, *Cruquij codex antiquiſſimus.* 28 Somnos quod inuitet] *Quod id eſt, qui fontes. Grammatici ſyllepſin nominant, quæ fit per genera. Vide Georg. Fabricij Caſtigationes in Terentium, ad illud Eunuchi act. 3. ſcen. 1.*

„ *——Qui habet ſalem, Quod in te eſt.*

37 Malarum, quas] *H.G.E.B.* malorum, quas, *editio Aldina. mutatio caſus, quas, pro quæ, mala. in hac lectione ineſt aliquid poëticum, & non inuenuſtum. Vide Georg. Fabricij Caſtigationes.* 39 Quod ſi] *Vide Petr. Victorij Variarum lect. lib. 12. capite 6.* Quid ſi, *Lambini quidam libri ueteres.* iuuet. *Scio ego iuuet ubique extare, ſed cùm participium deſideretur, & ſubiungat mox participia Horatius, parem orationis tenorem perſequens, denique participium ſenſus, qui nobis uim adferre fauceſq; premit, flagitet, iuuans lêgere non cunctabor, atque in hoc periculum me conijciam. Turneb. libro 12. capite 25.*

43 Sacrum uetuſtis] *H. G. E. B.* Sacrum & uetuſtis. *Anton. Mureti editio.* Sacrumq; uetuſtis. *Lambinus. quæ lectiones ueterum librorum auctoritate non comprobantur.*

51 Si quos Eois intonata fluctibus Hyems ad hoc uertat mare] *Quod eſt, ſi tempeſtate fluctus ab ortu excitatus & cooratus, & in occaſum prouolutus & impulſus, in Italicum mare raros illos & peregrinos piſces aducheret. Turneb. lib. 12. cap. 15.*

59 Vel agna feſtis cæſa Terminalibus] *Termini in terra collocabantur conſecrabanturq́;, cæſa immaculata hoſtia à dominis, qui confines agros poſſidebant, &, ut opinor, quotannis Terminalibus agnas cædebant, iucundéq; epulabantur. Turnebus libro duodecimo, capite decimoquinto.* 69 Relegit Idibus pecuniam] *Feneratorum hæc olim fuit conſuetudo, ut ultra ſtatutum Kalendarum diem in Idus concederent dilationem: itaq; fieri ſolitum, ut quæ in Kalendas feneraucrant, Idibus reciperent, & relegerent. Vide Petri Pithœi Aduerſariorum ſubſeciuorum lib. 2. cap. 4.* redegit, *H.G.*

ANTON. MVRET.} 60 Vel hœdus ereptus lupo]

lupo] Plutarchus libro ſecundo συμποσιακῶν tradit earum pecudum, quas lupus momorderit, carmen quidem teneriorem, ac delicatiorem fieri: lanam autem corrumpi, ac contrahere id uitium, ut poſtea pediculos gignat. hinc intelligi poteſt, cur ereptum lupo hœdum Horatius dixerit: quod interpretes parum, ut uidetur, animaduerterant.

GEORG. FABR. } Laudat uitam ruſticam à ueteribus Græcis nunquam ſatis laudatam. Ruſticus caret metu & inuidia, & omni anni tempore plurimis commodis, & uarijs fruitur uoluptatibus. Tempora ſpeciatim enumerat tria, æſtatem, autumnum, hyemem, ſecundum rationem Democriti: ſingulorum quoque temporum operas, delectationes, fructus, recenſet. Studia æſtatis ſunt, unctorum & pecoris curatio, item ex hortis atq; gregibus prouentus atq; copia. In autumno frugum diuerſarum perceptio, ex agris & paſtionibus, ad quam accedunt feſti dies, ocium, corporis curatio, ſomnus. Hyemis labores ſunt uenatio, & aucupium. Hæc ſtudia neceſſaria ſunt, ad uictum communem tuendum: honeſta ſunt, quia nulla iniuria cōſtant: utilia, quia commoda perpetua præbent: iucunda, quia è pulchris laboribus optatas pariunt uoluptates: tuta, quia carent odio, ambitione & periculis: ſalutaria denique ſunt, quia curas & cupiditates ſuis cultoribus adimunt. Accedunt alia bona domeſtica, in ſocietate coniugij, in educatione liberorum, in uictu parabili, in ipſius agri pecorumq; cultura, in uernarum multitudine: quæ & ſuperiora omnia commendant, & diuitum abundantiæ ſunt anteponenda. Non malè uitam ruſticam nominat poëta Græcus, τὰς νηρετῆς καὶ τῆς βίης διδασκαλ... & Deorum uitæ comparat Virgilius, in fine 2. Georg. Idq; genus uitæ pulcherrimum, optimum, iucundiſſimum, iuſtiſſimum aiunt Xenophō & Euripides. Ergo aut adulta uitiū propagine Altas maritat populos] Sequi poſt hos uerſus debent, illi alieno loco poſiti.

„ Inutileſq; falce ramos amputans
„ Feliciores inſerit.
Deinde coniungendi illi,
„ Aut in reducta mugientium,
„ Proſpectat errantes greges,
„ Aut preſſa puris.

Libet iacēre modò] Qui nouæ Odæ faciunt hic principium, ſententiam non intelligunt: eſt enim Oda περίβολος, quæ multa habet νοήματα. Idem error commiſſus lib. Epiſtolarum primo ad Vallam. Ibi quia initium eſt eodem tractu, nonnulli epiſtolam diuidunt, nec quid dicant intelligunt. Talis περίβολος eſt Oda decima, libri quarti, quæ unica periodo perſoluitur. Labuntur altis interim ripis aquæ] Alij riuis, quaſi ſit, ab altis riuis labūtur. Vulgata magis propria, pro, lapſu ripas attingunt. Quis non malarum, quas amor curas habet] Malas curas appellat turpes, ut ſunt hominum cupidorum. Per amorem enim nunc omnem cupiditatē intelligit, aut ſaltem auaritiam, ex ſententia Helenij. In lectione altera, Quis non malorum, quas amor curas habet, quæ etiam in Aldino, ineſt aliquid Poëticum, & non inuenuſtum, quale illud 4. Aeneidos.

„ Læna ——
„ Demiſſa ex humeris: diues quæ munera Dido
„ Fecerat. —— Non quam lenam dixit, quod fuiſſet uſitatum. Idem lib. 1.
„ Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates.

Non quas ſagittas, ſed quæ tela. Ita hoc loco, Quis non hæc inter obliuiſcitur, malorum, quas cura amor habet? pro quæ mala. Nam caſus mutatio, ne quem moueat, qui in Virgilij exēplis, quaſi κατ' ἀντίπτωσιν, reſpondit: ſed idem etiam caſum mutauit, lib. 7.

„ Speculata locum, quo littore pulcher
„ Inſidijs curſuq;, feras agitabat Iulus.

Speculata locum, quo loco, fuiſſet rectum.

Omnem relegit] Alij redegit, facili lapſu, & è gloſſa nato. Perſ. Sat. 5. Quæ dederam ſuprà, relego. Cic. in Verrem, interpretatur, redigit, ait, enim, Bona uendit, pecuniam redigit. Terent. in Heaut. cogit, Vendidi, quaſi talenta ad quindecim coigi.

IOAN. THOM. FREIG. } Hæc Oda continet deſcriptionem uitæ ruſticæ per Proſopopœiam Alphij fœneratoris: cuius deſcriptionis duæ ſunt partes. Prior de effectis Ruſtici ruſticis: altera de effectis Ruſticæ œconomicis.

Beatus] Quæſtio eſt an uita ruſtica beata ſit: hanc confirmat Horatius argumentis uarijs: primò à contraria uita ſcilicet urbana & politica: cuius ſpecies enumerat quinq;, ut ſunt fœneratores, milites, nautæ, cauſidici, ſalutatores:

Qui procul eſt à negotijs urbanis eſt beatus. Sic & Martialis inter cauſas beatæ uitæ recenſet, litem & togam raram.
At ruſticus procul eſt à negotijs urbanis: aſſumtio approbatur per ſpecies quinq;.
Beatus igitur eſt.

Vt priſca] Simili ornat illam ἀπραγμοσύνην politicam.
Paterna] περίφρασις agricolæ & ſynecdoche pro quolibet ruſtico. Solutus] Diſtributio eſt negotiorum politicorum quinq;.
Fœnore] περίφρασις fœneratoris è ſubiecto fœnore. Claſſico] Periphraſis militis ab adiuncto: Prouer. Claſſicum canere, Lermen ſchlagen. Nec horret] Periphraſis nautæ ex adiuncto timore & ſubiecto mari. Forumq;] Periphraſis cauſidici ex ſubiecto.
Superba] Periphraſis candidatorum, ſalutatorum & ambitioſorum ex ſubiectis proceribus.
Ergo] Alterum argumentum ex effectis ruſtici per diſtributionem quatuor temporum anni:

Qui operi eſt intentus, eſt beatus.
At ruſticus eſt operi intentus,
Eſt ergo beatus.

Maritat] Metaphora eſt à coniugio ſumta, pro pedatione uitium. Fit autem iugū pertica, aut arundine, aut crine funiculóue ait. Plin. lib. 17. cap. 21. Vide eundem lib. 17. cap. 20. Enumerat autem effecta ruſtici uerna, ut ſunt pedatio, paſtio, putatio, inſitio.
Mugientium] Periphraſis boum ex adiuncto proprio. Proſpectat] Periphraſis paſtoris ex ſubiecto grege & adiuncto otioſæ inſpectionis. Aut preſſa] Aeſtiua effecta ſunt mellificatio & tonſura. Amphoris] Amphora eſt uas, quod pedem Rom. in omnes partes dimenſionis habet: dicitur & quadrantal. Eſt autem ſynecdoche. Vel cum] Autumnalia ruſtici effecta ſunt decerpere poma & uindemiare. Libet] Otium ruſticum ex ſubiecto loco deſcribit & adiuncto riuo, autum cantu & ſomno, ſicut Virgil. ecclog. 1. At cum] Hyberna ruſtici effecta ſunt uenatus & aucupium. Hyems autem ex adiunctis Phyſicis deſcribitur, imbribus ſcilicet & niuibus. Venatus autem per inſtrumenta explicatur, ut ſunt canes & plagæ: & per ſubiecta, ut apros & lepores.
Plagas] Plagæ ſunt retia rariora, ut Virgil. in 4. Aeneid. explicat. Aut amite] Aucupium per inſtrumenta (ut ſunt ames, retia & laqueus) item per ſubiectum (ut ſunt turdi & grues) deſcribitur. Quis non] Effecta ruſtica (quæ hactenus quadripartitè deſcripta ſunt) amplificat ex adiuncta obliuione affectuum, quos per unam ſpeciem arguit.
Quod ſi pudica] Hactenus ruſtici effecta ruſtica deſcripſit: nunc ruſticæ œconomica effecta perſequitur: adiunctis tamen & ſimilibus adhibitis. Pudica] Adiunctum.
Iuuet] Primus effectus eſt diſponere: quod hîc ait demum iuuare, οἰκουρεῖν, οἰκονομεῖν. Dulces] Secundus effectus, educare liberos. Eſt autem locus phyſicus in nomine dulcis, quo στοργὴ φυσικὴ exprimitur. Sabina] A' ſimili illuſtrat. Sabini autem & Apuli antiqui populi Italiæ fuerunt. Sabinorū meminit Virg. in Georg. cùm ait:

„ Hanc olim ueteres uitam coluêre Sabini.

Extruat] Tertius effectus eſt coquere. Ars coquinaria: Sacrum autem focum ob penates uocat.
Claudenſq;] Quartus effectus. Claudere pecus. Lætum uocat plenum per metaphoram pro fœcundis & uberibus, aut benè paſtis. Vt Virgil. „ Quid faciat lætas ſegetes.
Siccet] Quintus effectus, Mulgere: per metaphoram. Promens] Sextus effectus, Promere uinum. Dapes] Periphraſis eſt fructuum & herbarum, quæ in noſtris prædijs aut hortis naſcuntur, nec aliunde importantur. Apparet] Septimus effectus, Dapes apparare & menſam inſtruere.

Non me] *Amplificatio eſt à comparatis paribus per diſtributionem piſcium. Et hîc comparationis protaſis eſt.*
Conchylia] *De his uide Plin. libro 9. capite 35. Eſt autem ſynecdoche pro quouis delicato piſce. Lucrinus uerò lacus in Campania. Plin. lib. 3. cap. 5.* Rhombus] *Piſcis planus, cui dextrum latus reſupinatum eſt, laute gulæ. Plin. lib. 9. cap. 20.*
Scarus] *Solus piſcium dicitur ruminare, herbisq́ueſci. Plin. libro 9. capite 17.* Non Afra] *Alia amplificatio parium per diſtributionem auium. Afra auis eſt gallinæ ſpecies, quas Græci μελεαγρίδας uocant. Plin. libro 10. capite 26.*
Quam lectæ] *Antapodoſis comparationis per diſtributionem ciborum agreſtium & dapium inemptarum. Lapathum deſcribitur à geniali ſitu, malua ab effectu.* Terminalibus] *In honorem Dei termini celebratis. Vide Ouid. lib. 2. Faſtor.*
Hœdus] *Vide Mercurialem libro 1. Var. lectio capite 25.*
Has inter] *Epulas illuſtrat adiuncta uoluptate, quæ percipitur per partes ruſticarum diuitiarum, oues, boues, ſeruos. Eſt autem exclamatio.* Vomerem] *Synechd. pro aratro. Vomis pars aratri à uomendo.* Vernas] *Synechd. pro ſeruis. Vernæ, ſerui domi nati ex ancilla.* Examen] *Metaphora ab apibus ſumpta.*
Lares] *Id eſt, circa focum. Metonymia adiuncti pro ſubiecto. Lares enim Dij ſunt domeſtici, iuxta focum poſiti. Renidentes* ueλάωντες *Sicut apud nos Angeli pinguntur, plena & læta facie.*
Hæc ubi] *Hactenus Alphij Proſopopœia fuit.* Relegit] *Fœneratorum olim conſuetudo fuit, ut ultra ſtatutum Calendarum diem in Idus concederent dilationem: itaq; fieri ſolitum, ut quæ in Calendas fœnerauerant, idibus reciperent & relegerent. Hinc Calendariorum & Iduariorum corpora uidentur dicta. Vide Pithœũ lib. 2. aduerſariorum cap. 4.*

Huc referenda eſt etiam Analyſis, quam Odæ tertiæ adiunximus: fol. 959.

IOD. BAD. ASCENS.} Beatus ille] *Ruſticam uitã iuſtis laudibus celebrat, dicens.* Ille beatus] *Sup. eſt, qui procul* Negocijs] *Id eſt, mercatibus & ſollicitudinibus urbanis.*
Exercet ut priſca] *Id eſt, primi ſæculi* Gens] *Id eſt, genus mortalium.* Rura paterna] *Id eſt, patrimonio ſibi acquiſita.* Bobus ſuis] *Id eſt, proprijs exiſtens* Solutus omni fœnore] *Id eſt, debito exoluendi fœnoris cum nihil ad uſuram acceperit liber.*
Nec ipſe miles] Quia non *militat.* Excitatur truci] *Id eſt, feroci, & ad ferociam inuitanti.* Claſſico] *Id eſt, tubæ ſonitu bellicũ canente.* Nec horret] *Id eſt, cum horrore non formidat* Mare iratum] *Id eſt, commotum uentis, quia non nauigat.* Et uitat forum] *Scilicet, iudiciale, id eſt, lites & ſuperba limina* Ciuium potentiorum] *Id eſt, nulli clientelam, quia nullius eget patrocinio præſtat. Ergo quia alienis curis uacat.* Aut maritat] *Id eſt, coniungit, quaſi indiſſolubili matrimonio, Altas populos.* Propagine] *Id eſt, ſtirpe & palmitibus* Vitium] *Scilicet, quas uites habẽt* Adulta] *Id eſt, ad iuſtam ætatem perducta.* Aut proſpectat] *Id eſt, procul aſpectat greges* Mugientium] *Id eſt, boũ,* Errantes] *id eſt, latè & liberè paſcentes.* In ualle reducta] *Id eſt, incurua collis ambitum ſequente, & ipſe* Amputans falce] *Id eſt, cultro incuruo* Ramos inutiles] *Id eſt, infructuoſos, inſerit feliciores, id eſt, fœcundos per oculationem aut inſitionem.* Aut condit amphoris] *Id eſt, uaſis latè circumlatis dum fiunt.* Puris] *Id eſt, mundis.* Mella preſſa] *Scilicet, è fauis.* Aut tondet oues infirmas] *Vellerum onere, aut ſcabie depreſſas.* Vel cum autumnus] *Par illa anni inter æſtatem & hyemem extulit aruis caput ſuum* Decorum] *Id eſt, decoratum & onuſtum.* Pomis mitibus] *Id eſt, maturis.* Vt] *Id eſt, quàm aut ô quantum ſeu qualiter.* Gaudet] *Scilicet, agricola decerpens pyra* Inſitiua] *Id eſt, ex inſitis ſuis, quia dulce eſt productos ſua opera decerpere fructus.* Et decerpere uuam certantem purpuræ] *Id eſt, cum purpura in ſpecioſitate coloris.* Qua] *Scilicet, uua.* Muneretur] *Id eſt, donet quaſi primitijs frugum.* Te ô Priape Deus hortorum & te ô Syluane tutor] *Id eſt, quies tutor* Finium] *Scilicet, agrorum eius.* Libet] *Scilicet, Agricolæ.* Iacere modo] *Id eſt, aliquando, ſub ilice antiqua modo in gramine tenaci, id eſt, cohærente aut attrahente, aqua labuntur interim altis ripis, & ita dulci murmure ſomnum prouocant.* Aues queruntur] *Id eſt, concinunt in ſyluis.* Et fontes obſtrepunt lymphis] *Id eſt, aquis.* Manantib.] *Id eſt, ſcatentibus* Quod] *Id eſt, quæ res.* Inuitet] *Id eſt, inuitare poſsit leues ſomnos.* At cum annus hybernus] *Id eſt, hyemalis & pluuioſus.* Comparat] *Id eſt, accumulat, imbres & niues* Iouis tonantis] *Id eſt, aëris* Agricola] *Sup. aut trudit acris apros in plagas obſtantes, & hoc multa cane* Hinc & hinc] *Id eſt, ab utroq;* Latere] *Scilicet, urgẽte aut ſectante.* Aut tendit retia rara] *Id eſt, fila rarius contexta* Amite] *Id eſt, pertica.* Leui] *Id eſt, cito uolubili, ut aues opprimat, appoſitorie dolos.* Turdis] *Id eſt, auibus illis* Aedacibus] *Id eſt, aſsiduè edentibus: ſunt enim pingues. unde Martialis*

„ *Inter aues turdus ſi quis me iudice certet*
„ *Inter quadrupedes gloria prima lepus.*

Et captat laqueo leporem pauidum, & gruem aduenã] *Quia ex Thracia aduolantem appoſitorie* Præmia iocunda] *Scilicet, doli & laboris. Quis non* Obliuiſcitur] *Id eſt, obliuiſcatur.*
Inter hæc] *Scilicet, ſtudia malarum ſup. curarum.* Quis amor habet] Quaſi *dicat nullus, & ita quilibet. Eſt autem figuratus ſermo à Seruio, Valla, Sulpitio, & alijs notatus.* Quid ſi pudica] *Ordo eſt legendo quid.* Quid] *Sup. erit aut dicas.* Si, &c.] *Vel legendo quòd quæ particula conditionalis eſt ſic.* Quod ſi mulier] *Id eſt, uxor pudica iuuet domum* In partem] *Id eſt, pro parte: hoc eſt, partim ſubeat onera domus, atq; iuuet liberos dulces, & exiſtẽt talis, qualis Sabina, ſcilicet mulier à caſtitate multũ olim iam laudata, & uxor* Apuli pernicis] *Id eſt, ſtrenui ad curſum & laborem, peruſta ſolibus extruat.* Lignis uetuſtis] *Id eſt, diu conſeruatis, & ita ſiccis unde à prouidentia laudanda uenit.* Focum ſacrum] *Scilicet, penatibus, aut ante quem tanquam aras penatum nihil impudicum, aut facere, aut loqui auſa ſit, aut ubi parcum cõficiat ignem, & ita lignis ſolita ſit tanquam parcere ſacris.* Sub] *Id eſt, paulò ante aduentum* Viri laſsi] *Scilicet, labore.* Et claudens pecus lætum] *Id eſt, ſanum & bene curatum.* Cratibus textis] *Id eſt, ſeptis ex cratibus, id eſt, contextis perticis effectis.* Siccet] *Id eſt, euacuet.* Lacte ubera diſtenta] *Id eſt, uſq; ad diſtentionem lactis plena, & promens dolio dulci, non corrupto, aut dulce adhuc uinum continenti.* Quis uina horna] *Id eſt, eodem anno nata.* Apparent] *Scilicet, ad uictum mariti.* Dapes inemptas] *Vt ex agro aut horto decerptas, ſi inquam, hæc faciat.* Cõchylis] *Id eſt, oſtrea & ſimilia.* Lucrina] *Id eſt, in lucrino ſinu capta, uel Rhombus piſcis planus apud Rauennam optimus.* Aut ſcari] *Scilicet, piſces Carpathi maris ruminantes.* Si hyems] *Id eſt, tẽpeſtas.* Intonata] *Id eſt, ſonora effecta, quaſi tonitru. Notandum autem tonatum dici, ſicut tonitum & ſonatum, ſicut ſonitum. Nam primo ſer[illegible]um dicet magna ſonaturũ* Vertat quos] *Id eſt, aliquos tales piſces.* Fluctibus Eois] *Id eſt, Orientalibus, ut à Carpathio mari.* Ad hoc] *Id eſt, noſtrum, hoc eſt, Italicum mare, hæc inquam omnia licet delicatiſsima.* Non iuuerint] *Id eſt, oblectauerint, magis me quam dapes inemptæ, & ab uxore pudica & ſedula decoctæ.* Et auis Aphra] *Id eſt, Aphricana, ut Numidica Gallina, non deſcendat iocundior in uentrem meum, & Attagen, auis priuſquam capta uocalis.* Ionicus] *In Ionia potiſsimum repertus, non deſcendat iocundior in uentrem meum, quam oliua lecta, de pinguiſsimis ramis arborum, aut herba Lapathi, id eſt, Lapathium ipſum.* Amantis prata] *Id eſt, ſponte naſcentis in pratis, &* Quam maluæ] *Scilicet, herbæ.* Salubres] *Id eſt, ſalutem afferentes.* Corpori graui] *Scilicet, excrementis, quia mollificant uentrem, ſicut & Lapathium, ut dicetur, ſecundi Ser. Sat. 4.* Vel agna cæſa feſtis terminalibus] *Id eſt, termino Deo ſacris, uel hœdus ereptus, uulneratus tamen lupo.* Vt] *Id eſt, ô qualiter, & eſt cum admiratione iocunda dictum.* Iuuat uidere inter has] *Scilicet, inemptas epulas.* Oues paſtas] *Properantes domum.* Et uidere boues feſſos trahentes collo languido] *Id eſt, languenti, & ex labore demiſſo.* Vomerem inuerſum] *Id eſt, contrario modo ab aratione, quia ſurſum uerſum properantes domum.* Et uidere uernas] *Id eſt, ex ancillis ſuis natos, appoſitorie.* Examen] *Id eſt, fœturam ſeruorum per modum apium eductum.* Domus ditis] *Id eſt, diuitis & opulentæ.* Poſitos circum

lares]

Renidentes] *Id eſt, ignes aut focos renidentis, id eſt, ſplendentes & omni nidore terſos.* Vbi] *Id eſt, poſtquam locutus ſup. ſum, inquit poëta.* Hæc] *Id eſt, huiuſmodi laudes agriculturæ* Alphius fœnerator] *Id eſt, uſurarius.* Futurus] *Id eſt, qui decernit fieri.* Iamiam] *Id eſt, prope diem.* Rusticus] *Id eſt, agricola aut ruri uiuens* Redegit] *Id eſt, coaceruauit* Idibus] *Id eſt, ad Idus alicuius menſis, quæ circa medium eius ſunt.* Omnem pecuniam] *Id eſt, ſortem pecuniariam ad uſuram datam: ſed ſup.* Quærit ponere] *Id eſt, iterum ad uſuram dare (nam qui dat, ponit ad uſuram nummos, ponit eos ut accipiantur: qui autem ſe ære alieno diſſoluit reponit eos)* Calēdis] *Scilicet, proximè ſequentibus, & ita non tenetur deſiderio ruris, niſi dum eius commendationem audit.*

ANTON. MANCIN. } *Hac ode Ruſticæ uitæ laudes, & commoda poëta ſcribit, appellatq; ante omnia beatum illum, qui ſuis bobus paterna rura exercet, & colit remotus ab omni fœnore, militia, foro, et ciuium faſtu. Scribitur autem eodem metro quo & præcedens. Præterea cùm duæ uitæ traditæ ſint homini ruſtica & urbana, antiquior eſt multò ruſtica, prius enim rura coluerunt homines, quàm urbes haberent, neque ſolum antiquior cultura agri, ſed etiā melior. Vnde qui eam colerent piā & utilē uitā agere, omniū enim rerū ex quibus aliquid exprimitur nihil eſt agricultura melius, nil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Dirigitur ea ad duas metas, ad utilitatem & uoluptatem. Vtilitas quærit fructum, uoluptas delectationem. Hinc Homerus Laërtem lenientem deſiderium, quod capiebat è filio, colentē agrum, & eum ſtercorantem facit.* Beatus ille] *Virg. quoq; lib. 2. Georg. ait.*

„ *O' fortunatos nimium ſi ſua bona norint*
„ *Agricolas, quibus ipſa procul diſcordibus armis*
„ *Fundit humo facilem uictum iuſtiſsima tellus*
„ *Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis,*
„ *Mane ſalutantum totis uomit ædibus undam, &c.*

Poſtea ſequitur:

„ *At ſecura quies, & neſcia fallere uita.*
„ *Diues opum uariarum at latis ocia fundis.*
„ *Speluncæ, uiuiq; lacus, at frigida Tempe,*
„ *Mugitusq; boum, molleſq; ſub arbore ſomni, &c.*

Et Seneca Epiſt. 1 lib. 13 de Scipione maiori, inquit. Abluebat corpus laboribus ruſticis feſſum: Exercebat enim opere ſe, terramq; Vt mos fuit priſcis ipſe ſubigebat.

Procul negocijs] *Id eſt, ab moleſtijs urbanæ uitæ. Vt priſca gens mortalium homines à principio genitos dicūt in agris paſtum quærentes, ſylueſtri & incōdita uita uixiſſe, quibus herbæ & arborum fructus ultrò uictum præberent, ijdemq; nullo ſubſidio fulti duram agebant uitam. Erant enim nudi, nullo neque ædium, neque ignis adinuento uſu, cibo in diem quæſito agreſtes fructus in uſum futurum condere, & ſeruare ad egeſtatem ignorabant. Experimento deinde edoctos, & ſpeluncas aiunt quæſiſſe ad euitandam uim frigoris, & fructus ſeruare cœpiſſe. Demum notitia utilium rerum præcepta, cæteras quoque uitæ hominum commoditates breui tempore eſſe adinuentas. Hæc & plura Diodor. in princip.*

Solutus omni fœnore] *Liber ab omni debito & uſura, non enim illi ſubijcitur aliquo pacto ſeu neceſsitatis ſeu lucri cauſa* Fœnore] *Fœnus: ut Pompeius ſcribit appellatur naturālis terræ fructus, ob quam cauſam nummorum fœtus fœnus eſt uocatus. Marcellus uero ait, quòd fœnus dictum eſt, quaſi fœtus uel fœtura, eò quod pecuniam pariat.* Neq; excitatur] *Vitæ incommoda, quibus ruſtici carent proſequitur: non enim ruſtici auaritiæ cauſa militiam ſubeunt, non nauigandi curam, non ſalutandi tædia.*

Classico truci] *Terribili tubæ ſonitu. Claſsicum præterea dicimus & tubam ipſam, & ſonum. Eſtq; claſsicum tuba retorta, quod Seruius docet libro 7. Aeneid. Priſcian. uerò libro quinto. de 12. Carm. ait, quòd claſſes equitum ordines uocant, qui maximè utuntur tubis.* Forumq; uitat] *Forum iudicatorum & litium eſt ſedes ut Marcellus docet. Forum eſt negociatoris locus. forum eſt, in quo iudicia fieri ſolent: ut Feſtus aſſerit.* Superba ciuium limina] *Per hæc ſalutationū officia innuit. Hinc ait poëta lib. 2. Georg.*

„ *Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis*
„ *Mane ſalutantum totis uomit ædibus undam*

Ergo autem] *Ruſticæ uitæ commoda atque oblectationes incipit explicare, primoq; de uerno tempore.* Vitium propagine] *Id eſt, ſtirpe, propagationum uerò genera ac modos legito Columellam lib. 3. Culturas autem uitium et arborum Emolphus Athenienſis inuenit. Plin. ſcribit lib. 7. Acron ait, adulta pro adultarū, quod minimè probandum eſt. Nam ut docet Columella libro 3. propago tertio anno à matre ſeparabitur. Palladius etiam ſcribit. Propagines poſt biennium radicatas transferendas.* Maritat populos] *Hoc ait, quoniā ut ſcribit lib. 3. Columella de Arbuſtis: Vitem maximè populus alit, deinde ulmus, deinde fraxinus. Plin. etiā lib. 17. de Vmbris arborum ſcribit, populo nullam eſſe umbram ludentibus folijs. Scribit item quod ulmorum leuis eſt umbra, etiā nutriens quæcunq; opacat. Scribit item arbores maritare, niſi ualidas inimicum eſſe enecante ueloci uitium incremento: propterea igitur Horat. ait* Altas maritat populos. *Et Columel. lib. 3. Docet arbores ſexto anno ſi iam firmæ uidebuntur, maritandas.* Reducta ualle] *Id eſt, depreſſa uel ſecreta, quaſi retrò ducta, ſunt enim ualles loca, quæ montibus ſubſidunt.* Conuallis] *Vt inquit Feſtus eſt planicies ex omni parte comprehenſa mōtibus, collibuſ ue, uallis autem duobus lateribus incluſa planicies.* Inutilesq; &c] *Acron ait putatorem ſignat, quod quidem minimè uerum eſt: nam ille tantum ſignatur, qui parat inſitionem. Vnde etiam Maro lib. 2. Georg.*

„ *Aut rurſum enodes trunci reſecantur, & alte*
„ *Finditur in ſolidum cuneis uia, deinde feraces*
„ *Plantæ immittuntur.*

Naſo, item ait,

„ *Venerit inſitio fac ramum ramus adoptet.*

De Inſitione autem uideto Plin. lib. 17. Pressa mella] *Preſſa ait, quoniam preſsis fauis, mella à. fluunt. Vnde Maro lib. 4. Georg. ait.*

„ *Mella premes.*

Sunt autem mellis conficiendi tempora duo. Ver atque autumnus: ſed Vernum ſuauius, candidiusq; ac omninò præſtātius autumnali eſt. Auctor Ariſtot. lib. 9. de Animalibus. Amphoris] *Amphora uaſis genus eſt, à Græcis* [illegible] *dicitur.* Tondet infirmas oues] *Id eſt, imbecilles & molles. Vnde Maro lib. 3. Georg. ait.*

„ *Glacies ne frigida lædat*
„ *Molle pecus, ſcabiemq; ferat, turpeſq; podagras.*

Colum. etiam lib. 7. appellat pecus molliſsimum. Præterea Palladius lib. 6 de Maio ſcribens, docet locis temperatis eo menſe ouium celebrandam eſſe tonſuram: docet item, quo unguine perungendæ ſint, ut toto anno curentur. Vel quum decorum] *Autumni commoda narrat.* Decorum caput] *Poëtico more Autumnum deſcribit, quaſi corporalem Deum pomis coronatum. Feſtus inquit. Autumnum dictum, quod tunc maximè augeantur hominum opes, coactis agrorum fructibus.* Vt gaudet] *Scilicet, ipſe ruſticus. Vt autem nunc pro quàm exponitur, ſicut item inferius ibi.*

„ *Has inter epulas*
„ *Vt iuuat paſtas oues uidere properantes, &c.*

Eritq; tunc admirandi aduerbium. Poſſet item exponi. Vt *quemadmodum.* Certaurem & nuam purpuræ] *Nigram uuā intelligit mixto rubore quodam. Purpura enim piſcis eſt in Concha degens, quæ florem illum tingēndis expetitum ueſtibus in medijs habet faucibus. Liquoris hic minimi eſt in candida uena, unde precioſus ille bibitur nigrantis roſæ colore ſublucēs, reliquū corpus ſterile. Auct. eſt Plin. lib. 9.* Muneretur] *Plin. lib. 18. ſcribit, quod olim nō guſtabāt nouas fruges, aut uina antequā ſacerdotes primitias libaſſent. Aruorū aūt ſacerdotes Romulus in primis inſtituit.* Muneretur] *Munero & muneror actiua in ſignificatione rectè dicitur, inquit Porph. Priſcianusq; lib. 8. docet, antiquos multa huiuſmodi protuliſſe ut partio & partior, reuerto & reuertor, &c.* Priape] *Is Deus nō ſolū in urbiū templis. ſed in agreſtib. quoq; locis, tanquā uinearū atq; hortorū cuſtos colebatur, fructuū fures caſtigans, ei ſacra cum riſu & ludo fiebant. Fabulantur antiqui Dionyſij ac Veneris filiū fuiſſe, aſſeruntq; nōnulli priſcos illos, quū uellēt hominum pudenda occultius nominare Priapum dixiſſe. Auct. Diod. lib. 5. Et nos latius lib. 4. Georg.* Siluane tutor finium] *Hoc ait, quoniam Siluanus aruorum etiam Deus eſt. hinc Virg. lib. 8. ait.*

» *Siluano fama eſt ueteres ſacraſſe Pelaſgos*
» *Aruorum pecoriſq; deo, lucumq; diemq;*
» *Qui primi fines aliquando habuère Latinos.*

Libet iacere modo ſub antiqua ilice] *In antiquiſſimo codice, manente in ſummi Pontificis bibliotheca, apud ædem Sancti Petri in Vaticano, hoc ſuperiori coniungitur: in aliquibus etiam additur. Acron, Porphyr. & Diomedes coniungunt: & ita agendum eſt, nam ſuperiori ſententiæ hæret. Dixit enim.* Vel cùm decorum mitibus, &c. Libet] *Scilicet ruſtico, placet autem magis, ut ſint uerba ipſius Horatij, ſicut ſuperiora ad Alphium fœneratorē, quàm ipſius Alphij, ut Acron, Porphyrioq; uoluerunt. unde hyemis etiam commoda in ruſtica uita narrabit, ſicut ſuperius & ueris, & autumni. Præterea quo pacto potuiſſet urbanus ciuis ruſticas uoluptates narrare, & oliuas aut lapathum, & huiuſmodi præponere delicatis cibarijs, quibus fuêrat aſſuetus. Horat. ergo illuc uſq; proſequi uidetur, hæc ubi locutus, quo in loco ſum eſt ſupplendum.* Tenaci autem gramine *dixit, quoniam gramen geniculatis ſerpit internodijs, crebroq; ab ijs, & ex cacumine nouas radices ſpargit: iumentis herba non alia gratior, ſiue uiridis, ſiue in fœno ſiccata, quod è graminum genere ſeptem internodia habet efficaciſſimè capiti contra dolores adalligatur. Gramen denique capiti circundatum ſanguinis è naribus fluctiones ſiſtit. Plinius ſcribit libro 24.* Obſtrepunt] *Circumſonant & obmurmurant.* Queruntur aues] *Queruntur ait, quoniam ueteres omnium animalium uoces præterquam hominis querelam, dicebant, ut Porphyr. aſſerit unde Verg. ait.*

» *Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ.* Item,
» *Et ueterem in limo ranæ cecinere querelam.*
Et de bobus
» *Atq; omne querelis impleri nemus.*

Manantibus] *Excurrentibus ac profluentibus.* Somnos leues] *Perpetuum ſomni epitheton. Maro lib. 5.*

» *Quum leuis æthereis delapſus ſomnus ab aſtris, &c.*
Deinde inquit.
» *Ipſe uolans tenues ſe ſuſtulit ales in auras.*

At cum tonantis] *Nunc hyemis commoda ad ruſticam uitam explicat.* Annus hibernus] *Id eſt, hyems ipſa, eſt enim Synecdoche totum pro parte. Ibernus autem ab imber deſcendit, dempta m, littera, ut à patre paternus, & à matre maternus: imber autem pro pluuia, & omni humore ponitur.* Imbres] *Id eſt, pluuias Plinius lib. 2. ſcribit, quod à terra caligo humida, & propter uapores fumida exhalat. hinc nubes, quæ in ſublime egreſſæ in liquorem ſoluuntur.* Tonantis Iouis] *Id eſt, aëris, qui uentus eſt, & nubes imber poſtea, ut Var. ſcribit. Nos etiam latiùs diximus, Ode 1. ibi manet ſub Ioue frigido uenator.* Tonantis autem Iouis dicit] *Id eſt, aëris, quoniam ſi in nube luctetur flatus, aut uapor tonitrua eduntur. ut docet Plin. lib. 2. Si erumpat ardens fulmina, Si longiore tractu nitatur fulgetra, ijs finduntur nubes, illis prorumpitur.* Plagas] *De ijs latè in Ode 2.* Amite leui] *Amites perticæ aucupales: ut ſcribit Feſtus. Porphyrio etiam eſſe furculas, quibus retia in uenatione, uel in aucupio ſuſpenduntur. Qui autem tramite legit, non rectè quidem. Cùm etiam antiqui textus amite habeant. Et uerſus non conſtaret, eſſet enim ibi Antibacchius, quem uerſus Iambicus non recipit, legendo autem amite pes erit dactilus, qui ab Iambico recipi ſolet.* Leui] *Expolito.* Rara] *Propter maculas.* Dolos] *Appoſitio eſt.* Laqueo] *Id eſt, pedica.* Aduenam gruem] *De longinquo uenire grues. Plinius libro decimo, oſtendit ſicuti & Ciconiæ ueniunt, ſed grues hyemis. Ciconias uerò æſtatis aduenas dicit eſſe.* Præmia] *Appoſitio eſt.* Quis non malarum] *Concludit prædictis commodis & uoluptatibus quemque poſſe obliuiſci auaritiæ, & omnium cupiditatum.* Malarum] *Supple rerum ſeu cupiditatum.* Amor] *Auaritia ipſa, quæ quidem urbanis ineſſe ſolet. Id autem ad illud retulit ſolutus omni fœnore, nec excitatur claſſico miles truci, &c.*

Quod ſi pudica] *Vel quid utrunque enim eſt in antiquis codicibus.* Quid] *Sup. erit, quaſi dicat uoluptas maxima, quod autem pro ſed expone: ſicq; ſententia iungetur.* Illa curet] Non me Lucrina, &c. In partem iuuet domum] *Tunc mulier in partem iuuat domum, quum & ipſa quoque: ut uir aliquid operatur, quod inferiora declarant.* Sabina qualis] *Iuuenalis etiam Sat. 6. Sabinas & Appulas mulieres laudat, ait enim:*

» *Intactior omni crinibus effuſis bellum dirimente Sabina.*
Et paulò pòſt inquit.
» *Malo Venuſinam, quæ te Cornelia mater*
» *Gracchorum*

Pernicis Appuli] *Id eſt, celeris & impigri.* Sacrum focum] *Dijs enim penatibus ſacer eſt, ut etiam Acron aſſerit. Porphyrio item ſcribit. focum eſſe deorum penatum aram. Sunt autem penates omnes dij, qui domi coluntur de his. Seruius libro ſecundo Aeneid.* Vetuſtis] *Per id ſicca oſtendit.* Sub aduentum] *Id eſt, ante uel circa. Verg. lib. 3. Georg.*

» *Sub lucem exportant calatis.*

Pro ante lucem: ut etiam Priſcianus edocet. Lætum pecus] *Pingue.* Diſtenta] *Plena lactis.* Siccet] *Mulgendo, ſcilicet.* Horna uina] *Hornum exponit Nonius ipſius anni. Porphyrio autem huius anni. Sunt qui uelint dici ab hoc & anno, dixerunt enim hornam frugem, quæ hoc anno peruenit.* Dolio] *Dolia uaſa grandia dicuntur quibus uinum reconditur. Auctor eſt Nonius.* Inemptas] *Sic etiam eſt in antiquo textu. Verg. quoq; de ruſtico ſene libro 3. Georg. dixit.*

» *Seraq; reuertens*
» *Nocte domum dapibus menſas onerabat inemptis.*

Non me Lucrina iuuerint conchylia, &c.] *Ordo eſt,* Non me magis iuuerint Lucrina conchylia, magis ue rhombus, &c. *Magis ſcilicet quàm dapes inemptæ.* Lucrina conchylia] *Oſtrea intelligit: nam Sergius orata primus optimum ſaporem oſtreis lucrinis adiudicauit. A' Brunduſio poſtea aducta oſtrea compaſcebantur in Lucrino. Auctor eſt Plinius libro 9. Strab. etiam libro quinto, ſcribit. Lucrinum ſignum capiendis oſtreis uberrimum. Sunt autem oſtrea piſces ſilicea teſta incluſi. Ouidius lib. 5. Faſt.*

» *Oſtreaq; in conchis tuta fuêre ſuis.*

Conchylia uerò ſunt ex genere purpurarum, ut oſtendit Plinius libro 9. Rhombus] *Piſcis eſt planus: cui dextrum latus reſupinum eſt, ut idem lib. 9. ſcribit. Et Martialis ait.*

» *Quamuis lata gerat patella rhombum.*

Rhombus latior eſt tamen patella. Plinius libro 9. cap. 54. docet. Rhombum Rauennæ optimi ſaporis eſſe. Scari] *Sic eſt in antiquis codicibus, ſic etiam in Plinio.* Non autem Scari] *Græcè etiam σκαρὸς dicitur. Plin. libro 9. cap. 15. ſcribit ſua tempeſtate Scaro principatum datum fuiſſe, quia ſolus piſcium dicitur rumınare, herbiſq; ueſci, non alitum piſcibus. Carpathio maxime mari frequens, inde aductos Tyberio Claudio principe optatus. Elipertius præfectus claſſis inter Oſtienſem & Campaniæ oram ſparſos diſſeminauit, &c. Gellius præterea libro 7. cap. 16. aſſerit Varronem ſcripſiſſe. Scaros Cylices præſtantiores alijs.*

Heois fluctibus] *Id eſt, orientalibus, propter Carpathium pelagus, dixit, ubi Scarorum maxima copia, ut oſtendimus. Carpathium uerò pelagus tendit uſq; Rhodum, Cretamq; ac Cyprum, ut ſcribit Strabo libro* [illegible] *Heois, per aſpirationē antecedentē hîc ſcribi debet, nam uenit ab Heos, quod eſt dies, & aurora.* Eois] *Id eſt, mane plerique non aſpirant, inde uenit Eous, Eoa, Eoum, ſemper producta prima. Heous uerò cum h, corripit ſemper.* Intonata] *Priſcianus libro 9. ſcribit Horatium hoc loco intonata protuliſſe ſecundùm analogiam pro intonita.* Intonata] *Sonora effecta.* Hyems] *Tempeſtas.* Aphra auis] *Gallinam Numidicam dicit, ut ſcribit Porphyrio. Plinius etiam libro 10. meminit de Numidicis auibus in parte Aphricæ.* Numidia] *Varro autem libro 3. ſcribit Gallinas Aphras fuiſſe grādes, & uarias, quæ propter penuriam ſuo tempore magno ueníbant. idem Plinius libro 10. cap. 29. ſcribit de Meleagridibus Aphricæ Gallinarum genus, gibberū uarijs ſparſum plumis. Quæ nouiſſimæ ſunt peregrinarū auiū in menſa receptæ, &c.* Attagen Ionicus] *Hác autem maximè Ionia celebrat, uocalis eſt aliàs: captus uerò obmuteſcens, quondam exiſtimatus inter raras aues. ut Plin. aſſerit lib. 10.* Ionicus] *Ionia Cariæ iuncta eſt: in Ionia autem Miletus atq; Epheſus optimæ urbes atq; clariſſimæ: ut ſcribit Strab. lib. 14.* Iucundior quam] *Innuit agrorum fructus cætera alia ſuperare.* Iucundior] *Sup. eſt.*

eſt. Lapathi] *Huius herbæ uis ructus facit, urinam ciet, caliginẽ oculorum diſcutit, nec à malua diſſimiles effectus habet, ut ſcribit Plin. lib. 20. ſcribitur autem cum th.* Maloæ] *Malua Græcè μαλάχη dicitur, ab emolliendo uentre: ut innuit Plin. lib. 20. præterea μαλακύνω mollio ſignificat, μαλακὸς uerò mollis dicitur. Oſtendit autem poëta agrum ultra pomorum commoda afferre quoque ſalutiferas herbas.* Terminalibus] *Termino ſacra fiebant, quod in eius tutela fines agrorum eſſe putabãt, deniq; Numa Pompilius ſtatuit eum, qui terminum exaraſſet, & ipſum, & boues ſacros eſſe. Auctor eſt Feſtus, qui etiam ſcribit, quod termonem Ennius terminum dixit. Eſt autem termon Græca dictio, quæ nobis terminũ ſignificat. Ouid. præterea li. 2. Faſt. 10. Cal. Mart. id eſt, die 20. Feb. Termino Deo ſacra fieri ſolita, quem duo domini de parte diuerſa coronabant, bina ſerta & bina dona ferentes: inde cõmunis terminus ſpargebatur cæſo agno, uel porca lactente. Vicinia omnis ad dapes ſupplex conueniebat, cantans termini laudes. Dionyſius item lib. 2. ſcribit. Pompilium iuſſiſſe unumquenq; circũſcribere fundos ſuos, ſacroſq; finibus lapides apponere, lapideſq; ipſos ſacraſſe Ioui terminali ſtatuiſſe deinde ei ſacra quot annis omnes die conſtituta facere ſuper locum ipſum coẽuntes hoc Romani terminalia à termonibus uocant, fineſq; ipſos unius literæ mutatione à noſtra lingua, inquit, Dionyſius proferentes. Terminos appellant, quos ſi quis occultauiſſet, aut tranſtuliſſet ſacrum eum eſſe Dei lege ſtatuit: ita ut uolenti eum occidere, tanquam ſacrilegum, & ſecuritas adeſſet, & purgatio pollutionis. Deos enim putabant terminos, ſacrificabantq; eis non animatum aliquod, neq; enim pium eſt cruentare lapides, ſed pultes, & liba, atque alias quaſdam fructuum primitias. Hæc ex Dionyſio.* Hœdus] *Is ut Varro ſcribit dictus eſt, quaſi fœdus. Sic enim Sabini dicebant. Illi, etiam fircus, Romani uerò Hircus dixerunt. Loco autem f, Sabinorum, Romani aſpirationem ponebant. ut aiunt.* Has inter epulas] *Poſt ciborum frugalitatem enarratã alias etiam explicat uoluptates.* Vt iuuat] *Id eſt, quemadmodũ, ſeu quàm ut diximus.* Poſitoſq; uernas] Ordo eſt. Et uidere uernas] *Appoſitio.* Examen ditis domus poſitos circũ renidentis lares] *Poſitos autẽ inquit circa lares, id eſt, focos, quoniam, ut etiam oſtendit Columel. lib. 12. Villicus ruſticus epulari circa larem domini focum familiarem ſemper cõſueſcere debebat. Et idem Horat. Sat. 6. lib. 2. de Vita etiam ruſtica ait.*

„ *O noctes, cœnæq; deûm, quibus ipſe meiq;*
„ *Ante larem proprium ueſcor, uernaſq; procaces*
„ *Paſco libatis dapibus.*

Vernas autem filios intelligit. Vernas] *Vernæ appellantur ex ancillis ciuium Romanorum uere nati, quod tempus anni maximè naturalis fœturæ eſt. Hic autem uernas pro natis poſuit. Nam & Maro lib. 2. Georg. de ruſtica uita ait.*

„ *Interea pendent dulces circum oſcula nati.*

Ditis examẽ domus] *.i. quod ſolet eſſe in domo diuitis, cui plures ancillæ, plures uernas edũt.* Renidẽtis lares] *.i. ſplẽdẽtes focos. Colebant enim domi lares in ipſo foco, qui deorũ penatũ ara eſt. ut etiã Porphyrio edocet. Vnde Naſo quoq; Triſtiũ lib. 1. de uxore inquit.*

„ *Illa, ſed ante lares ſparſis proſtrata capillis*
„ *Contigit extinctos ore tremente focos.*

Cato item in re ruſtica ait. Paterfamiliâs ubi ad uillã uenit, ubi larem familiarẽ ſalutauit, fundum eodem die ſi poteſt circumeat, &c. Deinde inferiùs, de uillici officio ait. Focum purum circumuerſum quotidie priuſquam cubitum eat, habeat. Calẽdis nonis feſtus dies, quum erit coronã in focum indicat, per eos ueque dies lari familiari pro copia ſupplicet. Et Columel. libro 12. de Villico inquit. Conſueſcatq;, ruſticos circa larem domi focum familiarem ſemper epulari. Ergo lar eſt ipſe focus. Et Tibullus inquit.

„ *Vos quoq; fœlicis quondam nunc pauperis agri*
„ *Cuſtodes fertis munera ueſtra lares.*

Hæc ubi locutus] *Scilicet, ſum inquit Horatius, quod magis placet: ut dixi, quàm uti Acron, Porphyrioq; exiſtimant.* Verba] *Scilicet fuiſſe Alphij, quòd ſi eſſet Alphius, ipſe hucuſque ab ipſo principio dixiſſet, non tantum ab illo uerſu libet iacere, ut putant quidam.* Fœnerator] *Maiores noſtri in legibus poſuêre furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. Quanto peiorem ciuem exiſtimârint fœneratorem, quàm furem hinc licet exiſtimare. Et uirũ bonum, quum laudabant, ita laudabant bonũ agricolam, bonumq; colonum ampliſſimè laudari exiſtimabantur, qui ita laudabatur. Hæc Cato ſcribit in re ruſtica, meritò igitur in fœneratorem Horatius inuehitur.* Redegit] *Collegit, exegitq; à debitoribus ſuis, prædia comparaturus cognoſcens iam ruſticæ uitæ oblectationem, iucunditatemq;.* Idibus] *Idus uocantur dies, qui diuidunt menſem, Iduare enim Hetruſca lingua diuidere eſt. Vnde uidua, quaſi ualde Idua.* Aut uidua, *Id eſt, à uiro diuiſa, Auct. Mac. libro 1. Saty.* Calendis] *Calendæ initia menſium dicuntur à καλῶ, id eſt, uoco. nam minor Pontifex nouæ Lunæ primũ obſeruabat aſpectum, uiſam regi ſacrificulo nunciabat. Itaq; ſacrificio ab Rege & minore Pontifice celebrato, idem pontifex calata, id eſt, uocata in capitolium plebe iuxta curiam Calabram: Quot numero dies à Calendis ad nonas ſupereſſent pronunciabat, hinc & ipſi curiæ, ad quam uocabantur, Calabræ nomen datum eſt. Ideo autem minor Pontifex numerum dierum, qui ad Nonas ſupereſſent, Calendo proferebat, quod poſt nouam lunam oportebat. Nonarum die populares, qui in agris eſſent confluere in urbem, accepturos cauſas feriarum ab rege ſacrorum, ſciturosq; quid eſſet eo menſe faciendum. Vnde quidam hinc Nonas æſtimant dictas, quaſi nouæ initium obſeruationis, uel quòd ab eo die ſemper ad Idus noue dies putẽtur. Auct. Mac. lib. 1. Sat.* Ponere apud alios] *Scilicet, fœnoris cauſa, per quod oſtendit poëta non facilè quenquam diſcedere poſſe ab auaricia, & ſolita fœnoris cupiditate.*

ODE III. AD MECOENATEM, ALLIVM DETESTANS.

Ode III. Dicolos diſtrophos, ut: Ibis Liburnis inter alta nauium.

υ– υ– –– υ– υ– υ–
υ– υ– –– υυ

ARGVMENTVM IN ODEN III.

Facetè & copioſè ludit in re ridicula, nam deteſtatur allium, tragiceq; perſequitur, ut uirulentius quam aut cicuta, aut uiperæ ſanguis, aut Canidiæ uenefica, aut Medeæ, quo tauros ſopiuit in Colcho, aut Neſſi Centauri uenenũ, quo extinctus eſt Hercules.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Mos fuit tam Græcis, quam Latinis autoribus, ut intermiſſis quandoque grauioribus ſtudijs, leuioribus & magis amœnis animum recrearent. Sic Homeros *βατραχομυομαχίαν*, Virgilius Culicem, Ouidius Nucem, Lucianus *μυίας ἐγκώμιον* deſcripſit. Simili modo Horatius hîc in re humili & ridicula, facetè admodum ludit. Nam Allium, quod comederat, execrans, omni ueneno præſentiſſimo illud uirulentius eſſe dicit.

COMMENTARIA.

PARENTIS olim ſi quis impia manu
Senile guttur fregerit:
Edat cicutis allium nocentius.
O' dura meſſorum ilia.
Quid hoc ueneni ſæuit in præcordijs?
Num uiperinus his cruor
Incoctus herbis me feſellit? an malas
Canidia tractauit dapes?
Vt Argonautas præter omneis candidum
Medea mirata eſt ducem:
Ignota tauris illigaturum iuga,
Perúnxit hoc Iaſonem:
Hoc delibutis ulta donis pellicem,
Serpente fugit alite.
Nec tantus unquam ſiderum inſedit uapor
Siticuloſæ Apuliæ:
Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarſit æſtuoſius.
At ſi quid unquam tale concupiueris,
Iocoſé Mecœnas, precor,
Manum puella ſuauio opponat tuo,
Extrema & in ſponda cubet.

ACRON.

PARENTIS olim ſi quis impia manu] *Parentis, Patris, ut pulſatus' ue parẽs. Si quis ergo, inquit, parricidiũ fecerit comedat alliũ pro pœna, quia eſt ueneno nocentius.* Senile] *Ad augmentum ſceleris dixit ſenile, quia etiã ſi occiſus nõ eſſet, mori tamen potuerit. Vt Lucanus,*

» *Iam ſenis extremum piguit uergentibus annis,*
» *Præcipitaſſe diem.—*

Edat] *Pro comedat: ſic enim ueteres declinabant, ut:*

» *Te nec tãtus edet tacitũ dolor.*

O' dura meſſorum ilia] *Fortia, ut: Durus arator obſeruãs.* Num uiperinus] *Viperinum ſanguinẽ, uenenum dicit.* Incoctus] *Permixtus.* Canidia tractauit dapes] *Canidiam pro Gratidia poſuit, nõ enim proprium nomẽ notari decebat in carmine, ut: Nulli grauis eſt percuſſus Achilles. Fuit autẽ Gratidia, unguẽtaria Neapolitana quaſi malefica.* Mirata eſt] *Adamauit quem ſuper omnes maleficiorũ herbas, alio perunctũ tauros, ignẽ ſpirantes naribus iunxiſſe ſignificat.* Hoc delibutis ulta pellicẽ] *Glaucem dixit, Creontis regis filiã, quã dum reuerſurus à Colchis Iaſon uoluiſſet accipere uxorem, propter amorẽ Iaſonis Medea repudiata, uicta dolore, oblatione coronæ, malefica arte compoſitæ, incendit, & occiſis filijs Medo & Merimero, dolorem ſuum ulta, pennatis uecta draconibus fugit & Medeam conſtituit ciuitatem.* Nec tantus unquã ſiderum inſedit uapor] *Nõ tanto ardore ſolis ſiccari Apuliam dicit, quanto ardore allium comedentium uiſcera perurit.* Nec munus humeris efficacis Herculis] *Neſſus Centaurus uulneratus ab Hercule, eò quòd Deianirã uxorem eius rapere uoluiſſet, dum eam ſuſceptam ab Hercule, Euenum fluuium traijceret, ut ſe de eo ulciſcaretur, lanam tinctam ſanguine ſuo Deianiræ dedit, dicens eam ab Hercule ſatis amandam, ſi ex accepta lana confectũ ueſtimentum Herculi dediſſet. Hoc illa muliebri facilitate ſeruauit, quãdo aũt amore Ioles ſe amari minus cognouit ab Hercule, pallium factum ei, ut indueretur dedit. Quo tacto Hercules tãto ardore correptus eſt, ut ipſe laniaretur, nec ardorem uinceret, niſi pyram ſibi in Oeta monte Theſſaliæ feciſſet. Cui ſe inijciẽs, purgatus corpore, inter deos affirmabatur receptus. Deianirã autẽ Hercules acceperat uicto Achelao Aetoliæ fluuio, quæ Deianira fuit Oenei filia, Tydei ſoror. Hanc autem fabulam ideo cõmemorauit, ut ardorem Herculis incendio alij compararet.* Tale] *Id eſt, aliquid ſimile, ut allium.* Iocoſe] *Læte, iucũde.* Manum puella ſuauio opponat tuo] *Id eſt, refutet puella ſuauium tuum, pro allij fœtore, & in ſponda lecti fugiat olentem uirũ. Quidã uolunt Terentiã cõcubinã Mecœnatis eum ſignificare uoluiſſe.*

PORPHYR.} Parentis olim ſi quis impia manu Senile guttur fregerit Edat cicutis allium nocentius] *Execratur alliũ ſignificãs ſe grauiter uexari. Edat aũt dicendum potius quàm edit, quoniã ſic declinatur edo, es, eſt, deinde modo optatiuo tempore futuro utinã edã, edas, edat: pluraliter, edamus, edatis, edant. Et alliũ dicendũ, ut foliũ doliũ, non ut uulgò aleum.* Cicutis] *Cicuta herba eſt uenenatiſſima.* O' dura meſſorum ilia] *Qui fœtidum allium prandent, de quibus & Virg. in Buc.*

» *Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu*
» *Allia, ſerpillumq́ herbas contundit olentes.*

Canidia tractauit dapes] *Sub hoc Canidiæ nomine, Gratidiam Neapolitanã unguentariã intelligi uult, quã ueneficã Horatius ſemper inſectatur, ſed quia non licet probroſum carmen in quenquam ſcribere, iccirco ferè poetæ ſimilia effingunt: ſic & Virgil. in Buc. pro Citheride Lycoridẽ appellat.* Candidum Medea mirata eſt ducem] *Iaſonem ſignificat. Candoris autem nomine & Virgil. in ſignificatione pulchritudinis ſemper utitur, ut:*

» *Candidus inſuetum miratur limen olympi.* *Et,*
» *Candida Dido: &,*

Candida Maia. Notam aũt hiſtoriã hunc in locum conuertit, quaſi Medea allio perunxerit Iaſonẽ, ut eum muniret aduerſus uim taurorum flammas ſpirantium, qui iuſſu regis ſubijcendi erant, ſi uellet pellẽ aureã accipere. Serpente fugit alite] *Vt cùm ait:*

» *Ruens uolens aderat.*

Nec munus humeris efficacis Herculis] *De ueſte illa loquitur ſanguine Neſſi delibuta, quam à Deianira coniuge oblatã Hercules, cùm ſe induiſſet, incendio eius abſumptus eſt. Efficacis aũt perpetuũ epithetõ uult eſſe Herculis.* Iocoſe Mecœ] *Opportunè iocoſum appellat, cui uelit iocos ſuos commendatos eſſe.*

CHRIST. LAND.} Parẽtis olim ſi quis impia manu] *Tragœdiam in re humili excitat, ut ridiculam faceta oratione reddat. Alliũ comederat, quod cùm ſtomacho nocuiſſet, deteſtatur. Sed lepida omninò eſt oratio, cum ridiculi cauſa res humiles ueluti grandes tractamus, ut cùm Homerus ranarũ, murũq́ prælia deſcribit.* Senile guttur] *Nam cum impium ſit parentem interficere, tamen multum ætas ſenilis ad ſcelus addere uidetur.* O' dura meſſorum ilia] *Nam illis allium datur. Virg.*

» *Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu*
» *Allia ſerpylum atq; herbas contundit olentes.*

Incoctus cruor] *Quaſi nõ poſſit credere alliũ ex ſe niſi uiperæ uenenũ admixtũ ſit tantũ nocere. Aut niſi Canidia uenefica ſuis artibus epulas infecerit. Sed de Canidia cuius propriũ nomẽ Gratidia fuit, paulò infrà dicetur.* Vt Argonautas] *Iaſon Eſonis filius ſuadẽte patruo Pelia nauẽ longã, quæ teſte Plinio prima fuit in Pegaſo ſinu ædificata, & ab Argo fabro eam denominauit, uirosq́ ex Græcia fortiſſimos, quos ſecũ in Colchos ad uellus aureũ rapiendũ elegit, qui à naue qua uecti ſunt, Argonautæ fuerũt nominati. Præcipui aũt fuerũt Orpheus, Hercules, Caſtor, Pollux, Zetus, & Calais. Sed cùm ad Oetam regẽ perueniſſent, eſſentq́ & tauri, qui narib. ignes ſpirarent domãdi, & ſerpens interficiẽdus, & dẽtes ſerẽdi, & homines armati inde ſubitò nati interficiẽdi nõ potuiſſet has difficultates ſuperare Iaſon, niſi Medea quæ iuuenis amore capta eſt, opẽ ſuis magicis artibus attuliſſet. Medeæ igitur auxilio hæc omnia monſtra ſuperauit, uellusq́ rapere potuit. Poeta ergo rei ſuæ inſeruiẽs nulla reputat Medeã Iaſonẽ cõtra monſtra uehementius munire potuiſſe, quã allio illũ imbuendo.* Ergo ut *.i. poſtquã Medea mirata eſt, .i. obſtupuit, tã pulcherrimũ ducẽ, ſcilicet Iaſonẽ illigaturũ iuga ignota, quoniam hactenus indomiti tauri nunquam iuga tulerant.* Perunxit hoc allio Iaſonem] *Tanquam in quo eſſet extrema uis contra omnia monſtra.* Hoc delibutis] *Nam cũ Medeæ opera aureo uellere potitus eſſet Iaſon, unà cum Medea Corinthũ peruenit, atque beneficiorum à Medea acceptorum immemor, filiam Creontis Corinthi regis ſiue Glaucæ, ut Lactantio, Porphyrionią placet, ſiue Creuſa, ut refert Seneca, appellaretur, uxorem*

repudiata

repudiata Medea duxit. At illa ira, furoreq́ percita, & Medeum, Merinererumq́ filios occidit, epulandosq́ patri appoſuit, & munera ijs ueneficijs delibuta ad nouam nuptam miſit, ut cum ea explicaret ſubito incendio cum uniuerſa regia aſſumpta ſit, ergo poëta credit allium tam uehementi ueneficio adhibitum fuiſſe. Serpente alite] *Nam cùm ulta eſſet iniurias ſuas Medea relegatis ad currum alatis ſerpentibus per aërem uecta aufugit.* Vapor] *Id eſt, qui ui ſiderum præſertim caniculæ.* Apuliæ] *Quæ regio calidiſſima eſt, & aquis caret. Non igitur minore calore afficitur à diebus canicularibus Apulia, quam ego ex calore quem cõmeſtum allium intulit. Nec etiam munus Herculis maiori efficacia exuſſit humeros. Voluerat Neſſus Centaurus uim Deianiræ uxori Herculis inferre. At Hercules ſagittis ex ſanguine Hydrino infectis, Neſſum interfecit. Moriens autem Neſſus ultionem parauit. Perſuaſit enim Deianiram, ut ueſtem ſuam illo ſanguine iam infectã ſeruaret, affirmans eam illi uim ineſſe, ut ſi quando Hercules aliam amaret mulierẽ, & ea ueſte indueretur, ſtatim eo amore ſolueretur. Credidit Deianira, & cùm occupatus eſſet Hercules, ſiue Omphales, ſiue Ioles amore, miſit ueſtem ignara euentus. Ignarus et Hercules induit, indutusq́ ab ea exuſtus eſt.* At ſi quid] *Oſtendit tandem ridiculè hæc ſcripta eſſe, cũ poſt tantas tragœdias huc euadat, ut ſi quando Mecœnas allium comederit, puella uiroſum anhelitũ ſuum effugiens opponat manũ oſculo.* Extrema ſpõda] *In ult. parte lecti.*

IOAN. HART. } Perunxit Iaſonem] *Vide Apollonij libros Argonauticorum.* Herculis inæſtit } *Vide fabulam Sophoclis, quæ inſcribitur Trachiniæ.*

HERMAN. FIG. } Parentis olim ſi quis impia manu. &c.] *Primùm ſignificat, allium tam eſſe noxiũ & ſæuum, ut illud parricidæ & ſceleratiſſimi quiq́ homines pro acerbiſſima pœna haurire debeant, magis quàm cicutam, quam Athenienſes bibere delinquentes cogebant.* Senile guttur fregerit] *Patrem ſuum occiderit, quod eſt ipſa crudelitate immanius. Ideoq́ exquiſitiſſimo apud Romanos ſupplicio adficiebantur parricidæ. Pœna parricidij (inquit Modeſtinus, celebris ille Iuriſperitus, Papiniani diſcipulus) more maiorũ hæc inſtituta eſt: Parricida uirgis ſanguineis uerberatur, deinde in culleo inſuitur cũ cane, pullo gallinaceo, uipera, & ſimia, deinde in mare profundum culleus iactatur. Hoc ita, ſi mare proximũ ſit: alioquin beſtijs obijcitur, ſecũdùm diui Hadriani conſtitutionem. Meminit quoq́ huius pœnæ imperator Iuſtinianus, lib. 4. Inſtitut. Tit. ult. De publicis iudicijs.* Cicutis] *Cicuta herba eſt uenenoſa, caule uiridi & geniculato, ramoſa in cacuminibus, graui odoratu, inuiſa propter publicam Athenienſium pœnam, qui delinquentes cicutam bibere cogebant. Si quis pigmentarius apud Romanos, temerè cui cicutam dediſſet, pœna legis Corneliæ de ſicarijs & ueneficis tenebatur.* O' dura meſſorum ilia] *Miratur tam dura eſſe ruſticorum inteſtina, ut tantam allij ſæuitiam queant ferre. Veſcebantur autem allio meſſores, teſte etiam Virg.*

„ *Theſtilis & rapido feſſis meſſoribus æſtu,*
„ *Allia, ſerpillumq́ herbas contundit olentes.*

Nũ uiperinus his cruor) *Dubitat an poſſit tantum nocere alliũ, itaq́ ſuſpicatur ſe uenenũ huic admixtum ſimul comediſſe: & epulas à Canidia, muliere uenefica, infectas eſſe.* Vt Argonautas] *Dicit Medeam non alio ueneno uſam eſſe, quàm allio, cùm Iaſonẽ, contra tauros, aliaq́ monſtra, quæ apud Colchos ſuperauit, muniret. Fuit Iaſon uir magnanimus, Aeſonis Theſſaliæ regis filius. Is collecta iuuenum fortiſſimorum manu in Argonaui, unde Argonautæ dicti, Colchos ad rapiendum uellus aureum profectus eſt. Ibiq́ ob egregiam formam adamatus à Medea, regis Aeetæ filia, et artibus magicis adiutus, tauros ſpirantes naribus ignes, aratro adiunxit: Draconem uigilem interfecit, & ſuperatis difficultatibus alijs, aureum uellus rapuit. Copioſè hæc ſcribuntur ab Ouid. lib. 7. Transformat. Et in Epiſtola Medeæ ad Iaſonem.* Ignota tauris] *Quoniam indomiti hactenus tauri iuga ferre nunquam aſſueuerant.* Ouid.

„ *Pendulaq́ audaci mulcet palearia dextra,*
„ *Suppoſitosq́ iugo pondus graue cogit aratri*
„ *Ducere, & inſuetum ferro proſcindere campum.*

Hoc] *Videlicet allio, tanquam ualidiſſimo medicamento.*

Hoc delibutis ulta donis] *Oſtendit Medeam nullo alio ueneficio potuiſſe melius ulciſci ſuam pellicem Creuſam, quàm allio. Iaſon cùm Medeam ex Colchide abductam repudiaſſet, & Creuſam, Corinthi regis filiam uxorem duxiſſet, Medea irata nouæ nuptæ munera [illegible] delibuta in ſcrinio miſit, quo aperto Creuſa cum tota regia ſubito incendio conflagrauit: Medea uerò à uolantibus draconibus ſublata aufugit.* Nec tantus unquam] *Acerbitatem & uirus allij ſupra modum amplificat, dum dicit, Apuliam nullo unquam ſydere magis æſtuare, nec Herculẽ munere Neſsi plus arſiſſe, quàm ipſe uratur allio.* Tantus ſyderum uapor] *Hoc eſt, tantus æſtus radiorum ſolariũ, uapores attrahentium.* Siticuloſæ] *ποολυδίψια, aridæ propter uehementem ſolis ardorem.* Nec munus humeris] *Neſſus Centaurus cùm Deianiram ab Hercule ſibi commiſſam, ut eam Eueni undas traijceret, rapere uellet, ab Hercule ſagitta letaliter percuſſus eſt. Itaq́ ne multus periret, ueſtem ſuã ueneno tinctam Deianiræ munus miſit, addens eam ineſſe uim tunicæ, ut Herculem ab amore aliarum mulierum auocaret, ſi eam indueret. Seruatam igitur tunicam Herculi, Ioles amore capto, Deianira miſit, quò illum ad ſe reuocaret. Eam cùm Hercules ſacrificaturus induiſſet, ſtatim uiſceribus eius inhæſit, & tantis cruciatibus affecit, ut ipſe ſe ſtructa pyra combureret. Eleganter & copioſè hanc fabulam deſcribit Ouid. lib. 9. Transform. Diodorus lib. 5. Sophocles in Trachinis, quem locum Cicero in ſecunda Tuſcul. uertit.* Inæſtuauit] *Vim huius ignis ita deſcribit Ouidius:*

„ *Ipſe cruor, gelido ceu quondam lamina candens*
„ *Tincta lacu, ſtridet: coquiturq́ ardente ueneno.*
„ *Nec modus eſt, ſorbent auidæ præcordia flammæ,*
„ *Cæruleusq́ fluit toto de corpore ſudor,*
„ *Ambuſtiq́ ſonant nerui, cæcaq́ medullis*
„ *Tabe liquefactis.* ——

At ſi quid unquam tale concupiueris] *Facetè nunc precatur Mecœnati, ut amica oſcula & amplexus ei recuſet, ſi unquã allium comederit.* Extrema & in ſponda cubet] *In ultimum lecti angulum, ob allij à te deuorati fœtorem, recedat.*

THEOD. PVLM. } 3 Edit cicutis] *Vt 2. Sat. 8.*

„ Quàm ſi cum lumbis quis edit.

Edit, pro edat, antiquè. *Vide Petri Victorij Variarum lectionum lib. 6. cap. 19. & Petri Nannij Miſcellaneorum lib. 3.* allium, *H.G. E B. & Soſipater Inſtitutionum Grammat. lib. 1.* halium. *Pierius Allium cicuta nocentius putat, uenenum appellãs, cum quo ex diametro diſsident Galenus agricolarum theriacam allium nũcupat. Ioannes Brodeus Miſcell. lib. 6. cap. 2.* 6 Num uiperinus] *Nõ uiperinus, Cuiacius Obſeruat. lib. 12. cap. 18.*

9 Vt Argonautas præter omnes candidum
Medea mirata eſt Ducem,
Ignota tauris illigaturum iuga,
Perunxit hoc Iaſonem.

Significat allium eſſe ueneficium omnium certiſsimum & præſentiſſimum nõ cibum, Medeamq́ ueneficam nullas priores herbas ad ueneficiũ habuiſſe, cùm uel caros ſeruare, & liberare periculis uellet, uel inimicos ulciſci & perdere. Turneb. lib. 12. cap. 15.

13 Hoc delibutis ulta donis pellicem Serpente fugit alite] *Plin. lib. 2. cap. 105. Huic, inquit, magna cognatio ignium, tranſiliuntq́ protinus in eam undecunq́ uiſam. Ita ferunt à Medea pellicem crematam, poſtquam ſacrificatura ad aras acceſſerat, corona igne rapta. Hæc Plinij uerba plurimum adferent lucis, ac ueluti prælucebunt Horatio: etſi iocatur allio non naphtha imbutam fuiſſe coronam. Vide Turneb. lib. 6. cap. 9.* 15 Vapor] *Id eſt, calor, Seneca Octauia,*

„ —— *Ceu leuis flammæ uapor.*

21 Sauio] Sauio, *H.G.E.B.*

GEORG FABR. } *Deteſtatur allium, & quod eſu incendat inteſtina, & quod odoris grauitate offendat aſtãtes. Vtitur duplici ſimilitudine, & triplici exemplo.* Edit cicutis allium] *Edit, pro edat: ab antiquo edim, legunt eruditi, auctore ſummo uiro Petro Victorio.* Ignota tauris alligaturum iuga] *Scribo illigaturum, ut paulò antè dixit,*

„ *Non ut iuuencis illigata pluribus,*

IOAN.

IO. THOM. FREIG. } Analyſis huius odæ tertiæ.

Præter Rhetoricam, Logicamq́ Analyſin, quæ in explicatione ſuperiore demonſtrata eſt: præcipuè, conſideranda eſt Ruſtica, Oeconomica, Phyſica, Politica.

Ruſtici eſt maritare uites, paſcere, putare, inſerere, [illegible]care, condere, tondere, decerpere poma, uindemiare, uenari, aucupari.

Oeconomica ſunt, diſponere, educare, coquere, pecus claudere, mulgare, uinum promere, dapes parare, menſam inſtruere.

Phyſica eſt 1. in animalib. terreſtribus, ut ſunt ouis infirma, aper acer, lepus pauidus, hœdus ereptus lupo, boues aratores: & aquatilibus, ut ſunt conchylia, rhombus, ſcarus: & uolantibus, ut ſunt aduena grus, Afra auis, Attagen Ionicus, tardus edax. 2 in arboribus, ut ſunt uites, populus alta, ilex antiqua. 3. in fructibus, ut ſunt pyra, uuæ, oliuæ. 4. in herbis, ut ſunt lapathũ, prata amans malua graui corpori ſalubris.

Politica ſunt: fœnerare, in foro uerſari, ciuium potentium limina frequentare, militare, nauigare.

IOD. BAD. ASCENS. } Parentis] Allij morſu læſus poëta dirè ipſum execrauit, dicẽs. Siquis fregerit olim] Id eſt, quouis tẽpore Manu impia] Id eſt, cõtra pietatẽ maximè faciente. Guttur ſenile parentis] Edat, quaſi pro iuſta pœna. Allũ nocentius cicutis] Id eſt, quàm ſint cicutæ herbæ ſucco frigidiſsimo necãtis, cuius hauſtu Socrates extinctus dicitur. O dura ilia] Id eſt, inteſtina meſſorum. Quibus] Scil. allium dulce refrigerium præſtat, cũm poetæ tantũ fecerit cruciatũ. Quid] Huius ueneni ſup. eſt. Quod] Sup. ſæuit in præcordijs. Aut quid] Id eſt, per quid hoc ueneni ſæuit in Præcordijs] Id eſt, uicinis cordi? Num] Id eſt, nunquid Cruor uiperinus] Id eſt, uiperæ ſerpentis uenenoſiſsimæ Incoctus] Id eſt, immixtus aut innatus his herbis, hoc eſt allijs. Fefellit me, qui] Scilicet, herbas putabam eſſe An Canidia] Hoc eſt, Cratidia uenefica Tractauit] Id eſt, infecit cõtactu Herbas malas] Id eſt, noxias mihi: Medea uenefica illa notiſsima apud Colchos. Vt] Id eſt, poſtquã Mirata eſt Iaſonem ducem] Scil. Argonautarum. Candidum] Id eſt, formoſum Præter] Id eſt, ſupra omnes Argonautas] Scil. reliquos perunxit Ipſum illigaturũ] Id eſt, qui erat illigaturus Tauris] Scil. ferociſsimis Iuga ignota] Id eſt, inſolita, & non priùs impoſita. Hoc] Scil. ueneno allij. Et] Sup. ipſa Vlta pellicem] Scil Glaucam Creontis regis Corinthiorũ filiam ab Iaſone ductã. Donis] Id eſt quibuſdã munuſculis à filijs ad matrem allatis. Delibutis] Id eſt, inunctis atq; infectis. Hoc] Scil. ueneno, quod in allio eſt. Non tamen putat id allio effectũ, ſed tantam uim allio eſſe ut talia fieri poſsint. Fugit ſerpente alite] Id eſt, alato poſt incenſam regiam, ut Mancinellus recitat. Nec tantus uapor] Id eſt, exhalatio ignea. Siderum] Id eſt, ui ſiderum demiſſa. Inſedit unquã Appuliæ ſiticuloſæ] Quia æſtuoſæ Quantus] Sup. ardor allij inſedit mihi. nec Munus Herculis efficacis] Id eſt, ad Herculem efficacis uirtutis uirum miſſa tunica, quam Camiſiam uocant uenenato ſemine & ſanguine infecta. Inarſit humeris] Id eſt, in humeris Herculis. Aeſtuoſius] Id eſt, ardentius. Quàm] Sup. allium Inarſit] Præcordijs meis. At ô Mecœnas iocoſe] Id eſt, qui iocis gaudes, ego precor ſi concupiueris. Vnquam quid] Id eſt, aliquid. Tale] Id eſt, allij eſum. Puella opponat tuo ſuauio] Id eſt, oſculo aut ori. Manum ue] Scilicet, os ipſius contingas: & Cubet extrema ſponda] Id eſt, parte lecticæ ultima, hoc eſt eam des pœnam, ut ab amica ſpernaris.

ANTON MANCIN. } Parentis olim] Hac Ode Mecœnatem alloquitur allium deteſtans. Eo ſiquidem eſo offenſus poëta fuerat: unde dicit illud cicutis uiperinoq; ſanguine eſſe nocentius. Metrum uerò idem eſt cum ſuperioribus. Senile guttur] Sunt enim ſenes moroſi, & anxij, graueſq; omnibus hinc Iuuen. Sat. 10. inquit.

„ Vſq; adeò grauis uxori, natiſq; ſibiq;.
„ Vt captatori moueat faſtidia Coſſo.

Cicutis] Cicuta uenenum eſt. Publica olim Athenienſium pœna inuiſa ſemini & folijs refrigeratoria uis, quaſi enecat, incipiũt algere ab extremitatibus corporis. Venerem extinguunt teſtibus circa pubertatem illita. Hæc & plura Plin. lib. 25. Allium] Id eſt, aſperi, ſaporis, & quo plures nuclei fuêre, hoc eſt, aſperius: tædium huic quoq; halitu, ut cæpis, ſerpentes abigit & ſcorpiones odore, beſtiarum omnium ictibus medetur. Antiqui & inſanientibus dabant crudum, oculos hebetat, inflationes facit, ſtomachum lædit copioſè ſumptum, ſitim gignit. Auct. Plin. lib. 20. Galeni autem auctoritate: Allium eſt Tyriaca ruſticorum. Dura Meſſorum ilia] Verg. etiam in Buc. ait.

„ Theſtilis & rapido feſſis meſſoribus æſtu
„ Allia ſerpillumq́; herbas contundit olentes.

Hoc] Allium, ſcilicet Præcordijs. Exta homini ab inferiore uiſcerum parte ſeparantur membrana, quæ præcordia appellant, quia cordi prætenduntur. Plin. lib. 11. Canidia] Sub hoc Canidiæ nomine, inquit, Porph. Gratidiam Neapolitanam unguentariam intelligi uult, quam ueneficam. Horat. ſemper inſectatur. Vnde etiã tertia Ode ſequenti in eam ſcribit. Vt Argonautas] Ordo eſt. Medea ut] Id eſt, poſtquam mirata eſt Iaſonem ducem candidũ, præter omnes Argonautas illigaturum Tauris ignota iuga perunxit. Hoc] Scilicet, allio. Id autem poëtæ fictio eſt, ut allij uim oſtendat. Argonautas] Iaſon Eſonis filius iuxta Pelion montem nauem ædificauit ingentem, poſtea optimos eorum, qui ſecum irent elegit, numero 53. quorum clariſsimi erãt, Caſtor & Pollux, Hercules, Thelamon, Orpheus, & ipſe Iaſon. Nauis Argo dicta eſt, ab Argo eius Architecto, uel ab eius uelocitate, quam ἀργὸν appellabant. Demũ in Colchos appulerunt, ut aureum uellus arriperent: cõmunicato autem conſilio cum Medea regis Aeetæ filia illa ſe adiutricẽ ad perficiendum certamẽ pollicita eſt. Iaſon iureiurando data fide uxorem ſibi eam futuram perpetuo ſpopondit, inde Medea argonautas ad templum duxit Martis, qui peremptis cuſtodibus erepta aurea pelle, ad nauem reuerſi ſunt. Medea Draconem pellis cuſtodiæ incumbentem, ſemperq́; uigilẽ ueneno perimẽs, cum Iaſone mare conſcendit. Cum ipſo demum Medea annis 10. Corinthi conuixit, ex quo filios etiã peperit, poſtea uerò Iaſon Glaucæ Creontis Corinthi regis filiæ amore captus, uirginem nuptui à patre petijt, qua ſumpta Medeam Iaſon urbe expulit. Sed noctu regiam ingreſſa, medicamentis quibuſdam immutata facie domum incendit radice quadã, ab Circe inuenta: ea uirtute, ut incenſus ignis nequiret extingui. Iaſon tamen euaſit, Glauca, Creonteſq; igne abſumpti ſunt. Quidam ſcriptores uolunt Medeæ filios dona quædam ſponſæ attuliſſe ueneni illita, quæ quum illa corpori applicuiſſet, incidiſſe in morbũ, & patrem auxilium filiæ ferentẽ, quum corpori illius hæſiſſet dictò expiraſſe. Irata autem Medea, quod Iaſon euaſerat, in eius calamitatem omnes iugulauit natos, excepto uno, qui fugit. Is Theſſalus dicebatur. Deinde fidiſsimis ſocijs fugæ aſſumptis Medea noctu ex Corintho fugiens Thebas ad Herculem iuit. Iaſon uerò ſibi ipſi mortẽ conſciuit: relicto Hercule Athenas ad Aegeũ regem ſe contulit. inde Phœniciam petijt, poſtea ad ſuperiores Aſiæ partes tranſiens, clariſsimo hæſit regi. Ex quo Medum filiũ peperit, à quo Medi populi dicti ſunt. Tragici poſtmodum miranda quædam de Medea, uariaq́; ediderũt, hæc omnia ex lib. 5. Diod. Diximus & plura in Iuuen. Sat. 1. Et in Buc. Eclog. 4. uideto itẽ Naſ. epiſt. ubi Creuſam appellat, non Glaucam. Videto, item lib. 7. Met. Mirata eſt ducem] Ipſa Medea apud Ouid. inquit.

„ Cur mihi plus æquo flaui placuêre capilli,
„ Et decor, & linguæ gratia ficta tuæ?
„ Et formoſus eras, & me mea fata trahebant,
„ Abſtulerant oculi lumina noſtra tui.

Ignota, iuga. Medea Iaſoni] Inquit. Dixerat interea tibi rex ut dura ferorum.

„ Inſolito premeres uomere colla boum,
„ Martis erant tauri pluſquam per cornua ſæui.
Quorum terribilis ſpiritus ignis erat.
„ Aere pedes ſolidi prætentaq́; naribus æra
„ Nigra per afflatus, hæc quoq; facta ſuos.

Hoc delibutus] Ordo eſt. Vlta pellicem donis delibutis hoc] Scil. allio, &c. Delibutis] Hoc eſt, unctis à Delibuit, Id eſt, unxit. Serpente fugit alite] Vbi Medeæ uenenis noua nupta arſit, cũ regia Creontis illius patris filios Medea iugulauit, & ſe in Iaſonis patris ultionem. Inde Draconibus ablata eſt, Athenasq́ adijt,

ub

ubi ab Aegeo rege etiam Thalamo recepta fuit. Hæc ex lib. 7 Met. Vapor] *Aeſtus, hoc loco, alibi fumus, uel nebula, uel odor.* Siderum uapor] *Caniculæ exortu accendi ſolis uapores, quis ignorat, inquit Plin. lib. 2. Cuius ſyderis effectus ampliſsimi in terra ſentiũtur, feruent maria exoriente eo, fluctuant in cellis uina. Canes quidem toto eo ſpatio maximè in rabiem aguntur. Canicula autem dicitur.* Procyon] *Id eſt, ante canis, quia ante canem maiorem exoritur. Vtq́ Columella docet. 7. Cal. Aug. canicula apparet, quo tempore caligo fit æſtuoſa.* Siticuloſæ] *Quæ ſemper ſitit.* Appuliæ] *Accolæ tractum omnem poſt Calabros Appuliam uocant, ut ſcribit Strab. lib. 6. in ea, ut ſcribit Ptolomæus urbes ſunt Theanum, Nuceria, Arpi, Canuſium, Mons garganus, Munus Herculis. Hercules Eurynomum puerum miniſtrantem ſibi in cœna à uino calefactus, pugno occidit inuitus. Qua ex re dolore perculſus Calydonia cum uxore Deianira, Hiloq́ puero ex ea orto receſsit. Qui quum in itinere ad Euenum perueniſſet flumen Neſſum, Centaurum reperit, prætio uiatores flumen tranſuehentem, hunc traductam Deianiram uiolare conantem, muliere uiri opem implorante, Hercules ſagitta transfixit, cùm prius tamen Deianiram cognouiſſet. Moriturus ex uulnere pollicitus eſt ei ſe amoris medicamentum traditurum, quo nullam præter ſe mulierem Hercules aliam appeteret. Iuſsit itaq́ ſemine quod ex eo excideret cum oleo & ſanguine ex ſagitta defluente immixto Herculis tunicam ungere, quo dato conſilio, quum expiraſſet, illa clam Hercule, quod mandatum erat aſſumpſit, longo pòſt tempore, Hercules captam Iolen ſecum ducens, Euriti filiam ex Eubœa in montem profectus eſt, nomine Cyneum, ibiq́ ſacra facturus, Lycam domeſticum quendam, ad uxorem Deianiram in Trachinam miſit, ut ei ueſtem, qua in ſacris uti conſueuerat, afferret. Quæ quum à Lyca amorem Ioles percepiſſet, cupiens ſe omnibus amore præferri, tunicam iuxta Centauri cõſilium tinxit. Hanc à Lyca rei inſcio delatam Hercules indutus, medicamenti ui paulatim inualeſcente torqueri maximo dolore cœpit. Virus enim ſagittæ ueneno uipereo infuſæ corpus conficiebat. Itaq́ Lycam ueſtis latorem primùm occîdit. Deianira uerò intellecta re laqueo uitam finiuit. Hercules autem conſtructa pyra in Oëta monte ex reſponſo Apollinis, & deſperata ſalute in pyram aſcendit, rogans, ut ignem ſubijcerent, tunc Philoctetes in gratiam ſagittarum, quas ei Hercules reliquerat pyram ſuccendit: ſubitoq́ fulminibus circumcadentibus pyra exuſta eſt. Accedente Iolao ut oſſa colligeret, quum nullum penitus repertum eſſet, credentes Herculem ſecundùm oraculi reſponſa ad deos translatum, illi ut Heroi ſacra quædam fecerunt: hæc meminit Diod. lib. 5. Quod etiam lib. 9. Met. Ouid ampliſsime ſcribit.* Efficacis Herculis] *Id quidem Herculis perpetuum eſt epitheton. Efficax enim dicitur, qui facilè poteſt efficere, & implere quicquid uoluerit.* Iocoſe] *Iocis gaudens.* Sponda] *exteriore parte lecti.*

ODE IIII. AD MENAM LIBERTVM POMPEII MAGNI.

Ode IIII. Dicolos diſtrophos: ut Ibis Liburnis inter alta nauium.

⏑– ⏑– –– ⏑– –– ⏑⏑

–– ⏑– –– ⏑⏑

ARGVMENTVM IN ODEN IIII.

Acerrima inuectiua in Menam Pompeij libertum transfugam ſceleratiſſimum, & arrogantiſſimum nebulonem, qui tribunus militum ab Auguſto factus, quanquam non ſemel ab eo defecerat, nullum non contemnebat præ ſe.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

In Menam Pompeij libertum, ultra ſortem & ſtatum ſuum ſuperbientem, hac Ode inuehitur: & hominem ſceleratum ad tribunitiam dignitatem, equeſtremq́ ordinem euectum indignatur.

COMMENTARIA.

LVPIS, & agnis quanta ſortitò obtigit,
Tecum mihi diſcordia eſt,
Ibericis peruſte funibus latus,
Et crura dura compede.
Licet ſuperbus ambules pecunia,
FORTVNA non mutat genus.
Vides'ne Sacram metiente te uiam
Cum bis ter ulnarum toga,
Vt ora uertat huc, & huc euntium
Liberrima indignatio?
Sectus flagellis hic triumuiralibus
Præconis ad faſtidium,
Arat Falerni mille fundi iugera,
Et Appiam mannis terit,
Sedilibusq́ magnus in primis eques
Othone contempto ſedet.
Quid attinet tot ora nauium graui
Roſtrata duci pondere

ACRON.

LVPIS & agnis] *Hic quem alloquitur libertus fuit Cn. Pompeij Magni. Poſtea mortuo Pompeio, Sex. Pompeio filio eius exercente pyraticam, ad Auguſtum, relicto Sexto confugit. Iterum ad Sextum reuerſus eſt, rurſus illo relicto ad Auguſtum rediit, & ab eo tribunus militum factus eſt.* Quanto ſortito] *Inimicitiæ aut naturales ſũt, aut uoluntariæ. Sibi ergo cum illo naturales inimicitias eſſe dicit, ſicut agnis & lupis. Sortitò autẽ aduerbium eſt qualitatis, id eſt, quod ex ſorte, hoc eſt, naturaliter euenit.* Ibericis peruſtè funibus] *Id eſt, cruciatibus afflictè, & uinculis Hiſpanorum, qui ſunt diſtricti ad reſecanda delicta.* Peruſtè latus] *Abſolutè dixit, Vt:*

» *Lachrymis oculos ſuffuſa nitentes.*

Dura compede] *Ferrea aut cruda.* Licet ſuperbus] *Id eſt, liberum te eſſe, diuitiæ excuſare non poſſunt.* Sacram metiente te uiam] *Cum indignatione ait, uidens eum togatum incedere, per forum. Metientem dixit ambulantem, Vt:*

» *Stabili greſſu metitur littora cornix.*

Cum bis ter ulnarum toga] *Sex enim ulnis habebat diffuſam togam.* Liberrima indignatio] *Iuſtiſsima.* Sectus flagellis] *Tanquam qui ad maius uitæ dedecus, à publico ſit iudice uerberatus: nam ut tribunis plebem, ita triumuiris ius erat alienos ſeruos cædendi. Sectus ergo cæſus, ut Iuuen.*

» *Secat ille flagellis.*

Arat Falerni mille fundi iugera] *Falernum regio eſt Campaniæ, uini boni fertilis.* Sedilib. magnus in primis eques] *Hoc eſt in ordine equitum, Othone contempto, inter primos ſedet: quia Lucius Roſcius Otho legem theatralem tulerat, ut in quatuordecim ordinibus ſederẽt equites, de quibus in duobus ſederent tribuni, non tamen ſerui, quia Menas tribunus factus erat ab Auguſto. Vt Iuuen.*

» *Sic libitum uano, qui nos diſtinxit Othoni.*

Quid attinet] *Hoc eſt, quid prodeſt ſuperatos pyratas, ſi is qui pyraticam exercuit, inter Sexti Põpei ſeruos tribunus factus eſt militum?*

Contra latrones, atq; ſeruilem manum,
Hoc hoc tribuno militum?

PORPHYRION. } Lupis & agnis quãta ſortitò obtigit] *Hanc eclogam in Menã ſcripſit libertum Pompeij Magni, qui præfectus claſsis fuit, Sexto Pompeio bellum aduerſum Auguſtum Cæſarem gerente. Hic cum claſſe ad Cæſarem tranſierat, deinde ad Sextum rediјt, & rurſus refugit ad Cæſarem.* Tecum mihi diſcordia eſt] *Intelligendum hic extrinſecus tanta. Sic enim cõſequens erit elocutio: Quanta ſortitò obtigit diſcordia lupis & agnis, tanta mihi tecum eſt.* Ibericis peruſtè funibus latus] *Reſtibus cæſum ſæpe, ac per hoc malum ſeruum fuiſſe uult intelligi. Ibericos autem funes ideò dicit, quia in Iberia, id eſt, Hiſpania plurimum ſpartum naſcitur.* Vides'ne Sacram metiente te uiam] *Ordo eſt Vides'ne, ut liberrima indignatio huc & illuc euntium uertat ora, te metiente Sacram uiam, cum bis ter ulnarũ toga? Signat autem populum ex indignatione, quod ille oblitus conditionis tam magnificus incedat, detorquere ab illo aſpectũ, & bene liberrimam indignationem dixit, quod libere ac palàm, hunc uidentes, in ſeruitutem inuehuntur.* Cum bis ter ulnarum toga] *Hoc eſt, cum ſex ulnarum toga, hanc autem iuſtæ togæ menſuram intelligendum eſt.* Sectus flagellis hic triumuiralibus] *Triumuiralib. quod dixerit ſpeciali elocutione uſum eſſe pro generali puto, neque enim Triumuiris tantum, ſed etiam alijs poteſtatib. ius eſt alienos ſeruos flagellare.* Præconis ad faſtidium] *Aſperè, donec aliud agentib. triumuiris, præco cùm uellet deſinere iuberet.* Et Appiam mannis terit] *Eleganter mannis, quia nimiarum delitiarum affluentia eſt equos uulgò burrichos habere. Mannos autem equos uulgò burrichos appellant. Appiam, pro qualibet uia poſuit. Arat autem propriè, quia Falerni agri meminerant, quo, ſcilicet Appia uia neceſſe eſt ire.* Sedilibusq; magnus in primis eques Othone contempto ſedet] *Et magnus eques, & ſedilib. in primis, cum uehementi indignatione profertur. Ex quatuor autẽ ordinibus, quos lege Roſcius Otho Trib. pleb. in theatro equeſtri ordini dedit, duo primi uerſus Tribunitijs uacabant.* Quid attinet tot ora nauiũ graui Roſtrata duci pondere] *Senſus eſt.* Quid prodeſt claſſem roſtratis nauib. ducere aduerſum latrones ac fugitiuos, quos Sextus Pompeius armauit, cum hunc patimur Tribunum equitum Romanum eſſe?

CHRIST. LAND. } Lupis, & agnis quanta ſortitò obtigit] *Archilochico penè carmine in Menam inuehitur. Hic Pompei magni libertus ad Auguſtum poſt mortem Pompei defecit. Deinde ad Sextũ Magni Pompeij filium pyraticam exercentem reuerſus eſt. Rurſus poſtremò ad Auguſtum ſe recepit, à quo tribunus militum factus eſt homo ea ſuperbia elatus, ut priſtinæ fortunæ immemor omnia ſibi arrogaret. Hoc pati non ualens Horatius hæc ſcribit. Ergo tanta mihi eſt diſcordia tecum, quanta obtigit lupis & agnis ſortitò. i. ex ſorte. i. naturaliter. Nam inimicitiæ aut naturales ſunt, quib. natura duce mouetur ſine conſilio animal, ut uidemus in lupo & agno, & hæ nunquam ceſſant, & uehementes ſunt, aut quadam noſtra ratione ſiue recta ſit, ſiue praua ſuſceptæ. Sed quoniam primæ maiores ſunt & inextinguibiles, idcirco inimicitias ſuas in Menam illis comparat.* Ibericis] *Speciem poſuit pro genere, & oſtendit non ſolum ſeruum fuiſſe quod non illius, ſed fortunæ uitium dici poſſet, ſed nequam ſeruum quod illi & non fortunæ attribuendum eſt.* Peruſtæ] *Vel flagra incendunt, & notat illum fuiſſe maſtigiam. i. uerberib. dignum, quem Latini uerberonẽ appellant.* Dura] *Ferrea aut cruda.* Fortuna non mutat genus] *Nam pecuniæ ignobilem non ualent nobilitare.* Liberrima indignatio] *Ergo magna indignatio, cum ſine aliqua diſſimulatione liberè indignentur.* Sectus] *Orationem à Mena ad auditores ex indignatione conuertit.* Sectus] *Vt oſtendat non ſolùm uirgis cæſum, ſed ita cæſum, ut uirgæ corpus abruperint. Sic Iuuẽ.*

„ *Secat ille flagellis.*

Triumuiralib.] *Oſtenderat illum cùm ſeruus fuiſſet priuatim à domino cæſum tanquam ſceleſtum ſeruum. Nunc quoq; publicè ad ſupplicium propter eius errata abreptum eſſe. Triumuiri autem erant præpoſiti ſupplicijs, quod & Salluſtius in Catilina oſtendit, & Plautus in Amphytrione.* Quid faciam nunc ſi triumuiri me in carcerem compegerint. Inde cras de promptuaria cella depromar ad flagrum. Ad faſtidium præconis] *.i. tam diu cæſus, donec præco per quem pœna renunciatur, uel turba ad ſpectaculum ſupplicij, conuocatur non modò in tædium, ſed in faſtidium quoq; deuenerit.* Arat Salerni] *Summa indignatio, quod ſceleſtus & ſordidus uir tam ſit locuples. Auget autem primo à magnitudine agri propter mille iugera, deinde à nobilitate ſoli, quia in Salerno, de quo abundè in ſuperioribus dictum eſt.* Mannis] *Quia rheda uehitur à mannis tracta.* Appiam] *Quæ ab Appio Claudio in ſua Cenſura ſtrata eſt.* Sedilib.] *In Quatuordecim ordinib. Roſcius enim Otho tribunus plebis legem tulit, ne quis ſederet intra quartumdecimũ theatri gradũ, niſi cuius auo, patriq; ingenuo quadringenta ſextertia fuiſſent. Ergo contempto Othone. i. lege ab Othone lata, quæ non ſat erat habere quadringenta ſextertia, quia eius pater ingenuus non fuerat, imo neque ipſe.* Quid iuuat] *Sententia eſt fruſtra pugnatum eſſe aduerſus manum ſeruilem Spartaci, fruſtrà aduerſus piratas ſi Mena, qui & ſeruus, & pirata fuerit, tribunus militum fiat.*

ERAS. ROTER. } Lupis & agnis] *Lupus & agnus genuino quodam odio diſſident, unde τῷ λύκῳ τὴν ὄϊν adagio dicitur, quod eſt ouem lupo committere, quo concinnè utimur quoties ei ſeruandum aliquid committitur, cuius gratia cuſtodem magis oporteat adhiberi. Eraſmus.*

HERM. FIG. } Lupis & agnis quanta ſortitò &c.] *Tanta mihi eſt diſcordia tecum, quanta per naturalem diſpoſitionem obtigit lupis cum ouibus. Similiter Naſo in Ibin.*

„ *Pax erit hæc nobis donec mihi uita manebit,*
„ *Cum pecore infirmo quæ ſolet eſſe lupis.*

Nam lupus & agnus genuino ac inſanabili quodam odio diſſident. Id quod etiam Homerus Iliad. χ. hoc modo teſtatur:

„ *οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν,*
„ *ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισιν.*

Id eſt, Quemadmodum Eraſmus uertit:

„ *Vtq; ouibus prorſum concordia nulla lupiſq;,*
„ *Sed ſemper cupiunt malè, ſeq; odere uiciſſim.*

Ibericis peruſtè funibus latus] *Obiecturus Menæ uitæ & conditionis ſordes, dicit eũ fuiſſe remigem Pompei in Hiſpania ignauiſſimum, ideoq; latus eius crebrioribus flagris cæſum.* Dura compede] *Ferreis pedicis, quibus ſerui, miniſterio remigandi mancipati, in nauibus alligantur.* Licet ſuperbus ambules pecunia] *Licet propter pecuniam ſis ualde inſolens & ſuperbus, tamen diuitiæ non poſſunt te ex ignobili reddere nobilem.* Vides ne ſacram] *Animaduertis ne Mena, cùm per ſacram uiam in ampla toga ſuperbè incedis, quomodo homines prætereuntes auertant à te faciẽ ſuam, & liberè indignentur, quòd ut infimæ fecis homo, oblitus tuæ ſortis iam magnificè & inſolenter inambules.* Sacram uiam] *Via ſacra Romæ erat, per quam triumphalis pompa, captiua præda, hoſtium ſpolia, ſubactis gentibus ſolenni apparatu in Capitoliũ procedebant. Sacra appellata, quòd in ea fœdus ictum inter Romulũ, Tatiumq; tradunt.* Sectus flagellis] *Oſtendit indigniſsimum eſſe, Menam hominem abiectum, & publicè uerberibus cæſum, & ad ſupplicium ob facinus raptum, nunc uehi rheda per urbem, & ſedere in quatuordecim ordinibus.* Triumuiralibus] *Triumuirorũ, qui erant capitales & præerant ſupplicijs. De his ita ſcribit Põponius, clariſsimus Iuriſc. in leg. 2. ff. de Orig. Iur. Conſtituti ſunt eodẽ tempore & triumuiri capitales, qui carceris cuſtodiã haberent, ut cùm animaduerti oporteret, interuentu eorũ fieret. Hi haud dubiè (inquit Oldend.) miniſtros ſub ſe habebant, qui ſententias iudicum exequerentur in malefactores. Cæterùm, ut rectè id fieret, ipſi triumuiri capitales interueniebant.* Præconis ad faſtidium] *Cũ emphaſi hoc protulit, quaſi diceret: non leuiter, ſed ad tædium uſq; miniſtri cædentis, uerberatus. Præcones autem miniſtri erant, qui dictio Conſulis, alteriuſue magiſtratus ad imperium nutumq; præſtò eſſent. Quirites ad comitia uocarent. Fortè etiam ligandi & cædendi delinquentes miniſterium præſtiterunt, ſicut lictores.* Falerni fundi] *Q. d. non uulgaris agri, ſed optimi & fertiliſsimi.* Mille iugera] *Apud ueteres Romanos uiro triumphali ultra ſeptẽ iugera agrorum habere non licebat: indignum igitur hunc liber-*

tum poſſidere mille. Et Appiam mannis terit] *Quia rheda uehebatur ſicut nobiliores. Dicta autem eſt Appia uia, ab Appio Claudio, à quo ſtrata erat.* Sedilibus] *Id eſt, in quatuordecim ordinibus, in quibus equites ſpectabant. Idcirco per ironiam dicit: Magnus in primis eques.* Othone contempto] *Hoc eſt, lege Othonis non ſeruata. Cautum lege Othonis fuit, quam Tribunus tulit (inquit Alexander ab Alexandro) ut magis fortunarum & pecuniæ, quàm generis aut honorum ratio haberetur: & non modò patritijs, aut equeſtris ordinis, & ſenatorijs uiris, ſed ſummis honoribus functis, quibus quadringentorum ſeſtertiorũ ipſis, patri, auóq; cenſus non fuiſſet, ſpectandi in quatuordecim ſubſellijs non eſſet, eáq; loca honoris cauſa diuitibus tantùm conſtituta fuêre.* Quid attinet tot ora nauis] *Quid prodeſt roſtratis nauibus pugnare aduerſus latrones & manum ſeruilem, cùm Menas, qui & pyrata, & ſeruus fuit, in noſtro exercitu ſit Tribunus militum? quaſi dicat: fruſtrà ſeruos & pyratas delere conamur, cùm Menam ſeruum prædonem & ad dignitates euehamus, & militibus præficiamus. De Mena ſic ſcribit Plutarchus in Antonio: Tenebat Sextus ea tempeſtate Siciliã, & prædatoria claſſe, cui Menas & Menecrates pyratæ præerant, Italiæ oras, & omne circùm pelagus inueſtabat. Et paulò pòſt: Feruento illic conuiuio, (in naui prædatoria intellige, ubi Cæſar & Antonius pace firmata cum Sexto Pompeio cœnabant) Menas pyrata adhærens Pompeio, ita clam ad eum loquutus eſt: Visne, inquit, Sexte, ancoras ſuccidam, & te non Sardiniæ neq; Siciliæ, ſed Romani imperij faciam dominum? Hæc Pompeius cùm pauliſper ſecum agitaſſet, oportuit inquit, ô Mena, hæc per teipſum me inſcio feciſſe, nunc uerò quod eſt eo contenti ſimus, peierare enim nequaquam meum.* Ora roſtrata] *Quia ad ſimilitudinem auium roſtra nauibus ex ære imponebant, ne offenderentur à ſcopulis.* Tribuno militum] *Officium Tribunorum eſt (inquit Macer) uel eorum, qui exercitui præſunt: milites in caſtris continere, & ad exercitationem producere, claues portarum ſuſcipere, uigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonum intereſſe frumentum probare, fraudem menſorum coërcere, delicta ſecundùm ſuæ autoritatis modum caſtigare, principijs frequenter intereſſe, querelas commilitonum audire, ualetudinarios inſpicere.*

THEOD. PVLM. } 1 Sortitò obtigit] *Illud ſortitò ex eo dictũ eſt, quòd res maximas ſolebãt ueteres ſorti permittere, ut ſortiri ſolebant tribus, ſortiri prouincias. Velut igitur naturæ ſorte, &, ut melius quod uolo intelligatur, ſortitione quadam mutuas gerant inimicitias lupi & agni, quaſiq; eas ſortiti ſint, ſortitò Horatius dixit Turneb. lib. 14. cap. 9.* 3 Ibericis peruſte funibus latus] *Ibericos funes pro ſparteis in eo admiramur: at, ut Fabius ait, ineptus & ridiculus ille orator fuit, qui pro ſparto herbas Ibericas dixit, quod tamen Horatij imitatione fortaſſe dicebat, adeò aliud orationi, aliud poëmati decorum eſt. Turneb. lib. 14. cap. 9.* 11 Sectus] *Id eſt, cæſus. Vide Turneb. 28. cap. 31.* 15 Sedilibus magnus in primis eques] *Equites maioris dignitatis, ut qui Tribuni militum erant, aut tribunitij, aut maioris cenſus, ſedebant in primis ſubſellijs quatuordecim ordinum, ſed & ditiores propius ſpectabant, quàm pauperes è plebis cuneis, hinc illud ab Horatio (1. Epiſt. 1.) ſcriptum eſſe puto.*

„ *Vt propius ſpectes lachrymoſa poëmata puppî.*

Propiùs enim ſpectat qui in ſedilibus primis ſedet: etſi de equeſtri cenſu accipi poteſt, quem adepti, cùm in quatuordecim ſederent, propius quàm reliqua plebs, ſpectabant. Turneb. lib. 14. cap. 9.

GEORG. FAB } *Dum carpit Menam, inuehitur in Pompeium Magnum, qui eum è pyrata ciuem, è transfuga tribunũ fecerat. Reprehenſio communis ſuorum temporum, quo multi homines barbari non ſolùm in urbem, ſed in ſenatum aſciſcebantur, legibus ueterum poſthabitis, & maieſtate populi Romani uiolata.*

IOD. BAD. ASCENS. } Lupis & agnis] *Menam libertinæ conditionis hominem, quanto odio proſequatur ob ſuperbiam eius commemorat, hac Ode, dicens.* O ſup. Mena peruſte latus] *Id eſt, habens latus peruſtum.* Funib. Ibericis] *Id eſt, chordis nauium ex Spartho Iberico factis, frequente ictu, quaſi igni induratum.* Peruſtè crura] *Id eſt, habens crura peruſta, & compreſſa dura compede cum ſcilicet ad tranſtra alligatus remigaret tanta ſup. diſcordia eſt mihi tecum, quanta diſcordia obtigit* Sortitò] *Id eſt, ex ſorte, id eſt, natura, quàm animalium quodque naſcendo ſortitur. Lupis & agnis, qui inter ſe inimiciſſimi ſunt.* Cauſam addit] *Nam licet tu ambules ſuperb.* Pecunia] *Id eſt, propter pecuniam adulatione, & fraude partam: tamen.* Fortuna non mutat genus] *Id eſt, propterea non minus es degener & minimè generoſus.* Videſne] *Arguit eum excæcatum ſtrepitu fortunæ, non uidere importunitatem ſuam, dicens.* Videſne ô Mena] *Vt, id eſt, qualiter.* Liberrima] *Id eſt, nullo metu diſſimulata* Indignatio] *Sup. eſt cum.* Toga] *Scilicet tua.* Bis ter] *Id eſt, ſex ulnarum.* Vertat] *Id eſt, uertere faciat huc & huc, id eſt, in quamlibet partem.* Ora euntium] *Id eſt, tranſeuntium & hoc.* Te metiente] *Id eſt, eundo menſurante, uiam ſacram, quæ ducit in capitolium. Indignatio autem populi eſt dicentis.* Hic] *Scilicet qui tam pompoſus incedit.* Sectus] *Id eſt, conciſus.* Flagellis triumuiralibus] *Id eſt, iuſſu triumuirorum incuſſis.* Ad] *Id eſt, uſque.* Ad faſtidium] *Id eſt, tædium & contemptum.* Præconis] *Scilicet inſtantis tubas & pronunciantis crimina ipſius tantiſper dum cædebatur.* Arat mille iugera fundi Falerni] *Scilicet fertiliſſimi præcipuè uini, ſed poteſt uideri ad ſuperbiam eius dictum, quòd optimi uini fundum aret.* Et terit mannis] *Id eſt, equis in delitijs habitis.* Appiam] *Scilicet uiam, huc illucq; obequitando, & ipſe affectus magnus eques ſedit.* In primis ſedilibus] *Scilicet quatuordecim equitibus aſſignatis in theatro.* Othone] *Scilicet L. Roſcio, qui eam legem tulerat.* Spreto] *Id eſt, contempto, quia libertinæ conditionis credo eum locum occupauit.* Quid attinet] *Id eſt, ad remp. facit, & quid prodeſt tot roſtrata ora nauium.* Duci] *Id eſt, educi graui pondere, contra* Latrones] *Id eſt, pyratas atq; contra* Manum ſeruilem] *Id eſt, ſeruorum ſub Syro, Sparthaco, & ſimilib. graſſantium.* Hoc hoc eſt] *Id eſt, tam uili homine.* Tribuno] *Id eſt, exeunte tribuno militum? quaſi dicat, hunc potius debellandum, quàm illos.*

ANT. MANCIN. } *Poëta in Menam libertum inuehitur, is enim pecunia ſuperbus erat, & in ordine equeſtri receptus, tribunusq; militum factus. Acron autem & Porphyrio ſcribunt Menam Cn. Pompeij Magni libertum fuiſſe. Deinde apud Sex. Pompeium Magni filium manſiſſe, quo quidem exercente pyraticam ad Auguſtum præfectus claſſis relicto Sexto confugit, iterum poſtea ad Sextum reuerſus eſt: Rurſus illo relicto ad Auguſtum redijt, à quo tribunus militum factus eſt. Suetonius etiam ſcribit neminem unquam Libertinorum adhibitum ab Auguſto cœnæ excepto Mena: ſed aſſerto ingenuitatem poſt proditam Sexti Pompei claſſem. Metrum uerò eſt primæ Odæ Epodon ſimile.* Sortitò] *Ex ſorte & naturali diſpoſitione. Naſo quoque in Ibin ait.*

„ *Pax erit hæc nobis donec mihi uita manebit:*

„ *Cum pecore infirmo quæ ſolet eſſe lupis.*

Ibericis funibus] *Græci eandem Iberiam & Hiſpaniam nominabant, ſic etiam Romani ut Strab. lib. 3. Ptol. Item lib. 2. ſic ait. Hiſpaniæ, quæ apud Græcos Iberia dicuntur tres ſunt regiones, Bætica, Luſitania, ac Tarraconenſis.* Ibericis funibus] *Oſtendit eum fuiſſe Pompei remigem in Iberia. Pompeius enim in Iberia ſæpe contra Sertorium pugnauit à ſenatu quidem miſſus cum Metello in Sertorium, & Perpennam: Demum obtruncato Sertorio à Perpenna amico, quem & hæredem inſtituerat, Pompeius ipſe plenam uictoriam habuit. Nouiſſimè contra Perpennam pugnauit, qui captus & occiſus, Iberici belli finis extitit, ſcribit ea Apia. lib. 1. Item 2. aſſerit, quo tempore Pompeius Brunduſium ſe contulit timore Cæſaris, eius exercitum in iberia conſediſſe, omnibus in promptu paratis, quocunque neceſſitas ire cogeret. Erant autem illic Petreius & Afranius Pompeij prætores, contra quos Cæſar ipſe pugnauit, ac uicit. Eosq; ad Pompeium liberos redire conceſſit, relicta Hiſpania ſibi poſſidenda, propter hæc igitur oſtendere uidetur. Horat. Menam Pompeij remigem in Iberia fuiſſe.*

Ibericis funibus] *Sparthum herba eſt ſponte naſcens, & quæ non queat ſeri. Carthaginenſis Hiſpaniæ citerioris portio hæc tota montes quoque Spartо operit, id in aquis, mariq; inuictum eſt, in ſicco præferunt è canabi funes, in uſu eſt, nauium armamentis iunco, Græci & ad funes uſi ſunt. Inde translatus à Pœnis Sparthi*

 uſus.

uſus. Plin. auctor lib. 19. Meminit item Gellius lib. 16. cap. 3. dicens igitur Horat. Ibericis ionibus] Sparthi funes intelligit, quibus nautæ utuntur. Peruſtè latus] Peruſtum habens funium, uidelicet flagris, per quod eum uiliſsimum, ignauiſsimumq; fuiſſe remigem oſtendit. Crura tibias intelligit. Crus enim nunc coxa tibia dicitur. Dura compede] Ferreis annulis, & pedicis, quales quidem remiges ipſi ferre ſoliti. Sacram uiam] Via ſacra illa quidem erat, ut legitur, quæ à capitolio tendit ad Titi arcum. Sic dicta, ut Varro ſcribit, quia ſacra quotquot menſibus ferebantur.

In arcem] Id eſt, capitolium. Et per quam augures ex arce profecti ſolebant inaugurare. Scribunt alij in hac uia, quoniam iuxta forum Romanum erat fructus, & poma uendi ſolita. Vnde ait in arte Ouid.

„ Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa
„ Illa uel in ſacra ſint licet empta uia. —

Cum bis ter] Ordo eſt, Cum toga ulnarum bis ter, per quod amplam fuiſſe oſtendit. Hinc etiam ait Ammianus

„ Sudans ſub ponderibus lacernarum.

Iuuen. quoq; Satyr. 1. Criſpinum eiuſdem fortunæ cum Mena de toga ſic taxat.

„ Cum pars Niliacæ plebis cum uerna Canopi
„ Criſpinus Tyrias humero reuocante lacernas
„ Ventilet æſtiuum digitis ſudantibus aurum.

Vlnarum] Seruius in Buc. & lib. 3. Georg. ſic ait. Vlna ſecundùm alios utriuſq; manus extenſio eſt, licet Sueton. unum cubitum uelit eſſe tantummodo, quod magis uerum eſt. Hæc ille, hic uerò conuenit magis prima ſignificatio, ut intelligamus amplitudinem togæ, non longitudinem, ut aliqui ſentiunt. Liberrima indignatio] Id eſt, iuſtiſsima & ingens, liberè enim non timidè agebantur in eum. Sectus flagellis] Id eſt, uirgis cæſus. Iuuen. Sat. 6. de mulierum ſæuitia in ſeruos ait,

„ Hic frangit ferulas rubet ille flagellis.
„ Hic Scutica, &c.——

Vbi non ſecat, ſed rubet in omnibus legitur, flagella autem dicuntur ſummæ arborum partes, ab eo, quòd uentorum crebros flatus ſuſtineant. Virg. lib. 2. Georg.

„ Neue flagella ſumma pete.

Triumuiralib.] Innuit Menam publicè quoque in maius dedecus fuſtigatum. Triumuiri enim ſupplicijs præerant, hinc ſic Sal. in Catil. ait. Triumuiroſq; ad ſupplicium poſtulabat. Soſia item in Plauti Amphi. ſic inquit.

„ Quid faciam nunc, ſi tres uiri me in carcerem compegerint.
„ Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum.

Plin. quoque lib. 21. cap. 3. ſic ait. Atque ob id duci eum in uincula Triumuiri iuſsiſſent. Vtq; Liuius lib. 11. ſcribit Triumuiri capitales tunc primùm creati ſunt, ubi Curius dentatus conſul Samnitibus cæſis, Sabiniſq; uictis, bis in eodem magiſtratu triumphauit.

Præconis ad faſtidium] Id eſt, tandiu cæſus, donec etiam præconi faſtidio eſſet. Per quod intelligendum, dum noxij cædebantur præcones tubas inflare ſolitos. Qui mos adhuc mea in patria Velitris ſeruari ſolet. Phalerni fundi] Secunda uini Phalerno agro erat, qui ager à ponte Campano leua petentibus urbanam coloniam Syllanam nuper Capuæ contributam incipit, ut ſcribit Plin. lib. 14. In agrum uerò Phalernum Appia uia ibatur, propterea Appiæ quoque meminit. Iugera] Iugeri menſura in ducentos & quadraginta longitudinis pedes dimidioq; in latitudine patet. Auctor Quintilianus lib. 1. Teſte autem Plin. lib. 18. iugerum uocabatur, quod uno iugo boum in die exarari potuiſſet. Appiam] Præclariſsimæ ſunt uiæ, ut Strab. ait lib. 5. Appia Latina, Valeria, Appia quidem ad mare uſq; Sinueſſam protenditur. Valeria uerò in Sabiniam uſque ad Marſos. Hæc à Tyburtinis capit initium. Inter Appiam & Valeriam media Latina eſt, quæ ad Caſinum oppidum coniungitur Appiæ, à Capua decem, & nouem diſtans ſtadijs. Plin. autem ſcribit Appium Claudium Cæcum in cenſura uiam uſq; Brunduſium lapidibus ſtrauiſſe. Vnde illa Appia dicta eſt. Mannis] Manni equi dicti, quòd manſuetudinem manuum ſequantur, uulgò Burrici dicebantur, ut Porphyrio ſcribit. Sedilibus primis] Pedianus in oratione pro Cornelio ſic ait. Quanquam L. Roſcius Otho Biennio ante conſul firmauit in theatro, ut equitibus Romanis 14. Ordines ſpectandi gratia darentur. Et Seneca epiſtola 44. inquit. At mehercle multis, 14. gradus clauſi ſunt, non omnes curia admittit. Lucius etiā Florus lib. 99. Epiſt. Liuij ſic ait. Lucius Roſcius tribunus plebis legem tulit, ut equitibus Rom. in theatro 14. Gradus proximi aſsignarentur. Othone contempto] Id eſt, ſpreta Othonis lege. Quid attinet] Quid prodeſt, inquit, Hor. expugnaſſe pyratas, & manum ſeruilē. Cum Mena olim & ſeruus, & pyrata cum Sexto ſcilicet Pompeio, nunc tribunus ſit militum. Roſtrata ora nauium] Proras intelligit, habentes in fronte roſtra ærata propter ſcopulos ſcilicet ne offendātur. Contra latrones] Contra pyratas intelligit. Sextus enim Pompeius maria omnia deprædatoribus infeſtabat, ita ut Romani maxima fame augerētur. In Sicilia autem nauali prælio cum Agrippa deuicit, ut lib. 5. Appianus ait, de quo latius Ode 6. libr. 1. iam diximus. Seruilem manum] Syrus quidam in Sicilia ad libertatem & arma ſeruos cōcitauit. Itaq; ſexaginta ſeruorum millia collegit, iure belli refractis ergaſtulis. Inde caſtella, uicos, oppida, miſerabili direptione uaſtauit, cepit & caſtra Prætorum. Tandem Perpenna imperatore ſupplicium de eis ſumptum eſt, apud Ethnam. Iterum poſtea inſurrexêre ut prius ſæuientes, Aquilius tandē deleuit. Tertio duce Sparthaco & gladiatores, & ſerui multo peiora fecerunt. Demum Licynius Craſſus eos circa Brutium Angulum ſuperauit. Hæc omnia latè habentur apud Lucium Florum. Hoc] Hoc Tribuno. Militum] Id eſt, & latrone & ſeruo.

ODE V. IN CANIDIAM.

Ode V. Dicolos diſtrophos: ut Ibis Liburnis inter alta nauium.

∪– ∪– –– ∪– –– ∪∪
–– ∪– –– ∪∪

ARGVMENTVM IN ODEN V.

In Canidiam ueneficam, quod puerum prætextatum in maleficium rapuit, & eſt pueri rapti ad Necromantiam querela. Eſt autem ſermo ex abrupto loquentis pueri, cui apta eſt particula At, quaſi diceret: Si nemo mortalium me reſpicit at ô, &c.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Nefaria & impia mulierum ueneficarum incantamenta notaturus, fingit Canidiam artis magicæ peritam puerum prætextatum ad Necromantiam rapuiſſe, atq; ex eo in terra defoſſo poculum amatorium paraſſe. Primum autem introducit puerum ſuas miſerias conquerentem, & ſupplicibus uerbis Canidiam, ut ſibi parcat, rogantem. Deinde apparatum maleficij copioſè deſcribit. Poſtremò puerum non ut antea blandis precibus orantem, ſed diris deteſtationibus Canidiam, & eius miniſtras execrantem facit.

COM.

COMMENTARIA.

A T ô, Deorum quidquid in cœlo regit
Terras, & humanum genus:
Quid iſte fert tumultus? aut quid omnium
Vultus in unum me truces?
Per liberos te, ſi uocata partubus
Lucina ueris affuit:
Per hoc inane purpuræ decus precor,
Per improbaturum hæc Iouem,
Quid ut nouerca, me intueris? aut uel
Petita ferro bellua?
Vt hæc trementi queſtus ore, conſtitit
Inſignibus raptis puer,
Impube corpus, quale poſſet impia
Mollire Thracum pectora:
Canidia breuibus implicata uiperis
Crines, & incomptum caput,
Iubet ſepulchris caprificos erutas,
Iubet cupreſſus funebres,
Et uncta turpis oua ranæ ſanguine,
Plumamq́; nocturnæ ſtrigis,
Herbasq́;, quas & Colchos, atq; Iberia
Mittit, uenenorum ferax,
Et oſſa ab ore rapta ieiunæ canis
Flammis aduri Colchicis.
At expedita Sagana, per totam domum
Spargens Auernales aquas,
Horret capillis, ut marinus, aſperis,
Echinus, aut currens aper:
Abacta nulla Veia conſcientia,
Ligonibus duris humum
Exhauriebat, ingemens laboribus,
Quò poſſet infoſſus puer
Longo die bis, ter'ue mutatæ dapis
Inemori ſpectaculo:
Cùm promineret ore, quantum extant aqua
Suſpenſa mento corpora:
Exſecta uti Medulla, & aridum iecur,
Amoris eſſet poculum:
Interminato cùm ſemel fixæ cibo
Intabuiſſent pupulæ.
Non defuiſſe maſculæ libidinis
Ariminenſem Foliam:
Et otioſa credidit Neapolis,
Et omne uicinum oppidum.
Quæ ſidera excantata uoce Theſſala,
Lunamq́; cœlo diripit.
Hic irreſectum ſæua dente liuido
Canidia rodens pollicem,
Quid dixit? aut quid tacuit? ô rebus meis
Non infideles arbitræ,
Nox, & Diana, quæ ſilentium regis,
Arcana cùm fiunt ſacra
Nunc nunc adeſte, nunc in hoſtiles domos
Iram atq; numen uertite,
Formidoloſæ dum latent ſiluis feræ,
Dulci ſopore languidæ:

A C R O N.

E T ô deorum] *In Canidiam ueneficam ſcribit, inducta perſona pueri, qui ad immolationes raptus, uociferans rogat ne mulierum conſciarum turba pereat incluſus.* At ô deorum] *At uacat, ut:*

» *At tibi pro ſcelere exclamat, pro talibus auſis.*

Necromantiam factam deteſtatur à Canidia maga, quæ infoſſo puero regio animam extorquere non ambigit. Aut quid omnium] *Quaſi etiam uultus crudelitate turbentur.* Per liberos te] *Vult intelligi, aut non peperiſſe Canidiam, aut de adulterio ſobolem ſuſcepiſſe.* Per hoc inane purpuræ decus precor] *Velut prætextatus puer, apud eas purpuræ decus inane dixit, quia non proderat perituro.* Per improbaturum] *Id eſt, uindicaturum. Humanæ enim uictimæ Ioui acceptæ eſſe non poterat, quia à iuuamine hominum Iupiter dictus eſt.* Inſignibus raptis puer] *Spoliatus prætexta puerili.* Impube corpus] *Aut delicatum corpus aut pulchrum quod & crudelitatem potuiſſet flectere Barbarorum.* Breuibus implicata uiperis] *Tanquam ipſa uenefica furiali habitu crines haberet uiperis implicatos.* Iubet ſepulchris caprificos erutas] *Ligna etiam infœlicia, & ſterilia è ſepulchris collecta præparata ſignificat tãquam ſacris inferis pro futura.* Cupreſſos funebres] *Vt:*

» *Ferales antè cupreſſos Conſtituunt,*

Et uncta turpis oua ranæ] *Non ranæ oua, ſed uncta ranæ ſanguine. Rana enim infernum, & uenenoſum animal eſt, ut Iuuen.*

» *Et Stygia ranas in gurgite nigras.*

Turpis] *Grandes, ut:*

» *Cui turpe caput.*

Tales enim ranæ uulgò rubetæ dicuntur, & magis uenenoſæ ſunt, de quibus ait Iuuen.

» *Ranarum uiſcera nunquam Inſpexi. & idem alibi:*

» *Miſcet ſitiente rubetam.*

Nocturnæ Strigis] *Vt Lucanus.*

» *Quid trepidus bubo, quid Strix nocturna querũtur.*

Herbasq́; quas & Colchos, atque Iberia] *Colchos ciuitas Ponti eſt, herbis ueneficis abundans, ut:*

» *Has herbas atque hæc Ponto mihi lecta uenena*

» *Ipſe dedit Mœris, naſcuntur plurima Ponto.*

Nam & hic quidam uolunt Iberiam non Hiſpaniam dictam, ſed Põto ciuitatem uicinam, unde &

» *Et ferrugine clarus Ibera.*

Et oſſa ab ore rapta ieiunæ canis] *Vt Lucanus.*

» *Morſusq́; luporum*

» *Expectat ſiccis rapturæ faucibus artus.*

Flammis aduri Colchicis] *Quales Medea tractauit apud Colchos de lignis infœcundis.* Expedita] *Succincta.* Sagana] *Nomen ueneficæ alterius. Hæc ſenatoris cuiuſdam uxor fuit.* Spargens Auernales aquas] *Vt:*

» *Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.*

Aſperis] *Erectis ipſo ſacrorum furore, ut Lucanus.*

» *Erectis diſciſſa comis.*

Currens] *Furens, ut:*

» *Infremuitq́; furens, & inhorruit armos.*

Abacta nulla Veia conſcientia] *Veiam nomine, ueneficam etiam aliam ſacrificio ipſi ait interfuiſſe, quam in nullo ſcelere non miſceri commemorat. Vel quod melius eſt, conſortem omnium ſcelerum eorundem eſſe.* Exhauriebat] *Aperiebat, ut: Latus hauſit apertum.* Ligonibus duris] *Vt infoderetur puer.* Ingemens laboribus] *Animoſitate operis laborãtem ſignificat.* Quo poſſet infoſſus puer] *Vt extante capite infoſſi, dum diuerſos cibos porrigant diu animam reſeruaret.* Exſecta uti medulla] *Vt de uiſceribus eius amatorium poculum facerent, uel ex medulla.* Interminato] *Interdictio iam cibo moreretur.* Intabuiſſent] *Defeciſſent, ut:*

» *Et ſale tabentes artus in littore ponunt.*

Non defuiſſe maſculæ libidinis Ariminenſem Foliam] *Magam aliam ſignificat, Ariminenſem Foliam nomine uirorum libidine calentem.* Otioſa credidit Neapolis] *Aliena ab his curis & ocio uacans, ut illud Virg.*

» *Illo Virgilium me tempore, dulcis alebat*

» *Parthenope, ſtudijs florentem ignobilis oci*

Quæ] *Subauditur Folia.* Theſſala] *Magica, quòd huiuſmodi ars maximè Theſſalorum eſt, ut & Lunam cantibus deponant, & aſtra cõmoueant.* Hinc] *Tunc ut:*

» *Hinc regina grauem gemmis auroq; popoſcit,*

» *Impleuitq́; mero pateram.*

Canidia rodens pollicẽ] *Habitũ, & motus Canidiæ expreſſit furentis. Petronius, ut monſtraret furentem: Pollice ait uſque ad periculum roſo.* O rebus meis] *Nunc uerba ſunt inducta Canidiæ. Arbitræ conſciæ, teſtes. Saluſt.*

Senem, quòd omnes rideant, adulterum
Latrent ſuburanæ canes,
Nardo perunctum: quale non perfectius
Meæ laborarunt manus.
Quid accidit? cur diræ barbaræ minus
Venena Medeæ ualent?
Quibus ſuperbam fugit ulta pellicem
Magni Creontis filiam,
Cum palla, tabo munus imbutum, nouam
Incendio nuptam abſtulit?
Atqui nec herba, nec latens in aſperis
Radix fefellit me locis.
Indormit unctis omnium cubilibus
Obliuione pellicum.
Ah, ah, ſolutus ambulat ueneficæ
Scientioris carmine.
Non uſitatis Vare potionibus
O' multa fleturum caput,
Ad me recurrens: nec uocata mens tua
Marſis redibit uocibus.
Maius parabo, maius infundam tibi
Faſtidienti poculum,
Priusq; cœlum ſidet inferius mari,
Tellure porrecta ſuper,
Quàm non amore ſic meo flagres, uti
Bitumen atris ignibus.
Sub hæc puer, iam non, ut ante, mollibus
Lenire uerbis impias:
Sed dubius unde rumperet ſilentium,
Miſit Thyeſteas preces,
Venena (magnum fas, nefasq;) non ualent
Conuertere humanam uicem.
Diris agam uos: dira deteſtatio
Nulla expiatur uictima.
Quin, ubi perire iuſſus expirauero,
Nocturnus occurram furor,
Petamq; uultus umbra curuis unguibus,
(Quæ uis deorum eſt manium)
Et inquietis aſſidens præcordijs,
Pauore ſomnos auferam.
Vos turba uicatim hinc, & hinc ſaxis petens
Contundet obſcœnas anus.
Poſt inſepulta membra different lupi,
Et Eſquilinæ alites:
Neque hoc parentes, heu, mihi ſuperſtites,
Effugerit ſpectaculum.

Atque ibi procul amotis omnibus, arbitris. Diana] *Pro Luna poſuit.* Arcana cùm fiunt ſacra] *Id eſt, dum ſecreta & nocturna ſacra celebrantur.* Inhoſtiles domos] *Vari cuiuſdam, aduerſum quem, amore eius inflammata, ſacrificabat.* Formidoloſæ dum latent ſyluis feræ] *Vt nocte uexaretur, quæ etiam feris quieti eſt, ut:*

» *Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæq; uolucres,*
» *Quæque lacus latè liquidos quæq; aſpera dumis*
» *Rura tenent. Somno poſita ſub nocte ſilenti.*

Senem quòd omnes] *Vſque in ſectiam amet, & riſui ſit.* Latrent ſuburbanæ canes] *Vt per amoris impatientiam noctè ambulans, à canibus ſuburbanis latretur.* Nardo perunctum] *Vt placendi ſtudio nardo uteretur, quale nec ipſa habere poterat, quæ unguentaria erat.* Quale] *ἀντίπτωσις: pro quali.* Quid accidit] *Miratur cur in capiendo Varo preces ſuæ tardiùs audiantur: & aut ſe Medeam ponit, pro perfectione artis: aut Medeam ideò nominauit, tanquam quæ inuenerit & docuerit ſacrum.* Superba] *Potens, ut:*

» *Hinc populum latè regem.*

Vlta] *Dolorem morte Glauces.* Cum palla, tabo] *Alij ueſtimentum, alij coronam oblatam à Medea uolunt infectam uenenis, qua ſumpta accipiens periret incendio. Iaſon filius Aeſonis profectus Colchos cum quibuſdam Græcorum fortiſſimis ad rapiendum uellus aureum, quod Phryxus Marti ſacrauerat, à Medea magicæ artis periſſima amatus eſt. Cuius auxilio Iaſon, promiſſa amoris ſui perpetuitate, Draconem, qui iuſſu Martis ſeruando uellere aureo, cuſtos fuerat affixus, occidit: & profciſſo agro, duobus ignem efflantibus tauris indomitis, & ſeminatis inibi dentibus Draconis, nati ſunt Gigantes, qui primùm impe[illegible] fecerunt in Iaſonem, ſed tandem ſe mutuis uulneribus occiderunt, poſtea aureo uellere accepto, & ſpreta laboris ſui adiutrice, Glaucen Creontis filiam ſibi duxit uxorem. Vnde Medea dolore contacta geminos ſui amatoris filios, quos ex Glauce genuerat, occìdit, & in Phaſin fluuium mortuos merſit, prius ueneno necata pellice: nã ueſte ueneno delibuta Glaucen ipſum fecerat indui, cuius incendio turpiter perijt.* Atqui nec herba] *Dicit ſe, dum nihil prætermiſerit de his, quæ à Medea facta ſunt, cur ipſa nihil obtinet, admirari.* Indormit unctis] *Ita nihil ualere dicit actionem ſuam, ut Varus aduerſum quem omnia fecerit, immemor ſui odoratis pellicum cubiculis teneatur quietus.* Ah ah ſolutus ambulat] *Actionem ſuam credit inuenta doctiore ueneficæ incaſſum eſſe.* Non uſitatis Vare potionibus] *Ab amoris ſui uinculis Varum dicit, nouis & magicis potionibus abſolutum.* O multa fleturum] *Tanquam aduerſum, quem aggredi uehementiora diſponat, ita ut alienatus mente, uoluptati eius uelut neſcius rapiatur & obediat.*

Vocibus] *Incantationibus.* Faſtidienti poculum] *Vte-*

tiam uis poculi carminibus adderetur.

Priusq; cœlum ſidet inferius mari] *Ante inquit, ipſis elementis rerum natura mutabitur, quàm non ita Varus amore meo ardeat, ut igni bitumen appoſitum.*

Iam non ut ante] *Vt cui adderet deſperatio libertatem.*

Mollibus] *Blandis, ut:*

» *Mandiq; trabiq; Molle pecus.*

Miſit Thyeſteas preces] *Diras. Etenim tales infoſſus puer preces cœpit effundere, quales in Tragœdijs inducitur Thyeſtes, cognitis filij membris in Atreum locutus.* Venena magnum fas nefasq;] *Lex enim humana habet malis pœnam, bonis præmia pollicenda, & ideo furens puer dicit, hoc eas carminibus mutare non poſſe.*

Diris agam uos] *Promittit ſe in eas poſt mortem ſæuiturum, ut:*

» *Omnibus umbra locis adero.*

Quæ uis deorum eſt manium] *Vt inſomnes faciant, & malis gaudeant.* Poſt inſepulta membra] *Vt iam, quia cum ipſa pœna ſepelierant, illæ grauiùs aliquid paterentur, expoſitæ feris & auibus inſepultæ.* Et Eſquilinæ alites] *Romanæ, id eſt, uultures.*

Vos turba uicatim] *Miſſurum ſe populo promittit furorem, ut ex omnibus uicis turba concurrens eas ſaxis obruat pro factorum crimine.* Neque hoc parentes] *Pœnas earum etiam à parentibus ſuis ait uidendas, quod cum dolore promittit, qui ſe uiuere magis noluerit, quàm uindicari.*

PORPHYRIO.

At ô Deorum] *Verba prætextati uociferantis in domo Canidiæ quẽ ſignificat ab ea furtim raptum, ut Necromantiam ex eo faceret. Et bene abrupta exclamatio in cœlum. Hoc enim dicit, peremptum eſt, quicquid in cœlo eſt, regens in terras.* Quid iſte fert tumultus] *Tumultum enim dicit rapinæ ipſius, quàm paſſus eſt.*

Aut quid omnium Vultus in unum me truces] *Earum dicit, quæ cum Canidia conſciæ, miniſtræ ſceleris huius fuerant.* Per hoc inane purpuræ decus] *Quo magis oneret atrocitatem ſceleris huius, prætextatum, ac per hoc honeſtum ac delicatum facit hunc puerum eſſe. Inane ergo decus purpuræ, apud eam intellige, quæ ſcilicet ſine reſpectu ætatis eius in eum ſæuiat.*

Inſignibus raptis] *Inſignia pueri intellige raptam prætextam ac bullam, & eſt σχῆμα ἐκ τῆς ἀναγκῆς.*

Puer impube corpus] *Hoc eſt, cuius impube corpus erat.*

Mollire Thracum pectora] *Id eſt, etiam Thracum. Sic dicitur illud apud Virgilium.*

» *Quis talia fando*
» *Myrmidonum Dolopumúe, aut duri miles Vlyſſi.*

Pro etiam Myrmidonum Dolopum'ue.

Breuibus implicata uiperis] *Furiali habitu eam deſcripſit. Et breues uiperæ perpetuo ἐπιθέτῳ dicitur, nam ſunt tales. Nota æ-*

tem eſt figura elocutionis illigata crines, & illigata caput.
Iubet ſepulchris caprificos erutas] Non inde iubet, ſed ex ſepulchris notiſsimis erutas accipe, quoniam inferna ac uenefica eſſe, hæc ſacrificia intelligi uult. Talia denique ſunt, & quæ ſubijciuntur. Iubet cupreſſos funebres, &c. Herbaſq; quas Iolcos] Iolcos urbs eſt Theſſaliæ. Theſſalia autem uenenorum ferax eſt. Iberia autem nunc, quæ in Ponto, eſt intelligenda, ut Virgil.
„ Naſcuntur plurima Ponto.
Plumamq; nocturnæ Strigis] Sic dicuntur uulgo ſtrigiæ, quia à nominatiuo ſtrix non ſtrigia; hæc autem auis eſt nocturna mali ominis. Flammis aduri Colchicis] Per ueneficia accendiſſe uult, ſed hoc propter Medeam dicitur, quæ Colchis fuit.
At expedita Sagana] Saganam hanc ex conſcijs ac miniſtris ueneficij illius accipe. Expeditam autem ſuccinctam uidetur dicere. Abacta Veia nulla conſcientia] Ablatiui caſus eſt, & eſt ſenſus: Veia, quæ nulla mala conſcientia remota eſt.
Longo die, bis terq;] Vt magis incitaretur puer, ait illi apponi epulas & ſæpe mutari. Exucta uti medulla] Nunc uidetur cauſam tanti facinoris exponere. Significat autem Canidiam amoris potionem Varo præparare, infert enim: Non uſitatis Vare potionibus. Ariminenſem Foliam] Dicit etiam Foliam nomine, ueneficam huic ſceleri interfuiſſe, quòd ait maſculæ libidinis ad id pertinet, quod dicantur quædam mulieres habere naturam monſtruoſæ libidinis coeundi fœminis, quo crimine etiam Sappho malè audijt. Et urioſa credidit Neapolis] Videtur ſignificare ſcelus hoc Neapoli factum, nam ut ſuprà diximus, Gratidia hæc Neapolitana fuit. Neapolim autem otioſam pro quietam dixit, ſimul quia ocioſus, id eſt, uitæ quietiori aptiſsimus ille ſeceſſus eſt.
Hic irreſectum ſæua dente liuido] Sed illud attende, ut duabus præpoſitionibus exaggerata ſit facinoris atrocitas, irreſectum pro ualde & ſæpius ſectum. Quid dixit? aut quid tacuit] Senſus eſt: Quæ ſcelera non dixit, aut quæ ſilentio præterire potuit?
O rebus meis] Hæc iam Canidiæ uerba ſunt. Nunc in hoſtiles domos] Varo hæc imprecatur, à quo faſtidiebatur.
Quale non perfectius Meæ laboraſſent manus] Hinc ſcias illam, ut diximus, unguentariam fuiſſe. Attende autem elocutionem conſtitutiuam, Quale non perfectius, cùm ſit dicendum, quo non perfectius. Quid accidit? cur dira barbaræ minus Venena Medeæ ualent] Indignatur uenena Medeæ eſſe, quibus illa uſa ſit, cum ſe de pellice ſua ulta eſt. Cum palla, tabo munus imbutum] Palla, munus figura eſt, quæ [illegible] dicitur. Tabo autem nunc ueneno. Aliter Virg.
„ Huic atro linquuntur ſanguine guttæ,
„ Et terram tabo maculant.
Indormit unctis omnium cubilibus] Obſcura elocutio, quæ ſic ordinanda eſt: Indormit cubilibus, unctis obliuione omnium pellicū, & eſt ſenſus: Neſcio quare ſunt præſentiora ueneficia, quæ cubile ungunt medicaminibus, per quæ medicamina obliuio ei datur omnium pellicum. Pellices autem Canidia pro ſe ſola dixit. Ah ah, ſolutus] Hoc eſt, quod ingemuit, quòd alia ſcientior uenefica inuenta ſit, quam ipſa eſt. Marſis red bit uocibus] Voces ſuas Marſas dicit, quaſi magicas, ut ſit ſenſus. Mens tua magicis meis uocibus ſemel euocata, nunquam redibit ad ſanitatem. Aut nunquid hoc dicit: Mens tua à me incantata nunquam redibit, etiamſi Marſis uocibus reuocetur. Marſi autem periti incantationum ſunt, huic rei Virgil. teſtis eſt, qui ſic ait:
„ Spargere qui ſomnos cantuq; manuq; ſolebat.
Faſtidienti poculum] Faſtidienti, ſcilicet me. Nec Thyeſteæ preces] Id eſt, diras exerationes, qualibus in Tragœdijs Thyeſtes Atreum execratur. Venena magnum fas, nefasq;] Magnū fas uenena ſunt, ſi hoſtibus dentur: magnum nefas, ſi amicis.
Non ualent Conuertere humanā uicem] Sic ſenſus eſt: Quamuis uenena poſſunt, non tamen ualent merita in contrarium uertere, ut liberent eos pœna, qui malè mereantur. Vices autem appellantur pœnæ, quæ in ſceleratos re geruntur. Diris agam uos] Diræ, ut dixi, execrationes dicūtur. Ac deteſtationis maledictio agam, aut nunc perſequar ſignat. Vos turba uicatim, hinc & hinc ſaxis petens Contundet obſcœnas anus] Eleganter, quia inſanos ſolent fuſtibus, & lapidibus inſectari, ut eos ab omnibus ſuis ſugat. Eſquilinæ alites] Et alibi ſæpe oſtendit in regione Aggeris, quæ eſt extra portam Eſquilinam ſolita fuiſſe pauperum corpora, uel comburi, uel proijci. Neq; hoc] Subaudiendum hic extrinſecus, uos, & eſt ordo, & ſenſus talis: Neq; hoc ſpectaculum effugerit uos, ô parentes mihi ſuperſtites, & bene heu ait. Dolenter iuxta parentum commemorationem gemitus inſertus eſt, heu qua, & ipſa ſuperſtes eſſe uellet.

CHRIST. LAND. } At ô Deorum quicquid in cœlo regit] Cratidia fuerat Neapolitana mulier peſsima uenefica. Huius ergo Necromantiam de puero factam ſub nomine Canidiæ uituperat. Inducit autem puerum ab illis iam ſubreptum, & ad immolationem paratum ſuas miſerias conqueri, & in Canidiæ, ſociarumq; crudelitatem inuehi, loquitur ergo puer. At] Expaueſcentis eſt. O quicquid deorum] Id eſt, ô omnes dij, qui regitis terras & humanum genus. Quid fert] Quid afferet, uel quid cupit. Tumultus] Tumultuoſa properatio mulierum.
Truces] Nam omnes illæ ueneficæ inimico animo ſpectabant.
Per liberos te] Iam in eum manus iniiciebat Canidia, quapropter ut ſui miſereatur, per ſuos liberos eam precatur.
Veris partubus] Dubitat an pepererit, an potiùs alienos ſibi filios ſuppoſuerit peperiſſe finxerit, proptereaq; ſi partubus ueris dixit. Inane decus precor] Id eſt, nihil profuturum. Sed quare purpuram in puero dicat, animaduertamus. Tullus hoſtilius tertius rex Romanorum debellatis Ethruſcis ſellam curulem, lictores togam pictam & prætextam, inſignia, magiſtratuum Ethruſcorum ad Romanos tranſtulit, ſed prætextam illo tempore puerilis ætas non uſurpabat. Verùm Tarquinius, deinde priſcus cui Lucumo nomen fuit de Sabinis cùm triumphaſſet, filium ſuum annos 14. natum pro concione laudauit, quod hoſtem percuſſerat, & bulla aurea, quod geſtamen prius triumphantium erat, & prætexta qua ſoli magiſtratus utebantur, inſigniuit. Hinc tractus mos ut pueri bulla, & prætexta, id eſt, toga cui purpura prætexebatur uterentur, ſed bulla non fuit conceſſa niſi illis, quorum patres curulem magiſtratum geſſiſſent. Cæteris uerò uſque ad eos quorum patres equo iuſta ſtipendia meruiſſent, prætexta ſola conceſſa eſt. Demum in bello Punico ſecundo Libertinis quoque, ſed ijs tamen qui ex iuſta matre nati eſſent, conceſſum eſt ut prætextam & lorum in collo pro bulla portarent. Ergo hanc prætextam decus purpuræ appellat. Vt] Poſtquam. Conſtitit impube corpus] Nam direptis inſignibus, id eſt, purpurea ueſte apparuit corpus nudatum impube, id eſt, ſine pilis. Conſtitit] Stetit, conſtitutus eſt eo in loco, ubi eſſet conficiendus. Impube] Vt ipſa puerilis ætas etiam Thracum crudeliſsimos animos poſſet mouere ad lachrymas. Illigata crines & incomptum caput] Id eſt, incomptos crines capitis. Breuibus] Non longis. Vtebatur igitur uiperis pro uittis. Caprificos] Ficus ſunt inter parietes, & ſaxa naſcentes. Cupreſſu funebres] Nam ut ſuprà diximus funeri adhibebantur. Turpis ranæ] Id eſt, rubetæ, Iuuen. etiam de locuſta uenefica dixit. Miſcet ſitiente rubeta. Ranarum enim aliæ minores ſunt, & ſaltu ualent, & aquas amant, quibus impunè ueſci conſueuimus. Aliæ autem maiores, turpioresq;, ac deſidia graues, & apprimè uenenoſæ, & rubetas appellant.
Strigis nocturnæ] Quæ nocturno tempore uolat Pabulantur porte ex Harpyis auibus natas eſſe ſtriges, quæ mammas habent, & puerorum ſanguinem ſugunt. Ouid.
„ Eſt illis ſtrigibus nomen, ſed nominis huius
„ Cauſa, quod horrenda ſtridere nocte ſolent.
„ Siue igitur naſcuntur aues, ſeu carmine ſiunt,
„ Næniaq; in uolucres falſa ſigurat anus. Tibul.
„ Hanc uolitant animæ circum ſua fata querentes.
„ Semper & è tectis ſtrix uiolenta canat.
Et Lucan.
„ Quod trepidus bubo, quod ſtrix nocturna queruntur.
Colchos] Gens hæc in Ponto Scythiæ eſt, ſed colonia eſt Aegyptiorum. Vnde patrium morem, ut placet Diodoro, in circuncidendis

dendis pueris ſeruauit. His imperauit Oeta, cuius filia Medea maxima uenefica multis in ea regione herbis ad magicam exercendam ualentibus nobilitatem dedit. Virg.

» Has herbas atq; hæc Ponto mihi lecta uenena
» Ipſe dedit Mœris naſcuntur plurima Ponto.

Iberia] Non de Hiſpania intelligit, in qua Iberos populos eſſe ſcimus, & olim uniuerſam Hiſpaniam Iberiam eſſe appellatam. Sed ſunt Iberes iuxta Albanos, & non procul à montibus Colchicis, in quorum regione etiam ferruginea purpura tingebatur. Virgil.

» Ferrugine clarus Ibera.

Iolcus caus] Quæ creduntur auiditatem ad amorem transferre. Colchicis] Eo ritu paratis, quo apud Colchos ueneficos parari ſolent. Sagana] Nomen proprium eſt alterius ueneficæ. Auernales] Petitos ex Auerno lacu, nam efficaciam ad has artes habere credebantur. Atque illic Necromantiam exercebant. Quapropter & Didonem inducit Virgil. Has aquas quoniam deerant uere ſimulare, ut:

» Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.

Horret] Quia in capite erigebantur capilli. Echinus marinus] Rectè, nam & terreſtre animal, quem Erinacium alio uocabulo appellamus. Echinus dicitur: eſt enim Erinaceus ſpinis conſertus, quibus in ſphæram incluſus undiq; tegitur. Sunt autem illi minores ſpinæ, quam hiſtrici ſed eadem facie. Huic ergo ſimilis eſt piſcis marinus, & eodem modo ſpinis munitus. Aut currens aper] Nam & illi duriſſimæ ſetæ in dorſo inſurgunt. Venia] Et hoc ueneficæ nomen eſt, quam dicit nulla cõſcientia eſſe abactam, id eſt, remotam à tanto ſcelere. Alij uolunt Abactam eſſe nomen mulieris, & ueniam eſſe nomen patrium. Exhauriebat humũ] Quia foſſam faciebat. Ingemens] Quaſi uehementer anhelans. Quo poſſet] Volebant intra foſſam obruere puerum ad mentum uſque. Immori] Intus mori. Longo ſpectaculo] Sententia eſt quod ipſæ uellent producere uitam puero mento tenus in foſſo ad longius ſpatium, ſed dixit ſpectaculum in mulierum inuidiam, quaſi quæ ex illius miſerijs uoluptatem caperent. Mutatæ dapis] Dabant uaria cibaria, ut magica illa ars iubebat. Exerta] Ponit cauſam cur facerent, ſcilicet, ut ex eo deinde cadauere ſumerent iecur & medullam ad poculum amatorium conficiendum. Interminatò] Volebant lenta morte puerum tabeſcere, itaque cùm iam aruiſſe corpus putarent, cibum denegebant, ut iam expiraret. Interminato] Interdicto, præfinito. Semel] Contrarium eſt illi quod ſucceſſu temporis fit, ſed fit uno impetu. Iuuenal.

» Et ſemel aſpecti littus dicebat Echidni.

Id eſt, eodem temporis pũcto & Echidnum aſpiciebat & iudicium de eo proferebat. Sic Lucan.

» Nec ſe tellure——
» Paulatim per membra leuat terráq; repulſum eſt.
» Erectumq; ſemel.

Populæ] Maculæ ſunt, quibus ſpargitur ille, qui paulò pòſt moriturus ſit, ſignum manifeſtum mortis aduentantis. Intabuiſſent] Rabidæ apparuiſſent. Maſculæ libidinis] Id eſt, uehementis libidinis, nam quamuis maior dicatur in fœmina, quam in uiro libido, tamen omnia uehementiora maſcula appellamus, uel intelligit, quod in fœminas tanquam uir ageret. Ocioſa] Studijs dedita, ſic Virg.

» Parthenope ſtudijs florentem ignobilis oci.

Voce Theſſalia] Id eſt, carminibus quibus utentes Theſſali Lunã è cælo auocant. Virgil.

» Carmina uel cælo poſſunt deducere Lunam.

Irreſectum] Rodebat enim pollicis ſuperfluum unguem, quem non ſecuerat. Quid dixit] Quaſi dicat, omnia dixit. Aut quid tacuit. Quaſi nihil tacuit. Arbitræ] Conſciæ & teſtes. Nox] Nam magicis nox colitur, quia noctu ſacra ſua peragebant. Virgilius:

» Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras.

Diana] Nam hæc dea princeps his rebus adhibetur. Virgil.

» Tergeminam Hecatem tria uirginis ora Dianæ.

Senem Quod omnes rideant] Oſtendit ſe illis ſacris aſſequi potuiſſe, ut ſenex uanus ita amore incendatur, ut nocturno incedat tẽpore p ſuburbana loca ad uiſendas meretrices unctus preciſiſſimo unguento, & canes allatrent illi tranſeunti, homineſq; rideant tam mirè amorẽ & cultum in homine ſene, quid accidit, cùm iã peractis ſacris ſenex non ueniret. Miratur Canidia, cur illa ſacra, quæ eadẽ ſunt, quibus uſa eſt Medea, cum regiam Creontis exuſſit, non poſſint peruertere mẽtem ſenis, cùm illud multò maius fuerit quã hoc. Venena Medeæ] Id eſt, mea ueneficia, quæ eadem ſunt, quæ Medeæ fuerunt. Magni Creontis filiam] Vt paulò ſupra demonſtrauimus. Palla] Veſtis quam Medea imbuit, & infecit ueneficijs, & miſit ueluti munus nouæ nuptæ, ſed cùm illa eam explicaret, ſubitò incendio ipſa cum regia abſumpta eſt. Atqui] Putauiſſet habere artificium Medeæ, & tamẽ eſſe decepta in herbis quas non cognoſceret. Itaq; addit quòd illas optimè nouit. Indoruꝫ] Quoniam ſolutus eſt ab amore, proptereáq; addit, ſolutus ambulat, ſolutus, inquam carmine potentioris ueneficæ, nam non dubitat quin ſua carmina ſenem illigare poſſit. Sed ueretur ne alia uenefica, quæ ſit potentius carmen illum ligatũ ſoluat. Non uſitatis] Compone ô Vare appoſitiuè caput multa fleturum tu recurres ad me potionibus non uſitatis, quaſi dicat, adhibebo potiones efficaciſſimas, & alijs incognitas, quibus coactus ita ad me recurres, ut tua mens à me iam inſana effecta non poſſit redire, ſcilicet ad ſanum, quamuis reuocetur uocibus Marſis, id eſt, potentiſſimis carminibus, qualia Marſi ſciunt: nam hos diximus fuiſſe populos à Marſia Circes filio originem trahentes, & magicis carminibus potentiſſimi. Quippe qui à Circe, quæ ſuis ueneficijs homines in omnia monſtra uertere poterat, illa didicerant. Maius parabo] Quoniam hoc nihil proficio, quod erit tantæ efficaciæ, quod prius cælum ſidet, id eſt, reſidet inferius mari terra porrecta ſuper, id eſt, ex parte ſuperiore, quàm tu non ita amore uraris, ut bitumen uritur ignibus, quos atros appellat, quoniam ex re multum inciuoſa ignes nigreſcunt propter nimium uaporem, qui illis admiſcetur. Bitumen aliqui in Aſphaltite Syriæ lacu oriri dicunt. Eratoſthenes ſcribit liquidum in Suſiano agro naſci, & Naphthan uocari. Aridum uerò quod congelaſcere poteſt in Babylonia cuius fons eſt iuxta ipſum Naphthan. Aridum ad ædificia ualet. Nauigia etiam contexunt, oblinunt bitumine arido, & aqua diluto. Liquidum igni admotum uehementer ardet, neq; extinguitur aqua, niſi ſimul multa ſit. Cæno, aceto, alumine & uiſco oppreſſum extinguitur. Dicunt Alexandrum experientiæ cauſa iuſſiſſe, ut in balneo puer Naphtha aſpergeretur, deinde ignis admoueretur. Factum eſt ergo, ut totus penè puer deflagraret, niſi ſubitò circumſtantes multa aqua extinxiſſent. Hoc autem ſat ſit ad præſentis loci ſenſum. Reliqua autem quæ multa, uariáq; & à Strabone Geographo, & ab alijs traduntur in aliud tempus differemus. Leniret] Pro leniebat. Vnde rumperet ſilentium] A' qua potiſſimum re orationem inciperet. Rumpere enim ſilentium loqui eſt. Virg.

» Quid me alta ſilentia cogis?
» Rumpere, & obductum uerbis uulgare dolorem.

Miſit Thyeſteas preces] Id eſt, talia illis imprecatus eſt, qualia tragici inducunt Thyeſtem aduerſus fratrem imprecari. Optimè autem Thyeſtes dixit, quoniam eius filij perierant, ut hic non perit. Venena magnum fas] Aurea ſententia. Poſſunt quidem multa efficere ueneficia, ſed fas & nefas mutare non poſſunt. Nam fas ſemper præmia merebitur, nefas uerò ſupplicia. Diris agam uos] Ego agitabo uos furijs & deteſtabor. Et dira deteſtatio non expiatur, id eſt, purgatur ulla uictima, id eſt, ſacrificio. Quaſi dicat mea deteſtatio in eum furorem uos conijciet, ut non poſſitis expiari, ut de Oreſte, & de Prœti filiabus legitur, nam hi expiari potuerunt. Quin ubi periſſe] Non ſine ſumma ratione ſcripſerunt poëtæ Alcmeonẽ Oreſtem, & reliquos, qui inexpiabile aliquod ſcelus patraſſent, à furijs faces accenſas tenentibus aſſiduo exagitari, neque uſquam conſiſtere permitti, nam qui talium flagitiorum ſibi conſcij ſunt, adeò ſtimulis conſcientiæ uexantur, ut ne minimum quidem unquam quietem capere poſſint, ſed ſemper ſeipſos damnant, & affligunt, nam ut eſt apud Iuuen.

» Exemplo quodcunq; malo committitur ipſi
» Diſplicet autori, prima eſt hæc ultio quod ſe

Iudice

„ *Iudice nemo nocens abſoluitur:*
Et ne ab eodem poëta decedam.
„ *Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem,*
„ *Spartano cuidam reſpondet Pythia uates:*

Fingunt eam poëtæ eos, qui iniuriam paſsi ſunt horrendo & minaci uultu, illi qui intulit per noctem occurrere, & uehementer perterrefacere. Hoc cùm dicunt memoriam facinoris oſtendunt, qua peccator aſsiduè ſtimulatur. Ergo ait Nocturnus occurram furor. *Sic Dido.*

„ *Et cum frigida mors animas ſeducere artus:*
„ *Omnibus umbra locis adero dabis improbè pœnas.*
Quapropter eadem in Satyra idem Iuuenal. ſic ſcribit:
„ *Et quod præcipuis mentem ſudoribus urget,*
„ *Te uidet in ſomnis, tua ſacra & maior imago*
„ *Humana turbat pauidum cogitq; fateri.*

Quæ uis] *Appoſitiuè occurram tibi & reliqua, quæ uis, id eſt, quæ poteſtas eſt manium, nam dij manes hoc poſſunt, & allegoricè ſignificat ſcelera commiſſa tali pœna afficere nocentes poſſe.* Vos tu] *Minatur aliam pœnam oſtendens huiuſmodi ſcelus ex illis eſſe, quæ publica indignatione ab omnibus puniantur.* Vicatim] *Ex omnibus uicis.* Poſt inſepulta membra] *Addit pœnis, quas luent in uita, quam poſt mortem ſubibunt.* Eſquilinæ] *Id eſt, quæ Exquilias unum ex ſeptem Romanis collibus habitant. Dictæ ſunt exquiliæ, uel ab excubijs, quas reges antea quam locus ille mœnib. cinctus eſſet, illi agi iubebant, uel quod à Tullo rege eſſent excultæ, nam Tullus, ut ait Liuius, ubi Viminalem & Quirinalem collem addidit. Inde Exquilias in quibus ipſe, ut loco honorem adderet, habitauit.*

ERAS. ROT. } Diris agam] *Moris plurimum improbandi meminit poëta, qui eſt, nihil dicant homines, niſi diras admiſceant deuotiones, & imprecamina. Lege Eraſmum prouerb. Execrationis templum, & Oedypi imprecatio.*

IOAN. HART. } Cœlo diripit] *Alluditur ad Prouerb. Lunam detrahere. Quorſum etiam 8. Eclog. Maro.*

„ *Carmina uel cœlo poſſum deducere Lunam.*

HENR. GLAR. } At ô Deorum quiſquis in cœlo regis] *At uacat, inquit Acro. Mihi uerò minimè uidetur uacare, ſed eſſe particula ex abrupto loquentis, ut planum euadit ex hoc Virgilij, quòd idem Acro adducit.* At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis. *Quaſi qui plura prius ſecū animo uoluerit, ut nihil eſt cogitatione celerius, tandem in hæc prorupperit uerba. Sed & alij hoc notarunt. Cæterùm hoc in loco, quiſquis legunt doctiores, etiamſi alteram lectionem, quicquid, non reijciendam putem.* Herbasq; quas & Colchos atque Iberis] *Colchos, inquit Acro, ciuitas Ponti eſt. Sed librariorum culpa hoc accidiſſe arbitror, qui ex regione urbem ſcripſerunt. De Iberia idem in eodem uitium.* Interminato cum ſemel fixæ cibo] Interminato] *Id eſt, interdicto, exponit Acro: ut ſit à uerbo interminor: quod compoſitum eſt ex inter & minor. Mancinellus & & Badius ex in & terminos compoſitum putarunt, non rectè, mea quidem ſententia.* Indormit unctis omnium cubilibus Obliuione pellicum] *Manifeſta amphibologia. Porphyrio ita ordinat:* Indormit cubilibus unctis obliuione omnium pelli, *ut genitiuus omnium pellicum regatur ab ablatiuo obliuione, quaſi* dicat iacet in cubili ſuo oblitus omnium pellicum: *Pellices autem Canidia pro ſe ſola dixit, ut idem ait. Alij uerò ita ordinanda putant hæc uerba:* Indormit cubilibus omnium pellicum, unctis obliuione: *ita ut genitiuus omnium pellicum, regatur ab ablatiuo cubilibus, quaſi dicat. Ego, quæ uelut uxor ſum, ab illo contemnor: cæterum ipſe ſecurus apud quaslibet pellices (ita uocat reliquas) uerſatur, quarum cubilia probè munita uidentur aduerſus mea incantamenta: Idq; ſequentia uerba comprobant,* Ah, ah ſolutus ambulat, *quaſi iam reſciſcat.* —Nec uocata mens tua. Marſis redibit uocibus] *Porphyrionis expoſitio hoc in loco prior, magis ſimplex uidetur. Quidam, redibit, & uocata, ad alias incantatrices referunt, quod uidetur coactius: Sed lectori hoc iudicandum relinquimus.*

HERM. FIGVL. } At ô Deorum quiſquis in cœlo, &c.] *At, particula eſt ex abrupto loquentis pueri, quaſi qui plura priùs ſecum animo uoluerit, & tandem in hæc uerba prorupperit: Si nemo mortalium me reſpicit, at ô Deorum, &c.*

Quiſquis deorum] *Non immeritò dubitat, quis deorum potiſsimùm gubernet mundum, cùm infinitus deorum, uel potiùs dæmonum, apud Romanos fuerit numerus.* Quid iste fert tumultus?] *Raptus iam puer à Canidia & eius miniſtris, miratur quid ſibi uelit properantium, & ſatagentium tumultus, quid truces in ſe omnium oculi.* Per liberos] *Canidiam manus iam inijcientem per liberos obſecrat, ut ſui miſereatur.* Si uocata partubus] *Si unquam uerè peperiſti liberos.* Lucina] *Apud Græcos Dianam, eamq; Luciferam (inquit Cicero) apud nos Iunonem Lucinam in pariendo inuocant. In Comœdijs puerperæ his utuntur uerbis:*

„ *Iuno Lucina, fer opem, ſerua me obſecro.*

Donatus ait, Iunonem Lucinam, Iunonis filiam, Græcè εἰλείθυια, Latinè Iunonem, à iuuando dictam: Lucinam ab eo quòd in lucem producat. Inane] *Quia nihil proderat perituro.* Purpuræ decus] *Prætextam intelligit, qua pueri, patritij uſque ad annum decimum ſeptimum utebantur. Meritò autem moueri debuiſſet Canidia per prætextam, quæ inſigne erat ingenui & bonis moribus prædití pueri.* Ut nouerca] *Ut hoſtis: nam nouercæ omnes irreconciliabili odio priuignos proſequuntur.* Petita ferro belluæ] *Prouocata atque extimulata telo fera. Intelligi poteſt de leone, qui percuſſos mira obſeruatione percuſſorem nouit, & in quantalibet multitudine appetit.* Inſignibus raptis] *Puerilibus ornamentis, quæ erant prætexta & bulla, à Canidia detractis, nudus conſtitit puer tale habens corpus, quale etiam Thraces crudeles & feroces homines mitigare ac mouere potuiſſet. Et per hoc mirè auget crudelitatem, & impietatem Canidiæ.* Impube] *Molle, tenerum: Græcè ἀνηβ... Nam impubes dicitur, qui nondum lanuginem emiſit. Et eſt ἐπεξήγησις, puer molle corpus.* Canidia breuibus implicata uiperis] *Horrendo & furiali habitu ueneficam deſcribit, cæſariem & caput uiperis cinctum habentem.* Incomptum] *Propter angues circum caput reiectos.* Sepulchris caprificos erutas] *Ligna ſterilia ac infelicia è ſepulchris eruta, tanquam infernis ſacris apta, incendi iubet. Eſt autem Caprificus è ſylueſtris ficus genere, nunquam maturefcens: quæ ferè ruptis ſaxis ſolet erumpere.* Cupreſſos funebres] *Cupreſſus Diti ſacra eſt, & ideò funebri ſigno ad domos poſita, ut Plinius ſcribit.* Turpis ranæ] *Ranam rubetam intelligit, quæ apprimè uenenoſa eſt. Ranæ quoque rubetæ (inquit Plinius) quarum & in terra, & in humore uita, plurimis refertæ medicaminibus, deponere ea quotidie ac reſumere à paſtu dicuntur, uenena tantùm ſibi reſeruantes.* Plumamq; nocturnæ ſtrigis] *Striges ueneficæ ſunt aues, ideoq; incantamentis adhibentur. Sic Medea inter cætera etiam alas ſtrigis ſuo medicamini addidit:*

„ *Et ſtrigis infames ipſis cum carnibus alas.*
Striges Ouid. in 6. Faſt. ſic deſcribit:
„ *Sunt auidæ uolucres non quæ Phineia menſis*
„ *Guttura fraudabant, ſed genus inde trahunt.*
„ *Grande caput, ſtantes oculi, roſtra apta rapinæ,*
„ *Canicies pennis, unguibus hamus ineſt.*
„ *Nocte uolant, puerosq; petunt nutricis egentes,*
„ *Et uitiant cunis corpora rapta ſuis.*
„ *Carpere dicuntur lactentia uiſcera roſtris,*
„ *Et plenum poto ſanguine guttur habent.*
„ *Eſt illis ſtrigibus nomen, ſed nominis huius*
„ *Cauſa, quòd horrenda ſtridere nocte ſolent.*

Colchos atque Iberia] *Hæ regiones finitimæ ac coniunctæ ſunt in Ponto, ubi maximus eſt uenenatarū herbarum prouentus. Virg.*

„ *Has herbas, atq; hæc Ponto mihi lecta uenena*
„ *Ipſe dedit Mœris: naſcuntur plurima Ponto.*

Oſſa ab ore rapta ieiunæ canis] *Quæ auiditatem ad amorem transferre credūtur.* Colchicis] *Qualib. Medea Colchis uſa eſt.* At expedita Sagana] *Miniſtras nunc Canidiæ, ad ueneficij miniſteriū promptas, deſcribit.* Auernales aquas] *Ex Auerno lacu Campaniæ, in ſinu Baiano, per quem deſcenſus ad inferos credebatur.* Horret capillis] *Quia in capite erecti ſtabant capilli.* Mar-

nos

nus echinus] *Echini piſces ſunt in mari, ex cancrorum genere, quibus ſpinæ pro pedibus. Ingredi eſt his in orbem uolui. Itaque detritis ſæpe aculeis inueniuntur. teſtis eſt Plin. lib. 9. cap. 31. Marinus, autem diſcriminis cauſſa adiecit. Quia eſt etiam terreſtris Echinus, quem erinaceum dicunt.* Currens aper] *Nam & illi, irato præſertim, in dorſo ſetæ inſurgunt.* Abacta nulla Veia conſcientia] *Veia miniſtra non deterrita conſcientia ſua à tanto ſcelere ſedulò ſuum officium fecit.* Longo die bis terque] *Vt eſuriens puer ſpectando appoſitas & ſubinde mutatas dapes, magis affligeretur, & demiq; fame periret.* Cùm promineret ore] *Oſtendit puerum prætextatum ad mentum uſque in foſſam, à Veia factam, demiſſum, propterea ut ex medulla & iecore ipſius fame iam enecti, amatorium pararet poculum.* Iecur] *In quo amoris ſedem eſſe dicunt.* Amoris poculum] *Amatorium poculum, quod φίλτρον Græci dicunt, illecebras, quibus amorem hominum conciliamus.* Fixæ intabuiſſent pupulæ] *Id eſt, cùm ſemel mortuus eſſet. Pupula eſt pars oculi media, qua propriè uidemus. Eam Græci κόρην appellant. Vnde Plutarchus ſcribit, oratorem quendam dixiſſe de impudente, quòd in oculis haberet non κόρας, ſed πόρνας.* Non defuiſſe] *Dicit conſtantem uolaſſe famam interfuiſſe huic ſceleri & maleficio Ariminenſem Foliam, ueneficam quoque fœminam.* Ariminenſem] *Ex Arimino Italiæ ciuitate.* Otioſa Neapolis] *Præclara urbs Campaniæ eſt Neapolis, prius appellata Parthenope, à Parthenope Sirene, cuius corpus ibi in ueteri monumento conditum eſt. Vnde Suidas,* Νεάπολις πόλις Ἰταλικὴ διάσημος, ἐν ᾗ παρθένος ἵδρυται σειρῆνος ἄγαλμα. *Ocioſam uerò poëta uocat, quoniam (ut Strabo libro quinto, ſcriptum reliquit) habebat Neapolis calidarum aquarum ſcatebras, & apparatiſsima balnea: Inde plurimi è Roma ſeceſſum faciebant aut quietis, atque ocij gratia, præſertim, qui eruditioni operam darent, aut remiſsioris uitæ deſiderio, maximè quos ſenectus affligebat, uel aduerſa ualetudo. Ouid. lib. 15. Transf. in ocia natam Parthenopen uocat.*

Quæ ſydera uoce excantata] *Quæ tam potens & perita eſt uenefica, ut ſuis carminibus Lunam & ſydera è cœlo euocare queat.*

Voce Theſſala] *Id eſt, incantationibus, quibus mulieres Theſſalæ Lunam è cœlo trahunt. Virgil.*

» *Carmina uel cœlo poſſunt deducere Lunam.*

Ouidius:

» *Te quoq; Luna traho.*

Horatius:

» *——Lunamq; rubentem,*
» *Ne foret his teſtis, poſt magna latera ſepulchra.*

Hic irreſectum] *Geſtum cogitabundæ, & de reuocando Varo amatore ſecum agitantis, exprimit.* Liuido] *Nigro, rapido.*

Quid tacuit] *Quaſi dicat: nihil tacuit, ſed omnia, quæ ad maleficia pertinent, protulit.* O rebus meis non infideles arbitræ] *Veneficiorum præſides deas inuocat.* Nox] *Magicæ enim mulieres noctu arcana ſua ſacra peragunt.* Diana] *Hecate, quæ ueneficiorum eſt author. Vnde Medea apud Ouidium eam his uerbis compellat:*

» *Tuq; triceps Hecate: quæ cœptis conſcia noſtris,*
» *Adiutrixq; uenis.*

Nunc in hoſtiles domos] *Imprecatio eſt in Varum ſenem, à quo ipſa ſpernebatur. Quare orat Noctem & Dianam, ut ſua potentia ſenem illum adulterum eſſe efficiant, & ita cruciari amore, ut nocturno tempore, quo cætera animalia quieſcunt, cum magno riſu uidentium, allatrantibus etiam canibus, ad ſe uenire cogatur.* Suburranæ canes] *Quia in Suburrana regione meretricum diuerſoria erant. Quatuor ſolæ erant tribus à partibus urbis (ait Plinius) in queis habitabant, Suburrana, Palatina, Collina, Exquilina.* Nardo perunctum] *Precioſis unguentis delibutum, ut placeat amicis, id quod eſt ridiculum & turpe in ſene. Vel, nardo, hoc eſt, medicamento & ueneno meo. Nam alterum genus nardi apud Gangem naſcens, damnatur in totum, uirus redolens, teſte Plinio. Et ſic uidetur quadrare quod ſequitur: Quale non perfectius, &c.* Quid accidit] *Miratur Canidia, quòd ſacris iam peractis Varus ſenex non ueniat, cùm tamen ueneficia ſua eadem ſint atq; illa, quibus Medea Creuſam cum tota regia exuſſerit, & propterea efficaciſsima.* Barbaræ Medeæ] *Medea Aeetæ regis Colchorum filia fuit, herbarum & radicum potentia, præterea ueneficijs clara, ut abundè teſtatur. Ouid. lib. 7.* Fugit] *Aufugit, nimirum ſublata ab alatis draconibus, ut ſuprà Ode 3. diximus.* Magni Creontis] *Regis Corinthiorum.* Filiam] *Creuſam, quam ſpreta, & repudiata Medea, uxorem duxit Iaſon.* Cùm palla, tabo] *Cùm ueſtis, quam Medea ueneno tinctam muneri nouæ nuptæ miſit, Creuſam cum tota regia patris exuſſit. Eſt autem palla ueſtis & mulierum, & uirorum longa, ad terram uſq; promiſſa. Sic dicta, ut Marcus Varro de lingua Latina ait, quòd foris palàm ſit.* Atqui nec herba] *Per occupationem dicit, ſe ex arte Medeæ nihil omiſiſſe in iſto ueneficio, mirum igitur cur uoti compos non fiat.* Vnctis obliuione] *Id eſt, probè munitis aduerſus mea incantamenta. Q. d. ego, quæ uelut uxor ſum, ab eo contemnor: cæterum ipſe ſecurus cum quibuslibet pellicibus rem habet.* Ah, ah] *Dolet ſe ſperni, & ab alia artis magicæ peritiore uinci.* Solutus] *Liberatus à meis ueneficijs incantatione doctioris.* Non uſitatis] *Quoniam nec uulgares potiones, nec Marſæ uoces te reuocare poſſunt Varre, parabo tibi aliud poculum efficatius & fortius.* O multa fleturum caput] *Minatur fore ut aliquando uehementer ipſum pœniteat non ueniſſe.* Marſis uocibus] *Id eſt, Marſorum incantationibus, quibus nunc te uocaui.*

Priuſq; cœlum] *Sentẽtia eſt: hoc poculum, quod nunc tibi parabo, tam eſt efficax, ut prius elementorum ordinem, & ſitum mutari oporteat, quàm tu amore meo non ita ardeas, ut bitumen flagrat igne.* Sidet inferius mari] *Cœlum erit infrà, & terra ſupra mare, id quod eſt impoſsibile, & contra naturalem rerum diſpoſitionem. Nam ita digeſſit & ordinauit elementa quatuor Deus, ut cœlum ſiue æther ſupremũ ſibi locum uendicarit, proximus aëri ceſſerit, tertium ab igne aqua occuparit, ultimum & infimum terra poſſederit. Hanc elementorum diſtinctionem eleganter deſcribit Ouid. lib. 1. Metamorph.* Bitumen atris ignibus] *Bitumen igni admotum uehementer ardet, & celeriter deflagrat, uelut ſulphur.* Sub hæc] *Id eſt, poſt hæc uerba Canidiæ.* Puer] *Puerum prætextatum terræ infoſſum nunc diris execrationibus Canidiã & miniſtras eius deuouentem introducit.* Mollibus lenire uerbis impias] *Non ut antè fecerat, ſupplicibus & blandis uerbis ſceleratas mulieres mitigabat.* Sed dubius unde rumperet ſilentium] *Incertus à qua re potiſsimùm exordiretur imprecationes ſuas.*

Miſit Thyeſteas preces] *Id eſt, diris imprecationibus eas eſt execratus. Thyeſteæ execrationis meminit Cicero in Piſonem. Fuit autem Thyeſtes Pelopis filius, maledicentiſsimus poëta, & in execrationibus prorſus inhumanus, ut in eandem orationem annotauit Iacobus Omphalius.* Magnum fas nefaſq;] *Id eſt, pia & impia.*

Non ualent conuertere humanam uicem] *Pulchra ſentẽtia eſt. Venena multa quidem efficere poſſunt, & utramq; in partem ualent, ſed tamen à pœnis liberare ſceleſtos homines nequeunt.* Diris agam uos] *Id eſt, tragicis execrationibus uos deuouebo. Alludit ad prouerbium: Execrationis tẽplum. Quod in eos dicebatur, qui crebris execrationibus uti conſueuerunt. Qui mos nunc uulgò pleriſq; plurimùm improbandus, ut nihil dicant, niſi diras admiſceant deuotiones, & imprecamina, uel ipſo horrenda auditu. Eraſm. Refer huc, quæ ſunt in prouerbio: Oedipi imprecatio.* Nulla expiatur uictima] *Non purgatur ſacrificio, neutiquam eſt irrita.*

Nocturnus furor] *Hoc eſt, nocturna larua. Dicitur autem larua, teſte Auguſtino, anima hominum deprauata, & in malis uitæ meritis maculoſæ, quæ à corpore ſeparatæ, terriculamentum ſunt mortalibus.* Occurram] *Noctu enim hominibus occurrentes eos exterrent. Vnde Apuleius laruas uocat noctium occurſacula, buſtorum formidamina.* Petamq; uultus] *Vultus ueſtros unguibus meis lacerabo.* Vmbra] *Sunt enim laruæ noxiæ inferorum umbræ. Sic Ouid. in Ibin:*

» *Tunc quoq; factorum ueniam memor umbra tuorum,*
» *Inſequar & uultus oſſea forma tuos.*
» *Quicquid ero, Stygijs erumpere nitar ab oris,*
» *Et tendam gelidas ultor in ora manus.*

Quæ uis deorum eſt manium] *Quæ eſt poteſtas umbrarum, uidelicet*

delicet ut inimicos ſuos uexare & ulciſci queant. Et inquietis aſſidens præcordiis] Sic Ouidius:

» Me uigilans cernes, tacitis ego noctis in umbris
» Excutiam ſomnos, uiſus adeſſe, tuos.
» Denique quicquid ages, ante os, oculosque uolabo,
» Et querar, & nulla ſede quietus eris.
» Verbera torta dabunt ſonitum, nexæque colubris
» Conſcia fumabunt ſemper ad ora faces.

Per has laruas, uel potiùs furias, pulchrè licet intelligere malam conſcientiam, quæ homines impios terret, agitat, excruciat, & nunquam quieſcere ſinit. Vos turba uicatim] Indicat nunc cuiuſmodi imprecationibus eas obnoxias eſſe uelit: nempe ut ab hominibus ex omnibus uicis accurrentibus, lapidibus appetantur ac obruantur. Poſt inſepulta] Cadauera ueſtra, ſepulturæ honore priuata, à lupis & auibus diſtrahentur & deuorabuntur. Sic Ouidius in Ibin:

» Nec tibi contingat funus, lachrymæque tuorum,
» Indeploratum proijcere caput.
» Vnguibus, & roſtro tardus trahet ilia uultur,
» Et ſcindent auidi perfida corda canes.
» Deque tuo fiet, licet hac ſis laude ſuperbus,
» Inſatiabilibus corpore rixa lupis.

Magna ignominia eſt, ſepulturæ honore, quo extremo defuncti decorantur, carere: Maxima autem, cibum fieri feris, & auibus. Exquilinæ alites] Exquiliæ Romæ mons erat, quo pauperum, perditorum, & ſceleratorum hominum cadauera ſepeliebantur atque proijciebantur, teſte etiam Horatio:

» Huc prius anguſtis eiecta cadauera cellis,
» Conſeruus uili portanda locabat in arca.
» Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum,
» Pantalabo ſcurræ, Nomentanoque nepoti.

THEOD. PVLMAN. } 1 Quidquid in cœlo regit] G.E. Quidquid in cœlo regis, H.B. Quiſquis in cœlo regis, editio Aldina. 3 Et quid] H.G.B. Aut quid, E. Alterum rectius. 4 Vultus] Voltus, G. 5 Per liberos] Iurabant olim per ea, quæ cara erant. Vide Turneb. lib. 18. cap. 25. 15 Canidia breuibus implicata uiperis Crines] Non tam mulier eſſe dicitur & fingitur, quàm Acherontis Furia. Turneb. libro 14. cap. 9. 18 Cupreſſos] Cupreſſus, H.G. 21 Quas Iolcos] Porphyrio rectè. quas Hiolchos, H. quas Colchos, G. E.B. quas & Colchos, editio Aldina. quæ lectiones mendoſæ ſunt. 26 Spargens Auernaleis aquas] Dixit, quòd in ueneficijs & magicis ſacris ſimulatos latices Auerni ſpargere ſolerent, ut apud Maronem (lib. 4. Aeneid. uerſu 512.)

» Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.

Spargitur igitur aqua, ut in ſacris, & ſpecies magicis accommodatæ ueneficijs, & infelices arbores inferisque dicatæ, ut cupreſſi, caprifici ſepulchrales, oua rubetarum ſanguine imbuta, plumæ ſtrigis, herbæ uenenatæ Theſſaliæ & Iberiæ, oſſa erepta ieiuno cani adolentur quodam ſacro. Turneb. lib. 14. cap. 9. 33 Tenoe] Terb, H.G.E. 34 Inemori ſpectaculo: Cùm promineret ore] Eſt mori in ſpectaculo ore prominente. Turneb. lib. 14. cap. 9. 37 Exſecta] Exſecta, H.G.E.B. Exſucta, legendum putat Gabriel Faernus, teſte Lambino. 39 Interminato cùm ſemel fixæ cibo Intabuiſſent pupulæ] Valet, cùm deſiderio cibi mortuus eſſet, & contabuiſſet, eius oculis in cibo antè negato, coram tamen poſito ſemper defixis, fame appetitum prouocante & cibo excitante. Sic autem cibi deſiderio immoriens enecatur puer, ut in eius iecore & medulla maior ſit uis amatorij, & philtri ex deſiderio cibi. Turneb. lib. 14. cap. 9.

43 Et otioſa credidit Neapolis] Qui ſe otio aſſerere cupiebant, & ab urbe ſecedebant, Neapolim non rarò ſe recipiebant: quæ hominum otioſorum domicilium erat. Vide Turneb. libro 29. cap. 2. 46 Deſipit] H.B rectè. Diſipit] G.E. Vide Annotationes ad Oden 28. lib. 3.

51 Nox, & Diana, quæ ſilentium regis Arcana cùm fiunt ſacra] Ad tacitæ Lunæ ſilentium nocturnum reſpexit, & ad ſilentium ſacrorum, in quibus imperari ſolebat, ut linguis faueretur, ne quod ominoſum uerbum excideret, quod ſacra uitiaret. Vide Turneb. libro 12. cap. 5. & lib. 14. cap. 9. 55 Formidoloſis] Formidoloſæ, H.G.E.B. illud, quod habet Aldina editio, magis poëticum eſt. 58 Latrent Suburanæ canes] Heic ſignificat Varum circum cellas meretricũ, & fornicis ſcortari. nam in Subura meretrices erant. Perſius (Sat. 5.)

» —Totaque impunè Subura
» Permiſit ſparſiſſe oculos iam candidus umbo.

Turneb. libro 14. capite 9. Suburanæ, H.G. E.B. quæ uera lectio. Suburranæ, Rob. Stephanus. Suburbanæ, editio Aldina. utrumque corruptum eſt. 59 Quale] Antiptoſis, accuſatiuus pro ablatiuo, ut 1. Satyr. 5. Animæ quales, pro qualibus. Thomas Linacer de Emendata ſtructura Latini ſermonis lib. 6. & Georg. Fabricius Partitionum Grammaticarum lib. 3. Vide Annotationes ad 1. Satyr. 5. 60 Laborarunt] Laborârunt, H.B. 63 Superbam] Superba, B. 73 Potionibus] Cantionibus, Lambini libri nonnulli. 75 —Nec uocata mens tua Marſis redibit uocibus] Hanc meo iudicio continet ſententiam: non te Marſa nenia nec cantione ad me reuocabo, nec mens tua mihi reſtituetur magico carmine: ſed maius quiddam parabo, & ex humanis extis amatorio temperato, non uſitata potione te inſanum amore mei reddam. Turneb. lib. 14. cap. 9.

87 Venena, magnum fas, nefasque, non ualent Conuertere humanam uicem] Sic interpretor: in ueneficijs eſt quidem magna uis, ſed tantùm profectò non poſſunt illa pro hominibus efficere, ut natura æqui & iniqui, ut fas & nefas, ut ius & iniuria mutentur. hoc hominum cauſſa non poſſunt præſtare. Atque, id eſt, humanam uicem, ut in Epiſtolis Ciceronis, noſtram uicem ultus eſt ipſe ſeſe, id eſt, quod facere debuimus, id pro nobis noſtraque uice fecit. Nam debuimus eum ulciſci, qui ſeſe ultus ultrò eſt. Turneb. libro 14. cap. 10.

100 Et Eſquilinæ alites] Cùm ait, eas dicit inſepultas proiectum iri extra aggerem in Eſquilinis puticulis, feris & alitibus laniandas. Erat autem antiquis acerbiſſimum & ignominioſiſſimum honore ſepulturæ carere, obijcique feris, & alitibus, aut in Tyberim trahi, aut in gemonias ſcalas. Mirabitur quiſpiam, cur fingat Eſquilijs ueneficarum nocturna & magica ſacra Horatius: ſed mirari deſinet, qui ſciet eas mulieres buſta ſequi ſolere. erat autem Eſquilijs commune ſepulchrum. Heſychius, τυμβάδας ἔλεγον τὰς φαρμακίδας ἀπὸ τοῦ περὶ τοὺς τύμβους διατρίβειν, καὶ τοὺς νεκροὺς ἀκρωτηριάζειν. Ita à Græcis buſtuarias dicit appellatas, quòd in monumentis ſæpè uerſarentur, & mortuorum cadauera mutilarent. Hæc Turneb. lib. 14. cap. 38. 101 Effugerit] Effugerent, B. Effugeret, G.

GEORG. FABR. } Inuehitur propter aliam cauſam in ſeculum ſuum, uidelicet propter crudelem ſcelerum licentiam, & ueneficiorum conſuetudinem. Veneficas nominat quatuor, & ſingularum facinora, & in facinoribus ſocietatem. Oda eſt μιμητική magna ex parte: nam in principio pueri ingenui refert querelas: & eiuſdem imprecationes in fine: & oratio Canidiæ prolixa, per medium exprimitur. At ô Deorum, quidquid in cœlo, regit Terras] Lectio Donati, Seruij, Helenij, Porphyrionis. Priſciani eſt, Quicquid Deorum in cœlo, pro quicunque Deus cœleſtis. Simili ſententia Titus Imperator apud Hegeſippum, Tibi me abſoluo, quæcunque in cœlo poteſtas, inquit.

Aut quid omnium uultus] Aptius legitur, & quid omnium. Omnium inquit, Canidiæ, Saganæ, Veiæ, Foliæ coniuratarum in caput & ſalutem meam.

Exerta uti medulla] Legitur & ex ſecta, & exuncta: unde Gabrielis Faërni acerrimum iudicium fecit, exſucta, non illepidè: quomodo ſanguinem exugere Plautus in Pœnulo. Formidoloſæ dum latent ſyluis feræ] Magis poëticum eſt, Formidoloſis, quod habet Aldinum.

Latrent Suburanæ canes] Scribendum eſſe, Subura, ſimplice litera, in Roma docui. Subura uicus urbis ſub monte Eſquilino, uerſus Aquilonem, unde mons ipſe Suburanus dictus, uel potius pars montis, à qua cliuus itidem Suburanus, & forum Suburanum. Canes Suburanæ, quæ ab eius loci meretricibus alebantur: & poëta

uetus,

uetus, Suburanam puellam, non pudicam nominat. Et Eſquilinæ alites] Eſquilinas alites intelligit rapaces, & cadauerum carnibus ueſcentes, quia inde non procul ſupplicium de ſceleratis ſumebatur, quod puer ingenuus nunc etiam ueneficis expectandum uaticinatur.

IOD. BAD. ASCENS.} At ô Deorum] Canidiã Veneficam, quæ puerum prætextatum ad ueneficium rapuerat, taxans, inducit ipſum puerum in raptu ſic quæritantem. At] Quaſi dicat ut humanas opes non implorem. O' quicquid Deorum] Id eſt, quicunque exiſtens Deus in cœlo, regis terras & genus humanum. Quid iſte tumultus] Id eſt, mulierum furor. Fert] Id eſt, affert noui, aut quid ſibi uult. Ecquid uultus truces omnium] Scilicet, harum. Veneficarum] Scilicet, Saganæ. Veiæ] Foliæ & Cratidiæ, ſeu Canidiæ, ſup. conuertuntur in me unum. Ego precor ô Canidia] Sup. te. Per Liberos] Scilicet, tuos, quorum memoria, quia illis ſimile contingere poſſet, mihi parcere debeas. Si Lucina uocata] Id eſt, inuocata à te. Affuit ueris] Id eſt, non ſimulatis. Partubus] Id eſt, ſi quos liberos habes, & ij qui tui dicuntur non ſunt ſuppoſiti, ſed tui. precor etiam per hoc decus Purpuræ] Id eſt, per hanc prætextam, quam ut nobilis puer ferebat. Inane] Id eſt, nihil mihi proficiens, quia nihilominus rapior. Et per Iouem improbaturum] Id eſt, damnaturum. Hæc & ita de te ſupplicia ſumpturum. Quid intueris me ut nouerca.. aut ut belua] Scilicet, leo. Petita] Id eſt, laceſſita. Ferro?] Hactenus ſunt pueri uerba. Vt hæc trementi] Verba ſunt poëtæ narrantis, quomodo ueneficæ illæ duce Canidia puerum indulgentem inclementer abripuerunt, dicentisque ſic. Vt] Id eſt, poſtquam puer. Queſtus] Id eſt, conqueſtus. Hæc] Id eſt, huiuſmodi quæ dicta ſunt. Ore triſti conſtitit inſignibus] Scilicet, nobilitatis & generis, uidelicet prætexta & bulla aurea raptis exiſtens. Corpus impube] Sup. tale. Quale poſſet mollire impia pectora Thracum] Id eſt, barbarorum ferocium, quales ſunt Thraces. Canidia magiſtra Veneficarum. Implicata crines & caput incomptum] Id eſt, habens ea implicata ſeu implicita more furiarum. Viperis] Id eſt, ſerpentibus uenenoſis breuibus, pro modulo capillorum uetulæ, nã uult illi uiperas pro capillis fuiſſe. Iubet caprificos] Id eſt, ficus ſilueſtres. Erutas] Id eſt, euulſas ſepulchris. ut ad Necromantiam aptæ ſint. Et iubet cupreſſos funebres] Id eſt, ad funera pertinentes. Et oua uncta ſanguine ranæ turpis] Id eſt, rubetæ. Et plumam Strigis] Scilicet, auis. Nocturnæ] Id eſt, noctu pueros auferre ſolitæ, ſicut & lamiæ. Et herbas] Scilicet, uenenatas ad philtra aptas. Quas Colchos] Scilicet, inſula patria Medeæ & Circes, atque Iberia, quæ eſt ad pontum nõ Hiſpania hoc loco. Ferax uenenorum] Quia naſcuntur plurima ponto mittit. Et iubet oſſa rapta ab ore canis ieiunæ Aduri flammis Colchicis] Id eſt, à Colchicis ueneficis edoctis, ut à Medea, quæ regiam Creontis incenderat. At] Id eſt, ſed. Sagana] Id eſt, ſecunda uenefica, ſpargens per totam domum aquas Auernales] Id eſt, ab Auerno lacu, quo ad inferos deſcenditur. Hauſtas horret] Id eſt, horrida eſt. Capillis aſperis] Id eſt, erectis. Et echinus marinus] Scilicet, piſcis habens teſtam tam aſperam, ut eſt calix caſtaneæ. Eſt & echinus piſcis, qui quod naues immoratur, remora dicitur. Aut aper] Scilicet, ſilueſter currens, quia tunc ſpinoſas ſetas erigit. Veia] Quæ tertia uenefica. Nulla] Id eſt, non ulla. Non abacta] Id eſt, depulſa ab incepto. Vlla conſcientia, cum] Scilicet, nullam recti aut pietatis haberet conſcientiam, quaſi dicat animi humanitate ſecluſa (ſunt aũt abacta & Veia nominatiui, nulla & conſcientia ablatiui caſus.) Exhauriebat] Id eſt, effodiebat humum duris ligonibus. Quo] Scilicet, loco. Vel quo] Id eſt, ideò. Vt puer] Scilicet, prætextatus ille raptus. Infoſſus poſſet emori in longo ſpectaculo dapis bis terque] Id eſt, frequenter mutatæ. Die] Id eſt, per ſingulos dies. Volebat enim puerum deſiderio cibo tantùm oſtenſi emori, ut eius medullæ deſiderij explendi uim haberent. Cum] Scilicet, puer. Promineret] Id eſt, extaret. Ore] Sup. tantum, quantum corpora. Suſpenſa aqua] Id eſt, ab aquis, Extant] Id eſt, eminent. Mento] Id eſt, cùm eſſet infoſſus mentotenus. Ideò uti] Id eſt, ut medulla pueri. Exſecta] Id eſt, extracta (Ab ex & ſeco fit execo) & iecur aridum exectum. Eſſet poculum amoris] Id eſt, philtrum: nam in iecore & Medullis putatur ſumma uis amoris. Cum pupulæ] Id eſt, paruæ imagines oculorum pueri. Intabuiſſent] Id eſt, in mortem reſolutæ eſſent. Semel cibo intermino] Id eſt, non ad terminum, id eſt, os perducto, ſed tantum oſtenſo. Non defuiſſe] Docet & quartam ueneficam Foliam nomine aſſuiſſe, dicens. Et Neapolis otioſa] Id eſt, fabulis & nugis uacans, & talium rerum credula, & omne oppidum uicinum. Id eſt, tota uicinia, quia à Cratidia Neapolitana hæc gerebantur. Credidit Foliam Ariminenſem] Id eſt, ab Arimino illuc uſque aſcitam. Mulierem] Sup. libidinis. Maſculæ] Id eſt, fortis, ſicut maſcula bilis dicitur, aut in maſculos, aut reuera supernè more maſculorum incumbere ſolitæ. Non defuiſſe] Imo aſſuiſſe. Quæ] Scilicet, Folia uenefica. Deripit] Id eſt, deorſum rapit. Cœlo ſydera decantata] Id eſt, carmine deorſum tracta. Voce Theſſala] Id eſt, magica, quæ Theſſali plurimum ualuiſſe creduntur. Et Lunam] Supple decantatam: unde Maro in Buc.

„ *Carmina uel cœlo poſſunt deducere Lunam.*

Hic] Id eſt, hoc loco & tempore, cùm ſic ueneficæ congregatæ ſuas quæque partes explerent. Canidia] Quæ princeps erat. Sæua] Id eſt, immitis. Rodens pollicem] Scilicet ſuum, quem furentes & impatientes rodere ſolent, unde Petronius, ut recitat Acron. Pollice ait uſque ad periculum roſo. Irreſectum] Id eſt, ualde ſectum, aut certè non ſectis unguibus, quod immundæ ueneficæ conuenit. Dente liuido] Id eſt, inuido aut obſcœno. Quid dixit, aut quid tacuit] Id eſt, non dixit? quaſi dicat fas non eſſe dicere ſcelera, quæ dixit, quia nihil quod execrabile eſſet tacuit. Aut furentis morem exprimit, cui neque, quæ dicat, neque quæ taceat comperta ſunt. dixit autem tandem. O' nox & Diana] Id eſt, Luna. Quæ regis ſilentium] Id eſt, ſilentem noctem, cum ſacra arcana, qualia ſunt magica à Romanis prohibita. Fiunt non infideles] Imò fideles. Arbitræ meis rebus] Id eſt, quæ res meas pro arbitrio aut cælare, & perficere, aut reuelare, & fruſtrari poteſtis. Adeſte nunc nunc, & uertite nunc in domos hoſtiles] Scilicet Vari. Iram atque numen] Id eſt, ueſtram potentiam nocendi. Dum] Id eſt, donec feræ. Languidæ] Id eſt, proſtratæ dulci ſopore. Latent ſyluis formidoloſis, Canes ſuburanæ] Id eſt, quæ ſunt in ſubura regione Romana. Latrent ſenem] Scilicet Varum. Quo] Id eſt, ut omnes irrideant ſenem adulterum. Perunctum nardo] Id eſt, unguento nardino ſup. Tali quale (ut Mancinellus uult) pro quali, ex Priſciani auctoritate: malim tamen dicere non rectum à perfectius ſeda laborarunt, ut ſit) ſcilicet, unguentum Nardinum meæ manus non laborarunt perfectius] Scilicet, quàm hoc ſit laboratum. Quid accidit] Scilicet, noui, quod impediat uim incantandi. Cur dira uenena] Id eſt, Philtra. Medeæ barbaræ] Id eſt, qualibus illa uſa eſt. Minus] Id eſt, non ualent ſup. modo, aut minus ualent, quàm tunc ualuerunt. Quibus] Scilicet, Venenis. Ipſa ſuperba] Quia uoti compos. Fugit ultra pellicem] Scilicet, Glaucam, aut Creuſam filiam Creontis. Magni] Scilicet, Corinthiorum regis. Cum puella] Connectitur ſuperioribus ſic. Cum] Id eſt, quando. Palla] Id eſt, ueſtis honeſta mulieri apta, ſicut pallium uiro. Appoſito ille Munus] Id eſt, donum. Imbutum] Id eſt, tinctum. Tabo] Id eſt, ueneno tabificatiuo. Abſtulit nouam nuptam] Id eſt, ſponſam Iaſonis Creuſam, aut Glaucam. Incendio] Scilicet, ignis ex ueneficio oborti. Atqui] Id eſt, ſed quomodo non efficio, quod uolo, nec herba, nec radix latens in locis aſperis, fefellit me, & tamen ſup. Varus indormit. Cubilibus omnium pellicum] Id eſt, aliarum concubinarum, quas ſibi quod ſe eius uxorẽ cenſeat pellices cenſet. Vnctis obliuione] Id eſt, munitis contra incantamenta, quæ ut in efficacia obliuione præterit Varus: & hic ſenſus mihi quadrantior, quàm is, quem Mancinellus colligit. Nam ſequitur ah ah, quæ uox iam reſipiſcentis eſt, ipſe ambulat. Solutus] Id eſt, expeditus. Carmine] Id eſt, per carmen ueneficæ. Scientioris] Id eſt, peritioris. Quam Canidia] Scilicet, ſit, aut quam ego ſum, ſi id uerbis Canidiæ dicas, quæ per ſe quẽſ

sermo,

ſermonem in Varum ait. O Vare caput fleturum] *Id eſt, qui præcipuè fleturus es, tu recurres ad me potionibus* Non uſitatus] *Id eſt, non uulgaribus, utpote ex pueri medullis.* Nec mens tua redibit] *Scilicet, in ſe.* Vocata] *Id eſt, reuocata.* Vocibus Marſis] *Id eſt, quibus Marſi, & quicunque alij in Italia faſcino, quid poſſint ualent, quia ego parabo &* Ego infundam tibi faſtidienti] *Id eſt, ſuperbè contemnenti, ſcilicet hæc leuiora pocula.* Poculum maius] *Id eſt, potentius & efficacius.* Cœlum ſidet] *Id eſt, ſedem capiet prius inferius* Mari] *Id eſt, quàm ſit mare, &* Hac tellure] *Id eſt, terra quæ infima modo eſt.* Porrecta] *Super ſcilicet cœlum.* Quam non flagres] *Id eſt, ardeas.* Sic amore meo] *Id eſt, à me tibi immiſſo, alioqui ſecundùm Vallam diceret mei* Vt] *Quemadmodum bitumen ſup.* Flagrat ignibus atris] *Id eſt, piceis, & uix extinguibilibus.* Puer ſub hæc] *Id eſt, circa, aut inter hæc, uel paulò antequam hæc fierent.* Non lenire] *Id eſt, non leniebat ſeu leniebat.* Iam] *Scilicet amplius.* Impias] *Scilicet ueneficas.* Precibus mollibus] *Vt fecit antequam ueneficas ſciſſet.* Sed dubius unde rumperet ſilentium] *Id eſt, unde loqui inciperet.* Miſit] *Id eſt, emiſit* Preces] *Id eſt, imprecationes* Thyeſteas] *Id eſt, quales Thyeſtes in Aeacum fratrem miſerat.* Venena] *Id eſt, ueneficia non ualent conuertere* Vicem] *Id eſt, uiciſsitudinem humanam, appoſitoriè* Magnum fas & nefas] *Id eſt, ut faciant id, quod fas eſt, nefas aut è diuerſo: quia fas nemo ſine præmio, & nefas ſine pœna committit.* Agam] *Id eſt, perſequar* Vos diris] *Id eſt, execrationibus.* Deteſtatio dira] *Id eſt, quæ dira dicitur execratio.* Nulla uictima expiatur] *Id eſt, purgatur.*

Quin] *Id eſt, quin etiam inſuper.* Vbi] *Id eſt, poſtquam ego* Iuſſus] *Scilicet à uobis in quarum manibus ſum.* Perire] *Id eſt, emori.* Expirauero] *Id eſt, ſpiritum emiſero, quod argutiſsimè dictum eſt. Nam ueneficæ perire ipſum uelint, uerùm animus non eſt periturus, ſed expirandus.* Et ergo ego occurram] *Scilicet uobis* Furor nocturnus] *Id eſt, agens uos nocturno tempore in furias, &* Ego umbra] *Scilicet corporis mei, hoc eſt, inter manes deputatus.* Petam] *Scilicet inſidioſè & uiolenter* Vultus] *Scilicet ueſtros.* Curuis unguibus] *Scilicet meis.* Quæ uis] *Id eſt, poteſtas, aut uiolentia eſt* Deorum manium] *Id eſt, inferorum: quia id dij inferi poſſunt cum prodeſſe nequeant. Et ego aſsidens tanquam perſecutor.* Præcordijs] *Id eſt, intimis affectionibus ueſtris.* Inquietis] *Id eſt, furore & timore percitis.* Auferam] *Scilicet uobis ſomnos* Pauore] *Id eſt, per pauorem, quem uobis immittam. At ne inane putent etiam uiuorum minatur ſupplicium addens.* Vos turba] *Proſequitur: ut dixi puer execrationem ſuam dicens.* Turba] *Scilicet populi uiuentis.* Pecens] *Id eſt, inuadens* Vos uicatim] *Id eſt, per uicos.* Hinc & hinc] *Id eſt, ex utraque parte* Saxis] *Id eſt, lapidibus* Contundet] *Id eſt, tundendo obruet.* Vos anus] *Id eſt, uetulas, obſcœnas, quia ueneficas & libidinoſas.* Poſt] *Id eſt, & poſtea* Lupi & alites] *Id eſt, aues.* Exquilinæ] *Id eſt, quæ in exquilijs, ubi cadauera & immundicias ſectiantur uerſari ſolitæ.* Diſtrahent] *Id eſt, in diuerſa ferent & diſtrahent.*

Membra] *Scilicet ueſtra inſepulta.* Neque hoc ſpectaculum] *Id eſt, tormentum ueſtrum, quod parentibus meis ob necem meam ſpectaculo erit.* Effugerit heu] *Inter dolentis uox* Parentes] *Scilicet meos* Superſtites] *Id eſt, adhuc uiuentes, quaſi dicat, uos quidem facitis ut contra curſum naturæ parentes mihi ſuperſtites ſint, ſed non efficietis ut uos illis ſuperſtites ſitis, quia ultione publica de uobis ſumpta gaudebunt.*

ANTON. MANCIN.] *Hac Ode in Canidiam ueneficam ſcribitur, ea quippe adamans Varum, à quo ſpernebatur prætextatum puerum, cum Sagana Veia, & Folia ueneficis mulieribus clam ceperat, ſpoliauerat, in foſſam uſque ad Metum cum incantata aquæ immerſerat, quo ex illius fame deficientis medulla & iecore amoris poculum parare poſſet, puer autẽ ſalutis expers diris imprecationibus illas eſt inſecutus. De eadem uerò Canidia latiùs Epodo tertia diximus. Præterea de Canidia & Sagana latè idem Horat. ſcribit in Satyra octaua primi libri: ubi incipit carmẽ,*

,, *Vidi egomet nigra ſuccinctam uadere palla*

,, Canidiam, &c. — *Eſt autem metrum primo ſimile.* At ô deorum] *Timentis pueri uerba ad deos.* At] *Enim timoris interiectio eſt, quæ quidem plenam affectus, motusq́ animi ſignificationem habet.* Deorum quicquid] *Id eſt, quicunque dei in cœlo regitis terras & homines.* Fert] *Appetit.* Tumultus] *Mulierum furor.* Et quid ferunt] *Id eſt, appetunt.* Per liberos te] *Canidiam puer orat, iam ſe capientem* Veris partubus] *Id eſt, legitimis filijs, uel non fictis partubus, per quod innuit eam uel non peperiſſe, uel ex adulterio concepiſſe.* Lucina] *Hanc grauidæ inuocabant, quoniam exactis menſibus lucem naſcentibus Iuno præbet, unde appellatur Iuno Lucina ab iuuando & luce, ut Varro docet. Macrob. libro 7. ſcribit, quomodo Diana, quæ Luna eſt ἀρτεμις dicitur, quaſi ἀεροτεμις, hoc eſt, aërem ſecans. Lucina à parturientibus inuocatur, quia proprium eius munus eſt, diſtendere rimas corporis, & meatibus uiam dare, quod eſt accelerando partui ſalutare.* Inane] *Vanum, non enim ſibi proderat.* Purpuræ decus] *Prætextam intelligit. Patritij enim bulla aurea cum toga cui purpura prætexebatur, utebantur. Cordis autem figuram in bulla ante pectus annectebant, ut illam inſpicientes ſe homines cogitarent, ſi corde præſtarent. Togam uerò prætextam ferebant, ut ex purpuræ rubore ingenuitatis pudore tegerentur: ut Macrob. libro primo Satyr. ſcribit.* Petita ferro belua] *Leonem intelligit, uulneratus enim obſeruatione mira percuſſorem nouit, & in quantalibet multitudine appetit. Eum uerò raptumq́ ſternit, nec uulnerat, auctor Plinius libro 8.* Inſignibus] *Hoc eſt prætexta & aurea bulla.* Impube corpus] *Sup. tale erat.*

Thracum pectora] *Sunt enim Thraces bellicoſiſsimi & crudeles. Hinc Polydorus lib. 3. Aeneid. ait Aeneæ.*

,, *Heu fuge crudeles terras.*

Mela etiam ſcribit Thraces feroces eſſe & immites, unde, ut inquit quidam, feri ſunt, & ad mortem paratiſsimi: nec fœminis quidem ſegnis eſt animus ſuper mortuorum uirorum corpora interfici, ſimulq́ ſepeliri uotum eximium habent. Eſt autem Thracia Europæ regio iuxta Myſiam & Macedoniam Propontidem, ut libro 3. Ptolemæus edocet Dionyſius etiam aſſerit Thraces per ampliſsimam regionem diffuſos partim ad latus Propontidos maris colere, partim ad Helleſpontum coniectos, partim etiam ad Aegæum tenere. Caprificos] *Eſt caprificus è ſylueſtri genere ficus, nunquam matureſcens eius uirtutes ſunt plurimæ. Quarũ una eſt quod caprificus ferocium taurorum, collo circundata in tantum rabidam naturam compeſcit, ut immobiles præſtet. Plin. libro 23. Ita ſcribit naſcitur autem in parietibus, & ſaxeis monumentis: hinc alij qui dictam putant caprificum, quod parietes quibus naſcitur carpit.* Cupreſſus funebres] *Cupreſſus diti ſacra eſt, & ideo funebri ſigno ad domos poſita, ut Plinius libro 16. ſcribit. Seruius autem libro 6. Aen. ſic ait. Cupreſſus adhibetur ad funera, uel quod cæſa non repullulat, uel quod per eam funeſtata oſtenditur domus, ſicut lætam frondes indicant feſtæ. Varro tamen dicit pyras ideò cupreſſo circundari, propter grauem uſtrinæ odorem, ne eo offendatur populi circũſtantis corona, quæ tamdiu ſtabat, reſpondens fletibus, Præficæ planctum principi, quandiu conſumpto cadauere & collectis cineribus. Dicebat nouiſsimũ uerbum ilicet, quod ire licet ſignificat. Vnde eſt. Dixitq́ nouiſsima uerba hæc Seruius ibi.*

,, *Et ferales ante cupreſſos conſtituit.*

Funebres luctuoſas] *Funerium uerò dicitur, quod ex funere conſtat. Funeſtum quidem quod funere inquinatum eſt.* Turpis ranæ] *De rana rubeta intelligit, cuius & in terra, & humore uita plurimis referta medicaminibus: ut Plinius libro octauo docet. Dicuntur autem rubetæ, quia in uepribus & rubis uiuunt, ut idem ſcribit libro 29. de ouis aſſerit, quomodo ranæ habent, & cum ouis ſocietatem ſimul fronti impoſitæ contra Epiphoras Strigis de ſtrigibus lib. 6. Faſt. ſic ait.*

,, *Sunt auidæ uolucres non quæ Phyneia menſis,*
,, *Guttura fraudabant, ſed genus inde trahunt.*
,, *Grande caput ſtantes oculi, roſtra apta rapinæ.*
,, *Canicies pennis, unguibus hamus ineſt.*
,, *Nocte uolant, puerosq́ petunt nutricis egentes.*

Te Et.

„ *Et uitiant cunis corpora rapta ſuis.*
„ *Carpere dicuntur lactentia uiſcera roſtris.*
„ *Et poto plenum ſanguine pectus habent.*
„ *Eſt illis Strigibus nomen, ſed nominis huius*
„ *Cauſa, quod horrenda ſtridere nocte ſolent.*

Colchos atque Iberia] *Hæ regiones ſibi coniunctæ ſunt in ponto prouincia ad Septentrionem, de quibus latè Ptolemæus libro 5. In Ponto autem prouentus eſt malorum graminum. Hinc Ecloga 8. Maronis legitur.*

„ *Has herbas atq; hæc Ponto mihi lecta uenena.*
„ *Ipſe dedit Mœris, naſcuntur plurima Ponto.*

Flammis Colchicis] *Quales Medæa Colchis tractauit. Epodo etiam penultima idem Horat. de Canidia inquit.*

„ *Cales uenenis officina Colchicis.*

Sagana] *Alterius ueneficæ nomen.* Expedita] *Accincta.* Auernales aquas] *Contiguus Baijs Lucrinus adeſt ſinus, intra quē Auernus eſt. In Auerno maiores noſtri, inquit Strab. libro quinto Homerica defunctorum uaticinia fuiſſe, fabulis edidêre. Eſt autem Auernus & fundo, & oſtio ſinus commodus, & magnitudine, & natura portum continens. Supercilia quædam ardua Auernum undique circumcludunt præter oſtium. Strabonis tempore amœnus culta modis. Olim autem agreſtibus referta nemoribus, & proceris arboribus inuia, quæ ſuperſtitione quadam umbris obſcurum ſinum reddebant. Rumor erat indigenarum, ſuperuolantes aues, quas teter exhalans odor examinaret in ipſas aquas decidere. Sicut in locis ad Plutonem deferentibus, hanc autem locorum partem Plutoni dicatam opinabantur: placatisq; prius per ſacrificia dijs manibus illuc intrabant: aderat enim qui talibus exponendis ductores eſſent, ſacerdotes locorum fructus percipientes: fons uerò ibi fluuialibus ſcatens aquis excurrit: in mare ab eius uſu abſtinebant omnes, Stigias opinantes eſſe aquas: eo in loco conſtructum erat oraculum, ex aquarumq; feruore uicinarum Phlegetontem eſſe coniecturam factitabant, & ex Acheruſia palude iuxta Miſenum. Hæc ex Strabone.*

Auernales aquas] *In Auerno defunctorum uaticinia fiebant, quæ loci pars Plutoni dicata exiſtimabatur. Maro quoque de Didone ueneficia pro amore parante, dixit lib. 4. Aen.*

„ *Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.*

Erat enim prope fons in mare excurrens à cuius uſu abſtinebant omnes: Stigias opinantes eſſe aquas, ut latius paulò ſuperiùs diximus. Echinus] *Echini piſces ſunt è cancrorum genere, in quibus ſpinæ pro pedibus: ingredi eſt ijs in orbem uolui, ora in medio corpore in terram uerſa. Plinius libro nono, id ſcribit. Eſt etiam terreſtris Echinus qui Erinacius aliter dicitur. Abacta remota à nulla* Conſcientia] *Id eſt, cognitione ſui ipſius cordis.*

Veia] *Alterius ueneficæ nomen.* Ligonibus] *Ligo ruſticum inſtrumentum eſt, dicitur autē quod propter latitudinem ſub terra facilius legitur, ut Varro docet.* Exhauriebat] *Effodiebat, euacuabat.* Quo poſſet] Ordo eſt, *quo loco puer infoſſus poſſet emori in longo ſpectaculo dapis mutata bis terq; die. Puero enim anteponebantur epulæ, ſæpiùs deinde mutabantur: ut ſpectando magis puer ipſe affligeretur eſuriens, quod etiam Porphyrionis eſt ſententia, & magis quidem conueniens, quàm aliorum quorundam opinio.* Quantum] Ordo eſt, *tantum, quantum corpora ſuſpenſa ab aqua extant mento.* Exucta uti] *Veneficij autem explicat, ut ſcilicet ex pueri uiſceribus amatorium poculum facerent. Plinius libro 28. ſcribit non paucos Græcos ſingulorum uiſcerum, membrorumq; hominum, ſcilicet etiam ſapores dixiſſe, alij autem medullas crurum quærebant, & cerebrum infantium. Miletus oculorum ſuffuſiones felle hominis ſanari docuit.* Iecur pueri] *Scilicet quod aridum appellat Horat. Iuuen. uerò Satyra prima ſiccum: ait enim.*

„ Quid referam quanta ſiccum iecur ardeat ira.

Quod quidem propter choleram ait, *quæ calida & ſicca. Cholera aūt ab ipſo epate ad fel tranſmittitur, ex qua ira mouetur: hinc Cholerici faciliùs iraſcuntur, propter humoris tenuitatem.*

Interminato] *Senſus, quod ex pueri medulla & iecore amoris poculum uolebant efficere, quum ſemel intabuiſſent pupulæ fixæ.*

Cibo interminato] *Id eſt, quum iam morituri eſſent.* Interminato cibo] *Id eſt, interdicto. Non enim fuerat terminatus in ore ipſius pueri. Sed tantum poſitus ante oculos, ut magis cruciaretur, hinc ait* pupulæ fixo cibo, *& de hoc oſtendit ſenſum illum Acronis, & alterius non conuenire ibi* longo die, bis terq;, *&c.*

Vel interminato] *Id eſt, affixo, & ualde terminato, & per id immobili.* Intabuiſſent] *Id eſt, languiſſent* Pupulæ] *Paruæ oculorum imagines, quas Phyſici dicunt ante triduum morituris non apparere. Plinius etiam ait libro 7. In oculorum & narium aſpectu indubitata eſſe mortis ſigna. Celſus quoque libro primo de indicijs mortis inter alia ſcribit, eſſe oculos concauos, & ſi oculi lumen refugiunt, & illachrymant, quæque in his alba eſſe debent rubeſcunt, atq; in iiſdem uenulæ pallent, pituitaq; in his innatans, nouiſſimè angulis inhæreſcit, &c.*

Foliam] *Hæc alia uenefica erat. Ariminenſem. Fuit Ariminum Vmbrorum colonia, ſicut & Rauenna, uerum utraque Romanos accepit inquilinos: habet autē Ariminum portum, & eiuſdem nominis amnē, auctor eſt Strabo libro quinto.* Neapolis ocioſa] *Innuit prædicta Neapoli facta eſſe. Nam Gratidia Neapolitana fuit, ut ſuperiùs dictum eſt. Ocioſa autem Neapolis à poëta dicitur, quoniam ut Strabo libro quinto, edocet habebat Neapolis calidarum aquarum ſcatebras, & apparatiſsima balnea, inde plurimi è Roma ſeceſſum faciebant, aut quietis, atque ocij gratia, præſertim qui eruditioni operam darent, aut remiſsioris uitæ deſiderio, maximè quos ſenectus affligebat, uel aduerſa ualitudo, &c.*

Voce Theſſala] *Id eſt, magica. Theſſali enim cantibus lunam cœlo ducere dicebantur: hinc Tibullus elegia 8 ait. Cantus & è curru lunam deducere tentat, & faceret ſi non æra repulſa ſonent. Et Plautus in Amphit. inquit. Ego pol hodie ulciſcar illum Theſſalum ueneficum, qui peruerſè uertit familiæ mentem meæ, diximus & plura in Iuuen. Sat. 6. ibi.*

„ *Vna laboranti poterit ſuccurrere luna,* *Et:*
„ *Illic Theſſala philtra.*

Irreſectum pollicē] *Id eſt, ualde & uſque ad periculōroſum. de ungue autē intelligit, per hoc denuum Canidiæ atrocitatem, & furorem oſtendit.* Liuido] *Atro, inuido, moleſto & rabido. Sequenti Epodo ait, an ſi quis atro dente petiuerit.* Quid dixit, aut quid tacuit] *Quaſi dicat, omnia ſcelera protulit, nec quicquam prætérijt.* Arbitræ] *Iudices, mediæ conſciæ teſtes.* Quæ ſilentium regis] *Nocte enim omnia ſilent: ſed tunc potiſsimum, quum Luna latet. Vnde Plinius libro 16. cap. 55. ait. Inter omnes conuenit utiliſsimè in coitu eius ſterni ſup. arbores, quem diem alij interlunium, alij ſilentii lunæ appellant. Diana uerò dicta, quia noctu quaſi diem efficeret. Auctor Tull. in libro de Natura Deorum. In Veneficijs autem ac Magicis Diana ſemper inuocabatur, quod item libro 4. & libro 6. Aen. latè patet.*

Nomen] *Veſtram potentiam.* Hoſtiles domos] *In Varum eſt imprecatio à quo ipſa ſpernebatur. Vnde orat noctem & Dianam efficiant illum, ſenem quoque adulterum eſſe, & ita cruciari amoris impatiētia, ut nocturno tempore, quo etiam feræ quieſcunt unguento perunctus, per urbem uagetur ad uiſendas amicas, canes alatrent, & omnes irrideant.*

Formidoloſis] Ordo eſt, *dum ferè dulci ſopore languidæ latent ſyluis formidoloſis canes ſuburanæ latrent, ſenem nardo perunctum.* Quo] *Id eſt, ut omnes irrideant adulterum.* Quale] *Id eſt, tali nardo, quali & cætera.* Suburanæ canes] *Erat ſubura celeberrima in urbe regio, ſic dicta quod ſub muro terreo carinarum eſſet, ut ſcribit Varro, qui deinde ait. Subura Iunius ſcribit, ab eo quod fuerit ſub antiqua urbe, cui teſtimonium poteſt eſſe, quod ſubeſt & loco, qui terreus murus uocatur.* Nardo perunctum] *Id eſt, Nardino unguento. Summa commendatio unguentorum eſt, ut tranſeuntem fœminam odor inuitet, etiam aliud agentem: nardi folium principale eſt in ungentis, frutex eſt graui & craſſa radice ſub breui ac nigra: folio paruo, denſoq;. Cacumina in ariſtas ſe ſpargunt. Ideo gemina dote nardi ſpicas ac folia celebrant. Syncerum quidem leuitate deprahenditur & colore rufo odoriſq; ſuauitate & guſtu, maximè ſiccante os ſapore iucundo. Laudatur Syriacum, mox Gallicum, tertio loco Creticum,*

cum. Ita Plinius libro 12. ſcribit. Quale] *Pro quali. Inuenies tamen à crudele etiam & à perenne & à bimeſtre, de quibus noſtram ſpicam declinationis uideto. Priſc. etiam libro 17. dicit Horatium hoc loco poſuiſſe* tale quale*, pro tali quali.* Meae manus] *Per id unguentariam fuiſſe apparet.* Quid accidit] *Miratur Canidia cur uoti compos ueneficijs ſuis non fieret, contra uarum ipſam ſpernentem.* Venena Medeae] *Id eſt, qualibus Medea uſa eſt in Glaucam Creontis filiam, & Iaſonis ſponſam.*

Superba] *Id eſt, potens. Vlta pellicem, expulſa Medea, Iaſon Glaucam ſeu Creuſam Creontis regis Corynthi filiam duxit uxorem, quapropter irata Medea per filios dona quædam uenenis illita ſponſæ miſit. quæ quum illa corpori applicuiſſet, incidit in morbum, paterq́ auxilium filiæ ferens, quum corpori illius hæſiſſet illicò expirauit. auctor Diodorus libro quinto. Nosq́ plurima diximus Epodo tertia.* Palla] *Erat palla honeſtæ mulieris ueſtimentum, hoc eſt, tunicæ pallium, ut Marcellus aſſerit.* Tabo] *Id eſt, ueneno. Atqui aſſerit ſe nil omiſiſſe, de illis quæ Medea egerat, miratur igitur cur uoti compos non fuerit.*

Indormit unctis] *Ordo eſt, indormit Varus cubilibus unctis obliuione omnium pellicum, putat enim aliam ueneficam id egiſſe: ut Varus ſcilicet amore liber omnium ſit oblitus meretricum, &c.* Pellicum] *Propter ſeipſam, id ait.* Ah ah] *Doloris interiectiones: poſſunt etiam riſus eſſe aliquando.* Non uſitatis] *Ordo eſt, ô Vare appoſitio:* caput fleturum recurres ad me potionibus non uſitatis, nec mens tua redibit ad me uocata uocibus Marſis. Marſis uocibus] *Id eſt, cantibus. Sunt Marſi Italiæ populi prope Fucinum lacum. Solin. autem ſcribit, Marſorum gentem ſerpentibus illæſam eſſe nil mirum. nam à Circes filio ij genus ducunt: & de uitta potentia deberi ſibi ſciunt ſeruitium uenenorum, ideoq́ uenena contemnunt. Medeæ filius Marſis imperauit. Angitia autem Medeæ ſoror uicina Fucino loca occupauit: ubi ſalubri ſcientia aduerſus morbos reſiſtente, quum deſiſſet hominem uiuere, Dea eſt habita. Hæc ex illo. Virg. etiam lib. 7. de ijs meminit. Vnde ait*

„ *Neq; eum iuuere in uulnera cantus*
„ *Somniferi & Marſis quæſitæ in montibus herbæ.*

Faſtidienti] *Scilicet me Canidiam.* Sidet] *Deſcendet, ſuberit. id eſt, elementorum ordo mutabitur.* Bitumen atris ignibus] *Bitumen liquidum, quod Naptham uocant igni admotum corripit ignis, & ſi corpus eo illitum igni admoueris deflagrat, nec aqua ullo pacto extingui poteſt, ſed magis ardet, niſi ualde multam ſuper infuderis. Nigrum Bitumen Babyloni in lucernis pro oleo utebant. Hæc ex Strab. libro 16. Plinius autem libro 35. cap. 14. ſcribit Bitumen alibi eſſe limum, alibi terram. Gignebatur & pingue liquoriſq́ oleacei in Sicilia, utebanturq́ eo ad lucernarum lumina olei uice. Vis Bituminis, quæ ſulphuris.* Sub hæc] *Circa hæc.* Non tam] *Vt ante mollibus. Erat enim ſalutis expers.* Leniret] *Pro leniebat, id eſt, mulcebat, placabat, mitigabat.* Mollibus] *Id eſt, blandis.* Vnde rumpet ſilentium] *Vnde loqui inciperet.* Thyeſteas preces] *Id eſt, diras imprecationes, & qualibus Thyeſtes in atreum uſus eſt, cognitis filiorum membris, uti in Tragœdijs latè habetur. De Atreo autem & Thyeſte latiſſimè diximus,* Ode 6. *libri* 1. Venena magnum fas nefasque] Ordo eſt. *Venena non ualent conuertere humanam uicem appoſitio.* Magnum fas & nefas] *Id eſt, meritum & pœnam cuiuſq.* *Eſt enim ſenſus,* quod uenena licet multa poſſint efficere, attamen nullo pacto conuertent cuiuſque merita, *nam uel præmijs, uel pœnis afficientur omninò merentes.* Diris] *Diræ execrationes dicuntur: ac deteſtationes ſeu maledicta, ut etiã Porphyrio aſſerit.* Agam inſequar] *Dyra deteſtatio, ſiue execratio, & maledictio.* Nulla expiatur uictima] *Nullo ſacrificio expiari, id eſt, purgari poteſt, itaque quod imprecatur omninò futurum innuit.* Nocturnus occur. furor.] *Indignatio & ira.* Ouid. *item ait in Ibin.*

„ *Tum quoq; quum fuero uacuas dilapſus in auras.*
„ *Exanimis manes oderit, umbra tuos.*
„ *Tum quoq; factorum ueniam memor umbra tuorum.*
„ *Inſequar & uultus oſſea forma tuos,*
„ *Quicquid ero ſtygijs erumpere nitar ab undis.*
„ *Et tendam gelidas ultor in ora manus:*
„ *Me uigilans cernes tacitis ego conditus umbris,*
„ *Excutiam ſomnos uiſus adeſſe tuos.*
„ *Deniq; quicquid ages ante os, oculoſq́ uolabo.*
„ *Et quærar & nulla parte quietus eris.*
„ *Verbera ſæua dabunt ſonitu, nexæq́ colubris,*
„ *Conſcia fumabunt ſemper ad ora faces.*

Quae uis d. eſt ma.] *Id eſt, furiarum, ergo multo magis timendũ.* Inquietis p] *Hinc Iuuen. Sat.* 13. *inquit de periuris & ſceleſtis.*

„ *Cur tamen hos tu euaſiſſe putes, quos diri conſcia facti*
„ *Mens habet attonitos, & ſurdo uerbere cædit.*
„ *Occultum quatiente animo tortore flagellum.*

Philoſophus ait:

Stultos malorum memoria torqueri.

Vos turba] Ordo eſt. Turba hominum] *Scilicet uicatim hinc & hinc ſaxis petens, contundet uos, appoſitio.* Obſcœnas anus] *Liuius autem furoris ipſe cauſa erit.* Vt populus] *Scilicet eas ſaxis opprimat ſcelerum cauſa.* Vicatim] *Per uicos.* Obſcœnas] *Maledicas, immundas, uitabiles.* Diſſerent] *Diſtrahent, Id eſt, in uarias partes ferent* Eſquilinæ] *Scilicet, Exquilinæ alites.* Exquilinae] *Mons dicitur ubi ædis eſt Mariæ maioris, & Viti in macello. Dictæ exquiliæ ab excubijs regis, ſeu ab eo, quod exculte ab rege Tullo eſſent ut Varro docet. Neque hoc, cum dolore optat earum ſupplicia à ſuis etiam parentibus aſpicienda. Eſt autem ordo.* Hoc ſpectaculum neque effugerit parentes] *Scilicet, meos, heu mihi ſuperſtites.* Heu] *Dolentis interiectio, dolet enim parentum memoria, dolet item ſe harum ſcelere ſuperſtitem parentibus ſuis eſſe non poſſe, ut æquum eſſet euntibus, ordine fatis.*

ODE VI. IN POETAM MALEDICVM.

Ode V I. Dicolos diſtrophos, ut: Ibis Liburnis inter alta nauium.

⏑– ⏑– –– ⏑– –– ⏑⏑
–– ⏑– –– ⏑–

ARGVMENTVM IN ODEN VI.

In Claſſem quendam, ut nonnulli uolunt, poëtam maledicum quidem illum, ſed in ignauos tantùm & quietos, hortatur igitur eum Horatius, ut in ſe conuertat impetum, qui uiciſſim poſſit remordere non ſecus ac Archilochus Lycambem, & Hipponax Bupalum.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Maledicum quendam poëtam, peregrinos timidos potiùs quam ciues & audaces perſtringere ſolitum, hortatur hac Ode Horatius, ut ſe fortem, & remordere paratum inuadat.

QVID immerētes hoſpites uexas
 canis,
Ignauus aduerſum lupos?
Quin huc inanes, ſi potes, uer-
 tis minas,
Et me remorſurum petis?
Nam qualis aut Moloſſus, aut fuluus Lacon,
 Amica uis paſtoribus,
Agam per altas aure ſublata niues,
 Quæcunꝗ præcedet fera.
Tu, cùm timenda uoce compleſti nemus,
 Proiectum odoraris cibum.
Caue, caue: nanꝗ in malos aſperrimus
 Parata tollo cornua.
Qualis Lycambe ſpretus infido gener,
 Aut acer hoſtis Bupalo.
An, ſi quis atro dente me petiuerit,
 Inultus ut, flebo, puer?

COMMENTARIA.

ACRON.

QVID immerentes] Caſsium maledicum poëtam in ſe irritat, minaturꝗ ſi ſolita rabie fuerit elatus. Immerentes] Nihil mali meritos. Hoſpites] Peregrinos. Vexas] Fatigas, ut:

„ Dulichias uexaſſe rates.

Canis] Benè maledicum, canem uocauit, uelut qui & ipſe morderet. Ignauus aduerſus lupos] Lupis homines fortes comparauit. Vitas ergo, inquit, q ſe ulciſci poſſunt, at miſeros laceras: & quia carminibus alios notabat, prouocat ut in ſe audeat dicere, qui cũ uelit, ut lupus remordeat. Amica] Amicos canes paſtoribus dixit, ut Virgil.

„ Nunquam cuſtodibus illis
„ Nocturnũ ſtabulis furem incurſusꝗ luporum,
„ Aut impacatos à tergo horrebis Iberos

Vis] Sagaces canes dixit, Et odora canũ uis. Agam per altas aure ſublata niues] Seruat metaphorã, & dicit ſe agere, hoc eſt, perſequi aure ad latratus poſita inferas, & oſtẽdit ſe perſecuturũ uerba maledici. Tu cum timenda uoce] Demonſtrat eum pecuniã quærere maledictis, qua accepta ita deſinere, ut canis qui reperto cibo inſectari deſinit. Caue, caue] Non ſe aut munere placandũ, aut precibus dixit, ſi maledictis eius cœperit reſpondere. Parata tollo cornua] Vt,

„ Cornu ferit ille, caueto.

Qualis Lycambe ſpretus infido gener] Lycambe, datiuo caſu poſuit, cuius hæc fabula eſt: Lycambes habuit filiã Neobulen, hanc cum Archilochus in matrimoniũ poſtulaſſet, promiſſa, nec à patre data eſt, huic iratus Archilochus in eum maledicũ carmen ſcripſit, quo Lycambes tanto eſt dolore cõpulſus, ut cum filia uitam laqueo finiret. Aut acer hoſtis Bupalo] Hypponactẽ ſignificat, qui Bupali filiã nuptam petijt, & pro deformitate eſt contemptus. Illud tamen uerius uolunt, Bupalũ fuiſſe pictorem apud Clazomenas ciuitatem Aſiæ, hic Hipponactem quendam poëtam deformẽ, pro riſu pinxit, quo ille furore cõmotus, tali eum carmine perculit, ut ſe laqueo ſuſpenderet. Vnde nunc ſimilis carminis uim maledico minatur Horatius. Atro dente] Maledico aut obtrectatorio ſermone.

PORPH. } Quid immerentes hoſpites uexas, canis] In hac ecloga allegoricῶs uidetur loqui ad eum, qui cùm dicacitatis amaritudine ſectaretur, quietos alioquin homines, in eo ſibi gloriã aſsignauerit, quòd illi cedentes, ei uiderentur non ſufficere reſpondendo. Amica uis paſtoribus] Amica nunc pro utili dicitur. Agam per altas aure ſublata niues. Quæcunque præcedet fera] De ſe hoc poëta dicit, ſignificans non defuturam ſibi linguæ amaritudinem, ſi prouocetur alicuius improbitate. Qualis Lycambæ ſpretus infido genere] Lycambæ, datiuus caſus. Archilochum autem ſignificat, qui Lycambem probroſis carminibus uſque eò inſectatus eſt, ut ille mortem ſibi conſciſceret, hoc autem eo fecit, quod ille filiam ſuam in matrimonium promiſſam, mox denegaſſet. Aut acer hoſtis Bupalo] Aequè datiui caſus eſt, ut huic Bupalo. Hipponacta ſignificat, qui æquè iambicis uerſibus Bupalum perſecutus eſt. Inultus ut flebo puer] Ordo,

„ Inultus flebo ut puer.

CHRIST. LAND. } Quid immerentes hoſpites uexas canis] In poëtam maledicum inuehitur, ſiue Mæuius ſit, ſiue Bauius ſit, qui Horatio, Vergilioꝗ aduerſi erãt, De quib. Maro,

„ Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui
„ Atꝗ idem iungat uulpes & mulgeat hircos.

Eumꝗ admonet ne laceſſat qui ipſum remordere poſsit. Hoſpites] Quaſi dicat domeſticos & intelligit amicos Octauiani. Lupos] Id eſt eos, qui mordendi eſſent, & non peterentur ſine periculo. Inanes] Quæ præter uerba nihil illatæ ſint. Et me remorſurum] Qui potero referre, aut pares, aut ſuperiores gratias. Nã qualis] Ordo eſt, ego agam, id eſt, impellam & inſectabor per altas niues aure ſublata, nam ſic conſueuerũt canes audaces omnem feram quæcunꝗ præcedet me & agam talis, qualis aut Moloſſus, aut Lacon. Nam in Epyro & in Laconia erant optimi canes. Legitur apud Plinium canem Moloſſum percuſſorẽ domini lamatu & latratu indicaſſe. Amica uis paſtoribus] Nam greges à lupis defendũt. Tollo cornu] Mutat trãſlationem, & dicit ſe ſimilem tauro, qui cornua tollat in eos qui ſibi maledicunt. Licambæ] Hic Neobolem filiam Archilocho poëtæ deſpondit, nec deinde dedit. Quapropter adeò illum ſuis iambeis inſectatus eſt Archilochus, ut laqueo uitam finire cum filia coëgerit. Vel Hipponactem intelligit, qui Bupali filiam nuptum petens, ob deformitatem repulſus eſt. Alij dicunt Bupalum pictorem Hypponactem quẽdam deformem poëtam ob deriſum pinxiſſe. Qua iniuria illum furore motũ tali eum carmine inſectatum eſſe, ut laqueo ſe ſuſpẽderet. Gener] Scilicet Archilochum. Acer hoſtis] Scilicet Hypponactes. Flebo ut puer] Nam pueri eſſe uidetur iniurias flere, uiri uero ulciſci.

ERAS. ROT } Tollere cornua, pro eo quod eſt, animo efferri Translatum è pecoribus, quæ cornibus oppoſitis minantur.

HENR. GLAR. } Quin huc inanes, ſi potes, uertis minas? } Quin Mancinellus exponit, id eſt, potius, oblitus quod Valla, cuius ſtudioſus lector fuit, exponat pro cur non. Ideoꝗ hic locus, interrogatiuè legendus: quod nec Badius animaduertit, qui uerte & pete legit, pro uertis & petis, malè utrunꝗ, cum nec carmen, nec ſenſus patiatur.

HERM. FIGVL. } Quid immerentes hoſpites uexas, &c.] Rectè & conuenienter hominem maledicum cani comparat, animali admodum mordaci, & in externos infeſto. Ignauus aduerſum lupos] Imbellis, timidusꝗ aduerſus animoſos, & reſiſtere ualentes uiros. Quin huc inanes, ſi potes] Cur non potius inutiles clamores, & terrores tuos in me conuertis, & repugnaturum me aggrederis? Nam qualis aut] Nũc cani uenatico alacri, & forti ſe comparat. Moloſſus, aut fuluus Lacon] Sic dicti à patria, nam in Epiro, & Laconia boni ac præualidi naſcebantur canes. Quod etiam teſtatur Virgil.

„ Nec tibi cura canum fuerit poſtrema, ſed unà
„ Velocis Spartæ catulos, acremꝗ Moloſſum
„ Paſce ſero pingui: nunquam cuſtodibus illis
„ Nocturnum ſtabulis furem, incurſusꝗ luporum,
„ Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

Amica uis paſtoribus] Quia paſtores & greges à lupis, furibusꝗ defendunt. Agam per altas niues] Manet in tranſlatione canũ, quorum mira eſt alacritas in uenando: incredibilis ad inueſtigandum ſagacitas narium. Tu cùm timenda uoce] Oſtendit ignauum & loquacem poëtam lingua melius, quàm uiribus pugnare: ue luti timidi canes uehementiùs latrant, quàm mordent. Proiectum odoraris cibum] Per hoc ſignificat canem inertem, & ad culinam magis adſuefactum, quàm ad uenationem. Parata tollo cornua] Id eſt, ferox ſum, & animo elato. Translatum à pecoribus, quæ cornibus oppoſitis minãtur. Qualis Lycambe] Qualis fuit Archilochus poëta Parius in Lycamben ſocerum ſuum: quem ſuis maledicis uerſibus ad mortem compulit, propter repulſam, quam paſ-

ſus

ſus erat in nuptijs filiæ eiuſdem. Acer hoſtis Bupalo] *Hypponax poëta fuit Epheſius, Iambographus, amarulentæ mordacitatis. Is Bupalum pictorem, quòd deformi ab eo ſpecie pictus eſſet, carminibus Iambicis ita inſectatus eſt, ut uitam laqueo finierit.* An ſi quis atro dente me pet.] *Si quis me cõuicijs lacerarit, certè, non flebo ut puer, ſed ut fortem decet uirum, audacter me ulciſcar.*

THEOD. PVLM. } 5 Quin huc inaneis, ſi potes, uertis minas, Et me remorſurum petis?]

Quid? hôc inaneis uerte, ſi potes, minas,
Et me remorſurum pete. H.

Hôc, pro huc Virg. Aeneid. 8 uerſu 423.

„ *Hôc tunc ignipotens.*

Quin huc inanes uerte, ſi potes, minas,
Et me remorſurum pete.

Georg. Fabricij libri manuſcripti quatuor.

14 Bupalo] *H.G.B. rectè.* Bubalo. *E. Bupali meminit* Plin. *lib. 36. cap. 5. Vide Hadriani Iunij Animaduerſorum lib. 2. cap. 16. & Adagiorum Centuriam 5. Adagio 53.*

GEORG FABR. } *Talis ueterum librorũ inſcriptio, quæ cum Helenij annotatione conuenit. De Caſsio iſto Seneca, Tacitus, Suetonius, Acro, fuit ſordidæ originis, & uitæ maleficæ. Relegatus ex urbe, & bonis exutus, in ſaxo Seriphio conſeneſcit. Hũc propter acerbitatem, quam ei Fabius tribuit, poëta cani comparat,* τὸ γὰρ λοιδορεῖσθαι κυνὸς ἔργον, *ait Menãder. Eſt alluſio* παρονομασίᾳ, *ut Caſsium canẽ nominet, eiq; Archilochẽ & Hypponacteam uindictam minitatur. Eſt hæc oda magna ex parte* [illegible]. Quin huic inanes, ſi potes, uertis minas] *Inueni & in Anhaltino, & in Saxonico, & in duobus meis manuſcriptis,* Quin huc inanes uerte, (*ſi potes*) minas, *Et me remorſurum pete. quod non minorem uim, quam lectio peruulgata habet. Plaut. in Mil.* Quin tu orationem hinc ueterem atq; antiquam amoue. *Eadem ſententia Aeneas ait Turno,*

„ *Verte omnes tete in facies, & contrahe quidquid*
„ *Siue animis, ſiue arte uales.*

Aut acer hoſtis Bupalo] *Hæc noſtrorũ librorum ſcriptura.* Bupalum Anthermi filium, *uel, ut alij, fratrem pictorem ad ſuſpendium adactum, ab Hypponacte tradunt poëtæ noſtri interpretes, falſum eſſe Plinius ait.*

IOD. BAD. ASCENS. } Quid immerentes] *Impiam cuiuſdam inſolentiam, qui non remorſuros mordebat caſtigat, dicens.* O canis] *Id eſt, uir canina rabie, quid uexas hoſpites. id eſt, peregrinos & externos.* Immerentes] *Id eſt, qui nihil in te cõmeruerũt.* Exiſtens ignauus] *Id eſt, ſine opera & arte torpẽs* Aduerſum lupos] *Id eſt, acres aut nociuos uiros.* Quin] *Id eſt, potius ſi potes* Verte minas] *Scilicet tuas.* Inanis] *Id eſt, nullius efficaciæ.* Huc] *Id eſt, in me, & pete* Me remorſurum] *Id eſt, qui remordeam te. Nam ego exiſtẽs talis, qualis aut* Moloſſus] *Id eſt, canis epiroticus aut* Lacon] *Id eſt, canis laconicus.* Fuluus] *Scilicet, in colore, appoſitiuè.* Vis amica] *Id eſt, quorum uterque eſt amica uis.* Paſtoribus] *Scilicet contra lupos.* Agam aure ſublata] *Id eſt, erecta.* Per altas niues] *Sup. feram, quæcunque fera præcedet.* Tu uero] *Cum compleſti nemus* Voce timenda] *Id eſt, latratu tuo, quem timent, qui te non noſcũt.* Odoraris] *Id eſt, libenter ſi inuenias odoraueris.* Cibum proiectum] *Quia putridum, quaſi dicat, ſectaris imbelles, & tamen nihil capis.* Caue, caue] *Scilicet me laceſſere: nam ego aſperrimus in malos tollo cornua, in morem bouis Petulci. unde in Satyra de ſe facit, dicentes.* Fœnum habet in cornu, exiſtens Talis qualis gener.] *Scilicet Archilochus ſpretus* Lycambæ] *Scilicet ſocero eius infido, quia neganti filiam, ei deſponderat. hoc eſt, compellam te ad ſuſpendium, ſicut Archilochus Lycamben, aut exiſtens* Tibi talis qualis acer hoſtis] *Scilicet Hipponax.* Bupalo] *Scilicet pictori aut ſculptori, quem ad ſimile exitium compulit.* An putas] *Sup. quod ſiquis* Petiuerit] *Laceſsiuerit me dente* Atro] *Id eſt, inuido.* Ego flebo inultus ut puer?] *Quaſi dicat, id minimè fecero.*

ANTON. MANCIN. } *Hæc Ode in maledicum ſcribitur, qui in externos & infimos, quietosq; potiùs, quàm in ciues, & in fortes timenda uoce latrabat. Hortatur eum Horatius ut in ſe, ſi poteſt uertat inanes minas: nam remorſurus eſt, non enim ut puer flebit, ſiquis eum atro dente petierit.* Quid immerentes] *Metrum eſt ſimile primo. Eſt autem, ordo.* Tu canis ignauus aduerſus lupos quid uexas hoſpites immerentes. Hoſpites] *Peregrinos & externos. Canis Ouid. etiam in Ibin ait.*

„ *Vulneraq; immitis requiem quærentia uexat,*
„ *Iactat & in toto uerba canina foro.*

Cani autem non ab re maledicum comparauit, nam canum rabies Syrio ardente homini peſtifera eſt, quod autem Plin. ſcribit Ignauus, inutilis dicitur, & non aptus induſtriæ, nam induſtrios gnauos dicimus. Lupos] *Fortes uiros, & qui remordere poſſunt.* Quin] *Id eſt, potius hoc loco, uario quidem modo auctores hac particula utuntur, quod etiã Gellius lib. 16. meminit.* Nam qualis aut] Ordo eſt, Nam talis, qualis aut Moloſſus canis, aut fuluus Lacon, *appoſitio, uis amica paſtoribus ſublata aure* Per altas niues agam] *Scilicet feram quæcunq; fera præcedet, per id autem oſtendit ſe ſagacem eſſe, nec unquam præcedentem feram dimiſſurum, hoc eſt, ſibi nocentem aliquem relicturum, quin uicem reddiderit. Comparat demum ſe optimis canibus, illum uerò ignauis, & clamoſis tantummodò.* Moloſſus] *Epirotarum gens Moloſsi ſub Pyrrho Neoptolemo fuẽre. Theopompus 14. Epirotarũ gentes fuiſſe refert, è quibus celebratiſsimæ Chaones & Moloſsi, quippe qui totius Epyroticæ terræ quãdoq; regnum tenuẽre: Prius quidem Chaones, poſterius uerò Moloſsi, qui propter regum agnationem magis ac magis amplificati fuerant. nam ex Aeacidarum ſanguine prognati erant, Strab. lib. 7. id ſcribit. Plin. autem lib. 8. refert in Epyro agnitum à cane in conuentu, percuſſorem domini, laniatuq; & latratu adactum, ut cogeretur fateri ſcelus. Hos canes etiam Maro lib. 3. Georg. laudat his uerbis.*

„ *Nec tibi cura canum fuerit poſtrema, ſed una,*
„ *Veloces Spartæ catulos, acremq; Moloſſum:*
„ *Paſce ſero pingui.*

Fuluus Lacon] *Lacones canes. Naſo etiam lib. 3. Met. laudauit, ſcribit enim.*

„ *Spartana gente Melampus.* item,
„ *Præualidusq; Laco.*

Laconica autem regio eſt Achaiæ, quæ priſcis annis centenis præfuit urbibus, unde Hecatompolis uocitata eſt, de qua quidem multa Strab. lib. 8. meminit. Amica uis paſtorib] *Epexegeſis eſt ſuperiorum, per appoſitionem igitur leges: dicit enim Moloſſum canem et Laconẽ eſſe uires amicas paſtoribus, per eos namq; & ab lupis, & ab furibus tuti redduntur.* Proiectum odoraris cibũ] *Metaphora eſt, per id enim eum ignauũ eſſe innuit. uerbis nãq; magna oſtendit, deinde re minima acquieſcit: ut canes ignaui ſolent obiecto cibo, quod Moloſſus aut Lacõ nõ facerẽt, ubi latratus emiſerint fera aliqua præcedente.* Parata tollo cornua] *Nunc ſe tauro comparat, qui inſtigatus cornibus ferit.* Qualis] *Quaſi, talis ero, qualis gener* Spretus infido Lycambæ] *Lycambæ gener. Lycambes Neobolem filiam habuit. Eam Archilocho ſpopondit, abnuit poſtea, iratus igitur Archilochus in eum metrum iambicũ, & maledicũ ſcripſit, qua de re Lycambes cum filia laqueo uitam finiuit, id autem & Acron aſſerit. Fuit autẽ Archilochus Lacedæmonius Romæ regnante Tullo Hoſtilio, ut dixit Cornelius nepos. Meminit etiam lib. 1. Valerius in titulo de Seueritate. Quintilianus autem ſcribit libro 10. in Archilocho fuiſſe ſummam uim elocutionis, tum ualidas, tum breues, uibranteſq; ſententias, plurimum ſanguinis atq; neruorum.* Acer hoſtis Bupalo] *Hipponax poëta hic intelligitur, fuerat enim deformis à Bupalo pictore pro riſu depictus, quo furore poëta commotus, tali carmine illum perſecutus eſt: ut uitam laqueo finire adegerit, quod item Acron edocet. Dicunt alij Bupalum ſculptorem, & Antherenum, quibus Hipponax ipſe turpi effigie in contemptum fuerat ſculptus, qua de re turpi carmine eos eſt inſecutus, unde laqueo ſe ſuſpenderunt.* Atro dente] *Id eſt, uenenoſo.* Flebo] *Expletur lachrymis, egeritur dolor, inquit Ouid. Pueri autem offenſi lachrymas egerunt, ira quadam quod ſe ulciſci non poſſunt.*

ODE VII. IN BELLVM RENOVANTES.

Ode VII. Dicolos diſtrophos, ut: Ibis Liburnis inter alta nauium.

–– ᴗ– –ᴗᴗ ᴗ– –– ᴗ–,
–– ᴗ– –– ᴗ–

ARGVMENTVM IN ODEN VII.

Execratur belli ciuilis furorem, quo Romani ciues crudelius inter ſe, quàm ullæ feræ, & lupi ſui generis belluas nõ laniant, ut ſe mutuò homines, quanquam ait, ſatis hoc potius imputandum ſit, ut poſteri dent pœnas, ob parricidium à Romulo commiſſum in fratrem innocentiſsimum.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Grauiter inuehitur in ſceleratos & ſeditioſos ciues, qui poſt Philippenſem pugnam, Ciuile bellum furioſa mente inſtaurare, & domeſticis ſeditionibus ſe denuò perdere conabantur: cum crudeliſsimæ etiam beluæ in ſuo genere probè degant, nec ita inter ſe pugnent, ut homines. Excuſat tamen Romanos, & in fata, ac ſcelus Romuli cauſam inteſtini illius mali transfere.

COMMENTARIA.

QVO' ? quò ſceleſti ruitis? aut cur dexteris
Aptantur enſes conditi?
Parum'ne campis, atq; Neptuno ſuper
Fuſum eſt Latini ſanguinis?
Non, ut ſuperbas inuidæ Carthaginis
Romanus arces ureret:
Intactus aut Britanus ut deſcenderet,
Sacra catenatus uia:
Sed ut, ſecundum uota Parthorum, ſua
Vrbs hæc periret dextera.
Nec hic lupis mos, nec fuit leonibus
Nunquam niſi in diſpar, feris.
Furor'ne cæcus, an rapit uis acrior?
An culpa? reſponſum date.
Tacent, & ora pallor albus inficit,
Menteſq; perculſæ ſtupent.
Sic eſt, acerba fata Romanos agunt,
Scelusq; fraternæ necis,
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

ACRON.

QVO'? quò ſceleſti ruitis?] *Illud bellũ cum exclamatione ſignificat, quod ab Auguſto geſtũ eſt, contra Brutũ & Caſsium interfectores Cæſaris.* Enſes conditi] *Vaginis incluſi.* Fuſum eſt Latini ſanguinis] *Ciuilis belli tempore.* Intactus] *Antè inuictus.* Vt deſcenderet] *Vt uictus pro triumpho duceretur.* Secundũ uota Parthorum] *Qui occiſo Craſſo metuebant Romanos, niſi bellũ ciuile emerſiſſet.* Sua Vrbs hæc periret dextera] *Vt Lucanus: In te uerte manus, nondum tibi defuit hoſtis.* Neque hic lupis mos] *Vt ſeipſi perſequerentur.* In diſpar feris] *Hoc eſt, in diuerſam naturam.* Vis acrior] *Fatalis quædam neceſsitas.* An culpa] *Velut interroget cauſas furoris.* Et albus ora pallor inficit] *Velut qui conſcientiam peccati monſtraret, ut:*

» *Pallor ſimul occupat ora.*

Albus autem palloris epitheton. Stupent] *Scilicet ſollicitudine.* Acerba fata Romanos agunt] *Hoc eſt, tanquam illis tacentibus, ipſe intellexerit belli ciuilis originem, inde in nepotes tractam, quia occiſo fratre Romulus parricidiũ perpetrauit, inde eſt: Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.* Sacer] *Execrabilis, execrandus.*

PORPHYRION.

Quò? quò ſceleſti ruitis?] *Eleganter in tumultu ab exclamatione incipit, ad eos autem dicit, qui furioſa mente inſtaurare bellum ciuile conabantur.* Aut cur dexteris Aptãtes enſes conditi] *Qui iam conditi erant, cur dexteris enſes accommodantur? ac ſi diceret:*

» *Stringitis gladios in uagina iam conditos.*

Neque hic lupis mos, neque fuit leonibus Vnquam, niſi in diſpar feris] *Senſus eſt: Feræ non faciunt, quod uos ô Romani, ſanguinem inuicem petentes, nam feræ eiuſdem, quæ ſunt generis, inter ſe pacem habent, diſpares ſe inſectantur.* In diſpar feris] *Diſpar aduerbium eſt nunc, ac ſi diceret, diſpariter feris.* Furor'ne cæcus, an rapit uis acrior] *Quæ eſt acrior uis, quàm furor? aut numquid deorum iræ?* Tacent, & ora pallor albus inficit] *Elegans otioſitas, quaſi his uerbis conuicti ſteterint, deinde conſcientia ſceleris palluerint.* Sic eſt, acerba fata Romanos agunt] *Eleganter, quaſi tandem inuenerit furoris huius cauſam intulit. Senſus enim eſt: Sic eſt, hoc eſt, ſine dubio fato agimur ad hoc bellum, ſupplicium pendentes, ob cædem Romuli in fratrẽ admiſſam.* Sacer nepotibus cruor] *Sacer utique pro uenerabili nunc intelligendum, niſi forte epitheton, ut ſolet, ad ipſum facinus reuocamus, ut ſacer cruor pro ſacro, id eſt, execrabili cæde effuſo, dictum ſit. Sacrum autem, & pro execrabili ueteres dixiſſe notum eſt, ut apud Virgilium:*

» *Quid non mortalia pectora cogis*
» *Auri ſacra fames?*

CHRIST. LAND.

Quò? quò ſceleſti ruitis?] *Vehementer bellum deteſtatur, & cum tanquam querebundus in Romanos inuectus fuerit. Deinde eos excuſat. Putat Acron bellũ cum exclamatione nominare, quod inter Brutum & Auguſtum geſtum ſit. Sed forte potius bellum inter Auguſtum & M. Antonium & Cleopatram.* Sceleſti] *Audaciter uituperat, quos paulò poſt excuſaturus ſit.* Ruitis] *Quod furioſæ perturbationis eſt, & non conſilij.* Non ut ſuperbas] *Nam eſſet laudandum bellum aduerſus ſuperbos hoſtes ſumptum, ut contra uituperandum eſt ſi geratur contra ciues.* Catenatus] *Sic enim ducebantur reges captiui, & principes in triumpho.* Sacra] *Nam uia ſacra perducebat à porta triumphali ad Capitolium, per quã procedebat triumphus.* Sua dextera] *Ciuili bello.* Neq; hic mos] *Omnia bruta ſui generis animalibus parcunt. Solus autẽ homo in hominẽ fertur.* Furor'ne cæcus] *Quærit furore ne animi an fato ferantur.* Reſponſum date] *Fingit non reſpondere interrogatos, quod pœnitentiæ, pudoriſq; ſignum ſit.* Sic eſt] *Concludit à fato fuiſſe bellum, & culpam contractam à Romulo, qui fratrem Remum dominandi cauſa interemit.* Sacer nepotibus] *Id eſt, execrabilis poſteris, quia pœnas eſſent luituri.*

HENR.

HENR. GLAR. } Nec fuit leonibus Vnquam, niſi in diſpar feris] *Quidam pro unquam legunt nunquam. Porphyrio etiam exponit* diſpar diſpariter. *Mihi placet ut feris ſit adiectiuum à* leonibus, *& diſpar intelligamus genus. Vt ſit ordo: neq; unquam hic mos fuit feris leonibus, niſi in diſpar genus. Et ſanè hic eſt ſenſus ſimplex ac uerus.*

HERM. FIG. } Ruitis] *Furibundi & ſine ratione ferimini.* Cur dexteris aptantur enſes] *Cur arma repoſita in uaginas uel armaria, nunc rurſus depromuntur, & ad bellum parantur? Hoc eſt, cur motus ciuilis iam ſopitus renouatur?* Parū ne campis] *Satis, ſuperq; terra & mari mutuis uulneribus laniauerunt, ſe Romani ciues.* Atq; Neptuno ſuper] *Hoc eſt, in mari, per Metonymiam. Eſt enim Neptunus Deus atq; rex maris: ſic dictus à nando.* Non ut ſuperbas] *Non ideo fuſus eſt ſanguis Romanus, ut aut Carthago extingueretur, aut Britanni uicti in triumpho magna cum laude ducerentur, ſed ut urbs ſuis & domeſticis armis, ſecundum uota hoſtiū, periret.* Inuidæ Carthaginis] *Inuidiæ cauſa inter Romanum & Pœnum fuit, quòd eodem tempore paribus uterque uotis ac uiribus imperium orbis agitauit.* Arces ureret] *Vt factum eſt tertio bello Punico, quo ita domicilia tēpla Carthaginis flagrarunt, ut per continuos decem & ſeptem dies uix potuerit incendium extingui, autore Floro.* Deſcenderet ſacra catenatus uia] *Nam uicti reges & hoſtes currum triumphantis uictoris, per ſacram uiam in Capitolium aſcendentis deſcendentisq;, præcedere, & catenas collo geſtare cogebantur. Florus: Tandemq; opertum catenis Iugurtham in triumpho populus Rom. aſpexit.*
Secundum uota Parthorum] *Id eſt, ex uoluntate hoſtium noſtrorum. Parthi autem præ cæteris infeſti erant Romanis, à quibus etiam graue uulnus, autore Craſſo, populus Romanus accepit.*
Neq; hic lupis mos] *Hoc eſt, beſtiæ etiam efferatiſſimæ ita ſe mutuò in ſuo genere non mactant, ut homines, non bello, ſed amicitiæ nati, inter ſe dimicant. Huic affine eſt, quod refert Plinius in proœmio libri 7. Denique (inquit) cætera animantia in ſuo genere probè degunt: congregari uidemus, & ſtare contra diſsimilia: leonum feritas inter ſe non dimicat: ſerpentum morſus non petit ſerpentes: ne maris quidem beluæ ac piſces, niſi in diuerſa genera ſæuiunt: At hercule homini plurima ex homine ſunt mala.*
Furor ne] *Interrogat ciues Romanos, an furore, an fato, an culpa rapiantur ad bellum ciuile.* Tacent] *Videlicet conuicti meis uerbis.* Ora pallor inficit] *Conſcientia culpæ & ſceleris pallent.* Mentes perculſæ] *Recordatione flagitij territæ & agitatæ.*
Sic eſt] *Per ſubiectionem concludit, ciuilia bella à fatis eſſe immiſſa, culpamq; tractam à ſcelere Romuli primi urbis conditoris, fratrem ſuum ob regnandi libidinem occidere auſi.*
Scelusq; fraternæ necis] *Scelus commiſſum à Romulo, cùm fratrem Remum innocentem nefariè interfecit, ut ita ſolus poteretur imperio. De morte Remi uariè ſcripſerunt autores. Plutarchus in uita Romuli, Liuius lib. 1. Decadis 1. Ouid. libro 4. Faſtor. Plinius cap. 2. De uiris illuſt. Florus lib. 1. cap. 1. Eutropius lib. 1. cap. 4. Oroſ. lib. 2. cap. 4.* Sacer nepotibus] *Teter, execrandus, deteſtabilis poſteris.*

THEOD. PVLM. } 12 —Niſi in diſpar, feris] Niſi in diſpar genus. *Lambini manu ſcripti libri complures.* Niſi in diſpares feras, *Gul. Peliſſerij codex manuſcriptus, ut teſtatur Lambinus.* 16 Perculſæ] Percuſſæ. *E.*
17 Agunt] Premunt, *Luctatius in 1. Thebaide citat, teſte Georg. Fabricio.*

GEORG. FABR. } *Auctores belli ciuilis deteſtatur, & tantarum miſeriarum inquirit cauſam, quam in fata confert, & in hominū ſcelera, magnis ſupplicijs digna.* Quo? quo ſceleſti ruitis?] *Vera diſtinctio. Ita Terent. in Eun. Quid? quid uenire in mentem nunc poſſit mihi? quid nam?* ἀναφορά *[illegible]. Cicero ad Marium, Quid tibi ego alia narrem? noſti enim reliquos ludos: quid? ne id quidem lepôris habuerunt, quod ſolent mediocres ludi.* Mentesq; perculſæ ſtupent] *Percuſſæ, attonitæ, ut, Percuſſit illico animum. Apollonius* [illegible]. *Lucan. 2.*
„ *Magnanimi percuſſit pectora Bruti.*

In diſpar, feris] *Alij in diſparibus, contra carmen & ſententiam. In diſpar, hoc eſt, aduerſus diſsimile, & non generis eiuſdem.*
Acerba fata Romanos agunt] *Luctatius citat in 1. Theb. Romanos premunt, lectio uulgata non inſuauis eſt.*

IOD. BAD. ASCENS. } Quò? quò] *Duæ ſunt uoces. Nam Ordo eſt, quo ô ſceleſti, quo inquam* Ruitis] *Id eſt, ſine conſilio ferimini, aut* Cur enſes conditi] *Id eſt, abſconditi iam pacatis bellis.* Aptantur dexteris] *Scilicet, ueſtris?* Et ne parum ſanguinis Latini] *Id eſt, Italici, ſuperfuſum campis* Aut Neptuno] *Id eſt, mari? quaſi dicat ſatis ſuperq;. Non ut, &c. Ordo eſt.* Non] *Sup. ideo ſic ruitis, aut hæc facitis.* Vt Romanos ureret ſuperbas arces Carthaginis inuidæ] *Id eſt, inimicos ueteres expugnetis, aut ut* Britannus populus ferox intactus] *Scilicet, ab armis Romanis, aut nondum ſubactus* Deſcenderet] *Id eſt, in contumeliam duceret.* Catenatos] *Id eſt, catenis à triumphante uinctus.* Sacra uia] *Id eſt, per uiam ſacram, quæ in capitolium ducit.* Sed ut urbs] *Scilicet, Rom.* Periret ſua dextera] *Id eſt, proprijs uiribus, & inteſtinis bellis.* Secundum uota Parthorum] *Qui ſcilicet id maximoperè deſiderabant, unde ne illis complaceant meritò abſtineant, quo ſenſu dictum eſt Aeneid. 2.*
„ *Hoc Ithacus uelit & magno mercentur Atridæ.*
Neq; hic mos] *Scilicet, ſæuiendi in conſimilem ſpeciem, fuit unquam lupis, nec leonibus feris.* Niſi in] *Id eſt, contra* Diſpar] *Scilicet, animal aut genus animantium.* Ne] *Pro an.* Furor cæcus] *Id eſt, uos excæcans.* An uis acrior] *Id eſt, fatalis neceſſitas, aut occulta deorum ira.* An culpa] *Scilicet ueſtra.* Rapit] *Sup. uos.* Date reſponſum] *Id eſt, reſpondete?* Tacent & pallor albus] *Qualis ex pudore & timore naſcitur.* Inficit ora] *Scilicet, eorum.* Et mentes perculſæ] *Id eſt, attonitæ deorum ira.* Stupent] *Sic* Eſt] *Id eſt, certè ea ratio eſt.* Acerba fata & ſcelus fraternæ necis] *Quia Romulus Remum occiderat.* Agunt Romanos] *Quaſi conditoris, ſicut protoplaſti ſcelus in omnes poſteros defluxerit.* Vt] *Id eſt, poſtquam cruor remi* Immerentis] *Id eſt, innocui.* Fluxit in terram exiſtens ſacer] *Id eſt, horrore proſequendus* Nepotibus] *Id eſt, omnibus poſteris & minoribus. Hic ergo non Auguſtum taxat, ſed eos qui contra eum bella mouebant, quaſi fatale ſit, ut ſub tam bono principe turba in arma ruat.*

ANTON. MANCIN. } *Hæc Ode Romanos arguit ciuile bellum inſtaurantes, de quo tamen intellexerit, non facilè dignoſci poteſt. De bello quidem Actiaco contra Antonium & Cleopatram intelligere magis placet. Id enim finis armorum ciuilium fuit, de quo etiam 1. Epodo Horat. innuit.* Quò? quò ſceleſti ruitis] *Metrum eſt ſuperiori ſimile, incipit autem ab exclamatione propter armorum tumultum.* Ruitis] *Sine conſilio quidem.* Enſes conditi] *Poſt Caſsij & Bruti, & Sexti Pompeij interitum qui erant bella ciuilia. Ita omnis Romanorum uis, atq; poteſtas ad duos tandem Antonium, ſcilicet & Auguſtum Cæſarem peruenerat, ut Apianus lib. 7. meminit, propter Cleopatram exinde deſciuit Anton. qua de re pugnatum eſt acriter apud Actiū. Epyri promontorium, ut 1. Epod. diximus.* Non] *Sup. fuſus eſt, Latinus ſanguis.* Intactus Britannus] *Finis erat orbis ora Gallici littoris, niſi Britannia inſula nomen pene orbis alterius mereretur, octingētis & amplius millibus paſſuum longa porrigitur. Auctor eſt Solinus, Ptolemæus lib. 2. ſcribit in inſulis Britanniæ nec montes, neq; paludes, nec fluuiorum fontes eſſe.* Intactus Britannus] *Diuus Hieronymus de temporibus ſic ait. Claudius de Britannis triumphauit, & Orcadas inſulas Romano adiecit imperio, in cuius gloriæ memoriam filium ſuum Britannicum appellauit. Sunt autem Orcades 30. anguſtis inter ſe ductæ ſpacijs. Auctor Mela. Plinius etiam lib. 4. de ijs ſcribit catenatus. Ibat enim uictus hoſtis ante triumphantem oneratus colla cathenis.* Sacra uia] *De hac ſuperius patuit, ſed ſupple fuſus eſt Latinus ſanguis, ſecundum uota Parthorum. Craſſo pugnante in Parthos ingens clades accepta eſt ab Romanis, ut latiùs ſecunda Ode lib. 1. narrauimus, quare Parthorum animi ad ſummum elati ſunt. Deinde tamen ſub Marco Antonio repreſsi, prælijs enim octo, & decem ſuperati ſunt, Antonius poſtea ad ciuile bellum conuertit animum. De Parthis autem*

legito Apianum in lib. qui Parthicus inſcribitur. Vbi etiam legitur, quòd Ventidius ſolus de Parthis uſq; ad ætatem Apiani triumphauit, qui ſub Traiano imperatore ſcripſit. Aduerte tamē Ventidium triumphaſſe, priuſquam Antonius in Parthos iuiſſet. Sua dextera] *Id eſt, bellis ciuilibus.* Neq; hic lupis] *Plin. lib. 7. de homine ait. Nulli rabies acrior, deniq; cætera animantia in ſuo genere probè degunt, congregari uidemus, & ſtare contra diſsimilia, leonum feritas inter ſe non dimicat, ſerpentium morſus non petit ſerpentes, ne maris quidem beluæ ac piſces, niſi in diuerſa genera ſæuiunt. at Hercule homini plurima ex homine ſunt mala. Seneca item epiſtola 104. ſic ait.* Ab homine homini quotidianum periculum, aduerſus hoc te expedi, hoc intentis oculis intuere, nullum eſt malum frequentius, nullum pertinacius, nullum blandius. Tempeſtas minatur antequam ſurgat, crepāt ædificia antequam corruant, prænunciat fumus incendium, ſubita eſt ex homine pernicies, & eo diligentius tegitur, quo propius accedit. &c. Furor] *Impetus.* Inſania] *Ira.* Vis acrior] *Id eſt, fatalis neceſsitas.* Culpa] *Scelus aliquod, cuius cauſa in ſe ipſos irruerent Deorum numine.* Tacent] *Oſtendit illos uerbis ſuperioribus conuictos tacuiſſe: deinde conſcientia culpæ & ſceleris palluiſſe.* Perculſæ] *Territæ memoria culpæ ac ſceleris.* Stupent] *Torpent, incertæ ſunt, ſenſu carent.* Sic eſt] *Illis tacentibus pallentibus, & ſtupentibus, innuit fato & culpa Romanos agi ad bella ciuilia, ſupplicium ſubeuntes ob Romuli cædem in fratrem admiſſam.* Acerba fata Romanos agunt] *Apianus in lib. qui Syrius inſcribitur. Narrat magos & Seleuco regi conſulenti de die, & hora iaciendorum fundamentorum urbis ſic reſpondiſſe.* Fatalem quidem ſortem, ô rex ſiue bonam, ſiue malam, neque hominis, neque urbis fas eſt permutare, quædam enim urbium, quemadmodum & hominum ſors eſt, &c. Scelus fraternæ necis] *Vt dij, in quorum tutela ea loca eſſent augurijs legerent eum, qui nomen nouæ urbi daret, qui conditam imperio regeret, palatinum Romulus, Remus Auentinum ad inaugurandum templa capiunt. Priori Remo augurium fertur ſex uultures, iamq; nunciato augurio, quum duplex numerus Romulo ſeſe oſtendiſſet, utrumq; regem ſua multitudo conſultauerat. inde cum altercatione congreſsi certamine irarum ad cædem uertuntur, ibi in turba ictus Remus excidit. Vulgatior fama eſt ludibrio fratris Remum nouos tranſiluiſſe muros, inde ab irato Romulo interfectū: ita ſolus potitus imperio Romulus, condita urbs conditoris nomine appellata. Palatinū primùm in quo ipſe erat educatus muniit, &c. Hæc ex Liuio. Lucanus etiam lib. 1. ait.*

„ *Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.*

Vt] *Id eſt, poſtquā.* Sacer nepotibus] *Id eſt, execrandus & horrendus: nam ſuo cruore, id erant expiaturi.*

ODE VIII. IN ANVM LIBIDINOSAM.

Ode VIII. Dicolos diſtrophos, ut: Ibis Liburnis inter alta nauium.

υ– υ– –– υ– –– υ–
–– υ– –– υ–

ARGVMENTVM IN ODEN VIII.

In anum, quæ cùm annoſa eſſet, & fœtida, mirabatur Horatium in ſe tam frigidum, non animaduertens, ſe ob portentoſam deformitatem ab illo faſtidiri.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Anus cuiuſdam annoſæ, fœtidæq;, & nihilominus tamen amari uolentis, portentoſam deformitatem adeò euidenter exprimit, & coloribus ſuis depingit, ut ante oculos poſita uideatur, ſed ualde obſcœnè, ut pudeat me hic quicquam dicere. Itaq; cùm hunc librum auditoribus meis publicè enarrarem, hanc, & duodecimam Oden multum quoq; laſciuiæ habentem, non attigi: Quia ſatius eſſe putabam, omninò eas ſilentio præterire, quàm caſtas puerorum aures, quibus honos ſemper eſt habēdus, harum lectione offendere. Verùm ſimulatq; commentarios in Lyrica Horatij ſcribere, eoſq; in publicum euulgare decreuiſſem, nihil à me relinquendum duxi, quin aliquo modo declararem. Quapropter pauca quædam obiter, & quam poſſum modeſtiſſimè hîc annotabo.

COMMENTARIA.

ACRON.

ROGARE longo] *Inuehitur in eam, à qua dicebatur lentus in Venerem, & fœtoris ipſius uel ætatis eſſe affirmat magis, quòd eam faſtidiat, quàm ipſe nihil poſsit.* Et rugis uetus Frontē ſenectus exaret] *Exaret, id eſt, contrahat. Senectia enim nonnunquam ex rugis apparet, ut:*

„ *Frontem obſcœnam rugis arat.* Podex] *Pudenda pars corporis. Vt Iuuen. Et podice leui.* Dens ater] *Propter ætatem.* Sed incitat me pectus] *Vt reuera incitat.* Quales ubera] *Pro qualia ubera.* Venterq; mollis] *Luridus & rugoſus.* Femur tumentibus Exile ſuris] *Ætate iam ſine muſculis & ſuris indiſcretè ſociatum.* Beata] *Beatam iam pro diuite dixit, ut ſuprà, Neſcias an te generum beati Phyllidis flauæ decorent parentes.* Ducant] *Tanquam nobilium funus, imagines te præcedant maiorum.* Nec ſit marita] *Matrimonio commiſta.* Quæ rotundioribus Onuſta baccis ambulet] *Hoc eſt, nulla marita ſit curā comptior gemmis. Baccas autem gemmas dixit: ut,*

„ *Colloq; monile Baccatum.* Quid? quod libelli Stoici inter ſericos] *Siue quòd amicos haberet Stoicos, ut eos amoris & coitus notaret: ſiue quia libros ipſos legere conſueuerat, ut docta uideretur, quos ad oſtentationē in ſericis plumacijs reponebat.* Illiterati num minus nerui rigent] *Ita ſcholaſticorum coitus eligis, tanquā minus in libidinem poſsint literas ignorantes.* Minus'ue languet faſcinum] *Virilem penè faſcinum dixit, propter obſcœnam figuram, quam in ſequēti adiecerat: Lingua enim deterſa fronte, mulieres amputare ſe infantibus putant faſcinum.* Superbo] *Faſtidienti.* Ore allaborandum eſt tibi] *Aut lingua, aut magis blandimentis. ut Iuuenalis: Vox blanda & nequam digitos habet.*

ROGARE longo putidam te ſæculo,
Vireis quid eneruet meas:
Cùm ſit tibi dens ater, & rugis uetus
Frontem ſenectus exaret,
Hietq; turpis inter aridas nateis
Podex, uelut crudæ bouis?
Sed incitat me pectus, & mammæ putres,
Equina quales ubera,
Venterq; mollis, & femur tumentibus
Exile ſuris additum.

PORPHYR.] Rogare longo

Eſto beata: funus atque imagines
 Ducant triumphales tuum.
Nec ſit marita, quæ rotundioribus
 Onuſta baccis ambulet.
Quid? quòd libelli Stoici inter Sericos
 Iacêre puluillos amant?
Illiterati num minus nerui rigent,
 Minus'ue languet faſcinum,
Quod ut ſuperbo prouoces ab inguine,
 Ore allaborandum eſt tibi?

longo putidam te ſeculo] *In anũ libidinoſam ſcribit, quam aſpernatur. Eſt autem ſenſus: Cum ſis longæ ætatis iam & deformis ac putida: mirum eſt, te deſiderare complexus meos, præſertim cùm etiam ſine iniuria uirium mearum hoc tibi prouenire non poſſit.* Et rugis uetus Frontem ſenectus exaret] *Virgilianum eſt:*

» *Et Fronti obſcœnã rugis arat.*

Velut cruda bouis] *Crudam pro dura, aut indomita uidetur dixiſſe.* Venter'q́ mollis] *Mollem uentrem neceſſe eſt eſſe, quæ iam rugoſa ac diſſoluta ſit.* Et fœmur tumentibus Exile ſuris additum] *Ingenioſa deſcriptio. Nihil enim tam deforme, quã craſsiores pedes eſſe infra genua, quàm ſuprà. Et illud ſignate, quòd additum dixerit, quaſi incõuenientem in hac diuerſitate tumoris & exilitatis, addita ergo quaſi applicita ibi hæc, aut appoſita uideantur.* Eſto beata, funus atque imagines Ducant triumphales tuum] *Placeas tibi licet generoſitate ac diuitijs, inquit, dummodo deformitatem hanc effugere non poſsis. In funere autẽ nobiliſsimi quiq; ſolebant præferre imagines maiorum, quod obſeruari uidemus in funeribus principum.* Quid? quod illi libelli Stoici inter ſericos Iacêre puluillos amant] *Significat illam uendicare ſibi ſtudiũ philoſophiæ, & ob id cum libro frequenter eſſe ad tegendam, ſcilicet, libidinis uilitatẽ.* Illiterati num minus nerui rigent] *Quid prodeſt, inquit, oſtentare literatam eſſe, cùm nihil ad hoc te adiuuare poſsit ad erigendum mihi penem, qui literas neſcit, nec earum ſtudium habet. Neruos pro uirili membro dixit, & eſt Ordo:* Non minus rigent nerui, & rigent pro frigidi ſunt accipe, ac per hoc lenti & marcentes. Minus'ue languet faſcinum] *Aequè pro uirili parte poſuit, quoniam præfaſcinandis rebus hæc membri diſformitas apponi ſolet.*

CHRIST. LAND.} Rogare longo] *In anum inuehitur, quæ cùm ſit longa ætate facta turpiſsima, tamen audet interrogare, quæ res illum ſuis complexibus inutilem reddat.* Te rogare] *Quoniam oratio pathetica eſt, & indignatione plena, idcirco principium habet imperfectum, & cui uerbum ſubintelligendũ ſit. Natura enim ſic impellitur, ut irati integram orationem non proferamus. Sic Virgilius.*

» *Quos ego, ſed motos præſtat componere fluctus.*
Sic Terentius,
» *Ego ne illam, quæ illum, quæ me. Ergo ſubintellige* Non me pudet te putidam rogare. Quid] *Id eſt, quæ res.* Putidã] *Vetuſtate putrem & marceſcentem.* Eneruet] *Langueſaciat & debilitet. Nam robur in corpore à neruis eſt, quib. ſi aut careamus, aut debilitatis utamur deficiunt nos uires. Vnde dicimus eneruare, quaſi ſine neruis reddere. Sed per tranſlationem ad animum transferimus, & eneruatos, qui ſine animi fortitudine ſunt, appellamus.* Exaret] *Nam frons in rugas obducta ſimilis eſt arato agro, cui ſulci, porcæq; ſint.* Hiet] *Pandeſcat.* Nates] *Lumbis conterminæ ſunt, nam lumbi ſunt unde cingimur uſq; ad nates, & in lumbis libidinis ſedes eſt, clunis autem eſt tumor natiũ.* Podex] *Inter nates eſt oſtiolum, per quod egeruntur excrementa.* Crudæ] *Id eſt, fluxum uentris propter cruditatem patientis, tunc enim magis hiare uidetur.* Sed incitare] *Ironia eſt, in qua ſententia uerbis contraria eſt.* Putres] *Relaxatæ, flaccidæ, pendulæ, non turgentes & ſtantes ut in puellis.* Venter] *Aluũ dicimus, quo ſordes decidunt, hinc purgare aluum, uterũ ubi fœtus iacet, quapropter in ſola fœmina eſt, uentrem tumorem, qui illis partibus turgeſcat. Iuuen.*

» *Montani quoq; uenter adeſt abdomine tardus.*

Et uniuerſum illud, quod ilibus, pube, & lateribus terminantur uentrẽ appellamus. Fœmur] *Fœmur, fœmen'q́ à uertebro ad genua pertingunt externæ, internæq́. Sed fœmen infra genua uſq; ad iuncturam pedis uidetur extendi. Plautus in Aſinaria*

» *Quibus obtritæ ad fœmina erant ungulæ.*

Dicitur'q́ fœmen à flectendo. De ſura iam dixi. Eſto] *Concedam tibi, quia uetula es magnificum amplum'q́ funus. Erat autem conſuetudo priſca, ut gentilium ſtatuæ funera eorum, qui eiuſdem eſſent gentis in pompam ſequerẽtur. Apparet in oratione Ciceronis pro Milone.* Nec ſit marita] *Concedit etiam, ut pulchris ornetur unionibus. Has Græci margaritas, Latini baccas appellant, unde Virg.*

» *Collo'q́ monile Baccatum.*

Harum præcipua gratia eſt, ut & lucidæ ſint, & rotundæ. Stoici] *Siue quod amicos haberet Stoicos, quorum libidinem notat, ſiue quod eorum libros, ut docta uideretur, legeret, & inter ſericia pulumaria ad oſtentationem haberet.* Nerui & faſcinum] *Pro uirili membro. Iuuen.*

» *Nil faciet magni menſura incognita nerui.*
Et Virgil.
» *Pedicabere faſcino pedale.*

IOAN. HART.} Languet faſcinum] *Cælium lege libro 4. capite 6.*

HERM. FIG.} Rogare longo putidã te ſeculo &c.] *Per ἔλλειψιν, uel ἀποσιώπησιν. deeſt uerbum miror, aut ſimile aliquod. Eſt enim ſententia hæc: Miror te adeò eſſe impudicam & libidinoſam, ut iam facta turpis ac decrepita anus, meum amorem deſideres, ideo'q́ interroges, quid uires mihi tardo exhauriat, & ſegniorem ad amandum reddat, cùm tua deformitas tanta ſit, ut meritò me abſterreat.* Longo ſeculo] *Multo tempore, quod omnia mutat ac deſtruit, ut eleganter his uerſibus cecinit Cornelius Gallus:*

» *Cuncta trahit ſecum, uertit'q́ uolubile tempus,*
» *Nec patitur certa currere quemq; uia.*

Cùm ſit tibi dens ater] *Euidens deformis anus deſcriptio.* Rugis frontem exaret] *Hoc eſt, leuem olim ac nitidam frontem, rugatã nunc ac rigidam reddat.* Nates] *γλουτοὶ Græcè dicuntur, rotunda in uertebris coxarum.* Podex] *Sedes, anus. Galenus σφιγκτῆρα appellat.* Crudæ] *Hoc eſt, horridæ & trucis.* Sed incitat me pectus] *Aperta ironia eſt, qua deridet fœditatem anus. Non enim pectus putridum, ſed uegetum, & ſucci plenum: non mammæ putres & pendulæ, ſed ſolidæ ac teretes incitare ad amandũ ſolent.* Fœmur exile] *Gracile ac tenue, appoſitum craſsis ac turgentibus ſuris, id quod totum pedem facit deformem. Fœmur autem ſignificat ſuperiorem partem magni pedis, à natibus uſq; ad genu. Græcè μηρός. Sura eſt caro rotunda in poſteriore parte cruris. Græcè dicitur γαστροκνημία.* Eſto beata] *Occupatio eſt, qua reſpondet ſe non poſſe amare anum turpem, licet ualdè ſit beata, nobilis & diues.* Funus atque imagines ducant] *Præferantur funeri tuo effigies nobiliſsimorũ uirorũ, qui in tua ſunt familia: hoc eſt, nobilis ſis. Olim enim inter cætera ornamenta, quæ uirorum illuſtrium funeribus in ſupremi illius diei celebritate adhibebantur, erant etiam imagines maiorũ, ut patet ex oratione Ciceronis pro Milone: Non fuiſſe credo (inquit) fas, clariſsimorum uirorum formas illi teterrimo parricidæ aliquid decoris adferre.* Nec ſit marita] *Non ſit ditior uxor, quæ plures portet gemmas, quàm tu. Et pulchrè notat luxuriam anus, quòd ita fuerit oppleta margaritis, ut oneri magis quàm honori fuerint.* Rotundioribus baccis] *Vniones intelligit, quorum dos omnis in candore, magnitudine, orbe, leuore, pondere conſiſtit. Hos manibus, auribus, capite, pedibus, toto deniq; corpore fœminæ iuxtà, uiri'q́ geſtabant. Tantæ erant Romanorum deliciæ, ſi Plinio credimus.* Quid? quod libelli Stoici] *Alia obiectio eſt, qua quis opponere Horatio potuiſſet in hunc modum: Quid dicis ad hoc quòd docta eſt, & Stoicæ diſciplinæ perita? non'ne propterea digna quæ ametur? Et irridet per hoc ſtultitiam atq; arrogantiam anus, quòd ſplendido apparatu, & ſpecioſa ſupellectile librorum uellet uideri erudita.* Libelli Stoici] *Stoicorum doctrinam continentes, quæ erat ſolum honeſtum in bonis numerare, omnia interim & corporis, & fortunæ commoda contemnere. Hanc Cicero pro Murena paulò aſperiorem & duriorem, quàm aut natura aut ueritas patiatur, uocat. Dicti ſunt Stoici, ἀπὸ τῆς στοᾶς,*

quia

quia in porticu docebant & philoſophabantur. Horum inuentor, & princeps fuit Zeno, uir ſummo ingenio. Sericos] Id eſt, ex ſerico confectos. Seres autem (ut refert Bayſius) gens Indica Stephano de urbibus. Sunt & qui eos inter Scythas adſcribant, qui ſpectant ad orientem æſtiuum. Vermiculus quidam apud eos eſt, qui σὴρ appellatur, ac ſericum inde appellatum procreat. Quod & ſentit Pollux in ſeptimo ad Commodum. Cuius uerba placitum eſt ſubſcribere: ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς σῆρας ἀπὸ τοιούτων ἑτέρων ζώων ἀθροίζειν φασὶ τὰ ὑφάσματα. Hoc eſt: nonnulli uerò & Seras ipſos ab eiuſmodi, atque alijs animalibus colligere, aiunt texturas. Virgilius:

„ Ignoti facie, ſed noti uellere Seres.

Alij perhibent, Seres tenuiſſimam lanuginem aquis aſperſam ex arboribus depectere, & ex ea ſericum conficere. In qua opinione uidetur etiam fuiſſe Plinius, cùm ait: Seres lanificio ſyluarum nobiles, perfuſam aqua, depectentes frondium caniciem: unde geminus fœminis noſtris labor, redordiendi fila, rurſumq; texendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona tranſluceat. Puluillos] Puluilli uel puluini lectuli ſunt, quibus ſternuntur ſedes, & fulciuntur accumbentes. Martia. 3.

„ Effultus oſtro, ſericiſq; puluinis.

Illiterati] Hoc eſt, indocti. Sunt enim literati abſolutè docti, qua appellatione initiò Grammatici uocabantur, teſte Suetonio. Et reſpondet nunc obiectioni, uerbis ualde obſcœnis, quorum ſententia purior talis eſſe poteſt: Quamuis oſtentet eruditionem ſuam anus, tamen doctrina nihil magis, uel minus me ad amandum excitat. Faſcinum] Per neruos & faſcinum uirile membrum intelligit, quod Latini penem, Græci φαλλὸν uocant. Ab inguine] Id eſt, pube, quæ Græcè βουβὼν dicitur. Et eſt os tranſuerſum ſupra pectinem, quod munit inteſtina. Ore allaborandum eſt] Opus eſt eloquentia, ut languidum me & tantam deformitatem aſpernãtem ad amorem impellas.

THEOD. PVLMAN. } 1 Rogare] Ellipſis, qua utimur in indignationibus: ſubaudiendum enim, oportet'ne, decet'ne, debes'ne. ut 2. Sat. 7. Inſectere, debes'ne inſectari? Rogare, &c. ſine interrogatione H. B. ſubauditurq;, dedecet, mirum eſt.

Quid, quòd libelli Stoici inter Sericos
iacere puluinos amant?
Illiterati num minus nerui rigent?

Puto ſententiam eſſe: alium tibi quære amatorem, alium ſubactorem & admiſſarium, me tam docto & erudito potiri non potes, Epicureo præſertim & delicato. nam & Stoicorum libri, quorum Philoſophorum ſententia ſeueriſſima & duriſſima eſt, tamen inter delicias Sericorum puluinorum collocari deſiderant: ut inde coniecturam de uoluptarijs Epicureis facias, & alijs doctis hominibus, quàm faſtidioſi ſint amatores. quare alium tibi amatorem uide, eumq; illiteratum: niſi fortè exiſtimas non ſatis ualentes ad res Venereas eſſe indoctos homines. Vide Turneb. lib. 14. cap. 10.
18 Faſcinum] Id eſt, mentula. Vide Ludouici Cælij Rhodigini Antiquarum lectionum libro 4. capite 6. & Turnebum libro 9. capite 28.

GEORG. FABR. } Hunc ſcopulum, tanquam Sirenũ promontorium præterimus, ne mores periclitentur.

IOD. BAD. ASCENS. } Rogare] Petulanter taxat anus impudentiam, utens figura loquendi indignantibus familiari, ſicut méne incepto deſiſtere uictam, ut ſit. Pudet'ne, aut itáne decet. Te putidam] Id eſt, Marcidam, & penitus corruptam. Longo ſæculo] Id eſt, æuo, rogare quid Eneruet] Id eſt, debilitet uires meas? Fortaſſe] In Venerem intelligit, cum deus ſit tibi ater, & ſenectus. Vetus exaret] Id eſt, ſulcet tibi frontem rugis. Et podex turpis] Id eſt, anus aut inguen Hiet] Id eſt, hiatum, & aperturam faciat. Inter nates] Id eſt, clunes Aridas] Id eſt, effœtas, uelut Bouis] Id eſt, uaccæ. Crudæ] Id eſt, malè digerentis, & ita alui fluxũ patientis. Sed fortè dices quòd pectus] Sup. tuum putre incitat me, & mammæ putres. Quales] Sup. habent Vbera equina] Id eſt, uentres equarum (niſi cum Seruio figuratè dictum mauis, quales pro qualia) & Venter mollis] Id eſt, depreſſus & Fœmur exile] Id eſt, coxa modica, additum Suris tumentibus] Id eſt, inflatis cruribus. Incitat] Sup. me? Id autem per Ironiam addit. Eſto beata] Ordo eſt. Eſto] Id eſt, conceditur ut ſis. Beata] Id eſt, diues, atq; imagines Triumphales] Id eſt, ſtemmata maiorum tuorum, qui triumpharunt Ducant] Id eſt, dum ducetur, ſequãtur tuum funus. Nec ſit marita] Id eſt, uxor quæ ambulet Onuſta] Id eſt, cum honore onerata.
Bacchis] Id eſt, unionibus aut margaritis Rotundioribus] Scilicet, quam tu aut tuis. Tamen] Sup. turpis es uetula.
Verum quid] Sup. ſibi uult quòd Libelli Stoici] Id eſt, de Philoſophia Stoicorum, amant iacere inter Puluillos] Id eſt, puluinaria aut ceruicalia Sericos] Id eſt, ſerico panno inuolutos. Id eſt] Cur ut doctis uideare libros, ad lectum tuum ponis, aut cur literatos potiùs, quam alios ſectaris Num] Id eſt, nunquid nerui Illiterati] Id eſt, illiteratorum Rigent] Id eſt, ſurgunt & intenduntur minus Et faſcinum] Id eſt, inguen aut membrum uirile. Minus languet] Scilicet, inter libros? Quid] Scilicet, faſcinum Vt prouoces] Id eſt, excites ad Venerem. Ab inguine ſuperbo] Id eſt, docti uiri te aſpernantis. Allaborandum eſt & tibi ore] Id eſt, blandimentis, unde Iuuenal. Sat. 6.

„ Quod enim non excitat inguen uox blanda & nequam,
„ Digitos habet, aut fallatricem notat.

ANTON. MANCIN. } Hac Ode. Anum arguit, eum interrogantem cur ad Venerem tardus eſſet: Cum ipſa deformis, & æuo putida cauſam præberet. Itaq; eius uitia exprimit.
Rogare longo] Metrũ eſt idem cum ſuperioribus. Rogare] Adde non eſt enim figura Apoſiopiſis, id eſt, reticentia, uel interruptio, ſiue potius Synechdoche eſt. Fit enim, quum ſubtractũ uerbum aliquod ſatis ex cæteris intelligitur. In Apoſiopiſi uerò quid taceat incertum eſt, fit autem interceptum ſilentium, quum quis iraſcitur, aut perturbatur, his enim affectibus tantum ſermonis defectio congruit, quæ omnia latiùs in carmine figurarum docuimus.
Putidam] Corruptam & acerbè fœtidam. Eneruet] Debilitet, relaxet. Dens ater] Niger & obſcurus. Naſò libro tertio, de arte inquit.

„ Quid ſi præcipiam ne fuſcet inertia dentes,
„ Oraq; ſuſcepta manè lauantur aqua.

Rugis exarat] Idem Naſo lib. 3. ait.

„ Quàm citò me miſerum laxantur corpora rugis.
„ Et perit in nueo, qui fuit ore color.

Rugis quibuſdam ſemiuſit. Exaret] Deſcribat, deſignet. Hiet] Pateat. Podex] Eſt Romanorum podex κωλὸς, quòd pelaſgum. Crudæ] Id eſt, duræ uel potiùs infirmæ. Crudus enim dicitur, qui cibum in ſtomacho habet, ægrè difficileq; digeſtibilem, & quo offenditur, uel tanquam nimio, uel tanquam noxio. Sed incitat] Per Ironiam, id eſt, irriſionem dicit ſe incitari ad libidinem à mammis illius putidis. Equina quales ubera] Propter carmen, quales pro qualia dixit. Accidentis enim relatiuum ſequenti ſubſtantiuo adhæret. Eſt ergo figura alleotheta, id eſt, aliter poſita, ſolet enim per hanc genus confundi. Virg. in Bucol.

„ Dulce ſatis humor. Pectus & mammæ putres] Figura eſt Syllepſis ſeu conceptio per genus. Nam genus fœmininum concipit neutrum. Luc. item in 1. lib.

„ Vis erat hinc leges & plebiſcita coactæ.

Id autem latiùs patet in carmine figurarum. Mollis] Lenis & rugoſus, non tenſus uti puellis. Fœmur] Id eſt, pars coxæ anterior, poſteriores enim partes dicuntur fœmora. Coxa uerò eſt pars ipſa ſuper fœmora. Exile] Tenue, Gracile. Suris] Dicuntur ſuræ tibiarum partes craſſiores. Eſto beata] Sis, inquit poëta, & diues, & nobilis, & gemmis ornata precioſiſſimis, nõ tamen effugies, quin anus ſis & deformis. Imagines] Apud antiquos defuncto aliquo imagines comitabantur gentilia funera, quapropter totus aderat familiæ eius, qui unquã fuerat populus. Quod Plin. docet lib. 35. Et nos latiùs diximus in Iuuenale Satyra 8. Marita] Sponſa aliqua. Honuſta] Honuſtus dicitur, cui onus ipſum honori eſt, ut ſi quis hoſtium ſpolia ferat. Sed oneratus eſt qualicunq; preſſus pondere. Honuſtus ab honore deſcendit, oneratus ab onere. Author Seruius libro 1. Aeneid. Rotundioribus] Scilicet, quam illis ipſius anus,

per

per quòd digniores baccas intelligit, rotundiores enim magis laudantur. Quid] Scilicet, eſt uel ſignificat. Eſt autem ſenſus. Quid eſt, uel quid ſignificat, uel quid dicam, quòd Stoicos libros in puluillis habes. An propterea minus dureſcunt Nerui illiterati] Vel minus languet Faſcinum] Id eſt, ipſe Priapus. Illiterati autem nerui uidebantur eſſe, ſine illorum librorum præſentia ipſa autem ut docta uideretur, illud agebat, quo magis inde amaretur. Sed quoniam anus erat & turpis, nihil iuuabat ad neruorum tẽtiginẽ. Nerui enim literas neſciunt, nec literarum ſtudium habent, aut appetunt, itaq; potius ore illi erat laborandum. Stoici] Philoſophi à στοᾷ, Id eſt, porticu dicti ſunt. Apud Athenas enim porticus erat, ubi Zeno docebat, inde Stoici appellati. Ii ſummum bonum in ſola uirtute ponebant. Sericos puluillos] Seres ut ſcribit Plin. lib. 6. regionem inhabitant, quæ ſpectat æſtiuum orientem lanificio ſyluarum nobiles perfuſam aqua depectẽtes, frondium caniciem. Solinus etiam addidit, quòd lanuginis teneram ſubtilitatem humore domant ad obſequium. Quaq; hoc illud eſt, Sericum in uſum publicum damno ſeueritatis admiſſum, & quo oſtentare potius corpora, quàm ueſtire primo fœminis: nunc etiam uiris perſuaſit luxuriæ libido. Puluillos torulos] Ceruicalia & plumatia. Puluillus enim diminutiuum eſt à puluino, qui apponi ſolet, quo mollior ſit ſeſſio, ſiue caput, quaſi pluminus. Tullius lib. 9. epiſtolarum. Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidaſcalo. Proxima eam puluinus ſequitur. Qui autem generali magiſtro ſubeſt dicitur hypodidaſcalos, ab ὑπὸ quòd eſt ſub, & διδάσκαλος magiſter, doctor. Iacere amant] Id quidem oſtendendæ doctrinæ cauſa agebatur, utq; eorum tegmina non decorticarentur, ut item digniores uiderentur puluillos eis ſubijciebat. Illiterati] Senſus eſt. an Nerui ſine literis minus arriguntur: uel Neruus propter literas minus languet, qui neruus ut ab inguine exurgat ore eſt allaborãdum illi. Nam literæ nil faciunt ad arrigendum. Rigent] Dureſcunt. Faſcinum] Priapus ipſe. Nam ut Plin. lib. 19. cap. 7. ait, hortos & foros tantum contra inuidentium faſcinationes dicabant in remedio erant Saturnica ſigna. Hinc Virgilius libro quarto Georgic. ſcribit,

„ Et cuſtos furum atq; auium cum falcè Saligna
„ Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.

Superbo inguine] Id eſt, dedignanti propter anus turpitudinem. Inguen autem propriè ſumma coxæ pars dicitur iuxta pudenda. Prouoces] Porrò Longæq; uoces] Id eſt, erigas. Iacebat enim in inguine neruus languidus, propter illius turpitudinem.

ODE IX. AD MECOENATEM.

Ode IX. Dicolos diſtrophos, ut: Ibis Liburnis inter alta nauium.

– – ∪ – – – ∪ – – – ∪ –
– – ∪ – – – ∪ ∪

ARGVMENTVM IN ODEN IX.

Lætus ob Cæſaris uictoriam partam apud Actium Epyri promontorium: petit à Mecœnate quando iterum unà cõmeſſabuntur, quemadmodum paulò ante fecerat, quum Sextus Pompeius qui contracta magna ſeruorũ manu, Siciliam inuaſerat, & mare latrocinijs infeſtabat. ab Auguſto ſuperatus eſt. nam inquit, Antonius, ut turpiter in muliercula gratiam nihil non agens patriæ ſuæ exitium intentabat, ita ab Auguſto turpiter fugatus atq; ad mortem compulſus eſt.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Hilaris & lætus Horatius, quòd Auguſtus Antonium & Cleopatram de pernicie Romani imperij crudeliter cogitantem, nauali prælio ad Actium. magna cum gloria & ſalute Reip. ſuperaſſet interrogat Mecœnatem, quando iterum facetum & ſplendidum conuiuium concelebrare & Cæſari de uictoria gratulari uelint: ut nuper feciſſent, cùm ab eodem Auguſto Sextus Pompeius uictus eſſet.

COMMENTARIA.

QVANDO repoſtum Cæcubum
ad feſtas dapes,
Victore lætus Cæſare,
Tecum ſub alta (ſic Ioui gratũ) domo
Beate Mecœnas bibam,
Sonante miſtum tibijs carmen lyra,
Hac Dorium, illis Barbarum?
Vt nuper, actus cùm freto Neptunius
Dux fuit uſtis nauibus,
Minatus urbi uincla, quæ detraxerat
Seruis amicus perfidis.
Romanus (eheu, poſteri negabitis)
Emancipatus fœminæ
Fert uallum, & arma miles, & ſpadonibus
Seruire rugoſis poteſt,

ACRON.

QVANDO repoſtum Cæcubũ ad feſtas dapes] Repoſtum, id eſt, ſeruatum, feſtis conuiuijs impendendum. Scribit autem de bello Actiaco, quod cum Antonio, & Cleopatra à Cæſare Auguſto geſtum eſt. Cæcubum] Campanum. Tecum ſub alta] In Mecœnatis, ſcilicet, domo. Miſtum tibijs carmen] Quod eſt artificis, miſcere lyræ tibiarum ſonitus. Hac Dorium, illis Barbarum] Tibijs Barbarum, id eſt, Phrygium, lyra Dorium. Vt nuper actus eſt freto Neptunius] Hac deuotione, inquit, uicto Antonio, tecum bibã, qua nuper ſuperato Sexto Põpeio, qui ſeruorum manum in Sicilia congregatã, nauali prælio in freto perdidit, & inſula pulſus eſt. Vnde & Neptunium ducem uocauit eligentem maritimum conflictum. Minatus urbi uincula] Minatus eſt uincula, quæ detraxerat ſeruis fractis ergaſtulis. Romanus heu heu poſteri negabitis, Emancipatus fœminæ] Ad Antonium redit, quẽ dicit pro mancipio Cleopatræ datum, nec à poſteris pro infamia credendum, ut: Sequiturq; (nefas) Aegyptia coniunx. Fert uallum & arma miles] Quaſi præceptis Cleopatræ Romani milites ſeruientes, & arbitrio eunuchorum, quorum illa obſequijs utebatur. Rugoſi autem eunuchi ætate ſunt. Sol aſpicit Conopeum] Κώνωπες Græcè culices dicuntur, & quia in Aegypto multi ſunt, ea habitacula, quæ ſibi Aegyptij faciunt ad arcendam culicum moleſtiam, κωνωπεῖα appellantur. Quidam reticulum dicunt Aegyptiorum reginæ, quod ſupra lectum tenderetur aduerſum culices, inter uexilla portatum. Ad hunc] Id eſt, Contra hunc, contra Antonium, quia ad Cæſarem confugerunt, & equos aduerſum Antoniũ cum ſiſtro conuerterunt. Canentes] Laudantes, ut:

„ Regemq; canebant.

Puppes ſiniſtrorſum citæ] Veloces ad fugiendum, ut:

„ Prima citæ Teucris ponam claſſis.

Intactas] Paratas ad ſacrificandũ pro triumpho. Intactas autem integras & ſinceras, ut:

„ Et intacta totidem ceruice iuuencas.

Nec Iugurthino parem] Nõ tantũ ait

Interq; ſigna (turpe) militaria
Sol aſpicit Conopeum.
Ad hunc fremẽteis uerterũt bis mille equos
Galli, canentes Cæſarem:
Hoſtiliumq; nauium portu latent
Puppes ſiniſtrorſum citæ.
Iô triumphe, tu moraris aureos
Currus, & intactas boues.
Iô triumphe, nec Iugurthino parem
Bello reportaſti ducem,
Neq; Africano, cui ſuper Carthaginem
Virtus ſepulchrum condidit.
Terra, mariq; uictus hoſtis, Punico
Lugubre mutauit ſagum:
Aut ille centum nobilem Cretam urbibus
Ventis iturus non ſuis,
Exercitatas aut petit Syrteis Noto:
Aut fertur incerto mari.
Capaciores adfer huc puer ſcyphos,
Et Chia uina, aut Lesbia:
Vel, quod fluentem nauſeam coërceat,
Metire nobis Cæcubum.
Curam, metumq; Cæſaris rerum, iuuat
Dulci Lyæo ſoluere.

ta ait gloria triumphauit Marius de Iugurtha. Super] *Contra. Deuicta enim Carthagine, uirtute Scipionis Africani, cùm Afri aduerſum Romanos denuò rebellarent, conſulto oraculo reſponſum eſt, ut ſepulchrum Scipioni fieret, quod Carthaginem reſpiceret, tunc leuati cineres eius ſunt, de Pyramide in Vaticano conſtituta, & humati in ſepulchro eius in portu Carthaginem reſpiciente.* Hoſtis] *Antonius.* Punico] *Purpureo ſago, aut patrio.* Ille] *Metellus, ſiue Antonius, unde & Metellus Creticus dictus eſt.* Centum nobilem Cretam urbibus] *Vt,*

„ *Centum urbes habitant magnas.*

Ventis iturus non ſuis] *Non optatis, non proſperis.* Exercitatas aut petit Syrtes Noto] *Non Noto petit, ſed Noto exercitatas, hoc eſt, uento tempeſtuoſas & naufragas.* Aufertur incerto mari] *Pro ipſe incertus, & iturus quò caſus attulerit. Vt:*

„ *Ibant obſcuri ſola ſub nocte.* Capaciores] *Pro lætitia maiores.* Fluentem] *Imminentem, aut potu nimio profluentem.* Metire nobis Cæcubum] *Imple uinum bonum, quod aduerſum nauſeam proſit.* Curam] *Id eſt, ſollicitudinem & metum de abſentia Cæſaris uenientem ebrietate ſopire iuuat.* Dulci Lyæo ſoluere] *Pellere, ut:*

„ *Nunc uino pellite curas.*

PORPHYR. } Quando repoſitum Cæcubũ ad feſtas dapes] *Ad hoc repoſitum, ut non niſi ad feſtas epulas proferretur.* Victore lætus Cæſare] *Vt ex inferioribus apparebit, eam uictoriã Cæſaris Auguſti ſignat, quã de Antonio & Cleopatra quæſierat.* Tecum ſub alta, ſic Ioui gratum domo Beate Mecœnas bibã] *Vt nos ob uictoriam Cæſaris læti epulemur, quippe cùm ipſe ſit autor eius uictoriæ.* Sonante mixtum tibijs carmen lyra, Hac Dorium, illis Barbarum] *Nimirum tibijs Barbarum. Diximus autem & ſuprà tris eſſe ſpecies apud Græcos omnium carminum, Ionicũ, Lydium, Barbarum.* Vt nuper actus cum freto Neptunius Dux fugit uſtis nauibus] *Vt nuper, bibimus ſubaudiendum, cùm Sex. Pompeius freto Siciliensi uictus, fugatusq; eſt. Neptunium ducem Sex. Pompeium noli ſimpliciter dictum accipere, quaſi qui in mari dux fuiſſet, ſed quod eò ſtultitiæ proceſſiſſet, inflãmatus marinarũ rerum fœlicitate, ut Neptuni filium ſe diceret, & Cyanea ueſte obduceretur.* Minatus urbi uincla quæ detraxerat Seruis amicus perfidis] *Et ſuprà diximus Sex. Pompeium etiam fugitiuis in Sicilia ſollicitatis claſſem armaſſe.* Romanus, heu heu poſteri negabitis Emancipatus fœminæ] *Qui non intelligunt, putant importunum tranſitum repentè à Sex. Pompeio ad Antoniũ factum, neſcientes redire poëtam ad initium Eclogæ, ubi ait,*

„ *Victore lætus Cæſare. Vbi de Antonio & Cleopatra uictorem uult accipi. Deinde comparatione lætitiæ præſentis, mentione facta, Sex. Pompeij & fugæ eius, referens ſe, id quòd cœperat exequitur, turpitudinem Antonij, partiũq; eius.* Heu poſteri negabitis] *Non credent, inquit, poſteri Romanos milites uelut dotales Cleopatræ datos. Tam fœda ſunt hæc ut non uideantur ab ullo Romano admitti potuiſſe. Ordo eſt: Romanus miles & ſpadonibus ſeruire rugoſis poteſt, adiuuandum hoc pronunciatione, ut & rei indignitas, & indignatio dicentis exprimatur.* Sol aſpicit Conopeum] *Quaſi retis genus eſt ad culices prohibendos, quo maximè Alexandrini utuntur, quia ibi ex Nilo culices abundant.* Ad hunc frementes uerterunt bis mille equos Galli, canentes Cæſarem] *Significat equitum Gallorũ duo millia ab Antonij partibus ad Cæſarem transfugiſſe, quorũ mentio iam facta eſt, ut Romanos, qui ſub præpoſitis ſpadonibus æquo animo militarent, magis oneraret per comparationem Gallorum, qui hoc dedignati, ad Cæſarem ſe cõtulerunt.* Hoſtiliumq; nauium portu latent Puppes ſiniſtrorſum citæ] *Ordo eſt: Puppes hoſtilium nauium latent portu. Elocutionem attende mirandam, συνεκδοχικὴν περίφρασιν. Siniſtrorſum autem citæ, quòd dixerat, manifeſtum eſt Alexandriam uerſus eſſe, intelligendum autem è littore Epyri, ubi pugna naualis cum Antonio fuit, ſi Italiam petat, in dextra neceſſe eſt: ſi Alexandriam, in ſiniſtra.* Iô triumphe tu moraris aureos Currus] *Quaſi Deũ inuocat triumphum. Tu, inquit, moraris currus, qui iam parati ſunt.* Et intactas boues] *Id eſt, indomitas. Non ſic dixit, quaſi fœminis tantùm triumphantes ſacrificent, ſed quia metro quid gratius, fœminino genere boues, quàm maſculino dicuntur. Denique ut Virgilius:*

„ *Ille meas errare boues, ut cernis.* Iô triumphe, nec Iugurthino parem Bello reportaſti ducem] *Non tanta, inquit, gloria C. Marius de Iugurtha triumphauit.* Terra mariq; uictus hoſtis, Punico lugubre mutauit ſagum] *Hoc eſt, depoſuit coccineam chlamydem Antonius, qua, ſcilicet, imperator utebatur, & accepit lugubrem, id eſt, nigram: & utrum ob luctum uictarum partium hoc facit, an ut in fuga lateat?* Aut fertur incerto mari] *Nam & alibi ait:*

„ *Vndas coërcet auſter incerto mari.*

ἀναφορὰ, Vt ipſum. Id eſt, ipſe fertur incertus cõſilij. Vel quod fluentem nauſeam coërceat, Metire nobis Cæcubũ] *Quia auſteriſſimum eſt Cæcubum uinum, meritò nauſeam coërcet. Et metire, inquit, quia cyatho hauriebat ex cratere uinum.*

CHRIST. LAND. } Quando repoſitum] *De bello Actiaco in ſuperioribus abundè diximus, & quemadmodum ad nutum Cleopatræ cuncta geſſerit Antonius. Optat ergo, ut quam primum liceat ſibi conuiuari in uictoria Auguſti, & inuehitur in Antonij commilitones, qui turpiter Cleopatræ ſeruiant.*

Sub alta domo] *Credo turrim intelligere Mecœnatis.* Sonanteq; carmen mixtum] *Id eſt, ut cithara tibijs carmen canatur.* Dorium] *Doricum, id eſt, Græcum.* Barbarum] *Phrygium, nam ut ſuprà demõſtratũ eſt authore Plutarcho Hygnis ſiue Marſyas eius filius primus in Phrygia tibiam inflauit.* Vt nuper] *Hac deuotione tecum nunc bibam, qua tunc cum ſuperatus eſt. Sex. Pomp.* Neptunius] *Quia mari bellum gerebat.* Vincula quæ detraxerat Seruis] *Duplici nota afficit Pompeium, & quod bellum patriæ inferret, & quòd ſeruos ad libertatem in Epyro & alibi conuocaret, ut eos contra patriam armaret.* Romanus] *Redit ad Antonium, & eius milites, qui emancipati, id eſt, liberi poſſunt ſeruire ſpadonibus, qui reginam regunt, præſertim cum ſint armis inſtructi, quibus ſe in libertatem uendicare ualeant.* Spadonibus] *Caſtratis.* Rugoſis] *Nam emaſculati cum multũ de naturali calore amittant palleſcunt.* Conopeum] *Tentorij ſpecies eſt, ut ſit tutamen aduerſus culices. ἀπὸ τῶν κωνώπων, id eſt, culicibus. Arguit ergo delicias, & mollitiem Cleopatræ, quæ in ſeuera Romanorum militia ita laſciuiret.* Galli] *Equites, qui erant in Cæſariano exercitu.* Siniſtrorſum] *Scilicet ad Alexandriam.* Iô] *Vox gaudium exprimens.* Iugurthino] *In quo de Iugurtha triũphauit Marius.* Neq; Aphricano] *Qui de Carthagine triumphauit.* Super Carthaginem] *Nam excellẽtius fuit Carthagine ſepulchrũ Scipionis.* Hoſtis] *Carthaginenſis.* Mutauit ſagum lugubre] *Id eſt, palliatum.* Punico] *Id eſt, purpureo, id eſt, accipit lugubre*

pro

pro purpureo. Aut ille]*Hannibalem intelligit, qui exul à patria factus diutiùs uagatus eſt.*

IOAN. HART. } Conopeum]*Grapaldum uide lib. 2. cap. 6. Quid Conopeum & locum allegatum ſimul.*

HENR. GLAR. } *Vel ex hac Ode liquet Odas non eſſe ſcriptas ita tempore poſteriores, ut ſunt ordine librorum. Eãdem enim Auguſti uictoriam tractat lib. 1. Carm. Ode penultima.* Hac Dorium, illis barbarum] *Superſediſſem ſanè de illis quicquam dicere, ſi non Porphyrio bis repeteret de Modis, Treis (inquiens) ſpecies omnium carminum ſuprà diximus, Ionicum, Lydium, Barbarum. Hoc enim Ode ultima lib. 4. etiam docuit. Cæterùm in Porphyrionis uerbis pro Lydium ego Dorium lego. Et Lydium in Ionico modo intelligo: non ob hoc tantum, quod Ionia in Lydia erat, ſed quod Modi etiam ſimiles, ut populi utriuſq; mores. Loquitur autem Porphyrio hic uulgato more. Erant ſiquidem tres Modi uulgares, ut nunc quoq; cantorum ac ludionum uulgus habet, Vt, Re, Mi, hoc eſt, Ionium in Vt, Dorium in Re, Phrygium ſiue Barbarum in Mi. Nam Mixolydium non norunt etiam aliquando doctiores Muſici, & pauci noſtra ætate uulgo tenores ad eum Modum componere poſſint. Nempe, ut quartæ Diapentæ ſpeciei, ſuperne annectant primam Diateſſaron ſpeciem. Ad quem Modum ueteres Eccleſiaſtici miras eſſinxerunt cantilenas, hodie uel nullæ, uel paucisſimæ ad eum modum à Symphoniſtis producuntur. À ueteribus tamen ſumptas elegantisſimè componunt. Cæterùm ſeptem eſſe Tropos ſiue Modos nemo eſt, qui ignoret, qui ſeptem illas Diapaſon ſpecies norit, à ſeptem literis maioribus ad ſeptem minores. Noſtra ætas uocat ſeptem eſſentiales literas. Tres porrò Modi Dorius, Phrygius, ac Lydius, ſuos habent ſubiugales, Hypodorium, Hypophrygium, ac Hypolydium: cum quibus habent communia diapente ſyſtemata. Sic enim ſex ſunt Modi, quibus additur Mixolydius, ut fiant ſeptem. Verùm ille, ſi infernè ad eius diapente annectes diateſſaron, ut ipſe ſuperius habet, prorſus recidit in Dorium Modum. Itaq; propriè Mixolydius, non habet ſubiugalem ab alijs diſtinctum natura, ſed mediatione duntaxat, id quod ex hac, quæ longè eſt argutior theoria, facilè intelligitur. Si quis enim omnes diapaſon ſpecies mediet & harmonicùs, & arithmeticùs, quæ quidem mediari poſſunt (ſecunda enim ſpecies Diapaſon harmonicùs mediari non poteſt, nec ſexta arithmeticùs) fient duodecim Modi, quibus noſtra ætas utitur, ſed appellatio manet à ſeptem ſpeciebus Diapaſon, ut ſuprà docuimus lib. 3. Hæc commentatores docere debebant, ſed nihil de ijs intelligunt. Nec ego quicquam dicerem niſi hi carminum libri eſſent, ubi illa explicari conueniebat, ſed nunc deſinam, ne uidear oſtentator quod uitium à me ita puto alienum, ut nullum magis. Mancinellus putat ſatis eſſe, ſi quid de Doribus afferat, & quis primus tibiam inuenerit, quaſi hoc multum pertineat ad explicationem huius difficultatis.*

Puppes ſiniſtrorſum citæ] *Placet quod Porphyrio hoc loco doctè diſſerit. Mancinellus ait ſiniſtrorſum dictum de nauibus Cleopatræ, quæ poſt ſiniſtrum cornu in portu ſteterint, quod neſcio ut intelligendum. Si enim ab oriente in occidentem uerſa ſteterit Antoniana claſsis, nimirum portum Epyri, ad dextrum habuit. Acro celerrimè penſum abſoluit, ait enim puppes ſiniſtrorſum citæ, id eſt, ueloces ad fugiendum. Hoc quoq; dubium, citæ nomen'ne ſit, an potiùs participium à cieo, lector ipſe diſpiciat, quid ſequatur. Quod autem paulò antè per Gallos Mancinellus Galatas intelligit, placet. At quæ ex Ephoro apud Strabonem citat, de Galliæ magnitudine uſq; ad Gades, huic loco non quadrant. Neque Galatia Galliæ pars eſt, ut ineptè collegit. Sed hæc non eſt opus conuincere multis argumentis apud Geographiæ peritos: apud indoctos autem nihil proficies quantumuis ludieris.* Cui ſuper Carthaginem] *Hic Acro hiſtoriam adfert incerto authore: quæ ſi uera eſſet, facilè in eius concederem ſententiam. Certè quidam hodie adhuc Scipionis ſepulchrum in Vaticano fuiſſe produnt honorarium, nam uerùm Linterni erat. Addit Georgius Fabricius Germanus in Romæ deſcriptione, quàm noſtra ætate, diligentisſimè ac eruditisſimè deſcripſit. Fama ferri, fuiſſe in Vaticano pinum altisſimam æneam erectam, Carthaginem uerſus, de qua una adhuc nux aliquot pedum altitudine, ante Baſilicam S. Petri cernitur, uetuſti operis & inaurata. Sed nihil eiuſmodi apud claſsicos, ut puto reperias. Ego propemodum adducor à poëta hoc dictum ad hunc ſenſum: Cui uirtus ſepulchrum condidit ſuper Carthaginem: quaſi diutius duraturum quàm ipſa Carthago, quod etiam uerum eſt. Quidam legunt, neq; Africano: quidam, Neq; Africanum. Si Africano legatur, neceſſe eſt, ut intelligatur, bello. Verùm ſic ineptè ſubijcitur:* Cui bello uirtus Romanorum condidit ſepulchrum ſuper Carthaginem, *cùm hic ſit ducum comparatio, non urbis ad ducem. Badius legit* Africanum, *quod eſt expeditiùs, duriuſculum tamen. Lector iudicet.* Aut ille centum nobilem Cretam urbibus] *Ille Metellus (inquit Acro) ſiue Antonius. De Metello ineptum eſt hoc loco intelligere.* Metire nobis Cæcubum] *Id eſt, imple uinum bonum (idem inquit) quod aduerſum nauſeam proſit. Porphyrio autem, quia auſterisſimum eſt Cæcubum uinum, inquit, meritò nauſeam coërcet. Quæ duo quàm concordent, iudicet lector: nam ego planè non intelligo.*

HERM. FIGVL. } Quando repoſitum Cæcubum &c.]*Ordo uerborum hic:* O beate Mecœnas, quando lætus ego, uictore Cæſare, tecum ſub alta domo bibam Cæcubum, repoſtum ad feſtas dapes? Repoſtum] *Pro repoſitum, per Syncopen: ut in illo Virgiliano:*

" ——*Manet alta mente repoſtum.*

Cæcubum]*Inter nobilia & generoſa Campaniæ uina numeratur quoq; Cæcubum.* Ad feſtas dapes] *Ad epulas ſolennes, & magnificos apparatus.* Victore Cæſare] *De hac uictoria Auguſti legant ſtudioſi Liuium libro 132. Epit. Plutarchum in uita Antonij: Suetonium in Auguſto: Florum lib. 4. cap. 11. Oroſium lib. 6. cap. 17. Valer. lib. 5. cap. 5. Horat. Ode penult. lib. 1. Carm.* Sub alta domo]*Turrim Mecœnatis altisſimam ſine dubio intelligit, quam habebat in horto ſuo, cuius etiam lib. 3. Carminum facta eſt mentio.* Sic]*Nimirùm, ut lætemur de Auguſti uictoria.* Ioui] *Cuius uoluntate & numine uictoriam reportauit.* Hac Dorium, illis Barbarum] *Hoc eſt, Lyra ſonante Dorium carmen, tibijs canentibus Barbarum. Conſtat autem tres fuiſſe canendi modos apud Græcos uulgares, Dorium, Lydium, Phrygium. Dorius bellicoſus fuit, à Thamyra Thrace excogitatus. Lydius querulus, ab Amphyone repertus. Phrygius religioſus, à Marſia inuentus. Hunc Barbarum hic poëta uocat. Lucianus in Harmonide quatuor harmonias facit. Sic enim apud illum Harmonides præceptori ſuo Timotheo loquitur:* ἐδίδαξάς με ἤδη ἁρμόσασθαι τὸν αὐλὸν ἐς τὸ ἀκριβές. *Et paulò pòſt:* καὶ τῆς ἁρμονίας ἑκάστης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον. τῆς Φρυγίου, τὸ ἔνθεον. τῆς Λυδίου, τὸ βακχικόν. τῆς Δωρίου, τὸ σεμνόν. τῆς Ἰωνικῆς, τὸ γλαφυρόν. Ve nuper]*Videlicet tecum bibi, cùm Auguſtus Pompeium uiciſſet.* Neptunius dux] *Sextus Pompeius, qui tantum mari & Neptuno confidebat, ut ſe Neptuni filium appellari permitteret, & paludamentum purpureum in cæruleum mutaret, ob Neptunum cærulei maris præſidem, autore Appiano.* Freto]*Mari Siculo, ubi inter Mylas & Liparas ab Auguſto profligatum eſſe Pompeium tradunt hiſtoriæ, nauibus aut demerſis, aut captis, aut exuſtis.* Fugit] *Naues Pompeij à M. Agrippa fugatas ſcribit Sueton. Non alia poſt Xerxem, inquit Florus, miſerabilior fuga: Quippe modò trecentarum quinquaginta nauium dominus, cum ſex, ſeptemúe fugiebat.* Vincula] *Hoc eſt, ſeruitutis iugum, quod à ceruicibus ſeruorum data libertate deiecerat. Ergaſtula enim ad bellum armarat Pompeius, & piratas nauales agitarat, uti refertur apud Florum. Hoc bellum multi ſcripſerunt autores: Abbreuiator Liuij libro 127. & ſeq. duobus: Suetonius in Auguſto, Appianus lib. 5. bello ciuil. Oroſ. lib. 6. cap. 16. Florus lib. 4. cap. 8.* Romanus eheu] *Dolenter & grauiter increpat libidinem & ignauiam Antonij, quòd Cleopatræ amore captus muliebri imperioſe ſubieciſſet.* Negabitis ! *Inficiabimini, tanquam turpisſimum dedecus, & libero homine indigniſſimum.*

Emancipatus]*Sui iuris, ſuæ poteſtatis. Eſt enim emancipare, è mancipio ſuo, id eſt, dominio & poſſeſsione ſua emittere: uel, ut craſsè & populariter definit Oldendorpius, extra panem & poteſtatem ſuam dimittere.* Fert uallum] *Caſtra munit. Eſt enim uallum propriè caſtrorum munitio. Per metaphoram pro ſumma*

totius negotij, & omni momento præſidioq́ non ineleganter uſurpatur, ut tradit Eraſmus in prouerbio: Prora & puppis. Spadonibus] Eunuchis & effœminatis hominibus, quos bello Cleopatra cum Antonio præpoſuerat. Vnde dicit Cæſar apud Plutarchum: Antonium quidem amatorijs poculis infectum, ne ſe quidem regere ac gubernare poſſe, pugnaturos autem contra ipſos fore Photinum & Mardionem Eunuchum, & Chardionem, & Iradem, Cleopatræ tonſtricem, à quibus Antonij imperium plurimùm gubernaretur. Cæterùm ſpadones propriè dicuntur illi, quibus euulſi ſunt teſtes, παρὰ τὸ ἀποσπᾶσθαι, id eſt, ab euellendo ſic dicti, ut eſt in Etymologico magno. Spadonum uaria ſunt genera: Caſtrati. qui penitus non arrigunt, ſiue quia naturaliter, ſine teſtibus progeniti ſunt, ſiue quia ante pubertatem omninò exciſi: Thlaſiæ, quibus teſtes fracti ſunt, θλάω enim frango ſignificat, hi & θλαδίαι dicuntur. Thlibiæ, qui attritos eos habent, ἀπὸ τοῦ θλίβειν: Eunuchi, qui τὴν εὐνὴν, id eſt, lectum uirginum cuſtodiunt, alij, quòd bonæ ſint mentis, εὔνοι, & à Venereis ſemotæ, dictos autumant. His enim non ſolùm teſtes, ſed totus coles ipſe ſolebat amputari. Sunt & qui aliqua ægritudine teſtium uſum amiſerunt, ſunt qui uno tantùm teſte nati ſunt, ſunt & quibus cùm uterq; adeſſet, altero execti ſunt. Erant planè apud ueteres in precio hi ſpadones, habebanturq́ pueri in delitijs, ut Bagoi regibus Perſarum, Ligdus Druſo, Sporus Neroni, quod & in Aſia hodie frequentatur. Hæc Alciatus, de uerborum ſignif. Rugoſis] Longæuis, ætate grandioribus. Interq; ſigna turpe] Notat mollitiem Antonij, quòd cæteris militaribus ſignis Conopeum, fœdum Cleopatræ uexillum, in tanto bello adhibuerit. Eſt autem Conopeum uelum, quo maximè Alexandrini, ad arcendas culices utebantur. Ad hunc] Aduerſus Romanum militem, Cleopatræ ſeruientem, Galli bis mille equos uerterunt. Milites & equites Antonij ad Cæſarem confugiſſe poſt bellum nauale apud Alexandriam, ſcribit Plutarchus in hæc uerba: Poſtridiè uerò, cùm Antonius cum ſuis militibus Alexandriam egreſſus, in tumulo quodam conſediſſet, conſpicatus hoſtium claſſem atque ſuam aduerſum tendere, conſtitit in eo loco, ut aliquod certamen inter illas uideret. Sed illæ ut propiùs fuêre, mutuò ſalutantes, & amicè ſe recipientes una claſſe ex duabus facta, ad urbem tenderunt. Hæc conſpicatus, & eodem loco ab equitibus ſuis deſtitutus, in urbem redijt, exclamans quacunq; incedebat, ſe à Cleopatra proditum illis ipſis, quibus propter illam ſit factus hoſtis. Portu latent] In loco tuto ſunt. Intelligit ſexaginta naues Cleopatræ, quæ poſt magnas naues Antonij collocatæ erant, & primæ ſublatis uelis per medios pugnantes fugam arripiebant, ut ſcribit Plutarch. Siniſtrorſum] Poſt ſiniſtrum cornu, cui præerat Cælius. Iô triumphe] Per ἀποστροφὴν ad triumphum ſermonem conuertens, ſignificat Cæſarem de Antonio & Cleopatra ampliſſimè triumphaturum. Quod etiam factum eſſe ſcribit Suetonius. Aureos currus] Nam aureo curru in Capitolium inuehi uictores cum inſigni illa laurea ſolebant. Intactas boues] Seruatas ad ſacrificium pro triumpho. Cùm enim aſcendiſſent in Capitolium triumphantes, tauros in pompa ductos, in Iouis Opt. Max. templo imolabant. Quo apparatu & ordine Romani triumphos egerint, copioſè ſcribit Alexander Neapolitanus libro 6. Genialium dierum, cap. 6. Iugurthino bello] Quod populus Romanus cum Iugurtha rege Numidarum geſſit, magnum & atrox. Bellum hoc ſcribunt, Saluſtius integro libro. Florus lib. 3. cap. 1. Abbreuiator Liuij lib. 66. Plinius de uiris Illuſtrib. Plutarchus in uitis Marij & Syllæ. Eutrop. lib. 4. cap. 3. Oroſ. lib. 5. cap. 15. Ducem] Marium. Qui Conſul abſens factus magna gloria Calendis Ianuarij Iugurtham in triumpho duxit. Africano] Scipionem ſuperiorem intelligit, qui primus à deuicta Africa dictus eſt Africanus, ut legimus apud Ciceronem, Plutarchum, Liuium & Florum. Cui ſuper Carthaginem uirtus ſepulchrum] Cui uirtus ſua monumentum, diutiùs duraturum quàm ipſa Carthago, extruxit. Quanta uirtute Africam debellârit, & Annibalem uicerit Scipio, copioſè ſcribunt Liuius, Plutarchus, Florus, Oroſius. Terra mariq; uictus hoſtis] Hactenus oſtendit, Auguſtum uictorem cum magna lætitia et pompa triumphaturum: nunc ſignificat, Antonium uictum & fugatum cum magno luctu per mare uagari, quocunq; eum uentus ferat. Punico lugubre mutauit ſagum] Purpureum ſagum mutauit in lugubre. Sagum militare ac bellicum geſtamen fuiſſe, tum ex Nonio, tum ex Suetonio intelligitur. Quod tamen Vlpianus inter familiaria adſcribit. Centum nobilem Cretam urbibus] Creta inſula eſt in medio Ponto, clara centum urbium fama. Ventis non ſuis] Non proſperis, non optatis. Syrteis] Syrtes duo ſunt loca in finibus Africæ, ubi mare fertur eſſe uadoſum, & importuoſum propter aquas reciprocas. Fertur incerto mari] Errat in mari ignoto. Capaciores adfer huc] Iam quaſi in conuiuio ſedens hortatur puerum ad Cyathos ſtantem, ut ampliora pocula præbeat, & optimum uinum adferat: quò largiùs potare queat. Et Chia uina, aut Lesbia] Inter uina tranſmarina in ſumma gloria fuêre Chium & Leſbium, autore Plinio. Nauſeam coërceat] Vinum enim præſtantiſſimum comprimere uomitum perhibent. Cæcubum] Ante Setinum, quod cunctis prætulit Auguſtus, Cæcubo erat generoſitas celeberrima, in paluſtribus populetis, ſinu Amyclano, teſtante Plinio lib. 14. cap. 6. Curam metumq;] Quem nos de ſalute & rebus Auguſti hactenus habuimus. Lyæo ſoluere] Vino diluere. Et pulchrè alludit ad etymon uocis. Nam Bacchus Lyæus dicitur, ἀπὸ τοῦ λύειν, hoc eſt, à ſoluendo: quòd ſollicitudinẽ & curas diſſoluat.

THEOD. PVLM. } 5 Miſtum tibijs] Mixtis tibijs, Lambini codices duo. 6 Hac Dorium, illis Barbarũ] Id eſt, Phrygium. Sic 1. Epiſt. 2.

„ Græcia Barbariæ lento colliſa duello.

Id eſt, Phrygiæ & apud Maronem (2. Aeneid. uerſu 504.)

„ Barbarico poſtes auro, ſpolijsq́ ſuperbi.

Id eſt, Phrygio. Phryges enim opibus & auro abundabant, opinioq́ue Græcorum erat eos opulentos fuiſſe, ut & Perſas. Itaq; ut Barbarus ætate Demoſthenis dicebatur, Perſarũ rex: ſic Barbaros qui de bello Troiano ſcripſêre, aut tragœdias illius argumenti attigêre, Phryges intellexerunt: quanquam latiùs Barbari nomen patet. Vide Turneb. lib. 9. cap. 16. 13 Spadonibus] Spadones impudicitiæ infames erant, quos habebat plurimos Cleopatra. Vide Turneb. lib. 9. cap. 14. 16 Conopeum] κωνωπεῖον, uelum ad arcendos culices. heic abiecta iôta penultimam corripit, ut Cyclopeus, Κυκλώπειος apud Virgilium Aeneid. 1. uerſu 205. & gynæceum, γυναικεῖον apud Terent. Phorm. act. 5. ſcen. 6.

17 Ad hunc] At hoc, H.G. Verterunt] Aut uerterunt media breui pronunciandum, ut uerſus non claudicet, aut uerterint, legendum. Seruius autem lib. 6. Aeneidos ſcribit duo millia equitum ab Antonio tranſijſſe ad Auguſtum, per quos uictoriam adeptus ſit. Turneb. lib. 14. cap. 10. 18 Galli] Heic Gallos accipe, non Gallogræcos. Brodæus Miſcell. lib. 6. cap. 2. 20 Citæ] Sitæ, Gryphiana editio, & Cruquij codices duo: ſed in litura.

21 Iô triumphe, tu moraris aureos
Currus, & intactas boues,
Iô triumphe, nec Iugurthino parem
Bello reportaſti ducem & quæ ſequuntur.

Omnia hæc ex illo, Iô triumphe, pendent. & eſt cantus quem pæana appellant ueteres. hunc Apollini tum de eius, tum de uictorum laudibus canebant. Nam præſertim Græci duos pæanes habebant: alterum Martis, quo utebantur initio pugnæ: alterum Apollinis, quem fuſis, cæſisq́ hoſtibus decantabant, quemadmodum heic, fecit Horatius profligato M. Antonio. Vide Franc. Luiſini Parergon lib. 2. cap. 12. Aureos Currus] Aureos triumphantium Auguſtorum fuiſſe currus ſcribit Philoſtratus in Dionis uita. Et ſi autem certa quadam erat triumphalis currus forma, tamen ea imperatori ornatior & pretioſior, quàm alijs ducibus parabatur: forma autem eius neque bellico curruí, quo Heroicis temporibus Troiani & Thebani belli, homines uſi ſunt, ut Barbari Britanni & Belgæ couino: neque curruí Circenſi, quo Romæ ludis equeſtribus quadrigarij utebantur, & agitatores Olympiæ, ſed rotundæ turri aſſimilis erat. Vide Turneb. lib. 2. cap. 16. 25 Africano] Africanum, H.G.E.B. Super Carthaginem] Ego Scipioni uirtutem ſepulcrum condidiſſe puto ſuper Carthaginem, id eſt, ſuper res Carthaginenſes: & intelligo elogium in eius ſepulcro ſcri-

ero ſcriptum, quod poſteris eius geſta in Africa contra Carthaginenſes teſtaretur. Vide Luiſini Parergon lib. 3. cap. 8.

» ——Cui ſuper Carthaginem
» Virtus ſepulcrum condidit.

Id eſt, cuius ſepulcro euerſæ Carthaginis titulus ſubſcriptus eſt. Nam rerum geſtarum memoria ſepulcrorum elogijs inſcribebatur. Silius (lib. 15. uerſu 43.)

» Hæc Decios Stygias Erebi detruſit ad undas,
» Dum cineri titulum, memorandaq; nomina buſtis
» Prætendit. ——

Et Iuuenalis (Sat. 6. uerſu 230.)

» ——Titulo res digna ſepulcri.

Hæc Turneb. lib. 14. cap. 10. Vide & lib. 10. cap. 11.

27 Terra, mariq; uictus hoſtis, Punico Lugubre mutauit ſagum] Nam apud Romanos qui exercitibus præerant, coccinis utebantur ſagis militiæ, ut & Lacedæmonij omnes militantes ſagulis rubris: φοινικίδας Græci uocant, partim, ut inquiunt Grammatici Græci, quod color ille inſignis uiros præcipuè decere uideatur: partim quòd ſanguineus ille color conſuefaciebat fuſum cruorem contemnere: nec deſunt qui ea ueſte Lacedæmonios tradant uti ſolitos eſſe, ne ſi hoſtis, ſi quem ſauciaſſet, ſanguinem eius uideret, colore ſanguinem manantem ſuffurante. Vide Turneb. lib. 2. cap. 16.

GEORG. FABR. } Gratulatur Auguſto Cæſari triumphum de ſuperato Antonio, & ad Mecœnatem ſcribens, cupit ſe fieri participem gaudij publici: ideò diem ſolennem conuiuijs, uino, & canticis ſuadet celebrandum. Eſt duplex reprehenſio ducum Romanorum, Sexti Pompeij, qui pugnauit ſeruis: M. Antonij, qui eunuchis. Tale dedecus & à nomine Romano, & ab imperij dignitate ſuſtulit ſuis uictorijs Auguſtus: quem nouo cognomento inſigniuit, dum eum Victorem appellat, & alijs multis uictoribus maiorem eſſe iudicat: qui trophæis Marij & Scipionis, reliquam Africæ partem, nempe Aegyptum adiecerit. Interq; ſigna (turpe) militaria] Turpè, modò dolentis eſt interiectio. Propert. 4.

» Et nimium remis audens (prope turpè) Latinis.

IOD. BAD. ASCENS. } Quando repoſtum. &c] Quia argumentum ex Mancinello patet, Ordo eſt. O' Mecœnas beate: ut cui ex ſententia ſuccedunt omnia. Quando (quæ deſideratiuè ponitur particula) ego lætus Cæſare] Scilicet, Auguſto. Victore] Scilicet, M. Antonij & Cleopatræ. Bibam tecum ſub alta domo] Id eſt, turri tua. Sic Ioui gratum] Id eſt, placitum eſt Ioui. Vt] Scilicet, ille uincat. Et nos bibamus Cæcubum] Sup. uinum. Repoſtum] Pro repoſitum id eſt, ſeruatum & receptum. Ad dapes feſtas] Id eſt, feſtiuas, & hoc lyra ſonante carmen mixtum tibijs. Hac] Scilicet, lyra. Sonante Dorium] Id eſt, Doricum, quia lyræ ſolers & cantor Apollo in Parnaſo Dorijs uicino præcipuè colitur. Et illis] Scilicet, tibijs ſup. Sonantibus barbarum] Aut carmen, aut barbarum, pro barbarè, quia à Phrygibus inuentæ ſunt. Vt] Sup. bibimus. Nuper] Id eſt, nunc. Parum eſt temporis] Id eſt, paulò antè. Cum] Id eſt, quando. Dux Neptunius] Id eſt, Marinus, ſcilicet, Sextus Pompeius, Cnei Pompeij Magni filius. Actus] Id eſt, agitatus. Freto] Id eſt, per mare. Fugit nauibus uſtis] Scilicet, ab Agrippa. Fugit dico minatus] Id eſt, qui fuerat minatus. Vrbi uincula] Id eſt, lora, hoc eſt, ſeruitutem. Quæ uincula detraxerat ſeruis perfidis exiſtens amicus] Scilicet, eis. Romanus] Proſequitur uictoriam Auguſti cum deteſtatione Antonij, dicens, Eheu poſteri uos negabitis, id quod dicturus ſum, quia monſtroſum eſt, uidelicet quod Romanus miles emancipatus] Id eſt, liberatus omni ſeruitute, & quam Sextus Pomp. & quam Parthi minitabantur. Fert uallum & arma fœminæ] Scilicet, Cleopatræ. Et poteſt ſeruire] Id eſt, in animum inducere, ut ſeruiat. Spadonibus] Scilicet, Aegyptijs, quia illic Eunuchi & Spadones ſemper plurimi facti rugoſi, quia ſucco uirili exhauſto, rugas ferè contrahunt. Et Sol aſpicit Conopeum] Id eſt, uelum ad arcendos culices. Turpe] Scilicet, Martijs uiris. Inter ſigna militaria] Scilicet, Romana. Galli] Scilicet, Galatiæ Amyntæ regis milites. Canentes] Id eſt, laudantes Cæſarem] Scil. Auguſtum. Vertere ad hunc] Scilicet, ad expugnandum, hoc eſt, ad Romanum ſic degenerantem. Bis mille equos frementes] Quia bellicos & animoſos. Et puppes] Id eſt, poſteriores. Nauium partes citæ] Id eſt, ueloces ad fugam. Nauium hoſtilium] Scilicet, Cleopatræ, quas ſexaginta habuit ocioſas. Latent] Scilicet, dum bellum gerebatur. In portu] Id eſt, in loco tuto. Siniſtrorſum] Id eſt, poſt naues ſiniſtri cornu. Exclamat ergo præ gaudio poëta, dicens. Iô] Quæ exultantis, aut ouantis uox eſt. Triumphe] Scilicet, Auguſto debite. Tu moraris] Id eſt, in mora tenes. Currus aureos] Saltem auratos. Et boues intactas] Scilicet, iugo, quas mactare deſtinauit. Iô triumphe] Nec reportaſti. Ducem parem] Scilicet, Auguſto ſup. è bello Iugurthino, unde Marium triumphantē reduxit. Neq; portaſti parē Aphricanum] Scilicet, Scipionem. Cui uirtus condidit ſepulchrum] Id eſt, titulum. Super Carthaginem] Scilicet, deuictam. Acron autem dicit ſic. Deuicta Carthagine uirtute Scipionis Aphricani, cum Aphri aduerſum Romanos denuò rebellarent, conſulto oraculo, reſponſum eſt, ut ſepulchri Scipioni fieret, quod Carthaginem reſpiceret. Tunc leuati cineres eius ſunt pyramide in Vaticano conſtituta, & humati in ſepulcro eius in portu Carthaginem reſpiciente.

Terra] Redit ad Antonium dicens. Hoſtis] Scilicet. Antonius Victus terra] Per defectionē Canidij, & mari per fugā Cleopatræ. Mutauit punico] Id eſt, pro Punico, id eſt, purpureo ſeu Tyrio dibapho accepit. Sagum] Id eſt, paludamentum militare. Lugubre] Quia nigrum. Ille] Scilicet, hoſtis uictus, utpote Anton. aut iturus eſt. Cretam nobilem] Id eſt, inſignem centum urbibus. Ventis non ſuis] Id eſt, non ſecundis, neq; quo uelit pellentibus. Aut petit Syrtes exercitatas] Id eſt, ſinus illos maris uexatos. Noto] Id eſt, uento illo humido. Aut fertur mari incerto] Id eſt, incognito, aut ipſe certus, quò fata uentiq; trahant. Et ideò ô puer affer] Id eſt, apporta mihi. Scyphos capaciores] Id eſt, multum capaces. Et uina Chia aut Lesbia] Quæ tranſmarina ſunt. Vel metire] Id eſt, menſura & propina Nobis] Id eſt, Mecœnati & mihi. Cæcubum] Vinum Italicum. Quod coërceat] Id eſt, reſtringat. Nauſeam fluentem] Id eſt, uomitum ex uino externo prouocatum. Iuuat] Scilicet, nos ſoluere. Dulci Lyæo] Id eſt, uino. A' diſſoluendo enim dicitur Bacchus Lyæus. Curam & metum rerum Cæſaris] Id eſt, quem pro Cæſare ſuſcepimus.

ANTON. MANCIN. } Marcus Anton. poſt Parthos Cleopatræ amore ductus, quaſi bene geſtis rebus in regio ſe ſinu reficiebat, Aegyptia mulier ab Ebrio imperatore precium libidinum Romanum Imperium petijt, promiſit Antonius, ueluti hæc omnia latius ſcribuntur ab L. Floro. Itaq; in patriam pugnaces naues quingentas duxit, authore Plutarcho. Peditum milia centum, Equitum milia, 22. Antonio igitur circa Actium Epyri promontorium naues habente, Cæſar Auguſtus illuc duxit naueis pugnaces 250. peditum 80. millia. Equitum fermè parem Antonio numerum. Inter pugnandum autem naues, 60. Cleopatræ, quæ poſt magnas naues collocatæ erant, uelis ſublatis per medios pugnantes fugam arripuerunt. Antonius poſthabitis omnibus in quinqueremem proſiliuit, & Cleopatram inſecutus eſt. Itaq; ad Tænarum appulerunt. Antoniana claſsis ægrè decima hora ſuperata eſt. Mortui non ſupra quinq; millia fuêre. Captæ autem naues trecentæ. Exercitus itiem omnis uictori ſe dedit. Poſt hæc Cæſar ab Actio profectus Athenas. Hac igitur lætus uictoria Horatius Mecœnatem ſuum alloquitur, ut unà optimo uino quàm primum gaudeant. Sicut etiam paulò antè uicto, Sexto Pompeio fecerant. Arguit inde Antonium, quod muliebri imperio ſe ſubdiderit, cùm liber eſſet, & alter orbis imperator, puerum tandem hortatur optima uina miſceat. Iuuat enim uero dulciſsimo curam & metum rerum Cæſaris ſoluere. Penultima etiam Ode lib. 1. de Antonij & Cleopatra clade plurima idem Horat. meminit. Quando repoſtum] Metrum eſt ſimile præcedentibus. Eſt autem ordo. O' beate Mecœnas lætus ego uictore Cæſare, quando ſub alta domo ſic Ioui gratum tecum bibam Cæcubum repoſtum ad feſtas dapes? Præterea Plautus in Caſina inquit, qui utuntur uino uetere ſapientis puto.

Cæcubum]Sinui Caietano contiguum erat Cæcubum oppidum, cui adiacebat urbs fundi in Appia uia. Tota illa ora præcipua uina generabat. Verùm Cæcubum & Fundanum, & Setinum, ſicuti Phalernum, & Albanum inter nobilia numerabatur. Author eſt Strab.lib.5. Plin.etiam lib.16. ſcribit quod antea Cæcubo erat generoſitas celeberrima in paluſtribus populetis ſinu Amyclano, quod ſuo tempore interciderat, & incuria coloni, lociq́ anguſtia. Libro uerò tertio docet Amyclas fuiſſe propè Tarracinam fundos, Caietamq́ uerſus, & à ſerpentibus deletas. Sub alta domo] Id eſt, in alta domo. Intelligit autem Mecœnatis turrim, ex qua Nero incendium urbis proſpectauit. Suetonius enim ſic ait. Hoc incendium è turre Mecœnatiana proſpectās, lætusq́ flammæ, ut aiebat, pulchritudine ἅλωσιν Ilij decantauit in illo ſuo Scænico habitu. Hoc eſt, captionē, ſeu captiuitatem, & expugnationē Ilij. Idē quoq́ ſcribit. Auguſtū ægrū cubare ſolitū in Mecœnatis domo. Sic ut Cæſaris uictoria gaudeamus. Ioui grato] Eius enim numine uicerat Auguſtus. Hac Dorium]Doris, Dorienſes Parnaſſo affines habitatores cōſtituit, ſibiq́ ſuperſtites à ſe uocatos reliquit, quod Strabo lib.8. aſſerit, & Plin.lib.6.cap.2. ſcribit. Tris tantū gentes Græcas iure dici: Doricam, Ionicam, Aeolicam, cæteras Barbarorum eſſe. Illis Barbarum]Id eſt, Phrygium. Nam obliquam tibiam in Phrygia Mydas inuenit, geminas tibias Marſias in eadem gente, Lydios modulos Amphion, Dorios, Thamiras, Thrax, Phrygios, Marſias Phrix. Cùm tibijs canere uoce Træzenius Dardanus inſtituit. Author eſt Plin.lib.7. Diodor.uerò lib.5. ſcribit. Palladem tibiam eiusq́ cantum inueniſſe. Vt nuper bibimus] Scilicet, Actius quum freto Ordo eſt, quum dux Neptunius actus freto fugit uſtis nauibus. Dux Neptunius]Sextus Pompeius intelligitur, qui fuga euaſerat ex Hiſpania, contractisq́ infelicis belli reliquijs, cùm inſuper ergaſtula armaſſet, Siciliam, Sardiniamq́ habebat, iam & claſſe medium mare inſederat. O' quam diuerſos à patre] Ille Cylicas extinxerat, hic pyratas in patriam agitabat. Hæc ex Floro. Apianus autem libr.5. ſcribit. Agrippam in Sicilia pugnantem contra Sext. Pomp. naues in fugam adegiſſe, quarum ſeptem ſupra decem celeri curſu reliquas antecedentes ad Pontum delatæ ſunt. Aliæ intercludente Agrippa partim ab inſequentibus ex impetu repulſæ ſunt, partim inſurgentes confractæ, aut igni abſumptæ, quæcunque uerò in mari pugnam ſuſtinebant, quæ geſta erāt intuentes ſeipſas dedere hoſtibus. Pomp. ipſe ex claſſe ſe proripiens Meſſanam ſubitò confugit. Tres ex Cæſaris Auguſti nauibus mari immerſæ Pomp. octo ſupra uiginti. Reliquæ autem combuſtæ ſunt, aut redactæ in poteſtatem, aut ad terram compulſæ perierunt. Septem & decem duntaxat fuga elapſis, Pomp. poſt hæc cognita peditatus defectione ad hoſtes, ueſtem immutauit, & ex imperatoria priuatam ſibi induit. Deinde ex Meſſana in Pontum profugit, ac ſeptem ſupra decem, quas præmiſimus comitatus nauibus ad Antonium ſe contulit, peruenit tandem inter hoſtium manus. Titius autem Pompeij exercitum Anton. aſciuit, ipſum præterea Pomp. Mileti interemit, quum quadrageſimum ætatis attigiſſet annum, ſiue propria ad id prouectus ira, ſiue iubente Anton. Sunt qui Plancum non Antonium id iuſſiſſe exiſtiment, hæc omnia ex Apiani libro 5. Actus freto] Oppreſſus in freto Siculo ab Agrippa. Dux Neptunius] Sext. Pompeius intelligitur, quem appellat ducem marinum, quoniam prædonibus mari dominabatur. Vſtis nauibus fugit] Nauium quippe Pompeij octo ſupra uiginti merſæ ſunt, reliquæ aut combuſtæ, aut redactæ in poteſtatem, ſeptem & decem duntaxat fuga elapſis, quibus è Meſſana in Pontum ad Antonium ſe contulit. Sed Mileti à Titio Antonij præfecto interemptus eſt, ut paulò antè dictum eſt latiùs.

Quæ detraxerat ſeruis]Armauerat enim ergaſtula Pompeius in patriam habens Siciliam & Sardiniam.

Perfidis ſeruis] Non enim Pompeio contra Romanos eorum dominos fauere debuerant. Romanus]Ordo eſt: Romanus miles emancipatus fert uallum & arma fœminæ, & poteſt ſeruire rugoſis ſpadonibus, eheu poſteri negabitis. Sunt præterea qui dicant eheu duarum ſyllabarum eſſe. Ego uerò in antiquis codicibus, heu reperi Romanus miles. M. Antonius intelligitur, is enim poſt Parthos exoſus arma in ocio agebat: ſed captus amore Cleopatræ, quaſi bene geſtis rebus in regio ſe ſinu reficiebat. Aegyptia mulier ab ebrio imperatore precium libidinum Romanum imperium petijt, promiſit Antonius. Itaque in patriam arma parauit. Pugnatum eſt ab Auguſto contra eum & Cleopatram apud Actium Epyri promontorium. Prima dux fugæ regina, cum aurea puppe, ueloq́ purpureo in altum ſe dedit, mox ſecutus Antonius. Sed inſtabat ueſtigijs Cæſar, demum uſque in Alexandriam perſecutus eſt. Qua capta, Anton. ſibi ipſi mortem conſciuit, Cleopatra quoque iuxta ſuum Antonium admotis ad uenas ſerpentibus ſic morte, quaſi ſomno ſoluta eſt, hic finis armorum ciuilium fuit. Hæc omnia ex L. Floro. Emancipatus] Id eſt, ſui iuris, & nullius poteſtati ſubiectus propriè autem filius, uel nepos, qui ab iugo, à poteſtate, uel manu patris, uel aui eſt relaxatus, & ſui iuris effectus, emancipatus dicitur. Manumiſſus uerò ſeruus dicitur à ſeruitute ereptus, uel emiſſus. Itaque emancipatio pertinet ad liberos, manumiſſio uerò ad ſeruos. Marcus autem Antonius emancipatus dicitur à poëta, quoniam ſui iuris erat, et nulli ſubiectus. Erant enim duo tunc ſimul orbis imperatores Auguſtus, ſcilicet & ipſe M. Antonius, quod latiùs oſtendit Plutarchus in Antonij uita. Subiecit tamen ſe Cleopatræ amoris gratia, poſſet etiam hoc referri ad omnes milites Romanos, cum Cleopatra ſenientes, quos appellat emancipatos, id eſt, ab militia emiſſos & relaxatos. Nam Antonius poſt Parthos exoſus arma apud Cleopatram quieſcebat cum ſuis omnibus. Negabitis] Sunt enim adeò fœda & indigna hæc. Vt]Scilicet, Romanus miles fœminæ, & ſpadonibus ſeruierit. Vt uix credi ab ullo poſſint aut debeant. Fert uallum & arma fœminæ]Gerit curam bellici apparatus Cleopatræ. Vallum autem ipſa munitio dicitur, nam ualli ſunt ſudes, quibus uallum munitur. Seu per uallum & arma fœminæ intelligit aureum ſceptrum, & Diadema reginæ, quæ omnia Antonius gerebat cum purpurea ueſte ingentibus gemmis aſtricta, ut ſcribit Florus.

Spadonibus]Spado caſtratus aliquis dicitur à σπάω, uel σπάσω quod eſt aufero, traho, diuello. Teſtes enim euellūtur anno præterea, quòd Eunuchus adoleſcens eſt. Spado uerò ætate grandior. dicitur autem Eunuchus ab εὐνὴ, id eſt, cubili, & ἔχω cuſtodio, quia id hominum genus adhibebatur ſeruandis cubilibus regum, & principum εὐνοῦχος tamen caſtro ſignificat. Rugoſis]Languidis. Et Spadonibus ſeruire rugoſis, poteſt cum admiratione, indignationeq́ id legendum eſt. Erant autem Spadones bello præpoſiti cum Antonio. Plutarch. enim in Antonij uita ſic ſcribit. Addebat Cæſar hæc uerba. Antonium quidem amatorijs poculis infectum, ne ſe quidem regere, ac gubernare poſſet Pugnaturos autem contra ipſum fore Photinum, & Mardionem, Eunuchum, & Chardionem, & Iradem Cleopatræ tonſtricem, quibus Antonij imperium plurimum gubernaretur. In uita autem Pompeij oſtendit idem author Photinum quoque Eunuchum fuiſſe, & Ptolemæi regnum adminiſtraſſe, dum Ptolemæus iunior eſſet. Hic etiam ſenatum primorum coëgit ad conſultandum, quid de Pompeio agendum eſſe. Itaque cædendum eſſe iudicarunt. Conopeum] Id uelum erat, quo in Aegypto ad arcendos culices utebantur, ut ſcribit Herodotus, & Porphyrio κωνωπεῖον, autem κώνωψ culex dicitur. Hoc utebatur in ſua naui Cleopatra, quæ nauis Antonias dicebatur, ut ſcribit Plutarchus. Florus uerò aſſerit Cleopatræ nauim auream puppem, uelumq́ purpureum habuiſſe. Turpe] Haud enim decebat res delitijs uti in tanto bello. Ad hunc] Id eſt, aduerſus Romanum militem uidelicet, M. Antonium.

Galli]Multi reges Antonio fauebant, ſed inter alios ab eo deſciuerunt, antequam pugna inciperetur, Deiotarus & Amynthas, qui quidem rex erat Lycaoniæ & Galatiæ, ut Plutarchus edocet. Ephorus autem Strabone teſte lib.4. Galliæ magnitudinem tradidit uſq́ ad Gades. Ergo Galatia Galliæ pars erat, propter Amynthæ itaque agmen hoc loco poëta, inquit, Gallos in Antonium uerſos fuiſſe, quos poëta ipſe iccirco memorauit, ut Romanorum ignauiam magis argueret, nam cùm Galli indignarentur Spadonibus ſeruire, multo magis Romani hac eadem re indignari debebant.

Addit etiam aliud, quod hoſtium naues]Id eſt, Aegyptiorum latebant dum pugnaretur apud Actium, & inter pugnandum fugerunt. Romani uerò contra patriam ipſam certabant. Quorum

fuere

Fuêre duces cum ipſo Antonio Publicola, Cælius, M. Octauius, M. Nisteius, Canidius. Hoſtilium puppes] *Sexaginta Cleopatræ naues intelligit, quæ quidem dum nauale certamen haberetur, erant in tuto loco nihil agentes. Plutarchus id oſtendit his uerbis. Sed quum Agrippa læuum cornu circumduceret, coactus eſt Publicola longius ſe extendere, quamobrem quum media Antonij claſsis abrupta eſſet turbatis ordinibus, & implicatis parumper trepidatum eſt, erat tamen commune certamen pugna utrinq; æqua, quum naues 60. Cleopatræ, quæ poſt magnas naues collocatæ erant, uelis ſublatis per medios pugnantes, fugam arripiunt, ſuosq; perturbant.* Porta latent] *Id eſt, in tuto loco. Erant enim poſt magnas naues collocatæ, ut oſtendimus Aegyptiorum naues 60.* Citæ] *Id eſt, fugaces, ueloces, & fugæ aptiores.*

Siniſtrorſum] *Intellige poſt naues ſiniſtri cornu, in quo Cælius erat tanquam in tutiori. Antonius enim Publicola dextrum habebat, econtra uerò Cæſar dextro cornu ſibi reſeruato ſiniſtro Agrippam præfecit. Author eſt Plutarchus.* Iô triumphe] *Iô uox eſt ouantis. Naſo lib. 2. de Arte.*

» *Dicite iô pæan, & iô bis dicite pæan.*
» *Decidit in caſſes præda petita meos.*

Romulus autem primus triumphum inſtituit ſua in urbe, triumphauit enim de Cenienſibus & Antennatibus, hoc modo:

» *Vltimus ipſe poſt pompam ibat purpurea ueſte,*
» *Amictus comamq; lauro coronatus.*

Et ut dignitatem regiam ſeruaret, curru quadrijugo inuectus, aliæ uerò equeſtres, pedeſtresq; copiæ ſequebantur, inſtructæ egregiè deos laudantes patrijs carminibus, ſicq; urbem intrarunt, poſt pompam autem & ſacrificium Romulus extructo templo in uertice Capitolini collis Ioui (quem Feretrium Romani uocant) Cenienſium in eo regis ſua manu interfecti ſpolia conſecrauit. Hæc omnia ex Dionyſij lib. 2. Quo autem pacto poſteri triumphârint, latiùs diximus in Iuuen. Satyra 10. Iugurthino bello] *Bellum populus Roman. cum Iugurtha rege Numidarum geſsit, quod magnum fuit & atrox. Demum à Bocho Maurorũ rege & pacis authore inſidijs captus eſt, & uictus Syllæ traditus, & ab eo ad Marium deductus, quem tandem uinctum in triumpho Marius duxit Calend. Ianuarijs cum magna gloria, quod die etiam ſecundum Conſulatum Marius inijt, fauente populo, etiam contra leges, Authores Plutarchus, & Saluſt.* Aphricanum] *P. Cornelius Scipio primus nomine uictæ à ſe gentis Aphri, eſt dictus, ut ſcribit Liuius & Plutarchus. Is natus annos 24. Proconſul in Hiſpaniam miſſus Carthaginem nouam urbem opulentiſsimam, ubi Carthaginenſium duces omnem belli apparatum, & quicquid precio dignum habebant, congeſſerant, expugnauit, diripuitq;. Aſdrubalis inde caſtra ui cepit, eo fugato cum paucis. Maſiniſſam Numidiæ regem Roman. Pop. ſua uirtute iũxit Hiſpaniæ populi omnes aut imperium, aut ſocietatem Romanorũ acceperunt. Gaditani etiam ſpontè ſe Romanis dedidêre. Scipio, receptis pulſis Carthaginenſibus L. Lentulo, & Manlio Accidio prouincia tradita Romam redijt. Vbi paulò pòſt Conſul declaratus eſt. Contendit poſtea in Siciliam, è Lilybeo deinde in Aphricam ijt, una nocte Syphacis Numidæ regis caſtra & Aſdrubalis altera cepit atque incendit. Poſt hæc C. Lælium & Maſiniſſam contra Syphacen miſit, quare in prælio ille captus eſt, & ad Scipionem ductus. Hannibal itaque ex Italia reuocatus fuit in patriam, ubi apud Zamam uictus eſt à Scipione. Sed è media cæde cum paucis effugit. Scipio, autem Carthagine, Romano populo tributaria effecta, exercitum in Italiam reduxit. Itaque celeberrimo triumpho urbem eſt inuectus, authores Liuius & Plutarchus.* Super Carthaginem] *Hic Horatium alluſiſſe puto ad illius ſepulchri inſcriptionem. Nam ut Plutarch. memoriæ tradidit, frequentior fama eſt Literni Aphricanum mortuum. Ibiq; ex ſua inſtitutione ſepultum eſſe, ne patria parum memor beneficiorum ſuum funus celebraret, monumentumq; ei factum, ac ſtatuam ſuperpoſitam, quam poſtea tempeſtate disiectam Liuius ſe uidiſſe teſtatur. Præterea apud Caietam in marmoreo ſepulchro, æneaq; urna hæc inſcripta reperiuntur.*

DEVICTO HANNIBALE, CAPTA CARTHAGINE, ET AVCTO IMPERIO, HOS CINERES MARMORE TECTVS HABENS. CVI NON EVROPE, NON OBSTITIT APHRICA QVONDAM. RESPICE RES HOMINVM, QVAM BREVIS VRNA PRÆMIT.

Ad hæc igitur alluſit Horat. Quòd autem Acron ſcribit, apud alios non legi intercepta hiſtoria præſertim Liuij. Quod quidem ſi ipſe olim ita legiſſet, placeret utique. Terra mariq; uictus hoſtis] *Iam ad Antonium poëta redit, quem dicit, terra, mariq; uictum accepiſſe pullatum ſagum. In uariáque fugiſſe loca, ut Augusti uictoriam oſtendat.* Dixerat enim uictore lætus Cæſare] *Terra mariq; quo tempore apud Actium Naumachia pugnatum eſt, terreſtribus copijs ab Anton. Canidius præerat cum 18. legionibus, & uiginti duobus millibus equitum. A Cæſare Thaurus, qui utrique inſtructa acie in littore quieſcebant, euentum naualis pugnæ expectantes. Inter pugnandum fugit Cleopatra cum nauibus 60. ſecutus eſt eam Anton. cum ſola quinquereme. Alexa & Sicuio duntaxat comitibus. Eius claſsis quum diu Cæſari reſtitiſſet, decima hora ſuperata eſt. Canidius poſtea noctu è caſtris fugit, ſuosq; prodidit. Itaque illi ſe uictori dedidêre. Author eſt Plutarchus.* Sagum] *Erat ſagum ueſtimentum militare, ut ſcribit Nonius. Dicit autem Horat. Antonium poſt amiſſam claſſem pullatum ueſtimentum accepiſſe.*

Relicto punico] *Id eſt, Tyrio & purpureo.* Aut ille, hoſtis] *Scilicet, Antonius, qui fugiendo uaria loca adijt.* Petit Cretam iturus uentis non ſuis] *Hoc ait poëta, quoniam Anton. fugiens quinquereme, ut Cleopatram aſſequeretur, ab illa in ſua naui receptus eſt. Sicq; ad Tænarum appulit, ut docet Plutarch.*

Vel uentis non ſuis] *Id eſt, non proſperis.* Non ſecundis] *Non exoptatis. Vnde & Sappho inquit.*

» *Non agitur uento noſtra carina ſuo.*

Eſt autem Tænarus promontorium Laconicæ regionis Peloponneſi, cuius limites ſunt à ſeptentrione Corinthiacus ſinus & Iſthmos, deinde Creticum Pelagus, ab ortu Solis etiam Creticum mare, ut Ptolemæus libro tertio ſcribit. Propter hæc igitur poëta inquit.

Aut petit Cretam, &c.] *Exercitatas.* Aut petit Syrtes noto] *Anton. enim ab Tænaro diſcedens in Lybiam peruenit. Cleopatra uerò in Cyprum remiſſa eſt: ut autem hæ, quæ in Lybia erant copiæ ab Antonio deſciuerunt, uoluit ille quidem ſibi mortem conſciſcere, ſed prohibuerunt hi, qui ſecum erant, delatus eſt igitur Alexandriam.* Syrtes] *Saluſt. in Iugurth. ſcribit Syrtes duos eſſe ſinus, propè in extrema Aphrica impares magnitudine. Pari natura, quorum proxima terræ præalta ſunt, cætera uti ſors tulit alta, alia in tempeſtate uadoſa, nam ubi mare magnum eſſe, & ſæuire uentis cœpit, limum, arenamq;, & ſaxa ingentia fluctus trahunt, ita facies locorum, cum uentis ſimul mutatur. Syrtes à tractu nominatæ. Inter eas ſitum oppidum Lectis à Sydenijs conditum. Hæc ex illo Σύρσιν autem trabo nobis ſignificat. Solinus uerò ſcribit, quod utræq; Syrtes ducentis quinquaginta millibus paſſuum ſeparantur, ſed aliquando clementior, quæ minor eſt, eat inacceſſas, uadoſum ac reciprocum mare efficit, cuius ſali defectus, uel incrementa haud promptum eſt, deprehendere. Ita incertis motibus nunc in breuia reſcindit dorſuoſa, nunc æſtibus inundatur inquietis. De Syrtibus etiam Strabo libro tertio meminit. Multaq; Lucanus libro nono.* Incerto mari] *Pro ipſe incertus, uel per incertum mare, cuius nomen ignorabat, adeò remotum erat.*

Capaciores] *Poſtquam Antonij fugam uictore Cæſare patefecit, lætitiæ gratia uina optima iubet afferri.* Capaciores] *Valde capaces & amplos, ſeu mauis ampliores alijs.*

Scyphos] *Scyphus Herculis poculum erat. Ita ut Liberi patris Cantarus. Herculem uerò fictores ueteres non ſine cauſa cum poculo fecerunt, & nonnunquam caſſabundum & ebrium: non ſolùm, quòd is heros bibax fuiſſe perhibetur, ſed etiam quod antiqua hiſtoria eſt Herculem poculo tanquam nauigio uentis immenſa maria tranſiſſe. Author eſt Macrob. libro 5 Sat.* Chia uina, aut Lesbia] *Chia uina Aruiſia intelligit. Eſt enim Aruiſium promontorium Chij, ex quo uinum, quod Aruiſium uocant, ut ſcri-*

bit Plinius libro decimoquarto, capite decimo. Chios autem inſula eſt una Cycladum, teſte Solino Homeri ſepulchro alijs antecedens. Strab. etiam docet libro decimoquarto, Chium & Leſbium uina optima ferre. De Leſbo autem plura diximus Ode 1.

Nauſeam coërceat] Nauſea propriè uomitus dicitur, quæ fit propter ſentinæ fœtidam aquam, unde & a naui dicitur. Tradunt autem optimo uino comprimi uomitum, utq; Celſus lib. ſecundo, ait ſtomacho idoneum eſt uinum auſterum, licet iam aſperum ſit.

Item reſonantem] Et Plinius libro decimoquarto ſcribit, uini naturam eſſe ex hauſtu accendere calore uiſcera, intus foris infuſo refrigerare. Dulcis Lyæo ſoluere] Lyæus Bacchi nomen, ab λύω, quod eſt ſoluo, eò quod mentem, & membra uinum diſſoluat, unde ſequitur paralyſis. De quo etiam Ode VII. diximus. Plin. præterea libro decimoquarto ſcribit, nimio potu gigni ferè rerum omnium obliuionem, mortemq; memoriæ, furoremq; etiam.

ODE X. IN MÆVIVM POETAM.

Ode X. Dicolos diſtrophos, ut: Ibis Liburnis inter alta nauium.

υ– υ– υ– υ– υ– υυ

υ– υ– –– υυ

ARGVMENTVM IN ODEN X.

Imprecatur Mæuio poëtæ æmulo ſuo nauigaturo ſubitam tempeſtatem, & tale naufragium, quale paſsi ſunt Græci in monte Capharæo, ob uitiatam ab Aiace Oilei filio Mineruæ ſacerdotem, quum è Troiæ excidione reuerterentur.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Mæuio poëtæ peſſimo iam nauigaturo tempeſtatem ſæuam, & tale naufragium, quale olim paſſus eſt Aiax, imprecatur.

COMMENTARIA.

MALA ſoluta nauis exit alite,
Ferens olentem Mæuium,
Vt horridis utrunq; uerberes latus,
Auſter memento, fluctibus.
Niger rudenteis Eurus, inuerſo mari,
Fractosq; remos differat.
Inſurgat Aquilo, quantus altis montibus
Frangit trementes ilices.
Nec ſidus atra nocte amicum appareat,
Quâ triſtis Orion cadit.
Quietiore nec feratur æquore,
Quam Graia uictorum manus,
Cùm Pallas uſto uertit iram ab Ilio,
In impiam Aiacis ratem.
O' quantus inſtat nautis ſudor tuis,
Tibiq; pallor luteus,
Et illa non uirilis eiulatio,
Preces, & auerſum ad Iouem,
Ionicus udo cùm remugiens ſinus,
Noto carinam ruperit.
Opima quòd ſi præda curuo littore
Porrecta mergos iuuerit,
Libidinoſus immolabitur caper,
Et agna tempeſtatibus.

ACRON.

SOLVTA nauis] Solui dicitur nauis, quando de ſtatione, uel portu dimittitur, ut:
» Soluite uela citi.
Alite] Hic & hæc ales: ſed hîc pro auſpicio poſuit alite. Olentem] Putentem, ut:
» Herbas contundit olentes.
Mæuium] De quo & Virgil.
» Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui,
Auſter memento] Tempeſtatem imprecatur Mæuio nauiganti. Remos differat] Ceſſare faciat. Montibus altis] Qui maiori tempeſtati ſubiacent altitudine ſui. Trementes] Cōmotas, & uiuenti inclinatas. Nec ſidus atra nocte] Nigra. Sine amico nauigantibus lunæ lumine, hoc eſt, proſpero, ut:
» Nec candida curſum Luna negat.
Quâ triſtis Orion] Tempeſtuoſus: In occaſu ſigni ipſius maximè tempeſtates emergunt, ut: Nimboſus Orion. Cadit] Occidit, ut:
» Suadentq; cadentia ſydera ſomnos.
Quietiore nec feratur æquore] Pro non minus concitato. Quam Graia uictorum manus] Talem illi nauigationis optat errorē, qualem poſt Troiæ excidium Græci uictores pertulerunt: aut naufragium quale reuertentes in monte Capharæo fecerunt. Cùm Pallas uſto uertit iram ab Ilio] Minerua enim ſacerdotē ſua ab Aiace uitiata, iram uerterat à Troianis in Græcos, ut:
» Pallas ne exurere claſſem,
» Argiuûm, atq; ipſos potuit ſubmergere ponto,
» Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei.

Et illa non uirilis eiulatio] Planctus rationis expers, & magis fœminis conueniens, ut:
» Fœmineum clamorem ad ſydera tollunt. & Iuuen.
» Flagrantior æquo Non debet dolor eſſe uiri.
Auerſum] Non audientem, & iratum, ut:
» Auerſa deæ mens.
Ionicus] Hadriaticus. Carinam ruperit] Nauem ſoluerit tēpeſtate, à parte totū. Carina enim totius nauis cōpago eſt. Opima] Præcipua, aut pinguis. Porrecta mergos iuuerit] Hoc eſt, ſi cadauer Mæuij in littore eiectum, marinis auibus iacuerit cibus. Porrecta] Extenta, ut:
» Quaq; iacet medium Rhodope porrecta ſub axem.
Libidinoſus immolabitur cap.] In ſimilitudinem impudici & petulantis poëtæ, animal comparat immolandum, ſi mortis eius uoti compos extiterit.

PORPHYR. } Mala ſoluta nauis exit alite Ferens olentem Mæuium] Hic eſt Mæuius importuniſſimus poëta, quem & Virgilius conſimili contumelia nominat,
» Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui.
Olentem aūt pro putido dictū accipe. Eſt enim χ[illegible] λε[illegible]. Malà alite] Hoc eſt, malo auſpicio, & attende alitem hic fœminino genere dixiſſe, alibi maſculino, ut:
» Qualem miniſtrum fulminis alitem.
Vt horridis utrunq; uerberes latus Auſter memento fluctibus] Iucundè, quaſi uento præſenti præcipiat, & utrunq; latus nauis, utrinque intelligendum eſt. Niger rudentes Eurus inuerſo mari] Quid eſt inuerſo mari? an contrarijs fluctibus? Quâ triſtis Orion cadit] Qua, ſcilicet nocte. Cū Pallas uſto uertit irā ab Ilio In im-

In impiam Aiacis ratem] *Hoc eſt, ex Virgiliana lectione ſatis notum.* Et illa non uirilis eiulatio] *Eiulatio potius id dicitur, quod eſt, quaſi gemitus fletûs, κατ' ὀνοματοποιΐαν.* Ionius udo cùm remugiens ſinus, Noto carinam ruperit] *Vdo autem noto, hoc eſt, aquoſo ac pluuioſo.* Opima quod ſi, &c.] *Opimam prædam corpus ipſius Mæuij intelligamus, ex quo apparet pinguem fuiſſe.*

CHRIST. LAND. } Mala ſoluta nauis exit alite] *Ominatur mala nauigaturo Mæuio.* Mala] Quia in fœminino genere pro malo augurio ponitur: ut ait Acron. Olentem] *Malè olentem, & refertur ad famam.* Cadit] Quia in occaſu maximè nocet. Quietiore nec feratur] *Ferunt Mineruam Aiaci Oilei filio uehementer iratam fuiſſe, quod ille in ſuo templo cum Caſſandra concumbere auſus ſit. Quapropter fulmine eius nauem combuſſit, & ipſum interemit. Quam fabulam in 1. lib. Aeneid. ponit Virgilius.* Vertit iram ab Ilio] *Nam Ilio exuſto Troianos ulta fuerat. Itaq; conuertit iram in Aiacem, quem nondum erat ulta.* Non uirilis] *Nam eiulabis, ut fœmina præ timore naufragij neq; uirilem grauitatem obſeruabis.* Præda] *Scilicet cadauer tuum ex naufragio ad littus reiectum.* Iuuerit mergos] *A' te paſcentur. Mergi autem aquaticæ ſunt à facilitate mergendi nominati.* Libidinoſus] *Pro libidinoſo ſcilicet homine.* Agna tempeſtatibus] *Quoniam illæ cauſa mortis fuerint.*

HERM. FIG. } Mala alite] *Infeliciter, malo auſpicio.* Soluto] *Videlicet portu. Quia naues cùm in Portum ex alto ſunt inuectæ, ad terram fune religari ſolent.* Olentem Mæuium] *Mæuius & Bauius peſſimi fuerunt poetæ, inimici tam Horatio quam Virgilio. Vnde Virg.*

» *Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui.*

Auſter memento] *Naufragium imprecans Mæuio, rectè uentorũ auxilium implorat, quia proprium eſt uentorum mari incumbere, illudq́; ſua ui agitare atq; turbare. Vnde etiam Iuno apud Virg. uolens excitari uehementem tempeſtatem, qua perirent Troiani, rogat Aeolum, ut uentos emittat, & mare perturbet. Sic inquiens:*

» *Incute uim uentis, ſubmerſasq; obrue puppes:*
» *Aut age diuerſas & diſijce corpora ponto.*

Niger Eurus] *Ex quatuor cardinalibus uentis tres poſuit, maximè tempeſtuoſos & ſæuos.* Rudentes] *Rudentes funes ſunt nautici, à Carcheſio in puppim demiſſi.* Inuerſo mari] *Hoc eſt, ui uentorum euerſo. Virgilius.*

» *Incubuere mari, totumq́; à ſedibus imis*
» *Vnà Eurusq́;, Notusq́; ruunt, creberq́; procellis*
» *Africus: & uaſtos uoluunt ad littora fluctus.*

Fractosq; remos differat] *Virg.*

» *Franguntur remi: tum prora auertit, & undis*
» *Dat latus.——*

Remi ſunt quibus impellitur nauis: à Græcis dicti κῶπαι, à Copis inuentoribus. Inſurgat Aquilo] *Tantus inuadat Boreas, quantus eſſe ſolet cùm in montibus arbores proſternit. Eſt autem magna huius uenti uiolentia, ut etiã ipſe de ſe apud Ouid. gloriatur:*

» *Apta mihi uis eſt, hac triſtia nubila pello.*
» *Hac freta concutio, nodoſaq; robora uerto.*

Nec ſydus atra nocte] *Adeò obſcurari & nubibus tegi cœlum cœpit, ut nullum prorſus ſydus nautis appareat, cuius indicio curſum moderari queant: uel quod futuram tranquillitatem prænunciet: ut ſtella Caſtoris & Pollucis, nauigantibus propitia.* Qua triſtis Orion cadit] *Qua nocte Orion occidit, & tempeſtates excitat. Fabulam Orionis legant ſtudioſi apud Homerum lib. 5. Odyſſeæ: Hyginum in Aſtronomico poetico: Ouid. lib. 5. Faſtorum: Seruium in 1. Aeneid. Bocatium lib. 11. περὶ γενεαλογίας θεῶν, cap 19.* Quietiore nec feratur æquore] *Tranquilliore mari non uehatur Mæuius.* Quàm Graia uictorum manus] *Quàm exercitus Græcorum è bello Troiano cum uictoria redeuntium, uidelicet ferebatur.* Cùm Pallas uſto uertit iram ab Ilio] *Pallas propter Paridis iudicium, & ſpretæ formæ iniuriam grauiter infenſa atq; irata fuit Troianis. Sed cùm euerſo iam Ilio ſatis inimicos ulta fuiſſet, iram in Græcos conuertit, quòd poſt uictoriam ſacrificare ſibi noluerint, & quòd Aiax templum ſuum uiolarit.* Aiacis] *Oilei, regis Locrenſium. Qui capta Troia Caſſandram uirginem in templo Palladis ſtuprauit. Qua ignominia uehementer offenſa Dea, Græcis ab expeditione Troiana reuertentibus atrocem & aſperam tempeſtatem, circa montem Caphareum, immiſit, qua multi perierunt, inter quos ipſe Aiax fulmine percuſſus, & ſubmerſus eſt. Alij diſiecti, ut quidam multis annis poſt in patriam uix redierunt. Meminit huius naufragij Iuno apud Virg. lib. 1. Aeneid.* O quantus inſtat] *Dicens magnos nautarum futuros labores, magnum ipſis metum & ploratum, ſignificat horrendam & acerbam impendere tempeſtatem.* Pallor] *Hoc eſt, metus & terror, quem pallor conſequitur.* Luteus] *Nonius ait, luteum colorem propriè eſſe croceum. Hunc nihil æquè oſtentat ac flos calthæ & geniſtæ, ouiq; etiam uitellus.* Non uirilis eiulatio] *Muliebris ille gemitus & ploratus tuus, parum decens fortem uirum. Eiulatus ne mulieri quidem conceſſus eſt, inquit Cicero.* Preces auerſum ad Iouem] *Hoc eſt, inanes, quia ad Iouem auerſum, id eſt, iratum, non audientem. Cicero: Deos auerſos eſſe à ſalute populi Romani.* Ionius ſinus] *Mare quod ſecundo ſinu accipit Europa, Ionium dicitur. Habet ab Oriente Creticum, à Septentrione Adriaticum, ab Occidente Siculum, à Meridie Africum pelagus.* Opima quòd ſi præda] *Quòd ſi pingue cadauer tuum ſubmerſum & in littus eiectum cibus fuerit mergis.* Libidinoſus caper] *Videlicet, pro te fœdo & olente poëta.* Agna tempeſtatib.] *Quòd hæ nauem tuã fregerũt atq; euerterint. Aliàs pulla boue ſacra fieri tempeſtati ſolebant.*

THEOD. PVLM. } 1 Mala ſoluta nauis] *Oram ſoluere, non aliud quidquã eſſe credo, quàm è litore nauigare, ipſumq; litus & orã liberare & ſoluere, ut. n. ab Horat. ſcriptũ eſt.*

» *Mala ſoluta nauis exit alite.*

Quòd ante in litore retinaculo eſſet religata: ſic cùm eodem retinaculo ora ipſa æquè ac nauis ligata ſit, eo ſublato cùm incipit nauigatio, ſolui meritò ora dicitur, ut & nauis, utraque. n. antè uincta erat. Turneb. lib. 3. cap. 1. 15 Quantus] Qualis, *Cruquij liber unus: ſed alia lectio magis conuenit.* 18 Auerſum] Aduerſum, B. 19 Sinus Noto] Sinu Notus, *Cruquij codices Blandinij & aliqui ueruſti Georg. Fabricij.* 22 Iuuerit] *H. G. E. B.* Iuueris *Lambini libri manu ſcripti ſeptem.* 23 Libidinoſus immolabitur caper, Et agna tempeſtatibus] *Virgilius. 5. Aeneid. uerſus. 772.*

» *—Et tempeſtatibus agnam Cædere deinde iubet.*

Cicero lib. 3. de Natura Deorum: Quòd ſi nubes retuleris in Deos, referendæ certè erunt tẽpeſtates, quæ populi Rom. ritib. conſecratæ ſunt. ergo imbres, nimbi, procellæ, turbines ſunt Dî putandi. *Tempeſtati autem, ut Deæ minori, minor hoſtia immolabatur, ut fœminæ fœmina. Vide Turneb lib. 14. cap. 4.*

GEORG. FAB. } *Hæc Oda continet ἀράν, imprecatur enim Mæuio naufragium: in qua imprecatione Mineruã aduocat: ἐπιχαιρεκακίαν, inſultat enim periclitanti, & ibidem Iouis meminit: εὐχὴν, quia uotum facit & Tempeſtatibus promittit uictimam legitimam, nempe agnam: & propter aduerſarium petulantem, etiam caprum.* Ionius udo cum remugiens ſinu Notus carinam ruperit] *Hæc eſt aliquorum uetuſtorum lectio: ſed uulgata placuit Porphyrioni, nec eam, neſcio qua religione, mutare audeo. Notus dicitur carinas rumpere non ſinus, fateor: ſed ὑπαλλαγὰς adeò uſitatas inuenio, ut iterum teſter, me ampliare.*

IOD. BAD. ASCENS. } Mala] *Sicut amico Vergilio bonam nauigationem primo carminum precatus eſt: ita hic malam Mæuio utriq; inimico. Nam in Buc. dicit Maro.*

» *Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui.*

Ordo eſt. Nauis ferens Mæuium olentem] *Id eſt, fœtidum hominem.* Exit ſoluta] *Scilicet à littore.* Mala alite] *Id eſt, aue, hoc eſt, auſpicio. Et ô Auſter uente memento, ut uerberes.* Vtrumque latus] *Scilicet nauis eius fluctibus horridis, & Eurus uctus ab oriente.* Eurus niger] *Id eſt, nubiloſus & inimicus.* Differat] *Id eſt, diſtrahat & in diuerſa ferat.* Rudentes] *Id eſt, funes nauium & remos fractos.* Et hoc mari inuerſo] *Id eſt, eo quod imum eſt ſurſum uerſo.* Et aquilo] *Ventus à Septentrione flans, à latere orientali, qui uehemens dictus eſt, quòd, ut aquila uolat.* Inſurgat] *Sup. tantus, quantus frangit ilices.* Trementes] *Supple in altis montibus.* Nec ſidus] *Pergit dicens,* Nec ſydus] *Sup. ullum.*

Amicum] *Id eſt, benignum appareat* Nocte atra] *Id eſt, caligi-noſa & aduerſa.* Qua Orion] *Id eſt, ſydus Orionis in Ortu & Occaſu, ſed potius in occaſu tempeſtatem ciens.* Cadit triſtis] *Id eſt, inimicus nauigantibus.* Nec Mæuius feratur æquore quietiore quà] *Sup. uecta eſt.* Manus Grais] *Id eſt, Graiorum.* Victorum] *Scilicet Troiæ, cum Pallas uertit iram, ab Ilio uſto in impiam ratem.* Aiacis] *Scilicet Oilei, quam cum cæteris apud Caphærea profligauit, quòd Aiax ille cum Caſſandra in templo deæ concubuerat.* O quantus ſudor inſtat nautis tuis] *O Mæui, & quantus.* Pallor luteus] *Id eſt, croceus à luto pro colore, cuius prima longa.* Inſtat] *Sup. tibi.* Et illa eiulatio] *Id eſt, exclamatio.* Non uirilis] *Quia muliebris, ſup. inſtat.* Tibi] *Et preces inſtant tibi.* Ad Iouem auerſum] *Id eſt, indignatum, & non audientem cum* Sinus Ionius] *Id eſt, Ionij maris.* Remugiens Noto] *Id eſt, uento illo.* Hudo] *Id eſt, humido.* Ruperit carinam] *Id eſt, uentrem nauis tuæ.* Quod ſi præda opima] *Id eſt, pinguis, uidelicet cadaueris tui.* Porrecta curuo littore] *Id eſt, circum curuum littus.* Iuuerit] *Scilicet ad eſum.* Mergos] *Id eſt, aues marinas facilè emergentes.* Caper] *Id eſt, Hircus, quia tu fœtidus es.* Libidinoſus] *Quia pro te libidinoſo, & agna, quam ut gratiorem iam deuoueo.* Immolabitur] *Scilicet à me, tempeſtatibus quæ te obruerint.*

ANT. MANCIN. } *Mæuius poëtarum peſſimus tum Maronis, tum Horatij æmulus, uti & Bauius erat. Hinc Mæuio nauigaturo tempeſtatem poëta imprecatur hac Ode.* Mala ſoluta nauis] *Metrum eſt ſimile priorib.* Mala alite] *Malo auſpicio.* Differat] *Spargat.* Orion cadit] *Id eſt, occidit. De hoc autem ſuperius in Odis.* Graia uictorum manus] *De hac te lego Maron lib. 1. Aeneid. ibi.*

„ *Pallas ne exuere claſſem Argiuûm.*
„ *Atq; ipſos potuit ſubmergere ponto*
„ *Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei?*

Pallor luteus] *Violaceus pallor & croceus. Vnde etiam Horat. lib. 3. Car. Ode uerò 10. inquit.*

„ *Nec tinctus uiola pallor amantium.*

Et Maro in Buc.

„ *Mollia luteola pingit uacinia calta.*

Et Apuleius lib. 11. inquit. Nunc albo candore lucida. Nunc croceo flore lutea. Nunc roſeo rubore flammida. Opima præda] *Cadauer Mæuij intelligit, quod pingue fuiſſe, innuit, opimæ hoſtiæ præcipuè pingues dicebantur, ut Feſtus ait, & opima magnifica & ampla ſpolia.* Libidinoſus caper] *Hunc olentem Mæuium aptè comparauit.*

ODE XI. AD PECTIVM.

Ode XI. Dicolos diſtrophos. Primus uerſus eſt Hipponactius Iambicus, Trimeter, Acatalectus, qualis ille: Ibis Liburnis inter alta nauium, hoc modo:

„ *Pecti - - nihil ∪ - me ſi - - cut an ∪ - tea ∪ - iuuat ∪ ∪*

Secundus uerò eſt Sapphicus, conſtans Pentemimeri Heroica, & Dimetro Iambico, id eſt, è duobus Dactylis, & ſyllaba, deinde è quatuor Iambis, recepto tamen in locis imparibus acatalecto Spondeo, hoc modo.

„ *Scribere - ∪ ∪ uerſicu - ∪ ∪ los - amo ∪ - re per ∪ - culſum - - graui ∪ -*

— — ∪ — — — ∪ — ∪ — ∪ ∪

— ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ — ∪ — — — ∪ —

ARGVMENTVM IN ODEN XI.

Indicat ſe amore captum non poſſe uerſus ſcribere.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Pectio amico ſignificat, ſe amore Lycíſci pueri captum non delectari amplius, ut antea ſcribendis carminibus: Nec poſſe ab eo diuelli amicorum conſilijs uel obiurgationibus, ſed alterius pueri, uel puellæ amore.

PECTI, nihil me, ſicut antea, iuuat
Scribere uerſiculos,
Amore perculſum graui:
Amore, qui me præter omnes, expetit
Mollibus in pueris,
Aut in puellis urere.
Hic tertius December, ex quo deſtiti
Inachia furere,
Syluis honorem decutit.
Heu me, per urbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui?
Conuiuiorum & pœnitet,
In queîs amantem & languor, & ſilentium
Arguit, & latere
Petitus imo ſpiritus.

COMMENTARIA.

ACRON.

PECTI *Metrum primo uerſu ternarium iambicum. Secundus ex pentemimeri dactylica & iambica. Alij dicunt eſſe ternarium iambicum quadratum à dactylo & iambico.* Nihil me, ſicut antea, iuuat Scribere uerſiculos] *Dicit ſe amore detentum, ad faciendum uerſus nec delectationem habere, nec animum.* Inachia furere] *Mulierem nomine Inachiam, dicit.* Expetit] *Appetit, perſequitur.* Syluis honorem decutit] *Hyemem ſignificat per caſus foliorum, ut:* Cùm ſyluis aquilo decuſſit honorem. Nam pudet tanti mali] *Non conuiuiorũ pœnitet, ſed quòd fabula fuerit.* Conuiuiorum] *Quod ut finem amoris eius oſtenderet, ſub pœnitudine recordatur.* In queîs] *In quibus.* Languor] *Stupor, ſiue animi torpor, & cruciatus, qui ſolet amatoribus euenire.* Arguit] *Probat, ut:*

„ *Degeneres animos timor arguit.*

Et latere petitus imo ſpiritus] *Quia & ſuſpirijs aliquotiens amor proditur, ut ille:*

„ *Suſpirans imoq; trahens à pectore uocem.*

Contráq; lucrum] *Contra meretriciam cupiditatem, quæ lucrum captans riualem præferebat Horatio, quæritur ingenuum poëtæ ſpiritum nihil ualere.* Calentis] *Amantis.* Inuerecundus Deus] *Dionyſius.* Simul] *Poſtquam, ut:*

„ *Quæ ſimul inuerſum contriſtat Aquarius annum.*

Feruidiore mero] *Hoc eſt, uino accendebatur in amorem.* Arcana promorat] *Pro, promouerat.* Quod ſi meis inæſtuat præcordijs] *Vt iracundia commotus, amatam à qua ſpernebatur, & ipſe contemneret.* Ingrata] *Sine effectu inſita, ut:*

„ *Fruſtráq; laborem*
„ *Ingratum trahit,*

Et ibi enim de equi coitu loquebatur. Fomenta uulnus nil malè leuantia] *Querelæ. n. ſolatia doloris, nec deſiderio aſſerunt fructum.* Iuſſus] *A te Pecti. ſ.* Ferebar incerto

certo pede] *Ebrius, ut Terentius:*

„ *Neq; pes, neq; mens ſuum ſatis officium facit.*

Dura] *Implacabilia, quia excluſus liminæ eſt, dum amaret, ideo ait, infregi latus.* Lyciſci] *Delicati pueri, cuius amor ſuperbiam meretricis me fecit contemnere, quam amabā.* Vnde expedire non amicorum queāt Libera conſilia] *Nullis, ait, conſilijs à pueri eius amore, niſi forſan alio amore reuocabor.* Candidæ] *Pulchræ, ut:*

„ *Candida Dido.*

Teretis] *Gracilis.*

PORPHYR. } Pecti nihil me, ſicut antea, iuuat] *Pectiū contubernalem alloquitur, indicās occupato ſibi amore Lyciſci pueri non liberè uerſus ſcribere. Hic tertius December, ex quo deſtiti.* Inachia furere, ſyluis honorem decutit] *Syluarum honorem folia arborum, & Virg. dixit.*

„ *Frigidus & ſyluis aquilo decuſsit honorem.*

Reuera autem menſe ferè Decembri ſpoliantur arbores folijs.

Contráq; lucrum, nil ualere candidum
  Pauperis ingenium
  Querebar, adplorans tibi:
Simul calentis inuerecundus Deus
  Feruidiore mero
  Arcana promôrat loco.
Quòd ſi meis inæſtuet præcordijs
  Libera bilis, ut hæc
  Ingrata uentis diuidat
Fomenta, uulnus nil malum leuantia:
  Deſinet imparibus
  Certare ſummotus pudor.
Vbi hæc ſeuerus te palàm laudaueram,
  Iuſſus abire domum,
  Ferebar incerto pede
Ad non amicos, heu, mihi poſteis, &, heu,
  Limina dura, quibus
  Lumbos, & infregi latus.
Nunc glorianti quamlibet mulierculam
  Vincere mollitia,
  Amor Lyciſci me tenet:
Vnde expedire non amicorum queant
  Libera conſilia,
  Nec contumeliæ graues:
Sed alius ardor, aut puellæ candidæ,
  Aut teretis pueri,
  Longam renodantis comam.

Pro quibus. Languor autem ex animi ægritudine. Et ſilentium] *Quia ſecum aſsiduo multa taciturni cogitant amātes. Vel notat illud.*

„ *Incipit affari mediáq; in uoce reſiſtit.*

Et ſpiritus petitus ab imo latere] *Id eſt, ſuſpirium.* Arguit] *Id eſt, indicat amorem.* Contráq; lucrum] *Querebar quod lucrum nihil ualeret contra ingenium candidum. Sententia eſt, quòd non proſit ſibi, quod cæteris prodeſſe ſolet. Nam qui pauperes ſunt, quoniam cura rerum neceſſariarum aſsiduò premuntur, ſolent aut non incidere in amorem, aut prolapſi facilè inde liberari. Amor enim ex ocio & laſciuiori uita naſcitur. Negocijs autem & labore facilè pellitur. Quapropter & Naſo noſter.*

„ *Quæritur Aegiſthus quare ſit factus adulter.*

„ *[illegible] promptu cauſa eſt deſidioſus erat: & alibi,*

„ *Ocia ſi tollas periêre Cupidinis arcus.*

Quapropter & Terentianus. Menedemus filio amorem ex nimio ocio natum exprobrat. Et ſe idcirco in amorem non incidiſſe affirmat, quia adoleſcens urgente neceſsitate cum ſummo labore militare coactus ſit. Hæc autem dicit non ualere in ſe, quoniam cùm ſit ſibi ingenium candidum, id eſt, ſine macula, præſertim auaritiæ lucrum & cupiditas habendi nihil ualet ad amorem pellendum, cum ipſe ſua uiuat, paupertate contentus. Adplorans tibi] *Impudens uideri poſsit poeta, qui ſuam laſciuiam graui uiro aperiat. Sed excuſatur, quòd ortus eodem tempore & uino, & amore arcana ſuo loco, id eſt, ex intima mente promere, id eſt, manifeſtare cogeretur.* Deus] *De Baccho intelligi poteſt, qui ſuo uino homines ad omnia arcana prodenda impellit. Nam unum tormenti ſpecies eſt, unde ipſe alibi. Et uino tortus, & ira. Poteſt intelligi & de amore, ad quem ſi uinum accedat, omnia arcana palàm fiunt.* Inuerecundus] *Id eſt, qui homines inuerecundos facit. Hoc enim utriuſq; Dei eſt.* Quod] *Verba ſunt quibus ad Mecœnatem utebatur.*

Bilis] *Ira.* Libera] *Non impedita ab amore.* Diuidat uentis] *Id eſt, diſperdat & à me dimoueat.* Fomenta] *A' fouendo dicuntur omnia, quæ fouent, & alunt, & noxia mitigant: Vnde & lauacra, & quædam alia dolorem mitigantia, & uires reſtaurantia medici fomenta uocant. Sed hic fomenta dixit ſuas quæ etſi leuamen aliquod afferre uideantur in amore, tamen ipſam amoris ægritudinem non minuunt.* Deſinet certare pudor imparibus uiribus] *Id eſt, pudor iam ſubmotus deſinet certare imparibus uiribus, ut hactenus certauit, & uictus eſt. Sed certabit ſuperioribus, & uincet. Vbi hæc oſtendit, quòd ſæpe ira perciti amatores magnificè aduerſus amorem loquuntur. Sed paulò pòſt. Iterumq; reſurgens ſæuit amor, à quo uicti rurſus illi cedimus, & in eius ditionem redimus. Ergo & poeta cum hoc propoſito à Mecœnate domum rediret inter eundū à propoſito deiectus à uia ſua, ad ædes amicæ deflectebat.*

Incerto pede] *Vacillanti à principio animo, domum'ne an ad amicam ſe reciperet: hinc enim ira, illinc amor diuerſa ſuadebat, ut modò aliquot paſſus huc, aliquot rurſus illuc dirigeret.*

Limina dura] *Quæ mihi pernoctanti durum præbebant cubile.*

Libera] *Id eſt, ſumma animi libertate prolata, ego uera & recta, & omni adulatione uacantia.*

Cōtumeliæ] *Duo enim poſuit, quæ multum ualent ad fugandum amores, aut recta conſilia amicorum, qui & rationibus, & auctoritate nos moueant, & iniuriæ à re amata acceptæ. Additur poſtremo ulti-*

Heu me per orbem] *Hoc autem, quaſi iuxta ſe poſito illatum eſt. Nam pudet tanti mali quod ideò intulit, ut oſtenderet cur ingemuiſſet.* Arguit] *Arguit media ſyllaba productè pronunciandum, quia præſentis temporis eſt.* Et latere petitus imo ſpiritus] *Spiritum latere petitum non pectore ait, quia in ſuſpirando conſtat latera laborare.* Contráq; lucrum nil ualere candidum Pauperis ingenium] *Cōtra lucrum, contra ſtudium lucri, id eſt, contra auaritiam. Senſus autem eſt.* Querebar tibi plorans, quòd candor animi mei, & honeſta ſimplicitas ſine diuitijs, nihil gratiæ haberet apud auarum puellam. Querebar applorans tibi Simul calentis inuerecundus Deus. Feruidiore mero arcana promôrat loco] *Et utiq; amore calentis accipiendum. Senſus uerus eſt:* Cum ebrietas ſeueritatem pepulerat pectore meo, tum ego amoris mei iniuria flens apud te querebar. Inuerecundum ergo Deum, Liberum uult intelligi, quòd inuerecundum ſe per uinolentiam faceret. Quod ſi meis inæſtuet præcordijs Libera bilis] *Confundit lectorem uarietas elocutionis. Obliqua enim modò ratione tranſiuit ad rectam, nam ſupra obliquè dixerat: Querebar tibi nihil ualere candidum pauperis ingenium, at hæc iam eſt recta, quod ſi meis inæſtuet præcordijs.* Deſinet imparibus certare ſummotus pudor] *Imparibus, æmulis, ſcilicet, qui largiri multa poſſunt, cùm ego non poſsim. Imparibus autem certare per datiuum caſum figuratum eſt, ut Virg.*

„ *Tibi certet Amynthas.*

Vbi hæc ſeuerus te palàm laudaueram] *Hoc eſt, ſeuerè dixerā, arrogans mihi conſtantiæ laudem.* Iuſſus abire domum] *A' te, ſcilicet.* Limina dura] *Ideo quia ijs lumbos & infregi latus.* Vnde expedire non amicorum queant Libera conſilia] *Bene libera, quia ueri amici bene ſolent delicta amicorum reprehendere, ſtudio emendationis.* Nec contumeliæ graues] *Non iam amicorū, ſed ipſius pueri qui amatur.* Aut teretis pueri] *Id eſt, recta crura aut brachia habentis. Teres autem in longum rotūdum dicitur.*

CHRIST. LAND. } Pecti nihil me ſicut] *Querela de amore ad Pectiū familiarem ſuum. Quo in loco amorē abominando, omnes ab illo deterrere conatur.* Nihil me iuuat, ut antea] *Oſtendit magnitudinem amoris, à quo non lætitia quadam proueniat, ut iuuet illum ſcribere.* Tertius December] *Tertius annus.* Honorem] *Frondes, illæ enim arborū honos ſunt.* Heu] *Oſtendit amantium miſerias.* Fabula quanta] *Sententia & à Petrarcha noſtro traducta ad ſuum primum carmen.* In quis]

mò ultimum remedium, ut ſi non poteſt tolli amor, fiat permutatio, nam ut eſt in prouerbio, clauus clauo truditur, ſic amor amore tollitur, hinc Ouidius,

„ *Succeſſore nouo tollitur omnis amans.*

HER. FIG. } Pectí nil me, ſicut antea, iuuat, &c.] *Monemur hoc loco, amorem Venereum ualde pernicioſum eſſe hominibus, utpote qui ita animos illorum affligat ac perturbet, ut honeſta ſtudia, & conſueta exercitia ſua negligere atq; deſerere cogantur.* Amore qui me.] *Quem iuuat, me ſolum, præ cæteris omnibus, ad amandum aut pueros, aut puellas impellere.* Hic tertius December] *Id eſt, tertius iam eſt annus, ex quo Inachiam puellam amare ceſſaui. Et probat nunc quod præcedenti uerſu dixit. Ponit autem menſem pro toto anno, per συνεκδοχήν.* Funere] *Obſerua amoris carnalis tantam eſſe uim, ut etiam ad inſaniam & furorem adigat. Virg.*

„ *Vritur infelix Dido, totáq; uagatur*
„ *Vrbe furens.—* Item Propertius:
„ *Scilicet inſano nemo in amore uidet.*

Syluis honorem decutit] *Hoc eſt, arboribus folia & frondes, quæ ſunt ornamentum & decus ſyluarum, demit. Sic Virg.*

„ *Frigidus & ſyluis Aquilo decuſsit honorem.*

Heu me, per urbem] *Dolet & pudet, ſe ob amoris inſaniam magno hominibus per urbem ludibrio fuiſſe.* Fabula quanta fui] *Quaſi dicat: ita amore inſa[...] ut in ore omnium fuerim. Eſt enim fabula non ſolùm res ficta & commentitia, ſed etiam uera, & paſſim uulgata, à fando ſic dicta.* Conuiuiorum & pœnitet] *Pœnitet me compotationum illarum, in quibus ſæpe affectibus & geſtibus quibuſdam amorem meum prodidi: & cùm adbibiſſem plus paulò, de amicæ auaritia conqueſtus tibi ſum, & ſecreta omnia reuelaui.* Languor] *Deſidia, quam adfert amor amantibus.* Silentium] *Quia multa ſecum taciti & cogitabundi aſsiduè uoluunt amantes.* Latere petitus imo ſpiritus] *Sunt enim ſuſpiria & gemitus amoris indicia. Vnde Helena Paridi apud Ouidium ſic ſcribit.*

„ *Et modò ſuſpiras, modò pocula proxima nobis*
„ *Sumis, quáq; bibi, tu quoq; parte bibis.*

Contra lucrum] *Candorem & ſimplicitatem mei pauperis, ſine muneribus, apud auaram puellam non habere locum querebar tibi, poſteaquam uino calere cœperam.* Inuerecundus Deus] *Audax, & impudens Bacchus.* Arcana promorat loco] *Nam uinum ſecreta patefacit, & operta recludit. Vnde à Græcis eiuſmodi ſententia prouerbialis celebratur: τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος, ἐπὶ τῆς γλώσσης τοῦ μεθύοντος. Hoc eſt, quod in corde ſobrij, id in lingua ebrij.* Quòd ſi meis inæſtuat] *Cùm ſemel ita liberè iraſci amicæ cœpero, ut ægritudinem amoris ex animo eijcere queam, non amplius amori uacabo.* Ventis diuidat fomenta] *Id eſt, harum querelarum obliuiſcatur, quæ magis fouent, & augent amorem, quàm leuent & minuant.* Vulnus malum] *Amoris ſæuitiam, quæ eſt uulnus ſagittarum Cupidinis. Sic Virg. de Didone ait:*

„ *Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni.*

Deſinet imparibus] *Id eſt, uerecundia mea deſinet certare cum ſuperioribus de amore. Hoc eſt, ob pudorem, amore antea extinctum, amplius amare ceſſabo.* Vbi hæc ſeuerus] *Poſtquam hæc cum magna ſeueritate coram te approbaueram, & conſtanter facturum me conſtitueram.* Incerto pede] *Id eſt, dubitante domum ne iret, an ad amicam. Et pulchrè amatorum inconſtantiam exprimit.* Ad non amicos heu mihi poſtes] *Dolet ſe tam ſtultum & miſerum fuiſſe, ut etiam amarit eam, à qua ſæpe excluſus, & ad ianuam pernoctare coactus eſt.* Nunc glorianti] *Nunc Lyciſcum puerum, quauis muliercula molliorem ac delicatiorem, in delicijs habeo.* Libera] *Vera, integra & omni fuco carentia.*

THEOD. PVLM. } *Ode tricolos triſtrophos eſt, non dicolos diſtrophos, Georgij Buchanani, poëtæ grauiſsimi & elegantiſsimi, ſententia, iam nunc ab eruditiſsimis uiris cõprobata. Primus quiſque uerſus eſt Iambicus Hipponactius trimeter acatalectus: qualis ille Epod. 1.*

„ *Ibis Liburnis inter alta nauium.*

Secundus uerò quiſque uerſus eſt dactylicus Archilochius dimeter hypercatalectus: ut 4. Carm. 7. „ *Arboribuſq; comæ.* *Tertius autem quiſque eſt Iambicus Archilochius dimeter acatalectus: ut Epod. 1.*

„ *Amice propugnacula.*

1 Pecti] *H.G.E.B. Petti, Iac. Cruquij codices Blandinij. utrumque, teſte Georg. Fabricio, & in libris, & in marmoribus inuenitur.*

24 Ingrata uentis diuidat Fomenta, uulnus nil malum leuantia] *Cum Horatius ſcribit, puto eum intelligere amoris curas & ſolicitudines anxias, & ſuſpiria & lachrymas, & querelas & obſequia erga amicam, & cogitationes & moleſtias, quas animo fouebat, quas ſi uirili quadam ira in præcordijs æſtuante dimiſerit, præſertim ingratas nec uulnus amoris ſedantes aut leuantes, cum eis nihil proficiat, nec amica potiatur.* Deſinet] *Inquit, imparibus.* Certare ſummotus pudor] *Me, inquit, paulò inuerecundius geram, nec ita pudenter ſummittam amicæ, ſed eam aſpernabor, deſinamq; ſectari imparem, neque redamantem. impares enim in amore appellantur, cùm mutuo non amatur, ſed alteri amanti alter uicem non reddit, neq; animum mutuum: contrà cùm mutuò inter ſe amant, pares dicuntur. Horatius (Epod. 15.)*

„ *Et quæret iratus parem.*
Iterum (1. Carm. 34.)
„ *——Cui placet impares*
„ *Formas, atq; animos ſub iuga aënea*
„ *Sæuo mittere cum ioco.*

Atque hic locus planè & apertè oſtendit unde pares, & impares dicantur, nàm cum ad aratrum iungi parium uirium pariſq; magnitudinis iumenta armentáq;, debeant ſolum uertenti. euenit ut cum ſub iugum imparia mittuntur animalia, ſulcus rectus non ducatur, & ab altero iumento alterum opprimatur, aratióq; inæqualis ſit. Turneb. lib. 14. cap. 20.

GEORG. FAB. } *Amor leues & furioſos efficit homines, qui neq; rectis amicorum conſilijs, neque aſperis æmulorum contumelijs, à turpi inſtituto, deterrentur, id ne ab imperito & uulgari homine dici uideatur, poëta ſuum nobis exemplum proponit, qui ſi luſit, mendax eſt: ſin uera de ſe ſcripſit, abominandus.* Pecti] *Pecti an Petti ſit ſcribendum dubito, utrumque enim & in libris, & in marmoribus inuenitur. Contra Diomedem & Fortunatianum ſtrophas muto, ex ſententia diligentiſsimi Lambini, & elegantiſsimi Buchanani, & genus compoſiti carminis diuido, quia cõtra uetuſtatem Horatij eſt, in cæſura uno loco tres ſyllabas corripere, & locis duobus non facere ſolitas eliſiones.*

IOD. BAD. ASCENS. } Pecti] *Pectio amico familiari amores ſuos fatetur ſat is inuerecundè, dicens.* O' Pecti ſcribere verſiculos nihil iuuat, ſicut antea me percuſſum amore graui] *Id eſt, Lyciſli pueri, amore (repetit)* Qui expetit] *Id eſt, perſequitur & excruciat.* Me præter] *Id eſt, ſuper.* Omnes] *Scilicet alios amatores, urere aut in pueris mollibus aut* In puellis hic] *Id eſt, præſens.* December tertius ex quo] *Id eſt, poſtquam.* Deſtiti] *Id eſt, deſij furere.* Inachia] *Id eſt, amore Inachiæ puellæ.* Decutit ſyluis honorem] *Id eſt, frondes, id eſt, iam tertia agitur hyems, poſtquam dereliqui Inachiam.* Heu me quanta fabula fui per urbem, cum] *Scilicet furerem amore Inachiæ. q.d. quod dico. N[...] pudet tanti mali, & pœnitet conuiuiorum.* In quis] *Id eſt, in quibus.* Languor & ſilentium] *Id eſt, quòd in conuiuijs languens amore ſilerem.* Et ſpiritus] *Id eſt, anhelitus meus.* Petitus] *Id eſt, attractus.* Imo] *Id eſt, profundo latere.* Arguit] *Id eſt, euitenti argumento.* Probauit] *Sup. me amantem.* Et querebar] *Scilicet tibi, & alijs applorans.* Ingenium pauperis] *Scilicet poëtæ.* Nil ualere contra lucrum candidum] *Id eſt, auaritiam, quæ meretricib. candida uidetur.* Applorans] *Dicit ſimul, id eſt, ſtatim.* Vt] *Id eſt, poſtquam Deus.* Inuerecundus] *Id eſt, Cupido uel potiùs eius prouocator Bacchus immodicus.* Promorat] *Id eſt, promouerat.* Loco] *Id eſt, ſtatione ſua.* Mero feruidiore] *Id eſt, acri uino.* Arcana] *.ſ. mea, id eſt, intima præcordia.* Calentis] *.i. ardentis amore.* Quod ſi bilis libera] *Id eſt, ſtomachatio & indignatio uera inæſtuet.* Meis præcordijs] *Id eſt, me ad ueram iram compulerit, ſic*

cat

ut tunc ſimulabam iratum. Ita ut diuidat] *Id eſt, diſpergat uentis.* Hæc fomenta] *Id eſt, medicamenta.* Ingrata] *Id eſt, has querimonias inutiles.* Quia nil allevantia] *Id eſt, immunuentia.* Vulnus] *Scilicet amoris.* Malum] *Id eſt, pernicioſum.* Pudor ſubmotus] *Id eſt, qui nunc clanculum à me amotus eſt.* Deſinet certare imparibus] *Id eſt, potioribus, id eſt, non amplius uictus cedet, ſed uincet.* Vbi ego ſeuerus] *Id eſt, tanquam ſeuerus, hoc eſt, rigide ſequens.* Verum laudaueram hæc] *Id eſt, huiuſmodi propoſitum.* Palam] *Id eſt, coram te.* Aut te conſcio, ego iuſſus] *Scilicet à te.* Abire domum] *Ferebat.* Pede incerto] *Id eſt, titubante.* Ad poſtes heu mihi non amicos] *Id eſt, ad oſtia Inachiæ.* Et heu ad limina dura] *Vtpote, quib. infregi lumbos, & latus meum, cum neq; lachrymis, neq; precibus cederent.* Amor Lyciſti] *Pueri gloriantis uincere mollicia quamlibet muliérculam tenet nunc me.* Vnde] *Id eſt, à quo libera.* Conſilia amicorum] *Nec graues contumeliæ amicorum.* Non quæant expedire] *Id eſt, ſoluere me.* Sed ardor] *Id eſt, feruens amor alius puellæ candidæ, aut* Pueri teretis] *Id eſt, proceri.* Renidentis] *Id eſt, religantis.* Longam] *Id eſt, prolixam comam.*

ANT. MANCIN. } *Amico Pectio ſcribens Horat. ait uerſus componere non iuuare, ſe ut olim. Eſt enim graui amore perculſus Lyciſti pueri.* Pecti nihil] *Primus uerſus hexameter, iambicus eſt, ſecundus uerò duos habet dactylos cum cæſura poſt, & quatuor de Iābico uerſu.* Hic tertius Decēb.] *Ordo eſt. Hic tertius December decutit honorem ſyluis, ex quo deſliti furere Inachia. In Decembri autem folia cunctis penè arboribus excidunt, paucæ enim eripiuntur.* Inachia] *De hac eadem ſequenti etiam Ode meminit.* Heu me] *Ordo eſt, heu me quanta fabula fui per urbem. Nam pudet tanti mali & pœnitet conuiuiorum.* Arguit] *Oſtendit.* Latere imo] *Latera enim gemitu laborant.* Spiritus] *Anhelitus.* Contra ne lucrum] *Ordo eſt, querebar ne tibi aplorans ò Pecti nihil ualere contra Lucrum cādidum ingenium pauperis calentis, ſimul Deus inuerecundus mero feruidiore promorat arcana loco.* Lucrum] *Id eſt, auaritiam meretriciam, ob quam diues riualis Horatio præferebatur, hinc & Ouid. lib. 2. de Arte inquit.*

„ *Ipſe licet uenias muſis comitatus Homere:*
„ *Si nihil attuleris ibis Homere forās.*

Calentis] *Amantis.* Inuerecundus Deus] *Vel Bacchus, uel cupido. Ii enim reddunt inuerecundos.* Arcana promorat] *Latius iamiam ſuperiùs de uini effectu patuit. Eſt autem ſenſus, quòd ubi uino incaluerat ſecreta ſua Pectio manifeſtabat, conquerens quòd eius ingenium candidum nil ualeret apud auaram meretricem.* Libera bilis] *Id eſt, ira libera quidem ab amore.* Ingrata fomenta] *Querimonias intelligit nil amori proficientes.* Fomenta] *Medicamenta.* Summotus pudor] *Id eſt, honeſtas nūc ab amore ſubmota deſinet amori potentiſſimo certare. Eſt autem ſenſus, quòd ſi liber erit, non magis amori uacabit.* Vbi hæc] *Scilicet me nolle iterum amori ſubijcere.* Te palam] *Coram te Pectio.* Seuerus] *Grauis continens.* Hæc laudaueram] *Quòd ſubmotus pudor deſinet* Certare imparibus] *Id eſt, quòd conſtans eſſe uolebam.* Iuſſus, à te] *Pectio.* Poſtes, Inachiæ] *Scilicet. Nunc gloriantis. Lyciſti amore pueri ardere nunc innuit.*

ODE XII. AD MVLIEREM FOEDAM ET ANVM.

Ode XII. Dicolos diſtrophos, ut: Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenem.

−∪∪ −∪∪ −− −− −∪∪ −−
−∪∪ −∪∪ −∪∪ −−

ARGVMENTVM IN ODEN XII.

In anum libidinoſam & putidam, quæ Horatio munera, & literas ſolebat miſſitare, perinde ac ipſe non ſentiret, quid illa ſibi uellet eiuſmodi liberalitate: nimirum ut cùm eſſet fœdiſſima, & ob id contemptiſſima, ab illo redamaretur, & ad uoluptates ſuas abuteretur.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Inuehitur iterum in anum libidinoſam & fœdam, munera conciliandi amoris gratia ſubinde ſibi mittentem.

QVID tibi uis mulier nigris digniſſima barrhis?
Munera cur mihi, quid'ue tabellas
Mittis, nec firmo iuueni, nec naris obeſæ?
Nanq; ſagacius unus odoror,
Polypus, an grauis Hirſutis cubet Hircus in alis:
Quàm canis acer, ubi lateat ſus.
Quis ſudor uietis, & quam malus undique membris
Creſcit odor, cum pene ſoluto
Indomitam properat rabiem ſedare: nec illi
Iam manet humida creta, color'q;

COMMENTARIA.

ACRON.

QVID tibi uis mulier] *Eandem, quam ſuprà alloquitur, impotentem in amorem ſuum.* Nigris barrhis] *Elephantis à barrhitu dictis: aut certè nigris, Indis ſiue Mauris, qui nigri ſunt.* Munera quid mihi, quid'ue tabellas] *Quid mihi, inquit, munera, aut codicillos amatorios dirigis? dū libidini tuæ, nec ſicut iuuenis ſufficiā, nec fœtoris tui ſim neſcius.* Polypus an grauis] *Dicit ſe nec putorem narium, nec Hircum ferre, quo illa laborabat. Ab Hircorum enim fœtore dicti ſunt, & olentes titilli.* Quam canis acer ubi lateat ſus] *Sagacitatem ſuam inueniendo muliebrium membrorum putore, cani comparauit feras quærenti.* Vietis] *Marcidis, ut Teren.*

„ *Vetus, uietus, ueternoſus, ſenex.* Seu,
„ *Vietus, rugoſis & uetuſtate cōfectis.*

Pene ſoluto] *Penem tam mulieris, quam uiri poſſuit.* Soluto] *Id eſt, coitu finito.* Humida] *Humefacta ſudore.* Stercore fucatus Crocodili] *Hoc enim ad conſeruandam cutem, uel candorem faciendum mulieres uti dicebantur.* Iam'q; ſubando] *Metaphora à ſue, quæ ſubare dicitur. Dum ergo cales tu tanta libidine, rumpis ſtratum, ut in coitum properes.* Suis agitat faſtidia uerbis] *Tanquam eum non ſatisfacientem furori ſuo uerbis increpet.* Inachia langues minus] *Verba Canidiæ inducit loquentem contra ſe.* Inachiam] *Aliam puellam nominat, de qua illam fatigare conſueuerat.* Mollis] *Debilis.* Opus] *Pro coitu poſuit, periphraſticè, ut Virg. cum de coitu boum loqueretur:*

„ *Hoc faciunt nimio ne luxu obtuſior uſus ſit genitali aruo.*

Pereat malè] *Mala Lesbiæ imprecatur, quæ ſibi eum oſtendit, dum illa ualidiorem quæreret taurum, id eſt, iuuenem ſatisfacientem.*

Cùm mihi Chous] *Nomen pueri de Choo ciuitate, cuius inguinis nimietatem arbori comparat.*

Mnalcibus

Muricibus Tyriis] *Africæ purpuræ, hoc eſt, precioſæ, quæ ſecundo fucabantur, ut:*

„ *Tyrioq́ ardebat murice lana.*

Cui properabantur] *Interrogatiuè pronunciandum eſt.* Magis quem diligeret mulier ſua] *Tantùm, quæ propterea ueſtibus precioſis ornaretur, ut etiam ab alienis mulieribus amaretur.*

PORPHYR. } Quid tibi uis mulier nigris digniſſima barris] *In mulierem fœdam atq; anum hæc ſcribit. Barrhi autem Elephanti dicuntur. Vnde & uox eorum Barrhitus appellatur. Porrò autem Elephanti feruntur auerſi coire, ex quo uidetur poëta dicere, cum his eam concumbere debere, qui illam non uideant propter deformitatem ipſius.* Nigris] *Deformibus.* Nec firmo iuueni] *Hoc eſt, non ualido, qui ſufficere libidini tuæ poſſit.* Neq; naris obeſæ] *Hoc eſt, neq; occluſæ naris, ut poſſim putorem tui corporis ferre.* Polypus] *Polypus non in alis, ſed in naribus intelligendum.* Qui ſudor uietis] *Vieta dicuntur ex neceſſitate contorta, ut Terentius oſtendit: Vietus, ueternoſus, ſenex, id eſt, neceſſitate contortus.* Malus undique membris] *Hoc iam pronunciandum uel efferendum cum admiratione.* Cum pene ſoluto indomitam rabiem properat ſedare] *Aſpere, cùm ex faſtidio tui penis languet, tu tantum cupiens libidini tuæ ſatisfacere, dum moueris, ſudas, diluisq; ceram, & ſtercus crocodili, quibus faciem fucare conſueuiſti.* Iamq; ſubando Tēta cubilia, tectaq; rumpit] *Subare propriè ſues dicuntur, cùm libidinantur, unde translatio facta in cætera animalia.* Tenta autem cubilia *lectum dicit reſtibus ſiue faſcios ſubtentum.* Vel mea cum ſæuis agitat faſtidia uerbis] *Vel illud ait, quale eſt, cùm me quaſi per blanditias corripit, quòd faſtidio cum ea concumbam, imputās quod exercitatiorem Venerem cum Inachia amica, quàm cum ipſa agam.* Quærenti taurum] *Mihi quærenti taurum. Taurum autem pro ualido ac forti concubitu dixit.* Cum mihi Chous adeſſet Amyntas] *Hoc eſt, cùm non deeſſet mihi ſagaciſſimi adoleſcentis, occaſio.* Muricibus Tyriis iteratæ uellera lanæ] *Purpuram Tyriam, quæ iterum, id eſt, bis tingitur conchilio, unde hodie dibaphas appellant.* Ne foret æquales inter conuiuia magis, quem Diligeret mulier ſua, quàm te] *Blanditur dicens, magnoperè feſtinans illi precioſis purpuris ueſtem conficere. Vt ex hoc inter contubernales eius probaretur, quàm illū diligeret.*

Stercore fucatus crocodili: iamq́; ſubando
Tenta cubilia, tectaq́; rumpit:
Vel mea cùm ſæuis agitat faſtidia uerbis.
Inachia langues minus, ac me.
Inachiam ter nocte potes: mihi ſemper ad unum
Mollis opus, pereat malè, quæ te
Lesbia quærenti taurum monſtrauit inertē,
Cùm mihi Chous adeſſet Amyntas:
Cuius in indomito conſtantior inguine neruus,
Quàm noua collibus arbor inhæret:
Muricibus Tyriis iteratæ uellera lanæ,
Cui properabantur? tibi nempe:
Ne foret æquales inter conuiua, magis quē
Diligeret mulier ſua, quàm te.
O' ego non felix, quā tu fugis, ut pauet acres
Agna lupos, capreæq́; leones.

xageſimo anno incipit. Quoniā autem genitalia magna habet, idcirco libidinoſam mulierem dignam non homine, ſed elephante dixit. Nigris] *Ergo maioribus, nam ut dixi, Indici maiores ſunt, & nigri. Aphri autem ſubruſi.* Munera] *Magna libido, quæ donis, preciisq; uirum redimere ſibi tentent, cùm mulieris ingenium ſit, ut potius petatur, quàm petat.* Firmo] *Conſtanti in amore, uel non firmo, id eſt, non ualido. Vel dicas non firmo iuueni, id eſt, non iuueni, cuius natura eſt, ut in amore firmior ſit, quàm ſenex.* Obeſæ] *Pinguis, ſic. Virg. Obeſa terga. Dicit ergo non habere nares pingues, id eſt, hebetes ad odorem percipiendum. Sed habere acerrimum olfactum, quo illius tetrum odorem ferre non poſſit.* Polypus] *Species piſcis eſt parui quidem, ſed cui ſunt multi pedes, unde nomen Græcè ſumpſit. Ineſtq; tanta uis, ut nauigia retinere ualeat. Polypus etiam cancri quædam ſpecies eſt, quæ naribus naſcitur, ſic dictus à ſimilitudine iſtius piſcis, quoniam plures emittat fibras, quibus corpori adhæret. Qui autem hoc morbo afficiuntur, tetrum anhelitum per nares emittunt.* Cubet hircus in alis] *Alæ ſiue axillæ partes ſunt ſub brachio, & dicuntur emunctoria à medicis, quia per eas expellit natura ſordidiores humores, quos à depurato ſanguine dum illum diligentiùs decoquit ſequeſtrat. Humor ergo ille in pilis alarum fœtidum relinquit odorem, niſi munditiæ, quam in hac anu eſſe negat ſubueniatur. Hinc prouerbium eſſe, Hircum in alis cubare, quoniam Hircus ſemper malè olet.* Victis] *Vetuſtis & flaccidis. Res enim, quæ naturalem uim atq; ſaporem amiſit uieta dicitur.* Soluto pene] *Multi pro membro muliebri ponunt, ut ſit ſoluto pene, id eſt, finito concubitu, eſt & alia ſententia, ſed turpitudo me uetat proloqui.* Creta] *Terræ genus eſt, cui multæ ſunt ſpecies, ex iis Cimollæ duo genera. Candidum & ad Purpuriſſum declinans, hic capitur pro fuco, quo mulieres faciem dealbant, ut uidemus de purpuriſſo. Hæc à ſudore humefacta, à facie diffluit.* Stercore crocodili] *Animal quadrupes in Nilo eſt, & terra, & aqua habitans, ſolus ex terreſtribus lingua carens, maxillam ſuperiorem mouet, ut placet Herodoto & Plinio. Albertus autem refert crocodilos omnes inferiorē maxillam mouere præter Tencheam, quæ crocodili ſpecies eſt. Teſtaturq; ſe duos uidiſſe. Oua anſerina parit, ſed ad magnitudinem decem, & ſeptem cubitorum creſcit unguibus armatus, & cute contra omnes ictus inuicta & ſquammoſa. Diei magnam partem in ſicco degit. Noctu intra aquas ſe recipit. Illas calidiores rore deprehendens. In aquas cæcus eſt. In ſicco acutiſsimam aciem habet. Nomen ipſius Alacampſa eſt, ſed Iones crocodilos appellant à nomine animalis, quo eorum regio abundat. Ex huius ſtercore medicamentum fit ad cutem extenuandam, & nitidam ſeruandam.* Subando] *A' ſue. Nam à ſubare dicitur ſus, cum in coitu uocem emittit.* Rumpit cubilia] *Nimio motu.* Quærenti taurum] *Quærebam uirum in re Venerea robuſtum, ut taurus eſt, qui non ſemel, ſed pluries eodem tempore uaccam ſalit.* Muricibus] *Purpura. Virg.*

„ *Tyrio ardebat murice lana.*

Iteratæ] *Diuaptam intelligit, de qua in purpurea expreſſimus.* Cui] *Cuius gratia, quaſi dicat, tibi immerenti, & in re Venerea impotenti.*

CHRIST. LAND. } Quid tibi uis mulier] *Sunt qui in Canidiam libidinoſam anum hæc ſcripta putent. Barris Græcè elephas dicitur non ſolum animal ipſum, ſed etiam Dens, qui candore commendatiſsimus eſt. Latini uerò per Onomatopœiam barrum ipſum animal appellant, & eius uox barritus dicitur. Dens autem ebur. Maximum eſt animalium, proximumq́; humanis ſenſibus. Intelligit ſermonem patrium. Habet obedientiam officiorum, amoris & gloriæ, uoluptatem, probitatem, memoriam, prudentiam. Teſte etiam Plinio neſcio, quid religionis habere uidetur, nam naſcente luna in Mauritania ad flumen ueniunt, aquaq́; luſtrantur. Itaq; ſalutato ſydere in ſyluas reuertuntur. Regem adorant. Romæ iuncti primum currum Pompeii in Aphricano triumpho duxêre. Cornua ſic enim appellat Iuba, ſed Herodotus illo antiquior, & ipſa conſuetudo dētes nominat, ſolum ebur ſunt. Et ſi caſu aut ſenectute deciderint illis ueluti conſcii, quare petantur terra obruunt. Primi in Italiam à Pyrrho ducti ſunt. Mira ſunt & pænè humani ingenii, quæ de illis feruntur. In India maiores, nigrioresq;, quàm in Aphrica naſcuntur, ergo Indicos Aphri pauent, nec contueri audent. Decem annos utero geſtari credit uulgus, Ariſtoteles uerò biennio. Idem & Albertus Magnus ſenſit, ait præterea Ariſtoteles non amplius, quàm ſingulos gignere. Plures ad cc. annos uiuunt. Quidam ad ccc. Iuuenta eorum ſe-*

ERAS. ROTER. } *Fucum ſimpliciter pro colore reperire licet, & fucare pro colorare, ut hic apud Horatium. Taurus ibi maritum ſignificat. Hæc in prouerb. Taurus in ſyluam.*

IOAN. HART. } Hircus in alis] *Prouerb. Anus olet hircum.*

HERM. FIG. } Nigris digniſſima Barris] *Digna quæ cum elephantis rem habeas, non cum uiris. Hoc autem ideo dicere*

dicere uidetur, quòd elephanti rarò & auerſi coëant, & propterea deformitatem eius uidere nequeant. Vel quòd magna elephantis formæ ſit fœditas. Munera mihi] Muneribus enim leniuntur amantes. Ouidius:

„ Munera, crede mihi, placant homineſq́ deoſq́.

„ Placatur donis Iupiter ipſe datis. Tabellas] Hoc eſt, literas amatorias, quibus me ad libidinem ſollicitas. Omnes autem literæ, cuiuſcunq́ rei gratia conſcriptæ, tabulæ dicuntur, ideo quòd ueteres ante inuentam papyrum cereis tabulis uſi ſunt. Nec firmo iuueni] Sed ſeni iam. Et per hoc ſignificat, eam fruſtra conari ſuis munuſculis & literis ad amorem ſe allicere, quòd ſenectus ad uoluptatem non ſit idonea. Nec naris obeſæ] Id eſt, non tam ſtupidi ingenij, & craſſi iudicij, ut non ſentiam quid iſta liberalitas tua uelit. Naſus in prouerbium abijt pro iudicio. Vnde & Naſuti dicuntur, & emunctæ naris, & mucoſis naribus, ut diligenter annotauit Eraſmus. Sagacius odoror] Id eſt, acutius & acrius ſentio. Manet in metaphora naſi. Polypus] Morbum hic narium intelligit, ſic dictum à ſimilitudine Polypi piſcis, quòd multas habeat radices, ut ille pedes. Grauis hircus] Hoc eſt, grauè olens fœtor, qui ſub alis præſertim in libidine fit. Alludit autem ad prouerbium: Anus hircum redolet: quod dicitur de uetula libidinante, propterea quòd alarum ac reliquarum partium odor excitatur ad libidinem intenſis. Quàm canis acer] Videlicet odoratur, quo uepreto lateat aper. Et eſt hyperbolica comparatio. Quia incredibilis eſt ad inueſtigandum ſagacitas narium canibus, teſte Cicerone. Quis ſudor] Cum admiratione & nauſea hoc legendum. Vietis membris] Id eſt, exilibus, flaccidis, & ſenectute contractis. Pene ſoluto] Id eſt, languido, propter ſemen emiſſum. Indomitam propere rabiem] Id eſt, cùm pergunt explere effrenatam libidinem ſuã. Nec illis iam madet humida creta] Creta cuti ſuperinducta, ſudore illo madefacta, diffluit membris, & corporis deformitatẽ detegit. Erat in medicaminibus terra Chia candicãs, utilis ad mulierum maximè cutem. Erat & creta candida, qua pedes uenalium ſeruorum trans mare aduectorũ denotabantur, teſte Plinio. Colorſq́ fucatus] Artificio additus, coloratus. Medicamentum illud quo cuti ſuperinducto mulierculæ uitia formæ diſſimulant, quaſiq́ perſonam aſſumunt, fucum uocant. Vnde fucum pro colore reperire licet, & fucare pro colorare, autore Eraſmo. Vult autem oſtendere, hanc libidinoſam & turpem anum omnem quidem adhibuiſſe fucum, quo corporis uitia occultaret, ſed fruſtrà: quòd detracto colore adulterino, priſtina & natiua redeat deformitas. Fucato & artificioſo colore ad iuuandam formam uti mulieres, etiam teſtatur Ouid. hoc modo:

„ Fœmina canitiem germanis inficit herbis,

„ Et melior uero quæritur arte color. Stercore Crocodili] Crocodili ſtercus medicamentum eſt faciei, quod Plin. Crocodileam appellat. Duo (inquit) Crocodilorum genera ſunt, quorum alter in aqua, alter in terra tãtum odoratiſſimis floribus uiuit. Ob id inteſtina eius diligenter exquiruntur, iucundo nidore farcta: Crocodileam uocant, oculorum uitijs utiliſſimam cum porri ſucco inunctis, & contra ſuffuſiones uel caligines. Illita quoq́ ex oleo cyprino, moleſtias in facie enaſcentes tollit, ex aqua uerò morbos omnes, quorum natura ſerpit in facie, nitoremq́ reddit. Lentigines tollit ac uaros, omneſq́ maculas. Subando tenta cubilia] Senſus eſt: tam auidè libidinẽ appetis, & rei Venereæ inhias, ut motu tuo ſtragula euoluas, lectumq́ corrũpas. Vel mea cum ſaeuis] Vel aſperè & contumelioſè meam nauſeam & ſocietatẽ increpas. Inachia langues minus] Per mimeſin uerba anus ſibi obiecta nunc recitat: quorum hic eſt ſenſus: Inachiæ puellæ cõgreſſu minùs langues ac defatigaris, quàm meo: Quia illam ter nocte potes, me autẽ uix ſemel. Mollis] Languidus, eneruatus. Mirè amplificat inſatiabilem & fœdiſſimam anus uoluptatem. Pereat malè, quæ te] Precatur mala Leſbiæ ancillæ, quòd ſibi quærenti robuſtum, & libidinis aptum amatorem, ignauum ac debilem Horatium monſtrârit: Et cauſſa fuerit, cur Amyntam Coũm adoleſcentem promptum, & re Venerea plurimùm pollentem ſpreuerit. Conſtãtior nerbus] Hyperbolica cõparatio. Muricibus Tyrijs iteratæ] Hoc eſt, purpura bis tincta, quam dibapham uocãt. De qua plura ſuperius dixi

Properabantur] Celeriter parabantur. Tibi nẽpe] Horatio tam inerti & pigro. Exprobrat beneficia malè in indignum & ingratũ collocata. Ne foret æquales inter] Vt hæc ueſtis purpurea à me tibi donata in cõuiuijs teſtaretur, neminem ex ſodalibus tantùm ab uxore ſua amari, quantum tu à me diligaris. O' ego non fœlix] Exclamatio, qua miſeram ſe & infelicem prorſus oſtendit, quòd ita repudietur ab Horatio, ut agna lupum, caprea leonem fugit.

THEOD. PVLM. } 1 Quid tibi uis mulier nigris digniſſima?] De anu deformoſiſſima dicitur & turpiſſima, fœdiſſimiſq́ & nigerrimis digna amatoribus, quales erant Romæ Barri. Horatius (1. Sat. 7. inquit)

„ Siſennas, Barros ut equis præcurreret albis.

Et alio loco, (1. Sat. 4.)

„ Barrus inops magnum documentum.— Nam non perinde placet de elephanto, qui & barrus Latinè dicitur, intelligi: quod ſi placet, tot enim interpretum conſenſum uereri decet, cùm elephas animal ſit inconditum, incompoſitum, informis molis, turpiſſimum & deformoſiſſimum ſpectaculum, dignam tali deformitate amatoris intelligemus. Turneb. lib. 14. cap. 20. longis digniſſima barris, Lambini codex unus. 2 Cur mihi] Quid mihi, ex duobus manuſcriptis Canterus Nouarum lect. lib. 5. cap. 20. 3 Nec naris obeſæ] Qui enim naſi ſunt acutioris, melius odorari & ſagaciores, intelligentioreſq́ cenſebãtur: ut alio apud Flaccũ loco, (1. Sat. 3.)

„ —Acutis Naribus horum hominum rideri poſſit.

Erat autem mulier fœtidiſſima & hircoſa. contrà qui naris obeſæ, deteriùs olfacere, tardiores minuſq́ intelligẽtes eſſe putabantur. tradunt enim iſta mutuas operas, & mutuam lucem alterũ alteri fenerat. Turneb. lib. 14. cap. 20. Vide & lib. 21. cap. 3. neq́ naris obeſæ, H. B. & Canterus Nouarum lect. lib. 5. cap. 20. 9 Properat] Properas, rumpis, agitas, in ſecunda perſona, inquit Lambinus, alij legunt. Nec illi] Neq́ illi. H. G. E. B. nec illis, quidam teſte Lambino, legi uolũt, ut ſubaudiatur mẽbris: ſed reclamãt omnes codices.

10 —Colorq́ Stercore fucatus Crocodili. „

Vide Pet. Victorij Variarum lect. lib. 11. cap. 4. 12 Tenta cubilia] Lectum ueſtibus, ſiue faſciolis tentum: uel Tenta, penem, uirile membrum: ſed tunc poſt tenta interpunctionis nota eſt ponenda. Vide Cælij Rhodigini Antiquarũ lect. lib. 4. cap. 6. 17 Taurum] Id eſt, ualidum maritum. 22 Properabantur] Properabantur? Cruquij uetus liber. 25 O' ego non felix] O' ego infelix. Cariſius Inſtitutionum Grãmat. lib. 1. de Pronomine. & Canterus Nouarum lect. lib. 5. cap. 20.

GEORG. FABR. } Non excuſant improbitatem & nequiciam illi ioci,

„ Vita uerecunda eſt, Muſa iocoſa fuit. Item,

„ Caſtos uerſiculos nihil neceſſe eſt. Nec Hadriani Imp. de Voconio iudicium, Laſciuus uerſu, mente pudicus erat: ſed ſunt leuia iſta & improba omnia, ceu uenenum fugienda, quæ moribus bonis & honeſtis officiunt, & animos teneros ac pudicos corrũpunt.

Munera cur mihi, quidúe tabellas] Cur, inquirit cauſam: quid, utilitatem. Munera non quæro, quia nihil iuuant neq́ proſunt: literas, non curo, quia nihil moueor aut afficior. O' ego non felix] Chariſius, O' ego infelix, ſine eliſione.

IOD. BAD. ASC. } Quid tibi uis] Petulanter petulantem anum carpit, dicens. O' mulier digniſſima barris] Id eſt, elephantibus nigris. Sunt enim omnes nigri. unde de ipſis primum dictum eſt.

„ It nigrum campis agmen. Coëunt autem auerſè. unde ab illius fœtore & obſcœnitate minus offenderẽtur, quocirca illam ipſis dignam argutè cenſet. Quid uis tibi] Id eſt, quid prætendis? cur mittis mihi munera. Vel] Pro uel Quid] Id eſt, ad quid mittis mihi. Nec iuueni firmo] Id eſt, ſatis potenti ad libidinem tuam explendam. Neq́ naris obeſæ] Id eſt, occluſæ & pinguis ſeu craſſæ, hoc eſt, neq́ habenti narem obtuſam, & occluſam, ita ut parum olfaciam, obeſum pro pingui etiam apud Maronem legunt illic:

„ Obeſaq́ terga. Aut Obeſæ] Id eſt, circumeſæ aut circumroſæ naris, ita ut uirtus odoratiua perierit. Dicit ergo cur mittis mihi neq́ te exaturare, neq́ fœtorem tuũ ſufferre ualenti. Munera & tabellas] Id eſt, triplices pugillares, in quibus amores, & res amato

 ria

riæ inſcribebantur. Docens etiam ſe nó obæſæ naris, addit. Namq; ego unus] *Id eſt, ſolus.* Odoror] *Id eſt, olfacio pro quo uulgarius dicitur odoro* Sagacius] *Id eſt, maiore ſagacitate & peritia naſi. Nam ſagacitas naſi eſt, unde Plautus ſagax naſum habet* An Polypus] *Sup. ſit cauſa fœtoris in naſo. Eſt autem ut Mancinellus recitat caruncula quædam putida in naſo.* An hircus] *Id eſt, hircinus fœtor* Grauis] *Id eſt, moleſtus & difficulter tolerabilis.* Cubet] *Id eſt, quiete maneat. Alludit autem ad cubilia hircorum, quæ fœtidiſſima ſunt in* Alis] *Id eſt, ſub axillis.* Hirſutis] *Id eſt, piloſis, ſagacius dicit quam canis* Acer] *Id eſt, ſtrenuo* Olfacto] *Sup. odoratur aut ſentit.* Vbi lateat ſus] *Id eſt, aper. Poſſet dici* Vbi lateat ſus acer] *Sed plus roboris eſt dicẽdo canis acer, ut ſe uel acri cani præferat. Odoror etiam ſagacius* Quis] *Id eſt, qualis ſudor* Et quam] *Id eſt, quantum malus odor creſcat* Vndiq; membris uietis] *Id eſt, flaccidis & uetuſtate languentibus.* Cum] *Id eſt, quando, mulier fœtida, properat ſedare* Rabiem indomitã] *Scilicet, libidinis.* Pene] *Id eſt, cauda uirili.* Soluto] *Scilicet, ab intentigine emiſſo ſemine.* Aut ſoluto] *è ſubligaculis.* Nec creta humida] *Id eſt, Chia terra Creti coloris.* Manet illi] *Scilicet, uetulæ, quia ſudore & anhelitu reſoluitur.* Iam] *Scilicet, in coitu.* Et color ſucatus] *Id eſt, fuco & adulterino colore quæſitus.* Stercore] *Id eſt, oleto.* Crocodili] *Illius animalis in Aegypto frequentis, &* Ipſa autẽ rũpit iam ſubando] *Id eſt, ſubeundo more ſuum diuturno coitu.* Cubilia tenta] *Id eſt, ſtrata &* Tecta] *Id eſt, cooperta tapetis aut lineis cooperimẽtis.* Vel] *Quã uetula illa. (Mutauit autem perſonam: nam à ſecunda ad tertiam tranſiuit)* Agitat] *Id eſt, mouet* Mea faſtidia] *Id eſt, quib. eam faſtidio & contemno.* Verbis ſæuis] *Id eſt, ſuperbis* Dicendo] *Scilicet, ô Horati.* Tu langues &c.] *Id eſt, minus fatigaris ſubagitando Inachiam.* Ac] *Id eſt, quam me.* Tu potes &c] *Scilicet, una Inachiam ſup. cognoſcere aut (ut honor ſit oneribus) futuere, quod eſt more ſubticuit, ſicut comici miles, ego Eunuchũ illum, uel ſobrius.* Tu autem es mihi &c.] *Id eſt, languens & impotens.* Ad unum opus] *Scilicet, Veneris.* Pereat Lesbia malè quæ &c.] *Id eſt fortem ſubactorem monſtrauit* Te inertem] *Id eſt, ignauum & torpentem, præcipuè cum Amynthas Chous, ex Choo inſula iuuenis.* Adeſſet] *Id eſt, præſtò eſſet mihi.* Cuius neruus] *Id eſt, mentula, inhæret conſtantior in* Inguine] *Id eſt, membro muliebri.* Indomito] *Id eſt, indomabili & ſemper prurienti qui noua arbor inhæret collibus. Cui* Potas ô Horati] *q. d. ne gratis à te ſtuprum quæſiſſe dicar. (unde prius munera cur mihi)* Vellera lanæ iterata] *Id eſt, bis tinctæ.* Muricibus] *Id eſt, purpuris Tyrijs.* Properabantur] *Id eſt, citò parabantur.* Nempe] *Id eſt, ſi neſcis certè ſup. properabãtur, tibi.* Ne foret æquales inter conuiua magis quem &c.] *Id eſt, coæuos ſodales.* Quẽ ſua] *Id eſt, propria* Mulier] *Id eſt, amica aut potius uxor, diligeret* Magis quã] *Sup. ego te.* O ego leuis] *i. inconſtans & imprudens.* Quã tu fugis, ut agna pauet] *Id eſt, pauore fugit lupos acris, aut* Vt capræ] *Sup. pauẽt leones.*

ANTON. MANC. } *In mulierem & deformem, & olentem hic inuehitur, quæ quidem ſæpe Horatio tum munera, tum literas mittere ſolebat Veneris gratia.* Quid tibi uis] *Ode eſt ſimilis 7. lib. 1.* Barris] *Id eſt, elephantis, quorũ quidem coitus aduerſus eſt, uti & leonum, lyncum, camelorum, tigrium, & rynocerotum. Author eſt Solinus. Dicit autem illam elephantis dignam, quoniam auerſi coëuntes eius deformitatem uidere non poſſent.* Tabellas] *Pugillares triplices intelligit.* A' tribus] *Scilicet, folijs, qui quidem rebus amatorijs & leuioribus ſeruiebant. Martialis libro ultim.*

Tunc triplices noſtros non uilia dona putabis.
Quum ſe uenturam ſcribet amica tibi.

Nec firmo iuueni] *Erat enim natus annos L. ut ſuperiùs oſtendit. Neq;* Naris obeſæ] *Id eſt, craſſæ: nam interdum etiam in naribus carunculæ quædam ſimiles muliebribus mammis naſcuntur, eæq; imis partibus, quæ carnoſiſſimæ ſunt inhærent, Author eſt Celſus lib. 6. Habentes itaq; talia odorem aliquem, nõ facile ſentiunt.* Namq; ſagacius unus] *Ordo eſt.* Namq; unus ego] *Id eſt, ſolus, &c.* Polypus] *Id eſt, caruncula modò alba, modò ſubrubra, quæ narium oſſi inhæret, & modò ad labra pendens, narem implet, modò retrò per id foramen, quo ſpiritus à naribus ad fauces deſcendit, adeò increſcit, ut poſt uuam conſpici poſſit, ſtrangulatq; hominem maximè Auſtro aut Euro flante, ferèq; mollis eſt, raro dura. Author eſt Celſus lib. 6.* Hircus] *Id eſt, hirci fœtor, qui ſub Brachijs eſſe aliquibus ſolet ob humorem illuc defluentem, unde Alexander Aphoriſ. Odyſſeus in problematis ait. Cur axilla inter alia loca multò grauiſſimè olet, an uerum quòd ſpiramentis ferè caret, grauis autem odor in his præcipuus eſt propter putredinem, quæ ibi gignitur ob humiditatis moram, quæ nec dimouetur, nec exercetur. Philoſophus item particula decima problematum ſcribit, cur alæ omnium maximè partium noſtri corporis malè olent. Vtrum quòd omnium minimè reſpirare poſſunt, malus autem odor locis huiuſmodi contrahi maximè ſolet, quoniam putredo quiete interioris qualitatis conſiſtit, an ideò quòd immobiles inexercitatæq; habentur. Scribit etiam ibidem cur homines, qui unguentis redolent fœdius, quam hirci oleant, quum ſe odorificè unguentârint, an hoc in multis accidere ſolet, uelut cum acido dulce commixtum eſt dulcius totum exiſtat, tum etiam omnes poſt quam ſudarunt grauius olent, unguentum autem cócalefaciendi uim habet, itaq; ſudorem poteſt prouocare.* Vietis membris] *Id eſt, languidis, ſine ui & naturalibus priuatis uiribus, quod Feſtus edocet.* Soluto] *Pene emiſſo uirili ſemine. Penem enim caudam uocabant, inquit Feſtus, à pendendo quidem.* Humida creta] *Erat in medicaminibus & Chia terra candicans, uſus ad mulierum maximè cutem lactei coloris eſt hæc. Author Plin. lib. 35.* Humida] *Ob coitus ſudorem.. Phucatus φυκὸς color dicitur, Latinè phucum dicunt, uerſo υ Græco in u.* Stercore Crocod.] *Eſt Crocodilo uita in aqua terraq; communis. Duo autem ſunt eorum genera, aliquis multum infra magnitudinem in terra tantum odoratiſſimisq; floribus uiuit, ob id inteſtina eius diligenter exquiruntur iucundo nidore refracta Crocodileam uocant, oculorum uitijs utiliſſimam, cum porri ſucco iunctam, & cõtra ſuffuſiones uel caligines. Illita quoq; ex oleo Cyprino moleſtias in facie enaſcentes tollit. Ex qua uerò morbos omnes, quorum natura ſerpit in facie nitoremq; reddit, lentigines tollit, ac uaros, omnesq; maculas. Author Plin. libro 28.* Subando] *Subagitando. Eſt enim à ſuibus tractum, quum libidinem prouocant.* Tenta] *Strata. Tecta linteis ac culcitra.* Vel me quum] *Ordo eſt,* Vel quam malus odor undiq; creſcat uietis membris, quum ſæuis uerbis agitat mea faſtidia. Inachia la.] *Verba ſunt illius anus ad Horatium.* Ac me] *Id eſt, quam me.* Mollis es ad unum opus] *Ad unum coitũ.* Pereat] *Ordo eſt malè pereat Leſbia.* Quæ quærenti] *Scilicet, mihi taurum monſtrauit te inertem.* Taurum] *Id eſt, uirum Venereum ac fortem, ut taurus eſt. nam ut philoſophus ſcribit lib. 5. de animalibus, uaccæ tauros non patiuntur propter rigorem genitalis, nimiamq; tentiginem, ſed clunibus ſubſidentibus ſemen recipiunt genitale, id autem & nos uidimus.* Chous] *Chos inſula eſt in Chaeria, ut ſcribit Mela. Strabo lib. 10. inter Cycladas numerat lib. autem 14. docet & inſulam, & urbem Chon appellatam. Vrbs uerò non magna eſt, ſed optimè omnium habitatione & aſpectu iocundiſſima, his qui eò nauigant. Inſulæ magnitudo eſt ad 15 L. ſtadia, tota fertilis, & quemadmodum Chius & Leſbus optimo uino abundans. Viri Choi illuſtres fuerunt Hippocrates, item Simus medicus, Phyletas poëta ſimul, ac iudicialis Nycias: qui Chœorum tyrannus fuit & Ariſton: hinc fuit Thenomeſtus uir clarus in adminiſtranda Repub. Nyciæ æmulus.* Iteratæ] *Id eſt, de purpura* Dibapha] *Id eſt, bis tincta intelligit, de qua latiùs in Odis.* Tibi Horatio] *Scilicet, Mulier uolebat enim Horatium purpura ornare, ita optima, ut inter conuiuas æquales etiam ab alienis uxoribus magis diligeretur.*

GILB. COG. } Namq; Sagacius unus odoror Polypus, an grauis hirſutis cubet hircus in alis, Quam canis acer ubi lateat ſus] *Ea ſcribit Horatius in anum libidinantem. Sed hircũ olere dicit, qui malo fœtore infeſtatur, quam niſi iſti qui rem cum mulieribus habent, per ætatem habere poſſunt. Gilb. in prouerb. Hirquitallire.*

ODE

ODE XIII. AD AMICOS.

Ode XIII. *Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Heroicus, Hexameter Catalectus, qualis ille:*
Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen, hoc modo:
Horrida – v v tempe – – ſtas cœ – – lum con – – traxit & – v v imbreis – –
Secundus uerò quiſq; eſt Archilochius, conſtans Dimetro Iambico, & Penthemimere Heroica, id eſt, è quatuor Iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo, deinde è duobus Dactylis & ſyllaba, hoc modo:
Niues v – que de v – ducunt – – Iouem v – nunc mare – v v nunc ſylu – v v æ –

– v v – – – – – – – v v – –
v – v – – – v – – v v – v v –

ARGVMENTVM IN ODEN XIII.

Ad amicos ne nimiũ ſe curis macerent, dum adhuc ſunt iuuenes, ſed per occaſionem nonnunquã animum remittant, ex Chironis Centauri ſententia, qui Achillem diſcipulũ monebat, ut apud Troiam ubi periturus erat uino & fidibus ſe exhilararet.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Sumpta occaſione de die tempeſtuoſo, ſodales ſuos, ut neglectis curis, iocundis ac ſplendidis conuiuijs, dum per ætatem liceat, ſeſe oblectent hortatur, Exemplo Chironis Centauri, qui Achillem alumnum & diſcipulum in Troiano bello periturum quoq; monebat, ut uino & cithara triſtitiam leuaret.

COMMENTARIA.

HORRIDA tempeſtas cœlum cõtraxit: & imbres,
Niuesq; deducũt Iouẽ, nunc mare, nunc ſyluæ
Threicio Aquilone ſonant. rapiamus amici
Occaſionem de die: dumq; uirent genua,
Et decet, obducta ſoluatur fronte ſenectus
Tu uina Torquato moue conſule preſſa meo.
Cætera mitte loqui. DEVS hæc fortaſſe benigna
Reducet in ſedẽ uice. nunc & Achæmenia
Perfundi nardo iuuat, & fide Cyllenea
Leuare diris pectora ſollicitudinibus,
Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alũno:
Inuicte mortalis, Dea nate puer Thetide,
Te manet Aſſaraci tellus, quam frigida parui
Findunt Scamandri flumina, lubricus & Simois:
Vnde tibi reditum certo ſubtegmine Parcæ
Rupêre: nec mater domũ cęrula te reuehet.
Illic omne malum uino, cantuq; leuato,
Deformis ægrimoniæ, dulcibus alloquijs.

ACRON.

HORRIDA tempeſtas] *Hortatur amicos ſuos, ut pluuio aëre, quo aliud facere non poſſint, lætitiæ & poculis indulgeant.* Cœlum] *Pro nubibus, ut:*
» *Iam cœlum terramq; meo ſine numine.*
Et imbres] *Vt:*
» *Effuſit imbribus atra*
» *Tempeſtas ſine more furit.*
Dumq; uirent genua] *Hoc eſt, quando iuuẽtus uiret, & ſenectus arida deponitur, ut de ſene:*
» *Genua labant, uaſtos quatit æger anhelitus artus.*
De iuuene:
» *Ille pedum melior motu.*
Obducta ſoluatur fronte] *Lætitia extendatur frons, obducta mœrore.* Tu uina Torquato] *Conſule uina repoſita proferri iubet, quo ipſe natus eſt Mallio Torquato.* Deus hæc fortaſſe benigna Reducet in ſedem uice] *Si quæ minus læta ſunt, ut quæ ſollicitudinem moueant, de Deo ſperanda dicit, ut in melius mutentur, dummodo lætitiæ non prætermittatur occaſio.* Achæmenio] *Perſico.* Et fide Cyllenea] *Lyra aut chorda, quam traditur Mercurius inueniſſe, qua accepta ab eo Amphion, cantu dicitur muros feciſſe Thebanos.* Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno] *Vt Iuuen.*
» *Iam grandis Achillis Cantabat patrijs in montibus.*
Nobilem autem Chironem dicit, cuius umbram ponit Achilli prædicentem fata ſua. Aſſaraci tellus] *Aſſaracus auus Priami, à quo & Troiani.* Tellus] *In qua ſepeliendus erat.* Findunt Scamandri flumina] *Scamander fluuius eſt, qui cùm Europam ab Aſia diuidere dicatur, ideò poſuit, findũt.* Lubricus & Simois] *Vel ſanguine Troianorum, ut:*
» *Vbi tot Simois correpta ſub undis*
» *Scuta uirûm, galeasq; & fortia corpora uoluit:*
Siue pro natura aquæ lubricus. Certo ſub tegmine Parcæ Rupere] *Vt:*
» *Rumpunt ſtamina Parcæ.* Cerula] *Nomen à colore maris, id eſt, marina, ut:*
» *Cæruleus Nereus.* Aegrimoniæ] *Aegritudinis animi.*

PORPHYR. } Horrida tempeſtas cœlum contraxit] *Hortatur contubernales, ut quoniam ipſo cœlo pluuio nequeant aliud agere, in conuiuium ſecedant. Cœlum autem pro nubibus accipe. Et contraxit, in unum coëgit, ac per hoc denſas fecit, intelligendum.* Niuesq; deducũt Iouem] *Suauiter, quaſi cũ imbribus ad terras Iupiter deſcendat.* Rapiamus amici occaſionem] *Vtrum occaſionẽ, quæ de die pluuio incidit: an ut conuiuia de die dicebantur, à primo mane cœpta.* Obducta ſoluatur fronte] *Obducta, id eſt, in rugas contracta. Ac per hoc ſeuera ac triſtis. Sic ergo & ſenectutem pro grauitate ac ſeueritate accipe.* Torquato moue cõſule] *Præcepit uina proferre Mallio Torquato conſule diffuſa, quo anno ipſe natus ſit, quod & alibi amphoram alloquens, oſtendit, ſic dicens: O` nata mecum conſule Mallio: ad hoc ergo pertinet quod dicit, Torquato meo.* Deus hæc fortaſſe benigna Reducet in ſedẽ uice] *Senſus eſt: Hæc quoque de quibus ſollicitus es, fortaſſe benignus reſtituet tibi Deus, qui uices rebus humanis conſtituit.* Et fide Cyllenea] *Id eſt, chorda, quam Mercurius inuenit, ac per hoc lyram ſignat.* Centauro] *Chiron ſcilicet.* Alumno] *Achilli.*
» *Vnde tibi reditum certo ſubtegmine Parcæ*
» *Rupere, ——* *Tale eſt & illud:*
» *Extremaq; Lauſo Parcæ fila legunt.*
Nec mater domum cerula] *Per matrem Thetidem, atq; ex hac metonymicώs mare intelligamus.*

CHRIST. LAND. } Horrida tempeſtas] *Eandem*

ſententiã ſæpius repetit. hortatur enim amicos ne uelint aſſidua cura marceſcere. Sed cùm dantur tempora quædam ueluti feriata indulgeant genio. Contraxit] Non reuera contrahitur cœlum. Sed ſic apparet, cum nubibus oppletur. Syluæ] Triſyllaba hæc dictio eſt per diæreſim facta. Et decet] Nam uiridis ſenectus hæc patitur. decrepita uerò non patietur. Vel poſuit ſenectam pro ea triſtitia, quæ in ſenibus eſſe ſolet. Obducta] Contracta propter triſtitiam. Vt contra exporge frontem, dicitur, id eſt, præſta te lætum. Meo Torquato] Quia hoc conſule natus eſt. Cætera] Nam ſapientis eſt præſtare, quæ in ſe ſunt. In reliquis amoto timore diuinũ expectare conſilium. Achæmenio] Perſico. Cyllenia] Nam à Mercurio inuenta eſt cithara, & Apollini dono data. Nobilis cẽtaurus] Chironem intelligit præceptorem Achillis. Parui Scamandri] Vnum enim fuit ex fluminibus, quæ pota ab exercitu Xerxis defecerunt. Simois] Fluuius, & ipſe Troadis eſt, cuius genitiuus eſt Simoentis. Ergo ſi ſapientiſſimus centaurus Achilli præcipit, ut uino apud Troiam ægritudinem animi leuaret, qua afficiebatur, quoniam Parcæ illum inde redire non permittebant, nos multò magis minore ægritudines uino leuabimus.

ERASM. ROTER. } Hæc figura, genu uiret, prouerbialis eſt, quoties iuuentutem ſignificamus.

HENR. GLAR. } Nobilis ut grandi cecinit centaurus alumno] Nobilem Chironem dicit (inquit) cuius umbram ponit Achilli prædicentem fata ſua. Ego quid ſibi uelit non admodũ intelligo. Puto autem fingere poëtam, hæc uerba Chironem cunis alumni aſſidentem canere ut nutritium. Findunt Scamandri flumina] Scamander (idem inquit) fluuius Europam ab Aſia diuidere dicitur, ideo poſuit findunt. Riſi cum hæc legerem, non tam ipſum authorem, quam impoſtorem aliquẽ: quippe qui uix puto Acronem, tam indoctum fuiſſe, ut hæc ita delirârit.

HERM. FIG. } Horrida tempeſtas cœlum contraxit, &c.] Nubes aquoſas in aëre coëgit. Et imbres, niueſq; deducunt Iouem] In media aëris regione generantur pluuiæ & niues: quæ delabentes Iouem, hoc eſt, aërem quodammodo ſecum deducunt. Nunc mare, nunc ſyluæ ſonant] Et propterea bene dixit, horrida tempeſtas: in magnis enim & horrendis tempeſtatibus, maria perturbantur, ſyluæ agitantur, & proſternuntur à uentis. Threicio Aquilone] Ex Thracia ſpirante. Eſt autem Aquilo inter Septentrionem, & exortum ſolſtitialem: uentus niualis, flatu uiolento & ſonoro. Occaſionem] Opportunitatem & facultatem. Tempus actionis opportunum Græcè εὐκαιρία, Latinè appellatur occaſio, ut ait Cic. in Officijs. Idem de inuentione ſic definit: Occaſio eſt pars temporis, habens in ſe alicuius rei idoneam faciẽdi, aut non faciendi opportunitatem. Tantam uim habet opportunitatis (inquit Eraſ. in prouerbio: Noſce tempus) ut ex honeſto inhoneſtum, ex damno lucrum, ex uoluptate moleſtiam, ex beneficio maleficium faciat, & contrà, breuiterq; rerum omnium naturam permutet. Hæc in aggrediundo, conficiundoq; negocio præcipuum habet momentum: ut non ſine cauſſa ueteres uideantur eam diuinitate donaſſe, tametſi apud Græcos mas eſt hic Deus, appellaturq; καιρὸς. Eius ſimulachrũ ad hunc modum fingebat antiquitas: Volubili rotæ pennatis inſiſtens pedibus, uertigine quàm citatiſſima ſeſe in orbem circumagit, priore capitis parte capillis hirſuta, poſteriore glabra, ut illa facilè prehendi queat, hæc nequaquã. Vnde dictum eſt, occaſionem arripere. Ad quod eruditè ſimul & elegãter alluſit quiſquis is fuit, qui uerſiculum hunc conſcripſit:

„ Fronte capillata, poſt hæc Occaſio calua.

Hæc ille, & plura de Occaſione ex Poſidippo & Auſonio ibidẽ refert. De die] Videlicet turbido & tempeſtuoſo, quo aliud propter pluuias & procellas cõmodè agere non poſſumus. Dumq; uirent genua] Dum ſumus adhuc iuuenes. Nam iuxta ſententiam Theocriti, ποιεῖν τι δεῖ ἕως γόνυ χλωρόν. Id eſt (ut uertit Eraſmus) quãdo uirent genua, tum aliquid faciamus oportet. Et decet] Scilicet, ætatem noſtram iuuenilem, nam ſenectuti fœdiſſima eſt luxuria. Obducta ſoluatur fronte ſenectus] Corrugatam & cõtractam frontem exporrigamus, hoc eſt, triſtitiã in ea hærentem abijciamus. Eſt enim frons triſtitiæ & hilaritatis index. Vnde frontem contrahere cũ ringimur, explicare uerò cùm hilareſcimus, dicimur.

Tu uina Torquato moue] Iubet ſodalem proferre uina antiqua, nimirum Torquato Conſule recondita. Conſule meo] Sub quo ego natus ſum. Fuit autem Torquatus Conſul cum Aurelio Cotta, anno ab urbe condita, 689. quo in lucem editum conſtat Horatiũ. Cætera mitte loqui] Alia curioſa & triſtia referre deſine: nam Deus illa in melius fortaſſe mutabit. Reducet in ſedem] In priſtinum ſtatum ſuum reſtituet. Benigna uice] Clementi & grata uiciſſitudine, ac commutatione. Achæmenio nardo] Perſico unguento, ſic dicto ab Achæmene primo Perſarum rege. Perfundi] Vngi, quod fieri in ſplendidis & luxurioſis conuiuijs ſolebat. Fide Cyllenia] Hoc eſt, cithara à Mercurio primùm inuenta. Qui dictus eſt Cyllenius, à Cyllene nympha matre: uel Cyllene mõte Arcadiæ, apud quem primò cultũ perhibent. Grandi alumno] Hoc eſt, Achilli iam adulto. Cecinit] Prædixit Achilli mortem in bello Troiano obeundam, ideoq; hortatus eſt, ut uino & cithara animum à ſolicitudine & triſtitia recrearet. Apud eundem Homerum Iliad. [illegible] Thetis mater quoq; Achilli celerem mortem prænunciat. Centaurus] Chironem Theſſalum, Saturni filium, intelligit. Is enim traditum ſibi à Peleo patre Achillem, ur ſorum medullis nutriuit, docuitq; Aſtrologiam, Muſicam, & Medicinam. Inuicte puer] Fuit enim Græcorum fortiſſimus Achilles. Hunc infantem mater Stygijs undis immerſit, eoq; modo inuulnerabilem in toto corpore effecit, præterquàm in ea parte pedis, qua ipſum cõprehenſum tenuit. Dea nate Thetide] Thetis uxor fuit Pelei, regis Theſſaliæ, filia Nerei, mater Achillis, Dea marina. Te manet] Te expectat. Nam quaſi fatali neceſſitate proficiſcendum erat, Achilli ad bellum Troianum. Reſponſum enim Græcis erat, abſq; Achille capi Troiã non poſſe. Aſſaraci tellus] Troiana terra, cuius fuit dominus & rex Aſſaracus, Anchiſæ auus. Parui Scamandri flumina] Scamander fluuius eſt Troianus, filius Iouis, teſte Homero Iliad. φ. ubi inquit: [illegible]. Et ab Achille διοτρεφὴς ibidem uocatur. Effluit ex Ida monte, longè maior fama, quàm undis. Dictus Scamander, quaſi Camander, quoniam Herculi ſitienti laborem ſitum leuaſſet, & [illegible] ipſius [illegible] fuiſſet. Dicitur & Xanthus à flauo colore. Vnde Homerus ἀργυροδίνην appellat: uel quòd oues reddat flauas, ut refert Ariſtoteles libro de animalium natura tertio. Simois] Simois fluuius eſt Troadis, ex Ida monte, ſicut & Scamander, defluens, mixtus Xantho apud Sigeum Promontorium in mare labitur: Hunc Xanthus apud Homerum fratrẽ appellat. Vnde] Ex qua Troiana terra. Certo ſubtegmine] Id eſt, fatali ſtamine ſeu filo. Alludit ad Parcarum lanificium, quo uitam humanam metiri & regere dicuntur. Rupere] Tantiſper enim uiuere homini licet, donec Lacheſis filum è colo ducit, & Clotho fuſum torquens filum colligit: Cùm uerò Atropos illud abrumpit, mori neceſſe eſt. Originem igitur ac progreſſionem uitæ dant Lacheſis & Clotho, Atropos finem imponit. Nec mater reuehet] Nec Thetis mater, quamuis maris ſit Dea, à morte te liberatum, in patriam reducet. Et ſignificat ad uitandam mortem nemini prodeſſe maiorum nobilitatem, & generis claritatem. Propert. lib. 3.

„ Quid genus, aut uirtus, aut optima profuit illi
„ Mater? ——

Vino] Quod animum à cura & anxietate liberat. Cantuq; leuato] Cantibus enim & uocum dulcedine animi hominum mirificè flectuntur, & à moleſtijs reficiuntur. Deformis ægrimoniæ] Metonymia eſt. Nam homines deformes reddit ac conſumit ægrimonia, hoc eſt, ægritudo & angor animi. Dulcibus alloquijs] Congreſſibus, ſermonibuſq; amicorum feſtiuis ac facetis.

THEOD. PVLM. } Ode tricolos triſtrophos. Primus quiſque uerſus eſt heroicus hexameter catalecticus: qualis ille 1. Carmin. 7.

„ Laudabunt alij claram Rhodon, & Mitylenen.

Secundus uerò quiſque eſt iambicus Archilochius dimeter acatalectus: ut Epod. 1.

„ Amice propugnacula.

Tertius autem quiſque eſt dactylicus Archilochius dimeter hypercatalectus: ut 4. Carmin. 7.

„ Arboribuſq; comæ. —Et imbres, Niueſq; deducunt Iouem]

Iouem] *Nam tum Iupiter de cœlo deducitur priſcorum ſuperſtitione & ſententia, cum in imbres deſcendat. Vide Turneb. lib. 9. cap. 9.* 6 Dumq́ uirent genua] *Quod eſt, dum iuuenes ſumus, neq́ dum ſenectute areſcimus. Theocritus Idyll. 14.*

21 ποιεῖν τι δεῖ ἄς ἐσμὲν χλωροί.

Turneb. lib. 6. cap. 31. 22 Certo] *Secto legendum putat Achilles Comment. in Tibulli lib. 3. Elegia 3.* Subtemine] *H. recte, non ſubtegmine.* 25 —Vino, cantuq́ leuato Deformis ægrimoniæ Dulcibus alloquijs] *H.G.E.B. ſine coniunctionis copula. Vinum & cantũ uocat dulcia deformis ægrimoniæ alloquia, id eſt, ſolatia. Muretus Variarum lect. lib. 2. cap. 1.*

GEORG. FABR. } *Temporis & ætatis occaſione ad uitam liberiorem excitat amicum, qui ægritudine erat affectus, eiq́ ſpem inijcit melioris conditionis, quod Deus uiciſsitudine gaudeat. More ſuo inſerit oratiunculam Chironis ad Achillem: ut primo libro Teucri ad ſocios, cùm ad Plancum ſcriberet, inſeruit: ubi idem argumentum tractauit.*

IOD. BAD. ASCENS. } Horrida] *Inuitat ſodales ad hilare conuiuium, dicens.* Tempeſtas horrida] *Id eſt, pluuioſa & aſpera.* Contraxit] *Id eſt, condenſauit in nubes* Cœlum] *Id eſt, aërem, & imbres ac niues.* Deducunt] *Id eſt, deorſum, quia in terra ducunt.* Iouem] *Id eſt, aërem in nubem contractum, & per pluuiam reſolutum.* Mare] *Sup. ſonat nunc & ſyluæ ſonant nunc.* Aquilone Threicio] *Id eſt, à Thracia flante.* Et ergo ô amici rapiamus occaſionem] *Scilicet, letè conuiuandi.* De die] *Id eſt, tempore.* Et dum] *Id eſt, donec* Genua] *Scilicet, noſtra* Virent] *Id eſt, in uigore ſunt, &* Dum decet] *Scilicet, per ætatem.* Soluatur ſenectus fronte obducta] *Id eſt, quæ erat obducta triſtitia, exporrigatur hilaritate.*

Tu moue] *Scilicet. fundendo & bibendo.* Vina preſſa Torquato conſule meo] *Id eſt, anno natiuitatis meæ, quo Torquatus conſul erat.* Mitte] *Id eſt, omitte loqui.* Cætera] *Id eſt, ſerioſa, quæ nihil ad lætitiam faciant: nam Deus reducet fortaſſe.* Hæc] *Scilicet, triſtia, quæ agitare poſſumus.* In ſeden] *Id eſt, Tranquillitatem & ſedationem.* Vice] *Id eſt, uiciſsitudine* Benigna] *Id eſt, fauorabili.* Iuuat] *Id eſt, delectat ſup. me.* Nunc perfundi nardo Achæmenio] *Id eſt, Perſico, &* Leuare pectora] *Sup. à ſollicitudinibus duris.* Fide cyllenia] *Id eſt, lyra à Mercurio inuenta.* Vt] *Id eſt, quemadmodum* Centaurus nobilis] *Scilicet, Chiron iuſtiſsimus Centaurorum ſecundum Homerum, cecinit* Grandi alumno] *Scilicet, ſuo. ſup. Achilli, dicens.* O puer inuicte nate mortalis Dea Thetide] *Id eſt, licet ex Dea mortalis, tamen* Tellus Aſſaraci] *Id eſt, Troiana, quam Aſſaracus aliquando poſſedit.* Manet te] *Id eſt, ſtatuta eſt tibi exitio.* Quam] *Scilicet, tellurem frigida* Flumina Scamandri] *Fluuij ab Ida profluentis* Parui] *Id eſt, exigui.* Et Symois lubricus] *Id eſt, labilis, & difficulter retentibilis.* Findunt] *Id eſt, ſecant & abſumunt aut potiùs diuidunt per medium eius fluendo.* Vnde] *Id eſt, de qua tellure.* Parcæ] *Id eſt, Deæ fatales.* Rupere] *Id eſt, rumpendo fila fatalis uitæ negauerunt tibi reditum* Subtegmine] *Id eſt, contextu fatorum.* Certo] *Id eſt, ineuitabili.* Nec] *Id eſt, & non, & unde.* Mater cærula] *Id eſt, cærulæi coloris, quia marina Dea.* Nec reuehet te domum] *Scilicet, nauibus* Leuato illic] *Id eſt, cum illic fueris uino & cantu* Omne malum] *Scilicet, ſollicitudinum & curarum. &* Leuato illic omne malum ægrimoniæ] *Id eſt, ægri animi & triſtitiæ deformis, quia eſt ægritudo animi etiam honeſta.* Dulcibus alloquijs] *Id eſt, confabulationibus.*

ANTON. MANCIN. } *Hac Ode ſodales hortatur ad lætiorem uitam. Quum enim nunc plueret, nunc ningeret, & in mari ac ſyluis tempeſtas eſſet occaſionem ad uoluptatem rapiendam eſſe, docet, eo namq́ tempore aliud agi non poterat.* Horrida] *Id eſt, primus uerſus Hexameter eſt, ſecundus uerò quatuor pedes habet, ex Iambico uerſu, & duos dactylos cum cæſura.*

Cœlum] *Id eſt, nubes, aër enim in nubes contrahitur, indéq́ imbres decidunt.* Et imbres] *Ordo eſt.* Et imbres & niues deducunt Iouem] *Id eſt, deorſum ducunt aërem. Videtur enim quodammodo cum pluuia aër deſcendere.* Syluæ] *Metri cauſa triſyllabum fecit.* Occaſionem] *Dicitur occaſio opportunitas temporis caſu proueniens, ut Feſtus ait.* De die] *Id eſt, tempore ipſo.* Virent genua] *Dum uigent & ualent.* Obducta rugis] *Obſita uti mœſtis euenit.* Conſule meo] *Horat. enim Manlio Torquato conſule natus eſt, quod ſuperiùs etiam ſcripſit.* Cætera] *Senſus eſt, uacandum eſſe conuiuijs tantum, cætera uerò omittenda, ut ſunt minus læta. nam Deus in melius forſitan reducet.* Achæmenio] *Id eſt, Perſico. Achæmenes enim teſte Herod. lib. 4. fuit primus Perſarum rex, à quo poſtea reges omnes uſq́ ad Darium deſcenderunt.*

Fide ca] *Id eſt, lyra. Mercurius enim lyram inuenit, & Phœbus citharam, de quibus latè in Odis.* Nobilis] *Vt ſenſus eſt, quòd Centaurus Chiron Achilli alumno prædicens mortem apud Troiã monuit omne malum uino & cantu leuandum, eodem itaq́ modo et ipſe agit.* Grandi alumno.] *Iuuenal. item Sat. 7.*

„ *Metuens uirgæ iam grandis Achilles*
„ *—Cantabat patrijs in moribus.*

Aſſaraci tellus] *Troiam intelligit. Nam Dardanus Ioue natus genuit Erychthonium, is Troem.* Tros Aſſaracum] *Ex quo Capys natus eſt, inde Anchiſes, hinc Aeneas, &c. Author Naſo lib. 4. Faſtor.* Scamandri] *Ex Ida Phrygiæ mõte. Scamander & Symois fluuij deſcendunt in Troadem, ut Mela ſcribit.* Mater cærula] *Id eſt, Thetis marina.* Aegrimoniæ] *Id eſt, triſtitiæ. Eſt autem Ordo.* Illic uino, cantu, & dulcibus alloquijs, leuato omne malũ deformis ægrimoniæ. *Acrimonia autem eſt animi uiuacitas, ut inquit, Nonius* Deformis] *Deformes efficientis.* Dulcibus alloquijs] *Dulcibus uerbis, dulci ſermone.*

ODE XIIII. AD MECOENATEM.

Ode XIIII. Dicolos diſtrophos. *Primus uerſus eſt, qualis:*

Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mytilenen.
Mollis in - v v ertia - - v cur tan - - tam dif - - fuderit - v v imis - -

Secundus autem eſt Archilochius, *Iambicus, dimeter Acatalectus, qualis ille:*

Amice propugnacula, hoc modo:
Obli - - uio - - nem ſen - - ſibus v v

— v v — v v — — — — — v v — —
— — v — — — v v

ARGVMENTVM IN ODEN XIIII.

Purgat ſe apud Mecœnatem, quòd promiſſum carmen non abſoluerit, amore nimirũ prohibente, neq́ id ſine exemplo. nam & Anacreontem amaſſe, & Mecœnatem ipſum uri ait, ſed à puella Helena non inferiori.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Mecœnati ſæpius & ad tædium uſq́ interroganti, cur non Iambos cœptos, & olim ſibi promiſſos abſoluat, reſpondet, ſe amore Phrynes libertinæ impeditũ non poſſe perficere quod cœpiſſet. Idq́ facere ſe exẽplo Anacreontis poëtæ, & Ipſius Mecœnati.

COMMENTARIA.

MOLLIS inertia cur tantam diffuderit imis
Obliuionem ſenſibus?
Pocula Lethæos ut ſi ducentia ſomnos
Arente fauce traxerim:
Candide Mecœnas occidis ſæpe rogando.
DEVS Deus nam me uetat
Incœptos, olim promiſſum carmen, iambos
Ad umbilicum adducere.
Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
Anacreonta Teium:
Qui perſæpe caua teſtudine fleuit amorem,
Non elaboratum ad pedem.
Vreris ipſe miſer: quòd ſi nõ pulchrior ignis
Accendit obſeſſam Ilion,
Gaude ſorte tua, me libertina, neq; uno
Contenta Phryne macerat.

ACRON.

MOLLIS inertia cur] *Dicit ſe inertia & obliuione oppreſſum, tanquam Lethæum ſumpſerit poculum.* Pocula Lethæos, ut ſi ducentia ſomnos Arente fauce traxerim] *Lethæos obliuioſos. Vt:*

„ *Lethæi ad fluminis undam, Securos latices & longa obliuia potant.* Fauce traxerim] *Biberim.* Candidè] *Purè, ſimplex.* Ad umbilicum] *Ad perfectionem, ad finem.* Arſiſſe] *Amaſſe: Vt,*

„ *Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim.*

Batillo] *Batillus Pantominus fuit, de quo Iuuenal.*

„ *Molli ſaltante Batillo.*

Anacreonta Teium] *A' Teia poëta.* Qui perſæpe] *Qui per metrum amorem ſitum flebiliter cantauerit.* Vreris ipſe miſer] *Aut ualde dixit, aut miſer conſolandi cauſa, tanquam, qui frui amata nõ poſſet. Quod de Terentia, quæ eius erat, ſignificari non potuit, & de patrono incongruè dicebatur.*

Quod ſi non pulch.] *Id eſt, nõ melior, quàm te iã urit Mecœnas. quod gratificans dicit Terentiæ, quam amauit Mecœnas.* Obſeſſum Ilion] *Ad Helenam refert.* Me libertina, neq; uno Contẽta Phryne macerat] *Libertinam ſe amare Phrynem affirmat, quæ licet uiro non ſit uno contenta, turpitudinem tamen eius ſe fatetur ferre præ amore.*

PORPHYR. } Mollis inertia] *Ad Mecœnatem loquitur, ſignificans illum frequenter de ſe quærere, cur negligat carmina ſcribere, deinde quaſi interrogationes eius uolens effugere, amorem cauſatur.* Inceptos, olim promiſſum carmẽ, iambos] *Ad Iambos, utrum carmen olim promiſſum, an olim incœptos ambiguum eſt.* Ad umbilicum adducere] *Ad umbilicum adducere, pro finire & conſummare, quia in fine libri umbilici ex ligno aut oſſe ſolent poni.* Arſiſſe Batillo] *Attende per ablatiuum dictum, arſiſſe Batillo, cum & hoc ſæpe Virg. per accuſatiuum dixerit.*

„ *Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim.*

Non elaboratum ad pedem] *Hoc ideo, quia ut ſuprà oſtendimus, Lyrici poëtæ prout libet cuiq; uerſus ſibi fingunt.* Vreris] *Mecœnati hoc dicit, quia & ipſe Terentiam dilexit, cuius & ſuprà ſic meminit:*

„ *Manum puella ſuauio opponat tuo,*
„ *Extrema & in ſponda cubet.*

Quod ſi non pulchrior] *In honorem Mecœnatis, gratificatur Terentiæ, Helenæ eam comparans, hoc autem ait: Si non fuit Helena ſpecioſior, iucunda hæc miſeria eſt, & accendit Ilion, ad amorem magis pertinet, quò Troia cremata eſt: nec immeritò, quia ipſe amor ignis ſolet dici.*

CHRIST. LAND } Mollis inertia] *Excuſat quod amore impeditus iambos promiſſos non abſoluat. Tutaturq; ſe exẽplo Anacreontis poëtæ. Ordo uerò textus eſt.* O' candide Mecœnas tu occidis me ſæpe rogando cur mollis, *id eſt, effœminata inertia diffuderit, tantam obliuionem.* Imis] *Id eſt, internis ſenſibus.* Vt] *Id eſt, ueluti ſi arenti, id eſt, ſitiente fauce traxerim, quaſi auidiſſimè biberim pocula lethæa, id eſt, aquas lethæas inducentia ſomnos, id eſt, obliuionem. Fauce autem rarò in ſingulari utuntur.* Deus, Deus] *Congeminatio maiorem aſſeuerationem habet. Ergo uetor Deo, id eſt, fatis, uel cùm Deum dicit, amorem intelligit, & tunc lege diſtinctim, ut dicat Deus uetat, Deus, inquam tanquam inferat non eſſe dubitandum pollentem Deum eſſe Cupidinem.* Ad umbilicum] *Quaſi dicat, ad centrum, quæ eſt finis ſphærici corporis, ſed quoniam umbilicus in medio eſt humani corporis, pro medio capimus quandoq.* Anacreonta] *Poëta Lyricus fuit Anacreon ex inſula ea.* Bathyllos] *Pueri à ſe amati nomen eſt.* Ad pedem] *Non elaboratum ergo inconditum, quia amore prohibitus elimare poterat.* Pulchrior ignis] *Helena. Nam oſtendit quòd quæq; grauiſſima efficere poſſit. Sententia eſt. Tu Mecœnas ureris, & ignis, qui incendit Ilion non eſt pulchrior tuo igne, ergo ea qua ureris eſt pulchrior Helena. Optimè autem ignem poſuit. nam & amori incendio urbis inſeruit.* Sorte tua] *Quæ fœlicior mea eſt, qui eam amo, quæ & uiſione & fortunæ eſt, neq; eſt contenta me ſolo, ut ſit Iuuenalis uera ſententia.*

„ *Ocyus illud extorquebis, ut hæc oculo cõtenta ſit uno.*

ERASM. ROT } *Ad umbilicum ducere, eſt librum finire atq; abſoluere. Sunt enim umbilici, interprete Porphyrione, ornamenta oſſea, aut lignea, cornea'ue umbilici noſtri formam imitantia, quæ uoluminib. iam abſolutis addebantur.*

HERM. FIG. } Mollis inertia] *Ignauia, pigritia, luxuria homines reddens molles & effœminatos.* Cur tantam diffuderit imis obliuionem ſenſibus] *Hoc eſt, ſæpe rogas, cur deſidia adductus in tantam promiſſorum uerſuum uenerim obliuionem, ac ſi auidiſſimè ex lethæo flumine bibiſſem.* Lethæos] *Quales inducit Lethe, fluuius infernus, cuius aqua pota rerum præteritarum obliuionem facere dicitur, id quod etiam nomen ipſum declarat, nam λήθη obliuio eſt. Et pulchrè teſtatur Virgil. lib. 6. Aeneid.*

„ *——Lethæi ad fluminis undam*
„ *Securos latices, & longa obliuia potant.*
Item Syll. Italicus lib. 18. belli Punici:
„ *Lethæos potat latices, obliuia mentis*
„ *Extrema.——*

Deus] *Amorem intelligit, qui reddit leues & inconſtantes homines, opera cœpta interrumpit, rerumq; pulcherrimarum faſtidium adfert.* Ad umbilicum ducere] *Perficere, ſummam manum addere. Aliquot elegantes abſoluendi parœmiæ ex autoribus collectæ, extant in Chiliadibus doctiſſimi Eraſmi, quarum de numero eſt & hæc: Ad umbilicum ducere, pro eo quod eſt, librum finire, atque abſoluere. Sunt enim umbilici ornamenta quædam oſſea, aut lignea, corneáue, umbilici noſtri formam imitantia, quæ uoluminibus iam abſolutis addebantur, atq; hinc prouerbialem figuram eſſe natam, refert ibidem ex Porphyrione: Ad umbilicum peruenit, id eſt, ad finem. Aliâs umbilicus dicitur, quicquid in aliqua re eſt medium. Sic quarta Pandectarum pars ὀμφαλὸς ſeu umbilicus uocatur, quaſi locus in iure tractando medius.* Non aliter] *Exemplo Anacreõtis ſuam ignauiam, & negligentiam excuſat. Quòd is quoq; non ſecus atq; ipſe amarit, & amore prohibitus carmina imperfecta reliquerit.* Samio arſiſſe Batillo] *Hoc eſt, Batillum Samium, puerum eleganti & uenuſta forma amaſſe.* Anacreonta Teium] *Fuit hic Anacreon poëta Lyricus, ex Teio, urbe Ioniæ, oriundus.* Caua teſtudine fleuit amorem] *Id eſt, amores ſuos non ſatis ſecundos carmine Lyrico ſæpe defleuit, & ob nimium dolorem uerſus cœptos nõ ad finem perduxit.* Non elaboratum ad pedem] *Hoc eſt, nõ ad perfectum & legitimum uſq; metri pedem, id eſt, non uſque ad finem, & perfectionem carminis. Conſtat enim uerſus certa & finita pedum compoſitione atq; dimẽſione, quæ niſi ad iuſtum & debitum decurrat numerum, mancus & imperfectus erit uerſus.* Vreris ipſe miſer] *Nunc exemplo quoque Mecœnatis ſuum amorem purgat.* Quòd ſi non pulchrior ignis] *Quid ſi Helena non fuit formoſior, quàm tua eſt amica, meritò ipſe tibi de-*

condi

conditione & fortuna tua gratularis. Ponit autem ignem metaphoricòs, pro Helena & amica, quia uritur amator. Terentius: Accede ad ignem hunc, & caleſces plus ſatis. Cùm igitur dixiſſet, ureris, rectè ſubiungit, ignes. Accẽdit obſeſſam Ilion] *Manet in tranſlatione. Nam incendij Troiani, & Ilij euerſi cauſa fuit Helena. Vnde rectè apud poëtam, Troiæ, & patriæ communis Erynnis ab Aenea nuncupatur.* Libertina] *Libertini dicuntur, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt, hoc eſt, quibus per manumiſſionem data eſt libertas, & remiſſa ſeruitus. Fuerunt olim triplicis generis liberti. Alij enim ciues Romani erant, alij Latini, alij dedititij, ut eleganter tradit imperator Iuſtinianus libro 1. Inſtit. Tit. 5. de Libertinis. Refert quoq; hanc differentiam Zaſius, in doctiſsimis ſcholijs ſuis ad legem 2. ff. de Origine iuris, ex lib. Inſtitutionum Caij. Et doctè Alciatus libro 1. παρεργ. cap. 16.* Neq; uno contenta Phryne macerat] *Amicam perfidiæ & auaritiæ inſimulat, quòd nõ ſe uno ſit contenta, ſed alios quoq; quæſtus cauſſa admittat. Simulq; miſeriam ſuam declarat, quòd amare cogatur eam, quæ mutuo amore ac fide non reſpondeat.*

THEOD. PVLM. } 15 Neq; uno.] *Nec uno, E.B.*

GEORG. FABR. } *Excuſatio ſui, cur uerſus Mecœnati promiſſos non abſoluerit. Vtitur metalepſi, ſeu (ut Terentij interpres loquitur) ſtatu remotiuo: quia culpam reijcit in amorem, cui reſiſtere uirium humanarum non ſit, quod ipſius Mecœnatis exemplo probat.*

IOD. BAD. ASCENS. } Mollis] *Mecœnati, reſpondentes ait.* O' candide Mecœnas occidis] *Sup. me* Rogando] *Id eſt, interrogando.* Cur mollis inertia diffuderit ſenſibus imis] *Tantam obliuionem, id eſt, cur ita ſopitis ſenſibus à canendo refrigeſcam.* Vt] *Id eſt, perinde atque.* Traxerim fauce arenti] *Id eſt, ſitienti, pocula ducenti* Somnos lethæos] *Id eſt, obliuioſos.* Nam Deus] *Scilicet, Cupido.* Deus] *Id eſt, quem Deum eſſe affirmare cogor.* Vetat me adducere ad umbilicum] *Id eſt, ad conſummationẽ, aut ad medium.* Iambos inceptos] *Id eſt, iambicum carmen inceptum olim, appoſitoriè carmen* Promiſſum] *Id eſt, quod tibi promiſeram.* Dicunt] *Scilicet ſcriptores.* Anacreonta] *Scilicet lyricum.* Teium] *Id eſt, ex Teio Ionum ciuitate.* Arſiſſe non aliter] *Scilicet quàm ego ardeam.* Batillo] *Scilicet puero aut ſaltatore.* Samio] *Id eſt, ex Samo inſula, qui ſcilicet Anacreon fleuit.* Perſæpe teſtudine caua] *Id eſt, Cythara.* Amorem non elaboratum ad pedem] *Id eſt, ad menſuram iuſtam, uel potiùs ad pedem* Non elaboratum] *Id eſt, non elaboratè obſeruatum.* Ipſe] *Id eſt, tu ô Mecœnas* Vreris miſer] *Id eſt, miſerando amore, quod ſi* Non pulchrior ignis] *Scilicet non fuit pulchrior Helena, quæ fuit Facula monſtrata.* Hecubæ parturienti Paridem] Quæ accendit Ilion] *Id eſt, Troiam* Obſeſſam.] *Scilicet à Græcis. Eſt autem à nominatiuo hæc Ilios. unde prius uexata Ilios dixit, gaude tua ſorte, quia te dignam amas.* Nam Phryne libertina] *Id eſt, libertinæ conditionis.* Nec contenta uno] *Scil. amatore aut* Viro, &c.] *Scilicet amore ſui.*

ANTON. MANCIN. } *Cur inceptos iãbos omiſerit, interroganti Mecœnati reſpondet, amorem fuiſſe cauſam.* Mollis in] *Primus uerſus hexameter eſt dactylus. Secundus uerò Iambicus tetrameter* Mollis in] *Ordo eſt, candide Mecœnas occidis ſæpe rogando, cur mollis inertia, &c.* Mollis iner.] *Viles & molles reddens ſegnitia.* Lethæos] *Obliuioſos, λήθη enim obliuio dicitur, inde lethe fluuius infernus: unde bibẽtes obliuione afficiuntur.* Deus, Deus cupido] *Scilicet ad umbilicum, id eſt, ad finem. Nam in fine libri umbilici ornamenti genus ſolent poni. Vnde Martialis finem 3. lib. ita clauſit.*

„ *Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle iam peruenimus uſq;*
„ *Ad umbilicum.* *& alibi idem quoq; ait.*
„ *Nunquam grandia nec moleſta poſcit:*
„ *Quæ cedro decora à purpuraq; nigris pagina creuit umbilicis.*

Samio Batillo] *Anacreon Lyricus poëta fuit ætate Piſiſtrati, & Pherecydis hiſtorici Pythagoræ magiſtri. ut ſcribit Euſebius, fuit is patria Teius, qui Batillum puerum Samium adamauit. Teos autem Ionum ciuitas eſt in peninſula ſita, hinc eſt Anacreon Lyricus. item Hecateus hiſtoricus: ut Strab. ait lib. 14.* Non elaboratũ ad pe.] *Id autem propter amoris curam eueniebat.* Ipſe io.] *Mecœnas.* Pulchrior ignis] *Pulchrior puella quàm tua ſit. Intelligit autem Helenam, dicens, quòd ſi Helena non fuit pulchrior ipſius Mecœnatis amica debet illa gaudere Mecœnas.*

POLYD. VIRG. } Promiſſum Carmẽ iambos Ad umbilicũ adducere] *Quoniã umbilici, ornamẽti genus in fine libri poni ſolent: mos ortus eſt ut elegantiſſ. poëtæ prouerbij loco, quũ exactum opus ſignificarent, ad umbilicum ſe perueniſſe dicerent. Porphyrio ad umbilicum perducere pro finire dixit. Opus Græci Coronim aut coronidem imponere dicunt.*

ODE XV. AD NEÆRAM.

Ode X V. Dicolos diſtrophos, ut: Mollis inertia, cur tantam diffuderit imis.

–∪∪ –– –– –– –∪∪ ––

–– ∪– ∪– ∪∪

ARGVMENTVM IN ODEN XV.

Acriter & grauiter conqueritur in hac Ode fractam ab ea fidem.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Conqueritur de periurio Neæræ amicæ, quod neglecto iureiurãdo, quo ad mutuum amorem ſe illi adſtrinxerat, potentiorem amatorem ſibi præferat. Deinde monet riualem, ne ob potiores partes nimis ſuperbiat, & excluſum ſe contemnat: fore enim ut & ipſe aliquandò ab inconſtanti & mutabili meretrici ſpernatur, & uiciſsim rideatur.

COMMENTARIA.

ACRON.

NOX erat] *Neæram amicã ſuam alloquitur, periurijsq; eius ſe deceptũ ſignificat, quòd amorem ſuum in aliũ tranſtuliſſet, quem negat perpetuũ futurum.* In uerba iurabas mea] *Sicut ego oſtendebam tibi iurare, ita iurabas, & ſecundũ uerba, quæ præponebam iurabas arctiùs te mihi coniunctã fore, quàm ilici hæderam.* Arctius] *Diligentius.* Lentis] *Flexibilibus.* O' dolitura mea multũ uirtute Neæra] *Quia ſi iratus fuero, cõtemnã te, & incipies dolere.* Nam ſi quid in Flacco uiri eſt] *Id eſt, ſi quid habet in ſe uirile Horatius.* Non feret] *Non ſuſtinebit, nec patietur.* Aſsiduas] *Frequentes.* Potiori] *Meliori riuali.* Nec ſemel offenſæ cedet conſtantia formæ] *Tunc conſtantia amatoris cedit formæ mulieris, quandò læſus non audet abſcedere, hoc eſt, quod dicit: Si offenſus fuero non cedam formæ tuæ, id eſt, non tibi ſeruiam, non perſeuerabo iniuriã paſſus.* Tibiq; Pactolus fluat] *Pactolus fluuius aureas trahens arenas. Senſus eſt,*

„ *Quãquã habeas tãtas diuitias, ut tibi uideatur Pactolus fluere.*

Nec te Pythagoræ fallant arcana renati] *Id eſt, Quamuis ſis philoſophus. Pythagoras enim dicebat animas poſt mortẽ redire in aliena corpora.* Mœrebis] *Dolebis.*

NOX erat, & cœlo fulgebat Luna ſereno,
Inter minora ſidera:
Cum tu magnorum numen læſura deorum,
In uerba iurabas mea.

PORPH. } Nox erat & cœlo fulgebat luna ſereno Inter minora ſidera] *Queritur de Neæra, quòd nõ ſeruet fidẽ iuſiurandi, quo ſe obſtrinxerat, ſemper cum Horatio uictura, deinde horrẽdũ ipſum*

Arctius atq; edera procera aſtringitur ilex,
Lentis adhærens brachijs:
Dum pecori lupus, & nautis infeſtus Orion,
Turbaret hibernum mare,
Intonſosq; agitaret Apollinis aura capillos,
Fore hunc amorem mutuum.
O' dolitura mea multum uirtute Neæra.
Nam ſi quid in Flacco uiri eſt,
Non feret aſsiduas potiori te dare noctes,
Et quæret iratus parem.
Nec ſemel offenſæ cedet conſtantia formæ,
Si certus intrârit dolor.
At tu, quicunq; es fœlicior, atq; meo nunc
Superbus incedis malo,
Sis pecore, & multa diues tellure licebit,
Tibiq; Pactolus fluat:
Nec te Pythagoræ fallant arcana renati,
Formaq; uincas Nirea:
Eheu, translatos aliò mœrebis amores:
Aſt ego uiciſsim riſero.

iuſiurandũ uult facere, noctis ſilentiũ erat, inquit, ſerenum, ac luna lucebat. Cum tu magnorum, &c.] *Ad euentũ refert, quaſi cùm iuraret, iam perfidiã fallendi in animo haberet.* In uerba iurabas mea] *Hoc eſt, mea per uerba contemptũ iuſiurandum.* Lentis adhærens brachijs] *Id eſt, amplexu brachiorũ, cum hæc iurares.* Dum pecori lupus] *Huic ſimile eſt: In freta dum fluuij current, dum montibus umbræ Luſtrabũt, conuexa polus dum ſidera paſcet.* Nam ſi quid in Flacco eſt uiri] *Id eſt, ſi quid uirile Flaccus in ſe habet.* Potiori] *Potiori, non ex ſua perſona Flaccus dixit, neq; enim riualẽ ſibi ſuũ præfert, ſed qui apud te potior eſt.* Nec ſemel offenſæ cedet conſtantia formæ] *Quoniam ſemel offenſa eſt, id eſt, non uinceretur cõſtantia mea à tua forma, quò minus illam contemnat, & relinquat, ſi indignationem certam concepero.* Et tu quicunq; es fœlicior] *Ad riualem hoc dicit.* Superbus] *Id eſt, tibi placens ac glorioſus.* Sis pecore & multa diues tellure licebit] *Etiam diuitijs fœlix ſis, præter amorẽ Neæræ.* Tibiq; Pactolus fluat] *Id eſt, abundes auro, quia Pactolus fluuius aurum ferre dicitur.* Nec te Pythagoræ fallant arcana renati] *Id eſt, licet doctiſsimus ſis. Quare autẽ renatus Pythagoras dicatur notum eſt, ut ſuprà diximus.* Formaq; uincas Nirea] *Hunc ſupra retulimus formoſiſsimum ab Homero prædicari.* Eheu] *Ingemeſcit iam uicem illius, qui relinqui meruit.* Aſt ego uiciſsim riſero] *Modo coniunctiuo dicitur tempore futuro, ut eſt illud Terentianũ, Vxore opus eſt, duxero.*

CHRIST. LAND. } Nox erat] *Queritur quod periurio fidem fregerit. Minaturq; deos ſcelus ulturos.* Læſura] *Propter periurium.* Magnorum] *Scelus auget.* In mea uerba] *Nã iuraſti facturã quæcunq; ego prolocutus ſum, ſic dicimus milites iurare in uerba conſulis.* Dolitura mea uirtute] *Nam ero conſtãs ex animi robore, & manebo in ſentẽtia, ut non amem eam, quæ me non amat.* Si quid uiriũ] *Id eſt, uirilitatis.* Non feret] *Non patietur ipſe Flaccus.* Noctes aſsiduas] *Durum enim eſſe poteſt, ut aliũ admittas, ſed duriſsimũ, ut aſsiduo admittas.* Potiori] *Non quia plus mereatur, ſed quia ita tu uelis.* Iratus quæret parem] *Quaſi dicat, uincet tandem ira amorem, & quæram parem, id eſt, ea quæ correſpondeat in amore. Sic Virg. Vbi.*

» *Coniunx priſtinus illi reſpõdet curis, æquatq; Sichæus amorẽ.*

Conſtantia] *Quæ eſt in me perſeuerantia in propoſito non cedet, non ſinet ſe uinci. Nã cum hinc mouear iniuria, illinc rapiar amore tuæ pulchritudinis. Si dolor erit certus, id eſt, ſtabilis. Ego præſtabo me conſtantem in ira, & nõ uincar forma, quæ iam ſemel offenſa eſt tuo periurio.* Et tu] *Vt probet non ſua culpa, ſed mulieris diſsidium leuitate interceſsiſſe, prædicit riuali idem ſibi euenturum.* Pactolus fluat tibi] *Affert tibi omnes aureas arenas, quas fert. Eſt enim Pactolus fluuius Lydiæ, quem dicunt aureas arenas ferre. Licet igitur diues ſis & adeò doctus, ut etiã Pythagorica omnia noris. Sis deniq; pulchrior Nireo, de quo dictum eſt, quandoq; illa te deſeret, & ut nunc rides me ſic ego tunc te ridebo.* Renati] *Quia ſe in multis fuiſſe corporibus dicebat, ut nos ſuo loco expreſsimus.*

ERAS. ROT. } *Eſt pactolus Lydiæ fluuius ex monte Tmolo profluens aureis ſcatens arenis. Vnde & χρυσοῤῥόας à poëtis cognominatus. Lege Prouerbium Pactoli opes.*

IOAN. HART. } Pythagoræ renati] *Hoc epitheto poëta ad μετεμψύχωσιν Pythagoræ alludit. De qua Cœlius libro 9. cap. 21.* Formaq; uincas Nirea] *Prouerb. Nireo formoſior. Hom. in Catalogo nauiũ νιρεὺς ὃ κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ ἴλιον ἦλθε.*

HENR. GLAR. } Lentis adhærens brachijs] *Acro hæc uerba ita colligit, quaſi ad puellæ iuramentũ pertineãt. At enim iurabas arctiùs te mihi cõiunctam fore, quàm dici hederam: cum Poëtæ uerba aliter ſonent. Nempe cùm illius lentis brachijs adhæreret arctiùs atq; hedera procera aſtringitur ilex. Tũ illam iuraſſe, &c. Badius lentidis legit, exponitq; adhærentibus: ſed nemo in hoc eũ ſequitur, atque ipſe uariè hoc in codice excudit.* Nam ſi quid in Flacco uiri eſt] *Mancinellus uiri eſt, exponit, ueneni uel naturalis uirtutis, non attendens hîc Iambũ eſſe oportere, nec Spondeum hîc locum habere. Virus autem pro ueneno primam producit, ut illud Virgilij declarat:*

» *Ille malum uirus ſerpentibus addidit atris,*

HERM. FIGVL. } Nox erat] *Orditur à Chronographia.* Fulgebat luna] *Eſt enim tenebrarum remedium repertum ſydus lunæ, teſte Plin.* Inter minora ſydera] *Vulgariter hoc dicit. Luna enim, quia terræ proxima, cæteris ſtellis maior apparet: nã quæ nobis propinquiora ſunt, maiora uidentur: cùm tamen conſtet, reliqua ſydera nõ eſſe magis exigua, ſed altitudine cogi ea minora uideri. Vnde rectè dicit Plin. Nec uerò hæc tanta debent exiſtimari, quanta cernuntur, cùm eſſe eorũ nullum minus luna, tam immenſæ altitudinis ratio declaret.* Magnorũ] *Honoris & dignitatis eſt epitheton.* Numẽ læſura Deorũ] *Id eſt, periurio tuo Deos offenſura. Cùm enim iuſiurandum affirmatio ſit religioſa, quoties quid quaſi Deo teſte aſſeritur, ut Cic. definit, neceſſe eſt eũ, qui uiolat, grauiter offendere Deũ, quòd diuini numinis teſtimonium, quo nullũ eſt præſentius aut uerius falsò inuocarit, & præterea Dei nominis alteri impoſuerit.* In uerba iurabas mea] *Arbitror hic in uerba iurare, idem eſſe, quod alij cõceptis uerbis iurare dicunt. Hoc eſt (ut elegantiſsimè interpretatur Budæus) dictatis à deferente iuſiurandũ, & ex arbitrio adiurantis, id eſt, adigentis ad iuſiurandum pernotatis. Eſt enim cõcipere ad certã formulam exprimere.* Arctiùs atq; edera] *Apta cõparatio, qua puellæ arctiſsimè amatorẽ cõplectentis libidinẽ ac petulantiam pulchrè declarat. Eſt enim ea ederæ natura, ut arbores ſuis brachijs complexa fugat, ſtrangulet, atq; enecet, teſtante Plinio: id quod amantibus quoq; faciunt laſciuæ puellæ. Refer huc quæ ſunt in prouerbio: Edera laſciuior.* Dũ pecori lupus] *Verba ſunt iuriſiurandi, quibus ſe Neæra ad ſempiternũ & perpetuò duraturum amorẽ Horatio obligauerat. Nunquã enim lupus amicus erit pecori, quia naturali & irreconciliabili odio hæc animalia diſsident. Virg.*

» *Triſte lupus ſtabulis.*

Orion turbaret hybernũ mare] *Ea ſiquidem uis & natura huius ſyderis eſt, ut tempeſtates & procellæ ab eo exeant. Vnde aquoſus, triſtis, nimboſus à poëtis dicitur.* Intonſosq; Apollinis] *Apollo comatus pingitur. Vnde crinitus, intõſus à poëtis nominatur. Quia ſol perpetuos habet radios.* O' dolitura mea] *Fore aliquando præmonet, ut Neærã ſuæ improbitatis & perfidiæ pœniteat, cũ ipſe aliam ſibi parem nactus, illam nauiter, ut fortem decet uirum, neglecturus ſit.* Mea uirtute] *Exiſtimat magnã uirtutem eſſe, amicam deſerere poſſe. Quo oſtẽditur quanta ſit amatorum impotentia.* Si quid in Flacco uiri eſt] *Simili modo minatur Thaidi Phædria Terentianus: Ego ne illam? inquit, quæ illum? quæ me? quæ non? Sine modò, mori me malim, ſentiet qui uir ſiem.* Non feret aſsiduas] *Quàm grauiter ferant amatores ſibi præferri alios, ſatis apertè declarat Terentius in perſona eiuſdem Phædriæ.* Nec ſemel offenſæ cedet conſtantia formæ] *Quòd ſi ſemel conſtanter dolere, & contumelias tuas acerbiùs ferre cœpero, non euincet illam conſtantiam meam tua pulchritudo periurio offenſa.*

Atq; tu quicunq; es] *Per ἀποστροφὴν conuertit ſermonem ad riualem ſibi prælatum.* Meo malo] *Quo ego excludor, & tibi poſthabeor.* Multa diues tellure] *Hoc eſt, locuples. Nam locupletes antiqui locorum, id eſt, agrorum plenos appellabant. Vnde qui ex prædiorum poſſeſſione diues eſt, is propriè eſt locuples. Hæc doctiſſimus uir Andreas Alciatus, de uerbor. ſignificatione.* Tibiq; Pactolus fluat] *ὑπερβολικῶς dictum, pro eo quod eſt, licet maximas & luculentiſſimas diuitias habeas. Pactoli diuitias (inquit Eraſ.) pro ſummis opibus alicubi dixit Philoſtratus. Eſt autem Pactolus, Lydiæ fluuius, ex monte Timolo profluens, aureis ſcatens harenis: unde & χρυσοῤῥόας à poëtis cognominatus. Cuiuſmodi narratur, & Tagus in Iberia, & Ganges in Indis, & Hebrus in Thracia. Plin. addit Padum in Italia: negatq; ullum aurum abſolutius, quàm id quod in fluuijs reperitur, utpote curſu ipſo trituq; perpolitū. His meritò adnumerari poteſt celeberrimus ille Haſſiæ noſtræ Eder, qui ditionem tuam Valdeccenſem, generoſe Samuel, agroſq; Friedslarienſes aureis irrigat harenis. Ex quibus aurum conflatū uidi præſtantiſſimum, quod bonitate ſua etiam Vngaricum æquiparare propemodum poſſe, bractearij affirmant.* Nec te Pythagoræ] *Nec ſis prudentia & eruditione inferior quàm Pythagoras. Samius hic philoſophus fuit, maxima ſapientia & autoritate, quā alacri ſtudio, & longinqua peregrinatione acquiſiuerat. Nam in Aegyptum primò, mox Babyloniam ſtudio Aſtrologiæ profectus eſt. Hinc reuerſus in Cretam, & Lacedæmona, Minois & Lycurgi leges perdidicit. Venit quoque in Italiam, Crotoneq; habitās, philoſophiam profiteri cœpit. In tanta fuit admiratione apud ueteres, ut domum eius pro templo, ipſum pro numine ob ſanctitatem colerent.* Arcana] *Secreta dogmata, quæ tradebat ſuis diſcipulis, quibus certum tempus tacēdi, non omnibus idem, ſed alijs aliud pro æſtimato captu ſolertiæ indicebat. De diſciplina Pythagoræ, lege quæ habet Ouid. lib. 15. Transform. & Gellius libro 1. cap. 9.* Renati] *Pythagoras cùm primus omnium μετεμψύχωσιν docere uellet, exemplo ſui probauit, animas de corporibus in corpora tranſire: quòd ipſe primùm fuiſſet Aethalides, Mercurij filius, deinde Euphorbus Troianus, poſtea Pyrrhus Cretenſis, ultimò Pythagoras, atque ita ſæpius renatus, & ex uno corpore in aliud tranſlatus.* Formaq; uincas Nirea] *Hoc eſt, Nireo ſis formoſior. Fuit hic puer excellenti ſpecie ac pulchritudine, ob quam ab Homero quoque carminibus eſt celebratus.* Translatos aliò amores] *Hoc eſt, à te ſpreto, ad nouum amatorem traductos. Notat inſignem inconſtantiam, & inexplebilem meretricis libidinem, quam neq; diuitiæ, neq; ſapientia, neq; forma amātis cohibere poſsit, quin ſemper ab uno ad aliū ſe conferat: ueterē cum nouo permutet.* Viciſsim ri ſero] *Viciſsim te eluſero, atq; ſic par pari retulero.*

THEOD. PVLM. } 4 Verba] *Vota, Lambini liber unus.* 6 Lentis adhærens brachijs] Quod eſt, ſequacibus, *inhærentibus. Turneb. lib. 1. cap. 15.* 15 Offenſæ] Iratæ, *Lambini manuſcriptus codex unus.* 17 At tu] Et tu, *H. G. E. B.* 23 Eheu] Heu heu, *H. G. B.*

GEORG. FABR. } *Inuehitur in Neæram periurā, et in riualem inſolentem: ambobus minatur uindictam contemptus atque irriſionis.* Et quæret iratus parem] Parem, *in amore reſpondentem. Hortatur ſupra Phyllidem, Diſparem uites. Neæra communiter pro bene habita & laſciua, ficta inſcriptio eſt. Fabulas hoc nomine ediderunt Philemon & Timocles, quos citat Athenæus: Licinius Imbrex, quem Agellius. Filia Ereſichthonis, quæ ab Ouidio Metra, item Neæra à Pauſania dicitur: idem nomen tributum Medeæ, Ariadnæ, Omphalæ, & uni è Niobes filiabus, tanquam parum pudicis.*

IOD. BAD. ASCENS. } Nox erat] *Amatoriè accuſat Neæram periurij hoc ordine.* Nox erat, & luna fulgebat cælo ſereno inter ſidera minora, cum tu, ô Neæra læſura] *Scilicet periurio numen magnorum deorum.* Iurabas in uerba mea] *Id eſt, obſeruare, quæ abs te petebam, adhærens brachijs meis* Lentius] *Id eſt, adhærentius.* Atque] *Id eſt, quàm ilex procera.* Aſtringitur] *Id eſt, ſtrictè amplectitur.* Hedera] *Scilicet frutice, Iurabat inquam hunc* Amorem] *Scilicet noſtrum, aut inter nos fore mutuum.* Dum] *Id eſt, donec* Lupus] *Sup. fuerit infeſtus* Pecori & Orion] *Id eſt, ſidus eius impetuoſum.* Infeſtus] *Id eſt, uim inferens nautis turbarit, pro turbauerit.* Mare hybernum] *Id eſt, hyemale &* Dum aura] *Id eſt, uentus* Agitarit capillos intonſos Apollinis] *Hoc eſt in perpetuum.* O' Neæra dolitura multum mea uirtute] *Id eſt, Propter uirtutem meam.*

Nam ſi quid uiri] *Id eſt, animi uirilis eſt in Flacco, hoc eſt, in me, loquitur tamen tanquam de alio in tertia perſona.* Ipſe Flaccus non feret]] *Id eſt, non perpetietur* Te dare potiori] *Id eſt, ditiori, aut amatiori noctes aſsiduas.* Et iratus] *Scilicet tibi quæret* Parem] *Id eſt, amicam, redamantem ſe.* Nec ſi dolor certus] *Id eſt, firmus &* Conſtans intrarit] *Scilicet præcordia* Conſtantia] *Scilicet eius* Cedet] *Id eſt, locum dabit.* Formæ ſemel offenſæ] *Id eſt, per contemptum læſæ.* Et tu, ô riualis quicunque es fœlicior] *Scilicet quàm ego.* Atque incedis nunc ſuperbus meo malo] *Id eſt, damno.* Licebit] *Id eſt, permittetur* Sis] *Id eſt, ut ſis diues pecore & multa tellure.* Et Pactolus fluuius aurifer in Lydia fluat] *Id eſt, fluendo afferat aurum tibi, nec* Arcana Pythagoræ renati] *Scilicet ſecundum eum.* Fallant te] *Id eſt, ſis prudentiſſimus.* Et uincas forma, Nyrea] *Formoſiſsimū adoleſcentem, ut prius patuit.* Eheu] *Quæ interdolentis uox, quaſi dicat, nihilominus* Tu Mœrebis] *Id eſt, mœſtè feres amores* Translatos aliò] *Id eſt, ad aliā amicam.* Aſt ego riſero ſi] *Scilicet, euenerit.* Viciſsim] *Id eſt, per uices.*

ANTON. MANCIN. } *In Neæram ſcribitur Ode. Arguitur enim illa periurij à poëta: nam cùm iuraſſet ſe perpetuam fore illius, alteri poſtea hæſerat.* Nox erat &] *Carmen eſt ſimile præcedenti.* In uerba mea] *Secundùm uerborum meorum formam.* Viri] *Id eſt, ueneni, uel naturalis uirtutis: nam teſte Nonio. Virus quandoq; pro naturali uirtute legitur, de quo latius diximus lib. 1. Georg. ibi.*

„ *Viroſaq; Pontus Caſtorea.*

Potiori] *Id eſt, riuali, qui potior & ualentior eſt apud te.* Parem] *Id eſt, mutuò amantem puellam.* Offenſæ formæ] *Id eſt, quam tu offendiſti periurio.* Conſtantia] *Continentia & perſeuerantia* Non ſuccumbet formæ tuæ] *Scilicet libera erit.* Pactolus] *Lydiæ fluuius aurifer, hinc aliter Chryſoroam, uocant. ut Solinus ait.* Pythagoræ arcana renati] *Id eſt, quanquam philoſophus ſis. cur autem renati in Odis latè diximus.* Nirea] *De Nireo item in Odis amplè.*

ODE XVI. QVÆRITVR BELLIS CIVILIBVS NVLLVM imponi finem.

Ode XVI. Dicolos diſtrophos. *Primus uerſus eſt Heroicus Hexameter, hoc modo:*

Altera - u u iam teri - u u tur bel - - lis ci - - uilibus - u u ætas - -

Secundus uerò eſt, Hypponacteus Iambicus Trimeter, qualis ille:

„ *Ibis Liburnis inter alta nauium.*

Quanquam in hac Ode ſecūdus quiſq; uerſus conſtat è ſolis Iambis, quod ſemel tantum legitur feciſſe Horat.

Suis u - & i u - pſa Ro u - ma ui u - ribus u - ruit u u

- u u - u u - - - - - u u - -

u - u - u - u - u - u u

A R G V.

ARGVMENTVM IN ODEN XVI.

Tanta eſt, inquit, Romanorum potentia, ut ſeſe non ferant, ſed in mutuam pernicíem ferantur: ut uideri poſsit fato quodam fieri, ut ſubinde nouo atque nouo bello ciuili Roma peritura ſit, quæ ne á ſocijs quidem & uicinis potuit unquam euerti, neque ab externis hoſtibus, quare conſulit, ut exemplum Phocæorum ſequantur, qui communi conſenſu patriam reliquerunt, diris execrationibus ſe deuouentes, ſi unquam quiſquam rediret in patriam, quod illis feliciter ſucceſsit. Itaq; ad fortiter audendum hortatur, & nauigandum ad felicem aliquam regionem, cuiuſmodi eſſe ferunt fortunatas inſulas, ubi omnia inſeminata & inarata naſcuntur planeq; ſine ullo labore, & cultura proueniunt, & quidem fœlicisſimè, ubi nihil poteſt deſiderari ad beatam uitam, quemadmodum olim aureo ſeculo, cuius tantum in illis ueſtigia relicta ſunt.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Conqueritur de furore & ſcelere Romanorum, quòd urbem potentiſsimam, quam unquam hoſtis euertere potuerit, ipſi domeſticis & ciuilibus ſeditionibus perdant. Et cum finis bellorum nullus ſit ſperandus, conſilium dat ciuibus, ut Phocæorum exemplum imitantes patriam omninò relinquant, & in aliam terram fœliciorem abeant, quæ cunctarum copia abundet, omnia ſine labore & cultura producat, quales fortunatas inſulas eſſe ferunt.

COMMENTARIA.

ACRON.

ALTERA iam teritur] *Altera, quando Antonius dimicauit contra Auguſtũ.* Viribus ruit] *Magnitudine ſua laborat.* Marſi] *Qui primi mouere bella ciuilia.* Aemula] *Inuidia.* Nouiſq; rebus] *Magnis, ut:*

„ *Pollio & ipſe facit noua carmina.*

Nec fera cerulea domuit Germania pube] *Cerulea ad oculos retulit, quos γλαυκώπιδας habent: aut gutta caſia oculorũ colore, id eſt, catino.* Abominatus] *Execrationib. habitus.* Deuoti ſanguinis] *Execrabilis & deteſtãdi.* Ruſus] *Sicut antea.* Victor] *Vt:*

„ *Illi uictor ego & Tyrio conſpectus in noſtro.*

Oſſa Quirini] *Non enim licet patefieri templũ eius.* Iuremus] *Per hæc uerba.* Imis] *Deeſt ab. ut:*

„ *Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia.*

Renarint] *Supra mare natauerint, uel ſurſum emerſerint.* Procurrerit] *Occiderit, proceſſerit, quod fieri non poteſt.* Noua libidine] *Nouo deſiderio.* Subſidere] *Succumbere, id eſt, quando tigres conueniunt cum ceruis in amore, qui ſibi diſcordãt, per naturam.* Credula] *Vt credant ſe leonibus.* Leuis hircus] *Leuis hircus cõtra naturam dum hiſpidus ſit.* Mollis & expes] *Id eſt, quietior, & qui amore ſoli genitalis nolit ſectari meliora, reſideat in penatib. proprijs.* Vos quibus eſt uirtus] *In animo ſupple, diſcedite.* Muliebrem tollite luctum] *Vt:*

„ *Non hoc ipſa ſibi tempus ſpectacula poſcit:*

„ *Non lachrymis hoc tempus.*

Hetruſca, &c.] *Nauigate Tyrrhenũ mare.* Nos manet Oceanus] *In quo ſunt inſulæ fortunatæ, ad quas Salluſt. in hiſtoria dicit uictum uoluiſſe ire Sertoriũ.* Diuites] *Fœcundas, ut Virg.*

„ *Diues opum uariarum.*

Reddit ubi Cererẽ tel. inar] *Vt:*

„ *Ipſaq; tellus Omnia liberius nullo poſcente ferebat.*

Et nunquã fallentis] *Id eſt, fructibus abundantis.* Termes oliuæ] *Termes, dicitur extremus ramuſculus oliuæ, ſicut uitiũ palmes.* Pulla] *Nigra, ad colorem pomi retulit.* Illic iniuſſæ ueniũt ad mulctra capellæ] *Sic Virg. Ipſæ lacte domũ referunt diſtenta capellæ.* Vbera. Tenta] *Diſtenta, plena.* Nec ueſpertinus circumgemit urſus ouile] *Vt:*

„ *Nec magnos metuent armenta leones.*

Nec intumeſcit alta uiperis humus] *Vt,*

„ *Nec rapit immenſos orbes per humum, neq; tanto*

„ *Squameus in ſpiram, tractu ſe colligit anguis.*

Colchis] *Medea.* Non huc Sidonij] *Cadmi ſocios ſignificat. Vt:*

„ *Hæc loca nõ tauri ſpirãtes naribus ignem*

„ *Inuertere, ſatis immanis dentibus hydri.*

Cornua] *Capita uelorũ cornua dicuntur, ut:*

„ *Cornua uelatarũ obuertimus antennarum.*

Laborioſa nec cohors] *Vt ſupra.*

„ *Nec curſus duplices per mare Vlyſſei.*

Nulla noceat pec. cõtagia] *Vt:*

„ *Nec mala uicini pecoris contagia lædent.*

Altera iã teritur] *Queritur in hac ecloga, quòd bellis ciuilib. nullus finis imponatur.* Altera ætas] *i. alterũ ſeculũ.* Suis & ipſa, &c] *Hoc eſt, quod Titus Liui⁹ ait: Vt magnitudine laboret ſua.* Aemula, &c.] *Aemula, inqt, qa imperiũ ereptũ iri Romanis ſperauit.* Infidelis] *Hoc ad tẽpus illud refertur, quo Catilinæ factio cõiurauit, & penè legati Allobrogũ illi cõſenſerãt.* Nec fera cerulea domuit Germania pube] *Ceruleos Germanos ad colorem oculorum referens, dixit.* Impia perdemus] *Hic concluditur ſententia inde cœpta: Quem neq; finitimi ualuerunt perdere Marſi.* Deuoti ſanguinis] *Pro abominati, atq; execrati dictum eſt.* Barbarus heu cineres inſiſtet uictor, & urbem] *Nõ barbarica execratur, ſed ciuilia bella. Quomodo ergo dicit? niſi fortè ait, futurum*

ALTERA iam teritur bellis ciuilibus ætas,
Suis & ipſa Roma uiribus ruit.
Quam neq; finitimi ualuerunt perdere Marſi,
Minacis aut Hetruſca Porſenæ manus,
Aemula nec uirtus Capuæ, nec Spartacus acer,
Nouiſq; rebus infidelis Allobrox,
Nec fera cærulea domuit Germania pube,
Parentibuſq; abominatus Hannibal:
Impia perdemus deuoti ſanguinis ætas,
Feriſq; rurſus occupabitur ſolum.
Barbarus, heu, cineres inſiſtet uictor, & urbem
Eques ſonante uerberabit ungula,
Quæ'que carent uentis, & ſolibus, oſſa Quirini,
Nefas uidere, diſsipabit inſolens.
Fortè, quid expediat, communiter, aut melior pars
Malis carere quæritis laboribus.
Nulla ſit hac potior ſententia: Phocæorum
Velut profugit execrata ciuitas:
Agros, atque lares proprios, habitanda'que fana
Apris reliquit, & rapacibus lupis:
Ire, pedes quocunq; ferent, quocunque per undas,
Notus uocabit, aut proteruus Africus.
Sic placet? an melius quis habet ſuadere? ſecunda
Ratem occupare quid moramur alite?
Sed iuremus in hæc: ſimul imis ſaxa renarint
Vadis leuata, ne redire ſit nefas:
Neu conuerſa domum pigeat dare lintea, quando
Padus Matina lauerit cacumina:
In mare ſeu celſus procurrerit Apenninus,
Nouaq; monſtra iunxerit libidine

Mirus amor, iuuet ut tigreis ſubſidere ceruis,
Adulteretur & columba miluio:
Credula nec flauos timeant armenta leones,
Ametq; ſalſa leuis hircus æquora,
Hæc, & quæ poterunt reditus abſcindere dulceis
Eamus omnis execrata ciuitas,
Aut pars indocili melior grege: mollis & expes
Inominata perprimat cubilia.
Vos, quibus eſt uirtus, muliebrem tollite luctum,
Hetruſca præter & uolate littora.
Nos manet Oceanus circumuagus, arua beata
Petamus, arua, diuites & inſulas:
Reddit ubi Cererem tellus inarata quotānis,
Et imputata floret uſq; uinea:
Germinat & nunquā fallentis termes oliuæ,
Suamq; pulla ficus ornat arborem:
Mella caua manant ex ilice, montibus altis,
Leuis crepante lympha deſilit pede.
Illic iniuſſæ ueniunt ad mulctra capellæ,
Refertq; tenta grex amicus ubera:
Nec ueſpertinus circum gemit urſus ouile,
Nec intumeſcit alta uiperis humus.
Pluraq; felices mirabimur, ut neq; largis
Aquoſus Eurus arua radat imbribus,
Pinguia nec ſiccis urantur ſemina glebis,
Vtrunq; rege temperante cœlitum.
Non huc Argoo contendit remige pinus,
Neq; impudica Colchis intulit pedem:
Non huc Sidonij torſerunt cornua nautæ,
Laborioſa nec cohors Vlyſſei.
Nulla nocent pecori contagia, nullius aſtri
Gregem æſtuoſa torret impotentia:
Iuppiter illa piæ ſecreuit littora genti,
Vt inquinauit ære tempus aureum.
Aëre, dehinc ferro durauit ſecula, quorum
Pijs ſecunda uate me datur fuga.

tarum ut reliquias attritas bellis ciuilibus urbis Romæ barbari inuadant. Quæq; carent uentis, & ſolibus, oſſ. Quirini] *Hoc ſic dicitur, quaſi Romulus ſepultus ſit, non ad cœlum raptus aut diſcerptus, nā Varro poſt roſtra fuiſſe ſepulchrū Romuli dicit.* Forte quid expediat] *Subdiſtinguēdum, hæc enim interrogatiua figura dicitur: Ait enim fortaſſe, aut omnes communiter, aut certè melior pars quæritis carere malis laboribus? Melior ergo pro eo quod eſt, maior dictum eſt, ſicut apud Virg.*

» *Nunc adeo melior quoniā pars acta diei eſt.*

Nulla ſit hac potior ſentētia] *Elocutionis ſenſus ſic eſt ordinādus.* Si quæritis quid nobis agendum ſit, accipite conſilium, ut nulla ſit uobis potior ſententia, quàm ut eatis quocunq; pedes uos ferēt, uelut Phocæorū ciuitas profugit execrata agros, atq; lares patrios, habitādaq; fana apris reliquit & rapacibus lupis. Phocæi autem relicto patrio ſolo in Galliam uenerunt, Maſsiliamq; urbē condiderunt. Velut profugit] *Ingemiſcit tam deſertū futurum ſolum urbis Romæ, quam fuerat ante, quam ipſa Roma conderetur.* Ire pedes quocunq; ferent] *Hoc ſuperiorib. iungendū eſt: Nulla ſit hac potior ſententia, quàm ut eatis quocunq; uos pedes ferent.* Sic placet] *Sic placet: interrogatiuè pronunciandū eſt. Senſus:* Hoc nempe placet, an nunquis ueſtrū habet melius quòd ſuadeat? *& attende figuram elocutionis, an melius quis habet ſuadere? Suadere enim uerbum loco nominis poſitū eſt, pro ſuadela, quia ſic accipiendum, an quis habet meliorem ſuadelam?* Ratem occupare] *Hoc iam hortatiuè dicitur, quaſi non proferendo meliorē ſuadelam, profeſsi ſint optimum conſilium eſſe proficiſcendi. Secūda autem alite, proſpero auſpicio dicitur, ut ſuprà.* Simul imis ſaxa renārint] *Per hoc reuertendum eſſe non dicit. Hæc enim ſaxa nunquam renabunt.* Padus Matina lauerit cacumina] *Ne radices, quidem Matini montis contingere poteſt Padus, nedum cacumina, quippe cum Padus fluuius Galliæ ſit, Matinus mons Calabriæ. Per ἀδύνατα ergo uidetur reditum execrari.* In mare ſeu celſus procurrerit Appenninus] *Apenninus mons per Italiam mediam porrigitur, longè à mari, ſed eleganter dixit in mare percurret, id eſt, promontorium fiet.* Mirus amor] *Ipſe ex ſubiectis oſtendit, quam mirum.* Adulteretur & columba miluio] *Iucundè adulteretur, quia dicitur columba nulli alij ſuccumbere, quàm cui ſemel iunxit. Niſi fortè ad id retulit, quod aduerſum animal miluus ſit columbæ.* Credula] *Non quæ ſemper credula ſunt, ſed in hoc credula facta, ut ſe leonib. committant.* Ametq; ſalſa leuis hircus æquora] *Duplex diuerſitas, ut amet æquora hircus, id eſt, ut in mari moretur: & ut leuis fiat, cū alioquin ſetoſus ſit.* Eamus omnis execrata ciuitas] Ordo: *Hæc execrata, id eſt, execratione, id eſt, iureiurando interpoſito, & eſt figurata elocutio, eamus ciuitas, ut:*

» *Pars in fruſta ſecant.*

Dulces aūt reditus non de his dicit, quippe cùm abhorreant eos, ſed q alioquin dulces ſoleāt eſſe. Aut pars indocili melior grege] *Aut omnis ciuitas eamus, inquit, aut pars maior remaneat, quæ mollis animi, & ſine ſpe eſt, expersq; uirtutis. Ferè aūt imperitorum ac deteriorum maior modus eſt. Hoc eſt in melioribus uictor, ut ait ille: χειρόνων νίκη.* Inominata perprimat cubilia] *Inominata nunquid ſic dictū eſt, ut abominata ſolet dici? an quaſi nullo omine ac nulla religione cōdita, & ideo infœlicia.* Nos manet Oceanus] Ordo eſt, Oceanus circum arua beata uagus *Fortunatus aūt inſulas per arua beata ſignificat, & bonū epitheton Oceanus uagus.* Floret uſque] *Bene uſq;, quaſi ſemper, aut nūquid pro ualde poſitū, quaſi ualde floret, ac per hoc fertilis eſt.* Fallentis termes oliuæ] *Termes appellatur propriè caulis olearum arborum. Nunquid* fallentis *autem, nō eſt perpetuū epitheton oleæ, ſed ſibi nunquā fallentis?* Suamq; pulla ficus ornat arborem] *Eleganter & ſuam, & ornat. Suam enim ad illud pertinet, ut non inſertas arbores fici, ſed ſpontè natas intelligamus, ſic enim econtrariò Virgil. cùm de ſatiuis arboribus loqueretur ait:*

» *Miraturq; nouas frondes & non ſua poma.*

Deinde quoniā alibi fici, quæ ſpontè naſcātur, duræ atq; inelegantes ſolēt eſſe, hîc ait ficus ornat arborē ſuā, ut pulchram, & gratam naſcī oſtenderet. Pulla autem nigram ſignificat, ſicut Virg. ait:

» *Ne maculis infuſcet uellera pullis.*

Vnde & pullā ueſtem appellamus. Leuis crepante lympha deſilit pede] *Poëtica elegantia, dictum & leuis, & lympha, & crepante pede deſilit ſonus. Verſus imitatur uelocitatem et ſtrepitum aquæ currentis.* Refertq; tenta grex amicus ubera] *Bene amicus refert, ut prædixerat ſpōtè uenire ad mulctrā, hoc intelligamus.* Plura] *Plura quàm ſuprà dixi, inde refert, quæ ſunt hæc plura.* Vt neq; largis] *Vt nec nimia pluuia humū radat, nec rurſum ſiccitas urat.* Non huc Argoo] *Medeam ſignificat, quæ Iaſonem perſecuta cū Argonautis nauigauit, per quod ſignificat ueneficia ab eis ignota fuiſſe.* Non huc Sidonij] *Subaudiendum, ſi enim huc ueniſſent, nollent recedere. Per Sidonios autem Cadmū Thebarū conditorem uult intelligi.* Cohors Vlyſſei] *Vlyſſei, metri cauſa ſeparatio, id eſt, diæreſis facta eſt, ut materiai & pictai ſolet dici, niſi forte ita declinauit ut dici, nā utrūq; nomē uidemus producta ſyllaba terminari, ita & paulò pòſt, Achillei dixit.* Iupiter illa piæ ſecreuit littora genti] *Hoc eſt, ad hoc ſecreuit, ut à pia gente habitarentur.* Quorum Pijs ſecunda uate me datur fuga] Quorum *ſeculorū,* id eſt, *ærei ac ferrei, fuga uobis pijs datur à me uate, id eſt, datur uobis conſilio meo, ut effugiatis peſsima ſecula.*

CHRIST. LAND. } Altera iā teritur] *Acerrima in ciuile bellū, quod inceptū à Cæſare atq; Pōpeio in homines ſequētis ætatis Octauianū & Brutū productū eſt. Aetas aūt tēpus uiuendi homini à natura datū.* Marſi] *Hoc dicit propter bellū ſociale, cuius Marſi et Peligni in primis auctores fuerūt.* Porſenæ] *Hic Eluſij in Ethruria rex fuit, & Darquiniū Roma eiectū in regno ſuo exercitu reſtituere conatus eſt.* Capuæ] *Nā Capuani populus florētiſsimus, et cuius ſenatus ſuperbiſsimus eſſet ſæpè alias, & maximè uaſtāte Italiā Hānibale cōtra Ro. inſurrexerūt.* Spartacus] *Hūc demōſtrauimus*

bellū

belli ſeruilis auctorē fuiſſe. Allobrox] *Populi ſunt Galliæ, quorum legati, Ciceroni Catilinariam coniurationem patefecerūt. Sed & ipſi ſæpe deficiendo non parum negocium Pop. Rom. exhibuerunt.* Cerulea] *Quorum oculi cerulei & cæſi ſunt.* Abominatus] *Propter crudelitatem & perfidiam.* Impia perdemus] *Ordo autem ſic eſt. Nos ætas impia deuoti ſanguinis, id eſt, cuius ſanguis deuotus, addictusq; cædi uidetur, perdemus Romam, quam Marſi, Porſenaq; ac reliqui quos numeraui perdere non potuerunt.* Rurſus] *Nam ut ante urbem conditam à feris habitabatur, ſic poſt ipſam dirutam rurſus ab illis habitabatur.* Inſiſtet cineres] *Nam inſiſto accuſatiuo iungitur. Virg.*

» *Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen.*

Inſto autem datiuum requirit. Nefas uideri] *Vel quod nō ſit fas uidere oſſa Romuli in ſepulchro recondita, nam apud priſcos non ſolum Romuli, qui Romanæ gentis auctor eſſet, ſed omnium mortalium ſepulchra uiolare nefas erat. Vel dicit diſſipabit oſſa, quod ſpectaculum nefas ſit cernere.* Forte quid expediat] *Hortatur ut more Phocenſium patriam, quæ ſanguine ciuili deuota eſſe uidetur, deſerant ac nunquam redituri nouas ſibi ſedes parent.* Malis laboribus] *Non ſunt refugiendi labores, in quibus honeſtas utilitas'ue appareat.* Sed mali] *Id eſt, turpes labores.* Phocæorum] *Pro Phocenſium, & eſt uerſus ſpondaicus, quemodmodum cornua uelatarum obuertimus antennarum. Phocenſes à patrio ſolo diſcedentes Epheſum nauigarunt, acceptaq; Ariſtarcha itineris duce, ex Dianæ iuſſu (uel latius narrat Strabo) in Galliam uenerunt, & Maſſiliam urbem nobiliſſimā condiderunt.* Secunda alite] *Proſpero auſpicio.* Sed iuremus] *In hæc, ſcilicet, uerba. Et deinde ponit uerba, ut non antea reuertantur, quàm ſaxa ex imo æquorū in ſummo natent.* Matina] *A' Matino monte dicta ſunt.* Mirus amor] *Mirandus, quia non ſit naturalis, iungat noua monſtra ſcilicet ut tygres patiantur iungi ceruis.* Omnes] *Qui ſumus ciuitas execrata.* Columba] *Quæ cum timidiſſima auis ſit, nunquā audebit miluo rapaci ſe credere.* Credula] *Non ſemper, ſed tunc credula.* Leuis hircus] *Duo contraria, & quod amet æquora, & quod ſit ſine ſuis pilis.* Execrata] *Id eſt, hoc iureiurando deuota.* Inominata] *Nullo auſpicio firma, appellat autē eam partem populi, quæ ſocordia quadam denegat ſe iuram, indocili grege, id eſt, brutis ouibus molliorem.* Arua beata] *Fortunatæ inſulæ ubi ſint diuerſi ſcriptores, diuerſa tradidêre. Salluſtius enim illas in Oceano eſſe refert. ad quas Q. Sertorium iam uictum ire uoluiſſe ſcribit. Diodorus autem uult eſſe in meridiano Oceano: Ibiq; dicit eſſe homines, qui ſtatura quatuor cubitos non excedant, & oſſa ad formam neruorum flexabilia habeant, adeoq; robuſti ſint, ut quod digitis apprehenderint, extorqueri non poſſit, pilos nō niſi in capite habere cum in ſupercilijs palpebris & barba nuſquam ſint, pulchritudine, ait excellere. Linguam uerò duplicatam habere, & uſq; ad radices diuiſa, & eodem tempore interrogare alium, & alij reſpondere poſſe. Verſari ſemper in æquinoctio: Et in meridie ſolem nullius rei umbram facere cum ſupra capita conſtitutus ſit. Viuunt annos 400. terra omnia ſua ſponte ferente: Diſciplinis & maximè aſtrologiæ incumbunt. Literas habent uirtute quidem uigintiocto, ſed caracteres non niſi ſeptem ſunt. Scribunt non tranſuerſo ut nos, ſed supernè deorſum ad rectā lineā. Herba apud eos naſcitur, in qua ſi tædio uitæ afficiantur in faciem cubant, ac poſt paruum ſomnum è uita migrant. Vxores habent communes, & in commune filios nutriunt, illosq; à matribus ſeparant, ne illam cognoſcere aut ab illa cognoſci poſſint, quin & nuper natos auibus alligāt, & eos qui ab ijs geſtati uolatum pati poſſunt enutriunt. Qui autem nauſeant, eos ueluti & breuiori uita, & inualidiori mente futuros abijciunt. Plinius uerò ultra aquilonem eos ponit hanc gentem, quam tamen fabuloſis celebratam miraculis dicit, ubi creduntur eſſe cardines mundi, & extremi ſiderum ambitus. Regio ijs aprica & fœlici temperie, omniq; afflatu noxio carēt. Domus ijs nemora, luciq; & deorum cultus, diſcordia atq; omnis ægritudo illis ignota eſt. Mortem ex ſacietate uitæ ineunt ex quadam rupe in mare ſalientes. Alij in prima parte Aſiæ poſuêre non in Europa. Alij medios facere inter utrunq; ſolem Antipodum occaſum, exorientemq; noſtrum. Quod fieri nullo modo poteſt conſtare tam uaſto mare interueniente. Qui alibi quàm in ſemeſtri luce conſtituere, eos ferunt matutinis meridie metere, occidente ſole fetus arborum decerpere, noctu in ſpecu condi tradidere. Nec dubitandum de hac gente, cum tot authores tradant frugum primitias ſolitos Delum mittere Apollini, quem præcipuè colunt, Virgines ferebant hoſpitijs gentium per annos aliquot uenerabiles, donec uiolata fide in proximis accolarum finibus deponere ſacra ea inſtituere, hiſq; ad conterminos deferre, atq; ita Delum uſq;, mox & hoc ipſum exoleuit.* Termes] *Oliuarum eſt caulis.* Suamiq; pulla ficus] *Oſtendit ſine arte omnia naſci. Contra autem illud eſt.*

» *Miraturq; nouas frondes & non ſua poma.*

Aquoſus eurus] *Sententia eſt, ut neque pluuijs, neque ſiccitate laboret terra,* Rege Cœlitum] *Id eſt, Ioue, qui pro aëre capitur.* Non hunc] *Huiuſcemodi regionem, neque Argonautæ petierūt, qui auaritiæ cauſa aureum uellus petebant. Neq; Medea, quæ propter libidinem patrem prodidit.* Sydonij] *Phœnices, qui ſocij Cadmi ad inquirendam Europam fuerunt.* Iuppiter] *Idcirco à nullis nauigantibus petita eſt hæc regio, quia Iupiter illam pijs ſolum hominibus habitandam ab alijs gentibus ſecreuit.*

ALD. MAN. } Eamus omnes execrata ciuitas] *Sic habetur in omnibus, quæ quidem ipſe uiderim, exēplaribus. Sed quoniam in hac Ode ſecundi quiq; uerſus conſtant è ſolis iambis, quod ſtudioſè feciſſe uidetur Horat.* omnis *legendum eſt, ut ſit* omnis ciuitas eamus, *quæ eſt, ut Porphyrio ait: figurata elocutio, ut:*

» *Pars in fruſta ſecant.*

Hic ſubiūgit Porphyrio, aut omnis ciuitas eamus, inquit, aut pars maior remaneat, quæ mollis animi, & ſine ſpe eſt, expersq; uirtutis. Eſt autem ordo. Omnis ciuitas execrata hæc, & quæ poterunt abſcindere reditus dulcis, eamus execrata, *hoc eſt*, execratione, *& iureiurando interpoſito. ſic ſuprà: Fortè communiter quæritis, quid expediat, aut melior pars carere malis laboribus, nulla ſententia ſit potior hac, ire quocunq; ferent pedes, quocunque Notus, aut Africus proteruus uocabit per undas, uelut ciuitas Phocæorū execrata agros, atque patrios lareis profugit, reliquitq; fana habitanda apris, & lupis rapacibus, execrata agros, & patrios lareis, ſic dixit, ut Salluſtius in Catilinario. Interea plebs coniuratione patefacta, quæ primò cupida nouarum rerum nimis bello fauebat, mutata mente, Catilinæ conſilia execrari, Ciceronem ad cœlum tollere, ueluti ex ſeruitute erepta gaudium atq; lætitiam agitabat.*

Nos manet Oceanus circumuagus, arua beata Petamus arua, diuites & inſulas. *Sic eſt legendum, non* arua beata petamus arua, *tum ut ſecundus uerſus conſtet è ſolis iambis, ut cæteri, tum etiā, quia bis dicendo,* arua arua petamus beata, *maiorem habet ad perſuadendum uehementiam, ut relinquant patriam, & circumuagus eſt proprium Oceani epitheton, quia uagatur circum omnem terram. Nec placet hic Porphyrionis expoſitio.* Oceanus circum arua beata uagus, *quia ualde ſiccum eſt, & quaſi imperfectū quod ſequitur, petamus arua, niſi additur epitheton.*

COEL. } Nec ſera] *Ibi Germanos cæruleos uocat Horat. quod ad oculos referri poteſt. Nam qui ſub ſeptentrionibus agunt, tradente Victruuio, immanibus ſunt corporibus, candido colore, directo capillo & rufo, cæſijs oculis, ſanguine multo: quoniam ab humoris plenitate, cœliq; refrigerationibus ſunt confirmati. Qui uerò ad axem accedunt meridianum breuioribus utuntur corporibus colore fuſco, capillis crispatis, oculis nigricantibus, cruribus inualidis, ſanguineq; exiguo. Cœlius lib. 2. cap. 22.*

ERAS. ROT. } *Quæ citra noſtrā operā caſu nobis eueniunt: Citra arationem, citraq; ſementem euenire dicuntur adagio, quod apparet à fabula inſularum fortunatarum originem traxiſſe.* Phocæorum] *Ibi quomodo per commune conſilium Phocenſes Ioniæ populus patriæ ſolum reliquerint deuotionibus adacti, atque execrationibus quibuſdam manifeſtatur. Vide adag. Phocenſium execratio.* Ire, pedes] Quocunque pedes ferunt *paræmia eſt, pro eo quòd eſt, quouis. Quadrabit ubi nihil certū ſpectatur, ad quod noſtri dirigantur conatus. Idem poëta lib. 3. Ode 11. I pedes quo te rapiunt & auræ.*

HENR. GLAR. } Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas] *A' morte Tyberij Gracchi, quando primum bellum Ciuile fuit*

ſuit, authore Dionyſio, ad finem uſq; bellorum ciuilium, interceſſe-re anni centum ac duo. Itaque Porphyrio, altera ætas, id eſt, alte-rum ſeculum rectè exponere uidetur. Acro autem Marſos primum mouiſſe bella innuit: ideoq; ætatem accepiſſe uidetur pro tertia cen tenarij parte, ut Herodotus tradit lib. 2. Erant autem ab eo bello uſque ad finem bellorum ciuilium anni plus minus ſexaginta. Ideo-que iam teritur (inquit poëta) altera ætas, nódum exacta erat. Quæ iccirco annotanda duximus, ne temerè damnemus, quæ aliquo pa-cto iuſtam habere poſſunt defenſionem. Et certè à poëta quædam ita ambiguè prolata ſunt, ut ſtudio quæſiſſe uideri queat, ne deſit Grammaticis de quo rixentur. Nouiſq; rebus infid lis Allo-brox] Vel hæc exemplo eſſe poſſunt eorum quæ iamiam diximus. Videtur enim Horatius dicere: Quam neque Catilina perdere po-tuit, qui propè totam concitaſſet Galliam in Remp. At Allobroges laudandi, qui nouis rebus ſuam fidem non dedêre, ſed honeſtum u-tili prætulêre. Poſſunt autem alia eſſe lectorum iudicia. Acro e-nim exponit nouis, id eſt, magnis, quod mihi diſplicet. Impia per demus deuoti ſanguinis ætas] Hic concluditur (inquit Porphy-rio) ſententia inde cœpta: Quam neq; finitimi ualuerunt perdere Marſi: Quare miror quid Mancinello uenerit in mentem ut ſupple-ret accuſatiuum nos, ait enim: ordo eſt: Perdemus nos impia æ-tas ſanguinis deuoti. Badius non neglexit, Aptius autem idem Mancinellus Taciti uerba de cærulcis Germanorum oculis, quàm quidam alius de Britannis Cæſaris uerba adduxit. Nefas uide ri] Legendum uidere propter carmen, quantumuis reclament co-dices. Neque enim alios pedes præter Iambum hoc loco recipit. Aut melior pars] Melior pro eo quod eſt maior dictum eſt, ait cõ-mentarius hoc in loco Porphyrionis, ut habent quidam codices, at ego Acronis puto. Nam Porphyrio poſtea ad hoc carmen: Aut pars indoctis melior grege mollis & expes inominata perpri-mat cubilia: Aut omnis ciuitas eamus, inquit, aut pars maior remaneat, quæ mollis animi & ſine ſpe eſt. Hæc ille. Ergo me-lior exponendum pro ſanior. Phocæorum. Velut profugit e-xecrata ciuitas. Agros] Porphyrio coniungit, ciuitas execrata agros atq; lareis patrios, quod placet. Hic libet ridere noſtrum nu-gonem, ac inſignem fatuum, qui hoc in loco tria mutare auſus eſt uerba, nulla motus ratione, quàm quod ita placuit, poſt, ciuitas ad-dit, quæ: (hoc enim habet ille, ubique aliquid hiat) & ire legit pro lre: ſuadere pro uadere. Mirùm uerò quam ille ſibi placeat hoc inuento: tanta in alieno opere eſt audacia Phocæorum autem cum diphthongo puto ſcribendum, pro Phocæorum, à nominatiuo Pho cæus. Vbi notandum, Phocæam eſſe nomen urbis Ioniæ in Aſia: unde denominatiuum Phocæus, Græcè φωκαιεὺς apud Herodo-tum, & φωκαεὺς apud alios, Latinè Phocæenſes tetraſyllabon. Lõ gè uerò alia eſt regio Phocis in Græcia: unde denominatiuum φω κεὺς uel φωκεῖς. Verùm hic ſcribendi error ita inualuit & in La-tinis & in Græcis codicibus, ut planum ſit illos hanc differentiam uel ignoraſſe, aut obſeruare noluiſſe. Mancinellus etiam hiſtoriam hanc narrans de Maſſilienſium origine, nomina, regionesq; confu-dit. Nihil enim hic de Phocenſibus in Græcia, ut ille narrationem incipit. Verum hiſtoria nota eſt apud Herodotum lib. 1. In Strab. Græco codice iã φωκαεῖς leget, iam φωκεῖς pro φωκαεῖς cũ de Ionicis loquitur, ſed errore librariorum haud dubiè. A' Pho-cæenſi eſt adagium φωκαέων ἀρὰ id eſt, Phocæẽſium execratio, de quibus hoc loco poëta, & à quibus Maſſilienſes in Gallia Nar-bonẽſi originem trahunt. A' Phocenſibus autem regionis Græciæ alterum eſt adagium φωκέων ſiue φωκικὴ ἀπόνοια, id eſt, Pho cenſium deſperatio. De his eruditè D. Eraſ. in Chiliad. Laborio-ſa nec cohors Vlyſſei] Metri cauſa (inquit Porphyrio) ſeparatio, id eſt, diæreſis facta eſt, ut materiai & pictai ſolet dici, niſi forte ita declinauit ut diei. Nam utrimque nomen uidemus productà ſylla-ba terminari. Ita & paulò poſt Achilei dixit. Hæc ille. Quæ uer-ba ego planè non intelligo: Cum nomina tertiæ declinationis τῶν ὀξυτόνων apud Græcos in noſtram latina traducta, ei habe-ant in genitiuo, ut Orpheus Orphei, Tydeus Tydei: Ita Achilleus Achillei, & Vlyſſeus Vlyſſei. Mirum uerò quod in ſextam Oden lib. 1. nihil eiuſmodi notauerit hic noſter Porphyrio ubi eſt:

20 Nec curſus duplicis per mare Vlyſſei,

Vt ſuſpicer hæc corrupta eſſe. De datiuo autem Græco, non eſt dubium, quin & ei diphthongum in ei reſoluta habeat. Sed & diei ineptum exemplum eſſe uidetur.

HER. FIG} Altera iam teritur] Quaſi dicat: Tam diu durauerunt bella ciuilia, ut iam alterum ſeculum attingant. Eſt autem ætas, tempus centum annorum, à morte uerò Tiberij Grac-chi, qui primus ſeditiones populi accendit, uſque ad finem bellis ci-uilibus ab Auguſto impoſitum, anni centum & quatuor, iuxta com putationem Oroſij, ſecundùm uerò Chronologiam Glareani, cen-tum & duo interceſſerunt. Suis uiribus] Hoc eſt, ipſa ſibi inte-ritus eſt autor, propter nimiam potentiam & felicitatem. Idem ſic extulit L. Florus: Ac neſcio, an ſatius fuerit populo Romano Sici-lia & Africa contentum fuiſſe, aut his etiam ipſis carere domi-nanti Italia ſua, quàm eò magnitudinis creſcere, ut uiribus ſuis con ficeretur. Quæ enim res alia furores ciuiles peperit, quàm nimia felicitas? Syria prima nos uicta corrupit. Mox Aſiatica Perga-meni regis hæreditas. Illæ opes atque diuitiæ afflixêre ſeculi mo-res, merſamq; uitijs ſuis quaſi ſentina. Rempublicam peſſum de-dere. Hæc ille. Ruit] Cadit, interit, propter diſſenſiones & ſe-ditiones domeſticas. Nam (ut ueriſsimè dixit Cicero) nulla do-mus tam ſtabilis, nulla ciuitas tam firma eſt, quæ non odijs atque diſſidijs funditùs poſsit euerti. Et iuxta uerbum Chriſti: Omne regnum in ſe diuiſum, deſolabitur, Matthæi 12. & Luc. 11.

Finitimi Marſi] Inter cæteros Italiæ populos, qui contra matrem ac parentem ſuam Romam inſurrexerunt, fuerunt etiam Marſi, quorum multa millia occidit Marius. Hanc hiſtoriam ſcribit Flo-rus lib. 3. cap. 18. Oroſius lib. 5. cap. 18.

Hetruſca Porſenæ manus] Pulſis ex urbe regibus, ait Florus, prima pro libertate arma corripuit. Nam Porſena, rex Hetruſco-rum, ingentibus copijs aderat, & Tarquinios manu reducebat. Hunc tamen quamuis & armis, & fame urgeret, occupatoq; Iani-culo, urbis faucibus incubaret, ſuſtinuit, repulit: nouiſſimè etiam tanta admiratione perculit, ut ſuperior ultrò cum penè uictis ami-citiæ fœdera feriret. Huius pactionis facta cum Romanis cau-ſam fuiſſe legimus inſigne illud ſtratagema Mutij Sceuolæ. Is e-nim accepta à Senatu transfugiendi poteſtate, in caſtra Porſenæ ue nit (ut tradit Plinius) ibiq; purpuratum pro rege deceptus occidit. Apprehenſus, & ad regem pertractus, dexteram aris impoſuit, hoc ſupplicij ab ea exigens, quòd in cæde peccaſſet. Vnde cùm miſe-ricordia regis abſtraheretur, quaſi beneficium referens, ait, trecen-tos aduerſum eum ſimileis coniuraſſe. Qua re ille territus, bel-lum acceptis obſidibus, depoſuit. Egregium profectò & illuſtre fortitudinis ac pietatis erga patriam exemplum. Quo etiam im-primis te, generoſe Samuel, delectari: atque excitari ad ſimilem uir-tutem ſentio: Nam ut ob oculos perpetuò tibi uerſaretur, effigiem illius politiſſima arte in tua habitatione pingi curaſti. Bellum hoc Hetruſcum cum rege Porſena ſcribunt, Liuius lib. 2. Decad. 1. Dionyſius lib. 6. Plinius de uiris illuſtribus cap. 11. & 12. Flor. lib. 1. cap. 10. Oroſius lib. 2. cap. 5. Aemula nec uirtus] Quæ æmulabatur Romanis, quorum imperium affectabat, ut pa-tet ex Tito Liuio: apud quem legatus Subius Virius, à Conſule Ro mano iam reuerſus, tempus ueniſſe ait, quo Campani non agrum ſo lùm ab Romanis quondam per iniuriam ademptum, recuperare, ſed imperio etiam Italiæ potiri poſſint. Fœdus enim cum Anni-bale quibus uelint legibus facturos, neque controuerſiam fore, quin ipſe confecto bello Annibal uictor in Africam hinc decedat, exercitumq; deportet: Italiæ imperium Campanis relinquatur. Hæc Virio loquenti aſſenſi omnes, ita renunciant legationem, uti deletum omnibus uiderentur nomen Romanum. Idem paulò pòſt: Romam legatos miſſos à Campanis, in quibuſdam Annalibus in-uenio, poſtulantes ut alter Conſul Campanus fieret, ſi rem Roma-nam adiuuari uellent. Capua] Florus lib. 1. ſcriptum reliquit, Capuam urbium Campaniæ caput eſſe, quondam inter tres maxi-mas, Romam, Carthaginemq; numeratam. Dicta Capua ab du-ce eorum Capye, uel (quod propius uero eſt, ait Liuius) à campe-ſtri agro appellata. Prona ſemper ciuitas in luxuriam, non inge-niorum modò uitio, ſed affluenti copia uoluptatum, & illecebris omnis amœnitatis maritimæ, terreſtriſq;. Hæc infidelis & ingra-

Y y ta urbs,

ta urbs, cùm Romanos, à quibus centum propè annis contra Samnites defenſa fuit, poſt cladem Cannenſem iuuare debebat, ab his ad Annibalem, Campaniam tunc peragrantem, defecit. Quare ab App. Claudio, & Q. Fuluio Coſs. circumuallata ac capta eſt.

Nec Spartacus acer] *Spartacus, Chryſus, & Oenomaus (ut in tertio commemorat Florus) effracto Lentuli ludo, cum ſeptuaginta aut amplius eiuſdem fortunæ uiris eruperunt Capua, ſeruitiq́ ad uexillum, & ad auxilium uocatis, cùm ſtatim decem amplius millia coiſſent hominum, non modò effugiſſe contenti, iam uindicari etiam uolebant. Hi poſt multas Italiæ uaſtationes, & exercitus cæſos, de inuadenda urbe Romana deliberauerunt. Sed pudorem Romanum Licinius Craſſus aſſeruit. A quo pulſi, fugatiq́, in extrema Italiæ, & circa Bruttium angulum cluſi, tandem facta eruptione, dignam uiris obiêre mortem. Spartacus ipſe in primo agmine, fortiſsimè dimicans, quaſi imperator occiſus eſt. Meminit quoque huius hiſtoriæ Plutarchus in Craſſo. Oroſius lib. 5. cap. 25 Abbreuiator Liuij lib. 95.* Nouisq; rebus infidelis Allobrox] *Sententia poëtæ uidetur eſſe (ut etiam bene admonuit Glareanus) quam nec Catilina cum ſuis ſocijs perdere potuit, qui Allobroges, gentem Galliæ fortiſsimam ad coniurationis ſocietatem ſolicitauit. Cùm enim Catilina homo ſceleratus, cum Lentulo, Cethego, Statilioq́, & alijs compluribus eiuſdem amentiæ ac facinoris conſcijs in perniciem patriæ, adeoq́ totius Italiæ deuaſtationem coniuraſſet, iamq́ ex urbe à Cicerone Conſule eiectus eſſet, ſceleris ſui ſocios Romæ reliquit, & Lentulo, quoſcunque moribus aut fortuna nouis rebus idoneos crederet, aut per ſe, aut per alios ſolicitare præcepit. Lentulus itaque Vmbreno cuidam negotiatori, qui in Gallia notus erat, negotium dat, uti legatos Allobrogum, qui ijſdem temporibus Romæ erant, ad ſocietatem belli impellat. Exiſtimans publicè priuatimq́ ære alieno oppreſſos: præterea quòd natura Gallica gens bellicoſa eſſet, facilè eos ad tale conſilium adduci poſſe. Vmbrenus ſine mora, ubi legatos primùm in foro conſpexit, percunctatus pauca de ciuitatis ſtatu. Poſtquàm uidet illos queri de auaritia magiſtratuum, accuſare Senatum: ego, inquit, uobis, ſi modò uiri eſſe uultis, rationem oſtendam, qua tanta mala iſta effugiatis. Hæc ubi dixit, Allobroges in maximam ſpem adducti, Vmbrenum orare, ut ſui miſereatur. Ille eos in domum D. Bruti perducit, quòd foro propinqua erat. Præterea Gabinium accerſit, eoq́ præſente coniurationem aperit, nominat ſocios, deinde legatos operam ſuam pollicitos domum dimittit. Sed Allobroges diu incerti, quid conſilij caperent, tandem Q. Fabio Sangæ patrono ſuo rem omnem, uti cognouerant, aperiunt, Sanga Ciceroni Conſuli coniuratorum conſilia ſignificat, Cicero rem ad Senatum defert, nefarios Catilinæ conatus ſuis conſilijs atque laboribus reprimit. Infideles igitur nouis rebus Allobroges hic uocat Horatius, quòd coniurationem ſibi creditam magna cum laude manifeſtarunt. Impium hoc, & poſt hominum memoriam crudeliſsimum Catilinæ bellum Saluſtius toto libro, Cicero quatuor orationibus in Catilinam. Plutarchus in uita Ciceronis. Appianus ſecundo bellorum ciuil. Florus libro 4. cap. 1. Paulus Oroſius lib. 6. cap. 6. deſcribit.* Nec fera Germania] *Quam nec Germani immanes & crudeles domare potuerunt. Primus Germanos ſuperauit Iulius Cæſar, ut latè patet ex ipſius commentarijs: Deinde Tyberius & Druſus, priuigni Auguſti, ut ſuperius lib. 4. Car. abundè dictum eſt.* Cærulea pube] *Sunt enim Germanis truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, uti tradit Cornelius Tacitus in libello de moribus Germanorum.*

Annibal] *Quatuordecim annos multis miſerabilibus cladibus in ipſa Italia Romanos afflixit Annibal, & ad tantam deſperationem adegit, ut ſenatores de relinquenda patria, ſedibuſque quærendis conſilium ineundum putârint. Sed conſilio atque uirtute Scipionis in Africam redire, atque ex Italia decedere coactus eſt. Hoc bellum ſcribit Liuius tota Decade tertia. Plutarchus in uitis Fabij Max. Scipionis Superioris, & Annibalis. Florus lib. 2. cap. 6. Oroſius lib. 4. aliquot cap.* Parentibus abominatus] *Hoc eſt, à patre deuotus. Hamilcar dux Pœnorum pater fuit Annibalis, uir ſine dubio præſtans, & rei militaris, ut in illa ætate quiſquam poterat, peritiſsimus. Hunc, traditum memoriæ eſt, ſacrificantem eo tempore, quo in Hiſpaniam profectionem parabat, Annibalem admodum puerum iureiurando obſtrinxiſſe, cùm primum per ætatem liceret, populi Romani fore inimicum.*

Impia perdemus deuoti] *Eam nos impij & ad cædem deſtinati ciues deuaſtabimus.* Ferisq; rurſus occupabitur ſolum] *Hoc eſt, ſolum, ubi nunc Roma eſt, deſertum denuo erit & uaſtum, ſicut olim fuit ante conditam urbem, cùm à feris habitaretur. Nam uaſtæ tunc in ijs locis ſolitudines erant, in quibus expoſiti fuerunt Romulus & Remus, & poſtea adulti urbem condiderunt, teſte Liuio.* Cineres inſiſtet uictor] *Vrbi exuſtæ & in cinerem redactæ inſultabit hoſtis uictor.* Vrbem eques ſonante] *Oſtendit tibi futurum campum, ubi nunc Roma eſt, ita æquatum, ut in eo hoſtes equitare poſsint.* Quæq; carent uentis & ſolibus] *Id eſt, oſſa Romuli, quæ in ſepulchro recondita iacent, hoſtis diſperdet, & ueterum monumenta euertet.* Nefas uidere] *Nam illicitum erat & impium, uiolare ſepulchra, quæ ſancta ſunt & religioſa.* Aut melior pars] *Hoc eſt, ſanior, & (ut ait Vergilius) quorum melior ſententia menti.* Malis laboribus] *Furoribus & ſeditionibus inteſtinis.* Nulla ſit hac potior ſententia] *Monet ut hanc ſententiam ſuam, uidelicet, ire pedes quocunque ferunt, ut ſequantur, potiſsimùm amplectantur. Eſt autem ſententia, autore Cicerone, oratio ſumpta de uita, quæ aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in uita, breuiter oſtendit.* Phocæorum uelut profugit execrata ciuitas] *Exemplo Phocæorum hortatur ciues, ut patriam relinquant. Phocæi ſiue Phocenſes, Ioniæ populus, olim communi conſilio patrium ſolum reliquerunt, adacti deuotionibus, atque execrationibus quibuſdam, ne quiſquam uſquam de repetenda patria cogitaret. Itaque iuxta Dianæ oraculum Ariſtarcha duce, Galliam Narbonenſem adierunt, ibiq́ ciuitatem florentiſsimam Maſsiliam condiderunt. Cuius hiſtoriæ mentionem faciunt Herodotus lib. 1. Strabo 4. Hæc Eraſmus.* Ire pedes quocunque ferent] *Hoc eſt, terra uel mari quouis proficiſci potius, quàm manere in patria, tot ſeditionibus & calamitatibus obnoxia.*

Melius ſuadere] *Pro, melius conſilium, Græca figura.* Secunda ratem occupare quid moramur ?] *Quin nauem ſtatim felici augurio conſcendimus?* Iuremus in hæc] *Videlicet uerba. Et aperit qui fuerit ritus eiuſmodi execrationis.* Simul imis ſaxa renarint] *Vt tum redire in patriam liceat, cùm ſaxa ſurſum tranare cœperint. Iubet per ea iurare quæ ſunt ἀδύνατα, & nunquam futura, ut reuerti prorſus non liceat.* Quando Padus Matina lauerit cacumina] *Quando flumina montes conſcenderint: quod fiet nunquam, quia eſt contra naturalem rerum ordinem, ut grauia ſurſum labantur. Padus fluuius eſt totius Italiæ maximus, qui ab imis Veſuli montis radicibus exortus, paruis ſe primum fontibus colligit, mox alijs fluminibus auctus Mantuam urbem, & uetuſtiſsimam Rauennam cum alijs pluribus præterfluit: tandemq́ ſuſceptis triginta amnibus ex Alpibus tam ſiniſtris, quàm dextris, per ſeptem oſtia in ſinum Adriaticum ſe effundit.* Appenninus] *Mons eſt Italiæ, qui in longum tendens totam Italiam in duas partes diuidit. A dexteris inferum, à ſiniſtris ſuperum ſpectans mare, in Siculum uſque fretum progreditur.* Nouaq; monſtra iunxerit libidine] *Eſt contra naturam, ut diuerſa animalium ſpecies libidine miſceantur. Quod ſi fiat, neceſſe eſt noua monſtra ex de la uiolentæ & inſolitæ Veneris mixtura naſci.* Adulteretur & columba miluo] *Quod ad Græcas calendas fiet: ſunt enim hæc animalia natura diuerſiſsima.* Ametq; a ſaleuis Hircus] *Hoc eſt, Hircus careat pilis, & delectetur mari, cùm ſemper ſit Hirſutus, gaudeatq́ rupibus ac montibus.* Salſa æquora] *Maris ſalſedinem efficit calor ſolis, qui dulcedinem è ſummo mari extrahit, & aſperitatem relinquit. Refer huc quæ ſunt apud Plinium lib. 2. Naturalis hiſtoriæ, cap. 100.* Hæc, & quæ poterunt] *Hæc & alia, quæ reditum in patriam prohibere poſſunt, iuremus.* Reditus dulces] *Nimirum in patriam, quæ omnibus eſt dulciſsima, iuxta illud.*

„ *Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos*
„ *Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.*

Eamus omnis execrata ciuitas] *Omnes execrationibus deuoti proficiſcamur.* Aut pars indocili melior grege] *Quaſi dicat,*

Si non

Si non omnibus ire placet, tamen pars melior & imperita multitudine præſtantior eamus. Mollis & expers] Effœminatus & uirtutis ignarus ſemper maneat in calamitoſa & infelici urbe.

Quibus eſt uirtus] Qui uirtute eſtis præditi. Muliebrem tollite luctum] Eſtote magno & forti animo, & ſine lachrymis, quæ fœminas, non uiros decent, patriam relinquite. Nos manet Oceanus] Mare Atlanticum, & in eo beata arua aduentum noſtrum expectant, igitur illa petamus. Diuites & inſulas] Dictæ ſunt diuites, beatæ, fortunatæ hæ inſulæ à fructuum ubertate. Nam (ut refert Pomponius Mela) abundant ſua ſponte genitis, & ſubinde alijs ſuper alijs innaſcentibus, nihil ſolicitos alunt beatius, quàm aliæ urbes excultæ: una ſingulari duorum fontium ingenio maximè inſignis: alterum qui guſtauére, riſu ſoluuntur in mortem, ita affectus remedium eſt, ex altero bibere. Hæc ille. De his Strabo libro primo ſic commemorat: Fortunatæ inſulæ contra Mauritaniæ finem ad Occidentem ſunt, quam quidem ad partem & Hiſpaniæ terminus concurrit. Lucianus in ſecundo ueræ hiſtoriæ narrat, ſe quoque ad beatorum inſulas delatum. Et ibidem diligenter & magnificè eorum ciuitatem primùm depingit: Deinde temporis & campi amœnitatem deſcribens, ſic inquit: Semper apud eos uer eſt, unuſq; uentus ſpirat Zephyrus. At locus cunctis quidem floribus, omnibus manſuetis plantis, & umbroſis uiret. Quæ illic ſunt uineæ duodecies quot annis ferunt, & ſingulis menſibus uuas reddunt: mala uerò granata ac malos, cæteraq; poma terdecies ferre dicebant. Nam menſe, qui apud eos Minous appellatur, bis ferre fructum: pro frumento uerò ſpicæ paratos in ſummitate panes emittunt, ut fungos. Fontes ſunt per ciuitatem, aquæ, quidem quinque & ſexaginta, ac trecenti: mellis uerò alij totidem, unguenti quingenti. Verùm & hi minores ſunt: flumina lactis ſeptem, & uini octo. Conuiuium autem celebratur extra ciuitatem in campo, qui Elyſius uocatur. Etenim pratum eſt pulcherrimum, & circa illud nemus omni arborum ſpecie conſitum, umbram diſcumbentibus faciens: ſtratum autem ſubſternunt è floribus. Miniſtrant quidem accincta afferunt uenti, præterquam quòd uinum non miſcent, ſiquidem eo non indigent, nam circum conuiuium arbores ſunt uitreæ magnæ, è micante uitro: harum fructus pocula ſunt omni ſpecie operis ac magnitudinis. Vbi autem quis ad conuiuium acceſſerit, unum ex illis uel duo decerpta menſis apponit, ea confeſtim uino replentur. Pro ſertis uerò luſciniæ, canoræq; uolucres, cætera flores è proximis pratis ore legentes, cum cantu eos ſuperuolant, aſperguntq;. Porrò unguntur ad hunc modum: Denſæ nubes unguentum combibentes è fontibus ac flumine, ſupraq; conuiuium ſparſæ, ſenſim exprimentibus uentis, tenuiſsimum quiddam uelut rorem diſtillant. In cœna autem Muſicæ & cantilenis uacant. Hæc Latinè hoc loco adſcribere placuit, ut etiam illi, qui hunc autorem non habent, uel Græcarum literarum rudes ſunt, huius elegantis & feſtiuæ deſcriptionis fierent participes. Cererem] Hoc eſt, fruges, per Metonymiam. Prima enim Ceres humano generi fruges inueniſſe fertur. Tellus inarata] Non proſciſa aratris, inculta. Idem aureo ſeculo tribuit Ouid.

„ Ipſa quoq; immunis, raſtroq; intacta, nec ullis
„ Saucia uomeribus, per ſe dabat omnia tellus.

Et paulò pòſt:

„ Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
„ Nec renouatus ager grauidis canebat ariſtis.

Et imputata floret uſque uinea] Vinea quoque ſemper ſine ullo labore, & cultu uuas profert. Nunquam fallentis] Hoc eſt, ſpem agricolæ nunquam fruſtrantis, ſed quotannis ſuos fructus abunde producentis. Termes oliuæ] Termitem propriè oliuæ ramum eſſe, ſunt qui uolunt. Gellius palmæ ramum cum fructu auulſum aſſerit. Suamq; pulla ficus] Fici etiam copioſè proferunt fructus. De nominis ficus uaria ſignificatione, lege caput quartum lib. 1. Laurentij Vallæ. Mella caua manant ex ilice] Idem Ouid. de aureo ſeculo:

„ Flauaq; de uiridi ſtillabant ilice mella.

Ilicem autem pro quercu poſuiſſe uidetur, ut ibidem monet interpres, cuius frondibus ros mellis frequenter inhæret, autore etiam Heſiodo. Leuis crepante lympha] Hoc eſt, fontium riuuli iucundo admodum ſtrepitu de montibus decurrunt. Poëtæ fingunt, lymphas, quæ propriè dicuntur nymphæ, & nihil aliud ſunt quàm aquæ, puellas eſſe, Nerei filias, ideoq; dicit: pede deſilit.

Illic iniuſſæ ueniunt ad mulctra] In fortunatis inſulis capellæ ſua ſponte lac præbent. Refertq; tenta grex] Grex è paſtu diſtenta & plena lactis ubera reportat. Sic Virg. Ecloga 4.

„ Ipſe lacte domum referent diſtenta capellæ
„ Vbera: nec magnos metuent armenta leones.

Nec ueſpertinus] Hactenus fertilitatem & amœnitatem diuitum inſularum commendauit: nunc etiam ſecuritatem & temperamentum cœli laudat. Vrſus] Speciem pro genere ponit. Quaſi dicat: nulla fera beſtia tibi inſidiatur gregibus. Veſpertinus, autem dixit, pro, ueſperi, nomen pro aduerbio uſurpans, more Græcorum. Huic ſimile eſt illud.

„ Non lupus inſidias explorat ouilia circum,
„ Nec gregibus nocturnus obambulat.

Nec intumeſcit alta] Nulla ibi ſunt animalia uenenata, quæ pecoribus noceant. Intumeſcit uiperis humus] Nam ſerpentium ſola uipera terra dicitur condi, cæteræ arborum aut ſaxorum cauis, ut extat apud Plinium. Pluraq; felices mirabimur] Multò plura, quàm modò commemoraui, felicia cum admiratione uidebimus, cùm eò peruentum fuerit: nimirum quòd neque nimijs imbribus, neque immodico ſolis calore agri laborent, & ſteriles fiant. Vtrumque] Hoc eſt, humiditatem & ſiccitatem.

Non huc Argos] Sententia eſt: Non uenerunt unquam in has inſulas homines auari, impudici & impij, quia Iupiter eas pijs tantùm præparauit. Nos igitur, quibus eſt uirtus, eò contendere poterimus. Argoo remige pinus] Argo nauis, quæ Iaſonem & reliquos Græciæ heroas Colchos, ad rapiendum uellus aureum, uexit, non uenit huc. Argonautarum profectionem copioſè deſcribit Ouidius lib. 7. Transfor. Appollonium ſecutus potiſsimùm. Meminit quoque Iuſtinus lib. 42. Impudica Colchis] Medeam Aeëtæ regis Colchorum filiam ſignificat, quæ capta amore Iaſonis cum eo clàm neſcio patre abijt. Non huc Sydonij torſerunt cornua] Nec Cadmus cum ſocijs ſuis, licet diu oberrarit, in hæc arua nauigauit. Fuit autem Cadmus filius Agenoris, rex Phœniciæ, in qua urbes fuerunt clariſsimæ Sydon & Tyrus. Hic, cùm Iupiter mutatus in taurum Europam ſororem eius auexiſſet, à patre ad inquirendam illam miſſus eſt ea lege, ne ſine ipſa rediret domũ. Itaque aſſumptis ſocijs per totum ferè terrarum orbem eam quæſiuit. Sed cùm nuſquam inueniret, nec in patriam reuerti liceret, oraculum Apollinis conſuluit, ubi commodè habitare poſſet. Monitus igitur oraculo in Bœotiam profectus eſt, ibiq; Thebas urbem condidit. Teſtis huius rei eſt Ouidius libro 3. Transfor. & Bocatius lib. 2. cap. 63. Torſerunt cornua] Dederunt uela. Cornua autem extremæ ſunt partes antennarum, à quibus uela dependent. Laborioſa] Quæ magnos labores & multa pericula pertulit. Cohors Vlyſſei] Nec Vlyſſes, quamuis decem annis iactatus ſit in mari, eò cum ſocijs ſuis uenit.. Errores Vlyſsis diligentiſsimè Homerus in 9. 10. 11. & 12. Odyſſeæ ſcripſit.

Nulla nocent pecori contagia] Nulli morbi, aut peſtilentiæ ibi pecora corrumpunt, quia aër placidus & ſalubris regioni circumfunditur. Nullius aſtri gregem æſtuoſa torret] Non ui Caniculæ, nec æſtu Leonis, alteriúſue ſyderis calore greges affliguntur: quia ſemper ibi uer eſt, & unum ſolum anni tempus.

Iupiter illa piæ] Iupiter, cùm aureum illud ſeculum Saturni mutaret in æneum & ferreum, arua hæc beata ex eo reſeruauit, & hominibus tantùm pijs eadem deſtinauit. Inquinauit ære tempus aureum] Hoc eſt, poſtquam Iupiter ſeculum illud aureum mutauit in æneum, id eſt, optimum & feliciſsimum tempus in deterius conuertit. Aureum hanc ætatem deſcribunt, Heſiodus, ἔργων καὶ ἡμερῶν α. Ouid. lib. 1. Transfor. Virg. lib. 8. Aeneid.

Durauit] Id eſt, dura & aſpera fecit, ueluti eſt ferrum, metallorum duriſsimum. Huc pertinet illud Ouid.

„ — De duro eſt ultima ferro.

Quorum] Videlicet ſeculorum, ære & ferro corruptorum, hoc eſt, peioribus hominum moribus deprauatorum.

Secunda fuga] *Proſperum effugium, nimirum in diuites inſulas.* Vate me] *Me Horatio monitore ac ſuaſore.* Datur] *Oſtenditur, indicatur.*

THEOD. PVLM. } 8 Abominatus] Abominandus, *E. B.* 13 Quæque carent uentis, & ſolibus oſſa Quirini, Nefas uidere, diſſipabit inſolens] *Et ſi opinio erat Romulum in cælum fuiſſe raptum: tamen illis aſſentitur qui ſepultum Romæ poſt Roſtra dicebant, aut in ſuo templo: ſepulchra autem uiolari cineresq; eorum diſſipari ſceleratiſſimū omnium putabant. Maro (4. Aeneidos, uerſu 427.)*

„ *Nec patris Anchiſæ cineres, Manesq; reuelli.*

Turneb. lib. 14. cap. 21. uideri, *H. G. B.* 17 Nulla ſit hac potior ſententia: Phocæorum. Velut profugit exſecrata ciuitas] *Pertæſus bella ciuilia Horatius idem Romanis faciendum eſſe putat, quod à Phocæis factum Herodotus retulit, ut ſolum patrium infelix & nefaſtum perpetuo mutent exſilio, omni ſpe reuerſionis in poſterum ſublata, & exſecratione dira penitus adempta. Hæc Turneb. lib. 14. cap. 21. Vide Franc. Luiſini Parergon lib. 1. cap. 19.* 19 Proprios] Patrios, *H. G. E. B.* 21 Ferunt] Ferent, *G. E. B.* 25 Sed iuremus in hæc, ſimul imis ſaxa renarint. Vadis leuata, ne redire ſit nefas] *Sanctiſſimum olim in Græcia iuſiurandum erat, & exſecratione grauiſſima, deuotioneq; confirmatum, cùm ſe deuouebant ſuaq; capita exſecrabantur, ſi ſacramentum, quod conciperent, uiolarent, contraq; facerent, prius quàm ſaxa, quæ in aquam iaciebant, ſponte leuata ſupernatarent. Sed cùm Græci μύδρον maſſam ferri interpretentur, Horatius uel ſaxum intellexit, uel pro ferro ſaxum ſummutauit. Vide Turneb. lib. 14. cap. 21.* 32 Miluo] Miluo, *H. G. E. B.* 33 Flauos] *H. G. E. B.* rauos, *Cruquij codices Blandinij quatuor* ſuluos, *Lambinus legit, quam lectionem nullo ueteris codicis teſtimonio comprobat,* rauos, *idem etiam quoſdam libros habere teſtatur.*

39 Tollite] Pellite, *Lambini quidam manu ſcripti.*

41 — Arua beata Petamus, arua, diuites & inſulas] *Deligi exſilio cenſet oportere inſulas fortunatas, quas in Oceano eſſe commemorauit antiquitas, & aperuit ætas noſtra, ſuo tamen nomini nō reſpondere reperit, ſed remotiſſima & diſtantiſſima ſupra fidē efferre ſemper ſolemus, dum uel nobis noſtra non ſatis placent, uel operæpretium feciſſe uolumus uideri, qui longam profectionem ſuſcepimus, ne ſi conſueta loquamur, de nihilo, fruſtraq; peruagati & peregrinati fuiſſe uideamur. Conſilium autem migrandi in eas inſulas cepit Horatius, ni fallor, è Sertorij conſolatione, nam cùm Sertorius de mercatoribus, qui in Oceano nuper nauigârant, de illis audiſſet inſulis, pacem quietemq; deſiderans, conſilium cepit in eas migrandi, ſecedendiq; procul ab omni tumultu & bello, & dominatione tyrannidis. Vide Turneb. lib. 14. cap. 21.*

48 Leuis crepante lympha deſilit pede] *Solent poëtæ humori fluenti pedem tribuere, id ex eo credo, quòd etiam currere aqua dicatur, quod ſine pedum officio fieri non poſſe uidetur: ac certè ius ſuum poëtæ tenent, ut tranſlationibus utantur audaciùs. Tur. lib. 6. cap. 10.* crepitante, *Lamb. codices duo.* 51 Ouile] Ouium, *Cruquij libri quatuor.*

GEORG. FAB. } *Suadet Romam potius deſerendam, quam ut noua bella ciuilia expectentur, & augurantur dirus bis interitu. Inducit dialogiſmos, quibus & migratio ſuadetur, & uerba deuotionis exprimuntur. Locum coloniæ deducendæ ad extremum demonſtrat, qui ſit optimus & iucundiſſimus. Vbi cupiditas nulla eſt, bellum ciuile nullum timendum. ubi bella ciuilia non ſunt, ibi ſalus & beatitudo eſt.*

IOD. BAD. ASCENS. } Altera iam teritur] *Argutiſſimè deteſtatur ciuilia bella di.* Altera ætas] *Scilicet Romanorum, quorum ſuperioris ætatis plurimi extincti erant, teritur iam bellis ciuilibus, & ipſa Roma ruit.* Suis uiribus] *Scilicet in ſe conuerſis.* Nos ergo impia] *Quia ferrea ætas.* Sanguinis deuoti] *Id eſt, morti addicti.* Perdemus] *Id eſt, deſtruemus.* Et exterminabimus] *Sup. eam, hoc eſt, Romam, quam neque Marſi, Populi bellicoſiſſimi in Italia.* Finitimi] *Id eſt, quamuis in confinio ubi perniciosiſſimi ſunt hoſtes habitantes.* Valuerunt perdere, aut manus] *Id eſt, poteſtas.* Hetruſca] *Id eſt, Hetruſcorum.* Porſenæ] *Scilicet regis.* Minacis] *Quia minatus Romanis necem niſi Tarquiniū Superbum regem ſuum reciperent.* Nec æmula Capuæ] *Oppidi præcipui in Campania Italica.* Aemula] *Id eſt, quæ ex æquo imitari Romam contendit, nec Spartacus gladiator ille acer, quia collecta manu ſeruorum tot ſtrages dedit.* Nec Allobrox] *Id eſt, populus ille Galliæ in Delphinatu, & confinio.* Infidelis] *Id eſt, non ſeruans fidem.* Rebus nouis] *Id eſt, coniurationi Catilinæ.* Nec Germania fera] *Id eſt, immaniter bellicoſa.* Pube] *Id eſt, multa prole florente.* Cærulea] *Id eſt, cæruleos oculos habente, domuit, & quam Hannibal.* Abominatus] *Id eſt, pro diro omine execratus.* Parentibus] *Id eſt, à maioribus noſtris ſup. non domuit.* Nos] *Inquam perdemus eam.* Et ſolum occupabitur feris] *Vt à lupis, & urſis, qui illic antequam urbs condita eſſet habitârant.* Et heu barbarus] *Scilicet auxiliarius uictor.* Inſiſtet] *Id eſt, pedibus impellet.* Cineres] *Scilicet Romæ exuſtæ, ſi ita pergunt mutuis ſe occidere.* Atque, & eques] *Id eſt, equus ab equite rectus.* Verberabit ungula ſonante urbem, & ipſe inſolens] *Id eſt, petulans diſſipabit (nefas uidere, id eſt, quod uideri nefas erit)* Oſſa Quirini] *Id eſt, Romuli.* Quæ carent uentis & ſolibus] *Id eſt, quæ occulta ſemper fuerunt, ut Romulus in cælum aſſumptus putetur.* Forte quid expediat] *Per⸗ ... in rebus deſperatis haberi ſolet confuſio, utitur ſermone, ut Aeneas apud Maronem Aeneid. 2.*

„ *Iuuenes fortiſſima fruſtrà, &c.*

Ordo quoque uarius eſſe poteſt, ut ſit. Si forte communiter, *i. omnes ex communi conſenſu, aut melior, id eſt, ſanior & prudentior pars, quæritis quid expediat, id eſt, quid facto opus ſit carere, id eſt, ad carendum, aut ut careatis laboribus.* Malis] *Id eſt, perniciosis, quales ſunt in bellis inteſtinis ſemper.* Et ſit] *Id quæritis, nulla ſententia ſit potior hac, uidelicet ire, id eſt, abire hinc quocunque pedes ferant, & quocunque notus, aut Aphricus ſuperbus, quia* Prædominans uocabit] *Scilicet uos, uelut ciuitas.* Phocæorum execrata] *Id eſt, execrabilis, aut execrata ab Apolline, qui illis ob ſcelus perniciosum dedit conſilium.* Profugit] *Scilicet in Galliam Narbonenſem, ubi Maſſiliam ad mare condidit, urbem Romanis ſemper amicam, & nunc quoque claram, uerùm dānatur Phocenſium ciuitas, quòd profugit, id eſt, porrò fugit agros atque lares patrios, quod Romanos facere uolentes impediuit Furius Camillus, & etiam Scipio Aphricanus aliquando. Porphyrio autem ſic conſtruit,* uelut ciuitas Phocæorum profugit. Execrata] *Id eſt, poſtquam erat execrata agros atque lares patrios, & is ſenſus placet.* Et reliquit habenda] *Id eſt, templa dijs dicata, habitanda apris, & lupis rapacibus.* Sic placet] *Id eſt, ſtat ne ſententia ſic profugere, ut illi fecerunt.* An quis habet] *Scilicet paratum aut excogitatum.* Suadere] *Id eſt, quod ſuadeat melius, quàm ſcilicet profugere? quaſi dicat credo neminem meliùs ſuadere poſſe. Vnde prius execrata actiuè ſumam, non quam execratus ſit Apollo, ſed quæ patriam infœlicem execrata bono auſpicio meliorem petijt. Addit ergo.* Quid moramur occupare ratem] *Id eſt, naues quibus profugiamus?* Alite] *Id eſt, aue.* Secunda] *Id eſt, fœlici & proſpero auſpicio.* Sed iuremus in hæc] *Id eſt, in hoc pactum aut hanc conditionem.* Ne ſit nefas redire] *Id eſt, ut liceat redire ſimul, id eſt, ſtatim, poſtquam, & non priuſquam.* Saxa renarint] *Id eſt, renatauerint.* Leuata] *Id eſt, ſuper aquas lata.* Imis] *Id eſt, ab imis uadis, quod nunquam fiet, & ita uult abire nunquam redituros.* Neu] *Id eſt, neue pigeat.* Dare lintea] *Scilicet uela.* Cum uerſa domum] *Id eſt, redire ſcilicet tunc & non prius.* Quando Padus lauerit cacumina Matina] *Id eſt, uerticem Matini montis in Apulia, quod etiam nunquam eueniet, niſi diluuium fiat, ſeu quando* Apenninus Celſus] *Scilicet mons Italiam dirimens.* Procurrerit] *Id eſt, more aquarum profluxerit, aut ut promontorium deſiuerit in mare.* Et quando miros] *Id eſt, inſolitus amor iunxerit.* Libidine noua] *Id eſt, inſolita.* Monſtra] *Scilicet, ut* Iuuet] *Id eſt, delectet.* Tygres ſubſidere] *Id eſt, ſe ſubijcere ad ineundum ceruis.* Et ut columba] *Fidelisſima auium.* Adulteretur miluio] *Id eſt, cum miluo ſeu miluio aue minuta.*

Nec

Nec armenta credula] *Id eſt, confidentia.* Timeant leones flauos, & hircus leuis] *Id eſt, depilatus, & imberbis effectus amet æquora.* Salſa & fugiat] *Scilicet frondes collium. Eamus inquã omnes, aut pars melior.* Grege indocili] *Id eſt, imperſuaſibili, hoc eſt, nos qui ſumus ſaniore conſilio, & qui malumus patriam deſerere, quàm in perpetuo bello degere, appoſitoriè.* Ciuitas] *Id eſt, qui ſumus.* Ciuitas execrata] *Cum execratione ſeu maledictione proteſtata.* Hæc] *Et ſup. alia omnia quæ poterunt.* Abſcindere] *Id eſt, impedire.* Reditus dulces] *Scilicet alijs, hoc eſt, poſtquam per imprecationem & execrationem dixerimus, omnia quæ impediant reditum. Nam ſi iurauerint nolle redire priuſquam dicta eueniant, certum ſit nunquam uelle redire, dico aũt melior, non maior pars, ſed prudentior & grauior.* Quia ſequitur mollis & expes] *Scilicet pars, quæ muliebris eſt, & nullam ſpem melioris terræ habet.* Perprimat] *Id eſt, perpetuò premat.* Cubilia] *Scilicet Romana, ut porci cubent, cæteris abeuntibus.* Inominata] *Id eſt, infauſta & nullo fœlici omine fabricata.* Vos autem quibus eſt uirtus] *Scilicet animi, hoc eſt, qui non eſtis tam molli animo, ut potius uelitis manere in tam perdita patria, quàm nouas quærere terras.* Tollite luctum muliebrem] *Id eſt, ad mulieres pertinentem, quæ dum migrare coguntur, lugent, ut Aeneid. 5. ad finem exemplo docetur.* Et uolate] *Id eſt, celeriter nauigate.* Præter] *Id eſt, prætereundo.* Littora Hetruſca] *Id eſt, maris Tyrrheni.* Oceanus circumuagus] *Id eſt, currens circum arua.* Beata manet] *Id eſt, expectat nos.* Petamus arua] *Id eſt, beata.* Et inſulas diuitas] *Id eſt, fortunatas, quas Saluſtius in Oceano aſſerit. Diodorus autem uult in meridiano Oceano eſſe Plin. uerò ultra Aquilonem.* Vbi tellus inarata reddit quotannis] *Id eſt, ſingulis annis.* Cererem] *Id eſt, fruges.* Et uinea imputata] *Id eſt, non putata, nec reciſa.* Floret uſque] *Id eſt, continuè.* Et termes] *Id eſt, ramus nouus.* Oliuæ nunquam fallentis] *Id eſt, ſemper ferentis gérminat.* Et ficus pulla] *Id eſt, nigra dum matura eſt.* Ornat ſuam] *Id eſt, in qua naſcitur arborem.* Mella caua] *Proſequitur fœlicitatem, & fœcunditatem Fortunatarum inſularum, dicens.* Et] *Sup. ubi mella.* Manant] *Id eſt, diſtillant.* Ex ilice] *Id eſt, arbore illa glandifera.* Caua] *Id eſt, cauata.* Et lympha] *Id eſt, aqua liquida, unde additur leuis.* Deſilit] *Id eſt, deorſum ſalit, de altis montibus.* Pede] *Id eſt, ſcaturigine aut uortice.* Crepante] *Id eſt, crepitum dante.* Capellæ ueniunt illic iniuſſæ] *Id eſt, non coactæ aut uocatæ.* Ad mulctra] *Id eſt, uaſa in qua mulgentur.* Et grex amicus] *Scilicet ouium, & etiam aliorum animalium utilium.* Refert] *Scilicet ex paſcuis.* Hubera tenta] *Id eſt, diſtentia lacte.* Nec] *Id eſt, & non.* Et urſus ueſpertinus] *Id eſt, ſub ueſperam exire ſolitus.* Circumgemit] *Id eſt, deſiderio edendi, non gemit.* Circum ouile] *Id eſt, caulas.* Nec humus alta] *Id eſt, edita.* Intumeſcit uiperis] *Id eſt, pernicioſiſſimis ſerpentibus.* Et nos fœlices] *Scilicet ubi illic fuerimus.* Mirabimur plura] *Scilicet, quàm dicta ſunt uidelicet.* Vt] *Id eſt, qualiter, neque Eurus uentus ille aquoſus.* Radat] *Id eſt, perſtringat.* Arua imbribus largis] *Id eſt, quòd illic nunquam officit ſegetibus uis aquarum.* Nec tamen ſemina pinguia urantur glebis ſiccis] *Et* Hoc rege cælitum] *Id eſt, Deo.* Temperante] *Id eſt, moderante.* Vtrumque] *Scilicet & pluuiam, & ſiccitatem.* Pinus] *Id eſt, nauis ex pinu facta.* Non contendit huc] *Id eſt, ad has inſulas.* Remige Argoo] *Id eſt, ea intentione, qua Colchos petierunt Argonautæ ſcilicet ob aurei uelleris cupiditatem.* Neque Colchis] *Scilicet Medæa in Colcho nata.* Impudica] *Id eſt, ueneſica & ob ſtuprum patrem, & patriam prodens.* Intulit pedem huc] *Id eſt, non intrauit in has inſulas, ſicut cum Iaſone Corinthum ingreſſa eſt.* Venantes Sidonij] *Id eſt, Phœnices negociatores ob auariciam nauigantes.* Non torſerunt cornua] *Scilicet, Antennarum.* Huc] *Id eſt, ad has inſulas.* Nec cohors Vlyſſei laborioſa] *Id eſt, multis laboribus, & uarijs doloribus agitata.* Non contendit huc, & nulla contagia nocent] *Sup. hic.* Pecori] *Scilicet ouium.* Et nullius] *Id eſt, non ullius.* Et impotentis] *Id eſt, uis.* Nulli parcere potens aſtri] *Id eſt, influentiæ cœleſtis.* Aeſtuoſa] *Id eſt, ardens.* Non torret] *Sup. hic gregem, quia Iupiter.* Secreuit] *Id eſt, ſegregauit & recepit.* Genti piæ] *Id eſt, religioſæ.* Illa littora] *Scilicet Fortunatarum inſularum.* Vt] *Id eſt, poſtquam Iupiter.* Inquinauit aureum tempus ære] *Id eſt, aureum ſeculum, quod erat ſub Saturno patre eius.* Mutauit in æreum] *Græci tamen ponunt argenteum intermedium, unde & Iuuenalis Sat. 6.*

„ *Viderunt primos argentea ſecula mœchos.*

Nam] *Sup. Iupiter.* Durauit] *Id eſt, duriora & peiora fecit (nam aurum quantò mollius, tantò melius dicitur)* Secula ære] *Id eſt, conuertendo in area.* Et dehinc ferro] *Id eſt, faciendo ferrea, in quibus nunc ſumus.* Quorum] *Scilicet ſeculorum ærei & ferrei.* Fuga ſecunda] *Id eſt, proſpera.* Datur] *Id eſt, conceditur pijs.* Me uate] *Id eſt, uaticinante, quia poteſt ſe in Fortunatas inſulas recipere, per quod uideri poteſt, conſulere ſibi mortem conſcire, ut his malis liberati, illis bonis gaudeant, nam ut uiui illuc transfugiant ridiculum uidetur.*

ANT. MANCIN. } *In Romanos bella ciuilia repetentes hæc Ode ſcribitur. Conſulit autem eis relinquere penitùs patriam, confugereq́; ad diuites inſulas prope Oceanum manentes, quæ loca pijs tantummodo conſtituit Iupiter, ibi enim nullo marte uexabuntur, uti in urbe Roma continuè eueniebat.* Altera iam] *Primum carmen hexametrum dactilicum eſt, ſequens uerò hexametrum iambicum.* Suis uiribus] *Vnde & Liuius in prologo ita ſcribit.* Quanto rerum minus, tantò minus cupiditatis erat, nuper diuitiæ auaritiam, & abundantes uoluptates deſiderium per luxum atque libidinem pereundi, perdendique omnia inuexêre. Marſi] *De ijs ſuperiùs latè.* Aemula uirtus Capuæ] *Florus ſcribit Campaniæ caput fuiſſe Capuam, quæ quondam inter treis maximas, Romam, Carthaginemq́; numerata: pro qua urbe populus Romanus Samnites inuaſit.* Sparthacus acer] *De hoc in Odis legito.* Nouiſq; rebus] *Id eſt, coniurationi Catilinæ.* Infidelis Allobrox] *Allobroges Galliæ populi ſunt iuxta Rhodanum, quorum metropolis eſt Vienna. Author eſt Strabo lib. 4.* Vtque] *Salluſtius ſcribit, Catilina legatos Allobrogum ad ſocietatem belli patrij ſollicitauit, illi tamen incerti, quid agerent, tandem rem omnem Q. Fabio Sangæ aperuerunt. Cicero poſtea per Sangam conſilio cognito, legatis præcepit, ut ſtudium coniurationis ſimularent, &c.* Cærulea pube] *Germanis omnibus truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, &c. Author eſt Tacitus.* Abominatus] *Propter crudelitatem deteſtatus.* Impia perdemus] *Ordo eſt, perdemus nos impia ætas.* Sanguinis deuoti] *Id eſt, execrabilis & deteſtandi. Rurſus, ſicuti antequam Roma eſſet ædificata.* Barbarus uictor] *Id eſt, uoti compos. Barbari enim plures & Auguſto, & M. Antonio auxiliati ſunt.* Eques] *Id eſt, equus, ipſe hominem portans, omnes enim antiqui ſcriptores, ut hominem equo inſidentem, ita & equum quum portaret hominem, equitem uocarunt, author Macrob. lib. 6.* Quæque carent] *Ordo eſt.* Et inſolens eques] *Id eſt, audax & impudens diſſipabit oſſa Quirini.* Quæ carent uentis & ſolibus] *Appoſitio.* Nefas uideri] *Carent uentis & ſolibus. Varro poſt roſtra fuiſſe ſepulchrum Romuli ſcribit, ut ait Porphyrio.* Forte quid] *Ordo eſt, forte cõmuniter aut melior pars quæritis.* Quid expediat carere] *Scilicet expedit malis laboribus, abſtinendum igitur eſt à ciuili furore, & petere loca piorum, de quibus iam dicet.* Malis laboribus] *Sunt enim & boni labores, ut honeſti, &c. Malos autem labores ciuiles, & bellicos motus intelligit.* Nulla ſit hac potior ſententia] *Ordo eſt.* Nulla ſententia ſit hac potior] *Scilicet ire quocunque ferent pedes, quocunque per undas uocabit notus, aut proteruus Aphricus uelut Phocæorum, &c. conſulit autem, ut potiùs patriam ipſam relinquant aliò tendentes, quàm uelint ciuili furore concurrere.* Phocæorum] *Phocis adeſt Bœtiæ appoſita, ut ſcribit Strabo lib. 9. Vtque lib. 4. edocet. Phocenſes quum ab natali ſolo diſcederet, in Gallia Narbonenſi Maſſiliam condiderunt, habito priùs Epheſi à Diana oraculo: nam Ariſtarchæ matronæ admodum honoratæ, dea in ſomnis aſtiterat, imperans, ut accepto quodam à ſacris ſimulachro, unà cum Phocenſibus nauigationem Ariſtarcha ſubiret, &c. Iuſtinus autem lib. 33. plura ſcribit.*

Execrata ciuitas] *Ciuium multitudo peſſima.* Abominabilis] *quaſi ſine ſacro.* Sic placet?] *An melius quis habet ſuadere? per interrogationem hæc leguntur. Eſtq́ue ordo*, ſic placet, an quis habet melius ſuadere, nam tanquam nomen poſuit infinitum. Alite] *Auſpicio.* Simul imis ſaxa] Ordo *eſt, ſimul ſaxa leuata ab imis uadis.* Renarint] *Id eſt, iterum ſurſum natauerint, quodquidem erit nunquam. Nam ſaxa ſemper erunt in uadis imis, nec unquam poterunt enatare.* Padus] *Is fluuius eſt, qui ab imis radicibus Veſuli montis exortus, paruis ſe primum fontibus colligit, & aliquatenus exilis ac macer, mox alijs amnibus augeſcit, adeò ut per ſeptem ſeſe oſtia effundat. Vnum de ijs magnum Padum appellant, inde tam citus proſilit, ut diſcuſſis fluctibus diu qualem emiſit undam agat, ſuumq́ etiam in mari alueum ſeruet. Vt Mela docet.* Matina lauerit cacumina] *Id eſt, Matini montis Apuliæ apicem, quod nunquam erit.* Apœninus] *Is mons eſt, qui ab Alpibus illis inchoans, quæ citeriorem Galliam ab ulteriori ſeparant, Septentrionem uerſus in Siculum uſque protenditur fretum, Italiam per medium ſecans, quod Dionyſius ſcribit.* Leuis] *Id eſt, ut ſit abſque pilis cum ſit hirſutus.* Amet æquora] *Innatet uti piſces, & ibi degat.* Mollis] *Iners & muliebris non uirilis.* Expes] *Scilicet Meliorum.* Inominata] *Infœlicia, quaſi nullo omine, nulla religione condita.* Hetruſca litora] *Mare Tyrrhenum.* Oceanus] *Apud quem ſunt inſulæ Fortunatæ, de quibus latè ſupra* periùs. Termes oliu.] *Propriè dicitur termes ramus oleaginus, ut Porph. ſcribit. Acron uerò ait, quòd Termes dicitur, extremus oliuæ ramus, ſicut uitium palmes.* Suam arborem] *Non inſitam.* Crepante pede] *Tanquam animali poëticè dat pedes aquæ.* Plura] *Scilicet prædictis.* Vtrumque] *Imbres & æſtus.* Argoo remige] *De Argo naui intelligit. Eſt autem ſenſus, quòd illuc non auari, ut Iaſon, & Phœnices.* Non impij] *Vt Medæa & Vlyſſes ierunt. Iupiter enim ſolis pijs loca illa conſtituit. poteſt etiam ſenſus eſſe talis.* Quòd Argonautæ non petier[unt] loca illa] *Nec Cadmi ſocij quærentes Europam, nec Vlyſſis [socij, qui] per multa uagata, nam ſi petijſſent nunquam ſe conuertiſſent alio.* Cornua] *Antennarum ſcilicet.* Impotentis] *Id eſt, uis.* Aere dehinc ferro] Ordo *eſt: ære durauit ſæcula dehinc ferro. Quorum ſcilicet ſeculorum inquinatorum ferro.* Secunda fuga] *Proſpera enim fuga eſt mali ſæculi conferre ſe ad fœlicia loca prædicta.* Datur] *Sua detur.*

ODE XVII. AD CANIDIAM MAGAM.

Ode XVII. *Monocolos. Sunt enim omnes uerſus Hipponactei, Iambici, Trimetri, Acatalecti, qualis ille.*

„ *Ibis Liburnis inter alta nauium,* Hoc modo:

Iam iam ef--fica v-ci do--manus v-ſcien v-tiæ v-

Supplex--& o v-ro re--gna per v-Proſer--pinæ v-

-- v- -- v- v- v-

-- v- -- v- -- v-

ARGVMENTVM IN ODEN XVII.

Iterum Canidiam inſectatur, ſed ironicè orat per omnia ſacra magica, ut iam ſibi parcat, uelle enim illi libenter cedere, & uictum fateri, modò non grauetur ipſa ueneficium, cum quo dementauerat à ſe auferre, ſe iam nimium expertum quid illa carmine ſuo poſſit, iam ſatis pœnarum dediſſe, proinde parcat ſupplici: uel Achillis exemplo, qui Telephum hoſtem ſeruauit, & Hectorem Priamo patri reddidit, & Circes, quæ Vlyſſis ſocios priſtinæ formæ reſtituit.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

Inſectaturus denuò artem magicam Canidiæ, per ironiam ſimulat ſe ueneficijs illius uictum, & miſerè excruciatum nunc demum ſuo magno malo fateri cogi, non modicam eſſe uim Carminum. Itaque ſupplex rogat, ut incantationes & mala uerba, quibus acerbiſſimè torquetur, ſibi rurſus adimat ſe paratum eſſe pro hoc beneficio centum boum ſacrificio eam placare, aut carmine lyrico ad cœlum uſque euehere.

COMMENTARIA.

ACRON.

IAM Iam efficaci do manus ſcientiæ] *Iterum in Canidiam magnam dicit, quòd efficaces eius artes probauerit. Fingit autem ſe Canidiæ ueneficijs ſuperatum, & allegoricôs deprecatur, ut ſibi parcat.* Defixa cœlo deuocare ſidera] *Vt:*

„ *Siſtere aquam fluuijs & uertere ſidera retro.*

Mouit nepotem Telephus Nereium] *Telephus rex Myſorum, huic Græci ad Troiam euntes, putantes eum Troianis adeſſe, bellum intulerunt. Telephus reſtitit, & ſingulari certamine cum Achille conflixit, à quo & uulneratus eſt: ſed cùm poſtea errore cognito in amicitiam rediſſet, ab Achille herbis curatus eſt, quarum ſcientiam habebat Chirone docente. Quod exemplum ideo ponit Horatius, ut ſicut Achilles Telepho, ita ſibi Canidia ignoſcat.* Homicidam] *Pro uiro forti poſuit.* Rex procidit: *Etiam Priamo, inquit, roganti pro Hectore Achilles uictor ignouit.* Dedi ſatis ſuperq; pœnarum tibi] *Vt,*

„ *Parcere ſubiectis.*

Lurida] *Tabida, nigra.* Nullum à labore me reclinat ocium] *Nullũ tempus ſibi præſtari carmine eius ad requiem oſtendit.* Increpare] *Dirumpere, ſiue incitare.* Caputq; Marſa diſſilire nænia] *Vt tanquam in mortuum canam.* O mare, ô terra] *Sub indignatione exclamat, ut Terent.*

„ *O terra, ô maria Neptuni.*

Ardeo] *Dicit ſe nõ uoluntate amare, ſed ui magici carminis.* Aetna] *Mõs eſt Siciliæ ſemper ignitus.* Quod me manet ſtipendiũ] *Certis.n. ſtipendijs milites ocia merebãtur.* Sine mendaci lyra] *Tanquã de ea falſa caneret per timoré.* Infamis Helenæ] *Steſichorus poëta Siculus dũ uituperationem Helenæ dixiſſet, indignatione Caſtoris & Pollucis oculos amiſit, ſed placati ei poſtea dij, lumina reddiderunt.* Tibi hoſpitale, &c.] *Ironicôs laudat omnia, hoſpitale pectus, puras manus, & puerperium, cùm pollutam eam humanis ſacrificijs ſuperius*

IAM iam efficaci do manus ſcientiæ
Supplex, & oro regna per Proſerpinæ,
Per & Dianę non mouenda numina,
Per atq; libros carminum, ualentium
Refixa cœlo deuocare ſidera,
Canidia parce uocibus tandem ſacris,
Citumq́; retrò ſolue, ſolue turbinem.
Mouit nepotem Telephus Nerëium,
In quem ſuperbus ordinârat agmina
Myſorum, & in quem tela acuta torſerat.
Vnxêre matres Iliæ addictum feris
Alitibus, atq; canibus homicidam Hectorẽ:
Poſtquàm relictis mœnibus, rex procidit

Heu, peruicacis ad pedes Achillei.
Setoſa duris exuere pellibus
Laborioſi remiges Vlyſſei
Volente Circe membra: tunc mens, & ſonus
Relapſus, atq; notus in uultus honor.
Dedi ſatis, ſuperq; pœnarum tibi,
Amata nautis multum, & inſtitoribus.
Fugit iuuentas, & uerecundus color
Reliquit oſſa pelle amicta lurida:
Tuis capillus albus eſt odoribus:
Nullum à labore me reclinat ocium:
Vrget diem nox, & dies noctem: neq; eſt
Leuare tenta ſpiritu præcordia.
Ergo negatum uincor ut credam miſer,
Sabella pectus increpare carmina,
Caputq; Marſa diſſilire nænia.
Quid amplius uis? ô mare, & terra, ardeo,
Quantum neq; atro delibutus Hercules
Neſſi cruore, nec Sicana feruida
Vrens in Aetna flamma. tu, donec cinis
Iniurioſis aridus uentis ferar,
Cales uenenis officina Colchicis.
Quæ finis: aut quod me manet ſtipendium?
Effare: iuſſas cum fide pœnas luam:
Paratus expiare, ſeu popoſceris
Centum iuuencos: ſiue mendaci lyra
Voles ſonari: tu pudica, tu proba,
Perambulabis aſtra ſidus aureum:
Infamis Helenæ Caſtor offenſus uice,
Fraterq; magni Caſtoris, uicti prece
Adempta uati reddidêre lumina.
Et tu (potes nam) ſolue me dementia,
O' nec paternis obſoleta ſordibus,
Nec in ſepulchris pauperum prudens anus
Nouendialeis diſſipare pulueres.
Tibi hoſpitale pectus, & puræ manus,
Tuusq; uenter Patumeius, & tuo
Cruore rubros obſtetrix pannos lauit,
Vtcunq; fortis exilis puerpera.

tiùs retuliſſet. Tuusq; uenter Patumeius] *Patumeium dicit filium Canidiæ quem habere ſe fœcunditatis gratia lætabatur.* Et tuo Cruore rubros obſtetrix pannos lauit] *Cacephaton in ſenſu.*

PORPHYR. } Iam iam] *In hac Ecloga figuratim cũ Canidia agit, namq; ut ſatisfaciat, lacerat eam eleganti urbanitate.* Scientiæ] *Veneficiorum, ſcilicet intelligendum.* Regna per Proſerpinæ] *Eleganter quaſi per deas ipſius orat eam, quia uenefica Hecatem colunt.* Non mouenda numina] *Hoc eſt, non laceſſenda ut moueantur, id eſt, iraſcantur.* Per atque libros] Ordo. *Atque per libros carminum, ipſius autem Canidiæ dicit.* Parce uocibus tandem ſacris] *Vocibus, uerbis. Dialogus nunc de ſacris, quia ſacrum religioſum & execrabile ſignificat.* Citumq; retro ſolue] *Retro ſolue, id quod dubium eſt, reſolue, dicimus citum, id eſt, cito. Turbinem autem dicit, quòd quaſi obligauerit mentem eius.* Mouit] *Exempla affert, quibus oſtẽdat etiam inimicos precibus eorum, quibus irati erant, ad miſerationem adductos. Notum autem hiſtoria, Telephum ab Achille uulneratum eſſe, fragmentoq; haſtæ, qua uulneratus erat, ab eodem Achille curatum.* Homicidam] *Aliter dicit, quàm uulgo dicitur. Nunc enim pro uiro forti dictum, qui multos in bello occiderit.* Heu peruicacis ad pedes Achillei] *De hac diuiſione in ſuperiore Ecloga locutus ſum, circa nomẽ Vlyſſis. Peruicaces autem dicuntur, qui in contentione uſq; ad peruincendũ perſeuerant.* Amata] *Amata uocatiui caſus eſt ô amata, ſed hoc urbaniſſima contumelia dicitur, ſub illa laude, quòd adeò pulchra ſit, ut à multis ametur.* Fugit iuuentas, & uerecundus color] *Sibi dicit Horatius hoc fuiſſe, per cruciatum, quem de carminibus illius patiatur. Verecundum autem colorem eleganter pro rubore dixit, ex quo ſignificat ſe pallere.* Tuis capillus] *Nunc oſtendit quare ſuprà dixit, Fugit iuuentas.* Nullum à labore] *Laborẽ animi uult intelligi, quaſi quibuſdam tormentis animi per ueneficia illius crucietur.* Neq; eſt leuare] *Figurata elocutio, pro neq; contingit.* Negatum uincor, ut credam] *Id eſt, adductus ſum, ut credam Sabellis carminibus defigi mentes humanas. Sabella autem carmina pro Marſis poſuit, & Næniam pro incantatione, alioquin Nænia propriè carmen eſt, quod mortuis cantatur.* Cales uenenis officina Colchicis] *Ipſam mulierem officinam uenenorum diſertè dixit. Colchicis autem manifeſtum eſt, propter Medeam dici.* Quæ finis, aut quod me manet ſtipendium] *Quod uult intelligi, quòd appâret ex eo quod ſtatim infert: Iuſſas cum fide pœnas luam.* Infamis Helenæ Caſtor offenſus uice] *Steſichorum ferunt cæcum factum eſſe, quòd infamia carmina in Helenam feciſſet, deinde oraculo admonitum palinodiam feciſſe, id eſt, contrario carmine eam laudaſſe, & lumina recepiſſe.* Et tu, potes nam] *Ordo eſt. Solue me dementia, nam & tu potes.* O' nec paternis] *Vrbaniſſimè obſcura dicitur Ironia. In contrarium namq; accipienda hæc: Quis enim ſic laudat qui ſimpliciter agit? ô quæ non es ſordidi generis, nec oſſa humana ad maleficia colligis, & reliqua.* Nouendiales diſſipare pulueres] *Cineres reliquiarum uult intelligi, nam nouendiale dicitur ſacrificium, quod mortuis fit nona die, quà ſepultus eſt. Nec illud ſine amaritudine eſt in ſuperiori uerſu, quod anum illã appellet, quæ adhuc amari uelit, & adnotãdum pluraliter dixiſſe pulueres.* Tuusq; uenter Patumeius] *Per Ironiam hæc dicũtur, uult intelligi illum Patumeium, quem filium exiſtimabatur ſuppoſuiſſe ſibi non peperiſſe.* Et tuo Cruore rubros obſtetrix pannos lauit, Vtcunq; fortis exilis puerpera] *Secundùm ueterem declinationem præſenti tempore dicitur lauit. Vtcunq; autem quotieſcũq; ſignificat. Et eſt ſenſus: Quotienſcunq; paris, puerperio ſanguinatos pannos obſtetrix lauat. Sed illud arguté dictum, exilis fortis puerpera, quia fortem uult intelligi eam, ſcilicet, quæ non peperit.*

CHRIST. LAND. } Iam iam efficaci] *In eandem Canidiam inuehitur, in quã etiã hactenus inuectus fuerat. Sed illã ibi ueneficij apertè damnat. Hic uerò Ironicè idem exequitur. Ironia autem ſi ſuo loco adhibetur grauitatẽ orationi & indignationem affert.* Do manus] *Fateor me uictum. Tranſlatio à milite, qui ſe hoſti uictum dedens manus ligandas porrigit.* Regna Proſerpinæ] *Orat per numina magicæ artis.* Mouenda] *Laceſſenda.* Libros] *Aut ipſius, aut Canidiæ, ſi ipſius erit carminum ualentium, ſcilicet ſuis precibus. Si Canidiæ ualẽtium ſcilicet propter magicam artem. Sic & Virgil.*

„ *Carmina uel cælo poſſunt deducere Lunam.*

Vocibus] *Tuis carminibus.* Sacris] *Ambiguè dictum ut ſolent qui Ironicè loquũtur. Nam poteſt intelligi ſacris conſecratis iam dictis numinibus. Vel ſacris, id eſt, ſua diritate execrandis.* Turbinem] *Quo in magica arte mentem meam obligaſti. nam turbine, qui Græcè Rhombus dicitur utẽbantur in magicis. Vnde Theocritus in Pharmaceutria,*

„ χὼς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτας,
„ ὣς κεῖνος δινοῖτο ποθ' ἁμετέραισι θύραισιν.

Id enim eſt ut uertitur iſte turbo æneus ex Venere, ſic ille uertatur ad noſtras ianuas. Telephus] *Telephum Myſorum regem ad Troiam euntes Græci Troianum putantes bello laceſſerunt. Telephus ſingulari certamine ab Achille uictus, & uulneratus eſt. Inde errore cognito & facta pace Achilles uulnus regis eadem haſta repetens ſanauit. Quod idcirco fingunt, quia ærugine ferri haſtæ affixi uulnus curauit.*

Nepotem Nereium] *Nam Thetis eius mater Nerei filia fuit.* Addictum] *Ab Achille, qui eius cadauer reddere nolebat.* Homicidam] *Hominum interfectorem, quaſi dicat, bellicoſum. Expreſſit enim quod Græcè ἀνδροφόνος appellatur.* Relictis mœnibus] *De Priamo qui duce Mercurio ad Achillis tentorium deuenit, dictum iam eſt.* Peruicacis] *Obſtinati in ſententia. Peruicax enim is dicitur, qui in contentione uſque ad peruincendum perſeuerat.* Achillei] *Datiuus Græcus eſt per diæreſim pro latus, & pro Genitiuo poſitus.* Setoſa remiges Vlyſſei] *Pro Vlyſſis exuerunt ſetoſa membra duris pellibus, id eſt, depoſuêre ferinum, & ſetis ueſtitum corpus, in*

quod illud Cyrces conuerterat uolente, id eſt, concedente Cyrce iam ab Vlyſſe placata. Ergo & Achilles à Priamo, & Cyrces ab Vlyſſe placari potuit. Mens & ſonus relatus]*Nam cum illa ſocios Vlyſſis in priſtina corpora reſtituiſſet, reſtituta eſt etiam priſtina ratio & oratio.*

Notus honor]*Humana facies, qua nulla alia honoratior eſt.* Dedi ſatis pœnarum] *Solui pœnas.* Amata nautis] *Ironia eadem eſt per ambiguitatem. Nam dum uidetur oſtendere illam à multis amari, intelligit auariſsimam mulierem ſordidis hominibus lucri cauſa ſubcubuiſſe.* Fugit iuuentas] *Dicit hæc amiſiſſe propter illius ueneficia.* Verecundus]*Rubens.*

Oſſa]*Non carnes, quæ tabuerant.* Pelles]*Pro cute dixit, quæ inſtar pellis durior ſit effecta.* Albus] *Canus ante tempus factus.* Odoribus]*Nam unguenta ueneficijs delibuta, quæ illum ſenem redderent miſiſſe conqueritur.*

Nullum ocium] *Quia ſemper urgent me tua ueneficia.* Vrget diem nox] *Ergo nec noctu, neque interdiu reſpirare licet.* Tenta ſpiritu] *Oſtendit crebra ſuſpiria, & anhelitus exuberantiam, quibus rebus amantes uexari ſolent.*

Cogor] *Ipſe experientia impellor.* Pectus negatum] *Pectus quod tuo amori concedere nolui.* Increpare] *Quaſi diſrumpi.* Carmina] *Id eſt, propter carmina & incantationes.* Sabella] *Marſica: nam Sabelli uicini ſunt Marſis, ut eſt Sidonia, Dido pro Tyria.* Nænia]*Pro incantatione poſuit. quia in miſeriam, mortemque inducuntur, unde funebris, ut eſt nænia dici poteſt.* O' mare] *Oportunè interpoſita exclamatio ad ſcelus Canidiæ, & miſerias ſuas augendas. De Neſſi autem cruore, & de ardente Hercule dictum eſt. Dictum etiam de Gigantibus ſub Aetna ardentibus.*

Colchicis] *Id eſt, uehementiſsimis, ut in Colchis. Inuidioſè autem illam non ueneficiorum artificem, ſed officinam nominat.* Quæ finis]*Quis terminus iſtis malis, id eſt, quoad me cruciabis.* Stipendium] *Appellat ſtipendium, quaſi uectigal pœnas, quas ab illo ipſa exigit, quas etiam ſi pecuniarias eſſe uelit pollicetur, ſed daturum centum iuuencos, ut tanquam numen tali ſacrificio, quæ Hecatombe appellatur, illam placet.*

Expiare] *Purgari à delicto.* Sine mendaci] *Pollicetur ſuas laudes uerſibus Lyricis ſcribere & canere, quamuis in muliere ſceleſtiſsima falſæ omnino ſint futuræ.* Mandaci] *Dat citharæ quod eſt hominis. Nam iam Ironia remota apertè inuehitur. Deinde demonſtrat, quæ falsò dicturus ſit.*

Infamis]*Oſtendit exemplo, in quo non parua authoritas ſit debere illam flecti, ſi palinodiam de illa cecinerit, cùm Caſtorem & Pollucem Steſichorus placauerit. Scripſerat enim hic poëta inuectiuam in Helenam, quã concitati eius fratres luminibus eum priuarunt. Sed cùm palinodiam cecinißet, uiſum recipere meruit.* Vati]*Steſichoro.* O' nec paternis] *Vrbaniſsima ironia, fingit enim negare quod affirmat.*

Obſoleta]*Quaſi marceſcens, propriè obſoleta res dicitur, quæ uetuſtate attrita ex uſu remota ſit, neque eſt à ſoleo, ſed ab oleo, ut ait Priſcianus. Puto quia res uetuſtate attritæ ſuum odorem iam amiſerint.* Prudens]*Quaſi artifex ueneficij, quod perſæpe in ſepulchris exercetur.* Pauperum] *Quia magis impunè licet inde illa uiolare, aut cineres abducere.* Nouendiales puluetes]*Id eſt, ſepultos cineres. Nam nona die defuncto inferias, parentaliaq; parabant. Virgil.*

„ *Præterea ſi nona dies mortalibus almum:*
„ *Aurora extulerit.——*

Sic & nona die à ſuo ortu pueri aqua, & igni luſtrabantur, illisque nomen imponebatur.

Hoſpitale] *Mite & humanum ſine ulla efferitate, & amori non odio patens. Contrà dixit. Siue facturus per inhoſpitalem Caucaſum.* Puru]*A ſcelere.* Partum eius]*Qui filium illi ex pacto dederat. Nam exiſtimabatur Canidia ſuppoſuiſſe ſibi filium non peperiſſe. Et quia non concipiebat, cum uentre quodammodo pepigiſſe uidebatur, ut ſupponeret. Nam filium habere fœcunditatis ſimulatione cupiebat.*

Vtcunque fortis exilis puerpera] *Quaſi dicat, utcunque fortis es ſiue paris, ſiue non paris.* Exilis]*Id eſt, iuuencula puella es.*

A L D. M A N. } Tuusque uenter Partumeius] *Videtur legendum Partum eius, ut ſit à Partu partum eius, quod fœcunda eſſet Canidia, id quod ex Acrone colligitur, quum dicit: Partumeium dicit filium Canidiæ, quem habere ſe fœcunditatis gratia lætatur, quanquam ipſe ſic conſtruo: Et tuus uenter Partumeius, id eſt, fœcundus eſt tibi, quia ſubiungit, & obſtetrix lauit pannos rubros tuo cruore.* Vtcunque fortis exilis puerpera] *Porphyrio, & qui eum ſecuti ſunt, exilis nomen eſſe dicunt, cum ſit uerbi exilio ſecunda perſona, nec aliter ſtat uerſus, ut ſit Iambus in quarta ſede, in qua Spondeus eſſe non debet, quod & ipſe Horatius in Poëtica ſic docet:*

„ *Spondeos ſtabiles in iura paterna recepit.*
„ *Commodus & patiens, non ut de ſede ſecunda*
„ *Cederet, aut quarta ſocialiter.*

Quid ſi exilis hic nomen ſit, foret Spondeus in quarta ſede contra legem Trimetri Iambici, quali uſus eſt Horatius. Scanditur autem ſic: Vtcun--que for v - tis ex v - ilis v - puer v - pera v v *quod non aduertiſſe Porphyrionem miror.*

E R A S. R O T. } *Dare manus, pro eo quod eſt, ſe uictum agnoſcere poëta dixit. Nam qui ſe uictori dedunt, ne interimantur, ultrò manus ad uincula offerunt.* Deuocare ſydera]*Maleficæ mulieres incantamentis quibuſdam Lunam in terram detrahere credebantur, unde natum eſt Adagium: In tuum ipſius malum Lunam deducis.*

I O A N. H A R T. } Homicidam Hectorem] *Ex Homeri Iliad. α. eſt,*

„ ὑφ' ἕκτορος ἀνδροφόνοιο.

Laborioſi Vlyſſis]*Græcatur* ταλασίφρων *enim aliquoties apud Homerum dicitur.*

H E N R. G L A R. } Ergo negatum uincor, ut credam miſer] Quidam legunt, ego, pro ergo: *& connectunt, negatum pectus, quod ſequente uerſu ſequitur. Sed magis mihi placet, ut* ergo *legatur: exponaturq; negatum, id eſt, ut negem. Sabella autem carmina pro Marſis non exponam, quod proximè ſequatur:* Caputque Marſa diſſilire nænia, *etiamſi ita exponat Porphyrio, ac eum ſecutus Mancinellus. Sanè Mancinellus parum memor eſt, quid ipſe expoſuerit libro tertio, Ode* VI. *ad illud:* Sabellis docta ligonibus. *Vbi ex Plinio oſtendit Samnites etiam Sabellos dictos, à Græcis Saunitas. Tolerabilius erat ſi Sabina hoc loco expoſuiſſet: ut Seruius 3. Georg. faciat ad illud Virgil.*

„ *Denteſq; Sabellicus exacuit ſus.*

Quanquam in huius Odes commentario quædam Acronis, uidentur commixta Porphyrionis uerbis, aut aſſuta ab aliquo impoſtore, ut illud ad finem de exilis: neque ego Porphyrionem hoc ignoraſſe puto, uerbum uidelicet eſſe, non nomen. Duo enim epitheta nequaquam uni tribuuntur ſubſtantiuo abſq; copula.

H E R M. F I G V L. } Iam iam efficaci do manus ſcientiæ. &c.] *Nunc demum efficacia & potentia artis magicæ, quam hactenus ſemper contempſi, me uictum fateri cogor.*

Supplex, & oro regna per Proſerpinæ] *Ironicòs Canidiam per omnia ſacra magica orat, ut ſibi uicto parcat: & primùm per Proſerpinam, inferorum reginam, quàm mulieres ueneficæ, tanquam deam, & præſidem incantamentorum, præcipuè inuocant.* Dianæ]*Id eſt, Lunæ, quæ eadem eſt cum Diana, Hecate, & Proſerpina.* Libros carminum, ualentium] *Per libros magicos, potentiſsima incantamenta continentes, quæ etiam ſydera de cœlo deducere queant. Virg.*

„ *Carmina uel cœlo poſſunt deducere lunam.*

Vocibus ſacris]*Malis cantibus, & uerbis magicis.* Citum turbinem]*Quo mentem meam perturbaſti. Tibullus:*

„ *Namq; agor ut per plana citus ſola uerbere turbo.*

Mouit nepotem] *Exemplis nunc mentem Canidiæ ad lenitatem & miſericordiam reuocare conatur. Et primo exemplo Telephi, qui etiam Achillem, aliàs inexorabilem, precibus ſuis commouit, ut iterato uulnere ipſum ſanârit. Fuit hic Telephus Herculis filius ex Auge nympha, à ceruo nutritus, rex Myſorum. Is cum*

Græcos ad Troianum bellum proficiſcentes, ne per Myſiam tranſirent, inſtructo exercitu prohibere uellet, ab Achille in femore uulneratus eſt: quod uulnus cùm alio modo ſanari non [illegible], niſi eadem haſta iterum ab Achille percuteretur, Achilles regis precibus motus duplicato ictu eum curauit. Inde [illegible] *proverbiali figura dicuntur uulnera malignitatis multum* [illegible] *ſe ferentia, ut quæ ſ*[illegible] *Achillis manum requi*[illegible] *tio eius hiſtoriæ apud Ouid. lib. 13. Transfor. ubi* [illegible] *Achillis ſibi adſcribens, inquit:*

» *——Ego Telephon haſta*
» *Pugnantem domui, uictum orantemq́ refeci.*

Nepotem Nereium] *Achillis periphraſis, qui Nerei, ex Thetide filia, fuit nepos.* In quem ſuperbus ordinarat agmina] *Quem per Myſiam tranſire uolentem inſtructo Myſorum exercitu repellere conatus fuerat.* Luxere matres Iliæ] *Exoratus quoque Achilles à Priamo, Hectoris cadauer feris & auibus obiectum, illi ſepeliendum & lugendum reſtituit. Quanto autem dolore atque luctu cadauer Hectoris iam ex caſtris Achillis à patre reportatum tota ciuitas deplorauerit, ſatis abundè teſtatur Homerus Iliad.* [illegible] Luxere matres] *Expreſſit illud Homericum:*

» *—ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες.*

Addictum feris alitibus, atque canibus] *De hoc Andromache mortuum maritum alloquens, ita conqueritur apud Homerum:* [illegible]

» *νῦν δὲ σὲ μὲν παρὰ νηυσὶ κορωνίσι νόσφι τοκήων*
» *αἰόλαι εὐλαὶ ἔδονται, ἐπεί κε κύνες κορέσωνται, γυμνόν.*

Homicidam Hectorem] *Quem Græci dicunt ἀνδροφόνον, quòd multos Græcorum fortiſſimos occiderit. Homerus Iliad.* [illegible]

» *πολλοὶ ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο θνήσκοντες πίπτωσι.*

Poſtquam relictis mœnibus] *Poſtquam rex Priamus relicto Ilio ad naues Græcorum profectus, ſupplex Achillem, quamuis durum, exorauit, ut ſibi cadauer filij reſtitueret.* Peruicacis] *Hoc eſt, duri, immitis. Et ut ait Apollo apud Homerum:*

» *ᾧ οὔτ' ἂρ φρένες εἰσὶν ἐναίσιμοι, οὔτε νόημα*
» *γναμπτὸν ἐνὶ στήθεσσι, λέων δ' ὣς ἄγρια οἶδεν.*

Quos ita uertit Eobanus Heſſus:

» *— Quem nihil humani, nil iuris & æqui,*
» *Omnia ſæua iuuant, furibundi more leonis.*

Procidit ad pedes] *Mercurius enim itineris dux, iubet Priamum ante tentorium Achillis, ut genua eius amplectatur.*

» *τύνη δ' εἰσελθὼν λαβὲ γούνατα Πηλεΐωνος.*

Ingreſſus itaque Priamus ad Achillem, non modò genua ipſius ueneratus eſt, ſed etiam dextram oſculatus, ut patet ex illo carmine:

» *ἀνδρὸς παιδοφόνοιο ποτὶ στόμα χεῖρ' ὀρέγεσθαι.*

Setoſa duris exuere pellibus] *Socij quoque Vlyſsis porcorum formas, in quas Circe eos conuerterat, ipſa uolente rurſus depoſuerunt, & priſtinas receperunt. Fuiſſe autem Circen mulierem ueneficam, homines in uarias beſtias carmine & herbarum potentia transformare ualentem, teſtatur Homerus in Odyſſea. Virgil. in Aeneid. Ouid. in Metamorph.*

Remiges Vlyſſei] *Inter hos fuiſſe Achemenidem, Politen, & Elpenora, apud Ouidium legimus.* Volente Circe] *Cùm enim Vlyſſes à Circe thalamo eſſet receptus, ipſe pro dote & præmio coniugij ab ea popoſcit, ut ſociorum corpora priſtinæ figuræ reſtitueret. Contrarijs itaque carminibus, & uenenis in priorem ſpeciem quemq; conuertit. Quod etiam Achemenides apud Ouid. hoc modo indicat:*

» *Verbaq́ dicuntur dictis contraria uerbis.*
» *Quò magis illa canit, magis hoc tellure leuati*
» *Erigimur; ſetæq́ cadunt: biſſidosq́ relinquit*
» *Rima pedes: redeunt humeri, & ſubiecta lacertis,*
» *Brachia ſunt: flentem flentes complectimur illum.*

Sonus] *Vox humana, ſermo priſtinus.* Notus in uultus honor] *Venuſtas & figura cognita, cuiusq; uultui redijt.* Amata nautis multùm] *Oſtendit ob formæ elegantiam conuentus mercatorum & ditiorum hominum celebres ad Canidiam eſſe. Et per hoc clanculum impudicitiam eius notat, quòd obuios quoſque admittat.* Fugit iuuentas] *Quas dederit pœnas nunc per ordinem enumerat. Et copioſè efficaciam carminum atque ueneficiorum Canidiæ explicat: utpote quorum ui ex iuuene factus ſit ſenex, ex formoſo deformis, ex pulchricomo canus: deniq; ita cruciatur dies, noctesq;, ut nunquam requieſcere, & ne reſpirare quidem liceat.* Verecundus color] *Rubor, qui ex pudore, & uerecundia conſequitur. Terent.*

» *Erubuit, ſalua res eſt.*

Oſſa pelle amicta] *Hoc eſt, corpus ita macie exhauſtum & attenuatum, ut nihil præter oſſa & cutem reſtet.* Odoribus] *Medicamentis, ueneficijs.* Negatum pectus] *Hactenus denegatum, & amori tuo recuſatum animum meum.* Sabella carmina] *Sabellorum incantationes. Sunt autem Sabelli populi à Sabinis orti, montes inter Sabinos & Marſos incolentes. Hi multùm ueneficijs & arte magica ualebant, ſicut & uicini Marſi.* Marſa nænia] *Marſorum carminibus & incantamentis.* O mare, ô terra] *Vehemens exclamatio, qua doloris magnitudinem auget.*

Ardeo] *Veneficijs tuis inflammatus tantum ardeo, quantum nec Hercules ſanguine Neſſi, nec ignes Aetnæ montis arſerunt.*

Quantum neq; atro delibutus Hercules] *Collatione exemplorum cruciatus ſuos ſupra modum exaggerat.* Neſſi cruore] *Neſſus Centaurus cùm ab Hercule ſagitta traiectus eſſet, cruorem ſuum è uulnere emicantem excepit, eoq; Lernææ hydræ ueneno admiſto ueſtem tinxit, quàm Deianiræ munus miſit. Qua poſtea indutus Hercules, maximis & acerbiſſimis doloribus cruciatus eſt. Hanc fabulam ſcribit Ouid. lib. 9. Transfor.* Nec Sicana feruida urens in Aetna] *Videlicet tantum ardet, quantum ego ardeo. Aetna mons eſt Siciliæ, perpetuis ignibus flagrans. Huius incendium copioſè Virg. ſecutus Pindarum, lib. 3. Aeneid. in hunc modum deſcribit:*

» *Portus ab acceſſu uentorum immotus, & ingens*
» *Ipſe, ſed horrificis iuxtà tonat Aetna ruinis.*
» *Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem*
» *Turbine fumantem piceo, & candente fauilla, &c.*

Refer huc caput decimum lib. 17. Auli Gellij. Huius incendij cauſſam talem tradit Iuſtinus libro quarto: Eſt autem ipſa terra (inquit) tenuis ac fragilis, & cauernis quibuſdam, fiſtuliſq; ita penetrabilis, ut uentorum tota fermè flatibus pateat, nec non & ignibus generandis, nutriendiſq; ſoli ipſius naturalis uis. Quippe intrinſecus ſtratum ſulphure, & bitumine traditur: quæ res facit, ut ſpiritu cum igne inter interiora luctante, frequenter & compluribus locis nunc flammas, nunc uaporem, nunc fumum eructet. Inde denique Aetnæ montis per tot ſecula durat incendium: & ubi acrior per ſpiramenta cauernarum uentus incubuit, harenarum moles egeruntur. His non diſſimilia ſunt, quæ ſcribit Seruius in locum Virgilij iam citatum. Plinius libro ſecundo, capite centeſimotertio perhibet, Aetnam flagrare in tantum, & quinquaginta & centena millia paſſuum harenas flammarum globus eructet.

Tu, donec cinis] *Non prius uenenis tuis torquere, & urere me deſinis, quàm ego prorſus conſumar, & in cinerem redigar.* Officina] *Figuratè officinam uenenorum pro ipſa uenefica ponit.*

Venenis Colchicis] *Hoc eſt, fortiſſimis, qualibus uſa eſt Medea Colchis.* Quod me manet ſtipendium] *Quod tributum pro pœna mihi erit ſoluendum. Stipendium dictum eſt (inquit Vlpianus) à ſtipe, quòd per ſtipes, id eſt, modica æra colligatur, ideò hoc etiam tributum appellari, Pomponius ait, & ſanè appellatur à contributione tributum, uel eò quòd militibus tribuatur.*

Iuſſas cum fide pœnas luam] *Conſtitutam & præſcriptam à te mihi pœnam libenter, & fideliter dabo, dummodo finem meis doloribus imponas.* Expiare] *Offenſam & uiolatam te placare.*

Centum iuuencos] *Hoc eſt, magnificum & ſolenne ſacrificium, quod Græci à centum bobus ἑκατόμβην appellant.* Siue mendaci Lyra] *Id eſt, ſiue falſis & fictis carminibus lyricis à me laudari, & dici uolueris pudica & proba, quod uanum ac falſum eſt, quia es improba & impudica.* Perambulabis aſtra ſydus aureum] *Relata à me inter ſydera, clariſſimè fulgebis.*

Infamis Helenæ Caſtor] *Rogat Canidiam, ut exemplo Caſtoris & Pollucis monita, miſericordiam ſibi impertiatur, & à de-*

nentia

mentia liberet. *Eſt autem hæc ſumma huius loci: Quemadmodum Caſtor & Pollux Steſichorum poëtam, quòd Helenæ uituperationem ſcripſiſſet, excæcauerunt, poſtea uerò lumina illi, cùm uerſa in contrarium ſententia, eandem laudaſſet, reſtituerunt: ſic etiam tu Canidia, quæ ſatis, ſuperq́; me prius uituperantem te ulta es, nunc autem palinodiam canentem ſolue dementia.*

Helenæ Caſtor offenſus uice] *Hoc eſt, Caſtor infamia Helenæ ſorori à Steſichoro illata commotus.* Fraterq́; magni Caſtoris] *Pollucis eſt periphraſis, ex eodem ouo cum Caſtore prognati.*

Adempta uati reddidere lumina] *Steſichorum Lyricum poëtam intelligit: cuius meminit Plato in Phædro. Is cùm Helenam carmine uituperaſſet, oculis orbatus eſt. Intelligens autem, Achille (ſicut ſcribit Pauſanias in Laconicis) Helenæ iuſſu nunciante, cæcitatis ſuæ cauſam, protinus palinodiam cecinit, Helenamq́ue prius uituperatam, laudauit, itaque uiſum recepit. Hæc Eraſmus.* Potes nam] *Iuxta Rhetorum præcepta oſtendit, Canidiam habere facultatem eius quod petit.*

O' nec paternis] *Valde urbana eſt ironia, qua tribuit Canidiæ, quod omninò uult detrahi.* Obſoleta ſordibus] *Non obſcurata parentum ignobilitate & auaritia, ſed nobilis & liberalis.*

Nec in ſepulchris pauperum prudens] *Senſus eſt: Non es mulier malefica, quæ in ſepulchris pauperum cineres mortuorum diſpergat, & oſſa ad maleficia, incantationèſque idonea quærere ſciat.* Pauperū] *Quorum ſepulchra uiolare magis impunè licebat. Magna olim tam apud Græcos, quàm apud Romanos ſepulchrorum cura fuit. Qui publica monumenta etiam pauperibus & ſeruis, ubi conderentur, ædificarunt. Quare infamia obnoxij erant, & capitali pœna digni, qui ſepulchra uiolabant. Id quod etiam Paulus Iuriſconſultus teſtatur, his uerbis: Rei ſepulchrorum uiolatorum, ſi corpora ipſa extraxerint, uel oſſa eruerint: humilioris quidem fortunæ ſummo ſupplicio adficiuntur: honeſtiores in inſulam deportantur, aliâs aut releganiur, aut in metallum damnantur.*

Nouendiales pulueres] *Id eſt, ſepultos defunctorum cineres. Quia apud maiores, ubi quis fuiſſet extinctus, ad domum ſuam referebatur, & illic ſeptem erat diebus, octauo incendebatur, nono ſepeliebatur. Hæc Seruius. Nouendiales ludi dicuntur, qui in honorem mortuorum celebrantur. Nouendiale ſacrum, quo ſemper expiatum fuit, ſi lapidibus pluiſſet. Hoc enim ſacrum nouem dies colebatur, quod uel Prætor urbanus, uel Pontifex Maximus ex Senatus decreto indicebat: Idq́; uel cœleſti uoce in Albano miſſa, uel aruſpicum monitu. Author eſt Alexander Neapolitan.*

Tuusq; uenter Pactumeius] *Ironicè oſtendit, Pactumeium naturalem eſſe filium Canidiæ, cùm tamen per contrarium intelligi uelit, eum eſſe ſuppoſitum & ſubiectum: ideò ut ipſa haberetur fœcunda, cùm reuera ſit ſterilis.* Et tuo cruore rubros] *Hoc eſt, ſanguine tuo in ipſo partu conſperſos. Et per hoc ſimulat eam uerè peperiſſe, cùm tamen adulterinum & falſum partum pro uero ſubiecerit, & nunquam decubuerit. Id quod etiam ſequentia uerba (fortis exilis puerpera) ſatis declarant.*

THEOD. PVLM. } 5 Refixa] Defixa, *H.B.* 7 Solue, ſolue] *H.G. E.B.* Volue, uolue, *Ioannes Auratus, & Carolus Vtenhouius legendum eſſe exiſtimant, quos ſequitur Lambinus.* 12 Vnxere] Luxere, *H.B. Vide Anton. Mureti Variarum lect. 3. capite 19.* 17 Volente Circe] Volente Circa, *Probus in Catholicis, & Cuiacius Obſeruat. libro duodecimo, capite decimooctauo.* 18 Relapſus] Relatus, *B.* 25 Vrget] Vrguet, *Cruquij codices duo.* 33 Virens] *H. G.* Vrens, *B.* Furens, *F.* Vibrans, *Lambinus. quæ lectio ſola coniectura nititur.* 36 Stipendium] *Non tantùm ſtipendium eſt, quod uictis imponitur, tributum, ſed & æs militare. quin & ſtipendium militia & ærumna ac labor. Iuſtinus libro 2.* Herculi rex, cui 12. ſtipendia debebat. *Heic duodecim Herculis labores, ſtipendia duodecim ſine controuerſia uocantur. unde pœna & labor dicitur. Horatius,*

" *Quæ finis, aut quod me manet ſtipendium?*
" *Effare: iuſſas cum fide pœnas luam.*

Sunt & ſtipendia, anni militiæ, unde decem ſtipendia habere, aut duodecim legimus: quod eſt, decem uel duodecim annis militaſſe Turneb. libro 30. capite uigeſimoſeptimo. Ecfare, *H.*

48 Nouendiales diſſipare pulueres] *Ea de cauſſa dixit amare Flaccus, quòd quo die religioſè ſolebant coli mortui ſacris & ludis, uenefica impiè & ſceleratè eorum cineres ſolita eſſet diſsipare, & eorum buſta uiolare qui iuſtis perfectis conſecrati uidebantur. Nouendialia eodem modo Græci ἔννατα uocare ſolent. Turneb. libro uigeſimoquarto, capite uigeſimoſeptimo.*

50 Tuusq; uenter partum eius, & tuo
Cruore rubros obſtetrix pannos lauit,
Vtcunq; fortis exſilis puerpera.

Hi uerſus ſpectatiſsimos, & clariſsimos in omni liberali eruditione uiros, miſeros & exercitos habuerunt: nec tamen impedimenta omnia horum uerſuum expedierunt. nihil illos moror, qui omnia adulterant. & Pactumeius, ut proprium nomen ſit, improba ſuppoſitione ſubijciunt. Exiſtimo autem Flaccum ſoluo ſuo uinaſo, aliudq́; ſentire quàm loquatur. Obijcit enim uenefica ſuppoſitionem puerorum figurata ſimulatione. Falſo, inquit, ſuppoſitrix haberis: nam paris, & pannos tuos cruentos puerperio lauat obſtetrix. Verùm tamen, quia eam non dicit partum enixi, ſed meiere, probroſéq; eius uentrem partumeium appellat, quaſi tam facilè pariat, ut ſine nixu ullo meiere uideatur potiùs, quàm parturire, uehementior ſubeſt ſuppoſitionis ſuſpicio, quàm ſi illud crimen & apertè, & rectè impegiſſet, ſed & eam exauget ſuſpicionem, quòd cùm eam dicat nullo modo debilitatam partu, meiere, quod primo aſpectu miraculi cuiuſdam & laudis eſſe uideatur, acerrimè ſanna perſtringitur obliqua, perinde quaſi non pepererit, quæ laborem & debilitatem nullam partus ſentiat. Itaque utcunque *tria eſſe exiſtimo uocabula hoc ſenſu: & ut cùm es fortis puerpera, è lecto exſilis: & puerpera æquè ualens ac firma es, ac tum fortis & ſana. Turneb. lib. trigeſimo, capite ſecundo.* Partumeius] *E.* Pactumeius, *H.G.B. & Iacob. Cuiacius Obſeruationum lib. 12. cap. 18.*

GEORG. FABR. } *Deprecatur culpam, & ſibi parci cupit, nam & uictum ſe agnoſcit, & opem implorat: clementiam autem eſſe heroicam probat exemplis. Ait præterea ſe ſatis punitum, quia uires omnes amiſerit, & promittit ſatisfactionem. Iſta tamen omnia agit, quaſi εἴρων, ut ipſam exponat hominum ludibria, & furioſam magis incendat.*

IOD. BAD. ASCENS. } Iamiam] *Graphicè irridet Canidiam placentem ſibi, quòd ueneficijs multa poſſet, ſupplicans per Ironiam, ut ſibi parcat, unde dicit.* O' Canidia ego ſupplex do Iamiam] *Id eſt, iamtandem.* Manus] *Id eſt, fateor me uictum & ſubijcio me.* Scientiæ] *Scilicet, tuæ in ueneficijs.* Efficaci] *Id eſt, efficienti quicquid uolet.* Et oro per regna Proſerpinæ] *Quæ magicæ & ueneficæ arti præeſt.*

Et per numina Dianæ, non mouenda] *Id eſt, non commouenda ad iram.* Atque per libros carminum] *Id eſt, incantamentorum.* Valentium deuocare] *Id eſt, deorſum & in terras uocare.* Sydera defixa] *i. reſoluta, quæ priùs erant fixa cœlo.* Parce tandem uocibus ſacris] *Id eſt, diris & imprecationibus in me abſtine.* Et ſolue] *Solue inquit.* Retro] *Id eſt, fac retrorſum, quaſi dicat, quia amplius tolerare nequeo.* Turbinem citum] *Id eſt, gyrum, quo me implicaſti, me turbantem, & agitantem ſubitò in furiam. Quod ut faciat, conatur eam inducere exemplis ſummorum uirorum, qui depoſita ira uictis pepercerunt, dicens.* Telephus] *Rex Myſiæ uulneratus ab Achille.*

Mouit] *Scilicet, ad pietatem.* Nepotem Nereium] *Id eſt, Achillem Thetidis, quæ una Nereidum eſt fil.* In quem] *Scilicet, Achillem Telephus ſuperbus, quia non patiens ipſum tranſire per regna ſua.* Ordinârat agmina Myſorum, & in quem torſerat] *Scilicet, Achilles.*

Tela acuta] *Id eſt, haſtam, cuius rubigine poſtea eum ſanauit. Vnde Ouid.*

" *Vulneris auxilium Pelias haſta tulit.*

Matres Iliæ] *Id eſt, Troianæ.* Luxêre Hectorem homicidam] *Id eſt, ferocem, qui nemini pepercit.* Addictum] *Scilicet, à dijs, alitibus atq; canibus feris, poſtquam ter circum mœnia tractus illum eam*

lis expoſuiſſerat. Poſtquam rex]*Scilicet, Priamus.* Procidit ad pedes Achillei]*Id eſt, Achillis, à nominatiuo Achilleus.* Heu pernicacis]*Id eſt, uincere contendentis, & in opinione permanentis. Vnde in Arte dicet:*

» *Scriptor honoratum ſi forte reponis Achillem.*
» *Impiger, iracundus, inexorabilis, acer.*
» *Iura neget ſibi nata, nihil non arroget, armis.*

Quomodo autem ad eum à Mercurio perductus uenerat Priamus, priùs uiſum eſt. Vnde & Aeneid. 1.

» *Exanimumq́ auro corpus uendebat amici.*

Procidit inquam mœnibus]*Scilicet, Troianis relictis, quia clam in tentoria Achillis ingreſſus eſt.* Setoſa] *Alijs exemplis & argutioribus contendit Canidiam debere placare, & ignoſcere ſupplicanti, cùm Circe Solis filia, & ueneficij peritiſsima Vlyſsis ſocijs, ueniamq́ conceſſerit, eosq́ in priſtinam formam reduxerit, dicens.* Remiges Vlyſſei]*Id eſt, ſocij Vlyſsis, qui illi remigandi officium præſtiterunt.* Laborioſi] *Quia decennali nauigatione afflicti.* Exuere]*Id eſt, exuerunt, hoc eſt, depoſuerunt.* Membra ſetoſa] *Id eſt, uarijs ſetis obſita, uerſi enim erant plurimi in ſues.* Pellibus duris]*Quia etiam ferinis.* Et hoc Circe uolente]*Id eſt, concedente, ut in priſtinam formam redirent.* Tum]*Id eſt, tunc, quum Circe id uoluit mens.* Et ſonus] *Id eſt, loquela humana.* Et honor notus] *Id eſt, priſtinus decor humanus.* Relapſus eſt in uultus]*Id eſt, in facies eorum.*

O' amata multum nautis & inſtitoribus]*Id eſt, mercatoribus.* Ego dedi tibi ſatis, ſuperq́ ſatis pœnarum] *.i. ſatis à te punitus ſum, quòd in te ſcripſeram.* Quia iuuentas]*Id eſt, iuuenilis ætas.* Fugit]*Scilicet, me.* Et color uerecundus]*Id eſt, rubeus, qualis eſt uerecundia perfuſis & pueris.* Relinquit oſſa] *Scilicet, mea.* Amicta]*Id eſt, obſita.* Pelle lurida] *Id eſt, multum pallida, & obſcena.* Capillos]*Sup. meus.* Eſt albus tuis odoribus]*Id eſt, medicamentis aut Philtris.* Nullum otium reclinat me à labore]*Id eſt, ſum in continuo labore.* Nox urget diem, & dies urget noctem]*Id eſt, neque noctu, neque interdiu requiem habeo, ſed noctu diem, & interdiu noctem deſidero.* Neque eſt]*Id eſt, & non datur.* Mihi leuare ſpiritu] *Id eſt, reſpiratione.* Præcordia tenta]*Scilicet, Philtris tuis.*

Ego miſer uincor]*Ita ut credam.* Pectus *Sup. meum.* Negatum]*Scilicet, amori tuo.* Increpare] *Id eſt, incuſare crepitu.* Quondam carmina Sabella]*Id eſt, Marſica, hoc eſt, faſcinatoria, & caput meum.* Diſſilire]*Id eſt, in diuerſa ſalire.* Nænia *Id eſt, magico cantu.* Marſa] *Id eſt, quo Marſi ualent.* Quid uis amplius?] *Deinde quaſi impatiens exclamat tragicè.* O' mare & terra. Ego ardeo]*Sup. tantùm quantum, neque arſit ſup.* Hercules delibutus]*Id eſt, perunctus in ſubtunica, ſeu camiſia.* Atro cruore Neſſi] *Quo Deianira ipſam imbuerat. nec quantum ardet.* Feruida flamma urens in Aetna Sicana]*Id eſt, monte Siciliæ.* Tu ô Canidia officina] *Id eſt, tanquam officina, aut fornax.* Cales uenenis Colchicis] *Id eſt, qualibus Medea uſa eſt.* Vteris in me] *Donec ego.* Ferar] *Id eſt, auferar à uentis.* Iniurioſis cinis]*Id eſt, effectus cinis aridus, hoc eſt, totus exhauſtus.* Quæ finis]*Sup. erit.*

Aut quod ſtipendium manet]*Id eſt, expectat me.* Effare]*Id eſt, eloquere, edoce me.* Ego luam] *Id eſt, perſoluam.* Cum fide]*Id eſt, fideliter.* Pœnas iuſſas] *Id eſt, quas iuſſeris.* Paratus expiare] *Id eſt, purgare me tibi, ſeu popoſceris centum iuuencos.* Seu uoles ſonari] *Id eſt, prædicari.* Mendaci lyra]*Id eſt, falſis carminibus, quibus uirtutem tuam prædicem, in hac forma.* Tu pudica, tu proba, Sydus aureum] *Id eſt, tranſlata in ſydus aureum.* Perambulabis aſtra] *Id eſt, inceſdes inter ſydera per media Aſtra. Alio autem exemplo docet ob carmina ignoſcendum, quia Caſtor offenſus à Steſichoro.*

Vice Helenæ infamis]*Id eſt, infamatæ per eum.* Et frater magni Caſtoris] *Scilicet, Pollux, etiam offenſus uice ſororis infamatæ.* Victi prece]*Scilicet, Steſichori.* Reddidere uati] *Id eſt, poëtæ.* Lyrico]*Scilicet, Steſichoro.* Lumina adempta] *Id eſt, uiſum prius ablatum.* Et tu ô Canidia ſolue me dementia]*Id eſt, furore.* Nam tu potes]*Scilicet, me ſoluere.*

O' nec obſoleta] *Id eſt, inquinata.* Sordibus paternis] *Id eſt, maiorum tuorum.* Neque anus pudens] *Id eſt, uerita.* Diſsipare puluere nouendiales] *Id eſt, cineres defunctorum peractis exequijs, in ſepulchris pauperũ, quia eos diſsipare pro magico uſu ſolebat. Meminerimus autem omnia per amaram irriſionem dici. Vnde addit.* Pectus] *Sup. eſt tibi.* Hoſpitale] *Id eſt, mite & placidum, ut hoſpitem decet.* Et manus puræ]*Id eſt, innocentes.* Et partum eius, ſeu partum eius]*Sup.* Eſt uenter tuus]*Hoc eſt, fructus, uentris tui, quod ita non erat, nam ſuppoſitus erat.* Et obſtetrix lauit pannos rubros tuo cruore; quem] *Scilicet, cum filio in partu emiſerat, cùm tamen nihil pepererat.* Tu puerpera exilis]*Id eſt, quamuis.* Exilis]*Id eſt, puſilla & minima, es, ſup.* Vtcunque]*Id eſt, quacunque uirtute.* Fortis]*Scilicet, in partu, quia parit ſine dolore cum non ueros, ſed ſuppoſititios habeat filios.*

ANTON. MANCIN. } *Per Ironiam fatetur Horatius ſe Canidiæ ueneficijs credere, petitq́ ab illa ueniam dicens ſe ardere, quàm maximè, & uexari dementia agentibus ueneficijs.*

Iamiam efficaci]*Metrum eſt ſimile primæ* Ode *Epodon.* Do manus]*Tanquam uictus.* Efficaci peſt. ſciæ]*Et effectus capaci.* Scientiæ] *Scilicet, ueneficiorum Canidiæ.* Proſerpinæ]*Hanc enim ueneficæ inuocant.* Non mouenda] *Non tentanda.* Ne]*Scilicet, iraſcantur.* Carminum]*Scilicet, Canidiæ.* Sacris] *Execrandis.* Turbinem] *Quo quaſi eius mentem ligauerat.* Mouit nepotem]*Per aliorum exempla docet precibus flectendam.* Nepotem Nereium] *Id eſt, Achillem Nerei nepotem ex Thetide natum.* Telephus]*Is fuit Herculis filius in Myſia magno in honore habitus, ut ſcribit Diodor. libro 5. Quum autem à Myſia Græcos arcere uoluiſſet ab Achille percuſſus eſt in fœmore ſiniſtro, conſulto exinde oraculo, intellexit nullo pacto ſanari poſſe, ni rurſus eodem loco ab Achille uulneraretur. Vnde ut Plin. ſcribit lib. 34. cap. 18. rubigine Telephum proditur ſanaſſe Achilles, ſiue id ærea, ſiue ferrea cuſpide fecerit, ita certè depingebatur ex ea decutiens gladio. Rubiginis autem uis eſt ligare, ſiccare, reſtringere.* Addictum] *Damnatum & deuotum.* Homicidam] *Fortem.* Procidit] *Geniculatus eſt. Quomodo autem Priamus duce Mercurio petierit Achillem, pro Hectoris cadauere redimendo latè in odis dictum eſt.* Pertinacis]*Peruicaces dicuntur, qui in contentione uſque ad peruincendum perſeuerant, ut Porphyrio ſcribit.* Remiges Vlyſſei] *Quo pacto ij conuerſi fuerint in apros, & alias feras à Circe, legito libro 14. Metamorph. apud Naſonem.* Sonus] *Sermo.* Notus] *Honor in uultus hominum.* Amata nautis] *Oſtendit quid paſſus fuerit Canidiæ ueneficio.* Inſtitoribus]*Mercatoribus.*

Verecundus color]*Id eſt, rubor ipſe, namque pallidus effectus erat.* Reclinat]*Remouet.* Vrget diem]*Oſtendit ſe noctesque, dieſq́ cruciari.* Negatum pectus amori] *Scilicet, alicuius.* Sabella carmina] *Marſos intelligit Samnitibus uicinos, qui ualebant carminibus, ut ſuperiùs patuit.* Increpare] *Effringere, conſumere, cruciare.* Diſſilire] *Turbari, corrumpi.* Nænia] *Incantatione. De qua latè ſuperiùs.* Quid amplius uis]*Tu Canidia ſcilicet.* Atro] *Venenoſo.* Delibutus] *Perunctus.* Neſſi cruore] *De hoc ſuprà latiùs.* Nec Sicana] *Ordo eſt, nec quantum ardet feruida flamma urens in Aetna Sicana.* Tu donec cinis]*Ordo eſt.* Tu] *Scilicet, Canidia tanquã officina cales uenenis Colchicis.* Donec ferar] *Aridus cinis uentis iniurioſis.* Aridus cinis]*Id eſt, exuſtus.* Colchicis] *Qualibus Medea Colchis utebatur.* Vel uenenis Colchicis] *Id eſt, uenenoſiſsimis herbis, quales apud Colchos eſſe dicuntur.*

Stipendium]*Tributum, ut tibi tradam.* Mendaci lyra]*Id eſt, falſis & fictis laudibus.* Sydus aureum] *Ordo eſt:* Tu perambulabis aſtra ſydus aureum] *Id eſt, inter ſydera eris relata.* Infamis Helenæ] *Steſichorus Lyricus poëta Siculus uituperationem Helenæ ſcribens, cæcatus eſt Caſtoris & Pollucis indignatione: Poſtea uerò reſponſo Apollinis eiuſdem laudes deſcripſit, quare oculorum aſpectum recepit placatis & Caſtore, & Polluce.*

Et tu potes]*Ordo eſt: Et tu Canidia ſolue me dementia.* Nam potes O' nec paternis obſoleta ſordibus] *Id eſt, inquinata, uel polluta*

pollutæ uilibus parentibus omnia tamẽ, ut dixi, per ironiam dicun-tur. Nouendiales pulueres] *Reliquiarum cineres intelligit. Nouendiale enim ſacrificium dicitur, quod nono die mortuo fit, ex quo ſepultus eſt.* Hoſpitale] *Benignum, uitę placidum.* Partum eius] *Is eius filius ſuppoſitus erat propterea id, inquit.* Obſtetrix] *Ea dicitur, quæ infantes in ortu ſuſcipit, ab obſtan-do. Obſtat enim, & apponitur parturienti.* Vtcunque fortis exilis puerpera] *Ordo eſt:* Tu exilis puerpera] *Id eſt, quando paris.* Vtcunque fortis] *Quomodocunque & maximè fortis es. Laudat enim eam, quòd quamuis exilis eſſet, attamen in puerperio fortis erat. Omnia demum per illuſionem accipe.*

IN CANIDIAM, VEL CANIDIA RE-SPONDENS INDVCITVR.

HERMANNI FIGVLI ARGVMENTVM.

Vt immanitatem ueneficæ mulieris ante oculos nobis proponeret, reſponſionem eius ad petitionem ſuam ſtatim ſubiunxit. Qua illa preces ipſius ſe non audituram ſignificat, propterea, quòd arcana ſua ueneficia prodere, & ſe per totam urbem diffamare ſit auſus.

COMMENTARIA.

ACRON.

QVID obſeratis auribus fundis preces?] *Vt,*

» *Cur mea dicta negat duras dimittere in aures?*

Non ſaxa nudis ſurdiora nautis] *Inducit Canidiam precibus ſuis implacabilis reſpondentẽ, & negantem ſibi poſſe reconciliari, quia uulgauerit eius ueneficia.* Cotytia] *Infernalia.* Dapis] *Huius dapis.*

QVID obſeratis auribus fundis
preces?
Non ſaxa nudis ſurdiora nautis
Neptunus alto tundit hibernus ſalo.
Inultus ut tu riſeris Cotyttia
Vulgata, ſacrum liberi Cupidinis,
Et Eſquilini pontifex uenefici
Impunè ut urbem nomine impleris meo?
Quid proderit ditaſſe Pelignas anus,
Velociusue miſcuiſſe toxicum,
Si tardiora fata te uotis manent?
Ingrata miſero uita ducenda eſt, in hoc,
Nouis ut uſque ſuppetas doloribus.
Optat quietem Pelopis infidus pater,
Egens benignæ Tantalus ſemper dapis:
Optat Promotheus obligatus aliti:
Optat ſupremo collocare Siſyphus
In monte ſaxum: ſed uetant leges Iouis.
Voles modò altis deſilire turribus,
Modò enſe pectus Norico recludere:
Fruſtràque uincla gutturi innectes tuo,
Faſtidioſa triſtis ægrimonia.
Vectabor humeris tunc ego inimicis eques,
Meæque terra cedet inſolentiæ.
An quæ mouere cereas imagines,
Vt ipſe noſti, curioſus, & polo
Deripere Lunam uocibus poſſum meis:
Poſſum crematos excitare mortuos,
Deſiderique temperare poculum:
Plorem artis in te nil habentis exitum?

PORPHYR. } Quid obſeratis auribus fundis preces?] *Facit Canidiam reſpondentem. Obſeratis auribus ſuis dicit Canidia, ſignificans ſe preces eius nolle audire.* Inultus ut tu riſeris] *Videtur Canidia commiſiſſe Horatio ſacrificia ſua, quæ ille ridens diuulgauerit.* Cotyttia] *autem ſacrum Cupidinis eſſe dicit, quia maleficia hæc, quæ per inferna fiunt, ad amorem pertinere, uult intelligi. Et Liberum Cupidinem dixit, quòd quaſi nulli obnoxius ſit, & omnes amores laudat, ſic denique & apud Virgil. dicitur:*

» *Nate, patris ſummi qui tela Typhoia temnis.*

Cotyttia ſacra dicuntur, quæ inferis dijs à ueneficis fiunt, inde fortaſſe quòd Cotytus fluuius ſit inferorum. Et Eſquilini pontifex uenefici] *Pontificem nunc quaſi cenſorem ac iudicẽ dicit, quia pontifices de ſacris iudicant. Eſquilini autem meritò, quia, ut oſtendi ſæpe, extra portam Eſquilinam, hoc eſt, in Aggeribus religiones & ſepulchra erant, inter quæ nocturnis illa malefica ſacra conficiebantur.* Quid proderit ditaſſe Pelignas anus?] *Fallit ſenſus hic, quaſi Canidia dicat ſe Pelignas anus donis ditaſſe, & ueneficiorum ſuorum artes ſe docere, ſed ſubiecta repugnant huic intellectui. Ergo ſic potiùs intelligendum. Quid tibi prodeſt Horati, adhibuiſſe ubi magnis mercedibus Pelignas anus, quæ ueneficijs meis te per carmina liberarent?* Velocius] *Per quod tibi Horati arceſſeris, ut tormenta uitæ carminib. meis irrogata effugeres.* Sed tard. fata] *Tardiùs morieris, quàm optaſti.* Nouis ut uſque ſuppetas] *Hoc eſt, ut ſuppetas, & quaſi miniſter ſis cruciatibus.* Vectabor humeris] *Quid eſt, humeris uectabor? niſi fortè ſubaudiendum extrinſecus iactantibus, aut quid tale. Sic enim iactare humeros ſolent, qui glorianter incedunt. Quod ſi ita eſt, inimicis eques iungendum erit, ut ſi diceret: equitabo ſuper inimicos meos. Aut nunquid humeris inimicis? quòd ſi ita eſt inimicis uectabor intelligamus, quaſi ſuper inimicorum meorum humeros ero, ac ſic uectabor atque equitabo.* Faſtidioſ.] *Vitæ faſtidioſæ, ſcilicet, & ſunt ablatiui caſus faſtidioſa ægrimonia.* Inſolentiæ] *Nunc, quaſi nouæ potentiæ intelligendum.* Curioſus] *Choro ſtellarum, ſcilicet.* Deſiderijque] *Id eſt, amoris potionem conficere.* Plorem] *Senſus hic eſt: An quæ difficiliora facere poſſumus, id eſt, cereas imagines animare, & Lunam cœlo euocare, & umbras mortuorum ab inferis elicere, ac per hanc potionem mentem amore incendere, nihil in te potero, artisque meæ circa te impotentiam flebo?*

CHRIST. LAND. } Quid obſeratis] *Negat Canidia quam loquentem inducit, ſe poſſe recõciliari poſſe ullis precibus, quoniam ſua ueneficia diuulgauerit.* Neptunus hibernus] *Id eſt, mare tempeſtuoſum, ut hyems pro tempeſtate ponatur.* Vt tu riſeris] *Id eſt, deriſeris. Interrogantis eſt, quaſi dicat, patiar ne ut tu inultus, id eſt, impunitus riſeris.* Cotyttia] *Magica, quæ Cotyto, id eſt, inferno ſacra fiunt, nam Cotytus fluuius eſt inferni.* Vulgata] *A te, id eſt, riſeris quod uulgaueris. Hæc aũt Cotyttia ſunt ſacrum liberi cupidinis, id eſt, quo humanæ mentes in amorem ducũtur, qui Deus nulli ſeruit, omnes autem dij illi ſeruiunt.* Pontifex] *Id eſt, quem ego meis ſacris præferi, & pontificem in illis inſtitui, tu autem tuæ fidei commiſſa uulgaſti, ut ſit maior ira, quòd ipſe arcana prodiderit.* Eſquilini] *Id eſt, extra exquilinam portam ubi multa erant ſepulchra celebrati.* Impunè] *Vt urbem, & hinc intellige patiar ne.* Meo nomine] *Scilicet, diuulgando hæc ſacra.* Quid proderit] *Nam dum cupis alienis ueneficijs à meis liberari, conducis anus ueneficas, ſed nihil proficies. Nec poteris te ueneno perdere, dum cupis morte has miſerias effugere.* Toxicum] *Venenum ex taxo arbore*

arbore ut nonnulli putant. Vt ſuppetas] *Id eſt, ut ſufficies uiuendo.* Nouis] Quos ego quotidie nouos parabo. Volo te longum producere uitam, ut longo te tempore macerē. Optat] *Exemplis iſtorum, quorum fabulæ narratæ ſunt, oſtendit quòd fruſtrà requiem morte cupiet.* Nam neque exalto te præcipitare poteris, neque ferro pectus transfodere, neque laqueo guttur frangere. Vectabor] *Summam ſuperbiam ſuo artificio freta oſtendit.* An quæ] *A maiori locus eſt, ut quæ imagines cereas tanquam uiuas moueri impellat, & cœlo lunam auocet, & in iam cremata corpora uitam reuocet, & amores pellat, ſiue inducat multò magis ſua arte illum uexare poſsit.* Vt noſti] *Quaſi dicat, non fingo, quæ tu noſti.* Temperare poculum] *Vel dicit modum imponere poculum, quod amorem induxit, quaſi imminuere illius uim, ut amor diſcedat.* Vel temperare poculum] *Id eſt, ita admiſcere ea, quæ in poculo opus ſunt, ut ad amorem incitandum efficaciſsimum ſit.*

ANG. POL. } Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare cocyton] *Hunc Iuuen. uerſum Domitius expoſiturus, erraticis (ut ita dixerim) ſuſpitionibus fabulam laxans, ineptias hallucinatur, & nugas meras, Baptas eſſe inquiens Cereris ſacerdotes: Cocyton Cererem, nec arbitror hoc unquam dixiſſet, ſi quod in homine non pudoris dixerim, ſed ſenſus omninò ueſtigium fugiſſet. Nos enim tūc demum credituri, cùm quiſpiam proferetur, quo ſatis certo autore ſtetur. Sed eſt hoc familiare, huic agam enim iam liberius, ut cum nihil explicare poſsit, implicet & quicquid obuiū ſit arripiat, eóq; feratur diffidente conſcientia, quo denique ipſum impetus errabundæ opinionis impellit. Nos antiquam comœdiam poëtæ Eupolidis, innui ſuſpicamur: quod ueterum excellens autoritas perſuaſit. Etenim de ea ſic Platonius Græcus autor, ubi de comœdiarum differentijs agit.* ἴσμεν γὰρ τὸν Εὔπολιν ἐπιδειξάμενον τοὺς βάπτας ἀποπνιγέντα εἰς τὴν θάλατταν ὑπ᾽ ἐκείνων εἰς οὓς καθῆκε τοὺς βάπτας *ſcimus, inquit, Eupolin quoniam Baptas fabulam docuerit ab ijs ipſis in mare ſummerſum, contra quos Baptas emiſerat: Lucianus quoque in ea oratione, quæ inſcribitur ad ineruditum, multos emptitantem libros in hunc fermè ſententiam: Dic mihi, inquit, etiam ne Eſchynis orationem aduerſus Timarchū legis, an uerò illa omnia ſcis, & noſti ſingula: Ariſtophanem uerò & Eupolin ſubiſti: Baptas integram fabulam perlegiſti: Tum nihil ex his pertinere ad te putaſti, neque ea cum agnoſceres erubuiſti: Sed & Hephæſtion in Enchiridio acatalectis agens, duos citat uerſiculos ex Eupolidis Baptis & Suidas, unum ex eiſdem in uocabulo, quod eſt Atrypheros. Iam primum igitur conſtare opinor Baptas comœdiam fuiſſe ueterem, & mordacem poëtæ Eupolidis. Quod autem comœdiæ argumentum, quæ materia per ipſa, quæ nunc extant ueſtigia ſagaciter indagabitur. Athenienſes igitur ea tempeſtate ſacra quædam, religionesq; peregrinas, nouosq; deos aſciuerant, quibus nocturnæ peruigilationes eſſent inſtitutæ, magnorum dein flagitiorum cauſa, ſicuti Romæ Bacchanalia. Sed inter ſacra cætera, fuêre etiam, quæ dicerentur cotyttia. Contra hæc nocturna cotyttia ſcripſiſſe Eupolin Baptas putamus, ſed & alios comicos, inter Ariſtophanem quoque uidemus, totum hoc genus peruigiliorū & peregrinitatis exagitaſſe. Sic ut Iuuenalis, quæ Romæ fierent contra ritū cæremoniarū non diſsimilia dicatijs, quæ Baptæ Athenis in nocturnis cotyttijs patrarent. Cic. in legibus ſic ait: Quid autem mihi diſpliceat in nocturnis poëtæ indicant comici, qua licentia Romæ data, quid nam egiſſet ille, qui in ſacrificium cogitatam libidinem intulit, quo neque impudentiam quidem oculorum adijci fas fuit. Et mox idem: Atque omnia nocturna, ne nos duriores fortè uideamur, in media Græcia Diagondas Thebanus lege perpetua ſuſtulit. Nouos uerò Deos, & in his colendis nocturnas peruigilationes: ſic Ariſtophanes facetiſsimus poëta ueteris Comœdiæ uexat, ut apud eum Sabadius: & quidam alij diri peregrini iudicati è ciuitate eijciantur. Apparet utique de Ciceronis teſtimonio cum Ariſtophanem, tum comicos alios ueteres contra nouos Deos, contráq; nocturnas peruigilationes aciem ſtyli deſtrinxiſſe, cùm uerò ex ſuperioribus liqueat Baptas fuiſſe comœdiam, qua turpia & obſcœna carperetur, atque hic de Baptis, deq; nocturnis Athenienſium ſacris mentio, quæ nos cotyttia fuiſſe appellata declarabimus, quis non intelligat iam Baptas fuiſſe deinque qua potiſsimum fabula talia uexarentur? Strabo autem in libro de Geographia decimo, cotyttia, bendidiaq; ſacra fuiſſe apud Thracas narrat, ex quibus Orphica ſumpſerint originem, deamq; nominans Cotyn, cuius faciat Eſchylus mentionem, tum idem paulò pòſt Athenienſes ait multa ex peregrinis ſacris accepiſſe* ὥστε καὶ ἐκωμῳδήθησαν *inquit. Sed & inter cætera quæ peregrina ab ijs recepta ſacra cōmemorat, prima enumerat Thracenſia, quæ ſupra oſtēdimus, cotyttia, bendidiaq; appellari. Liquet igitur cotyttia ab Athenienſibus ſacra externa coli ſolita, liquet etiam uexata à comicis. Coniectura autem ducimur, ut cùm de Baptis hic mentio ſit, quam ſcimus fuiſſe Eupolidis Comœdiam, deq; ſacris Athenieſium nocturnis, in ea potiſsimum id genus ſacra exagitarentur. Cæterùm deam quæ talibus præeſſet ritibus, peruigilijsq; Cotytto uocatam putamus, à qua recta etiam ratione cotyttiorum eſt inclinata appellatio, quæ quoniam dea Comedijs ueteribus defamatiſsima, ideò Syneſius in epiſtola quadam cuius principium eſt:* ὁ καὶ τοὔνομα δοῦλος καὶ τὸν τρόπον, *ad hunc planè modum narrat* ἑρμῆν μὲν, καὶ ἡρακλέα τοῖς παλαίστραις ἐφόροις, οὐ δὲ κατὰ μικρὸν πρέπει.

Κοτύττοι δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀττικοῖς κότυος ἄλλοις νεωκόρῳ. *Quibus uerbis ſignificatur eum, de quo in epiſtola agit: non Mercurio congruere, non Herculi paleſtræ præſidibus. Sed eſſe cotyttus ædituum: ſacrorumq; apud Atticos deſpicatiſs. miniſtrum. Quare cottytto legendum non cocyton, præſertim cum ſyllaba repugnet, quæ ne tum quidem breuis cum t alterum ſubtraxeris, ut Domitius præſcribit inſcitè ille quidem nimis (ſit uerò uenia) nimis inquam inſcitè, negligenterq;, qui non cogitauerit primam nominis ſyllabam, non poſitam modo cui duntaxat occurrit, ſed natura quoque productam. Quidam tamen hanc deam Cotyn maluêre, quam Cotytto ſicuti Strabo ſuprà, ſicuti alibi Syneſius idem his uerbis:* θάῤῥων ἀποφαινοῦ τὸν ἄνδρα θηλυγενῆ αὐτὸ χρηματίζοντα τῆς κότυος. *Audacter inquit, pronuncia uirum eſſe fœminarem ſtatum, ſodalemq; Cotys: quem exponens locum Suidas Cotyn deam coli ait turpium præſidem. Vnde, inquit, ſunt Cliſthenæ & Timarchi, & quicumque lucri gratia formam colunt ad infandam libidinem, ſicut effœminati, & capillum fingentes uniuerſi, ſed & alibi credo inuenient, quib. hæc adiuuentur uiri docti, ſi doctrinæ ſtudium adhibuerint. Quin apud Horatium quoque in Epodis ita legendum exiſtimamus. Inultus ut tu riſeris Cotyttia. Non ut plerique codices Cocytia. Et in uetuſtiſsimo libro, qui ſit Gregorij Antonij Veſpucij Florentini Græcè, Latineq; docti hominis, uocabulum id antepenultima ſyllaba t retinet non c, ueſtigium arbitror unum adhuc integrum ueræ, integræq; lectionis.*

HERMAN. FIGVL. } Quid obſeratis auribus] *Quid fruſtrà me oras, & ſurdæ narras fabulam?* Non ſaxa nudis ſurdiora] *Aures meæ ſurdiores ſunt, quàm ſcopuli maris. Saxa autem & littora, propter aſsiduum fragorem fluctuum ſurda dicuntur.* Hybernus] *Hoc eſt, hyberno tempore, quo crebriores ſunt tempeſtates & procellæ, quæ ſcopulos maris obtundunt.* Salo] σάλον *poëtæ tumultum & commotionem maris, iactationem fluctuum uocant, à* σαλεύειν, *quod agitare, fluctuare, mouere ſignificat.* Inultus & tu riſeris] *Per* ἀποσιωπήσιν *omiſit uerbum feram, uel aliud ſimile.* Cocytia] *Hoc eſt, mea ſacra magica. Proſerpinam mulieres in ueneficijs præcipuè implorabant, cuius ſacra dicuntur Cocytia, à Cocyto flumine inferorum.* Vulgata] *Prodita à te Horatio. Suprà enim Ode quinta aperuit, quomodo ex puero prætextato ad Necromantiam rapto, amatorium poculum fecerit.* Sacrum Cupidinis] *Indicat Cocytia ad conciliandum amorem, & reuocandum Varum ſenem à ſe fuiſſe celebrata.* Liberi] *Non ſeruientis, ſed regnantis. Tantam enim habet potentiam Cupido, ut Deos, hominesq; omnes in ſeruitutem adducat, iuxta illud Ouidij:*

„ *Regnat, & in dominos ius habet ille Deos.*

Huic aſtipulatur Seneca in Hippolyto:

„ *Et iubet cœlo ſuperos relicto*
„ *Vultibus falſis habitare terras, &c.*

Exquiliai ueneficij] *Exquiliæ mons Romæ fuit, in quo defunctorum*

 rum

rum cadauera ſepeliebantur. Et idcirco mulieres ueneficæ oſſa, herbaſq; maleficijs aptas ibi legebant, & ſacra magica conficiebant. Eius rei teſtis eſt Horatius, qui libro 1. Sermon. Satyr. 8. hanc Canidiam cum Sagana ibidem ambulantem noctu, & ſacra facientem ſe uidiſſe ſcribit. De Exquilijs Alexander ab Alexandro libro 6. cap. 11. ſic commemorat: Exquilias autem Seruius Tullius: & ut loco dignitas foret, regiam ibi ſumpſit: quas quòd excultæ ab eo potiſſimè fuerint, Exquilias nuncupauit: tametſi ab excubijs regijs dictas nonnulli credant: antea enim quòd ſexticeps erat, Ceſpius nomen tulit. Hic ex urbis collibus ſolus duplici iugo & aggere munitur, cùm reliqui ſingulis contenti ſint: Ex quibus alter Ceſpius nuncupatur, alter Oppius: Qui lacũ Fugulatem, hortos Mecænatis & Larium, & Querculanum, ſacellumq; & lucum Martis unà complexus eſt: Malæ quoque Fortunæ, & Iunonis Lucinæ templa, cuius feſta dies Calendis Martias colebatur à matronis, quòd parturientibus opem ferret. Extra uerè Exquilias locus fuit, cui Puticulæ nomen, ubi puteos, in quos defunctorum publicè cadauera in ſubiectam, foueam mittebantur, fuiſſe proditum eſt, exemplo Themiſtoclis, qui Melitæ templum iuxta domum conſtituit, in quo damnatorum corpora cum ueſtibus & laqueis condebantur.

Pontifex] Cenſor, iudex. Nam Pontificum erat, religiones & ceremonias publicas, priuataſq; ſacra, & res diuinas ſanctiſſimè tueri, & interpretari, illaq; omnia ex ſcripta ſignataq; habere, ut quibus aris, quibus Dijs, quibuſq; hoſtijs, quibus diebus, & ad quæ templa ſacra fierent, perſpectum haberent, ne qui Romana ſacra negligerent, peregrinoſq; ritus adſciſcerent, aut Deorum ceremonias turbarent. Ad quos tam de cœleſtium Deorum ſacrificijs, quàm de funeribus, iuſtiſq; exhibendis, placandiſq; manibus, ac ſupernis infernisq; Dijs: de ſepulchris & uotis ritè exoluendis, de ferijs, de religione, pietate, ſanctitate, ceremonijs Deorum, deq; fide & iureiurando, ſacrificijſq; ſolennibus, plebs quoties uidebatur, tanquam ad antiſtitem Deorum immortalium, ceremoniarum, & ſacrorum conſultum ibat. Hæc Alexander libro 2. cap. 8. Quid proderit ditaſſe Pelignas] Quaſi dicat: fruſtrà mulieres ueneficas, quæ te ualidioribus ueneficijs à meis carminibus liberent, magno precio conduxiſti. Sunt autem Peligni, Italiæ populi, Marſis finitimi, et fortè incantationibus pares. Velocius ue miſcuiſſe toxicum] Hoc eſt, fortius paraſſe uenenum, quo citò perires, ne diutiùs meis ueneficijs cruciareris. Toxicum] Taxum arborem eſſe in Arcadia tam præſentis ueneni, ſcribit Plinius, ut qui obdormiant ſub ea, cibum'ue capiant, moriantur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicant uenena, quæ nunc toxica dicimus, quibus ſagittæ tinguntur. Si tardiora fata] Si tardior eſt mors tua, & longior uita, quàm optas. Ingrata miſero uita ducenda] Propterea diutius tibi uiuendum eſt, ut ad nouos ſemper cruciatus & dolores mihi reſerueris. Optat quietem] Exemplo eorum, qui apud inferos ſempiternis afficiuntur pœnis, probat, fruſtrà Horatium morte dolores ſuos finire conari, quòd fata eum, ſicut illos, ad perpetuum ſupplicium reſeruari uelint. Infidus] Infidelis Pelopi filio, utpote quem coctũ Dijs hoſpicio ſuſceptis comedendum appoſuit, ut eorum diuinitatem experiretur, ac idcirco apud inferos perpetua ſiti ac fame torquetur. Egens benignæ dapis] Id eſt, pomorum ori imminentiam, & cùm carpere ea uult, effugientium.

Optat Prometheus] Videlicet quietem. Aliti] Aquilæ, quam affixus Caucaſo monti, epate perpetuò renaſcenti nutrit. Supremo in monte] In montis cacumine, quo ſublatum, ſtatim relabitur in uallem. Saxum] Quod ex ima ualle ad montis uerticem ſemper uoluit. Sed uetant leges Iouis] Hoc eſt, fata, quibus à Deo hæc æterna pœna conſtituta eſt, prohibent hos ſceleratos homines quieſcere. Voles modò altis] Nulla uiolenta morte uitam, ante terminum à fatis deſignatum, finire poteris. Vectabor humeris] Tunc ego magna inſolentia ac ſuperbia domabo te, & meo arbitrio regam, uelut eques equum freno moderatur.

An quæ mouere] Argumento à maiori ad minus probat, ſe poſſe ſua arte magica torquere Horatium pro ſuo arbitratu. Vt ipſe noſti curioſus] Veluti ipſemet in meis ſacris curioſè obſeruaſti. Infrà Satyra octaua Horatius uidiſſe ſe in ſacris Canidiæ laneam & ceream effigiem narrat, alteram poſcentem, alteram ſupplicia ter dantem pœnas. Polo deripere lunam] Id eſt, meis incantationibus lunam de cœlo trahere. Crematos mortuos] Nam apud Romanos defunctorum cadauera multis annis igne cremabantur. Deſiderijs temperare poculum] Miſcere poculum amatorium. Plorem artis in te nil habentis] Quaſi dicat: Cùm meis ueneficijs hæc omnia efficere queam, non credo artem meam in te finem ſuæ efficaciæ habituram, & nihil amplius ualituram.

THEOD. PVLM. } 1 Quid obſeratis] Cur obſeratis, Helenius, Nulla heic in Hunnæi libro uerſuum ſeparatio. 4 Cotyttia] Cotys Dea, quæ & Cotytto, turpitudinis & præpoſteræ libidinis præſes: hinc Cotyttia ſacra dicuntur. Vide Angeli Politiani Miſcell. Centuriam, cap. 10. 9 —miſcuiſſe toxicum, Si tardiora fata te uotis manent?] —miſcuiſſe toxicum? Sed tardiora fata te uotis manent. G. 12 Doloribus] Lambini quidam ſcripti, laboribus: quidam cruciatibus. 13 Infidus] Infidi, G. E. B. 16 Deſilire] H. E. B. diſſilire, G. corruptè. 20 Ianectes] Nectes, H. B. 22 Vectabor humeris tunc ego inimicis eques] Pro inſultabo dixit. Turneb. libro 8. cap. 10. 25 Ipſe noſti curioſus] Ipſe noſti curioſius, B. Ipſe curioſius noſti. Lambini liber unus. 26 Deripere] Cruquij codices tres. Diripere, H. G. E. B. perperam. Vide Annotationes ad Oden 27. libro 4. —poſſum meis] Poſſum poſſim meis: Poſſim. H. G. E. B. 28 Deſiderijs temperare poculum] Vide Annotationes ad Oden 14. libro 1. 29 Plorem artis in te nil habentis exitus?] id eſt, plorem cauſſa artis, uel ob artem, nil exitus, id eſt, nullum exitum, in te habentis. nihil habentis exitus? G. Plorem artis in te nil agentis exitus?] H. E. Plorem artis in te nihil agentis exitus?] Id eſt, artis meæ irritos exitus. ut contrà alibi 4. Carm. 14.

„ —Secundos reddidit exitus.

4. Carm. 8.

„ Bonos ducit ad exitus.

Iacobus Cuiacius Obſeruationum lib. 12. cap. 18. nil agentis exitum? Cruquij codices duo, nil ualentis exitum? Mureti editio, nullum habentis exitum? legendum putat Lambinus.

GEORG. FABR. } Canidia ſupplici & miſero minatur & inſultat, & in eo uexando ſe omnem ueneficiorum uim exerturã teſtatur, Mulieris iratæ, implacabilis, crudelis, uenuſta deſcriptio. Probat exemplo id, quod ait Iuuen.

„ Vindicta—

„ Nemo magis gaudet, quam fœmina.

Quid obſeratis auribus fundis preces?] Helenius legit, cur. addit enim hoc ex 4. Aen.

„ Cur mea dicta negat duras dimittere in aures?

Plorem artis in te nil habentis exitus] Nihil exitus, pro nullum exitum: ut in Adelph.

„ Syro nihil gratiæ.

IOD. BAD. ASCENS. } Quid obſeratis] Inducitur Canidia ſuperioribus, ſic reſpondens. Quid] Id eſt, ad quid O Horati fundis preces auribus] Scilicet meis. Obſeratis] Id eſt, occluſis tibi Quia Neptunus Hybernus] Id eſt, hyberno tempore maris fluctus Non tundit] Id eſt, concutit Alto ſalo] Id eſt, profunde mari. Saxa ſurdiora] Id eſt, minus Pia nauitis] Datiuus eſt Nodis] Id eſt, eiectis aut ad ſcopulos impulſis. Inultus] Id eſt, patiar'ne ut Tu inultus riſeris] Id eſt, deriſeris. Sacrum Cupidinis liberi] Id eſt, à nullo ſubacti, & cunctos ſubigentis appoſitoriè Cocytia] Scilicet ſacra. id eſt, quæ illi à nobis, quaſi Deo fiunt, dum philtra conficimus. Vulgata] Id eſt, diuulgata à te. Et uti pontifex] Id eſt, à nobis pontificio donatus & arcanis eruditus. Venefici] Pro ueneficij Exquilini] Id eſt, quod extra portam exquilinã fieri ſolet Impleris] Id eſt, impleueris Impune] Id eſt, ſine uindicta. Vrbem meo nomine] Id eſt, infamia mea? Quid proderit te ditaſſe] Scilicet domus tuis. Anus] Id eſt, uetulas. Pelignas] Id eſt, Sabinas. Et miſcuiſſe toxicum] Id eſt, uenenum Velocius] Id eſt, præſentius & cytius enecans? Quaſi dicat, nihil. Sed fata manent] Id eſt, expectant te Tardiora uotis] Scilicet, tuis, id eſt, quàm uelis. Vita ingrata ducenda eſt tibi miſero in hoc] Id eſt, ad hoc.

Vt

Vt ſuppetas] *Id eſt, ſuppedites & ſatis ſit* Vſque] *Id eſt, continuè nouis laboribus.* Tantalus inſidus] *Pater Pelopis, qui ſacra deorum reuelauit, egens ſemper* Dapis benignæ] *Quia impias, utpote filium dijs appoſuerat.* Optat] *Scilicet apud inferos quietem. Et* Prometheus obligatus aliti] *Scilicet uulturi eius cor exedenti.* Optat collocare ſaxum in monte ſuperno] *Sed leges Iouis, uolentis quemlibet manere ut mortuus eſt.* Vetant] *Scilicet finire labores.* Tu uoles modo] *Id eſt, aliquãdo deſilire altis turribus, &* Voles recludere] *Id eſt, aperire* Modo] *Id eſt, aliquando.* Pectus] *Scilicet tuum.* Enſe Norico] *Id eſt, duriſsimi ferri aut falcato, &* Innectes tuo gutturi uincla] *Id eſt, uincula.* Fruſtra] *Quia non poteris ſtrangulari.* Exiſtens triſtis ægrimoniæ] *Id eſt, moleſtia animi, faſtidioſa. Ego inquit Camdia uectabor eques.* Humeris inimicis] *Id eſt, ſuper humeros tuos, & terra cedet* Inſolentiæ] *Id eſt, petulantiæ meæ. An ego quæ poſsim* Vt ipſe] *Id eſt, tu curioſus* Noſti mouere] *Id eſt, facere, ut quaſi per ſe moueãtur.* Imagines cereas & deripere lunam cœlo uocibus] *Id eſt, incantamentis meis, &* Poſsim excitare] *Scilicet ad uitam.* Mortuos crematos, & temperare poculum deſiderij] pro deſiderij *Id eſt, amoris.* Plorem exitum artis meæ nihil habẽtis] *Id eſt, potẽtis in te? Quaſi dicat minimè.*

ANTON. MANCIN. } *Hac Ode Canidia inducitur reſpondere ſuperiori, ait itaque illa nullo pacto uelle Horatium ſoluere dementia, cum ipſe eius arcana manifeſtauerit, urbemq́ totam eius nomine impleuerit.* Quid obſeratis] *Carmen eſt ſimile præcedenti.* Obſeratis] *Obſtructis.* Tectis] *Clauſis.* Ibericus] *Aeſtuoſus.* Inultus ut] *Senſus eſt. Patiar ne ut tu inultus, &c.* Cocytia] *Inferna à Cocyto flumine, ueneficia autem infernis fiunt inuocationibus. Commiſiſſeq́ Horatio ſua ſecreta ſacra Canidia, uidetur, tanquam pontifici.* Sacrum liberi cupidinis] *Appoſitio eſt.* Liberi cupidinis] *Id eſt, amoris in liberum aliquem & ingenuum.* Exquilini uenefici] *Pro ueneficij. In exquilijs autem ſepulchra erant, hinc ibi ueneficia fiebant.* Pontifex] *Tanquam pontifex & iudex, ac cenſor ſacrorum. Pontifices enim ſacrorum curam habebant.* Impune] *Sup. patiar.* Pelignas anus ut] *Scilicet hac dementia liberarent, qua quidem meis ueneficijs cruciaris. de Pelignis uerò in odis legito.*

Velocius] *Id eſt, quod te uelocius perimat, ne ueneficijs meis diutius crucieris.* Tardiora nocis] *Tu enim perire uelle nec potes.* Suppetas] *Suppedites, opituleris.* Pelopis pater] *De Pelope, Tantalo, Prometheo, Syſipho, uideto in Odis.* Norico] *De Noricis & Norico ferro latè in Odis dictum eſt.* Faſtidioſa] *Ordo eſt.* Tunc ego triſtis faſtidioſæ ægrimoniæ uectabor eques inimicis humeris] *Id eſt, tuis.* Inſolentiæ] *Importunitati Impudentiæ] Audaciæ & magnæ potentiæ.* Mouere] *Moueri facere.* Deſiderij] *Pro deſiderij, id eſt, cupidinis & amoris.* Plorem artis] *Senſus eſt.* Cum tot & tanta] *Vt dixi efficere ualeã.* Plorabo ne in te meam artem nil poſſe] *Quaſi dicat, minimè, ſed te maximè cruciabo quocunque modo.*

COMMENTARIORVM VAR. AVTHOR. IN Q. HORAT. LIBRVM EPODΩN FINIS.

Q. HORATII FLACCI,

CVM VARIORVM DOCTISSIMORVM, TAM NEOTERICORVM, QVA'M ANTIQVISSIMORVM GRAMmaticorum, Commentarijs ac Annotationibus, in unum Opus collectis,

CARMEN SECVLARE.

Προσευκτικόν.

Ode Dicolos tetraſtrophos, qualis illa: Iam ſatis terris, &c. hoc modo.

—∪ —— —∪∪ —∪ —∪
—∪ —— —∪∪ —∪ ——
—∪ —— —∪∪ —∪ —∪
—∪∪ ——

ARGVMENTVM IN CARMEN SECVLARE.

Carmen hoc Seculare appellatur, quod ſecularibus ludis qui 110. quoque anno fiebant, cani conſueuerit ab electis ad hoc prætextatis, & puellis uirginibus, idq́ Apollini, & dijs cæteris, pro incolumitate populi Romani, & ſalute totius imperij. Erat autem inſtitutum ex uerſibus Sibyllæ cuiuſdam, quæ quoto quoque anno, & quibus cæremonijs, & in quo loco fierent præſcripſerat. Precatur ergo Apollinem, ut una Roma nihil ſit maius, neque excellentius, Dianam ut partus fortunet, Parcas ut quæ inſtant fata in melius uertant: & in ſumma deos cæteros, ut iuuentuti bonos mores, ſenibus quietem, & fœlicitatem Pop. Rom. donent. Vt ſemper quidem uictor ſit, uerũm in ſupplices mitis, qui iam in maxima orbis parte ſubiugata Scythis ipſis, & Perſis, Indisq́ formidabilis eſt, atq; adeò eius amicitiam ambiant: Poſtremò hymnum abſoluit commẽdatis Apollini & Dianæ precibus, quas à dijs exauditas ſperat.

ALIVD HERMANNI FIGVLI.

In libris Sibyllinis, qui uata Romani imperij continebant, præceptum erat, ut in ludis Secularibus pueri atq; puellæ hymnum in laudem Deorum canerent, ad placandam, auertendamq́ diuini numinis iram. Eiuſmodi eſt hoc carmen Seculare, in honorẽ Deorum: præcipuè autẽ Apollinis & Dianæ, ab Horatio ſcriptum, & in Capitolio cantatum. Quo precatur Solem & Lunam, ut Imperium Romanum ita augeant, ut eo nihil ſit maius & potentius: incolumitatem & ſalutem populi ita conſeruent, ut ſit dominus atque uictor omnium gentium.

COMMENTARIA.

ACRON.

PHOEBE, ſyluarumq́; potens Diana] *Secularis carminis duplex deuotio eſſe conſueuerat. Aut enim pro ſedanda, aut uitãda peſtilentia, aut pro certo & cõſtituto numero annorũ. Centeſimo enim decimo anno in Capitolio à pueris, & puellis impuberibus cantabatur. Ideò autem tempora numeraturus ab Apolline, & Diana principiũ ſumpſit, quia ipſi in honore Solis habebãtur & Lunæ, ut Virg. Georgicũ carmen dicturus ſub aliorum uocabulis numinum ipſos inuocauit, dicens:*

» *Vos ô clariſsima mundi*
» *Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum,*
» *Liber & alma Ceres.*

O colẽdi ſemper, & culti] *Colendi in futurum, culti in præteritum.* Dijs quibus ſeptem placuêre colles] *Romam ſignificat in ſeptem collibus. At Virgil.*

» *Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima Roma,*
» *Septemq́; una ſibi muro circũdedit arces.*

Alme Sol] *Ecõtrario perpetuum Solis lumẽ oſtẽdit, dando ei & præteritum, & futurum tempus, dum idẽ alius renaſcitur. Sicut enim ortu ſuo diem, ita diſceſſu noctem facit.* Poſsis nihil urbe Roma Viſere maius] *Magnitudinẽ ſuã precatur uerbi Romæ ſeruari.* Aperire] *Aedificare.* Lenis Ilithyia] *Lenis, id eſt, propitia, ipſam enim Lucinã, Lunã, & Dianã oſtendit, quã myſtico nomine ſicut in ſacris dicebatur, Ilithyiã nominauit: ſic eã & Homerus uocauit, ipſa enim partubus mulierũ putabatur fauere.* Seu Genitalis] *Genitalẽ uocauit Dianã, quã & Lunã intelligi uoluit, quia ut calore Solis animantur ſemina: ita Lunæ humore nutriũtur. Penes ipſam enim & corporũ omniũ ratio eſſe dicitur, & poteſtas.* Patrũq; Proſperes decreta] *Nuptialibus inquit legibus faueas.* Feraci lege] *Fœcundè procreandorum liberorũ cauſa promulgata eſt, quæ lex Iulia dicitur.* Certus undenos decies per annos] *Decies undenos annos centũ dixit, per orbem circuli annalis peractos, pro quib. & carmẽ ſeculare dicebatur. Ludi enim ſeculares ternis diebus, & noctib. agebãtur, pro cultu Solis die, & nocte Lunæ.* Vosq; ueraces cecinisſe Parcæ] *Quæ uera mortalib. prædicãt futura. Et uos, ait, proſperate ſacrũ carmen, quod pro perpetuitate Imp. Rom. ex Sibyllæ libris in celebritate ludorũ cõſtitutum eſt, unde eſt:*

» *His ego nec metas rerum, nec tempora pono,*
» *Imperium ſine fine dedi.*

Stabiliſq;] *Perpetuus & immutabilis.* Iã peractis] *Perfectis rebus uberiora fata iungite, quæ nihil habeant aduerſitatis.* Fertilis frugũ, pecoriſq; tellus Spicea donet Cererẽ corona] *Laudat Italiã, & optat frugũ ubertatem, & proſperã pecorũ fœturã. Vnde & coronas offerre Cereri pro meſſiũ fertilitate promittit.* Et aquæ ſalubres] *Dulces, ſerenæ, ut:*

» *Tu tenues dare rurſus aquas, & paſcere rurſus.*

Et Iouis auræ] *Serenus aër, ut:*

» *Solis ad occaſum cum frigidus aëra ueſper*
» *Temperat.—*

Condito mitis placiduſq; telo] *Mitem & placidũ optat Apollinem: quia eſt ſagittis armatus. Sic enim iratus ponitur: Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo.* Siderũ regina] *Ita pro puellis Lunam, ut audiantur: ut Apollinẽ pro pueris precatur.* Roma ſi ueſtrum eſt opus Iliæq;] *Si Romã, inquit numina cœli iuſsiſtis turmis Iliacis, ſtatuis ueſtris fauete, ut ſemper fœlix ſit, ut apud Virgil. Si tot reſpõſa ſecuti, quæ ſuperi maneſq; dabant: Siue propter Iliã ſacerdotẽ Romuli matrẽ dictã.* Littus Hetruſcũ] *Propter Euãdrũ, qui illic prior regnauit.* Iuſſa] *Deorũ reſponſa, ut:*

» *Augurijs agimur diuûm,*
& alibi:
» *Mutandæ ſedes, &:*
» *Italiã Lyciæ iuſsêre capeſſere ſortes.*

Soſpite curſu] *Propter nauigationem, ut:*

» *Bellũ ingens geret Italia, populoſq; feroces*
» *Contundet, moreſq; uiris & mœnia ponet.*

Cui per ardentem, &c.] *Aut, ut Troia non proditione uideretur euerſa, ſed fato: aut ſine fraude, ſine læſione, ut:*

» *Biſtonidũ ſine fraude crines.*

Caſtus Aeneas] *Pro religioſo, ſiue propitio poſuit, ut:*

» *Hac caſti maneant in religione nepotes,*

Siue pro animo incorrupto. Liberum muniuit iter] *Vt:*

» *Flammam inter & hoſtes*
» *Expedior, dant tela locũ flammæq; recedunt.*

Daturus Plura relictis] *Poſteris maiora daturus. Da ſyllaba breuis ſemp eſt, præter in imperatiuo, ut:*

» *Accipe, daq; fidem.*

Remq; prolẽq; Et decus omne] *Imperiũ, decoremq; optat & populũ, ut & populo imperium, & populus imperio Rom. præſtetur.* Quiq; uos bobus ueneratur albis] *Vt:*

» *Hic albi Clitumne greges, & maxima taurus*
» *Victima.—*

Per quam rem deuotionem Romanam uult intelligi religioſam. Lenis] *Mitis, ut:*

» *Parcere ſubiectis.*

Clarus Anchiſæ, Veneriſq; ſanguis]

PHOEBE, ſyluarumq́; potens Diana,
Lucidum cœli decus, ô colendi
Semper, et culti, date quę precamur
Tempore ſacro:
Quò Sibyllini monuere uerſus,
Virgines lectas, pueroſq; caſtos
Dijs, quibus ſeptem placuêre colles,
Dicere carmen.
Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis, & celas, aliuſq; & idem
Naſceris, poſsis nihil urbe Roma
Viſere maius.
Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithyia, tuere matres:
Siue tu Lucina probas uocari,
Seu Genitalis.
Diua producas ſobolem, patrumq́;
Proſperes decreta ſuper iugandis
Fœminis, proliſq; nouæ feraci
Lege marita:
Certus undenos decies per annos
Orbis, & cantus, referatq; ludos,
Ter die claro, totieſq; grata
Nocte frequenteis.
Voſq; ueraces cecinisſe Parcæ,
Quod ſemel dictum eſt, ſtabiliſq; rerum
Terminus ſeruat, bona iam peractis
Iungite fata.
Fertilis frugum, pecoriſq; tellus
Spicea donet Cererem corona:
Nutriant fœtus & aquæ ſalubres,
Et Iouis auræ.
Condito mitis, placiduſq; telo
Supplices audi pueros, Apollo:
Siderum regina bicornis audi
Luna puellas.
Roma ſi ueſtrum eſt opus, Iliæq;
Littus Hetruſcum cum tenuêre turmæ,
Iuſſa pars mutare lares, & urbem
Soſpite curſu:
Cui per ardentem ſine fraude Troiam
Caſtus Aeneas patriæ ſuperſtes,
Liberum muniuit iter daturus,
Plura relictis.
Di probos mores docili iuuentæ,
Dij ſenectuti placidæ quietem,
Romulæ genti date, remq́;, prolemq́;,
Et decus omne.
Quiq; uos bobus ueneratur albis
Clarus Anchiſæ, Veneriſq; ſanguis,
Imperet bellante prior, iacentem
Lenis in hoſtem.

Iam mari, terraq; manus potenteis
Medus, Albanasq; timet ſecureis,
Iam Scythæ reſponſa petunt, ſuperbi
Nuper & Indi:
Iam fides, & pax, & honor, pudorq;
Priſcus, & neglecta redire uirtus
Audet: apparetq; beata pleno
Copia cornu.
Augur, & fulgente decorus arcu
Phœbus, acceptusq; nouem Camœnis,
Qui ſalutari leuat arte feſſos
Corporis artus.
Si Palatinas uidet æquus arceis
Remq; Romanam, Latiumq; fœlix,
Alterum in luſtrum, meliusq; ſemper
Proroget æuum,
Quæq; Auentinum tenet, Algidumq;
Quindecim Diana preces uirorum
Curet, & uotis puerorum amicas
Applicet aureis.
Hæc Iouem ſentire, deosq; cunctos,
Spem bonam, certamq; domum reporto,
Doctus & Phœbi chorus, & Dianæ
Dicere laudes.

gnis] *Per Aeneam Romani accipiendi.* Bellante prior] *Siue Augustum priorem dicit ad arma, aduerſum rebelles, & ſubiectus mitem, ut:*

„ *Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos:*

Siue quia Romanis mos erat, ut iuſtis cauſis bella ſuſciperent, & niſi per feciales indicta belli cauſa nunquam pugnarent. Albanas ſecures] *Romanos magiſtratus. Albanas, quia ab Albanis, quos continet dictæ. Vt, Albaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ.* Iam Scythæ reſponſa petunt] *Id eſt, præcepta, quæ eos autor ſeruare iuberet, ut:* *Hic mihi reſponſum primus dedit: & hoc in laudē Auguſti.* Superbi nuper & Indi] *Vt:*

„ *Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.*

Iam fides, & pax, & honor, pudorq;] *Armis pacem & honorem, pudoremq; Romanos dicit quæſiſſe, et reparata uirtute. ſuperiori tēpore neglecta, rediſſe fortunam. Ipſa enim eſt, quæ copiā beato, id eſt, diuite cornu diffundit. Singula aūt ſingulis applicanda ſunt: fides militibus, pax ciuitati, honor ſenatui.* Audet] *Properat, nil iam dubitat, ut Virg.*

„ *Magnus ab integro ſeculorum naſcitur ordo.*

Augur & fulgente decorus arcu Phœbus] *Propter auguriū, & ſagittarum uſum, atq; Muſicam. Virgil.*

„ *Augurium citharamq; dedit celereſq; ſagittas.*

Acceptusq; nouem Camœnis] *Dilectus, quia ſibi cōſecratæ ſunt Muſæ.* Qui ſalutari] *Ipſe enim eſt Deus medicinæ,* Leuat arte] *Medicinali peritia.* Videt æquus] *Propitius, aſpicit, ut:*

„ *Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis.*

Alterum in luſtrum] *Vt ſequentem annū ſemper meliorem exhibeat.* Proroget] *Dilatet, differat, & eſt tēpus pro tempore, prorogabit.* Quæq; Auentinum] *Senſus eſt: Et ſi Diana quæ Auentinum tenet, & Algidum, quindecim uirorum preces curat, & uotis puerorum aures applicat, in alterum luſtrum æuum proroget.* Algidumq;] *Locus eſt uel mons appellatus ab aſſiduo frigore.* Quindecim Diana preces uirorum] *In templo enim Dianæ deputati erant Quindecim uiri, tam ad reſponſa captanda, quàm ſacrificia offerenda.* Amicas] *Propitias.* Hæc Iouem ſentire, deosq; cunctos] *Finis ſacri carminis hoc habebat, ut in hæc uerba deuotio ſolueretur, quando dicerent ſentire Iouem uota, & deos cunctos, ad omnia etiam numina precationem carminis perueniſſe, auditos ſpe ſe certa domum reuerti.*

PORPH. } Phœbe, ſyluarumq; potens Diana] *Hoc carmen ſeculare inſcribitur. Cum enim ſeculares ludos Auguſtus celebraret, ſecundùm ritum priſcæ religionis à uirginibus, puerisq; prætextis in Capitolio cantatū eſt.* Lucidum cœli decus] *Hoc ad ambos refertur ad Phœbū, quando idem Sol eſt, & Dianā, quia eadem Lucina eſt.* Tempore ſacro] *Non tempore priſco dicendum eſt, ſed tēpore quo priſca imitantur.* Dijs quibus ſeptē placuēre colles] *Id eſt, quibus Roma placuit, quæ in ſeptem collibus conſtituta eſt.* Aliusq; & idem] [illegible], *nam quomodo poteſt quis & idē eſſe, & alius? Videtur ad illud retuliſſe, quod idem, quidem ſol ſemper ſit, ſed renouans diem, alius eſſe uideatur.* Poſſis nihil urbe Roma] *Et hic ex ſuperiore audiendum, precamur.* Maturos aperire partus] *Pro facilis ac propitia aperiundis partibus. Oſtendit autem eandem Lucinam & Genitalem deam appellari.* Diua ſobolem] *implicata phraſis, quæ ſic ordinanda eſt.* Diua producas ſobolem prolis nouæ, patrum decreta proſperes, ſuper iugandis fœminis, maritaq; lege feraci. *Maritam autē legem, pro maritali, Plautina uidetur authoritate dixiſſe, ſimiliter enim & ille locutus eſt, ubi ait ſenex: Pulchra edepol dos pecunia eſt. Alter reſpōdit. Quæ quidē non marita eſt, pro eo quod eſt, quæ nō maritalis eſt.* Certus undenos, &c.] *Orbem nunc circulū temporum ſe ſcilicet, redeuntium accipe. Certum autē pro pleno atq; perfecto. Senſus enim hic eſt: Vt perfectus orbis annorū centū, & decem cātus referat et ludos. Pro eo quod eſt, homines certi tēporis, cātus referant & ludos.* Vosq; ueraces] *Sylleпſis eſt, ex uerbo enim ſingularis numeri ſeruet, pluralis naſcitur ſeruent. Quod ſemel dictū eſt, ſtabiliſq; rerū,* ἐπίθετον *eſt termini.* Bona iā peractis iungite fata] *Peractis, id eſt, præteritis fatis bona iungite fata, ac per hoc conceſſum ordinē facite bonorū futurorū.* Nutriant fœtus, & aquæ ſalubres, Et Iouis auræ] *Fœtus generaliter omnium rerū accipe animaliū, quæ ad utilitatē noſtrā pertinent. Salubres aūt non tantū aquæ, uerùm etiam auræ intelligendum.* Condito mitis placidusq; telo] *Hic ſenſus ſecūdùm eorum opinionē conceptus eſt, qui Apollinē peſtilentem Deum putāt eſſe. Porrò aūt quidam dij ideò placantur, ut proſint, quidā ne obſint, ſecundùm quod de Apolline dicitur.* Condito mitis, placidusq; telo Supplices audi pueros Apollo, *Ne noceat, ſcilicet. Videtur autem ſic, & de illo ſenſiſſe Homerus, cùm ait:*

Τὸν δ᾽ ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων, βῆ δὲ κατ᾽ Οὐλύμποιο καρήνων.

Per quod ſignificat ab eo peſtē Græcis immitti & planctus. Plaut. in Mercatore fabula idem ſenſit, cùm inducit matrēfamiliâs precari Apollinē nato ſuo, ut parcat. Siderum regina bicornis] *Poëticum eſt dicere Lunam ſiderum reginam, quæ clarior inter aſtra uideatur.* Roma ſi ueſtrum eſt] *Quare Romam opus Apollinis & Dianæ dicat, nōdum uideo, niſi fortè ex lectione Virgiliana hoc accepit, ubi dicitur frequēter Apollinis oraculis inſtructum Aeneā Italiam petiſſe, ad quem intellectū, & ipſe nos adduxit poëta inferendo.* Iuſſa pars mutare lares & urbem] *Sine dubio enim oraculo iuſſa intelligi. Pars iuſſa autem ad illud refertur, quòd non omnes Troienſes cum Aenea fuerint, ſed pars eorū alibi.* Cui per ardentem ſine fraude Troiam] *Cum utiq; fraude Græcorū incenſa Troia ſit, ſed ſine ſua fraude.* Caſtus Aeneas patriæ ſuperſtes] *Quod ideò uidetur dictū, quia quorundā opinione infamatus Aeneas eſt crimine proditionis.* Daturus plura relictis] *Scilicet ſuis Troianis, quos ſecum in Italiam adduxit, daturus plura, quàm in patria amiſſa reliquerant.* Relictis ergo à nominatiuo plurali uenit, generis neutri, quod eſt relicta. Clarus Anchiſæ, Venerisq; ſanguis] *Hoc ad Cæſarē Auguſtum pertinet, quia Iulia gēs ab Iulio, & per hoc à Venere & Anchiſe deſcendiſſe exiſtimatur.* Lenis in hoſtem] *Sic & Virg.*

„ *Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.*

Iam mari, terraq; manus potentis] *Subaudiēdum uti eſt Romanorum.* Iam Scythæ reſponſa petunt] *Id eſt, expectant præcepta Romanorum, per quod ſubiectos eſſe Imperio Romanorū intelligi uult.* Et neglecta redire uirtus Audet] *Neglecta ſuperiore tempore, nunc, id eſt, temporibus Auguſti.* Copia cornu] *Quaſi corporalem deam hîc accipe copiam, utique rerum omnium abundantiam.* Si Palatinas uidet æquus arces] *Appâret iam eo tempore ab Auguſto dedicatum fuiſſe in Palatino Apollinis templum, cuius & Virg. ſic meminit.*

„ *Ipſe ſedens niueo candentis limine Phœbi*
„ *Dona recognoſcit populorum.*

Alterum in luſtrum, meliusq; ſemper Proroget æuum] *Senſus eſt: Si acceptas aras habet Apollo, quæ in Palatio dedicatæ ſunt,*

ſi propitius Romanos aſpicit, melius ſeculum tribuat futurum. Quæq; Auentinū tenet Algidumq; Quindecim Diana preces uirorū Curet] *Hic quoq; ex ſuperiore ſenſu per Zeugma ſi particula arceſſenda eſt, ut ſit: Si quindecim uirorū preces Diana curat, & ſi amicas aures applicat puerorum uotis (& quæ ex ſuperiore ad Dianam pertinebit) alterum in luſtrum, melius'ue ſemper proroget æuum.*

CHRIST. LAND. } Phœbe ſyluarumq; potens Diana] *Carmen ſeculare ſanè inter lyrica carmina referri poteſt: Nulla enim re ab illis differt: Sed idcirco ſeculare appellat, quoniā ut diebus ſecularibus caneretur, à poëta inſtitutū eſt. Huius autem hymni duplex deuotio erat. Nam Apollinares ludi aliquando pro ſedanda peſte, & auertendo bello fiebant, eorumq; tempus incertū erat cùm ex aduentu iſtorum malorū penderet. Aliquādo celebrantur certo numero annorū, id eſt, centeno decimo anno. Dicebantur autē ſeculares à ſeculo, quod centum annorum ſpatium apud Latinos continebat, nam Etruſci certum illi numerum annorum non dabant, ſed à monſtro ad aliud monſtrum durare uolebant: Ergo ludi ſeculares celebrabantur centeſimo decimo quoq; anno in Capitolio à pueris, & à uirginibus tribus continuatis diebus ac noctibus. Feſtus autem quòd ludi ſeculares poſt centum annos celebrabantur, quia in tot annos ſeculum extendi putabant. Sacrificabant Apollini bouem album. Dianæ uerò capras albas. Neque immeritò tempora numeraturi Apollinem & Dianam, id eſt, ſolem & lunam inuocant, quarum curſu tempora conſtant.* O Phœbe & Diana lucidum decus cœli] *Quoniam alter diurnum, altera nocturnū lumen præberet, & ipſe ſol rector & moderator eſt luminum reliquorum, & cor cœli, & mens mundi dicitur. Ad ſolem omnia deorum, et ad lunam omnia dearū nomina referunt. Quapropter Maro ſolem, lunamq; in re ruſtica inuocaturus, ijs nominibus, quibus eorum uis qua fruges, arboreſq; uigent, uſus eſt. Ait enim Vos ô clariſsima mundi Lumina labentem cœlo, qui ducitis annum Liber & alma Ceres.* O colendi & culti] *Hactenus exordium fuit. In quo beneuolentiam à perſona ipſorum deorum captauit, dum maieſtatem numinis amplificat, & à perſona ciuium Romanorum, quos & fuiſſe, & futuros in deos religioſos oſtēdit.* Tempore ſacro] *Diebus ſecularibus ueſtro numini conſecratis.* Date] *Nam quoniam dij eſtis, facilis ſit petitio, quoniam autem & religioſè, & eo die qui uobis ſacer eſt, petimus, iure dandum uidetur.* Quo Sibyllini] *Non enim ſolum die tibi ſacro petimus: Sed idcirco ſacra quod Sibylla mulier, & à te edocta & tuo numine plena præcepit ut in ſuperioribus prolixiùs expreſsimus.* Quo] *Pro quia.* Lectas] *Beneuolentes ut in ſacris decet. Si autem lectas, id eſt, electas, oſtenditur non temerè, ſed cum ratione eſſe inſtitutas. Sic Virg.*

„ *Lectoſq; ſacrabo Alma uiros.*

Septem colles] *Roma, quæ ſuo ambitu ſeptem cingit colles. Quirinalem, Viminalem, Exquilias, Cælium, Auentinum, Palatium & Capitolium.* Alme] *Ab alendo, Sole enim omnia ueniūt, & aluntur.* Pronus] *Tuo ortu.* Celas] *Occaſu.* Nitido curru] *Nam in quadrigis ſolem obire fingitur.* Alius] *Nam & orientalem, & occidentalem dicimus ſolem.* Et idem] *Quia tamen idem eſt.* Poſsis] *Optātis eſt. Neq; precatur, ut minuatur ſua uis, ex eo quod nil poſsit uidere maius Roma, ſed cupit augeri, & tantum fieri, ut nil in hoc inferiori mūdo maius ſit. Hæc ergo petitio eſt.* Ilithya] *Diana, alij enim à loco ſic dictam putant. Alij, quia à mulierib. parturientibus placetur. Nā ἱλάσκω placo ſignificat.* Lucina] *Quia exitum in lucem infantibus præbet. Hinc enim mulieres parturientes illam inuocantes, clamant, Iuno Lucina fer opem: ſerua me obſecro.* Genitalis] *Quia omnis plantandi uis, & augendi à luna eſt, ut ſciendi, & opinandi à ſole.* Super iugandis] *Id eſt, de iugandis, hoc eſt, in matrimonio collocādis.* Decies undenos] *Centum & decem.* Ter die] *Vt ſit ter in ternis diebus.*

Veraces] *Nam quæ à fato ſunt, neceſſaria ſunt. Ergo ueraces, ut ſtabilis, terribilis terminus rerum ſeruet, quod dictum eſt.* Iungite fata bona peractis] *Efficite, ut quæ in futuro fata imminent, bona ſint.* Donet] *Propterea donet, quia tellus ſit fertilis.* Aquæ ſalubres & Iouis auræ] *Id eſt, aëris, iccirco dixit, quia ex humore, & calore ita temperato, ut aër eſt, omnia gignuntur & aluntur.* Condito mitis placidusq; telo] *Solis triplex eſt poteſtas ſecundùm Porphyrium. Et ſol apud ſuperos. Liber pater in terris. Et Apollo apud inferos. Inde eius ſimulachrum habet tria inſignia. Lyram ad ſimilitudinem cæleſtis harmoniæ: nam ex contemperato eius calore omnia proueniunt. Item ſagittas, quibus noxius indicatur. Nam ex nimio calore peſtem inducit, & inde Apollo ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν quod perdere ſignificat, dicitur, proptereaq; Homerus illum & medicinæ ſimul & peſtilentiæ deum inducit. Habet & gryphon, quod animal terrenum eſt. Ergo optat poëta, ut recondat ſagittas, id eſt, ne ueniat noxius, ſed ſaluber.* Bicornis] *Duo enim cornua lunæ ſunt.* Roma ſi ueſtrum eſt opus Iliæq;] *Nam Virgilius Apollinem Troianis fauentem inducit. Vnde,*

„ *Phœbe grauis Troiæ ſemper miſerate labores*
„ *Dardana qui Paridis direxti tela manuſq;*
„ *Corpus in Aeacide.*

Sine fraude ſuperſtes] *Quia non proditione meruit à Græcis dimitti. Sed Veneris auxilio liberatus eſt.* Plura relictis] *Nam maius fuit imperium Romanorum quàm Troianum.* Dij] *Optimè iuuentuti bonos mores rogat. Quia & publicè, & priuatim multa ſunt munera obituri. Senibus autem quaſi iam omnium munerum genere defunctis quietem precatur.* Rem] *Imperium.* Prolem] *Vt Populus numeroſus ſit. Hoc publicè. Priuatim autem rem opes, & prolem filios, quos in ſuis opibus relinquāt.* Decus] *Omnia ad maieſtatem populi augendam pertinent.* Quæ] *Gens Romana.* Albis] *Nam eo colore hoſtias parabat.* Sanguis] *Appoſitio eſt, ergo quæ gens ſanguis, id eſt, genus Anchiſæ & Veneris, ex quibus eſt Aeneas, Auctor Romanæ ſtirpis.* Imperet] *Rem iuſtam petit, ſcilicet, ut imperet in hoſtem bellantem quaſi bellum ex ſuperbia inferentem.* Prior] *Melior, quaſi uictor & imperet in iacentem, id eſt, in eos qui cedunt lenis, id eſt, utens lenitate. Sic Virg.*

„ *Tu regere imperio populos Romane memento,*
„ *Hæ tibi erunt artes, pacisq; imponere mores.*
„ *Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.*

Reſponſa] *Ab Auguſto amicitiam petunt tanquam à Deo. De legatione autem Parthorum, & Indorum diximus.* Fides] *Has omnes uirtutes, quæ bellis ciuilibus ex urbe fugatæ erant, pace ab Octauiano procurata redire dicit: Sed de copia cornu, quære in ſuperioribus.* Augur, & fulgente, &c.] *Qui à Ioue uaticinationem habet, Virg.*

„ *Quæ Phœbo pater omnipotēs mihi Phœbus Apollo prædixit.*

Salutari arte] *Nam medicinæ author habetur,* Ouid.

„ *Inuentum medicina meum eſt, opiferq; per orbem*
„ *Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.* Ordo eſt:

Phœbus augur, & cætera proroget alterum, id eſt, uenturum luſtrum in æuum ſemper melius, id eſt, in ſuccedentia luſtra, quæ æuum faciunt, & ſit ſemper meliora. Poſuit autem luſtrum pro ſeculo, quia & in eo. Si palatinas] *Id eſt, ſi fauet arcibus Palatinis, ut ſit pars hæc pro tota Roma.*

Quindecim uirorum] *Numerum uarium decem uirorum in ſuperioribus diximus. Diana autem in Auētinum templum habebat, in Propert.*

„ *Phyllis Auentinæ quædam eſt uicina Dianæ.*

Item aram Iouis Elicij & aram Herculis: Et templum Libertatis à Graccho demulctatitia pecunia militum in ſecundo bello Punico factum. Aderant aquæductus & ſpelunca Caci.

HENR. GLAR. } *Angelus Politianus Miſcellaneorum cap. 58. eleganter ac diſertè de his diſſerit ludis. Cæterùm ſeculares ludos, non quod fierent anno uel centeſimo denique, uel etiam centeſimo decimoq; nuncupatos putat: Sed ob id magis (inquit) quod plerunque ſemel hominis ætate fierent, ut multa alia, quæ rara ſunt, poſt ſeculum euenire loquentium conſuetudo uſurpat: Hæc ille. Quaſi uerò non & ſeculum hominis, centum intelligantur anni. Nam ætatem hominis intelligere ſeculum, ne ipſe quidem Domitio Martialis commentatori concedit. Ego ſeculum centum annos intelligo, ac inde ſeculareis dictos ludos. Aetatem uerò hominis eſſe triginta tres annos, ac menſeis quatuor, ut ex Herodoto libro ſecunda docuimus, uidelicet in ſingula*

gula ſecula ternas hominum ætates. Et apud Herodianum rectè dictum, trium ſpacio ætatum ſolitos inſtaurari ludos ſeculares. Ritè maturos aperire partus] Aperire, id eſt, ædificare, exponit Acro. Sed id ego corruptum puto. Idem Acro paulò pòſt, decies undenos annos centum dixit, inquit. Quare puto Acronem legiſſe, non undenos, ſed ut denos: & ſequenti uerſu: & cantus, non ut cantus quod placet. Rurſus item poſtea. Ilias turmas referri poſſe putat ad Iliam matrem Romuli quod ego neutiquã puto. Eodem loco iuſſa nomen putauit, exponitq́; iuſſa, id eſt, deorum reſpõſa, cum iuſſa ſit participiũ. —Remq́; prolemq́; Et decus] Verſus eſt hipermeter. Cæterùm ego exponerem. Rem, id eſt, diuitias, prolem, id eſt, liberos: decus, id eſt, imperiũ. Quæq́; Auentinum tenet Algidumq́; Quindecim Diana preces uirorum] Hæc carmina ac ſequentia ad finem uſque, magnam habent & obſcuritatem, & difficultatem. Porphyrio ait: Hic quoq; ex ſuperiore ſenſu per zeugma Si particulam arceſſendam eſſe: ut ſit ſi quindecim uirorum preces Diana curat. At eo quidem modo nullus fit ſenſus abſque altera huius propoſitionis parte. Ideóq; alij ſi, repetunt, ſed cum uerbis priorum carminum, ſi Diana æqua uidet Palatinas arces, curet preces quindecim uirorum, procurabit, ut illud prorogет prorogabit Acro expoſuit, nõ ineptè meo quidem iudicio. Et ſolent poëtæ quandoq; modos ac tempora propter carmen confundere. Vltimum autem uerſum Sapphicum cum Adonico, ut Acro exponat non uideo: & Porphyrionis mutilus eſt commentarius. Alij autem non chorus Phœbi exponendum putant, ſed ſupplenda quædam: ut ſit ordo: Chorus puerorum, puellarumq́;, doctus dicere laudes Phœb. & Dianæ, reportat etiam domum bonam certamq́; ſpem, ut ego. Sed in hoc toto carmine uidetur popularis eſſe ſtylus, quemadmodum in Prologis Terentij aliam, quàm in ipſo actu uidemus phraſin.

HERMANNI FIGVLI PROOEMIVM IN CARMEN SECVLARE.

SECVLVM, ut pauca de inſcriptione huius carminis in medium proferam, ſpacium annorum centum uocarunt, dictum à ſene, quòd longiſſimum ſpacium ſeneſcendorum hominum id putarunt, ut doctiſſimus ille linguæ Latinæ autor Terentius Varro memoriæ prodidit. Hinc appellatum conſtat Carmẽ Seculare, quod ludis ſecularibus in Capitolio à pueris, puellisq́; in laudẽ Apollinis & Dianæ pro ſalute totius imperij Romani cantari ſolebat. Hinc dicti etiã ſunt ludi ſeculares, quòd uno ſeculo, hoc eſt, centũ annis ſemel tantùm à prima origine, ex præſcripto Sibyllinorũ uerſuum fierent. De origine & ceremonijs horũ ludorũ ſcitu digna ſcribit Alexander ab Alexandro, Genialiũ dierum lib 6. cap. undeuigeſimo. Quæ, quoniã autor ille nõ paſſim in manibus omniũ uerſatur, in gratiã & uſum diſcentiũ huc transferre libũit: Seculares (inquit) ludos, quòd ſingulis centum decem annis, uel quòd ſemel tantùm hominũ ætate fierent, dictos accepimus. Nam ſeculum ueteres hac finitione terminarunt. Alij, niſi decurſo trium ætatum ſpacio, ſeculares fieri negauerunt, qui ſupra Tiberim, ſæpius in Capitolio, magna frequentia & fauore ſunt edi ſoliti. Ad quos licet præco inuitaret, ad ludos, quos nec uidiſſet quiſquam, nec uiſurus eſſet, illos tamen citra hunc annorum numerum perſæpe celebratos comperimus. Nam & diuus Auguſtus ſeculares fecit, & haud multò pòſt Claudius celebrauit, quo internallo ſexaginta tres haud amplius interfuêre anni. Mox Domitianus illos inſtaurauit, habita temporis ratione, ex quo ab Auguſto editi fuerant. Quos Romæ per omnia theatra fieri ſeruatum eſt, in quibus trinoctio tetra caligine bobus atris ad Tarentum ſacrum Plutoni & Proſerpinæ, lectiſternium, peruigilia, & ſupplicationes inſtar Cereris initiorum fieri ſolebant, carmine & hymnis in Capitolio à pueris, puellisq́; patrimis & matrimis, in Apollinis & Dianæ laudem modulato, cum quibus ſæpe Circenſes dabantur noct. Quorum inſtitutio fertur antiquiſſima. Cùm enim Valerius Publicola, qui reges eiecit, tres filios morbo laborantes ex uoto recepiſſet incolumes, uoti reus hos inſtituit primus, & celebrauit: quos antea præteritos uel intermiſſos diuus Auguſtus magnifico apparatu celebrauit, quamuis non uera ratione dimenſa. In quibus iuuenes ſine aliquo maiore natu propinquorum, nocturno ſpectaculo intereſſe uetuit. Hactenus Alexander. In his ludis ab Auguſto factis cantatum eſſe in Capitolio à uirginibus, puerisq́; Carmen hoc Seculare Horatianum, quidam affirmant. Valerius quoque Maximus libro ſecundo, cap. primo, de inſtitutis antiquis, originem ludorum ſecularium tradit.

EIVSDEM COMMENTARIVS.

HERMAN. FIGVL. } Phœbe, ſyluarumq́; potens Diana, &c.] Orditur ab inuocatione, qua petit à Phœbo & Diana, ut preces ſuas exaudire, & dare id, quod ludis ſecularibus petunt, dignentur. Apollo, qui & Phœbus dicitur, Iouis et Latonæ fuit filius, eodem cum Diana partu natus, repertor Medicinæ, autor ſalutis & peſtilentiæ. Syluarumq́; potens Diana] Diana quoq; omnium ferè poëtarum teſtimonio, filia fuit Iouis & Latonæ, eodem cum Apolline partu ædita. Hanc ueteres inſignem uirginitate perpetua uoluere, & quoniam ſpreto hominum conſortio ſyluas inhabitaret, uenationibusq́; uacaret, eam arcu, pharetraq́; accinctam deſcripſere, & nemorum, montiumq́; dixêre Deam, curruq́; uti uoluêre, à ceruis albis tracto, & Nympharum ſocietate atq; officijs, & obſequio uti. Hæc Bocatius lib. 5. Lucidum cœli decus] Ad utrumq;, tam Phœbum, quàm Dianam, hoc eſt, ſolem & lunam, per appoſitionẽ hoc refertur. Sunt enim hæc duo ſydera inter ſeptem planetas præcipua cœli ornamenta, & ampliſsima magnitudine ac poteſtate lumina. Quorum alterum lucem mortalibus miniſtrat, uiceſq́; temporum ueluti rector cœli gubernat: alterum noctis tenebras illuſtrat, menſes diſtinguit, aliaq́; multa ſua ui admiratione digna efficit. O' colendi ſemper, & culti] Duobus modis beneuolentiam captat. Primùm à perſona Phœbi & Dianæ, quòd tales fuiſſe eos in Romanos oſtendit, ut perpetuo cultu & ueneratione ſint digni: Deinde à ſua, aliorumq́; ciuium perſona, quòd ab his Deos illos ſemper habitos, & religioſè cultos ſignificat. Quæ precamur tempore ſacro] Hoc eſt, quæ ludis ſecularibus à uobis precibus petimus. Quo] Videlicet tempore ſacro Sibyllini uerſus iuſſerunt, ut uirgines lectæ, puerìq; caſti dijs Romano imperio propitijs carmen ſeculare canerent. Nam in libris Sibyllæ præſcriptum erat, quo tempore, quibus ceremonijs, quo in loco ludi ſeculares fieri deberẽt. Hos libros ab anu, quæ eos eſſe diuina oracula dicebat, Tarquinium Superbum immenſo precio emiſſe legimus apud Gellium. Hi ad Cornelium uſque Syllam manſere incolumes: tunc enim incenſo Capitolio, cùm omnia perflagrarent, ipſi pariter abſumpti fuêre. Siti enim erãt in Capitolini Iouis templo, in arca lapidea, loco ſubterraneo, magna cura, ſtudióq; ſeruati. Horum curam primò duũuiri, poſtea decemuiri, mox quindecimuiri agebant, teſte Alexand. ab Alexan. Virgines lectas] Nam uirgines puerosq́; patrimos & matrimos ad carmen ſeculare cantandum deligebant. Quibus ſeptem placuêre colles] Quibus Roma cordi fuit, quæ ſeptem habet colles: Capitolinum, Palatinum, Auentinum, Cœlium, Exquilias, Quirinalem, & Viminalem. De his multa præclara tradit Alexander Neapolitanus lib. 6 cap. 11. Alme] Illuſtris, clare. Almũ propriè dicitur quod nos alit, ab alendo: ut alma tellus, alma Ceres. Abuſiuè etiam alijs numinibus tribuitur hoc epitheton, ut hic almus Sol. Sol] Sol (inquit Cicero de natura deorum) dictus eſt, uel quia ſolus ex omnibus ſyderibus eſt tantus: Vel quia cùm exortus eſt,

tus eſt, obſcuratis cæteris ſyderibus, ſolus apparet. Huic aſſentitur Macrobius, dicens: Nam & latinitas eum qui tantam claritudinem ſolus obtinuit, Solem uocauit. Currum nitido] Splendorem Solis currus, quo poëtæ eum uehi fingunt, ſatis magnificè deſcribit Ouidius libro ſecundo Transformationum. Quo commento quid ſibi uelint, pulchrè explicat Boccatius. Currus autem ille (inquit) tum lucidus apparatus, indefeſſam eius, atq; perpetuam cum indeficiente lumine circa orbem terrarum uolubilitatem oſtendit, qui rotarũ quatuor eſt, ut deſcripta iam quatuor tempora ſua fieri circuitione deſignet. Sic & illi quatuor equi, ut per eos qualitates diurnæ circuitionis oſtendat. Nam Pyrois, qui primus eſt, pingitur & in tempore rubeus, eò quòd primo mane agentibus, uaporibus à terra ſurgentibus, ſol oriens rubeat. Eous, qui ſecundus eſt, cùm albus effigietur, dicitur ſplendidus, eò quòd exhalatus ſol iam diſſolutis uaporibus ſplendens ſit. Aethon autem tertius rubens, ſed in croceum tendens, ardens exponitur, nam ſole iam cœli medium tenente, lux eius coruſca eſt, & cunctis uidetur feruidior. Phlegon autem quartus ex croceo colore tendit in nigrum, & in tempore terram amans, oſtendens adueſperaſcente die ſolem terram petere, id eſt, occaſum. Diem qui promis] Qui diem ortu tuo producis. Aſcendente enim ſole ad ſuperiùs hemiſpharium, tenebræ noctis fugantur, & dies efficitur. Vnde Plinius rectè ait de ſole: Hic lucem (inquit) rebus miniſtrat, aufertq; tenebras: hic cœli triſtitiam diſcutit, atque etiam humani nubila animi ſerenat: præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens. Idem cùm occidit, diem nobis aufert, & noctem relinquit. Cùm enim radij ſolares per terram tranſmitti nequeant, neceſſe eſt eam de ſe umbram in partem contrariam proijcere, quæ propriè nox dicitur. Alius naſceris] Hoc eſt, manè cùm oriris alius es atq; ueſperi cùm occidiſti. Referendum hoc ad diuerſas ſolis qualitates, quas paulò antè ex Boccatio retulimus, quibus quidem alius apparet, cùm tamen reuera ſemper ſit unus atq; idem. Poſſis nihil urbe Roma] Hoc eſt quod precatur Apollinem, uidelicet ut urbe Roma nihil ſit maius, nihil excellentius. Viſere] Sol enim omnia uidet atq; intuetur. Vnde princeps literarum Homerus Iliad. γ. ait:

„ —ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς.

Quod hemiſtichion ita uertit Ouid.

„ —Videt hic Deus omnia primus.

Ritè maturos aperire partus] Precatur Dianam, ut partus fortunet, & parturientes mulieres conſeruet incolumes. Et oſtendit cauſam quare Diana à mulieribus parturientibus inuocanda ſit, nimirum quòd in aperiendis & accelerandis partibus ſit facilis ac benigna. Ilithyia] Εἰλείθυια, Lucina dea parturientibus propitia, quam Homerus Iliados τ. μογοστόκον appellat, hoc eſt, laborem in pariendo releuantem. Lucina] Quæ apud Græcos Diana & & Lucifera, eadem apud nos Iuno Lucina dicitur.

Genitalis] Genitales uerò deos (ait Alexander ab Alexandro) multi putant, Aquam, Terram, Ignem & Aërem: his addunt Solem & Lunam, ex quibus ſeminibus gignuntur omnia, quibus natali die quiſque ſacrum facit, quòd gignendarum rerum uim haberent. Diua producas ſobolem] Lucina enim parturientium dea, infantes in lucem edit. Hinc eſt quòd Alcmena Herculem eo die, quo naſci debebat, parere non potuerit, quòd Lucina, parturientium dea, eo tempore apud prægnantem Stheneli uxorem à Iunone retenta ſit. Patrum decreta] Legem de maritandis ordinibus uidetur intelligere, quam Metellus Numidicus, grauis ac diſertus uir, longa oratione in Cenſura populo ſuaſit, cùm eum ad matrimonia liberorum procreandorum cauſſa capeſcenda adhortaretur, teſte Gellio. Hanc legem cùm ex integro ſanciret Auguſtus, eandem Metelli orationem, autore Liuio, uelut eo tempore ſcriptam, in ſenatu recitauit. Iugandis] Matrimonio copulandis. Iugare propriè dicitur coniungere, à iugo, quaſi ad unum iugum alligare. Dicitur etiam de ijs, qui maritali iugo inſtar boum colla ſubijciunt. Eſt autem Iuno connubiorum dea, cui uincla iugalia curæ, ut ait Virgilius. Prolisq; nouæ feraci] Nam gignendorum liberorum cauſſa hæc lex coniugalis erat lata, quòd ſine matrimoniorum frequentia ſalua eſſe ciuitas non poſſet. Ex connubijs enim propagatur ſoboles, quæ origo eſt rerum publicarum. Vnde rectiſſimè Cicero Coniugium urbis principium & quaſi ſeminarium Reipublicæ appellat. Certus undenos decies per annos] Poſt ſingulos annos centum & decem, hymnos & ludos ſeculares, continuis tribus diebus ac noctibus celebremus. Certus orbis] Id eſt, integer & completus ſolis circulus ac reuolutio, quam unius anni ſpacio, hoc eſt, trecentis ſexaginta quinq; diebus, & quarta diei parte conficit. Ter die claro] Tribus continuis diebus in honorẽ Apollinis. Totiesq; grata nocte] Tribus continuis noctibus, quia totidem filij Valeſij, qui primus hos ludos inſtituit, periculo liberati erant. Vnde eleganter dixit Auſonius:

„ Trina Tarentino celebrata trinoctia ludo.

Vosq; ueraces cecinisse] Rogat Parcas ut inſtantia fata in melius uertant, hæ enim hominibus bona & mala tribuere dicuntur. Veraces uocat, quia nihil aliud ſint quàm fatum, quod eſt ex omni æternitate fluens ueritas ſempiterna. Quod ſemel dictum eſt] Quod ſemel à Deo conſtitutum ac deſignatum eſt, ut eueniat. Stabilisq; rerum terminus] Hoc eſt, immutabilis illa rebus omnibus à fatali neceſſitate præfixa meta, quam non licet tranſilire. Bona iam peractis iungite fata] Præteritis fatis adiungite bona futura. Fatum quod πεπρωμένην Græci, uel εἱμαρμένην uocant, ad hanc fermè ſententiam Chryſippus, Stoicæ princeps philoſophiæ, definit: Fatum eſt, inquit, ſempiterna quædam & indeclinabilis ſeries rerum & catena, uoluens ſemetipſa ſeſe, & implicans per æternos cõſequentiæ ordines, ex quibus apta, connexaq; eſt. Sic enim definitionem hanc ex libro περὶ προνοίας quarto Chryſippi tranſtulit Aulus Gellius libro ſexto, capite ſecundo.

Fertilis frugum, pecorisq; tellus] Optat fertilitatem agrorum, & ſalubritatem aquarum, auræq;, ut uberiores ſint terræ fructus, & meliores animalium fœtus. Spicea donet Cererem corona] Id eſt, corona tanquam præmio Cererem terra exornet, pro fertilitate & frugum abundantia, ab ea ſibi conceſſa.

Condito mitis placidusq; telo] Sagittæ aſſignantur Apollini, quibus iratus nocet & peſtem immittit: reconditis uerò in pharetram, propitius eſt & ſalutaris. Et propterea uidetur Homerus eum & peſtilentiæ, & ſalutis autorem conſtituiſſe, ut patet ex libro primo Iliados. Quod etiam ſenſiſſe uidetur hoc loco Horatius noſter. Pueros] Carmen ſeculare in laudem tuam canentes, & ſalutem precantes. Syderum regina] Quemadmodum Sol ſyderum, cœliq; eſt rector ac gubernator, ita Luna ſoror dicitur regina. Bicornis] Duo habens cornua. Nam tertio die poſt coniunctionem digreſſa à ſole luna, radium ex obliquo recipit. Vnde principio μηνοειδής, id eſt, corniculata ſeu falcata apparet. Ad hoc etiam alluſit Ouid.

„ Nec noua creſcendo reparabat cornua Phœbe.

Roma ſi ueſtrum eſt opus] Romam ideo Apollinis opus appellare uidetur, quod eius reſpõſo moniti Troiani in Italiã profecti ſunt, ibiq; ſedes poſuerũt. Sic enim apud Virg. Phœb. reſpõdet Aeneæ:

„ Dardanidæ duri, quæ uos à ſtirpe parentum
„ Prima tulit tellus, eadem uos ubere læto
„ Accipiet reduces: antiquam exquirite matrem.
„ Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris:
„ Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.

Iliæq; litus Hetruſcum] Id eſt, ſi Troiani ueſtro ſuaſu in Italiam uenerint. Nam Aeneas domo profugus, primò in Macedoniam uenit, inde in Siciliã delatus: à Sicilia claſſe Lauritem agrum tenuit, ibiq; à Latino rege Aboriginum in amicitiam & affinitatem receptus, mox cum Turno & Mezentio, rege Hetruſcorum, bellum geſſit, eosq; ſecundo prælio, & operum ſuorum mortalium ultimo uicit. Iliæ, aũt dixit, pro, Ilienſes, ab eminentiſſima arce Troiana Ilio, à rege Ilo, Trois filio, extructa & nuncupata. Iuſſa pars mutare] eam partem intelligit, quæ cum Aenea domo profuga poſt immenſum propè errorem in Italiam uenit. Nam capta Troia in cæteros ſæuitum eſt Troianos, ut ſatis conſtat ex Liuio. Cui] Videlicet parti Troianorum, quos ſecum ex medijs ignibus incenſæ urbis eduxit. Horum apud Virg. lib. 2. Aeneid. ſic meminit:

„ Sic demum ſocios conſumpta nocte reuiſo.
„ Atq; hic ingentem comitum affluxiſſe nouorum
„ Inuenio admirans numerum, matreſq;, uiroſq;,

Collectam

» *Collectam exilio pubem, miſerabile uulgus,*
» *Vndiq; conuenêre animis, opibuſq; parati,*
» *In quaſcunq; uelim pelago deducere terras.*

Sine fraude liberum muniuit iter] *Quam ſine ulla criminis cauſa liberè & tutò abduxit. Nam primum omnium ſatis conſtat (ut in primo commemorat Liuius) Troia capta in cæteros ſæuitum eſſe Troianos, duobus, Aenea Antenoréq;, & uetuſti iure hoſpitij, & quia pacis, reddendæq; Helenæ ſemper autores fuerant, omne ius belli Achiuos abſtinuiſſe. Virgilius fato profugum patriam deſeruiſſe Aeneam, libro Aeneidos 1. tradit.* Ardentem Troiam] *Accenſam à Græcis. Incendium & ruinam Troianæ urbis ſatis copioſè deſcribit Virg. lib. 2. Aeneid.* Daturus plura relictis] *Regnũ amplius & potentius multò, quàm illud quod reliquerãt, ſocijs ſuis daturus.* Di probos mores docili iuuentæ] *In primis ſanè orandum hoc, & petendum à Deo, ut iuuentus bonis moribus, & eruditione ornetur. Hæc enim ſola humani generis uera, & ſempiterna ſunt bona, ad uirtutem & æternam beatitudinem ducentia. Quare parentibus præcipuè danda eſt opera, ut à teneris ſtatim unguiculis rectè inſtituantur liberi, dum puerilis adhuc, et mollis animus flecti in quamcunq; partem, & ueluti cera in quamlibet ſpeciem fingi poteſt. Sicut enim infantium membra (inquit Plutarchus) ſimulac nati ſunt, formari componíq; debent, ut recta minimèq; obliqua fiant, ita puerorum mores principio aptè concinnéq; fingere conuenit. Illa namq; nouella ætas ad fingendum facilis, & tenera eſt, & ipſorum animis, dum molles adhuc extant, diſciplinæ meliùs inſtillantur. Difficiliùs autem quæ dura ſunt molliuntur. Et paulò pòſt idem ait: Honeſtatis enim fontem ac radicem eſſe liquet, legitimam conſequi diſciplinam. Ac ueluti coloni ſepes arbuſculis circumponunt, ita & æquiſsimi præceptores conſona pueris inſtituta, & admonitiones inſerunt, unde rectiſsima morum germina pullulent.*

Senectuti placidæ quietem] *Rectè optat ocium ſenectuti, quod eſt belliſsimum (ut ait Cicero) ſubſidium ſenectuti. Ideóq; ſenibus labores corporis ſunt minuendi. Exercitationes animi etiam augendæ uidentur. Danda uerò opera, ut & amicos, & iuuentutem, & maximè Rempublicam conſilio & prudentia quàm plurimùm adiuuẽt.* Romulæ genti] *Hoc eſt, Romanis, ex Romulo, primo urbis conditore, productis.* Remq;] *Hoc eſt, opes & diuitias, quæ ſunt inſtrumenta ad actiones honeſtas. Et (ut ait Bion) nerui actionum, quòd ſine his nihil agatur.* Prolemq;] *Liberos, qui ſunt Reipublicæ ſeminarium, ac ciuitatis propagatio. Vnde uiri politici ſciant ſe debere ſoboles patriæ, quæ aliquando Rempublicã defendant. Sciant ſe procreandis filijs non minus benè de Republica mereri, quàm rebus feliciter & ſtrenuè gerendis. Quod etiam Crœſus eleganti admodum apophthegmate ſignificauit. Quum enim Cambyſes ſe cum patre Cyro conferret, amicis illum patre præſtantiorem affirmantibus, Crœſus reſpondit, illum nondum patri æquandum, quia nondum reliquiſſet filium. Sentiens & hoc eſſe non infimum erga Rempublicam meritum, ſi non ſolùm ipſe te præſtiteris egregium uirum, ſed aliquem tui ſimilem gignas, educeſq; patriæ.* Decus omne] *Omnem dignitatem ac laudem. Erant Romani gloriæ auidiſsimi, unde Cicero pro Archia dicit: Cupere debemus, quò minùs manuum noſtrarum tela peruenerint, eódem gloriam, famámq; penetrare. Et ibidem: Trahimur omnes laudis ſtudio: & optimus quiſq; maximè gloria ducitur.* Quiq; uos bobus] *Orat ut Auguſtus imperator optimus hoſtibus ſuis ſemper ſit ſuperior ac uictor.* Bobus albis] *Album taurum ſacrificabant Apollini & Lunæ. Lege olim Solonis de boue nulli ſacrificari licebat. Quia cùm animal eſſet innoc[illegible], & agrorum cultui deditum, in ſacris mactari uetuit: quip[illegible]eribus tantæ uenerationis erat, ut æquè capitale eſſet, bouem quàm ciuem necaſſe, autor eſt Alexander ab Alexandro.* Clarus Anchiſæ, Venerisq; ſanguis] *Periphraſis eſt Auguſti Cæſaris, qui erat ex gente Iulia, quæ originem habuit ab Iulo, Aeneæ filio, Anchiſæ & Veneris nepote. Progeniem Auguſti diligenter Meſſala Coruinus docto libello deſcribit. Vbi inter alia ſic refert: Hunc (de Numitore dixit) ſcito Cæſar Auguſte, gentis Iuliæ Albanorum regum ultimum, eamq; gentem ad Iulium uſque Cæſarem, téq; principum decus, ſine imperio, priuatæ in tuæ felicitatis tempora terminaſſe. Namq; Romulum, Romanæ urbis, imperijq; tui conditorem, materna linea incognito patre ortum, tuæ ſtirpis non cenſeo, ſi maiorum genealogiam rectè complector.*

Iacentem lenis in hoſtem] *Ius naturale exigit, ut etiam in hoſtes, præſertim uictos, ſimus lenes. Nam cùm pugnandum omninò eſt, conuenientiùs ſanè naturæ uidetur eſſe, hominem capere ac ſeruare, quàm occidere. Id quod etiam feciſſe imperatores in bello, tradit Iuſtinianus libro primo Inſtitutionum, Titulo tertio, De iure perſonarum. Cicero ea bella, quibus imperij gloria propoſita eſt, minus acerbè gerenda præcipit. Tanta autem facilitate & humanitate in hoſtes fuit Auguſtus, ut neque aut crebriùs, aut perfidioſiùs rebellantes grauiore unquam multatus ſit pœna, quàm ut captiuos ſub lege uenundaret, ne in uicina regione ſeruirent, néue intra triginta annos liberarentur.* Iam mari terraq;] *Sub Auguſto imperatore gentes etiam remotiſsimæ Romani imperij potentiam & maieſtatem metuunt, ac uenerantur.* Scythæ reſponſa petunt] *Quomodo uirtutis & moderationis ſuæ fama Indos ac Scythas ad amicitiam ultrò per legatos petendam Auguſtus pellexerit, conſtat ex Suetonij & Oroſij hiſtoria.* Iam fides & pax] *Oſtendit Auguſtum, bellis ciuilibus ſedatis, & uitijs omnibus è Republica eiectis, pacem & uirtutes priſtinas patriæ reſtituiſſe. Nam pronum in omnia mala, & in luxuriam fluens ſeculum, grauibus, ſeuerisq; legibus multis coërcuit; ut legimus apud Florum & Suetonium: Et teſtis eſt grauiſsima Lex Iulia, de adulterijs coërcendis, & ſtupro, ab eo lata.* Apparetq; pleno copia cornu] *Hoc eſt, imperante Auguſto omnibus opibus, & commoditatibus uitæ, ac rerum facultatibus abundamus. Nam cùm affatim omnia ſupereſſe ſignificamus, Copiæ cornu dicimus, ut monet Eraſmus in prouerbio: ἀμαλθείας κέρας, id eſt, Copiæ cornu.*

Augur] *Augurem uocat Apollinem, quia dat reſponſa, ſex menſibus apud Lycios, & ſex apud Delon.* Fulgente decorus arcu] *Armatus eſt arcu & ſagittis Apollo, quia Sol cauſa eſt morborum in uiris, ſicut Luna in fœminis.* Acceptusq; nouem Camœnis] *Nouem Muſis charus. Fingunt enim poëtæ, Phœbum Heliconicis Muſis præeſſe, & eo tangente lyram à Mercurio acceptã, Muſas canere.* Salutari arte] *Hoc eſt, medicina, cuius ipſe apud* Ouidium *ſe repertorem iactitans, inquit:*

» *Inuentum medicina meum eſt, opifexq; per orbem*
» *Dicor.*——

Rectè autem ſalutarem hanc artem uocat, quia ſalubribus ſuis remedijs ægrotantes reficit, recreat ac priſtinæ ſanitati reſtituit: magnóq; haud dubiè humano generi, tot morbis obnoxio, præſidio eſt. Si Palatinas] *Senſus eſt: Si Apollo urbi Romæ, & Italiæ eſt propitius, precantur ut illam ab uno luſtro in aliud, & in melius ſemper æuum proroget.* Palatinas arces] *Quas reges primùm, deinde Conſules, mox imperatores incoluerunt. Vbi etiam Apollo templum habuit. Palatinus mons (inquit Alexander ab Alexandro) Capitolio proximus, quin Arcades habeat autores, nemo dubitat, quem à Palantia urbe Arcadiæ dictum autumant, ipſumq; Aborigenes, & Re[illegible]e profectos tenuiſſe. Conſtatq; prima fundamenta urbis ibi iacta, Romamq; quadratam Romulum fundaſſe, Palatinumq;, ne opportunus iniuriæ foret, muniuiſſe. Poſtea ædem Victoriæ, & templum Apollinis & Muſarũ, quod magna mole conſtruxit, cum Bibliotheca Græca, Latinaq; Auguſtum addidiſſe: Ibiq; ſacellum deæ Viriplacæ, ad quod uir & uxor diſsidentes conuenire, & in gratiam æquiſsimis [illegible]nis redire aſſuerant, ac Phœbis phanum, ædemq; matris magnæ, quæ Berecynthia dicta eſt, ac templũ Lunæ Noctilucæ, delubrumq; Iunonis Soſpitæ haud longè pòſt extructa fuiſſe.* Alterum luſtrum] *In luſtrum ſequẽs. Nam ſingulo quinquennio perfecto, per Cenſores urbem luſtrari ſue, oue, & tauro: aut uerre, tauro & ariete, qui circumducebantur, quæ Solitaurilia uocantur, inuenimus. In quo fuit conſtitutum, ut menſe Februario, quo tempore urbs luſtratur, Februo (qui luſtrationi præeſt) in primis litarent, & ſacrum facerent: mox Cenſor in magna ordinũ frequentia deos, imperij præſides, ſolenni precatione aduocaret, ut rem Romanã, urbes, tẽpla, fines, aquas, perpetuò ſeruarẽt incolumes, & proſperos ſucceſſus darẽt, dubijsq; conatibus adeſſent: malaq; auerruncarẽt, uotaq; in ſequẽs luſtrũ promitterent: circumq; urbis pomœriũ ſereno cœlo, Pontifices, Flamines,*

& om-

& omnes augures, ſacrificuli & uates, Veſtales uirgines, Galli ſacerdotes, ſeptemuiri epulonum, quindecimuiri ſacrorum & Salij, ſequentibus patribus & omni plebe, Gabino ritu cum ſolenni precatione procederent. Hæc Alexander lib. 5. cap. 26. Ad hunc morem precandi alludens hîc poëta, orat Apollinem tanquam urbis præſidem, ut rem Romanam prorogare & felicem conſeruare uelit. Quæq;] Rogat nunc Dianam quoq; tanquam præſidem urbis, ut quindecimuirorum precibus, & puerorum uotis benignas præbeat aures. Auentinum tenet] Nam in Auentino, uno ex ſeptem collibus Romæ, templum fuit Dianæ. De Auentino autem (ait Alexander) quòd ibi rex Albanorum ſeu Aboriginum Auentinus, prælio fuſus & ſepultus, monti nomen dederit: Vel ab aduentu, quòd commune omnium Latinorum Dianæ templum ibi erat, ad quod finitimi frequentes uentitabant: ſiue ab aduectu, quòd olim paludibus diſcluſus mons erat, ratibusq; aduecti illuc commeabant: an ab Auente, amne Sabinorum, qui loca tenuêre (ut Varro ſignificat) dictus ſit, incerta opinio eſt. Algidumq;] Algidus mons ab urbe duodecim millibus paſſuum diſtans, ab aſsiduo frigore ſic dictus. In quo etiam cultam Dianam poëta innuit. Quindecim preces uirorum curet] Quindecimuiri faciendis ſacris, & placãdis deorum numinibus præerant. Horum precibus ut indulgeat Diana precatur. De his ita ſcriptum reliquit Alexander, copiæ illud Cornu: Duûmuiros ſacris faciundis, qui carminum Sibyllæ, & fatorum populi Romani, placandæq; & auertendæ Deûm iræ, antiſtites erant: quiq; quoties prodigia nunciarentur, adiri ſolebant: à principio binos fuiſſe accepimus, à Tarquinio inſtitutos. Lapſis deinde temporibus, à Sextio & Licinio Tribunis plebis cautũ fuit, ut pro duumuiris ſacrorum, decemuiri crearentur, quinq; patrum, quinq; plebis: manſitq; hic numerus ad Cornelium ferè Syllã, quo tempore quindecimuiri, qui ſacris faciundis, ſupplicationibus & Lectiſternijs præeſſent, quiq; placamenta Deûm, & expiationes ediſcerent, officiaq; ceremoniarum exequerentur, librorumq; & carminum Sibyllæ curam agerent, primùm creati ſunt. Puerorum] Carmen ſeculare cantantium. Hæc Iouem ſentire] Bonam & certam ſpem habeo, Iouem & reliquos Deos eadem illa ſentire & uelle, quæ nos precati ſumus: Et eandem ſpem habet etiam chorus puerorum ac puellarum, laudes Apollinis & Dianæ cantare peritus.

HAec habui, Generoſe Samuel, quę raptim, & (ut Græci dicunt) ἐκ τοῦ παρατυχόντος, ad librum Epodôn, & carmen Seculare Horatij enarrandum ſcriberem, atque in tuæ ſpem gratiæ publicarem. Vale.

THEOD. PVLM. } Seculare carmen dictum, quod ludis ſecularibus caneretur. Vide Politiani Miſcell. Centuriam capite 58. Caroli Sigonij Emendationum lib. 1. & Annotationes ad Oden 21. lib. 1. 5 Quo] Quod, G. E. A. 14 Ilithyia] Eſt Iuno, Lucina, Diana. Vide Turneb. lib. 20. cap. 31. 17 Sobolem] H. Sobolem, G. E. B. A. 21 Vndenos] H. G. E. B. A. non, ut undenos quo modo Aldina editio. nam ſeculares ludi centeſimo decimo quoq; anno fieri ſolebant. Sigonius Emendationum lib. 1. 22 Vt cantus] H. G. E. B. A. & cantus, editio Aldina. 23 Totieſq;] Totidemq;, E. 27 Seruat] Seruet. H. G. E. B. A. 49 Quiq; uos bobus] Quæq; uos bobus, H. G. E. B. Quæq; uos bubus, A. 51 Imperet] Impetret, H. G. E. 57 Honor] Honos, H. E. A. 65 Arceis] Aras H. G. E. 68 Proroget] Prorogat, Cruquij codices quatuor. 71 Curet] Curat Cruquij cod. 4. 72 Applicet] Applicat, Cruquij cod. 4. 74 Domum reporto] Henr. Steph. etiam ex ueteribus exemplaribus epiſt. ad lectorem.

GEORG. FABR. } Carmen ſeculare nomen à tempore accepit, id ab ætate puerili canebatur, inprimis Apollini & Dianæ, procurantibus Quindecimuiris. Tale carmen Auguſti temporibus fuiſſe cantatum, Ouidius teſtatur 11. Triſt.

» Iuſſerat & Phœbo dici, quo tempore ludos
» Fecit, quos ætas aſpicit una ſemel.

Ante Ouidium canebatur carmen uetuſtiſsimum Liuij Andronici, ut ex Apuleio conijcimus: eiuſdem erant carmina Saliaria, ſed axaměta. Inſtitutũ Seculare è libris Sibyllinis, & poſt ſingulos centum annos celebratum, ut Ouidius ait, & poëta noſter,

» Certus ut denos decies per annos
» Orbis, & cantus, referatq; ludos.

Extant nummi Imp. in quibus SECVLARIA SACRA perſcripta ſunt: extant inſcriptiones marmorum, in quibus eorundem mentio. Durauit tribus diebus, & totidem noctibus continuis. Inuocat Solem, Dianam, Parcas, Cererem, Iouem. Solem rogat ut nihil orbe Roma unquam maius illuſtret: Dianam, ut nubentibus adſit, & parturientes tueatur: Parcas, ut bona fata producant: Cererem, ut fruges conſeruet & pecora: Iouem, ut idem cum alijs dis ſentiat. Vniuerſos precatur, ut ſint populo propitij, & ciuibus fauentes: à quibus mala auertant, & diuturnum concedant imperium. Singulis præterea propriam aliquam tribuit poteſtatem, ſingulos ſuis ornat laudibus, & præcipuis diſtinguit appellationibus. Inter hæc celebrat Auguſtum Cæſarem, qui tale imperium conſtituerit, ut eum gentes omnes, aut reuereantur, aut timeant: tales leges dederit, ut priſtina dignitas, & auita uirtus ſit reſtituta: talem denique Tranquillitatem pepererit orbi terrarum, ut in ſecura libertate ac pace, & rerum omnium uiuatur læta abundantia. Carmen Andronici iuſſu Cæſ. Auguſti, mutauit Horatius, illius adeò uerbis obſoletum, & obſcurum fuit, ut in id, & in carmina Saliaria, commentatus ſit Aelius Stilo, Varronis præceptor. Lenis Ilithyia] Tria nomina ponit Dianæ: Ilithyia dicta, quaſi λύουσα πόνους ὠδινῶν ἐν ἀνάγκαις, ut canit Orpheus. Lucina, ſeu (ut in epigrammate antiquo) Lucifera. Coloniæ in agro Veronenſe,

SEX. IVVENT. SVAVIS,

DIANÆ LVCIF. LVNÆ.

Genitalis, ſeu γενέθλιος. Primum nomen Ilithyiæ, deprauatum eſt apud Minutium in Octauio, ubi legendum, Diana Ilithyia eſt ſuccincta altè uenatrix, & Epheſia mammis multis & ueribus extructa, Triuia trinis capitibus, & multis manib. horrifica. Extat nũmus Cõmodi Imp. tempore cuſus, cum inſcriptione huiuſmodi,

A. AVP. ΚΟΜΟΔΟΣ ΚΑΙΣΑΡ
ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΩΝ.

Vbi dicitur eadem effigie exſculpta, qua tum habita, & culta fuit.

IOD. BAD. ASCENS. } Phœbe] Carmine hoc Seculari proſequitur laudes Apollinis & Dianæ ſororis eius, dicit. O' Phœbe] Id eſt, Apollo ſplendide, & ô Diana potens ſyluarum, quia montium cuſtos & uenatrix, appoſitoriè Lucidum decus] Id eſt, ornamentum cœli, ſunt enim ſol & luna. O' colendi ſemper] Quia nunquam ſatis culti, & tamen Semper culti] Id eſt, uenerati Date] Id eſt, concedite, quæ precamur. Date] Inquam quod Sibyllini uerſus monuêre, uidelicet Virgines lectas] Id eſt, electas: utpote utrumq; parentem habentes, & ſine macula aut mancitate. Et pueros caſtos, dicere tempore ſacro] Id eſt, centeſimo decimo quoq; anno, cum ſæculares agendi ſunt ludi carmen uobis & cæteris dijs, quibus ſeptem colles, quos Romanus murus includit. Placuêre] Scilicet, ad inhabitandũ. O' alme ſol, qui promis] Id eſt, profers diem Nitido curru] Scilicet, in uehendo ipſum in noſtrum hemiſphæriũ. Et celas] Id eſt, oculis, auferendo eum. Et qui naſceris alius] Id eſt, quodammodo nouus & tamẽ idem. Tu nihil] Id eſt, non aliquid non poſsis Viſere] Id eſt, uiſum ire, aut uidere aliquid maius Vrbe Roma] Vnde patet eam ſummè placere. Ritè] Proſequitur hoc hymno pre[illegible] ludis Sæcularibus canendas, dicens. O' Ilithyia, id eſt, Dian[illegible]trix, ab ἱλάσκομαι, quod eſt placo, ſeu ἱλεόω quod eſt Deos benignos facio. unde additur Hic lenis] Id eſt, benigna, placida & parata. Aperire ritè] Id eſt, decenter & tempeſtiuè. Partus maturos, ſiue ò Dea tu probas] Id eſt, approbas, & uis uocari Lucina ſeu genitalis] Id eſt, ad generationem faciens. Tuere] Id eſt, protege. Matres] Id eſt, prægnantes. Et producas] Scilicet, ad ortum. Sobolem] Id eſt, nouam propagationem. Et proſperes] Id eſt, proſpera facias. Decreta] Id eſt, conſtituta & placita patrum. Sup.] Id eſt, de Feminis] Id eſt, filiabus. Iugãdis] Id eſt,

Id eſt, matrimonio iungendis. & *ſuper* Marita] *Id eſt, uxore.* Feraci] *Id eſt, fœcunda.* Lege] *Id eſt, obſeruata lege Iulia contra adulteros.* Prolis nouæ] *Id eſt, quæ ferat nouam prolem* Legitimè] *Hoc eſt, ſine adulterij uitio.* Vt orbis certus] *Id eſt, certa reuolutio, aut circuitio temporis.* Per decies undenos] *Id eſt, per centum & decem annos.* Referat] *Id eſt, reducat* Romæ cantus] *Id eſt, hymnos &* Ludos] *Scilicet, ſæculares.* Frequentes] *Id eſt, celebratos.* Ter die claro] *Id eſt, feſtiuo & ſolenni.* Et totiens] *Id eſt, etiam ter.* Nocte grata] *Id eſt, etiam feſtiua.* Et uos parcæ] *Id eſt, deæ fatales.* Veraces cecinisse] *Id eſt, in eo, quod cecinistis & conſtituiſtis.* Iungite fata bona] *Scilicet, futura.* Fatis] *Sup. iam peractis.* Et terminus] *Id eſt, exitus rerum.* Stabilis, ſeruet quod ſemel dictum eſt] *Id eſt, conſeruate quod per Sibyllam dixiſtis, non perituram Romam dum hi ludi celebrentur.* Tellus fertilis frugum & pecoris donet] *Id eſt, muneret.* Cererem] *Scilicet, inuentricem frugũ.* Corona ſpicea] *Id eſt, ex ſpicis conferta.* Et aquæ, & auræ Iouis] *Id eſt, uenti* Salubres] *Id eſt, ſalutares, nutriant fœtus.* Et ô Apollo audi mitis & placidus, & hoc telo] *Id eſt, ſagittis tuis, quibus iratus peſtilentiam infers.* Condito] *Id eſt, incluſo in pharetra.* Pueros ſupplices] *Id eſt, ſupplicantes, & ô luna regina ſyderum, quia noctu inter ſydera regnas.* Bicornis] *Id eſt, habens dum nouilunium eſt, bina cornua audi puellas ſupplices.* Audi] *Inquam ſi ut dicunt pro quia.* Roma eſt ueſtrum opus] *Id eſt, uobis auſpicibus.* Et ſi turmæ Iliæ] *Id eſt, Troianæ tenuêre* Littus Etruſcum] *Id eſt, uenerunt per mare Tyrrhenum in Italiam (de quibus Iuno Aeneid. 1.*

„ *Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor)*

Appoſitoriè Pars] *Scilicet, Teucrorum* Iuſſa] *Scilicet, à dijs mutare* Lares] *Id eſt, domos & penates, & urbes* Curſu ſoſpite] *Id eſt, proſpero & incolumi.* Cui] *Scilicet, parti iuſſæ.* Aeneas caſtus] *Id eſt, impollutus à dolo & proditione* Superſtes patriæ] *Id eſt, ſuperſtans Deorum uoluntate dum patria ceciderat.* Muniuit iter liberum] *Id eſt, fecit ſibi uiam liberam per Troiam ardentem* Sine fraude] *Scilicet, ſua, hoc eſt ipſius Aeneæ.* Daturus] *Id eſt, conſeruatus, ut daret comitibus, & dijs, quos ſecum auexit.* Plura relictis] *Id eſt, quam reliquerant, quia melior eſt Roma, quam Troia.*

„ *O' dij date iuuentæ,* Docili] *Id eſt, capaci doctrinæ.* Mores probos] *Id eſt, approbandos.* Et date ſenectuti] *Id eſt, ſenio confectæ* Turbæ placidæ] *Id eſt, Tranquillam uitam, & pacem amanti, quietem.* Et date genti Romulæ] *Id eſt, à Romulo ortæ aut inſtitutæ.* Rem] *Id eſt, diuitias & imperium.* Prolem] *Id eſt, progeniem.* Et omne decus] *Legendum eſt remq́ prolemq́ propter carmẽ.* Et clarus ſanguis Anchiſæ & Veneris] *Id eſt, Iulia domus, qui ueneratur* Vos] *Scilicet, dum triumphant, ut Iulius prius, & nunc Auguſt.* Bobus albis] *Id eſt, candidis imperet.* Prior] *Id eſt, præſtantior, melior ac potentior.* Bellante] *Id eſt, rebellante ſi fortè quis rebellet.* Exiſtens lenis] *Id eſt, mitis in hoſtem* Iacentem] *Id eſt, fatentem ſe uictum.* Medus] *Id eſt, Parthus timet iam manus & ſecures Albanas, id eſt, Romanas, potentes terra & mari, & Scythæ, & Indi ſuperbi* Nuper] *Scilicet, paulò antè* Petunt nunc reſponſa] *Id eſt, oracula parti ſuæ timentes.* Iam fides] *Ordo eſt. Fides & pax, & honor, & pudor* Priſcus] *Id eſt, prioris ſæculi.* Et uirtus neglecta] *Scilicet, multum temporis audet iam redire, & copia beata* Apparet] *Sup. cũ* Cornu pleno] *Scilicet, omnis boni.* Et Phœbus augur] *Id eſt, diuinandi peritus, quia ſol omnia uidet, & decorus arcu fulgente, quia arcitenens à Marone & longè iaciens ab Homero dicitur, &* Acceptus] *Id eſt, gratus nouem* Camœnis] *Id eſt, Muſis, quia in medio reſidens cõplectitur omnia Phœbus, eſt enim medius Planetarum ſol, qui leuat* Arte ſalutari] *Id eſt, medicinali, unde ipſe apud Ouidium lib. 1 Met.*

„ *Inuentum medicina meum eſt, opifexq́ per orbem*
„ *Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.*

A ſole enim uirtutem accipiunt herbæ. Artus corporis feſſos] *Id eſt, Aegros, ſi* Videt æquus] *Id eſt, benigno aſpectu.* Arces palatinas] *Quas illic Auguſtus ei conſecrauerat, &* Rem Romanam] *Id eſt, imperium.* Et latium fœlix, proroget] *Id eſt, extendat* Aeuum] *Id eſt, uitæ durationem.* In] *Id eſt, uſq; ad* Alterum] *Id eſt, proximum.* Luſtrum] *Id eſt, ſæculum, quo magnum luſtrum cõndatur, & proroget ſemper* Melius] *Id eſt, proſperius & probius. Aut ſic,* Si uidet æquus arces palatinas proroget rem Romanam, & Latium fœlix in alterũ luſtrum & in æuum ſemper melius. Et ſi] *Sup. Diana, quæ tenet Auentinum & Algidum ubi ædem habet, uidet æqua palatinas arces.* Curet preces quindecim uirorum] *Qui ludis ſæcularibus præſunt, & applicet* Aures amicas] *Id eſt, fauorabiles uotis puerorum. Ego inquit poëta.* Reporto domum] *Scilicet, ex æde ſacra, bonam & certam ſpem, quaſi reſponſum acceperit à ſpiritu.* Iouem & deos cunctos ſentire hæc] *Scilicet, quæ precatus eſt.* Et Chorus] *Scilicet, puerorum & puellarum.* Doctus] *Sup. eſt per hoc carmen.* Dicere] *Id eſt, decantare laudes* Phœbi & Dianæ] *Quaſi dicat, poëta optatum ſe conſecutum finem, quem qui & nobis Deus Optimus Maximus conceſſit, ſit benedictus in ſæculorum ſæcula. Amen.*

ANTON. MANC. } *Seculares ludi apud Romanos, inquit, Pompeius Feſtus poſt centum annos extendi, exiſtimabant. Horat. autẽ hoc loco ſcribit ludos ſæculares fieri ſolitos anno centeſimo decimo, fiebantq́ in Campo Martio, ut tradit Zoſimus Græcè, referens Sibyllinos uerſus ſuper his editos, in quibus continetur ut anno centeſimo, decimo in campo Martio ſolennia ſacra fierent noctu & interdiu. Parcis autem furuæ agnæ mactarentur, caprigenumq́ pecus, ſimiliter & Dianæ. Terræ uerò ſcropho, Ioui tauri candidi interdiu. Iunoni nitida iuuenca. Apollini Pæanas Latinè pueri, patrimi & matrimi, & puellæ patrimæ, & matrimæ canebant in templo. Nuptæ ad aram Iunonis orabant. Accipiebant februa uiri & fœminæ, præſertim fœminæ. Dehinc in templis ferè omnibus primitias portabant: ſic enim agendo omnis Italiæ tellus Romano iugo, Romanoq́ ſceptro colla ſubdere non recuſaret. Hæc quidem Sibyllinis uerſibus continebantur. Addunt alij quòd primo die princeps ipſe, & quindecim uiri mane Capitolium aſcendebant, ibiq; ſacra de more agitabant: tum in Theatris conueniebant ad ludos, in honorem Apollinis & Dianæ faciendos. Sequenti uerò die nobiles matronæ conueniebant in Capitolium. Supplicabant Deo, frequentabant lectiſternia, canebant hymnos. Tertio demq; die in templo Apollinis palatini ter noueni, pueri prætextati, totidemq́ uirgines patrimi omnes, matrimiq́ Græca, Romanaq́ uoce carmina, & Pæanas concinebant, quibus imperium ſuum, & incolumitatem populi dijs immortalibus commendabant. Ludi autem celebrabantur omnibus Theatris omnium generum, & ſacrificia templis omnibus fiebant noctu pariter atq; interdiu. Sed, ut ſcribit Tranquillus, ſæcularibus ludis Auguſtus iuuenes utriuſq; ſexus prohibuit, ullum nocturnum ſpectaculũ frequentare, niſi cum aliquo maiore natu propinquorũ.* Phœbe ſyluarumq; potens Diana] *Ordo eſt. ô Phœbe & Diana ſyluarũ potens, appoſitio.* Lucidũ cœli decus, &c.] Colendi] *Veneranda. Cleantes ut ſcrib. Cic. de nat. deor. dixit mundum eſſe Deum. Varro etiam ſcribit. Terram & cœlum ut Samothracum initia docent, eſſe Deos magnos.* Quod Sibyllini] *Placet ut* quod & quo *legatur. Antiqui enim codices utrumq; habent. Erit itaq;* Ordo. Quo] *Scilicet, tempore ſacro Sibyllini uerſus monuere uirgines, &c. At ſi legeris* quod *dicatur.* Date uirgines lectas & pueros caſtos dicere carmen dijs quibus ſeptẽ placuere colles. Quod Sibyllini monuêre uerſus] *Et ſic per parentheſim hoc carmen legetur, poteris etiam ita ordinare.* Quod] *Scilicet, tempus ſacrum monuêre Sibyllini uerſus: deinde iterum repetatur.* Date uirgines lectas & pueros caſtos dicere carmen dijs, &c. *Sibyllini autem uerſus, ut oſtendimus iubebant, ut anno centeſimo decimo in campo Martio ſolennia ſacra fierent. Ritè igitur dicet* Quod] *Scilicet, tempus ſacrum Sibyllini uerſus monuêre.* Lectas] *Electas, nam patrimæ & matrimæ eligebantur.* Septem colles] *Vt Tarpeius, & qui Capitolinus dicitur, & olim Saturnius, Item Auentinus, Palatius, Cælius, Exquilinus, Viminalis, & Quirinalis. Alius, uidetur enim quum oritur mane quoq; alius eſſe cum ueſperi in occidente latuerit, attamen eſt idem.* Ritè maturos] Ordo eſt. ô Ilithyia lenis ritè aperire maturos partus, tuere matres. *Poſtea uerò talis erit alter* Ordo. ô diua ſiue tu probas uocari

Lucina

Lucina ſeu genitalis producas ſobolem.&c. Lenis] *Facilis, mitis, propitia.* Aperire partus] *De Lucina & Diana partubus fauentibus, & in Odis, & in Epodis latè dictum eſt.* Ilithyia] *Hoc nomine Diana appellabatur parturientibus præpoſita. unde & Naſo lib.9. Met. introducit Alcmenam Iolæ Ili uxori ita loquentẽ.*

» *Faueant tibi numina ſaltem*
» *Corripiantq; moras, tunc quum matura uocabis.*
» *Præpoſitam timidis parientibus Ilithyiam*
» *Quam mihi difficilem Iunonis gratia fecit.*

Seu genitalis] *Solis & Lunæ natura ad omnium generationẽ plurimum confert. Sol enim igneus, ac ſpiritalis exiſtit, luna uerò humida ac frigida. Aër utriq; communis, ab eis itaq; generari atq; nutriri corpora omnia rerumq; ſingula à Sole, & Luna Perſici dicũt. auctor eſt in ijs Diodorus lib.1.* Decreta patrum] *Nuptiales leges intelligit.* Iugandis matrimonio] *Coniungendis. Eſt autem* Ordo Super iugandis fœminis & ſuper marita lege feraci nouæ prolis. *De lege autem Iulia hic intelligitur, de qua latius diximus in Iuuenalem, Satyra 2. ibi.*

» *Vbi nunc lex Iulia dormis.* Certus undenos] *Ordo eſt: ut certus orbis, per annos decies undenos ter die claro & totiens grata nocte referat cantus & ludos frequentes.* Vosq; ueraces] *Ordo eſt.* Et uos Parcæ veraces cecinisse iungite bona fata iam peractis, & terminus rerum ſtabilis ſeruet, quod ſemel dictum eſt. Condito telo] *In Odis dictum eſt de arcu & ſagittis, quas in Manu ſiniſtra tenet Apollo.* Si] *Pro ſi quidẽ.* Veſtrum opus] *Nam Apollinis conſilio in Italiã uenit Aeneas urbis Romæ auctor. Quũ enim apud Delon in Apollinis templo dixiſſet Aeneas.*

» *Da propriam Tymbræe domum, da mœnia feſſis.*
» *Et genus & manſuram urbem, ſerua altera Troiæ*
» *Pergama, reliquias Danaûm atq; immitis Achilli.*
» *Quem ſequimur, quóue ire iubes ubi ponere ſedes.*
» *Date pater augurium, atq; animis illabere noſtris.*
Reſpondit Apollo.
» *Dardanidæ duri quæ uos à ſtirpe parentum.*
» *Prima tulit tellus, eadem uos ubere læto*
» *Accipiet reduces, antiquam exquirite matrem.*
» *Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris.*
» *Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.*

Hæc Phœbus, &c. *Ea cuncta habentur lib.3. Aeneid. apud Maronem, ubi etiam penates dormienti Aeneæ Apollinis iuſſu dixerũt.*

» *Coritum terraſq; require Auſonias, &c.* Iuſſa pars] *Appoſitio eſt, iuſſa autem diuũm oraculis. Vnde lib.3. Aen. ait Aeneas.*

» *Diuerſa exilia & deſertas quærere terras*
» *Augurijs agimur diuûm, &c.*

Cui] *Scilicet, parti Troianorum, eſt autem Ordo:* Cui caſtus Aeneas patriæ ſuperſtes daturus relictis muniuit iter liberũ per Troiam ardentem ſine fraude, *ſcilicet, ipſius Aeneæ, dicendo autem ſine fraude oſtendit Aeneam non fuiſſe proditorem, ut aliqui ſcripſerant: & hoc in Auguſti laudem.* Plura relictis] *Plura illis, quæ apud Troiam reliquerat.* Romulæ genti] *Pro Romuleæ.* Quiq; uos] *Qui legendum eſt,* non quæ, *de Auguſto enim intelligitur nam de ipſa gente Romulea iam dixerat.* Codices *attamẽ aliqui antiqui, etiam quæ habent.* Quod autem qui ſit nos *legendum minimè ſit, oſtendit ſecundùm quæ coniunctio: nam ſuperabundaret in ordine* qui talis eſſet, *& quæ ſup. Romulea gent, appoſitio.* Clarus ſanguis, &c.] *Leges igitur.* Quiq; uos, &c. Imperet bellãte] *Ordo eſt.* Prior bellante] *Id eſt, potior ac melior agente bella* Imperet lenis] *Id eſt, mitis.* In hoſtem iacentem] *Id eſt, deuictum. Virgil. lib.6.*

» *Tu regere imperio populos Romane memento.*
» *Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.*

Medos] *Parthus etiam intelligitur, de quibus latè ſuperius.* Albanas] *Id eſt, Romanas. Roma enim ex Albanis originem habuit.* Scythæ & Ind.] *De ijs etiam in Odis, hæc autem oſtendũt etiam* Quiq; uos *legendum eſſe: ut de Auguſto intelligatur.* Iam fides] *Poſt bella confecta, quid egerit Auguſtus, & in* Odis, *& in Epodis dictum eſt.* Copia cornu] *De cornucopiæ in* Odis *legito.* Augur Phœbus] *Quare augur, & cum arcu latè in Odis ſic etiam de Camœnis.* Salutari arte] *Apollini medendi poteſtas attribuitur, quia temperatus ſolis calor morborum omnium fuga eſt. auctor Mac.lib.1. Sat.* Palatinas ar.] *Auguſt. enim Apollinis templum in ea parte Palatinæ domus excitauit, quam fulmine ictam deſiderari à Deo haruſpices pronunciarant. Addita porticus cum Bibliotheca Latina, Græcaq;, quo loco iam ſenior ſæpe etiam ſenatum habuit. Auctor eſt Tranquillus.* Latiumq; fœlix] *Ordo eſt, & fœlix uidet Latium.* Alterum in luſt.] *Luſtrum pro ſeculo poſuit, nec ſine cauſa, luſtrum ait: quoniam luſtrum quinquẽnium dicebatur, quòd poſt quinquennium una quæq; ciuitas luſtrabatur. Hinc hoc loco luſtrum appellat ludos ſeculares, quia tunc & ciuitas, & omnes ferè luſtrabantur.* Quæq; Auent.] *Ibi enim Dianæ templum erat, ſed in cæteris Dianæ templis ceruorum cornua affigebantur, in Auentino boum ſuſpendere conſueuerũt.* Quid ita] *Lege Plutarchi problemata. item de templo Dianæ latiùs lib.4. Dionyſ.* Algidum] *De hoc in Odis.* Quindecim uirorum] *Ii enim ludis ſecularibus præerant, hæc Iouem* Sentire] *Id eſt, audire quindecim uirorum preces, & puerorum uota* Vel ſentire] *Id eſt, uelle.* Hæc] *Id eſt, ut Diana curet, quindecim uirorum preces & puerorum uota.* Hæc Iouem ſentire] Ordo eſt, Iouem, *deoſq; cunctos ſentire.* Hæc reporto domum] *Spem bonam & certam.* Et Chorus] *Id eſt, puerorũ, puellarumq; cœtus ad ſacra collectus.* Doctus per hoc] *Scilicet, carmen dicere, laudes Phœbi & Dianæ reportant domum, ſpem bonam & certam.*

COMMENTARIORVM VAR. AVTHOR. IN Q. HORAT. CARMEN SECVLARE FINIS.

Q. HORATII FLACCI,

CVM VARIORVM DOCTISSIMORVM, TAM NEOTERICORVM, QVAM ANTIQVISSIMORVM GRAMmaticorum, Commentarijs ac Annotationibus, in unum Opus collectis,

LIBER DE ARTE POETICA.

EPISTOLA AD PISONES.

HVMANO capiti ceruicē pictor equinam
Iungere ſi uelit, & uarias inducere plumas,
Vndiq; collatis mēbris, ut turpiter atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa supernè:
Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?
Credite Piſones, iſti tabulæ fore librum
Perſimilem, cuius, uelut ægri ſomnia, uanæ
Fingentur ſpecies, ut nec pes nec caput uni
Reddatur formæ. PICTORIBVS, atq; poëtis
Quidlibet audēdi ſemper fuit æqua poteſtas:
Scimus, & hanc ueniam petimusq́ue, damusq́ue uicisſim,
Sed non ut placidis coëant immitia, non ut
Serpentes auibus geminentur, tigrib agni.
Incœptis grauibus plerunque, & magna profeſsis
Purpureus, latè qui ſplendeat, unus, & alter
Adſuitur pannus, cùm lucus, & ara Dianæ,
Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,
Aut flumen Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.
Sed nunc non erat his locus: & fortaſſe cupreſſum
Scis ſimulare. qd hoc, ſi fractis enatat expes
Nauibus, ære dato, qui pingit? amphora cœpit
Inſtitui, currente rota cur urceus exit?
Deniq; ſit, quoduis, ſimplex dūtaxat, & unū.
Maxima pars uatum, pater, & iuuenes patre digni,
Decipimur ſpecie recti. BREVIS ESSE LABORO,
Obſcurus fio: ſectantem leuia, nerui
Deficiūt, animiq;: PROFESSVS GRANDIA, turget,
Serpit humi tutus nimiū, timidusq; procellæ,
QVI uariare cupit rem prodigialiter unā,
Delphinū ſyluis appingit, fluctibus aprum.
IN VITIVM ducit culpæ fuga, ſi caret arte.
Aemiliū circa lu[...] faber imus & ungueis

COMMENTARIA.

ACRON.

HVMANO Capiti] De inæqualitate operis loquitur, & dat præceptum ſcribendi poëma. Et primùm præceptum eſt de diſpoſitione & conuenientia carminis. Scribit autem ad Piſones uiros nobiles & diſertos, ad patrem & filium: uel ut alij dicunt, ad fratres. Capiti aūt comparat poëma, quod ſine œconomia ſit picturæ eiuſmodi ſimile, quæ habeat ceruicem equinam cum forma humana, & diuerſorū animalium membra, & pēnas, quæ perſona deſinat in piſcem. Et uarias inducere plumas] Imponere plumas, id eſt, inducere pennas, uarijs coloribus naturæ floridas, uel uarios diuerſarum auium colores. Vndiq;] Ex diuerſis, ſcilicet, animalibus, & multis. Præcipit poëtæ conuenientiam ſeruari debere. Collatis membris, ut turpiter] Coniunctis ad ſuperiorem & deſcriptam formam, ut habeat humanū caput, & collum equi, & caudam piſcis. Atrum] Fœdum, magnū. Deſinat] Finiatur. In piſcem] Hoc eſt, in beluam marinam, id eſt, in piſtricem. Formoſa supernè] Vt facie ſit formoſa mulier inferiùs autem monſtris uarijs deturpetur. Supernè] Superiore parte, id eſt, uultu & ceruice. Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?] Si fueritis admiſſi ad ſpectaculum, ô Piſones, num riſum poteritis tenere: Vel ſpectatū admiſſi] Id eſt, admiſſi ad ſpectandū miſſi. Et eſt ſenſus: Si admiſſi fueritis introire ad ſpectandum tale animal pictum, poteſtis riſum tenere ô Piſones? Cuius, uelut ægri ſomnia, uanæ fingentur ſpecies] Qui non habet ordinem, eius ita uanæ ſunt ſpecies, quemadmodum ægrotantium ſomnia, quæ uidentur habere imagines uarias. Pes] Finis. Caput] Principiū. Vni reddatur formæ] Vni corpori, ut neque finis, neque principium conueniat. Aequa poteſtas] Aequalis, quaſi per obiectionem, ita ut alter reſpondeat. Eſt, inquit, poteſtas, ſed non uſq; adeò, ut inepta fingantur. Scimus] Hoc ita eſſe.

Et hanc ueniam petimusq́, damusq́ uiciſſim] Sicut nos licentiam concedimus alijs ſcribere, ita nobis petimus licere. Petimus quaſi poëtæ, damus quaſi critici. Sed non ut placidis coëant immitia, non ut Serpentes auibus] Ita debemus habere licentiam fingendi, & ſic debent eſſe artificioſa poëmata, ut non mitia adiungantur aſperis immoderatè. Geminentur] Iungantur. Incœptis grauib.] Aliud præceptum Docet non importunè inducendam eſſe parabolam, aut deſcriptionem, ſed aut parabola, aut deſcriptio aptè debent adiungi benè incœpto poëmati. Qui enim incipit granditer, & leuiter finit, uituperandus eſt. Profeſſis] Aut his, qui conantur aliquid magnum ſcribere. Aut reſpexit ad naturam quorundam poëtarum, qui incipiant deſcribere grandia, & in communes exeant locos, qui tametſi boni ſint, tamen ſuperflui habentur, & plerunq; ridentur. In magno poëmate exceſſus debemus aſpergere, quaſi ad reficiendas aures. Panni ergo pro bono colore exceſſus dici. Purpureus] Bonum additamentum, quod dicit purpureus. Aſſuitur pannus] De his dicit, qui cum ſeueram & ſubtilem materiã cœperint ſcribere, floſculos quoſdam interponunt. Ordo eſt: Pannus aſſuitur qui ſplendeat, ut bona ſit quidem œconomia, ſed incongrua. Cùm lucus & ara Dianæ] Deſcribitur, ſupple. Zeugma ab inferioribus. Per amœnos] Riuos per campos diſcurrentes. Ambitus] Circuitus. Ambitus properantis aquæ dixit riuos. Aut flumen Rhenum] Notandū flumen Rhenū genere neutro. Salluſtius in hiſtorijs, Nomenq; Danubium habet. Pluuius arcus] Pluuialis, qui pluuias concitat. Sed nunc non erat his locus] Vt de his poſſes ſcribere. Quaſi ad aliquem reſponderit, non erat locus, ut hoc deſcriberes, ſed quoniam bene ſcribis, ideò introduxiſti. Et fortaſſe cupreſſum] Irriſio pictoris cuiuſdam qui nihil aliud, quàm cupreſſum nouerat depingere. Prouerbium eſt in malum pictorem, qui neſciebat aliud pingere, quàm cupreſſum. Ab hoc naufragus quia

gus quidam petiuit, ut uultum ſuum exprimeret, ille interrogauit, num ex cupreſſo uellet adijci aliquid. Quod prouerbium Græcis in uſu eſt: Nam naufragi ad miſericordiam commouendam, caſus ſuos in tabula depingunt: ut Iuuen.

„ *Picta ſe tempeſtate tuetur.*

Simulare] *Græco prouerbio uſus eſt, quaſi ſcribere.* Quid hoc] *Quid ad naufragum, qui dat pecuniam, ut deſcribatur cupreſſus pertinet? Itaque ergo qui ſcribit, niſi opportunè ſcripſerit, non ſibi comparat gloriam, ſicut ille malè pingit, qui cupreſſum depingit.*

Amphora cœpit] *Hîc quidam dicũt præceptum aliud eſſe, alij cum de œconomia adhuc loqui.*

Currente rota] *Id eſt, carmine procedente. Rotam autem dicit, quæ cùm uoluitur, uaſa finguntur.* Cur urceus exit] *Id eſt, cur uile ſit opus tuum? Quare incipis magnum opus, & deſinis in minore? Prouerbiale, cùm à magnis incipias, in minora deſiſtis.* Denique ſit quoduis] *Quicquid uis ſcribere ſimplex ſit, & ueriſimile, id eſt, cœptæ materiæ & nondum finitæ, non debes aliam adiungere.*

Maxima pars uatum] *Apoſtropham facit ad Piſones, id eſt, Pars poëtarum decipimur ſtudio uirtutis & imagine boni, dum præferimus ueritati imaginem, delabentes in uitia.* Pater & iuuenes] *Et magiſter & diſcipuli.* Breuis eſſe laboro] *Quaſi diceret, uolo ſcribere breuiter. Laus eſt enim breuiter narrare, ſed dum uult aliquis breuiter narrare, fit obſcurus.*

Sectantem leuia nerui deficiunt, animiq́] *Sæpe eneruatos uerſus ſcribet, qui dat operam, ut ſcribat delicatos.* Leuia] *Splendentia, bene currentia, ut:*

„ *Pars leues ocreas lento ducũt argento.*

Nerui deficiunt] *Vires deſerunt, ut:*

„ *Noctes non deficit humor.*

Serpit humi tutus nimium, timidusq́ procellæ] *It per terram, ſcilicet, dicendo, Vilia ille ſcribit, qui tutè uult ſcribere, & non audet ſe magnis imponere rebus. Senſus eſt,* Dum quidam inflatos uerſus uitant, fiunt olles, terræq́ ſit proximos, qui timet inflatè dicere.

Tutus] *Id eſt, qui ſe tueri uult.*

Qui uariare cupit] *Qui uult uariũ opus ſcribere, ſæpe inepta ſcribit mirabiliter & monſtroſè.* In uitium ducit] *Id eſt, dum uult fugere culpam, cadit in uitium. Docet hic non eſſe indulgendum eloquentiæ, ne quis incidat in opinionem inepti & ſuperflui. Senſus eſt,* Culpæ fuga ducit in uitium, ſi neſcit aliquis culpam uitare, *ut ipſe alibi:*

„ *Dum uitant ſtulti uitia, in contraria currunt.*

Fuga autem nominatiui caſus eſt.

Exprimet, & molles imitabitur ære capillos.
INFELIX operis ſumma, quia ponere totũ
Neſciet. hunc ego me, ſi quid cõponere curẽ,
Non magis eſſe uelim, q̃ prauo uiuere naſo,
Spectandum nigris oculis, nigroq́ capillo.
SVMITE materiam ueſtris, qui ſcribitis, æquam
Viribus, & uerſate diu, quid ferre recuſent,
Quid ualeãt humeri cui lecta potẽter erit res,
Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo.
Ordinis hæc uirtus erit, & Venus, aut ego fallor,
Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici
Pleraq́ differat, & præſens in tẽpus omittat.
Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi carminis autor.
IN VERBIS etiã tenuis, cautusq́ ſerẽdis,
Dixeris egregiè, notum ſi callida uerbum
Reddiderit iunctura nouũ. ſi forte neceſſe eſt
Indicijs monſtrare recentibus abdita rerum:
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Cõtinget, dabiturq́ licẽtia ſumpta pudẽter.
Et noua, fictaq́ nuper habebunt uerba fidem, ſi
Græco fonte cadant, parce detorta. Quid aũt
Cæcilio, Plautoq́ dabit Romanus, ademptũ
Virgilio, Varioq́? ego cur acquirere pauca
Si poſſum inuideor? cum lingua Catonis, & Enni
Sermonem patriũ ditauerit, & noua rerum
Nomina protulerit? licuit, ſemperq́ licebit,
SIGNATVM præſente nota, pducere nomẽ.
Vt ſyluæ folijs pronos mutãtur in annos,
Prima cadunt: ITA uerborum uetus interit AETAS,
ET IVVENVM ritu florent modò nata, uigentq́.
DEBEMVR morti nos, noſtraq́. ſiue receptus
Terra Neptunus claſſeis Aquilonibus arcet,
Regis opus, ſterilis'ue diu palus, aptaq́ remis
Vicinas urbeis alit, & graue ſentit aratrum:
Seu curſum mutauit iniquũ frugib amnis,
Doctus iter melius. MORTALIA facta peribunt.
Nec dũ ſermonũ ſtet honos, & gratia uiuax.
MVLTA renaſcentur, quæ iam cecidẽre, cadentq́,
Quæ nunc ſunt in honore, uocabula, ſi uolet uſus:
Quem penes arbitrium eſt, & ius, & norma loquendi.
Res geſtæ, regũq́, ducumq́, & triſtia bella
Quo ſcribi poſſent numero, monſtrauit Homerus.
Verſibus impariter iunctis querimonia primum,
Poſt etiam incluſa eſt uoti ſententia compos.
Quis tamen exiguos Elegos emiſerit author,
Grammatici certant, & adhuc ſub IVDICE LIS eſt.
Archilochũ proprio rabies armauit iãbo.
Hũc ſocci cepere pedem, grãdesq́ cothurni,
Alternis aptum ſermonibus, & populareis
Vincentem ſtrepitus, & natũ rebus agendis.
Muſa dedit fidibus Diuos, puerosq́ Deorum,
Et pugilem uictorem, & equum certamine primum,

Aemilium circa ludum] *Ab Aemilio quodam, qui faciebat ſtatuas, quæ ponebantur in harena, ubi ludi celebrantur. Aemilius ludus dicebatur locus, in quo quidam Aemilius gladiatores ſuos habuit. Circa hunc ludum Imus erat quidam ſtatuarius. Alij dicunt unum, breuem. Alij in extrema parte ludi poſitum, qui cùm ungues & capillos, & multa alia membra bene formaret, in perfectione ſtatuæ deficiebat. Hic ergo dicit, nihil oportere deeſſe poëtæ.* Exprimet & imitabitur] *Futurum pro præſenti.*

Infelix] *Indoctus, aut in perfectione operis infelix, quia deficiebat.*

Ponere] *Finire.* Totum] *Id eſt, finem aut uenuſtatem conſummationis. Interdum enim uidemus ſingula membra artificioſè facta, & totius operis formam minimè placituram.* Hic] *Talem, ut:*

„ *Hic Priami finis, fatorum hic exitus illum*

„ *Sorte tulit.* ——

Si quid componere curem] *Nollo me parte quadam corporis fœdiſsimum eſſe, & reliquis ſplendidum, ſed magis opto una integra eſſe ſpecie. Ita enitor omni parte poëta uideri, nulla in parte ab alia diſcrepans.* Non magis eſſe uelim] *Si me, inquit, huic fabro conferre uoluero, ero dimidia corporis parte ridendus, ut partem ridendam habeam, quamuis laudandus, ſpectandusq́ ſim in alia, hunc eſſe nolo, id eſt, huic ſimilis eſſe recuſo, qui perfectus non eſt.*

Quam naſo uiuere prauo] *Marcido, turpi. Si uelim, inquit, aliquid ſcribere, nolim huic eſſe ſimilis, ſed magis uolo eſſe pulchrum, nigris capillis, & oculis, & cum torto naſo, quàm ſcribere poëma, cui aliquid deſit.* Spectandum] *Laudandum, id eſt, uidendum, ut una pars pulchra, alia deformis ſit, quod dedecet.* Sumite materiam] *Præcipit poëtis, ut eam materiam eligant, quæ uires eorum non excedat, id eſt, antequam materiam incipias ſcribere, uide ſi materiam, quam aggrederis, poſsis implere.* Verſate] *Conſiderate.*

Cui lecta potenter erit res] *Qui poſsibilia eliget, poſsibiliter implebit. Notandum potenter dictum, ſecundùm quod poteſt. Id eſt, qui eligit materiam, quàm poſsit implere.*

plere, huic nec inuentio, nec eloquentia deeſſe poteſt. Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo] *Id eſt, diſpoſitio, quia reuera ordo manifeſtat omne, quod dicitur. Ordo lucidus,* ἐπίδηλον, *quia ordo facit lucidam orationem.* Ordinis hæc] *Ordo enim pulchram facit orationem. Docet quid ſit diſpoſitio.* Virtus] *Id eſt, ars, perfectio.* Venus] *Venuſtas, gratia.* Aut ego fallor] *Aut ego fallor, aut iſta eſt ars, quã docturus ſum, ut quædam dicat, quædam referuet in aliam partem, ut quæ debent dici, ſine dilatione dicantur: quæ non debent, pro tempore differantur.* Iam nunc] *Quæ debet dicere in præſenti.*

Iam nunc debentia dici] *Quæ debet dicere in futuro.* Pleraq; differat, & præſens in tempus omittat] *Vt Virgil. in nono narrat in Italia iam poſito Aenea, quomodo fabricatæ ſunt naues, quibus de Ilio nauigauit Aeneas, cùm in tertio non dicat.* Hoc amet hoc ſpernat] *Id eſt, hoc eligat, hoc prætermittat poëta, ut non omnia, quæ ueniunt illi in mentem, dicat.* Promiſſi carminis auctor] *Promiſſi magni. Vt Sergeſtum Aeneas promiſſo munere donat. Aut auctor promiſſi carminis, qui uult auctor fieri magni carminis, aut certè auctor, optimus poëta.*

In uerbis etiam tenuis] *Si facienda ſunt tibi noua uerba, obſerua ut ea dicas, quæ placeant, & habeant authoritatem.*

Dixeris egregiè] *Cum laude dices uerbum uulgare: ſi illud bene compoſueris. Ariſtotelis libros quidam tranſtulit, ſed uolens transferre* τὸ ὂν, *cùm non inueniret quomodo diceret, finxit ens, & laudem quæſiuit. Exponit de uerbis ueteribus, & nouis, quomodo poëtica licentia fiant. Nam aliqua licet uulgaria ſint, dicit tamen cum aliqua compoſitione poſſe ſplendeſcere.*

Egregiè etiam notum dices uerbum, ſi non ſit aſperum.

Reddiderit iunctura nouũ] *Callida iunctura, id eſt, elegans & noua elocutio, & cohærens ſermo. Optimum enim dicendi genus eſt: ſi noua uerba opportunè & propriè ponantur.* Si forte neceſſe eſt] *Nouum uerbum benè facis, ſi fuerit neceſſitas.*

Indicijs monſtrare recentibus] *Proferre res nouas, id eſt, ne facias uerbum nouum, quando neceſſitas non eſt. Mirè autem dixit. Indicia enim animi, uerba ſunt.*

Indicijs ergo recentibus, rudi inuentione uerborum: quia indicia

Et iuuenum curas, & libera uina referre.
Deſcriptas ſeruare uices, operúmq; colores,
Cur ego, ſi nequeo, ignoróq; poëta ſalutor?
Cur neſcire, pudens prauè, quàm diſcere malo?
Verſibus exponi Tragicis res Comica non uult.
Indignatur item priuatis, ac prope ſocco
Dignis carminibus narrari cœna Thyeſtæ.
SINGVLA quæq; locum teneant ſortita decenter.
Interdum tamen & uocem Comœdia tollit,
IRATVSQVE Chremes tumido delitigat ore,
ET Tragicus plerunque dolet ſermone pedeſtri.
Telephus, & Peleus, cum pauper, & exul uterq;,
Proijcit ampullas, & ſeſquipedalia uerba,
Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querela.
Non ſatis eſt pulchra eſſe poëmata: dulcia ſunto,
Et quocunq; uolent, animũ auditoris agunto.
Vt ridentibus arrident, ita flentibus adſunt
Humani uultus. SI VIS ME FLERE, dolendum eſt
Primùm ipſi tibi, tunc tua me infortunia lędent
Telephe, uel Peleu. malè ſi mandata loquêris,
Aut dormitabo, aut ridebo. TRISTIA mœſtum
Vultum uerba decent: iratũ plena minarum,
Ludentem, laſciua: ſæuerum, ſeria dictu.
Format enim natura priùs nos intꝰ ad omnẽ
Fortunarum habitum: iuuat, aut impellit ad iram,
Aut ad humum mœrore graui deducit, & angit:
Poſt effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis abſona dicta,
Romani tollent equites, peditésq; cachinnũ.
Intererit multum diuus'ne loquatur, an Heros:
Maturus'ne ſenex, an adhuc florente iuuenta
Feruidus, an matrona potens, an ſedula nutrix,
Mercator'ne uagus, cultor'ne uirentis agelli:
Colchus, an Aſſyrius: Thebis nutritus, an Argis.
Aut famam ſequere, aut ſibi conuenientia finge
Scriptor. honoratũ ſi fortè reponis Achillẽ:
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer:
Iura neget ſibi nata: nihil non arroget armis.
Sit Medea ferox, inuictáq;: flebilis Ino,
Perfidus Ixion, Iô uaga, triſtis Oreſtes.
Si quid inexpertum ſcenæ committis, & audes
Perſonam formare nouã: ſeruetur ad imum,
Qualis ab incepto proceſſerit, & ſibi conſtet.
Difficile eſt propriè communia dicere, tuq;
Rectius Iliacum carmen deducis in actus,
Quàm ſi proferres ignota, indictáq; primus.
PVBLICA materies priuati iuris erit, ſi
Nec circa uilem, patulúmq; moraberis orbẽ:
Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus
Interpres: nec deſilies imitator in arctum,
Vnde pedẽ proferre pudor uetet, aut operis lex.

rerum uerba ſunt, ſecundum philoſophos, qui aiunt, ἔλεγχον τῶν τῷ πραγμάτων εἶναι τὸν λόγον.

Abdita rerum] *Id eſt, res nouas.* Cinctutis] *Antiquè dixit, id eſt, militaribus uiris, & ad militiam paratis. Vnde per contrarium dixit poëta:*

„ *Diſcinctos Mulciber Afros.*

Id eſt, imbelles ad militiam.

Non exaudita Cethegis] *Non ante comperta, nondum cognita, pro eo, quod eſt, antiquis incognita. Senſus eſt, ſi neceſſitas fuerit uti uerbis recentibus, quæ non audierunt Cethegi, antiqui oratores, licet tibi uti, ſed moderatè, unde ait:*

„ *Dabiturq; licentia ſumpta pudenter.*

Sumpta pudenter] *Pudenter, id eſt, cum uerecundia, cum cauſa, id eſt, non nimia fingendi licentia. Si enim neceſſitas fuerit, fingis cum laude: ſed ſine neceſſitate, rideris.* Parce detorta] *Verecundè & moderatè tranſlata.* Verba fictã] *Noua uerba ficta, habebunt fidem, id eſt, probabuntur, ſi de Græcis tranſlata fuerint non abſurdè. Vt quod Græci* κύλικα *dicunt, nos calicem.* Quid autem Cæcilio, Plautóq;] *Quare negauerint Romani Virgilio & Vario, quod conceſſerunt antiquis poëtis, id eſt, noua uerba facere? Et hoc dicit, non quod negauêre, ſed quaſi cauſam quærês, quæ nam eſſet ratio, ſi uoluiſſent negare. Nam ſi hos prohibet nec illis licuiſſe demonſtrat.* Virgilio, Varióq;] *Cæcilius ante Virgilium, & Varium fuit. Ideò dicit Virgilium & Varium nihil poſſe dicere, quod illi non dixiſſent. Ergo oportet illos, quærere noua uerba.* Si poſſum, inuideor] *Si poſſum noua uerba bene facere: cur prohibeor? Quæ ex Græca lingua in Latinam fuerint deriuata, non cum ingenii licentia transferenda ſunt. Mirè autem dum de fingendis uerbis loqueretur, ſecundùm Græcos ipſe effinxit inuideor, id eſt, inuidiam patior. Inuideor enim negatur poſſe dici: aut inuideor, prohibeor.* Cum lingua Catonis & Enni] *M. Portius, qui & Cenſorius dictus eſt, Cato & Ennius quod priores patres dixerunt, illi in ſuis carminibus poſuerunt, & ſuper hoc noua uerba inuenerunt.* Ditauerit] *Locupletauerit, auxerit nouis uerbis.*

Signatum] *Hoc tractum eſt à nummis.* Præſente nota] *Notamine præſentis temporis præter uetuſtatem. Verbi gratia: Fruitus ante dicebatur, modò fructus: an-*

tè punxit dicebatur, modò pupugit dicitur. Vel præſente nota uerbo nouiter inuento, ut hoc nomen inuentum eſt tempore principis illius. Producere] *Ad noticiam hominum deducere.*

Nomen] *Nouum uerbum ex ueterum ſignificatione.* Pronos mutantur in annos] *Pronos, uolubiles, decliuos, & citò labentes, & inſtabiles: Nec aſpernentur noua uerba, comparatione nouorum foliorum, docet ea poſſe placere. In annos autem per annos, ut ſyluarum mutãtur folia per annos pronos, & eſt Homerica comparatio.* Debemur morti] *Argumentis probat perire omnia, perire homines, perire uerba, ſiquidem recipitur in terram fluctus, & quæ ante terra arabatur, modò fit locus nauibus. Si ergo mutatur natura maris & terræ, quantò magis debemus credere perire homines & uerba eorum. Perimus ergo nos & noſtra: ſiquidem etiam natura ipſa mutatur. ubi terra in mare ducitur, paludes uertuntur in ſegetes, flumina ſuum mutant curſum.*

Siue receptus Terra Neptunus] *Mare in terram recipitur. quando portus componitur.*

Receptus autem terra, pro intra terram Claſſes Aquilonibus arcet] Ὑπαλλαγὴ *pro claſsibus Aquilones arcet, id eſt, tuetur, defendit, continet.* Regis opus] *Nam regis opus eſt, admittere terræ mare: paludes deriuatæ intra portus. Significat autem portum Lucrinum, & alios, qui manu facti ſunt ab Auguſto, & alia regum opera. Hoc eſt enim regium opus, quod nullus facere niſi rex poteſt.*

Sterilisq; diu palus] *Auguſtum dicit, qui ſiccauit Pontinam paludem. Diuus Auguſtus duas res diuinas fecit, nam Pontinam paludem ſiccauit, ut ad mare meatum habere cogeret, ut poſt, & arari poſſet: & portum Lucrinum muniuit de quo Maro:*

» *An memorem portus, Lucrinoq; addita clauſtra,*
» *Atq; indignatum magnis ſtridoribus æquor,*
» *Iulia quà Ponto longè ſonat unda refuſo?*

Seu curſum mutauit] Ἀπὸ κοινοῦ, *ſiue generaliter, ut quidam accipere uolunt, quando campos aptos agriculturæ liberant, auertentes flumina, quæ ſunt eis infeſta.*

Amnis] *Tyberim intelligimus. Hunc enim deriuauit Auguſtus, qua nunc incedit, ante enim per Velabrum fluebat. Vnde & Velabrum dictum, quod uelis tranſiretur.*

Nec ſic incipies, ut ſcriptor Cyclicus olim:
Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.
Quid dignũ tanto feret hic promiſſor hiatu?
PARTVRIENT montes: naſcetur ridiculus mus.
Quantò rectiùs hic, qui nil molitur ineptè.
Dic mihi Muſa uirum, captæ poſt tempora Troiæ,
Qui mores hominũ multorũ uidit, & urbeis.
Non fumũ ex fulgore, ſed ex fumo dare lucẽ
Cogitat, ut ſpecioſa dehinc miracula ꝓmat,
Antiphatem, Scyllamq́;, & cum Cyclope Charybdim:
Nec reditũ Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec gemino bellũ Troianũ orditur ab ouo.
Semper ad euentũ feſtinat, & in medias res
Non ſecus, ac notas, auditorem rapit, &, quæ
Deſperat tractata niteſcere poſſe, relinquit.
Atq; ita mentitur: ſic ueris falſa remiſcet,
PRIMO ne mediũ, medio ne diſcrepet imum.
Tu, quid ego, & populus mecum deſideret, audi.
Si plauſoris eges aulæa manentis, & uſq;
Seſſuri, donec cantor, uos plaudite, dicat:
Aetatis cuiuſq; notandi ſunt tibi mores,
Mobilibuſq; decor naturis dandus, & annis.
Reddere qui uoces iam ſcit puer, & pede certo
Signat humũ: geſtit paribus colludere, & irã
Colligit, ac ponit temerè, & mutatur in horas.
Imberbis iuuenis tãdem cuſtode remoto,
Gaudet equis, canibuſq;, & aprici gramine campi
Cereus in uitium flecti, monitoribus aſper,
Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris,
Sublimis, cupiduſq;, & amata relinquere pernix.
Conuerſis ſtudijs, ætas, animuſq; uirilis
Quærit opes, & amicitias, inſeruit honori:
Cõmiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret.
Multa ſenem circumueniunt incommoda: uel quòd
Quærit, & inuẽtis miſer abſtinet, ac timet uti:
Vel q; res omneis timidè, gelidèq; miniſtrat,
Dilator, ſpe longus, iners, auiduſq; futuri:
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, cenſor, caſtigatorq; minorum.
Multa ferunt anni uenientes cõmoda ſecũ
Multa recedentes adimunt. ne fortè ſeniles
Mandentur iuueni partes, pueroq; uiriles:
Sẽper in adiunctis, æuoq; morabimur aptis.
Aut agitur res in ſcenis, aut acta refertur.
Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator. non tamen intus
Digna geri, promes in ſcenam, multaq; tolles
Ex oculis, quæ mox narret facundia præſens.
Nec pueros coram populo Medea trucidet:
Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus:
Aut in auem Progne uertatur, Cadmus in anguem.
Quodcunque oſtendis mihi ſic, incredulus odi.
Ne'ue minor, quinto neu ſit ꝓductior actu
Fabula, quæ poſci uult, & ſpectata reponi.
Nec Deus interſit, niſi dignus uindice nodus

tur. Doctus iter melius] *Inductus meliori uia, quæ non noceat, ſcilicet.* Mortalia facta peribunt] Ζεῦγμα *à ſuperioribus. Si mutauit curſum ſuum fluuius, credas poſſe fieri item perire noſtra. Siquidem fluuius, qui nocebat frugibus, curſu ſuo mutatus eſt ad aliud iter, ne æſtate nocere poſſet.* Ne dum ſermonum ſtet honos] *Id eſt, ſi hæc omnia mutantur, uerborum genera perennis manere quomodo poteſt?*

Honos] *Pulchritudo?* Viuax] *Perpetua.* Multa renaſcentur] *Vocabula, ſcilicet, commercio ſermonum.* Quæ iam cecidére] *Id eſt, quæ ſunt ſublata de uſu.*

Si uolet uſus] *Id eſt, conſuetudo ſiue ratio loquendi. Ratio enim uſu & conſuetudine uincitur. Vſus enim facit autoritatem, interdum & conſuetudo uincit regulam. Modiorum dicimus ſecundûm regulam: ſed frequenter Cicero modiûm pro modiorum, & liberûm pro liberorũ, hoc uſu dicitur.* Quem penes] *Conuerſio eſt, id eſt, penes quem, id eſt, apud quem arbitrium & iudicium in poteſtate uſus eſt id eſt, ſermo & uis loquendi.*

Res geſtæ] *Docet quomodo ſingulæ res, & quibus metris ſcribendæ ſunt.* Numero] *Metro, ut:*

» *Numeros memini, ſi uerba tenerem.*

Verſibus impariter iunctis] *Elegiacum ſignificat, quia elegiacum metrum minus habet ſyllabarum, quam Heroicus uerſus, qui præcedit. Elegiacum metrum conſtat ex pentemimeri, id eſt, ex duobus dactylis & ſyllaba, quis tamen inuenerit Elegiacum incertum eſt. Vel uerſibus impariter iunctis, id eſt, altero metro. Vnus enim hexameter uerſus eſt, alter pentameter. Hoc, inquit, metro primo triſtia, pòſt etiam cœpere læta deſcribi.*

Poſt etiam incluſa eſt] *Res triſtes & lugubres primo elegiaco carmine ſcribebantur, poſt etiam proſperæ & lætæ.* Exiguos elegos] *Exiguos comparatione heroici.*

Archilochum proprio rabies armauit Iambo] *Iambicum metrum primum Archilochus inuenit, quo uſus eſt, in Lycambem, quem perſecutus eſt, quod ei Neobulen deſponſatam iam filiam denegauit, in tantum ut Lycambes iambos uoluerit morte uitare, nam ad laqueũ confugit.* Hunc ſocci cepere pedem] *Soccis Comœdiam intelligimus, cothurnis tragœdiam.* Grandesq; cothurni] *Magnæ laudes clamantium exceperunt hunc pedem, aut grandes cothurni Tragœdiæ.*

dia. Ideò autē in dubio poſuimus, quia difficile hoc metro Tragœdiographi utuntur. Nam ſpondaico penè metro ſemper uidentur ſcribere. Alternis aptum ſermonibus] *Illi & illi, id eſt, comœdiæ & tragœdiæ, aut perſonarum reſponſionibus, aut tantū comœdiæ, quia in comœdia multæ perſonæ inuicē ſibi ſuccedūt.* Et populares Vincentem ſtrepitus] *Altius ſonantem in ſcena, quàm clamor populi. Tales enim ſtrepitus excitat iſte pes ut uincat etiam populi clamores, quia Iambus uincit clamores ſpectantium, hoc eſt, plus meretur laudari, quàm laudetur.*

Et natum] *Id eſt, inuentum more hominum dixit, Natum pedem propter Comœdiam.* Rebus agendis] *Tragœdijs & Comœdijs.*

Muſa dedit fidibus] *Lyrico carmine laudari deos, et heroas, Olympiacos.* Puerosq́; Deorum] *Filios deorum, more Græco. Vel pueros deorum appellat heroas.*

Et pugilem uictorem] *ὁλυμπιονίκην, ut Pollucem.* Et, equum certamine primum] *Id eſt, Caſtorem. Licet alij dicant Pindarum, & Amphionem, qui ante omnes ad Palmam uenerunt.* Et iuuenū curas] *Amores.*

Et libera uina] *Conuiuia, & liberas comeſſationes, quia liberiùs faciunt uina homines loqui, ut Anacreon.* Deſcriptas ſeruare uices] *Diſpoſitum ordinem per ſpecies, & expoſitas uarietates, ſi neſcio perſequi ac non poſſum, quare appellor poëta? id eſt, ſi eſt, quæ præcepi, neſcio ſeruare, ut meis carminibus inſeram pulchras res uiciſsim ad decorandum opus cur poëta appellor?* Operumq́; colores] *Varietates, οἱκ ποικίλων.*

Poëta ſalutor] *Hoc ſecundū Græcos, qui nomine officij ſalutāt, χαῖρε ποιητά.* Cur neſcire pudens prauè] *Ordo eſt: Cur prauè pudens, malo neſcire, quàm diſcere? quare prauè magis nolo diſcere, quàm turpiter ignorare?* Pudens præpoſterè erubeſcens pudens prauè eſt, qui turpiter ignoret, uel erubeſcit. Si neſcio, quare magis erubeſco diſcere? Si neſcis, non turpiter diſcis: ſed ſi interrogatus fueris, turpiter neſcis ſi tacueris. Nam prauè uerecundus eſt ille, qui erubeſcit diſcere, quod ſibi commodum eſt. *Sunt quædam doctrinæ, quæ duplici ſcientia concipiuntur. Verſum facere diſcis, ſi audieris ſex pedib. conſtare hexametrum ſiue heroicum metrum, dactylo & ſpondeo. Ecce habes unam peritiam. Debes*

Inciderit: nec quarta loqui perſona laboret.
Autoris parteis chorus, officiumq́; uirile
Defendat, neu quid medios intercinat actus,
Quod non propoſito conducat, & hæreat aptè.
Ille bonis faueatq́;, & concilietur amicis.
Et regat iratos, & amet peccare timenteis.
ILLE DAPES laudet menſæ breuis, ille ſalubrem
IVSTITIAM, legesq́;, & apertis ocia portis.
Ille tegat commiſſa, deosq́; precetur, & oret,
VT REDEAT miſeris, abeat fortuna ſuperbis.
Tibia nō, ut nūc, orichalco uincta, tubæq́;
Aemula, ſed tenuis, ſimplexq́; foramine pauco
Adſpirare, & adeſſe choris erat utilis, atq́;
Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu.
Quò ſanè populus numerabilis, utpote paruus,
Et frugi, caſtusq́;, uerecundusq́; coibat.
Poſtquam cœpit agros extendere uictor, & urbem
Latior amplecti murus, uinoq́; diurno
Placari genius feſtis impunè diebus:
Acceſsit numerisq́;, modisq́; licentia maior.
Indoctus quid enim ſaperet, liberq́; laborū,
Ruſticus urbano confuſus, turpis honeſto?
Sic priſcę, motumq́;, & luxuriam addidit arti
Tibicen, traxitq́; uagus per pulpita ueſtem.
Sic etiam fidibus uoces creuere ſeueris,
Et tulit eloquium inſolitum facundia præceps,
Vtiliumq́; ſagax rerum, & diuina futuri
Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis.
Carmine qui Tragico uilem certauit ob hircum,
Mox etiā agreſteis Satyros nudauit, & aſper
Incolumi grauitate iocum tentauit: eò quòd
Illecebris erat, & grata nouitate morandus
Spectator, functusq́; ſacris, & potus, & exlex.
Verùm ita riſores, ita commēdare dicaces
Conueniet Satyros, ita uertere ſeria ludo:
Ne, quicunq́; Deus, quicunque adhibebitur heros,
Regali conſpectus in auro nuper & oſtro,
Migret in obſcuras humili ſermōe tabernas:
Aut, dū uitat humū, nubes, & inania captet.
Effutire leues indigna Tragœdia uerſus:
Vt feſtis matrona moueri iuſſa diebus,
Intererit Satyris paulū pudibūda proteruis.
Non ego inornata, & dominantia nomina ſolum,
Verbaq́;, Piſones, Satyrorū ſcriptor amabo:
Nec ſic enitar tragico differre colori,
Vt nihil interſit. Dauus'ne loquat, & audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum,
An cuſtos, famulusq́; Dei Silenus alumni.
Ex noto fictū carmen ſequar, ut ſibi quiuis
Speret idem, ſudet multūm, fruſtraq́; laboret
Auſus idem: tātum ſeries, iuncturaq́; pollet:
Tantum de medio ſumptis accedit honoris.
Syluis deducti caueant, me iudice, Fauni,
Ne, uelut innati triuijs, ac penè forenſes,
Aut nimium teneris iuuenentur uerſibus unquam,
Aut immunda crepēt, ignominioſaq́; dicta.

etiam alteram percipere, ne ſcias quomodo fiat ſpondeus, & quomodo dactylus. O' Horati, ſi dediſti præcepta, quare neſcis? poſſum ſcire quidem, uerbi gratia, quia Iambico metro comœdia ſcribitur, ſed quomodo fiat Iambicus neſcio. Verſibus exponi Tragicis] *Aut ſpondaicis, aut altis ſenſibus, & uerbis. Et hoc exequitur, quod ſuperius præmiſerat, Deſcriptas ſeruare uices.* Res comica non uult] *Res, inquit, parua & Comica non debet altè tractari, & difficulter, ut tragica. Tragœdia enim alto ſtylo deſcribi. Comica uerò humili gaudet.* Priuatis] *Communibus, iacentibus, quaſi enim priuata ſunt uerba, quibus utuntur, hi qui proſa oratione dicunt.*

Ac propè ſocco] *Soccis comœdiam intelligimus, Cothurnis tragœdiam.* Dignis carminibus] *Humilibus uerbis. Tragœdia enim altos ſortita eſt ſenſus, & uerba: Comedia uerò humiles.* Narrari cœna Thyeſtæ] *Humilibus uerbis tragœdia exponi non uult, & communibus ſenſibus, id eſt, comico ſtylo.* Singula quæq́; locum teneant ſortita decenter] *Vnaquæq́ue res, quomodo decenter inuenerit ſibi locum, ita teneat.* Interdum tamen, & uocem comœdia tollit] *Vt Terent.*

„ *O' cœlum, ô terra, ô maria Neptuni:* Item:

„ *Proh ſumme Iupiter.*

Iratusq́; Chremes] *Comœdia de Chremete.* Delitigat] *Id eſt, ual delitigat.* Tumido ore] *Elato ſermone.* Et tragicus plerunque dolet] *Quia tragœdia ſemper dolores exponit.* Sermone pedeſtri] *Humili, communi.* Telephus, & Peleus] *Hi ambo diuites fuerunt, & omnibus ſuis bonis conſumptis ad tantam inopiam deuenerunt, ut exiles facti mendicando ſibi undecunque uictum conquirerent. Mendicantes autem non humiliter, ſed proteruè, & quaſi imperando petebant.*

„ *Miſce ſer nobis panem.*

Aliter. Hi quondam diuites fuerūt & loqui grandia uerba & tumida ſemper conſueuerunt, tandem inopia compellente exules facti ſunt, & mendicantes. Ideò alta & ſeuera uerba, quibus uſi fuerant, dimiſerunt, & humilibus uerbis & blandis animos ſpectātium mulcere cœperunt. Ideò dixit: Et tragicus plerunq́; dolet ſermone pedeſtri. Telephus ab Achille uulneratus & curatus eſt: Peleus dicitur occidiſſe matrem ſuam aut Phocum, fratrem, ob hanc cauſam exul factus

eſt à ciuibus ſuis Exul uterq;] *Aut quia uagabatur paſſim dolore perculſus.* Aut exul] *Id eſt, triſtis.* Proijcit ampullas] *Id eſt, irata uerba & ſuperba. Adhuc enim ampullas uocamus, quaſi inflata uaſa. Proijcit ampullas, id eſt, omittit orationem tumidam & inflatam. Cùm enim reges eſſent, & in ærumna uerſarentur altè loqui non poterant, ſummis calamitatibus merſi.* Et ſeſquipedalia uerba] *Seſquipedalia uerba, propriè ſeſquipedem habentia. Vterq; autem magna, & grãdia uerba proijcit, & utũtur communibus, ut exul.* Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querela] *Si id agit ut ſpectatorem flere cogat, hic uerſus, & ſequentibus iungi poteſt. Si me uult flectere ad miſericordiam, deponat elata uerba. Cor enim ſpectantis tangimus, quando idonea uerba dolore proferimus, id eſt, iſtæ perſonæ proijciunt elata uerba, ſi uolunt auditores ad miſericordiam flectere.* Non ſatis eſt pulchra eſſe poëmata] *Sunt quædam poëmata per œconomiam compoſita, & probata uerba habentia, ſed interdum uenuſtate carent. Habeant ergo hæc quæ ſunt probata, etiam uenuſtatem, & quocunque uolunt auditorem, ſiue ad miſericordiam, ſiue ad indignationem trahant.*

Vt ridentibus arrident] *Id eſt, affectus omnes in animis noſtris habemus ex natura, & ſinguli mouentur cùm imagines ſuas uiderint in alijs.* Flentibus adſunt] *Præſtò ſunt, quia flent & ipſi.*

Malè ſi mandata loquêris] *Quaſi mandata non quaſi tua, ſed ſecus, quàm aut dolor mandat, aut lætitia.* Aut dormitabo] *Hoc grauius eſt, quàm ridebo. Alterutrum enim faciunt auditores, ſi ſine affectu ſit dictio.* TRISTITIA MOESTVM] *Non ſolùm ad perſonarũ dignitatem, ſed etiam ad conditionem, ætatemq́; aptanda ſunt uerba & unicuiq; perſonæ, quod eſt proprium, debet ſeruari.* Laſciua] *Delicata & mollia.* Seria] *Grauia, neceſſaria, aſpera.* Format enim natura] *Senſus eſt: Poëta debet formare intra ſe perſonam aptam his rebus natura quippe delectat, cùm delicata uidemus. Natura enim iraſcimur, delectamur, miſeremur, quia ſubſtantiæ harum rerum ſunt formatæ in animis noſtris à natura. unde illud Ciceronis,* Ardeat orator, ſi uult iudicem incendere. Poſt effert animi motus interprete lingua] *Id eſt, extollit, ſublimat, id eſt, natura quæ*

Offenduntur enim, quibus eſt equus, & pater, & res:
Nec, ſi quid fracti ciceris probat, & nucis emptor,
Aequis accipiunt animis, donant'ue corona.
Syllaba longa breui ſubiecta, uocatur Iambus,
Pes citus: unde etiã trimetris accreſcere iuſsit
Nomen Iambeis, cùm ſenos reddere ictus,
Primus ad extremũ ſimilis ſibi. nõ ita pridẽ,
Tardior ut paulò, grauiorq́; uẽiret ad aureis:
Spondeos ſtabiles in iura paterna recepit
Cõmodus, & patiens: nõ ut de ſede ſecunda
Cederet, aut quarta ſocialiter. hic & in Acci
Nobilibus trimetris apparet rarus, & Enni.
In ſcenã miſſos magno cũ pondere uerſus,
Aut operæ celeris nimium, curáq; carentis,
Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.
Nõ quis uidet immodulata poëmata iudex.
Et data Romanis uenia eſt indigna poëtis.
Idcircò'ne uager, ſcribãq; licenter? an omneis
Viſuros peccata putem mea? tutus, & intra
Spem ueniæ cautus? uitaui deniq; culpam,
Non laudem merui. uos exemplaria Græca
NOCTVRNA VERSATE manu, uerſate diurna,
At ueſtri proaui Plautinos & numeros, &
Laudauêre ſales. nimium patienter utrunq;,
Ne dicam ſtultè, mirati: ſi modò ego, & uos
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto,
Legitimumq́; ſonũ digitis callemus, & aure.
Ignotũ Tragicæ genꝰ inueniſſe Camœnę.
Dicitur, & plauſtris uexiſſe poëmata Theſpis:
Quæ canerent, agerentq́; peruncti fęcib. ora.
Poſt hunc perſonæ, pallæq; repertor honeſtę
Aeſchylus, & modicis inſtrauit pulpita tignis,
Et docuit, magnũq; loqui, nitiq́; cothurno.
Succeſsit uetus his Comœdia, non ſine multa
Laude: ſed in uitium libertas excidit, & uim
Dignam lege regi. lex eſt accepta, chorusq;
Turpiter obticuit, ſublato iure nocendi.
Nil intentatum noſtri liquêre poëtæ,
Nec minimũ meruêre decus, ueſtigia Græca
Auſi deſerere, & celebrare domeſtica facta:
Vel qui Prætextas, uel qui docuêre togatas.
Nec uirtute foret, claris'ue potentius armis,
Quàm lingua, Latium, ſi nõ offenderet unũ.
Quenq; poëtarum limæ labor, & mora. uos ô
Pompilius ſanguis carmen reprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coërcuit, atq;
Perfectum decies non caſtigauit ad unguem.
INGENIVM miſera, quia fortunatius arte
Credit, & excludit ſanos Helicone poëtas
Democritus, bona pars non ungueis ponere curat,
Non barbam: ſecreta petit loca, balnea uitat.
Nanciſcetur enim precium, nomenq; poëtæ,
Si tribus Anticyris caput inſanabile nunquã
Tonſori Lycino commiſerit. O' ego lęuus,
Qui purgo bilem ſub uerni temporis horã.
Non alius faceret meliora poëmata. uerum
Nil tanti eſt. ergo fungar uice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum ualet, exors ipſa ſecãdi.

me deiecit rerum miſeratione, extollit proſperitate, & modò deducit ad humanitatem, modò extollit ad iracundiam.

Si dicentis erunt fortunis abſona dicta] *Si non conueniunt uerba loquentis fortunæ, ridebunt Romani.* Intererit multum] *In perſonis formandis dicit, non ſolum ad perſonarum dignitatem, ſed etiam ad conditionem, & ætatem aptanda eſſe uerba.*

Diuus ne loquatur an Heros] *Vnicuique perſonæ proprius actus aptandus eſt.* Sedula] *Studioſa, officioſa, ad obtemperandum parata.* Vagus] *Qui paſſim nauigat, ut:*

„ *Impiger extremos currit mercator ad Indos.*

Colchus, an Aſſyrius, Thebis nutritus, an Argis] *Nam Colchus, non niſi ſæuus inducendus eſt. Aſſyrius, aſtutus, & callidus, & diuitijs affluens. Nec inducas Argis natum tumidum, aut Thebis fæuum. nam Thebani infelices ſunt, Argiui uictores atque felices.*

Aut famam ſequere, aut ſibi conuenientia finge] *Omnis poëta aut certam hiſtoriam tangit, aut fingit. Si ergo certam ſcribis, famam ſequere: aut ſi fingis, habeat artem & ueriſimilem figmentum tuum.*

Si fortè reponis Achillem] *Si ſcriptis tuis recondis, & quaſi iterum reducis, ac reddis uiuum carmine tuo. Vel etiam reponis, ſcribis, aut transfers, quod alij dixerunt de ipſo. Apud commentatorem ſic inuenio relatum. Apud antiquos tragœdiarum, comœdiarumque ſcriptores cùm primùm in ſcenam prodirent, fauorabiliter excipiebantur, etiamſi malè agerent, ut illorum adſcribendum iterum allicerentur animi, & prætore cogente totam neceſſe erat peragi fabulam. Si uerò iterum malè egiſſent, incipiebant deridere: & ideò dixit reponis, quaſi iterum profers. Alij ſic exponunt:* Poni dicitur agi uel ſcribi, Reponis igitur itidem ſcribis. *Si ergo Achillem quem ſemel Homerus ſcripſit, uelis ſcribere, talem debet facere, qualem Homerus oſtendit. Aut reponis, ad imitationem Homeri deſcribis.*

Impiger] *Velox, ſit in tuo carmine, ut miles: qualis ab Homero inducitur, talis à te ſcribatur.* Acer] *Superbus & contemptor.*

Iura neget ſibi nata] *Neget ſe legibus conſtringi, ſine lege omnia faciat, & ſic eum ſcribe, ut*

non

Munus, & officium, nil ſcribens ipſe docebo,
VNDE parentur opes, quid alat, formetque poëtam,
QVID deceat, quid non, quô uirtus, quò ferat error.
Scribendi rectè, ſapere eſt, & principium, & fons,
Rem tibi Socraticę poterunt oſtendere chartæ,
Verbaq́; prouiſam rē non inuita ſequentur.
Qui didicit, PATRIAE quid debeat, & quid amicis,
QVO ſit amore parens, quo frater amandus, & hoſpes,
QVOD ſit conſcripti, quod IVDICIS officium, quæ
Partes in bellum miſſi ducis: ille profectò
Reddere perſonæ ſcit conuenientia cuiq;
Reſpicere exemplar uitæ, morumq́; iubebo
Doctum imitatorē, & uiuas hinc ducere uoces.
Interdum ſpecioſa iocis, morataq́; rectè
Fabula, nullius Veneris, ſine pondere, & arte,
Valdiùs oblectat populū, meliusq́; moratur:
Quàm uerſus inopes rerum, nugæq́; canorę.
Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotūdo
Muſa loqui, præter laudem, nullius auaris.
Romani pueri longis rationibus aſſem
Diſcunt in partes centum diducere. dicat
Filius Albini, ſi de quincunce remota eſt
Vncia, quid ſuperat? poteras dixiſſe triens.
Heu,
Rem póteris ſeruare tuā: redit uncia, quid fit?
Semis. ad hæc animos ærugo, & cura peculi,
CVM ſemel imbuerit, ſperamus carmina fingi
Poſſe, linenda cedro, & leui ſeruāda cupreſſo?
Aut prodeſſe uolunt, aut delectare poëtæ,
Aut ſimul & iucunda, & idonea dicere uitæ.
QVICQVID PRAECIPIES, eſto breuis, ut citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantq́; fideles
Omne ſuperuacuū pleno de pectore manat.
FICTA uoluptatis cauſa, ſint proxima ueris.
Nec quodcūq; uolet, poſcat ſibi fabula credi:
Neu pranſę Lamię uiuū puerū extrahat aluo.
Centuriæ ſeniorum agitant expertia frugis,
Celſi prætereunt auſtera poëmata Rhamnes.
OMNE tulit punctum, qui miſcuit utile dulci,
Lectorem delectando, pariterq́; monendo.
Hic meret æra liber Soſijs, hic & mare trāſit,
Et longum noto ſcriptori prorogat æuum.
SVNT DELICTA tamen, quibus ignouiſſe uelimus,
Nam neq; chorda ſonum reddit, quem uult manus, & mens.
Poſcentiq́; grauē, perſæpe remittit acutum,
Nec ſemp feriet, quodcūq; minabitur, arcus.
Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cauit natura. quid ergo?
Vt ſcriptor ſi peccat idem librarius uſq;,
Quamuis eſt monitus, uenia caret, & citharœdus
Ridetur, chorda qui ſemper oberrat eadem.

non curet de lege, præ potentia ſua, non propter ignorantiam.

Nihil non arroget armis] *Nihil ſit quod non ſperet perpetrari per arma, quantum ad ſe ſpectet. Quia unuſquiſque fiduciam ſuam priuatam credit, non æſtimans eſſe communem: Vt ſit præſumptor, ut habeat fiduciam uincendi, ut omnia armis deuindicet.*

Sit Medea ferox, inuictaque] *Medea, dum alij in ſua haberent hoſpitium, dumq́; nil charius haberet, filios ſuos ad comedendum appoſuit, ideò ferox & crudelis eſt. Inuicta autem peruicax.*

Flebilis Ino] *Propter amiſſionem filiorum. Athamas enim maritus eius unum perſecutus, occidit alterum dum ſequitur, fecit in mare deſilire, quorum mater luget interitum. Alij ſic, Ino uxor Athamantis dementis fuit, quæ furorem mariti fugiens, ſe præcipitauit in mare cum filio, & ipſa dicta eſt Leucothea, & filius eius Palæmon, qui Melicertes antea dicebatur.*

Perfidus Ixion] *Moris erat apud antiquos, ut ante ductas uxores nuptialia munera ultro generi ſoceris darent. Ixion ergo cùm filiam Epenei accepiſſet uxorem, & dotem daret mutuus, ſcrobem fecit ingentem, quam igne repleuit, ac ſummam leuiter cinere contexit. In hac ſocerum, quem ſimulans ad cœnam inuitauerat, merſit, ac ſic paſſus eſt illum uiuum exuri, ob hoc perfidus dictus eſt. Siue dum conuiua Iouis eſſet, Iunonem de ſtupro temulentus auſus eſt appellare. Alij dicunt, quòd ideo perfidus dictus ſit, quia concedente Ioue cum Iunone concubuit, & poſtea patefecit.* Io uaga] *Quòd ſecreta ſibi mutata in uaccam, commendata publicauit.*

Triſtis Oreſtes] *Propter conſcientiam, quia matrem demens interfecit.*

Si quid inexpertum] *Nouum. Si quid, inquit, probatum uis recitare, & nouum poëma ſcribens nouam perſonam fingere caue ut ſit conſtans uſque ad extremum.*

Nouam perſonam] *Nouam materiam.*

Et ſibi conſtet] *In ſe finiatur materia, nec aliud tranſeat.*

Difficile eſt] *Satis difficile eſt dicere communia uerba, ita ut auditor cogitet eſſe propria dicentis.*

Propria communia dicere] *Id eſt, dicere intacta. Nam quando intactum eſt aliquid, commune eſt: cum ſemel dictum ab aliquo, fit proprium. Item communia, id eſt, non ante dicta, quia ſi quid dictum ante ſit, eſt propriū: quod ſi quid dixeris, iam tuum eſt proprium. Communia autem dixit, quæ quamdiu à nullo ſunt acta uel dicta, ſingulis æquè patent ad dicendum. Verbi gratia, quemadmodum domus uel ager ſine domino communis eſt: occupatis uerò iam proprius fit, ita & res à nullo dicta, eſt communis.*

Tu q; Rectiùs Iliacum carmen] *Hoc interrogatiuè. At enim dicunt difficile eſt communia proprijs explicare uerbis. Sed tu melius dices uſitata, ex fabulis, neque ſolum faciliùs, ſed honeſtiùs.*

Deducis in actus] *Comœdiam aut Tragœdiam ſcribens. Tutius dicuntur uſitata, quàm ignota.*

Publica materies] *Docet quomodo aggrediatur aliquis carmen, iam ab aliquo ſcriptum. Materia iam dicta, ab aliquo deſcripta. Senſus eſt: Nota, inquit, materia, nunc uidebitur, quaſi propria uniuſcuiuſque eſſe, ſi nouo & non uſitato genere elocutionis ornetur. Id etiam dicit Materies publica priuati iuris erit, ſi eam cum arte fueris interpretatus, ſi non eam totam uelis perſequi, & ſingula communi fide imitari, nam quædam prætermittere debes. Et poëtica licentia, pro materia, materies dixit, materies enim lignum eſt. Publica materies eſt, ut bellum Troianum propriè tuum fiat, & quaſi à te inuentum, ſi non uiliſſimis uerbis explicetur.*

Priuatis iuris erit] *Fiet quaſi tua.*

Si non circa uilem] *Si non feceris carmen tuum ſpacioſum & amplum ex alieno ſenſu, licet enim quædam ſumere, & non multa.*

Vilem] *Id eſt, uacuum, inanem, quia uilem te facit totus orbis ad finem ductus, id eſt, totum carmen tota materia. Poëma tuum uilem te facit ſi uolueris totum orbem circumire, id eſt, ſi totum poëma mutare uolueris alienum.*

Patulumque] *Qui tibi patet ad dicendum. Id eſt, ſi non in iiſdem uerbis, ſenſibusq́ue uerſeris, qui ab alijs dicta ſunt, ac magis interpres ſias, quàm uerus dictor.*

Orbem] *Cyclon dicit, orbem nanque κύκλον dicunt Græci.*

Nec uerbum uerbo curabis reddere] *Id eſt, noli curare ſingula uerba interpretari, ne facias*

 poëma

poëma tuum uile, interdum enim inueniuntur quæ in Latinitatem cõuerti non poſſunt. Ideo non debes perſequi omnia, quia ſunt, quæ implere non poſsis, aut quæ conuerſa in Latinum placere non poſsint. Senſus eſt: Si quid transfers, non erit inquit, fideliter interpretandum, id eſt, uerbum ex uerbo, nec in has anguſtias deſcendendum.

Nec deſilies imitator in arctum] *Id eſt, noli aggredi locum difficilem, unde te explicare non poteris, nec te imitatione ſiue æmulatione obſtringas, ut procedere, uel progredi longius erubeſcat. Nam pudor uetat nos à maioribus incipere, & in exiguum diſinere, quia pudendum eſt inchoata deſerere.*

Aut operis lex] *Operis lex eſt, ut capta perficiantur.*

Nec ſi incipies, ut ſcriptor Cyclicus olim] *Aliud præceptum, & hoc eſt quod præcepit: Noli à grauibus & elatis uerbis incipere. Nam omnis poëta debet paulatim creſcere. Cyclicus poëta eſt, qui ordinem uariare neſcit, uel qui carmina ſua circumfert, quaſi circumforaneus. Aut nomen proprium Cyclicus, & ſignificat Antimachum poëtam. Aliter Cyclici dicuntur. qui circum ciuitates eunt recitantes.*

Fortunam Priami cantabo] *Inquit ille Antimachus.*

Quid dignũ tanto feret hic promiſſor hiatu] *Id eſt, hoc Cothurno. Quid dignum tanto proœmio & tanto ore poſsit afferre?*

Parturient montes] *Qui à maioribus partibus incipit, & in proceſſu uileſcit, dignus eſt riſu.*

Quanto rectius hic] *Homerus, qui nihil incipit ineptè.*

Molitur] *Conatur ſcribere.*

Non fumum ex fulgore] *Fumum ex fulgore facere dicuntur hi, qui à maiori incipiunt.*

Antiphatem] *Lami filium dicit, qui Formi ſtrum oppidum condidit. Læſtrygones ſunt dicti ſæui homines, ex quibus fuit Antiphates. Dicit autem ipſos Læſtrygones, ad quos Vlyſſes delatus eſt qui humana carne ueſcebatur.*

Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri] *Meleager & Tydeus fratres fuerunt. Antimachus poëta reditum Diomedis narrans, ab exordio cœpit primæ originis, id eſt, ab interitu Meleagri. Hic uerò præcipit longo proœmio non utendum eſſe. Superfluum itaque uitium declinans, Maro ita inchoauit:*

» *Vix è conſpectu Siculæ telluris, in altum*
» *Vela dabant læti.*

Sic mihi, qui multum ceſſat, fit Chœrilus ille,
Quem bis terq; bonum cũ riſu miror, & idẽ
Indignor. QVANDOQVE BONVS dormitat Homerus.
Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.
Vt pictura, poeſis erit, quę, ſi propius ſtes,
Te capiet magis, & quædã ſi longius abſtes.
Hæc amat obſcurum: uolet hæc ſub luce uideri,
Iudicis argutum, quæ non formidat acumẽ.
HAEC placuit ſemel, hæc decies repetita placebit.
O' maior iuuenũ, quãuis & uoce paterna
Fingeris ad rectum, & per te ſapis, hoc tibi dictum
Tolle memor: certis medium, & tollerabile rebus
Rectè concedi. conſultus iuris, & actor
Cauſarum mediocris, abeſt uirtute diſerti
Meſſalæ, nec ſcit quantum Caſſellius Aulus:
Sed tamen in precio eſt: MEDIOCRIBVS eſſe poetis,
Non homines, non Dí, non conceſſere columnæ.
Vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors,
Et craſſum unguentum, & Sardo cum melle papauer
Offendunt: poterat duci quia cœna ſine iſtis:
Sic animis natũ, inuẽtumq; poëma iuuãdis,
Sic paulum ſummo diſceſsit, uergit ad imũ.
Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis,
Indoctusq; pilæ, diſci'ue, trochi'ue quieſcit:
Ne ſpiſſæ riſum tollant impunè coronæ.
Qui neſcit, uerſus tamen audet fingere. quid ni?
Liber, & ingenuus, præſertim cenſus equeſtrem
Summam nummorum, uitioq; remotus ab omni.
TV nihil inuita dices, faciesue Minerua.
Id tibi iudicium eſt, ea mens, ſi quid tamen olim
Scripſeris, in Metij deſcendat Iudicis aureis,
Et patris, & noſtras, nonumq; prematur in annum.
Membranis intus poſitis delere licebit,
Quod non edideris: NESCIT uox miſſa reuerti.
Sylueſtres homines, ſacer interpresq; Deorum
Cædibus, & uictu fœdo deterruit Orpheûs,
Dictus ob hoc lenire tigres, rapidosq; leones.
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis,
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blãda,
Ducere quo uellet. fuit hæc ſapientia quondam,
Publica priuatis ſecernere, ſacra prophanis:
Cõcubitu prohibere uago, dare iura maritis:
Oppida moliri: leges incidere ligno.
Sic honor, & nomen diuinis uatibus, atq;
Carminibus uẽnit. poſt hos inſignis Homerus,
Tyrtæusq;, mares animos in Martia bella
Verſibus exacuit: dictæ per carmina ſortes,
Et uitæ monſtrata uia eſt, & gratia regum

Nec gemino bellum Troianum] *Id eſt, à Caſtore & Polluce. Gemino autem utriuſque ſexus, aut magno, aut pro trigemino. Id eſt, nec Troianum bellum cœpit ab ouo, ex quo geniti ſunt Caſtor & Pollux. Et eſt ὑπαλλαγή. gemino principio: uel à gemino ouo, quia Pollux quidem erat filius Iouis & Ledæ. Caſtor uerò Tyndari & Ledæ.*

Ab ouo] *A' natiuitate geminorum Pollucis & Caſtoris. Qui ouo nati creduntur ab Ioue, qui in forma cygni compreſsit matrem eorum. Bonus poëta, inquit, qui uult deſcribere reditum Diomedis principis Græcorum à Troia in Græciam non ex eo tempore incipit narrare facta eius, quo rediit uictor interfecto gigante Meleagro, ſed potius ab incendio Troiæ. Similiter qui bellum Troianum narrat, ex illo tempore non incipit, quo Iupiter ſub ſpecie cygni cum Leda Helenæ matre concubuit. Sed quo Paris Helenam rapuit.*

Semper ad euentum] *Ita apertè principia dicit, ut ex iis facile exitus cognoſcantur. Ad euentum, id eſt, ad id, unde ordiendum eſt, quod Græci dicunt, πρὸς τὸ προκείμενον: aut ſemper ad finem feſtinat, id eſt, odit longa proœmia.*

Feſtinat] *Cogitans faſtidium lectoris ad exitum operis properat. Ideoq; non eſt longuis ab origine inchoandum. Sic Ilias Homerica à precibus Chryſæ ſacerdotis incipit, & Odyſſea à concilio Deorum.*

Et in medias res] *Abducit poëta bonus auditorem ſuum, quaſi ad nota, hoc eſt, ita à medietate incipit, quaſi ſuperiora nota ſint.*

Et quæ deſperat tractata niteſcere poſſe, relinquit] *Id eſt, bonus poëta relinquit ea, quæ placere non poſſunt, hoc eſt, præterit ea, quæ in tractatu ingrata ſunt.*

Atque ita mentitur] *Vt omnia congrua uideantur. Docet quemadmodum falſa confingas. Nec ad uituperationem Homeri refert, nec enim ueritatem poëtæ pollicentur, ſed diſcrepantiam in eo quod fingunt uitare debent.*

Sic ueris falſa remiſcet] *Pro commiſcet, mutata præpoſitione, ut:*

» *Vteroq; recuſſo,*

Pro concuſſo, & apud poëtam:

» *Sin ueris falſa remiſces,*

Pro commiſces.

Quid ego & populus mecum deſideret] *Id eſt, quid libenter audiant omnes percipe ô ſcriptor. Id eſt, quid quiſque uſque eò expectet, donec tollantur aulæa ad finẽ peracta Comœdiæ. Si uis, inquit,*

expectare

expectare populum uſque ad finem fabulæ tuæ, donec dicat actor. Vos ualete & plaudite. Et ſi uis, inquit, expectare plauſorem, donec tollantur aulæa, mores, uniuſcuiuſque ætatis obſerua. Plauſoris] Fautoris. Legitur & Ploſoris, nam & plodere ueteres, & plaudere dicebant, ut: Claudere & cludere. Aulæa] Qui ludos dabant aulæa ſuſpendebant, quæ in fine ludorum deponebantur. Aulæa autem dicta eô quôd in aula Attali regis deuicto eo inuenta ſunt. Manentis] Expectantis. Donec cantor] Id eſt, actor, id eſt, donec finita fabula tollātur aulææ. Cantorem uoluit appellare eū, qui hoc in imo dicit. Plaudite] Hæc erat conſuetudo in conſummatione Tragœdiarum. Aetatis cuiuſdam notandi ſunt tibi mores] Ac ſi diceret: Si debes loqui de iuuenibus, non des eis proprietatem ſenum, alius'ue ætatis. Mobilibus] Id eſt, currentibus, quia ſemper labūtur anni. Naturis] Quæ certis temporib. mutātur, annis ſcilicet accedentibus & eſt magnum epitheton. Quid enim natura mobilius puero adoleſcente, & maturo ſene: τὸ πρέπον, id eſt, decorū cuiq; proprium tribuendum eſt. Decor naturis dandus] Ad ætatem retulit naturis. Docet enim quemadmodum debeat uir loqui, et quemadmodum mulier. Reddere, qui uoces iam ſcit puer] Qui iam poteſt fari. ut Maro:

„ Ac ueras audire, & reddere uoces.

Id eſt, puer qui iam poteſt loqui. Sunt enim pueri, qui quamuis agnoſcant quædam, tamen non loquuntur, quale eſt illud apud poetā: Incipe parue puer, riſu cognoſcere matrem. Et pede certo] Qui incedere poteſt, iam firmo ueſtigio & inceſſu. Nam infantes certum pedem non habent, quia tremunt mēbra eorum. Signat humum] Imprimit ueſtigijs ſuis. Paribus colludere] Cum ætatis ſuæ æqualibus ludere. Sic ſcribendus eſt atq; formandus, ut cum paribus ludat, non cum ſene. Et iram Colligit, ac ponit temere] Sine ratione. Nam pueri & ſine cauſa iraſcuntur, & temerè illos docet iram deponere. Imberbis iuuenis] Imberbus & imberbis, ſicut inermus & inermis inuenitur. Cuſtode] Pædagogo. Gaudet equis canibuſq;] Vt Terentius:

„ Aut equos alere, aut canes.

Aprici] Calidi, patentis loci. Cereus in uitium flecti] Facilis comparatio, id eſt, pronus eſt adoleſcens ad uitium. Aut quaſi Cereus, ita flectitur in uitium, aut flecti deeſt ſc. Monitoribus aſper] Odit monentes, contemptor pædagogorum: Vtilium tardus prouiſor] Tardè uidet utilia, quæ proſunt ſibi. Prodigus æris] Sumptuoſus. Sublimis] Superbus, erectus. Cupiduſq;] Ardens ad omnia. Et amata relinquere pernix] Hoſt eſt, uelox ad faſtidium cupitorum, id eſt, leuis, inconſtans, citò, quæ antè amauerat, contemnens. Imberbes enim quæ amant, aliquando citò dimittunt. Conuerſis ſtudijs] Mutata uoluntate, id eſt, iam uir factus, non eſt prodigus æris, ſed cupidus reponēdi. Inſeruit honori] Ambitioſus efficitur, dat operam, ut honorem accipiat. Commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret] Pœnitenda cauet committere, id eſt, timet hoc facere, quod poſtea laborabit mutare. Multa ſenem circumueniunt incommoda] Circumueniunt, Opprimunt. Docet quæ ſunt incommoda ſenectutis, & quòd laborant quærere, & quæſita aliquando non tangunt. Iuuentis miſer] Ex ſua ſententia Horat. miſer inquit. Abſtinet] Deeſt ſc. Ac timet uti] Quia neſcit quamdiu uiuat. Timidè] Nimium cautè. Gelidè] Id eſt, ſegniter & eneruatè. Quia omnis conatus ſenum imbecillis eſt. Miniſtrat] Agit, gubernat. Dilator] Quia per pigritiam ſenes ſemper differunt, quæ facienda ſunt, aut ſpem longiorem habent uiuendi, hac de cauſa parata non tangunt. Spe longus] Id eſt, cum ſit proximus morti, attamen ſperat, quæ longè ſunt poſita. Iners] Timidus. Auiduſq; futuri] Cupidus futuri, quia ſemper ſenes timore mortis uiuere deſiderant. Nam timor mortis deſiderium uitæ eſt. Difficilis] Durus ad præſtandum. Querulus] Iracundus. Laudator temporis acti] Laudat tempora priſtina ad uituperationem præſentium. Se puero] Hoc eſt, in pueritia. Caſtigator] Increpator. Cenſorq;] Iudex, obiurgator. Ferunt] Id eſt, afferunt, ut Maro:

„ Omnia fert ætas, animum quoque

Anni uenientes] Vſque ad quadrageſimum uenire dicuntur anni. Inde iam abire, id eſt, recedere. Omnes anni uenientes dici poſſunt, etiam qui ſenibus accedunt, ſed illi præcipuè, qui acceſſu ſuo & corporis & animi augentur uirtutem.

Pierijs tentata modis, luduſq; repertus,
Et longorum operum finis, ne forte pudori
Sit tibi Muſa lyræ ſolers, & cantor Apollo.
Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæſitum eſt. ego nec ſtudium ſine diuite uena
Nec rude quid proſit, uideo ingenium, alterius ſic
Altera poſcit opem res, & coniurat amicè.
QVI STVDET optatam curſu contingere metam,
Multa tulit, fecitq; puer, ſudauit & alſit,
Abſtinuit Venere, & uino: qui Pythia cantat
Tibicen, didicit prius, extimuitq; magiſtrū.
Nunc ſatis eſt dixiſſe: ego mira poemata pango,
Occupet extremum ſcabies, mihi turpe relinqui eſt,
Et, quod non didici, ſanè neſcire fateri.
Vt præco, ad merces turbam qui cogit emendas,
Aſſentatores iubet ad lucrum ire poëta,
Diues agris, diues poſitis in fœnore nūmis.
Si uerò eſt, unctū qui rectè ponere poſsit,
Et ſpondere leui pro paupere, & eripere atris
Litibus implicitum: MIRABOR, ſi ſciet inter
Noſcere mendacem, uerumq; beatus amicū.
Tu ſeu donaris, ſeu quid donare uoles cui,
Nolito aduerſus tibi factos ducere plenum
Lætitiæ. clamabit enim, pulchrè, bene, rectè:
Palleſcet ſuper his, etiam ſtillabit amicis
Ex oculis rorem, ſaliet, tundet pede terram.
Vt, qui conducti plorant in funere, dicunt,
Et faciunt propè plura dolentibus ex animo: ſic
Deriſor uerò plus laudatore mouetur.
REGES dicuntur multis urgere culullis,
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborēt,
An ſit amicitia dignus: ſi carmina condes,
Nunquam te fallant animi ſub uulpe latētes.
Quintilio ſi quid recitares, corrige, ſodes,
Hoc, aiebat, & hoc. melius te poſſe negares
Bis, terq; expertum fruſtrà: delere iubebat,
Et malè tornatos incudi reddere uerſus:
Si defendere delictum, quàm uertere, malles:
NVLLVM ultra uerbum, aut operam ſumebat inanem
Quin ſine riuali teq;, & tua ſolus amares.
VIR BONVS, & prudens uerſus reprehendet inerteis
Culpabit duros, incomptis allinet atrum
Tranſuerſo calamo ſignū: ambitioſa recidet
Ornamenta: parum claris lucem dare coget:
Arguet ambiguè dictum: mutanda notabit.
Fiet Ariſtarchus, nec dicet, cur ego amicum
Offendam in nugis? hæ nugæ ſeria ducent
In mala, deriſum ſemel, exceptumq; ſiniſtrè.
Vt, mala quem ſcabies, aut morbus regius urget,
Aut phanaticus error, & iracunda Diana,
Veſanum tetigiſſe timent, fugiuntq; poëtā,
Qui ſapiūt: agitāt pueri, incautiq; ſequūtur.
Hic, dum ſublimes uerſus ructatur, & errat,
SI VELVTI merulis intentus decidit auceps
In puteū, foueam'ue, licet, ſuccurrite, longū
Clamet, io ciues, non ſit, qui tollere curet.
Si quis curet opem ferre, & demittere funē.

Recedentes

Quí ſcis, an prudens huc ſe deiecerit, atq;
Seruari nolit? dicam, Siculiq; poëtæ
Narrabo interitũ. Deus immortalis haberi,
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus
Aetnam
Inſiluit. ſit ius, liceatq; perire poëtis.
INVITVM qui ſeruat, idem facit occidenti.
Nec ſemel hoc fecit: nec, ſi retractus erit, iam
Fiet homo, & ponet famoſæ mortis amorem.
Nec ſatis apparet, cur uerſus factitet, utrũ
Minxerit in patrios cineres, an triſte bidental
Mouerit inceſtus. certè furit, ac uelut urſus,
Obiectos caueæ ualuit ſi frangere clathros:
Indoctum, doctumq; fugat recitator acerb.
Quem uerò arripuit, tenet, occiditq; legẽdo,
Non miſſura cutẽ, niſi plena cruoris, hirudo.

Recedentes] *Per mediam ætatem.* Ne forte ſeniles Mandentur iuueni partes, pueroq; uiriles] *Ne fortè des uerba ſenum adoleſcentibus, aut adoleſcentium ſenibus.* Semper adiunctis, æuoq; morabimur aptis] *Hoc eſt, quæ hæreant & congruant, & apta ſint ætati, & eſt iſte ordo:*

„ *Semper in adiunctis & aptis æuo morabimur.*

Id eſt, moribus ſemper utendũ eſt, ut puero adiuncta ſit leuitas, adoleſcenti feruor, ſeni maturitas. Aut agitur res in ſcenis] *Vt in Andria de puero, aut in Eunucho de Thaide: Dorias uerbi gratia iraſcitur ante populum. Medea ingreſſa occidit filios ſuos, poſtea refert hoc ad populum. Vel agitur res in ſcenis, quando oſtenditur Medea fugiens, & iratus Oreſtes refertur, quando Medea docetur filios peremiſſe. neq; enim præſens exhiberi poteſt Medeæ parricidium. Vel ſic intelligendum eſt. Quædam in ſcenis aguntur, ut puer expoſitus. Vel acta referuntur, ut ſeruus è piſtrino liberatus. Magis autẽ ad animos noſtros perueniunt, quæ fieri uidemus, quàm quæ audiuimus. Non tamen omnia in ſcena agi debent, ſed aliqua referri.* Segnius] *Tardius, difficilius.* Irritãt] *Excitant, delectant.* Animos demiſſa per aurem] *Citius mouent ſpectatores, ea quæ aguntur in ſcena, quàm quæ referuntur ad ſcenam, id eſt, aliquis celerius poteſt diſcere uidendo, & dare animum rei, quàm audiendo.* Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus] *Quæ audimus, ſæpe falſa: quæ autem uidemus, uera ſunt, ſecundùm Stoicos.* Ipſe ſibi tradit ſpectator] *Quia ipſe mihi trado, quæ uideo, & alter mihi tradit, quod narrat.* Non tamen intus] Tamen *autem abundat aut, Quamuis magis delectant, quæ uidentur, quàm quæ audiuntur, tamen dignam rem intus geri, ne facias geri ante conſpectũ populi. Id eſt, quamuis populus delectetur, facta tamen non proferas in ſcenam, quæ debent intus agi.* Multaq; tolles] *Id eſt, illa quæ ſecreta ſunt, ne dicas, id eſt, noli multa deſcribere, tantum loquenda dic.* Nec pueros coram populo Medea trucidet] *Noli ita deſcribere fabulas coram populo, ut ipſa crudelitas ſit præſens. Pueros autem filios, more Græcorum.* Quorum nomina Medus, & Mermerus. Nefarius Atreus] *Fabula antè expoſita.* Cadmus in anguem] *Cadmus & Hermione in angues conuerſi ſunt. Nam Hermione filia Martis, & Veneris dicitur fuiſſe. Dicuntur autem in angues conuerſi propter occiſum draconem, qui erat Marti conſecratus, ex cuius ſeminatis dentibus dicitur acies armatorum nata eſſe.* Incredulus odi] *Id eſt, non credens ſic debere fieri, ac per hoc ſperno atq; contemno.* Neue minor quinto, neu ſit productior actu] *Id eſt, non loquantur in fabula plures quinque perſonis.* Fabula quæ poſci uult, & ſpectata reponi] *Id eſt, quæ uult poſci à populo, & reponi ſpectanda, ut denuò agatur, id eſt, quæ uult in autoritatem uenire.* Nec Deus interſit, niſi dignus uindice nodus Inciderit] *Non debes inducere Deum in ſcenam in tua fabula, niſi cauſa ſit ſubueniendi, aut puniendi. Aliter Tum demum, inquit, inſeri debet Deus, cùm digna res interuentu eius exponitur. Alioquin malè ponitur, inter eos, ſi quis ſeruus ſuum uult occidere: ſed magis cùm filius patrem, aut pater filium occidit. Item, Tunc, inquit, perſona numinis debet interſeri, quoties adeò difficilis res eſt, ut non niſi interuentu numinis explicari poſſit. Vt habemus apud poëtam ingreſſum fuiſſe Turnum caſtra Troiana, ilicò; multas cædes impunè feciſſe, incredibile eſt ſolum iſta ſine numine implere potuiſſe. Vidit hoc poëta nimis arduum, & ſubiunxit:*

„ *Huic Iuno uires, animumq; miniſtrat.*

Nec quarta loqui perſona laboret] *Quartam perſonam quandò inducimus, aut non omninò loqui debet, aut pauca. Non dixit, taceat, ſed non laboret loquendo, quo apertior ſit dictio. Inducitur autem quarta perſona, aut ut annuat, aut ut ei aliquid imperetur.* Actoris partes chorus officiumq; uirile Defendat] *Sic debet unuſquiſque recitare fabulas, ut audientes laudent eum, ſuumque officium laudando protegant ab accuſatoribus. Quando autem uir agit, uirorum chorus debet induci. Chorus, inquit, non multarum perſonarum actus defendat, ſed unius ſuſcipiat. Non ideò multarum perſonarum partes ſuſcipiat, quia in choro multi ſunt, ſed uirilem partem tueatur, hoc eſt, unius uiri. Virile autem non aliqua re aſtuta, ſed quod unumquenque contingit. Eſt autem ordo: Chorus defendat partes actoris, & officium uirile. Alij ſic exponunt: Etiam ſi mulierum ſit chorus, eodem nomine appellatur, nec intereſt aliquid, an mulierum ſit chorus, an uirorum, dummodo uerba conueniant.* Defendat] *Tueatur.* Neu quid medios intercinat actus] *Mirè dixit: Ne ue, inquit, ipſe chorus inter medios actus aliquam rem cantet incongruam, id eſt, id canat quod ad præſentem rem aptum non ſit, ne chorus aliquid diſcrepet ab argumento, neq; aliquid inter medios actus debet abſurde cane, id eſt, inter actus uiri, ne inducas chorum, mulierum.* Et regat iratos] *Id eſt, compeſcat, mitiget. Docet qua cauſa chorus debet induci, ut faueat bonis, & conſilietur, id eſt, conſilium det amicis.* Peccare timentes] *Innocentes.* Ille dapes laudet menſæ breuis] *Laudet epulas moderatas & frugalitatem.* Salubrem Iuſtitiam] *Quia ſemper incolumis ſalus eſt, ubi eſt iuſtitia.* Et apertis otia portis] *Id eſt, pacem, quia in pace portæ patent, ut*

„ *Panduntur portæ.* Et econtrario:

„ *Quæ mœnia clauſis Ferrum acuant portis.*

Ille tegat commiſſa] *Celet credita ſibi, id eſt, non palàm faciat credita conſilia.* Miſeris] *Ad miſeros.* Fortuna ſuperbis] *Bona, nam eſt & mala, ut:*

„ *Hac Troiano tenus fuerat fortuna.*

Tibia non ut nunc orichalco] *Docet procedente tempore multa mutari. Tibia enim ante non erat, neq; ita ornata, neque tam multis foraminibus. Modo uerò & ornata eſt, & tam multa habet foramina, ut ſonet, quemadmodum tuba. Oſtendit autem luxuriam & ambitionem recenter natam eſſe, antiquitatem uerò ſeueram fuiſſe. Nam prius tibia non erat ambitioſa, nec multis diſtincta foraminibus. Varro ait in tertio. Diſciplinarum, & ad Marcellum de lingua Latina, quatuor foraminũ fuiſſe tibias apud antiquos. Et ſe ipſum ait in templo Marſiæ uidiſſe tibias quatuor foraminum. Quare quaterna tantum foramina antiquæ tibiæ habuerunt, alij dicunt non plus, quàm tria.* Aſpirare, & adeſſe choris erat utilis] *Id eſt, Paucis ſpectantibus ſufficiebat, inquit, breuis tibia, ad ſedilia populi complenda, quæ eo tempore adhuc non erant ſpiſſa atque denſa.*

„ *Atq; Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu.*

Nondum erat utilis tibia ad ſedilia populi complenda, id eſt, complere flatu ſuo ſpiſſa theatra, uel aures omnium ſpectatorum, adeò erat tenuis, & ſonus eius uix audiebatur per totam ſcenam. Quo] *Id eſt, ad ſedilia explenda, id eſt, ad theatrum pauci ſpectatores conueniebant.* Numerabilis] Qui numerari poterat. Poſtquam cœpit agros extendere uictor, & urbem Latior amplecti muros] *Id eſt, poſtquàm uictoria occupauit multas ciuitates, nata eſt luxuria.* Vinoq; diurno] *Quia diurno uti conſueuerunt uino, quod nocti, & cænis magis conueniret. Id eſt, Poſtquàm cœperunt homines ita epulari, ueluti in feſtis diebus, & poſtquàm cœperunt impunè uti conuiuijs, quaſi ſacris cænis, creuit luxuria.* Placari Genius] *Deeſt cœpit. Poſtquàm cœperunt natali Deo ſacrificare.* Feſtis] Quaſi eſtis. Impunè] *Id eſt, non contradicente aut lege, aut moribus.* Acceſſit numeriſq;] *Quia ante tres erant chordæ, poſt ſeptem factæ ſunt, deinde decem.* Modiſq;] *Modulationibus. Ac ſi diceret, Vt omnia creuerunt pro magnitudine ciuitatum, & populorum, ita etiam aucta tibiæ ſunt.*

Indoctus]

Indoctus] *Imperitus rerum, ſcilicet populus.* Liberq; laborum] *Poſt operas finitas. Seu tam à ciuili bello, quàm ab extraneo liber.* Rusticus urbano confuſus] *Id eſt, poſtquam cœpit eſſe indoctus populus, ſine differentia cœperunt eſſe omnia, & hac de cauſa ad delitias inuenerunt tibicines, ut populus uoluptatibus teneretur. Cõfuſus autem eſt mixtus: Dicit autem cauſam, per quam creuit licentia propter imperitiam populi, & quia nulla erat differentia inter bonos & malos.* Sic] *Taliter. Poſtquàm creuit populus & ſuperſtitio eius.* Motumq; & luxuriem addidit arti] *Geſtum corporis & uoluptatem. Propter multitudinem foraminum ideò & tibiarum ſupra modum aucta eſt magnitudo.* Traxitq; uagus] *Propter geſtum uagus, quia non in uno loco, neq; iam uno modo tibicen, ſed uariè huc atq; illuc ſeſe circunfert.* Per pulpita] *Per tabulas ſcenæ.* Sic etiam fidibus uoces creuêre ſeueris] *Voces, id eſt, Soni modi inſolentiores, ſiue numeri. nam prius tetrachordi erant citharœdi. Antea lyra ſeptem chordas habuit tantum, poſtea excogitata eſt cithara. Siue aliter creuêre. Cithara primum monochordos fuit, deinde paulatim dextra, læuaq; addentes ponebant. In Tragœdijs Satyrica dramata, in quibus ſalua maieſtate grauitatis, iocos exercebant, ſecundum Cratini inſtitutionem. Is enim primus Athenis Dionyſia dum eſſent, Satyricam fabulam induxit. Alius autem Satyra eſt illa mordax, ut Lucilij, Perſij, Iuuenalis. Hæ autem fabulæ Satyricæ dicuntur, ut Tragicæ & Comicæ.* Fidib. *autem ſeueris, probatis, ad ſacra neceſſarijs: nam quæ ſacris adhibebantur, non erant fluxu, ut nunc ſunt, ſono: ſed ut antea, auſtero & ſimplici.* Tulit] *Protulit, attulit.* Eloquium inſolitum] *Inſolitum eloquium, id eſt, nouam eloquentiam, hoc eſt, inflatam & non propriam. Sic & facundia elapſa eſt in loquacitatem & facta uitioſa. Tunc enim cœperunt facundè eloqui, & amplius ſolito. Facundia præceps, eſt iucunda eloquentia. Vnde facundus, fatu iucundus. Sed facundia præceps eſt, quæ cum ingenti impetu fertur. Eloquentia quoque, quæ antea neceſſaria erat & utilis, cœpit furibunda & Delphicæ ſimilis eſſe amiſſa moderatione.* Utiliumq; ſagax] *Id, eſt perſpicax inuentrix utilium rerum philoſophia, propter prouiſionem futurorum.* Diuina futuri] *Id eſt, gnara, Prudentiam ſiue philoſophiam dicit emtuiſſe ſtudio: quæ ita futura præuidet ſicut diuinatio.* Sortilegis] *Sortes dantibus, per quas futura noſcuntur.* Non diſcrepuit ſententia Delphis] *Id eſt, quæ antea utilis erat, talia cœpit dicere, qualia in templo Apollinis dicuntur.* Carmine qui Tragico] *Docet quomodo mutata eſt diſciplina poëtarum, nam primus Theſpis Tragœdiam ſcripſit.* Vilem certauit ob hircum] *Hircus fuit præmium Tragœdo, unde et Tragœdia dicta eſt.* τράγος *enim Græcè hircus appellatur. Ille qui propter hircum ſcripſit Tragica carmina, ipſe deſcripſit qualiter ſe habent agreſtes Satyri.* Mox etiam] *Non multò pòſt, ille aliquos carmine Satyros induxit, qui nudi pergunt, nam docet unde nata ſit Satyra, ex Tragœdijs, ſcilicet.* Agreſtes] *Seueros, quia uitia carpant, propterea etiam Satyram adiunxit Tragœdiæ.* Satyros nudauit] *Nudauit autem quod liberius in ea dicantur, & fiant pleraq;.* Et aſper incolumi grauitate iocum tentauit] *Carmine ſcilicet, & aſper Tragœdus ita admiſcuit iocum Tragœdiæ, ut ſeueritatem ſeruaret incolumem. Id eſt, quamuis eſſet aſper, ſic iocatus eſt Tragœdus per Satyram, ut non amitteret grauitatem. Aſper autem ſeuerus, & hoc ad habitum retulit, quia proterua quædam in Satyris dicuntur & fiunt.* Eò quod illecebris erat] *Ideò admiſcuit Tragœdiæ Satyram, ut per illecebras teneret ſpectatorē. Antea non uoluptatis cauſa inuenti ſunt ludi, ſed religionis, id eſt, ideò Satyrum admiſcuit Tragœdiæ, quia ſpectator grata erat nouitate retinendus, qui ſpectator ueniebat poſt ſacrificia, iam pranſus, iam potus. Illecebris autem, quia habet Satyra illecebras, quæ iocum continet & riſum mouet, & auditor uolebat delectationes nouiter factas audire.* Morandus] *Admiratione Satyræ retinendus.* Spectator] *Populus uidelicet.* Functusq; ſacris] *Aut obſeruãtia à ſacris feriatus, aut omnia negligenter accipiens.* Exlex] *Secum, & ſine lege.* Verum ita riſores] *Debet admiſceri Satyra Tragœdiæ, ut perſonis ſuum decus ſeruetur. Riſores Satyri, aut quia riſum mouent, aut quia res rident humanas.* Commendare] *Scilicet, ſpectatoribus. Nam omnia quæ dicimus, deſideramus placere, ac per hoc uidemur commendare auribus auditorum. Aliàs, Omnia enim quæ dicuntur à poëtis, ita debent dici ut commendari uideantur, id eſt, libenter accipiantur. Dicaces autem iocoſos, liberos, ad dicendum mordaces.* Ita uertere ſeria ludo] *Videlicet cum Satyra Tragœdiam, id eſt, cum ludo res triſtes.* Ne quicunq; Deus] *Subaudi in carmine tuo ô poëta. Ac ſi diceret: Ille qui debet ſcribere de dijs, uel regibus, non debet eos uili carmine ſcribere.* Conſpectu] *Conſpicuus.* Migret in obſcuras humili ſermone tabernas] *Hoc docet ut conſonantia dicamus. In obſcuras autem tabernas, id eſt, in humilem modum, id eſt, non humiliter loquatur. Tabernas autem humilia cubilia ſiue caſas.* Aut dum uitat humum] *Id eſt, Aut dum facis illum humilitatem uitantem, facias inter nubem, cœlumq; uerſari.* Effutire] *Hic emittere. Propriè autem effutire eſt ineptè loqui. Illum autem Tragœdum poëtam, quem non decent leuia, raró Satyrica ſcribere debet: & ſi ſcribit temperare debet, & Satyrorum procacitati ſatisfacere.* Vt feſtis matrona] *Vt matrona feſtis diebus iuſſa ſaltare, cum quadam uerecundia, moueri iubetur: ita Satyra paululum erubeſcere debet uſurpata authoritate.* Moueri iuſſa] *Sunt enim quædam ſacra, in quibus ſaltant matronæ, ſicut in ſacris Matris deûm. Hoc dicit, Vt matronæ ingreſſus eſt in ſacris ſine motu: ita expedit Satyram moueri in Tragœdijs.* Intererit Satyris paulum pudibunda] *Paulum pudibunda, id eſt, non ſatis erubeſcens, uidelicet, non integrum, pudorem habens, neque aliena à pudore. Vel, Intererit paulum, id eſt, non paulum pudibunda.* Proteruis] *Aut quia uitia notant, aut ſtudent riſui. Nam & ipſa Tragœdia paululum pudibunda debet eſſe, quæ miſcetur Satyris.* Non ego inornata] *Non tantummodò ruſtica, & propria uerba quæro in Satyris, ſed etiam decus perſonarum. Inornata autem ut ruſtica & uilia, ut eſt dicere peſtilitatem uſurpata authoritate. Græci uocant* ἄκυρα. Et dominantia nomina] *Propria, ſignificantia. Dominãria enim nomina ſunt, aut quæ Græci* κύρια *uocant, aut quæ reges loqui ſolent, id eſt, tumida. Aut quæ proprijs uocabulis nuncupantur, ut lubricoſa pagina. Hæc autem non adeò propria ſunt, ut:*

„ *Virtus me fregit Aeneæ.*

Quid eſt, niſi ipſe Aeneas? Senſus eſt: Ego, inquit, non ſola uerba amo, quando Satyras ſcribo, quæ ſunt inornata, id eſt, paulò ſordidiora, & ipſis Satyris congrua, & dominantia, quæ nouitate inflationis aſſumpta, ſua tantum autoritate nitantur, ſed etiam ijs, quæ habeant ornatum aliquem, & non omninò ſua autoritate excuſent rudē ſermonem: aut omninò ſine authoritate ſint, ut regum ſermo eſt. Satyrorum] *Pro Satyrographorum.* Nec ſic enitar] *Non tantum tentabo prolongari à Tragico metro, ut in meis ſcriptis non diſcretè interponam perſonas loquentes. Satyricam fabulam, ſic ait, ſcribi oportere, ut ſit inter ſeueritatem tragœdiæ, & leuitatem comœdiæ medio temperamento figurata. Id eſt, non ſic uolo eſſe differentiam inter Satyricum & Tragicum, ut in moribus nulla ſit differentia, ut eodem modo ſeruet ætates Satyricus, quemadmodũ Tragicus, id eſt, nec ſic uolo diſcrepare Satyram à tragœdia, ut perſona non habeat decus ſuũ.* Dauus] *Induxit hic comicã perſonã, cùm de Satyris loqueretur.* Audax Pythias] *Quæ eſt auſa eludere dominum ſuum. Non dicit de Pythia Terentiana, ſed quæ apud Lucilium inducitur Tragœdiographum, ancilla per aſtutias accipere argentum à domino. Nam feſellit dominum, & accepit ab eo argenti talentum, fuit .n. hæc eadē meretricula rapax ut Thais, quæ lucrũ facit.* Emuncto] *Deriſo, eluſo, decepto, ut*

„ *Emunxi argento ſenes.* An cuſtos] *Dicendo cuſtos, grauiorem perſonam oſtendit.* Dei] *Liberi, quem ipſe nutriuit.* Ex noto] *Id eſt, cõmuni. nam docet cõmunibus uerbis, & ſenſib. uti debere Comœdiographũ.* Fictum carmen ſequar] *Argumẽta Satyrica ex Tragœdijs notis confingã, id eſt, fingã carmen, quod ex nota poſſit eſſe materia, id eſt, ita fingã carmen, & ita Comœdiã cõponam ex notis rebus, uti quiuis exiſtimet ſe imitari poſſe.* Laboret] *Cùm aggreſſus fuerit, nã uirtutis eſt ita ſcribere Comœdiã, ut imitationi facilis uideatur, & executioni difficilis. Quis .n. neſcit modũ litigandi, quomodo obiurgat pater filiũ, adoleſcẽs iraſcitur meretrici, & alia huiuſcemodi?* Tantũ ſeries, iuncturaq; pollet] *Ordo rerũ, diuiſio operis, ordo uerborũ, œconomia, compoſitio uerborũ. h.*

tantum

tantum ualet ordo & compoſitio, ut eas difficile ſit imitari. Tantum] Vt nemo imitetur. De medio ſumptis] Id eſt, de noto excerptis. Accedit honoris] Id eſt, rebus quæ aptæ ſunt Comœdiæ. Nam de medio, hoc eſt, de noto ſumptæ ſcribuntur: aut ſumptis de medio, id eſt, de his, quæ nota ſunt ſenſibus, ſeu uerbis: aut ex ſerie, & iunctura uerborum. Syluis deducti] Id eſt, aut iudicium noſtrum caueant, aut iudice me, id eſt, poëta, deducti ſyluis timebunt iudicium noſtrum, ita ſum optimus iudex. Deducti autem ſyluis, ideò dixit, quia ſolent poëtæ dici in ſyluis agere, hoc eſt, in Helicone, & in alijs ſimilibus lucis. Timebunt ergo, ne uideantur non uti poëticis uerbis, ne illos uituperem, quaſi utentes forenſi oratione. Ne uelut] Aliud præceptum, id eſt, non debent iocari in poëmate, ut nati in triuijs, uel in foro uideantur. Hoc eſt, habeat modum iocus eorum, id eſt, ne ſint nimium delicati, ſed habeat ſeueritatis aliquid carmen illorum. Ac pœne forenſes] Ne uulgares uideantur. Nimium] Vltra modum. Teneris] Leuibus. Iuuenentur] Velut luxuria quadam proterui ſint & laſciui. Aut immunda crepent, ignominioſaq́; dicta] Non propria, non Latina, ſed immunda, & ignominioſa. κατὰ τὸ αὐτόν. Neceſſe eſt enim ut immunda ignominiam trahant. Id eſt, ire dicant obſcœna & turpia, & magis mimis apta, quàm Satyris. Obſeruent ne turpiter loquantur, & timeant ne uideantur laſciua carmina auribus. Quibus eſt equus, & pater, & res] Equeſtris ordinis, & dignitatis ſenatoriæ, unde patres conſcripti ſunt. Res autem, aut cenſus, & patrimonium, aut per hoc honeſtiores, & docti quos offendunt eiuſmodi carmina, quippe homines ſeueros. Nec ſi quid fricti ciceris probat] Non probant homines graues, ſi quid laudatum fuerit à uulgaribus, qui ciceres, & nuces emunt. Donant'ue corona] Probant. Iambus Pes citus] Id eſt, pes currens, cito enim promitur. Vnde etiam trimetris] Ex ſex iambis tres dijambi facti. Senſus hic eſt. Iambus citus uoluit ſex pedum uerſum trimetrum uocari, cùm ſoleant poëtæ metrum pedem unum uocare. Iambus uoluit duos iambos metrum uocari propter ſuam celeritatem. Quæritur autem cur trimetri appellantur, cùm ſenos accipiant pedes? quoniam tanta eſt breuitas corũ, ut iunctura pedes binos accipiat. Primus ad extremum ſimilis ſibi] Scilicet uno tempore dicendi à principio uſq; ad finem, ſimiles ſibi erant, id eſt, omnes erant iambi. Nõ ita pridem] Deeſt nunc, id eſt, non multò ante, hoc eſt, ante paruũ tempus. Ordo eſt: Hic primus ſimilis ſibi pridem, nunc autem non. Senſus autem hic eſt: Primus Iambus aliquando uſq; ad extremum erat ſimilis ſibi, id eſt, antea totum Iambicum metrum ex Iambis conſtabat, nunc adhibentur etiam nothi. Tardior ut paulò, grauiorq́; ueniret ad aures] Iambicum metrum, ut paulò tardiùs reſonaret, imparibus locis ſuſcepit ſpondeũ, nam ante ſoli Iambi ponebantur. Spondeos ſtabiles] Tardos, ad comparationem Iambi tardiores & cunctatiores. In iura paterna] Id eſt, in ſuum metrum, in ius proprium, quaſi ad domicilium ſuum ſuſcepit. Commodus] Bonus, citus. Et patiens] Qui patitur alienos pedes ſibi cõiungi. Non ut de ſede ſecunda Cederet aut quarta] Ita ſuſcepit nouos pedes, ut ſecundo & quarto, & ſexto loco neceſſariò ponas Iambum. Socialiter] Id eſt, mutuò pariter. In Acci Nobilibus trimetris apparet rarus & Enni] Accius & Ennius legem metri in fabulis minimè ſeruauerunt. Nam quoſdam uerſus longiores habent. In ſcenam miſſos magno cum pondere uerſus] Cum magno pondere, Tragœdiæ ſcilicet. Vult autem oſtendere, quòd admittatur etiam ad tragœdiam Spondeus. Sæpe uerſus, quamuis magnũ ſonantes reprehendit iudex, aut quaſi ſine cura factos, aut ſine arte, quia non ſufficit ſi magnum ſones: ſed debes etiam cum arte ſcribere & cura. Monet ne aut tragœdia negligenter ſcribatur, aut imperitè. Multi, inquit, uituperant uerſus miſſos in ſcenam, aut celeres, aut imperitos. Aut operæ celeris nimium] Operæ celeris uerſus ſunt, qui ſine cura ſcribuntur, id eſt, negligenter. Celeritas caret cura propter negligentiam. Negligentia & imperitia uituperantur in Tragœdijs. Aut ignoratæ premit artis] Premit, arguit, reprehendit. Crimine turpi] Quia turpe eſt ignorare artem, quæ aut negligentia ſpondeos non admiſcet: aut imperitia, incongruis locis ponit. Dicit ſpondeos, Ennij uerſus crimine premi. Nõ quiuis uidet] Id eſt, non quiuis facilè poteſt reprehendere poëma.

Et data Romanis uenia eſt indigna poëtis] Quia quenuis facit pronum licentia peccandi. Idcirco'ne Vager, ſcribamq́; licẽter] Id eſt, non ſeruem legem carminum, ſi non iudicatur de erroribus poëtarum. Ideò ergo ſcribam, non ſeruans poëmatis legem neq; ordinem, quia uenia datur? Videtur autem Ennium carpere, quia Romanus poëta non debet petere ueniam, nam debet ſummus eſſe. An omnes Viſuros peccata putem] An debeo ſecurus eſſe data uenia, quamuis palàm erunt peccata mea? An cùm putauero omnes uiſuros peccata mea, tutus, id eſt, ſecurus & cautus ero? Cautus] Id eſt, prouidus. Vitaui deniq; culpam] Quod ſi culpa careant uerſus, nunquid & laudem mereri poſſunt? Data, inquit, uenia culpam uito, non laudem promereor. Vos exemplaria Græca] Græci enim optimè, & cautè ſcripſerunt, eos legite, & ipſos ſequimini: nam Latini immoderati ſunt. At noſtri proaui] Quaſi anthypophoræ modò reſpondet. Plautinos & numeros & Mirati ſales] Plautum dicit fruſtrà probatum ab antiquis, cui & ſales, & metri ſcientia defuit. Vtrunq; autem laudauerunt, ne dicam temerè, ſed ſtultè, quem non debuerunt tam patienter laudare, quia immoderatus eſt, & in metris, & in iocis. Oſtendit autem non rectè in omnibus antiquos poëtas fuiſſe laudatos. Per numeros autem metra: per ſales, iocos & uenuſtate intelligit. Si modò ego, & uos] Siquidem nos ſcimus diſcernere mala à bonis. Hoc dicit, ſi auditores ſciunt audire, non debet poëta immoderatus eſſe. Inurbanum lepido ſeponere dicto] Inurbanum à ioculari dicto, acrimonia, id eſt, prudentia & urbanitate ſenſuum. Digitis callemus & aure] Callemus, id eſt, ſcimus, nouimus. Duobus modis metrum aſſequimur, aut digitis, aut aure. Digitis autem parte rithmica & numeris Lesbium ſeruare pedem, & nixi pollicis ictum. Digitis & aure, ga ſonus metri pollicis ſtrepitu, & auris perceptione probari ſolet, unde & dactyli pedes quidam dicti ſunt, & ipſi pedes inde appellati ſunt, quoniam ſonum metrorum pulſu pedis noſtri adiuuamus. Et plauſtris uexiſſe poëmata Theſpis] Tam multa ſcripſiſſe, quæ poſſet plauſtris aduehere. Antè .n. chori in plauſtris conſtituti, circa uicos Tragœdias dicebant. Quæ canerent] Hoc ad chorum retulit, quoniam tragœdiæ choros habebant. Agerentq́;] Hoc retulit ad actores. Peruncti fæcibus ora] Nondum enim uſus erat perſonarũ. Pallæq; repertor honeſtæ] Honeſtæ, id eſt, pulchræ, decoræ, quoniam palla non niſi honeſtis perſonis datur. Et modicis] Modum habentibus, ſufficientibus. Inſtituit pulpita tignis] Oſtendit ſcenas antea non fuiſſe grandes. Loqui] Sonare. Niti] Incedere. Non ſine multa laude] Quamuis apertè maledicebat uetus Comœdia, tamen meruit laudem: quia nominatim appellabantur principes ciuitatis à Comœdiographis, alij in honorẽ, alij in iniuriam. Sed in uitium libertas excidit] Licentiam habebant Satyrici, mores cuiuſcunq; ſcribere, antequàm lex à ſenatu lata fuiſſet. Ergo in uituperationem chorus erupit, qui libertate ſublata, uituperare deſijt. Vel, poſtea uituperari cœpit ipſa comœdia, quia liberè maledicebat mores hominum, & hac de cauſa lege prohibitum eſt ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν, quæ nominatim malè loquebatur, id eſt, maledicebat. Vetus autem dixit, ad cõparationem eius, quæ poſtea inuenta eſt: uel uetus, ideò quoniam priuſquàm iudicium incurrit, & amiſit choros, παλαιὰ appellata eſt, licet primùm inuenta, & poſt tragœdias. Et uim Dignam lege regi] Vim, id eſt, uiolentiam & iniquitatem, dum enim in comœdijs ſuis aliquos carpunt, uitium incurrunt. Antè uerò in comœdijs liberè licebat lacerare, quod poſtea lege prohibitum eſt, quod factum eſt ſub Auguſto. Chorus] Grex actorum intelligendus eſt nunc. Turpiter] Quia reprehenſus & inuitus. Obticuit] Prohibitus lege. Sublato iure nocendi] Lacerandi, quoniam ſublata eſt autoribus loquendi libertas. Nil intentatũ] Hoc eſt, Et Latini ſcripſerũt huiuſmodi comœdias, in quib. nominatim male dicebant. Noſtri liquêre poëtæ] Omnia ſecuti ſunt, omnia tentarũt. Veſtigia Græca Aſi deſerere] Cùm uoluiſſent iſtiuſmodi Comœdias ſcribere, in quib. nominatim maledicerent. Et celebrare domeſtica facta] Id eſt, priuſquam uoluerunt uti ſuis, & cùm cœpiſſent poëtæ noſtri Græcis imitari, & Latinas hiſtorias ſcribere laudati ſunt. Vel qui prætextas, &c.] Hoc eſt genus fabularũ à Græcis non tractũ, id eſt, & qui prætextatas fabulas fecerunt, uel togatas, meruerunt

minimum

minimum decus. *Prætextatam quidam dicunt tragœdiam, comœdiam autem togatam. Alij autem dicunt prætextatam, & togatam comœdias eſſe, ſed togatas in quibus ſunt Græca argumenta, prætextatas in quibus Latina. Et togatas Aelius Lamia, Antonius Ruſus, Cn. Meliſſus, Afranius, Pomponius ſcripſerunt. Comœdiarum genera ſunt ſex: Statariа, motoria, prætextata, tabernaria, togata, palliata.* Nec uirtute foret, clarisue potentius armis, Quàm lingua Latium] *Non minorem conſecuti fuiſſent Latini gloriam ex eloquentia, quàm ex armis, ſi in corrigendis carminibus laborare uoluiſſent.* Virtute ad ingenium pertinet, Armis ad uires. Si non offenderet unum] *Si non eos impediret una res, quod nolunt carmina ſua corrigere & premere.* Limæ labor & mora] *Expolitionis & emendationis. Lima enim nitidiùs facit, quod fuerat ſcabrum. Limam ergo pro correctione poſuit translatiuè. Hoc eſt, ſi carmen ſuum unuſquiſque emendare non faſtidiret.* Vos ô Pompilius ſanguis] *Id eſt, Piſones. Ab ipſo enim originem trahebant. Calphus filius eſt Numæ Pompilij, à quo Calphurnij Piſones traxerunt nomen.* Multa litura] *Frequens emendatio.* Perfectum decies] *Finitum, ut cum iam perfectum uideretur, non decies emendauit.* Non caſtigauit] *Verſauit, cõſiderauit, probauit.* Ad unguem] *Tractum à marmorarijs, qui uncturas marmorum ungue pertentant. Alibi: Ad unguem Factus homo. Ad perfectionem, ad examen, hoc eſt, ad perfectum iudicium. Hoc ergo dicit: Reprehendite ô Piſones illud carmen, quod neq; multum tempus, neq; litura correxit.* Ingenium miſera, quia fortunatius arte] Quia *Democritus dicit plus ualere ingenium, quàm peritiam. Et quia dicit non eſſe bonos poëtas, niſi qui inſaniunt, hoc idem & Plato: uel Democritus ait, poëtam non arte fieri, ſed natura naſci. Ergo quia Democritus ingenium debilius putat arte, ideo miſeram eam dicit, & propterea multi fingunt furorem, ut poëtæ uideantur. Miſera autem ars eſt, ſiquidem non meretur poëtæ nomen accipere, qui habet artem, niſi qui habuerit ingenium. Ingenium autem nõ ſolum ſufficit ad poëticam, nec ars. Verbi gratia: Quatuor ſunt genera poëtarum. Eſt altus, eſt medius, eſt tenuis, eſt grandiloquus. Tenuis & medius arte fiunt, magnus & grandiloquus natura. Iſte uerò Democritus eſt, à quo ſecta exorta eſt Epicurea, qui multa phyſica ſcripſit.* Fortunatius] *Beatius, melius, ut:*

" *Fortunate ſenex.* Arte] *Studio. Democritus ait* plus ualere ingenium, quàm peritiam Excludit] *Repellit à numero poëtarum: negat eſſe poëtas, niſi qui inſaniunt.* Bona pars nõ ungues ponere curat] *Poëtas non uult more philoſophorũ incedere. Notat hic imperitos, qui putant poëtas optimos eſſe eos, qui ſunt demiſſo capillo uel barba. Barbam in ſingulari numero hominum, in plurali hircinas dicimus.* Nanciſcetur enim] *Obtinebit nomen poëtæ, ſed inſano ſimilis fiat.* Precium] *Dignitatem.* Si tribus Anticyris] *Anticyra dicitur inſula, in qua multum naſcitur hellebori & cicutæ. Hoc ergo* ἀκολουθητικῶς *dicit Horat. Si non totonderit caput, nanciſcetur nomen poëtæ, quòd caput non ſanatur tribus datis helleboris.* Tonſori Lycino] *Lycinus dicebatur tonſor opulentiſſimus, quem poſtea dicunt factum ſenatorem à Cæſare, quia dicebatur nimium odiſſe Pompeium. Et eſt ſenſus: Si non commiſerit tondendum caput Lycino, quem tres Anticyræ nõ poſſunt curare, adeò inſanum. Tribus autem Anticyris accipiamus pro multo helleboro.* O ego læuus] *Peruerſus, ſtultus, ſiniſter, dignus culpa, indignus nomine poëtæ.* Qui purgor bilem] Qui *propter purgandam bilem, rado caput meum, qui catharticum accipio ad purgandum me: uel qui purgor bilem pro bilibus, id eſt, qui curo ſanus eſſe cùm ſciam à Democrito eos ueros poëtas iudicatos, qui ſunt inſani: uel purgor bilem, choleram reijcio potionib.* Non alius faceret meliora poëmata] *Id eſt, nemo eſſet magis in opinione poëta, ſi demiſſo eſſem capillo.* Verum nil tanti eſt] *Id eſt, nullius momenti ſum, quoniam nõ ſum demiſſo capillo, & quòd per ſingulos annos cholera purgor. Dicebatur enim melancholicus fuiſſe Horatius.* Vel, Verum nil tanti eſt, *id eſt, non curo, ſed contemno dici poëta. Ac ſi diceret, Non poſſum poëta eſſe, ut contemnam curam corporis mei.* Exors ipſe ſecandi] *Id eſt, quæ non habet munus & officium ſecandi, à natura tributum, ut:*

" *Exortem ducere honorem.* Opes] *Copia ſcribendi.*

Scribendi rectè] *Facere quod promiſit, docet. Id eſt, ut rectè ſcribas ſapientia opus eſt.* Principium & fons] *Id eſt, copia uerborum, quæ debet ſequi principia. Contra illos, qui dicunt poëtam inſanire debere, hic ait, ut poſſis rectè ſcribere, principio opus eſt ſapere.* Rem] *Id eſt, præcepta, hoc eſt, ſapientiã.* Socraticæ chartæ] *Id eſt, libri. Et hoc dicit non debere poëta expertem eſſe philoſophiæ. Item aliter. Poëma conſtat ex re & oratione. Res ex philoſophia originem trahit, ut præcepta cõtineat. Dicit ergo hoc, quòd inuenta re, uerba etiam non inuita ſequuntur, id eſt, tunc uerba non deſunt, cùm habueris, quid dicis. Et Pollio idem dixit: Male hercule eueniat uerbis, niſi rem ſequuntur.* Verbaq; prouiſam rem non inuita ſequentur] *Prouiſam rem, id eſt, intellectam ſapienter. Id eſt, non laborat poëta loqui rem ſapienter inuentam, Menander cùm fabulam diſpoſuiſſet, etiamſi nondum uerſibus adornaſſet, dicebat ſe tamen iam compleſſe.* Qui didicit patriæ quid debeat, & quid amicis] *Id eſt, qui legit libros de officijs, id eſt,* περὶ καθηκόντων, *& oſtendit poëtas imbui debere philoſophia. Dicit autem hoc. Ille optimus poëta eſt, qui didicit quid ſingulis debeat, id eſt, quo amore debeat unuſquiſque circa patriam eſſe, aut parẽtes, ſiue amicos.* Reſpicere exemplar] *Exemplum,* παράδειγμα, *exemplum* [illegible]*: Hoc dicit: Conſuetudinem uitæ iubeo reſpicere eum, qui uult rectè imitari, ut cùm inducat adoleſcẽtem, debeat ſcire quemadmodum iuuenes ſolent uiuere. Quid enim eſt Comœdia, niſi imago uitæ quotidianæ?* Doctum imitatorem] *Id eſt, eum qui uult eſſe optimus Comicus poëta.* Veras] *Viuas.* Hinc] *Id eſt, à uita quotidiana, à moribus communibus.* Specioſa locis] *Id eſt, ſi opportunè fuerint inductæ perſonæ, aut locis, id eſt, argumentis, ut non ſit argumentum abſurdum.* Morataq; rectè] *Moroſa fabula malis moribus, morata bonis dicitur. Morata autem bene inſtituta, unde & in conſuetudine eſt, bene moratum dici, qui bonos mores habet. Moratam fabulam, in qua mores ſingularum perſonarum optimè exprimuntur.* Nullius Veneris] *Id eſt, uenuſtatis & ingenij, quæ ad artem ſpectant. Oſtendit modò quantum prodeſt conſideratio conſuetudinis, dicens quòd interdum fabula opportunitate perſonarum inductarum, & expreſſione morum, quamuis ſit ſine arte, ſine uenuſtate, ſine grauitate ſententiarum, plus placet, quàm uerſus quidem bene ſonantes, ſed morum obſeruatione carentes. Magis poſſunt delectare res ſine ornatu, quàm ornata poëmata uerſis ſine rebus.* Sine pondere] *Scilicet, magnis ſenſibus, ſine grauitate uerborum.* Et arte] *Sine gratia.* Valdius] *Pro ualidius, Vt alibi, Nouit me ualdius ipſo.* "
Meliusq; moratur] *Fortiùs retinet auditorem.* Inopes rerum] *Inanes, in quibus nullæ ſunt res, qui ſola arte ſunt boni.* Nugæq; canoræ] *Nullius momenti uerba, bene tantùm ſonantia.* Ore rotundo] *Polito, erudito, perfecto.* Præter laudem nullius auari] *Nullius, deeſt rei. Ideò ſolius laudis cupidi Græci, quia ideo ſcribebant ut gloriam, non ut pecuniam acquirerent.* Romani pueri] *Romani inquit pueri à prima ætate calculum diſcunt, hoc eſt, computationibus dant operam.* Longis rationibus] *Multis modis, longa computatione.* Aſſem diſcunt in partes centum diducere] *Diducere, id eſt, partiri. Aſsis eſt totum patrimonium. Sextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, dodrans, deunx partes aſsis ſunt.* Filius Albini] *Fœneratoris cuiuſdam diuitis.* De quincunce] *De quinq; uncijs.* Triens] *Tertia pars libræ, quæ facit uncias quatuor, cùm ſit libra unciarum duodecim.* Eu] *Eû, id eſt, bene: Vel Eu, pro euge. Hoc ille dixit, qui interrogatus fuerat.* Redit uncia] *Quincunci additur uncia, id eſt, alias quinq; accedit alia uncia.* Semis] *Media pars libræ.* Aerugo & cura peculi] *Aerugo, id eſt, auaritia. Aeruginem appellat auaritiam, quaſi maculam. Id eſt, auaritia cùm occupauerit à prima infantia animos hominum Romanorum, ſperandum non eſt poſſe ſcribere carmina recipienda in autoritatem. Cura autem peculi, id eſt, cupiditas pecuniarum.* Linenda cedro, & leui ſeruanda cupreſſo] *Id eſt, armario bene compoſito. Dixit autem* linenda cedro, *& ſeruanda cupreſſo, quia in perpetuum maneant unctis in circuitu chartis cedro: utraq; enim res odore ſuo ſummouet tineas.* Quicquid præcipies eſto breuis] *Aliud præceptum. Qui dat præcepta alijs breuiter debet dare, ut citò poſsit audiri, & citò intelligi. Id eſt,*

præcepta debent eſſe breuia, quia ſi longa fuerint, aures deficiunt auditorum. Percipiant ergo animi, ut dociles fiant, quia quòd percipio & intelligo, docet me. Item eſto breuis, id eſt ſerua neceſſaria. Teneantq; fideles] Vt ſeruent quòd accipiunt, ne effluant quæ audiunt. Pleno] Id eſt, faſtidiente. Et eſt ſenſus: pectus enim quòd iam uarietate ſatiatum & plenum eſt, ea quæ ſuperuacua audierit non retinet. Manat] Effluit. Ficta uoluptatis cauſa] Quæ fingit poëta uoluptatis cauſa, ueriſimilia debent eſſe. Nec quodcunq; uelit. Ordo: Quodcunq; uelit ſibi credi, fabula poſcat, Fabula, id eſt, comœdia: aut fabula, id eſt poëmata. Neu pranſæ Lamiæ] Id eſt, ne fingat fabula tale argumentum, quòd deuorauerit Lamia puerum, qui de utero eius poſtea uiuus prolatus ſit. Extrahat] Id eſt, detrahat, eximat. Centuriæ ſeniorum] Id eſt: Senes Romani non probant poëmata, quæ ſunt leuia: adoleſcentes, nō delectantur auſteris. Quid ergo faciendum eſt poëtæ? poëma temperare, ut & uoluptati ſeruiat iuniorem, & ſeueritati ſatisfaciat ſeniorum. Agitant expertia frugis] Id eſt, perſequuntur, quæ utilitatē non habent. Expertia frugis, Id eſt, inutilia, aliena, maturitate carentia, id eſt, bonitate uel auſteritate. Celſi prætereunt] Senſus eſt: Senes grauitate carminis, & dictionis pondere delectantur, iuuenes auſtera, & grauia non amant. Rhamnes, Luceres, Tatienſes, Romanæ tribus erant, uel, ut uerius, equites. Per Rhamnes iuniores intelligamus: erant enim alij ſeniores. Omne tulit punctum] Omnium ſuffragium, omnium iudicium meretur ille, qui & dulcis eſt & utilis. Puncta dicuntur populi ſuffragia. Vſus eſt hoc uerbo etiam Cicero in Fundiana. Item aliter: Solus ſuffragia & iudicium populi tulit, qui & utile, & dulce poëma ſcripſit, & qui prodeſſe, & delectare poteſt. Punctum ideò dixit, quod ſic antea ſuffragia cereis ferebantur. Hoc ergo dixit: Omnium meruit fauorem, iuxta legem tabellariam, quæ cauerat non uoce, ſed puncto debere ferri ſuffragia. Delectando] Dulcedine. Monendo] Grauitate. Meret æra] Proſit se, id eſt, dignus eſt emi: uel meret, mercedem affert. Mereo, meres, mercedem accipio, & milito. Liber] Librum pro poëmate poſuit. Liber hic] Id eſt, iſtiuſmodi, qualem dixi. Soſiis] Id eſt, bibliopolis: alij emendatores, & probatores carminum uolunt intelligi, & duo ij debere ſcribi: ſed propter metrum unum ſcribitur. Soſij ergo duo fratres fuerunt, bibliopolæ opinatiſſimi. Eſt autem ſenſus, Iſtiuſmodi librum facilè Soſij poſſunt uendere. Et mare tranſit] Id eſt, poteſt recipi in authoritatem, & ad omnes regiones, quaſi optimus portari. Noto] Famoſo, in opinione poëtæ poſito. Sunt delicta tamen] Inter multa bona ſi habueris mala pauca, ignoſcendum eſt. Quibus ignouiſſe uelimus] Pro uolumus. Nam neq; chorda ſonum] Si ergo citharœdus errat, multò magis uenia tribuēda poëtis eſt, ſi in quibuſdam errauerint. Nec ſemper ſagittarij deſtinata iaculantur] Hoc uult dicere. Merentur poëtæ ueniam, quia penè omnes in errore uerſamur. Minabitur arcus] Deſtinabit ſagittarius. Verùm ubi plura nitent] Si plura carmina facio optima, non eſt mirū ſi poſſum offendere in paucis locis. Maculis] Vitijs, peccatis, delictis. Incuria] Negligentia, quæ maculæ funduntur. Nam duobus modis fit, ut aliqua uitia naſcantur in poëmate: aut negligentia, aut natura, quæ hominibus fragilis eſt, ut omnia facere bene non poteſt. Cauit] Præuidit. Quid ergo eſt] Quia moneo, ſi poëta itidem peccet, ut librarius monitus, caret uenia. Vt ſcriptor] Hoc eſt, quemadmodum ſcriptor, aut antiquarius, aut pictor. Si peccat idem] Si in eodem peccat. Scriptor librarius] Id eſt, naturalis, ita enim bibliopolas ſuos ueteres dicebant, hoc & Tranquillus affirmat. Vſq;] Semper, iugiter. Quamuis eſt monitus] Pro eo quod eſt, Quàm iuſſit, propter [illegible]. Vt Maro,

„ Quamuis eſt ruſtica Muſa.

Fit Chœrilus ille] Chœrilus poëta fuit, qui Alexandrum Magnū ſecutus, bella eiuſdem deſcripſit, cui Alexander dixiſſe fertur, malle ſe Therſitem Homeri eſſe, quàm huius Achillem. Chœrilus Alexandri poëta depactus eſt cum eo, ut ſi uerſum bonum faceret, aureo nummiſmate donaretur: ſin malum, colaphis feriretur, qui ſæpe malè dicendo colaphis enectus eſt. Bis terq;] Id eſt, in paucis uerſibus ſi unum, aut duos uerſus benè dixerit, admiror, quaſi bonum poëtam præter ſolitum: Non enim dixit, laudo. Et idem] Ego, qui ueniā tribuo. Quandoq; bonus dormitat Homerus] Hoc eſt, negligenter ſcribit, id eſt, quandoq; errat bonus poëta. Verùm opere in longo] In magno poëmate. Fas eſt obrepere ſomnum] In peccatum incidere, errare, crimen negligentiæ incurrere. Vt pictura poëſis erit] Hic erit pro eſt ponitur. Id eſt, poëma ita ſeſe habet, ut pictura. Hoc ergo dicit, quemadmodum pictura quædam de proximo uult uideri, alia autem eminus, ut uitia celentur. Ita & poëma aliud, ſemel lectum placet: probum autem poëma placet, etiam ſæpe repetitum. Aliter: Vt pictura, ita poëma aliud dum recitatur, in præſens placet: aliud poſtea ſæpe repetitum. Vel, quædam in picturis ſpectanda ſunt propiùs, quædam longiùs: ita poëtices quædam ſtatim aſpicienda ſunt, quædam poſtea. Quæ dilucida erūt, mox cognoſcuntur: quæ uerò obſcura, lōgiùs remotis & ab ignotis. Te capiet] Id eſt, delectet: ſunt enim poëtæ, qui ſemper leguntur: ſunt qui ſemel lecti contemnuntur. Hæc amat obſcurum] Id eſt, mala, quia ſuco, id eſt, coloribus magis poteſt, placere quàm arte. Acumen] Velox ingenium. O maior iuuenum] L. Piſo, quaſi diceret, ô maior Piſo, maiorem enim fratrem alloquitur. Fingeris] Formaris, inſtitueris, erudiris. Ad rectum] Ad iuſtum & bonum iter uitæ. Hoc tibi dictum Tolle memor] Id eſt, audi ſententiam meam, & eſto eius memor. Medium] Non ex toto perfectum. Certis rebus] Ac ſi diceret, non omnibus, id eſt, paucis. Id eſt, rectè conceditur, quarundam rerum mediocritatem. Vt ſi iuriſperitus non fuerit aliquis, quomodo Caſſellius? aut orator, quomodo Meſſala? attamen uituperandi non ſunt, ſi fuerint mediocres, quòd in poëtis non idem eſt. In precio eſt] In honore. Plaut. In Aſin. Tu primus ſentis, nos tamen in pretio ſumus. Illi qui non ſunt peritiſſimi, ut Caſſellius & Meſſala, ſi modò mediocres ſint, tamen in honore ſunt: ſed non debent poëtæ mediocres eſſe, ſed ſummi. Meſſala orator, Caſſellius iureconſultus fuit. Non conceſſere columnæ] Iuuenalis ait, nec enim ſaxa concedunt aliquid poëtis de mediocritate. Columnas autem dicit, ubi ponebant poëtæ epitaphia. Vt gratas inter menſas] Quemadmodum inter menſas iucundas offendit, aut malus cantor, aut malum unguentum, aut papauer cum amaro melle, cùm poterat prandium confici ſine his. Ita poëma, quòd inuentum eſt, propter amicos delectandos, ſi paululum receſſerit à perfectione, non placet, ſine quo poëmate res hominum poterant explicari. Symphonia diſcors] Mali cantores, συμφωνία eſt concentus cantorum. Craſſum] Mali odoris. Nam ut leuem odorem dicimus ſuauem, ita & craſſum malum. Sardo] Sardaico. Sardum autem mel amarum eſt. Papauer poſuit pro placentia. Sine iſtis] Sine concordi ſymphonia, & ſine craſſo unguento, & papauere. Iuuandis] Delectandis. Si paulum ſummo deceſſit] Si modicum à perfectione receſſerit, fit poëma peſſimum. Si exiguum receſſerit à ſummitate, uergit in uitium. Vergit] Perit, diſplicet. Ludere qui neſcit] Quilibet ut peritus uerecundus eſt magis, quam poëta. Trochi] Trochi, id eſt, rotæ, quam currendo pueri ſcutica, uel uirga regunt. Ne ſpiſſæ riſum tollant] Ne rideat cœtus ſpectantium, qui in ſimilitudinem coronæ ludentibus circundatur. Impune] Pro meritò. Populus is impunè ridet, qui rectè mouetur ad riſum. Quid ni] Id eſt, cur non audeant uerſus fingere, qui neſciunt? Quid reſtat, niſi permutato ordine, ingenuus quilibet, liber à tributo, perſoluat ſummam nummorum equeſtrem, id eſt, equeſtri ordini diſtributam? Nam conſuetudo erat Romanorum, ut liberi tributa non ſoluerent, cæteri uerò ſtipendia ad opus militum ſoluebant. Liber & ingenuus] Cum ſtomacho pronunciandum, quaſi [illegible]. id eſt, ſi homo bene natus eſt, licet uerſus illi facere. Et eſt aliud liber, aliud ingenuus. Præſertim cenſus] [illegible]. Vſque ad, ſubaudiendum eſt. In cenſum equeſtrem receptus, aut qui ſit profeſſus ſe habere tantam pecuniam, quantam deberet habere eques. Non enim licebat ante equitem Roman. fieri, niſi habuiſſet ſummam pecuniæ. hoc eſt, quadringentorum ſeſtertiorum. lege Roſcia, quæ certò ſummæ patrimonij equitibus Romanis fuerat attributa, ſcilicet. quadringenta ſeſtertia. Vitioq; remotus] Secundùm ſuam æſtimationem. Tu nihil inuita dices, faciesue Minerua] A ſuperioribus pendet: O Piſo nihil dicas, aut facias inuita Minerua, id eſt, ſapientia. Inuita autem Minerua facimus, quod eſt ſtultitia.

titiæ. Eſt aũt prouerbium artificum inuita Minerua q́a ipſa Minerua inter cæteras artes & poëtis præeſt. Si quid tamen, &c.] *Olim, id eſt, quandoq;, quoniam Piſo Tragœdias ſcripſit.* In Metij deſcendat iudicis aure] *Metius. doctus & ſeuerus auditor, qui illis temporibus ſummus Criticus fuit. Senſus eſt: Aut iudicio Metij, aut noſtro, aut patris laudentur, aut culpentur carmina.*

Nonumq; prematur in annum] *Cinna librum ſcripſit, qui inſcribitur Smirna, quem non edidit, niſi nono anno, dum ſæpius corrigit. Prematur autem coërceatur, teneatur. Carmina uſque ad nonum annum limentur, & corrigantur ſtudioſiùs.*

Membranis] *Dicimus. Hæc membrana, & hæ membranæ.* Vox miſſa] *Ore emiſſa.* Reuerti] *Emiſſum uolat irreuocabile uerbum.* Syluestres homines] *Primos homines, ſyluas habitantes.* Sacer interpresq;] *Id eſt, ſacerdos. Vt poëta, Nec non Threicius longa cum ueſte ſacerdos, Obloquitur numeris. Ergo quia libentiùs maior Piſonum uerſus ſcribebat, dicit ad quam dignitatẽ poëtæ peruenerint.* Cædibus] *Rixis, ne ſe inuicem trucidarent.*

Et uictu fœdo] *Quia interficiebant beſtias & manducabant, ipſe eos fecit congregari, ſimulq; habitare.* Deterruit] *Prohibuit.* Orpheus] *Qui de dijs canendo ὁ θεόλογος dictus eſt.* Et Amphion Thebanæ conditor urbis] *Cadmus Thebas conſtituit: eas muro cinxit Amphion.* Sono teſtudinis] *Id eſt, lyræ.*

Fuit hæc ſapientia quondam] *Olim poëtæ ſapientia, & eruditione incultorum hominum feritatem prohibebant. Id eſt, aliquando fuit hæc ſapientia in poëtis, ut docerent quomodo uiuendum ſit priuatim, uel publicè.* Vago] *Meretricio, licentioſo. Dicit quomodo poëtæ docendo carminibus ſuis, hominum qui modo ferarum uiuebant, mitigaſſent animos.* Iura] *Præcepta.* Moliri] *Facere.* Leges incidere ligno] *Primùm leges ligno incidebantur, cum propter inopiam, æneatum tabularum apud antiquos uſus non erat.* Sic] *Id eſt, propter ſapientiam, & præcepta, cum hæc monerent poëtæ.* Diuinis uatibus] *Sacerdotibus adæquauit poëtas. Hoc etiam Maro:*

» *Quiq; ſacerdotes caſti, dum uita manebat,*
» *Quiq; pij uates, & Phœbo digna locuti.*

Poſt hos] *Orpheum, & Amphionem.* Tyrtæusq; mares animos] *Mares, id eſt, fortes.* In Martia bella Verſibus exacuit] *Lacedæmonijs diu aduerſum Meſſenios certantibus oracula reſponderunt, non aliter uictoriam eſſe peruenturam, niſi Athenienſem ducem habuiſſent. Miſſi legati, qui hoc ab Athenienſibus poſtularent. Athenienſes in contumeliam ipſis, Tyrtæum quendam claudum dederunt, dicentes iuxta ignauiam ipſorum, hunc eis ducem poſſe ſufficere: ſed oracula, quæ promiſerũt, nõ fruſtrata ſunt. Nam Tyrtæus licet corpore eſſet debilis, ſcripſit tamen carmen heroicum, quo accenſi Lacedæmonij in aciem proceſſerunt, ſicq; conſecuti ſunt uictoriam. Aliter, Tyrtæus fuit genere Athenienſis poëta, omni deformis parte membrorum. Is primus tubam inuenit, quo etiam Lacedæmonij uſi duce, uicerunt Meſſenios. Nam cùm diuturno tempore inter Lacedæmonios, & Meſſenios bellum traheretur, conſuluerunt Lacedæmonij Apollinem, quibus reſponſum eſt, non aliter eos poſſe uincere, niſi duce Athenienſi pugnarent. Quibus Athenienſes Tyrtæum dederunt, & ita Lacedæmonij uicerunt, cùm hoſtes nouus tubæ ſonitus terruiſſet.* Sortes] *Reſponſa Apollinis. Dij carminibus reſponſa dederunt.* Vis] *Ratio. Hoc eſt, etiam philoſophia monſtrata eſt uerſibus.* Et gratia regum] *Carminibus ſunt deſcripti reges. Carmina meruerunt amicitias regum.* Ludusq; repertus] *Hoc eſt, oblectatio ut relaxarent ſe homines carminibus. Ludus & longorum operum finis, κατὰ τὸ αὐτὸ dicit, quòd quando uult aliquis poſt laborem requieſcere, utitur lyra, & carminibus, & eſt perpetuum epitheton, longorum laborum, id eſt, laborum moleſtiorum.* Et longorum operum finis] *Hoc eſt, ut carmen libenter operarentur, & cum delectatione opus ad finem perducerent.* Finis] *Laudatio.* Ne forte pudori ſit tibi] *Ideo, inquit, enumeraui hæc, ne erubeſcas referri in numerum poëtarum. Id eſt, ideò dixi multa commoda naſci de carmine, ne fortè ô Piſo tibi poëma ſordere uideatur.* Muſa lyræ ſolers] *Ingenioſa, & uiuax, efficax, & perfecta. Solers enim propriè dicitur, qui habet peritiam rerum difficilium ſoluendarum.*

Cantor Apollo] *Inuentor citharæ, qui præeſt Muſis.* Natura fieret laudabile carmen an arte Quæſitum eſt] *Multi quærunt, utrum poëta naſcatur an fiat. Ego utrunq; dico habere poëtam debere, id eſt, artem & ingenium.* Sine diuite uena] *Hoc eſt, ſine ingenio bono, & ſine natura.* Rude] *Stultum, ſine ſtudio & ante imperitum.* Alterius ſic altera poſcit opem] *Vt illud Salluſtianum: Alter alterius auxilij eget.* Coniurat amicè] *Conuenit amicabiliter, conſentit, congruè.* Qui ſtudet optatam] *Qui ſtudet ad gloriam uenire, multa debet perferre & facere, id eſt, ſudare, algere, uigilare, abſtinere à Venere, & Libero. Optatam ergo metam dicit gloriam, quia finis iſtiuſmodi uitæ parit gloriam ſempiternam.* Curſu] *Labore & opere. Curſu qui primus uult eſſe.* Contingere metam] *Propoſiti finem, gloriam, id eſt, qui uult ad perfectum uenire.* Sudauit] *Per æſtatem ſcilicet.*

Alſit] *Per hyemem frigus ſuſtinuit.* Venere & uino] *Libidine & luxuria.* Qui Pythia cantat] *Id eſt, carmen in Pythonem ſerpentem ab Apolline compoſitum.* Nunc] *Iſtis temporibus, id eſt, in hac copia imperitorum, ſufficit alicui ſeſe iactare, & dicere optimus poëta ſum, cùm non ſit.* Pango] *Compono facio, id eſt, ego poſſum mira poëmata componere. Hoc dicit malus poëta.*

Occupet extremum ſcabies] *Ille patiatur ſcabiem, qui extremus componet uerſus. Metaphoricôs autem locutus eſt à ludo puerorum. Ita enim pueri currentes aiunt: Occupet ſcabies in extremo remanentem, id eſt, ego poëta ſum, habeat ſcabiem, qui nõ eſt poëta. Hoc ergo perſona illorum dixit, qui dicendo, carmina ſcimus facere, nihil ſciunt, uolunt tamen ſe exiſtimari poëtas. Scabies ludus puerorum eſt, ut habes in Suetonio Tranquillo.* Mihi turpe relinqui eſt] *In curſu ſcilicet. Turpe mihi eſt, non referri in numerum poëtarum.* Sane neſcire fateri] *Ordo eſt: Mihi ſane turpe eſt neſcire, & fateri quod neſciam.* Vt preco ad merces turbam qui cogit emendas] *Quemadmodum preco uoce hortatur populum accedere ad emendas res proſcriptas. Ita & poëta diues hortatur multos aſſentiri ſibi in carmine per dona & largitatẽ.* Aſſentatores] *Blandos, falſos auditores.* Ad lucrum] *Ad dona, ad laudandum.* Diues agris, diues poſitis in fœnore nummis] *Qui multos agros, & nũmos habet poſitos in fœnore.* Si uero eſt unctum, qui rectè ponere poſſit] *Id eſt, Qui bene paſcat.*

» *Vnctium autem lautum conuiuium & terſum.*
Vnde in alio loco:
» *Accedit ſiccus ad unctas.* *Perſ.*
» *Callidum ſcis ponere ſumen.*

Vnctum igitur appellat pulmentarium bene coctum, & eſt ſatyricè dictum. Id eſt, ſi uerò ſit poëta: qui bene paſcat, hoc eſt, ſi habet eum, qui cœnam præparet, bene, mirabor ſi iſtiuſmodi homo poſſit, falſum amicum à uero diſcernere. Spondere] *Interuenire & fidem dicere, uadem fieri, promittere pecuniam, quia debet leuis pauper.* Leui] *Tenui, & egenti, uel uili.* Atris litibus] *Noxijs & triſtibus.* Implicitum] *Irretitum.* Si ſciet inter Noſcere] *Nam cum falſus amicus eodem modo illum laudet ac uerus, nõ in uſura poterit largus poëta, inter malos, bonoſq; habere iudiciũ.* Mendacem uerumq;] *Id eſt, cùm ab aſſentatoribus fallatur, uerum amicum poterit ignorare. Item quòd nemo diuiti uerus amicus eſt, à quo beneficijs redimitur.* Tu ſeu donaris] *Id eſt, ô Piſo, ſeu donaſti alicui, ſeu donaturus es, hoc auditore carminũ tuorum ne utaris.* Tibi factos] *Id eſt, à te factos.* Plenum lætitiæ] *Id eſt, gaudentem donis tuis, ut pro donis lætetur. noli to precio aliquem laudatorem tuis uerſibus locare, ne tuo munere lætus, fictas tibi laudes perſoluat.* Pulchrè bene rectè] *Eſſe compoſitos uerſus.* Palleſcet] *Pallidus fiet, cùm cœperit te falſum laudarẽ, quaſi præ nimia admiratione.* Super his] *Id eſt, ſuper hæc, quæ dixit bene pulchrè.* Stillabit amicum Ex oculis rorem] *Fictè laudando, & præ gaudio flendo.* Amicis] *Id eſt, aſſentatoribus.* Vt qui conducti plorant in funere] *Hoc eſt, qui conducuntur ad funera, ſicut ſæpe grauiora faciunt uerè dolentibus ita & aſſentores, plus laudant, quam amicus uerus. Item Antiqui præficas dicebant mulieres, quæ mortuos alienos conductæ plorabant, quod fit in quibuſdam prouincijs.* Reges dicuntur multis urgere culullis] *Reges enim, quos uolunt recipere in amicitiam, mul-*

to mero inebriant temtãtes, an per potum habeant ſecreta prodant. Docet autem hoc loco, multa cura, & multo ſtudio aſciſcendos amicos. Culullis autem, id eſt, calicibus, & eſt diminutiuum à culeo, ut alibi: Ipſe diues ut aureis Mercator exiccet culullis, uina Syre reparta merce. Et torquere mero] Id eſt, exanimare & protrahere ad confeſsionem, id eſt, uino explorare ingenia dignorum amicorum. Perſpexiſſe] Præuidere, perſpicere, probare. Condes] Compones, ut reſpondere paras, ſeu condis amabile carmen. Nunquam te fallant animi] Ingenioſi homines laudant multa carmina, ideò uide ne te fallant aſtuti animi, qui cùm ſint uafri & ſubdoli, innocentem præferunt uultum, quaſi uulpes in Aeſopi fabula contra coruum. Sub uulpe] Sub impoſturis adulantium, ſub dolo. Vulpes enim doloſum animal eſt, ut in Aeſopi fabula: ſic & qui uerſus facit ex fictione adulantium, poteſt facilè ſubdolos animos præuidere. Quintilio ſi quid recitares] Hic erat Quintilius Varus poëta Cremonenſis, amicus Virgil. Hoc aiebat & hoc] Maledictum dicebat malo poëtæ, ut corrigeret malos uerſus. Melius te poſſe negares] Deeſt ſi, id eſt, ſi negaſſes, te meliora carmina poſſe facere. Delere iubebat] Id eſt, iubebat, ut denuò uerſus corrigerentur, quemadmodum ferramẽtum malè ductum redditur incudi, & benè ibi formatur. Male tornatos] Malè compoſitos. Vertere] Corrigere, mutare. Nullum ultra uerbum] Deeſt, faciebat. Operam] Studiũ monendi, quo nihil profeciſſet. Quin ſine riuali, teq́ & tua ſolus amares] Sine riuali amantur carmina, quando ab eo ſolo amantur, qui facit ea. Riualem autem pro æmulo poſuit. Riuales enim ſunt unius meretricis amatores: hoc tractum eſt ab antiquis. Riuales enim dicebantur, qui in agris riuum haberent communem, & propter eum ſæpe diſceptarent. Inertes] Sine grauitate factos. Duros] Malè ſonantes. Incomptis] Id eſt, non benè currentibus, ſine œconomia ſcriptis. Allinet] Id eſt, apponet. Signum] Notam culpæ ſignificat, nam notari uerſum malè formatum dicimus. Tranſuerſo calamo] Tranſuerſum ducta pẽna uitia carminum maculabis. Non autem trãſuerſo calamo, ſed tranſuerſo apice. Ambitioſa] Superflua. Parũ claris] Obſcuris. Lucem dare] Apertiora ea facere. Arguet ambiguè dictum] Amphibologias uituperabit. Mutãda notabit] Deſignabit, certa faciet, quæ mutari debeant. Fiet Ariſtarchus] Nomen Græci Grãmatici, qui Homeri carmina adnotauit. Ille ergo iudex etiam optimi poëtæ fiet, quod Ariſtarchus Homerum emendas, hoc ſigno notauit uerſus, quos iudicauit Homeri non eſſe. Nec dicet, cur ego amicum Offendam in nugis] Sicut multi dicũt, cur ego debeo corrigere amicum in ſuo errore? Seria ducent in mala] In malas neceſsitates. Si non fuerit emendatus, irriſio laudatorum, in alijs maioribus ipſum docebit errare. Siniſtrè] Contrariè, quia (ut ſuperiùs) dixit. Neſcit uox miſſa reuerti. Et ideo poſtquã mali poëtæ carmina publicant contraria, ab omnibus excipiũtur, & irrecuperabiliter deridentur, ſicut ſcabies, & regius morbus, cæteriq́ morbi, quos ipſe dicit, ſunt incurabiles, adeò, ut uix aut nunquam poſſint curari. Regius] Quem quidam dæmoniacum: alij comitialem: alij arquatum uocant, quem Græci ἴκτερον dicunt, quibus oculi uirideſcunt. Aut fanaticus error] Fanaticum errorem pati dicuntur, qui à Fanis percutiuntur, id eſt, qui lymphatico agitantur, ſicut lunaticum aut morboſum, ita inſanum poëtam fugiũt ſapientes. Iracunda] Læſione offenſa. Tetigiſſe] Pro tangere. Agitant] Perſequũtur. Nam pueri prætereuntibus illudere ſoliti, quos inſectantur, in dementiam compellunt. Incauti] Quia poſſunt lædi ab inſano poëta. Ructatur] Pro ructat, ut Cicero, Eructant ſermonibus cædem. Sic ueluti merulis intentus decidit auceps] Senſus eſt, Nec ſemel inſanos uerſus faciet, nec carebit cupiditate, ut aſsiduè tanquam in foueam cadat. Longum] Diu uale dic. Qui ſcis an prudens] Quaſi alius hũc uerſum dicat, qui prohibeat poëtæ ſubueniri. Agitant pueri, incautiq́ ſequuntur] Nam pueri prætereuntibus illudere ſolent, & quos inſectantur, in dementiam compellunt. Hic dum ſublimis uerſus ructatur & errat] Ructatur pro ructat. Antiqui & ructo & ructor dixerunt. Hic genere patiendi extulit ructatur, ut: Venatur, lauatur. Dicam] Scilicet illi, qui illum uult liberari: Vnde ſcis an ultrò ſeſe abiecerit in puteum? Deus immortalis haberi] Id eſt, dum opinione hominum ſe collectum diuinitatem putauit ſi nunquã cõparuiſſet. Dum cupit Empedocles] Empedocles, fuit Agrigentinus Pythagoricus, qui ſe in flammas Aetnæ montis iniecit, immortalitatem affectans, quod eius crepidulæ prodiderũt, quas flammas eructauit, æreis enim uſus fuerat. Ardentẽ frigidus Aetnã] Empedocles enim dicebat ingenia frigido circa præcordia ſanguine impediri. Inuitum] Cadentem in foueam. Idem facit occidenti] In eodẽ delicto eſt, ſi homicidæ parcatur. Hoc fecit] Vt demitteret in puteũ. Famoſæ] In opinione poſitæ, id eſt, nec deſinit uelle glorioſè mori. Nec ſatis apparet cur uerſus factitet] Neſcitur pœna, propter quã faciat uerſus malos in inſanos poëta, an quia læſerit bidental, an quia uiolauerit patris ſepulchrum. An triſte bidental] Bidental locus, in quo fulmen conditum erat, cum magna reuerentia à ſacerdotibus. Triſte autem, quoniam præter lapſum conſtituitur fulmẽ. Et bidental à bidentibus dictum, nam reliquias fulminis pontifices cum ſacrificio ſepeliebãt. Aliter. Quod bis fulmine percuſſum eſt, bidental appellatur. Hoc expiari non poteſt. Erant autem, qui dicunt ab agna dictum bidental. Triſte bidental, quia triſtes fiunt homines, uidentes locum quem ceciderit fulmen. Mouerit inceſtus] Inceſtus dicitur homo pollutus, qui flagitium commiſerit aut in ſororem, aut in ſacerdotem, aut in affinem. Clathros] Oppoſitiones oſtiorum. Indoctum, doctumq́ fugat] Id eſt, omnibus dicit, audite me, cùm ab omnib. fugiatur. Arripuit] Nactus fuerit. Nõ miſſura] Cum cõprehenderit corpus, nõ dimiſſura. Hirudo] Sanguiſuga. Alij ſanguiſugũ, & alij ſanguiſugiã dixerunt. Diſtat autẽ inter harundinẽ, hirundinẽ, & hirudinẽ. Harundo canna eſt. Hirundo auicula. Hirudo ſanguiſuga.

PORPHYR. Humano capiti] Hunc librũ qui inſcribitur de Arte Poëtica, ad L. Piſonẽ, qui poſtea urbis cuſtos fuit, miſit. Nam & ipſe Piſo poëta fuit, & ſtudiorũ liberaliũ antiſtes, in quẽ librũ congeſsit præcepta Neoptolemi de Arte poëtica, non quidem omnia, ſed eminẽtiſsima. Primũ præceptũ eſt περὶ τῆς ἀκολουθίας. Nam ut pictor, ſi humano capiti equi dederit ceruicẽ, eamq́ uoluerit decorare pennis, & inferiorẽ partẽ mẽbrorũ exprimere piſcis effigie, ſuperiorẽ uerò mulieris exornare ſpecie: ualde errare uidebitur, quòd contra naturã omnia faciat, ita poëticen ornatus cauſa, ſi plus quàm exigit materiæ inſtitutũ ornetur, contemni. Riſum teneatis amici] Percunctãtis eſt hæc uox, & præcipientis utiq́ ridere oportere. Pictoribus atq́ poëtis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas] Sequẽs præceptũ eſt, omnes quidẽ poëtas poteſtatẽ habere fingendi, ita ut aliquid faciant, non ut uelint cum auibus ſerpentes, uel cum agnis Tigres iungere. Inceptis grauib.] Præceptum tertiũ. Eſt natura quorundã poëtarum peſsima, qui incipiunt grandia deſcribere, deinde in locos cõmunes exeunt, qui licet boni ſint, tamẽ ridentur ac ſuperuacui habẽtur, niſi loco poſiti ſint. Purpureus, latè qui ſplendeat, unus & alter Aſſuitur pannus] Per hoc locos cõmunes ſignificat. Aut flumẽ Rhenũ] Nõ dixit genere maſculino Rhenus, ſed neutro hoc Rhenũ, quia eſt flumẽ. Et fortaſſe cupreſſum Scis ſimulare] Hoc prouerbiũ eſt, in malũ pictorem, qui neſciebat aliud bene pingere, quàm cupreſſum. Ab hoc naufragus quidã petit, ut fatũ ſuũ exprimeret, ille interrogauit, num ex cupreſſo uellet aliquid adijci? quod prouerbiũ Græcis in uſu eſt. Amphora cœpit Inſtitui, currente rota, cur urceus exit?] Hoc dicit: Quare cùm aliã materiã inſtitueris ſcribere, aliã efficis, quomodo ridendus eſt figulus, qui cùm deſtinauerit amphorã fingere, urceũ efficiat. Decipimur ſpecie recti] Hoc tale παράγγελμα eſt. Erramus, inquit, et dũ conamur uerã uirtutẽ ſequi, in uicina uirtuti uitia incidimus: nam breuiter ſcribentẽ, ſequitur obſcuritas: leuia cõponentẽ, nerui inhibent: diſerta profitentẽ, uitiat ſpreta rerũ inſpectio. Qui uariare cupit rem &c.] Aliud hoc præceptũ eſt, nõ eſſe fabulis indulgendũ, ne extenuandã uſq́ in uitia materiã. Aemilium circa ludũ faber imus] Aemilij Lepidi ludus gladiatorius fuit, quod nunc Polycleti balneũ eſt. Hic demonſtrat ærariũ fuiſſe fabrũ imũ, hoc eſt, in angulo ludi tabernã habentẽ. Hoc aũt præcepto. Sumite materiã ueſtris qui, &c.] Præcipit eis, qui ſunt poëtæ, ut eã materiã eligant, quæ poſsint placere. Cui lecta potenter erit res] Id eſt, qui legerit, id quod præſtare poſſit. Potẽter figurauit uẽ Aurdo uus. Ordinis hæc uirtus erit, & uenus] Aut ego fallor. Loquitur nunc

tur nunc περὶ τῆς ἐνταξίας, quo ordine ſeruandā à poëtis Vene-
rem, aut decorem carminis ſignificat. Dixeris egregiè, notum ſi
callida uerbum] Exponit nunc de uerbis ueteribus ac nouis, quo-
modo poëtica ſint. Nam licet aliqua uulgaria ſint, ait tamen illa, cū
aliqua compoſitione ſplendeſcere. Verbi gratia: Curgulio ſordida
uox eſt, ornatu accedente uulgaritas eius abſcōditur, hoc modo:
Populáq; ingentem farris aceruū Curgulio. Curgulio apud
Homerum eſt, qui faba libenter ueſcitur. Si forte neceſſe eſt In-
dicijs monſtrare recentibus] Quod ſi iam, inquit, ad rem aliquā
explicandam uerba antiqua non ſufficerint, permittitur poëtæ no-
ua fingere: Indicia uerba appellauit, philoſophi enim dicunt indi-
candarum rerum cauſa inuentas eſſe uoces. Fingere cinctutis nō
exaudita Cethegis] Omnes enim Cethegi morem ſeruauerūt eun-
dem Romæ, inter cætera deſcriptum comam retulerunt. Nunquam
enim tunica uſi ſunt, ideo cinctutos eos dixit, quoniam cinctū eſt ge-
nus tunicæ, infra pectus aptatæ. Eis ergo non exaudita, uerba, tan-
quam inſolita intercisa nemo dixit. Eſt autem inteſtinum puſillum,
& deinde uerbi gratia, ſic alapam cum uno digito imā ferimus au-
riculam. Et noua, fictáq; nuper habebunt uerba fidem ſi Græ-
co fonte cadant] Et magis, inquit, authoritatem mereri poſſunt
noua uerba, ſi à Græco fuerint in Latinum deriuata. Tranſtulimus
triclinium quod ante cœnaculum uocabamus, quia ibi cœnabatur:
οἶνον uinum, & à cylice calicem, & à coccyce cuculum. Ego cur
acquirere pauca ſi poſſum, inuideor] Cū Plauto, Cæcilióq; per-
miſſum ſit uerba fingere, cur mihi nō liceat Latinū ampliare ſermo-
nem, & nouis uti uerbis? Inuideor poſuit, pro inuidetur mihi.
DEBEMVR MORTI NOS, NOSTRAQVE] Cō-
probat nunc morti uniuerſa eſſe deſtinata etiam uerba interire cum
opere hominū. Sterilíſq; diu palus] Diuus Cæſar duas inſtituerat
res facere. Portū Hoſtienſem munire Pontinā paludem, quæ eſt in
Cāpania, ad quadrageſimū miliariū emittere in mare. Hanc ergo
ſignificat in hoc recepiſſe, ut iam aretur. Seu curſum mutauit
iniquū frugib. amnis Doctus iter melius] Tyberim intelligimus,
hunc enim Agrippa deriuauit quà nunc uadit, antea per Velabrum
fluebat. Cadentq; Quæ nūc ſunt in honore uocabula. ſi uo-
let uſus] Hoc eſt ratio loquendi. Vſus enim nihil aliud eſt, quam
regula ſermonis Latini. Res geſtæ] Incipit nunc loqui de omnib.
metris, de elegiaco & iambico. Verſibus impariter iunctis] Im-
paribus. Nam hexametro priore, ſequenti pentametro ſcribuntur.
Archilochum] Primus Archilochus Iambos ſcripſit in Lycambē,
generum ſuum. Hūc ſocci cepere pedem, grandeſq; cothurni]
Quomodo comœdiæ & tragœdiæ ornantur eo numero, qui iambi-
cus appellatur. Nam hoc diſtat iambicus à iambo, quòd iambus ex
iambis conſtat, & maledictis armatur. Iambicus autem metro ma-
gis, quàm ratione ſimilis eſt iambo. Alternis aptū ſermonibus]
Nihil enim poëta in tragœdia dicit, ſed plures perſonæ. Itaq; He-
roicum Heroum ſolet res referre: quid actum ſit tragœdia agit.
Et populares uincentem ſtrepitus] Ipſum altius in ſcæna ſonan-
tem, quàm populi clamor eſt. Muſa dedit fidib. diuos, pueroſq;
deorum] Nunc de Lyrico carmine loquitur, quo metro ſcribūtur,
aut Herôum laudes, aut Oylmpionicarum. Pueros autem deorum
Heroas dicit. Et iuuenū curas] Hoc eſt, amores, quos Lyrici cele-
brant. Et libera uina referre] Qualia ſunt Anacreontis carmina.
Deſcriptas ſeruare uices] Hoc eſt, ordinem poſitum per ſpecies ſi-
gnorum, quare poëta dicitur. Cur neſcire pudens praue, quam
diſcere malo] Huius uerſus ſenſus talis eſt: Cur malo neſcire pra-
uè pudens, id eſt, erubeſcens, ne uidear ignoraſſe, quam malo diſce-
re? Indignatur item priuatis] Hoc eſt humilibus uerbis tragœ-
diam impleri. Et tragicus plerūq; dolet ſermone pedeſtri] Exi-
git ſæpe tragœdia ut pedeſtribus ſcribatur uerbis cum Telephus &
Peleus exules regio habitu mutato loquantur. Neq; enim debet in
humili habitu auxilium petens, regaliter loqui. Proijcit ampul-
las] Hoc à Callimacho ſuſtulit, quod dixit. Si curat cor] Hoc eſt,
ſi id agit, ut attentè ſpectantem flere cogat. Dulcia ſunto] Nunc
quaſi legem ponit, & præcipit. Sunto enim agunto, ſint & agant ſi-
gnificat, ſed leges antiquæ his fere plenæ ſunt quæ dicuntur ſigni-
ficanter, uerbis. Si uis me flere dolendum eſt] Hoc Demoſthe-
nicum eſt. Nam cūm ad illum is, qui uapulauerat acceſſiſſet, peter-
ret ſummiſsè, ut cauſam ſuam ageret, eò quòd cæſus eſſet, negauit
ſe facturum, quia ille non uapulaſſet. Illo affirmante factum eſſe,
eiq; ſuperuacuas dicente eius querelas, tunc tertio, cùm indignari
uideret, & toto affirmante cum lachrymis affectu, dixit, nunc ſe illi
credere, capiebat enim dicendi impetum ex iraſcente. Tunc tua
me infortunia lædent] Id eſt, tunc tuæ me calamitates mouebunt.
Infortunia quæ Græci ἀτυχήματα uocant. Romani tollent e-
quites, peditesq; cachinnum] Ridebit equeſter ordo & plebeius.
Cachinnum autem eſt uerbum ſecundùm ὀνοματοποιΐαν, fictum à
ſono riſus. Intererit multum Dauus'ne loquatur an Heros]
Hoc eſt, unicuiq; perſonæ actus proprius aptandus eſt. Tanquam a-
pud Menandrum ſeruus inducitur liber loquens. Hoc ille indulgen-
ter & incōſultò, ut omnia domino ſimpliciter fateatur. Itaq; aliquo
modo illum excuſat. Aut famam ſequere, aut ſibi cōuenientia
finge] Hoc aliud præceptum eſt. Nam poëta ſcripturus, aut ſecun-
dùm hominum conſenſum debet aliquid deſcribere: aut ſi hiſtoriā,
tanquam tritam, non uult attingere, debet conuenienter notam in-
ducere. Scriptor honoratum ſi forte reponis Achillem] Apud
Apud antiquos Tragœdiarum, Comœdiarumq; ſcriptores, cùm pri-
mùm in ſcenam prodirent, fauorabiliter accipiebantur, etiamſi ma-
lè agerent, ut illorum ad ſcribendum iterū allicerentur animi, præ-
tore cogente totā neceſſe erat peragi fabulam. Sin uerò iterum ma-
lè egiſſent, incipiebant derideri. Ideò dixit Reponis, quaſi iterum
profers. Perfidus Ixion] Moris erat apud antiquos, ut ducturi u-
xores nuptialia munera & dotem, ultrò ſoceris darent. Ixion ergo
cùm Eponei filiam accepiſſet uxorem, & dotem daret inuitus, ſcro-
bem fecit ingentem, quam igne repleuit, & in ſummo leuiter cinere
contexit, in hanc Eponea, quem ſimulans ad cœnam inuitauerat,
merſit, ac ſic paſſus eſt uiuum illum exuri, ob hoc perfidus dictus eſt
Ixion. Difficile eſt propriè communia dicere] Aliud catholi-
cum, & quaſi interrogans. At enim, inquiunt, difficile eſt commu-
nes res proprijs explicare uerbis? Si non circa uilem, patulumq;
moraberis orbem] In eos dicit q ad finem Iliada Homeri ſcripſe-
runt. Ideò & patulum orbem dixit. Nec uerbo uerbum curabis
reddere fidus Interpres] Hoc eſt, ſi non quæſieris, ut ad uerbum
commutes, nec exprimas carmē, ſed magis ſenſus, alioquin ſi quid
tranſtuleris, & puſillum erit, & ineptum. Parturient montes, na-
ſcetur ridiculus mus] Græcum hoc uerbum eſt: ὤδινεν ὄρος,
ἔτα μῦν ἀπέτεκεν. Nec reditum Diomedis ab interitu Me-
leagri] Antimachus fuit Cyclicus poëta. Hic aggreſſus eſt mate-
riam, quam ſic extendit, ut uiginti quatuor uolumina impleuerit,
antequam ſeptem duces uſque ad Thebas perduceret.
Si plauſoris eges aulæa manentis] Id eſt, ſi uis te adſtante audiri,
donec aulæa leuetur, & donec is, qui ait, dicat, uos ualete & plau-
dite, quæ conſummatio & Comœdiæ, & Tragœdiæ eſt, hæc intuen-
da ſunt, quæ omnia ſubijcit. Aut agitur res in ſcenis, aut acta
refertur] In tale tranſit ἀκρόαμα. Duo ſunt genera nunciorum:
Alter eſt, qui ex ſcæna acta nunciat, puta ſi filios Medea occidit,
nunciatur Iaſoni, neq; enim decet. hoc in ipſa ſcena fieri, alioquin
incipit uerus actus fieri, non fabula. Alter eſt, qui in ſcena commiſ-
ſa, profert extra ſcenam, puta ſi adulterium Clytemnæſtra commi-
ſerit, ut hic qui appellatur. Quinto neu ſit productior actu Fa-
bula] Ne incipiat Tragœdia pluſquàm quinque partibus impleri.
Quæ poſci uolt & ſpectata reponi] Illud dixit: Si fortè reponis
Achillem. Hoc eſt, quæ placere uult, & iterū proferri. Nec Deus
interſit, niſi dignus uindice nodus inciderit] Tunc demum, in-
quit, inferri debet Deus, cùm digna res interuentu eius exprimitur,
alioquin malè ponetur, ut in eos ſi quis ſeruum ſuum uoluerit occi-
dere. Sed magis cùm aut filius patrem, aut filium pater occîdit.
Nec quarta loqui perſona laboret] Tres enim perſonæ Tragœ-
diam, itemq; Comœdiam peragunt. Si tamen quarta interponitur
non loqui debet, ſed annuere, ſtatimq; dimitti. Actoris partes
chorus, officiumq; uirile Defendat] Id eſt, nec uiris agentibus,
fœminarum inducatur chorus: nec fœminis, uirilis, ſed agente ex
uſu has partes cuſtodient. Tibia non ut nunc orichalco uincta,
tubæq; Aemula. ſed tenuis] Colligit priore tempore, certiore le-
ge ſcriptas eſſe fabulas, quàm hoc ſeculo. Nam nec tibia quæ in
terijs, tam precioſa erat, neq; tam magna, quàm nunc eſt, quæ ori-

chalco ornatur, quod ſimilimum bracteæ aureæ eſt. Simplexque foramine pauco] *Terna enim tantummodo habuit antiqua tibia.* Sic priſcæ motumque & luxuriam addidit arti] *Motum nunc geſtum dicit.* Sic etiam fidibus uoces creuêre ſeueris] *Ante enim ſeptem chordas habebat, excogitata poſtea cithara eſt.* Et tulit eloquium inſolitum facundia præceps] *Id eſt, uſus eſt dicere, quæ præcipit eloquentia.* Vtiliumque ſagax rerum, & diuina futuri Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis] *Ante enim ſapientes loquebantur, & τὸ ἐκεῖ præceptum, pro reſponſo erat. Et multa quæ in templo Apollinis Delphici ſcripta ſunt, ſeptem Sapientum præcepta, & ſententiam dixit, ut apud Græcos.* Carmine qui Tragico uilem certauit ob hircum] *Circa hũc enim Tragœdiarum ſcriptores apud antiquos contendebant, & Tragœdia inde appellata eſt.* Mox etiam agreſtes Satyros nudauit] *Hoc eſt, Satyrica cœperunt ſcribere. Vt Pomponius Atlantem, uel Siſyphon, uel Ariadnen.* Non ego inornata, & dominantia nomina ſolum] *Inornata propria, ſignificant, dominãtia nomina quæ proprijs uocabulis nuncupantur, ut libri, capſa, pagina. Hæc autem nõ propria ſunt, ut uirtus me fregit Aeneæ, id eſt, Aeneas.* Offenduntur enim] *Id eſt, equites Romani, quibus honeſtus cenſus eſt, proprietate uerborum delectantur.* Syllaba longa breui ſubiecta] *His enim ſyllabis conſtat.* Vnde etiam trimetris] *Omnes uerſus tragici, iambici trimetri appellantur: Quæri autem ſolet cur trimetri appellentur, cum ſenos accipiant pedes: quoniam, ſcilicet, tanta breuitas eſt pedum, ut iunctura binos complectatur pedes.*

Non ita pridem Tardior] *Apud omnes enim antiquos uelox eſt, & raro ſpondeum recipit, nunc hoc tempore inſeritur.* Non ut de ſede ſecunda] *Poteſt ſine dubio, uel primo loco, uel tertio, aut quinto inſeri ſpondeus: ſed utique ſecundo & quarto excludatur, his enim locis iambus interponitur.* In ſcenam miſſos] *Eos ſignificat qui Tragœdias adiuuant.* Inurbanum lepido] *Lepidum eſt uenuſtum & ſuaue.* Legitimumque ſonũ digitis callemus & aure] *Id eſt, metra digitis & aure ſentimus, probãtes an conſonent.* Ignotum Tragicæ genus inueniſſe Camœnæ] *Theſpis primum Tragœdias ſcripſit, genere Athenienſis, ad quas agendas plauſtro circa ciuitates egregias Græciæ uehebatur.* Peruncti fæcibus ora] *Ex hoc etiam putant quidam Tragœdiam appellatam, quaſi Trygodiam, quia fecem τρύγα appellant.* Poſt hunc perſonæ] *Primus Tragœdijs cothurnos, & perſonas, & pallam dedit. Horum enim trium author eſt.* Honeſtæ] *Precioſæ.* Succeſſit uetus] *Quæ appellatur ἀρχαία. Eſt genus autem maledicaciſſimũ, & multũ diſtans ab hac noua.* Vos ô Pompilius Sanguis] *Quia Calphus filius eſt Numæ, à quo Calphurnij Piſones traxerunt nomen.* Ingenium miſera quia fortunatius arte] *Ait enim Democritus poëticam natura magis, quàm arte conſtare, & eos ſolos poëtas eſſe ueros, qui inſaniant, in qua perſuaſione Plato eſt.* Si tribus Anticyris] *Locus eſt in Achaia Anticyra, ubi helleborum naſcitur, quo ſumpto dementes ſanantur.* Qui purgor bilem] *Omnes enim uerno tempore purgationem ſumunt, quod uocatur ἀνάκαρσις.* Scribendi rectè, ſapere] *Id eſt, Scire quid ſcribas, hoc enim ſapere.* Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ] *Poëma conſtat ex re & oratione. Res ex philoſophia originem trahit, id eſt, ut percepta contineat. Has dicit Socraticas chartas eſſe, deinde comitabuntur.*

Verbaque prouiſam rem] *Hoc tale eſt: Dicere, inquit, tunc poteris, cùm habueris quod dicas, & Aſinius Pollio idem dixit: Male hercule eueniat uerbis, niſi rem ſequantur.* Interdum ſpecioſa locis] *Colligit ſæpe magis placuiſſe fabulam, quæ nudis narretur uerbis, quoniam res ſpectatorem delectarent, quàm quæ locis communibus explicaretur. Sic uerbi gratia: Circulator referat de Regulo, quomodo captus ſit, aut punitus, uerbis ſordidis quæ ſi non delectant, attamen res euocat, auditu digna.* Morataque rectè] *Fabula bene inſtructa. Vnde in conſuetudine dicere ſolemus, bene moratum eum, qui rectos mores ediderit.* Nullius Veneris] *Nullius uoluptatis, nec decoris.* Præter laudem nullius auari] *In hac ſola cupiditate promereantur laudem, tanquam Protogenes ille, qui lutum finxit decem annis. Vel Apelles, qui totidem pinxit annis, non enim ut acciperent, feſtinabant: ſed ut placerent morabantur.* Et leui ſeruanda cupreſſo] *Libri enim, qui aut cedro illiniuntur, aut arca cupreſſina incluſi ſunt, à tineis non uexantur.* Neu pranſæ Lamiæ uiuum puerum extrahat aluo] *Hæ ad infantes terrendos ſolent nominari. Eſt ergo poëticum, quod tantum fingat, ut deuoratum Lamia puerum educat.* Centuriæ ſeniorum agitant expertia frugis] *Id eſt, ea quæ nugatoriè dicuntur, exagitant ſenes.* Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci] *Solus ſuffragia iudicum tulit, qui & utile, & dulce ſcripſit, id eſt, qui prodeſſet, & delectaret. Punctum autem ideo, quod antiqui ſuffragia non ſcribebant, ſed puncto notabant.* Hic meret æra liber] *Senſus: Hunc bene uendent Bibliothecæ. Antea Soſij erant notiſſimi, qui commercium librorum faciebant.* Quas aut incuria fudit] *Incuria eſt negligentia, quæ curam non habet.*

Qui multum ceſſat, fit Chœrilus, ille] *Poëta peſſimus fuit Chœrilus, ille, qui Alexandrum ſecutus, opera eius deſcripſit. Huius omninò ſeptem uerſus laudabantur, ut Alexander dixiſſe feratur multum malle ſe Therſitem Homeri eſſe, quam Chœrili Achillem.* Verùm opere in longo] *Sed excuſationem, inquit, Homerus mereri poteſt, ſi aliquid tanto opere non reſpondeat magnitudini carminis ſui.* Vt pictura poëſis erit] *Non diſſimilis poëtica picturæ. Nam quomodo in hac propius quædam ſpectanda ſunt, quædam longius: ita poëtices quædam ſtatim aſpicienda ſunt, quæ lucida erunt propè cognoſcentur: quæ uerò obſcura longiùs remota.* Tolle memor] *Id eſt, Hoc uerbum in mente habe.* Medium & tollerabile] *Quarundam rerum eſſe medietatem.* Conſultus iuris & actor] *Conſultus iuris aliquis, ſi neſcit quantum Caſſelius Aulus iuriſconſultus tunc optimus, attamen poteſt eſſe mediocris. Nec ſi quis orator idem ſcire poteſt, quod Meſſala ſciat attamen, non eſſe non contemnendum.* Et Sardo cum melle] *Corſicum & Sardum mel peſſimi ſaporis eſt.* Metij] *Metius perdiligens carminum fuit æſtimator.* Nonumque prematur in annum] *Exemplo Cinnæ poterit uti, ut carmen ſuum ſi malum eſt, nouem annis diſſimulet.* Cædibus & uictu fœdo deterruit Orpheus] *Orpheus primùm poëticam illuſtrauit, ex hoc dicitur leniſſe tygres & leones, qui & efferatos hominum animos placauerit carmine.* Leges incidere ligno] *Aëreis enim tabulis antiqui non ſunt uſi, ſed roboreis in has incidebant leges, unde adhuc Athenis legum tabulæ Axones uocantur: licet abuſiuè omnes tabulæ ſimiliter.* Tyrtæus] *Fuit hic genere Athenienſis poëta, omni parte membrorum deformis. Primus hic tubæ moderationes dedit ex hac cauſa. Nam cum Lacedæmonij bellum aduerſum Meſſenios gererent, diuque traherent dubium Martis euentum, reſponſum acceperunt ab Apolline, ſi uellent uincere, Athenienſi duce uterentur, à quibus rogati Athenienſes miſerũt Tyrtæum claudum, & luſcum, quem deformem crederent. Vſi ſunt auxilio eius Lacedæmonij, quibus ille cantum monſtrauit tubarum, quarum territi ſono mandito Meſſenij fugerũt, adeptique ſunt uictoriam Lacones.* Dictæ per carmina ſortes] *Per uerſus hexametros reddidit reſponſa, Phœmonoë Pyrrho Epyrotæ petenti:*

„ *Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe.*

Et uitæ monſtrata uia eſt] *Sententijs ſapientum, quibus inſtructa uita eſt.* Qui ſtudet optatam] *Sicut inquit multo ſtudio & multa aſſiduitate agonotheta quilibet præparat ſe ad diuerſa certamina, abſtinet à mulieris, ſudat, laborat, alget. Ita etiam poëtæ prius neceſſe eſt, ut ſtudio ſolerti exercitetur, quatenus poſtea dignè carmina poſſit ſcribere.* Occupet extremum ſcabies] *Hoc ex luſu puerorum ſuſtulit, qui ludentes ſolent dicere: Quiſquis ad me nouiſſimus uenerit, habeat ſcabiem.* Si uerò eſt unctum qui rectè ponere poſſit] *Hoc eſt, ſi habeat eum, qui cœnam præparet.* Vt qui conducti plorant in funere] *Alexandriæ obolis conducuntur, qui mortuos fleant, & hoc tam ualde faciunt, ut ab ignorantibus illorum fuiſſe credantur: qui efferuntur. Hi ergo uocantur θρηνῳδοί.* Reges dicuntur multis urgere culullis] *Reges enim quos uolunt recipere in amicitiam: multo mero inebriant, tentantes per potionem, quæ habeant ſecreta prodant.*

Et torquere mero] *Hoc eſt, protrahere ad confeſſionem.* Animi ſub uulpe latentes] *Sannatores & εἴρωνας appellamus, qui benignè irrident.* Quintilio ſi quid recitares] *Hic erat Quintilius Varus, Cremonenſis, amicus Virgilij eques Romanus.* Et male tor-

Et tornatos incudi reddere uerſus] *Hoc eſt, denuò uerſus ſcribere, quomodo ferramentum malè formatum redditur incudi, ut ibi formetur.* Quin ſine riuali] *Aemulum riualem dixit.* Incomptis allinet atrum Tranſuerſo calamo ſignum] *Significat ac notat uerſum malè formatum.* Fiet Ariſtarchus] *Homeri carmina adnotauit. Ille ergo iudex & optimi poëtæ Ariſtarchus fiet.* Aut fanaticus error] *Id eſt qui lymphatico agitatur.* Agitant pueri incautiq; ſequuntur] *Nam pueri prætereuntibus illudere ſolent, & quos inſectantur in dementiam compellunt.* Hic dum ſublimis uerſus ructatur & errat] *Ructatur pro ructat. Antiqui & ructo, & ructor dixerunt, hic genere patiendi extulit ructatur, ut uenatur, lauatur.* Siculiq; poëtæ Narrabo interitum] *Empedocles fuit Agrigẽtinus Phyſicus, qui ſe in craterem præcipitem dedit Aetnæ, immortalitatẽ affectans.* Ardentem frigidus Aetnam inſiluit] *Dum ſe credit ex opinione hominum collecturum diuinitatem, ſi nunquam comparuiſſet.* An triſte bidental] *Id quod Iouis fulmine percuſſum eſt, bidental appellatur, hoc expiari non poteſt. Sunt autem qui putant ab agna dictum bidental.* Hirundo] *Hæc ſanguiſuga appellatur.*

CHRISTOPHORI LANDINI PRÆFATIO IN ARTEM POETICAM Q. Horatij Flacci.

PER magna res, illuſtriſsime Guido Feltrane, poëticam artem pro dignitate complecti: Cùm huiuſcemodi ingenium oporteat eſſe poëtis: ſi modò eo ſe dignos nomine exhibere uolunt, ut omni humanitate ſub ſe relicta, altiora petant, & ſe inter Deum, hominemq; medios præſtent. Facit homo ex materia quicquid facit. Deus ex nihilo creat. At poëta & ſi non omninò ex nihilo aliquid præſtet, tamen diuino furore afflatus ea eleganter in carmine fingit, ut grandia quædam, & penitùs admiranda ſuis figmentis pœnè ex nihilo producere uideatur. Quapropter ſi altiùs quid poëtica ſit, repetemus, ſi quàm priſca, quàm uetuſta eius origo appareat, ſi quanta, ſi quam uaria, ſi quam diuina in illis doctrina ſit deprehendatur, id profectò cognoſcemus, quod grauiſsimorum quoque philoſophorum conſenſu comprobatum eſt, nullum eſſe ſcriptorum genus, qui aut magnitudine eloquentiæ, aut diuinitate ſapientiæ aliquo unquam tempore pares poëtis fuerint. Quam quidem rem Ariſtotelem illum Peripateticorum principem cui multi primas omninò partes in philoſophia tribuunt. Nullus aut poſt Platonem ſecundas denegat, inductum fuiſſe opinor, ut & eoſdem apud priſcos Theologos, poëtasq; fuiſſe teſtatus ſit, & ipſe de facultate poetica duos, de poetis autem tres libros elegantiſsimè ſcripſerit. Plato autem, ut eſt ingenio ad cuncta diuino, poeticam nullam ex ijs eſſe uolt, quas propter excellentiam liberales nominarunt, in quarum ſingulis ſi quis excelluit, etiamſi in reliquis non laborârit, in ſumma ſemper auctoritate habitus eſt. Verùm rem eſſe multò illis diuiniorem, quæ illas omnes amplectens uarijs numeris colligata, diſtinctiſq; pedibus circumſcripta, ac uarijs denique luminibus, uarijsq; floribus illuſtrata, quæcunque hactenus homines fecerint, quæcunque egerint, quæcunq; cognouerint, ac ingenij diuinitate contemplati fuerint, admirandis figmentis exornat, & ne niſi allegorijs à nobis perceptis intelligi poſsint in diuerſas omninò ſpecies traducit. Nam cùm oſtendat ſe aliud quippiam longè humilius, ignobiliusq; narrare aut fabellam ad ocioſas aures oblectandas canere, tunc res omninò egregias, & à diuinitatis fonte exhauſtas occultiùs ſcribit. In quibus à principio deceptus auditor, ubi paulò pòſt ſuum errorem recognouit non ſolùm in maximarũ rerum cognitionem, quas paulò antè diuino uelamine inuolutas minimè norat, tunc demum uenit, uerùm etiam mira quadam ex huiuſcemodi figmento uoluptate perfunditur. Quam quidem diſciplinam ſi quis humanam potiùs quàm diuinam putauerit, hunc unus quiſque doctus infra hominem omninò reponet. Verùm ut breuiter ex Platonicorum ſententia quantum reliquas antecedat diſciplinas, eo max me diligentiùs inueſtiganti patet, quoniam reliquæ artes, quæ ab humani ingenij excellentia proficiſcuntur, ſola poëtica diuino furore percipitur. Quod & diuinus Plato in eo libro, qui Ion ſcribitur, tribus indicat ſignis. Quorum primum eſt cæteros homines nullam artem aſſequi poſſe, niſi & diu circa illam inſudauerint, & præceptorem ſibi adhibuerint. Veros autem uates, quos ipſe Orpheum, Homerum, Heſiodum, Pindarumq; in ſuis poëmatibus plurima ſigna ſpargunt omnium pœne doctrinarum, quibus illas percepiſſe facilè oſtendunt. Secundum uerò ſignum id erit, quod poëtæ furore afflati, res omni admiratione, atque ſtupore dignas ſæpe canunt, quas deinde ab eunte furore uix ipſi intelligunt, uelutiſi non ipſi pronunciauerint, Sed Deus illorum ore prolocutus ſit. Tertium poſtremò ſignum minimè contemnendum, quod neque natura prudentiores, neque longis, aſsiduiſq; ſtudijs doctiores ij ſunt, quos optimos uates uidemus. Sed eos ſolùm, quos diuinus furor excitauerit, ut idem Plato de Ione, Tynnicoq; atque Heſiodo ſcribit. Nullus ergo admirari debet, ſi poëtarum origo uetuſtiſsima eſt, cùm Deus ipſe ſtatim penè à cõdito mundo ſua myſteria per poëtas deſcribi uoluerit. Quod & in inuictiſsimo illo duce Moyſe, & in Idumæo Iob. In Dauid patre: filioq; Salomone. In iſtis ac pleriſque alijs Hebræis manifeſtò deprehendimus, quorum ſcripta uerſibus in patria lingua conſtant. Et quoniam in falſa quoque religione, ut oſtendit Auguſtinus, religioſos miſertus eſt deus. Videmus & Apollinea, & Sibyllarum, & aliorum uatum oracula uerſibus edita fuiſſe. Vnde & Pythia carmina extant. Sed poëtica facultate in ijs dialogis ſcripſimus quos ſub nomine illuſtriſsimi parentis tui Falcri Federici in Virgilium edidimus. Quapropter quicquid in hoc artificio explicando poſſumus, tu inde pro tuo arbitrio hauries, tibiq; perſuadebis, cùm paternorum ſtudiorum æmulus eſſe cupias, ad te honeſtandum, omniq; dignitate augendum in primis pertinere, ut ad poëtarum ingenia ac uires cognoſcendas te totum conuertas. Et quæ ab Horatio noſtro de poëtica dicuntur, diligenter aduertas. Nam & ingenium erudire, & conſilium augere, & adornatè dicendum, & rectè uiuendum poëtarum cognitio plurimum conferet.

COMMENTARIVS CHRISTOPHORI Landini in artem poëticam.

HVmano capiti Ceruicem pictor equinam] *Quoniã in poëmate ſcribũdo inuẽtio, diſpoſitioq; atq; elocutio inprimis inueſtigãda eſt, ſtatim à principio quæ ad inuẽtionẽ, diſpoſitionemq; ſpectant, exequitur. Nã hæc tẽpore priora, quàm elocutio ſunt. Præterea elocutionis præcepta cõmunia pœnè cum oratore habet poëta, & à rhetorib. facilè illa mutuari poteſt. Eſt enim ut Ciceroni quoq; placere uideo, finitimus oratori poëta, numeris, aſtrictior paulò. Verborũ aũt licẽtia liberior, multis uerò ornãdi generibus ſocius, ac penè par. Cùm igitur illa à rhetorib. facilè mutuetur, in eo præcipuè uerſatur Horatius, ut quæ in inuentione, diſpoſitioneq; operis cõſiſtant, diligenter admoneat, cum tota penè res artificio pendeat, ita tamen ne elocutionem perſæpe admiſceat. Quapropter primum de operis inæqualitate diſſerens præceptum de diſpoſitione, & conuenientia rerum loquitur. Scribitq; ad Piſones patrem, filioſq;, uel ad duos fratres. Præcepit autem igitur cùm multa à poëta fingenda ſint, ne pugnãtia inter ſe aut nullo*

pacto quadrãtia cõiungat. Nã cũ omnis ars naturã imitetur, ita irridebitur poëta, ſi monſtroſa deſcribat, ut rideretur pictor, ſi equi ceruicem capiti humano ſubdat, & ipſi ceruici equinæ corpus ex uarijs auib. ita appingat ut ultima mẽbra piſciũ ſint. Collatis] *In idẽ corpus inductis.* Vndiq;] *.i. ab omnib. quæ dixit animalibus. Nã hoc faciẽt corpus pulchræ mulieris, quod in capite apparuit, in turpem piſcẽ deſinet.* Teneatis riſum] *Quaſi dicat, minimè cõtinebitis riſum.* Admiſſi ſpectatũ] *.i. ad inſpectandũ & inſpiciendũ huiuſcemodi depictũ monſtrũ.* Amici] *Ergo minimè tenebunt inuidi, ſi nõ tenuerint amici.* Credite] *Cũ aſſeueratione ſuã ſententiã exprimit.* Librũ] *Poëtæ.* Similẽ tabulæ] *Id eſt, picturæ quã narrauit.* Cuius] *Scilicet libri.* Fingentur] *Species, hoc poëtis licet.* Vanæ] *Hoc nõ licet. Quod ut meliùs teneas dicamus. Ex donati ſententia: Falſum, uanum, fictumq; inter ſe differre. Falſum enim eſt, quo tegitur id quod factũ eſt. Vanũ quod fieri non poteſt. Fictũ quod non eſt factũ, & fieri potuit. Igitur falſum & fictũ ſine uero eſt, ſed tamen ueriſimile. Vanũ non habet ueriſimile. Falſum loqui mendacis eſt. Fictum callidi. Vanũ ſtulti. Falſum loqui culpæ eſt. Fictũ uirtutis. Vanũ uecordiæ. Fictis delectamur. Falſis decipimur. Vana cõtemnimus. Ex ijs manifeſtũ eſt ſpecies poëtarũ fictas eſſe oportere. Nos enim delectare uult. Vanas autẽ minimè oportere. Ridiculus enim efficeretur.* Somnia ægri] *Nam ægrotorum ſomnia, quoniã ex humorũ peccato proueniunt, non ſolum nõ ſunt uera. Sed omninò uanas ſpeciẽs afferũt, quoniã neq; ueræ, neq; poſſibiles ſunt.* Pes] *Finis.* Caput] *Principium.* Pictoribus atq; poëtis] *Licet pictori fingere, licet poëtis. Illi colorib. huic uerbis. Licet ergo formare Chimeram, formare carnibus humanis ueſcentes equos. Itaq; petimus tanquã poëtæ hanc ueniam, & concedimus tanquam critici & cenſores. Sed tamen non ita à natura diſcedendum eſt, ut mitibus immitia admiſceantur.* Serpentes] *Quæ auibus inimiciſſimæ ſunt.* Inceptis grauibus] *Intollerabile uitium eſt eorum poëtarum, qui cùm aliquid grauitate plenum ſcribẽdum ſuſceperint, quod aut ad Deos immortales, aut heroas, aut ad præſtantiſſimos uiros pertineat, ita in eo poëmate uerſari, ut quædam minora in eo optimè deſcribat. In ſumma autem rei quod poëtarũ proprium eſt decorum non ſerues. Ergo ſi ludorum deſcriptio incidat, ut in Aeneide ludi inducuntur in Anchiſæ honorem, deſcribet optimè apparatum illum ludorum, tenorem ac perpetuum totius argumenti perficere non poterit, ueluti ſi Virg. cum templũ Iunonis & artificiũ in illo artificioſiſſimè proſequatur, quæ aũt circa Didonis, Troianorumq; aduentũ in illud pertineant, exequi pro dignitate non poſſit. Poſuit aũt pannus pro ornamẽto, ſiue adhibeat comparationem, ſiue alium colorem uerborũ, ſententiarum'ue, ſiue topographiam, ſiue chronographiã, eſt autẽ tranſlatio à ludis theatralibus. Nam theatra aulæis ornabantur, & uelis ex purpureis pannis tegebantur, ad ſolis moleſtiam excludendam, præterq; etiam in umbellis multi utebantur. Virg.*

„ *Vel ſcœna ut uerſis diſcedat frontibus, utq;*
„ *Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.*

Nam de factionibus quatuor, quæ in ludis Circẽſibus diuerſos panni colores adhibebant, alibi dicendum erit. Aſſuitur ergo pannus, qui ſplendeat, id eſt, adhibetur ornatus, quo poëma ſplendeat. Aut quæritur aliqua deſcriptio luci, & aræ Dianæ, deſcribiturq; & agrorum, & fluuiorũ amœnitas, cùm perſæpe id locus non deſideret. Ea autem, quæ neceſſaria ſunt, non ponuntur. Ergo nunc non erat ijs locus. Et fortaſſe cupreſſum] *Optima tranſlatio. Erat enim pictor, qui cupreſſum optimè pingeret. Reliqua uerò ineptè. Cũ ergo à naufrago cõduceretur, ut naufragium in tabella pingeret, interrõgauit nunquid & cupreſſum una pingui uellet. Ergo iure hac comparatione ludit poëtas, qui relicta propria materia, quam exequi deſperant, importunè alios ornatus inducunt.* Quid hoc] *Prodeſt, ut cupreſſum pingat.* Si fractis enatat expes] *Id eſt, ſi illidat æs non ut cupreſſum pingat, ſed ipſum fractis nauibus enatantem, & ab omni ſpe deſtitutum.* Amphora] *Tranſlatio à figulo, qui iure ridendus eſt, ſi cum uaſi ſuo principium amphoræ dederit, quod uas capax eſt, finem deinde det urcei, uaſis anguſti, & parui. Ridebitur igitur & poëta, qui graue amplumq; initium attribuens, finem exilem ponat.* Currente rota] *Nam figuli rota currente uaſa fingunt. Figulinam artem à Chorœbo Athenienſe inuentam, & alij ſcriptores, & Plinius tradidẽre. Rotæ uerò inuentum in illo, alij Anacharſi Scythæ, alij Hyperbio Corinthio aſſignant.* Exit] *Finiuit, aliâs uitauit.* Simplex & unum] *Sũt enim ſingula ita ſeorſum ſcribenda, ne alienis partibus admiſceantur.* Maxima pars] *Scilicet poëtarum, & plurale uerbum dedit nomini ſingulari, quoniam in illo pluralitas colligitur: ſic Virg.*

„ *Pars in fruſta ſecant.*

Et tertiæ perſonæ dictioni primam attribuit, quibus quia in ea parte ſe admiſcet, ut cùm cæteros reprehendat, ſibi parcere non uideatur. Dicit ergo in oppoſita uitia incurrere poëtas dum oppoſita effugere tentant. Sunt enim, qui ut nimiam loquacitatem effugiant, breuitatem tentent, ſed quia illam explere nequeunt, incidunt in obſcuritatem. In breuitate enim præceptum eſt, ut inde incipiamus unde neceſſe eſt, & non ab ultimo principio repetamus. Et ſi ſummatim, non particulatim narramus. Et ſi non ad extremum, ſed uſque eò quoad opus fuerit, proſequemur. Et ſi exitus rerum ita ponamus, ut ea quoque quæ non diximus, ex ijs, quæ dicta ſunt intelligantur. Et omninò ſi non modò tacemus, id quod obeſt, ſed etiam id, quod non prodeſt. Qui igitur hæc obſeruat, breuis erit. Sed ſi ea quoque prætermittet, quæ neceſſaria ſunt, iam non breuis, ſed obſcurus fiet. Sectantem leuia] *Aliud uitium cauendum erit. Nam ſæpe eneruatos ſcribit uerſus, qui delicatos ſcribere tentat.*
Leuia] *Polita ſplendida, prima ſyllaba producta. Virg.*

„ *Et ſæpe in læui quæſiſſet cornua fronte.*

Deficiunt] *Deſerunt. Virgil.*

„ *Noctis non deficit humor.*

Profeſſus] *Et hîc peccat, qui dum grandiloquus eſſe uult, inflatus efficitur.* Serpit humi] *Nam dum uult magna uitare nimis deſcendit. Optima autem tranſlatio à nauigante, qui dum altum mare fugit, in littus incidit. Ponit autem uitium trium figurarum. Nam ut oſtendit Cicero. Sunt tres figuræ dicendi, grauis, mediocris, attenuata. Grauis conſtat ex uerborum grauium magna & ornata conſtitutione. Mediocris conſtat ex humiliori, neque tamen infima & peruulgatiſſima uerborum dignitate. Attenuata denique uſque ad uſitatiſſimam puri ſermonis conſuetudinem deſcendit. Cauendum autem eſt, ne dum hæc genera conſectemur in finitima & propinqua uitia deueniamus. Nam graui figuræ ſe ſimilem præbere cupit, quæ ſuffulta appellatur. Quapropter ea ſæpe figura grauis imperitis uidetur, quæ tumet, & inflata eſt. Eadem ratione, qui in mediocri conſiſtere nequeunt errantes perueniunt ad confine genus, quod diſſolutum appellatur. Denique qui non poſſunt illa facetiſſima uerborum attenuatione uerſarĩ ueniunt ad aridum, & exangue genus dicendi, quod exile appellat Cicero. Hæc igitur trium figurarum tria uitia ita à poëta uitanda putat Horatius, ut Cicero ab oratoribus. Nam cùm dicit ſectantem leuia, diſſolutum notat. Cùm uerò profeſſus grandia, ſuffultum & inflatum. Cùm poſtremò ſerpit humi, exile oſtendit.* Qui uariare cupit] *Virtus maxima eſt, poëma multa uarietate diſtinguere. Animum enim auditoris ex uarietate delectamus, & attentum reddimus, & ab omni faſtidio remouemus. Sed ita uariandum eſt, ut nihil portentoſum appareat, & ineptum & minimè inter ſe quadrans. Nam eſſet ſimilis pictori, qui aprum animal ſylueſtre in marinis fluctibus. Delphinum uerò aquarum incolam in ſyluis pingat. Nam huiuſcemodi uarietas non delectat, quia portento ſimilis eſt.*

In uitium] *Fuga culpæ ducat in uitium. nam dum uolo fugere, ut nimis uſitata & trita loquar, incido in aliud uitium, ut fingam prodigia.* Aemylium] *Locus erat in quo quidam Aemylius ſuos gladiatores habuit. Circa hunc ludum ſtatuarius erat nomine Imus. Alij dicunt Imum, id eſt, breuem. Alij Ima parte harenæ poſitum, & Aemylium dicunt eſſe, qui ſtatuas in harena ponendas faceret. Hic ergo ungues, capilloſq; optimè in ſtatua fabricabat, reliqua uerò membra non rectè ponebat.*

Molles] *Flexibiles, id eſt, ita formabit, ut in ære metallo duro flexibiles uideantur.* Prauo] *Diſtorto, quæ deformitas non parua eſt. Nigri autem oculi & nigri capilli ad pulchritudinẽ ſpectant. Vnde ipſe in Odis.*

„ *Nigris*

„ *Nigris oculis, nigroq́ crine decorum.*

Sententia igitur eſt, quòd ipſe magis eſſe uelit, id eſt, non magis ipſe uelit ſua poëmata ſimilia illi ſtatuæ, in qua capilli & ungues artificioſe expreſſi ſint, reliqua uerò membra turpia appareãt, quàm habere oculos criniſq́ pulchros, & naſum turpẽ. Sic igitur nõ placere poëma, in quo cũ quędã minora, paucioraq́ pulchra ſint, reliqua, quæ & plura, & maiora ſunt turpia exiſtant. Sumite] *Præceptum eſt quod ſi obſeruetur, omnia penè illa uitia quæ demõſtrata ſunt, euitari queãt. nã quicunq; habebit ingeniũ, conſiliũ, artificiumq́; par materiæ, rem pro dignitate adimplebit. Præſertim ſi antequam negociũ aggrediatur, penſitet cuncta & tentet, & quæ poſſit, & quæ nõ poſſit.* Lecta] *Pro electa.* Potẽter] *Secundùm poſsibilitatẽ.* Res] *Materia.* Facundia] *Quòd ad elocutionẽ pertinet.* Lucidus ordo] *Qui in diſpoſitione uerſatur.* Lucidus] *Nã is probandus, qui ſplendorẽ, non obſcuritatẽ afferat.* Ordinis hæc uirtus] *In cõtexendis rebus duplex adhibetur ordo, alter naturalis, alter artificioſus. Naturalis eſt, cùm in diſpoſitione quæq; priora priùs collocantur. Hic plerũq; in oratore perſpicitur, cuius cùm aut auditores, aut iudices indoctiores, aut quia multum occupati ſunt, tardiores, ad rem percipiendũ ſint, omnia perſpicua in narrando eſſe oportet. Artificioſus eſt, cùm nulla habita tẽporis ratione ita perſæpe ab ultimis incipimus, ut deinde ad priora reuertamur. Ergo naturalis in oratore plerunq; perſpicimus. Artificioſus autem maximè eſt poëtarũ. nam ad poëtas legendos, & doctiores, et ocioſiores accedimus, & ſi quid ſemel lectũ non intelligatur, eundẽ locum ſæpius repetere licet. Quapropter iſti artificioſo utũtur ordine, ut apud Virgil. Videmus. Qui à ſeptimo errorem Aeneæ anno Aeneida incipit, Mox apud Didonẽ quæ de excidio Troiano, & uarijs nauigationibus omiſerat, ſuo ordine narrat. Ergo in optimo poëta, uirtus. i. dignitas, & Venus. i. pulchritudo erit, ut iam nunc dicat, [illegible] eſt, ꝙ primum, quædam ultima dicat.* Et differat, &c.] *Quæ prima ſunt.* Hoc amet] *Quod aliquid exornet.* Hoc ſpernat] *Quod uel omittendũ, uel in alium locũ reijciendũ ſit.* In uerbis] *Præceperat de diſpoſitione, nunc nonnulla quæ pertinent ad elocutionem. Hæc aũt habet elegantiam, compoſitionẽ, & dignitatẽ. Rurſus autem elegantiæ partes ſunt latinitas, & explanatio, latinitas euitat linguæ uitia, explanatio orationem apertam & perſpicuã reddit. Hoc autẽ fit uerbis proprijs & uſitatis. Compoſitio eſt uerborũ conſtructio æqualiter perpolita. In ſerendis ergo, id eſt, conſerendis & componendis uerbis, quod cõpoſitionis eſt iubet adhiberi cautionẽ, ut æqualiter ſit perpolita.* Dixeris egregiè] *Quoniã uerba aut propria ſunt, aut tranſlata, & rurſus propria aut uetuſta, aut conſueta & trita, aut à ſcriptore nuper ficta. Præcipit ſi nouum uerbum ſingas (quoniã id ut plurimum compoſitũ erit ex dictionibus notis) ut callidè & aptè coniungantur. Notum erat apud Latinos capra, notũ & genus. Ex ijs ergo callida iunctura uerbum nouum fabricauit Actius in Philotete cùm dixit caprigenumq́; pecus. Ego hoc ita exponendũ cenſeo. Acroni autẽ placet eſſe poëtæ ſententiã, ut cũ laude dicas uerbum uulgare, ſi illud bene compoſueris, & ipſum exponere de uerbis ueteribus, & nouis quomodo poëtica licentia fiant. Nam & uulgaria cum diligenti compoſitione ſplendeſcũt, & rectè noua fingimus, ſi neceſſe eſt nouas res exprimere. Hæc ille. Et re uera concedendum eſt hoc poëtæ, cùm etiam philoſophi, et præſertim Stoici in rebus nuper ab ipſis inuentis noua uerba fabricent.* Inditijs] *Rectè dixit. nam animi inditia uerba ſunt.* Abdita rerum] *Quaſi animi ſententia.* Fingere] *Fabricare uerba non audita à Cethegis, quaſi à priſcis Romanis.* Cinctutis] *Militarib. & præparatis ad bella, id eſt, accinctis. Vt contra. Virgil. imbelles & deſides diſcinctos appellat.*

„ *Fecerat ignipotens diſcinctos Mulciber Aphros.*

Et noua] *Licet etiam uerba à deriuatione Græca formare, quemadmodũ à Græco uerbo,* πλέκω *plector antiqui formarunt.* Fidem] *Authoritatem.* Parce] *Vt raro fiat.* Quid autem Cecilio. Plautoq; dabit] *Locus eſt à maiori. Nam ſi pop. Rom. conceſſit Cecilio & Plauto poëtis priſcis, ut uerba noua fingerent, multò magis concedent. Virg. & Varo excellentioribus poëtis. Et profectò antiqui noua uerba aut fabricauerunt, aut à Græcis deduxerunt, quæ deinceps à poſteris trita ſunt.* [illegible] *Cato de nuce pinea tempeſtiuum dixit uerbũ hactenus incognitũ. Et Lucretius delata tellus. Et reboant, ut illud.*

„ *Nec cithara reboant laqueata aurataq́ tecta.*

Et Accius Mulciberum Vulcanum appellauit, quòd ignis omnia mulceat. Suus uerſus eſt.

„ *Heu Mulciber arma ignauo inuita fabricatus eſt manu.*

Et Ennius triſte poſuit pro amaro.

„ *Nec triſte quæritat ſinapi, nec mæſtum cæpe*

Hæc in illis noua fuerunt. in Virg. iam trita. Cecilio] *Hic Statius Cecilius eſt comœdiarũ ſcriptor natione Gallus fuit Inſuber. Vel ut alij putant Mediolanenſis, & Ennij cõtubernalis. Mortuus eſt anno poſt mortem Ennij, & ſepultus in Ianiculo Olympiade centeſima ac quinquageſima. Plautus aũt ex Vmbria Sarſines fuit, & Romæ moritur Olympiade centeſima ac quadrageſima quinta, ꝗ propter annonæ difficultatem ad molas manuarias piſtori ſe locauerat, & quotiens uacabat ab opere, fabulas ſcribebat, ac uendebat. Poëtarum aũt comicorũ ueterũ iudicium dedit hoc pacto Sidigitius in libro de Poëtis, ut Cecilio primæ partes darentur, Plauto ſecundæ, Næuio tertiæ, Liuinio quartæ, Attilio quintæ, Terentio ſextæ, Turpilio ſeptimæ, Trabeæ octonæ, Lucretio nonæ. Antiquitatis poſtremò cauſa Enn[illegible] in decimũ ponit. Varro autẽ in primo libro de Poëtis hoc epigramma Plauto adſcribit.*

„ *Poſtquàm eſt morte captus Plautus comœdia luget.*
„ *Scæna eſt deſerta, riſus, ludus, iocuſq́;*
„ *Et numeri & innumeri ſimul omnes collachrymarunt.*

Hoc ab eo ſcriptũ refert Varro. Inuideor] *Et hoc ipſe nouè profert. Nã dicimus Inuideo tibi doctrinã, & doctrina inuidetur tibi, non aũt tu inuideris.* Enni] *Pro Ennij. Quintus Ennius Tarenti naſcitur Olympiade cẽteſima trigeſima quinta. Catone Quæſtore Romã traductus eſt. Habitauit in Auentino parco ſumptu ac una ancilla cõtentus. Moritur ſeptuagenario maior articulari morbo. Sepultuſq́ eſt in Scipionis monumẽto in uia Appia intra primũ lapidem.* Signatũ] *Tranſlatiò à nummis.* Vt ſyluæ] *Vt ſingulis annis renouantur frondes in ſyluis, & primis cadentibus nouæ ſuccedunt, ita ſingulis penè ætatibus immutantur uerba, & priſca à conſuetudine abeunt. Quod etiã Craſſus apud Cic. per ſocrũ ſuam oſtendit.* DEBEMVR MORTI] *Non mirum ſi uerba intereant, quando homines, omniaq́; humana pereant.* Siue receptus] *Vt portus in littore Romano cõparatus, ubi mare intra terram receptum eſt.* Sterilisq́;] *Quemadmodum ubi terra fuit, effecta eſt aqua: ita quod aqua fuit effecta eſt terra, ut apparet de palude Pontina, quæ exſiccata arari potuit. Sed ſine hominum labore inter Italiã, Siciliamq́; mare irrupit. Ergo aquæ ibi ſunt, ubi terra fuit. Eodẽ pacto à Syria ſeiuncta eſt Cyprus à Bœtia Eubœa. Sic cõtra excluſis aquis terræ emerſerũt. Nam Hibanda inſula olim Ionij fuit, nunc 200. ſtadijs ab eo diſtat. Et in Italia Circei olim inſula fuit.* Seu curſum] *Vt de Peneo Theſſaliæ ſtagnãte flumine, & de Acheloo legitur, ſed & Tyberis deriuatus eſt, quã nunc incedit, cùm antea per locũ quod Velabrũ dicitur, flueret. Vbi noſtra tempeſtate templum eſt diui Georgij, quod ad Velabrũ dicitur. Sed uocabulũ non tenentes, ad uellus aureũ dicunt. Erat autẽ Velabrum ſub Auentino, & illa aqua Auentinũ à reliqua urbe ſeparabat. Vnde Auẽtinus dictus eſt, quia nauib. illuc aduentaretur, alij tamen ab aduẽtu auiũ, quæ illuc ſe à fluuio reciperent dictũ eſſe uolũt.* Quẽ penes] *Nam ſermo & uerba uſu potiùs, quàm ratione formantur.* Res geſtæ] *Oſtẽdit quo carmine quicquã ſcribi debeat: Et quoniã res geſtas, & deorũ, & heroum, & magnorũ uirorum Homerus hexametro carmine deſcripſit, omneſq́; poëtas longo interuallo ſuperauit, oſtendit nobis illa eo carmine ſcribenda eſſe. Verum ut rem latiùs perſequamur, uerſus ſi genus reſpiciamus eſt (ut Diomedi placet) partium legitima diſpoſitio, & pedũ culta copulatio conſonanti ſpecie metricam exhibens regulam. Huius autem generis formæ multæ ſunt, ſed de alijs alio loco, interim uerſus hexameter ex ſex pedibus conſtat adeò, ut in quatuor primis pedibus indifferenter dactylus, ſpõdeus'ue poni poſſit. Quinta ſedes dactylo, præcipuè attribuitur, nonnunquam tamen ſpondeo. Sextus uerò locus dactylum nunquam, niſi ſubſequens uerſus à uocali incipiat. Nam tunc ex colliſione ultima dactyli abijcitur. Virgil.*

Ignari

» *Ignari hominumq́ locorumq́*
» *Erramus,* —— *& in Georg.*
» *Vulcani decoquit humorem.*

Ergo ſpondeo cõceditur ſexta ſedes aut trochæo, quia ultima ſyllaba cuiuſcũq carminis & produci, & corripi ualet. Quapropter à duodecim ſyllabis ad decẽ, & ſeptẽ producitur. nã ſi totus ex ſpondeis qui diſſyllabi ſunt, cõſtabit, erũt in ſex ſpondeis duodecim ſyllabæ. Sin totus ex dactylis, qui triſyllabi ſunt, quoniã ultimus ultimã ſyllabã amittit erunt decẽ & ſeptẽ ſyllabæ. Verſus aũt hexameter, quià uarietatẽ ſtyli patitur. ut modò in infimã figurã deprimatur, modò in altam, grandiloquamq́ extollatur, nonnunquã in ea, quæ mediocris eſt uerſetur, erit optimi poetæ officiũ, dare operam, ut qualitati materiæ carminis qualitas quadret, cũi rei perſpicuo teſtimonio eſſe poterit initiũ Virgilianæ Aeneid. Nã cũ & duo iam à ſe abſoluta uolumina indicet Bucolica, ſcilicet & Georgica, & tertiũ ſcribendũ proponat. Cumq́ infimo ſtylo Bucolicũ, mediocri Georgicũ carmẽ ſcripſerit, Aeneida uerò ſublimi ſcripturus ſit paucis uerſibus omnes terræ figuras complectens ſuas ſingulis rebus figuras attribuat. Nam quid depreſſius eſſe poteſt, quàm illud.

» *Ille ego qui quondam gracili modulatus auena.*
» *Carmen & egreſſus uicina coëgi.*

Quid rurſus altius atq ſublimius, quàm cùm dicit.

» *At nunc horrentia Martis*
» *Arma uirumq́ cano.* *Id autem in medio eſt.*
» *Vt quamuis auido parerent arua colono*
» *Gratum opus agricolis.* *Quoniã materia ipſa mediocris eſt, mediocri figura eſt proſecutus. Sed quorſum tam multa de hexametro uerſu? Nẽpe ut iam perſpicuũ ſit non omnẽ hexametrum uerſum eſſe heroicũ, ſed eũ qui ſublimi figura expolitus heroũ, magnorũq uirorũ facta deſcribit. Carmen aũt heroicũ Græci ἔπος appellant, diffiniuntq́ eſſe ἐμπεριοχὴν θείων τε, καὶ ἡρωικῶν καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, id eſt. Continentiã diuinarũ heroicarum, humanarũq rerũ. Et dicitur ἔπος ab eo, quod eſt ἕπεσθαι, id eſt, ſequi, quia eo dicto, ea quæ iã dicenda ſunt perpetuo tenore ſequuntur. Dicitur & Pythiũ carmẽ, quia cũ Apollo in matris ultionẽ Pythonẽ ſerpentẽ interemiſſet, accolæ Dei laudes hexametro uerſu celebrarũt, qui ſex ſpondeis à principio cõpoſitus eſt, deinde ſoluta ſpondei, altera ſyllaba ſine damno tẽporis dactylũ protulerunt. Vel uocatus eſt uerſus Pythius, quia & Pythiæ Phœbi ſacerdotes oracula illius Dei hoc uerſu proferebant. Maxima autẽ in uerſu heroico laus eſt, ut primo, quarto, ac ſexto loco ſpondeus ſit, ut:*

» *Defeciſſe uides ſuo iam promiſſa repoſci.* *Item,*
» *Immotamq́ coli dedit & contemnere uentos.* *Item,*
» *Cui non dictus Hylas puer & Latonia Delos.*

Aliquando conſtat ex quinq dactylis, ut:

» *Panditur interea domus omnipotentis Olympi.*

Verſus igitur heroicus dignitate primus eſt, plenæ rationis perfectione formatus, ac totius grauitatis honore ſublimis, multaq́ pulchritudinis uenuſtate præclarus, quæ ſine ulla coniunctione quaſcũq alias orationis partes ita mutuis inter ſe cõnexionib. colligat, ut in ſcanſione propria, pes nullus niſi nouiſſimus tantũ integrã partem orationis includat. Verſib. impariter iunctis] *Elegiã dicit, quæ ex uerſu hexametro atq pentametro conſtat. Quod genus carminis præcipuè ſcripſerunt apud Rom. Ouidius, Propertius, Tibullus, & Gallus, imitati Græcos præcipuè Callimachũ, & Euphorionẽ. Dicitur autẽ elegia ἀπὸ τοῦ εὐλέγειν τοὺς τεθνεῶτας. Ferè enim defunctorũ laudes hoc carmine proſequebantur, ſiue ἀπὸ τοῦ ἔλεος, id eſt, miſeratione, quia miſerabiles res hoc carmine pronunciabãt. Hinc Horatius ad Albium Tibullum ſcribens, ait,*

» *Neu miſerabiles decantes elegos.*

De authore uerò ignoratur. Querimonia primum] *Nam primo res miſerabiles illo decantabantur. Deinde etiam lætiores.* Exiguos] *Comparatione heroici.* Archilochum] *Iambicum carmen plerunque trimetro uerſu, & Epodo uerſu ſequente compoſitum eſt, ut:*

» *Malè ſoluta nauis exit alite*
» *Ferens olentem Mæuium.*

Iambus ex breui & longa conſtat, ut dies, uerſum maledicum conficere habilis eſt. Sunt qui dicant iam uerbum nomen ſumpſiſſe à Iambe famula Celei, qui Cererem quærẽtem ad Meganiram Celei coniugem delatam cùm uidiſſet malè tractauit. Alij uolũt iambum, quaſi triambum à triumphatore Libero nominatum. Alij à ſtrenuo duce Martis idcirco dictum, quia cum crebro pugnas iniret, & telum cum clamore torqueret παρὰ τὸ ἰὸν βάλλειν, id eſt, à iaculũ torquendo iambus appellatur. Eſt autem ex breui & longa compoſitus per quod ij, qui iaculentur & breui acceſſu in extenſum paſſum proferuntur, ut fortiori nixu teli ictum cõfirment. ſunt qui putẽt dictũ ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, id eſt, malè dicere, cuius carminis præcipui ſcriptores apud Græcos fuerunt Archilochus & Hipponax, apud Romanos Lucilius & Catullus: Archilochum uerò hoc carmen nonnulli inueniſſe uolunt, & illum uſum eſſe in Lycambem, qui filiam deſponſatam denegarat, adeò ut illum ad laqueum compulerit, ergo proprio, id eſt, à ſe excogitato. Socci] *Id eſt, comici qui ſocco (id enim calcei genus eſt) utuntur.* Cothurni] *Et iſti calcei ſunt, quos ſibi adhibent tragici, Ergo cothurni, id eſt, tragici. Virgil.*

» *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.*

Grandes] *Quia tragœdia grandiores res, & grandiori ſtylo ſcriptas continet.* Alternis] *Nam in tragœdia & comœdia alternæ ſunt collocutiones.* Strepitum popularem] *Plauſum à populo concitatum, ut ſit ſententia.* Applaudit quidem populus iſtis pedibus, ſed maiorem etiam plauſum merentur *Vel intelligit ſua ſonoritate etiam in tumultu audiri poſſe.* Et natum rebus agendis] *Nam uehementiam, & efficaciam in agendo exprimit.* Fidibus] *Lyricis uerſibus, qui fidibus, id eſt, chordis cõcinuntur. Quibus & magna perſæpe cantantur, ut diuorum, herouumq́ laudes & uictoriæ pugiles, & equeſtres, & curæ, id eſt, amores iuuenũ, & conuiuia.* Et libera uina] *Id eſt, conuiuia, in quibus à curis per uinũ liberamur. De Lyrico carmine in principio huius interpretationis multa inquiſiuimus.* Deſcriptas ſeruare uices] *Ad multa puto produci huiuſcemodi præceptum, ut in omnibus ſcribendis ſeruare uices ſciat, ut pro materiæ qualitate eligatur genus poëmatis, quod illi rei attributũ eſt, ne de re comica tragœdiã, aut de tragica comœdiã ſcribamus, quod paulò pòſt apertius loquitur. Eligatur carmẽ idoneũ, accõmodetur ſtylus. Seruetur deniq in omnib. rebus decorum. Sed præcipuè refertur ad diſtinctionẽ carminũ de qua paulò ſuprà præcepit. nam nõ debet ſalutari, id eſt, appellari poëta, ſi quis aut nequit tarditate ingenij, aut ignorat negligẽtia diſcendi ſeruare uices deſcriptas. Salutare autẽ cùm appellare ſignificat, non eſt, niſi honorificare. Vnde dicũt. ſenatus Attalũ regẽ ſalutauit.* Cur neſcire] *Ordo eſt. Cur malo ergo prauè pudẽs, id eſt, prauo pudore impeditus neſcire quàm diſcere. Eſt enim uitioſus pudor, quo à rectè agendo impedimur. Bonus autẽ quo turpiter agere prohibemur.* Verſibus] *Exponit quid ſit ſeruare uices. Nã nec materia comica tragica grandiloquentia extollenda ſupra modũ eſt, neq rurſus tragica humilitate, comica deprimenda, niſi rarò & cum altera ab altera aliquid mutuatur. nam Chremes ille apud Terentiũ quãuis cætera comica ſint, tamen in peccato filij, ut grauior ſit obiurgatio tragœdiã citat, & tragica eſt illa exclamatio ô cœlum, ô terras, ô maria Neptuni. Et proh ſumme Iupiter. Verùm quoniã de uerſus heroici, elegiq́ ac iambici ratione pauca dicta ſunt, eadẽ quoq breuitate quatenus ſat fuerit tragœdiã, comœdiamq́ proſequemur. Tragœdia igitur (ut refert Diomedes) eſt heroicæ fortunæ in aduerſis cõprehenſio. Quã diffinitionẽ à Theophraſto excogitatã uidemus. Ait enim τραγῳδία ἐστὶν ἡρωικῆς τύχης περίστασις. Dicta aũt eſt, ut nõnullis placet, ab eo quod eſt τράγος, id eſt, hircus & ᾠδὴ cãtus. Quoniã olim autoribus tragicis hircus præmiũ cantus proponebatur, qui liberalibus Libero patri immolabatur, ut ait Varro, uitib. noxiũ eſt animal. Hoc idẽ & paulò infrà ponet poëta. Vel quòd utrẽ ex hircina pelle uino plenũ pro præmio eſſet. Virg.*

» *Vnctis ſaliẽre per utres.* *Alij putant à fæce, quam quidã Græcorum τρύγα, id eſt, fæcem appellant permutatione literarũ, quoniam ante perſonas à Theſpide repertas nimiũ perunctis ora olei fæcibus fabulas agebant. Quod in ſequentibus poëta ſignificat. olim τρὺξ dicebatur, à quo uindemia τρύγητος appellatur, quia alij à uino arbitrantur, quod in ſacris liberalibus Athenienſes uinum*

cum cantoribus exhibebant. Cuius rei teſtem Lucilium producũt. Comœdia uerò eſt ſecũdum Græcos ἰδιωτικῶν τε καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή, i. priuatæ ciuiliſq; fortunæ ſine periculo uitæ cõprehenſio. Dicitur aũt Comœdia ἀπὸ τῶν κωμῶν. Sũt enim κῶμαι pagi, i. conuenticula ruſticorũ, & ᾠδὴ cantus. Nã (ut ait Varro) iuuẽtus Attica circũ uicos ita ire ſolita fuit, & quæſtus gratia hoc carminis genus exercebat. Vel quia iam intra urbẽ coacti Athenienſes in uiculis paruarũ domuũ hunc cantũ exercebant. Vel dicitur ἀπὸ τοῦ κώμου. i. à comeſſatione, quæ olim in huiuſmodi fabulis amantiũ uiuentiũ κῶμοι appellabãtur. Tragœdia heroas, regeſq; cõtinet, & ſemper infœlices exitus habet. Vnde Euripides rogãti Archelao regi, ut de ſe tragœdiã ſcriberet, abnuit, precatuſq; deos eſt, ne q̃d ſibi accideret tragœdia dignũ. Comœdia contra ciuiles, priuatoſq; deſcribit, & exitus fœlices. Poëtæ primi comici fuerunt Suſſarion, Nullus, ac Magnes. Hi ueteris diſciplinæ ioculatoria, nec ſcit, necè uenuſtè pronũciabant. Secunda ætate fuerunt Ariſtophanes, Eupolis, Cratinus, qui uitia ſectati acerbiſſimas ſcripſerũt comœdias. Tertia ætas Menãdri & Philemonis fuit, qui omnẽ comœdiæ acerbitatẽ mitigauerunt. Horũ fabulas Romani tranſtulerũt, primuſq; Liuius Andronicus ſcripſit. Hic ſeruus Liuij Salinatoris ob ingenij meritũ, quoniã liberos optime erudiebat ab eo libertate donatus eſt Olympiade 148. Sunt qui uelint Epicharmũ in inſula Ceo exulantẽ, primũ hoc carmen frequẽtaſſe, & ſic à Ceo comœdiã dici. Antea itaq; galeris nõ perſonis utebãtur, ut qualitas coloris inditũ faceret ætatis, cùm eſſet aut albi, aut nigri, aut ruffi. Perſonis primus uti cœpit Roſcius Gallus hiſtrio, qui oculis obuerſis erat, nec ſatis decorus. Togatæ (ut ait Diomedes) dicebantur, quòd omnia in publico honore confuſa cernebantur. Quæ togatæ poſtea in prætextas & tabernarias diuidebantur. Togatæ ſunt quæ ſcribũtur ritu, habituq; togatorũ, id eſt, Romanorũ, ut Græcæ fabulæ à Græcorũ pallio, palliatæ dicũtur. Sed quãuis togata genus ſit, ſub quo & prætextatæ, & tabernariæ reponũtur, tamẽ pro tabernaria ponitur. Prætextati, qui prætexta utuntur, & imperatorum, & principũ Romanorũ argumentũ. Tabernariæ ab humilitate perſonarũ & argumentorũ appellantur. Nam tabernas pauperũ domos habebant, quæ priſcis temporib. ex tabulis conficiebantur. Atellanæ ab Atella Oſcorum urbe, ubi repertæ ſunt, nomen trahunt. Hæ ſunt argumentis, dictiſq; iocularibus ſimiles Satyricis fabulis Græcis. Quarta ſpecies togatorũ eſt planipedis Græcè dicitur μῖμος. Planipedes uerò dicuntur, quod actores neq; ſoccis, neq; cothurnis prodeunt in proſcenũ aut pulpitũ, ſed planis, id eſt, nudis pedibus. Huius meminit Accius ſcriptor togatorũ. Datũ ineſt aurum. Exulat planipes. Satyrica Græca differt ab Atellana. Nam in Satyricis Satyrorũ perſonæ inducũtur, aut ſi quæ ſunt Satyris ſimiles, ut Autolicus, Burris. In Atellana uerò obſcœnæ perſonæ, ut Maccus. Comœdiæ atq; tragœdiæ cõmune nomen ſumunt Græcè dramata. Nã δρᾶν agere eſt Latinè, fabulas. Vitruuius uerò de architectura ita ſcenas diſtinguit, ut tragicas colũnis, & faſtigijs, & ſignis regalib. ornandas præcipiat Comicis uerò ædificiorũ priuatorũ ſpeciẽ præbet. Satyricas arboribus, ſpeluncis & montib. ornat. Donatus uerò ita diſtinguit perſonarũ ueſtimenta, ut adoleſcentib. diſcolor ſit ueſtitus. Seruis exiguus amictus, ut priſcã paupertatem indicẽt, uel ut expeditiores ſint ad negocia obeũda. Paraſiti cũ intortis pallijs ueniunt, loco, ueſtitus candidus, Aerumnoſo obſoletus, Purpureus diuiti fucetius, pauperi Militi chlamis purpurea. Puella habitu peregrino, Leno pallio uerſicolore utitur. Meretrici ob auaritiã luteus datur. Tibias adhibebant pares & impares, id eſt, dextras & ſiniſtras. Dextræ ſua grauitate ſeriam comœdiæ orationẽ pronunciabant. Siniſtræ ſerranæ acuminis leuitate iocum oſtendebant. Ergo ubi mixtus cum grauitate iocus eſſet dextræ, ſiniſtræq; adhibebantur. Comœdiæ ſtatoriæ, dicebãtur, quæ quietiores eſſent. Motoriæ, quæ turbulentæ. Mixtæ uerò ex utraq; conſtant. Comœdiã Cic. ait eſſe imitationẽ uitæ, & ſpeculũ conſuetudinis & ueritatis. Quis primus in Græcia inuenerit incertũ eſt. Hæc ego prolixiùs proſecutus ſum, ut & hunc locũ, & plures qui ſequentur facilè intelligantur. Telephus Filius] Herculis ex Auge, à qua in ſylua expoſitus eſt, & à ceruа nutritus diu regno caruit. Ampullas] Verba grandiloqua, & turgida ab ampullis, illæ enim ſunt inflationes in aqua. Sed & uitreas ampullas dicimus, quia artificis inflatione fiunt. Ergo tumentia uerba ampullas dixit. Sexquipedalia] Magna, & quæ pedẽ integrũ & dimidiũ alterius in uerſu facere poſſunt. Eſt enim ſeſquialtera in Muſica. Tetigiſſe] Cõmouiſſe. Cor] Animũ ſpectatoris. Nõ ſatis] Non ſatis eſt habere ornatũ orationis, niſi pathetica ſit oratio, atq; huiuſcemodi, ut auditores in quẽcunq; affectũ mouere poſſit. Vt ridentib.] Animi noſtri ſua natura ad omnẽ affectũ procliues ſunt. Sed maximè mouẽtur, cũ uiderint imagines ſuas in alijs. Nã flentẽ uidentes ad fletũ, ridentẽ ad riſum inuitamur. Ergo optimè. Cic. ardeat orator, ſi uult iudicem incendere. Aut dormitabo, aut ridebo] Aut in tædiũ cadã, ſi uerba non accõmodantur affectibus, aut ipſum poëtã ridebo. Triſtia] Nã uerba triſtia mœſtũ, decent auditorẽ, & minacia iratũ. Sic ludens laſciuis. ſ. uerus ſerijs utatur. Format natura] Natura enim ita inſtituimur, ut talẽ in nobis affectũ excitemus, qualis futura eſt oratio. Nã aut lætitia nos afficit, aut ira, aut mœrore deprimit. Deinde quales intus ſunt animorũ motus, tales foras efferuntur lingua interprete. Nã idcirco cõceſſa eſt homini oratio, ut animi ſenſa interpretatur, & promat. Quapropter magno odio digni ſunt ij, qui naturæ beneficio abutentes aliud ſentiunt, aliud loquuntur. Concludit igitur egregiè quòd cũ poëtica naturã imitari debeat, natura autem uelit orationem correſpondere affectibus, irridebunt, auditores eos poëtas, qui uerba abſona, & minimè conuenientia affectibus formant. Abſona ergo fortunis, id eſt, nõ correſpondentia fortunæ. Alia igitur uerba accommodat. Terentius,

„ Deſperanti cõcupitas nuptias Pãphilo alia in ſumma ſpe conſtituto. Cachinnũ] Nimiũ & diſſolutũ riſum. Nã Græcè καγχάζειν, cachinnari eſt. Intereſt multũ] Eſt in genere humano quædam proprietas ſexus, ætatum, fortunæ, artificij, & locorum, ut aliud ingenium ſit in uiro, quàm in fœmina, in puero, quàm in uiro, ingenuo, quàm in ſeruo, in principe, quàm in priuato, in meretrice, quàm in pudica, in milite, quàm in philoſopho, in Italo quàm in Gallo. Quidam rurſus natura humaniores ſunt, quidam magis elati. Alij æquabilitatem patiuntur, alij ſuperare uolunt. Quamobrem uniuſcuiuſq; ingenio concedentem orationem dabit optimus poëta. Dauus] Qui ſeruus ſeruiliter loquitur. Heros] Dominus. Maturos] Qui nihil temerè faciat. Fœcundos iouenta] Plenus cupiditatibus, & qui illis potius, quàm ratione ducitur. Matrona] Quæ fortuna elata ſit & ſexu. Sedula] Quæ ſine dolo, id eſt, diligenter & fideliter cuncta agit. Vagus] Quia uarias regiones queſtus cauſa adit. Colchus] Qui natura ſæuus eſt. Thebis] Non niſi doctus. Argis] Qui magnanimus eſt. Famam] Hiſtoriam uel fabulam. Sententia eſt cum quempiam ex priſcis hominibus deſcribas, aut ea de illo narrabis, quæ ſcripta adinueneris, uel ſi à te fingas, fingito ea, quæ illis quadrent. Repones] Id eſt, iam ab alijs poëtis poſitum, id eſt, ſcriptum iterum pones, id eſt, ſcribes. Achillem] Exemplo demonſtrat quod præcepit. Nã cùm uelox heros iſte deſcribatur ab Homero, unde eſt, πόδας ὠκὺς ἀχιλλεὺς cum in contentione cum Agamemnone inexorabilis cum acer, id eſt, uehemens, tum omnia armis arrogent, & nihil iuri concedat talem & ipſe inducet, aut ſi nouum quicquam in eo finges, id fingito, quòd ijs quæ dicta ſunt de eo quadrent. Medea ferox] Nam ſic contra Iaſonem, cùm deſertam ſe ſenſit deſcribitur. Ecinuicta] Quaſi implacabilis. Flebilis] Propter amiſſionem filiorum. Ixion] Hic ex Antione Periphantis filio natus Diam Eſionei filiam uxorem duxit, cui multa contra dotem filiæ ſe daturum pollicitus eſt, ac cùm pacta non ſeruaret Eſioneus illi equos abſtulit, accerſiuit illum Ixion tanquam omnia ſoluturus, ſed prius foſſam ingentẽ fecit, igneq; repleuit, ac deſuper cinere extincto texit, deinde ſocerũ uenientẽ in eam merſit. Verùm cùm tam iniqua cæde nemo illum luſtrare uellet, tandem à Ioue luſtratus eſt, quo tempore Iunonem de ſtupro interpellauit, nec dubitauit cum nebula, quam Iupiter in formam Iunonis finxerat concubere, unde Centauri orti. Quapropter apud inferos à rota cui alligatus eſt circumuoluitur. Ergò cum in ſocerum, tum in Iouem perfidus fuiſſet, perfidus ſemper deſcribetur. Vaga] Quia in uaccam uerſa, & Oeſtro percita diu euagata eſt. Triſtis] Propter cædẽ patris propter pœnitentiam matricidij, propter furias, à quibus agitabatur.

Si quid cùm in fabulis homines à priſcis poëtis deſcriptos pones, eaſdem illis tribues, quæ priſci tribuerunt. Si autem quempiam nouũ, neq; ab alio deſcriptum pones, quod illi ingenium, quos'ue mores à principio tribueris eoſdem per uniuerſum opus tribues. Vt conſtet tibi.] Id eſt, ne à ſua natura diſcedere uideatur. Difficile eſt] Communia appellat, quæ à nemine adhuc dicta ſunt, neque à quoquã occupata, ut agri nondum occupati communes dicuntur. Ergo communis omnibus erat Achilles, & Vlyſſes, cùm nondum eos, quiſquam deſcripſiſſet. Deſcripſit Homerus ergo communia proprie dixit. Deinde cùm poetæ Latini eadem ſcriberent, nõ iam communia, ſed quæ propria Homeri eſſent, deſcribebant. Nunc uerò poëta affirmat difficilius eſſe quod Homerus fecit, facere, quàm illum imitari deducendo in actum, id eſt, in tuam fabulam Iliacum carmen, id eſt, materiam belli Troiani. Quam ſi tu primus proferres ignota] Id eſt, non antea poſita ab alio ſcriptore. Publica materies] Sententia eſt, quòd ea, quæ ab alijs quoque ſcripta ſunt erunt priuati iuris, id eſt, efficientur tua, ſi non inſiſtis in trita aliorum curſu, id eſt, non uſitato genere inuentionis, & diſpoſitionis, & elocutionis uteris. Patulum] Omnibus manifeſtum, quaſi uulgarem, & quem omnes præſtare poſſunt. Vilem] Quia nimis uſitatum. Nec uerbum] Nam aliud eſt interpretari Græcum poëma, aliud eſt imitari. Ergo non eris interpres, ſed imitator quoque, non omnia aſſumes ab eo, quem imitaris nam quidam loci dilucidè expreſſi ſunt Græcè, qui Latinè non poſſent. Ergo ne deducas te in eas anguſtias, unde progredi ad ulteriora non poſſis, niſi impudenter & contra legem facias. Nec ſic incipies] Non decet tam turgen[...]incipium dare, ut in reliquis illud exæquare nequeas. Ciclicus] Poetæ nomen. Aliqui de Antimacho intelligi uolunt, & Cyclicum dici, qui in eodem uerſetur circuitu, neque quicquam uariare ſciat. Alij Ciclicos uocant poëtas, qui circuendo urbes recitant. Fortunam Priami cantabo & nobile bellum] Non ſimpliciter uituperat carmen ſublime, ſed quæ ſequentia à principio ipſo degenerant. Quid dignum] Qui principium ſublime facit, deinde conſequentia multò inferiora, ſimilis eſt illi, qui cùm uehementer hiet, gracilem tamen deinde uocem emittat. Magis ergo d[...]orum fuit, ut tenuem uocem emiſſurus, tenue hiaret. Parturient] Ex apologo Aeſopi eſt. Quanto rectius] Nam ut ſapiens principiũ non mediocre exhibuit, ſed tamen tale cui reliqua reſponderent. Non fumum ex fulgore] Nam qui ſublime incipit, ac deinde humiliter proſequitur, profert in ſplendore fumum. At Homerus ita incipit, ut aſcendat potius, quàm deſcendat, & ex fumo dat fulgorem. Antiphatem] Lamij filium dicit, qui Formias condidit, qui ex Læſtrigonibus populus fuit. Hi autem humana carne ueſcebantur. Nec reditum Diomedes] Ab interitu Meleagri, ut facit Antimachus, qui cum ſcribat reditum Diomedis à Troiano excidio, qui propter inſaniam Argiales uxoris, quæ hortatu Naupli Palamedis patris cum Cyllabare Stelenei filio concubuerat patriã uitaſſet, in Apuliam uenit, & in radicibus Gargani montis Sypontum ſiue arpos condidit. Huiuſcemodi reditum altius, quàm ſat eſt repetens, initiũ ſumit ab interitu Meleagri patrui ſui, qui cũ auunculos interemiſſet, mater torrem ſibi fatalem igni impoſuit, & ſic perijt Meleager. Fuit autem Diomedes filius Tydei, & ille frater Meleagri. Nec gemino ab ouo bellum Troianum incipit] Nã quamuis bellum Troianum geſtum fuerit propter raptũ Helenæ, non tamen ſumit initium ab ouis, quæ Leda ex Ioue in cygnũ uerſo peperit. Ex quibus nati Pollux, Helena Caſtor, & Clytæneſtra. Semper ad euẽtum] Ita apertè principia dicit, ut ex ijs facilè antecedentia cognoſcantur, et adducit auditorem ſuum tanquam ad nota. Nam Iliada incipit à precibus Chryſæ ſacerdotis, & Odyſſeã à concilio deorum. Sic Virg. errores Aeneæ à 7. anno & à tempeſtate in mari Siculo à Iunone excitata. Veris falſa] Nam hoc poëtæ eſt. Remiſcet] Pro commiſcet, ut ſtet uerſus. Primo ne mediũ] Nam & ſi uera nonnulla de Aenea narret Maro. De Didone uerò omnia ficta, tamen ita cuncta contexit, ut primis ſequentia conueniant, neq; ex figmento oritur aliqua diſcrepantia. Tu quid ego] Quaſi omnes docti. Et populus] Id eſt, omnes indocti. Nam doctus, indoctusq; hoc deſiderant, ut ita inducantur perſonæ, ut uniuſcuiuſq; ætatis ratio habeatur. Et ſuo ordine deſcribit puerilem, iuuenilem, uirilem & ſenilem. Certo] Non uacillanti, ſed firmo. Temerè] Nulla habita ratione. Tandem] Ex affectu adoleſcentis dictum longum tempus uidetur illud in quo ſub pædagogo degit. Equos] Ad equitandum. Canibus] Ad uenandum. Gramine campi] In quo uarijs ludis, & certaminibus ſe exerceat. Cereus flecti] Facilis ut cera. Flecti] Nam qui uitia ſectatur, à uia recta deflectit. Tardus prouiſor] Nam in illo ſenſus præualet, ratio ſuccumbit. Experientia, quæ uitæ magiſtra eſt, omninò abeſt. Prodigus æris] Nam illo explet uoluptates, quæ in adoleſcente uehementiſſimæ ſunt, unde infrà cupidus. Sublimis] Elatus, glorioſus. Pernix] Velox, alibi perſeuerans, relinquere amata, id eſt, concupita. Nam totus ex ſenſibus pendens ſumma leuitate laborat, & ipſæ corporeæ uoluptates breui ſatietatem afferunt. Atq; teſte Platone, nihil poſt ſe niſi pœnitentiam relinquunt. Conuerſis] In contrarijs mutatis. Virilis] Nam iam cedit rationi appetitus, & pro uoluptate utilia & honorifica quærit. Ergo ambitioni & opibus inſeruit, & leuitatem iuuenilem excludit. Multa ſenem] In ſene ex defectu animi creſcit auaritia. Quod longa oratione Cicero in Catone maiori proſequitur. Hæc ad quærendum impellit, quod non ſit ſine labore. Deinde ad ſeruandum in quo maximo cum incommodo genium fraudat. Gelidè] Deficiente enim ſanguine, & eius calore creſcit timor, & quia in eo uiget atra bilis, tardus eſt in rebus agendis & iners. Multa ferunt] Nam ad uirilem uſque ætatem multa diuerſis ætatibus proueniunt commoda, quæ ſenio minuuntur. Ergo illa de homine ſcribemus, quæ ſunt adiuncta æuo, id eſt, ætati ſuæ. Aut agitur res] Ita ſe habent fabulæ, ſiue comœdia ſit, ſiue tragœdia, ut quædam in conſpectu populi agantur. Vt cùm Phædria apud ſeruum de Thaide conqueritur, conſiliumq; capiat, quædam narrantur tanquam intus geſta prius ſint, ut Cherea, amicum, quomodo re amata potitus ſit, edocet. Multò autem magis mouent, quæ ſpectantur, quàm quæ audiuntur, & magis delectant: tamen pertinet ad conſilium ſcriptoris, ut quæ aut crudelia nimis, aut nimis turpia ſunt è cõſpectu populi amoueat. Fidelibus] Nam ijs quæ uidemus non decipimur. Poſſumus autem decipi in ijs, quæ audimus, & acerbiora nobis accidunt, quæ uidemus. Ipſe ſibi] Nam uiſa per nos accipimus, audita per alios. Geri intus] Non quòd gerantur. Nihil enim agit hiſtrio, niſi præſente populo. Sed cùm narret geſta fuiſſe uidentur intus geri. Pueros] Filios, quos irata propter nouas nuptias Iaſonis epulandos poſuit. Atreus] Qui & ipſe Thyeſti fratri poſuit filios epulandos. In auem Progne] Quæ eſt in hyrundinem conuerſa. Spectata reponi] Id eſt, cùm ſemel ſpectando populo data ſit, adeò placet, ut reponatur, id eſt, iterum ſpectanda ponatur. Nec Deus] Nunquam fingemus auxilium à Deo prouenire, niſi tanta res ſit, ut ſine Deo ab homine præſtari non poſsit. Rectè ergo Virg. Quando Turnus caſtra ingreſſus eſt ait,

» Huic Iuno uires animumq; miniſtrat.

Alij dicunt non eſſe adhibendam inuocationem à poëta, niſi nodus, id eſt, difficultas incidit, quam per ſe ſoluere poëta, neſciat. Nec quarta loqui] In ſcæna duæ plerunq; perſonæ loquentes inducuntur, quandoq; tamen tres. Rariſsimo autem quarta perſona inducitur. Si tamen inducatur adeò rarò loquitur, ut apud Græcos ϰωφὸν πρόσωπον, id eſt, mutam perſonam appellent. Martialis ridiculè hoc exprimit,

» Comœdi tres ſunt, ſed amat tua Paula lupercos.

» Quatuor & Cophon Paula proſopon amat. Mẽbra comœdiarum tria ponebant Græci. Diuerbia, canticũ, chorus. Diuerbia ſunt partes comœdiarum in quibus diuerſorum perſonæ uerſantur. Perſonæ autem diuerbiorum aut duæ ſunt, aut tres, rarò quatuor, plures adhibere non licet. In canticis una duntaxat poni debet. Aut ſi duæ fuerint, ita ponuntur, ut ex occulto una audiat, nec loquatur, ſed ſecum, ſi opus fuerit, uerba faciat. In choris numerus perſonarum diffinitus non eſt, quia omnes communiter canentes, concentumq; facientes pro una uoce habentur. Comœdia tamen uetus chorus fuit. Sed paulatim ex numero perſonarum aucta in quinque actus proceſsit. Sed paulatim attenuato choro, ita ad nouam peruenit, ut non modo non ſit chorus, ſed ne locus quidem illi relinquatur. Quapropter quinque actus, qui in comœdia ſunt difficile eſt noſſe

in Latinis ſublato choro, qui ſe interponendo actus diſtinguebat. Erat autem chorus ex pluribus ad tibiam concinentibus, compoſitus non actor alicuius partis in fabula. Sed ueluti iudex cenſorq́ue, qui ut rectè facta probabat, ita cõtra quæ uitioſa, ſceleſtaq́ue eſſent, damnaret: ita tamen ut actus non interrumperet, ſed per interualla finitorum actuum ſuum cantum interponeret. Vnde rectè poëta dicit, neu quid medios intercinat actus, id eſt, ne canat aliquid inter medios actus. Ergo cum cenſoris munere fungatur chorus defendit partes uiriles, id eſt, uirtutes. Faueat boni] *Dat conſilium fidele, conatur iratos regere, ne præcipites irruant. Laudet qui peccare timent, & reliqua quæ à poëta ponuntur. Cauendum autem maximè eſt, ne fabula plures, pauciores'ue quàm quinque contineat. Eſt enim fabula res quinque partita, ut pars prima argumentum explicet. Secunda agi iam cœpta, ad finem deducere cupit. Tertia perturbationem affert, & impedimenta, & deſperationem rei concupitæ. Quarta remedium interuenienti malo affert. Quinta ad optatum exitum cuncta perducit.* Tibia non, ut nunc] *Plura de tibijs paulò ſuprà dicta ſunt, ad hunc locum reuoca. Sed nunc oſtendit ad ſtatum illis luxuriem, cum antiquiores ſeueriores fuerint. Varro enim ait quatuor ſolum foraminum tibias apud Priſcos fuiſſe, ideſq; ſe in templo Marſyæ uidiſſe. Alij dicunt non amplius tria habuiſſe. Sequentia deinde tempora craſſiores habuerunt, & ex orichalco compactas, & plenioris ſoni, ut tubæ æmularentur.* Aſpirare] *Concinere, nam humano ſpiritu ſonum concipiunt.* Nondum ſpiſſis] *Poterat enim etiam tenuis ſonitus totum ſpectaculum implere, cùm nondum eſſent ſpiſſa, id eſt, denſa ſedilia, id eſt, non eſſet in pauco numero ciuium magna auditorum frequentia.* Flatu] *Sonitu.* Numerabilis] *Qui facilè numerari poſſet, quia paruus eſſet. Præterea cum frugi, id eſt, temperatus eſſet & caſtus, id eſt, non cupidus luxuriæ, id eſt, ſuperfluitatis in rebus, uel caſtus, id eſt, religioſus, & pius erga deos. Veniebat enim ad ludos alicui Deo ſacros religionis potius, quàm uoluptatis cauſa. Nam & Virg. pro religioſo poſuit. Hîc maneant caſti ſub religione nepotes.* Poſtquam cœpit] *Poſtquã ex propagatione imperij opulentior eſt factus populus.* Vrbes] *Oſtendit ex hoc incrementum populi.* Vinoq; diurno] *Incontinentiam uictus ſignificat, nam priſca ſobrietas non niſi ſemel in die cibum capiebat, idq; aduentante nocte. Quapropter ueſperna, à ueſpera prima noctis parte conuiuium dicebatur. Hoc & Virg. in Didone oſtendens ait.*

„ *Atque eadem labente die conuiuia quærit.*

Ergo diurno uino, id eſt, conuiuio interdiu & non noctu celebrato. Genius] *Vituperauit intempeſtum conuiuium nunc à luxu carpit. Nam genius, de quo in ſuperioribus dictum eſt, ſplendidioribus epulis placabatur. Ergo & plus quàm ſemel in die, & lautioribus epulis illos ueſci dolet.* Impune] *Nulla pœna à cenſoribus adhibita.* Numeriſq; modis] *Rithmis & modulationibus. nam & tibia plura habuit foramina.* Indoctus] *Nam cùm indocti & ruſtici urbanis admixti præter religionem nihil ſaperent, uoluptatem quærebant.* Turpis honeſto] *Ignobilis nobili, uel uitioſus probo.* Traxit: ueſtem] *Propter σύρμα dixit, hæc ueſtis eſt παρὰ τὸ σύρω, id eſt, traho, quoniam longitudine ſua tranatur per terram.* Creuêre] *Cithara primo monochordos, id eſt, unius chordæ fuit. Inde dextra, læuaq; una addita trichorda fuit. Poſtea ſeptem chordæ additæ. Vnde illud, ſeptem diſcrimina uocum. Hoc autem inuentũ Terpandri eſſe uolunt. Simonides deinde octauam addidit. Nonam Timotheus inuenit. Thamyris primus cithara ſine uoce cecinit. Cum cantu uerò Amphyon uel Linus.* Et tulit eloquium] *Sententia eſt (ni fallor) quòd ad ſeueritatem chordarum acceſſit grauitas ſententiarum cum ſumma eloquentia, ſcilicet ut tales proferrentur ſententiæ circa uitam, & mores ad futurorum prouiſionem, ut non diſcreparent ab Apollinis oraculis.* Facundia] *Eſt iocunda eloquentia, quaſi fatu iocunda.* Præceps] *Velox.* Inſolitum] *Hactenus non adhibitum ornatum orationis.* Sagax] *Inueſtigatrix rerum utilium.* Et diuina futuri] *i. quæ ſua prudentia futura prouideret. Et propterea non diſcrepauit à Delphis ſortilegis i. ab Apollinis oraculis, quæ Delphis accipiuntur. Poſuit autem ſortes pro oraculis. Sic Virg.*

„ *Nunc Lyciæ ſortes.*

Carmine qui tragico] *Multa de comœdia dixerat. Nunc adhibet tragœdiam, de qua & de hirco illius præmio dictum eſt.* Agreſtes Satyros] *Et de ijs dictum. Ponebant igitur tragœdijs Satyrica dramata. In quibus ſalua maieſtate dignitatis tragicæ iocos exercebant ſecundùm Cratini inſtitutionem. Is enim (ut ait Acron) primus Athenis, Dionyſia dum eſſent, Satyricam fabulam induxit. Alia autem Satyra eſt illa mordax, cuius author extitit Lucilius.*
Illecebris] *Blandis uerbis.* Nouitate] *Quia nuper inuenta erat.* Grata] *Propter iocos.* Exlex] *Quaſi nimia licentia ſolutus. Sententia eſt, quòd à priſcis ludi non uoluptatis cauſa reperti ſunt, ſed religionis. Sed poſtquàm ſpectator cœpit uenire potus, & liber, & ut uoluptatem tantum caperet adhibita eſt Satyra.* Verum ita riſores] *Animaduertendum eſt, ne perſonæ maiorum, ut ſunt deorũ, & heroum, quibus authoritas ineſt ex auro & purpura ornatis ridiculi cauſa paulò pòſt ita tractentur, ut ſi eſſent uiles perſonæ, & ſermo ijs attribuat, qui eſt tabernas, id eſt, paruas caſas habitantiũ. Aut rurſus ne dum in ſublimi gradu continere uolumus, nimis extollamus.* Effutire] *Sine dignitate, & penſo emittere. Sententia eſt cum tragœdia ſit indigna effutire leues uerſus propter ſuam grauitatem, & tamen ſit aſpergenda ioco, ut ocioſos delectet imitabitur pudicam matronam, cui cùm ſaltare neceſſe in diebus feſtis ſit, ſaltat illa quidem, ſed ſeruato pudore, ſic tragœdia admittet proteruitatem, id eſt, laſciuiam, ſed ſeruato pudore.* Non ego] *Oſtendit quòd ſi ſcriptor erit Satyrarum, non amabit uerba inornata & dominantia, id eſt, habẽtia propriam ſignificationem, ſed inornata, ut peſtilitatem. Sed uolam ad proprietatem accedere etiam ornatum.* Nec ſic enitar] *Sunt adhibendi Satyri, quorum oratio iocoſe ſit, & multum remittat de ſeueritate tragica. Sed tamen cũ aut Sylenum Bacchi alumnum, aut alium agreſtem Deum loquentem inducat, nolo, ut ita à tragica grauitate diſcedat, ut ad comicam uſq; humilitatem deſcendat, ut aut Dauus ſeruus, aut Pythias meretrix, quæ decepto Simone talẽtum lucrata eſt, loqui uideatur. Pythias apud Lucilium eſt.* Emuncto] *Tranſlatio à quadrupede, cui lac ſubtractum ſit. Nam ſic illa pecuniam ſubtraxerat.* Ex noto fictum ſequar] *De comœdia dicit, in qua argumentum ex rebus notiſſimis eſt. Omnibus enim noti ſunt amores iuuenum. Auaritia meretricum, & huiuſcemodi. Sed tamen cum illa eo ſtylo contexta, ut omnibus facilè imitabilis uideatur, tamen erit difficile ipſum imitari. In quo loco ſignificat ſtylum Acticum, cui huiuſcemodi laudem tribuit Cicero, ut cùm à familiari ſermone nihil differre uideatur, difficilimus tamen imitatu ſit. Ergo ea ſerie, id eſt, continuato ordine, & ea iunctura, id eſt, conſtructione uerborũ ualebit oratio, ut alius quamuis idem tentet, audeat, cum multùm ſudauerit, fruſtrà laboret.* De medio ſumptis] *Id eſt, de rebus cõmunibus, unde comœdia ſumitur. Eſt aũt ſimile illi Virgiliano.*

„ *In tenui labor eſt, at tenuis non gloria,* Siquidem:
„ *Numina læua ſinunt, auditq; uocatus Apollo.*

Syluis] *Cùm Satyra ſcribitur, adhibeatur quidem iocus, ſed ſi me iudicem adhibere uoluerit poëta, non inducat Faunos, id eſt, Satyros, qui ruſticani ſunt, neq; aſtutiam urbanam habent ita loquẽtes, ut loquuntur urbani homines, qui in triuijs, & in foro uerſati multa aſtutia callent. Ac rurſus non minus iuuenẽtur .i. laſciuiant iuuenum more. nam & hoc urbanum eſt potiùs, quàm ruſticum.* Immunda] *Vt Acron ait, impropria, uel fortaſſe obſcœna.* Et ignominioſa] *.i. infamiam afferentia. Nam ruſticani non ualent illa acrimonia in obiurgando, carpendo'ue qua ualent urbani.* Crepent] *i. crepitu, & ſonitu uerborum efferant.* Offenduntur enim] *Affert rationem, quare ruſticanis perſonis non ſit attribuendum, quod eſt urbanarum, quia illi quibus eſt equus .i. qui ſunt de ordine equeſtri.* Et pater] *.i. ſunt de ordine patritio, & ſenatorio.* Res] *.i. diuitiæ, uel res .i. imperium .i. qui regunt magiſtratus, non æquo animo hoc indecorum ferunt. Nec putant corona dignum hũc poëtam, quamuis plebei & pauperes, ut ſunt emptores ciceris & nucis .i. rerum uiliſſimarum, probent.* Syllaba longa] *Oſtendit ſenarios iambos in uno uerſu dici trimetrum, & non hexametrum. Nam ita ueIociter currit iambus, ut paulò ſuprà demonſtratũ eſt, ut duo pro uno computentur. Erant igitur ſex iambi in uno uerſu. Deinde, ut creſceret, tardiorq; eſſet aditione temporum, pro iambo*

trium temporum pes poſitus eſt, ſpondeus quatuor temporum, ut promiſcuè aut iambus, aut ſpondeus eſſet. Ergo iſte pes citus iambicus recepit in iura paterna, quaſi dicat in ſuum hæreditariũ ius, & quod ſibi propriũ erat. Spondeos ſtabiles] .i. tardiores, quia utranq; ſyllabam longam habent. Eſt autem ordo, Pes citus & uelox commodus, & patiens, quaſi dicat, idcirco patiens admittere ſpondeum, quia cõmodiorem faceret uerſum, recepit ſtabiles ſpondeos in iura paterna. Vnde .i. & propter hoc iuſsit accreſcere nomẽ iambeis, quia non trimetri .i. ternarij amplius, ſed ſenarij appellati ſunt, ut ueniret paulò tardior, & grauior ad aures propter admixtos ſpondeos. Sed pridem non ita erat, ſcilicet tardior, quia ipſe iambus ſimilis ſibi reddebat ſenos ictus. Primus ad extremum] .i. ſimilis à principio uſq; ad ſinem nullo interpoſito ſpondeo. Non ut de] Recepit quidem ſocialiter ſpondeum, ſed in cæteris ſedibus excepta ſecunda & quarta, in quibus ſemper iambus ponitur. Sed hoc à iunioribus repertum eſt. Nam apud Ennium & Actium rarò apparet ſpondeus, apparet apud iuniores. In ſcænam] Reprehendit poëtas, qui cùm uerſus cum magno pondere .i. cum pompa ſoni miſerint, reliqua quæ ad artem pertinent, negligunt. Compone ſic premit .i. accuſat doctus uir uerſus miſſos cũ magno pondere in ſcænam turpi crimine operæ, id eſt, laboris & exercitationis nimiũ celeris, & carentis cura, id eſt, diligentia, aut etiã accuſat crimine artis ignoratæ. Vt ſit ſententia bonus iudex non decipitur ſonoritate uerſus, ſed uidet cùm poëta aut nimium properanter ſcripſit, & ſine diligentia, aut artis ignarus fuit. Non quiuis] Ergo cùm non omnis animaduertat poëmata immodulata, id eſt, non rectè cõpoſita factum eſt ut indignè & iniuſtè data ſit uenia Romanis poëtis, quæ non data eſt Græcis, apud quos acriora ex doctrina iudicia ſunt. Non tantùm propter hoc uagabor, ego inquit Horat. id eſt, ſine propoſito ab artificioſo ſine errabo, & aſſumam nimiam mihi licentiam in ſcribendo. Sed ita ſcribam, ut putem omnes, quicquid peccauero, animaduerſuros. Et tutus] Quia non adibo periculum. Et cautus] Nam cauebo ne peccem. Intra ſpem ueniæ] Ille dicitur intra ſpem ueniæ, qui non procedit uſq; ad id, ut proponat ſibi ſpem ueniæ. Ergo cautus poëta ita ſcribit, ut non ſperet datum iri ſibi ueniam ſi peccauerit. Vitaui] Quaſi dicat, etiam cùm uehementer laborauero, ita ut ſcribam cuncta ex arte, proptereaq; uitauerim errata, non tamen id mihi à natura conceſſum eſt, ut ſim bonus poëta, ut tacitè moneat artem ſolũ in eo ualere ne pecces. Naturam autem eſſe eam, quæ præclara illa poëtarum ornamẽta afferat. Sed ad eam excitandam auxilium ſummum afferre, ſi poëtas Græcos, qui optimi ſunt imitemur. Verùm cùm imitatio ſit qua diligenti ratione impellimur, ut aliquorum conſimiles in dicẽdo eſſe ualeamus, monet ut diu, noctuq; in manibus noſtris ſint Græcorũ poëmata, quæ optima nobis exemplaria eſſe poſsint. At noſtri proaui] Si quis putet ſatis eſſe habere exemplaria Latinorum cum uideamus Plauti, & ſales, & numeros à maioribus eſſe laudatos infert, quòd nimis patienter, quaſi dicat, nimis indulgenter, & non ſeuerè laudauere utrunq;, ſcilicet ſales & numeros, & apud illos plus ualuit amicitia, uel artis inſcitia quàm ueritas. Patienter] Ne dicam ſtultè. Correptio eſt. Nam intelligit ſtultum fuiſſe iudicium eorum, qui ueniam dabant. Si modo ego & uos] Quib. eſt acrius iudicium. Seponere] Diſcernere. Digitis & aure] Quoniam ſonus metri, pollicis ſtrepitu & aurium perceptione probari ſolet. Vnde Dactyli quidam pedes dicti ſunt, quoniam plauſu digitorum, ac pedum ſonum metrorum adiuuare ſolemus. Plauſtris] Multi dicunt quòd iam multa ſcripſit, ut plauſtris eſſent uehenda, ſed potiùs quia chori plauſtris eſſent collocati, quoniam circum pagos eſſent uehendi. De Theſpi dictum eſt, & de fecibus, quibus ungebantur ante repertam perſonam. Et quemadmodum Aeſchylus & perſonæ, & pallæ inuentor fuit, & pulpita inſtituit, nõ tamen magna, ut deinde fuerunt. Adinuenit grandiloquum ſtylũ, & coturnos in tragœdia. Vetus comœdia] In hac fuit nimia licentia, ut nominatim ciues carperent etiam bonos. Nam Ariſtophanes Socratem iniurioſè uexat. Ergo tanta libertas in licentiam cõuerſa eſt, & res utilis à principio cũ uitia reprehenderentur in perniciem conuerſa eſt cùm innocentes quoque taxarent comici ueteres. Quapropter lata eſt lex apud Græcos, ut deinceps nemo nominatim quempiam notare, proptereaq; remotus eſt chorus, & facta noua comœdia, quam ad Latinos tranſtulerunt Romani poëtæ, & à principio Græca argumenta ſecuti ſunt. Deinde imitationẽ Græcorum relinquentes, formarunt Latina argumenta. Hinc ſunt comœdiæ prætextatæ & togatæ, de quibus dictum eſt, argumentis Latinis celebratæ, ut quemadmodum armis, & uirtute .i. fortitudine ſuperabantur à Latinis Græci, ſic eloquentia non uincerent. Et profectò cuncta perfeciſſent Latini poëtæ, niſi labor in elimandis eis offendiſſet, & morari diutiùs in re pertæſum eſſet. Vos ô Pompilius] Nam Piſones à Numa Pompilio originem ducebant. Multa dies] Sic infrà nonum prematur in annum. Multa litura] Nam quod ſcriptum eſt, ſæpe litura oboletur, ut immutetur. Non caſtigauit decies perfectum] Vt oſtendat etiam cùm decies iam perfectum ſit egere correptione. Ad unguem] Ad extremã perfectionem. Et eſt tranſlatio, à iunctura lapidum, quæ tunc demumque probatur, cùm unguem intra ſe non recipit. Cauſa autem, quare non caſtigent, eſt, quia fidunt ingenio, & id fortunatius putant .i. magis ualere credunt, quàm arte, quam idcirco miſeram appellãt, quia difficultate, & labore pleniſsima eſt. Excludit ſanos] Sententia eſt Democriti, quam Plato corroborauit, ut nullus bonus eſſe poſsit poëta, qui diuino furore non ſit afflatus. Ergo Democritus excludit ab Helicone, qui mons eſt Muſis conſecratus, id eſt, excludit ab arte poëtica, poëtas ſanos .i. qui non ſunt diuino furore affecti. Bona] Id eſt, magna pars, ſic Perſius.

„ At bona pars procerum tacita libabit acerra.

Eſt autem ſententia eſſe qui credant in poëtam optimum euaſuros eos, qui neglecto omni corporis cultu neq; barbam, neq; ungues ſecent, uitent balnea, & omnia celebrata loca, & in ſolitudine degãt. Caput inſanabile] Vel propter ualetudinem, uel propter furorem poëticum. Tribus Anticyris] Per hyperbolen .i. tanto helleboro, quantum tres Anticyræ capere poſsint. Nam in ſola Anticyra inſula helleborum candidum ad purgandum cerebrum cura notans capiebatur. Dicitur & ueratrum helleborũ. Oh ego leuus] Oſtendit ironicam eſſe orationem, & ſe futurum fuiſſe poëtã egregium, ſi illorum exemplum eſſet ſecutus, ſed malle purgare bilem, & ualetudini inſeruire, qui non tanti putat fieri poëtã, ut uelit illa incommoda pati. Vnde ſequitur, quod ſit ad ſimilitudinem cotis, quæ cum acie careat incidere non poſsit, tamen ferrum acuit, ut incidat. Non poteſt igitur optimũ poëma componere. At poteſt alium docere, quomodo cõponat. Opes] Appellat opes omnia, quibus poëma conficiatur, & exornetur. Scribendi rectè] Non poteſt rectè ſcribere, qui non ſapit .i. qui non ſit multa doctrina excultus. Sentit enim idem de poëta, quod Cicero de Oratore. Et profectò eloquentia nemo illuſtris erit ſiue orator, ſiue poëta ſit, niſi multas, uariasq; diſciplinas norit. Sed præſertim poëta, qui ſuam poëſim omnib. ſcientijs atq; artibus exornandam ſibi proponit. Qui diuerſiſsimorum hominum ingenia non modò ita exprimere, ut decorum obſeruet, uerùm ita pingere, ut oculis noſtris ſubijciat, omni artificio tenetur. Omnis autem oratio ex uerbis atq; ſententijs conſtat. Verba à Grãmatico, Rhetoreq; petuntur. Res autem à philoſophia mutuari oportet. Non iniuria igitur dicit ſapere .i. habere multas ac uarias doctrinas, quæ ſunt principia rectè ſcribendi. Nam nemo poteſt ea ſcribere, quorum diſciplinam non teneat. Socraticæ] .i. philoſophicæ, nam à Socrate, manauit omnis philoſophia moralis. Verba] Nã qui bene rem tenet, facile illi uerba accõmodabit, ergo pro dignitate perſonarum unum quenq; deſcribet, qui diuerſa diuerſorum officia nouit. Qua ex re manifeſtum eſt illum rectum imitatorem futurum in ſcribendo, qui uitam, & mores hominum ueluti exemplar ſibi ad imitandum proponat. Fabula] Ex cuius allegoria aliquid eliciatur ad uſum uitæ utile, & propter hoc ſpecioſa & morata, etiamſi non ſit artificioſè ſcripta magis delectabit auditorẽ, quã uerſus uerbis illuſtres, quos rectè canoras nugas appellat, ſed ſententijs inopes. Validius] Validius. Ore rotundo] Eloquio ornato & perfecto, nam forma ſphærica cæteris perfectior eſt. Dedit autem Muſa hoc Græcis, quia laudem quam diuitias aſſequi malunt. Auaris] Ergo, id eſt, cupidis. At Romani contra, auaritiæ ſtudent, Et quæſtui inuigilant & arithmeticè unum in plures partes diuidere docentur. Aſſem] Integram rem aſſem appellamus, quæ in

duodecim

duodecim uncias diuiditur. Sed hoc iam expreſſum eſt. Sed quod in centum dixit, oſtendit uarias ſubdiuiſiones. Longis rationibus] Nam res non ſolùm diuiſa in partes, ſed etiam fracta in fruſtula non niſi longis rationibus, id eſt, multiplici computo ad unam ſummam reducitur. Vnde & Florentini pueri uehementer in Arithmeticis circa rupta laborant. De quincunce remota uncia] Nam remanebunt quatuor unciæ, quæ ſumma dicitur triens: quia quatuor unciæ tertia pars ſunt duodenarij numeri. Quod ſi addatur ad quinque uncias una ut ſint ſex, huiuſcemodi portio ſemis dicitur, quoniam ſenarius numerus dimidia pars eſt duodenarij. Huiuſcemodi ergo præceptis imbuuntur pueri, ne in rationibus fallant. Aerugo] Auaritia, quæ animum minuit ut ferrum ærugo. Peculi] Pro peculij. Linenda cedro] Cedrus arbor non ſentit cariem, ergo quæ duratura eſſent carmina aut in cedrinis tabellis deſcribebant, aut ſi in alijs, eas ſucco cedri ſpargebant. Linenda] Scribenda. Nam in ceratis tabulis ſtylo imprimebantur. Leui] Polita & craſſa, id eſt, in tabulis cupreſsinis. Nam hæc quoque arbor cariem non ſentit. Aut prodeſſe uolunt] Optimum poëtæ conſilium. Nam uoluit demonſtrare poëtarum officium eſſe, ut iocunda ſimul & utilia dicāt. Sed deſumxit à principio, ut animaduerteret lector utriuſuis iſtorum ſeparatim magni eſſe ponderis. Quid ergo ſi utrumque iungatur? Omne tulit punctum] Quoniam abſolutiſsimus, perfectiſsimusque is eſt, qui utile dulci admiſcuit. Omne tulit punctum. Translatio à cauſis centumuiralibus. Nam auditis partibus tabella circumferebatur iudicibus, ac ſinguli punctum ſiue notam imprimebant, quæ aut damnarent, aut abſoluerent. Ergo qui omnibus ſententijs abſoluebatur, omne punctum tuliſſe dicebatur. Capimus etiam punctum pro ſuffragio, ſic enim & Cicero in ſunda uia, punctum pro ſuffragio poſuit. Quicquid præcipies] Præcepta cum dederis, utere breuitate. Duplex enim inde eſt commoditas. Nam & faciliùs intelliguntur, & firmius memoria tenentur. Dociles] Quod eſt ingenij. Fideles] Quod eſt memoriæ, cuius eſt, ut, quæ ſibi mandantur, fideliter conſeruet. Ficta uoluptatis] Præcepta dedit circa utile, nunc præcepit de uoluptate, In qua admonet, ut quæ uoluptatis gratia finguntur, ueriſimilia ſint. Pranſæ Lamiæ] Nam Læſtrygones in quibus erat Lamia familia carnibus humanis ueſci dicebantur. Quis ergo crederet, ut ex uentre Lamiæ poſsit educi puer uiuus, quem ipſa uoraſſet in prandio. Centuriæ ſeniorum] Id eſt, ipſi ſeniores, qui ſapientiores ſunt. Nam populus diuiſus eſt in centurias ſeniorum, & iuniorum. Ramnes] Quaſi nobiliores. Nam Romulus equites Romanos in tres cēturias deſcripſit. Titienſes à T. Tacio qui cum illo pariter regnauit. Ramnetes à Romulo. Luceres à Lucomone Ethruſco, ſiue à luco in quo Romulus & Remus expoſiti ſunt. Expertia frugis] Id eſt, frugalitatis, id eſt, modeſtiæ, nam frugalitas uirtus eſt, quæ cauet ut in quacunque uirtute modus ſeruetur. Hic ergo liber, qui huiuſcemodi eloquentia ac prudentia ſcriptus eſt, in tanta authoritate eſt, ut ab omnibus expetatur, & propterea meret, id eſt, lucratur æra, id eſt, pecuniam. Soſijs] Qui librarij cùm eſſent, multam caperent pecuniam ex hoc libro, quē uenalem tranſcriberent. Transmare] Quia petitur ab ijs, qui trans mare habitant, & prorogat æuo ſcriptori. Nam cauſa eſt, quod author libri fama ad longum æuum uiuat. Sunt delicta] Quoniam nihil in humanis eſt ab omni parte perfectū, is liber perfecti locum obtinebit, in quo nō niſi mediocria quædam delicta inerūt. Nam & in muſica uidemus, quod chorda non reddit ſemper ſonum, quem muſici manus, & mēs quærit. Nec ſagitta ab arcu per ſagittarium emiſſa, ſemper deſtinatum locum ferit. Quapropter cum in carmine ſcripto plura erunt, quæ niteant, patiar æquo animo, ſi paucæ adſint maculæ, quæ ſiue ſcriptoris negligentia erunt in libro ſparſæ, ſiue à defectu naturæ humanæ prouenerint. Sed ſi hic poëta ſæpius admonitus alicuius uitij, tamen in eo aſsiduè peccat, ita caret uenia, ut citharœdus, qui ſemper eadem chorda peccat: Nam omnes illum rident. Sic mihi qui multum ceſſat] Sententia eſt, quod non paucis in locis peccant, ſed in multis ita ſunt ridendi ut Cherilus poëta, qui cùm in paucis locis admirandus ſit, indignationem tandem excitat, cùm in multis erret. Nam in paucis ferendus eſſet, quando etiam tantus poëta Homerus nonnunquam dormitet, id eſt, non apparet uigilantiſsimus. Cherilus Alexandrum Magnum ſecutus eius bella deſcripſit, ſed ita ineptè, ut ferant Alexandrum dixiſſe, ſe malle Hom. Therſitem eſſe, qui Cherili Achillem. Addunt cum Cherilo pactū, ut pro bono uerſu auream impenderet numum, pro malo uerò colaphum inferret. Opere in longo] Non mirum eſt, ſi qui magna uolumina ſcribunt, quandoque in ſomnum incidant, id eſt, deficiant à conſueta uigilantia. Vt pictura] Pictura perfecta quanto in maiori luce aſpicitur, & magis de propinquo, tātò magis placet. Quæ autem non ita perfecta eſt, magis in obſcuro probatur. Eadem ratio eſt in poëſi. Quapropter quæ non reformidat iudicium acutiſsimi uiri, ſemper placebit, etiam ſi decies legatur. O maior iuuenum] Præceptum maximum daturus attentionem ex apoſtrophe ad maiorem Piſonem captat. Eſt autem huiuſmodi ſententia quod quædam doctrinæ atque artes etiamſi ad medium uentum eſt, & non ad ſupremum laudē merentur. Nam aliquis iuriſconſultus mediocris in pretio eſt, etiam ſi longè abſit à uirtute Meſſallæ aut Caſelli, qui optimi fuerunt iuriſconſulti. Sed poëtarum longè alia ratio eſt: Nam niſi perfectus ſit, à nemine probatur. Ratio autem eſt, quod ea, quæ propter utilitatem expetuntur, ut ſunt patrocinia iuriſconſultorum, ſat eſt tantum poſſe, ut inde quæſita uoluptas proueniat. Quæ autem quæruntur propter uoluptatem, ut poëſis eſt & muſica, & quæ ijs ſimilia ſunt, niſi totam uoluptatem expleant, nunquam placent. Igitur aut nullus erit poëta, aut abſolutiſsimus erit. Nam mediocritas illis non conceditur. Vt gratas] Quemadmodum inter epulas neque ſymphonia, neque unguentum. Placet niſi perfectum, quia hæc non ſunt neceſſaria ad famem ſedandam, ſed propter ſolam uoluptatem requiruntur. Sic uerſus, quoniam propter uoluptatem expetuntur, non placent niſi perfecti. Quapropter neque ipſæ columnæ, id eſt, loca in quibus recitantur, non admittunt mediocres poëtas. Poſuit autem continens pro contento, ut etiam ipſi uulgares, indoctique homines, qui ad ludos ueniunt malos uerſus explodant. Sardo cum melle] Amariori melle, nam Sardinia, Corſicaque propter copiam taxi arboris cuius flore depaſtæ apes mella amara conficiunt, deteſtabiles in hac re ſunt. Virg.

„ Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

Iuuandis ſummo] Scilicet uoluptate, propter hoc ſi ſummum nō attingit, infimum dici poteſt. Ergo mediocres poëtæ, quandoquidem mediocres in numero maiorum ſunt. Ludere] Quemadmodum ij, qui ludunt uel armis, uel pila, uel diſco, uel trocho, de quib. omnib. iam dictum eſt, & non rectè id faciunt, ab omnib. ridentur, quia & ij ludi minimè neceſſarij ſunt. Sic & poëtæ, qui neſcientes audent fingere uerſus. Trochos Græci etiam quaternarios appellant, ſed hic meliùs de ludo dicitur. Sed tu Piſo, qui es ingenio non ſeruili, ſed liberali, & ingenuo, & in aliquo gradu ciuitatis, & es cenſus ſummam equeſtrem, de qua dictum eſt. Præterea cares uitio hic profectò, neque uerſus facere, neque quicquam aliud tentabis inuita Minerua, id eſt, repugnante natura, ſed tamen ſi quid unquā ſcripſeris, requires in eo Metij, patriſque tui iudicium. Et premantur] Quaſi domi contineatur. Delere] Ratio, quare ad nonum uſque annum includatur. Nam antè quam in aliorum manus uenerit, poteris emendare aut delere. Neſcit uox] Sed ſi iam fuerit recitatus aut editus liber, non poterit ad te redire. Syluestres homines] Oſtendit Orphei & Amphionis exemplo, quantum utilitatis ad humanam ſocietatem conſeruandam, quandoque attulerint poëtæ boni. Sed fabulam & allegoriam iſtorum alibi expreſsimus. Fuit hæc ſapientia] Quia poëtæ hoc genere ſapientiæ hominibus profuerunt admonentes, quæ à poëta ponuntur. Quæ etiam Cicero in rhetoricis contra Hermagoram oſtendit. Incidere ligno] Nam à principio in tabulis ſcribebantur leges. Atque hac ſapientia poëtæ tales honores meruerunt, ut pro dijs ſint habiti. Diuinos autem appellauit, quia ut iam dictum eſt, idem erant poëtæ & theologi. Vnde & Virg.

„ Quique pij uates, & Phœbo digna locuti.

Nam Linus Orpheus, & Muſeus diuina ſcripſerunt. Sequentibus inde temporibus Homerus heroica tractauit, & bella deſcripſit. Dyrceus] Id eſt, Thebanus, & Pindarum intelligit, de quo ſuprà

„ Multa Dyrceum leuat aura cygnum.

Dictæ per carmina ſortes] Id eſt, oracula, quæ carminibus data

ſunt. Et uitæ & gratia regum] *Quia multa quæ ad uitam, & mores emendandos pertinent à poëtis ſcripta ſunt.* Et gratia regum] *Quoniam illorum facta deſcripta ſunt.* Pierijs modis] *Id eſt, modulationibus, & exprimit uerſus lyricos, quibus multi ſint reges laudati.* Ludusq; repertus] *Nam in ludis comœdiæ, & aliæ fabulæ adhibebantur.* Natura fieret] *Cum ſit diuturna diſputatio natura ne an artificio bonus poëta efficiatur, ita rem dijudicat poëta, ut utraq; re opus ſit, cùm neque ſtudium proſit, niſi à natura fortiantur copioſam dicendi uenam, neq; rurſus uena ſine arte.* Qui ſtudet] *Aureum præceptum, eſſe ſubeundos labores, & abſtinendum à uoluptatibus ſi diuinitatem poëſis aſſequi cupimus.* Qui pithya] *Aliud præceptum ut ita ſtudijs inſudemus, ut præceptores non dedignemur habere.* Pithya] *Hymni erant in honorem Apollinis, nec laborandum eſt, ut plura, quam alij ſcribamus, ſed ut meliora.* Occupet] *Prouerbium puerorum, qui in principio curſus clamabant occupet extremum ſcabies. Nec debemus putare nobis turpe relinqui, id eſt, quod alij nos prætereant plura ſcribendo. Nec etiam putare turpe eſſe fateri neſcire, quod neſcimus.* Vt præco] *Vituperat poëtas, qui recitaturi diſponunt inter auditores, qui carmina illorum laudent. Quod ſi poſſit ponere unctum, id eſt, parare conuiuium, aut fide iubere pro paupere, aut explicare impeditum litibus, tunc tot ſibi aderunt adulatores, ut neſcias diſcernere mendacem, id eſt, eum qui per adulationem laudent, non laudanda à uero amico, id eſt, ab eo qui laudet, quia putet laudanda.* Tu ſeu] *Sed tu Piſo ſi forte etiam liberalitatis cauſa donaueris, ſiue donare uolueris, fuge eos tibi auditores adhibere. Nam munere deliniti ſunt facti aduerſi, id eſt, inimici, id eſt, adulatores. Nam adulatore nihil eſt pernitioſius. Nam non ex animo, ſed ex adulatione loquẽs, & laudans quæ uituperanda ſunt, in ſummos errores credulum inducunt.* Rectè & benè, & pulchrè] *Cùm unum ſatis, ſuperq; fuiſſet.* Palleſcet] *Ex ſtupore quem ſimulabit, immò etiam lachrymas cui exprimet, ut uideatur lachrymare prægaudio.* Stillabit rorem] *Nam cùm coactus lachrymet, non manabunt affatim.* Tundet pede terram] *Vt oſtendat uehementer admirari.* Vt qui conducti] *Mos erat apud antiquos conducere mulieres in ea re exercitatas, quæ mercede accepta funera lugerẽt, ergo quemadmodũ illæ magis plorabant, quam qui ex animo plorarent, ſic adulator quem iure deriſorem appellat, plus mouetur uero laudatore.* Reges] *Vtile præceptum. Eſt autem ſententia quod quemadmodum uidemus magnos uiros quod antea quam hominem in amicitiã recipiant, illius animi ſecreta noſſe tentant & multo uino aggrediuntur, quia bene poti ſimpliciùs mentem ſuam promunt. Sic & nos conabimur ueram ſententiam elicere, cùm nos laudant. Quod ſi faciemus, nunquam nos fallent animi latentes ſub uulpe, id eſt, nunquã fallent animi, qui calliditate uulpina ſe tegunt.* Quintilio] *Demonſtrat quale ſit conſiliũ ueri amici, exemplo Quintilij Vari poëtæ Cremonenſis, & Maroni amicus, qui iudex ad poëma adhibitus apertè, quia corrigendũ putat & denuntiabat. Quod ſi bis, terq; fruſtrà expertus te meliùs facere poſſe negares, iubebat tale poëma deleri.* Tornatos] *Rotundos, id eſt, perfectos. Nam quæ torno fiunt rotunda fiunt.* Reddere incudi] *Id eſt, denuò fabricare. Trãslatio à fabro cui cum forma, quam parat non ſucceſſerit rurſum in rudem maſſam redacta materia ex integro opus inchoat.* Si defendere] *Eſt pertinax ingenium in nonnullis, qui quamuis erraſſe doceantur omne acumen ad id conuertunt, ut potiùs errata defendere nitãtur, quàm corrigere. Ergo Quintilius hos dimittebat, neq; deinceps ulteriùs monebat.* Sine riuali] *Riuales ij dicuntur, quorum agri eodem riuo diſcernuntur, de quo ſibi uindicando ſæpe contendunt. Et per tranſlationem appellantur riuales, qui eandem mulierem amant. Sed ad interpretationem huius loci amat aliquis ſua ſcripta ſine riuali, cum illa à nullo alio amentur.* Vir bonus] *Oſtendit conſilium prouenire oportere ab eo, qui prudentia poſſit errata cognoſcere, & probitate uelit tibi oſtendere. Huiuſcemodi igitur uir reprehendet uerſus inertes, id eſt, negligenter ſcriptos, & qui ſcriptoris inertiam indicent.* Incompti] *Qui cõuenienti ornatu carent.* Allinet] *Linendo imponent atrum ſignũ, nam lineis ex atramento cancellatum ductis locum delendum ſignificant.* Ambitioſa] *Quaſi modum excedentia. Tranſlatio ab ambitioſis, qui ſibi pluſquam oporteat, honores petunt.* Fiet Ariſtarchus] *Vtetur eadem ſeueritate, qua uſus eſt Grammaticus Ariſtarchus, qui Homerica carmina notare auſus eſt, dicitans non eſſe Homeri ea carmina, quæ non eſſent probanda. Neq; imitabitur illos, qui dicunt nolo offendere amicum in nugis.* Scabies] *Quia ſcabrum, id eſt, aſperum corpus facit, & forte lepram intelligit.* Morbus regius] *Sunt qui uelint idcirco hunc morbum regium dici, quia præcipuum illi remedium ſit mulſum ex precioſiſſimo uino.* Fanaticus] *Qui alicuius numinis furore uexatur. Iſti & lymphati, & cerriti dicuntur. Vnde adiungit iracunda Diana, quæ ſi quæ propter iram tali furore uexet.* Si ueluti merulis] *Merula auis dicta, quod mera, id eſt, ſola uolet. Dum nimis intenti ſunt recitationibus, incidunt in odium ex tædio, quod inferunt, ut euenit aucupi, qui cùm nimis intentè ſuſpenſis oculis ſectatur aues in foueam incidit. Cùm ergo in hanc foſſam odij ſæpius incidunt poëtæ, euenit, ut qui à principio miſerti illorum errorum ſuccurrere nitebantur, putantes eos imprudentia labi, demum aduertentes, quod de induſtria errant, neq; miſerentur, neq; opem ferunt. Nam ſiquis auceps ſæpiùs in foſſam incidiſſet, quamuis clamet ſuccurrite, nemo ſubuenit, & ſiquis ſubuenturus funem, cui ille hærens trahatur, demittere uelit, prohibetur ab alijs exorta iam ſuſpitione, ne prudens ceciderit.* Siculi poëtæ] *Empedocles Siculus ex Agrigento fuit, patrem habuit Metonem, auum Empedoclem, poëta & philoſophus Pythagoricus fuit, uir multis rebus mirabilis. Huius mors dubiè à ſcriptoribus proditur. Plerique tamen aſſerunt illum in Peloponneſo diem obijſſe. Hermippus autem ſcribit, quod cùm Panthiam Agrigentinam mulierem ab omnibus medicis deſperatã curaſſet, iyſq; ex ea re immortalis haberetur, ut immortalitatis fidẽ faceret, Aetnam aſcendit, & in crateres ignis ſe coniecit, ſicq; conſumptus eſt. Quod exploratum eſt, quod ardente illo ignea cauerna una ex crepidis (quibus æneis utebatur) ui ignis extra cauernam eiecta inditium fecit. Iecit ergo uolens ſe in ignem Empedocles, ſic & iſti poëtæ dum cupiunt ſe celebres reddere, in hanc ſe ſtultitiam conijciunt, neq; ſi amici eos retraxerint, ceſſabunt, quin iterum ſe cõijciant.* Inuitum qui ſeruat] *Acuta ratio, & uera ſententia. Nam ſi quis ſeipſum perdat, idem ille & cædens, & cæſus. Hunc igitur ſi ſeruabis, non ſolùm eum ſeruabis, qui occidebatur, ſed eum quoq; qui occidebat.* Nec fiet homo] *Tanta ueſania laborat hic, ut quamuis ſæpe moneas, & à propoſito dimouere tentes, nunquam fiet homo, id eſt, nunquam uigebit in eo ratio, qua ſola homines ſumus, ſed in ea perſiſtens nunquam deponet honorem famoſæ mortis, nam quemadmodum Empedocles dum Deus fieri cupit, amiſit quod hominis eſt, ſic & iſte inſania recitandi dum optimi poëtæ gloriam quærit, eam quam habet, qualiſcunque ſit, amittit.* Nec ſatis apparet] *Tanto laborat furore, ut manifeſtum ſit ex ingenti ſcelere, quo dij irati ſint prouenire, ut accidit Oreſti & Alcmeoni propter matricidium. Sed tamen non apparet, quod ſit hoc ſcelus propter quod uerſus dictitet, id eſt, in tantum furorem inciderit, ut uerſus ineptos recitet. Quæ quidem ſumma eſt inſania, niſi ſit quod parentis ſepulchrum uiolauerit, aut inceſtus quaſi impurus mouerit bidental, quod tangere non niſi puro licet. Eſt autem bidental locus fulmine tactus, ſic dicta quod bidentis ſacrificio expiatur, alij dicunt bidental templum eſſe, in quo bidentes ſacrificantur.* Clatros] Cancellos. Irudo] *Sanguiſuga eſt.*

FRAN.

FRANCISCI LVISINI VTINENSIS IN LIBRVM Q. HORATII FLACCI DE ARTE POETICA, AD REuerendiſsimum, & Illuſtriſsimum S. R. E. Cardinalem, Aloyſium Cornelium, Præfatio.

CVM è citeriore Gallia Venetias perueniſſem, Illuſtriſſime Corneli, Paulus Manutius, in omni literarum genere propè ſingularis, cùm illum ego ob ueterem amicitiam, quæ mihi cum illo arctiſſimis neceſſitudinis uinculis intercedit, domi conueniſſem, ſumma contentione petiuit, ut librum Horatij de poëtica explicationibus meis illuſtrarem: dignum enim eſſe librum aiebat, in quo docti homines induſtriæ ſuæ neruos contenderent, & ingenij theſauros multis laboribus congeſtos explicarent: ſe quoque hoc negocium fuiſſe amplexaturum, niſi alijs quamplurimis curis diſtineretur. Equidem, rem tantam aggredi uix arbitrabar eſſe eius, qui ueretetur reprehenſionem doctorum, atque prudentiam: malui tamē, cùm Manutij ſtudio eſſem obſecutus, quod facit etiam apud Platonem Theætetus, deſiderari ab illo, prudentiam meā, quàm, ſi id non feciſſem, beneuolentiam. Librum poëtices Regij publicè ſum interpretatus, tanto hominum concurſu, ut multitudinem ſtudioſorum ampliſſimus locus non caperet. has igitur commentationes meas ad te Corneli Præſtantiſſime mittendas eſſe exiſtimaui, ut in eius nomine apparerent, cui ſummo literarum patrono, omnium planè ſcripta deberi uidentur. nam ſi quis unquam uirtutis ſuæ admiratione hominum ſibi uoluntatem deuinxit, & qui omnium ſtudia, ac laudes promeretur, inuentus eſt, tu mihi is unus ex omnib. eſſe maximè uideris. quæ res ne multis egeat, ac perſpicuis argumētis, dignitatis tuæ ratio facit, quæ altiſſimo loco ſita eſt, nam in eum quidem ordinem cooptatum te eſſe uidemus, quo uiris tantum aditus uirtute, & probitate excellentibus patere ſolet, qui non fuco, & fallacijs ſibi hominum animos, ſed uitæ integritate, & ſingulari ſapientia conciliarint. Atque alij, qui nunc tecum ad reipublicæ Chriſtianæ gubernacula ſummo Pontifici aſſiſtunt, cœleſtes, ac diuini homines, antè, quàm ad Cardinalatus gradum eueherentur, quam auram popularem non captarunt? quos Herculis labores non exceperunt? quam aduerſam fortunam non ſuſtinuerunt? Tu uerò cum nobiliſſimis inſignium diſciplinarum ſtudijs animum excoluiſſes, omnium quaſi uirtutum præſidijs ſeptus, ad urbem te contuliſti: cuius uix limen adieras, cùm te Iulius III. Pontifex poſt hominum memoriam ſapientiſſimus, Cardinalem pronunciauit, & ſocium ſibi ſtatim aſciuit, ut Chriſtianam rempublicam in tanto naufragio fluctuantem, & aduerſiſſimis uentis iactatam, illuſtribus conſilijs iuuares quod quidem ita præſtas, ut Marcum, Franciſcum, & Andreā Cornelios, qui Cardinales clariſſimi fuerunt, gentiles tuos, ut fortunis, & nobilitati, ſic animi luminibus, & præſtantia repræſentes maiorem etiam de te opinionem quandam boni omnes imbiberent. nam te præſentem, qui in urbe ſunt, ut cœlo delapſum intuentur, abſentē exteræ nationes admirantur. non enim iiſdē cancellis, quib. corporis umbra capitur, nominis tui fama continetur, quæ latiùs peruagatur, & in omniū gentiū aurib. poſita eſt. nihil mihi quidem tui nominis celebritate dulcius eſt, nihil optatius, ſed tamen neſcio quo pacto fit, ut, cum de te cogitem, lachrymas continere non poſſim: eas enim mihi clariſſimi uiri Ioannis patris tui memoria nunc etiam excuſſit. is ſi uiueret, & te in excelſo iſto dignitatis gradu conſtitutū uideret, nunc demum uberrimum diſciplinæ fructum caperet, qua ut puer ſanctiùs inſtituereris, ſedulò ſemper curauit, cum inſita tibi uirtutis ſemina, quæ ſopita erant, omni ratione accenderet. nā ut ingenij tui uis fieret illuſtrior, diſciplinam adhibuit, at quam diſciplinam dij immortales? cuius gratia doctiſſimos undique uiros ampliſſimis præmijs propoſitis acciuit. quis. n. ignorat, Corneliā domū eruditiſſimis uiris ſemper fuiſſe refertam? ut uix altera tota Italia literas amantiùs aluerit, iacentes officioſiùs extulerit, elatas fœliciùs coluerit. quid mirū igitur, ſi è Cornelia familia tot ſummi uiri exierunt, qui in Veneta republica omnibus honorib. perfuncti floruerunt? qui Romæ eam, quam tu nunc geris, perſonam ſuſtinuerunt? cum fœminæ etiam uiris pares ex ea ortæ ſint. quid enim ego hîc Cypri reginā Corneliam cōmemorem? quæ, rege marito mortuo, tam ampli, atque opulenti regni hæres, patriam regno chariorem habuit, cui Cyprum inſulam nobiliſſimam, cui tantum imperium, cui tantas opes condonauit, & regnandi curam abiecit, quæ alios ad facinus terrum allicit, qui regnandi cauſa iura omnia labefactanda eſſe arbitrantur. Illi Georgius frater, auus tuus, uir ſapientiſſimus, ut id efficeret grauiſſimus auctor fuit. qui inſtructa etiam naui in Cyprum, ut inde in patriam ſororē ueherēt, enauigauit. cui cum patria tantum ante oculos uerſaretur, & nihil eſſet antiquius, nulli remi, nulli uēti ſatisfacere properanti uidebantur. quid multa? donata Cyprus Venetis eſt, uectigalibus, publicis finitima nauali gloria, & maris imperio celeberrima. omnium rerum copijs, atque opib. circumfluens. quam parem huic in patriam pietatem Carthago? quā Lacedæmon? quam Roma Athenæ, Rhodus obijcient? quam ulla ueterum reſpublica oſtentabit? cuius ad noſtram memoriam diſciplina militaris, & gloria peruenerit? nam captos bello Reges, & uinculis cōſtrictos, expugnatas prouincias, debellatas urbes, qui reddiderint, eorum penè innumerabilia paſſim exempla reperiuntur: ſed qui domeſtico, atque ampliſſimo ſe regno exuerint, ut patriæ opes amplificarent, non temerè tibi ex omnib. monumentis occurrent, cùm nihil ex omni memoria ſumi poſſit illuſtrius: hæc ego ueſtra decora, atque ornamenta libenter cōmemorare, & crebris uſurpare ſermonib. ſoleo, quia ueſtris innumerabilib. officijs obſtrictum me eſſe ſentio. Ioannes pater tuus, uir clariſſimus, cuius ego mortui, dum uiuam memoriam colam, in ſuam me familiā honeſtiſſimè aſciuit, & mea ſtudia Patauij liberaliſſimè fouit. tū ego in ſtudijs ueſtra liberalitate adiutus florui, ex qua tanquam ex fonte plurima in me commoda redundarunt. tum meum nomen, cùm ante fuiſſet obſcurius, & ego domi apud te eſſem, quaſi in orbis terræ theatro, illuſtratū eſt. ſcit hoc is, cui omnia debeo, Federicus frater tuus, diuinus iuuenis: quē ego cùm in ſtudijs uiderem ita uerſari, ut in ijs omnes eius cogitationes euigilarent, acriorib. ſtimulis excitabar ad hanc ſtudiorum metam quæ cum populari gratia coniuncta eſt, ut ille me tantum exemplo, quantum ego illum cohortatione, & præceptis, adiuuaret. Ego igitur, in quo uobis beneficio non ſim deuinctus, nihil planè uideo, cùm omnia circumſpiciam: nec ſolum dignitas mea, quæ tamen eſt perexnuis, ſed etiam uita ipſa à ueſtra mihi benignitate deriuatur. quare potiùs me mei, quàm nobiliſſimæ Corneliæ gentis obliuio ceperit: cui ſi præclaram meam uoluntatem teſtatam poſſem illuſtri aliqua ſignificatione relinquere, ô me uerè beatum, ô uerè fortunatum hominem. ſed neſcio qua temporum meorum iniquitate hæc mihi hactenus liberior facultas prærepta eſt. ut mihi inuidiſſe potiùs fortuna indignius uideatur, quàm mea in id uoluntas exiſtimetur non fuiſſe propenſior. Tu uerò Corneli illuſtriſſime meum hunc commentarium, quo liber obſcuriſſimus de ARTE POETICA illuſtratur, quaſi animi mei prædam accipies. æquum enim eſſe cenſuimus, ut, qui uitæ, & fortunarum mearum patronus eſt, ei liber etiam dicaretur, in quem omne ſtudium, atque operam contulimus, ut poëtica ratione nihil iam eſſe poſſet dilucidius. Is ſi tibi doctiſſimo, & præſtantiſſimo uiro probabitur, iam ego maximam ſtudiorum meorum fructum feram. nam tu mihi unus inſtar omnium, cùm in te uno uirtutes omnium eluceant, & princeps eorum mihi iure optimo ſis, quorum ego ſane omnia perueliм. Vale. Regij Lepidi, Idibus Maij, anno ſalutis,

M. D. LIIII.

FRANCISCI LVISINI VTINENSIS IN LIBRVM Q. HORATII FLACCI DE ARTE POETICA Commentarius.

HVMANO capiti] Opinionem & Phantaſiam Ariſtoteles non circa idem uerſari, ſed plurimum inter ſe diſcrepare lib. 3. de anima ſcriptum reliquit. nam phantaſia, inquit, noſtro in arbitrio, & uoluntate poſita eſt, poſſumus enim animo omnia effingere liberiùs uel aduerſa, uel quæ fieri poſſunt, uel quæ unquam accidere conſentaneum non uidetur, quibus tamen non afficimur, neque animo commouemur, quia ficta ſcimus eſſe. quemadmodum nec, cùm picturam intuemur, commoueri ſolemus, ſeu terribilis res aliqua, ſeu læta expreſſa, à nobis ſpectetur, quòd ficta ea omnia ſunt, nulla ueri ratio elucet. At opinio è re ipſa, atq; è ueritate tanquam ex fonte deriuatur: non enim libera eſt, ſed ex euentu pendet. quare cum aliquid uel triſte eſſe, uel iucundum opinamur. συμπάσχομεν, inquit Ariſtoteles, id eſt, afficimur, & commouemur. Poëtæ phantaſiam, non opinionem ſequuntur: quia poëtæ nomen ſibi aſciſcunt non propter carmen, ſed propter fabulam, & fictionem, ut in poëtice teſtatum reliquit Ariſtoteles. & idcirco quicunq; rerum effigiem, & ſimulacra arte imitantur, ut mechanici pleriq; artifices faciunt, poëtæ ſunt, quemadmodum in ſympoſio Platonis Socrates affirmat, propterea quòd fictione, & rerum imitatione delectantur. Verùm his modus ſtatuendus eſt: neq; enim omnia poëtarum figmenta probanda ſunt: ſed quæ à prudentia potiùs, quàm à ſola fingendi libertate proficiſcuntur. Si quis fabulam ita conſtituat, & argumentum poëmatis, ut inter ſe omnia non reſpondeant, ſed diſſentiant potiùs, ac repugnent, ſimile poëma confinxerit picturæ illi, quæ ex omnibus animantibus terreſtribus, aëreis, ac marinis conflata eſt: & propterea monſtrum quoddam uidetur: omnia igitur in poëmate ſibi conueniant, conſentiant, reſpondeant, ſcopum ac finem omnia ſpectent, nihil abhorreat, nihil alienum ſit: unde Virg. nihil Aeneæ tribuit, quod ſummo Imperatori, qui planè Deus non eſſet, minus conueniret: nihil Achilli & Vlyſsi Homerus, quando, ut ait Theon in exemplis, in Iliade Troianorum incommoda recenſet, ut homines ad iuſtitiam inflammet, in Odyſſæa ad ferendam æquo animo aduerſam fortunam nos cohortatur, hic fuit ſcopus, nihil attigit quod in hunc directum non eſſet. Quintilianus lib. 8. cap. 4. de hoc loco Horatij ſic ſcribit. σαρδισμὸς, inquit, appellatur quædam mixta ex uaria ratione linguarum oratio, ut ſi Atticis Dorica, Ionica, Aeolica etiam dicta confundas. cui ſimile uitium eſt apud nos, ſi quis ſublimia humilibus, uetera nouis, poëtica uulgaribus miſceat: id enim tale eſt monſtrum, quale Horatius in prima parte libri de Arte poëtica fingit, Humano capiti. & quæ ſequuntur: & cætera ex diuerſis naturis ſubijciat. Horatius monſtri huius deſcriptionem ab Aegyptijs deſumpſit. nam Porphyrius lib. 4. de abſtinentia à cibis, & cæde animalium, de Aegyptijs loquens, ſic inquit. ἐκ ταύτης γὰρ παρ' αὐτοῖς τὸ μέχρι τραχήλου ἀνθρωποειδὲς, τὸ δὲ πρόσωπον ὄρνεον, ἢ λέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς ζώου κατημένον, καὶ πάλιν αὖ κεφαλὴ ἀνθρώπινος, καὶ ἄλλων τινῶν ζώων μέρη, δι' ὧν δηλοῦσιν ὅτι κατὰ γνώμην θεῶν, καὶ ταῦτα ἀλλήλοις κοινωνεῖ. Et quæ ſequuntur. Quidam apud eos uſq; ad collum humana ſpecie pictus eſt, uultum auis uel leonis, uel alius cuiuſpiam animalis præſeferens, item caput humanum, aliorum quorundam animalium membra, reliquæue partes corporis ſunt. quibus perſpicuè demonſtrant, deorum immortalium uolútate hæc etiam animalia inter ſe coniuncta eſſe. Lucianus etiam in libro de ſectis huius rei locuples teſtis eſt, apud quem ſic legimus. οἷα πολλὰ Αἰγύπτιοι γράφουσιν ἀντὶ τῶν γραμμάτων κυνοκέφαλοί τινες ὄντες, καὶ λεοντοκέφαλοι ἄνθρωποι. qualia multa Aegyptij pro literis pingunt, ut capite canino & leonino homines. Plato in ſophiſta. ἓν μὲν αὐτ' ἄλλα ὅτῳ κατὰ δύο διττὰ ἔργα τῆς ἀνθρωπίνης αὖ ποιητικῆς πράξεως τὸ μὲν αὐτὸ φαμὲν αὐτουργικὸν, τὸ δ' εἰδωλον, εἰδωλοποιικόν. Alia etiam ſic duplicia ſunt opera noſtræ huius poëticæ artis: nam pictura, quæ rem planè effingit, uerum exprimens eſt: quæ uerò ſpectrũ, ſpectrũ imitari dicitur. pictura hæc, cuius exemplũ attulit Horatius, tam uaria, ac multiplex, non eſt αὐτουργικὴ, ſed εἰδωλοποιική. nullis enim in regionibus monſtrum hoc uiuere audiuimus. quare non ad ueritatem, ſed ſpectrum, & phantaſiam proximè accedit. Hoc primum Horatij præceptum eſt in hoc de arte poëtica libro planè aureo, in quo poëtam excellentem effingit: nec eo contentus in poëtas ſæpe immeritos inuehitur, quos è cœtu poëtarum explodit. nec temerè primum docuit, qualis eſſe debeat argumenti, & fabulæ conſtitutio, quia, ut in poëtice auctor eſt Ariſtoteles, fabula poëmatis anima eſt. Reliquum eſt iam, ut contextum ipſum aggrediamur.

Ceruicem] Quæ iuncta eſt capiti. Virg. de Orpheo.

„ Tum quoq; marmorea caput à ceruice reciſum.

αὐχένα uocant Græci. Dionyſius Halicarnaſſeus libro nono. ubi ſecuri percutiuntur ab Appio milites, οἱ μὲν πελέκει τοὺς αὐχένας ἀπεκόπησαν. alijs ſecuri ceruices reciſæ ſunt.

Varias] Quia ex uarijs animantibus, auibus ue collectæ. aliàs quando idem animal ut collum columbæ, uarium uidetur noſtro uiſu hallucinante, Ariſtoteles de generatione.

Vndique] Ex omnibus auibus. ut in Ode ad Munatium Plancum,

„ Vndiq; decerptam fronti præponere oliuam,

Vndique, id eſt, ex omnibus oliuetis. Piſcem] Etiam marina animalia complectitur. auis ex aërijs, equus ex terreſtribus, piſcis ex marinis eſt. Virgilius, ſyluæq;, & ſæua quierant Aequora. pictæq; uolucres quæq; lacus latè liquidos, quæq; aſpera dumis rura tenent. Supernè] Vt de Venere Appellis Cicero lib. 3. de Officijs. Accedit eodem teſtis locuples Poſidonius, qui etiam ſcribit in quadam epiſtola P. Rutilium Ruffum dicere ſolere, qui Panætium audierat, ut nemo pictor eſſet inuentus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquiſſet, abſolueret: oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi ſpem auferebat: ſic ea, quæ Panætius prætermiſiſſet, & non perfeciſſet, præſtantiam neminem eſſe perſecutum. morte præreptus Appelles Venerem hanc, de qua Cicero, perficere non potuit. Plinius lib. 35. cap. 10. supernè autem mulier hæc, de qua Horatius, formoſa uideri poſſit, quia caput humanum, reliqua membra ferarum, & brutorum habet animantium. Spectatum admiſſi] Adhibiti ad ſpectandam, Pictores & ſtatuarij ad ſpectandum opus exactum admittere ſolent, ſæpè etiam illud populo proponunt, atque omnium oculis ſubijciunt, ut aliorum iudicium exquirant. Aelianus lib. 14. de Polycleto loquens, qui alteram ſtatuam ipſe ut ſentiebat, fecit, alteram, populi iudicium ſecutus abſoluit, παρήγαγεν ἐς μέσον ἀμφοτέρας. καὶ ἡ μὲν ὑπὸ πάντων ἐθαυμάζετο. ἡ δὲ ἑτέρα ἐγελᾶτο. ὑπολαβὼν οὖν ἔφη ὁ Πολύκλειτος, ἀλλὰ ταύτην μὲν ἣν ψέγετε, ὑμεῖς ἐποιήσατε, ταύτην δὲ ἣν θαυμάζετε, ἐγώ. utranque propoſuit, & hæc quidem omnibus admirationem ciebat, hæc autem irridebatur, excipiens igitur Polycletus, at iſtam, quam uituperatis, inquit, uos feciſtis, hanc ego, quam admiratione defixi, ſuſpicitis.

Amici] Licet pictori illi amici ſitis arctiſsimis neceſsitudinis uinculis coniuncti, amamus autem amicos, quia nos ipſi ſunt. nam ut ait Ariſtoteles lib. 8. de moribus ad Nicomachum, φίλος ἕτερος αὐτός. ideò amicorum in rebus dijudicandis ſæpè decipimur: uidemur enim de noſtris ferre ſententiam, quare Socrates in Phædro Platonis ſanius iudicium putat non amantis, quàm amantis, quia is, qui non amat, uerum ſequitur qui amat, ſæpe fictus eſt, τοὺς δὲ μὴ ἐρῶντας κρείττους αὐτῶν ὄντας, τὸ βέλτιστον ἀντὶ τῆς δόξης τῆς παρὰ τῶν ἀνθρώπων αἱρήσεσθαι. ex his non amantes præſtant, quia quod uidetur optimum, & maximè conducibile, non inanem hominum opinionem ſequuntur.

Aegy

Aegri ſomnia] Melancholici ſæpè ſomnijs uexantur, ideò ægri etiam, quia melancholici ſunt, quieti ſomnijs interrumpunt. Somnia autem eorum irrita ſunt, & ſibi non conſtãt: ſic imperiti poëtæ in ſuis ſcriptis errant, & pugnantia inter ſe confingunt. Ariſtoteles de Diuinatione per ſomnium quodam loco, ſic inquit, ἀλλ' ὅτι, ὥσπερ εἰ ἡ φύσις λάλος ἐστὶ καὶ μελαγχολικὴ, παντοδαπὰς ὄψεις ὁρᾷ. Qui nacti ſunt melancholicum ingenium, uaria ſpectra uident. ibidem ſtultiores dicuntur, qui ſomniant, πάνυ γὰρ ἀγεννεῖς ἄνθρωποι προορατικοί εἰσι, καὶ εὐθυόνειροι, ὡς οὐ θεοῦ πέμποντος. Valdè enim degeneres homines, atque inepti in ſomnijs futura proſpiciunt, & diuinant, quia ſcilicet à Deo ſomnia non mittantur. Aegri ſomnia ſimillima dicit eſſe Horatius corruptis poëmatibus, quia ægrorum ſenſus omnes, corrupti, ac deprauati ſunt. Socrates in Theæteto Platonis ſic inquit, ἕκαστον ἄρα τῶν ποιούντων ἢ ὁτιοῦν ἄλλο τι, ὅταν μὲν λάβῃ ὑγιαίνοντα σωκράτη, ὡς ἑτέρῳ μοι χρήσεται, ὅταν δὲ ἀσθενοῦντα ὡς ἑτέρῳ. quibus uerbis demonſtrat res alias ſibi ægro uideri, alias rectè ualenti, & quidem res eaſdem. Pictoribus atque poëtis] Senſus hic eſt. licet poëtis fingere, modò fingant conſentanea, non ea quibus natura reſiſtit, ac reclamat, & quæ inter ſe cohærere non poſſunt. Pictores autem, & poëtæ ubiq; ſimiles ponuntur, ut hic poſitos ab Horatio uides. Cicero lib. 3. de Officijs. quod autem in poëmatibus, & picturis uſu uenit, in alijsq; cõpluribus, ut delectentur imperiti, laudentq; ea, quæ laudanda non ſunt, ob eam credo cauſam quòd inſit in his aliquid probi, quod capiat ignaros. Ariſtoteles in poëtice, ἤτοι βελτίονας, ἢ καθ' ἡμᾶς, ἢ χείρονας ἀνάγκη μιμεῖσθαι, ὥσπερ οἱ γραφεῖς, Πολύγνωτος μὲν κρείττους, Παύσων δὲ χείρους, Διονύσιος δὲ ὁμοίους εἴκαζε. præſtantiores, quàm noſtrates homines ſunt, uel deteriores imitari neceſſe eſt, ut pictores imitantur, Polygnotus præſtantiores, Pauſon deteriores, Dionyſius uerò ſimiles effingebat. quare Horatius doctiſsimè hic poëtas, & pictores conſociauit. Aequa poteſtas] Venia par poëtis autem, quia quæ ſcribunt, dijs uidentur dictantibus ſcribere. Plato in Apologia. ἔγνων οὖν αὖ καὶ περὶ τῶν ποιητῶν ἐν ὀλίγῳ τοῦτο, ὅτι οὐ σοφίᾳ ποιοῖεν ἃ ποιοῖεν, ἀλλὰ φύσει τινὶ, καὶ ἐνθουσιάζοντες, ὥσπερ οἱ θεομάντεις, καὶ οἱ χρησμῳδοί. hoc etiam in poëtis animaduerti, eos non ſingulari aliqua ſapientia ſcribere, quæ ſcribunt, ſed natura quadam, & diuino furore conciti, ut uates, & qui in oraculis reſponderunt. Vt placidis coëant immitia] Hæc ab initio libri præceptum deduxit Horatius, Porphyrio autem alterum præceptum eſſe exiſtimauit, nimis turpiter deceptus, qui nec ſenſum, nec ſtructuram, nec ordinem uerborum, ac præcepti uim agnouerit. Placida, & immitia ſimul eſſe non poſſunt, quia contraria ſunt, quæ autem ſunt contraria ſimul eſſe nequeunt, ut docet in prædicamentis Ariſtoteles. hæc Horatius pro his, quæ non congruunt inter ſe, uſurpauit, exempli gratia, Theon in exemplis Homerum reprehendit, qui libro 1. Iliadis Chryſem ſacerdotem ad hoſtes deduxerit, ut filiam pretio redimeret. Hoc uerò timido ſeni non conuenit, tam ſecuro animo uenire ad ſuperbiſsimos, & infenſiſsimos hoſtes, ne iuuenes quidem hoc audaces feciſſent, cùm erat fugiendum, Chryſem ait ueniſſe in caſtra hoſtium, qui nec militum temeritatem, nec iram Atridarum, nec ſtrepitum armorum, nec horribilem illum belli terrorem pertimuerit, cum poſt multa ſic Theon ait, ὁ πόθος τῆς θυγατρὸς ταῦτα ἠνάγκασεν, at deſiderium filiæ ad hæc illum compulit. mox reſpondet. ἀλλ' ὁ φόβος τῶν πολεμίων ἐκώλυε, at metus hoſtium prohibebat. Homerus igitur in Chryſe uideri poteſt placidis immitia commiſcuiſſe, timori audaciam, ſenectuti fortitudinem, prudentiæ, quæ ſolet eſſe in ſenibus, temeritatem.

Geminentur] Iungantur, duo fiant diſsimilia: neque enim coaleſcere poſſunt, cùm inter ſe diſcrepent. Hæc dicuntur geminari, quæ ſi conuenirent, coaleſcerent, non geminarentur, ut honeſtum, & utile, quia idem ſunt, non geminantur. Cicero lib. 3. de Offic. Itaque accepimus Socratem ſolitum execrari eos, qui primum hæc, natura cohærentia, opinione diſtraxiſſent, cui quidem ita ſunt Stoici aſſenſi, ut etiam quicquid honeſtum eſſet, id utile eſſe cenſerent, nec utile quicquam, quod non honeſtum. Inceptis grauibus plerunque & magna profeſsis] Hic Horatius eos poëtas reprehendit, qui eò eo, quod ſibi ducendum propoſuerunt, epiſodijs, & digreſsionibus importunis abducti diſcedunt. nam Epiſodia tum in poëmate requiruntur, cùm res poſtulare uidetur: temerè accerſenda non ſunt, cùm his nec amplificatur poëma, nec perpolitur. Non igitur importunè, & fuſius excellentes poëtæ in digreſsione excurrent, hæc mihi horum uerſuum uidetur eſſe ſententia. Iacobus tamen Griſolius, uir ſanè eruditus, adhuc primum præceptum ab Horatio tradi exiſtimat: à quo ego ut diſſentiam, ea me ratio impellit, quod cùm Epiſodia in Arte poëtica illuſtrem ſemper ſibi locum uendicent, de ijs nullum uerbum fecerit Horatius, ſi reticuiſſe eum hic de epiſodijs exiſtimabimus. & certè locus hic ex poetice Ariſtotelis expreſſus eſt, ibi enim ſic legimus, τῶν δ' ἁπλῶν μύθων, καὶ πράξεων αἱ ἐπεισοδιώδεις εἰσὶ χείρισται, λέγω δ' ἐπεισοδιώδη μῦθον, ἐν ᾧ τὰ ἐπεισόδια μετ' ἄλληλα οὔτ' εἰκὸς, οὔτ' ἀνάγκη εἶναι. Simplicium autem fabularum, & actionem epiſodicæ teterrimæ ſunt: dico autem Epiſodicam fabulam, in qua Epiſodia nec uериſimili ulla ratione, nec neceſſario mutuo conſeruntur. Demetrius etiam Phalereus in lib. de Elocutione hoc ipſum præceptum inſeruit. νικίας δ' ὁ ζωγράφος καὶ τοῦτο εὐθὺς ἔλεγεν εἶναι τῆς γραφικῆς τέχνης οὐ μικρὸν μέρος, τὸ λαβόντα ὕλην εὐμεγέθη γράφειν, καὶ μὴ κατακερματίζειν τὴν τέχνην εἰς μικρὰ, οἷον ὀρνίθια, ἢ ἄνθη. & poſt, ᾤετο γὰρ καὶ τὴν ὑπόθεσιν αὐτὴν μέρος εἶναι τῆς ζωγραφικῆς τέχνης, ὥσπερ τοὺς μύθους τῶν ποιητῶν. Nicias pictor, & hoc ſtatim præcepit, pertinere ad artem pingendi, ut non paruo aliquo ſpacio ſyluam ingentem pingat, qui eam pingendã ſuſcepit, & ad tenuia ſe conuertat, ut auiculas, & flores: Putabat enim hoc ſubiectum eſſe picturæ, ut fabulas poëtarum.

Purpureus latè] Incipit grauiter, & cum dignitate, mox repentè deficit. Purpuram poſuit pro pulchritudine poëtici alicuius ſplendoris: nam reges ob dignitatem hac utebantur. Eutropius lib. 9. de Diocletiano. ornamenta gemmarum ueſtibus, calceamentisq; indidit. nam priùs imperij inſigne in clamyde purpurea tantùm erat, reliqua communia. uel dic hic pannum purpureum ſumi pro affectatione, quæ ſtatim graue principium ſubſequitur. nam purpura etiam malè audijt ut delicatior. Laërtius lib. 2. in Ariſtippo. καὶ ποτὲ παρὰ πότον κελεύσαντος Διονυσίου ἕκαστον ἐν πορφυρᾷ ἐσθῆτι ὀρχήσασθαι, τὸν μὲν Πλάτωνα μὴ προσέσθαι εἰπόντα, οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν. In conuiuio olim imperante Dionyſio, ut unuſquiſq; in purpurea ueſte ſaltaret, Platonem dixiſſe ferunt, fœmineam ueſtem induere non poſſe. Vnus, & alter aſſuitur] Sic Cicero in Oratore ad Brutum. Quos autem numeros cum quibus tanquam purpuram miſceri oporteat, nunc dicendum eſt. alluſio eſt ad prætextam ueſtem: ſic prior ſententia melior uidebitur. Lucus] Nemorum, & lucorum deſcriptio ne explicetur uerbis innumerabilibus, ſed paucis & aptis. Virg.

„ Lucus in urbe fuit media gratiſsimus umbra.

Homerus libr. 6. Odyſſeæ, ubi Nauſicaa Hoſpitem Vlyſſem alloquitur cui tamen ut alienigenæ loca poterant deſcribi explicatiùs.

„ δήομεν ἀγλαὸν ἄλσος Ἀθήνης ἄγχι κελεύθου
„ αἰγείρων, ἐν δὲ κρήνη νάει, ἀμφὶ δὲ λειμών.

Reperiemus ſplendidum nemus Mineruæ prope uias alnorum. fons inde fluit, circum autem pratum eſt. Imprudentes poëtæ inceptum deſerent, & in luci deſcriptione latiùs excurrent. Ara Dianæ] Vel Tauricam Dianam intellige, quæ Oreſtem à furijs eripuit. Cicero pro Milone, uel eam, quæ in Cyntho monte Capreas occidiſſe complures dicitur, & ex earum cornibus Apollini fratri aram extruxiſſe. de qua Callimachus in Apollinis hymno.

„ τετραέτης τὰ πρῶτα θεμείλια Φοῖβος ἔπηξε
„ καλῇ ἐν Ὀρτυγίῃ, περιηγέος ἐγγύθι λίμνης
„ Ἄρτεμις ἀγρώσσουσα καρήατα συνεχὲς αἰγῶν
„ Κυνθιάδων φορέεσκεν, ὁ δ' ἔπλεκε βωμὸν Ἀπόλλων.
„ δείματο μὲν κεράεσσιν ἐδέθλια, πῆξε δὲ βωμὸν
„ ἐκ κεράων, κεραοὺς δὲ πέριξ ὑπεβάλλετο τοίχους.

Quadrimus primæ fundamenta Apollo fecit pulchra in Ortygia rotundo in lacu: Diana uenata cornua continenter Caprarum Cynthiadum comportauit: ipſe autem contexuit aram Apollo, conſtruxit quidem cornibus fundamenta, conſtruxit aram ex cornibus: corneos autem circumiecit muros. Et properantis aquæ] Amnem intelligit, cùm ambitum uocat. Virgil. Amnes Oceani dixit, quòd

terram ambiunt, & Oceani ſpretos pede reppulit amnes. breuiter idem amnem expreſſit ſine uerborum diſpendio lib. 6.

» ——Pars denſa ferarum
» Tecta rapit, ſyluas, inuentaq; flumina monſtrat.

Et Hom. lib. 7. Odyſſ. ubi de horto Alcynoi.

» ἐν δὲ δύω κρῆναι, &c.

Flumen Rhenum] Cæſar ex Gallia in Germaniam traijciens Rhenum tranſijt. in commētarijs de bello Gallico.

» Alpinas ah dura niues, & flumina Rheni
» Me ſine ſola uides.

Idem in lib. 8.

» Rhenusq; bicornis.

Vbi Seruius. quia per duos fluit alueos, per unum, qua Romanum imperium eſt, per alterum, qua interluit barbaros. Rhenum dixit, non Rhenus, Horatius, credo, quia cum dictione flumen coniunxit. ſic in Odyſſea.

» Teſtis Metaurum flumen, & Haſdrubal Deuictus.

Pluuius deſcribitur arcus] Irim intelligit, quæ oritur, cùm nubem ſolis radij aduerſam feriunt, & noſter uiſus inter nubem, & ſolem medius illa emphaſi refrangitur. Ariſtoteles lib. 3. Meteorolog. ἀναγκαῖον, ὅταν ἄρχηται ὕειν, καὶ ἤδη μὲν συνιστῆται εἰς ψεκάδας ὁ ἐν τοῖς νέφεσιν ἀὴρ, μήπω δ᾽ ὕῃ. ἐὰν ἐξ ἐναντίας ᾖ ὁ ἥλιος, ἢ ἄλλο τι, ὥστε λαμπρὸν, ὥστε γίγνεσθαι ἔνοπτρον τὸ νέφος, καὶ τὴν ἀνάκλασιν γίγνεσθαι πρὸς τὸ λαμπρὸν ἐξ ἐναντίας, γίγνεσθαι ἔμφασιν χρώματος οὐ σχήματος. Neceſſe eſt, cū pluere incipit, & iam aër in rorationes in nubibus conſiſtit, nondum autem pluat, ſi aduerſus Sol fuerit, aut aliquid fulgidum, ut nubes, ueluti ſpeculum fiat, & refractio contra lumen efficiatur, coloris, nō figuræ fieri emphaſim. Ammianus Marcellinus lib. 20. ſub finem, & Plutarchus lib. 3. de Placitis philoſophorum, Irim pluribus uerbis deſcribunt. Laërtius lib. 7. in Zenone. ἶριν δὲ εἶναι αὐγὰς ἐξ ὑγρῶν νεφῶν ἀνακεκλασμένας. Irim eſſe radios ab humidis nubibus reflexos. quod attinet ad Arcum, Zetzes interpres Heſiodi in Theogonia, καὶ δοκεῖ τὸ κύκλου τμῆμα ἐν τῷ νέφει εἶναι. & circuli ſectio nube eſſe uidetur. Virgilius eam breuiter, non per epiſodium lib. 4. deſcripſit.

» Ergo Iris croceis per cælum roſcida pennis
» Mille trahens uarios aduerſo ſole colores,
» Deuolat.——

Homerus etiam lib. 8. Iliad. ubi Iupiter Irim mittit, quæ Iunonem, & Mineruam ad ſe accedere, uetet, ἶριν δ᾽ ὄτρυνε χρυσόπτερον ἀγγελέουσαν. Irim iuſſit aureas pennas habentem, quæ mandata ferat. Cupreſſum] Qui pingit naufragium, quid attinet ut præterrem pingat cupreſſum? & quaſi epiſodium quoddam inducat? quidam cupreſſum duntaxat pingere ſe aiebat, eam igitur in omni pictura adhibebat. uide Eraſmum in Chiliad. Cupreſſus naufrago addita mortem portendere poteſt. Virg. lib. 3.

» Cæruleis mœſtæ uittis, atraq; cupreſſo.

Vbi Seruius annotat, apud ueteres poſitum in more fuiſſe, ut ante domum funeſtam cupreſſi ramum præfigerent, ut Pontifex prætereuns funus eſſe animaduerteret, & diſceret, ne pollueretur. Qui pingitur] Nunc etiam in tabella naufragium depingitur, & ex uoto in Diuorum templis parietibus affigitur, ut ſummi Dei potentia, & in homines beneficentia ad pietatem inflammemur. ſic ueteres etiam faciebant. Horat. in Od. lib. 1.

» Me tabula ſacer
» Votiua paries indicat humida
» Suſpendiſſe potenti.
» Veſtimenta maris Deo.

Et Tibullus libro 1.

» Nunc Dea nunc ſuccurre mihi: iam poſſe mederi,
» Picta docet templis multa tabella tuis.

Amphora] Quidam amphoram figulina rota inſtituit, mox à propoſito diſcedens urceum fingit: urceus autem exiguum eſt uas, unde manus abluentibus aqua funditur. Homerus libro 4. Odyſſ. χέρνιβα δ᾽ ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα, &c. Vel quo puellæ capiti impoſito aquantur, lib. 7. Odyſſ. παρθενικῇ εἰκυῖα νεήνιδι κάλπιν ἐχούσῃ. Polybius lib. 10. fortaſſe urceos intelligit, cùm inquit κεραμίδας ἀργυρᾶς. Vide quid annotauimus in noſtris Parergis lib. 3. cap. 10. Simplex duntaxat, & unum] Non eſt liberius per Epiſodia excurrendum, in res alias, atque alias: fabula eſſe una debet, non multiplex, una actione conſtet: non eſt autem una actio, ſi unus uir ſit Hercules, aut Theſeus. Nam hi res multas geſſerunt, quæ unam actionem conſtituere non poſſunt. Nam diuerſæ cùm ſint ſe mutuo non reſpiciunt, quare actio una non erit, ſi geſtæ res omnes ab Hercule, uel Theſeo referantur, ſed plures, ac planè diuerſæ. Vitandæ igitur ſunt digreſſiones, quæ nos de actione in diuerſam actionem trahunt: illæ enim tantùm probandæ ſunt, quæ nos à propoſito longiùs non diducunt. Virgil. unam ſibi actionem Aeneæ propoſuit iter ab urbe Ilio in Italiam, ubi ſibi urbem exædificet, tamen in Africam ad Didonem maris procella iactatum ducit, quia res illa à re propoſita non penitùs abhorret, quin potiùs rerum uarietate delectationem affert: nauigantes enim ſæpe in ultimas terras tempeſtate appulſi peruenerunt. Sic Homerus Vlyſſem ad Corcyrenſium littora eiectum ſcribit, cum ille tamen Ithacam contento curſu peteret, ſolam Ithacam animo reuolueret, ſolam oculis quæreret. lege librum Odyſſeæ 5. & conſequentes præterea libros. Ariſtoteles in ſua poetice, cùm præcepta huiuſce rei tractandæ ſcriberet, ſic inquit, οὕτω δὲ καὶ πράξεις ἑνὸς πολλαί εἰσιν ἐξ ὧν μία οὐδεμία γίνεται πρᾶξις. διὸ πάντες ἐοίκασιν ἁμαρτάνειν, ὅσοι τῶν ποιητῶν Θησηΐδα, καὶ Ἡρακληΐδα πεποιήκασιν, οἴονται γὰρ, ἐπεὶ εἷς ὁ Ἡρακλῆς, ἕνα καὶ τὸν μῦθον εἶναι προσήκειν. mox de Homero, Ὀδύσσειαν γὰρ ποιῶν οὐκ ἐποίησεν ἅπαντα, ὅσα αὐτῷ συνέβη. ſic unius multæ ſunt res geſtæ, ex quibus una confici actio non poteſt, quare omnes peccare uidentur, quicunque poëtæ Theſeida, & Heracleida ſcripſerunt. Arbitrantur enim, quia unus Hercules eſt, unam etiam eſſe fabulam par eſſe. Odyſſeam ſcribens Homerus, non omnia retulit, quæ ipſi Vlyſſi euenerunt.

Maxima pars uatum pater, & iuuenes patre digni] O' Piſo, & uos filij Piſonis digni clariſſimo patre, quia à paterna uirtute non receditis: degeneres enim indigni ſunt patre. Vnde ſuperioris Africani filio, qui ſe omnibus uitijs obſtrinxerat, propinqui annulum è digito detraxerunt, in eo caput erat Africani ſculptum, indigno, qui cum geſtaret. Valerius Max. libro 3. cap. 5.

Decipimur ſpecie recti] Nam duplex bonum, alterum apparens, alterum exiſtens. Ariſtoteles lib. 7. de Moribus ad Nicomachum. τὸ ἀγαθὸν διχῶς, τὸ μὲν γὰρ ἁπλῶς, τὸ δὲ τινί. & pòſt, αἱ δ᾽ οὐδὲ ἡδοναί, ἀλλὰ φαίνονται. bonum dupliciter, alterum cuidam, uoluptates bonæ ſunt, ſed uidentur. Poëtæ quidem omnes ſibi bonum finem, ut rectè nitentur, proponunt, ſed recti ſpecie decipiuntur, quia quod bonum putant, uitioſum eſt, nam alij nimis breues ſunt, alij nimis tenues, alij tumidiores, & cùm in errore uerſentur, id non uident, quinimò ſe maximè admirabiles eſſe cenſent. Sic Socrates in Phædro Platonis Rhetoris ſpecie recti deceptos irridet. ῥητορικὴν φάναι εὑρηκέναι, καὶ ταῦτα δὴ διδάσκοντες ἄλλους ἡγοῦνται σφίσι τελέως ῥητορικὴν δεδιδάχθαι. τὸ δὲ ἕκαστα τούτων πιθανῶς λέγειν τε, καὶ τὸ ὅλον συνίστασθαι, οὐδὲν ἔργον αὐτοὺς δεῖν παρὰ ἑαυτῶν τοὺς μαθητὰς σφῶν πορίζεσθαι ἐν τοῖς λόγοις. Rhetoricen ſe inueniſſe putarunt, & hæc alios edocentes, abſolutam & perfectam Rhetoricen tradi à ſe arbitrantur: Probabiliter uerò hæc ſigillatim dicere, & totum componere, tamq; rem nullam, aut pertenuem ipſos per ſe auditores in orationibus ſibi poſſe comparare.

Breuis eſſe laboro] Species recti, quibus decipimur, ſingulas percurrit. quidam breuitatem in primis expetendam cenſuerit: hæc tamen in ſcriptis parit obſcuritatem, quæ ſit expetenda interdum breuitas, docet Cicero libro 2. de Orat. his uerbis. Narrare uerò rem quod breuiter iubent, ſi breuitas appellanda eſt, cùm uerbum nullum redundat, breuis eſt L. Craſſi Oratio. Ariſtoteles libro tertio Rhetoric. οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα δεῖ τὸ εὖ ἢ τὸ ταχέως ἢ τὸ συντόμως, ἀλλὰ τὸ μετρίως. tres uirtutes in omni narratione requiruntur, perſpicuitas, breuitas, probabilitas, quæ ſi omnes adhibitæ ſunt, oratio omnes numeros habet. Theon, ἀρεταὶ δὲ διηγήσεως τρεῖς, σαφήνεια, συντομία, πιθανότης. διὸ μάλιστα μὲν, εἰ δυνατὸν εἴη, ἁπάσας ἀρετὰς ἔχειν. Si hæc in oratione, multo magis

magis in poëta requiritur, qui crebris utitur ſynonymis, & ſupervacaneis ſæpe epithetis propter copiam, quàm ut adauget, et inſitũ, atq; innatum eſſe uidetur, quod cùm doceret Ariſtoteles lib. 3. Rhetoricorum hoc exemplum attulit λευκὸν γάλα. album lac, quòd ut dicant, poëtis conceſſum eſt, tametſi nemo eſt, qui lac eſſe album ignoret. Spartani, quia breuitatem nimis adamarunt, nullum oratorem, nullum poëtam habuerunt: de his Thucydides lib. 4. in concione Lacedæmoniorum ad Athenienſes, ἀλλὰ ἐπιχώριον ὂν ἡμῖν οὗ μὲν βραχεῖς ἀρκῶσι, μὴ πολλοῖς χρῆσθαι. nobis patrium eſt, ut ubi pauca ſufficiant, multis ne utamur. Philippo ſaltum, & tranſitum petenti liberiorem, hoc tantum grandioribus literis reſponderunt ἄν, id eſt, non. Plutarchus in libro περὶ ἀδολεσχίας. rectè igitur M. Tull. in lib. de Claris oratorib. ſic inquit, quis enim aut Argiuum oratorem, aut Corinthium, aut Thebanum ſcit fuiſſe temporibus illis? niſi quid de Epaminonda docto homine ſuſpicari libet, Lacedæmonium uerò uſque ad hoc tempus audiui fuiſſe neminem. Menelaum ipſum dulcem illum quidem tradit Homerus, ſed pauca dicentem, breuitas autem laus eſt interdum in aliqua parte dicendi, in uniuerſa eloquentia laudem non habet. Neruı] Robora orationis, lacertos dicit Cicero in Bruto de Lyſia loquens, ubi etiam hoc uitium quod hîc Horatius inſectatur, habet inquit certos ſui ſtudioſos, qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates conſectentur, quos, ualetudo modò bona ſit, tenuitas ipſa delectat, quanquam in Lyſia ſunt ſæpe etiam lacerti, ſic ut eo fieri nihil poſſit ualentius, uerùm eſt certè genere toto ſtrigoſior. Socrates in Phædro Platonis Iſocratem Lyſiæ his uerbis anteponit, δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τὰς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγους, τὰ τῆς φύσεως, ἔτι δὲ ἤθει γεννικωτέρῳ κεκρᾶσθαι. præſtantior mihi in oratione, quàm Lyſias uidetur, ob eam uim, quàm à natura habet inſitam, & quia moribus in dicendo, ac inſtituto uidetur generoſior: notum iam eſt, ut opinor, quem nerui deficiant. An maque] Vis, & ſublimis illa ſententiarum maieſtas. Virgil. in Georgic. uentos appellat animoſos, i. plenos ui, ac flatu uehemẽtiore.

„ Quas animoſi Euri aſſiduè frangunt, ruuntq;.

Turget] Catullus.

„ At populus tumido gaudeat Antimacho.

Tales etiam Aſiani Oratores. M. Tullius in Bruto ſic inquit. Nam, ut ſemel è Piræeo eloquentia euecta eſt, omnes peragrauit inſulas, atq; ita peregrinata tota Aſia eſt, ut ſe externis oblineret moribus, omnemq; illam ſalubritatem Atticæ dictionis, quaſi ſanitatem perderet, ac loqui penè dediſceret. Hinc Aſiatici oratores non contemnendi quidem, nec celeritate, nec copia, ſed parum preſſi, & nimis redundantes, Rhodij ſaniores, & Atticorum ſimiliores. Quintil. lib. 12. cap. 10. ſic: Neq; enim Attice preſſi ſunt Rhodij, neq; Aſiane abundãtes. Videant igitur poëtæ de quibus hîc Horatius, ne ita tumeãt oratione, ut nimiũ grãdes, & planè Aſiani poëtæ uideãtur. Serpit humi tutus nimium, &c.] Sunt qui contrario uitio laborent, & ita tenuitatem, & gracilitatem ſectentur, ut humi ſerpant iis ſimiles, qui dum maris procellam timent, ripæ nimium propinquant, & ſaxis quæ in ripa ſunt, alliduntur. Virgil. in Georg.

„ —— Qua me quoq; poſſim

„ Tollere humo, uictorq; uirum uolitare per ora.

Plato in Phædro ait, τὴν τοῦ πτεροῦ φύσιν κεκοινωνηκέναι μάλιστα τοῦ θείου, uolandi naturam diuinitatis maximè eſſe participem: quæ uerba declarauit Plutarchus in quæſtionibus Platonicis ὥστε τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν ταπεινῶν, καὶ θνητῶν ἀναφέρουσαν. quia animam ab humilibus hiſce curis, & mortalibus in cœlum erigit. Lilius Gregorius Gyraldus, ſummæ uir eruditionis, Ferrariæ mihi olim affirmauit, ſe librum habere manu ſcriptum, in quo ſic uerſus legeretur.

„ Serpit humi, ut tutus nimium, timidusq; procellæ.

Addita igitur eſt particula ut. quæ ſi additur, erit imago à nauta: ſi deletur, metaphora uidebitur. Ariſtoteles libro tertio Rhetoricorum hac particula imaginem à metaphora ſeiunxit. ἔστι δὲ καὶ ἡ εἰκὼν μεταφορά. διαφέρει γὰρ μικρόν· ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃ τὸν Ἀχιλλέα, ὡς δὲ λέων ἐπόρουσεν, εἰκών ἐστι. ὅτι δὲ λέων ἐπόρουσε, μεταφορά. Imago etiam eſt metaphora: parũ enim differt, quando de Achille dicit Homerus, ut leo erupit, imago eſt: quando autem, leo erupit, metaphora. Qui uariare cupit rem prodigialiter] Poëmata uarianda ſunt, ut plus delectationis afferant, & quidem uarianda figmentis. Nam poëtæ non ſumus propter narrationem, ſed propter fabulam, ut teſtatum reliquit in poëtice Ariſtoteles, ſed cauendum ne figmenta, ita ab arte poëtica & natura ipſa abhorreant, ut prodigia iure optimo uideri poſſint: iccirco enim apud Seruium Virgilius reprehenditur, quòd frutices ab Aenea euulſos è tumulo Polydori cruentos dixerit, quaſi ſpicula in Polydorum coniecta. & quod naues ſint in nymphas conuerſæ, criminí etiam ei datum fuiſſet, quod ſolùm Turnum in urbe Troianorum incluſerit confertiſſimas hoſtium acies cædentem, niſi addidiſſet Turno ſociam Iunonem lib. 9.

„ Iuno uires, animumq; miniſtrat.

Homerus uerticem montis abruptum Cyclopis manu teſtatur.

„ ἧκε δ᾽ ἀπορρήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο.

Sed rem facit credibilem, quia uaſtiſſimum Cyclopem effinxit, cùm dicebat plus cibi ſolùm eum, quàm omnes ſimul homines abſumere, clauam geſtare ingentem, atque immanem, cùm ei ſpeciem tribuebat homine grandiorem. Sic enim Homerum defendit Hermogenes lib. 4. de Inuentione, ubi agit περὶ κατασκευῆς. Rectè autem poëma uariabimus, ſi ars naturam imitabitur. Nam ut ait Ariſtoteles lib. 2. Phyſicorum, ubi docet, quomodo Mathematici à Phyſicis differant, ἡ τέχνη μιμεῖται τὴν φύσιν. ars naturam imitatur. Marius Nizolius, quem ego ſemper, & propter doctrinam, & propter ætatem iam ingraueſcentem obſeruaui plurimum ſuperioribus diebus Parmæ, quo animi cauſa conceſſeram Regio Lepidi, cùm ſciret me Commentarium in Artem Poëticam Horatij editurum propediem eſſe, in his mihi uerbis quæſtionem excitauit: Quomodo inquit, quiſquam cupiet uariare rem prodigialiter, cum hoc inſitum omnibus ſit à natura, ut, quæ laudabilia nõ ſunt, toto pectore fugiant, quæ uerò ſunt præclara, omni ratione conſectentur. Cui nos reſpondimus, cupere nos aliquando rem uariare prodigialiter, cum ſpecie recti decipimur. Non enim animaduertimus in quo errore uerſemur, quare fit, ut prodigio, & errore delectemur, non putantes eſſe uel prodigium, uel errorem. & ea in medium attulimus, ex Ariſtotele, & Platone, quæ ſuperius explicuimus in illum Horatij uerſum. Decipimur ſpecie recti, &c.

Delphinum ſyluis] Vel Delphinum in ſyluis, & aprum in fluctibus omnem fictionem minus congruentem accipere debemus: aper enim in ſyluis, Delphinus uiuit in fluctibus: ſic prope Virg. prodigium expreſſit.

„ Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui,

„ Et freta deſtituent nudos in littore piſces.

Et Horatius in Odis lib. 1.

„ Omne cum Proteus pecus egit altos

„ Viſere montes,

„ Piſcium & ſumma genus hæſit ulmo,

„ Nota quæ ſedes fuerat columbis,

„ Et ſuperiecto pauidè natarunt

„ Aequore Damæ. ——

De Delphino Puteolano, qui puero extincto, quem amabat, in ipſo maris littore extinctus eſt, lege apud Gellium.

Culpæ Fuga] Imperiti dum uitium fugiunt, in alterum prolabuntur: nam dum nolunt poëma fictione carere, temerè, & prodigialiter fingunt, ignorantes uirtutem in medio eſſe poſitam uitia utrinque ſtare. Ariſtoteles libro ſecundo de Moribus ad Nicomachum de mediocritate agens, quæ inter duo uitioſa extrema ſita eſt, ſic inquit, περὶ μὲν οὖν φόβους καὶ θάρρη ἀνδρεία μεσότης. inter metum, & audaciam fortitudo in medio conſtituta eſt: quod innuit etiam Prodicus ille in Phædro Platonis. qui Tiſiam, & Gorgiam irridens, putantes munus eſſe Rhetorices parua extollere, magna deprimere μόνος αὐτὸς εὑρηκέναι ἔφη ὧν δεῖ λόγων τέχνη, δεῖν δὲ οὔτε μακρῶν, οὔτε βραχέων, ἀλλὰ μετρίων. Solùm ſe profeſſus eſt, inueniſſe quibus uerbis ars egeat: egere autem nec longis, nec breuibus, ſed mediocribus orationibus. At poëtæ indocti mediocritatem non agnoſcunt, de iis alibi Horatius,

„ *Dum fugiunt ſtulti uitia, in contraria currunt.*

Aemylium circa ludum] *Sunt quidam poëtæ, qui nobili in argumento rei propoſitæ uerſantes aliqua in parte erunt excellentes, mox ubique frigeſcent, & qui ſemel, aut iterum in aliquo ſe poëmatis membro probarint, in reliquo corpore erunt inepti. Hos Horatius hic arguit exemplo fabri ſtatuarij, qui nomine Imus dicebatur. Hic in ſtatuis minimas partes, ut capillum, & unguem rectè effingebat, in alijs corporis partibus nullo pacto bonus artifex uidebatur. at inquit Horatius non in parte tantùm, ſed in toto poëmate excellere debemus, ut immortales ſimus futuri. Imus faber Romæ officinam habebat, circa Aemylium ludum, id eſt, in uico, cui nomen inditum ab Aemylijs eadem urbis regione habitantibus erat, ut Venetijs etiam uidemus multa urbis loca à nobiliſſimarum familiarum nomine nuncupari. Erat Romæ Aemyliorum familia antiquiſſima à filio Pythagoræ orienda. Plutarchus in Aemylio Paulo.* ὁ πρῶτος τῶν αἰμυλίων ἐν τῷ γένει τὴν ἐπωνυμίαν καταλιπὼν μάμερκος ἦν πυθαγόρου παῖς τοῦ σοφοῦ, διὰ αἱμυλίαν λόγου καὶ χάριν αἰμίλιος προσαγορευθείς. *Sic in oratione pro P. Quintio atria quædam, in quibus præcones uerſabantur, Licinia à Licinijs dicta. Cicero ſic inquit. Tollitur ab atrijs Licinijs, atque à præconum conſeſſu in Galliam Nævius, & trans Alpes uſq; trans fertur. In Vaticano prata erant Quintia à Quintijs. Plinius lib. decimo octauo, cap. tertio. aranti quatuor ſua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Cincinnato Viator attulit dictaturam. Apud Quintilianum de Fornice Fabiano legimus, is murum à Fabijs dicebatur: ſic igitur uicus Aemylius nomẽ ab Aemylijs acceperat. Iaſon Cyprius de Imo hoc, ſic, inquit. Qui licet omnes partes corporis ſeperatim minutiſſimè exprimeret, in coniunctione tamen incongruè diſponeret. Sed Horatij ſenſum non percepit, qui Imum unam tantùm, aut alteram particulam rectè expreſsiſſe, non omnes dicit. ut ille falsò putat.* Vngues, & capillos]*Minimas ſic corporis partes. Difficilè tamen erat hoc præſtare, ideò Plin. in eo laudat induſtriã Parrhaſij pictoris, & Lyſippi ſculptoris. De ſtatuarijs autem antiquis lege Plinium lib. 34. cap. 8. ubi eorum etiam opera dicuntur.*

Aere]*Aereæ fiebant ſtatuæ: aerea primum ſtatua Cereri ex peculio Sp. Caſsij, quem regnum affectantem pater ipſius interemit. Plinius hæc libro trigeſimoquarto, capite quarto. In triumpho magni Pompeij uiſa primum argentea ſtatua Pharnacis libro trigeſimotertio, capite duodecimo. Hominum primus ſtatuam auream, & quidem ſolidam ex auro Delphico in templo poſuit ſibi Gorgias Leontinus 70. circiter Olympiade: tantus erat docendæ oratoriæ artis quæſtus. hæc Plinius libro trigeſimo tertio, capite quarto.* Infelix operis ſumma eſt] *Totum corpus Imus non præclarè conficiebat: quædam enim corpora, ſeu quædam* ὅλα, *id eſt, tota ex partibus inter ſe ſimilibus conſtant, ut linea, ex quibus qui partem ſciet effingere, ſciet & totum conficere, quædam autem ex diſsimilibus partibus conflata ſunt, ut animalia, & plantæ: qui ex his partem rectè conſtruet, iccirco totum peritè etiam componet: quia ſcilicet partes habet inter ſe diſcrepantes, ac diuerſas. hæc ex Themiſtio doctiſsimo Ariſtotelis interprete libro primo Phyſicorum, ſectione decima ſeptima. Hæc igitur cauſa eſt, quamobrem Imus non ita in toto corpore, ut in quibuſdam tantum partibus excellebat.*

Non magis eſſe uelim] *Nollem in parte tantum probari, in reliquis partibus reprehendi, ut nec in corpore grauè olentem, uel diſtortum naſum habere. Alia uerò membra perpulchra: ſolent ueteres ſæpe à corpore ſimilitudinem petere. M. Tullius libro tertio de Officijs. Vt, ſi unum quodque membrum ſenſum hunc haberet, ut poſſe putaret ſe ualere, ſi proximi membri ualetudinem ad ſe traduxiſſet, debilitari, & interire totum corpus neceſſe eſſet: ſic, ſi unuſquiſque noſtrum rapiat ad ſe commoda aliorum, detrahatque, quod cuique poſsit emolumenti ſui gratia, ſocietas hominum, communitaſq; euertatur neceſſe eſt.*

Prauo uiuere naſo] *Polypus apud Martialem naſi morbus dicitur. naſus uniuerſam faciem cohoneſtat. idem prauus ſi ſit, etiam dedecorat, aut ſi amputatur. Athenæus libro duodecimo, ubi agit de contumelijs Scytharum, ſic ait.* εἰς τοσοῦτο προῆλθον ὕβρεως, ὥστε πάντων τῶν ἀνθρώπων, εἰς οὓς ἀφίκοιντο, ἠκρωτηρίαζον τὰς ῥῖνας. *ad id inſolentiæ, & contumeliæ uenerunt, ut omnium hominum, ad quos perueniſſent, nares amputarent. Catullus.*

„ *Salue nec minimo puella naſo.*

Nigris oculis] *Ariſtoteles in Problematibus.* γλαυκὰ μὲν εἶναι τὰ ὄμματα διὰ ὑπερβολὴν τοῦ ἐντὸς θερμοῦ· μέλανα δὲ, διὰ τὴν τούτου ἔνδειαν, ὥσπερ καὶ ἐμπεδοκλῆς φησι. *Glauci oculi ſunt, propter caloris uim, qui intus eſt: nigri autem, quia calor ipſe abeſt. ut Empedocles etiam aſſerit. Idem libro primo de Hiſtoria animalium, cùm de uarijs generibus nigri oculi diſquireret.* ἔνιοι αἰγωποί· τοῦτο δ' ἤθους βελτίστου σημεῖον, καὶ πρὸς ὀξύτητα ὄψεως κράτιστον. *Quibuſdam color in oculis caprinus eſt optimi ingenij ſignum, & ad uiſus acumen, atque uim plurimum confert. Plato in Phædro duos equos fingens, quibus trahitur cupiditas, alterum bonum, alterum uerò tetrum, ubi de bono loquitur,* λευκὸς ἰδεῖν *inquit,* καὶ μελανόμματος *albus corpore, oculis niger.* Nigro capillo] *Seruius ſi emendatè legatur lib. 4. Aeneid. flauum crinem in fœminis probat, nigrum in maribus, cum uerſum illum interpretatur.*

„ *Nondum illi flauum Proſerpina uertice crinem*

„ *Abſtulerat.* ——

Horat. lib. 1. epiſt. ſcribens ad Mecœnatem.

„ *Quòd ſi me nolles uſquam diſcedere reddes.*

„ *Forte latus, nigros anguſta fronte capillos.*

Et in Odis libro 1.

„ *Et Lycum nigris oculis, nigroq́*

„ *Crine decorum.* —

Sumite materiam] *Hoc uerò præceptum latiùs patet, & ad omnes homines pertinet, ut eas res aggrediantur, quas præſtare poſſint, poëtæ alij lyricis aptiores ſunt, alij heroicis, alij tragicis, alij alijs argumentis. Flamminius in mediocri illo genere carminis excelluit, quo poëtas omnes ſuperauit. Naugerius æquis eum greſsibus comitatur, ſed tamen cum Bembo altius ſe aliquando attollit. Bernardinus Parthenius in omni genere mirificus eſt, & ſolus aliorum omnium partes ſuſtinet: ita ornatè, nitidè, grauiter non ſolùm orationes, ſed etiam poëmata ſcribit. Sed quia hæc rara auis in terris eſt, monet Horatius poëtas, ut materiam ſuis uiribus parem ſumãt, ne turpiter oneri ſuccumbere cogantur. ſic propè Quintilianus lib. 2. cap. 9. proprietatem, inquit, ingeniorum deſpicere prorſus neceſſarium eſt. In his quoq; certum ſtudiorum facere delectum, nemo diſſuaſerit. Namq; erit alius hiſtoriæ magis idoneus, alius compoſitus ad carmen, alius utilis ſtudio iuris, ut nonnulli rus fortaſſe mittẽdi. ſic diſcerneret hæc dicendi magiſter, quomodo palæſtricus ille curſorem faciet aut pugilem, aut luctatorem, aliud ue quid ex ijs, quæ ſunt ſacrorum certaminum. M. Tull. in lib. de claris Orator. ſic quare hoc doctoris intelligentis eſt uidere, quò ferat natura ſua quenq;, & ea duce utentem ſic inſtituere, ut Iſocratem in acerrimo ingenio Theopompi, & leniſsimo Ephori dixiſſe, traditum eſt, alteri ſe calcaria adhibere, alteri frænos. Stobæus lib. 20. de Athenienſib. audacioribus, quàm uires eorũ poſcebant, ſic ſcripſit.* Δημοκράτης ἀναβαίνων εἰς τὴν ἀκρόπολιν ... *Democrates ſenior arcem cùm conſcendiſſet, & anhelaret, facere ſe dixit, quod uniuerſa Athenienſium ciuitas faceret: ſpirare quiddam magnum, poſſe autem quiddam perpuſillum. Plato in Alcibiade priore cautum in hoc, ac prudentem Alcibiadem facit. Socrates enim eum interrogat, quib. de rebus ſit in ſenatu uerba facturus.* ὅταν περὶ τίνος βουλεύωνται; ἢ γὰρ οὐχ ὅταν γε περὶ οἰκοδομίας; Αλ. οὐ δῆτα. Σω. οἰκοδόμοι γὰρ ταῦτά γε σοῦ βέλτιον συμβουλεύσουσι. Αλ. ναί. *Cùm de ædificatione domus conſulent? Alcib. equidem. Socrat. architectus enim de his melius, quam tu, conſulet? Alcibiad. certè. poſt multa demum Alcibiades reſpondet,* ὅταν περὶ πολέμου ὦ σώκρατες, ἢ περὶ εἰρήνης, ἢ περὶ ἄλλου του τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων. *Tunc dicam, cum de bello, ô Socrates, uel de pace, uel de alio quouis urbis negocio diſceptabunt. Pindarus in Ode 1 Nemæorum.*

τιχοις

„ τίχθαι δ' ἕτερον ἔτερα,
„ χρὴ δὲ ἐν εὐθείαις ὁδοῖς
„ στείχοντα μάρνασθαι φυᾷ.

Aliæ aliorum artes ſunt: oportet autem rectis incedentem uijs, id proſequi, cui natura idoneus eſt. Horat. lib. 1. epiſt. ad Iulium Florũ ſcribens, tacitè Titium carpſit, quòd hoc præceptum aſpernaretur.

„ Quid Titius Romana breui uenturus in ora?
„ Pindarici fontis qui non expalluit hauſtus,
„ Faſtidire lacus, & riuos auſus apertos.
„ Vt ualet? ut meminit noſtri?

Potenter] id eſt, ſecundum facultatem ingenij ſui. Propert. lib. 2.

„ Sed neq; Phlegræos Iouis, Enceladiq; tumultus
„ Intonet anguſto pectore Callimachus:
„ Nec mea conueniunt duro præcordia uerſu
„ Cæſaris in Phrygios condere nomen auos.

Et poſt:

„ Quã poteſt, in ſua ea conterat arte diem.

Facundia] copioſi enim eſſe debent poëtæ, tantum non redundantes, nam idem aliter, ac diuerſis uerbis dicunt. Virgil. lib. 9. de Amyco,

„ Quo non felicior alter
„ Vngere tela manu, ferrumq; armare ueneno.

Idem dixit ſciebat tela ueneno inficere. Ariſtoteles lib. 3. Rhetoric. τῶν μὲν ὀνομάτων ὁμωνυμίαι χρήσιμοι περὶ ταύτας γὰρ κακουργεῖ, τῷ ποιητῇ γὰρ συνωνυμίαι. Sophiſtæ æquiuoca commodiſſima: hæc enim fucum facit: poëtæ uerò ſynonyma: Per facundiam, ni fallor Horatius intelligi eloquentiam, ut utilitatem extollat, quæ ijs exorietur, ſi ſuſceptam materiam uiribus metientur, quamuis M. Antonius ſummus orator dicere ſoleret, ſe diſertos multos quidem audiſſe, eloquentem uerò neminem, ut ſcriptum Cicero reliquit lib. 1. de Orat. & Quintilianus lib. 8. cap. 1. Lucidus ordo] Ordinem uocat lucidum translatione ſumpta à duobus elementis perſpicuis aqua, & aëre in quibus ordo uidetur eſſe materiei, quia rariora ſunt. terra ex confuſione conſtat, & quia ex craſſiore materia mixta eſt, ideò non eſt perſpicuum corpus. Ariſtoteles in lib. de Colorib. καὶ διὰ ὧν φαίνεται τὸ φῶς, οἷον τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦ ἀέρος. Socrates in Phædro Platonis. Δεῖ πάντα λόγον ὥσπερ ζῶον συνεστάναι, ὥστε μήτ' ἀκέφαλον εἶναι, μήτ' ἄπουν, ἀλλὰ μέσα τε ἔχειν, καὶ ἄκρα πρέποντα ἀλλήλοις, καὶ τῷ ὅλῳ γεγραμμένα. oportet omnem orationem tanquam animal compoſitam eſſe, ut neq; capite, neq; pedibus careat, ſed & media habeat & extrema rectè inter ſe decentia, & toti conuenientia, atque reſpondentia. Ibi Socrates de ordine potiùs oratorio, cùm tamen etiam in poëmatibus ordo eſt ſuus, uidentur omnia elucere.

Ordinis] Quæ ſuperiùs præcepit Horatius, ad inuentionem omnia attinent, nũc aggreditur diſpoſitionem epici poëmatis, quæ non ab initio rerum geſtarum deducitur, ſed à medio, uel ab ultimis rebus initium ſumit: cohærent autem hæc cum ſuperioribus, quia cũ dixiſſet Horatius, eius poëtæ ordinem fore lucidum, qui ſibi ea dicenda ſumpſiſſet, quæ ſuis humeris poſſet ſuſtinere, ſtatim præcepta de ordine ſibi adijcienda exiſtimauit, cuius meritò inciderat. Madius tamen, huius, & ſuperioris memoriæ philoſophorum facilè princeps, nõ de ordine hic arbitratur Horatius præcipere, id eſt, de diſpoſitione poëtica, ſed de epiſodijs, quæ inducuntur, cùm non tota explicatur fabula: eius autem uerba hæc ſunt. Vt iam nunc dicat. hoc eſt, ut poëta aliquid narret, quòd ad fabulam ſpectet, iam nunc debentia dici pleraq; differat, id eſt, quæ gratia fabulæ ſequi deberent, differat atq; aliquid in eorum locum, quod congruat ſubſtituat: per hoc enim, quod dicit pleraq; differat, epiſodia multa innuit epico carmine inſerenda. Hæc Madius: Nos tamen non ut clariſſimi philoſophi ſententiam refutemus, ſed ut, quod planè ſentimus, ingenuè fateamur, aliter hunc locum interpretabimur, & diſpoſitionem poëticam hîc ab Horatio tractari exiſtimabimus, licet Acron præterea ſic dicat pleraq; differat, & præſens in tempus omittat ut Virg. in 7. lib. narrat, in Italiam iam poſito Aenea, quomodo fabricatæ ſint naues, quibus ab Ilio nauigauit, cùm in tertio non dicat. Porphyrio autem conciſus, & mutus eſt. Hæc uirtus] Sic Ariſtoteles lib. 3. Rhetor. καὶ ὡρίσθω λέξεως ἀρετὴ σαφῆ εἶναι. Et diffiniatur dictionis uirtus, ut perſpicua ſit. Et Venus] Id eſt, uenuſtas quæ uocatur ab Hermogene σεμνότης lib. 1. de Idæis oratorijs: Hæc enim adhibita orationem facit ampliorem, atq; illuſtriorem, ὥστε φοβερὸν, id eſt, ut ampla ſit. Sic ibi loquitur Hermogenes. Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici pleraque differat] Quædam nunc dicat incipiens non ab initio rerum geſtarum. Sed ab ultimis ſeu medijs rebus, quædam nunc debentia dici, id eſt, principia, quæ primum occurrunt, & iccirco uidentur in doctis poetis primum debere dici, differat alio loco referenda. ſic Virgilius exorſus nõ ab excidio Ilij, ſed à procella maris, qua Troiani toto ponto iactati errarunt. Homerus non à raptu Helenæ, ſed ab ira Achillis, & in Odyſſea à Calypſo auſpicatus eſt. Plutarchus in uita Homeri de tota hac ratione ſic ſcriptum reliquit. οὐ γὰρ πόρρωθεν ἐμβαλὼν τὴν ἀρχὴν τῆς ἰλιάδος ἐποιήσατο, ἀλλὰ καθ' ὃν χρόνον αἱ πράξεις εὐεργότεραι καὶ ἀκμαιότεραι καθίστασαν, τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐν ὀδυσσείᾳ πεποίηκεν ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τῶν τελευταίων τῆς πλάνης τοῦ ὀδυσσέως χρόνων, ἐν οἷς καιρὸς ἦν ἤδη καὶ τὸν τηλέμαχον εἰσάγειν, καὶ τὴν μνηστήρων ὕβριν ἐμφανίζειν. Non enim longè initium Iliadis repetiuit, ſed quo tempore res in maximo motu erant. Idem & in Odyſſea effecit, à poſtremis in errorem Vlyſsis temporibus exorſus, quibus ipſum etiam Telemachum induci occaſio poſtulabat, & procorum contumeliam aperiri. Theon in progymnaſmatibus, ubi de narratione agit, de Homero loquẽs, ἤρξατο γὰρ ἀπὸ τῶν χρόνων, καθ' οὓς ὀδυσσεὺς ἦν παρὰ καλυψοῖ. εἶτα ἐπιδραμὼν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν μετὰ τινὸς οἰκονομίας γλαφυρᾶς. ab ijs temporibus initium ſumpſit, quibus apud Calypſo Vlyſſes commorabatur, deinde ad principium ordine quodam amabili progreſſus eſt. Et præſens in tempus omittat] Acron ſic exponit, in præſentia prætermittat, ſed decipitur. tu melius ſic, differat in tempus præſens, id eſt, opportunum. Virgil. in Georg.

„ Felicis mali, quo non præſentius ullum
„ Pocula ſi quando ſæuæ infecêre nouercæ,
„ Miſcueruntq; herbas, & non innoxia uerba
„ Auxilium uenit.——

Et in Eglogis,

„ Nec tam præſentes alibi cognoſcere Diuos.

Parrhaſius Acronem ſequutus eſt. Hoc amet, hoc ſpernat] Obſeruet poëta hoc, quòd ſcilicet præcepimus: ſpernat quicquid ab his præceptis abhorret. nam mihi non uidetur tam illuſtri loco, & præcepto dignum quod quidam ſentiunt, ut poëta ipſe ſuam perſonam aliquando interponat: ut in Georg. lib. 2.

„ Non illa quiſquam me nocte per altum
„ Ire, nec à terra moneat conuellere funem.

Quid enim his cum diſpoſitione poëtica? Pedimontius ad hunc locum pertinere puta: uerſus Horatij, qui ſunt in extremo Ode 1. lib. 1.

„ Me doctarum Hederæ præmia fontium, &c.

Cuius mihi opinio hîc nullo pacto uidetur eſſe conſentanea: neque enim hîc de Oda, & Lyrico agimus poëmate, ſed de diſpoſitione epici. Promiſſi carminis auctor] Epicus enim, de quo loquimur, ſtatim in propoſitione promittit, qua de re ſit dicturus. ut Virgilium feciſſe uidemus, & Latinos omnes, Homerum etiam in Iliade, μῆνιν ἄειδε θεά. & in Odyſſea ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα, &c. & hoc eſt, quod præcipit Ariſtotel. lib. 3. Rhetor. cum inquit, ἐν δὲ τοῖς λόγοις. καὶ ἔπεσι δεῖγμά ἐστι τοῦ λόγου, ἵνα προειδῶσι περὶ οὗ ἦν ὁ λόγος, καὶ μὴ κρέμηται ἡ διάνοια. in orationibus, & epicis carminibus propoſitio eſt futuræ narrationis, ut de qua re ſit dicendum, præuideant, & mens ſuſpenſa non ſit. Vel dic, promiſsi carminis, id eſt, prolixi, & longi quale ſcilicet epicum eſt. de quo etiã Demetrius Phalereus in lib. de Elocutione ſic ſcribit, cum de hexametro loquitur: ὁ καλεῖται ὑπὸ μήκους. quòd à magnitudine nomen accepit. In uerbis] Nunc de elocutione agit, quod ijs faciendum, qui de Arte Poëtica ſcribunt. Demonſtrauit Ariſtoteles, qui in ſua Poëtice præcepit uberiùs περὶ τῆς λέξεως, id eſt, de dictione. Videmus enim ſummos etiam oratores aliquando de uerborum ſignificatione inter ſe contendiſſe, ut iccirco maximæ etiã uerborum faces inter eos exarſerint. ſi hæc tanti ſiunt ab oratoribus, quibus

quibus nihil eſt grauius, quanti fieri debent à poëtis? nobilibus illis quidem, ſed qui tamen dignitate ab oratoribus ſuperentur. Cicero in oratore ad Brutum ſic ait. Attamen in hoc ipſo, examinante uerborum omnium pondera, reprehendit Aeſchynes quædam, & exagitat, illudenſq; dura odioſa, intolerabilia eſſe dicit. & poſt. Itaq; ſe purgans Demoſthenes iocatur, negat in eo poſitas eſſe fortunas Græciæ, hoc, an illud, huc, an illuc manum porrexerit. Quonam igitur modo audiretur Myſus an Phryx Athenis, cùm etiam Demoſthenes exagitetur, ut putidus? poëta, inquit hic Horatius, ſit.

Tenuis, & cautus] Id eſt, parcus, in Serendis uerbis] Id eſt, in nouandis. trãſlatio eſt ab agricola, qui ſerit, nouas ut fruges metat. Cicero oratorem etiam ſic monuit in Oratore ad Brutum. Ergo tenuis orator modò ſit, elegans, nec in faciendis uerbis erit audax, & transferendis uerecundus, & parcus in priſcis, reliquiſq; ornamentis & uerborum, & ſententiarum remiſsior. Sed de hoc longè plura Cicero ipſe lib. 3. de Oratore ad Q. Fratrem, Quintilian. lib. 8. Fortunatianus lib. 3. Rhetor. Iaſon uerba ſerenda non noua, ut nos intelligit, ſed trãslata, & fallitur. Nam poſtea agit de translatis Horatius. adiecit hoc Horatius, quia licet aliquando ὀνοματοποιεῖν, id eſt, fingere uerba, cum uerba deſunt, ut Ariſtoteles etiam in prædicamentis affirmat, ubi de ijs agit, quæ relatiua dicuntur, referuntur inter ſe remus, & id, quod remum habet. Remitum igitur dicendum, licet recens uerbum habeatur. Idem libro 2. de Morib. ad Nicomachum, τῶν δ' ὑπερβαλλόντων, ὁ μὲν τῇ ἀφοβίᾳ ἀνώνυμος qui ſupra modum timidus eſt, nomen non habet. Simplicius doctiſsimus Ariſtotelis interpres lib. 5. Phyſicorum, ſectione 15. ſic inquit. Sed nominum inopia dubitationem excitat: cùm enim rerum mutationes in duas, treſue diſtinguimus, in motum, ortum, interitum, cùm aliæ præterea mutationum mutationes alio modo fiant, propria nomina nanciſci non poſſumus. nam ut aliud Socrates eſt, & aliud ſecundùm ſubſtantiæ formam Socratis mutatio, ſic harum ambarum mutationes differũt, & ſiquidem eſſent propria nomina mutationib. ortus, atq; interitus, hæc fortaſſe abſurda, quæ uidentur, non conſequerentur. Hæc quidem, quæ Simplicius cum Ariſtotele refert, ſic ſe habent: tamen in ſerendis, atque in nouandis uerbis periculum eſt, ne decipiamur. Vnde in libro 3. Rhetor. Ariſtoteles Lycophronem reprehẽdit, qui dixit πολυπρόσωπον οὐρανὸν, id eſt, cælum multorum uultum: & illud Alcimantis κυανόχρων τὸ τῆς θαλάσσης ἔδαφος. cærulei coloris pauimentum maris, & alia ibidem huius generis. Notum ſi callida uerbum reddiderit iunctura nouum] Declarauimus hæc uerba in Parergis lib. 3. cap. 26. Tamen hîc etiam aliquid dicemus contra aliorum omnium interpretationẽ: loquitur hîc de metaphora, qua uerba notum in ſua ſignificatione facis nouum, quia transfers. Illud autem declarat iunctura callida, id eſt, artificioſa. per iuncturam autem intellige uerba iuncta, & circumſtantia. Exempli gratia uerſus Horatij citentur ex lib. 1. Odarum: Is enim ſcribens ad Torquatum de uere ſic inquit:

„ Diffugere niues, redeunt iam gramina campis,
„ Arboribuſq; comæ.——

Comæ hic pro frondibus, quæ dictio nota eſt, cùm capillos ſignificat. hic noua eſt, quia tranſlata, eam tamen aperiunt uerba circumſtantia, quia enim uer deſcribit, & dixit gramina campis uirere, cõſentaneum eſt, cum hic per comas arborum frondes intelligere, & ueriſimile eſt Horatium hîc, cùm ait de dictione, metaphoram non prætermittere: de qua tam multa Ariſtoteles in ſua Poëtice, ubi de dictione præcepta ſcribit. Indiciis monſtrare recentibus abdita rerum] Nouis uerbis quod ſentis eloqui. Cicero lib. 1. Thuſcul. quæſt. fieri autem poteſt, ut quis rectè ſentiat, & id quod rectè ſenſit, politè eloqui non poſsit: uerba enim ſunt animi indicia. Ariſtoteles in lib. de Interpret. ἔστι μὲν οὖν τὰ ἐν τῇ φωνῇ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα, quæ in uoce ſunt, ſymbola eorum ſunt, quæ abdita ſunt in anima. Plato in Cratylo ait Orationem, ut picturam res imitari. ἵνα διαινῶμεν, ὦ πρὸς τὸν γνῶναι ταῦτα ἀμφότερα τὰ μιμήματα, τά τε ζωγραφήματα, κἀκεῖνα τὰ ὀνόματα τοῖς πράγμασιν, ὧν μιμήματα ἐστίν, ἢ οὔ. Cinctutis Cethegis] Quæ Cethegis exaudita uerba non ſunt, noua ſint neceſſe eſt: Cethegum enim inter priſcos oratores poſuit M. Tullius in Bruto, ubi ſic inquit. M. Cornelius Cethegus, cuius eloquentiæ eſt author, & idoneus quidem mea ſententia, Q. Ennius: mox ſic.

„ Additur orator Cornelius ſuauiloquenti,
„ Ore Cethegus Marcus, Tuditano collega,
„ Marci filius, dictus ollis popularibus olim,
„ Qui tum uiuebant homines, atq; æuum agitabant,
„ Flos delibutus populi, ſuadæq; medulla.

Horatius, inquit Porphyrio. Cethegos cinctutos appellat, quòd is mos eſſet Cethegis, ut cincti & penè nudi in bella proficiſcerentur. Vnde Lucanus, & Sylius eos nudos, & exertos uocarunt. Ego præterea cinctutos hîc dici Cethegos opinor, uel quia ſemper pro rep. aliquid gerebant, ad bellum etiam euntes, & ideò cinctuti, id eſt, expediti erant. Hinc illud Virgilij in Georg.

„ Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas
„ Cæſaris.——

Nam cum noſmet ad aliquod ſuſcipiendum negocium comparamus, dicimur accingi. uel Cinctutos, id eſt, antiquos, & antiquis uerbis utentes: Verbum enim cinctutum tunc frequens erat, cùm ij uiuebant. ſic Virgil. libro 8. Vulcano antiquo deo uerba tribuit antiqua.

Vbi is Venerem alloquitur.

„ Quod fieri ferro, liquidoûe poteſt electro.

Si prior plus arridet interpretatio, dic cinctutos, id eſt, ſaga habentes: in ſagis enim ſuccincti erant Romani, quæ erant ueſtes militares Cicero Philipp. 6. Suetonius in Vitell. ubi duci dat paludamentum, militibus ſaga. lege etiam Plutarchum in Craſſo. Seruius exponens lib. 8. illud Virgilij carmen,

„ Diſcinctos Mulciber Afros.

Vel habitum inquit eorum oſtendit, qui uſq; in talos fluebat. quod Plautus ridet in Penulo dicens, quæ eſt illa auis? cum Afrum uidiſſet, ueſtem demiſſam trahentem. Aut diſcinctos dixit inhabiles militiæ: Omnes enim, qui militant, cincti ſunt. aut certè inefficaces, ut contra præcinctos ſtrenuos dicimus. Horatius,

„ Altius, ac nos præcincti ſunt:

Vnde & Græcè εὔζωνος appellatur, non qui bonam zonam habet, ſed qui eſt ſtrenuus. hæc Seruius. Non igitur Solis Cethegis mos hic erat, ut innuere uidentur Parraſius, & Porphyrio, ſed omnibus ut cincti in bello eſſent. Vnde Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 9. de A. Virginio, & T. Numicio Coſs. loquẽs in bello Volſco. καὶ αὐτοὶ τὰς τάξεις πρὸ τῶν πυλῶν σὺν τοῖς εὐζώνοις ἔστησαν. & ipſi ante portas cum optimè cinctis locum tenentes. adde quod ſcribit Pauſanias in Bœoticis, ſolitos dicere fuiſſe ueteres cingi pro armari, τὸ δ' ἐνδύσασθαι τὰ ὅπλα, ἐκάλουν ἄρα οἱ παλαιοὶ ζώσασθαι, ubi Homerum etiam teſtem adhibet. Paulus Iuriſconſultus lib. 28. ff. tit. de milit. teſt. l. 38. ſic ait. miles teſtamentum fecerat, deinde non ignominiæ cauſa miſſus, rurſus cinctus in alia eſt militia. Sed illud in controuerſiam rem adducit, nam cincti fuiſſe uidentur etiam in urbe. Suetonius in Iulio cap. 45. ſic ait: Vſum enim lato clauo ad manus fimbriato, nec ut unquam aliter, quàm ſuper eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura, unde manaſſe Syllæ dictum conſtat, optimates ſæpius admonentis, ut malè præcinctum puerum cauerent. cui quiddam etiam de Cicerone addit Macrob. lib. 2. Saturnal. his uerbis. In Cæſarem quoq; mordacitas Ciceronis dentes ſuos ſtrinxit. Nam primùm poſt uictoriam Cæſaris interrogatus cur in electione partis erraſſet, reſpondit, præcinctura me decepit, iocatus in Cæſarem, qui ita toga præcingebatur, ut trahendo laciniam, uelut mollis incederet. Hæc Macrob. Nos uerò Venetos, ſapientiſsimos, & excelſi animi uiros cinctos hyemis tempore uidemus, ut faciliùs frigus arceant. Quid igitur dicendum? an fuiſſe cinctos in bello tãtùm? dic fuiſſe etiam in urbe cinctos, cùm erant ab urbe diſceſſuri, uel in urbe negocium aliquod expeditius adminiſtraturi, uel per fimum udo tempore inceſſuri. Nam Ammianus Marcellinus lib. 22. ſic ait, ubi de Iuliano Imperatore uerba facit. Inducta in iudiciũ fœmina quædam, cum Palatinum aduerſarium ſuum è numero protectorum cinctum præter ſpem conſpexiſſet, hoc factum inſolens tumultuando querebat, & Imperator, proſequere, ait, mulier, ſi quid te læſam exiſtimas. Hic enim ſic cinctus eſt, ut expeditius per lutum incedat. pa-

dat. parum nocere tuis partibus poteſt. Sumpta pudenter] *Vt uel rara noua uerba effingas, uel ſi effingis, in eo pudens ſis, non impudens, & ſtultus in fingendo, & transferẽdo. Sumpta eſt metaphora ab eo, cui res eſt cum prodigo, pudens quæ debentur ſumet, impudens extorquebit omnia exempli gratia, apud Hom. lib. 2. Iliad. Neſtor ſic alloquitur Agamemnonem.*

,, Πόλιν οὐκ ἀλαπάξεις. *urbem non prædaberis, translatio hæc ſumpta pudenter eſt ab herba. Lapatio, quæ corpus mirificè ſordibus purgat, ut aũt hæc corpus, ſic hoſtes captã urbem opibus exinanire ſolent. De Lapatio herba Dioſc. lib. 2. ἀλαπάτ[ο]ς igitur uerbum Homerus à Lapatio pudenter ſumpſit, ad locum Homeri reſpiciens Ariſtot. lib. 3. Rhet. ubi agit de Metaphora, ſic inquit,* τὸ γὰρ ἐξαλαπάξαι ποιεῖ φαίνεσθαι σεμνοτέραν. *uerbũ illud* ἐξαλαπάξαι *facit, ut oratio grãdior, et honeſtior uideatur. Petrus Victorius, uir ſummus in literis, uerbũ illud ſuſtulit, ſic inquiens.* ἐξαλλάξαι *aũt emẽdaui, cùm antea in excuſis omnibus legeretur* ἐξαλαπάξαι*, inſulsè prorſus, ac nullo ſenſu: cuius uiri induſtriã multis illuſtribus monumentis probatam non meum eſt reprehendere: illud tantũ dixero, ex priore Ariſtotelis lectione politiſſimum ſenſum elici, ſi locus Homeri perpenditur, quò ſine dubio Ariſtoteles cogitationem tanquam in ſcopũ direxit.* Et noua] *Noua uerba intelligit translata, ut ſuperius, notũ ſi callide uerbum reddiderit iunctura nouũ: translata enim uerba noua ſunt. Ariſtot. lib. 3. Rhet. ſimilia ea dicit eſſe hoſpitibus,* ὥσπερ γὰρ πρὸς τοὺς ξένους οἱ ἄνθρωποι, καὶ πρὸς τοὺς πολίτας, τὸ αὐτὸ πάσχουσι καὶ πρὸς τὴν λέξιν, διὸ δεῖ ποιεῖν ξένην τὴν διάλεκτον. *quemadmodũ enim homines erga hoſpites, & ciues affecti ſunt, ſic etiam erga orationẽ, quare peregrina oratio facienda eſt: ficta autem uerba ſunt, quorũ nos primi ſumus auctores. nam ut ait* Quintil. *lib. 8. cap. de ornatu, omnia uerba uel ſunt propria, uel translata, uel ficta: mox de fictis agens horum libertatẽ præreptã ait eſſe Latinis, ſic inquiens: nam memini iuuenis admodũ inter Pomponiũ, & Senecã etiam præfationibus eſſe tractatũ, an, gradus eliminat, in Tragœdia dici oportuiſſet, at ueteres ne expectorat quidẽ timuerunt, & poſt. Maſſalia primus reatũ, munerariũ Auguſtus primus dixerunt, Terentius primus obſequiũ, Hortenſius ceruicem: ante enim ceruices, ſanor Ciceronis tempore nouũ uerbum. Is in epiſtola ad Brutũ, cum amorẽ, & eum, ut hoc uerbo utar, fauorẽ in conſilium aduocabo. quæ hic Horatius uocat ficta, Ariſtot. lib. 3. Rhet.* πεποιημένα*, id eſt, ficta, & ipſe appellauit,* τούτων γλώτταις καὶ διπλοῖς ὀνόμασι καὶ πεποιημένοις χρηστέον: *horum linguis, & duplicibus nominibus, & fictis utendum. M. Tullius in oratore ad M. Brutum ſic inquit, ornatus autẽ uerborũ duplex, unus ſimplicium, alter collocatorũ, ſimplex probatur in proprijs, uſitatiſq; uerbis, quod aut optimè ſonat, aut rem maximè explanat, in alienis aut translatũ, aut factum aliunde, aut mutuo, aut factũ ab ipſo. ibi Maioragius doctè, facta aliundè inquit, quæ reperta uocãtur in partitionibus, ut ſolinagus feras dicimus, quæ ſolæ uagantur, uel mutuò ſumuntur, ut quæ abuſiua dicuntur, ſperare pro timere, equũ ædificare, pro fabricare, parricidia pro interfectore fratris, uel ſororis, uel facta ſunt ab ipſo oratore, quod noſtro tempore fieri non licet, niſi res aliqua nomine caret, cui neceſſe ſit nomen imponere, ut bombarda, & quæ ſequuntur. Illud obiter annotandũ, uerba, quæ dicũtur ab Ariſtotele* πεποιημένα*, à Cicerone facta appellari.* Græco fonte] *Verba ex Græcis expreſſa ſunt propè innumerabilia, ſed etiã ſchemata ab illis ſumpſimus. nam Horatius in hoc de arte Poëtica libro ſic ait quodam loco. Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti. idem cum dandi caſu iunxit, id eſt, idem facit, quod occidens faceret. Græca ratio eſt loquẽdi. Ariſtophanes in Pluto.* δόξῃ δὲ μὴ δρᾶν ταὐτὰ τῷ κεκτημένῳ*, id eſt, ſi non uideatur idem facere, quod poſsident dominus. Propertius lib. 1. de Mimalione. Ibat & hirſutas ille uidere feras, uidere pro ad uidendum. Homer. lib. 4. Odyſſ. de Helena.* κραδίη τετράπτο νέεσθαι ἂψ οἶκονδ'. *cor cõuerſum erat, redire retro domum. pro ad redeundum.* Quid autem] *Si licuit hoc ueteribus poëtis Cæcilio, & Plauto, cur non liceat etiam recentioribus Vergilio, & Vario? nam Plautus præter alia, uerbo etiam integro Græco uſus eſt. Argentum* ὄχεται *pro abyt. ut Budæus correxit in annotationibus in Pandectas. Cæcilius autem comicus poëta fuit non bonus. de eo Cicero in Bruto ſic. nam illorum æquales Cæcilium & Pacuuium malè locutos uidemus. Statius Cæcilius poëta Comicus. Cicero in libro de perfecto oratore. M. Accij Plauti uitam ſcripſerunt accuratius, Crinitus, & Lilius. nos igitur de Plauto recitebimus. de Vario in Odis Horat. lib. 1.*

,, *Scriberis Vario fortis & hoſtium*

,, *Victor.——*

Fuit æqualis Virgilij, & Horatij. de eo Quintilianus lib. 10. cap. 1. ſic. Iam Varij Thyeſtes cuilibet Græcorum comparari poteſt. de Virgilio ibidem. Vtar uerbis iiſdem, quæ ab Afro Domitio iuuenis excepi, qui mihi interroganti quem Homero crederet maximè accedere, ſecundus inquit eſt Virgil. propior tamen primo, quàm tertio. Inuideor] Odioſum: *parum enim inuidia diſtat ab odio. Ariſtoteles in Rhetor. ad Alexandrum,* τὸ γὰρ φθονεῖν πλησίον τοῦ μισεῖν ἐστί. *uide quid diximus in parergis lib. 3. capite 19. ubi locum Ciceronis ad Atticum declarauimus.* Catonis & Enni] *Vtriuſq; antiqui auctoris. Cato fuit impolitus, de eo Cic. in lib. de claris Orat. ſic. Orationes autem eius, ut illis temporib. ualde laudo: ſignificant enim quandam formam ingenij, ſed impolitam, & planè rudem. De eodem Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum, quaſi exaggerata altius oratio. De eodem in Oratore ad Brutum, ſic. indicãt orationes illæ ipſæ horridulæ Catonis. Eum ſcribit Plutarchus in uita, Demoſthenem Romanũ fuiſſe appellatum. Quod autem attinet ad Ennium, is fuit Calaber poëta, Rudijs natus. in oratione pro Archia, Rudius dicitur. Euſebius uerò Tarentinum fuiſſe teſtatur. Scipionibus ita fuit acceptus, ut in eorum ſepulchro conditus fuerit. Cicero pro Archia: dictus tria corda habere, quòd tres linguas noſſet: Græcam, Latinam, Oſcam. Gellius. De eo Fabius ſic. Ennium ſicut ſacros uetuſtate lucos adoremus, in quibus grandia & antiqua robora iam non tantam habent ſpeciem, quantam religionem. Erat Ennius ſententijs grauis, at nullis uerborum luminibus illuſtratus. unde Ouid.*

,, *Ennius ingenio maximus, arte Rudis.*

Virgil. reſpondit ſe ex ſtercore Ennij aurum excerpere. ut Donatus ſcribit. Ennius dixerat de tuba.

,, *At tuba terribili ſonitu taratantara*

dixit. Virgilius lib. 9. maluit ſic.

,, *At tuba terribili ſonitu procul ære canoro*

,, *Increpuit.——* *Ennius ipſe ſibi hoc epitaphium uiuens ſcripſit. de quo Cicero meminit in Catone.*

,, *Aſpicite ô ciues ſenis Ennij imaginis urnam,*

,, *Hic ueſtrum panxit maxima facta patrum.*

,, *Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu*

,, *Faxit. cur? uolito uiuus per ora uirûm.*

Scipionem Africanum ſuperiorem ad bella etiam ſequutus eſt, ita erat ſummo Imperatori coniunctus, unde Claudianus ſic cecinit.

,, *Hærebat doctus lateri, caſtriſq; ſolebat*

,, *Omnibus in medias Ennius ire tubas.*

M. Fuluium Nobiliorem in Aetoliam ſequi uoluit, quare Fuluius malè audijt. Cicero lib. 1. Tuſcul. quæſtionum ſic. honorem tamen huic generi non fuiſſe declarat oratio Catonis, in qua obiecit ut probrum M. Nobiliori, quòd in prouinciam poëtas duxiſſet: duxerat autem conſul ille in Aetoliam, ut ſcimus, Ennium. Signatum præſente nota producere nomen] *Vt licuit ſemper nummos nouis notis excudere, ſic ſemper noua uerba reperire licebit, ſimilitudo eſt à re nummaria: alij omnes legunt producere: ſic enim in codicibus excuſis eſt: memini tamen me audire ex Lazaro Bonamico, uiro eruditiſſimo, præceptore meo, cui multos annos Patauij operam dedimus, ſe codicem manu ſcriptum habere, in quo erat procudere, non producere, quod uerbum ſimilitudini huic à re nummaria multo aptius eſt, quid enim excogitari poteſt elegantius? præterea nõ nomen, ſed nummũ libentius legerem. nam nomen eſt, quod in libro ſignificat rem creditã, & debitam. Cicero oratione tertia contra Verrem. Hinc ratio cum Qu. & Cn. Poſthumijs, Curtijs multis nominibus, quorum in tabulis iſte habet nullũ, quod uerò ad notas nummorum attinet, in nummis Romanis primum Ianum fuiſſe bifrontem ſcimus, & proram, deinde bigas, quadrigas, uictoriam, Theſeum Athenis bouem in nummis impreſsiſſe, mox apud Athe-*

nienſes noctuam fuiſſe impreſſam, unde Gylippi ſeruus multas ſub tectis hericubare noctuas dixit. Thrazeni tridenté habuerunt, Perſæ ſagittariũ, Germani ſerram, Dardani duos gallos, Rhegini leporem, & currum, Cephalenæi equum, Argiui murem, Locri Heſperum, Peloponneſij teſtudinem, Tenedij ſecurim, Cizyceni Cybelẽ, & Leonem, Corinthij Pegaſum, Gergithij ſibyllam. uide plura apud Alexandrum libro 3. dierum genialiũ, cap. 15. Vt ſyluæ] Quemadmodum res omnes humanæ uiciſsitudine quadam intereũt, & rurſus renouantur: quicquid enim ſub luna conſtitutũ eſt, immutatur, & eodẽ in ſtatu permanere nõ poteſt diutius: unde Ouid.

» Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa uetuſtas Omnia conterit: ſic etiam uerborum quædã obſoleta fient, quædã ab uſu recipiuntur. & primum à folijs arborum ſimilitudinem petit Horatius. nam ut illa, quæ olim uiruerunt, nunc collapſa ſunt, & exaruerũt, & contra alia renaſcuntur ueris tempore, ſic uerba olim celebrata, nunc putida uidentur, & noua quædam eorum loco coluntur. Vt ſyluæ foliis] Totus hic locus expreſſus eſt è Cratylo Platonis: ibi enim Plato ſic inquit, cùm de uerborum hac ipſa mutatione loqueretur, ἀλλὰ αὐτὰ τὰ πράγματα [illegible] ſed ipſæ res humanæ hoc inſitum à natura habent, ut earum nulla ſtabilis, & conſtans habeatur, ſed defluant, & ferantur, ſemper aliæ corrumpantur, aliæ uerò generentur. dictio illa φ[illegible], fortaſſe in φθορὰς uertenda, quia ſequitur illa γένεσις. corruptio autem et generatio iungi ſolent, de quibus libri extãt Ariſtotelis. nota eſt enim propoſitio: corruptio unius eſt generatio alterius. hæc uerò à folijs arborũ ſimilitudo, ſumpta eſt ex Pindaro. qui ode ultima Nemeorum, qua Ariſtagoram præſidem Tenedium celebrat, maiorum uirtutes in nepotes infundi affirmans, in quibus illi uidentur renaſci, ſic inquit.

» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]

Nec in promptu nigra fructum dederunt rura, arboresq; nolunt omnibus annorum circuitionibus, florem beneuolentem ferre, diuitijs ſimilem, niſi per permutationẽ: ſic etiam mortales uires ducit fatum. Pronos] Anni proni ſunt, quia celerrimè uolant, ut flumina etiam prona, quibus anni ſimiles dicuntur ab Ouidio:

» Eunt anni more fluentis aquæ.

Horatius in epiſt. lib. 1.

» Ruſticus expectat dum defluat amnis.

Verborum uetus intereit ætas] Priſca uerba reſpuuntur. unde Dionyſius Halicarnaſſeus in Lyſia, dictionem Lyſiæ laudans, ſic inquit: [illegible] Atticæ linguæ optimus obſeruator, optima regula, non priſcæ illius, qua Plato & Thucydides uſi ſunt, ſed illius, quæ eius ſeculo in ſumma erat celebritate. Cic. in Orat. ad Brutum, ſed etiam inquit inuſitata, ac priſca ſunt in proprijs, niſi quod raro utimur. Phauorinus apud Gelliũ lib. 1. cap. 10. arguens quendam, qui priſcis uerbis delectabatur, plurimũ uiue, inquit, moribus præteritis, loquere uerbis præſentibus & Cæſaris illud habe ſemper in memoria, ut tanquam ſcopulum, ſic fugias inauditum, atq; inſolens uerbum. hæc ipſa inuenies apud Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 2. uide præterea Quintil. lib. 1. cap. 7. In uernum ritu] Iuuenes enim ſimiles floribus ſunt. Pindarus Ode 4. Pythiorum.

» [illegible]
» [illegible]

Nunc autem purpureos flores gignentis ueris tempore cum his pueris octauus geminat Arceſilas. Ariſtot. lib. 3. Rhetor. ubi de tranſlationibus uerba facit. [illegible] ut Pericles dixit iuuentutem bello amiſſam ſic è ciuitate euanuiſſe, ut ſi quis uer ex anno eximat. Doctiſsimus poeta Horatius hæc non ignorabat. quare ea belliſsimè hic uerſit, quæ in ueterum monumentis diſperſa leguntur.

Debemur morti nos noſtraq;] Nos etiam, inquit Horatius, & noſtra omnia peribunt, quare mirandum non eſt, ſi uerba, quæ olim uiguerunt, ſuam quandã ſenectam habent, & intermoriũtur. Hormiſda, qui Romam uenerat cum Conſtantio Imperatore, ut ſcribit Ammianus Marcellinus lib. 16. cum ex eo quidam quæſiſſent, quid de Roma ſentiret, id tantum ſibi placuiſſe reſpondit, quod uidiſſet ibi quoq; homines mori. Alij autem fato moriuntur, alij, non fato moriuntur. Velleius Paterculus libro 2. de Scipione Aemyliano, ſeu fatalem, inquit, ut plures, ſeu conflatam inſidijs, ut aliqui prodidère memoriæ, mortem obijt. Vtcunque, omnes ſeu fato, ſeu non fato interimus. uide etiam Gellium de hoc fatali, & non fatali interitu lib. 13. cap. 1. Siue receptus terra Neptunus &c.] Acron ſic ait. quem demum alij omnes ſequuntur. Auguſtum dicit, qui ſiccauit Pontinam paludem. nam regis opus eſt, mare aduuttere terræ: reges enim talia faciunt. Diuus Auguſtus duas res diuinas fecit, Pontinam paludem ſiccauit, ut ad mare meatũ haberet, ut poſt & arari poſſet. & Portum Lucrinum muniuit. de quo Maro.

» In memorem portus, Lucrinoq; addita clauſtra,
» Atq; indignatum magnis ſtridoribus æquor?
» Iulia qua ponto longe iacet unda refuſo.

Hæc Acron quæ uerba nos expendemus pro uirili parte. docet Horatius omnia immutari, ut ubi olim terra fuit, nunc mare receptum ſit, id eſt, aliquis ſit portus, unde factus portus naues excipit, & eas arcet, id eſt, defendit ab Aquilonibus, & uentis omnibus. Ego non intelligo de Lucrino, & Auerno, quia mare à C. Cæſare reiectum, non receptum in terram fuit, ne his lacubus noceret. unde Virgil. lib. 2. Georg.

» An memorem portus, Lucrinoq; addita clauſtra?
» Atq; indignatum magnis ſtridoribus æquor;
» Iulia qua ponto longè iacet unda refuſo.

Vbi Seruius ſic inquit, in Baiano ſinu Campaniæ contra Puteolanam ciuitatem lacus ſunt duo, Auernus, & Lucrinus, qui olim propter copiam piſcium uectigalia magna præſtabant, ſed cum maris impetus plerunq; irrumpens, exinde piſces excluderet, & redemptores grauia damna paterentur, ſupplicauerunt ſenatui, & profectus C. Iulius Cæſar ductis brachijs excluſit partem maris, quæ ante infeſta eſſe conſueuerat, & quæ ſequuntur. Ego uel generatim omnes portus intelligendos arbitror, qui nunc ſunt, ubi olim terra erat: quando hæc etiam commutantur, urbes, montes, fluuij. lege Sulpicij epiſtolam ad Ciceronem lib. 4. epiſt. famil. & Aelianum libro 8. ubi hæc eius uerba leguntur, cùm au non eſſe, quòd doleamus ob mortem hominum, [illegible] quando & amnes deficientes uidemus, et altiſsimos montes depreſſos fuiſſe audimus: plura huius generis apud Ariſtotelem leguntur ſub finem libri primi Meteorologicorum. Vel de Aegyptijs regibus interpretor, quos conſtat nauigantibus multis modis conſuluiſſe, ne in ſcopuloſa loca uenirent. turribus etiam extructis in portubus, unde illis faces eluxerent. Inuenies hæc apud Lucianum ſub finem libri, de hiſtoria conſcribenda. Ideò Horatius dixit, regis opus. At reges Iulius Cæſar & Auguſtus nunquam dicti fuerunt, quinimò Cæſar diadema ſibi impoſitum è M. Antonio Luperco abiecit, cùm uehementer commotum populum uideret, ut eſt Philippica ſecunda Ciceronis, & cùm eum quiſpiam regem ſalutaſſet, Cæſaris ſibi nomen eſſe dixit, non regis adulationem illam iniquo ferens animo. Sterilis palus] Pontinam paludem intelligit, quam Cethegus exſiccauit. Acron uerò ſic. ſterilisq; diu palus Lucrinum portum ſignificat, & alios. qui manu facti ſunt ab Auguſto. & alia regum opera. hoc eſt: regis opus, quod nullus facere poteſt, niſi rex. fallitur Acron. nam Cethegus ita paludem Pontinam exſiccauit, ut poſtea ſolum ſit aratum, & magnam uim frumenti emiſerit, ut eſt in Liuij epitomate lib. 4. unde ex hiſtoria ſequitur. Graue ſentit aratrum] Vt illud Virg.

» Et campos, ubi Troia fuit.

Ouidius:

» Iam ſeges eſt, ubi Troia fuit.

Seu curſum mutauit] Tybris ante per Velabrum fluebat, infeſtus frugibus. Auguſti iuſſu Agrippa eum in alueum deduxit,

quo

quo nunc decurrit. quod Acron etiam annotauit. Suetonius de eius operibus publicis, ad coërcendas, inquit, inundationes alueum Tyberis laxauit, ac repurgauit, completum olim ruderibus, & ædificiorum prolapſionibus coarctatum, & paulò antè dixit multa opera ab eo per Agrippam facta. Mortalia facta peribunt] Ne dum uerba, contra dicere uidetur Ode ultima lib. 3.

„ *Exegi monumentum ære perennius,*
„ *Regaliq́ ſitu Pyramidum altius,*
„ *Quòd non imber edax, non aquilo impotens*
„ *Poſſit diruere, aut innumerabilis*
„ *Annorum ſeries, & fuga temporum.*

Exprimens illa carmina Pindari, quæ ſunt in Pythijs Ode 6.

„ τὸν οὔτε χειμέριος ὄμβρος ἐπακτὸς ἐλθών.

Et quæ ſequuntur. Reſponde Horatium hic ſyncerè, ut de rebus alienis, ſententiam ferre. ibi de ſuis ſcriptis loquebatur, quibus immortalitatem percupiebat. Honos] *Rectè, honos, dixit, nam hic in cauſa eſt, ut artes omnes excolantur. Cicero libro 1. quæſtionum Tuſculan. honos alit artes, omnesq́ incenduntur ad ſtudia gloria. An cenſemus, ſi Fabio nobiliſſimo homini laudi datum eſſet, quod pingeret, non multos etiam apud nos futuros Polycletos, & Parrhaſios fuiſſe? in quibus Ciceronis uerbis mendum eſt obiter tollendum: quis enim non miretur Polycletum à Cicerone inter pictores poſitum eſſe, cùm is ſtatuarius fuerit? ut Plinius teſtatur, repone Polygnotos. ſic enim olim Egnatius, ſummæ uir eruditionis, cum Tuſculanas quæſtiones Venetijs interpretaretur, emendauit.* Viuax] *Perdurans. nam quòd diuturnum bonum eſt, ſemper antecellit. Ariſtoteles libro 3. Topicorum,* τὸ πολυχρονιώτερον, ἢ βεβαιότερον, αἱρετώτερον τοῦ ἧττον τοιούτου. *quod diuturnius, & ſtabilius eſt, eligendum potius, quàm quod minus tale eſt. Plato in Phædro, ubi Phædrus Socrati Lyſiæ diſputationem exponit, præponendum amanti non amantem amicum contendit, quòd amans potitus flore deficit,* ἐπειδὰν τῆς ἐπιθυμίας παύσωνται. *non amans ſolet amicitiam tueri conſtantius. uſqueadeò id, quod uiuax eſt, & diuturnum, ſemper expetitur.*

Si uolet uſus] *Qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperat, ut narrat Cicero libro 1. de Oratore qui magiſter eſt optimus: in oratione pro Rabyrio. cuius filia ſapientia dicebatur ab Afranio: Gellius.* Norma loquendi] *Sic Cicero in Academicis, hæc norma, hæc regula, hæc præſcriptio eſt naturæ. præſcriptum alibi dicit Cicero, ut in oratione pro Cluentio, omnia legum imperio, & præſcripto fieri uidebitis. in lib. 2. de Inuentione. Cuius rei certum quiddã præſcriptum uidetur in perpetuum dari poſſe.* Res geſtæ] *Poſtea qui Horatius ſatis multa de inuentione, de diſpoſitione, & de elocutione dicta eſſe animaduertit, quia omnibus carminum generibus omnia non conueniunt, ſed ſingula pene argumenta rerum ſuis numeris, quaſi typis debentur, nunc docet quibus uerſuum generibus uariæ res animo conceptæ explicandæ ſint, qui enim bella ſcripturus eſt, & res geſtas fortiſſimorũ uirorum, is epico numero utetur, & heroico uerſu: qui amores, elego. qui inimicũ maledictis inſectabitur, Iambo. qui de Dijs, & Olympionicis, item de amoribus canet, lyricum numerum ſibi deliget. Reprehendit Chæremonẽ poëtam Ariſtoteles in Poëtice, qui confunderet omnia uerſuũ genera* ἔτι δὲ ἀτοπώτερον, εἰ μιγνύοι τις αὐτά, ὥσπερ Χαιρήμων. *quæ res Horatium monuit, ut de tota hac ratione aliquid præſcriberet. Demetr. Phaleræus in lib. de elocutione ſic incipit,* ὥσπερ ἡ ποίησις διαιρεῖται τοῖς μέτροις, οἷον ἡμιμέτροις, ἢ ἑξαμέτροις, ἢ τοῖς ἄλλοις, *& quæ ſequuntur. quemadmodum inquit, poëſis diuiditur metris, ut ſemimetris, & exametris, & alijs. Neceſſarium igitur fuit ei, qui de Arte poëtica ſcriberet, de poëtices uarijs generib. aliquid addere. ea ponit M. Tullius in lib. de optimo genere oratorum, his uerbis, Oratorum genera eſſe dicuntur tanquam poëtarum. hoc ſecus eſt. nam alterum eſt multiplex: poëmatis enim tragici, comici, epici, melici etiam, ac dithyrambici. quas omnes ſpecies Ariſtoteles etiam numerauit in poëtice. quos uerò melicos uocat Cicero, ille ſic expreſſit,* καὶ τῆς αὐλητικῆς ἡ πλείστη, καὶ κιθαριστικῆς ποιήσεως. *& poëſis, quam ad tibias, citharasq́ accommodamus. Horatius epicos nominauit, tragicos, comicos, melicos, addidit elegos, qui ut arbitror, in epico continentur, & iambum, qui in comico & tragico poëmate. Sed de dithyrambis cur nullum uerbum? quos Ariſtoteles, & Cicero non prætermiſerunt: turpe autem uidetur, ut eſt apud Ciceronem in Topicis, in diuiſione aliquã partem omittere. reſponde, nullum uerbum apud Horatium eſſe de dithyrambis, quia poëma id antiquorum fuit, nemo amplius ſcribebat dithyrambos, quibus ueteres Bacchum canebant: illi enim Bacchum* διθύραμβον *appellabant, quòd ebrijs amplum, & uaſtum os redderet, quaſi* διθύρον. *uide de his multa apud interpretem Lycophronis. In Odis, ubi de Pindaro.*

„ *Seu per audaces noua dithyrambos*
„ *Verba deuoluit numeriſq́ fertur*
„ *Lege ſolutis.*

Quid? ſi hos melico poëmate cõplexus eſt? quo dixit

„ *Diuos cani?* Muſa dedit fidibus diuos, &c.

Ergo, ſi ita eſt, nihil prætermiſſum uideri poteſt. Monſtrauit Homerus] *Heroicũ intelligit, quo uſus eſt Homerus. cauſa eſt, in poëtice Ariſtotelis.* τὸ γὰρ ἡρωικὸν στασιμώτατον, καὶ ὀγκωδέστατον τῶν μέτρων ἐστί, διὸ καὶ γλώττας καὶ μεταφορὰς δέχεται μάλιστα. *heroicum carmen multò ſtabilius, et amplius eſt reliquis, quare linguas, & tranſlationes maximè recipit. Euſtathius libro 1. Iliadis in proœmio,* ὀνομάζεσθαι ἐπικούς, τοὺς ἐν ἑξαμέτρῳ τῶν ἡρώων ἀριστείας. *Epicos nominaſſe, qui numero exametro heroum res geſtas ſcriberent.* Verſibus impariter iunctis] *Elegos intelligit impares, quia exametro conſtant, & pentametro, his querimonia incluſa eſt, quia,* ἀπὸ τοῦ ἐλέου, *id eſt, à miſeratione dicuntur. Vnde Ouid. in Eleg. de morte Tibulli,*

„ *Flebilis indignos elegia ſolue capillos,*
„ *Ah nimium ex uero nunc tibi nomen erit.*

His mortui deflebantur. iccirco Ouidius ait,

„ *Nunc uere uocari poſſe elegiam.*

Proclus in libro περὶ χρηστομαθίας *ſic inquit,* ἐλεγεῖον συγκεῖσθαι μὲν ἐξ ἡρῴου, καὶ πενταμέτρου, ἁρμόζειν δὲ τοῖς κατοιχομένοις, *elegiam quidem ex heroico, & pentametro compoſitam, mortuis autem conuenire. Cicero etiam de legibus, Epitaphium uult nõ pluribus quatuor uerſibus confici, quos Ennius uocat elegos, his poſtea poëtæ ſuos etiam ſcriptitarunt amores. Hos enim innuit Horatius, cùm inquit,*

„ *Voti ſententiam compos.*

Amantes autem mortuis diſſimiles admodum non ſunt, ſiquidem ſine anima ſemper uidentur eſſe, quæ in amatum corpus migrare dicitur, apud Laërtiũ Plato de ſeipſo lib. 3. et de Agathone ſic inqt.

„ τὴν ψυχὴν Ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν εἶχον.
„ ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.
„ *Animam Agathonem oſculans in labris habebam,*
„ *Venit enim infœlix tanquam abitura.*

Ideo apud Iuriſconſultos qui amat, deterior factus putatur. nam Vlpianus lib. 11. ff. tit. de ſeruo corrup. l. 1. is quoq́ inquit deteriorem facit, qui ſeruo perſuaſit, ut iniuriam faceret, uel furtum, uel fugeret, uel ut alienum ſeruum ſollicitaret, uel ut peculium intricaret, aut amator exiſteret, uel erro, & quæ ſequuntur. Præterea per ſentẽtiam uoti compotem accipere poſſumus eos omnes, qui aliquid quod uehementer expetiuerant, ſunt ſecuti: hi enim elegis animi iucunditatem teſtantur, ut fecit Tibullus, uictoriam Meſſallæ deſcribit, lib. 1. Elegia 7. præter alia ſic.

„ *At te uictrices lauros Meſſalla gerentem*
„ *Portabat niueis currus eburnus equis, &c.*

Exiguos elegos] *Tenues, ſi cũ heroico, de quo proximè dixit, cõferantur. non enim tam altè ſe attollunt, nec tam grauiter ſonant, nec omninò tam ſublimi ſtylo conficiuntur.* Grãmatici] *Cur iudiciũ hoc ad Grammaticos retulerit, docere poteſt Quintilianus, qui lib. 1. cap. 6. ſic inquit de Grammatica loquens, hæc igitur profeſſio cũ breuiſſimè in duas partes diuidatur, rectè loquendi ſcientiã, & poëtarum enarrationẽ, plus habet in receſſu, quàm fronte promittit, lectio poëtarũ Grammaticos pertinet, ij fuerunt igitur de inuentore elegorũ iudices adhibendi. Plato non de Grãmatico, ſed de literatore loquitur in Charmide,* ἢ οὐδὲν ἡγῇ πράττειν τὸν γραμματιστήν, ὅταν γράφῃ, ἢ ἀναγιγνώσκῃ. Archilochum proprio] *Iambum propriũ uocat Archilochi, quia Archilochus genus hoc*

maledicentis carminis inuenit, cum ille Lycambem ſocerum Iambis ita eſt inſectatus, quòd ſibi filiam deſponſatam non daret uxorem, ut illum ad laqueum cum filia impulerit. Horatius lib. 1. epiſt. ſcribens ad Mecœnatem.

» Temperat Archilochi muſam pede maſcula Sappho,
» Temperat Alcæus, ſed rebus, & ordine diſpar,
» Nec ſocerum quærit, quem uerſibus oblinat atris,
» Nec ſponſæ laqueum famoſo carmine nectit.

Ouid. in Ibin.

» Tincta Lycambæo ſanguine tela feram.

Iambi reperti ſunt, quo primum tempore poëſis in laudes hominũ & conuitia diuiſa eſt, ut refert Ariſtoteles in poëtica, his uerbis, ἐν οἷς καὶ τὸ ἁρμόττον ἰαμβεῖον ἦλθε μέτρον, διὸ καὶ ἰαμβεῖον καλεῖται νῦν, ὅτι ἐν τῷ μέτρῳ τούτῳ ἰάμβιζον ἀλλήλους. καὶ ἐγένοντο τῶν παλαιῶν οἱ μὲν ἡρωικῶν, οἱ δὲ ἰάμβων ποιηταί. quibus & congruens Iambicum metrum acceſſit, iambicumq; propterea nunc appellatur, quod his plerunque numeris ueteres ἰαμβίζειν, id eſt, conuiciari in ſe ſolebant, & ex antiquis hi quidem Epicorum, hi uerò Iamborum poëtæ extiterunt. quod uerò attinet ad Archilochum, fuit rabie plenus, ut hic etiam dicit Horatius, cuidam, qui ei maledictis detraxerat, ut eſt apud Lucianũ in pſeudologiſta, ſic reſpondit, τέττιγα τὸν ἄνδρα εἰληφέναι τοῦ πτεροῦ. hominẽ illum cicadam ala corripuiſſe, ſe uidelicet cicadam eſſe innuens, qui laceſſitus ſilere non poſſet: fuit ex inſula Paro, ut Strabo, expulſus à Lacedæmonijs ob maledica ſcripta ſuit, ut Valerius Maximus ſcribit ne iuuentutem ad maledicentiam inuitans deprauaret. Plutarchus uerò iccirco eiectum ait fuiſſe, quòd ſcripſerat, melius eſſe clypeum abijcere, quàm mori. Horatius inuentorem Iambi hunc fuiſſe affirmat, cui tamen Ariſtoteles reclamare uidetur in Poëtice, ubi Homerum Iambis uſum innuit in Margite, ἐν ἐκείνῳ ὁ μαργείτης. &c. Hunc ſocci cep. ped. grandeſq; cothurni] Iambus in Comœdias & Tragœdias fuit admiſſus, Comœdi ſoccis utebãtur, Tragœdi uerò cothurnis. Horatius libro 2. epiſtol. de Plauto.

» Quam non aſtricto percurrat pulpita ſocco. Virg. in Eglog.
» Sola Sophoclæo tua carmina digna cothurno.

Iambis autem in Tragœdia uti ueteres cœperunt, poſtquam Satyri ex ea fuerũt exploſi: tunc utebantur tetrametris, quia Satyricis ſaltationibus erant aptiores uerſus. mox recepta ſunt trimetra, id eſt, iambica. Ariſtoteles in Poëtice τό τε μέτρον ἐκ τετραμέτρου ἰαμβεῖον ἐγένετο, τὸ μὲν γὰρ πρῶτον τετραμέτρῳ ἐχρῶντο διὰ τὸ σατυρικὴν καὶ ὀρχηστικωτέραν εἶναι τὴν ποίησιν. Trimetrũ ex tetrammetro Iambicum factum eſt: tetrammetro enim primum utebantur, quia Satyrica, magiſq; ſaltatoria poëſis erat. Loquitur autem hic Ariſtoteles de Tragœdia. Alternis aptum ſermonibus] In Tragœdia, & Comœdia perſonæ loquentes inducuntur: Iambus autem uel imprudentibus nobis in ſermone excidit. nam noſtra colloquia Iambis referta ſunt: fuit igitur Iambus in Tragœdiam, & Comœdiam adhibendus. Ariſtoteles in Poëtice, πλεῖστα γὰρ ἰαμβεῖα λέγομεν ἐν τῇ διαλέκτῳ τῇ πρὸς ἀλλήλους. pluriſmis enim Iambis in colloquio utimur. & ſuprà appellarat Iambum λεκτικὸν. id eſt, ut ita dicam, dicibilem. Iambus uerò qualis ſit, docet Dionyſius Halicarnaſſeus in libro de compoſitione, ubi ait conſtare cum ex breui, & longa ſyllaba, ſi breuem habeat ἡγουμένην, id eſt, præcedentem. Cicero in oratore ad Brutum de hac re ſic, inquit ſequitur ergo, ut, qui maximè cadant in orationem aptam numeri, uidendum ſit. & ſunt qui Iambicum putent, quòd ſit orationi ſimillimus: qua de cauſa fieri, uti potiſſimum propter ſimilitudinẽ ueritatis adhibeatur in fabulis, quòd ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ ſit accommodatior. & poſt, quod longè Ariſtoteli uidetur ſecus, qui iudicat heroum numerum grandiorem, quàm deſideret ſoluta oratio: Iambum autem nimis è uulgari eſſe ſermone. Theon in progymnaſmatis cauendum eſſe docens, ne uerſus in orationem incidat, Iambos non caueri poſſe affirmat, συγγνώμης δ' ἄξιον ὅταν εἰς ἐκεῖνα τις ἐμπέσῃ τὰ μέτρα ἅπερ ἔχει ὁμοιότητα πρὸς τὸν πεζὸν, οἷον καὶ τὸ ἰαμβικόν. uenia dignum eſt erratum, cùm quis in ea metra incurrit, quæ cum oratione ſimilitudinem habent, ut metrum Iambicum, rectè autem ſermones Horatius dixit: ſermo enim duorum eſt colloquentium, medius ſermo, cùm alter non reſpõdet. Virg. lib. 4. de Mercurio Aeneæ reſponſum non expectante.

» Tali Cyllenius ore locutus
» Mortales uiſus medio ſermone reliquit

Antequam partem hanc interpretationis dimittamus, perpendendum eſt diligenter, quod ſuprà diximus, Iambum ab Ariſtotele fuiſſe dictum λεκτικὸν, id eſt, ut ita dicam, dicibilem. nam uir doctiſſimus Maioragius apud Ciceronem in oratore Iambum λεκτικὸν interpretatur, aptum orationi, ſi ἀπὸ τῆς λέξεως deducatur, uel elegantem, ſi ἀπὸ τοῦ λεκτοῦ. adducit etiam teſtimonium Ciceronis, qui ibi Iambum orationi ſimillimum dixit eſſe. Ego, ut rem in pauca conferam, Ciceronem, exiſtimo rectè ſenſum Ariſtotelis expreſſiſſe. nam Iambus omninò orationi ſimillimus eſt. λεκτικὸν autem iam dici ab Ariſtotele opinor, quod, ut ita dicam, dicibilis eſt, id eſt, quod cùm de aliqua re dicimus, Iambo uel inuiti in dicendo utimur: neque enim uitare eum poſſumus, niſi de induſtria: ita alternis ſermonibus aptus eſt, ut hic ait Horatius, unde Theon in progymnaſmatis, διὸ καὶ πάντες οἱ συγγραφεῖς ἄκοντες εἰς τὸ γένος τοῦτο. id eſt, quare omnes ſcriptores inuiti in hoc pedis genus incurrunt, & loquitur de Iambo, ſi igitur, Iambo, uel nolentes ſcriptores utuntur, Iambus eſt λεκτικός, id eſt, dicenti occurrens, & ſi Latinè dicere poſſemus, dicibilis, id eſt, ultrò ſe oratione offerens. nam ſi ut, Maioragius, aptum orationi, uel elegantem exponemus, huic pedi tribuemus, quod alijs etiam conuenit pedibus, uel numeris. Quare doctiſſimè mea quidem ſententia Petrus Victorius apud Ariſtotelem libro tertio Rhetor. ubi de heroico numero hæc uerba leguntur, σεμνὸν καὶ λεκτικὸν, καὶ ἁρμονίας δεόμενος, id eſt, amplum, dicenti occurrentem, harmonia egentem, mendum ſuſtulit, addens particulam, οὐ, ut legamus οὐ λεκτικόν: quomodo enim heroicus numerus poteſt eſſe λεκτικὸς, cùm ſit amplus, & grandis. Populares uincentem ſtrepitus] Acronis hic ſententia maximè mihi uidetur eſſe probabilis: ille enim ſic uincentem ſtrepitus populares, id eſt, altius ſonantem in ſcena, quàm clamor populi. mox alteram ſententiam ſic addit. tales inquit ſtrepitus excedit iſte pes, ut uincat populi clamores, quia Iambus uincit clamores ſpectantium, hoc eſt, quia plus meretur laudari, quàm laudetur. Prior mihi interpretatio Acronis placet, quam etiam corroborabimus. nam in theatris tumultus, & clamor erat, Comœdi, & Tragœdi altiùs uocem tollere cogebantur, & tollebant: & quia Iambis frequentibus utebantur, Iambus populares ſtrepitus uincebat: nam qui recitabant, licet eſſet aliquis tumultus, & ſtrepitus, tamen audiebantur. De hoc clamore in theatris, cum poëma recitabantur à Comœdis, & Tragœdis, Horatius ſic lib. 2. epiſt. ad Auguſtum ſcribens.

» Nam quæ peruincere uoces
» Eualuere ſonum, referunt quem noſtra theatra?
» Garganum mugire putes nemus, aut mare Thuſcum:
» Tanto cum ſtrepitu ludi ſpectantur, & artes,
» Diuitiæq; peregrinæ.

Demoſthenes θορύβους uocat, quos hic Horatius ſtrepitus populares: qui oratoribus etiam concitabantur, in oratione περὶ παραπρεσβείας, de Aeſchine loquens, pro Philippo dicente, καὶ θορυβούντων ὑμῶν, καὶ μὴ ἐθελόντων ἀκούειν αὐτοῦ. obſtrepentibus uobis & audire illum nolentibus. Natum rebus agendis] Quia in Comœdijs, & Tragœdijs adhibetur, in quibus res geruntur, exempli gratia. In Andria Terentij Dauus Simoni fucum facit ſpem Pamphilo affert habendæ amaſiæ uxoris: Simo nuptias ſimulat: Carinus curat ſibi deſponſari eam, quam Pamphilus negligebat, & alia huiuſmodi. In Tragœdia etiam geri res inuenies in Electra Sophoclis. Electra parentem à crudeli matre, et ab Aegiſto necatum deflet, credit primò Oreſtem etiam procul à patria mortuum, mox Oreſtes ignotus uenit, & Clytemneſtram matrem occidit, ultus Agamemnonem patrem, quare Ariſtoteles libro 3. Rhet. de Oreſte, πατρὸς ἀμύντωρ, inquit, id eſt, patris ultor, &c. Dixit autem Horatius Iambum eſſe natum rebus agendis, quia ultrò alternis in ſermonibus, quibus res geſtæ commemorantur, occurrit, & expreſſit Græcorum illud πρακτικὸν, quem eruditi uiri Theodorus, Argyropylus, Alcyonius aptum natum uertere ex Ariſtotele ſolent, & Horatius utrunque appoſuit

ſuit paulò antè Alternis aptum ſermonibus. hic uerò, natum rebus agendis. Muſa dedit fidibus diuos] Et nunc Lyricis poëtis dicit, quibus proprium canendi argumentum præſcribit, ut de Diuis, de Olympionicis, de amoribus, & conuiuijs canant, eos autem per fides intelligit: à lyra enim & fidibus nomen ſortiti ſunt, fuerunt autem nouem Lyrici poëtæ, quorum nomina in epigrammatibus Græcis deſcripta epigrammate reperies.

» Pindarus, Simonides, Steſichorus, Ibycus, Alcman,
» Bacchilides, Anacreon, Alcæus, Sappho.

Vide etiã interpretem Pindari. Horatius igitur præclarè in Odis, lib. 1. ſic argumentum petit,

» Quem uirum? aut Heroa, lyra uel acri
» Tibia ſumis celebrare Clio?
» Quem Deum? cuius recinet iocoſa
» Nomen imago?

Quo loco Pindarum apertè imitatus eſt, qui Ode ſecunda Olympiorum ſic inquit. ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι τίνα θεόν, τίν' ἥρωα, τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν; Hic in poëtice per pueros Deorum Heroës intellexit. pueros autem, id eſt, filios interpretare. & ſic Horatius doctiſsimè. Nam Heroës filij ſunt Deorum, ut refert Socrates in Cratylo Platonis, his uerbis. πάντες δήπου γεγόνασιν ἐρασθέντες ἢ θεὸς θνητῆς, ἢ θνητοὶ θεᾶς. fruſtra igitur quidam in Horatium argutantur, & deblaterant, prætermiſſos ab eo fuiſſe Heroas, ineptè aſſerentes. Et pugilem uictorem, & equum certamine primum] Caſtorem, & Pollucem. Horat. ipſe in Odis,

» Dicam & Alcidem, puerosq; Ledæ,
» Hunc equis, illum ſuperare pugnis
» Nobilem. —— De iiſdem Homerus.
» κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα.

Hos ubique ferè coniunctos inuenies, commune etiam Romæ templum habebant. templum autem Caſtoris tantum nomine appellabatur, unde Bibulus, qui alter Cos. cum C. Cæſare fuerat, & Cæſari nullis in rebus reſiſtere potuerat, ut planè manis Cos. uiſus ſit, Cæſare omnia ad arbitrium adminiſtrante, ſimilis Polluci dicebatur, cui à fratre Caſtore pars gloriæ, & communis templi præcepta uidebatur. Suetonius in Cæſare. Pugilem] Igitur, id eſt, pugnis, & manibus acrem, & ut Homerus planè ait, πὺξ ἀγαθὸν. pugnis bonum. nam in Pentathlo ſeu quinquercione, qui ex quinque certaminibus conſtabat, pugnis etiam dimicabant, lib. 1. Græcorũ epigrammatum Antipater Nicophontem pugilem celebrauit.

» ἄνδρας ἐνίκα
» πυγμὴν ἐνίκα νικοφῶν ὀλύμπια
» Cùm homines pugil uincebat Nicophon in Olympijs

Certamine primum] Caſtor enim in equeſtri prælio habitus eſt acerrimus. ſed alludit Horatius ad religionem Romanorum, qui ſæpe putarunt incredibili celeritate ſe à Caſtore certiores factos de ſuorum uictoria, ut bello Cimbrico euenit, quo die Marius in Caudio Venetiæ campo Cimbrorum acies ſtrauit, Romani accepto uictoriæ nuncio exultarunt. nota deinde incredibilis celeritas Caſtorem, et Pollucem indicauit. Florus lib. 3. ubi bellum Cimbricum, & Theutonicum, ac Tigurinum deſcribit: poſſumus etiam uerſum hunc & pugilem uictorem, & equũ certamine primum, non ad Caſtorem, & Pollucem referre, ſed ad eos, qui in certaminibus illis Græcis, Olympijs, Pythijs, Nemeis, Iſthmijs, quæ Pindarus ſcripſit, & de quibus legere eſt lib. 1. epigrammatum Græcorum, initio uictores euadebant. de his etiam multa Vitruuius lib. 9. Lyrici enim horum uictorias decantabant, ut Pindarum feciſſe uidemus, & feciſſe Simonidem Lyricum, & ipſum poëtam conſtat, nam eius carmen retulit Ariſtoteles libro 3. Rhetor. cum eius nomen extolleret, qui mularum in curſu uicerat, χαίρετε ἀελλοπόδων θυγατέρες ἵππων. ſalutete uelociũ filiæ equorum: erat enim πένταθλος, id eſt, quinquercio, ut ait Pauſanias libro 1. in Aeliacis, & conſtabat luctia, pugillatu, curſu, ſaltu, pancratio. Iuuenem curas] Iuuenum amores. Virg.

» At regina graui iam dudum ſaucia cura
» Vulnus alit uenis. ——

Libera uina] Conuiuij in quibus ebrij, uel hilares arcana cõfitētur. Pindarus in Nemeis, in Ode, quæ de Cromio Aetnæo ſcripta eſt,

» θαρσαλέα δὲ παρὰ
» κρατῆρα φωνὰ γίνεται

Audax apud poculum uox Athenæus lib. 1. ſcribit, poſitum à ueteribus tripodem in tẽplo Bacchi fuiſſe, καὶ τὸ κρατήριον ἐν Διονύσου τρίποδα. καὶ γὰρ ἐκ τρίποδος λέγειν φαμὲν τοὺς ἀληθεύοντας. etenim ex tripode loqui dicimus, qui uera dicunt. Horat. in epiſt.

» Quid non ebrietas deſignat? operta recludit, &c.

Quem locum de ebrietate ex Ariſtophanis equitibus expreſſum ab Horatio eleganter inuenies, ſi duos illos poëtas cõferes. Lyrici aũt de uino, & de ebrietate libenter uerba faciunt, ut Horatium feciſſe uidemus, præſertim in Odis, & ut Franciſcus Robortellus, uir doctiſsimus, in ſuis annotationibus diligenter obſeruauit, qui collatis etiam Lyricorũ poëtarum Græcorũ multis fragmentis cum Horatio hoc demonſtrauit. Alcæus quidem apud Athenæũ ſic inquit. πίνωμεν, τί λύχνον ὀμμένομεν, δάκτυλος ἁμέρα. bibamus, quid lychnũ extinguimus? dies nõ longior digito eſt. Deſcriptas ſeruare] Inuehitur in eos, qui cùm ſupradicta poëtices genera ſuis rebus accõmodare neſcirẽt, tamẽ poëtæ nomen ſibi uendicabãt, et ſeipſum increpat eorũ, perſonã induens. nam per ſeipſum illos intelligit. Sic Neſtorẽ facere ſolitũ, cùm Græcos reprehendebat, obſeruauit Plutarchus, minùs enim ægrè ferimus reprehenſiones, cùm, qui nos reprehendit, partẽ culpæ ultrò ſuſtinet. Deſcriptas uices] Vt alias res Epico argumentũ, alias Elego, alias Iambo, alias Lyrico ſubijciamus, quod ipſe perſpicuè in Comœdia, & Tragœdia ſtatim probat, cùm non eundẽ utriuſq; ſtylũ eſſe contẽdit. Operũq; colores] Poëmatũ uarietates ut enim res pictæ coloribus diſtinguuntur, nam alios colores pratũ, ager'ue arboribus conſitus, ſi depingatur, alios urbs, uel domus, alios aliæ res poſcunt, ſic alios colores heroicũ carmen, id eſt, aliam ſpeciẽ alios Lyricũ poſtulat. & ſic de ſingulis, color igitur hic ſumetur pro cuiuſq; poëmatis propria ſpecie, & congruente forma. quo modo ab oratorib. color uſurpetur. Quintilianus docet lib. 4. nã ubi de Narratione ſcribit, hæc habet uerba. Sũt quædã & falſæ expoſitiones, quarũ in foro duplex genus eſt, alterũ quod inſtrumẽtis adiuuatur, ut P. Clodius fiducia teſtiũ, qua noctë inceſtũ Romæ cõmiſerat, Interamnæ ſe fuiſſe dicebat: alterum quod eſt tuendũ dicentis ingenio, id interim ad ſolam uerecundiã pertinet, unde etiã mihi uidetur dici color, eadẽ igitur ratione, oratores & poëtæ colorẽ uſurpant, ſic Iuriſconſulti etiã. Nam Marcellus lib. 3. ff. tit. de inoffic. teſtam. l. 5. ſic ait: Huius aũt uerbi de inofficio ſo uis illa, ut dixi, eſt, docere immerentẽ ſe, & ideo indignè præteritũ, uel etiã exhæredatione ſummotum, reſq; illo colore defenditur apud iudicẽ. ut uideatur ille nõ quaſi ſanæ mẽtis fuiſſe, cùm teſtamẽtũ iniquè ordinaret. Poëta ſalutor] Cùm ignorẽ poëticẽ, poëtæ mihi nomẽ aſciſco. Lucian. in lib. de cõſcribenda hiſtoria uitiũ hoc in Abderitanis notauit, qui ex febre omnes repentè ſunt poëtæ facti, ita morbus quidã arrogantiæ omnium mentes inuaſerat, ἅπαντες γὰρ ἐς τραγῳδίαν παρεκινοῦντο, καὶ ἰαμβεῖα ἐφθέγγοντο uide, quæ diximus in Parerg. lib. 3. c. 34. Cur neſcire pud.] Cur propter pudorẽ teſtandæ ignorãtiæ, & ab alio diſcendi, ignorare poeticem, quã addiſcere gratius eſt? quidam in prouectiore ætate diſcere præ pudore nolunt. nam apud Plutarchũ in lib. de Salutarib. præceptis Tyberiũ Cæſarẽ dicere ſolitũ, legimus, ὡς ἀνὴρ ὑπὲρ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη, καὶ προτείνων ἰατρῷ χεῖρα καταγέλαστός ἐστιν. Virum iam ſexagenariũ medico manum porrigentẽ, irridendũ eſſe. melius Plato qui in Alcibiade priore Periclẽ eloquentiſsimũ, & ſapientiſsimum uirum, qui cùm dicebat, coruſcare, & fulgura mittere, ut ait Cicero, uidebatur, in robuſtiore ætate ad Damonem diſcendi cauſa ire ſolitũ teſtatur, καὶ νῦν τηλικοῦτος ὢν, Δάμωνι ξύνεστιν αὐτῷ τούτου ἕνεκα. & nũc ratione Demoſthenes in oratione de falſa legatione Aeſchinẽ exagitat, ἀλλ' ἀδοξεῖν, κρίνεσθαι, πάσχειν ὁτιοῦν αἱρεῖται παρ' ὑμῖν μᾶλλον, ἢ φιλίππῳ τι ποιῆσαι μὴ πρὸς ἡδονήν. ſed malè audire, in iudicium uocari, quilibet pati mauult apud uos, quàm aliquid ad arbitriũ Philippi ei non facere. Pudens prave] Duõ illa uerba coniungenda ſunt, quidã enim ingenuus pudor eſt, quidã turpis, ut eorum qui diſcere erubeſcunt. lege librum Plutarchi, περὶ δυσωπίας, id eſt, de pudore uitioſo: in quo multa non ciſceris, quæ ad hunc locum pertinent. Verſibus exponi] In quo differant, ac diſcrepent inter ſe duo hæc nobiliſsima poëmata, Tra-

gœdia, & Comœdia, his uerſibus planū facit Horatius. Comœdia, inquit, quæ pertenuis eſt, & humili ſocco incedit, nō grandi cothurno, tragicos uerſus amplos, & ſonoros nō flagitat, ſed ſuo ſtylo exponi mauult. Item Tragœdia, quæ uehemens, & horribilis eſt, comica carmina, & tenuia, & maieſtati ſuæ non conuenientia reſpuit. Nam tragicū, & grande carmen expoſcit M. Tullius in lib. de Optimo genere oratorū. itaq; et in Tragœdia, inquit, comicum uitioſum eſt, & in Comœdia tragicū turpe, & in cæteris eſt ſuus cuiuſq; certus ſonus, & quædā intelligentibus nota uox. Ariſtoteles autem clarius & expreſſius in poëtice demonſtrauit, quibus in rebus inter ſe Comœdia & Tragœdia diſſentiant, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ διαφορᾷ καὶ ἡ τραγῳδία πρὸς τὴν κωμῳδίαν διέστηκεν· ἡ μὲν γὰρ χείρους, ἡ δὲ βελτίους μιμεῖσθαι βούλεται τῶν νῦν. qua diſſimilitudine Tragœdia, et Comœdia eſt, hæc enim, id eſt, Comœdia humiliores, illa uero præſtātiores iis, qui noſtro ſeculo uiuunt, homines imitari uult, qua ratione Hermogen. lib. 1. de Idæis oratorijs uehementiā oratio nis, id eſt, σφοδρότητα ab aſperitate diſtinxit, ἡ μὲν τραχύτης, inquit, κατὰ τῶν μειζόνων προσώπων, καὶ αὐτῶν δὲ τῶν δικαστῶν ἢ ἐκκλησιαστῶν γίνεται. ἡ δὲ σφοδρότης κατὰ ἐλαττόνων, &c. aſperitas cōtra præſtātiores pſonas, ipſos iudices, uel ſenatores fit, uehementia aūt contra humiliores. Nō uult] Id eſt, nō debet, more Græcorū, ex quibus Horatius ſæpe orationis figura ſumit. Ariſtoteles lib. 2. Phyſ. ubi de fine agit. βούλεται γὰρ οὐ πᾶν εἶναι τὸ ἔσχατον τέλος, ἀλλὰ τὸ βέλτιστον, debet enim non omne extremum eſſe finis, ſed quod optimū eſt, ibi Ariſtoteles poëtam reprehendit, qui mortem hominis finem eſſe dixerat, unde addidit, ipſe quid finis cenſeri debeat, uerba hic deſcripta Ariſtotelis non intelligens Diuus Thomas, doctiſſimus Latinorum interpres, ad poëtam, quem Ariſtoteles arguit, detorquet indoctè & imperitè, ſic enim inquit: uult enim poëta, quod non omne ultimum ſit finis, ſed illud, quod eſt ultimum, & optimū, hoc eſt, cuius cauſa ſit. βούλεται apud Ariſtotelē ô Thoma id ſignificat, quod debet, ſiue oportet. ſic Græci omnes loquuntur, ſic ipſe alibi Ariſtoteles lib. 3. de Morib. ad Nicomachum, τὸ δ' ἀκούσιον βούλεται λέγεσθαι, οὐκ εἴ τις ἀγνοεῖ τὸ συμφέρον. quòd inuitum dicimus, debet appellari: non ſi quis ignoret, quod cōducibile ſit, in Parergis lib. 3. cap. 4. ubi locum illum in Phyſicis Ariſtotelis declaramus, plura in medium ex Græcis attulimus. Redeamus ad Horatium, qui docet decorum in re, & uerbis eſſe ſeruandum, ut delectum rerum, & uerborum habeamus, quæ Comœdiæ, quæ Tragœdiæ tribuantur, nam decorum in eo, qui dicit, in eo qui audit, & in re ipſa ſpectari, ſcribit in Lyſia Dionyſius Halicarnaſſeus. πρός τε τὸν λέγοντα, καὶ πρὸς τοὺς ἀκούοντας, καὶ πρὸς τὸ πρᾶγμα, ἐν τῷ οὐ γὰρ δή, καὶ ποδε ταῦτα τὸ ... ad dicentem, ad audientes, & ad rem, in his enim decorū plenè effinxit oratio Lyſiæ. Indignatur] Non dignatur, Tragœdia enim præſtantior Comœdiæ uerba, ut Sicyonios calceos olim Socrates, id eſt: Lyſiæ orationem, negligit. Virg.

„ Et pontem indignatus Araxes.

Quem nos imitantes in Eridano, quem ſcripſimus ad Illuſtriſſimū Aloyſium Cornelium Cardinalem, ſic inquimus:

„ Et rapidis pontem fruſtra indignatus in undis

„ Danubius. Eſt enim ſimilitudo à ſuperbo homine ſumpta, qui ſupplicem, uel humilem aliquem à ſe reijcit, cuius amicitiam fugit cane peius, & angue. Priuatis] Familiaribus, & humilibus, quales eſſe homines priuati ſolent, qui magiſtratum non gerant, nec perſonam Reipub. ſuſtineant. magiſtratus enim quædam diuina uidetur, cuius conſpectum uitamus aliquando, ut numinis. Paulus iuriſconſultus libro 9. ff. tit. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicetur, lege 2. ſi quis aliquem euitans magiſtratum forte in tabernam proximā ſe immiſiſſet, ibiq; à cane feroce læſus eſſet, &c. talis Tragœdia eſt, at Comœdia priuato homini ſimilis eſt. Cœna Thyeſtæ] Inſcriptio Tragœdiæ cuiuſdā, ſed pro omni Tragœdia ponitur. Atreus, et Thyeſtes Pelopis filij fuerūt, Thyeſtes fuit ab Atreo pulſus, q etiā ipſi filios comedēdos exhibuit, unde in Ode Hor.

„ Et ſæuam Pelopis domum Charemon.

Thyeſtem tragœdiam ſcripſit, ut eſt author Athenæus lib. 13. τῶν ἀκαν... Thyeſtē Ariſtoteles in poëtice inter familias tragicas collocauit, quas ibi recēſet, νῦν δὲ περὶ ὀλίγας οἰκίας αἱ καλλίσται τραγῳδίαι συντίθενται, οἷον περὶ Ἀλκμαίωνα καὶ Οἰδίπουν, καὶ Ὀρέστην, καὶ Μελέαγρον, καὶ Θυέστην, καὶ Τήλεφον. nunc circa paucas familias pulcherrimæ Tragœdiæ compoſitæ uerſantur, ut circa Alcmæonē, & Oedipū, & Oreſtem, & Meleagrū, & Thyeſtem, & Telephum. Locum teneant] Quæ ſunt comica, in Comœdia ponantur, quæ Tragica, in Tragœdia conſtituantur, tractū à re militari, ubi locum deſerere turpè, & periculoſum erat Liu. lib. 2. de Ap. Claudio mucdius haud falsò in proditorem exercitum militaris diſciplinæ, deſertorem ſignorum, & quæ ſequuntur. Halicarnaſſeus lib. 9. exprimēs illud, deſertorem ſignorum, τοὺς τὰ σημεῖα ἀπολελοιπότας. Interdum tamen] Comœdiā humilem, & tenuem, Tragœdiā grandem, & amplā in ſuperiore contextu eſſe dixit Horatius. hic fatetur hunc aliquādo ordinē peruerti, Comœdia enim aliquādo grādis, Tragœdia tenuis eſt. & tamen Comœdiā tenuem eſſe, & planè familiarē, etiā Cicero in oratore confitetur his uerbis. itaq; uideo uiſum eſſe nōnullis, Platonis, & Democriti locutionē, & ſi abſit à uerſu, tamē, quod incitatiùs feratur & clariſſimis uerborū luminib. utatur, potius poëma putandū, quam Comicorum poëtarū apud nos quod uerſiculi ſunt, nihil eſt aliud quotidiani diſſimile ſermonis. In eadē] Quia interdū tantū grandis comœdia eſt, plerunq;, ac ferè ſemper humilis, idcirco digna eſt potius, ut humilis, quàm alta, & ſublimis uocitetur. nam nomen ab ea parte rei deriuatur, quæ uberior eſt: in eodem oratore Cicero, ſic inquit, ſed iam illius perfecti oratoris, & ſummæ eloquentiæ ſpecies exprimenda eſt quem hoc uno excellere, id eſt, oratione, cætera in eo latere, indicat nomen ipſum. non enim inuentor, aut compoſitor, aut actor hæc complexus eſt omnia, ſed & Græcè ab eloquendo Rhetor, & Latinè eloquens dictus eſt: cæterarū enim rerū, quæ ſunt in oratore, partem aliquā ſibi quiſq; uendicat, dicendi aūt, id eſt, eloquendi maxima uis ſoli huic cōceditur Ariſtot. lib. 2. Metrorolog. ubi uentos ait gigni è ſicco halitu terræ, id eſt, καπνοῦ ſic ait: εἰ δ' ἄνευ τε τὸ ὑγρὸν ἄνευ τοῦ ξηροῦ, οὔτε τὸ ξηρὸν ἄνευ τοῦ ὑγροῦ, ἀλλὰ πάντα ταῦτα λέγεται κατὰ τὴν ὑπεροχήν. eſt autē neq; humidum ſine ſicco, nec ſiccū ſine humido, ſed hæc omnia à parte excellētiore nomen ſumunt. Tollit] Tollit autē uocē, quia res acerba occurrit, et tragica, quare exclamandū eſt. ſic oratores exclamant. Aeſchines apud Plutarchū μεγάλῃ φωνῇ χρῆσθαι dicitur. Comœdia uariat uocem, ubi res humilis eſt, & acclamatione non digna, ipſa quoq; humilis, ubi res indigna, ipſa quoq; indignius queritur. hoc faciendum ab oratore præcipit Cicero in oratore ad M. Brutū his uerbis, ac uocis quidē bonitas optanda eſt, non eſt enim in nobis, ſed tractatio, atq; uſus in nobis, ergo ille princeps uariabit, & mutabit, omnes ſonorū tum intendēs, tū remittens perſequetur gradus, uocis aūt tres ſoni ſunt quib. uariè, cùm res poſcet, Tragœdia utetur. De his Cic. in oratore ſic. Mira eſt enim quædā natura uocis, cuius quidē è trib. omninò ſonis inflexo, acuto, graui, tanta ſit, & tam ſuauis uarietas perfecta in cantibus. Comœdia autem tollit uocē, cùm aliquid indignum deſcribitur, & inſandū, uox enim grauior tum rē, tum ingenium non liberale teſtatur. Theophraſtus in lib. quo naturas diuerſorū hominū deſcribit, cùm imaginem agreſtis ingenij effingeret, quā ἀγροικίαν appellat, his uerbis utitur, καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ λαλεῖν. Iratuſq; Chremes] Vt apud Terentiū in Andria Simo ait, Venit mane, clamitans ad me Chremes, &c. cùm ſcilicet ille cēperit Pāphilū peregrinæ amore teneri. Tumido ore] Tragicis uerbis, in Tragœdia enim uerba ſunt tumida, ut ampullæ. Paulò pòſt Horat.

„ Proijcit ampullas, & ſeſquipedalia uerba.

Præterea qui indignantur, pleni irā dicuntur, ſi igitur pleni, neceſſe eſt, ut tumidi ſint. Ariſtot. lib. 3. Rhet. Alcidamantis illud refert, de irato μένους μὲν τὴν ψυχὴν πληρουμένην, πυρίχρων δὲ τὴν ὄψιν γινομένην. animā ira plenā, uultum igneo colore ſuffuſum. Dolet ſermone pedeſtri] Dolet, inquit, Horatius, quia in Tragœdia ſemper dolor exprimitur, in qua duo hæc ſunt præſtanda, ut ait in Poëtice Ariſtoteles τὸ φοβερὸν καὶ τὸ ἐλεεινόν. horribile, & miſerabile, ſermonē autem pedeſtri, id eſt humili dictione: qui enim pedibus incedunt, humiles ſunt, qui equo uehuntur, alti, & acres. quod uidetur expreſſiſſe Lucanus.

„ Vt celſus medio conſpectus in agmine Cæſar. & Virg.

„ Aſtur equo fidens, & uerſicoloribus armis.

In Tragœdia reperiet aliquãdo lenitatem, & uerba quædam dolentium mitius, & ſummiſſiuis, ut in Electra Sophoclis, ubi Electra poſt ingentes gemitus, & dolores ſic inquit placidius.

„ αἰσχύνομαι μὲν ὦ γυναῖκες εἰ δοκῶ

„ πολλοῖσι θρήνοις δυσφορεῖν ὑμῖν ἄγαν.

„ ἀλλ' ἡ βία γὰρ ταῦτ' ἀναγκάζει με δρᾶν, σύγγνωτε.

Pudet me ò mulieres, ſi uideor multis querelis nimium uobis diſcruciari, uis me doloris hæc facere in uitam cogit. Ignoſcite. hîc Electra dolet, & ſermone utitur pedeſtri. Telephos] *Quomodo Tragœdia ſe ſubmittat, & Comœdiæ ſimilis fiat, nunc Horatius oſtendere inſtituit, poetas quoſdam tragicos ſui temporis reprehendens, ut Euripidem, qui Telephum, & Peleum inopes, & egentiſſimos loqui inflatius, & ſuperbiùs faciunt, & quidem eo tempore, cum propter inopiam, & calamitatem, aliorum opem implorare, & miſeratione homines allicere uolunt. hoc prudenter non fit, inquit Horatius. tunc enim Thelephus, & Peleus faſtum deponere, & blandis, miſerabilibusq; uerbis uti debent. & ſic Tragœdia ſe ſubmittet. hæc reſpiciens M. Tullius in oratore ad Brutum ſic ait. An ego Homero, Ennio, reliquis poëtis, & maximè tragicis concederem, ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur? crebróq; mutarent? nonnunquam etiam ad quotidianum genus ſermonis accederent? ipſe nunquam ab illa acerrima contentione diſcederem.*

Telephus, & Peleus] *Telephus fuit rex Myſorum qui aliquando ad inopiam redactus dicitur, quare Tragœdiæ argumentum præbuit. Telephum autem Tragœdiam ſcripſit Agathon, ut teſtatur Athenæus lib. 10 nemo non audiuit hunc Telephum Achillis haſta uulneratum, ab eadem fuiſſe ſanatum, unde lib. 6. Græcorum epigrammatum pulcherrimi uerſus leguntur, quos quidam ad amicã ſcripſit, quam amabat perditiſſimè.*

„ Τήλεφός εἰμι κόρη. σὺ δὲ γίνεο πιστὸς Ἀχιλλεύς,

„ Κάλλει σῷ παῦσον τὸν πόθον, ὡς ἔβαλες.

Telephus ego ſum ò puella. tu uerò fias fidelis Achilles, pulchritudine tua deſiderium meum exple, ut illud iniecisti. Peleus pater Achillis Phocum fratrem necauit, eiectus à patre exulauit. hunc non ponit Ariſtoteles in familijs tragicis, ſed tamen addit, καὶ ὅσοις ἄλλοις συμβέβηκεν ἢ παθεῖν δεινὰ ἢ ποιῆσαι, & quibuſcunq; alijs accidit uel grauia perpeti, uel efficere.

„ *Telephus perpeſſus eſt, Peleus effecit.*

Peleus Aeaci filius Phthijs imperauit. Plato in Theage, τί δὲ Πηλεὺς ὁ Αἰακοῦ ἐν Φθίᾳ &c. Proijcit ampullas] *Ampullæ uitrea uaſa ſunt, quæ, ut Murani nos ſæpe uidimus, cùm fiunt, uitrum tumeſcit, & artifices os uehementer inflant, ut ſpiritu materiæ uitreæ formam ampullæ reddant. quia igitur ampullæ, & artifices illi tumidi ſunt, Horatius tragica, & inflata uerba ampullas uocat. nam etiam in epiſt. lib. 1. ſcribens ad Iulium Florum hac ſimilitudine uſus eſt, de Tityo loquens. An tragica deſæuit & ampullatur in arte? quanquam non inficias iuerim, Horatium hic per ampullas poſſe intueri cucurbitulas illas, quibus ſanguis mittitur: ſunt enim eæ quoq; tumidæ, & tum ex ære, tum ex uitro fiunt. æreas magis laudat Paulus lib. 6. his uerbis. ἀλλ' ἑλκυστικώτεραι μᾶλλον αἱ ἐκ χαλκοῦ, πλείονος ἀνεχόμεναι φλογὸς, τῶν ὑαλίνων ἑτοίμως καταρρηγνυμένων. aptiores ad attrahendum ſunt æreæ, plus flammæ ſuſtinentes, quàm fragiles uitreæ.* Seſquipedalia uerba] *Longa, ut uideantur eſſe ſeſquipedalia, ut illud Ariſtophanis in nubibus, ὑψιβρεμέτας βροντησικεραύνους. altera dictio tonitrum, & fulmen cõprehendit. Flammius, & uiuent ſæclis innumerabilibus.* Si curat cor ſpectantis, &c.] *Et hoc quidem inquit facit Telephus, & Peleus ſi curat cor ſpectantis tetigiſſe querela, id eſt, cum uult miſerationem ob aduerſam fortunam ſuam captare. quæ tamen ſic non captari ſolet à prudentibus. inepti igitur poetæ erant, qui ſic Telephum, & Peleum inducebant. dicit autem querela, quia in Tragœdia ubiq; querimoniæ ſunt propter τὸ φοβερὸν, καὶ τὸ ἐλεεινόν, quæ ineſſe Tragœdijs debent. nam in Aiace Sophoclis eſt τὸ φοβερὸν, id eſt, horribile, cùm amens exprimitur Aiax: quis enim non exhorreat? cum Deo uidemus amentia nos plectere ſolitos, niſi officium coluerimus? in Philoctete uerò eſt τὸ ἐλεεινὸν, à Sophocle expreſſum, id eſt, miſerabile. de quo hic Horatius, tum alijs in locis, ubi Philoctetes loquitur; tum uerò maximè, ubi miſer exit ad herbam colligendam, quia pedi tabido medicinam faciat. certe Sophocles Philoctetem ipſum loquentem miſerabiliter facit, non ſuperbè, cum ille præſentem fortunam ſuam incommodam ante oculos haberet, non ueterem illam omnibus bonis circumfluentem, quæ tum abierat, Philoctetes Neoptolemum, qui in Lemnum inſulam uenerat, ubi Philoctetes in ſolitudine multos annos duriter uitam egerat, ſic alloquitur, orans ut ſe auehat.*

„ πρός νύν σε πατρός, πρός τε μητρός, ὦ τέκνον

„ πρός τ' εἴ τί σοι κατ' οἶκόν ἐστι προσφιλές,

„ ἱκέτης ἱκνοῦμαι.——

Et quæ ſequuntur. Te per parentes fili, & per eos omnes, qui tibi domi cordi ſunt maximè ſupplex oro. Dulcia ſunto] *Non ſatis eſt, inquit, Tragœdiam eſſe pulchram, id eſt, ampullis, & magnificis uerbis redundantem: ſit dulcis, id eſt, miſerabilis, & dulci oratione animum audientium alliciens. M. Tullius in oratore ad Brutum: Dulce igitur orationis genus, & ſolutum, & effluens, ſententijs argutum, &c. quibus uerbis & ipſe, à ſaporibus ſimilitudine ducta, dulcem orationem appellauit. ſic Virg. de Didone.*

„ *Dulces exuuiæ, dum fata Deuſq; ſinebant, &c.*

Quorum uerſuum dulcedine correptus Auguſtus iterari eos ſibi à recitãte iuſſit, quia miſeratione ducebatur, quæ dulce quiddam uidetur continere. Et quocunq; uolent] *Agat, inquit, Tragœdia animum auditoris, quocunq; uolet ipſa: tunc eam ego præclarè ſcriptam putabo. tria requiri uidentur in poëta, quæ requiruntur in oratore: Cicero enim in lib. de claris oratoribus ſic ait, ubi de M. Calidio loquitur. ſed cum à nobis paulò ante dictum ſit: tria uideri eſſe, quæ orator efficere deberet, ut doceret, ut delectaret, ut moueret, duo ſummè tenuit, ut & rem illuſtraret diſſerendo, & animos eorũ, qui audirent, deuinciret uoluptate: aberat tertia illa laus, quæ permoueret, atq; incitaret animos. Horatius tertiam illam partem in poëta requirit, quam in oratore Cicero: ſine hac enim duæ illæ, docere, & delectare, quas intelligebat Horatius cum dicebat non ſatis eſt pulchra eſſe poëmata, planè inanes uidebuntur. nã lib. 1. de orat. Craſſus, quis neſcit, inquit maximam uim exiſtere oratoris in hominum mentibus uel ad iram, aut ad odium, aut ad dolorem incitandis, uel ab ijſdem hiſce permotionib. ad lenitatem miſericordiamq; reuocandis? Cicero, & alij duplicem animi perturbationem, ſiue affectum ponunt, alterum leniorem, qui miſerationem, & beneuolentiam allicit, alterum acriorem, qui ad iram, & odium impellit. prior ἦθος dicitur à Græcis, poſterior πάθος lib. 2. de oratore, nõ enim, inquit Cicero ſemper fortis oratio quæritur, ſed ſæpe placida ſummiſſa, lenis, quæ maximè commendet reos. & pòſt. Huic autem eſt illa diſpar adiuncta ratio orationis, quæ alio quodam genere mentes iudicum permouet impellitq;, ut aut oderint, aut diligant, aut inuideant, aut ſaluum uelint, aut metuant, aut ſperent, aut cupiant, aut abhorreant, aut lætantur, aut mœreant, aut miſereantur, aut punire uelint, aut ad eos motus adducantur, ſi qui finitimi ſunt, & propinqui his, ac talibus animi perturbationibus Horatius hic intelligit placidiorem animi perturbationem, non illam uehementiorem. Laërtius in uita Zenonis. ἔλεον δὲ εἶναι λύπην ὡς ἐπὶ ἀναξίως κακοπαθοῦντι. miſerationem eſſe dolorem, cùm indignè aliquis multis malis afficitur. hoc planè ipſum Horatius innuit. De perturbationibus hiſce animi lege Quint. lib. 6. cap. 3. Ariſtotelẽ lib. 2. Rhet. Ciceronẽ præterea lib. 4. quæſt. Thuſcul. & Melanthonium ipſum lib. 1. Rhet. cap. 23.* Vt ridentibus arrident] *Telephus, & Peleus ſi captare miſerationem uolunt, miſeros ſe non arrogantes, & ſuperbos oſtendant. nam homines ſi quem ridentem uident, arrident, ſi flentem, ſimul flent. quare ut fleas primùm neceſſe eſt, qui miſeratione dignus uideri optas, ut alij tecum poſtea commoueantur. in hac parte Cicero excellebat, quare et peroratio libenter ab alijs oratoribus, qui eandem cauſam tuebantur, relinquebatur ipſe de ſe in oratore ad M. Brutum ſic ait, quid loquar? quibus eo ſum uſus pluribus, quòd etiam ſi plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant, in quo ut uiderer excellere, non ingenio, ſed dolore aſſequebar.* Dolendum eſt primum ipſi tibi] *Polus hiſtrio, Electram Sophoclis agens Oreſtis oſſa non tulit, ſed filij, quem modo amiſerat, & ſeriò luxit. cuius fletu miſerabili facile omnes commoti doluerunt. Gellius libro 7 capite quarto.*

Quintil. lib. 6. cap. 3. ſic ait: ſumma enim, quantum ego quidem ſentio, circa mouẽdos affectus in hoc poſita eſt, ut moueamur ipſi. Cicero lib. 2. de orat. neq; fieri poteſt, ut doleat is, qui audit, ut oderit, ut inuideat, ut pertimiſcat aliquid, ut ad fletum, miſericordiamq; deducatur, niſi omnes ij motus, quos orator adhibere uolet iudici, in ipſo oratore impreſſi eſſe, atq; inuſti uidebuntur. Ariſtoteles in poetice ſua ante Horatium præcepit, dolendum prius illi, qui mouere luctum, & miſerationem ciere alijs uelit, his uerbis: ὅσα δὲ δυνατὸν καὶ τοῖς σχήμασι συναπεργαζόμενον· πιθανώτατοι γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῆς φύσεως οἱ ἐν τοῖς πάθεσίν εἰσι, διὸ καὶ χειμαίνει ὁ χειμαζόμενος, καὶ χαλεπαίνει ὁ ὀργιζόμενος ἀληθινώτατα. hoc eſt, quantum fieri poteſt, id fingendum, quod ex habitibus naturalibus comparatur: nam hi ſuapte natura perſuadent maximè qui in perturbationibus uerſantur, quare perturbat perturbatus, iram ciet iratus ueriſſimè. Tua me infortunia lædent] Quibus aliorum infortunijs moueamur uehementius, docuit in ſua poëtice Ariſtoteles ipſe ſummus poëtarum magiſter. ait enim nos moueri, ὅταν γένηται παρὰ τὴν δόξαν, quum aliquid præter ſpem, atq; opinionem contigit, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, καὶ τύχης. & ſi quæ à caſu & fortuna eueniunt. ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐπίτηδες φαίνεται γεγονέναι. ſed ſponte accidiſſe uidentur. οἷον ἀνδριὰς τοῦ μίτυος ἐν ἄργει ἀπέκτεινεν τὸν αἴτιον τοῦ θανάτου τῷ μίτυι θεωροῦντι ἐμπεσών. ut ſtatua Mityi Argis cùm lapſa interfecit, qui eam ſpectabat, & mortis Mityi auctor extiterat. Nihil unquam fuit Philoctete Sophoclis miſerabiliùs, qui cum ſibi à Neoptolemo arcum, quo ſibi uictum caſis uolucribus & feris in uaſta illa Lemni ſolitudine parabat, raptum uidiſſet, feras uocat, quibus diſcerpatur quæ tamen niſi ex animo fudiſſet, multis cum lachrymis, multisq; ſingultibus neminem commouiſſet. Ion apud Platonem in libro ſui nominis, cùm dixiſſet ſe Homeri carmina recitantem mœſtiſſimè, ſi mœſta ſint, hæc addit de auditoribus. καθεορῶ γὰρ ἑκάστοτε αὐτοὺς ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ βήματος κλαίοντάς τε, καὶ δεινὸν ἐμβλέποντας, καὶ συνθαμβοῦντας τοῖς λεγομένοις. uideo enim undiq; illos de loco ſuperiore è ſuggeſtu flentes, & mœſtè ſe inuicem aſpicientes, & ea quæ dicta ſunt & ſimul obſtupentes. Telephe] Actionem reſpondere orationi debere, etiam atq; etiam hîc poëta monet. nam ſi alia dicet, alia uultu actor teſtabitur, uerbi gratia, ſi uultu hilari mœſtam orationem, aut mœſto hilarem, repræſentabitur: ideo enim Aeſopus Tragœdus, & Roſcius Comœdus perilluſtres olim extiterunt, quia uultu orationem imitabantur, qui ad audiendum Hortenſium accurrebant, quotieſcunque dicturum illum rumor percrebuerat, ut foro petitos geſtus, in ſcenam referrent. nam Hortenſius plus ſtudij in corporis decoro motu, quam in ipſa eloquentia ponebat. Valerius Max. & quia in geſtibus erat acuratior, uulgo illum ſaltatriculam uocitabant. Gellius lib. 1. in omni actione tria ſunt, uox, geſtus, uultus. Cicero in oratore ad Brutum ſic. Eſt autem actio quaſi corporis quædam eloquentia, cum conſtet è uoce at, ue motu. & poſt, dicerem etiam de geſtu cum quo iunctus eſt uultus, &c. hic Horatius in uultu maximè actionem probat tragicam, & in geſtu, quando teſte Cicerone geſtus, & uultus iuncti ſunt, in geſtu autem poſita ſunt ferè omnia. Demetrius Cynicus Neronis tempeſtate mimum cùm uidiſſet Martis, & Veneris adulterium ſaltantem, ἀκούω inquit. ὡς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖς. uideris ipſis manibus loqui. iure igitur optimo Horatius de actione ſibi reticendum minimè exiſtimauit, quæ maximè ponderis apud omnes eſt. unde Cicero in Oratore ad Brutum ſic inquit. nam & infantes actionis dignitate eloquentiæ ſæpe fructum tulerunt, & diſerti deformitate agendi multi infantes putati ſunt, ut iam non ſine cauſa Demoſthenes tribuerit & primas, & ſecundas, & tertias actioni. hæc illi.

Telephe, uel Peleu] Non alloquitur Telephum, uel Peleum, ſed eum qui in ſcena hos repræſentabat, unde addit mandata. Sed ſi malè inquit, mandata loqueris, ſi malè actione rem tibi mandatam exprimes. mandata hic ferè id ſignificant, quod apud eundem Horatium alibi partes ſecundæ, poëta mandat, actor mãdata loquitur, in epiſtola ad Lollium lib. 1.

„ Vt puerum ſæuo credas dictata magiſtro
„ Reddere, uel partes mimum tractare ſecundas.

Ariſtoteles lib. 3. Rhetor. Theodorũ admirari uidetur optimè mandata loquentem, οἷον ἡ θεοδώρου φωνὴ πέπονθε πρὸς τὴν τῶν ἄλλων ὑποκριτῶν, ἡ μὲν γὰρ τοῦ λέγοντος ἔοικεν εἶναι. αἱ δ᾽ ἀλλότριαι. qualis erat uox Theodori, ſi cum uoce aliorum hypocritarum conferatur: hæc enim dicentis eſſe uidebatur, aliorum uoces, alienæ. Dormitabo, aut ridebo] Sic Cicero in lib. de claris oratoribus, ubi de M. Calidio. itaq; tantum abſumus ut inflammares noſtros animos, ſomnum iſto loco uix tenebamus. non attentè audientem ſic deſcribit Ariſtoteles lib. 10. ad Nicomachum de moribus, οἷον ἐν θεάτροις οἱ τραγηματίζοντες, ὅταν φαῦλοι οἱ ἀγωνιζόμενοι ὦσι, τότε μάλιστα αὐτὸ δρῶσιν. ut in Theatris legumina edentes: cùm enim inepti actores ſunt, hæc præſertim faciunt.

Triſtia mœſtum uultum uerba decent] Vt decorum in oratione appareat ſit pathetica. Ariſtoteles lib. 3. Rhet. παθητικὴ δέ, ἐὰν μὲν ᾖ ὕβρις, ὀργιζομένου λέξις. pathetica autem, ſi quidem contumelia erit, irati dictio ſit. quod uertit Horatius, iratum plena minarum. quod ſi quis triſtem cauſam agit, & uultus non ſit mœſtus, non commouebit. Cicero hoc pulcherrimè demonſtrauit in Bruto, ubi M. Calidium Q. Gallio dediſſe crimini ait, quod ſibi uenenum paraſſet, Cicero ſe pro Gallio ſic reſpondiſſe Calidio, inquit. Tu iſtuc M. Calidi niſi fingeres, ſic ageres? præſertim cùm iſta eloquentia alienorum hominum pericula defendere acerrimè ſoleas, tuum negligeres? ubi dolor? ubi ardor animi? qui etiam ex infantium ingenijs elicere uoces, & querelas ſolet, nulla perturbatio animi, nulla corporis, frons non percuſſa, non femur, pedis, quod minimum eſt, nulla ſupploſio. quibus uerbis demonſtrat, M. Calidium neminẽ perſuaſiſſe, quod non mœſto uultu ſuam cauſam tam triſtem egerat. uide etiam Valerium Maximũ libro octauo, capite decimo, Quintilianum libro undecimo, capite ſecundo. ubi hoc ipſum de M. Calidio referunt. Fortunarum habitum] Per fortunarum habitum intellige animi perturbationes, quæ à fortuna uel læta, uel triſti exoriuntur, ueniunt & recedunt. Virg. lib. 6.

„ Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;,
„ Ne auras reſpiciunt. Horatius in epiſt.
„ Gaudeat, an doleat, cupiat, metuatue, Quid ad rem?

Si igitur ueniunt, & recedunt, diſpoſitiones ſunt nõ habitus, in quibus Ariſtoteles in Prædicamentis, ubi agit de qualitate, ea conſtituit, quæ ſemper, aut diutiùs perdurant, ut diſpoſitionibus, quæ ueniunt, ac recedunt celeriter; nec reſpondeas habitum à diſpoſitione contineri, ut docet Ariſtoteles, qua ratione lib. 2. Phyſ. fortunã caſui ſubiecit. nam contrà fecit Horatius. dic in poëtis hæc non eſſe diligentius excutienda. Format enim] Natura inquit nos primum intus format ad omnia, id eſt, in animo primũ perturbationes ciet, quas demum lingua ſignificamus quare ſic loquamur, ut uideamur ex animo loqui. Eſt locus deſumptus è Sophiſta Platonis, ubi hoſpes Theæteto probat, quia lingua aliquando mentitur, mendacium ineſſe etiã animo, propterea, quia quæ eloquimur, antea animo cõceperamus: ubi hoſpes hoc etiam profert, οὐκοῦν διάνοια μὲν καὶ λόγος ταὐτόν. Non igitur cogitatio, & oratio idem. Intus] In animo, ibidem Plato. ὁ μὲν ἐντὸς τῆς ψυχῆς πρὸς αὐτὴν διάλογος ἄνευ φωνῆς γιγνόμενος, τοῦτο αὐτὸ ἡμῖν ἐπωνομάσθη διάνοια. Qui intus fit animæ cum ſeipſa dialogus ſine uoce, cogitatio à nobis appellatus eſt. Ariſtot. lib. 1. Rhet. cum de triplici genere bonorum diſſereret, animi, corporis, fortunæ, bona fortunæ extra eſſe dicit, alia in ipſo homine. ἔστι ἐν αὐτῷ, καὶ τὰ ἐκτὸς ἀγαθά. bona, quæ in ipſo, & quæ extra ſunt, & ſequuntur. Iuuat] Delectat, hoc uerbo bonas perturbationes cõplectitur. Cic. lib. 4. Quæſtion. Thuſculan. ſecundũm Stoicos loquens. partes aũt perturbationũ uolunt ex duobus opinatis bonis naſci, & ex duobus opinatis malis, ita eſſe quatuor, ex bonis libidinẽ, & lætitiã, ut ſit lætitia præſentiũ bonorum, libido futurorũ. libidinẽ igitur, & lætitiã Horatius uerbo hoc innuit. Ad humũ] Veteres in graui mœrore & angore humi ſe ſternebant puluere comas fœdantes, & uultum. Catul. lus in Epithalamio Pelei. Canitiẽ terra, atq; immundo puluere fœdans. Hom. lib. Σ. Iliadis, ubi Achilles audiuit ab Antilocho de morte Patrocli.

„ ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν
„ χεύατο κὰκ κεφαλῆς, χαρίεν δ᾽ ᾔσχυνε πρόσωπον.

Vtraq; manu puluerem deſumens in caput ſparſit, & gratam faciẽ deturpauit. Virgil. etiam lib. 10. de Mezentio.

Canitiem

,, *Canitiem immundo deformat puluere, & ambas*
,, *Ad cœlum tendit palmas, & corpore inhæret.*

Animi motus] *Curas animi, quas motus nuncupat, quia, ut ait Ariſtot. lib. 2. Phyſic. corpora naturalia ſunt, quæ in ſe habent principium motus, & quietis. corpora autem naturalia ſunt, animalia omnia, & ipſorum partes, & plantæ, & elementa. Motus ſit uel cum de loco ad locum mouemur, uel cùm excreſcimus, & decreſcimus, atque etiam corrumpimur. nam φθίσιν nominat Ariſtoteles, uel κατὰ ἀλλοίωσιν id eſt, ut noſtrates philoſophi interpretantur, per alterationem. Hic Horatius motum per alternationem innuit, qui ſit cum alijs poſt alias curis deſtinemur. περὶ ἀλλοιώσεως lege Ariſtotelem lib. 1. de Generat. & Corrupt.* Interprete lingua] *Rectè linguam interpretem animi appellauit: nam linguæ munus eſt, perſpicuè ſenſa animi eloqui: quod niſi faciet, ſuo munere nõ fungetur ut ſic ipſo Ariſtotele lib. 3. Rhet. καὶ ὡρίσθω λέξεως ἀρετὴ σαφῆ εἶναι. σημεῖον γάρ ὅτι ὁ λόγος ἐὰν μὴ δηλοῖ, οὐ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. uirtus dictionis diffiniatur, ut perſpicua ſit: cuius rei ſignum eſt, quod oratio, niſi perſpicuè animũ interpretetur, ſuo munere nõ fungetur.* Abſona dicta] *Si oratio erit abſona, id eſt, abhorrens à fortunis dicentis, à ſtatu, & conditione eius, qui dicit, ut cùm aliquis infœlix hilari fronte loquitur: ſumpta ſimilitudo à muſicis imperitis, qui, cum alio tono perſonandum ſit, alio perſonant: exempli gratia. Pythagoras ebriũ iuuenẽ faces foribus amicæ admouentẽ ſpõdeorũ cantu repreſsit, ſi dactylis fuiſſet uſus, eius dicta iure poterant abſona uocari.* Tollent cachinnum] *Non moderatè ridebunt. Sic Cicero in lib. de fato. Zopyrus ſtupidum eſſe Socratem dixit, & bardum quod iugula concaua non haberet obſtructas eas partes, & obturatas eſſe dicebat. addidit etiam mulieroſum, in quo Alcybiades cachinnum dicitur ſuſtuliſſe.* Equites, peditesq;] *Porphyrio ſic, ordo equeſter, & plebeius. Nos Romanos milites omninò interpretabimur, ciues enim Romani militabant, non ſerui: quod an innuat Porphyrio, non planè compertum habeo: ita eſt conciſus, & obſcurus. Pompeius difficillimo reip. tempore ſeruos armauit, ut ſcribit Cæſar libro primo de bello ciuili, ſed id pro tempore euenit, in more poſitum non erat. Virgilius de milite ſpurio, uetitisq; ad Troiam acceſſerat armis. & Cæſar uehementer in Deiotarum indignatus fuit, cùm comperit inter milites ſibi à Deiotaro miſſos ſeruum eſſe, ut in oratione Ciceronis pro rege Deiotaro inuenies. Cicero pro Murena clariſsimis uerbis teſtatur, Romanos ciues militia reuerſos Romæ in rep. uerſari ſolitos. Voluntas militum, inquit, quæ cùm per ſe ualet multitudine, tum apud ſuos gratia, tum uerò in conſule declarando multum etiam apud uniuerſum populum Romanum auctoritatis habet ſuffragatio militaris. Hic igitur Horatius per equites, peditesq; ciues Romanos intelligit, qui pugnare ipſi, & in caſtra ſolebant proficiſci, quod Athenienſes etiam faciebant, ut Demoſthenes in oratione de falſa legatione docet, ubi de Aeſchine loquitur, cuius uerba Athenienſes audire noluerant, & crebris clamoribus interruperant: πολλοὺς ἔφη τοὺς θορυβοῦντας εἶναι, ὀλίγους δὲ τοὺς στρατευομένους, ὅταν δέῃ. multos dixit obſtrepentes eſſe, paucos autem ad bella euntes, cùm opus ſit.* Intererit multum] *Egit Horatius proximè de oratione Pathetica, id eſt, perturbationum plena, nunc moratam aggreditur, quæ rationem habet ſexus, ætatis & gentis, & aliarum huiuſmodi rerum. Cicero in oratore ad Brutum πρέπον, id eſt, decorum uocat, ubi etiam ſic, inquit, huius ignoratione non modò in uita, ſed ſæpiſsimè & in poëmatis, & in oratione peccatur: eſt autem, quid deceat, oratori uidendum, non in ſententijs ſolùm, ſed etiam in uerbis: non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis ætas, nec uerò locus, aut tempus, aut auditor omnis eodem aut uerborum genere tractandus eſt, aut ſententiarum: quæ uerba Ciceronis idem omninò continet, quod deſcripti Horatij uerſus comprehendunt. Ariſtoteles lib. 3. Rhetor. de morata oratione ſic, ὅταν ἀκολουθῇ ἡ ἁρμόττουσα ἑκάστῳ γένει καὶ ἕξει. λέγω δὲ γένος μὲν καθ᾽ ἡλικίαν, οἷον παῖς, ἢ ἀνὴρ, ἢ γέρων, καὶ γυνὴ, καὶ ἀνὴρ quæ mirè expreſsit Horatius poſitis tamen nominibus alijs. Verba Ariſtotelis ſic uerti poſſunt, quia ſequitur conueniens unicuiq; generi, & habitui. dico autem genus ſecundùm ætatẽ, ut puer, uir, ſenex, & mulier, & uir. Horatius*

,, *Maturus'ne ſenex, an adhuc florente iuuentâ*
,, *Feruidus.——* *Cum dixit Ariſtoteles ἕξει, innuit uarios habitus hominum. Horatius ſic,*
,, *Dauus, an heros, an matrona potens,*
,, *An ſedula nutrix mercator ne uagus,*
,, *Cultor ne uirentis agelli.*

In morata oratione eſt etiam natio. Ariſtoteles, καὶ Λάκων, καὶ Θετταλὸς, & Lacedæmonius, & Theſſalus. Horatius ſic. Colchus, an Aſſyrius, Thebis nutritus, an Argis. Dionyſius in lib. περὶ λόγων ἐξετάσεως ſic inquit, ζητητέον ἐγε πότερον ἕλλην ὁ λέγων, ἢ βάρβαρος καθόλου. Quærendum in uniuerſum eſt, Græcus ne ſit qui loquitur, an Barbarus. Mox Græcum, & Barbarum in ſuos populos diuidit, & alia perſequitur diligentiùs, quæ ad orationem moratam pertinent, quæ nos hìc breuitatis gratia prætermittimus.

Dauus ne loquatur an Heros] *In Parergis hunc locum declarauimus, hìc etiam tamẽ monebimus quoſdam legere, herus ne, quoſdam, an Irus. nam de Iro Homer. in Odyſſea, & Ouidius,*
,, *Immundæ cura fidelis haræ.* *Ego non inani ratione adductus, ſic legendum putarim,* diuus ne loquatur, an heros, *ut heros nobiles perſonas indicet tam in Comœdia, quàm in Tragœdia, diuus deos ſignificet, qui in Comœdia, & in Tragœdia inducuntur, ut Mercurius in Amphytrione Plauti, Plutus in Pluto Ariſtophanis, Hercules in Philoctete Sophoclis. Alioquin Horatius in numerandis perſonis defeciſſe uidebitur, diuinas præteriens.*

Feruidus] *Calidus. Iuuenes enim plus ſanguinis habentes calidiores ſunt, quàm ſenes, qui frigidi ſunt, quia ſanguis ſenibus torpet, et conglaciatur, ut Galenus eſt auctor. Virgil.*
,, *Sin has ne poſsim naturæ accedere partes,*
,, *Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis.*

Matrona potens] *Fortaſſe clariſsimam fœminam indicat, ſenatoris uxorem. nam Vlpianus iuriſconſultus, lib. 1. ff. tit. de ſenat. l. 8. ſic inquit, clariſsimarum fœminarum nomine ſenatorum filiæ, niſi quæ uiros clariſsimos ſortitæ ſunt, non habentur: fœminis enim dignitatem clariſsimam mariti tribuunt, parẽtes uerò, donec plebeijs nuptijs fuerint copulatæ tam diu igitur clariſsima fœmina erit, quãdiu ſenatori nupta eſt, uel clariſsimo, aut ſeparata ab eo, alij inferioris dignitatis non nupſit.* Aut famam] *Porphyrio hunc contextum ſic inducit. Hoc aliud præceptum eſt, nam poëta ſcripturus, aut ſecundùm hominum conſenſum debet aliquid deſcribere, aut, ſi hiſtoriam tanquam tritam non uult attingere, debet conuenienter notam inducere. quibus uerbis Porphyrio poëtæ inſtitutum non demonſtrat. Hic enim Horatius duo eſſe poëtarum argumẽta ſcribit, alterum non nouam perſonam inducens, ſed eam, quæ ab alijs etiã poëtis celebrata eſt, ut Aiax Sophoclis eſt, in qua perſona non licet temerè multa comminiſci, ſed ea planè ſunt commemoranda, de eius moribus, atq; ingenio, quæ apud ueteres poëtas reperimus. Aiax ſemper habitus eſt furioſus, & terribilis, talis à Sophocle exprimitur. Alterum poëtarum argumentum eſt, cùm noua perſona inducitur, de qua nullum apud alios poëtas impreſſum extet ueſtigium. tunc dare operam diligenter debemus, ut eam ubiq; ſibi ſimilem fingamus, ut primis extrema reſpondeant.* Aut famam ſequere] *Sequi autem famam debemus, id eſt, fabulas ab alijs receptas, etiam ſi temerè fictæ uideantur, neq; enim à primis poëtis recedere licet. Ariſtoteles in poëtice quædã in Homero probari teſtatur, quæ temerè efficta uideri poſsint, tamen recipiuntur, ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν Ὀδυσσείᾳ ἄλογα τὰ περὶ τὴν ἔκθεσιν. in Odyſſea conſentanea non uidentur, quæ de expoſitione Vlyſsis dicuntur. Alludit Ariſtoteles ad locum Homeri, qui eſt lib. 13. Odyſſeæ. Vlyſſes naufragus ad Alcynoum uenerat, is miſit, qui Vlyſſem cum donis ampliſsimis aueheret, qui altiſsimo in ſomno ſopitus ſolum tandem ſe in littore cum donis eſſe animaduertit. quis hoc credat? quis de aureo pluuio Danaes? quis de alijs? poëtæ tamen ueterum figmenta tanquã leges ſeruant, quare Ariſtoteles etiam præcipit. τοὺς παρειλημμένους μύθους λύειν οὐκ ἔστι, λέγω δὲ οἷον τὴν Κλυταιμνήστραν ἀποθανοῦσαν ὑπὸ τοῦ Ὀρέστου, καὶ τὴν Ἐριφύλην ὑπὸ τοῦ Ἀλκμαίωνος receptas fabulas non licet immutare: dico autem, ut Clytemneſtram ab Oreſte occiſam, & ab Alcmæone Eriphylen.* Sibi conuenientia finge] *Si fingis, cõuenientia ſibi, id eſt, perſonæ tribuentia, quæ ei conueniũt.*

Fœmina

Fœminæ ſi fortitudinem tribueris, fortaſſe non conuenientia finxeris. Ariſtoteles in Poëtice. Δεύτερον δὲ τὰ ἁρμόττοντα. ἔστι γὰρ ἀνδρείαν μὲν τὸ ἦθος, ἀλλ' οὐχ ἁρμόττον γυναικὶ τὸ ἀνδρείαν, ἢ δεινὴν εἶναι. ſecundo loco conuenientia, eſt enim fortis quidem mos, ſed non conueniens mulieri, ut fortis ſit, uel acris. Herodotus quidem Artemiſiam fortem facit, quia hiſtoriam ſcribēs ueritati ſe addixit. poëta autem qui fingit, non Artemiſiam aut Fuluiam Antonij uxorē aut Clœliam fortiſsimas fœminas reſpiciet, ſed commune fœminarum ingenium, quæ timidæ eſſe ſolent, exprimet. unde Virgil. de Cleopatra.

» Ipſa uidebatur uentis regina uocatis
» Vela dare, & laxos iam iamq; immittere funes.
» Illam inter cædes pallentem morte futura
» Fecerat ignipotens undis, & Iapyge ferri.

Reponis] Sumptum ab Homero, iterum tu iuis in ſcriptis ponis, atq; illuſtras. Aliquando reponere eſt rem pro re beneficiū compenſando reddere. ut Iuturna apud Virg. de Ioue,

» Hæc rapta pro uirginitate repoſuit. Honoratū Achillē] Exemplū affert Achillis, qui ſui paſsim, ut ab Homero didicimus, effingere, atq; exprimere debemus. & eſt præceptū hoc ſimilitudinis, quod à conuenienti eliditur, conueniens refertur ad ſexum, ætatem, dignitatem, ſimile ad unum aliquem hominem, in quo poëta ſeruet ſimilitudinem, ut Homerus in Achille. Ariſtot. in poëtice. τρίτον τὸ ὅμοιον. τοῦτο γὰρ ἕτερον τοῦ χρηστὸν τὸ ἦθος, καὶ ἁρμόττον ποιῆσαι. tertio loco ſimile eſt. nam hoc diuerſum ab eo iudicatur, quo bonum, & cōuenientem morem fingimus. ſic Virgil. Aeneam ubiq; pium, ubiq; fortem expreſsit. Lucanus ubiq; Cæſarem improbū, & tyrannidis cupidum, Pompeium uerò excellenti uirtute præditum, ſed fortunam aduerſiſsimam habentem, ſi deſcriptionem hanc Achillis Horatianā cum Pindarica conferes, quæ eſt Ode 3 Nemeorum, magnam uoluptatem capies. Impiger] Velox. Homerus multis locis de Achille πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς, pedibus celer Achilles. de eodem Pindarus in Nemeis Ode 3.

» κτείνοντ' ἐλάφους ἄνευ κυνῶν,
» δολίων θ' ἑρκέων. ποσὶ γὰρ κράτεσκεν.

Occidentem ceruos, ſine canibus, & doloſis retibus: pedibus enim pollebat. Iura neget. &c.] Neget iura nata ſibi, id eſt, nolit legibus parere, ut feroces nolunt, principes autem legibus ſoluti ſunt, & Achilles quidem princeps erat. Vlpianus I.C. 1. ff. tit. de leg. l. 31. ſic inquit. Princeps legibus ſolutus eſt. Auguſta autem licet legibus ſoluta nō eſt, princeps tamē eadē illi priuilegia tribuūt, quæ & ipſi habent, quod fortaſſe Plato improbans in Sympoſio leges reges urbis nuncupat, πόλεως βασιλεῖς νόμους δίκαια εἶναι. Nihil non arrogeт] Omnia putet ſe armis poſſe conſequi, arrogare enim eſt ſumere, & uendicare ſibi, docet Horatius fortem deſcribendum Achillem, non doloſum, ut ui pugnet, non fraude, ut lib. 1. Græcorū epigrammatum Lacedæmonium dicentem inuenies.

» ...... τεχνάζοντες, ἐγὼ δὲ μὲν, ὡς ἐπέοικεν
» τοῖς Λακεδαιμονίων παισὶ, βίᾳ καὶ ἀρετᾷ.

Illi Meſſenij ſcilicet, & Argiui, doloſi ſunt, ego uerò, ut filios decet Lacedæmoniorum, ui, ac uirtute polleo, & uinco. Medea ferox] Quæ ulta Iaſonis perfidiam ei filios comedendos dedit, & fratrem Abſyrtum lacerauit, eiuſq; membra diſiecit, ut inſequentis illam patris cum Iaſone fugientem impetum retardaret, quam Mithridatem Ponti regem imitatum ait Cicero in oratione pro lege Manilia, qui aurum diſsipauit, & prædam opimam, ut inſequentis milites Luculli prædæ intentos reprimeret. Flebilis Ino] Hæc fugiens Athamantem maritum furioſum in mare ſecum filio deiecit, mox Leucothea dicta, filius Palæmon, flebilem uocat, ob mariti furorem. & quòd, cum dea eſſet, in eius templo ſacerdotes flebant, ut Ariſtoteles ſcriptum reliquit lib. 2. Rhetor. οἷον Ξενοφάνης Ἐλεάτας ἐρωτῶσιν, εἰ θύωσι τῇ Λευκοθέᾳ, καὶ θρηνῶσιν, ἢ μὴ, συνεβούλευεν, εἰ μὲν θεὸν ὑπολαμβάνουσι μὴ θρηνεῖν, εἰ δ' ἄνθρωπον, μὴ θύειν. ut Xenophanes Eleates quærentibus, deberent ne Leucotheæ ſacra facere & flere, nec ne, conſuluit: ſi deam eſſe cenſerent, ne flerent, ſi hominem, nec ſacra facerent, de hoc diximus etiam in Parergis lib. 1. cap. 16. Perfidus Ixion] Quod conuiua Iouis Iunonem de ſtupro interpellauit, cui illa ſimilem ſibi nubem obiecit, ex qua is Centauros procreauit. qua fabula ambitioſos ſignificari non uero bono, ſed eius umbra fruentes, ambitione ſcilicet, Plutarchus docet in uita Agidis, & Cleomenis. Io Vaga] Quæ in uaccam à Ioue conuerſa, ne à Iunone adueniens eius furtum deprehenderet, œſtro à Iunone agitata, ubi ad Nilum peruenit, apud Aegyptios diuinos honores meruit. Ouidium lege. de ea Vergilius libro 7.

» At leuem clypeum ſublatis cornibus Io
» Auro inſignabat, iam ſetis obſita, iam bos,
» Argumentum ingens, & cuſtos uirginis argus,
» Cælataq; amnem fundens pater Inachus urna. Triſtis Oreſtes] Propter conſcientiam occiſæ matris. Virg.
» Hinc Agamemnonius furijs agitatus Oreſtes.

Quas furias Cicero in oratione pro Sex. Roſcio Amerino malam conſcientiam interpretatur. In Oreſte Euripidis ſic Oreſtem Menelaus increpat,

» ὁ μητροφόντης ἐπὶ φόνῳ πράσσων φόνον.
» O' matricida morte, mortem cumulans:
Cui ſic Oreſtes reſpondet,
» ὁ πατρὸς ἀμύντωρ, ὃν σὺ προὔδωκας θανεῖν.
» O' patris ultor, quem tu in morte prodidiſti.

Euripidis Oreſtem ante oculos habebat Horatius, cùm hæc ſcribebat, uel certè Ariſtotelē qui lib. 3. Rhet. ubi de Epithetis agit, ſic inquit, ἔτι μὲν τὰς ἐπιθέσεις ποιεῖσθαι ἀπὸ φαύλου, ἢ αἰσχροῦ. οἷον ὁ μητροφόντης, ἔτι δ' ἀπὸ τοῦ βελτίονος, οἷον ὁ πατρὸς ἀμύντωρ. licet epitheta à loco malo, & turpi deducere, ut matricida: licet etiam à meliori parte, ut patris ultor. Triſtis igitur erat Oreſtes, uel cùm illum Menelaus, & alij increpabant, quòd matris nece ſe inquinauerat, uel cùm ipſe ſecum facinoris ſpeciem memoria repetebat. Inexpertum] Hactenus dictum eſt de ijs, qui famam ſequuntur: nunc de ijs dicit, qui perſonas inducunt à nullis ante poëtis inductas. & ideò eos ait ſcenæ committere, id eſt, Tragœdiæ rem inexpertam, ab alijs non tentatam. Hoc innuit feciſſe Aeſchinem Demoſthenes in oratione de falſa legatione, his uerbis. ὅς γὰρ ἀγῶνας καινοὺς ἀδράματα καὶ τοῦτο μάρτυρας πρὸς ἅπαντα τὰ πεπραγμένα ἐν αὐτοῖς ...... δῆλον ὅτι καινὸς ἔσται. Perſonam nouam] De qua nullus alius poëta dixerit, uel nouam, ex hiſtoria in poëma deductam, & iccirco quaſi hoſpitem, ut ſi quis Horatium ſcribat, uel Porciam Bruti. Ad imum] Ad finem. Ab incœpto] Ab initio, ſimilem ſibi ubique finge. Innuit Horatius æqualitatem, quam Ariſtoteles in poëtice τὸ ὁμαλὸν uocat, τέταρτον δὲ τὸ ὁμαλόν. &c. diſcrepant inter ſe ὅμοιον, & ὁμαλόν id eſt, ſimile, & æquale, nam ſimilitudo ad eos refertur, de quibus alij etiam ſcripſerunt, æqualitas ad eos, de quibus nos tantū ſcribimus, perpetuā æqualitatem ſeruare debemus in ea, quam inducimus, perſona, ut ſit ſibi conſtans. in hoc Euripides in ea Tragœdia peccauit, quæ Iphigenia inſcribitur, quem etiam Ariſtoteles reprehendit, his uerbis.

» τὸ δ' ἀνώμαλον ἡ ἐν Αὐλίδι Ἰφιγένεια,
» οὐδὲν γὰρ ἔοικεν ἡ ἱκετεύουσα, τῇ ὑστέρᾳ.

Iphigenia in Aulide inæqualitatis exemplum eſt, nam cùm ſupplex eſt, nihil ſibi ſimilis poſtera die uidetur. primū apud Euripidē Iphigenia Agamemnonem patrem orat, ne ſe mactet, cùm inquit.

» ἱκετηρίαν δὲ γόνασιν ἐξάπτω σέθεν,
» τὸ σῶμα τοὐμὸν, ὅπερ ἔτικτεν ἥδε σοι,
» μή μ' ἀπολέσῃς ἄωρον. ἡδὺ γὰρ τὸ φῶς
» βλέπειν. τὰ δ' ὑπὸ γῆς μή μ' ἰδεῖν ἀναγκάσῃς.
» Supplicem me ad tua genua aduoluo.
» Corpus meum, quòd hæc tibi peperit,
» Ne mihi intempeſtiuum perdas. ſuaue enim eſt lucem
» Aſpicere, & quæ ſub terra ſunt, ne me uidere cogas.

Mox cum pro ea intercedit Achilles, ne mactaretur, ait illa uelle ſe libenter pro ſalute Græcorum mori.

» σὺ δ' ὦ ξένε μὴ θάνῃς δι' ἐμὲ, μηδ' ἀποκτάνῃς τινά,
» ἔα δέ σῶσαι μ' Ἑλλάδα, ἢν δυνώμεθα.
» ——Tu uerò hoſpes,
» Ne mea cauſa pereas, nec quenquam perimas,
» Sine, ut Græciam ſeruem, ſi queamus.

at uerò

At uerò Virgil. ſimilem ſibi Didonem, & conſtantem ubiq; confirmat: Illa enim ubiq; amat, modò apertè amorem diſſimulat:

» *Neque te teneo, nec dicta refello.*
» *I, ſequere Italiam, & uentis pete regna per undas.*

Mox amantem pœnitet, cum ad Aeneam mittit Annam.

» *Ire iterum in lachrymas, iterum tentare precando*
» *Cogitur.——*

In ipſo etiam rogo conſpectis Aeneæ donis illachrymauit.

» *Hic poſtquam Iliacas ueſtes, notumq; cubile*
» *Conſpexit, paulum lachrymis, & mente morata*
» *Incubuitq; thoro, &c.*

Difficile] *Cum in ſuperiore contextu dixiſſet Horatius, nouam aliquando perſonam induci, cùm nos rei ſumus authores, aliquando non planè nouam, ſed ab alio poëta deſumptam, quem in fabula imitamur, nunc difficilius eſſe prius genus poëmatis cenſet, deinde edocet, quo modo poëtam, quem imitamur in fabula, quæ prius ab illo uulgata eſt, ſuperare artificio, atq; omni genere poſsimus, ut ei omnē laudem rei inuentæ præripiamus.* Difficile eſt propriè communia dicere] *Difficile eſt, rem à nullo ante tractatam, & ideo cōmunem, propriè dicere, id eſt, ita præclarè ſcribere, & perfectè abſoluere, ut tua laus ſit, & propria, ut nemo amplius futurus ſit, cui te uincendi, uel proximè ad te accedendi, uel pertenuis ſpes oſtendi poſsit. hunc ſenſum politiſsimè Hircius expreſsit lib. 8. de bello Gallico, ubi Cæſarem ait in commentarijs communia propriè dixiſſe, adeoq;, inquit, probantur omnium iudicio, ut præcepta, non præbita facultas ſcriptoribus uideatur, quaſi dicat Hircius, commentarij libri ſunt, quibus res breuiter comprehendimus, ut ab alijs explicentur, & luminibus orationis illuſtrentur, Cæſar tamen præripuit, non præbuit alijs ſcribendi facultatem, quia cōmunia propriè dixit. nam cōmunia hîc, id eſt, ab alijs intacta, & propterea nullius propria interpretamur, ſimilitudine earum rerum, quæ nullius in poteſtatem ſunt redactæ, de quibus Imperator Iuſtinian. lib. 2. inſtitut. ciuilium his uerbis meminit, & quidem naturali iure communia ſunt omnium hæc, aër, aqua profluens, & mare, & per hoc litora maris.* In actus] *Actūs ſunt in Comœdia, & Tragœdia. Deducemus Iliacum carmen, id eſt Homeri Iliadem, in actus, ſi ab Homero argumentum Tragœdiæ ſumemus, & ſic illum quaſi præluceutem ſequentes rectiùs aliquid ſcribemus, quàm ſi communia, & inexperta ab alijs cōnſectaremur. Illud enim longè eſt difficilius. Ariſtoteles etiam in poëtice ex Homero argumenta ſumi Tragœdiarum, & Comœdiarum ſcripſit, ex Iliade, & Odyſſea Tragœdiarum, ex margite Comœdiarum, ὁ γὰρ μαργείτης ἀνάλογον ἔχει ὥσπερ ἰλιὰς, καὶ ὀδύσσεια πρὸς τὰς τραγῳδίας, οὕτω καὶ οὗτος πρὸς τὰς κωμῳδίας. Eraſmus in Chiliadibus ſumi ait argumenta Tragœdiarum ex Iliade, Comœdiarū ex Odyſſea, quem nos tantum uirum correximus in Parergis, ubi permulta alia contra illius ſententiam annotauimus. uide Eraſmū in prouerbio ἰλιὰς κακῶν. Sophocles Iliacum carmen in actus deduxit, cùm Aiacem ſcribebat. de quo antè Homerus in Iliade cecinerat, Euripides uerò Iphigeniam, Oreſtem, & alij alia, ex Homero fabulam, quaſi ſcintillas auferentes, quas illi Tragœdijs accendebant.* Quàm ſi proferres] *Rectiùs, inquit, & facilius ex Homero argumentum ſumes Comœdiæ, uel Tragœdiæ, quàm ſi tu ignota, & non dicta ab alijs proferres, id eſt, primus ederes, & ſcriberes. nam inuenire difficile eſt, inuentis addere perfacile, ut ait Ariſtoteles in Topicis. hinc lib. 1. eorum, quæ poſt Phyſica inſcribuntur, Ariſtoteles idem ſic ait, τὸν μὲν οὖν πρῶτον εἰκὸς τὸν ὁποιανοῦν εὑρόντα τέχνην παρὰ τὰς κοινὰς αἰσθήσεις, θαυμάζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, μὴ μόνον διὰ τὸ χρήσιμον εἶναί τι τῶν εὑρεθέντων ἀλλ' ὡς σοφὸν, καὶ διαφέροντα τῶν ἄλλων. primum igitur par eſt, eum, qui quamlibet artem circa ſenſus cōmunes inuenit, admirationi hominibus eſſe, non ſolum quia res ab illo inuentæ utiliſsimæ ſint, ſed quia ſapere, & inter alios uidetur excellere. unde etiam pòſt paulò apertè Ariſtoteles Aegyptios honeſtè nominat, qui primi philoſophati ſunt.* Publica materies] *Hactenus de difficultate explicandæ rei, quam ante nos nemo attigerit. nunc docet, quomodo antecellere illi poſsimus, qui rem prior uulgauerit. publicam materiem, id eſt, ab altero iam publicatam exponimus. Neque enim publicum, & commune idem eſſe cenſemus, quemadmodum nec iuriſconſulti exiſtimant, ut Iuſtinianus demonſtrauit lib. 2. inſtitut. ciuilium cap. 1. At Madius, clariſsimus philoſophus, communia paulò antè pro publicis, & ab altero acceptis, & ſic nobis cum illo communibus, interpretatus eſt, & hic publica, id eſt, cōmunia exponit, cuius hæc uerba ſunt, ſubiungit difficile eſſe communia propriè dicere, ita ſcilicet ea nouo modo exprimere, ut à nullo accepta uideantur. & pòſt, regulamq; tradit, qua ſeruata fieri poteſt, ut publica priuata fiant, hoc eſt, communia propria. nam ſic libentiùs ab alijs accipiemus, quæ noſtra fieri poſſe confidimus. hæc ille. Cuius ego authoritatem libenter ſequerer, ſi mihi ſcrupulus eriperetur, qui mihi in animo reſidet. nam Horatius uerbum illud communia ſtatim aperit, cum inquit, Quàm ſi proferres ignota, indictaq; primus, communia ergo ſunt. ignota, & indicta, præterea ſi cōmunia pro ab altero dictis, atq; ab altero acceptis poſuiſſet, ſubdidiſſet non particulam, quæ, ſed particulam tamen, ut hic ſenſus extaret: difficile eſt ita explicare, quæ ab altero accipias, ut tua laus ſit, & propria, tamen rectiùs ab Iliade, & facilius argumentum ſumes, quam ſi nouam rem aggredereris, quæ ſi in medium afferrem, ut eruditiſsimi Madij ſententiam oppugnarem, iure uideri poſſem ineptus, ſed nos hæc quidem teſtata reliquimus, ut fidi interpretis partes tueamur, qui, quod tacitè ipſe ſecum ſentit, indicet alijs etiam liberius.* Priuati iuris] *Propria illius, qui fuerit accuratior, & dixerit excellentiùs, uerba ſunt Iuriſconſultorum. Iuſtin. lib. 1. inſtitut. ciuilium, cap. 8. ſic nam: quædam perſonæ ſui iuris ſunt, quædam alieno iuri ſubiectæ. item publicata ab altero, alterius propria erunt in diuerſo genere poëmatis. nam Aiax proprius eſt Homeri epici, proprius etiam Sophoclis tragici.* Orbem] *Rectè imitaberis, & imitatione uinces, ſi nō anxius fueris in uertendo toto orbe, id eſt, toto poëmatis corpore, nec te ijſdem uerbis addices, quæ antiquior uſurpauit poëta, nec uereberis quædam prætermittere, quædam etiam addere. Per orbem igitur uniuerſum poëma intellige eius poëtæ, quem imitaris, & cum quo contendis, ſi per orbem periodum acciperes, non eſſes fortaſſe exſibilandus. nam periodus eſt quidam orbis, & eſt patula, quia pluribus membris conſtat. Cicero in oratore uerborum ambitum uocat, qui certè orbis eſt. nam de periodo loquens ſic ait, meæ quidem aures & perfecto, completoq; uerborum ambitu gaudent, & curta ſentiunt, nec amant redundātia.* Vilem] *Quia contemnenda ab illo eſt, qui fabulam ab altero ſumit, & idcirco illi uilis eſt periodus, cùm non in periodis, ſed in materie deſudare debeat ambitioſius.* Patulum] *Periodus patula eſt, & ampla. Quintilian. lib. 9. cap. 4. ſic ait. habet periodus membra minimum duo. medius numerus uidetur quatuor, ſed recipit frequenter & plura. modus eius à Cicerone aut quatuor ſenarijs uerſibus, aut ipſius ſpiritus modò terminatur, præſtare debet, ut ſenſum concludat. uide Cicer. in libris Orat. Madius mea quidem ſententia præclarè Horatium hîc innuere inquit, ordinem eius, à quo fabulam accipimus, eſſe immutandum, ſic enim circa orbem non immorabimur.*

Nec uerbum uerbo] *Sic Cicero in lib. de opt. genere oratorum: conuerti enim ex Atticis duorum eloquentiſsimorum nobiliſsimas orationes, inter ſe contrarias, Aeſchinis, Demoſthenisq;, nec conuerti, ut interpres, ſed ut orator, ſententijs ijſdem, & earum formis tanquam figuris, uerbis ad noſtram conſuetudinem aptis, in quibus non uerbum pro uerbo neceſſe habui reddere, ſed genus omnium uerborum, uimq; ſeruaui: non enim ea me annumerare lectori putaui oportere, ſed tanquam appendere. Cicero in Catone uertens locum Xenophontis ex lib. 8. de inſtitutione Cyri, ubi moriens Cyrus filios alloquitur his uerbis, εἰ μὲν οὖν οὕτως ἔχει ταῦτα ὥσπερ ἐγὼ οἴομαι, καὶ ἡ ψυχὴ καταλείπει τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν καταιδούμενοι ποιεῖτε, ἃ ἐγὼ δέομαι. ſic inquit, quare ſi hæc ita ſunt, ſic me colite, ut Deum, qua in uerſione Cicero multa omiſit. eam nos expendimus in Parergis, audacius fortaſſe in Ciceronem inuecti, ſed tamen non ſine argumentis, atque utinam extarent Aeſchines, & Demoſthenes à Cicerone uerſi, quemadmodum uertendi Græci eſſent, melius perſpicere potuiſſemus, quanquam mihi quidem hoc deſiderium leuauit uir doctiſsimus, atq; eloquentiſsimus, Paulus Manutius, qui quatuor Demoſthenis orationes contra Philippum ſuperioribus annis, ita quidem in Latinam orationem uertit,*

uertit, ut nihil fieri poſsit perfectius, ille enim nō ſolum præceptum Horatij, & Ciceronis in uertendo ſeruauit, ſed etiam Latinam linguam re ipſa probauit Græca eſſe uberiorem, & locupletiorē, quod uerbo tantum affirmauit Cicero lib. de finibus, & lib. 2. Thuſculanarum quæſtionum. Nec deſilies imitator in arctum] Tu, qui imitator es, non fidus interpres, ne deſcendas in anguſtum hunc locum, ut uerbum uerbo uelis interpretari, & liberius exſpatiari non poſsis. Id enim omninò faciendum uidetur, quod elegantiſsimè, & doctiſsimè noſter Riccius præſcribit lib. 2. de imitatione, his uerbis. Cicero Milonem cædis reum fortiſsima oratione (ſi eam habuit integram, quæ pro Milone legitur) defendit, at Brutus idem effeciſſe, ſed alio idem effeciſſe modo dicitur, neque fortaſſe imperitè. quid uerò ſi Hortenſius eam quoq; cauſam peroraſſet? num ei quaſi ad alterius eorum utrius ingenium inueniendi ratio concluſa, atque circumſcripta eſſe debuiſſet? ut non ſolùm multa addi ad aliorum inuenta, uerumetiam alio illa ipſa modo inueniri, atq; excogitari facilè poſsint. Socrates in Ione Platonis, τί δ' οἱ ἄλλοι ποιηταὶ οὐ περὶ τῶν αὐτῶν τούτων. quid alij poëtæ non de his ipſis rebus agunt? cui reſpondet Ion. ναί, ἀλλ' ὦ Σώκρατες οὐχ ὁμοίως πεποιήκασι, καὶ Ὅμηρος. næ, at non ea ratione, qua Homerus, alij carmina panxerunt. Pudor uetet] Pudor uetat nos proferre pedem, id eſt, diſcedere ab ijs, quæ temerè ſumus aggreſsi, & ſic malle ſolemus in errore obſtinatè perſiſtere, quàm ceſſare, quæ res laudabilis non eſt. unde Plato in Charmide Socratem inducit præclarè Charmidis opinionem oppugnantem, qui dixerat temperantiam eſſe pudorem, οὐκ ἄρα σωφροσύνη ἂν εἴη αἰδώς, εἴπερ τὸ μὲν ἀγαθὸν τυγχάνει ὄν. αἰδὼς δὲ μηδὲν μᾶλλον ἀγαθὸν, ἢ καὶ κακόν. non igitur temperantia pudor eſſet, ſi hæc bona eſt, pudor non minus malus, quàm bonus. uerba hæc omnia, deſilire in arctum, unde pudor proferre pedem uetet, militarem quandam imaginem præ ſe ferunt. nam Imperatores, qui in locum anguſtum, & in hoſtium inſidias deuenerunt, malunt aliquando occumbere, quàm fugere. Xenophon in Paralipomenis lib. 1. Καλλικρατίδας δὲ εἶπεν, ὅτι ἡ Σπάρτη οὐδὲν μὴ κάκιον οἰκεῖται αὐτοῦ ἀποθανόντος, φεύγειν δὲ αἰσχρὸν ἔφη. Callicratides uerò inquit, nihilominus me mortuo Sparta habitabitur, fugere omninò turpe eſt, inquit. Operis lex] Inſtitutum, quo iam opus tractare cœpiſti. turpe enim eſt, aliquid aggredi, quod demum omittere cogaris, ut ſi uerbum uerbo reddere incœperis, mox te ad fabulam tantùm exprimendam conuertas: legem appellauit, quod inſtitutum eſt, etiam Epictetus. ὅσα προτίθεται, τούτοις ὡς νόμοις, ὡς ἀσεβήσων ἂν παραβῇς, ἔμμενε. quæcunq; propoſita ſunt, his ueluti legibus, ut peccaturus, ſi inde pedem proferas, conſiſte. Nec ſi incipies] Redit ad Epicū Horatius, quem monet, ne uelit principium poëmatis ſui grandioribus uerbis contexere, propterea quòd principium tenue potius eſſe debet, quàm turgidum, atq; inflatum. Proponit uerò ſibi Cyclicum poëtam pro cunctis exagitandum, qui bellum Troianum ſcribens nimis grandi principio erat exorſus, eiuſq; in comparatione Homerum ob excellentem artem ſummè extollit. Requirit hoc etiam in oratorio principio Quintilianus lib. 4. cap. 2. his uerbis. nec minus diligenter, ne ſuſpecti ſimul in ulla parte, uitandum, propterea quòd minimè oſtentari debet in principijs cura, quia uidetur ars omninò dicentis contra iudicem adhiberi. M. Tullius in oratore ad Brutum ſic inquit, medius ille autem, quem modicum, & temperatum uoco, ſi modo ſuum illud ſatis inſtruxerit, non extimeſcet ancipites dicendi, incertoſq; caſus: etiam ſi quando minus ſuccedet, ut ſæpe fit, magnum tamen periculum, non adibit: altè enim cadere non poteſt. Zetzes Heſiodi interpres Procli principium inflatiùs arguit his uerbis, quaſi huiuſcemodi principium omnibus ſit uitandū, οὐ καλῶς μετεωρολογεῖ, καὶ κομπάζει κενεμβατῶν. Cyclicus] Antimachus cognomento Cyclicus, uel quiſpiam alter, qui in circulis, quos Græci uocāt κύκλους, unde Cyclicus deductus uidetur, ſua carmina, ut ait Acron, recitaret, cuius mihi ſententia placet, quam ueterum etiam ſcriptorum teſtimonijs munire poſſumus. Plutarchus enim in libro de muſica ſic habet, ἔχεις ἤδη τοὺς ἐγκυκλίους περὶ μουσικῆς λόγους, habes inquit circulares de Muſica ſermones hîc poëta fortaſſe etiam curabat, ut à rapſodis ſua carmina paſsim recitarentur: erant enim rapſodi carminum recitatores, Plato in Ione. ἀλλὰ σοφοὶ μέν πού ἐστε ὑμεῖς οἱ ῥαψῳδοί, καὶ οἱ ὑποκριταί, καὶ ὧν ὑμεῖς ᾄδετε τὰ ποιήματα? ſed uos rapſodi ſapientes eſtis, & hypocritæ, & quorum uos poëmata canitis. de ijs, quæ Ariſtoteles uocat ἐγκύκλια lib. 1. de moribus ad Nicomachum, annotauimus in Parergis lib. 2. cap. 20. contra Euſtratij ſententiam. Fortunam Priami] Sic incipiebat Cyclicus, promittens ſe dicturū de uiciſsitudine rerum maximarum: ubi enim fortuna dominatur, ibi ſint incerti exitus rerum neceſſe eſt. de ea Marcellinus ſic ait lib. 14. in fine, hæc fortuna mutabilis, & inconſtans fecit Agathoclem Siculum ex figulo regem, & Dionyſium, gentium quondam terrorem, Corinthi literario ludo præfecit, hæc Andriſcum in Fullonia natum ad Pſeudophilippi nomen euexit, & Perſei legitimum filiū artem ferrariam ob quærendum docuit uictum, & quæ ſequuntur. Talia pollicebatur Cyclicus dicturum ſe de Priamo, qui olim Aſiæ rex diruta, atq; inflammata Troia, ad miſeram fortunam redactus miſerè à Pyrrho fuit contrucidatus. Nam ſequens Marcellinus hoc etiam addit de Pompeio. Iſtius iniquitate Pompeius poſt quæſitum Magni ex rerum geſtarum amplitudine cognomentum ad ſpadonum libidinem in Aegypto trucidatur. Pindarus cùm tantum in humanis rebus poſſe fortunam uideret, eam filiam Iouis appellauit Ode 12. Olympiorum.

„ Λίσσομαι παῖ Ζηνὸς Ἐλευθερίου
„ σώτειρα τύχα. ——

Obteſtor filia Iouis liberalis ſeruatrix fortuna. Hiatu] Granditate. nam pleno ore uerſus eſt proferendus. hiatus terræ eſt. Virgilius:

„ Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiſcat.

Catullus.

„ Cum grauis exuſtos æſtus hiulcat agros.

Parturient montes] Vſurpatur hic uerſus in eos, qui magna quidem pollicentur, ſed nihil præſtant. Lucianus in lib. de conſcribenda hiſtoria, ſic, ἄν που ἴδωσι Ἔρωτα παίζοντα, προσωπεῖον Ἡρακλέους, ἢ Τιτᾶνος περικείμενον, εὐθὺς γοῦν οἱ ἀκούοντες ἐπιφθέγγονται αὐτοῖς τό, ὤδινεν ὄρος. id eſt, ſicubi amorem uideres ludentem perſonam Herculis magnam, uel Titanis geſtantem, ſtatim audientes ſecum dicunt, parturijt mons. Athenæus lib. 14. de cœnis Sophiſtarum, Tachum regem Aegypti iocatum ait in Ageſilaum, qui corpore puſillus erat, nomine uerò celeber, τὸ δὲ σκῶμμα τοῦτο ἦν. ὤδινεν ὄρος, Ζεὺς δὲ ἐφοβεῖτο. τὸ δ' ἔτεκεν μῦν. ſcomma hoc erat. parturibat mons. Iupiter autem quid pareret metu perculſus expectabat: Hic uerò murem peperit. cui reſpondit Ageſilaus, φανήσομαί σοί ποτε καὶ λέων. tibi aliquando etiam leo uidebor. Ridiculus mus] Deſijt in unam ſyllabam mus, non ſine artificio. nam Quintilianus lib. 8. cap. 4. ſic inquit, riſimus meritò nuper poëtam, qui dixerat, prætextam in ciſta mures roſere Camilli. at Virgilij miramur illud, ſæpe exiguus mus. nam epitheton exiguus aptum, proprium efficit, ne plus expectaremus, & clauſula ipſa unius ſyllabæ non uſitata addidit gratiam. imitatus utrunque Horatius, naſcetur ridiculus mus. hæc Quintilianus. Quantò rectius hic] Quantò melius, inquit, Homerus incipit, quàm Antimachus Cyclicus? hunc Antimachum, ſi modo per Cyclicum Antimachum intelligit, Horatius hic prorſus irridet. de eo tamen Cicero honorificentiùs loquitur in lib. de claris oratoribus, his uerbis. nec enim poſſet idem Demoſthenes dicere, quod dixiſſe Antimachū Clarium poëtam ferunt, qui cum conuocatis auditoribus legeret eis magnum illud, quod nouiſtis, uolumen ſuum, & cum legentem omnes præter Platonem reliquiſſet, legam, inquit, nihilominus: Plato enim mihi unus inſtar eſt omnium. ibi Corradus, uir doctiſsimus, Clarum poëtam legit non Clarium. hic tamen, inquit, in alijs libris legimus Clarū, fortaſſe melius, quod ut dicimus ſæpe exempli cauſa, Virgilius nobilis, et clarus poëta, ſic rarò dicimus Virgilius Mātuanus poëta. Antimachus præterea Colophonius à Suida Athenæo, & alijs, non Clarius appellatur. quòd ſi quis arguat Clarum locum Colophoni uicinum fuiſſe, & à uicinis locis licere claros homines appellare: dicam, poëtis, non oratoribus, & hiſtoricis hoc ipſum concedi. poëtam uocat Cicero, ita, ut unus ſit è ſex illis, quā per excellentiam poëtæ nominantur, ut interpres Oppiani ſcribit, & Lilius refert. Thebaida compoſuit, & libros quatuor & uiginti

ſcripſit

ſcripſit ante, quàm ducet ad urbem perduceret, ut Lilius in poëtis refert. Hæc de Antimacho libenter perſecuti ſumus. ex quibus coniicere poſſumus nobiliorem illum poëtam fuiſſe, quàm hic Horatius indicat, quando per Cyclicum Acron, & Porphyrio Antimachū exponunt. Nil molitur inepte] *Nil meditatur, & ſcribit imperitè. Vnde Socrates in Platonis Ione iure optimo Homerum ἄριστον, καὶ θειότατον τῶν ποιητῶν uocat, id eſt, optimum, & maximè diuinum inter poëtas. & cū poëtā dicimus illū per excellentiā inter Græcos: intelligimus, ut inter Latinos Virgiliū: ut Iuſtinianus etiam ait lib. 1. Inſtitut. ciuil.* Dic mihi muſa uirum] *Duob. uerſibus expreſſit Horatius principium Odyſſeæ tribus uerſib. conſtans.*

„ ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
„ πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε,
„ πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.

In qua uerſione defeciſſe mihi quidem uidetur Horatius. nam πολύτροπον, quæ dictio lumen horum carminum, & ſplendor maximus eſt, non attigit: Ea uerò Vlyſſem multa ſcientē, floridius Græcè, quā nos uno uerbo exprimere Latinè poſſimus, ſignificat. quòd ſi quis hic pro Horatio argutabitur, dicens, hoc illo carmine fuiſſe declaratum: Qui mores hominum multorum uidit, & urbes: *huic ego reſpondebo, tertium Homeri uerſum illo retuliſſe Horatium, non dictionem illam πολύτροπον. quam nō addidiſſet Homerus, ſi tertio tantum uerſu, quem conceperat animo, ſenſum eloqui potuiſſet.* Non fumum ex fulgore] *Illi ex fulgore fumum dant, qui initio præclarè ſe gerunt, mox tanquam lumen uidentur extingui, et deficiunt paulatim, uel etiam repentè. Sumpſit ſimilitudinem Horatius ab aerijs, & aqueis corporibus, etiam terreis, quæ cum ſunt combuſta, fumum retinent, & nigredine ſunt aſperſa. Ariſtot. in lib. de Colorib.* τὸ δὲ μέλαν χρῶμα συμβαίνει γίνεσθαι, ὅταν ὁ ἀὴρ, καὶ τὸ ὕδωρ ὑπὸ τοῦ πυρὸς διακαυθῇ, διὸ καὶ πάντα τὰ καόμενα μελαίνεται, καθάπερ ξύλα, καὶ ἄνθρακες σβεσθέντος τοῦ πυρὸς, καὶ ὁ ἐκ τῶν κεράμων καπνὸς ἐκκρινομένου τοῦ ὑπάρχοντος ἐν τῷ κεράμῳ ὑγροῦ, καὶ καομένου. *Nigrum autem colorē fieri contingit, cùm aër, & aqua ab igne cōburūtur, quare & omnia ambuſta nigreſcūt, ut ligna, & carbones igne extincto, quin & fumus, qui ex latere prodit, ubi humidum, quod lateri inerat, excernitur, & comburitur. Vbi Portius, clariſſimus Philoſophus, quod ad fumum attinet, ſic inquit.* Quod in lignis declarauit, & carbonibus, idem in terreis uſu uenire demonſtrat, confirmans id per fumum, quem terrea exhalant, qui iccirco nigricat, quoniam ignis educit humiditatem, eamq́; adurit. *& paulò pòſt.* καπνὸς, *quem fumum uocamus, eſt lignorum, eorum ſcilicet, quæ ex mixtura humidæ, & terreæ ſubſtantiæ conſtant.* λιγνὺς *autem eſt thuris, picis, & odorabilium, quæque minus habent humiditatis, ac magis terrea ſunt.* κνῖσα *uerò, quem nidorem quidam interpretātur, eſt olei, eorumq́; quæ oleagina ſunt, et pinguia. ſed hæc quarto Meteororū ab Ariſtotele diffuſius diſcutiuntur. cap. de uſtibili.* Sed ex fumo dare lucem] *Ii lucem dant ex fumo, qui è tenui, ac mediocri principio altiùs prouehuntur, & perpetuò quodam tenore ſemper excreſcunt: non qui poſt illuſtre principium, quaſi quodam repentè uento deſtituti flacceſcunt, ut de Galba inquit Cicero in Bruto, & ſuperioribus menſibus Bononiæ, uir nobiliſſimus, Franciſcus Bolognetus, de quodam poëta Ethruſco dicebat, cuius principio nihil eſſe poteſt illuſtrius, reliquo poëmate nihil obſcurius. Hoc eſt, inquit, fumum ex fulgore, non ex fumo dare lucem.* Speciosa miracula] *Per miracula ea monſtra hominum, uel ferarum potiùs intelligit, quæ ſtatim refert. Speciosa autem, id eſt, immania. nam, quæ uaſta ſunt corpora, plus ſpeciei & formæ habent, quàm exigua. Homerus de Tydeo exigui corporis,* εἶδος μὲν ἔην κακός. *forma mala malus erat, id eſt, non ſpecioſus, quod alibi de Dolone etiam protulit, uel ſpecioſa, pulchrè explicata.* Antiphatem] *Læſtrygonum regem, qui homines deuorabat. Homerus Odyſſ. κ.* Scyllam] *De hac, & Charybdi, Odyſſ. μ.* Cyclope] *Polyphemo, Odyſſ. ι.* Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri] *Mirabitur fortaſſe aliquis, cur Horatius de principio Heroico hic agat, quod non à primis rebus, ſed à medijs, uel poſtremis deducitur, cùm de hac ipſa ratione ſuperiùs contextu ſexto, ſatis multa præceperit, & Horatium ſupernacanea uel hoc, uel illo loco ſcripſiſſe affirmabit. quam nos quæſtionem ſic diſſoluimus. in ſexto contextu Horatius de ordine agebat, & quia ad ordinem referuntur principium, medium, ultimum, obiter etiam de principio hoc ipſo heroico, & breuiter uerba fecit, nunc propriè, & ægrè de principio diſſerit, quare occaſio non fuit dimittenda. Quinetiam obiter hic repetit primum huius libri præceptum, cùm inquit,* primo ne medium, medio ne diſcrepet imum. *Solent enim ueteres, & boni ſcriptores ſæpe ea repetere, quæ alibi explicuerint. Ariſtoteles in 1. de Anima: de perturbationibus animi, id eſt,* περὶ τῶν παθῶν, *obiter, & breuiter diſputauit, de ijs in lib. 2. Rhetoricor. propriè, & fuſius diſſeruit: de ſenſibus copioſè dixit libro ſecundo de Anima; de ijſdem mox librum conſcripſit, quem etiam inſcripſit* περὶ τῶν αἰσθήσεων καὶ αἰσθητῶν. *quid Cicero? quoties eadem repetit, atque inculcat? Hoc uerò notum eſt lippis, ut aiunt, & tonſoribus. In Oratore ad M. Brutum ſic etiam docet.* Cùm autem, quid, & quo loco dicat, inuenerit, illud eſt longè maximum, uidere, quo nam modo. *Scitum eſt enim, quod Carneades noſter dicere ſolebat, Clitomachum eadem dicere, Carneadem autem etiam eodem modo eadem dicere.* Sæpe autem uſu uenire ſolet, ut de iiſdem rebus nobis dicendum ſit uberiùs, de quibus alibi preſſiùs diximus, *ut Themiſtius inquit lib. 5. Phyſicor. contextu nono. Hæc uerò perſecuti ſumus copioſiùs, quia multos mirari animaduertimus, quamobrem Horatius bis de principio heroico egerit.* Nec reditum Diomedis] *Diomedem regno pulſum, & redeuntem uxor Aegiale arcuit. [...] ſectem Cretenſem. Meleager autem frater Diomedis fuit, qui tantùm conſumebatur, quantum facem fatalem mater Althæa conſumebat. Hyginus, & Ouidius.* Gemino ouo] *Bellum Troianum ob raptam Helenam exarſit, ſed Homerus à ſacerdote Chryſe, cuius filiam Agamemnon ad Troiam captiuam habebat, exorſus eſt, non ab ortu Helenæ: quæ ex ouo nata perhibetur: Iupiter enim in Cygnum uerſus cum Leda coiuit: Ouid.*

„ *Fecit olorinis Ledam recubare ſub alis.*

Athenæus lib. 2. de cœnis Sophiſtarum, de Helena ſic ait, ὡς ἐξ ὠοῦ ἦν γεγενημένη, *quòd eſſet ex ouo genita: quidam aiunt ouum è cœlo decidiſſe, ut ibidem ſcribit Athenæus Sympoſij libro ſecundo. Plutarchus ſic habet,* τὸ Τυνδάρεον ὠὸν οἱ ποιηταὶ λέγουσιν οὐρανοπετὲς ἀναφανῆναι. *Tyndaræum ouum poëtæ aiunt è cœlo delapſum apparuiſſe. Acron ex ouo gemino prognatos ait Caſtorem, & Pollucem, de Helena non meminit: cui tamen reclamat Athenæus, cuius uerba retulimus. Nos ex altero ouo natam Helenam, ex altero Caſtorem, & Pollucem dicimus. Sebaſtianus quidem Corradus, uir doctiſſimus, qui cum Regij de gemino hoc ouo Horatij uerba fecerim, ut eius ſententiam elicerem, nuper ad me Bononiam ſic ſcripſit.* Gemino] Nam ex altero Pollux, & Helena, ex altero Caſtor, & Clytemneſtra nati dicuntur: quanquam Pauſanias in Laconicis, Hyginus, Lucianus, Lycophronis interpres, & omnes penè ſcriptores, quos ipſi uidimus, unum ouum fuiſſe teſtantur, ex quo nati ſunt Caſtor, Pollux, Helena: ut ſequendi uideantur illi, qui gemino interpretantur, utriuſq; ſexus, uel magno, uel in quo eſſent gemini, uel pari, uel potiùs duos uitellos habenti: Sic enim ſcribit Ariſtoteles lib. 6. de hiſtoria Animalium, τὰ δίδυμα τῶν ᾠῶν δύο ἴσχει λεκίθους, & lib. 1. de Generat. animal. τὰ γὰρ δίδυμα τῶν ᾠῶν δίθυα ἐστίν, & Plin. lib. 10. cap. 54. quædam Gallinæ omnia gemina oua pariunt, & geminos interdum excludunt pullos. Ad euentum, & in medias res] *Ad finem, & ad mediū ſe confert, unde initium petit. Vide quæ diximus ſuprà contextu 6. ex Plutarcho, & Theone.* Auditorem] *Cur non lectorem potius? reſpondeo, quia etiam Homeri ſcripta recitabantur, ut Tragœdiæ & Comœdiæ. Plato in Ione, ubi Ion ait ſe ab Epidaurijs uenire,* μῶν καὶ ῥαψῳδῶν ἀγῶνα τιθέασι τῷ θεῷ οἱ Ἐπιδαύριοι? *num rapſodorum certamen Deo Epidaurij inſtituerunt? rapſodi autem erant ij, qui Homeri, & aliorum Epicorum carmina recitabant, ut eodem Dialogo Plato teſtatur.* Tracta nitescere] *Ea prætermittit, quæ politè uerbis explicari non poſſunt: ſunt enim quædam ita horrida, ut ſplendeſcere oratione nequeant. quare Timantem poëtæ ſæpe imitantur. de quo Cicer. ſic in Oratore ad Brutum.* Si deniq; pictor ille uidit, cùm in immolanda Iphigenia triſtis Calchas eſſet, mæſtior Vlyſſes, mæreret Menelaus, obuoluendum

caput Agamemnonis eſſe, quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari. Vide etiam Quintilianũ lib. 2. cap. 14. tranſlatio eſt à ferro, quod rubigine infectum, ſi tractetur, ſplendeſcit. uel refer hoc ad magnitudinem rei, & hiſtoriæ: quam uniuerſam ſi uellet poëta complecti, ita excreſceret, ut comprehendi animo non poſſet, & ſic tractata non niteſceret. Ariſtoteles in poëtice de Homero, qui non totum bellum Troianum, ſed eam belli partem tantum, quæ ad iram Achillis attinet, expreſſit. λίαν γὰρ ἂν μέγας, καὶ οὐκ εὐσύνοπτος ἔμελλεν ἔσεσθαι. res nimium exercuiſſet, & cõprehenſibilis animi oculis non futura erat. Atque ita mentitur] Mentiri, & fingere poëta debet, ut Homerus fecit, ſed tamẽ in mendacijs conſtare ſibi debet, ut omnia inter ſe & principium medio, & medium fini reſpondeant, ne monſtrum fiat, de quo initio huius libri legimus: Poëta enim non propter metrum, ſed propter fabulã, & fictionem poëta eſt: quare fingere omninò ſtatuat, ſed prudenter, Ariſtoteles in poëtice. οὐ τὰ γενόμενα λέγειν, τοῦτο ποιητοῦ ἔργον ἐστὶν, ἀλλ' οἷα ἂν γένοιτο, καὶ τὰ δυνατὰ κατὰ τὸ εἰκὸς, ἢ τὸ ἀναγκαῖον. Non officium poëtæ eſt res ueras, & geſtas dicere, ſed quæ fierent, & quæ uel ſecundùm uerſimile, uel ſecundùm neceſſitatem fieri poſſent. Illud etiam addit Ariſtoteles, poëtam non futurum, qui nihil fingendo Herodotum metro exprimeret, ſed hiſtoricum. unde Lucanus, qui hiſtoriam de bello ciuili carmine retulit, poëta nõ habetur. Is apud Martialem de ſeipſo ſic loquitur.

» Sunt quidem, qui me dicunt non eſſe poëtam,
» Sed qui me uendit bibliopola putat.

Tu quid ego] Quia ſuperiùs ijs uerſibus.

» Intererit multum Diuus ne loquatur, an heros,
» Maturus' ue ſenex, &c.

Seruandum in ætate eorum, qui inducti loquuntur in ſcena, decorum præmonuerat, & nullum eius rei præceptum attulerat, nunc latiùs hanc rem tractat, diligenterq́ ea omnia, quæ cuiq; ætati conueniunt, expendit. Cicero in Oratore ſuo ad M. Brutum hoc ſilentio non inuoluit, cùm his uerbis utitur. Semperq; in omni parte orationis, ut uitæ, quid deceat eſt conſiderandum, quod & in re, de qua agitur, poſitum eſt, & in perſonis, & eorum qui dicunt, & eorum qui audiunt. Nec uerò non attigit etiam Ariſtoteles lib. 3. Rhetor. ἐπεὶ καὶ ἐν ταύταις εἰ δοῦλος καλλιεποῖτο, ἢ λίαν νέος, ἀπρεπέστερον. quoniam & hic in ſoluta oratione ſi ſeruus, ornatum orationis præ ſe ferat, aut ualde iuuenis, erit indecorum.

Et populus mecum] Pollicetur Horatius ſe ſuum & populi iudicium depromturum. dicet quiſpiam, non debuit tantum populo tribuere, ut eum doctiſsimorum hominum, & poëtarum elegantiſsimorum iudicem conſtituat. Nam populum in poëmatibus dijudicandis delirare Vitruuius eſt teſtis locupletiſsimus, cuius hæc uerba ſunt in Procemio libri ſeptimi, ubi mentio eſt poëtarum, qui coram populo recitarant. Ariſtophanes uerò, cùm ab eo ſententia rogaretur, eum primum pronunciari iuſsit, qui minimè populo placuiſſet, reſpondere poteſt ijs uerbis Ciceronis, quæ ſunt in Bruto. planè inquam Attice diſputationem hanc de Oratore probando, aut improbando, multò malim tibi, & Bruto placere, eloquentiam autem meam populo probari uelim. Etenim neceſſe eſt, qui ita dicat, ut à multitudine probetur, eundem doctis probari. dic nomine populi contineri ſenatum, equites, plebem, ut author eſt Iuſtinianus libro primo Inſtitut. ciuilium, ubi, quid lex ſit, docet: quare prudentes etiã, & doctos homines hîc intelligi, qui optimè poſsint de poëmatibus ſententiã ferre. Si plauſoris eges] Plauſus loco laudis erat. Suetonius in Galba cap. ſexto ſic ait. à C. Cæſare ludis ſubſtitutus poſtridie quàm ad legiones uenit, ſolemni fortè ſpectaculo, plaudentes inhibuit, data teſſera, ut manus pænulis continerent. Si tibi uis plaudi, inquit hic Horatius, ſi uis ab hominibus undique applaudentibus tua poëmata laudari.

Aulæa manentis] Aulæa expectantis, quibus inſideret: aulæis enim utebantur etiam tapetum loco. Horatius in epiſtola ad Auguſtum lib. 2. epiſt.

» Quattuor, aut plures aulæa premuntur in horas,
» Dum fugiunt equitum turmæ, peditumq́ catervæ.

Aulæis etiam parietes ſcenæ ornabantur. Virgil. lib. 3. Georg.

» Vel ſcena ut uerſis diſcedat frontibus, utq;
» Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

Cantor] In Tragœdijs enim, & Comœdijs cantores adhibebantur, ut nunc etiam adhibentur. apud Terentium in Andria habes modos fecit Flaccus Claudij filius, tibijs, paribus, dextris, & ſiniſtris. Sed de hoc inferiùs ſuo loco plura dicemus. Vos plaudite, dicat] Peracta Comedia, uel Tragœdia dicebant, plaudite. Quintilian. libro ſexto, cap. tertio ſic ait. Cùm uentum eſt ad ipſum illud, quo ueteres Tragœdiæ, Comœdiæq; clauduntur, plaudite. Notandi] Variandi, & quaſi notis diſtinguendi, ne, quod eſt adoleſcentum, tribuas ſenibus, &c. Tractum ab ijs, qui ſunt ab epiſtolis principum, qui ne res intelligantur, ſi literæ intercipiantur, notis ſcribuntur, & uarijs notis uarias res ſignificant. Suetonius in Tito Veſpaſiano capite tertio. è pluribus comperi, notis quoque excipere uelociſsimè ſolitum, cum amanuenſibus ſuis per iocum, ludumq́ certantem imitari chirographa, quæcunque uidiſſet, ac profiteri ſæpe, ſe maximum falſarium eſſe potuiſſe. Decor dandus] Decorum habendum. decor hîc proprietatem indicat. Mobilibus] Naturas, & annos mobiles eſſe dixit, quia uolant anni, & naturæ, uel ingenia mutantur, quæ enim pueris placent, robuſtioribus diſplicent, &c. Facies etiam fugientibus annis alia, atque alia fit, ut mobilis iure dici poſsit. Horat. in Od. lib. 4.

» Nunc & qui color, puniceæ flore prior roſæ,
» Mutatus Ligurinum in faciem uerterit hiſpidam.

Alphenus I.C. 5. ff. tit. de iudic. l. 76. ſic inquit. quod ſi quis putaret partibus commutatis aliam rem fieri, fore ut eius ratione, nos ipſi, non ijdem eſſemus, qui abhinc anno fuiſſemus, propterea quòd, ut philoſophi dicerent, ex quibus particulis minimis conſiſteremus, eæ quotidie ex noſtro corpore decederent, aliæq; extrinſecus in earum locum accederent. Reddere qui uoces iam ſcit puer] Incipit à puero, ordinem naturæ ſecutus. Quatuor autem ponit ætates, pueritiam, adoleſcentiam, uirilitatem, ſenectutem. Sic etiam Hippocrates lib. 1. Aphoriſ. Sect. 13. his uerbis, Senes facillimè ieiunium ferunt, mox qui ætate conſtituta, minus adoleſcentes, omnium minimùm pueri, præſertim, qui acriori ſunt ingenio. Gellius uerò lib. 9. cap. 28. ſic ait. Tubero in hiſtoriarum primo ſcripſit Seruium Tullium regem populi Romani, cum illas quinq; claſſes, iuniorum cenſus faciendi gratia, inſtitueret, pueros eſſe exiſtimaſſe, qui minores eſſent annis decem, & ſeptem, eosq; ad annum ſextum, & quadrageſimum iuniores, ſupraq; eum annum ſeniores appellaſſe. Tullius igitur, ut patet ex Gellio tres tantum poſuit ætates. Seruius lib. 5. in illo uerſu,

» Euryalus forma inſignis, uiridiq; iuuenta.

Sic ait, Aetates omnes Varro ſic diuidit, in infantiam, pueritiam, adoleſcentiam, iuuentam, ſenectam. Horatius Hippocratem ſecutus eſt. Reddere uoces] Non loqui ſimpliciter, ut putat Acron, ſed reſpondere: quod clarius indicium eſt, puerum linguam communem noſſe. Poterit enim quiſpiam certas uoces memoriæ mandare, & eas emittere expectata occaſione, ſed reſpondere ex tempore, id demum eſt eius, qui linguã calleat. Vnde Cicer. in Diuinat. de Cæcilio homine indocto, qui temerè profitebatur, ſed ad accuſandum Verrem idoneum eſſe, ſic inquit. Si enim mihi hodie reſpondere ad hæc, quæ dico, potueris, ſi ab iſto libro, quem tibi magiſter ludi neſcio, quis ex alicuius orationibus compoſitum dedit, uerbo uno diſceſſeris: poſſe te & illi quoq; iudicio non deeſſe, & cauſæ, atq; officio tuo ſatisfacere arbitrabor. Ariſtot. lib. 1. Phyſic. ubi docet uniuerſalia nobis, quàm ſingularia, magis eſſe perſpicua, de infantibus, qui fari, & reddere uoces neſciunt, ſic ait, καὶ τὰ παιδία τὸ μὲν πρῶτον πάντας τοὺς ἄνδρας πατέρας προσαγορεύει, καὶ μητέρας τὰς γυναῖκας. ὕστερον δὲ διορίζει τούτων ἑκάτερον. infantes primum quidem omnes homines patres appellant, & omnes fœminas matres, deinde uerò unumquenq; horum diſtinguunt. Pede certo] Signum eſt iam eius: qui ſe aliquantum ætate corroborauit, pede certo, id eſt, confirmato ita incedere, ut ſignet humũ, ueſtigium imprimens. Virgil. hoc ſignum à pede in uitulo robuſto expreſſit.

» Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat harenam.

Paribus colludere] Nam omnes ſibi ſimile appetunt, & amicitia à ſimilitudine oritur, ut demonſtrauit Ariſtotel. lib. 8. de Morib. ad

Nicoma-

Nicomachum. idem lib. 2. magnorum Ethicorum, interrogatum Empedoclem, cur canis in Ceramide dormiret, reſpondiſſe ſcribit, ὅτι ἔχει τι ὁ κεραμεὺς ὅμοιον κυνί, *quod ſimile quiddam cum Ceramide canis habet. de quo loco Ariſtotelis quid nos ſentiamus, in Parergis habes lib. 3. cap. 10. à nobis declaratum.* Iram colligit, ac ponit temerè] *Iraſcitur repentè, & collectam iram temerè, id eſt, facilè deponit. Unde Ariſtot. lib. 2. Rhetoric. de pueris loquens,* καὶ θυμικοὶ, *inquit,* καὶ ὀξύθυμοι *iracundi ſunt, & acutam quidem iram habent: cur uerò cito placentur, cauſam reddit,* ὀξεῖαι γὰρ αἱ βουλήσεις καὶ οὐ μεγάλαι, ὥσπερ αἱ τῶν καμνόντων δίψαι, καὶ πεῖναι. *Celeres enim eorum cupiditates ſunt, non uehementes, ut ægrotantium fames, & ſitis.* Mutatur in horas] *Ariſtoteles lib. 2. Rhetor.* εὐμετάβολοι δέ, καὶ ἁψίκοροι πρὸς τὰς ἐπιθυμίας. *mutabiles ſunt, & cito cupiditatibus ſatiantur. quod Ptolemæi exemplo notum eſt, qui Pōpeij ſtudioſus cùm eſſet, repentè Cæſaris partes tueri cœpit, cui caput etiam obtruncati Pompeij miſit. Plutarchus, Petrarcha, & alij, hanc mutationem tanquam prodigium, & portentum cauere debent adoleſcentes: nam apud omnes malè audiunt. Cæſar, inquit Plutarchus, afferentem Pompeij caput, ut ſcelus execratus: gemmam uerò Pompeij cùm ſuſcepiſſet, illachrymauit, eius gemmæ ſignum erat enſifer leo. & ſi, ut fortunæ ſeruiret, Ptolemæus hoc effecit.* Imberbis iuuenis] *Impubes. Paulus I.C. lib. 27. ff. l. 4. ſi adhuc impubes tutelæ agat, nihil conſumitur. Vide tit. de tutelæ Ration. detrahendis, & utili curationis cauſa actione.* Custode remoto] *Adoleſcentum mores nunc aggreditur, quibus cuſtodem, id eſt, pædagogum dare neceſſe non eſt. erant ſerui pædagogi, qui puerum magiſtrum ducebant, eiq; cuſtodes præerant, ut Dauus Pamphilo. Fabius Annibalis pædagogus dictus eſt, quòd illum per montes ſequens, eius incēdia, & populationes arcebat. Plutarchus in uita Fabij. Suetonius uerò in uita Claudij ſic ait: diu etiam, atq; poſt tutelam receptam: alieni arbitrij, & ſub pædagogo fuit, quem barbarum; & olim ſuper iumentarium ex induſtria ſibi appoſitum, ſe quibuſcunq; de cauſis, quam ſæuiſsimè coërceret, ipſe quoq; bello conqueritur.* Gaudet equis, canibuſq;] *Venatione. Sic in Andria, aut equos alere, aut canes ad uenandum. Studium uenationis in adoleſcentibus laudat Athenæus lib. 1. quòd bellicam quandam ſpeciem præ ſe fert.* [illegible] Aprici gramine campi] *Campum Martium intellige, in quo ſe adoleſcentes uariè exercebant. in Odis lib. 1.*

„ —— *Cur apricum*
„ *Oderit campum patiens pulueris, atq; Solis?*

Vide Ciceronem in Oratione pro Cœlio, & Vegetium. apricum dixit, ſub Sole iacentem, non opacum. Virgil. in Georg.

„ —— *Apricos* Bacchus amat colles.

Cereus in uitium flecti] *Ut cera in deteriorem partem, & in uitia à uirtute detorquetur. nihil cera lentius, & flexibilius eſt, nihil ad omnia mutabilius, ut Horatius hic ſimilitudine eius rectiſsimè uſus uideri poſsit. Simplicius, doctiſsimus interpres Ariſtotel. lib. 1. Phyſic. ſect. 14. ſic ait. Item alia diuiſione unum dicitur poteſtate, aliud uerò actu, & hæc adeò mutuo ſe habent in Generatione, ut, quod unum actu eſt, plura ſit poteſtate, & contra, unū potētia multa ſit actu, ut apparet in cera, quæ cum continua ſit, & una actu, multa eſt potentia, quòd diuidi in multa poteſt, & quæ ſequuntur. apud Sophoclem in Philoctete Neoptolemus in uitium cereus eſt, qui cum dolis Philoctetē circumuenire nollet, licet ei plurimum inſtaret Vlyſſes, mox repentè ſententiam mutat, & Philoctetem circumſcribit, licet autem cerei in uitium ſint adoleſcentes, praui tamen ipſi non ſunt: nam ſi peccant, improbis conſilijs deprauati peccant, non ſuopte ingenio. Plato lib. 3. de Repub. de his,* [illegible] *exempla non habent in ſe ipſis earum perturbationum, quæ improbi.* Monitoribus aſper] *Inimicus atq; infenſus ijs, qui cum peramanter, & perofficioſè monent, ut patres ipſi aliquando cogantur filios huiuſmodi odiſſe, ut de Hortenſio ab alijs diſſentiens, uir eruditiſsimus, Paulus Manutius in epiſt. ad Atticum annotauit. Socrates in Theæteto Platonis, Theætetum adoleſcentē alloquens ſic ait,* [illegible] *prodigi ſunt, cùm ineptias ij aliquas demo.* Utilium tardus prouiſor, prodigus æris] *Ariſtot. lib. 2. Rhetor. cum adoleſcentes ambitioſos, & contentione gaudentes uocaſſet, hoc addidit,* φιλοχρήματοι δ' ἥκιστα. *minimè cupidi pecuniarum. Sunt enim, inquit Ariſtoteles,* εὐέλπιδες *bene ſperātes. Quare Alexander iuuenis cùm primum Perſarum oram conſpexit, quæcunq; habebat amicis donauit, cuidam quærenti, quid ſibi ſeruaſſet, reſpondit* ἐλπίδα, *id eſt, ſpem. Plutarchus in uita.* Aeris] *Pecuniæ: æs enim impendebant. in uſu fuit ſero argentum, & aurum. Vide Plin. lib. 34. cap. 1. & 2. Virg.*

„ *Non unquam grauis ære domum mihi dextra redibat.*

Sublimis, cupiduſq;] *Superbus, & cupidus, uel ſublimium rerum cupidus, ut illud Virgilij in Georg.*

„ *Nec mihi diſpliceat maculis inſignis, & albo.*

Id eſt, maculis albis. Hoc autem adoleſcentibus uſu uenit, quia ut Ariſtotel. lib. 2. Rhetor. uolunt alijs antecellere: ita ſunt animi ſublimis, & elati. ὑπεροχῆς γὰρ ἐπιθυμεῖ ἡ νεότης. *Iuuētus enim adamat excellentiam.* Amata relinquere pernix] *Ad ea relinquenda, & deſpicienda, quorum mirifico deſiderio flagrarat, celer, & propenſus eſt. Plato in epiſtola ad Dionis propinquos de Dionyſio adoleſcente,* αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τοιούτων ταχεῖαι. *horum enim cupiditates citæ ſunt.* Pernix] *Velox Virgil. de fama.*

„ *Pedibus celerem, & pernicibus alis.*

Non relinquere iuuenes amata tantùm ait *Horatius, ſed addit eſſe pernices, id eſt, inconſideratos. Nam amata relinquere aliquando prudentis eſt, ſed tamen ante, quàm relinquas. uerte te in gyrum rationis, ut loquitur Cicero lib. 1. de Officijs.* πολὺν ἐπέχων χρόνον, *inquit Plato in Philebo. multum temporis in cogitationem adhibent.* Conuerſis ſtudijs ætas] *Nunc uerò de ætate uirili mentio eſt, quæ ſtudia, & cupiditates ſuas à curis adoleſcentum ad res grauiores conuertit.* Conuerſis ſtudijs] *Contrarijs. adoleſcentes prodigi æris ſunt, hæc quærit opes, &c.* Quærit opes, & amicitias inſeruit honori] *Quia non utilitatem tantùm, ſed etiam dignitatem ſectatur. Ariſtotel. lib. 2. Rhetor. de uiris.* καὶ οὔτε πρὸς τὸ καλὸν ζῶντες μόνον, οὔτε πρὸς τὸ συμφέρον, ἀλλὰ πρὸς ἄμφω. *nec ad honeſtū duntaxat in uita ſpectātes, nec ad utile, ſed utrunq. Hanc mediā ætatē Ariſtot. deſignat & corporis, & animi uigore. uigorē corporis ab annis triginta ad quinq; & triginta perducit, animi ad nouem, & quadraginta.* Cōmiſiſſe cauet] *Cauet cōmittere, & efficere, quæ mox laboret, & conetur immutare, quia illā pœnituerit. Nam, ut ſummus imperator Scipio apud Ciceronem lib. 1. de Officijs dicebat, turpe eſt dicere, non putāram. Caius Iuriſconſultus rectè admonet lib. 11. ff. tit. de interpretat. l. 5. his uerbis, qui interrogatur an hæres, uel quota ex parte ſit, uel an in poteſtate habeat eum, cuius nomine noxali iudicio agitur, ad deliberandum tēpus impetrare debet, quia, ſi perperam confeſſus fuerit, incommodè afficietur. Electra in Oreſte Euripidis ſic Helenam alloquitur,*

„ νῦν φρονεῖς εὖ, τότε λιποῦσ' αἰσχρῶς δόμους.

Nunc ſerò rectè ſentis, quæ tunc domos turpiter reliquiſti. Megabazus Darium monuit, ut ait Herodotus in Terpſichore, ne ſineret in Thracia Iſtiæum urbem muniri, ὡς τὸ προορέων τὸ μέλλον γίνεσθαι, *ut rectè proſpiciens, quod futurum erat.* Multa ſenem circumueniunt incōmoda] *Senectutis incommoda, & miſerias deplorat Horatius, &, quid afferat ſecū mali prouectior ætas docet.* Multa ſenem] *Multa incommoda ſenem circumueniunt, quaſi hoſtem. Verbum enim circumuenire militare eſt. unde eſt illud de ſenectute, & uelut agmine facto Morborum trahit omne genus. Incōmoda autem ſenectutis ea ſunt, quæ ſtatim ſubijciuntur, ea præterea, quæ referuntur à Xenophonte in Apologia Socratis, ubi Socrates pridie quàm moreretur, multa diſputans præclarè inducitur. Is igitur lætus, quod ad ſenectutem malis omnibus ſeptam, & circumuentam non perueniſſet, ea mala recenſet.* καὶ ὁρᾶν τε χεῖρον, καὶ ἀκούειν ἧττον, καὶ δυσμαθέστερον εἶναι, καὶ ὧν ἔμαθον, ἐπιλησμονέστερον, *& quæ ſequuntur, & uidere deterius, & audire minus, & eſſe indocilem, & tardiorem, & eorum, quæ didici, obliuioſiorem. Hippocrates lib. 2. Aphoriſ. ſect. 54. magnitudo, inquit, corporis iuuentæ quidem neq; indecens, neque illiberalis, ſenectæ uerò inutilis, & deterior paruitate. ubi Galenus ſic, in ſola ergo longitudine,*

dine. quòd ſit iuuĕtæ liberalis, ſenectæ uerò inutilis, uere diceretur. ex hac enim ſeneſcentes gibbi ſiunt, & uix poſſunt onus perferre, quod Hippocrates mutile dixit. Inuentis miſer abſtinet] Comparat ſibi opes, & copias, mox partis abſtinet, uere miſer, atq; infœlix. Ariſtoteles cauſam reddit lib. 2. Rhetor. ἅμα δὲ καὶ διὰ τὴν ἐμπειρίαν ἴσασιν, ὡς χαλεπὸν τὸ κτήσασθαι, καὶ ῥᾴδιον τὸ ἀποβαλεῖν. ſimul propter experientiam ſciunt, ut parare opes difficile eſt, abijcere uero, ac diſſipare, facile. Parcit etiam arcæ ſenex, quia auarus nunquam expleri poteſt, ut in Satyris paſſim Horatius docet. apud Stobæum Euſebius dicebat, auaritia ad cumulandas opes nullum ſibi uentum ſufficientium reperit. Timidè gelidè;] Timiditas frigus conſequitur. nam quæ ineptè fiunt, frigidè fieri dicuntur. Terentius, nimirum hic frigent homines, & ſine Cerere, & Baccho friget Venus, quæ ratio loquendi ab eo manaſſe uideri poteſt, quòd frigus cibum corrumpit, calor alit, τὸ γὰρ θερμὸν καὶ πέττει καὶ δημιουργεῖ τὴν τροφήν, ut ait Ariſtoteles in lib. de Senſu & ſenſili, cibum calor auget, & effingit. ubi Alexander Aphrodienſis, cibus ſi concoctus, confectusq; fuerit, addet quippiam, quo creſcunt animalia, at ſi grauis, & minimè concoctus, minuet, nec alet. Demetrius Phalereus, quæ in oratione minus aptè dicuntur, ψυχρὰ uocat, id eſt, frigida quod facit etiam Ariſtoteles lib. 3. Rhetor. Dilator] Rem ſemper procraſtinans, ac differens. Ennius de Q. Fabio Maximo.

„ Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.

At Minutius iuuenili furore rem conſici cum Annibale uolebat. Liuius libro 22. Plutarchus in Fabio. Spe longus] Non diu ſperans, nam hoc iuuenum eſt, ſed tardus ad ſperandum. Acron ſpem inquit longiorem habet uiuĕdi. Ariſtoteles, ut ſuprà annotauimus, iuuenes dixit eſſe εὐέλπιδας, id eſt, bene omnia ſperantes. Hic interpretabimur, ſpe longus, id eſt, tardus ad ſperādum uel eam ſpē, quã ſemel teneri ſenex cœpit, diutiùs retinens, nec facilè, & temerè dimittens: ægrè enim ſenes ad ſperandum inducuntur, ſed ubi ſperare cœperint, non facilè ſpem ponunt. Ariſtoteles quidem lib. 2. Rhetor. de Senibus ægrè ſperantibus, καὶ ἀμφισβητοῦντες προστιθέασιν ἀεὶ τὸ ἴσως. & dubitantes illud forſan ſemper addunt. Si Horatius, ut putat Acron, ſpem diutius uiuendi innueret, clarius hoc indicaſſet: neq; enim me latet illud Ciceronis in Catone, nemo eſt tam ſenex, qui ſe annum non ſperet poſſe uiuere. Auidus futuri] Scire cupiens, quæ futura ſunt. Vnde Ianum ueteres tricipitem finxerũt, quia præterita, præſentia, & futura conſiderabat, & erat uir circumſpectus, ut ingenioſè Alciatus in ſuis emblematibus ſcripſit. Ioui etiam tres oculi dabantur, ut Pauſanias in Archadicis obſeruauit. Difficilis, querulus, moroſus, & ſemper dolens] Ariſtoteles, καὶ φιλαίτιοι μᾶλλον, ἢ δεῖ. & ſupra modum querùli. Laudator temporis acti ſe puero] Laudans ea tempora, quibus puer uixit, non quibus ſenex, nam præſentia tempora corrupta eſſe dicit. Cicero etiam ſæpè ſic exclamat, ut pro Deiotaro, ô tempora, ô mores, talis Neſtor eſt apud Homerum. cauſam reddit Cicero in Catone, quòd memoria ſenes potius, quàm ſpe ſuſtentantur. Cenſor] Semper cenſet, & caſtigat iuniorum mores. Cenſor autem, id eſt, quaſi cenſor: ſcimus enim cenſores fuiſſe terribiles, & difficiles. ut pro Cluentio Cicero copioſè docuit. C. Fabritius cenſor ſenatu mouit P. Cornelium Ruffinum, quòd in conuiuio habuiſſet decem libras argenti. Feneſtella lib. 2. Multa præclarè de cenſorum ſeueritate Plutarchus in uita Catonis Cenſorij explicuit. Anni uenientes] Annos uenientes uocat eos, quibus corroboramur, & confirmamur: recedentes, quibus in ætatem ingraueſcentem uergimus. ἀκμὴ dicitur ætas robuſtior, poſt quā debilitamur, quod frugibus etiam tribuit Thucydides lib. 3. ἅμα τῷ σίτῳ ἀκμάζοντι ἐστράτευσαν ἐς τὴν Ἀττικήν, de Peloponneſijs loquens, qui Atticum agrum inuaſerunt. qui ſint anni uenientes, & recedentes, ſuprà docuimus ex Ariſtotele, in illum uerſum,

„ Conuerſis ſtudijs ætas, animusq; uirilis.

Forte ſeniles] Vide, inquit, Horatius, ne hæc, quæ dixi eſſe in ſenibus, tu adoleſcentibus tribuas, neúe pueris, quæ ſunt uirorum. Hic dicet quiſpiam, ſi rectè hoc ab Horatio præcipitur, ſine dubio Sophocles in Philoctete hallucinatus eſt, qui Neoptolemo adoleſcenti partes ſeniles, & uiriles tribuit, abhorrentem illum ab omni ſcelere effingens, cui ſit honeſto antiquius, nihil æquitate illuſtrius. Nam Vlyſſi callidè hortanti, ut mendacio Philoctetem falleret, ut ab inſula Lemno ad Troiam auehi poſſet, ſic reſpondit, ἔφυν γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράσσειν κακῆς. inſitum mihi à natura eſt, ut nihil dolo malo agere uelim. Reſponde, aliud eſſe bonum adoleſcentem effingere, aliud in adoleſcente partes ſeniles, & uiriles exprimere: licet enim adoleſcentes prudentes facere, modò ea, quæ in ijs elucet prudentia, non ſit ſupra captum ætatis. Vnde Ariſtoteles libro 7. de Moribus ad Nicomachum, Neoptolemum hunc Sophoclis uehementer laudat, ἔπαινος ... ἐμμένειν οἷς ἐπείσθη ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως, διὰ τὸ λυπεῖσθαι ψευδόμενος. ampliſſimis uerbis laudandus eſt, quòd non potuerit ab Vlyſſe perſuaderi, quia mentiri dolet. In adiunctis] In ijs moribus, qui unicuique ætati ſunt adiuncti, quot ipſe Horatius hîc, & Ariſtoteles in Rhetoricis explicuerunt. Aeuo aptis] In rebus morabimur, & inſiſtemus, quæ ætati conueniant. æuum hîc Horatius pro ætate uſurpauit. licet æuum ad res ſempiternas referatur, non ad mortales: ut ait Ariſtoteles lib. 1. de Cœlo. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον, καὶ τὸ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ τέλος, καὶ τὸ τὸν πάντα χρόνον καὶ τὴν ἀπειρίαν περιέχον τέλος, αἰών ἐστιν, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ εἶναι εἰληφὼς τὴν ἐπωνυμίαν, ἀθάνατος καὶ θεῖος. hac ipſa ratione & uniuerſi cœli finis, & infinitum tempus, & ipſam infinitam uniuerſitatem comprehendens finis æuum eſt, inde nomen ſumens, quòd ſemper ſit immortale & diuinum. Virgil. propriè dixit lib. 10. Aeneid. ubi de Nymphis maris.

„ Et dedit eſſe deas, æuumq; agitare ſub undis.

Aut agitur res in ſcenis] Non ſunt omnia in ſcenis tragicis, & alijs repræſentanda, atq; oculis ſubijcienda: multa ſunt narranda tantùm, quæ ſcilicet incredibilia iudicabuntur, ſi quis ea repreſentaret. Medea igitur trucidaſſe filios dicetur, in ſcena nemo ſimulet Medeæ perſonam ſuſtinens ſe eos necare, qui perſpicuum erit mendacium, &c. Hoc ſeruat Euripides in ſua Medea. Sophocles in Aiace non inducit Aiacem ſe palàm necantem, ſed diſſipatum rumorem ait de nece eius uoluntaria. Idem Clytemneſtram in Electra clamare facit, cùm eam Oreſtes uulneribus conficit, ut longiſſimè exaudiatur, ubi interpres ſic rem perpendit, ἔθος δ' ἔχουσι τὰ γενόμενα ἔνδον ἀναγγέλλειν τοῖς ἔξω οἱ ἄγγελοι, in more poſitum eſt, ut intus geſta nuncij foras nuncient. quod hic non feciſſe Sophoclem ait, quia ἐναργέστερον τὸ πρᾶγμα γίνεται, ἢ διὰ ἀγγέλου ἀπαγγελλόμενον. clariùs res explicatur, quàm ſi à nuncio referatur. Ariſtoteles in ſua poëtice præceptum hoc non prætermiſit, ἔστι μὲν οὖν τὸ φοβερὸν καὶ ἐλεεινὸν ἐκ τῆς ὄψεως γίνεσθαι. ἔστι δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς συστάσεως τῶν πραγμάτων, ὅπερ ἐστὶ πρότερον, καὶ ποιητοῦ ἀμείνονος. Terribile uerò illud, & miſerabile, cùm ab apparatu ſcenæ proficiſcitur, tum à rerum compoſitione, quod eſt multò præſtantius, & peritioris poëtæ. Acta refertur] Dicitur à nuncijs eſſe intus acta, ut obſeruauimus ex interprete Sophoclis.

Segnius irritant] Demiſſa per aurem, id eſt, audita, quia anima ſentit per quinq; ſenſus, tanquam feneſtras, ut docuit Cic. lib. 1. quæſtionum Thuſcul. Segnius irritant, minus mouent, quàm quæ ipſis oculis intuemur, Cicero in epiſtola ad Curium lib. 7. familiarium. quanquam hæc etiam auditu acerba ſunt, tamen audire tolerabilius eſt, quàm uidere. Ariſtotel. in lib. de Senſu, & ſenſili. πρὸς μὲν τὰ ἀναγκαῖα κρείσσων ἡ ὄψις, πρὸς δὲ νοῦν κατὰ συμβεβηκὸς ἡ ἀκοή. ad ea, quæ neceſſaria ſunt, uiſus præſtat, ad mentem uerò, id eſt, ad diſciplinas, & animi ornamenta comparanda auditus præſtantior per accidens eſt. κατὰ συμβεβηκὸς δέ. ἡ γὰρ ... σύγκειται, per accidens autem, quia ex nominibus conſtat, & oratione pendet. Oculis ſubiecta fidelibus] Id eſt, quæ uidentur, oculi tamen & ipſi, ſi res interuallo remota ſit, falluntur, ut docet etiam Ariſtoteles libro tertio de Cœlo, exemplo ſtellarum quæ ſcintillare uidentur, & non ſcintillant: quare oculo non animam ſimilem facit libro ſecundo de Anima, ſed corpus, animam uidendi uirtuti, quæ oculo ineſt. Spectator] Spectator ipſe ſibi tradit, quæ ipſe uidet. nam quæ audit, ei ab alio traduntur. Eſt autem ſpectator, qui iudicat uim poëtarum, & oratorum, uel laudet tantum, uel uituperet: qui ſedet de futuris iudex, Senator eſt, qui de præteritis, propriè iudex dicitur. nam Quintilianus libro 3. ſic inquit, qui uerò de-

rò defendunt, tria faciunt genera auditorum, unum, quod ad delectationem conueniat, alterum quod conſilium accipiat, tertium quod de cauſis iudicet. quæ ſumpta ſunt ex libro primo Rhetor. Ariſtotelis, ubi inter alia, hæc uerba leguntur, ὁ δὲ περὶ τῆς δυνάμεως ὁ θεωρός, qui de ui tantùm oratorum iudicat, ſpectator eſt. Intus digna geri] γεγονότα ἔνδον. intus facta etiam Sophoclis interpres dicit. Intus autem ſunt, quæ in conſpectu hominum non aguntur, ſed intus eſſe acta dicuntur.

Promes in Scenam] Ἐς ὄψιν, ut ait Ariſtoteles, in conſpectum, Facundia præſens] Abſit, inquit, res ipſa ex oculis: adſit, qui reciteт: Interpres Sophoclis in ſuis ſcholijs, τὸ μὲν φορτικὸν τῆς ὄψεως ἀπείη, τὸ δὲ ἐναργὲς οὐδὲν ἧσσον καὶ διὰ τῆς βοῆς ἐκπραγματεύονται, id eſt, moleſtia uiſus abfuit, cùm Clytemneſtra ab Oreſte trucidaretur, rei autem claritas nihilominus per uocem confecta eſt. Hæc in ſcholijs Electræ. Medea] Errauit igitur Seneca, apud quem Medea filios ſpectantibus omnibus trucidat: filios autem, quos illa ex Iaſone progenuerat, à quo deſpecta, ut iniuriam illam ulciſceretur, filios crudeliter necauit. Atreus] Suprà ibi cœna Thyeſtæ. In auem Progne] Quæ Ityn filium Tereo marito comedendum appoſuit, quod ille Philomelam ſororem uitiarat. Ouid. lib. 4. Georg. Virg. ſic.

,, Et manibus Progne pectus ſignata cruentis.

Thucydides libro ſecundo retulit in hiſtoria hanc fabulam. καὶ τὸ ἔργον τὸ περὶ τὸν Ἴτυν αἱ γυναῖκες ἐν τῇ γῇ ταύτῃ ἔπραξαν, πολλοῖς δὲ καὶ τῶν ποιητῶν ἐν ἀηδόνος μνήμῃ Δαυλιὰς ἡ ὄρνις ἐπωνόμασται. & facinus in Ityn mulieres in hac terra commiſerunt: à multis autem poëtis, ubi de Luſcinia mentio eſt, Daulias auis nominata eſt. Progne igitur inſequente Tereo in auem Dauliam, id eſt, in hirundinem, ut alij in Luſciniam uerſa eſt. Sophocles Tragœdiam Tereum, ut eſt author Ariſtoteles in Poëtice, ſcripſit, ſed non palàm in ſcena Prognem in auem uertit. ut faciendum hic Horatius docet. Cadmus in agmen] Poſt conditas Thebas, laceratum à canibus nepotem Actæonem, aliasq́; calamitates exceptas, Cadmus cum uxore in ſerpentem mutatus abijt. ut Ouidius in lib. τῶν μεταμορφώσεων narrat, & ego apud Illuſtriſſimum Aloyſium Cornelium Cardinalem in Auleis pulcherrimè rem totam expreſſam uidi, in uilla Polyſolo, quæ eſt in agro Patauino, ubi multos menſes cum doctiſſ. & nobiliſſ. Federico Cornelio Cardinalis fratre, quem honoris cauſa nomino, in ſtudijs conſumpſi.

Incredulus odi] Non ſolum credo, ſed etiam odio habeo, quæ mihi audes oculis ſubijcere, cùm falſa prorſus & ficta ſint, quia me credulum, ac ſtolidum cenſes. quibus uitijs qui laborant homines, paſſim irridentur, ac decipiuntur. Ariſtot. libro ſecundo Rhetoric. καὶ τοὺς μὴ εὐλαβεῖς μηδὲ φυλακτικούς, ἀλλὰ πιστευτικούς· ῥᾴδιον γὰρ πάντας λαθεῖν. & non cautos, nec res ſuas diligenter cuſtodientes: hos enim omnes facilè eſt decipere, & circumſcribere. Suetonius in Claudio cap. 37. de eius credulitate ſic. Vnus ex litigatoribus ſeducto in ſalutatione affirmauit, ſe uidiſſe per quietem occidi eum à quodam, deinde paulò pòſt, quaſi percuſſorem agnoſceret, libellum tradentem aduerſarium ſuum demonſtrauit, confeſtimq́; is pro deprehenſo ad pœnam raptus eſt, &c. Quia igitur turpe eſt, credulitate peccare, odimus eos, qui perſpicuis nos mendacijs aggrediuntur, & quaſi ſtolidos circumuenire conantur. Huc igitur ſpectant uerba illa incredulus odi. Neue minor quinto] Agitur hic de quantitate fabulæ, quæ nec pauciores, nec plures, quàm quinque actus debet habere, Ariſtotel. in Poëtice iuſtam magnitudinem fabulæ ineſſe debere exemplo, & ſimilitudine animalis probat. nam ſi ſit animal παμμίκρον, id eſt, ualde exiguum, pulchrum non uidebitur, quia rem minimam, minimo temporis ſpatio percipere, & perpẽdere non poſſumus. Quod ſi animal ſit παμμέγεθες, id eſt, admodum grande & uaſtum, contemplatio diſtrahetur, & res ipſa comprehendi animo non poterit. tum ſic concludit. ὥστε δεῖ καθάπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων καὶ ἐπὶ τῶν ζῴων ἔχειν μὲν μέγεθος, τοῦτο δὲ εὐσύνοπτον εἶναι, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μύθων ἔχειν μὲν μῆκος, τοῦτο δὲ εὐμνημόνευτον εἶναι. quare, ut in corporibus, & animalibus magnitudinem eſſe oportet, quæ tamen oculis comprehendi poſſit, ſic & in fabulis longitudinem, quæ memoria teneri queat. Productior] Longior tragœdias unius diei circuitu ſolitas recitari, Epopœias uerò multo maiore temporis interuallo refert in poëtice Ariſtoteles. nam de Tragœdia loquens ſic ait. πειρᾶται ὑπὸ μίαν περίοδον ἡλίου εἶναι, ἢ μικρὸν ἐξαλλάττειν, Tragœdiæ intra unius Solis, uel paulò plus minusúe, periodum actio eſt. quibus uerbis diem artificialem intelligi ab Ariſtotele, doctiſſimè ibi Robortellus demonſtrat. Quæ poſci uult, & ſpectata reponi] Quæ uult poſci à Populo Romano, & non reponi, id eſt, deponi, niſi ſpectata: populus enim aliquãdo reponebat nõ ſpectatas, quas non probabat. Horatius lib. 2. in epiſtol. ad Auguſt.

,, Si diſcordet eques, media inter carmina poſcunt,
,, Aut urſum, aut pugiles, his nam plebecula gaudet,
,, Verum equitis quoq; iam migrauit ab aure uoluptas
,, Omnis ad incertos oculos, & gaudia uana.

Vel ſpectata reponebatur fabula in bibliothecis publicis, ut optima, & digna, quæ in manibus omnium uerſaretur. Horatius lib. 1. in epiſtola ad Iulium Florum.

,, Quid mihi Celſus agit monitus, multumq́; monendus
,, Priuatas ut quærat opes, & tangere uitet
,, Scripta, Palatinus quæcunq; recepit Apollo.

Per Apollinem Palatinum bibliothecas intelligit, quæ erant ad ædem Palatini Apollinis: Acron legit, & ſpectanda reponi, ut ſit ſenſus, & reponi ſpectanda, ut denuò agatur. cuius ſententiam magis probarem, ſi repoſci legeretur, non reponi, ut in codice peregrini Aluernij doctiſſimi, amici mei ſcriptum reperi: nam denuò fabulas repoſci ſolitas, uel Demoſthenes probat de falſa legatione. ἀντιγόνην δὲ Σοφοκλέους πολλάκις μὲν Θεόδωρος, πολλάκις δ' Ἀριστόδημος ὑποκέκριται. Nec Deus interſit] Duobus hiſce carminibus duo præcepta traduntur uberrima, de non temerè inducendo aliquo numine, & de apto loquentium perſonarum numero, qui ternarium excedere non debet. Deum inducunt poëtæ deſcendentem ex machina ſublata, quaſi cœlitùs, qui res perplexas explicet, atque inuolutam fabulam euoluat. M. Tullius lib. 1. de Natura Deorum, ſic inquit: quod quia quemadmodum natura efficere ſine aliqua mente poſſit, non uideris, ut tragici poëtæ cum explicare argumenti exitum non poteſtis, confugitis ad Deum, cuius operam profectò non deſideraretis, ſi immenſam & interminatã in omnes partes magnitudinem regionum uideretis: Ariſtoteles in poëtice, ἀλλὰ μηχανῇ χρηστέον ἐπὶ τὰ ἔξω τοῦ δράματος, ἢ ὅσα πρὸ τοῦ γέγονεν, ἃ οὐχ οἷόν τε ἄνθρωπον εἰδέναι, ἢ ὅσα ὕστερον, ἃ δεῖται προαγορεύσεως, καὶ ἀγγελίας. ἅπαντα γὰρ ἀποδίδομεν θεοῖς ὁρᾶν, machina utẽdum in ijs, quæ extra Tragœdiam ſunt, quæcunq; uel priùs fuere, quæ ſcire homines non poſſunt, uel quæ de futura denunciatione, diuinationeúe indigeant: cõcedimus enim dijs, ut omnia uideant. Polybius præterea lib. 3. hiſtoriarum reprehendens hiſtoricos, qui Annibal Alpes trãſeunti Deum apparuiſſe uiam indicantem affirmabant, ſic inquit, ἐξ ὧν εἰκότως ἐμπίπτουσιν εἰς τὸ παραπλήσιον τοῖς τραγῳδιογράφοις. καὶ γὰρ ἐκείνοις πᾶσιν αἱ καταστροφαὶ τῶν δραμάτων προσδέονται θεοῦ, καὶ μηχανῆς διὰ τὸ τὰς πρώτας ὑποθέσεις ψευδεῖς, καὶ παραλόγους λαμβάνειν. Vnde idem committunt, quod tragici. nam eorum omnium fabulæ ad extremum Deo, & machina indigent, quia initio quædam temerè, & præter rem finxerunt. Machinæ exemplum paſſim reperies in tragicis Græcis, in Oreſte Euripidis, ubi Apollo de raptu Helenæ ea aperit, quæ nota non erant. In Electra Euripidis, ubi Caſtor, & Pollux Theoclymeni futura prædicunt. Ariſtoteles enim ait Deos induci ex machina, ut res præteritas, uel futuras patefacerent. Polybius, & Cicero addunt etiam tertiam cauſam, ut res perplexas explicarent, unde Sophocles in Philoctete Herculem inducit, qui Philoctetem hortetur, ut ad Troiam pergat, cùm id & Neoptolemus precibus, & Vlyſſes minis perſuadere nõ potuiſſent, & iam res deſperata eſſet. Vindice] Qui rem perplexam, & iam deſperatam uindicet, & claritatem recuperet, hinc Vindiciæ libertatis. Liuius lib. 3. ubi de Virginia, & Appio decemuiro. Budæus in Pandectis.

Nodus] Res perplexa, & obſcura. Cic. ad Att. lib. 9. Cæſari nullus honos à ſenatu habeatur, dũ hic nodus expeditur. uide Eraſ. in Prouerbio, Nodum ſoluere. Nec quarta loqui perſona laboret] Tres uult Horatius loqui perſonas in Tragœdia, licet hoc ſemper à

ueteribus non ſit obſeruatum: quatuor uetat. In Aiace Sophoclis loquũtur Vlyſſes, Teucer, is qui chorum repræſentat, in Philoctete Neoptolemus, Chorus, Philoctetes, aliquando quarta perſona Vlyſſes adhibetur. Actoris partes chorus, officiumque uirile] *Tragœdiæ partes, ut docet in poëtice Ariſtoteles, ſecundùm quantitatem hæ ſunt, Prologus, Epiſodiũ, Exodus, Choricum. Non mirùm igitur uideri debet, ſi hoc loco agit Horatius de Choro. Erat autem duplex chorus, alter quidem tragicus, alter uerò comicus, in comico, ut Iulius Pollux lib. 4. teſtatur, perſonæ ſunt quatuor, & uiginti, in tragico quindecim. & chori quidem in reſpondendo, & alloquendo unus tantum perſonam ſuſtinebat, ut in Poëtice Ariſtoteles refert, cuius uerba breuitatis cauſa prætermittimus.* Actoris] *Alij aliter. Ego auctoris, id eſt, ſuaſoris exponam: &, ut opinor rectè, chorus enim ſemper ferè aliquid ſuadet, & Cicero auctore pro ſuaſore utitur frequenter, ut de claris oratoribus, dolet nihil tam perpetuam auctoritatem de pace ualuiſſe: in oratione octaua contra Marcum Antonium, pater tuus, quo utebar ſene auctore adoleſcens. Parrhaſius actoris legit, id eſt, mimi. Sed mimo tam graues, honeſtæque partes non tribuuntur.* Officium uirile] *Laudabili uiri dicuntur, qui ſunt præſtantes, alij fœminæ. Virg. ex Homero,*

„ *O uere Phrygiæ: neque enim Phryges.*

Homerus lib. 7. Odyſſ. ubi Mineruam in puellam uerſam Corcyræ Vlyſſes interrogat, qua uia ſit ad ædes Alcynoi, & orat ut illa ſibi dux eſſe uitæ uelit,

„ οὐκ ἄν μοι δόμον ἀνέρος ἡγήσαιο Ἀλκινόου

„ *Non mihi ad ædes uiri Alcynoi dux eſſes?*

Alcynoum uirum appellauit, id eſt, uirtute excellentem. Chorus igitur officium uirile defendet, ſi, cùm alij uarijs perturbationibus agentur, ipſe ea ſuadebit, quæ honeſta, & conducibilia eſſe uidebuntur. Neu quid medios intercinat actus] *Nil canat chorus in Tragœdia, quod abhorreat à re propoſita. Chorus autem canebat, ut notum omnibus eſſe poteſt, nam in Philoctete Sophoclis chorus Rhæam hoc cantu extollit.*

„ ὀρεστέρα παμβῶτι Γᾶ

„ μᾶτερ αὐτοῦ Διός

„ ἃ τὸν μέγαν Πακτωλὸν εὔχρυσον νέμεις

„ σὲ κἀκεῖ μᾶτερ πότνι' ἐπηυδώμαν.

Id eſt, Montana mater Iouis, quæ magnum auriferum Pactolum incolis, te ibi mater etiam canimus. Ariſtoteles in Poëtice de Choro, ἐμβόλιμα ᾄδουσι. propoſito hærentia canunt. & Agathon quidem chori cantum inſtituit. Ibidem Ariſtoteles. πρώτου ἄρξαντος Ἀγάθωνος τοῦ τοιούτου. Ille bonis faueat] *In Philoctete chorus Sophoclis partes Philoctetæ tuetur, et miſeratione eius ducitur, qui olim rex potentiſſimus ſolus tunc in antro duriter uitam agebat, Vlyſſes tamen, & Neoptolemus ei indignè inſidias ſtruebat. chorus, inquit:*

„ οἰκτείρω νιν ἔγωγε ὅπως

„ μή τοῦ κηδομένου βροτῶν

„ μηδὲ σύντροφον ὄμμα ἔχων

„ δύστανος μόνος αἰεὶ

„ νοσεῖ μὲν νόσον ἀγρίαν.

Id eſt, huius ego miſeratione ducor, qui neminem habet, qui eius curam ſuſtineat, eumque alat, ſolus infœlix, in ſolitudine ſemper agreſti, & acerba peſte diſcruciatur. Quod dicit chorus Vlyſſem, & Neoptolemum Philoctetæ conciliet uiro optimo. Et conſilietur amicè] *Fideliter conſilia afferat, ſine fuco, & fallacijs, ut fecit chorus in Electra Sophoclis: illa enim, poſtquam in mentem ei uenit de obitu patris miſerabiliter cõqueri cœpit, & ſuas deplorare querelas, ut eius fletu nihil eſſet triſtius, at uerò periculum erat ne Clytemneſtra, & Aegyſtus Agamemnonem, acerrimo odio proſequebantur, cùm eam inimicum hominem flere audiſſent, in eam uehementer indignarentur, eique aliqua ratione nocerent. Eam igitur chorus monet ne altiſſima uoce contendat, ne'ue liberius uociferetur. μηδὲν μέγα ἀΰσῃς.*

Et regat iratos] *Euripides in Hippolyto obſeruauit, cùm Theſeus peteret à Neptuno ut fugientem Hippolytum excitatis maris monſtris perderet, chorus, ut eius iram leniat ignoſcere cum filio debere ait, ut lapſuræ domui conſulat.*

„ τὸ λῷστον σοῖσι βούλευε δόμοις.

Cogita, quod tuæ familiæ optimum ſit. Amet peccare timentes] *In Philoctete Sophoclis chorus amat Philoctetem, quòd uir bonus ſit, & officium ſemper coluerit,*

„ ἀλλ' ἴσος ἐν ἴσοις ἀνὴρ

„ ὤλλυθ' ὧδ' ἀναξίως.

Sed iuſtus & æqui obſeruantiſſimus hic uir, ſic perijt indignum. Ille dapes laudet] *Parſimoniam chorus laudabit, & alia præſtabit, quæ ſubdit Horatius: quæ omnia partes ſunt generalis, & latè patentis huius præcepti, amet peccare timentes. quanta laus ſit ſobrietatis & parſimoniæ, illuſtri exemplo docet Ammianus Marcellinus libro uigeſimo primo, ubi de Iuliano Imperatore his uerbis loquitur. Toleranter, & fortiter nullius cibi indigens mundioris, ſe paucis contentus, & uilibus oppida forinſecus tranſibat, incautè imitatus egregium illud Cyri ueteris dictum, qui cum delatus ad hoſpitem interrogaretur ab eo, quid ad conuiuium parari deberet,* panem reſponderat ſolum: ſperare enim aiebat ſe prope riuum cœnaturum.

Menſe breues] *Verrem Cicero ſeptima in eum oratione accuſat, quod totos dies conuiuijs traheret. Ita, inquit, diei breuitas conuiuijs, noctis longitudo ſtupris, & flagitijs conterebatur.* Menſam breuem] *Id eſt, conuiuium ſimplex, & breue in Odis etiam laudat Horatius.*

„ *Perſicos odi puer apparatus &c.*

Et in Satyris:

„ *Modo ſit mihi menſa tripes, &*

„ *Concha ſalis puri.*

Salubrem iuſtitiam] *Quod corporum eſt, tribuit iuſtitiæ nam corpora dicuntur ſalubria, cœlum ſalubre. Pindarus Ode 8. Olympiorum Seruatricem iuſtitiam urbium uocauit: nam ut ſalubritas corpora, ſic ea urbes tuetur.*

„ ἔνθα σώτειρα Διὸς ξενίου

„ πάρεδρος ἀσκεῖται Θέμις.

Hic ſeruatrix, Iouis hoſpitalis aſſecla exercetur iuſtitia. Iuſtitiam Ariſtotelis ueram uirtutem eſſe ait in lib. 5. de Moribus ad Nicomachum, quod alijs proſit, & ius ſuum cuique tribuat, ut ſtellæ Eous, & Heſpherus alijs lucent, οὔθ' ἕσπερος, οὔθ' ἑῷος οὕτω θαυμαστός. Neque Heſperus, neque Eous tam admirabilis, quàm iuſtitia eſt. *Chorus iuſtitiam laudet in Andromache Euripidis.*

„ μηδὲν δίκας ἔξω

„ κράτος ἐν θαλάμοις

„ καὶ πόλει δύνασθαι.

„ *Nihil ſine iuſtitia in thalamis, nihil in urbe ualet.*

Leges] *Non contentus iuſtitia leges etiam nominauit: quia non idem eſt lex, & iuſtitia. De induſtria Vlpian. Iuriſconſul. lib. 1. ff. titul. 1. l. 10. ſic. Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua uoluntas, ius ſuum cuique tribuendi. De lege uerò Papinianus tit. 5. eiuſdem libri ſic. Lex eſt commune præceptum uirorum prudentium conſultum, delictorum, quæ ſponte, uel ignorantia contrahuntur, coërcitio, communis Reipub. ſponſio. De legibus chorus in Oedypo tyranno Sophoc.*

„ ὧν Ὄλυμπος πατὴρ μόνος, οὐδέ νιν

„ θνατὰ φύσις ἀνέρων ἔτικτεν &c.

Quarum cœlum pater ſolum eſt, neque illas leges mortalis hominũ natura peperit. Apertis ocia portis] *Leges ſilent inter arma: ut C. Marium dixiſſe, teſtatur Valerius Maximus. ubi igitur leges pollent, ocia ſint neceſſe eſt: ubi ocia, quies, & apertæ urbium portæ. Nam clauſæ portæ urbium inimicitiam, & bellum indicant, unde Cæſari uenienti Maſſylienſes portas urbis cùm clauſiſſent, hoſtes iudicati ſunt. Cæſar de bello ciuili lib. 2. in Aiace Sophocles ocia tacitè laudat, cùm laboris duritiem oſtendit,*

„ πόνος πόνῳ πόνον φέρει

labor labori laborem affert. *Huic Horatij uerſiculo Vergilianus ille lib. 8. è regione reſpondet.*

„ *Et mœnia clauſis Bellum acuunt portis.*

Tegat commiſſa] *Secreta, quæ ſibi ab aliquo communicata ſunt, ne publicet. Horat. in epiſtola ad Torquatum lib. 1.*

Ne ſidos

„ *Nec fides inter amicos*
„ *Sit qui dicta foras eliminet.*

Chorus in Electra, cùm Electræ conſilium audiſſet, ne res temerè tractetur, monet, & rem non uulgat. ἐν τοῖς τοιούτοις ἐστὶν ἡ προ-μηθία. *& quæ ſequuntur. Portia uxor Bruti, cum uirum ſibi arcana de nece Cæſaris communicare nolle uidiſſet, uerentem, ne for tè illa doloris impatiens rem proderet, gladio ſibi femur tranſfixit, ut ſe conſtantem probaret. Dion lib. 44.* Vt redeat miſeris] *Vt fœlicitas amiſſa miſeris reddatur. quod non ſolum Tragici chori faciunt, ſed etiam Pindarus Ode 2. Olymp. quæ ſcripta eſt ad Theronem Agrigentinum, Iouem alloquens ſic precatus eſt.*

„ ἀλλ' ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας ἕδος Ὀλύμπου νέμων
„ ἀέθλων τε κορυφὰν πόρον τ' Ἀλφεοῦ
„ ἰανθεὶς ἀοιδαῖς
„ εὔφρων ἄρουραν ἔτι πατρίαν σφίσιν κόμισον.

Id eſt, Iupiter Saturni, & Rheæ fili, cœlum incolens & Alphæum, ubi certamina ſiunt, qui cantus non deſpicis, patriam his regionem redime. Abeat fortuna ſuperis] *Chorus in Electra Sophoclis.*

„ ποῦ ποτε κεραυνοὶ Διὸς, ἢ ποῦ φαέθων
„ Ἅλιος, εἰ ταῦτ' ἐφορῶντες
„ κρύπτουσιν ἕκηλοι.

Vbi nam fulmina Iouis, uel lucens Sol? ſi hanc immanitatem Clytemneſtræ intuentes celant? & miſerã Electram è tantis malis non eripiunt? nam tum abit fortuna ſuperbis, cùm ij pœnis uindicantur, quibus digni ſunt & calamitatem rediguntur.

Tibia non ut nunc orichalco uincta, tubæq;] *Ariſtoteles in poëtice ſex in Tragœdijs requirit, apparatum, dictionem, muſicam, id eſt,* μελοποιΐαν, *mores, ſententiam, fabulam. Hactenus Horatius dictionem, mores ætatum, fabulam, ipſo initio, ſententiam etiam non uno in loco effinxit, & tractauit. hic aggreditur* μελο-ποιΐαν, *& muſicam, quæ cantum chori conſociabat. non pertinet, ut Ariſtoteles ait, ad artificium poëtæ. nam tragœdia etiam ſine muſica conſiſtere poſſet: quare hanc partem* τὴν γὰρ ὄψιν ψυχαγωγικὸν μὲν, ἀτεχνότατον δὲ καὶ ἥκιστα οἰκεῖον τῆς ποιητικῆς *uocat, id eſt, minimè artificioſam, minimeq; propriam poëtices. Proderet autem, & adhuc in eo prodeſt, quod uerſus ſolutæ orationi ſimiles, numeroſiores uideri facit, & magis poëticos. M. Tullius in oratore ad Brutum ſic: quorum ſimilia ſunt quædam etiam apud noſtros, uelut illa in Thyeſte: Quemnam te eſſe dicam? qui tarda in ſenectute, & quæ ſequũtur, quæ niſi cum tibicen acceſſit, orationi ſunt ſolutæ ſimillima, hæc ille. Choris muſici adhibebantur, quod in uerbis etiam Demoſthenis in oratione contra Mydiam perſpicuum eſt,* τοῦ νόμου ἐπιτάττοντος τοὺς τοῖς χοροῖς αὐλητὰς ... *principem iubet lex choris tibicines decernere, atq; adhibere. Primum cantus Doricus perſonabat, mox Phrygius, poſtremò Lydius, ut author Plutarchus eſt in lib. de muſica,* ... *licet Ariſtoteles lib. 8. Polit. Tragœdiæ aptiorem mixolydium eſſe exiſtimet, quia ſit* ὀδυρτικωτέρα, *id eſt, flebilius, licet illi Plutarchus etiam non reclamet.* Tibia] *Tibijs utebantur in ſcenis: licet eas damnet Ariſtoteles lib. 8. Polit. quas abiecit Minerua, quod eas inflantes turpem uultum præ ſe ferant,* τὴν Ἀθηνᾶν τὸν αὐλὸν ἀποβαλεῖν ... τοῦ προσώπου *& propter indecorum uultum indignatam deam hoc feciſſe.* Orichalco uincta] *Orichalcum tibijs addebant, quaſi ornamentum, non quod eo duo ligna, ex quibus tibia conſtabat, uincirentur, ut malè nonnulli affirmarunt, ſiultũ enim eſt exiſtimare, nullũ lignum tam grande poſſe reperiri ut tibiam conficere poſſit, & neceſſe eſſe, duo ligna coire, ut grandis tibia componatur ignorare ijdem uidentur, quid ſit uincire, cum duo corpora, non unum uincire putant. Nam eorum argumentum uerbo uinciri tantum nititur. Cicero tamen lib. 2. quæſtion. Thuſcul. ſic inquit: ſi ſe lachrymis dedet, uinciatur, & conſtringatur amicorum cuſtodijs. Lege de his muſicis inſtrumentis lib. 4. apud Pollucem.* Vt nunc] *Quibus temporibus imperium Romanum florentiſſimum eſt: Roma enim gentibus imperabat, ut ſub Cæſare, ut eſt apud Ciceronem lib. 3. de Officijs: olim, inquit Horatius, cùm reſp. erat tenuis; tibia non erat ampla, & operoſa ut nunc. utebantur autem tibijs dextris, & ſiniſtris, id eſt, grauibus, & leuibus, ut Donatus ait. hinc ſe dicebant tranſire à tibijs dextris ad ſiniſtras. Cicero in oratione pro Murena ſic. Tranſit idem iuriſconſultus tibicinis Latini modo: de Sulpitio loquens, qui Murænam accuſans de crimine ad crimen tranſibat.*

Foramine pauco] *Olim, inquit, in tibia pauca erant foramina, quia & ipſa pertenuis. Diodorus Thebanus plura addidit foramina, ut Pollux ait, & fecit tibiam* πολύτρητον, *id eſt, multis locis perforatam,* πλαγίας ἀνοίξας τῷ πνεύματι τὰς ὁδούς, *latas inducens ſpiritui uias. Dionyſius, ubi de choris Satyriſtarum uerba facit,* αὐλίσκους *uocat tenues tibias, de quibus hic Horatius, quas exactis regibus Romani adhibebant. Malus quidam inter tibicunculas uertit uerbo non Latino, ſed ridiculo, atq; infaceto: nam ſi Iouis noſter in Eulogijs Cœlij Calchagnini inſcriptionem libri de quæſtionibus epiſtolicis exagitat, & ſine ſtomacho non profert, quid nos de tibicunculis, quod uocabulum eſt longè ineptius, ſentiemus? cùm eius author ſit is, qui omnem operam, & ſtudium in aliena errata colligenda contulit, & unum ſe ex ijs eſſe profiteatur, quos in Lyſide Plato appellat* φιλολόγους. *nam ſi id uerbo non profitetur, re mihi quidem præſtare uidentur.*

Aſpirare, & adeſſe choris] *Erat quidem tibia tenuis, & ſimplex, ſed tamen illius temporis choris erat utilis, & ſatis faciebat cumulatius, cum aſpirare dixit expreſſit tibicinem chori cantum conſocia‑ntem, unde ſtatim eſt illud, & adeſſe choris: tibicen enim hoc faciebat, ut initiò huius contextus ex Cicerone docuimus: aſpirare pro iuuare, etiam Ouid. lib. 1. Metamor. uſurpauit,*

„ *Dij cœptis, nam uos mutaſtis & illas, aſpirate meis.*

Gell. lib. 1. cap. 11. ſic inquit. Ecce autem pro tibicina Laconica tibiæ quoque illius, concionatoria in mentem uenit, quam C. Graccho cum populo agenti præiſſe, ac præmonſtraſſe modulos ferunt: ſed nequaquam ſic eſt, ut à uulgo dicitur, canere tibia ſolitum, quĩ pone cum loquentem ſtaret, uarijsq; modis tum demulcere animũ, actionemq; eius, tum intendere: quid enim foret ea re ineptius? ſi ut planipedi ſaltanti, ita Graccho concionanti numeros, & modos, & frequentamenta quædam uaria tibicen incineret? ſed qui hoc compertiùs memoriæ tradiderunt, ſtetiſſe in circunſtantibus dicunt, occultiùs, qui fiſtula breui ſenſim grauiuſculum ſonum inſpiraret, ad deprimendum, ſedandumq; impetum uocis, & quæ ſequuntur. Vide de hac fiſtula Gracchi etiam Quintil. lib. 1. cap. de muſica. Ciceronem lib. 3. de orat. Valerium Maximum lib. 8. Vt igitur Gracchi orationem fiſtula, ſic chori cantum tibicen iuuabat. nam uerbum aſpirare lenem tibicinis ſonum indicat.

Aſpirare, & adeſſe choris] *Tibicines non ſolùm tibijs ſuis perſonuiſſe, inquit, ſed etiam adeſſe ſolitos choris, id eſt, ſaltaſſe cum choris, quem morem Ariſtoteles teſtatum reliquit in Poëtice, his uerbis.* ἁρμονίᾳ μὲν καὶ ῥυθμῷ χρώμεναι μόνον ἥ τε αὐλητικὴ καὶ ἡ κιθαριστική. *harmonia ſimul, & numero tantùm utuntur illæ, quæ ad tibias, quæq; ad citharas imitationes ſpectant. Numerum autem pro ſaltu poſuiſſe Ariſtot. conſequentia illa uerba declarant.* αὐτῷ δὲ τῷ ῥυθμῷ μιμοῦνται χωρὶς ἁρμονίας οἱ τῶν ὀρχηστῶν *numero uerò ipſo ſine harmonia imitantur ſaltatores.*

Nondum ſpiſſa nimis] *Erat olim tibi idonea, licet parua, ad perſonandum ita, ut paſſim exaudiretur, quamuis tunc ſedilia, & loca, ubi fabulæ recitabantur, ſpiſſiora non eſſent, quod frequentes auditores non conuenirent. Venit nunc mihi in mentem, quod ſcribit Athenæus lib. 8. de Stratonico.* διδάσκων γὰρ κιθαριστὰς, ἐπειδὴ ἐν τῷ διδασκαλείῳ εἶχεν ἐννέα μὲν εἰκόνας τῶν μουσῶν, τοῦ δ' Ἀπόλλωνος μίαν, μαθητὰς δὲ δύο, πυνθανομένου τινὸς, πόσους ἔχοι μαθητὰς, ἔφη σὺν τοῖς θεοῖς δώδεκα. *Citharistas docens, cum in ludo nouem haberet Muſarum imagines, Apollinis unam, diſcipulos uerò duos, & ex eo quiſpiam ſciſcitaretur, quot diſcipulos haberet, cum dijs, inquit duodecim hunc iis nimirum ſedilia ſpiſſiora non erant.*

Numerabilis, ut pote paruus] *Nam quæ parua, & pauca ſunt, facile numerantur. unde Ouid.*

„ *Pauperis eſt, numerare pecus.*

Plato in Philebo, de finito, infinito agens, ὅτι δὲ τρόπον τινὰ τὸ ἄπειρον πολλὰ ἐστὶ, πειράσομαι φράζειν. *quod quodammodo infinitum multa facit, dicere conabor.*

Et frugi] Bonus, laus eius, qui non magnas opes, & copias habuit, ut ueteris illius populi Romani. Cicero pro Deiotaro ſic. Omnes ſunt in illo regiæ uirtutes, quod te Cæſar ignorare non arbitror, ſed præcipuè ſingularis, & admirabilis frugalitas: & ſi hoc uerbo ſcio laudari reges non ſolere: frugi hominem dici, non multum habet laudis in rege: fortem, iuſtum, ſeuerum, grauem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, hæ ſunt regiæ laudes, illa priuata eſt. Caſtusq; uerecundusq;] Hoc inquit propter fœminas, quæ in theatrum, ut fabulas audirent, ueniebant. Cicero lib. quæſt. Tuſc. ſic: frequens enim conſeſſus theatri, in quo ſunt mulierculæ, & pueri, mouetur audiens tam grande carmen, &c. quò tamen ut ſe conferre poſſent, ægrè à maritis impetrabant, ut Caius iuriſc. innuit lib. 24. ff. tit. 1. l. 32. ſic: Nuper ex indulgentia principis Antonini recepta eſt, alia cauſa donantis, quam dicimus honoris cauſa, ut ecce ſi uxor uiro lati claui petendi gratia donet, uel ut equeſtris ordinis fiat, uel ludorum gratia.

Poſtquam cœpit] Poſtquam cœpit agros quemadmodum creſcente Romano imperio Tragœdiæ Comœdiæq; etiam, & muſices amplitudo creuerit, hîc habemus. Flor. lib. 1. de quatuor ætatibus urbis Romæ ſic ſcribit. Prima ætas ſub regibus fuit, prope ducenta quinquaginta annos, quibus circa ipſam matrem ſuam cum finitimis luctatus eſt. hæc erit eius infantia ſequens à Bruto, Collatinoq; Coſ. in Appium, Claudium, Quintum Fuluium Coſ. ducenta annos patet, quibus Italiam ſubegit: hoc fuit tempus uiris, armisq; incitatiſſimum. ideò quis adoleſcentiam dixerit. Dehinc ad Cæſarem Auguſtum ducenta quinquaginta anni, quibus totum orbem pacauit. hic iam ipſa iuuenta imperij, & quaſi quædam robuſta maturitas à Cæſare Auguſto in ſæculum noſtrum haud multò minus annis ducenta quibus inertia Cæſarum quaſi conſenuit, atque decoxit. Sed oritur hic quæſtio, quam uir doctiſſimus Iacobus Griſolus excitauit. quo modo maior licentia numeris, & modis acceſſit, cùm Roma cœpit latioribus mœnibus cingi? quod factum eſt, cùm Sabini in urbem, Albani, nonnulliq; alij recepti ſunt, ut eſt apud Liuium lib. 1. Si præterea poſt Græciam tantùm deuictam, & poſt punica bella cœpere Romani Græcos imitari, ut eſt apud Horatium lib. 2. Epiſt. Græci enim primi Tragœdias ſcripſerunt, & comœdias: huic quæſtioni ſic prudenter poſſe reſponderi exiſtimarim. Romanis cœpiſſe quidem Græcos imitari poſt Græciam deuictam, & poſt Punica bella, cum primum interiores literas attigerunt, & optimam, excellentemq; poëtices ſpeciem animo uiderunt, ſed tamen priſcis etiam temporibus rudes poëtas Romæ extitiſſe, quorum etiam Saturnios numeros quaſi Saturni ſeculo editos Horat. appellabat lib. 2. Epiſt. ad Auguſtum ſcribens.

» Græcia capta ferum uictorem cepit, & arteis
» Intulit agreſti Latio ſic horridus ille
» Defluxit numerus Saturnius, & graue uirus
» Munditiæ pepulêre. ſed in longum tamen æuum
» Manſerunt, hodieq; manent ueſtigia ruris.
» Serus enim Græcis admouit acumina chartis,
» Et poſt Punica bella quietus, quærere cœpit.
Quid Sophocles, & Theſpis, & Aeſchylus utile ferrent.

His uerſibus perſpicuum eſt, priſcis etiam urbis temporibus Romæ poëtas, rudes tamen & inornatos fuiſſe: quare ab ijs fabulæ edi potuerunt: ſed mihi quiſpiam hæc Ciceronis uerba obijciet quæ ſunt libro primo quæſtionum Tuſculanarum. nam cùm apud Græcos antiquiſſimum è doctis ſit genus poëtarum, ſiquidem Homerus fuit & Heſiodus ante Romam conditam, Archilochus regnante Romulo, ſerius poëticam nos accepimus. annis ferè CCCCX. poſt Romam conditam, Liuius fabulam dedit App. Claudio Cæc. F. M. Tuditano Coſs. &c. Ego uero exiſtimo Ciceronem aſſerere, Liuium primum fabulam dediſſe Romæ ex ijs, quorum ſcripta legi potuerunt. Sed alij ante Liuium Andronicum (ſic enim illum cognomento Diomedes appellat) poëtæ fuerunt, ſi diligenter uerſus Horatij in epiſtolis à nobis adductos perpendimus, quorum ſcripta interierant. quid? non'ne ibidem Cicero ſic inquit? quanquam eſt in Originibus, ſolitos eſſe in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum hominum uirtutibus, ergo Romæ priſcis etiam temporibus poëtæ, & muſici fuerunt. nam poëtæ erant, quos in epulis cecinuiſſe Cato in Originibus refert. idem Cicero in lib. de claris oratoribus ſic, utinam extarent illa carmina, quæ multis ſeculis ante ſuam ætatem in epulis eſſe cantata à ſingulis conuiuis de clarorum uirorum laudibus in Originibus ſcriptum reliquit Cato.

Latior amplecti muros] Roma ſub Romulo quatuor colles comprehendit, Eſquilinum, Auentinum, Palatinum, Capitolinum: tres alios complexa eſt ſub Seruio Tullio, Quirinalem, Viminalem, Cælium. unde Virg.

» Septem quæ unà ſibi muro circum dedit arces.

Placari Genius feſtis impunè diebus] Genio deo operam dabant non ſingulis [illegible], & carmine. Virg. lib. 2. Georg. quiddam ſimile refert.

» Nec non Auſonij, Troia gens miſſa, coloni
» Verſibus incomptis ludunt, riſuq; ſoluto,
» Oraq; corticibus ſumunt horrenda cauatis,
» Et te Bacche uocant per carmina læta, &c.

Placabantur dij infenſi, qui non prodeſſe, ſed obeſſe ſolebant, ut Auerunci, & Robig[illegible] Hinc altare Iouis Veiouis cum ſagittis. de quibus uide apud Gellium. At Genius mitiſſimus Deus non erat placandus. Hîc igitur placari pro coli poſitum eſt. Horatius ſæpe ſic loquitur, ut in Odis lib. 1.

» Et thure, & fidibus iuuat
» Placare, & uituli ſanguine debito
» Cuſtodes Numidæ Deos,
» Qui nunc Heſperia ſoſpes ab ultima
» Charis multa ſodalibus
» Nulli plura tamen diuidit oſcula
» Quam dulci Lamiæ.

Vbi legendus eſt Acron accuratus interpres. Ego autem hic Genio dediſſe operam, id eſt, uoluptati, ad quam ſimus propenſi, ueteres illos, non interpretor. ſic Iaſon potius alios ſecutus errantes interpretatus eſt. erant ſacra quædam, quibus Tellurem, Syluanumq; aruorum Deum, illam porco, hunc lacte, & Genium floribus, ac uino placabant agreſtes, quæ ſacra Horat. hic certè innuit, & in epiſtola ad Auguſtum lib. 2. Epiſtolarum clariùs expreſsit his uerſibus.

» Agricolæ priſci fortes, paruoq; beati.
» Condita poſt frumenta leuantes tempore feſto.
» Corpus, & ipſum animum ſpe finis dura ferentem
» Cum ſocijs operum pueris, & coniuge fida
» Tellurem porco, Syluanum lacte piabant,
» Floribus, & uino Genium memorem breuis æui.

Hæc igitur ſacra Genij Horatius ſignificat, non uoluptates hominum luxurioſè uiuentium, ut credit Iaſon, nam Horatium hîc de ſacris Genij loqui illa etiam, quæ hoc ſtatim lib. leguntur carmina teſtantur, feſtis impunè diebus, fonſtoſq; (?) facris, & potus, & exlex. Vinoq;] Quia mane Genium floribus & uino agricolæ placabant, non noctu, ut adducti Horatij uerſus declarant. orgia enim Bacchi noctu fiebant, non ſacra Genij, quæcunque igitur Iaſon hic de duodecim horis diei, & de ſolido die, & de hora cœnandi commemorat, nihil omninò ad hunc locum ſpectant ſingula igitur non confutabimus, ne præter rem aliquid, & nos à propoſito Horatij diſcedentes dicamus. ſatis eſt, monuiſſe hunc Horatij locum non fuiſſe ab Iaſone intellectum. Alibi igitur, quando hic locus non patitur, ea omnia refellemus, quæ ille de ſolido die in Oden. Horatij memoriæ prodidit, & noſtram opinionē ſexcentis argumentis corroborabimus, quam in Parergis teſtatam reliquimus libro primo, capite undecimo.

Impunè] Sobriè, ſine ebrietate. nam qui bibunt ſobriè, impunè ferunt: qui uerò ita uino incaleſcunt, ut ebrij diſcedant, id non faciunt impunè, ſed uidētur à Baccho uulnerati, quemadcirco ueteres, ut ait Athenæus, fingebant κερασφόρον, id eſt, cornutum. de illo Ouid. ſic:

» Pendeat & mitis cornibus uua tuis.

Et hæc ſobrietas mirificè antiquis illis uiris conuenit. quibus nihil fuit moderatius: unde illud apud Ciceronem de antiquorum hominum integritate, nihil ex omni memoria ſumi poteſt illuſtrius. & illud,

& illud, ô tempora, ô mores. quo referri ea omnia poſſunt, quæ lib. 1. de diebus & operibus Heſiodus de antiquis commemorat. Loquitur autem hic Horatius de Romanis antiquis, quæ uino Genium piabant, ut demonſtratum eſt. Acceſſit numeriſque, modiſque licentia maior] *Veteres licentius ſaltare, & tibijs perſonare cœperunt: per numeros ſaltationem intelligit eorum, qui in ſacris Genij & aliorum deorum pſallebant, & ſaltabant: ſuprà etiam citauimus ex Ariſtotelis Poëtice ea uerba, αὐτῷ δὲ τῷ ῥυθμῷ μιμοῦνται χωρὶς ἁρμονίας οἱ τῶν ὀρχηστῶν. Numero uerò ipſo ſine harmonia imitantur ſaltatores: nec uerò ſaltationem numerus ſignificat, ſed peritiorem tantum: quod clariſsimè colligitur ex his uerbis Ciceronis in Paradoxis. extra numerum ſi ſe moueat hiſtrio, exſibilabitur, & explodetur. Modus tibiarum ſonum indicat, de quo ſuperius plura ex Ariſtotele, & Plutarcho, ibi, Tibia non ut nunc, &c. apud Græcos Timotheus plures chordas lyræ addidit, cum ea ante ex ſeptem conſtitiſſet, ut author eſt in lib. de muſica Plutarchus: ſed illud mihi quærendum uidetur, cur licentia dixit Horatius, quæ in malam partem accipitur? cur illa carmina addidit ſtatum?*

,, *Indoctus quid enim saperet, liberque laborum*
,, *Ruſticus urbano confuſus, turpis honeſto?*

Quibus ruſticum Genio ſacra pergentem cum modis, & numeris non ſapientem fuiſſe ait, cumque excuſat, quòd ruſticus erat, indoctus, &c. reſponde, idcirco, licentiam acceſsiſſe numeris, & modis in ſacris Genij, innuere Horatium, & hoc ruſticorum crimen excuſare, quia per modos licentiores Feſcennina carmina plena conuitijs intelligit, quæ in ſacris Genij primum exorta ſunt, ut hic innuitur, & in epiſtola ad Auguſtum lib. 2. apertè dicitur, ubi de ſacris Genij mentio fit.

,, *Feſcennina per hunc inuenta licentia morem,*
,, *Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit,*

Et quæ ſequuntur. Qui mos conuitiandi in Comœdia remanſit, ut notum eſt: falluntur, qui credunt ueteres Romanos hic reprehendi, quòd ob ignorantiam rudi muſica contenti uenuſtiorem, & iucundiorem non curarent. nam Horatius non uenuſtiorem muſicam quæ acceſsit, fuiſſe ſignificat, ſed uitioſiorem obiurgia, unde licentiam, & luxuriem ei tribuit, cum inquit,

,, *Acceſsit numeriſque modiſque licentia maior,*
,, *Sic priſcæ motumque, & luxuriem addidit arti*
,, *Tibicen.* —

Quod ſi per licentiam, & luxuriem iucunditatem muſicæ indicaret, eius auctorem non appellaſſe indoctum & ruſticum. nam huiuſmodi homines rudes eſſe ſolent, non elegantiores, ut apertè Cicero in Quintio & Sex. Roſcio duabus nobiliſsimis orationibus probauit. Liber Laborum] *Quia feſtis diebus Genio ſacra faciebat, ut nuperrimè ex Horatio probauimus, & diebus feſtis ruſtici labores intermittere ſolent, niſi ea præſtent, quæ Virg. lib. 1. Georg. feſtis diebus poſſe confici affirmat.*

,, *Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus.*
,, *Fas, & iura ſinunt, riuos deducere nulla*
,, *Relligio uetuit, ſegeti prætendere ſepem,*
,, *Inſidias auibus moliri incendere uepres,*
,, *Balantumque gregem fluuio merſare ſalubri.*

Ruſticus urbano confuſus, turpis Honeſto] *Erant enim tribus ruſticæ, & urbanæ Plinius lib. 18. ſic. ruſticæ tribus laudatiſsimæ eorum, qui rura haberent, urbanæ uero, in quas transferri ignominia eſſet, deſidiæ probro. Inuenies plura apud Dionyſium lib. 7. turpis, & honeſtus referuntur ad uitia, & uirtutes animi, ut, ruſticus, & urbanus ad fortunæ conditionem. Ruſticis obijcit uitium temporis, tunc cum ruſticæ tribus in numeris, modiſque non excellebant. Ruſticum urbano confuſum inquit fuiſſe reſpiciens Roſciam legem ſui temporis. nam L. Roſcius Otho tribunus plebis legem tulit in equitib. Romanis in theatro quatuordecim gradus, in quibus ſederent aſcriberentur, ut Liuius lib. 99. De ea Cicero pro Murena ſic. L. Otho, uir fortis, meus neceſſarius, equeſtri ordini reſtituit non ſolum dignitatem, ſed etiam uoluptatem. itaque lex hæc, quæ ad ludos pertinet, eſt omnium gratiſsima, quod honeſtiſsimo ordini cum ſplendore fructus quoque iucunditatis eſt reſtitutus. Horat. lib. 1. Epiſt. de lege Roſcia.*

,, *Vt propius ſpectes lachrymoſa poëmata Puppi,*

Id eſt, tragœdias. Motum, & luxuriem] *Motum, id eſt, ſaltationem ad tibias. Horatius in epiſtola ad Villicum lib. 1. Epiſt.*

,, *—Nec meretrix tibicina, cuius*
,, *Ad ſtrepitum ſalias terræ grauis.*

Addidit autem motum produxit. nam ante etiam ſaltabant, ſed additus motus fuit liberior, & indecentior, qualem nemini conuenire uidemus. Hic fortaſſe obiectus Deiotaro fuit, pro quo ſic Cicero in oratione. quæ crux huic fugitiuo poteſt ſatis ſupplicij afferre? Deiotarum ſaltantem quiſquam, aut ebrium uidit unquam? Et pro Murena. ſaltatorem appellat L. Murænam Cato. maledictum eſt, ſi uerò obijcitur, uehementis accuſatoris: ſin falſo, maledici conuiciatoris. Idem leges etiam in oratione pro domo: eſt quidam motus antiquus, & pudentior, quem principes uiri, & clariſsimi ſumma grauitate tuentur. Hunc non intelligit hic poëta, quia addidit, & luxuriem, quæ tam ad motum, quàm ad tibiam licentiorem attinet. Luxuriem] *Potes etiam interpretari inſolentiam Feſcennini carminis, quæ ex luxurie oritur quadam, quæ ſi abſit, frigemus potiùs, & moderati ſumus. Virg. lib. 3. Georg. de lupo ægro, qui non prædabatur.*

,, *— Acrior illum Cura domat.*

Per pulpita] *Lib. 2. Epiſtol. de Plauto.*

,, *Quam non aſtricto percurrat pulpita ſocco.*

Vagus autem tibicen traxit ueſtem per pulpita ſimul ipſe perſonans, & ſaltans, ut quidam exponunt, quorum opinio non placet, quia tibicen id præſtare non potuiſſet, præſertim in motu illo acriore, quem ait poëta additum fuiſſe. Ego tibicinem traxiſſe uagum per pulpita ueſtem exiſtimo, quia, cum crebræ recitarentur Tragœdiæ, & tibicen ad omnes accerſeretur, per diuerſa pulpita uagabatur. trahebat autem ueſtem, quam talarem, & longam gerebat, ut grauitatem præ ſe ferret. Voces creuere] *Tibicines non ſolùm perſonabant tibijs, & fidibus, ſed etiam canebant, dum alij ſaltabant. Pollux de uocibus, ad quas ſaltabant. ποῦ μοι τὰ ῥόδα: ποῦ μοι τὰ ἴα: ποῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα: ubi mihi roſæ? ubi mihi pulchra apia? poſuit autem fides pro tibijs, ſpeciem pro ſpecie, ſed quo modo fides ſeueræ erant, ſi tibicen luxuriem priſcæ arti addiderat? ſeueras dixit non præſens tempus, ſed præteritum reſpiciens. & ſeueras, id eſt, non molles: ſeueri enim homines mollitiem oderunt. Iaſon refert hæc ad cantum chori, ſed quam aptè ipſe uiderit. nos ex Polluce probauimus tibicines etiam cecinisse, non ſolum perſonuiſſe. alteram præterea interpretationem afferimus. Hactenus Horatius de fabulæ incremento circa melodiam, nunc, de incremento circa ſtilum poëtarum agit, qui creuit fidibus ſeueris, id eſt, cum priſca, & ſeuera melodia unde ſtatim illud ſequitur.* Attulit eloquium inſolitum] *Declarat enim quid per uoces intelligat, id eſt, uerba, & dictiones: inſolitum autem eloquium, id eſt, nouum, non uitioſum, ut putat Acron. nam antiquum potiùs uitioſum fuit; tunc enim Latina lingua cum inops eſſet, licuit noua, & inſolita uerba excudere, nec tunc locum habebat præceptum Cæſaris, à Quintiliano relatum lib. 2. uerbum inſolens, ut ſcopulum, eſſe uitandum: non enim hic poëta lingua Latina perfecta loquitur, ſed de ea, quæ cœperat excreſcere, & locupletari, quod quidem celeriter factum eſt, quare addit.*

Facundia præceps] *Horatius lib. 2. Epiſt. ad Auguſt. ſcribens, populum Romanum mirifico, & acri ingenio ad celeriter perdiſcendum fuiſſe ait, ut eius facundia præceps dici poſſit.*

,, *Et placuit ſibi, natura ſublimis, & acer,*
,, *Nam ſpirat tragicum ſatis, & fœliciter audet:*

Sic Cicero de oratore lib. 1. Quæſtionum Thuſcul. at contra oratorem celeriter complexi ſumus. & hic poëta populum Romanum extollit, quod celeriter ingenio docili, & uigilanti didicerit, quæ ſumma laus eſt, ut Socrates aſſeuerat in Charmide Platonis. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ κιθαρίζειν ταχέως καὶ τὸ παλαίειν ὀξέως, πολὺ κάλλιον τοῦ ἡσυχῆ καὶ βραδέως. Citharæ artem celeriter addiſcere, & paleſtram, longe pulchrius eſt, quam lente, ſeroque. Senſum Horatij non elicuit Acron, qui facundiam præcipitem pro ea exponit, quæ cum ingenti impetu fertur,

rtur, & furibundè, & Delphicæ amiſſa mordacitate ſimilis eſt. Nullum rerum ſagax] Supra docuimus Tragœdiam res utiles docere, ubi de Choro diximus: hîc autem utilitas quæritur honeſta, non quam Curio apud Ciceronem lib. 3. de officijs quærebat, ubi hæc uerba leguntur: Malè etiam Curio cum cauſam Tranſpadanorum æquam eſſe dicebat: ſemper autem addebat, uincat utilitas. Diuina futuri] Diuinans futurum. Sophocles in Electra,

» ὅταν δ' τις θεὸν βλάπτῃ,

» δύναιτο ἄν, οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν.

Siquis apud Deos offenderit, non, uel ſi robuſtior ſit, effugiet. Hæc ſententia de futuro eſt, quam ſi quis ſeruabit, nunquam periclitabitur: & quidem uerißima habenda. nam ut Horatius in Odis inquit.

» Reum antecedentem inſequitur pede pœna claudo.

Sortilegis non diſcrepuit] Tragœdiarum ſententiæ ita ueræ ſunt, ut ab oraculo Apollinis non diſcrepent. De Delphico oraculo notum eſt. uide Liuium lib. 1. ubi Superbi filij, & Brutus Delphos ad conſulendum oraculum profecti ſunt, de eo, qui poſt Superbum regnaturus ſit. Oraculum autem Delphicum, & reliqua omnia ambiguo ſe reſponſo tuebantur, ut illud apud Ciceronem in libris de diuinatione. Crœſus Halym penetrans magnam peruertet opum uim expreſſum ſcilicet ex Herodoto, Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει. ignotum eſt enim, utrum regnum periturum ſit Crœſi, an Cyri. ut autem res euenerit, oraculum mendax non reperietur. Parrhaſius de philoſophis intelligit, quorum ait obſcuriora eſſe dicta Delphicis reſponſis: cuius quam ridicula ſit opinio, facilè omnes iudicabũt, cùm hic Horatius περὶ τῶν γνωμῶν uerba faciat: quæ ſententiæ in tragicis, ut ſatis demonſtrauimus, occurrũt. Carmine qui tragico] Nil Tragœdia triſtius eſt, in qua duo illa, ut eſt in poëtice Ariſtotelis, exprimuntur, miſerabile, & terrificum. ut igitur ſpectantium animi aliqua iucunditate reficerentur, ac recreantur, Satyros induxerunt, qui in Tragœdia ſaltarent, & riſus hominum elicerent: eos quidem Sophocles è Tragœdia Græca eiecit, ut ait Ariſtoteles, mox iterum à Latinis ſunt recepti, ut poſtliminio ueniſſe uideri poßint. Virg. qui ſaltantes eos in Tragœdijs Latinis conſpexerat, hunc uerſiculum in Eglogis habet.

» Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibœus.

Quemadmodum Tragœdia ſeueritatem iocis Satyrorum temperarit, Demetrius Phalereus in lib. de elocutione his uerbis docet. τραγῳδία δὲ χάριτας μὲν παραλαμβάνει ἐν πολλοῖς, ὁ δὲ γέλως ἐχθρὸς τραγῳδίας, οὐδὲ γὰρ ἐπινοήσειεν ἄν τις τραγῳδίαν παίζουσαν. ἐπεὶ σάτυρον γράψει ἀντὶ τραγῳδίας. Tragœdia autem in multis rebus gratias, & facetias aſſumit, & riſus quidem Tragœdiæ inimicus eſt: neque enim quiſquam aptè ludentem, atque hilarem Tragœdiam conficeret: nam tum Satyrum pro Tragœdia ſcribet, & confinget. Idcirco autem olim Satyri à Tragœdia reiecti ſunt, ut eorum ineptijs, & ridicula oratione dimiſſa, Tragœdia grauior uideretur. Ariſtoteles in Poëtice ſic, διὰ τὸ ἐκ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν, ὀψὲ ἀπεσεμνύνθη. quia è Satyrico euaſit, ſero grauitatem tandem recepit. Sed Sophoclem quiſpiam reprehendet, quòd omni lepôre Tragœdiam priuârit, ac rigorem tantum & triſtitiam ei reliquerit, ut nulla ex ea uoluptas capi potuerit. Reſponde, Sophoclem non ſuſtuliſſe Tragœdiæ riſum, ſed honeſtiorem feciſſe: nam tres hiſtriones induxit, cũm unus eſſet antiquitus, duos Aeſchylus inſtituiſſet. Ariſtotel. in Poëtice, τρεῖς δὲ καὶ σκηνογραφίαν Σοφοκλῆς. tres, & ſcenæ apparatum Sophocles produxit. Ob hircum uilem] τράγος, id eſt, hircus, tragœdiæ præmium. Hinc Tragœdia dicta eſt, uilem uocat hircum uel quia tenue præmium erat tanti poëmatis, uel ob fœtorem. Horatius lib. 1. Epiſt. nam nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ. maior quoſdam putaſſe, uilem eſſe hircũ poëſeos habita ratione, cùm Tragœdiam in Poëtice Ariſtoteles grauiſſimam rem eſſe dicat, eamq; Epopœiæ anteponat. Certauit] Poëtæ ſæpe certatim ſua ſcripta recitabant, ut palmam referrent. Horum certamina commiſsiones appellat Suetonius in Auguſto, ubi uetuiſſe ait Auguſtum ſuum nomen in commiſsionibus celebrari. licet commiſsiones ex tempore fuſa carmina certatim uideri poßint, de poëtarum certaminibus ſic Ariſtoteles in poëtice, ἀγωνίσματα γὰρ ποιοῦντες, &c. inducentes certamina. Agathon in conuiuio Platonis uicerat in certamine, & epinicia, id eſt, conuiuia ob uictoriam ſtatuerat. Socrates loquitur. χθὲς γάρ αὐτὸν διέφυγον τοῖς ἐπινικίοις φοβηθεὶς τὸν ὄχλον. heri enim in epinicijs uitaui, quia turbam, & tumultum ueritus ſum. Agreſtes Satyros] Erant Satyri Sileni, & alij dij ruſtici, qui ſaltabant. Pol. lib. 4. σατυρικὰ δὲ πρόσωπα σάτυρος πολιὸς σάτυρος γενειῶν, σάτυρος ἀγένειος, σιληνὸς, &c. Satyricæ autem perſonæ, Satyrus canus, Satyrus pubes, Satyrus impubes, Silenus. de horum ſaltatione Athenæus lib. 14. ἡ δὲ γυμνοπαιδικὴ παρεμφερής ἐστι τῇ τραγικῇ ὀρχήσει, ἥτις ἐμμέλεια καλεῖται. nuda exercitatio ſimilis eſt Tragicæ ſaltationi, quæ emmelia dicitur. de emmelia hæc Plato lib. 3. de legibus ſic, δύο δὲ τῶν ὀρχήσεων τῶν καλῶν εἴδη, τὸ μὲν πολεμικὸν πυῤῥίχην, τὸ δ' εἰρηνικὸν ἐμμέλειαν ἐπονομάσαν, duæ honeſtarum ſaltationum ſpecies ſunt. altera bellica, quem Pyrrhichen, altera pacis propria, quem emmeliam nominarunt. Nudauit] Vt leuiùs, & commodiùs ſaltarent. Sic Luperci nudi per forum excurrebant: quod de M. Antonio Luperco legitur Philippica 2. apud Cic.

Incolumi grauitate] Non ſupra modum facetus aſperſit ſales grauitate, quod non efficiunt nimis ſeueri, ut Craſſus quem Aſconius in Verrem ἀγέλαστον appellat, quod nunquam rideret. Ariſtotel. lib. 2. ad Nicomachum de moribus, περὶ δὲ τὸ ἡδὺ τὸ μὲν ἐν παιδιᾷ ὁ μέσος εὐτράπελος, καὶ ἡ διάθεσις εὐτραπελία. ἡ δὲ ὑπερβολὴ βωμολοχία καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν βωμολόχος. ὁ δ' ἐλλείπων ἄγροικός τις, καὶ ἡ ἕξις ἀγροικία, id eſt, in ſuauitate ioci qui mediocritatem adhibet, facetus eſt, & diſpoſitio, faceta quædam iucunditas: exuperatio quædam ſcurrilitas, & eam habens ſcurrilis: qui uerò deficit, ruſticus, & habitus ruſticitas nuncupatur. Aſper] Primo, & per ſe aſper in Tragœdia, mox innatam aſperitatem facetijs condiuit.

Grata nouitate] Nouitas fuit in Satyris primùm adhibitis, & admiſsis in Tragœdiam, & germanum, uerumq; epitheton nouitati addidit: ſolet enim ea eſſe omnibus gratiſsima. Lucianus in Zeuſide ſuorum ſcriptorum nouitatem, quàm plurimos in admirationem adduxiſſe affirmat, καὶ πάντες ἕν, καὶ τὸ αὐτὸ ἐπεσημαίνοντο, τὴν γνώμην τῶν συγγραμμάτων ξένην οὖσαν, καὶ πολλὴν ἐν αὐτῇ τὴν νεωτεροποιΐαν. omnes unum & idem ſignificabant, ſententiam ſcriptorum peregrinam, & multam in ipſa nouitatem: ſic etiam in ſcriptis Tragicorum, receptis Satyris, nouitas probata eſt. Morandus] Detinendus, ut libentiſsimè audiret, ſpectaretue. Functus, in ludis enim publicis, qui dijs inſtituebantur, Tragœdiæ recitabantur. Potus, & exlex] Ebrius, & nullas leges colens: ideo autem legum hoſtis, quia ebrius: quare Pittacus duplici pœna ebrios afficiendos eſſe putauit, tum quòd ebrietate eſſent correpti, tum etiam quia propter ebrietatem ſemper tetrum aliquod facinus admittunt. Laërtius in Pittaco. Ariſtoteles lib. 2. Rhetor. uel exlex, id eſt, ab omni cura, & labore immunis, quod Demoſthenes in Leptinem ſic expreſsit. φήσει δὲ ἀναξίους τινὰς ἀνθρώπους εὑρομένους τέλειαν. dicet indignos quoſdam homines immunitatem conſecutos, per potum autem intellige, non penitus ebrium, ſed ita uino grauatum, ut ſine Satyris attentus haberi non potuerit, quæ ſomnum illis excuterent.

Verum ita riſores] Cauſam, qua Satyros in Tragœdiam ueteres poëtæ inuexerint, ſuperiore contextu poëta explicuit. nunc quo modo, quo ue decoro inducendi Satyri ſint, diligenter nos admonet. nam qui Tragœdiam ſcribet, nec nimium ut Satyricus ſe ſubmittet, nec nimium ut Tragicus ſe attollet. Riſores] Satyri riſores ſunt, quod aptiſsimi ſint ad riſum apud ſpectatores concitandum, & quia cum riſu hominũ uitia inceſſunt, & exagitant. Quin. lib. 6. cap. de ridiculis ſic. dicacitas ſine dubio à dicendo, quod omni generi cõmune, dicta eſt, propriè tamen ſignificat ſermonem cum riſu aliquos inceſſentem, & re uera cum aliquem carpimus, alicuiuſue auctoritatem contemnimus, ſemper ferè ridemus, ut apud Platonem in Euthydemo, Socratem irrident Euthydemus, & Dionyſodorus quòd ab illo militaris artis præcipuè periti eſſent iudicati. ἐγελασάτην οὖν ἄμφω βλέψαντες εἰς ἀλλήλους.

ambo

ambo riſerunt ſe mutuò ſpectantes. adduximus teſtes Quintilianum, & Platonem, ſed res ipſa loquitur: omnis enim Grammaticus docuit, riſorem eſſe, & qui riſum cieat, & eum, qui ipſe rideat. Dicaces] *Facetos. Cicero lib. 2. de orat. duo genera facetiarum ponit, cauillationem, & dicacitatem, cauillationemq́ eſſe interpretatur, diſperſas per totam orationem facetias, dicacitatem uerò breuem, & aſtutam, quæ ideo dictum uocetur.* Ita uertere ſeria ludo] *Ita conueniet tragœdiam, poëma ſerium, & graue, ludo, id eſt, iocis Satyricis cōmiſcere, ut præclariſsimus conſenſus fiat. quod Plato in ſophiſta ſic expreſsit.* πάντα ὅσ ταῦτα συνάγωμεν, καὶ δυνατὰ [illegible] τῶν ἀλλήλοις. *omnia miſceamus, quæ poſsint ſibi mutuò prodeſſe.* Ne quicunque Deus] *Senſus eſt, ne qui in Tragœdia Deum, aut heroa repræſentârit, in Satyra migret in tabernas obſcuras, id eſt, Satyrorum perſonam induat, qui humiles Dei in humilibus tabernis uerſari ſolent, ut dij, heroësq́ in auro, & oſtro. Non enim graues perſonæ in Satyricas ineptias ſunt inducendæ. Hinc non abſimili ratione Cicero Scæuolam, grauiſsimum, & clariſsimum libris 2. & 3. de oratore loquentem, aut præſentem non adhibuit, ubi de rebus tanto uiro dignis non agebat, imitatus Platonem idem in Socrate ſeruantem, ut in Epiſtolis ad Atticum ſcriptum reliquit.* Heros] *Vir grauis. heros uerè ſemideum ſignificat. Plutarchus in lib. de oraculis, ex Heſiodo ſic,* [illegible] τῶν λογικῶν τέσσαρα γένη, θεοὺς, εἶτα δαίμονας πολλοὺς, κἀγαθοὺς, εἶτα ἥρωας, εἶτα ἀνθρώπους, τῶν ἡμιθέων εἰς ἥρωας ἀποκριθέντων, *expoſuit Heſiodus eorum, qui ratione utuntur, quatuor genera, deos, deinde dæmonas multos, & bonos, mox heroas, poſtremo homines, ſemideis in heroas coniectis. Rectiſsimè igitur noſter Flaminius ſemideum, id eſt, heroa, Paulum 3. Pontificem maximum appellat in elegia, in qua de Alexandro Farneſio Cardinale ſic inquit. Progenies claris edita ſemideis. Dionyſius lib. hiſtor. ubi de Ilia ex Marte grauida ſcribit, ſic de Heroibus ſentit.* καὶ μεταξὺ τοῦ θείου, καὶ τοῦ θνητοῦ γένους ὑπερχόμενον φύσεως. ἣν τὸ δαιμόνων φῦλον ἔλαχε, τοτὲ μὲν ἀνθρώποις, τοτὲ δὲ θεοῖς ἀναμιγνύμενον ἐξ ὧν φῦναι γένος. *& cum media quædam inter diuinum atque humanum genus natura ſit, quā dæmones ſortiti ſunt, & hominibus, & deis mixtum heroum ortum eſſe genus.* Nuper] *Cum Tragœdiis aureis, & purpureis ueſtib. paulò antè fulſiſſet, tanquam rex quidam.* In obſcuras tabernas] *Quid regibus cum tabernis? quæ erant pauperum. Horatius in Od. lib. 1.*

» *Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,*
» *Regumq́ turres.*

Vel intellige tabernarias Comœdias ex perſonis obſcuris, & planè tabernarijs, ut Griſolus doctè ante me obſeruauit, licet ego ſic etiam interpretor, non eſſe præſtantem perſonam in Satyros, & Silenos bibaces inducendam, ut eos etiam repræſentet. nam hi dij bibaces cùm ſint, uinaria taberna delectari uidentur, Virg. de Sileno.

» Chromis, & *Mnaſyllus in antro*
» *Silenum pueri ſomno uidere iacentem,*
» *Inflatum heſterno uenas, ut ſemper, Iaccho.*

Tabernas igitur uinarias Horatius innuit, in quibus liberi, & ingenui homines non uerſabantur. Halicarnaſſeus lib. 9. [illegible] *Nemini Romano licebat popinam, & mechanicam uitam exercere, idem de Athenienſibus affirmat Iſocrates in Areop.* ἐν καπηλείῳ δὲ φαγεῖν, ἢ πιεῖν οὐδεὶς οὐδ᾽ ἂν οἰκέτης ἐπιεικὴς ἐτόλμησε. *in Popina uerò edere, aut bibere, nemo, nec ſeruus quidem frugi auſus eſt.* Humili ſermone] *Cum oratione, quæ non grauia tractet, qualis agreſtibus Satyris tribuitur: at dixerit quiſpiam, inducam grauiores perſonas, illuſtrioresq́, quæ inter ſatyros quidem uerſentur, ſed Tragicè, & grauiter dicant. his reſpondendum eſt, grauitatem ſermonis Satyros non decere, ſeruandum igitur eſſe in perſonis decorum. nam in Euthydemo Platonis non laudatur Euthydemus, qui in id non ſeruauit, cum puero Cliniæ grauiſsimam quæſtionem propoſuit, an diſcant qui ſapientes ſunt, uel qui indocti. ubi Socrates ſic inquit.* καὶ τὸ μειράκιον ἅτε μεγάλου ὄντος τοῦ ἐρωτήματος ἠρυθρίασέ τε, &c. *& puer magnitudine rei propoſitæ erubuit.* Dum uitat Humum] *Dum Tragœdia humile genus uitat, ne ſe altius, quam par eſt, extollat. Humum dixit, qua nihil inferius, abiectius'ue. Menelaus apud Homerum ſegnes ſocios, terram uocat, & aquam. Vos, inquit. eſtis* γαῖα καὶ ὕδωρ. Nubes, & inania captet] *Altius euolet, ut Icarus fecit. de quo in* Odis.

» Ope Dædalea
» *Nititur pennis, uitreo daturus*
» *Nomina ponto.*

Iaſon ſupra naturalia, & incorporea intuere hic Horatium affirmat: cùm tamen elementa corpora ſimplicia dicantur & naturalia. quod Ariſtoteles lib. 2. Phyſic. ſic teſtatur, τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστι φύσει, τὰ δὲ δι᾽ ἄλλας αἰτίας, φύσει μὲν τά τε ζῶα, καὶ τὰ μέρη αὐτῶν, καὶ τὰ φυτὰ, καὶ τὰ ἁπλᾶ τῶν σωμάτων, οἷον γῆ, καὶ πῦρ, καὶ ἀὴρ, καὶ ὕδωρ. ταῦτα μὲν γὰρ εἶναι, καὶ τὰ τοιαῦτα φύσει φαμέν. *Eorum, quæ ſunt, omnium, quædam alijs cauſis aſſcribuntur, natura quidem ſunt, animalia, & eorum partes, & plantæ, & ſimplicia corpora, ut terra, & ignis, & aër, & aqua hæc enim, & huiuſmodi natura contineri dicimus.* Quare Iaſon non bellè *hîc philoſophatus eſt.* Leues uerſus] *Nam proximè dictum eſt, nimiam illam tenuitatem, & tabernarium ſermonem Tragœdiæ non eſſe cōgruentem, quinimo M. Tullium in lib. de opt. genere Oratorum, in Tragœdia inquit comicum uitioſum eſt.* Effutire] *Ineptè loqui, id fortaſſe, quod Græci dicunt* λαλεῖν. *apud Xenophontem.* ὢν ἄριστος μὲν λαλεῖν, ἀδυνατώτατος δὲ λέγειν. *optimus ad effutiendum, ſed ad dicendum longè impar.*

Vt feſtis matrona] *Vt matrona grauitatem in choreis, ſic tragœdia in Satyris tueatur. Feſtos dies intellige, ut Acron ſentit, eos quibus matri Deorum ſacra fiebant: tunc enim matronæ ſaltabāt, uel ut ſoleo ego interpretari, Calendas Martias, qui dies feſtus mulierum dicatus erat. Paulus iuriſc. lib. 24. ff. tit. de donat. inter uir. & uxor. l. 31. ſic inquit. ſi uir uxori munus immodicum Calendis Martijs, aut natali die dediſſet, donatio eſt. In quem locum legē Budæum in Pandectis.* Pudibunda] *Tragœdia inter proteruos, & laſciuos Satyros erit pudibunda, ut matrona, quæ grauis eſt. nam matronarum proprius pudor eſt, præſertim cùm inter uiros uerſantur, unde fœminis non licebat uel pro ſe, uel pro alijs apud iudices, ulloſq́ magiſtratus dicere. Vide Valerium Maximum lib. 8. cap. 3. Vlpianum iuriſc. lib. 3. ff. tit. de poſtul. l. 1.*

Non ego inornata] *Suprà Comœdiam, & Tragœdiam diſtinxit: nunc Satyram ab illis ſeparat: primùm autem de elocutione Satyrica agit.* Inornata, & dominantia] *Acron & Iaſon inornata pro humilibus, & ruſticis, dominantia Acron pro ſignificantibus, & proprijs, Iaſon pro grauibus, quid alij etiam ſentiant, unuſquiſque uidere poteſt. me iudice hic ſenſus eſt Horatij. Satyricus non id curare tantùm debet, ut proprijs uerbis utatur. nam etiam translata Satyræ conueniunt. Paulò infrà clarior eſt hæc ſententia, ubi ſimplicem, & uulgarem eſſe uult Horat. Satyricam inuentionem, ſed elocutione ita perpoliri, ut non quiuis poſsit eam commodè tractare.*

» *Ex noto fictum carmen ſequar, ut ſibi quiuis*
» *Speret idem, ſudet multum, fruſtraq́ laboret.*
» *Auſus idem: tantum ſeries, iuncturaq́ pollet.*

Sunt igitur ornata, & dominantia, quæ propria etiam dicuntur: nam propria orationem perſpicuam reddunt, tranſlata uerò ornatam, ut ait Ariſtoteles, propria non ornant. Ergo inornata uideri iure optimo poſſunt. Ariſtotelis uerba ſunt lib. 3. Rhetor. τῶν δ᾽ ὀνομάτων, καὶ ῥημάτων σαφῆ μὲν ποιεῖ τὰ κύρια, μὴ ταπεινὴν δὲ ἀλλὰ κεκοσμημένην τ᾽ ἄλλα ὀνόματα. *Ex nominibus, & uerbis propria quidem perſpicuam efficiunt, non humilem autem, ſed ornatam alia nomina. Dominantia etiam propria ſunt, quod in ſua ſignificatione conſiſtunt, & non transferuntur. ideo dominari, & in ſuo regno permanere uidentur. Quintilian. lib. 8. cap. de tropis, transfertur ergo nomen, inquit, aut uerbum ex eo loco, in quo proprium eſt, in eum, in quo aut proprium deeſt, aut tranſlatum proprio melius eſt. Madius hic per inornata, & dominantia uerba, communia, & uulgaria interpretatur, non multum à nobis diſcrepans, & ſententiam poëtæ eam, quam nos, elicuit. Nam quod forte, inquit, quiſpiam putaret,* rudem,

rudem, atque incompoſitam prorſus eſſe debere Satyrorum locutionem, id Horatio non placet. Nominaque uerbaque] Vtrunque apposuit, quia propoſitio ex nomine, & uerbo conſtat, ut docet etiam Ariſtoteles in libro de interpretatione, & Cicero lib. 1. Quæſtionum Tuſcul. his uerbis. an tu dialecticis ne imbutus quidem es? in primis enim hoc traditur, omne pronunciatum (ſic mihi in præſentia occurrit, ut appellarem axioma, utar poſt alio, ſi inuenero melius) id ergo eſt pronunciatum, quod eſt uerum, aut falſum. Cùm igitur dicis, miſer M. Craſſus, ut hoc dicis, miſer eſt M. Craſſus, aut poſsit iudicari, uerum id, falſum'ne ſit, an nihil dicis omninò. Quo loco Cicero axioma, non, ut Ariſtoteles, pro certa, uera, & conceſſa propoſitione ſumit, ſed pro ſimplici propoſitione, quæ ex nomine & uerbo conflata ſit, Stoicorum more, ut ex Laertio in Zenone licet intelligere. hoſpes in ſophiſta Platonis ſic inquit. οὐκοῦν ἐξ ὀνομάτων μὲν μόνων συνεχῶς λεγομένων οὐκ ἔστι ποτὲ λόγος, οὐδ' αὖ ῥημάτων χωρὶς ὀνομάτων λεχθέντων, Igitur non ex nominibus tantum, nec ex uerbis ſine nominibus prolatis oratio conficitur. Satyr. ſcriptor] Si ego Satyras in Tragœdia ſcriberem. Tragico differre colori] Non ſic, inquit, contendam differre à tragœdia, ut à comœdia etiam non differam, ſed ab utraque diſcrepare enitar. De colore ſuprà diximus, contextu undecimo, ibi, Deſcriptas ſeruare uices, operumque colores, &c. Adhuc enim Horatius agit de genere ſermonis Satyrici, non de inuentione, ut alij arbitrantur, de qua eſt in ſequentibus uerſibus, ibi, Ex noto fictum carmen, &c. Dauus'ne] Dauus, Pythias, Simo, perſonæ comicæ ſunt, Silenus Satyrica: alia comicis, alia ſatyricis uerborum ratio comparanda eſt. nam diſsimiles perſonæ eodem orationis genere uti non debent. Emuncto] Decluſo, ablato ei talento, naſo enim ſuſpendere, & deludere ſolemus. hinc apud Martialem rhinocerotis nares habere, pro deludere. Hoc innuit hic poëta: qui emungere naſi eſt. Horat. lib. 2. Epiſt.

" Prætulerim ſcriptor delirus, inersque uideri,
" Dum mea delectent mala me, uel denique fallant,
" Quàm ſapere, & ringi.

Ariſtoteles tria genera contemptus ponit lib. 2. rhet. τρία δ' ἐστὶν εἴδη ὀλιγωρίας, καταφρόνησίς τε, καὶ ἐπηρεασμὸς, καὶ ὕβρις, id eſt, ut Victorius etiam uertit, deſpicientia, &, ut ita loquar, incommodatio, & contumelia. Horatij locus pertinet ad incommodationem prærepto ſeni talento. Alumni Dei] Bacchi. lege comitatum Bacchi apud Ouid. lib. 4. metamor. in quo etiam Silenum reperies. Cuſtos, famulusque] Pædagogus. Plato in Lyſide, de Pædagogis Menexeni, & Lyſidis. παρακαλοῦν, καὶ ἐκέλευον αὐτοὺς οἴκαδε ἀπιέναι. ἤδη γὰρ ἦν ὀψέ. acciuerunt, & ut domum irent iuſſerunt: iam enim aduesperaſcebat, hoc eſt, cuſtodis, & famuli officio fungi. Ex noto] Hactenus de elocutione ſatyrica, nunc de inuentione præcepta traduntur, quam uult Horatius ex noto ſumi, id eſt, è uulgo: non autem ſubtilem, acutam, & exquiſitam eſſe: Satyri enim cùm ſint ruſtici, non ſunt callidi, ſed ſimplices potiùs: at ſi uulgaris eorum ſententia uulgaribus etiam urbis ueſtiretur, & nullis facibus uerborum illuminaretur, nulla præclara diſpoſitione digereretur, nihil eſſet ineptius, quare rudis inuëtio Satyrica præſtanti diſpoſitione, & elocutione adiuuanda eſt. Cic. in oratore ad Brutum uerba quædam huic loco Horatij mirificè reſpondent. Ac primum, inquit, informandus eſt ille nobis, quem ſolum quidam uocant Atticum. Summiſſus eſt, & humilis, conſuetudinem imitans, ab indiſertis, re plus, quàm opinione differens, itaque eum qui audiunt, quamuis ipſi infantes ſint, tamen illo modo confidunt ſe poſſe dicere. Nam orationis ſubtilitas imitabilis quidem illa uidetur exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minùs. hæc Cicero. Acron mea quidem ſententia hîc non rectè, ſic inquiens, ex noto fictum carmen ſequar, argumenta Satyrica ex Tragœdijs notis confingam. Neque enim præcipit Horatius inuentionem Satyricam ſumendam ex notis Tragœdijs, ſed ex noto, id eſt, è uulgari, & communi ratione, quæ rudis eſt. Madius clariſsimus non multum diſcrepat ab Acrone: ſic enim inquit, quòd ſcilicet in reprimendis Satyris notis quibuſdam carminibus, aliqua tamen ex parte immutatis, non nulla ſcilicet demendo, atque in eorum locum Satyris cõgruum aliquod reponendo, nos aptè uti poſſe admoneat. Iam uerò quid nos ſentiamus, expreſsimus, & noſtram ſententiam non ſolùm Ciceronis uerba, quæ adduximus, adiuuant, ſed etiam Hermogenes corroborat, qui lib. 2. de Ideis oratorijs. ubi agit περὶ ἀφελείας, id eſt, de ſimplicitate, qualem non Satyris eſſe uidemus, ſic ait, ἔννοιαι τοίνυν εἰσὶν ἀφελείας αἱ πᾶσαι μὲν αἱ τῶν καθαραί. ſententiæ ſimplicitatis ſunt ſimpliciter dicendo puræ. Sequar] Probabo, pedibus iens in ſententiam eorum poëtarum, qui hoc faciunt: tractum enim eſt à ueteribus, qui pedibus ibant in ſententiam. Cicero lib. 1. famil. epiſt. 2. ad Lentulum de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. ubi Paulus Manutius, uir Doctiſsimus, poſt adductum Ciceronis teſtimonium ex lib. 1. ad Plancum, & Hircij ex lib. 8. de bello Gallico, ſic inquit: ſunt autem uerba, quibus, cum diſceſsio facienda eſſet, miniſter publicus præibat, cùm ita diceret, qui hæc ſentitis, in hanc partem, qui alia omnia, in illam, &c.

Speret idem] Quia res perfacilis uidetur. Cicero in oratore 2 nam orationis ſubtilitas imitabilis illa quidem uidetur exiſtimanti, ſed nihil experienti minus. Quintil. lib. 4. neque enim aliud in eloquentia cuncta experti difficilius reperient, quam id, quod ſe dicturos fuiſſe omnes putant, poſtquam audierunt.

Series] Diſpoſitio. Cicero in Bruto omnia ueniebant Antonio in mentem, eaque ſuo quæque loco, ubi, plurimum proficere, & ualere poſſent, ut ab Imperatore equites, pedites, leuis armatura, ſic ab illo maximo opportunis orationis partibus collocabantur.

Iunctura] Verborum, ut ſeries rerum, eſt compoſitio. Cicero in Bruto, ſed tamen Antonius in uerbis & eligendis, neque id ipſum tam lepôris cauſa, quàm põderis, & collocandis, & comprehenſione deuinciendis nihil non ad rationem, & tanquam ad artem dirigebat, nec minus clarè Quintil. lib. 9. cap. ult. Iunctura ſequitur ea in uerbis, inciſis, membris, periodis. omnia namque iſta & uirtutes, & uitia in complexu habent.

De medio] Id quod paulò antè ex noto, id eſt, è uulgari captu, & qualitate, quod hîc de Satyra, idem de comœdia dixit Horatius lib. 2. Epiſtol. ad Auguſtum ſcribens.

" Creditur, ex medio quia res accerſit, habere
" Sudoris minimum, ſed habet comœdia tanto
" Plus Veneris, quanto ueniæ minus.

Sic Cicero loquutus eſt in oratore ad Brutum, uerba legenda ſunt, potiſsimùm bene ſonantia, ſed ea, non, ut poëtæ, exquiſita ad ſonum, ſed ſumpta de medio: Satyra autem Comœdiæ ſimilior, quam Tragœdiæ eſt: quia comœdia etiam humilis eſt. ſupra contextu 12.

Indignatur item priuatis, ac prope ſocco
Dignis carminibus narrari cœna Thyeſtæ.

Alij his uerbis, de medio ſumptis, mediocrem inuentionem ſignificari exiſtimant, quos tamen res ipſa confutat.

Syluis deducti caueant] Inuentionem Satyricam uulgarem, & communem in ſuperiore contextu expetendam eſſe monuit Horatius: ſed hoc non ſufficit, ut illa præclarè paretur, nam uulgus uariè loquitur, aliquando pudorem præ ſe fert, aliquando turpitudinem, & laſciuos, urbanosque mores. Vt igitur decorum ſeruetur, Satyri agreſti oratione utantur, non urbana, & deprauata, qualis in ore populi eſſe ſolet, qui ruſticis ſemper corruptior, & callidior eſt. Fauni] In Satyra erant Fauni, Satyri, Sileni, Panes: à Satyris tamen nomen ſumit. Sic Romæ templum Caſtoris, & Pollucis, à Caſtore tantum nomen accipiebat. Sueton. in Cæſare. Innati triuijs, ac penè forenſes] Id eſt, urbani, & immundè loquentes. in urbe enim mores hominum corrupti ſunt, quare Marcus Imp. ſapientiſsimus Commodum filium ab urbe dimiſit in Pannoniam, quò tamen eum adulatores reuocarunt unde turpiſsimus euaſit. Herodianus lib. 1. κολακεῖς ὑπομιμνήσκοντες αὐτὸν τῆς ἐν Ῥώμῃ τρυφῆς, θεάματά τε, καὶ ἀκούσματα τερπνὰ διηγούμενοι, &c. adulatores in memoriam ei redigentes Romanas delicias, ſpectaculaque, & cantus ſuaues enarrantes, &c. Iuuenentur] Vt iuuenes laſciuiant, quod uitium illius ætatis proprium eſt. Horatius lib. 2. Epiſt. ſcribens ad Florum.

" ——Ne potum largius æquo
" Rideat, ac pulſet laſciua decentius ætas.

Plato

Plato in Euthydemo de Cteſippo. ὑβριστὴς δὲ, διὰ τὸ νέος εἶναι contumelioſus autem, quia iuuenis eſt. Nimium teneris] Agreſtes enim uerſus ſolent eſſe non teneri, ſed ſimplices. lib. 1. epigrammatum Græcorum Mnaſalchi poëtæ epigramma eſt, quo fiſtulam reprehendit, quæ à montibus in urbem uenire auſa ſit, ubi inepta uidetur. ubi inter alios hic uerſiculus legitur. ἁ δ᾽ ἀγρία μοῦσ᾽ ἐν ὄρεσι ναίεται, agreſtis Muſa in monte habitat: rationem hic reddit Horatius, quia decenter non poteſt tenera effingi. Crepent] Eloquuntur hinc crepare montes, apud Longolium in epiſtola ad Bembum lib. 1. Horatius in Satyris lib. 2.

» *Si quid Stertinus ueri crepat.*

Immunda] Obſcæna ne ſcribenti Satyras poëtæ id obijciatur, quod Aeſchinem Demoſtheni obieciſſe Theon retulit in progymnaſmatis: φησὶν αὐτὸν μὴ καθαρεύειν τὸ στόμα, μηδὲ ὅθεν τὴν φωνὴν προΐεται. illum inquit ore eſſe immundo, etiam ea parte, qua uocem emittit. Ignominioſa] Dum alijs notam inurit infamiæ Satyrus maledicus. αἰσχρὸν ἢ φθαρτικόν. in Poëtice Ariſtoteles uocat contumeliam, quæ turpem hominem reddit, in quem maledicta conijciuntur, ſed tamen eius corpus nõ corrumpit. uel ignominioſa, id eſt, uel ignominia digna, ac plena, ut qui dicit, infamia ardeat. Nam ut in Lachete Platonis inquit Laches ipſe, uerba, & uita hominis ſolent eſſe inter ſe congruentia, θεώμενος ἅμα τόν τε λέγοντα, καὶ λεγόμενα, ὅτι πρέποντα ἀλλήλοις καὶ ἁρμόττοντά ἐστι. dicentem ſimul, & dicta ſpectans, quod conueniunt, reſpondentque inter ſe mutuò.

Quibus eſt equus] Equeſter ordo, qui à ſenatorio, & plebeio equo, ut hic apparet, diſtinguebatur, item annulo à plebe, & ſedem in quatuordecim graduum ordinibus ſeparatam habebat, ut poëmata commodiùs audirent. Suetonius in Cæſare ſic, Ludis Decimus Laberius eques Romanus mimum ſuum egit. donatusque quingentis ſeſtertijs, & annulo aureo ſeſſum in quatuordecim ex ſcena per orcheſtram tranſijt. Et pater] Patritij, patres dicti centum illi, quos in ſenatum Romulus aſciuit, horum filij patritij. Liuius libro 1. Et res] Et res familiaris, & opes. nam ſenatores, & equites cenſus faciebat, quadringenta ſeſtertia cenſum implebant equeſtrẽ. Iuuenalis Satyra 14.

» *Sume duos equites, fac tertia quadringenta.*

Et hoc lege Roſcia inſtitutum eſt. Horat. epiſt. 1. lib. 1.

» *Is ne tibi melius ſuadet, qui rem facias, rem*
» *Si poſsis rectè, ſi non, quocunque modo rem,*
» *Vt propius ſpectes lachrymoſa poëmata Puppi.*

Vbi de Roſcia lege mentio eſt. Senatorius cenſus duplex, ab Auguſto etiam auctus. Sueton. in Auguſto, cenſum ſenatorium ampliauit, & pro octingentorum millium ſumma duodecies ſeſtertium taxauit. Fricti ciceris, & nucis emptor] Plebs inops gaudebat liberioribus iocis, non ita alij. hæc propter inopiam legumina emebat. Cicero pro Murena de plebis inopia ſic: ipſi denique, ut ſolent loqui, non dicere pro nobis, non ſpondere, non uocare domum ſuam poſſunt, atque hæc à nobis petunt omnia, neque ulla re alia, quæ à nobis conſequuntur, niſi opera ſua compenſari putant poſſe. tales Romæ Capitecenſi. Salluſt. in Iugurth. bello, de Mario. Capitecenſos pleroſque. id factum alij inopia bonorum, alij per ambitionem conſulis memorabant. De his etiam Gellius lib. 15. cap. 10. Donant'ue corona] Bonos poëtas hedera coronabant. Virg. Egl. 7.

» *Paſtores hedera creſcentem ornate poëtam*
» *Arcades, uel non dignos corona putant, & cætu audientiũ.*

Illud non reticendum uidetur: cum equites equo, patritij patre, equites, ſenatores re, ut docuimus, ſignificentur, plebs leguminibus, Iaſonem plebem intelligere per rei dictionem, quaſi uerò equites, & ſenatores rem familiarem non habuerint, & qui locupletiores ſint, ut ſenatores, & equites, non fuerint potiùs rem ſignificandi.

Syllaba] De elocutione tragica, et comica ut plenius uideatur præcepiſſe, agit nunc etiam de inſtrumento elocutionis. nam metrũ poëtis inſtrumentum eſt elocutionis: in tragicis autem, & comicis metris plurimi iambi reperiũtur, & ſpondæi. Igitur de iambo, & ſpondeo hic non reticendum ſibi putauit Horat. Syllaba longa breui ſubiecta] Duæ ſyllabæ, prior breuis, poſterior longa iambum conficiunt. M. Tullius lib. 3. de oratore. nam quum ſint numeri plures, iambum, & trochæum frequentem ſegregat ab oratore Ariſtoteles Catule ueſter, qui natura tamen incurrunt ipſi in orationem, ſermonemque noſtrum, ſed ſunt inſignes percuſsiones eorum numerorum, & minuti pedes. Quintil. lib. 9. cap. ult. ſic. Iambum breui, longaque, huic contrarium è longa, & breui, hunc nos choreum, ut alij trochæum nominemus. hæc ille. Pedes autem huiuſmodi in poëſi conſtant metrum, in ſoluta oratione rithmum Ariſtot. lib. 3. Rhet. διὸ ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή· ποίημα γὰρ ἔσται. quare in oratione eſſe oportet rythmum, ſeu numerum, non metrum: ſic enim erat poëma. Pes citus] Si comparetur cum ſpondæo tardo, qui conſtat è duabus ſyllabis longis. ſic Ariſtoteles in prædicamentis, ubi agit de ijs, quæ ſunt πρός τι. milium magnum uocat ratione minutioris, montem paruum ratione altioris. in Odis etiam celeres iambi dicuntur. & in celeres iambos. Miſit furentem. Trimetris accreſcere iuſsit nomen Iambeis] Iambicum carmen ſex ictibus conſtãs, trimetrum dicitur, propter celeritatem, cùm ſit ſenarium, ut ſtatim apparet, ibi, cùm ſenos reddere poteſt, qui lib. 9. cap. ult. ſic inquit. longum eſſe duorum temporum, breuem unius, etiam pueri ſciunt, & hoc eſt, quod ait Cicero in oratore, choreum, qui ex longa, & breui conſtat, eodem ſpatio claudi, quo trocheum, qui eſt ex tribus breuibus: quia ſcilicet longa choreĩ ualet duas breues trochæi: quia igitur breuitas in ſyllabis contrahit, longitudo producit, ac diffundit, iambus propter priorem ſyllabam breuem ex ſenario in trimetrum colligitur, ac reducitur.

Accreſcere] In codice Bernardini Partheni, uiri doctiſsimi, qui Vincentiæ publicè Græcas, & Latinas literas magna cum laude profitetur, accedere eſt, non accreſcere. & quidem non inepta lectio eſt. Nam iambico uerſui in trimetrum contracto contrahi nomen uidetur, non accreſcere, niſi accreſcat, quia nõ ſolum ſenarium, ſed trimetrum appellant. Primus ad extremum ſimilis ſibi] Id eſt, à principio ad finem olim ex iambis duntaxat conſtans: ſic in oratione ſeptima, qui furta in Sicilia nunquam intermiſit, antequã hoc delectum, præclarumque conſilium iſte dedit, ut ab ijs nummo acciperet, ac ſui ſimilis eſſet. Tardior ut paulò, &c.] Inſeri cœperunt mox ſpondei inter iambos, ut uerſus grauior redderetur, cum grauitate ſpondeorũ leuitas iamborum temperata eſſet. nam ſpondei tardi ſunt, cũ ex duabus longis ſyllabis conſtent. Dionyſius in lib. de Compoſit. ὁ δὲ ἀμφοτέρας τὰς συλλαβὰς μακρὰς ἔχων καλεῖται μὲν σπονδεῖος, ἀξίωμα δ᾽ ἔχει μέγα, καὶ σεμνότητα πολλήν. utramque ſyllabam longam habens ſpondeus uocatus eſt. Magnã autem dignitatem, & plurimum grauitatis præ ſe fert. Pythagoras ſpondeis iuuenes bacchantes, & in caſtiſsimam domum impetum facientes repreſsit, cùm in eos ipſe noctu incidiſſet, quo tẽpore ſtellas contemplabatur. In iura paterna] In eum locum, quem ipſe ſolus apud patres, & maiores noſtros occupare ſolebat, cùm ſocium in carmine ſpondeum non habebat, & uerſus ex iambis integer conſtaret ſimilitudo ab ijs, qui partem imperij alijs concedunt, ut Romulus Sabinos in ſuam urbem recepit. Liuius lib. 1. & Darius imperium cum Alexandro partiri uoluit, cui Alexander reſpondit, ut mundum duos ſoles, ſic idem regnum duos reges ferre non poſſe. Diodorus. Stabiles] Graues, & tardos, ut ſtare uideantur, non moueri. Similitudo ab ijs rebus, quæ nõ facilè dilabuntur, ut apud Demoſthenem in Leptinem, ubi munera populi ſtabiliora, quàm quæ reges largiuntur, eſſe probantur. τῷ δὲ τιμῇ, καὶ βεβαιότητι τὰς παρὰ τοῦ δήμου δωρεὰς εὑρήσετε οὔσας βελτίους, dignitate, & conſtantia, quæ à populo munera accepimus, præſtare intelligetis. βεβαιότητα nominat. quam etiam hic Horatius in ſpondeis per tranſlationẽ expreſsit. Sede ſecunda, aut quarta ſocialiter] Ita ſpondeos recepit, ut ſibi exceperit ſecundam, & quartam ſedem in carmine, unde pelli à ſpondeo non poteſt. Commodus, & patiens] Quia ceſsit libenter ſpondeis locum. ut Virg. de ſcorpio amplum locum Cæſari cedente, lib. 1. Georg.

» *Ipſe tibi iam brachia contrahit ardens*
» *Scorpius, & cœli iuſta plus parte relinquit.*

Vt iambus, & ſcorpius maiorem partem cedentes, iure non ſolum commodi, ſed etiam patientes haberi queant. Acci, & Enni] Qui Tragœdias ſcripſerunt ſpondeis refertas, in quibus uel nullos iambos, uel raros reperiſſes. Accius Atreum Tragœdiam à ſe ſcriptam

Pacuuio iam grandi natu legendam dedit. cui Pacuuius reſpondit, eſſe ſonoram, grandem, ſed acerbam, ut pomum nondum mite. Gellius libro 12. capite 2. Ennius præter alias Tragœdias Medeã ſcripſit, ut apparet apud Ciceronem pro Cælio, & libro 2. de inuentione. item Hecubam. Gellius teſtis lib. 10. cap. 4. Accius etiam Electram. Cicero Philippica prima. Nobilibus trimetris] Non quia raris iambis utantur, nam id uitium potiùs exiſtimandum eſt, ſed quia alijs ornamentis abundent. Ouid. de Ennio.

" Ennius ingenio nobilis, arte Rudis.

Nam ego hic non arbitror eſſe ironiam, quam Iaſon inducit. ipſe Cicero, quo nullus teſtis locupletior, in Accio, & Ennio multa admiratur. lib. 3. de Officijs ſic. deinde illud etiam apud Accium. fregiſti ne fidem? neq; de di, neq; do infideli cuiquam, quanquam ab impio rege dicitur, luculentè tamen dicitur. Et pòſt de Ennio ſic nam præclarè Ennius, ô fides alma, alta pinnis, & iuſiurandum Iouis. his, & alij huiuſmodi & Accij, & Ennij trimetra ſine ironia nobilis nuncupauit Horatius. In ſcenam] Latinos poëtas reprehendit, quòd ſpondeos nimium adamârint, & Græcos ijs anteponit, quorũ in ſcriptis crebriores iambi ſunt. Magno cum pondere] Propter crebros ſpondeos, quos ſtabiles paulò antè uocauit propter pondus, & grauitatem. non enim magnum ſonãtes uerſus innuit Horatius, ut Acron, Parrhaſiuſq;, & Acronem ſequuti Griſolus, Iaſonq; crediderunt: nec uerò Madij doctiſsimi hic opinio admodum placet, qui de magno carminum uolumine exponit. Operæ celeris nimium] Ordo eſt. iudex premit uerſus, &c. crimine turpi operæ nimium celeris, id eſt, uituperat, quòd præproperè, & ſine cura, ſtudioq; ſcripti ſint. ſic propè Thucydides libro 3. concione Diodoti, νομίζω δὲ δύο τὰ ἐναντιώτατα εὐβουλίᾳ εἶναι, τάχος τε καὶ ὀργήν, rectis conſilijs duo maximè contraria eſſe iudico, celeritatem, & iram. Plin. lib. 6. epiſt. 2. paucioribus clepſydris præcipitamus cauſas, quæ diebus explicari ſolebant. Aut ignoratæ artis] Quæ exigit mixtos ſpondeis iambos in carmine. quod qui non præſtiterunt, poëtæ hic ab Horatio reprehenduntur, non qui graues, & ponderoſos uerſus ediderunt. nam hoc laudi tribuendum eſt, non uitio uertendum. Virg. de Soph. ſublimi, & graui poëta, qui imperatorias laudes ſtylo æquare poſſet.

" Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Vbi Seruius ſic. Sophocles autem Tragœdiographus fuit altiſonus. Non quiuis iudex] Non omnes iudices adhibiti rectè ſententiam ferre de poëmatibus poſſunt. Vitruuius libro ſeptimo in proœmio ſic inquit: Ariſtophanes uerò, cum ab eo ſententia rogaretur, eum primum pronunciari iuſsit, qui minimè populo placuiſſet. ubi de poëtis loquitur. Immodulata] Methodo, & modulo poëtico non rectè effícta. modulum latiùs patet. Horatius lib. 1. epiſtol. Metiri ſe quenq; ſuo modulo, ac pede uerum eſt. Lilius Gregorius Gyraldus uir ſummus in literis, duos libros de poëtis noſtrorum temporum edidit: in quibus ita ille acri iudicio ſingulorum poëtarum ſcripta tanquam in libra Critolai expendit, ut facilè doceat, quæ modulata, quæ immodulata, poëmata eſſe cenſeat. nec uerò illum uſquam opinio fefellit, niſi ubi me bonum iam poëtam eſſe dicit, cùm tamen ea carmina noſtra legerit, quæ mihi olim adhuc puero exciderunt. nam ſi ea præſtantia in pangendis carminibus eſſemus, qua Ioannes Baptiſta Pigna Ferrarienſis eſt, iuuenis in omni genere litterarum præſtantiſſimus, ac ſummus, qua alij complures, quos ille nominat, certè mihi iure optimo locum in ſuis libris Gyraldus eſſe uoluiſſet. Romanis poëtis] Latinos poëtas uenia hac fuiſſe indignos ait, qua ſpondaicos, non iambicos uerſus panxerunt, & ut non perfectos non ſolum hic, ſed etiam libro 2. epiſtolarum arguit. in hoc enim de poëtica lib. Horat. ſummi, ac perfecti poëtæ ſpeciem quærit: quæ ſi ſpectetur, iam Latinum poëtam, quem ualde mireris, inuenies neminem. ſic in Oratore Cicero perfecti oratoris exemplum effingens, ea laude Craſſum, Anton. Hortenſium clariſsimos oratores priuat, his uerbis. in ea urbe, in qua, ut ait Anton. auditus eloquens nemo erat. atqui ſi Antonio Craſſus eloquens uiſus non eſt, aut ſibi ipſe, nunquam Cotta uiſus eſſet, nunquam Sulpicius, nunquam Hortenſius, &c. ſi perfecti aut oratores hi, aut poëtæ illi non extiterunt, nobiles tamen fuiſſe nemo inficias ibit. An omnes uiſuros, &c.] Cum ſcimus omnium oculos in nos eſſe coniectos, melius officium colimus. Ariſtoteles libro 2. Rhetoricorum Cydiæ illud refert, ὥσπερ κυδίας περὶ τῆς σάμου κληρουχίας ἐδημηγόρησεν. ἠξίου γὰρ ὑπολαβεῖν τοὺς ἀθηναίους περιεστάναι κύκλῳ τοὺς ἕλληνας ὡς ὁρῶντας, καὶ μὴ μόνον ἀκουσομένους ἃ ἂν ψηφίσωνται. ſicuti Cydias de Sami colonia in concione dixit: rogabat enim Athenienſes, ut circunſtare Græcos omnes putarent, ut uidentes, non audituros tantùm ea, quæ decreuerint. & Cicero in oratione pro Sex. Roſcio Amerino M. Fannium in eo iudicio quæſitorem ſic alloquitur. Quanta multitudo hominum conuertit ad hoc iudicium, uides: quæ ſit omnium mortalium expectatio, quæ cupiditas, aut acria, ac ſeuera iudicia fiant, intelligis: quibus uerbis non modò multos, ſed etiam intelligentes eſſe præmonet. Tutus, & intra ſpem ueniæ] Referuntur hæc ad uerba illa conſequentia, uitaui, & merui, non ad ſuperiora. nam Virum doctiſsimum Iacobum Griſolũ Iaſon minus prudenter reprehendit, quòd, ut ego, hæc cum cõſequentibus coniunxerit. nam hic germanus poſitæ ſenſus eſt. ſi uenia contentus ſum, culpam quidem nullam ſuſtinebo, ſed tamen laudem non referam, ac promerebor: ſolet enim laus à præſtanti uirtute, non à uenia proficiſci, ſpem ueniæ dixit, quod admodum uulgare eſt, ideo non laudabile: quis enim eſt, qui ſpe diues non ſit? Heſiodus libro primo de operibus, & diebus, omnia mala è uaſe Pandoræ euolaſſe ait, ſolam ſpem in imo uaſe remanſiſſe. μούνη δ' αὐτόθι ἐλπὶς ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισιν ἔνδον ἔμιμνε πίθου ὑποχείλεσιν. innuens, ſpem apud omnes reſidere, nec abire. Vitaui denìq; culpam] Quod glorioſum non eſt. Cicero libro familiarium, in epiſtola ad Pætum. iam pater eius accuſatus à M. Antonio ſutorio atramento abſolutus putatur.

Non laudem merui] Quam ſolam petere debemus unde M. Marcellus hoc indicans templum honori erexit: ut præter Liuium Vitruuius libro ſeptimo teſtatur. Exemplaria Græca] Nam, ut poſtea dicet, Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo Muſa loqui. cùm igitur Græci perfecti ſint, ad eorum nos imitationem Horat. cohortatur. Euripidi quædam errata Ariſtót. in poëtice opponit, quæ fortaſſe dilui poſſunt. eius hæc uerbà ſunt, ἔστι δὲ παράδειγμα πονηρίας μὲν ἤθους, μὴ ἀναγκαίου, οἷον ὁ μενέλαος ἐν τῷ ὀρέστῃ, τοῦ δὲ ἀπρεποῦς καὶ ἡ τῆς μελανίππης ῥῆσις, τοῦ δὲ ἀνωμάλου ἡ ἐν αὐλίδι ἰφιγένεια. οὐδὲν γὰρ ἔοικεν ἡ ἱκετεύουσα τῇ ὑστέρᾳ. id eſt, exemplum improbi moris ſit alioqui minimè neceſſarium, ut Menelaus in Oreſte: decori uerò non ſeruati, Menalippes ſermo: inæqualitatis autem, Iphigenia in Aulide: non enim cum ſupplicat, talis uidetur, qualis poſtera die eſt. quòd attinet ad Menelaum, Oreſtes in Oreſte Euripidis, necata matre Clytemneſtra opem à patruo Menelao implorat. Is opem non fert, imo matricidam increpat. hoc uidetur exemplum eſſe miræ cuiuſdam probitatis, quã ne filio quidem ex fratre, qui ſe matricidio inquinauerat, potuerit non aduerſarius eſſe, cuius quaſi iudicium dij immortales ſecuti Oreſtem furijs agitarunt. unde Virgilius. hinc Agamemnonius furijs agitatus Oreſtes. Alterum crimen eſt de Menalippe, quam Euripides philoſophorum more de natura diſputantem inducit, uidetur autem ἀπρεπὲς, id eſt, indecorum, fœminæ tam excellentem rerum cognitionem tribuere. ſed excuſari poteſt Euripides nam decorum potiùs ſeruauit: Menalippem enim Neptunus erudierat. quã potuit igitur fœmina à tanto Deo erudita non Caſſandras, & Carmentas, Mutias, & Licinias, & Cornelias Romana doctrina uincere? Dionyſius Halicarnaſſeus in libris Rhetoricis, ubi agit, περὶ ἐσχηματισμένων λόγων. ſic inquit, ἡ δὲ μελανίππη ἐπαιδεύθη μὲν ὑπὸ τοῦ ποσειδῶνος. Menalippe autem à Neptuno erudita fuit. Tertium peccatum uidetur in Euripide eſſe, quòd Iphigeniam primum patri ſupplicem, ne Dianæ mactaretur, inducit, mox alacrem ad moriendum pro ſalute Græcorum omnium eam effingit. Cicero enim libro 3. de officijs, ſic inquit. Agamemnon cùm deuouiſſet Dianæ, quod in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet, illo anno immolauit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius. in quo tantum abeſt, ut Euripides reprehenſione dignus ſit, ut in cœlum potiùs ob prudentiam ferendus uideatur? nam ſi puellam conſtantem, & intrepidam effinxiſſet, cùm primum ei mortis nuncius allatus eſt, nõ ſeruaſſet profectò decorum, id enim uirtutis ſpecimen puella dediſſet, quod uix in Regulo, Codro, & Decijs re-

pertum

pertum eſt. Puellæ timidæ ſunt, & nihil morte acerbius putant, iure igitur primum timidam Iphigeniam Euripides facit. ut altero die ſalutem Græcorum uita chariorem habet. quid tum? illam patris preces illam neceſsitas, illam ſalus ſuorum, illam gloria mouere potuerunt: at inconſtans eſt. nimirum fœminæ inconſtantes eſſe ſolent. Virgilius.

,, Varium, & mutabile ſemper Fœmina.

Cur autem mortis contemptum in maxim: Regis filia indignè feriremus, quem fuiſſe in priuatis fœminis, Arria, Portia, & alijs ſcimus? Nocturna manu] Nam ſtudioſis non eſt dormiendum παννύχιον, id eſt, per totam noctem, quam Græci ueteres cogitationem appellarunt, quòd noctu etiam cogitationes noſtræ euigilare debent. Pindarus in Nemeis, in Ode, qua Sogenem Aeginenſem laudat.

,, ἄνευ σέθεν

,, οὐ φάος, οὐ μέλαιναν δρακέντες εὐφρόναν.

Tibi ſine Lucina ait nos nec diem uidere, nec noctem poſſe. ibi εὐφρόναν id eſt, cogitationem bonam pro nocte habet. At noſtri proaui] Plautum, & Plauti imitatores, laudatoresq; damnat. At noſtri proaui] De Plauto lib. 2. epiſt. ſcribens ad Auguſtum Horatius ſic, Geſtit enim nummum in loculos dimittere poſthac Securus cadat, an recto ſtet fabula talo. Plauti laudationem tribuit maioribus. Nam Plautus per antiquus eſt. De eo ſic Cicero in lib. de Claris oratoribus. Accius autem à Q. Maximo Conſule captum Tarento ſcripſit Liuium, annis 30. poſt, quam eum fabulam docuiſſe, & Atticus ſcribit, & nos in antiquis commentarijs inuenimus: docuiſſe autem fabulam annis poſt undecim Cn. Cornelio Q. Minutio Coſs. ludis Iuuentutis, quos Salinator Senenſi prælio uouerat, in quo tantus error Accij fuit, ut his Coſs. quadraginta annos natus Ennius fuerit. Cui ſi æqualis fuerit Liuius. Minor fuit aliquanto is qui primus fabulam dedit, quam ij, qui multas docuerũt, ante hos Coſs. & Plautus, & Næuius. huius M. Accij Plauti uitam Crinitus, & Lilius Gyraldus ſcripſerunt. Gell. lib. 3. cap. 3. eſt author, Plautum in piſtrino Comœdias compoſuiſſe, cum ob uictum quærendum truſatiles molas circumageret. Numeros] Poëticos, non oratorios. de ambobus Ariſtoteles lib. 3. Rhetor. ſic. τὸ δὲ σχῆμα τῆς λέξεως δεῖ μήτε ἔμμετρον εἶναι, μήτε ἄρρυθμον. formã autem orationis eſſe oportet, nec poëticis numeris aſtrictam, nec omninò numerorum expertem. numeri igitur poëtici metrum efficiunt, oratoriũ ſpeciem quandam metri, non metrum. Cicero etiam in oratore ſic inquit. nam qui Iſocratem maximè mirantur, hoc in eius ſummis laudibus ferũt, quod uerbis ſolutis numeros primus adiunxerit. cum enim uideret oratores cum ſeueritate audiri, poëtas autem cum uoluptate, cùm dicitur numeros ſecutus, quibus etiam in oratione uteremur, &c. Sales] Facetias. de quibus copioſe Cicero lib. 2. de oratore. Quintil. lib. 6. Ne dicam ſtultè] Stultè ſentiebant, quia uerum ignorabant. Stultitia autem oritur ex ignorantia, ex qua tanquam ex fonte manat, cùm ſcilicet ea ignoramus, quæ ſunt alijs notiſsima, non quotieſcunq; ignoramus. Socrates enim apud Xenophontem lib. 3. ἀπομν. ſic ait his exemplis. ἐάν τε γάρ τις μέγας οὕτως οἴηται εἶναι, ὥστε κύπτειν τὰς πύλας τοῦ τείχους διεξιὼν, ἄν τε οὕτως ἰσχυρὸς, ὥστε ἐπιχειρεῖν· οἰκίας αἴρεσθαι τοῦτον μαίνεσθαι φάσκειν. ſi quis ſe ita procerum eſſe putet, ut portas urbis tranſiens ſe curuet, & ita robuſtum, ut domos attollere conetur, hunc ſtultum dicere poſſumus. Et uos] O' Piſones. Inurbanum lepido] Cicero de oratore 2. de inurbano ſic putandum eſt oratori utrumq; ne aut ſcurrilis iocus ſit, aut inimicus. Ariſtoteles lib. 2. Rhetoric. βωμολοχίαν uocat. per lepidum elegantem iocum intelligit, unde Aemylij Lepidi dicti ſunt. Aemylius enim Græcè Lepidum ſignificat Plutarch. in uita Aemylij Pauli. ἢ διὰ αἱμυλίαν λόγου καὶ χάριν Αἰμύλιος προσαγορευθέντες. Digitis & aure] Metaphora à muſicis, qui legitimos ſonos digitis, & aure iudicant Quintil. lib. 11. cap. de pronunciatione. ſunt quædã latentis ſermonis percuſsiones, et quaſi aliqui pedes. & poſt: ut ſit unus motus, nouũ crimen, alter, C. Cæſar: tertius, & ante hunc diem: quartus, nõ auditũ, &c. Heſiod. lib. 1. operũ, & dierũ, de choreis.

,, αἰεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας ὁμοίως

,, νίζοντο ἐν βαλίησι.

,, Hunc motum aures metiri ſolent, & manus.

Ignotum tragicæ] Quemadmodum lib. 1. de diuina philoſophia Ariſtoteles, antequam propoſitam rem aggrederetur, Aegyptios primùm philoſophatos eſſe dixit, &, à quibus primùm authoribus philoſophia manârit, edocuit: ſic quidem hîc Horat. de orig. poëtices tragicæ agit, &, quo modo producta creuerit Tragœdia, demonſtrat. Theſpis] Hunc inuentorem fuiſſe Tragœdiæ affirmat Horatius, cuius rei author eſt etiam Plutarch. in uita Solonis. Fuit autem Theſpis Athenienſis, ut ſcribit Suidas. Ariſtoteles in Poëtice Dorienſes, non Athenienſes Tragœdiæ, & Comœdiæ inuentores nominat. his uerbis, διὸ καὶ ἀντιποιοῦνται τῆς τε τραγῳδίας, καὶ τῆς κωμῳδίας οἱ Δωριεῖς. & quæ ſequuntur. quamobrem Tragœdiã, & Comœdiam Dorienſes ſibi uendicant. altercabantur pro hac laude Dorienſes cum Athenienſibus, & uocabulis patrijs ſe tuebantur. nam nos, aiebant, uicos appellamus κώμας, uos Athenienſes δήμους. ſed Comœdia dicitur ἀπὸ τῶν κωμῶν. nos facere δρᾶν dicimus uos, πράττειν. dramata igitur, id eſt, Comœdia, & Tragœdia, Dorienſi uocabulo nominatur, quod teſtatiſsimum argumentum eſt, Dorienſes utriuſq; poëmatis fuiſſe authores, quæſtio hæc diſcutietur, ſi uarijs opinionibus rem hanc apud ueteres iactatam reſpondebimus, & Horatium eorum ſententiam eſſe ſecutum, qui originẽ Tragœdiæ ad Athenienſes ut nobiliores authores retulerũt. Ignotum] Nam ſi tum primum à Theſpide, uel ut alij aſſeuerabant, ab Epigene, ut eſt apud Suidam, uel à Dorienſibus, Tragœdia reperta eſt: neceſſe eſt, ut ante genus Tragœdiæ ignotum latuerit: quia res cognitionem, ac ſcientiam præcedit. Ariſtoteles in Prædicamentis, in ijs, quæ uulgo relatiua dicuntur, τὸ γὰρ ἐπιστητὸν πρότερον ἂν δόξειε τῆς ἐπιστήμης εἶναι, &c. quod ſciri poteſt prius, quã ſcientia eſſe uideretur. Et plauſtris uexiſſe poemata] Alij omnes, uel tam multa Theſpidem ſcripſiſſe aiunt, ut ea plauſtris adueheret, Acronis authoritatem ſecuti, uel certè eum ſua poëmata portaſſe in curribus cum ijs omnibus, quæ ad dictionem neceſſaria uidebantur, exponunt. ego, ſcenam à Theſpide plauſtris circunductã, interpretor, per urbem. Virg. lib. 3. Georg.

,, Vel ſcena ut uerſis diſcedat frontibus, utq;

,, Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Vbi Seruius ſic inquit. ſcena quæ fiebat, aut uerſilis erat, aut ductilis. uerſilis tunc erat, cum ſubitò tota machinis quibuſdam conuertebatur, & aliam picturæ faciem oſtendebat: ductilis tunc, cùm tracti, tabulatis hac, atque illac ſpecies picturæ nudabatur interior. Horatius poëmata nominauit pro ſcena, cauſam ut aiunt pro cauſato. nã propter poëmata ſcena comparatur, & poëmata in ſcena concinebantur. unde ſubdit. Quæ canerent, &c. Agerentq;] Et repræſentarent: hinc actores, quia Scipio ex Lælij ſententia omnia ſtatuebat, ipſe actor dictus eſt, Lælius poëta. Plutarchus in lib. quo diſputat an gerenda ſit à ſene reſp. Peruncti fæcibus ora] Suidas de Theſpide, καὶ πρῶτον μὲν χρίσας τὸ πρόσωπον ψιμυθίῳ ἐτραγῴδησεν. & primùm faciem fuco perunctus in Tragœdia recitauit: ſed an fucũ fecem iure dixit Horatius, alij uideant: fucus enim fæx eſſe non uidetur, niſi quia aliam faciem reddit. quare malè audiunt, qui ſe fuco inficiunt. nam Aelian. lib. 7. de Archidamo Lacedæmoniorum rege, & de ſene quodam fucato, ſic inquit, ἀναστὰς οὖν ὁ Ἀρχίδαμος ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς τί ἂν, ἔφη, οὗτος ὑγιὲς εἴπῃ, ὃς οὐ μόνον ἐπὶ τῇ ψυχῇ τὸ ψεῦδος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ περιφέρει. ſurgens igitur Archidamus Lacedæmoniorum rex, quid hic, inquit, ſanum dicat? qui non ſolum, in anima mendacium, ſed etiam in capite circumfert. Quid ſi per fæcem caliginem, & fauillã intelligamus? qua hodie in genialibus diebus multos ſibi uultum inficere uidemus licentius, ea etiam tinctus Damon Cheronæus militem Romanũ ſui libidine ardentem aggreſſus interfecit, ut ait Plutarchus in Cimone. Perſonæ] Aeſchylus, inquit, perſonam inuenit, fortaſſe, quia duos mimos addidit. Ariſtoteles in poëtice. καὶ τό τε τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰς δύο πρῶτος Αἰσχύλος ἤγαγε. & tunc hypocritarum numerum ab uno ad ternarium primus Aeſchylus prouexit, uel intellige perſonam pro ficto uultu, quo in choreis uti, ne de facie dignoſcamur, ſolemus. Perſona etiam ueteres Romani utebantur, ut de M. Antonio, qui Cleopatræ amore flagrabat, ſcriptum reliquit in uita Plutarchus. De tibicinibus Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. ſic. tibicinum quoq; collegium ſolet in

foro uulgi oculos in ſe conuertere, cum inter publicas, priuataſq; ferias, actiones perſonis tecto capite, uariaq; ueſte uelatis cõcentus edit. Gell. lib. 5. cap. 7. unde dicta perſona ſit, docet. Pallæ] *Stolæ. de hac Athenæus lib. 1.* καὶ αἰσχύλος δὲ οὐ μόνον ἐξεῦρε τὴν τῆς στολῆς εὐπρέπειαν, καὶ σεμνότητα, *&c. & Aeſchylus non ſolum inuenit honeſtatem, & grauitatem, &c. Horat. lib. 2. epiſtolarũ ad Auguſtum ſcribens de hac ueſte, ſic.*

» *Diuitiæq; peregrinæ, quibus oblitus actor*
» *Cum ſtetit in ſcena, concurrit dextera læuæ.*
» *Dixit adhuc aliquid? nil ſane. quid placet ergo?*
» *Lana Tarentino uiolas imitata ueneno.*

Modicis inſtrauit pulpita tignis] *Ariſtoteles in Poëtice non Aeſchylo hoc, ſed Sophocli inuentum tribuit.* καὶ σκηνογραφίαν σοφοκλῆς. *& ſcenæ apparatum Sophocles inuenit fortaſſe Aeſchylus modicam ſcenam, Sophocles ampliorem inſtituit. quod tacitè Ariſtotelis, & Horatij uerba innuunt. Scenam tragicam Vitruuius columnis, ſignis, alijſq; rebus exornat, ut regijs, comicam priuatis, Satyricam arboribus, ſpeluncis, montibus. Hoc in loco Iaſon ſic inquit, non dicit ſcenam Theſpim inueniſſe, ſed modicis tignis pulpita inſtrauiſſe. & non uidet mentionem hîc non de Theſpide, ſed de Aeſchylo incidiſſe.* Magnumq; loqui] *Nam ut lib. 10. Quintilianus ſcribit, grandiloquus ſæpe ad uitium uſque eſt. Aeſchylus. ſed nimirum granditas hæc omnium tragicorum eſt germana. Horat. lib. 1. epiſtolarũ, ad Iulium Florum ſcribens de Titio, An tragica deſæuit, & ampullatur in arte? ſæpe etiam perſonæ in Tragœdia inducuntur iratæ, & ideo loquentes inflatiùs. ut loquitur apud Sophoclem Oedypus tyrannus contra Creontem.*

» οὗτος σύ, πῶς δεῦρ' ἦλθες; ἦ τοσόνδ' ἔχεις
» τόλμης πρόσωπον, *Et quæ ſequuntur. Tu, qui talis es, quomodo huc uenisti? an tantam uultu audaciam præ te fers? ut meritò de illo Platonis illud in Protagora de Prodico uſurpari poſsimus,* διὰ τὴν φωνῆς βαρύτητα βόμβος ἐν τῇ οἰκίᾳ. *uocis grauitate domus intonuit.* Nitiq; cothurno] *Stylo tragico, & ſublimi uti. ſuprà demonſtratum eſt, ſoccum comicorum eſſe, cothurnũ tragicorum. Virg. nymphis etiam dedit.*

» *Purpureoq; altè ſuras uincire cothurno. Theramenes, quia uerſatili erat ingenio, cothurnus dicebatur, Plutarchus in Politicis.* ἀλλὰ μᾶλλον τὸν θηραμένους κόθορνον ὑποδύμενον ἀμφοτέροις ὁμιλεῖν. *Theramenis cothurnum induentem cum utriſq; uerſari. atq; aſſueſcere oportet. Tragici etiam duo illa diuerſa præſtare debent in primis, miſerationem, & terrorem, ut docet in Poëtice Ariſtoteles, ut conuenire his iure optimo cothurnus putetur.* Succeſsit uetus] *Quo modo Comœdia uetus magno omnium plauſu excepta primùm ſit, mox ob maledicta repudiata, hoc contextu habemus.* Vetus his Comœdia] *Fuit Comœdia uetus, media noua. ut inquit apud Terent. Donat. Horat. De ueteri tantum, ut dignio: ri agit, quis inuenerit apud Græcos Comœdiã, docuimus ſuperiore contextu. Donatus tamen dubium eſſe ait de Græcis: nam inter Latinos Liuium Andronicum authorem nominat, quod M. Tul. etiam fatetur lib. 1. quæſtionum Tuſcul. ſucceſsit Tragœdiæ Comœdia, quia, ut ait Donatus, Tragœdia primo prolata eſt. nam ut ab incultis, & feris moribus paulatim peruentum eſt ad manſuetudinem, ad urbes conditas, ad mitiorem uitam, ita res tragicæ multo ante comicas inuentæ. Ariſtoteles in Poëtice de Comœdia.* ἡ δὲ κωμῳδία τῷ μὴ σπουδάζεσθαι ἐξ ἀρχῆς ἔλαθεν. καὶ γὰρ χορὸν κωμῳδῶν ὀψὲ ποτε ὁ ἄρχων ἔδωκεν. *Comœdia, quia negligebatur, primùm latuit. nam ei Chorũ magiſtratus ſerò dedit. A' Phalicis carminibus obſcœnis, quæ in ſacris Bacchi concinebantur, Comœdiam manaſſe, & ipſam parum pudentem, in Poëtice auctor Ariſtoteles eſt.* In uitiũ libertas excid.] *Quia nominabantur ij, in quos male dicta conijciebantur, ut uidemus in Pluto Ariſtophanis, qui Patroclem nominat, cùm ſordidiſsimũ hominẽ innuere uellet.*

» ἐκ Πατροκλέους ἔρχομαι,
» ὃς οὐκ ἐλούσατ' ἐξ ὅτου περ ἐγένετο.

A' Patrocle uenio, qui tota uita nunquam lotus eſt. in Nephelis uerò quid in Socratem non dicit? cuius rei gratia legendus eſt. Plato in Apol. nimirum ueteris Comœdiæ proprium maledicere erat, ut pro flagitijs notam infamiæ peccantibus inureret: Ariſt. in Poëtice, ἡ δὲ κωμῳδία ἐστὶν, ὥσπερ εἴπομεν, μίμησις φαυλοτέρων μὲν, οὐ μὴν τοι κατὰ πᾶσαν κακίαν, ἀλλὰ τοῦ αἰσχροῦ ἐστι τὸ γελοῖον μόριον. τὸ γὰρ γελοῖόν ἐστιν, ἁμάρτημά τι καὶ αἶσχος ἀνώδυνον, καὶ οὐ φθαρτικόν. οἷον εὐθὺς τὸ γελοῖον πρόσωπον αἰσχρόν τι καὶ διεστραμμένον ἄνευ ὀδύνης. *Comœdia autem, ut diximus, eſt imitatio deteriorum, non tamen ſecundùm omne uitij genus, quanquam ridiculum à turpi proficiſcitur: ridiculum enim aliquo pacto peccatum eſt, & turpitudo ſine dolore, minimeq; noxia, perinde ac ridicula ſtatim appareat deformis facies, diſtorta ſine dolore. Horatius etiam hoc comprobat lib. 1. Sat. 4.*

» *Eupolis, atq; Cratinus, Ariſtophaneſq; poëtæ,*
» *Atq; alij quorum Comœdia priſca uirorum eſt,*
» *Si quis erat dignus deſcribi, quod malus, aut fur,*
» *Quòd mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui*
» *Famoſus, multa cum libertate notabant.*
» *Hinc omnis pendet Lucilius hoſce ſecutus.*

Lex eſt accepta] *De cohibenda maledicentia ueteris Comœdiæ: his uerbis ueteres latam eſſe legem ſignificabant. Nam Cicero etiã lib. 3. de Officijs ſic loquutus eſt, honeſtius hic, quàm Q. Põpeius, quo, cum in eadem cauſa eſſet, deprecante, accepta lex nõ eſt.* Chorus] *Hic in Comœdia contumelioſus erat, improbis detrahens. nam, ut ſuprà dictum eſt, amat peccare timentes: non timentes igitur peccare odio habet. ſed modum in iurgijs ſtatuere debuit.* Turpiter obticuit] *Quia turpe eſt, non ſponte, ſed legis pœna à flagitijs ceſſare, & excidere in uim dignam lege regi. uiri boni ultro officium colunt, Paterculus lib. 2. de M. Liuio Druſo ſic ait. cum ædificaret domum in Palatio, in eo loco, ubi eſt quæ quondam Ciceronis, mox Cenſorini fuit, nunc Statilij Siſennæ eſt, promitteretq; ei architectus, ita ſe eam ædificaturum, ut libera à conſpectu, immunis ab omnibus arbitris eſſet, ne quiſquam in eam deſpicere poſſit, Tu uerò, inquit, ſi quid in te artis eſt, ita cõpone domum meam, ut, quicquid agam, ab omnibus perſpici poſsit.* Sublato iure nocendi] *Adempta facultate, & præciſa licentia maledicendi, quam leges nullo pacto ferunt: nam Vlp. iuriſ. lib. 28. ff. tit. qui teſtamentum facere poſſunt, l. 18. ſic inquit. Si quis ob carmen famoſum damnetur, ſenatuſconſulto expreſſum eſt, ut inteſtabilis ſit. ergo nec teſtamentum facere poterit, nec ad teſtamentum adhiberi teſtis.* Nil intentatum] *Latinorum poëtarum ingenium laudat, quod non ſemper Græcorum eſſe imitatores uoluerint, ſed ipſi ex ingenio multa feliciter ſint aggreſsi: negligentiam tamen eorum in expoliendis, emendandiſq; ſcriptis accuſat.* Noſtri poëtæ] *Latini, quos lib. 2. epiſtolarum nominat,*

» *Aufert ——*
» *Pacuuius docti famam ſenis, Accius alti,*
» *Dicitur Afrani toga conueniſſe Menandro,*
» *Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi,*
» *Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte.*

Et de Ennio.

» *Ennius & ſapiens, & fortis, & alter Homerus,*
» *Vt critici dicunt, &c.——*

Nil intentatum liquere] *Nihil in ſcribendo prætermiſerunt, omnia tentauerunt. Virgilius de Caco.*

» *Aut ſcelus, aut ſurijs Caci mens effera, ne quid inauſum,*
» *Aut intentatum ſceleriſue, doliue fuiſſet, &c.*

Poſteriorem uerſum uidetur Virgilius ex oratione Demoſthenis περὶ παραπρεσβείας *expreſsiſſe. ille enim de Aeſchine ſic* οὐδὲν ἀπολέλοιπε πονηρίας. *nihil ſceleris cum intentatum reliquerit. Tres autem hi loci trium ſcriptorum ſimillimi ſunt.* Nec minimum meruere decus] *Quod ipſi multa tentârint, non ſemper ueſtigijs Græcorum inſiſtentes, & tentare rem arduam, ſemper glorioſum fuit. nam ut apud Gell. lib. 1. cap. 18. ait Varro, ſucceſſum fortuna, experientiã laus ſequitur. tum etiã laus ſequitur, cùm res ex animi ſententia non euenit. Cicero in oratore ad Brutum. quod quoniam me ſæpius rogas, aggrediar, nõ tam perficiendi ſpe, quàm experiundi uoluntate. hinc apud Ouidium Phaëtontis epitaphium.*]

» *Hic ſitus eſt Phaëton, currus auriga paterni,*
» *Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis. Ariſtoteles lib. 1. de diuina philoſophia, experientia, inquit, facit artem, inexperien-*

experientia uerò caſum Veſtigia Græca auſi deſerere] Non ueriti imitationem Græcorum dimittere. lib. 1. epiſtol. ad Mecœnatem ſcribens ſic ait Horatius de ſeipſo.

» O' imitatores ſeruum pecus, ut mihi ſæpe
» Bilem, ſæpe iocum ueſtri mouere tumultus.
» Libera per uacuum poſui ueſtigia princeps,
» Non aliena meo preſsi pede. qui ſibi fidit
» Dux regit examen, — Et quæ ſequuntur.

Cicero in oratore ad Brutũ, atq; utinam in Latinis talis oratoris ſimulachrũ reperire poſſemus. Eſſet egregiũ non quærere externa, domeſticis eſſe contentos. Philoponus lib. 1. in poſterioribus analyticis duplicem eſſe ſcientiam docet, alteram per inuẽtionem, alteram per diſciplinam: quædam enim addiſcimus per inuentionem, cùm ipſi nobis duces ſumus, quædam per diſciplinam, quæ uel imitando, uel audiendo comparantur. Priorem ſcientiam Philoponus, & hic Horatius præſtare affirmant. Celebrare domeſtica facta] Vel res Romanas ſcribendo, ut ſcripſit Ennius, quem Scipiones de familia Cornelia, quẽ uerſibus extulerat, optimè promeritum ſuo ſepulchro mortuum condiderunt. Cicero pro Archia, uel quia Latina fabularum argumenta deſumpſerunt: ut hodie faciunt doctiſsimi Ioannes Baptiſta Gyraldus, Georgius Triſsinus, Speronus Speronius, Bernardinus Tomitanus, Alexander Picholomineus, Benedictus Varchius, Hercules Bentiuolus, & alij. Vel qui prætextas, uel qui docuêre togatas] Qui Latinas fabulas ſcripſerunt: prætextas autem, id eſt, eas fabulas, quæ refertæ erant nobilioribus perſonis, togatas uerò, in quibus minus erant illuſtres perſonæ. Nam togam uulgò omnes gerebant, prætextam uerò tãtum ij, qui dignitate excellebant, & alto loco nãti erãt. Octauius Cæſar purpureas ueſtes ſenatoribus tantũ dedit, ut ſcribit Dion lib. 49. ſcimus autem purpurã prætextæ prætextam fuiſſe. Cicero etiam lib. 6. ad Atticum epiſtol. 1. magnus inquit prætextatus illo die fui. Diomedes togatas fabulas pro genere poni ait, prætextatas pro ſpecie, & rectè. ſed miratur, hic togatas pro ſpecie poſitas eſſe. at non debuit mirari, quia ſæpe generis nomẽ ſpecies retinet. Ariſtoteles lib. 1. Rhetoricorum σημεῖον genus eſſe omnium ſignorum inquit, mox hoc nomen ſpeciei imponit, τὸ μὲν ἂν ἀεὶ ᾖ, καὶ τὸ σημεῖον, καὶ τεκμήριον, καὶ τὸ διαφέρουσιν, εἴρηται μὲν καὶ νῦν. nam σημεῖον pro ſigno non neceſſario uſurpauit: idem reperies in Quint. lib. 5. cap. 4. Cic. in Topicis genus eſt uxor eius duæ formæ, una matrumfamiliâs, hæ ſunt, quæ in manum conuenêre, altera earum, quæ tantummodò uxores habentur. Hic Boëtius obſeruat ſpecies, ſæpe, & genera ijſdem nominibus ſignificari. De hoc annotauimus etiam in Parergis lib. 1. cap. 9. nõ fuit igitur, quamobrem hæc res Diomedi admirationem moueret. Nec uirtute foret, &c.] Italia, inquit, uel Roma uirtute militari clarior, quàm literaria non eſſet, ſed parem laudem ex utroq; ſtudio retuliſſet, ſi Latini poëtæ ſua ſcripta emendarent accuratius. Id Latinos aſſecuturos fuiſſe Horatius inquit. quod Ciceronis uirtute aſſecutos fuiſſe queſtus eſt Apollonius, cùm Græcam Ciceronis orationem audiuit, & Græcis iam præreptam à Romanis eſſe non ſolùm bellicam, ſed etiam literariam gloriam doluit, ut ſcribit Plutarchus. Limæ labor] Emendandi cura. Tractum ab artificibus mechanicis, qui lima opus emendant, & perpoliunt. ſic Dionyſius Halicarnaſſeus in libro de compoſitione, de Demoſthene loquens, quem limæ labor non offendebat. ὁ δαιμόνιος ὢν οὗτος ἀνὴρ, ὡς τὸ ὅταν γράφῃ τοὺς λόγους μέτρα, καὶ ῥυθμοὺς ὥσπερ οἱ πλάσται παρατιθέμενος συγκροτεῖν, ἐναρμόττειν τούτοις τοῖς τύποις τὰ κῶλα, στρέφων ἄνω καὶ κάτω τὰ ὀνόματα. Demoſthenes in ſcribendis orationibus ita erat anxiùs, ut ueluti fictores menſuras, & numeros immutans typis membra his aptare conaretur, nomina huc, atque illuc torquens. Et mora] Ibidem Halicarnaſſeus de Iſocrate. ὁ μὲν πανηγυρικὸν λόγον, ὡς τὸν ἐλάχιστον χρόνον γράφοντες ἀποφαίνουσιν, ἐν ἔτεσι δέκα συνετάξατο. Hic Panegyricam orationem, ut qui minimùm tempus ſcriptis ſignificant, decem annorum ſpacio compoſuit. de Platone ſic. ὁ δὲ Πλάτων τοὺς ἑαυτοῦ διαλόγους ὁ ἀνιεὶς ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη. Plato autem ſuos dialogos octoginta annos natus è manibus non depoſuit. Vos ô Pompilius ſanguis] Vos ô Calphurnij Piſones, qui oriundi eſtis à Numa Pompilio ſecundo Romanorum rege ſanguis, id eſt, proles. Anchiſes apud Virgilium Cæſarem ſic alloquitur, lib. 6.

» Proijce tela manu ſanguis meus.

Pindarus in Nemeis Ode 3.

» τηλαυγὲς ἄραρε φέγγος
» Αἰακιδᾶν αὐτόθεν
» Ζεῦ. τεὸν γὰρ αἷμα. Id eſt,

Procul fulgens oritur lumen Aeacidarum, illinc, O' Iuppiter: tuus enim ſanguis eſt. Ariſtoclidam Aeginetam Iouis ſanguinem Pindarus appellat. Pompilius eſt nominandi caſu, pro caſu uocandi, ut apud Virgil.

» Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarum.

Sic contrà caſus uocandi pro caſu nominandi ſæpe apud Homerũ, & Heſiodum, ut μητίετα Ζεύς. Multa litura coërcuit] Latini tamen poëtæ lituram, & emendationem in ſuis ſcriptis turpem putabant, ut in epiſtolis etiam legimus.

» Et placuit ſibi natura ſublimis, & acer,
» Nam ſpirat tragicum ſatis, & fœliciter audet,
» Sed turpem putat in ſcriptis, metuitq; lituram.

Dicit autem libros lituris, emendationibusq; coërceri, quia, niſi prudentes erunt ſcriptores, libri ſtatim è manibus impoliti euolabunt. Incredibili enim deſiderio parãdæ gloriæ flagramus. librum ſuum Horatius ſic alloquitur lib. 1. epiſt.

» Vertumnum, Ianumq; liber ſpectare uideris,
» Scilicet ut proſtes Soſiorum pumice mundus,
» Odiſti claues, & grata ſigilla pudico, &c.

Sed interponendũ tempus eſt, ante, quàm lucubrationes edamus: tempus enim ſapientiſsimum philoſophi dixerunt eſſe, ut Ariſtoteles eſt teſtis libro 4. phyſ. διὸ καὶ οἱ μὲν σοφώτατον ἔλεγον. Vide quid in eum locum annotauimus in Parergis lib. 3. cap. 17. contra doctiſsimi Argyropoli interpretationem. coërcere autem eſt exire uolentem retinere, inuitum. Virg. de ſtyge animas coërcente.

» Et nouies ſtyx interfuſa coërcet.

Decies] Sæpius. numerus pro numero. Ad unguem] Seruius declarans illud Virgilij libro ſecundo Georg.

» —Nec ſecius omnis in unguem
» Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret.

In unguem inquit, id eſt, ad perfectionem. & eſt tranſlatio à marmorarijs, qui iuncturas unguibus probant, Hæc ille. ſic Plutarchus in præceptis ſalutaribus. ἀκριβεῖς φροντίδας, καὶ δι' ὄνυχος λεγομένη δίαιτα ualde diligens, & ad unguem, quæ dicitur diæta. Ingenium miſera] Democritus philoſophus naturam requiri in poëta, non artem aiebat. cuius ſententia ſi plauſibilis uideretur, fruſtrà tam multa Horatius de Arte Poëtica præcepiſſet. Democritum igitur hic irridere uidetur, & eos omnes eludit Horatius, qui Democriticos ſe eſſe fingentes, ut boni poëtæ uiderentur, omnem artem etiam in nitore corporis ſpernebant. Ingenium miſera quia fortunatius arte Credit] Democritus ingenium fortunatius, id eſt, fœlicius ad ſcribenda poëmata eſſe dicebat, miſera arte, quam ipſe miſeram in comparatione cum natura putabat. Fuit autem Democritus philoſophus Abderitanus, qui in philoſophia paſsim ab Ariſtotele confutatur: multa enim perperam ſenſit. Laërtius in eius uita. δοκεῖ δ' αὐτῷ τάδε, ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων ἀτόμους, καὶ κενόν, ἀπείρους εἶναι κόσμους, καὶ γενητούς, καὶ φθαρτούς, πάντα κατὰ ἀνάγκην γίνεσθαι. hæc autem ipſi uidẽtur, atomos, & uacuum omnium rerum principia eſſe: innumerabiles eſſe mundos, qui geniti ſint, & corrumpi poſsint: omnia neceſſariò fieri. de atomis conuicit eum Ariſtoteles libro 1. Phyſicorum, de mundis libro, de cœlo, de neceſſitate in libro, de interpretatione, de uacuo libro 4. Phyſicorum. quid mirum igitur, ſi Horatius noſter hic illius ſectatores irridere non dubitauit? Excludit ſanos Helicone poëtas] Id eſt, præſtantes eſſe poſſe poëtas illos negat, qui ſani ingenio ſunt, nam Helicon mons eſt Muſis dicatus. Ariſtoteles in Poëtice non multum à Democrito diſcrepuit, ubi hæc uerba leguntur. διὸ εὐφυοῦς ἡ ποιητική ἐστιν, ἢ μανικοῦ. τούτων γὰρ οἱ μὲν εὔπλαστοι, οἱ δ' ἐξεταστικοί εἰσιν. Quare uel uerſatilis ingenij uiri, uel furore percitĩ poëtica eſt. Etenim poëtarum alij ipſa natura ad poëticam propenſi ſunt, alij autem ad inquirendum idonei. Plato enim in Apologia

non ſapientes, ſed furore quodam correptos poëtas tantam copiam carminum effundere exiſtimat, ὅτι οὐ σοφίᾳ ποιοῖεν, ἃ ποιοῖεν, ἀλλὰ φύσει τινὶ, καὶ ἐνθουσιάζοντες, ὥσπερ οἱ θεομάντεις, καὶ οἱ χρησμῳδοί quia non ob ſapientiam canerent, quæ canunt, ſed ob naturam quandam, & diuino furore afflati. ut deorum, & oraculorum interpretes. Plura etiam Plato in Ione, quæ nos breuitatis cauſa reticemus. non igitur ſolùs Democritus ſenſit, quæ diximus, ſed cum eo etiam Ariſtoteles, & Plato. quid igitur? num hos etiam reprehendit Horatius? reſponde, non Democritum hîc reprehendi, ut credidit Iaſon, & alij quidam putarunt. nam Democritus non ſpreuit artem, ſed ea fortunatius ingenium eſſe dixit, ſed eos irrideri, qui ſe Democriticos eſſe iactantes artem penitus neglexerunt, &, ut ſolam naturam ſequi uiderentur, ipſius etiam corporis ornatum, & curam contempſerunt, quaſi uerò in eo munditiarum contemptu poëticæ poſita eſſet. Cicero libro 2. de oratore, Democriti ſententiam probat, & interpretatur, his uerbis. ſæpe enim audiui poëtam bonum neminem, id quod à Democrito, & Platone in ſcriptis relictum eſſe dicunt, ſine inflammatione animorũ exiſtere poſſe, & ſine quodam afflatu quaſi furoris. Bona pars] Magna pars. idem Horatius in Satyris,

„ At bona pars hominum decepta cupidine falſi.

Non ungues ponere] Vt ocioſi, & elegantes faciunt, lib. 1. epiſt. ad Mecœnatem ſcribens, Horatius,

„ ——Conſpexit, ut aiunt,
„ Adraſum quendam uacua tonſoris in umbra,
„ Cultello proprios purgantem leuiter ungues.

Reduuiam curare inquit Cicero pro Sex. Roſcio Amerino. ῥύπος à Græcis dicuntur unguium ſordes. Non barbam] Barbam enim non alebant. licet Cicero pro Cælio aliter ſentire uideatur, cùm ait Clodiam non horridis uirorum barbis delectari, ſed mollioribus adoleſcentum barbulis. Octauius quo tempore Scriboniam repudiauit, Liuiæ amore captus barbam ſibi raſit. Dion libro 48. Suetonius in Nerone ſic inquit. Gymnico, quod in ſeptis edebat, inter Buthyſiæ apparatum barbam primam poſuit, conditam in auream Pyxidem, & precioſiſsimis margaritis adornatam, Capitolio conſecrauit. Barbã quidem alebant in luctu: nam Oroſius libro quinto Rutilium ſcribit accuſatum, quia ſibi bene conſcius erat, barbam non aluiſſe, aliorum reorum conſuetudinem contemnentem. Liuius libro ſexto. coniecto in carcerem Manlio ſatis conſtat magnam partem plebis ueſtem mutaſſe, multos mortales capillum, ac barbam promiſiſſe. Iſti igitur, quos hîc irridet poëta, alebant barbam, ut artis hoſtes, naturæ ſtudioſi uiderentur, quia Democriti ſententiam non intellexerant. ſic illud apud Gellium, Barbam uideo, philoſophum non uideo. Secreta petit loca] Quod clariſſimum ſtultitiæ teſtimonium eſt. Ariſtoteles in problematibus de Aiace, & Bellerophonte melancholicis. ὧν ὁ μὲν ἐκστατικὸς ἐγένετο, παντελῶς, ὁ δὲ τὰς ἐρημίας ἐδίωκε. quorum alter omninò furioſus euaſit, alter uerò ſolitudines ſectabatur. Ouidius de poëtis.

„ Carmina ſeceſſum ſcribentis, & ocia quærunt.

Horat. lib. 2. epiſt. ſcribens ad Florum.

„ Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbes
„ Rite cliens Bacchi, ſomno gaudentis, & umbra.

Balnea uita] Si cultum corporis deſpiciebant, balnea uitanda erant, quia in balneis lauabantur, & ungebantur, ut ait Galen. libro 3. de uictu acutorum, ſect. 51. pranſuri ibant in balneum. Athenæus libro octauo. ὄψον ἕψων ποτὲ ὁ Ἀντιγόρας ἐν λεκάνῃ ἐβάδιζεν εἰς τὸ βαλανεῖον, συλλαβόμενος μὴ παῖδες τὸν ζωμὸν ἐκροφήσωσι. Antigoras in balneum ire uoluit, ne auis, quam comeſturus erat, ei ſurriperetur. Et poſt cœnam, uide de Cæſare in oratione pro Deiotaro. Balneatorũ merces quadrans erat. Horat. Sat. 3.

„ Dum tu quadrante lauaris.

Vide Alciatum in Parergis, ubi declarat Quintiliani ænigma in cubiculo Nola, in triclinio Coa. In balneis patres cum puberibus filijs non lauabantur, Cicero lib. 1. de offic. lib. 2. de oratore, ubi de ridiculis diſſeritur erant publica, & priuata balnea. Nam Vlpianus iureconſ. lib. 7. ff. tit. de uſufr. &c. l. 13. ſic inquit. Ergo & ſi balneum ſit in domo uſibus dominicis ſolitum uacare, in ultima parte domus, uel inter diætas amœnas, non rectè, nec ex boni uiri arbitratu facturum, ſi id locare cœperit, ut publicè lauet. Balnea aliquando ab Aedilibus conducebantur, ut populus gratis lauaret. Alphenus iuriſconſultus libro decimonono Digeſtorum, titulo locati, & conducti, lege trigeſima. Aedilis, inquit, in municipio balnea conduxerat, ut eo anno municipes gratis lauarent. Nanciſcetur pretium, nomen q; poëtæ] Acquiret poëta nomen, & pretium. per pretium authoritatem intellige. nam qui deſpecti ſunt, nullius pretij ſunt. Catullus.

„ Rumoresq; ſenum ſeueriorum
„ Omnes unius æſtimemus aſsis.

Vel pretium poſuit pro corona poëtarum ex hedera, quam præmiũ doctarum frontium appellauit Ode 1. lib. 1.

„ Me doctarum hederæ præmia frontium
„ Dijs miſcent ſuperis.

Et Virgil. in Eglogis.

„ Paſtores hedera creſcentem ornatè poëtam.

Per nomen, ſalutationem poëtæ accipe. unde ſuprà,

„ Deſcriptas ſeruare uices, operumq; colores
„ Cur ego ſi nequeo, ignoroq;, poëta ſalutor?

Si tribus anticyris] Si nunquam tonſori Lycino commiſerit, id eſt, totonderit, caput inſanabile tribus Anticyris, id eſt, ita ſtultum, ut helleboro ſanari non poſsit, non unius inſulæ Anticyræ, quæ helleborum largè parit, ſed trium Anticyrarum, ſi modò tres eſſent. alibi Horatius de Anticyra ſic,

„ Danda eſt hellebori multò pars maxima auaris,
„ Neſcio an Anticyram ratio illis deſtinet omnem.

De helleboro Plinius libro uigeſimo quinto, capite quinto, Dioſcorides libro quarto, Hippocrates Aphoriſmorum libro quinto, capite primo: conuulſio, inquit, ex helleboro lethalis eſt, ubi Galenus ſic. Iis qui helleborum acceperunt, album ſcilicet: hunc enim ſimpliciter album nominant. Carneadem quidem in Zenonem ſcripturum candido ſe helleboro aiunt perpurgaſſe.

Tonſori Lycino] De tonſoribus Plinius libro 7. capite 59. ſic inquit. frequens gentium conſenſus in tonſoribus fuit, ſed Romanis tardior. in Italiam ex Sicilia uenêre, poſt Romam conditam 454. adducente P. Tycinio Mena, ut author Varro, ante intonſi fuêre. primus omnium radi quotidie inſtituit Africanus, ſequens D. Auguſtus cultris ſemper uſus, hæc Plinius. comam dijs uouebant ueteres pro ſalute. Pauſanias in Atticis. ex Homero. ὅς τὴν Πηλέα τὸν ἐκείνου πατέρα φησὶ τῷ Σπερχειῷ ... ἀνασωθέντος ἐκ Τροίας Ἀχιλλέως τὴν κόμην. Qui Peleum uouiſſe ait Sperchio, ſe, incolumi reddito à bello Troiano Achille, comam attonſurum eſſe. Dedecoris cauſa aliquando coma alicui tondebatur. Lucianus in Timone, τὴν κόμην περικεκαρμένος ὑπ᾽ αὐτῶν Cùm tu ô Iupiter ab ipſis, impuris ſcilicet hominibus attõſus ſis. tondebantur in morte alicuius, quem unicè diligebant. Arrianus lib. 7. ubi de morte Epheſtionis, καὶ κείρασθαι Ἀλέξανδρον ἐπὶ τῷ νεκρῷ τὴν κόμην. & Alexandrum in morte Ephæſtionis comam totondiſſe. Item cùm patria in poteſtatem hoſtium redacta erat. Herodotus in Erato, Μιλήσιοι πάντες ἐκείραντο τὰς κεφαλάς. Mileſij omnes capita totonderunt. Raſum caput ſignum erat ſeruitutis. Vnde Romani ciues, ut ſcribit Oroſ. lib. 4. cap. 12. è ſeruitute in Græcia ereptĩ depoſitis comis, capitibusq; abraſis T. Quintij Flãminini liberatoris currum proſequuti ſunt, ut indicarent, ſe olim in ſeruitute fuiſſe, modo illius uirtute liberatos poſtliminio in patriam redire.

O' ego læuus] Ironia utitur Horatius, & ſe artificioſè increpat, qui ad horum hominũ exemplum uitam inſtituat. mox ſe in eos conuertit, ſéq; hanc potiùs conditionem expetere ait, ut ſine furore, & ſtultitia doceat, quæ ipſe non ſcribit, quàm ut Democriticorum uitam uiuens ſummus poëta habeatur. O' Ego læuus] O' me ineptum atq; imprudentem. Virg.

„ —— Si mens non læua fuiſſet,
„ Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.

Qui purgor bilem] Hunc locum uerba Galeni declarare poſſunt, quæ ſunt lib. 3. de uictu acutorum, ſectione 2. Picrocholes uinum dulce eſſe incommodum affirmat ijs, in quibus bilis amara plurima coaceruatur. Medici pro bile ſimpliciter flauã, & pallidã intelligũt, atram

etiam bilem totum hoc dicunt, non bilem ſimpliciter. hæc acetoſa eſt, illa amara, quæ ſi aqueis humiditatibus miſcetur, humida & pallida uidebitur. Edulia dulcia eam generãt præſertim mel & uinum dulcia hæc Galenus. Purgor bilem, in pleriſq; codicibus leges. in codice peruetuſto, qui eſt apud me, qui fuit olim Romuli Amaſæi, doctiſsimi uiri, ac ciuis mei, purgo bilem, inueni, utraque lectio probanda eſt. Sub uerni temporis horam] Hoc tempus purgationibus Hippocrates decernit, uer ſcilicet, ut tibi melius reſpondebit Odus medicorũ huius, & ſuperioris memoriæ facile princeps, qui Patauij tãquã alter Aeſculapius medicinæ libros publicè ſummo loco profitetur, & Andreas Minutius Serauallenſis docebit, qui in Arte Medica inter principes medicos excellit. Horam dixit Horatius pro tẽpore anni, non ſimpliciter pro hora, quæ diem diuidit. ſic Heſiodus lib. 2. de Operibus, & diebus, de grue loquens.

» ἥ τ' ἀρότοιό τε σῆμα φέρει, καὶ χείματος ὥρην

» δεικνύει ὀμβρηροῦ.

Non alius faceret. &c.] Quàm ego, niſi me purgarem. Nil tanti eſt] Vt adduci poſsim ad imitandum inſanos hoſce Democriticos. Fungar uice cotis] Quæ non ipſa ſecat, & ferrum tamen acuit, ut ſecet, ſic ego cùm nolim Democriticos imitari, poëta quidem nõ habebor, alios tamen poëticam artẽ docebo: ſimilia ſunt illa apud Philoponum lib. 1. in poſterioribus Analyticis, ubi declarat illud Ariſtotelis, credibiliores eſſe propoſitiones excluſione. quia illud magis eſt, propter quod unumquodq; tale eſt. ob uinum homo ebrius eſt, uinum tamen non eſt ebrium. per enſem pereunt homines, enſis tamen magis non perit. caleſcimus per motum, motus non calidior. Sol ignitus non eſt, & calorem ciet. nam Ariſtoteles lib. 1. meteororum ſic inquit. ὁ ἥλιος ὥσπερ μάλιστα δοκεῖ εἶναι θερμός, φαίνεται λευκός, ἀλλ' οὐ πυρώδης ὤν. ſol ut maximè calidus eſſe uidetur, albus apparet, cùm tamen ignitus non ſit. nec diſsimili ratione Heſiodus lib. 2. de Operibus & diebus.

» δείξω δή τοι μέτρα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,

» οὔτε τι ναυτιλίης σεσοφισμένος.

Metra tibi reſonantis maris rei nauticæ ignarus oſtendã. quin uerò Horatius Iſocratis apophthegma retulerit, dubium cuiquam eſſe nõ poteſt. nam Plutarchi hæc uerba ſunt in uita Iſocratis. καὶ πρὸς τὸν ἐρόμενον, διότι μὴ ὢν αὐτὸς ἱκανὸς ἄλλους ποιεῖ, εἶπεν, ὅτι καὶ αἱ ἀκόναι αὐταὶ μὲν τέμνειν οὐ δύνανται, τὸν δὲ σίδηρον τμητικὸν ποιοῦσιν. interroganti quid ſit, quòd cum ipſe in foro nunquam dicere auderet, alios tamen in eo præſtantes redderet, reſpondit, etiam cotes ipſas quidem ſecare non poſſe, ferrum tamen, ut ſecare poſsit, exacuere. Exors] Sine ſorte, & facultate. Virgilius alio ſignificatu. Ducunt Exortem Aeneæ.

Munus, & officiũ] Duæ hæ dictiones uel idẽ ſignificãt, uel diuerſa, ut munus finem poëtæ innuat: differũt enim inter ſe finis, & officiũ. Officium poëtæ eſt imitari. nam ποιητὴς ἐστὶ μιμητής, ut ait in Poëtice Ariſtoteles. Finis uerò prodeſſe & delectare. Horatius paulò poſt. Et prodeſſe uolunt, & delectare poëtæ. Quintil. lib. 2. cap. 16. hæc non diſtinxit, inquiens finem oratoris eſſe benedicere, non perſuadere: cùm officium ſit benedicere, finis perſuadere. Ariſtot. lib. 1. Topicorum. οὔτε γὰρ ὁ ῥητορικὸς ἐκ παντὸς τρόπου πείσει, οὔθ' ὁ ἰατρικὸς ὑγιάσει, ἀλλ' ἐὰν τῶν ἐνδεχομένων μηδὲν παραλίπῃ, ἱκανῶς αὐτὸν ἔχειν τὴν ἐπιστήμην φήσομεν. nec orator omninò perſuadebit, nec medicus ſanabit, ſed ſi ea, quæ afferri poſſunt, non prætermittet, ſatis ipſum peritum eſſe dicemus. Vnde parentur opes] Inuentionem intellige, quæ ſcribenti opes, & copiam orationis ſuggerit. quòd ſi nulla ſubſit materia, & inuentio, erit inanis ſonitus uerborum, ut ait Cic. lib. 1. de Orat. Quid alat, formetq; poëtam] Inuentio ipſa alit, reliquæ partes, & præſertim elocutio orationem format, & materia quidem formã appetit. Ariſtoteles lib. 1. Phyſic. τοῦτο δ' ἐστὶν ἡ ὕλη, ὥσπερ εἰ θῆλυ ἄρρενος, καὶ αἰσχρὸν καλοῦ. hoc materia eſt, ut fœmina marem, turpe pulchrum appetens. Valde ad hunc locum pertinent de materia, & forma orationis illa Ciceronis uerba in Oratore ad Brutum, de materia loquor orationis etiam nunc, non de ipſo genere dicendi: uolo enim prius habeat Orator rem, de qua dicat, dignam auribus eruditis, quàm cogitet quibus uerbis quicque dicat, aut quo modo.

Scribendi rectè] Inuentionem, elocutionẽ, & decorum poëticum manare ait ex philoſophiæ, quæ de moribus eſt, fontibus. Nàm inuentionem quidem ex philoſophia locupletiorem parari, nemini dubium eſt, de elocutione dubitare quiſpiam poſſet. Nam philoſophorum oratio preſsior, & anguſtior eſt, poëtarũ copioſior, & amplior. Reſpondet Horatius, illuſtri materia è libris philoſophorum comparata, & prouiſa, uerba ultro copioſè dicenti occurrere, atq; in buccam, ut aiunt, fluere, quibus ille ſententias grauiſsimas ueſtiat, atque exornet. de decoro uerò dubitandum non eſt, cum omnium perſonarum officia philoſophia nobis aperiat. ut hic Horatius, & Cicero in oratore ad Brutum his uerbis teſtatur, nihil enim de religione, nihil de morte, nihil de pietate, nihil de charitate patriæ, nihil de bonis rebus, aut malis, nihil de uirtutibus, aut uitijs, nihil de officio, dolore, nihil de uoluptate, nihil de perturbationibus animi, & erroribus, quæ ſæpe cadunt in cauſas, ſed ieiunius aguntur, nihil inquam ſine ea ſcientia, quam dixi, grauiter, amplè, copioſè dici, & explicari poteſt.

Scribendi rectè &c.] Sapere, inquit, id eſt, ſapientia, quæ philoſophia comparatur, principium eſt, ac ueluti quidam fons rectè ſcribendi. quod libro primo de Oratore L. Craſſus ſic confirmat, ſed ſi me audieris, quoniam philoſophia in tres partes eſt diſtributa, in naturæ obſcuritatem, in differendi ſubtilitatem, in uitam, atque mores, duo illa relinquamus, idq; largiamur inertiæ noſtræ: tertium uerò, quod ſemper oratoris fuit, niſi tenebimus, nihil oratori, in qua magnus eſſe poſsit, relinquemus. Plato in Phædro ſummum oratorem fuiſſe Periclem docet, quia ſapiẽtiam cum eloquentia coniunxerat. προσπεσὼν γὰρ οἶμαι τοιούτῳ ὄντι Ἀναξαγόρᾳ, μετεωρολογίας ἐμπλησθείς, καὶ ἐπὶ φύσιν νοῦ τε καὶ ἀνοίας ἀφικόμενος, ὧν δὴ πέρι τὸν πολὺν λόγον ἐποιεῖτο Ἀναξαγόρας, ἐντεῦθεν εἵλκυσεν ἐπὶ τὴν τῶν λόγων τέχνην τὸ πρόσφορον αὐτῇ. quem locum Platonis ſic Cicero in oratore ad Brutum uertit. ſiquidem etiam in Phædro Platonis, hoc Periclem præſtitiſſe cæteris dicit oratoribus Socrates, quòd is Anaxagoræ Phyſici fuerit auditor, à quo cenſet eum, cum alia præclara quædam, & magnifica didiciſſet, uberem, & fœcundũ fuiſſe, gnarumq; quod eſt eloquentiæ maximum, quibus orationis modis quæq; animorum partes impellerentur. Rem] Materiam, argumentum. Socraticæ chartæ] Platonis libri, in quibus paſsim diſſeminatæ ſunt Socratis diſputationes, uel ſcripta philoſophorum. nam ab uno Socrate omnes philoſophorum familiæ deductæ ſunt. M. Tullius libro tertio de Oratore ſic ait. nam quum eſſent plures orti ferè à Socrate, quòd ex illius uarijs, & diuerſis, & in omnem partem diffuſis diſputationibus alius aliud apprehenderat, proſeminatæ ſunt, quaſi familiæ diſſentientes inter ſe, & multum diſiunctæ, & diſpares, quum tamen omnes ſe philoſophi Socraticos & dici uellent, & eſſe arbitrarentur. Vnum Socratem ſapientem eſſe oraculũ reſpondit, quare Laërtius de Socrate carmen retulit.

» ἦ σε γὰρ ὄντως

» καὶ σοφὸν εἶπε θεός, καὶ θεὸν ἡ σοφία.

Te reuera & ſapientiam Deus dixit, & Deum ſapientia. Verbaq; prouiſam] Elocutio, inquit, præparatam inuentionem ultrò ſequetur, & comitabitur, tunc enim tibi uerborum fontes redundabunt, coniungit eloquentiam cum ſapientia, quas diſiunctas queritur libro primo de Inuentione, & libro tertio de Oratore his uerbis, ſed ut huius tamen eiuſdem ſapientiæ doctores eſſent, ut Gorgias, Thraſymachus, Iſocrates inuenti ſunt, qui, cum ipſi doctrina, atque ingenijs abundarent, à re autem ciuili, à negocijs animi quodam iudicio abhorrerent, hanc dicendi exercitationem exagitarent, atque contemnerent, quorum princeps Socrates fuit. & poſt. Hinc diſsidium illud extitit, quaſi linguæ atque cordis, abſurdum ſanè, atque inutile, & reprehendendum, ut alij nos ſapere, alij dicere docerent. hæc Cicero. Sed Iacobus etiam Sadoletus Cardinalis in ſuis libris de laudibus philoſophiæ hæc eadem deplorat. Patriæ quid debeat] Aggreditur præcepta philoſophiæ, quæ eſt de moribus, quam in primis poëtis neceſſariam eſſe contendit. Patriæ autem debemus omnia. Nam ortus noſtri partem patria ſibi, partem amici, partem parentes uendicant, ut docuit ex Platonis Phædro Cic. lib. de Offic. Paterculus quidem lib. 2. de Aemylio Paulo, qui Perſen uicit, ſic ſcriptũ reliquit. is cum in

concione extra urbem more maiorum, ante triumphi diem ordinem actorum ſuorum commemoraret, deos immortales precatus eſt, ut, ſiquis eorũ inuideat operibus, ac fortunæ ſuæ, in ipſum potius ſæuiret, quàm in remp. quæ uox ueluti oraculo emiſſa magna parte eum ſpoliauit ſanguinis ſui. Nam alterum ex ijs, quos in familia retinuerat, liberis, ante paucos triumphi, alterũ poſt pauciores amiſit dies. Victores præterea in ſacris certaminibus patriæ ſuas laudes condonabant, cui omnia debere ſe exiſtimabant. Pindarus in Iſthmijs Ode 3. de Meliſſo Thebano.

„ κάρυξε θήβαν

„ ἱπποδρομίᾳ κρατέων.

Per præconem Thebas nominauit equorum in curſu uictor. Quid amicis] Pro his agendum μέχρι βωμοῦ, id eſt, uſq; ad oras, ut aiebat Pericles, teſte Gellio lib. 1. Lampridius in Alexãdro ſic. His acceſſit, quòd amicos, & parentes Alexander, ſi malos reperit, aut puniuit, aut, ſi uetus uel amicitia, uel neceſſitudo non ſiuit puniri, dimiſit à ſe dicens. His charior eſt mihi tota reſp. amicus ipſe, nõ amici fortuna diligatur. Diodorus lib. 17. de Alexãdro Macedone. ἐπεὶ γάρ τις τῶν ἑταίρων εἶπε, μηδὲν καταδεέστερον ἡφαιστίωνος τὸν κρατερὸν φιλεῖσθαι, ἐπεφθέγξατο, κρατερὸν μὲν εἶναι φιλοβασιλέα, ἡφαιστίωνα δὲ φιλαλέξανδρον. poſtquam ex familiaribus quidam dixit, Craterum illum non minus, quàm olim Hephæſtion ſolebat, amare, reſpondit, Craterum quidam eſſe Regis amicum, Hephæſtionem uerò Alexandri amicum fuiſſe. Notum eſt Ariſtotelis illud lib. 8. de Moribus ad Nicomachum. φίλος ἕτερος αὐτός, amicus alter ipſe eſt. Quo ſit amore parens, &c.] Parentibus primus honor debetur μετὰ τοὺς θεοὺς, id eſt, poſt deos. Vt ait Plutarchus in lib. περὶ φιλαδελφίας. Oppius in triumuiratu ſæuientibus M. Antonio, Octauio, Lepido, patrem ætate confectum humeris ſublatum ab urbe extulit, ut ab inimicorum hominum crudelitate eum eriperet, author Appian. lib. 3. hanc pietatem in ſuo Aenea Virgilius confinxit. Quo frater] Pollux, ut Caſtorem ab inferis educeret, ipſe mortem obijt, non ueritus pro fratre mori. Plutarchus in lib. de Amore fraterno, Virg. lib. 6.

„ Sic fratrem Pollux alterna morte redemit.

de his etiam Pindarus in Nemeis Ode 1.

„ μεταμειβόμενοι δ' ἐναλ-

„ λὰξ ἁμέραν, τὰν μὲν παρὰ πατρὶ φίλῳ

„ Δὶ νέμονται, τὰν δ' ὑπὸ κεύθεσι γαίας.

Mutuo diem alternantes, hanc quidem apud charum parentem Iouem, hanc uerò ſub terra ducunt, & habitant. Hoſpes] Declarat hoc Vlyſſes lib. 8. Odyſſeæ, qui Corcyrenſes omnes ad certamen, & ludicrum laceſſit, præter hoſpitis Alcynoi Regis filium Laodamantem. ξεῖνος γάρ μοι ὅδ' ἐστίν. hic enim mihi inquit hoſpes eſt. Ariſtoteles libro 3. Rhetor. ubi agit de metaphora, τοὺς γὰρ ξένους μᾶλλον θαυμάζομεν. hoſpites enim plus admiramur, libro 9. ad Nicomachum, uulgatum apophthegma probat, τὸ μήτε πολύξενος, μήτ' ἄξενος, neq; multos hoſpites habens, neq; nullos. Pindarus Ode penult. Olymp. ſic Corinthum laudat.

„ ἅμερον ἀστοῖς,

„ ξένοισι δὲ θεράποντα γνώσομαι

„ τὰν ὀλβίαν κόρινθον.

Manſuetam, ac benignam ciuibus, hoſpitibus autem ſeruientem cognoſcam fœlicem Corinthum. Conſcripti] Patres cõſcripti centum erant, quos in Senatum acciuit Romulus. Horum filij patritij. Liuius libro 1. de Horum officio Cicero Philippica ſeptima. Eſt autem noſtri conſilij patres conſcripti in poſterum quam longiſſimè prouidere: iccirco in hac cuſtodia tanquam in ſpecula collocati ſumus, ut uacuum metu populum Roman. noſtra uigilia, & prouidentia redderemus. hæc Cicero. qui eos patres, & Senatores deſcribit, qui Olim Romæ floruerunt, nunc Venetijs florent, quandò hæc ſola urbs Romanæ reip. quoddam inſtar habet. Iudicis] Ariſtotel. lib. 5. de Moribus ad Nicomachum. ὁ γὰρ δικαστὴς βούλεται εἶναι, οἷον δίκαιον ἔμψυχον. καὶ ζητοῦσι δικαστὴν μέσον. Iudex quaſi ius animatum eſſe debet: iudicem enim quærunt, qui medius ſit, id eſt, æquus omnibus, & neutram in partem niſi iuſtè propenſus. In bellũ miſſi ducis] Vt nõ ſolum cædẽ hoſtiũ optet, ſed etiã det operã, ut ex ſuis, ſi fieri poſſit, neminẽ amittat: quod de Sylla refert Eutropius, qui bello Italico nullum ex ſuis deſiderauit: ne res præproperè gerat, ſed cunctetur, quod de Qu. Fabio ſcribunt Liuius, & Plutarchus, & alij. Item alia ſeruet innumerabilia, quæ Socraticus Xenophon in Cyro effinxit. Ille profectò] Qui hæc omnia præclarè tenet, cuiq; perſonæ ſcit tribuere conuenientia, id eſt, τὰ πρέποντα, & ſic in inuentione mirificus erit. Reſpicere] Poëta, qui omniũ officia nouit in philoſophia, quæ eſt, de moribus, tanquã in quodã exemplari, in ſingulis perſonis propria officia explanet, quæ Horatius ipſe proximè perſecutus eſt. Scit enim q̃d filio, quid fratri, hoſpiti, Senatori, Iudici, Imperatori cõueniat. cuiq; igitur perſonæ quid reddendũ ſit, quaſi quodã in exẽplari uidebit, philoſophiæ præcepta recolens. Exẽplar uitæ, morumq;] Quod ex philoſophia comprehenderit, ut docuimus, generatim, ſigillatim cuiq; perſonæ reddet, exemplar enim eſt Idæa, quæ ut ait Plato in Parmenide, ſingularia omnia continet, & ab ijs ſeiuncta eſt. Ariſtotel. lib. 1. de Cælo, ubi quæritur, unũ ne ſit cœlũ, an ſecus ſe res habeat, δόξειε γὰρ ἂν ὡδὶ σκοπουμένοις ἀδύνατον εἶναι, καὶ μόνον εἶναι αὐτόν. ἐν ἅπασι γὰρ καὶ τοῖς φύσει, καὶ τοῖς ἀπὸ τέχνης γιγνομένοις, καὶ συνεστῶσιν ἕτερον ἐστὶν αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ μορφὴ, καὶ μεμιγμένη μετὰ τῆς ὕλης. ſic ratiocinantib. uidebitur fieri non poſſe, ut unus mũdus ſit: in omnib. enim rebus & naturalib. & artificioſis, aliud Idæa eſt, aliud ipſum corpus conflatum ex materia, & forma. Doctũ imitatorẽ] Doctũ poëtã. Nam poëſis imitatio eſt. Ariſtoteles in Poëtice, cũ omnes poëſeos ſpecies nominaſſet, ſic addidit, πᾶσαι τυγχάνουσιν οὖσαι μιμήσεις τὸ σύνολον. omnes ad ſummã hoc cõſequũtur, ut ſint imitationes. Poëta autẽ arte naturã, & Idæã imitatur. Veras hinc ducere uoces] Habebit poëta ante oculos Idæã, uerbi gratia Senatoris, cũ Senatorẽ loquentẽ inducet: ei uoces dabit ex Idæa uitæ, & morũ erutas, quæ ſint preclaræ, & graues, & Senatorem non effinget, qualis uulgò in rep. eſſe ſolet, ſed qualis eſſe debet. ueras hîc uoces, id eſt, honeſtas exponimus: uerũ enim pro honeſto ſumitur. Horat. lib. 1. epiſt. Metiri ſe quẽq; ſuo modulo, ac pede uerũ eſt. Lib. 2. ad Attic. epiſt. 1. quid uerius, quã in iudiciũ uenire, qui ob rem iudicandã pecuniã acceperit? Speciosa iocis] Plus inquit delectationis populo fabulæ afferũt, iocis, & facetijs refertæ, etiã ſi uerborũ lumina non eluceant, quàm quæ uerbis illuſtrib. abundant, & quaſi ſtellis inſignitæ ſunt, ſi nullum, uel leue argumentũ habeant. Nã populus re plus, quàm uerborũ lenocinio delectatur. Acron locis nõ iocis legit, ſic inquiẽs. Si opportunè fuerint inductæ perſonæ, aut locis aut argumẽtis, ut non ſit argumẽtũ abſurdũ, hæc ille. Ego etiã locis libẽtius legerim, q̃a de argumẽtis è philoſophiæ fontib. hauriẽdis loquitur Horatius. Philoſophia aũt locos nobis argumentũ, & rerũ ſuppeditat, non iocos: grauis enim eſt, non iocoſa. Horat. lib. 1. epiſtol. ad Mecænatẽ ſcribens.

„ Nunc itaq; & uerſus, & cætera ludicra pono,

„ Quid uerum, atq; decens, curo, & rogo, & omnis in hoc ſum.

Morataq; recte] Quia dixerat, reſpicere exemplar uitæ, moribus iubebo, Doctũ imitatorem & ſanè in tragœdia ſex requirit Ariſtoteles in Poëtice, ἀνάγκη οὖν πάσης τραγῳδίας μέρη εἶναι ἕξ, καθ' ἃ ποιά τις ἐστὶν ἡ τραγῳδία. ταῦτα δ' ἐστὶ μῦθος, ἤθη, καὶ λέξις, καὶ διάνοια, καὶ ὄψις, καὶ μελοποιΐα. neceſſe eſt, ut in omni tragœdia ſex partes exiſtant, quibus qualitatem Tragœdia ſumit. eæ uerò hæ ſunt, fabula, mores, elocutio, ſententia, apparatus, melodia. Nullius Veneris] Sine uenuſtate floridorum uerborum, quã Dionyſius in lib. de Comp. ſic expreſſit. τὸ δὲ περὶ τὰς λέξεις φιλότιμον, καὶ φιλόκαλον. circa dictiones ambitio, & elegãtia quædam. Meliusq; moratur] Melius detinet. nã populus res, quæ dicuntur, curat, rationem dicendi deſpicit. Vnde Cicero de Hortenſio in oratore ad Brutũ, dicebat melius, quàm ſcripſit Hortenſius. Ad Hortenſium tamẽ audiendum omnes undiq; confluebant, cùm tamen in corporis decoro motu plus ſtudij, quàm in ipſa eloquentia poneret. Valerius Maximus lib. octauo, cap. decimo. Quàm uerſus inopes rerum] Verſus inopes rerum, & nugas canoras uocat eorum poëmata, in quibus præter uerborum florem nihil reperias. Nulla enim ſententia grauior, nullus philoſophiæ locus tractatur, qualia Chriſtophori Lõgolij ſcripta eſſe Laſcharis cẽſebat, & dictitabat. At dixerit quiſpiam eloquẽtia ſine ſapientia ſtare non poteſt: cui ego reſponderem, hic ab Horatio non eloquẽtiã, ſed loquentiã damnari,

donari, nam loquentes ſunt, nõ eloquẽtes, qui ſine grauitate ſententiarũ ſcribunt: pulchrè Plin. lib. 5. epiſt. 20. Iulius, inquit, Candidus nõ inuenuſtè ſoles dicere, aliud eſſe eloquentiã, aliud loquentiã. Nã eloquentia uix uni, aut alteri: imo non ſumus Antonij, ut credamus nemini: hæc uerò, quam Candidus loquentiam appellat, multis, atque etiam impudentiſſimo cuiq; maximè contingit, hæc Plinius. Cũ hoc noſſet M. Antonius, populum plus delectari ſentẽtijs, quàm uerbis, dicere ſolebat, oportere ſe in iudicia nihil afferre, præter fidem, atq; ingenium. Author Cicero oratione 1. contra Verrem. Graijs ingenium] Græcos laudat, qui ſapientiam ab eloquentia non diſiunxerunt, ſed utranq; complexi ſunt: mox in Romanos inuehitur, qui propter auaritiam liberos ſuos non in præclariſſimis literarum ſtudijs, ſed Arithmetica, & mercatura exercent. Graijs ingeniũ] Græci ſemper diſciplinis floruerũt ante hos tamen Aegyptij, à quibus Pythagoras philoſophiam accepit, quam primus in Græciam inuexit. Iſocrates in Buſiride, ὃς ἀφικόμενος εἰς αἴγυπτον, καὶ μαθητὴς ἐκείνων γενόμενος τήν τε ἄλλην φιλοσοφίαν πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκόμισε. Græci quidem ingenio, & literis, Romani armis excelluerunt. Cicero enim libro 1. quæſt. Thuſcul. doctrina, inquit, Græcia nos, & omni literarum genere ſuperabat, in quo erat facile uincere non repugnantes. Nam cùm apud Græcos antiquiſſimum è doctis ſit genus poëtarum, ſiquidem Homerus fuit, & Heſiodus ante Romam conditam, Archilochus regnante Romulo, ſeriùs poëticam nos accepimus, & quæ ſequuntur. Nunc etiam Græci aliquot doctiſſimi uiri uiuunt, qui Horatiana hac laude digniſſimi ſunt, è quibus ſunt Georgius Comes Corinthius, & Franciſcus Portus, quorum alter Venetijs, alter Ferrariæ plurimum rem literariam prouehunt. Ore rotundo] Eloquentia perfecta: tractum eſt à forma Sphærica, & circulari, quæ perfecta eſt. Cicero libro 2. de Natura deorum ſic. cumq; duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus, ſic enim σφαῖραν interpretari placet, ex planis autem circulus, aut orbis, qui κύκλος Græcè dicitur: his duabus formis contingit ſolis, ut omnes earũ partes ſint inter ſe ſimillimæ, à medioq; tantum abſit extremum, quantum idem à ſummo: idem in lib. de Vniuerſitate de Deo, & forma Mundi loquens: formam autem, & maximè ſibi cognatam, & decoram dedit: à quo enim animante omnes reliquos contineri uellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur, & globoſum eſt fabricatus. Ariſtoteles enim lib. 1. de Cœlo, ubi de circulari motu cœli diſputat, ſic ait. ἀλλὰ μὴν καὶ πρώτην γε ἀναγκαῖον εἶναι τὴν τοιαύτην φοράν. τὸ γὰρ τέλειον πρότερον τῇ φύσει τοῦ ἀτελοῦς. ὁ δὲ κύκλος τῶν τελείων. Veruntamen hanc, ut ita dicam, lationẽ primam eſſe neceſſe eſt. Nam, perfectum ut imperfecto prius ſit, natura poſtulat. Circulus autẽ ex perfectis formis eſt: hinc igitur Horatius rotundam eloquentiam Græcorum eſſe dixit. ſic etiam Cicero in oratore ad Brutum loquutus eſt. Nam cùm conciſus & Thraſymachus minutis numeris uideretur, & Gorgias, qui tamen primi traduntur arte quadam uerba iunxiſſe. Thucydides autem præfractior, nec ſatis, ut ita dicam, rotundus, primus inſtituit dilatare uerbis, & mollioribus numeris explere ſententias. Præter laudẽ nullius auaris] Cupidiſſimis ita laudis ſolius, ut eius auari uideantur, honeſta laus eſt. licet enim nobis eſſe laudis, & gloriæ cupidis. Pindarus in Iſthmijs, Ode 4.

" ἄν τις εὖ πάσχων λόγον ἐσλὸν ἀκούῃ,
" μὴ μάτευε Ζεὺς γενέσθαι.

Si quis multis officijs ornatus bene audias, & præclarè, ne Iupiter eſſe cupias. Ob ſolam laudem, qua illum Homerus extulerat, Achillem fortunatum eſſe putauit Alexander cùm in Sigæum ueniſſet. Cicero pro Archia, non igitur, ut quidam deblaterant, Græcos hîc Horatius tacitè ut ambitioſos carpit. Romani pueri] Romanorum inſtitutum damnat, apud quos pueri numeris operam nauabant, non literis politioribus, & aſſem in ſuas uncias diuidere uariè diſcebant, ſic lib. 1. epiſt. ad Mecœnatem ſcribens Horatius.

" O ciues, ciues; quærenda pecunia primum eſt.
" Virtus poſt nummos. hæc Ianus ſummus ab imo
" Perdocet, hæc recinunt iuuenes dictata, ſeneſq;
" Læuo ſuſpenſi loculos, tabulamq; lacerto.

Longis rationib.] Minutis, ideo longis, non ſcilicet ratiocinationi ſimilibus, qua breuiter Hortenſius argumenta in certa capita diſtribuebat. Cic. in Diuinatione ſic. Quid cùm accuſationis ſuæ membra diuidere cœperit, & in digitis ſuis ſingulas partes cauſæ conſtituere? Quintil. lib. 4. cap. ult. diuiſionem Hortenſij in digitos deductam uocat. Aſſem in centum partes] In plurimas, & minutiſſimas. Numerus pro numero, de aſſe iam diximus. Filius Albini] Albinus Romæ erat numularius: numularij autem in uico Iani medij tabernas, & menſas habebant. Cicero Philippica ſexta ſic. L. Antonio Iani medij patrono. ita ne? Ianus medius in L. Antonij clientela ſit? quis unquã in illo Iano inuentus eſt, qui L. Antonio mille nummum ferret expenſum? Albini malè audiebant ob auaritiam Romæ. Florus lib. 3. ubi de bello Iugurthino, ſic ait. Igitur ſequens ultio mandatur Albino: ſed huius quoq;, proh dedecus, ita corrupit exercitum, ut uoluntaria noſtrorum fuga uinceret Numida, caſtriſq; potiretur. Si de quincunce remota eſt uncia] Quincunx quinque uncias ualet, triens quatuor. ſi quis demit unciam à quincunce, remanet triens: ſemis ualet uncias ſex: ſi uncia redit quincunci, id eſt, accedit, ex quincunce fiet ſemis. Teophilus lib. 2. inſtit. cap. de hæredibus inſtituendis, ſic ait de aſſe, eiuſq; partibus. Hæreditas plerunq; in duodecim diuiditur uncias, & uniuerſa hæc hæreditas appellatur, habetq; partes in ſeſe, quæ per propria nomina uſq; ad aſſem appellãtur. Sunt aũt hæ, uncia duodecima pars hæreditatis. ſextans. i. duæ unciæ, ſexta pars: quadrans quarta pars, hoc eſt, unciæ tres: triens tertia, quæ uncias quatuor efficit, quincunx tertia pars, & duodecima, hoc eſt, quinq; unciæ: ſemis dimidia, hoc eſt, unciæ ſex: ſeptunx dimidia cum duodecima, hoc eſt, ſeptem unciæ: bes duæ partes è tribus, Græcè Διμοιρον, ſiue octo unciæ: dodrans duæ partes è tribus, cũ duodecima, id ualet uncias nouẽ: dextãs duæ partes è tribus cũ ſexta, id eſt, unciæ decẽ: deunx duæ partes è tribus cũ quarta, hoc eſt unciæ undecim, as unciæ duodecim. hæc Theophilus. Vlpianus etiam iuriſc. lib. 28. ff. tit. de hæred. inſtit. l. 13. ſic inquit, paterfamiliãs diſtribuere hæreditatẽ in tot partes poteſt, quot uoluerit, ſed ſolẽnis aſſis diſtributio in duodecim uncias fit. Triẽs] Quatuor unciæ, & tertia pars aſſis. Cic. lib. 7. ad Atticum, epiſt. 8. Dolabellã uideo Liuiæ teſtamento cũ duobus cohæredibus eſſe in triente, ſed iuberi mutare nomen. En, rem poteris ſeruare tuam] Verba patris, uel populi ſunt probantis pueri reſpõſum. In Codice illuſtriſſimi Federici Cornelij nõ En, ſed ohe legimus, quæ uox eſt ſtupentis populi, uel fortaſſe etiã irridentis Horatij, qui in numeris ſubducendis tam acutus eſt, inquit, rem familiarem rectè tuebitur. Peculi] Opũ, quid ſit peculiũ, Vlpianus iuriſc. lib. 15. ff. tit. 1. l. 5. ſic docuit. Peculiũ dictum eſt, quaſi pugilla pecunia, ſiue pugillũ patrimoniũ. Peculiũ autem Tubero quidẽ ſic definiuit, ut Celſus lib. 6. ff. refert, quod ſeruus domini permiſſu ſeparatũ à rationib. dominicis habet, deducto inde, ſi quid domino debetur. Fecit mẽtionẽ peculij Horatius artificiosè, cùm de parco homine loqueretur: nam peculium parſimonia paratur, ut in l. 39. Florentinus iuriſc. his uerbis annotauit. Peculiũ & ex eo conſiſtit quod parſimonia ſua quis parauit, uel officio meruit à quolibet ſibi donari: idq; uelut propriũ patrimonium ſeruum ſuum habere quis uoluit. Imbuerit] Labefactârit, lib. 1. epiſt.

" Quo ſemel eſt imbuta recẽs, ſeruabit odorem / Teſta diu —

Fingi] Scribi, expreſſit uerbũ Græcũ [illegible], quod & fingi ſignificat, & fieri, & ab eo poëtæ dicũtur. Linenda cedro] Cedrus tineis nõ corrũpitur. ſcribit Plin. lib. 13. cap. 13. libros Numæ in arca repertos, quot anni 535. nõ corroſerat, cuius rei rationẽ reddens & libros, inquit, cedratos, propterea arbitrari eos tineas nõ tetigiſſe. Leui ſeruanda cupreſſo] In beneolenti arbore: alioquin cupreſſus infelix arbor eſt. M. Varro lib. de Etymologia, ſic inquit. Cupreſſi mortuorũ domibus ponebãtur, ideò, quia huius generis arbor exciſa non renaſcitur, ſicut ex mortuo nihil iam eſt ſperandum quã ob cauſam in tutela Ditis patris eſſe putatur. Leuẽ cupreſſum uocauit priore ſyllaba longa, id eſt, tenuem, non aſperã, ut Virg.

" Tum leues ocreas electro, auroq;, &c.

Aut prodeſſe uolunt] Varia hic præcepta ſunt de fine poëtarũ, ut iuuent, uel delectẽt, uel utrunq; præſtent: qui breues in præcipiendo ſint, ut ueriſimilia fingant. Non incredibilia prorſus, ut poëmata utilitate, & delectatione temperent. ſic enim fore librũ immortalẽ

ſperare

ſperare poſſunt. Prodeſſe] *Proſunt poëtæ uarijs modis, ſed etiã fabularũ allegoria, quibus, quid optimum in uita ſit, prudẽter edocent. Vnde Iſocrates in oratione ad Nicoclem de poëtis loquens, ſic inquit.* δεῖ τοὺς βουλομένους ἢ ποιεῖν ἢ γράφειν τι κεχαρισμένον, τοῖς πολλοῖς μὴ τοὺς ὠφελιμωτάτους τῶν λόγων ζητεῖν, ἀλλὰ τοὺς μυθωδεστάτους: *qui, quod multis perplaceat, ſcribere, uel pingere aliquid uolunt, eos oportet non eorũ ſcripta, qui oratione utiliſſimi ſint, perquirere, ſed eorũ potiùs, qui fabulis ſint referti: moribus etiam nos ad officium poëtæ boni inflãmant. Proclus in quæſtionibus poëticis,* ἀπὸ τῶν ἠθικῶν λαμβάνων τὰ ἐνθέσιμα, *&c. cum loqueretur de poëta Platonico.* Volunt] *Debent. uide quid ſuprà annotauimus, ibi,* Verſibus exponi tragicis res comica non uult Delectare] *Et reuera poëtæ magis uoluptatem, quàm res ipſas ſequuntur, quare differre eos ab oratoribus, & quia liberiùs noua uerba fingunt, ſcribit Cicero in oratore ad Brutum, his uerbis. ego autem, etiam ſi quorundam grandis, & ornata uox eſt poëtarum, tamen in ea cum licentiam ſtatuo maiorem eſſe, quàm in nobis faciendorũ, iungendorumq́ue uerborum, tum etiam nõnullorum uoluptati uoces magis, quàm rebus inſeruiũt. lib. 2. quæſt. Thuſcul. de hac ipſa re clarius ſic inquit. ita ſunt deinde dulces, ut nõ legantur modo, ſed etiã ediſcantur. ſic ad malam domeſticã diſciplinam, uitamq́ue umbratilẽ, & delicatam cum acceſſerunt etiam poëtæ, neruos omnes uirtutis elidunt. rectè igitur à Platone educũtur ex ea ciuitate, quã finxit ille, cũ mores optimos, & optimũ reip. ſtatum exquireret.* Aut ſimul] *Vel utrunque præſtent, & iucundũ, & idoneũ uitæ, id eſt, quod utile eſt. particula,* Aut, *hîc diſiungit, nõ copulat. Nam copulat apud Ariſtotelem lib. 1. in prioribus Analyticis, ubi ſumitur pro, Et,* πρότασις ἐστὶ λόγος καταφατικὸς, ἢ ἀποφατικός τινος κατά τινος. *Propoſitio eſt oratio affirmãs, uel negãs aliquid de aliquo. ubi Philoponus exponit* ἢ *pro* καὶ. *Talis Homerus eſt, qualem hic ſummũ poëtam Horatius deſcribit. Nam in Sympoſio Xenophontis hæc uerba leguntur.* ὁ γὰρ πατὴρ ἐπιμελούμενος, ὅπως ἀνὴρ ἀγαθὸς γενοίμην, ἠνάγκασέ με ἅπαντα τὰ Ὁμήρου ἐκμαθεῖν. *pater, cùm diligentiam adhiberet, ut in uirum bonũ euaderem, me, ut totum Homerum ediſcerem, coëgit: tales & alij, quorum nota eſt præſtantia.* QVICQVID PRAECIPIES, ESTO BREVIS] *Breuitatem commẽdat in præcipiendo, & ſententijs, non in eloquendo: in eloquentia enim uerborũ theſauri explicandi ſunt. unde Zeno, ut eſt in oratore ad Brutum, compreſſis digitis dialecticen, explicatis rhetoricen ſignificauit.* Vt citò dicta] *Vt dociles homines ingenio citò, quid dictũ ſit, comprehendant: dociles autem ſunt, qui citò intelligunt, ut Theopompus, quem frenis egere aiebat. Iſocrates, Ephorũ uerò tardum calcaribus, author M. Tullius lib. 3. de Orat. quod Ariſtotelẽ de Theophraſto, & Calliſthene pronunciaſſe, Laërtius ſcribit lib. 5. in uita Theophraſti.* ὡς τῷ μὲν χαλινοῦ δέοι, τῷ δὲ κέντρου, *in Theophraſto comprimendo opus eſſe freno. in excitando Calliſthene calcari.* Teneant fideles] *Pauca autem melius memoria retinentur, quæ non præſentiarum, ſed abſentium. Ariſtoteles in lib. de Memoria, et reminiſcentia,* ἢ δ' ἄλλου, οἷον εἰκὼν καὶ μνημόνευμα. *Alterius rei eſt, ut imago, & monumentum: neque enim omnes Themiſtocli pares ſumus, qui artem ſibi præmonſtrari optabat, qua multarum rerum obliuiſceretur, quæ ſibi animo excidere non poterant. Cicero lib. 5. de Oratore, lib. 2. de Finibus.* Omne ſuperuacuum] *Quicquid ſuperuacuum eſt, & nimis amplum, manat, effluitq́ue è pectore tanquam aqua è uaſe pleno: quibuſdam etiam, quæ non ſunt ſuperuacua. Cicero in Bruto de C. Curione ſic ait, memoria autem ita fuit nulla, ut aliquoties, tria cùm propoſuiſſet, aut quartũ adderet, aut tertiam quæreret: qui in iudicio priuato uel maximo, cùm ego pro Titinia Cottæ peroraſſem, ille contra me pro Ser. Næuio diceret, ſubitò totam cauſam oblitus eſt, idq́ue ueneficijs, & cantionibus Titiniæ factum eſſe dicebat: breuis igitur ſit poëta in præcipiendo.* Ficta uoluptatis cauſa] *Quæ fingis, inquit, ut delectes, ſint proxima ueris, id eſt, admodum ueriſimilia: neque enim ſtultè fingendum eſt, & licẽtiùs. Ariſtoteles in Poëtice.* οὐ τὸ τὰ γενόμενα λέγειν, τοῦτο ποιητοῦ ἔργον ἐστὶν, ἀλλ' οἷα ἂν γένοιτο, καὶ τὰ δυνατὰ κατὰ τὸ εἰκὸς, ἢ τὸ ἀναγκαῖον. *Non eſt poëtæ officiũ res geſtas narrare, ſed quales fieri oporteat, & quæ fieri poſſunt per uerisſimile, & per neceſſarium. Horatius uerisſimile tantùm, Ariſtoteles etiam neceſſariũ poëtis propoſuit. At melius ſenſiſſe uidetur hic noſter: nam tantùm abeſt, ut poëtæ neceſſariũ exprimant, ut ea aliquando, quæ uerisſimilia etiã non ſunt, comminiſci uideantur. Franciſcus Robortellus quæſtionem hanc excitat in ſuis cõmentarijs, quos in Poëticẽ Ariſtotelis edidit. Homerus, cæteriq́ue poëtæ deos ambroſia ueſci aiunt, nectar imbibere, uulnerari, ut Venerẽ à Diomede, patẽre uiã ad inferos uiuis adhuc hominibus, eſſe Cyclopes, eſſe Sirenes, nebulas loqui, ut apud Ariſtophanẽ, mutari homines in feras Circeio poculo, hæc uerò non eſſe uerisſimilia quis nõ uidet? reſpondet Robortellus, poëtas aut in rebus ſecundã naturam mentiri, quod quilibet poteſt efficere, modò ſeruet uerisſimile, & neceſſariũ, aut præter naturam, duplici ratione, aut in rebus, quas hominũ opinio cõprobãrit, aut quas nunquã antea audiuerimus, deos uulnerib. affici, &c. uulgus iam opinatur. Cic. lib. 1. Quæſt. Tuſcul. Homerum accuſat, qui humana ad Deos tranſtulit, mallem, inquit, diuina ad nos: rectè uidetur Robortellus. nam ut Ariſtoteles lib. 1. Topicorum ſcriptum reliquit,* ἔνδοξα τὰ δοκοῦντα πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείστοις, ἢ τοῖς σοφοῖς, καὶ τούτοις ἢ πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείστοις, ἢ τοῖς μάλιστα γνωρίμοις, καὶ ἐνδόξοις. *probabilia ſunt, quæ omnibus, uel pleriſque, uel ſapientibus uidentur, & his quidem uel omnibus, uel pleriſque, uel maximè illuſtribus, & probatis.* Nec quodcunque uolet] *Fabula, inquit, non poſcat, & cupiat ſibi credi ea omnia, quæ ipſa uolet: prudentes enim nunquã induci in eam ſententiam poterunt, ut temerè fictis adhibendã eſſe fidem arbitrentur. Sic Cicero oratione ſeptima contra Verrem: nunc cùm uiuũ iſtum neſcio, quem produces, tamen ne id credi uoles?* Neu pranſæ Lamiæ] *Non eſt fingendum, puerum aluo Lamiæ extrahĩ, quem illa deuoraſſet. Nam frigidum eſſet commentum. Lamias eſſe ſtryges interpretatur Alciatus libro 8. cap. 22. in ſuis Parergis, ubi hunc etiam ſibi uerſum Horatij emendandum arripuit, ſed hiſtoriam ex Diodoro non adducit, qua ſola locus hic Horatij pleniùs explicari, atque illuſtrari poteſt. Diodorus enim lib. 20. hiſtor. ſic inquit de Lamia.* ἄντρον ἦν εὐμέγεθες, κιττῷ, καὶ σμίλακι συνηρεφὲς, ἐν ᾧ μυθεύουσι γεγονέναι βασίλισσαν Λάμιαν, τῷ κάλλει διαφέρουσαν: διὰ δὲ τὴν τῆς ψυχῆς ἀγριότητα διατετυπῶσθαι φασὶν τὴν ὄψιν αὐτῆς τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον θηριώδη, τῶν γὰρ γινομένων αὐτῇ παίδων ἁπάντων τελευτώντων βαρυθυμοῦσαν ἐπὶ τῷ πάθει, καὶ φθονοῦσαν ταῖς τῶν ἄλλων γυναικῶν εὐτεκνίαις, κελεύειν ἐκ τῶν ἀγκαλῶν ἐξαρπάζεσθαι τὰ βρέφη, καὶ παραχρῆμα ἀποκτείνειν, διὸ καὶ καθ' ἡμᾶς μέχρι τοῦ νῦν βίου παρὰ τοῖς νηπίοις διαμένειν τὴν περὶ τῆς γυναικὸς ταύτης φήμην, καὶ φοβερωτάτην αὐτοῖς εἶναι τὴν ταύτης προσηγορίαν. *Antrum immanè erat, hydera, & ſmilace tectum, in quo reginam Lamiam natam eſſe fabulantur, forma excellentem: ſed propter animi feritatem, ferinum eius uultum effinxerunt. nam cum obitu natorũ omnium uehementius eſſet indignata, & aliarum mulierum fœtibus inuideret, è complexibus matrum infantes eripi, & cõtrucidari ſtatim imperauit: quare noſtra etiam ætate, huius mulieris fama pueris, nomẽque formidoloſum eſt, eiuſque mentio maximè eos metu conficit, ac perculſos terret.* Centuriæ ſeniorum] *Ex quibus centuriata comitia fiebant, id eſt, generalia, non autem curiata, aut tributa. Vnde Cicero pro domo gloriatur, ſe centuriatis comitijs fuiſſe reuocatum, quibus non fuerat à Clodio eiectus.* Agitant] *Iactant, abijciunt, quod ait Demoſthenes* ἐκρίπτουσι. Expertia frugis] *Non utilia, ſed delectantia tantum: ſenes enim, quod utile eſt, ſequuntur. ut ait Ariſtoteles libro 2. Rhetor. & libro 8. Ethic. dixit, Expertia frugis ſumpta tranſlatione ab agris, qui ſpicas inanes produxerũt, & ſteriles herbas progenuerunt. Virg. in Georg.*

„ *At ſi luxuria foliorum exuperat umbra.*
„ *Nequicquam pingues paleæ teret area culmos.*

Celſi Rhamnes] *Equites. Tres erant equitum centuriæ Romæ, ut ſcribit Liu. lib. 1. Rhamnẽſes à Romulo, Titiẽſes à Tatio dicti, rege Sabinorũ, qui poſt raptas Sabinas in urbem fuit receptus: Luceres, quorũ ignorare ſe originẽ fatetur Liuius: at Plutarchus in uita Romuli à Lucumone Ethruſco, qui Romulo cõtra hoſtes opẽ tulit, appellatos affirmat: de equitibus uide quid referat in ſuo lib. Guidus Pancirolus, clariſſimus huius ætatis iuriſconſ. qui de equitũ origine*

accura-

accuratiùs ſcripſit. Celſos uocat, id eſt, ſuperbos. Superbi enim ὑπερφρονοῦσι, id eſt, deſpiciunt, ut Græci loquuntur. Iaſonis mihi ſententia nõ probatur, qui celſos, id eſt, iuuenes exponit, quòd ſenes curui ſint, iuuenes erecti. Prætereunt] Contẽnunt, ut faciunt qui alicuius rei admiratione non capti in uia nõ conſiſtunt. hoc παρέρχω apud Græcos ſignificat. Demoſthenes in oratione de falſa legatione, νῦν δὲ ὅτι ἂν μὴ καθ' ἡμέραν ὑμᾶς ὀχλῇ, καὶ παρὸν λυπῇ, παρεῖτε: nunc uerò, quòd uos per diem moleſtia non afficit, & præſens dolore non conficit, negligentes præteritis. item παραβαίνειν in eadem oratione, καὶ τὰς σπονδὰς παρέβαινον, & inducias præterierunt. Auſtera poemata] Quæ iuuant tantum, non etiã delectant: iuuenes enim delectant, iuuenes enim delectationẽ emolumento anteponunt. Tractum à uino auſtero, non dulci: pulchrè poteſt hic locus Athenæi uerbis explanari: is enim lib. 1. ſic inquit, ex Ariſtophane, τὸν Ἀθηναίων δῆμον οὔτε ποιηταῖς ἥδεσθαι σκληροῖς, καὶ ἀστεμφέσιν, οὔτε Πραμνίοις σκληροῖσιν οἴνοις. Athenienſem populum nec poëtis gaudere aſperis, auſteriſ ue, nec pramnijs auſteris uinis, huc alluſit, Horatius auſtera poëmata nuncupans, epitheto à uinis ſumpto. Omne tulit punctum] Qui miſcuit utile dulci, id eſt, qui ſimul & iuuit, & delectauit, quãdo ſenes quod utile eſt, iuuenes quod iucundum expetunt, is demum omne punctum tulit, id eſt, omnibus ſuffragijs laudatus eſt. Punctũ pro ſuffragio uſurpatur, Cic. pro Muræna. Tamen admonitus reipſa recordor, quantum hæ quæſtiones in ſenatu habitæ punctorum nobis Serui detraxerint. Sumpta ſimilitudo ab ijs, qui in comitijs, uel alibi omnibus ſuffragijs aliquid impetrant, licet patria ſuffragia apud Romanos uincere ſolerent. Nam Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 7. ubi, quemadmodũ Coriolanus fuerit damnatus, ſcribit, ſic inquit: μιᾶς γὰρ καὶ εἴκοσι τότε φυλῶν οὐσῶν, αἷς ἡ ψῆφος ἀνεδόθη, τὰς ἀπολυούσας ἔσχεν ὁ Μάρκιος ἐννέα. ὥστ' εἰ δύο προσῆλθον αὐτῷ φυλαί, διὰ τὴν ἰσοψηφίαν ἀπελύετο ἄν, ὥσπερ ὁ νόμος ἠξίου. cũ una, & uiginti tunc tribus eſſent, quibus ſuffragiorum ius permitteretur, Marcius nouem habuit, quæ illum abſoluebant. quare ſi duæ adhuc tribus illi acceſſiſſent, propter parem ſuffragiorum numerũ abſolutus fuiſſet, quemadmodũ lex poſtulabat. Cælius epiſtola ſecunda lib. 8. familiarium, ſenſum Horatij de omni puncto ſic expreſsit: certè inquam abſolutus eſt, me præſente pronunciatum eſt, & quidem omnibus ordinibus, ſed & ſingulis in uno quoq; ordine ſententijs. Hic meret æra liber Soſijs] Hic liber, qui lectorem & delectat, & iuuat, dignus eſt, qui ematur. Soſiæ librarij ſunt, & bibliopolæ, in epiſtola ad librum ſuum,

„ Vertumnum, Ianumq; liber ſpectare uideris,
„ Scilicet ut proſtes Soſiorum pumice mundus.

Meret æra, quia uendendus iure optimo eſt, non ſternitur. Plato tres Pytholai Pythagorici lib. 10000 denariũm mercatus eſt, Ariſtot. paucos libros Speuſippi tribus talentis Atticis emit. Gellius libro 3. cap. 17. uel, meret, id eſt, comparat. Et mare tranſit] Ad exteras nationes legendus perfertur, Italia exit, quæ Adriatico, & Tyrrheno mari cingitur. Sic alibi proficiſcentes ex Italia innuit Horatius, lib. 1. epiſt. ad Bullatium ſcribens, Cœlum, non animum mutãt, qui trans mare currunt & Cicero in oratore ad Brutũ, ſic. Quid enim poſſem? cùm abfuiſſem adoleſcens, & horum ſtudiorum cauſa mare tranſiſſem? &c. quibus uerbis ea tempora indicat, quibus Rhodum, Athenasq; ſtudiorũ cauſa profectus eſt. At dixerit quiſpiam, Latina lingua Italiæ finibus incluſa erat, ut pro Archia innuit Cicero. quid igitur attinet Latinorum poëtarum libros mare tranſire, & ad exteras nationes perferri, à quibus non intelliguntur? reſponde, ciues Romanos, ut publicanos, in prouincijs fuiſſe diſperſos. Cicero pro lege Manilia, ij Latinè ſciebant, Barbari etiam ipſi Latinam linguam diſcebant. Vnde Iugurtha Marium in acie cecidiſſe Latinè exclamauit, ut Romanis terrorem incuteret: Author Saluſtius. Quid de Siculis, non'ne ita ſcribit Cicero in diuinatione contra Cæcilium? in quo ſi te multum natura adiuuaret, ſi optimis à pueritia diſciplinis, atq; artibus ſtuduiſſes, & in his elaboraſſes, ſi literas Græcas Athenis, non Lilybæi, Latinas Romæ, non in Sicilia didiciſſes, tamen eſſet magnum, & quæ ſequuntur. Valerius Maximus libro 2. cap. 1. ubi de Eumene rege Aſiæ mentio eſt, quæſtionem hanc prorſus diſſoluet: eius enim hæc uerba ſunt magiſtratus uerò priſci quantopere ſuam, populiq; Romani maieſtatem retinentes ſe geſſerint, hinc cognoſci poteſt, quod inter cætera obtinendæ grauitatis indicia, illud quoq; magna cum perſeuerantia cuſtodiebant: ne Græcis unquam niſi Latinè reſponſa darent: quinetiam, ipſa linguæ uolubilitate, qua plurimum ualẽt, excuſſa, per interpretem loqui cogebant, non in urbe tantùm noſtra, ſed etiam in Græcia, & Aſia, quo Latinæ uocis honos per omnes gentes uenerabilior diffunderetur. Prorogat æuum] Quia mortui poëtæ præſtantes adhuc florente fama uiuunt. ſic lib. 2. Odarum.

„ Viuet extento Proculeius æuo.

Xenophon in lib. de Venatione, ἐτελεύτησαν, ἀλλ' οἱ ἔπαινοι αὐτῶν μεγάλοι ἐγένοντο. mortui ſunt, ſed eorum laudes nunc claruerunt. Sunt delicta tamen] Quia leges hactenus quamplurimas, & præcepta cõdendi poëmatis Horatius explicuit, ne quem rei magnitudo deterreret, cũ ſe aliquando in errorẽ incurſurum eſſe intelligeret, hîc rem longè planiorẽ reddit. Ait enim ſe non id expetere, nec nos tam ſeueris legibus eſſe aſtrictos, ut nunquã liceat errare, cũ tamen poëtæ ignoſci, qui cùm ingenioſè, & præclarè multa ſcripſerit, aliquas interdum maculas ſcriptis conſperſerit: homines enim ſumus: quare, aliquando ut peccemus, neceſſe eſt, cùm uerò poëtam omni uenia indignum cenſet, qui crebris erroribus refertus ſit, ac multũ ceſſet, ut perexiguus in eo nitor eluceat, at delicta ſint pene innumerabilia. Sunt delicta tamen] Sunt, inquit, quædam poëtarum errata, quibus uenia condonanda eſt. Ariſtoteles quidem in poëtice duplex poëtarum erratum eſſe ſtatuit, alterum per ſe, alterum per accidens, per ſe, cum in ratione poëtica peccatur, per accidens, cum in alia diſciplina, ut in Geographia, in Aſtrologia poëtæ hallucinantur. Priorem errorem grauius, poſteriorem leuius feremus. αὐτῆς δὲ τῆς ποιητικῆς διττὴ ἡ ἁμαρτία, ἡ μὲν γὰρ καθ' αὑτὴν, ἡ δὲ κατὰ συμβεβηκός. εἰ μὲν γὰρ προείλετο μιμήσασθαι ἀδυναμίαν, αὐτῆς ἡ ἁμαρτία, εἰ δὲ τὸ προελέσθαι μὴ ὀρθῶς, κατὰ συμβεβηκός. ἀλλὰ τὸν ἵππον ἄμφω τὰ δεξιὰ προβεβληκότα, ἢ τὸ καθ' ἑκάστην τέχνην ἁμάρτημα, οἷον τὸ κατὰ ἰατρικήν. &c. poëtices uerò ipſius duplex peccatum eſt, alterũ per ſe, alterum per accidens. Itaque quod ad imitandum non imitabile ſibi propoſuerit, per ſe huius peccatum erit: proponere uerò non rectè per accidens, quemadmodum utrunq; dextrum latus equũ promouentem, aut ſecundum unamquanq; artem peccatum, uerbi gratia ſecundùm medicinam. Lucanus igitur, qui Timauum amnem in agro Patauino eſſe putauit, errorem admiſit per accidẽs. Eſt enim Timauus in agro Aquileienſi, ut nos contra Blondum probauimus copioſè in Parergis lib. 2. cap. 8. uerſus Lucani ſunt,

„ Aponus terris ubi fumifer exit.
„ Atq; Antenorei diſpergitur unda Timaui.

Virgilij etiam error eſt per accidens, qui ceruos in Africa ab Aenea confixos eſſe facit, cùm in Africa nulli cerui oriãtur: hæc enim non poëtices artis ſunt, ſed Geographiæ: at uerò Catullus per ſe deliquit, atq; errauit, qui cùm epithalamium Thetidis, & Pelei deſcribendum ſibi propoſuiſſet, quaſi quodam uento aliò raptus eſt, & puluinar, Ariadnæq; fabulam à propoſito digreſſus, multis uerbis perſecutus eſt. Iam igitur, quo modo Horatius atque Ariſtoteles de poëtarum erroribus ſententiam tulerint, ex his, quæ adduximus, perſpicuum eſt. Nam neque chorda] Muſici etiam errant, cùm chorda non reddit concentum, quem manus uoluntasq; expetit. Boëtius libro 1. de Muſica, antiquam harmoniam ſeptem chordis conſtitiſſe, ſcribit. & Plutarchus in libro item de muſica eſt author, punitum ab Argiuis fuiſſe, qui pluribus, quàm ſeptem chordis uti cœpit. Nec ſemper feriet] Nec arcus ſemper ferit, quod minatur, id eſt, non ſemper ſcopum attingit, in quem ictum dirigit. Lucianus in Nigrino præclarè hanc ſententiam expreſsit. οὐ μὴν πάντες εὐστόχως τοξεύουσιν. id eſt, non omnes ita ſagittam mittunt, ut ſcopum feriant, Suetonius in Domitiano cap. 19. ſic inquit Sagittarum uel præcipuo ſtudio tenebatur, poſt paulò, atque etiam ex induſtria ita quarundam ferarũ capita figẽtem, ut duobus ictibus, quaſi cornua effingeret, nõnunquam in pueri procul ſtãtis, prabẽtisq; in ſcopulo diſpaſſam dextræ manus palmã ſagittas tanta arte direxit, ut omnes per interualla digitorum innocuè euaderent. Verũ ubi] Si, inquit, paucas inter res multas, rectè ſcriptas, maculas

maculas offendero, nõ icc irco totũ uolumen reijciã. Nam pauci errores multarũ rerum artificio, & nitore compenſantur. Plura nitent] Plures ſunt uirtutes poëmatis, quàm uitia, nitent, dixit: nam uirtutes ſcriptorũ, quaſi quædã lumina elucent. Quintil. lib. 8. ſic, non ſolùm fortibus, ſed etiam fulgentib. armis pugnandũ eſt. Cic. in orat. ad Brutum. de Demetrio, tum illuſtrant eam quaſi ſtellæ quædam tranſlata uerba atq; immutata. Incuria fudit] Negligentia induxit. Socrates in ſophiſta Platonis hanc cauendam ſic monuit. σκεπτέον, καὶ οὐ πρᾳότερον σύ· ὡς ἀτεχνῶς ἐς μέγα τοῦτο, καὶ ὄντως δεινὸν λόγον, conſiderandum eſt, & magna, grauisq; quæſtio non eſt tam temerè, timedéq; prodenda, non loquitur hîc Horatius de incuria illa, de qua Cicero his uerbis in oratore ad Brutũ: ſed quædam etiam negligentia eſt. diligens, nam ut mulieres eſſe dicuntur nonnullæ inornatæ, quas idipſum deceat: ſic hæc ſubtilis oratio, etiam incompta delectat. Horatius de uitioſa incuria Cicero de laudabili agit. Aut humana parum cauit natura] Non ego ijs delictis offendar, quæ natura humana non potuit cauere: homines enim ſumus, quare errata omnia uitare non poſſumus, duobus modis decipimur, quos Ariſtot. lib. 7. Ethic. his uerbis cõprehendit. διοίσει τὸ ἔχοντα μὴ ἐπιστάμενον, καὶ θεωροῦντα δεῖ, καὶ τὸ θεωροῦντα πράττειν ἃ μὴ δεῖ πράττειν. Differt ſi quis rem probẽ teneat, at non animum aduertat: & ſi animũ tuum aduertat, ea uerò efficiat, quæ effici non debent, unde Demoſthenes in oratione in Leptinem ſicuti Deum admiratur Cononem Athenienſem, qui ex omnibus Imperatoribus ſolus nihil unquam bello amiſit. μόνος τῶν πάντων στρατηγῶν οὐ πόλιν, οὐ φρούριον, οὐ ναῦν, οὐ στρατιώτην ἀπώλεσεν οὐδένα ἡγούμενος ὑμῶν. ex omnibus Imp. ſolus non urbem, non præſidium, non nauem, non militem ullum, cum ueſter eſſet Imperator, amiſit. Quid ergo] Quid dicendum? ſeipſum interrogat Horatius, mox ipſe reſponſum ſubijcit. Vide Quintil. lib. 9. cap. de figuris ſententiarum. Scriptor librarius] More Socratis per inductionem probat eos eſſe reprehenſione dignos, qui ſæpius, non qui rarò peccant. & primùm librarij ſcriptoris, exẽplo utitur, qui ſi ſemper in eundem errorem incidit, æqua ſe excuſatione tueri non poterit: eum autem intelligit, qui à patrono dictata ſcribebat. Cic. lib. 1. de Orat. tùm Sulpicius. ô diem Cotta nobis, inquit optatum, quod enim neq; precibus unquam, nec inſidiando, nec ſpeculando aſſequi potui, ut, quid Craſſus ageret meditandi, aut dicendi cauſa, nõ modò uidere mihi. ſed ex eius ſcriptore, & lectore Diphylo ſuſpicari liceret, id ſperò nos eſſe adeptos. his uerbis Diphylus ſcriptor, & lector Craſſi dicitur. Erant enim ſerui etiam lectores, anagnoſtæ: lege Ciceronis epiſtolam ad Vatinium lib. 5. familiarium. Quem ſcriptorem Cicero & Horatius, eum amanuenſem Suetonius in Tito, cap. 3. his uerbis nominauit: è pluribus comperi, notis quoq; excipere uelociſſimè ſolitum, cùm amanuenſib. ſuis per ludum, iocumq; certantem, imitari chirographa, quæcunq; uidiſſet, ac profiteri ſæpè ſe maximum falſarium eſſe potuiſſe. Dicti autẽ ut opinor, amanuenſes, quod manu, id eſt, ſcribendo patronis præſtò eſſent, ut alij erant à poculis, à ſecretis, &c. Venia caret] Quia monitus, idem tamen adhuc peccat, id eſt, in eodem ſcriptionis errore uerſatur. Idẽ de citharœdo dicendũ, qui eadem ſemper chorda oberrat. Chœrylus ille] Fit ille Chœrilus, id eſt, ſimilis Chœrili mali poëtæ, qui in multis uerſuũ millibus pauciſſimos uerſus edidit probos, & Alexandri Magni res geſtas auſus eſt carminibus aggredi: ei grandem pecuniam Alexander largitus eſt, ut ampliùs non ſcriberet. Horat. lib. 2. epiſt. ad Auguſtum ſcribens.

„ *Gratus Alexandro regi magno fuit ille*
„ *Chœrylus, incultis qui uerſibus, & malè natis*
„ *Rettulit acceptos regali numiſma Philippos.*

Maluit enim Alexander, ab uno Lyſippo fingi, atq; ab Apelle pingi. Vt ibidem Horatius, & Cic. lib. 5. familiariũ, in epiſtola ad Lucceium. Cum riſu miror] Hunc Chœrylum bis, terq; bonum eum eſſe uideo, id eſt, duos, uel tres uerſus elegantes feciſſe, rideo, & miror: quia ſcio id temerè, non de induſtria ei contigiſſe, rideo: quod uerò ſtultis hominibus aliquando boni uerſus in buccã fluant, mecum ipſe miror. Stulti autem homines interdum rectè ſentiunt, non cõſultò, ſed planè caſu quodã: quod Ariſtoteles etiam ſcriptũ reliquit lib. 1. Rhet. τῶν μὲν γὰρ πολλῶν οἱ μὲν εἰκῇ ταῦτα δρῶσιν, οἱ δὲ διὰ συνήθειαν ἀπὸ ἕξεως, ex multis alij temerè, alij hæc conſuetudine faciũt, quæ ab habitu proficiſcitur. Et idẽ indignor] Quemadmodũ, rideo, & miror, cùm malum poëtam ornatos aliquando uerſus facere uideo: ſic indignor, cùm excellentem poëtam lapſum eſſe animaduerto: id enim non propter imperitiã, ſed propter incuriã factum eſſe intelligit. Quandoq; bonus dormitat Homerus] Homerũ pro bonis omnibus poëtis nominauit, & quandoq; pro quandocunq; uſurpauit, ut lib. 4. Odarum, in Ode ad Iulium Anton. 8.

„ *Concines maiores poëta plectro*
„ *Cæſarem, quandoq; trahet feroces*
„ *Per ſacrum cliuum merita decorus*
„ *Fronde Sycambros.*

Sic etiã iuriſconſulti, ut Ciceronẽ præterea, boni authores Latinitatis uſurpant. Vlp. lib. 24. ff. tit. de ſol. matr. l. 2. dotis actio filiæ non erit adẽpta, quãdoq; ſui iuris filia fuerit facta. Paulus lib. 27. tit. 9. l. 13. quandoq; prædium domino cum fructibus uindicãti, doli exceptio non inutiliter opponitur, & quæ ſequuntur, Homerus aũt & ipſe aliquando peccauit. Eum Ariſtoteles in Poëtice reprehendit, quod lugentẽ Vlyſſem, uirũ ſapientiſſimum, ad Syllam induxerit, præter decorũ ſummi uiri. ἔστι δὲ ἀπρεποῦς, καὶ μὴ ἁρμόττοντος, ὅτι θρῆνος Ὀδυσσέως ἐν τῇ Σκύλλῃ. indecori, & non cõuenientis exemplũ eſt, quando luctus Vlyſsis ad Syllam deſcribitur. Dormitat] Errat, cùm enim dormimus, ſenſus ſopiti ſunt: ſic cùm erramus, uix euigilare uidemur: & ſomnus nobis inania ſpectra offert, quibus decipimur. Nam ut ſcribit Philoponus apud Ariſtotelem in libris de Anima, infelices felicibus per ſomnũ pares ſunt, in ſomnis enim & ipſi locupletes, & omnibus bonis circũfluentes eſſe exiſtimant. hinc dormitare pro decipi uſurpamus. Verum opere in longo] Excuſat Homerum, quòd in longo opere dormitârit: longè enim plura in eo ſunt, quæ laudem mereant, quàm quæ reprehenſionem. Obrepere ſomnum] Errorem incidere, maculam conſpergi. Flaminius.

„ *Et ſomnus placidis irrepſit blandus ocellis.*

Somnum dixit propter antithetum: antè enim dormitare uerbum protulerat. Quare ſuſpicor Horatiũ ad Homerum cæcum alluſiſſe. qua de re nos diximus in Parergis lib. 2. cap. 17. Pauſanias eũd in Corinthiacis, Ὅμηρον προσπεπηρωμένον τοὺς ὀφθαλμούς, id eſt, Homerũ oculis corruptũ, uel, ut nos loquimur, captũ appellat. Vt pictura poeſis erit] Duo genera poëſeos, & picturæ ponit. Quædam enim poëſis eſt, quæ perfecta, et numeris omnibus abſoluta acerrima doctiſſimorũ hominũ iudicia non timet, & quo diligentiùs excutitur, eò uidetur excellentior, ſimilis ſcilicet picturæ clari, & præſtantis artificis, quæ in luce quò magis ſpectatur, eò magis placet, & ſpirare uidetur. Quædã uerò eſt poëſis deterior, quæ leuiter tantũ legenda eſt, & obiter, nam ſi eam perpendis, ſi ponderas, turpes labes tegere non poterit, ſimilis picturæ, quæ à malo artifice adumbrata, nõ expreſſa, nec ullam ſpeciẽ habens tenebras amat, nõ lucem, & longiùs ſtanti aliqua ex parte placet, propiùs conſiſtenti riſum mouet. Vt pictura poeſis erit] Picturã, & poëſim ubiq; ſimillimas iudicari reperies. Ariſtoteles in Poëtice tũ Tragœdiã præſtantiorũ imitationem eſſe dixiſſet. ἡμᾶς δεῖ μιμεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς εἰκονογράφους, καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἀποδιδόντες τὴν ἰδίαν μορφὴν ὁμοίους ποιοῦντες καλλίους γράφουσιν. Nos oportet bonos pictores imitari, qui dũ proprias, ueriſq; ſimiles imagines referre ſtudent, pulchriores depingunt. Et alibi in eodem libro. Eſt igitur, inquit, Ariſtoteles, principium, ac uelut anima Tragœdiæ, fabula. ſecundo uero loco mores, in quo etiam picturæ ſimilis eſſe apparet: ſi quis enim fucis pulcherrimis tabulam fuſim illinat, non æquè ſanè delectabit, ac ſi imaginem albo tantũ diſtinxerit. Si propius ſtes] Præſtans pictura te prope ſtantem, deterior procul remotum delectabit. Cicero in oratore ad Brutum de utraq; pictura ſic mentionem fecit. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca, contra alios nitida, læta, colluſtrata delectant. Plato in Sophiſta, de picturis. διὰ τὸ τὰ μὲν πόῤῥωθεν, τὰ δὲ ἐγγύθεν ὑφ' ἡμῶν ὁρᾶσθαι: quia alia procul ſtantibus, alia uerò uicinis à nobis ſpectantur. Hæc amat obſcurum] Deterior pictura in clariſsima luce cerni non uult: non enim turpitudinem diſsimulare poſſet, niſi in obſcuro cerneretur, ſimili quodam modo Demoſthenes oratione

ſecunda pro Olynthijs, de Philippo. ὥσπερ καὶ τῶν πόλεων, καὶ τῶν τυράννων, ἕως μὲν ἂν ἔξω πολεμῶσιν, ἀφανῆ τὰ κακὰ τοῖς πολλοῖς ἐστι. ἐπειδὰν δ᾽ ὁ ὅμορος πόλεμος συμπλακῇ, πάντα ἐποίησεν ἔκδηλα. *ſic de ciuitatibus, & de tyrannis, dum enim in hoſtico bella gerunt, eorum domeſtica mala multis ſunt ignota: poſtquam uero ijs bellum ultro illatum eſt, omnes eorum labes detexit.* Argutum] *Subtile. Virg. de exiguo equi capite,*

„ *Argutumq; caput:*

Vel argutum, non tacens quod ſentit, ſed liberè quaſi reſonans. Virg. de arbore obſtrepente,

„ *Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis.*

Hæc decies] *[illegible]la ſemel, bona decies, repetita placebit, licet ſatietas oboriatur etiam in rebus optimis ſi ſæpius repetantur. Dionyſius in lib. de compoſit.* κόρον γὰρ ἔχει καὶ τὰ καλὰ πάντα, *&c. pulchra etiam omnia ſatietatem inducunt: quare laus hæc præſtantis poëſeos, & picturæ uideri poteſt admirabilior, quæ extimam conditionem habeat.* O maior] *Iuriſconſulti mediocres, tolerabiles ſunt, poëtæ niſi ſunt ſummi, exploduntur.* O maior iuuenem] *Alloquitur ex Piſonibus, quibus librum hunc dicauit, eum, qui erat ætate prouectior. quaſi alios, qui erant iuniores, poëticis præceptis non idoneos putet. Sic Ariſtoteles lib. 1. de Moribus ad Nicomachum à lectione ſuorum librorum iuuenes reiecit.* διὸ τῆς πολιτικῆς οὐκ ἔστιν οἰκεῖος ἀκροατὴς ὁ νέος, *&c. quare politices non idoneus auditor iuuenis eſt.* Voce paterna] *Fingi ad rectum eum, ait paterna uoce, id eſt, paternis præceptis ad ueram poëticen conformari. Præcipua hæc laus parentum eſt, & ſumma liberorum fœlicitas, ut eorum inſtitutionis cura parentibus ſit antiquiſſima. Cornelius Tacitus in dialogo de oratoribus, lectiſſimis aliquot fœminis Romanis hanc laudem tribuit his uerbis. ſic Corneliam Gracchorum, ſic Aureliam Cæſaris, ſic Acciam Auguſti matrem præfuiſſe educationibus, ac produxiſſe principes liberos accepimus.* Fingeris ad rectum] *Conformaris ad rectam poëtices imitationem. tractum à figulis, qui fingere dicuntur. lib. 7. Græcorum epigrammatum.*

„ ψυχὴν τὴν ψυχῆς ἔπλασεν αὐτὸς ἔρως.

„ *Animam animæ me ipſe amor effinxit.*

Et per te ſapis] *Sic in epiſtola ad Scæuam.*

„ *Quamuis Scæua ſatis per te tibi conſulis, & ſcis.*

Heſiodus, cuius ſententiam apud Liu. lib. 22. Minutius è manibus Hannibalis ereptus Fabio exponit, triplex ingenium eſſe docet lib. 1. de Operib. & diebus: Primum, quod per ſe ſapit: alterum, quod rectè monentibus obtemperat: tertium, ac perditiſſimum eorum hominum, qui nec ipſi prudentes ſunt, nec monentibus morem gerunt. Hæc Piſonem Horat. laudat, & quòd patri dicto audiens ſit, rectè monenti, & quòd ipſe etiam per ſe ſapiat, quod hîc Horatius, per te ſapis, dixit, Heſiodus ſic.

„ ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει.

Quod ſuprà. Voce paterna fingeris ad rectum. ſic Heſiodus.

„ ἐσθλὸς δ᾽ αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.

„ *Et ille bonus, qui rectè conſulenti paret.*

Tolle] *Tolle memor tibi hoc dictum, id eſt, audi, quod dicturus ſum, & in memoria habe.* Medium, & tolerabile] *Mediocritatem, & non excellentem cognitionem rerum.* Certis rebus] *Quibuſdam tantùm, non generatim omnibus. Nam Poëtice mediocris tolerabilis non eſt.* Conſultus iuris, & actor cauſarum] *Iuriſconſultus, & patronus. Hos diſtinxit, quia non idem profitebantur. Patronus cauſas agebat: at iuriſconſultus domi tantùm de iure reſpondebat. M. Tullius lib. 1. de orat. in eo autem iure, quod ambigitur inter peritiſſimos, non eſſe difficile oratori, eius partis, quamcunque defendat, authorem aliquem inuenire, à quo cum amentatas haſtas acceperit, ipſe eas oratoris lacertis, uiribusq; torquebit. Idem in Topicis priuata enim iudicia maximarum quidem rerum, in iuriſconſultorum mihi uidentur eſſe prudentia. Nam & adſunt multum, & adhibentur in conſilio, & patronis diligentibus, ad eorum prudentiam confugientibus haſtas miniſtrant. Huc alludens Quintilian lib. 9. cap. de compoſ. ſic inquit. Quare mihi compoſitione uelut amentis quibuſdam neruis intendi, & concitari ſententiæ uidentur. Horat. lib. 2. epiſt. ad Iulium Florum ſcribens.*

„ *Seu linguam cauſis acuis, ſeu ciuica iura*

„ *Reſpondere paras, ſeu condis amabile carmen.*

Tria dixit, ſeu patronus es, ſeu iuriſconſultus, ſeu poëta. Abeſt uirtute diſerti Meſſallæ] *Refertur ad eum, qui cùm actor cauſarum mediocris ſit, Meſſalla diſerto multò eſt inferior. de quo Cicero in Bruto ſic. M. Meſſalla minor natu, quàm nos, nullo modo inops, ſed non nimis ornatus genere uerborum, prudens, acutus, minimè incautus, patronus in cauſis cognoſcendis, componendiſq; diligens, magni laboris, multæ operæ, multarumq; cauſarum. Hæc Cicero in Bruto, qui in oratore ad Brutum ab Horatio diſſentit, ubi difficiliùs eſſe ait oratione uti, quàm uerſibus. Quam ſententiam hîc Horatius apertè refellit, cùm mediocritatem in oratoribus, non in poëtis tolerabilem eſſe contendat. Verba Ciceronis hæc ſunt: quo etiam difficilius eſt, oratione uti, quam uerſibus, quod in illis certa quædam, & definita lex eſt, quàm ſequi ſit neceſſe: in dicendo autem nihil eſt propoſitum, niſi aut ne immoderata, aut anguſta, aut diſſoluta, aut fluens ſit oratio. Reſponde Horatium cauſæ ſuæ ſeruire. Nam præter alia argumenta, quibus colligere, & conuincere poſſumus, oratoriam artem eſſe poëtica difficiliorē, illud in primis ſpectandum eſt, quo lib. 1. de oratore Cicero utitur, oratoriam artem eſſe minus facilem, quia boni oratores rariores, quam boni poëtæ ſemper extiterunt: quo argumento à raritate Ariſtoteles lib. 1. Rhetoric. aurum cæteris metallis pretioſius eſſe affirmat.* καὶ τὸ σπανιώτερον τοῦ ἀφθόνου, οἷον χρυσὸς σιδήρου ἀχρηστότερος ὤν. *& id, quod rarius eſt, melius eo eſt, quod uile, ut aurum ferro, cùm minus in uſum ueniat.* Nec ſcit quantum Caſſellius aulus] *Refertur ad conſultum iuris, quia non ea eruditione in iure ciuili, qua A. Caſſellius, polleat, & tamen in pretio, numeroq; ſit, quia mediocres iuriſconſulti inter alios locum habeant. De hoc A. Caſſellio Pomp. iuriſc. lib. ff. tit. de orig. iuris l. 2. ſic ait. fuit A. Caſſellius, & Quin. Mutius Voluſij auditor. & poſt. ex his Trebatius peritior Caſſellio, Caſſellius Trebatio eloquentior fuiſſe dicitur. Caſſellij ſcripta non extant, niſi unus liber Bene dictorum.* Sed tamen in pretio eſt] *Licet mediocris. Sic Cicero lib. 1. de oratore. quis enim non uideat Catoni Lælio æquali meo magni honori fuiſſe, homini nouo, illam ipſam, quamcunque aſſequi potuerit, in dicendo mediocritatem? quis ueſtrûm, æqualem meum Quintum Varium, uaſtum hominem atque fœdum, non intelligit, illa ipſa facultate, quamcunque habuit magnam eſſe in ciuitate gratiam conſequutum?* Non homines, non dij, non conceſſere columnæ] *Mediocritatem in poëtis ferunt nec homines, qui in theatris poëmata audiunt, nec Dij, quorum feſtis diebus carmina recitabantur, uel qui in theatris picti erant, nec columnæ in theatris erectæ. Columnis ſenſum tribuit more poëtarum. Sic Plato in Euthydemo, ubi Euthydemum ab ijs omnibus, qui eum in Lycæo audierant fuiſſe irriſum ait,* ὥστε καὶ οἱ κίονες οἱ ἐν τῷ Λυκείῳ ἐθορύβησαν ἐπὶ τοῖν ἀνδροῖν. *& columnæ, quæ in Lycæo ſunt, uiris illius obſtrepuerunt.* Vt gratas inter menſas] *Similitudine probat, poëtas eſſe omninò ſummos, atque excellentes debere: quemadmodum, inquit, in conuiuijs lautiſſimis muſica ſi concors non ſit, unguentum non bene olens, mel inſipidum, ac papauer, & quidem ſi maximè proba hæc omnia non ſint, conuiuas offendunt, quia uel optima hæc omnia fuerunt adhibenda, uel omninò repudianda: nam conuiuio neceſſaria ita non ſunt, ut dimitti non poſſint: ſic poëmata, ſic excellentia non ſunt, non probantur. nam etiam ſine his ſenſa animi eloqui poſſumus, ut oratores faciunt.* Vt gratas inter menſas] *Veteres, ut noſtra etiam ætate principes uiri faciunt, muſica ad menſam utebantur. Lucianus in Prometheo,* τὸν ἄνθρωπον ἢ τὸν [illegible] Θέσπιδι τῷ αὐλητῇ ἐχαρίσατο καλῶς αὐλήσαντι παρὰ τὸν πότον *hominem bicolorem, duplicemúe Theſpidi tibicini, qui in conuiuio rectè concinuerat, dono dedit. Virg. de conuiuio Didonis.*

„ *Cithara crinitus Iopas:*

„ *Perſonat aurata, &c.*

Symphonia diſcors] *Harmonia nullum concentum reddens. de Symphoniacis in oratione ſeptima contra Verrem, & pro Milone.* Craſſum unguentum] *Plinius lib. 13. cap. 3. de unguentis ſcribens, at hercule, iam quidam etiam in potu addunt. Sueto-*

ilius in Nerone, cœnationes laqueatæ tabulis eburneis uerſatilibus, ut flores ex fiſtulis, & unguenta deſuper ſpargerentur: ſed de hoc plura ſcripſimus in Parergis lib. 2. cap. 16. contra Eraſmum.

Sardo cum melle papauer] In cœnis etiam papauer ueſcebantur, ut altiùs noctem edormirent. Plin. lib. 19. cap. 8. de papauere ſic. Candidum, cuius ſemen toſtum in ſecunda menſa cum melle apud antiquos edebatur. Sardum autem mel, & Corſicum propter amaras herbas terrimum eſt. Duci] Protrahi. Sine iſtis] Si bona fuiſſent, delectaſſent, ut quædam cœnæ condimenta: fuerunt deteriora, ergo ſuperuacanea. Animis iuuandis] Alij omnes poëma hîc exponunt inuentum ad delectandum tantùm fuiſſe, ſed mihi hallucinari uidentur: cùm hic Horatius de perfecto poëmate diſſerat, non de mediocri, clariſsimè patet: perfectum autem poëma eſſe ſuperiùs dixit, quod & iuuat, & delectat.

„ Omne tulit punctum qui miſcuit utile dulci,
„ Lectorem delectando, pariterq; iuuando.

Et mihi quidem Horatius hic mirificus uidetur, qui uno uerbo utrunq; ingenioſè ſignificauit. Nam iuuare prodeſſe, ut notum eſt, ſignificat, atq; etiam delectare. Virgilius,

„ Nam neq; me tantum uenientis ſibilus Auſtri,
„ Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora, &c.

M. Antonius Maioragius, uir doctiſsimus, alios ſequutus eſt, ratus hîc Horatium poëmatibus delectationem tantùm tribuere: nam in oratore ad Brutum illa uerba declarans de poëtis, tum etiam non nullorum uoluptati uocibus magis, quàm rebus inſeruiunt, ad id probandum hunc Horatij locum adduxit, his uerbis. Alibi tamen idem Horatius fatetur, inuenta fuiſſe poëmata uoluptatis tantum cauſa, cum ea ſimilitudine utitur, Vt gratas inter menſas. & quæ ſequuntur. hæc ille. Quanquam inficias non ierim, poëma inuentum magis ad delectionem, quàm ad utilitatem eſſe, & hoc fortaſſe innuiſſe Horatium. ſed, ut illud ſolam uoluptatem parere exiſtimem, nunquam inducar. Nam apud Platonem in Gorgia, ubi hæc quæſtio agitatur, poſt multa hæc uerba de Poëtice legũtur. δῆλον δὴ τοῦτό γε, ὦ Σώκρατες, ὅτι πρὸς τὴν ἡδονὴν μᾶλλον ὥρμηται. Hoc ſanè perſpicuum, ô Socrates, eſt, quod ad uoluptatem magis ſpectat. Si aduerſarius dixerit quiſpiam, in conuiuio utilitas ex poëmate non quæritur: ei reſpondemus, Iopam apud Virgilium ceciniſſe, non quæ ad uoluptatem tantùm, ſed etiam quæ ad utilitatem pertinent.

„ Hic canit errantem Lunam, Soliſq; labores,
„ Vnde hominum genus, & pecudes, unde imber, & ignes,
„ Arcturum, pluuiaſq; Hyadas, geminoſq; Triones,
„ Quid tantum oceano properent ſe tingere Soles
„ Hyberni, uel quæ tantum mora noctibus obſtet.

Si paulum ſummo] Si poëma à ſummo paulum diſceſſit, id eſt, ſi paulum ab excellentia, & perfectione recedit, uergit ad imum, id eſt, extremi ordinis fit, & negligitur. ſummum, & imum oppoſita ſunt. Ariſtoteles lib. 2. de cœlo. Pythagoram reprehendens, quòd in cœlo dextrum duntaxat, & ſic ſiniſtrum poſuiſſet, ſic inquit, λέγω δὲ οἷον, τὸ ἄνω, καὶ κάτω, καὶ τὸ πρόσθεν, καὶ τὸ ἀντικείμενον, καὶ τὸ δεξιὸν, καὶ τὸ ἀριστερόν. Tria oppoſita dico, ſurſum, & deorſum, prius, & eius oppoſitum poſterius, & dextrum, & ſiniſtrum.

Ludere qui neſcit] Arrogantiam indoctorum hominum increpat, qui cùm Poëtices prorſus expertes ſint, carmina tamen facere conãtur, cùm in alijs artibus hoc non uſu ueniat: nam qui ſe armorum ludicro non exercuit, in campi Martij harenam non deſcendit: qui pila, diſco, trocho ludere neſcit, alios ludentes ſpectat ipſe conquieſcit, & ex ea re, qua peritus non eſt, gloriolam non aucupatur. At dixerit quiſpiam ex hominum arrogantium numero, ſum ingenuus, alto loco natus, equeſtri dignitate honeſtatus, cur uerſus mihi non liceat condere? reſpondet Horatius, nihil eſſe inuita Minerua tentandum, & mihi quidem uidetur Horatius belliſsimè locum Platonis in Protagoras uertiſſe: ubi Socrates Protagoram, qui ſe doctorum profitebatur, quo modo quis præclarè familiam, & rempublicam gubernet, ſic alloquitur. ὁρῶ οὖν ὅταν συλλεγῶμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐπειδὰν μὲν περὶ οἰκοδομίας τι δέῃ πρᾶξαι τὴν πόλιν τοὺς οἰκοδόμους μεταπεμπομένους συμβούλους περὶ τῶν οἰκοδομημάτων, ὅταν δὲ περὶ ναυπηγίας, τοὺς ναυπηγούς. & paulò pòſt. ἐὰν δέ τις ἄλλος ἐπιχειρῇ αὐτοῖς συμβουλεύειν, ὃν ἐκεῖνοι μὴ οἴονται δημιουργὸν εἶναι κἂν πάνυ καλὸς ᾖ, καὶ πλούσιος, καὶ τῶν γενναίων, οὐδέν τι μᾶλλον ἀποδέχονται, ἀλλὰ καταγελῶσι, καὶ θορυβοῦσι. Id eſt, uideo ego, cum in concionem conuenimus, ſi quid fieri oporteat, quod Architecturæ artis ſit, architectos, qui in ea re doceant, quid faciendum ſit, accerſi: quando autem de re nauali agitur, nauium magiſtros acciri. At ſi quis alius conſulere conetur, quem artificem non eſſe omnes ſciant, etiam ſi ualdè pulcher ſit, diues, ingenuus, & generoſa domo ortus, eius tamen non idcirco authoritatem ſequuntur, ſed irrident, eiq; crebris pedum ſupploſionibus obſtrepunt.

Campeſtribus armis] Quæ in campo Martio [illegible]abantur. uide M. Tullium pro Cœlio, Vegetium lib. 1. ubi ſolitos ſe ueteres exercere iuuenes ſaltu, curſu, uectie, quo ludicro exercuiſſe milites Pompeium ait. Scutis uimineis ad palum ludentes utebantur, cap. 10. ſagittis, cap. 11. mox notantes ſudorem Tyberi abluebant, cap. 10. Pilæ] Vel ſphæræ. Athenæus lib. 1. σφαιρίζουσι δὲ παρ' Ὁμήρῳ οὐ μόνον ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες. Apud Homerum ſphæra non ſolùm uiri, ſed etiam fœminæ ſe exercent.

Diſci] Corcyrenſes lib. 8. Odyſſeæ cum Vlyſſe diſco ludunt. Diſcus lapideus erat, ſolos ferreus, in altum, & in longũ conijciebatur. erat autem rotũdus. Euſtathius lib. 2. Iliad. δίσκος ἐστὶ βαρὺς λίθος, ὃν ἔρριπτον οἱ γυμναζόμενοι, τετρημένος, σόλον προσαγορευόμενον. diſcus grauis lapis eſt, quem ſe exercentes proijciebant, ferreum enim ſolon appellant, Philoſtratus in Hiacynthi imagine, ὁ δὲ ἐν ποσὶ δίσκος. Ad pedes diſcus poſitus erat. Mox addit, ut, ludente Apolline cum Hiacyntho, Boreas, qui puerum illum perditiſsimè amabat, inuidia flagrans, aduerſiſsimo flamine diſcum in Hiacynthum detorſit: quo ille ictu deperijt.

Trochi] Trochus rotula erat, qua pueri ludebant. Trocho etiam de ſontibus ſupplicium ſumebatur. Ariſtophanes in Pluto. ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γάρ δεῖ σ' ἐκεῖ στρεβλούμενον εἰπεῖν ἃ πεπανούργηκας. &c. Te trocho diſcruciatum oportet fari, quæ patraſti. Si trochus rota eſt, ut ait Acron. Capitolinus de ſupplicio trochũ intelligit his uerbis in Macrino. Tribunum, qui excubias delerẽ paſſus eſt, carpento rotali ſuperalligatum per totum iter uiuum, atque exanimum traxit. Spiſſæ coronæ] Frequentes homines, qui in campum Martium ſpectatum uenerunt, & corona conſtiterunt. Riſum tollant] Qui maximam iram irriſo excitare ſolet. Herodotus in Polymnia, ubi Mardonius Xerxem ad bellum Græciæ inferendum cohortatur. καὶ Ἴωνας τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ κατοικημένους, ἐάσεις καταγελάσαι ἡμῖν. & Iones, qui domicilium habent in Europa, quos riſum in nos tollere ſines?

Qui neſcit, uerſus tamen audet fingere] Sic lib. 2. Epiſt. ad Auguſtum ſcribens.

„ Nauem agere ignarus nauis timet: abrotanum ægro
„ Non audet, niſi qui didicit, dare. quod medicorum eſt,
„ Permittunt medici, tractant fabrilia fabri,
„ Scribimus indocti, doctiq; poëmata paſsim.

Cauſam huiuſcemodi arrogantiæ retulit Ariſtoteles lib. 1. Rhet. φίλαυτοι πάντες, καὶ τὰ αὑτῶν ἀναγκαῖον ἡδέα εἶναι πᾶσιν, omnes ſunt ſeipſos amantes, & ſibi ſumunt, unde neceſſe eſt, ut ſua omnibus perplaceant. Quid ni] Imperiti poëtæ uerba, cur uerſus non faciam? cum ſim liber, & ingenuus, &c.

Liber & ingenuus] Ingenuus eſt, qui nunquam ſeruijt, ingenuo patre natus: liber ſeruiiſſe poteſt. Iuſtin. lib. 1. inſtitutionum ciuilium. Genus equeſtrem] De cenſu equeſtri ſuprà diximus. 30. Vitio remotus ab omni] Nullis uitijs coopertus. ut Cicero loquitur. hoc non conſequitur, ut quis bonus poëta ſit, quòd ſit ab omni uitio remotus. Nam laborandum, & deſudandum eſt, ut in poëtice excellas. Pindarus in Olympijs Ode 5.

„ ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος.

Semper circa uirtutes labor. Nulla enim uirtus naturalis eſt, quæ in contemplatione ſitæ ſunt, diſciplina comparantur, quæ in actione, conſuetudine: cuius rei hoc ſignum affert Ariſtot. lib. 2. Ethicorum, quod naturalia non immutantur, at uirtutes, quas antea non adepti eramus, mox ſtudio comparantur. Lapis, inquit, qui natura deorſum fertur, ut ſurſum feratur, nunquam aſſueſcere poterit,

terit, nec ignis ut deorſum tendat. Sen. lib. 24. epiſt. ſemina, inquit, nobis ſcientiæ natura dedit, ſcientiam non dedit.

Tu nihil inuita] *Verba Horatij ſunt:* nihil ages, nihil dices Minerua inuita, *id eſt, tuo ingenio reluctante. Nam ſi diues ſi nobiliſſimus es, non ideo poëta putaberis: at tu ſi inuitis muſis lauream tentabis, nihil proficies. Mineruam poſuit Horatius pro naturali propenſione. De qua Ariſtoteles in prædicamentis.* ἕτερον δὲ γένος ποιότητος, καθ' ὃ πυκτικοὺς, ἢ δρομικοὺς, ἢ ὑγιεινοὺς, ἢ νοσώδεις λέγομεν, καὶ ἁπλῶς ὅσα κατὰ δύναμιν φυσικὴν ἢ ἀδυναμίαν λέγεται. *Alterum genus qualitatis eſt, quo aptos ad pugillatum, ad curſum, ad ualetudinem, & morbum aliquos dicimus, quo ea omnia referimus, quæ à naturali potētia, uel impotentia dicuntur.* Id tibi iudicium eſt] *Iudicium aliorum exquirendum eſſe, & multum temporis in emendatione conſumendum ait, antequam ſcripta in lucem edantur.*

Id tibi iudicium] *Tu quoque, quæ ego, ſentis, nec conſilijs meis eges. Hoc tamen tibi in memoriam redigam, ut tua ſcripta Metio patri Piſoni, mihi corrigenda præbeas antè, quam ea publices.*

Olim] *In poſterum. neque enim ad præteritum tempus ſemper hæc dictio refertur. Virg.*

„ *Adueniet iuſtum pugnæ, nec accerſite tempus,*
„ *Cum fera Carthago Romanis arcibus olim:*
„ *Exitium magnum, atque alpes immittet apertas.*

Metij iudicis] *Ne uidearis nimium tibi arrogare. Plutarchus in lib. an reſp. à ſene adminiſtranda ſit.* καὶ μὴν γελοῖον λαιλίῳ σκιπίων ἐχρῆτο συμβούλῳ στρατηγῶν ἀεὶ, καὶ πολιτευόμενος, ὥστε καὶ λέγειν ἐνίους ὑποκριτὴν τῶν πράξεων σκιπίωνα, ποιητὴν δὲ τὸν γάϊον. *Scipio C. Lælium conſulebat & cum Imperatoris perſonam, & cum ſenatoris ſuſtinebat. unde quidam aiebant, Scipionem eſſe actionem hypocritam, Lælium uerò poëtam.*

Aures] Quæ quaſi animi feneſtræ ſunt, ut cæteri ſenſus. Cicero Quæſtionum Thuſculanarum: *uel quia aures ipſæ ſcripta acerrimè iudicant. Cicero in oratore ad Brutum ſic. Conſule ueritatem, reprehendent, refer ad aures, probabunt. quære, cur? ita ſe dicent iuuari. Voluptatem autem aurium morigerari debet oratio, & alibi, quamuis ſuaues, grauesq; ſententiæ, tamen ſi inconditis uerbis efferuntur, offendent aures, quarum eſt iudicium ſuperbiſſimum.* Nonumq; prematur in annum] *In multos annos caſtigetur, numero impari uſus eſt, quia felicior. Plutarchus in problematibus ubi quærit cur in nuptijs quinque lampades geſtarent,* ὅτι βέλτιον, καὶ τελειότερον ὁ περιττὸς ἀριθμός. *quia melior, & perfectior, impar iudicatus eſt. Hippocrates lib. 4. aphor. ſect. 61. febricitantem niſi diebus imparibus febris reliquerit, ſolet recidiuare. Virg.*

„ *Numero Deus impare gaudet.*

Perfectum numerum denarium eſſe putat. Vitruuius lib. 4. cap. 1. in codice, quem olim uir mihi clariſſimus, & doctiſſimus, Marius Sauronianus, Belgradi, Oſopijq; Comes, dono dedit, decimum annum, non nonum legere eſt: quæ mihi lectio plurimum arridet. Nam decimum numerum Horatius etiam antè uſurpauit, cùm caſtigandis poëmatibus tempus præſcriberet, perfectum decies non caſtigauit ad unguem. Neſcit uox Miſſa reuerti] *Licet ſcribas turpem palinodiam, ut de Steſichoro refert Plato in Phædro. Sapienter igitur M. Antonius, quemadmodum ipſe dicebat, nullam unquam orationem ſcripſit, ut ſi quid aliquando non opus eſſet ab ſe eſſe dictum, negaret ſe dixiſſe. Cicero pro Cluentio. Valerius Maximus lib. 7. cap. 3. hic Horatius uocem miſſam pro ſcriptis rebus, ut deleri amplius honeſtè non poſſint, poſuit. Membranis. Vlpianus iuriſc. lib. 32. ff. tit. de leg. & fideicom. l. 52. ſic ait, librorum appellatione continentur omnia uolumina ſiue in membrana ſint, in phylira, aut tilia, aut in aliquo corio, & poſt. ſi in codicibus ſint membraneis, uel chartaceis, uel etiam eboreis, uel in ceratis codicillis. Qui locus Vlpiani ab Alexandro fuſiùs explicatur lib. 2. Genial. dier. cap. 30.* Syluestres homines] *Hactenus de ſcribendi poëmatis ratione præceptum eſt, nunc de laudibus poetices agitur, quæ homines olim à fera, incultaq; uita ad mitiorem hanc, quæ nunc uiuitur, traduxerit.*

Syluestres homines] Orpheus homines feros & immanes ad humanitatem allicere potuit, *ſed hìc oritur quæſtio: Nam Marcus Tullius hoc eloquentiæ, non Poëticæ tribuit: libro enim de oratore ſic inquit. Vt uerò iam ad illa ſumma ueniamus, quæ uis alia potuit aut diſperſos homines unum in locum congregare? aut à fera, agreſtiq; uita ad hunc humanum cultum, ciuilemq; deducere? reſponde, etiam poëticen eloquentiæ nomine contineri, non ſolam artem oratoriam. Nam Marcus Tullius in oratore ad Brutum ſic inquit. nam etiam poëtæ quæſtionem attulerunt, quid'nam eſſet illud, quo ipſi differrent ab oratoribus. Numerò maximè uidebantur antea, & uerſu: nunc apud oratores iam ipſe numerus increbuit. Verſu igitur, non eloquentia poëtas ab oratoribus Cicero diſtinxit.* Orpheus] Calliopes filius. *Virg.*

„ *Non me carminibus uincet nec Thraceus* Orpheus,
„ *Nec Linus, huic mater quamuis, atq; huic pater adſit*
„ Orphei Calliopea, *Lino formoſus Apollo.*

De Orpheo in Bœoticis Pauſanias. εὑρηκέναι τελετὰς θεῶν, καὶ ἔργων ἀνοσίων καθαρμοὺς, *deorum ſacrificia, & ſcelerum piacula inueniſſe: quibus inuentis uideri poteſt homines à fœdo uictu deterruiſſe.* Sacer] Quia, ut diximus, *ſacrificia deorum reperit, uel ſapiens: ſapientes enim dei dicebantur, unde Ennius ſanctos poëtas uocauit.* Cicero pro *Archia. Zetzes declarās illa uerba Heſiodi lib. 1. operum, & dierum* θεοὶ, καὶ ἄνδρες, *id eſt, dei & homines, ſic ait.* θεοὺς νῦν τοὺς σοφοὺς, καὶ τοὺς τὰ θεῖα εἰδότας καλεῖ. *Deos nunc ſapientes, & in rebus diuinis peritos uocat.*

Interpresq; deorum] *Expreſſit illud Platonis in Ione,* ποιηταὶ ἑρμηνεῖς τῶν θεῶν. *Poëtæ deorum ſunt interpretes. Fuit autem poëta* Orpheus, *ut notum eſt, & ipſe de ſe ſic loquitur in Argonauticis.*

„ ὅταν βάκχοιο, καὶ ἀπόλλωνος ἄνακτος
„ κέντρῳ ἐλαυνόμενος, &c. ——

Quando Bacchi, & *Appollinis regis ſtimulo tractus ſum.*

Cædibus] Quo quid Poëtice *præſtare potuit hominibus conducibilius? nota hiſtoria eſt, quam Pauſanias refert in Eliacis lib. 2. de Thegene. Is poſtquam mortuus eſt, quidam ex ijs, qui illum oderant infenſius, eius ſtatuam tota nocte pulſauit, quaſi Thegenem probro afficeret, illum ſtatua lapſu occidit.* καὶ οἱ θάσιοι κατὰ ποντοῦσι τὴν εἰκόνα. & *Thaſij imaginem, quòd hominem necārat, præcipitem in mare deturbant.* Deterruit] *Auertit, iniecto terrore quodam. lib. 1. Quæſt. Thuſcul. non deterret ſapientem mors.* Dictus ob hoc] *Per allegoriam, quæ poëtarum figmenta ad morum rationem redigit. Vnde Marius Sauronianus, uir nobiliſſimus, & clariſſimus, Homericis allegorijs plurimum delectatur: quibus etiam doctiſſimè libellum confecit. Plato in Cratylo allegoriam Panis biformis habet, in Phædro Boreæ, &* Orithyiæ.
Eam Demetrius Phaleræus in libro de elocutione συγκάλυμμα τοῦ λόγου *uocat, id eſt, quoddam orationis tegmen.*

Tigres, rapidosq; leones] *Immanes enim homines feræ dicuntur. Demoſthenes oratione 1. contra Ariſtog. eum* θηρίον *uocat, id eſt, belluam: erat enim nepharius, atque improbus. Et Cicero M. Antonium Philipp. 8. quinetiam de illo homine quæri ſolebas, quid te facturum de bellua putas?* Thebanæ conditor arcis] *Quinimo Cadmus Thebas condidit. Ouid. lib. 3. metamorph. & Heſiod. lib. 1. operum, & dierum, ſic inquit.* ἐφ' ἑπταπύλῳ θήβῃ καδμηΐδι γαίῃ. *Ad Thebas ſeptem portas habentes Cadmæam urbem. Dic Amphyonem Thebas mænibus ſepſiſſe, cuius rei habes Euripidem authorem in Phœniſſis.*

Ducere quò uellet] *Non igitur temerè id fiebat, ſed conſilio, & arte Amphyonis. Quidam enim temerè præclarum aliquod opus perficiunt. Zetzes illa uerba Heſiodi declarans libro 1. de operibus, & diebus,* δίκαια ἀγορεύειν γινώσκων, *id eſt, iuſta prædicare ſciens. Sic ait,* καλῶς εἶπε τὸ γινώσκων. πολλοὶ γὰρ ἀγνοοῦντες ὁμολογοῦσι τὸ δίκαιον: *rectè illud ſciens, addidit. multi enim imprudentes quod iuſtum eſt conſentiunt. Cicero in oratore ad Brutum, ut mirer ueteres non eſſe commotos, præſertim cùm, ut ſit, fortuitò ſæpe aliquid concluſè, apteq; dicerent.*

Sono teſtudinis] *Cantu lyræ. Teſtudo notum animal, ex quo primum ad Nilum Mercurius lyram confecit. hinc Muſicum inſtrumentum teſtudinis nomen accepit. Ser.*

Prece blanda] Quam cum ſono ſociabat, ut muſici faciunt. lib. 8. Odyſſeæ, Demodocus furtum Martis, & Veneris &c. concinuit, & lyra perſonuit, Sic Iopas lib. 1. Aeneid.

Fuit hæc ſapientia quondam] Tribuit hæc omnia Horatius excellenti cuidam ſapientiæ: ergo uerum eſt, quod lib. 1. de Oratore Scæuola contra Craſſum contendit his uerbis: Quis enim tibi hoc inceſſerit? aut initio genus hominum in montibus, ac ſyluis diſsipatum non prudentium conſilijs compulſum potius, quàm diſertorum oratione delinitum ſe oppidis, mœnibusq; ſepſiſſe. & poſt. An tibi Romulus ille aut paſtores, & conuenas congregaſſe, aut Sabinarum connubia coniũxiſſe, aut finitimarum uim repreſsiſſe eloquentia uidetur, non conſilio, & ſapientia ſingulari? reſponde Horatium deferre hanc palmam ſapientiæ, quæ cum eloquentia ſit coniuncta: nam hic ſapientiam nominat, paulò ante eloquentiam ſignificauit per ſonum teſtudinis, & precem blandam.

Publica priuatis ſecernere] Lege Iuſtin. lib. 2. inſt. ciuilium. hinc occiſus Ti. Gracchus qui agros publicos plebi diuiſurus erat, & priuatos, qui antè publici erant, facturus. Cicero Philip. 8. Flor. lib. 3. alij. Sacra profanis] Hierocles damnatus ὡς ἱερόσυλος, id eſt, ſacrilegus, quod ferret ἱερὰ ἱμάτια, id eſt, ſacras ueſtes. Libanius in argumento orationis contra Ariſtogitonem.

Concubitu prohibere uago, dare iura maritis] Tibullus,

„ Tunc quibus aſpirabat amor, præbebat apertè
„ Mitis in umbroſa gaudia ualle Venus.

Fortaſſe in Socratem tacitè inuehitur, qui communes eſſe uxores, ut alia omnia, uolebat. Ariſtoteles lib. 2. de republica. ἐκεῖ γὰρ ὁ Σωκράτης φησὶ δεῖν κοινὰ τὰ τέκνα, καὶ τὰς γυναῖκας εἶναι, καὶ τὰς κτήσεις. Ibi enim apud Platonem Socrates ait, opus eſſe, ut communes liberi, uxores, & poſſeſsiones ſint. Geloni Siciliæ regi putidum os erat, mon[illegible]ium meretrix. is cùm uxore, quòd monitus ab illa non fuiſſet, queſtus eſt: putabam, inquit, illa omnibus uiris oris halitum eſſe grauem. Auctor Lucianus in libro περὶ αἱρέσεων. Hoc eſt dare iura maritis, & uxoribus, & concubitu uago prohibere. Nam Ariſtoteles in Politicis Socratis illam communitatem reprehendit, ac refutat. Oppida moliri] Vrbes exædificare, & quaſi in molem attollere. Leges incidere ligno] Vt deſcriptæ in tabulis, cunctis legendæ proponerentur. Decemuiri Romani ius non ſcriptum à Lacedæmonijs, ius ſcriptum ab Athenienſibus acceptum in duodecim tabulas digeſſerunt. Liu. lib. 3. Pompon. iuriſc. lib. 1. ff. tit. de orig. iur. l. 2. & alij.

Sic honor] Pergit Horatius laudes Poëtices enumerans. Nam bella poëtæ, & res geſtas ſummorum Imperatorum ſcripſerunt: uerſibus oracula reſpondebant, politioris uitæ ratio monſtrata eſt, Regum amicitiæ comparatæ, ludi inſtituti, feſſas etiam hominum mentes Poëtice reficit, ac recreat. Diuinis uatibus] Nam de Poëtis Ouid.

„ At ſacri uates, & diuum cura uocamur.

Sunt etiam qui nos numen habere putent. De diuino afflatu Poëtarum Plato in Apologia, & in Ione legendus eſt. Vel diuinos appellauit, Lacedæmoniorum more, qui præſtantes uiros diuinos nuncupabant, ut ſcribit Ariſtoteles lib. 7. de moribus ad Nicomachum, ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρα του, θεῖος ἀνὴρ φασίν. quando in alicuius amorem, admirationemq; adducti ſunt, diuinus uir eſt, inquiunt. Inſignis Homerus] Iure illum inter antiquiſsimos Poëtas conſtituit Horatius. Cicero enim lib. 1. quæſt. Tuſc. nam cùm apud Græcos, inquit, antiquiſsimum è doctis ſit genus Poëtarum, ſiquidem Homerus fuit, & Heſiodus ante Romam conditam, &c. Cornelius Nepos lib. Chronicorum author eſt, Homerum ante Romam conditam annis circiter. CLX uixiſſe. Ariſtot. lib. 4. Phyſic. de tempore agens, Homerum pro re antiqua poſuit, ὅτ᾽ ὅμηρος ὄντι ἦν, ut Homerus olim fuit: hic deorum honores habuit: Nam Ptolemæus Philopater templum Homero erexit, eiusq; ſimulachrũ inter urbes fixit, quæ de patria Homeri altercabantur, ut ſcribit Aelianus lib. 13. Cæcus fuit, & mendicus, ut affirmat Pauſanias in Corinthiacis. Illum uerticem appellat Dionyſius lib. de compoſit. ex quo flumina omnia, & fontes atq; uniuerſum mare emanet. Quod Ouid. etiam ferè retulit.

„ Aſpice Mæonidem, à quo ceu fonte perenni
„ Vatum Pierijs ora rigantur aquis.

Zoilus Homeromaſtix librum Ptolemæo oſtendit, quem aiebat ſe contra Homerum ſcripſiſſe: quare petebat à rege pecuniam, ut paupertatem, qua oppreſſus erat, ferret: cui Ptolemæus reſpondit, Homerum, qui annos ante mille deceſsiſſet, multa hominum millia paſcere, qui eius lectionem profitebantur: ſic Zoilum debere, qui ſe Homero præſtantiorem eſſe iactabat, non modò ſe ipſum, ſed alios etiam complures alere. Auctor Vitruuius in prooemio lib. 7. Indorum, & Perſarum reges Homerum in ſuam linguam conuerſum ſemper in ore habebant, ut ait Aelianus lib. 12. Idem ante Homerum Poëtas extitiſſe Oribantium, Daretem, & Meliſandrum refert lib. 11. cap. 2. Homeri Poëmata, cùm diſperſa, & diſcerpta eſſent, primi Lycurgus, & Piſiſtratus collegerunt, & unum ex ijs corpus conflarunt. Idem Aelianus lib. 13. ijs, qui politiores literas profitebantur, turpè erat, Homer. legendo non contriuiſſe. Vnde Alcibiades doctorem, qui ſe Homer. non habere aiebat, pugno percuſsit, ut Plutarchus in Alcibiadis uita teſtatur. Tyrtæus] De hoc Plato multa lib. 1. de legibus, cuius etiam carmina recitat, ad inflammandos bellatorum animos ſcripta. Lacedæmonij Meſſeniorum bello, oraculo moniti, ducem ab Athenienſibus petiuerunt. Athenienſes ludibrio quodam Tyrtæum Poëtam claudum Lacedæmonijs miſerunt, qui ter fuſus, fugatusq; à Meſſenijs fugientes Lacedæmonios carmina bellica decantans in hoſtem reuocauit, & auctor ex acie conciſis hoſtium cateruis exceſsit. Auctor Iuſtinus lib. 3. Mares animos] Fortes, & ſtrenuos, non molles, & effœminatos. lib. 1. epiſt.

„ Et maribus Curijs, & decantata Camillis.

Contra illud Virgilij ex Homero.

„ O' uerè Phrygiæ, neq; enim Phryges: ite per alta.
„ Dindyma, ——

Et illud Ciceronis oratione 7. contra Verrem, ut muliebria quotidie conuiuia eſſent uir accumberet nemo, præter ipſum, & prætextatum filium. Tametſi rectè ſine exceptione dixeram, uirum, cum iſti eſſent, neminem fuiſſe. Exacuit] Iram in hoſtes inijciens, quã cotem fortitudinis Stoici uocarunt, ut patet lib. 3. quæſt. Tuſculanarum. quod innuens Horatius, exacuit, dixit, id eſt, tanquam ad cotem acuit. Dictæ per carmina ſortes] Hoc etiam ad nobilitatem Poëtices ſpectat, quod oracula uerſibus reddebantur, ut Crœſo reddita eſſe Cicero de Diuinatione refert:

„ Crœſus Halym penetrans magnam peruertet opum uim.

Ennius

„ Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe.

Et uitæ monſtrata uia eſt] Vt uidemus apud Xenophontem lib. 3. de expeditione Cyri. ubi Xenophon oraculum conſulit, an ad bellum cum Cyro proficiſcatur, & an uia ſibi uitæ redeunti patere poſsit. Sic Menelaus libro 4. Odyſſeæ ex Proteo quærit, quis ſibi Deus placandus ſit, ut in patriam tutus redeat. Tum dij carminibus uiam uitæ monſtrabant. Potes hæc referre etiam ad poëtas, qui γνώμας ſcripſerunt, ut ad Phocylidem, & Theognydem quorum adhuc carmina extant. Et gratia regum] Amicitia etiam regum carminibus comparata eſt. Lege Ciceronis orationem pro Archia, ubi probat illuſtrium principum exemplis nobis gloriæ cupiditatem eſſe inſitam. Pierijs modis] Muſarum carminibus, quæ Pierides dicuntur. Vide Heſiodum initiò lib. 1. de operibus, & diebus, ibiq; Zetzem doctiſsimum interpretem. ut Latinos omittam. Ludusq; repertus] Dicant hîc alij, quicquid uolunt. Ego, cùm hîc Horatius de commodis Poëtarum diſſerat, quo cum ludos Bacchi innuere, qui non ſine ca[illegible]s celebrantur. Virg. in Georg. lib. 2.

„ Et ueteres ineunt proſcenia ludi,
„ Et te Bacche uocant per carmina læta.

Et quæ ſequuntur. Quæ Virgilij uerba nos in Parergis lib. 1. cap. 15. cum Thucydide contulimus, & declarauimus, ij ludi utribus fiebant, Virg.

„ —Atque inter pocula læti
„ Mollibus in pratis unctos ſalière per utres.

De iiſdem, & de utribus Zetzes apud Heſiodum lib. 1. de operibus, & diebus ſic καὶ τὰ μὲν ἀσκώλια τοιῶσδε ἐγίνετο: feſta utralia,

utralia, ut ita dicam, ſic ſiebant. Tum modum & rationem addit, & fuſiùs explicat. Bacchi ludi carminibus non carebant, idcirco hanc etiam laudem Poëtis adſcribit Horat. Longorum operũ finis.

» *Et animi requies poſt longos exceptos labores.*

Animos enim feſſos carminibus, & lyra relaxabant: ſic feſſum è pugna Achillem relaxat Homerus in Iliade: quod ſummè probat Plutarchus in libro de muſica. Nec uerò Pythagorei ſonos dimittebant, aut cùm manè è ſtratis ſurgerent, aut cùm noctu cubitum irent, ut carmina turbidos animi motus ſedarent. Quint. lib. 9. cap. de compoſ. Ne forte pudori] Hæc dixi, ne te pudeat Poëtam eſſe, quodam enim tempore Poëtæ malè audierunt. Cicero lib. 1. quæſt. Tuſcul. M. Nobiliori probro fuiſſe Ennium, quem ſecum in prouinciam duxerat, teſtatur. Camillum Quernum, Archipoëtam cognomento, quis laudet? qui cùm in conuiuio Leonis X. Pontificis Maximi de ſe dixiſſet,

» *Archipoëta facit uerſus pro mille Poëtis:*

Addidit Leo ex tempore,

» *Et pro mille alijs Archipoëta bibit.*

Vt in Muſæo refert Iouius, locutio hæc, eſſe pudori, alibi etiam occurrit in hoc Poëta, in Odis.

» *Neu ſit ancillæ tibi amor pudori,*
» *Serua Briſeis niueo colore*
» *Mouit Achillem.*

Muſa Lyræ ſolers] Muſicam cum Poëtica coniungit, nam melici ex quinque generibus Poëtarum ſunt, ut legimus apud Ciceronem in lib. de optimo genere Oratorum: qui dicti ſunt ἀπὸ τοῦ μέλους, id eſt, à ſuauitate, & cantu muſices. Ariſtoteles etiam in Poëtices libro ponit τὴν ποίησιν τῆς αὐλητικῆς, καὶ κιθαριστικῆς, id eſt, Poëſim, quæ tibijs & cithara conſtat. Natura fieret laudabile carmen] Vtra magis Poëticæ cõferat, natura, an ars, in cõtrouerſiam adducit, mox rem diſcutit, utraque opus eſſe inquiens, ut quis in poëtica excellat, in quo nunquam ſatis mirari poſſum, quamobrem ueritus ſit Horatius naturam arti anteponere, cùm Cicero & Iſocrates id fecerint, qui tamen non negarunt, ex utraque diuinum quiddam fieri, ac præſtantius: In oratione pro Archia uerba hæc Ciceronis leguntur, ego multos homines excellenti animo, ac uirtute fuiſſe, & ſine doctrina naturæ ipſius habitu prope diuino per ſe ipſos & moderatos, & graues extitiſſe fateor, etiam illud adiungo, ſæpius ad laudem, atq; uirtutem naturam ſine doctrina, quàm ſine natura ualuiſſe doctrinam. Atq; idem ego contendo, cùm ad naturam eximiam, atq; illuſtrem acceſſerit ratio quædam, conformatioq; doctrinæ, tum illud neſcio quid præclarum, ac ſingulare ſolere exiſtere. Iſocrates in lib. contra Sophiſtas. πολλοὶ μὲν τῶν φιλοσοφησάντων ἰδιῶται διετέλεσαν ὄντες, ἄλλοι δέ τινες οὐδενὶ πώποτε συγγενόμενοι τῶν σοφιστῶν, καὶ λέγειν, καὶ πολιτεύεσθαι δεινοὶ γεγόνασιν. αἱ μὲν γὰρ δυνάμεις καὶ τῶν λόγων, καὶ τῶν ἄλλων ἔργων ἁπάντων ἐν τοῖς εὐφυέσιν ἐγγίγνονται, καὶ τοῖς περὶ τὰς ἐμπειρίας γεγυμνασμένοις. ἡ δὲ παίδευσις τοὺς μὲν τοιούτους τεχνικωτέρους, καὶ πρὸς τὸ ζῆν εὐπορωτέρους ἐποίησεν. multi ex ijs, qui philoſophati ſunt, clari non fuerunt, alij uerò, cum nulli unquam ſophiſtæ operam dediſſent, & in dicendo, & in adminiſtratione reip. polluerunt: nam præſtantia & orationis, & rerum aliarum omnium in naturali quadam ui conſiſtit, etiam in ijs, qui circa experientiam uerſati ſunt. Doctrinæ autem inſtitutio eos artificioſiores, & ad uiuendum feliciores reddidit. Laertius lib. 5. hoc apophthegma refert Ariſtotelis: ἡ μὲν ὅρασις ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ἀέρος λαμβάνει τὸ φῶς, ἡ δὲ ψυχὴ ἀπὸ τῶν μαθημάτων. Viſus à circumſtante aëre lumen, anima uerò à diſciplinis accipit. potuit igitur Horatius naturam arti præferre mox addere, ex utraque perfectum quiddam fieri. Studium] Exercitationem cum arte coniunctam. Diuite uena] Fœcundo ingenio. Tractum à uenis metallorum, & lapidum. Iabolenus Iuriſcon. lib. 18. ff. tit. de contrah. empt. l. 77. poſt multum temporis in eo fundo repertæ erant lapidicinæ. Virg. in Georg. lib. 2.

» *Hæc eadem argenti riuos, ærisq; metalla*
» *Oſtendit uenis, atq; auro plurima fluxit.*

Rude ingenium] Natura ſine arte. translatio à lignis impolitis, uel alia qualibet materia. Vergilius.

» *His informatum manibus iam parte polita*
» *Fulmen erat.* —— Poſſit] In codice illuſtriſſimi Federici Cornelij, poſſit, legere eſt. Alterius ſic altera poſcit opem res] Natura, & ars mutuis ſe opibus iuuant, ſic tamen, ut princeps natura habeatur, quæ noſtra ingenia, ut magnes lapidem, trahit. Plato in Ione, θεία δὲ δύναμις, ἥ σε κινεῖ, ὥσπερ ἐν τῇ λίθῳ, ἣν Εὐριπίδης μὲν μαγνῆτιν ὠνόμασεν, οἱ δὲ πολλοὶ ἡρακλείαν. Diuina uis eſt, quæ te mouet, ut in lapide, quem Euripides magnetem nominauit, multi Herculeum. Quin ipſe Horat. in Odis lib. 4. naturam prætuliſſe uidetur.

» *Quem tu Melpomene ſemel*
» *Naſcentem placido lumine uideris,*
» *Illum non labor Iſthmius*
» *Clarabit pugilem, non equus impiger*
» *Curru ducet Achaico*
» *Victorem, neq; res bellica Delijs*
» *Ornatum folijs ducem*
» *Oſtendet Capitolio,*
» *Sed quæ Tybur aquæ fertile perfluunt,*
» *Et ſpiſſæ nemorum comæ,*
» *Fingent Aelio carmine nobilem.*

Coniurat amice] Conſentit, uires, opesq; coniungit, ut duo principes, qui commune bellum aduerſus hoſtem communem ſuſcipiunt. Hoc Græci dicunt ἐπιμαχεῖν: nam interpres Thucydidis lib. 1. poſt Corinthiorum concionem, ſic annotauit in ſcholijs. διαφέρει δὲ συμμαχία ἐπιμαχίας. ἐπιμαχία μὲν, ὅταν ἀλλήλοις παρέχωσι δυνάμεις ἑκάτεροι, συμμαχία δὲ, ὅταν μόνοι Ἀθηναῖοι Κερκυραίοις ὥστε βοηθεῖν, &c. Differt autem ſymmachia ab epimachia. Epimachia enim eſt, cùm utrique ſibi mutua auxilia mittant: ſymmachia uerò, cùm ſoli Athenienſes Corcyrenſibus opem tulerint. Qui ſtudet] Naturam arte, & ſtudio excolendam eſſe, atq; adiuuandam docet, ne deſpecta, quaſi ager incultus ſordeſcat, &, omni nitore amiſſo, ut ferrum rubiginem cõtrahat, & hoc propoſito nobis curſorum, & tibicinum exemplo ſuadet: mox uitium ſui temporis deteſtatur, quo malebant homines neſcire, quàm ab illo diſcere, ne illo, à quo diſcerent, inferiores uiderentur, &, quod peius eſt, ſe ipſi doctos iudicabant, & temerè ſibi arrogabant.

Qui ſtudet optatam] Qui optat, inquit, curſu .i. ſtudio, & labore contingere optatã metã .i. ad finẽ peruenire ſibi propoſitũ. Similitudo ſumpta eſt ab Olympicis ludis, ubi certatim decurrebant. Virg.

» *Seu quis olympiacæ miratus præmia palmæ*
» *Paſcit equos.* —— Et Horatius in Odis,
» *Sunt quos curriculo puluerem Olympicum*
» *Collegiſſe iuuat.*

Erat autem in curriculo meta, ad quam ſe aduoluebant. Ibidem Horatius,

» *Metaq; feruidis Euitata rotis.*

Hæc meta columna erat, ad quam cùm ſe aduoluiſſent, adhuc currebant. Ariſtot. lib. 4. Rhet. de ſpectando fine agens, διὸ ἐν ταῖς καμπαῖς ἐκπνέουσι. προορῶντες γὰρ τὸ πέρας, οὐ κάμνουσι πρότερον. Quare in flexibus ad metam anhelant: finem .n. proſpiciunt, nec prius laborant. Meta igitur non erat limes, & finis, ſed Horatius pro fine poſuit, quem Ariſtoteles πέρας appellat. & duodecies quidem ſe ad metas circumflectebant. quod Pindarus indicat Ode 3. Olympiorum.

» *δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμου*
» *ἵππων φυτεῦσαι.*

His uerbis Theronem ait equos duodecies ad metas flexiſſe. Erant autem plures columnæ .i. metæ. Sophocles in Electra de Oreſte, quem fama erat hoc certamine perijſſe.

» *κεῖνος δ' ὑπ' αὐτὴν ἐσχάτην στήλην ἔχων.*

Ille cùm ad ultimam columnam perueniſſet. Vbi interpres in ſcholijs, ἐσχάτην δὲ λέγει, καὶ γὰρ ἄλλαι ἦσαν ἐν μέσῳ τοῦ δρόμου. Vltimam dicit, nam & aliæ in medio curriculi erant. Multa tulit] Is, qui uult optatam metam contingere, & uberrimum ſtudiorum ſuorum fructum capere, multa paſſus eſt, calorem ſenſit, & alſit .i. frigora pertulit. Nota ſunt carmina Heſiodi lib. 1. operum, ac dierum quibus uirtutem ait in altiſſimi montis uertice conſiſtere.

τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα, &c. quæ Cicero in epiſtolis familiaribus Lepta puero ediſcenda propoſuit. Maximinus, ut in eius uita Capitolinus ſcriptum reliquit, dicere ſolebat: quò maior ero, tãto magis laborabo. Vnde ad imperij gradum euectus fuit, & quidem rectè Sophocles in Electra inquit. πόνου τοι χωρὶς οὐδὲν εὐτυχεῖ: ſine labore nihil feliciter euenit. Abſtinuit Venere & Baccho] De coitu, & Venere Plin. lib. 10. cap. 63. annotauit: quod autem de uino addit Horatius, ad Romanorum morem attinet. Romæ enim pueri uino abſtinebant, & hic quidem Horatius de puero loquitur. Athenæus lib. 6. οἱ τρυφῇ σύντροφοι ἐν τοῖς βίοις ἦγον τοὺς δ' υἱεῖς ὑδροπότας τὸ πολὺ πίνοντας, qui uictu plurimũ delectabantur, filios plerunq; aquam bibere iubebant. Plato etiã lib. 2. de legibus præcipit, ut pueri ad decimum octauum annum uinũ non guſtent: quem locum Platonis Athenæus lib. decimo retulit. Horat. tamen de Ennio non puero, ſed uiro ſic alibi.

„ Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma
„ Proſiluit dicenda.

Demoſth. ab Aeſchine contumelioſè ὕδωρ πίνων, id eſt, abſtemius dictus eſt, ut legimus in oratione Demoſthenis de falſa legatione, quæ dicimus, ut pateat, hîc de pueris, non uiris eſſe mentionem. Qui Pythia cantat] Proximè uſus eſt curſorum exemplo nunc uериſimile eſt, tibicines innui, qui in Pythijs nobiliſſimis ludis ſuam operam præſtabant. Sunt enim Pythia ludi, qui in honorem Apollinis, qui Pythonem ſerpentem occiderat, celebrabantur. Ouidius.

„ Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.

De his plura diximus in Parergis lib. 2. cap. 11. ubi Ouidij locum declarauimus. Hæc Pythia tibicines canebant. Iulius Pollux lib. 4. ſic. τοῦ δὲ πυθικοῦ νόμου τοῦ αὐλητικοῦ μέρη πέντε. Pythij cantus, qui tibijs perſonabatur, quinq; partes ſunt, eas poſtea refert. Sed illa uerba ſpectanda ſunt. δήλωμα δ' ἐστὶν ὁ νόμος τῆς τοῦ Ἀπόλλωνος μάχης πρὸς τὸν δράκοντα. Cantus hic Apollinis pugnæ cum ſerpente repræſentatio eſt. Non igitur de Pindaro Pythiorum ſcriptore loquitur Horatius, ut putauit Iacobus Griſolus, uir alioquin doctiſſimus. Extimuitq; magiſtrum] Qui eum ferula plectebat indocilem. Iuuenalis.

„ Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus.

Ouid. de Chirone, & Achille.

„ Quas Hector ſenſurus erat, poſcente magiſtro
„ Verberibus iuſſas præbuit ille manus.

Horatius Orbilium, quem nactus eſt magiſtrum puer, plagoſum appellat. Plagoſos autem magiſtros Quintil. lib. 1. & Lucianus in Nigrino reprehendunt. Nunc ſatis eſt dixiſſe] His miſeris tẽporibus ſatis eſt ſe iactare, & de ſe loqui inflatiùs: ego poëta primarius, ego non ultimus, quinimò ſcabioſus ſit, qui ultimus poëta eſt, & poſtremi ordinis. Damnat uitium ſui temporis Horatius: quod grauiter facere etiam Cicero ſolet, ut Philipp. 8. M. Antonium reprehendens, qui legatos populi Romani ad Mutinam, quam obſidebat à Bruto defenſam, contempſerat. Sic enim inquit: proh di immortales, ubi ille mos, uirtuſq; maiorum? C. Popilius apud maiores noſtros, cùm ad Antiochum regem legatus miſſus eſſet, & uerbis ſenatus nunciaſſet, ut ab Alexandria diſcederet, quam obſidebat, cùm tempus ille differret, uirgula ſtantem circumſcripſit, dixitq; ſe non antea renunciaturum ſenatui, niſi prius ſibi reſpondiſſet, quid facturus eſſet, quàm ex illa circumſcriptione excederet, & quæ ſequuntur. Vtinam noſtro etiam ſeculo huiuſcemodi Thraſones in literis non eſſent, & plures eſſent Socratis imitatores, qui εἴρων, id eſt, diſſimulator doctrinæ ſuæ dictus eſt, ut et à Platone paſſim & à Quintiliano lib. 9. ſcriptum eſt. Pango] Compono. in Epithaphio Ennij apud Ciceronem in libro de ſenectute.

„ Hic ueſtrum panxit maxima facta patrum.

Occupet extremum ſcabies] Tribuit poëtis, quod pueri ludentes & currentes dicunt. Vltimo enim ſcabiem imprecantur, & tamen ſcabies pueros raró occupat. Cauſam reddit Ariſtoteles in problematibus, ὅτι ἡ ψώρα ἐστὶ πνεύματος ἔξοδος. ἔστι δὲ τὰ μὲν τῶν παίδων οὐκ εὔπορα σώματα, ἀλλὰ πυκνά. quia ſcabies eſt ſpiritus halitus, puerorum aũt corpora poris non patẽt, ſed denſa ſunt. Mihi turpe relinqui eſt] Turpe mihi uidetur, inquit indoctus, & glorioſus poëta, relinqui, id eſt, extremo ordine uerſari, alij enim præcurrentes me tardum relinquerent. Horat. in epiſt. lib. 1.

„ Nec tardum operior, nec præcedentibus inſto.

Et quod non didici, &c.] Id etiã turpè cenſeo, aut improbus poëta, fateri, quod non didici. Tegenda igitur iactatione, & audacia eſt ignorantia: Improbi hominis hæc uerba ſunt. Quintilianus lib. 3. cap. 8. ſic inquit. Nam & Hippocrates clarus arte Medicinæ uidetur honeſtiſſimè feciſſe, quòd quoſdam errores ſuos, ne poſteri errarent, confeſſus eſt, & M. Tullius non dubitauit aliquos ſuos libros iam editos alijs poſtea ſcriptis ipſe damnare. Cornelius Celſus lib. 8. ſic à futuris ſe deceptũ eſſe Hipprocrates memoriæ prodidit, more ſ. magnorũ uirorũ, & fiduciam magnarum rerũ habentium. nam leuia ingenia, quia nihil habent, nihil ſibi detrahunt: magno ingenio, multaq; nihilominus habituro conuenit etiam ſimplex ueri erroris confeſſio. Hæc ille. Quare ingenuè fateri inſcitiam debemus, non profiteri quod neſcimus. Nam, ut ait Ariſtot. lib. 2. Rhetor. ibi de ſedanda ira agit, mites ſumus iudices τοῖς ὁμολογοῦσι, i. errata ſua ingenuè confitentibus. Vt præco]. Adulatoribus tanta poëtarũ arrogantiæ culpam adſcribit. ij enim in cauſa ſunt ob aſſentationem, ut indocti poëtæ peritos ſe poëtas exiſtiment. quinimo, ut mercatores ad laudãdas, & uulgò ſignificandas merces præcones adhibere ſolent, ſic tum poëtæ adulatores conducebant pretio, qui ſua ſcripta apud omnes in cœlũ ferrent, & certiores omnes facerẽt, cũ ipſi carmen recitaturi erant. Vt præco] Cicero in oratione pro Quintio de Næuio præcone ſic. Cùm ei natura nihil melius, quam uocẽ dediſſet, pater nihil præter libertatẽ reliquiſſet, uocẽ in quæſtũ contulit. Locus præconib. frequens in atrijs Licinijs erat: ibidem Cicero. Tollitur ab atrijs Licinijs, atq; à præconũ conſeſſu in Galliam Næuius. Plato in lib. de regno reges eſſe ait ſimiles uendẽtibus præcones empta iterũ, & charius uendentib. Nã hoc etiã præconũ officiũ eſt, magiſtratuũ edicta uulgare. τὸ κηρυκικὸν φῦλον ἐπιταχθέν, τ' ἀλλότρια κηρύγματα παραλαβόντες, αὐτοὶ δὲ ἑτέροις ἀπαγγέλλουσι πάλιν ἑτέροις: præcones edicta aliorũ ſumẽtes ipſi rurſus alijs publicant: horũ ſtatas in pronunciando dimenſiones Ariſtot. lib. 3. rhetor. obſeruauit. τῶν κηρύκων προλαμβάνουσι τὰ παιδία. pueri, quæ præcones edituri ſunt, antè pronunciant. Sed de hoc munere præconum hîc Horat. non loquitur. Eos. n. præcones ſignificat, qui uenales res præconio extrudunt, ut in epiſt. lib. 1.

„ Vilia uendentẽ tunicato ſcruta popello. Adſentatores] De quib. lege lib. Plut. qui inſcriptus eſt, quo modo quis amicũ, & adulatorẽ diſtinguere poſſit. Ad lucrũ] Poëta. n. pretium adulatorib. proponit, ſi in ſui admirationem populũ cieant. Plinij uerba, quæ ſunt epiſt. 14. lib. 2. pulcherrimè huic Horat. loco reſpondent. Ea. n. ſunt hæc heri duo nomenclatores mei (habent ſanè ætatẽ eorũ, qui nuper togas ſumpſerũt) ternis denarijs ad laudandũ trahebantur, tanti conſtat, ut ſis diſertiſſimus. hoc pretio quãlibet numeroſa ſubſellia implẽtur, hoc ingens corona colligitur, hoc infiniti clamores cõmouentur: & poſt. primus hunc audiendi morẽ induxit Largius Licinius, &c. Horat. aũt de poëtis, Plin. de oratorib. uerba facit. Poſitis in fœnore nũmis] Vſuras intelligit, quæ fœnore conflantur. quædã. n. uſuræ legitimæ ſunt, quæ impenduntur ob alienæ pecuniæ uſum. Papinianus Iuriſc. lib. 22. ff. tit. 1. l. 1. ſic inquit. Socius ſi ideo condẽnandus erit, quòd pecuniã cõmunem inuaſerit, uel in ſuos uſus conuerterit, omni modo etiã mora non interueniente præſtabũtur uſuræ: quædã non legitimæ, de quib. ſic Liuius lib. 20. Sardiniã M. Portius Cato obtinebat, ſanctus, & innocens, aſperior tamẽ in fœnore coercendo habitus, fugatiq; ex inſula fœneratores. Librum Plut. contra fœnus ſcripſit: nam illa uerba Cicer. lib. 9. ad Atticum, epiſtola 14. dubio ſenſu prolata ſunt. Populi Romani exercitus. Cn. Pompeium circumſidet, foſſa, & uallo ſeptum tenet, fuga prohibet, nos uiuimus? & ſtat urbs iſta? prætores ius dicunt? ædiles ludos parant? uiri boni uſuras praſcribunt? ego ipſe ſedeo? Si uerò eſt unctum] Si quis eſt, qui diues unctum ponere poſſit, id eſt, cibos pingues, non ſiccos, ut panem tantum, is aſſentatoribus quoſis undique ſeptus adulatorem, & uerum amicum non internoſcet. Athenæus lib. 6. de adulatoribus Dionyſij regis Siciliæ, οἳ καὶ προσεποιοῦντο μὴ ὁρᾶν παρὰ τὸ δεῖπνον, ὡς ὁ Διονύσιος ἀμβλυώττων. & poſt. ὅτι δὲ τὸ σίαλον αὐτοῦ μέλιτος ἔλεγον εἶναι γλυκύτερον.

Hi quin

Hi quidē in conuiuio ſe non acutè cernere ſimulabant, quia Dionyſius non acutè cernebat, & eſculenta, quæ ille euomuerat, melle dulciora eſſe dicebant. Ecce igitur quemadmodum adulātur homines impuri in conuiuijs. Talis erat Ariſtippus, qui à Diogene reprehenſus, uerſu illo noto apud Horat. lib. 1. epiſt. ubi ad Scæuam ſcribit, ſe defendebat.

,, Si ſciret regibus uti, Faſtidiret olus, qui me notat.

Quòd uerò attinet ad unctum, Cyrus apud Xenophontem lib. 1. de ſua inſtitutione, Medorum luxuriæ ſobrietatem Perſarum anteponens. Sic Aſtyagem auum, Mediæ regē, alloquēs, qui uncti cibi ſint, declarat, ὅτι σε ὁρῶ, ὦ, ὅταν μὲν τοῦ ἄρτου ἅψῃ, εἰς οὐδὲν τὴν χεῖρα ἀποψώμενον, ὅταν δὲ τούτων τινὸς θίγῃς, εὐθὺς ἀποκαθαίρει τὴν χεῖρα, &c. Quia inquit, cum panem attingis, uideo te manum non abſtergentem: quando aūt aliquem ex opimis cibum attrectas, ſtatim manū perpurgas. Et ſpondere leui pro paupere] Idem, inquit, ijs accidit, qui pro inope aliquo ſpondent, i. fidei iubēt, & ſe uades conſtituunt: exemplum eſt apud Scæuolam Iuriſcon. de ſponſione, lib. 17. ff. tit. 1. l. 60. His uerbis. & quāuis idoneè promiſſuram tibi Titiam matrē puellæ dotem ſciam, tamē & ipſe, quo magis conciliem animum tuum domui meæ, fidē meam interponere nō dubito. Quare ſcias, quodcunq; ab ea ex ea cauſa ſtipulatus fueris, id me mea fide iuſſiſſe ſaluum te habiturum. Eripere atris &c] Quū poſsit aliquem litibus liberare, atris, i. triſtibus, & odio plenis: ut autem omnia ferè ſunt. Cicero Philipp. 7. Omne enim curriculū induſtriæ noſtræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulſandis elaboratum eſt. Beatus] Vt ipſe ſe cenſet eſſe. Beatum etiā pro diuite ſæpe uſurpat Horatius, ut in Satyris.

,, Vt Naſidieni iuuit te cœna beati? & in Odis.

,, Neſciat, an te generum beati,

,, Phyllidis flauæ decorent parentes.

Internoſcere] Diſtinguere mendacem, fictumq; à ſyncero, ueroq; amico non poterit. Cauſam nō reddit Horatius, quia perſpicua eſt: nam propter laudis cupiditatem aſſentatores non ſolùm æquo animo ferimus, ſed etiam expoſcimus. Alexāder Magnus, diuinus uir, qui ambitione hac tanta non laborabat, adulatoris poëtæ Ariſtobuli librum in flumen Hydaſpem deiecit, & uix ſe tenuit, quò minus etiam ipſum deijceret: nihil enim propius factum eſt. ... inquit, ... author Lucianus in lib. de conſcribenda Hiſtoria. Idem à ſe Dinocratem architectum reiecit, qui ſe aiebat montem Atho in effigiem Alexandri redacturum. Vitruuius lib. 2. Tu ſeu donâris] Adulatores pernicioſos eſſe dixerat, & non facilè poſſe à ueris amicis diſtingui, nunc, quo modo cognoſci perſpiciq; poſsint, demonſtrat, cùm de noſtris ſcriptis ſententiā ferunt. Tu ſeu donâris] Non negat Horatius donis aliquem eſſe ornandum, ſed ei credendum, quem donaueris. Nam uir magnanimus libentiùs audit à ſe aliquem donatum, quàm ſe ab ullo munere accepiſſe, ut Ariſtoteles inquit lib. 4. Ethic. Tibi factos] A te ſcriptos. In Codice illuſtriſsimi Federici Cornelij fictos legimus, ſed factos fortaſſe meliùs. Nam litera, r, grauis eſt: l, nimium orationem attenuat, ut ait Hermogenes lib. 1. de Ideis oratorijs: ut alijs argumentis non contendam. Pulchrè, benè, rectè] Verba ſunt aſſentatoris, quibus mirifica tua eſſe poëmata dicit. Dictio, bene, omnes laudes ſola comprehendit, ſed hic ob adulationem ſynonymus creber fuit. Ariſtot. lib. 2. de Rep. Socratem arguit, quòd homines ſingulos tantùm copiarum habere uolebat, ὥστε ζῆν σωφρόνως, ut temperatè uiueret: debuit enim potius ſic dicere, ὥστε ζῆν εὖ, ut bene uiueret: rationem addit, ἔστι γὰρ ἐστὶ καθόλου μᾶλλον, ἔστι δὲ σωφρόνως μὲν, ταλαιπώρως δὲ ζῆν. hoc enim, bene, latiùs patet, præterea temperatè quidem, ſed miſerè uiuere poſſumus. Pallescet ſuper his] Quaſi nouo genere poëmatis obſtupefactus: nouitate enim rerum palleſcimus. Virgil. de Didone.

,, — Et pallida morte futura.

Stillabit amicis ex oculis rorē] Prægaudio lachrymas, quæ ſunt ros oculorum, effundet. Lætitia enim aliquādo lachrymas ciet. Arrianus lib. 6. de Alexandro, qui ex grauiſsima ualetudine emerſerat. πολλοῖς δὲ καὶ δάκρυα ἐπὶ τῷ ἀνελπίστῳ προεχύθη ἄκουσιν multis in inſperato gaudio inuitis lachrymæ emanarunt. Idem ſcribit Diodorus lib. 17. de uxore, & filiabus Darij, quibus Alexander liberaliter omnia pollicitus erat. Virg. de Anchiſe, qui uenientem Aeneam in Elyſios campos uiderat.

,, Isq; ubi tendentem aduerſum per gramina uidit

,, Aenæan, alacris palmas utraſq; tetendit,

,, Effuſæq; genis lachrymæ.

Tundet pede terram] Saliendo. In Odis,

,, Nunc eſt bibendum, nunc pede libero

,, Pulſanda tellus.

Supploſio pedis dicitur à M. Tullio lib. 1. de Orator. Vt qui conducti] Conducebantur qui flebilibus uocibus funus mœſtiſsimum redderent: qui non ex animo quidem flebant, ſed tamen lugubri illo clamore eos ſuperabant, qui ex animo lugebant. Horum fortaſſe eiulatu L. Craſſus libro ſecundo de Oratore, cùm anus Iunia efferretur, excitus, in Brutum, qui aſtabat, inuectus eſt: proh dij immortales, quæ fuit illa, quanta uis, quàm inexpectata, quàm repentina, cum coniectis oculis, geſtu omni, & uultu, ſumma grauitate, & celeritate uerborum, Brute quid ſedes? quid illam anum patri nunciare uis tuo? &c. Ex animo] ἐκ τῆς καρδίας, inquit Ariſtophanes, Mouetur] Extrinſecus, non animo. Plutarchus in libro de adulatore, & amico, adulatorem ſimilem eſſe ait metallo non aureo, ſed quod aurum imitetur. ὥσπερ τὰ ψευδόχρυσα τὴν λαμπρότητα ... χρυσοῦ μιμεῖται μόνον. Vt adulterini numi ſplendorem tantum auri imitantur. Reges dicuntur multis urgere] Reges non ſtatim in amicitiam homines recipiunt, ſed cum multis modis, tum uino maximè eorum ingenia exquirunt: cùm enim animi uino in conuiuijs incaluerunt, arcana produnt. Vt igitur ij uino, ſic tu prædictis ſignis animum eius explora, quem cenſorem tuis carminibus adhibebis: debes enim cauere, ne tibi fucum faciat adulando. Culullis] Poculis, in Odis.

,, Diues & aureis

,, Mercator exſiccet culullis

,, Vina Syra reparata merce.

Et torquere mero] Vt alij in quæſtione ex equuleo pendentes torquent reos, ſic Reges, alijq; ſummi uiri uino torquere uidentur, ebrijs arcana omnia elicientes, Horat. in epiſtolis.

,, Quid non ebrietas deſignat? operta recludit.

Pindarus in Nemeis, in Ode ad Cromium Aetnæum,

,, θαρσαλέα δὲ παρὰ

,, κρατῆρα φωνὰ γίνεται.

,, Audax ad poculum uox fit.

Ebrietatem ueteres pingebant è poculo uitreo bibentem, quia ut uitrum, ſic animi ebriorum perſpicui eſſe uidentur. Pauſanias in Corinthiacis. γεγραμμένη δὲ καὶ ταῦτα καὶ μέθη ἐξ ὑαλίνης φιάλης πίνουσα.

,, Picta erat hic ebrietas è uitrea phiala bibens.

M. Craſſus Myſorum legatos noctu ad ſe profectos non ſtatim dimiſit, cras ſe dimiſſurum promiſit: in cœna interim eos uino torquens arcana omnia expiſcatus eſt. Dion eſt author libro 51. An ſit amicitia dignus] Ariſtoteles libro nono Ethicorum multos modios ſalis conſumendos ait, antequam putes te amicum probe noſſe. Nam, ut inquit Iſocrates in Oratione ad Demonicum, χρυσίον μὲν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις διαγινώσκομεν. Aurum igni probamus, amicos autem in periculis cognoſcimus. Quem locum Iſocratis Cicero in epiſtolis familiaribus retulit. Animi ſub uulpe latentes] Aſtutiæ adulatorum: uulpes enim callidiſsimæ ſunt. Carbo dicere ſolebat, ſe contra uulpem, & leonem, quæ Syllæ animum incolebant, pugnare, plùs tamen à uulpe, quàm à leone timere. Plutarchus in uita Syllæ.

Nunquam te fallant] Senſus eſt ſis ſemper attentus, & in ſpeculis, ne te aſſentatores decipiant, quando ego te monui, quo pacto eos dignoſcere poſsis, in nonnullis codicibus. fallent, non fallant, legimus. & eſt alter ſenſus. Reges uino hominum animos explorant: tu ſi mea præcepta in cognoſcendis adulatorib. ſeruabis, nunquam ab eorum dolis circumuentus, & circumſcriptus eris. Illuſtriſſimus, & doctiſsimus Federicus Cornelius poſteriorem hunc ſenſum induxit, cum ſuperiore anno Venetijs, dum cymbis per riuos urbis uehebamur, librum hunc Horatij legeremus.

Quintilio] Superioribus aliquot uerſibus cenſorem adulatorem

noſtrorum carminum deſcripſit Horatius, nunc uerò ſyncerum,ac uerum iudicem exprimit. Quintilium pro æquiſsimo quolibet cenſore laudans, qualem ſe nactum fuiſſe Albium Tibullum lib. 1. epiſtol. Horatius demonſtrat:

„ Albi noſtrorum ſermonum candide iudex,&c.

Hic Quintilius tuos tibi errores in conſpectu ponebat,&,ut emendares,monebat. Si obſtinatus errata tueri uolebas, nihil prætereà dicebat,cum ſe monendo proficere poſſe non ſperaret. Quintilio] Huic ſimilis fuit Philoxenus. De quo Plutarchus meminit in lib. de Fortuna,& uirtute Alexandri, εἶτ' ἂν πάλιν αὖ Διονύσιος ὁ τὸν ποιητὴν φιλόξενον εἰς τὰς λατομίας ἐμβαλών, ὅτι τραγῳδίαν αὐτῷ διορθῶσαι κελευσθεὶς εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὅλην μέχρι τῆς κορωνίδος αὐτὴν περιέγραψεν. Qualis erat Dionyſius, qui poëtam Philoxenum Latomias Syracuſis in carcerẽ coniecit,quòd,cum ei imperaſſet,ut Tragœdiam ſuam corrigeret, ſtatim ab initio ad finem uſq; totam damnans,lineã deduxit. Quicquid] In nonnullis codicibus,ſi quid, longè,ut ego quidem ſentio, politiùs legitur,quod acrioris iudicij uiri facilè iudicabunt. Negares] Si negares te meliùs poſſe id præſtare, quia rem ſæpius tentaſſes,nec tamen eam magis perpolire potuiſſes, delere iubebat, id eſt,adhuc corrigere,uel certè diſcindere,ne carmina legerentur. Cicero in epiſt. familiaribus, quòd epiſtolam conſciſſam doles. Et malè tornatos] Malè perpolitos uerſus. Sumpta tranſlatio eſt à fabris lignarijs,qui aſperas tabulas torno exæquant, & complanant. De torno Budæus in Pandect. Incudi reddere] Emendare,tranſlatio à fabris ferrarijs. Hom. lib. 8. Odyſſ. de Vulcano,qui tenuiſsima uincula conficere parabat,quibus Martem,& Venerem adulterio iacentes uinciret.

„ ἐν δ' ἔθετ' ἀκμοθέτῳ μέγαν ἄκμονα.

„ Incudem ingentem ſuo loco conſtituit.

Si defendere delictum] Quidam enim errata defendunt, rati ſe non officioſè, ſed inimicè eſſe admonitos,atq; emendatos, ut ait Socrates in Theateto Platonis, hanc temporum calamitatem deplorans: καὶ οὐκ οἴονται εὐνοίᾳ τοῦτο ποιεῖν. & non exiſtimant me beneuolo animo hoc efficere,ut eos ſcilicet moneam, & eorũ illis delicta commonſtrem. Quàm uertere] Quàm corrigere: uel alia uerba reponendo,uel eadem retinendo loco tamen uerſa,ac tranſpoſita. Exẽplo ſit Cicero, qui in Oratore ad M. Brutum ſic inquit. Age ſume de Gracchi apud Cenſores illud abeſſe non poteſt, quin eiuſdem hominis ſit probos improbare, qui improbos probet. Quanto aptius,ſi ita dixiſſet,quin eiuſdẽ hominis ſit, qui improbos probet, probos improbare. Hæc ille. Magni enim refert,ut uerba ſuo loco collocata ſint,præſertim in metris, quæ corrigebat Quintilius.

Nullũ ultra uerbum] Nullum ampliùs uerbum, aut operam inanem conſumebat. Quid enim oleum,& operam,ut aiunt, perderet? naturã ipſam Quintilius imitabatur,quæ nihil fruſtrà facit, ut teſtatur Ariſtotel. lib. 1. de Cœlo,ubi negat circulari cœli curſui contrarium eſſe curſum circularem. Si eſſet, inquit, uinceretur,cœlum enim non impediretur,ergo ille inanis eſſet. Tum addit, at Deus,& natura nihil fruſtrà faciunt. Idem ait Themiſtius lib. 1. de Anima, ubi inquit. Si anima communes cum corpore paſsiones habet, cum ſeiuncta eſt à corpore,nihil aget: at hoc non conſentaneum eſt, natura enim nihil fruſtrà creat,excuſandus igitur Quintilius,non exiſtimandus ſeuerior, ſi operam perdere nolebat. Sunt enim,qui illũ nimis aſperum,& ſeuerum fuiſſe dicunt. Quin ſine riuali] Ille te non deterrebat,quin ſine riuali, id eſt, æmulatori ſolus tua ſcripta probares: qui autem hæc faciunt, boni, & elegantes poëtæ non ſunt. Cic. lib. 1. Quæſtionum Thuſcul. eandem ſententiam his uerbis expreſſit. Itaq; ſuos libros ipſi legunt cum ſuis nec quiſquam attingit præter eos, qui eandem licentiam ſcribendi ſibi permitti uolunt. Ariſtot. lib. 1. Topic. laudabilia ea eſſe cenſet, quæ non auctori duntaxat, ſed alijs etiam probantur, ἔνδοξα δὲ τὰ δοκοῦντα πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείστοις,&c. Probabilia ſunt, quæ omnibus uel plurimis,uel ſapientibus laudantur. Vir bonus] Dixerit quiſpiam, ego quidẽ aſſentaturus non ſum,& ſcripta, quæ mihi oblata fuerint ad expendendum, emendare quidẽ ſtatui, ſed in emendando quem modum ſeruabo? quid delebo? quid probabo? huic Horat. nunc ſatisfacit. Nam in omni diſciplina,non ſolùm præcipiendum eſt, quid fieri conueniat, ſed etiam modus, & ratio tradẽda eſt dilucidior, qua officia fungamur. Ariſtot. etiam lib. 6. Topic. hoc docuit, ubi illum non rectè diffinire ait,qui, ex quibus res diffiniatur, docet. Modum autem non explicat compoſitionis: neq; enim domus ſimpliciter eſt materia,ut lapides,ligna,& alia huiuſmodi, ſed harum rerũ ordo quidam diſtinctus,& compoſitio. Ibi Alexander Aphrodiſæus, præter exemplum domus ab Ariſtotele allatum, ſyllabæ exemplo utitur,non enim ſyllaba,inquit,eſt elementa, ſed apta elementorum collocatio: quare modus in omni præceptione tradendus eſt. Hic igitur Horatius,qui uerſus corrigendi, qui laudandi ſint, demonſtrat,& modum emendandi nobis optimum aperit. Vir bonus & prudens] Prudentia in eo uerſatur, ut bonum eligamus,& utile,contraria uitemus: ut ſcribit Ariſtot. lib. 6. de Morib. ad Nicomachum. ubi Anaxagoram, Thaletemq; ſapientes, & bonos fuiſſe confitetur, ſed prudentes negat: nã ſapientia in ueri cognitione poſita eſt. Horat. & ſapientem, & prudentem expreſsit. Inertes] Pigros,ut uerſum Catulli,

„ Qui modo me ſolum,atq; unicum amicum habuit.

Vel arte carentes,ut uerſum, quem lib. 8. Quintilianus reprehẽdit,

„ Prætextam in ciſta mures roſere Camilli. (de mure.

Vt etiam Ciceronis carmen.

„ O' fortunatam,natam me Conſule Romam.

Illa enim duo uerba, fortunatam natam ſine arte coniuncta ſunt. Duros] Vt Lucilij uerſus. de quo illud uulgatum eſt,

„ Emunctæ naris durus componere uerſus.

Tranſlatio à corporibus,ut ſcribit Alexãder Aphrodiſæus li. 4. Topic. ubi docet Ariſtot. tranſlatum genus uitandum eſſe, ut ſi quis, inquit Alexander, ruſticitatis duritiem genus eſſe diceret, quæ corporum eſt. Incomptis] Vt quæ epithetis illuſtrata carmina non ſunt, licet enim epitheta non ſint neceſſaria, tamen ſplendorem poẽmati afferunt. Ariſtotel. lib. 3. Rhetor. ἐν μὲν γὰρ ποιήσει πρέπει γάλα λευκὸν εἰπεῖν, ἐν δὲ λόγῳ τὰ μὲν ἀπρεπέστερα. in Poëtice non abſurdum eſt, lac albũ appellare, in oratione uerò ſoluta hæc decora non ſunt. Tranſuerſo calamo] Signum atrum, i. liturã, in emendationẽ, illinet inducet tranſuerſo calamo, q̃a litura tranſuerſè inducitur. Vlpianus Iuriſc. lib. 28. ff. tit. 4. l. 1. quæ in teſtamẽto legi poſſunt, ea inconſultò deleta, et inducta nihilominùs ualent. Ambitioſa recidet ornamenta] Vt crebriora epitheta. Nam Ariſtot. lib. 3. Rhetor. Alcidamantem reprehendit, οὐ γὰρ ἡδύσματι χρῆται, ἀλλ' ὡς ἐδέσματι τοῖς ἐπιθέτοις. Non .n. ut cupedijs, et delicatioribus cibis, ſed ut edulijs, ipſis epithetis utitur. Cic. in Oratore ad Brutum Gorgiæ ſcripta ambitioſis his ornamentis picta fuiſſe demonſtrat his uerbis: Gorgias aũt auidior eſt generis eius, & his feſtiuitatibus, ſic enim ipſe cenſet, inſolentius abutitur, quas Iſocrates, cũ tamen audiuiſſet in Theſſalia adoleſcens ſenẽ iã Gorgiã, moderatiùs temperauit. Parũ claris lucem dare] Parum apertis. Vide Laurent. Vallenſem in elegantijs: lucẽ dare dixit, ut trãſlationi à luce reſponderet. Clarus enim à luce eſt. Ariſtot. lib. 3. Rhet. Illud in Gorgia reprehẽdit, χλωρὰ καὶ ἔναιμα τὰ πράγματα pro florẽtibus. ait enim eſſe τὸ ἀσαφές, i. obſcurum. Notum eſt de Perſio, quem D. Hieronymus in ignem proiecit propter obſcuritatem. Sunt enim quidam, qui eam in primis adamant, magiſtrum imitantes, ut author eſt. Quintil. lib. 8. auditorib. illud ſemper in memoriã redigebat, σκότισον obſcurus eſto. Ambiguè dictũ] Vt illud Ariſtotelis lib. 3. Rhet. de Theodoro, qui Niconem obſcuriùs carpſit citharœdum θράττει σε, uiſus eſt dixiſſe, perturbat, & cõmouet te. At innuebat eum è muliere Thracia ortum, uel certè Thracem eſſe, quemadmodũ etiã uir doctiſs. Petrus Victorius interpretatur. Prudenter mihi uidentur Iuriſcõſulti ſtatuiſſe, ut ambigua oratio in pactis authori noceat. Nam Papinianus lib. 2. ff. tit. de pactis. l. 39. ſic inquit, Veteribus placet, pactionem obſcuram, uel ambiguam uenditori, & qui locauit, nocere, in quorum fuit poteſtate legem apertiùs conſcribere. Mutanda notabit] Quæ tunc non potuit emendare, ſed in alium tempus reiecit, aſteriſco notabit, uel etiam cera, ut faciebat T. Pompon. Atticus in ſcriptis Ciceronis, cùm aliquid, quod eum offenderet, occurrebat. Vnde Cic. lib. 16. epiſt. ad Atticum, cerulas enim tuas, inquit, miniatulas illas extimeſcebam. Fiet Ariſtarchus] Hic iudex fuit acerrimus in Homeri uerſibus ſeligendis,

ligendis, qui Germani eſſent, & in nothis reijciendis. Ita Homericam ideam animo conceperat. Cicero in epiſtola ad Dolabellam. Profert aliter, opinor, duobus uerſiculis expenſum. Alter Ariſtarchus hos ὀβελίζει. Ego tanquam criticus antiquus iudicaturus ſum. Ariſtarchus hic ipſe eodem iudicio Heſiodi uerſus expendit. Nam in fine libri primi de operibus, & diebus hic uerſus legitur,

„ γηράσκοι δὲ θάνοι ἕτερον παῖδα ἐγκαταλείπων.

Senex periret alterum filium relinquens, ibi Zetzes Heſiodi interpres ait hunc uerſum ex ſententia Ariſtarchi eſſe περισσόν, i. ſuperuacaneum. In nugis] Sunt qui carmina nugas putent, & ideò, ne offendant amicum, liberius non ſentiunt. Negat Horatius eſſe nugas, & huiuſmodi emendationem eſſe contẽdit maximi ponderis. Ariſtoteles lib. 9. de Morib. ad Nicomachum. ἐπανόρθωσιν δ' ἔχουσι μᾶλλον βοηθητέον εἰς τὸ ἦθος, ἢ τὴν οὐσίαν, ὅσῳ βέλτιον καὶ τῆς φιλίας οἰκειότερον. Iis, qui corrigendi ſunt, eo potiùs ſubueniendum in moribus, quàm in rebus, ad opes, & copias ſpectantibus, eſt, quo melius eſt, & magis amicitiæ proprium. Videtur autem ad mores ſpectare, ne quis neſcius in ſuis erroribus exultet. Exceptum ſiniſtrè] Male tractatum ab adulatore amico. Virg.

„ Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.

De ſiniſtro, & dextro tonitru uide quid annotauimus in Parergis libro 3. cap. 2. Vt mala quem ſcabies] Prudentes, inquit, malum poëtam, ut morbum, ac peſtem fugiunt, & huius grauiſsimos errores non eſſe corrigẽdos ait, quia ultrò peccat, ſpecie quadam recti deceptus, & delictia obſtinatus defendit. Meminit hic de ſcabie: ſic poëtam, inquit, malum, ut hominem ſcabioſum excellentes prudentia uiri deuitant. Suidas ἡράκλειον ψώραν, id eſt, herculeam ſcabiem uocat. Morbus regius] Is eſt morbus regius, quo facies tota hominum crocea eſt. Ariſtot. lib. 3. de Anima: intellectum omnibus formis recipiendis habilem, atq; idoneum eſſe dicit, ideò eſſe immixtum, ut Anaxagoras etiam uolebat, ne ulla forma prius recepta alias excluderet. Ibi Simplicius intellectum materiæ comparat, Alexander præparationem uocat. M. Antonius Paſſerus Genua, quem nos Patauij philoſophiam ſummo loco interpretantem diuinitùs, multos annos audiuimus, intellectum regio morbo æquiparauit, quo qui laborant, croceos oculos habent: quare omnes ijs colores crocei uidentur. Hunc morbum Cornelius Celſus regium appellatũ affirmat, quòd eò laborantes regio apparatu, & delicijs oblectandi ſunt, ſic enim hilares morbum pellent. Phanaticus error] Quo laborant furijs correpti, ut laborauit Oreſtes occiſa matre, quem Taurica Diana demum ſanauit. Cicero pro Milone & qui Cacodæmonem uiderunt, ut uidit Brutus in Philippicis campis Florus. Iracunda Diana] Hæc furorem immittebat ſontibus. De ea Chorus in Aiace territus exemplo furentis Aiacis,

„ ὦ μᾶτερ αἰσχύνας ἐμᾶς,

„ ὥρμασε πανδάμους ἐπὶ βοῦς ἀγελαίας.

„ O mater mea probra in boues conuerte.

Veſanum poëtam] Non ſanum. nam, Ve, particula priuat, ut annotauit Gellius lib. 5. cap. 10. non ſanum igitur, id eſt, ſtultum. nam quod corporis eſt, ad animum transfertur. Ariſtophanis in Pluto,

„ ἀδικοῦν, ὑγιὲς οὐδέν. iniuſtum, nihil ſani.

Euripides in Andromache contra Spartanos,

„ κοὐδὲν ὑγιές. & nihil ſani eſt.

Agitant pueri] Poëtam malum pueri etiam ludibrio habent, in eum raphanos, & mugiles conijcientes, ut mos antiquus eſt. Catullus ad Aurelium.

„ Ah tum te miſerum, maliq; fati,

„ Quem attractis pedibus, patente porta

„ Percurrent raphaniq; mugilesq;.

Incautiq; ſequuntur] Qui parum prudentes ſunt, hũc poëtam ſequuntur, Horatij illud in Satyris memoria non tenentes.

„ Niger eſt, hunc tu Romane caueto.

Demoſthenes in Oratione de falſa legatione [illegible] appellat, id eſt, cantum, quòd Aeſchinem ſequi, ac imitari in pernicioſa illa legatione ad Philippum noluit. Ructatur] Sordido uerbo ſordidos mali poëtæ uerſus indicauit. Niſi alludit ad bonum poëtam Antonium, qui nunquam ructatus eſt. Plin. lib. 7. cap. 19. Si ueluti merulis] Si ut auceps, qui merulis auibus inſidias ſtruit, in foueam, id eſt, in perſpicuos errores, & ante oculos poſitos incidit. Non tollas] Id eſt, non corrigas. Non enim iuuari] Id eſt, emendari uult. In puteum, foueamue] Alludit ad Thaletem philoſophum, de quo apud Laërtium in eius uita ſic legimus. λέγεται δ' ἀγόμενος ὑπὸ γραὸς ἐκ τῆς οἰκίας, ἵνα τὰ ἄστρα κατανοήσῃ, εἰς βόθρον ἐμπεσεῖν, καὶ αὐτῷ ἀνοιμώξαντι φάναι τὴν γραῦν, σὺ γὰρ ὦ Θαλῆ τὰ ἐν ποσὶν οὐ δυνάμενος ἰδεῖν, τὰ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ οἴει γνώσεσθαι. Domo ab anu deductus, dicitur, ut ſydera noctu contemplaretur, in foueam incidiſſe, & illi ingemiſcenti anum dixiſſe perhibent, tu quidem Thales, cum ea, quæ ante pedes ſunt, perſpicere non poſsis, quæ in cœlo ſunt, cognoſcere te poſſe exiſtimas? Laërtius βόθρον, id eſt, foueam dixit, ſed Horatius puteum præterea addidit, Platonis locum in Theæteto, ubi hæc eadem res de Thalete cõmemoratur, exprimens. πεσὼν εἰς φρέαρ, inquit Plato, cadentem in puteum ſublimem poëtam appellauit Horatius, ut Thaleti ſimilem penitùs faceret aſtra dinumeranti. Non ſit, qui tollere curet] Hic mihi uenit in mentem Pyrrhonis, de quo Laërtius in uita. Ἀνάξαρχον εἰς τέλμα ἐμπεσόντα παρῆλθεν οὐ βοηθήσας. ὁ δὲ Ἀνάξαρχος ἐπῄνει τὸ ἀδιάφορον καὶ ἄστοργον αὐτοῦ. Anaxarchum in cœnum prolapſum non ſubueniens præterijt. Anaxarchus autem eius animum, ut ita dicam, indifferentem, & nihil amantem laudauit. Demittere funem] Funis demiſſus altitudinem foueæ, puteiúe indicat, ut apud Virgil. equi Troiani.

„ Demiſſum lapſi per funem.

Quo uerſiculo plurimum admiratur Virgilij ingenium Quintil. libro 8. cap. 3. Qui ſcit, an prudens] Tu, qui opem ferre paras, quo modo ſcire potes, an de induſtria in foueã, aut puteum ſe proiecerit: ut planus ille, de quo Horat. lib. 1. epiſt.

„ Nec ſemel irriſus triuijs attollere curat

„ Fracto crure planum, licet illi plurima manet,

„ Lachryma, per ſanctum iuratus dicat Oſirim,

„ Credite, non ludo, crudeles tollite claudum:

„ Quære peregrinum, uicinia rauca reclamat.

Seruari nolit] Id eſt, emendari fugiat. M. Cato Vticenſis ſeruari noluit: uulnera enim digitis diſcidit, ne uultum tyranni aſpiceret. At hic ſeruari non uult, ne emendetur, quod ſtultiſsimum eſt.

Dicam] Non uidebatur eſſe conſentaneum, ut poëtæ ſe ultrò in foueam, aut puteum præcipites mittant. Id probat nũc Horatius Empedoclis poëtæ exemplo, qui, ut, nuſquam ſuo corpore inuento, immortalitatis ſuæ opinionem relinqueret, in Aetnam ſe ardẽtem deiecit. Siculi poëtæ] Empedoclis, quem Agrigentinum uocat Cicero lib. 1. quæſtionum Thuſculanarum, & in Lælio. Eſt autem Agrigentum urbs Siciliæ Cicero in Verrinis, Polyb. lib. 1. alij. Horatius hîc Empedoclẽ poëtã fuiſſe affirmat, ſed Ariſtot. in Poëtice negat: nam metro res naturales complexus eſt: At non metrũ, ſed fabula poëtam facit. Cic. in Lælio poëtam non auſus eſt dicere. Agrigentinum doctum quendã uirum carminibus Græcis uaticinatum ferunt, quæ in rerum natura, totóq; mundo conſtarent, quæq; mouerentur, ea contrahere amicitiam, diſsipare diſcordiam. Hic Empedocles duo rerum principia, amicitiam, et litem poſuit, ut his uerbis teſtatur Cicero, & Simplicius lib. 1. Phyſic. Ariſtot. lib. 1. de Cœlo, ſect. 99. Plutarchus in lib. de Iſide, & Oſiride, ὁ μὲν Ἐμπεδοκλῆς τὴν μὲν ἀγαθουργὸν ἀρχὴν φιλότητα, καὶ φιλίαν καλεῖσθαι, τὴν δὲ χείρονα νεῖκος. Empedocles uerò ait bonum principium amicitiã, deterius litem eſſe nuncupatum. Quo modo hæc Empedoclis mors cognita ſit, eiuſq; conſilium perſpectum, Laërtius docet in uita Empedoclis, ὕστερον δὲ γνωσθῆναι, ἀναρριπισθείσης μιᾶς τῶν κρηπίδων· χαλκᾶς γὰρ εἴθιστο ὑποδεῖσθαι. Rẽ deinde compertã, ob alteram eius crepidam, quæ in Aetnæ iugo, unde ille ſe deiecit, inuenta eſt: æreas enim crepidas geſtare ſolebat. Deus immortalis] Sic in Odis lib. 2. Gelidáq; diuor morte carentes.

Homerus deos ſæpe uocat αἰὲν ἐόντας, ſemper exiſtentes. Ardentem] Quia in Sicilia ſub terra ſulphura ſunt, quæ flãtes uenti accendunt. Trogus lib. 4. copioſè. Frigidus] Vt ſit antithetum, frigidus ardentem. uel frigidus præſentis mortis horrore. Nam etiam præſtantiſsimum philoſophum timor potuit commouere uehementius. Pindarus in Nemeis Ode 3.

„ φόβος ἀνδροδάμας. Timor uiros domans.

Timoq;

Timor autem frigidus eſt. Virgil.

„ *Gelidusq́ per ima cucurrit*
„ *Oſſa tremor.* ——

Seruius uerſum illum lib. 1. Aeneid. declarans, Exemplo Aeneæ,

„ *Soluuntur frigore membra.*

Frigore, inquit, id eſt, timore. & eſt reciproca tranſlatio. Nam & timor pro frigore, & frigus pro timore ponitur, &c. Sit ius, liceatq́] *Liceat poëtis perire, hoc ius, & priuilegium habeant, ne opem ijs feras, neúe inuitos ſerues.* Idem facit occidenti] *Idem facit, quod qui occidit. qui mori uolentem ſeruat inuitum, idem facit ac ſi occideret. Idem cum caſu dandi Græca ratione. Ariſtophanes in Pluto.*

„ Δοκεῖ ἡ μὴ δρᾶν ταῦτα τῷ κεκτημένῳ.

Id eſt, Videatur autem non idem facere poſsidenti. Quid ſit autem occidere, docet *Vlpianus Iuriſc. lib. 29. ff. tit. de Senatuſc. Syl. l. 1. his uerbis. occiſorum appellatione eos contineri Labeo ſcribit, qui per uim, aut cædem ſunt interfecti, puta, iugulatum, ſtrangulatum, præcipitatũ, uel ſaxo, uel fuſte, uel lapide percuſſum, uel quo alio telo: ſimile huic Horatij ſentẽtiæ illud Senecæ eſt in Thebaide.*

„ Quid cogit mori nolentẽ in æquo eſt, quiq́ properãtẽ impedit.

Si retractus erit] *Ab incendio Aetnæ.* Fiet homo] *Cùm uelit Deus immortalis haberi.* Famoſæ mortis] *Non ponet amorem, id eſt, curam non abijciet, famoſæ mortis, id eſt, mortis infamis: nã ſe ipſum occidere, ut fecit Empedocles, infame eſt. Ariſtot. lib. 5. de Moribus ad Nicomachum,* καὶ τις ἀτιμία πρόσεστι τῷ ἑαυτὸν διαφθείραντι, ὡς τὴν πόλιν ἀδικοῦντι. *& infamia conſlatur ſe ipſum occidenti, quia ciuitatem iniuria afficit. Lucianus in libro de uera hiſtoria dubitantem Rhadamantum inducit, an Aiacem Telamonium in cœtum heroum admitteret, quòd ſibi ipſe mortẽ conſciuerat. Cicero lib. 6. de Rep ſic inquit, quæſo inquam pater ſanctiſsimè, atq; optimè, quoniam hæc eſt uita, ut Africanum audio dicere, quid moror in terris? quin hinc ad uos uenire propero? non eſt ita, inquit ille. Niſi enim cum Deus is, cuius hoc templum eſt omne, quod conſpicis, iſtis te corporis cuſtodijs liberauerit, huc tibi aditus patere non poteſt. Plotinus hic apud Macrobium, oportet, inquit, animam poſt hominem liberam corporeis paſsionibus inueniri, quã qui de corpore uiolenter extrudit, liberam eſſe non patitur. Hanc quæſtionem in Phædone Plato tractauit luculentiùs.* Nec ſatis] *Infœlicem hunc Poëtam eſſe, inquit, quòd uerſus ſcribat tam ineptos & id uenire ob id facinus aliquod, quo ſe ille aſtrinxerit. nam, ut uulgò dicitur, propter peccata aduerſæ res contingunt. Darius rex Perſarum cum uictus à Græcis abiret, ſimulachrum Apollinis in ſua claſſe reperit: quod cum è templo ſurreptum fuiſſe audiſſet, in Delum, ut Deo ſimulachrum redderet, enauigauit, cum ſtatuiſſet, ſe aduerſam in bello fortunam ob ſacrilegium illud fuiſſe expertum: ut Herodot. in Erato ſcriptum reliquit.* Minxerit in patrios cineres] *Quo facto & in patrem fuiſſet impius, & ius ſepulchrorum læſiſſet, quod erat ſanctiſsimum. Cicero Philipp. 9. Sed ſtatuæ intereunt tempeſtate, ui, uetuſtate: ſepulchrorum autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt, quod nulla ui moueri, neq; deleri poteſt, atq;, ut cætera extinguuntur, ſic ſepulchra fiunt ſanctiora uetuſtate. Similis huic Horatij alter locus in Odis,*

„ *Expedit matris cineres opertos*
„ *Fallere.* ——

Triſte bidental] *Templum, à bidentibus, id eſt, ouibus dictum, ſacrilegus ſpoliauit. Triſte per fulmina cœlo delapſa, uel triſte ipſi, qui peccauit.* Velut urſus] *Sic omnes poëtam indoctum recitaturum fugiunt, ut urſum, qui uinculis ſolutus latè furit, pertimeſcere uideantur. Simile admodum illud Ariſtotel. eſt lib. 3. Rhetor. ubi de imagine agit.* οἷον ἣν Ἀνδροτίων εἰς Ἰδριέα, ὅτι ὅμοιος τοῖς ἐκ τῶν δεσμῶν κυνιδίοις. ἐκεῖνά γὰρ προσπίπτοντα δάκνει, καὶ Ἰδριέα λυθέντα ἐκ τῶν δεσμῶν εἶναι χαλεπόν. *qualis Androtion in Idrieũ, quòd ſimilis erat ſolutis è uinculis catulis: illi enim obuia quæq; mordent, & Idrieum è uinculis exſolutũ eſſe moleſtum, ac difficilem. Vlpianus Iuriſc. de Vrſo furente, ſic inquit, libro 9. ff. tit. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicetur, l. 1. Et ideò ſi urſus fugit, & ſic nocuit, non poteſt quondam dominus conueniri, quia deſinit dominus eſſe, ubi fera euaſit, &c.* Clathros] *Cancellos, quibus ſeptus coërcetur.* Recitator acerbus] *Poëta in recitandis carminibus ſuis moleſtus. Publicè enim poëmata recitabant. Plin. lib. 1. epiſt. 3. magnum prouentum poëtarum annus hic attulit. Toto menſe Aprili nullus ferè dies, quo nõ recitaret aliquis. Vide etiam Vitruuium lib. 7. in Præfatione.* Non miſſura cutem, &c] *Qualis hirudo, id eſt, uulgò loquuntur, ſanguiſuga, quæ cutem non prius dimittit, quàm cruorem multũ ebiberit, ſic etiam malus poëta non prius auditorem dimiſerit, quàm eum tædio audiendi ineptias enecauerit. ſimillimum illud Ariſtotelis eſt lib. 2. Rhetoric. de Vulpecula, quam in foueam delapſam, & ægram ricini undiq; inuaſerant, ſanguinem exſugentes. Erinaceus uoluit abigere, ne facias, inquit: hi enim meo ſaturi ſunt cruore: alij accedent, qui ſitientes auidiùs ſanguinem bibent. Latina hæc ſic expreſſa ab Ariſtotele ſunt.* ὅτι οὗτοι μὲν πλήρεις μου ἤδη εἰσὶ καὶ ὀλίγον ἕλκουσιν αἷμα. ἐὰν δὲ τούτους ἀφέλῃ, ἕτεροι ἐλθόντες πεινῶντες ἐκπιοῦνταί μου τὸ λοιπὸν αἷμα. *quoniam hi cruore meo ſaturi ſunt, & puſillũ iam ſanguinis eliciunt: ſi uerò hos abegeris, alij uenientes præ ſiti reliquum mei ſanguinis exprîment. Concludebat ille apud Ariſtotelem ſic facere debere Samios, tyrannum ſcilicet iam opulentum non abigere: alius enim Remp. inuadet inops, qui opes illis extorquebit. Horatius etiam ſimilitudine hirudinis concludit, malum poëtam uitandum eſſe: nemo enim illum impunè audiet: & uterque ſimilitudine eſt uſus animalium, quæ ſanguinem, cùm membris adhærent, eliciunt, atq; ebibunt. Hæc igitur omninò fuerunt conferenda. Illud autem obiter obſeruandum uidetur, ſolitos eſſe ueteres à natura animalium ſimilitudinem, ex qua concluſio aliqua oriatur, inducere, ut hîc Horatius ab hirudine, Ariſtoteles, ut demonſtrauimus, à uulpecula, & erinaceo induxit. Hoc Ciceronem etiam feciſſe uidemus lib. 10. ad Atticum, epiſtola 14. Syluium, inquit, & Ocellam, & cæteros credo retardatos. Te quoq; à Curtio impediri uideo, & ſi, ut opinor, habes Scytha* ὄνον. *Quẽ Ciceronis locum tres abhinc annos in Parergis ex Herodoto declarauimus, nec tamen, cùm noſter ille liber Venetijs excuderetur, & ego in citeriore Gallia abeſſem, Herodoti uerba fuerunt appoſita, amici negligentia prætermiſſa. tu, inquit Cicero, à Curtio retardatus, atq; impeditus, tanquam Scytha ab aſino uideris: in hiſtoriam innuit, quam Herodotus in Melpomene retulit. Darius enim cùm ex Scythia pelleretur, ut inſequentium Scytharum impetum retardaret, aſinos in extrema acie collocauit, qui nunquã antea à Scythis uiſi fuerãt: nam Scythia hanc belluã non gignit. Scythæ igitur inſolito belluarum ſtrepitu, perculſi ſegnius hoſtem inſecuti ſunt. Herodoti uerba hæc ſunt.* οὐ γὰρ ἐγίνετο ἐν τῇ Σκυθικῇ πάσῃ χώρῃ τὸ παράπαν οὔτ' ὄνος, οὔθ' ἡμίονος διὰ τὰ ψύχεα. ὑβρίζοντες ὦν οἱ ὄνοι ἐτάρασσον τὴν ἵππον τῶν Σκυθέων. *in uniuerſa Scythia nullus omninò aſinus, aut mulus ob frigidam cœli regionem naſcitur: aſini igitur quaſi conuitio obſtrepentes Scytharũ equitatum perturbabant.*

IACOBI GRIFOLI LVCINIANENSIS, IN Q. HOR. FLACCI LIBRVM DE ARTE POEtica, Interpretationes & copioſiores quàm antea, & ab omni calumnia defenſæ.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI BALDVINO, DE MONTE, *Iacobus Grifolus Lucinianenſis,* S. P. D.

OMNES actiones, & officia uirtutum Princeps Illuſtriſ. quanta ſit hominis excellentia, quantaꝗ́ præſtantia facilè declarant. Hic enim ſolus ex omnibus animantibus particeps rationis quantus ſit ſingularum ſplendor, & gloria cognoſcit. Quæ tametſi pares inter ſe dicuntur à Philoſophis, fatendum tamen eſt aliam alia ſpecie pulchriorē eſſe. Iuſti enim uiri atꝙ fortis laudem in clariſſima omnium uerſari luce perſpicuum eſt. Verùm naturam omnium, mecum ipſe reputans, uideo cæterarum officia nobis eſſe neceſſaria, nec ſine turpitudinis alicuius nota poſſe ab ullo negligi. Quis enim officia iuſtitiæ, uel fortitudinis omittat, quin iniuſtus & ignauus habeatur? id quod in cæteris, excepta liberalitate, neceſſe eſt euenire. at integrum eſt ſæpe nobis bene de aliquo mereri, & non mereri, ut ab omni neceſſitate liberi uideamur. quo circa uir benignus uoluntario beneficio bonos complecti ſolet, ut meo quidem iudicio nihil tam ſit eandem naturam ſit, quæ gratis omnia largitur, quam beneficentia & liberalitas: at ſi Naturæ paret is, qui confert beneficium, quam repugnat ille, qui ſe gratiſſimum non præbet? Nullam aliam ob cauſam Pindarus putauit Syſiphum apud inferos torqueri, quā quod ingrato animo beneficio Iouis uſus eſſet. Cùm igitur Aloyſius Cornelius Magnus, Cypri Commendatarius, dominusꝗ́ meus uir omni obſeruantia dignus ampliſſimum ordinem Card. tum ob inſignes uirtutes ſuas, tum præcipua ſuffragatione tua à ſanctiſſimo Iulio III. Pont. Max. fratreꝗ́ tuo ſit adeptus, omnibus iis, qui in eius fide ſunt, quiꝗ́ eius uoluntati, & cōmodis ſeſe dicauerunt, additum eſt tantum ornamenti, ut omnia ueſtræ liberalitati ſe debere fateātur. inter quos ego in primis, cùm talem eſſe me non uideam, ut magnitudinem animi tui æterna luce poſſim illuſtrare, & Naturam ipſam, quæ in me parum fuit liberalis, & ſtudiorum meorum ſteriles labores grauiter accuſo, neꝙ uerò me pœnitet fortunæ meæ, quæ etiamſi eſſet ampliſſima, tanta eſt tamen tua fœlicitas, ut nulli cum ea certatio liberalitatis eſſe poſſit. Vna tamē remunerationis ratio relicta eſt præclaris ingeniis, quæ quidem regiis muneribus longè anteferenda eſt: hæc enim mortalia ſunt, & breui conſumuntur die, at illa uiciſſim laus, quæ ex Muſarum ore proficiſcitur, non obruitur ulla uetuſtate, nulla deletur obliuione. Cùm uerò ad te remunerandum nihil mihi ſuppetat, non tamen committam, ut mea erga te uoluntas, & ſumma gratia ſit obſcura. Eas enim uigilias meas dicandas tibi duxi, quibus ad præſtandam ingenii ſui eam artem Muſarum amici poſſint adiungere, ſine qua parum ualere cuiuſquam Naturam putauit Horatius ut ego quoꝙ pro mea facultate fungar uice cotis, ut enim Horat. tradendis præceptis id efficit, ſic ego aliqua ex parte illis explicandis faciam Has autem interpretationes ad te uirum non ſolum ampliſſimum, ſed doctiſſimū etiam, cumulatumꝗ́ omni excellenti laude mittendas ob eam cauſam in primis duxi, quod ex animo meo, qui eſt gratiſſimus, de animo Illuſtriſ. Domini mei, & tui beneficii Cardinalis poteris facere coniecturam. Tu uerò id patrocinium defenſionis meæ ne graueris ſuſcipere, quod uniuerſæ patriæ meæ iure quodam uicinitatis, & uſus, qui nobis Lucinianenſibus cum patria, ciuibusꝗ́ tuis eſt quam maximus, iam ſæpe ſuſcepiſti: tanta eſt enim ea coniunctio locorum, atꝙ animorum, ut communia uideantur eſſe inter nos omnia, quod quidem in re diſſimili Sed tamen certa ſumus experti, Nullus ſanè populus Princeps Illuſtriſs ex diuinis illis honoribus, qui præclaris uirtutibus ueſtris pares ſunt tributi, maiorem ſecundùm optimos ciues tuos uoluptatem capit, nec ulla eſt gens alia, quæ proſperitatem fortunæ ueſtræ ſecundo, & ſine ulla offenſione uitæ curſu diuturniorem optet eſſe, quod quidem ſi forte minus apparet, quàm res ipſa deberet oſtendere, [illegible] nequaquam hominibus, qui apertius lætitiam ferre non poſſent, ſed loci potius humilitati tribuendum eſt, cuius actiones nullam ferè lucem habere poſſunt: non enim locis omnibus natura, uel fortuna largitur, ut procreent eos homines, qui amplitudine uirtutum, & honorum ſplendore in clariſſimam lucem patriam uocare poſſint Quocirca nos præter quandam iucunditatem animi, nihil habemus, quo ſenſus noſter apparere poſſit. Tribuas etiam hoc ſummæ fœlicitati ueſtræ, cuius apicem nullius officia poſſunt attingere: illud uerò me magnopere conſolatur, quod nullum unquam prætermiſiſti locum, neꝙ tu, neꝙ ciues tui nos iuuandi, id quod magno eſt argumento non benignitatis modò tuæ, ſed etiam perſpectam cognitamꝗ́ tibi obſeruantiam in te noſtram, & optimam uoluntatem eſſe, ita non maiorem nos lætitiam ex fœlicitate ueſtra, quam triſtitiam nos ex calamitate noſtra ſuſcepiſſe nouimus. Quare cū ſponte ſua populus ille tuus, tum iuſſu mandatoꝗ́ tuo difficillimis noſtris temporibus ita nos excepit, ita hoſpitio, & opibus fouit, ut quod Heſiodus tradit de bono uicino nos experti uerissimum eſſe poſſimus omnibus teſtari: inquit enim, *εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται, γείτονες ἄζωστοι ἔκιον.* Promptiores enim eſſe illi ad noſtram miſeriam leuandam nequaquam potuiſſent, unde uerè ab eodem eſt illud quoꝗ́ dictum *ἔμμορέ τοι τιμῆς ὅστ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.* Ornamento enim ii nobis fuerunt, *οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτο* ſi per ſubitum hoſtium impetum licuiſſet, quantum uerò defendi & ſeruari per tuos potuit, tantum ex noſtris fortunis relictum eſt, totumꝗ́ tibi, ac illis acceptum referimus, atꝙ ſi poſſemus ut idem iubet, maiori cum menſura beneficium redderemus, uerùm gratulamur illis felicitatem ſuam, quippe qui nacti ſint eos principes, qui ſua ſapientia uel fortunæ caſus præſtare queant, quiꝗ́ ſint illis opibus muniti, eaꝗ́ authoritate præditi, ut tuti ſint ab omnium iniuria: quare nullus locus eſt gratiſſimis hominibus referendæ nobis gratiæ relictus. Reſtat igitur ut ſemper in ueſtro ære ſimus. Ego uerò in multo maiore, quàm cæteri, nam ſumma beneficia in ampliſſimum Cardinalem Cornelium, dominumꝗ́ meum per te collata æterna memoria me tibi obſtrinxerunt. Tu uerò accipe quæſo libenti animo hoc uoluntatis in te meæ teſtimonium, quod quidem tuo patrocinio & auctoritate ſpero fore ſempiternum. Vale.

EIVS.

EIVSDEM PROLEGOMENA IN ARTEM POETICAM Q. HORAT. FLACCI.

QVID Horat. Flaccus in hoc libello ſcribendum ſibi propoſuiſſet, uoluit ipſa inſcriptione ſtatim, ut mos eſt, omnibus eſſe notum, de Arte ſcilicet Poëtica: quod antiquiſsimi libri, & noui omnes, & inter hos etiam interiecti apertiſsimè declarant. Tum ueteres ſcriptores ſuo teſtimonio confirmant. ut Quintil. cum in epiſtola ad Triphonem, tum in 8. Id enim inquit tale eſt monſtrum, quale Horat. in prima parte libri de Arte Poëtica fingit. Vbi non ſolùm de Arte Poëtica dixit, ſed etiam librum appellauit. Cùm autem hunc Horatij librum de Arte Poëtica tanta cũ modeſtia, tantaq́; diligentia interpretatus eſſem, ut ſine ullius iniuria poſſem quã plurimis prodeſſe, nihilominus tantum abeſt ut effugere mihi licuerit offenſionem Ioſanis ac Noris, ut tenere ſe non potuerit, quo minus, etiam ſine occaſione, uenerit contra exiſtimationem innocentiæ eruditionisq́; meæ. Verùm de eruditione ſuis locis ſic agemus, ut, ſine ullius arrogantiæ ſuſpicione, faciam, ut omnibus de iudicij mei fama nihil abs re detrahi potuiſſe cõſtet. Sed ut res meliùs inter nos agatur, ad te Iaſon conuertam orationem meam, & primùm quod ad Triphonem Gabriëllium uirũ planè bonum, & eruditum attinet, ſic habeto, non minùs iucundam eſſe mihi illius memoriam, quàm tibi, atq; eius nomen non minus à me piè, quàm abs te ipſo coli. Nam & ego cum ea familiaritate, & neceſsitudine coniunctus fui. Itaq; nemini concedo, qui maiore illum obſeruantia, quã ego, colat. Quod ſi tu hanc tibi pietatis laudem uendicare uelis, oſtendam te ſæpe dum multa illi uel tua, uel aliena tribuis, peſsimè eius laudi cõſuluere. Sed cætera ſuis locis reſeruentur. Illud autem, quod ſtatim ſeſe offert, nequeo differre. Dic, amâbo te, mi Iaſon, qui tibi uenit in mentem profiteri te epiſtolam Q. Horat. Flacci de Arte Poëtica ex quotidianis Triphonis Gabriëllij Sermonibus interpretatum eſſe? An prudentiſſimus ille uir, & antiquitatis obſeruantiſsimus, auſus eſſet de auctoritate Quintiliani, & de fide omniũ ueterum librorum quicq; detrahere? Triphon, inquam, ille Gabriellius, quam Horatius ipſe Artẽ Poëticam inſcripſiſſet, & ſic appellari uoluiſſet, eam iure quodam ſuo maluiſſet epiſtolam appellare, atq; alios etiam in eundem errorem, uel audaciam potius impellere? Non fuiſſet id illius pudoris, non modeſtiæ, quam ſi tu ab eo diſcere uoluiſſes, illius in primis famæ, tum etiam aliorum pepercíſſes, ſed nec illi, nec mihi defuturum eſt Patrocinium. Tu uerò dabis mihi hanc ueniam, ut ſi tu nullis meis meritis, ſine ulla cauſa meis interpretationibus maculas ignorantiæ conatus es aſpergere, ego non abijciam famam ingenij mei, ac tua peccata uiciſsim arguam, & tuas calumnias meis optimis rationib. refutem, nec interim cauſam Triphonis humaniſsimi uiri, & de me optime meriti deſeram. Primùm igitur non ex ſermonibus Triphonis inſcriptionem libri huius immutaſti. Sed eſt quod primùm uehementer mirer: Cùm dicas quibuſdam uideri auctoritate Quintiliani tuam inſcriptionem oppugnari, deinde minimè inquis tibi obſtare Quintiliani teſtimoniũ, ut quibuſdã uidetur: Cedò quibus enim quia ego in principio interpretationis meæ, Quintiliani uerbis declaraui, quid'nam ſibi propoſuiſſet Horatius, ea tuæ inſcriptioni obieciſſe uideor? Si ita eſt, cedat mihi Tireſias, & quicunq; diuinandi arte floruêre, quippe qui tanto antè præſenſerim te hoc auſurum. Sed illud quoq; mirandum eſt, quid ſit, cur aliena inuenta tibi adſcribas: non enim tu primus libellum illum in epiſtolam mutaſti. Quid eſt igitur quòd alienam cauſam tuam omninò facias? an quia Robertellus uir doctiſsimus, auctor huius inſcriptionis ſine tuo patrocinio cauſam tueri ſuam non poſſet? Vide quid egeris: ſi illa tua argumenta aliquid in ſe ponderis haberent, dares quidem certè ſuſpicioni locum, ne mutato nomine ſuam ipſe cauſam egiſſet, ſed ita ſunt infirma, ut nefas ſit aliũ exiſtimare, quàm à te profecta eſſe, quibus, etiam ſi à quouis refelli poſsint, non tamen recuſabo reſpondere: ſi prius monuero lectorem, me in interpretatione mea nihil minus ſtuduiſſe, quàm ut quicquam de cuiusq́; exiſtimatione detraherem. Quòd ſi natura locorum me ſæpe coëgit ea dicere, quæ contraria ſint aliorum opinionibus, improbè facit, qui prauo id à me factum eſſe animo cenſet: Nam, ſi de ijs rebus nemo unquam alius ante me ſentẽtiã ſuam explicaſſet, nihilo minus eadem mehercule ſcripſiſſem. ut qui ſcrutator ueritatis aliò non reſpicerem: non enim maior ea mihi cura fuit, ut alios reprehenderem, quã ne ipſe reprehẽdi poſſem. Verùm ita mecum Iaſon agit, ut ſi aliorum iudex iniquiſsimus, & in rebus explicandis, aut confuſiſsimus, aut ſtultiſsimus fuiſſem: id quod faciet, ut ab inſtituto meo paululum deflectam, ut tu Iaſon, & diligentior fias in ſcribendo, & remiſsior in accuſando. Cùm igitur ita ſis auidus gloriæ, ut auctorem te facias alienæ induſtriæ, uidêbimus num ſis tam fortis ad te defendendum, quam audax ad alios offendendum. Illud pro re ſatis admirari nequeo, quod innuas te oppugnatum eſſe à me, qui tribus ante annis, quàm tua noua commentaria in lucẽ protuliſſes, mea ſcripſeram. Quis ita queſtus eſt unquam, ut, antequam eſſet, oppugnatum ſe diceret? Cum uerò te reum facias, & tamen cauſam priore loco dicas, ego breuiter reſpondebo: & primo nego hanc artem ut ais tu, habere formam epiſtolæ: Quod enim argumentum affers? Num quia Piſones alloquitur? At quod'nam eſt opus tam magnum, & tam amplum de alicuius artis inſtitutione, quod eum ſtatim non appellet, ad quem ſcribitur? Nullum eſt igitur Ciceronis opus, quod non epiſtola poſsit appellari, quod idem accidit Georgicis præceptis, quæ ad Mecœnatem ſcripta ſunt à Virgilio, idem omnibus deniq; libris de aliqua doctrina à magnis auctoribus conſcriptis. Quòd quidẽ nefas eſt dicere. ſed illud magis urget, quod in ueruſtis exemplaribus epiſtolarum libros ſubſequitur hæc ars. Tu uerò, ut docti uiri faciunt. qui ueteri librorum auctoritate nituntur, debuiſti nominare qui'nam ſint iſti ueruſti libri, quos ut tibi concedam. quid tandem adiuuãt errorem tuum? Nam ſi quicquid aliud ſubſequitur, eiuſdem generis eſſe fateamur, iam Georgicum carmen fiet Bucolicum, & Aeneis ad rem ruſticam pertinebit? Nam quid refert quem locum inter reliqua Poëtę huius ſcripta obtineat Poëtica? Quòd autem ſummi & præſtantiſsimi uiri ita ſentiant, cùm tamen antiquitas hac in re ualere debeat, quã plurimum, & iſti noſtra uigeant memoria, nihil eſt, cur illorum opinio pluris apud me ſit, quàm auctoritas Quintiliani.

tiliani. Cuius tamen teſtimonium apud te leuiſsimũ eſt. Nec iniuria. Quamuis enim inquis librum is appellet, tamen non eſt, cur non poſsit inter epiſtolas enumerari, cum & illæ ab Horatio in libros digeſtæ fuerint. Hic ego, puto etiam alios, qui non delirent, religioſius colam Quintil. teſtimonium, quàm tuum iudicium. Nam fac ita poſſe fieri, ut in epiſtolis numeretur hæc ars, cum tamen ſecus eſſe factum ab Horat. ex teſtimonio Quint. uideas, quæ nam eſt iſta peruicacia ut quibuſdam tuis ſuſpicionibus, leuiſsimis que coniecturis tantum tribuas, ut, tanto auctore neglecto, illis omnes aſſentiri cenſeas oportere? Verùm ingenui ſanè pudoris fuiſſet, etiam ſi multis rationibus, & ijſdem certis poſſes opinionem tuam confirmare, tamen fateri te Quint. teſtimonio conuictum. nam illud quod ſequitur, quàm leue eſt? in libros, inquis, Horatius ſuas epiſtolas digeſsit: ita ſanè, uerum adhuc eſt, quod requiratur, in utrum ſcilicet librum hæc relata ſit. Equidem nec in primo, nec in ſecundo eam potui reperire. Habes fortaſſe aliquem ueneranda uetuſtate librum, qui ſimilis ſuperiorum tuo mendacio fidem faciat. Proferas, obſecro, nam alij non habent, & tibi non credunt. Reſtat ut uideamus an ſatis ſit, quòd te non cõmoueat Quintil. quod de arte poetica adiunxerit. Quid tum, ni te cõmoueat, cõtinuóne fit, ut nec alij commoueantur? cum præſertim uideant, quam ſint leuia, & nugatoria tua argumenta? inquis enim etiã in epiſtolis præcepta de aliqua re tradi poſſunt. Libri ergo de Oratore, quin etiã Politicorum, Ethicorumque Ariſtot. libri epiſtolæ numerentur. Erras Iaſon, ſi huiuſmodi nugis ſperas auctoritatem antiquorum & clariſsimorum ſcriptorũ euertere. At quis te coëgit, cum duce Quintil. & fide omnium librorum ueritatem ſequi poſſes, cum quibus tutius eſt errare, quàm ſuis coniecturis rectè ſentire, contra eam tamẽ à mendacio ſtare? Nam quod ueterum commentatorum, eorumq́ clariſsimorum uirorum opinionem minimè ſecutus ab hac noua expoſitionis ratione non abſtinueris, habeo quædam tibi dicere, ac in his interpretis officio fungi me non pœnitebit. Primum habeo tibi gratiam, quod me cum alijs non refutaſti: ueterum enim dixiſti, non recentium commentatorum, à quo uerbo potius abſtinendum tibi fuit, quàm ab opinionibus aliorum, ne ſtatim à principio quàm parum Latinè ſcias tuo teſtimonio non minus declarares, ac quanta ſit inſolentia tua, qui nemini te compares. Verùm ſi commẽtatores illi clariſsimi ſunt uiri, ut tute dicis, ex literis, cenſeo, ſplendorem illum ſibi compararunt, alioqui nihil ad hunc locum nobilitas illorum pertineret. Tu igitur clariſsimos, id eſt, doctiſsimos uiros audes contemnere? quanquam ob eam rem hoc te potiſsimùm feciſſe duco, ut me magis honorares, tum quia me unum ſtatuiſti dignum eſſe, cuius ſententias pro tuis tibi uendicares, tum quia maiori tibi laudi fore putaſti, ſi meam laudem obſcurares. At ſpero iniuſtum iſtud in me odium, & iſtam importunam licentiam maiori tibi, quàm mihi fraudi futuram. Quanuis enim eruditorum oculi abs te falli non poſsint, à me tamẽ nullus locus præteribitur, quò minus inſignia tua furta etiam ab imperitis deprehendi queant. ut facilè cognoſci poſsit, te plura ex Griſoli, quàm ex Triphonis ingenio declaraſſe, ac in ſolis ijs locis te rectè ſentire, in quibus à me non diſſentis. Nouam igitur rationem expoſitionis intelligas, primum non eorum, quæ à nobis abſtuliſti, ſed eorum, quæ ex te attuliſti: tum quia nullus unquam pari ueneno ſuffuſas interpretationes ſuas auſus eſt edere. Sed ego non ero tam diſſolutus, neque tam negligens in re mea, & exiſtimatione tuenda, ut impunè te patiar exultare. Lege igitur, mi Iaſon, nam, ſi nimium pertinax eſſe nolis, multa diſces, in quibus hactenus uehementer, hallucinatus es. Inuenies multa quidem addita, pauca uerò mutata: ſed in illis locis, quos tu nimis inuidioſè damnas, nihil demptum, additum uerum quantum ratio defenſionis poſtulauit, cui certè uidebis me non defuiſſe. Cùm itaque Horatius de poëtica facultate curam ſcribendi ſuſcepiſſet, tametſi de Comœdia nonnulla, tamen de Tragœdiæ ratione multa in primis diſputauit. Nam quæ pertinent ad Epicos, non plura ſcripſit, quàm communia ſint utrique generi, uel leuiter omninò, & pauca guſtauit: at quamuis ſtudeat in primis docere Tragœdiæ præcepta, non tamen eſt eius conſilium omnia complecti, quæ de ea dici poſſent. Sed quantum ego exiſtimare poſſum, quæcunque ad rerum congruentiam, & decorum attinent, ea diligenter eſt perſecutus. Videns igitur Ariſtotelis iudicio Tragœdiam conſtare fabula, moribus, ſententia, dictione, apparatu, & melodia, primum de conſtitutione fabulæ diſſerendum eſſe ſtatuit, nam rei totius imitandæ rationem ea continet: deinde, cùm mores, & ſententiæ uerbis explicentur, orationem ſtatim poſt fabulam cœpit expolire: in quo non eſt ſecutus nec ordinem, nec rationem Ariſtotelis, nam hic poſt fabulam mores, tum ſententiam, poſt dictionem explicauit, atq; de his omnibus omnia diligenter executus eſt. Videns autẽ Horatius, quamuis agi fabula dicatur, tamen nullum eſſe locũ aut de ſententia, aut de more, id eſt, *περὶ διανοίας, ἢ περὶ ἤθους*, qui nõ tractetur oratione, exiſtimauit de ea diſſerẽdo, etiã mutata Ariſtotelis diſpoſitione, ac omiſsis ijs omnibus de quib. nulla eſt cõtrouerſia, ſe poſſe quàm cõmodiſsimè ad quos uellet utriuſq; locos peruenire. Itaq; ſecũdo loco de oratione dixit, ac ne de omnib. quidẽ eius partib. uerùm de uerbo nouo tantũ, quod à Latinis euitari nimiũ religioſè uidebat. Reliqua uerò meo quidẽ iudicio refert ad uirtutem eius orationis, & ad officia decori, quæ quidem ratio in cæteris quoq; ſeruata eſt. Id enim Horatius in hoc opuſculo mihi uidetur in primis propoſitũ habere: Etenim quis non uidet non modò prologum, epiſodium, exodum, choricum, & huius partes duas parodum, & ſtabile, quæ ſunt membra fabulæ, omninò prætermiſſa? quin etiã multa earum ipſarum partium, quæ ſunt quaſi formæ fabulæ ipſius, quasq́ ſibi tractandas poëta ſumpſit, uidebis omiſſa. Conſtat igitur hic libellus ex ijs præcipuè rebus, in quibus maximè quid deceat apparet. Et quoniam oratio eſt interpres mentis, & hæc eſt morũ index, de illius decoro dicẽdo, de reliquorũ quoq; decoro dixit: nam & quo uerſu, & quali quæq; res ſcribatur, ad orationẽ ſpectat: officiũ porrò, proprietas, ſimilitudo, cõſtantia morũ ſeruetur nec ne, ſine oratione uix conſtare poterit. ac ne qua pars Tragœdiæ neglecta ſit, quæ ad apparatũ, & melodiam acceſſerint, paucis expoſuit. Primũ igitur de fabula ſcribit, quæ quidem eſt anima Tragœdiæ, cuius compoſitio aptis partibus conſtare debet, ut una res ſit, quare illi uehementer peccant, qui ex ijs reb. fabulã conficere conãtur, ex quib. res una fieri nũquã poſſet: inæquabilia enim & ſpecie pugnãtia cõiungũt, quod animaduertens Horat. illos hoc mõſtro reprehẽdit. Similitudo enim ab animalib. ad poëmata cõmodè transfertur, ut Plat. in Phædro, & Ariſt. in Poët. docent.

COMMENTARIVS.

HVMANO capiti] Confingitur hoc monſtrum ex uariorum animalium membris, quæ differant inter ſe non modò ſpecie, ſed etiam quia non eiuſdem ſunt elementi, in quo non peccat diſpoſitio, quandoquidem ſuo quæque loco membra diſponuntur, ſed contra naturam fit, ut quæ differant ſpecie, & forma, & natura miſceantur. Is autem Poëta huiuſmodi monſtrum formæt, qui fabulam, quæ unius tantum actionis eſſe debet, ita fingit, ut plures in ea, quamuis eiuſdem perſonæ, inter ſe tamen diuerſas commiſceat: ut ſi Theſeum fabulam ſcribamus, de Minotauro ab eo interempto, & cum illa eiuſdem raptum Helenæ confundamus, neq; cōtenti hac rerum perturbatione panathenaica ſolemnia ab eodem cōſtituta interſeramus, non diſsimile monſtrū creabimus eius, quo hîc Horatius nobis oſtendit tale uitiū eſſe fugiendum. Quamobrem peccare in hoc genere eos docet Ariſtoteles, qui Theſeida, & qui Heracleida ſcribūt. Cùm unus ſit Theſeus, & unus Hercules, non tamen in unam fabulam omnia Theſei, aut Herculis geſta conferri poſſunt. Emendatio igitur huius rei optima erit, ſi remotis alijs, ſola relinquetur actio pertinens ad Minotauri cædem: Nam ea ſunt aliena, & ſuperflua: quibus aut loco mutatis, non mutetur fabula: aut ademptis, nō labefactatur, ut Ariſtoteles oſtēdit in Poëticis. Hic igitur puellæ caput actio eſt, & μια σύςασις πραγμάτων. reliqua uerò membra ex animalibus nulla in re cum corpore humano congruentibus ſunt aliæ actiones, & ab illa penitùs diuerſæ, quibus reciſis ſolum, & integrum caput humanum, id eſt, ſola, ſimplex, & integra fabula reſtabit, quam ſuſceperis faciendam. illud quoq; cauendum eſt, ne placidis coëant immitia. Vt ſi in Tragœdia, in qua debent atrocia eſſe omnia, aliquid tamen, ut fabulæ membrum erit adiunctū, quod lætum: mite'q; ſit, ut rurſus in Comœdia ſiquid tragicum agatur, quod apparet in exemplo, quod finximus de Theſeo: Vbi dedicatio Panathenaicorū nihil habet affinitatis cum pugna, & cæde Minotauri. hæc itaq; ut abſit à monſtro fabula, cauenda ſunt magna cum diligentia: atq; hunc ego puto eſſe uerū Poëtæ ſenſum. Nec quicquam hîc Horatius de Inuentione, aut de Diſpoſitione cogitauit, nec alibi quidē, niſi quando, ut caſus incidit, quædam leuiter attigit, non, ut ait Iaſon, quæ præcipua uidebantur ex uarijs multorū libris collegit. Nam hîc omninò fallitur Iaſon, nec uno ſolùm, ſed altero ſimul, & tertio capitur errore. Primū enim hic agitur de Conſtitutione fabulæ, ut dictum eſt ſuprà, nec negat Iaſon, ſed qualis ſit hæc conſtitutio minimè cognoſcit. Sūt enim multæ partes in fabulæ conſtitutione, quarū prima eſt, ut una ſit res, et ea ſimplex, tum ex rebus fictis, atq; has duas omninò partes hic docet Horat. de magnitudine uerò, de Perſonarum nominibus fingendis, aut non fingēdis, an epiſodicæ eſſe debeant nec'ne, cū agnitionibus, an ſine agnitionib. ſimplices, an compoſitæ, & ſi qua ſunt alia, nihil omninò docet. Nec unquā inuenies in his exponendis Ariſtot. de Inuentione ullum uerbum feciſſe: nec item Horat. niſi quatenus poteſt quodāmodo tacitè intelligi, ut, ſi hoc, aut illud uitioſum monemur eſſe, eo remoto, aliud, quarū non inueniamus aptū rei, & conſentaneum. In alijs uerò locis quid tandem præcipitur, ut ex multorum libris ſumma cum diligentia excerpſiſſe omnia, & collegiſſe Poëta uideatur? an ibi? ſumite materiam ueſtris qui ſcribitis æquam, uiribus? Nū hic tam copioſus fuit, ut perſecutus omnia dicatur? nihil minùs: tantùm enim monuit, ut ſe quiſq; noſcat, & uires ſuas metiatur, qui uerò tradunt inueniendi rationē, & omnia ex uarijs ingenijs excellentiſsima delibant, ut ſe feciſſe M. Tul. teſtatur adoleſcentem, capita rerū, & fontes, unde ſint haurienda diligenter oſtendunt, at quis tam rudis eſt ingenij, ut monere hoc idem neſciat. nam eſt magis neceſſariū præceptum, quàm acutū. In eum enim locum inciderat Horatius, ut id præterire nō potuerit. Imum enim operis ſumma infelicem dixerat, quia ponere totum neſciret, totū enim opus non ex ſola fabula conſtat, ſed ex oratione quoq; & diſpoſitione apta fabulæ, & cōuenienti, qui naturā igitur ſuam nō probè norit, ſua regula ſtudia ſua neſciet metiri. Itaque quod aſſequi non poterit, ſtulto cōſilio ſequetur. Rurſus quantū oratione poſsit efficere, & quantū oneris ſuſtinere, qui bene perſpexerit, is neq; naturā ſuam fallet deligendo, & orationis copia abundabit, & diſpoſitione rem omnē illuſtrabit. Quod ſi hunc locū conſideremus, non magis ad inueniendū, quàm ad ſuas uires cognoſcendū attinet. Iaſon uerò ſatis ſibi uiſus eſt facere huic loco, ſi Horatij ſententiam non ad rem, ſed ad uerba Ciceronis accōmodârit, non tam curās quid diceret, quàm ut Ciceronianus uideretur, uerùm huic magna quidē res eſt cū inuentione, multis enim in locis eam excitat ſatis importunè ut per me conſtabit. Sed, ut intelligatur quæ ſit materia apud Horat. ſeſe ipſe declarat, cùm ait, Publica materies priuati iuris erit. ubi perſonam ipſam intelligit, quā aut ſumpſeris ab alio Poëta, uel tute ipſe tibi formaueris. Teſtantur hoc maximi Poëtæ, Homerus enim ſic incœpit, ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα, quem ita deſcripſit, ut alius, quàm Vlyſſes, is eſſe nō poſſet, hunc imitatus Virg.

„ Virum Troiæ, qui primus ab oris, &c.

Se cātaturū promittit, atq; ita circuitione expreſsit, ut alius eſſe nō poſsit quàm Aeneas, ex quo ille Odyſſeam, hic Aeneidē ſuum opus appellauit. Sic etiā Tragici Aiacem, Oreſtē, Oedipum pleriq; inſcribūt ſuas Tragœdias: Neq; me mouet ſi Trachinias, aut Phœniſſas quandoq; à locis potiùs, quàm à certis perſonis nomina fabulis imponunt. Non enim in illis perſonæ deſunt, quæ fabulis præbeant argumentū. Iaſon autem non putat materiam eſſe, niſi quicquid de ijs perſonis ſcribatur. Quaſi uerò, cū Aeneam cātaturum ſe Virg. promittit, ſit nomen tantū Aeneæ cantaturus, & nō eius errores, & arma. Per ipſas igitur perſonas res geſtas intelligimus, nam perſonæ ſunt, quæ præbent argumēta. Materiam igitur Horat. inuentam eſſe cogitat, & monet ita tractari oportere, ut nequid abſurdū, nequid alienū habeat admixtū. Quod quidem uitiū declinabit ſapiēs poëta, ſi in una permanebit actione, nec epiſodijs, nec ulla alia ratione quicquā dicet, quod à re propoſita diſiunctū ſit, & rerum ſeruabit ἀναλογίαν, in quo præcipitur non quid ſit inueniendū, uerū quid fugiendū. Et tamen Iaſon adeò uult hunc locū ad inuentionē applicare, ut, cùm eum ad conſtitutionem attinere negare nequeat, conetur hanc, qui ſecundus eſt error, in inuentionem conuertere, dum dicit. Ac primū de inuentione, hoc eſt, de ipſa quaſi anima, & conſtitutione Poëmatis: ubi conſtitutione fabulæ uult inuentionem eſſe, quo quid ineptius? Si in Oratore idem eſt inuentio, & orationis cōpoſitio, idem fatebor eſſe in Poëta inuentionē & conſtitutionem: At non minus altera eſt ab altera ſeiuncta, quàm à diſpoſitione ſit inuentio in Oratore. Quarū, ut patet, longè diuerſa præcepta traduntur. hic tamē uult eadē eſſe, quæ ſimul ſtare nō poſſunt. Tertio in eo peccat, quod cōſtitutio nō eſt anima Poëmatis ſed ipſa fabula: Aliud eſt enim Inuentio, aliud Cōſtitutio, aliud fabula. Quod quidē notius eſt, quàm ut pluribus ſit explicandū. Alius eſt ille locus de Inueniendo: Rē tibi Socraticæ poterūt oſtendere chartæ, ſed hic nō tam pertinet ad inuentionē fabulæ, quàm ad rationē rectè ſcribendi, ut quid quemq; deceat teneamus. Sed nullus eſt locus in toto hoc libello magis inueniēdi proprius, nec qui magis ad inſtitutum opus pertineat, quàm ille. Aut famā ſequere, aut ſibi cōuenientia finge, monet enim ut perſonā, quam materiā eſſe diximus, aut alienā ſumat, aut tuā, id eſt, quā tibi finxeris. De qua re ſuo loco plurib. agemus. De diſpoſitione uerò ſimiliter curſim aliquid attigit. Vt, Ordinis hæc Virtus eſt, aut ego fallor, Vt iam nūc dicat, iam nunc debentia dici, Pleraq; differat, & præſens in tempus omittat, Nec alibi certè de ea re quicquam dixit, neq; hîc fortaſſe dixiſſet, niſi peccatū Iuū in hoc quoq; uerſari uoluiſſet oſtendere. Sin uerò Iaſonem audiamus, omnia, quæ ad inueniendū, aut diſponēdum ualent, Horatius eſt perſecutus, ut ſtatim à principio etiam qui minus ſagaces ſint odorari poſsint, qualis futurus ſit hic nouus interpres. Iungere] Rectè, quia caput obtinet primū locū, & principio reliqua iunguntur. Varias] Non ſolùm uarijs coloribus, ſed uariarū auium: atq; ſic aërium animal cū terreſtri iam miſcebitur. Inducere] Extendere, pictores enim colores inducūt. Vndiq;] Non ſolùm temerè ex quouis animali, ſed ex quouis elemento unde ſtatim ſubſequitur. Vt turpiter atrum deſinat in piſcem] Ergo ex terreſtrib. aërijs, & marinis animalib. collatis mēbris formatur hoc monſtrum. Vt mulier formoſa] Vt quo ſit ſpecioſius principiū, hoc reliquū turpius

pius appareat. Vt nec pes, nec caput uni] *Vt ſuprema pars mulier formoſa, infima uerò ſit piſcis abhorrés penitus à ſuo principio, quare ſit uerè dictũ nec pes, nec caput uni reddatur formæ. Sed intelligit etiam medium ab extremis diſcrepare, hæc ſunt eiuſmodi, ut una res ex eis fieri nulla ratione poſsit, ut ſuperiùs dictum eſt. At, ut, inquit Ariſtoteles,* μῦθος ἐστὶν εἷς, οὐχ ὥσπερ τινὲς οἴονται, ἐὰν περὶ ἕνα ᾖ, πολλὰ γὰρ καὶ ἄπειρα τῷ γένει συμβαίνει, ἐξ ὧν ἐνίων οὐδέν ἐστιν ἕν. οὕτω δὲ καὶ πράξεις ἑνὸς πολλαί εἰσιν, ἐξ ὧν μία οὐδεμία γίνεται πρᾶξις. *Vna res eſt fabula, non, ut quidam ſuſpicantur, fabula eſt una, ſi una ſit perſona: multa enim, & infinita eueniunt eiuſdem generis, ex quibus unum fieri nunquam poſſet. Sic etiam actiones unius ſunt multæ, ex quibus nulla res una conſtare poſſet. Quod ſi inter actiones unius uiri tantũ intereſſe poteſt, ut ex eis una res fieri nulla ratione poſsit. quid ex rebus differẽtibus ſpecie? Num ex membris humanis, & equinis Centauros extitiſſe confitebimur? Num Sirenas in piſces deſinere? Atqui Tragœdia ferre nihil poteſt, quod non ſit naturæ conſentaneum. Et quamuis tragici non ſit, ut inquit Ariſtoteles, nec item comici ea dicere, quæ geſta fuerint: ea tamen illi dicenda ſunt omninò, quæ fieri potuiſſe uerisimile ſit, aut etiam neceſſarium. Equidem arbitror Horatiũ, dum hæc ſcribebat, habuiſſe in animo infixa ea uerba, quæ nuper ex Ariſtotele deſcripſimus.* Spectatum admiſſi] *Quaſi ab optimo pictore, à quo nemo ferè ſoleat admitti, niſi magna ſit amicitia coniunctus.* Riſum teneatis amici?] *Etiamſi amici ſitis, & tueri laudem, & honorem pictoris cupiatis, tamen riſum tenere minimè poteritis.* Credite Piſones] ἀνταπόδοσις. Pictoribus, atque poetis] *Quantò uenuſtius per hanc obiectionem reprehendit uitia, quæ ſibi propoſuit corrigenda? Eſt enim mos per inductionem fictæ perſonæ uulgarem aliquam, & ineptam opinionem refutare. Et caue putes alterum hic præceptum eſſe, ut tradit Porphyrio. Vnum eſt enim hoc præceptum, ut ſit quoduis ſimplex duntaxat, & unum. Cuius contraria ſunt hæc omnia uitia, quæ reprehendit in his locis Horatius, quæ quidem ſunt ſtultæ compoſitionis fabulæ. Quando unum uolunt efficere, ex ijs, quæ non poſſunt in unam conuenire naturam.* Hanc ueniamque petimus] παρομολογία *aſſentitur enim pictoribus, atq; poëtis fingendi poteſtatem eſſe, ita tamé, ut quæ natura pugnant inter ſe non coniungantur. nec intelligas alternis uitijs dari ueniam. Hic enim corriguntur uitia, ſed fingendi libertatem. Vbi ueniam eam uim habet, quam in his Ciceronis uerbis ex primo de Oratore ſumpſit: Dabis hanc ueniam mi frater, ut opinor, ut eorum, quibus ſumma dicendi laus à noſtris hominibus conceſſa eſt, auctoritatem Græcis anteponam. Petimus igitur uiciſsim hanc ueniam, ideſt, ut hoc concedatur, ut quidlibet fingamus, quod tamen natura patiatur.* Ne placidis coëant immitia] *Vt ſerpentes auibus geminentur, tigribus agni, namq; auium manſuetudini contraria eſt acerbitas ſerpentum, quod idem de tigribus et agnis eſt dicendum, fingi debent ea tantum, quæ fieri poſſint, aut potuiſſent. Et non unum corpus ex ijs conficere, quæ inimica ſint natura, & eorum pars altera, extinguat alteram.* Inceptis grauibus] *Neq; tertium, neq; ſecundum eſt præceptum, neque de digreſsione loquitur, uerùm cùm pictorum uitia ſint confutata, hìc poëtarum uitia ſimiliter arguuntur. Et exemplis quibuſdam oſtendit quomodo in uitia poëtæ cadant. Incœpta enim grauia, & quæ magna profitentur principia, non debent leuibus quibuſdam rebus, & paruis imminui, ſed ſuis progreſsionibus augeri potiùs, aut retinere ſuum ſtatum. Non enim Virg decuiſſet bella, & errores ſummi uiri, & herois potius cantaturum ſe profiteri, quæ carminis heroici maieſtatem requirunt, & res deinde elegorum proprias cantare. Faciendum eſt igitur, ut ultima cum primis, & cum utriſq; media conſentiant, quare non ſatis mirari poſſum Luiſinum ſanè uirum eruditum ſecundum hoc præceptum eſſe uoluiſſe, & de digreſsione quicquam dixiſſe. nam hanc ipſam rem Nicias pictor, ut eſt apud Demetrium Phalereum in arte ſua expreſsit: dicẽs non mediocrem eſſe partem artis, ut, qui magnam ſibi rem aliquã propoſuit pingendam, is ne in minutas partes eam diſſecet, ut in aues, in flores, ſed in equeſtres, & nauales pugnas, ubi multas equorum figuras, & habitus poſsit imitari, ut currentium erectorum, inclinantium, multos aũt equites intorquentes haſtas, multos decidentes. Neq; tamen fieri poteſt, quin occurrant loci, ubi amœna, & læta ſint, ut in Trachinijs apud Soph. cum Deianira de incolumi aduentu Herculis nuncios accepiſſet, nec adhuc Iolam ſibi pellicem nouiſſet, lætitia exultans Chorum cantare iuſsit, qui ſtatim ſic.*

„ ἀνολολυξάτω δόμοις ἐφεστίοις,

„ ἀλαλαῖς ὁ μελλόνυμφος. *Saltans cãtare cœpit, ut inde re cognita, maior excitaretur dolor: Nec uero gaudio, & uera fœlicitate affectã Deianirã induxiſſet: Sic etiam in Aiace deceptus falſa ſpe Chorus ſaltare cœpit, ita loquẽs.* ἔφριξ' ἔρωτι, &c. *Sed in hoc uitiũ incidunt Poëtæ cũ iucunda quædã, & leuia deſcribunt, ut membra, & partes principales. Quare Homerus in laudib. hortorũ Alcinoi nihil peccat, nec abſurdè luxũ eius, & opes iucundiſsimis uerſibus ornauit: Quid? ludentem Nauſicaã cum ſuis famulis induxit extra locum? Quid concubitus Veneris & Martis decantatus habuit grauitatis? Quid cum erroribus Aeneæ, quæ in conuiuio cantauit Iopas? at membrũ fabulæ principale fuit, ut ad Didonem perueniret Aeneas, ad Alcinoum Vlyſſes, ut, data occaſione, quæ prætermiſſa fuerant, narrarent. Cætera ad exhilarãda conuiuia, & ad hoſpites delectandos adhibita fuêre. Hæc itaq; non aſſumuntur incœptis grauibus, neq; ſunt uelut collum, aut pes in animali, ſed ueluti torques, & calceus. Quod autem ut membra ea reprehendat Horatius expreſsit illo uerſiculo. Amphora cœpit inſtitui, currente rota cur urceus exit? Amphora cœpit inſtitui, magnum ſcilicet principium, exit urceus exiguus finis. Sic accidit in Poëmate, ſi graue ſit principium, & leue deniq; conficiatur opus, ſed quæ ſubſecuta ſunt graue, & magnum principium ſunt membra leuia, nec illi reſpondentia: At quæ ſuperius nos poſuimus ex ſummis Poëtis repetita, nõ conficiunt opus, ſed locis quibuſdam & temporibus ſeruiunt, ornamenta magis partium, quàm ut ipſa ſint partes, quæ ſi eximãtur, nihilominus ſtabit fabula, ſed minus habebit ornamenti, & illa pars, ut hoſpitiũ Alcinoi, uel Didonis iucunditatẽ, & decorũ ſuum deſiderabit. Hic uerò Iaſon ſuis conuitijs uerberat interpretes, qui partim confundunt hunc locum, partim prætereunt, ſed quoniam Iaſon eſt interpres, eum neceſſe eſt in alterutro eſſe uitio: at quoniã non præterijt, ex eorum certè eſt numero, qui confundunt, ac nemini quidem cedit, qui ſit in hac re confuſior, fingit enim more ſuo eos ab Horatio reprehendi, qui in deſcriptione templi Dianæ nimis accuratè deſcribunt aram, lucum, agros, & riuum: Quæ omnia teſtimonio ſui Platonis templis ſunt conſecrata, ſed ut in ſexto Virgilius fecit, ſic alios breuiter ait deſcribere templum debere, omiſſa reliquarũ rerum cura, atqui cùm nulla hic ſit alia ſignificatio templi, explicare debuit Iaſon, utrũ ara pro templo ſit accipienda nec ne, nam ſi negaret, quærerem cur ipſe auderet, quod Horatius nullo modo intelligit, addere de ſuo: ſin affirmaret, ſcire uelim ſi nec ara, id eſt, templum, nec reliqua debeat ornare Poëta, quid hic deliret: ſed nihil eſt, quod acrius contra eũ pugnet, quàm ipſius exempla. Nam quid tandem Virgilius de templo, præter duo illa uerba, dixit? aurea tecta, & immania templa? hæc deſcriptio templi non magis dici debet, quàm commemoratio. at in Dædali pictura commoratus eſt Poëta. Quæ ſi lucus & ara, & properantis aquæ per amœnos ambitus agros ſunt omittenda, non uideo cur à Virg. non ſit omiſſa. Illud eſt præterea, quo Iaſon uehementer fallitur, quòd Poëta non loquitur hic de digreſsione, uerùm de partibus principalibus totius operis, in quas nemo digreditur. Qui enim rerũ capita tractat, nõ digreditur, ſed in re propoſita permanet, quare probari non poteſt ratio Franciſci Luiſini uiri planè docti, ſed hic fallitur de epiſodijs, intelligens quæ, ut ſuperius oſtenſum eſt, cum multis alijs ab Horatio ſunt omiſſa. Verùm ſi hæc leuia ſint nec grauitati, & magnis promiſsis principiorum reſpondeant, humilitate rerum opus ſummiſſum, & abiectum reddunt: Vt ſi amphora inſtituatur, & urceus exeat. Non ſunt igitur illa, quæ ornamenta partium ſunt potius, quàm partes, quibus poëmata deprimantur, quæ paſsim reperiuntur apud maximos Poëtas, ut illa Dædali in ſexto Aeneidos pictura, quanquam non eſt otioſa: Aeneas enim dum expectabat, aliqua re detinendus fuit, quæ tamen aliena eſſe ab opere non uideretur: à Dædalo enim totius ædificij auctore uerisimile eſt totam illam rem ad ſe pertinentem qua potuit ratione teſtatam poſteris relictam eſſe, in primo quoque Virg. pictura no=*

luit Aeneæ timorem leniri, cum uidit Iliacas ex ordine pugnas, & reliquam hiſtoriam belli Troiani depictam, quam finxit Maro, ut Aeneas ſuis rebus melius confidere iam cœpiſſet. Afferunt hæc ornamentum Poeſi, nec tamen ſunt inania. Quare Iaſon, qui ſua fœcunditate noui ſemper aliquid excogitat, omnia confundit, & longè melius cum ſibi, tum Poëtæ conſuleret, ſi ipſe quoque multa præteriret. Verùm non ſunt omnia eius peccata nobis perſequenda: Infinitum enim eſſet. Quare nunc tacitus omitto, quàm ineptè diſcerpat illum uerſum, denique ſit quod uis ſimplex duntaxat, & unum qui quidem ut concludit omne poëma unius actionis, & ſimplicis eſſe oportere, ita unam habet in ſe, & ſimplicem ſententiam, quæ nulla ui, nulla inquam cogitatione diuidi poteſt. Illud uerò non omiſerim, quod ad Iaſonis acumen attinet. hic enim muſicis rationibus demonſtrare uoluit quod in leui, & humili poëmate pluribus uerbis, & ſententijs explicandum eſt, tanquam cromaticis, & ſemicromaticis in acuto ſono prolationibus, id in graui poëmate pauciſsimis exponi rectius eſſe: atque hoc ait Horatium ſenſiſſe. Nos uerò quid ſenſerit Horatius ſatis multis expoſuimus. quod autem addit idem Iaſon, Homerum delectatum uerborum copia, dignitatem illam, quam in Virgilio admiramur, neglexiſſe: Eruditiſsimi quidam uiri, qui Iaſonem de Nores probè norunt, uehementer admirantur, ac eum ſomniaſſe putant in bicipiti Parnaſo, cùm paulò antè ignarus Græcarum literarum tam repente is factus ſit, ut etiam Homerum audeat reprehendere: atque uerentur ne quo alieno ſpiritu afflatus multa dicit, non tamen ut Sibylla, quia non Apolline plenus, ſed audacis cuiuſdam temeritate, ne Homero quidem parcat, quem Plato, quem Ariſtoteles, quem omnes omnium ſeculorum doctiſsimi uiri tanquam Deum Poëtarum in omni poëtica uirtute colunt, obſeruant, & admirantur. Quocirca ſi omnium ſententiæ Homerum à Iaſonis calumnijs abſoluere non poſſunt, tutum eſt mihi tacere: nulla enim ut grauiſsimus, error mentis illi demi poſſet. Incepta grauia, & profeſſa res magnas conſeruntur cum minutibus, Lucus & ara Dianæ cum placidis, ut quemadmodum ſerpentes auibus, aut tigres agnis pictor iungere non debet, ita nec poëta res Heroum graues, & magnas cum luci, & aræ Dianæ iucunditate contexere. Quare ad illud eſt redeundum, ut ſit quid uis ſimplex duntaxat, & unum: cuius contraria ſunt hæc omnia, quæ hic improbat Horat. Caue putes. hic Horatium inmanitatem Tauricæ Dianæ innuere: Non enim ea uoluptatis cauſa, ut uoluit, deſcribi poſſint. Quare Dianam intelligas uenatricem deam collibus, & montibus, & amœnis uallibus delectari ſolitam. Et eſſe conſentaneum illam habuiſſe locum aliquem amœnum, & aram, quæ cum iucunditate ſcribi poſſent. Deſcriptio peſtilentiæ in tertio Aeneidos, quo Iaſon utitur exemplo, contractior certè eſt, quàm in Georgicis, non tamen ea cauſa, qua putat ille, qui abutitur exemplis: non enim operit grauitate, nec lege prohibitus eſt Virgilius quo minus copioſiore metro eam peſtilentiam perſequeretur. Sed cum exorta ea eſſet ex ſubita Deorum ira, quod Aeneas cum iuſſu Apollinis iuſſit ut Roma condiretur in Italiam deberet, in Creta tamen conſtitiſſet, ſatis Poëtæ fuit tantam fuiſſe uim illius peſtis oſtendere, quanta compelli poſſent Troiani ad oracula petenda. Quod cum facere iam paraſſent Phrygij, Penates per inſomnium mutandas eſſe ſedes, & Heſperiam petendam monuêre. quo facto, morbo liberati ſunt. hic non monebat, ut ſimilem cladem cauerent alij, nec tali exemplo conabatur mouere, ut in Georgicis faciundum fuit. ubi exemplo Poëta uoluit demonſtrare quantum ſit periculum ne pecudes, & armenta morbis abſumantur. Itaque refert quid noricis caſtellis, & alpibus acciderit. Et graui longóq; uerſu totam illam cladem expoſuit, fecit idem Lucretius & ante omnes Thucidides, quem ſumma cum eloquentia imitatus eſt Ioan. Boccaccius, Thucydides uerò & Boccaccius ueram hiſtoriam ſecuti ſunt, ut fortaſſe in Georgicis fecit etiam Virgilius: Lucretius uerò uim naturalium cauſarum uoluit oſtendere, quod ſi Thucydidi & alijs licuit omnia perſequi, cur prohibeatur Maro, qui monet, & præcepta tradit uarias moriendi uias, uarias morbi cauſas, & uaria remedia narrare? Nec in terra ſolum illam luem, ſed nec in mari, nec in aëre ullum omninò locum ulli generi animantium reliquiſſe tutum? ut paſtorum curam, & diligentiam excitaret. Non ſunt igitur in Aenead. minuta deſcriptio, nec extra rem, nec tanquam purpureus pannus ad leue quoddam ornamentum adhibitum, ſed in poëmate ſic inhæret, ut, ſi moueatur, tota illa Cretenſis hiſtoria labefactetur. Aere dato] Si pictor nulla pacta mercede id faceret, liberiùs illi quidlibet pingere fuiſſet, at ære accepto, ut id exprimat, quod illi præſcriptum fuerat, ſtultiſsimè facit, ſi cum re tam graui, & tragica uelit arborum amœnitatem miſcere: Sed qui aggredi audent maiora ſuis uiribus, facere non poſſunt, quin uicti rerum magnitudine ad humilitatem naturæ ſuæ delabantur. Conſueuiſſe uerò, qui naufragium feciſſent ſacro parieti uotiuas tabellas affigere, teſtatur Horatius, dicens in Odis:

» Me tabula ſacer
» Votiua paries indicat humida
» Suſpendiſſe potenti
» Veſtimenta maris Deo.

Vrceus exit] Magno incepto πρόχουν ſubſtituit, ut multi faciunt, qui cùm maiora ſuis uiribus polliceantur, ad humilia deſcendunt, ut hic qui amphoram, uas uinarium amplum, & rude conuertit in urceum paruum & ornatum. Perficiendum eſt igitur ut nihil ſit diſcrepans, nihil inæquabile in fabulæ conſtitutione. Decipimur ſpecie recti] Tranſit ad alteram partem, quæ λέξις nominatur, per hanc enim poëta mores, & ſententias imitatur. Quamobrem in hac parte, & illa duo continentur, & quaſi obiter de apparatu, & melodia pauca guſtabit. Sed ut in moribus quædam ſunt uitia, quæ uirtutem uidentur imitari, ut in Partitionibus his uerbis tradit Cicero: Nam & prudentiam malitia, & temperantiam immanitas in uoluptatibus aſpernandis, & magnitudinem animi ſuperbia in animis extollendis, & alia uitia, ne ſingula perſequamur, alias uirtutes imitantur. Sic in oratione uitia ſunt, quæ uirtutis quadam ſpecie nos decipiunt, ut breuitas, quæ ſæpe obeſt, non ſolum quòd obſcuritatem affert, ſed etiam quòd aufert iucunditatem. Quare ut Prodicus ait in Phædro Plat. οὔτε μακρῶν, οὔτε βραχέων δεῖ λόγων, ἀλλὰ μετρίων. Sic enim erit non modò tantum uerborum, quantum erit neceſſe: quod ſæpe obeſſe inquit M. Tull. ſed quantum opus erit etiam ad iucunditatem, de qua etiã ſi hic non agatur, maximè tamen quærenda eſt. Atqui in oratione breui perſpicuitas raro poteſt apparere: quo circa fugiendam putat Quintilianus breuitatem illam Saluſtianam, quanquam in ipſo uirtutis locũ obtinet. Sed eſt ſæpe difficilior, quàm ut ſciamus eam imitari: quo fit, ut dum alterum loquacitatis extremum fugimus, incidamus in cõtrarium. Verba enim neceſſaria ſubtrahimus: quod quidem uitium diligenter eſt cauendum. Sit igitur oratio preſſa, in qua nulla ſit luxuries, nulla redundantia. Simplicibus conſtructa uerbis, & uni ſeruiat perſpicuitati, quæ præcipua eſt uirtus orationis. Hic Iaſon, ne qua in re confuſus uideatur, elocutionem Poetarum tribus rebus conſtare ſcribit, charactere, uerbis, & numeris uerſuum. Quaſi uerò ulla dicendi forma ſine uerbis eſſe poſſit, aut cùm quid in attributa, id eſt, quomodo nunc dicitur in accidentia diſtribuitur, in partes ſimul, quæ totum id conficiunt, ut membra, debeat diſtribui. omnis oratio, ut ait M. Tull. in tertio de Oratore, ex rebus & uerbis conſtat, non aliter quàm ſi dixiſſet homo conſtat ex anima & corpore: itaq; res & uerba ſunt illæ materiæ ex quibus oratio conſtat, quæ ſi ſeparentur, deſtruitur oratio, quo circa nemo præter Iaſonem inter qualitates orationis uerba numeraſſet: ſed ita ſolent eam diuidere, ut dicant aut numeroſam eſſe, aut numeris ſolutam, rurſus omnis dicendi forma ut ait M. Tull. aut humilis eſt, aut mediocris, aut ſublimis, quæ uerò certis pedibus, numeriſq; ſic illigatur, ut uerſus exiſtat, poëtica eſt oratio: ſin abſit à uerſu, oratoria, atque cæteræ orationis qualitates utriſque, id eſt, poëtis, oratoribuſq; ſunt communes. omnis igitur oratio poëtica, ut oratoria, in aliquo trium generum uerſatur, ut uel humilis ſit, ut Bucolicorum, uel mediocris, ut Georgicorum, uel ſublimis ut Aeneid. mitto alias diuiſiones, de quibus in Part. Cicer. & Demetrius Phalereus de interpretatione, & alij ſcripſerunt & redeo ad illam Iaſonis diuiſionem, quæ uitioſiſsima eſt, quippe quæ membrum, & partem totius, quæ integram rem efficit, pro qualitate, & inter attributa numerauit. uel contra, quod multò etiã uitioſius

eſſet

eſſe, qualitates pro ipſis totius partibus accepit: nam quis auſit dicere hominem conſtare ex anima, & malignitate, uel bonitate, quòd omnis homo ſit uel bonus, uel malus? nullus credo, qui diſſimilis ſit Iaſonis. anima enim eſt pars totius, bonitas uerò et malignitas qualitates ſunt homini attributæ. Sed hæc ſunt Iaſoni neceſſaria, ut hæc interpretatio iure noua poſſit appellari.

Sectantem leuia nerui deficiunt, animiq;] κακόζηλον eſt uitium in exceſſu uirtutis poſitum. quo ſpecie boni fallitur iudicium. Cùm enim ſuauis oratio maximè delectet, & magnam laudem obtineat, ſine iudicio quidam illi rei ſeruientes, eneruati ſunt, & fracti. dum enim uerborum horridum fugiunt, & aſperum concurſum, dum etiam hiulcam nimium uocalium coniunctionem, nimium langueſcunt, ut oratio neruis & ſpiritu carere uideatur: ut non modò non delectet, ſed ſine nauſea non poſſit audiri, uel legi. Cùm uerò tres ſint dicendi formæ & characteres, humilis ſcilicet, mediocris, & ſublimis, hic Horat. mediocrem intelligit, in quo teſte M. Tull. plurimum ſuauitatis ineſſe debet. qui uerò ignorant in omni re quatenus, in uitium labuntur. In hoc uitium incurriſſe Franciſcum Petrarcham Iaſon ait, dum politiora ornamenta ſtudioſè aucuparetur in ea ode cuius principium eſt. Amor mi hà poſto come ſegno à ſtrale: eneruatum neſcio quid, & tanquam inanimatum effeciſſe iudicat, mihi uerò hæc ode non uidetur tam inops rerum, ut nullus in ea ſuccus, nullusq; ſanguis appareat: pulcherrimis enim ſimilitudinibus, quas παραβολὰς Græci uocant, ſtatum uitæ ſuæ quatuor primis uerſibus expreſſit: totidem autem ſecundis ex ſola Puella ſua Laura proficiſci ſagittas, quibus ipſe confoderetur, Solem, quo, tanquam nix, liqueſceret, ignem, quo tanquam cera, tabeſceret, uentum, quo tanquam nebula, diſſiparetur, in reliquis interpretatur ſagittas eſſe curas, ſolem os lauræ. Ignem appetitum. Ventum denique cantum, & ſpiritum lauræ: Atque his optimè uitæ ſuæ miſeriam, & incredibilem uim, efficientiam'que miram formoſiſſimæ Puellæ ante oculos omnium poſuit. Tria ergo quæ maximè ſunt in amante, quid ſcilicet pateretur, à quo, & quo modo non potuit elegantius, neque melius docere, ſed uoluit Iaſon, ut eius eſt mos, comparatione alterius ode huius inanitatem omnibus probare: at cuius'nam Odæ? nempe eius, cuius principium eſt, Rott' è l' alta Colonna, e'l uerde Lauro. Quæ & genere, & ſtylo, & omni denique qualitate ab hac differt. Quid? quod etiam grauiſſimos illos ex ſexto Aeneidos uerſus charactere uult his eſſe ſimiles?

„ Principio cœlum, & terras, campoſq; liquentes,
„ Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; aſtra
„ Spiritus intus alit.——

Non'ne poteſt ex his cuiuſmodi ſit hic Poëtarum index unicuique conſtare? Cum uerò dicit.

Profeſſus grandia turget] Oſtendit illorum uitium, qui oratione grandi uti neſciunt. dum enim uitant humum, nubes, & inania captant. Turgidi ſunt enim & inflati, dum uerborum optimorum, & grauiſſimorum inani rerum ſonitu delectantur. dum timent igitur ne depreſſi nimium, & exiles uideantur, altius inſurgunt quàm res ipſa patiatur. Rurſus qui uideri nolunt inflati, & tumidi, nimium deprimuntur, & exili, & anguſta nimis utuntur oratione pro ſubtili, & acuta: ut qui nimios uentorum flatus effugiunt, humo ſe tollere non audent. hæc ſimilitudo ſumpta eſt ab auibus, ut procella pro uehementiore uento accipiatur. Is autem optimam in ſcribendo ſequetur rationem, qui uerba rebus, & hominibus, & temporibus aptè ita contexère didicerit, ut nec ulla fiat perturbatio, & elegans ſit, & ornata compoſitio, ne quid malè ſit diſpoſitum, quod uitium ἀνοικονόμητον Quintilianus appellat, aut malè figuratum, quod ἀσχημάτιστον, aut malè collocatum, quod κακοσύνθετον Græci uocant. Sequitur aliud quoque uitium non leuius reprehenſis, in quo uerſentur ambitioſi homines: qui dum rem uerbis ornare nimium contendunt, ſic eam deformant, ut non diſſimile monſtrum illi fingant, quod in prima huius libelli parte finxerit Horat. Eſt apud Græcos, ut Quintilianus ait, κοινονισμὸς, ut ſi Atticis Dorica, Ionica, & Aeolica uerba confundas. Apud nos uerò, ſimile uitium erit illi, ſiquis ſublimia humilibus, uetera nouis, poëtica uulgaribus miſcebit, quod ut Quintilianus putauit eſſe monſtrum, ſic Horatius, cum prodigialiter inquit.

Rem uariare] Id enim cuiuſmodi ſit, interpretatur ipſe dicens.

Delphinum ſyluis appingit fluctibus aprum] Portentum enim, & magnum prodigium uideri poſſet, ſi uiuere delphinum in ſyluis, in fluctibus aprum uideremus, ſimile prodigiũ. Virgil. in Bucolicis oſtendit. Eglog. 1 uerſ. 59.

„ Antè leues ergo paſcentur in æthere cerui,
„ Et freta deſtituent nudos in littore piſces
„ Antè pererratis amborum finibus exul,
„ Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
„ Quàm noſtro illius labatur pectore uultus.

Faciunt igitur, ut dum ornati nimium uideri uolunt, dum generum omnium adhibere pigmenta, ab ipſa natura prorſus abhorreant. at prima eſt uirtus, & maxima in ornamentis omni uitio carere. Caueant igitur poëtæ ne dum nimium ſimplices & incompti uideri nolint, fiant alienis ornamentis monſtroſi: non defuit huic loco Iaſon, inquit enim complectitur more eorum breuiter, à quibus præcepta traduntur, quæ ſuprà dicta ſunt: & de monſtruoſa inuentione, & de uitioſo dicendi genere ſingula ſingulis referens: id quod à me non ſatis animaduerſum putat. Sed tu Lector aduerte modo uter noſtrum melius animaduerterit. Credit Iaſon idem eſſe monſtrum aliquod formare, membriſq; componere, & rem, quæ ſit una, iam conſtitutam, & formatam, uarijs modis tractare: ego uerò hæc ipſa uſque adeò differre puto, ut longius diſtare non poſſint. Cùm enim rem quampiam uariant ſcriptores, quæ ſit una, & ſimplex, & ſuis partibus conſtet, ut aper, ut Delphinus, uarijs uerbis, & uaria oratione eam tractant. In quo ij ſunt prodigioſi, quorum non eſt ea facultas dicendi, ut ſeruato pondere uerborum pluribus modis idem poſſint repetere. Vnde fit, ut quod grauiter ſemel dixerint, demiſſius idem poſtea deſcribant, aut quod leniter, idipſum aſperè deinceps, aut quauis alia forma referant, quæ à rebus ipſis, & ab oratione priore ſit abhorrens. Quod quidem non patitur ulla ratio: nam res graues grauem ſemper orationem deſiderant, humiles humilem, & mediocres mediocrem. Cum igitur res apta ſemel oratione tractari cœpit, non patitur ita uariari, ut ex ſua natura deduci uideatur. Sic enim prodigium ſimile uidebitur, ut ſi Delphinum in ſyluis, & aprum in undis uiuere uideremus. Itaque non eſt hîc ulla inuentio, neque Delphinus eſt monſtrum, nec item aper, ſed contra naturam ſuam alter in alterius uiueret elemento, ut res aliæ in aliarum rerum oratione uerſarentur, ut graues in humili, & humiles uiciſſim in graui: atque hæc ſunt prodigia. Quare ita rem unam uariare quiſque uelit, ut uariet uerba, non uim orationis, & nihil aget prodigialiter. Sed quid opus fuit, cum de elocutione hîc agat Horatius à propoſito recedere, &, ut ait Iaſon, ad inuentionem redire? cùm præſertim de inuentione uerbum adhuc nullum ſit factum? Quod ſi monſtrũ in prima parte librì poſitum reſpexiſſet, ijs omninò uerbis uſus eſſet, quæ cum ſuperioribus aliquo modo conſentirent. id quod hæc nullo modo faciunt. nam rès una cum illo monſtro, quod non eſt nec ſimplex, nec unum, ualde pugnãt. Nec item mihi Luiſinus probatur, cuius tamen opinio probabilior eſt, quàm Iaſonis. Hic tamẽ de uitioſa oratione agitur, non de uitioſa uariatione poëmatis, de qua quidem ſatis ibi dictum eſt, ubi poëta dixit. Inceptis grauibus plerunq; & magna profeſſis purpureus latè. q. ſ. Tu uerò hũc eſſe Poëtæ ſenſum putato: Cũ in oratione multi ſatietatẽ ſimilitudinis uelint effugere, & neſciant ſeruare modum uariandi, dum fugiunt unum uitium, in aliud, ut ſuperiores incurrunt. Hic ergo uerſiculus. In uitium ducit culpæ fuga, ſi caret arte: non minus huic præcepto, quàm ſuperioribus de elocutione ſeruit. Quod ſi aliter ſenſiſſet Iaſon, erit ſimilis ſui. Te uerò iam uidere ſpero me neque negligentem, neque oſcitantem hunc locum attigiſſe. Sed ne pigeat quandoque quàm hic eruditus ſit Latinitatis conſiderare. Singuli enim de duobus fortaſſe non rectè dicuntur: nemo enim dixerit, Cæſar & Pompeius inter ſe bellum gerebant, & ſinguli ſingulos habebant exercitus, ſed uterque unum, de tribus uerò rectè: Vt Ci-

cero de finibus libro tertio, ob eamq́ rem trium earum rerum, quas ſupra dixi, ſingulas ſingulis addiderunt. Iaſon autem paſſim hoc utitur ſolœciſmo, ut ſingula ſingulis referri dicat, cum alterum ad alterum dicendum ſit: nam cum dactiuo fortaſſe parum Latine, ut bis in eadem elocutione peccare intelligatur: ſed hæc, & alia concedenda ſunt Iaſoni, ut ab alijs noua interpretatione differat.

In uitium ducit] Vitium declinare non poteſt, qui non cognoſcit medium uitiorum, id eſt, uirtutem. Vbi enim conſiſtendum ſit, dum refugit à uitio, non uidet. itaque in contrarium delabitur.

» Eſt igitur modus in rebus, ſunt certi deniq; fines,
» Quos ultra, citraq́ nequ t conſiſtere rectum.

Quare tenendum eſt illud præceptum, quod in Oratore dedit M. Tull. ut in omni re uideamus quatenus, & magis exiſtimemus offendere nimium, quàm parum.

Aemilium circa ludum] Quiſ nam fuerit hic Aemilius, aut ubi ludus, uiderint alij, ſatis enim eſt nobis hunc locum fuiſſe Romæ, circa quem faber hic habitarit. Nam Imum eſſe nomen proprium puto. Nec enim Horatius poſteritates potius, quàm ſua tempora reſpiciens contentus eſſe potuit ſola deſcriptione loci ad fabrum indicandum at quia Imus erat obſcurus, ut malus faber, non ſolo nomine, quo poſteri acquieſcunt, ſed etiam loco, ut eum, qui tunc erant, poſſent cognoſcere, deſcribendus fuit, ut & præſentibus, & poſteris ſatisfieret. Cùm uerò inquit Horatius. Hæc Ianus ſummus ab imo, quoniam tres eſſent Iani ordine diſpoſiti, ut forum à ſummo, ad Imum occupaſſent totum intellexit forum mercatorum plenum ea docere. Vbi per Ianum potius locum, quàm per locum Ianum deſcriptum uidemus. Alia ſunt à nobis hoc loco perquirēda, quæ ad Artem magis explicandūq; poëtæ ſenſum pertinent, nam ſunt -taſſe abſtruſiora, quàm plerique ſuſpicentur. Duplex eſt, ut inquit in Poëticis Ariſtot. peccatum poëtarum. Alterum eſt enim in rebus, quæ ſunt ipſius artis propriæ, ut quando ſibi proponit aliquid ad imitandum, quod imitatione exprimi non poſſit. Alterum eſt in rebus alienis: ut ſi de medicina locum aliquē malè tractauerit. Si peccet igitur in primo genere, iuſta reprehenſione carere non poteſt: in ſuo enim artificio, & ut poëta peccat. In poſteriore uerò ex accidenti peccat, nec ut poëta reprehendi debet, ſed ut imperitus illius artis, cuius eſt id, in quo peccatum ſit, ſed hæc ſunt Ariſtotelis uerba. αὐτῆς δὲ ποιητικῆς διττὴ ἡ ἁμαρτία, ἡ μὲν γὰρ καθ' αὑτήν, ἡ δὲ κατὰ συμβεβηκός, εἰ μὲν γὰρ προείλετο μιμήσασθαι ἀδυναμίαν, αὐτῆς ἡ ἁμαρτία, εἰ δὲ τὸ προελέσθαι μὴ ὀρθῶς. κατὰ συμβεβηκός. Ille igitur poëta, qui ſibi proponit illud opus, quod ui orationis ſuæ pro eius dignitate nequeat ornare, peccat in ſuo artificio, & ſimilis eſt Imo, qui aliquas partes, uel omnes potius ſciebat ære imitari, & exprimere, tamen opus ipſum abſoluere non poterat, ut haberet etiam ſuam uenuſtatem, quam Summam uocat. Ergo qui non ualet grauitate ſentētiarum, & pondere uerborum, & qui non poteſt omni cultu orationis, & ornamēti genere rem excolere, is tragœdias, aut heroum geſta ſcribere nō audeat. Sed in humilioribus uerſetur, & ſuis uiribus aptiora uerſet, niſi oratione poſſit, quod inuenerit, expolire, nam de ui orationis hîc agitur à Poëta, id quod his uerſibus apertè ipſe demonſtrat.

» Sumite materiam, ueſtris, qui ſcribitis, æquam
» Viribus & uerſate diu quid ferre recuſent,
» Quid ualeant humeri. Cui lecta potenter erit res,
» Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo.

Cùm enim iam docuerit cuiuſmodi eſſe debeat fabulæ compoſitio: nunc oſtēdit unde uenuſta quoq; fieri poſſit: Oratione ſcilicet. Qui tragœdiam igitur non poteſt ſuſtinere, ad comœdiam ſe conferat, aut quiduis aliud ſequatur opus, ad quod natura magis factum ſe cognoſcit. Capillos] Totum hunc locum furatus eſt à me Iaſon, ut alia multa: diffi ilem eſſe rationem capillorum pingendorū aut fingendorum ex Plinio didicimus, qui laudem Parrhaſio Epheſio tributam fuiſſe docet, quòd primus ſymmetriam picturæ dederit, primus argutias uultus, & elegantiam capilli. Et Lyſippum arti ſtatuariæ contuliſſe plurimum capillo exprimēdo dixit. Ex unguibus igitur & capillis cognoſcimus Imum potuiſſe corpora, & quæ media ſunt rerum, quod eſt magni operis exprimere. Sed in quo tamen gloriam multi tulerint, ut ait Plinius. Sed infælix propter Summam erat ille ſtatuarius, quia extrema corporum, ut uerbis utar Plinianis, & deſinentis picturæ modum includere neſciebat. Quod rarum in ſucceſſu artis inuenitur. Per Summam igitur nos, quæ Plin. 35. lib. cap. 10. appellat extrema, & modū picturæ ſinentis intelligimus: quod longè difficillimum laborantibus eſt conſequi, ac ut apertius loquamur, Summa eſt illa uenus, & illa decentia, quæ ſolet etiam in illis delectare, qui non abſolutiſſimam tamē habeant corporis figuram, quam Catullus quoq; deeſſe Quintiæ dixit, cum multis eam formoſam uideri ait, ſibi uerò candidā, longam, rectam fatetur. Totum illud Formoſa negat. Nam candida, longa, recta, & cætera omnia, ex quibus pulchritudo cōſtat ſunt partes, formoſa uerò totum, quod omnes illæ partes ſimul coniunctæ efficiunt: Negat igitur Catullus quamuis in Quintia ſint partes pulchritudinis, tamen eā formoſam eſſe: Quod quidem negans, totum effici negat, &, cur id neget explicat, cum nulla uenuſtas, nulla mica ſalis in corpore tam magno eſſet. Non igitur gratus erat illius conſpectus, quod inuenuſtus, & propè dicam infacetus eſſet. Hoc quoque deerat in Imi ſtatuis, & cauſam docet Horat. quia ponere totum neſcit, quod idem accidit illi poëmati, quod nec orationis uenuſtate, nec lepôre ſit aſperſum, quare ſtultū eſt id ſequi, quod aſſequi non poſſis. Poëta igitur partes tragœdiæ, aut cuiuſuis Poëmatis optimè conſtituet, & optimè conſtabunt membra omnia, ſed ab oratione ſuam uenuſtatem non habebunt. Quare præcipit, ut materiam ſuis uiribus aptam eligant Poëtæ. Sic enim ſummæ ſatiſfacient, & ordini: Nam & ordo pertinet, ad ſummam, quoniam lucem affert, & ideò lucidus ordo dixit. Ponere] Facere, & ad pictorem, & ad ſtatuarium pertinet hoc uerbum. in 4. enim Odarum ſic inquit Horat.

» Neq; tu peſſima munerum
» Ferres, diuite me, ſcilicet artium,
» Quas Parrhaſius protulit, aut Scopas,
» Hic ſaxo, liquidis ille coloribus
» Solers nunc hominem ponere, nunc Deum.

Et in hoc ipſo libello.

Si uerò eſt unctum, qui rectè ponere poſſit. Hunc ego me] Nollet Horat. ſi quod faceret poëma, id eſſe ſtatuis illius fabri ſimile. Nigris oculis nigroq; capillo] Horum pulchritudinē ualde probat Horatius ſic in Odis.

» Et Lycum nigris oculis, nigroq́ capillo.

Quanquam illud Alcæi iudicium eſt potius, quàm Horat. nam ab Alcæo mutuatum uerba hæc eſſe puto. Sumite materiam] Hic Poëta non tam monet quid inueniamus, quàm ut exploratas, & cognitas uires noſtras habeamus, & ad eas inuentionem accōmodemus. Nam qui bene conſuluerit uires ſuas, & habuerit naturā ſuam bene perſpectam, is ad uim eius materiam accommodabit, nec audebit quicquam, quod non poſſit efficere, conari. Itaq; abundabit orationis copia, et ornatu, & ſuo quidq; loco pulcherrimè diſponet. nam inuentio coniuncta eſt cum ordine diſpoſitionis: Quis enim ad ædificium rectè materiam comparare poterit, niſi ſimul cogitet ad quam quidq; partem ſit accōmodandum? rectè igitur M. Tul. ait in Part. Collocari ad inueniendum referri. Cui lecta igitur potenter erit res] Imi uitio non laborabit: ſciet enim Ponere totum. Potenter uerò eſt nouatum uerbum. Lucidus autem, ordinis perpetuum eſt epithetum, tum hîc etiam neceſſarium: qui enim eligit id, quod pulchrè ſuſtinere poſſit, is diſponendis rebus non cōfunditur. Neq; uerò ſum neſcius ueteres hoc præceptū interpretari ad eam rationem facere, quæ ſeruata eſt à Virgilio in Aen. & in utroq; opere ab Homero: ut non ſequamur ordinem rerum geſtarum hiſtorico more: De hac autem Homerica diſpoſitione non pauca dixit Euſta. quam ita placuiſſe docet, ut etiā Euripides ea quandoq; ſit uſus: at, ſi quandoq;, plerunq; intelligit eum ſecutum eſſe aliā diſpoſitionis regulam. Quamobrem fallitur Iaſon cum omnibus, qui de ſola diſpoſitione Homerica hoc præceptum interpretati ſunt, ne ita bellum indixiſſe ueteribus interpretibus credatur, ut illorum uitia ſæpius non amplectatur, quàm uirtutes. At Horat. non poſuit hoc præceptū, ut ad Epicos tātū attineret, ſed ut ad uniuerſa poëmata referretur: & in primis ad Tragœdiā, in qua præcipuè in hoc libro

laborauit: Itaq; ut nō damnō Virgilij, & Homeri exempla, ita non laudo quod dictum eſt de re uniuerſa id ad partem unam reuocari: ſed eſt operæ precium uidere, quàm in Latino ſermone ſit proprius Iaſon, qui iam nunc ad tria tempora monet referri, quàm rectè uerò ipſius ſit iudicium. hic tamen pro futuro nullo modo eſt uſurpatum. Nam ubi pleraq; differat Poëta dixit, ibi futurum tempus demonſtrauit. Quis eſt ita præpoſterus, quis ita cōfuſus, ut perturbet ordinem uerborum, cum planiſsimus ſit locus? at hunc tu, qui legiſti ordinē probes. Iam nunc, id eſt, in præſentia dicat, quæ iam nūc, id eſt, in præſentia dici debent: pleraq; differat, & præſens in tempus omittat. Nam, ſi iam nunc, id eſt, in poſterū interpreteris, ut Iaſon, quæ iam nunc, id eſt, in præſentia dici debent, & quod ſequitur quoq; in futurum pleraq; reijcienda iubet, omnia hæc ad futurum ſpectant: & nihil penè relinquitur, quod in præſentia ſit dicendum. Perinde ac ſi dixiſſet differat in poſterum, quod nūc eſt dicendum, & differat, & omittat in aliud tempus. Vnum erit præceptū de rebus differendis, nec quicquā ponitur, quod in præſenti dicatur. Iam uerò in poſterum dicere quam ſit Latinum Iaſon oſtendat, qui uult Horatium eſſe ita locutum. Sed dicat mihi uelim Iaſon, ſi Iam nūc in poſterum ibi ſignificat, & eſt unum cum ſequenti, & idem præceptum, quomodo ſingula ſingulis, ut ipſe loquitur, reddet, Hoc amet, hoc ſpernat? Hæc duo ſunt & totidē illa eſſe oportuit, ut alterum alteri reddi poſſet. ut hoc amet ad id referretur, quod nunc dicendum eſſet, hoc ſpernat ad differenda. Sed hic interpretatione ſua, dum refugit à ueteribus, labitur in has anguſtias, quanquam non minùs hic aberrat à uero, quam in ſuperioribus. nam hoc eſt alterum præceptum, & ad delectum rerum pertinet, quare, ſi Poëtarum delectum cum delectu oratorum contuli, bona, & accommodata uſus ſum ſimilitudine. nam amare, & ſpernere ad eligendum, & ad reijciendum multò melius referuntur, quam ad dicendum, & differendū. Quod enim prorſus ſpernitur, nec in præſenti, nec in futuro tempore probatur: Quod etiamſi accommodari poſſent uerba ſuperfluens tamen eſſet, & redundans Poëta, & præceptum maximè neceſſarium prateriſſet: ſed hæc quaſi prætereuns attigit, & ad elocutionem reuerſurus. Vnde in uerbis.

Vt iam nunc dicat] Monet, ut diligens poëta, non ut ſibi quicquid offeratur, ſtatim id arripiat, & dicat, ſed ut perpendat quod rei cuiuſq; ſit pondus, & in quem locum ea maximè conueniat. Itaq; quod nunc eſſe dicendum uideatur, id nunc dicatur, quod alio tempore, id in illud differatur. Præſens uerò tempus cuiuſque rei dici poteſt, quod eſt ei opportunum, & quod poſtulat, ut res agatur, uel dicatur. Itaq; ut poëta uirium ſuarum, ſic temporis, & rerum debet habere rationem. Quare æquam uiribus materiam monuit Horat. illi ſumendam, & eſſe cuiuſque rei tempus obſeruandum. Et ut

Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi carminis auctor] Qui eſt rerū delectus. Multa inquit M. Tul. occurrunt argumenta, multa, quæ in dicendo profutura uideantur, ſed eorum partim ita leuia ſunt, ut contēnenda ſint, partim, etiam ſiquid habeant adiumenti, ſunt nōnunquam eiuſmodi, ut inſit in ijs aliquid uitij, neque tanti ſit illud, quod prodeſſe uideatur, ut cum aliquo malo coniungatur. Orator igitur perpendit argumenta, & quid habeant momenti uidet. Itaque reijcit leuia, contemnit inutilia, arripit firma, & hæret in bonis. Num ſecus eſt poëtæ faciendum? Minimè uerò. Sed ea, quæ ſibi ueniunt in mentem, magno iudicio debet ſimiliter expendere, atq; hoc probare, illud refutare, ut nihil ſit in eius opere, quod proprium nō ſit, & cum re ipſa natum uideatur. Quicunq; igitur rem aptam ſuis uiribus exprimendam ſumit, is abundat orationis copia, ſuo quamque rem loco aptiſsimè diſponit, optimum temporum, rerumq; delectum habet. Atque ſimul tres partes attigit, quæ ſunt in oratoris ui ſitæ. Inuentionem, elocutionem & diſpoſitionem. Et quia præpoſtero uſus erat ordine, præponens elocutionem diſpoſitioni, quod tamen cum cauſa fecit, cùm de oratione hic apta rei tractet, & proprius orationis ſit hic locus. Et de diſpoſitione caſu, & obiter loquatur, tamen in ordinem hæc ſuum redigens, ubi pauca de Diſpoſitione dixit, ad Elocutionem redijt dicens:

In uerbis etiam tenuis] Quo in loco ea præterit, quæ confeſſa ſunt, & omnibus uſitata, quæ uerò quaſi ſuſpecta unuſquiſq; reformidat, ea ſibi faciendum putauit, ut ad Græcorum conſuetudinem poëtæ Latini colerent: Cùm enim uerborum ſimplicium triplex ſit genus, Propriorum ſcilicet, quæ cum rebus ipſis uidentur eſſe nata: Translatorum, quæ multiplicia ſunt, nanq; immutata omnia ſunt genere translata: Nouorum, quæ nouamus nos, & facimus ipſi, reliquis omiſsis, de quibus nulla ſit controuerſia, de factis, quæ πεποιημένα dicuntur, à quibus Latinos abhorrere nimium uidebat, copioſè diſputare cœpit. Et caue putes, quod imperitè multi faciunt, in his uerſibus ullam eſſe uerbi proprij, aut translati ſignificationem. nanque apertè ad nouum ſpectare omnia uidebis. Primum enim quid eſt uerba ſerere? omnis planè ſatio ad nouos fructus pertinet. Nec, ut non nulli faciunt, qui de translato hic intelligunt, accipias Serere pro aſpergere: Nam quis in translatis tenuis unquam eſt repertus? Quænam eſt epiſtola, qui ſermo tam familiaris, in quo non uigeant translationes? at niſi peruertamus ordinem, ita uerba diſponemus.

„ In uerbis etiam tenuis, cautuſq; ſerendis.

Dixeris egregiè, ſi callida iunctura reddiderit nouum uerbum, notum. In hac igitur ſemente facienda quinq; ſunt præcepta. Primum ut tenuis ſis, id eſt, parcus, ut ex ſequentibus conſtabit. Deinde, ut cautus, id eſt, prouidus, nequid temerè, nequid ſtultè feras, aut ſine cauſa. Tum ut in compoſitione, & ſtructura uerborum ita ſis prudens, ut quod ignotum eſſet per ſe, per ſocia uerba cognoſcatur. Deinde, ut tum demum nouum audeas formare uerbum, cùm ſit neceſſe indicijs monſtrare recentibus abdita rerum. Ex quo intelligimus unum eſſe locum uerbo nouo, ubi uſitata non ualeant. Poſtea unde ſit ducendum, ex Græco ſcilicet fonte. An hæc nondum ſatis declarant, nihil hic eſſe, quod translato non repugnet? nam nec parcè transferuntur uerba, nec appellantur noua, nec ſuccurrunt tantum neceſsitati, ſed afferunt etiam iucunditatem, perſpicuitatem, breuitatem, & uim maiorem orationi. Sed hæc ſatis, aut etiam fortaſſe nimia in re perſpicua, rediremus igitur unde digreſſi ſumus, ſi per Iaſonem liceret, cum quo cogor non ſine quadam moleſtia diſputare, qui quidem, dum mecum ſumma ui contendit, conatur oſtendere ab Horatio non de nouato uerbo ſolum, ſed etiam de translato præceptum eſſe datum. Primò enim inquit, non tam de translatis, quàm de nouatis præcipitur: Notandum eſt cum inquit non tam de translatis, quam de nouatis. Quaſi uerò præcipuus ſit hic locus de translatis, & caſu quodam aliquid attingat de nouatis: Cum tamen totus de nouandis uerbis agat. Sed ueniamus ad ipſius uerba. Quæ in re nihil obſtat, inquit, quod dicitur à Griſolo, ſationē ad nouos fructus attinere, cùm doceamus translationē nouitatē quandā eſſe uerborū. Vnde & Ariſt. in libris Rhetoricorū unā ex uirtutib. metaphoræ eſſe ait, quod nouā quodāmodò, ac peregrinam reddit orationē. At ſi Iaſon docet translationem nouitatem quandam eſſe uerborū, id planè docet, quod ne Ariſtot. quidem unquam docuit, cuius auctoritate, ſi intelligeret, non abuteretur. Nam ubi de metaphora tractat, μεταφορὰ inquit, τὸ σαφὲς, καὶ τὸ ἡδὺ, καὶ τὸ ξένον ἔχει μάλιστα, perſpicuitatē habere dicit metaphoram, iucūditatē, & peregrinitatē, quod ſi habet peregrinitatē, quōnam modo ipſa nō erit peregrina? nouitas eius hominis eſſe dicitur, qui ſit nouus, ut Cic. Vnde ad Lentulū, ſimul inquit nouitati uideo inuiſum eſſe meæ. Ita peregrinitas peregrini ſemp erit: Peregrinus aūt qui eſt in aliena ſede, ut translata nomina. nec noua ſunt, nec orationē faciunt nouā, quia ipſa ſint noua: ſed quia retinent ſuā peregrinitatem: Nec illa Ciuitas noua dicitur, quæ habeat nouos colonos, niſi quia illi peregrini ſunt, & alienas ſedes occuparūt, quanquam horum eſt alia ratio, cùm ſedes illas proprias ſint habituri, & ueri ciues ſint futuri, quod non accidit translatis, quæ nouā ſignificationē minimè accipiūt, ut uult Iaſon. quod multis rationib. planū fiet. Illa enim uerba, quæ uarijs in locis collocata mutant uim ſuā, propria ſunt non translata. Vt hoc uerbū intereſt, proprium eſt cū officiū ſignificat, ut Conſulis intereſt conſulere ciuitati: propriū eſt etiam cum dicimus non ſolum interfui, ſed etiā præfui negotio gerendo. Verba uerò, quæ uariā uim habent, ſæpe fit, ut uariā habeāt etymologiā: ut ἰάπτω quādo βλάπτω ſignificat, id eſt, noceo, offendo, ab ἴπτω uenit interpoſito α. unde κῆρας ἰάπτων apud Soph. ἰάπτετ' αἰσχρὰ ῥήματα apud eundem in eodem Aiace, Vel doceas, uel immittas ab ἵπω, ex quo ἴπτω, unde ἰάπτω. idem accidit Latinis,

u intereſt, aliud enim eſt, aliud in re eſt. Verum ea eſt huius gene-
ris natura, ut afferat aliquid, atque adeò multum orationi ui ſua,
& ſimilitudine, non ut ipſum quicquam accipiat, at, ſi nouam ſi-
gnificationem aſſumerent, contrarium eueniret: nam iſta ratione
ranslatis ornamentum, & cæteræ uirtutes talium uerborum quæ-
rerentur. quo nihil abſurdius: quandoquidem nomina non ſua i-
pſorum cauſa transferuntur, ſed aliorum. Cùm tu igitur dicis uer-
bum iam notum callida iunctura reddi nouum, dicis has ine-
ptias, & alias permultas. nam poteſt'ne translatum eſſe uerbum
ſine ſimilitudine? quamuis id apertè negare non auſis, omnınò ta-
men negas, cùm doces hæc nomina nouam aſſumere ſignificatio-
nem. nam ſi arboris coma non ſignificat hominis capillos, quânam
ratione quid ſint frondes expriment? Iam uerò, ſi metaphora in a-
lienum locum ueniens plus ualere debet eo, ut uult Quintilianus
quod expellitur, qui'nã fieri hoc poterit, ſi expulſi uim aſſumat? ut
comæ non amplius capilli ſint, ſed in frondes ſit conuerſæ? tan-
tum abeſt, ut ita plus ualeat, ut multò minus ualere ſit neceſſe, præ-
ſertim ſi translatio, ut tu affirmas, imitatur. nam, ut M. Tullian.
inquit, in omni re uincit imitationem ueritas. Quo circa hæc tua
translatio potiùs obeſſet, quàm prodeſſet. Leuius enim ſit neceſ-
ſe eſt quod transfertur, quam id, cuius imitatur ſignificationem.
& tamen Ariſtoteles uult eius officium ſimilitudine ſua rem an-
te oculos, conſtituere. atque hanc optimam, & pulcherrimam te-
ſte Demetrio Phaleræo metaphoram eſſe iudicauit. Non igitur
comæ ſyluæ ſunt frondes, & multò minûs niues ſunt capitis capil-
li. Nam quî tibi uenit in mentem niues capillos eſſe ſcribere? ca-
nos enim dicere debueras: à colore enim ſumpta eſt ſimilitudo, quæ
tamen dura eſt, ut ait Quintilian. Tu uerò quantò duriorem fa-
cis? non transfertur igitur nomen à propria & à naturali ſignifi-
catione, uerùm à ſede ſua in alienam, ut docent qui propriè lo-
quuntur, & retinent ſuam uim, & naturam, cuius ſimilitudine al-
terius uim rei, & naturam exprimunt. Qua ſublata tollitur fundi-
tùs translatio. Quæ, ut M. Tull. inquit, illuſtrat id, quod intelli-
gi uolumus, eius rei, quam alieno uerbo ponimus ſimilitudine. Iam
uerò in ore ſic ait translata, ea dico, quæ per ſimilitudinem ab alia
re aut ſuauitatis, aut inopis cauſa ſumuntur. Ad hæc, ſi uerba
translata in eorum ſignificationem tranſeunt, in quorum ſedem
transferuntur, dicat mihi, quæſo, tui acumen ingenij, Iaſon, quam
ſignificationem accipiant, ubi deſint propria, ut pes in naui, gem-
ma, aut oculus in uite. Hærere te hîc arbitror, niſi forte dicas ea,
ut occupant eas ſedes, in quibus, ſi eſſent, propria ſederent, ita ſi-
gnificationem occupare, quàm ea ipſa, ni deſint haberent. atqui e-
go uideo ſedem, ſignificationem non uideo, tu uerò, qui cernis
acutius, dicas, ſi uides. Sed ueniamus iam, ſi placet, ad acutiſſi-
mam, ſtructuram tuam: Dixeris egregiè, inquis, ſi callida iunctu-
ra uerbum iam notum reddiderit nouum, id mihi uiſus es dicere, ſi
uerbum iam notum reddiderit ignotum. Ergo iſta ratione uer-
bum translatum eſt id, quod iam notum callida iunctura ſit no-
uum. at hic non eſt uſus translationis, ſed pulcherrima periphra-
ſis. Verum ſunt nonnulla, quæ ex te ſcire uelim. Et primûm an Ho-
ratius tam breuiter perſtrinxerit de nomine tam neceſſario præce-
ptum, quod diuinauerit olim fore Iaſonem quendam, qui tam
pulchra, & tam recondita, & tam multa in hunc locum de ea re
congereret. ac ei reſeruauerit hunc honorem: Gratulor ego tibi,
nec inuideo hanc laudem. Sed quoniam craſſa Minerua mea eſt,
ad tuam confugio: Dic ergo ſecundo loco, ſi uerbum iam notum
et nouum, non'ne in hac nouitate ſua fiet obſcurius? uerborum
enim nouorum ea eſt natura. Hoc uerò ſiquis Horatio, uel tibi po-
tius, obijciat, quánam ſolutione reſpondebis huic ἀντιθέσει? nón-
ne coactus ita reſpondebis nouum uerbum callida iunctura reddi
oportere notum? non'ne hîc Horatius dormitaſſet ſi tam neceſſa-
rium de uerbo noua præceptum omiſiſſet? atque illud quoque ue-
lim mihi dicas, quando res rebus, ut tuis uerbis utar, referuntur.
Vt Nauis reipublicæ quánam iunctura ſit nouum? Arboris enim
comæ, & ſimilia coniunctione aliqua uis innouari. ubi uerò nulla
eſt coniunctio, non'ne translatum eſt? Ergo nouatum ſine callida
iunctura. Quod eſt, ut fateri te quoq; puto, falſum. Præceptum i-
gitur Horat. mancum eſt, & imperfectum. De nexo quoque in li-
bra, de Luxuria ſegetum, quæri poſſet num fiant noua, quod ſi
affirmes, quæro qua ſignificatione fiant noua. nulla quidem certè.
At uereor ne me Sophiſticum appelles, à quo uitio tu longiſſimè
abes, cùm dicis translatis uerbis parce uti oportere, ſine quibus
muta ferè eſſet omnis lingua. at ſi ego ſophiſta tibi uideor, cum
ſationem omnem ad nouos fructus pertinere doceo, quis'nam tu
te tibi uideris eſſe? cum diſputas translata nomina ſuam uim amit-
tere, & alienam accipere: eſt'ne quicquam abſurdius? ſed hoc er-
rore tuo nihil potuit commodius accidere, nam ſi rectè ſenſiſſes,
non tam pulchra, nec tam recondita de metaphora dixiſſes. E quì-
bus illud eſt omninò nouum, & tot ſeculis à nullo unquam animad-
uerſum. Quod metaphora Tragœdiæ, & Comœdiæ tanquam ex
altera parte reſpondeat. ἀντίστροφος ergo Tragœdiæ & Comœ-
diæ metaphora? quid ita? num quia imitatur? & quæ'nam eſt hæc
imitatio? non uides, ſi metaphora nitatur imitatione, uitioſam
eam eſſe? aut ne metaphoram quidem? docui enim Ciceronis uer-
bis omnibus in rebus imitationem uinci ueritate. Si diſſuerē igitur
amicitias, remittere proprium uerbum mutaretur, leuius eſſet om-
ninò, & minus ornamenti, & perſpicuitatis haberet. Quod nefas
eſt dicere de translatis. Quis enim malit aliena, ſi meliora ſint pro-
pria? num tibi uiſus eſt Ariſtotel. Rhetoricam cum Dialectica tam
ineptè conferre? at quam hoc ſit falſum, in illis translatis cognoſci-
tur, quæ peperit neceſsitas. Quæ quidem quod imitentur nihil ha-
bent. Nec tamen erubeſcis contra M. Tul. & Ariſtot. omnium deni-
que opinionem affirmare, Metaphoram ob imitationem maximè
oblectare, quantò melius, & quantò uerius illis ducibus dixiſſes, ob
difficillimam transferendi rationem? Quod hæc ſola ab alijs ſumi
non poteſt. Vnde qui bene utatur translationibus, induſtrius eſt, &
acutus: Videt enim in diſsimilibus rebus ſimilitudinem. Tu'ne tot
rationibus, quas diligentiſsimè Cicer. perſequitur, tuas commenti-
tias nugas præferri putas? & mirabitur quiſquam ſi tu me, & Ma-
dium uirum doctiſsimum, & alios per multos iſtius delicati ſtoma-
chi faſtidio contemnas? cum Principes omnium doctrinarum præ
tuis ineptijs deſpicias? atqui non miror ſi tu de translatis libenter lo-
queris, quandoquidem tuum nomen ad alterius libidinem tranſtu-
liſti. non enim me latet cuius in me tela iacias, nec ita ſum expers iu-
dicij, quin hanc ſtultam rerum coaceruationem, & tantam conge-
riem cognoſcam. Verum ſic agam tecum, ut ille ſibi quoq; ſatis eſſe
factum putet. Sed ad rem noſtram. Nihil eſt, mihi crede, in tota hac
tua noua interpretatione, quod moleſtius feram, quàm quòd Tri-
phonem accuratum hominem, & prudentiſsimum multis audaciæ
tuæ maculis aſpergis, qui eius quotidianis ſermonibus nugas iſtas,
& commentitias fabulas aſcribas. Ego uerò ut nihil illi tribuo, ita
nihil aufero. Tu uerò, niſi de meis moribus ex tuis coniecturam fa-
ceres, nunquam literis teſtatus eſſes me tacitè meis interpretationi-
bus Triphonem uirum optimũ, & mihi amiciſsimum reprehendere.
nam quid ille reliquit ſcriptum, quod intelligi poſsit à me reprehen-
ſum? Iam de Metaphora primus'ne ille in eo loco diſputare cœpit?
cur eſt cur amicũ, & eum tacentem ego inſequar potiùs, quàm eos,
quos nunquam uiderim, quiq; ante illum idem ſenſerunt, & ſcri-
pſerunt? Num in tota illa mea interpretatione apparet ulla eius
nominis ſignificatio? quid (malum) igitur animũ in Triphonem
meum tam peruersè interpretaris, qui præſertim ab omnium iniu-
ria ſummo ſtudio abſtinendum mihi duxerim? an quia tu meam in-
nocentiam peſsimè edidiſti, ſimilem me tui putas in Triphonis pro-
bitatem? falleris. longè enim abſum ab iſta tua peruerſitate animi.
Sed iam licet redeamus unde digreſsi ſumus.

In uerbis etiam] Hæc particula, Etiam, oſtendit quod egregiè
dicet primum qui materiã ſumet æquam ſuis uiribus, quod expreſ-
ſit, dicens. Nec facundia deſeret hunc: deinde qui in ſerendis uerbis
tenuis, & cautus ita uerba coniunget, ut quod nouum ſit in illis fiat
perſpicuum. Si fortè neceſſe eſt] Ordo eſt,

» Continget fingere Cinctutis, &c.

Si fortè neceſſe eſt. Indicijs monſtrare] Vides'ne ſuo nunc exem-
plo nobis animum addere poëtam? Verba enim indicia dixit, ut
σύμβολα. Ariſtot. περὶ ἑρμηνείας. ἅ ἐν τῇ φωνῇ τῶν ἐν τῇ ψυ-
χῇ παθημάτων σύμβολα. id eſt, quæ ſunt in uoce, earum, quæ
ſunt in animo affectionum, ſunt notæ. In Offic. primo etiam M.
Tull.

Tull. uocem orationis indicem uocauit. Abdita rerum] *Non ca= rum fingendum eſt uerbum, niſi quando uſitato, aut proprio non poſsis exprimere, quod uelis, aut neceſsitas cogere uideatur.*

Continget fingere] *Hoc quoque uerbo pro* ἐνδέχεται *Græco eſt uſus, quod licet ſignificat, ſic in 10. Sermone pri. lib.*

» *Quid me putatis.*
» *Difficile, & mirum Rodio quod Pitholeonti.*
» *Contigit.* ——

Et Virgil. in ſexto.

» *Ire ad Conſpectum chari genitoris, & ora.*

Contingat ac peritiunde præceptum ſimul & exempla dat iiſdem uerbis, Cinctutis Cethegis] *Non dubium eſt, quin deductum ſit nomen à cinctu, & participiali forma habitum oſtendit omninò, & ex habitu, tempora, & ex Cethegis ueteres, ut ſynedocha ſit à parte totum, & Metonymia, habitus pro tempore.*

Dabiturque licentia ſumpta pudenter] *Si tenuis eris.* Et noua, fictaque nuper] *Nequis obiiciat, quis uerba fingat, quæ nemo probet, quæcunque ea fuerint: Occurrit, & pluribus argumentis conatur oſtendere, & placitura eſſe, & ſplendorem habitura, ſi ſint idonea &* Parce detorta cadant de Græco fonte] *Vnde ducenda ſint, oſtendit. Ne quod multi faciunt, hîc intelligamus nos doceri nouis rebus noua nomina imponenda eſſe, quaſi uerò id nullo præcipiente natura ipſa non cogat.*

Inuideor] *Priſcianus in. 8. ponit Inuideo inter ea uerba, quæ faciunt ex ſe paſsiua, idque fortaſſe Horat. ductus auctoritate, Cic. uerò in 3. Lib. Tuſcul. rectiùs inuidere florē, quàm flori dici putat: ſed nos conſuetudine prohiberi, & Accium laudat, quòd in Menalippa ius ſuum retinuit in eo uerſiculo.*

» *Florem quiſnam liberum inuidit meum?*

Dictum autem uerbum docet à nimis intuendo fortunam alterius. Sed nos eadem ratione, qua Græci φθονοῦμαι *dicunt, inuideor dicere poſſemus, niſi ſuperſtitio prohiberet. Sed illud hoc in loco omitti non debet, hoc uerbum nunc ad odium pertinere potiùs, quàm ad inuidiam: Nemo enim inuidet illi rei, quam non ipſe cupiat. Nec aliud eſt inuidia, quàm dolor alieni boni, quod inuidenti mali nihil afferat. Probaretur igitur Horat. ſiquid acquirenti ſermonis patrio inuideretur illi. Nam ex illius laude oriretur inuidia. Quare inuideor hîc habeor odio ſignat.*

Licuit, ſemperque licebit] *Quod ſemper licuit, & ſemper licebit, nam ad utrunque tempus referendum eſt Semper. Quid eſt, quod nunc quoque non liceat?* Signatum præſente nota] *In 4. Satyra 2. libri.*

» *Non eſt mihi tempus auenti*
» *Ponere ſigna nouis præceptis.*

Signa, id eſt, nomina. Sic præſentem notam nouam uocem intellige. Et metaphora ſumpta eſt à pecunia.

Siue receptus] *De Lucrino lacu intelligendum non puto: Is enim in terram non receptus eſt, ſed magnis molibus à Iulio Cæſare incluſus, neque de portu Hoſtienſi, niſi fortè poëta diuinârit, cùm tot annis poſt Horatium factus ſit à Claudio Imperatore.*

Sterilisue diu palus] *Pontinam intelligit paludem per Cethegum ſiccatam. Palus ultimam breuem habet quandoque, quamuis in paludis, lu. penultima ſit longa. Lege Seruium in eum uerſum libro 11. Aeneid.*

» *Heu quæ nunc tellus (inquit) quæ me æquora poſſunt*
» *Accipere?* ——

Seu curſum mutauit] *Cum per Velabrum Tybris flueret, Auguſti iuſſu eſt ab Agrippa deductus quà nunc excurrit.* Doctus iter melius] *Sic in Epiſt. ad Villicum.*

» *Addit opus pigro riuus ſi decidit imber*
» *Multa mole, docendus aprico parcere prato.*

Mortalia facta peribunt] *Id eſt, cùm ſint mortalia, & facta.*

Quem penes arbitrium eſt] *Nam eſt genitor, ut in 11. Epiſt.*

» *Adſciſcit noua, quæ genitor produxerit uſus.*

Atque hæc de nouato uerbo.

Nunc quia uaria ſunt poëtarum genera, definiendum fuit, quo cuique metro ſit utendum, monet igitur Homeri auctoritate heroico uerſu res geſtas regum, & ducum, & triſtia bella ſcribi oportere, quod experientia congruere compertum eſſe, docet hiſce uerbis Ariſtotel. τὸ δὲ μέτρον τὸ ἡρωικὸν ἀπὸ τῆς πείρας ἥρμοκεν· εἰ γάρ τις ἐν ἄλλῳ τινὶ μέτρῳ διηγηματικὴν μίμησιν ποιοῖτο, ἢ ἐν πολλοῖς, ἀπρεπὲς ἂν φαίνοιτο, τὸ γὰρ ἡρωικὸν στασιμώτατον καὶ ὀγκωδέστατον τῶν μέτρων ἐστί· διὸ καὶ γλώττας, καὶ μεταφορὰς δέχεται μάλιστα. *metrum autem heroicum ex experientia quadrare compertum eſt: ſi quis enim ullo alio metri genere ſimplici, uel mixto, aut pluribus narrationem uoluerit imitari, abſurdum uideri poterit: heroicum enim ſtabiliſsimum eſt omnium metrorum, ac ampliſsimum. Et propterea uarietatem linguarum in primis, & translationes ſuſcipit, & rationem affert Ariſt. in Poëticis dicens,* σεμνὴ δὲ, καὶ ἐξαλλάττουσα τὸ ἰδιωτικὸν ἡ τοῖς ξενικοῖς κεχρημένη. ξενικὸν λέγω γλῶτταν, καὶ μεταφορὰν, καὶ ἐπέκτασιν, καὶ πᾶν τὸ παρὰ τὸ κύριον. *id eſt, grauis autem, & quæ recedit à proprietate loquendi eſt, quæ utitur peregrinis. Peregrinum autem uoco uarietatem linguarum, metaphoram, extenſionem, & quicquid extra proprium eſt.* Quo ſcribi poſſent num.] *Notandum eſt, Poſſent uerbum, quo innuit alio numero ea ſcribi non poſſe, ut in ſuperioribus duplici ratione docet Ariſtot. non enim poëſis, quæ longas habeat narrationes, poſſet alio numero uel ſolo, uel multis aliis admiſto decorum ſuum, & uenuſtatem habere: nec eſt ullum metri genus æquè ſtabile, neque tam plenum, quàm heroicum. Addo etiam, quod heroico poëtæ conceditur uſus omnium linguarum, & omnium uerborum ornamenta: Non enim defuerunt, qui etiam in Latinis differentias linguarum conſtituere tentârint.*

Verſibus impariter iunctis] *Quamuis ad luctum excogitatum eſſet carmen elegiacum, ut excluderet res lætas, in eodem tamen animi uoluptas poſtea eſt incluſa, ut tam læta, quàm triſtia per illud cantarentur. Nam &* εἰς τὰ λουτρὰ τῆς Παλλάδος *ſcriptus eſt hymnus, à Callimacho. quàm ſæpe ſua gaudia poëtæ celebrant hoc uerſu? de cuius inuentore inter Grammaticos non ſatis conuenire poteſt, nec eos deridet Horat. cùm ſuo fungantur officio. Certant igitur quod hoc inuentum alii ad Colophonium Polymneſtum referunt, de quo Plutarch. de Muſica. Inquit enim cum eadem poëmata ſecutum eſſe, quæ Terpandrus, & Clonas ſecuti eſſent. Hi autem tibiæ leges & cantus elegiorum, heroicorumque conſtituerunt. Sunt etiam qui Eteoclem Naxium, ſeu Heretrienſem elegi uerſus auctorem faciant, atque alii fortaſſe alios, ut mirum non ſit, ſi de certo huius carminis auctore ſit adhuc controuerſia.*

Archilochum proprio] *Nota eſt hæc hiſtoria. Archilochi uerò maledicentiæ meminit Lucianus in eo dialogo, qui* ψευδολογιστὴς, *ſeu* περὶ τῆς ἀποφράδος *inſcribitur. Cùm enim quidam uerbis illum carperet,* τέττιγα εἴρηκε τὸν ἄνδρα εἰληφέναι τοῦ πτεροῦ. *Ala cicadam cepiſſe illum dixit, ut enim cicada natura ſemper cantat, ita ſibi inſitum natura uoluit indicare, ut tacere nō poſſet: in Epig. uerò illo pulcherrimo ueſpis comparatus.* σῆμα τόδ' Ἀρχιλόχου παραπόντιον, ὅς ποτε πικρὴν μοῦσαν ἐχιδναίῳ πρῶτος ἔβαψε χόλῳ αἱμάξας Ἑλικῶνα τὸν ἥμερον. οἶδε Λυκάμβης μυρόμενος τρισσῶν ἅμματα θυγατέρων. ἠρέμα δὴ παράμειψον ὁδοιπόρε μήποτε τοῦδε κινήσῃς τύμβῳ σφῆκας ἐφεζομένους. *Miſerum cum hoc ipſo uitio Pind. in Pythiis Ode ſecunda teſtatur fuiſſe his uerbis.*

» εἶδον γὰρ ἑκὰς ἐὼν τὰ πολλ-
» ' ἐν ἀμαχανίᾳ
» ψογερὸν Ἀρχίλοχον βαρυλό-
» γοις ἔχθεσι πιαινόμενον.

Vixit autem regnante Romulo, ut in Thuſculanis refert M. Tull. ſucceſsiſſe uerò, teſte Plut. dictus eſt Terpandro, & Clonæ. Alternis aptum ſermonibus] *Ariſtoteles hoc oſtendit in Poëtica.* μάλιστα γὰρ *inquit* λεκτικὸν τῶν μέτρων τὸ ἰαμβεῖον· σημεῖον δὲ τούτου· πλεῖστα γὰρ ἰαμβεῖα λέγομεν ἐν τῇ διαλέκτῳ τῇ πρὸς ἀλλήλους, ἑξάμετρα δὲ ὀλιγάκις καὶ ἐκβαίνοντες τῆς λεκτικῆς ἁρμονίας. *eſt enim maximè omnium iambicus uerſus ad ſermonem aptus, cuius quidem rei illud eſt nobis argumento, quòd colloquentes inter nos, ſæpiſsimè proferimus iambos, rarò uerò hexametra. Et tunc ex quotidiani ſermonis uſu excedimus. In 3. de Oratore M. Tull. ſic inquit: Iambum & trocheum frequentem, ſegregat ab oratore Ariſtotel. qui natura tamen incurrunt in orationem, ſermonemque noſtrum. Verſus*

ſæpe

ſæpe in oratione per imprudentiam dicimus, quod uehementer eſt uitioſum. Senarios uerò, & Hipponacticos effugere uix poſſumus: magnam enim partem ex Iambis noſtra conſtat oratio. Et paulò pòſt inquit: Sequitur ergo, ut, qui maximè cadant in orationem aptam numeri, uidendum ſit. Et ſunt enim qui Iambum putent, quod ſit orationi ſimillimus. Qua de cauſa fieri, ut is potiſsimum propter ſimilitudinem ueritatis adhibeatur in fabulis. De heroico uerò ſic ait. Ariſtotel. Heroum numerum grandiorem iudicat, quàm, deſideret oratio. Alternis aptum ſermonibus] *Quod Ariſtoteles* ἐν τῇ διαλέκτῳ τῇ πρὸς ἀλλήλους *dixit, & ne uideatur conuico ſermoni tantum idoneus, oſtendit poſſe tantum inſurgere, ut ſuſtineat tragicam grauitatem, & non uincat popularem ſtrepitum magnitudine ſoni, ſed auctoritate & grauitate comprimat, & ſic afficiat populum, ut ſtrepere nec audeat, & uehementer admiretur. Hic Iaſon Ciceronis auctoritate uiſus eſt ſibi conuincere illos, qui adeò ſonorum & grauem Iambum putant, ut quaſi ſtrepitus Populi ſuperare uideatur. Qui quanto inquit in errore uerſentur, Ciceronis uerba declarant in Oratore ad Brutum, cùm ait, Iambum frequentiſsimum eſſe in iis, quæ demiſſo, atque humili ſermone dicuntur. Si igitur in demiſſo, & humili, qua ratione ex grauitate populares ſtrepitus ſuperaret, clamoresq́ uinceret? Hic ego tueri nolo quos reprehendit Iaſon, cur autem me tacitus prætereat, neſcio: Cùm dubium non ſit, quin, præter nouum ipſius ſenſum, omnes delirare putet. Sed tamen uidendum eſt quam ſit argutus in concludendo. Si in demiſſo inquit & humili uerſatur genere, ex grauitate nulla ratione ſtrepitus populares uincet. At, ò Iaſon, omnes fatebuntur eos Iambos, qui ſiunt in demiſſo, & humili genere non poſſe uincere ſtrepitus populares. Verum tute fateris non ita multò poſt Tragœdiam grauioribus uerbis & ſententiis, & uiolento illo orationis genere, Comœdiam uerò humiliore componi. Et tamen Iambis utraq; deſcribitur. Non igitur omnes Iambi ſunt ſimiles, ſed alii aliis grauiores. Quid igitur, ſi tibi ita reſpondeatur? Hic Horat. non intelligit eos Iambos, quos in demiſſo, & humili genere uerſari uult M. Tul. quid habes, quò te ſuſtentes? Sed ibi quoque, ubi Horat. inquit, Verſibus exponi tragicis res comica non uult, non quod, inquit noſter interpres, Tragœdia etiam non ſit Iambis perſcribenda, quemadmodum Comœdia: ſed quod tum dicendi genus elatiùs, tum altiorem carminis naturam, ac uim Tragœdia requirit, humiliùs Comœdia. Si ita eſt, ut certè eſt, mira in confutandò Iaſonis eſt negligentia. Verum ita delectatur de aliorum fama ingenii, & exiſtimatione ſemper aliquid detrahere, ut diſſimulare etiam mihi nonnunquam uideatur, ut det locum ſuis calumniis. Verum quam acutè, & quam uerè hunc locum ille ipſe, cui nemo placere poteſt, explanet, uideamus. Et quoniam noluit oblitus uideri modeſtiæ ſuæ, & gratiam habiturum ſe profitetur, ſi quis eum aberrantem hac in re in rectam intelligendi uiam reduxerit, conemur nos ſine ulla aſſentatione hanc gratiam aucupari. Senſus huius, & uerba hæc ſunt. Ego Horatium exiſtimarem ad differentiam earum Tragœdiarum, & Comœdiarum, quæ minimè Iambis ſcriberentur, cum ad hoc in primis reſpiceret, dixiſſe Iambum uincere, hoc eſt ſedare populi ſtrepitus, & exſibilationes, ut ſignificare uoluerit eas Comœdias, & Tragœdias explodi ſolere, ac derideri, quæ minimè Iambis, eas uerò, ſedato ſtrepitu, attentiſsimo animo audiri, quæ Iambis perſcriberentur, tanquam perfectiſs. hactenus Iaſon, à quo duo ſunt in primis, quæ uelim diſcere. An ſatis ſit ad ſedandos ſtrepitus & ad attentionem populi fabulas Iambo eſſe ſcriptas. Deinde quas'nam Horatius Tragœdias intelligat non Iambo, ſed alio metri genere ſcriptas. Quæ niſi doceat exſibilandus eſt ipſe, & deridendus. Ego uerò adduci non poſſum ut credam quamuis Iambo ſcriptæ fuerint, nullas Tragœdias, nullasq́ Comœdias exploſas fuiſſe, & exſibilatas. non enim ſatis eſt Iambo ſcribere. nam & Horatius monet uerſibus exponi Tragicis nolle rem comicam, & indignari Tragœdiam priuatis, & propè ſocco dignis carminibus. Vnde ſi quis in alterutro peccaret, exſibilaretur omninò. Hæc autem carmina ſunt, quæ in demiſſo & humili genere paulò antè faciebant, ut magnitudine ſoni Iambus nō uinceret populares ſtrepitus. Illic oblitus erat grauiorum Iamborum, hic uerò leuiorum. Non igitur quiuis Iambus ſedare clamores populares poſſet. Sed illud eſt, ſecundo quod etiam magis diſcere ab illo cupio, quo tempore Tragœdia ſit alio metro quàm Iambo ſcripta, quoniam ante Aeſchylum, Sophoclem, Euripidem, quos habemus, puris Iambis conſueuiſſe ſcribi ex Horatio intelligimus, qui ait, non ita pridem ſpondeos ſtabiles in iura paterna recepit. Cùm autem hoc uſi ſint ii, quos modò nominaui, ante eos Tragœdia trimetris Iambis, id eſt, ex ſolis Iambis ſcribi conſueuit. Poſtea uerò quis Græcus Tragœdiam alio metro ſcripſit? Equidem arbitror eſſe neminem. at putare ſe dicet Iaſon, ut alibi fecit de ſatyris, non defuiſſe qui alio uterentur metro, præſertim apud Latinos: Ego uerò non facilè huius coniecturis acquieſco, atque etiam ſi Latini eum adiuuarent, quod tamen nego, ſcit Poetam noſtrum parum eos curare. quanquam de Ennio, & Accio uehementer fallitur. Nec Horatium intelligit, cùm is dicit in horum nobilibus trimetris hunc rarum apparere. non enim rarò Iambo, ſed hoc Iambo certis in ſedibus ſpondeum habenti rarò ſcribit Ennium & Accium eſſe uſos. nam & illi ſi trimetris ſcripſêre, Iambis ſcripſêre. ut nullum ad Latinos habeat perfugium, quanquam de hac re ſuo loco. At quæret quònam igitur Iambo delectarentur illi, eo ſcilicet, in quo præter ſpondeos alios quoque pedes immixtos uidemus, ac, ne ſecunda quidem, aut quarta ſede Iambo reſeruata. Sed iam te puto Iaſon uidere, quam longè declinaris à recta uia, ad quam ſi uelis reuocari, lege æquioribus oculis quæ à me in hunc locum ſcripta ſunt, nec Madii uiri doctiſsimi ſententiam contemnas: Vt autem cumulatiùs huic muneri ſatisfaciam, ſcito hæc uerba ad Comœdiam nihil attinere. Quod ſi tu uelis tamen opinioni tuæ conſtare, iudicemus Ariſtophanem exploſum ſemper fuiſſe, nec ſuas fabulas probare populo potuiſſe, in quibus tetrametri non pauciores Iambis ſine dubio leguntur.* Et natum rebus agendis] *Cùm agi fabulæ dicantur, uidetur hic uerſus naturalem quandam uim, & aptitudinem habere ad dramata.* Muſa dedit] *De Lyricis hic agit officiis: ac oſtendit materias illi generi ſubiectas, & eſt Zeugma, ad unum enim uerbum referuntur omnia. Et aduerte, quòd cùm plura ſimul dicantur, ad quæ omnia proprietas unius uerbi non poteſt accommodari, poſtremæ partis ſcriptores rationem habent, & uerbo ſibi proprio eam coniungant. ut hic: Nam referre iuuenum curas, & libera uina propriè dicimus: diuos autem, & filios deorum, & pugilem uictorem, & equum certamine primum, non item. Nam cantandi ſunt hi, celebrandi, laudibus ornandi.*

Puerosq; deorum] *Id eſt, filios* παῖδας. Et equum] *Victorem equo.* ἀντίπτωσιν [illegible]. *Metonymia, quæ dura uideri poteſt. ſigna tamen uictricia, & arma dicimus.*

Et libera uina] *A' parte totum, non enim conuiuium uino tantum celebratur. Sed fortaſſe Græcam ſecutus eſt appellationem,* συμπόσιον *enim illi dicunt. Libera uerò uina ab effectu: faciunt enim ut liberè loquamur, & faciamus quicquid lubet. Sed liberas cœnas intelligit potiùs, in quibus pares erant conuiuæ, & cauebatur: Ne fidus inter amicos eſſet, qui dicta foras eliminaret, ut idem Epiſtol. primo.* Deſcriptas ſeruare uices] *Qui neſcit, inquit, hæc officia ſeruare, ut quod cuique ſit aptum, & attributum genus carminis cognoſcat, indignus eſt, qui poeta numeretur.* Vices] *Officia. Quint. in principio primi lib. Diuiſa ſunt, inquit, profeſsionum uices. Et idem Horat.*

» *Fungar uice cotis,*

Et alibi.

» *Sermone opus eſt modo triſti ſæpe iocoſo*
» *Defendente uicem modo Rhetoris atq; poetæ*
» *Interdum urbani.*

Colores operum] *Proprietates. Translatio pulcherrima, quæ apud oratores ad ornamenta, & figuras attinet, hic autem naturam quandam, & rerum proprietatem ſignificat: Vt enim eſt cuiuſque rei color, ſic etiam qualitas, & natura, ut in hoc ipſo libello.*

» *Nec ſic enitar tragico differre colori,*
» *Vt nihil interſit Dauus'ne loquatur, an audax*
» *Pythias.——*

Verſibus exponi] *Hic apertiùs quid ſit color oſtendit, Vices, id eſt, offi-*

eſt, officia explicata ſunt, ubi demonſtrauit uariarum [illegible], & ſubiectarum rerum poëtis uaria quoque metrorum genera eſſe oportere. Cùm uerò Tragœdia, Comœdiaq́; ſimul iambum ſibi ſumpſerit, & tanta ſit inter utranque differentia coloris, monendum fuit, non numerum quidem in eis eſſe uariandum, ſed qualitatem numeri, & quod attinet ad officium colendum colorem, nihil eſt enim quod in quancunque partem duxeris, magis ſequatur, quàm oratio: nihil tam molle, nihil tam tenerum, nihil tam natum eſt ad accipiendam omnem formam. Quare ad id, quod decet, oratio poteſt accommodari, nec quidquam eſt ineptius, quàm ſatura ieiunè, & grandia minutè dicere, nec rurſus humilia grauiter, & mediocria exili, aut ampla nimis oratione ſcribere. hac ſu[illegible] enim magno iudicio fugiendum eſt. Proinde referat ſe quiſq; ad illud, quod ſuperiùs eſt poſitū, ut tentet uires ſuas, & æquam illis materiam ſumat, & tum eius oratio rebus conueniet. Itaq; comicus ad humilitatem rerum, & perſonarum iambi qualitatem, & colorem, tragicus accommodabit ad heroum maieſtatem. Nam ut de Opt. gen. dicendi monet Cic. in Tragœdia comicum uitioſum eſt: & in Comœdia turpe tragicum. quod hic oſtendit etiam Horat. Indignatur item] Μεγαλοφρονοῦσι perſonæ, & elatæ ſunt in Tragœdia. ideo & deſpiciunt humilia, nec ad communem fortunam demitti uolunt. Itaq; Suum quodq; locum] Id eſt, omne genus poëmatis ſuo & uerſus, & orationis genere, id eſt, proprio, & decenti perſcribatur. Interdum tamen] Ad ſententiam hæc referenda ſunt, & obiectionis eſt ſolutio: uidemus enim in Comœdia quandoq; uocem attolli, & tragica uerba: & in Tragœdia ceruices heroum frangi. at non in eo differunt hæ fabulæ, quod in altera turbata ſint omnia: in altera tranquilla. ut utraq; ſuum quendam ſemper, & eundem tenorem ſeruet: incidunt enim loci, ut & comicæ perſonæ iraſcantur, & ſeruiant affectibus, ut à ferro tamen abſtineant. Tragicæ uerò demittant animos, ſupplicesq́; fiant. Ne miremur igitur, Si Chremes iratus tumido delitigat ore. Quia id ira poſtulat, nec ſi Telephus, & Peleus dolent ſermone pedeſtri: id enim pauperis, & exulis fortunam decet. Nam quod Comicus tragicos imitetur affectus interdum monet accidere, non ſemper. Quod autem tragicæ perſonæ in egeſtate, & exilio ſummiſsè loquantur, pleruncq; fieri, id eſt, ſæpius uel planè ſemper, ut ex ſequentibus cognoſci poteſt. Et aduerte Horatium his exemplis, & ijs, quæ ſequuntur, oſtendere neceſſarium eſſe temporibus ſeruire, & exemplar rerum reſpicere oportere. ut ita ſcribamus, & perſonis eam orationem tribuamus, quæ non abhorreat ab eo ſtatu, in quem caſu fuerint delapſi, & ſimul rationem mouendorum affectuum tradit. Videtur autem hîc Horat. Euripidis prudentiam laudare, ut qui Telephum in eo ſtatu ita loquentem fecerit, ut proijceret ampullas & ſeſquipedalia uerba, quem in Nephelis Ariſtophanes deridet, & exagitat: qui contra decorum, fortunam Telephi ſic abiectam finxerit. Quare nec Horat. laudat, quod Ariſtophanes uituperat, nec rurſus hic uituperat, quod laudat Horat. hic enim probat, non quòd regem in ea fortuna conſtituiſſet Euripid. ſed quod ita, ut in tali fortuna decuit, loquentem fecerit. Ariſtoph. uerò non improbat ita locutum Telephum, ſed illa fortuna eſſe uſum. Eſt etiam apud Athen. in 10. citatus Agathonis tragici Telephus. De Peleo Pind. in Pythijs, ut de feliciſsimo uiro mentionem facit, ſic enim ait. αἰὼν δ' ἀσφαλὴς οὐκ ἔγεντ' οὔτ' Αἰακίδᾳ παρ Πηλεῖ, οὔτε παρ' ἀντιθέῳ Κάδμῳ· λέγονται γε μὰν βροτῶν ὄλβον ὑπέρτατον οἳ σχεῖν. id eſt, uita uerò ab omni tuta incommodo ne Peleo quidem Aeaci filio, neq; diuino Cadmo contigit: qui tamen fuiſſe omnium beatiſsimi dicuntur. Et cauſas refert horum beatitudinis, quòd affinitate Deis coniuncti eſſent, & Muſas audiſſent in ſuis nuptijs canentes, & conuiuas Deos habuiſſent, & multa munera ab illis accepiſſent: aduerſis tamen caſibus ipſi quoq; acti ſunt. Nam Cadmum iniqua fortuna trium filiarum magna parte felicitatis ſpoliauit. Peleum uerò Achilles, quem unum ille ex immortali Thetide ſuſceperat, cæde ſua perturbauit. Sed quod ab Horat. pauper, & exul fuiſſe dicitur, ea eſt cauſa, quod cum Phocum fratrem occidiſſet, in exilium à iuſtiſsimo patre pulſus fuit, in quo aliquis tragicus poëta finxit eum eſſe in fortuna tam miſera uerſatum.

Seſquipedalia uerba] Longiora inquit caſtigator aliorum Iaſon, ut magnanimitas. ac ut clariùs loquatur artificioſè ait ille utitur hoc uerbo ſeſquipedalia, quod certè ſeſquipedale eſt, hoc eſt longè, & plurimarum ſyllabarum & compoſitum. Ego uerò conſulendos eſſe eos puto, qui cum regibus loqui conſueuerūt, ut de illorum uerborum uſu nos doceremt. at ne derideat, tacitè mecumq; Homerū & Virgiliū, & Tragicos poëtas, qui Heroas, & regias perſonas imitantur, frequens legi. Nec Agamemnonem tamen uideo, nec Achillem, nec quenquam alium dithyrambicis uerbis uti conſueuiſſe. nec item apud Virgilium. Aeneam nec quenquā alium denique apud ullum Poëtam obſeruare potui longitudine uerborum, & ſyllabis numeroſis regios ſpiritus demonſtrare ſtuduiſſe. Quare aut malè præcipit Horatius, aut peccarunt ſummi omnes poëtæ, aut malè interpretatur Iaſon. at nefas eſt exiſtimare aut Horatium, aut diuinos illos poëtas in decoro perſonarum peccaſſe. Quare delirat Iaſon more ſuo. Quid autem ſibi uelit Horatius apertius eſt, quàm ut indigeat interpretatione. Ne tamen hîc quenquam trahat in errorem ſuum paucis me expediā. Cùm poëta dixit Proijcit ampullas, facilè oſtendit tumidum os, & inflatum ſuperbia quadam magno interſtitio uerba proferre, & dictiones ſingulas ita producere, ut longiſsimæ uideantur, quamuis ſint breuiſsimæ. facit igitur ſeſquipedalia uerba pronunciatio, non ſyllabarum numerus, nec Reges à dithyrambis mutuantur uerba, ut hîc ſomniat. In miſeria uerò demiſsiore ſono, & uoce humili, & ore ſupplici loqui debent, ut ſermo ſit cōſentaneus fortunæ, ut multis in locis Hecuba apud Eur. Si curat] Non enim fieri poteſt, ut inquit M. Tull. in ſecundo de Oratore, ut doleat is, qui audit, ut oderit, ut inuideat, ut pertimeſcat aliquid, ut ad fletū, miſericordiamq; deducatur, niſi omnes hi motus, quos orator adhibere uolet iudici, in ipſo oratore impreſsi eſſe, atque inuſti uideantur. Quintil. uerò in 6. cap. de Mouendis affectibus, Summa, inquit, quantum ego quidem ſentio, circa mouendos affectus, in hoc poſita eſt, ut moueamur ipſi: ut enim uoluptas eſt potius Comœdiæ, ita potiùs eſt tragicum, metum, miſericordiam, horrorem ſpectatoribus afferre. ut in Poëticis Ariſtot. & Plato ſcribit in Phædro, dicens τραγῳδίαν περὶ … οἰκτρὰς, καὶ φοβερὰς, καὶ ἀπειλητικὰς, καὶ ὅσα τοιαῦτα: hæc autē fieri non poſſunt, niſi harum perturbationū imagines ex oculis, ex uultu, ex uerbis agentis appareant. Deponendus eſt igitur regius ſpiritus, & miſeri hominis mens eſt ſuſcipienda, ſi dolorem ſpectatoribus uelint inurere. Non ſatis eſt pulchra] Idem accidit ποιήμασι quod Quintiæ puellæ apud Catullum: ut enim illa colore, magnitudine, figura uidebatur excellere, quia tamen uenuſtas deerat, & quidam lepôr, minus placebat, ſic poëmata, tametſi ex omni alia parte laudari queant, niſi tamen afficiant, imperfecta ſunt. ut de ſtatuis Ime dictum eſt. Dulcia igitur ſunt illa, quæ affectu plena, & ſuauitate condita penetrant in ſenſus auditorum, & ſpectatorum.

Sunto & agunto] Verba ſunt ſtatuentis, & mandantis. ut legumlatoris. Cuiuſmodi ſunt in lib. de Leg. apud Cic. Male ſi mandata] Hic hiſtriones intellige, qui perſonas Telephi, Peleiq́; gerunt: non enim ad has perſonas eſt ἀπρεπές. Quoniam mandata loquêris, inquit: mandata enim ab ipſo poëta, id eſt, ſcripta recitent imitantia fortunā Telephi, uel Pelei. Ariſt. hoc monet ipſum poëtā, dum ſcribit & fingit fabulas, oportere affici animo, & ſuſcipere omnes affectus, quos imitari uelit, & in perſonis exprimere, ut dolor, & cæteri motus ex ipſa ueritate cōcitari uideātur. Quid ergo in agendo? non'ne geſtu? non'ne uultu? oculis, & omni decēti motu ſunt adiuuandi? ut intus naturæ formari uideatur hiſtrio ad omnes fortunarum habitus? omnis enim motus animi, ut ait M. Tull. in tertio de Orat. ſuum quendam à natura habet uultum, & ſonum, & geſtum, totumq́; corpus hominis, ut omnis uultus, omnesq́; uoces, ut nerui in fidibus, ita ſonant, ut à motu animi quoq; ſunt pulſæ. Idem paulò pòſt, inquit: Omnis actio, & imago animi uultus eſt, indices oculi. Nam hæc eſt una pars corporis, quæ quot animi motus ſunt, tot commutationes, & ſignificationes poſsit efficere. Hominis igitur natura eſt eiuſmodi, ut uarijs ſucceſsibus & uarijs caſibus, uariè commoueatur. Et omnium motuum in ore, & oculis ſignificationes appareant. quos fortunarum habitus appellat Horat.

Triſtia mœſtum] Fœcunditas ingenij noui interpretis, ſi modò eſt nouus, exemplis totum hunc locum ſtuduit illuſtrare. Sed peccat leuitate

uitate iudicij, quo ſi tam abundaret, quàm uerbis hîc non admonuiſſet, animaduertendũ eſſe differre inter ſe publicarum perſonarum, & priuatarum lamentationes, quaſi hic aliud agatur, quam de decoro perſonarum, & in alijs actionibus cõueniat regibus cum priuatis. Nec apud tragicos poëtas non paſsim occurrant huiuſmodi loci. at, ſi ueris ſaltem exemplis hos locos illuſtraſſet, non negarim, etiam ſi in omnibus ignorat quatenus, aliquam utilitatẽ afferre. Sed ad eum locum ludentem uultum laſciua uerba decent, cum applicare uelit grauẽ illam Iunonis ironiam acerbiſsimè, indignationis plenã ex quarto Aeneidos neſcio quid utilitatis afferre poſsit iunioribus. An ludere in illo loco Iunonem his uerbis quiſquam iudicabit?

» Egregiam uero laudem, & ſpolia ampla refertis
» Tuq́, puerq́ tuus, magnum & memorabile numen
» Vna dolo diuûm ſi fœmina uicta duorum eſt.

Num laſciuire? Sed hîc neq; quid ſit ludere, neq; quid laſciuum intelligit. Ludentem Horat. pro iocantem & ludum pro ioco ſæpe accipit, ut,

» Sed tamen amoto redeamus ſeria ludo: cùm antea dixiſſet.
» Ne ſic, ut qui iocularia ridens
Percurram, quanquam ridentem dicere uerum
» Quid uetat? & idem,

Vertere ſeria ludo. Nec deſunt alij apud Horatium ſimiles loci. Locus autem cum laſciuia coniungitur. Laſciuire enim dicuntur agni, & hœdi ſaltantes motu quodam quaſi lætitiæ, & laſciua capella. Et, Malo me Galathea petit laſciua puella. Et uellent tibi barbam laſciui pueri, id eſt, ludentes & læti. Sed M. Tul. in ſecundo de fin. apertè declarauit uim huius nominis his uerbis. Non enim hilaritate, nec laſciuia, nec riſu, aut ioco comite leuitatis, ſed ſæpe etiam triſtes firmitate, & conſtantia ſunt beati. Quo in loco triſtitia hilaritati, laſciuiæ, riſui, & ioco eſt oppoſita: firmitas uerò, & conſtantia leuitati. An quicquam ex illis Iunonis uerbis, quod ad iocum, aut ad hilaritatem referendum ſit, elici poſsit, oſtendat Iaſon, mihi quidem non uidetur. Poſt hunc maximè inſignis eſt ille locus, iratum plena minarum, ubi non erubuit audaciſsimus interpres ſibi arrogare quæcunq; Macrobius in quarto Saturnalium de oratione indignationis copioſè ſcripſit. ac his ipſis locis Virgilianis affectum illum expreſsit, ut, quicquid inſit in illis interpretationibus boni, intelligatur alienum eſſe, & ab alijs ſubreptum. Nec ille locus eſt prætereundus. Aut ad humum mœrore graui deducit] Hoc eſt, inquit, Iaſon, ad oſtendendam grauitatem accommodato. Vultum enim demittunt ſeueriores, quaſi mœrentes, ſemperq́ ſe (nota elocutionem) cogitabundos præ ſe ferunt. qualem Ouidius in 13. Metamorph. depingit Vlyſſem his uerbis.

» Finierat Telamone ſatus, uulgiq́ ſecutum
» Vltima murmur erat. Donec Laërtius heros
» Aſtitit, atq; oculos paulum tellure moratos
» Suſtulit ad proceres, expectatoq́ reſoluit
» Ora ſono. ——

Ergo qui mœret grauis eſt, quid ſi grauis nunquam mœretur. Quid enim eſt aliud mœror, niſi ægritudo flebilis? is igitur, qui mœret, ſe grauem oſtendit? imo leuẽ & infirmum, non ſemper ſe cogitabundum præ ſe ferent. at quis ita loquitur? Sed adiuuat hanc ſententiam Ouidius, qui talem depinxit Vlyſſem in 13. Metamorph. nihil minus quis' nam erat Vlyſsis mœror? quis etiam Didonis, cum demiſſa uultum Troianos eſt allocuta. ſi mœror ille, & non, ut erat, pudor eſt appellandus. an Ouidius uir omni doctrina cumulatus ignorabat uirum eloquentem timidè ad dicendum accedere? & quemadmodum tradit Cicero ut quiſq; optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem, uarioſq; euentus orationis hominumq́ pertimeſcere? non ignorabat, mihi crede, quo circa uirum eloquentem noluit impudentem proceribus offerre. Timoris igitur, & pudoris indicium fuit oculorum, illa demiſsio. Verum Tecmeſſa apud Sophocl. mœrorẽ Aiacis expreſsit, nec mirum ſi in ea calamitate is rediens ad ſe & uidens quid egiſſet παίσας κάρα θώϋξεν. & quæ ſequuntur. Electra, Antigone, & flebilis Inò, mœſtæ & flebiles erant, non Vlyſſes in grauiſsima cauſa. Sed ego ſtultior, qui, quæ cognoſcuntur ab omnibus, diſputare uelim, hæc igitur miſſa faciamus. Poſt effert animi motus interprete lingua] Vt oratione res ſubijciantur oculis, & uox, & uerba cum rebus maximè conſentiant. Aut dormitabo, aut ridebo] Ad hunc locum faciunt illa uerba Ciceronis in M. Calidium in Bruto: Tu iſtuc M. Calidi ſi ſimulares, ſic ageres? præſertim cum iſta eloquentia alienorum hominum pericula defendere acerrimè ſoleas, tuum negligeres? ubi dolor? ubi ardor animi? qui ex infantiũ ingenijs elicere uoces, & querelas ſolet? nulla perturbatio animi, nulla corporis, frons non percuſſa, non fœmur pedis (quod minimum eſt) nulla ſupploſio. itaque tantùm abfuit, ut inflammares noſtros animos, ſomnum iſto loco uix tenebamus. Intererit multum] Oratio non rebus tantùm de moribus conſentanea eſſe debet, ſed etiam perſonis. ut τὸ ἁρμόττον ſeruetur, nam hæc ad id ſpectat. Et quoniã Horat. uidetur ad perſonarum decorum ſæpiùs redire, ac idem ferè dicere, cùm tamen diuerſa dicat, huic quoq; loco ſuccurrendum mihi duxi, ut oſtenderem id ab eo non ſine magno conſilio eſſe factum: neq; nunc minùs, quàm unquam aliâs præceptionem Ariſtotelis ſecutum. Cùm enim Ariſtot. differentiam morum quadripartitam fecerit, non exiſtimauit Horat. rem ita neceſſariam ſibi negligendam. Prima igitur pars eſt, ut ille ait. ὅπως τὰ χρηστὰ ᾖ ſecunda uerò τὰ ἁρμόττοντα, tertia τὸ ὅμοιον, quarta τὸ ὁμαλόν, id eſt, ut uideamus, ut mores primùm ſint, qui boni ſint, tum qui ſibi conſentanei, deinde qui ſimiles, poſtremò qui æquabiles. Differunt enim hæc inter ſe, quod ut paucis agamus, primum genus eſt officij, ſecundum eſt conſtantiæ, tertium ſimilitudinis, quartum æqualitatis: in primo nemo peccat ſine ſcelere, in ſecundo qui ſibi non conſtat, in tertio qui à ſuo genere diſcrepat, in quarto qui modò nolit aliquid, & modò uelit. In primo peccauit Menelaus in Oreſte. quoniam oppugnauit eum, quem debuit defendere. in ſecundo Vlyſſes lugens in Scylla contra morem ſuũ. in tertio ſi quis diſsimilis ſit ſuis popularibus, id eſt, à ſua ſpecie diſcrepet. in quarto Iphigenia in Aulide, ſupplex enim ſe non talem præbuit, qualem poſtea, quod enim ſupplex antea deprecatã erat, id ſe poſtea libenter ſubituram profitetur. At primus locus eſt apud Horatium ubi ait. Qui didicit patriæ, quid debeat, & quid amicis. Et quæ ſequuntur. Nam omnia illa officia magna religione ſunt colenda. Secundus. Aut famam ſequere, aut ſibi conuenientia finge utraque perſona conſtare ſibi debet. Tertius. Intererit multum Dauus'ne loquatur, an Heros. Quartus. Aetatis cuiuſque notandi ſunt tibi mores. Boni mores ſunt lege uel humana, uel diuina, ut pietas in ſuos, ut gerendis publicis muneribus, ut religio. τὸ δὲ ἁρμόττον poſtulat, ut moribus quiſq; ſuis conſtet. τὸ ὅμοιον δὲ. ut non diſcrepet à ſua conditione, ut ſeruus ſeruo non ſit diſsimilis, neq; mercator mercatori. τὸ δὲ ὁμαλόν. ut poëta æquabilis eſſe debet in retinenda in æquabilitate. ut in Iphigenia. In omnibus autem his, qui nulla coactus neceſsitate peccat, non poteſt excuſari. Demonſtrauit hoc Ariſtot. in exemplo τῆς πονηρίας, quod eſt contra primum genus, ubi ait. ἔστι δὲ παράδειγμα πονηρίας μὲν ἤθους μὴ ἀναγκαῖον, ὁ Μενέλαος ἐν τῷ Ὀρέστῃ. ubi exemplum non neceſſarium intellige, quia Menelaus poterat ius propinquitatis cõſeruare, & Oreſtem fratris filium tueri, cùm tam iuſta cauſa Aegiſthum, & Clytemneſtram occidiſſet, nec ulla ui cogeretur contra illum, ut fecit, ſtare. Ac de reliquis idem intellige, excuſari eum non poſſe qui, ſi poſsit, non retinet ſuum decorum, ſic igitur interpreteris τὸ δὲ ἁρμόττον & παράδειγμα μὴ ἀναγκαῖον, & reliqua. At Telephus, & Peleus magni omninò uiri, & fortes eorum tam felici fortuna in miſeram conuerſa, coacti ſunt ampullas, & ſeſquipedalia uerba proijcere, & contra naturam ſuam, & mores, humili, & ſupplici uoce uti. ac in omnibus his partibus, ut dixi, euenire poteſt, ut aliqua cauſa neceſſaria alieni mores ſint imitandi. Et hoc eſt, quod Ariſtot. dicit oportere etiam in moribus, ut in compoſitione rerum, quærere neceſſarium'ne ſit, an ueriſimile: & quid, quod ueriſimile ſit, aut neceſſarium conſequi. Eius autẽ uerba hæc ſunt in Poët. χρὴ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἤθεσιν ὥσπερ ἐν τῇ τῶν πραγμάτων συστάσει, ἀεὶ ζητεῖν ἢ τὸ ἀναγκαῖον, ἢ τὸ εἰκός, καὶ τοῦτο μετὰ τοῦτο γίνεσθαι ἀναγκαῖον ἢ εἰκός. Hic igitur cõditiones hominum & differentiæ ſpectandæ ſunt: Multum enim intereſt inter comicã, & tragicam perſonam, uel inter humanam & diuinam. quanquam mira eſt huius loci uarietas. Nam alij diues, an Irus legunt: alij Diuus an Heros: alij Dauus an herus. Et quia hic in ſyllaba peccatur, ſunt

tur, ſint, loquatur heros'ne, legant. Aldus uerò Dauus an Heros. Et hæc mihi lectio probatur: Videtur enim perſonam comicam per Dauum, per Heroëm tragicam ſignificare, ut hæc ſit differentia prima, quæ ſuperiora confirmat. Diues autem an Irus differentiam oſtenderet fortunæ, quæ in matrona potente, & ſedula nutrice poſita eſt. Diuus an Heros, tollerari poſſet. Nam heroica uirtus, tametſi inter hominem & Deum poſita eſt, tamen regiam perſonam, & tragicam demonſtrat. Atqui hoc loco non diſsimulanter præterierim, quid ſit, in quo me Iaſon deprehenderit, oſtendere. Cûm præſertim quanta ſit inuidia, quæ eius animum exulcerat, ab omnibus perſpicuè cerni poſsit. Cùm enim duplicem lectionem, ut patet, probarim, hîc alteram ſibi uendicant, ut cætera omnia, quæcunq; in eius nouis interpretationibus aliquam uidentur habere lucem: alteram, quæ uiſa eſt infirmior, inſectatur mira loquacitate. Cû enim aut Dauus an heros, aut Diuus an heros legendum ſtatuerim, ita me inſequitur, ut ſi in priore tantùm conſtitiſſem, quæ tamen non eſt omninò reijcienda. Quanquam enim etiam in tragicis ſunt humiles perſonæ, ut ſerui, ut mercatores, & id genus aliæ. Quid tandem concludit Iaſon? nihil ne referre in Sophocle loquantur hæ an in Menandro? Cur igitur Horat. tam multa de Satyrorum oratione diſputauit? quam, etiam ſi agreſtes, & ab omni cultu ſint alieni, tamen grauiorem comica eſſe oportere ſtatuit? num oratio paſtorum illorum in Oedypo Tyr. ſimilis eſt orationis Syri Terentiani? ſunt ſerui, & aliarum perſonarum differẽtiæ in Tragœdia, ut in Comœdia. non tamen obtinebit Iaſon parem in utriſque rationem orationis eſſe. nam utræq; retinent uim ſuam tragicam ſcilicet illæ, & hæ comicam, nec Iaſon credo audebit hoc negare. nam quod inquit quorſum de domini & ſerui ex fortunæ uarietate perſona diceret, cùm de ea intelligat in ſequenti carmine. Ego neq; ita intellexi, ut ex meis ſcriptis apparet, ex quibus nihil omninò ex huius obtrectationibus immutandum putaui: nec unquam ſic intellexiſſem, quippè qui non, ut uult Iaſon delirem. Neq; enim quiſquam, præter hunc, ſeruum ita cum heroë ue cum domino conferret, ut, uno poſito, neceſſe ſit alterum conſequi. nam & heros ſine ſeruo, & ſeruus ſine heroë nulla difficultate eſſe poteſt. itaq; non ad fortunam referenda eſt hæc differentia, nec ego retuliſſem, & cum differentiam comicarum & tragicarum perſonarum poſuerim, ſum complexus omnes ſpecies utriuſq; generis, ut etiam diui ab humanis diſtinguantur, ita nihil eſt omiſſum. Quòd ſi Iaſon æquius mea iudicaret, non tam facilè lapſus eſſet: at ſi nullo modo hæc lectio delicatiſsimo, eius ſtomacho probari poteſt, cur diſsimulauit, q̃ de Diuo, & heroë à me ſcripta ibidem leguntur? ut eius interpretatio noua uideretur? Vtinam meam non legiſſet, longè enim magis noua illa prodijſſet in lucem, nunc ſi diligenter quæras, inuenies à me furatum multa in rem ſuam conuertiſſe, ut hunc locum, qui à me priùs expoſitus ab eo ita tractatur, ut ſi auctor is eſſet huius ſententiæ. At ſi peccatum in priore lectione à me foret, id commune multorum peccatum eſſet nam & Aldus ita legit, ac ita impreſsit. Et Robortellus in eo loco Ariſtotelis poëtices, qui eſt de moribus, totum hunc locum citauit, & hunc ipſum uerſum ita ſcriptum. Intererit multum Dauus ne loquatur, an Heros. Nec deſunt interpretes alij, qui ita & legant, & probent, atq; omnes ante me, ſi peccatum ſit, peccauerunt. Et tamen quod eſt multorum, in me uno reprehendendum putat, quod equidem laudi mihi tribuendum putarem. Omnibus enim præferre me uideretur, atque mirari, quod alij non uiderint, me non uidiſſe, ut alia per multa uidi, quorum complura ſine ullo pudore ſibi uendicat, ſed noui quo animo ſit affectus in res meas. Verùm relegat modò quæ in prima editione mea de Diuo & Heroë ſcripta ſunt, & confitebitur ſeſe aliena gloria exultare. Quid enim hic eſt ab eo dictum, quod à me non acceperit? Verûm ne ſemper acumen ſuum admiretur, cùm in alienis uitijs tam ſit acutus, aliud fuit in his uerſibus, atque id uerum peccatum meum animaduertendum. Quod ſi tam diligens indagator errorum meorum eruere potuiſſet, gratiam illi, quæ mea eſt ingenuitas habuiſſem, at non ſum adeò illiberalis, ut quod nequeat, ab eo uelim exigere. At erroris etiam eſt iudicij, ſed ne delectari uidear meis erratis ipſe me ſponte mea caſtigabo. Cùm enim ipſe primus animaduerterim quadripartitam illam differentiam morum, quæ eſt apud Ariſtotelem, ab Horat. ſeruatam fuiſſe, cætera meo quidem iudicio rectè ſunt à me tradita. Sed in locis Horatianis applicandis erraſſe me uideo. Non enim ad τὸ ἁρμόττον attinet ætatis cuiuſque ratio, ſed ad τὸ ὁμαλόν, ut uidebimus, quem in quarto poſueram. Is igitur locus Horat. ad ſecundum Ariſtotelis locum eſt traducendus, ut dicamus primus locus eſt apud Horatium, qui primo conuenit Ariſtot. loco, ubi ait, Qui didicit patriæ, qui ſecundo, aut famam ſequere, qui tertio Intererit multum, qui quarto ætatis cuiuſq;. Sed, ne quis me temerè ſic iudicare putet, Ariſt. locus eſt diligentiûs reguſtandus. Ac primùm totus ut ab eo ſcriptus eſt mihi exſcribendus, deinde παραφραστικῶς uertendus, ut etiam qui Græcè neſciunt poſsint ſtatuere, num ueritatem ſimus aſſecuti. Ariſtot. uerba, ex diuiſione Madij, Part. 77. hæc ſunt. περὶ δὲ τὰ ἤθη τέτταρά ἐστιν, ὧν δεῖ στοχάζεσθαι, ἓν μὲν καὶ πρῶτον ὅπως χρηστὰ ᾖ. ἕξει δὲ ἦθος μὲν ἐάν, ὥσπερ ἐλέχθη, ποιῇ φανερὸν ὁ λόγος ἢ ἡ πρᾶξις προαίρεσίν τινα· φαῦλον μὲν, ἐὰν φαύλην, χρηστὸν δὲ ἐὰν χρηστήν. ἔστι δὲ ἐν ἑκάστῳ γένει. καὶ γὰρ γυνή ἐστι χρηστή, καὶ δοῦλος. καίτοι γε ἴσως τούτων τὸ μὲν χεῖρον, τὸ δὲ ὅλως φαῦλόν ἐστι. δεύτερον δὲ τὰ ἁρμόττοντα. ἔστι γὰρ ἀνδρεῖον μὲν τὸ ἦθος, ἀλλ' οὐχ ἁρμόττον γυναικὶ τὸ ἀνδρείαν ἢ δεινὴν εἶναι. τρίτον δὲ τὸ ὅμοιον. τοῦτο γὰρ ἕτερον τοῦ χρηστὸν τὸ ἦθος καὶ ἁρμόττον ποιῆσαι ὥσπερ εἴρηται. τέταρτον δὲ τὸ ὁμαλόν. κἂν γὰρ ἀνώμαλός τις ᾖ ὁ τὴν μίμησιν παρέχων, καὶ τοιοῦτον ἦθος ὑποτεθῇ, ὅμως ὁμαλῶς ἀνώμαλον δεῖ εἶναι, id eſt. Quod uerò attinet ad mores, quatuor ſunt, quæ animaduerti debent. Vnum quidem, & primum, ut boni ſint, habebit autem morem fabula, ſi ut dictum eſt oratio, aut actio apertam fecerit uitæ quandam rationem, malum quidem habebit morem, ſi malam uitæ rationem indicabit oratio uel actio, bonum uerò ſi bonam. eſt autem bonus mos in omni genere. Etenim mulier eſt bona, & ſeruus eſt bonus. Quanquam horum fortaſſe generum hoc, id eſt, muliebre, eſt deterius quàm uirile. Hoc uerò id eſt, ſeruile omninò malum: ſed pro conditione ſua mulier bona, & ſeruus bonus dici poteſt. Secundum uerò eſt, ut ſint congruentes, & conſentanei ante actæ uitæ. Eſt enim uirilis mos, id eſt, fortitudo. Verùm non eſt mulieris uirilem uel grauem eſſe, & differt à ſuperiori, quod unicuique generi dixit accidere. Fortem autem eſſe, & grauem non item. Tertium eſt, ut ſint ſimiles mores. hoc uerò diſsimile eſt à bonis eſſe moribus, & ſibi conſtare, itaque hæc tria inter ſe differunt. Quarto ut æquabiles ſint mores, etenim quamuis is inæquabilis fuerit, qui præbeat imitationem talem, id eſt, inæquabilem, & morem ſimiliter inæquabilem, & tamen æquabiliter oportet eum inæquabilem eſſe. Bonos mores igitur eos intelligimus, qui pertinent ad uariorum hominum uaria officia, ut ciuium, amicorum, Patrum, Senatorum, ducum. Et ideò Menelaus peccauit in Oreſte, qui contra officium patrui ſine cauſa Oreſtem fratris filium oppugnauit. Congruentes uerò, qui conſentiunt cum tota uita, ut ſtrenuitas Achillis, calliditas, & patientia Vlyſsis. Pietas Aeneæ: quare peccauit Vlyſſes in Scylla, ubi contra morem, & naturam ſuam molliter fleuit, itaque primi generis mores pro captu, & natura ſua eſſe poſſunt in omni genere, ut in uiro, in muliere, in ſeruo. (Cur autem malint hic uxorem uertere, quàm mulierem non intelligo, cùm hic in ſexu facta ſit potiùs differentia, quàm inter coniuges: nam ſi mulier bona dici poterit, poterit etiam uxor: nequaquam contrà) nec ad certas perſonas referuntur hi mores, ut ad Catonem niſi ut ciuem, nec ad Lælium niſi ut amicum, nec ad Caſsium niſi ut Iudicem. Congruentes uerò, quia indigent ſumma conſtantia, non cadunt in muliebrem leuitatem, & certis perſonis attribuuntur, ut Achilli, Vlyſsi, qui ſibi conſtare debent, atque in his duobus differunt à ſuperioribus. Porrò mores tertij generis non conſiderantur in ſingulis perſonis, ut Dauus ſibi ſit ſimilis, & ſibi conſtet. Hoc enim pertinet ad ἁρμόττοντα. ſed in ſingulis generibus, ut ſeruus non diſcrepet à ſuorum genere, uerum ſeruilem naturam ſapiat omnibus in rebus, & mercator mercatorum ſit ſimilis. Sed hæc, ut ita dicam, generalitas non eſt qualis in primo genere: illic enim non mores ciuis, ſed boni mores ciuis cuiuſmodi eſſe debent in ciue, non mores ducis, ſed boni mores ducis: nam boni & mali reperiuntur ciues & duces. In eo uerò ſunt ſimiles, quòd non referuntur ad certos homines, ut ad Dauum, ad

Pythiam. Diſsimiles autem quia illi non mores communiter dicuntur, ut omnium ciuium, ſed boni mores cuiuſmodi eſſe debent, non cuiuſmodi ſunt, in ſeruis autem cuiuſmodi ſunt. In ſecundo uerò genere, ut in ſingulis perſonis ſunt, nec in omni genere, & ut ſunt ſtabiles, & permanentes. Quinti generis mores inæquabiles, & mutabiles ſunt, tum in ſingulis ut in Iphigenia, tum in generibus, ut in pueris, in adoleſcentibus, in ætatibus hominum. quarum ſingulæ habent proprios mores. Et ideò ſi quis adoleſcens prodigus fuerit, non eundem putemus eſſe ſenem, ne iuueni ſeniles partes, puerôq; uiriles mandemus. Atque hæ ſint hîc poſitæ differentiæ inter comicam & tragicam perſonam, uel inter diuinam, & humanam. Aetatis, ut, Maturus'ne ſenex, an adhuc florente iuuenta feruidus: Fortunæ, ut, Matrona potens an ſedula nutrix: Studiorum & induſtriæ, ut Mercator'ne uagus, an cultor uirentis agelli: Nationis, ut Colchus, an Aſsyrius: Patriæ, Thebis nutritus, an Argis. Quis autem neget horum omnium ingenia, & mores eſſe uarios? Quanuis enim περὶ τῆς λέξεως diſputetur, tamen natura, & mores exprimuntur, & ab his ea emanare ſolet. alioqui decorum ſuum non habebit, & nos à principio monuimus, cum de Oratione diſſereret poëta, de Sententia, & Moribus ſuis locis eum dicturum, ut hîc, & in ſequentibus cum dicit. Illud eſt addendum quod poëſis uniuerſa genera perſequitur, non ut hiſtor. ſingularia, ut quid Alcibiad. egerit, ſed quid ſeruus, uel cuiuſuis generis homo facere debeat. Ariſtotel. in Polit. Vt de fab. Ariſtotel. in Politicis, ubi ait. αὐτὸν δὲ εὑρίσκειν δεῖ, καὶ τοῖς παραδεδομένοις χρῆσθαι καλῶς. Vide plura.

Aut famam ſequere] Perſonam inducit poëta, aut quam ſumpſerit ab alijs, aut quam ipſe primum ſibi finxerit: ſi alienam, ſeruet in ea eoſdem mores, quibus eſt ab alijs formata, nec quicquam noui affingat: ſin uerò nouam, qualem à principio induxerit, talem uſque ad extremum ſeruet, id eſt, κατὰ τὸ ἁρμόττον. Et hoc eſt ex Ariſtotele ſumptum, qui ait ipſum Poëtam inuenire oportere, & quæ tradita ſibi fuerint bene uti. non enim quas accepimus fabulas, eas licet ſoluere. Nam, ſi Clytemneſtram ab Oreſte filio interfectam accepimus, & ab Alcmæone Eriphylem, non licet nobis alio mortis genere, aut alio auctore extinctas eas inducere. ille igitur bene traditis utetur, qui non immutabit ſummas rerum, quas ab antiquis poëtis acceperit. Et hîc eſt locus in Horat. ſi quis eſt, ad inuentionem uerè pertinens, de qua re diximus à principio.

Honoratum Achillem] Δῖον. ſæpe Homer. Δῖος Ἀχιλλεύς, quod honoratum, id eſt, ἔνδοξον ſignificat, hæc enim uis eſt, huius epitheti. ut Δῖος ὁ Ἀλαστὼρ. Dia Camilla. & præterea magnum ſignificat, ut εἰς ἅλα δῖαν, in admirabile, & magnum mare, & bonum, ut δῖος ὑφορβὸς. ſed Vlyſſes etiam Δῖος ob ſapientiam dictus eſt, ut Δῖος Ἀλέξανδρος ob pulchritudinem. Excellentiam igitur oſtendit hoc nomen in magnis uiris, & uim quandoq; ſuperlationis habet, ut δῖα θεάων καλυψὼ. Secutus eſt igitur Horatius epithetum Homer. in Achille, cùm præſertim ſit Homerica perſona. Exemplum Achillis, ad heroicum poëma referri poteſt, cæteræ ſunt tragicæ perſonæ. Si quid inexpertum] Quod experientia cognitum non ſit, aut tentatum. Virg. in 4. Aen. Ne quid inexpertum fruſtrà moritura relinquat. Perſonæ ſuperiùs poſitæ quales fuerint, experti ſumus in antiquis poëtis. Sin uerò nouam inducamus, cùm ſit formanda nunc primum, ſeruemus in ea τὸ ἁρμόττον. Quod ſi nos facimus in aliena, quantò magis in noſtra? Nam in aliena non inconſtantia peccaremus ut in noſtra, at diſſentire potius, aut uti libertate quadam noſtra uideremur. ideò magis eſt cauendum ne nobiſcum pugnare uideamur. Et ſibi conſtet] Conſtare ſibi is dicitur, qui non recedit à ſuis moribus, & eſt ſemper idem. ita qualem à principio perſonam proferes in medium, talem perpetuò ſeruabis. Difficile eſt propriè communia dicere] Vtra perſona uel noua, uel ab alijs ſumpta difficilior ſit ad tractandum, ſtatuit Horat. definiens ut meliùs ſcripturus aliquid poſsit ſuo ſtudio conſulere. commune contrarium eſt proprio, ut publicum priuato. quod ex his locis facilè cognoſcitur. Propriè] Non proprijs uerbis, nam id eſt facillimum, ſed ita, ut quod liberum erat omnibus occupare, id ita tractet, qui occupârit, ut non facilè fiat proprium alterius. Quæ quidem res quia difficilis eſt, audes, dixit, perſonam formare nouam. ut audaciæ uideatur opus magis, quàm conſilij, & prudentiæ. Publica materies] Per communem materiam, nouam perſonam intelligimus, per publicam quam ſumpſerimus ab Homero, uel à quouis alio poëta, ut eſt Achilles, Oreſtes. Sed horum nominum uis, & differentia diligentiùs explicanda eſt: uidemus enim ex cõmuni proprium fieri, cùm dicit, difficile eſt propriè communia dicere, & ex publico priuatum, ex his uerbis, publica materies priuati iuris erit: ut enim hic proprium opponitur communi, ſic priuatum publico. Verum commune hic propriè poſitum eſt, publicum uerò fortaſſe non item, ſed maluit Poëta impropriè loqui, quàm confuſè. Nam ubi publica materies, inquit, communis dicendum fuit, & proprij iuris non priuati. Etenim commune duplicem uim habet. Prima eſt quando pro ea re ponitur, quæ nullius ſit, & cuiuſuis prius occupantis fieri poſsit, ex eodem de toto ſtatu rerum communium cognoſces, in Fab. 8. quæ occupata ſtatim fit propria. ut perſona fuit Achillis, quæ à nullo tractata, ab Homero primùm deſcribi, & cantari cœpit. Et quia præſtantia illius ingenij exornauit eam quàm pulcherrimè, propria illius facta eſt. Altera communis ratio eſt, quando res non modo poſsidetur, ſed à duobus ſaltem, uel à multis, uel ab omnibus poſsidetur. Prima uerò nominis huius ratio, intellecta eſt, atq; adeò explicata in Offic. 1. à M. Tullio, ubi ait: Ex quo quia ſuum cuiuſq; fit eorum, quæ natura fuerant communia, quod cuiq; obtigit, id quiſq; teneat. Secundam quoque de Inuentione idem ſic definiuit: Commune eſt quod accidit omnibus, ut meſſis, uindemia, frigus, calor. Quod autem commune dicatur etiam quod paucorum ſit, ubiq; ſunt exempla. ut hoc mihi tecum eſt commune, & communis amicus noſter. Quod autem multorum, Cic. in Offic. Multa ſunt enim ciuibus inter ſe communia & alibi ut communibus utatur pro omnibus. Publicum uerò nec eſt duorum, nec etiam omnium, ſed ciuium omnium alicuius ciuitatis. Sic enim idem M. Tull. de Inuent. deſcribit, publicum eſt quod ciuitas uniuerſa aliqua de cauſa frequentat, ut ludi, dies feſtus, bellum. Neq; uerò eſt uſquam legere, quod ſit duorum, appellari publicum. At ſæpe fit ut publicum quoq; pro cõmuni multorum accipiamus. ut in Od. 1. Pulchrior multò iuuenumq; prodis publica cura. Hic igitur publica materies pro communi poſita eſt. Impropriè, ſi duorum intelligis, ſin plurium propriè. at ne cõfunderet publica maluit dicere quàm communis, ut utriq; rationi eueniret, & ne bis communi poſito, & proprio confunderetur ſenſus, ut diximus, operæ precium mihi uiſum eſt fuiſſe accuratiùs hæc replicare. Quanquam paſsim addi mihi laborẽ uideo. nam communia Iaſon etiam illa putat, quæ ſint alicuius poëtæ propria. quoniam ea ſint expoſita omnibus poëtis, ſi uelint ſibi ſumere, ut interdum pudeat cũ ingenio tali diſputare. Tu uerò Lector ſic habeto, quod proprium tibi ſit, tantiſper id tibi proprium futurum, dum cum alio communicabitur: communicatum uerò iam deſinet eſſe proprium. Nihil enim cum re aliqua, tam pugnare poteſt, quàm cum proprio commune. communis uerò duplicẽ eſſe rationem diximus. primam cum ex communi prima occupatione fit proprium, ut eſt apud Ouid. in Metamorph.

" Communemq; prius ceu lumina Solis & auræ,
" Cautus humum longo ſignauit limite menſor.

Alteram cùm ex proprio alijs occupationibus fit cõmune. ut Achillis perſona, quæ cum propria ſit Homeri communis eſſe poſſet cum pluribus poëtis, qui de eo ſuam quiſq; fabulam ſcriberent arbitratu ſuo. Sed paſsim tibi occurrent loci mecum facientes, nullus cum Iaſone: Nunc autem ſi uis tuæ mentis aciem perſtringi, & caligine quadam hebeſcere, lege quæ confuſè, & perturbatè in tota hac parte ſcripſit Iaſon. Qui cùm perperam accipiat orbẽ pro materia & inuentionẽ tanta obſcuritate inuoluit omnia, ut nulla ratione queant explicari. Sed ego te ex illis tricis extricabo. Iaſon perſonam ſi rectè conſideres, argumentum, & orbem pro materia poëmatis accipit, cùm tamen ſint diuerſa. Nam perſona ea eſt, quæ nobis præbet argumentum, ut Aiax. Argumentum eſt actio ipſa, in qua uerſatur poëta, ut pecudum ſtrages, & cædes eius propria manu facta. Orbis eſt ordo, & diſpoſitio totius actionis. In his tribus duo ſunt nobis, ut acceperimus, ſeruanda, mores ſcilicet perſonæ, & ſumma actionis, ut Aiacem, nec alio mortis genere, fingamus extinctum quàm quo traditum eſt. Vt enim ex Ariſt. paulò antè docuimus, quæ tradita

dua ſunt à ueteribus poëtis bene ſunt nouis utenda. nec ſoluere licet fabulas, quas accepermus, ut Clytemneſtram non à filio necatam, ſed aliqua ui alia peremptam dicamus. Vna tantùm ratio nobis libera relinquitur, qua ad illam ſummam ueniamus, id eſt, ad effectum, & eadem. Vetat igitur Horat. ne ſequamur eandem uiam, & in eodem orbe conſiſtamus, quem ſibi finxerit uetus Poëta: atque hunc uilem, & patulum appellat orbem Horat. in quo qui uerſetur, cogitur interpretis officio fungi potiùs, quàm poëtæ. Itaq; ſimul uerbum uerbo reddere cogetur, & in arctum deſiliet, unde per legem interpretandi exire non poſsit, niſi uelit ignarus interpres haberi. Vbi nam ſunt illa tua, Iaſon, quatuor præcepta per negationem? Vnum eſt enim præceptum, ne circa uilem uerſeris orbem. nam ſi ſecus feceris illa duo conſequẽtur incõmoda, ut fias interpres potiùs quàm poëta, & deſilias in arctum. nam illud quartum nihil ad hunc locum. Tumidum enim principium, aut exile, aut temperatum non facit, ut publica materies ſit priuati iuris. Verùm tu more tuo omnia confundis. hic uerò deciperis tua ſimilitudine. non enim eadem perſona communis eſſe poteſt nobis cum alio poëta, ut uſus littoris & portus, quorum uſus ad tempus conceditur, & ad tempus fit occupantis, non poſſeſsio. ut perſonarum poëtarum, quarum eſt communis poſſeſsio ut Cyclopis, de quo ab Homer. ſumpto ſcripſit Euripides tragœdiã. Vnde Cyclops Euripidis, & Cyclops Homeri poteſt appellari. Quoniam Euripides non uerſatus eſt circa orbẽ Homeri, ſed nouam, ut libuit, rationem, et uiam confinxit. Falſa igitur es uſus ſimilitudine. Sed longè magis falleris auctoritate M. Tull. qua uerbum uerbo reddi negas oportere. Cùm Cicero neq; id prohibeat, & id, cũ poſsit, fieri iubeat. Quare Petrarcha uenuſtè & pulchrè paribus Ethruſcis uerbis Virgilij uerba cõuertit. Sed audi Ciceronem contra te Catonem adhortari, ut, ſi deſint propria Latina, fingat noua. Eius uerba in tertio de finib. hæc ſunt. Si n. Zenoni licuit, cũ rem aliquam inueniſſet inuſitatam, inaudi tum quoq; ei rei nomen imponere, cur non liceat Catoni? Mox ad reliqua ueniemus, interim quid hæc ualeant expendamus. ſi proprio uerbo non eſſet opus, cur nouum imponeret, nihil fuiſſet, nec ad exemplũ Zenonis Catoni formare noua licuiſſet. Et tamen id ab utroq; factum eſt. à Catone uerò non tam neceſsitate, q̃ conſilio Ciceronis. Quod, ſi ubi deſit propria Latina, hortatur M. Tul. ut noua fingamus, quo nam iure uis eundem præcipere, ne uerbum uerbo, ſi adſit propriũ, exprimamus? Sed illa quoq; hoc ipſum apertiſsimè confirmant. Equidem ſoleo etiam, quod uno Græci, ſi aliter non poſſum, idem pluribus uerbis exponere. Cùm igitur deeſſet uerbum Cic. aut nouo aliquo Græcum, aut circuitione ſolebat exprimere, & ideò ea uſus eſt copula etiam, & ſi aliter non poſſum. nunquam igitur cum propriũ eſſet Latinum, circuitione utebatur, ſed uerbum è uerbo reddebat. Quid ais modo Iaſon? Hæc'ne tecum faciunt? Nec tamen exprimi uerbum è uerbo neceſſe erit, ut interpretes indiſerti ſolent, cũ ſit uerbum, quod idem declaret magis, minus' ue, uſitatum. Sed aut ſibi contrarius eſt Cicero, aut tu hæc uerba non intelligis. Verũ Cicero conſtantia dicit: Tu uerò hoc ordine uerba diſponas. nec tamen erit neceſſe exprimi uerbum è uerbo, cũ erit uerbum uſitatum, quod declaret idem magis minusúe. non patitur ergo Cicero, ſi uerbum Latinum Græco par nõ ſit, ſed aut maiorem uim habeat, aut minorem, etiamſi uſitatum ſit, ex eo Græcum exprimi, id quod indiſerti faciunt. Vides'ne quid iubeat M. Tull. id quod prudenter, & eleganter fecit Franciſcus Petrarcha, quẽ tu impudenter accuſas. Habuit enim propria Ethruſca uerba, quibus exprimeret Latina, nam il ſonno pro ſopore, parente pro cõſanguineo, de la morte, pro leti propriè dicta ſunt omnia, & ut ſentit M. Tul. quem ſi tu accuratiùs legeres, non tam impudenter ornamentum Ethruſcæ linguæ damnares. Sed quid miror? cũ ne Homero quidem parcas? quem nec attigiſti unquam, nec iſto tuo iudicio de uirtute eius ſtatuere quicquam poſſes. Verùm ne te pœniteat à me diſcere magnos & probatiſsimos, ſcriptores admirari potiùs quàm reprehendere, ac imitari potiùs quàm criminari. ac ne credas imitandum tibi eſſe hunc Petrarchæ locũ tanq̃ uitioſum. Sæpe etiam Virg. quoad potuit idem fecit, ut in Bucolicis, cum ſæpe alia, tum illud,

„ εἰπέ μοι ὦ κορύδων τίνος αἱ βόες, ἦ ῥα φιλώνδα

„ οὔκ, ἀλλ' αἴγωνος, βόσκειν δέ μοι αὐτὰς ἔδωκεν.

„ Dic mihi Damœta cuium pecus an Melibœi?

„ Non, uerum Aegonis, nuper mihi tradidit Aegon.

Vbi mutata ſunt nomina propria, et quæ dictiones natura carminis refutatæ ſunt. non enim ſemper eadẽ poſſunt eſſe tempora ſyllabarum, ut nominum ſignificationes. Quamobrem coguntur Poëtæ transferendis uerſibus mutare multa, quod Græcis non accidit, cũ aliquid à Græcis ſumunt, niſi ut rem aut augeant, aut ornent. ut illud Aeſchyli,

„ φαγέδαιναν ἥ μου σάρκας ἐσθίει ποδός.

Eurip. Vno mutato uerbo, maius, & uenuſtius reddidit, nam pro ἐσθίει θοινᾶται translatum uerbum repoſuit, ut docet Ariſt. quod etiam Virgil. facere conſueuit. at uberiùs quandoq;, aut contractiùs locos ab alijs ſumptos tractant, quid ni? ſi pro ſuis utantur? non'ne ſuo quoq; arbitratu uariabunt? non enim Virgil. ſtudium fuit, ut Eclogas Theocriti Latinas faceret, nec in arctum deſilire uoluit, nec circa uiles, patuloſq; orbes Theoc. morari uelut interpres. Sed ex illis quantum quoq; modo libuiſſet, haurire. Verùm non ſine riſu legi illa uerba. unde non poſsis ſine maximo pudore omnia, quæ ſuſceperis imitanda perſequi. cum tantùm uideam interpretẽ ignorare cùm pudoris cuius uim ſi nouiſſes, magnis ſcriptoribus pepercisses, et intra modeſtiæ fines te cõtinuiſſes. Mihi uerò hic, ut alijs in locis, lectori multa ſunt condonanda. Tempus enim illi potiùs ad legendum, quàm errores mihi tui ad corrigendum poteſt deeſſe. Non igitur ex te quæram, quæ nã tumiditas ſit in his uerſib. Petrarchæ

„ Perche cantando il duol ſi diſacerba,

„ Cantarò com' io uiſſi in libertade

„ Mentr' amor nel mio albergo à ſdegno ſ' hebbe.

Non enim in uerbis, non in reb. apparet iſte tumor. illud autem hic fuit animaduertendum, quod ibi quatuor uerſus τετράγωνον ſimilem efficiunt, ut illi tres apud Hom. in 3. Iliad. τρίγωνον.

„ οὐ νέμεσις τρῶας, καὶ ἐϋκνήμιδας ἀχαιοὺς

„ τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν,

„ αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.

Nam ſi in trianguli formam deſcribantur, undecunq; legere incipias, reliquis duobus ſequentibus eadem ſententia conſeruabitur. Quod idem in his quatuor Ethruſcis eueniet, ita deſcriptis.

„ Nel dolce tempo de la prima etade

„ Che naſcer uidi, & anchor quaſi in herba

„ La fera uoglia, che per mio mal crebbe

Perche cantando il duol ſi diſacerba

Cantarò com' io uiſſi in libertade,

Mentr' amor nel mio albergo à ſdegno ſ' hebbe

Neq; item cur Arma uirumq; cano tibi uideatur inania captare, hæc inquam non quæro, ne, quam tu ipſe ſis inanis, cogaris denique fateri, qui omnium iudicem uanitate quadam opinionis tuæ te conſtituas: cùm ne huius quidem carminis ab Horat. diſcere potueris in quo ſit uitium.

„ Fortunam Priami cantabo & nobile bellum.

Nullus enim eſt in uerbis, ut tu putas, nimius ſonus, ſed in rebus ipſis eſt uitium. promiſſorem enim appellat Horatius illum poëtam, ut qui magna uiſus ſit promittere: Et cũ dixerit, Parturient montes, naſcetur ridiculus mus, per montes promiſſorum magnitudinem intellige, per ridiculum murem exiguitatem effectus. Sed hæc omittamus, & ſimul illud. quòd Hom. ab Achillis ira ſit exorſus, ut feſtinaret ad finem. Horat. enim non ſemel, ſed ſemper inquit Homer. ad finem feſtinare. Cur aũt uſus ſit noua illa forma narrationis Hom. multæ quidem cauſæ adferuntur ab Euſt. inter quas hu-

ius feſtinationis nulla eſt omninò facta mentio. Sed iam redeamus. Cùm enim alij nihil ferè putent intereſſe inter publicum, & commune, delirant hoc in loco atq; ſic implicantur, ut ſe nequeant expedire, nec ea diſtinguere, nouerunt, quæ ad ſuã quæq; partem referenda ſunt. Cùm enim materiam poëtarũ in duas diſtributam eſſe partes uideamus (nam quæcunq; perſona à quouis poëta cantanda ſuſcipitur, ea uel ab alio dicta iam ſumitur, aut ipſe nouã ſibi fingit) exemplis, & præceptis docet utra ſit facilior, & qua ratione utraq; tractari debeat: ſic itaq; primum diſtribuit.

„ *Aut famam ſequere, aut ſibi conuenientia finge.*

Id eſt, aut ſic imitare perſonam alienam, ut talem ſerues, qualem acceperis: aut ita nouam finge, ut ſibi conſtet, id eſt, ut quales illi mores ab initio affinxeris, eos ſemper retineat. ne modò ſit pia, modò impia, & ſibi non conſtet. Ad primam uerò partem, referenda ſunt hæc. Honoratum ſi fortè reponis Achillem. & cæteræ perſonæ, quæ hic exempli cauſa deſcribuntur. Deinde.

„ *Tuq; rectiùs Iliacum carmen deducis in actus.* Tum.
„ *Publica materies priuati iuris erit, ſi*
„ *Nec circa uilem, patulumq; moraberis orbem,*
„ *Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus*
„ *Interpres, nec deſilies imitator in arctum,*
„ *Vnde pedem proferre pudor uetat, aut operis lex.*
Ad ſecundam illa.
„ *Si quid inexpertum ſcenæ committis, & audes*
„ *Perſonam formare nouam, ſeruetur ad imum,*
„ *Qualis ab incœpto proceſſerit, & ſibi conſtet*
„ *Difficile eſt propriè communia dicere.* Tum
„ *Quàm ſi proferres ignota, indictaq; primus.*

Sed redeundum eſt iam unde digreſſi ſumus. Publica materies] Id eſt, perſona ab altero ſumpta, & facta iam cùm altero cõmunis: erit priuati iuris, id eſt, propria noui quoq; poëtæ, nam ut tractata eſt ab antiquo poëta, qui primus eam formauit, erit illius propria, ut aũt à nouo, qui imitatur ueterem, tametſi mores non mutet, fiet huius tamen propria: aliud n. futurum eſt poëma, & in diuerſis ποιήμασι eadem perſona ijſdem moribus prædita diuerſorum erit propria. ut ſi alterius eſſet poëtæ οἰδίπους ὁ ἐπὶ κολωνῷ: alterius οἰδίπους ὁ τύραννος, quamuis eadem ſit perſona ijſdem etiã moribus, propria tamen utriuſq; poëtæ foret: nam poëmata erũt diuerſa, quorum diuerſa fuerint, [illegible]. Ariſtot. in Po. 2 1 4. & unum utriuſq; proprium, atq; hoc demum intellexit Horat. atq; ideò dixit. Si nec circa uilem] Nullus ſanè poëma nouum conficiet de eadem perſona, qui ueſtigia ſequatur illius, à quo illã ſumpſerit, ut q eandẽ materiã, diſpoſitionemq; ſequatur, & uerba Græca in Latina uertens interpretis officio fungantur potiùs, quàm poëtæ. cui quidem interpreti per operis legem, id eſt, per legem interpretis aberrare, nec à rebus, nec ab ordine, nec à ſententijs illius poëmatis licet, quòd ſibi non magis imitandi curam, quàm interpretandi ſuſcepit. qui ſic igitur laborauit, non ſolùm propriã ſibi perſonam non efficiet, ſed ne communem quidem habebit. ac ex his patere iã puto quid ſit morari circa uilem, & patulum orbem, id eſt, non recedere à conſtitutione fabulæ ueteris poëtæ, nec à connexione, nec à ſolutione, ut euentus ſit ſemper idem, ſed alius alio modo ad eum perueniat, & interpretandi munus ſibi tantum ſuſcipere. Vilem autem, & patulum dixit, quia non magni eſt ingenij inuentionem alterius, & totam rationem compoſitionis ſequi, & ſemper, & omnibus patet. Sunt aũt in magno poëmate, ut Ilias eſt, & Odyſſea, permulta loca, quæ nouus Epicus poëta cum laude poſſit imitari. quã quidem artem à Virg. quiſq; mutuari poteſt, ut ubi Aeneam, & Achatem ſepſit nebula, ut Homerus Vlyſſem. neq; tamen, ut hîc ad Alcinoum ab regia filia, ſic Aeneas ad Didonem deductus eſt: itaq; præter quandã ſummam, res eſt diuerſa, & tamen imitatus eſt Homerum. Sequatur igitur ueterem poëtam nouus, ut in Officijs Stoicos M. Tul. ut ex illius fontibus quantũ, & quomodo uidebitur, hauriat. Quanquã Virgil. aliam hiſt. aliam perſonam ſibi ſumpſit. neq; circa uilem, patulumq; orbẽ morari, neq; ſi integros hîc idem locos ex Homero in ſuam fabulam inſerebat, in hoc uitium, quod hic ab Horatio reprehenditur, poterat incidere. Nec ſic incipies] Videtur hîc Horat. epici carminis potiùs, quàm dramatici præcepta tradere, cum tamen utriuſq; generis rationem habeat. Nam & exempla perſonarum, præter Achillem, tragicorũ ſunt allata. ut Medæa ferox, flebilis Inò, perfidus Ixion, Iò uaga, triſtis Oreſtes. Et, cùm ait, Rectius Iliacum carmen deducis in actus, utramq; rem uoluit indicare. nã Iliacum carmen, epicã rationẽ ſignificat: deducere in actus, dramaticam. Nam Epicorum perſonæ non differunt à Tragicis, ut ait Ariſtot. & ab illis poëta tragicus eas ſuo iure poteſt aſſumere, ut carmen Iliacum, id eſt, Homericam perſonam in actus tragicos deducere faciliùs poſſis, q̃ nouam. Illud etiam ſenſum noſtrum adiuuare poteſt, quod Ariſt. inquit: Homer. non ſolum in ſcribendo quod aptum eſſet, & decorũ optimè cuſtodiſſe, ſed uenuſtiſſimè perſonas agentes induxiſſe. Itaq; confirmat Odyſſeam, & Iliada proportione Tragœdiæ ſimiles eſſe. Quare miror cur Donatus ſcripſerit Hom. Odyſſ. ad imaginem Comœdiæ feciſſe. quod & rerum, & perſonarũ conditione, & Ariſt. auctoritate falſum eſt. Cùm monet tamen ne Sic incipias] Exordij pceptum eſt Epici poëmatis. Non n. Tragici eſt ita proponere, ſed Epici. Nã prologus tragici, quæ prima pars eſt tragœdiæ, uſq; ad [illegible] chori, longa cõſtat oratione. Diximus aũt à principio nonnunq̃ aliquid Hor. attingere, quod ad heroicũ poëma ſpectet. ut hic facit: quanquã hæc aliquo modo cũ tragico poſſunt communicari. Neq; enim hic tumidus eſſe debet in principio fabulæ, neq; altius incipere, quàm præſens negotium requirat: Sunt enim hæc uitia communia, nemo igitur maiora ſe dicturum profiteri debet, quàm præſtare queat. Ne,

„ *Parturiant montes, naſcatur ridiculus mus.*

Quod prouerbialiter ex apologo Aeſopi dixit, ut ait Porphyrio cũ enim ruſticis mons intumeſcere uideretur, timere cœperunt, ne quẽ is gigantem pariturus eſſet. quare armati locum omnẽ obſeruabãt, ut ſtatim quicquid oriretur, occideret. Cùm itaq; intentis animus expectarent, ecce tibi murẽ proſilire uident, rẽ ſcilicet uiliſſimam, & contra omnẽ expectationẽ. Quare cum riſu abiêre. Tachùs rex Aegyptiorũ in Ageſilaum hoc prouerbio iocatus eſſe dicitur. Cui Ageſilaus reſpondit fore, ut ſe Leonem oſtenderet. Tanto hiatu] Cũ ſimilitudine montis uſurus eſſet, qui editurus partus uidebatur hiatu, hanc uocẽ uſurpauit: hiſcere enim terra dicitur cùm diſcedit, & aperitur. Dic mihi muſa uirũ] In hac tranſlatione omiſſa ſunt hæc uerba, [illegible] quia fortaſſe in his uerbis ea continentur. Qui mores hominum multorum uidit, & urbes. Nemo enim poteſt multas urbes nouiſſe, nec multorũ hominum naturas, quin πολύτροπος eſſet. Quod tamen non omiſit in Epiſtolis ubi ſic ait:

„ *Qui domitor Troiæ multorum prouidus urbes,*
„ *Et mores hominum inſpexit.*

Quam quidẽ rationem ſequitur ſæpe Virg. cũ uides per ea, quæ dicuntur, intelligi quæ ſunt omiſſa: quamuis ab Homer. ſint expreſſa. ut in ea fortuna, quæ eſt in 1. Aeneid. ubi de obſcuro mortis genere, & ignobili conqueritur Aeneas his uerbis.

„ *— O' terq; quaterq; beati,*
„ *Quis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis*
„ *Contigit oppetere, O' Danaûm fortiſſime gentis*
„ *Tydide, —* Et reliqua. ubi omiſſum eſt hoc. [illegible] nam quæ alia doloris huius cauſa eſſe potuit. & quòd illos proceres beatos eſſe duceret, niſi quòd illi præclaras mortes oppetiſſent, & meritos honores conſecuti eſſent, nec in medijs fluctibus obruti, & inglorij laterent: ut ipſe de ſe timebat: cùm enim uir fortis intelligat ſe neceſſitate naturæ moriturum, nihil eſt maius in optatis eius, quã ut perquàm honeſtè moriatur. Cũ uerò ex ijs, quæ dixerat Aeneas, hæc facilè quiuis intelligat, non putauit Maro noſter eſſe neceſſaria. Mores hominum] [illegible] dixit Homerus: mens enim & ingeniũ hominis per mores cognoſcuntur. Et è conuerſo, qui naturã, & mentẽ hominum cognoſcit, mores eorundẽ uidet. Non fumum & fulgore] Apta ſimilitudine oſtendit quid eueniat ijs, qui de ſe nimiam expectationem mouent: Cùm enim tueri eam non poſſint. ridiculi ſunt omnibus: qui uerò ſibi temperant in principijs, hi plura præſtant, quàm ſint profeſſi, & ſplendidiores exiſtunt: Promunt enim ſpecioſa. Miracula] Vt Scylla fuit, & Charybdis cũ Cyclope. Nec reditũ] Nec ab ultima origine ſumit.

ut ſumit principium poëmatis. Ariſt. in Poëticis inquit. μὴ ὁμοίως ἱστορίαις τὰς συνθέσεις εἶναι. licet. quod quidem perpetuum ad utrumq; genus, & epicũ, & dramaticũ accõmodatur, & denique ad cuiuſuis rei narrationem. Semper ad eventũ feſti. nat]breuiſſima eſt hiſtoria. Odyſſea, ut oſtendit Ariſt. uerum longiſſima intercedũt Epiſodia, ut idẽ teſtatur, & re ipſa cõprobatur. Cùm uerò eſſet Vlyſſes apud Alcinoũ uidebatur naui parata, delectis remigibus, ſemp ſtatim diſceſſurus: & tamen in cœna tã multiplices tã lõgos expoſuit errores, ut auditores ſpe ſemp exitũ rei uidendi, teneret attentos. Et in medias res auditorẽ rapit]Omiſſis principijs rerum, pinde ac notæ eſſent, medias expoſuit in utroq; poëmate, quẽ Maro noſter eſt imitatus. Et quæ deſperat]Veriſimile eſt multa fuiſſe in uera hiſtoria, q̃ ab Hom. ſunt omiſſa cũ lucẽcis, q̃ uellet, nõ poſſet afferre cuiuſmodi eſt illud, Cupiens Achilles iniuriã ulciſci, quòd Briſeis erepta ſibi fuiſſet, armatus cum ſuis incautũ Agamem. & alios fortaſſe uoluit opprimere. Verũ Vlyſſes re cognita, excitauit omnes proceres: quod animaduertens Achilles in ſua caſtra ſe recepit. Hoc totũ ſilẽtio pterijt Hom. Quo.n. pacto ſplendorẽ ullũ ea res potuiſſet accipere? habẽt.n. boni poëtæ diligentiſſimũ rerũ delectũ, atq; hoc amant, hoc ſpernunt. Atq; ita mentitur. Euſt. 1379. Ariſt. in P. Legendus eſt Euſt. qui de hac Homerica uirtute pmulta dixit in proœmio ſuo in Odyſſeã. Ex eo.n. loco facilè, quod etiã monuit Ariſt. intelligitur, non eſſe poëtarũ hiſtoriã nudã ſeq: unde ueritati fabulas, aut intermiſcent, aut nouas ſibi ueteres cõfingunt. Vt uerũ poëtæ nomen, quod à fingendo eſt dictum, retinere poſſint. hanc igitur uirtutẽ cõmiſcendi mẽdacia cũ ueris in Homero laudat Horatius. Primo ne mediũ]Hic ▪ eã mẽtiendi rationẽ intelligit Hor. q̃ dicit Ariſt. Hom. docuiſſe p paralogiſmũ. Sed q̃a poëta fingit: non.n. eſt hiſtoricus, & miſcet mendacia cũ ueris: ita tamen ut inter ſe omnia maximè cohæreant. Quis neget illud bellũ ad Troiã eſſe geſtũ? at cũ ueritate hiſtoriæ cõiuncta ſunt infinita mẽdacia, quæ nihil perturbãt. Quid uerò Xenoph. in Pædia Cyri? q̃ multa eſt mẽtitus? cũ nihil tamẽ cõcinnius eſſe uideatur. Tu quid ego](Quæ ἀνόμοια uocat Ariſt. ea magnopere ſeruãda ſunt poëtis, de qua ratione paulò pòſt agemus?) Huic aũt prudẽtiæ tantũ tribuit Hor. ut ſpectatorẽ pmanſurũ eſſe dicat uſq; ad finẽ fabulæ, in qua ætatis cuiuſq; habeatur ratio decori: ut uerè morata dici poſſit. Quã.n. Oratores moratã uocãt orationem, ea eſt, qua dicẽtis ipſius potiſſimũ, & eorũ, pro quib. dicitur, mores exprimuntur. q̃ quidẽ res multum ualet ad gratiã conciliandã: de qua re multa Cic. in 2. de Orat. Quint. in 6. cap. de Diuiſione affectuũ. Ariſt. in 2. Rhetor. Herm. in 2. περὶ γοργότητος. at morata fabula diuerſam rationem habet ab oratione morata: hæc.n. gratiã, & beneuolentiã lenitate uocis, ſignificatione pudoris, uerborũ comitate parit. Illa uerò reddere pſonæ ſcit cõuenientia cuiq;, ut antea fortunæ, ſtudijs, nationibus, patriæ, & ut paulò pòſt, officijs, quæ ſunt cõſentanea tribuẽda monet Hor. Tu quid ego & populus]Ego ſcilicet, q̃ moneo, q̃ artẽ trado, & nõ q̃d ego ſolũ & ſimiles mei, q̃ rectè iudicamus, ſed etiã populus & imperita multitudo, ad cuius utilitatẽ, & uoluptatẽ omne tuũ ſtudiũ refers, & ex cuius etiã iudicio omnis tua laus pẽdet: Nã comici & tragici nõ paucis doctis cõtenti eſſe poſſunt, ut Epici. nec poſſent dicere, ſi deſtituerentur à corona, ut dixit Antimachus: Vnus Plato eſt mihi inſtar omnium, ſed ut oratores ſine frequentia, obmuteſcunt. Aulæa manentis] Non ut quater obducerentur aulæa: nullũ.n. eſt hic uerbũ, ex quo hic numerus eliciatur: nec unq̃ tollebãtur, niſi in fine, quẽ p aulæa nũc intelligit, ac ne dubitemus, ipſe eſt interpres ſentẽtiæ ſuæ. cũ ait, Et uſq;.

„ Seſſuri donec cantator uos plaudite dicat.

Quod in fine fabulæ cõſueuiſſe fieri q̃s dubitat? declarat M. Tul. in Orat. pro Cælio, Mimi eſt etiã, inq̃t, exitus, non fabulæ. in quo cùm clauſula nõ inuenitur, fugit aliq̃s è manibus, deinde ſcabella cõcrepãt, aulæũ tollitur. nõ auferetur, nec remouetur aulæũ, ſed explicatur, & eleuatur, ut oppoſitum ſpectatorib. obcludat ſcenã. Nã antea dum agebantur, uel mimi, uel fabulæ, ſtrata iacebant in terra. quod in Epiſt. ad Auguſtum apparet ex his uerſibus,

„ Quatuor, aut plures aulæa premuntur in horas,

„ Dum fugiunt equitum turbæ, peditumq; cateruæ. Neque ſcena Tragœdiæ erat unq̃ uacua, nã chorus inter medios actus canebat: nec interim aulæa tollebãtur, ut ibid. oſtẽditur his uerbis.

„ Dum populus media inter carmina poſcit.

„ Aut urſum, aut pugiles, & relicta fabula, ludos

„ Spectat, & intereà aulæa ſtrata premuntur.

In quatuor horas, cùm nihil ageretur in ſcena. quare ut in mimis in fine, ſic in fabulis, ubi plaudite dictũ eſſet, tollebantur aulæa. Aetatis cuiuſq;]Duplici ratione inæquabilis eſt homo p ætatẽ. nã aut ſingulæ ætates habent ſuas proprias leuitates, ut pueritia, & ut adoleſcentia, quib. nihil incõſtantius, nihil inæquabilius, ut hîc à poëta deſcribuntur. atq; horũ uitia cũ ætate ipſa deponuntur. Sunt.n. quaſi naturalia illarũ ætatũ, è quib. excedentes homines mutantur. Et hæc eſt altera ratio inæquabilitatis ipſius hominis, q̃ eſt ſui diſſimilis propter diſſimiles ætates. Quare alij ſunt eiuſdẽ mores in pueritia, alij in adoleſcẽtia, alij in ætate uirili, & in ſenectute alij. Quare monet ne mandẽtur ſeniles iuueni partes pueroue uiriles, i. ne, q̃a in iuuentute q̃ſpiã nobis uiſus ſit cõmodus, & honoris cupidus, has ipſas partes ſeni illi tribuamus exiſtimãtes eundẽ illũ ſemp eſſe. nec, ſi uir in ætate cõſtanti uideatur prudẽs, & colere amicitias, exiſtimemus hũc ipſum in pueritia talẽ fuiſſe. Seruandæ ſunt igitur ætatum inter ipſas differẽtiæ, & uarietas morũ ſingularũ. Sin uerò accidat, ut nõ ætatis uitiũ ſit, ſed aut mala cõſuetudine, aut etiã natura q̃s leuis eſſe cognoſcatur, & incõſtans, cuiuſmodi eſt Tigellius apud Hor. hic quoq; leuis, & incõſtans eſt ſemp inducendus, ut Iphigenia apud Euripidem. Geſtit paribus colludere]Nulla eſt ætas, quæ non æqualib. ſuis delectetur, atq; in proprijs ſtudijs uerſetur. Puer igitur colludere geſtit. q̃d enim aliũd ætas tã infirma nouit? adoleſcẽtes aũt, quib. natura ut ait M. Tul. cupiditates profundit, et ob id ἐπιθυμητικοὺς Ariſt. appellat, non ſatis cõpotes cõſilij, rapiũtur ad uoluptates, ac ubi liberioris uitæ facta eſt eis poteſtas, hæc ſtudia ſumma cum incõſtantia ſequũtur. Cereus]Idem ad Auguſtum.

„ —Ac neq; ficto. In peius uultu proponi cereus uſquam,

„ Nec prauè factis decorari uerſibus opto.

Monitoribus aſper]Magno ſunt enim animo pditi adoleſcentes, ut inq̃t, in 2. Rhet. Ariſt. atq; putãt ſe omnia poſſe cõſeq;, ut magnanimi uiri, ſed hi iudicio, & uirtute nixi, illi temeritate quadã inflati. Quare ſe reprehendi permoleſtè ferunt cũ præſertim ea ætas θυμώδης ſit natura. Velliũ tardus pviſor] Sunt enim εὐέλπιδες ſpei ſcilicet pleni, nec putãt ſibi quicq̃ defuturũ. hinc etiã ſit, ut prodigi fiant. Sublimis] ὑψηλός. Amata] φιλόθετοι eſt. & ἀψίκορος q̃d ſit apud Ari. hic Hor. expreſſit. Sed rationẽ ille tradit: ὀξεῖαι γὰρ αἱ βουλήσεις, καὶ οὐ μεγάλαι ὥσπερ τῶν καμνόντων δίψαι, καὶ πεῖναι: acutæ ſunt enim & ſubitæ illorũ cupiditates, ac ut citò ueniũt, quaſi furore quodã pcitæ, ita citò reſtinguũtur. Iure igitur εὐμετάβολοι dicũtur. Conuerſis ſtudijs] De maturiore loquitur ætate, quæ media eſt inter adoleſcentiã. & ſenectutẽ, ac inter extrema utriuſq; uitia uerſatur, ut quæ nec infirmitate laboret adoleſcentium. nec imbecillitate ſenũ. Nõ igitur cõtraria eſt adoleſcẽtiæ, ut ſenectus. Ariſt. aũt, ut cõtrario cõtrarijs opponeret, ſtatim moribus adoleſcentũ expoſitis, de natura ſenili tractare cœpit. Hor. uerò mediã iuuẽtutẽ interpoſuit, ac eius ſtudia adoleſcentũ ſtudijs oppoſuit. Sed alia ſunt, quib. ab adoleſcẽtia iuuentus, alia quib. diſcrepet ſenectus. Sed hic cõtraria iuuentutis ſtudia, mox ſenectutis recenſebo. quærit igitur opes inq̃t hæc ætas: illa æris eſt prodiga. hæc ſeruit honori: illa monitoribus aſpera. hæc commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret: illa cupida, et amata relinquere pernix. Multa ſenẽ] μικρόψυχος eſt ſenex. quo ſit, ut auaritia ſemp laboret, & timiditate: nam refrixit iã ſanguis, & uigor quaſi extinctus eſt, unde rectè. Rem timidè, gelideq; miniſtrat. Metus.n. eſt res quædam frigida. Deinde rerũ experientia parcũ & auidum reddit: Nouit.n. quanta cũ difficultate res fiat, & augeatur. q̃ rari ſucceſſus: q̃ facilè uel decipiamur ab alijs, uel offendamus ipſi, & p imprudentiã labamur. atq; aliæ huius generis cauſæ ſunt in promptu, cur ſenex hæc incõmoda patiatur. Vel quod quærit]Lucro intẽtus eſt, nec audet parto frui: rarò ſit.n. ut q̃ rẽ faciat fruatur ea. Dilator ſpe lõgus, iners]Differt omnia. ſpẽ inchoat lõgã, iners ad agendũ, Auidusq; futuri]Φιλόζωος. nec mirum deſideriũ eſt.n. rerũ abſentiũ. Et q̃a ſenex abeſt à lõga uita, illã deſiderat, Difficilis]Moroſus, ſuſpicioſus, omnia in malã partẽ accipiẽs. Querulus] δύσθυμος triſtis, & ab omni iucunditate alienus. Laudator temporis acti]Senile eſt, inq̃t M. Tul. cõcedaturq; ſenibus, ut de ſe dicãt: memoria.n. ſenes potiùs, q̃ ſpe ſuſtentãtur. nã longa eſt antè acta uita, breuis admodũ futura, quo ſit, ut lætentur pteritis tẽporibus, & ea

laudent.atq; hæc ratio eſt Ariſt.ꝙ Hor. ſeq nõ uidetur, cũ ſpe lõgus dixerit.ac in eo eſt eidẽ cõtrarius, quòd ille δυσελπίδας διὰ τὴν ἐμπειρίαν eſſe putat. Hic oſtendit oblitos ætatis ſuæ ſibi ſpẽ longi tẽporis proponere: Hic Iaſon,ꝗ exemplis omnia illuſtrat, ut Neſtor inqt apud Hom.Achillẽ,& Agamem. cõciliaturus. Neſtoris hic pſonã,ueluti uulgarẽ accipis? & in re tã graui inter tãtos reges. Neſtorẽ ab Hom.ut ſenũ retinentẽ cõmunem naturã, & nõ ut uirũ grauẽ.& ſapientẽ inductũ putas?hic igitur nugator?hic loquax? aut in quã talis eſt habitus Neſtor? non animaduertis hæc in te retorqueri,ut in nugatorẽ,et loquacẽ?attende modò ꝙ à te diſcrepat M.Tul. in lib.de Senectute cũ inqt.Videtis ne ut apud Hom.ſæpiſſimè Neſtor de uirtutibus ſuis pdicet?tertiã.n.iã ætatẽ hominũ uixerat, nec erat ei uerendũ,ne uera de ſe pdicans nimis uideretur,aut inſolens, aut loquax.Etenim, ut ait Hom. ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio,ꝙ ad ſuauitatẽ nullis egebat corporis uiribus.Et tamẽ ille Dux Græciæ nunꝙ optat,ut Aiacis ſimiles decẽ habeat,at ut Neſtoris. Aliter igitur Agam.de ſapiente ſene ſtatuebat. aliter Cicero prudentiã Homeri,ꝙ tu,eſt interpretatus,ꝗ nullã tẽporũ,nullã perſonarũ, nullã rerũ habens rationẽ exemplũ nugatoris, & loquacis ſenis Neſtorẽ audes afferre, quo tantus poëta neminẽ ſapientiorem eſſe teſtatus eſt.At ego ne Entellũ quidẽ apud Virg.talẽ dixerim,ꝗ ſe in iuuenili ætate iiſdẽ caſtib.fortiter uſũ, qb.Erix cõmemorauit.

Cenſor,caſtigatorq; minorũ]Omnes ferè in ſene qualitates contrariæ ſunt iuniorũ qualitatibus, ut quib. etiã ſenes adoleſcentibus differant,dicamus:Gelidus eſt enim ſanguis in ſene: feruet in iuuene:effœtæ ſunt illius uires,huius uigent:ille triſtis,hic lætus?

„ Multa ferunt,anni uenientes commoda ſecum,
„ Multa recedentes adimunt.

Ex Ariſt.uerò in 2.Rhet. multò plura colligi poſſent huiuſmodi. Quare mirandum nõ eſt,ſi ſenũ triſtis natura ferre nõ poteſt lætã adoleſcentiã. Num uerò Patres intelligat poëta uiderit Iaſon, ꝗ ita cẽſet. mihi quidẽ certè nõ uidetur.non.n.filios dum caſtigamus,& obiurgamus, id ſtatim uitio dandũ eſt. Quare Menedemus ille Terẽtianus nõ tã ut ſe laudaret, ꝙ ut filiũ proprio patris exẽplo ad modeſtiã,& honeſtã uitã reuocaret,ita de ſe cũ filio eſt locutus.nec aliud artificioſiſſimus poëta uoluit efficere. Verùm cum laudant ſenes acta tẽpora, tamen uituperãt præſentia,quid aliud hoc eſſe dixeris, quàm caſtigare minores?

Multa recedentes]Confirmat hoc Entellus in 5.Aeneid.dicens:

„ Non laudis amor,nec gloria ceſſit
„ Pulſa metu, ſed enim gelidus tardante ſenectam
„ Sanguis hebet,frigentq; effœtæ in corpore uires.

Et Milo Crotoniata quæſtus eſt,cùm ſenex eſſet iam,athletaſq; uideret ſe in curriculo exercentes. aſpiciens enim lacertos ſuos illachrymaſſe dicitur,atq; dixiſſe,at hi mortui ſunt.

Ne forte ſeniles] Hic eſt finis huius diligentiæ: ignoratis enim ſtudijs, & moribus ætatum,fient inæquabiles hæ uarietates, ut mandentur iuueni partes ſeniles, puero'q; uiriles.

Semper in adiunctis] Quænam ſint æuo adiuncta ipſe interpretatur,id eſt, apta:ea enim ſunt apta puero,quæ ſunt expoſita,ut geſtiat paribus colludere, & reliqua.Sic cæteris ætatibus,à quibus poëta recedere non debet, ſi uelit imitari naturam.

Aut agitur res] Hic de partibus Tragœdiæ: nõ tamen prologum intelligo,aut Epiſodiũ,aut Exodum,aut Choricum,quæ ſunt fabulæ membra. Sed quæ aut aguntur, ut ſpectentur,aut referuntur in ſcena, tum de actuum & perſonarũ actus cuiuſq; numero,de locis inducendi numinis,de officio chori, & unde, & quæ incrementa ſint allata,tum melodiæ,tum λέξεως. Tota igitur fabula in ea diuiſa eſt,quæ ſpectantur:& in ea,quæ referuntur. Quæ aũt referenda ſint,ipſe perſpicuis exemplis oſtendit:ex quibus facilè intelligimus,quænam imitatione ueriſimili poſſint agi.

Segnius irritant animos demiſſa] Quod ab alijs opponi poterat, ipſe ſibi opponit,& ſoluit. Cùm enim Tragœdia affectum miſericordiæ mouere, & terrorem afferre debeat,quid eſt,cur ex oculis ea remoueat,quæ id maximè poſſint efficere? quia eorum imitatio uerisimilis eſſe non poteſt.quare quodcunq;,inquit, oſtendis mihi ſic incredulus odi.

Segnius irritant animos]Acerrimum putat M. Tull. in 2. de Orat.à Simonide cogitatum eſſe ſenſum oculorum.Et in Epiſt.ad Torquatum inquit. Tamen oculi augent dolorem,qui ea,quæ cæteri audiunt,intueri coguntur,nec auertere cogitationem ſinunt à miſerijs.Sophocl.in Oedip.Tyranno. Quæ in rebus geſtis triſtiſſima ſunt abeſſe,inquit, quando remota ſunt ab oculis.Eius uerba ſunt hæc. τῶν δὲ πραχθέντων τὰ μὲν ἄλγιστ' ἀπεγίγνετ' γὰρ ὄψις οὐ πάρα.

Oculis fidelib.]Verè fideles. nullus.n. ſenſus, niſi quid impedimento ſit, certior eſt, quã oculorum.

Et quæ ipſe ſibi]Et quorum eſt ipſe teſtis, nec ab angelis, aut ex angelis accipit.

Non tamen intus]Quamuis oculus uehementer afficiatur non tamen huiuſce rei cauſa omnia ſunt ei ſubijcienda.

Quæ mox narret facundia præſens] Narrantur autem ante commiſſa ſcelera, quæ tamen auctor ignoret eſſe ſcelera: & tum demum illa cognoſcat,cùm primùm narrantur in ſcena. ut cùm in Oedipode Sophoc. fit ἀναγνώρισις,aut præſentia,quæ à prudente,et uolente in ipſo dramate patrãtur.ut apud Eurip.Medæa narratur filios diſcerpere:quæ coram populo geri,neq; poſſunt,neq; debent,irridentur enim ab omnibus. Si quis aũt conetur,aut cogitet nefaria committere,neq; tamẽ conatus, aut cogitata fiant,ea quoq; narrantur.ut apud Eurip.Iphigenia Oreſtem fratrẽ,niſi cognouiſſet,mactaturam fuiſſe. at quæ oculis re ipſa ſubijci non poſſunt,ea ſubijcienda ſunt oratione. ut per ὑποτύπωσιν res ita uerbis exprimatur,ut cerni potiùs uideatur,quã audiri. ut enim orator narrando aliquid perficit,ut auditor ſe rei gerendæ putet intereſſe,& gerĩ eam uidere.Sic bonus poëta res ita explicat, atq; ita effingit,ut eas ſe ſpectare populus arbitretur. Facundiam uerò pro eloquentia po

„ Nec facundia deſeret hũc,nec lucidus ordo: (ſuit ut alibi,

Neq; enim ea uirtus eſt niſi eloquentis uiri, in quo non ſit dicẽdi tantum copia, ſed omnis ornatus,omnis uis,& facultas permouendi. Præſens aũt dicitur,quod promptum ſit,& paratum, ut animus acer,& præſens apud M.Tul.de Orat. Et præſentes uires ad nocendum apud eundem ad Attic.uel præſens facundia, quoniam cũ res ipſa præſens eſſe, nec ſpectari poſſit: oratio præſens eſt, & quo ad eius fieri poteſt,facit,ut res quoq; præſens eſſe uideatur.

Quodcunq; oſtendis]Hæc eſt ea cauſa, cur ex oculis tollenda ſint:conſtat enim eſſe ficta,neq; ſimilia uero eſſe poſſunt, ſi agantur in ſcena,niſi uera cædes,ut mos fuit Athenis, fierent, quas Aeſchylus ex hominum conſpectu ſuſtulit:

Nec Deus interſit]Niſi res eò deducta ſit,ut humana ratione ſeruari, aut expediri nequeat, ad opẽ diuinam confugiendum non eſt. Sin uerò ſuprà hominem uideatur eſſe,diuino tunc utamur auxilio. Virgil.in 2. Aeneid.cùm in regia Priami eſſet Aeneas,& iã ab omnibus deſtitutus,& undiq; ab igni, & hoſtibus cinctus,ut illinc humana nec ratione, nec uirtute poſſet euadere,affuit illi Venus, & ducente Deo flammas inter,& hoſtes expeditus fuit,dederunt tela locum,flammæq; receſſerunt. Et cum eodem ferè tempore idem latentem Helenam uidiſſet,ac eo furore, & ira commotus eſſet,ut à fœminea cæde temperare ſe nequiret, aſtitit illi manifeſta Venus,& dextra prehenſum cohibuit. in quo eſt Homerum imitatus,cùm in 1. Iliad. Achilles ira percitus iam gladium ſtringeret,ut inuaderet Agamemnonem, quem Pallas ſimiliter prohibuit.neq; refert, quòd ille locus de Helena ſublatus fuerit à Plocio,& Vario:non enim dubium eſt, quin Virgil.eò deduxerit Aeneã unde cum decoro expedire eum non potuiſſet ſine diuina ope.Verùm hæc in Epicis ſunt,ueluti agnitiones in tragicis.Sed quoniã hic de Tragœdia tractatur,Pallas apud Sophoc. Aiaci λύσσαν ἐπ' ὀμμάτων γνώμας iniecit.Quod niſi feciſſet, quis à facinore in pecudes illũ cõuertiſſet?prohiberi potuiſſet,fateor, aliqua humana ui ab eo facinore, ſed nõ ſæuiſſet amens in pecudes, qua tũ re cognita ſibi manus attulit. Et ſecutũ eſt argumentum Tragœdiæ. Vnde præterea id factũ ſciri potuiſſet, niſi ipſa Pallas ſuum beneficium narraſſet? Antiqui uerò poëtæ tragici cùm exitũ fabulæ nequirent expedire,aliquẽ Deũ per machinã ligneã ſolebant inducere.de qua Iul.Pollux lib.4 ca.18. ubi de partib.theatri ſcribit: Sed etiam M.Tul.in 1.de Natur.Deor. meminit his uerbis huius rei:Vt tragici poëtæ cùm explicare argumenti exitũ nõ poteſtis, ad Deum cõfugitis. Qui hæc à me ſic diſputata legat, nõ'ne cognoſcet apertè furta Iaſ.quanꝗ,ut ex ſe uideatur aliqd dicere,à Plat.familiari ſuo dicit hoc eſſe ſumptũ.at cur à Plat.potiùs,ꝙ à Cicerone? aut cur ab illis potiùs,ꝙ ab Ariſt.quẽ ſecutus eſt Hor.in toto hoc libello? quiq; docet quãdo,& cur id fieri oporteat,& quãdo non oporteat?at uidere licet,cũ uideri nolit à me totũ abſtuliſſe, ꝙ facilè deliret. nã qd tandẽ Plat.docet?Tragicos,quoties ambigũt,cõmenticijs machinamẽtis ad Deos cõfugere.Ex his'ne uerbis qd Hor.uelit cognoſci poteſt?et eius ſenſũ ad ſolutionẽ fabulæ referẽdũ nõ eſſe:minimè uerò, ſed Ariſt. aptis uerbis docet machinã nõ adhibendã eſſe ad fabulæ

solution

ſolutionē, ſed ad illos locos, cuiuſmodi eſt Sophoclis à me citatus. quē Iaſ. ex quotidianis Triph. ſermonib. huc totū trāſtulit an Triphon uir modeſtiſsimus hoc agnoſceret? q ſemꝑ præ ſe tulit ignorare Græcas literas? Credis eius manes tua uanitate delectari? q, ut ſcientiā Græcarū literarū tibi arroges, abuti nomine tuo ad aliorū iniuriā neſcio quē paterie? nec animaduertis quantā labē ignorātiæ ex eius inſcitia ſimul trahas. quod iā ſæpe manifeſto cōſtare tibi potuit, ut etiā in hoc loco, ubi neceſſariā cauſam inducēdi numinis nō uidit. Mortales, inqt, furioſas mētes hominū dignoſcere nō poſſunt. at qd facilius? Sed cauſas inſaniæ dicendū fuit non ſatis eſſe notas mortalib. & hanc neceſſe fuit à Pallade, quæ auctor fuerat illius furoris, diſcere. ut à me clarè explicatū fuerat. uerū ingenij culpa neſcit in ſuis furtis ha' ere delectū. Tu uerò Iaſ. quādo tot Tragœd. legiſti? nā Triph. nō ita deliraret, ut hæc pro ſuis in mediū afferret. tibi uerò cōcēdi poteſt, q Grāmaticæ Græcæ ne prima qdē elemēta attigiſti. at detrahā tādē perſonā iſti mimo, & in media ſcœna oſtendā omnib. qs deniq; ſit ineptus iſte, quē nō pudet hūc locū affirmare nō minus ad Comœdiā, q̄ ad Tragœd. ꝑtinere, ꝓſertim ubi ait, nec quarta loq ꝑſona laboret, de quo mox plurib. agemus, ſed ad rē noſtrā. quoniā uerò hūc exitus fabulæ & ſolutionis rationē non probat Ariſt. quod rurſus fab. ueriſimilis, aut neceſſarius eſſe debet, pro morū, ꝑſonarū qualitate auſim dicere de ſolutione, q̄ ꝑtinet ad exitū cauſæ non hīc intelligēdū eſſe. Verùm de locis, cuiuſmodi ſuꝑiùs oſtēdimus ex Soph. quos cùm uideret uſitatos, non modò nō accuſat Ariſt. ſed utēdam eſſe machinā in huiuſmodi locis monet, quādo ſic ait, ἀλλὰ μηχανῇ χρηστέον ἐπὶ τὰ ἔξω τοῦ δράματος ἢ ὅσα πρὸ τοῦ γέγονεν ἃ οὐχ οἷόν τε ἄνθρωπον εἰδέναι, ἢ ὅσα ὕστερον, ἃ δεῖται προαγορεύσεως, καὶ ἀγγελίας. ἅπαντα γὰρ ἀποδίδομεν τοῖς θεοῖς ὁρᾶν. Quā reꝑhendit in ſolutione fabulæ: nō. n. poëta exiſtimari poteſt in eius loci neceſſitatē ꝑ imprudentiā incidere, quē in primis cōſiderare debet, & in quo uertitur oñis error fabulæ. Et q̄q̄ nihil tā caſu fieri debet uideri, q̄ illa ſolutio, cùm tamē illud caput ſit Inuētionis, debet, ut uult Ariſt. ingenioſus poëta excogitare modū, quo humanitus, & nō diuinitùs nodus explicetur. Sed Euſtath. in primo Iliad. ſoluit hāc quæſtionē. Inqt. n. ꝑipetias, quas eò ꝑduxit, ut facilè ſolui neq̄at quinq; poëtā modis eas explicare: uel ſimul omnibus, uel aliquo eorū. Eius aūt uerba ſunt hæc. ὅτι ὁ ποιητὴς δεινὸς ὢν περιπετείας ἐξευρεῖν πλεονάκις ὁ ποιητὴς, καὶ λύειν ἔχων αὐτάς, ἢ πάντα ἀπολύσας ... ἐκ τοῦ πράγματος δυσχερῶς, τότε δὴ μηχανᾶται λύσεις καὶ ἄλλας ... ἐπιπολυπραγμονῶν ... παρουσίαν θεοῦ, ... ut in 2. Iliad. fecit Hom. cū. n. exercitus iuſſu regis ad reditū in patriā ita ſe pararet, ut cōtineri poſſe nullo pacto uideretur, Vlyſſes tū Palladis cōſilio cū Neſtore proceres monēdo, & obiurgādo populos, & Therſitē uerberādo, ut qeſcerēt effecit. De his igitur locis Hor. niſi fallor, eſt locutus. nec off̄dat quēq̄ quòd hæc ex Epicis ſumpſerimus: idem. n. accidit & Tragicis. Nec quarta loqu:] Sunt q putēt Hor. hic uoluiſſe ad πρωταγωνιστὴν, καὶ δευτεραγωνιστὴν, καὶ τριταγωνιστὴν raro addi τετραγωνιστὴν, ut ꝗ ꝑſonā intelligat ἱποκριτὴν, q cū unus eſſet à prin. 2. Aeſchylus induxit, qb. tertiā Soph. adiūxit, atq; hi dicūtur eſſe, qb. 1. & 2. & 3. tribuūtur partes; de quarto uerò hypocrita, q mentionē unq̄ fecerit, inuētus eſt nemo. Et Ariſt. affirmat poſt tertiū per Soph. adiunctū accepiſſe Tragœd. ꝑfectionē ſuā. Quid eſt igitur, quod cuiq̄ ueniat in mentē de illa perſona cogitare, de qua nullus unq̄ poëta cogitarit? nec tū auſim qdq̄ā affirmare, dicā tū qd exiſtimē. cùm uideā hūc eſſe morē tragicorū, ut, etiā ſi in eodē actu quatuor perſonæ, uel qnq; etiā loquātur, nō tū quartā prius inducūt, q̄ aliq̄ ex priorib. amouerint, ſuſpicor hoc Hor. monere, ne plures trib. ꝑſonas inter ſe loquētes faciamus in dramate tragico. Quod aūt cōſuetudo ſit illorū poëtarū, q̄ dixi, oſtendit Soph. ut in Oed. in Colono: Cùm. n. Oed. & Antigone cū quodā prætereūte loquerētur, ac paulò pōſt interuētura Iſmene illis eſſet, ad uicinos incolas dimiſſus eſt peregrinus, q iudicarēt, nū Oed. liceret illic manere. ac etiā Iſmene prius eſt remota ex ſcœna, q̄ Theſeus appareret. In ſecundo uerò nondū Theſeus proceſſerat, cū Antigone abducta ꝑ uim fuerat ex ſcœna. ac eiuſmodi multis in locis diligentiā obſeruabis. itaq; fit, ut in eodē actu ſimul in ſcœna ꝑſonæ tres ad ſummū loquātur. Sed primū illud moneo in numero ꝑſonarū chorū non eſſe reponendū, tū quòd cōtrarius ſit uſus apud comicos nihil referre. de tragicis. n. nō de comicis hic agit Hor. nec loq laboret. Eſt hic quoq; locus à me ſatis copioſè iā expoſitus, magnáq; ex parte illuſtratus: ſed nondū accepit lucē ſuā, q̄ tū Ariſt. duce nūc accipiet. Dubiū nō eſt qn Aeſchylus ad illā ꝑſonā, quæ ante ſola erat in ſcœna cū choro, alterā adiunxerit, ut iā primarū & ſecundarū partiū eſſent hiſtriones: nec iā tē dubitari poteſt, quin tertia fuerit adiūcta ꝑ Soph. atq; illic cōſtiterit Tragœd. ut cōfirmat Ariſtot. & uſus poëtarū apertè docet. Quoniā nec apud Aeſchylū plures duab. uno tēpore inter ſe loquentes ꝑſonas uſq; inuenies, nec apud Eur. aut Soph. plures trib. Cùm igitur nuſq̄ ſit quartæ locus, Hor. uerba hūc habere ſenſum ſtatuendū eſt, ut quarta perſona nō curet loq. id. n. ualet non laboret. tū nō quærat occaſionem loquēdi. i. ipſe poëta nō laboret facere, ut quarta perſona loquatur. cū præſertim rarò admodū tres ſimul loquētes. reꝑiātur. ex quo ſtultitiā Iaſ. ſeſe oſtēdit, q locū Ariſt. citat, nec tū intelligit quid ualeat. Et audeat dicere de trib. tantū perſonis, q intelligūt, obſeruationib. Græcorū, & Latin. repugnare. hic. n. Comœdias potiùs, q̄ Tragœd. legit, nec eas tū Græcas, ut Græcor. uſum nouiſſe poſſet. ſed tū nemo negat in Comœdijs plures trib. perſonas eodē tēpore inter ſe loq. Sed Hor. nihil omninò ꝓcipit hoc in loco. quod ad Comœdiā attineat. Actor par.] Quæ ſint officia chori, nūc exponit. Et primùm docet eū defendere partes, & officiū actoris, nec auctoris legas. nunq̄. n. in dramate tragico partes auctoris chorus defendit. Permittatur hoc Ariſtoph. nō tragicis. Actorem uerò ꝑ excellentiā hypocritā intelligo, q primas partes agit, ut Aiax, Oreſtes, Medæa. i. q ſuſtinēt horū ꝑſonarū. quorū partes & officia defendi à choro ſemꝑ uidemus, neq; hoc exēplis cōfirmare eſt neceſſe. Hunc aūt Ariſt. πρωταγωνιστὴν oſtēdit eſſe, q, cū primas obtineat partes, κατ' ἐξοχὴν actor dici debet. cōfutat hic me meus Iaſon. qā chorus non ſemper tuetur hypocritā, ſed ſi bonus fuerit & dignus defenſione. Quomodo etenim, inquit, bonis fauerit, & peccare timētes amare ſe oſtēderit, ſi Medeā defendet omniū, q unq̄ fuerunt, et ſceleſtiſsimā, & immaniſsimam chorus? q̄ in eo ipſo Eurip. his uerbis maximè execratur. ἰὼ γᾶ τε, καὶ παμφαὴς ἀκτὶς ἀελίου, κατίδετ', ἴδετε τὰν ὀλομέναν γυναῖκα πρὶν φοινίαν τέκνοις προσβαλεῖν χέρ' αὐτόκτονον. Quamuis me uehementer urgere, & ratione, & auctoritate ſibi uideatur Iaſ. conabor tū, ut ſoleo, ius meū retinere. Equidē nunq̄ exiſtimaui defendere officiū cuiuſq; aliud eſſe, q̄ quod honeſtū ſit, defendere. nec aliud eſſe officiū ſentio, q̄ quod cū ratione factū ſit, qui partes igitur, & officiū cuiuſq; tuetur, quod æquū ſit, & rectū tuetur: nō tū ... ſed cuius ratio probabilis reddi poſſit. ex quo uidere licet me bonos defendi oportere uoluiſſe. De Medæa uerò, fateor à choro defenſam nō eſſe, nec tū officio ſuo illū defuiſſe. multa. n. ſunt officio Chori: Defendit. n. partes actoris. conſiliatur amicis, regit iratos, amat peccare timentes. & reliqua. Vnde ſi Medæam non defendit, non amat, ſi ei non fauet, at conſiliatur, & regere conatur. quid ſi etiam faueat? quid hæc oſtendunt? ... ὅμως δ' ἱκέτις ... δρᾶν. Vides ut contra Iaſ. cauſam agat Medææ. illo uerò in loco non'ne conatur Medæam ab illo tam immani conſilio deducere, ne filios necaret. ἐπεί σε κοινοῦν τόνδ' ἐμοὶ λόγον

„ σέ τ' ὠφελεῖν θέλουσα καὶ νόμοις βροτῶν

„ ξυλλαμβάνουσα δρᾶν σ' ἀπεννέπω τάδε.

At quis locus eſt in tota illa Tragœd. qui magis oſtēdat animum chori nō iratū Medææ, ſed ſtudioſum & cupidum eā deterrere ab impia filiorum cæde? quā ille ipſe, quo tu uis oſtendere execrationes chori?

„ ἰὼ γᾶ τε, καὶ παμφαὴς ἀκτὶς ἀελίου, κατίδετ', ἴδετε τὰν

„ ὀλομέναν γυναῖκα πρὶν φοινίαν

„ τέκνοις προσβαλεῖν χέρ' αὐτόκτονον. Quid eſt illud κατίδετε, ἴδετε, geminato uerbo adhortari, & excitare terrā, & ſolē, ut antè animaduerterent, quàm cruentā, & mortiferā manū pernicioſa mater filijs afferret? non'ne orabat chorus his uerbis, etiā ſi iubere uideatur, ut terra & ſol ſuccurrerent, ut impedirent tantā audaciā? nū hæc execratio tibi uiſa eſt? nequaq̄, ut ſequentia multò clarius oſtendunt. ἀλλά νιν, ὦ φάος διογενές, κάτειργε κατάπαυσον non exitiū illi precatur chorus, ſed ut coërceatur, ut ab incœpto repellatur, & ut domo eijciatur mater procul à filijs. Cū dicit. ἔξελ' οἴκων φονίαν τάλαιναν τ' Ἐρινὺν ὑπ' ἀλαστόρων. potuit'ne magis chorus officio ſuo fungi? nū conſiliū in choro nū ſtudiū beneuolentiæ deſiderare potuit Medæa? nā qs tandē eſt chorus? cliens quidā, & curator otioſus, q beneuolentiā tantum præſtat ijs, quib. adeſt, ut tradit Ar. problē. 49. ſectionis 19. Actoris igitur legendū eſt, cùm ꝑſertim à principio unus eſ

ſet, q ageret in ſcena, qui, addita ſecunda perſona ab Aeſchylo, protagoniſtã.i.actor primarũ partiũ eſt appellatus. & ut antea fuerat ſolus actor, ita uerisimile eſt quaſi propriũ ſibi nomẽ retinuiſſe. Verum hic chorus nullo modo Comœdiæ chorus debet intelligi, qui maledicus ſemper fuit, & hæc officia, quæ hic illi tribuũtur, omnia ſunt pia, & propria Tragœdorũ chori. Quo circa Iaſon inſanit, dum Comœdiã huc intrudere conatur. nec p̃terea de ſolo intermedij choro hic agi putes. Verũ num ſatis mihi uideor huic muneri feciſſe, quod actorẽ in ſua ſede retinuerim, niſi auctorẽ ex aliena deturbem. qua re ne grauere, Iaſon, pauca quædã mihi reſpõdere. primũ, ſi auctor in Tragœdia chori locũ obtineret, dic, quæſo, cuius ille partes, & cuius officiũ defenderet? ſuũ ne. nõ dicis, certo ſuo. ſed quod ipſe chorus defendit. at Hor. uerba tua iudicio auctoris partes, & officium dicunt. Quæ ſi ita ſe habent, & auctor, eſſet, ut chorus defenſor, ſe nimirum defenderet. Quod ſi tu negas, dicas, ſi placet, cuius tandem partes, & officium intelligas. Cùm mihi nihil reſpondeas, Egomet dicã actoris ut Aiacis, ut Oedipi. at cur peruerſa mauis hoc oratione, & corrupta Latinitatis ratione, q̃ recta, & plana, & cõgrua dicere? ad hæc illud etiã mihi dicas neceſſe eſt. ſi datus eſſet Sophocli locus in ſcena, qui eſt Oedipi, credis ne eũ aliter locuturũ fuiſſe, ac ipſe locutus ſit Oedipus? ſi negas, ergo eodẽ modo, atq; idẽ feciſſet ſi cuiuſuis alterius hyſtrionis partes ſuſcepiſſet, nihil omninò ex eius oratione uariaſſet. iſtud igitur præceptũ non eſt propriũ chori. at Hor. ad chorũ ſolũ uult pertinere p̃ceptũ illud, quod ſi auctoris legas, & nõ actoris cõmune erit, & inutile. Præterea ſi auctoris partes legas, & intelligas chorum defenſurũ eas partes, quas auctor defenderet: ſi locus ei foret in ſcœna, peccatũ eſſet in uerbis, & in reb. in uerbis quia nemo ita loquitur, in rebus, q̃a cuius partes, & officium defendere chorus debeat, aut auctor deberet nõ definitur. quod quidem uitioſiſſimũ eſſet, neq; p̃cepiſſet Hor. choro ut partes & officiũ defenderet, niſi cuius partes, & officiũ defendi uellet, explicaſſet. Nec quid medios] Nõ impedit hic Hor. quò minus inter medios actus cantet chorus, ſed prohibet ne quid alienũ à re propoſita cantet. Quod aũt cantaret chorus, patet auctoritate antiquorũ. & teſtatur Ariſt. ſed illud multò magis nouum uideri poſſet, ſi nõ modo chorũ in tota fabula, ſed omnes hyſtriones cantare ſolitos diceremus. Quod tamẽ Ariſt. in problemate 15. & 49. ſectionis 19. innuere uidetur. Quod etiã M. Tul. in 1. de Or. his uerbis indicauit. Solet idẽ Roſcius dicere ſe quò plus ſibi ætatis accederet, eò tardiores tibicinis modos, & cantus remiſsiores eſſe facturũ. nec minus ex his ſequentib. hoc ipſum poteſt intelligi. Quod ſi ille aſtrictus certa quadã numerorũ moderationẽ, & pedũ, tamẽ aliquid ad requiẽ ſenectutis excogitat, &c. Sed illud in contentionẽ uenit, num chorus ipſe unum de ſuo numero ad hoc officiũ deligeret. dubitatio uerò naſcitur ex his uerbis Ariſt. ὁ τὸν χορὸν δὲ ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν, καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου καὶ συναγωνίζεσθαι, μὴ ὥσπερ παρ' Εὐριπίδῃ, ἀλλ' ὥσπερ παρὰ Σοφοκλεῖ. prima uerba ſic intelligunt, ut chori ſumma penes unũ ex hiſtrionib. tota eſſet. Ego uerò non arbitror Ariſtot. ex quindecim numero dicere unũ tantũ conſueuiſſe loqui, ſed oſtendere uoluiſſe totum chorũ pro uno ex mimis accipiendũ eſſe, & eſſe partẽ totius, & συναγωνίζεσθαι, nam quæ cæteris tribuuntur, propria magis ſunt ipſius fabulæ, quàm alterius Tragœdiæ, quod hiſce uerbis ſequentib. dixit Ariſt. τοῖς δὲ λοιποῖς τὰ ᾀδόμενα οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μύθου, ἢ ἄλλης τραγῳδίας ἐστί. magis eſſe propria ipſius fabulæ, quæ agitur, quàm diuerſæ Tragœdiæ, ea ſcribit, quæ alijs tribuuntur. Nec quæ choro ſunt aliena, quod apertiùs oſtẽdit, cùm dicit αἱ ἐμβόλιμα ᾄδεται. ἐμβόλιμα uerò aliena ſunt à materia, & in ea tamen inſerta, quæ à choris cantari ſolent, nam ἄδει poëta. ſ. per chorum, aut ipſi chori, quod ab Agathone primùm fuit inſtitutum, & nunc ab Ariſt. improbatur. nihil. n. ait intereſſe an ἐμβόλιμα, an epiſodium totum cãnat, an ſermonẽ alium ex alio cõtexas, quæ uitioſa eſſe in Tragœdia cõfirmat. Vitioſum ergo ducit Ariſt. chorum ea canere, quæ ſunt alterius argumenti, cùm habendus ſit ueluti ex hyſtrionib. unus, & alij mimi agant ea, quæ propria ſunt præſentis ὑποθέσεως: omnes igitur perſonæ chori ſimul canebant, & ſummo uocum uariarum cõcentu loquebantur. Idq; modò unius numero, cùm unus eſſet chorus, & unius hyſtrionis uice fungeretur, modò plurium, quod in choro perſonæ quindecim continerentur. atque hoc exemplis ubiq; patet, ut in Antigone.

» ἡμῖν μὲν, εἰ καὶ τὸν χρόνον πιπλάμεσθα,

» λέγειν φρονούντως, ὧν λέγεις δοκεῖς πέρι. Et alibi in eadem.

» ἀνὴρ ἄναξ βέβηκε δεινὰ θεσπίσας.

» ἐπιστάμεσθα δ' ἐξ ὅτου λευκὴν ἐγώ.

» τήνδ' ἐκ μελαίνης ἀμφιβάλλομαι τρίχα,

» μή πώποτ' αὐτὸν ψεῦδος ἐς πόλιν λακεῖν.

Hic uidemus chorum in eadẽ ſententia, & eadẽ periodo utroq; numero, dum ſe loquitur, uſum eſſe: ac idẽ faciunt, qui chorũ alloquuntur, ut modò cũ uno, quod his uerbis Pind. interp. ultima Olymp. docet. προσφωνῶν τοῖς ποιηταῖς τὸν χορὸν ὡς ἐν πλήθει συνηθῶς λέγει ἑνικῶς. modò cum plurib. loqui uideantur. ut in eadẽ Tragœdia, idem ferè Creon ita chorum alloquitur,

» τί δῆτα χρὴ δρᾶν; φράζε· πείσομαι δ' ἐγώ.

Et mox idem cum eodem.

» ἢ ταῦτ' ἐπαινεῖς καὶ δοκεῖ παρεικαθεῖν. Et Euridice

» ἀλλ' ὅστις ἦν ὁ μῦθος αὖθις εἴπατε

Et apud Aeſchylum Eteocles ita cum choro loquitur.

» καὶ νῦν ταῦτ' ἐπαινεῖτ' ἦ τετρεμμένας πυθέσθ' ἐμ κακοῖς ἄσπιδος ἀργεῖν. At innumeri ſunt eiuſmodi loci quos omitto: nã ex his cõſtare puto uniuerſum chorũ cõſueuiſſe loqui, atq; ita nos Ariſt. hic docet. Sed, ut ad Hor. redeamus, nequaq̃ hoc in loco is reijcit chori cãtilenas, niſi quæ propoſito nõ cõducant, & hæreãt aptè: in quo mirè cõuenit inter illũ, & Ariſt. q prohibet ne Epiſodia, quæ nec ſint uerisimilia, nec neceſſaria interſerantur. in p. 97. Eurip. hoc uitio reprehẽdit. quia malè utebatur παραβάσει. quòd more comico inducebat chorũ, ut cũ populo, quæ uellet, loqueretur, & ſæpe quæ ad ſe p̃tinerẽt: à quo uitio ex æmulatione Sophoclẽ caui ſſe Pollux ait, ubi περὶ χορικῶν ᾀσμάτων de tota hac re ita ſcribit lib. 4. cap. 16. τὴν χορικῶν ᾀσμάτων, ἡ παράβασις, ὅταν ὁ ποιητὴς πρὸς τὸ θέατρον βούληται λέγειν, ὁ χορὸς παρελθὼν λέγει τὰ ὑπὲρ τοῦ ποιητοῦ. ἡ αὐτὸς τοῦτο τοῖς κωμικοῖς ποιηταῖς· τραγικὸν δ' οὐκ ἔστιν. ἀλλ' Εὐριπίδης αὐτὸ πεποίηκεν ἐν πολλοῖς δράμασιν. ἐν γὰρ τῇ Δανάῃ τὸν χορὸν τὰς γυναῖκας ὑπὲρ αὐτοῦ τι ποιήσας παρᾴδειν, ἐκλαθόμενος ὡς ἄνδρας λέγειν ἐποίησεν τῷ σχήματι τῆς λέξεως τὰς γυναῖκας. καὶ Σοφοκλῆς δὲ αὐτὸ ἐκ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἁμίλλης ποιεῖ σπανιάκις· ὥσπερ ἐν Ἱππόνῳ. i. choricis canticis, unũ erat etiã παράβασις, quãdo, quæ poëta aduerſus theatrũ dicere uellet, illa prodiẽs chorus dicit. Hoc autem frequenter faciunt comici poëtæ. Tragicum uerò nõ eſt: ſed Eurip. hoc egit multis in Tragœdijs, & in Danaë quidẽ mulierũ chorũ fecit pro ſe loquentẽ, non animaduertẽs ſe orationis genere mulieres tanq̃ uiros facere loquentes. Soph. uerò, quòd cum eo de laude certaret, rarò id egit, ut in Ippone. Ex his quæ nã ſint ἐμβόλιμα, & à quib. cãtarentur, & quod prohibeat Ariſt. arbitror cõſtare. Exẽpla comicorum ex Ariſtoph. ſumat qui uelit: neq;. n. quæ ſunt in prõptu, mihi ſunt omnia hic afferenda. Concilietur] Aut nouum, aut uetuſtum. apud Eurip. in Hippol. Cum. n. à Neptuno peteret Theſeus, ut Hippolitum filium ſibi perderet, atq; ita unum de trib. ſibi ſolueret promiſſum chorus ſic eũ monet. ἄναξ, ἀπεύχου ταῦτα πρὸς θεῶν ποτε: γνώσει γὰρ αὖθις ἀμπλακὼν, ἐμοὶ πιθοῦ. Et regat iratos] Idem in eodẽ. καὶ μὴν ὅδ' αὐτὸς παῖς σὸς εἰς καιρὸν πάρα Ἱππόλυτος: ὀργῆς δ' ἐξανεὶς κακῆς, ἄναξ Θησεῦ, τὸ λῷστον σοῖσι βούλευσαι δόμοις. Tibia nõ ut nunc] De acceſsione melodiæ, & aliarum rerum ad Tragœdiã pertinentiũ, & præſertim apparatus. Omnis imitatio poëtarũ aut ῥυθμῷ, aut λόγῳ, aut ἁρμονίᾳ fiebat .i. aut numero, aut ſermone, aut harmonia. Sed horũ alij uno, alij duobus. Tragœdia uerò omnib. Cùm. n. ea hyſtriones habeat, ſaltatores, & tibicines: omnes hi, ſuis tamen quique locis, ſeparatim utantur. Nã hiſtriones ſermone & numero, & harmonia. ſi omnes cantabant in ſcœna, ut arbitror ſaltatores numero, tibicines numero & harmonia id faciunt. De locis aũt theatri, & ſcœna per multa Pollux. Tibia igitur inſtrumentum muſices adhibebatur in Tragœdia, & Comœdia: ſed pro rerũ diuerſitate ſonus uariabatur: in Tragœdia. n. poëtæ Dorium cũ Lydio Ar. pol. 8. c. 7. 447. miſcuerũt: erat. n. Dorium magnificũ, & bellicoſum: ex quo Plato, reiectis alijs, hoc in ſua ciuitate ſtatuit utendum. Lydium uerò aptum erat ad luctum. Cùm autem in Tragœdia illuſtres perſonæ, & heroicæ uerſentur, cumq; res agantur triſtes, miſcuerunt Dorium cum Lydio, ut & perſonis, & rebus Muſica illa conueniret. Inuentorem cuius Pythoclidem fuiſſe uolunt. Sed, ne multis, lege Plut. de Muſica, inuenies multò plura. At natura leuiorib. principijs omnia prætexit, unde initio per exigua fuerũt omnia in ſcenis & fabulis, quæ in dies ampliora facta ſunt, donec ad ſummũ peruenerint. nõ igitur tibia orichalco iuncta, magnitudine

dine ſua, & ſono priſcis temporib. tubæ fuit æmula, nec orichalci ſplendebat ornamentis. Orichalcũ uerò metallũ eſſe uolunt, quod in montib. naſcatur. ære omninò preciosius erat, ſi modò erat. nam Ariſt. id metalli genus unquã fuiſſe negat. Sed cùm id Græci ὀρείχαλκον ſcribant errant Latini, qui aurichalcũ nominant. Foramine pauco] Figura eſt in numero: pro plurali.n.uſus eſt ſingulari. quatuor uerò foramina tũ erant ut Pollux ait: τετράγωνα, inquit τρυπήματα εἶχεν ὁ αὐλός· πολύτρητον δ' αὐτὸν ἐποίησε Διόδωρος ὁ Θηβαῖος, πλαγίας ἀνοίξας τῷ πνεύματι τὰς ὁδούς. Diodorus igitur Thebanus addidit tibijs plura formina aperiens flatib. obliquas uias. Aſpirare, & adeſſe, &c.] Vtilis, idonea, & ſatis erat ad aſpirandũ, & fauendũ choris, qui longè melius ad ſonũ tibiarum tanquam ducem præeuntem canere uidebantur. aſpirare fauere eſt. ut di cœptis aſpirate meis, apud Ouid. Nondum &c.] Hæc eſt ratio, cur flatu ſedilia parua tibia complere poſſet: erant enim pauca. Contra uerò in Epiſt.

„ Spiſſis indigna theatris „ Scripta pudet recitare.

Quo ſ..ne, &c.] Interpretatur cur dixerit, nondũ ſpiſſa nimis ſedilia. Quo ſane, &c.] Non eſt hoc in loco populi ulla diuiſio, ut partẽ aliã fuiſſe frugi, & integram, aliã uerò mollẽ, & corruptã intelligat Hor. ſed populũ uniuerſum, modeſtũ, & pudentẽ, ut ea tẽpora ferebant, & talẽ ait coire ſoluũ in anguſtũ theatrũ, cùm ipſe populus totus eſſet paruus: neq; .n. fabulas ſpectare boni unquã refugerunt, præter grauiſſimos quoſdã uiros, qui colligẽdi ſui cauſa, quãdoq; ſecedebãt: nã ut à Rom. exemplum ſumas, non'ne ſenatores, in cauea, & equites proprijs gradib. ſpectabãt? ſimiliter Athenis. atqui auſit negare etiã leuiorũ, & improborũ hominũ multos à ſpectaculis nõnunquã alienos animos habuiſſe? an ita putat quiſquam illis tẽporib. accidiſſe, ut ad unũ omnes in cauea ſpectarent? intellige igitur populũ pro maiore parte populi, quæ pro optima temporũ natura innocens, & religioſa erat, & ſpectaculis oblectabatur. ac reb. ipſis capiebatur potius, quàm apparatus magnificentia, & ſuauitate cantus. At poſtquã cœpit agros extendere uictor, & urbem Latior amplecti murus] i. poſtquã fines imperij propagare cœpit, & finitimos populos primùm, deinde remotos etiã parere ſibi coëgit, & cùm iã populus uix eſſet numerabilis, uinoq; diurno, & paſſim geniũ placaret, feſtis diebus, ut nõ ampliùs totus eſſet frugi uel caſtus, uel uerecundus. Acceſſit numeriſq;, &c.] Loquitur de eodẽ populo, ſed aucto & magna ex parte mutato. Quod oſtendit. cùm dicit. Indoctus quid.n. ſaperet, liberq; laborum

„ Ruſticus urbano confuſus turpis honeſto? Cùm igitur iam non itẽ eſſet populi ſimplex, & pura natura, quærenda fuit ratio, ut qui rerũ grauitate, & uirtutib. fabularũ ob inſcitiam capi non poterant, hi ſaltẽ apparatus ſplendore, & ſuaui melodia, & molli ſaltatione tenerẽtur. Vnde, Priſcæ, motũq; & luxuriã addidit arti

„ Tibicen, traxitq; uagus per pulpita ueſtem.

„ Sic etiã fidib. uoces creuere ſeueris. & cætera. Quorum nihil eſt omninò, quod quis, niſi deliret, ad Rom. referre poſſit: neq;.n. paruus populus Rom. poſt Punica bella fuit: neq; tum cœpit agros extendere, nec urbẽ latiore muro cingere, neq; tibiæ foramina, uel fides citharæ quiſquã Rom. addidit, nec ſyrma inuenit. neq; tulit eloquiũ, neq; graues ſententias, nec deniq; uerbũ eſt ullũ in his uerſibus, quod ad Rom. rationẽ poſſit accõmodari. Nã hic Hor. de palliatis fabulis, nequaquã de togatis loquitur: has.n. uno tantũ loco attigit dicens. Nil intentatũ noſtri liquêre poëtæ. & quæ ſequũtur. Atqui quãdo tandẽ Latini Græcos legere cœperunt? non'ne capta Græcia? non' ne tũ primum artes illatæ ſunt agreſti Latio? non'ne ſerus Rom. non'ne poſt Punica bella quietus quærere cœpit.

„ Quid Sophocles, & Theſpis, & Aeſchylus utile ferrent?

„ Et rẽ tentauit ſi dignè uertere poſſet? Tentaſſe dicit Rom. an uertere poſſet, ergo Græcos non imitabantur modò, ſed etiam Latinos faciebant: quid ergo? fabulas ipſas, & omnes earũ partes, & rationẽ totã ſequebantur Rom. ut perfecta omnia, Tibias uerò, & Citharas, quales illi habebant, refutarunt. & calamos, ſi Dis placet, aut fiſtulas agreſtes in ſcœnã illi primũ attulerunt? nã quid addere potuerunt Romani quod à Græcis eſſet omiſſum? uel quod nã genus eſt, quæ ab alijs inuenta non acceperit? Et quæ ipſa inuenerit, nõ omnib. cõmunicârit? Vnus Piſeus Tyrrhenus æneã tubam dedit omnib. Vſum equorũ Bellerophon. Quid multa? lege Plin. lib. 7. ca. 56. innumera cũ his inuenies exẽpla, & ea ipſa, quæ propria ſunt huius quæſtionis. Nã fiſtulã Panos inuentũ eſſe diſces. Monaulum Mercurij, obliquã tibiã Midæ, geminas Marſyæ. Cytharã Amphionis, aut Orphei, aut Lini. at hæc à Latinis aucta ſunt, & perfecta, nihil minus, uel Latinis teſtib. nã ut idẽ ſcribit ſeptẽ chordis uſus eſt Terpander, ἑπτάτονος φόρμιγξ dicta eſt à Pindaro octauã Simonides addit, nonam Timotheus. Cithara ſine uoce cecinit Thamyras primus, cũ cantu Amphion, ut alij Linus. Cithara edita carmina cõpoſuit Terpander, cũ tibijs canere uoce Troëzenus Dardanus inſtituit. Quis aũt πολύφωνον fecerit tibiã, & Polluce retulimus. Quis igitur tã impudens Latinus erit, qui ſibi quidquã horũ arroget? aut quis tã ingratus, qui à Græcis hæc omnia ſe nẽget accepiſſe: ſed redeamus ad paruum populũ, & frugi, & caſtũ, & uerecundũ, & uideamus an hæc populo Rom. tribui poſſint. Si iã inde à principio huius imperij naturã populi Rom. cõſideremus, fatendũ erit, in illa colluuie Romuli nihil horũ eſſe potuiſſe, niſi fortè quis uelit ad Aſylũ innocentes, & ſanctos uiros confugiſſe. aut Latinos eos, & Albanos, qui relicta patria, cũ paſtorib. iuſti ad nouæ urbis condendæ ſpẽ ſe contulerũt, honeſtos domi ſuæ, & probos fuiſſe cogitemus. at poſtea religione Numæ, & aliorũ regũ optima diſciplina frugi fuit, & uerecũdus populus, quis neget? at idẽ magnus quoque fuit, & numeroſus. nã cõdito luſtro à Seruio Tul. 80. milia ciuiũ cenſa fuiſſe legimus. quid exiſtimemus annis poſt amplius ducentis? cùm Liu. Andronicus primus omniũ fabulã docuit? Quare dũ paruus fuit pop. Rom. neq; frugi, neq; uerecundus eſſe potuit. dũ uerò caſtus, & uerecũdus, non fuiſſe paruum conſtat. non igitur de Rom Pop. hæc dicta ſunt. Et multò minus dici potuerũt poſt Punica bella, quãdo ipſius Hor. teſtimonio, Græcis Rom. admouit acumina chartis. at quando latior amplecti murus cœpit urbem Rom? Quando Sabini Capitoliũ, Albani Cæliũ, Latini Auentinũ collem impleuerũt ac etiam multò latior, quando Ser. Tullius Quirinalem Viminalem, & Aequilias mœnib. eſt cõplexus. Quando fabulæ nomen apud Rom. fortaſſe notũ non erat, nedum agi conſueuiſſet: at Hor. oſtendit agi fabulas ſolitas fuiſſe, antequã populus, & ciuitas ipſa creſceret, & antequã ager extenderetur. Nos uerò hæc omniã multò antè facta eſſe Romæ ex uera hiſtoria cognoſcimus. Quare cõcludi neceſſe eſt Hor. aut de Vrbe Roma, aut de Pop. Rom. aut demq; de Latinis, nec intellexiſſe, nec intelligere potuiſſe. quare neſcio quo appellem nomine hunc meũ correctorem, qui audeat ea negare, quæ ne Hor. quidem confutare poſſet. Trib. me uti rationib. hic optimus ratiocinator ait, qui nihil planè dicit, niſi diſtinctè & partitè ut Hortenſium mihi uidere uidear, ſingulas cauſæ partes in digitis conſtituere. Tibiam à Rom. inuentam non fuiſſe, neq; tibiæ foramina quenquã ex Rom. addidiſſe, neq; ueſtimẽta inueniſſe, neque Rom. populum poſt primam fabulæ actionem paruum, aut numerabilem fuiſſe. cum poſt Punica bell. Roman. admôrit acumina chartis. Et cum præcipuè etiam multò antè ex cenſu Tullij octoginta milia ciuium reperta ſint. Quis hoc homine confuſior? tria dixit, & quatuor numerauit, nec tamen omnia mea fundamenta recenſuit. quod quidem dolo'ne, an ſtultitia factum ſit mihi non conſtat. Nam de fabulis palliatis, non de togatis agi & tractari ab Hor. dixi, & omnia, quæ hoc in loco ponuntur, aliena eſſe à populo Rom. quoniam neq; cùm eſſet paruus, neq; cùm eſſet caſtus, neq; antequã uictor agros extendere cœpiſſet, neq; antequã latior murus amplecteretur urbem, fabulam Romæ quiſquã docuiſſet. quid hic ais tandem? oſtendas primùm de Latinis fabulis Horat. loqui neceſſe eſt. deinde dum caſtus, & paruus erat populus eſſe actas. quod niſi facias, leuitate ne magis, an malignitate labores incertum erit. Et ergo contineam Horat. de Rom. pop. nec intellexiſſe, nec intelligere potuiſſe. quanquam ſi primus Liuius Andronicus, ut. T. Liuius in hiſtoria ſua, ut M. Tul. in Bruto, & in Tuſc. tradunt, fabulam dedit annis 510. poſt urbem conditã, ſatis conſtare poteſt temporib. illis, quib. tu uis, nullã eſſe actam Romæ fabulã. atq; eo magis quod nec ludis Apollinarib. nec magnis, nec unquã ullis in ſpectaculis ante id tẽpus fabulæ ullius mentio facta ſit. præterea ſi iam inde à priſcis temporib. Comœdia, & Tragœdia Romæ agi cœptæ fuiſſent, non'ne 400. annis poſt incrementũ id accepiſſent, ut non ſolum di-

gna

gnæ eſſent, quæ iterum legerentur, ſed etiam decies repeterentur? Atq; inter Liuium & Plaut. Ennius ſolus interceſsit. Et uides tam breui ſpatio quantum acceſſerit ad Laudem Comœdiæ. quid uerò Ennius? niſi uetuſtas ipſa illi nocuiſſet, multò plus laudis adeptus eſſet. quid igitur tam multis annis non perfici potuiſſet? At ſerò poëtæ à Romanis uel cogniti, uel recepti ſunt, ut ait Cicero. quod idem Horatius affirmat. Nec uerò me quicquam monet, quod ante Liuium canerent in epulis poëtæ, Horat. n. cognoſcitur apertè de fabulis, & præſertim de Tragœdia ſcribere. non. n. in epulis erant ſedilia, nec ullus adhibebatur chorus. Cætera uerò, quæ de tibia, & de cæteris reb. dicta ſunt, huc pertinent. illis temporib. Romæ fabulas non modò actas non fuiſſe, ſed nec agi potuiſſe. Verùm ſubtilitas ingenij tui undiq; ſe oſtendit. Ego uerò erraui, fateor, ſi de inuentione tibiæ, & aliarum rerũ locutus ſum. non. n. animaduerteram Hor. de uſu tantum monuiſſe. Ignoſce, credis'ne omnes, quo tu, poſſe mentis acie penetrare? ſed tamen ſcire uelim cur à principio paruam, aut occluſis foraminib. potiùs, quam auctam, &, ut erat, perfectam adamarint Rom. fortaſſe ne nimia ſuauitate corrũperentur animi tum caſti? uel ne in paruis ſubſellijs magnitudine ſoni offenderentur aures ſpectatorum? ferreæ ſunt aures noſtrorum temporũ, quæ plurium tibiarũ, quarum nulla non eſt æmula tubæ, nonnullæ uerò multò etiam ampliores, & tamen in priuatis aulis magno ſonitu paſsim delectantur. ſed tu confiteris à Græcis Rom. accepiſſe, at cur non quales tunc erant? Quod ſi, Regib. Romæ uigentibus, primum uis agi fabulas cœpiſſe, quanquam eſt falſum, tamen, ſi ita uis, cur dubitas eos omnes apparatus, omnia inſtrumẽta pro re, & facultate ſua, quam magnificentiſsima, tunc adhibuiſſe? Quis ignorat hoc animis hominũ à natura inſitum eſſe, ut in ſpectaculis, & omnib. ferè actionib. omnia tempora tam præterita, quã futura & præſentia pro uirib. ſuperare ſtudeant? Quamobrẽ ſi arte, & eloquentia, & rerũ grauitate pares eſſe non poterant, apparatu & ueſtitu, & tibijs ſaltẽ exæquaſſent. ſed ego prorſus nego Regum temporib. actas Romæ eſſe fabulas. ac Liuiũ Andronicũ primũ fuiſſe poſt punica bella, cuius ſpectatæ, & lectæ fabulæ fuerũt. At noui tandẽ alterũ errorem meum, uah, Saliorum ratio me fefellit, quos nunquam didicerã perſonas comicas fuiſſe. non. n. mihi ſedilia ad ſalios pertinere uidebantur, quos hiſtoria Rom. per urbem ancilia ferentes, & carmina canentes cum tripudijs, ſolemniq; ſaltu uagari conſueuiſſe tradit. quanquam uix adduci poſſum ut credam Numam Pomp. uirum ſanctiſsimum comœdiæ curam ullam ſuſcepiſſe. Quare uide ne more tuo parum conſideratè ſtudeas religionib. tuos errores confirmare. Quod ſi alio argumento, fabularum uſum illorũ temporum non potes oſtendere, ſilentio hæ ineptiæ fuerant tegendæ. Sed ut ſemel finiamus hic agitur de Tragœdia. cur me uocas ad ineptias? ſed illud eſt, quo me uehementer urges, quod non animaduerti tibiã ex duobus lignis orichalco uinciri. Quare, ut tu fingis, non rectè ſentire tibi uideor. dum tibijs ornamenti cauſa non neceſsitatis adhibitum eſſe orichalcum ſcribo. Ita 'ne uerò ſentire tibi uideor? tu contrà inſanire mihi uideris, & maleuolentia potiùs, quam iudicio meas ſentẽtias damnare. Et quamuis te nunquam ſim allocatus, & uix ater an albus tu ſis cognouerim, nec unquam de te quicquã cogitauerim, tamen in tuis ſcriptis magnæ ſunt odij cuiuſdam ſignificationes. Quò fit, ut hæc omnia aliunde, niſi tu furioſus ſis, proficiſcantur, neque tamẽ ullo meo merito. Sed non deſunt mihi tela, quib. iſtius hiſtrionis improbitatem alijs temporib. conficiam, ſed tamen, quicunque ſis regusta æquiore animo, ſi potes mea uerba de tibia, & orichalco: & intelliges & neceſsitatẽ, & ornamentũ orichalci in tibia me uidiſſe, et uerbis ſignificaſſe, nõ igitur inquã, tibia orichalco iuncta magnitudine ſua, & ſono priſcis temporib. tubæ fuit æmula, nec orichalci ſplẽdebat ornamẽtis. dixi orichalco iuncta. an quod unum ſit, & ſimplex, ulla re uinctum dicitur? uel hoc fuit pluribus explicandum? nec orichalci ſplendebat ornamentis. non'ne hoc diuerſum eſt ab illo, quando id neceſsitati, hoc ornamento ſeruit. Sed non hîc primùm uſus es hac arte. Tu uerò quid ais? neceſsitatem reſpexiſſe tantummodo Poëtã? non etiam ornamentum? at quid opus fuit orichalco? non'ne ferrũ, aut æs huic neceſsitati ſatisfeciſſet? ſed nimis iam multa. de foramine uerò pauco, ſine dubio inquis me ad Horatij uerba parũ attendere. Vtinam tu quid dicas aliquando attenderes: non enim tot, neq; tanta ignorantiæ tuæ teſtimonia literis cõmitteres. at diſce rationem interpretandi bonos auctores. cùm enim dixiſſet poëta. Sed tenuis, ſimplexq; foramine pauco. Quarum nam rerum uis eſſe factam ad tibias acceſsionem? ligni fortaſſe, nam uereor me hercule, ne hoc quoq; dicas, ita præceps eſt tua audacia. Sed ecce tibi lumen ingenij tui, nouum ex tenebris eruit ſenſum. ad tibicinis enim laudem, ſoniq; uarietatem, & ſuauitatem refers. Verùm alterutrũ mihi concedas neceſſe eſt, aut Romanos à Græcis accepiſſe tibiã, aut ex ſe inueniſſe. Si à Græcis acceperunt, ergo perfectã, ergo non tenuem, nec foramine pauco. ſin eſt Romanum inuentum, cũ tenuem, & paucis foraminibus fuiſſe poëta dixerit, ſignificare uoluit poſtea & ampliorem eſſe factam, & pluribus foraminibus adauctam quis dubitet? ſed fateris tu quidem à Græcis eſſe acceptam, non igitur tenuem, nec foramine pauco. apud quos igitur creuit? ſed apud utros creuerit nõ laboro. id enim obtinebo nõ de tibicinũ laude poëtã, ſed de inſtrumenti acceſsione loqui. Deinde, uis'ne tibicines nobiliores eſſe factos, & ſuauiores ſine maiore tibiarũ adiumento? creuit, mihi crede, tibicinũ uirtus cum tibiarum perfectione, itaq; quoquo te uerteris implicatũ te ſenties. Sed ne pigeat illud quoq; me docere, quanquã nõ dubito quin poëtæ quàm optimis tibicinib. indoctã multitudinẽ ſtuduerint retinere, ſed ne pigeat tamen te docere. an Muſici ruſticorũ cauſa, & turpium hominũ elaborẽt, & maiore indies ſtudio curent, ut elegantiùs, & artificio maiore delectare poſsint, an inſitum ſit ab ipſa natura in animis hominum, ut curent toto pectore, ut in ſuo genere fiãt in dies perfectiores. hoc uerò qui fieri poteſt, niſi inſtrumẽta, per quæ ipſi meliores fiant, habeant etiam meliora? non poteſt igitur poëta alterũ ſine altero laudare, quanquam de tibijs hic egit præcipuè, cuius quidẽ rei argumento eſt, quod etiam fides creuiſſe dixit. atq; ut de fidib. citharæ, ita de foraminib. tibiarum intelligas neceſſe eſt. at hæc augmenta non ſunt Rom. quid aũt de Elqouio. et de ſententiarum diuinitate dicam? num Rom. eſſe? nihil minus. cõuinceris igitur cum tuis ſalijs grauiter errare. Et quiſq; te audiat, & iſtã temeritatem ferat, quem non pudeat Salios Marti gradiuo dicatos, qui per urbẽ ſaltãtes, & canentes cũ ancilib. uagarentur, & pãſsim uolitarent, non modò choros appellare, ſed etiã ad comœdias, & Tragœdias applicare? Illa uerò tibia, ad cuius ſonũ mouebantur, erat'ne tenuis, & foramine paruo? erat'ne utilis ad ciuitatem uniuerſam flatu complendam? an etiam tibicines tibias inflantes ſalios conſequi curſu poterant? at hæc omnia de Tragœdia iam aucta, & iã perfecta. de imperfecta uerò nequaq̃. de primo enim ortu, à tibia tenui ad hunc uerſum. Poſtquam cœpit agros dicta ſunt. quid igitur ſalios mihi narras? miror cur lupercos omiſeris, quandoquidẽ omnia tibi licere putas in omnia conuertere. at eſto, Chorus ſaliorum fuerit, continuo'ne iſtum ad Tragœdiam transferes? non iſtud, inquis, nõ tã deliro. nec Hor. iſtud inquis, uero tã delirat. qd enim Hor. cũ ſalijs? ſed loquitur de Tragœdia, & de pertinentib. ad Tragœdiã, ac oſtendit eius principiũ tenue fuiſſe, & omnia exigua nõ Romæ, ſed Athenis, ut ſcias etiã quo loco, neq; tũ de primo hic ortu intelligas. Dorienſes enim ſibi illum uendicant. ſed cum Athenis, ubi floruiſſe progreſsionib. cõſtat, agi cœpta eſt, cùm placere iam cœpiſſet, & deinde cum urbs aucta eſſet, & cum iam populus uictor agros extenderet, & murus latior urbem amplecteretur, & genium feſtis diebus paſsim placaret, acceſsit ſimul numeriſq; modiſq; licentia maior. Et priſcæ, motumq; & luxuriam addit arti tibicen, id eſt, ſaltationi: ad eius enim numeros ſaltabatur, ac ipſe quoq; traxit uagus per pulpita ueſtẽ. ut ornatus quoque eius cum cithara, eloquio, & grauitate ſententiarum creſceret. Horũ uerò Numa: de quo loqueris, nihil omninò uidit. Eius enim tempeſtate Romæ ne nomen quidem Tragœdiæ fuerat auditũ, neque fortaſſe regnante Seruio Tullo. Scimus enim quando primũ Liuius docuit fabulas. Scimus qui Liuium ſint conſecuti, uſque ad Horat. ipſum. Quorum, ſi uerum aliquando fateare, neminẽ præ Græcis probauit Horat. nec Rom. homo Romæ uiuens, & ſcribens dubitauit in epiſtola ad Auguſtum ſcribere ueteres poëtas Latinos indignos ea fama, & opinione qua tunc erant apud populum, nec in arte poëtica Piſones adhortari ut exemplaria Græca nocturna manu diurnaq́ue uerſarent. nec ubiq; Latinos poëtas negligentiæ accuſare.

accuſare. atq; hæc omnia Hor. egit Romæ. nec artem, & præcepta poëtices ad normã, & formulam Latinorũ tradebat. quos nunquã probauit. itaq;, cũ de principijs Tragœdiæ ſcripturus eſſet, nihil neceſſe fuit de Latina ſcribere, quæ ſemp ſuit uitioſa, ſed de Græca, & eo populo & urbe, in qua à principio agi cœpit, nec falſum honorẽ Romæ libuit tribuere, nec tam audax fuit aſſentator Auguſti, ut tam inſigne mendacium poſſet dicere. habes iam, puto, à me omnia definita, & iam intelligis te non cauſa ueritatis, ſed obſequentem tuæ malignitati hæc & omnia, quæ contra me auſus es ſcribere, falſa dixiſſe. Aſpirare, & adeſſe choris erat utilis] Hic diſtinguit Iaſon more ſuo, ut oſtendat quam ſit ingenioſa ipſius ignorantia. Hoc in ſtuit ad chori ſaltationes & cantũ, ad tibias uidetur pertinere, quod ſequitur. atq; nondũ ſpiſſa nimis complere ſedilia flatus ad ſpectanda ludosq; publicos, in quib. etiã choros adhibitos canentium, uel etiam ſaltantiũ ueriſimile eſt. Veriſimile eſt, inquit, ut non dubites etiã fingere, ubi nihil habeat ueri. at ex Ariſt. ſcimus choros tragicis primũ, deinde comicis à magiſtratib. eſſe traditos in ludis longè poſt hæc tẽpora, quæ hîc deſcribuntur ab Hor. ſed quid moror, quò minùs tuo te gladio iugalẽ? an regnante Numa, eo. ſ. tẽpore, quod ab Hor. uis ſignificari, Rom. ſpectacula ulla, uel ludi publici ſunt celebrati? Quo igitur pacto ad hos ſpectare uis illa uerba? ſedilia dixit, inquit Iaſon, non Theatrũ. fateor ego quoq; ſedilia dixiſſe non Theatrũ. nec. n. Athenis ea tẽpora Theatrũ habuêre. ſed nec ſpectaculũ dixit, nec ludos publicos, quos neq; Numa ſuis tẽporib. egit unquam, nec Athenis fortaſſe, aut certè ſine choris publicis ea tempeſtate, quam innuit Hor. egerunt. Et urbem latior amplecti murus] Primum enim urbs inquit Iaſon, cùm à Romulo condita eſt, quatuor tantummodò colles mœnib. concludebat. ubi nam hanc hiſtoriam legiſti? an nondum uides quam temerè, quam impudenter loquare? Rom. ſ. Eſquilinum collem, Auentinum, Palatinum, & Capitolinum ſuis mœnibus eſt complexus? à Liuio diſcere potuiſti ueteres Rom. ſedem circa Palatinum habuiſſe. cumq; Sabini Capitolium, atq; arcem, montẽ Cœlium Albani impleſſent, Auentinum nouæ multitudini datum. i. Pollitorij ciuib. in urbem translatis. reliquos uerò tres colles Ser. Tul. adiũxiſſe. quid hic igitur ſomniat? Sed ne uideatur quicquam ignorare, Palatinum inquit ab oriente: Cum cinctus ſit Eſquilino, Cœlio, Auentino, & Capitolino, quo modo ab Oriẽte? Sed redeamus unde digreſſi ſumus. Placari Genius] De Genio dici multa poſſunt, ſed nos è multis pauca delibamus. Is, ut Cenſorinus ait, à gignẽdo eſt dictus, ſiue quòd, ut generemur, curet, ſiue quòd nobiſcum gignatur, ſiue quòd nos genitos ſuſcipiat. Plut. uerò Genium eſſe tradit, qui in quouis homine ſit, nec ab eo unquam diſcedat. Cui Deo floribus et uino ſacra ſiebant. ut Hor. in Epiſt.

» Floribus, & uino Genium memorem breuis æui. Et Tib.
» Ipſe ſuos adſit Genius uiſurus honores.
» Cui decorent ſanctas florea ſerta comas
» Illius è puro diſtillent tempora nardo,
» Atq; ſatur libo ſit, madeatq; mero.

Ratio eſt, cur illi uictima non fieret, quòd non uidebatur eſſe conſentaneum rationi. ut illius in ſacris, qui gignendi eſſet auctor, aliud extingueretur. Et tamen Hor. in Od.

» Cras Genium mero curabis: (inquit) & porco bimeſtri.

Vbi fortaſſe non tam Deum intelligit, quam naturam cuiuſq;, quæ uoluptate ſolet oblectari. non enim curari Genium dicimus ſacris faciendis, ſed placari. ut hic Hor. Inſanit uerò Iaſon, & uehemẽter errat, cum genio, & uoluptati indulgere hîc interpretatur. Imperitus enim & audax homo, non intelligens uim uerborum, & admirans ingenium ſuum, quod ſtatim occurrit. contemnens antiquos commentatores profert, ac ſperat ſe ab omnibus laudari. Illud tamen non omiſerim à Liuio in primo, tertiæ Decadis Genio cæſas eſſe maiores hoſtias quinq; ſcriptum fuiſſe. Licentia maior] Nõ alludit ad libros Platonis, ut ait Iaſon barbarè, & impropriè uerbum hoc uſurpans, non animũ inquã ad Plat. libros referebat hæc dicens. Iaſon uerò, dum Plat. uult haberi, omnẽ Poëtæ ſenſum depravat. Quid autem per licentiã intelligat poëta, expoſuit, dicens:

» Sic priſcæ motumq;, & luxuriam addidit arti
» Tibicen, traxitq; uagus per pulpita ueſtem.

Quod ſi tamen quid Plato uelit, cogitaſſet, quid eſt. cur de Romanis, quam de Athenis malit intelligere? quandoquidem Plato nec Romanos, nec Athenienſes inſtituebat, ſed quam ipſe informabat Remp. De Dorio autem Platonis nos antè diximus, & in Tragœdia cum Lydio miſceri docuimus. de eo uerò non pauca Ariſt. in oct. Polit. uerum hic nouus interpres conatur ſæpè, quæ à me rectè dicta ſunt, inuertere, & detorquere ad ſuas ineptias. cùm dicat, illud licentia hoc modo eſt interpretandum, quaſi prius per legem non liceret, ſiue pro abuſu, ſi ſimplici modo dictum intelligere uoluerimus. at quis cauerat hoc lege? aut quis abuſus? lex erat in natura temporũ, quæ rudiora erant, nec, quia diſceſſum eſſet ab illa quadã ſimplicitate ſoni, ullus fuiſſet abuſus: tempora enim ita ferebant. neq; enim in cultu, & ueſtitu erat ampliùs illa frugalitas, ſed mutata erant omnia, cum quib. etiam muſices ipſius ratio mutata erat. plurib. n. additis aut citharæ fidibus, aut tibiæ foraminib. maior eſt uarietas uocũ, ex quib. ſuauiſſimus concentus uocũ temperatur, quẽ cũ illo priſco ſi conferatur luxurioſior certè, & liberior uidebitur. atq; hæc eſt illa maior licentia. Indoctus quid enim] Occurrere tacitæ obiectioni poëtam uult hic Iaſon. Quare inquit, antea apud Rom. Muſica melodia parua, aut nulla penè fuerat, quia, inquit, indocti, ignariq; rerum ueteres illi nõdum poterãt iudicare de melodia. utpote apud eos re noua, et inuſitata, neq; illius iucunditatem deguſtare. quib. uerbis inſcitiam eorũ, ruſticitateq; demonſtrat. Ergo hæc Iaſonis iudicio de populo illo frugi, & caſto, & uerecundo poëta dixit. Ruſticus urbano confuſus, turpis honeſto? & perſtat in hac inſania ſuis diſtinctionib. ſumma hæc eſt, dicens, earũ perſonarũ diuiſio, quæ antea ad ſpectandũ accedebant, ruſticarũ, & urbanarũ. urbanarũ rurſus aut nobiliorũ, aut ignobiliorum, quas per turpes, & honeſtos ſignificauit. Quẽ populũ uniuerſum frugi, caſtũ, & uerecundũ mox appellaſſet, ut qui totus eiuſdem penè eſſet & naturæ & fortunæ. hic alios fuiſſe ruſticos, alios turpes, alios honeſtos arbitratur. i. ignobiliores, & nobiliores, ut ſit grauior priore ſecundus error. paruus. n. ille populus non recipiebat tot partes: erat. n. totus caſtus, frugi uerecundus. caſtus, & uerecundus opponitur meo iudicio turpi. frugi uerò immodeſtiæ eorum, qui feſtis impunè dieb. genium placabant uino diurno. Paruus aũt illi populo, qui uictor agros extendere, & latiore muro urbem cœperat amplecti, aut magnus. Cũ his creuerat inſolentia, & præſertim turpiorũ hominũ. Et immodeſtia. Creuerat etiam cũ multitudine confuſio, ut ruſtici quoq; ſpectare iam uellent fabulas. itaq; ratio iucunda fuit, qua uoluptate detineretur ruſticus, et turpis, ut prodeſſet ſimul & delectaret poëta. Hic uerò & ſenſum, & latinitatem, ut paſſim facit, ſimul perturbat, non intelligens cũ fortuna mutari ſolere mores: non. n. acceſſit numeriq;, modiq; licentia maior, quia ruſticus, & turpis, & luxurioſus eruditiorib. aurib. ſuauitatem muſices perciperet, quã frugi, caſtus, & uerecundus. ſed quia inſolentior, ſine ulla modeſtia, uoluptate, quam ſolam captaret, detinendus erat. quod aũt turpis pro ignobili apud Latinos accipiatur, hic ſolus oſtẽdit, neq; uerò, ſi φαῦλος communi uoce apud Græcos ſignificat utrunq;, idem hic ualere putes, etiam ſi Hor. ſoleat idẽtidem Græca Latinis imitari. quod quidem non facit hoc in loco. Videmus. n. ſingula ſingulis opponi, ut frugi Ebrijs, quos innuit, cũ, placari genius feſtis impunè dieb. diurno uino, dixit. caſtus & uerecundus turpi, & paruus magno, ut diximus. ex quo ſtatuit, mutatis moribus, & reb. omnib. neceſſariũ fuiſſe mutari ſimul rationes omnes ad fabulas pertinentes. Quare etiam Satyros nudauit tragicus, eò quod illecebris erat, & grata nouitate morandus ſpectator. functuſq; ſacris, & potus, & exlex. Sed redeamus unde digreſſi ſumus. Vinolq; diurno] Non igitur frugi Pop. ita cũ morũ licentia, tibiarũ quoq; licentia, & cãticorũ creuit, nec aliter fieri potuit, indoctus quid. n. ſaperet? ubi nec ruſticus ab urbano, nec turpis ab honeſto diſcretus erat? quã nam grauitate rei, qua poëtarũ ſapientia teneri potuiſſet? declarat Hor. in Ep. ad Aug. quid poſſit in Scena uulgus imperitum, cùm dicit.

» Sæpe etiam audacem fugat hoc, terretq; poëtam,
» Quod numero plures, uirtute, & honore minores,
» Indocti, ſtolidiq;, & depugnare parati,
» Si diſcordet eques, media inter carmina poſcunt,
» Aut urſum, aut pugiles: his nam plebecula gaudet.

Et quæ ſequuntur. fuit igitur illecebris, & grata nouitate morandus. Seuetis fidibus] *Ob res ſeueras, quas numero, & harmonia citharœdus imitatur. Citharæ ſeptimam cordam Terpander, octauam Simonides, nonam Timoth. adiunxit. Plin. lib. 7. cap. 56. Plut. νήτην tribuit Terpandro.* Et collis eloquium] *Aeſchylus primus lucem attulit Tragœdiæ. notiſsimus eſt ille locus in decimo Inſtitutionum Quintiliani: Vbi etiam multò clarius illud opus illuſtratum ab Eurip. & Soph. fuiſſe traditur.* Facundia Præceps] *Oſtendit celeritatem facti: ut enim ab Aeſchylo cœpit in lucem prodire, ſtatim exceperunt eam Sophocles & Euripides, & ſumma eloquentia coluêre. Vel præceps. Quod rerum, & uerborum magna copia comparata uir in dicendo quoque exercitatus magna cũ celeritate dicit, ſed prior ſententia melior.* Vtiliumq; ſagax] *Bene dicere nemo poteſt, ut ait M. Tullius de Claris Orat. niſi qui prudenter intelligit. Quare, qui ueræ eloquentiæ dat operam, dat prudentiæ. ad uerborum igitur copiam, & ornatum ſententiarum grauitas fuit adiungenda, ne grauiſsimorum uerborum, & optimorum ſonus inanis eſſet.* Diuina futuri] *Laudatur mira Tragicorum prudentia, qua tanquã Apollines proſpiciunt, & prædicunt futura. Quis crebrior ſententijs Euripide? Quis grauior uel illo, uel Soph.*

Carmine qui tragico] *Multa hic Horat. de Satyris, ac ſi eſſent in magno uſu: neq; tamen ullus extat tragicus poëta, apud quem Satyros fuiſſe coniectura ſaltem uideamus. Quin etiam Ariſt. reiectos eos oſtendit cùm dicit, ἔτι δὲ τὸ μέγεθος ἐκ μικρῶν μύθων, καὶ λέξεως γελοίας διὰ τὸ ἐκ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν ὀψὲ ἀπεσεμνύνθη, id eſt, præterea magnitudo ex paruis fabulis, & ex oratione ridicula, quòd à re Satyrica receſsit, ſero eſt ad perfectionem perducta. atq; apertiùs ex ſequentibus conſtat Sophoclem & Euripidem, & ante hos Aeſchylum Satyros reieciſſe: quod tetrametrũ, quo Satyrorum cauſa prius utebantur, in Iambum commutarunt: quo, ueluti proprio, utuntur tragici poëtæ. inquit enim Ariſt. τό τε μέτρον ἐκ τετραμέτρου ἰαμβεῖον ἐγένετο. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον τετραμέτρῳ ἐχρῶντο διὰ τὸ σατυρικὴν καὶ ὀρχηστικωτέραν εἶναι τὴν ποίησιν. Cum igitur eodem teſte Horatio,*

„ *Hunc ſocci pedem cepere, grandesq; cothurni,*

Non uideo, neq; cur hic tam multa de Satyris præcipiat, neq; cur exiſtimet quiſquam in Sophoclis, Euripidisq; Tragœdias inſertos eos unquam fuiſſe. cùm præſertim ijs, ſi rem rectè conſideret, ne locus quidem in illis Tragœdijs eſſe poſsit. niſi forte uel antè choros, uel poſt, inter actus medios collocemus. Sed eſt falſum: uel mendax Ariſt. nam ſi certum, & ſeiunctum Satyri locum aliquem habuiſſent, tetrametrum, quod ad illos carmen erat accommodatum, non in Iambum conuerſum fuiſſet, ſed cum ipſis Satyris reiectum. Sed agentibus illis, & colloquentibus cum cæteris inductis perſonis, tetrametrum erat confuſum in omni ſermone, & propterea, ſublatis Satyris, tetrametrum in iambum, qui aptior eſt uerſus ad res agendas, commutatum eſt. Quare Tragici, quos hodie legimus, à Satyris prorſus abſtinuerint. ac ſi ex Satyrico, ait Ariſt. mutatam Tragœdiam in ſua perfectione conſtitiſſe, quos intelligit tandem eam à Satyris uindicaſſe? Aeſchylum, credo, Sophoclem, Euripidem, & huius generis poëtas. Et tamen uehementer me perturbat Horat. dum ita de ijs loquitur, ut ſi eſſent in frequenti uſu, nec Tragici poëtæ unquam eos reieciſſent. ut neceſſarium ſit alterutrum errare uel Horat. uel Ariſt. Ego uerò, ut utrũq; tueri nequeo, ita neutrum damnare audeo. Illud tamen diſsimulari non poteſt, Græcorum poëtarum uſum, quos habemus, facere cum Ariſtotele. at felix eſt Iaſon, qui cùm aliter expedire ſe nequeat, ſtatim ad ſuas cõiecturas ſeſe recipit: atq; quod nullis argumentis, nullis rationibus, nullaq; auctoritate decerni poteſt, id pro certo habet, quod eſſe, aut fuiſſe putet, ut cùm aliàs, tum in hoc loco facit, ſic n. audacter inquit. Quamobrem cum Satyri, ut ex Ariſtotele manifeſtum eſt, à Soph. eſſent excluſi, puto iterum Romæ inductos, atq; ideò de illis ſic loqui Horat. Ego uerò miror hoc mendacium teſtimonio alicuius antiqui libri non eſſe fultum, quanquam cum ipſe Iaſon ita putet, non leui auctoritate nititur, ſed uelim aut quo tempore, aut à quib. poëtis id factum putet explicaſſet, cùm præſertim finem nullum faciat hoc affirmandi paſtum repetens inter medios actus, ut non putare mihi, ſed rem compertiſsimam habere uideatur, ſed ſi uis tu Iaſon me tua ſomnia tibi credere, cur aliquando me non attendis ſæpe dicentem, & iure confirmantem Horat. contemnere Latinos, & Græcorum tradere præcepta?

„ *Nam grajs ingenium, grajs dedit ore rotundo*
„ *Muſa loqui præter laudem nullius auaris.*

Ac, ſi ita eſt, ut certè eſt, non'ne uides omnia, quæ in hunc locum infinita congeſsiſti, euerſa eſſe, & iacere? Præterea cum dixero te falſum putare, quò me conuinces argumento: unde obſecro tantũ tibi ſumis, ut tuis opinionibus credere nos oportere ducas? quid? quod, ut locum des tuis commentis, choros audes excludere? ſed ignoſce mihi, non patiar te tuorum ſomniorum Horatium tibi ſocium adiungere. is enim non intellexit Satyros chori loco introductos: at doce quo'nam pacto ſis facturus, ut hæc duo interſe pugnantia ſimul acquieſcant. Etenim, ſi chorus debet cauere ne quid medios intercinat actus, quod non propoſito conducat, & hæreat aptè, quod ex Ariſt. ut alia ferè omnia, ſumpſit Horat. qui fieri poteſt, ut Satyri locum obtineant chori, & ſint, ut tu ais extra Tragœdiam? ſic enim ſcribis. Ea etenim, quæ fuit, quæ'ue dicuntur inter medios actus extra Tragœdiam eſſe intelliguntur, & addis, neque imminuunt Tragœdiæ grauitatem, uides'ne nouus interpres quid audeas? & audebis hæc ex triphone dicere te didiciſſe? minimè uerò, ille enim hæc nunquã cogitauit, nec me fugit unde profecta ſit hæc arguta diſputatio. Sed ad rem noſtram, hoc totum eſt contra non modò poëtam noſtrum, ſed etiam contra Ariſtotelem, qui uult chorum eſſe μόριον τοῦ ὅλου, id eſt, partem totius fabulæ, ne quid inter medios actus, nec uſquã dicat chorus, quod non propoſito conducat, & hæreat aptè: at de Satyris loquor, & Horat. de Satyris loquitur, quando tantum uidetur laborare, ne per Satyros Tragœdia migret in humiles tabernas. Et quoniam Satyros mira cura, & mira ſollicitudine retines inter medios choros, dic, obſecro te, non'ne aſſentiris Ariſtoteli, quando, reiectis Satyris, tetrametra dicit in iambos eſſe conuerſa? oſtende tu ubi id ſit factum. nam ſi inter medios actus ſolum uerſatos uis eſſe Satyros, illis reiectis, non neceſſe fuit ſubſtituere iambos, cum ſuis enim tetrametris reiecti ſunt, ſucceſsit illis chorus, uel redijt in locum ſuum, ſi tuam uera putas, qui non canit Iambos. nunquam enim uidi chorum intermediũ iambis ſcriptum, & tamen tetrametra mutata ſunt in Iambos. neceſſe eſt igitur ſi non in intermedijs, & inter actus, in actibus, & in epiſodijs, quæ ſunt inter choros eſſe factum. quid excogitabis argutule? quo poſsis hæc refellere? at ſi uelim omnia perſequi nullum ſanè uerbum à te cum ratione dictum cognoſcetur, mitto igitur quæ de riſoribus, quæ de dicacibus, quæq; de tabernis ridenda dicis, illa uerò quis prætereat? quæ de nubibus, quæq; de manib. hic ais? Dispeream, niſi tu inanis, & cæcis nobibus inuolutus inſanis, quid ait de ijs Horatius de intelligentijs, de anima, de Idæis agit? neq; cum ſe uerſu ſequenti declaret, & præcedenti, ei credidiſti? hoc uoluit Horat. Ne Satyri aut grandi nimis oratione, aut leui & humili uterentur. Nam effutire leues indigna Tragœdia uerſus, non ita erat amens Horat. ut moneret Tragicos Poëtas ne facerent Satyros de Dijs, de intelligentijs diſputantes, nullus enim locus eſt Tragœdiæ, qui actiones humanas non imitetur. De inanitate uerborum igitur, & tumiditate loquitur. Cur autem in ſcænam Satyros induxerint, ſatis apertè Poëta noſter expoſuit, nec intelligas epiſodiæ inductos eſſe, non enim epiſodia, dicebat, in pol. 98. Qui nã illi fuerint, nemo eſt, qui neſciat: in feſtis enim ſaltationibus comites erant Dionyſij. Eorum uerò nomina hæc erant. Satyros πολιοὺς: Satyros γέροντας οἴνωπος αἰγίπους ... dicti autem ſunt ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι. quòd rictum ut canes, ringant, & contrahant in riſu, fortaſſe Achæi Eretrienſis fabulæ erat eiuſmodi. Ath. lib. 4. Ar. in p. 137. Et aſper incolumi grauitate iocum tentauit] *Vt nec ad humilitatem comicam deſcenderet, nec ad Tragicam maieſtatem inſurgeret.* Obſcuras tabernas] *Erant comœdiæ tabernariæ Latinæ Græcis comœdijs ſimiles, ita dictæ, quòd humiles perſonas haberent.* Aut dum uitat humum] *Inter comicam, & tragicam interiecta eſſe debet oratio Satyrorum. Et cauere, ne aut humi ſerpat, dum à maieſtate tragica refugit: aut, dum comicam humilitatem reformidat, intumeſcat.* Effutire leues] *Sic alibi: Verſibus exponi Tragicis & cætera. &*

M. Tul.

M. Tull. de Optimo genere dicendi: *Et in Tragœdia inquit comicum uitioſum eſt, & in Comœdia turpè tragicum. quæ uerba ad orationem etiam non ſolùm ad res poſſunt referri. Dubium non eſt, quin ſententiæ, & uerba cum re ipſa conſentire, & conuenire debeant. Quam quidem curam, qui non habeant, non uideo quid ſit, quod in ſcribendo curent. Nam oratores hoc ſibi præcipuè proponunt, itemq́ poëtæ. quare ſic Ariſtot.* δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἐν τοῖς πράγμασιν ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἰδεῶν δεῖ χρῆσθαι, ὅταν ἢ ἐλεεινὰ, ἢ δεινὰ, ἢ μεγάλα, ἢ εἰκότα δέῃ παρασκευάζειν: *ſunt enim multa, quæ oportet* τῷ λόγῳ ὑπὸ τοῦ λέγοντος παρασκευάζεσθαι, καὶ παρὰ τὸν λόγον γίγνεσθαι. τί γὰρ ἂν εἴη τοῦ λέγοντος ἔργον, εἰ φαίνοιτο ᾗ δέοι, καὶ μὴ διὰ τοῦ λέγοντος. *Quòd ſi ſententiarum tanta cura ſit habenda rerum cauſa, non'ne uerba utriſq; conſentanea eſſe debent?* Vt feſtis matrona diebus] *Per dies feſtos Iaſon ferias priuatas uel proprias familiarum, uel ſingulorum intelligere uidetur, inquit, Horat. & redit ad ſuum uериſimile, coniecturasq́ ſuas. Inquit enim in quibus uerіſimile eſt matronas aduocari, ibi quàm celebrandæ feriæ cauſa moueri ſolitas. Sed omittamus uerіſimilia, & ſequamur ueras hiſtorias, Aemylius Probus teſtatur Lacedæmone nullam eſſe tam nobilem uiduam, quæ non ad ſcenam eat mercede conducta. quid perſtas igitur in tuis coniecturis? cur tantopere pugnas contra ueritatem? cur non recedis à Latinis, de quibus imitandis nullo in loco diſputauit Horatius? cur fingis Latina potiùs, quã uera Græca tueare: feſtis, inquit Horatius, moueri iuſſa diebus matronam, cur priuatis potius, quam publicis? Quæ tandem eſt iſta pertinacia? num etiam in priuatis ferijs adhibiti ſunt Satyri? uerіſimile eſt, inquis, iam audio, ſed id non credam, niſi dicas inter medios actus. quanquam, quia tu ita putas, ita putandum eſt eſſe neceſſarium. Quare nihil dico amplius, ne uidear, ut tu ueritatem, ſic ego neceſſitatem oppugnare.* Non ego inornata] *Equidem adduci non poſſum, ut credam Horatij conſilium fuiſſe docendi rationem Satyræ fabulæ, cui ſimilem Latinam Attellanam Diomedes ſcripſit: non enim eo fuit animo, ut ad has nugas deſcenderet: loquitur enim de Tragœdia, & ea Græca, quam Latinis imitandam putat, &, ut poſſint, ſuis præceptis curat. nam quis apud Latinos cum Satyris docuit Tragœdiam? præterea, ſi Attellana erat Satyræ ſimilis, humilior erat utriuſq; ſermo, quàm Comœdiæ. Nec quenquam moueat, quod hîc Latinam fabulam nõminârit, per eam enim Comœdiam intelligit. quod apertè per Dauum, & Pythiam docet, quæ ſunt comicæ perſonæ, & à Græcis ſumptæ: ne quis argutulus hîc quoq; det argumenta ſuæ leuitatis. Verba inornata dicuntur, quæ neq; translata, neq; mutata ſunt, uerum ſimplicia, & propria, ab omni ratione tropi aliena.* Et dominantia] *Et hæc propria ſunt, quæ cum re ipſa penè uidentur eſſe nata, & dominantur in ſuo ſenſu, non expulſa de ſede ſua à translatis. Hæc itaq; uerba Satyris conueniunt. Sed non illis ſolis Poëta delectabitur, quoniã propria nomina perſpicua ſunt illa quidem, ſed admodum humilia. ut hîc uerbis docet Ariſtoteles* λέξεως δὲ ἀρετὴ, σαφῆ καὶ μὴ ταπεινὴν εἶναι: σαφεστάτη μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἐκ τῶν κυρίων ὀνομάτων, ἀλλὰ ταπεινή. *in quo genere peccauit Cleophon, ut idem teſtatur, & Sthelenus, ne igitur oratio ex proprijs tota contexta nimium ſit humilis, non ea ſola Satyrorum ſcriptor amabit Horatius ut à comico differat. Nec, ita conabitur.* Tragico differre colori] *Id eſt, nec ita proprijs delectabitur, & à translatis abſtinebit, ut ſit comico ſimilis.* Dauus'ne loquatur] *Dauus, & Pythias comicæ perſonæ: Silenus, Satyrica. ut autem inter comicas, & tragicas perſonas ſupra poſitum eſt diſcrimen, ita nunc à comicis ſeruis Satyros differre docet. Et notandum non cum Chremete, aut cum Simone, ſed cum Dauo, & Pythia commiſiſſe Satyros. quippe qui in Tragœdia non honeſtiores eſſent, quàm illi in Comœdia.*

Sic exponis. Dauus'ne an Silenus, & an Pythias an Silenus] *Sed Ecce tibi Iaſon, hîc ſingula ſingulis more ſuo refert, & nos in maximo uerſari dicit errore, qui hæc duo carmina.*

» *Non ego inornata, & dominantia nomina ſolum,*
» *Verbaq; Piſones Satyrorum ſcriptor amabo.*

A ſuperioribus ſeiunximus, atq; ita inſanit, ut hunc eſſe uelit ordinem. Ego ſcriptor Satyrorũ non amabo uerba, nominaq; inornata, neq; hæc ipſa fugiens amabo ſolum dominantia, & tumidiora, & ad dominorum faſtum ſpectantia, amabo igitur ornata cum mediocritate, non tamen tumidiora ut diximus, ſunt hîc tria grauiſſima peccata. ut uideatur de induſtria poëtæ uoluntati, & præcepto repugnare, primum enim quis poteſt hæc, cum unum ſint, & unũ ſignificent, diſtrahere? Non ego Satyrorum ſcriptor amabo ſolum inornata, & dominantia nomina, & uerba, ubi neceſſe eſt intelligamus, ſed etiam ornata, ut demonſtret inornatis & dominantibus plerunque utendum eſſe. Sed etiam aliqua ornata eſſe admiſcenda: ne ex illis ſolis oratio conſcripta ſit humilis & comica. Non ſolum inquit inornata & dominantia, ubi dominantia eſt interpretatio inornatorum, perinde ac ſi dixiſſet inornata, id eſt, dominantia. atq; hæc ſunt propria. neq; ullo modo negat ſe amaturum inornata, ſed non ea ſolum, neq; rurſus negat ſe amaturum dominantia, ut hic uoluit intelligere, quanquam contrarium dixit, ſed non ſola, nec ſunt duo capita, ſed unum. Inornata enim & dominantia ſunt propria, Iaſon uerò diuidit ut diuerſa, & ita interpretatur, ut nulla re magis cum poëta pugnare poſſit. amabo, inquit, ornata cum mediocritate, hoc eſt grauia, non tamen tumidiora, & hæc ſunt propria Satyrorum. at quibus'nam Sophocles utitur? non'ne ornatis, & grauibus ſine ullo tamen tumore? nec quid dicas uides? ſi Horat. amabit ornata & grauia, quæ tamen ab inflatione, & tumore abſint, nihil à tragico differet colore. & nondum uides cæcitatem tuam? at tertius error faciet fortaſſe, ut te ipſe cognoſcas. inquis enim neq; hæc ipſa fugiens amabo ſolum dominantia, & tumidiora, & ad dominorum faſtum ſpectantia. at, ſi non ea ſolum amabis, amabis nihilominus ea cum alijs. Nam, ſi non ſolum te reprehendo, reprehendo te cum tuo hiſtrione. Ergo amabit Horat. uerba tumidiora, & ad faſtum dominorum ſpectantia. fieri non poteſt, quin te iam pœniteat iſtius nouæ interpretationis tuæ, cum & contra ſenſum Horatij hæc tam apertè dicas, & inter ſe minimè cohærentia. Cum enim amabo ornata, & non tumidiora, & amabo dominantia, id eſt, tumidiora dicis, non intelligis hæc ἀποφατικὰ *à Græcis, negantia à Latinis appellari? quo enim modo ſi amabis illa, hæc amabis? Ac mihi placet, negare non auſim, dominantia dici nomina, qualibus utũtur domini, neſciebam antea orationem Tragicorum conſtare uerbis dominorum tumidis ſcilicet, & ſuperbis. nam Ariſtoteles, Cicero, Horatius tumorem in uerbis uituperare ſolent, et uidebantur mihi tragici ab illis abſtinere. Quare cum illis ducibus errabam, ſed enim tua uerba ſunt hæc præter ſuperiora. nos igitur admonet, ut neq; ijs uerbis utamur, quæ nullum ornamentum, & ſplendorem orationi afferunt, neq; ijs, quæ potiùs ad Tragœdiæ maieſtatem, quam ad Satyræ mediocritatem ſpectare uidentur. Illa inquit eſſe inornata, hæc uerò dominantia, quæ ad tragicam maieſtatem accedunt, & ſunt tumidiora, & faſtu dominorum plena. Sed hæc per imprudentiam dixiſti amaturum poëtam ſcriptorem Satyrorũ, nunc utrunq; genus ab eo reſpui monet, cùm tamen neutrum reſpuat. Sed oſtendit ſe ſcriptorem Satyrorum non illa ſola delectiurum. quia non ita uult tragico differre colori, ut Dauus loqui non Silenus uideatur. Inornatis igitur, & dominantibus comicus ſeruus loquitur, & item Satyrus tragicus, ſed non ſolis. ornata enim admiſcet inornatis, ſed non multa. Satis enim eſt illi, ſi inter tragicam & comicam orationem conſiſtat. hæc eadem tu quoq; ſine dubio dixiſſes, ſi rationem elocutionis Latinæ cognouiſſes. Sed attende quæſo, & lege accuratiùs, quam ſoles hæc uerba. nõ ſolum inornata, & dominantia uerba, & nomina ſcriptor Satyrorum amabo, ſed intellige: alia quoq;, nam, ſi ſolis illis eſſem contentus nimium differrem à tragico colore, id eſt, à tragica phraſi, & ita comico ſimilior eſſem. ut Dauus'ne an Silenus loqueretur, nihil intereſſet. quid agendum eſt igitur? non ſolum inornatis, & dominantibus uerbis eſt utendum, ſed ornata parcè ſunt illis admiſcenda. Quod autem ex proprijs humilis ſit oratio, Declaratum eſt Ariſtotelis auctoritate, ſed etiam Demoſth. Phal.* τὴν δὲ λέξιν ἐν τῷ χαρακτῆρι τούτῳ περιττὴν εἶναι δεῖ, καὶ ἐξηλλαγμένην, καὶ ἀσυνήθη μᾶλλον. οὕτω γὰρ ἕξει τὸν ὄγκον. ἡ δὲ κυρία καὶ συνήθης, σαφὴς μὲν ἀεί, τῇ δὲ καὶ εὐκαταφρόνητος. *Vides hic utrunq; magnum planè uirum generatim propria dixiſſe. nam etiam ſi lecta ſint, in humilitate tamen deliteſcunt. Illuſtria uerò ſunt ſponte ſua propria nomina, & ideo lucidam, & perſpicuam faciunt orationem, ſed tamen humilem. nec in-*

ornata ob aliam rem eſſe dicta putes ab Horatio, niſi quia ſint ſine tropis, & careant exornationibus, de quibus multa M.Tull. & alij ſcripſerunt. Caue tu igitur amplius te pudeat referre bonas interpretum ſententias, & pudeat magis praue neſcire, quàm malle diſcere, atq; cum multis alijs depone hanc opinionem de Satyris intermedijs, & quod hæc duo carmina cum ſuperioribus coniuncta ſint, & à conſequentibus disiuncta. Tum quod ullo modo de inuentione quicquam intellexerit Horat. in his uerſibus. Nec ſic euitar, ſunt hæ nugæ meræ. Etenim de oratione Satyrorum loquitur, ſcis etiam colorem pro ſtylo poni ab Horatio. ut ibi, Operum'q; colores, nec dicas alia Dauus, alia Pythias, alia Silenus loquitur. Sed alio quoq; modo. Ex noto] *Sæpe redit ad hanc uocem Iaſon, Donatum enim Terentianum imitatur, nec credas homines ſemper nugari. Sed tandem hæc fuit ſumma eius ſententiæ ex rebus notis, & de medio ſumptis, et nequis ambigat, exponit quid intelligat, inquiens, res autem notas, & de medio ſumptas eas intelligit, quæ in cõmuni, quotidianoq; uſu poſitæ omnibus patent, quas ſupra publicam materiem appellauerat. at difficultas huius ficti carminis naſcitur aut ex rerum inuentione, aut ex carminis compoſitione, ſtultum eſt dicere ex rerum inuentione, cum ſint uulgares, & in uſu cõmuni poſitæ. ſi ex compoſitione, quid refert ad illud artificiũ uulgares'ne ſint res, an lectæ & reconditæ? iam uerò quid opus eſt inuentione? non'ne de Tragœdia agitur? num ex rebus uulgaribus, & cõmunibus conſtat Tragœdia? non'ne Satyri ſint pars Tragœdiæ? præterea ſi de inuentione, quid neceſſe fuit de elocutione dicere, de qua ſuprà dictum erat? cum præſertim uelit Iaſon hunc locum à ſuperioribus eſſe ſeparatum? ſed audi, & ride.* Carmen ex noto] *Alludit inquit ad Poëſeos conſtitutionẽ. primò quis, alludit ad eam rem, dicit? num à Cicerone accepiſti huius uerbi talem uſum? deinde cuius Poëſeos? an hic de fabulæ inuentione diſſeritur? Tragœdia igitur ex rebus de medio ſumptis cõponitur? Credo equidem hunc interpretem aliquo graui ſacramẽto ſeſe obligaſſe, nec quando rectũ poëtæ ſenſum ſequeretur, nec aliter hæc interpretatio noua eſſe potuiſſet. Sed exemplis miram lucem rebus affert, ut hic querimonia Virgiliana, & Ciceroniana uera, quæ quidem propter res, ut Iaſon uult, ſint inimitabiles: nam in uerbis nullus omninò labor, de Martiale uerò, & Apuleio quid ſtatuemus, qui nubes & inania captant? uerbis'ne an rebus? de uerbis, & oratione hæc ab Horat. dicta ſint paulò antè. Equidem nunquam animaduerti Martialem de intelligentijs, & de Ideis quicquam luſiſſe, Auſonius uerò ab Horat. ſuperatum concludit non rebus, ſed ornamentis, & ſplendore orationis. tune ſanus? ſi de inuentione agitur, & de difficultate imitandæ inuentionis diſſeritur, & tuis exemplis id conaris cõfirmare, cur à rebus ad uerba te transfers? ut æquabiliter ſis inæquabilis. Verum tu Lector ad ea reuertare, quæ ſuprà de his rebus ad hunc locum facientibus olim ſcripſimus. nam hic quoq; cogitur fateri recta ea eſſe, ſic enim poſtremò dixit. Hæc uerò omnia, & ſi Horat. de mediocritate in Satyrorum ſermonibus adhibenda dicit, pertinent tamẽ ad reliquorum poëmatum rationem. Confitetur ui coactus ueritatem, ſed tamẽ pertinaciæ ſuæ non oblitus adiunxit ad reliqua poëmata pertinere, ad quæ uerò alia poëmata? quid habent cum Satyris commune?* Ex noto fictum] *Ex nota ſententia, quæ ſumpta ſit de medio fictam ſequar, id eſt, fingam carmen Satyricum, non de re recondita, uerùm de uulgari. atq; eiuſmodi carmen erit, ut nemo non ſperet ſe tale poſſe fingere, ſed tamen admodum rari efficiant.* Tantum ſeries] *Tanta eſt uirtus ſtructuræ, tanta uis compoſitionis, tantum ornamenti uulgaribus rebus affert optima uerborum collocatio.* in Orat. ſuo M.Tull. *de oratione ſubtili, idem ſic inquit: Nam orationis ſubtilitas, imitabilis illa quidem uidetur eſſe exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus. De Satyra uerò ſunt hæc omnia, non de Comœdia, ut quidam malè ſuſpicantur.* De medio ſumptis] Quod ex noto dixit, *hic interpretatur.*

Crepent] *Hoc uerbo libenter utitur Horatius. nam in primo Epiſtolarum.*

» *Sulcos, & uineta crepat mera.*

Et in 2. Sermonum.

» *Si quid Stertinius ueri crepat.*

Quod in eo ſenſu uidetur poni, ut ſignificet aliquid frequenter dici, ut nil aliud habeatur in ore niſi in hoc loco immundam Iaſonis interpretationem. Offendontur quibus eſt equus, & pater] *Id eſt, equites, & patritij. & Res, id eſt, qui ſunt diuites, nec eos modo, qui cenſum habent equeſtrem, uel patritium, ſed omnes locupletes intelligo, quorum magna potentia ſolet eſſe inter ciues. Iaſon autẽ nubes & inania captat, nec per ingenij magnitudinem poteſt in his terrenis acquieſcere. ita cum apud iureconſultos appellatio rei latior ſit, quam pecuniæ, intelligit hoc in loco eos, qui rem habeant, poſsidere bona corporalia, & incorporalia, ut qui non modò fortunæ muneribus abundent, ſed etiam naturæ, ut ingenij magnitudine & ijs, in quibus omnis laus noſtra uiget, uirtutibus ſcilicet moralibus, quæ ſtudio frequenti, & honeſtis rationibus comparantur. Ego uerò craſsiore Minerua quibus eſt res, eos intelligebam, quibus ſunt opes, & amplæ diuitiæ, & cenſus equeſtris, cùm præſertim à noſtris non recedam. Quare ut Horatius in epiſtolis his uerſibus.*

» *Is'ne tibi melius ſuadet, qui rem facias, rem*
» *Si poſsis rectè, ſi non, quocunq; modo rem,*
» *Vt propius ſpectes lachrymoſa poëmata puppi.*

Rem pro cenſu equeſtri poſuit, ita ego accipiebam, tu ſi uis eſſe leuior, ut altius te tollas, ſequere Iaſonis uanitatem.

Nec ſi quid fricti] *Pauperculam intelligit plebeculam, cuius aura leuis admodum uidetur. Quare nobilium, & potentiorum gratia quærenda eſt. Prohibenda ſunt igitur Satyrorum immunda, & ignominioſa dicta in equites, & patritios. Quamuis ea plebecula ualde probet: plus enim damni fit in offenſione nobilium, quàm, ineunda gratia humiliorum, lucri.*

Adcreſcere] *Id eſt, addi: cum enim ſenarij dicerentur, quòd ſex metris conſtent, trimetri quoque ſunt appellati, quod ob ſummam celeritatem tribus, non ſex pedibus conſtare uideantur. Et in primo* Odarum.

» *In celeres Iambos*
» *Miſit furentem.* inquit.

Et in 1. Sermonum trimetrum ſignificauit dicens.

» *Pollio regum*
» *Facta canit pede ter percuſſo.*

Non ita pridem] *Ennius poſt Liuium Andronicum antiquiſsimus poëta Latinus multa ſcripſit tum heroico, tum Iambico metro. Ita tamen ut ob antiquitatem, quamuis ingenio clarus eſſet, nõ ſatis cultus uideretur. quod idem de L. Accio dici poteſt, qui non ita multò poſt Ennium floruit in Tragœdia. Hoc autem teſtantur hi uerſus Horat. in 1. Serm. de Lucilio ſcripti.*

» *Nil comis tragici mutat Lucilius Acci?*
» *Non ridet uerſus Enni grauitate minores?*

At ſi Lucilius Accium limabat, & Ennium tumidum ridebat, cùm tamen ipſe, ſi Horat. credimus, lutulentus flueret, non eam laudem habere potuerunt, ut illius Iambi religione ſint uſi, qui primus ad extremum ſimilis ſibi erat. cùm dicit igitur Horatius.

Non ita pridem Tardior ut paulò] *Latina tempora reſpicere nõ potuit. quod nullus è Latinis uſus erat Iambo puro, unde fieri poſſet apud nos ea uariatio. at cùm ſpondeos uideamus ea lege diſpoſitos in metris Eurip. & Soph. & nequaquam apud Latinos. quis negare auſit de Græcis hìc Horatium loqui?* Non ita pridem igitur] *Vt erant tempora Græcorum dixit.* Hic & in Acci] *Hic uerſus ſtabilis ſpondeo, pes ſcilicet, & uerſus Iambus inquit Iaſon, perfectiores enim Tragœdiæ, uel Comœdiæ ſunt, quæ ex Iambis compactæ ſunt, ut Græcorum, non autem in quibus hoc genus carminis rarum, uel nunquam adhibitum eſt, ut in Ennij, & Accij Tragœdijs, uel Comœdijs. ſi pes eſt Iambus, & uerſus eſt Iambus, ergo primus ad extremum ſimilis ſibi, qualis erat ille primus Iambus. ut,*

» *Phaſelus ille, quem uidetis hoſpites.*

At nõ hìc apparebat rarus in trimetris Ennij, & Accij, ſed qui iam ſpondeos acceperat in iura paterna. perfectiores enim inquit Tragœdiæ, uel Comœdiæ ſunt, quæ ex Iambis compactæ ſunt, ut ſcilicet, quæ non compactæ ſunt ex Iambis. ex quibus Iambis? & quæ alio uerſu compactæ ſunt? ſi pedem, & uerſum intelligit Iambum, neq; perfectæ ſunt, cùm ratio illius metri grauitate ſpondei fuerit temperata, nec ſunt Græcorum. Græci enim ex trimetris ſtabilibus

ſpondeis

ſpondæis acceptis fabulas compoſuêre. Nec Latini Ennius, & Accius alijs uerſibus ſunt uſi, quàm trimetris, quod oſtendit Horat. dicens in nobilibus trimetris En. & Acc. De Comœdia nullo modo intelligas, uel Ariſtophanem improbes, cuius Comœdiæ tetrametris non paucioribus quàm trimetris ſcriptæ ſunt. quod ſi corrigas illa uerba Pes & uerſus Iambus. & dicas Iambus ſcilicet cum ſpondæis rectè de Ennij & Accij trimetris iudicabis. Ironia autem illa, quam ex me didiciſti, non uſus eſt Horat. quod illi poëtæ non Iambis ſcripſerint, ſed quod non ijs nobilibus, ut multis uidebantur. quare non neceſſaria uel ſuperflua eſt potiùs illa tua comparatio fabularum Iambo, & non Iambo ſcriptarum. Nobilibus trimetris] Ironicè dictum. quónam pacto nobiles erant ij trimetri uerſus, qui ab antiquorum Græcorum formula recederent? nobiles igitur ironicè dixit, quia tales eſſe uulgò putabantur. quod in Epiſtolis ad Auguſtũ apertius damnat.

„ Ennius & ſapiens, & fortis, & alter Homerus,
„ Vt Critici dicunt, leuiter curare uidetur,
„ Quo promiſſa cadant & ſomnia Pythagorea.

Vide plura, nam ſi ulla in eis nobilitas fuiſſet, non ſolos Græcos imitandos ſtatuiſſet. at uide, ut ſtatim illorum negligentiam coarguat dicens. In ſcenam miſſos] Quæ uerba confirmãt iudicium Lucilij, qui uerſus Ennij grauitate minores deridebat. quos iuſtus iudex crimine, uel operæ celeris, carentiſq; curæ, uel ignoratæ artis improbaret. Nam uerba hæc ita ſunt diſponenda. In ſcenam miſſos magno cum pondere uerſus iudex premit crimine, aut operæ nimium celeris, curamq; carentis, aut turpi crimine ignoratæ artis. Sed interpellauit quidam Horatium hæc dicentem, nec paſſus eſt eum claudere ſententiam, pronunciando iudex, quod eſt ſubiectum uerbi premit. itaque refellens Horatium perſona ſubiecta dixit.

„ Non quiuis uidet immodulata poëmata iudex.

Itaque iudex iungitur & affirmato uerbo premit, & negato uidet. uel intelligas quiduis aliud poëtam uoluiſſe inferre, premens negligentiam, & ignorantiam rei metricæ poëtarum Ennij, & Accij. Sed interpellatum non potuiſſe. atq; hos uerſiculos.

„ Non quiuis uidet immodulata poëmata iudex,
„ Et data Romanis uenia eſt indigna poëtis.

Caue tribuas Horat. ſunt enim per ἀντίθεσιν dicti à ſubiecta perſona. quod oſtendunt uerba ſequentia poëtæ. Indigna uerò, non quod ita ſit, ſed quia tu Horati indignam iudicas: Idcirco ne uager? ſcribam'ue licenter? uager'ne quia non quiuis iudex uidet immodulata poëmata? Scribam'ne licenter? quod data Romanis ſit uenia poëtis? an omnes uiſuros peccata putem mea? ut uagandum nõ putem? Tutus & intra ſpem ueniæ cautus, nil ſcribam licenter?
Vitaui denique culpam] Si ſequar eam ſpem, ut mea uitia nemo ſit uiſurus, nec ſi uiderit, ſit ea reprehenſurus. Quid tandem efficero? uitabo culpam, ſed laudem nullam merebor. Ergo ſatis eſt nõ damnari? at hoc facilius, & tutius non ſcribendo poterat obtineri. quærimus laudem? ſummo igitur labore, & ſtudio cauendum eſt, nequid in noſtro poëmate deſiderari poſſit, ut perfectiſſimũ ſit, &, ut aiunt habeat omnes numeros: quod ſi uos optatis.

„ Exemplaria Græca
„ Nocturna uerſate manu, uerſate diurna.

Non'ne ſatis iam conſtat refutatos hîc eſſe Latinos omnes? non'ne totus hic locus ſic eſt illuſtratus, ut cuiuis planus, & clarus eſſe uideatur? cæteris fortaſſe, ſed adhuc non parua tibi res eſt cum Iaſone. cuius quidem concinnitas, quoniam inquit omnis difficultas horum carminum in conſtructione ordinis poſita eſt, ita nobis diſponetur, ut facillimè omnia intelligantur, quod tantum abeſt, ut præſtet, ut confundat non modò uerborum ordinem, ſed & ſenſum & Latinitatem. Ordo igitur eſt, inquit, Iudex, hoc eſt, homines iudicioſi premit, deprimunt uerſus magno cum pondere in ſcœnam miſſos, dico deprimunt turpi crimine operæ nimium celeris, id eſt, tanquam celeriter factos, & premit turpi crimine operæ carentis curæ, id eſt, ſine cura factos, neq; elimatos, aut deprimunt iſti homines iudicioſi turpi crimine ignoratæ artis, id eſt, tanquam factos ſine ullo artificio neglectis carminum componendorum præceptis. nimio hic abuſus Latini ſermonis. nam iudicioſum non eſt ſatis approbatum uerbum. nec deprimo pro premo, & urgeo. abſtinuit ab his, niſi fallor, M. Tull. ſed illud perperam exponit, turpi crimine ignoratæ artis, id eſt, tanquam factos ſine ullo artificio, neglectis comp. car. præcep. ergo hæc eſt negligentia, Horat. tamen ignoratæ artis, non neglectæ dixit. neq; enim aliter peccare quiſquam in ſuo poteſt artificio, niſi negligentia & ignorantia, quibus uitijs Enniũ & Accium damnat Horatius. Sed hæc leuia ſunt, uideamus reliqua. Dico iudicioſi, quia non quiuis alius uidet immodulata poëmata, non quiuis iudicare poteſt de modulis, carminumq; harmonia, niſi homines iudicioſi, & ideo, quia nõ quiuis uidet immod. po. iudex, data eſt indignè uenia Romanis poëtis. hic autem uidemus nimia licentia interpretem de ſuo multa, quæ libuit, addidiſſe, ut ſenſum poëtæ peruerteret. Sed fiat illi etiam per me illa poteſtas, modò mihi oſtendat, quid propoſito poëtæ conducat, cauſam reddere cur grauem iudicem intelligat eſſe eum, qui premat uerſus in ſcœn. m. c. p. m. & num iudex niſi peritus negligentiam & ignorantiam aliorum poſſit reprehendere. at, quoniam nemo poteſt poëtarum uitia coarguere, niſi eruditus, & grauis, atq; hoc ſua ſponte cognoſcitur, fruſtrà poëta illam cauſam attuliſſet. Deinde ſcire uelim num data ſit Rom. poëtis ind. uenia, quia non omnes uideant immodulata poëmata. nam ſi non omnes, at ſaltem docti uidere poſſunt, neque uerò dici poteſt dari uenia illi peccato, quod à doctis uituperetur. alioqui etiam Græcis data eſſet uenia. Vana hæc igitur & inepta ratio fuiſſent his cauſis, & multò magis ea, quæ ſequitur. nam ſi poëta noſter oſtendit per Ennium, & Accium Romanos poëtas à iudice reprehendi, cur uis eundem hic dicere uenia dari Romanis poëtis? non'ne & illi Romani? at dices ab imperitis. Sed dicas tu ſi quem ſcias uel Græcum, uel Latinum, cui non detur ab imperitis uenia, uis'ne igitur poëtam noſtrum uirum accuratum & prudentem eodem in loco ita facilè pugnare ſecum? cum Romanis dari ueniam, & non dari ſimul dicat? Huc accedit, quod niſi hos duos uerſus aut ipſe ſibi, aut alius obiecerit, illa, idcirco ne uager? ſcribam'ue licenter? quò commode referri poſſint, non habebunt, neq; cum reliqui? cohærebunt. Nam, ſi horum duorum uerſuum uerba ſint Horatij, hoc certè uidebitur dicere, doctus iudex premit negligentes, & inertes uerſus in ſcœnam magno cum pondere miſſos, & non indoctus premit &c. ubi, cum ſpes occultandi uitia nulla detur, non'ne ſtultum eſſet dicere. idcirco ne uager? quia doctus non indoctus premat inertes uerſus? iam enim poſitum eſt à docto iudice premi uerſus Ennij & Accij. Iam uerò illud quónam modò conſequetur, quia doctus premit inertes, & negligentes uerſus, & non indoctus, contrarium eueniat neceſſe eſt. ideo data eſt uenia indigna Roman. poëtis: præterea, ſi per parentheſin, ad quam Iaſon tandem ſe recipit, hæc dicta ſint, non quiuis iudex immod. poëm. uidet, & data Roman. uenia eſt indigna poëtis, hi duo uerſus nihil pertinent ad ſenſum ſuperiorum aut inferiorum uerborum. quare, ſi demuntur, ut interpoſitionis fert natura, ſenſus integer remanebit. hic igitur Ordo uerborum reſtabit.

„ In ſcœnam miſſos magno cum pondere Verſus
„ Aut operæ nimium celeris, curaq; carentis,
„ Aut ignoratæ premit artis crimine turpi iudex.

Id circóne uager? ſcribamq; licenter? quaſi ſuperiora hortêtur poëtas ad uagandum, licenterq; ſcribendum, & non deterreant. ſin hæc ſunt ſtultiſſima, & abſurdiſſima, ſtultiſſimus, & abſurdiſſimus eſt Iaſon de Nores, qui hæc ita diſponit. atq; ita furit, ut in eo uelit alios uituperare, in quo ſe uideat ita confuſum, ut, quo ſit euaſurus, neſciat. Quare neceſſe eſt, mihi crede, ut poëta uel ex ſua, uel ex aliena perſona ſibi hæc obijciat.

„ Non quiuis uidet immodulata poëmata iudex,
„ Et data Romanis uenia eſt indigna poëtis.

Vt duæ ſint rationes cur poëtæ Latini impunè ſint parum accurati, aut quia pauci acutè cernant, aut quia, etiamſi animaduertantur eorum uitia, illis tamen condonentur, quare nihil ſit, cur à ſcribendo deterreãtur, quibus occurrens Horatius hortatur Latinos poëtas ut non collocent ſpem ſuam aut in ignorantia, aut in indulgentia cuiuſque. Sed ſtudeant, ut à doctis, & eruditis uiris ſummam laudem conſequantur. Quare lege meam dilucidam, & ueram interpretationem, quam ſi quis mutare auſit, quia uerum plus uno

eſſe non poteſt, errabit ut Iaſon, qui confuſiſſimus, & imperitiſſimus non erubeſcit ſeſe omnibus legendum offerre, ſed attende, ſi potes, ſine riſu, ut hæc, quæ his cohærent, penitus permiſceat. ſic enim diſponit, ſi diſponere. Illud eſt, & non confundere. Ego tutus, & cautus intra ſpem ueniæ uager' ne? ſcribamq́; licenter? an putem omnes uiſuros peccata mea, id eſt, ego qui cautus ſum, & intra ſpem ueniæ uager ne? ſcribamq́; licenter? minimè ſi cautus ſis, & intra ſpem ueniæ. Sed hoc præceptum non datur cautis, nec ijs, qui ueniam non ſperent. nunquam enim ò Iaſon uir cautus uagabitur, nec ſibi licentiam ſumet, qui ueniam non ſperet. Sed quia Romani cauti non erant, & parum uerecundi, eos monet Horatius, ne, quia pauci ſcriptorum uitia deprehendere poſſint, uagentur, nec, quia data ſit licentia, ſcribant licenter. Sed putent omnes peccata ſua uiſuros, & tuti, & cauti intra ſpemq; ueniæ ſcribant. Vides hic Lector, ut duo ſunt poſita, quæ poëtas in uitium deducunt, ſic utrique ſuas confutationes opponi. ut ita diſponas. Non quiuis uidet immodulata poëmata iudex. Idcircóne uager? an omnes uiſuros peccata putem mea?

Et data Romanis uenia eſt indigna poëtis.

Idcirco ſcribam licenter? an tutus, & cautus, & intra ſpem ueniæ? uitaui deniq; culpam, quia uel mea uitia non ſunt animaduerſa, uel conceſſa. Confer hæc Iaſon cum prima editione mea, & iudicabis te quam maxima uel ignorantia, uel malignitate laborare, qui non intellexeris mea uerba hunc habere ſenſum, uel peruertere uolueris, teſtatur ille locus alterutrum uel utrunq;, quem, ut à me ſemel ſcriptus fuit, ita ſe tuetur, & arguet calumniam tuam.

At noſtri proaui] *Id eſt, at dicet aliquis: eſt enim ὑποφορά. magna fuit apud ueteres opinio de numeris, & ſalibus Plautinis. Et ideo, cùm ad Græcos, Latinis contemptis, reijciat Piſones, occurrens aliquis Plautum opponit, auctoritate maiorũ, optimum Poëtam. hanc igitur opinionem reprehendit. nimium patienter inquiens utrunq;, ne dicam ſtultè miratos eſſe. De hoc Horatij iudicio alio loco diſputatum eſt à nobis, contra Cœlium Calcagninum. quare nunc paucioribus eſt agendum. quamuis de tragicis hic diſputatur, & omnem opinionem, quæ magna erat de τριμέτρων Ennij, & Accij nobilitate, extinxerit, idem ſibi ſtatuendum eſſe de comicis putauit. at uidens quàm longum fuiſſet omnes confutare, iudicauit eo euerſo, qui optimus haberetur, reliquos omnes facilè ceſſuros. is autem erat Plautus. quo conſilio etiam tragicos illos oppugnauit.* Sales] *Non enim ſatis eſt, ut contra Lucilium ſcribit idem,*

Riſu diducere rictum auditoris.

Si modo ego, & uos] *Non dubitat, quin ipſe cum Piſonibus ea rectè iudicare poſſit, ſed eſt modus confirmandi: aſſumendum eſt enim* At ego, & uos ſcimus. *Ergo nimiũ patienter utrunq; ſunt admirati.* Digito callemus, & aure] *Non quòd cantarent ad manus hiſtriones, ut quidam uolunt, hic accipias, quanquam uera eſt hiſtoria, in ſept. primæ Decadis apud Liuium. Sed ea tamen nihil ad hunc locum: Sed quòd, ut Quintilian. ait lib. 9. tempora etiam animo metiuntur, & pedum, & digitorum ictu interualla ſignant, quibuſdam notis, atq; æſtimant quot breues illud ſpatium habeat: inde τετράσημοι, πεντάσημοι. Sed & Philoſtratus in Orpheo idem his uerbis cõprobat. ὁ Ὀρφεὺς δὲ ἀναβάλλεται τὸν ῥυθμόν: ἐπικροτῶν τὸ ἔδαφος τῷ πεδίλῳ.* Ignotum tragicæ] *Cum de rebus penè omnibus, quæ ad Tragœdiæ, & Comœdiæ rationem ſpectare uidebantur, ea copioſè tractauerit, inquit Iaſon, quod eſt falſum. nam de ratione Comœdiæ attigit pauciſſima poëta, atque ea ex accidenti. hic autem nouus interpres Comœdias ubiq; crepat, Comœdias inculcat, & nihil unquam perſtrepit, niſi Comœdias, cùm uix ullum ad Comœdiam, quod eius eſſet præcipuum, ſpectans adhuc traditum ſit in hoc opere præceptum, nec in ſequentibus tradetur. De Theſpi. uaria eſt opinio, quo numero tragicus extiterit. nam poſt Epigenem 16. eum fuiſſe tradunt. alij ſecundum ab hoc, ante omnes alij ſtatuũt fuiſſe. hic primùm ceruſſa faciem obliuit, tum portulaca obtexit, poſtremò induxit uſum perſonarũ, quas ex panno lineo ſolo confecit. Docuit autem Tragœdias LXI. Olympiade. at ex Suida, hæc diſce, cuius uerba de hac ipſa re ſcripta ſunt hæc. θέσπις ἰκαρίου πόλεως ἀττικῆς τραγικὸς ἑκκαιδέκατος ἀπὸ τοῦ πρώτου γενομένου τραγῳδιοποιοῦ Ἐπιγένους τοῦ Σικυωνίου τιθέμενος. ὡς δέ τινες δεύτερον μετ' Ἐπιγένην: ἄλλοι δὲ αὐτὸν πρῶτον τραγικὸν γενέσθαι φασί. καὶ πρῶτον μὲν χρίσας τὸ πρόσωπον ψιμμυθίῳ ἐτραγῴδησεν, εἶτα ἀνδράχνῃ ἐσκέπασεν ἐν τῷ ἐπιδείκνυσθαι, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσήνεγκε καὶ τὴν τῶν προσωπείων χρῆσιν ἐν μόνῃ ὀθόνῃ κατασκευάσας: ἐδίδαξε δὲ ἐπὶ τῆς πρώτης καὶ ξ' ὀλυμπιάδος: μνημονεύεται δὲ τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἆθλα πελίου, ἢ φόρβας, ἱερεῖς, ἠΐθεοι, πενθεύς. Horatius uerò hunc oſtendit fuiſſe primum poëtam tragicum. facit enim inuentorẽ ignoti generis tragicæ camœnæ.* Peruncti fecibus ora] *Elocutio Græca frequentiſſima tam poëtis, quàm oratoribus. apud nos uerò non item: Eſt enim poëtis tantum familiaris, Græci quidem per defectum præpoſitionis κατὰ ita loquuntur. noſtri interpretãtur per participium habentes ora peruncta. Sed Latinius accuſatiuus ille uertitur in ablatiuũ. ut albus dentes, id eſt, dentibus. ut pars, qua ſit albus explicetur. nam & nos per defectum præpoſitionis ſecundum ita loquimur. Sed ea non ita nobis ſeruit, ut Græcis κατά.* fecibus *autem dixit, quod ψιμμυθίῳ Suidas, batrachion inquit Cælius. Rhod. coloris ſpecies, quo ante excogitatas perſonas faciem perungerent, quod auctoritate huius loci confirmat, ut per fæces non triga tantùm, ſed immundam cute inſuis rei ὑπογραφάς accipias.* Poſt hunc perſonæ, pallæq;] *Notandum eſt, quod ex Suida modò reddimus, θέσπιν τὴν τῶν προσωπείων χρῆσιν ἐν μόνῃ ὀθόνῃ κατασκευάσαι. Verum ſimplicibus ex ſolo panno lineo eſt uſus Theſpis. Aeſchylus uerò ad rationẽ fortaſſe tragicam perſonas redegit. differebat enim à comica ut ex Luciano περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. intelligitur. his uerbis. ὥσπερ ἂν εἴ τις κωμῳδίαν ὑποκρίνοιτο τραγικὸν προσωπεῖον περικείμενος. nam de tragicis, comicisq; perſonis permulta Pollux. Ariſtoteles uerò ſic ait. καὶ πολλὰς μεταβολὰς μεταβαλοῦσα ἡ τραγῳδία ἐπαύσατο, ἐπεὶ ἔσχε τὴν ἑαυτῆς φύσιν. καὶ τό τε τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος Αἰσχύλος ἤγαγε καὶ τὰ τοῦ χοροῦ ἠλάττωσε, καὶ τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασε. τρεῖς δὲ καὶ σκηνογραφίαν Σοφοκλῆς, & in multas iam formas Tragœdia commutata, ubi naturam ſuam fuit adepta, conquieuit, atq; primus omniũ Aeſchylus & Hypocritarum numerũ ex uno perduxit ad duos, & chorum imminuit, & primas agendi partes inſtituit. Sophocles uerò tertias, & Scenæ compoſitionem. Vbi nos uidemus, quæ ſint in Tragœdiam ab Aeſchylo collata, & quæ à Sophocle: hic enim Scenã adornauit, ille modica pulpita tignis inſtrauit. ille duas perſonas, hic tertiam addidit. Illud etiam uidetur eſſe conſiderandum, Ariſtotelem Hypocritas eas intelligere perſonas, quarum uni primæ, alteri ſecundæ, tertiæ partes tribuuntur tertiæ, ex quo πρωταγωνιστήν, δευτεραγωνιστήν, τριταγωνιστήν λόγους dicunt, ut magis confirmet ab Horatio per actorem ſupra intellectum eſſe protagoniſtam, cuius partes, & officium uirile tueatur chorus. atq; hæc ad apparatum pertinent, quem ὄψιν uocat Ariſt. neq; hæc pars, ut nec melodia, prætereunda fuit: ὄψις enim agendis fabulis continet omnes earum partes: inquit enim Ariſt. καὶ γὰρ ὄψις ἔχει πᾶν καὶ ἦθος, καὶ μῦθον, καὶ λέξιν, καὶ μέλος, καὶ διάνοιαν ὡσαύτως. omnia enim hæc uerſantur in ſcena, quæ quidem ſpeciem habet à rebus nihil abhorrentem: eſt enim uelut inſtrumẽtum, nam ex apparatu, & melodia ſunt imitationes, ut fabulæ ratio poſtulat. Dictio uerò, mores, ſententiæ res ſunt, quæ ad imitandum ſunt propoſitæ. uerùm ſi Tragœdiam ipſam legamus, non magis apparatus & melodia ſunt illius partes, quàm in antiquorum orationibus, quæ legũtur, actio, & memoria. cùm uerò hæc unuſquiſq; ſcribat, ut agantur. hæ quoq; partes numerantur. quare Horat. de origine, & acceſſione earum dicendum aliquid exiſtimauit.* Et docuit magnumq;] *Ad uerba redit. ſupra quoq;:* & tulit eloquium inſolitum. *hic uerò perfectiorem eloquentiam intelligit. Quæ Sophoclis & Euripidis fuit potiùs, quàm Aeſchyli. de quo ſic ait Quintilian. in decimo: Tragœdias primus in lucem Aeſchylus protulit, ſublimis, & grauis, & grandiloquus ſæpe uſque ad uitium. Sed rudis in pleriſque, & incompoſitus: propter quod correctas eius fabulas in certamen deferre poſterioribus poëtis Athenienſes permiſére. ſuntq́; eo modo multi coronati. Sed longè clariùs illuſtrauerunt hoc opus Sophocles, & Euripides. iam uidemus hic quid ſit magnum loqui. Sed illius*

uitia

uitia hi limarunt. Nam ſine ullo tumore politi, grandes, & ornati fuerunt in ſcribendo. Nitiq; Cothurno] Id eſt, geſtare cothurnũ, quo nituntur incedentes: hoc & uiri & puellæ utebantur, utriq; pedi apto. Suidas. κόθορνος ὑπόδημα ἀμφοτερόδεξιον. Et de Theramene loquens ὥστε inquit ἐκαλεῖτο ὁ Θηραμένης ἀθηναῖος ὁ κόθορνος παρὰ τὴν χρείαν. Et cauſam refert ὅτι, ἀεὶ δὲ ἐπὶ τῶν προτερημάτων συνεχῶς· ἦν γὰρ καὶ τοῖς λακωνίζουσι, καὶ τῷ πλήθει. ὁ δὲ κόθορνος πρὸς τὰς ὑποδέσεις ἀνδράσι, καὶ γυναιξὶν ἐφαρμόττει. habemus igitur ex Suida tria de cothurno, & quod habilis ſit utriq; pedi, & quod mari, & fœminæ conueniat, & cur Theramenes Cothurnus uocaretur. quod in bonam partem Plutar. accipit. Sic enim inquit in Poluicis. ἀλλ' ἐνταῦθα καὶ Θηραμένην τὸν κόθορνον ὑποδήματι ἀμφοτέροις ὁμαλῶς, καὶ ἀνδράσι προσφέρεσθαι atq; ibi plura leges, ex quibus intelligas Theramenem optimo animo ita ſe geſſiſſe. nec ſemper hoc prouerbium in malam eſſe partem accipiendum, quod inconſtantiam aut leuitatem non arguat omninò. Succeſſit uetus his Comœdia] Tragœdiæ ſucceſſiſſe Comœdiam rectè tradit Horatius non quia hæc illi fortaſſe origine par non ſit: Sic enim de utriuſq; ortu, & acceſſione ſcripſit Ariſtoteles. γενομένη δ' οὖν ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικῆς καὶ αὐτὴ, καὶ ἡ κωμῳδία, καὶ ἡ μὲν ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὸν διθύραμβον: ἡ δὲ ἀπὸ τῶν τὰ φαλλικά, ἃ ἔτι καὶ νῦν ἐν πολλαῖς τῶν πόλεων διαμένει νομιζόμενα κατὰ μικρὸν ηὐξήθη προαγόντων, ὅσον ἐγίγνετο φανερὸν αὐτῆς. idem igitur utriuſque principium fuit: horrido enim ſermone, & ſua ſponte fluenti conſtabant: auctæ ſunt autem ſimili ratione, quanquam diſsimili genere. Hæc enim quantum ex re ipſa conſtitit, aucta eſt ſenſim ab ijs, qui Phallica protulerunt, illa uerò ab ijs, qui dithyrambum cecinerunt. Ex his tamen non conſtat, utra prior agi cœpta ſit. nec alibi fortaſſe. Sed quoniam Tragœdia ab initio chorum accepit à magiſtratu, & multò poſt Comœdia, in lucẽ illa prior eſt progreſſa, & hæc eſt conſecuta. ut mox uidebimus. Quod igitur Donatus ait Cratinum, & Eupolim, & Ariſtophanem patres ueteris Comœdiæ, illius intellige, quæ iam publico accepto choro in publicis ludis uerſari cœperat. nam ante hoc tempus perfecta erat illa quidem, ſed tamen obſcura, & incertis auctoribus ad ſuam perfectionem deducta. Sed primam Donatus uidetur originem ad illos referre, ut ad Theſpim Tragœdiæ. atque eo magis uidetur hoc uoluiſſe, quod, ut uerum principium horum Δραμάτων oſtenderet, Homerum, ut etiam fecit Ariſt. earum auctorem dicit eſſe. quaſi uerò poſt Homerum illi primi fuerint, quod eſſe falſum omnia demonſtrant. diutiùs latuiſſe Comœdiam refert Ariſt. & cauſam affert, ὅτι χορὸν κωμῳδῶν ὀψέ ποτε ὁ ἄρχων ἔδωκεν. Quare nõ habuit à principio Comœdia fautores, ut Tragœdia? Nec illius ſtudij amatores, cognoſci poterant, ut Tragœdiæ, quod publica luce carebat, & publico teſtimonio. Sed tamen aucta eſt illa quidem, uerùm à paucis ſpectabatur. quod in Dionyſij, aut alijs publicis ludis locum non habebat. atque hinc illi, qui in ea laborarunt, in paucisſimorum, & eorum ignobilium cognitione uerſabantur. Ex quo natum eſt, ut perſonarum, prologorum, hypocritarum numeri, & huius generis rerum aliarum inuentores ignorentur. nam hæ ſunt μεταβάσεις, id eſt, mutationes. quas poſuit Ariſt. ex quo hæc omnia ſumpſimus: mutari enim forma Comœdiæ uidebatur, quoties aliquid horum adiungebatur. Sed cur eius uerba non adſcribam? hæc ea ſunt. αἱ μὲν οὖν τῆς τραγῳδίας μεταβάσεις, καὶ δι' ὧν ἐγένοντο οὐ λελήθασιν: ἡ δὲ κωμῳδία διὰ τὸ μὴ σπουδάζεσθαι ἐξ ἀρχῆς ἔλαθεν. καὶ γὰρ χορὸν κωμῳδῶν ὀψέ ποτε ὁ ἄρχων ἔδωκεν, ἀλλ' ἐθελονταὶ ἦσαν: ἤδη δὲ σχήματά τινα αὐτῆς ἐχούσης, οἱ λεγόμενοι αὐτῆς ποιηταὶ μνημονεύονται. τίς δὲ πρόσωπα ἀπέδωκεν, ἢ προλόγους, ἢ πλήθη ὑποκριτῶν, ἢ ὅσα τοιαῦτα, ἠγνόηται. Tragœdiæ quidem progreſſus, & per quos facti ſint nõ latuere. Comœdia uerò, quòd parum illi à principio faueretur, latuit. Etenim magiſtratus Comœdorum chorum ſerò dedit. Sed erant uoluntarij. ubi uerò formam aliquã, & ſpeciem habere cœpit, qui poëtæ dicti fuerint illius, commemorantur. Qui uerò perſonas tradiderit, uel prologos, uel numerum Hypocritarum, & quæ ſunt eiuſmodi, ignoratur. μεταβάσεις quas mutationes interpretor, nihil aliud fuerunt in Tragœdia, quàm in Comœdia, id eſt, perſonæ, prologi, hiſtriones. adde etiam, ſi placet, apparatus ſcænæ, pulpita, & id genus alia, quæ omnia intellexit Ariſt. cum dixit: καὶ ὅσα τοιαῦτα. hæc autem in Tragœdia quibus uis cum ſuis auctoribus cognita fuêre. Etenim ea placuit magis, & habuit plures fautores. hoc eſt, μᾶλλον ἐσπουδάζετο. ac in publicis ludis ſortita locum magis enituit. Contra Comœdiæ non ſcriptores illi quidem, alioqui per quos aucta fuiſſet? ſed honores ſpectaculorum publicorum defuerunt, quo circa in tanta populi gratia non uiguit. quare comici poëtæ, qui eam ornarunt, & ſuis inuentis auxerunt, in ignoratione hominum uerſantur. Quantum igitur interſit publicos habuiſſe choros, aut priuatos, ex eo cognoſci poteſt, quod non aliam ob cauſam Tragœdia tanta fuit in luce, nec uiciſsim in ijs tenebris Comœdia, quàm quod illa publicis honoribus, hæc priuatis ſpectata fuit. Ex his conſtare puto non ignoratum eſſe quibus rebus aucta ſit Comœdia, ſed quibus auctoribus, nec illi poëtas defuiſſe, nam per quos aucta fuiſſet? & uoluntarios habuiſſe choros, ut qui nec publico ſumptu alebãtur, nec per choragum fungi ſuo munere cogebantur. ut eſt apud Xenoph. in Hierone. καὶ γὰρ, ὅταν χοροῖς ἡμῖν βουλώμεθα ἀγωνίζεσθαι, ἆθλα μὲν ὁ ἄρχων προτίθησιν, ἀθροίζειν δὲ αὐτοὺς προστέτακται χορηγοῖς, καὶ ἄλλοις διδάσκειν, καὶ ἀνάγκην προστιθέναι τοῖς ἐνδεῶς τι ποιοῦσι. hoc eſt, quoties enim uolumus nobis choros in certamen deſcendere, princeps præmia proponit, eos tamen cogi per choragos iubet, & per alios doceri, & uim proponi minus rectè facientibus. quæ de Syracuſanis Athenienſes imitantibus dicta ſunt. ſed quoniam ſemel cœpimus, demonſtremus apertis teſtibus, & certis conſueuiſſe Athenienſes in publicis ludis publico ſumptu per choragos nutrire choros. Libanius in argumento Demoſthenis orationis contra Mydiam: ἑορτὴν ἦγον οἱ ἀθηναῖοι, ἣν ἐκάλουν ἀπὸ τοῦ θεοῦ Διονύσια: ἐν δὲ ταύτῃ τραγικοί, καὶ κωμικοί, καὶ αὐληταὶ ἦσαν χοροὶ διαγωνιζόμενοι: καθίστασαν δὲ τοὺς χοροὺς αἱ φυλαί, δέκα τυγχάνουσαι: χορηγὸς δὲ ἦν ἑκάστης φυλῆς, ὁ τὰ ἀναλώματα παρέχων τὰ περὶ τὸν χορόν. id eſt, in honorem Dionyſij Athenienſes feſta celebrabant, quæ ab ipſo Deo Dionyſia uocabãt. in quibus tragici, & comici, & tibicinum chori certabant. Statuebant autem choros Tribus, quæ decem erant: Choragus autem cuiuſq; tribus ſumptus in choros præbebat. atq; in altera eiuſdem orationis hypotheſi ita ſcriptum eſt. ἤγετο δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ τὰ Διονύσια, καὶ ταῦτα διπλᾶ, μικρά τε καὶ μεγάλα διὰ τριετηρίδος ἐν τοῖς Λη. ἐν οἷς προεβάλλετο χορηγὸς ἀφ' ἑκάστης φυλῆς πρὸς τὸ τρέφειν χοροὺς παίδων τε, καὶ ἀνδρῶν: ἐλάμβανε δὲ εἰς τοῦτο χρήματα. celebrabantur ab ipſis etiã Dionyſia, atq; hæc etiam duplicia, & parua, & magna tertio quoq; anno in lenis, in quib. creabatur choragus ex quaq; tribu ad choros nutriendos tam puerorum quàm uirorum, pecuniam enim ad hunc uſum accipiebant. Quid attinet huc etiam Demoſthenem aduocare, qui cùm alijs in locis, tum in prima Philippica idem apertiſsimè declarat? cùm nondum igitur chori comicorum ad publica certamina forent admiſsi, erant liberi, & uoluntarij, neć prohibiti ſunt ab ullo magiſtratu, cùm nulli data eſſet ea prouincia priuatim in Comœdijs cantare: nec mouent me leges Platonis, quibus in ſeptimo ſtatuit nemini poëtæ ſcribere quidquã licere, quod præter recta ciuitatis inſtituta foret, nec ullũ poëma edi poſſe, niſi à iudicibus illius rei permiſſum eſſet. Platonis autem uerba lege. τὸν ποιητὴν παρὰ τὰ τῆς πόλεως νόμιμα, καὶ δίκαια, ἢ ἀγαθά, μηδὲν ποιεῖν ἄλλο: τὰ δὲ ποιηθέντα μὴ ἐξεῖναι τῶν ἰδιωτῶν μηδενὶ προτέρον δεικνύναι, πρὶν ἂν αὐτοῖς τοῖς περὶ ταῦτα ἀποδεδειγμένοις, καὶ τοῖς νομοφύλαξι δειχθῇ, καὶ ἀρέσῃ. Quid enim Athenarum inſtitutis cum Platonis legibus? quibus ille ſuam non Athenienſium rempub. conſtituere ſtudebat: Athenis igitur licebat poëtis ſuas fabulas priuatis ſumptibus docere ubicunq; libuiſſet. & ideo dixit Ariſtot. ἀλλ' ἐθελονταὶ ἦσαν. Sed iam tempus eſt, ut ad Horat. reuertamur. Succeſſit, inquit, uetus his Comœdia] Eſt notum ferè omnibus, Comœdiæ triplicem fuiſſe rationem: nam prima dicta eſt uetus, & antiqua, id eſt, ἀρχαία: ſecunda media: tertia noua. Etenim dum res Athenienſium penes populum fuerunt, maxima fuit licentia poëtarum in diuites ciues, & duces, & Rhetores quiduis dicendi. nam populus hac re delectabatur, & tuebatur ab iniuria poëtas. Populo uerò iam oppreſſo, & triginta illis uiris

Atticæ præfectis timere cœpit audacia comicorum, cùm præſertim Eupolis, qui βάπτας egiſſet fabulam, ab Alcibiade in mare demerſus fuiſſet. itaq; Choragi *deſierant per populum creari, & cùm iam non eſſent, qui ſumptum facerent in* choros, *hi quoq; ſublati ſunt. Vnde Ariſtophanes Aeoloſicona fabulam ſine choris dedit, Et hæc una fuit ex medijs ut ὀδυσσεῖς Cratini, in qua in Homerum dentes exacuit: cùm enim præſentes lacerare tutum non eſſet, in antiquos poëtas ſuam rabiem contulêre. at media coacta eſt mutare quoque perſonas cum primæ ſimilitudinem, & effigiem imitaritur eorum, in quos ſeſe armauerant poëtæ: ut Ariſtoph. in ἱππεῦσι oſtendit dicens nullum ob metum imaginem Cleonis effingere, & mitari uoluiſſe. itaque & media, & noua ridiculas perſonas induebant, ut nullius ſimiles uideri poſſent. In primis enim timebant noui Macedonas duces, ne, ſi caſus ita tuliſſet, ut aliqua perſona uiſa eſſet cuiuſquam ſimilis, ſupplicio poëta multaretur. Succeſsiſſe uerò dixit priſcam Comœdiam, quando chorus illi quoque publicè datus eſt. nam antea latuit, ut dictum eſt.*

Non ſine multa] *Siquidem multi in ea fuerũt clari. ut Ariſtophanes, Cratinus, Eupolis, Epicharmus, Magnes, Crates, Pherecrates, Phrynicus. Nouæ autem nobiles extiterunt Philemon, Menander, Diphilus, Philippides, & Poſidippus.*

Sed in uitium libertas] *Laus fuit in artificio, & elegantia uerſuum, & in omni poëtica uirtute. Verùm, cum à principio ſolerent inſectari uitia, cœperunt etiam honeſtos maledictis, & turpibus conuicijs uexare. Quare ut hîc oſtendit Horatius lege ſublata eſt ea licentia. uerùm hîc nihil de media & noua dicere uidetur, cùm tamen dicat, nam ſublatum fuiſſe chorum docet, non Comœdiam. Cùm uerò propoſitum poëtæ non uideatur eſſe omnia complecti, ſatis eſt unam, quæ prima, & maxima fuit, attigiſſe: qua poſita conſecutæ ſunt aliæ, non parum tamen differentes. Nam ut chorum omittamus, quædam aliæ fuerunt inter nouam, & ueterem differentiæ, quæ natura ipſa uidentur afferri. ut temporum. nam uetus bello Peloponneſiaco floruit. Noua tempore Alexandri Magni. Planiùs noua loquebatur, & nouo utebatur Atticiſmo, elatior erat antiqua, & uehementior, & nouorum uerborum ſtudioſior. rurſus noua Iambo plerunq; uario metrorum genere delectabatur antiqua. ut enim Tragici, reiectis Satyris, Iambum adamarunt. ita Comici, ſublatis choris, ad eundem ſe uerſum retulêre. Perſonarum quoq;, rerumq; uarietas à ueteri nouam diſtinxêre. Mediam uerò antiquæ puto ſimiliorem fuiſſe cum Ariſtoph. & Cratinus, & deniq; ijdem eam, omiſſo choro, ſcripſerint, qui in uetere floruêre. uerum hæc Horat. omittit, nec propterea tollit.* Turpiter obticuit] *Cùm enim antea ferretur illa maledicentia, honeſta uidebatur. Lex uerò declarauit eius improbitatem. quare non ſine ſuæ turpitudinis aperto ſigno coacta eſt tacere.* Nil intentatum noſtri liquêre poëtæ] *Hic de ſtudio, & exercitatione ſcribitur, & præſertim Latinorum, nam de his hæc ſcripta ſunt. Quorũ ignauia, & negligentia reprehenditur, laudatur ingenium. Latini Græcos imitati ſunt in fabulis ſcribendis, partim Græcis, partim Latinis & proprijs argumentis, de his uerò hîc loquitur dicens.*

„ *Vel qui prætextas, uel qui docuêre togatas.*

Miratur hic Diomedes togatas fabulas pro ſpecie fuiſſe poſitas, cùm ſit genus. Sed tamen nihil erat, quod miraretur. Voluit enim Horat. eo diſcrimine prætextatas à togatis ſeiunctas eſſe declarare, quo Tragœdia diſtinguitur à Comœdia. Latina uerba non habuit aptiora, quàm prætextata, & togata. Nam quantum intereſt inter prætextam, & togam, tantùm differt à prætextata fabula togata. Notum eſt enim togam communem fuiſſe habitum Romanorum, ita per eam intelligi debet fabula communis etiam fortunæ. Prætexta uerò quis neſcit clariores perſonas ſignificari, quàm ut in obſcuras tabernas debeant includi? non errore igitur factum eſt, ut Horatius diſtinctè, & perſpicuè loqueretur. ac, ut uerè loquar, potior nobis eſſe debet auctoritas Horatij, quàm Diomedis. ut per togatas intelligamus tabernarias, & reliquas priuatis fortunis congruentes: in prætextatis uerò principum uirorum facta contineri. utcunq; uerò fateamur neceſſe eſt, Horatium non potuiſſe, neque diſtinctiùs, neque planiùs loqui.

Nec minimum meruêre decus] *Id eſt, mediocre intelligit Iaſon. Et ſi duæ negationes affirmant, inquit, non tamen ita affirmant, ut nihil interſit ſi doctum aliquem dicas, & ſi non indoctum. Latinè alius dixiſſet, doctum'ne aliquem dicas, an non indoctum, ſed hic uult intelligendi, quàm loquendi ſtudioſior uideri. Videamus igitur, num rectè intelligat. medium enim locum tenet inquit huiuſmodi forma dicendi inter negationem & affirmationem. Vult enim mediocriter doctum intelligere, & ne uideatur, ut ſolet, hoc temerè confirmare, Platonis auctoritate corroborat hanc ſubtilitatem. Qui in Sophiſta ſic ait. Quoties non ens dicimus, ut uidemur, nequaquam entis contrarium dicimus, ſed alterum quiddam ſolum. ceu cùm non magnum dicimus, non magis paruum dicimus, quam æquale ei uocabulo ſignificemus. Quare Horatius hac ratione non dixit Latinos ſummum meruiſſe decus, ſed non minimum. Verum ignoſce mihi Iaſon, Tu neq; Platonem intelligis, nec Horatium. primum enim nec minimum non ſunt duæ negationes. Quis enim unquã dixerit paruũ uim habere negationis? at ſi paruum nihil negat, nec minimum, quod eſt eius ſuperlatiuũ, negat. Nec item Plato, cùm ait non Ens non eſt contrarium Entis, ſed aliud ab Ente, ut cum non magnum dicimus, non magis paruum, quàm æquale ei uocabulo ſignificamus, duplici locutus eſt negatione. nec id docet, quod tu interpretaris. Nam inquit non magnum, non magis paruum, quam quod eſt æquale ſignificat. Quibus Non, & Neq; præponantur, ea ſignificant, quicquid non eſt id, quod illa ſunt. ut ſi non nigrum dixeris, intelligas quicquid non eſt nigrum, cuiuſmodi ſunt infinita inter quæ erit etiam album. Sed nõ nigrũ nõ magis albũ ſignificat, quam uiride, quã lignũ, quã quoduis. non docet igitur mediocritatem, nec quod hic ſophiſta noſter ſibi fingit. Quo circa nihil impedit, ne contrarium negatæ rei poſsimus accipere. cũ ualdè ſint contraria, quæ ἀποφατικά dicuntur à Græcis. A Cicerone negantia. Quid autem ſignificat Munera nec ſperno. itaq; ſi non minimum ſignificat quicquid eſt aliud à minimo, cur non etiam maximum? Sic Cicero ſæpe loquitur, & ſic intelligit, ut in Officijs cùm ait. Hoc quod dico decorũ non recondita quadam ratione cernitur, ſed eſt in promptu ubi expoſuit per contrariũ quid eſſet non reconditum, & in eodem poteſt & accidere promiſſum aliquod, & cõuentum, ut id effici ſit inutile, uel ei, cui promiſſum ſit, uel ei, q promiſerit. quid hîc intelligas niſi pernicioſum? inutile. Sic Horat. alibi ſcilicet inuidens priuata deduci ſupbo, non humilis mulier triumpho. cum Cleopatræ de qua loquitur, mediocrem conditionem, hîc indicat. ergo per non minimũ maximum intelligit. quod & auctoritate eiuſdem, & ratione planum faciam. In ſecundo enim epiſtolarum. cum hoc idem faceret iudicium de Romanorum natura, ſic dixit.*

„ *Tentauit quoq; rem ſi uertere poſſet*
„ *Et placuit ſibi natura ſublimis, & acer,*
„ *Nam ſpirat tragicum ſatis, & feliciter audet.*
„ *Sed turpem putat in ſcriptis, metuitq; lituram.*

Sublimes & acres natura Latinos eſſe tradit, & ſpiritũ habere Tragicum, & feliciter audere, nec aliter unquam de natura Romanorũ ſenſit. Tu uerò hic audes interpretari poëtam uoluiſſe mediocritatem quandam oſtendere, ut rationem inires oſtendendi te nõ ſolum quid Plato, ſed etiam quid in apertiſsimis locis Horatius uelit prorſus ignorare, cũ præſertim ipſe ſe Poëta ſtatim exponat. Cùm dicit.

„ *Nec uirtute foret, claris'ue potentiùs armis*
„ *Quam lingua Latium ſi non offenderet unum*
„ *Quemq; Poëtarum limæ labor, & mora.* *Non deerat igitur ingenium Latinis, uerum diligentia, & cura. Sed quæ'nã tanta eſt Leuitas, quæ cum huius Leuitate conferri poſsit? qui paulò pòſt in hoc ipſo loco fatetur Horatium in Epiſtolis ingenioſos Latinos appellare. quod quidem hic in primis oſtendit Horat. nihil enim aliud inſtituit oſtendere, quàm id obeſſe Latinis, quod cùm pollerent ingenio, naturæ nimium confiderent, atq; artem cõtemnerent. à quo uitio conatur eos abducere. ut ex ſequentibus apparet.*

Nec uirtute foret] *In his, quæ ſequuntur, uſque ad finem, nihil habet tam propoſitum, quàm ut Latinorum negligentiam caſtiget: nec aliud ad ſummam noſtrorum laudem deeſſe putat, quàm ſtudium laboremq; limæ. de qua re ſic quoque ad Auguſtum.*

» *Serus enim Græcis admouit acumina chartis,*
» *Et poſt Punica bella quietus quærere cœpit,*
» *Quid Sophocles, & Theſpis, & Aeſchylus utile ferrent.*
» *Tentauit quoq; rem ſi digne uertere poſſet:*
» *Et placuit ſibi natura ſublimis, & acer.*
» *Nam ſpirat tragicum ſatis, & feliciter audet:*
» *Sed turpem putat in ſcriptis, metuitq; lituram.*

Neq; hic intelligit eloquentia Romanos potuiſſe Græcis præſtare: neq; hac utitur comparatione.

» *Nam Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo,*
» *Muſa loqui.*— *Sed oſtendit eos ad facultatē poëticam non minùs aptos, quàm ad illa ſtudia, in quibus maximè floruerũt. Et ſi ad ſua ſcripta diligentiã uoluiſſent adhibere, maximam ex eis laudē conſequi potuiſſe.* Nec uirtute foret, clariſ'ue potentius armis] *Virtus Rom. eximia fuit omninò, ut Græcorũ doctrina. ut non iniuria dictum ſit à M. Tull. de Orat. lib. 3. Virtutis exempla à Romanis: à Græcis doctrinæ repetenda. quē quidē locum latiùs explicauit in 1. Tuſcul. ubi de Romanis loquens: Iam, inquit, illa, quæ natura, non literis aſſecuti ſunt, neq; cũ Græcis, neq; ulla cum gente ſunt conferenda. Quæ enim tanta grauitas, quæ tanta conſtantia, magnitudo animi, probitas, fides, quæ tam excellens in omni genere uirtus in ullis fuit, ut ſint cum maioribus noſtris comparanda: Doctrina Græcia nos, et omni literarum genere ſuperabat, in quo erat facile uincere non repugnantes. Virtute igitur uicerunt Romani teſte M. Tull. & fortaſſe hic Horatio. ſed ſtandum eſt eorũ iudicio, qui ſcripſerunt hiſtorias. Confitemur nos doctrina ſuperari, ut illorum uictoria certa ſit, Romanorum uerò anceps. Sed mittamus hãc quæſtionem.* Vos ô, Pompilius ſanguis] *Pompilius Nominatiuus pro uocatiuo, ut apud Virg.*

» *Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarum.*

Qui mos, Priſciano teſte, Græcus eſt. Homer. in Iliad.

» ἠέλιος, ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις. *Terent.*

O' Vir fortis, atq; amicus, & Liu. Audi tu populus Albanus. Multa dies] *Tria ſunt in ſcribendo maximè neceſſaria. Acumen ingenij, Ratio, ſiue malis artem appellare, tum Diligentia. Ingenio primas concedit M. Tull. Sed idem Ingenium ipſum ex tarditate diligentia tradit incitari, & iure quidem: nihil eſt enim quod negligentia mancum non reddat, & imperfectum. nihil rurſus quod diligentia non perficiat. Verùm diligentiæ nihil eſt tam contrarium, quàm nimia celeritas, quare multa dies, inquit, coërceat opus, & multa litura. Non poteſt multa litura caſtigari opus, neq; decies ad unguē expoliri ſine longo tempore. Quare ut nonum prematur in annum opus, poſt præcipiet.* Coërcuit lima] *Proprio uſus eſt uerbo: Eſt enim coërcere ſuperflua amputare, nec pati arborem ramos latiùs fundere, quàm ſit utile. Vnde Cic. de Senect. de uite ſic ait. Quam ſerpentem multiplici lapſu, & erratico ferro amputans coërcet ars agricolarum, ne ſylueſcat ſarmentis, & in omnes partes nimia fundatur.* Ingenium miſera] *Et hæc opinio negligentiam uehementer auget, quòd pleriq; ducti auctoritate Democriti exiſtimant ad facultatem poëticam nulla eſſe opus arte, ſed furore quodam naturali. Ex quo fit, dum multi diuino furore uideri uelint afflati, ſequantur illas ineptias, quas hîc optimus cenſor deridet. Tollendam igitur ſibi duxit inanem hanc opinionem, oſtendens tùm in natura, tùm in arte multum eſſe poſitum: & neutram ſine altera multum ualere.* Miſera arte] *Ironicè dictum, ſic enim uidetur ijs, qui ſuum ingenium admirantur.* Democritus] *A' Democrito primũ emanauit hoc dictum, quod in Phædro Plato confirmauit, ubi furorē in diuinum, & humanũ diſtribuit. Diuini uerò multis uerbis quatuor ſpecies explicauit. Nam & in uaticinijs, & in myſterijs, & in poëſi, & in amore cognoſcitur diuinus furor. Sed nos, alijs omiſſis, quod ad rem noſtram attinet, huc ex Platone trãsferamus. ſic enim inquit. Tertius uerò furor muſarum eſt, qui occupat teneram, & nudam animam, ac incitat, & inflammat ad antiquorum infinita facta odis, & alijs carminum generibus ornanda, et inſtituit poſteros. qui autem ſine diuina inſpiratione ea ſpe ad muſarum fores acceſſit, ut ex arte idoneus poëta futurus eſſet, & imperfectus ipſe, & poëſis illius ſanè à furentium poëſi fuit obſcurata. M. Tull. in ſecundo de Orat. teſtatus hanc Democriti, & Platonis auctoritatem ſub Antonij perſona dixit. Sæpe enim audiui poëtam bonum neminem (id quod à Democrito, & Platone in ſcriptis relictum eſſe dicunt) ſine inflammatione animorum exiſtere poſſe, & ſine quodam afflatu quaſi furoris. Sed in primo Tuſc. ſuo nomine his uerbis idem confirmauit: Mihi uerò ne hæc quidem notiora, & illuſtriora carere ui diuina uidentur, ut ego aut poëtam graue, plenumq; carmen ſine cœleſti aliquo mentis inſtinctu putem fundere: aut eloquentiam ſine quadam ui maiore fluere abundantem ſonantibus uerbis, uberibuſq; ſententijs. Et pro Archia poëta in eandem ſententiam inquit: Poëta natura ipſa ualere, & mentis uiribus excitari, & quaſi diuino quodam ſpiritu afflari.* Bona pars non ungues] *Ex eodem ſanè Democrito dictum confirmatur. quo quiſq; ſit ingenioſior, hoc furore magis agitari. Nec ab hac ſentētia Plato diſcrepat, qui quidem in Theæteto per Theætetum ipſum ſic ait.* ἀλλ' αἵ τε ὀξεῖς ὥσπερ οὗτος, καὶ ἀγχίνοι, καὶ μνήμονες, ὡς τὰ πολλά, καὶ πρὸς τὰς ὀργὰς ὀξύρροποί εἰσι καὶ ἄττοντες φέρονται, ὥσπερ τὰ ἀνερμάτιστα πλοῖα, καὶ μανικώτεροι ἢ ἀνδρειότεροι φύονται. *At acuti ſicut hîc, & ſagaces memores plerunque, & procliues ſunt ad iram, & impetu feruntur. ut nauis nulla re ſuſtentata, naturáq; plus habent furoris, quàm fortitudinis. Hi uerò magis laborant, ut ex uitio cognoſcatur uirtus, quàm ut ex uirtute uitium. nam* οἱ μελαγχολικοὶ *uideri uolunt, ut ingenioſi uideantur. Sed non omnis melancholiæ genus acuit ingenium, quocirca uideant ipſi, qua ſpecie laborent. dum ſordibus unguium, & intonſa barba, ſitu uictoris, & pedore horrida gaudent.* O' ego leuos] *Irriſio eſt, dum enim ſtultum ſe fingit, ueram illorum dementiam coarguit.*

Munus, & officium] *Nihil hactenus egit Horat. niſi ut hæc doceret. Verum duplex eſt munus, & officium poëtarum. alterum eſt, quod hactenus tam multis præceptis eſt expoſitum, atque hoc etiam multiplex, ut patet. Alterum, quod pertinet ad finem, ad quem referendi ſunt omnes labores, & ſtudia poëtarum. Et hoc in duas partes eſt diſtributum, in delectationem, & utilitatem. Sed tria hic profitetur ſe daturum munus, & officium, & unde parentur opes, & quid deceat. Sed hæc paucis, & ſtatim expediuit, contrario ordine propoſitionis ſuæ: tum de munere, & officio diſputabit, ubi aut prodeſſe, aut delectare poëtas debere monet.*

Vnde parentur opes] *Ex Socraticis, ut ſuo loco patebit, illud Horatius reſpexiſſe puto, quòd Socrates de philoſophia morali diſputare cœpit. & eam diſciplinam ſic ornauit. ut infinita poſt eum uolumina ſint de uita, & moribus à Philoſophis perſcripta, qui omnes Socraticos ſe dici, & eſſe uolunt. Et hæc ſunt, quæ poëtam alunt: nam quid deceat, quid non, quò uirtus, quò ferat error, quis docet, niſi Socratici philoſophi? Socratis igitur diſciplina principium ſcribendi rectè dici poteſt. Vnde M. Tull. in Oratore dixit: Omnis ubertas, & quaſi ſylua dicendi ducta eſt à diſputationibus philoſophorum.* Nil ſcribens ipſe docebo] *Si nulla eſt ars, ut in quinto de Finib. ſcribit ex Antiochi ſententia M. Tull. quæ ipſa à ſe proficiſcatur, quòd illud extra ſit, quod arte cõprehenditur, abſurdum non eſt, ut qui poëmata ſcribere non poſſit, illius tamē rei poſſit tradere præcepta. nã & permultos de dicendo ſcripſiſſe conſtat, quorũ tamē induſtria nunquã cognita eſt in foro. Defuit enim illis, ut de Orat. Craſſus ait natura. Itaq; ſcribēdi poëmata ſcientiã concedens alijs quia purgat bilē, Horat. quod ad præceptionē attinet, ſuo iure ſibi ſumit.* Verbaq; prouiſam rem] *Dubiũ non eſt, quin rerum copia copiam uerborũ gignat, & uerba tunc ornata ſint, cũ ſententiarum pondere nituntur. id quod omninò fit, ſi re ipſa gignī uideantur.* Qui didicit patriæ] *Qui ſcit in tribuendis officijs delectum habere perſonarum, cognoſcit, quod deceat.* Reſpicere exemplar uitæ] *Officium eſt cuiuſcunque artificis, aut ſcriptoris quacunq; de re uel arte dent præcepta, de abſoluta, & perfecta ea dare. Docet hoc. M. Tull. in tertio de Oratore dicens. Semper enim quacunque de arte, aut facultate quæritur, de abſoluta, & perfecta quæri ſolet, & in Oratore ſuo idem ſic ait: Quicquid eſt igitur, de quo ratione, & uia diſputatur, id eſt, ad ultimã ſui generis formã, ſpecieniq; referēdum. Hoc uerò facere nemo poteſt, ſi eas ſpecies ſequatur, quæ ullo ſenſu percipi poſſunt: nulla enim eſt omni numero profectionis abſoluta, quæ ſit noſtris ſenſibus ſubiecta. dirigenda eſt igitur mentis acies ad illas formas, quæ ſub*

oculos non cadunt, ut eas, ueluti in ſimulachris ſuis faciũt pictores, ueritatis imitatione, quantũ licet exprimamus. Neq; enim Phidias, ut ſcribit M. Tul. cum faceret Iouis formã, aut Mineruæ, contéplabatur aliquẽ, è quo ſimilitudinẽ duceret: ſed ipſius in mente inſidebat ſpecies pulchritudinis eximia quædam, quam intuens, in eamq; defixus ad illius ſimilitudinem artem, & manum dirigebat. Ad formas igitur, & ideas Platonicas reſpiciendum eſt, ut facere pictores Ariſt. docet, ubi ait in Poëticis. ἐπεὶ δὲ μίμησίς ἐστιν ἡ τραγῳδία βελτιόνων: ἡμᾶς δεῖ μιμεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς εἰκονογράφους, καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἀποδιδόντες τὴν οἰκείαν μορφὴν, ὁμοίους ποιοῦντες καλλίους γράφουσιν. οὕτω καὶ τὸν ποιητὴν μιμούμενον καὶ ὀργίλους, καὶ ῥᾳθύμους, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα ἔχοντας ἐπὶ τῶν ἠθῶν, ἐπιεικεῖς ποιεῖν παράδειγμα, ἢ σκληρότητος δεῖ, οἷον τὸν Ἀχιλλέα ἀγαθὸν καὶ Ὅμηρος. quare Soph. quod plus perſonis affigebat, quàm ueritas ferret accuſatoribus reſpondebat ſe ποιεῖν οἵους δεῖ. Ar. in p. 295. iam patet quid moneat Horat. Doctum imitatorem] Omnis enim poëſis eſt imitatio, ut ſæpiſſimè dixit Ariſtot. quare doctum imitatorem eruditum intelligit, & prudentem poëtam. Et ueras hinc ducere uoces] In ſingulis hominibus rarò ſunt ea omnia, quæ ſunt illius, uel uitij, uel uirtutis propria, quam poëta uerè conetur imitari, ut eſt ſapientia, pietas, fortitudo. quæ omnia Virg. in Aenea eſſe uoluit. At is neq; Aeneam uidit unquã, nec nouit, nec ab Homero ita formatum accepit, ut famam ſequi cogeretur. Non igitur Aeneam poëta contemplabatur, ſed eas ipſas uirtutes, ex quibus uoces, & actiones ueras duceret. an Xenophon Cyrum intuebatur? nihil minus, ſed idæam perfecti regis, quam conatus eſt exprimere, potiùs, quàm Cyrum, qui tametſi maximus uir fuit, nihilo minus multis partibus minor extitit, quàm expreſſerit ille uir doctiſſimus. Interdum ſpecioſa locis] Sic lego, non iocis. Nam quid tragœdiæ cum iocis? Hic me reprehendit Iaſon, ſed tamen errati mei nullum affert argumentum. Ego uerò, cur locis quàm iocis legendum magis putem, cauſam attuli, quod loci in tragœdia de qua loquitur ſemper Horatius, locum nõ habeant ullum, atq; loca expoſui inſignes eſſe actiones, & cætera, quæ legi poſſunt. Neq; putaui in re ſatis clara pluribus eſſe diſputandum. Sed quoniam obſequendum eſt Iaſoni, non grauabor alijs quoq; rationibus iniquum eſſe eum in me iudicem oſtendere. primum igitur ioci, ut in Comœdia uigent, ſic abſunt à tragœdia. Cuius quidem rei ratio eſt in promptu. horribilia ſunt enim omnia in Tragœdia, quæ metum, & miſericordiam, non riſum & hilaritatem ſpectatoribus afferre debent. Quare Ariſt. ſolum cum de Comœdia ſcripſit, locutus eſt de iocis hæc pauca, ἡ δὲ κωμῳδία ἐστὶν, ὥσπερ εἴπομεν, μίμησις φαυλοτέρων μὲν, οὐ μέντοι κατὰ πᾶσαν κακίαν, ἀλλὰ τοῦ αἰσχροῦ ἐστὶ τὸ γελοῖον μόριον, τὸ γὰρ γελοῖόν ἐστιν ἁμάρτημά τι, καὶ αἶσχος ἀνώδυνον, καὶ οὐ φθαρτικόν, οἷον, εὐθὺς τὸ γελοῖον πρόσωπον αἰσχρόν τι, καὶ διεστραμμένον ἄνευ ὀδύνης. Cum uerò de Tragœdia hic agat Horat. quæ quam ſeueram appellat in odis abhorret à iocis, an ſpecioſam eſſe iocis eam iudicabit? deinde ſi iocoſa ſit fabula, non eſſe poterit ſine quadam Venere, habet enim in ſe iocus elegantiam, & hilaritatem, ſine quibus nullius operis uenuſtas cõſtare poteſt. Quo igitur modo iocoſa erit, & nullius Veneris? haberet igitur aliquam Venerẽ, non tamen eam, quam hic intelligit poëta, quæ pertinet ad elegantiam uerborũ, & ſententiarum. Præterea ridiculum erit omninò illud poëma, in quo mores tantum exprimantur, & ioci floreant. Multa enim alia requirũtur, cum in Comœdia, ad quã omnia huius libri præcepta ſtultè uis referri, tum in Tragœdia, de qua ferè ſola eſt hoc opus. nam & illa peſtis, in Oedipo Sophocleo tam grauis, & tam horribilis, cũ in eum ipſum redundaret, eſt ſpecioſus locus illa quoq; contentio inter Oedipũ & Tireſiam, illaq; ſuſpicio de Creontis cupiditate, multa quidẽ attulerunt in ea fabula, quæ ſpecioſam eam redderẽt, quid cum iã ipſe ſibi cœpiſſet in ſuſpicionẽ uenire? quid hiſtoria cædis ipſius Laij ab Iocaſta explicata? quid tẽpeſtiuus oblitus Polybi? quid ipſa peripetia? quid agnitio? quid reliqua omnia? nonne miros habent locos? omnis planè fabula præclaris locis, & partibus cõſtituta, ſi cum ſenſu deſcribetur, & agetur, & pulchras uarietates habeat rerum, etiã ſi cætera ornamenta orationis, et ars omnis alia deſit, multò magis oblectabit, quã ſi cùm deſint loci, & mores, uerſib. grauibus magno cum pondere ſcripta ſit. Cũ enim ſex partes poſitæ ſint Tragœdiæ, fabula, mos, oratio, ſententia, apparatus, & melodia: de duobus extremis, aut nihil hîc dicitur, aut per artem eas intelligit. Fabulam uerò, & conſtitutionem rerum Ariſt. quam σύστασιν πραγμάτων, præfert cæteris omnibus, ſecundùm uerò locũ moribus conſignat. Horatius igitur Ariſtotelis imitator fabulam, id eſt, σύστασιν πραγμάτων intelligit ſpecioſam locis, cùm habet eos, quales ego paulò antè in Oedipode Tyranno oſtendi, ut optimè ſit conſtituta, moratam uerò intelligit, quæ mores effingit eorum, quorum perſona ſuſtinetur ab Hypocritis, ut quales illi ſunt, tales eſſe uideantur. Hæ duæ partes tantũ præſtãt cæteris, ut ſine illis moueant & afficiãt multò magis, quàm ſine his reliquæ duæ partes. Quin etiã rationib oſtendit Ariſt. fabulã, & moribus, & orationi, & ſententiæ præſtare, lege particulam ex diuiſione Madij 40. 41. 42. Dicat nunc Iaſon emunctæ naris homo, qui ad uulnera poëtarũ ſananda productus eſt ab ipſa natura, cur ita ſit à me corruptus hic locus, & cur ioci tantã peruerſitatem repellant, & conſeruent hunc locum, quem ipſe barbarus, & Latini ſermonis ignarus appellat textum. Interdum] Id eſt, cùm accidit ut ſint ſpecioſæ locis fabulæ, & moratæ. uериſimile eſt enim aliquas uidiſſe tales Ariſtot.

Specioſa locis] Loca ſpecioſa ſunt inſignes actiones, quæ ſenſum animi, et naturam auctoris indicant, fabula igitur, in qua ſunt actiones pulchræ, in qua mos, animuſq; agentis exprimatur ſine uerborum pondere, & orationis ornamentis oblectabit magis, quàm hæc ipſa ſine moribus et locis: Poëta enim (ut idem teſtatur Ariſt.) quatenus fingit, rerum eſt poëta, non metrorum. Inuentio igitur inſignis, & fabulæ conſtitutio, in qua ratio morum diligens habeatur, magis capit ſpectatores, quàm uerſus inopes rerum, & magno cum pondere miſſi in ſcenã. Nam oratio ornata uerbis, & rebus inanis furioſa eſt, ut ait Craſſus apud M. Tull. Quam ob rem ſtudendum eſt rebus, & decoro potiûs, quàm uerbis, quamuis rei perfecta ratio requirit utrunque ſtudium. Nam de orationis decoro quàm multa ſuperius diſſeruit poëta noſter? Quid eſt, Intererit multum Dauus'ne loquatur an heros? mitto alia loca: Patet enim per ſe & ſententias quamuis graues, & ſuaues, tamen ſi inconditis uerbis efferantur, aures offendere, & à ſententijs ſeiuncta uerba eſſe tanquam corpus ſine anima: Et ut ſemel finiam Ciceronis uerbis, cuius ſunt etiam ſuperiora, ſic ſtatuo, neque uerborum ornatum inueniri poſſe non partitis, expreſſiſq; ſententijs, neque eſſe ullam ſententiam illuſtrem ſine luce uerborum. Hoc autem uoluit Horat. docere, utrunque uitium eſſe fugiendum: Sed ſi nequeas utrunque, ut in uerbis potiùs deficias, quàm in rebus, & officijs tribuendis, ut ſcias reddere conuenientia cuique. Nullius Veneris] Vides ne: quod ſuperiùs eſt dictum de ſtatuis Infi illud totum ponere, in poëmate Venerem eſſe, quam afferat Oratio nullius Veneris inquit ſine pondere, & parte: poſuit enim eſſe Venerem in uerſibus grauibus, & arte laboratis, ſi rebus ſint coniuncti: ab his autem ſeiunctos appellat canoras nugas. Tunc igitur fabula ſuam Venerem habebit, cùm & ipſa per ſe erit optimè conſtituta, morataq; rectè, & oratione apta & ornata, ac ſententiarum grauitate fuerit illuſtrata.

Valdius oblectat] Non omnis uoluptas eſt propria tragœdiæ, ſed quam ex miſericordiæ, & timoris affectibus affert poëta. quod his uerbis oſtendit Ariſtot. ἐπεὶ δὲ τὴν ἀπὸ ἐλέου, καὶ φόβου διὰ μιμήσεως δεῖ ἡδονὴν παρασκευάζειν τὸν ποιητὴν, φανερὸν ὡς τοῦτο ἐν τοῖς πράγμασιν ἐμποιητέον in reb. ipſis igitur uis hæc inſita eſſe debet. Graiis ingeniũ, graiis dedit ore rotundo muſa loqui] His optimè complexus eſt illam uirtutem, quæ ſuperiori uitio eſt cõtraria. Cùm enim ex rebus, & uerbis omnis oratio conſtet, turpe eſt poëtæ in rebus inueniendis, & componẽda fabula, decoro etiam ſeruando ingenio ualere, niſi par ſit etiam ſcribendo. At longè turpius eſt uerſus canoros, & magnos fundere, niſi rerum pari magnitudine nitantur. Græci uerò in utroque fuerunt excellentes. nam ingenio ad excogitandum, & inueniendum, & ad mores effingendos plurimum ualebant, & ad eloquendum ſtudio, & labore ſe maximè comparabant. ut ore rotundo loqui ſit artis, & induſtriæ, ingenium naturæ. Quo patet eos errare, & falli, qui ſola natura conſumatos poëtas fore ſe ſperent. nam ingenio, & ore rotundo eſt opus, id eſt, natura & arte, quia alterius altera poſcit opem

ret,

rei, & coniurat amicè. floruerunt igitur in utroque Græci, in altero tantum Romani: ut multo plus beneficio naturæ quàm ſuo ſtudio deberent. nam hoc neglecto in quauis alia re magis erant occupati. facilè igitur fuit Græcis uincere non repugnantes, uel negligentes potius. & qui laborẽ limæ ferre nollent. Ore rotundo] Quid aliud eſſe putes os rotundum, quàm orationem aptam, & ornatam? quod 4. de Fin. oſtendit M. Tull. his uerbis: Iſta ipſa, quæ tu breuiter regem, dictatorem, diuitem ſolùm eſſe ſapientem, aptè, & rotundè, quippe, habes enim à rhetoribus, illorum iſta ipſa quàm exilis? & quæ ſequuntur. ex quibus apparet orationem non exilem, non anguſtam, ſed aptam, & copioſam rotundam eſſe. quòd ſi forma rotunda negat ullam eſſe pulchriorem Plato, quid eſt, cur rotundam orationem pulcherrimam negemus eſſe? Cùm in Bruto Cicer. formam eius penè deſcribat, ubi ait. Erantq́ue uerborum & delectus elegans, & apta, & quaſi rotunda conſtructio. Horatius uerò intelligit os rotundum inſtrumentum, accipiens pro re eam orationem, in qua ſit Venus, & pondus, & ars, & rerum decorum; ſine quibus ſpecioſam locis fabulam, & moratam rectè magis oblectare populum dixit, quàm hæc ſine illis.

Redit uncia] Ad quincuncem, illa ſcilicet, qua de ſemis dempta, factus erat quincunx. & ſic reſtituitur ſemis: uel redit, pro accedit ad quincuncem interpreteris. Aut prodeſſe uolunt, aut delectare poëtæ] Iam quod attinet ad parandas opes, & ad decorum paucis abſoluit. reliquum eſt, ut de officio nunc agat, quod duplex eſt: aut enim prodeſt, aut delectat poëta. Sed hæc ita ſunt diſiuncta, ut ſimul eſſe poſſint. Poëta igitur, aut alterutrum facit, ut uel proſit, uel delectet: aut ſimul utrunq́ue. cuius quidem rei magna eſt difficultas, & magno indiget ſtudio, & doctrina. ac ſtatim ſeparatim utriuſq́ue generis propriam quandam formulam conſtituit. ut ſi monitis iuuare uelis, utaris in præcipiendo breuitate, & cur ita faciendum ſit, oſtendit. Quia omne ſuperuacuum pleno de pectore manat. Sin delectare cupias, quæ conſentanea ſint naturæ, & ſimilia uero dicas, aut agas. Quamuis enim poëta non ea dicat, quæ geſta ſunt, proprium tamen eſt ipſius ea dicere, quæ uerisimile ſit, aut etiã neceſſarium geri, aut fuiſſe geſta. Prodeſſe, id eſt, idonea dicere uitæ interpretatur Iaſon, & rectè quidem ille, ſed cùm id ſpectare dicat ad mentem, & delectare ad uoluntatem, nec uerè, nec rectè, nam præcepta uitæ nihil omninò proſunt, ſi à uoluntate, cuius eſt προαίρεσις, reſpuantur, ſin uerò & admittantur, & approbentur ab ea tunc coluntur, & exercentur, quod ſi non ſpectarent ad uoluntatem uirtutes, non appellarentur uolũtariæ. ut non ſolũ hic, ſed etiam Auerroes in paraphraſi in lib. Plat. de Rep. ſic dicens oſtendit. Nam res ipſæ uoluntariæ ſubijciũtur ſcientiæ morali, quas agimus, arbitratu noſtro, & ex arbitrio noſtro pendent, earumq́ue principium eſt ipſa uoluntas, & electio. Pertinẽt aũt ad mẽtem, quatenus ab ea percipiuntur, uerũ id nihil prodeſſet, niſi mens eas oſtenderet uoluntati. Volũtas igitur per mentẽ percipit ea, quæ cadunt in conſultationẽ, & approbat, aut reprobat. Eſt igitur Mens tanquã dux, & miniſtra uolũtatis, ut quæ offert illi, quæ deliberãda ſunt, et rationẽ oſtendit, cur faciendũ ſit aliquid, aut non faciendũ. Voluntas uerò aut aſſentitur, aut aſpernatur. Quæ igitur proſunt ad mẽtem ſpectãt, ueluti ad miniſtrã hac in re uoluntatis, quæ ſine mente deliberare nihil poſſet, & ſola cognitio rerum agendarũ eſſet inutilis: quare ad uoluntatẽ omninò referendũ eſt prodeſſe, non ad mentem: quoniã Hor. intelligit præcepta moralia, quæ uigent in actione. Agere aũt pertinet ad aſſenſum uoluntatis, ad mentẽ autẽ ea referenda ſunt, quib. ſine ulla cura acquieſcit, finis enim eorũ eſt cognitio, & ſcientia illorũ non eſt in uolũtatis arbitrio. Verũ Poëtæ Tragici nõ uerſantur in naturali philoſophia. Quo circa nec Empedocles, nec Lucretius faciũt ad rem noſtrã, ac ne Theognis quidẽ aut Phocilides, qui nõ habent rationem ſpectatorũ, ut Tragicus, qui ſemel emittit præceptũ, quod niſi, qui audit, ſtatim arripiat. fruſtrà eſt dictũ, hoc aũt accidit, uel incuria auditoris, uel multitudine uerborũ Poëtæ. Hoc breuitate corrigi poteſt, illud attentione auditoris. In Theognide uerò, & in alijs, qui eo cõſilio ſcripſerũt, ut legerentur, nõ ſunt hæc incõmoda. Senſus enim rerũ niſi ſtatim percipitur, repeti & cõſiderari diligẽtius locus poteſt. Quare cõcludimus de fabulis hic agi, non ut Iaſon conatur perſuadere de Aſtrologorum, aut Philoſophorũ diſputationibus. Percipiant animi dociles, teneantq́ue fideles] Per animos hic utranq́ue uim naturalem indicauit. Ingenium eſt enim quod percipit. Memoria, quæ retinet: de qua quidem ratione Cic. 1. lib. Academicarum quæſt. ubi ex Platonicorum ſententia de partibus animi ſic diſputat. Animi autem quæ eſſent ad comprehendendam ingenij uirtutem idonea ponebant, eaq́ue ab ijs in naturam, & mores diuidebantur. naturæ celeritatem ad diſcendum, & memoriam dabant, quorum utrunq́ue mentis eſſet proprium, & ingenij. ac idem apertius, & pluribus inquit, de Finibus. Animi enim inquit, & eius animi partis, quæ princeps eſt, quæ' que mens nominatur, plures ſunt uirtutes. Sed duo prima genera, unum earum, quæ ingenerantur ſuapte natura, appellanturq́ue non uoluntariæ: alterum earum, quæ in uoluntate poſitæ magis proprio nomine appellari ſolent. quarum eſt excellẽs in animorum laude præſtantia. Prioris generis eſt docilitas, memoria, quæ ferè omnia appellantur uno ingenij nomine: eaſq́ue uirtutes qui habent, ingenioſi uocãtur. Videmus ex his docilitatem, & uim tum percipiendi, tum reminiſcendi tributam eſſe menti: mentem uerò animo, ut omnium fons animus intelligatur eſſe, quare continens hic, pro contento poſitum eſt: ac, ut apertè loqueretur, dociles dixit, quod eſt ingenij: & fideles, quod eſt memoriæ. Sed ne hoc quidem Iaſon tacere poteſt, plenus eſt rimarum, hac atque illac perfluit. Itaque dociles, inquit, non eſt ingenij, ut uult Griſolus, Quod, cum ſit genus, docilitatem, & memoriam complectitur, ſed docilitatis, ut fideles memoriæ. Nos uerò duas eſſe partes ingenij ſuperius auctoritate Ciceronis oſtendimus. Quarum altera communior eſt, & latiùs patet, & pluribus nominibus appellatur. Latiùs ſanè patet, quia in præſentibus rebus & futuris urget, memoria uerò ea tantum repetit, quæ fuerunt. Itaq́ue huius unum eſt & ſimplex officium meminiſſe præterita. Illius uerò ſentire, ſapere, uelle, inuenire, proſpicere, & alia multa ſunt officia. Et, quoniam non habet proprium nomen, à Cicerone officiorum nominibus modò uocatur docilitas, ut uidimus, modò inuẽtio, ut in primo Thuſculanarũ, ubi quid eſt enim memoria, inquit, quid inuentio? & alibi in eodem ſic ex memoria, & inuentione, & celeritate motus, omniſq́ue pulchritudine uirtutis uim diuinã mentis agnoſcito. Vnde fit, ut illa pars nomine totius appelletur ingeniũ, cũ aliud nomen propriũ non habeat, ut primam partem iuſtitiæ iuſticiã in 1. Offic. Cic. & primã partem fortitudinis fortitudinem in Part. nominauit. In rebus autẽ incommodis, inquit eſt itidem duplex. nam quæ uenientibus malis obſtat. Fortitudo dicitur, quæ quod iam adeſt, tolerat, & perfert, Patientis. Vnde fit etiam, ut acutũ, acre, ſubtile, docile, & ſimilibus uocibus adiunctum ingeniũ proferamus. Et M. Tull. frequẽs ingenium pro docilitate, & uirtute inueniendi, ac intelligendi ponit. addo etiã proſpiciẽdi, ut in Offic. 1. Quãquã, hoc eſt animi, illud etiã ingenij magni eſt præcipere cogitatiõe futura, &c. & ut in Orat ſuo, nihil enim feracius inquit ingenijs, ijs præſertim, quæ diſciplinis exculta ſunt, &, quoniam paſſim occurrunt huiuſmodi loci, uno tantum ex Ac. 9. ſumpto contenti erimus. Tota enim prima pars proœmij ſecundi libri in laudibus Luc. Luculli conſumpta eſt. atq́ue perſpicuè cognoſcitur primum de ea parte ingenij locutus eſſe, quam Græci εὐφυΐαν, [illegible] uocant. nam de memoria eiuſdem ſeparatim egit. Cũ igitur ſic eſſet exorſus. Magnũ ingeniũ L. Luc. magnumq́ue optimarum artium ſtudium, & quæ ſequuntur. Deinde inquit, ut diligentiã admirarentur omnes, ingenium cognoſcerẽt. Tum, ſed incredibilis quædam ingenij magnitudo non deſiderauit indocilem uſus diſciplinam. ubi cernere quiſq́ue poteſt, ſi uelit integrũ locum perſequi, de illa parte ſolũ actũ eſſe, quæ ad acumẽ tantũ pertinẽt, & facultatẽ intelligendi. Aggreditur ſtatim nominatim, eius memoriã ſic laudare, habuit enim diuinã quandã memoriã rerũ, uerborũ maiorẽ Hortenſius, ut nemo iã dubitare poſſit ingeniũ pro prima illa uirtute M. Tul. uſurpare ſolitũ fuiſſe. Quã quidẽ rationẽ ego iure ſum ſecutus. Tu uerò, quẽ Dialectica ſuperbum facit, uide quo iure genus eſſe dicas ingenium. non enim eſt hæc generis diuiſio, ſed totius in ſua mẽbra partitio, nemo enim memoriã dixerit ingeniũ eſſe, ut hominẽ animal. Quare in definitiõe eius nõ ponitur ingeniũ, ſed habitus, aut affectio. ut ab. Ariſt. de Memoria. Memoria, inqt, eſt habitus, aut affectio alicuius rei, uel à ſenſu, uel à mẽte percepta,

perceptæ, quæ aliquandiu inſederit, non igitur ingenium eſt genus memoriæ, nec docilitatis, nō magis quā corpus humanum eſt genus capitis, et manuum. illud quoq; parum à te rectè dictum eſt, docilis eſſe docilitatis, non enim docilitas eſt nomen proprium alterius partis ingenij. nam ut uidiſti, inuentionem etiam appellat idem Cicero. Et ſunt uirtutes & uires, quas potentias nunc appellant, non igitur animus docilis eſt docilitatis, ſed eſt ea pars, quæ diſcit, & docetur, quam appellat ingeniū Cicero. Quare docilis refertur ad ingenium. At quid eſt, quod fidelis non ſit fidelitatis, ſi docilis eſt docilitatis? cur memoriæ? at docilitas uidebatur nomen proprium, tamen non eſt, ſed quædam potiùs interpretatio ingenij. at ſi docilitas eſt pars ingenij, & docilis eſt docilitatis, memoria, quæ eſt altera pars, cuius erit? ingenij, tanquam pars totius. Et fideles rectè refertur ad memoriam, tanquam partem ingenij, & docilitas ad ingenium, tanquam ad partem ingenij, quæ totius ut iuſtitia, & fortitudo nomen retinet, ut ingenium totum & partem eſſe intelligatur. Omne ſuperuacuum] Quæ ſuperuacua ſunt, effluant neceſſe eſt. Verùm ſi pleno de pectore manat, ergo id multum hauſit, alioqui plenum non eſſet. quare multa præcipere, etiam ſi non omnia capiuntur, non tamen eſt inutile: Effunduntur enim tantum ſuperflua. Sed Horat. non monet, ut pauca præcipias, ſed, ut quodcunq; des præceptum, paucis uerbis id expedias, ne pectus uerborum, non præceptorū plenum ante reſpuat uerba ſuperflua, quàm integram capere ſententiam potuerit. Nec dicas, ut Iaſon, ſi uerborum ambagibus, & circumlocutionibus inuoluta ſunt, quia non hoc uoluit Horat. nam anfractus, & circuitio non ſolùm eſt longior oratione directa, ſed etiam obſcurior, quod oſtendit Dauus Terentianus, dicens, imò callidè, ita apertè ipſam rem modo locutus nil circuitione uſus es. at quicquid præcipias (inquit) eſto breuis ut citò dicta, nam ſenſus citò concluſus, nec uerbis redundans ut citò dicta, citò quoq; percipiantur, & retineantur. Metaphora ſumpta eſt à uaſe, uel ab eis, qui, cùm largè potârint, & iam pleni ſint uino, tamen ſe magis ingurgitant. Per pectus autem memoriam intellige, in qua reconduntur ea, quæ percipit ingenium. Verùm illius orationis, quæ longis anfractibus circumſcripta ſit, non poteſt memoria poſtrema uerba cum præteritis contexere. quare cùm multa dilabantur ſententia non poteſt retineri? poſſumus etiā pectus ipſum intelligere propter cor, in quo prudentiam eſſe uolunt, quod Homer. oſtendit interprete Euſtathio. cùm λάσιον κῆρ ait. Sed etiam eodem teſte λάσιον ἦτορ, id eſt, prudens pectus dicitur ab eodem. quod Hor. intelligens ad Tibulium ſcribit.

„ Non tu corpus eras ſine pectore.

In Tuſcul. id eſt, M. Tull. cor ipſum, inquit, animus uidetur, à Phyſicis principium uirtutis eſſe dicitur. Ficta uoluptatis cauſa ſint proxima ueris] Monet, ut ea fingas, quæ fieri potuerint, & non abhorreant à natura: ut eſt, ex aluo pranſæ lamiæ extrahere uiuū puerum. Lamiam Doris in ſecundo Libycarum hiſtoriarum ſcribit, mulierem pulchram fuiſſe, cum qua Iupiter concubuit. Quare ſolicita Iuno de Iouis amore abortum eam facere coēgit: unde ob dolorem factam eſſe perquam deformem illam tradit. ac aliarum pueros deuorare. Et hæc ex Suida, qui illud etiam ſcribit, lamiam eſſe feram ob magnitudinem gutturis ſic appellatam. λαιμὸς enim guttur eſt, unde lamia deriuatur. Quid ſibi uelit hîc Iaſon cum qualitate perſonarum, haud facilè cognoſci poteſt. Eſt enim prorſus alienū à ſententia poëtæ, quam ipſe ſuis explicat manifeſtiſſimis exemplis, nec cum fabula dixit, intellexit decorum perſonarum, poteſt enim eſſe fabula etiam ſi Telephus pauper, & exul non proijciat ſexquipedalia uerba, neque ſiquid ſit uitij in fabula, nomen amittit fabulæ. multas enim multorum fabulas reprehendit Ariſtoteles, nec tamen deſierunt eſſe fabulæ, ſed illa eſt peſſima, & ab omnibus exſibilanda, quæ non à ueritate modò, ſed etiam à ueriſimili prorſus abhorret, ut hæc de Lamia. cur autem Iaſon ab exemplis Poëtæ recedat, non intelligo. Tu uerò lector Poëtam ipſum conſule potiùs, quam eas interpretationes, quæ à mente ipſius Poëtæ abducant animū tuum. Centuriæ ſeniorum] Id eſt ſenes agitant expertia frugis] Ex quibus fructus ullus percipi non poteſt. Celſi Rhamnes] Non Rhamnes, ſed celſi Rhamnes, id eſt, erecti, & elati, ut ſunt iuuenes: nam id hoc epithetum celſi ualet, intelligit autem equites Romanos, à parte totum. iuuenes uoluptatis amici potiùs, quàm utilitatis eſſe ſolent. Auſtera poemata] Non dulcia, non iucunda, ſed triſtia potiùs, & ſeuera. quæ tantum doceant, corrigant, & moneant. quæ plerunque moleſta ſunt iunioribus. Aetatis enim cuiuſque ſunt ſui mores, & propriæ uoluptates. quis neget igitur ſenilem ætatem grauem, & triſtem ſteriles poëtarum nugas aſpernari? Quis contra lætam iuuentutē putet ſeueritate delectari? Altera igitur ætas utilitatem, altera uoluptatem quærit. Qui uult igitur plauſus à cuncto ſibi conſeſſu dari, miſceat utile dulci. Tulit omne punctum] Senum, & iuuenum ſuffragia, id eſt, ab omnibus comprobatur, quia centurias dixerat, ex quibus comitia intelligimus, ut clauderet ſententiam in eadem tranſlatione, & ea ratio, Quintiliano auctore, poſtulat. omne tulit punctum dixit, qui & dulcem, & utilem ſe præbet. at quàm multiplici, quàm pulchra uarietate tractauit hunc locum? inquit enim: Aut prodeſſe uolunt, aut delectare poëtæ. Aut ſimul & iucunda, & idonea dicere uitæ. Quicquid præcipies, ficta uoluptatis cauſa, expertia frugis, auſtera poëmata. Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci. Lectorem delectando, pariterq; monendo, quàm copioſa, quàm iucunda, quàm ornata uariatio? Soſijs] Meminit horum etiam in ultima Epiſtola primi libri.

„ Scilicet ut proſtes Soſiorum pumice mundus.

Sunt delicta tamen] Alternatim hactenus eſt locutus de utraq; officij parte poëtarum. nunc de ſola uoluptate, de qua quidem ita ſcribit, ut reprehendat potiùs illa uitia, quibus poëtæ minus delectent, quàm ut doceat uirtutes, atque id facit, ut magis excitet ad diligentiam Piſones, & maximè quòd ea, quæ uoluptatis tantùm cauſa fiunt, oportet ſumma eſſe: neq; ſtatuit tamen humanam naturam falli non poſſe, ſed eſſe leuibus quibuſdam erroribus ignoſcendum: Tantus eſt enim reliquorum ſplendor, ut tenues quædam maculæ uix appareant. aut igitur poëta eſt eiuſmodi, ut uel per incuriam, uel per imbecillitatem humanæ naturæ aliquando leuiter offendat, & longo operi aliquas paruas maculas aſpergat, contrà illi ignoſcendum eſt omninò, quippe qui potiùs errat ut homo, quàm ut poëta. Huic uerò non item. nam peccat, non ut homo, uerùm ut peſſimus poëta. at utriuſque attulit exemplum. Nam Homerus eſt ille poëta, cuius in carmine omnia ferè nitent. & Chœrilus is eſt, cuius in poëmate uix duo, aut ad ſummum tria nitere uideantur. Paucis offendar maculis] In hanc negligentiam, miratur Iaſon maximè Virgilium incurriſſe. Sed Iaſon neq; modum ullum, neq; menſuram habet. An hæc Virgiliana in paruas maculas referri debent? cum tam apertè, tam inſigniter ijs, quæ de Helena in ſecundo dixerat, de eadem in ſexto pugnantia narrauerit Deiphobus? non ex eo numero ſunt hæc, quibus lector non grauiter offendatur, ſed quī ſcire poſſumus an illa in ſexto dum ſcribebat, haberet in animo delere, quæ ſcripſerat in ſecundo? quod etiam feciſſet, ni morte præuentus eſſet, nō eſt hoc peccatum in paruis reponendum, nec Virgil. acerrimi iudicij uirū feſelliſſe credendum eſt. Aut humana parum] Quàm faciant ad hunc locum, quæ Iaſon ex Ariſtot. Poëtica de poëtarum erroribus huc attulit, uiderint alij. illa enim quæ numerat Ariſtot. non ſunt habenda in paruis maculis, nec fallunt hominis naturam. Sunt enim capita errorum, quanquam alterum altero leuius. ſed eſt grauiſſimum in ea re peccare, quæ ſpectat ad artem. Leuius eſt, ſed tamen graue, ſi poëta, ut ſæpe fit, quæ ſunt alterius facultatis, non ut poſtulant, tractauerit. Verùm mira eſt humanitas Iaſonis, qui poëtarum maximorum delegit errata, & idem purgat, & excuſat, ſed ἢ γὰρ aut ij peccarūt, aut non peccarunt, ſi peccarunt, cur excuſas? ſi non peccarunt cur excuſas? Sed quia non malè Virgilium defendit, dicam ego de Pindaro, quem uit Ariſtot. auctoritate ignorantiæ crimine leuare, at nefas eſt de Pindaro hæc dicere. Sed more poëtarum & Pindarum, & Petrarcham feciſſe dicendum eſt, qui frequenter fœminam ceruam cornutam inducunt, quod etiam feciſſe Anacreontem Pindari refert interpres, quanquā Xenodotus pro κεροέσσαν ἐρόεσσαν immutauerit, tamē ꝙ ueriſimile eſt alicubi cornutas eſſe, ut elephātes fœminas, nō minùs, ꝗ mares dētatas eſſe in Aethiopia, & in Libya quidā tradiderunt, ut Amyntianus de Elephantibus teſtatur.

Indica

Indicæ uerò dentibus carens, nõ imprudenter locuti ſunt hi poëtæ: modeſtius igitur de magnis poëtis ſtatuendũ tibi ducas. Quæ cũ riſu miror, & idem indignor] *Solet etiã euenire, ut ſi caſu quempiam ineptũ hominem, & dementem proferre uerbum aliquod prudenter audiamus, miremur: id tanquam nouum, & inſolens, ac indignemur (ut hanc quoque cauſam afferamus) quod is tam rarò quidquam boni dicat, & uerſus tamen facere omninò uelit. Solet indignatio mouere quẽdam riſum. Oſtendit id Cicero de Orat. lib. 2. dicens. potes oratores putare eos, quos multas horas expectauit, cùm in campum properauit, & ridens, & ſtomachans Scæuola. illa igitur admiratio cum riſu, contemptum ſignificat, qui naſcitur ex indignatione, & hæc nõ inde, quod rectè quidquam ſed quod perperam ferè ſemper, nec tamen ſcribendi curam omittit. at, dicet aliquis.* Quandoq; bonus dormitat Homerus] *Fatetur Horat. Sed ignoſcendum putat, ſi in longo opere imprudentes nos ſomnus aliquando capiat: homines enim ſumus. ſed ut caſu fit, ut Chœrilus quandoq; rectè, ſic ut Homerus quandoque non ſatis rectè ſcribat, quare hic uenia, ille dignus eſt pœna. Quintil. in 10. cauſas refert, cur magni nonnunquã labi uideantur. nam, inquit: Et labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum ſuorum uoluptati, nec ſemper intendunt animum, nonnunquã fatigantur, cùm Ciceroni dormitare Demoſthenes, Horatio uerò etiam Homerus uideatur. magni enim ſunt, homines tamen. Sed nemo planè uidit adhuc ex Ariſtotelis ſententia tractatũ eſſe hunc locum ab Horatio. Affirmat enim Ariſtot. in Poët. in bono poëta aliquid abſurdũ eſſe tollerabile, cuiuſmodi eſt expoſitio Vlyſsis in littore Ithacẽſi: quod Homer. in 13. Odyſſ. ſcribit, quo enim fato uiro curarum pleno, & omnium uigilantiſsimo tum* νήδυμος ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε, νήγρετος, ἥδιστος, θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς? *quo ſic opprimeretur, ut, cùm diu iam dormiſſet, in littore cum omnibus ſuis muneribus à Phæacibus exponeretur, & illic dormiens adhuc relinqueretur: hoc & ſimilia ignoſcenda illi putat Ariſt. cum uirtutum ſplendore obruantur. eius uerba ſunt hæc:* ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν Ὀδυσσείᾳ ἄλογα, τὰ περὶ τὴν ἔκθεσιν, ὡς οὐκ ἂν ἦν ἀνεκτὰ δῆλον ἂν γένοιτο, εἰ αὐτὰ φαῦλος ποιητὴς ποιήσειε. νῦν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς ὁ ποιητὴς ἀφανίζει ἡδύνων τὸ ἄτοπον. *Tantum ſibi applaudit in hoc loco Iaſon, ut quaſi putem aliquid eſſe dandũ illius* [illegible]. *Verùm eius mihi animus ita eſt infenſus, ut nullo beneficio meo, gratiam ſit habiturus. Quare, uti hactenus fecimus, ita poſthac perficiam, ut ipſum iudicij ſui magnopere pœniteat. Ordo eſt, inquit, & ſeries. Quem Chœrilũ bis, aut ter bonũ cum riſu miror, & ego idem indignor, quandocunque Hom. dormitat. ut illud quandoq; bonus dormitat Homerus non ad excuſationem ineptorũ poëtarũ, ut Chœrili, ſed ad indignationẽ referatur, cũ & addit nõ, ut iſti uolunt, ſimul eundẽ Chœrilũ, & irridet, & grauiter fert. Cur enim de Chœrilo indignaretur? Sed legas, obſecro te, Lector longã eius diſputationẽ, à me uerò diſce indignor hîc ad Homerũ nihil attinere, & quã facilè, & quã congruè cũ Chœrilo cohæreat. Sunt ea repetenda uerba, quibus ſuperiùs uſus eſt Hor. & uidebimus quã ſint indignationi cõtraria, ſi uerbi huius naturã conſideremus, quod nunquã eſt alienũ ab ira, ſignificat enim aut indignũ aliquid iudicare, ut ferendum non ſit, ut apud Ciceronem de Inuentione. Dicere ea, quæ indignãtur aduerſarij, tibi quoq; indigna uideri, rurſus indignamur, id eſt, animo irato ferimus, & quaſi iraſcimur, cum aliquid nobis pati uidemur indignũ aut moribus, aut meritis noſtris, ut Ser. Sulpitius uſus eſt ad Ciceronem. Heu nos homunculi indignamur ſi quis noſtrũ interijt, aut occiſus eſt. itaq; neminẽ dixerim alterius cauſa indignari, niſi omnia illi proſperè ſuccederet, ſed piè potiùs dolere. Quicunq; igitur Homeri peccatũ non libenti animo uideat, cuiuſdam beneuolentiæ ſignũ eſt. & miſericordiæ alienũ ab omni genere indignationis. illius enim uicẽ dolet, & nollet in tanto Poëta, cui uehementer fauet, ullam maculam uideri, quæ tamen ſi obrepſerit, æquo animo eam fert, ignoſcit, nõ offenditur opere in longo. Quare ſuperius.*

„ Sunt delicta tamen, quibus ignouiſſe uelimus.

Ignoſcere peccato, & indignari ualde pugnant inter ſe, quando, ut diximus, alterius cauſa ſi peccat imprudens, nõ indignamur. Sed piè potius dolemus. Deinde poëta dicit. Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis offendar maculis, ſi non offenditur paucis maculis Horatius, quonam pacto uis eundem eadem cauſa ſimul indignari Homero? ut tu Latini ſermonis ignarus loqueris? quis enim latinè locutus indignor de te, uel tibi dixit? an falſus ille locus pro Qu. R. te decepit? Sed, quoniam idem tibi uidetur indignor ualere, quod iraſcor, eundem credis eſſe utriuſq; uſum. at qui non offenditur, non iraſcitur, non indignatur, nihil enim conuenit inter hæc uerba, non enim eſt indignatio ſine animi ulla offenſione. at Horat. negat ſe offendi & ignoſcit. tu autem indignari etiam & iraſci eundem ſimul uis: quam rectè, iam tute potes iudicare, ne dicas igitur ſubiraſci, & ſuccenſere ſolemus, ut dicis, niſi quando offendimur, & commouemur. at Horat. non commouetur, nec iraſcitur igitur, ſed ignoſcit, quid igitur latras? ſunt hæc tua uerba ſubiraſci, & ſuccenſere ſolemus ijs, qui aliquid committunt aliquando ſe indignum, quibus indignari interpretaris, ſi rectè, contra te interpretaris, ſi perperam, imperitè facis. At uideamus iam, an ex proſperitate Chœrili, cum boni aliquid ei ſuccedit, iure indignemur, ſi Chœrilus tam malus erat Poëta, quàm bonus Homerus, cõtrario modo in eum iure affectus erat Horatius. Quò circa, ut ignoſcit huic, ſi quid fortè peccarit, ita Chœrilo iraſcitur, ſi quid fortè benedixerit, habet hoc boni uiri natura, ut non minùs bonis malorum ſucceſsibus, quàm malis bonorum doleat, quicquid enim indignè euenit, eſt iniuſtum, hæc autem ex ſecundo libro Rhet. Ariſtot. deprompta ſunt, cuius hæc ſunt uerba. Δεῖ γὰρ ἐπὶ μὲν τοῖς ἀναξίως πράττουσι κακῶς συνάχθεσθαι, καὶ ἐλεεῖν, τοῖς δ' εὖ νεμεσᾶν, ἄδικον γὰρ τὸ παρὰ τὴν ἀξίαν γιγνόμενον. *ut igitur ignoſcit Horatius Homero, & miſereſcit quodam pacto ſi quid ab eo ſit offenſum, quod indignè accidit, ſic offenditur, et moleſtè fert, ſi quid indignè Chœrilo boni accidit iure igitur coniunguntur hæc duo admiratio & indignatio. Admiratur enim quod præter naturã Chœrilus ſit unquã bonus, & indignatur, quòd indignus erat ea laude, quæcunq; ea foret. Eſt igitur utriuſque affectus ſua cauſa, ſolet etiã euenire, ut in prima editione diximus, ut ſi caſu ineptũ hominem et ſtultũ aliquid graui poëta dignũ pronunciare audiamus, nouitas in admirationem quandam cum aliqua indignatione nobis afferat, quod is tam pauca rectè meditetur, nec ab illo ſtudio poſſit abſtinere. Hic uerò Iaſon interpretatione ſua, qua plurimum ualet, me coarguit, quòd malè Ciceronis locum expoſuerim. nam parum aduertit, inquit, Scæuolæ riſum non ex indignatione neque eiuſdem indignationem ex riſu proficiſci, ſed alia ex alia cauſa. huic reſpondeo me nunquam ex riſu indignationem dixiſſe proficiſci, ſed contra ex indignatione riſum, qui tamen ſit plenus amaritudinis, et Ciceronis locus mecum facit. nec non à me eſt expoſitus pulcherrimè, ſed uideamus aliam ex alia cauſam (ſic enim barbarus hîc loquitur) irridebat, inquit, cur ille ſapientiſsimus eorũ oratorum Hypſei ſcilicet. & octauij ſtultitiã, & grauiter ferebat, quod reo noceri uideret ab ipſius patronis. Vix audeo contra hæc diſputare, ne dicas me contendere contra Strebæum, à quo mutuatus es hanc interpretationem, ne omnia noua dicere uidearis. Ego uerò tametſi Strebæum uirum planè doctum ſemper colui, meam tamen cauſam non deſeram. Sed uelim mihi expoſuiſſes hanc illorũ ſtultitiã, quæ me hercule idem ualebat in Scæuola, quod in me tua. nã facere nõ poſſum quin ſtomacher, & rideã, cũ hæc lego, at dicas, ſi placet, in quo erant ſtulti oratores illi? non'ne quia uterque magna contentione petebat, quod adeptus cauſam perdidiſſet? ſtomachabatur igitur Scæuola ob hanc ſtultitiam, & ob eandem ridebat. Quid autem aliud ibi Craſſus ſtudebat oſtendere, quàm inſcitiã. I. C. Hypſei, & Octauij? Credis'ne eum pietatem Scæuolæ ex his uerbis intelligi uoluiſſe? nihil minus. Verùm quod naturæ conſentaneum eſt, ex ſtomacho, & riſu grauiſsimi, doctiſsimiq; uiri curauit exprimere ſtultitiam, & Iu. inſcitiam illorum oratorum. ut enim aliqua doctrina eruditiſsimus eſt quiſque, ita moleſtiſsimè fert, & maximè ridet quos temerè, & imperitè uidet in ſuo ſtudio uerſari. Vnde fuiſſe dices ut olim ſtultum putaretur corãm Roſcio geſtum agere? quia is non irridebat ſolum, qui non uenuſtè ageret, ſed ita offendebatur, ut hiſtrionem baculo necârit. Sæpè fit ut ex huiuſmodi indignatione, quæ ex audacia imperitorum naſcitur, amarus quidam riſus erumpat, quid autem triſtitiam*

mihi

mihi narras? quaſi tu ſolus quæ de iocis M. Tull. & deinde Madius ſcripſerint, perlegeris, quis neſcit riſum diſſoluere triſtitiam, & ob eam rem à comicis & oratoribus quæſitum? nam & admiratio tua uel Madij potiùs hoc habet, ſed ea quoque ex re turpi ciet riſum, qui tamen lætus eſt, ex indignatione uerò amarus, cuiuſmodi erat Horatij. An tibi, qui omnia legiſti, non uenit in mentem ille riſus Annibalis? cum ridens fletum Carthaginenſium, & reprehenſus ab Aſdrubale. Hado dixit, ſi quemadmodũ oris habitus cernitur oculis, ſic & animus intus cerni poſſet, facilè nobis appareret, non læti ſed propè amentis mali cordis ſunt, quem increpatis riſum eſſe, num illos riſus dolore carebat? ex ſtultitia certè intempeſtiui luctus prorupit, num igitur illo delectabatur? nihil minus. nam et ipſe Annibal interpretatus eſt. Vtinam uerò tu ante me interpretationes tuas edidiſſes, ut cognoſci poſſet, quàm longè ab intelligentia tua eſſet hoc opuſculum. [illegible], obſecro, ex cuius ſermonibus didiciſti locum Ariſtot. quo doces qua in re dormitauerit Homerus? quæ nam peruerſitas iſta eſt, ut ſis tam cupidus me carpendo, nec tamen à meis inuentis uelis abſtinere? non'ne te pudet profiteri te nouas editurum interpretationes, & in eas tamen à me furatus tam multa contuliſſe? quem, cum hæc uideat, æquo animo tuam malignitatem ferre putas. Abſto] Rarum eſt omninò uerbum. Iudicis argutum] Illud eſt poëma ſummum, & omni laude cumulatum, quod quo ſæpius legitur, eò delectat magis, nihil eſt autẽ tam rude, neq; tam negligenter ſcriptum, quod ſemel legi non poſſit. Sed abijcitur poſtea, & contemnitur. & ideo amat obſcurum. nam, ſi acutiùs cernatur, eius uitia deprehenduntur. Quare tibi perſpectum ſit, ô maior Iuuenum, in poëmate [illegible]diocritatem, non ut cæteris in rebus tolerari. O' maior iuuenũ] Non rectè Grammatici docent comparatiuum quandoq; Genitiuũ regere loco Ablatiui, ut manuum fortior eſt dextra. Aiacum fortior eſt Telamonius. Sic enim fieret, ut dextra, & Aiax Telamonius ſuperarent ſe ipſos. quod pugnat cum natura. Cum enim manuum dico, utranq; dico, & ſi dextra ſit fortior utraque, ſe ipſa fortior ſit, neceſſe eſt. Quod natura non patitur. ut illud in officio. 1. ſed omnium ſocietatum nulla præſtantior eſt, nulla firmior, quam cum uiri boni morib. ſimiles ſunt familiaritate cõiuncti. Partitiuè igitur ita loquimur, ut ex manibus, & ex Aiacibus & ex iuuenibus maiorem alterum altero intelligamus. Vnde Plat. ridiculum eſſe dixit, qui quam ſeipſo meliorem, uel deteriorem eſſe dicere.

Sed tamen in precio eſt] Reprehendit Iaſonis audacia M. Tullius iudicium, qui in oratore ſuo locum eſſe poëtis etiam infrà ſecundos ait. nam, inquit Iaſon, ſi experientia maximum eſt argumentum & poſteritatis iudicium, non rectè ſentit. Quod tamen ſine arrogantia dictum optat, quanquam ita præfari illi nihil eſt neceſſe, cum nullus iam ſit tam clarus ſcriptor, nullus tam nobilis, quem ſuis hic notis non compunxerit. Sed uideamus hoc argumentum experiẽtiæ, & perpendamus iudicium poſteritatis. Ex Horatij ſententia inquit ſolus Homerus ex Heroicis, ſolus ex tragicis Sophocles, & Euripides, uterq; alius de alia cauſa in hoc ſcribendi genere ſummus, & princeps, ſolus ex Lyricis Pindarus uſque ad hoc tempus peruenêre, cuius quidem rei hãc putat eſſe rationem, quam nemo ambigat, quia ſcilicet paſſim ſemper apud omnes hi præ manibus habebantur, cæteri autem negligebantur. Delectant me res ipſæ quidem, ſed multò magis oratio: ſemper enim aliquid inuſitatum, & nouũ occurrit, ut illud uterq; alius de alia cauſa ſummus. Sed mittamus hæc. Leuis eſt enim contentio uerborum, res conſiderandæ ſunt diligentiùs, hanc putat eſſe rationem, cur multi poëtæ interierint, quod neglecti ſint, ſed huic excidit Aeſchylus. Verùm an hoc in illis ſolis eueniſſe fatebimur? nam cur Eupolis, & Cratinus, & tot præclari comici poëtæ deſiderantur? de Lyricis uerò dubium non eſt quin decepti ſuo iudicio fuerint antiqui, quippe qui nouem tantopere laudârint, ſed iudicium temporis falli non poteſt, neglecti igitur illi perierunt, nec à temporis iudicio diſcrepat Horat. niſi quod Alcæum ſibi præcipuè propoſuit ad imitandum, & Anacreonta & Sapphon, et alios magna cum laude commemorat, qui cum permultis alijs cuiuſuis generis eruditiſſimo illo ſæculo præ manibus apud omnes habebantur, nunc ſimul omnes deſiderantur, quoniam, ut tuũ cum temporis iudicio ſtatuit, neglecti fuerunt.

at uis apertiſſimè uidere, quàm longè abſis ab eo iudicio, quod tibi arrogas? ne uigeſima quidem pars eorum, quæ à Pindaro ſcripta ſunt, hodie leguntur, cum tamen à ſcriptoribus librarijs & impreſſoribus reſcriberentur, ut [illegible] uerbo utar, & imprim[illegible]tur, cum tam multis ſæculis poſt imprimendi libros excogitata ſit ratio, & ex his lucrum quæreretur. Et te non pudeat, in tanto tuo iudicio, qui audeas iſta tua trutina examinare omnium ſcripta, & pro temeritate tua, iudicare, te inquã non pudeat, quæ temporũ acerbitate, quæ barbarorum immanitate nobis ſunt ablata iudicio neglecta eſſe, & deſerta confirmare? Ergo tam multa non modò aliorũ philoſophorum, ſed ipſius Ariſtotelis ſunt amiſſa iudicio ſociorum & mercatorum? ubi tot Comœdiæ priſcæ, ſcriptores tam nobiles, & ab omnibus celebrati? ubi Mediæ? ubi denique nouæ? neglectus'ne Menander, aut Epicharmus? quid Phyliſtum Syracuſium, quid Theopompum. quid Ephorum, Calliſthenem, Timæum diuinos hiſtoricos extinxit? quod ab eorum lectione hominum abhorrerent animi? Sed ex Epicis Græcis, quid Argonautica ſeruauit Apollonij, ſi tot Lyrici, tot Comici, tot Tragici, tot Hiſtorici, tot Philoſophi nequaquam ſeruari potuerunt? Sed ueniamus ad Latinos, an tot Tragici ſunt amiſſi, ut unus ſeruaretur Seneca? tot alij poëtæ, ut legarentur. Martiales, Statij, Syllij, Iuuenales, & id genus alij poëtæ? Satietate nimirum & faſtidio legentium tot Liuij Decades ſunt oppreſſæ. ſed iam te mihi uideor eſſe uerboſior. Quare ad M. Tull. redeo, qui cum perfectum Oratorem informaturus eſſet, et uereretur, ne difficultate rei deterreret animos iuuentutis, exemplo Poëtarum, atq; Pictorum oſtendit etiam illis, qui ſummam laudem, & primum Gradus obtinere non poſſent, honeſtum fore locum, ſi in ſecundis, te[illegible]ijſq; conſiſterent. Horatij uerò ratio diuerſa fuit, uidebat enim audaciam multorum, et negligentiã, quare, ut illam reprimeret, & excitaret curam, & diligentiam, ita monendus fuit Piſo, ut alij quoq; monerentur, niſi ſummi & perfecti eſſent, in nullo eos precio futuros, accommodauit igitur uterq; magna cum prudentia ſuam ſententiam ad id, quod res ipſa, & ratio poſtulabat. Quod autem Horat. à Cic. non diſſentiat declarat ipſe in quarto Carm. Ode 9. ubi affirmat ſua ſcripta, tametſi cum antiquis Lyricis conferendæ non ſint, nunquam tamen interitura, nec ab Homero deterritos alios permultos fuiſſe, ubi non Pindarum ſolum nominat, ſed Alcæum & alios, quos inepto iſto iudicio uis neglectos. lege locum, ut tuam arrogantiam cognoſcas. Tu uerò multò melius exiſtimationi tuæ conſules. ſi parcius, timidiuſq;, cum de ſummis ſcriptoribus agetur, tuum inane iudicium interpones.

Mediocribus eſſe poëtis] Poëtas mediocres, non homines, non dî, ac ne columnæ quidem ipſæ ferre poſſunt. Non homines, qui fabulas ſpectant. non di, in quorum feſtis agebantur. non columnæ, id eſt, theatra, in quibus erant apparatus, id eſt, ſcenæ. Vt gratas inter menſas] Non ſine cauſa gratas dixit: cũ enim deeſt aliquid, foris aſcita uoluptate, cõpenſare uolunt menſæ uitium. Verũ cum ſine ulla uoluptate menſa ſit grata, carere poſſet his omnibus, etiã ſi eſſent optima. quid? cùm ſint peſſima? Quò igitur menſa eſt iucundior, eò iucundiora ſint ea, quæ ad augendam iucunditatem adhibentur. Et craſſum unguentum] Quod caput ſibi ungerent antiqui in cœnis, uel Horatio teſte multis in locis patet. Craſſum uerò dicitur unguentum odore obtuſo, neq; ſatis acuto. Plin. lib. 13. cap. 1. Vnguentum hoc craſsiſſimum. Et paulò pòſt: Omnia autẽ acutiora fiunt coſto, amomo, quæ maximè nares feriunt. Craſsiora myrrha, ſuauioraq;. Sardo cum melle papauer] Plin. libro 19. cap. 8. circa finem, papaueris ſatiui tria genera eſſe dicit: Candidum, cuius ſemen toſtum in ſecunda menſa cum melle apud antiquos edebatur. Sardum autem mel, & Corſicum propter amaras herbas deterrimum eſt. Virg. Eglog. 7.

» Immo ego Sardois uidear tibi amarior herbis.

Trium hîc ſenſuum uoluptatẽ attigit: aurium, narium, palati. Poterat duci quia cœna ſine iſtis] Copioſa menſa facit, ut in longius tempus cœna ducatur. unde in Epiſt. breuem cœnam dixit, & hoc etiam in libello menſam breuem. Ergo cœnam intelligit, & copioſam, & ſuauem. Sic animis natum inuentumq; poëma iuuandis] Duas eſſe naturales cauſas ſcribit Ariſtot. ex quibus orta ſit poëſis. prima eſt, quod inſitum eſt homini, ut etiam à puero imitetur aliquid

aliquid, & in hoc ab alijs animalibus differt quod aptiſsimus omnium ſit ad imitandum, atq; hinc diſcere incipiat, tùm quod nemo ſit, quin imitatione delectetur. quod igitur homo delectetur imitandis rebus, & ad eam rem natura ſit aptiſsimus, poëſi, quæ tota eſt ex imitatione, & plena uoluptatis, ſeſe maximè oblectauit. uoluptas igitur naturalis ad illud opus homines excitauit, quod natura tantùm oblectare poſſet. Quare niſi id efficiat quàm optimè, prorſus contemnitur. Cauſa uerò eſt, quod ea uoluptate commodiſsimè carere poſſumus. unde Agathon ut Plut. ait περὶ φιλοπλουτίας, ex Sympoſio tibias ad mulieres reijcit ſatis eſſe ducens ſermones doctos, qui hic à præſentibus habebantur: neq; uerò poëtæ in ea re tantum laborarent, niſi ſe uoluptatē ſuis fabulis allaturos populo ſperarent. Quinimò omnes fructus laborum ſuorum in hoc poſitos eſſe putant, ſi legentes, aut ſpectantes quàm maximè afficiant. non ergo ſuæ tantum uoluptati ſeruiunt poëtæ, ſed ex aliena illi pendent. Quis neget igitur poëma eſſe natum & inuentum, ad animos iuuandos? an à principio credendum eſt aliud quæſitum eſſe ab illis rudibus, & incultis inuentoribus huius ſtudij, quàm ut riſum mouerent? Conſecuta eſt: deinde utilitas: cùm enim iam grauiores uiri, & doctiores incumberent in ea ſtudia, dignitatis illi ſuæ ſtatuerunt eſſe, cum leuitate uoluptatis admiſcere grauitatem ſententiarum, & optimam inſtitutionem uitæ. Is igitur bonus eſt poëta, qui præſtat utrunque munus. Hic uerò de priore loquitur, & ad ortum huius facultatis reſpicit, de utilitate cuius, quæ ex arte profecta eſt, mox dicetur. miror quid ſit quod Luiſinus uir doctiſsimus de utraq; uirtute hic intelligat poëtam locutum eſſe, cum ſeparatim de ortu poëmatis loquatur, & paulò pôſt de utilitate ſit locuturus. Danda igitur eſt opera, ut quod ſolius uoluptatis cauſa iam comparatum ſit, eam afferat quàm maximam. Sin minus: excludetur. Quicquid eſt enim, quo nullo noſtro incommodo carere poſſumus, id magnitudine uoluptatis nos capiat neceſſe eſt.

Ludere qui neſcit] *Hic error opinionis latiſsimè patet, & eſt in omnibus poëtis, ut ſuis ſcriptis nimium delectentur. quod Ariſtot. in nono Ethicorum, cap. 7. declarat* μάλιστα δ' ἴσως τοῦτο περὶ τοὺς ποιητὰς συμβαίνει· ὑπεραγαπῶσι γὰρ οὗτοι τὰ οἰκεῖα ποιήματα, στέργοντες ὥσπερ τέκνα. *& M. Tul. in quint. Tuſc. Poëtam etiam tragicum, quàm bonum, nihil ad rem: in hoc enim genere neſcio quo pacto magis, quàm in alijs ſuum cuique pulchrū eſt. Adhuc neminem cognoui poëtam, qui ſibi non optimus uideretur. hinc eſt, quod multi laborant in hoc genere ſufferri, nec ſuam norunt dementiam. nam ſi iuſti iudices rerum ſuarum eſſent, abſtinerent ipſi quoque ab eo opere, quod facere ſe neſcire cognoſcerent, ut qui campeſtribus abſtinet armis, quia neſciat ludere. in quo ſtudio Lollium laudat Hor. in Epiſt. ſic. Scis quo clamore coronæ Prælia ſuſtineas campeſtria.* Indoctusq; pilæ] *Herodotus in Clio pilam tradit à Lydis inuentam eſſe, & alia permulta. Cùm enim fame uniuerſa Lydia premeretur, precibus à Dis fruſtrà remedium petiuit. unde alius aliud excogitabat, quo alternis diebus ludentes, & quærentes cibum tempus traducerent. Tityum pila ſtudioſè delectatum ſcribit M. Tul. in ſecundo, & tertio de Oratore.* Diſciq;] *Sphæricam habuiſſe formam plures tradunt. Quare Solem ipſum, fuêre, qui diſcum appellarent. Erat autem lapideus, aut ferreus, aut æreus: perforatus etiam, ut loro tranſmiſſo iactari poſſet. appellatur ab Homero ſolos. Diſcus uerò per pleonaſmum à* δίκω *dicitur, quod iacto ſignificat. Lucianus uerò in Anacharſide, uel* περὶ γυμνασίων *eius formam uidetur effingere, his uerbis.* εἶδες δὲ καὶ ἄλλον τινὰ ἐν τῷ γυμνασίῳ χαλκοῦν περιφερῆ, ἀσπίδι μικρᾷ ἐοικότα, ὄχανον οὐκ ἔχοντα, ἢ τελαμῶνας, καὶ ἐπειράθης γε αὐτοῦ κειμένου ἐν τῷ μέσῳ. καὶ ἐδόκει σοι βαρὺ, καὶ δύσληπτον ὑπὸ λειότητος. ἐκεῖνον τοίνυν ἄνω τε ἀναρριπτοῦσιν ἐς τὸν ἀέρα, καὶ ἐς τὸ πόρρω φιλοτιμούμενοι ὅστις ἐπὶ μήκιστον ἐξίκοιτο, καὶ τοὺς ἄλλους ὑπερβάλλοιτο. καὶ ὁ πόνος οὗτος ὤμους τε αὐτῶν κρατύνει, καὶ τόνον τοῖς ἄκροις ἐντίθησι. *cum* περιφερῆ, *& parmæ ſimile abſq; loris, cumq;* δύσληπτον *fuiſſe dicat, quod non facilè capi, aut teneri poſſet, plana ſua ipſe forma & rotunda ſine loro uidetur oſtendere.* Trochiue] *Ligneus eſt trochus ad ludum puerilem excogitatus. dicitur autem à* τρέχω. *unde pro rota ſolet accipi, ut non abſurdum eſſe putem partem pro toto, id eſt, rotam pro curru intelligere. neque enim mihi uiriſimile uidetur poëtam ex ludo puerili hoc ſimile uoluiſſe ducere, ad poëtarum ineptias exprimendas: Sed ex eo ludo, in quo pulchrum ſit uiris excellere. niſi dicas à minori grauius uoluiſſe uitium arguere. quòd ſi pueri caueant, nequid faciant ineptè, multò magis ea cura uiros debet mouere. quod quidem non diſplicet. de Trochô illud etiam ſcito fuiſſe ligneum inſtrumentum ad cruciandos ſeruos inuentum, de quo Suidas.* τροχὸς ξύλινόν τι ὄν, ᾧ δεσμούμενοι οἱ ὁπλῖται ἐκολάζοντο. *apud Xenoph. quoq; in Symp. eſt paruum quoddam inſtrumentum forma fortaſſe plana iactabatur in altè, & torquebatur in orbem. ſic enim ſcribit. qui autem aſtiterat ſaltatrici tradidit trochos numero duodecim. quos ſaltans illa iactabat in aërem, in orbemq; torquebat ita dimenſis ſpatijs, ut ſeruato numero ſingulos exciperet. Sed Græcè melius.* παραστὰς δέ τις τῇ ὀρχηστρίδι ἀνεδίδου τοὺς τροχοὺς μέχρι δώδεκα. ἡ δὲ λαμβάνουσα ἅμα τε ὠρχεῖτο καὶ ἀνερρίπτει δινουμένους συντεκμαιρομένη ὅσον ἔδει ῥιπτεῖν ὕψος ὡς ἐν ῥυθμῷ δέχεσθαι αὐτούς. Impunè coronæ] *Vel paſsim, uel iure: ut qui rideant, pœna digni non uideantur.* Qui neſcit] *Id eſt, qui caret arte. nam de hac diſputatur. reprehendit hoc etiam in Epiſt. ad Auguſtum.*

„ *Nauem agere ignarus nauis timet; abrotanum ægro*
„ *Non audet, niſi qui didicit dare, quod medicorum eſt.*
„ *Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.*
„ *Scribimus indocti, doctiq; poëmata paſsim.*

Quid ni liber, & ingenuus?] *Quaſi uerò uel ipſi reges ſine ſtudio, & labore docti fiant.* Vitioq; remotus ab omni] *Quid tū? neq; nobilitas, neque opes, neq; morum probitas, neq; eſt omninò quicquam, quod adiuuet poëtam præter ſtudium & laborem, & propterea confutat hæc omnia dicendo.* Tu nihil inuita dices, facies'ue minerua] *Quamuis hic locus maximè conſentire uideatur illi ſententiæ, quam Cicero in Officiorum 1. his uerbis protulit: Sic enim eſt faciendum, ut contra naturam uniuerſam nihil contendamus. Et tamen conſeruata propriam naturam ſequamur, ut etiam ſi ſint alia grauiora, atque meliora: tamen nos ſtudia noſtra naturæ regula metiamur. Neq; enim naturæ attinet repugnare, nec quicquam ſequi, quod aſſequi nequeas. Ex quo magis emergit, quale ſit decorum illud. Idcò quia nihil decet inuita (ut aiunt) Minerua, id eſt, aduerſante, & repugnante natura. Quamuis ab his uerbis Horat. uerba diſcrepare nihil uideantur, ſi tamen quid ſibi propoſuerit Horat. ſi quid hac uelit diſputatione conficere, conſideremus. Mineruam hîc non interpretabimur naturam, ſed artem, & induſtriam. nihil enim de ui naturæ, nihil de ingenio nunc agitur, niſi quod ipſum per ſe parum ualet, & indiget artis auxilio, ſine qua poëta bonus eſſe nemo poteſt. Quare Minerua hîc pro induſtria, & arte poſita. ut demonſtret nihil referre quàm ſit liber, quàm nobilis, quàm diues, quàm honeſtus: ſed quàm ſtudioſus, quàm doctus, quàm diligens. ac ne cui uideatur hoc eſſe durum, Ea Dea eſt inuentrix artium, & mater induſtriæ. quod etiam Plut. oſtendit, ubi in eo opuſculo, quod à forma ſcripſit, ſic ait uerbis cuiuſdam ueteris poëtæ.* βᾶτ' εἰς ὁδὸν δὴ πᾶς ὁ χειρῶναξ λεώς, οἳ τὴν Διὸς γοργῶπιν ἐργάνην στατοῖσι λικνίτοισι προστρέπεσθε. *atque ſtatim ſuam interpretationem ſubiecit.* τὴν γὰρ ἐργάνην, καὶ τὴν ἀθηνᾶν αἱ τέχναι θεραπεύουσιν, οὐ τὴν τύχην ἔχουσιν. *Quare legimus apud Pind. 7. Ode Olymp. cum naſcituram eam præſenſiſſet Appollo, præmonuiſſe Rhodios, ut ipſi primi omnium ſacra facerent illi Deæ. quòd apud eos habitatura eſſet, qui eam primi cultu ſacro coluiſſent. cùm uerò illi diligenter id facere conarentur, tamen igne non adhibito, ritè ſacrum non fecerunt. quocirca Minerua noluit apud illos habitare, ſed tamen, ut eorum pietati gratiam referret, tribuit illi populo omnium artium induſtriam, ut his uerbis Pindarus oſtendit:* αὐτὰ δέ σφισιν ὤπασε τέχναν πᾶσαν ἐπιχθονίων γλαυκῶπις ἀριστοπόνοις χερσὶ κρατεῖν. *Sed non arbitror eſſe neceſſarium multis confirmare numen illud induſtriæ præeſſe: notum enim omnibus. Cùm autem ingenium debile ſit, quod non adiuuetur arte, & alatur induſtria, conatur Horat. ad ſtudia, & labores poëtas Romanos excitare. Quamuis Iaſon conetur occaſionem omnem aucupari me coarguendi, nihilominus libenter, quæ nec ille ipſe uidiſſet unquam*

quam, nec ex ſermonibus cuiuſq; accepit, à me ſumit. quod equi- dem ferrè æquo animo, niſi pro ſuis uteretur. ut hic fecit, utq; le- gentibus conſtare poteſt. à me inquam didicit Mineruam hoc in loco pro arte, & induſtria eſſe poſitam. ut noua eſſet eius interpre- tatio, quod ueteres interpretes negligens ſequitur Mediusfidius ple- rumque nouos. Id tibi iudicium eſt] Ne Piſonem ſegnitiæ ui- deatur accuſare, dicit illum ita ſentire, & habere eandem opinio- nem. Ex quo uult ſignificare eum non negligenter colere poëſim. Sed tamen illam quoque ad ſuum ſtudium curam eſſe adiungen- dam monet, ut nolit de ſuis ſcriptis ſuo potius iudicio ſtare ſuoque ſtudio confidere quàm aliorum doctorum, & amicorum hominum. Vix enim dici poteſt, quàm facilè ſibi quiſque aduletur. quàmque ſuo faueat ingenio. Quare nihil tam ſuſpectum nobis eſſe debet, quàm noſtrum ipſorum de nobis iudicium. Conſulendæ ſunt igi- tur peritiores aures, & præſertim fidelium amicorum. Nemo enim tanta ui pollet ingenij, nec artem ita didicit, nec exercitatione tan- tùm laborauit, qui aut aliquid de intentione remittens, aut iam de- fatigatus, aut quia denique ſit homo, non labatur aliquando.

Nonumque prematur in annum, membranis intus poſitis] De hoc numero multa, & ea quidem doctè Cæl. Rodig. diſputauit, oſtendens eum ab antiquis pro quolibet numero poni ſolitum. atq; cum multis alijs hunc quoque locum teſtatus eſt, ita eſſe. in quo quidem Homerum poëtæ, Latini, ut in multis alijs, uidentur imita- ri. quòd is maximè nouenario numero uti conſueuit. Hinc Tima- uus per ora nouem, it mare proruptum, cùm quot eſſent fluminis il- lius ora inter ſcriptores parum conſtet. Et nouies ſtix interfuſa coërcet. Siquid igitur ſcripſerimus id erit diu comprimendum. ut ad illud ſæpe, ut noui redeamus, & tanquam opus alienum inſpi- ciamus, & acriore lima coërceamus. Vox enim ſemel emiſſa neſcit reuerti. Quare ſic librum ſuum, ne uelit exire, monuit in Epiſt.

» Non erit emiſſo reditus tibi.

Et alibi.

» Semel emiſſum uolat irreuocabile uerbum.

Syluestres homines] Hactenus de ratione delectandi: nunc de u- tilitate. quod qui non uideat quo modo cum ſuperioribus hæc hæ- reant, nunquam uidebit. Sed eſt ea pars officij, quæ pertinet ad utilitatem. quæ uoluptatem ipſam iure conſecuta eſt. Priùs enim à poëtis rationem uoluptatis habitam fuiſſe nuper oſtendimus, quàm utilitatis. Et ideo dictum eſt.

» Natum eſſe animis inuentumq; poëma iuuandis.

Sed poſtea tulit eloquium inſolitum facundia præceps.

» Vtiliumq; ſagax rerum, & diuina futuri.

» Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis.

Vtilitatis autem afferendæ rationem præceptis non docet, ſed e- xemplis eſſe quàm maximam oſtendit: Hæc enim facultas ſylue- ſtres homines, & feros deduxit ad ciuilem cultum. ut in illo pul- cherrimo car. de Orpheo Virg. 69. Sed quoniam in ea oratione, quæ de poëtis à me ſcripta eſt, de his ſatis copioſè diſputaui, nihil hic longum faciendum puto, cum præſertim non hic oratoris mu- nus, ſed interpretis ſuſceperim. Orpheum Oeagri filium fuiſſe nonnulli uolunt: Aſclepiades uerò ex Apolline, & Calliope Hyme- næum, Ialemum, & Orphea natos ſcripſit. Qui quidem error ex eo natus eſt, quòd poëtæ, ut reges per Iouem regnare putant, quòd illius eſt proprium regnare, & eſt rex hominumq; Deumq;: ſic mu- ſicos per Apollinem cantare. Quare Pindarus in Pythijs ἐξ ἀπόλλωνος φορμιγκτὰς ἀοιδᾶν πατὴρ ἔμολεν εὐαίνητος ὀρ- φεύς: hoc eſt, ut uult Ammonius muſicus Apollinis: Pherecydes ex Apolline, & Polymnia. Herodotus uerò ex Oeagro & Poly- mnia uult eſſe natum. Aſciuerunt autem ſibi eum ſocium Argo- nautæ iuſſu Chironis propter Sirenas: quas illi ſine Orpheo non potuiſſent effugere. mirum eſt in hoc tantam excellentiam fuiſſe, cùm nullum habuiſſet, quem imitaretur: ſic enim Plut. de Muſica ὁ δὲ ὀρφεὺς οὐδένα φαίνεται μεμιμημένος: οὐδεὶς γάρ πω γε- γένητο, εἰ μὴ οἱ τῶν αὐλῳδικῶν ποιηταί: τούτοις δὲ κατ' οὐ- θὲν τὸ ὀρφικὸν ἔργον ἔοικεν. illud omittendum non puto, quod in primo de Natura Deorum ſcribit M. Tul. Ariſtotelem negare Orpheum poëtam unquam fuiſſe, & hoc Orphicum carmen Py- thagoricos ferre cuiuſdam Cecropis fuiſſe. Interpresq; Deo- rum] Vates nos appellamus poëtas, ut qui diuini habeantur, & furore ſint afflati, qui μανία dictus eſt à Græcis: Refert enim Plato in Phædro ueteres Græcos μανικὴν nominaſſe, quam iu- niores ἀπειροκάλως ταῦ interiecto, μαντικὴν: Nam quod nos in prophetis ſpiritum uocamus, furorem illi nominabant.

Dictus & Amphion] Eurip. in Phœniſſis [illegible] χαλκόλευκα τ' [illegible] ἀμφίονος ὀργάνοις τείχεος ἁρ- μονίαι. neque tamen Amphion urbem, ſed Cadmus ædificauit. Amphionem uerò cum Zetho fratre illam mœnibus cinxiſſe fe- runt. Sepultus autem erat Amphion Thebis ad portam βορραίαν. Aeſchylus in ἑπτὰ ἐπὶ θήβας. τὸν δὲ πέμπτον ἂν λέγω πέμ- πταισι προστεταγμένον βορραίαις πύλαις τύμβον κατ' αὐτὸν διο- γενοῦς ἀμφίονος. Hic, ut de muſica ex Heraclide Plutarchus ſcri- bit primus inuenit cytharæ cantum, & poëſim: id quod in actis Si- cyonum confirmatur: quæ ex his Plut. uerbis melius cognoſces, & ſimul quibus ortus ſit parentibus. ἡρακλείδης ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ τὴν κιθαρῳδίαν, καὶ τὴν κιθαρῳδικὴν ποίησιν πρῶτόν φησιν ἀμφίονα ἐπινοῆσαι τὸν Διὸς, καὶ ἀντιόπης, τοῦ πατρὸς δηλονότι διδάξαντος αὐτόν, πιστοῦται δὲ τοῦτο ἐκ τῆς ἀναγραφῆς τῆς ἐν σικυῶνι ἀποκειμένης, δι' ἧς τάς τε ἱερείας τὰς ἐν ἄργει, καὶ τοὺς ποιητὰς, καὶ τοὺς μουσικοὺς ὀνο- μάζει. Dictus & Amphion mouere ſaxa, ob hoc, ut de Orpheo di- ctum eſt, quia rudes homines, & expertes rationis, & qui tanquam ſaxa uiderentur carere ſenſu, ducebat tamen ſuauitate cantus & ſapientia quò uolebat. Fuit hæc ſap.] Hæ primum ex poëtis e- rant utilitates, hi capiebantur fructus.

Poſt hos Inſignis Hom.] Quibus rebus occupati eſſent ante Ho- merum Poëtæ, declaratum eſt: qui autem ante hunc monſtrârit quo uerſu regum & ducum geſta ſcribi poſſint, nullum omninò fu- iſſe demonſtratum eſt ſuprà. Ariſtoteles uerò ubi ſic inquit: τῶν μὲν οὖν πρὸ ὁμήρου οὐδενὸς ἔχομεν εἰπεῖν τοιοῦτον ποίημα, εἰκὸς δὲ εἶναι πολλούς. ἀπὸ δὲ ὁμήρου ἀρξαμένοις ἔστιν, οἷον ἐκεί- νου ὁ μαργίτης καὶ τὰ τοιαῦτα, non de ſolo ridiculo poëmate, ſed etiam de heroico intellexiſſe puto, quod tanquam conceſſum no- luit exprimere: quanquam etiam Margites in genere demonſtrati- uo uerſabatur, ut Ilias, & Odyſſea: ſed humiliores perſonas imita- batur, ut Comœdiæ ſpeciem oſtenderet, ut illa Tragœdiæ. Negat igitur Ariſtoteles ante Homerum tale poëma ſcriptum extare, quo cuiuſquam facta celebrarentur, aut reprehenderentur. M. Tullius uerò in Bruto coniecturis ducitur ut credat fuiſſe genus aliquod poëtarum, cùm dicit, Nec dubitari poteſt quin fuerint ante Home- rum poëtæ, quod ex eis carminibus intelligi poteſt, quæ apud illũ, & in Phæacum, & in procorum epulis canuntur. Nam ſi quæ de alijs dicuntur probaſſet, clarioribus argumentis uſus eſſet, & exem- plis id confirmaſſet. Tyrtæusq; mares] Hunc Athenienſem mul- ti fuiſſe dicunt, & ducem Lacedæmonijs, cùm Meſſenios ſuperare non poſſent, eſſe datum. Et hæc eſt uulgaris hiſtoria. Sed in 8. lib. Strabo, Elegorũ ipſius Tyrtæi ductus auctoritate oſtẽdit, hoc fieri non potuiſſe. Quandoquidem ipſe facit ſe Erineatem nam in εὐνομίᾳ quod opus elegis carminibus à ſe ſcriptũ reliquit, hæc ait.

» αὐτὸς γὰρ κρονίων καλλιστεφάνου πόσις ἥρης

» ζεὺς ἡρακλείδαις τήνδε δέδωκε πόλιν.

» οἷσιν ἅμα προλιπόντες ἐρινεὸν ἠνεμόεντα

» εὐρεῖαν πέλοπος νῆσον ἀφικόμεθα.

Non igitur Philochoro, aut Calliſtheni, & alijs compluribus cre- dendum eſt Athenis eum, & Aphidnis aduentaſſe ſcribentibus. Sed undecunque præſtò is fuerit Spartiatibus, elegiarum ſcriptor fuit, & ἐλέγοις fertur incitaſſe Lacedæmonas, &, ut pugnãtes cum Meſ- ſenijs uincerent, effecit. hæc ad uerbum ex Suida. qui præterea tra- dit eundem reip. rationem, & formã elegis ſcripſiſſe, & libros quin- que ᾠδῶν πολεμιστηρίων μελῶν. Quamuis autem Horat. Tyr- tæum coniungat cum Homero, non tamen eum uult Epicum fuiſ- ſe: neq; ſcripſiſſe res geſtas ducum, & triſtia bella. Sed accendiſſe animos ad pugnam. Quint. tamen in 12. cum Hom. ſimilẽ conſtitu- xit. Dictæ per carmina ſortes] Reſponſa, & Oracula: Notum eſt enim Apollinem hexametro ſemper carmine ſolitum reſponde- re. Et uitæ monſtrata uia eſt] Nam Tyrtæus εὐνομίαν ſcripſit: cuius meminit Ariſtot. in 5. Politicorum cap. 7. 276. Theognides uerò

uerò, & Phocylides quid aliud hommes, quàm præcepta uitæ docuerunt? non'ne leges etiam carminibus ſcriptæ ſunt ab antiquis? Nam de Solone Plutarchus ait, multorum opinionem fuiſſe ab eo uerſibus ſcriptas eſſe leges. Quarum principium hoc eſſe tradunt.

» πρῶτα μὲν εὐχώμεσθα Διὶ κρονίδῃ βασιλῆϊ
» θεσμοῖς τοῖς δὲ τύχην ἀγαθὴν καὶ κῦδος ὀπάσαι

Ariſt. uerò [illegible] poſuit in Poëticis ſuis, at non ij ſolùm, quibus propoſitum id unum fuit, ut præcepta uiuendi traderent, ſed alij ferè omnes officia uitæ non minus honeſtate, quàm uoluptate dirigunt. Et gratia regum] Quid magis optauit Alexander Macedo: quàm dari ſibi aliquem Homerum, qui res à ſe geſtas æternitatis memoriæ commendaret: quàm multi reges, & alij principes uiri poëtas apud ſe magno habuerunt in honore? Ludusq; repertus] Ludos eos intelligit fortaſſe, quos in 2. Gerog. Virgil. ubi ſic ait.

» Non aliam ob culpam, Baccho caper omnibus aris
» Ceditur: & ueteres ineunt proſcenia ludi.
» Præmiaq; ingenijs pagos, & compita circum
» Theſidæ poſuêre, atq; inter pocula læti
» Mollibus in pratis unctos ſaliêre per utres.

Vbi Seruius inquit. primi ludi theatrales ex liberalibus nati ſunt. et idem Virg. ibidem inquit.

» Nec non Auſonij Troia gens miſſa coloni
» Verſibus incomptis ludunt, riſuq; ſoluto,
» Oraq; corticibus ſumunt horrenda cauatis:
» Et te Bacche uocant per carmina læta, tibiq;
» Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

Et Ariſt. in Eth. 8. cap. 9. Ariſt. Eth. 8. conſtat enim ſacra, & conuentus olim fieri ſolitos, poſtea quã fruges perceptæ erant. ut primitiæ, quod id maximè temporis ceſſarent. Videtur autem Horatius in Epiſtolis ad Auguſtũ Comœdiæ originem innuere. cũ dicit.

» Agricolæ priſci, fortes, paruoq; beati,
» Condita poſt frumenta, leuantes tempore feſto
» Corpus, & ipſum animum ſpe finis dura ferentem,
» Cum ſocijs operum, & pueris, & coniuge fida
» Tellurem porco, Syluanum lacte piabant
» Floribus, & uino Genium memorem breuis æui.
» Feſcennina per hunc inuenta licentia morem.
» Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit.
» Libertasq; recurrentes accepta per annos
» Luſit amabiliter, donec iam ſæuus apertam
» In rabiem uerti cœpit iocus, & per honeſtas
» Ire domus impunè minax, doluêre cruento
» Dente laceſſiti, fuit intactis quoque cura
» Conditione ſuper communi. quin etiam lex,
» Pœnaq; lata, malo quæ nollet carmine quenquam
» Deſcribi: Vertêre modum formidine fuſtis
» Ad bene dicendum delectandumq; redacti.

Hæc euenîſſe comicis nemo eſt, qui neſciat, nam ea maledicentia nihil ad Tragœdiam. Neq; Baccho hic ſacra, ſed Terræ, & Syluano, & Genio porco, lacte, florib. & uino fiebant, non hirco. Feſcenninam uerò licentiam inuentam per hunc morem dicit, quia, ut ex Virg. uidimus, Latini Græcos imitati ſunt. Vnde Feſcennina licentia, id eſt, quæ ſimilis eſſet licentiæ Feſcenninæ, quæ in Latio iam fuit: nam hic non ponit hiſtoriam Latinam, neq; Feſcennina licentia apud Romanos ita proceſſit, ut lege cohiberetur. nam de Lege cenſoria Petrus Crinitus ſomniaſſe mihi uidetur, cùm id nulla fretus auctoritate dicat, cùm præſertim apud Latinos non deeſſent, qui dentes acuerent in ciues Romanos. At Horat. dicet aliquis & reliqui ueris nominibus parcebant, non tamen ad bene dicendum, delectandumq; redacti. Verum quo tempore lata eſt ea lex? num Laberij? num Martialis? qui tantò poſt Horatium tam multos lacerauit ipſe, & alij permulti? At Horat. communem oſtendit comicorum maledicendi morem: cuiuſmodi fuit apud Græcos. Petrus Crinitus uerò dicit apud noſtros quoſdam illos eſſe imitatos, neque Comicos ſolum, ſed etiam Satyricos, & Mimos. Nam Plautus, & Terentius ab hac licentia ſemper abſtinuêre. Et ante hos Ennius. Sed cur non animaduertamus de communi ratione poëtarum hic Horatium locutum eſſe? Et cur ſi de alicuius generis principio loquatur, non de certo potiùs, & uero principio, quàm de dubio, & quod ante ſe aliud habeat principium, loqui ſuſpicemur? an uerebimur ne hæc omnia prius apud Græcos facta non ſint, cùm poëtas habeamus, cùm hiſtorias legamus, & quidquid hîc ab Horatio ſcribatur, Græcis conſentire prorſus uideamus? Sed illud mihi pergratum foret, ſi Petrus Crinitus, aut quiuis alius mihi declaraſſet Næuium, qui præter alios Latinos mordax numeratur, Feſcennino uſum eſſe uerſu. aut Lucilium, aut quemuis alium poëtam. Quando uel ante Liuium Andronicum incomptam illam, & rudem formam Feſcennini carminis relictam inquit à Romanis hiſtrionibus. Liuius in 7. at maledicentiam imitati ſunt non uerſum. Nunc audio, ſed cur non Ariſtophanis potiùs, & Cratini? ut feciſſe Lucilium retulit Horatius: An paruum eſt hoc teſtimonium Horatij? nõ Feſcenninos poëtas, ſed ueteres Comicos Græciæ noſtros imitatos eſſe? Feſcenninam igitur licentiam Horatium dixiſſe putes exempli cauſa, ut per hanc notiorem obſcuriorem illam intelligas, quæ fuit à principio Græcorum. Longorum operum finis] Quid aliud eſſe finem longorum, honeſtorumq; laborum putemus, quàm æternam rerum geſtarum memoriam? non enim patiuntur poëtæ claros uiros interire: nam de ruſticorum laboribus haudquaquam intelligendum puto. Natura fieret] Conſtituto iam artem eſſe neceſſariam, confert eam etiam cum ipſa natura, ut oſtendat neutram ſine altera quicquam ualere. tamen Cicero pro Archia non parum mihi naturæ tribuere uidetur. Sic enim inquit: Ego multos homines excellenti animo, ac uirtute fuiſſe, & ſine doctrina naturæ ipſius habitu propè diuino per ſe ipſos, & moderatos, & graues extitiſſe fateor. Etiam illud adiungo, ſæpius ad laudem, & ad uirtutem naturam ſine doctrina, quàm ſine natura ualuiſſe doctrinam: atq; idem contendo, cùm ad naturam eximiam, atq; illuſtrem acceſſerit ratio quædam, & confirmatio doctrinæ, tum illud neſcio quid præclarum, ac ſingulare ſolere exiſtere. Quint. uerò in oratore ſummo plus arti tribuit, quàm naturæ, contra in mediocri plus naturæ. Verùm Pindarus quod ἑαυτὸν ἀεὶ λέγει αὐτοδίδακτον naturam doctrinæ præfert. illius autem uerba hæc ſunt in Epharmioſtum Opuntium. τὸ δὲ φυᾷ κράτιστον ἅπαν· πολλοὶ δὲ διδακταῖς ἀνθρώπων ἀρεταῖς κλέος ὤρουσαν ἀρέσθαι: ἄνευ δὲ θεοῦ σεσιγαμένον οὐ σκαιότερον χρῆμ' ἕκαστον. quorum ſententia eſt, non ut natura per ſe poſſit opera perficere: uerùm ſi magnus ſit eius habitus, arte aſſumpta, præclarum fit, & excellens quiddam. Ars uerò, & inſtitutio per ſe nihil poteſt efficere, quod in lucem ſit proferendum. itaq; ut Horat. contra eos diſputauit, qui in natura putant eſſe omnia, ac eam ſine ſtudio ualere nihil ſtatuit. Sic Pindarus contra eos, qui omnia ponunt in arte, quam negat, niſi coniuncta ſit cum optima natura, quicquam efficere, quod tacendum non ſit potiùs, quàm prædicandum. Nam & ſi gloriatur ipſe natura eſſe multum ualuiſſe, & ſine doctore, quantus eſſet, extitiſſe, non tamen negat ſuo ſtudio, & ſuo labore ſe perfeciſſe, ut artis ignarus non eſſet: dixit enim ſe αὐτοδίδακτον, non πολυδίδακτον. qui uerò ſunt ingenio rudi, & penitùs abſurdo, nulla unquam arte, nullaq; inſtitutione probabiles eſſe poterunt. Confirmat hoc M. Tullius in 2. Tuſc. Vt agri non omnes, inquit, frugiferi ſunt, qui coluntur, falſumq; illud, ac improbè etſi in ſegetem deteriorẽ datæ ſunt fruges, ipſæ tamen ſuapte natura enitent, ſic animi non omnes culti fructum ferunt. Sed rurſus ut in eodem ſimili uerſemur. Vt ager quantumuis fertilis ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt, ſic ſine doctrina quantumuis acutus animus. Itaq; eſt utraq; res una ſine altera debilis. Sed ut ex Mar. Tullio, & ex Quintiliano & uero ex ipſa re conſtare uideo, naturæ bona ſine ullius artis adiumento poſſunt aliquid: ſtudium uerò, & ars, niſi ſocia natura, nihil omninò ualet. Nec eam uim habet, ut in Bruto ſcribit M. Tullius, ut totum aliquid, cuius in ingenijs noſtris pars nulla ſit, pariat, aut procreet: Sed ut ea, quæ ſunt orta iam in nobis, & procreata educet, atq; confirmet. In 2. quoque de Oratore in eandem ſententiam hæc ſcribit: Neq; tamen ignoro, & quæ bona ſint, fieri meliora poſſe doctrina, & quæ non optima, aliquo tamen modo acui, & corrigi poſſe. Sed quid tandem Ariſtoteli reſpondebimus? qui ait ὅτι εὐφυοῦς ἡ ποιητική ἐστιν, ἢ μανικοῦ, quod non neget artem eſſe neceſſariam, niſi

fortè deliraſſe eum putemus, qui tanta cum diligentia de ea ſcripſerit. Verum ſenſit artem ſuam niſi optimis ingenijs non eſſe uſui profuturam. Statuendum eſt igitur optimam naturam educandam eſſe, & confirmandam diligenti ſtudio, & exercitatione. Plutarchus de Puerorum educatione ſcribit communia, & neceſſaria eſſe quibuſuis artibus, & ſcientijs hæc tria: φύσιν, λόγον, ἔθος, ac ita ſe ipſe interpretatur neq; ex his, una ſublata, reliquas eſſe integras putat. neq; uerò hic omiſſa eſt exercitatio. cum dicat.

Multa tulit, fecitq; puer] *Artem enim eſſe doctrinam, & exercitationem intelligunt. In omnibus quidem artibus agendo uel faciendo, quæ diſcenda ſunt diſcimus, nam illa ſpôte facimus, & ſine ſtudio benè exercemus, quæ ſunt naturalia, in reliquis excellere nemo poteſt ſine ſtudio, doctrina & arte. Quod Ariſt. in 2. Eth. cap. 1. apertiſſimè docet. Oſtendit igitur ad ſummam poëtices facultatem non poſſe perueniri, niſi per ſumma ſtudia. & per ſummos labores. Meta pro fine poſita eſt, ad quam qui primus curſu peruenit, præclaro uirtutis præmio decoratur. Eſt autem finis curriculi meta, in qua eodem curſu ſæpe repitito, quàm proximè flectenda mirum erat, & artificium, & ſtudium, ut euitato periculo ſpatium quàm poterant breuiſſimum decurrerent. finis autem in ſtudijs poëtices eſt excellere, ut undique totus ſit perfectus. Qui ſtudet igitur optatam contingere metam, ne credas eum temerè nunc primùm ingenij ſui uiribus fretum, & furore agitatum in ſtadium ingredi. id eſt, ſcribere poëmata. Sed à teneris cœpiſſe prima præcepta diſcere, & diu ſe exercuiſſe, & ſobrietate, & continentia cauiſſe ne retunderet aciem ingenij ſui.* Pythia cantat] *De Pindaro uidetur eſſe dictum, quippe qui Pythia ſcripſit, & princeps Lyricorum fuit. Et quamuis gloriari ſoleat ſine ullius inſtitutione, & doctrina ſe tantum extitiſſe, didicit tamen à patre inflare tibiam. Deinde à Laſo Hermione Melico poëta lyricam facultatem, & extimuit magiſtrũ. Quid? quòd etiam Simonidem fertur audiſſe? fortaſſe nunc Hor. ob id eum uoluit indicare, ut oſtendat ne Pindarum quidem in lyricis proficere potuiſſe nullo ſtudio, nulloq; magiſtro. Quod tamen ſi de quouis tibicine malis intelligere, nihil moror. illud mihi certè cum omnibus conſtare puto, Horatium hic noluiſſe concludere aut exemplo, aut ſimili poëtis bonis exercitationem eſſe neceſſariam. Sed res eſt adhuc mihi cũ Dialectico noſtro. Iaſon enim ualdè ſe iactat. & me exagitat, quod malè nouerim naturam inductionis. nam inquit in inductione, quod inducimus, ſimile eſſe, non idem debet. eſſet autem idem ſi de Pindaro poëta ad poëſim duxiſſet argumentationem. at ego, ô bone Iaſon, ab exemplo eorum. qui currunt in ſtadio, poëtam arguere intelligo, & quod attinet ad Pindarum. à minori. ut ſic habeas.*

„ *Vt qui ſtudet curſu contingere primus optatam metam.*
„ *Multa tulit fecitq; puer:*

Sic Tibicen, qui Pythia cantat, didicit priùs, extimuitq; magiſtrũ. quod ſi Pindarus maximus Poëta, qui ſe prædicabat ui naturæ, non artis floruiſſe, tamen didicit. puer inflare tibiam, & Lyricam facultatẽ, quid par eſt de alijs exiſtimare? argumentum eſt inquam à minori. neq; abſurdum uideri debet. nam hac ratione ingenioſiſſimus poëta cogit fateri neceſſariò ſeſe omnes poëtas bonos arte, & ſtudio expoliſſe. Cur autem Pindarum uoluerit eſſe ſuum argumentum, facilè cognoſci poteſt. tum quia ſummus fuit in ſuo genere, tum quia omnia ferè naturæ tribuebat, nihil arti. tum ne quis cõtra obijceret huius auctoritatem ad errorem eorum confirmandũ, qui ſuo tantum ingenio confidebant, quod autem Pindarum deſcribat Horat. patet. nam, ſi tibicen uoluiſſet tantum inducere, non definiſſet eum dicens, qui Pythia cantat. genus enim tibicinum per ſe notum eſt, neque ſi ea fuiſſet inductio, præfiniſſet certam ſpeciẽ tibicinum. ut nec metam definit Pythiam, aut Olympiam, ſic nec tibicinẽ, qui Pythia cantat, niſi certum aliquem uoluiſſet deſignare. quem ob excellentiam alium intelligas, quam Pindarum? quem ſi nemo tibicinem uocat, non tamen ſequitur tibicinem eum non fuiſſe. Sed ex eo rectiùs appellatus eſt, quod laudabilius in eo fuit. non'ne M. Tul. Rhetor iure dici potuit? qui tot uolumina de arte dicendi ſcripſit? ita ſanè. Verum maius illi dicendi ſtudium, & forum, & curia lumen attulit. unde ab omnibus orator eſt appellatus. Quare ne dicas me malè Pindarum, qui non ſimilis, ſed idem eſſet, inductum eſſe ab Horatio credidiſſe. ſed aut ab exemplo, aut à ſimili argumentatum eſſe. cui redditus eſt Pindarus pro omni genere poëtarum. ne quis, ut dixi eum obieciſſet, & ut oſtenderet, ſi tantus Poëta, qui ſe tantum ingenio ualere gloriaretur, ut artem non curaret, tamen didiciſſet, & magiſtrum extimuiſſet, concederetur alijs idem neceſſarium eſſe. neq; uerò ſum adeò ignarus inductionis ut uel Ariſtotelico more ex rebus ſingulis ad uniuerſas progredi neſciam: uel Socratico ex pluribus collationibus quo uelim peruenire. quò circa nihil eſt, cur tanta exultes lætitia. Nunc ſatis eſt] *Carpit ignauiam ſui temporis, cûm tamen Romæ nullo unquam tempore præſtantiora uiguerint ingenia: Neq; laus poëtica in tanta luce uiſa fuerit. Sed eſt ueriſimile non defuiſſe multos, quos iure poſſet accuſare, uel, ſi libeat quoniam præcipuam curam de Tragœdia uidetur in hoc opere ſuſcepiſſe, ſui temporis Tragicos reprehendit. Quanquam eius ætatis, qui fuerint in eo genere occupati, aut ignorentur poëtæ, aut laudentur ab Horatio.*

„ *Vt Pollio regum facta canit pede ter percuſſo.*
Et de eodem in Odis.
„ *Paulum ſeueræ muſa Tragœdiæ deſit theatris.*

Mox. Vbi publicas res ordinaris, grande munus Cecropio repetes Cothurno. Occupet extremum] *Puerili dicto leuitatem agitat inertium.* Iubet ad ſcrom] *Ad malum inertiæ, & nimiæ negligentiæ morbus adulationis additur. taxat hoc hominum genus etiam in Epiſt.*

„ *Non ego uentoſæ plebis ſuffragia uenor.*
„ *Impenſis cœnarum, & tritæ munere ueſtis,*
„ *Non ego nobilium ſcriptorum auditor, & ultor*
„ *Grammaticas ambire tribus, & pulpita dignor.*

Diues agris] *Repetit hunc uerſiculum in Epiſt. 2.* Vnctum qui recte] *Id eſt, diuitem, ut Epiſt. 18.*

„ *Accedas ſiccus ad unctum*
„ *Si prodeſſe tuis, pauloq; benignius ipſum*
„ *Te tractare uoles.*

Quanquam Iaſon conuiuium unctum & lautum maluit interpretari, quam, ut nos, hominem diuitem. ne omnia uideatur à me ſumere. Verum quicunq; accedet ad unctum conuiuium, benignè certè ſe tractabit, at ſuis nil poterit prodeſſe. ſin uerò uel ut diſceſſerit, & ſibi, & ſuis utilis eſſe poterit. id quod in Ep. uerſiculis à me citatis apertè docet. caue igitur intelligas cœnas lautas, & conuiuia, quæ in præſens tantum delectare poſſunt. Ponere uerò iam pridem ab Horat. pro facere monuimus uſurpari. Dic igitur. Si uerò eſt unctum, id eſt, diuitem, qui ponere, id eſt, facere poſſit, &c. & conſentiet hic cum illo Epiſtolarum loco, & cum conſequentibus. ut ſpondere leui pro paupere. & eripere atris litibus implicitũ. Quæ quidem omnia pertinent ad leuandam paupertatem, & ad animos corrumpendos, etiã honeſtorum hominum, à quib laudari uolunt poëtæ non à paraſitis. Et ſpondere leui] *Leuem pauperem dicit, quia egeſtate facilè adducitur, ut ad nutum diuitis omnia dicat, & faciat. Sed Iaſon leuem hic pro tenui ſumit, ut à recta, & naturali ratione diſcedat. quis enim dubitet, quin paupertate preſſus, & litibus oppreſſus, ſpe propoſita forè ut omnibus incommodis leuetur, ad omnem adulationis leuitatem adducatur? Et tamen Iaſon hic tenuem interpretatur, quaſi hoc non ſit paupertatis epithetum perpetuum, atq; hic mane, & nihil attinens ad poëtæ ſenſum. quod autem poëta intelligat, ut ego expoſui, declarant ſequentia. Mirabor ſi ſciet.* Internoſcere mendacem] *Imitari mihi uidentur huiuſmodi poëtæ leuitatem Stratonicæ Seleuci regis uxoris, quæ cùm ad unum capilli ei defluxiſſent, inuitatis tamen poëtis ad certamen de laudibus ſuæ comæ, talentum uictori præmium propoſuit. Similiter hi faciunt, qui cùm nihil ſcribant laude dignũ, muneribus tamen alliciunt adulatores: qui ſic in ea re ueritatem imitantur, ut diſcerni à ueris amicis non facilè poſſint. Quare monet, ut in ſuis laudibus fidem adhibere nemo uelit ijs, quos ipſe ſuis muneribus exhilarauerit.* Tu ſeu donaris] *Admonet Piſonem, inquit Iaſon, ut neminem uel iam pranſum, aut donatum ad ſuorum carminum emẽdationem admittat. perſtat in cæcitate ſua. nã ut ſemel à uero ſenſu declinare cœpit, omni ſtudio cauet, ne redeat in uiam. cum enim ponere unctum, præbere conuiuium lautum*

perperam,

perperam, & contra poëtæ ſententiam dixerit, nunc ubi nulla eſt omninò ſignificatio conuiuij, tamen uel iam pranſum, aut donatum exponit. nec uidet hîc uerbum donare exprimere quid uoluerit poëta, dicens ponere unctum, & ſpondere leui pro paupere, & eripere litibus implicitum. omnia hæc ſunt dona. non conuiuium.

Palleſcet ſuper his] Signum reuerentiæ inquit Iaſon. hanc ego Philoſophiam propriam puto eſſe Iaſonis. multa enim dixit, quæ ſunt ipſius propria, & meliùs ſine dubio cum illo agetur, quam mecum. quod nullus eſt unquam auſurus ea, ut ipſe Iaſon, mea ſibi arrogare. Sed habeat ipſe ſibi quæ ſua ſunt, nam mea ipſe uindicabo. nec iuſto ſacramento contendere mecum audebit. hanc igitur ſcientiam illi relinquamus. Equidem qui reuerentiæ cauſam palloris tribuat, nec audiui, nec legi quenquam. Credebam ego antea ruborem potiùs ex reuerentia in Pudentis adoleſcentis ore fundi. Quod autem admirationis etiam uult eſſe ſignum, ne in omnib. ab eo diſſentiamus, dicemus aſſentatores adeò naturam imitari, ut etiam in admiratione ficta ueræ tamen ſigna uultu poſsint oſtendere. Et torquere mero] Videtur eſſe merum ueluti genus tormenti ad exprimendam ueritatem. ſic alibi.

„ Commiſſum tegas, & uino tortus, & ira.

Præcipit igitur, ut exploremus animos eorum, qui amicos ſe noſtros profitentur. Quintilio ſiquid] De Quintilio Varo, ſæpe meminit Horat. hic uerò tanquam de homine defuncto loquitur, in primo uerò Odarum mortuum deflet. Laudat uiuum in Serm. ut hinc apertè cognoſcamus, Horatium confuſis temporibus conſueuiſſe ſcribere res ſuas, ut modò Sermoně, modò Epiſtolam, modò aliquam Odam ſcriberet, & per eadem tempora hoc ipſum opus, ut cætera, intermiſsis tamen diebus pro ſua conſuetudine elaboraſſe puto, ut commodo ſuo, & pro uoluntate intermiſſa ſtudia repeteret. Hic autem poſt improbitatem adulatorum, quod ſit officium integri hominis, & liberi Quintilij perſona docet, qui conſulendi ſunt, & æquo animo ferendi. quod quidem qui faciunt, ea ſe liberant inſania, quæ hîc deſcribitur ab Horatio, ut deliramenta, & ueſanos furores imperitorum poëtarum oſtendat.

Verſus inertes] Id eſt, ſine arte, & eneruatos, cuiuſmodi ſunt illi, qui nimis facilitate, & nimia negligentia fiunt. Quod proprium eſt uitium illorum, qui ſuo nimium indulgent ingenio. Quod in Ouidio reprehendit Quintilianus: Duros] Contrarium ſuperiori uitium quo laborauit Lucilius, ut

„ Emunctæ naris durus componere uerſus. &

„ Num illius, num rerum dura negaret.

„ Verſiculos natura magis factos, ut molliùs irent.

Ambitioſa ornamenta] Vitium incomptis contrarium. Fiet Ariſtarchus] Fuit & hic, & Ariſtophanes, Quintiliano teſte, acutiſſimus iudex, & cenſor poëtarum, quare Critici ſunt appellati. Ob ſeria in nugis. hæ nugæ] Id eſt, hæc uitia, & peccata. quæ ſi eſſent nugæ, ut quidam exiſtimant non crearent homini tantum mali. Cùm enim poëta, præter omne genus hominum, ſit admirator ſui, & minus omnium ſua uitia cognoſcat, ſi iudicio docti uiri probari ſe credat, nimium, quantum præceps feratur. itaque ducitur in ſeria mala. Serium uerò contrarium eſt nugis. Et ideò ex ſerijs malis innuit illas nugas eſſe uitia non negligenda. mala uerò hæc ſeria, in quæ conijcitur ſtultus poëta, eſt inanis opinio, qua inflatur ab ijs, à quibus laudibus falſis irridetur, & excipitur ſiniſtrè.

Exceptum ſiniſtrè] Nemo ferè poteſt peioribus modis accipi, quàm qui non modo animo fideli, & recto iudicio non corrigitur ab amicis, uerum etiam mendaci aſſentatione uanitas eius augetur: Veſanus enim fit, & furens. Deriſum igitur, & ſiniſtrè acceptum ab ijs intellige, qui ficto uultu, & aſſentatione turpi hominem deludunt. Quocirca qui ſapiunt] Id eſt, prudentes uiri, & qui periculum cognoſcunt, non ſecus timent: fugiuntq́ ueſanum poëtam, quàm illum, Quem mala ſcabies] Id eſt, contagioſa, uel quæ curationem recipere nullam poteſt: Sed contagioſa magis: nô enim morbus quamuis deſperatus, niſi proximos corrumpat effugitur.

Aut morbus regius] Quem Varro Arquatum tradit, quoniam curetur mulſo, ut ait Plin. Aut fanaticus error] Lymphati enim uiri errore mentis agitantur. Et iracunda Diana] Eſt enim ex illis Dijs, qui homines agunt in furorem. ut apud Soph. 3. 28. in furorem autem impellere uel terrore ſubito ſolebat antiquorum opinione Pan. Vnde Panici terrores apud M. Tullium, & alios complures. Lege Politianum. Sed eodem modo Hecate, & Corybantes, perturbabant homines. De Pane habemus Eurip. in Medæa, quem locum citat Politianus. Sed in Hippolyto planius, & uberiùs ſic ait:

„ σὺ γὰρ ἔνθεος ὦ κούρα,
„ εἴτ' ἐκ πανὸς, εἴθ' ἑκάτας
„ ἢ σεμνῶν κορυβάντων
„ ἢ ματρὸς ὀρείας φοιταλὶς
„ σὺ δ' ἀμφὶ τὰν πολύθηρον
„ δίκτυνναν ἀμπλακίαις
„ ἀνίερος ἀθύτων πελάνων τρύχῃ

Soph. etiam in Aiace inducit, chorum coniecturis uereri ne Diana impulerit. Aiacem in pecudes. Sic enim ait.

„ ἦ ῥά σε ταυροπόλα διὸς ἄρτεμις,
„ ὦ μεγάλα φάτις, ὦ
„ μᾶτερ αἰσχύνας ἐμᾶς
„ ὥρμασε πανδάμους ἐπὶ βοῦς ἀγελαίας. & reliqua.

Eadem eſt autem Hecate, & Diana, unde cauſa uidetur hic inueſtigare, cur ab Hecate uexetur, quod ſacra Dianæ, id eſt, Hecati nô egerit. Vt autem Hecatem intelligamus, iracundam appellauit Dianam. Hic igitur eſt ordo qui ſapiunt timent, fugiuntq́ ueſanum poëtam, ut eum, quem mala ſcabies, aut morbus regius, aut fanaticus error, aut iracunda Diana urget. Agitant pueri] Minus periculum cognoſcunt, idcirco furentes agitant, & parum cauti ſequuntur. fit hoc frequenter, ut amentes homines à pueris agitentur. Sublimis uerſus ructatur] Vt qui crapulati ſunt, & nimio cibo grauantur, ructando leuare ſtomachum uidentur: ità poëtæ uerſus ructando, quos continere præ nimia copia non poſſunt, uidentur releuari: Sed ex fœtore ructi quàm ſint inſuaues illi uerſus innuit poëta. Sublimes autem ad iudicium referas ſtultiſſimi poëtæ. Quanquam Iudicium Iaſonis ſublimis legendum ſtatuit, id eſt, quaſi contemplans & cogitatione ſublatus poëta, ne referatur ad uerſus, ut uolunt commentatores non enim uident, inquit, ut deducatur ſimilitudo ab aucupe ad poëtam. quantum ualeat in ſimilitudinibus deducendis Iaſon dici uix poteſt. Vnde miror cur, non ut in trâdatione fecit, de hac quoq; re ſcripſerit uolumen aliquod. Quoniam uerò Aldus impreſsione ſua aliter ſentit, quem nos commentatores, ut hîc barbarus appellat, ſecuti ſumus, uidebimus an defendi communis illius, & noſtra cauſa poſsit. ſi cauſam igitur ſtultitiæ & dementiæ horum poëtarum ex te quæramus, Iaſon, qua es animi perſpicacitate, reſpondebis. Credo, quia falluntur opinione ſua, & admirantur ſuos uerſus. atq; hac inſania ita delectantur, ut dum intenti in ea cura ructandi uerſus, nec quid agant aliud, ne quò uadant, reſpiciant. ſic intenti uerſibus fundendis, ut auceps intentus merulis, decidunt in puteum. Itaq; ex intentione utriuſq; fit hæc collatio, quam uidere iam potes. non enim ſimilitudo eſt, quod uterq;, ore ſublato, intentis oculis, quaſi Thaletes ſidera contemplentur. nam cur qui meditantur uerſus, erecto ore, & ad cœleſtia ſublatis oculis ſtultè gradiuntur non uideo. at ne auceps iſte quidem merulis intentus alta poteſt reſpicere, niſi forte merulæ cum gruibus altiùs uolare ſolent, & non ex hac ſæpe in illam, & ex hoc arbuſto in illud ſe transferre, ut uel minimum ſe attollant humo. ſed oritur hîc magna difficultas, quod in foueam aliter decidere nemo poſsit, niſi capite in cœlum elato, quaſi cœleſtia contemplans progrediatur. at tu in multas nimirum foueas ſine ulla ſyderum obſeruatione decidiſti. & dum ambulant homines etiam demiſſo capite, & prono in lapidem offendunt. Animus enim in aliqua cogitatione occupatus illas ſpecies, quas oculus offert illi, non conſiderat. ex quo fit, ut ſæpe nos multa, etiamſi noſtris oculis oblata ſint, tamen prætereant. Accidit hoc ut merulis, ſic etiam uerſibus intentis uiris, qui nulla re coguntur Zodiacum ſuis oculis contemplari. quod etiam tu paulòpòſt his uerbis confiteris. ut faciunt philoſophantes, & uerſuum attenta meditatione diſtracti, qui de uia plerunque inſcientes diuertunt & errant. Sublimeis igitur uerſus dicamus, & legamus ſic enim furenti poëtæ uidentur, ut mos eſt illius profeſsionis hominum. Hic neſcis quid ego uelim dum

allegoricè Horatij ſententiam interpretor. non miror equidem: nam multa alia ſunt à me dicta, & interpretata, quæ tu malè & perperam intellexiſti, & erunt æterna teſtimonia tuæ leuitatis, ne dicam malignitatem. quid autem ipſe uelim, ſcient uiri docti. nec minùs quanti facienda ſit iſta tua noua interpretatio.

In puteum, foueamue] In inſaniam, & in falſam opinionem de ſua præſtantia. Licet ſuccurrite] At quo tandem modo fiet hoc, ut homo, cui ſit perſuaſiſſimum ſe poëtam eſſe optimum, quaſi norit errorem ſuum, imploret opem ab alijs? at ſi ſe norit, cur per alium, quàm per ſe malit errorem deponere? at non ita ſentit Horat. Verum ea eſt multorum natura, ut quantò magis ſe probent, & delectentur errore ſuo, tantò magis uideri uelint optare ſe corrigi. Quod ſi quis ingenuus amicè fecerit, eos grauiter offendit. Quamobrem. Licet ſuccurrite longum clamet io ciues] Id eſt, quamuis contendere multum uideatur, ut ſe corrigas: id tamen facere ne cures, nam prudens in eam foueam ſe deiecit, nec ab ea uult deduci. Licet ſuccurrite] Interpoſitionem putat hanc eſſe Iaſon. quàm rectè ipſe uiderit. nam aduerſatiuæ orationes non ſunt extra ſenſum, & ſententiam ipſorum locorum, ubi adhibentur, alioqui nulli rei aduerſarentur? non igitur interponuntur. hic uerò, cùm Horatius dicturus eſſet, non ſit qui tollere curet. ne quis occurreret, dicens, etiamſi clamet ſuccurrite, etiamſi imploret opem? Anteuertit poëta, his uerbis licet ſuccurrite longum clamet io Ciues. Quare hæc uerba ad locum ipſum, & ſententiam attinent, ac, ſi remoueas, hæc admonitio tantam uim non habebit. Verum eſto ſit parentheſis, nihil ergo ualent ea uerba: non oſtendunt poëtam innuere poſſe fieri, ut hic imploret opem? quis neget? Ergo uidendum eſt ut cum ſequentibus conſentiant. Tu uerò ui parentheſis ea ſuſtuliſti, tanquam inania, at quæ interponi ſolent, non ſunt otioſa, non ſunt inania. Cur ergo ea, ut par erat, ad conſequentia non accommodaſti? ne cum alijs interpretibus tibi conueniret? Tu uerò lector ſic habeto, per hanc aduerſatiuam, Poëtam noſtrum uoluiſſe tollere omnem rationem inſano poëtæ ſuccurrendi. Quæſtionem uerò, quæ oritur ſuperiùs, habet à me ſolutam.

Siculi poëtæ] Vera exiſtimatur hiſtoria, ac in eo conuenit huic loco, quod gloria ductus Empedocles in ardentem Aetnam ſponte ſua ſe coniecit, nec uoluiſſet ab ullo liberari. Quòd ſi cupiditate gloriæ animum induxit Empedocles poëta ut in ardentem ſpecum Aetnæ præcipitem ſe daret, quid eſt, cur dubites hunc quoque eodem actum furore ſe in eam foueam præcipitaſſe? Et re uera quidam leuiſsimi uiri ſic hærent in ſuo errore, in tam iucunda uerſantur inſania, ut ea purgari nulla conditione patiantur. Quid ergo faciendum eſt illis? permittendum, ut ſua fruantur inſania? Frigidus] Sublimia ne dicam, an inania captas acumine ingenij tui Iaſon? Frigidum, id eſt, ſtolidum uel ex cœli, uel ex ſanguinis qualitate cenſes. Ego uerò iocatum exiſtimabam poëtam, quoniam in ignem ſe coniecerat Empedocles, quaſi frigore coactus. tamē pugnandum non puto cum cauſis naturalibus, etiam ſi ſapientiſsimus & maximus philoſophus habitus ſit Empedocles, actio tamen illa nimium fuit ambitioſa. Nam inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti] Cui moleſtior ſit uita, quàm mors, nec minus ipſe mortem appetat, quàm uitam alij. Hunc ſi retineas in uita, non minùs offendis, quàm ſi quem uitæ cupidum necares. Elocutio Græca eſt: illa enim uerba Græci, quæ ſimilitudinis ſunt, ut ὅμοιος, τὸ αὐτό Datiuo coniungunt, quos hic Horatius eſt imitatus, & pariter in 1. Serm. Sat. 3. Et magnis parua mineris falce reciſurum te ſimili. Hanc expoſitionem Iaſon tanquam alienam attigit, magis ne ignorare uideretur, quam ut probaret. nam illa eſt apud eū uera. idem facit occidenti. i. illud auxilium præſtat ei, qui ſe occiderit, id eſt, non occiſo, ſed homicidæ. quibus uerbis Iaſon peccat primum. quod occiſus ſeruari non poteſt: non occiſo, inquit, ſed homicidæ. at nullum auxilium ferri poteſt occiſis, nec ijs, qui ſe iam occiderint. Fortaſſe præteritum participium pro præſenti accipit, id eſt, ἀντὶ τοῦ [illegible] Eſto, dandum enim eſt aliquid neceſſitati. Sed in eo magis peccat, quod nihil omninò dixit. quid enim aliud hortatur Horatius, niſi nequis tueatur homicidam, & ſui interfectorem? cur autem ſic hortetur, eſt quærendum. hoc autem uerba, & expoſitio Iaſonis nequaquam docet, Etenim idem facit occidenti, interpretatur, illud auxilium præſtat ei, qui ſe occidit at hoc ipſum prohibet Horatius. nequis præſtet huic auxilium, id eſt, ne quis impediat, quò minùs ſe necet. Sed affert etiam cauſam, quæ pulcherrima eſt, ſi ſequaris doctorum hominum ſententiam: ſin Iaſonis nulla. Tu uerò lector intellige Horatiū cauiſſe, ne quis obijceret ſeruandum eſſe, nihilominùs hominem quia pium eſſet. Qua re occurrit dicens, nam qui ſeruat inuitum, idem facit, quod ille, qui aliquem uitæ cupidum occidit. nam uita illi, quem ſeruat, grauior eſt morte, & mortem ſibi uitam, & uitam ſibi uiciſsim putat eſſe mortem. & hæc eſt prima cauſa, quæ tamen, ſi ſpes ulla eſſet fore, ut hic ſeruatus aliquando reſipiſceret, & uellet uiuere, negligenda eſſet. at non ſemel hoc fecit, nec, ſi retractus erit, iam fiet homo, nec ponet famoſæ mortis amorem. nulla igitur ratione ſeruandus eſt ita furens poëta. hic omittere non poſſum monere quod Iaſoni nocet nimia philoſophia. nam ſi rudior eſſet aliquanto, non tam ſæpe cum poëta contenderet. ut hoc in loco. nam fiet homo, id eſt, erit homo, & uiuet, qui enim in uita retinetur, homo erit, quam diu uiuet. atque hic fuit poëtæ ſenſus, quem expreſſit ſequentibus uerbis. Nec ponet famoſæ mortis amorem. Iaſon autem hæc humilia deſpicit, & ad hominis definitionem rem retulit. quaſi uerò ſi uiueret. & ab illa mortis cupiditate remoueretur, non reſipiſceret. Sed ad rem redeamus. puto iam conſtare ſenſum Iaſonis eſſe leuiſsimum, quem uerò nos ſecuti ſumus, grauiſsimum, & Græcanica oratione. qua plurimum delectatur Horat. ornatum. Nam quod homines huiuſmodi formidandos eſſe Iaſon ait, & propterea deſerendos eſſe putat, fallitur, ut ſolet. non enim ualet hoc, qui uertit in ſe gladium, multò crudelior erit in alios. nemo enim quicquam facit, ut ſibi noceat. nec iudicio ſuo eſt ſibi crudelis, ſed pius. et ea ratione dolori ſuo credit adhibere medicinam. nemo eſt enim ut in quinto Ethicorum tradit Ariſtoteles, qui ſibi faciat iniuriam. quanquam ſecus alijs uideatur. non igitur hi natura uel habitu delectātur cæde, ſed in ſe gladium conuertunt mentis & rationis perturbatione, & præcipiti furore. ac ſi mentis eſſent compotes, abſtinerent ab illo opere, ad quod inſania pelluntur. qui ſeruat igitur etiam inuitum, ſperat fore, ut ad ſe redeat, & uita iucunda illi ſit. ſed hic morbus poëtarum non eſt eius generis, ut ſanari queat. Nec ſi ſeruabis fiet homo, id eſt, uiuet, hoc eſt, nec, ſi quo in errore, & in qua ſit inſania declares, ab ea tamen ſe deduci patietur. ita non illi fiet beneficium, ſed iniuria. Et hæc eſt ratio poëtæ noſtri, nec conſiderat an mereatur, an ingratus, an formidandus ſit, & maiore ne, an minore ſit dignus pœna, quam qui alios occidat. hæc ſunt Iaſonis ſomnia.

Nec ſatis apparet] Non ſatis apparet, cur uerſus factitet, inquit. at illud certè apparet, iam Horatiū emergere ex allegoria. Reuertit enim ad propria uerba. tu uerò iſto inuerſo tuo iudicio de uera morte, & de uera fouea locutum eſſe putas, propter ueram hiſtoriam Empedoclis. nec intelligis huius exemplo argui nimiam poëtarum ambitionem, & nimiam gloriæ cupiditatem. an uerò tu, præter Empedoclem, legiſti quenquam alium poëtam dulcedine gloriæ uoluntariam mortem oppetiſſe? Quæ nam maior poteſt eſſe fouea, quàm illa dementia, quæ facit, ut de ſua præſtantia in poëtices facultate, nullo tamen eam ſuo momento ponderantes, tam bene exiſtiment: ut ſe diuinos haberi uelint?

Verum minxerit] Alia ratio, cur non ſit ſeruandus inquit Iaſon, intelligens à uero interitu liberandum non eſſe, ut non uideatur ipſe in minus profundam foueam demerſus, quàm eiuſmodi poëta. De religione ſepulchrorum ſatis multa alij interpretes. & item de bidentali dixerunt. Ego in quibus alios ſatiſfeciſſe uidi. multus eſſe nunquam uolui, tantum dico uix credi poſſe, ut in tam pertinaci errore permanerent, niſi aliquod iratum ſibi numen haberent. Certè furit] Tametſi de cauſa non conſtat, non tamen obſcurus eſt effectus furoris. Obiectos caueæ] Hic eſt furor, quod tanquam fera curet clatros, & repagula perrumpere, ut ad hominum perniciem euadat. Indoctum doctumque fugat] Homo imperitus à quo audiatur nihil intereſſe putat. bonus uerò poëta imperitorum iudicium contemnit. Hoc uerò genus poëtarum, ſi modò ſint poëtæ, non furore afflatum illud quidem, ſed furijs agitatum, quem ſemel arripuerit, non priùs à ſe dimittit, quàm ſuis ungit confectum.

fecerit. & ut hirudo cutem non ante dimittit, quàm cruore ſit expleta, ſic huiuſmodi poëtæ non prius dimittunt homines, quàm ad libidinem ſuam uexarint. Indoctum, doctumq; fugat] *Nolo hic Iaſon de contrarietate, quam excogitaſti, cùm re nulla ſit, nec, ſi uera eſſet, de falſa tua ſolutione quicquam dicere: multam quidem præterij, ſed ne hæc quidē diſputaſſem, niſi te monere noluiſſem, & modeſtiæ officia, & humanitatis coleres, quæ quidem miror te, cùm fontem habueris uberrimum Triphonem Gabriëlium, non potuiſſe diſcere. Sed illud à me diſcere te ne pudeat, quod tibi magno eſt uſui futurū. Quoties uſu uenit, ut aliquid legas, uel audias, quod à tua ſententia diſſideat, ne dicas ego aliter didici. Ego aliter ſentio, ergo falſum eſt illud. non enim pugnat cum lege naturæ te uel malè didiciſſe, uel malè ſentire. Itaque cùm id accidit, confer tuam cum aliorum opinione, & animi ſumma æquitate non tuam magis, quàm aduerſarij cauſam agas. Sic enim fiet, ut aut error tibi tuus eripiatur, aut alienum iure coarguas. Impudentiſsimi eſt enim hominis, quod aut acceperit, aut inuenerit ipſe, ei ſic aſſentiri, ut non aliter ſe habere, ac illi uideatur, aut nihil etiam meliùs putet afferri poſſe. Quæ quidē ſi hactenus feciſſes, neq; tua, neque alterius fiducia unquam auſus eſſes, aut oppugnare meas ſententias tanta cum licentia, aut tuas confirmare tanta confidentia. Quæ quidem res magnum uolumen è manibus meis, ut uides, extorſit, maius mehercule ex tortura, niſi mea natura repugnaſſet. Fac igitur ut ſaltem nunc admonitus hæc iterum, atque iterum legas: & ueritas apud te plus ualeat, quàm ira, aut ſtulta quædam opinio. Sic enim & meliùs de rebus ſtatues, nec præ te cæteros contemnes.*

IN EPISTOLAM QVINTI HORATII FLACCI DE ARTE POETICA, IASONIS de Nores Cyprij ex quotidianis Tryphonis Gabrielij ſermonibus interpretatio.

CALCERANDO DE NORES FRATRI AMANtiſsimo, & loco parentis habendo, Iaſon de Nores, S. P. D.

CVM in Cypro inſula, hoc eſt, in patria noſtra, de Tryphonis Gabrielij, optimi, & præſtantis ingenio uiri, morte nuncium accepiſſem: qui me perculerit dolor, qua in ſollicitudine iacuerim, tu frater amantiſſime, qui meas tum lachrymas uidiſti, & ex lachrymis mœrorem animi conijcere potuiſti. Quid enim mihi luctuoſius, aut acerbius potuit in uita contingere: quàm illius uiri obitus, cui ego tantum deberem, quantum non modò uerbis explicare, ſed animo complecti uix poſſum? perijt ille quidem, ſi curſum humanæ uitæ ſpectes, ſuo tempore: noſtro autem, ſi uirtutem illius conſideres, iniquiſsimo. Qui enim ad illius doctrinam, tanquam ſitientes ad fontem, ueniebamus, ut optimas, & ad percipiendas literas, & ad rectè uiuendum rationes ex illius ſermonibus hauriremus, nunc, illo nobis erepto, quo confugiemus? Vbi illa in omnibus excipiendis humanitas, in erudiendo ingenium, in monendo prudentia? quæ cùm in illo ſumma fuerunt, tum uerò omnibus ita aperta atq; communia, ut nemo magis ad bene merendum natus de humano genere uideatur. Verum enimuerò cùm difficile ſit inuenire, qui Tryphonem cognouerit, nec illi multum debuerit: tum uerò diuino quodam munere mihi contigit, ut illius conſuetudine, atque doctrina præter cæteros fruerer. Fuit enim in illo ſene, quod in ea ætate rariſsimum eſt, ſumma ſuauitas ſingulari cum grauitate coniuncta. Itaque uiuit apud me id, quod mihi mors eripere non potuit, nomen illius, ſummæq; uirtutis acerba pariter, & iucunda memoria. Neque uerò doloris ex eius morte ſuſcepti modum inuenirem, niſi me ad ea tractanda retuliſſem, quæ mihi quodammodo illius uocem, qua meis auribus nulla ſuauior unquam fuit, referre uiderentur. Cumq; ita contigerit, ut ego nullam bene merenti gratiam referre potuerim, habebo ſaltem, & meæ pietatis, atque obſeruantiæ, dabo operam, ut monumentum aliquod extet, idq; eius generis, quod, quid ab illo acceperim, quidq; ego me debere confitear, æquè ſignificet. Feci igitur, ut quæ illo narrante atq; exponente cognoueram de Horatij Arte Poëtica, ea literis à me, dum ille uiueret, mandata, recognoſcerem, & accuratè digeſta publicarem. In quo etiam illud conſequar, quod, ſi qui Tryphonem uiuentem non cognouerunt, quos in his quidem regionibus admodum paucos eſſe puto, ij ex meis ſcriptis, quæ nunc in ipſam Horatij Poëticam edo, illius doctrinam, atque ingenium degustent. Minimum enim hoc certè ſignum eſt illius ingenij, atque ſcientiæ: ſed eiuſmodi tamen eſt, ut, qui rectè intelligunt, ex minimis maxima iudicare poſſint. In quo illud non modò non negabo, uerum & prædicabo libentiſſimè, ſiquid in hoc Commentario probabitur. Cuius generis multa fore ſcio, Id uni Gabrielio acceptum eſſe referendum. Si quid autem minus peritè dictum uidebitur, Id non recuſo quin mihi ipſi meæq; inſcitiæ tribuatur. Non enim ita me delectat ambitio, ut uel aliena mihi uendicem, uel mea ſupra ueritatē extollam. Virtutem ipſam, quæ nulla re indiget, nudam colo. itaq; gloriam ſequor, ſi modò ab ipſa uirtute manat, & ſi eam ab optimo iudicio fluere intelligo. Quare quoniam ego nihil magis cum uirtute conuenire exiſtimo, quā ſi quis homini bene merenti gratam memoriam perſoluat. hoc unum ego, ut homines intelligant ea me Gabrielio præſtare quæ quidem poſſum, quandoquidem ea, quæ debeo, minimè licet. Et quia tu quoq; frater ornatiſſimè non tam quia mihi frater es, quàm quia uirtutis amore teneris, Gabrielij memoriam ſanctiſſime colis (memini enim, cū tu quoq; cum meo dolore tuum communicaſti illius obitu audito) propterea ut id, quod à uirtute naſcitur, ei, qui uirtutis cupidiſsimus eſt, mitteretur, præſertim qui Tryphonem ipſum mortuum penè pariter, atq; ego diligeret, hunc meum Commentarium Tryphonis doctrina refertum, tanquam aliquam picturam ab illo deſignatam, à me coloribus ipſis renouatam, ſub tuo nomine cognoſci, & legi à ſtudioſis etiam, qui apud poſteros erunt, maximè uolui. Nemo enim eſt, non modò quem magis, quàm te diligam aut colam, ſed cui magis, quàm tibi debeam. Quare fructum omnem ingenij mei, quicunque extiterit, ad te refero: tuumq; mihi nomen in omni uita ſanctiſsimum, tua mihi uoluntas erit antiquiſsima, ut omnes perſpicere poſſint, meam eſſe ſummam in te, tanquam erga fratrem, beneuolentiam, & ſingularem tanquam erga parentem pietatem. Vale.

STVDIOSO LECTORI.

NON ſum neſcius fore, optime Lector, ut apud pleroſque in uarias incurram reprehenſiones in hac meorum laborum editione: uel quod operis inſcriptionem immutauerim, cũ Quintilianus grauiſsimus author quibuſdam noſtram ſententiam uideatur oppugnare, uel quòd Latinis exemplis in interpretando Italici ſermonis interpoſuerim, uel quòd ueterum commentatorum, eorumq́; clariſsimorum uirorum opinionem minimè ſecutus, ab hac noua expoſitionis ratione non abſtinuerim. His omnibus & ſi tacitè reſponderi puto: eſt tamen, & quod à me in laborum meorum defenſionem proferatur. Quare adductum me primum ſciant ad inſcriptionem operis immutandam non leuioribus de cauſis, & quòd formam epiſtolæ, non autem libri, in quo præcepta tradantur, uel ex ipſo principio præ ſe ferat, & quòd in uetuſtis exemplaribus epiſtolarum libros ſubſequatur, & quòd etiam ſummi, & præſtantiſsimi homines ita ſentiant, & quòd minimè nobis obſtet Quintiliani teſtimonium, ut nonnullis uidetur. Nam & ſi librum appellat Quintilianus, non eſt cur non poſsit inter epiſtolas enumerari, cum & illæ ab Horatio in libros digeſtæ fuerint. Quod uerò de Arte Poëtica idem Quintilianus adiungat, nihil commoueor, cum & in epiſtolis præcepta de aliqua re tradi poſsint, ab eodemq́; in omnibus pænè, & in ijs ad Scæuam, & Lollium præcipuè iam factum uideatur, in quibus breuiter eos inſtituit, qua ratione apud maiores facilè uerſarentur. Qui uerò Franciſci Petrarchæ, & Danthis exempla in Latini poëtæ interpretatione minimè admittunt, ij publicam utilitatem, ut mihi uidetur, impediunt: cui me præcipuè addictum profiteor, cùm, quæ ab his aſſumuntur, præclara, ac illuſtria ea ſint, maximeq́; ad huiuſce epiſtolæ expoſitionem pertinentia. Niſi fortaſſe ita de his authoribus exiſtiment, (quod impium eſt) ut etiam minimè illis poëtæ nomen attribuant: Cùm omnes, qui de poëmatum ratione diligentiſsimè iudicare poſſunt, ſummos ac præſtantiſsimos cenſeant, & quos legamus, & quos imitemur, & quos præ manibus continuè habeamus. Quid eſt igitur, quod uulgares iſtos offendat? ſi quo ab Horatio præcipiuntur, à Latinis'q; authoribus obſeruantur, ab his quoque obſeruata oſtendimus, temporis in quo nati ſumus oportunitate uſi ad maiorem huiuſce operis declarationem, quod ſuſcepimus explicandum. Nimium iſti quidem inuidere Italico nomini, gloriæq́; uideri poſſunt. Quos autem adeò commentatorum in hac re opiniones oblectant, ut me ab hoc munere auocent, eos quidem ad ea legenda, quæ à nobis dicta ſunt, remittimus. Inuenient enim pleraque ab illis aut parum explicata, aut perperam, aut etiam prætermiſſa, à nobis ex Tryphonis ingenio, ac mente declarata, eaq́; & ueterum, & recentiorum poëtarum exemplis comprobata. De quo quia res ipſa teſtabitur, plura non dicam. Quod autem attinet ad ea, quæ ab ijs, qui interpretantur, ante ipſam interpretationem afferri ſolent: ea propter eam cauſam omittemus, quia ordinem in Arte Poëtica demonſtranda non ita ſeruatum ab Horatio uidemus, ut ab alijs, qui de aliqua re documenta literis tradiderunt. Eſt ille quidem peracutus, & diligens in præcipiendi ratione, ordinem tamen cum epiſtolam ſcribat, non ita cuſtodit, ac tuetur, ut ſi librum ſcriberet. Amat enim epiſtola familiaritatem quandam. At nimis accuratus ordo ad ſeueritatem potiùs, quàm ad familiaritatem propendet. Itaque non eſt alienum ab epiſtolæ decoro non imitari rationem illam, quam cæteri ſeruant in explicanda doctrina. Quocirca ne nos quidem operam non neceſſariam adhibebimus in ordine declarando. At in præceptorum ſententia, uiq́; explicanda, quod neceſſarium in primis ducimus, præſtabimus omnia, quæ debemus, aut certè omnia, quæ poſſumus. Quæ ipſa tamen eruditorũ iudicio examinanda committimus, gratias habituri, ſiquis nos aberrantes in rectam intelligendi uiam reduxerit, quod ſi acciderit, erit opinor in his, quæ de noſtro attulimus. Nam Tryphoniana ipſa ſperamus ab omnibus rectè ſentientibus ita probatum iri, ut me etiam, quia ea diligenter collegerim, & ſtudioſis impertiuerim, ex hoc officio maximè laudent. Vale.

IN EPISTOLAM QVINTI HORATII FLACCI DE ARTE POETICA, IASONIS de Nores Cyprij ex quotidianis Tryphonis Gabrieli ſermonibus Interpretatio.

HVMANO capiti] *Quemadmodum plerunque è ſcriptoribus per Epiſtolam breuiter, uel de moribus, uel de rerum naturalium cognitione, uel de ratione dicendi præcepta traduntur, ut à Platone ad Dionyſium, & à Cicerone ad Quintum Fratrem: ita in hac ipſa ad Piſones, uel de Poëtarum ſcriptis dijudicandis, uel communiter de noſtris ingenijs ad omnem inuentionis, diſpoſitioniſq́, ac elocutionis rationem in quocunq; poëmatum genere formandis, quæ præcipua uidebantur, ex uarijs multorum libris excerpta diligentiſſimè ab Horatio colliguntur. Ac primùm de inuentione, hoc eſt, de ipſa quaſi anima & conſtitutione poëmatis pertractaturus (neque enim poterat eruditiùs exordiri) per ſimilitudinem præcipit ſimplicem, atque uniformem eſſe debere: ut principio medium, medio finis reſpondeat: ne monſtruoſæ imagini ſimilis uideatur, in qua formoſiſſimo mulieris capiti alterius formæ pro collo equina ceruix, pro reliquo humano corpore plumeum, pro pedibus piſcis cauda coniungatur. quæ in diuerſitate ſumma ineſt turpitudo. Mira autem arte ſumitur à pictoribus ſimilitudo: cùm ita pictura Poëticæ: Poëtica uerò picturæ reſpondeat: ut altera muta poëſis, altera loquens pictura definiatur.* Humano capiti] *Monſtrum effingit, in eoq; effingendo nihil prætereat, quod ad eius turpitudinem ſpectet. Cùm enim omnia animalia*

aut turp

aut terreſtria ſunt, aut maritima, aut aëria, rurſusq́ terreſtria, aut ratione prædita, aut ratione carentia, quæ omnia uno carmine cõprehendit in 6. Virgil.

» Inde hominum, pecudumq́ genus, uitæq́ uolantum,
» Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus:

Ex terreſtribus tum ratione præditus, tum ſine ratione degentibus format ſuperiorem partem, ex maritimis inferiorem, ex aërijs mediam, unum quoddam componens, à quo ad monſtruoſam poëmatum inuentionem deducat ſimilitudinem, taleq́ illud poëma oſtendat, in quo nec cum principio medium, nec cum medio cohæreat finis. Tale autem erit, ſi, ut dicet infra, grauiora incipientes, maioraq́ profitentes, in uarias, & inanes inciderimus fluminum, temporum, locorum deſcriptiones, quæ quidem non magna, ſed mediocria, atque humiliora profeſſis conuenirent. Humano] Licet humanum dicat, muliebre tamen intelligit, ut ipſe ſe interpretatur, cùm ait, mulier formoſa supernè. Maluit autem exemplum à fœmina ſumere, ut cum fœminei capitis pulchritudine diuerſas partes coniungens, deformiorem monſtri effigiem efficiat: non ſolùm, quia diuerſa coniunguntur, ſed quia cum capitis formæ adiunctæ partes comparatæ turpiſsimæ uidentur.

Vt turpiter atrum deſinat in piſcem mulier formoſa supernè] Annotanda ſunt illa antitheta: mulier in piſcem: formoſa turpiter atrum, ſupernè deſinat. Varias inducere plumas] Id eſt, & uariorum colorum, & ex uarijs auibus ad maiorem monſtri deformitatem, & diſsimilitudinem demonſtrandam. Nam uel ſi illæ per ſe pulcherrimæ ſint, humano tamen capiti adiunctæ, piſcisq́ caudæ interpoſitæ, totum quiddam deformitas reddunt. Videtur autem reſpicere Horatius ad id, quod infrà dicturus eſt, de inepta deſcriptionum uarietate in grauiori poëmate adhibita, quæ licet ſplendidiores ipſæ ſint, ex uarietateq́ delectent, operi tamen grauiori minimè conueniunt. Mulier formoſa: supernè deſinat in piſcem atrum] Hoc eſt, ut principium inuentionis pulcherrimum, & grauiſsimum, in grandioriq́ dicendi genere conſcriptum deſinat in exitum deformem, nec ſatis primæ, quaſi formæ conuenientem. Admiſſi] Hoc eſt, non facilè, cùm honoris cauſa pauci admittantur, ut fieri ſolet in rebus excellentioribus, ad ſpectandum illam inſignem imaginem intromiſſi. Hoc uerò maximè auget ridendi, cauſam à decepta expectatione, & rei præter ſpem nouitate, quæ maximè riſum concitat. nam ex omnibus nihil magis ridetur: ut author eſt M. Tullius, quàm quod eſt præter expectationem. Credite Piſones, iſti tabulæ fore librum perſimilem] Deducit ſimilitudinem à monſtruoſa imagine ad eam poëmatis inuentionem, cuius nec pes, nec caput uni reddatur formæ, & cuius uelut ægri ſomnia uanæ fingentur ſpecies.

Aegri ſomnia] Somnia uana ſunt, præter oraculum, & uiſionem, quæ licet in ſomnis appareant, uera tamen ſunt, ut affirmat Macrobius: ſed ægroti inania maximè, quæ phantaſmata appellantur, in quibus ob perturbationem humorum, & morbi impetum & in nos homines irruentes, uagantesq́ue formas à natura ſeu magnitudine, ſeu ſpecie diſcrepantes uidemur inſpicere. Hæc autem eò ſinceriora, & apertiora ſunt, ut Ariſtoteli placet, quò magis motus ille uiſionum expeditus eſt, nec aliquo humore, aut uapore, aut exhalatione ſtomachi impeditus eſt.

Vanæ ſpecies] Ridiculæ, & abſurdæ inuentiones, in quibus nec finis, nec principium uni formæ reddatur. Quod autem hoc in loco de inuentione: non autem de diſpoſitione loquatur, ut nonnulli ſentiunt, illud non dubium eſt argumentum, ut nec pes, nec caput uni reddatur formæ. Vbi ſi de diſpoſitione monſtruoſa intelligere uoluiſſet, dixiſſet utique, ut caput in inferiori parte, ubi pedes. pedes uerò in ſuperiori, ubi apponendum eſſet caput adhiberentur, ut non de incongrua inuentione, ſed de præpoſtero ordine dictum putaretur. cùm uerò de materia ipſa præcipiat, in qua diuerſum ab eo, quod inceptum ſit, ſubſequatur rectè nec pedem, nec caput uni formæ reddi dixit. Vtitur autem metaphora à ſimilitudine ſumpta, eamq́ ad librum accommodat. Caput enim, & pes animantibus attribuuntur, de quibus præceſſit ſimilitudo, eodem modo Virgilius ex comparatione tempeſtatis ſumens metaphoram, nubem bello attribuit his uerbis:

» Ac ueluti effuſa ſi quando grandine nimbi
» Præcipitant, omnis campis diffugit arator,
» Omnis agricola, & tuta latet arce uiator,
» Aut amnis ripis, aut alti fornice ſaxi:
» Dum pluit in terris, ut poſsint ſole reducto
» Exercere diem: Sic obrutus undiq́ telis
» Aeneas, nubem belli, dum detonet, omnes
» Suſtinet. ——

Et Tullius de Orat. ad Q. Fratrem: Sic enim ſe res habet, ut, quemadmodum uolucres uidemus procreationis, atq́ utilitatis ſuæ cauſa fingere, & conſtruere nidos, eaſdem autem, cum aliquid effecerint, leuandi laboris ſui cauſa paſsim, ac liberè ſolutas opere uolitare: ſic noſtri animi forenſibus negocijs, atque urbano opere defeſſi geſtiunt ac uolitare cupiunt uacui cura, atque labore.

Pictoribus, atque poëtis] Afferre obiectionem de pictorum & poëtarum licentia, quibus omnia concedi, præter contraria monſtruoſa affirmat: erunt autem contraria, quæ à pictoribus euitentur, ne cum placidis immitia, hoc eſt, cum ferocioribus manſuetiora coniungant. A' Poëtis autem hoc omninò cauendum eſt, ne cum grauioribus, & altioribus immiſceantur leuiora, & humiliora: ut puta ne heroicæ materiæ inſerantur uanæ quædam deſcriptiones, quæ nullam continent maieſtatem: quales ſunt fluuiorum, locorum ſacrorum, & reliquæ rerum huiuſmodi digreſsiones, quæ licet per ſe delectent, grauioribus tamen adiunctæ, ut diximus, tanquam incongruæ, & nimium laſciuientes deridebuntur. Sunt enim quaſi meretriculæ, non autẽ matronæ ornamenta, quæ ſi meretrici, ut propriæ perſonæ, adhibeantur, afferunt ſplendorem, ſin autem integerrimæ fœminæ adimunt etiam grauitatem, & ſpeciem probitatis imminuunt. Pictoribus, atque poëtis] Hæc tanquam ex obijcientis perſona inducuntur aduerſus ea, quæ iam dicta ſunt. Audendi] Magis auget licentiam poëtarum, & pictorum, quàm ſi dixiſſet fingendi, ut audendi ſignificet audacter fingendi. Scimus] Eſt tanquam poëtæ reſponſio ad obiectionem de pictorum, & poëtarum licentia.

Petimus] Nos Poëtæ à pictoribus: iiſq́ concedimus quidquid libuerit, fingere, hoc tamen inter nos pacto, ne contraria illi coniungant, ut ſunt placida & immitia, nos uerò, ne grauioribus laſciuientia admiſceamus, ſed utrique ſimplicia, & inter ſe conuenientia, illi in pictura, nos in poëmate ſtatuamus. Sed non ut placidis coëant immitia] Affert, quæ in pictura uitanda ſint, addens infrà, quæ ſint in poëmate fugienda. Placidis immitia] Cuius rei ſubiungit exemplum, cùm & terreſtre animal placidum cum immiti, id eſt, tigrim cum agno coniungit, & item terreſtre immite, non cum alio terreſtri, ſed cùm aërio coniungit. Nam omnes aues aut placidæ ſunt, aut certè eiuſmodi, ut cum ſerpentibus comparatæ placidæ uideantur, & hîc effingitur ſecundùm monſtrum, quod à pictoribus uitandum eſt, ſequitur etiam poëticum.

Coëant] Simul uerſentur. Non enim eſt de coitu inter placida, & immitia accipiendum: ſed de conuictu, & conſuetudine. eodem modo & illud: Geminentur. Inceptis grauibus] Nunc affert, quæ ſint inter ſe contraria in poëmate, minimeq́ in uno opere concludenda: eaq́ nobis adiecta ſimilitudine ante oculos ponit: erunt autem inter ſe contraria grauiora, & laſciuiora (ſic enim appellat ea Quintilianus, quæ ornamenti cauſa extra rem aucupamur) quæ ſi una admiſceantur monſtruoſum reddent totum corpus inuentionis: ut puta, ſi in opere grauiori minutæ quædam deſcriptiones interſerantur, à quibus imprimis cauendum eſt: Quod quidem præceptum uidemus à Virgilio diligẽtiſsimè obſeruatum, cùm in Aeneide inanes deſcriptiones uitat, in Georgicis uerò, tanquam opere minùs graui, eaſdem affectat. Conſideremus enim quæ de eadem re in utroque poëmate ſcripta ſunt, eadem inter ſe comparemus, ut hinc habita operum ratione cognoſcamus quàm laſciuiat in peſtis deſcriptione in 3. Georg. Quamq́ grauis idem ſit in 3. Aeneid. in eiuſdem rei deſcriptione. cum in altero libro multa pauciſsimis uerbis explicat in altero minutiſsima quæq́ perſequitur. Conferatur cum his Ouidij in 7. ſub Aeaci perſona eiuſdem peſtis deſcriptio, ut quantò hæc Ouidij ſummiſsior eſt ad poëmatis rationem accommodata, tantò Virgilianam illam eſſe breuiorẽ dignoſcamus:

Contem-

Contemplemur Ouidij de porco Calidonio, & Virgilij in quarto uenationes. Comparemus horum inter ſe deſcriptas tempeſtates in undecimo Metamorphoſeos de Ceice, & in primo Aeneid. de Aenea. Iis pariter conferamus Ouidij in 12. de Aduentu Græcorum, & Virgilij de Didonis, & Aeneæ concubitu famæ deſcriptiones, ut quales illæ in grauiori opere, quales in laſciuiori eſſe debeant, intelligatur, quàm in hoc breues, & ſuccinctæ, in illo longiores, & laſciuientes: quàm multa in hoc omittenda, in illo diligenter affectanda: quàm in hoc operis ratione conſulta negligentia, & breuitas commendanda, in illo pariter diligentia, & quædam quaſi affectatio extollenda. Hic non uideo, quomodo cum Horatij uerbis Vincentij Madij philoſophi clariſsimi explicatio congruere poſsit: dum ait lucorum, amnium, & cæterarum huiuſmodi rerum deſcriptiones inceptis grauibus conuenire, ac tanquam unum, & alterum pannum purpureum latè ſplendere: cùm res ipſa ex adhibita ſimilitudine aliter oſtendere uideatur. Nam quemadmodum in aliquo uiri grauis, & honorati ueſtimento adhibitus unus, & alter pannus purpureus, licet per ſe latè ſplendeat, riſum tamen ſpectantibus ob diſsimilitudinem inducit: ita huiuſcemodi affectatæ, & minutæ deſcriptiones uni, & alteri panno purpureo ab Horatio comparatæ, in ſublimiori poëmate, tanquam in diſsimili ueſtimento, adhibitæ non niſi maximè explodêtur: ut abundè demonſtrabimus poëtarum exemplis. Quod niſi ita intelligatur, hoc inſequetur, Horatium, inanes, & minutas amnium, lucorum, fluuiorumq́ deſcriptiones in opere grauiori admittendas, ſignificare: quod ab illius mente diſcrepare illa, quæ proximè ſequuntur, perſpicuè uerba declarant: ſed nunc non erat his locus: &, amphora cœpit inſtitui currente rota, cur urceus exit? Quamobrem hunc eſſe Horatij ſenſum in his carminibus pro certo crediderim, eius poëma, ſcilicet in quo magna, ac grauiora profeſſus fuerit, ac poſtea in quibuſdam inanes fluuiorum, locorum ſacrorum, & cæterarum huiuſmodi rerum deſcriptiones inciderit, non aliter deridendum, quàm grauiſsimum alicuius principis ueſtimentum, in quo particulæ quædam panni purpurei conſuantur, quæ licet ipſæ per ſe latè ſplendeant, non tamen cum reliqua ueſte conſentire, ut ita dicam, uidentur. Hanc autem ſententiam, cùm ipſa per ſe, ut opinor, ſatis pateat, tum ſequens interpretatio ex Horatij mente ſumpta illuſtriorem facit, nam quemadmodum ijs, qui in muſicis uoce, aut ſonitu grauioris toni partes agunt, uitandæ ſunt minutæ illæ cromaticæ, & ſemicromaticæ prolationes. Quoniam imminueret grauitatem leuium prolationum celeritas, cui tamen in acuto tono, tanquam in proprio locus eſt: ita etiam in grauiori poëmate longiores illæ & inanes rerum deſcriptiones fugiendæ ſunt, tanquam à poëmatis dignitate prorſus alienæ. Itaque quod in leui, humiliq́ poëmatis genere plurimis uerbis, & ſententijs explicandum eſt, tanquam cromaticis, et ſemicromaticis in acuto tono prolationibus, id in graui poëmate paucisſimis exponi rectiùs eſt. Hoc ita ſenſit Horatius, & : ut opinor, rectè ſenſit. At Homerus ſuum opus de Achillis ira, & de Vlyſsis erroribus non ad huius normæ rationem perſcripſit. Nam ut homo Græcus uerborum copia ita delectatus eſt, ut dignitatem illam, quàm in Virgilio miramur interdum neglexiſſe uideatur: deſcriptiones enim, & digreſsiones uſurpat non modò frequentes, uerùm etiam ita prolixas, ut minutiſsima quæq; minimè rei propoſitæ neceſſaria ſtudioſè perſequatur. Sed ignoſcamus principi poëtarum: quia primus Heroici poëmatis author fuerit. nam ante eum nullum tale poëma uidemus: ut in Poëtica Ariſtoteles atteſtatur: à quo præclara quæq;, aut certè multa cæteri deriuarunt: neque enim facilè licet hic ex ſententia Ariſtotelis, qui aliquam artem primi efferunt perfectè ad unguem omnia præſtare. Quare neque omninò abſurdè Homerum feciſſe dicamus, & Virgilium ſummè laudemus, in quo ita nihil abundat, ut eidem tamen nihil deſit, cùm non ingenij modò laudem, quæ uni omnium Homero maxima debetur, ſed iudicij quoque commendationem aucuparetur, ut omittam quod præterea contra uituperatores Homeri poſſumus afferre, non illum ſuos uerſus accuratè, & ocioſè, ut Virgilium, compoſuiſſe, ſed impulſu naturæ profudiſſe, & ceciniſſe in corona uulgi, cùm intelligeret hominum imperitorum animos ubertate illa, quam docti probarent admodum delectari. Quod ſi ſeruire ſcenæ: ut eſt in adagio: rectum putatur, certè & ſeruire populo prudentis hominis eſt, quod, quia fecit Homerus, laudemus: quia rectè fecit, aut ſaltem ignoſcamus, præſertim ob eam cauſam, quia non ipſe, ſed Ariſtarchus totum opus collegit, & quaſi diſperſa membra unum in corpus redegit, quod ſi ipſe feciſſet, fortaſſe multa, quæ nos tanquam luxuriantia damnamus, amputaſſet, & abiecisſet. Inceptis grauibus] Cùm à re graui ſumitur initium, ut ab Homero de ira Achillis, atque Vlyſsis nauigatione, à Virgilio de Aeneæ erroribus, & de rebus ab eo in Italia geſtis.

Aſſuitur unus, & alter pannus inceptis grauibus] Id eſt, tanquam pannus: ſed omiſſum, tanquam, ſubintelligitur, ut etiam in ſecunda epiſtola primi libri. Viuendi quî rectè prorogat horam, Ruſticus expectat, dum defluat amnis, pro tanquam ruſticus.

Purpureus] Qui pannus licet purpureus ſit, è colore ipſo per ſe ſplendeat: adhibitus tamen inceptis grauibus, tanquam grauiori alicuius primarij uiri ueſtimento, grauitatem imminuit. Quis enim non derideat, ſi ueſtibus, quibus Venetijs utuntur nobiliores, quæ grauitatis quiddam habent, uariorum colorum ornamenta aſſuantur. Cùm lucus, & ara Dianæ] Non omnes in opere grauiori, ſed minutas tantummodò deſcriptiones uitandas præcipit. ſi quis enim digreſsionem deſcripturus Dianæ templum, & aram illius mira arte extructam, & lucum atque agros Deæ ſacros, ac circa eos diductum, atque influentem riuulum nimis accurata deſcriptione perſequatur, improbabitur à prudentibus. atque ideò cum Virgilius in ſexto Aeneidos libro Apollinis templum deſcriberet, eam rem paucisſimis uerſibus complexus eſt prætermiſſa & locorum, & agrorum, & riuulorum per agros Deo ſacros influentium, deſcriptione. Et lucus igitur, & ara, & agri, & riuulorum per agros ambitus in diuinarum ædium deſcriptione adhibitus minimè uidebitur operi grauiori conuenire. hoc autem ex quinto, & ſexto Platonis libro de legibus ſumptum eſt ab Horatio: ubi ait dijs in noua ciuitate conſecratis ſtatuendas eſſe aras, templa, locosq́ ſacros ſingulis. Quòd uerò attinet ad agros dijs attribuendos in ſexto his uerbis ſtatuit: Quæſtores, & aſſeruatores ſacræ pecuniæ in templis ſingulis, qui lucorum, agrorumq́ ipſis dedicatorum, & fructuum, conditionumq́, & locationum domini ſint, tres de maximis cenſibus pro maximis templis eligantur. De irrigatione uerò fluuiorum per agros ſtatuit non multò pòſt in eodem libro ſub his uerbis. Lucos quinetiam ingẽ irrigatione, & dedicatos dijs agros aquis immiſsis pinguiores curent reddere. Quare & lucus, & ara, & agri, & aquæ properantis ambitus per amœnos agros ad unius rei tantummodo deſcriptionem pertinent: aliter redundans, & ſuperfluens uideri poſſet Horatius, ſi cum dixerit, & properantis aquæ per amœnos ambitus agros, ſubiunxiſſet: Aut flumen Rhenum: quod idem eſſet, quantum attinet ad deſcriptiones, ac ambitus aquæ properantis. Vnde ſi diuerſum quid, atque disiunctum ſignificare noluiſſet: dixiſſet profectò, cùm lucus & ara Dianæ, aut properantis aquæ per amœnos ambitus agros, & loco illius particulæ, & poſuiſſet, aut. Quare agros amœnos properantis aquæ ambitu irrigatos Dianæ agros attributos intelligendum eſt: ut teſtimonio Platonis probauimus. Ait igitur Horatius, ſi quis grauiori opere deſcripturus ſit per digreſsionem Dianæ templum, eum non debere neque aram illius, neque lucum, neque agros Deæ attributos, neque riuum per eos influentem minutiſsima perſequi deſcriptione, ſi incœpti poëmatis rationem habere uoluerit. Hunc locum interpretes partim confundunt, partim uerò prætereunt.

Et properantis aquæ ambitus] Singula uerba deformitatem augent minutarum deſcriptionum. dixit autem properantis, ad exprimendum currentis fluuij decurſum, notandamq́ in hac re peccantium poëtarum inſcitiam, tranſlatione ab homine, & à re animata ad inanimatam. Aut flumen Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus] Aliquem irridet ſui temporis poëtam Satyricè, ut ſolet qui fortaſſe nimius fuerit in Rheni, & Iridos deſcriptione.

Sed nunc non erat his locus] Reprehendit eos, qui deſcriptionibus plus æquo delectantur. Sunt enim quædam, quæ ipſa per ſe, ſo

ſe, ſi ſpectentur, decorem, & elegantiam habent. cùm alijs autem coniuncta, non item. Quemadmodum in panno purpureo eſt quædam, ut ita dicam, perſpicuitas, quæ ſpectantium oculos tenet: non tamen ſequitur, ut cuilibet ueſtimento additum, atque ad textum decorem afferat. Sic deſcriptiones uoluptatem afferunt legentibus: nemo negat: non tamen ubique deſcriptionibus locus eſt: ſicuti nec purpureo panno, tametſi latè ſplendenti, in quolibet ueſtimento locus eſt. Quid enim, ſi quis atra ueſte indutus partem aliquam ei ueſti purpurei panni adſuerit, non'ne iure ridebitur? Eadem ratio eſt in poëmate. rem grauem uerſibus aliquis perſequetur: huic cogitandum eſt, ut carmini cum re, & rei cum carmine optimè congruat. Congruet autem optimè, ſi neque cum graui re, leue carmen, neque cum graui carmine leuis res immiſcebitur. Grauitatem autem imminuit nimis prolixa deſcriptio, non modò ſi ſit extra rem ipſam, quæ agitur, uerùm etiam ſi cum ipſa re coniungitur. Itaque non ſanè repudiandæ ſunt deſcriptiones omninò: ſed, quia non conſentiunt cum ipſa re, cùm nimis prolixè ſunt, cauendum eſt, ne longiores ſint, atque etiam ne, cùm neceſſariæ non ſunt, non uſurpentur. Dixit igitur, ſed, cùm reſpiceret ad illud, latè ſplendeat: hoc eſt, latè quidem ſplendet purpureus pannus, ſed purpureo panno locus non ſemper eſt. Sic, eſt quidem per ſe iucunda deſcriptio: ſed nunc, id eſt, in opere grauiori, de quo intelligit poëta, locus ei non erat. Quare expone, ſed nunc, id eſt, in opere grauiori: non erat his deſcriptionibus locus: & ſi per ſe latè ſplendens. hoc autem aduerbium temporis, nunc refertur ad rem.

Et fortaſſe cupreſſum ſcis ſimulare] Per ſimilitudinem iterum reprehendit in poëmate grauiori ineptas, & laſciuientes deſcriptiones, quemadmodum ſi quis in hyberni temporis pictura adhibeat uolantes muſcas, in æſtiui autem hominem ulpinis pellibus inuolutum? Quid hoc] Ad quid cupreſſus depictus in tempeſtate maritima? Amphora cœpit] Rurſus poëmatis deformitatem demonſtrat ex figuli ſimilitudine, qui grandiuſculum uas, hoc eſt, amphoram, incœperit, & in exilem urceum exierit. accipitur autem amphora pro grauioris materiæ principio: urceus uerò pro minutis in opere grauiori adhibitis deſcriptionibus. Eſt enim amphora uas uinarium, quod ſextarios octo, & quadraginta cõtinet: urceus uerò uas paruulum admodum, ex quo aquam in ahenum infundimus. Eſt igitur in hoc loco quaſi alterum monſtrum ſimile duobus ſuperioribus ſcilicet.

» Humano capiti ceruicem pictor equinam
» Iungere ſi uelit, & uarias inducere plumas.
» Vndiq; collatis membris, ut turpiter atrum,
» Deſinat in piſcem, mulier formoſa supernè. Et,
» Sed non ut placidis coëant immitia, non ut
» Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.

Hæ omnes ſimilitudines oſtendunt de inuentione omnia eſſe præcepta, non autem de diſpoſitione. Denique ſit quoduis ſimplex duntaxat, & unum] Concludit præceptum de inuentione monſtruoſa uitanda, & complectitur uno carmine, quæ ſuprà dicta ſunt, ſingula ſingulis referens, ſit quod uis, ad illud Pictoribus, atque poëtis quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. Simplex duntaxat, & unum, ad id, ſed non ut placidis coëant immitia. Sit igitur inuentio ipſa ſibi congrua in principio, in medio, & in fine, ſimplex, unaque, non adhibeat contraria, neque grauioribus leuiora immiſceat. Maxima pars uatum pater] Tribus rebus conſtare elocutionem poëticam, genere orationis, uel, ut Græci dicunt, charactere, uerbis, & uerſuum numeris nemini dubium eſt, de quibus omnibus in hac epiſtola præcepta traduntur. In his autem carminibus breuiter de prima parte tractatur, quæ omnis in dicendi ratione poſita eſt: Qua in re, cùm quæ ſint uitanda, præcipiat Horatius tacitè etiam, quæ ſint ſequenda, oſtendit. Docet autem, ita eſſe breuitatem, lenitatem, & grauitatem ſequendam: ut minimè in obſcuritatem, tumiditatem, & leuitatem incidamus. Cauendum eſt enim, ne, dum alterum uitium uitamus, in eius contrarium, quod peius eſt, delabamur. Vnde ſapienter Prodicus apud Platonem neque longiorem, neque breuiorem, ſed ex his temperatam admonet eſſe orationem oportere: hoc eſt, perſpicuam, non tamen humilem, ut Ariſtoteli placet

Maxima pars uatum Decipimur] Numero poëtarum ſe interponit Horatius, quod minimè illi arrogantiæ tribuendum eſt: cùm ſe ijs inſerat, quos ait decipi ſpecie recti. Sunt qui ad arrogantiam uitandam illud, uatum, ad patrem relatum ab Horatio dicant: ut ſit pater uatum, & iuuenes patre digni. Breuis eſſe laboro, obſcurus fio] Obſcuritatem tanquam proprium uitium fatetur, & agnoſcit, dum breuitatis enim uirtutem, inquit, ſequor: in obſcuritatem proximum uitium incido. Vnde & Craſſus apud Ciceronem. Hoc uideo, dum breuiter uoluerim dicere, dictum à me eſſe paulò obſcurius: ſed experiar, ut dicam, ſi potero planius. quo uitij genere notatur inter Græcos Thucydides: inter Latinos maximè è poëtis Perſius: qui dum nimium breuis eſſe uoluit, ſi modò id conſilio potiùs, quàm ingenij culpa commiſit, ipſe ſibi nebulas offudiſſe dicitur. Præcipit igitur breuitatem, ſed eam maximè, quæ ſit cum dilucíditate coniuncta: cùm nullum uerbum redundat, & cùm tantum uerborum eſt, quantum neceſſe eſt, quæ in ſomnio quidem Scipionis potiſſimùm, in Plinio, in Cæſare, in Virgilio commendatur. qui licet omnia breuiter explicent, quid tamen ſignificent, omnibus patet. Sectantem leuia nerui deficiunt] Politum uult poëma, non tamen eneruatum in quod uitium incurremus, ſi floſculos quoſdam inanes, læuioraque nimium affectabimus: ut Franciſcus Petrarcha in ea Ode, quæ incipit.

» Amor m' ha poſto come ſegno al ſtrale.

In qua, dum politiora ornamenta ſtudioſè aucupatur, efficit eneruatum neſcio quid, & tanquam inanimatum. Non enim ſubeſſe res ulla uidetur, in qua leuiora illa nitantur: quod uitium in reliquis, & in ea præcipuè uitatum eſt,

» Rott' el' alta Colona, e' luerde Lauro.

Vbi & ſi adſunt uaria orationis ornamenta, non tamen nerui, & ſpiritus abſunt: ut in ſexto etiam apud Virgilium in illis carminibus,

» Principio cœlum, ac terras, campoſq; liquentes,
» Lucentemq; globum Lunæ, Tytaniaq; aſtra
» Spiritus intus alit:—

In quibus adhibita ornamenta orationis rem habent, qua nitantur. Nerui] Quoniam nerui ſunt inanimantibus, ideò & animos ſubiunxit: ut eneruatum, & quaſi inanimatum poëta ſignificaret, in quo leuiora affectarentur, & inania captarentur ſine ulla inuentione, quæ ſæpe à ſcriptoribus appellatur anima orationis. Vnde M. Tullius res animo uerba corpori comparauit: cùm in 3. de Oratore dixit: Et qui, tanquam ab animo corpus, ſic à ſententijs uerba ſeiungunt, quorum ſine interitu fieri neutrum poteſt. Profeſſus grandia turget] Grandiloquum dicendi genus præcipit, non tamen turgidum, quo uitio Lucanus reprehenditur, & Statius. grauitatis autem uirtute, &, ut ita dicam, grandiloquẽtiæ ſine ulla tumiditate laudatur Homerus, & imitator Homeri Virgilius.

Serpit humi tutus nimium, timiduſq; procellæ] Lenitatẽ quã ſequitur, ei cauendum omninò eſt, ne ſerpat humi, & ita rude, incultum, & inornatum poëma efficiat, ut ſine faſtidio legi uix poſſit.

Serpit humi] Commodata ad extremam humilitatem tranſlatio, ſumpta uel à nauigantibus, uel ab ijs, qui procumbentes in terram ita repant, ne erectos turba uentorum auferat. Oportet igitur poëtam omnia exactiſſimo iudicio perpendere, ne, dum mediocrem, leniorem, æquabiliorem dicendi rationem perſequetur, in languidã, mollem, eneruatam, diſſolutamq; incurrat, rurſuſq;, ne, dum ſublimia, grandioraue profitetur, turgidiorem, inflatioremq; ſe præbeat. Quamobrem mediocritatem amplectentes, uitiorum extrema uitabimus. Qui uariare cupit rem prodigialiter unam] Complectitur more eorum breuiter, à quib. præcepta traduntur, quæ ſuprà dicta ſunt, & de mõſtruoſa inuẽtione, & de uitioſo dicendi genere uitando, ſingula ſingulis referens: Delphinum ſyluis appingit, fluctibus aprum, ad prodigium incongruæ inuentionis: in uitium ducit culpæ fuga, ſi caret arte: ad uitioſam dicendi rationem uitandam, quam minimè uitabimus, niſi artẽ adhibuerimus in mediocritate tenenda: quem locum nõ ſatis, ut ego exiſtimo, animaduerti

uertit Iacobus Griſolus, uir eruditus, dum tacitè ſignificat, ut ex eius interpretione apparet, non autem de incongrua inuentione dictum, in qua diuerſa, & uaria inter ſe coniunguntur: ut grauiora, et leuiora: quam rem illud uariare prodigialiter, magis oſtendit.

Prodigialiter] Variandum eſt poëma, ſed non prodigialiter & monſtruoſè: ut cùm grauioribus laſciuiora iunguntur, & tanquam Delphinus ſyluis, & fluctibus aper pingitur. In uitium ducit culpæ fuga, ſi caret arte] In fugiendo altero uitio artificium eiuſmodi adhibendum hortatur, ne relicta mediocritate in eius contrarium incidamus: hoc eſt, ne prolixitatem uitantes in obſcuram breuitatem incurramus. Aemylium circa ludum] Supra & de monſtruoſa inuentione tractauit, & de ea parte elocutionis, quæ potiſsimùm in genere orationis uerſatur. nunc loquitur de totius operis, & omnium poëmatis partium inter ſe diſpoſitione, quæ omnis in hoc maximè poſita eſt, ut partes inter ſe cohæreant, ne diſiunctæ uideantur: quod quidem in Ludouico Arioſto reprehenditur: cum nihil in eo ſit, quod ſimul componi poſsit, ſed ita omnes partes in eo opere diſiunctæ: ut lectoris animum, & memoriã confuſa narratio uehementer offendat. Hoc autem in poëmate reprehendit Horatius fabri cuiuſdam ſtatuarij ſimilitudine, qui licet omnes partes corporis ſeparatim minutiſsimè exprimeret in coniunctione tamen incongruè diſponeret. Faber imus] Non nomine Imus, ut multi uolunt, ſed in ima parte ludi Aemylij poſitus. Si enim Imum, ut nomine proprio fabrum ſignificare uoluiſſet: nil erat, cur ludum Aemylium etiam ad huiuſce fabri demonſtrationem poneret: ſed hunc denotauit ab ordine loci, imum, pro ima parte ludi gladiatorij poſitum, qui ludus Aemylius dicebatur. quod illud aduerbium, circa, magis declarat: eadem elocutione in primo epiſtolarum: Hæc Ianus ſummus ab imo perdocet, hoc eſt, in ſumma, & in infima parte poſitus. Et ungues exprimet, & molles imitabitur ære capillos] Quæ duo in ſculpturis difficillima ſemper habita ſunt, ſed difficiliùs mollitiem capillorum exprimere, qua in re ſummam laudem Lyſippum meruiſſe accepimus. Eſt autem antitheton quaſi quoddam, molles capillos, ære.

Infelix operis ſumma.] Infelix in ſumma totius operis coniungenda, quia neſciet partes ſeparatim expreſſas in unum totum componere, quid autem ſibi per ſummam uoluerit Horatius, alij aliter ſentiunt. Ego per ſummam diuerſarum partium collectionem, & unitatem acceptam puto, à ratiocinantibus ſumpta translatione apud Ciceronem conficere ſummam pecuniarum, & detrahere de ſumma dictum inuenitur. Hunc ego non magis uelim] Non malim me eſſe talem in poëmate, quàm me ſpectandum nigris oculis, nigroq; capillo, eſſe tamen naſo deformiori, & grandiori: cum nullam habeat naſus cum capilli, & oculorum pulchritudine proportionem, quæ ſola efficit pulchritudinem: ea uerò nihil aliud eſt ex Platonis ſententia, quàm gratia quædam, quæ in concinnitate plurium inter ſe maximè naſcitur. Vnde ex plurium uirtutum in animis temperamento, ex plurium uocum conſonantia, ex plurium colorum, linearumq; concordia proficiſcitur. nam oportet ut partes cum toto conueniant. Vnde Plato in Phædro oportere, inquit, orationem omnem, tanquam animal quoddam conſtitui: ut ſuum quoddam habeat corpus, quod neque ſine capite ſit, neque pedibus careat, ſed habeat media, atque extrema ſibi inuicem, & toti conuenientia. Vnde ait etiam, Tragœdiam pari ratione eſſe compoſitionem debere partibus, & toti conuenientem. Nigris oculis] Vtrunque enim in hominibus laudatur. unde alibi de Lyco.

„ Et Lycum nigris oculis, nigroq; capillo.

Sed licet per ſe & capilli, & nigri oculi ſpecioſi admodum uideantur adiuncti tamen adunco, & prauo naſo, reddunt totum hominem deformiorem. Sumite materiam] Concludit iterum, quæ modò dicta ſunt: præcipiens, ad omnia uitia in diſpoſitione, & elocutione uitanda æqualem noſtris uiribus inuentionem ſuſcipiendam: ut poſtea inuentionem elocutio, & diſpoſitio facilè ſubſequantur.

Et uerſate diu quid ferre recuſent, quid ualeant humeri] Eadem metaphora de eadem re utitur Franciſcus Petrarcha,

„ Ma trouo peſo non da le mie braccia,
„ Ne oura da polircon la mia lima.
„ Però l' ingegno, che ſua forza ſtima
„ Ne l' operation tutto s' aggiaccia.

Et M. Tullius in Oratione pro Roſcio Amerino cùm ait: Fide, ſapientiaq; ueſtra fretus plus oneris ſuſtuli, quàm ferre me poſſe intelligo. Cui lecta potenter erit res] Ratio, quare huiuſmodi eligamus inuentionem, qualem ſuſcipere poſsimus. Nam cui erit lecta res potenter: qui pro uiribus eliget inuentionem: hunc non deſeret nec facundia in elocutione, nec lucidus ordo in operis diſpoſitione. Qui enim materiam pro ingenij facultate ſuſceperit, adhibebit facundiam in uerbis, & in partium coniunctione etiam ordinem. Quamobrem ab Agrippa rogatus Horatius, ut eius geſta uerſibus commendaret. deterreri ſe ait à grauiori prouincia his carminibus, Varioq; eam imponit: cum ſe minimè cognoſcat idoneum.

„ Scriberis Vario fortis, & hoſtium,
„ Victor Mæonij carminis alite,
„ Quam rem cunq; ferox nauibus, aut equis
„ Miles te duce geſſerit.
„ Nos Agrippa neq; hæc dicere, nec grauem
„ Pelidæ ſtomachum cedere neſcij,
„ Nec curſus duplicis per mare Vlyſſei,
„ Nec ſæuam Pelopis domum
„ Conamur, tenues grandia: dum pudor,
„ Imbelliſq; lyræ muſa potens uetat
„ Laudes egregij Cæſaris, & tuas
„ Culpa deterere ingeni.

Et in 2. Epiſtolar. ad Auguſtum.

„ Sed neq; paruum
„ Carmen maieſtas recipit tua, nec meus audet
„ Rem tentare pudor, quam uires ferre recuſent.

Et ad Mecœnatem,

„ Nolis longa feræ bella Numantiæ,
„ Nec dirum Hannibalem, nec Siculum mare
„ Pœno purpureum ſanguine mollibus
„ Aptari citharæ modis.

Vnde & Socrates apud Platonem in VI. de Republ. cùm difficillimam quæſtionem de bono eſſet pertractaturus, à ſuarum uirium imbecillitate, & rei ipſius magnitudine ita exorditur. At uereor ne uires deficiant, atque ego ſupra uires auſus ineptior appaream, riſumque audientibus moueam. Cæterùm, ô uiri fœlices, quid ipſum bonum ſit in præſentia dimittamus. Eſt enim, ut mihi uidetur, ſupra præſentem contemplationem. Atque ideò cum aliquid poëtæ, quod ſupra eorum uires ſit aggrediuntur, in auxilium uel deos, uel muſas, uel memoriam inuocant, quaſi ipſi per ſe minimè ſufficiant. atque ex hac ipſa inuocatione non paruam ſibi conciliant beneuolentiam: nulla enim maior eſt conciliatio, quàm quæ ex uirium proficiſcitur extenuatione.

Nec lucidus ordo] Quantum enim afferat lucis, & ſplendoris poëmati diſpoſitio, nemo ignorat. Vnde Plinius Barbaros uituperat: quòd cùm abundent inuentione, & elocutione, careant ordine, qui niſi inerit, non dubium eſt omnia in oratione peritura. Oportet enim orationem: ut inquit Socrates in Phædro apud Platonem: tanquam animal quoddam conſtitui, ut ſuum quoddam habeat corpus, quod neque ſine capite ſit, neque pedibus careat, ſed habeat media, atque extrema ſibi inuicem, & toti conuenientia, quod ex ordine ipſo proficiſcitur.

Ordinis hæc uirtus erit] Dixerat facilem ſubſecuturam elocutionem, & diſpoſitionem: ſi à nobis materia æqualis uiribus ſuſciperetur: Nunc breuiter de diſpoſitione poëtica, quæ & artificialis dicitur, poſtquam in hunc ſermonem incidit, pertractat in qua non omnia eo ordine narranda præcipit, quo geſta ſunt præpoſterè, ut quædam in principio dicantur, quæ eſſent exitui proxima: quædam autem in medio, quæ eſſent in principio adhibenda, ſi rei geſtæ ordo attenderetur: quod Virgil. diligentiſsimè obſeruauit, qui cùm 1. Aeneid. uerſu promiſiſſet, producturum ſeſe de Troiæ littoribus Aeneam,

„ Troiæ qui primus ab oris

Italiam

» *Italiam fato profugus, Lauinaq; uenit*
» *Littora.* —— *Vbi ad principium narrationis acceſſit,*
» *Aeneæ claſſem non de Troia, ſed de Sicilia producit:*
» *Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum*
» *Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebant.*

Eius nauigationem deſcribendo perducens ad Lybiam, ubi in conuiuio Didonis narret ipſe ſub perſona Aeneæ uſque ad Lybiam de Troia nauigationem, complectens uno uerſu quod iam copioſè deſcripſerat.

» *Hinc me digreſſum ueſtris deus appulit oris.*

Eodem modo & Homerus uitans in poemate hiſtoricorum ſimilitudinem, quibus lex eſt incipere ab initio rerum, & continuam narrationem ad finem uſq; perducere, poëtica diſciplina à rerum medio cœpit, & ad initium poſt reuerſus eſt. Nam Vlyſſis errores non incipit à Troiano littore deſcribere, ut in propoſitione promittit.

» *Dic mihi Muſa uirum, captæ poſt tempora Troiæ,*
» *Qui mores hominum multorum uidit, & urbes.*

Sed facit eum primò nauigantem de inſula Calipſonis, & ex perſona ſua perducit ad Phæacas: Vbi in conuiuio Alcinoi regis eũ introducit narrantem, quemadmodum de Troia ad Calipſonem uſq; peruenerit. Hos ſecutus Catullus in Thetydos nuptijs, non ab ædificatione prima nauis, à qua naturæ ordo poſtulabat, ſed à nauigatione Argonautarum incœpit, in medio eius nauis ædificationem exponens: & Franciſcus Petrarcha in ea ode in laudẽ Lauræ, quæ incipit, Tacer non poſſo, non exorditur ab eius natalitio die, à quo debuiſſet ratione rei, ſed ab amoris ſui exordio ſumpſit principiũ,

» *Nella bella prigion, ond' hor è ſciolta*
» *Poco era ſtato ancor l' alma gentile*
» *Al tempo, che di lei prima m' accorſi:*

Natalitium diem in medio ſub perſona fortunæ reſeruans,

» *Il di, che coſi ei nacque, eran le ſtelle,*
» *Che producon fra uoi felici effetti,*
» *In luoghi alti, & eletti.*

Et Virgilius etiam iterum cùm id facit: Aeneã in tertio de claſſe à ſe facta ipſa Antandro narrantem:

» *Diuerſa exilia, & diuerſas quærere terras*
» *Augurijs agimur diuûm, claſſemq; ſub ipſa*
» *Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.*

Tacet gratiam à Cybele de illis nauibus impetratam, eam in nono proferens ſub perſona. Multorũ inuocanti Virgilio reſpondentiũ:

» *Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida*
» *Aeneas claſſem,* ——

Et quæ ſequuntur: & ubi de Palinuro loquitur taget eius aduentum in Italiam in loco proprio:

» *Vix primos inopina quies laxauerat artus,*
» *Et ſuper incumbens: cum puppis parte reuulſa,*
» *Cumq; gubernaclo liquidas proiecit in undas*
» *Præcipitem* —— *Et paulò infrà:*
» *Nudus in ignota Palinure iacebis arena.*
Eum narrantem poſtea apud inferos inducens.
» *Neq; te Phœbi cortina fefellit*
» *Dux Anchiſiade:* —— *Et paulò pòſt.*
» *Tres Nothus hybernas immenſa per æquora noctes*
» *Vexit me uiolentus aqua: uix lumine quarto*
» *Proſpexi Italiam, ſublimis ab unda.*
» *Paulatim adnabam terræ, & iam tuta tenebam,*
» *Ni gens crudelis madida cum ueſte grauatum,*
» *Prenſantemq; uncis manibus capita aſpera montis,*
» *Ferro inuaſiſſet, prædamq; ignara putaſſet.*

Eſt autem ordo: Hæc uirtus, & uenuſtas erit ordinis Poëtici. ut dicat iam nunc: pro in hoc loco, et in hac parte: debentia dici iã nunc, pro in alia parte, & loco: uſitatiſsima elocutione à tempore ad locum, quæ particula tam ad præſens tempus, quàm ad præteritum, & futurum accommodatur: hoc modò, ut dicat, iam nunc: id eſt, in poſterum: debentia dici iam nunc, id eſt, in principio, & differat pleraque in aliud tempus, & omittat in tempus præſens, id eſt, in præſenti tempore. Dicimus & in præſens, pro in præſenti tempore: ut apud Liuium. Id modò eſſe ſalutare etiã in præſens credebat; Erit igitur uenuſtas, & uirtus ordinis, ut ad rem redeamus, ut dicat iam nunc in poſterum, debentia dici iam nunc: quæ in principio dici deberent, naturali ordine ſeruato: & differat pleraque in aliud tempus, quæ eſſent in principio apponenda, & omittat non ſemper, ſed in præſens tempus, in præſenti tempore in futurum reſeruans. Qua in re conſiderandum eſt illud, tempus præſens, ut intelligatur: omittat in tempus præſens, id eſt, in præſenti tempore, & reſeruet in futurum: quod & illud differat, manifeſto oſtendit. Sunt qui uel aliter ſentiunt, uel aliter ſentire uolunt exiſtimari, ijq; ſummi ingenij, ſummæq; doctrinæ: hoc eſt, poëtas, ut rerum ſcriptores, naturæ ſequi ordinem tantùm debere: cùm Homerus, à quò rectè ſcribendi rationem reliqui deriuarunt in Iliade, atq; Odyſſæa: ut iſti diſputant: ita exorſus hanc quaſi legem poſteris tulerit. Atque hinc Horatio, atque Virgilio crimini dant, quòd alter id uel in primis præceperit, alter quòd à præſcripto ſibi ab Homero narrandi ordine aberrauerit. Errant iſti quidem, & longè errant, ſi hos errare ſentiunt, quos Latinæ literæ ſummos authores habent: nam quod oratoribus permittitur, qui minùs ſtudent delectationi, ut ſuo iudicio, & electione naturæ ordinem in cauſis mutent, atq; peruertant, ubi id earum ratio poſtulauerit, non uideo cur illud poëtis uitio eſſe debeat, qu ſibi uel ſolam, uel maximè uoluptatem propoſuerunt? quæ ex ordine, quem natura ipſa præſcribit parua, uel potiùs nulla percipitur. cũ ex eo, qui ab arte proficiſcitur uel maxima fluere uideatur, quia in re potiſsimùm poëtarum ingenium, & doctrina ſpectatur, atque cognoſcitur. artificioſè enim per inſinuationem quandam, ſe breues fore ſignificare uidentur poëtæ, cùm non altè repetito principio, ſed à rebus exitui proximis initium narrandi ſumunt. nam etſi ad priora poſtea reuertuntur, & longiùs protrahunt narrationem, quam primo uidebantur, ita tamen delectant, dum hoc nos quaſi errore fallunt, ut ad exitum uſque ſine faſtidio, & ſatietate, eiuſmodi etiam cum uoluptate perducant, ut id quidem uix ſenſu percipiatur. Natura enim nos noſter delectat error, ex quo quaſi decipimur expectatione, atq; aliò ducimur, quam in principio narrationis legentes exiſtimabamus: cum finem iam rerum non longè abeſſe arbitraremur. Ordinem quidem naturæ nos in poëtis minimè uituperamus: quia eo aliquando ſummi uiri in facultate poëtica uſi ſunt. ſed certè huic artis longè præponimus: uel quia ſummam afferat legentibus admirationem à decepta expectatione. quod gratiſsimũ ſemper exiſtimatum eſt: uel quia, ut inde conſequitur: Poëtis maximè proprius eſſe uideatur, ut ratione, cõfirmationeq; artis adhibita auguſtiorem, & admirabiliorẽ efficiant orationem, atq; hinc ſibi concilient uoluptatem, quæ ex his potiſsimùm proficiſcitur, quæ bonis cum paucis admodum ſunt cõmunia. Atq; in hac re minimè quærendum uidetur, hunc, an illum ordinem Homerus in Iliade adhibuerit: ſatis eſt in Odyſſæa ab eodem adhibitum artis demonſtrare, quod in primis factum negant Horatij, atq; Virgilij accuſatores, qua in re uel Homerum ipſum authorem habeo, ut Macrobiũ, & Euſtathium prætermittam. nam & ſi ille muſam inuocet, ut inciperet à qua uellet parte errorum, quos diuinus Vlyſſes multos pertulerat: non uidemus tamen eundem continuam proſequi narrationem uſq; ad extremum, ſed ad rerum principia poſt reuerti: ut primis uerſibus propoſuerat.

» *Dic mihi muſa uirum, captæ poſt tempora Troiæ,*
» *Qui mores hominum multorum uidit, & urbes,*

Quare cum à medio rerum cœperit, & ad initium poſt reuerſus ſit: hoc eſt, ad legitimum rerum principium, ſi naturæ ſeriem ſpectes, idq; præcipuè primis uerſibus propoſuerit, nulla ratione exiſtimandum eſt, ſummum poetam artis ordinem neglexiſſe, illumq; naturæ ſecutum fuiſſe, ex quo non eadem percipitur oblectatio, quæ ab altero. Sed quid plura in re apertiſsima diſputamus? quaſi uerò hoc dubium ſit, atq; obſcurum? Cum igitur Horatius animaduerterit alterum ordinem apertè patere, & Homero, atq; Virgilio cùm multis eſſe communem, alterum cum paucis admodum, de eo tantummodo præcipit, qui ex arte proficiſcitur, poëtiſq; maximè proprius iudicatur. Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi carminis author] *Singula ſingulis reddens complectitur, quæ his carminibus de diſpoſitione dicta ſunt: ut, hoc amet, referat ad illud, ut iam nũc dicat, iam nunc debentia dici; hoc ſpernat, ad illud, pleraq; differ-*

rat, & præſens in tempus omittat. Debemus enim à rebus exitui proximis incipere, & prima in medium, uel in ultimũ reſeruare. Quare debet poëta hoc diligenter inquirere, ut etiam dicet infrà: ut ſemper ad euentum feſtinet, & in medias res non ſecus ac notas rapiat auditorem: reſeruatis tamen in medium, quæ erant in principio exponenda ordine naturæ adhibito. Quamobrem non uideo quid ſibi nonnulli uoluerint: dum carminum expoſitionem uerba Ariſtotelis, & Ciceronis adhibent: cùm diuerſum admodum ſit, quod ab Horatio in hoc loco præcipitur, à Ciceronis, atq; Ariſtotelis ſententia. Sperant] Hoc eſt, non curet in præſenti, ſed in aliud tẽpus reſeruet. Promiſſi carminis author] Lõgi carminis author, interpretatur Madius inſignis philoſophus, quoniã ex Ariſtotelis ſententia, inquit, prolixum poëma non niſi heroico carmine fieri poteſt, quæ interpretatio quàm ſit aliena ab Horatij mente, aliorum ſit iudicium. neſcio enim, quia elocutione promiſſum carmen dixiſſet Horatius, pro longiori & prolixo, & ſi promiſſam barbam, & promiſſum capillum dicimus. per promiſſi autem carminis authorem intelligo, cùm hoc in loco de diſpoſitione loquatur, eum, qui in poëmatis ſui propoſitione aliquid dicendum promiſerit: ut,

» *Arma, uirumq; cano:* & in 7.
» *Dicam horrida bella:*

Quando enim aliquid proponunt dicendum authores, rectè promittere dicuntur, elocutione uſitatiſsima. Promiſſum igitur carmẽ intelligo, in quo promiſſum ab authore præſtatur. Vnde infrà Cyclicum promiſſorem appellat, quod promiſerit ſe fortunam Priami dicturum, & nobile bellum. In uerbis etiam tenuis] Attulit ſuprà præcepta de prima elocutionis parte, quæ in dicendi ratione poſita eſt: nunc de ſecunda illius parte pertractat, quæ ad uerborum electionem ſpectat. Cùm igitur aut uerbis ijs utamur, ut Ciceroni placet, quæ propria ſunt, & certa quaſi uocabula rerum penè una nata cum rebus ipſis, aut ijs, quæ transferuntur, & quaſi alieno in loco collocantur, aut ijs, quæ nouamus & facimus ipſi: Sed quoniam propria quodam quaſi naturali ſenſu indicantur. ut inquit Craſſus apud Ciceronem: in quo non magna laus eſt uitare uitium de his nil præcipit: Sed de translatis & nouatis tantummodò. Hæc enim potiſsimum afferuntur ad illuſtrandam, atq; exornandã orationem. Docet igitur, & translata, & nouata prudenter, & parcè eſſe accipienda. Primò autem præcipit non de compoſitis, ut aſſerunt commentatores, ſed de translatis. Nunquam de compoſitis dixiſſet: dixeris egregiè: cum illa quidem ex Cæſaris ſententia non minus à nobis uitanda ſint, quàm ſcopuli in medio mari: Vnde Demetrius Phalerius in libro de Elocutione in ea parte, in qua loquitur de nominum compoſitione, ait, periculoſam eſſe, uel ipſis poëtis nominum fictionem, & compoſitionem. Sed quem ex omnibus uerbis translata afferant ſplendorem orationi tàm apud poëtas, quàm apud oratores, nemini dubium eſſe arbitror: ut etiam Ariſtoteles in poëtica Aeſchyli, atq; Euripidis comparatione apertiſsimè declarauit, cùm de eadem re alterum propriè locutum: ut abiectum reprehendat, alterum translatiuè ut illuſtrem & ſplendidum maximè laudet. nam inquit, cùm Euripides unum duntaxat nomen lingua non trita loco proprij immutauerit, tam pulcher apparuit: quam Aeſchylus abiectus eſt uiſus: etenim in Philoctete Aeſchylus ſic locutus eſt, φαγέδαιναν ἥ μου σάρκας ἐσθίει ποδός. ipſe uerò Euripides pro ἐσθίει θοινᾶται poſuit, quamuis etiam & illa parcè ſint à nobis accipienda, ne Glauciam ſtercus reipublicæ dicamus, & caſtratam morte Africani rempublicam, & cætera huiuſmodi. Primo autem carmine non tam de translatis, quàm de nouatis præcipitur: ut in ijs eligendis adhibeatur prudentia quædam, & parſimonia, ſiue ea translata ſint, ſiue nouata. Tenuis] Non omnia admittenda, ſed quæ neceſſaria, atque optima uidebuntur in nouatis, ne frequẽter ijs utamur, in translatis, ne longè deducta admittamus: ut Syrtim patrimonij, Charybdim bonorum.

Cautus] Pariter tam in nouatis, quàm in translatis: in nouatis, ne duriora & aſperiora ſint, & non neceſſaria: in translatis, ut callidè coniugantur, ut ſenſum feriant, ut ſint uerecunda, ne maiora, quàm res poſtulet, aut minora, aut anguſtiora. Hoc autem eſt præceptum uniuerſale ad omnia inferiora circa uerborum electionem, quæ uerò ſequuntur, erunt unicuique uerborum generi propria.

Serendis uerbis] Pulcherrima translatio de uerborum ſatione. Qua in re nihil obſtat, quod dicitur à Griſolo, ſationem ad nouos fructus pertinere. cùm doceamus translationem nouitatem quandam eſſe uerborum. Vnde & Ariſtoteles in libris Rhetoricorum unam ex uirtutibus metaphoræ eſſe ait: quòd nouam quodammodo, ac peregrinam reddat orationem. Dixeris egregiè] Poſt præceptum uniuerſale de uerborum electione, ſequitur particulare de translatis. eſt autem ordo: Dixeris, uel ſcripſeris egregiè, ita ut laudem merearis, ſi callida iunctura reddiderit uerbum iam notum, nouum. Verba enim ſi à propria, & primitiua ſignificatione in aliã transferantur, tanquam in alieno loco poſita, amittunt primam ſignificationem, & omnibus notam, & aſſumunt nouã penitus. Quis enim non intelligit, quàm ſint noua multa translatè dicta, cùm in propria, & uetuſta ſignificatione ſint notiſsima? ut

» *Diffugere niues, redeunt iam gramina campis,*
» *Arboribuſq; comæ.* Et illud,
» *Et te fugit te, quia luridi*
» *Dentes, te quia rugæ*
» *Turpant, & capitis niues.*
Et apud Virgilium,
» *Aeneas nubem belli, dum detonet.*

Quis igitur non uidet quam illa uerba, Comæ, Niues, Nubes amittant propriam ſignificationem, aſſumant nouam, cum comæ pro frondibus, niues pro capillis, nubes pro impetu quodam belli accipiantur. Omnia itaq; uerba ſi à propria ſignificatione in externam transferantur, uidentur quodammodo renouari. Hanc expoſitionem miror à Madio repudiatam.

Callida iunctura] Præcedenti carmine generatim præcepit prudentiam eſſe adhibendam. nunc oſtendit, quàm præcipuè in translatis. Illud enim, callida iunctura, ad prudentem ſtructuram referendum eſt, ut in ea ita callidè uerba inter ſe conſtruantur, ut, ſi translatiuè dicantur, renouari uideantur. Si enim per ſe dicerentur comæ, niues, nubes, minimè ue arboribus capiti, bello adiungerentur: eſſent ex propria ſignificatione notiſsima. Cùm uerò comæ arboribus, niues capiti, nubes bello adiunguntur: ex callida uerborum ſtructura renouantur. Hoc itaq; eſt, quod uult eſſe prudentem contextum uerborum. Iuncturam autem non intelligit duorum nominum compoſitionem inter ſe, ut caprigenum, quemadmodum iſti uolunt: ſed ſtructuram ſerendorum uerborum. Verborum. Vnde & infra eodem modo accipit, cùm ait, Tantùm ſeries, iuncturaq; pollet. Quam ob rem ſatis uideo probatum à me, de translatis loqui Horatium, non autem de cõpoſitis, quæ inter noua enumerantur. Vnde & Craſſus apud Ciceronem in tertio de Oratore: Nouantur, inquit, uerba, quæ ab eo, qui dicit ipſo gignuntur, ac fiunt, uel coniungendis uerbis, ut hæc tum pauor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat, tum nõ uis huius me uerſutiloquas malitias (uidetis enim & uerſutiloquas, & expectorat ex coniunctione facta eſſe uerba, nouata) uel ſæpe ſine coniunctione uerba nouantur: ut baccarum ubertate incurueſcere. Vnde & in Odis noua compoſita appellat, quibus Dythirambici utebantur: ut Ariſtoteles affirmat in 3. Rhet.

» *Seu per audaces noua dithyrambos*
» *Verba deuoluit, numeriſq; fertur*
» *Lege ſolutis.*

Vnde repugnare uideretur Horatius: ſi cum in hac epiſtola dixerit de compoſitis:

» *Dixeris egregiè,* Vt iſti uolunt, in hac Ode Dithyrambos audaces appellet, quòd noua uerba ex coniunctione, hoc eſt, compoſita admittant. Audaces igitur nominat, quod in re difficili, ac periculoſa uerſentur, quam nõ minùs uitare debeamus, quàm ſcopulos in medio mari, ut diximus. In compoſitis etenim, ſi ijs rectè utaris, laus minima, ſin malè uituperatio maxima. Quam ob rem illis non niſi cogente neceſsitate utendũ eſt. Sed unus iam Griſolus mihi remanet confutandus: qui dum tacitè Tryphonem huiuſce interpretationis authorẽ reprehendit, ut imperitè de translatione in his uerſibus dictũ intelligentẽ, ipſe ſe de nouatione uerborũ non ſatis intelligentẽ patefacit. Ait igitur, quemadmodũ ſationem ad nouos fructus, ita & quod dicitur ab Horatio, in uerbis etiam tenuis, cautuſq;

tusq; ſerendis, de nouatione uerborũ accipiendum, qua de re à nobis multa ſupra iam dicta ſunt: etſi parum, aut minimum nos offenderunt huiuſmodi ſubtilitates, & ſophiſticæ argumẽtationes. Dum uerò neminem unquam tenuem in tranſlatis repertum contendit: cum nulla epiſtola, nullus ſermo tam familiaris ſit, in quo non uigeant tranſlationes: oſtendit ſe parũ aduertere quod ſibi per tenuẽ illud uoluerit Horatius, de quo ſuo loco copioſiſſimè diſputauimus. At nunquam Horatius de tranſlatis dixiſſet, ſi fortè neceſſe eſt, & parce detorta. Hic reſpondeo non de tranſlatis, ſed de ſumptis à Græco, de nouatis in eo loco dictum ab authore, ut declarabimus: quamuis & tranſlata primò, ut ait M. Tull. inopiæ cauſa inſtituta ſunt. Sed hæc ſatis, ut illius utar uerbis, aut etiam fortaſſe nimia in re perſpicua. Redeamus ad rem, Hoc eſt, ad propoſitam interpretationem. Quoniam uerò utendum eſſe tranſlatis tantũmodo Horatius præcipit, neq; uerò quando, & quibus in rebus utendũ ſit docet, non ab re futurum iudicauimus, ſi de hac tota re diſtinctè, & copioſè tractemus, ut, cùm utendum ſit pateat, quãdo, & quibus in rebus utendum ſit planum fiat. De Metaphora autem quinque ſunt quæ quærantur. Vnum quid ſit: alterum quot generum ſit tertium quibus de cauſis orta frequẽtataq; ſit: quartũ unde ducatur: quintum quibus in rebus adhibenda ſit. Metaphora uerò Tragœdiæ & Comœdiæ tanquam ex altera parte reſpondet. eſt enim uerbum imitatio, quemadmodũ Tragœdia, & Comœdia perſonarum. nam ut illæ uel meliores, uel turpiores, ita hæc uerba propria uel præſtantiora, uel deteriora imitatur. Eius uerò nam id proximè quæritur, duo ſunt genera, alterum, cum proprium proprio cómutatur. Superioris generis tres partes reperiuntur, cum aut ſingula uerba ſingulis referuntur: ut capiti niues, comæ arboribus, & pleraq; huiuſmodi: aut cũ rebus: ut cùm nauim pro republica ſumimus: ut apud Horatium in ea Ode:

» O' nauis referent:

Aut cum continuis tranſlationibus propria quædam ita interponimus, ut ijs ſublatis integra remaneat allegoria: ut apud eundem.

» Quis multa gracilis te puer in roſa,
» Perfuſus liquidis urget odoribus,
» Grato, Pyrrha ſub antro?
» Cui flauam religas comam
» Simplex munditijs? heu quoties fidem,
» Mutatosq; deos flebit, & aſpera
» Nigris æquora uentis
» Emirabitur inſolens:
» Qui nunc te fruitur credulus aurea?
» Qui ſemper uacuam, ſemper amabilem
» Sperat, neſcius auræ
» Fallacis: miſeri, quibus
» Intentata nites. me tabula ſacer
» Votiua paries indicat uuida
» Suſpendiſſe potenti
» Veſtimenta maris Deo.

In his uerſibus uerborum proprietate interpoſita, ex cõtinua tranſlatione mixtam fecit, & quaſi interciſam. Poſterioris uerò generis plures ſunt ſpecies: cùm ex uno plures intelligimus, ex parte totũ: ex ſpecie genus: ex præcedentibus ſequẽtia, uel contra, & his ſimilia. In quo genere & ſi uerba mutantur, ea tamen ratione mutantur, ut nó proprio tranſlatũ, ſed quaſi propriũ proprio cómutetur. Atq; ideò Quintilianus hæc dicendi ornamẽta inter metaphoras non uidetur enumeraſſe. Metaphora enim propriè dicẽda eſt, ex cuius continuata ſeriè naſcitur allegoria, quod minimè fit: cùm partẽ pro toto ponimus, totũ pro parte, quod continet, pro eo, quod cótinetur, quod cõtinetur pro eo quod cõtinet: ſingula pro pluribus: pro ſingulis plura. in quo genere quia minor eſt imitatio, q̃ in illo ſuperiori, in quo diximus uerbũ tranſlatũ proprio cõmutari, ideò minor etiã ex hoc, quàm ex illo percipitur oblectatio, quæ ex imitatione potiſſimũ naſcitur: ut paulò pòſt demonſtrabimus, Metaphoras aũt, ut ad illud tertiũ ueniam, primò neceſſitas genuit inopia coacta, & anguſtijs: pòſt autẽ delectatio, iucunditasq; celebrauit. nam ut ueſtis frigoris depellendi cauſa reperta primò, poſt adhiberi cœpta eſt ad ornatũ etiã corporis, & dignitatem: ſic uerbi tranſlatio inſtituta eſt inopiæ cauſa, frequentata delectationis. Nã gemmare uites, luxuriem eſſe in herbis: Lætas ſegetes, etiã ruſtici dicũt, quod enim declarari uix uerbo proprio poteſt, id tranſlato, cùm eſt dictum, illuſtrat id quod intelligi uolumus eius rei, quam alieno uerbo poſuimus, ſimilitudo. Illæ paulò præſtantiores, quæ & non inopiam indicant, & orationi ſplendoris aliquid accerſunt: cùm aut clariorẽ faciunt rem, aut factum aliquid ſiue conſilium magis ſignificant, aut breuiorem reddunt orationem. Atq; hoc in genere perſæpe mihi admirandum uidetur, quid ſit, quod omnes tranſlatis, & alienis magis delectantur uerbis, quàm proprijs, & ſuis, in maxima præſertim uerborum copia: id credit Ariſtoteles accidere, quod trãſlata reddant orationẽ peregrinã. Quemadmodũ uerò aliter erga peregrinos. aliter erga ciues affecti ſumus: ita etiã erga orationẽ: homines enim externos magis, quã noſtrates admiramur, et maiori cũ uoluptate excipimus. Ego aũt uel ea potiſſimũ ratióe exiſtimarẽ trãſlata maiorẽ afferre apud oẽs admirationẽ, & uoluptatẽ, q̃ propria, qua etiã magis oblectare poëſis hiſtoria iudicatur, hoc eſt, quia imitatur. imitatio autẽ oẽs pariter afficit, atq; delectat, atq; hinc rerũ geſtarum ſcriptores cum animaduerterent parũ admodũ, uel penè nullam in ſcribenda ueritate ineſſe oblectationẽ, ſine imitatione, ad epicorũ ſimilitudinẽ conciones in hiſtorijs adhibuerunt, quibus perſonarũ ſermones imitarentur, quaſi agerent, qui quidẽ & ſi in reliquis partibus hiſtoricorũ, in hac certe poëtarũ munere funguntur. cuius rei etiam illud non dubiũ eſt argumentũ, ſeu quod quæ ipſi moleſtè aſpicimus, eorum imagines optimè effictas, atq; expreſſas ſumma cum uoluptate intuemur, ut accidere in ferarum immaniũ, & cadauerum formis aſpicimus, ſiue quòd omnibus hominib. addiſcere iucundiſſimũ eſt, quod facilè imitatione aliorũ, atq; ſimilitudine comparatur. Atque ideò ait Ariſtot. primas diſciplinas à nobis per imitationẽ acquiri, cum aliorũ facta, uel dicta imitamur, eorumq; ſtudemus eſſe perſimiles. Hinc idem Ariſtot. 3. Rhet. natura omnibus inſitum eſſe, inquit, ut cũ facilè aliquid diſcunt, capiant ex ea re uoluptatẽ. quare quæcunq; nomina rei alicuius afferunt cognitionẽ, & intelligentiã, ea iucundiſſima eſſe, quod maximè efficere, ait, trãſlationẽ: ut quis ſenectutẽ appellat ſtipulã, nobis inſerit notitiã, & cognitionẽ per genus. Hæc enim ambo uigorẽ, & uiriditatẽ amiſerunt. Quare cũ ex imitatione, & ſimilitudine facilè omnes diſciplinas percipiant, ex quarũ poſtea cognitionem ſummã capiant iucunditatẽ, certum eſt tranſlationes eſſe gratiſſimas, tum quia per ſimilitudinẽ, & imitationẽ pariunt in nobis cognitionẽ: tum quia ex cognitione pariunt uoluptatẽ. Quam ob cauſam ſimilitudo oblectat maximè, eſt enim illa tranſlatio quaſi, differens tantum adiunctione. Quemadmodũ igitur iucundior poëſis hiſtoria iudicatur, quia in altera ineſt imitatio, quæ tamẽ in altera deſideratur: ita omnes tranſlatis, & alienis magis delectãtur, quàm proprijs, & ſuis quia ineſt in tranſlatione imitatio, & ſimilitudo quo utroq; carẽt ſermonis proprietates, quæ hiſtoricorũ ſcriptionib. ut metaphora poëſi, tanquã ex altera parte reſpondet. Quãobrẽ maior ex ea re proficiſcitur delectatio, ex qua etiã maior exoritur imitatio, in quo præſtãt imaginibus tranſlationes, quẽadmodũ & tragœdia epopœiæ. Eadẽ enim uidetur eſſe inter utranq; differẽtia, quæ eſt inter Tragœdiã, & epopœiã. nam ut in altera ſemper alienã perſonã induimus agentes, atq; imitãtes. in altera uerò modo noſtrã retinemus, modò alienam ſumimus: ita & trãſlatio quaſi parua quædã Tragœdia & Comœdia propriorum uerborũ perſona ueſtitur: ſimilitudo uerò tanquã epopœia diuerſitatẽ oſtendit, affert tamẽ ſimilitudinẽ. Vnde ut à ſimilib. plures metaphoræ: ita ab epopœia plures Tragœdiæ deriuari poſſunt: utq; præſtãtiores Epicis tragici ab Ariſtotele iudicantur: ita & metaphorã ſimilitudine illuſtrior ab eodẽ putatur, certè non aliã ob cauſam, ut uidetur, quã propter imitationẽ, quæ & facilẽ rerũ cognitionẽ parit, & ex facili cognitione etiã iucunditatẽ. Ex quibus autem rebus ducãtur tranſlationes per quã diligenter uidendum eſt, id, quod in quarto loco quærẽdũ poſueramus. Ducuntur autem ut diximus à ſimilibus contracta adiunctione, atq; ideò illæ potiſſimũm laudantur, quæ cum ſimilitudine coniunctæ ſunt ex eaq; præcedẽti ſumuntur: ut apud Virgil.

» Ac ueluti effuſa ſi quando grandinem nimbi
» Præcipitant, omnis campis diffugit arator

» Omnis & agricola, & tuta latet arce uiator:
» Aut amnis ripis, aut alti fornice ſaxi.
» Dum pluit in terris, aut poſsint Sole reducto
» Exercere diem: ſic obrutus undiq; telis
» Aeneas, nubem belli dum detonet omnes
» Suſtinet.— Et Franciſcus Petrarcha
» Come à forza di uenti
» Stanco nocchier di notte alza la teſta
» A' duo lumi, c'ha ſempre il noſtro polo:
» Coſi ne tempeſta.
» C'hi ſoſtengo d' amor gl' occhi lucenti
» Sono il mio ſegno, e'l mio conforto ſolo.

Quæ etſi duriores uideri poſſunt molliuntur tamē ſimilitudine præcedenti, & quaſi excuſantur. Qua in re maximè diſsimilitudo fugienda eſt, ne cœli ingētes fornices dicamus: cū nulla ſit in ſphæra fornicis ſimilitudo. Nam quēadmodū hiſtriones, ita etiā metaphoræ, ſi quorū agunt perſonas nō optimè imitētur riſum potius apud ſpectatores, & auditores, q̄ uoluptatē, & admirationē concitarēt. Atq; inde Ariſtot. ait, orationē, quæ uerborū tranſlationib. fit eiuſmodi eſſe debere, cuiuſmodi Theodori uox uidebatur ad aliorū hiſtrionū uocē collata. Nā eius ipſius, quē agebat, eſſe omninò uidebatur: reliquorū autē uoces alienæ. Quoniā uerò hæc uel ſumma laus eſt uerbi transferendi, ut ex ſimilitudine ſenſum feriat id, quod tranſlatū ſit, fugienda eſt omnis turpitudo earū rerū, ad quas eorum animos, qui audiēt trahet ſimilitudo, nolo morte dici Africani caſtratā eſſe rempub. Nolo ſtercus curiæ dici Glauciā quāuis enim ſit ſimile, tamen eſt in utroq; deformis cogitatio ſimilitudinis. Nā ut in fabulis prohibetur, ne q̄d afferatur in ſcenā publicè, quod obſcœnū ſit, ita & in tranſlationib. diligenter cauendū eſt, ne inſit aliquid, quod turpe admodū uideatur. conſiderandū præterea eſt, ne longè ſimile ſit ductū: Syrtim patrimonij, ſcopulū libētius dixerim, Charybdim bonorū: uoraginē potius. facilius enim ad ea, quæ uiſa, q̄ ad ea, quæ audita ſunt, mētis oculi feruntur. Atq; ideò cōmodius à reb. notiſsimis, & in cōmuni, quotidianoq; uſu poſitis, q̄ ab ignotis quemadmodum & ſimilitudines ducetur. nā propter eam potiſsimū cauſam adhibetur, atq; delectat maximè ſimilitudo, & metaphora: quia aliquā ex reb. eiuſmodi nobis afferūt cognitionē ut cū amorē flammā, adoleſcētiā florē ætatis: ſenectutē ſtipulam dicimus. Qua uerò ratione id efficeretur, ſi parum cognita per minus cognita demonſtrarentur? Quare quemadmodū à rebus notis fingendū carmen: ita metaphoras, atq; ſimilitudines præcipitur. Vnde non ſatis admirari poſſum Socrates apud Platonē metaphoras, & ſimilitudines à rebus notiſsimis ductas: ut potè à fabris ærarijs, à ſutorib. calceorū, à coriarijs, & plerisq; huiuſmodi: & noſtrorū hominū ignorātiā, atq; arrogantiā, qui à ſummorū philoſophorū, eorūq; eloquētiſsimorū uirorum dicendi ratione diſcedentes, ſperant, ſe non mediocrē laudem conſecuturos: cum eorū metaphoras, & ſimilitudines ſumunt à reb. aut omnib. incognitis, aut certè paucis notis, ex quib. quidem non ſolùm nullū prorſus afferunt rebus ſplendorē, & lucem, ſed etiam eas reddunt obſcuriores, et ut cōſequitur, adimunt illud, quod ſimilitudini, & metaphoræ propriū eſt, ut rem ſcilicet ſub oculos ponant, atque inde uoluptatē concilient. Conciliabūt aūt uoluptatē, ſi & rarò, nec niſi prudenter, atq; aptè adhibeātur. nam quemadmodū ſi Tragœdiæ & Comœdiæ ſingulis dieb. agerētur, afferrent ſatietatē: eodem modo & trāſlationes, ut enim nec ea alacritate, atq; animi ſignificatione exciperemus peregrinos, ſi maior eorū numerus quam ciuium foret: ita nec frequentiores metaphoras, cum & incongruū ſit in ciuitate plures eſſe hoſpites, quàm eos, qui hoſpitentur, & in oratione abſurdū plura eſſe trāſlata, quàm propria. Debet igitur tranſlatio rarò adhiberi, idq; cū expectatione, quod facilè cōſequemur, ſi neq; frequēter ſit, & antequā fieri incipiat aliquod uerbū, quaſi nuncius eam appropinquare ſignificauerit. nam in diebus bacchanalib. non ſtatim Tragœdiæ, et Comœdiæ recitātur, ſed ſub ultimis quaſi diebus. prius autem fiunt alia, atq; alia ludorū, & ſpectaculorum genera tanquā nuncij, quos illæ ſubſequantur: ita & metaphorā aliquod uerbum præcedat oportet, quod cum ea habeat quandam affinitatem, proximamq; ſignificet: ut fit apud Horatium in ea Ode,

» Quis multa gracilis te puer in roſa, in qua illud uerbum:
» Grato ſub antro: Habet affinitatem quandā cū ſequenti metaphora maris (eſt enim antrum locus deliciarum, unde mare aſpiciatur) ſignificat metaphorā ſubſecuturā: heu quoties fidē mutatoſq; deos flebit, & aſpera nigris æquora uentis emirabitur inſolens. Eadē ratione & M. Tull. ante tranſlationes utitur quibuſdam uerbis, quæ & ſi tranſlata non ſunt, ſunt tamē ſubſequenti tranſlationi finitima. Quā ob cauſam præcipuè in principijs repudiatur: cū nullū aliud ante ſe principiū habeant, in quo præmonſtretur. Vnde Lazarū Bonamicū ſummi iudicij, & eruditionis uirum nos ipſi audiuimus uitio dantē Ionio, & id quidē fortaſſe non iniuria, quod à metaphora hiſtoriarū ſuarū exordiū cœperit, quod non ſolùm in principio, ſed in tota hiſtoria uitioſum putatur, qua in re & Aeſchinem notatū memoriæ proditum eſt, quod in Oratione contra Cteſiphontē à tranſlatione exorſus ſit. Atq; ita etiam, ſi uerere ne paulò durior tranſlatio eſſe uideatur, mollienda eſt uel propoſito uerbo quemadmodū ut ita dicam: uel præpoſita mitiori metaphora, proxima ſubſequēti, quod eſt artificioſius, ut apud M. Tull. in Oratione pro P. Seſtio, cùm de Clodio loqueretur: ut illum in funerib. reipub. exultantem, & tripudiantem laqueis legum conſtringeret. quo in loco, ſi, in funerib. reipublicæ tripudiantē dixiſſet: paulò durius, cum uerò prius exultantem, atque inde tripudiantem dixerit, paulò molliorem reddidit tranſlationem, quæ, niſi illa alia mitior præceſsiſſet uix excuſari poſſe uideretur neq; illud etiam prætereundū eſt, eandem ſententiam non eſſe diuerſis metaphoris in eadem periodo explicandā. nam, quemadmodum qui, cum Tragœdiam cœpiſſent, in Comœdia poſtea deſinerent, uel econtrà, neq; continuam aut Tragœdiam facerent omnium ſententijs exploderentur (turpe eſt enim, ut ait Tullius, tragicum in Comœdia, & Comicum in Tragœdia) ita qui in eadem metaphora, à qua cœpiſſent ſententiā, non perſiſterent, ſed in aliam à priori diuerſam orationis orbem terminarent. Quoniam uerò uerba rebus maximè conuenire debent, neq; enim omnibus in rebus idem dicendi genus ſimiliter requirendum eſt, ſed aliud, atq; aliud, eatenus, quod rei natura, & ratio poſtulabit: ut tandem ad ultimam huius quæſtionis partem perueniamus, ideò breuiter explicandū uidetur, quib. in rebus Metaphoræ aptiſsimè adhibendæ ſint. Adhibebuntur autem in Tragœdijs, & Comœdijs commodiſsimè. nam ſi, ut diximus, debent uerba rebus aptè congruere, non uideo cui generi ſcriptionis magis conueniant: quia cū ſemper actiones perſonarum comici & tragici imitentur, eo uti uerborum genere debent, quod ab imitatione non ſit alienum. Non erit autem alienum, quod tranſlationibus fit, quæ ut Tragœdia, & Comœdia in perſonarum eodem modo in uerborum ſimilitudine, & imitatione uerſantur. Atq; ideò in hiſtoria maximè reprehendūtur, præter eas, quæ uel iam longo uſu minimè ſunt peregrinæ, ſed donatæ quaſi ciuitate, uel quæ neceſsitatis, aut breuitatis cauſa fiant, quia ueritatem ſimplicem, ac nudam ſcribentibus illud genus orationis proprium eſſe uidetur, quod ueritati proximum eſt. Eſt autē illi proximum proprietas ipſa ſermonis, uel illud genus tranſlationis, quod proprietati propinquum eſt, in quo uerbum propriū pro proprio commutari diximus. Vt igitur ſermonis proprietas hiſtoricis, ita uerborū tranſlationes Tragicis, & Comicis maximè congruunt, ita tamen, ut plura ſint propria, quam tranſlata, nam ut in ciuitate plures eſſe peregrinos, quàm ciues: ita in oratione plura eſſe tranſlata, quàm propria turpiſsimum putari debet, atq; ita differāt in Tragœdia, atque Comœdia, ut in altera pro genere argumenti à rebus humilioribus, in altera ducantur à grauioribus. Nam quemadmodum utraq; eodem carmine perſcribitur, ea tamen ratione, ut penè alius, atq; alius ſit Iambus in Comœdia, & Iābus in Tragœdia adhibitus: eadem ratione utraq; Metaphoras admittat, ita tamen è genere argumenti minimè abhorrere uideantur pro rerum qualitate, & differentia accommodatæ. Quare eodē modo, quo diximus Tragicis, uel Comicis, Metaphoras maximè conuenire, eodem etiam dicendū eſt ſimilitudines epicis eſſe proprias. quia ex eo ſunt genere, in quo modo narrantes ipſi, modo alienam perſonam induti res explicant, quod ſimilitudini reſpondere iam diximus. nam & in epopœia, & in ſimilitudine diuerſum quid fatemur, aſſerimus tamen ſimile, ſed quoniā poëmatū genera cognationem quandam, & affinitatem inter ſe habere uidentur, ideò mutuatur perſæpe à Tragœdia, &

dia, & Comœdia epopœia translationes, iiſq; tanquam proprijs, & ſuis utitur, & ab epopœia pari ratione ſimilitudines Tragœdia, atque Comœdia. Illud uerò in primis animaduertẽdum eſt, quod quibus ſcriptionibus conueniunt translationes, non in omnibus earum partibus æquè conueniunt. nam & ſi in re amplificanda, atq; ornanda commendantur, exordienda tamen, atq; narranda minimè tolerantur, uel quia in altera præmonſtrari, & prænũciari non poſſint: ut diximus: uel quia maiorem afferrent ſplendorem, quàm principiorum ratio poſtulare uidetur. debet enim ad naturæ ſimilitudinem eſſe leuiora: cùm nihil in ea ſit rerum omnium, quod ſe uniuerſum profundat, & quod totum repentè, in altera quòd perſpicuitati & breuitati ſint contrariæ, quæ in uerborum proprietate potiſſimùm poſitæ ſunt neceſſariæ. Hæc ſunt, quæ à nobis de translatione ex uariorum rhetorum, & philoſophorum ſcriptis ad communem omnium utilitatem excerpta ſunt: reliquum eſt ut interpretationem noſtram, quẽadmodum propoſuimus, perſequamur. Si forte neceſſe eſt] Nunc accedit poſt tractatum de translatione ad tradenda nouandorum uerborũ præcepta, de quibus non ut de translatis dixit, dixeris egregiè, ſed ſi fortè neceſſe eſt. Neq; enim nouatis uti debemus, niſi cogente neceſſitate. Nouo autem uerbo dixit Cicero, qualitatem, ut ipſe teſtatur in libro Academicarum Quæſtionum: Atq; carentem omni illa qualitate (faciamus enim tractando uſitatius hoc uerbum, & tritius) materiam quandam. Aut enim, ut ſuprà ibidem, noua ſunt rerum nouarum faciẽda nomina, aut ex alijs transferenda. In dictis recentibus] Nominibus nouis. Nomina enim ſunt indicia rerum, & affectionum, res autem latent, donec ijs nomina imponantur, quibus, tanquam indicijs, demonſtrentur. Sumpta prudenter] Sumpta parcè: non ut omnia uſurpentur, ſed neceſſaria, eáq; pudore quodam. Ait enim Quintil. fictionem nominis, Græcis inter maximas habitam uirtutes: Latinis uix permitti. Vnde monet Cicero Oratorem in libro de perfecto Oratore, ne audax ſit in uerbis faciendis, & transferendis uerecundus, & parcus. Cinctutis Cethegis] Diſcinctos dixerunt poëtæ pro laſciuientibus: ut,

„ Diſcinctos Mulciber Afros fecerat:

Quos diſcincti procedant, cinctutos autẽ pro ſeuerioribus, & grauioribus, quales erant illi priſci Romani quos è Cethegorum perſona ſignificauit Horat. cùm partẽ pro toto poneret ut & in epiſt.

„ Quæ priſcis memorata Catonibus, atq; Cethegis
„ Nunc ſitus informis premit, & deſerta uetuſtas.

Hoc eſt non exertos, & nudos: ut ferè omnes interpretantur, ſed optimè cinctos ad ueterum grauitatem, & cõſuetudinem, cum enim cinctutus quaſi à cingo frequentatiuum eſſe uideatur, neſcio, qua ratione nudos ſignificet, & ſi nudos Cethegos, belli tempus reſpicientes, Poëtæ dixerint, ſiue cinctuti. quia eo genere tunicæ, infra pectus aptatæ, uterentur, quod cinctum dicebatur: ut Porphyrio interpretatur: quemadmodum & togati, cum uerò de nouandorum uerborum ratione præcipiat prudenter, & artificioſè nouo uerbo cinctutos appellat Cethegos. Non exaudita Cethegis] Dixit uerborum nouitatem per periphraſim. Nam quæ non ſunt ueteribus audita, noua ſunt. Et noua fictáq; nuper, habebunt uerba fidem, ſi Græco fonte cadant parcè detorta. Nunc accedit aduerſa de Græcis in Latinum, quæ etiam noua ſunt, cùm ijs incipimus uti, & ad noſtrum ſermonẽ transferre: qualia ſunt, ϛοιχεῖα, quæ Cicero elementa interpretatur, &, aër, quod Græcum eſt. Hæc parcè torquenda ſunt, ne loco, aër, dicamus, ἀήρ, & loco aëris, ἀέρος, hoc enim eſt, quod ait parcè detorquenda. quod fit cum Græco nomini (ut ſapienter admonet Madius) Latinam deſinentiam attribuimus. Fidem] Authoritatem. Quibus enim fidimus, ſunt etiam ij apud nos ſummæ authoritatis. Græco fonte cadant] Pulcherrima utitur translatione de Græcorum ubertate dicendi: eadem & in epiſtolis de Pindaro.

„ Pindarici fontis qui non expalluit hauſtus:

Et apud Ouidium de Homero:

„ Aſpice Mæonidem, à quo ceu fonte perenni
„ Vatum Pierijs ora rigantur aquis.

Cadant] Deriuẽtur. Noua, fictáq; nuper] Verſa enim de Græco noua ſunt, ut diximus, cũ præcipuè ijs in noſtro ſermone incipimus uti. Quid autẽ Cecilio, Plautóq; dabit Romanus ademptum Virgilio, Varióq;] Arguit à pari, minimè ſui temporis uatibus nouandorũ uerborũ licentiam ereptam eſſe, ſiue noua penitùs ea ſint, ſiue ex Græco trãslata: cùm præcipuè antiquiſsimis Comœdiarum ſcriptoribus ut Plauto, & Cecilio, idem licuerit. Eodẽ argumento idem probauit M. Tull. cùm dixit. Si Zenoni licuit, cùm rem aliquã inueniſſet inauditã, & inuſitatã, ei rei nomẽ imponere, cur nõ liceat Catoni? Romanus] Pro Romani. Hoc genus translationis notat Craſſus apud Cic. in 3. de Orat. quãdo ex uno plures intelligimus, quo utitur ſæpiſsimè Liuius cum ait. Romanus prælio uictor, pro Romanis. Ademptũ Virgilio, Varióq;] Quaſi dicat quod priuilegiũ conceſſum Plauto, Ceciliòq;, Vario, Virgilióq; negabitur, quaſi dicat, nullũ: Poſuit aũt Virgiliũ, Variumq; pro uniuerſis ſui tẽporis ſcriptoribus cum illi omniũ fuerint præſtantiſsimi fœliciſsimo illo Auguſti ſeculo. Nam ut de Virgilio taceam, fuit Varius Tragœdiarum ſcriptor grauiſsimus, cuius Thyeſtem ſummopere commendat Quintilianus, de cuius grauitate, ac excellentia ua & ad Agrippam: idem Horatius

„ Scriberis Vario fortis, & hoſtium
„ Victor Mæonij carminis alite.
„ Quam rem cunq; ferox nauibus, aut equis
„ Miles te duce geſſerit.

Ego cur acquirere pauca, &c] Vario, Virgilióq; ſe interſerit argumẽto à minori ad maius, ad ſui ipſius perſonã à Catone, & Ennio. Ait enim, ſe non eſſe damnandũ ſi paucula quædã noua præteritis adiecerit, cùm minimè uituperetur Ennius & Cato multorum, ac ferè omniũ inuentores: quòd intendit aũt, ornat translationibus. Ego] De omnibus intelligit, gerit enim in hac epiſtola poëtæ perſonã. Acquirere] Noua facere. ſed dixit, acquirere, quia dicturus eſt, ditauerit, ubi modeſtè ſumit à diuitijs ad ubertatem orationis, & uerborũ Metaphorã: cùm etiã diuitias orationis, diuitem orationis uenã dicamus. Nomina protulerit noua rerum] Apertè oſtendit, quòd dixerat translatiuè. Licuit] Concludit totum argumentũ, & præceptũ de uerborũ nouandorũ licentia. Argumentũ autem ita formari poteſt: Quod antiquis licuit in nouatione uerborũ, debet & noſtris liceri: Licuit Plauto, Cecilio, Catoni, & Ennio antiquiſsimis noua fingere: licet ergo & Virgilio, & Vario, & mihi. Vnde concludens uniuerſali quadam norma argumentum. Licuit ſemperq; licebit ſignatũ præſente nota procudere nomẽ. Signatum præſente nota] Cùm dixerit & acquirere, & ditauerit, ex pecunijs ſumpta translatione perſiſtens in eadẽ dicit præſente nota in procudere, & ſignatum. Vnde & in ſecundo Sermonum.

„ Non eſt mihi tempus Auenti
„ Ponere ſigna nouis præceptis.

Præſente nota] Præſentibus & nouis nominibus. Nomina enim ſunt notæ, & indicia rerum, quibus tanquã notis deſignatæ ſignificantur, quemadmodum nummorum pretia ex publica moneta. Verbis enim utendũ eſſe ait Cicero, ut nummis, publica moneta, ſignatis. Vnde notare uerba & uoces dixit in 1. Serm. pro ijs, nomina imponere. Donec uerba, quib. uoces, ſenſúſq;, notarent. Procudere] Producere antea legebatur, nos ex uetuſtis exẽplaribus procudere reſtituimus, quæ lectio magis placet, ut in incœpta metaphora perſiſtatur: quod fieri monet Quintil. Vt ſyluæ folijs] Similitudine arguit nouari uerba neceſſe eſſe. Nam quemadmodũ folia ſemper in arboribus, non autem ſingulis annis eadem: quemadmodũ omnibus ætatibus ſemper ueſtimenta, ſed non eiuſdẽ generis: ita & uerba omnibus ſeculis, ſed non ſemper eadẽ ſint neceſſe eſt. Fuerunt etenim ſemper homines, futuríq; ſunt, ſed nõ ſemper ijdem: loquantúrq; oportet, ſed nõ ſemper iiſdem uerbis. Hanc aũt ſimilitudinem tacitè ex Homero mutuatus eſt, ubi hominũ ætatem folijs comparat: quorum ut alia cadunt, alia enaſcuntur, ita & eorũ partim generãtur, partim intereunt. Eſt aũt ordo: ita, ut ſyluæ folijs, uetus ætas uerborũ interit. & uerba modo nata, ritu iuuenũ florẽt, uigentq;: qua in re annotãda ſunt illa antitheta: uetus ætas, modò nata, ritu iuuenũ florent, uigentq;: interit. dixit aũt ritu iuuenũ, quia dixerat ætas uerborũ, mitiorẽ redderet metaphorã, quæ durior uideri poſſet ſimpliciter ætate uerbis attributa. Modo nata] Quod ſuprà dixerat, fictáq; nuper. Florent] Trãslatione ſumpta à præce-

denti

denti ſimilitudine ſyluarum, rei attributa, ad quam ſimilitudo ipſa referebatur: de quo genere tranſlatione plura in principio. Debemur morti nos, noſtraq;] Hæc omnia dicta ſunt iuxta Salluſtij ſententiã, orta occidere, & aucta ſeneſcere, ac iuxta illud philoſophorũ generata corrũpi omnia. Nam in diuino illo Platonis dialogo, qui de uniuerſitate, uel Timæus inſcribitur hanc eſſe ſummã rerum diuiſionẽ colligimus: quæcunq; ſunt aut eſſe ſenſui, aut rationi, & intelligẽtiæ ſubiacentia: quæ ue ſenſui ſemper fieri, mutariq;, ac nunquã in eodẽ ſtatu eſſe: quæ uerò intelligentiæ, & rationi: ut ſunt formæ illæ rerũ, quas Ideas appellat, ſemper eſſe in eodem ſtatu, ac nunquã fieri, eſſeq; ueras res: cũ hæc corruptibilia, & mortalia uerarũ rerum potius umbræ exiſtimãdæ ſint, & imagines, quàm ueræ ipſæ res: perinde ac ſi in torrenti flumine impoſita turris umbrã, & imaginẽ in flumen reijciat, ſemper quidem fieri ductã, nunquam in eodem ſtatu cõſiſtentem. Quamobrẽ arguit à maiori uerba omnia interitui eſſe obnoxia, cùm nos, noſtraq; omnia, eaq; maximè, quæ immortalia penè credimus: ut erat apud Romanos portus ille Lucrinus, Pontinaq; palus: morti debeãtur. Siue receptus terra Neptunus] Vtitur repetitione bimembris trimẽbris uim habenti propter copulam interpoſitam:

,, Sterilisq; diu palus, quæ recipit illud, Siue, ac ſi dixiſſet: ſiue ſterilis palus. Eodem repetitionis genere in Odis,

,, Fruſtra cruento Marte carebimus,
,, Fractisq; rauci fluctibus Adriæ,
,, Fruſtra per autumnos nocentem
,, Corporibus metuemus Auſtrum.

Vbi copula recipit illud, fruſtra, ac ſi dixiſſet. fruſtra rauci fluctibus Adriæ. Siue receptus terra Neptunus] Ab enumeratione plurium particulariũ, id eſt, ab exemplo (ita enim hoc genus argumentationis appellat Ariſtot. 1. Rhet.) arguit, nõ ſolùm uerba morti eſſe obnoxia, quæ ſæpe cum ſtatuũ mutationibus, regnorũq; euerſionibus unà intereunt, ſed etiam ea, quæ diuturniora uidentur. deſcribit autẽ per circumlocutionem portum, qui nihil aliud eſt, quàm mare terreſtri ſinu interceptum, quo fluctus uentorũ impetu obtruſi propulſantur. Neptunus] Poſuit Neptunũ pro mari eo tranſlationis genere, ex quo Cic. lib. 3. de Orat. hæc eſſe ait, Cererẽ pro frugibus: Liberũ pro uino: Neptunũ pro mari. Aquilonibus arcet] Poſuit Aquilonem pro omnibus uentis. Eſt enim maximè procelloſus de quo ita Virgil.

,, Talia iactanti ſtridens Aquilone procella
,, Velum aduerſa ferit.

Vnde in Odis impotentem appellat, hoc eſt, quàm potiſsimũ. Regis opus] Regale opus. Sterilisq; diu palus] Diu ſterilis, dum fuerat palus. Intelligit autẽ Pontinã paludẽ, quàm poſtquã exiccauit Cornelius Cethegus, arariq; uoluit tot prouentus reddidit: ut ijs facilè uicinæ urbes ali potuerint: ut interpretãtur cõmentatores. Aptaq; diu remis] Dũ fuerat palus. Cymbis enim traijci ſolitã uериſimile eſt. Vicinas urbes alit, & graue ſentit aratrũ] Poſtquã exiccata eſt, ariariq; cœpta. Seu curſum mutauit frugibus amnis doctus iter melius] Tyberim deſignat, quẽ deriuauit Auguſtus, qua Horatij temporibus influebat: cum antea per uelabrum flueret: ut Acron, & Porphyrio interpretantur. Doctus iter melius] Non dixit bonum poſteriorẽ curſum, malum uerò priorem: ſed uſus eſt comparatiuo, melius, licet priorem curſum frugibus iniquum dixerit: eodem modo & in Odis,

,, Quo nos cunq; feret melior fortuna parente: Et alibi:
,, Nec rigida mollior æſculo,
,, Nec Mauris animum mitior anguis.

Dixit autem, iter melius; cùm antea maximè frugibus eſſet iniquus eius curſus ex crebris inundationibus. Attribuit autem ſenſum rei inanimatæ, dum ait, doctus, eodem modo & in epiſtolis:

,, Addit opus pigro riuus, ſi decidit imber,
,, Multa mole docendus aprico parcere prato.

Mortalia facta peribunt] Vnde apud Ciceronem pro M. Marcello: Nihil eſt opere, aut manu factũ, quod non conficiat, et conſumat uetuſtas. His aũt uerbis concludit ſuperiora: propoſitioni iam poſitæ: debemur morti nos, noſtraq;: referens concluſionẽ. Nedum ſermonũ ſtet honos, & gratia uiuax] Quaſi dicat, qui magis interitum pertimeſcunt, quàm & lucrinus portus, & Pontina Palus dixit autem, ſtet, quia ducturus eſt, Multa renaſcentur, quæ iam cecidere, cadentq;,

,, Quæ nunc ſunt in honore uocabula.

Per antitheſim quandam, ſtare enim, & cadere oppoſita ſunt. Multa uerba renaſcentur, quæ cecidêre ut priſca ferè, ac uetuſta, & ab uſu quotidiani ſermonis iamdiu intermiſſa: ut erãt proles, ſoboles, effari, nuncupari, opinari, reri, quæ tempore Ciceronis renouari cœpta ſunt, & à quibuſdã aliquando uſurpari ut opinari, & reri à Catulo: ut Craſſus apertiſsimè teſtatur in 3. de Orat. Cadentq; multa uocabula, &c.] Vt hæc eadem ſoboles, proles, effari, nuncupari, opinari, reri, quæ cum aliquandiu in uſu fuiſſent, mox neglecta, & deinde rurſus uſurpata, receptaq; ſunt. Ex præteritorũ autẽ cognitione de futuris etiam iudicamus. Nam ſi multa nomina præteritis ſæculis ciderunt, multa etiam delebit futura ætas. Si uolet uſus] Omnia ad conſuetudinem refert, & uſum, qui, ut Cicero ait, omnium magiſtrorum præcepta ſuperat, à quo præcepta eliguntur, repudiata reijciuntur. Vnde in ſecundo Epiſt. uerborum genitorem appellat, dum ait.

,, Adſciſcet noua, quæ genitor produxerit uſus.

Quemadmodũ enim & in ueſtimentis uſum, & conſuetudinem ſequimur: ut ijs utamur, quæ uſu probẽtur, ab ijs abſtineamus, quæ improbentur, ita & in uerbis, quibus res ipſas ueſtimus, uſui conſentanea amplectemur aliena ſpernentes. Vſus enim, ut ait M. Tull. eſt optimus dicẽdi magiſter. Quẽ penes] Apud quẽ uſum eſt arbitriũ, ut ſuo arbitratu noua admittat, & uetuſta renouet, & quædã etiam tollat, loquendi enim ratio à cõmuni, & uulgari uſu quærenda eſt. Vnde Alcibiades apud Platonẽ à uulgo ſe rectè loquendi rationem didiciſſe ait, cui etiã Socrates aſſentitur, huius quidem rei uulgares homines idoneos præceptores uideri, et merito in hoc genere doctrinæ laudandos. Atq; ideò Ariſtot. ait à cõmuni ſermonis conſuetudine uerba ſeligenda, orationemq; componendã, ut artificiũ occultetur. Et ius, & norma loquendi] Poteſtas, & regula loquẽdi. Eſt aũt hæc trãslatio ſumpta à maiorib. magiſtratib. Multi, uis, legũt: Ego & ius in uetuſtis exemplarib. & legi, & approbo: ut magis in eadẽ tranſlatione continuet orationẽ: Quod monet Quintil. In tres partes elocutionẽ poëticã partitã diximus, in eam, quẽ characterem Græci uocant, in uerba & in uerſuũ numeros. Cũ uerò ſupra duas priores partes abundè tractauerit: nũc ordinẽ ſecutus de uarijs carminũ generib. præcipit, quid ſcilicet cuiq; cõueniat. Incipit uerò ab heroico, tanquã ab excellẽtiori, in quo grauiora perſcribuntur. ait aũt primũ eo carmine res geſtas ſummorũ, & præſtantiſsimorũ regũ, ac fortiſsimorũ populorũ bella Homerũ decantaſſe, & poſteritati etiã modũ præſcripſiſſe, quẽ ante oculos ſibi proponerẽt in huiuſmodi rerũ narrationib. Neq; enim in hac ſcriptione alio ullo metri genere, neq; ſimplici, neq; pluribus mixto, nos uti poſſe præcipit Ariſtoteles: cùm & ampliſsimũ ſit & grauiſsimũ ferè omniũ. Res geſtæ] Non, ut geſtæ ſunt, ſed ut geri potuerunt. Non enim differt ab hiſtorico poëta carmine, uel ſoluta oratione, ut inquit Ariſtoteles, ſed quòd hic quidem res geſtas, ille, ut geri potuerunt, exponat. Vnde ſunt, qui Lucanum è numero poëtarũ excludant, ad hiſtoricorumq; transferant. Nã ciuilis hiſtoria, ſi ſoluta oratione, ac ſi uerſibus perſcribatur, res autẽ geſtas non tàm belli tempore intelligit, quàm reliquo. Neq; enim ſemper bella à poëtis deſcribũtur, ut apud Virgilium in ſex priorib. libris ad imaginẽ Odyſſeæ conſcriptis, in quibus Aeneæ nauigatio continetur. Regumq; ducumq;] Siue à regibus illæ geſtæ ſint, ſiue à regum ducibus, quorum geſta regibus tribuuntur, quibus uerbis tangit materiem heroici carminis, in quo, ut inquit Ariſtoteles præſtãtes imitamur. Et triſtia bella] Mœrorẽ, & triſtitiam afferentia: unde & in prima Ode à matribus deteſtata appellat. Quo ſcribi poſſent numero] Id eſt, ut cõmodè, & decenter poſſent. Nec enim aliud genus carminis decere narrationem ex Ariſtotele demonſtrauimus. Numero] Certis enim quibuſdam numeris uerſus componuntur. Vnde & exametros appellamus, & pentametros, & ſenarios, & trimetros. Heroicum uerò intelligit hoc in loco, quo primum Homerus heroũ laudes celebrauit. Verſibus impariter iunctis] Oſtendit quid elegis primũ conuenerit, quid'ue poſtea de his uſus attulerit. Ait autem ijs primùm

lamenta

lamentationes, deinde etiam proſperos euētus perſcriptos: ut amantum uictorias apud Ouidium:

„ Ite triumphales circum mea tempora lauri:
„ Vicimus, in noſtro eſt ecce Corinna ſinu, Et
„ Dicite Iô Paean, & Iô bis dicite Paean:
„ Decidit in caſſes præda petita meas.

Sed circumſcriptione elegiacos uerſus deſignat à pedis imparitate, de qua Ouid. in 1. Amorum.

„ Sex mihi ſurgat opus numeris, in quinq; reſidat Et in 3.
„ Venit odoratos elegia nexa capillos,
„ Et puto pes illi longior alter erat.

Querimonia primum] Vnde etiam miſerabiles appellat in Odis, & Ouidius flebile carmen: Quo genere Liuiæ conſolationem de morte Druſi, Triſtium, & de Ponto libros reliquit idem Ouidius. Voti] Temporum ſucceſſione, inquit, uſus approbauit: ut in elegia uoti compos ſententia, ut diximus concluderetur. Quis tamē exiguos elegos emiſerit author Grammatici certant] Deridet nimiam Grammaticorum diligentiam in rerum inuentoribus perquirendis, quibus nos etiam hanc quæſtionem relinquimus: ne ſimul ab Horatio derideamur, ſi diutiùs inquiramus, qui nam hoc genus carminis adinuenerint. Sub iudice lis eſt] Hoc eſt, nondum ſententia lata eſt: Eſt autē prouerbialis metaphora, à ius dicentibus ſumpta. Exiguos] Siue heroici carminis magnitudinē reſpiciens exiguos appellauit: Siue inanes, quòd inania quædam in lamentationibus iactentur. Grāmatici certant] Alij alium aſſerentes ſumma inter ſe contentione. Archilochum proprio rabies armauit Iambo] Nunc de Tragœdiarum numero loquitur. Ait autem Iambis ſcribendas, quòd ſint alternis ſermonibus aptiſsimi, in agendiſq; rebus quaſi nati: cùm in differendo ut ait Ariſtoteles quadam facilitate naturaliter fluant, & ut ait Cicero: natura incurrant in orationem, ſermonemq; noſtrum. Qua de cauſa fit, ut hi potiſsimùm propter ſimilitudinē ueritatis adhibeantur in fabulis: cum hoc proprium eſſe debeat ſermonum uiciſsitudini. quæ præcipuè in Comœdia, & Tragœdia requiritur. Sed licet eodem genere carminis, & Comœdia, & Tragœdia componatur: nō tamen eadem ratione eſſe debebit Iambus in Comœdia, & Iambus in Tragœdia: ſed ita ut alter ab altero ex ſono, & compoſitione ipſa maximè differat, ut, cum utriuſq; unus ſit numerus, diuerſa tamen, & diſsimilis ſit compoſitio, & harmonia: Quod à Virgilio uidemus diligentiſsimè obſeruatum: qui cum eodē genere carminis Bucolica, Aeneidemq; conſcripſerit, tamen ea eſt inter utrunq; opus differentia, ut penè aliud, atq; aliud uideatur,

„ Indignatur enim priuatis, ac prope ſocco
„ Dignis carminibus narrari cœna. Thyeſtæ.

Non quod minimè ſit in Comœdia idem Iambus, ſed quod huius uerborum, & ſententiarum grauitatem ex ipſa etiam pronunciatione parere diuerſum uideamus. Rabies] A translatione ſumpta: quod maiorem uim habet, quàm ſi dixiſſet, indignationem. Eodem modo latrare dicuntur homines: cum per indignationem loquuntur. Vnde electra apud Sophoclem de matre irata τοιαῦθ' ὑλακτεῖ inquit: & Cicero de Claris Oratoribus: Latrant enim iam, inquit, quidam oratores, non loquuntur. Indignabatur uerò Archilochus maximè, ſe à Socero filiæ connubio, iam antea ſibi deſponſatæ, repudiatum. Armauit] Vnde Ouid. hos uerſus eadem trāslatione tela appellat: quibus Archilochus in Lycambem impetum fecerit.

„ Tincta Lycambæo ſanguine tela feram.

Aptiſsimum enim eſt hoc genus carminis ad contumeliā, à quo nomen ſumpſit, quòd eo plerunq; ueteres ἰαμβίζειν, id eſt, conuitiari inuicem, ſoliti ſint: Ariſtoteli placet. Proprio] A ſe inuento. Vnde etiam Archilochium carmē dicitur, de cuius compoſitione infrà.

„ Syllaba longa breui ſubiecta uocatur Iambus,

Hūc Socci cepere pedē] Comœdiā intelligit à genere calciamēti, quo humiliores perſonæ uti ſolēt ad Tragœdiæ differētiā, à qua Comœdia in hoc differt, ut inqt Ariſtoteles, quòd humiliores perſonas imitatur: cum Tragœdia actionis illuſtris imitatio ſit. Vnde & paulò poſt:

„ Indignatur item priuatis, ac propè Socco
„ Dignis carminibus narrari cœna Thyeſtæ.

Grandeſq; cothurni] Item à genere calciamenti deſignat Tragœdiam, quo publicæ perſonæ, ut reges inducebantur. Quare & Ouidius in 3. Am. eam ita deſcribit.

„ Venit & ingenti uiolenta Tragœdia paſſu,
„ Fronte comæ torua, palla iacebat humi.
„ Læua manus ſceptrum latè regale tenebat,
„ Lydius apta pedum uincla cothurnus erat.

Vnde Cothurnus pro grauiori genere inuentionis accipitur: ut,

„ Sola Sophocleo tua carmina digna Cothurno.

Grandes] Propter perſonarum, & rei etiam grauitatem, qua à Comœdia diſtinguitur Tragœdia. ut diximus. Altera enim humiliores, altera præſtantiores imitatur. Alternis aptū ſermonibus] Reddit rationem, quare hoc potiſsimùm genus carminis in Tragœdijs, & Comœdijs adhibitum fuerit. Ait autem propterea adhibitū, uel quòd ſit aptiſsimum alternis ſermonibus, & ad rerū actionem quaſi natum: cum in loquēdo naturaliter fluat, uel quod uincat ſtrepitus populares. Alternis aptum ſermonibus] De qua re ita Ariſtoteles in Poëtica: Itaq; elocutioni iam cōſtitutæ natura ipſa propriū adinuenit metrum. Maximè enim ſermonibus aptum alternis Iambicum eſſe argumento ſit, quod in differēdo plurimi ſanè Iambici, rariſsima uerò hexametra mutuò in ſermone à nobis proficiſcūtur. Et populares uincentem ſtrepitus] Quare Horat. Iambum uincere ſtrepitus populare dixerit, alij aliter ſentiunt. Sunt enim, qui ad Tragœdiam tantummodò referant, intelligenter Iambum in ea adhibitum adeò eſſe ſonorum, & grauem, ut quaſi ſtrepitus populi ſuperare uideatur. Qui, quanto in errore uerſentur: Ciceronis uerba declarant in oratore ad Brutum cùm ait, Iambum frequentiſsimum eſſe in ijs, quæ demiſſo, atq; humili ſermone dicuntur. Si igitur in demiſſo, atq; humili, qua ratione ex grauitate populares ſtrepitus ſuperaret, clamoreſq; uinceret? Sunt qui ita delectare populum dicant actiones Tragœdiarum, & Comœdiarum, quæ Iambis præſcribi ſolet, ut cum primum uideat actores in ſcæna, ſtatim ſtrepitum comprimat, ad audiendumq; animum intendat: quod in principio actionum fieri ſolet. Sunt qui ad differentiam aliarum recitationum dictum putant, quæ minimè Iambis, ſed alio carminum genere perſcriptæ ſunt: quaſi in ſerra uoluerit. Horatius, populū intentiori animo ſtrepitu ſedato Tragœdias, & Comœdias ſpectare, quarum proprius eſt Iambus, quàm reliquas actiones. Ego Horatium exiſtimarem ad differentiam earum Comœdiarum, & Tragœdiarum, quæ minimè Iambis ſcriberentur, cùm ad hoc in primis reſpiceret, dixiſſe, Iambū uincere, hoc eſt, ſedare populi ſtrepitus & exhibilationes: ut ſignificare uoluerit, eas Comœdias, et Tragœdias explodi ſolitas, ac derideri, quæ minimè Iābis, eas uerò ſedato ſtrepitu, attentiſsimo animo audiri, quæ Iambis perſcriberētur, tāquā perfectiſsimas. Vnde Enniū, & Acciū infrà Ironicè deridet, quod in eorum Comœdijs, & Tragœdijs perrarò Iambos adhibuerint: ut ſit ſenſus, Tragœdias, & Comœdias Iambis perſcriptas uincere, & ſedare ſtrepitus populares, attenteq; ſpectari: alio uerò carminum genere compoſitas exſibilari, & explodi, tanquam ineptas, atq; ideò minimè ſedantes populi ſtrepitus ut per illa uerba, populares uincentem ſtrepitus, demōſtrare uoluerit, Tragœdias & Comœdias, ſimul ac agi inciperentur. ex primo quaſi uerſu, ſi eſſent Iambis perſcriptæ, ſedare populi ſtrepitus, ſin alio carminum genere, eoſdem excitare cum ſtrepitu, & clamore potiùs, quàm uincere. Vnde primas Comœdiarū partes Iambis perſcripſiſſe Terentiū animaduertimus, quod hac potiſsimùm ratione ab eo factū iudicarē. Hanc noſtrā interpretationem eruditorum iudicio examinandam cōmittimus, gratias habituri, ſi quis nos in hac re aberrantes in rectam intelligendi uiam reduxerit. Et natū rebus agendis] Quòd natura incurrat in orationem, ſermonemq; noſtrū. qua de cauſa fit, ut is propter ſimilitudinem ueritatis adhibeatur: in fabulis, hoc eſt, in Tragœdia, & Comœdia: ut perſonarum ſermone, quaſi ſoluta Oratio naturaliter fluere uideatur. Muſa dedit fid b. &c.] Muſa conceſsit hāc præcipuè materiā Lyricis uatibus diuos, pueroſq; deorum, & quæ ſequuntur: deſcribit autē Lyricos poëtas per chordas Lyrici inſtrumenti, hoc eſt, per fides, eodem modo & in Epiſtolis.

„ Fidibus ne Latinis Thebanos aptare modos ſtudet.

Diuos] Vt Horatius in ea Ode:

„ Mercuri facunde nepos Atlantis.

Puerosq; deorũ] *Filios more Græcorũ: eodem modo & in Odis:*

» *Dicam & Alcidem, puerosq; Ledæ:*
» *Hunc equis, illum ſuperare pugnis*
» *Nobilem.* —— *In qua Ode & deorum laudes, eorumq́, qui ex ipſis geniti ſunt, & in certamine equeſtri uictorum, & pugilum continentur.* Puerosq; deorum] *Vt Apollinem, & Dianam, Iouis, & Latonæ filios, carmen ſeculari, & in ea Ode.*

» *Dianam teneræ dicite uirgines:*
» *Intonſum pueri dicite Cynthium.*
Et in ea,
» *Diue, quem proles Niobea magnæ.*

Pugilem uictorem] *Vt Pyndarus in Olympijs, in pluribus locis.* Et equum certamine primum] *Id eſt, uictorem equeſtrem: ut in prima Ode idem Pyndarus, in qua Hieronem Syracuſanum equeſtrem uictorem in Olympio certamine ſummis effert laudibus. Hæc uerò omnia ſcribit Horatius in Odis à Pyndaro obſeruata, dum ait.*

» *Seu deos, regesq; canit, deorum*
» *Sanguinem, per quos cecidêre iuſta*
» *Morte centauri, cêcidit tremendæ*
» *Flamma Chimeræ.*
» *Siue quos Elæa domum reducit*
» *Palma Cœleſtes, pugilem'ue equum'ue*
» *Dicit, & centum potiore ſignis.*
» *Munera donat.* Et iuuenum curas] *Amores: propriè autem locutus eſt, quòd amorum curæ cor urant: ut,*

» *At regina graui iamdudum ſaucia cura*
» *Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni.*

Referuntur autem iuuenum amores ab ipſo Horatio cum pluribus in locis, tum in ea Ode quæ incipit:

» *Quis multa gracilis te puer in roſa,* & *in ea altera:*
» *Lydia dic, per omnes*
» *Te deos oro, Sybarim cur properes amando.*
» *Perdere.* —— Et libera uina] *Conuiuia more Græcorum, qui non conuiuia, ſed Sympoſia, id eſt, compotationes, appellant. Vnde & infrà unum diurnum pro conuiuijs dixit à manè incipientibus. Libera autem appellat, uel quòd fiant liberè inter amicos, uel quod liberè in his loquamur: hæc autem Anacreonté celebraſſe memoriæ proditum eſt: Vnde in ea Ode, quæ incipit,*

» *Scriberis Vario,* ——

Ita de officio Lyricorum poëtarum ſcribit Horat.

» *Nos conuiuia, nos prælia uirginum*
» *Sectis in iuuenes unguibus acrium*
» *Cantamus uacui, ſiue quid urimur.*
» *Non præter ſolitum leues.*

Conuiuia autem celebrauit Horatius Anacreontem ſecutus, ad ea homines inuitans, ut in ea Ode

» *Albus ut obſcuro detergit nubila cœlo:*
Et in ea:
» *Vile potabis modicis Sabinum,*
Et in ea
» *Nunc eſt bibendum, nunc pede libero*
» *Pulſanda tellus.*

Deſcriptas ſeruare uices, operumq; colores] *Cùm de carminum decoro tractauerit, id nunc minimè ignorandum ijs affirmat, qui poëtæ nomine, & ſalutatione digni uolunt exiſtimari. Per deſcriptas autem uices differentias carminum, & proprietates ſuprà deſcriptas intelligit: ut ſcilicet alio genere carminis in rerum geſtarum expoſitione, alio in lamentationibus, & querimonijs, alio in Comœdijs, & Tragœdijs, alio in uictorum pugilum, equitum'ue laudibus celebrandis, conuiuijsq;, ac moribus deſcribendis utamur. quod cùm animaduerteret Ouidius à ſe neglectum, in libris Faſtorum ita inquit:*

» *Quid uolui demens elegis imponere tantum*
» *Ponderis? Heroi res erat iſta pedis.* *Et in Ibin, quòd eodem elego inimicum deuoueat: cùm id potiùs Iambis conueniret.*
» *Prima quidem cœpto committam prælia uerſu,*
» *Non ſoleant quamuis hoc pede bella geri.*

Hoc uerò præceptum diligentius ſub perſona Sapphus ſeruauit, dicente ipſa:

» *Flendus amor meus eſt: elegi quoq; flebile carmen:*
» *Non facit ad Lachrymas Barbitos ulla meas.*
Et Horatius in 1. Ode 2. lib.
» *Sed ne relictis muſa procax iocis*
» *Ceæ retractes munera Neniæ:*
» *Mecum Dioneo ſub antro*
» *Quære modos leuiore plectro.*
Et in 1. ad Agrippam,
» *Scriberis Vario fortis, & hoſtium*
» *Victor Mæonij carminis alite,*
» *Quam rem cunque ferox nauibus, aut equis*
» *Miles te duce geſſerit.*

Operumq; colores] *Proprietates, & differentias intelligit, nõ ad uerſuum rationem, quia de ea dixit: deſcriptas ſeruare uices, ſed ad uerborum, & dicendi rationem in unoquoq; inuentionis genere decenter accommodanda: ut Tragœdia grauioribus uerbis, & ſententijs, & uiolento illo orationis genere, humiliori Comœdia componatur: dixit autem colores pro his proprietatibus, & differentijs. Nam quemadmodum picturæ colores præbent formam, alteramq́ ab altera diſtinguunt: ita etiam figuræ orationis ex uerborum, & ſententiarum grauitate, non autem ex numero, tanquam colores, diſtinguunt grauiora poïmata ab humilioribus: ut Aeneid. è Bucolicis, & Georg. Iliadem, & Odyſſeam à Vatrachomyomachia.* Si nequeo] *Vnde ſuprà,*

» *Sumite materiam, ueſtris qui ſcribitis æquam*
» *Viribus, & uerſate diu quid ferre recuſent,*
» *Quid ualeant humeri.* Ignoroq;] *Impotentiæ ignorantiam adiunxit. Permulti enim inueniuntur, qui, etſi ſciunt quid conueniat in ſcribendo, minimè tamen id poſſunt exequi, inter quos Quintilianum reponendum, eruditorũ eſt iudicium: qui licet oratoriam facultatem calluerit, ipſe tamen in ſuis declamationibus ſe quemuis alium potiùs, quàm oratorem, præ ſe tulit. Sunt etiam, qui & nequeunt, & ignorant, de quibus in epiſtolis:*

» *Scribimus indocti, doctiq; poïmata paſſim.*

Vtrunque hominum genus à numero poëtarum excludit Horatius. Prius enim diſcere oportet ſcribendi rationem, tum, ut ait Seneca, æſtimare ea, quæ aggredimur, & cum uiribus noſtris conferre. Vnde Virgilius in Bucolicis cum reges, & prælia præſcribenda ſuſcepiſſet: admonitũ ſe ait ab Apolline, ut ab impari adhuc ſuis uiribus prouincia, ſuperſederet,

» *Cùm canerem reges, & prælia: Cynthius aurem*
» *Vellit, & admonuit: Paſtorem, Tytire, pingues*
» *Paſcere oportet oues: deductum dicere carmen.*

Poëta ſalutor] *Alludit ad matutinas ſalutationes, de quibus Martialis:*

» *Prima ſalutantes, atq; altera continet hora.*

Poëtæ uerò nomen latè uidetur patere: ut in conuiuio affirmat Plato, ſed propter rerum, quas ſcribunt poëtæ, ſplendorem, atque excellentiam illis tantummodò attribuitur: quemadmodum etiam epopœia heroicis propter carminis magnificentiam quandam, quod præſtantiſſimum eſt, atque grauiſſimum.

Cur prauè pudẽs malo neſcire, quàm diſcere] *Rectiſſimè dixit, prauè pudens. nam pudor, & uerecundia laudantur, dum nos à uitijs, & ſceleribus abſtrahunt. Vnde Terentianum illud: Erubuit: ſalua res eſt. nam, ut primo de legibus ſapienter inquit Plato, non eſt turpe diſcere, ſi quid non probè ſe habet, in quo delinquit. nam hinc ſiquis non cum inuidia, ſed cum beneuolentia accipiat, remedium inuenitur. Cùm uerò ab ijs, rebus, quæ ſunt in bonorum opinione, remorantur: omninò uituperantur: ut in ſimulanda ſcientia, diſſimulandáue ignorãtia quã in rebus omnibus Socrates, Apollinis oraculo ſapientiſſimus, præ ſe tulit: cùm nihil aliud, quàm nihil ſe ſcire, profiteretur. Quamobrẽ maiori in errore uerſatur. qui prauè pudens diſſimulat ignorantiã, quàm qui, cum morbo aliquo affectus ſit, morbum tamen celat, ſiq́ minimè curandum medicis præbet. nã ex hoc corporis, ex illo animi interitus prouenit. Vnde is fratres carpit, ac deridet, quibus turpiſſimũ uideretur fateri ſe neſcire,*

quod

quod non didicerint. *Vnde ait Plato libro quinto de legibus, nimium ſui ipſius amorem fugere quenque debere, ac meliores ſequi nullo rubore uerecundiæ impeditum.* Verſibus exponi tragicis] *Exequitur, quod leuiter attigerat de genere dicendi, & ratione uerborum in Comœdia, & Tragœdia obſeruanda. Primò generatim affert regulam, exemplisq́; eam probat: Deinde excipit, exceptionemq́; illuſtrat exemplis: ut ſcilicet aliquãdo humiliori in Tragœdia, grandiori uerò in Comœdia genere orationis utamur: quod ab oratoribus etiam ad poëtarum imitationem ſeruandum præcipit Tullius in oratore, cùm ait: An ego Homero, Ennio, reliquis poëtis, & maximè Tragicis concederem, ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur, crebróq; mutarent? nonnunquàm etiam ad quotidianum genus ſermonis accederent? ipſe nunquam ab illa acerrima contentione diſcederem? Vt ſi in Comœdia iratus Chremes introducatur, in Tragœdia Thelephus, & Peleus: ambo miſeri, regnoq; expulſi, quorum alterum uehementioribus uerbis, licet in Comœdia, oportet uti, iracundiam præ ſe ferat, alteros demiſſioribus pro ſui ſtatus conditione, licet in Tragœdia.* Verſibus exponi Tragicis] *Non quòd Tragœdia etiam non ſit iambis perſcribenda, quemadmodum Comœdia: Sed quòd tum genus dicendi elatius, tum altiorem carminis naturam, ac uim Tragœdia requirit, humilius Comœdia. Differunt igitur & pedibus, & genere dicendi: ut Aldus Manutius lib. 4. ſuæ Grammaticæ pleniſſimè docet.*

Indignatur item priuatis, ac propè ſocco dignis carminib. narrari cœna Thyeſtæ] *Id eſt, non Tragœdiam decentibus, in qua non priuatæ perſonæ, ſed publicæ, ut reges, introducuntur. Nam ut ait Quintilianus, ſua cuiq; propoſita eſt lex, ſuus cuiq; decor, nec Comœdia in Cothurnos aſſurgit, nec Tragœdia ſocco ingreditur.*

Priuatis] *Cuiuſmodi priuatæ perſonæ utuntur, ad Tragœdiæ differentiã, quæ non niſi illuſtres, ac publicas admittit.* Cœna Thyeſtæ] *Pro Tragœdiæ materia grauiori, & atrociori poſuit Thyeſtæ cœnam per denominationẽ: contentum pro continenti: utputa Tragœdiæ argumentum pro ipſa Tragœdia. Admonet autem hoc loco, quod & Cicero in Tragœdia Comicum uitioſum, in Comœdia turpe Tragicum.* Singula quæq; locum teneant ſortita decenter] *Id eſt, ut decuerit. nam, ut ait Plato in Hyppia maiore de pulchro, decorum adueniens facit, ut pulchra ſingula uideãtur, quibus adeſt. Et hoc in loco concludit regulam uniuerſalem de ratione dicendi in Comœdia, & Tragœdia ſeruanda.* Interdũ tamen] *Excipit, quando grauioribus in Comœdia, & humilioribus in Tragœdia uti debeamus.* Et uocem Comœdia tollit] *Id eſt, perſonæ in Comœdia introductæ, continens pro contento: ut apud Terentiũ,*

„ *O' cœlum, ô terra, ô maria Neptuni.*

Vbi notat Donatus ex hoc præcepto exclamationem factam. Iratusq; Chremes tumido delitigat ore] *Eum Chremetem uidetur ſignificare, qui in Heautontimorumeno Terentiana, ubi Cliniæ, & Bacchidis amores intelligit, totum propemodum quintum actũ expoſtulationibus, querimonijs, obiurgatione, minis conſumit.* Tumido ore] *Vehementioribus, & inflatioribus uerbis. dum uero ait, tumido ore, exprimit id, quod iracundis accidere uidemus: ut in primo Sermonum:*

„ *Quid cauſæ eſt merito, quin illis Iuppiter ambas*
„ *Iratus buccas inflet?*

Et Tragicus plerumq; dolet ſermone pedeſtri] *Vt modò fecit de Comœdia, plus attulit exceptionem, deinde eam illuſtrauit exemplis: ita de Tragœdia facit, prius de humilioribus in ea uerbis adhibendis locutus, Telephi, & Pelei exemplo declarat, quod dixerat.* Sermone pedeſtri] *Sermone humili, ſumpta à peditibus tranſlatione, qui ſunt equitib. inferiores. Vnde & equeſtris oratio grauior dicitur.* Proijcit ampullas, & ſeſquipedalia uerba] *Demittit tumiditatem, & iracundiam: ut apud Euripidem inducitur pro ſui ſtatus conditione.* Ampullas] *Ampulla eſt uaſis genus olearij, quo in balneis utebantur. Verum quoniam, quando iraſcimur, inflatiores buccas, & tumidiores, quaſi ad formam ampullarum, facimus: ideo tranſlatiuè proijcere ampullas dicimur, cùm tumidiora uerba relinquimus. Vnde & ampullari pro tumeſcere eadem tranſlatione dixit Horatius in Epiſtolis:*

„ *Et Tragica deſæuit, & ampullatur in arte.*

Seſquipedalia uerba] *Longiora, ut magnanimitas. appellat autem huiuſmodi uerba ſeſquipedalia, tranſlatione ſumpta à menſuris, quibus ligna metiebantur. Vnde apud Cæſarem tigna bina ſeſquipedalia, paulum ab imo præacuta. Quare, dum ait Telephum, & Peleum proijcere ampullas, & uerba ſeſquipedalia, artificioſè ille utitur hoc uerbo: ſeſquipedalia: quod certè ſeſquipedale eſt, hoc eſt longum, & plurimarũ ſyllabarum, & compoſitum. Huiuſmodi uerba dithyrambico carmini aptiſſima eſſe ait Ariſtoteles, quod genus inflatum eſt, & tumens. atq; ideo cum de deponenda tumiditate loqueretur Horatius prudenter, & artificioſè dixit Telephum, & Peleum exules proijcere ampullas, & ſeſquipedalia uerba. ſignificat autem ſeſquipedale menſurã unius pedis cum dimidio.* Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querela] *Si curat tangere cor ſpectatoris: querela, ſua lamentatione, nam, ut dicet,*

„ *Si uis me flere, dolendum eſt. Primum ipſi tibi.*

Non ſatis eſt pulchra] *Coniunctim ſequitur præceptum de mouendis apud auditorem animi perturbationibus, ut non ſolum ornata, & pulchra poëmata uideantur, ſed etiam dulcia, ut modò ad lætitiam, modò ad dolorem, modò ad cupiditatem, modò ad timorem compellant, uel lectorum animos, uel auditorum. Eorum enim lectio, quæ ſunt huiuſmodi, dulcior, gratiorq́; eſſe ſolet: quamuis ad lachrymas inducat aliquando, ac eloquentiæ uiribus exagitet. Pulchra igitur intellige adornamenta, figurasq́; orationis, quibus expolitum eſſe poëma debet: dulcia ad affectiones animorum concitandas, easq́; maximè, quæ ad miſericordiam ſpectant. Nam ut in primo rhetoricorum Ariſtoteles inquit, in ipſo luctu, ac lachrymis ineſt quidam ſenſus uoluptatis: ut illud ſæpe apud Homerum.*

„ *Et flendi dulcedine perculit omnes.* *Vnde Platonis in Philebo eſt ſententia, multos dolores plenos miris quibuſdam uoluptatibus inueniri. Cum & ij, qui in tragicis ſpectaculis adſtant, dum delectantur, ſæpe etiam lugeant. Eſt autem tranſlatiuè dictum: eadem ratione & Marcus Tullius in oratore: dulce orationis genus appellat, quod ad laudem, & uituperationem pertinet.* Et quocunque uolent animum auditoris agunto] *Declarat, quæ nam ſint dulcia, gratáq; poëmata, quæ ſcilicet poſſunt mentes allicere, uoluntates impellere quò uelint, unde autem uelint deducere.* Vt ridentibus arrident, ita flentibus adſunt humani uultus] *Nam inquit Horatius, quemadmodũ ridentibus arridere ſolemus: ita & flentium miſeremur, eorumq́; calamitatibus in lachrymas, & fletũ inducimur: quod apertiùs declarat, dum ait,*

„ *Si uis me flere, dolendum eſt Primum ipſi tibi:*

Hoc autem facillimè conſequemur, ſi ita animis noſtris habitum introducendarũ perſonarũ induerimus: ut uniuſcuiuſq; calamitates, quaſi proprias eſſe ducamus. Nam, ut inquit Ariſtoteles, ij maximè ſuapte natura perſuadent, qui perturbationibus animi cõmoti ſunt. Vnde fit, ut exagitatus exagitet: perturbetq́; uerisſimè perturbatus. Nullo enim modo fieri poteſt, inquit apud Ciceronem Antonius: ut doleat is, qui audit, aut oderit, aut inuideat, aut pertimeſcat aliquid, aut ad fletum, miſericordiamq́; deducatur: niſi omnes hi motus, quos orator illi adhibere uolet, in ipſo oratore impreſſi, atq; inuſti uidebuntur. neque enim aliter Didonem amantem, Iunonem indignantem, Euriali matrem mœrentem formaſſet Virgilius: niſi hos omnes motus prius ipſe animo, ut proprios concepiſſet, ac protuliſſet: Vt enim nulla materies tam facilis ad exardeſcendum eſt, quæ niſi admoto igni ignem concipere poſsit, ſic nulla mens eſt ad comprehendendam uim parata, quæ poſsit incendi, niſi inflammatus poëta ad eam, & ardens acceſſerit. Ipſi tibi] *Poëtæ, & authori, qui illum dolorem intimis ſenſibus conceperis.* Tunc tua me infortunia lædent Telephe, uel Peleũ] *Cùm ille, qui te introduxerit, dolorem tuum tanquam proprium in animo cõceptum ſub tua perſona expreſſerit.* Malè ſi mandata loqueris] *Ab ipſo authore te introducente malè concepta, & malè tibi tradita: cum illis minimè interius ingemuerit. Quare tunc aut dormitabo faſtidio defatigatus, aut ridebo poëtæ inſcitiam rationem perſonarum minimè ſeruantis.* Aut dormitabo] *Simile quiddam adhibet M. Tullius in Callidio deridendo: quòd res atrociores frigidè admodum dixerit, his uerbis. Niſi fingeres, inquit, Callidi, tu iſta ad eum modũ narrares: Somnum, me hercle iſto loco uix tenebamus.*

Triſtia mæſtum uultum uerba decent] Poſt reprehenſionē affert regulam ſeruandam in ſermonibus perſonarū in fabulis introducendarum: ut dulcia, & grata poëmata efficiamus, animumq́ auditoris, quò uelimus facilimè impellamus: ait autem mæſtitiæ triſtia uerba accommodanda: ut fecit Virgilius ſub matris Euriali perſona.

» Hunc ego te Euriale aſpicio, tu ne illa ſenectæ
» Sera meæ requies potuiſti linquere ſolam
» Crudelis? nec te ſub tanta pericula miſſum
» Affari extremum miſeræ data copia matri?

Qua quidem in lamentatione non minorē Virgilium concepiſſe dolorem exiſtimandum eſt, quàm quem ipſam decuerit. Quid apud eundem de Mezentij? Quid de Euandri? Quid demum de Didonis moritura querimonijs dicam? Aduertendum tamen eſt non parum differre inter ſe publicarum perſonarū: ut Didonis, & Euandri. & humiliorum, & priuatarum: ut Euriali matris lamentationes. Adhibentur enim in publicis regia quædam: ut in Didone.

» Vrbem præclaram ſtatui, mea mœnia uidi: Et illud
» Proh Iuppiter ibit
» Hic (ait) & noſtris illuſerit aduena regnis?
» Non arma expedient? totaq́ ex urbe ſequentur?
» Diripientq́ rates, alij naualibus? ite:
» Ferte citi flammas, date uela, impellite remos.

Quæ in priuatis deſiderantur. Non enim penitùs ſuccumbunt dolori: ſed poſt lachrymas ad libidinem ulciſcendæ iniuriæ conuertuntur. Mæſtum uultum] Qui eſt imago ipſius animi. In uultu enim, atq; in oculis animus inhabitat. Iratum plena minarum] Locus admonet, ut, qualis oratio indignantium eſſe debeat, breuiter explicemus. Ea igitur neceſſe eſt initium abruptū habeat: quoniam ſatis indignantibus leniter incipere minimè conuenit. Ideo apud Virgil. Iuno ſic incipit in 7.

» Heu ſtirpem inuiſam, & fatis contraria noſtris
» Fata Phrygum.

Nec initium ſolum tale eſſe debet, ſed omnis oratio breuibus ſententijs, & crebris figurarum mutationibus debet, uelut inter æſtus iracundiæ, fluctuare. Vnde apud eundem Virg. ibidem initium ab ecphoneſi, ſequuntur breuiſſimæ interrogationes:

» Num Sigæis occumbere campis?
» Num capti potuêre capi?
» Num incenſa cremauit Troia uiros?

Deinde ſequitur hyperbole:

» Medias acies, mediosq́ per ignes
» Inuenêre uiam.

Deinde ironia:

» At credo mea numina tandem
» Feſſa iacent: odijs aut exaturata quieui.

Deinde auſus ſuos inefficaces queritur:

» Per undas
» Auſa ſequi, & profugis toto me opponere ponto.

Secunda poſt hæc hyperbole:

» Abſumptæ in Teucros uires cœliq́, mariſq́.

Inde diſperſæ querelæ.

» Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid uaſta Charybdis
» Profuit.—— Iungitur inde argumentum à minore: ut Pathos augeatur:
» ——Mars perpere gentem
» Immanem Lapithum ualuit.

Minor ſcilicet perſona ideo ſequitur,

» Aſt ego magna Iouis coniux.

Deinde cùm cauſas quoq; contuliſſet, quanto impetu Dea dixit,

» Infelix quæ memet in omnia uerti?

Nec dixit, non poſſum perdere Aeneam, ſed uincor ab Aenea. Deinde confirmat ſe ad nocendum: & quod propriū eſt iraſcentis, etſi deſperet perfici poſſe, tamen impedire contenta eſt:

» Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo.
» Non dabitur regnis, eſto, prohibere Latinis,
» At trahere, atq; moras tantis licet addere rebus.
» At licet amborum populos exſcindere regum.

Poſt hæc ultimo, quod irati libenter faciunt, maledicit

» Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere uirgo.

Et protinus argumentū à ſimili conueniens ex præcedentibus:

» ——Nec face tantum
» Cyſſeis prægnans ignes enixa iugales,

His & ſimilibus figuris oportet uariare indignantium orationem, eamq́ ſæpe mutare: quia ira, quæ breuis furor eſt, non poteſt unum continuare ſenſum in loquendo. Iratum plena minarū] Vt ſub perſona Neptuni apud Virgilium:

» Tanta ne uos generis tenuit fiducia ueſtri?
» Iam Cœlum, terramq́ meo ſine numine uenti
» Miſcere? & tantas audetis tollere moles?
» Quos ego? ſed motus præſtat componere fluctus.
» Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis.

Minarum] Non minarum ſolùm, ſed conuitiorum, & contumeliarum plena intellige. Ludentem laſciua] Vt,

» Egregiam uerò laudem, & ſpolia ampla refertis.
» Tuq́, puerq́ tuus, magnum, & memorabile numen,
» Vna dolo diuum ſi fœmina uicta duorum eſt.

Seuerum ſeria dicto] Vt ſub regis Latini perſona ſæpe apud Virgilium, & ſub perſona Vlyſsis apud Ouid. in 13. Metamorphoſeos ſub his uerbis.

» Si mea cum ueſtris ualuiſſent uota Pelaſgi,
» Non foret ambiguus tanti certaminis hæres,
» Tuq́ tuis armis, nos te poteremur Achille.

Format enim] Quia inquit natura prius format nos intus in animo ad omnem habitum fortunarum, ideo poſt effert animi motus interprete lingua: hæc omnia uerò ad illud pertinent, ut doceat, qua ratione poëmata dulcia efficiantur, agantq́ quò uelint animos auditorum. In hac autem parte concludens, quod dixerat, refert ſingula ſingulis: ad illud enim, ludentem laſciua, infert, iuuat: ad illud Iratum plena minarum: aut impellit ad iram: ad illud, ſeuerum ſeria dictu, aut ad humum mærore graui deducit: ad illud, triſtia mæſtum uultum uerba decent, angit. Iuuat] Intus. Prius enim intus lætitia quædam à nobis cócipienda eſt, quàm lætitiæ exprimamus effectus. Impellit ad iram] Intus. Priùs nos ad iram, qua poſtea commoti, & inflammati iratis plena minarum uerba tribuimus.

Aut ad humum mærore graui deducit] Hoc eſt ad oſtendendā grauitatem accōmodato. Vultum enim demittunt ſeueriores, quaſi mærentes, ſemperq́ ſe cogitabundos præ ſe ferūt: qualem Ouidius in 13. Metamorph. depingit Vlyſſem his uerbis:

» Finierat Telamone ſatus, uulgiq́ ſecutum
» Vltima murmur erat: donec Laërtius heros
» Aſtitit, atq; oculos paulum tellure moratos
» Suſtulit ad proceres, expectatoq́ reſoluit
» Ora ſono.——

Poſt effert animi motus interprete lingua] Poſtquam nos formauit natura, inquit, intus ad omnem fortunarum habitum, tunc à nobis conceptos animorum motus effert, exprimit, lingua interprete, adnotanda ſunt autem in his quatuor carminibus illa antitheta, prius, & poſt: intus, & effert. Si dicentis erunt fortunis abſona dicta, Romani tollent equites, peditesq; cachinnum] Poſt legē traditam in poëſi ſeruandam conſtituit pœnā præter legem facientibus. ait autem irriſos fore ab omnibus, qui decorum fortunarum in ſermonibus perſonarum minimè ſeruauerint, quod etiam ab oratore haud negligendum docet tum Ariſtoteles in ſecundo Rhetoricorum, tum ad eius imitationem. M. Tullius in Oratore, cum ait: non omnem fortunam eodem aut uerborum genere tractandam, aut ſentētiarum. oportet igitur ut cum rebus ipſis uerba conſonent. hanc tranſlationem, & ſententiam à Platone mutuatus eſt, qui ſub Lachetis perſona, ita inquit. Nam quoties de uirtute, uel de ſapientia quadam aliquem audio diſputantem, reuera uirum, dignumq́ ſermonibus ipſis, mira quadam afficior uoluptate, contemplans dicentē ſimul, ac dicta, quam congrua inter ſe, & conſona ſint. Atq; hic profectò uir muſicus eſſe mihi uidetur, harmoniā ſuauiſſimā modulatus, non Lyram neq; iocularia quædam inſtrumenta, ſed uitam reuera contemperans concordia uerborum, & operū. Tollent cachinnum] Plus eſt, quàm ſi dixiſſet, ridebunt. Eſt enim cachinnus

cachinnus effuſior quidam riſus: ut oſtendat maximè ridiculum fore hac negligentem. Equites, pediteſq;] *Pro omnibus Romanis poſuit: cùm enim populum in claſſes Ser. Tullius diſtribueret, adhibuit decem & octo centurias equitum, reliqui erant aut legionarij, aut pedites: ut author eſt Dionyſius lib. 4. antiquitatum Romanarum.* Si dicentis erūt fortunis abſona dicta] *Dico tollent equites, pediteſq; Romani cachinnum, ſi quæ dicuntur ab agentibus, erunt abſona fortunis dicentium: quod non ſolùm in fabulis, ſed in rebus etiam ipſis ſerijs minimè negligendum eſt. Hinc ait M. Tullius in Oratore, huius rei ignoratione nō modò in uita, ſed ſæpiſſimè in poëmatis, & in oratione peccari. Vnde memoriæ traditū eſt poſt cladem à Romanis acceptam in cōmuni omniū fletu ridentem Annibalem conſpectum ab Heduo Aſdrubale grauiſſimè increpatum.*

Interit multum] *Præceperat ſuprà, non ſolùm pulchra, & ornata poëmata, ſed etiā dulcia eſſe debere, atq; in hac ipſa re maximè eſt neceſſarium perſonarum habitus, & affectiones ſeruare, ut mœſto triſtia, irato minantia, ludenti laſciua, ſeuero ſeria accōmodentur. Nunc enumerat cætera perſonarum genera in Poëſi examinanda: ut ſunt ſubſtantiæ, ætates, fortunæ, ſtudia, nationes, patria. Alia enim uerba dijs, alia hominibus: rurſus uerò hominibus. Ex ætate alia iunioribus, alia ſenioribus: ex fortuna, alia dominis, alia ſeruis: ex ſtudijs, alia ex mercatoribus, alia agricolis: ex natione alia Colchis, alia Aſſyrijs: ex patria: alia Thebanis, alia Argiuis attribuimus. Quoniam, ut inquit Ariſtot. lib. 3. Rhet ſingula hominum genera, ſingulosq; habitus ſua quædam, propriaq; conſequitur oratio. Genera autem intelligo, ſingulas ætates: ut puer, uir, ſenex, & mulier, & uir, & lacon, uel Theſſalus. habitus uerò intelligo, quibus uita hominum informatur non enim quolibet habitu uita conformatur. Quare nos, ubi cæteri* Dauus, & Heros: *uel* Dauus, & Heros, *legunt, & interpretantur, nos* Diuus, & Heros *reponimus: quam lectionem inueniri Aldus Manutius in hac re diligentiſſimus atteſtatur. Magis enim ſenſus quadrat, ſi diligenter ſubſequentia perpendantur. Gradatim enim Horatius perſonarum diuiſionem in fabulis introducendarum enumerat, quæ ex ſubſtantia, aut diuinæ ſunt, aut humanæ. Humanæ rurſus differunt aut ætate, ut ſenex à iuuene: aut fortuna, ut dominus à ſeruo: aut ſtudijs, ut à mercatore agricola: aut natione, ut à Colcho Aſſyrius: aut patria, ut à Thebano Argiuus, quia niſi ita legatur, præter diuiſionem incongruā, hoc etiam inſequetur, ut pars in diuiſione prætermittatur, de qua infrà præcipit, quod maximū uitium eſt. Niſi enim hoc in loco diuinæ, & humanæ perſonæ differentiam adhibens intereſſe multum dixiſſet* Diuus ne, loquatur an heros, *quorſum infrà diceret?*

» *Nec Deus interſit, niſi dignus uindice nodus*
» *Inciderit.* ——

Et paulò pòſt Deum, & heroa coniungens:

» *Ne quicunq; Deus, quicunq; adhibebitur heros,*
» *Regali conſpectus in aula nuper, & oſtro,*
» *Migret in obſcuras humili ſermone tabernas.*

Præterea quorſum de Domini, & ſerui ex fortunæ uarietate perſonis diceret, cum de ea intelligat in ſequēti carmine? An matrona potens, an ſedula nutrix, ſexu mutato, ad ſatietatem fugiendam? Aut quid de Tragica, et Comica, ut putat Griſolus? quaſi minimè in Tragœdia præter heroicas ullæ adhibeantur perſonæ, cū adhiberi conſtet ſumptas ab ætate, à fortuna, à ſtudijs, à natione, à patria: ut in Trachinijs apud Sophoclē ſenis perſonam uidemus, in Oedypo Tyranno Polybi ſerui, mercatoris in Philoctete, chori Thebanorū ſenum in Antigone, Troadumq; mulierum in Troadibus apud Euripidem. Diuū *igitur, &* heroa, *legemus, & interpretabimur. Quòd autem dij in poëmate introducantur, præter Horatij teſtimonium, Tragœdiæ ipſæ teſtantur, cùm & in Aiace Sophoclis Minerua, & in Oreſte Euripidis Apollo: & in Hippolyto Venus, & Diana: in Andromacha, Thetis introducatur. De quibus in fabulis quando, & quo modo introducendis, loco ſuo copiosè dicemus: poſuit autem* Heros *pro cōmuni hominum ſpecie, quam poſtea ſubdiuidet.* Maturus'ue ſenex] *De pueritiæ, adoleſcentiæ, uirilitatis, & ſenectutis proprietatibus nihil dicam hoc tempore, ſed in aliud commodiſſimè reſeruabo: Maturum autem ſenem non in extrema ſenectute conſtitutum, ſed in ea ætate intelligit, quæ ad ſummū prudentiæ peruenerit, translatione à frugibus ſumpta. Vnde & florentem iuuentutem ad ſenectutis differentiam dixit. Nam quemadmodum flores maturitati opponuntur, ita & ſenectus adoleſcentiæ. unde & florem iuuentutis eodem modo ſæpiſſimè ſcriptores uſurpant.* Feruidus] *Ea enim ætas propter ubertatem ſanguinis feruet. Vnde Ariſtoteles ad Theodecten, feruent, inquit, iuuenes ætatis, naturæq; facibus: frigent ſenes calore abſumpto, igniculiſq; reſtinctis.* Matrona potens, an ſedula nutrix] *Per matronam, & nutricem, ſexu ad fugiendam ſatietatem mutato: dominorum, & ſeruorum ex fortunā in Comœdijs, & Tragœdijs introducendorum differentiam intelligit. Plurimum etenim refert dominus'ne, an ſeruus loquatur: quod ſeruatum à Terentio diligenter in Andria præcipuè ſub Daui, & Simonis perſona intueri licet: Matronæ autem, & nutricis perſonam in Phormione ſub Nauſiſtrata, & Sophronia diligenter expreſſit idem Terentius, ad quarum perſonas uidetur hoc loco alluſiſſe Horatius.* Sedula nutrix] *Per ſedulam nutricem diligentiam, & ſagacitatem ſeruorum, & ancillarū expreſſit.* Mercator'ne uagus, cultor'ne uirentis agelli] *Varia hominum ſtudia tangit, ex quorum uarietate accommodanda eſt etiam oratio. Nam, ut ait Quintilianus de eadem re, ruſticus, forenſis negociator, miles nauigator, medicus aliud, atq; aliud efficiunt. Nam, neq; eadem, ut ait Ariſtoteles, aut eodem modo impolitus, atque agreſtis homo diceret, quæ politus, & bonis artibus excultus. Non enim parui refert, ſi mercator, an agricola agatur. Mercatoris uerò perſonam, & naturam accommodauit in Philoctete Sophocles, ſub mercatoris perſona. Appellat autem uagum ex nauigationibus continuis huc, atq; illuc uagantem: qualem depinxit Sophocles ibidē.* Cultor'ne uirentis agelli] *Ruſticus, & agricola, cuius naturam expreſſit Ariſtophanes in Pluto ſub ruſticorum choro, & in ea altera Comœdia, quæ Pax inſcribitur.* Colchus, an Aſſyrius] *Cognoſcendi ſunt gentium mores, & inſtituta: ut differenter ex natione introducantur. Nam, ut ait Quintilianus, & gentibus mores ſunt proprij: nec idem in Barbaro, Italo, Græco probabile eſt. Nationum autem mores præter Senecam in Græcorum choro, expreſſit etiam Euripides in Oreſte, Phrygem quendam inducens.*

Thebis nutritus, an Argis] *Non ſolùm alicuius prouinciæ naturam, & conſuetudinē aſſerit cognoſcendam, ſed etiam patriæ. quia ſimiliter etiam ciuitatum leges, inſtituta, opiniones habent differentiam. Vnde ſapienter in Phædro Socrates, non parum putat intereſſe, quis nam, cuius'ue ſit, qui dixerit: Hominum uerò mores ex patria expreſſit Sophocles in choro mulierum Athenienſium, in choro mulierum Thebanarum, & Ariſtophanes in Lyſiſtrata ſub Athenienſis cuiuſdam perſona.* Aut famam ſequere] *Proſequitur adhuc tractatum de perſonis, & affert diſtinctionem quandam: cùm uel notæ perſonæ, utpote, quæ ab antiquioribus fuerint delatæ, uel nouæ inducuntur ſeruandam: de utraq; re diligenter præcipiens: ut, ſi iterum Achillem referas ab Homero, & Turnum à Virgilio antea celebratum. Sit Achilles, iuxta Homeri ſententiam, impiger, iracundus, inexorabilis, acer: Turnus uerò ferox, audax, impatiens, ſed ſi nouam inducamus, in primis cauendum eſſe ait, ut ſeruetur ad imum qualis ab incœpto proceſſerit, & ſibi conſtet.* Famam ſequere] *Hoc eſt, ſi perſonam egeris uel in Tragœdia, uel in Comœdia iam antea ab alijs rerum ſcriptoribus actam, ſequere in ea depingenda famam, hoc eſt, ut de ea poëtarū carminibus ſermo percrebuit, aut ſi nouam ipſe effinxeris, fac illam ſibi conſtantē à primo ad ultimum.* Scriptor honoratū ſi forte reponis Achillem] *Illuſtrat exemplis primam diſtinctionis partem.* Honoratū] *Vnde Sylius æternum carmine uocat: quòd Homerum præconem inuenerit: cui, ut inquit Cicero, niſi Ilias illa uerba extitiſſet, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruiſſet.* Reponis] *Quaſi antea ab Homero poſitum, iterū ponis.* Impiger] *Ob celeritatem in agendo, tum ex ignea quadam animi ui, tum ex pedū uelocitate, quā illi Homerus attribuit, dum eum perpetuò epitheto* πόδας ὠκὺν *appellat. Et Catullus in Argonautica:*

» *Naſcetur uobis expers terroris Achilles,*
» *Hoſtibus haud tergo, ſed forti pectore notus,*
» *Qui perſæpe uago uictor certamine curſu*
» *Flammea præuertet celeris ueſtigia ceruæ.*

Iracun-

Iracundus] *De Achillis ira præter Homerum, qui eam deſcripſit, ita Horatius,*

„ *Nos Agrippa neq; hæc dicere, nec grauem*
„ *Pelidæ ſtomachum cedere neſcij.*

Inexorabilis] *Quem neq; Phœnix, neq; Vlyſſes reconciliare cum Agamẽnone potuerint, muneribus etiam ultrò oblatis.* Acer] *Terribilis, & formidandus, qualem apud Homerum intueri licet ex hac eius oratione:*

„ *εἰ δ' ἄγε μὴν πείρησαι, ἵνα γνῶσι καὶ οἵδε.*
„ *αἶψά τοι αἷμα κελαινὸν ἐρωήσει περὶ δουρί.*

Iura neget ſibi nata, nihil non arroget armis] *Notandum poëtæ artificium, qui cùm quaſi oppoſitas res ius, & arma, ponat, oppoſitis nominibus, oppoſita etiam uerba adiungit.*

Nam quidquid natura datum eſt, iuſtum eſt, nec enim iniuſta poteſt eſſe communis omniũ mater natura.
Iura omnibus à natura data ſunt: (nihil enim eſt ius, niſi imitatio naturæ.)
Ergo iura iuſta ſunt.

Contrà, arrogare, propriè eſt de rebus, quas nullo iure ipſi nobis aſciſcimus. Iniuſtus igitur Achilles duplici nomine, & quòd communia negligat, ſibi neget à natura data: & quòd armis ea petat, quæ cum iure non conſentiunt. Iura neget ſibi nata] *Omnia diuina, & humana iura cõtemnat, quemadmodum formatus eſt in Iliade: ut nõ ſolùm homines factis, ſed Apollinem etiam ipſum uerbis exagitet, ac eum deorum pernicioſiſſimum appellet.*

Nihil non arroget armis] *Sibi ſcilicet de eiuſdem arrogantia ſub eius perſona Hom. in 1. Iliad.*

„ *οὔ τις ἐμεῦ ζῶντος, καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο*
„ *σοὶ κοίλης παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει,*
„ *συμπάντων Δαναῶν. οὐδ' ἢν Ἀγαμέμνονα εἴπῃς,*
„ *ὃς νῦν πολλὸν ἄριστος ἐνὶ στρατῷ εὔχεται εἶναι.*

Sit Medea ferox] *Qualem in Argonautica ab Apollonio deſcriptam uidere licet, hoc eſt, immaniſſimam omnium, quod quidem feritatis, & immanitatis uitium heroicæ uirtuti opponitur. ut in Ethicis Ariſtot. placet: de Medeæ feritate, & immanitate nihil dicã, cùm notiſſimum ſit eam neq; proprijs filijs peperciſſe: ut abundè apud Euripidem.* Inuictaq;] *Quam nulla pietas uicerit: qualem facit Eurip. loquentem.*

„ *ἀλλ' εἶ' ὁπλίζου καρδία. τί μέλλομεν*
„ *τὰ δεινὰ κἀναγκαῖα μὴ πράσσειν κακά,*
„ *ἄγ' ὦ τάλαινα χεὶρ ἐμή, λαβὲ ξίφος,*
„ *λάβ', ἕρπε πρὸς βαλβῖδα λυπηρὰν βίου.*
„ *καὶ μὴ κακισθῇς, μηδ' ἀναμνησθῇς τέκνων.*
„ *ὡς φίλταθ', ὡς ἔτικτες, ἀλλὰ τήνδε γε*
„ *λαθοῦ βραχεῖαν ἡμέραν παίδων σέθεν.*
„ *κἄπειτα θρήνει· καὶ γὰρ εἰ κτενεῖς σφ' ὅμως*
„ *φίλοι γ' ἔφυσαν, δυστυχὴς δ' ἐγὼ γυνή.*

Flebilis Ino] *Qualem propter filios amiſſos ab Euripide deſcriptam ueriſimile eſt. Hanc enim fabulam etiam Euripides pertractauit: ut author eſt Hyginius in lib. de fab. cap. 4. de Inone Euripidis inſcripto.* Perfidus Ixion] *Qualis ab Aeſchylo ex eius perfidia deſcriptus eſt in Ixionis Tragœdia, quæ à nobis hodie deſideratur, ad quam uidetur alluſiſſe hoc loco Horatius.* Io uaga] *Qualis ab eodem Aeſchylo in Prometheo deſcripta eſt, quòd à Iunone in uaccam conuerſa diu diuagata ſit, donec à Mercurio Iſis Aegyptiorum Dea facta eſt.* Triſtis Horeſtes] *Propter furorem, & atram bilem ex matris cæde conceptam. Vnde & Virgilius furijs agitatum appellat, Qualem facit Euripides.* Si quid inexpertum ſcœnæ committis, & audes] *Accedit ad ſecundam diſtinctionis propoſitæ partem de nouis perſonis fingendis: aitq; oportere in earum ſermonibus à principio ad ultimum uſq; reſpondere.*

Inexpertum] *Id eſt, perſonam ab alijs ſcriptoribus minimè tractatam: ut fecit Seneca Neronis, Agrippinæ, & Octauiæ perſonam.* Et audes] *Quaſi dicat rem arduam, & laborioſam: ut paulò pòſt:*

„ *Difficile eſt propriè communia dicere, tuq;*
„ *Rectius Iliacum carmen deducis in actus:*

Vbi cum aſſeueratione, quid ſentit, declarat, ſcilicet, rectiùs ſibi uideri ueteres reponere, quam nouas fingere, quibus uerbis ſe ipſum Horatius interpretatur, quid ſibi uoluerit per, Inexpertum, *hoc eſt, perſonam formare nouam.* Seruetur ad imum qualis ab incœpto proceſſerit] *Hoc eſt, uel ſemper iracundus: ut Achilles apud Homerum: uel ſemper triſtis: ut Horeſtes apud Euripidem: hoc eſt ſit ſimplex duntaxat, & una: quod apertius declarat illud, & ſibi conſtet.* Difficile eſt propriè communia dicere, tuq; rectiùs Iliacum carmen deducis in actus, quàm ſi proferres ignota, indictaq; primus] *Ex ſua ipſius ſententia ad priorem diſtinctionis partem ſcripturos hortatur. cùm difficile admodum uideatur propriè communia dicere: faciliùs uerò, & rectiùs, Iliacum carmen in actus deducere, quàm ignota, indictaq; primum proferre. Tria uerò ſunt præcepta: primùm ut fugiamus nouitatem, quia difficile eſt ea, quæ ad cuiuſq; inuentionem patent, ita dicere, ut eius, qui dicat, propria uideantur. Alterum, ut ab Homero, uel ab aliquo ingenioſo uetere poëta ſumamus: Tertium, ut ea, quæ ſumpſerimus, quæ publica materies uideri poteſt (quia licet unicuiq; uel ab Homero, uel ab alio ſumere) ita in opere tractemus, ut priuata noſtra, non Homeri, alterius'ue poëtæ uideantur. Quod ita conſequemur, ſi nec circa uilem, &c. Ergo eſt primum præceptum de uitanda noua perſona: quia difficilis: Secundum de uetere ſumenda, quia & probata, & magis aperta: Tertium de tractanda, quod præceptum eſt niſi addidiſſet, duo ſuperiora infirma erant, & inutilia. Quid enim referret uitare rem nouam, atq; inexpertam, & ueterem ſumere: ſi deinde ita tractares, ut nullam ab ingenio tuo, aut ab arte propriã laudem conſequereris? Difficile eſt igitur communia propriè dicere: quia laborioſum perſonam formare nouam, & ex proprietate natura, atq; decore attributo tuam efficere. Vnde maxima laus Homero debetur, quòd Vlyſsis, Agamemnonis, Menelai, Achillis, Hectoris perſonas omnibus ante eum communes primus ſibi reddiderit proprias: ſed non minor etiam fortaſſe illis debebitur, qui ab Homero ſumptas, quæ etiam quodammodo communes, & publicæ uideri poſſunt: proprias fecerint, & priuatas: ut Sophocles Aiacis: Philoctetis: Euripides Hecubæ, Andromachet, Iphigeniæ, Helenæ fecit. atq; ideò rectiùs Iliacum carmen deducit in actus: nam nullus iam tibi inerit labor, mores perſonis, naturam & decorem tribuere: cum te illo Homerus ipſe liberauerit.* Propriè communia dicere] *Communia ſunt, quæ nondum ab aliquo occupata proprij iuris facta ſunt: ut ſunt rerum geſtarum monumenta, quæ tamen ſi eleganter, & artificiosè ab aliquo pertractentur, fient propria cum enim & Romanorum annales eſſent communes omnibus, proprios ſibi effecit Liuius, non propter inuentionem, quæ communis omnibus eſſe poterat, ſed propter diſpoſitionem, & elocutionem in ea re adhibitam, quæ rebus, tanquã materiæ, formã præbent.* Iliacum carmen] *Perſonas in Iliade cõtentas apud Homerũ, à quo cùm uarias actiones illud poema contineat, infinita ſumi poſſunt Tragœdiarũ argumenta: uti etiam licet uidere ab antiquioribus factum: cum Euripides ab eo & Hecubam, & Andromachen, & Iphigeniã, & Helenam ſibi deſumpſerit, ac proprias fecerit.* Deducis] *Non dixit trahis, ſed deducis, quaſi dicat, quod ſpontè ſequitur, cùm penè dimidio laboris Homerus te liberauerit.* In actus] *In Tragœdiam, quæ in quinq; actus diuiditur. nam Comœdia non uidetur ex opere heroico deduci. cùm enim ex ſententia Ariſtotelis nihil differat ab heroico tragicum poëma, quantum attinet ad perſonarum actiones: quia in utroq; perſonas illuſtres imitemur, in comico uerò turpiores ex heroico tanquam ex aliquo fonte plura Tragœdiarum argumenta deriuari poſſunt. Atq; ideo ſapienter Homerum Socrates apud Platonem ſæpe appellat & tragicum, & tragicorũ præcipuum, & omnium tragicorum ducem, atq; magiſtrum. Dixit autem præcipuè Iliacum. quia plura poſſunt ex Iliade deduci Tragœdiarum argumenta, quam ex Odyſſea propter multa illuſtrium uirorum cædes in ea perſcriptas, ad Tragœdiarum argumenta admodum idoneas, quæ in Odyſſea non tam frequenter inueniuntur. Dicerem ex Donati ſententia quòd Iliadem Homerus inſtar Tragœdiæ, Odyſſeam uerò ad imaginem Comœdiæ fecerit, niſi omninò Ariſtotelis teſtimonium repugnaret, qui ita ſe habere ad Tragœdiam, inquit, Iliadem, atq; Odyſſeam: ut eiuſdem Margitem ad Comœdiam: cùm in Iliade, & Odyſſea meliores, & præſtantiores*

imitatus

imitatus ſit: in Margite uerò deteriores: ſiue per Iliacum carmen utrunque opus complectitur. Nam etſi in Iliade proprie tractantur cædes Troianorum, referuntur tamen & in Odyſſæa. Publica materies] Nunc docet quomodo ueterem perſonam ab Homero ſumptam, quæ etiam Tragœdis publica, & communis uideri poteſt, tractare debeas, ut tibi propriã efficias in Tragœdia ab eo deducẽs, ac ex hac ipſa tractatione laudem aliquam merearis: ad hoc autem ipſum quatuor præcepta omninò per negationem ſeruanda proponit: unum, ſi nec circa uilem, patulumúe moraberis orbem: alterum, ſi nec uerbum uerbo curabis reddere fidus interpres: tertiũ, nec deſilies imitator in arctum: ultimum, nec ſic incipies. Sed ut ad primum de inuentione præceptum redeamus, inquit Horatius eam ipſam ab Homero ſumptam, quæ omnibus tragicis publica materies uideri poteſt: fieri priuati quodammodo iuris, ſi minimè in ea ſolùm uerſemur diutiùs. Neq; enim hoc ipſum aſſequeremur, cùm poematis forma non ex inuentione, ſed ex diſpoſitione, & elocutione oriatur. Quemadmodum itaq; portus, flumina, littora publica ſunt, quæ tamen occupanti conceduntur. Ita etiam Tragœdiæ argumenta ab Homeri opere deducta, quæ omnibus occupare licet, cũ ſint communia, ei propria, & priuati iuris efficientur, qui ea primus diſpoſitione, & elocutione à ſe adhibita formauerit: ut à Sophocle, & Euripide factum iam demonſtrauimus. Nam ut Homerus in heroico opere cõmunia proprij iuris ipſe reddidit adhibito rebus communibus ingenij ſui lumine, ita & tragici poſſint ab Homero in iſorum Tragœdijs deducta, quæ publica ſunt, iterum priuati iuris efficere: In eum uerò transferentur, qui ea clarioribus orationis luminibus illuſtrauerit. Vilem autem, & patulum orbem tranſlatiuè inuentionem appellat, quòd omnibus pateat, & communis ſit, ac ſine elocutione nullam omninò laudem mereatur, ſumpta eſt autem à figulis tranſlatio, qui materiam ipſam ex creta, ex qua uaſa efficiunt, antequã illam formare incipiant, orbicularem, & rotundiorem reddunt. Figulorum igitur ſimilitudine, orbem materiam, & inuentionem appellat, qua in re nullam potuit afferre ſimilitudinẽ aptiorem: cùm inuentio materiæ comparetur, ac ipſa plerunque materies appelletur. Quam ob rem non ſatis probãtur, quæ à nonnullis hoc in loco dicuntur de ordine immutando. Neq; enim ordinem, uilem orbem, dixiſſet, cum in eo non parum ſit immorandum, ac præcipuè omnis tragœdiarum laus poſita ſit. Ex diſpoſitione etenim Tragœdiæ, quaſi lineamenta quædam præbentur, quibus poſtea elocutio ornamentis, ſplendoreq; orationis integram formam adiungit, ac perficit. Quare niſi ordinem adhibuerimus in Tragœdijs, quem ſupra perpetuò epitheto lucidum appellauit, omnia erũt & obſcura, & teterrima, non enim parum ſeries pollet, ut dicet infrà. Quare non ſatis probantur, quæ ab his de diſpoſitione afferuntur: nam cùm de eo genere inuentionis præcipiat, quod ab Homero ait ſumendum non uidetur ad id Horatius non maximè neceſſariam diſpoſitionem exiſtimaſſe. Nam ut eſt in Phædro apud Platonem in ijs rebus, quæ minimè neceſſariæ ſunt, nec facilè reperiuntur non diſpoſitio tantum, ſed etiam eſt inuentio, & excogitatio commendanda: in ijs autem, quæ neceſſariæ ſunt, & ſine difficultate ab unoquoq; reperiuntur non inuentio, ſed diſpoſitio tantummodò requiritur & probatur, quæ enim omnibus patent, in ijs nihil aliud uidetur eſſe laudandum, niſi quod à ſcriptoribus adhibetur in re ordinanda, atq; ornanda. Quare cùm Ariſtotel. in 1. Rhetor. & M. Tullius in libris de Orat. de duobus argumentorum generibus pertractaret, quorum alterum eſt earum rerum, quæ nõ excogitantur ab oratore, ſed in re poſitæ ratione tractantur, alterum, quod totum in argumentatione oratoris poſitum eſt, ait in ſuperiori genere de tractandis, & diſponendis, in altero etiã de inueniendis oratori eſſe maximè cogitandum: in ijs etenim, quæ poſita ſunt in ipſa cauſa, omnibusq; communia ſunt, quid opus eſt de inueniendis cogitare? de tractandis autem, & ordinandis non parum ab oratore uidetur elaborandum. Quam ob rem cùm Horatius de ea inuentionis parte præcipiat, quæ ab alijs, ab Homeroq; præſertim ſumatur, et quæ diſpoſitione, & elocutione tantummodo indiget abſurdus admodum uideretur, ſi in ea tractanda omninò dixiſſet, eſſe parum uel potius minimùm, ut iſti uolunt, circa diſpoſitionem, & ſeriem commorandum: cùm ad hoc ipſum ex Platonis, Ariſtotelis, & Ciceronis ſententia uel ſola, uel maximè requiratur. Neq; ij audiendi ſunt, qui de uerborum ambitu ſignificaſſe Horatium uolũt, quem M. Tullius in Oratore orbem appellat, ſeq; illum inquit requirere in Thucidide, & Quintilianus cùm ait hiſtoriam non tàm finitos numerõs, quam orbem quendam, contextumq; deſiderare. nam neque uilem, neque patulum omninò dixiſſet, neque in eo nonn multum elaborandum: cùm & maximè neceſſarius ſit, atque ita perficiat orationem, ut eam efficiat iunctam, cohærentem, lenem, æquabiliter fluentem: ita iunctis uerbis extremis cum conſequentibus primis, ut neq; aſperè concurrant, neq; uaſtiùs diducantur. Quod igitur Quintilianus in hiſtoria, et Cicero in Thucidide ad aurium oblectationem deſiderauit, non uidetur probabile id in poëta, qui magis ſtudet delectationi, negligẽdum Horatium ſignificaſſe, niſi abſurdus, & ſibi contrarius uideri uoluiſſet: cum infrà dixerit tantum iũcturã pollere, ut in ea propria cuiusq; poëtæ laus ſpectetur. Quare neq; de collocatione, circuituq; orationis. quia in eo ſumma laus ſita eſt, neq; de diſpoſitione intellexiſſe Horatium omninò putandũ eſt. Neq; enim ad diſpoſitionem, uilem & patulum orbem retuliſſet. nam etſi Tragœdiarum argumenta, quæ ab Homero ſumuntur, omnibus patent, in promptuq; ſint, non tamen earum ordo negligendus eſt. Veriſimilius eſt igitur de inuentione ſignificare uoluiſſe Horatium, cùm de ea illius parte loquatur, quæ cũ ab Homero ſumatur, aperta ſit omnibus, niſi eum malumus contrarium Platoni: contrarium Ariſtoteli: contrarium Ciceroni, & ſibi incongruum uideri. Quòd autem non ſit circa inuentionem diutiùs morandum illud argumento eſſe poteſt, quòd ita infrà ex rebus notiſſimis, ac in medio poſitis ſumendam, ut ſibi quiuis ſperet idem. Vilem orbem] Quicquid rotundiorem formam habet, orbem dicimus. Quoniam uerò orbicularis perfectiſſima eſt, æternitatemq; imitatur: ideò ad eius differentiam, uilem, adiunxit: ut per epithetum intelligeretur de materia ipſa, hoc eſt, de inuentione, locutus Horatius. Tantam enim uim habent epitheta, ut aliquando mutent propriam uerborum ſignificationem. Vile] Quia uilis certè materia eſt, ſi præſtantiam formæ reſpicias, uilis inuentio, ſi cũ elocutione conferas: cùm altera materiæ, altera formæ comparetur. Nec uerbũ uerbo curabo reddere fidus interpres] Proximum ſequitur præceptum de imitatione uerborum ab Homero ſumendorũ, in quo præcipit: ut minimè, ſi uolumus publica, & communia: propria, & priuata efficere, ex Homero, ut fidi interpretes, uerbũ ex uerbo in Latinum conuertamus, quod facere indiſertos interpretes ait M. Tullius, in quod uitium incidiſſe Franciſcum Petrarcham miror in eo Virgilij transferendo.

» Tum conſanguineus leti ſopor, Dum dixit,
» Il ſogno è ueramente, qual huom dice,
» Parente della morte.

Cùm in eo Horatij hoc præceptum diligenter ſeruauerit: Heu me per urbem (nam pudet tanti mali) Fabula quanta fui Dum uberius, & copioſiùs his uerbis reddidit:

» Ma ben ueggio hor, ſi come al popol tutto
» Fauola frui gran tempo: onde ſouente
» Di me medeſmo meco mi uergogno:

Horatius enim pudore affectus, et dolore: Heu me per urbem: Petrarcha proprium errorem agnoſcens:

» Ma ben neggi hor ſi come al popol tutto.

Venuſinus: fabula quanta fui: Hetruſcus,

» Fauola fui gran tempo.

Hic ſolùm pudet tanti mali: ille,

» Souente di me medeſmo meco mi uergogno.

Conuertere enim debent poëtæ, ut poëtæ, non ut interpretes, ſententijs ijſdem, & earum formis, tanquam figuris, ad ſuam ipſorum cõſuetudinem aptis, in quibus non uerbum pro uerbo neceſſe habeant reddere, ſed genus omnium uerborum, uimq; ſeruare: ut non exiſtimentur uerba eorum, à quibus transferunt, annumerare, ſed tanquam appendere. Itaq; aliquando paucioribus uerbis, id, quod pluribus dicitur, interpretari debemus: ut fecit Virgil. in primis Arati uerſibus cõuertendis, qui uix uno carmine plura ſignificauit, quàm ille quatuor. Aratus enim.

» ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, Virgil.

Ab Ioue principium: *Ille ſingula enumerans:*

» μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί,
» πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί.
» μεστὴ δὲ θάλασσα καὶ λιμένες

Hic uniuerſa complectens, & plura etiam ſignificans:

» *Iouis omnia plena.*

Aliquando pluribus id, quod paucioribus: ut idem effecit in illo Homeri carmine conuertendo:

» ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον.

Dum copioſius, & uberius tribus modis illud, κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον, *retulit,*

» *Olli dura quies oculos, & ferreus urget*
» *Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.*
» *Nec deſilies imitator in arctum.*

Vnde pedem proferre pudor uetet, aut operis lex] *Sequitur tertium præceptum, in quo ſimilitudine à ſalictibus ſumpta præcipit, non eſſe omnia ad unguem in imitatione alicuius rei affectanda: cũ id præcipuè uetet operis lex, & anguſtia quod ab Ouid. in ult. Metamorph. diligẽtiſſimè obſeruatum uidemus in imitatione illius Odes Horatianæ: Exegi monumentum ære perennius. In qua non omnia ſumit, ſed multa etiam prudens omittit: ſumit, illud exegi monumentum: dum dixit:* Iamq; opus exegi, *& illud:* aut innumerabilis annorum ſeries, & fuga temporum, nec edax abolere uetuſtas *& illud,* non omnis moriar, multaq; pars mei: parte tamen meliore mei ſuper alta perennis aſtra ferar: *reliqua omittit. Horatius enim in ea re dedita opera ſolum elaborabat, euagariq; poterat latiùs: hic quia in eam imitationem caſu quodam inciderat, ſe paulum continebat, ne ſingula perſequeretur. Non minus ingenioſus fuit Petrarcha in imitanda ex eodem Ouidio fontis deſcriptionem. Cùm enim uellet paucis uerſibus, ut illud genus carminis poſtulabat, concludere fontis deſcriptione ex Metamorph. lib.*

» *Fons erat illimis nitidis argenteus undis,*
» *Quem neq; paſtores, neq; paſtæ monte capellæ*
» *Contigerant, aliudúe pecus, quem nulla uolucris,*
» *Nec fera turbarat, nec lapſus ab arbore ramus:*

Hoc imitatur:

» *Fons erat illimis nitidis argenteus undis,*
» *Quem neq; paſtores contigerant.* *His uerbis,*
» *Chiara fontana*
» *Sorgea d' un ſaſſo, & acque freſche, e dolci*
» *Spargean ſoauemente mormorando.*
» *Al bel ſeggio ripoſto ombroſo, e foſco*
» *Ne paſtori appreſſauan, ne bifolci.*

Illud omittit breuitate Odes coactus

» *Neque paſtæ monte capellæ*
» *Contigerant, aliudúe pecus, quem nulla uolucris,*
» *Nec fera turbârat, nec lapſus ab arbore ramus.*

Nec deſilies imitator in arctum, unde pedem proferre pudor uetet, aut operis lex] *Niſi adiecisſet imitator, & operis lex, eſſet allegoria. Cùm uerò adiecerit, apertis permixta eſt: ut apud Ciceronem pro Milone. Equidem cæteras tempeſtates, & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum ſemper Miloni putaui eſſe ſubeundas.* In arctum] *Vbi anguſtijs coactus non poſſis omnia perſequi, quæ ſuſceperis imitanda. Præcipit autem cogentibus anguſtijs non egrediendum ultra fines in imitatione, cum his intentis inceptum propoſitum minimè perſequamur.* Operis lex] *Vt in Franciſco Petrarcha oſtendimus, qui ſi circa Ouidij imitationem latior fuiſſet, feciſſet profectò, quod minimè breuitati illius carminis conueniſſet.* Vnde pedem proferret pudor uetet] *Vnde non poſſis ſine maximo pudore omnia, quæ ſuſceperis imitanda, perſequi.* Nec ſic incipies ut ſcriptor Cyclicus olim: Fortunam Priami cantabo. & nobile bellum] *Sequitur ultimum præceptũ de pleniori, tumidioriq; principio uitando tam in Epopœia, quàm in Tragœdia. incipit autem ab Epopœia, ut quaſi tacitè argumento à maiori id improbet in unoquoq; poëmatum genere faciendum. Nam ſi in Epopœia, quæ grauitate omnia poëmatum genera præcellit, ait principium lene eſſe debere: quanto magis in Tragœdia, et Comœdia idem uideri debet? Tale aũt eſſe debere tacitè affirmat ex comparatione, & ſimilitudine adhibita, ut potiùs mediocre ſit, quàm turgidum, & inflatum: quale Lucani, & Statij uideri poteſt: cum adeò tumidè uterq; exorſus fuerit, ut non ſine aſperitate quadam proferatur & illud:*

» *Bella per Aemathios plus quàm ciuilia campos,*
» *Iuſq; datum ſceleri canimus, populumq; potentem*
» *In ſua uictrici conuerſum uiſcera dextra.* *Et illud:*
» *Magnanimum Aeaciden, formidatamq; tonanti*
» *Progeniem, patrio uetitam ſuccedere cœlo.*

Quis igitur non reprehendat Cyclici illius aſperitatem, & Homeri lenitatem non commendet: cùm ille, nubes, & inania captans.

» *Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum,* *Hic ſedatiùs*
» *Dic mihi Muſa uirum, captæ poſt tempora Troiæ*
» *Qui mores hominum multorum uidit, & urbes.*

Quare ut nihil eſt in natura rerum omnium, ut Ciceronis eſt ſententia, quod ſe uniuerſum profundat, & quod totum repentè euolet: ſic omnia quæ fiunt, quæq; aguntur acerrimè, leuioribus principijs natura ipſa prætexuit. Nam cùm ſemper augenda ſit ipſa oratio, ita debemus incipere, ut humiliter exordientibus, in altiora inſurgat dicendi ratio: non autem eiuſmodi initium facere, ut incipiens a tumiditate oratio, in extremam humilitatem poſtea deſinat: quod quidem à Virgil. diligentiſſimè ſeruatum uidemus, cum in 7. in ſex poſteriorum librorum propoſitione non ſtatim inceperit:

» *Dicam horrida bella,*
» *Dicam acies, actoſq; animis in funera reges,*
» *Tyrrhenamq; manum, totamq; ſub arma coactam*
» *Heſperiam.——*

Sed à mitiori principio ſemper gradatim aſcendens,

» *Nunc age qui reges, Erato, quæ tempora rerum,*
» *Quis Latio antiquo fuerit ſtatus, aduena claſſem*
» *Cùm primum Auſonijs exercitus appulit oris,*
» *Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnæ.*
» *Tu uatem, tu diua mone.*
» *Dicam horrida bella:——*

Et quæ ſequuntur: & Franciſcus Petrarcha in ſua Metamorphoſi, non ut iunctura orationis poſtulabat:

» *Perche cantando il duol ſi diſacerba,*
» *Canterò, com io uiſſi in libertade,*
» *Nel dolce tempo de la prima etade,*
» *Che naſcer uide, anchor quaſi in herba*
» *La fera uoglia, che per mio mal crebbe.*

Sed peruerſo ordine orſus eſt, ut moderaretur ſequentium carminum tumiditatem: utpote,

» *Nel dolce tempo de la prima etade,*
» *Che naſcer uide, & anchor quaſi in herba*
» *La fera uoglia, che per mio mal crebbe,*
» *Perche cantando il duol ſi diſacerba,*
» *Canterò, com' io uiſſi in libertade,*
» *Mentre Amor nel mio albergo à ſdegno ſ' hebbe.*

Quamobrem non ſine ratione imprudenter ſublata quibuſdam uideri ſolens illa quatuor Virgilij carmina.

» *Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena*
» *Carmen, & egreſſus ſyluis uicina coëgi,*
» *Vt quamuis auido parerent arua colono:*
» *Gratum opus agricolis. At nunc horrentia Martis,*

A quibus dedita opera auſpicatus eſt, non ab Arma uirumq; cano. *quæ tumidiora uiderentur, niſi humiliora præcederẽt, quæ eorum aſperitatem lenirent. Horum opinioni noſtram ſubſcribimus, etſi leuior uideri poteſt, Virgilij potius iudicium, & authoritatem ſecuti, quàm Tuccæ, Variq; emendationem.* Scriptor Cyclicus] *Non dixit, poëta, ſed ſcriptor, quòd indignum eo nomine Horatius exiſtimârit, qui huiuſcemodi principio uſus fuerit: carpit autem Satyrice Cyclicum, ut ſolet, quod adeò tumidè inceperit, ut minimè ad extremum uſq; inceptam orationis formam augere potuerit: ſiue expone, ſcriptor Cyclicus, id eſt, circumforaneus: ut nominis Etymologia teſtatur: ut Acron ſentire uidetur, hoc eſt, illis haud diſſimilis, qui circum compita recitantes incedunt, quem nam uerò intelligat, interpretes dubitant.* Fortunã Priami cantabo, & nobile bell.

bile bellum]*Nullum eſt uerbum ipſo uerſu, quod ex literarum ſono non contineat tumidum neſcio quid, & durum. Vnde non immeritò ab huiuſcemodi principio tanquam uitioſo cæteros dehortatur.* Promiſſor]*Promiſſorem appellat ſcriptorem Cyclicum, id eſt, promiſſi carminis authorem: ut ſuprà diximus, quòd in eius exordio promiſerit, ſe fortunam Priami dicturum, & nobile bellum.* Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?] *Tanta promiſſione? quæ non poſſit, niſi ore inflatiori, hiatuq; turgidiori proferri. Deinde, quid ex tanto hiatu ſit euenturum, ipſe Horatius promittit hoc uerſu:*

„ *Parturient montes, naſcetur ridiculus mus.*

Parturient montes]*In Cyclico deridendo utitur prouerbiali ſimilitudine ab Aeſopi apologo ſumpta, ad rem maximè accommodata, in quo diligenter eſt animaduertendum, faſtum principiorum expreſſum eſſe, per hoc, parturient montes: exitus autem humilitatem: naſcetur ridiculus mus, cùm uerſum grauiter inceptum in monoſyllabam dictionem finierit, & clauſerit.* Quantò rectiùs hic, qui nil molitur ineptè]*Per cõparationem Cyclici principium, ut tumidum fugiendum, Homeri, ut ſedatum, amplectendum oſtendit. Conuertit aũt primos uerſus ex principio Odyſſeæ in Latinũ, non tanquam fidus interpres de uerbo ad uerbum, ſed Homeri lenitatem ſecutus, ut minimè à Græcis carminib. diſcrepent. Latina hæc quod attinet ad exordij lenitatem. ab excellentia aũt, quod nil ineptè moliatur, & ab Odyſſeæ principio circumſcripſit Homerũ: ut ſemetipſum ex proprijs operibus Virg.*

„ *Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena*
„ *Carmen, & egreſſus ſyluis uicina coëgi,*
„ *Vt quamuis auido parerent arua colono:*
„ *Gratum opus agricolis.*

Qui nil molitur ineptè]*Hoc eſt, qui nihil dicit non habita loci, temporis perſonarum, & rerum ratione: quod qui faciunt, diuini homines in terris iudicandi ſunt.* Qui nil mol. inep.]*Ergo & hoc aptiſſimè habita ratione augendæ gradatim orationis: in poëmate ſpecioſa de hinc miracula promat Antiphatem, Scyllamq; & cùm Cyclope Charybdim, non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem cogitans.* Captæ poſt tempora Troiæ]*Reſtinxit quod in hac re ab Homero dictum eſt.* ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε. Qui mores hominum multorum uidit, & urbes]*Prouidus igitur, &* πολύτροπος.

Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem cogitat] *Pulcherrima ſimilitudine Homeri diligentiam commendat, cùm in ſuis operibus, non ut Cyclicus fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem, hoc eſt, ex leni, & humili principio, res ſpecioſas depromere, id eſt, Antiphatem, Scyllamq; & cum Cyclope Charybdim cogitauerit. Sumitur autem ab igne ſimilitudo, qui & antequam accendatur, & cum extinguitur, fumum emittit. ait aũt Homerum ex fumo dare fulgorem, non ex fulgore fumum extincta penitùs flamma orationis.* Dehinc]*Poſt ſedatum ſcilicet, & humile principium.* Miracula ſpecioſa]*Id eſt, res illuſtres, ſpecioſas, & admiratione dignas ab Homero tractatas, quas enumerat Antiphatem, Scyllamq;, ac cum Cyclope Charybdim.* Specioſa]*Perſiſtit adhuc in incœpta ignis tranſlatione, hoc eſt, ut poſt fumũ & humile, & quaſi obſcurum principium præbeat res præclaras, & illuſtres.* Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri]*Poſtquam in Homeri mentionem incidit per digreſſionem quandam affert artificium adhibitum, cum ea prætermiſit, quæ adiecta nullam laudem attuliſſent, eaq;, quæ narrauit, ita effinxerit, ut omnia conſenſerint inter ſe, nec à primo medium, nec à medio imum diſcreparit: Quæ omnia nos admonere debebũt, quid in ſimilibus ſequi, quid fugere debeamus. Ait aũt, non à primis, ut fieri ab hiſtoricis debet, ſed à medijs rebus expoſitionis initium Homerum ſumpſiſſe, ordinem artificialem potius, quàm naturalem ſecutum, ita tamen, ut poſtea rei geſtæ originem in primis interſeruerit ex præcepto ſuprà adducto:*

„ *Ordinis hæc uirtus, & Venus erit, aut ego fallor,*
„ *Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici:*
„ *Pleraq; differat, & præſens in tempus omittat.*

Narraturus enim Vlyſſis errores Homerus, uitans in poëmate hiſtoricorum ſimilitudinem, quibus mos eſt ab initio rerum incipere, & continuam narrationem ad finem uſq; perducere, à rerum medio cœpit, & ad initium mox reuerſus eſt. Minimè enim à Troiano littore exorditur: ut pollicetur in primo eius operis carmine:

„ Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
„ πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε.

Sed facit eum primò nauigantem de inſula Calypſonis, & ad Phæacas uſq; perducit: ibi in conuiuio Alcinoi regis Vlyſſem narraturum introducturus, quemadmodum de Troia ad Calypſonem uſq; peruenerit, & in Iliade nõ ab initio belli Troiani, ſed ab ira Achillis orſus eſt, in medio uarijs epiſodijs, ut Ariſtoteles inquit, adhibitis belli initium explicaturus. Nec reditum Diomedis in patriam bello Troiano cõfecto ab interitu Meleagri exorſus eſt] *Hoc eſt, à prima Diomedis origine. de reditu Diomedis nihil apud Homerum. de quo tamen ſi narrauiſſet, nõ ut imperitus aliquis fortaſſe fecit altè repetito principio, hoc eſt, ut dicit Horatius, ab interitu Meleagri, orſus eſſet. De interitu Meleagri plura apud Ouid. & alios.* Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo]*Perſcripturus enim Troianorum bellum, non ab Helenæ natali, ſed ab ira Achillis ſumpſit exordium, poſtea in medio ſub Alexandri perſona originem belli explicaturus.* Semper ad euentum feſtinat]*Ad res euentui, & exitui proximas: ut in Iliade fecit. Bellum enim Troianum ab ira Achillis, quæ erat exitui proxima exorſus eſt, & in Odyſſæa à nauigatione de inſula Calypſonis, non autem à Troiano littore ſumpſit narrationis initium. Idem diligenter ſeruauit Homeri imitator Virgilius, qui Aeneæ errores ab ultima, quaſi parte incœpit, à Siciliæ diſceſſu ſcilicet, à qua in Italiam proximus eſſe acceſſus poterat.* Et in medias res, non ſecus ac notas, auditorem rapit] *Trahit auditores primis omiſſis ad medias res, eaſq; non ſecus ac ab ijs antea cognitas: hoc eſt, non ſecus, quã apud eos, qui ſuperiora, & prima perfectè cognouiſſent.* Et quæ deſperat tractata niteſcere poſſe relinquit] *Hoc idem affirmare uidetur in poëtica Ariſtot. dum ait Hom. uerò, qui ut in alijs etiam excellit, ita: in hoc quoque, ſiue id artis, ſiue naturæ fuerit, oculatiſſimum eum fuiſſe apparet, quandoquidem Odyſſæam confingens, non ſanè cuncta, quæ Vlyſſi acciderunt, in eam coniecit, uerbi gratia, ſaucium fuiſſe in Parnaſo, & in ducum collectione ſimulaſſe inſaniam: quorum, cùm alterum euenerit, minimè neceſſarium fuit, uel ueriſimile eueniſſe alterum: hoc idem admonet Cicero faciendum ab oratore. Multa enim, inquit, occurrunt argumenta, ſed eorum partim ita leuia ſunt, ut contemnenda ſint, partim etiamſi quid habent adiumenti, ſunt nonnunquam eiuſmodi, ut inſit in ijs aliquid uitij, neque tanti ſit illud, quod prodeſſe uideatur, ut cum aliquo malo coniungatur. Hoc ad Homeri imitationem à Virgilio ſeruatum diligenter aſpicimus, cùm non pauca detrahat ab hiſtoria: ut Macedonicam Aeneæ profectionem, prædam, à Troianis actam, cùm primum in agrum Laurentem egreſſi ſunt, regis Latini. Aboriginumq; concurſum armato exercitu ad arcendam uim aduenarum. Conſtat enim, ut ait Liuius, Aeneam primò in Macedoniam ueniſſe, atq; Laurentem agrũ tenuiſſe, ibi egreſſos Troianos prædam ex agris egiſſe, Latinum inde regem, Aborigineſq; ad arcendam uim aduenarum armatos ex urbe, atque agris concurriſſe: Hæc autem omnia ideò prætermiſit, quòd non futura eſſe illuſtria prouidebat: atq; ideò eorum loco addidit præter hiſtoriam ea, quæ non parum ſplendoris, & dignitatis operi attulerũt: quemadmodum Aeneæ profectionem in Africam, ut hinc ſumpta occaſione ſub Didonis perſona amoris uires exprimeret, infamemq; eam oſtenderet in Romanorum gratiam, acerrimorum Carthaginenſibus hoſtium: Quemadmodum deſcenſum ad inferos, ut tot illuſtrium Romanorum progeniem ab Aenea orituram commemoraret.* Et relinquit, quæ minimè ſperat poſſe niteſcere]*Quæ deſperat futura illuſtria, et admiratione digna, ut de ſe ipſo confitetur Petrarcha:*

„ *Onde piu coſe ne la mente ſcritte*
„ *Vo trappaſſando, & ſol d' alcune parlo,*
„ *Che marauiglia fanno, a chi l' aſcolta.*

Atq; ita mentitur, ſic ueris falſa remiſcet, primò ne medium medio ne diſcrepet imum]*Tria eſſe narrationum genera nemini dubium eſt: rei geſtæ unum, quod in hiſtoria poſitum eſt: fictionis alterum, ſi per ſe fiat: mixtum tertium, ſi fictio hiſtoriæ adhi*

beatur: aut enim rem geſtam exponimus, prout geſta eſt: aut inuentionem totam nos fingimus, uerisimilem tamen: aut rem in hiſtoria poſitam, uel augemus addentes, uel diminuimus detrahẽtes. ut in epopœia, de quo genere hoc in loco intelligit, cùm de Homero loquatur, quem multa ueritati affinxiſſe tàm in Iliade, quàm in Odyſſæa reperiemus, ſi Daretem Phrygium, & Ditem Candianum adiuerimus, qui totum bellum Troianum, cùm præſentes fuerint, ut geſtum eſt, conſcripſére. Ea uerò, quæ ab Homero adiecta ſunt ita uerisimilia ſunt ex perſonarum ratione à principio uſque ad finem ſeruata, ut geſta eſſe omninò uideantur. Atque ita mentitur] Eo modo, & ratione fictam efficit narrationem, & ita rebus ueris falſas adiungit: ut neq; à primo medium, neq; à medio ultimum diſcrepet. Neq; enim ſolùm differre à poëta hiſtoricus carmine, uel ſoluta oratione: ſed quod alter ueritati nihil addat, ac nihil detrahat, alter plura addat, ac plura detrahat, uerisimilia tamen. Quo fit, ut ſapientius, atque præſtantius poëſim hiſtoria exiſtimet Ariſtoteles: cùm illa circa ſingulare uerſetur, hæc circa uniuerſale. Fingit enim, quæ cui conueniant dicere, uel facere: non quæ dixerit, uel fecerit, dummodò omnia inter ſe conſentiant, & ſimul cohæreant. nã admonet in poëtica Ariſtoteles, quæ fieri neutiquam poſſunt, modò uerisimilia ſint, potius quidem eligenda eſſe, quàm quæ minimè uerisimilia, licet fieri poſsint. Sic ueris falſa remiſcet] Nam cùm ueritati aliquid adiungitur, quod fictum, & falſum ſit, fit credibile, ſi illud à uero minimè diſcrepet. Vnde Virgilius in Simone à rebus ueris narrandi initium faciens: ſcilicet,

» Fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures
» Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama
» Gloria, quem falſa ſub proditione Pelaſgi
» Inſontem, infando indicio, quia bella uetabat,
» Demiſere neci: nunc caſſum lumine lugent.

Cætera ita uerisimilia reddidit. ut credita fuerint à Troianis, quia minimè diſſentire à reliquis uidebantur. Tu quid ego] Aetatũ uarietates perſcripturus, quas leuiter ſuprà attigerat, utitur exordio, quaſi quodam ad captandam apud lectores attentionem, oſtẽdens penè in hoc uno eſſe poſitam omnem poëtæ laudem & cõmendationem: ut ex ætatis ratione loquentibus tribuat Orationẽ: quod non ſolùm poëtis, uerumetiam oratoribus maximè neceſſarium eſt, quod ab alteris, apud nos, & de quibus loquantur: ab alteris uerò quos loquente indicant, ex morum cuiuſq; ætatis uarietate, in primis conſiderandum eſt. Quid ego, & populus] Quaſi dicat docti, indoctiq;. Nam, ut ait in epiſtolis,

» Interdum uulgus rectum uidet.

Illud uerò, ego, hanc habet uim, ac ſi diceret cui ſi ipſe ſatisfeceris, popularibus quoq; ſimul ſatis facturum pro certo habeas. dixit autem populum, quod Tragœdiæ, uel Comœdiæ facultas popularis ſit, populiq; approbatio iudicium eloquentiæ ſit. Audi] Maximam habet attentionem, præparat enim auditorem, eiuſq; animum quaſi erigit ad audiendum: eodem modo & in epiſtolis:

» Cur ita crediderim, niſi quid te detinet, audi.

Et in Sermonibus,

» Ne te morer, audi Quò rem deducam.

Si plauſoris eges aulæa manentis] Expectantis, donec iterũ poſt actam fabulam in altum aulæa tollantur, quæ demiſſa fuerant, cũ fabula agi cœpta eſt: Attingit autem actorum morem, qui aulæis ſcenam uelare conſuerunt, antequam fabulas exordirentur, demiſſa iterum, poſt actionem tollentes, quam conſuetudinem attingit Virgil. in 3. Georg.

» Vtq; Purpurea intexti tollunt aulæa Britani.

Acta enim fabula, dum aulæa ipſa tollebantur, figuræ in ijs intextæ paulatim ſurgere uidebantur: ut ex his Ouidij uerbis colligitur manifeſtius

» Creſcit[q;] ſeges clipeata uirorum,
» Sic, ubi tolluntur feſtis aulæa theatris,
» Surgere ſigna ſolent, primumq; oſtendere uultus,
» Cætera paulatim, placidoq; educta tenore.
» Tota patent, imoq; pedes in margine ponunt.

Sunt autẽ aulæa ornamenta uarijs figuris intertexta: ita dicta quòd his præſtantiſſimorum principum aulæ ſoleant exornari, quorum Attalum fuiſſe inuentorem memoriæ proditum eſt. Et uſq; ſeſſuri, donec cantor, uos plaudite, dicat] Declarat quid ſit, aulæa expectare, id eſt, ad extremum ſedere, donec cantor, uos plaudite, dicat. Plaudite] Per hoc uerbum extremam Tragœdiæ, uel Comœdiæ partem circumſcripſit, quo cantores populum dimittebant. Aetatis cuiuſque notandi ſunt tibi mores, mobilibusq; decor naturis dandus, & annis] Affert præceptum, ad quod iam lectorum animos præparauerat, ponens in hoc præcipuè ſummam laudem, ſi unicuiq; ex ætate propria ſtudia tribuantur, & mores. In oratione, atque ſermone: nam, ut præcipit in oratore M. Tullius, non omnis ætas eodem aut uerborum genere, aut ſententiarum tractanda eſt. Hinc paulò pòſt cauendum monet Horatius ne forte ſeniles mandentur iuueni partes, pueroq; uiriles. Mobilibus naturis & annis] Quantum enim mutamur corporis forma ætate ipſa proueniente, tantundem mutamur mente, & animo, hanc mutationem infrà explicat.

» Multa ferunt anni uenientes commoda ſecum,
» Multa recedentes adimunt:

Vt de ſe etiam fatetur in Odis.

» Intermiſſa Venus diu
» Rurſus bella moues, parce precor precor.
» Non ſum qualis eram bonæ
» Sub regno Cynaræ: deſine dulcium
» Mater ſæua Cupidinum
» Circa luſtra decem flectere mollibus
» Iam durum imperijs. Abi
» Quo blandæ iuuenum te reuocant preces.

Et in 1. Epiſtol. Non eadem eſt ætas, non mens. Reddere qui uoces iam ſcit puer] Animaduerti à plerisq; hominis ætatem in ſeptem diuiſam eſſe partes infantiam, pueritiam, adoleſcentiam, iuuentutem, uirilitatem, ſenectutem, & ut ab illis dicitur, decrepitatem. In hac uerò parte nihil de infantiæ moribus Horatius, cum nihil ea ætas præter uagitum habeat proprium, ideoq; infantis perſona minimè in ſcæna induci poſsit, quod ipſas rerum uoces reddere neq; dum ſciat, neq; ualeat. Nihil de moribus item eius ætatis, quàm, ſi Latinè licet decrepitatem uocabimus, quæ ætas quodammodo infantiæ reſpondet: de iuuentute autem, & adoleſcentia ſimul pertractat, quòd ut ſtudijs, & natura, & uoluntate parum, aut nihil inter ſe differant. Ariſtoteles etiam in libris ad Theodecten omiſit & pueritiam, & meritò: cùm minimè apud pueros, uel de pueris ſit orator habiturus orationem. Ille enim ad hoc ex ætate perſonarum differentiam adhibet, ut inſtituat oratorem, quomodo narrata uti debeat oratione, id eſt, eorum moribus, apud quos, & de quibus loquitur accommodata. Reddere qui uoces iam ſcit puer] Pueritiam perſcripturus primùm ex corporis forma, deinde ex animi moribus eam depingit, à corpore:

» Reddere qui uoces iam ſcit puer, & pede certo
» Signat humum: —— Ab animo.
» Geſtit paribus colludere, & iram.
» Colligit, ac ponit temerè, & mutatur in horas.

Scit reddere uoces] Quas ſi adhuc neſciret, infans potiùs quàm puer nominaretur. Pede certo] Firmioribus paſsibus ad infantiæ differentiam. Geſtit paribus colludere, & iram colligit, ac ponit temerè, & mutatur in horas] Videtur Horatius alludere ad Pecnij pueri perſonam apud Plautum in Perſa, quem & ludentem facit, à quo nomen tribuit, & temerè iraſcentem, iramq; & ſtatim, & facilè deponentem. Hanc uariarum rerum in pueris mutationem, & modò ludendi, & modò iram colligendi, & modò eandem deponendi affert etiam ſapientiſsimus Plato. Vnde ait omnes tenerioris ætàtis non poſſe nec corpore, nec uoce quieſcere, ſed moueri ſemper, & loqui uelle, alios exultantes, ac geſtientes, & ueluti cum uoluptate ſaltantes, ludenteſq; alios, uarijs uocib. conclamantes. Geſtit paribus colludere] Aequalitas enim in amicitia multum poteſt. nam, ut ait Ariſtotel. lib. 1. Rhetoric. cum naturalia omnia ferè oblectent, quæ uerò congenera, cognataq; ſunt naturalia eſſe inuicem ſit neceſſe relinquitur cognata cognatis, ſimilia ſimilibus, iucunda eſſe oportere. ut hominem homini, equum equo, adoleſcentem adoleſcenti. atq; hinc dicta ſunt adagia illa, gaudere pares

re pares paribus, æquales æqualibus, à fera feram intelligi, graculum cũ graculo diuerſari, et reliqua huiuſmodi, cuius rei haud difficilis ratio eſt. Nam cùm ſe quiſq; maximè diligat, ſuæq; res omnibus charæ iucundæq; ſint, nemo eſt, qui non amet ſui ſimilitudinem. atq; ideò homo hominem maiori amore proſequitur, quàm cætera animalia, quia uidet in eo eſſe ſui ſimilitudinem, & puer puerum, quàm reliquos homines, quia & ſui, & ætatis ſimilitudinem cernit. Quamobrem cum ingenita naturæ ui ſe quiſque amet: ſui quoq; ſimilitudinem eandem amare neceſſe eſt. Imberbis iuuenis]Simul iuuentutis mores, & adoleſcentiæ ſub nomine iuuentutis, hanc ætatem pari ratione, ut fecit ſuperiorẽ, à forma corporis, dum ait, Imberbis iuuenis, & à moribus deſcribens, dum ait, tandem custode remoto gaudet equis. Gaudet equis, canibusq; & aprici gramine campi] Vt de Aſcanio Virg. qui licet puerum appellet, adoleſcentem tamen intelligit, laxè accipiens pueritiam, neque enim aliter de eo dixiſſet:

,, At puer Aſcanius medijs in uallibus acri
,, Gaudet equo iamq; hos curſu iam præterit illos,
,, Spumantemq; dari pecora inter inertia uotis
,, Optat aprum, aut fuluum deſcendere monte leonem.

Canibusq;]Vnde Simo ille Terent.

,, Quod plериq; omnes faciunt adoleſcentuli,
,, Vt animum ad aliquod ſtudium adiungant, aut equos
,, Alere, aut canes ad uenandum.

Custode remoto]Magiſtro & pædagogo à ſe remoto. uidetur autem alludere Horat. ad Pamphili Terent. perſonam, de quo ita, Simo in Andria:

,, Nam is poſtquam exceſſit ex Ephœbis Soſia,
,, Liberius uiuendi fuit poteſtas: nam antea
,, Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere,
,, Dum ætas, metus, magiſter prohibebant,

Cereus in uitium flecti] Qualem depingit in Andria Pamphilum Terent. ab honeſtioribus ſtudijs repentè, poſt remotum à ſe pædagogũ, ad meretricium amorem conuerſum. Sumpta eſt autem à cera translatio. Vnde in eadem penè re tritum eſt prouerbium, cera formabilior, quod in eos dicitur, quorum animi in omnem formam facilè conuertuntur, ceræ ſimiles, quæ ſua mollicie omnem figuram & accipit, & admittit: quod uerò iuuenes facilè in uitium flectantur, ita Salluſt. in Catilina: Sed maximè adoleſcentum familiaritatem appetebat Catilina. eorum animi molles, & ætate fluxi dolis haud difficulter capiebãtur. Nam ut cuiuſq; ſtudium ex ætate flagrabat, alijs ſcorta præbere, alijs canes, atque equos mercari. Tandem custode remoto]Eo enim comitante ſe continent à uoluptatibus inhoneſtis: illud uerò tandem, hanc habet uim, ut ſignificet poſt diutinam expectationem: eodem modo apud Virgil.

,, Ergo inſperata tandem tellure potiti.

Monitoribus aſper] Monitorem etenim, & reprehenſorem pati non poſſent. Vnde & Nero in Octauia ita fingitur, ut Senec. admonentem à cæde Plauti & Syllæ abſtinendum minimè perferat, ſed ultrò etiam his uerbis obiurget:

,, Præcipere mitem conuenit pueris ſenem.
Et paulò pòſt:
,, Deſiſte tandem iam grauis nimium mihi
,, Inſtare: ——

Liceat facere, quod Seneca improbat. Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris] Qualem depingit Strepſiades filium his uerbis apud Ariſtophanem. ἀλλ' οὐδ' ὁ χρηστὸς οὑτοσὶ νεανίας ἐγείρεται τῆς νυκτὸς, ἀλλὰ πέρδεται ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος. ἀλλ' εἰ δοκεῖ ῥέγκωμεν ἐγκεκαλυμμένοι. ἀλλ' οὐ δύναμαι δείλαιος εὕδειν, δακνόμενος ὑπὸ τῆς δαπάνης, καὶ τῆς φάτνης, καὶ τῶν χρεῶν, διὰ τουτονὶ τὸν υἱόν. ὁ δὲ κόμην ἔχων, ἱππάζεταί τε καὶ ξυνωρικεύεται, ὀνειροπολεῖ θ' ἵππους. ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι, ὁρῶν ἄγουσαν τὴν σελήνην εἰκάδας· οἱ γὰρ τόκοι χωροῦσιν. Vtilium tardus prouiſor]Pigri etenim ſunt, ac tardi, ut ait Ariſtot. in ijs parandis, quæ ipſis aliquando utilia eſſe poſſe uideãtur, rem à maioribus partam profundentes, pecuniæ parandæ minimè intenti, cuius rei cauſam affert Ariſtot. ubi de huiuſce ætatis moribus pertractat, dum ait pecuniam quidem modicè, atq; exiliter diligunt. quia nondum inopiam ſunt experti. Sublimis] Sunt enim iuuenes audaces, laudumq; cupidiores ac ſuperbientes: qualis apud Virgil. in 2. Pyrrhus deſcribitur,

,, Veſtibulum ante ipſum, primoq; in limine Pyrrhus
,, Exultat telis, & luce coruſcus aëna:
,, Qualis ubi in luce coluber mala gramina paſtus,
,, Frigida ſub terram tumidum, quem bruma tegebat:
,, Nunc poſitis nouus exuuijs, nitidusq; iuuenta
,, Lubrica conuoluit ſublato pectore terga,
,, Arduus ad Solem, & linguis micatore triſulcis.

Cupidusq; & amata relinquere pernix] Quia propensè ſe concupiſcunt, & uehementer, ſed celeriter languet, ut inquit Ariſtotel. Sunt enim eorum acuta non grauia, magnaũe admodum deſideria, qualis eſt in ægroto plerunq; ſitis, aut fames. idcirco Dauus ille Terent. in Pamphilo adoleſcente amoris ſolicitudinem ait, aut nihil, aut ſi adeò bidui, aut tridui eſſe, deinde deſinere. Hinc Plato in epiſt. Ego uerò, inquit, quo tandem affectus iuuenum euaſurus eſſet formidabã. Talium enim cupiditates, & ueloces ſunt, & ſæpe ſibimet, contrariæ feruntur. Hanc, quam Plato affert in ætate iuuenili, & uelocitatem &, ut ita dicam contrarietatem uno uerbo complexus eſt Horat. & amata relinquere pernix. Conuerſis ſtudijs] Nunc agit de uirilitate, quæ media eſt inter iuuentutem, & ſenectutem, cuius media etiam inter utranq; ſunt ſtudia. Iuniores etenim utilium tardiſſimi prouiſores, pecuniæ minimè intenti, rem à maioribus partam profundunt, in eo celeriter languent, quod concupierint. Seniores uerò liberales auari, pauidi, meticuloſi. Hi medios mores occupant exuberantijs naturæ utriuſq; amputa, hoc eſt, non prodigi, non perparci: opes exoptant, ſed non ad prodigalitatem, neq; ad auaritiam, ſed ad honores, & dignitates: turpiſſimum putantes aliquid committere, quod immutare mox fruſtra uelint. Quærit opes]Sed non ad auaritiam, ut ſeniores, neq; ad prodigalitatem, ut iuniores, uerũm ad amicitias, ad honores: atq; ideò opes dixit, non autem diuitias. Opes enim ad pompam & oſtentationem referuntur. Inſeruit honori] Cupidiſſima etenim honorum uirilis ætas eſſe ſolet cum cæteris rebus anteferens. Vnde Achillem in ea ætate, poſt acceptam ab Agamemnone iniuriam de abrepta Briſeide, ita Homer. apud matrem conquerentem inducit.

,, μῆτερ, ἐπεί μ' ἔτεκές γε μινυνθάδιόν περ ἐόντα,
,, τιμήν πέρ μοι ὄφελλεν Ὀλύμπιος ἐγγυαλίξαι
,, Ζεὺς ὑψιβρεμέτης· νῦν δ' οὐδέ με τυτθὸν ἔτισεν.

Commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret] Hoc eſt, adhibet in rebus conſilium: omnia proſpicit: omnia prouidet: nihil exequitur, niſi diligenter examinet, turpiſſimum exiſtimans dicere, non putãram, ne earũ rerum, quas imprudenter, temereq; fecerit, aliquando pœnitentia ducatur. In quo, ad oſtendendam capiendi conſilij optimam rationem, talem his uerbis Aeneam depingit Virgil.

,, Atq; animum huc celerem, nunc diuidit illuc,
,, In parteſq; rapit uarias, perq; omnia uerſat.

Hæc alternanti potior ſententia uiſa eſt. Contra uerò de Turno adhuc iuuene ita loquitur:

,, Turno tempus erit, magno cum optauerit emptum
,, Intactum Pallanta, & cum ſpolia iſta, diemq;
,, Oderit. ——

Deſcribit autem hanc ætatem, ut pueritiam, & adoleſcẽtiam à corporis partibus, & ab animi moribus: à corpore, dum ait, ætas, dum uerò, animusq; uirilis, à moribus. Multa ſenem circumueniunt incommoda] Aggreditur ſenectutis mores, & ſtudia, cui ætati ita proprium eſt auaritia, ut iuuentuti, & adoleſcentiæ prodigalitas. Incommoda] Animi, quæ ipſe enumerat. Quærit, & inuentis miſer abſtinet, ac timet uti] Auaritiam tribuit Senectuti: quandoquidem auarus ille eſt, qui undiq; ſumma parſimonia coaceruando intentus theſauro, aridior, & ſqualidior uiuit, qui uix ſolas neceſſarias cupiditates explet: cæteris ſumptibus nequaquam indulgent, ſed omnes appetitiones, tanquam ſuperuacuas, cohibẽt. Quare auaritiam ſenibus ex hoc præcepto ſemper attribuit Ter. Vnde de Chremete ſic Dauus: Etiam puerum inde conueni Chremis Olera, & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni. Et de Simone idem Dauus. Da. Ait nimium parcè facere ſumptum. Si.

Mene? Da. te. Vix, inquit, drachmis obſonatus eſt decem: Num filio uidetur uxorem dare? Quem, inquit, uocabo ad cœnam meorum ſodalium potiſſimum nunc? & quod dicendum hic ſiet,

„ *Tu quoq; perparce nimium, non laudo.*

Antitheta autem ſunt quærit, & inuētis miſer abſtinet. Et inuētis miſer abſt.] Ex ſua ſententia cū aſſeueratione miſerū uocat, dixit aūt, inuentis abſtinere, ad differentiā iuuētutis, & uirilitatis, quarū altera rē à maiorib. partā profundit, altera quærit, ſed ad honores, ad gloriā, ad amicitias. Et timet uti] Ne, ut ait in ſermonibus, ſi comminuas uilem redigatur ad aſſem. Vel quod res omnes timidè gelideq; miniſtrat] Atq; ideò dilator, & iners. Timoris uerò cauſam in ſenectute hanc eſſe Ariſtotel. ait: frigent, inquit, ſenes ætatis, atq; naturæ calore abſumpto, igniculiſq; reſtinctis: ut intelligi poſſit, ſenectutē quaſi pſtruere, ac ſternere uiam ad metum, qui refrigeratio quædam eſt. Atq; ideò prudentiſſimè in timiditate ſenum demonſtranda utrumq; poſuit, & timidè, & gelidè, quòd timor ex ipſius frigore proficiſcatur. Vnde tardam gelu appellat ſenectutem Euander apud Virgil. cum de ſeipſo loquatur.

„ *Sed mihi tarda gelu, ſecliſq; effœta Senectus.*
„ *Inuidet imperium, ſeræq; ad fortia uires.*
Et alibi.
„ *Sed enim gelidus tardante ſenecta*
„ *Sanguis hebet, frigentq; effœtæ in corpore uires.*

Dilator] Negocia etenim in longius tempus procraſtinātur. Spe longus] Licet enim iam uitæ curſum peregerint, ad extremumq; illius terminum peruenerint: ſperant ſe tamen ad huc uicturos, & aliquid earum rerum, quas quaſi diuinant, perſpecturos. niſi maluimus ſpem pro deſiderio accipere, quod ſenectuti maximè propriū eſt. unde auidum etiam futuri appellat. Iners] Vnde uictam ſitu ſenectutem appellat. Virgil. & Horat. tardam. Inertiam Euandro ex ætate attributam in præſcriptis de eo carminib. uidere poſſumus. Auidusq; futuri] Quia futura ſemper appetit, præſentibus nunquam contentus: ut ea, quæ futura ſunt, tanquam meliora præſentibus, exoptet. & hoc propter uitæ deſiderium, cuius maximè cupidos ſenes Ariſtoteles affirmat. Difficilis] Atque ideò querulus, menſator, contentioſus, lachrimoſus: ut Ariſtot. inquit. Vnde ita inquit Teucer apud Sophocl. de patria iam ſene:

„ τοιαῦτ' ἀνὴρ δύσοργος ἐν γήρᾳ βαρὺς
„ ὀργὴ πρὸς οὐδὲν εἰς ἔριν θυμούμενος.

Laudator temporis acti ſe puero] Vt apud Homerum Neſtor Achillem, & Agamemnonem conciliaturus inducitur:

„ οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας οὐδὲ ἴδωμαι,
„ οἷον Πειρίθοόν τε Δρύαντά τε ποιμένα λαῶν,
„ Καινέα τ' Ἐξάδιόν τε καὶ ἀντίθεον Πολύφημον,
„ Θησέα τ' Αἰγείδην ἐπιείκελον ἀθανάτοισι·
„ κάρτιστοι δὴ κεῖνοι ἐπιχθονίων τράφεν ἀνδρῶν·
„ κάρτιστοι μὲν ἔσαν, καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο,
„ φηρσὶν ὀρεσκῴοισι, καὶ ἐκπάγλως ἀπόλεσσαν.

Hanc uerò in ſenibus cauſam eſſe nugarum, & loquacitatis Ariſtoteles ait, quod ſola rerum geſtarum recordatione oblectentur. Aluntur enim, inquit, non tàm ſpe, quam memoria ſenes. quia ſpatium uitæ, quod reliquum eſt illis, breue ac perexiguum eſt. Actæ uerò, & præteritæ multum, atq; ea cauſa eſt loquacitatis, & nugarum in ſenibus: cùm enim ſola rerum geſtarum recordatione oblectentur, in ijs recenſendis, recitādiſq; faſtidiosè, ac permoleſtè perſeuerant. Cenſor, caſtigatorq; minorum] Eorum, qui ſunt minoris ætatis ut inducitur Menedemus ille Terentianus:

„ *Quotidie accuſabam: hem, tibi ne hæc diutius*
„ *Licere ſperas facere me uiuo patre,*
„ *Amicam ut habeas propè iam uxoris in loco?*
„ *Erras, ſi id credis, & me ignoras Clinia.*
„ *Ego te meum eſſe dici tantiſper uolo.*
„ *Dum, quod te dignum ſit, facies: ſed ſi id non facis,*
„ *Ego quod me in te ſit facere dignum inuenero.*
„ *Nulla adeò ex re iſthuc fit, niſi ex nimio ocio.*
„ *Ego iſthuc ætatis non amori operam dabam,*
„ *Sed in Aſiam hinc abij propter pauperiem.*

Multa ferunt anni uenientes commoda ſecum. Multa recedentes adimunt] Concludit ætatum uarietatem ex acceſſione, & deceſſione temporis. Quare uenientes annos intelligit ad 35. uſque recedentes, à trigeſimo quinto ad reliquos. Vnde ætas ad trigeſimum quintum uſque dicitur annos apponere: à trigeſimo quinto, qui eſt ſtatus ætatis: dicitur demere eodẽ modo de Lalage apud eundem in Odis:

„ *Iam te ſequetur: currit enim ferox*
„ *Aetas: & illi, quos tibi dempſerit,*
„ *Apponet annos: iam proterua*
„ *Fronte petet Lalage maritum.*

Et Deianira de ſe, & de Iole apud Sophoclem:

„ ὁρῶ γὰρ ἥβην τὴν μὲν ἕρπουσαν πρόσω,
„ τὴν δὲ φθίνουσαν· ὧν ἀφαρπάζειν φιλεῖ
„ ὀφθαλμὸς ἄνθος, τῶν δ' ὑπεκτρέπει πόδα.
„ ταῦτ' οὖν φοβοῦμαι, μὴ πόσις μὲν Ἡρακλῆς
„ ἐμὸς καλῆται, τῆς νεωτέρας δ' ἀνήρ.

Vita enim noſtra uidetur ad uirilitatem uſque, quæ in ſtatu poſita eſt, quendam quaſi pontem ætatis aſcendere, ab eaq; inde deſcendere. Commoda] Corporis, & animi: corporis, uſque ad trigeſimum quintum, ut Ariſtoteli placet, animi uſque ad unum de quinquaginta. Multa recedentes adimunt] Pariter & corporis, & animi: corporis à trigeſimo quinto ad reliquos: animi à 49. Vnde in epiſtolis,

„ *Singula de nobis anni prædantur euntes*
„ *Eripuêre iocos, Venerem, conuiuia, ludum.*

Ne forte ſeniles mandentur iuueni partes, pueroq; uiriles] Concludit totum de ætatum decoro ſeruando præceptum, ut diligenter perſpiciamus, ne ea, quæ iunioribus conueniunt, ſenioribus: quæ uerò uirilitati, pueritiæ tribuamus: Quamobrem ſemper in adiunctis, æuoq; morabimur aptis, hoc eſt, in ijs, uel commodis, uel incommodis, quæ unicuiq; ætati adiungi ſolent: ut non parum inter ſint ſermones maturi ne ſenis, an adhuc florente iuuenta feruidi. Aut agitur res in ſcænis, aut acta refertur] Poſtea quàm de perſonis in Comœdia, & Tragœdia ex ætatum differentia inducendis tractauit: proximum de rebus ſubiungit præceptum, quas partitur aut in eas, quæ in ſcænis peragi, aut in eas, quæ cùm acta ſint tantummodo referri debeant. Eæ autem ſunt, quæ terrorem, & miſericordiam afferunt ſpectatoribus: aut cum incredibiles ſint, & portendis haud diſsimiles, adimunt fidem, aut quæ turpitudinem præ ſe ferunt. Vnde præſtantiùs eſſe illud rerum terribilium, & miſerabilium genus, quod à rerum compoſitione proficiſcitur, exiſtimat Ariſtoteles, quàm quod ex aſpectu fieri poteſt: cum ſanè hoc minus ſit artificioſum, magnāq; impēſā indigeat. Quare inquit: Sic enim fabulam contexuiſſe oportet, ut etiam ſublato ſpectaculo quis, quæ geri contigerunt, percipiens planè exhorreat, & miſereatur. Neq; enim conuenit Medæa in ſcæna filios trucidare, aut coram populo nepotum extra Atreum coquere: quod hæc huiuſmodi adeò crudelia, & immania ſint, ut omni nos exuant humanitate: nec Prognē in auem, aut in anguem Cadmum conuerti. Quod minimè cuiquā uerisſimilia uideri poſſint, cùm portentoſa ſint naturæq; plurimum repugnare uideantur: quod qui faciunt, alieni prorſus à Tragœdia habendi ſunt, ut Ariſtotel. inquit: aut à Cherea cum Thaide ſtuprum committi, quòd turpe admodum ſit, ac inhoneſtum. Quare & ſi hæc omnia ante oculos acta magis mouent, quàm ſi relata audiantur: quod illa ſpectatoribus proponuntur aſpicienda, hæc aliunde in animum, hoc eſt, per aurem demittuntur: ex aſpectu tamen omninò tollenda ſunt. Tria igitur ſunt tantummodò referenda, non autem agenda in ſcæna, quæ terribilia ſunt, & miſerabilia, quæ fieri non poſſunt: & quæ obſcæna ſunt. Vnde non mactatur in conſpectu omnium apud Euripid. Polyxena, ſed ut mactata, Hecubæ à Talthibio nunciatur, nec apud eundem euanuit ex omnium oculis, dum uictima duceretur, Iphigenia, ſed ut euanuerit refertur à nuncio Clytemneſtræ: neque in ſcæna ſpectantibus omnibus à Cherea ſtuprum committitur apud Terentiū, ſed ut eſt intus commiſſum, Antiphoni enarratur. De hoc uerò tertio rerum tantummodò referendarum genere, quod in turpitudine, & obſcœnitate poſitum diximus, nihil Horat. quòd nunquam ferè in Tragœdia ipſa contingat, de qua hoc in loco præcipuè

cipuè loquitur: ut ex adductis ab eo exemplis licet conijcere.

Aut agitur res in ſcœnis, aut acta intus foris refertur] *Hæc eſt autem ſumma rerum diuiſio bipartita. Aut enim res in ſcœna ſub omnium aſpectu aguntur, aut intus actæ foris referuntur, aguntur autem in ſcœna omnia, ut diximus, præter terribilia, miſerabilia, incredibilia, & obſcœna.* Segnius irritant animos] *Occurrens tacitæ lectorum obiectioni, præcipit, quæ ſint, quæ intus acta referri debeant, non autem agi in ſcœna: licet ibi acta, id eſt, ante omnium oculos magis animorum motus uideantur concitare: quod in Tragœdia neceſſarium eſſe nemini dubium eſt.*

Segnius irritant an.] *Hoc eſt, non ita ut de Aenea dixit Virg.*

» *Exarſere ignes ſubito, ſubit ira cadentem*
» *Vlciſci patriam, & ſceleratas ſumere pœnas.*

Quod non ſolet ut ex uiſis, ſic ex auditis fieri, atque ideo ſegnius irritant animos demiſſa per aurem, quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus. Irritant] *Commouent, concitant: tranſlatione à canibus ſumpta, qui dum exagitantur, irritari dicuntur.*

Demiſſa per aurem] *In animum ſcilicet. feneſtræ etenim animorum ſunt aures, per quas quaſi aditum præbentes audita ad animum transferuntur.* Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus] *Certior enim eſt oculorum ſenſus, quam aurium, aptiorq́; ad animorum motus in nobis concitandos. Vnde ab eo Aeneas apud Didonem commiſerationem captauit, dum dixit?*

» *Infandum Regina iubes renouare dolorem,*
» *Troianas ut opes, & lamentabile regnum,*
» *Eruerint Danai, quæq́; ipſe miſerrima uidi,*
» *Et quorum pars magna fui.*

Et M. Tul. in 1. Oratione contra M. Ant. Quæ cum audire mallem quàm uidere, & quæ ſequuntur.

Fidelibus] *Nam cùm de ijs dubitemus, quæ ab alijs accepimus: ita quæ uidemus ſtatuimus, & affirmamus, ut eſſe illa aliter nequeant. Vnde auribus fideliores oculos Plato appellat, uel ſine Platone etiam res ipſa indicat.* Et quæ ipſe ſibi tradit ſpectator] *Quæ enim minimè ſpectatorum oculis ſubijciuntur, ſed ad eum ab alio referuntur, non ſibiipſi à ſe ipſo traduntur, ſed ab alio referente, illi in animum immittuntur.*

Non tamen intus digna geri promes in ſcœnam] *Excipit per enumerationem quæ ſint tantummodò referenda, non autem in ſcœna agenda: ubi annotanda ſunt illa antitheta intus, & promes in ſcœnam.* Quæ mox narret facundia præſens] *Neque enim omninò terribilia, miſerabilia, admirabilia, inhoneſta omittenda ſunt, ſed tantummodò ex oculis tollenda: quæ deinde oportet, ut acta ſint, referantur: illud autem ex oculis tolles, & facundia præſens antitheta ſunt.* Præſens facundia] *Id eſt, facundus aliquis nuncius præſens. Debet enim rei expoſitio eſſe præſens, etſi res nõ debet. uſus eſt uerò eo genere trãſlationis, quo uirtutes, & uitia pro ipſis, in quibus illa ſunt ponimus: ut apud Cicer. pro Milone. Inſidiator ſuperatus, ui uicta uis, uel potiùs oppreſſa uirtute audacia eſt.* Nec pueros coram populo Medea trucidet] *Quod iam dixit, illuſtrat exemplis, & interpretatur: quam rem à Seneca miror neglectam, qui in ſcœna trucidantem filios Medæam induxerit, cùm in Thyeſte, & Atreo id ſeruauerit diligentius. Quamobrem quorundam iniquiſſimorum, atque improbiſſimorum hominum imprudentiam, & arrogantia miror, qui uel rerum ignoratione, & inſcitia, uel inuidia, & maleuolentia ducti, & Speronem ſimul ſummæ probitatis, ſapientiæ, & eloquentiæ uirum grauiſſimis uerbis reprehendunt, atque exagitant. Quia ſcilicet non errauerit, & Horatij de rerum minimè ante omnium oculos in fabulis proferendarum ratione ſententiam improbat. Quia rectè præceperit, ut inde Senecam in hunc errorem prolapſum extollant, ac tueantur.*

Hos ego tacitus præteriiſſem, & rem omnem ſapientiſſimorum uirorum iudicijs reliquiſſem, niſi ſe publicè iactarent, ſuperbéq́; gloriarentur, ſe multis, & grauibus argumentis, & Ariſtotelis etiam authoritate. Quare ut aliquando apud homines in hac re ignorantiæ ſuæ, & maleuolentiæ firmiſſimum tribuant teſtimonium ijs breuiter & ſigillatim reſpondebo, quod dum facio optimi, & ſapientiſſimi lectores, quæſo diligenter attendite, & æquis animis iudicate. Animaduerti omnem iſtorum accuſationem contra Horatij ſententiam in duas diuiſam eſſe partes: quorum altera ad probandum cædes, cruciatus, & reliqua huiuſmodi in ſcœnam publicè proferenda hoc nititur argumento.

Si finis Tragœdiæ, ad quem omnia diriguntur in mouendo terrore, & miſericordia poſitus eſt, eaq́; aptiora ſint ad hos animorum motus concitandos, quæ oculis aſpiciuntur, quam quæ per nuncios relata audiuntur: nulli dubium eſt non ſolùm in ſcœnam prolata hæc huiuſmodi æquis animis ferenda, ſed etiam ſummopere commendanda. Quia præcipuè ad finem ſpectant. Altera tanquam infirmiſſimis fundamentis in Ariſtot. authoritate, & uerbis diuerſum neſcio, quid ab Horatij ſententia, ut aiunt, ſignificantibus collocata eſt. Itaque mihi certum eſt hanc eandem diſtributionem ſic in Horatij defenſione ſeruare, ut omnes intelligant, nihil me nec ſubterfugere uoluiſſe reticendo, nec obſcurare dicendo equidem, niſi Horat. uidiſſet in communibus omnium ſenſibus, naturaq́; ipſa poſitum eſſe, magis ſcilicet commouere animos, atq; afficere, quæ oculis uidenda ſubijciuntur, quàm quæ relata audiuntur, non ſolum maximè ignarum, & imperitum artis poeticæ, ſed ne hominem quidem exiſtimarem. Verùm cum hoc ipſe longè proſpexerit, atque etiam imperitorum, & uulgarium hominum tacitæ obiectioni ultrò reſponderit ſub his uerbis

» *Segnius irritant animos demiſſa per aurem*
» *Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & quæ*
» *Ipſe ſibi tradit ſpectator. non tamen intus*
» *Digna geri promes in ſcœnam, multaq́; tolles*
» *Ex oculis, quæ mox narret facundia præſens.*

Tam Horatium ſapientiſſimum, & prudentiſſimum, quàm eius accuſatores imprudentes, & ſtolidos iudicamus. non debent autem cædes, & huiuſmodi in ſcœnam proferri ea ratione, quia locus genus Tragœdiæ inartificioſum omninò uideretur, nullamq́; afferre ſcriptoribus commendationem, cum minimè ab eorum ingenio, & iudicio terror, & miſericordia proficiſcatur, ſed ab ipſo ſpectaculo, quòd ſcilicet ex ſe ipſis ſpectatores cæde publicè ante omnium oculos patrata, non ex uerbis poëtæ perterreantur, & miſereantur. Hanc rationem, ut ſcriptionis genus: hoc eſt epiſtola ipſa requirere uidebatur: latenter, & unico uerbo attigit etiam ipſe Horatius, dum ait: & quæ ipſe ſibi tradit ſpectator: quaſi tacitè inferre uoluerit, ſpectatores non ex uerbis tragicorum poëtarum: ubi hæc publicè peraguntur: terrorem, atq; miſericordiam, ſed ipſos ſibi in animum demittere, nullaq́; in re eorum ingenio, atque artificio indigere. Quam ob rem nihil penitus arti relinqueretur ad efficiendos auditores, ſed omnis ſcriptorum gloria ab hiſtrionibus præriperetur: ſi res ipſæ per ſe ante oculos collocatæ, non referentium uerba terrore, atq; miſericordia animos concitarent, quod in primis Tragœdia ipſa requirit. Nam cum uerborum ui, atque eloquentiæ artem præ ſe ferant ſcribentes: ſi publicè miſerabilia, terribilia agantur, eripitur artis demonſtrandæ opportunitas, remanetq́; imperfectum poëma, atque obſcurum poſt actionem, atque ſpectaculum: quia nunquam legentium animos commoueret. Hinc nonnulli præſtantiorem epopœiam Tragœdia iudicarunt. quia minus indigeat rebus extrinſecus ſumptis, ad melioreſq́; ſpectatores, hoc eſt, ad lectores ipſos tantummodò referatur. Vnde ait Ariſtot. lib. 3. Rhet. eos poëtas magis probari, qui præter ſpectaculum etiam in legendo delectant. Quanto igitur epopœia Tragœdia præſtantior eſt, quia minus indigeat rebus extrà deſumptis, tantò & genus illud Tragœdiæ præſtantius iudicandum uidetur, quod magis ad heroici poëmatis formam accedat, minuſq́; rerum externarum auxilio egeat. Præterea minus etiam terribile, aut miſerabile uideri illud genus Tragœdiæ, quod à ſcœnæ apparatu proficiſcitur, affirmare poſſemus. quia adimit fidem. Adempta autem fide, adimitur omnis & terror, & miſericordia. nam quemadmodum res ueræ magis mouent, ſi uideantur, quàm ſi relatæ ab alijs audiantur. Ita etiam fictæ riſum potiùs, quàm terrorem, aut miſericordiam concitabunt. Atque ideo inquit Horatius, incredulum ſe odiſſe hæc huiuſmodi, licet ea oculis uidenda ſubijcerentur. Ita enim fieri ſolet in his rebus, quæ fictæ ſunt, non ignorantibus præcipuè ſpectatoribus fictas, quæ tamen ſi audiũtur maiorem uim habent, quia latent ea, quæ ficta ſunt.

Vnde cum ad hoc reſpiceret Ariſtoteles dixit. Porrò ſi quis illa, quæ de perſecutione in Hectorem dicta ſunt in ſcœnam afferat utique ridicula apparare fecerit. nam & illos ſtare, & hunc abnuere uidere eſſet id, quod prorſus ipſis carminibus latet. Præterea cùm poëma ab omni parte ſummum, perfectumq́ eſſe debeat, ac nihil mediocre, aut tolerabile admittat: cùm non ad neceſſitatem: ut reliquæ ferè artes: ſed ad animorum oblectationem inuentum, conſcriptumq́ ſit, ac ſi paulum ſummo diſcedit uergat ad imum: cùm affirmet Ariſtoteles hoc eſſe præſtantius, meliorisq́ uatis, quod relatione fit, quàm quod actione, non'ne tacitè ex eius uerbis alterum: quia non ſummum eſt repudiandum conijcimus? cum minimè in poëmate mediocritas concedatur: ut paulò poſt diſputabimus? Quamobrem adeò graue crimen putamus cædes, & homicidia in ſcœnam afferre: ac homicidium committere. Quia uerò iam alteram partem: ut nobis uidemur: ſatis apertè probauimus, reliquum eſt, ut de hac tota re Ariſtotelem diſputantem audiamus, in eiusq́ uerbis aliquanto conſiſtamus: ut clariſſimè dijudicemus, utrum diuerſum quid, atque diſcrepans inter Ariſtotelem, atque Horatium reperiatur: ut iſti ſomniant, & hallucinantur, an uerò inter ſe potius ita conſentiant, ut nihil alter ab altero differre, niſi carmine, uel ſoluta oratione uideatur. *Verba autem Ariſtotelis ex libro de poëtica hæc ſunt. Terrificum uerò illud, atque miſerandum, cùm ab apparatu ſcœnæ proficiſcitur, tum à rerum compoſitione id, quod multò præſtantius, meliorisq́ uatis eſt: ſi igitur hoc genus rerum terribilium, & miſerabilium, quod à rerum compoſitione proficiſcitur eſt præſtantius, & melioris uatis: illud certè quod à ſcœnæ apparatu prouenit, minus præſtans, uatisq́ minus boni iudicandum eſt: ſi minus præſtans, uatisq́ minus boni, ergo peſſimũ, ergo imperfectum: quia in poëmate non admittitur: ut diximus: mediocritas, & quia poëma ſi paulum ſummo diſcedit uergit ad imum. Vſus autem eſt comparatiuo præſtantius, & melioris uatis non ut illud genus etiam rerum terribilium, atque miſerabilium, quod à ſcœnæ apparatu proficiſcitur præſtans, & boni uatis eſſe: ſed ut alterum genus præſtans, alterum nullius excellentiæ, atque præſtantiæ ſignificaret uſitatiſſima elocutione tam apud Græcos, quàm apud Latinos. Hac enim eadem dicendi ratione utitur idem Ariſtot. paulò pòſt, cum de altero genere rerum terribilium atque miſerabilium pertractat, quod ad ſpectaculum pertinet, cum ait illud eſſe ἀτεχνότερον: hoc eſt, inartificioſius, non ut illud alterum inartificioſum, hoc uerò inartificioſius, ſed ut alterum artificioſum, ſine artificio alterum ſignificaret, quam ſententiam, quæ proximè ſequuntur uerba, declarant. Sic enim, inquit, fabulam contexuiſſe oportet, ut etiam ſublato ſpectaculo, quis quæ geri contigerint præcipiens planè exhorreat, miſereatur ue (in hoc enim omnis ars, omnisq́ doctrina ſcribentium poſita eſt) illud autẽ, quod ad ſpectaculum pertinet inartificioſius eſt (ita illud ἀτεχνότερον interpretamur) ut impendio indiget, de quo genere dicendi ſupra copioſè diſputauimus, cum illud Horatij in hac eadem epiſtola: doctus iter melius interpretaremur. Qua in re igitur diuerſus ſit ab Horat. Ariſt. iſti uideant. De Seneca, qui in hunc errorem lapſus eſt, nihil dico: ſatis eſt inter Tragicos à Quintiliano non enumeratum, quia parum fortaſſe præcepta Tragœdiarum ſeruaſſe illi uiſus eſt, & ſi eius exemplis utitur. nam & Ariſtoteles plurimorum poëtarum in tradenda doctrina exempla recitat, quos tamen improbat. Ex Græcis non habemus, qui uſu ſint hoc terribilium, & miſerabilium rerum genere, quod à ſcœnæ apparatu proficiſcitur, niſi Aeſchylum, qui parum, aut nihil ſeruare artis præcepta uiſus eſt. quia nondum Tragœdia ad eam perfectionem peruenerat ſua ætate, ut hæc ſeruarentur, quæ arte omninò tradita ſunt. nam neque Tragœdias ſuas ſpatiò unius ſolis terminat: ut præcipit Ariſtotel. ut reliqua omittamus. De Tragicis uerò poëtis, noſtri temporis, qui hoc genere rerum terribilium & miſerabilium floruerunt, quod à ſcœnæ apparatu proficiſcitur, qui tantum à perfecta Tragœdiæ forma, quantum ab excellentium Tragicorum ætate diſtant, plura non dicimus. Quare ex hac, improborum, atq; antiquiſſimorum hominum in Horatium accuſatione in eo tractatu, qui contra Canaces Tragœdiam ſcriptus eſt, reliqua eiuſdem generis exiſtimamus.* Pueros]*More Græcorum filios dixit: ut etiam ab Odis:*

„ *Dicamq́ & Alciden, puerosq́ Ledæ.*

Trucidet] *Non dixit, occidat, ſed trucidet ad immanitatem illius exprimendam, quaſi truncando minutatim cædat.*

Aut humana palam nepotum coquat exta nefarius Atreus] *Quæ poſtea Thyeſti patri opponat comedenda, quod à Cheremone in Thyeſte narratum uerìſimile eſt, quod Tragœdiæ argumentum ille tractauit, & Chantarus, & Phileterus: ut Athenæus affirmat: ad quos fortaſſe alluſit Horatius hoc loco, eos commendans, ſi ſeruauerint, damnans, ſi neglexerint: hæc uerò quantum attinet ad terribilia, & miſerabilia euitanda.*

Nefarius] *Ex ſua ſententiam cum aſſeueratione nefarium appellat Atreum Horatius, cum & innocentes pueros occiderit, & occiſorum exta decocta fratri tradiderit epulanda.*

Aut in auem Progne uertatur Cadmus in anguem]*De incredibili, & portentoſo, ut appellat Ariſtoteles, genere argumenti hoc dixit, hoc eſt, de ſecunda rerum parte tantummodò referendarum, non autem in ſcœna agendarum. Vnde & paulò pòſt.*

„ *Ficta uoluptatis cauſa ſint proxima ueris,*
„ *Nec quodcunq; uolet poſcat ſibi fabula credi,*
„ *Neu pranſæ lamiæ uiuum puerum extrahat aluo.*

Tragœdiam uerò Prognes nemo ſcripſit, quod ſciam, ſed Terei apud Græcos Sophocles, ut meminit Ariſtot. in Poëtica, quam deſideramus. ubi coniunctum & de Progne tractatum uerìſimile eſt. Cadmus in anguẽ] *In Draconem, quis uerò Cadmi ſumpſerit argumentum incertum eſt, credibile tamen eſt ab aliquo ſumptum, quod ad noſtra tempora non peruenerit. Hoc uerò de Progne, & Cadmo dixit: quod attinet ad ea, quæ fieri non poſſunt: unde prudentiſſimè Euripid. nec conuerſam facit in ſcœna, neque intus, Hecubam in canem, ſed Polymneſtorem futurum illi prædicentem inducit.* Quodcunq; oſtendis mihi ſic, incredulus odi]*Cõcludit præceptum de rebus ex ſua ſententia.* Oſtendis]*Id eſt, re præſente oſtendis. Oſtendere .n. eſt rem præſentem ore protenſo indicare. cùm uero de his loquatur, quæ in ſcœna ante omnium oculos aguntur, propriè dixit oſtendis.* Sic]*Hac ratione: hoc modo, hoc eſt filios à Medæa publicè trucidatos, Cadmum in anguem conuerſum.* Incredulus odi] *Odi nefanda, & crudelia, quæ non poſſint ſine ſummo odio aſpici, ac terrore: Incredulus ad ea, quæ fieri non poſſunt, quæ uidentur naturæ plurimum repugnare, ſiue ad nefaria tantummodò.* Neue minor] *Cùm iam de Tragœdiæ, & Comœdiæ qualitate ex perſonis, & rebus copioſè tractauerit: de earundem quantitate, & magnitudine præcipit hoc loco Horat. ait autem fabulam congruenti magnitudine eſſe oportere: hoc eſt, nec maiorem quinq; actibus, nec minorem: ne, ſi plurium partium ſit faſtidium pariat, ſi pauciorum, imperfectũ habeat, neſcio quid. Nã quemadmodũ ſiue animal, ſiue quodcunq; ex aliquibus compoſitũ non ordine tantũ, uerùm etiã congruenti magnitudine conſtare debet: quandoquidem ex magnitudine, ordineq; pulchrum oritur. Ita & fabulis congruam magnitudinem ineſſe oportet: quam memoria facilè complectamur. Sicuti enim, ſi per exiguum animal eſt, in eo pulchritudo conſiderari minimè poteſt. nam confunditur in re perexigua conſideranda ſpeculatio. Ita pari ratione quod omninò permagnum eſt, contemplantium conſiderationem elabitur.* Fabula] *Aut penitus ficta, aut mixta: intelligit autem Comœdiam, & Tragœdiam.* Quæ poſci uult, & ſpectata reponi] *Id eſt, quæ ſemel ſpectata uult poſci, ut reponatur, et iterum recitetur, quemadmodum Terentij Eunuchus, qui quinquies recitatus eſt poſcentib. omnibus, ſiue alludit ad ueterum conſuetudinem, qui libros optimos quosq; in bibliothecas reponebant, & præcipuè in bibliotheca Palatina, de qua in epiſtolis:*

„ *Et tangere uetat*
„ *Scripta Palatinus quæcunq; recepit Apollo.*

Vult]*Præbet ſenſum uoluntatis rei inanimatæ.* Nec Deus interſit] *Duo eſſe perſonarum genera ex ſententia Horatij ſuprà diximus, humanarum unum, diuinarum alterum: cũ uerò de humanis ex animi perturbationibus, & ætatũ morib. copioſè præceperit, de diuinis hoc loco ordinatè pertractat: quo modo ſ. in fabulis induci debeant. ait autem non eſſe ita inducendas, ut nihil ab humanis differant, ſed cùm neceſſitas ipſa, difficultasq́ rerum poſtulauerit*

lauerit: ut ſemper aliquid, quod ſupra hominem ſit, moliantur: hoc uerò à Platone ſumptum eſt, qui ita inquit: niſi forte quemadmodũ Tragici, quoties ambigunt, commentitijs quibuſdam machinamentis ad deos confugiunt. Vnde cùm Vlyſſes apud Sophoclem ſpecularetur Aiacem, iam tum in furorem conuerſum, uideretq́; eum cõtinuò cædentem greges? dubiusq́; admodum eſſet, nec poſſet cauſam conijcere, qua id ipſe efficeret, ei omnia aperientem prudentiſſimè facit Mineruam Sophocles. Neque enim quiſquam mortalium interiorem furioſorum hominum mentem dignouiſſet, niſi deorum admonitione, Palladisq́; præcipuè, quæ omnibus mentes & præbet, & adimit, eaſdemq́; agnoſcit. Quare ex hoc præcepto ita Vlyſſem facit loquentem, eiq́ reſpondentem Mineruam:

„ ὀδ. καὶ πρὸς τί δυσλόγιστον ὧδ' ἦξεν χέρα;
„ ἀθ. χόλῳ βαρυνθεὶς τῶν ἀχιλλείων ὅπλων.
„ ὀδ. τί δῆτα ποίμναις τήνδ' ἐπεμπίπτει βάσιν,
„ ἀθ. δοκῶν ἐν ὑμῖν χεῖρα χραίνεσθαι φόνῳ.
„ ὀδ. ἦ καὶ τὸ βούλευμ' ὡς ἐπ' ἀργείοις τόδ' ἦν
„ ἀθ. κἂν ἐξεπράξατ', εἰ κατημέλησ' ἐγώ.
„ ὀδ. ποίαισι τόλμαις ταῖσδε, καὶ φρενῶν θράσει,
„ ἀθ. νύκτωρ ἐφ' ὑμᾶς δόλιος ὁρμᾶται μόνος.
„ ὀδ. ἦ καὶ παρέστη, κἀπὶ τέρμ' ἀφίκετο,
„ ἀθ. καὶ δὴ 'πὶ δισσαῖς ἦν στρατηγίσιν πύλαις.
„ ὀδ. καὶ πῶς ἐπέσχε χεῖρα μαιμῶσαν φόνου,
„ ἀθ. ἐγώ σφ' ἀπείργω, δυσφόρους ἐπ' ὄμμασι
„ γνώμας βαλοῦσα, τῆς ἀνηκέστου χαρᾶς.
„ πρός τε ποίμνας ἐκτρέπω, συμμικτά τε,
„ λείας ἄδαστα βουκόλων φρουρήματα.
„ ἔνθ' εἰσπεσὼν, ἔκειρε πολύκερων φόνον,
„ κύκλῳ ῥαχίζων, κἀδόκει μὲν ἔσθ' ὅτε,
„ δισσοὺς ἀτρείδας αὐτὸ χειρ κτείνειν ἔχων
„ ὅτ'. ἄλλοτ' ἄλλον, ἐμπιτνῶν, στρατηλατῶν.
„ ἐγὼ δὲ φοιτῶντ' ἄνδρα μανιάσιν νόσοις,
„ ὤτρυνον, εἰσέβαλλον εἰς ἕρκη κακά.
„ κἄπειτ' ἐπειδὴ τοῦδ' ἐλώφησεν φόνου,
„ τοὺς ζῶντας αὖ δεσμοῖσι συνδήσας βοῶν,
„ ποίμνας τε πάσας, εἰς δόμους κομίζεται.
„ ὡς ἄνδρας, οὐχ ὡς εὔκερων ἄγραν ἔχων.
„ καὶ νῦν κατ' οἴκους συνδέτους αἰκίζεται.

Ecce igitur, nondum dignum uindice, in quo diſſoluendo Palladis auxilio opus fuerat. Eodem modo apud Euripidem in Horeſte Apollo: Venus, & Diana in Hippolyto: Minerua in Iphigenia Taurica, in Rheſo, & in Troadibus inducitur: maximè autem abſurdũ uidetur de inuocatione, ut nonnulli uolunt, ab Horatio dictum exiſtimare: cùm hoc in loco de perſonis agat in Tragœdia, & Comœdia inducendis, & præterea illud ſequatur: nec quarta loqui perſona laboret, quod minimè Epopœiæ, ſed Tragœdiæ, & Comœdiæ conuenit. Dignus uindice nodus] Exponente, & liberante te ab ignoratione rerum. Vindex enim pro liberatore, & aſſertore rei difficilis hic accipitur. Quare quod Plato propriè dixit: quoties ambigunt, Horatius per periphraſim circumſcribit: niſi dignus uindice nodus inciderit. ponitur autem nodus pro re dubia, ac difficili, quæ indigeat explicatione, & ſolutione. Nec quarta loqui perſona laboret] Cùm de perſonarum qualitate iam dixerit: nunc de quantitate earundem pertractat, quot ſcilicet loquentes uno tempore in ſcœna induci debeant. ait autem, quartam perſonam, licet in ſcœna admittatur aliquando, interloqui tamen aut minimè, aut raro, aut pauca quædam debere: quòd multorum ſermones mentem confundant auditorum. Hoc enim per illud, laboret, uidetur ſibi Horatius uoluiſſe, non quòd nullo pacto quarta perſona recipiatur, ut nonnulli uoluerunt, cùm id præcipuè Græcorum, & Latinorum obſeruationibus uideatur repugnare. Hiſtrionum autem numerum, ut ait Ariſtoteles, ex uno in duos Aeſchilus primus auxit, ſermonemq́; primarum partium inſtituit, quos Sophocles ipſe cum ſcœnæ ornatu ad tertias uſque produxit. Authoris partes choro] Cùm in Tragœdia, & Comœdia chorus interponatur, qui ad aliquid inter unum, & alterum actum ſolus concinat, ut detineat ſpectatores: uel interdum unius perſonæ munere fungens cum aliquis hiſtrionibus colloquatur: commendat præcipuè, quem illi ſermonem in utraq́; re tribuamus. Huiuſmodi autem conuenire, inquit, ut eas partes ſuſcipiat defendendas, quas author, ſi ei daretur in Tragœdia, uel Comœdia locus: ut in Epopœia, ipſe defenderet: præterea benè uiuendi præcepta ita rei actæ reſpondens, ut aptiſſimè cohæreant ex grauiſſimorum philoſophorũ ſcriptis complectatur: ut propoſito rectæ conſcientiæ præmio ad uirtutem inuitet, à uitioq́; uel eius turpitudine, uel etiam metu pœnarum deterreat: continebit autem rectè colendæ uitæ inſtitutiones, ſi modò, ut oportuerit, imperio rationis iracundiam rexerit, modò parſimoniam laudarit, modò leges, atq; Iuſtitiam commendauerit, modò pacem populis exoptauerit, modò fidem in commiſſis ſeruauerit, modò deos pro indignè uexatorum ſalute, iniuriaq́; ijs facientium pernicie precatus fuerit. Authoris partes defendat] Quas ipſe author defenderet ſi ei, ut in Epopœia, ita in Tragœdia, uel Comœdia, daretur locus. Solent enim plerunq; authores in rebus bonis, aut malis ſuas ſententias interponere, uel reprehendentes, ut res poſtulauerit, uel commendantes: ut apud Virg.

„ Heu uatum ignaræ mentes, quid uota furentem,
„ Quid delubra iuuant? Et
„ Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?

Nonnulli uerò partes authoris defendere cum à maleuolorum contumelijs expurgare intelligunt: ut in Andriæ prologo fecit Terentius, quod in choro feciſſet libentius, ſi id quidem ſibi quoque ut antiquioribus Comœdiarum ſcriptoribus licuiſſet, quod Ariſtophanem in nebulis, & Sophoclem in Hippone, & Euripidem in Danaë feciſſe Iulius Pollux atteſtatur. Authoris] Quamuis authorem dicat, quod nomen tam ad poëtas, quam ad oratores extenditur, poëtam tamen intelligit: eadem elocutione Quintilianus Latinos authores, ſummos authores eminentiſſimos authores, ſæpiſſimè dixit licet apud Ciceronem in hac ſignificatione aut raro, aut fortaſſe nunquam reperies. Actoris legit Griſolus, actorem intelliget, per excellentiam hypocritam, qui primas partes agit, ut Aiacem, Horeſtem, Medæam: cuius in partes choro defendendas eſſe, ait intellixiſſe Horatium: quod cum ijs uidetur pugnare, quæ dicuntur in his carminibus. Quomodo etenim bonis fauerit, & peccare timentes ſe amare oſtenderit, ſi Medæam defenderit omnium, qui unquam fuerunt, & ſceleſtiſſimam, & immaniſſimam, chorus? quam in eo ipſo his uerbis Euripides maximè deteſtatur:

„ ἰὼ γᾶ τε, καὶ παμφαὴς ἀκτὶς
„ ἀελίου, κατίδετ', ἴδετε τὰν
„ ὀλομέναν γυναῖκα. πρὶν φοινίαν
„ τέκνοις προσβαλεῖν χέρ' αὐτοκτόνον.

Chorus itaq; actorem, ſeu hypocritam non ſemper tuetur, ut putat Griſolus, ſed ſi bonus fuerit, & dignus defenſione. nam malos non ſolùm accuſabit, ſed ijs etiam imprecabitur: ut à Sophocle, & Euripide ſeruatum licet conijcere. Quamobrem ſi actoris potius, quam authoris ſcripſit Horatius: hoc ſenſu dixiſſe crediderim. agat primum chorus, & actoris partes ſuſtineat: deinde ita agat, ut uirili officio ſatisfaciat, id eſt, uehementer, & ut uiro dignum eſt, poſtremò, ne extra propoſitum euagetur. non enim ſatis eſt, ſi uehementer, animoſeq́; agat, notandis uitijs, uirtutibusq́; extollendis: ſed hoc etiam requiritur, ut ea quæ agendo pronunciat, cùm ipſa re, id eſt, cum Tragœdiæ argumento cohæreant. Officiumq́ uirile] Quod ad unamquamq́; uirtutis partem ſpectauerit: hoc enim officium uirile intelligo, cùm nihil magis in uita hominis efficere deceat, quàm quod cum uirtute coniunctum ſit: quæ cum uiro ſit maximè propria ab eo etiam nomen ſumpſit: niſi malis officium uirile ad fortitudinem, atq; animi magnitudinem referre, quæ à Græcis ἀνδρεία dicitur: ut facit Seneca ſub chori perſona in Herculè Oeteo his uerbis,

„ Nunquam ſtygias fertur ad umbras.
„ Inclyta uirtus: uiuite fortes,
„ Nec Lethæos ſæua per amnes
„ Vos fata trahent: ſed cùm ſummas
„ Exiget horas conſumpta dies,
„ Iter ad ſuperos gloria pandet.

Vbi uirtutem pro fortitudine accipit: Defendet autem officium uirile chorus, ſi bonis partes authoris ſuſcipiens, ut diximus, fauerit, fauebit autem bonis

bonis, ſi ad rei quæ de agetur, propoſitam inuentionem modò iracundiam cohibuerit, modò iuſtitiam, atq; parſimoniam laudārit: modò pacem commendauerit, & reliqua executus fuerit, quæ his carminibus breuiter enumerantur. Neu quid medios intercinat actus] Hoc eſt, nil canat in medio actuum, quod præcipuè ad officiū uirile pertinuerit, quod extra propoſitum ſit, minimeq; deceat. Hoc autem euitabimus, ſi modò iracundiam ut in Thyeſte, modò crudelitatē, ut in Medæa, deteſtabimur, modò pudicitiā, ut in Hyppolyto, modò fortitudinem, ut in Hercule ſummis laudibus extulerimus: ut cum philoſophiæ moralis præcepta adhibeamus, ita tamen ad propoſitam inuentionem adiungamus, ut cum reipſa conuenire uideantur. Ille bonis faueat] Vberius explicat, quid per officium uirile defendere, ſibi uoluerit. hoc eſt, bonis fauere. Fauet autem bonis chorus, in Electra apud Sophoclem eius pietatem commendans, & Clitemneſtræ improbitatem incuſans:

» ἰὼ παῖ παῖ δυστανοτάτας
» ἐξέλιπες ματρὸς, τίν' ἀεὶ
» τάκεις ὧδ' ἀκόρεστον οἰμωγὰν
» τὸν πάλαι ἐκ δολερᾶς ἀθεωτάτας
» ματρὸς ἁλόντ' ἀπάταις Ἀγαμέμνονα,
» κακᾷ τε χειρὶ πρόδοτον. ὡς
» ὁ τάδε πορὼν
» ὄλοιτ' εἴ μοι θέμις τάδ' αὐδᾶν.

Quibus uerbis bonis fauere chorum uidemus. Et conſilietur amicè] Horatij mentem, & uetuſtiſſimorum exemplarium authoritatem ſecuti, conſilietur, reſtituimus, cùm conſoletur antea legeretur. Nihil enim choro magis proprium eſſe uidetur, quàm ſuadere, hortari, monere, cōſolare & reconciliare, quæ omnia hoc uerbo complexus eſt. Quare niſi Horatius ita dixiſſet, omiſſet profectò eam partem, quæ choris maximè propria eſſe uidetur. Neque uerò infrequens cuiquam hoc uerbum uideri debet, cum eo etiam in Odis utatur:

» Hac Quirinus —
» Martis equis Acheronta fugit,
» Gratum elocuta conſiliantibus
» Iunone diuis, ——

Eſt autem, amicè conſiliari, conſulere ut amicis ſolemus, hoc eſt, minimè doloſè, ſed ut amicum amico conuenit, ſumma cum fide, & integritate: conſulit autem bonis amice chorus, cùm in omnibus Tragœdijs apud Sophoclem, tum maximè in Oedyppo Tyranno his uerbis:

» πιθοῦ θελήσας φρονήσας
» τ' ἄναξ λίσσομαι.
Et paulòpoſt.
» τὸν οὔ ποτε πρὶν νήπιον,
» νῦν τ' ἐν ὅρκῳ μέγαν,
» καταίδεσαι.
» τὸν ἐναγῆ φίλον μήποτ' ἐν αἰτίᾳ
» σὺν ἀφανεῖ λόγῳ ἄτιμον ἐκβαλεῖν.

Et regat iratos] Per ſingularia Horatius declarat plenius, quod generatim dixerat, partes authoris, & officium uirile defendere, & bonis fauere, ijſq; conſiliari. Regat iratos] Per ea, quæ contra iracundiam dixerit: ut in Aiace, ut iratum Menelaum lenıat:

» Μενέλαε, μὴ γνώμας ὑποστήσας σοφάς,
» εἶτ' αὐτὸς ἐν θανοῦσιν ὑβριστὴς γένῃ.
Et ad Agamemnonem paulò pòſt.
» ἄναξ Ὀδυσσεῦ, καιρὸν ἴσθ' ἐληλυθὼς
» τοῦτο γὰρ ἤδη καὶ ἐμὸν ἔχω λῷον φράσαι.

Et amet peccare timentes] Non timentes propter propoſitas pœnas, ſed uirtutis amore timentes peccare. neq; enim commendari debent, qui pœnarum metu à ſceleribus ſe continent, ſed qui uirtutis amore. Quare cùm idem ſit amare, peccare timentes, & bonis fauere: cum ſuperioribus partibus ex Tragœdiarum choris exempla attulerimus, ad hanc partem nullum affero. Ille dapes laudet menſæ breuis] Et per hoc priuatum mediocrium hominum ſtatum, tanquam magis publico, & regio exoptandum, & eligendum: ut in Thyeſte apud Senecam facit chorus:

» Stet, quicunq; uolet, potens
» Aulæ culmine lubrico:
» Me dulcis ſaturet quies.
» Obſcuro poſitus loco
» Leni perfruar ocio.
» Nullis nota Quiritibus
» Aetas per tacitum fluat.
» Sic cùm tranſierint mei
» Nullo cum ſtrepitu dies,
» Plebeius moriar ſenex.
» Illi mors grauis incubat,
» Qui notus nimis omnibus.
» Ignotus moritur ſibi.

Menſæ breuis dapes] Id eſt, illud uitæ genus, quod non ſplendidiora, & ſuperbiora conuiuia, &, ut alibi ipſe dixit, regios apparatus admittat, ſed breuiori menſa priuatorum more contentum eſt. Vnde & illud de Tigellio dictum in Sermonibus apertè declarat, quod hoc loco ſibi per dapes menſæ breuis uoluerit Horatius:

» Modo reges, atq; tetrarchas:
» Omnia magna loquens, modò ſit mihi menſa tripes, &
» Concha ſalis puri.

Menſæ breuis] Id eſt, tenuis, & anguſtæ, eodem modo de eadem re Seneca:

» Tutusq; menſa capitur anguſta cibus:

Siue intelligit uictus parſimoniam, id eſt, eās dapes, & ea conuiuia, quæ breuiſſimo temporis interuallo ad eorum differentiam, quæ ad Solis uſq; ortus perdurare dicuntur. Ille ſalubrem iuſticiam] Quam ſolam uirtutem grauiſſimi philoſophi iudicarunt, cum nunquam in uitium delabatur, ſed prudentiam, fortitudinem, temperantiam, ſi ſibi adiunctæ ſint, uirtutes efficiat, ſin contrario, iniuſticiæ uitioſitates. Atq; ideò ſapientiſſimè Socrates apud Platonē, quod cum ea fieret, uirtutem, quod abſq; illa, prauitatem exiſtimabat: cùm nihil penitùs laudari poſſit, quod ab ea ſeiunctum ſit. Quamobrem rectè ad inuicem uirtus, & iuſtitia conuertentur: ut & uirtutem ſolam iuſtitiam, & iuſtitiam ſolam uirtutem eſſe dicimus, qua qui præditi ſunt, uiri boni nominantur. Appellat autem ſalubrem, nam ciuitates illæ ægrotant, in quibus iuſticia minimè ſeruatur, ac uiget. Iuſtitiam uerò laudat chorus apud Euripidem in Andromache eam uitæ rationem approbans, in qua nulla præter iuſtitiam potentia priuatim, & publicè ualeat:

» ταύταν ὕνεσα,
» ταύταν καὶ φέρομαι βιοτάν,
» μηδὲν δίκας ἔξω,
» κράτος ἐν θαλάμοις,
» καὶ πόλει δύνασθαι.

Salubrem] Iuſticia enim regna, & imperia conſeruantur & publica ciuium, & communis ſalus continetur. Leges] Quibus bonis præmia, improbis pœnæ decernuntur, honeſta iubentibus, prohibentibusq; contraria: Has tacitè laudat chorus apud eundem in Supplicibus, dum ciuitatis opem implorat ad ſuccurrendum legibus, ne à mortalibus polluantur, & apud Sophoclem in Oedypo Tyranno:

» εἴ μοι ξυνείη φέροντι μοῖρα τὰν
» εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων
» ἔργων τε πάντων, ὧν νόμοι
» πρόκεινται ὑψίποδες οὐρανίαν
» δι' αἰθέρα τεκνωθέντες. ὧν
» Ὄλυμπος πατὴρ μόνος, οὐδέ νιν
» θνατὰ φύσις ἀνέρων ἔτικτεν,
» οὐδὲ μήν ποτε λάθα κατακοιμάσει.
» μέγας ἐν τούτοις θεός.

Et apertis ocia portis] Pacem & concordiam per ea, quæ pacis tempore fieri ſolent, circumſcripſit: cum quæ fiunt belli tempore longè contraria ſint: ut illud,

» Qua mœnia clauſit
» Bellum acuunt portis:

Cōmendat autem chorus pacem cum bello imprecatur, quod facit apud Sophoclem in Aiace his uerbis:

» εἴθε πρότερον αἰθέρα δῦναι

„ μέγαν, ἢ τὸν πολύκοινον Ἅιδαν,
„ κεῖνος ἀνήρ, ὃς στυγερῶν
„ ἔδειξεν ὅπλων Ἕλλασι κοινὸν Ἄρη.
„ ἰὼ πόνοι πρόγονοι πόνων.
„ κεῖνος γὰρ ἔπερσεν ἀνθρώπους.
„ κεῖνος οὔτε στεφάνων, οὔτε βαθειᾶν
„ κυλίκων νεῖμεν ἐμοὶ τέρψιν ὁμιλεῖν,
„ οὔτε γλυκὺν αὐλῶν ὄτοβον,
„ δύσμορος, οὔτ' ἐννυχίαν
„ τέρψιν ἰαύειν. ἐρώτων,
„ ἐρώτων δ' ἀπέπαυσεν.

Et apud Ariſtophanem in Pace.

„ χαῖρε χαῖρ' ὦ φιλτάθ' ὡς ἀσμένοισιν ἡμῖν ἦλθες,
„ σῷ γὰρ ἐδάμην πόθῳ,
„ δαιμόνια βουλόμενος
„ εἰς ἀγρὸν ἀνερπύσαι,
„ ἦσθα γὰρ τὸ μέγιστον ἡμῖν
„ κέρδος ὦ ποθουμένη
„ πᾶσιν, ὁπόσοι γεωργι-
„ κὸν βίον ἐτρίβομεν,
„ μόνη γὰρ ἡμᾶς ὠφέλεις,
„ πολλὰ γὰρ ἐπάσχομεν
„ πρίν ποτ' ἐπὶ σοῦ γλυκέα,
„ κἀδάπανα καὶ φίλα,
„ τοῖς ἀγροίκοισι γὰρ ἦσθα
„ χίδρα καὶ σωτηρία,
„ ὥστε σε τά τ' ἀμπέλια
„ καὶ τὰ νέα συκίδια
„ τἄλλα θ' ὅσ' ἐστὶ φυτά,
„ προσγελάσεταί σε λαβόντ' ἄσμενα.

Ille tegat commiſſa] *Hoc eſt ſit fide plenus in commiſſis tegendis. Fidei etenim comes eſt taciturnitas, quæ in re commiſſa tegenda maximè cernitur, Vnde Simo ille Terentianus:*

„ *Nihil iſtac opus eſt arte ad hanc rem, quam paro;*
„ *Sed his, quas ſemper in te intellexi ſitas*
„ *Fide, & taciturnitate.*

Eadem elocutione & in epiſtolis:

„ *Arcanum neq; tu ſcrutaberis ullius unquam*
„ *Commiſſumq; teget:*

Tegit autem commiſſa chorus in Philoctete, ubi rem omnem diſſimulans ita Vlyſsi, & Atridis imprecatur apud Sophoclem:

„ ὀρεστέρα παμβῶτι γᾶ
„ μᾶτερ αὐτοῦ Διός,
„ ἃ τὸν μέγαν Πακτωλὸν εὔχρυσον νέμεις,
„ σὲ κἀκεῖ μᾶτερ
„ πότνι' ἐπηυδώμαν,
„ ὅτ' ἐς τόνδ' Ἀτρειδᾶν
„ ὕβρις πᾶσ' ἐχώρει,
„ ὅτε τὰ πάτρια τεύ- χεα παρεδίδοσαν.
„ ἰὼ μάκαιρα ταυροκτόνων λεόντων ἔφεδρε. &c.

Sed uideat prudens lector, ne pro tegat commiſſa *legendum ſit,* regat commiſſa, *propter ſimilitudinem literarum, hoc enim choris magis proprium eſt, quæ ſibi commiſſa ſunt diligenter cuſtodiat, & tueatur: ut faciat chorus apud Sophoclem in Philoctete, qui rem commiſſam diligenter exequitur. Vnde quærenti quid in ea facere eum oporteat, Neoptolemus reſpondet, dandam operam ut præſentia curet.* Deoſq; precetur, & oret, ut redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis] *Redeat miſeris proſpera fortuna: ut facit chorus in Aiace his uerbis:* ἀλλ' ἀνέβλεψεν καὶ ζῆν κακῶν καὶ φέγγος ἀρχαῖον φανέν. Abeat fortuna ſuperbis] *Qui ſemper humilioribus miſerias inferunt: ut facit chorus apud eundem in Electra,*

„ εἰς ὁ τάδε πορὼν
„ ἔπεστ' ἔμοι βίοτε τάδ' ἀνδρῶν.

Tibia] *Cùm ſuprà de choro multa copioſè, & de reb. in eo continẽdis præceperit, ordinatè de melodia pertractaturus, ad quam chori modulationes aptarentur, ſumpta hinc occaſione oſtendit, qualis iam antea illa Romæ adhibita fuerit, rudis ſcilicet, & incondita, qualiſue poſtea ſuauior ſcilicet, ac delicatior pro populi Romani ingenio reddita ſit: utpote ante caſti, ac ſeueri, ſuis uerò temporibus delicati, & tanquam laſciuientis, quantũq; ars ipſa conſcribendorũ carminũ, quæ à choro concinerentur, paulatim creuerit ornatu uerborum, & grauitate ſententiarũ, & muſica ipſa inſtrumenta, & ueſtimenta luxuriem, quaſi quandam, laſciuiamq; aſſumpſerint. Ait autem primò tibias, eaſq; admodum tenues, ac ſimplices choris ſolitas accommodari tunc utiles, & quæ ſatis eſſent caſto, uerecundoq; populo. Poſtea uerò creſcente indies Romæ paulatim hominum multitudine, atque una luxurie grandiores adhibitas, orichalcoq; uinctas: ut formæ, & uocis magnitudine cum tubis certarent: honeſtiora deinde addita ueſtimenta cum prius aut nullis, aut perexiguis uterentur. Vltimoq; maiori arte ſubiecta ſcientia, atque elegantia, odes conſcriptas illuſtrioribus uerborum luminibus, grauioribusq; ſententijs refertas. cùm in ■■ antea rerum, & uerborum uenuſtas plurimum deſideraretur. Sed antequam ad ea explicanda perueniam, quæ ab Horatio de acceſsione melodiæ hoc in loco tradita ſunt, uidentur ea eſſe refutanda, quæ à Griſolo obijciuntur, ne de populo Romano hæc dicta eſſe intelligamus: ut inde omnia clarius, & dilucidius percipiantur. Tria autem ſunt in primis, quibus nititur Griſoli opinio, Tibiam non fuiſſe à Romanis inuentam: neque tibiæ foramina quenquam ex Romanis addidiſſe, neque ueſtimenta inueniſſe, neque Romanum populum poſt primam fabulæ actionem paruum, aut numerabilem fuiſſe: cum poſt bella punica Græcis Romanus admorit acumina chartis, & cum præcipuè etiam multò ante ex cenſu Tullij octoginta millia ciuium reperta ſint. His gradatim reſpondeo: Horatium non à Romanis primò tenues, deinde maiores factas, & inuentas tibias, ſed primò apud eos tenues choris, deinde ſuo tempore maiores adhibitas dicere, cùm dicat ſuperiori tempore tibiam tenuem, ac ſimplicem paucis admodum, uel potius nullis foraminibus aſpirare, & adeſſe choris fuiſſe utilem, cum pauci tunc admodum eſſent ſpectatores, deinde etiam ſuo tempore maiorem factam, orichalcoq; uinctam. Quamobrem nullum in his uerbum de tibiæ inuentione, ſed tantummodò de acceſsione uideo: Quòd uerò ait neminem ex Romanis tibiæ foramina addidiſſe, uidetur ſine dubio ad uerba Horatij parum attendere. neque enim ille hoc dicit, ſed priſca, motumq; luxuriam ſuis temporibus additam arti non ad foraminum inuentionem, ſed ad tibicinum ſui temporis laudem, ſoniq; uarietatem, ac iucunditatem. De ueſtimentis nihil dico, cùm ex uerbis Horatij nihil tale percipiatur, quale Griſolus aſſerit. Neque enim à Romanis inuenta, ſed tantummodo ſcribit adhibita. Quare cùm nullum ſit uerbum neque de tibiæ, neque de ueſtimentorum, neque de carminum inuentione, ſed de acceſsione tantummodo, ut, qui omnia diligenter, & iuſtè perpenderit, apertiſsimè iudicabit, accedo ad reliqua. Loquitur igitur Hor. de ea parte comœdiæ, & Tragœdiæ, quæ cum ſeparata actio ſit, multò etiam ante utriuſque actionem cœpit eſſe. Quamobrem de melodiæ argumento pertractaturus chorus tantummodò nominat, qui non parum ante comœdias, & Tragœdias Romæ adhibiti ſunt: pro à Numa Pompilio: ut ex his Liuij uerbis colligitur. Salios item 12. Marti Gradiuo legit, tunicæq; pictæ inſigne dedit, & ſuper tunicam æneum pectori tegumen, cœleſtiaq; arma quæ ancilia appellantur ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudijs, ſolenniq; ſaltatu iuſsit. Ecce chorum Saliorum: quandoquidem nihil aliud ille eſt, quam canentium lætitiæ cauſa, & ſaltantium multitudo. Vnde Plato in 2. de legibus. Chorea uerò, inquit, omnis tripudium ſimul eſt, & concentus. Siue cuiuſcunque hominum generis collectio, quã in ſignificatione frequentiſsimè uſurpatur à Platone tum in Protagora, tum alijs etiam pluribus locis. quòd uerò in his Liuij uerbis de tibia choris adhiberi ſolita deſideratur, ſupplet Dionyſius Halicarnaſſeus, de hac eadem re uerba faciens: Mouentur enim, inquit, Salij ad tibiam ex modulo enoplijs motibus, quinque ſimul, ac inciſim, quinque patria quædam canentes carmina cum tripudijs, ſolenniq; ſaltatu ſimul choreis: qua expoſitionis ratione tolluntur omnia: quæ de populi paucitate, & urbis magnitudine lectorũ animos ancipites reddere poterãt. Vnũ tantũmodo reliquum eſt, quod obijcitur à Griſolo, populum Rom. ſub Rom. neq; frugi, neq; caſtũ, neq; uerecundum fuiſſe, cùm è ſceleratorum hominum in*

Aſylum

Aſylum cóſugientium numero fuerit: quod nihil obſtat, cùm præſertim & ille ſub Numa, de quo loquor, & ſub cæteris regibus religione, & optima diſciplina ita fuiſſe inſtitutum affirmet, ut & caſtum, & frugi, & uerecundum fuiſſe minimè neget. Quòd uerò ait è Ser. Tullij cenſu octoginta millia ciuium cenſa: nihil commoueor. cum chorus primo à Numa multò ante cenſum Seruij Tullij plusquam centum annis incœperit, quod etiam ſi ita eſſet, parum admodum me perturbaret, cùm Horatius paruum dicat Romanũ populum ad magnitudinem ſui temporis eodem modo, quo Phyſici terram ad magnitudinem cœli puncti modum obtinere docent. Quamobrem non eſt uerisimile Horatium, Romanum, Romæ domicilium habentem, Romæ tunc temporis hæc perſcribentem, cum populum, & urbem non addito nomine dicat alium, uel aliam, quã uel Rom. Pop. uel Romanam urbem intelligere: eo præcipuè tempore, quo ſub Auguſto uniuerſi terrarum orbis imperium obtinebat: cùm præſertim externi, urbis, & populi appellatione per excellentiam Romanum populum, & Romanam urbem intelligant. Quamobrem cùm nihil omninò Griſolus definiat, neq; de quo populo loquatur Horatius, aperiat: nonnulli illius ſecuti ſententiam fortaſſe, quod ab Horatio dicitur, non de Romano populo, ſed de uniuerſa hominum multitudine exiſtimauère: ſed ij parum uidentur aduertere, populum eſſe iuris conſenſu, & communionis cauſa intra una mœnia ſocietatem, ut Romanum Carthaginienſem, Athenienſem, Lacædemonium, Thebanum: ijſdem & quod ſequitur, magnopere refragatur, poſtquam cœpit agros extendere uictor, & urbem Latior amplecti murus: quod de uniuerſo hominum numero in ſyluis de gente dici minimè poſſe crediderim. His igitur à nobis breuiter ueritatis cauſa ad utilitatem omnium explicatis, inſtitutã interpretationem perſequemur, & eo modo perſequemur, ut proprijs quaſi oculis intueri quiuis poſſit de Pop. Rom. dici omnia.

Tibia non ut nunc orichalco uincta, tubæq; æmula] Plurima grauitate aucta oſtendit ſuis temporibus tibiam, cum, tubæ parem, dicat, & æmulam, cùm ea ex ſonitus magnitudine quaſi terrorem mortalium animis incutere uideatur: Orichalco uincta] Per hæc uerba tibiæ magnitudinem oſtendit, tantam ſcilicet, ut ex duobus lignis fieri neceſſè fuerit, ac in medio orichalco uincire. Quare non rectè ſentire uidetur Griſolus, dum tibijs putet ornamenti cauſa, non neceſſitatis adhibitum orichalcum: cùm aliter ſignificaſſe Horatium, qui uinctam dixerit, clariſſimum ſit. Quamobrem per hæc uerba tibias eas fuiſſe conijcio, quibus etiam hodie utimur in ſolennioribus conuiuijs diebus feſtis, ludiſq; publicis: cùm mediæ ære quoq; hoc tempore uinciantur, plurimis in eo, & minutiſſimis foraminibus adhibitis, tubarumq; æmulæ ſint ita dictæ, quòd primo ex gruum tibijs fieri cœpiſſent. Vincta] Hoc neceſſitatem nó autem ornamentum uidetur demonſtrare, ut declarauimus.

Sed tenuis, ſimplexq; foramine pauco] Qualem fuiſſe ante Iagnim primo Floridorum Apuleius refert, ut de ea illud Virgilianum dici potuerit

„ Syluestrem tenui muſam meditaris auena.

Vnde & Dionyſius Halicarnaſſeus de choris Satyriſtarum adhibitis poſt Tarquinium eiectum αὐλίσκους appellat, id eſt, Tibicunculas, ut ita dicam. Quare multo minores fuiſſe antea Numæ temporibus credibile eſt. Tenuis] Ad formæ, & uocis quantitatem. Simplexq; foramine pauco] Ad eiuſdem formæ, & uocis magnitudinem. Tibiæ enim quæ pluribus foraminibus conſtant continent præter formæ, uocis & ſonitus magnitudinem. Aſpirare, & adeſſe choris erat utilis] Hoc eſt aſpiratione ſua comitari chori ipſius modulationes, & ſaltationes erat apta, & idonea. Aſpirare] Per hoc uerbum tenuitatem, & lenitatem uocis uoluit ſignificare, ſimilitudine à uentorum flatibus ſumpta, qui dum leniter flant, aſpirare dicuntur, ut illud:

„ Aſpirant auræ in noctem, ad differentiam.
„ Et uenti uelut agmine facto
„ Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant.

Aſpirare & adeſſe choris erat utilis] Hoc ad chori ſaltationes, & cantum ad tibias uidetur pertinere, quod ſequitur, atque nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu: ad ſpectacula, ludoſq; publicos, in quibus etiam choros adhibitos canentium, uel ſaltantium uerisimile eſt: quia uerò in ludis ſpectandis erant ſedilia, antequam fieri theatra cœpiſſent, ideò adiunxit: atque nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu. Sedilia] Non dixit theatrum, ſed ſedilia. nam eo tempore nullum adhuc erat ſed ubi ludi, & ſpectacula fiebant ſedilia adhiberi conſueuiſſe credibile eſt, nulla adhuc exiſtente theatri forma. Primus enim M. Scaurus apud Romanos in ædilitate ſua triginta dierum ſpacio duraturum fecit, quod fuit multò poſt adaucta iam Romæ multitudine. Nondum ſpiſſa nimis] Id eſt, pauciora. Quo ſanè populus numerabilis] Reddit rationem, cur dixerit nondum nimis ſpiſſa ſedilia. quia nec pluribus opus erat, cum pauci admodum coirent, atq; ideo tibia tenuis, ſimplexq; foramine pauco aſpirare, & adeſſe choris erat utilis, atque nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu, dixit autem numerabilem, & paruum quantitatem reſpiciens, frugi, caſtumq;, & uerecundum, morum qualitatem, ut fuiſſe ſub Numa Pompilio, & ſequentibus regibus diximus. Sunt autem qui frugi, caſtum, & uerecundum, referant ad modos muſicos, & ad ſonum, quod nondum admiſiſſent laſciuiam primi illi Romanorum, ſed ijs contenti fuiſſent, qui in ſe caſtitatem, ac uerecundiam quandam retinerent. Vnde infrà de acceſſione melodiæ ſuis temporibus adhibita eadem tranſlatione dixit:

„ Sic priſcæ motumq; & luxuriem addit arti
„ Tibicen. ——

Quam expoſitionem non improbo. hanc ſi quis ſequi uoluerit opinionem, interpretetur illud, frugi, ſimpliciori melodia, & ſimplicioribus rebus contentum, neque delicatiora quærentẽ, ut & frugi, & caſtus, & uerecundus ad idem referantur, quamuis quod ſubſequitur: uinoq; diurno placari genius feſtis impunè diebus cœpit, magis ad priorem expoſitionem alludere uideatur. Poſtquam cœpit &c.] Quod attinet ad Rom. ditionis magnitudinem non ſolum circumuicinorũ populorũ ſub regib. uictorijs, ſed uniuerſo Italiæ imperio auctã, ut uidetur Florus ſignificare his uerbis: Prima ætas ſub regibus fuit prope. CCL. per annos, quib. circũ ipſam matrem ſuam cum finitimis luctatus eſt: hæc erit eius infantia. Sequens à Bruto, Colatinoq; Conſulib. in Appium Claudium, Quintumq; Fuluiũ Conſules CC. annos habet, quibus. Italiam ſubegit, hoc fuit tempus uiris, armiſq; incitatiſſimũ, ideo quis adoleſcentiam dixerit, & ideo, agros extendere, intellige, cũ iam Rom. ditioni uniuerſam Italiã ſubegit, non aũt cùm finitiſſimos ſuperauit, quia tum iam nulla numeriq;, modiſq; licentia maior acceſſerat. Et urbem Latior amplecti murus] Primum enim urbs cum à Rom. condita eſt quatuor tantũmodo colles mœnib. concludebat .ſ. Exquilinũ à Septentrione, Auentinũ à meridie, Palatinum ab oriente, Capitolinũ ab occidente: inde à Seruio trib. inſuper aucta .ſ. Quirinali, Viminali, & Cœlio: ultimo ab Auguſto ad ſexdecim regiones, portas'ue deducta, amplior'q; ac latior reddita eſt. per magnitudinẽ aũt urbis Hor. uult & ciuiũ multitudinẽ ſubintelligi, ponens continens pro contento, propriè locutus urbem dicens ad murorum circuitũ, cùm ciuitas ad hominũ copiã referatur. Vinoq; diurno placari, &c.] .i. poſtquam nos cœpimus placare genium noſtrum: hoc eſt, genio, uoluptatibuſq; indulgere. cum ad eas ex natura ipſa ſimus procliuiores, & propenſiores quàm ad reliqua. Genius autẽ eſt naturalis quædã animi propenſio ad aliquã præcipuè rẽ. Quemadmodũ igitur ad mel apes. ita quidam ad ſtudia literaria, quidã ad honeſtas actiones, quidã ad conuiuia, comeſſationeſq; nati uidentur, illi uerò dicitur genium placare, genioq; indulgere, qui ſuæ innatæ ex natura uoluptati, ſtudioq; indulget. Vinoq; diurno] Res ipſa hortatur, ut quædam paulò altius repetamus, ut quid per uinum diurnum ſibi uoluerit Horatius facilius intelligatur. Non ignorandum eſt igitur apud ueteres diem ipſum tam æſtiuum, quam hibernum in duodecim horas diuiſum fuiſſe, ut ex his Euangelij uerbis etiam conijcitur: Non'ne duodecim horæ ſunt diei? ſed impares inter ſe cum ab ingreſſu ſolis in Capricornum ad eiuſdem ingreſſum in Cancrum paulatim creſcant, ab ingreſſu ſolis in Cancrum uſq; ad ingreſſum ſolis iterum in Capricornum pari ratione decreſcant, in æquinoctijs autem tantummodò pares ſint: ut ait Virg.

„ Libra die, ſomniq; pares ubi fecerit horas.

Vnde

Vnde Horat. mobiles appellat, quod modò creſcant, modò decreſcant: neq; unquam in eodem ſtatu ſint per anni ſpacium. Diem autem intelligo temporis ſpacium ab ortu ſolis in occaſum. Quod uerò horæ mutarentur, nec tamē unquam plures, quam duodecim eſſent ex horologio, quo utebantur tunc plures ueterum, tum Romani præcipuè, ſemper duodecim horas indicante tam ſolſtitio, quam bruma collegimus. Singularum autem horarum ſingula fuiſſe officia his uerbis atteſtatur Martialis:

„ *Prima ſalutantes, atq; altera continet hora,*
„ *Exercet raucos tertia cauſidicos:*
„ *In quintam uarios extendit Roma labores:*
„ *Sexta quies laſſis ſeptima finis erat:*
„ *Sufficit in nonam nitidis octaua palæſtris:*
„ *Imperat extructos frangere nona thoros.*

Ad nonam igitur uſq; horam, id eſt, ſi æſtate ad uigeſimam penè noſtrarum, ſi hyeme circiter uigeſimam ſecundam, ſi uerè uel autumno ad uigeſimam primā dies integer, ſoliduſq; appellabatur, quòd penè totus negotijs tribuerentur: poſt nonam reliquum tempus ad noctem referebatur, interim nihil quaſi ageretur, ſed non poſt cœnam quieti, ſomnoq; daretur, qui uerò ante nonam horam genio indulgentes, conuiuijsq;, ac commeſſationibus uacantes cœnabant: frangere ſolidum diem dicebantur, & partem de ſolido die demere: ut in Odis,

„ *Pompei meorum prime ſodalium,*
„ *Cum quo morantem ſæpe diem mero*
„ *Fregi: coronatus nitenteis*
„ *Malobathro Syrio capillos.*

Et in 1. Ode

„ *Eſt: qui nec ueteris pocula Maſſici,*
„ *Nec partem ſolido demere de die*
„ *Spernit: nunc uiridi membra ſub arbuto*
„ *Stratus: nunc ad quæ lene caput ſacræ.*

Quem locum parum uidetur conſideraſſe Franciſcus Luiſinus, dū Tryphonis Gabrielij ſententiam, hoc eſt, ueritatē ipſam reprobans, putat partem de ſolido die demere, nihil aliud eſſe, quam dormire, propter ſequentem uerſum ut ille ait:

„ *Nunc uiridi membra ſub arbuto ſtratus,*

Qua in re non aduertit ex antiquorum conſuetudine locutum Horatium, qui innixi cubito, ſiue proſtrati, & iacentes in lectulis epulabantur: ut oſtendit Val. Max. lib. 2. de inſtitutis antiquis: Fœminæ, inquit, cum uiris cubantibus ſedentes cœnitabant, quæ conſuetudo ex hominum conuictu ad diuina penetrauit. Nam Iouis epulo ipſe in lectulum, Iuno, & Minerua in ſellas ad cœnam inuitabantur, & Virgilius.

„ *Inde thoro pater Aeneas ſic orſus ab alto:*

Et Horat. in epiſtol.

„ *Si potes Archaicis conuiua recumbere lectis:*

Et in Od.

„ *Et impium ——*
„ *Lenite clamorem ſodales,*
„ *Et cubito remanete preſſo.*
„ *Vultis ſeueri me quoq; ſumere*
„ *Partem Falerni.*

Cum cœnantes, & ſtratos alloqueretur. Quamobrem illud, ſtratus ad ſomnum, ut ille, ſed ad antiquorum morem refero. Horatius enim his uerbis artificioſè, & latenter attingere uoluit primò genus uoluptatum, quod in commeſſationibus, & conuiuijs poſitum eſt, per illud,

„ *Eſt qui nec ueteris pocula Maſſici:*

Tum tempus, matutinum ſcilicet ante nonam horam, genio indulgentibus per opportunum, per illud:

„ *Ne partem ſolido demere de die ſpernit:*

Vltimò locum conuiuijs aptiſſimum, & hominum generi uoluptatibus uacanti haud alienum, per illud:

„ *Nunc uiridi membra ſub arbuto ſtratus:*
„ *Nunc ad aquæ lene caput ſacræ.* Sed hæc pauca ſufficiant in re clariſſima: cùm etiam in 2. lib. Od. ad Pompeium hunc locum tacitè interpretatus ſit Horatius, quid ſcilicet ſit partem de ſolido die demere: hoc eſt, ut diximus morantem, & ſolidum diem frangere: non expectata nona hora, ſed penè matutinis conuiuijs præter conſuetudinem. Quamobrem Horatius, ut tandem ad inſtitutā interpretationem reuertamur, per uinum diurnum, comparationes, conuiuiaq; laſciuiora, & extra ordinaria deſignat: utpote facta poſt nonam horam, quod tempus ad noctem referebatur, ut diximus, ſed in ipſo ſolido, integroq; die. Vnde M. Tullius in epiſtolis huiuſmodi conuiuia appellat cœnas à mane, id eſt, matutino tempore incipientes, non autem hora ſolita. Huiuſmodi uerò conuiuia non erant ſobriorum, ſeueriorumq; hominum, ſed eorum, qui ſe totos tradiderant uoluptatibus. atq; ideo, diurno, dixit, ad hominum ſuperioris ſeculi differentiā, qui minimè genio indulgebant, cōmeſſationibuſq; uacabāt, ſed parcè nona hora expectata comedebāt. Vnde in epiſt.

„ *Sic ignouiſſe putato*
„ *Me tibi: Si cœnas hodie mecum: ut libet: ergo*
„ *Poſt nonam uenies, i, nunc rem ſtrenuus auge.*

Quæ uerba maximè declarant, antiquos omne tempus ante nonam horā negocijs ſolitos tribuere, cùm dicat: ergo poſt nonā uenies. nunc i rem ſtrenuus auge. atq; ideo ſolidum diem uſq; ad nonam horam appellaſſe. quia totus negocijs tribueretur: per uinum autē conuiuia etiam, commeſſationeſq; intelligit Græcorum more, apud quos ſympoſiorum nomine non ſolùm compotationes, ut uox ipſa indicat, ſed commeſſationes etiam continentur: eadem ratione & ſuprà libera uina pro conuiuijs dixit, & infrà, cùm ſpectatorem potum dicit, paſtum etiam ſignificat, dum ait:

„ *Eò quòd ——*
„ *Illecebris erat, & grata nouitate morandus*
„ *Spectator, functuſq; ſacris, & potus, & exlex.*

Feſtis diebus] *Quando homines liberi ſunt à negociorum laboribus: ut dicet infrà.*

„ *Indoctus quid enim ſaperet, liberq; laborum*
„ *Ruſticus urbano confuſus, turpis honeſto.*

Intelligit autem dies feſtos ſacrificiorum, uel diuinarum epulationum: ut ſe ipſum interpretatur, cùm dicit

„ *Eo quod ——*
„ *Illecebris erat, & grata nouitate morandus*
„ *Spectator functuſq; ſacris & potus, & exlex.*

De quibus plura Macrobius. Impunè] *Sine ulla infamiæ nota, cùm antea infames putarentur apud caſtos, uerecundoſq; homines illius ætatis, qui ſuis libidinibus quotidie indulgerent, nec à morum cenſoribus impunes relinquerētur.* Acceſſit numeriſq;, modiſq; licentia maior] *Cùm hîc locus ad rationem muſices uideatur pertinere, prius inquirendum eſt, quot ſignificationes numerus, & modus habeat, deinde qua hoc loco uſus fuerit Horatius. Numerus igitur præter uulgarem ſignificationem accipitur pro conſonantia, quòd ea nihil aliud ſit authore Ariſtotele, quam ratio numerorum in acuto, & graui: & pro ſaltationibus, & choreis: ut apud eundem in libro de Arte Poëtica: Numero uerò ipſo, inquit, ſeorſum ab harmonia imitari ſaltantium eſt, quandoquidem hi geſticulationis numeroſa uarietate mores, perturbationes, actiones imitantur, & apud Virgilium:*

„ *Tum uerò in numerum Faunoſq; feraſq; uideres*
„ *Ludere ——*

Hoc eſt cum ſaltationibus & geſticulationibus numeroſa menſura ludere: & pro modulatione, & tempore alicuius ſoni, & cantilenæ ſeorſum à uerbis: ut apud eundem:

„ *Numeros memini, ſi uerba tenerem:*

Id eſt, memini ſonum, & modulationem cantilenæ, ſed uerba eiuſdem non memini, & apud M. Tullium in Paradoxis: Extra numerum ſi ſe moueat hiſtrio exibilabitur, & explodetur: hoc eſt, extra menſuram ſoni, &, ut hodie dicimus, extra tempus. & pro rithmo equeſtris, pedeſtriſq; orationis: ut,

„ *Numeriſq; fertur*
„ *Lege ſolutis. ——* Et apud Quintilianum de compoſitione: Fœliciſſimus ſermo eſt, cui certus Ordo, & apta iunctura, & numerus opportunè cadens contingit: & pro animæ harmonia, & compoſitione: Vnde Macrobius ex Pythagoreorum diſciplina numerorum certam, conſtitutamq; rationem animas ſociare corporibus

bus dixit, qui numeri dĩ ſuperſunt perſeuerat corpus animari, cùm deficiũt: arcana illa uis ſoluitur, qua ſocietas cõſtabat: ut apud Vir.

„ Explebo numerum, reddarq; tenebris.

Hinc etiam ueteres philoſophi animam eſſe numerum ſe mouẽtem dixêre. Cùm itaq; de tibijs, & choris loquatur Horatius hoc in loco ſumi poterit numerus, & pro conſonãtia grauis, & acuti, quod attinet ad tibiam, & pro ſaltationibus, & geſticulationibus, quod attinet ad choros, et pro utriſq; quod attinet ad choros ad tibiam unà & canentes, & ſaltantes. Modus itaq; pari ratione accipitur pro tono, & diuerſitate, & uarietate harmoniæ: ut modus Doricus, Lydius, Phrygius, Ionius: ut apud Ouid.

„ Vt ſatis impulſas tentauit pollice chordas,
„ Et ſenſit uarios, quamuis diuerſa ſonarent,
„ Concordare modos.

Et apud Liuium ab urbe condita lib. 7. Ludiones ex Hetruria acciti ad tibicinis modos ſaltantes haud indecoros motus more Tuſco dabant, & pro alicuius muſicæ cantilenæ cõpoſitione: ut in inſcriptionibus Comœdiarum: Modos fecit Flaccus Claudi filius: Hoc uerò in loco cum de choris, & tibijs uerba faciat, ſumitur pro uarietate harmoniæ & pro cantilenæ muſicæ compoſitione: ut ſignificet Horatius, hæc omnia ſuo tẽpore aucta fuiſſe, cum antea rudiora eſſent, & inconcinniora: utrunq; uerò translatiuè coniunxit in epiſtolis, hoc eſt & numeros, & modos:

„ Numeroſq; modoſq; ediſcere uitæ.

Atq; ideo acceſſit numeriſq;, modiſq; licentia maior: hoc eſt, maximè aucta eſt. Quare non rectè uidetur ſentire Madius, dum dicat potius in Romanorum luxuriam inuectum Horatiũ, quam de melodiæ incremento tractaſſe: cum ſeipſum interpretans, quid ſibi uoluerit per hæc luce clarius oſtendat,

„ Tibia, non ut nunc, orichalco uincta, tubæq;
„ Aemula, —— Et
„ Sic priſcæ motumq;, & luxuriem addidit arti
„ Tibicen, traxitq; uagus per pulpita ueſtem:
„ Sic etiam fidibus uoces creuêre ſeueris:
„ Et tulit eloquium inſolitum facundia præceps.

Ad quid enim tam longa digreſſione extra rem propoſitam in Romanos inueheretur, cum de ijs nihil aliud dicat, quàm eos genio, ac uoluptatibus indulgere: cùm potius ueteres Romanos inſimulare uideantur ignorantiæ, quod ignorauerint ſoni, & muſices uenuſtatem, & iucunditatem illa priori ſcilicet incondita, & rudi admodum contenti, dum ait:

„ Indoctus quid enim ſaperet, liberq; laborum
„ Ruſticus urbano confuſus, turpis honeſto?

Licentia maior] Etſi de Romanis loquitur, uidetur tamen alludere ad libros Platonis de Republica, in quibus ab eius ſtatu excluſit omnia genera modorum, præter Doricum. Erat enim Doricum magnificum, & bellicoſum. Vnde illud licentia hoc modo eſt interpretandum, quaſi prius per leges non liceret, ſiue pro abuſu, ſi ſimplici modo dictum intelligere uoluerimus. Indoctus quid enim ſaperet] Reddit rationem quaſi per digreſſionem, occurrens tacitæ obiectioni, quare antea apud Roman. muſica melodia parua, aut nulla penè fuerat: quia, inquit, indocti, ignariq; rerum omnium ueteres illi nondum poterant iudicare de melodia: utpote apud eos re nota, atque inuſitata, neque illius iucunditatem deguſtare. quibus uerbis imperitiam eorum, ruſticitatemq; demonſtrat.

Liberq; laborum] Quod feſtis diebus publica ſpectacula fieri cõſueuiſſent, ut ludis Megalenſibus, ludis Romanis.

Ruſticus urbano confuſus] Summa hæc eſt earum perſonarum diuiſio, quæ antea ad ſpectandum accedebant, ruſticarum, & urbanarum: urbanarum rurſus aut nobiliorum, aut ignobiliorum: quas per turpem, & honeſtum ſignificauit. dixit autem priori tempore urbanum cum ruſtico turpem cum honeſto admixtum: ad ſui temporis differentiam, cùm ex lege Roſcio lata, unicuique ordini Romanorum proprij gradus in theatro aſsignarentur, ut minimè admiſceri poſſent cum ſenatoribus equites, cum equitibus plebei: cùm uerò hoc in loco, quaſi uituperando ob imperitiam ruſticum dicat. non puto de tribubus ruſticis intelligere uoluiſſe, cum urbanis fuerint longè nobiliores. Sic] Hac ratione creſcente indies hominum multitudine, atque una aurium iudicio tibicen addidit priſcæ arti motumq;, & luxuriam, id eſt, motum luxurioſum ſubſtantiuum pro adiectiuo ut:

„ Pateris libamus, & auro,

Pro pateris aureis: hucuſque Horatius de tibiæ numerorum, atque modorum acceſſione locutus eſt: modò loquetur de tibicinibus, & de eorum ſoni uarietate, & augmento. Motum] Saltationes & choreas: ut apud Liuium, Ludiones ex Hetruria acciti ad tibicinis modos ſaltantes haud indecoros motus more Tuſco dabant, & in Odis apud Homerum lib. 3.

„ Motus doceri gaudet Ionicos
„ Matura uirgo,

Id eſt, quibus Iones ſono præberent modum ſaltationi. Illi enim inuenerunt ſonos, ad quos ſaltarent, & geſtum agerẽt hiſtriones. Motus autem tam dare tibicines dicebantur ſono modum ſaltatoribus præbentes, quàm ipſi ſaltatores ad præſcriptos tibicinum concentus ſalientes: atq; ideo non debet mirum uideri, ſi de tibicine loquens Horatius dixerit eum priſcæ arti motum addidiſſe. nam ita etiam ſeres habet: neq; enim laſciuire poſſunt ſaltatores, niſi prius laſciuiam in ſonis tibicines modum præbentes ſaltatoribus laſciuiendi. Quare etſi tibicines tantummodo dicit addidiſſe motus luxurioſos, intelligit tamen & conſequenter ſaltatores addidiſſe ſaltationibus motus luxurioſos, qui ſuo motu tibicinum ſonum, & motum ſequuntur. Addidit priſcæ arti motum luxurioſum] Plures enim ſaltationes fecerunt Romani prioribus temporibus incognitas. Vnde author eſt M. Tullius in lib. de claris Oratoribus, Sex. Tytium hominem loquacem ſanè & ſatis acutum, ſed tam ſolutũ, & mollem in geſtu, ut ſaltatio quædã naſceretur, cui ſaltationi Tytius nomen eſſet. Traxitq; uagus per pulpita ueſtem] His uerbis uariæ accommodari poſſunt expoſitiones. multi etenim, traxitq; uagus per pulpita ueſtem, intelligunt ipſum tibicinem ſimul & ſonuiſſe, & ad proprium ſonum etiam ſaltauiſſe, ac tripudiaſſe: aiuntq;, traxitq; uagus per pulpita ueſtem, eſſe periphraſim tripudiandi: cùm id nihil aliud ſit, quam uagos homines modò huc, modò illuc ſaltando per pulpita ueſtem trahere, ijs hoc unum uidetur repugnare, quòd minimè poſſe fieri uideatur: ut tibias ſonãtes ſimul etiam ſaltare potuerint, ac tripudiare. Alij ita interpretantur: Tibicen uagus ſoni uarietate, & incunditate traxit ueſtẽ per pulpita: hoc eſt, impulit homines, ut traherent ueſtem per pulpita: hoc eſt, tripudiarent. Nonnulli putant ad ſignificandam tibicinum grauitatem, & maieſtatem ex demiſſiori ueſte dixiſſe: traxitq; uagus per pulpita ueſtem: atq; hoc fortaſſe à Virgilio, ubi de Orpheo canente in 6. loquitur, tranſtuliſſe.

„ Nec non Thraicius longa cum ueſte ſacerdos
„ Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina uocum.

Sunt qui arbitrentur, Horatium uoluiſſe his uerbis oſtendere etiã ueſtimentorum acceſſionem, ac per ueſtimenta tibicinis, & reliqua denotaſſe, quibus cæteri hiſtriones uterẽtur: cùm de tibicine loqueretur: ſolum de eius ueſtitu attigiſſe: ne in hac re ſi omnia ſeparatim perſequi uoluiſſet extra rem prolixus nimium uideretur.

Sic etiam fidibus uoces creuêre ſeueris] Loquitur modo de Odarum, quas chorus concinebat, acceſſione: tres autẽ ſes, ait in Odis redditas ampliores. & laſciuiores ſonum, & uocem Odarum ad aurium oblectationem: figuras ornamentaq; orationis ad permouendas, atq; impellendas uoluntates: ſententias, & res ipſas ad docendas, atque illuſtrandas auditorum mentes. Quamobrem per uoces intelligo conſonantiam carminum Lyricorum. ex uerborum etenim grauitate augetur etiam carminum ſonitus: ut ex his Horatij uerſibus quiuis facilè poterit iudicare.

„ Iam nunc minaci murmure cornuum
„ Perſtringis aures: iam Litui ſtrepunt
„ Iam fulgor armorum fugaces
„ Terret equos, equitumq; uultus.

Perfidus autem carmina ipſa Lyrica, intelligit ut ſignificet, ſonum carminum Lyricorum creuiſſe. illa uerò particula, ſic, repetita hãc habet uim, ut ſignificet: quemadmodum creſcente indies hominum multitudine, atque una aurium iudicio acceſſit numeriſq;, modiſq; licentia maior, ſic etiam addidit Tibicen motumq;, & luxuriem

niam priſcæ arti, & ſic etiam fidibus uoces creuêre ſeueris. Seueris] *Antea ſcilicet priori illa ætate ueterum Romanorum, qua in Odis tantummodò grauiora quædam, & ſeueriora referebantur, nullamq́ omninò uoluptatem afferentia: ut Ioppæ uidetur Virgilius tribuiſſe:*

» *Cythara Crinitus Ioppas*
» *Perſonat aurata: docuit quæ maximus Atlas*
» *Hic canit errantem Lunam, Soliſq́ labores:*
» *Vnde hominum genus, & pecudes: unde imber & ignes.*
» *Arcturum, pluuiaſq́ Hyadas, gemmoſq́ Triones:*
» *Quid tantum Oceano properant ſe tingere Soles*
» *Hiberni, uel quæ tardis mora noctibus obſtet*

Vel ſeueris ante ſcilicet ſine fuco, & coloribus orationis, hoc eſt, tetricis, & aſperioribus, quæ poſtea demiſſa illa ſeueritate, & aſſumptis ornamentis laſciuiores, ac delicatiores factæ ſunt. Et tulit eloquium inſolitum] *Id eſt, refertum inſolitis ornamentis, quibus ſuperioris ætatis homines minimè uſi ſunt. Quare non uideo quid habet commune hic locus cum CXXII. particula Ariſtot. in lib. Poëtices, ut ait Madius. Facundia præceps, & inſolitum eloquium repentinam acceſſionem indicant.* Præceps] Quæ ſubitò, & quaſi præcipitata aduenit. Sententia ſagax rerum utilium, & diuina futuri] Quæ in Odis aucta. *continebatur Diſcrepuit.* Delphis ſortilegis] *Hoc eſt, Delphico Apollinis oraculo.* Vtiliũ] Quod *attinet ad uitæ inſtitutionem, ut ſuprà iam demonſtrauimus, cùm de officio chori loqueremur.* Sagax] *Prudens. In ſententijs etenim maxima eſt adhibenda prudentia ſiue ſagax rerum, quia diuinus futuri. In futuri. etenim proſpiciendis prudentia maximè cernitur.* Diuina futuri] Quod ſummæ eſſet prudentiæ in prædicendis futuris. *aliquando enim ita inducitur chorus, ut futura prædicere uideatur: ut apud Sophoclem in Aiace his uerbis:*

» ὤνοι φοβοῦμαι τὸ πρόσιερον.
» περιφανῆ & ἀνὴρ
» θανεῖν καὶ παρακλάντην
» χερί, συγκατακτάς
» ἀπνευστοῖς ξιφοσ βιτοῖς, καὶ
» βοτῆρας ἱππονώμας. *Et paulò pòſt,*
» ξύμπαντας αἷ· καὶ Ἀλδοῖνα μὴ νὴ θεῦ
» παγγήτει ἄνοι.

Delphis ſortilegis] *Apollini Delphici oraculo, in quo ſortes dicebantur. Pulcherrimarum enim ſententiarum, ut: Ne quid nimis, Noſce teipſum, Apollinem authorem facimus, quibus maximè Tragœdiarum chori referti ſunt. Vnde apud Sophoclẽ in Oedypo Tyranno chorus hac ſententia totam Tragœdiam claudit.* ὥστε θνητὸν ὄντ᾽, ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν ἡμέραν ἐπισκοποῦντα, μηδέν᾽ ὀλβίζειν πρὶν ἂν τέρμα τοῦ βίου περάσῃ μηδὲν ἀλγεινὸν παθών. Carmine qui Tragico] Cùm iam dixerit ſententias, quæ in Odis à choro decantari ſolitis continebantur fuiſſe adeò graues, *ut non diſſimiles à Delphico Apollinis oraculo uideri poſſent: ut paruam admodum, uel potiùs nullam apud functos ſacris, potoſq́, & exleges ſpectatores afferre oblectationem, qua detinentur, ait hac potiſſimum de cauſa iocum tentatum, Satyroſq́ nudatos: ut ex eorum ludis, dicacitatibuſq́ populus facilè detineretur, ſeruata incolumi tamen Tragœdiæ grauitate. Quamobrem cùm Satyri, ut ex Ariſtotele manifeſtum eſt, à Sophocle eſſent excluſi, puto iterum Romæ inductos, atq́ ideò de his loqui Horatium cuiuſmodi illis ſermonem tribuere debeamus, & quemadmodũ primum, & qua de cauſa inducti ſunt, oſtendentem. Quare cùm de Satyrorum choris publicè in ſpectaculo inductis, teſte etiam Dionyſio Halicarnaſſeo minimè dubium ſit, etiam poſtea inter medios actus Tragœdiarum adhibitos credibile eſt: Sed animaduertens Horatius, Ariſtotelem ob ridiculorum nimiam petulantiam à Sophocle excluſos dixiſſe, eorũ dicacitates temperandas præcipit, ne immunda crepent, ignominioſaq́ dicta.* Carmine qui tragico uilẽ certauit ob hircum] *Ab Aetymologia uocis Tragœdiarum ſcriptorum circumſcribit: eorum opinionem ſecutus, qui Tragœdiam, ἀπὸ τοῦ τράγου, hoc eſt hirco dictam putarẽt, quo tragici ſcriptores antiquitùs donabantur: appellat autem hircum uilem, uel quod certè uile ſit præmium: uel uile Poëſeos habita ratione.*

Certauit] *Certabant enim inter ſe de laude, & præmio ueteres Tragœdiarũ ſcriptores: ut pluribus in locis uidetur Ariſtoteles in poëtica ſignificare.* Mox etiam agreſtes Satyros nudauit] *Hos autem loco chori introductos intelligit, non, ut quidam uolunt, in ipſa Tragœdia, cùm præſertim dicat factum, ut grata nouitate detinerentur ſpectatores: quod inter unum, & alterum actum ſit, chori loco. In Tragœdia etenim ipſa, cùm flebilis, ſeuera, ac grauis ſit, non requiritur huiuſcemodi iocorum, ludorumq́ leuitas, quæ tamen inter medios actus tollerari poteſt, & hoc eſt, quod ait incolumi grauitate. Ea etenim, quæ fiunt, quæ'ue dicuntur inter medios actus, extra Tragœdiam eſſe intelliguntur, neq́ imminuunt Tragœdiæ grauitatem.* Agreſtes Satyros] Quod nemorum dij eſſe credantur, *in ijs uitam degant.* Et aſper] *Vel propter conuitiorum mordacitatem, quæ in Satyris continetur, uel propter uerborum aſperitatem, quæ Satyris eſt attribuenda, & qua Satyrorum ſcriptores ut Lucilius, Perſius, & reliqui uſi ſunt.* Iocum tẽtauit] Quia *ridicula quædam, & dicacitates proferrent. Vnde & paulò pòſt riſores, dicaces nominat.* Eò, quòd illecebris] *Affert rationem, quare in Tragœdia iocus tentatus ſit, Satyriq́ nudati: ut ſcilicet, ſpectatores ijs detineri poſſent ſine faſtidio.* Grata nouitate] *Aliqua noua re inducta inter medios actus: utpote Satyrorum, non, ut antea, chori ſermone grauiori, quàm ſpectatorũ ratio poſtulabat, qui ut diximus, & functi ſacris erant & poti, & exleges.* Grata nouitate] *Noua enim erat apud Romanos tùnc Satyrorum actio, etſi iam eorum uſus apud reliquos populos aboleuerat multò antè: appellat autem gratam nouitatem, quod cum uetera faſtidiamus, læto animo noua accipimus. Vnde illud rectè circumfertur, omnia noua placere.* Functus Sacris] Quia *feſtis diebus, & poſt ſacrificia peracta.* Potus] *Hoc eſt, pòſt commeſſationes, & compotationes, quibus indulgebant, antequam ad Tragœdias ſpectandas accederent, &, ut dixit ſuprà, poſtquam uino diurno placari genius feſtis impunè diebus cœpit.* Exlex] *Id eſt, uacuus ab omni labore: ut dixit ſuprà, liberq́ laborum, ſiue nullo legum timore: ut dixit ibidem, impunè.* Verum ita riſores] *Sequitur correctio quædam ſuperiorum, qua in ſermonibus, iociſq́ Satyrorum mediocritatem ſeruandam præcipit, turpiſſimum enim, & maximè abſurdum eſſe ait, ut qui modo Dei, Heroiſq́ perſonam egiſſent, ac grauiora quædam ſub eorum habitu retuliſſent Satyrorum perſona aſſumpta in extremas dicacitatum leuitates inciderent. Quamobrem ita uertenda ludis ſeria iubet Horatius, ut in Satyrorũ ſermonibus inter medios actus ita ratio Tragœdiæ habeatur, ut minimè obliti Tragicarum perſonarum, quas egerimus, utpote heroicæ, & diuinæ, ad humiliora, laſciuioraq́ uideamur demigrare: ne'ue ad ſublimiora, & inania quædam tranſuolare, quam quidem rem appoſita matronæ ſimilitudine ante oculos ſubijcit, qua ſcilicet ratione mediocritas ipſa in his Satyrorum iocis, ac ludis ſeruanda ſit.* Riſores] Quod *omnium uitia irrideant, eorumq́ deprauatos mores: uel quod aptiſſimi ſint ad riſum apud ſpectatores concitandum.*

Dicaces] Quòd *plurima dictitent: hoc eſt, proterui & petulantes.*
Ita uertere ſeria ludo] *Ita uertere Tragicam grauitatem, in qua de rebus ſerijs agitur: ludis Satyrorum in medios actus adhibitis.*
Ne quicunq́ Deus, quicunq́ adhibebitur heros] *Ita conſtruo, & interpretor hanc partem,* ne quicunque ex mimis adhibetur Deus, & heros, *qui eodem tempore in ipſa Tragœdia Deum, heroaq́ retulerit: migret in obſcuras tabernas aſſumpta Satyrorum perſona inter medios actus: præcipit autem Horatius hoc in loco, ut Satyri ſint dicaces: hoc eſt, ad riſum concitandum in dictis peracuti, & breues, non tamen ſcurræ, quod præcipit & M. Tullius 2. de Oratore: ubi de ridiculis loquitur. haberi enim dicit rationem oportere hominum, rei, temporis, ne quid iocus de grauitate decerpat: hoc eſt, ut temporis ratio, ipſius dicacitatis moderatio, & temperantia, & raritas dictorum diſtinguat oratorem à ſcurra.*
Dicaces] *Hoc eſt, ut diximus, ad riſum concitandum in dictis peracuti, & breues. ita enim uidetur dicacitatem interpretari M. Tullius. Etenim cùm duo genera ſint facetiarum, inquit alterum æquabiliter in omni ſermone fuſum, alterum peracutum, & breue: illa à ueteribus ſuperior cauillatio, hæc altera dicacitas nominata eſt.*
Deos] *De dijs in fabulis introducendis ſuprà diximus. quare lecto-*

rem ad ſuperiora remittimus. Heros] *Heroicæ enim perſonæ in fabulis introducantur: Heroës autem ſunt infra Deorum conditionem, & ſupra hominum naturam: medij inter hominem, & Deum, ut apud Ariſtotelem in moralibus licet conijcere: ubi de heroica uirtute loquitur. Vnde idem Horatius ſapientiſsimè inter homines, & deos ponit in Odis, cùm ait:*

» *Quem uirum, aut Heroa lyra, uel acri,*
» *Tibia ſumis celebrare Clio,*
» *Quem Deum, cuius recinet iocoſa*
» *Nomen imago*

Regali conſpectus in auro nuper, & oſtro] *Quibus reges utuntur.* Migret in obſcuras humili ſermone tabernas] *Hoc eſt, in uerba humiliora, qualibus utuntur tabernarij, id eſt, qui in tabernis uenditant. Eſt enim taberna locus, ubi opera ipſa, & merces uenditantur, tabernarij uerò qui uenditant, intelligit autem pauperiores. Vnde in Odis*

» *Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas:*
» *Regumq́ue turres, ô beate Seſti.*

Videtur autem alludere ad eas Comœdias, quæ ab humilitate perſonarum tabernariæ dictæ ſunt, in quibus obſcuri & infimæ conditionis homines ut tabernarij introducũtur, qui dicacitatem in ſcurrilitatem uertunt, à qua monet in Satyrorum ſermonibus cauendum Horatius. Humili ſermone] *Quo rebus quibuſdam leuioribus riſum quærant.* Aut dum uitat humum nubes, & inania captet] *Ad mediocritatem ſeruandam duo extrema uitanda ſunt, dixit de altero humilitatis extremo uitando: nunc dicit de altero tumiditatis extremo fugiendo.* Dum uitat humum, captet nubes & inania] *Quia dixerat, humum, elementorum rationem reſpiciens, ideo ſubiungit ad eorundem tranſlationem: nubes, & inania, hoc eſt altiora, & ſubliniora, quæ ſupra naturalia denominantur: hoc autem ideo dixit, ne, dum humiliora uitamus, ad hæc ſublimiora tranſuolemus de dijs, de anima, de idæis, de intelligentijs: hoc eſt, in tumidiora extremæ humilitati penitus contraria incidamus, per nubes autem, & inania, incorporea intelligit, quæ minimè ſenſibus ſubijciuntur, qualem Creuſæ animam his deſcribit Virgilius:*

» *Hæc ubi dicta dedit lachrymantem, & multa uolentem*
» *Dicere deſeruit, tenueſq́ue receſsit in auras.*
» *Ter conatus ibi collo dare brachia circum.*
» *Ter fruſtra compenſa manus effugit imago*
» *Par leuibus uentis, uolucriq́ue ſimillima ſomno.*

Effutire leues uerſus indigna Tragœdia] *Affert ſimilitudinem, qua appoſita oſtendat, quo modo Satyri inter medios actus Tragœdiæ induci debeant ſeruata ipſius tamen incolumi grauitate.*
Indigna effutire leues uerſus] *Quæ indignatur effutire leues uerſus: hoc eſt, inconſideratos, & ſine grauitate emittere.* Intererit] *Interueniet Satyris proteruis paulùm pudibunda: ut matrona iuſſa diebus feſtis moueri, quæ licet ſaliat, nô tamen immoderatè, & meretricio more ſaliet. Duplex enim eſt genus ſaltationis: alterum, quo matronæ decore, grauitateq́ue perſonæ ſeruata: alterum, quo impudicæ fœminæ utuntur.* Moueri] *Saltare. Vnde & motus pro ſaltatione accipitur, ut ſuprà*

» *Sic priſcæ motumq́ue, & luxuriam addidit arti*
» *Tibicen.* ——

Et in Odis:

» *Motus doceri gaudet Ionicos*
» *Matura uirgo.* Feſtis diebus] *Cum dies feſti authore Macrobio diuidantur uel in ſacrificia, uel in epulas, uel in ludos, uel in ferias: hoc eſt, uel cum ſacrificia dijs offeruntur, uel cùm dies diuinis epulationibus celebratur, uel cùm ludi in honorem aguntur deorum, uel cùm feriæ obſeruantur: rurſusq́ue feriæ uel in publicas, uel in priuatas, publicæ uel in ſtatiuas, uel in conceptiuas, uel in imperatiuas, uel in nundinas: priuatæ, uel in proprias familiarum, ut Claudiæ familiæ, uel Aemiliæ, ſeu Iuliæ, ſeu Corneliæ, & ſi quas ferias proprias quæq́ue familia ex uſu domeſticæ celebritatis obſeruat: uel in proprias ſingulorum: ut natalium, & fulgurum ſuſceptiones ſunt, item funerum, atq́ue expiationum, per dies feſtos hoc in loco ferias priuatas, uel proprias familiarum, uel ſingulorum uidetur intelligere Horatius, in quibus ueriſimile eſt matronas aduocari, ibiq́ue celebrandæ feriæ cauſa moueri ſolitas, uel generatim pro omnibus feſtis, in quibus uel nuptiæ celebrantur, uel conuiuia, in quibus aderant matronæ. quòd autem adeſſent in nuptijs matronæ illud Terentianum non dubium eſt argumentum.*

» *Da. Maneo, interea introire neminem*
» *Video, exire neminem, matronam nullam, in ædibus*
» *Nihil ornati, nihil tumulti, acceſsi intro, aſpexi. Pam. ſcio*
» *Magnum ſignum Da. num uidentur conuenire hæc nuptijs.*

Non ego inornata] *Dixit, in Satyrorum ſcriptione in primis mediocritatem ſeruandam, nunc idem repetit more ſuo referens ſingula ſingulis. nos igitur admonet, ut neq́ue ijs uerbis utamur, quæ nullum afferunt ornamentum, & ſplendorem orationi, neq́ue ijs, quæ potiùs ad Tragœdiæ maieſtatem, quàm ad Satyræ mediocritatem ſpectare uideantur, ſed inter Tragœdiæ, & Comœdiæ phraſim poſitis, hoc eſt, neque ita inornatis, ut Satyri his utentes migrent in obſcuras humili ſermone tabernas, neq́ue ita grauibus, & quodammodo dominantibus, ut nubes, & inania captent. Illud igitur, inornata, refert ad illud, migrent in obſcuras humili ſermone tabernas, illud uerò, dominantia, ad illud, nubes & inania captent. Quare maximo in errore uerſantur, qui hæc duo carmina ſeparant à ſuperioribus, referuntq́ue ad ſequentia, atque aliter conſtruunt, & interpretantur. Confundunt enim, quæ de uerborum cum ijs, quæ de rerum mediocritate dicuntur, quæ diſtincta eſſe oportet: eſt autem Ordo: Ego ſcriptor Satyrorum non amabo uerba, nominaq́ue inornata, neque, hæc ipſa fugiens, amabo ſolum dominantia, & tumidiora, & ad dominorum faſtum ſpectantia. amabo igitur ornata cum mediocritate, hoc eſt, grauia, non tamen tumidiora, ut diximus.* Inornata] *Id eſt, abiecta, atque obſoleta, & nullum ornatum afferentia orationi, hoc eſt, humiliora, & infimæ hominum conditionis, quibus utentes migrent in obſcuras humili ſermone tabernas.* Dominantia] *Hoc eſt tumidiora, qualibus utuntur domini ſeruos alloquentes: id eſt, cum imperio, & faſtu. Quare pudet referre, quæ ab interpretibus de uerbis proprijs hoc loco dicuntur. neq́ue enim generatim inornata propria dixiſſet, cùm ſi lecta, atq́ue illuſtria ea ſint, neq́ue abiecta, atq́ue obſoleta nô parum ſplendoris afferant orationi. Dominantia, uulgaria, & communia Madius interpretatur, qua elocutione non uideo. longè enim hæc expoſitio uidetur eſſe contraria ſuperioribus.*

» *Ne quicunq́ue Deus, quicunq́ue adhibebitur heros*
» *Regali conſpectus in auro nuper, & oſtro*
» *Migret in obſcuras humili ſermone tabernas.*

Nomina, uerbaq́ue] *Vtrunq́ue etiam coniunxit Ariſtoteles in tertio Rhetoricorum: cum dixit perſpicuitatem in nominum, & uerborum proprietate conſiſtere. nam ex nominibus, & uerbis confici orationem Platonis eſt in Sophiſta ſententia neque enim uerba, quibus actiones ſignificantur: ut uadit, currit, dormit per ſe, neq́ue nomina, quæ ſigna ſunt uocis agentibus ipſis impoſita: ut leo, ceruus, equus efficiunt orationem. nam quæ proferuntur haud ante actionem, uel actionis impedimentum, aut eſſentiam ſiue exiſtentiam rei, ſeu non exiſtentis oſtendunt, quàm uerba nominibus miſceantur. ut homo diſcit. tunc enim declarat aliquid de his, quæ ſunt, uel fiunt, aut fuerunt iam, aut erunt. Vnde in Cratylo ait, orationem eſſe uerborum & nominum compoſitionem.* Scriptor Satyrorum] *Hoc eſt cum Satyros intermedios actus loquentes inducam.*
Nec ſic enitar] *Cùm de uerborum genere Satyris accommodando præceperit: præcipit nunc de rerum, hoc eſt, de inuentionis ipſius genere, quale illud eſſe debet: ait autem illud quoque mediocre eſſe debere, hoc eſt, pari ratione inter comicam, & tragicam inuentionem: neque admodum cum tragica materia coniunctum, neque adeò ab ea disiunctum, ut comicæ adhærere uideatur. ergo inter utrunq́ue. ergo ex rebus notiſsimis fictum: ut cum mediocre ſit, ſibi quiuis ſperet idem, ſed ſudet multum, fruſtraq́ue laboret auſus idem.*
Tragico differre colori] *A Tragœdiæ exemplo, quæ ex inuentionis ratione ita à Comœdia, & alijs Poëſeos generibus diſtinguitur, quemadmodum imagines depictæ ex coloribus una ab altera.*
Vt nihil interſit Dauuſne loquatur, an audax Pythias] *Expoſitiuè lucrata Simone emuncto talentum. Hoc eſt, perſona comica.*

An cu-

An cuſtos, famulusq; Dei Silenus Alumni] Hoc eſt, perſona Satyrica, & hoc quod attinet ad inuentionem. Alia enim Dauus, & Pythias loquetur ex ſua natura, & conditione: alia Satyri pari ratione, ut ipſe Silenus. Dauus'ne loquatur, an audax Pythias] Hoc eſt, infimæ perſonæ, ut ſerui, & ancillæ. Audax Pythias emuncto lucrata Simone talentum] Vt fictam apud Lucilium attestatur Acron: hoc eſt, aſtutè fallentem dominum, ab eoq; talentum per uim quaſi accipientem. Emuncto] Quòd quaſi talentum ab eo per uim extorſiſſet. An cuſtos, famulusq; Dei Silenus Alumni] Ponit hoc in loco Silenum pro Satyrorum actione. Satyrus enim erat Silenus: & ab eo paposileni Satyri dicti ſunt: Satyrum etiam uidetur Virgilius Silenum ſignificare uoluiſſe: cum faunis eum admiſcet, cùm ait:

» Tũ uerò in numerũ, Sileni (ſcilicet) Faunoſq;, ferasq; uideres
» Ludere ——

Ex noto fictum carmen ſequar] Cùm modo per negationem, in quo differat Satyrica inuentio, à tragica, atq; comica explicauerit: nunc per affirmationem oſtendit cuiuſmodi in Satyris eligere debeamus; ait autem, ut in cæteris poëmatis, ſic in Satyris mediocrem eſſe eligendam, & de medio ſumptam, ut cùm facilis prima, ut aiũt, fronte eſſe uideatur, quiuis ſperet eandem, ſed ſudet multum, fruſtraq; laboret eandem auſus. Ex noto] Ex rebus notis, & de medio ſumptis. Res autem, notas, & de medio ſumptas eas intelligit, quæ in commune, quotidianoq; uſu poſitæ omnibus patent, quas ſupra publicam materiem appellauerat. Fictum carmen ex noto] Alludit ad Poëſeos conſtitutionem, quæ nihil aliud eſt, quàm fictio: uerisimilis tamen. Sequar igitur, inquit Horatius, carmen fictum: hoc eſt, narrationem fictam ex noto ex rebus notis. Vt ſibi quiuis ſperet idem] Quis enim non ſperet ſe, ut omittam reliqua, querimoniam illi Virgilianæ, qua à matre defunctus Eurialus deploratur. Hunc ego te Euriale aſpicio, parem poſſe componere? cùm ex rebus notiſsimis conſtet tantummodo, & poſitis in uſu communi, & quotidiano? Quis Ciceronis naturalem illam, ac fluentem orationis uenam aſſecuturum diffidat prima fronte? cum in ea nihil non commune, nihil ſtudioſè affectatum reperiatur? Quem rurſus Martialis, & Apuleius non deterreant, nubes, & inania captantes, & ſubtilitates quaſdam affectãtes ſcabroſo illo genere orationis? Plurimos tamen Martiales, plurimos Apuleios, unum Virgilium, unũ Ciceronem reperiemus. Vnde autem hoc, quàm ex rei difficultate prouenire exiſtimandum eſt? Quam ob rem huiuſmodi mediocris ratio inuentionis imitabilis illa quidem uidetur eſſe exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus, etſi in ea diutiſsime, ac ſummo ſtudio laborârint, & deſudârint. Sudet multum, fruſtraq; laboret auſus idem] Hoc Auſonio contigiſſe nemini dubium eſſe arbitror. Cùm enim falſa ſpe rei aſſequendæ deceptus imitandam ſuſcepiſſet Horatij Oden, quæ incidit:

» O' crudelis adhuc, & Veneris muneribus potens,

Illo epigrammate:

» Dicebam tibi, Galla, ſeneſcimus, effugit ætas:

Quàm parum aſſecutus ſit, quod ſperabat, aliorum ſit iudicium. Quis enim non uidet, quàm ſordidè Auſonius, quanto uerò cum ſplendore, quanta cum dignitate, etſi in re turpiori, agat Horatius? ille enim, Galla, unico, & nudo uocabulo: hic, O' crudelis adhuc, & Veneris muneribus potens: ille, ſeneſcimus, effugit ætas: hic per triplicem circumſcriptionem primum, inſperata tuæ cum ueniet plumæ ſuperbiæ: tum, & quæ nunc humeris inuolitant, deciderint comæ: ultimò, nunc & qui color eſt puniceæ flore prior roſæ mutatus Ligurinum in faciem uerterit hiſpidam: Auſonius, Nunc piget, & quereris, quòd non aut iſta uoluntas tunc fuit, aut non eſt nunc ea forma tibi: Horatius ſummo cum ſplendore, & uenuſtate:

» Dices, heu, quoties te in ſpeculo uideris alterum.

Quæ mens eſt hodie, cur eadem non puero fuit? aut cur his animis incolumes non redeunt genæ? Vnde autem tantùm differre inter ſe unum ab altero in eadem re putandum eſt, quàm ornamentis, ſplendoreq; orationis? quo alter penitus caret, alter abundat cumulatiſsimè: alter quibus modis tantummodò culpam deuitet quærens, alter quibus ſummam laudem mereatur. Iure igitur Horatius, ex noto fictum carmen ſequar, ut ſibi quiuis ſperet idem, ſudet multũ, fruſtraq; laboret auſus idẽ: tantùm ſeries iuncturaq; pollet. Sudet multũ fruſtraq; laboret auſus idem] Plurimi etenim Virgilium, plurimi Ciceronem, plurimi Horatium imitantur, pauci uerò Horatium, paucisſimi Ciceronem, nemo Virgilium adæquauit: in hac autem parte omiſit aduerſatiuam particulam, ſed, grauitatis cauſa, cùm debuerit dicere, ut ſibi quiuis ſperet idem, ſed ſudet multum, fruſtraq; laboret auſus idem. Eodem modò præſtantiſsimè Afranius in his quatuor carminibus à Nonio recitatis:

» Si poſſent iuuenes delinimentis capi:
» Omnes haberent amatores anus.
» Aetas, corpus tenerum, & morigeratio,
» Hæc ſunt uenena formoſarum mulierum.

Vbi omiſſa particula aduerſatiua, ſed, ſubintelligitur: ac ſi dixiſſet, ſed ætas, corpus tenerum, & morigeratio, uerum omittens aduerſatiuam grauiorem, & uenuſtiorem reddidit orationem. Fruſtraq; laboret auſus idẽ] Quaſi dicat, quod minimè fieri poſſe uideatur, ut in Odis dixit de Pyndaro:

» Pyndarum quiſquis ſtudet æmulari
» Iule: ceratis ope Dædalæa
» Nititur pennis, uitreo daturus
» Nomina ponto.

Auſus idem] Magis per hoc uerbum rei magnitudinem, & difficultatem expreſſit, quaſi dicat rem maximè arduam & quam, qui conantur audaciores æſtimandi ſunt. Vtitur enim perſæpe hoc uerbo in demonſtranda rei magnitudine, & difficultate ut ſuprà:

» Si quid inexpertum ſcenæ committis, & audes
» Perſonam formare nouam.

Tantũ ſeries, iuncturaq; pollet] Huiuſce rei cauſam, quæ in imitabilem rem facit, non inuentionem, ſed diſpoſitionem, & elocutionem eſſe ait, quæ tantũ inuentioni, rebusq; de medio ſumptis ſplendorem attribuat. Series] Diſpoſitio ipſa, quæ rerum cumulum in ordinem digerit, diſtinguit, ac ſimul deuincit, ſine qua: quemadmodum nec fuſis omnibus membris ſtatua eſt, niſi ordine collocetur, ſic oratio tumultuetur, ac ſine rectore fluitet neceſſe eſt, neq; ſibi cohæreat. Iuncturaq; pollet] Id eſt, elocutio, quæ animorum ſenſa mente concepta depromit, ac profert, ſine qua inania ſunt, quæ ad inuentionem, diſpoſitionemq; comparata ſunt, ac non multum gladio recondito, atq; intra uaginam cohærenti diſsimilia. Poſuit autẽ iuncturam: hoc eſt, decentem ſtructuram uerborum, & connexionẽ pro elocutione, tanquam potiſsimam illius partem. hæc enim uerba extrema cum conſequentib. primis ita iungens, ut ne'ue aſperè concurrant, ne'ue uaſtius diducantur, efficit iunctam orationem, cohærentem, æquabiliter fluentem: qua in re omnis ſplendor, & uirtus orationis poſita eſt. Nam quemadmodum ſtatuarij, qui partes ſeparatim optimè expreſſas malè coniungunt, uituperantur: ita etiã uerba, etſi unumquodq; ſplendidum, ac illuſtre ſit, niſi ita collocetur, ut non aſperè concurrat, minimè laudatur. Hæc uerò omnia etſi Horatius de mediocritate in Satyrorum ſermonibus adhibenda dicit, pertinent tamen & ad reliquorum poëmatum rationem. Tantum de medio ſumptis accedit honoris] Repetitio eſt, id eſt, tantus honos adiungitur mediocri inuentioni, & de medio ſumptæ, & omnibus communi ex diſpoſitione, & elocutione. Syluis deducti caueant me iudice Fauni] Cum ſuprà demõſtrauerit, qua in re differant à Tragœdia, & Comœdia Satyrorum ſermones, tanquam in medio utriuſq; poſiti, & quod attinet ad uerba, & quod attinet ad res, hoc in loco breuiſsimè de decoro in ipſorum ſermonibus ſeruando eorum conditionis, auditorum, rerumq; ipſarum habita ratione per negationem pertractat: oſtendens à quibus rebus eos continere omninò conueniat, ait autem huiuſmodi ipſis ſermones accommodandos, ne urbanitatem, laſciuiamq; ſapere uideantur, ita tamen, ut minimè hoc uitantes in obſcœnitatem poſtea concidant, relicta penitus mediocritate, cùm enim ſyluestres perſonæ Satyrorũ, & Faunorum ſint, non ſine honeſtiſsimorum hominum offenſione molliora quædam illis attribuentur, quibus non ſyluis deducti, ſed penè forenſes homines, ac uelut innati triuijs uti poſſent: ſyluis autem deducti, & innati triuijs, ac penè forenſes: antitheta ſunt.

Ac penè forenſes] Plus eſt quàm quod dixerat, innati triuijs. Aut nimium teneris iuuenentur uerſibus] Illud, aut, recipit nega-

tionem, ut ſit, aut ne unquam iuuenentur nimium teneris uerſibus. Teneris] Vtpote mollioribus, laſciuioribus, & qualibus iuniores uti ſolent deliciarum, lepôrumq́ uarietatibus abundantes. Vnde & huic rei uerbum iuuenitur à Græcis deſumptum, hoc eſt, νεανιεύειν, accommodauit: hoc eſt, iuuenum more ineptire. Aut immunda crepent ignominioſaq́ dicta] Contra quàm uidetur Tragœdiæ maieſtas, & ſeueritas poſtulare, in qua leuiora, & obſcœna repudiantur: uidetur autem remouere cauſam, ne iterum excludantur Satyri: ut ſuprà ex Ariſtotele declarauimus. Immunda, ignominioſaq́ dicta] Qualia uideri poſſent illius Satyræ:

,, Ambubaiarum collegia pharmacopolæ, &c.

Ignominijs, & cõuitijs plena hunc, atq; illum notantia. Crepent] Hoc eſt, per crepitum uerba emittant, ut illis proprium eſt, ſed ea, quæ crepent minimè ſint immunda, & ignominioſa: eſt autem Satyris, & Faunis hoc maximè accommodatum. Crepitum enim, uerborumq́ ſonitum Satyros edere potiùs, quàm uerba diuus Hieronymus teſtatur, & Plutarchus in Syllæ uita ait, apud Apolloniam, dum dormiret, captum Satyrum, & adductum ad L. Syllam, qui cum conaretur elicere uocem, locutum quidem illum, ſed confusè, & cum ſonitu hinnientis equi ſimul, & hirci balantis.

Offenduntur enim] Addit rationem: cur Satyros conueniat à conuitijs abſtinere, & à uerbis immundis, & obſcœnis. Vnde ait obſcœna, ignominioſáq; dicta Satyris attribui non ſine offenſione ſpectatorum. nam cùm ad audiendum honeſtiſſimi homines, nobiliſſimiq́ ex omnibus ordinibus ſcilicet plebeio, equeſtri, ac Senatorio coire apud Romanos conſueuerint, non potuiſſent non maximè offendi ex huiuſcemodi obſcœnitatibus: attingit autem tres Romanorum ordines Patritium: dum ait, quibus eſt pater, equeſtrem, dum ait: quibus eſt equus, & eam partem plebei ordinis, quæ habebat cenſum equeſtrem: dum ait, quibus eſt res, his autem uerbis omnes comprehendit, quibus liceret ex lege Othonia inter equites in gradibus quatuordecim ſpectare, hoc eſt, qui ſeſtertium quadringenta millia poſsideret. tangit etiam fæcem plebis, pauperiores ſcilicet, infimæq́ conditionis homines, qui non habebant, cenſum equeſtrem, dum ait, nec ſi quid fricti ciceris probat, & nucis emptor. Vnde in Epiſtolis:

,, Si quadringentis, ſex ſeptem millia deſunt
,, Plebis eris:——

Hoc eſt, inter equites non ſpectabis, ſed inter infimam plebem. Quibus eſt res] Ditiores intelligit, primarioſq́ plebei ordinis, qui ciuiliorem, honeſtioremq́ uitam agerent, non poſſent non offendi huiuſcemodi obſcœnitatibus: rei autem appellatio, ut aiunt iuriſconſulti, latior eſt, quàm pecuniæ. Vnde hoc in loco accipitur pro omnibus bonis, hoc eſt, corporalibus, & incorporalibus. per emptorem autem fricti ciceris, & nucis, pauperiores, infimoſq́ plebei ordinis intelligit, qui ea tantummodo probant, quæ ex obſcœnitate, & turpitudine riſum concitant, quorum iudicium ex ſententia patricij ordinis, & equeſtris, & ditiorum, honeſtiorumq́ plebei ordinis condemnat Horatius. Fricti ciceris] Paraſitus, fricti, legit quod perplacet, cum eodem modo appellet Plautus in Bacchidibus: cùm dixit, tam frictum illum reddam, quam frictum eſt cicer. Vendebatur autem cicer in theatro. Vnde Martialis.

,, Vendit qui madidum cicer corona.

Eſt autem Ordo: offenduntur, nec accipiunt æquis animis, nec donant coronâ illi, quibus eſt equus, & pater, & res, ſi quid in Satyrorum ſermonibus probat emptor fricti ciceris, & nucis: hoc eſt, infimi ex fæce plebis, pauperiores, inhoneſtioresq́.

Syllaba longa] Cum de inuentionis, diſpoſitioniſq́, ac elocutionis præcipuis partibus, quæ ad Comœdiam, & Tragœdiam uidebantur pertinere copioſiſſimè ſuprà præceperit, recto ordine hoc in loco de ultima elocutionis comicæ, & tragicæ parte: de carminum ſcilicet ratione pertractat, cum uerò Iambico carmine ſcribi ſolitas ſuprà dixerit

,, Archilochum proprio rabies armauit Iambo:
,, Hunc ſocci cepere pedem, grandeſq́ cothurni
,, Alternis aptum ſermonibus, & populares
,, Vincentem ſtrepitus, & natum rebus agendis.

De huius carminis compoſitione, & menſura hoc in loco ipſe Horatius loquitur: ait autem ex prima ſyllaba breui, & ſecunda longa Iambum pedem conſtare, ſenarium à ſenis ictibus appellatum, ſed propter pedum celeritatem trimetrum poſtea dictum, cùm duo pedes propter breuitatem ſyllabarum unius tantummodò quaſi menſuram pronunciando continerent, ac deinde Iambis admiſſos ſpondeos, qui eorum celeritatem ſua grauitate, tarditateq́ propter ſyllabas longas tẽperarent: ita tamẽ ut ſecundo ſemper loco, & quarto Iambi adhiberentur, qui ſpondeorum exciperent tarditatem uel primo, uel tertio loco, uel quinto etiam poſitorum. Pes citus] Vnde celeres in Odis appellat Iambos: dum ibi ait

,, Me quoque pectoris,
,, Tentauit in dulci iuuenta
,, Feruor, & in celeres Iambos
,, Miſit furentem.

De huiuſce pedis celeritate præter Horatium hoc in loco author eſt Auſonius, cum ſagittis Parthorum uelociorem appellet. Vnde etiam trimetris accreſcere iuſſit nomen Iambeis, cum ſenos redderet ictus] Ex Etymologia cognominis impoſiti affert coniecturam celeritatis. cùm enim ſex pedibus Iambicus uerſus conſtaret, quia tamen ob nimiam celeritatem ſcanſio binos copularit, nomen trimetri ſortitus eſt. Eadem ratione in 1. Sermonum de Pollione ter percuſſum pedem appellat Iambicum, quo ille Tragœdias conſcribebat, cùm ait:

,, Pollio regum
,, Facta canit pede ter percuſſo.

Primus ad extremũ ſimilis ſibi] Hoc eſt, ex ſolis Iambis: ut illud

,, Beatus ille, qui procul negocijs:

Ad differentiã poſteriorũ, qui Iambis admiſerunt ſpondeos, quorũ tarditate, grauitateq́ Iamborum celeritatem moderarentur. Non ita pridem] Non multò nec antè Iambus pes citus, commodus, & patiens accepit ſocialiter ſpondeos ſtabiles in iura paterna, ut ipſe ueniret ad aures audientium paulò tardior, & paulò grauior, quàm ſolebat antea: cùm ex ſolis Iambis conficiebatur: dico accepit commodus, & patiens ſocialiter in iura paterna ſpondeos ſtabiles: non tamen ut ipſe Iambus de ſede ſecunda, aut quarta diſcederet: ſed eas tanquã proprias ſedes ſemper ſibi ſeruaret, ut in eo carmine ſeruauit Horatius in lib. Epodon:

,, At ô deorum quiſquis in cœlo regis.

Vbi non niſi in tertio, & quinto loco ſpondeos admiſit. Tardior] Propter ſpondeos. Vnde etiam ſtabiles appellat. cum enim ex duabus ſyllabis longis conſtent, nemini dubium eſt omnium pedum eſſe tardiſſimos, cùm cæteri breuem aliquam admittant. Grauior] Si tardior ergo & grauior. Ex tarditate enim naſcitur & grauitas. Quare ex percuſſionis mora ſonum fieri grauiorem Phyſicorũ eſt ſententia. Vnde & M. Tullius in ſomnio Scipionis, ſummum illum ſtelliferi cœli curſum, cuius conuerſio concitatior eſt acuto, dicit, & excitato moueri ſono, grauiſſimo aũt lunarẽ: propter motus tarditatem. Spondeos ſtabiles] Stabiles appellat ſpõdeos ad Iãborũ differentiã, q celerrimi ſunt, ut ſuprà diximus, uel certè ex ſua tarditate, & proprietate ſtabiles, uel certo loco ſtantes, ut in tertio, et quinto tantũmodo, neq; huc, atq; illuc uagãtes. In iura paterna] In paternas, & proprias poſſeſſiones. hoc uerò, & quæ dicuntur per trãſlationẽ, & denominationẽ dicta ſunt. Cõmodus] Quod ſpondeis accõmodauerit paternas, & proprias ſedes. unde eodem modo accõmodare aliquam rem dicimus. quia uerò qui alteri rem propriam accommodat libenter, benigneq́ liberalis exiſtimatur. ideo cõmodus, & pro liberali accipitur: ut in Odis.

,, Donarem pateras, grataq́ commodus,
,, Cenſorine, meis æra ſodalibus.

Et patiens] Cum ſpondeos in ſua iura uocauerit, uenienteſq́ admiſerit, patienterq́ id animo tulerit. Præbet autem ſenſum rei manimatæ. Non ut de ſede ſecunda cederet, aut quarta] Excipit quibus in locis Iambus minimè ſpondeos admiſerit: ſcilicet ſecundo, & quarto, cùm ſibi Iambi tanquam proprias ſedes ſeruauerint, in quibus ipſi firmiter permanentes ſpondeorum tarditatem exciperent, & temperarent. Socialiter] Ad illud in iura paterna recepit referendum eſt: ut ſit in iura paterna, recepit ſocialiter ſpondeos ſtabiles, id eſt, optimi, & liberalis ſocij officio functus: ſiue

ſocialis

ſocialiter, quia primum locum ſpondeis, ſecundum ſibi, tertiũ ſpondeis, quartum ſibi, quintum, & ſextum, & ſibi, & ſpondeis æquali portione partitus eſt. Hic & in Acci nobilibus trimetris apparet rarus, & Enni] *Pes ſcilicet & uerſus Iambus. nobilibus autem per ironiam dictum eſt, quaſi dicat, nobilibus, ut exiſtimant imperiti: perfectiores enim Tragœdiæ, uel Comœdiæ ſunt, quæ ex Iambis compactæ ſunt: ut Græcorum, non autem in quibus hoc genus carminis rarò uel nunquam adhibitum eſt: ut in Ennij & Accij Tragœdijs, & Comœdijs. Atq; ideò eorum metra minimè nobiliora exiſtimanda ſunt: ut ſit, ab imperitis, ſed ignobiliora, quòd uerò per ironiam hoc dixerit ex eo carmine, quod ſequitur.*

» *Et data Romanis uenia eſt indigna poëtis:*

Et ex ſecundo epiſtol. deprehenditur, ubi his uerſibus ſui temporis homines uituperat, qui ſummos Ennium, Cecilium, Accium, Terentiumq; exiſtimabant:

» *Ennius, & ſapiens, & fortis, & alter Homerus,*
» *Vt critici dicunt, leuiter curare uidetur:*
» *Quò promiſſa cadant, & ſomnia Pythagorea.*
Et paulò pòſt
» *—— Aufert*
» *Pacuuius docti famam ſenis, Accius alti,*
» *Dicitur Afram toga conueniſſe Menandro:*
» *Plautus exemplar Siculi properare Epicharmi:*
» *Vincere Cecilius grauitate: Terentius arte.*
» *Hos ediſcit, & hos arcto ſtipata theatro*
» *Spectat Roma potens: habet hos, numeratq; poëtas:*

Quæ ipſa quoq; ironia eſt: quaſi dicat in hoc iudicio populus fallitur. Apparet rarus] *Quod ignobilitatis, non aũt nobilitatis eſt. Vnde per ironiam dictũ clarius uideri poteſt: ut demonſtrauimus. Quare ſumma laude dignos exiſtimauit antiquitas Sophoclẽ, atq; Euripidem, quòd eorũ Tragœdias ex Iambis confecerint, tanquam proprio metro eius ſcriptionis: id eſt, alternis ſermonibus maximè accõmodato.* In ſcœnam miſſos magno cum pondere uerſus] *Occurrit obiectioni, quæ à nonnullis fieri potuiſſet, in Accij, & in Ennij poëmatis reperiri multos uerſus grauiſſimos, & conſonantiſſimos, atq; ideò non rectè ab Horatio per ironiã deriſos. His igitur reſpondet Horatius uerſus magno cum pondere aut Accij, aut Ennij in ſcænã miſſos ab his, qui iudicare de metrorũ ratione poſſint maximè reprehendendos, aut crimine turpi operæ nimium celeris, & carentis cura: aut crimine ignoratæ artis. Quoniã uerò omnis difficultas horum carminũ in conſtructione ordinanda poſita eſt: ita à nobis diſponentur: ut facillimè omnia intelligãtur. Ordo igitur eſt: Iudex, hoc eſt, homines iudicioſi: premit, deprimunt, uerſus magno cum pondere in ſcænam miſſos: dico deprimunt turpi crimine operæ nimium celeris, id eſt, tanquam celeriter factos, & premit turpi crimine operæ carẽtis cura: id eſt, ſine cura factos, neque elimatos, aut deprimũt iſti homines iudicioſi turpi crimine ignoratæ artis: id eſt, tanquam factos ſine ullo artificio neglectis carminum componendorum præceptis: dico homines iudicioſi premunt uerſus magno cum pondere in ſcænam miſſos, dico iudicioſi, quia non quiuis alius uidet immodulata poëmata, non quiuis iudicare poteſt de modulis, carminumq; harmonia, niſi homines iudicioſi. & ideo, quia non quiuis uidet immodulata poëmata, data eſt indignè uenia Romanis poëtis.* Magno cum pondere uerſus] *Magna cũ grauitate, & tumiditate, & expectatione.* Miſſos in ſcænam, *cùm primùm in ſcænam miſſi fuerint, ut audiantur.* Aut operæ nimiũ celeris, curaq; carentis: aut ignoratæ premit artis crimine turpi iudex] *Duabus in rebus Accium, & Ennium reprehendi poſſe ait ab optimo iudice, uel quòd, ſi artem calluerint, parum tamen adhibuerint, uerſus celeriter, negligẽter, & ſine ſtudio faciẽtes, uel quod certam componendorum carminum rationem, & methodum ignorauerint.* Aut operæ nimium celeris, curaq; carentis] *Hoc eſt, celeriter, negligenter, ſine limæ labore, & mora factos: quod maximum uitium eſt. Vnde paulò pòſt moram, laborem, & diligentiam præcipit adhibendam*

» *Vos ô Pompilius ſanguis carmen reprehendite, quod non*
» *Multa dies, & multa litura coërcuit, atq;*
» *Perfectum decies non caſtigauit ad unguem.*

Aut ignoratæ artis] *Ignoratæ rationis, & methodi carminũ componendorũ, quod turpiſſimũ eſt. Quare ſuprà à numero poëtarum excluſit, qui artem uel nequiuerint exequi, uel ignorauerint, et infrà eos deridet, qui ad carminum compoſitionem nihil arte opus eſſe dicebant, quos illa inductione conuincit:*

» *Ludere qui neſcit campeſtribus abſtinet armis,*

Et quæ ſequuntur. Non quiuis uidet immodulata] *Quia dicit, iudex, poterat aliquis ſe obijcere, cũ penè ratio carminum popularis facultas eſſe uideatur, ut dixit in epiſtolis, plerumq; rectùm uulgus uidet. non ne quiuis de his poteſt iudicare? per præoccupationẽ huic reſpondens declarat, cur iudicem dixerit. inquit igitur Horatius, dixi,* iudicem uerſus magno cũ pondere miſſos in ſcænam *aut negligentiæ, aut ignorantiæ crimine reprehendere, quia non quiuis uidet immodulata poëmata. Quare ita peruertit Griſolus ordinem in hac re, ut non ſolùm minimè Horatij ſententiam intelligas, ſed neq; quid uelit ille Horatium dicere ſatis percipias.* Immodulata] *Sine modulo, rithmo: tam uerò ad aurium, quàm ad mentis diſſonantiam immodulata dixit poëmata, quæ carent ſcilicet & rebus, & numero, et, ut uno uerbo dicam, proportione, in qua præcipua perfecta carminũ, harmoniaq; ratio poſita eſt. hoc autẽ per parentheſim dictum eſt, ex qua & illud conſequitur, & data Romanis uenia eſt indigna poëtis.* Iudex] *Poſuit ſubſtantiuum pro adiectiuo, ſcilicet, uir iudicioſus: ut fuit Quintilius, de quo infrà.* Et data Romanis uenia eſt indigna poëtis] *Hoc pendet ex parentheſi ſuperiori. Nã quia non quiuis uidet immodulata poëmata, ideo, data eſt uenia indigna poëtis Romanis, ſcilicet Accio, Ennio, Plauto, & reliquis: ſi autem quiſq; iudicare de poëmatũ ratione potuiſſet, non uſq; ueniam dediſſet Romanorum poëtarum ineptijs, ſed eorum carmina modò ut dura, modò ut inornata, modò ut ambigua, modò ut ambitioſa, modò ut obſcura, modò ut ſine artificio celeriter, & negligenter compacta reprehendiſſet, illosq; nomine poëtarum ut indignos priuaſſet.* Idcirco ne uager?] *Idcirco, inquit Horatius, quòd à pauciſſimis errata deprehenduntur, atque etiam erratis aliquando uenia conceditur, ego tutus, & cautus intra ſpem ueniæ, uager' ne errabundus ſine regula, ſine arte? quæ rectam præbet uiam, & rationem: ſcribamq; licenter? an putem omnes iudicio ualere, facileq; animaduerſuros meorum poëmatum peccata. quaſi dicat, ego non debeo uagari, neque licenter ſcribere, ſed debeo uitans culpam exiſtimare omnes eſſe iudicio præditos, ac ſequi artem tanquã ducem, ac gubernatricem, normamq;, & rationẽ rectè ſcribendi. Idcirco quia non quiuis uidet immodulata poëmata, & quia data Romanis uenia eſt indigna poëtis, uager ne? hoc eſt, errem ſine regula, ſine arte, quæ eſt certa uia, & ratio, ſcribendiq; dux, & magiſtra.* Scribamq; licenter] *Cum licentia, ſperans mihi ueniã dari, ut data eſt reliquis poëtis Romanis. hoc enim licenter ad illud referendum eſt, et data Romanis uenia eſt indigna poëtis. interpretatur autem, quod trãslatiuè, & ſubobſcurè ipſemet dixerat, idcirco ne uager? Tutus, & intra ſpem ueniæ cautus Hoc ad præcedentia, non autem ad ſequentia referẽdum eſt, ut ſit:* ego tutus, & cautus intra ſpem ueniæ uager' ne, ſcribamq; licenter? *an putem omnes uiſuros peccata mea. non ut putat Griſolus: ego tutus, & intra ſpem ueniæ cautus uitaui culpam, non laudem merui: illud autem, tutus, referens ſingula ſingulis, refert ad illud, non quiuis uidet immodulata poëmata, intra ſpem ueniæ cautus, ad illud, & data* Romanis uenia eſt indigna poëtis, *hoc modo: tutus, quia non quiuis uidet immodulata poëmata: cautiùs intra ſpem ueniæ: quia & data Romanis uenia eſt indigna poëtis.*

Intra ſpem ueniæ cautus] *Hoc eſt, non extra ſpem ueniæ impetrandæ apud eos, qui ex propria ignorantia cæteris quoque poëtis ueniam dederunt: eſt autem pulcherrima elocutio eſſe intra ſpem ueniæ: pro ueniam ſperare, de qua loquendi ratione plura Aulus Gellius libro 12. capite 13. Vnde etiam econtrariò dicimus, eſſe extra ſpem, pro nullam ſpem habere.* Cautus intra ſpem ueniæ] *Id eſt, prudens, & facilè ſperans, quia data eſt ſuperioribus uenia, mihi quoque datum iri.* Vitaui denique culpam, nõ laudem merui] *Si exiſtimauero omnes peccata mea uiſuros, & ſi poſtea artis præcepta, optimorumq; poëtarũ authoritatem ſecutus fuero, quid tum? culpam tantũmodo uitabo, inquit, quod non magnũ eſt teſte*

Cicerone nõ tamen, quia uitaui culpam, promerui laudem: ad demerendã autem laudem non ſatis eſt culpam uitare in poëmate, ſed in eo figuras, ornamẽtaq́ orationis adhibere neceſſe eſt. quæ in re præcipua poëtarũ laus, & cõmendatio ſita eſt, ad hoc autem conſequendum nos ad Græcorũ fontes remittit Horatius, ex quibus illuſtria quæq́ hauriamus. Vos exemplaria Græca] Concludit præceptum de laude promerenda. inquit enim, quia poëtæ Romani carẽt ijs ornamentis, quibus laudem comparemus ab illis omninò cauendum eſt, & ad poëtarum Græcorum exemplaria confugiendum, in quibus omnia, tanquã in illuſtri poſita monumento, perſpiciamus, quibus non culpam ſolùm uitemus, ſed etiam laudẽ promereamur. Exemplaria Græca] Hoc eſt, non Ennium, non Accium, quos, ut ineptos, iam irriſit per ironiam, ſed exemplaria Græca appellat aũt Græcorum libros exẽplaria, quòd cum perfectiſſima ſint, & quaſi ideæ, & formæ præclariſſimorũ poëmatum, ab ijs exempla commodiſſimè ſumi poſſint. Vos] Quaſi dicat, quærãt alij Latinos, eos laudent, eos admirentur: Vos exẽplaria Græca, ô Piſones, nocturna uerſate manu, uerſate diurna. At noſtri proaui Plautinos & numeros, & laudauère ſales] Occurrens obiectioni, quæ fieri potuiſſet, ueteres Romanos Plauti laudatores reprehẽdit, quòd immeritò & ſalſum, & urbanum, & lepidum, & numeroſum exiſtimauerint: cum nihil putet in eius ſcriptis urbanum, nihil numeroſum ex ſuo, Piſonumq́ iudicio reperiri poſſe. At noſtri proaui] Hoc eſt, ignari rationis poëticæ. Numeros] Quod attinet ad eam elocutionis poëticæ partem, quæ in rithmo, & menſura carminũ poſita eſt. Sales] Quod attinet ad inuentionis lepôrem, quæ in Comœdijs maximè requiritur. Mirati] Plus eſt, quàm laudauère: hoc eſt, cũ admiratione laudauère. hoc aũt uerbo magis eorum iudiciũ irridet. Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto] Quod attinet ad ſales. Legitimumq́ ſonum digitis callemus, & aure] Quod attinet ad numeros. inurbanum autem id uidetur Horatius appellare, quod Cicero ſcurrilem iocum appellat: ubi in ſecundo de Oratore de ridiculis agit præcipiens non modò nequid inſulsè, ſed etiam, nequid perridiculè dicamus. Vitandum eſt enim, inquit, oratori utrunq;, ne aut ſcurrilis iocus ſit, aut mimicus: ſcurrilem igitur Horatius Plautum uidetur ſignificaſſe. Legitimũ ſonum] Carminum legi conuenientem. econtrariò de Pindaro:

» Numeriſq́ fertur: Lege ſolutis.

Digitis] Quia, ut ait Quintil. pedum, & digitorũ ictu interualla ſignamus quibuſdã notis, atq; æſtimamus quot breues illud ſpatiũ, & quot longas habeat. Et aure] Iudicio auriũ, quæ plerũq;, quod ſuaſerint, ut ait M. Tul. id rectiſſimũ eſſe ſolet. Ignotum Tragicæ] Cùm de rebus penè omnibus, quæ ad Tragœdiæ, & Comœdiæ rationem ſpectare uidebãtur, ſupra iam copioſè tractauerit, de earundẽ origine pauca quædam adiungit ſuperioribus, ut primũ ſcilicet inuentæ, ut poſtea auctæ fuerint. ait aũt Theſpim Atticũ Tragœdiæ inuẽtorem fuiſſe: perunctos primum fæcibus tragœdiarum actores inſtituiſſe: ſine ſcæna, ſine pulpito in plauſtris per Græciæ ciuitates aduexiſſe, Aeſchylum inde perſonas, & ueſtimenta reperiſſe, pulpita inſtrauiſſe, grauitatemq́ in dicendo, & uim attuliſſe: his ueterem Comœdiã ſucceſſiſſe, in qua non ſine maxima laude chori adhibiti ſceleratos quoſq; nominatim reprehenderent, eorumq́ uitia notarent: Hos poſtea uertẽte ſe in uitium maledicendi libertate ex lege ſublatos turpiter obticuiſſe. Ignotum genus tragicæ Camœnæ] Id eſt, Tragœdiam ipſam ante Theſpim illius authorem incognitam. Cum enim ex Horatij ſententia eam primũ Theſpis adinuenerit, ante eum ignotam fuiſſe nemini dubium eſt, quod autem Theſpis Tragœdiæ author fuerit, præter Horatium author eſt Plutarchus, etſi aliter ſentire uidentur Ariſtoteles in lib. de Arte Poëtica. Et plauſtris uexiſſe poemata Theſpis] Plauſtris enim aduehebat actores, & quæ ad actionem neceſſaria uidebantur per Græciæ ciuitates modò in hanc, modò in illam. poëmata uerò non ſolum Tragœdias conſcriptas intelligit, ſed quæ ad actionem ſpectabant, atq; ideo ſubiungit, quæ canerent, agerentq́ pro quæ agentes, & referentes canerent. Canerent] Nonnulli ad choros, in quibus canebãt hiſtriones: ego ad omnes Tragœdiæ partes refero, ubi enim metrica ratio eſt, ibi eſſe & cantum neceſſe eſt. Vnde ſicut oratoribus dicere, ita etiam poëtis canere proprium eſt, neq; enim poteſt aliquis carmina recitare, & referre, quin ſimul canere uideatur, cum uerſibus inſit natura cantus. Dixit autem Horatius, canere, quod attinet ad uerba, agere, quod attinet ad ueſtimenta, & motum uocis, & corporis. Peruncti fæcibus ora] Primum enim, ut refert Suidas, ceruſa faciem Theſpis intinxit, tum portulacha obtexit, poſtremò induxit uſum perſonarum, quas ex panno lineo ſolo confecit. Perſonæ honeſtæ] Nã & Theſpis prior perſonas adhibuit ex lineo panno, ſed non honeſtas, atq; ideò ad Theſpidis differentiam inuentorem perſonæ honeſtæ Aeſchylum dicit, hoc eſt, honoratæ. Pallæq́] Præter perſonas, ueſtimenta etiam honeſtiora, quàm fuiſſent Theſpidis, adinueniſſe Aeſchylum, ait Horat. Et modicis inſtrauit pulpita tignis] Non dicit ſcænam Theſpim inueniſſe, ſed modicis tignis pulpita inſtrauiſſe, in quibus Tragœdiæ agerentur ad Sophoclis differentiam, qui ſcænæ perfectam compoſitionem adinuenit: ut author eſt Ariſtoteles, atq; ideò ad Sophoclis differẽtiam, qui ſcænam, quaſi ab Aeſchylo communstratam ad perfectionem perduxit, Aeſchylum modicis admodum tignis pulpita inſtrauiſſe ait. Et docuit magnumq́ loqui] Hoc eſt, magnificè loqui, adiectiuum pro aduerbio more Græcorum, & hoc quod attinet ad ſermonis grauitatem, & maieſtatem, quæ antea deſiderabatur, qua de re ita Quintilianus. Tragœdias primus in lucem protulit Aeſchylus ſublimis, & grauis, & grãdiloquus ſæpe uſq; ad uitium, quamuis autẽ Sophocles, & Euripides longè clarius illuſtrauerint hanc rem, Aeſchylus tamen prior poſterioribus præbuit modum illuſtrandæ orationis, atq; ideò grauitatẽ ſermonis eum primum docuiſſe ait Horat. Niti q́ cothurno] Quod attinet ad perſonarũ inductarum grauitatem. Cùm enim cothurnus regij calceamenti ſit genus, poſuit pro perſonis grauioribus, quales Tragœdia ipſa requirit, cùm ſit actionis illuſtris imitatio: ut iam nõ ſemel ex Ariſtotele demonſtrauimus: ut ſignificaret primũ Aeſchylum perſonas illuſtres, & heroicas in Tragœdijs induxiſſe, cũ antea ſine ullo diſcrimine adhiberentur. Succeſsit uetus his Comœdia] Etſi Tragœdiæ origo atque Comœdiæ par, atque una fuerit, ut tradidit Ariſtoteles, quia tamen de ueteri Comœdia loquitur, quæ multò pòſt Tragœdiam fuit, rectè dicit Tragœdiæ à Theſpide inuentæ, ab Aeſchyloq́ auctæ ueterem Comœdiam ſucceſſiſſe: hoc autem clariſſimè ex Ariſtotelis uerbis conijcitur. nam cùm conſtet in ueteri Comœdia chorum fuiſſe, cum Ariſtoteles à magiſtratibus Comœdorum chorum ſerò datum author ſit: nemini dubium eſt multò pòſt Tragœdiam fuiſſe Comœdiam ueterem. Vetus Comœdia] Ad nouæ differentiam, in qua chori deſiderabantur. Eandem in ſermonibus priſcam appellat, cùm ait

» Eupolis, & Cratinus, Ariſtophaneſq; poëtæ.
» Atq; alij, quorum Comœdia priſca uirorum eſt:
» Si quis erat dignus deſcribi quod malus, aut fur:
» Quòd mœchus foret, aut ſicarius, aut alioquin
» Famoſus multa cum libertate notabant.

Non ſine multa laude] Neque enim primum quenquam nominatim priuatis de cauſis notabant, niſi dignus uideretur: ut ex eodem Horatio in Sermonibus modò demõſtrauimus, atque ideò non parum laudis promerebantur illi Comœdiæ ueteris ſcriptores, qui nos ſceleratorum hominum reprehenſione, & exemplo à uitijs deterrerent, & coercerent. Sed in uitium libertas excidit] Quòd data libertate abutentes uiris optimis pro cuiuſq; libidine cœperint maledicere: ut Socrati Ariſtophanes. Vnde etiam ex hac ueteris Comœdiæ conſuetudine, κωμῳδεῖν, pro conuiciari idem Ariſtophanes uſurpauit.

Et uim] Quia libertate abutebantur Comœdiæ ueteris ſcriptores. quod enim fit præter leges, id per uim fieri dicitur, à ueteris Comœdiæ ſcriptoribus boni præter leges notari cœperunt, cum illæ ſceleſtos notari permitterent, tacitè uetarent bonos. Ergo per uim ſi per uim, ergo dignam lege regi, qua frenum maledictis imponeretur. Lex eſt accepta] Lata autem lex hæc fuit ab Alcibiade, qua factũ eſt, ut hæc mordax proteruitas extincta ſit: ut author eſt Plut. Chorusq́ turpiter obticuit ſublato iure nocendi] Per legem latam ſublata nocendi poteſtate. Turpiter] Quia lex, declarata ueteris Comœdiæ ſcriptorũ improbitate, eos à maledicẽdi licẽtia deterruit, ſicuti enim antea ſumma cũ laude uetus Comœdia

maledicentia accepta eſt: ita poſtea ſumma eſt cum turpitudine uetantibus etiam legibus repudiata, quia probis hominibus: quia ſapientibus, quia integris maledixerit: antitheta autem ſunt, ſucceſſit non ſine multa laude, & turpiter obticuit. Sublato iure nocendi] *Per legem poteſtate maledicendi, & libertate ſublata. Quare Comœdiæ poſtea conſcriptæ ad huiuſce ueteris differentiam ſublato ex lege choro, nouæ appellatæ ſunt.* Nil] *Hactenus de Græcarum fabularum, nunc de earum origine, quarum Latini ipſi authores fuere, ut prætextatarum, & togatarũ pertractat. Quare quemadmodum Latinorum ingenium ab inuentione commendat, ita eorum negligentiam, ignauiamq́; reprehendit, admonens per multum eſſe adhibendum in compoſitionibus ſtudijs, & temporis, ne operum editiones imperfectæ præcipitentur.* Nil intentatum] *Atque ideo auſi. qui enim difficultatem rei uidendent, tentant tamen difficilia, audaciores æſtimandi ſunt, ſed audendum eſt, cùm in re difficili ſumma gloria propoſita ſit.* Nec minimum meruêre decus] *Neque enim ſatis nil intentatum relinquere, ſi in eo, quod tentaueris, nullam laudem conſecutus fueris.* Nec minimum meruere decus] *Etſi duæ negationes affirmant, non tamen ita affirmant, ut nihil penitùs interſit, ſi doctum aliquem dicas, & ſi non indoctum. Medium enim locum tenet huiuſmodi forma dicendi inter negationem, & affirmationem. nam etſi cùm non indoctum dicis, doctum ſignificas, non tamen eam habet uim, ac ſi affirmatiuè doctum diceres. nam cùm non indoctum dicimus, non perfectè doctũ, ſed mediocriter doctum intelligimus, quam loquendi formam Plato in Sophiſta ſeruari docet, cùm ait. Quoties non ens dicimus, ut uidemur, nequaquam entis contrarium dicimus, ſed alterum quiddam ſolummodo: cùm non magnum dicimus, non magis paruũ quàm æquale eo uocabulo ſignificamus. Quare Horatius hac ratione nõ dixit Latinos ſummum meruiſſe decus, quia negligentes fuerint, etſi ingenio perſpicaci, ſed non minimum.* Veſtigia Græca auſi deſerere] *Vtpote qui non ſemper palliatas Athenienſium more, ſed qui togatas, & prætextatas Latinis, & domeſticis fabularum argumentis fecêre: dixit autem auſos propter difficultatem rei antea inexpertæ, ut ſuprà.*

,, *Vt ſibi quiuis*
,, *Speret idem, ſudet multum, fruſtráq; laboret*
,, *Auſus idem.—* *Et ſuperiùs:*
,, *Siquid inexpertum ſcenæ committis, & audes*
,, *Perſonam formare nouam.*

Et celebrare domeſtica facta] *Latina ſcilicet, non Græca fabularum argumenta: ut fecit Seneca in Octauia.* Vel qui prætextas, uel qui docuêre togatas] *Id eſt, qui fabulas Latino more, perſonis, & habitu induxêre: inter togam uerò, & prætextam hoc intereſt, quòd toga commune omnium Romanorum ueſtimentum eſſet: prætexta nobilium tantummodo, ita dicta, quòd ei purpura prætexebatur: per hæc autem duo ueſtium genera comprehendit etiam duo fabularum genera: alterum in quo communis fortunæ homines inducti ſunt: alterum in quo clariores, & præſtantiores: illud uerò, docuêre, hanc habet uim, ut ſignificet eum, qui primus inuenerit, primum etiam docuiſſe.* Nec uirtute foret] *Id eſt, fortitudine. hanc enim habet uim hoc loco uirtus, quàm apud Græcos ἀνδρεία, id eſt, uirilitas, & uiro digna uirtus. atq; ideo ſeipſum interpretans ſubiungit, claris'ue potentius armis. Virtute autem fortitudinis maximè cæteris nationibus præcelluêre Romani, ut Græci loquentia, & ſapientia. Quamobrem prudenter quidem Tullius uirtutis exempla à Romanis dixit, à Græcis doctrinæ petenda. Vnde ita excuſat Ouid. Romulũ, quòd annũ in decẽ mẽſes partitus ſit:*

,, *Scilicet arma magis, quàm ſydera Romule noras,*
,, *Curaq; finitimos uincere maior erat.*

Quàm lingua] *Eloquentia, quæ una, eademq́; erat cum ſapiẽtia, ut atteſtatur M. Tull. lib. 3. de Orat.* Latiũ] *Vtitur in hoc uerbo eo translationis genere, quod adnotauit Cicero, quando ornandi cauſa uerbum proprium proprio commutatur ut:*

,, *Aphrica terribili tremit horrida terra tumultu.*

Pro Afris, & in Orat. pro lege Manilia. Cuncta Aſia, atq; Græcia ueſtrum auxilium expectare propter periculi magnitudinem coguntur, pro Aſiaticis, & Græcis, hoc eſt, Latium pro Latinis.

Si non offenderet unumquenq; poetarum limæ labor, & mora] *Hoc eſt, emendationis, & diligentiæ. Eoſdem Latinos in epiſtolis laudat, ut ingenioſos, reprehendit ut negligentes, & nullam curã in emendandis compoſitionibus proprijs adhibentes, dum ait:*

,, *Et placuit ſibi natura ſublimis, & acer.*
,, *Nam ſpirat tragicum ſatis, & fœliciter audet,*
,, *Sed turpem putat in ſcriptis, metuitq; lituram.*

Limæ labor] *Translatiuè dicit, quod mox propriè dicet, multa litura coërcuit, translatione à fabris ferrarijs ſumpta: ut & infrà.*

,, *Et malè tornatos incudi reddere uerſus.*

Vnde ſupra reprehendit uerſus carentes cura. Hoc emendationis præceptum cum diligenter Virg. obſeruauerit, non immeritò de eo dictum eſt carmina imperfecta Vrſæ more ſolitum parere, deinde ita lambendo effingere, ut ijs, quaſi informi materiæ, ut ita dicam, præberet formam: quod etiam de Franciſco Petrarcha dicere poterimus, ſi uarias illius emendationes ex ultima Bernardini Danielis impreſſione intueamur. Et mora] *Vnde ſuprà: In ſcenã miſſos magno cum pondere uerſus*

,, *Aut operæ nimium celeris, curáq; carentis,*
,, *Aut ignoratæ premit artis crimine turpi:* *Et infrà:*
,, *Si quid tamen olim*
,, *Scripſeris, in Metij deſcendat iudicis aures,*
,, *Et patris, & noſtras, nonumq́; prematur in annum.*

Vt poëmata noſtra refrigerato inuentionis amore diligentiùs repetita, tanquam lectores, poſſimus perpendere. Vos ô Pompilius ſanguis] *Per apoſtrophen ſermonem conuertit ad Piſones, eos admonens, ut ſibi caueant ab huiuſcemodi Romanorum poëtarum errore, uidetur autem eos ad attentionem excitare: dum ait: uos ô, & quæ ſequuntur.* Pompilius ſanguis] *Eadem locutionis forma Virgil. in 6.*

,, *Proijce tela manu ſanguis meus.*

Appellat autem Piſones Pompilium ſanguinẽ, quòd cum Calphurniorum familiam ſequantur, à Calpo Numæ Pompilij filio cognominis ſui originem duxerint. Multa dies & multa litura] *Reddit ſingula ſingulis, multa dies, ad quod dixerat, mora, multa litura, ad quod dixerat, limæ labor, quod uerò ſequitur, atq; perfectum decies non caſtigauit ad unguem, ad utrunq;.* Multa dies] *Vtpote decem anni, ut dicit infrà:*

,, *Decimumq́; prematur in annum.*

Multa litura] *Vt membranis intus poſitis delere poſſis, propriosq́; errores ab aliquo tibi commonſtratos corrigere.* Coercuit] *Coarctauit: ſi enim uitia amputẽtur, coarctatur omninò poëma, & reſtringitur: ſumpta eſt aũt translatio ab arborib. quibus dum ſuperflua amputãtur coërceri dicuntur. Vnde M. Tul. in lib. qui de Senectute, ſiue Cato maior inſcribitur, de uite ſic ait: Quã ſerpentẽ multiplici lapſu, & erratico ferro amputans coërcet ars agricolarũ, ne ſyluescat ſarmentis, & in omnes partes nimis fundatur.* Atq; perfectũ decies nõ caſtigauit ad unguem] *Non emendauit, à rebus aũt animatis ſumpta ſimilitudine, & metaphora caſtigare carmẽ, & librum dicimus. Vnde & caſtigationes. Eſt aũt caſtigare: ut ait Nonius: increpare, & reprehendere uitijs demonſtratis, ut ſequatur poſtea emendatio.* Decies perfectum] *Hoc eſt, per decem annos ſemel unoquoq; anno emendatum. Vnde & infrà, decimumq́; prematur in annum ita enim legi illum locum in quibuſdam exemplaribus atteſtatur Cælius Rodiginus. Quia uerò denarium numerum perfectiſſimum omnium numerorũ, & plenum exiſtimat Ariſtoteles, ideo pro quolibet numero ab Horatio hoc loco poſitus eſt.* Ad unguẽ] *Perfectiſſimè, & exactè. Translatio aut ſumitur à marmorarijs, qui tunc dicuntur ad unguem marmora inter ſe coniungere: cum ungue incidendo, & pertentando eorum iuncturas minimè poſſumus diſcernere. illud autem poëma dicitur perfectum, & caſtigatum ad unguem, quod diligenter conſideratum nullã ſui labẽ oſtendit,* Sed quod & ſemel placuit, & decies repetitũ placebit. Ingenium miſera] *Cùm modò demonſtrauerit poëmata ſumma arte, ſummo ſtudio, ſumma diligẽtia confici, ac decies ad unguem perfectiſſimè caſtigari oportere. potuiſſent aliqui fortaſſe redarguere artem ipſam ex Democriti ſententia nihil ad poëmatã conferre, ſed naturam tantũmodò ipſam, & mentis alienationem.*

Horum

Horum tacitæ occurrens obiectioni Democritum per ironiam deridet principem, & authorem huiuſce ſententiæ, qui poëtis nullam artem, nulla præcepta, nullam doctrinam eſſe neceſſariam exiſtimabat, ſed mentis furorem, ingenium, atq; naturam. Quare ita inſaniem cum poëtica coniungebat, ut nonnulli eius opinionem ſecuti ſummæ ſtultitiæ ſimulatione crediderint ſe nomen poëtæ facilè conſecuturos nulla unquam in ſcribendo adhibita doctrina, & artis ratione. Quamobrem niſi horum Democriticorum opinionem Horatius hoc in loco refutaſſet, fruſtrà de poëtica facultate in hac ad Piſones epiſtola præcepta literis tradidiſſet: cum arte ipſa repudiata, ab his tantummodò inſaniæ, & furori daretur locus. Ingenium] *Eam animi uirtutem ſignificat propriè ingenium, quæ natura nobis ingenita ſit, nō acquiſita arte, aut induſtria, furorem Muſarum appellat Plato in Ione, cùm ait. Tertius uerò furor Muſarum eſt, qui occupat teneram, & nudam animam, ac incitat, & inflammat ad antiquorum infinita facta* Odis*, & alijs carminum generibus ornanda, & inſtituit poſteros. Quãobrem Muſis poëtæ referunt eorum carmina, & Apollini. Vnde Horatius ad Melpomenem.*

,, *Totum muneris hoc tui eſt:*
,, *Quòd monſtror digito prætereuntium*
,, *Romanæ fidicen lyræ:*
,, *Quòd ſpiro, & placeo, ſi placeo, tuum eſt.*

Atq; ideo Muſas inuitãt ad dicēdum poëtæ in poëmatū exordijs: ut

,, *Dic mihi Muſa uirum, captæ poſt tempora Troiæ*
,, *Qui mores hominum multorum uidit, & urbes.* *Et:*
,, *Muſa mihi cauſas memora, quo numine læſo,*
,, *Quid'ue dolens Regina Deûm.*

Et quæ ſequuntur. Quaſi omnia dicãt Muſæ poëtis, illi uerò à Muſis accepta tantummodo ſcribant, & referãt. Hoc etſi per magnum eſt, ſine arte tamen, quaſi ſine adiutore, & ſocio nihil ualet, nihil poteſt, nihil adiuuat, ut idem Horatius infrà teſtatur:

,, *Natura fieret laudabile carmen, an arte,* *Quæſitum eſt:*
,, *Ego nec ſtudium ſine diuite uena,*
,, *Nec rude quid poſsit uideo ingenium:* *Alterius ſic*
,, *Altera poſcit opem res, & coniurat amicè.*

Fortunatius] *Quia ſola naturæ ingenita ui poëtas fieri Democritus exiſtimabat, ſed per ironiam hoc dicit. Vnde infrà rude uocat ingenium ſine arte, miſeram autem appellat artem, irridens Democriti opinionem, quaſi inferre uelit fortunatiſsimam, & ſi ab ridiculo philoſopho repudiatur, cûm à ſapientibus naturam plurimū adiuuare, & perfectiorē reddere iudicetur: notanda uerò ſunt illa antitheta miſera arte, ingeniū fortunatius.* Credit] *Quaſi dicat: nō ita ſe res habet, ut credit Democritus.* Et excludit] *Quia credit, ideo excludit à numero poëtarum ſanos poëtas, hoc eſt, eos, qui ſunt ſanæ mentis, dementes tantūmodo, & furore correptos admittens.* Bona pars] *Quia, inquit, Democritus credit ingeniū miſera arte fortunatius, & quia ita credēs excludit ſanos Helicone poëtas pars magna eorum, qui poëtæ nomē aucupantur pendens à Democriti ſermonibus, & opinione non ungues ponere curat, non barbam, ſecreta petit loca, balnea uitat. Putabãt enim iſti, ſi corporis, ac uitæ cultum aſpernarentur, & in ſolitudines, & latibula ferarū more ſe conferrent, ſi horridi, ſi inculti, ſi ſordidi ſemper procederent, fore, ut apud omnes & inſaniæ, &, quod conſequitur, poëtæ nomen aſſequerentur.* Bona pars] *Magna pars: eodem modo & in Sermonibus:*

,, *At bona pars hominum decepta cupidine falſò.*

Non ungues ponere curat, non barbam] *Vtrunq; autē erat tonſoris officium tam radere barbã, quàm ungues reſecare. Vnde Valerius Maximus ait, Portiam Bruti uxorem abrepto cultello tonſorio, quaſi reſecandorum unguium cauſa, ſeipſam ex induſtria uulneraſſe, & à uiro per ancillarum clamorem accerſito obiurgatam, quòd tonſoris præripuiſſet, officium, & apud Horat. lib. 1. epiſtolarum clariſsimè conijcitur:*

,, *Cōſpexit, (ut aiūt:) Arraſum quēdã uacua tonſoris in umbra*
,, *Cultello proprios purgantem leniter ungues.*
,, *Demetri puer.—* *Tondebant autem barbam Romani*

penè omnes, præter philoſophos, & eos, qui philoſophi uideri uolebant. Vnde Cicero barba tenus philoſophum dixit: pro eo, qui nihil habet philoſophi, præter barbã, & Horatius in ſecundo Sermonum per ironiã ſapientem barbã appellat: hoc eſt, iudicem ſapientiæ, ad hoc ipſum Ciceronis fortaſſe alludens. Secreta petit loca] *Solitudines, & latibula more ferarū, ut poëtas ſimularet.* Balnea uitat] *Vt nihil omninò corpus curare uideretur.* Nanciſcetur enim precium, nomenq; poetæ] *Hoc eſt, acquiret poëtæ præmium, lauream ſcilicet, uel ex hedera coronã, doctarū præmia frontium, ut dixit in* Odis. Et nomen] *Salutationem poëtæ.* Si tribus Anticyris caput inſanabile nunquam tonſori Lycino commiſerit] Quod non ſanaret helleborum, quod producere poſſent *nō una inſula Anticyra: ut reuera eſt, ſed ſi tres forēt. Eſt aūt Anticyra inſula ad Meleacū ſinū poſita, cuius meminit Strab. lib. 9. ubi helleborū naſcitur: ut* Ouid. *de Ponto uidetur ſignificare, cùm ait:*

,, *I, bibe, dixiſſem, purgantes pectora ſuccos,*
,, Quidquid *& in tota naſcitur, Anticyra.*

Vnde & Horatius ambitioſos, & audaces inſaniæ accuſans: ait illis Anticyram enauigandum:

,, *Verum ambitioſus, & audax*
,, *Nauiget Anticyram:*

Et paulò pòſt de auaris, eiuſdem inſaniæ eos inſimulans:

,, *Danda eſt hellebori multò pars maxima auaris*
,, *Neſcio an Anticyram ratio illis deſtinet omnem:*

Quod *autem helleborum ad inſaniam ex atra bile conceptam maximè conducat præter Plinium, & Dioſcoridem idem Horatius in epiſtolis atteſtatur:*

,, *Expulit helleboro morbum, bilem'q; meraco.*

Quis *autem Lycinus fuerit, nihil ad rem: Sufficit ex uerbis Horatij tonſorem excellentiſsimum fuiſſe cognoſcere, etſi nōnulli affirmant poſtea ſenatorem à Cæſare factū, quia dicebatur odiſſe Pompeium.* O' ego læuus] *Ironicè ſeipſum reprehendit, quod atram bilem expurgaret, quam iſti Democritici tantopere deſiderabant, ſperantes ſe eo morbi genere poëtæ nomen, & pretium conſecuturos. O' me læuum, inquit, & inſanum, qui uerno tempore atram bilem expurgem, cum ſperare poſſem proxima æſtate in talem furorem incidere: ut me ipſo nemo alius meliora componeret carmina.* Sub uerni tēporis horã] *Hoc enim tēpus expurgationū præcipit* Hippocr. *his uerbis* Quibus *ſanguinis miſsio cōuenit, aut medicamentū expurgans, his ſub uernū tēpus utrunq; eſt faciendū: ad cuius uerba uidetur Horat. reſpexiſſe hoc loco.* Verū nil tanti eſt] *Nil tanti pretij eſt, ut eius cōſequēdi cauſa inſanū me eſſe uelim. Ergo cū non poſsim poëtæ nomē mereri, fungens uice cotis, quæ licet exors ipſa ſecãdi ſit, ferrū tamen ad incidendū reddit aptiſsimum, ſaltem docebo munus, & officium poëtæ: & docebò.*

,, *Vnde parentur opes: quid alat, formet'q; poëtam.*
,, Quid deceat, quid non: *quò uirtus, quò ferat error.*

Dixit aūt nil ſcribens ipſe modeſtiæ gratia. Ergo fungar uice cotis] *Hoc eſt, nil ſcribens ipſe docebo alios ſcribere, coti ſimilis, quæ cū ſit exors ipſa ſecandi, reddit tamen ferrū acutū ad ſecandū: hãc aūt ſimilitudinē ex Iſocratis apophtegmate ſumpſit, quē: cū interrogaretur: quomodo poſſet alios docere publica tractare, cū ipſe loqui publicè nō auderet? reſpōdiſſe ferunt, etiã cotes quãuis ipſæ ſecare nō poſsint ferrū, tamen acutū reddere, & à M. Tull. in 5. de Finib. bonorū & malorū ubi ait: abſurdū non eſt, ut qui poëmata ſcribere nō poſsit, illius tamē rei poſsit tradere præcepta.* Vnde parentur opes] *Diuitiæ orationis poëticæ. inuentionē aūt intelligit. Eadem translatione & M. Tul ſæpiſsimè dixit opes orationis, diuitias orationis, opulentam orationem: & hic ipſe infrà diuitem uenam.* Quid alat] *Hoc etiam ad inuentionē ſpectat, quæ ſubminiſtrat uires, & neruos orationi.* Formet] *Præbeat poëmati formam. hoc autem ad diſpoſitionem, & elocutionem pertinet, quæ formam præbent inuentioni, quæ informi materiæ cōparatur.* Quid deceat] Quid *in unoquoq; poëmatū genere ſeruandum ſit: ut docuit pluribus locis.* Quid non deceat] *At ideo tanquam indecorum fugiendum: ut quaſi per totam hanc epiſtolam executus eſt.* Quò uirtus ferat] Orationis *poëticæ ſcilicet ſeruata ratio ipſa, & ars hoc eſt, ad ſummam laudem, immortalitatem'q;.*

Quò ferat error] *Hoc eſt, ad contemptum, & ignominiam ut dicet infrà:*

,, *Vt*

» Vt mala quem ſcabies, aut morbus regius urget.
» Aut phanaticus error, & iracunda Diana
» Veſanum tetigiſſe timent, fugiuntq; poëtam
» Qui ſapiunt, agitant pueri, incautiq; ſequuntur.

Scribendi rectè] Cum pollicitus modo fuerit ſe demonſtraturum, unde comparentur opes poëticæ orationis, unde alimentum: unde forma poimati præbeatur, cùm autē de reliquis partim ſuprà, partim etiam infrà tractauerit, oſtendit hoc loco unde diuitias poeticæ facultatis ſumamus, id eſt, inuentionem ipſam. ſumemus autem à ſapientia: hoc eſt, à philoſophia (ita enim antea Pythagoram appellabatur) ab eaq; philoſophia præcipuè, quæ à Socrate ipſo, atq; Platone manauit: ab eaq; philoſophiæ Socraticæ, & Platonicæ parte, quæ uera philoſophia dici poteſt, quæ tanquam dux, & magiſtra uitam format, actiones dirigit, mores inſtituit. His etenim ex philoſophia præparatis facilè etiam animi ſenſa explicabimus oratione. Scribendi rectè ſapere eſt principium & fons] Hoc eſt ſapientia, & philoſophia ipſa. unde & M. Tullius libro 1. de Oratore idem præcipit, inquit enim. Quare ut quis rectè ſcribat, & dicat, philoſophiam diſcat neceſſe eſt. Vnde & in oratore ſapientiam rerum omnium, & præſertim eloquentiæ fundamentum appellat. Quare cum nihil differt à philoſophia Poëtice: author eſt Tyrius maximus quàm temporis uetuſtate, et ratione dicendi, quod altera antiquior, altera illuſtrior putaretur ſententias à philoſophis mutuabimur, eaſdemq; exornabimus ſplendore orationis: hoc eſt, figuris, metro, & harmonia.

Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ] Quam philoſophorum præcipuè ſectam ſequamur oſtendit. eam uerò circumſcribit, quæ Platonis dialogis continetur, ac Socraticis dogmata, & ſermones complectitur, qui primus à rebus occultis, ab ipſaq; natura inuolutis, in quibus ante eum omnes philoſophi occupati fuerant auocaſſe philoſophiam, atque ad uitam communem adduxiſſe fertur. ut de uirtutibus, & uitijs: omninoque de bonis, & malis quæreret: cœleſtia autem uel procul eſſe à naturæ cognitione cenſebat, uel ſi maximè cognita eſſent, nihil tamen ad bene uiuendum conferre. Appellat autem Platonis libros, chartas Socraticas, uel quia in ijs præcipuè Socrates inducitur, ac ſub eius perſona omnia referuntur, uel quia Socratis erant opiniones, non autem Platonis, etſi à Platone uerbis, & orationis luminibus ſcriptæ, illuſtrataq; ſunt: ut ipſe affirmat in ſecunda epiſtola ad Dionyſium ſub his uerbis. hac de cauſa nihil ego de ijs ſcripſi unquam, neque eſt Platonis opus præſcriptum aliquod neque erit. Quæ autem modò dicuntur, Socratis ſunt. Vnde & Ariſtoteles non Platonis ſed Socratis ſermones nominat, eorumq; penè ſemper Socratem authorem facit, ſeu quòd ita eſſet omninò, ſe ne improbare Platonis præceptoris opiniones plerunque, ſed Socratis uideretur. Verbaq; prouiſam rem non inuita ſequentur] Vnde author eſt Socrat. apud Platonem de re non ſatis perſpecta neminem rectè iudicaturum, & oratione explicaturum. Ex cognitione etenim rerum, ut inquit M. Tull. efflorescat, & redundet oportet oratio, quæ, niſi res ſubeſt ab oratore percepta, & cognita. Inanem quandam habet elocutionem ac penè puerilem. Quid eſt enim tam furioſum, quàm uerborum, uel etiam optimorum, atque ornatiſſimorum, ſonitus inanes nulla ſubiecta ſententia, neque ſcientia? Verba non inuita] In quæ ſæpe incidimus, quando res ipſæ minimè ſubſunt: hoc eſt, ut dicet paulò pòſt:

» In uerſus inopes rerum nugæq; canoras.

Prouiſam] Præparatam, & antea diligenter excogitatam, quàm eam mandare literis, exornareq; oratione incipiamus. prouiſam autem intelligit ex rebus à philoſophia ſumptis. Qui didicit, patriæ quid debeat] Dixerat ad ſcribendi rationem neceſſariam eſſe in primis philoſophiam, eamq; ex Platonis dialogis potiùs, quā ex reliquis philoſophorum ſcriptis ſumendam: his autem uerbis ex omni Platonicæ philoſophiæ parte ad eam maximè adhortari uidetur, qui hominis officium in patriam, in parentes, in cognatos, in amicos, in reliquos priuatim, & publicè continetur. Quia uerò hæ rerum mortalium, & ciuilium formæ, quæ Ideæ appellantur, à Platone perſcriptæ ſunt, ne quid in hac interpretatione, quod ad nos attinet, requiratur, cùm ad unamquanque partem conueniemus. Primum quæ à Platone in ea re dicta ſunt proferemus, tum quemadmodum ſpecies illas rerum Virgil. executus ſit ſubijciemus, ut habeant, qui hæc legerint, unde hoc præceptum deſumpſerit Horat. de arte præcipiens, & unde reliqui poëtæ ex arte ſcribentes ſeruauerint. Patriæ quid debeat] Qua de re ita Plato in Critone ſub perſona Socratis: Age ergo, poſtquam per nos genitus, educatusq;, ac eruditus, primò quidem num potes negare te noſtrum eſſe & natum, & ſeruum, ipſumq; te, & progenitores tuos? Deinde cùm id ita ſe habeat, an putas ius ex æquo tibi, atque nobis eſſe, & quæ nos tibi facere aggrediamur, eadem uiciſsim in nos abs te referri iuſtum eſſe iudicas? An cùm nec ad patrem, nec ad dominum, ſi eum habeas, tibi ius ex æquo ſit ut quæ ab illis patiare, in eos referre poſsis: neque ſi iurgio hi te laceſſant, contra iurgare, neque ſi te uerberent, uiciſsim uerberare, neque alia eiuſmodi in eos tentare liceat: contra patriam, ac leges tibi licebit? Adeò ut ſi nos iudicantes, id eſſe iuſtum interficere uelimus, ut uiciſsim nos, patriam, & leges pro uiribus coneris occidere, dicasq; te in his agendis iuſta facere, qui uirtutis curam reuerà habere profiteris? An ſic es ſapiens, ut, te latuerit, & patri, & matri, & progenitoribus omnibus patriam eſſe anteponendam? atque eſſe uenerabilius quiddam, ſanctiusq;? & in ſuperiori ſorte tum apud Deos, tum apud homines mentis compotes eſſe patriam collocandam, coleréq; eam oportere magis eiq; obedire, ac rigidius ſe gerenti mitius aſſentiri, quam patri etſi quid iubeat, uel diſſuadere illi quantum liceat, uel facere & patientiſsimè ſuſtinere quicquid iuſſerit patiendum? Ac ſiue mandauerit uerberari te, ſiue in uincula conijci, ſiue in prælium miſerit ad uulnera excipienda, mortemq; ſubeundam obediendum eſt omninò. Ius enim ita dictat, ut neque tergiuerſandum, neque fugiendum, neque ordinem deſerendum, ſed & in bello, & in iudicio, & prorſus ubiq; ea ſunt, quæ reſpublica, patriaq; iuſſerit facienda, aut certè uerbis, quatenus iuſtum eſt, uti liceat ad perſuadendum illi, eamq; placandam. Vi autem uti nefas eſt uel contra matrem, uel contra patrem maximè uerò omnium contra patriam. Quare cùm patriæ plus quam amicis, plus quàm cognatis, plus quàm liberis, plus quàm parentibus obnoxios eſſe debere Virg. ex Platone animaduerteret, ad hoc ipſum reſpiciens, Aeneam ſuum ad extremum capitis periculum illi ſuccurrentem, omnemq;, & patris, & filij, & coniugis, & reliquorum defenſionem illius ſaluti poſtponentem: neq; prius ad horum omnium auxilium accedentem facit, quam matre Venere monſtrante iam nullam eſſe de ea amplius ex deorum uoluntate habendam ſpem uideat. Et quid amicis] Cùm amicitia ex Platonis ſententia nihil aliud ſit, quàm honeſta perpetuæ uoluntatis communio, neceſſarium eſt, ita nos eſſe in amicos, ut in noſmetipſos debere, & magis etiam in illos affectos. Vnde in quinto de Legibus ita ſcriptum reliquit: Amicorum, & Sodalium in uitæ conſuetudinem ſummam beneuolentiam conſequetur, qui illorum in ſeipſos obſequia maiora, præſtantioraq; putabit, quam illi: beneficia uerò ſua in illos minora, quam illi exiſtimabit. Quæ omnia Virgil. ſub perſona Nyſi, & Euriali eleganter expreſſit: cum perpetuam utriuſque in omni re unanimitatem & alterum pro altero libentiſſimè morientem: & alterius uitam alterum chariorem propria exiſtimantem depingat. Quare nihil uero amico pretioſius æſtimandum eſt. Quo ſit amore parens] De liberorum amore, & officio, quod parentibus præſtare debeant in quarto de Legibus ſtatim poſt conſtitutum deorum cultum ita loquitur: Sequitur deinum uiuentium cultus parentum, quibus fas eſt prima, & maxima debita omnium antiquiſsima debitorum perſoluere. Putare enim quiſque debet omnia, quæ poſsidet eorum eſſe, qui genuerunt, & educarunt: ita ut illis hæc omnia pro uiribus miniſtrare debeat: primum quidem externa bona: deinde etiam corporis: poſtremò quæ ad animum pertinent hæc omnia uidelicet mutuò data perſoluens, & pro curis, doloribusq; priſcis parentum in ſenecta recentes reddens, quando maximè indigent. In uerbis quin etiam per totam uitam parentes uenerari maximè decet. Leuium enim, uolatiliumq; uerborum grauiſsima imminet pœna. Nam omnibus præpoſita eſt nemeſis iudicij, angelus huiuſcemodi omnium cōſideratrix. Oportet itaque iratis, animumq;

explentibus

explentibus cedere ſeu uerbis, ſiue rebus id faciant: non ignorantes patrem iure admodum filio ualde ſuccenſere, ſiquando ab eo iniuriam ſibi fieri arbitretur. Mortuis uerò parentibus monumenta decentiſsima ponere oportet, quæ temperatiſsimè ſint ſtructa, neque conſuetam magnitudinem oportet excedere: neq; minora illis facere, quæ maiores genitoribus ſuis ſtruebãt. Annuas quoq; defunctorum curas, quæ ornamentũ afferunt, inſtaurare decet, & noua quotidie repetita memoria ſemper parentes ſummopere honorare impendio moderatè pro fortuna utentes. Hæc omnia Anchiſæ patri Aeneas apud Virg. uel potiùs ipſe Virg. tribuit: dum ei uerbis, & reipſa ſemper maximos honores præſtat: dum iam ſenem à medijs ignibus ſublatum humeris per medias hoſtium acies eripit: dum imperia eius exequitur, nec quicquam niſi iuſſu ipſius adoritur: dum mortuo aras, & magnificentiſsima monumenta extruit: dum annuas, ſolenneſq; pompas facit: dum eum tum ſemper honoratiſsimè nominat, tùm in 5. præcipuè Aeneid. lib. his uerbis:

» Dardanidæ magni, genus alto à ſanguine diuûm:
» Annuus exactis completur menſibus orbis,
» Ex quo reliquias, diuiniq; oſſa parentis
» Condidimus terra, mœſtaſq; ſacrauimus aras,
» Iamq; dies (ni fallor) adeſt, quem ſemper acerbum,
» Semper honoratum (ſic Di uoluiſtis) habebo.
» Hunc ego Getulis agerem ſi Syrtibus exul,
» Argolico'ue mari deprenſus, & urbe Mycenæ:
» Annua uota tamen, ſolenneſq; ordine pompas
» Exequerer, ſtruerem'q;, ſuis altaria donis.

Et non multò pòſt:

» Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem,
» Poſcamus uentos, atq; hæc me ſacra quotannis
» Vrbe uelit poſita templis ſibi ferre dicatis.

Quo frater amandus] Nomine fratris hoc in loco & fratrẽ ipſum, & omnes conſanguineos intelligit, de quibus ita Plato, in 5. de Legibus. Quiſquis præterea cognationem, & uniuerſam generis coniunctionem honorat, & colit deos meritò propitios in procreandis liberis habebit: Cùm autem frater ferè alter ſit, non alio cum amore debemus proſequi, quam quo nos ipſos: De fraterno amore tractauit Virg. ſub perſona Pandari: dum eum facit pro ultione fraternæ cædis contra Turnum irruentẽ, & libenter ſe morti obijcientem in 9. & 12. ſub Iuturnæ perſona. Et hoſpes] Quomodo autem erga peregrinos, & hoſpites nos eſſe oporteat, in eodem 5. de Legibus admonet: At peregrinos ſanctiſsima eſſe fœdera quiſque cogitet, fermè enim omnia peregrinorum, & contra peregrinos peccata præ illis, quæ inter ciues committuntur, ultori Deo curæ ſunt. Nam cum peregrinus, amicis, cognatiſq; careat, maiorem & apud Deos & apud homines meretur miſericordiam. Quare qui magis ulciſci poteſt, is ad ferendum auxilium eſt paratior. Diligenti igitur cautione cogitandum cuiq;, cui nonnihil eſt conſilij, ut innocens ab iniuria in peregrinos ſemper uiuat. Quot uerò ſint peregrinorũ genera, & quo modo recipiendi habita cuiuſq; ratione in duodecimo de Legibus ita iubet. Quatuor autem peregrinorũ genera ſunt, de quibus facienda mentio eſt: primum eorum, qui ſemper æſtiuales ſunt, & quaſi aues per mare plurimum acquirẽdæ pecuniæ gratia æſtatis tempore ad alias deuolant ciuitates: hos foro, portubus, publiciſq; domibus extra urbem in ipſis ſuburbijs magiſtratus locis illis præfecti ſuſcipiant, obſeruent, nequis eorum aliquid faciat noui: iudicia illic eis iuſta reddantur, ita ut nihil plus, quam neceſsitas cogat cum ijs familiaritas habeatur. Alterum eſt eorum, qui ſpectaturi ueniunt, & ciuitatis muſas illic audituri. Hi omnes diuerſoria iuxta templa habeant, quæ ſuſcipiendis hoſpitibus commodiſsima ſint. Sacerdotes uerò, & ædituí curam ipſorum habeant, ut iucundè poſsint, ſufficienti tempore permanere, & uidere, & audire ea, quorum gratia uenerint, & tandem ſine ſuo, & aliorum detrimento recedere. Tertium genus peregrinorum publicè ſuſcipiendum eſt, cùm aliunde quiſpiã publica cauſa miſſus aduenerit. Hũc Imperatores, Magiſtri equitum, Tribuni militum ſoli ſuſcipiant, & is apud quẽ diuertit cum principibus conſilij curam huius habeat. Quartum genus rariſsimum eſt, accedere tamen aliunde aliquis poterit ſpectatoribus noſtris reciprocus: is cum ab alijs didicerit, atq; docuerit, quæ diſcenda, docendaq; putauit honore ſibi congruo, muneribuſq; affectus, ut ab amicis amicus habeat. Hoſpitalitatis officia ſeruauit in primo Virg. ſub Didonis perſona his uerbis Troianos accipientis:

» Seu uos Heſperiam magnam, Saturniaq; arua;
» Siue Herycis fines, regem'q; optatis Aceſtem,
» Auxilio tutos dimittam, opibuſq; iuuabo.
» Vultis & his mecum pariter conſidere regnis.
» Vrbem quam ſtatuo, ueſtra eſt: ſubducite naues:
» Tros, Tyriuſq; mihi nullo diſcrimine agetur.

Et paulò pòſt:

» Quare agite ô tectis iuuenes ſuccedite noſtris.
» Me quoq; per multos ſimilis fortuna labores
» Iactatam hac demum uoluit conſidere terra.
» Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.

Vnde ita etiam inſequitur poëta.

» Sic memorat, ſimul Aeneam in regia ducit
» Tecta, ſimul diuum templis indicit honorem:
» Nec minus interea ſocijs ad littora mittit
» Viginti tauros, magnorum horrentia centum
» Terga ſuum, pingues centum cum matribus agnos.

Et ſub Heleni, & Anij perſonis in tertio, & in quinto ſub Aceſtis. Illud tamen in Virgilio animaduertendũ eſt, non parum apud eum à publicis priuata hoſpitia differre cuiuſque habita ratione: aliter enim excipit Aeneam regem Dido regina, ac Tytirus ſuum Melibæum alter enim.

» Hic tamen hanc mecum poteris requieſcere noctem
» Fronde ſuper uiridi. Altera:
» Vultis & his mecum pariter conſidere regnis. Tytirus.
» Sunt nobis mitia poma,
» Caſtaneæ molles, & preſsi copia lactis. Dido.
» Vrbem, quam ſtatuo, ueſtra eſt: ſubducite naues.
» Tros, Tyriuſq; ſimul nullo diſcrimine agetur.

Quid ſit conſcripti officium] Hoc eſt ſenatorum: loquitur autẽ more Romano. nam qui ad ſenatum uerba faciebat, Patres conſcripti cùm diceret, ſenatores omnes intelligebat. De ſenatorum uerò officio in ſexto de Legibus ita præſcribit: Eſt autem neceſſarium, ut maxima ſenatorum pars plurimum tempus permittatur in priuatarum, ſuarumq; rerum adminiſtratione uerſari: duodecima uerò pars eius in menſes duodecim diſtributione facta alia poſt aliam ſigillatim cuſtodiat. Quæ unicuiq; ſiue ciuitate ipſa, ſiue aliunde uenienti parata ſit: ſeu nunciare quicquam: ſeu interrogare quiſpiam uelit de his rebus, de quibus ciuitatem oporteat uel reſpondere cæteris ciuitatibus: uel ab eis interrogationum reſponſiones accipere. Nouarum etiam gratia molitionum, quæ ſæpe fieri ſolent maximè quidem ne fiant: ac ſi acciderint, ut quam celerrimè ſentiat ciuitas, & remedium afferat, quod per cœtum ciuitati præſidentium fieri ſemper oportet, ut & quæ de legibus, & quæ repentè ciuitati difficultates accedunt, diſſoluantur. Hæc omnia curet duodecima conſilij pars quietem in menſes duodecim habitura. Quam quidem cuſtodiam hæc conſilij pars communiter cum alijs magiſtratibus in ciuitate ſemper agat oportet. Hæc in Latino adhibet Virgil. eſſe Rege, dum eum in undecimo concilium uocantem: ciuitatis ruinæ imminenti prouidentem: reſponſa à legatis repoſcentem: diligenter eorum dicta examinantem, rem omnem maturo iudicio conſiderantem, legem proponentem, conſilium reliquorum quærentem facit, & in Aenea pariter dum eum uarijs in locis hæc omnia exequentẽ fingit. Quid iudicis officium] De iudicis officio in duodecimo de Legib. Futurus æquus iudex ad hæc reſpicere debet, atq; operã dare, ut has legum conſtitutiones ante omnia diſcat. & mente firmiter teneat. Nam ad faciendum eum uirum bonum ſcripta legum præ cæteris doctrinis, ſi rectè ſe habent, maximè conferunt. Legis igitur ſcripta, quaſi remedium, medelamq; aduerſus aliarum orationũ uenena probus iudex ſecum ſemper tenebit, quibus ſeipſum, ciuitatem'q; emendabit: bonos confirmabit, & extollet: prauos ex ignorantia, & incontinentia. & timiditate, ſi ſanabiles ſunt, reuocabit. nam ſi ſanari non poſſunt, qui eos morte afficiunt, apud omnes laude digni iudices haberi uidentur: ut in nono de iudicibus capitalibus

pitalibus: Poſt accuſatoris, & defenſoris orationem qui ex iudicibus eſt ſenior, quæ dicta ſunt omni adhibita diligentia ſufficienter examinet: poſt eum cæteri iudices conſiderent quodcunque dictum ab aduerſarijs, uel non dictum perquirendum ſinguli putent: Inde ſacrum ſinguli ferentes ſuffragium iureiurando per deam Veſtem uerè, iuſteq́ pro uiribus ſe iudicaturos affirment. Vnde Minoa Vir. ad hæc Platonis ſemper intentus, apud inferos conſtituit iudicem peritiſſimum legum, & earum latorem præſtantiſſimum quæſitorem appellat, uitasq́, & crimina diligentiſſimè examinantem facit, & inde cuiq́ pro merito tribuentem. Quæ partes in bellum miſſi ducis] Partes ducis, & officium ciuitatum cuſtodis hoc eſſe ait in 2. de Legib. ut ſit uidelicet ſagax ad ſentiendum, uelox ad inſequendum: robuſtus cùm aſſequutus fuerit ad pugnandum: erga ſuos manſuetus, aduerſus hoſtem immitis, & ut eius utar breuiter complexione, Philoſophus: iracundus: uelox: robuſtus. Has perfecti imperatoris partes tum in 2. & 3. tum in ſex ult. poſt. libris Aeneæ attribuit Virg. dum eum & fortem in periculis, & circumſpectum in prouidendo, & celerem in conficiendo, & ferocem contra hoſtes, & mitiſſimum in ſuos oſtendit. Ille profecto reddere perſonæ ſcit conuenientia cuiq́] Quæ cuiq́ perſonæ conueniunt, qui didicit quid patriæ debeat, & quid amicis, & quæ ſequũtur. Reſpicere exemplar uitæ] Complectitur breuiter quæ ſupra dicta ſunt, inquiens, cùm res ita ſe habeat, ut ſcribendi rectè ſapere ſit principium, & fons, ego iubebo doctum imitatorem reſpicere ſemper exemplar uitæ, morumq́: id eſt, idæam uitæ moralis à Platone, ut demonſtrauimus, deſcriptam: atq́ hinc ex ipſa idæa moralis uitæ uiuas ducere uoces. Dirigenda eſt etenim mentis acies ad illas formas, quæ ſub oculos non cadunt, ut eas ueluti in ſimulachris ſuis faciunt pictores ueritatis imitatione quantum licet, exprimamus: nam ut ait Plato in Timæo, quando opifex in operis alicuius conſtructione ad id, quod eodem modo ſe habet aſpicit, & huiuſmodi quodam uſus exemplo idæam, uimq́ in opus educit pulchrum fieri tunc opus omne neceſſarium eſt. Neque enim Phydias, cum faceret Iouis formam aut Mineruæ, contemplabatur aliquem è quo ſimilitudinem duceret, ſed ipſius in mente inſidebat ſpecies pulchritudinis eximia quædam, quam intuens, in eamq́ defixus ad illius ſimilitudinem artem, & manum dirigebat. Itaq́ Ariſtot. in poetica: Poetæ, inquit, ſingulares ſimulachrorum artifices imitantur. Hi enim quam exactiſſimè poſſunt cuiuſq́ formam referunt. Atq́ ideo excellentius quiddam poëſim hiſtoria ipſa exiſtimauit: quod altera circa uniuerſalia plurimùm uerſetur: altera circa ſingularia. Poëta enim non quod hic, uel ille dixerit, ſed quod dixiſſe eum conuenerit, uel uериſimile fuerit, cogitat. Quare ex huiuſmodi idæis, & formis rerũ effingit poëma, atq́ hinc uiuas uoces educit. Et uiuas hinc ducere uoces] Id eſt, ex his formis rerum, & idæis: ut ex idæa ſapientiæ uirum ſapientem: ut Homer. in Odyſſea: ex idea fortitudinis uirum fortem: ut in Iliade: ex idæa iuſtitiæ, & pietatis uirum iuſtum, & pium ut Virg. in Aeneid.

Doctum imitatorem] Poëtam appellat ad differentiam mimorum, & hiſtrionum, qui & ipſi imitatores ſunt, ſed non docti: propriè enim doctus ad literarum peritiam refertur. intelligit autem per doctum imitatorem uel omnes poëtas, quia ut inquit Ariſtot. prorſus in hoc uno omnes conueniunt, ut imitentur, etſi differunt inter ſe uel quod genere diuerſis, uel quod res diuerſas, uel quod modo diuerſo imitantur, uel intelligit tantummodò comicos, Tragicos, epicos ſecundùm opinionem Platonis in lib. 2. de Repub. nam reliqua poëtarum genera non uerſantur in imitatione perſonarum (quam ſolam Plato uidetur imitationem nominare) ut ſunt Dithyrambici: Lyrambici, Lyrici, & cæteri, qui uerſibus ſine fictione perſonarum aliquid perſcribunt, inter quos annumerare poſſumus Virg. in Georg. Emped. Lucretium, & ipſum Horat. in Sermonib. & in epiſt. & plerosq́ alios, quos à me non eſt neceſſe enumerari. aut enim aliorum perſonis induti poëtæ perpetua oratione rem explicant uerbis huiuſmodi remotis: inquit, Talia fatur, Talia refert, in quorum genere non ſolùm Tragœdia, & Comœdia continetur, ſed & multæ Eglogæ. ut apud Virg. 1. 3. 5. 7. 9. & multi etiam dialogi: ut Platonis Hipparchus, Timæus uel de uniuerſitate, Phædrus, de Repub. de Legib. Atq́ hinc dubitare pleriq́ poſſent, an huiuſmodi ſermones inter poëmata eſſent reponendi nec ne? aut poëtæ ipſi modò loquuntur, modò alios loquentes inducunt cum particulis inquit: Talia fatur: Talia refert: ut heroici, & in pleriſq́ Eglogis Bucol. ut Virg. in 2. 6. 8. 10. & Dialogorum ſcriptores ut M. T. in libris de oratore ad Quintum fratrem, in Bruto de claris oratoribus, Plato in conuiuio de amore, quod genus dialogi ſiquis epicum, uel Heroicum quodam modo dixerit, non ab re dixerit: aut per enunciationem ſoli ipſi poëtæ aliquid pertractant, quos negat & poëtas, & imitatores dicendos Ariſtot. Hos etſi & poëtas uocat, & in ſuam Rempub. admittit Socrates apud Plat. Ariſtot. tamen in numerum poëtarum non recipit. Interdum ſpecioſa locis] Reddit rationem, quare omnis ſcribendi ratio admiti debeat in rebus à philoſophia deſumptis. quia magis populus oblectatur, inquit, morata aliqua fabula iocis, & urbanitatibus plena: quales apud Boccatium reperiuntur, licet careat rerum ſublimiorum grauitate, quam uerbis tumidioribus, ac nihil omninò cõtinentibus. Quid eſt enim tam furioſum, quam uerborum, uel etiam optimorum, atque ornatiſſimorum ſonitus inanis nulla ſubiecta ſcientia, neque ſentẽtia. Specioſa iocis] Iocoſa. hoc uerò in loco dum Grifolus uerba Horatij ad ſuam ipſius ſententiam, non ad rem ipſam accommodat: corrumpit textum, confundit ordinem, peruertit omnia. Morataq́ rectè] Quia dixerat ſpecioſa iocis: hoc eſt, facetijs & ſalibus plena, in quibus plerunq́ multa obſcœnè dicta continentur, corrigit per hoc, rectè morata, quod dixerat, ſpecioſa iocis. Significat igitur & iocoſam, & rectè moratam: hoc eſt, iocoſam non tamen obſcœnioribus uerbis. Nullius Veneris] Nullius elegantiæ, & uenuſtatis. Sine pondere, & arte] Sine illa ſublimiori rerum grauitate. Eſt autem ſenſus quotieſcunq́ poëma caret ſcientia, & philoſophia, licet ſit uerborum ſonitu inani ſublime quodammodò magis fabula aliqua ridiculis, & ſalibus tantummodò plena ſine illa ſublimiori rerum grauitate, & etiam ſine uerborum elegantia oblectat populum, meliusq́ moratur, quàm uerſus illius poematis inopes rerum, nugæq́ canoræ. Moratur] Detinet. & per hoc delectat. Verſus inopes rerum] Carentes rebus, quas diximus eſſe opes poeticæ facultatis. Nugæq́ canoræ] Nugas canoras eas intelligit, quas ſuprà ampullata uerba appellauit.

Graijs ingenium] Supra rectè ſcribendi rationem coniunctam eſſe debere cum Philoſophiæ moralis præceptis, aliter magis oblectare fabulam aliquam bene moratam oſtendit: hoc uerò in loco Græcorum ingenium, & induſtriam ſummis laudibus extollit. quòd in eorum libris omnia hæc ad unguem diligentiſſimè obſeruata reperiantur. nec de ijs affirmat debere hoc mirum uideri, cùm nihil aliud unquam exoptauerint præter laudem atq́ gloriam. Ingenium] Quod attinet ad inuentionem, ipſam excogitandam. Ore rotundo] Quod attinet ad elocutionem, eadem elocutione Socrat. in Phædro apud Platonem his uerbis: Quid uero? laudandum ſcriptorem eo ſolum cenſemus, quia ea dixerit, quæ oportuerit: an non eo ſolùm, quia dilucidè, & rotundè, & eleganter ſingula uerba poſuerit: & M. T. in Oratore his uerbis: Thucyd. autem præfractior, nec ſatis (ut ita dicam) rotundus primus inſtituit dilatare uerbis, & mollioribus numeris explere ſententias. Vnde etiam ait ſe in Thucyd. orbem orationis deſiderare, & in Bruto uerborum aptam, & quaſi rotundam conſtructionem. Hanc oris rotunditatem Eurip. attribuit Ariſtoph. ut author eſt. Plut. in eo lib. quĩ de audienda poëtica inſcribitur.

Nullius auaris præter laudis atque gloriæ] Poſuit autem tranſlatiuè auarum pro cupido. Eodem modo & in epiſtolis animum laudis auarum dixit. Vtitur autem hac translatione propterea, quæ ſequuntur. nam auaros & Romanos dicet, ſed non laudis ut Græcos, ſed pecuniæ. auaritiam uerò hoc loco translatiuè nudo poſuit uocabulo: ut infrà uariandi ſermonis cauſa, fugiendæq́ ſatietatis eandem æruginem, & curam peculi circumſcribat.

Romani pueri] Romanorum modò auaritiam carpit, quod non laudis, atque gloriæ, ut Græci, ſed pecuniarum fuerint cupidiores, earumq́ auaritia obcæcati liberos ſuos non ingenuarum artium, diſciplinarumq́ doctoribus tradiderint erudiendos, ſed computatoribus: ut ab ineunte ætate ſubducendi rationes addiſcerent. atq́ ideò nihil de ijs, ait, eſſe omninò ſperandum, cum iam in eorum

PP animis

animus auaritiæ ſtudium inſederit. Romani pueri longis rationibus] Longis ſupputationibus & ratiocinationibus diſcunt diducere aſſem in centum partes. hoc eſt, ad minimam quamq; partem. Poſuit autem numerum finitum pro infinito. As uerò, ſi ad pondera refertur: ut hoc in loco uidetur, in 12. uncias diuidebatur, eratq; idem, quod & libra. uncia uerò geminata ſextans appellabatur, quod eſſet ſexta pars libræ. Tres unciæ quadrans, quod quarta pars, quatuor triens. quòd tertia pars, quinque quincunx. ſex ſemis, hoc eſt, media libra, ſeptem ſeptans. octo bes. nouem dodrans. decem dextans. undecim deunx. duodecim as, ſiue libra. Vncia uerò octo dragmas continebat. Dragma tria grammata. Gramma duos obolos, obolus quatuor cheratia. Cheration duos chalchos. Vnde hoc eſt, quod dicit aſſem in centum partes diducere, ut puta diducere libram ad chalchos, quæ eſt, minima pars ponderis: hoc eſt, quot in chalchos libra diuidatur.

Dicat filius Albini] Ex Romanis pueris Albini filium præcipuè deridet, quod relictis poëticæ, & optimarum artium ſtudijs numerorum ratiocinationibus animum adhibuerit.

Triens] De quincunce enim remota uncia triens ſupereſt: hoc eſt, quatuor unciæ. Ohe rem poteris ſeruare tuam] Per ironiam ſub alterius quaſi perſona deridet auariſsimorum hominum excuſationem. Redit uncia.] Accedit quincunci altera uncia, & tunc fit ſemis: hoc eſt, media libra, quæ ita dicitur.

Ad hæc animos ærugo, & cura peculi] Poſt ironiam quaſi per interrogationem exclamat Horat. atque in Romanos inuehitur, aitq; deſperandum iam eſſe, ne unquam poſſe in Poëticæ facultatis ſtudijs proficere, in quorum iam animis auaritiæ inſederit ſtudium. Aerugo] Rectè æruginem appellat auaritiam: cum auariſsimorum hominum pecuniæ diu ui ſeruatæ, atque defoſſæ quaſi rubiginem contrahere uideantur: uel quod quaſi æruginem inijciat animis hominum. Poſuit autem æruginem pro ea auaritiæ parte quæ numeratæ pecuniæ nomine continetur. Curam autem peculi pro altera auaritiæ parte, quæ in agrorum, poſſeſsionum'ue augendarum cupiditate poſita eſt.

Linenda cedro] Digna quæ cedro illinantur: ut fieri ſolebat antiquitus ad hoc, ne uetuſtate ipſa temporis corroderentur, à qua ea tuetur cedrinum oleum. Et leui ſeruanda cupreſſo] Tanquam ſummæ authoritatis, & ſummi pretij. Aut prodeſſe] Vnde parentur opes poëticæ facultatis docuit abundè ſuprà: hoc loco perſequ[illegible] alteram partem propoſitam de poëtarum munere, & officio: [illegible] autem quoſdam utilitati, quoſdam oblectationi, quoſdam oblectationi ſimul, & utilitati ſtudere. Vtilitati breuitatem: oblectationi ueriſimilitudinem, oblectationi ſimul, & utilitati ſtudentibus utrum præcipiens, ut quæ utilia ſunt breuiter dicta facilius memoriæ commendentur, quæ uerò afferunt oblectationem ex ueriſimilitudine ipſa ſtatim credantur.

Prodeſſe] Vtilitatem ex moralibus præceptis mortalium uitæ afferre, uel ut idem Horat. explicat idonea dicere uitæ: ut plerique antiquorum philoſophorum fecerunt, ut Theognis Megarenſis ad Cirnum, ut Phocil. Mileſ. ut denique Pythag. ipſe quorum omnium extant breuiſsimæ admonitiones, & ſententiæ ad uitam hominum regendam, & à prauis cupiditatibus refrenandam accommodatæ: ut & Empedoclem, & Aratum, & Lucretium, & pleroſq; alios ſciens prætercam, quorum omnium partim extant, partim à nobis deſiderantur de rebus Phyſicis utiliſsima poëmata. Hoc negant plerique poëtis eſſe proprium, ſed ſi aliquando id fit, caſu quodam ab ijs fieri arbitrantur, atque hinc Horat. improbant, quòd præceperit & delectare, & prodeſſe humano generi poëtas debere: cùm illis quidem uoluptas tantummodo neceſſaria uideatur. Ii uel minimè intelligunt Horatium per illud uerbum, prodeſſe, ſignificare uoluiſſe, idonea uitæ dicere, ut ſeipſum interpretatus eſt, uel eum maledicè, contumelioſeq; calumniantur. nam idem etiam præterea apertè uidetur Ariſtot. in diffinitione Tragœdiæ indicare cùm ait, eam eſſe imitationem actionis illuſtris, abſolutæ, magnitudinem habentis, ſermone ſuaui, ſeparatim ſingulis generibus in partibus habentibus non per enarrationem, ſed per miſericordiam, atque terrorem perturbationes huiuſmodi expurgantem. Quare cùm finis Tragœdiæ referatur ad leniendos, & quaſi expiandos animorum motus, quod ad rectè degendæ uitæ inſtitutionem, & utilitatem uidetur ſpectare non ſolum dicendum eſt poëtis etiam eſſe proprium idonea uitæ afferre, ſed hoc maximè, nam ſi id caſu quodam accidere conſueuiſſet, & niſi proprium fuiſſet, nunquam in diffinitione Tragœdiæ ab eodem Ariſtot. poſitum fuiſſet, in qua quæ accidunt minimè adhiberi debent: ut idem præcipere uidetur in libris, quos de arte dialectica diligenter conſcripſit. quòd cùm ad ſe quoq; pertinere Sophoc. exiſtimauerit, cum poëtæ nomen profiteatur in ſingulis ſemper Tragœdijs inſignem aliquem locum ex morali adhibet philoſophia: ut in Antigone, an ius diuinum humanis legibus ſit anteponendum: in Electra, an deorum prouidentia res mortalium gubernentur: in Philoct. utrum reipub. cauſa aliquando mendacium, & fraus committenda ſit. Ad hæc cum Ariſtot. in rebus uniuerſi generis maximè uerſari proprium, poëtis eſſe dicat, ut non quales aliqui fuerint, ſed quales eſſe debuerint, ab his referantur, non ne apertè indicat munus hoc eſſe illis aſsignatum, ut uarias in eorum poëmatis ciuilis uitæ ſpecies, & officia complectantur, quod nihil quicquam eſſe putandum eſt, quàm idonea uitæ dicere. Hæc ſi ad poëtas minimè pertinuiſſe, & ea potiùs caſu quodam ab his adhibita fuiſſe uiderentur, nequaquam ab Ariſtot. & ab Horat. fuiſſent animaduerſa, atque notata, nam à quibus artium, ac diſciplinarum præcepta traduntur, ab ijs minimè afferuntur, quæ in ea re admodum rarò, & caſu quodam eueniunt, ſed quæ ſæpe, ac potiùs ſemper adhiberi conſueuêre. unde ait ſummus ille philoſophus in 1. Rhetor. nullam artem, quid in ſingulis rebus fieri debet, conſiderare. nam quæ ſingularia ſunt, atque indiuidua, ea, cùm infinita ſint, nulla ſcientia comprehendi poſſunt, atq; ideo minimè ſpectant ad artium, & diſciplinarum præcepta, quæ uniuerſalia tantummodò ſpeculantur. In hac ſententia fuiſſe Erathoſtenem refert Strabo lib. 1. Geographiæ, quem grauiter reprehendit, & improbat, quod poëtas non docendi, ſed delectandi ſolum gratia coniecturis agere exiſtimauerit: cùm ſapientiſsimi homines primam quandam philoſophiam eſſe poëticen aſſeruerint, poëtaſq; ipſos tantummodo ſapientes eſſe, ac uitæ magiſtros, & emendatores dixerint, cuius rei illud non dubium affert argumentum, quod in omnibus Græciæ ciuitatibus liberos facultatis poëticæ ſtudio diligenter erudiri parentes ij potiſsimùm ſeculis curauerint, cum omnibus copijs Græcia floreret, & in ea liberalium diſciplinarum cognitio uigeret, quod non eo tantum conſilio fecerunt, ut puerorum animi uoluptate, perſuaderentur, ſed ut ad optimam rectè uiuendi rationem, ac moderationem exercerentur. Et ſanè cum poëtæ modò oratorum, modò imperatorum, aut aliorum perſona inducta aliquam uirtutis imaginem ubiq; repræſentent, quis hoc iure reprehenderit, aut eum, qui id faciat nugatorem quempiam, aut hiſtrionem appellauerit? cùm non auribus tantum, ſed etiam animis conſulant. Quare qui hæc tam præclara, tam hominum generi neceſſaria canunt non ſolùm delectare, ſed etiam docere uelle uideri debent: cùm præcipuè uoluptatem uincat utilitas. Minus igitur oberraſſet à uero Erathoſtenes, ſi non communem de uniuerſa poëſi ſententiam ferens, ita diſtinxiſſet, poëtas interdum hoc, interdum illud præſtare, ut quibus in locis res ipſa poſtulat, & auribus uoluptatem, & animis pariunt utilitatem. Præterea nullos poſſe rectiùs de hac re ſententiam ferre exiſtimamus, quam eos, quibus ſummam doctrinæ, ac ſapientiæ laudem omnes tribuunt. philoſophos dico, & eos philoſophos, qui quaſi principes familiam ducunt, Platonem ſcilicet atque Ariſtot. qui cum ad confirmanda ea, quæ ad hominum utilitatem non ad uoluptatem referunt poëtarum exemplis ſæpiſsimè utantur: certè in eo, quòd à poëtis aſſumunt inanem, ac leuem uoluptatem non aucupantur, ſed ut eum fructum, quem ipſi ſuis ſcriptis magnum afferunt maiorem etiam efficiant ad uberrimos poëtarum campos confugiunt. Quod cùm ita ſit, à philoſophorumq; libris maxima ad uitam adiumenta deriuentur, ſatis conſtat poëtas eſſe non ſolùm iucundos, ſed etiam maximè utiles, & in eo philoſophis perſimiles, quod ij etiam & iuuent, & doceant.

Volunt] Eam uim habet hoc in loco, ac ſi diceret: debent, quod dicendi genus tum à Græcis, tum à Latinis frequenter uſurpatum uidemus.

Aut

Aut delectare] *Hoc eſt, mouere tam in bonam partem: ut in ſpem & lætitiam, quam in malam: ut in dolorem, & metum. Hos enim animorum motus, qui adhibent in poëmate non paruam afferunt lectoribus oblectationem, maiorem tamen ſine dubio, qui ad lachrymas ipſas ui orationis impellunt. Atq; hinc, ut in re dubia ſit, inquirere aliquis poſſet: cur Tragœdia, quæ ad luctum inuitat magis quam Comœdia, quæ ad riſum, homines oblectare uideatur: cum homo animal ad riſum promptiſſimum ſit. Huius rei cauſam artificium, & difficultatem imitationis putamus. quia artificioſius, & difficilius exiſtimandum eſt ui orationis ad id nos impellere, quod naturæ uidetur repugnare, quam ad quod ſumus propenſiores ac ſponte ducimur, etiam ſine poëtæ artificio. Delectare igitur hoc loco non tam pro oblectare, ſed generatim pro mouere accipiendum eſt. quòd in hac ipſa re omnis oblectatio poſita ſit. Et ſi enim ad fletum plurimorum ſcriptis ducimur, delectari nos tamen admodum eorum lectione ſentimus. Vnde & ſuprà dulcia poëmata dixit, non quæ ad oblectationem ſolùm, ſed quæ etiam ad mœrorem ſcripta ſunt: ut ibi ſatis abundè declarauimus. Quare & Ariſt. Tragœdiæ ſermonem ſuauem dicit eſſe oportere, hoc eſt, animorū affectibus plenum, iiſq; maximè, qui ad miſericordiam, & terrorem ſpectant. neq; enim aliter intelligere poſſumus, cùm Tragœdia circa miſerabilia, & terribilia præcipuè uerſetur. ut idem Ariſt. auctor eſt. Quamobrem cùm duas partes nobis ineſſe nemini dubium ſit, mentem ſcilicet, & uoluntatem: altera eſt doctrina rerum illuſtranda: altera motu animorum concitanda. Quare delectare poſuit pro ea parte, quæ pertinet ad uoluntatem inflammandam ſiue ad lætitiam, & ſpem, ſiue ad mœrorem, & metum, prodeſſe pro ea, quæ ſpectat ad mentem illuſtrandam.* Aut ſimul & iucunda, & idonea dicere uitæ] *Aut, inquit, officium poëtarum eſt in eorum libris ſeparatim prodeſſe, aut ſeparatim delectare, aut ſimul utrunq; de primo genere dixit prodeſſe: de ſecundo delectare: de tertio autem ſimul & iucunda, & idonea dicere uitæ, in quo annumerare poſſumus Hom. atq; Virg. quorum alter in Achille, atque Vlyſſe: alter in Aenea iuſtitiæ, & uirtutum omnium genera perſecutus eſt. nam ut eam partem prætercam, quæ in oblectatione poſita eſt, qua refertum eſt cumulatiſſimè poëma. Aeneidos: eum inducit cætera officia religionis cauſa deferentem, patriæ extremum capitis periculum ſuccurrentem: omnemq; & patris, & filij, & coniugis, & reliquorum curam illius ſaluti poſtponentem: de qua poſtquam matre Venere monſtrante iam nullam eſſe habendā amplius ſpem uidet, primùm ad Deorum penatium ſimulachra cuſtodienda, tum ad patri, ad filio, ad uxori, gradatimq; ad reliquis opem, atq; auxilium inferendum accedentem facit. nec omittit in eo ornando, quantum & uiuo patri obedientiam, & mortuo præſtiterit pietatem: nec tacet in ſociorum conſolationibus à præteritis, & à futuris prudentiam cum iuſtitia ſemper coniunctam: nec obliuiſcitur ab eo fortitudinis adhibitæ, non pro ſuis commodis, ſed pro religionis, pro patriæ, pro parentis, pro filij, pro uxoris, pro reliquorum familiarium denfenſione. adiungit præterea temperantiam cum eadem iuſtitia coniunctam, cum à Didone eum faciat diſcedentem, ubi uideat defraudari à ſe regno Aſcanium, ſi apud eam diutius commoretur, licet antea ijs indulſerit uoluptatibus in quibus nulla illata eſt iniuria, nec in Didonem iam uiduam, & uolentem, nec in Creuſam iam mortuam.* Iucunda] *Quod attinet ad oblectationem, & ad animorum motus concitandos.*

Idonea] *Quod attinet ad utilitatem, & mentis aciem illuſtrandā illud autem iucunda eo modo eſt accipiendum, quo ſuprà diximus dulcia poëmata accipi. Vnde & Ariſtoteles per imitationem poëtam parare delectationem à timore, & miſericordia dicit: non quod his perturbationibus ulla delectatio pareretur, ſed quod illud poëma magis oblectet legentes, & audientes, quod his refertum ſit. & Plutar. in lib. de audiendis poëtis: Cæterùm affectio in uerbis mirum dictu quam facilè à rebus triſtioribus ad hilaritatem auditores cōmouerit, atq; ut ſua traduxerit, quod neq; uerſus ipſe, neq; figura, neq; acumen dicendi, aut tempeſtiua metaphora, aut concinnitas aut ſtructura tantùm afferat ſecum illecebrarum, quantum ineſt fabulæ ſuis affectibus rectè ſibi conſtanti.* Quidquid præcipies eſto breuis] *Diſtinctis, & partitis poëtarum generibus præcipit, quod in uno quoq; genere ſeruandum ſit. Ait autem præcepta ad uitæ, morumq; inſtitutionem tradentibus neceſſariam maximè breuitatem: ad oblectationem uerò ſcribentibus ueriſimilitudinem: ut quæ ad uitam pertinent breuiter dicta faciliùs percipiantur, & fidelibus memoriæ commendentur, quæ uerò ad oblectationem ex ueriſimilitudine ipſa ſtatim credantur. Quid ijs neceſſarium ſit, qui in ultima diuiſionis parte adhibiti ſunt minimè explicat. tacitè uerò ijs & breuitatem, & ueriſimilitudinem præcipit. Nam ſi utilitati tantummodò ſtudentibus breuitatē, ſi oblectationi ueriſimilitudinem inquit neceſſariam. conſequitur ut utriq; rei ſimul ſtudentibus utrumq; neceſſarium ſit & breuitas, & ueriſimilitudo.*

Quidquid præcipies eſto breuis] *Vt nihil deſit, nihil redundet. ut minimè in obſcuritatem concidamus, quæ maximè uitanda eſt utitur autem imperatiuo, eſto, tanquam legumlator, in quibus omnia hac dicendi forma proponuntur: ut in legibus duodecim tabularum ſeruatum uidemus. Vnde & ſuprà:*

„ *Non ſatis eſt pulchra eſſe poëmata: dulcia ſunto:*
„ *Et quocunq; uolent animum auditoris agunto.*

Vt citò dicta] *Ratio quare in his, quæ præcipiuntur breuitas adhibenda ſit: attingit autem illas duas partes uirtutum non uoluntariarum, quæ ferè appellantur uno ingenij nomine: docilitatem ſcilicet, & memoriam: docilitatem dum ait, ut citò dicta, percipiant animi dociles: memoriam dum ait: teneantq; fideles: illa uerò particula, citò, ſi ad dicta referatur: ut ſit citò dicta, pro breuiter dicta: erit tranſlatiua à tempore ad locum, ſi ad uerbum, percipiant: ut ſit citò percipiant: hoc eſt, libenter capiant, & ſtatim intelligant: erit propria.* Animi dociles] *Hoc eſt natura celeres ad diſcendū. Quare dociles dixit, quod eſt non ingenij, ut inquit Griſolus, quod cum ſit genus docilitatem, & memoriam complectitur, ſed docilitatis: & fideles quod eſt memoriæ. dixit autem fideles ſumpta tranſlatione ab his, quorum fidei aliquid committimus.* Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat] *Ratio altera per ſimilitudinē, quare breuiora eſſe debeant, quæ præcipiantur. nam ſi uerborum ambagibus, & circumlocutionibus inuoluta ea ſint, quæ præcipiūtur non aliter à mente reijciuntur, quam è ſtomacho nimia ciborū repletio.* Ficta uoluptatis cauſa ſint proxima ueris] *Quæ ficta ſunt, inquit, ad oblectationem: id eſt, ad animorum motus concitandos ſint ueri proxima, ſint ueriſimilia: hoc eſt, qualitatem perſonarum ſeruent: Vnde ſuprà:*

„ *Telephus, & Peleus, cum pauper, & exul uterq;*
„ *Proijcit ampullas, & ſeſquipedalia uerba,*
„ *Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querela.*

Quia minimè ueriſimile uidetur miſeros ſuperioribus uti uerbis.

Nec quodcunq; uolet poſcat ſibi fabula credi] *Si quid enim non ueriſimile afferetur: illud ſibi fidem, poëtæ autem derogat dignitatem. Vnde Plut. nihil tantum afferre ſecum illecebrarum ait, quantum ineſt fabulæ ſuis affectibus rectè ſibi conſtanti. nam & quemadmodum, inquit, in picturis uehementius mouet color, quam linea ad hoc, ut humana effigies reddatur conſpicua, & fallantur ſpectatores: ſi in carminibus ueriſimilitudo admixta nugis attonitos quodam modo reddit, ac decipit, eos, qui audiunt. Quare & ſuprà ad hoc reſpiciens præcipit:*

„ *Aut in auem Progne uertatur, Cadmus in anguem.*
„ *Quodcunq; oſtendis mihi ſic incredulus Odi.*

Ad ueriſimilitudinem autem in omni re ſeruandam cognitio ueritatis maximè neceſſaria eſt. nam ut inquit Socrates in Phædro apud Platonem probabile, & ueriſimile non aliter, quam per ueritatis ſimilitudinem fit. Similitudines autem ueri ab eo qui ueritatem nouit aptiſſimè ubiq; reperiri poſſunt. Neu pranſæ Lamiæ uiuū puerum extrahat aluo] *Fabula ſcilicet, & actio ipſa. exemplo uero appoſito rem illuſtrat, quam dixerat: ficta uoluptatis cauſa ſint, proxima ueris. ait enim non eſſe in fabulis fingēdum ex Lamiæ aluō uiuum puerum extrahi, quem paulò antè ſua ingluuie deuoraſſet. Lamiam uerò refert Suidas ex Doridis libris Lybicarum hiſtoriarum pulcherrimam fuiſſe, atq; una cum Ioue concubuiſſe, grauidamq; abortum à Iunone coactam feciſſe, ideoq; deformiorem dolore abortionis redditam eſſe, atq; ideo dictam aliarum quoq; puellos deuorare. Philoſtratus autem ait lamias à quibuſdam Larias*

appellari, & lemures, eſſeq; ad amorem, & Venerem propenſas, & carnes humanas, maximeq; formoſorum eſurienter appetere, quæ cupiditate libidinis eos alliciant, quos poſtea cupiant deuorare.

Pranſæ] Quem iam pranſa fuerit. Eſt autem prandium, quaſi perēdium cibus, qui ante nonam horam ſumebatur, neq; erat præcipuus cibus antiquis: ut ex his Celſi uerbis apparet. famem faciliùs fert adoleſcens, quam puer, & uno cibo, quam prandio quoq; aſſuetus: & alibi: ſi prandet aliquis, utilius eſt exiguum aliquid, & ipſum ſiccum ſine carne, ſine potione ſumere. Vnde apud Horat. pranſus non auidè: hoc eſt, pauculum quid. Centuriæ ſeniorum] Tribus poematum generibus tria genera laudatorum accommodat: quæ ad utilitatem pertinent, laudari, inquit, à ſenioribus, uituperari à iunioribus: quæ ad oblectationem laudari à iunioribus, uituperari à ſenioribus, quæ ſimul & ad utilitatem, & ad oblectationē, & à ſenioribus, & à iunioribus commendari: cùm ex iis & ſeniores habeant, unde utilitatem & iuniores, unde capiant delectationem. Perfectiſsimum enim eſt hoc poſtremum poëmatos genus, atq; ideo ab omnibus ſummopere commendandum, cùm & proprio authori maximam, & immortalem præbeat gloriam per uniuerſum terrarum orbem, & librariis ſcriptoribus utilitatem, hoc à Platone latenter, & artificioſè ſumptum uideri poteſt ex ſecundo de Leg. ubi ſingulis ætatibus ex propriis cuiuſq; ſtudiis ſingula attribuens: poëmatum genera ait à pueris admodum paruis præſtigiatorem, à grandioribus Comœdiam, ab adoleſcentulis Tragœdiam, à ſenioribus epopœiam præ cæteris probari, & commendari. ideo uerò à pueris præponi ait præſtigiatorem. quia ſtudiis eius ætatis hoc genus hominum maximè congruit. nam quemadmodum præſtigiatores in continuo motu corporis uerſantur, ita tenerioris ætatis omnes, ut ait Plato, atq; Ariſtot. non poſſunt nec corpore, nec uoce quieſcere, ſed moueri ſemper, & loqui uolunt alii exultantes, ac geſtientes, ac ueluti cum uoluptate, ſaltantes, alii ludentes, & uariis uocibus conclamantes. Quare cum pueri ipſi teneriores earum rerum, quæ in poëmatis aguntur expertes omninò ſint, illud uel in primis rebus omnibus anteponunt, quod à puerili admodum ætate non eſſe alienum uident, & ſibi fore uoluptati exiſtimant. Vnde grandiores facti cum deguſtare pauculum quid de poëmatum ratione incipiunt Comœdiam uel præſtigiatoribus anteponunt, quia in ea iam ſint ætate conſtituti, quæ rebus ridiculis, & facetiarum lepôre Comœdiæ proprio maximè gaudet. Exacta uerò pueritia iam adoleſcentes rerum magnarum cupidi, ardentes in cupiditatibus, iiſq; propter ætatem uehementibus, Tragœdiam uel Comœdiæ uel præſtigiatoribus præſtare iudicant, atq; excellere ætati huic admodum reſpondentem, qui ſenes iam, refrigeratis cupiditatibus, reſtincto illo ardore adoleſcentiæ illud genus poëtarum maximè laudat, quod in ſe continet ſenilem quandam rerum grauitatem quietam maximè, atque ſedatam turbulentiſsimis carentem Tragœdiæ motibus. Commendant igitur epopœiam præcipuè, quia grauitatem habeat cum quadam tranquillitate coniunctam, ætati eorum admodum ſimilē, quæ in Tragœdia deſideratur. Quare maximo ſunt in errore, qui aiunt tanquam de hac re ſententiam protuliſſet, Platonem Tragœdiæ epopœiam præpoſuiſſe, atq; hinc Ariſt. ueritate adductum contra Platonem præceptorem, quid de hac re ſenſerit, in libro de poëtica in medium attuliſſe: cum neq; Plato definitè epopœiam Tragœdiæ unquam prætulerit, neque Ariſtoteles illum notauerit. neq; enim ille Platonem carpit, ſed eos duntaxat, qui epopœiam Tragœdiæ præponebant, quod minùs rebus exterioribus indigeret, & ad meliores ſpectatores referretur, qua ratione nullibi unquam uſum fuiſſe Platonem animaduertimus. Centuriæ] Locus iſte admonet, ut de diuiſione populi Romani in claſſes, claſsiumq; in centurias, centuriarumq; in ſeniores & iuniores aliquid pertractemus, ut, qua ratione centurias ſeniorum dixerit Horatius, facilè intelligatur. qua in re nihil aliud mihi faciendum uidetur, quam ut Dionyſii de hac tota re uerba proferam, quibuſdam tamen ſublatis, quæ nihil pertinent ad id, quod requirimus. Halicarnaſſeus igitur lib. 4. antiq. Rom. ubi de cenſu à Tullio rege facto meminit, ita rem totam explicat. Peracto cenſu cum ex ſcripto & ipſorum numerum, & opes eorum cognouiſſet, commentus eſt inſtitutum longè prudentiſsimum, & Reipublicæ ſaluberrimum, ut res docuit. id fuit tale. Vnam ſelectam ex omni numero partem cui maximus cenſus erat, nec minor centum minis, in octoginta centurias digeſſit. ex his quadraginta centurias fecit iuniorum, qui foris bella gererent: totidem ſeniorum, qui manerent ad urbis cuſtodiam. cæterùm equitum delectum habuit ex opulentiſsimis nobilium. horum 18. centurias his 80. centuriis primæ claſsis attribuit. Hæc prima claſsis fuit. Secundæ claſsis cenſus erat intra 10000. dragmarum uſque ad minas 70. ex his conſcriptæ 20. centuriæ. hic quoque natu ſuper 45. annum à militari ætate diuiſit. Centuriæ 10. iuniorum, qui ad bella emitterentur, totidem ſeniorum ad ſeruanda mœnia. his uiginti centuriis duæ opificum centuriæ attributæ ſunt ſeniorum una, iuniorum altera. Tertiæ cenſus ut ad ſepties mille & quingentas dragmas non perueniebat. ita quinquaginta minas excedebat. Ex hac 20. centuriæ conſcriptæ ſunt ſeniorum decem, totidem iuniorum. Ex reliquis rurſus, cùm detraxiſſet, qui minus quinq; millibus dragmarum in bonis poſſiderent, uſque ad 20. minas quartam claſſem fecit uiginti conſtantem centuriis, decem uigentium cum maximè, totidem maturitatem iam egreſſorum, quibus duæ cornicinum, & tibicinum centuriæ una ſeniorum, altera iuniorum adiectæ ſunt. In quintam claſſem reiecti ſunt, quórum facultates cenſerentur inter 25. minas, & 12. cum dimidia. Triginta erant centuriæ pro ætatis ratione diuiſæ pariter 15. ſeniorum, iuniorum totidem. Reliquos ciues, quorum cenſus minor fuit duodecim minis cum dimidia, ſed numero non cedebat quinque claſsibus aut ſuperabant etiam in unum ordinem congeſſit. Hæ igitur claſſes cōtinebant 193. centurias: prima 98. annumeratis equitibus, Secunda 22. cum cornicinibus, & tibicinibus. Quinta 30. Vltima pro una cenſebatur egenorum centuria. Vnaquæque igitur claſsis diuidebatur in totidem centurias ſeniorum, & in totidem pariter iuniorum. Quare ad Tullii diuiſionem reſpiciens Horat. dixit centuriæ ſeniorum, & Cicero in Verrem cùm ait: Sed cùm eſſes renunciatus, ut dixi, non ipſa præconis uoce excitatus es, qui te toties ſeniorum, iuniorumq; centuriis illo honore affici pronunciauit, & quæ ſequuntur. Qua uerò ratione in centuriatis comitiis, & quo ordine ferentur ſuffragia: quoniam à re propoſita minimè alienum uidetur: explicat paulò pòſt idem Dionyſius. Diximus autem antea, quod iam olim penes populum trium horum erat arbitrium, creandi magiſtratus tam domi, quam militiæ, leges abrogandi uel confirmandi, bellum pacem'ue decernendi. De his rebus quoties diſceptabatur curiatim colligebantur ſuffragia, & tantundem ualebat, pauperrimi, quantum ditiſsimi calculus: cumq; pauci eſſent diuites pauperum multitudine in ſuffragiis uincebantur. hoc intelligens Tul. ad diuites uim ſuffragiorum tranſtulit. quando enim magiſtratus creare, aut de lege cognoſcere, aut bellum inferre uolebat pro curiatis centuriata indicebat comitia. primæ ad ſuffragia uocabantur maximi cenſus centuriæ 18 equitum. 80. peditum. hæ quia tribus centuriis, plures erant quam reliquæ, ſi conſentirent uincebant, & diffiniebatur ſententia. ſin minus, 22. centuriæ ſecundæ claſsis inibant ſuffragia, quodſi ne tum quidem conuenirent calculi, tertia claſsis uocabatur, ac deinceps quarta, idq; tamdiu fiebat, donec nonaginta ſeptem centuriarum conſentirent ſuffragia. id ſi ne poſt quinta quidem uocationem contingeret, centum nonaginta duabus centuriis pari utrinque numero diuiſis in duas ſententias, tum demum uocabatur ultima inopum centuria, & utricunque parti accederet eam reddebat potiorem altera: quod per rarum erat & penè impoſsibile. plerunque enim prima uocatione abſoluebantur comitia, raro ad quartam perueniebatur: quinta & ſexta erant ſuperuacaneæ. Hæc ſunt quæ ad intelligendum hunc Horatii locum duximus ex Dionyſio repetenda.

Centuriæ ſeniorum] Id eſt, ſeniores ipſi, & eorum multitudo, quæ in unaquaque claſſe per centurias diuiſa centuriatim ferebat ſuffragia. Agitant] Cum exaggeratione, ut ferè ſemper ſolent ſeniores, reprehendunt.

Expertia frugis] Inutilia, & quæ non continent idonea uitæ.

Celſi prætereunt auſtera poëmata Rhamnes] Plut. in uita Romuli totam ciuitatem in tres tribus à Romulo diuiſam ait. in Rhamnenſes à Romulo dictos: id Tatienſes à T. Tatio: In Luceres à luco aſyli, ac ſingulas tribus decem curias continuiſſe. Quare

Horat.

Horat. per Metonymian poſuit partem pro toto, hoc eſt, Rhamnes pro omnibus Romanis. Diſtinxit autem à ſenioribus per illud uerbum, celſi, ut iuniores Romanos ſignificaret ad differentiam ſeniorum, qui curui ſunt, cùm iuniores celſi ſemper, & erecti procedant. Vnde Tib. curuam ſenectam appellauit.

» *Nec uenit tardo curua ſenecta pede.*

Ad iuuentutis differentiam, quæ erectior, & excelſior ſolet procedere. Per celſos Rhamnes Romanos iuniores intelligo: hoc eſt, iuniorum centurias. Prætereunt] *Negligunt ac ſi aliquem locum præterirent: ut dixit Ter.*

» *Dum hæc puto, præterij imprudens uillam.*

Auſtera] *In quibus ſola utilitas, nulla præterea oblectatio continetur. rectè autem à iunioribus ſeueriora, à ſenioribus uerò blandiora poëmata dixit negligi, cùm horum alteri, ut inquit, Ariſtot. ſubiecti affectibus ſint riſus affectatores: alteri ſeueriores inurbani, quorum cupiditates partim omninò defecerunt, partim autem languidæ factæ ſunt.* Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci] *Omnium tulit inquit, ſuffragia ille poëta, qui miſcuit utilia dulcibus lectorem ipſum modo delectando ſermonis elegantia, & uenuſtate, & modò ſanctiſsimis uitæ præceptis, & inſtitutionibus monendo. aliter enim & ipſe Cicero negligere ſe doctam lectionem ſine ulla delectatione ait in Tuſcul. dixit autem punctum, perſiſtens in incæpta ſuffragiorum iucundorum metaphora, calculi etenim, quos quis in comitijs populi ſuffragijs habuiſſet, punctis notabantur ut ſignificare uidetur Cicero pro Murena: dum ait: tamen admonitus re ipſa recordor quantum hæ quæſtiones in Senatu habitæ punctorum nobis detraxerint: id eſt, ſuffragiorum, & pro Plancio: At nonnullas tribus punctis penè totidem tulerunt. Eadem ratione & idem Horat. in Epiſtolis:*

» *Diſcedo Alcæus puncto illius. ille meo quis?*
» *Quis? niſi Callimachus.*

Lectorem delectando] *Scilicet affectus animorum mouendo, pariterq́ monendo.* Vtilibus] *Hic meret æra liber Soſiis. Amplificatio per repetitionem in laudem extremi poëmatum generis, quòd & utilitatem contineat, & iucunditatem.* Meret æra] *Acquirit Magnam pecuniarum copiam. Ita enim accipitur hoc in loco merere. Vnde & illud Ouid.*

» *Iuſsit & in caſtris æra merere ſuis.*

Et mare tranſit] *Legendus, ſcilicet etiam longinquis, externisq́ nationibus.* Et noto longum ſcriptori prorogat æuum] *Hoc eſt, eius nomen conſecrat immortalitati, & æternitati. Soſii uerò ſcriptores librarij fuêre, tunc apud Romanos celebres, quorum etiam meminit in Epiſtolis*

» *Vertumnum, Ianumq́ liber ſpectare uideris:*
» *Scilicet ut proſtes Soſiorum pumice mundus.*

Sunt delicta tamen] Occurrit hoc in loco obiectioni, *quæ à prudentioribus fieri poſſet. dicerent etenim difficilimum eſſe, quaſiq́ quod fieri minimè poſsit in poëmate rebus omnibus, quæ traduntur in hac epiſtola diligentiſsimè obſeruatis ſcopum attingere, quibus reſpondet Horatius eſſe quædam delicta, quæ cùm leuiora ſint, nec multa admodum ueniam mereantur: cum & Cytharœdis, & ſagittarijs hoc idem contingat: ut non ſemper alteri perfectiſsimè chordas pulſent, alteri nequaquam ſcopum feriant. Quæ quidem delicta, ſi plura & grauiora erunt, omninò ait, repudianda. Neminem enim admittit in numerum poëtarum Horatius in toto opere ſemel bonum: ut Chœrilum, et neminem eijcit ſemel, aut bis malum tantummodo: ut Homerum. fas eſt enim in opere longiori ſomnum aliquando obrepere, non autem profundiſsimè, & ſemper obdormitare.* Sunt delicta] *Sunt, inquit, & quidam errores, quibus uenia concedenda eſt. quòd autem uenia danda ſit, exemplo cytharœdi, & ſagittarij magis probat, difficillimumq́ eſſe affirmat aliquando non errare: cùm hoc humanæ naturæ longè contrarium ſit.*

Nam neque chorda ſonum reddit quem uult manus, & mens] *Et aures cytharœdi. nam ſi chordam ultra aut citra, quàm deceat pertingat minimè conficiet eum ſonum, quem requiret. nam ſi ſuperiùs quàm conueniat chordam tetigerit, grauiorem, ſi inferius acutiorem ſonum remittet. Eſt autem ordo. nam neque chorda reddet eum ſonum, quem uult manus cytharœdi, & aures ipſæ: & aliquando poſcenti ſonum grauem ipſa chorda ſcilicet citra, uel ultra quàm conueniat contacta remittit acutum. Quemadmodum igitur ex difficultate aliquando, ſi ſemel peccauerit, cytharœdo, & ſagittario uenia danda eſt, ita & poëtæ, ſi ſemel in toto opere malus fuerit non neganda eſt.* Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis offendar maculis] *Redit ad rem poſt allatum cytharœdi, & ſagittarij exemplum. inquit autem ubi maior pars in poëmate ſplendida, atq́ illuſtris ſit, non debere nos pauculis admodum maculis offendi.* Quas aut incuria fudit] *Et negligentia ipſa, in quam admiror maximè Virg. incidiſſe: cum minimè animaduerterit, quantum inter ſe fuerint contraria illa carmina in ſecundo:*

» *Iamq́ adeò ſuper unus eram.*

Ac illa in 6. Aeneid.

» *Namq́ ut ſupremam falſa inter gaudia noctem.*

Hanc uerò labem Virg. expurgaſſet, ſi uixiſſet diutiùs, atque illi operi extremam manum impoſuiſſet. Per incuriam igitur commiſſos errores intelligit, in quos ſi mentem adhibuiſſent poëtæ nequaquam incidiſſent. aliquando enim compoſitionis ardore inflammati leuia quædam prætereunt, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum ſuorum uoluptati, nec ſemper intendunt, animum nonnunquam etiam fatigantur. Verum hiſce erroribus uenia concedenda eſt, quandoquidem in eos ſemel, aut bis in toto opere incidimus. Aut humana parum cauit natura] *Peccatis obnoxia, cui non contigit ſcire omnia. Quare ſapientiſsimè Ariſtoteles duo errorum genera in poëmate ait reperiri, alterum per ſe, quod ad propriam ipſius poëtæ facultatem ſpectat: alterum per accidens. quod ad alias artes, & ſcientias pertinet. Leuiſsimum hoc poſterius, & uenia non indignum, in quo reprehenſus eſt Virgil. à nonnullis, quia ſcilicet dixerit Aeneam: cùm primum in Africam perueniſſet, ceruorũ errantium armenta proſpexiſſe: cùm Herodotus neget animal hoc in ea regione inueniri. ſed excuſandus eſt ille quidem. Nam etſi reuera non fuerint, ueriſimile tamen eſt eſſe potuiſſe. Nihil autem obſtat ſi falſa poëtæ referant, dummodo ueriſimilia ea ſint. quia neque in Africam Aeneas profectus eſt, etſi profectum fuiſſe ueriſimile eſt. Neque Pindarus, qui in Olympijs Ode tertia ceruæ cornua attribuerit, cùm ijs fœmina careat, condemnandus eſt: cùm eum etiam excuſet tacitè Ariſtoteles, dum ait. Leuius enim fuerit, ſi quis ceruam cornua non habere ignorauerit, quàm ſi non bona imitatione deſcripſerit. quia ſi ignorauerit ceruas non habere cornua, erit peccatum per accidens, ſi uerò malè deſcripſerit, erit peccatum per ſe, hoc eſt, ex artis poëticæ ignoratione, cui nulla uenia concedenda eſt. nec minus ignoſcere etiam debemus Franciſco Petrarchæ, quod in eundem errorem prolapſus ſit: cùm ad Pindari imitationem dixerit:*

» *Vna candida cerua ſopra l' herba*
» *Verde m' apparue con dua corna d' oro*

Tum quia poëtæ circa ueriſimilia uerſantur. nõ eſt autem uero diſſimile ceruas habere cornua. tum quia ſe ait in ſomnis uidiſſe, in quibus aliquando res præter naturæ uſum uidemur cernere.

Quid ergo] *Interrogatio poëtæ, quam ſubſequitur etiam eiuſdem reſponſio, in qua concludens breuiter, quæ ſupra iam dicta ſunt, oſtendit: non multum, negligenterq́ eſſe in poëmate ceſſandum, aliter qui in hunc errorem negligentiæ inciderit ſimiles Chœrilo exiſtimandos, quem bis, aut ter tantummodo bonum cum riſu miremur, cum maximè indignemur ſi Homer. ſemel malum deprehenderimus, etſi in 48. librorum numero ſemel licuerit ſomnum obrepere.* Scriptor librarius] *Librorum manu ſcriptor. ita enim dicitur, cùm impreſsiones illis temporibus deſiderentur.* Peccat idem] *In eadem re ſemper. nam ſi admoneatur: ut puta Aeneam ſemper cum diphthongo ſcribendum, ille tamen quamuis admonitus quoties id nomen occurrerit ſine diphthongo illud denotet, non'ne & ille multũ ceſſare dicendus eſt, atq́ ideo reprehendendus, neq́ excuſandus?* Sic mihi qui multum ceſſat] *Vt ſcriptor librarius, & citharœdus idem ſemper peccantes, fit Chœrilus ille, quem in toto eius opere bis, aut ter tantummodò bonum miror: cùm idem indigner, ſi Homerum ſemel malum deprehendero, quamuis in tot librorum numero fas illi fuerit ſomnum obrepere. de Chœrilo autem*

nihil dico, ſatis eſt ſcriptorem rerum ab Alexandro geſtarum non ignorare, adeoq; ineptum, ut in toto eius opere uix ſex, aut ſeptem uerſus laude dignos compoſuerit. Vnde in epiſt.

„ Gratus Alexandro regi magno fuit ille
„ Chœrilus, incultis qui uerſibus, & malè natis
„ Rettulit acceptos regale numiſma Philippos.

Huius minimè utendum eſſe exemplis admonet etiam Ariſt.

Qui multum ceſſat] *Qui multum ceſſat ei nulla uenia danda eſt: qui uerò ſemel ei libenter ignouiſſe debemus. Vnde ſeruum excuſatione, & uenia dignũ probat in Epiſt. qui ſemel errauerit, cũ ait:*

„ Semel hic ceſſauit, (& ut fit) In ſcalis latuit.

Nam qui bis, aut ter in eadem re labitur, ei nulla uenia danda eſt. nam, ut inquit ille, in eadem re bis labi non eſt ſapientis. Quandoq; bonus dormitat Hom.] *Pro quandocunq;: ut & in* Odis (lib. 4.

„ Et quandoq; potentior
„ Largis muneribus riſerit æmuli.

Pro quandocunq;. Eſt autem ordo, & ſeries: quem Chœrilus bis, aut ter bonum cum riſu miror, & ego idem indignor quandocunq; Homerus dormitat: ut illud quandoq; bonus dormitat Homerus, non ad excuſationem ineptorum poëtarum: ut Chœrili, ſed ad indignationem referatur. nam illud quod ſequitur. Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum, ad excuſationem Homeri referendum eſt per correctionem quandam, quia dixerat ſe indignari Homero, quibus uerbis concludens præceptum ſcilicet aliquibus erroribus, dari ueniam quando plura nitent in carmine, oſtendit de Homero nos, minimè indignari debere, ſi aliquando dormitauerit.

Quare grauiter quidem fert Homerum, irridet Chœrilum: non ut iſti uolunt ſimul eundem Chœrilum & irridet, & grauiter fert. Cur enim de Chœrilo indignaretur Horatius? Riſus cauſam uideo, uel quòd admiraretur aliquando bonũ, uel quòd nihil in eo eſſet, quod non ridiculum uideretur, indignationis non uideo. malos etenim, & ineptos poëtas tum: quia ridiculas res ſemper afferunt: irridemus, tum etiam, quia ſi quid excellens, & illuſtre habent in toto opere caſu quodam plurimis uitijs deformiùs reddunt, cum riſu miramur. Quare ſi illudit Horatius Chœrilum, quia bis, aut ter tantummodò in toto opere bonus, quantò magis illudere eundem debebat in reliquo opere, hoc eſt, in rebus turpioribus, & deformioribus, quæ riſum uel ſolæ, uel maximè concitant: ut author eſt M. Tullius. Indignationem Horatij de Homero iuſtiſsimam iudicamus. quia ſcilicet cùm præſtantiſsimos, & optimos homines ijs indignũ aliquid committentes aliquando cernimus, ijs ſubiraſci, & ſuccenſere ſoleamus. Indignatur itaq; iure admodum Horatius de uno, atq; altero Hom. errore, in quem tam præclaro in opere prolapſus eſt. Quare cùm dicat, ſe Chœrilum cum riſu mirari, cauſam indicat riſus, admirationem ſcilicet, indignationis non affert. Præterea grauiter ferimus, ſi quid mali committunt ij, quos magni facimus, & charos habemus. quos uerò non ſolum paruipendimus, ſed etiam odimus, eos irridemus, minimè autem indignamur. Amabat, & magnifaciebat Hom. Horat. quia ſemper bonus, perrarò autem malus, oderat Chœrilum, quia ſemper malus, nunquam ferè bonus. Cauſam riſus de Chœrilo: cauſam indignationis de Hom. uideo. Econtrario de Chœrilo cauſam indignationis nullam conijcio. Quamobrem non rectè ſentire uidetur Griſolus, neq; prudenter animaduertere, dum ex his Ciceronis uerbis in primo de Oratore: potes igitur, inquit Craſſus, oratores putare eos, quos multas horas expectauit, cùm in campum properaret & ridens. & ſtomachans Scæuola, arguit indignationem mouere quendam riſum, ex ipſaq; proficiſci. nam parũ aduertit Scæuolæ riſum nõ ex indignatione, neq; eiuſdem indignationem ex riſu proficiſci, ſed alia, atq; alia de cauſa. Irridebat enim uir ille ſapientiſsimus & iuſtiſsimus eorum oratorum Hipſei, ſcilicet, & Octauij ſtultitiam. grauiter ferre uideret noceri ab ipſius patronis. Quamobrem non ex riſu indignatio, neq; ex indignatione riſus, ſed aliunde riſus, aliunde indignatio proficiſcebatur. Melius tu quidem Griſole tibi conſuluiſſes, ſi admirationem mouere riſum dixiſſes. nam quemadmodũ ex admiratione riſum proficiſci, ita ex indignatione lachrymas aliquando, nũquam riſum uidemus. quia riſus, ut ait Cicero lib. 2. de Oratore, triſtitiam, ac ſeueritatẽ mitigat, odioſaſq; ſæpè res diſſoluit. Sed ſi triſtitiam, non'ne & indignationem diſſoluere etiam putandum eſt? quandoquidem & indignatio triſtitiæ pars, & doloris eſſe uideatur: ut ſignificat Ariſtoteles lib. 2. Rhet. Si igitur indignationem diſſoluit, ergo ex indignatione minimè proficiſcitur. Præterea cum Homerum Horatius Chœrilo, Chœrilum Homero opponere uideatur: quia alter ſemper malus, rarò bonus, alter ſemper bonus, rarò autem malus. non'ne magis congruum, & uериſimile omninò uidetur dixiſſe Horatium, ſe Chœrilum bis terq; bonum irridere: Hom. quandoq; malum grauiter ferre, quàm eundem Chœrilum irridere, & grauiter ferre?

Cum riſu miror] *Cum riſu admirationem coniunxit: eadem ratione & Plato in Theæteto cùm ait: Nam in præſentia amicè mira quædam, & ridenda facilè dicere cogimur. & Cicero de claris Oratoribus, cùm ait admirando ridere.* Bis terq; bonum] *Nouitatem cauſam riſus, & admirationis affert. nam quæ noua, & rara ſunt ea admirabilia eſſe uidentur. nouum in Chœrilo bonum, ergo & admirabile. Admirabile quoq; in Homero malum, quia rarum, quia nouum: Sed nouitas in Chœrilo, & admiratio parit riſum, in Hom. indignationem. Poſuit autem quinarium numerum pro quolibet numero, quod, ut ait Macrobius, ſolus omnia quæq; ſunt, quæq; uidentur eſſe complexus eſt.* Quandoq; bonus dormitat Hom.] *Qua uerò in re Hom. ipſe dormitauerit Ariſt. patefacit, dum expoſitionem Vlyſsis in littore Itacenſi rationis, & ueritatis expertem eſſe ait, incongruum enim, & indecorum uidetur Vlyſſem uirum omnium uigilantiſsimum, & prudentiſsimum à Phæacibus in patriam uectum ſomno oppreſſum è naui cum muneribus dormientem ſublatum, & in littore Ithacenſi expoſitum. uidetur autem ad hunc Hom. locum alluſiſſe Horat. quaſi eum uoluerit ſignificare cum ipſo Vlyſſe, quem ſomno oppreſſum finxit, profundiſsimè in ea re dormitaſſe. Quare neq; etiam nos Virgilio ſuccenſere debemus, ſi non ſatis aptè, ut Macrobio uiſus eſt: initium belli inter Troianos, & Latinos fecerit, quamuis huiuſmodi uitia, quia artis poëticæ propria ſunt, excuſatione careant. Sed fas illi fuerit in tota Aeneide ſemel, aut bis dormitaſſe.* Verùm opere in longo fas eſt obrepere ſomnum] *Quando bonis propter aliquod malum ſemel in toto opere ab ijs cõmiſſum ſubiraſcimur: tum poſt indignationem excuſare ſolemus, atq; ideò cum dixerit, ſe de Hom. indignatum, eum excuſat, ut cum eo quaſi reconciliari uideretur. Perſiſtit autem adhuc in incœpta ſomni tranſlatione.* Vt pictura] *Dixerat ſupra perfectiſsimum fore illud poëma, quod ſimul & iucunditatem, & utilitatem complecteretur, nunc optimũ hoc poëſeos genus cum imperfecto comparans, ait, illud non diſsimile eſſe picturæ illi, quæ cum perfectiſsima ſit propius uiſa, & in lucem clariſsima diligentiùs conſiderata, magnopere delectet: cùm illa imperfectior longiori interuallo, & in tenebris aſpicienda potius ſit, ne alicui propius intuenti ſuam turpitudinem patefaciat, taliſq; eſſe uideatur, qualis reuera fuerat, non qualis longiùs conſpecta primo intuitu ſe præbuerat conſpiciendam. Eſt autem ordo, poëſis erit ut quædam pictura, quæ te capiet magis, ſi ſtes propius, & poëſis erit etiam ut quædam altera pictura, quæ te capiet magis, ſi longiùs abſtes. Hæc, quæ te capiet magis, ſi longius abſtes, amat obſcurum, ne in luce conſpecta qualis ſit ſe prodat. Hæc altera, quæ te capiet magis, ſi propius ſtes, & quæ non reformidat argutum acumen iudicis, uolet ſub luce uideri, ut ſeueriſsimo cenſori, & iudici inquirenti ſuam probet integritatem. Hæc quæ amat obſcurum placuit ſemel tantummodò primo aſpectu: Hæc altera, iudicis argutum quæ nõ formidat acumen decies repetita placebit. utitur autem in his uerſibus nouo genere ornamenti: hoc eſt, allegoria ex ſimilitudine ſumpta. priùs enim poëſim picturæ comparat, deinde ex ea re ſumens allegoriam, cùm de poëſi loqueretur allegoricè rem totam explicat: ſumit autem à pictoribus ad artem poëticam referens ſimilitudinẽ, cùm poëticæ ars, & pictura inter ſe ita reſpondeant: ut altera muta poëſis, altera loquens pictura definiatur. Vnde M. Tul. Hom. poëſim picturam contendit eſſe potius exiſtimandam: cùm ait lib. 5. Tuſculanarum quæſtionum. Traditum eſt etiam Hom. cæcum fuiſſe. at eius picturam non poëſim uidemus. quæ regio? quæ ora? qui locus Græciæ? quæ ſpecies formæ? quæ pugna? quæ acies? quod remigium? qui motus hominum? qui ferarum non ita expictus eſt, ut quæ ipſe non uiderit nobis, ut uideamus effecerit?*

Te capiet] *Te delectabit magis, ſi ſtes propiùs, ſi diligentiùs omnia perpendas in ea dijudicanda. & ut quædam, quæ te capiet magis, ſi abſtes longiùs, ſi eam inſpexeris ſemel & inſuper non autem interiùs, & diligentiùs.* Hæc amat obſcurum] *Reddit ſingula ſingulis, ſed incipit à propinquiori. inquit enim hæc inepta, quæ nō uult diligenter conſyderari, ſed leuiter tantummodo amat obſcurum: amat ſe in obſcuro uideri, hoc eſt, raptim legi, ne poſſit conſiderari: Hæc altera, quæ non formidat argutum acumen iudicis uolet ſub luce uideri, hoc eſt, propiùs, & diligentiùs conſiderari, cùm nihil in ea ſit, quod à ſeuerisſimo etiam iudice damnari poſſit.* Hæc] *Inepta ſcilicet ſemel tantummodò placuit primo aſpectu: cùm ſi bis, aut ter legatur, & conſideretur non poſſit non repudiari.* Hæc] *Scilicet altera perfectisſima ſepties, & decies lecta, & ſemper ſeuerisſimo etiam iudicio examinata placebit. nā quo magis mentis oculis inſpiciantur, eò magis altera ſuas labes, altera ſuum nitorem patefacit. Vnde Platonis in Philebo eſt ſententia, quæ pulchra ſint bis, & ter repetenda eſſe.* O' maior iuuenum] *Reddit rationem, quare ſummum, ac perfectisſimum eſſe poëma debeat, non autem mediocre, aut tolerabile, quia ſcilicet non ad neceſſitatem: ut reliquæ ferè artes, in quibus mediocritas toleratur, ſed ad animorum oblectationem inuentum, conſcriptumq́ ſit, & quia, ſi paulùm ſummo diſcedit uergit ad imum. Vtitur autem Proœmio quaſi quodam ad beneuolentiam, & attentionem comparandam. Sumit autem beneuolentiam à patris, & filij laudibus, dum eum & uoce paterna dicit ad rectum fingi, & per ſe ipſum optimè ſapere, attentionem, dum ait:* hoc tibi dictum tolle memor, *quaſi dicat per aſſeuerationem firmum omninò, & uerum.* O' maior iuuenum] *Per apoſtrophen ad maiorem natu ex Piſonibus conuertit orationem.* Et uoce paterna] *Neque enim erat ignarus poëticæ facultatis Piſonum pater. Vnde infrà:*

» *Siquid tamen olim*
» *Scripſeris in Metij deſcendat iudicis aures,*
» *Et patris, & noſtras.*

Et per te ſap.] *Eodem quaſi modo in epiſtola ad Scæuam his uerbis:* *Quamuis Scæua ſatis per te tibi conſulis, & ſcis*
» *Quo tandem pacto deceat maioribus uti.*

Hoc tibi dictum tolle memor] *Eodem modo hoc in loco, tolle, eſt accipiendum, quo apud Virg. Accipe nunc Danaûm inſidias, id eſt, audi. Quemadmodum uerò pro audire, & tollere, & accipere eadem ratione, pro dicere, dare, dicimus, cùm ſint hæc correlatiua: ut apud Virg. in Bucolicis.*
» *Sed tamen iſte Deus quis ſit da Tytire nobis.*

Certis medium, & tollerabile rebus concedi] *Eſt propoſitio, quã ſequitur aſſumptio ab exemplis.* Certis] *Quibuſdam. eodem modo & apud Cicer. de Diuinatione: ſed ita à principio inchoatum eſſe mundum, ut certis rebus certa ſigna præcurrerent.*

Conſultus iuris] *Qui de iure ipſo conſulitur, cuius ars inter eas enumeratur, quæ ad neceſſitatem comparatæ ſunt, atque ideò in ea mediocritas toleratur.* Et actor cauſarum mediocris] *Quod attinet ad patronas cauſarum: exemplo igitur iuriſprudentium, & patronorum oſtēdit mediocritatem ipſam certis in rebus ferri poſſe.* Abeſt uirtute. & excellentia Meſſalæ] *Hoc eſt, abeſt à ſummo gradu, non tamen ideò in infimo poſitus, ſed mediocris, & hoc quod attinet ad actores cauſarum.* Nec ſcit quantum Caſſellius Aulus] *Quod attinet ad iuriſconſultum.*

Abeſt uirtute diſerti Meſſalæ] *Eloquentisſimi, & diſertisſimi oratoris, de quo ita Quintilian. At Meſſala nitidus, & candidus, & quodammodo præſeferens in dicendo nobilitatem.*

Nec ſcit quantum Caſſelius Aulus] *Nec eſt in iure illius præſtantiæ, & excellentiæ, cuius Aulus Caſſelius, de quo ita Val. Max. Scæuola clarisſimus legumlator quotieſcunque de iure prædiatorio conſulebatur ad Furium, & ad Caſſelium conſultores reijciebat.* Sed tamen in pretio eſt] *Propter neceſſitatem, quæ mediocri locum relinquit.*

Mediocribus eſſe poëtis] *Excipit ab hac propoſitione poëtas ipſos, quibus minimè concedi mediocritatem ait: cùm poëma non neceſſitatem, ut iuriſperitorum, & patronorum ars, & multæ aliæ: ſed ad animorum oblectationem inuentum ſit. Aliter ſentire uidetur M. Tul. in Oratore cùm ait. An in poëtis niſi Homero ſoli locus eſt? aut Archilocho? aut Sophocli? aut Pyndaro? & non horum uel ſecundis, uel etiam infrà ſecundos? Sed certè, ſi, ut uerè eſt. Maximum eſt argumentum experientia, & poſteritatis iudicium (quod ſine arrogantia dictum uelim) non rectè ſentit, cùm ex Horatij ſententia ſolus Homerus ex Heroicis ſolus ex Tragicis Sophocles, atque Euripides uterq; alius alia de cauſa in hoc ſcribendi genere & ſummus, & princeps, ſolus ex Lyricis Pyndarus uſq; ad hoc tempus peruenerint, cuius rei hanc eſſe rationem nemo ambigit: quia ſcilicet paſſim ſemper apud omnes præ manibus habebantur. Cæteri autem negligebãtur. Quare cum ſcriptores librarij, & impreſſores hos reſcriberent, hos imprimerent, ex his lucrum quærerent, ſoli remanſerunt. reliqui, quia mediocres, quaſi ad extremam ſenectutem perueniſſent, uetuſtate interierunt, ut nihil apud nos præter nomen, & uix etiam nomen relictum ſit. Idem de Latinis & iam uidemus fuiſſe, & fore omninò uaticinamur, cùm & nō multi eorum ad nos peruenerint, & ex ijs etiam nullus legatur præter eos, qui in Artis Poëticæ ratione ſummum gradum obtinuerunt. nam cùm omnes Virgil. ex heroicis & ediſcant, & imitentur, & admirentur, nemo Statium. nemo Lucanum, nemo Silium Italicum non ſolùm legendos, ſed ne nominandos quidem putat. Ex Tragicis, quia ſolus Seneca fato quodam ſeruatus eſt. Legitur aliquando propter neceſſitatem, quia nullus apud Latinos in eo genere ſcribendi reperiatur. Ex Lyricis ſolus Horat. Pyndaro penè par. Quare ita omninò ſtatuendum eſt, eos tantummodò & poëtas nominandos, & nunquam de manibus deponendos, qui propria aliqua laude fulſerunt. Eodem modo de pictoribus, quorum etſi tãta multitudo fuit, fuit etiam cuiuſq; in ſuo genere laus propria, ut in eo præſtaret cæteris, quod tacitè etiam affirmat Cicero. cùm ait: quorum tãta multitudo fuit, tanta in ſuo cuiuſq; genere laus, ut cum ſumma miraremur, inferiora tamen probaremus, nam qui horrida pictura delectabantur, eum, qui in eo genere excellentior uidebatur, commendabant, qui inculta, qui abdita, qui opaca ſimili ratione alium, atq; alium in ea re ſummum. De reliquis artibus nihil dico, cùm non ad delectationem, ſed ad neceſſitatem inuentæ, excultæq́; ſint, quibus etiam Horatius concedit mediocritatem. Summos autem poëtas, & non mediocres appellat Horatius, qui aliqua propria laude fulſerunt, cùm in aliqua re principem locum tenerent: ut alius alia de cauſa probaretur, quòd ita intelligendum eſt, ubi plura niteant in carmine: nam aliter ſemel, aut bis tãtummodo ſummum in toto opere derideremus, ut infrà ſeipſum Horatius explicans atteſtatur. Quare cum communis conſenſus, & iudicium temporis in rebus omnibus optimum, & uerisſimum eſſe ſoleat, Horatij ſententiæ potiùs aſſentiendum uidetur, quod à temporis iudicio minimè diſcrepet. Neque uerò eſt exiſtimandum, non expertem iudicij fuiſſe Ciceronem: ut mediocres poëtas laudauerit, ſed cùm intelligeret ſummum quiddam eſſe, quod his, qui perfectam eloquentiæ laudem ſpectarent, in eo libro proponeret, deterreri neq; Brutum ipſum, ad quem ſcribit, neque alios à facultatis oratoriæ ſtudio uoluit. Itaque etiam mediocria laudat, idq́; non in poëtis ſolum, ſed etiam in reliquis artibus.* Non homines, non dij non conceſſere columnæ] *Sunt qui ſingulis uerbis propriam tribuant ſignificationem: ut homines audientes intelligant: deos depictos in atrijs columnas autem pro ipſis atrijs, in quibus poëmata defigebantur, illud Iuuenalis afferentes:*

» *Frontonis platani, conuulſaq; marmora clamant*
» *Semper & aſſiduo ruptæ lectore columnæ.*

Ego per amplificationem dictum putauerim, ut intelligatur neminem omninò concedere poëtis mediocritatem. Eadem ratione dixit Plato in Euthidemo: ipſas Lycæi columnas conclamare, plaudere, geſtireq́; uiſas fuiſſe, & M. Tull. in oratione pro Marcello: parietes Cæſari gratias agere geſtiſſe. Vt gratas inter menſas Symphonia diſcors] *Probat exceptionem per ſimilitudinem non dari ſcilicet mediocritatem in his rebus, quæ ad delectationem, non autem ad neceſſitatem comparatæ ſunt. nam quemadmodum in conuiuijs opiparis, quæ adhibentur ſumma illa eſſe oportet, aliter præſtat non adhiberi. Ita & poëma, cùm ad uoluptatem conſcriptum, inuentumq́ ſit. aut omninò in ſummo eruditionis, & excel-*

lentiæ gradu illud eſſe debet, aut omninò non eſſe, niſi enim huiuſmodi ſit minimè tanquam mediocre tolerabitur, ſed tanquam infimum pro nihilo reputabitur. Symphonia diſcors] Hoc eſt, diſſonans conſonantia. Vtitur autem eo antitheti genere, in quo adiectiuum nomen opponitur ſubſtantiuo: ut apud Virgil. pinguis ariſta, apud Horat. inſaniens ſapientia: ſtrenua inertia, apud Ouid. concors diſcordia. Gratas inter menſas] Delicatiores, & ſumptuoſiores, atque ideò quæ in illis ad augendam uoluptatem adhibentur iucundiſſima eſſe debent, aut non apponi, cùm & ſine illis gratæ, iucundæq́; ſint. Et craſſum unguentum] Mos enim erat apud antiquos in conuiuijs haud diſcumbere, niſi unctos. Quare unguenta, quæ ad hoc adhibebantur, leuiora eſſe oportebat, non autem craſſiora, & malè olentia. nam huiuſmodi non parum conuiuas offenderent, quòd autem Romanis ungẽdi antequam accumberent, mos fuerit Cicer. uerbis probatur de Mamura: non mutauit, unctus eſt, accubuit. Craſſum] Odore obtuſo, & non ſatis acuto. Acutiora autem redduntur unguenta coſto, amomo, ut ait Plin. quæ maximè nares feriunt. Papauer] Plinius ait candidum papaueris genus eſſe, cuius ſemen toſtum in ſecunda menſa cũ melle apud antiquos edebatur, ſed oportebat mel illud, non Sardoum, quod erat peſſimum, ſed perfectiſſimum eſſe. Erat autem Sardoum peſſimum propter herbas amariores, de quibus Virgil.

„ Imo ego Sardois uidear tibi amarior herbis.

Inter menſas] Hoc eſt, inter unam, & alteram menſam: nam papauer toſtum cum melle in ſecunda menſa apponebatur: ut iam ex Plinio demonſtrauimus. Offendunt] Quia imminuunt menſarum iucunditatem. Quia poterat duci cœna ſine iſtis] Ratio offenſionis, neq; enim ad neceſſitatem, ſed ad delectationem conuiuantium, & ad pompam adhibebantur hæc huiuſmodi. Sic animis natum, inuentumq́ poëma iuuandis] Redit ad rem, ad poëma ipſum deducens ſimilitudinem. Ait autem illud, ſi paululum à ſummo diſceſſerit, ad imum uergere: cùm non ad neceſſitatem, ut reliquæ ferè artes, ſed ad animorum oblectationem natum, inuentumq́ ſit. Ex his igitur Horatij uerbis colligere poſſumus poëma ab omni parte uenuſtum, decẽs, doctum, graue, elegans eſſe debere ita, ut omnia in eo ſint ſumma, nihil mediocre, aut tenue. Iuuandis] Ad delectationem, nõ autem ad utilitatem referendum eſt: quemadmodum & ſuprà: Iuuat, aut impellit ad iram. Si paulũ ſummo diſcedit uergit ad imum] Non enim tanquam mediocre toleratur, ſed uergit ad imum. Ludere] Dixit iam de poëmatum excellentia, qualiaq́; illa eſſe deberent, ſcilicet non mediocria, & tolerabilia, ſed in ſummo gradu poſita, cum ad delectationem, non autem ad neceſſitatem reperta ſint. Nunc breuiter explicat rationem huiuſce rei conſequendæ. Conſequemur autem, ut præcipit, ſi nihil, niſi priùs artis illius præceptis penitus cognitis, atque perſpectis, hoc eſt, ſi nihil inuita Minerua fecerimus, ſi facta ſumma cum diligentia, & ſtudio uel nos ipſi per diu conſiderauerimus, uel doctioribus tradiderimus emendanda, ſemper aliquid modò addentes, modò detrahentes, quemadmodũ illis uidebitur, ſi denique poſt refrigeratum inuentionis, & compoſitionis ardorem, quæ ſcripſimus diligentiùs repetita tanquam lectores perpenderimus, non tanquam authores. Vtitur autem ad probandum, nihil inuita Minerua faciendum, inductione à ſimili more Socratico, & Plat. quaſi eos reprehendens, qui cùm poëticæ facultatis penitùs ignari ſint, tamen audent uerſus componere. inductionem uerò hoc modo, & forma ordinabimus. Ludere qui neſcit campeſtribus, abſtinet armis: indoctus pilæ abſtinet, & quieſcit à pila: indoctus diſci abſtinet à diſco: indoctus trochi à trocho: & hoc,

„ Ne ſpiſſæ riſum tollant impunè coronæ.

Eodem modo & qui Poëticæ artis ignorãt rationem, abſtinere debent à carminum compoſitione, niſi ſe pariter uelint à lectoribus, uel auditoribus explodi ac derideri. De hoc genere argumentationis plura M. Tull. 1. lib. de Inuentione, de qua aliquid ex ipſo uidetur repetendum, ut planè perſpiciamus, an optimè executus ſit Horat. hoc genus argumentationis in hac re probanda. Inductionem igitur diffinit eſſe orationem, quæ rebus non dubijs captant aſſenſionem eius, qui cum inſtituta eſt, quibus aſſenſionibus facit, ut illi dubia quædam res propter ſimilitudinem earum rerum, quibus aſſenſit, probetur. Huic argumentationi tria ſunt neceſſaria: primùm ut illud, quod inducimus per ſimilitudinem, eiuſmodi ſit, ut ſit neceſſe concedi: deinde illud, cuius cauſa confirmandi fiet inductio uidendum eſt, ut ſimile his rebus ſit, quas res non dubias antè diximus. Extremum autem, aut taceatur oportet, aut concedatur, aut negetur: ſi negabitur: aut oſtendenda eſt ſimilitudo earum rerum, quæ antè conceſſæ ſunt: aut alia inductione utendum, ſi concedetur, concludenda eſt argumentatio, ſi tacebitur elicienda eſt reſponſio: aut, quoniam taciturnitas imitatur confeſſionem, pro eo, ac ſi conceſſum ſit concludere oportebit argumentationem. Ita fit genus argumentandi tripartitũ. prima pars ex ſimilitudine conſtat una, pluribus'ue. Altera ex eo, quod concedi uolumus, cuius cauſa ſimilitudines adhibitæ ſunt. Tertia ex concluſione, quæ aut confirmata conceſſionem, aut quod ex ea conficiatur, oſtendit: Hæc omnia adhibet Horat. in hac inductione. Ait enim, ſi ludere qui neſcit pila abſtinet à pila, ſi indoctus: diſci & trochi abſtinet, à trocho, & diſco, non'ne debet, & qui Artis Poëticæ rationem ignorat abſtinere à carminum compoſitione? ſi igitur debet, tu nihil inuita dices, facies'ue Minerua. priùs itaque ſimilitudines affert, deinde illud, cuius cauſa ſimilitudines adhibitæ ſunt, Vltimò concluſionem, ſed illuſtrat ornamentis nudam argumentationem. addit enim ſimilitudinibus rationem, dum ait:

„ Ne ſpiſſæ riſum tollant impunè coronæ.

Secundam partem ornat ſubiectione, & ironia. Subiectione, dum ſeipſum interrogat, interrogationiq́; ſubijcit reſponſionem: Ironia, dum huiuſmodi homines deridens ait. quid ni? liber, & ingenuus, adhibet & concluſionem, deducens inductionem ad rem per apoſtrophen. Hoc genere argumentationis utitur ſæpiſſimè Hor. ut in Epiſtolis etiam de eadem re ſub his uerbis:

„ Nauem agere, ignarus nauis timet. abrotanum ægro
„ Non audet, niſi qui didicit dare, quod medicorum eſt
„ Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.
„ Scribimus indocti, doctiq́; poëmata paſſim.

Et in Sermonibus etiam, quamuis in re obſcœna:

„ Num tibi cùm fauces urit ſitis aurea quæris
„ Pocula? Num eſuriens faſtidis omnia præter
„ Pauonem, rombumq́? Tument tibi cum inguina, num ſi
„ Ancilla, aut uerna eſt præſto' puer, impetus in quem
„ Continuo fiat, malis tentigine rumpi?

Ludere qui neſcit] Quos ludos intelligit, enumerat in ſequentibus, quod enim generatim dicit, mox nominatim ſubijcit. Campeſtribus abſtinet armis] Armorum nomen æquiuocum eſt, atq; ideò nominibus adiectiuis diſtinguitur. nam ſi dicas arma Cerealia ea intelligere oportet, quæ ad panem conficiendum ſpectant: arma ruſticorum pro inſtrumentis ruſticis, arma campeſtria pro inſtrumentis, quibus in campo Martio iuuenes utebantur. Quoties uerò non addimus nomen adiectiuum ſemper in excellentiori parte ſunt accipienda, ut arma militaria intelligamus, campeſtria uerò arma, pilam, diſcum, & cætera huiuſmodi intelligit, quæ mox recenſet. Diſci] Diſcus eſt moles rotunda, uel ſaxea, uel plumbea, uel ferrea, cuius iactu apud Romanos iuuenes inter ſe certabant, in campo Martio in ſublime, uel in longum iactantes, unde in Odis de Sybari:

„ Neq; iam liuida geſtat armis
„ Brachia. ſæpe diſco,
„ Sæpe trans finem iaculo nobilis expedito.

Trochi] Inſtrumenti luſorij genus, quod Latinè rota dicitur, quæ, ut ait Acron à ludentibus pueris ſcutica agebatur, de qua & in Odis.

„ Neſcit equo rudis
„ Hærere ingenuus puer,
„ Venariq́; timet ludere doctior,
„ Seu Græco iubeas trocho,
„ Seu malis uetita legibus alea.

Tangit autem tria ludorum genera robuſtioris ætatis, ut diſcum, puerilis, ut trochum, communis & pueris, & robuſtioribus: ut pilã. Quieſcit] Omnes enim ij luſus in continuo motu corporis uerſantur, atq; ideò qui ab hoc ludorum genere abſtinent, dicuntur quieſcere.

eſcere. Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ] *Ratio enumerationis propoſitæ, quare ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis.* Impune] *Hoc eſt, ſine ſtultitiæ, infamiæúe reprehenſione: qui enim abſq; ulla ridendi cauſa riſum emittunt ſtultitiæ infamiam ſubeunt, cùm in huiuſmodi hominum ore riſum abundare uideamus: ut eſt in Prouerbio.* Spiſſæ coronæ] *Eadem elocutione ſpiſſa theatra dixit in epiſtolis.* Qui neſcit uerſus, tamen audet fingere] *Quaſi per indignationem admiratur, quid fiat: cùm omnes ab his rebus, quas neſciant penitus abſtineãt, & quieſcant, qui tamen uerſuum rationis ignari ſunt, uerſus audeant confingere.* Quidni?] *Quaſi dicat, & cur non audeat fingere ſi liber eſt, ſi ingenuus, ſi diues, ſi ſummæ dignitatis, & probitatis? hæc autem ironicè dicuntur ab Horatio, quaſi uelit inferre minimè in libertate, in ingenuitate, in opibus, in dignitate, in uitæ, morumq; integritate fingendorum poëmatum rationem, ſed in ipſa ratione doctrinæ eſſe repoſitam. Videtur autem Horatius locum illum Platonis adumbraſſe in Protagora: cùm Socrates ait: Video igitur quando concione congregata aliquid de ædificando deliberare uult ciuitas, ædificatorum conſilium expeti, & cùm de nauium fabrica, fabros nauium accerſiri. Quòd ſi quis alius de artis illius opere conſultare pergit, quem eius artis expertem eſſe putant clariſſimus alijs in rebus ſit licet, ditiſſimusq;, & nobiliſſimus, nihilo tamen magis admittunt, ſed exibilant, exploduntq;.*

Liber & ingenuus præſertim cenſus equeſtrem ſummam nummorum] *Quod attinet ad bona fortunæ.* Vitioq; remotus ab omni] *Quod attinet ad bona animi. Eſt autem liber, & ingenuus is, qui ſtatim ut natus eſt liber eſt, ſiue ex duobus ingenuis matrimonio conſtante æditus eſt, ſiue ex libertinis duobus, ſiue ex altero libertino, & altero ingenuo.* Præſertim cenſus nummorum ſummam equeſtrem] *Hoc eſt, 40000. ſeſtertiûm. Vnde in Epiſtolis:*

» *Si quadringentis ſex, ſeptem millia deſunt*
» *Plebs eris.* ——

De qua re ſuprà copioſè diſputauimus. Tu nihil inuita dices, faciesúe Minerua] *Concludit inductionem, triplici ſimilitudine probatam, quaſi dicat faciat quiſque, quod uelit, confidat propria libertate, ingenuitate, nobilitate, opibus, integritate. Tu autem etſi liber, etſi ingenuus, etſi clarioribus ortus parentibus, diues, integer, & ab omni uitiorum genere remotus nihil inuita dices, facies ue Minerua: hoc eſt, niſi poſſideas rationem artis poëticæ optimè perceptam, quæ hoc in loco Mineruæ nomine continetur: cum Dea omnium artium, doctrinarum putetur inuentrix.*

Dices] *Quod attinet ad uerſuũ compoſitionem.* Facies] *Quod attinet ad reliquas uitæ actiones, ſiue utrunque ad carminum compoſitionem. Vnde & poëtæ ἀπὸ τοῦ ποιεῖν. hoc eſt, à faciendo per excellentiam quandã dicti ſunt.* Id tibi iudicium eſt, ea mens] *Quaſi dicat ſcio te omninò ita ſentire nihil eſſe inuita Minerua dicendum, atq; faciendum. hoc uerò per parentheſim dictum eſt.*

Si quid tamen olim] *Etſi ita exiſtimas, inquit Horatius, nihil eſſe inuita Minerua ſcribendum: hoc eſt, niſi prius artis poëticæ præceptis penitùs cognitis, atque perſpectis, etſi ad eius rationem iam es optimè conformatus, ſiquid tamen olim ſcripſeris in Metij deſcendat iudicis aures, & patris, & noſtras, nonumq; prematur in annum membranis intus poſitis. Illud autem, olim, hoc loco futurum tempus deſignat: ut apud Virgil.*

» *Hunc tu olim cœlo ſpolijs orientis onuſtum*
» *Accipies.* ——

Et alibi. *Atque hæc olim meminiſſe iuuabit.*

In Metij deſcendat iudicis aures] *Hunc Metiũ nonnulli Metium Tarpam appellatum uolunt, de quo & alibi iudice Tarpa. Horum opinionem nec affirmare, nec refellere in animo eſt: cùm nuſquam adhuc de hoc Metio Tarpa legerim. ſatis eſt ex uerbis Horat. diligentiſſimum, & ſeueriſſimum iudicem carminum fuiſſe non ignorare.* Et patris] *Poëtam enim fuiſſe declarauit Horat. cùm ſuprà de eo dixit:*

» *O maior iuuenum quamuis & uoce paterna*
» *Fingeris ad rectum, & per te ſapis.*

Et noſtras] *Non eſt arrogantis, cùm prius Metium, tum patrem Piſonum, ultimo uerò ſe conſtituat emendatorem.* Nonumq; prematur in annum membranis intus poſitis] *Illius operis æditio ſcilicet, ut poſtea refrigerato inuentionis amore, tanquam lectores poſſimus perpendere diligentiùs repetitum. Vnde ſuprà:*

» *Vos ô Pompilius ſanguis carmen reprehendite, quod non*
» *Multa dies, & multa litura coërcuit atq;*

Perfectum decies non caſtigauit ad unguem. Nonumq; prematur in annum membranis intus poſitis] *Perfectum eſſe nouenarium numerum ueteres exiſtimauerunt: cùm ab impari primo quadratus, & impariter impar in tres triadas diſtribuatur, quarum item quælibet in tres diuidatur unitates. Atq; ideò à ueteribus pro multitudine qualibet poſitus eſt: ut apud Homerum Euſtathius annotauit in nouem præconibus, & in nouem bellatoribus Hectori obiectis. Atq; ideò hoc in loco Horatius ueterum de nouenario numero rationem ſecutus poſuit eum pro quolibet numero. Sunt qui decimum legunt, & interpretantur, quod maximè probatur. quia ſcilicet, perfectiſſimum omnium numerorum, & plenum exiſtimat denarium numerum Ariſtoteles, quem & frequentiſſimè uſurpat Horat. pro quolibet numero: ut ſuprà,*

» *Perfectum decies non caſtigauit ad unguem.*

Et paulò pòſt:

» *Decies repetita placebit.*

Membranis intus poſitis] *In membranis etenim ueteres ſcriptitabant. Vnde in 2. Sermon.*

» *Sic rarò ſcribis, ut toto non quater anno*
» *Membranam quæras.*

Delere licebit quod non ediderís] *Ratio quare minimè ſit poëmatum æditio præcipitanda, ſed ad nonum etiam uſq; annum differenda, quia illud, inquit, delere licebit, quod non ediderís: ut etiã ſuprà faciendum tacitè præcepit: cùm dixit.*

» *Vos ô Pompilius ſanguis carmen reprehendite, quod non*
» *Multa dies, & multa litura coërcuit atq;*
» *Perfectum decies non caſtigauit ad unguem.*

Vnde ſuprà Romanos poëtas arguit, quòd minimè in ſuis compoſitionibus adhibeant limæ laborem, & moram, & in Epiſt. quòd in ſcriptis turpem putent, metuantq; lituram. Neſcit uox miſſa reuerti] *Vnde ad librum ſuum in ult. Epiſt. 1. lib. inquit:*

» *Non erit emiſſo reditus tibi. quid miſer egi,*
» *Quid uolui, dices: ubi quis te læſerit.*

Quare irreuocabile alibi uerbum appellabat, quòd poſteaquam emiſſum ſit amplius reuocari minimè poſſit. Syluestres] *Solent qui de aliqua arte præcipiunt hoc potiſſimum diligenter inquirere, an utilis ſcilicet ea ars uideatur, cuius ſint præcepta literis traditurí. hoc Ariſtot. lib. 1. Rhetoric. hoc Cicero de Oratore ad Q. Fratrem: hoc Quintilianus: hoc Hermogenes quæſtione non alienum eſſe iudicauerunt, ut utilitate propoſita legentium animos excitarent ad eius cognitionem, excitatosq; erigerent ad diſcendum. Hos ſecutus Horatius: cum ſuprà de Artis Poëticæ ratione diligenter tractauerit, his uerſibus breuiter enumerat, quas illa attulerit uitæ mortalium utilitates, ut primùm ſcilicet diſperſos, homines unum in locum congregarit, ut à fera, agreſtiq; uita ad hunc humanum cultum ciuilemq; deduxerit: ut iam cõſtitutis ciuitatibus leges, iudicia, iura deſcripſerit: ut illuſtrium uirorum res præclarè geſtas celebrauerit, poſteritatiq; commendauerit, ut heroicæ uitæ officia demonſtrauerit: ut homines pro ſalute communi ad bella ſuſcipienda impulerit: ut defeſſos laboribus recreârit, ac relaxârit: ut ſui cultoribus ampliſſimos fructus: hoc eſt, principum, & regum amicitias, & familiaritates reddiderit: ut ludos inuenerit: ut res diuinas, quéadmodum oracula, & ſortes protulerit: ut deniq; ſui ſtudioſis immortalitatem parauerit.* Syluestres homines] *In ſyluis ferarum more degentes. Vnde in Odis, ſyluas Orphea cantus dulcedine ſecutas fuiſſe dicit: cum ait,*

» *Vnde uocalem temerè inſecutæ* Orphea ſyluæ.

Hoc eſt, homines in ſyluis more ferarum degentes, Sacer] *Sanctus, & inuiolabilis. Sanctos enim poëtas appellat Ennius; quorum nomen nulla unquam barbaria uiolauit. Quare & à Seneca ſacer* Orpheus Calliope genitus *dicitur.*

Interpresq; deorum] *Propter uaticinia, & auguria, quorum ex*

omnibus

omnibus animalibus, præterquam ex auibus fuiſſe & inuentorem, & peritiſſimum Plinius teſtatur, ſeu & fortaſſe etiam uerius propter Artem Poëticam, de cuius utilitate per tractat Horatius in hac parte. nam ex Platonis opinione & Poëtæ ſunt deorum interpretes, dum ſunt furore correpti. Deus enim illis mentem eripiens, ipſis tanquam miniſtris utitur, ut nos, qui audimus percipiamus non eos, eſſe, qui tam digna referunt, cum ſuæ mentis compotes minimè ſint, ſed illa Deum loqui, & per hos nobis illa inclamare. Cædibus, & uictu fœdo] Quod attinet ad feritatem, & immanitatem. Appellat autem huiuſmodi uitam uictum fœdum, quòd alter alterius cæde manus pollueret, ſiue uictum intellige, quod attinet ad reliqua, præter cædem, uitia ut rapinas, promiſcuam libidinem, & iniquam in omni re conſuetudinem. Deterruit] Propoſita ante oculos iam actæ uitæ turpitudine, & metu pœnarum poſt mortem etiam apud inferos. Dictus ob hanc rem: quòd homines, tanquam belluas immanes ad ciuilem, & humanum uitæ cultum deduxerit lenire tigres, rapidosq́ leones] Hoc eſt, crudeliſſimos, & ferociſſimos homines, non aliter quam leones, & tigres. Nam eorum animi qui ſe, datæ à Deo mentis obliti, uoluptatibus corporis dediderunt, earumq́ ſe quaſi miniſtros præbuerunt, impulſuq́ libidinum uoluptatibus obedientium deorum, & hominum iura uiolauerunt diuino rationis lumine penitus extincto in teterrimas belluas, & immaniſſimos leones transformantur. Quare ſapienter Virg. non paucos uitiorum illecebris allectos, tanquam potentiſſimis herbis in feras à Circe conuerſos ſignificat: cùm ait in 7.

» Hinc exaudiri gemitus, iræq́ leonum
» Vincla recuſantum, & ſera ſub nocte rudentum.
» Setigeriq́ ſues, atq; in præſepibus urſi
» Sæuire, ac formæ magnorum ululare luporum,
» Quos hominum ex facie dea ſæua potentibus herbis
» Induerat Circe in uultus, ac terga ferarum.

Et Horatius lib. 1. Epiſt. de Vlyſſe:

» Syrenum uoces, & Circes pocula noſti:
» Quæ ſi cum ſocijs ſtultus, cupiduſq́ bibiſſet
» Sub domina meretrice fuiſſet turpis, & excors:
» Vixiſſet canis immundus, uel amica luto ſus.

Quemadmoum igitur, qui ab humanitate ad feritatem homines deuocant, in feras mutare, ita & qui à fera, & immani uita ad ciuiliorem, & humaniorem deducunt, uertere feras dicuntur in homines. Sed quia uaria ſunt uitiorum genera, ad belluarum rationem accommodata, ideò qui crudelitati, & immanitati ſe dediderunt, tigribus, & leonibus: qui luxuriæ, & ebrietatibus, canibus, & ſuibus: qui auaritiæ, lupis: qui omni penè ſenſu carentes ſtupidi, & attoniti ſunt, ſaxis comparantur. Quoniam uerò dixit Orpheum à cædibus ad manſuetudinem homines deduxiſſe, ideò ait dictum lenire tigres, rapidosq́ leones, cùm cæterorum animalium cæde ueſcantur. Rapidosq́ leones] Velox enim animal leo exiſtimatur, ſed ſunt qui legendum rabidos putent: quod perplacet: cùm ad rem propoſitam magis quadret quia dixerat cædibus.

Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis] Ob hanc rem ſcilicet, quod & ille ſylueſtribus hominibus unum in locum congregatis Thebarum mœnia ædificare perſuaſerit, ciuitatemque conſtituere. Mouere ſaxa] Id eſt, homines omni penè ſenſu carentes, ſtolidos, & ſaxis haud diſsimiles: quales erant Bœotij.

Non autem ſine cauſa eos lapidibus comparauit antiquitas, uel quia dicendi arte penitus carebant: ut author eſt Plato in conuiuio, quæ uiuos homines diſtinguit à ſtatuis. Vnde ait in Euthidemo: quando igitur lapidem dicis, non ne tacentem dicis? uel quia tardo, & obtuſo erant ingenio: ut hæc adagia ab ijs ſumpta demonſtrant: auris Bœotica: & ſus Bœotica, quæ in eos dicebantur, qui erant tardo, & obtuſo ingenio, & nullius iudicij: Vnde & in Epiſtol.

» ——Quod ſi
» Iudicium ſubtile uidendis artibus illud
» Ad libros & ad hæc muſarum dona uocares:
» Bœotum in craſſo iurares aëre natum.

Quare cum Bœotij ſtupido, & tardo ingenio fuerint, ac penè omni ſenſu carentes: ideò Amphion, cum eos excitarit ad condenda Thebarum mœnia ſua eloquentia, dictus eſt ſaxa mouere ſono teſtudinis. & prece blanda: id eſt, homines, tarditate tamen ingenij ſaxis haud diſsimiles: ut & in Odis:

» Mercuri, nam te docilis magiſtro
» Mouit Amphion lapides canendo.

Hoc eſt, homines ſtoliditate, & tarditate ingenij lapidibus admodum ſimiles. De Bœotiorum craſsiori ingenio præter Horatium author eſt Plutarchus, qui ſcribit ab Atticis notatos Bœotos tanquam brutos, & ſtupidos, ac pingues: idq́ propter edacitatem.

Thebanæ conditor arcis] Amphionem arcis Thebanæ, non autem uniuerſæ urbis conditorem appellat. quia domos, & interiora ædificia Cadmus ædificauit: uerùm Amphion arce, & mœnibus circumdedit. Sono teſtudinis] Lyræ ſono, à forma teſtudinis ita dictæ, & hoc quod attinet ad ſonum, ad quem carmina accommodabat Amphion. Et prece blanda] Quod attinet ad carmina ipſa, quibus homines ad ciuilitatem hortabatur. Dulci enim, & blando cantu hominum uoluntates alliciuntur. Fuit hæc ſapientia quondam] Quia dixit à poëtis diſperſos homines in ſyluis more ferarum degentes unum in locum congregatos, & à fera, agreſtiq́ uita ad hunc humanum cultum, ciuilemq́ deductos nunc oſtendit in his rebus antiquitùs philoſophiam, & ſapientiam fuiſſe repoſitam: atq; ideò cum uehementia, inquit, hæc huiuſmodi in uita efficere, hoc eſt, publica priuatis ſecernere, ſacra profanis, concubitu prohibere uago dare iura maritis, oppida moliri, leges incidere ligno: hæc fuit, inquam, apud ueteres uera ſapientia, hæc fuit uera philoſophia, quæ omnia primos poëtas: ut Orpheū, & Amphionem hominibus tradidiſſe tacitè ſignificat, neq; enim more ferarum degentes in ſyluis à fera, agreſtiq́ uita diductos, & iam mitigatos in hunc humanum cultum, ciuilemq́ retinuiſſent, niſi legibus iura deſcripſiſſent, quibus ſacra à profanis, publica à priuatis diſtinguerentur, priuataq́ inter ſingulos diuiderentur, ut ſuo quiſq; contentus ab alienis animum, & manus etiam temperarent. minimèq; potentiores, per uim ferarum more reliquorum bona fortunas, uitam eriperent. Fuit hæc ſapientia] Cùm emphaſi, & quadam aſſeueratione hæc uerba proferenda eſſe iudicamus, quaſi dicat Horatius: Hæc fuit uera ſapientia: hæc fuit uera philoſophia, non quemadmodum hoc tempore exiſtimamus.

Sapientia] Philoſophia, ita enim ante Pythagoram appellabatur. Videtur autem tacitè affirmare poëtas illis temporibus uerè philoſophos habitos fuiſſe: Cùm primi homines à fera, & agreſti uita tanquam belluas immanes ad humanitatem deduxerint, deductis ciuitates conſtituerint, leges deſcripſerint, iura tradiderint, à mutuis cædibus pœnæ formidine abſterruerint, in quibus rebus uera philoſophia eſſet repoſita. Philoſophiæ enim, & ſapientiæ ex Platonis in Lyſide ſententia poëtæ nobis ſunt tanquam patres, ac duces, quorum adminiculis Philoſophi etiam, atque ipſe philoſophorum pater Plato ſæpiſsimè utitur. Quondam] Sui temporis homines tacitè carpit: quòd in rebus occultis, & à natura ipſa inuolutis Philoſophiam, & ſapientiam reponerent, non autem in his ab Horatio enumeratis: ut ueteres exiſtimabant. Pubiica prinatis ſecernere] Publica ſunt, ut ait Iuſtinianus Imper. libro ſecundo Inſtitut. portus, flumina, littora, & cætera huiuſmodi. Priuata autem ſunt, quæ ſinguli homines iure gentium, & ciuili acquiſierunt. Sacra protanis] Sacra ſunt, quæ deorum habentur, quæ ue ritè dijs immortalibus conſecrata ſunt: uelutì ædes ſacræ, & munera, quæ dijs offeruntur. Econtrariò autem quæ minimè ſacra ſunt, uel religioſa, profana eſſe intelliguntur, quaſi porrò à fano, & religione. Concubitu prohibere uago] Hoc eſt, leges connubiorum tradiderunt, ut ex his quæ ſequuntur ſe ipſum interpretatur, quibus promiſcuam libidinem coërceret. Appellat autem huiuſmodi promiſcuam libidinem uagum concubitum: quia prius homines modò hûc, modò illûc, uagabantur ſine propria muliere ſibi ex legibus deſponſata.

Dare iura maritis] Vt una: hoc eſt, propria quiſque contentus, & uno: hoc eſt, proprio pariter, quæq́ contenta ab alienis uxoribus, & maritis animum continerent, coërcerentq́ inter ſe eas cupiditates, quæ ab his connubiorum legibus uetebantur, quarum poëtæ ipſi ex

Horatij

Horatij ſententiæ authores fuêre. per illud autem uerbum, maritis, tam uiros, quàm uxores intelligit, cùm mariti & maritæ pro uiris, & uxoribus rectè, & uſitatè dicantur. Oppida moliri] Maxima etenim laus oppidorum, & urbium conditoribus apud poſteros redundabat. Vnde quamplurimi propter urbium à ſe conditarum memoriam hodie uiuunt, quos uetuſtas in tenebris obruiſſet, niſi extarent huiuſmodi monumenta, quibus eorum memoria indies magis, atque magis elucet. Oppida autem moliri dixit non ſolùm quantum attinet ad ædificia extruenda, ſed etiam ad cœtus hominum conciliandos, coloniasq́ deducendas, quam rem feciſſe Orpheum, atque Amphiona docuimus.

Leges incidere ligno] Quarum poëtæ primum latores fuêre, cuius rei illud non dubium eſt argumentum, quòd uerſibus perſcriberentur. Vnde refert Suidas, Apollinem reperta lyra leges quaſdam metrica ratione compoſuiſſe, ut uoluntates hominum cantus dulcedine demulceret ad parendum legibus à ſe traditis. Quamobrem conijcit etiam Solonem illum leges à ſe Athenienſibus latas, quaſi ex auſpicato, uerſibus exorſum fuiſſe. Ligno] Quernis tabulis, cùm adhuc æris uſus eſſet incognitus, unde axones appellabantur. Sic] Hac ratione poëtæ publica à priuatis, à profanis ſacra ſecernentes: concubitu meretricio homines uetantes, iura maritis dantes, oppida molientes, leges ferentes ſibi diuinos honores compararunt, poëtarumq́ nomen immortalitati conſecrarunt. Diuinis uatibus] Diuino ſpiritu afflatis. Vnde diuinos poëtas appellat Ennius, & Ouidius:

„ At ſacri uates, & diuûm cura uocamur,
„ Sunt etiam qui nos numen habere putent.

Et hoc quantum attinet ad Poëtas. Carminibus] Quantum attinet ad poëmata, argumento, quaſi à coniunctis. nam ſi poëtis hac ratione honor attributus eſt, coniunctim ſequitur, ut & poëmatis attributus ſit. Poſt hos inſignis Homer. Tyrtæusq́] Quoniam ciuitates non ſolùm eſſe, ſed etiam legibus, armisq́ munitas eſſe oportet. Præſtaret enim non eſſe, quàm eſſe ſine legibus: quia optimè eſſe non poſſent. ſine armis autem ad interitum, hoc eſt, ad priſtinum ſtatum, & non eſſe, redirent. Eſſe igitur, & optimè eſſe, & contra externos hoſtium impetus, ſi quando inciderit ſine periculo eſſe neceſſe eſt, ut ibi non ſolûm homines commorentur, ſed optimè, & tutò etiam commorentur. Quamobrem cùm dixerit à poëtis oppida, & urbes conditas, conditis leges perſcriptas, quibus inteſtinæ ſeditiones propellerentur: his uerſibus breuiter oſtendit ab ijſdem poëtis ad defendendas ab externo hoſtium impetu hominibus ſpiritus additos ad perferendos omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis conſeruandæ communis ſocietatis cauſa. In recenſendis autem utilitatibus, quas poëtæ uitæ mortalium attulêre, admirabili ordine uſus eſt, unum quodq́ ita enumerans, ut neceſſarium uidebatur. Primùm enim à fera, agreſtiq́ uita homines erant ad cultum ciuilem deducendi: inde omnia inter eos diuidēda, ne aliena potentiores per uim pro libidine occuparent. tum oppida molienda, tum leges tradendæ. Tum ferro armanda ciuitas ad propulſandos eorum impetus, qui illius quietam, & tranquillitatem interturbarent: quod Homerum, atque Tyrtæum feciſſe commemorat, cum uterque eos, qui fortiter pro patria pugnantes occubuerunt ſummis laudibus ferens, uehementer hominum animos ad bella pro patria, & libenter ſuſcipienda, & fortiter gerenda etiam, & ſuſtinenda concitauerit, ſuisq́ carminibus, quaſi adiectis facibus, inflammârit, quem ordinem partim ex Platonis dialogo, qui Protagoras inſcribitur, ubi de hominis origine, & inſtitutione, ſapientiſsimè diſputatur, partim ipſe excogitaſſe uideri poteſt.

Poſt hos inſignis Homerus, Tyrtæusq́] Rectè dicit poſt Orpheum, atque Amphiona, Homerum, Tyrtæumq́ homines ad bella excitaſſe. nam ita etiam oportebat, ut poſt cōſtitutas ciuitates, poſt leges conſtitutis ciuitatibus traditas eſſent, & qui conſeruandas ab externorum populorum iniurijs maximè uellent. Quare illam dictionem, poſt, & ad temporis, & ad rerum etiam ordinem referimus. Inſignis Homerus] Qui fortiſsimorum hominum in bello pro patria animi magnitudinem commendans legentes laudum, & gloriæ ſtimulis exagitatos reddit alacriores ad perferendos omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis.

Tyrtæusq́] Hunc Plato lib. 1. de Legibus & diuinum, & ſapientem, & bonum nominat, cuius etiam hæc carmina refert ab hac re minimè aliena:

„ Non ſi opibus ſuperet cunctos, & plurima ſolus
„ Poſsideat bona, uir mihi nomine dignus abibit,
„ Tractandis quiſquis non eſt accommodus armis.

Et hæc etiam:

„ Quiſquis non auſit cædem ſpectare cruentam,
„ Et durum coram manibus laceſſere Martem
„ Deſpicio. ——

Loquitur autem his uerſibus Tyrtæus, ut Plato colligit, non de inteſtinis cædibus, & ſeditionibus, ſed de altero bellorum genere, quo aduerſus alienigenas utimur, quod externum appellauit idem Plato, cùm duo bellorum genera recenſeret. Mares animos] Non molles, & effœminatos, quos omnia ſolent deterrere, ſed eorum, qui marium appellatione digni ſunt, eadem translatione in primo Epiſtolarum mares Curios, & Camillos nominat.

In Martia bella] Hoc eſt, in externa contra alienigenas, in quibus bellicoſi homines quotidie uerſantur. Verſibus exacuit] Quia uterq́ ſummis laudibus eos extulit, qui in bello excelluerunt. Exacuit] Tanquam ad cotem eorum animos acuit: eadem translatione M. Tul. iracundiam cotem fortitudinis dixit, & ante Tullium Ariſtot. Dictæ per carmina ſortes] Propoſitam rem adhuc proſequens reliquas utilitates, enumerat à poëtis hominibus allatas. ait autem ſortes etiam per carmina dictas fuiſſe. Verſibus enim oracula reddita minimè dubium eſt. nam conſtat & Apollinem ſemper exametris uerſibus oracula petentibus reſpondiſſe. Vnde & illud apud Plutarchum in uita Theſei fertur:

„ Neue prius uir magne pedem, qui prominet utri
„ Soluas, Cecropidum quam magnam acceſſeris urbem.

His accedunt & carmina Sibyllina, & non pauca alia huiuſmodi, quæ conſultò prætermittimus, ne in re perſpicua longiores eſſe uideamur. Et uitæ monſtrata uia eſt] Hoc eſt, philoſophia moralis, quàm etiam & M. Tul. uitæ ducem appellat, quod homines à recta rationis uia aberrantes dirigat, & quaſi dux iter oſtendat huius præcepta uerſibus & Pythagoras, & Phocylides, & Theognides literis tradiderunt. Et gratia regum Pierijs tentata modis] Carminibus enim ſummorū principum, & regum laudes celebrantes eorum gratiam, & familiaritatem aſſequemur. Vnde Ennium adeò charum fuiſſe Scipioni Africano memoriæ proditum eſt, ut mortuum etiam uir ille clariſsimus in ſepulchro maiorum ſuorum conſtituerit, ut & Euripidem Archelao, & Anacreontem Polycrati, & Aeſchylum, & Simonidem Hieroni Syracuſano, & Aratum Antigono, & Virgilium denique Auguſto, & Mecœnati Horat. amiciſsimos prætercam. Pyerijs modis] Modulationibus poëticis. uariandi autem cauſa, non dixit, uerſibus, aut carminibus ad uitandam ſacietatem, cum dixerit modò uerſibus exacuit, modò dictæ per carmina ſortes, non ut diuerſum ſignificaret, ut opinantur commentatores. Ludusq́ repertus] Dicant quicquid uolant interpretes hoc in loco, ego per ludum nō ſolum res grauiores, & ſerias, ut heroum facta. ut philoſophiæ præcepta, ut leges, ut oracula, ſed res quoq́ luſorias, & iocis, ſalibusq́ refertas, ut Odes, Eglogas, Epigrammata, & reliqua huiuſmodi, quaſi ludendo à poëtis perſcriptas Horatium ſignificare uoluiſſe intelligo, quæ cùm leuiora ſint, ſi cum ſerijs, & grauioribus conferantur, ſine dubio ludi exiſtimari, & appellari poſſunt. Vnde hæc huiuſmodi perſcribentes dicuntur ludere: ut in Priapeio carmine, tum ex eius inſcriptione (luſus enim uariorum poëtarum inſcribuntur illa Epigrammata) tùm ex his uerbis in principio quaſi illius operis licet conijcere:

„ Ludens hæc ego teſte te Priape
„ Horto carmina digna, non libello
„ Scripſi non nimium laborioſè.

Vbi ludens ſcripſi, pro res luſorias ſcripſi; puto eſſe accipiendum, cuius rei & illud non dubium eſt argumentum: Scripſi non nimium laborioſè, hoc eſt, non quemadmodum in rebus ſerijs, & grauioribus: ut in Tragico & Heroico poëmate ſolemus. Quare & Virgilius, ſe luſiſſe, cùm Eglogas ſcripſerit affirmare uidetur, cùm ait:

Prima

„ *Prima Syracuſio dignata eſt ludere uerſu*
„ *Noſtra, nec erubuit ſyluas habitare Thalia.*

Et in ultimo Georg. cum de Bucol. meminiſſet

„ *Carmina qui luſi paſtorum, audaxq́; iuuenta*
„ *Tytire te patulæ cecini ſſe ſub tegmine fagi.*

Ad Aeneidos differentiam, in quo opere, cùm ſublimiora, & grauiora perſcribantur, non luſiſſe, ſed seriò ſcripſiſſe ſibi uiſus eſt. Ait autem Horat. ludum repertum carminibus, ut oſtendat non ſolùm res grauiores, & ſeueriores, ſed etiam leuiores, & laſciuiores ad animorum oblectationem à poëtis perſcriptas. Ludum igitur modis pierijs repertum hac ratione interpretamur, ut ſignificare uoluerit Horatius apud poëtas ad animorum recreationem res luſorias etiam reperiri. Hanc noſtram interpretationem, & quæ proximè uerba ſequuntur, clariorem reddunt: & longorum operum finis, quibus uerbis oſtendit relaxationem quoque, & recreationem animorum ex poëtarum lectionibus prouenire. Solemus enim poſt longi operis laborem poëtarum carminibus nos reficere. Vnde M. Tul. in Oratione pro Archia poëta, quæres, inquit, à nobis Gracche, cur tantopere hoc homine delectemur? quia ſuppeditat ubi & animus ex hoc forenſi ſtrepitu reficiatur, & aures conuitio defeſſæ conquieſcant. An tu exiſtimas ferre animos tantam poſſe contentionem, niſi eos doctrina eadem relaxemus? Habent igitur homines ubi defeſſi relaxentur, & reficiantur, uel à continuis ſtudiorum, uel à forenſium negotiorum laboribus. Appellat autem animorum recreationem per periphraſim longorum operum finem: nihil eſt enim quies, & recreatio, quàm longorum operum finis, & quaſi meta. Labores enim ſtatim ſubſequitur recreatio, & quies, quemadmodum dolorem lætitia, & ſanitas ægritudinem. Hoc uerò omnia ferè poëmata efficiunt, ut nos reficiant, atque relaxent, & quæ ad delectationem præcipuè ſcripta ſunt. Dicit autem longorum operum: nam ea, quæ quaſi per ſingulos dies finem habent breuiſſimum, nulla indigent recreatione. Ne forte pudori ſit tibi muſa Lyræ ſolers, & cantor Apollo] *In hoc epilogo reddit breuiter rationem, quare utilitates à poëtis mortalium uitæ allatas recenſuerit, ne ſcilicet Piſones ex nobiliſſima Calpurniorum familia ortos, muſarum & Artis Poëticæ, quam profitebantur, aliquando pœniteret. Cùm uerò, ut diximus, & res graues, & res luſorias, & leuiores à poëtis deſcriptas ſuprà enumerauerit in hoc epilogo utrumque complectitur, & res luſorias per illud, Muſa lyræ ſolers. Lyricis enim ferè tantùm carminibus hæc huiuſmodi perſcribebantur, & grauiores, & ſerias per illud, cantor Apollo.*

Natura] *Cùm iam ſupra Democriticorum ſententiam improbauerit, artemq́; poëtis eſſe maximè neceſſariam demonſtrauerit, tacitæ nunc eorum occurrit obiectioni, qui dicere potuiſſent: non ignoramus ex ea diſputatione, quæ iam contra Democritum habita eſt ad poëmata conficienda maximè arte opus eſſe, ſed quærimus an ea ſola ad id ſufficiat ſine ulla ingenita ex natura ui. His reſpondens Horat. de hac tota re quæſtionem proponit, de eaq́; ſtatuit, ita alterum alterius auxilio indigere, ut nihil alterum ſine altero poſſit efficere. Nam ſi ex ſententia grauiſſimorum, & ſapientiſſimorum uirorum: ſi ad naturam eximiam, atque illuſtrem acceſſerit ratio quædam, conformatioq́; doctrinæ: tum illud neſcio quid præclarum, ac ſingulare ſolet exiſtere: cùm uerò nihil in poëmate mediocre, aut tolerabile, ſed quicquid in eo eſt perfectum, ac ſingulare eſſe oporteat. cùm nõ ad neceſſitatem: ut reliquæ ferè artes, in quibus ferimus mediocritatem: ſed ad animorum oblectationem natum, inuentumq́; ſit, quis neget utrunque ad hoc maximè neceſſarium, & naturam ſcilicet eximiam, atque illuſtrem, & conformationem doctrinæ? Naturæ plus tribuit M. Tull. in Oratione pro Archia Poëta: dum ait: Etiam illud adiungo ſæpiùs ad laudem, atque uirtutem naturam ſine doctrina, quàm ſine natura ualuiſſe doctrinam, non quod omninò ita ſentiret. nam alibi inquit artem certiorem eſſe ducem, quàm naturam, etſi magnis ingenijs præditi quidam dicendi copiam ſine ratione conſequuntur. Sed partim quia ad eos habebat orationem, quos, (cum plures ſemper ferè ex imperitis eſſe ſoleant) ita putare exiſtimabat, partim, ut magis Archiam ijs commendaret, in quo plus inerat naturæ, quàm artis: ut breuiter ex his quidem uerbis illius orationis colligere poſſumus. Quoties ego hunc uidi: cùm literam ſcripſiſſet nullam, magnum numerum optimorum uerſuum de his ipſis rebus, quæ tum agerentur dicere ex tempore? quoties reuocatum eandem rem dicere commutatis uerbis, atque ſententijs? quæ omnia naturæ potiùs, quàm artis eſſe exiſtimandum eſt. De exercitatione nihil dico: ita enim eam cum arte coniungi Horat. ut ſub eodem quaſi nomine de utraque pertractet: ut ex illius uerbis apparet. Quare coniunctim poſt latam ab eo ſententiam de natura & arte, eos deridet per ironiam, atque reprehendit, qui nullo ſtudio, & exercitatione adhibita ſe ſummos poëtas exiſtimabant, dummodò non fuiſſent extremi contra legem iam ab Horatio promulgatam.*

„ *—Mediocribus eſſe poëtis*
„ *Non dij, non homines, non conceſſere columnæ,* *Et.*
„ *Sic animis natum, inuentumq́; poëma iuuandis,*
„ *Si paulùm ſummo diſceſſit uergit ad imum.*

Laudabile carmen] *Hoc eſt, non mediocre, & tolerabile quod iam ex Horatij ſententia repudiauimus, ſed ſummum, atque ſingulare. eiuſmodi enim eſſe poëma debere iam apertè probauimus. atque ideò laudabile carmen dixit, ut ſummum quid, atque excellens ſignificaret, ad quod conſequendum ſimul & natura, & arte, & exercitatione opus ſit.* Natura] *Quæ quidem eſt uis animis hominum inſita, qua in magna copia rerum alij alijs ſunt aptiores.* An arte] *Quæ præbeat in rebus omnibus, quæ præcipiuntur certam uiam & rationem: hæc ita naturam ipſam coadiuuat, ut agricultura terram fertilem, quæ ſine cultura fructuoſa eſſe minimè poterit.* Ego] *Propoſitam quæſtionem ſoluit, illud uerò pronomen, ego, hanc habet uim, alij aliter iudicent, ego ita omninò ſtatuo.* Nec ſtudium] *Studij nomine & artem, & exercitationem complexus eſt. atque ideò diximus de utraq; coniunctim Horatium pertractare.* Sine diuite uena] *Hoc eſt, ſine ingenij, & naturæ fœcunditate, quæ niſi fuerit, parum, aut nihil ars ipſa præſtare poterit. nam quemadmodum agri ſteriles, ſic animi non omnes culti fructum ferunt.*

Nec rude quid proſit uideo ingenium] *Niſi expoliatur doctrina, atque excolatur.* Sic altera res poſcit opem alterius] *Id eſt, natura artis, atque naturæ ars: ut altera alteram plurimum adiuuare, per ſe autem ſingulæ nihil omninò poſſe exiſtimentur.*

Et coniurat amice] *Id eſt, altera, cum altera: ut altera alteram ſemper adiuuet, hoc eſt, natura artem, arsq́; naturam: fideliſſimorum ſociorum, atq; amiciſſimorum hominum more.*

Qui ſtudet optatam curſu cõtingere metam] *Inductione quadam à currentium, atq; canentium ſimilitudine probat, quod iam propoſuit, naturæ ſcilicet adiungendam eſſe doctrinam, & exercitationem, eosq́; coniunctim carpit, qui ſine ulla Artis Poëticæ ratione, ſine doctrina, ſine exercitatione poëtarum nomen profitebantur, ac ſummos ſe eſſe & credebant, & etiam prædicabant, modò non fuiſſent infimi, atque extremi.* Qui ſtudet optatam curſu contingere metam] *Hoc eſt, qui in curruli certamine uult excellere, ita ut palmam aliquando mereatur, multa tulit, cum adhuc eſſet puer, hoc eſt, ſudauit, & alſit, abſtinuit Venere, & Baccho. Eſt autem currulium circumſcriptio. alludit uerò ad ſeptem metas, quæ in circo maximo Romæ poſitæ erant, quas omnes qui curſu contendebant ſemel circumdare cogebantur, ita ut à prima ad ultimam, rurſusq́; ab ultima ad primam curſus eſſet: eam qui primus omnium contigiſſet uictoria potiebatur. erat autem meta illius formæ, ut ab imo amplior ſenſim, deinceps uſq; ad ſummum anguſtior fieret.* Multa tulit, fecitq; puer] *Hoc eſt, ſudauit, & alſit: abſtinuit Venere, & Baccho: ſtudio igitur, & labore opus erat.*

Abſtinuit Venere & Baccho] *Cùm propriè ſudauit, & alſit dixerit, luxum, & ebrietatem uariandæ orationis cauſa tranſlatiuè dicit: hoc eſt, per denominationem. abſtinere autem ab his curſores debent. quia huiuſmodi temperantiam plurimum ad curſum conferre nemini dubium eſt. nam ut inquit ille:*

„ *Vt Venus eneruat uires, ſic copia uini*
„ *Et tentat greſſus, debilitatq́; pedes.*

Alij ita conſtruunt, ut illud: abſtinuit Venere, & Baccho: ad tibicines referant, quibus uini abſtinentiam neceſſariam eſſe Ariſtotel. putat, cùm in problematis quærit. Cur uinolentis potiùs, quàm ſobrijs

ſobrijs frangi uox ſoleat. Huius rei cauſam eſſe ait repletionẽ. Vnde neque choros, neq; ludiones ſtatim à prandio, ſed ieiunos ait uocem exercere conſueuiſſe. Et tibicen, qui cantat Pythia didicit artem ipſam prius, extimuitq; magiſtrum, Cuius diſciplinæ traditus fuerat erudiendus, quàm publicè & ad tibiam caneret. arte igitur, & exercitatione, & in cantu opus eſt. Quare ſi & currulibus, & tibicinibus, non'ne & poëtis etiam opus eſt? ſed hanc inductionis complexionem omiſit Horatius, tanquam apertiſsimam. ex ea uerò ſumit ſequentem reprehenſionem. Qui Pythia cantat] De Pyndaro, inquit Griſolus, uidetur eſſe dictum, quippe qui Pythia ſcripſerit, qua in re quàm parum animaduerterit, aliorum ſit iudicium. Nam in inductione quod inducimus ſimile eſſe, non idem debet. Eſſet autem idem ſi de Pyndaro poëta ad poëſim duxiſſet argumentationem. Præterea in hoc genere argumentandi nunquam adhibemus ad probandum aliquid partem illam extremam, quam Dialectici ſpeciem ſpecialiſsimam nominant. Nam ſi hac ratione duci argumentatio poſſet: Pyndarus adhibuit artẽ in poemate.

Ergo ab omnibus adhibenda eſt.

Ego quoq; arguerem,

Lucanus non adhibuit artem in poemate heroico.

Ergo nulla ars eſt adhibenda in poemate heroico,

Quòd quàm ſit abſurdum nemini dubium eſſe arbitror. dum uerò ait, illud certè ſibi conſtare cum omnibus Horatium hîc uoluiſſe concludere aut exemplo, aut ſimili non rectè in re certiſsima dubiam affert interpretationem. Præcedentes enim ſimilitudines apertè declarant nihil Horatio ab exemplo concludere cogitaſſe, ſed inductione à rebus ſimilib. ad ſimilia. Loquitur igitur generatim de omnibus tibicinibus, qui ad tibiam canebant, non de Pyndaro, qui ſcribebat. Vnde etiam adiecit tibicen. Quis autem nunquam appellatum tibicinem aut Pyndarũ, aut poëtam aliũ quempiam aut inuenit, aut audiuit?

Nunc ſatis eſt] Sine præceptore, ſine doctrina, ſine exercitatione dicere, ego mira poëmata pango, etſi eorum componendorum rationem à nemine unquam perceperim, & hoc eſt, quod indignatur Horatius, ſuiq; temporis poëtas reprehendit. Nunc] Ad differentiam ueterum poëtarum Græcorum, ſcilicet ut Homeri, Sophoclis, Euripidis, qui naturæ artem, & exercitationem adiungebant. Mira poemata] Mira ſuo ipſorum iudicio, non autem eorum, qui optimè de poëmatis poterant iudicare. Hæc autẽ, & quæ proximè uerba ſequuntur ex eorum, qui hæc iactabant perſona dicta ſunt. Occupet extremum ſcabies] Putabant enim modo non eſſent infimi, & extremi ſe eſſe ſummos, quod aliter iudicandũ eſt: ut ſuprà diximus. hoc autem ad puerorum currentium morem dictum eſt, qui ultimo, & extremo in curſu ſcabiem imprecabantur. Mihi turpe relinqui eſt] Id eſt, extremum in curſu, & ultimum remanere, quod ad eundem morem dictum eſt.

Et turpè eſt fateri neſcire, quod non didici] Quod ignorantiæ fons eſt, & principium: cùm is ſapientiſsimus Apollinis oraculo iudicatus ſit, qui ſe hoc unum ſcire, quod nihil ſciret affirmauerit. Quamobrem maiori in errore uerſatur, qui prauè pudens: ut ſuprà dixit Horatius de eadem re, diſsimulat ignorantiam, quàm qui, cum morbo affectus ſit, morbum tamen celat, ſeq; minimè curandum medico præbet. Nam ex hoc corporis, ex illo animi interitus prouenit. Vt præco] Perſiſtens adhuc in malorum poëtarum reprehenſione, Piſones admonet ut adulatores maximè uitẽt. nam melius eſt, ut dicebat Antiſthenes, in coruos, quam in eos incidere. à coruis enim nõ comedi, niſi mortuos: ab adulatoribus etiam uiuos deuorari exiſtimabat, neminemq; aduerſus quos ſcripſerit iudicandos admittant, niſi optimè cognitum, atque perſpectum: ſed in hâc re potiùs reges imitentur, qui ſæpe in conuiuijs ingenia hominum uino explorare, & quaſi mores ipſorum extorquere ſoleãt, antequam in ſuam amicitiam quenquam recipiant. eſt autẽ ſenſus poëta diues, & poſitis nummis in fœnore iubet aſſentatores ire ad lucrum, non aliter, quàm ſoleat facere præco, qui cogit turbam ad merces emendas. ſi uerò eſt eiuſmodi, ut qui rectè ponere poſſit unctum: id eſt, cœnam unctam, & lautam, & qui poſſit ſpondere pro leui paupere, & eripere atris litibus implicitum, mirabor ſi ſciet iſte poëta, expoſitiuè beatus internoſcere, hoc eſt, cognoſcere re, qua ſit differentia inter amicum mendacem, & fictum, & inter amicum uerum: quaſi dicat minimè ab adulatore uerum amicum dignoſcere poterit: cum ſic in ea re ueros amicos, & uoce, & uultu, & motu corporis, & collachrymatione, denique ipſa imitentur. ac ſimulent falſi iſti adulatores, atque hoc eſt, quod ait nunquam te fallant animi ſub uulpe latentes, quod difficillimum ſemper habitum eſt. Quamobrem hortatur, ut nemo ijs laudatoribus fidem habeat, quos ipſe iam ſuis muneribus deliniuerit.

Vt præco] Poëtas huiuſmodi præconibus comparat, qui cùm primum incipiunt altiori uoce, ut ſolent, precia mercium pronunciare, tunc omnes ad eos concurrunt: ſic iſti cum aliquid compoſuerint, idq; aſſentatoribus ſignificauerint tunc frequentiores omnes ad eos coeunt: quemadmodum turbas ad merces emendas iam diximus. is autem præco dicitur, qui edicta magiſtratuum, & precia rerum in publicis uenditionibus ſublimiori uoce prædicat. Ad lucrum] Multa enim aſſentatoribus largiebantur: ut ueſtes tritas, & reliqua huiuſmodi: ut ſignificat etiam in Epiſtolis. Diues agris] Quod attinet ad poſſeſsiones agrorum. Poſitis in fœnore nummis] Quod attinet ad numeratæ pecuniæ rationem.

Si uerò eſt] Si uerò eſt, inquit, Horatius, qui præter dona ſcilicet etiam poſſit ponere unctũ, hoc eſt, cœnas lautas, & conuiuia præbere, & poſſit ſpondere leui pro paupere, & eripere atris litibus implicitum mirabor, ſi iſte beatus ſciet internoſcere mendacẽ amicum: hoc eſt, adulatorem, & amicum uerum, alterumq; ab altero diſtinguere, non immeritò autem miratur Horat. nam difficillimum eſt hoc diſcernere, cum & geſtu corporis, & uoce, & uultu ueri amici imaginem adulatores præſeferant: Hos eoſdem Martialis deridet dum ait:

» Mercatur alius grande, & inſanum ſophos.
» Et his ſimilem Pomponium.
» Non tu Pomponi cœna diſerta tua eſt.

Ponere unctum] Conuiuium ſcilicet unctum, & lautum. Et ſpondere leui pro paupere] Fidei iubere, & in ſtipulatione promittere. Erat autem ſponſio in iudicijs, dum inter actorẽ & reum mutua intercedebat ſtipulatio certæ pecuniæ, ni res ita ſe haberet, ut diceretur, ubi qui ſponſionẽ offerebat dicebatur ſponſione prouocare, qui admittebat reſtipulari.

Spondere leui pro paupere] Hoc eſt, pro aliquo tenui paupere cautionem præſtare, & fidei iubere. Mendacem amicum] Adulatorem, amicum enim ſe eſſe ſimulat, atque ideo mendax amicus, id eſt, falſus amicus ab Horatio dicitur, ſiue mendax, quia ea laudat, quæ ſunt maximè uituperanda. Beatus] Iſte probus uir, qui ſit diues agris, & poſitis in fœnore nummis. Eadem elocutione utitur ſæpiſsimè Plato: ut in Philæbo, & in Theætto, & alibi idẽ Horatius ſiue, quia ſe beatum exiſtimet, tùm audiat ſe ab adulatoribus undique commendari. Tu ſeu donaris] Piſonem admonet, ut minimè hoc genus diuitum poëtarum imitetur, neminemq; uel iam pranſum, aut donatum, uel ſuorum carminum emendationem admittat, neque enim poterit ille non uehementer laudare, etiamſi uituperanda uideantur. Vnde in Epiſtol. reddit rationem, quare à pluribus priuatim laudetur, publicè ab ijſdem uituperetur: quia inquit:

» Non ego uentoſæ plebis ſuffragia uenor
» Impenſis cœnarum, & tritæ munere ueſtis.

Plenum lætitiæ] Ex datis muneribus. Clamabit enim pulchrè, bene, rectè] Ratio, quare non ſint, quibus aliquid donauerimus, ad emendationem noſtrorum carminum admittendi. quia non potuerunt, etiamſi uituperanda uideantur, non ſummoperè commendare, ac ſublimiori uoce non dicere pulchrè. bene, rectè. Dicit autem, clamabit, ad maiorem lætitiam ſignificandam, exprimendumq; illud ô pulchrè, ô bene, ô rectè. Hoc uerò quod attinet ad uocis pronunciationem. Palleſcet ſuper his] Signum reuerentiæ, & admirationis. hoc autem quod attinet ad uultus moderationem. Etiam ſtillabit amicis ex oculis rorem] Fingens ſe effundere etiam lachrymas præ nimia lætitia. ita enim ſolemus aliquando, cuius rei cauſam ſapientiſsimè affert Madius Philoſophus in eo tractatu, qui de ridiculis inſcribitur. Illud uerò, etiam habet maximam uim, ac ſi diceret quaſi quæ fingi minimè poſſunt. atque ideo

maiorem difficultatem oſtendit diſcernendi, & cognoſcendi adulatoris, cùm etiam pro uoluntate paratas habeant lachrymas, quæ animos hominum maximè fallunt, atque decipiunt. Vnde Troianos à Simone fictis lachrymis illius uerbis fidem adhibuiſſe ſcribit Virg. hoc autem quod attinet ad oraculorum moderationẽ, quorum tum intentione, tum remiſſione, tum coniectu, tum hilaritate motus animorum ſignificamus. eſt autem pulcherrima lachrymæ circumſcriptio: oculorum ros.

Saliet, tundet pede terram] Quod attinet ad reliquum motum corporis. hæc uerò omnia prudenter, & artificioſè adhibuit Horat. ut ueram adulatorum formam oſtenderet, difficultatemq́ diſtinguendi ab amico adulatoris, cùm & ipſe ſe magis amicum præſeferat uoce, uultu, oculis, & reliqua corporis ſignificatione. Vt qui conducti plorant in funere] Comparat adulatores ijs, qui in funeribus ad fletum mercede conducuntur, qui quidem adeò luctum naturalem ſimulant, ut plus dolere credantur uerè dolentibus. inquit enim deriſorem, & aſſentatorem his exterioribus ſignis, quaſi ex intimo ſenſu prouenientibus. maiori fingere ſe lætitia commoueri, quàm uerum laudatorem. eſt autem Ordo: Vt qui conducti plorant in funere dicunt, & faciunt propè plura his, qui uerè ex animo contriſtantur. ita deriſor, & fictus laudator mouetur, fingit ſe moueri plus uero laudatore.

Dicunt] Quod attinet ad uerba querimonijs plena. Et faciunt] Quod attinet ad frontis, & pectoris percuſſionem, & reliqua huiuſmodi. Mouetur plus uero laudatore] Hoc eſt, maiores præ ſe fert animorum motus, quam uerus laudator: appellat autem adulatorem deriſorem, quia laudat ea etiam, quæ uidentur uituperanda, atque ita huiuſmodi poëtas deridet. Reges dicuntur] Regũ exemplo Piſones admonet, ut neminem admittant ad ſuorũ carminum emendationem, niſi prius optimè cognitum, atq; perſpectum. Hoc autem ex Platone mutuatus eſt in fine primi libri de Legibus. ubi ait nullum eſſe maius experimentum, quo hominum ingenia explorare poſſumus ſine periculo, uino, & ebrietate. nam cum biberit quis primo alacrior fit quàm prius erat. deinde quò plus biberit, eò maiore, & meliore ſpe eſt, & fortiùs de ſe ſentit. tandem quaſi ſapiens ea homo confidentia, libertate, audaciaq́ repletur, ut intrepidè & dicat, & faciat quicquid placet, ex quo naſcitur periculum uitæ illius, atq; naturæ. Vnde extat Theognidis illud non ab re alienum.

„ Argentum, & fuluum ſpectatur in ignibus aurum
„ Vina animos hominum non moderata probant.

Eſt autem ſenſus reges, hoc eſt, uiri regij, & ſummi principes dicuntur premere & urgere, quem perſpexiſſe laborent, an ſit amicitia dignus multis culullis, multis poculis. eſt enim poculi genus, de quo & in Odis:

„ Diues & aureis
„ Mercator exiccet culullis
„ Vina Syra reparata merce.

Reges] Vel uiri regij, uel certe reges, quos magis quam reliquos uериſimile eſt ingenia hominum explorare an fideles, & probi illi ſint, quos in amicitiam recipere uoluerint: quia ij præcipuè ab omnibus ſibi maximè timeant, ne ab his, quos amiciſſimos credunt uel ueneno, uel aliqua alia ui tollantur, ut ſæpiſſimè iam factũ eſt. Vnde ait Plutarchus ut nummum, ita amicum habendum, nempe probatum antequam eo ſit opus, alioquin idem nobis accidere, quod ſolet his qui letale uenenum non aliter ſentiunt, niſi cum prægustarent ſuo exitio iudicantes.

Et torquere mero] Eadem elocutione & in Epiſtol. uino tortum dixit. ebrietas enim, ut ille ait, cogit ſecreta fateri, quibus de eorum moribus, quos aſciſcere ſibi in amicitiam uoluerint reges inſtructi ſolent iudicare, an ſcilicet probi illi ſint, in eorumq́ amicitiam admittendi, an mali, & improbi, ab eaq́ repudiandi. Si carmina condes] Si carmina, inquit Horatius compoſueris nunquam fallant te adulatorum animi, ſub uulpe latentes. id eſt, aſtuti, & callidi, qui ſæpe ad propriam utilitatem ea laudant, atque extollunt, quæ uidentur uituperanda. Nunquam te fallant animi ſub uulpe latentes] Caue ne unquã malitioſis blanditijs, & aſſentationibus te decipiant adulatores, dum ſe tibi blandiores oſferunt: ut uulpinum eſt natura, atque ingenium, quæ ſui commodi cauſa beneuolentiam ſimulant, ut ex prouerbio notum eſt, benignior pellace uulpe, quod in adulatores maximè quadrat, qui ad uulpium ſimilitudinem benigniori extrinſecus fronte, ac uultu interiorem tegunt, & quaſi uellis quibuſdam obtendunt animorum improbitatem. Videtur autem alludere ad Aeſopi uulpem, quæ & ipſa benignitatis ſimulatione coruum fefellit. Quintilio] Deſcriptis adulatorum moribus & conſuetudine affert optimi, & ſapientiſſimi iudicis exemplum: Quintilij ſcilicet, qui tantæ erat authoritatis apud Romanos, ut et Virgilij opera Auguſtus tradiderit emendanda.

Hoc aiebat, & hoc] Si quid ſcilicet uel durum, uel inane, uel inornatum, uel ambitioſum, uel obſcurum, uel ambiguum uidebatur: ut dicet paulò pòſt: oſtendebat autem digito, quæ minimè probarentur, quam rem per illud: hoc aiebat, & hoc: ſignificauit Horatius. Delere iubebat] Illos uerſus, tanquam uitioſos, atque eorum loco alios refingere: hoc eſt & malè tornatos incudi reddere uerſus, & tanquam informem materiam reformare. Plura autem uitia fuiſſe demonſtrat, cùm & malè tornatos, & incudi reddere dixit, quam ſi non limatos dixiſſet. pauciores enim errores, & leuiores ſignificaſſet: ut qui limula facile corrigi, atque eliminari potuiſſent. cum uerò & malè tornatos, & incudi reddere dixerit, innumerabiles, ac penè infinitos ſignificauit: ut neceſſarium fuerit illos reformare, atq; refingere. utrunq; Ouid. de lib. Metam. in 1. de Triſt.

„ Ablatum medijs opus eſt incudibus illud,
„ Defuit & ſcriptis ultima lima meis.

Hæc autem translatio à fabris ferrarijs ſumpta eſt: ſi defendere autem malles, inquit, tua delicta, quam immutare, ut admonebat, ille nullum præter, ea quæ dixerat addebat uerbum, aut nullam ſumebant operam inanem] Quia nihil profeciſſe, ut eius admonitione malus poëta reſipiſceret. Quin ſine riuali teq, & tua ſolus amares] Illi ſine riuali dicuntur amare ſua carmina, qui ſoli amant, ſoli admirantur, ſoli perlegunt, præterea nemo, quod ab amatoribus ductum eſt. ſignificat autem inculta, & inornata eius poëmata, quæ ſi ornatiora, & elegantiora fuiſſent plures habuiſſent amatores, nec riuali propiùs author caruiſſet. Vir bonus, & prudens uerſus reprehendet inertes] Ratio, &, quare Quintilianus optimi, & ſapientiſſimi iudicis munere fungebatur, in ijs rebus emendandis, quæ ſuæ fidei, atque iudicio committebantur. quia ita, inquit ſoleant facere ſummæ probitatis, doctrinæq́ homines: hoc eſt, commendare, quæ commendanda, emendare, quæ emendanda uideantur. Vir bonus] Quod attinet ad mores, hoc eſt, non aſſentator, ſed iudex ſeuerus, uerèq́ amicus.

Prudens] Quod attinet ad artis poëticæ facultatem. neque enim tantummodo probitas in hac re, ſed etiam ſcientia, atq; doctrina requiritur, quæ tamen ſi probitate careat fungitur adulatoris, non ueri iudicis, uerìq́ laudatoris officio. Verſus reprehendet inertes] Ocioſos, ac nihil ſignificantes, cuiuſmodi uideri poſſent apud Franciſcum Petrarcham illius Odes:

„ Mai non uo piu chantar com'io ſolea

Etſi id conſultò feciſſe exiſtimatur. Sunt enim nonnulli eius ingenij, qui modo uerba coniungant inter ſe metrica ratione nihil præterea curent, an ſignificantia illa ſint, an potiùs inania, nihilq́ præter carminis conſonantiam continentia hoc idem uituperat M. Tullius libro primo de Oratore, cùm ait. nihil eſt enim tam furioſum, quàm uerborum, uel etiam optimorum, atque ornatiſſimorum ſonitus nulla ſubiecta ſcientia, neque ſententia. Sunt autem uerſus inertes, & ocioſi, quibus ſublatis remanet etiam integra ſententia.

Duros] Id eſt, aſperos, in quibus & uerba, & elocutiones ex ſua aſperitate non parum legentium, & audientium animos, atque aures offendunt. hoc in Danthe Aligerio maximè reprehenditur. Vtitur enim pluribus aſperioribus, & durioribus uerbis, & elocutionibus, quo uitij genere apud Latinos notatus eſt Lucilius ab Horatio emunctæ naris duros componere uerſus. Vnde in Epiſtolis idem admonet, cùm ait nimis aſpera ſono leuabit cultu. Incomptis] In quibus non ſint ornamenta, quæ non parum ſplendoris afferunt orationi, neque enim in poëmate ſolum uerba, & metro-

rum

rum requiritur ratio, ſed etiam ornatus, & elegantiæ, quæ ſi abſint, etſi culpam uitamus, non tamen meremur laudem. Huiuſmodi ſunt triumphi Franciſci Petrarchæ de Amore, & Fama, in quibus ſine artificio, ſine ornamento hiſtoriæ quamplurimæ congeruntur. Hoc inornati carminis uitio Chærilum notat Horat. in Epiſt.

„ Gratus Alexandro regi magno fuit ille
„ Chærilus, incultis qui uerſibus, & malè natis
„ Retulit acceptos regale numiſma Philippos.

Quare in ſecundo etiam epiſtolarum hortatur dimouenda quæcunque parum ſplendoris habebunt, & ſine pondere erunt, & honore indigna ferentur. Ambitioſa recidet ornamenta] Reſecabit ornamenta, quæ ambitioſè aucupamur, quod ibidem admonet in Epiſtolis, dum ait luxuriantia compeſcet. ubi luxuriantia appellat ambitioſa hæc ornamenta. Quemadmodum enim ſunt, qui nihil ornamentorum adhibent in ſcribendo, ita etiam reperiuntur, qui adeò affectant, ut nihil curent præterea, ex quibus tam eſt in uitio, qui non adhibet, quàm qui nimium adhibet. Eſt enim modus ſeruandus, quem ultra, citráq; nequit conſiſtere rectum. Hoc genere uitij notatur Franciſcus Petrarcha in ea Ode. quæ incipit:

„ Amor m'ha poſto come ſegno à ſtrale.

Quæ quidem ſicut abundat ornamentis, & figuris orationis: ita caret rerum grauitate, nullam enim habent penè ſubiectam ſententiam, cui ornamenta illa nitantur. Parum claris] Nam quemadmodum in perſpicuitate uerborum omnis laus, ita in contrario uitio ſumma uituperatio poſita eſt, quo genere Perſius ipſe reprehenditur, de quo illud memoriæ proditum eſt, diuum Hieronymum ſummæ ſanctitatis, ſummæq; ſapientiæ uirum, cùm ſe eius Satyras deſperaret unquam intellecturum in ignem proieciſſe, atq; his uerbis uſum fuiſſe: non uis intelligi, nec intelligaris. Ambiguè dictum] Cui duæ, uel plures ſententiæ aptari poſſunt, quod etiam uitandum monet Ariſtoteles libro 3. Reth. ubi loquitur de emendatè loquendi ratione, niſi id fortaſſe dedita opera faciamus, in quo generè annumerari poſſunt illa carmina Ouidij in Epiſt. Paridis ad Helenam:

„ Vel tua uirginitas eſſet libata, uel illud,
„ Quod potuit ſalua uirginitate capi.

Quæ & ad oſculum, & ad illud obſcœnum, deteſtandumq; uitium contra naturam referri poſſunt. hoc autem quia obſcuritati proximum eſt uitium, ideo proximo etiam loco ab Horatio refertur. Mutanda notabit] Quæ ſigillatim dixerat, generatim complectitur uno uerbo. Fiet Ariſtarchus] Hoc eſt, ſeueriſſimus iudex, cuiuſmodi ferunt Ariſtarchum Grammaticum fuiſſe, qui miro quodam acumine caſtigabat ueterum ſcripta, atque ideò colligendis Homeri uerſibus præpoſitus eſt, admirabilis autem fuit prudentia Horatij in his uerſibus uariandæ orationis per ſynonyma. Dixit enim de eadem re reprehendet, culpabit, allinet atrum tranſuerſo calamo ſignum, ambitioſa recidet ornamenta, arguet, mutanda notabit, fiet Ariſtarchus.

Nec dicet] Iſte uir bonus, & prudens, quod dicere adulatores ſolent. Cur offendam amicum in his nugis? Cur non potiùs obſequar amicitiæ tuendæ cauſa? carpit autem adulatores, qui dum amicis obſequuntur in his rebus, eos inſanos ac ridiculos reddunt, admonetq; minimè obſequendum. nam etſi nugæ hæc ipſa uidentur, ducunt tamen in ſeria mala eum, qui ſemel deriſus ſit, à populoq; ſiniſtrè exceptus. Huiuſmodi enim uæſanum poëtam, inquit, non aliter fugiunt prudentiores, quàm ſoleant ſcabie, regio morbo, phanatico errore, & Hecates iracundia correptos, quod ab ijs ſibi non parum timeant. Eſt autem ſenſus qui ſapiunt, fugiunt ac timent tetigiſſe uæſanum poëtam, ut eum, quem mala ſcabies, aut morbus regius, aut phanaticus error, & iracunda Diana urget, dito, qui ſapiunt timent tetigiſſe, & fugiunt, qui uerò pueri, & incauti ſunt exagitant, exagitatumq; ſubſequuntur. Mala ſcabies] Notiſſimum morbi genus contagioſum, hæc quidem nihil aliud eſt, quàm durior cutis rubicunda, ex qua puſtulæ oriuntur quædam humidiores, quædam ſicciores: exit ex quibuſdam ſanies, fitq; ex ijs continuata exulceratio pruriens, ſerpitq; quibuſdam citò, atque in alijs quidem ex toto deſinit, in alijs uerò certo tempore anni reuertitur. appellat autem malam, ut ex qualitate magis contagionem timere ſignificet ſapientiores. Morbus regius] Hic morbus potiſſimùm in oculis apparet, aurigoq; ante dicebatur ab auri colore, quem bilis per totum corpus diffuſa refert, ita dictus, quia ex ſententia Varronis mulſo, quod genus potionis in regum delicijs erat, curaretur, uel quia ut ait Celſus, eo morbo affectos apparatu regio, hoc eſt lectu, & conclaui cultiori, & ludis uti perutile eſt, per quæ omnia mens ægrotantis exhilaretur. hoc morbo affectos omnes refugiunt crocei coloris faſtidio, qui mortis propinquæ index eſſe uidetur. Phanaticus error] Phanatico errore dicuntur laborare: ut ex uocis ſignificatione uidetur: quibus multa inania phantaſmata, & fictæ rerum ſpecies ante oculos obuerſantur, qualem Oreſtem Euripides fingit, & Aiacem Sophocles: qui greges ouium pro Græcis accipiebat, in eosq; mentis errore ſæuiebat.

Iracunda Diana] Sunt qui per iracundiam Dianæ illud genus morbi intelligant, quo qui ægrotant uulgo lunatici appellantur, cùm Diana, & luna eadem ſit, ita dicti, quòd interlunij tempore ægri credantur, quo luna dicitur laborare, atque ideo iracunda eſſe. Hos uexat furor quidam ſingulis interlunijs. Sunt qui per iracundiam Dianæ Hecatis, quæ eadem, & Diana dicitur iracundiam intelligant, cum ſe hominibus execrabilibus ſpecie horribili obijcit, quà illi poſtmodum in terrorem conferuntur: ut uerò Hecatem intelligeremus Horatius Dianam iracundam appellauit: prior expoſitio magis arridet. nam nihil intereſſet hac ratione inter phanaticum errorem, & iracundia Dianæ correptos. Horatius autem diuerſum quid uoluit ſignificare, niſi fortaſſe & iracundia Diana, pro id eſt, iracunda Diana interpretemur, quod ſæpiſſimè uſurpatur. Væſanum] Accommodatur hoc nomen & ad rem, & ad præcedentes uariorum morborum ſimilitudines: ut & ad corpus, & ad mentem referatur quemadmodum & illud in Epiſtolis:

„ Præcipuè ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt.

Quod pariter & ad mentis, & ad corporis ſanitatem refertur. Tetigiſſe timent] Quod attinet ad ſcabiem. Fugiunt] Quod attinet ad morbum regium, phanaticum errorem, & iracundiam Dianæ. Agitant pueri] Hinc atque hinc per compita conuitijs, & ſibilis uexantes, ac deridentes. Et incauti ſequuntur] Qui ſuæ uitæ periculum minimè uident, ut & ipſi cum pueris uæſanum poëtam exagitent ac derideant. Dixit autem incautos ſequi ad eorum differentiam, qui ſapiunt, quos iam à tangendo refugere diximus. Quia ab his plurimum ſibi timent. Vnde apud Sophoclem reprehendenti Vlyſſem Palladi, quòd Aiacem furentem timeret aſpicere, reſpondit quòd ſanum minimè timeret. Hic dum ſublimis uerſus ructatur, & errat] Huic hominũ generi nullum auxilium. aut opem ferendã admonet Horat. etiamſi uehementer implorent, cum in hunc furorem, & animi morbum incidiſſe eos credibile ſit propter aliquod inſigne flagitium, quod uel in homines, uel in deos patrauerint. Hic] Scilicet inſanus poëta, & tanquam ſcabie, morbo regio, phanatico errore, & Dianæ iracũdia correptus: ſublimis, & per hoc quaſi contemplans, & cogitatione ſublatus, quod niſi ita accipiatur: hoc eſt, niſi ad poëtam referatur, non autem aduerſus, ut uolunt commentatores, non uideo qua ratione deducatur ſimilitudo ab aucupe ad poëtam: Hoc igitur modo ordinabimus, & interpretabimur, hic ſcilicet poëta uæſanus, ſi dum ſublimis ructatur uerſus, & errat, ueluti auceps intentus merulis, & ipſe in cœlum capite elato in puteum, foueam'ue decidit. quomodo enim aliter decidere aliquis in puteum, & foueam poſſet, niſi capite in cœlum elato, quaſi cœleſtia contemplaretur procederet, quæ ad pedes ſunt minimè uidens? optima uerò utitur ſimilitudine ab aucupe merulis intento ad uæſanum poëtam, per cõpita etenim inſani iſti poëtæ ſemper procedunt carminibus intenti, capite ad cœlum elato ad contemplantium morem. ſimile quiddam refert Socrates apud Platonem de Thalete in Theæteto his uerbis. Quemadmodum Thaletẽ, dum cœlum ſuſpiceret intentus ſyderibus in foueam cadentẽ Thracenſis quædam eius ancilla facetè nimium carpſit, quòd quæ in cœlo ſunt præuidere contenderet, quæ uerò proxima, & ad pedes non uideret. Dixit autem Horat. ſublimis, quod dixit Plato: dum cœlũ ſuſpiceret ſyderibus intentus. Verſus ructatur] Per ructum emittit, quaſi abſque ulla cogitatione ipſa natura tanquam ructus emittente. Et errat] Per urbis compita huc, atq; illuc: ut faciunt philoſophantes,

loſophantes, & uerſuum attenta meditatione diſtracti, qui de uia plerunq; inſcientes diuertunt, & errant. Merulis intentus] Vel deſiderio capiendi, uel cantus dulcedine illectus. Eſt autem merula auis nigra ad rubedinem quandam accedens, æſtate cantu ſe demulcens, hominumq; uocem æmulari ſtudens, quæ etiam Latinum nomen adhuc retinet per ſyncopem. Merulus enim appellatur. Dicta eſt autem merula quaſi mera, & ſola uolans: ut ait Varro. Hæc enim eſt eius natura, ut ſola uolet. Neſcio quid ſibi uult Griſolus, dum allegoricè Horatij ſententiam interpretetur, cùm ex adhibita Empedoclis ſimilitudine rem apertè explicet Horat. Licet ſuccurrite longum clamet Io ciues] Hortatur ne huiuſmodi hominibus opem feramus, etiamſi à nobis eam implorent. hoc autem per parentheſim dictum eſt, quæ eſt interiectio orationis in ſermone: ut ait Lauren. Valla: qua remota ſermo remanet integer, atque ideo his uerbis per parentheſim dictis non reſpondet in ſequentibus carminibus Horat. aliter ſibi ipſi aduerſaretur, cùm dicat paulò pòſt: qui ſcis an prudens hoc ſe deiecerit, atq; ſeruare nolit: & inuitum qui ſeruat idem facit occidenti. quomodo enim inuitus aliquis ſeruaretur, ſi à nobis opem atq; auxilium imploraret? & longum ſuccurrite ciues conclamaret? Quare cùm parentheſim illa uerba: licet ſuccurrite longum, clamet Io ciues, ac tanquam remota à reliqua oratione legantur: ut parentheſis ipſa requirit, nihil certè uidetur eſſe abſurdum, atq; contrarium. Si quis curet opem ferre] Senſus eſt ego hortor, ne huic poëtarum generi quiſquam opem ferat, ſiquis autem reperiatur, qui me dehortãte opem ferre uoluerit, atq; dimittere funem ego iterum dehortans illum dicam, quo modo ſcis ô amice. Qui ſcis an prudẽs huc ſe deiecerit, & ſeruari nolit, & narrabo interitum poëtæ Siculi. Opem ferre, aut dimittere funẽ] Hoc eſt, dimittens funem opem ferat. dum uerò ait dimittere funẽ ſignificat foueæ, & putei altitudinem, & profunditatem ut fecit Virgil. qui tacitè equi Troiani altitudinem ſignificauit, cum dixit: demiſſum lapſi per funem: quod notat Quintil. lib. 8. cap. 3. Prudens hoc ſe deiecerit] Hoc eſt, dedita opera, & cõſultò in puteũ, foueam'ue ſe deiecerit, & nolit ſeruari. Siculiq; poetæ narrabo interitum] Quoniam incredibile uideri poſſet, atq; abſurdum poëtas conſultò ſe, & dedita opera in puteum, foueam'ue deijcere probat id Empedoclis poëtæ exemplo, poëtam uerò appellat Empedoclem: quia uerſibus res naturales conſcripſerit, etſi Ariſtot. negat appellandum fuiſſe Poëtam, ſed potius phyſicum: quem uerò poëtam Siculum intellexerit, mox diſtinguit nomine proprio, ne de Epicharmo, aut Theocrito dictum putaretur, qui & ipſi Siculi poëtæ fuerunt. Dixit autem poëtæ: ut oſtenderet rei ſimilitudinem, probaretq; poëtas, aliquando conſultò ſe in puteum, foueam'ue deijcere. Tacitè uerò utitur argumẽto à pari. hoc modo, ſi Empedocles gloriæ cupiditate in Aetnam ſe præcipitem dedit, hũc etiam eadem ratione ſe in puteum deieciſſe credibile eſt. Deus immortalis haberi dum cupit Empedocles ardentem frigidus Aetnam inſiluit] Vt ſi nullo in loco ipſius corpus uiſeretur, neq; in terris ipſius ſepulchrum extaret, Deus, quod in cœlum euolaſſet, omninò putaretur. Frigidus] Sunt qui frigidum pro ſtolido, & negligenti accipiant: quod qui in frigidiori cœli plaga editi ſunt inconſulti ſint, ac ſtolidi. ſicciori uerò, & callidiori, prudentiores ex Heracliti ſententia atq; Ariſtot. in problematis parte XI. problemate XLVI. Sunt & qui frigidum ideo ſtolidum interpretantur. quia frigido ſanguine præditos deſipere, calido uerò ſapere arbitrentur Virgilianum illud afferens:

„ *Sin has ne poſſim naturæ accedere partes.*
„ *Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis.*

Sit ius, liceatq; perire poëtis] Concluſio poſt allatam Empedoclis poëtæ ſimilitudinem. Inuitum qui ſeruat idem facit occidenti] Ratio, quare nullum auxilium ferendum ſit ſui ipſius homicidæ. quia ſcilicet uel non mereatur, uel nullam habeat tibi gratiã. Nam ſi quis ſeipſum perdat idem ille erit & occidens, & occiſus. hunc igitur ſi ſeruaueris non ſolum eum ſeruabis, qui occidebatur, ſed eum quoq;, qui occidebat: hoc eſt, homicidam ſui ipſius, quem non eſſe ſeruandum apertè ſignificat. quia cùm ſint huiuſmodi homines maximè formidandi, uitam minimè mereantur. Nam cùm ſibi ipſis uiolentas manus inferre uoluerint, qua ratione eos credendum eſt, à reliquorum cædibus poſſe eaſdem continere. Admonet igitur Horat. ſui homicidas non eſſe ſeruandos, uel quia inanis eſt omnis ad hoc labor ſuſceptus. Vnde in Epiſt. Quis enim inuitum ſeruare laboret? uel quia nec ſi retractus erit iam fiet homo, & ponet famoſæ mortis amorem, uel quia nullam tibi ſit gratiam habiturus: quia ſeruari noluerit, expone igitur idem facit occidenti, id eſt, illud auxilium præſtat ei, qui ſe occiderit, hoc eſt, non occiſo, ſed homicidæ, qui nullo modo ſeruari debet. quia multò maiorem pœnam meretur, quam ſi alterum occidere uoluiſſet. Sunt qui aliter hoc carmen interpretentur: ut ſit ſenſus, ille qui ſeruat mortis cupidum, nolentemq; omninò ſeruari eum interficit. nã uita ei pro morte eſt. Vnde eſt & illud Senecæ in Thebaide: Qui cogit mori nolentem in æquo eſt, quiq; properantem impedit. Occidere eſt uetare properantem mori, & illud alterius Senecæ lib. 6. declam. 4. nõ magis crudeles ſunt, qui uolentes uiuere occidunt, quàm qui mori uolentes non ſinunt, exponunt igitur idem facit occidenti, facit ſimile homicidæ, hoc eſt, facit ut homicida elocutione Græca. Admonet itaq; Horat. ut iſti interpretantur, ut caueant homines, ne hominem occidant, dum putent ſeruare. Nec ſemel hoc fecit] Alia ratio, quare non ſit ſeruandus, qui in foueam, puteum'ue ſe deiecerit. quoniam non ſemel ſe præcipitem dedit, ſed retractus ſæpius, ac ſæpius ſe iterum præcipitauit. Quamobrem pro certo tenendum eſt, eum ſe iterum daturum præcipitem, ſi iterum retractus fuerit. Fiet homo] Rationis particeps: ut eſt in diffinitione hominis homo eſt animal rationale, cùm huiuſmodi inſanientes, & ratione carentes minimè homines uideri poſſint. Et ponet famoſæ mortis amorem] Qua famam immortalem ſe credat conſecuturum: ut ſibi Empedocles perſuadebat. Nec ſatis apparet, cur uerſus factitet, utrum minxerit in patrios cineres] Alia ratio, quare non ſit ſeruandus, quia ſceleratus eſt, & inceſtuoſus, & impius. Huiuſmodi autem hominibus nullam opem ferre debemus. impietatis uerò indicium oſtendit pœnas à dijs datas ſua impietate nõ indignas, hoc eſt, inſaniam, & furorem componendorum carminum. Eſt autem ſenſus nec ſatis apparet, cur uerſus factitet: quare in componendorum uerſuum furorem inciderit, utrum minxerit in patrios cineres, aut ille inceſtuoſus mouerit bidental triſte, quod nefas erat contingere, niſi prius colligeretur à ſacerdote. certè iſte furit, & ſi uelut urſus ualuit frãgere clathros obiectos caueæ, facilius recitator acerbus fugat indoctum, doctumq;, quem uerò arripuit, ſi quem fugientem arripuit tenet, & occîdit legendo, tanquam hirudo non miſſura cutem, niſi plena cruoris. Vtrum minxerit in patrios cineres] Dubitat de furoris cauſa, an ideo illi à dijs immiſſus fuerit, quod ſepulchrum patris uiolauerit, an quod bidental contigerit antequã expiaretur à ſacerdote. Honor olim præcipuus parentum reliquijs habebatur. Vnde & qui ſemper aduerſam fortunã habuiſſent minxiſſe in patrios cineres dicebantur, quaſi furijs, pœniſq; parentum, quorum ſepulchra, in quibus eorum cineres erant recõditæ, uiolaſſent, uexarentur, quæ inter res ſacras & religioſas habebantur. An triſte bidental mouerit] Bidental locus erat fulmine ictus, ita appellatus, quòd hoſtijs bidentibus à ſacerdote expiaretur, quem locum antequam purgatus eſſet, nefas erat, niſi ſacerdoti contingere, qui uerò aliter feciſſet inſigniori pœna, diuòue uel ab hominibus, uel à dijs afficiebatur. Triſte autem appellat, quod in malorũ procuratione fieret eodem epitheto & apud Perſium

„ *Triſte iaces lucis, euitandumq; bidental.*

Mouerit] Perturbauerit, contigerit, quod non licebat. Vnde & Perſius euitandum appellauit. Certè furit] Si dubia eſt, inquit, furoris à dijs immiſſi cauſa, certè furor apparet. Clathros] Sepimenta ſunt tam ferrea, quam lignea, quibus feræ incluſæ, tanquam portis à cauea ne exeant coërceri ſolent. Vnde Columella libro 10. cap. 1. ſub his uerbis inquit: Vbi uerò ratio poſtulat uacciis includi (ſic enim appellatur genus clathrorum) idq; fabricatur ex robore querceo, uel ſuberro, uel ex quacunq; materia, quæ ſub iniuria pluuiarũ eſt magis diuturna, ligna enim in terra defixa eriguntur, alia tranſuerſa certis interuenientibus ſpatijs tranſmittuntur, ne ſpatiorum laxitas, quæ foraminibus interuenit pecudi præbeat fugam. Si ualuit] Si fortè potuit, difficile enim erat frangere, cùm uel ex ferro, uel ex lignis duriſſimis fierent clathri.

Obiectos

Obiectos cancer] *In qua urſus erat repoſitus. locus enim erat ſub terra uacuus, atq; obſcurus: ubi erant ferarum receptacula, cui clathri opponebantur, ne ex eo loco poſſent feræ repoſitæ exire.* Indoctum, doctumq; fugat] *Contrarius hic locus uerbis ſuperioribus uideri poſſet, ubi dixit:*

„ *Veſanum tetigiſſe timent, fugiuntq; poëtam.*

Qui ſapiunt, agitant pueri, incautiq; ſequuntur. cûm ibi ſequi incautos fugere ſapientiores à uæſano poëta dixerit: hîc & doctum pariter, & indoctum dicat fugere, ſed ad comparationem reſpiciens hoc dixit. nam urſos & docti, & indocti fugiunt. Iracundia uero Dianæ, & phanatico errore correptos fugiunt, qui ſapiunt, agitant, & ſequuntur incauti, quia cum eiuſdem ſint ſpeciei, & formæ non adeò ſibi timent ab ijs: ut ab urſo, qui eſt diuerſæ ſpeciei, atq; naturæ, atq; ideo cum hoc in loco urſo comparauerit furibundum poëtam, rectè dicit ab eo doctum, indoctumq; in fugam uerti. Quē uerò ex fugientibus quaſi aſſecutus apprehenderit, & arripuerit, tenet, occiditq; legēdo. hoc uerò dicit, quia dixit omnes ab eo in fugam uerti, intelligit autē quod ſi quem iſte poëta furore correptus, quaſi per uim ad ſe audiendum detraxit tenet, & legendo ſemianimem relinquit, uel potius enecat: hæc autem uerba, & ad ſimilitudinem, & ad rem ipſam conueniunt. Recitator acerbus] *Ex diutina ſuorum carminum recitatione auditoribus afferens acerbitatem.* Hirudo] *Id eſt, tanquam hirudo, non miſſura cutem, non demiſſurus apprehenſum auditorē, niſi plena cruoris, niſi ſe legendo & ſaturauerit, & recitando expleuerit. uſitatè uerò prætermiſit, tanquam, ut etiam ſuprà:*

„ *Inceptis grauibus plerunq;, & magna profeſſis*
„ *Purpureus latè qui ſplendeat unus, & alter*
„ *Aſſuitur pannus.* *Id eſt, tanquam pannus, Et in 1. Epiſt.*
„ *Viuendi qui rectè prorogat horam*
„ *Ruſticus expectat, dum defluat amnis*

Id eſt, tanquam ruſticus. Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo] *Atq; ideo ſanguiſuga dicitur, ponitur autem pro re inſatiabili. Vnde & Cicero plebem hirudinem appellat ærarij in Epiſtolis ad Atticum.*

A. IANI PARRHASII COSENTINI, IN Q. HORATII FLACCI EPISTOLAM DE Arte Poëtica Commentarius.

AMPLISSIMO PRAESVLI BENEDICTO de Accoltis Cardinali Rauennati, Bernardinus Martyranus fœlicitatem.

PARRHASIVS ciuis, & præceptor meus, uir magno ingenio, & doctrina, quum uitam ageret, Pater Ampliſsime, ut maximè prudentem decet, tanquam è ſpecula aſsiduè proſpiciens hominum, in qua uiuimus, imbecillitatem, ne (ut ante noſtra tempora pleriſq; accidit) ſimul cum uita nomen interiret, omni opera, cura, ſtudio, diligentia, noctes, dieſq; uſq; adeò laborauit, ut non abſq; poſteriorum utilitate immortalitatē ſibi, uel ipſis inuidis approbantibus, comparârit. Sed fortuna, quæ (licet fruſtrà) ſemper, quantum in ſe eſt, uirtuti aduerſari non deſinit, eum opprimere, obſcurumq; facere ſummopere conata eſt. Nam de tot laboribus, de tot lucolentiſsimis lucubrationibus, de tot innumeris, ac penè diuinis eius operibus, uix unum, alterumúe extat, ac lectitatur. Quod non herculè eius negligentia uel improbitate peractum eſt, ſed quadam potiùs (ut ita dicam) hominum tabe, qui alienæ laudis ob inuidiam impatientes, non qui ſibi prodeſſent, ſed alios ut læderent, omnes penè Parrhaſij uigilias, uix eo defuncto, rapaciſsimis unguibus occupârant. Et quum ipſe à patria tunc abeſſem nec tantam iniuriā propulſare poſſem, actum profectò de ijs eſſet, funditusq; occidiſſent, ni Antonius Seripandus, uir non minus probitate, quàm humanitate clarus, huic obuiam peſti prodijſſet. Hic nempe à Parrhaſio hæres factus librorum, incredibili fide, ſolertiaq; quaſi Scirones & Cacos expugnans, nonnullos è Labyrinthi latebris eduxit. Quas quidem, ut par eſt, ingenti literatorum expectatione, ubi commodum erit, in lucem dabit. Parrhaſium enim ut uiuum, ita nunc communi mortalium fato defunctum, & colere, & ornare non deſinit. Ego uerò, qui à Parrhaſio ita ſemper, & eruditus, & dilectus ſum, ut uel uni patri concederet ſoli, quantum illius manibus debeam, omnibus ut oſtenderem, ipſiq; mihi ſatisfacerem, & Romæ, & Coſentiæ, quæ utriq; communis eſt patria, ac ubicunq; locorum fui, quamuis grandioribus negotijs occupatus, quæ mihi (ut qui ſim Cæſaris à ſecretis) domi, militiæq; incumbebant, ſemper tamen ea diligentia uſus ſum: ac ita me geſsi in ipſius operibus inueſtigandis, ut nemo ſit, quin eius dignitatis à me habitam eſſe rationem exiſtimet. Sed tanta fuit ipſius magnitudo in me meritorum, ut mihi ipſi nunquam ſatisfaciam. Verùm adhuc præter hæc in Flacci poeticam commentaria mille ſanè laboribus, acquiſita, nihil reliqui conſequi potui. Quæ etſi non ſatis elucubrata, nec authoris manu perſcripta, ac elimata prodierint, tamen ut alij ſcriptorum Parrhaſij occupatores, exemplo meo docti, illa quæ occulunt, propalare, uelint nolint, cogantur, typis cudenda tradere uiſum eſt. Quumq; multùm diuq; mecum cogitârim, cui potiſsimùm id operis nuncuparem, tu in primis occurriſti, ut qui literatorum omnium pater, & tutiſsimum cōfugium ſemper fueris, cum amore incredibili, quo te proſequor, tum quòd omnium bonarum artium ita culmen attigiſti, & rem literariam nutantem, ac in præceps labantem, ita erigis & fulcis, ut perpetuò in ſuo robore ſtare poſſe uideatur, unde tibi immortalitatē glorioſiſsimè adeptus es. Hinc ego rem amplitudini tuæ haud ingratam me facturum exiſtimaui, neque alienum duxi à dignitate mea, Parrhaſijq; ipſius uigilias tibi uiro ſplendidiſsimo, eiuſq; nominis amantiſsimo dedicare. Sed ſi inuidi homines (latè enim patet hoc malum) qui aliena lynceis, ut aiunt, oculis obſeruantes, in ſuis cæcutiunt, abſque eius, tuiq; nominis reuerentia, calumniari eum ac mordere uoluerint, illos admonitos uolo, ei clypeum & defenſorem non deeſſe, nodum in ſcirpo ne quærant, candorem potiùs, Latinitatem, doctrinam ingenijq; acumen inſpiciant. Quibus benè inſpectis & penſitatis, recentes inter interpretes facilè primas huic noſtro concedant, ac antiquis comparâre non pudebit. Contigit enim illi, quod neſcio an cuiquam huius noſtræ tempeſtatis, non obſcura ſcilicet breuitas, nec infinita copia, nec ieiuna ſiccitas, nec poſtremò nimium luxurians lactea. Quare citra inuidiam, tanquam literatiſsimum uirum, omniq; laude dignum Parrhaſium ament, colant, & admirentur. Tu intereà læta (ut ſoles) fronte Martyrani tui donum hoc accipe, Parrhaſiumq; repone in ornatiſsima tua, ac omniuaria bibliotheca: quò quum animi relaxandi cauſſa ab arduis rebus confugis, tanquam in iucundiſsimo receſſu libentiſsimè conquieſcis, ac ubi otij aliquid nactus eris, lege, quæſo, & relege non ſine Molſa, Lactantioq; tuis. Maximam etenim ex ijs delectationem audacter tibi polliceor: ſed ne ſus Mineruam docere uideatur, de his haſtenus, nam plura forſan, quàm opus fuerat. Vale decus bonorum, literarumq; Mecœnas, & præſidium unicum: Martyranumq; tuum tibi ex animi penetralibus deditiſsimum, ut facis, redama.

A. IANI PARRHASII COSENTINI IN HORATII ARTEM POETICAM PRAEFATIO.

POETICAM cœlo ortam, & à dijs hominibus datam, uatum oracula dixerunt, ille furor, quo uates agitati maiora mortalibus concipiunt, & ante ullam de ea artem conſummatiſsimi poëtæ inuenti teſtantur. Primi illi, non homines, ſed heroës diuinis tantum rebus narrandis ſunt uſi. Defluxit deinde paulùm ad mortale genus, ut ab ea potiſsimùm ſapientiæ initia auſpicarentur. Hanc itaque primùm admirantes gentes ſuſpiciebant, ab hac efferi animi tractabantur, paulatimq; in manſuetiorem cultum redigebantur. Quippe quos mens illa diuino correpta furore, organum ſe dijs immortalibus præſtans, quò uellet duceret, moueret, & impelleret. Hinc primùm diſperſi in mœnia homines, congregati, diſsidentes, conciliati, moribus, legibusq; coniuncti. Contenderunt ad hanc ipſam ſanè multi, pariq; ſtudio uiam adſectarunt, uix unus, alter'ue ad metam peruenêre, cæteri intra ſpatium remanſêre. Neque enim niſi undecunque perfecti illius adytis admittuntur. Garruli, glorioſi, putiduli non iniuria ablegantur, ne in tam ſancta ſacra perrumpant, atque illotis manibus diuina attrectent, ne'ue in ipſum ſacrarium refractis pudoris & reuerentiæ poſtibus, quaſi canes, muſcæ, pedes, pulicesq; temerè irrumpant. Vnde meritò eodem cum muſis acceptus templo Hercules Muſagetes, qui monſtra abigat, quem canes fugiant, ad quem muſcæ non introeant. Initium ea fertur habuiſſe apud Idumæos, per uberrimum fontem Homerum in Græciam inuecta eſt, in Latio à Faunis, & Aboriginibus celebrata eſt. Obſeruauerunt enim mortales, quòd harmonia & rhythmus natura nobis tributa ſunt. Metra rhythmorum portionem eſſe ſatis conſtat, quæ paulatim inuectis, comparatisq; compoſitionibus poëſim cudendo genuerunt, legitimam quandam muſicam ruſticis illis, & inconditis ſcanſionibus modulatiorem, quas quum uiderent utiliſsimas, certa temporum dimenſione, & acuminis, grauitatisq; moderata uarietate figurarunt, moderatos impreſsêre articulos, quæ cæſa & membra nominarunt. & ne longius pedum curſus prouoluerent, modum ſtatuerunt, unde reuerterentur: & ab eo ipſo uerſum uocauerunt, quodq; ad certum finem non eſſet redactum, ſed tamen quadam non ſine ratione ordinatis pedibus curreret, rhythmi nomine notauerunt. Auxit artem Archilochus, & commata uerſibus applicando uariauit Eupolis per plurimas ſpecies ſecuit. Alcman numeros minuit in carmen. Pyndarus magnitudinem adſeruit, & libros innumeris modis edidit. ſed antequam integrum corpus ſortiretur poëtica, uirtutibus tantùm celebrandis, & uitijs laceſſendis adhibebatur. Vnde priſci poëtæ aut heroici, aut iambici fuêre. Primùm res geſtas heroum muſicis cantibus cecinisse Peridemem, Varitonis & Chloridis filium ferunt. Iambi primus uſus penes Archilochum manet. Incrementum deinde cæpiſſe poëticam florente Hercule teſtatur Philoſtratus, ipſumq; Herculem fuiſſe admodû illius ſtudioſum. Quippe qui quum Asbolum Centaurum cruci adfixiſſet, huiuſmodi epigramma inſcripſit,

„ Contemptor diuûm atque hominum crudelis, & idem
„ Per terras ſcelere inſamis, pro turpibus auſis
„ Asbolus ex alta ſuſpenſus brachia pinu,
„ Sentifero nigros depaſcit pectore coruos.

Vltimam illi manum Homerus impoſuit, ut nec antea uideatur fuiſſe, nec ſpes ulla poſteris adſequendæ relicta. Hic complexus quicquid antea diuiſum fuerat, unum poëticæ corpus perfectum fecit, & admirandum, ut nulla imitatio ne ſitu quidem dragmatico eſſingi poſsit, quæ non in illo eluceat, ut ſunt Comœdiarum, Tragœdiarum, dythirambarum, omniumq; poëmatum argumenta ſuis operibus inſeruit. Poëmata omnia aut actiua ſunt, aut enarratiua, aut ex his mixta. In actiuis perſonæ agunt, nullæq; poëtarum partes apparent, ut ſunt Tragœdiæ, Comœdiæ, Satyræ, mimi, prætextatæ, attellanæ, tabernariæ, planipedes. In enarratiuis perpetua eſt poëtæ loquutio, nunquam interrupta, ut tres Virgilij Georgicorum libri primi. aut ſententiæ ſcribuntur, ut Theognidis liber: aut Genealogiæ componuntur, ut Heſiodi Theogonia: aut philoſophia comprehenditur, ut Lucretij, Varronis: aut aſtrologia, ut Manilij, Ciceronis de Arato. In communibus & ipſe narrat poëta, & perſonæ loquentes introducuntur, Sed hæc aut Heroica ſunt, ut Virgilij aut Lyrica, ut Horatij. Quencunq; autem poëtam rerum omnium peritum eſſe oportet, ut de unaquaq; re poſsit copioſè dicere Mores populorum, conſuetudines, iura, terreſtrium maritimarumq; cognitiones. urbium, locorumq; deſcriptiones. agriculturam, rem militarem, clarorum uirorum dicta, factaq; pernoſcat, graphidos peritus ſit, Geometriæ eruditus, architecturam edoctus, muſicam ſciat, ſcientiam quoque naturæ & morum, tum diſſerendi calleat, medicinæ nô ignarus, iuriſconſultorum reſponſa teneat, Aſtrologiam, cœliq; rationes compertas habeat. Nam hiſtoriarum, fabularumq; cognitio, quæq; Grammaticæ copulantur, in primis ſunt neceſſaria. Quis enim poterit ſuo arbitratu inflammare animos hominum, & extinguere iram, odium, dolorem incendere, aut ab his iiſdem ad lenitatem & miſericordiam reuocare, uiſi omnem humanitatis, cauſſas quibus mentes diuerſæ aguntur, quæq; de natura humani generis ac moribus explicantur, penitus perſpexerit? illa carmina uel optima atque ornatiſsima, ni ſententia ſubſit, ſcientiaq;, inanem ſonitum reddunt. Nam ſi dicendi uis, artisq; defuerit oratoria, mutus illicò erit poëta. Nihil tam eſt poeticum, quàm eloquutio. Vnde pro eloqui, canere ueteres poſuêre, & ea omnia quæ illius continentur præceptis, ab ipſo poeticæ fonte deriuantur. Cadmus, Pherecydes, Hecatæus, quum pedeſtrem orationem primùm inſtituiſſent, metrum ſoluerunt tantûmmodò, reliquas poëticæ partes ſeruarunt infractas, & ad eum, qui nunc in manibus eſt, modum, tanquam ab ipſo faſtigio ad ima deduxerunt. Quæ ſingula, ni æquè ac ſuos digitos norit poëta, nil agit. Neque enim quiſquam in eo quod non optimè ſciat, poteſt eſſe diſertus, nec diſertè dicere, de quo neſciat. Ante omnia oportet ipſum poëtam eſſe ſapientem, quæ boni uiri ſint, intelligat. quod non faciet, niſi ipſe ſit bonus, niſi omnibus abundet uirtutibus, niſi poeticam omnem, id eſt, ſapientiam imbiberit. careat uitijs, nec occupata illis mens optima ſimul & deterrima meditans in contraria contrarijs uotis diſtrahatur: nihilq; ſit perfectè, ſed ne præclarè quidem quicquam aſſequatur, & mala mente nihil laceratius, nihil occupatius, nihil inuenitur infœlicius. Solus ergo ille, poeta eſſe poterit, qui ingenio præſtet artibus, prudentiaq; partibus ſit abſolutus, omni electa cupiditate, doctrina, rerumq; ſcientia firmatus, recto, fidentiq; uirtutis itinere gradiatur. Quod quum ita ſit, non poteſt tanta res pauciſsimis comprehendi. Nihilq; eſt pericoloſius ad eam tendentibus, quàm prima ætate non aberrare, & tædio laborum ad deſidiæ diuerticula confugere. facilitatem tanquam utiliorem ſequi, unde fundamenta iaciuntur. Impudentiæ uires præuenit fiducia, iuiq; ipſius exoritur ſine riuali amor. Deniq; multi ad poëticam peruenirent, niſi putaſſêt ſe perueniſſe. Quum itaq; tam difficilis poëtica ſit, quæri ſolet an ulla poſsit arte conſtare, quum poëtæ non fiant, ſed naſcantur priusq; poëtarum optimus apparuerit Homerus, quàm ulli eſſent artis ſcriptores; nec poſsit eſſe ars, quæ non cognitis, penitusq; perſpectis rebus ab opinionibus arbitrio ſeiunctis cótinea-

tur

tur, nihilq; tam ſollers, tam dubium, tam incertum ſit, quàm iudicij, facilitatiſq; condere præcepta, ingenij, animiq; motus ad excogitandum acutos, & uberes ad enarrandum comprehendere. Certè illud apparet, aut nullam de ea artem eſſe, aut humana mente non poſſe comprehendi. Sed hæc mutuis iuuantur auxilijs, nec prodeſt ingenij beneficio præſtare, niſi præceptis, id eſt, probatiſſimorum obſeruationibus ſolicitatur. Sola ars nihil pingue, nihil grande, nihil præſtat copioſum. Sed, ueluti amentandi ars uires iuuat, ſic ſcribendi ratio naturam adiuuat. Solum ingenium nihil cogitat ratione, & quodam quaſi claſſico inſtinctum, molitur grandia. Quæ deſperata demum adſequendi facultate, deſerit: ad ea quæ ad rem non ſunt, defertur. Non ſarcula, non haſtas, non pila: ſed quæcunq; fortè ad manum uenerint, temerè iaculantur. Nam quòd naſci dicunt poëtam, ſanè artem nõ excludunt. Neq; cuiquam dubium eſt ſcientiarum omnium principia ab ipſa natura traxiſſe originem, atq; hoc ut ſciamus, ſic illud adiecimus, niſi ad naturam ratio quædam cõfirmatioq; doctrinæ acceſſerit, rarò ſolere præclarum aliquid, aut ſingulare exiſtere. Nam omnia natura largiri non ſolet. cuius etiam quæ bona ſunt, doctrina fieri poſſunt meliora. Sint licet qui natura habitu propè diuino ipſi ſibi uiam fecerint pauci tamen ſunt quos æquus amauit Iupiter Nos artem amplectamur, utamur illi, naturæq; noſtræ quandam adijciamus doctrinæ confirmationem, unde optimi euadamus. Neq; enim poëtica eiuſmodi ars eſt, quæ perſpecta ſcientia certiſq; terminis comprehendatur, ſed quædam præceptionum exercitarum conſtructio, quæ peritorum hominum uſu ſeruata, animaduerſa, notata ſit, quæ natura, doctrina uſuq; cõſtet, cuius omnis finis ad bene uiuendum rationibus, exemplisq; inuitare mores, adfectioneſq; docere, res gerendas cum iucunditate præcipere, quæ deniq; ex hiſtoria, diſpoſitioneq; conſtet & fabulis. Hiſtoria deſcribit loca, mores refert, conſuetudines edocet. Diſpoſitio nim habet & neruum, ut omnia ante oculos ponantur. Fabulæ delectant, in admirationem trahunt, & præſertim ſi de incognitis referantur. Scripſerunt de ea ex ijs, qui ad noſtram peruenêre memoriam, Neoptolemus, Ariſtoteles, & utrunq; imitatus eſt Q. Horatius Flaccus, qui eminentiſſima quæque breui, ſed pretioſo libello comprehendit: quem de arte poëtica ad L. Calpurnium Piſonem, L. filium Frugi iunior [illegible] Nam poetriam M. Tullius in ea oratione, quæ eſt pro M. Cælio rem fictam adpellat. Horatium libertino & præcone natum patre, Romæ educatum, Athenas philoſophiæ cauſa profectum, indeq; Octauij ab togatis adulatoribus Auguſti dicti ſurgente tyrannide amorum, & M. Iunij Bruti partes ſequutum, cumq; illo & reipub. uictum, poſtmodum à Mecœnate P. Virgilio Marone, & Lucio Alfeno Varo ſuadentibus, in amicorum cohortem ſuſceptum, fortuniſq; honeſtatum, nemo paulùm in libris prouectior ignorat. Venuſinum ipſe ſe fuiſſe ait, licet Horatiorũ familiam Romæ Trigemini ſub Tullo Hoſtilio Coclites, Puluilli, Barbatiq; illuſtrârint. Flacci cognomentum demiſſæ nec erectæ, ut ſolent aures impoſuerunt. Cognomina Romani ſumebant: aut à re ruſtica, ut Fronditij, Stolones: aut ab inuentione, ut Pilũni, Salinator: aut à leguminibus, ut Fabij, Lentuli, Cicerones: aut à pecudibus, ut Bubulci, Suilli, Caprarij, Porcij, Taurij: aut à caſu ut Diadematus, Celer, Curſor, Scrofa, Coruinus, Torquatus, Aſinas aut à rebus geſtis, ut Coriolanus, Aphricanus, Iſauricus, Adiabenicus: aut à moribus, ut Brutus, Opicula, Cato, Superbus, Publicola, Aemilij, Gurgites: aut à piſcibus, ut Murena, Orata: aut à naſcendi ſorte, ut Agrippa, Ceſones, Vopiſci, Proculi, Poſthumij: aut à corporis habitudine, ut Pæti, Aenobardi, Labeones, Strabones, Valgi, Vari Scauri, Compernes, Brocchi, Balbi, Nigri, Silones, Ruffi. Piſones ergo, quòd primi pinſere, uel pinſare inuenerint, cognominati ſunt, licet à piſis leguminibus dictos uelint. Origo illis à Numa Pompilio fuit. cuius filij quatuor, totidem familijs dederunt initium. à Pompone Pomponij, à Pino Pinarij, à Mamerco Mamercij, à Calpo Calpurnij dicti. Manſit ea familia Romæ, quanquam patricia diu intra famam: neque ferè quiſquam celebratur ante L. Piſonem, qui primus Frugi eſt appellatus illis temporibus, quum hominem inuenire nequam neminem hominem poſſes, in quẽ C. Gracchi extat oratio. Hic legem tulit de repetundis, cuius filius in Hiſpania prætor occiſus eſt. Nepos ad Pompeij tempora peruenit. Calpurnius Craſſus Reguli comes in Africa captus, Saturnoq; hoſtia deſtinatus, Biſaltæ regis filiæ opera, quòd amaretur, euaſit. Cum Mario contra Iugurtham legatus fuit Calpurnius, qui in ferreo anulo præcora functus eſt. Et ipſe Marius Calpurniam filiam bello Cymbrico dijs uictimam immolauit. Lucius Piſo annales populi Romani ſcripſit ſimpliciſſima ſuauitate. Potiſſimus in honore ueterum eſt M. Piſo. qui ſupra Taſeam apud ſe habuit De Hiſpania triumphauit, ad quem Cicero ado[illegible] à patre deducebatur. Poſt quem laudatur inter oratores C. Piſo M. Glabrionis æqualis. Nec ſua caret laude C. Piſo C[illegible] gener M. Tullij. Nam Calpurnium illum lanarium, qui Liuium occidit Saluatorem, non auſim in hac familia numera[illegible]e & tres C. ij, primus qui Palicano conſulatum eripuit, alter Siciliam fugitiuorum bello liberauit, tertius legem de ambitu tulit, in quem conſulem lapides iacti. Cnei & duo fuerunt, unus qui Manlium Criſpum accuſauit, alter Catilinæ amicus in Hiſpaniam ablegatus eſt. Lucium uerò Piſonem Cæſaris ſocerum, uel hoſtem Cicero fecit immortalem. Poſt quem euerſa repub. & cæſis per Octauium ciuibus familiæ omnes confuſæ ſunt. Lucius tamen Piſo ſub Auguſto Thraciam uicit, à Tyberio urbi præpoſitus eſt Sub Claudio Cneo Piſo rigidiſſimus eſt habitus. Cum Nerone L. Piſo conſul fuit, à quo C. Piſo interfectus. Poſt quem Piſo Licinianus à Galba adoptatus. Sed omnium optimus Piſo fuit, qui ſub Galieno Theſſaliam occupauit Imperator ſalutatus eſt, tantæ authoritatis ut hoc Frugi cognomentum, in eo renouatum, & ſtatua illi defuncto inter triumphales, & currus quadriiugi decreti eo loci ubi nunc Diocletiani thermæ ſemirutæ inſpiciuntur. Vltimum puto, ſi tamen ex his eſt, Calpurnium Suram, qui Ephemerides uitæ Galeni ſcripſit. Horatius ad eum, eiuſq; liberos poëticam inſcribit: qui Thraciam domuit, urbi præfuit, quem ebrietatis accuſat Seneca. Daturus ergo præcepta, antequam opus adgrediatur, quæ poëtæ conueniunt, aperit: quæ totius operis perficiendi ratio ſit oſtendit. In qua ſi quis aberret, fruſtrà operam impendit. Quumq; duplex docendi uia ſit, aut uitanda oſtendere, aut ſequenda præcipere: utrumq; facit Horatius. quæ fugienda ſunt, principio demonſtrat deinde quæ ex præceptis ſunt, exequitur. Quinq; autem ſunt, à quibus uult bonum poëtam abhorrere. Primum ne quid contrarium meditetur, ne diſcrepet inuentio, ne totius operis conuenientia deſyderetur. Secundò uetat nõ ſuis locis poni multa etiam ſpectata, uagari longiùs à materia prohibet, nec admittit quicquid ſuperfluum eſt, ſoloecoſq; omnes mendicatos excludit. Tertiò dicendi figuras ita negat ſectandas, ut in contraria uitia decidamus. Quartò quum nihil magis poëtæ ſit quàm uariatio, nimiam fabulis indulgentiam, nimium eloquentiæ ſtudium, ineptumq; ornatum damnat & ſuperfluum. Vltimo ſummæ ſummarum ſubductionem nullam fieri taxat. Ordiri ſcire ſanè multos ingenioſè, narrare eleganter, ſcribere decenter, uariare cõſtanter: ſed ea in re falli, quòd à nullum dicendi modum inueniant, extremam manum norint imponere: nec ut iuncta ſimul perfectum reddant corpus efficere. Erit ergo boni poëtæ ante omnia ideam futuri ſibi poëmatis ſtatuere, & quod periti faciunt architecti, breui quaſi tabella totius operis imaginem ante oculos proponere, ut prima ultimis, media utriſq;, omnia omnibus reſpondeant Et quoniam inuentio potiſſimas ſibi partes in poëtica uendicat, principio circa illam uerſatur.

COMMENTARIA.

HVMANO Capiti] *Non ſolùm in omni uita, ſed etiã in oratione nihil eſt difficilius, quàm uidere quid deceat, πρέπον Græci uocant, noſtri decorum. Cuius ignoratione, quũ in ſententijs, tum in uerbis peccant, nihil æquè uitãdum ad cõtraria. Vitabimus autem ſi iudiciũ, conſiliumq́ adhibuerimus. Quæ ueluti guſtus, atq; odor, nulla poſſunt arte tradi. Sed ea aſſequemur uia, ſi rationem quandam aliè petemus, pluraq́; ponderabimus, & locis, temporibus, perſonis, quæ dicenda ſint, accommodabimus. Maximam in primis curam exigit fictio, in qua tria ſeruari neceſſe eſt, ut aut qualia fuerint, aut ſint, aut qualia dicuntur & exiſtimantur, aut qualia eſſe expediat, referantur. Eſt & ſuus conuenientiæ labor adhibendus, ut quæ in naturam cadunt, ſingantur, ulius Ordo non perturbetur, nec rationalia cum ratione carentibus coniungantur, nec contraria copulentur, nec ab artis abſint rectitudine, omnia eòdem tendant, ab ijſdem proficiſcantur, partes magnitudine, natura, qualitate conueniant. Si Achilles iracundus, inexorabilis, exlex deſcribitur, facilè à bello abſtinebit, Græcorum omnium precibus non flectetur, ſua in bello munia non præſtabit, monſtrum erit, & ſi Patrocli morte non agitabitur, ni Hectoris cadauer circa mœnia raptabit, in ad Patrocli ſepulchrum Troianos mactabit. Erit contrarium ſi Tyreſias ſuam deplorauerit cæcitatem, ſi Polyphemus arietis fortunam non laudabit, quia cæcus. Nec uitio carebit rurſus poëma, ſi pius Aeneas quum de ſpe tutandæ patriæ deciderit, non patrem, uxorem, filium tutabitur, non ſacra ſuſcipiet, penates cuſtodiet, ſi ulla frangetur tempeſtate, ſi clauo fixus cupidinis, à Didonis ſinu auelli non poterit, ſi deniq; pacem, rogatus, negauerit. Ne ergo inter ſe pugnantia licentioſi poëtæ efficiant, ſed uenuſtate, & proprio decoro conformata deſcribant.* Humano capiti ceruicem pictor equinam, &c.] *Naturæ imitatio eſt pictura, cui ni reſpondeat, portentum faciet, non pigmentum. Riſum, inquit, concitabit pictor, ſi tabellam propoſuerit, effigiemq́; effinxerit, quæ muliebri uultu, & equino collo ſit, corpus habeat plumis obſitum, deſinatq́ tandem in piſcis caudam. Eadem eſt ratio in poëmate, ut, ni quadret undecunq;, rideatur meritò, & explodatur. Benè poëticam picturæ comparat, quum poeta nihil aliud ſit, quàm loquens pictor: & pictor, mutus poëta. Vterque oras, regiones, formas, ſpecies, pugnas, acies, remigium, hominum, ferarumq́; motus effingit. Vnde pictorum, poëtarumq́; portenta, quæ de inferis traduntur, finguntúrq;, uocat Cicero. uterq; pingit, ſed poëta felicius, cuius colores tempore non ſeneſcunt, non tempeſtatibus obliterantur, non ui ulla delentur, ſed ætate tanquam igni aurum redduntur pretioſiores. Amici etiam irridebitis.* Vanæ ſpecies] *Id eſt, ſomnia. Omnium quæ uidere ſibi dormientes uidentur, quinq; ſunt nomina. Somnium tegitũr figuris, & uelatur imaginibus. Viſio eſt, quum id quis uidet, quod, eodem modo quo apparuerit, eueniet. Oraculum, quum à parente, uel à ſacerdote, uel à Deo admonemur. Inſomnia in ipſo tantum ſomno ſunt, nullamq́; utilitatem, uel ſignificationem relinquunt, & talia ſe ingerunt dormienti, qualia uigilantem fatigauerant. Viſum, quod Phantaſma Græci uocant, fit quũ inter uigiliam & multam quietem adhuc uigilare ſe exiſtimans, qui dormire cœpit, aſpicere uidetur irruere in ſe, paſſim uagantes formas à natura, ſeu magnitudine, ſeu ſpecie diſcrepantes. Somnia à quiete animi maximè pendent. Hinc fit, ut uirtute præditi meliora uideant ſomnia. apud etiam uigilantes meliora meditentur, animo uel corpore affecti deteriora concipiant. ut & hominis morbo laborantis propoſita animi ſunt uitioſa, nec propter corporis perturbationem animus poteſt quieſcere.* Finguntur ſpecies] *Quicquid uſquam exiſtit, ſubſtantia eſt. nam accidentium propriè eſſe, eſt alteri inhærere. Subſtantia aut incorporea eſt, aut corporea. Hæc uel anima carens, uel animata. Animata aut ſenſum non habet, aut ſentit, ut animal. quod aut irrationale eſt, aut rationale, ut homo. quæ ſpecies eſt dicta à noſtris philoſophis ſpecialiſſima: quòd ita ſit ſpecies, ut genus eſſe non poſſit. Species ergo ea eſt, quæ dicitur de multis, qui numero tantùm diſcrepent.* Vanæ] *Quòd nuſquam ſunt. Nam eorum quæ non ſunt, nulla eſt diffinitio. & quæ non diffiniuntur, ſcientiis non poſſunt comprehendi.* Vni formæ] *Nam uniuſcuiuſque ſpeciei una eſt forma ſubſtantialis. Forma aut ſubſtantiã denotat, aut accidens. Subſtantialis eſt quæ dat eſſe rei. Accidentales infinitæ ſunt. Nam uniuerſæ res conſtant ex materia & forma, & à forma unumquodq́ appellatur.* Pictoribus atq; poëtis] *Prouerbium de poëtarum licentia, quibus impunè uidetur licere, ut ſuo fingant omnia arbitratu, ſed longè ſecus eſt. neq; enim libera datur poteſtas, uerùm circumſcripti quidam fingendi ambitus conceduntur, præſertim in fingendo, in quo magna eſt ratio adhibenda. Fabulæ enim ſi aurium mulcendarum tantùm gratia finguntur, & nihil ſubſit bonæ frugis, uel ſaltem ad communem uitam, meritò eliminantur. Illæ quæ in ſapientiæ ſacrario excogitatæ ſunt, ad quandam uirtutum ſpeciem hominis alliciunt intellectum. Sed eæ aut argumento ficto ſunt, & per mendacia totus Ordo contexitur, aut ueri fundantur ſoliditate, quòd perfecta quædam & compoſita proferantur. In illis nihil magnum, nihil arcanum. Eæ omni continent philoſophiam. Verùm & ipſæ, in aliam ſciſſæ diſcretionem, diuiduntur. Aut enim narratio per turpia & indigna nominibus, ac monſtro, ſimilia componitur. Quod ipſum fieri uetat Plato. aut ſacrarum rerum notio honeſtis tecta uerbis, & decoris ueſtita rebus enuntiatur. Quod fecit Orpheus, qui ſuorum dogmatum myſteria fabularum intexit inuolucris, & poëtico uelamento diſſimulauit. Ad cuius exemplar Pythagoras ſuam ipſe finxit, formauitq; philoſophiam. Neq; enim natura nudam ſe, apertamq́; æquo animo oſtendi patitur, ne à uulgo indignis manibus attrectetur. Sed ænigmatum nodis, & figurarum uelamentis gaudet operiri, ut à ſolis tractetur ſapientibus. Hinc Pythagoras quibuſdam præceptis philoſophiæ uelauit. hinc Aegyptij pro templis Sphinges apponebant. hinc Numenio philoſopho quòd Eleuſina ſacra interpretanda uulgauerat, ſomnia prodiderunt Eleuſinas deas proſedas in lupanari proſtare Poſtnummias. Eæ ergo ſunt fabulæ altiſſimis plenæ myſterijs, rerum ſecretarum contemplationem, totiuſq; naturæ cognitionem complectentes. In his poëta exerceat, huiuſmodi Socraticis agatur furoribus. quicquid hauſurus ſit, hinc hauriat. quicquid finxerit, hinc deducat, ne ſua temerè immiſceat, ne ſerpentes auibus coniungat.* Pictoribus] *Manet in incœpta metaphora & reſponſiuncula.* Petimus ueniam] *Nõ placet Acronianum illud, ut ueniam petamus, tanquam poëtæ: demus tanquam critici. Cum potius* [illegible] *ſcuto ut alternis uitijs ignoſcamus, & eodem ſcuto, quum* [illegible] *i, uiciſſim nos obtegamus. atque ideo (uiciſſim) ſubiunxit, quòd & ueniam demus, & quaſi debitum reddi petamus. Datur autẽ hæc poëtis uenia: ſi, quæ finguntur, ita conſtent, ut uni formæ reſpondeant, & rerum congeries præter naturam non ſit, nec agni tigribus copulentur. Quod facit poëta, quum ſublimia humilibus, uetera nouis, poëtica uulgaribus miſcet. Id uitium* [illegible] *Græci uocant.* Incœptis grauibus] *Rectè poſt totiùs operis conuenientiam, diſpoſitionem, ordinemq́; collocat. Neq; eſt quod tam faciat à propoſito diſcedere, nec in incœpto perſiſtere, quàm non omnia conuenientiæ præcepta mente, cogitationeq́; complecti. Natura rerum nihil habet ordine præſtantius, quo ſublato, omnia hæc pereant, neceſſe eſt, & in ueterem confuſionem, antiquumq́; Chaos reuoluantur. Exercitus ſimul ac turbari cœpit, profligatur. Statuam effingas, neq; quæq; membra ſuis locis diſponas, prodigium facies. poëma hoc ipſo ordine carens, fluitat, & tumultuatur. Qui ſunt ædificaturi, licet ſaxa, arenam, & quæ ad opus ſunt neceſſaria congeſſerint, niſi illis collocandis, diſponendiſq; adhibuerint artificium, nihil præclari operis ſurget. Si pro ueſtibulo cubiculum, pro aula lararium collocârint, non hæc ſolùm membra, ſed omnem domũ perturbabunt. Sic quæ poëta meditetur, quantumlibet magnas adferat cogitationes, & diuina congerat inuenta, niſi magno ordine ſuis quæq; locis ſtatuerit, meditata digeſſerit, & in ſe commiſſa deuinxerit, cumulum rerũ faciet atq; cõgeſtũ. Difficile eſt ſuo omnia loco diſponere, ad quod magnũ adfert auxiliũ memoria, ut quæ quiſq; dicturus concipiat, ubi cõueniant, uideat, nec diſſona alienis locis collocet, in cœpti nẽ oblitus, longiùs à fine uagetur. Licet tamẽ à materia digredi paulùm, & in ipſo*

in ipſo itinere ſi nō diſcedere, certè deflectere, ne lector ſimilitudinis ſatietate fatigetur. Qui tamē fallendus eſt, ne ſentiat ſe abduci, ſed ratione ipſa deferri putet. atq; hac potiſsimùm in re, magna ſunt ingenijs fræna adhibenda, ne ueluti ſegetes fœcundæ, & uberes emittunt herbas frugibus inimiciſsimas, ſic illa, quamuis magna & utilia, aliena tamen gignant. Incœptis grauibus] Magnum poëmatis uitium eſt, ubi grandis propoſita ſit materia, exceſſus facere, & egreſsiones importunas, per locos præſertim cōmunes. Duo autem ſunt ob quæ maximè hac in re peccatur. nimium ingenium cui imperari non poſsit, & iudicij inopia. quòd ſi floſculos quoſdam abdiderint, putent ab eruditis probari. ſed quum illiuſmodi deſcriptiones abſint à propoſito, uituperantur. Hi ſunt poëtæ illi, quos pingue quiddam ſonare ait Cicero, quoſq; inæquales uocat Seneca. Non negarim tamen donanda eſſe ingenijs multa: ſed condonanda uitia ſint, non portenta. Virg. Georg. lib. 3. ſic peſtilentiam deſcribit, ut nec diſcedat à materia, nec uagetur diutius. Idem facit in Fama, & in ſuis catalogis. Lucanus in prodigijs, Maſsilienſi nemore, catalogis, magiaq; nimius eſt. In hoc genere ſunt omnes locorum, oppidorum, temporum deſcriptiones, quæ ſi nimiū luxuriârint, ſunt damnandæ. Sunt & argumentationes, ne poëta non quicquid poteſt dicat: ſed quicquid decet. nec argumentis argumēta colligat, & probationes, quaſi nihil ſatis firmum ſit, probationibus firmet. Nec minus digreſsio ſit in eloquutione, & quædam poëtica euagatio, quum plus dicimus, quàm conueniat. Quale eſt Virgilianum illud,

» *Non capti potuêre capi,* Et Lucani,
» *Temporis anguſti manſit concordia diſcors.*
Meſſala aiebat in eo carmine Virgiliano,
» *Quicquid apud duræ ceſſatum eſt mœnia Troiæ,*
» *Hectoris, Aeneæque manu uictoria Graiûm*
» *Exit.* ——
Hic Virgilium debuiſſe deſinere quod ſequitur,
» *Et in decimum ueſtigia retulit annum.*

Sed hæc poëtis condonantur, nec, tam paruis, decet, maculis, offendaris, dummodò ratio, & quidam euagandi modus adhibeatur, ut ſequentia prioribus annexa unum corpus efficiant, Quod non faciet poëta, ſi grādia profeſſus in uarias egredietur deſcriptiones: & pollicitus ardua, tempeſtatum aut pluuiarum tenui occupatione occupabitur, quem iure figulo comparat Horatius, qui quum amphoras cœpit, urceum effingat. Adſuitur] Pro panno floſculos oſtendit, exiguaſq; deſcriptiones, quæ licet purpureæ, pretioſæq; ſint, non tamen principio conueniunt. Profeſſis grandia] Ergò panegyricū, balnea, ſyluas, & eiuſmodi ſcribentibus uagari licet, quòd magna non polliceantur. Magna] Tantùm magna profeſsis.

Ara Dianæ] De Diana Taurica intelligit, ad cuius aram hoſpites mactarentur, Iphigeniæ & Oreſtis aduentu celebrata. quibus illius ſimulachrum in faſce lignorū abſconditum auectum eſt, unde Faſcellinis Diana dicta. Lucum dixit ob Ariciam, ubi illi templum ædificatum eſt. Rhenum] Neutro genere protulit, quod flumen dixerat. Diuidebat olim Galliam à Germania, nunc Germanorum uirtute uicinis locis occupatis, mediam penè interſecat Germaniā, è Rhæticis alpibus ortus, ſeptentrionali oceano miſcetur.

Arcus] Aut rerum naturalium naturam uult oſtentare ſcire. Per aram Dianæ, uult intelligere res ſacras Horatius, quas uult poëta oſtentare callere ſe. Pluuius arcus] Irim intelligit. Poëtæ tunc Irim de cœlo mitti introducunt, quum rerum præſentium ſtatus eſt mutandus, quòd Iris indicium eſt aëris permutationis, à ſudo aëre nubium concitans globos. Cupreſſum] Græci Cypariſſum dicunt, in quo nos y in u uertimus, ut in cumino & gubernatore.

Amphora] Græca eſt dictio, nec uas eſt certæ menſuræ, quum ſit ingentis magnitudinis. Figuli rotam inuenit Anacharſis, cuius circuitu uaſa formantur. inde quia apud Homerum figuli rota inuenitur, aiunt uerſus illos falſos eſſe, & ſubditit ios. Deniq;] Præceptum concludit, debere eſſe poëma unū & ſimplex, cœptæ materiæ correſpondeat, nec mixtum aut implicitum ſit. Maxima pars uatum] Nulla uiuendi uirtus eſt, cui non ſuum uitium ſit proximum. In uiuendo timiditas & aſtutia prudentiam adſimulat, ſeueritas iuſtitiam fingit, temeritas uelatur fortitudine, parcitas tegitur temperantia. Ad quas ſi quis adſectet, niſi doctrina, rerumq; cognitione firmatus fuerit, hallucinabitur, cæcutienſq; quicquid ſe primū offeret, pro recto ſequetur: ſæpeq; pro uirtutibus uitia, quæ illarū mentita ſpeciem obuiam ueniunt, amplectetur. In loquēdo duo ſunt quæ obſeruantur, res & uerba. Res ſedem uerbis, uerba rebus dant lumen. In rebus inuentio obſeruatur, in uerbis eloquutio quæritur, in utriſq; collocatio. Quæ inuenienda, & quomodo inuenta collocanda, ſatis duobus præceptis dictum eſt ab Horatio. Iam ſuas partes exigit eloquutio, minor illa quidem inuentione, ſed non facilior, & poëtis maiori obſeruanda diligentia. Inuenire enim & diſponere, quamuis poſsit prudens & ſtudioſus: eloqui tamen, id eſt, quæ mente conceperis, promere, non niſi ingenioſiſsimi, ut orator & poëta. Nec tamen ita eſt ſectanda eloquutio, ut rerum, qui nerui ſunt poëmatis, neglecta diligentia, toti circa inanem uerborum ſonitum occupemur, & uerſiculari ſermone opus non exornemus, ſed effœminemus. Nam ueluti forma picta, ficta, colorata offendit: ſic nimis cultum poëma, luxurioſum, & plus æquo magnificum, ſtomachum mouet. Sunt ergo eloquendi uirtutes, quas figuras dicimus, tres in quibus omnis oratio nō uitioſa uerſatur. Grauis una, mediocris altera, tertia attenuata appellantur. Sed uicina habent uitia & propinqua, in quæ facilè incauti delabuntur. Grauem qui ſectantur tumidi fiunt quandoq; & inflati: ſuffultam id genus appellant. Mediocris ſtudioſi, languidi ſæpe euadunt & enerues: quod dicunt diſſolutum. Attenuatæ figuræ amatores, aridi exeunt & exangues: quod exile appellant. Sed hæc omnia, dicendi præſtantiſsimus magiſter ſtylus, commendat: cui omnis artis, ingenij, prudentiæq; loci, omneſq; ſe offerunt ſententiæ. Hic uerba omnia, quæ cuiuſq; ſunt generis maximè illuſtria eligit, collocatq;, & facit ut purè & Latinè loquamur, deinde planè & dilucidè, tum ut ornatè, ad rerumq; dignitatem aptè & decorè. Mutatur autem is crebrò. taliſq; eſt ſtylus ut plurimùm, qualis eſt uita. In Ennio, ſub quo naſcens primùm nec ſatis firma poëtica, lacertos mouere cœpit. Mera eſt natura, & ſimplex dicendi genus, ut caſtiſsimam illius ſeculi uideas integritatem. Pacuuius paulò ornatior, cultior & elaboratior. nam de Terentio noſtro tam poteſt iri inficias, à Lælio & Scipione compoſitas fabulas quàm negari ingentem illis fuiſſe grauitatem. Virg. ubertatem, copiam, iudicium, & rerum illam dominam redolet Romam. Cœpit Ouidius cum ſeculo luxuriari. Nam Tibullū nemo neget otio marceſcere: nec furor ille Neronianus latet in Lucano. Senecam adfectare nimis non ſui ſeculi ſapientiam Tragœdiæ indicant. Sub Domitiano ut rectè uiuere, ſic rectè ſcribere difficillimū fuit. Hinc durus Statius quem plus conari ſentias: quàm aſſequi. Syllū ſcias intellexiſſe quid melius eſſet, nec uolūtatem, quin ſublimius ſcriberet & excelſius, ſed ingenium ac uires defuiſſe. Itaq; ſanè licet adfirmare, eundem ingenio colorem eſſe qui animo ſit. Pictores plerumque & ſtatuarij quo habitu corporis ſint, ipſis operibus cognoſcuntur. ſic poëta, ſi animo fuerit ſano & compoſito, & temperato, & ſiccum & ſobrium habebit ingenium: illo uitiato, hoc corrumpitur. Danda eſt ergo opera, ut ſicut animum, ſic ſtylum excolamus. Optimum quenq; imitetur, nullum ſit uerbum rubiginoſum, nulli ſenſus tarda & inerti ſtructura componātur: ſic quod aures demulceat, quod oculos delectet. Deniq; ſermo talis ſit, quale hominis corpus, ut nec uenæ appareant, nec oſſa numerētur, ſed temperatus ac bonus ſanguis impleat membra, & exurgat toris, & ipſos neruos robur tegat, & decor commendet. Breuis eſſe laboro] Magna uirtus, res de quibus loquimur, clarè, atq;, ut cerni uideantur, enuntiare. nec in omni ſermone quicquam tam eſt elaborandum, quàm ut intelligamur, nec lectorem fatigemus. Triplex eſt ad hanc rem uia. Aut enim ſic loquemur ut nihil addi poſsit, aut ut nihil detra[illegible] eſt & inter utranq; tertia, ut nec tota adſurgat oratio, nec penitus deprimatur. Breuitate utemur in rebus minimis, quæ dicūtur ieiunitèr, nec his poteſt orationis ubertas adhiberi. ſed quicquid diluci[illegible] eſt, præclarè dici uidetur: quæ ſi quis ornare uelit, rem agat puerilem, quum tantùm debeant planè & perſpicuè expediri. delectat breuitas, quum altiorem præbemus intellectum, quàm ipſa per ſe uerba declarent: aut plus ſignificamus, quàm dicimus, ut illud Virg.

» *Demiſſum lapſi per funem.* Quo equi magnitudo demonſtratur. aut etiam, quod non exprimimus, innuimus ut,

» Quos ego. ——

Illa

Illa autem laudatur potiſsimùm, quæ plura paucis complectitur. Virgilius,

» Et campos ubi Troia fuit.

Cui illud contrarium eſt,

» Venit ſumma dies & ineluctabile tempus
» Dardaniæ.——

Et Ouidianum illud,

» Iam ſeges eſt ubi Troia fuit.

Sed huius breuitatis ſtudioſi ſiunt plerunq; obſcuriores, non rerum obſcuritate, ut in Timæo Plato: ſed de induſtria, ueluti Heraclitus Scotinus. Obſcuritatem maximè facit inuſitatorum, & exoletorum uerborum repetitio, eorumq; ambiguitas, & non ſeruata proprietas. Sicq; multa uitabimus, quòd humilia putemus uerba, & infra rerum dignitatem, eaq; circumſcribemus, ut qui Sparthum erat dicturus, hybericas ait herbas. Fit rurſus obſcuritas contextu, ne tam longus ſit, ut quum nequeat intentio perſequi, uel uerba differuntur: diuq; expectata uix ad clauſulas redeunt, uel medio ſermoni aliquis ſenſus inſcribitur. ut,

» Saxa uocant Itali, medijsq; in fluctibus aras.
» Et rurſus dum equinum inſcribit pullum.
» Nec uanos horret ſtrepitus.

Pluribus inſertis, quinto demum uerſu:

» Si qua (inquit) ſonum procul arma dedêre,
» Stare loco neſcit.

Vitanda & ſermonis ambiguitas. ut,

» Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe.

Potiſsimam nubem inducunt ſermoni, qui inania congerũt uerba, & communem loquendi conſuetudinem peroſi, ſpe nitoris ducti, ita miſcent & iungunt ſenſus, ut exolui nequeant: quiq; aſperam amant & perfractam compoſitionẽ, diſturbant de induſtria ſi quid effluxerit placidius: nec iuncturam uolunt ſine ſalebra: uirilemq; putant & fortem, quæ aures inæqualitate percutiat. Ex his ſunt illi, quos deflexa uerba, tanquam exquiſitiora delectant: nõ ſecus quàm pomiliones, ſtrumoſi, diſtortisq; corporibus maiori apud quoſdam ſunt in pretio. Sic nihil delectat ex communi, quòd recta nihil ex ingenio habere putent. quæ peſtis totã occupauit Aemiliam. Nec minor contrahitur obſcuritas in ſimilitudinibus, ſi ignotæ ſint & obſcuræ, quum quod illuſtrandæ rei gratia adſumitur, clariùs eo ipſo eſſe debeat, quod illuminatur: qualis eſt Virgilij illa:

» Qualis ubi hybernam Lyciam, Xantiq; fluenta
» Deſerit, aut Delon maternam inuiſit Apollo.

Quos Horatius reprehendit. Hi ſunt qui breuitatis æmuli, neceſſaria orationi uerba ſubtrahunt: quibus ſententiæ amputantur, & uerba ante expectatum cadunt. ſatisq; putant factum, ſi ipſi ſua intellexerint: quod nolint lectorem otioſum. hincq; putant ſe haberi doctiſsimos, ſi, quæ dicient, interpretanda ſint. Suetonius refert Tyberium Cæſarem moroſitate ſtylum obſcuraſſe ſolitum. Fit enim plerunq; ut iudicij nimia ſeueritate, & triſti cenſura nihil abſolutũ putemus, niſi in quo uehementiſsimè elaboratum ſit. Hinc nimia cura quæ ſcribas, peiora ſunt: neq; tam lima poliuntur quàm exteruntur. Apelles hac ſe una in re à Protogene ſuperari fatebatur, quòd ille manum de tabella ſciret tollere. Callimachus ὰκὸτεχνος dictus eſt, quòd nullum diligentiæ finem haberet. In Salluſtio mira contigit in breuitate fœlicitas. certabat cum optimis ſententijs, nec illas corrumpebat, ſed uincebat: qui cum parente breuitatis Thucydide breuitate contendit, uicitq;, & in ſuis caſtris eum cæcidit. Sic enim ſententiam à Thucydide dictam expreſſit, ut paucioribus comprehenderit uerbis, & nihil ſaluo ſenſu detrahi poſſit. ea eſt: Res ſecundæ mirè ſunt uitijs obtentui. Titus Liuius tamen corruptam hãc ſententiam obijcit Salluſtio, non Thucydidis amore, ſed ut læderet quem non timebat, putaretq; faciliùs poſſe à ſe Salluſtium uinci, ſi antea à Thucydide uinceretur. Sed ueluti ex breuitate timenda eſt obſcuritas, ſic cauendum ne pro periphraſi periſſologiam effingamus & macrologiã. id eſt, longior quàm oportet ſermo fugiendus, & ſuperfluis onerata uerbis oratio uitãda. Lepidè Marcus Tullius, quum quidam filium in utero matris decẽ menſibus fuiſſe dixiſſet, Aliæ, inquit, in penula ſolent ferre. Eſt & uitium maximum, ſententias repetendo corrumpere, & dum contentus non ſis bene ſemel dixiſſe, facere ne bene dixeris repetẽdo. Ouid. quũ Polyxena eſſet adducta, ut ad Achillis tumulũ immolaretur, Hecubã facit dicentẽ,

» ——Cinis ipſe ſepulti,
» In genus hoc ſæuit.——

Poterat hoc contentus eſſe. adiecit,

» Tumulo quoque ſenſimus hoſtem.

Nec his contentus addit,

» Aeacidæ facunda fui.

Pulchrum erat. ſi quod bene ceſſerat, reliquiſſet. neq; enim minor uirtus eſt ſcire deſinere, quàm dicere. ſed ſua non ignorauit Ouid. uitia, ſed amauit, & quo peccabat, in alijs reprehendebat. nam quũ Varronis carmina legiſſet,

» Deſierant latrare canes, urbesq; ſilebant:
» Omnia noctis erant placida compoſita quiete.

Dixit meliores fore uerſus, ſi ſecundi ultima pars abſcinderetur. Nec mediocri eget cura compoſitio, ut non ſolùm turpem ſonum uerba iuncta non edant, ſed ne occaſionem turpitudinis dent, quale illud,

» Incipiunt agitata tumeſcere.
» Et, Placidumq; petiuit
» Coniugis infuſus gremio per membra ſoporem.

Quod ſi orator corrumpitur uerbis maximè improprijs, redundantibus, comprehenſione obſcura, compoſitione fracta, uocumq; ſimilium aut ambiguarũ captatione puerili, certè ſi proprijs utemur uerbis recto ordine, non in longum dilata concluſione, nihil deerit, nihil ſupererit, apertum faciemus poëma & dilucidum. Decipimur ſpecie recti.] Cacozelon uocant, quoties ingenium iudicio caret, & ſpecie boni fallitur, omnium in eloquentia uitiorum peſſimũ. Zelus eſt ubi ſententia temperatur, ut nec modum excedat, nec infra deijciatur. Quòd ſi plus æquo res extollitur, cacozelus: ſi ad infima deijcitur, chamæzelus dicitur. Dionyſius hæc. Sectantem leuia.] Inter graue & attenuatum dicendi genus quoddam eſt intermedium interiectum, & quaſi temperatũ, nec acumine poſterioris, nec flumine utens ſuperioris. cuius propriũ eſt uno tenore fluere, ſolamq; adferre æqualitatem & facilitatem, omnemq; orationem uerborum, ſententiarumq; modicis ornamentis diſtinguere, & dicendi quodam candido genere delectare: non arctis iunctum numeris, ſed ſolutum liberius: non atrox, non mirabile, ſed caſtum & uerecundum: non quod animos perturbet, ſed placet: non tam perſuadeat quàm delectet, cõcinnisq; utatur ſententijs & probabilibus. Debet aũt hoc in genere neruorũ uel minimùm, ſuauitatis eſſe plurimûm, quippe cui omnia dicendi ornamenta conueniant, & quòd tranſlationes quaſi ſtellæ illuſtrent. ut quum Ennius arcem, & urbem orbas dixit. Alligantur & huic quidam lepôres, ut inſignis & florens ſit oratio. ſed niſi ſumma aſſequamur, diſſoluti & neruis articulisq; effracti euademus. In quod uitium decidimus deſidia diſcentium & inſcitia præcipientium. Sat enim putamus bonos nos poëtas eſſe, ſi molliter fluxerit carmen: ſi cõmodè cantetur, & ad fides referatur: ſi numerum uariârit, ſi non uno ſemper modo cæſuras fecerit. atq; ita dum dulces eſſe uolumus, prædulces ſumus, & effracti explicatione non ſplendida, ſed operoſa, & cultu nimis adquiſito, uerborũ compoſitione molli, oratione magis laſciua quàm læta. Quòd ſi digrediendum ſit, malim poëtam hirta indutum toga, quàm fucatũ, & meretricis ueſtibus inſignitum. Feramq; commodius rudem Ennij muſam, quàm cultũ carmen Adriani: ut Animula, uagula, blandula, hoſpes, comesq; corporis, quæ nunc abibis in loca? Pallidula, rigidula, nudula, nec ut soles dabis iocos. Aut tinnitus Gallionis; aut calamiſtrũ Mecænatis. Debilem facito manu, debilem pede, coxa, tuber adſtrue giberum, lubricos quate dentes, uitam dum ſuperem bene eſt. Hanc mihi uel acutam ſi ſubdas crucem, feram. Et alibi, Quid turpius amne ſyluisq; ripa comantibus? uide ut aluum lyntribus arent, uerſoq; uado remittat ortos. Et illud, Sol & auroræ rubẽt, plurima inter ſaxa mouit aqua fraxinos, ne exequias quidem unus inter miſerrimos uiderem eas. Quis quum hæc legit uerba tam improbè ſtructa, tam negligenter abiecta, tam præter omnem conſuetudinem poſita, non illum ſpadonibus comitatum ſupinum uideat & diſcinctum? Quò ergo pulchriora ſunt, quæ ſenſu & eloquutione diſſolueris, eò orationem magis deformem feceris,

quòd

quod luce uerborum, collocationis negligentia deprehenditur. Primus Caſsius Seuerus ab illa ueteri dicendi grauitate, & directa uia flexit orationem. Deſerunt nerui quoties firmus ſanè paries & duraturus non placet, niſi ornatus, pictus & expolitus: quod fit uerborum laſciuia, ſententiarum leuitate, compoſitionis licentia.

Profeſſus grandia] Magna & ornata uerborum conſtructio, maieſtas, amplaq́; grauitas ſententiarũ grandiloquum faciunt poëma, uehemens, uarium, copioſum, ad commouendosq́; & conuertendos animos inſtructum atq; paratum, in quo non minor ſit uis quàm copia, crebra epitheta, propria, probata, ſine quibus nuda ſit oratio & incompta. Volentibus id adſequi, nunquam ſpecies ab utilitate diuidenda eſt. Sit illius ſtudioſus, uerbis nitidus, magnus, ſublimis, figuris iucundus, translationibus magnificus, compoſitione elaboratus, tanquam eloquentiæ propola. Grandiloquos plerunq; faciunt poëtas, fauor popularis, & larga principum manus. Neq; enim poteſt tenue pectus magna concipere, nec non niſi magno in opere probari. Nobiles equos longus curſus & magna ſpacia commendant, ſic poëtam latus campus oſtendit, per quem niſi liber feratur & ſolutus, frangitur & debilitatur. Illum populi plauſus accendit, hunc magni honores, diuitiæ, muneraq́; uires miniſtrant. Mirantur Virgilium addidiſſe ſubitarium finem carmini canentem. at ego minus miror, cui enim diuinum non excitet ſpiritum Auguſtus auditor, & uniuerſus populus Romanus ſpectator? qui illius inclytis uerſibus in theatro adſurrexit uniuerſus, & fortè præſentem ſpectantemq́; Virgilium ueneratus eſt, ſic quaſi Auguſtum. non enim huic ſemper poëtæ non adſurgendum. Habet Venerem ſubmiſſa quandoque oratio, præſertim ſi quid dicendum incidat humile, cauendum ne tam graui dicendi generi macula inuratur. Virgilius,

„ Cæſa (inquit) iungebant fœdera porca.

Fecitq; elegans fictiò nominis ne uile eſſet, quod fuiſſet ſanè ſi (porco) dixiſſet. Ridetur poëta ille qui ait,

„ Prætextam in ciſta mures roſère Camilli.

At illud Virgilianum admiramur. Exiguus mus] Facit additum epithetum, ne plus expectemus, & caſus primus minus dedecet, & inuſitata unius ſyllabæ clauſula gratiam facit. Si ergò ſemper ardens, ſemper grauis, ſemper acer fuerit, inq; hoc uno ſe exercuerit, aut huic tantùm generi ſtuduerit, uix ſanus poterit iudicari. Capiunt ſublimitatem in poëmate, quæ ſenſu carẽtia actum quendam & animum ſumunt: ut,

„ Pontem indignatus Araxes,

„ Ferrumq; armare ueneno.

Sed ueluti modico uſu ac opportuno attollitur, ſic frequenti tædio completur. Fit autem ex graui ſuffultum & turgidum, ſi inſaniam adfectabit, & grandius aliquid quàm res poſtulet, narrabit. Eſſet huiuſmodi Virgilianum illud,

„ Templa Dei ſaxo uenerabar ſtructa uetuſto.

Niſi ſubeſſet hiſtoria. Caſsius Seuerus reprehendi meruit, quòd ſemper ardens, ſemper eſſet concitatus, & crebris plenus ſententijs. Quod uitabit poëta, ne pro grandi turgidus fiat. Serpit humi] Humile dicendi genus numeris penè ſolutũ eſſe oportet, tenue, uagum. Sed ne licenter errare uideatur, nimium cultum horreat: ſed idipſum decet, quod nihil habeat ornati, et ſua ſit pulchrum ſimplicitate. non gemmæ, non cincinni, nõ calamiſtri appareant, fucus omnis repellatur, ſola munditia, ſola remaneat elegantia, acutæ ſententiæ & crebræ, quæ in hoc genere, etiam ex abdito erutæ delectãt. ſermo purus, in transferendis uerbis uerecũdus, in priſcis parcus, in uſitatis frequens, translationibus delectetur: paulò etiam liberius & quàm molliſsimis, compoſitio placida, lenis, ſubmiſſa, non uerba iterentur, non uenuſtates quærantur, nõ ſimiliter concludantur, non paria paribus referantur, nulla lumina adſumantur illuſtria, nec proſopopœiæ fiant, aut ab inferis mortui excitentur. Sales, facetiæq; minùm quàm huic generi conueniant. Proprium autem eſt docere omnia, & dilucidiora facere, non ampliora, ſubtili quadam & preſſa ratione. nihil ſordidum, nihil capiatum, nil contra ullũ propoſitum, ſenſus honeſti, nec altiùs dicti, nec magnificè. ſed in ſententiam coacti. abſint ſtimuli illi acres, & ſubiti ictus ſententiarum, fatorq; ille poëticus non elatus, uiolentus, currens: ſed effuſus, purus, fluens. Connexio nõ excitet, nõ pungat, nõ feriat: ſed interdũ prætérlabatur otioſa, & ſine tædio ſpatietur. nec careat hoc ſuaui dicendi genere: habet enim quandoq; plus uirium remiſſa & lenis oratio, quàm ille ſummus ardor & contentio. Quum de rebus dicitur grandioribus, ipſæ res uerba rapiunt, ita fit quũ grauior, tum ſplendidior. Sed tenues res dicuntur ieiunius, quibus uix orationis ubertas poteſt adhiberi, ſatisq; habent ſi dilucidè dicãtur, & perſpicuè. Sed cauendum, ne dum niſi tritum uolumus & commune, in ſordes incidamus, & aridi, exanguesq́; euadamus: ne dum plus iuſto colõ fugimus, plus iuſto ornamẽta negligamus: & dum crura nolumus, alas uellamus. Serpunt enim humi, qui ita rem tractant ut debent, ſed aliquantò minutiùs. Qui aculeis quibuſdam, interrogatiunculisq; pungunt anguſtis, quibus licet lector aſſentiatur, nihil tamẽ animo mutatur, idem abit qui aduenerat. Serpit rurſus humi, qui dum uitat, ne ut flumen infinitè feratur oratio, eneruat compoſitionem, ut nulla eſſe uis poſſet, quod uitium ineſſe Siculis refert M. Tullius. Non ſit ergo poëta hoc in genere humilis, ſed placidus: nõ abiectus, ſed nitidus: non depreſſus, ſed planus. Serpit humi] Qui dum uult conſuetudinem imitari, & putat ſe ob facilitatẽ poſſe aſſequi, experiens decipitur: & dum plurimùm ne ſit ſanguinis cauet, omnẽ ſuccum demit: dumq́; maximas uires ſtudet ſubtrahere, nõ aduertit integrã orationis eſſe oportere ualetudinem. Ne putet bonus poëta uno eodemq́; genere ſemper utendum, admiſcenda ſunt hæc ipſa, & omnia ſimul copulanda, nec in uno diu perſtandum, ſed tanquam in aciem omnibus inſtructus armis poëta exierit, nunc hoc, nunc illo, ueluti res dicendæ exegerint, utetur. eodemq́; in opere nunc dicet ſummiſsiùs, nunc aget preſsiùs, nunc totus adſurget, & exultabit audaciùs: nec id temerè uel arbitratu, ſed quemadmodum dicendorum ratio popoſcerit, moderabitur. Tripartitam hanc uarietatem, locum, tempus, perſonas inſpiciet. Quoties probandum aliquid, quoniam neceſsitatis eſt: ſubtile ſequemur & tenue. quum delectare placet, in quo omnis ineſt ſuauitas, modicum & mediocre genus tentabimus, dicemusq; explanatiùs, tum etiam uberiùs, & ad popularem intelligentiam accommodatiùs. Si uerò flectendi ſunt animi & mouendi, uehemens illud & arduum, cuius propriũ eſt uincere, adgrediemur: atq; ita humilia dicemus ſubtiliter, temperata mediocriter, grauiter magna. Deniq; ſi quid de uita, de moribus, de omni conſuetudine ſcripſerimus, tenuè erit, iucundum, & ad delectationem accommodatum. Si quando animi perturbantur, uehemens, incenſumq́; fuerit & concitatum, eadem utetur in ſtylo ratione, modò maturus erit & grauis, modò huic contrarius, ardens, erectus, infenſus. Quumq; proprius ſuus ſit cuiq; ſtylus, & hic fluat & redundet, ille breuiter & circuncisè dicat, hic ſiccus & ſobrius, quandam amet dicendi frugalitatem, ille pinguis florida laſciuiat oratione, bonus poëta nulli addicet ſe, nec quò illum fortuna tulerit, tanquam hoſpes deferetur, ſed permiſcebit omnes ſtylos, & omnia, & ex omnibus ſuam ſibi eloquentiam conflabit. Virgilius, non iam hominis, ſed poëticæ nomen, non eadem omnibus in locis, etiam in Aenea utitur contentione. Mutatur crebro, nonnunquam etiam ad quotidianum genus ſermonis accedit, nec ſemper eundem perpetuumq́; dicendi ſpiritum ſine ulla commutatione obtinet. modò argutijs agit & acumine, modò totus adſurgit, modò à grauiſsimo diſcedens ad medium delabitur, modò arctatur, ut magis cõtrahi iram poſsit, nũc inundat copioſiſsimus, ut nihil ſit addendum, nunc ſiccus eſt & ſobrius, nunc cultus & floridus, nũc hæc omnia permiſcet, & facit unum quoddam ex omni uniuerſitate pulcherrimum temperamentũ. Hunc ergò imitemur, hunc ſequamur, ab hoc ne latum quidem unguẽ digrediamur, ſi poëticã adſequi deſyderamus. Qui uariare cupit] Nihil poterat poſt tria dicendi genera opportunius collocari, quàm ipſa uarietas, quũ figuram in dicendo cõmutare oporteat, ut facilè ſatietas uarietate uitetur. atq; ideo uerborũ, ſententiarumq́; flores, ſpargentur, non æqualiter, ſed diſtinctè, tanquam inſignia quædam & lumina. Picturam nulla æquè res cõmendat atq; uarietas. Muſica reclamet ſi unam ſerues æqualitatem, nec flexiones admittas. Ipſa terra hìc læta ſegetibus eſt & pratis, ibi ſyluis & rupibus hiſpida, hìc ſicca arenis, hìc irrigua fontibus, pars uaſto adperitur mari. Nihil denique aut animo, aut corpori placebit, ſi uarietatem ſuſtuleris: quòd maximis uoluptatibus,

ſemper

ſemper faſtidium ſit finitimum, & ſimilitudo mater ſit ſatietatis. Poëma ſine intermiſſione, ſine reprehẽſione, ſine uarietate, licet clarum ſit, licet pictum coloribus, non tamen erit in delectatione diuturnum. Homœologia ſit, quoties nulla uarietatis gratia tædium leuatur, quæ non animo ſolùm, ſed etiam auribus eſt ingratiſſima. Itaq; bonus poëta non in eadem ſemper hærebit ſententia, ſæpe declinabit à propoſito, ſæpe ſe ipſum reuocabit, ſæpe eadem multis modis uerſabit, & quæ dixit, repetet, ſæpe argumenta rationibus concludet, interrogandò urgebit, & rurſus ipſe ſibi ad interrogata reſpondebit. nunc hominum mores deſcribet, nunc muta quædam inducet loquentia, nunc ſimilitudines comparabit. utetur exemplis, occupabit quæ opponi poſſe uideat, breuitatem ſequetur, modò rem diffuſè ſubijciet oculis, modò ſuprà feretur quàm fieri poſſit. nunquam deniq; in uno, eodemq; ſcribendi ſtylo conſiſtet. Veruntamen hæc niſi collocata, niſi ſtructa, niſi nexa rectè fuerint, ſyluis Delphinum adpingemus. nam quid poterit eſſe tam monſtro ſimile, quàm unam rem uariare indecorè, nec perſonarum reſpicere conuenientiam, & lenem ſe præbere, ubi ui agendum ſit, aſperum eſſe, ubi lenitas deſyderetur, nec ſcire dicendi genera & figuras aptè, commodè, ſuiſq; locis collocare? An non etiam fluctibus aprum collocabimus, ſi ad id quod non propoſueramus, alicuius placentis uerbi decore rapiemur? ſi non ornamenta quæremus, ſed lenocinia? ſi non ſat erit bene & præclarè dixiſſe, etiam bellè & feſtiuè uolemus? ſi rebus nomina modum excedentia, aut non accedentia impoſuerimus? ſi nihil proprium placebit, & in transferendis nimium delectabimur, ſplendoremq; conabimur accerſere, & uerbis utemur aliud ſignificantibus, & ſimilitudinem non ſeruantibus? Variabimus etiam prodigialiter, quum uno nimis uerbo utemur, & in eius ſignificatione iocabimur, ut in Satyris Q. Ennij. Nam qui lepide poſtulat alterum fruſtrari, quem fruſtratur fruſtrà, eum dicit fruſtrà eſſe. Nam qui ſeſe fruſtrari quem fruſtrà ſentit qui fruſtratur, is fruſtrà eſt, ſi non ille eſt fruſtra. Nec minus agit prodigialiter, qui in aliam, quàm inceperit, materiam, exijt. Pacuuius reprehenditur, quòd quum Zetum & Amphionem fratres de muſica introduxiſſet diſputantes, omnis diſputatio in ſapientiæ rationem, & uirtutis utilitatem conſumitur. Virgilius malè audiuit, id eſt, reprehenſus & accuſatus eſt, quòd comparationem illam de Diana ad Didonẽ uariârit indecenter,

„ Qualis in Eurotæ ripis, &c.

Quid enim ſimile, inquit, Didoni, ſerio inceſſu incedenti inter Tyrios principes, operi inſtanti, regniſq; futuris, cum Dianæ uenatibus ac luſibus & pharetra? ſed licuit illi euagari, uariareq; ſimilitudinem. Eidem uitio dant, quòd in Aetnæ deſcriptione uariârit indecenter tertiò,

„ Portus ab acceſſu, &c.

Voluiſſent nimium reprehendendi cupidi homines, illum aut rei cauſſas exquirere, ut Claudianus: aut ſpumantis materiæ flumina oſtendere, ut Pindarus: ſed artificioſus poëta, ut oſtendat rei miraculum à portu aduerſus Aetnam, ea narrat, quæ procul potuêre nauigantes deterrere. nam quod

„ Ad cætera, nubem
„ Turbine fumantem piceo, & candente fauilla.

Reprehendunt quòd non fumare ſoleant, quæ ſunt candentia, puerile eſt. neq; enim fumantem dixit candente fauilla, ſed nubem candentem fauilla. Oblituſq; eſt noſter Gellius hanc loquutionẽ lib. 5. notaſſe pro Virg. contra Iulium Iginum,

„ Ipſe Quirinali lituo, &c.

Nemo ergò poëtarum tam doctè hac uſus eſt uarietate, quàm Virgilius, præſertim in catalogo, ubi potiſſimùm diſcedit ab Homero: nec ordinem urbium, populorumq; ſeruat, nec eandem ſemper repetit figuram, ſed uariat, quòd caſtæ aures Latinæ crebram horrent repetitionem. atq; illa in eo maximè delectat uarietas, quòd nec ſingulos inducit duces pugnantes, quodq; plures inter pugnandum nominet, qui prius non ſint dicti, quòd nec duces manum conſerant ſemper, nec in catalogo, niſi primi deſcribantur.

Variare cupit rem prodigialiter unam] Varietas, inquit Marcus Tullius, Latinum uerbum quum ſit, propriè in diſparibus dicitur coloribus, transferturq; in multa diſparia. Qui, inquit, uarium ſtudet poëma efficere, atque ut ſimilitudinem uitet, plus iuſto uacat eloquentiæ, ut quæ admirationem excitet, & nouæ inſerit & miranda, niſi artem norit, in proximum uitium cadet, medijq; terminos excedet, & ſuæ illæ in poëmate uarietates tam erunt prodigioſæ, quàm ſi pictor in ſyluis Delphinum pingeret, aut aprum in fluctib.

Unam] Rectè unam, neque enim prodigium erit plures ſimul materias committere unam eandem rem, ſed eandem nimis diſcutere, nimis exornare, fruſtulatimq; rimari, id eſt, quod uitio datur. Prouerbium huiuſmodi erat apud Græcos, Delphinus in ſicco quòd ſtatim moriatur. Videtur autem Horatius ſe ſuo telo iugulare, qui in Odis ſcripſerit,

„ Piſcium in ſumma genus hæſit ulmo,
„ Nota quæ ſedes fuerat columbis,
„ Et ſuperiecto pauidæ natarunt
„ Aequore damæ.

Quin & Ouidius,

„ Et ſumma, inquit, piſcem deprehendit in ulmo.

Nec diu poſt.

„ Et modo qua graciles gramen carpſêre capellæ,
„ Nunc ibi deformes ponunt ſua corpora Phocæ.

Sed datur uenia, quòd inundationem deſcribant, quam fas eſt per amplificationem exaggerare. In uitium ducit] Ob uirtutum uitiorumq; uiciniam, qua maledicus pro libero, temerarius pro forti, effuſus pro copioſo accipitur. Culpæ fuga] Timendum eſt, ne dum alterum fugias uitium, in alterum cadas. In epiſtolis hanc repetit ſententiam,

„ Dum uitant ſtulti uitia, in contraria currunt.

Si caret arte] Qui imperiti ſunt, nec ullam nouêre artem, licet magno ſint ingenio, quòd ignorent quæ ſubiungenda ſint magnis inceptis, quæ fulcienda, quæ relinquenda, quæ uarianda, diſſolutum poëma faciunt, & ex diuerſis congeſtum, ut cohærere non poſſit, ſimile puerorum commentarijs, in quos magnas ſententias, & res bonas, nullo tamen ordine referuntur. Vnde fit ut indocti maiorem habere copiam uideantur, quòd dicunt omnia. Doctis electio placet & modus. Debent ergò in poëta ſpectari, natura, doctrina, uſus. Natura ingenio, doctrina ſcientia, uſus fructu continentur.

Aemilium circa ludum] Bene ageretur cum poëtica, ſi quamlibet eius partem aſſequuti, in noſtram tota ueniret poteſtatem. Veruntamen quædam eſt totius forma, partiumq; connexio, ut, ſi quid ulli membro defuerit fruſtrà ſit in cæteris laboratum. Erunt enim multi, quos non deſeret inuentio, non corrumpet collocatio, non ſtylus decipiet, non fallet uariatio: ſed quum in unũ omnia corpus redigentur, illa Venus decorq; poëticus deſtituet, nec omnia ubiq; paria ſibi eademq; erunt. Bonus poëta uno ibit gradu, una uia gradietur, ſic collocabit ſingula, ut proximis reſpondeant: nec ſtylus cum materia diſcrepet, aut uariatio cum inuentione diſcordet, aut diſpoſitio cum concluſione diſſentiat. Quin & in re etiam tenui ſæpe occupantur poëtæ, nec tam contextu, quàm floſculis, ornamentiſq; detinentur, maioremq; uni ornandæ parti operam, quàm cæteris impendunt. Vnde quicquid eſt, inæquale eſt: nec totum laudatur opus, ſi quædam emineant notabilia. non celebratur ſylua in qua una arbor magna ſit & ſpectata, niſi in eandem tota ſurgat magnitudinẽ. Tota inſpicienda res eſt, tractanda tota. poëma non uno ſit membro admirabile, ſed omni corpore: nec ſolo laudetur membro, ſed ſingulis. quin nec totum laudetur, ſi uni parti ſua defuerit pulchritudo. Nec recuſo quò minùs ſingula membra ornentur, omnia. non dicetur formoſus adoleſcens, cuius oculi laudentur, aut os, aut manus, ſed ille cuius uniuerſa facies partibus ſingulis abſtulit admirationem. Poëtæ ergò nihil deeſſe oportet, nihil ſupereſſe. ſciat æquè deſinere, ac dicere, nec quicquid erit, patietur frigeſcere. ſemper creſcat oratio, nouaſq; uires eundo adquirat, cui quum ad ſummũ perduxeris, quicquid adijcias detrahere uidearis, ut facilè deficiat qui deſcendat. Potiſſima laus in ſumma ſubducenda conſiſtit. quã niſi quis rectè, opportunèq; putauerit, omnis ratio confundetur. Aemiliorum familiæ patritiæ, & uetuſtæ initiũ dedit Mamercus, Numæ filius uulgò creditus, ſic dictus, quòd eodem fuerit nomine filius Pythagoræ. Is quũ mira eſſet ſermonis lepiditate, ob id ipſum Aemilius eſt appellatus. nec diu Mamerci nomen in uſu fuit poſt illum

illum ter dictatorem, & anno ac ſemis cenſorem. Trifariam inuenio diuiſam familiã, ut alij Pauli, alij Scauri, alij Lepidi nominentur. Pauli celebratur ara in bello in Pyrrhum. Vbi Valerius Torquatus abſorptus, dedicata: unde poſtea oracula reddebantur. Sed uigore, fideq; in Rempublicam neſcio an quiſquam illum uicerit, qui ad Cannas ſpontè perijt. cuius filia Africani uxor fuit. Filius autem patri non diſsimilis celebratiſsimum illum è Macedonia uicto Perſe triumphum duxit, quo tempore Domitij Aenobarbi ſunt dicti, huius filij duo in adoptionem dati, alter Maximis, alter Scipionibus, duo uiuente adhuc patre mortui. In quo hæc Paulorum defecit familia. licet quendam Propertius Paulum celebret. Scauros diſpar fortuna, quippe qui ſupra tres ætates iacuerunt obſcuri, uſq; ad Marcum illum ſenatus principem, cuius pater Carbonariam fertur artem exercuiſſe. Hic ille eſt qui Varum accuſatorem tam lepidè luſerit, ex cuius munificentia Athletarum certamen tractum Romæ, qui de uita ſua libros treis ſcripſit, Dolobellam adcuſauit, Metellam pontifi[cis] maximi filiam duxit uxorem, domumq́ue habuit magnificam in ea parte palatij, qua ad uiam ſacrã deſcenditur, cuius columnæ poſitæ, poſtea ſunt in theatro Marcelli: cuius filius, Sullæ priuignus ſcenã dedit temporariam: qui tertiam Muciam à Pompeio impudicitiæ crimine repudiatam uxorem duxit, adcuſatus, à Marco Tullio defenſus eſt. Hunc puto illum eſſe, quem in Syria præfectum dimiſſum ferunt à Pompeio: cuius ſororem, Antiſtia repudiata, idem duxerat Pompeius. Fuêre Scauri uſque ad Claudij imperatoris tempora, inter quos declamator ille in pretio eſt, cuius orationes Senatus conſulto cõbuſtæ ſunt. Ferturq; alius ad faſces prouectus, qui ancillarum ſuarum menſtrua uorabat. Tandem ea familia in Scauro, qui etiam Mamercus eſt dictus, maieſtatis accuſato, extincta eſt. Nam Terentiũ Scaurum, qui Caſellij errores notauit, non puto ex his eſſe. At Lepidi non tam antea utiles, quàm poſtea pernicioſi populo Romano fuêre. Laudandus, qui puer bello Celtiberico ciuem ſeruauit, cuius ſtatua in Capitolio ſenatus conſulto poſita eſt: quiq; cenſor, & Pontifex Maximus, cũ L. Flacco Reipublicæ cauſſa in gratiam redijt. nec minùs Porcina orator, & qui uiam à Placẽtia Ariminum perduxit, quiq; princeps ſenatus quinquies fuit. Execrandus uerò, quem Pompeius Italia eiecit, & ante omnes,

„ Qui geſſit ſocijs impia bella tribus,
„ Qui libertatem Mutinenſi marte receptam,
„ Obruit auxilijs urbe gemente nouis.

Poſt quem ſecunda progenies auo ſimilis, meritas pendere pœnas ſunt coacti. Ludum] Licet plerunq; abſolutè literarium intelligamus, attamen hoc loco pro gladiatorio accipimus, ubi ſe exercitent gladiatores, ut matutinus, ut gallicus, magnus. Indicat autem eius ſtatuarij tabernam, qui ungues exprimeret rectè & capillos. Imus] Id eſt, in ima parte habitans, ut ab ſummo ad imum, id eſt, ſtatim ultimus poſt ludum Aemilium. Exprimet] Exprimere ſciet. Vngues] Non tam poëtica quàm cætera corpora ex ijs ipſis ſpeciem accipere debent, ex quibus uires. Si quis eadem corpora muliebriter comat, fœdiſsima ſunt ipſo fermè labore: nec ornat corpus, ſed mens detegitur. Tranſlucida illa & uerſicolor quorundam eloquutio res ipſas effœminat, quæ illo uerborum ambitu ueſtiantur. Poëma, ſi toto corpore ualeat, ungues polire, & capillos reponere, non putemus ad noſtram curam pertinere. Molles] Id eſt, mobiles, animatos & uiuos: unde eſt illud Virgilianum,

„ Excudent alij ſpirantia mollius æra.

Imitabitur] Id eſt, excudet. Summa] Quod nos breuiarium dicimus, olim, quum Latinè loqueremur, ſummarium uocabatur. Totum] Id eſt, ſummam neſciet finire uenuſtatem, & decus poëmati addere. Eſt enim quædam uenus quæ explicari nequit, ſed ex diutino uſu tanquam ex igne ſtatim proſiliente ſuccenſum lumen ſolet in animum irrepere. Ponere] Coniungere, totam machinam finire. Hunc] Talem huiuſmodi poëtam & fictorem, qui in ſumma peccabit. Curem] Velim. Prauo] Turpi. Naſuto] In quo plurimum eſt decoris. Nigris] Pulchris: in Odis ait,

„ Nigris oculis, nigroq;   Crine decorum.

Quòd hi nigri ſint decentiſsimi, mirumq; adijciant formæ augmentum. Coma ut nitida eſſet & diſcriminata, maximè dabant operam Lacedæmonij pueri, quòd Lycurgi dictum illud eſſet, Coma pulchros uenuſtiores fieri, deformes autem ferociores. Sumite materiam] Non poſſunt uitia quæ ab Horatio fugienda notantur, tã facilè ulla uia uitari, quàm ſeipſum metiẽdo, ſuum ingenium, ſuas uires penſiculando. quum enim ſeipſum quis perſpexerit, totumq; tentárit, intelligit quàm apta, quàm idonea habeat inſtrumenta ad id, quod adfectet, adſequendum: nec adgrediatur quibus ſe imparem eſſe cognoſcet, ſed quam quiſq; nouit artem in ea ſe exerceat. Inde exclamat ille,

„ Qua pote quiſq;, in ea conterat arte diem.

Virgilius nondum Deo plenus, regum Albanorum res geſtas exorſus omiſit. Propertius & Horatius quò minùs Auguſtum celebrarint, Heroici carminis maieſtate & ſublimitate ſunt deterriti.

„ Dum pudor, —
„ Imbelliſq; lyra Muſa potens uetat,
„ Laudes egregij Cæſaris & tuas
„ Culpa deterrere ingenij.

Nihil ergò turpius quàm malignum pondus, quod ferre nequeat, capiti committere, quo mox cogaris poplitem flectere, & ab incœpto abſtinere. Verſandum animo, an poſsis cogitata exequi, & ad metam perducere. Sed tamen ita uerſandum, ne dum bene dicere deſperamus, cupiditate & labore cõſumamur. ad perfectum enim, ſtudio, non indignatione opus eſt. notumq; eſt illud Iulij Flori, Stultum eſſe, uelle melius dicere quàm poſsis. Curandum ut quàm optimè dicamus, dicendum tamen pro facultate: nec putandum ſola illa bona eſſe quæ latent, & quæ inuenire nequeamus. Verſate] Tractum à baiulis, qui uecturas onerum corpore ſuo factitãt. quod genus Græci βαγάζοντας uocant. Cui lecta] Præmium ſubducit bene uerſantibus eorum materiam. Cui] Quum ad ſumendam pro uiribus materiam inuitaſſet, opportunè fructum oſtendit. Potenter] Quantum quis poteſt, nouum aduerbium rectè formatum. Facundia] Id eſt, qui non, ut uellet, ſed ut poteſt, materiam elegerit, is nec ubertatem uerborum ditemq; dicendi copiam deſyderabit, nec diſpoſitione confundetur. Ordinis hæc uirtus] Licet ſint quamuis formoſa quæ inueneris, niſi diligentia collocitur, omnis uenus, omnis ſuauitas deſyderatur. Nihil eſt bonis ingenijs feracius, quæ ueluti fœcundæ ſegetes non ſolùm fruges, ſed etiam herbas effundunt frugibus inimiciſsimas, quas ordo euellet. Poëta imperatorem imitabitur, ſuo quæq; loco ubi plurimùm proficere & ualere poſsint, tanquam equites, pedites, leuemq; armaturam in maximis, opportuniſq; partibus collocabit: & ueluti ille in pugnando, ſic in dicendo hîc facilè uictoriam conſequetur. Tanti autem eſt ordo, ut uel deformia poëmati inſerere, non dedeceat, non ut emineant, ſeu neceſſaria ſint, ſed ut ſuos locos tenendo, meliorem locum concedant melioribus, ut quædam in corporibus membra uidemus ineſſe. Schemata & metaplaſmos ita amant poëtæ, ut manifeſta etiam uitia ſequantur: quæ ſi detrahas, carminis ſuauiſsima demas condimenta: ſin unum in locum congerantur, totum ut acre, putidum, rancidum faſtidimus. Ordo igitur ea gubernãs & moderãs, nec apud ſe nimia, nec ubilibet aliena eſſe patietur. Summiſſa quædam impolitiſq; ſimillima inter ipſos altos ac uenuſtos locos ſeſe interponens illuſtrat oratio. quæ ſi ſola ſit, proijcitur tanquam uilis: ſi autem deſit, illa pulchra non prominent, non in ſuis quaſi regionibus, poſſeſsionibuſq; dominantur: ſibiq; ipſa propria luce obſtant, totumq; confundunt. Aut ego fallor] Veluti corrigentis, id eſt, aut ego poëticam non noui. Vt iam nunc dic] Ordo duplex eſt, naturalis primùm, quo ita res exponenda, ut geſta eſt. Alter artificialis dicitur, quo à medijs rebus incipimus. Ille hiſtoricis, hic conuenit poëtis. Hoc fecit Virgilius, qui à nauigatione incœpit Aeneæ, non à Troiæ excidio. Si enim primùm excidium narraſſet, non poſſet quæ uoluit de Didone effingere. Hoc Comici faciunt & Tragici. Lucanus quòd à principio belli ciuilis ordiatur, à multis excluditur Helicone. Iam nunc dicat] Id eſt, modò utatur ordine naturali. Pleraq; differat] Id eſt, modò utatur ordine artificiali. Præſens in tempus] Multa occurrunt, quæ ſi differas, ſint, pro futuro, præſentia nihil efficiant boni, ut Virgilius in libro tertio,

" —Claſſemq́ ſub ipſa
" Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ,

Quo in loco omittit, ut lepidius referat in nono.

Præſens in tempus] Id eſt, nunc differat. Author] Poëta. Hoc amet] Id eſt, quod eſt par ſuis uiribus. Hoc ſpernat] Quod non poteſt bene reddere dilucidum. In uerbis etiam tenuis] Totius poëticæ fundamentum eloquutio emendata & Latina, quã ſcire non tam eſt præclarum, quàm turpe neſcire. Cæcilium & Pacuuium malè loquutos accuſat uetuſtas, atq; eò acrius, quòd in illa ætate ut Innocentiæ, ſic Latinè loquẽdi ſumma laus fuit: nemóq; Romæ uiuebat aliqua domeſtica barbarie non infuſcatus, qui non rectè loqueretur. Creſcente deinde imperio, quum ex diuerſis locis inquinatè loquentes confluxiſſent, paulatim uulgò cœpit Romanus ſermo corrumpi, ita ut candor ille Latinæ linguæ Liuius ab Aſinio Pollione Patauinitatis accuſetur. Eadem ratio & Athenis accidit, tantiq; fuit Atticè loqui, ut Theophraſtus, qui optimè omnium loqueretur, ab Attica anicula, quum quanti aliquid uenderet percontaretur, hoſpes ſit adpellatus: quod fertur tuliſſe moleſtiſſimè, quod non hoſpitis effugerit ſpeciem, quum ætatem ageret Athenis. quin et Demoſthenes malè fertur ab Aeſchyne audiſſe, quòd non uerba, ſed portenta loqueretur: ob eamq́ rem ut putidus exagitaretur. quò magis expurgandus eſt ſermo, & diligens ratio adhibenda, & unumquodq; uerbum mittendum ſub trutina, qualéq; ſit inſpiciendum. Verba enim, quibus Latinus ſermo utitur, aut noſtra ſunt, aut peregrina, aut ſimplicia, aut compoſita, aut propria, aut translata, aut inuſitata, aut ficta. Noſtris utendum crebrius, quæ in Latio ſint nata, & cum urbe Roma educata. Peregrina non ſectanda, nec quærenda, ne curioſè magis quàm Latinè loqui uideamur. Sunt autem peregrina ex omnibus ferè gentibus, Prænaſtinis, Sabinis, Oſcis, Tuſcis, Atellanis, & omni ferè Italia. quin & Gallis, Afris, Sardis, Hiſpanis, ſed Græcis potiſſimùm, unde noſtra maiori ex parte deducta qua ex re tanta Romanæ linguæ mutatio facta eſt, ut primûm fœdus inter Romanos & Carthaginienſes ictum L. Iunio Bruto, M. Valerio conſulibus, ſtatim poſt eiectum urbe regium dominatum, ne antiquitatis quidem peritiſſimos pleraq; niſi difficulter intelligere potuiſſe, adſerat Polybius. Quare illi uidentur errare, qui eandem Romanam, Latinamq́ linguam putant: quũ omninò Latina illa ſit uetuſta: Romana uerò hæc noua ex multis compacta. Componuntur autem apud nos uerba, aut ex noſtris tam integris, quàm corruptis duobus: aut ex noſtro & peregrino, aut ex duobus peregrinis: quinetiam ex noſtris tribus, ut Capſis, id eſt, cape ſi uis. Lupercalia, quæ à luendo per caprum componuntur. nam à luo & præpoſitione per & caprum lupercalia componuntur. Solitaurilia, quæ ſue, oue, & tauro fiebant. Propria ſunt certa rerum uocabula, penè cum ipſis rebus nata. quæ ſi abiecta, obſoletaq; ſint, uitanda ſunt: lectis & illuſtribus utendum. Proprijs dignitatem dat antiquitas: ſit enim ſanctior & admirabilior oratio, ſi quædam non quibuslibet in uſu inſerueris. Sed ab his abſtinendum, quæ ab omni uſu ſint remota, & ex pontificum commentarijs, uetuſtiſſimiſq; fœderibus contracta, unde famam eruditionis quidam adfectant, ut quædam quaſi ſoli ſcire uideantur. Propriorum uirtus eſt ſcire artium, ſtudiorum nauticæ, rei militaris ruſticæq́, & cæterarum proprietatem ſcire, & conſuetudines. ne dictum conſulem, dicas dictatorem renunciatum, aut deſignatum: legem factam, Senatuſconſultum promulgatum, aut latum fugienda tamen aliquando proprietas, ueluti in obſcœnis, ſordidis, & infra dignitatem humilib. Translata neceſſitas inuenit, & ut in ueſtitu accidit, delectatio celebrauit. Delectat autem maximè, quòd ingenij ſpecimen ſit tranſilire ante pedes poſito, & longè repetita ſumere, facereq́, ut qui audit, aliò deducatur cogitatione, nec tamen aberret. Transferuntur animi, & referuntur, mouenturq́: ſed obſeruandum ut conueniant, ſimilia ſint, & clariorem rem faciant. ſi quando licentioſiora fuerint, aliquo uerecundo adminiculo fulcienda, ne omninò abrupta uideantur. fictiſq;, nouiſq; abſtinendum, quòd & ægrè cum decore formentur: & homines ferè, quæ non recognoſcunt, aſpernantur. Nouantur, aut ſi Græca transferantur, aut Latina coniungantur, deriuentur'ue, ut perpeſsionem dixit Cicero, & Cato autumnitatem. Quando tamen nouantur, uidendum an uſquam in Latina ſint lingua, quæ ſanè ditior eſt, quàm qui in illius aditum non penetrarunt. Omnis uerborum laus non rationis, ſed conſuetudinis, quam ſequi debemus, & in ea exerceri. Caius Cæſar in libro de Ratione Latinè loquendi ad M. Tullium Ciceronem ait. Ac ſi ut cogitata præclarè eloqui poſſent, nonnulli ſtudio & uſu elaborauerunt, cuius te penè principem copiæ & inuentorem, bene de nomine ac dignitate populi Romani meritum eſſe exiſtimamus: hunc facilem & quotidianum nouiſſe ſermonem, nunc pro relicto eſt habendum. Egregiè] Doctè, translatè, commodè.

In uerbis etiam tenuis] Tenuem pro ſubtili poſuit, & molli, non aſpero. Serendis] Id eſt, componendis. Collocationes enim uerborum ſunt. compoſitio, concinnitas, numerus. Tenuis] In proprijs. Cautus] In translatis: bona uerba ſunt ſplendida, antiqua, propria, translata: mala uerò uulgaria, obſoleta, aliena, gentilia, obſcura. Egregiè] Debent ergò uerba eſſe uſitata & eximia, quæq; in ueteribus ſcriptis ſint frequentata. Notum] Ad id quod diximus, alluſit. Nouantur etiam uerba, ſi ex notis coniungantur, ut aurifodina: notum ut adpromitto. Iunctura] Compoſitio. Laberius nimis licentioſus hac in re eſt habitus, qui Mendicimonium dixit, adulteritatem, & depudicare, & manuari, id eſt, furari, inuolare, multaq́ue alia huiuſcemodi. Si forte neceſſe] Si in qualibet arte non ingenua ſolùm & liberali, ſed & ſellularia, licet ijs, qui in eis uerſantur, earum rerum, quæ nouæ ſunt, uocabula conſtituere: quò magis liceat poëtæ, cui de medio foro uerba arripere, quòd ſordida ſint, plerunq; ne ſplendentia quidem, non licet? Sexcentæ res ſunt, præſertim in philoſophia, quæ nomina deſyderent: nec habent: quæ quum habeant, faſtidio noſtro perdiderunt: Id autem eſt indignius, quòd in egeſtate faſtidium non conuenit. Nouanda ſunt igitur uerba: ſed ſi careamus: ne ſi aſylum habemus, tu œſtron inculces: atq; ideò fortè addidit,

Indicijs] Indicia, animorum ſunt uerba. Abdita rerum] Aut de occultis rebus, id eſt, naturalibus intelligit: aut de ijs, quæ inueniuntur in dies, & in hunc diem latuerunt, ut nihil ſit quo prohibeamur bombardam dicere, campanam, & ſtapedem. Nam barones, Epiſcopus, Parœcia apud Ciceronem leguntur. Vir noſtro tempore utraque lingua doctus Gaza, Ouiparis & Viuiparis optimè uſus eſt. Næuius in his formandis nimia eſt uſus luxuria, quippe apud quem pudicolor dicatur Aurora, nocticolor Memnon, & ſilenta loca: murcidæ, id eſt, ignauæ, dulcioriloquus & uituperones leguntur. Callida iunctura] Docta compoſitio, & doctè ſapienteſq; coniuncta. Cinctutis Cethegis] Licet eloquentiam in Bruto, Valerio, Appio, Fabritio, primiſq; illis Romanæ Reipublicæ fundatoribus fuiſſe negari non poſſit, de quo tamen extet, memoriaq́ ſit proditum eloquentem extitiſſe, primus eſt M. Cornelius Cethegus, quem his celebrat carminibus Ennius,

" Additur orator Cornelius, ſuauiloquente
" Ore Cethegus, Veturio collega Philoni.
" Is dictus ollis auris popularibus olim,
" Qui tum uiuebant homines atq; æuum agitabant,
" Flos delibatus populis, & ſuada medulla.

Huic ſi tanta fuit eloquentia, quantam in eo prædicat Ennius, quũ infans eſſet Latina res, multa nouare fuit neceſſe, ut quaſi author eſſet conditorq́ uerborum. Ob hoc Horatius noua uerba Cethegis aut non exaudita, atque ideò ſubiunxit. Cinctutis] Quod ut mos fuerat Cethegis, ut ſeminudi in bellum proficiſcerentur. unde Lucanus,

" Exertiq; manus ueſana Cethegi.

Et alibi,

" Nudiq; Cethegi.

Syllius 6. libro,

" Ipſe humero exertus gentili more parentum
" Difficili gaudebat equo.

Nam & Ouidius cinctutos dixit lupercos. Primis illis Romæ temporibus, tunicæ in uſu non erant. ſtatuæ Romuli in Capitolio, & Camilli in Roſtris togatæ ſine tunicis uiſebantur. quo habitu delectatum ferunt Catonem, ut capiſtro ſub toga cinctus in forum prodiret. quod uolens innuere Horatius, cinctutos dixit Cethegos: ut malis cinctutos, pro expeditis accipi, nec diſcinctis, id eſt, ad pugnam

guam paratis: unde præcincti ſtrenui dicebantur, unde εὔζωνος ſtrenuus Græcè adpellatur. utcunque, dum cinctutos dixit, id uoluit intelligere, non illis audita, quibus licebat undecunque noua uerba effingere. Cethegi dicti ſunt Cornelij, quòd nomen in multis Romanis familijs adſcitum eſt. Cornelij adpellati Scipiones, Lentuli, Syllæ, Cinnæ, Labeones, quod etiam ſumpſère ſibi Celſus & Tacitus, Ruffini, Nepotes, Coſſi, Aſinæ. Pudenter]Non ſcurriliter. Theophraſtum refert Cicero dixiſſe metaphoram uerborum debere eſſe pudendam. Parcè detorta Græco] Quoties interpretamur, ſi uno uerbo Græcum uerbum exprimere non poſſumus, idem pluribus uerbis tentabimus, uel Græco utemur, ſi Latinum non occurrerit, ut in Ephippijs. quæ parcè ſunt detorquenda: ut propola, qui ille eſt, qui uenum res exponit. ut Plautus in Aulularia, Gelaſmus, Schœnobatem ſunt qui nolint. Diuus etiam Hieronymus imparcè ſynoridem dixit pro iugo. Quid autem]Argumentatio ſumpta ex M.Tullij tertio de Finibus, apud quem ipſe Cicero Catonem alloquitur. Si enim Zenoni licuit, quum rem aliquam inueniſſet, inuſitatum, inauditumq́ ei nomen imponere: quur non liceat Catoni? Cæcilio]Hic ille eſt Statius, qui à M. Tullio malus Latinitatis author perhibetur, cui Volcatius Sedigitus palmam ſtatuit de Comico. Seruus is fuit: nam Statius ſeruile nomen erat. Poſtea uerſum eſt in cognomentum, adpellatusq́ eſt Cæcilius Statius. Cæcilij Romæ dicti ſunt Metelli, orti à Cæculo Prænæſtis conditore, uel à Cæcade Troiano Æneæ comite.

Plautoq́]Plautus Latinæ linguæ genius, M. Accius dictus eſt: & à pedum planitie Plotus, mox Plautus dictus. M. Catonis ætate Romæ floruit. P.Clodio. L.Porcio conſulibus: Catone cenſore mortuus eſt, centum uiginti annis ante conſulem Ciceronem.

Virgilio]Virgilius acerrimi uir iudicij, quamuis uerborum nouationibus non delectetur, ſic tamen antiquis uſus eſt, ut tanquam uetuſta eluceant. Ollis dixit, quianam, pone, pollucet, cernere ferro, cæteraq́, iuſſo pro iuſſero, uelleniq́, dum nihil poſſet fingere, quod non inſigniter aſperum, durum, abſurdumq́ eſſet, maluit Græcis uti, ut ſpelæa ferarum, trieterica, Thyas, & Orphi, Inousq́ Palæmon. Quod de præceptore ſuo Parthenio ſumpſit. Lychnum maluit quàm lucernam. Quin & peregrina amauit: Vros enim dixit, &

„ *Camuris hirtæ ſub cornibus aures.*

Id eſt, in ſe redeuntibus. Varioq́]Varius poëta Virgilij, Horatijq́ amicus Thyeſtem Tragœdiam edidit, in qua ſummopere laudatus eſt, ut in Medæa Ouidius: ſed non defuerunt qui de laudum cumulo demerent, quòd Virgilij ſcripto eam edidiſſet pro ſuo. Fuêre tamen eodem tempore, & Varius poëta, & Varus dux: licet & hic è poëtica non expunctus. Vari Alfeni dicti ſunt & Accij.

Inuideor] Non nouum protulit, ſed antè à Plauto uſurpatum, qui in Truculento ait, Qui inuident, egent: illi quibus inuidetur, rem habent. ni uelis impersonale dictum antea inuideor: nuſquam. Mirè tamen, quum de nouatione loqueretur uerborum, uerbum aut nouauit, aut uetuſtum protulit tanquam renouatum.

Poſſum]Scilicet rectè nouare uerba, & parcè detorquere à Græco fonte. Catonis lingua]Eum intelligit Catonem, quem tam neceſſarium fuit naſci Reipubl. quàm Scipionem: alter enim cum noſtris hoſtibus, alter cum moribus bellum geſsit, unde Cenſorinus, quaſi malis moribus deuictis adpellatus eſt. Canterio uehebatur hippoperijs impoſitis. Cornelius Nepos ait, cum quæſtorem ex Africa redeuntem, Q. Ennium è Sardinia deduxiſſe. quòd non minoris exiſtimatum, quàm quilibet ampliſsimus Sardinienſis triumphus. Carmen ſcripſit de moribus. Salluſtius à Leneo Pompei Magni liberto reprehenſus eſt, quòd Catonis uerborum ineruditiſsimus fur eſſet: unde noto inceſſitur epigrammate,

„ *Et uerba antiqui multum furate Catonis,*
„ *Criſpe Iugurthinæ conditor hiſtoriæ.*

Et Enni]Quum duo fuiſſent Ennij, nec id indocti animaduertiſſent, factum eſt ut de patria & libris ambigatur. Hic tamen ille eſt Rudienſis, qui primus res Romanas Heroico carmine complexus eſt: quem imitatos Ciceronem & Virgilium non impunè accuſat Seneca, quippe cui reſpondet Aulus Gellius. Signatum]Perſtat in ſumpta metaphora ab ære uir perfectiſsimus dixit, uerbis utendum eſſe, ut nummis publica moneta ſignatis. Vt ſyluæ folijs]Confirmaturus nouari poſſe uerba, Malè, inquit, ageretur de re Latina, ſi quum multa intereant, non noua orirentur. Intereunt autem uerba, & noſtro faſtidio, & politiori iudicio, quòd antiquis ruſticanus placebat ſermo, & qui plenioris ſoni eſſet, ſequens ætas facta delicatior manum iniecit, & ueluti diſciplinam priſtini ſeculi, ita & ſermonem faſtidire cœpit, & noua uerba parturire, antiquatis illis noua ſubſtituit, antiquorumq́ illam pinguitudinem exilitate ſermonis caſtigauit. Hinc u litera paululùm ceſsit de medio, & i cœpit delectare, ut Manibiæ, libido, maximus, commiſſator, delixus, ariſpex, contimax, aucipium. ſed uerborum eadem ratio eſt quæ & uini, ut nec nouũ placeat, nec nimis uetuſtum ullam habeat ſuauitatem: quædamq́ in eo ſit ætas, quum non de muſto ac lacu ſumitur, nec natum conſule Tullo, aut Opimio quæritur. Delectant tamen quædam antiqua repetita, ut peccatu dixit Cicero, & fretu, & antiſtitas. Adferunt enim plerunque uetuſta uerba, quia intermiſſa ſunt, gratiam nouitatis ſimilem: quæ etiam antiquitatis authoritate iuuatur. Modus ergo adhibendus, ſemperq́ Cæſaris illud notum ante oculos, ut tanquam ſcopulum, ſic inſolens uerbum effugiamus. Non minùs obliterata repetenda, ut exantlare, proſapia, apluda, floces, flaces, hallucinari, caperatum, & plurima id genus, quæ illi ſolent libenter uſurpare, qui ſerò in literis profecère, ut quæ nũquam didicerint, quum ſemel ſcire cœperint, magnifaciant. Siſenna uſitati ſermonis emendator à Caio Ruſio, quum Sputatilicia dixiſſet, lepidè irriſus eſt. Vt ſyluæ]Comparatione oſtẽdit nihil ſtabile eſſe in rebus humanis. Intereunt]Perit, extinguitur. Plautus,

„ Qui per uirtutem peritat, non interit.

Nata]Ficta, nuper facta. Vigent]Vigorem habent, delectant. Nos, noſtraq́]Argumentum à maiori. Si nos, inquit, noſtraq́ omnia etiam grandia, & quæ immortalia putantur, peribunt, an putamus uerba non interitura, quæ tanquam folia ſingulis annis decidunt & renaſcuntur, nec habent quicquam ſtabile? Receptus] De Lucrino lacu intelligit à C. Iulio Cæſare magnis molibus incluſo. quod opus Virg. celebrat lib. 2. Georgic.

„ *Iulia qua ponto, &c.*

Auguſtus deinde profecturus in Pompeium, portum Iulium apud Baias immiſſo in Lucrinum & Auernum mari, lacum effecit.

Receptus]Incluſus. Regis opus]Puto intelligi de Italico Labyrintho, quem fecit ſibi Porſenna rex Hetruriæ ſepulchri cauſſa, ſimul ut externorum regum uanitas quoq́ ab Italicis ſuperaretur. Plin. meminit lib. 36. Sterilis]De Pontina intelligit, quam duo amnes faciunt, Aufidus & Vfens, quæ uigintiquatuor urbium loca occupabat. Eam exiccauit Cornelius Cethegus conſul, cui ea prouincia obuenerat, agerq́ ex ea factus eſt. Caius Iulius Cæſar quum ſiccaret, morte præuentus eſt. Idemq́ Hoſtienſem portum rei difficultate deterritus omiſit: quem poſtea Claudius imperator perfecit. Vicinas urbeis] Anxurem, Pipernum, Saturam, Setiam, ſed & Capenates, Lucumq́ Feromæ. Amnis]Tybris.

Doctus] Ab Agrippa nomine Auguſti. Iniquum] Tybris quum omnia longè, lateq́ inundaret, & crebro magnam iacturam agro Romano inferret, Auguſtus alueo purgãdo animum adiecit. Et quoniam nihil eſt quod tam faciat inundationes, quàm ſinus fluuiorum, quòd recto non poſsint curſu deferri, quum ad uelabrum Tyberis flecteretur, dato Agrippæ negotio, in hunc quem cernimus, rectum alueum redegit, totumq́ue purgauit: terminos in ripa diſpoſuit, quos effoſſos uidimus hac inſcriptione.

IMP. CÆS. DIVI FILIVS, AVG. PONT. MAX. TRIBVNITIÆ POTEST. XVII. EX SENATVS CONSVLTO TERMINAVIT. R. R. EX PROX. CIPP. PED. XL. S.

Id eſt, Ruderibus reiectis ex proximis cippis, pedes quadraginta ſemit. Mortalia facta]Quid enim aliud agunt nouæ leges, niſi ut ueteres pellant, & prioribus derogent? quin & cœli hæc marisq́ facies conflagrabit uniuerſa, & in antiquum chaos fundetur.

Mortalia facta peribunt]Eſt enim neceſſe, ut, quæ ortum habeant, occidãt, eaq́ potiſsimùm, quæ homines fecerint. Stultum enim eſſet, putare mortalem quenquã poſſe aliquid perficere immortale:

Nedum]Si ergo mutantur omnia, neq; quicquam tam magnum eſt, quod non uices patiatur: an mirandum eſt uocabula interire, & noua renaſci? Vtimur hac particula (nedum) præpoſita maiori re. Viuax]Quæ diu uiuat. Vſus]Quum ubiq; poſſit, omniumq; rerum ſit dominus, in uerbis tamen potiſsimùm dominatur, qui illorum ſit ſolùm quoddam & fundamentum. Is ille eſt optimus dicendi artifex & magiſter, quo duce multi paruo ingenio, nullis penè literis, ut bene loquerentur, ſunt conſequuti. M. Varro in illis libris de lingua Latina ad M. Tullium, qui deſyderãtur, in omnib. penè uerbis conſuetudinem dominari adfirmabat. Omnis enim Analogiæ & Anomaliæ diſputatio (quarum alteram Ariſtarchus, alteram Crates peritiſsimi Grammaticorum Græcorum, ſumma ope defendebant) ſolo uſu, conſuetudineq; terminatur. Darius ille magnus Aſiæ regnator quanti eſſet uſus, uolens oſtendere, accitis ad ſe Græcis, qui eius parêrent imperio, rogabat, cuius nam pretij magnitudine patres mortuos comederent: nunquam ſe facturos reſponderunt. Tunc uocatis ex India, qui Callaciæ uocitantur, apud quos eſitandi parentes mos eſt, adhuc Græcis adſtantibus, quo præmio ſciſcitatus eſt, admitterent, ut parentum corpora cremarentur: reſponderunt Darium loqui meliora. hoc pacto oſtendit uſus & conſuetudo quãti eſſet. Afranius togatarũ poeta, ſapientiã uſus & memoriæ filiam dixit: quòd ſapientem non diſciplinis tantùm inſtructum, ſed in noſcendis, periclitandisq; rebus uerſatum eſſe oſtendit. Eius uerſus eſt,

„ Vſus me genuit, mater peperit memoria,
„ Sophiam uocant me Graij, uos ſapientiam.

Cauendum eſt autem in uerbis ne decipiamur, ut pro uſu abuſum ſequamur, qui illius mentitus ſpeciem imprudentibus ſe offert. neq; enim uitia, etiam quæ inuaſerint ciuitatem, probamus. Si enim uſum putabimus, quòd plures faciant, periculoſum erit & formidabile, quum plures ſemper pro malis accipiantur. Erit ergo uſus ut uiuendi conſenſus uoluntasq; bonorum: ſic loquendi conſuetudo, et quædam quaſi coniuratio eruditorum. Vi.]Ratio.

Res geſtæ]Vnumquodq; poëma materiam in ſe continet & tractationem. materia in uerbis, tractatio in uerborum eſt collocatione. De uerbis copioſè dictum eſt ab Horatio. ſupereſt ut collocationes exequatur, quarum tres partes feruntur, compoſitio, concinnitas, numerus. & quia non eundem numerum unaquæq; res deſyderat, quo carmine, quæcunque cupias, ſint complectenda, oſtendit: ne res grandes tenui, humiliq; carmini committas, aut amores, conuiuiaq;, quæq; iocos exigunt, heroico tradas enarranda. Heroici carminis inuentionem Apollini acceptam ferunt, quòd eo carmine oracula olim reſpondebant. Hinc & Pythius uerſus dicitur, quòd interfecto ab Apolline Pythone accolæ hexametrum heroicum ſex ſpondeis compoſitum cecinerunt. deinde ſoluta ſpondei altera ſyllaba ſine damno temporis cœpit inſeri. Iudæi Apolline excluſo putant Moſen hoc carmine primùm cecinisse. Apud Græcos licet dubitari non debeat, quin ante Homerum fuerint poetæ, quod ex eius carminibus intelligi poteſt, quæ apud Ilium in procorum epulis canebantur: tamen primus heroum res geſtas hoc uerſu cecinisse putatur Homerus: hinc heroicus dictus. nam & Epicus dicitur, quòd ſermonum capax, quodq; per eius pedes ſimplicius & facilius uerba eant & decurrant. Hunc Ennius longum uocauit. Dignitate primus eſt, plena oratione graui, & grauitatis honore ſublimis, multaq; pulchritudinis uenuſtate præclarus. Huic carmini potiſsimùm conueniunt fabula, allegoria, antiqua hiſtoria, conueniens dictio. Verſibus impariter iunctis] Elegiam quis primus ſcripſerit, in ambiguo eſt. ſunt qui Etheoclem Naxium primum ueluti furentem hoc carmen cecinisse: nec deſunt qui Archilocho tribuant, Terentianus Callinoum putat. Hoc ſanè conſtat, defunctorum laudes hoc carmine celebrari ſolitas, unde ſibi nomen elegia ſumpſit. hinc & miſerabiles uerſus dicti ab Horatio ad Tibullum. Crediderim ego, præficas, quæ conductæ plorabant in funere, hoc carmine uſas, lugubrem næniam cecinisse. Pentameter licet hexametro ſubiungatur, legimus tamen & monocolon, ut illud in Commodum imperatorem,

„ Commodus Herculem nomen habere cupit,
„ Antoninorum non putat eſſe bonum.

Lege Lampridium. Impariter]Terentius Scaurus in commentarijs in Arte Poëtica libro decimo, impariter aduerbium figuraſſe inquit Horatium. Incluſa]An incluſa, id eſt, deſcripta & comprehenſa: an ad id alludit, quòd neceſſe ſit ſententiam duobus uerſibus concludere. Compos]Vt illud Propertianum,

„ O' me fœlicem, ô nox mihi, &c.

Callimachus & Philetas primas ſibi in elegia uendicant partes apud Græcos: ex noſtris Tibullus cum Propertio certat.

Exiguos]Tenues, molles. Lis eſt] Irridet Grammaticos, quòd de re leui & inutili certent. Grammatici] Qui & critici ſunt appellati. ſed Horatius eos irridet: ſeu reſpexit, quia eorum eſt omnia indagare. Archilochum]Iambico carmine primùm conuicia ſunt explicata, unde Ouid. de Amorum remedijs:

„ Liber in aduerſos hoſtes ſtringatur Iambus.

Dictus pes ex Iambes nomine famulæ Celei: licet à triumphante Baccho, quaſi Triambum dictum putent. ſed à Marte ortum ſanè placet: atque ideò breui, longaq; ſyllaba conficitur, quòd in iaculando breui primùm acceſſu, deinde in extenſum paſſum proferimur. Vnde à priſcis Appulis, Daunus dictus eſt, quòd is primus aduerſus Diomedem gradariam illiuſmodi pugnam inſtituiſſet. Primus eo uſus fertur Archilochus in Lycamben ſocerum, quòd Neobolen filiam deſponſatam illi negaſſet: tantoq; felle conuicia miſcuit, ut Lycambes laqueo ſe ſuſpenderit. Erant in Archilocho breues, uibrantesq; ſententiæ, plurimùm ſanguinis atq; neruorum: ueruntãmen minus obſcœnis maledictis inuiſam ſibi domum lacerauit: unde eius libri à Lacedæmonijs è ciuitate exportati, quòd eorum lectione puerorum animi inficerentur. Eius interfectorem Apollo arguit Delphis. Ariſtophanes quenque Iambum eius longiſsimum optimum putabat. Claruit regnante Romulo, quamuis Cor. Nepos ſcriptum reliquerit fuiſſe eodem tempore, quo Tullus Hoſtilius ſummam Romæ habuit. Critias lepidè eum accuſat, ut hominem ineptum, qui de ſeipſo multa probra dixerit, quæ aliter neſciremus. Nam quòd ſeruæ filius fuerit, quòd patriam ob paupertatem relinquens in Thaſum uenerit, & quòd hîc inimicus ſit habitus, quòd ſine diſcrimine amicos, inimicosq; momorderit, præterea quòd mœchus, libidinoſusq; fuerit, denique quòd ſcutum abiecerit, nunquam profectò ſciremus niſi ex ipſo. Hæc Aelianus de uaria hiſtoria. Iambus à Romanis, ut proprium opus celebratus non eſt, à quibuſdam tamen interpoſitus, ut à Catullo, Bibaculo, & Horatio. Cato tamen Vticenſis prærepta ſibi Lepida nomine uxore, Iambos in Scipionem ſcripſit, imitatus Archilochum.

Proprio] Id eſt, à ſe inuento. quid ſi proprio, id eſt, ſolo, & non miſto: ſed ipſe uerus, integerq; exiens? Socci] Comœdiæ. Grandes cothurni]Id eſt, Tragœdiæ. Vincentem ſtrepitus] Id eſt, altius ſtrepitu ſonantem.

Rebus agendis]Dramatico poëmati. Muſa dedit fidibus] Lyram primus fertur Mercurius inueniſſe, inuentamq; Apollinem donaſſe, ſumpto ab illo caduceo. Hæc lyricis uatibus nomen dedit, ad quam carmina ſua cantabant, ſtatuebaturq; eis chorus quinquaginta uirorum, ac tauro donabantur. Hi ſunt qui primùm deorum immortalium laudes cecinêre, qualis Orpheus & Linus: hi conuiuijs adhibebantur, qui Heroum res geſtas celebrarent. mox palmas Athletarum, pugilum, iuuenumq; amores, & conuiuia decantarunt. Primæ apud illos dantur Pindaro, quem putat Horatius, ſpiritus magnificentia, ſententiarum, uerborumq; copia nemini imitabilem. Poſt hunc Steſichorus, Alcæus, Simonides, Alcman, Anacreon, Bacchylides, ſed & Sappho, Corinnaq; mulieres memorantur. Ex noſtris ſolus ferè legi dignus Horatius.

Muſa]Iouis & Memoriæ filiæ, licet cœli & terræ putet Alcmæon. Initio treis fuêre, quòd omnis ſonus triformis eſſet: aut enim uoce editur, aut flatu, aut pulſu. Quædam ciuitas earum ſimulachra Apollini dedicatura, terna tribus locauit artificibus, ut qui pulchriora formaſſet, ab illo potiſsimùm electa ſumerentur. contigit ut æquè pulchra fabri factitaſſent. Quumq; diſcerni non poſſent pulchriora, placuit omnia dedicari. Hinc nouem exſtitêre, quibus poſtea Heſiodus nomina impoſuit.

Pueros]Filios deorum, id eſt, Heroas. Pugilem uictorem] Nobilibus Athletis qui Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea uiciſſent.

uiſſent, Græcorum maiores, ita magnos honores inſtituerint, uti non modò in conuentu ſtantes cũ palma & corona ferrent laudes, poëtarumq́ carminibus cantarentur: ſed etiam quum in ſuas reuerterentur ciuitates, triumphantes quadrigis inuehebantur, eq́ republica perpetua uita inſtitutis uectigalibus fruebantur. Romani palæſtram non admiſere, nec gymnica, quòd nudare inter ciues corpora flagitij principium ſit, unde auerſa, præpoſteraq́ Venus concitetur. In certamine] *In curſu, in Olympiaco ſtadio, & quouis ludo.* Curas] *Amores, libera conuiuia & comeſſationes, quæq́ genium oblectant. Putârim ego ueteres cantiones, ut Antiopam, aut Andromacham lyrico fuiſſe carmine deſcriptas.*

Seruare uices] *Nihil poterat ab Horatio poſt ea præcepta, quæ quo carmine quæcunque res deſcribendæ ſint, continentur, ſubiungi opportunius, quàm illi reſpondere, qui fortè è media turba exclamaſſet confundi ſe tam uario carminum genere, ſcire ſe aut Heroicum, aut quoduis aliud carmen cudere, omnia ſimul ignorare. lepide hunc ſubmouet Horatius & irridet, quòd poëta dicendus non ſit, qui non ſuo arbitrio, quocunque carmine, tanquam uelit telo, utatur. Poteſt & hoc præceptum ad ea quæ ſequuntur coniungi, ut de ordine, diſpoſitione, uicibus, id eſt, perſonarum proprietatibus ad res ipſas pertinentibus intelligat: atque ideò colores, id eſt, orationis ornamenta ſubiunxit.*

Deſcriptas] *Expoſitas, enarratasq́ uices. Si aut neſcio, aut non poſſum ſeruare, quur uolo inter poëtas numerari? Vel deſcriptas, id eſt, diſpoſitas, determinatas, datas perſonis & rebus.*

Operumq; colores] *Id eſt, cauſſas probabiles, quæ dant dignitatem poëticam operibus. Terentius in Adelphis, Vbi Mitio pater Aeſchinum accuſat filium, optimè ſeruat uices & colores operum: ut quum Mitio dicat, In qua ciuitate tandem te arbitrare uiuere? Ne id nimium ſit, Mitionem introduxit leniter accuſantem, & Demeam duriſsimè blandientem. Si enim acerbiùs & crudelius inuectus fuiſſet Mitio, color debitus nullus fuiſſet ſeruatus.* Salutor] *Vocor, dicorq́ poëta, poëtæq́ nomen mihi adſciſco. uel ad ueterum alludit ſalutationes matutinas: qui honor non niſi dignioribus exhibebatur.*

Verſibus exponi] *Præceptum dat comicæ materiæ deſcribendæ ſimul & Tragicæ. Si enim Comœdiam ſcribas, tenui utendum eſt ſtylo, ut ſermo potiùs quàm poëma ſit, nihilq́ aliud quotidiani ſermonis diſsimile habeat, niſi ut quibuſdam uerſiculis ſit adſtrictus. Neque enim ut nos prorſus uulgò loquimur, pronuntiant comici: neque tam procul à natura recedunt, quo uitio periret imitatio: ſed morem huius communis ſermonis quodam ſcenico exornant. Dubitatum eſt à plerisque an Comœdia poëma eſſet: quòd humi ſerpat, characterq́ ſit humilis. Horat. Serm. 1.*

" *Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atq; os*
" *Magna ſonaturum, des nominis huius honorem.*

Idcirco quidam Comœdia nec'ne poëma eſſet quæſiuere: quòd acer ſpiritus ac uis, nec uerbis, nec rebus ineſt: Vnde uiſum eſt nonnullis Platonicis Democriti loquutionem, etſi abſit à uerſu, tamen quòd incitatus feratur, & clariſsimis uerborum luminibus utatur, potiùs poëma putandum, quàm comicorum poëtarum. Cultum ergo exigit Comœdia inornatum, & quandam negligentem diligentiam, ſermonem purum, ab omni ſuco alienum, ſententias acutas & breues, & neſcio unde ex abdito erutas. ante omnia ſalibus poſtulat adſpergi, tam facetiarum quàm dicacitatis. Tragicos contrà decet ampla ſententiarum grauitas, uerborum maieſtas, grandiloqui ſint, uarij, copioſi, uehementes, moueant potiùs quàm delectent. Sunt hæc propria cuiuſq;, ſed temperanda interdum & uarianda: neque tragico omnibus locis eadem contentione utendum, ſed nonnunquam etiam ad quotidianum ſermonis genus accedendum. neque comico ſerpendum ſemper humi, adſurgendum quandoq; eſt ad cothurnum. Atque hac una in re maximè exoritur poëtæ difficultas, dum ſtudet, ut quid deceat ſeruetur, ne aut perſona, aut loco, aut tempore offendat: quòd non eadem res probetur ſemper aut reijciatur. Illud celebratiſsimum decere obſeruandum, ut ſit conſentaneum: nec in factis ſolùm, uerùm in dictis: uultu denique & geſtu, inceſſuq́ reſpondeat.

Cœna Thyeſtæ] *Id eſt, Tragœdia.* Indignatur] *Non patitur.* Nomeris] *Verbis, ſententijs.* Priuatis] *Humilibus.* Socco] *Comœdia.* Quaſq;] *Tam Comœdia, quàm Tragœdia.* Singula] *Vt Comœdia humilem ſtylum, grauem Tragœdia, utraque perſonarum ſeruet dignitatem, prout cuiuſq; exigit authoritas.* Decenter] *Cum decoro.*

Tollit uocem] *Exclamat Terentius in Adelphis, O' cœlum, ô terra: ô maria Neptuni. ubi Donatus ait eſſe, quod dicit Horatius in poëtica,*

" *Interdum tamen & uocem Comœdia tollit.*

Delitigat] *Aduerſum ſeu ſeruum, ſeu filium.* Chremes iratus] *Id eſt, quæcunq; perſona irata in Comœdia introducatur.* Tragicus] *Tragica perſona introducta.* Pedeſtri] *Humili, comico, comparatione equeſtris.* Exul] *Quum introducuntur in Tragœdia pauperes & exules.*

Telephus] *Herculis filius à cerua nutritus diu mendicauit, regnoq́ caruit. Imperauit autem Myſiæ: quàm quum inuaderent Græci, ne Troianis finitimis ſuppetias ferrent, Telephus ultum iniurias procedit, uulneratusq́ ab Achille, à quo apud Troiam poſtea ſanatus. Pugnauit etiam cum illo Hiera coniux: qua à Nereo occiſa, Græcorum ſeniores parci corpori ob formam iuſſerunt. intacta ab Homero eſt, quòd Helenam omnibus rebus ſuperauerit.*

Telephus & Peleus] *Euripides reprehenditur ab Ariſtophane, quòd Telepho & Peleo regno pulſis uerba nimis ſuperba dederit.* Seſquipedalia] *Longa præter menſuram: id eſt, glorioſam & tumidam orationem. Menſurarum appellationes, quibus utimur, ſunt duodecim, digitus, uncia, palmus, ſextans, pes, cubitus, gradus, paſſus, decempeda, actus, ſtadium, milliarium. Digitus, eſt in pede pars ſextadecima. Palmus, quarta. Sextans, habet digitos duodecim. Pes, palmos quatuor. Cubitus, pedem & ſemis. Gradus, pedes duos ſemis. Paſſus, pedes quinque. Decempeda, pedes decem. Actus, pedes centum uiginti. Stadium, pedes ſexcentos uigintiquinque. Miliarium, pedes quinquies mille.*

Projicit] *Abijcit à ſeſe: & non utitur uerbis ampulloſis.* Si curat] *Si, inquit, uult ſpectatores moueri querelis tragicarum perſonarum, neceſſe eſt ut in poëmatis non doctrina ſolùm ſit, ſed Venus appareat, quæ auditorem rapiat, & in quos uoluerit adfectus, deducat.* Pulchra] *Docta undecunque.*

Dulcia ſunto] *Ex ueteribus legibus ſumpta uerba: dulcia, id eſt, mollia, ſuauia, quæ lacbrymas concitent: non quæ terrorem incutiant, ut ſeſquipedalia. Neq; enim ſufficit poëmata ornare, niſi uerba loquentibus adcommodata adhibeantur.*

Quocunque uolent] *Nihil agit poëta, niſi omnem auditoris adfectum in ſuam redegerit poteſtatem, ut nunc flere cogat, nunc riſum concitet, nunc iram promoueat, nunc admirationem excitet. quòd ſi hæc uis adfuerit, actum eſt: aliud agent ſpectatores.*

Vt ridentibus] *Ad id reſpondet: quòd magnum ac mirabile uideatur, hominem toties omni motu animi concitari, præſertim in rebus alienis: quod ait facilè fieri poſſe, ſi in ſententijs locisq́ quos agas, tractesq́ dicendo, nulla appareat ſimulatio: ſed ea ſit orationis ad alios permouendos natura, ut poëta in ſcribendo motum indicet.* Ita flentibus adſunt] *Ita, inquit, adfectus omnes in animis noſtris ſunt, ut ex quacunque imagine moueri poſsint.*

Si uis me flere] *Poëta quum opus ſcribit, perſonam eius inducat oportet, quem introducit, & eoſdem adfectus concipiat: nec ſi lugentem faciat, leuis animus ac remiſſus in uerbis appareat. hinc à Platone Democritoq́ in ſcriptis relictum eſt, bonum poëtam ſine inflammatione animorum exiſtere non poſſe, & ſine quodam adflatu quaſi furoris. Quomodo enim poterit is qui audit, dolere, odiſſe, inuidere, & ad fletum, miſericordiamq́ deduci, niſi omnes hi motus in ipſo loquente impreſsi atque inuſti uideantur?*

Malè mandata] *Non conuenientia ſibi.* Aut dormitabo] *Signa libenter non audientis ſunt, oſcitari, loqui cum altero, meditari, horas exquirere, aut dormire. Nam qui delectantur, erecti ſunt, intuentes, taciti, & uultu probantes audita: qui ut aues cantu, ſic oratione ſuſpenſi tenentur. atque hoc debet aucupari poëta. Populi enim aures, ut eſt apud M. Tullium, tanquam tibiæ ſunt: quæ ſi inflatæ ſonum non referunt, abijciuntur.* Ridebo] *Irridebo, non mouebor.*

Triſtia mœſtum] *Si mœſtum, inquit, introduxeris, ſint uerba illius triſtia. Humanarum miſeriarum caſus grauiter accipiuntur, ſi dolenter referantur. Adflicta & proſtrata uirtus maximè luctuoſa eſt: quæ ſi rectè deploretur uirtus, qui audit, ea quæ de altero dicuntur ad ſuas res reuocat, quas aut tulerit acerbas, aut timeat. Diuus Auguſtinus motum ſe ad lachrymas fatetur Virgiliana de Didone lectione. quem enim non moueat?* Dulces exuuiæ.

Plena minarum] *Quid enim turpius, quàm mitia dare iratis uerba? aut totos implere numeros, uel longiùs exordiri? Rectè Virgilius,*

„ *Mene incœpto deſiſtere uictam?* *Et alibi,*
„ *Heu ſtirpem inuiſam.* *Et Dido apud eundem,*
„ *Sed & moriemur inultæ.* *Et alibi,*
„ *Proh Iuppiter ibit.*

Debet autem irarum ſermo non ſolùm incipere ex abrupto, ſed breuibus ſententijs, & crebris ſigurarum mutationibus, ueluti inter æſtus iracundiæ fluctuare. Format enim] *Ratio præcepti. ſi enim, inquit, lingua animi interpres eſt, oportet ut ea quæ lingua exprimit, prius animo impreſſa uideantur.*

Habitum] *Statum & qualitatem rei.* Fortunarum] *Tam bonarum quàm malarum.* Iuuat] *Prohibet ne iraſcaris.*

Ad humum] *Humilitatem: & ad id alludit, quòd in mœrore ſolebant proſtrati iacere.* Equites & pedites] *Id eſt, uniuerſus populus. uel alludit ad equeſtrem ordinem, cui propria erant conſtituta loca in theatro.* Deducit] *Declinat quencunq.*

Angit] *Exagitat.* Effert] *Manifeſtat, adperit.* Abſona] *Non conuenientia.* Intererit multum] *Nihil tam uarium quam hominum mores, qui probè ſunt poëtæ pernoſcendi, ut unicuique perſonæ proprij actus tribuantur. Hinc irriſus Euripides, quòd frequentiùs ex philoſophorum decretis, ut Anaxagoræ, & ſapientium aliorum dicta quædam uel barbaris mulieribus, uel ſeruis narranda commiſiſſet. Terentius ſapientiores dominis ſeruos introducit, quod licet in palliata, ſecus in togata. Idē ſeueras ſententias lepidè ridiculis perſonis tribuit, ut magis delectent: nec caruit latratoribus, quòd Soſiæ dederit nimis grauem ſententiam, Ne quid nimis. Eſt igitur obſeruandum quantum quæq; perſona ſuſtineat, & quid illius ſit proprium: ut quum Comœdia imitatio ſit uitæ, ſpeculum conſuetudinis, imagoq; ueritatis, non diſcrepet à natura, ſcriptor fabularum. perſonæ ſint rebus competentes, ſententiæ uitæ congruentes, ioca non infrà ſoccum, ſeria nec uſque ad cothurnum, raræ corruptelæ, & uti errore conceſſi amores. ſit leno periurus, amator feruidus, callidus ſeruus, amica illudens, uxor inhibēs, mater indulgens, patruus obiurgator, ſodalis opitulator, miles prœliator. ſed & paraſiti edaces, parentes tenaces, meretrices procaces. Mores etiam populorum inſpiciendi. Athenienſes paruo momento iraſcuntur, ijdemque rurſum ad miſericordiam facillimè conuertuntur, magiſtratibus formidoloſi, hoſtibus benigni. Carthaginienſes ferè crudeles, magiſtratibus obtemperantes, in ſubiectos intolerabiles: abiecti dum timent, ſuperbi quum imperant, quos nec luſu, nec gratia demulceas. Quando enim Cleoni roganti ut differrent concionem, quòd hoſpites domi haberet, paruiſſent? aut Alcibiadi coturnicem quæ concionanti effluxerat, certatim capiendam, reddendamq; curaſſent: quum Hannonem, quòd leone onerario pro iumento uteretur, in exilium egerint? Lacedæmonij ſeueri: Thebani cupidi, & ſuis multa condonantes: Bœotij craſſi: denique Scythæ ſoli crudeles, Itali regali nobilitate præfulgidi, Galli ſuperbi, ſtolidi, leues Græci, Afri ſubdoli, auari Syrij, acuti Siculi, luxurioſi Aſiani, & uoluptatibus occupati, Hiſpani elatæ iactantiæ, animoſitate præpoſteri, Cretenſes mendaces, ueneti pigri, Phryges timidi, ſemiuiri, Iudæi cordis peruicacia obdurantes.* Dauus] *Frequens in Comœdijs ſeruus, Philoſtratus ait: quòd quemadmodum in fabulis utitur uulpe Aeſopus, ſic in Comedijs comici Dauo utuntur miniſtro.*

Maturus] *Cui ſermonis grauiſſimæ partes debentur.* Loquatur] *Verba ſunt accommodanda pro qualitate perſonarum.*

Feruidus] *Ardens amator, impotens, imbecillis.* Sedula] *Diligens, officioſa.* Vagus] *Qui multa uiderit, & norit.* Vigentis] *In quodam codice uetuſto eſt, uirentis.* Colchus] *Sæuus natura Aſſyrius, aſtutus Adiabenicus: propè Parthos ſunt Aſſyrij, id eſt, poſt Aſſyriam.*

Aut famam] *Scripturus poëta, ſi ueram uult hiſtoriam contexere, famam ſequatur: nec ſcribat quæ prorſus excedant ueritatem. ſi mauult fingere, conſiet ſibiipſi: fingat res ueriſimiles.*

Honoratum] *An propter illud Alexandri dictum nobile? O' fortunate adoleſcens, qui tuæ uirtutis præconem Homerum inueniſti. An quòd nunquam ſub Agamemnonis imperio fuerit? hinc quoties eius perſona in Tragœdijs inducebatur, licet regalia ſceptra nunquam tenuerit, diademata tamen ſemper erant.*

Reponis Achillem] *Iterum ſumis ab Homero cantatum Achillē. Plato libro 3. de Republica Homerum accuſat, quòd Achillem nimis ſæuum fecerit, hominum, deorumq; contemptorem, qui Apollinem pernicioſiſsimum deorum uocet: quodq; nimiam illi atq; tribuerit lamentationem: quòd auarum fecerit & crudelem, ut cadauer Hectoris circa muros Iliacos traxerit, & captiuos ſupra Patrocli rogum immolârit: qui deæ filius fuerit, & a Chirone ſapientiſsimo educatus. Achilles molli, & aurea cæſarie fuit, uarijs hinc inde nodulis pendenti: & per collum fluctuanti, naribus penè aduncis, ſupercilijs tenuibus & leniter inflexis ad Lunæ formam, fronte mitea, oculis cæſijs, tanta gratia & uenuſtate, ut quum aciē oculorum flecteret, omniū in ſe oculos alliceret, ut author eſt Philoſtratus.* Iracundus] *Ob raptam Briſeidem.* Inexorabilis] *Quem nec Phœnix nec Neſtor potuerit placare.* Armis] *Putet ius eſſe in armis.* Ferox] *In fratrem, patruum uiri, filiosq. Ouidius una Medææ Tragœdia facilè omnes Latinos Tragicos ſuperauit.* Inuicta] *Quæ non tulerit Iaſonem alteram capere uxorem.* Ino] *Athamantis uxor: quæ cum Melicerta filio in mare ſe præcipitem dedit, Leucothea à Græcis, à noſtris Matuta. Matutæ ædem ancillis Romæ nefas erat ingredi una introducebatur, & ea alapis cædebatur. Ab hac Romanæ matronæ bona filijs non optabant, ſed nepotibus, quòd in filijs fuerit infeliciſsima.* Perfidus] *In ſocerum, in Iouem, in Iunonem: quippe qui Iunonem amârit, proq; ea nubi ſit permiſtus: quæ omnis fabula contra inanis gloriæ ſectatores compoſita eſt: qui gloriam quaſi uirtutis imaginem amplectentes, nihil ſyncerum, aut ſibi conſentiens operantur.* Triſtis Oreſtes] *An triſtis, quòd ex cæde materna mœſtus expiari cuperet, mortemq; paternam defleret, furijsq; agitaretur: an ad inſaniæ ſpeciem alludit, quæ quum plures ſint, alia hilares, alia triſtes reddat? Quidam ſunt qui imaginibus, nōn mente falluntur, qualem inſanientem Aiacem, uel Oreſtem poëtarum fabulæ ferunt: quos neceſſe eſt ob id triſtes fieri. qua inſaniæ ſpecie multi qui ingenio claruerunt, uel in ſtudijs philoſophiæ, uel in Republica adminiſtranda, uel in carmine pangendo, laboraſſe feruntur: ut de Hercule legimus, Bellerophonte, Empedocle, Socrate, Platone. Atque hic ille eſt morbus quem melancholiam Græci uocāt, noſtri atram bilem.* Si quid inexpertum] *Id eſt, ſi uis nouam perſonam introducere, quæ à cæteris poëtis intacta ſit: ut de Didone Virgilij, licet antea quædam de ea dixerit Ennius: ſic tractandum eſt, ut omnia ſibi reſpondeant.* Inexpertum] *Id eſt, nouum: uel quod ante in ſcenam non uenerit, ut Octauia Senecæ.* Imum] *Id eſt, ad finem, exitum.* Deducis] *Componis.* Ignota, indictaq;] *Id eſt, non communia, ſed recondita.* Iliacum] *Id eſt, ſumes imitādum Homerum.* Difficile eſt propriè] *Magnam rem adgreditur, difficilem & periculoſam, qui uult ſecare mare nullo duce, nec ſibi ſaltem Vrſa propoſita. quem ſi contingat portum apprehendere, nulli dubium eſt erraſſe illum diutius, longiusq; iter expenſum eſſe, quàm ſi ſtellam ſequens, clauo hærens, quò eundum erat, uela conuertiſſet. eadem in poëmate conficiendo ratio. duce autoreq; opus eſt, quē ſequamur, cui hæreamus, & quem nobis imitandum ante alios proponamus. Notantur ſanè alibi ab Horat. imitatores tanquam ſerui: ſed illi notantur, quorum imitatio eſt uitioſa, qui circa uilia & ſingula quæq; uerſantur. Ducimur natura ipſa in quoduis ſcribendi genus: ſed ea non ſatis perficere poſſumus, niſi imitationem adhibeamus: id eſt, tota mente atq; animo quem optimum putamus, intueamur: nec ad amuſſim ſequamur, aut facilia quædā inſignia ue & penè uitioſa imitemur ſed quæ maximè excellant, ea diligentiſsimè perſequamur: ut quē elegerimus: imitando effingamus. nec nos*

terreat

terreat quòd eadem multi dixerint. aperiuntur ſæpiùs à poëtis materiæ, quàm præripiantur. Aetnam montem quò minus Ouidius tractaret, nihil obſtitit quod iam Virgilius impleuerit. nec Seuerum quidem Cornelium uterque deterruit. Multæ ſunt eadem in re res tractandæ: nec inuenturis inuenta obſtant. Optima eſt ultima conditio: parata inuenit uerba, quibus aliter inſtructis nouam poteſt faciem facere: nec illis manus iniicit tanquam alienis, ſunt enim publica, & iuriſconſulti negant quicquam publicum uſu capi. Multum igitur confert imitatio, ſi tamen cautè & cum iudicio apprehendas, ut illa ſola contenti non ſimus, de noſtro adijciamus, nec ſequamur perpetuò. nam neceſſe eſt ſemper poſteriorem eſſe, qui ueſtigia ſectetur. Debet autem ante omnia imitator, quæ acceperit, ingenij ſui cura & facultate in unum ſaporem uaria illa libamenta confundere: ut, ſi licet unde ſumptum, quidq; ſit appareat, aliud tamen eſſe uideatur. ut in noſtris corporibus facere uidemus naturam. alimenta enim quamdiu in ſua qualitate in ſtomacho perdurant, onera ſunt: ubi mutantur, in uires ſanguinemq; tranſeunt. Idem in ijs quibus aluntur ingenia, præſtemus. quæcunq; hauſimus, concoquamus, ut in ingenium eant, non in memoriam. Sententias non aucupemur: quod ipſum imperiti eſſet. ſed ſi quas acceperimus, transformemus: ut ſolent fures, qui earum rerum quas ceperunt, ſigna commutant. ob hanc imitationem maiorum ueſtigia præſtat indagari. nam ſi tantummodo ad indicia ueteris memoriæ fiat, curioſi potiùs eſt quàm ingenioſi. Ouidius Porcij Latronis nimus ſtudioſus habitus eſt imitator, ita ut multas eius ſententias in uerſus ſuos transferret. Communia] *Quæ ab omnibus accipi poſſunt: id eſt, intacta, & non ſcripta à cæteris.* Propriè dicere] *Id eſt, proprijs uerbis, ut propria dicentis eſſe uideantur.* Iliacum carmen] *Id eſt, perſonas deſcriptas ab Homero, quæ facilius ſcribuntur illo duce.* In actus] *In ſcenam. Omnis enim fabula quinque actus habet.* Deducis] *Collocas, ponis.* Proferres] *Scriberes, proſequenda dares tuis perſonis.* Primus] *Id eſt, non imitator.* Publica] *Nota: monet quo pacto fieri poſſit imitatio, ut licet materia nota ſit, tua tamen uideatur: Fiet autem, inquit, ſi non totum undecunque uolueris imitari, & quædam prætermittes, quædamq; de tuo addes.* Publica] *Vt bellum Troianum, Thebanũ.* Priuati iuris erit] *Eius qui ſcripſerit.* Si non circa] *Id eſt, ſi nõ uoles totum opus imitandum circumire, & quæ dicta ſunt ab illo ſumere: quod ipſum, uile tuum faciet poëma.* Moraberis] *Occupaberis: id eſt, circa ea, quæ ſcripta ſunt ab illis, quos imitaris, perſiſtes.* Vilem] *Quod ipſum te uilem faciet.* Nec uerbum uerbo] *In interpretatione uerbum uerbo non reddendum: teſtes ſunt quicunq; de bonis literis præcepta ediderunt. Genus omne uerborum uitiq;, ſi fieri poſſit, ſeruanda: quod ſi aliter fieri non poſſit, idem pluribus exponendum, ſententiæ eædem, earumq; formæ, rerumq; ordo cuſtodiendus. uerba non contemnenda omninò, ne abhorreant à more noſtro: quod ipſum difficile eſt, & non niſi utraq; lingua conſummatiſſimi uiri. Occurrunt uerborum proprietates, uarietates figurarum, ipſum poſtremò ſuum, &, ut ita dicam, uernaculæ linguæ genus: quæ niſi uarientur appoſitè, reſonant diſſonè & abſurdè. M. Tullius quum Prothagoram Platonis, & Oeconomicum Xenophontis, Aeſchynis, Demoſthenisq; duas contra ſe pulcherrimas orationes interpretaretur, multa prætermiſit, multa addidit, multa mutauit, ut proprietates alterius linguæ ſuis proprietatibus explicaret, nec uoluit uerbum de uerbo, ſed ſenſum de ſenſu exprimere. Multa apud Græcos benè dicuntur: quæ ſi ad uerbum transferamus, in Latino non reſonant. & contrà, quæ apud nos placent, apud illos diſplicent. Aulius ferreus ſcriptor à Lucilio appellatus eſt, quòd Sophoclis Electram malè conuertiſſet. Ante omnia ſeruanda eſt Etymologia: neq; id magni putandum, ſi diuerſis quædam uocentur nominibus. Scythæ Gongoſiron Apollinem uocant, Neptunum Tageſmana, Venerem Argenpaſam, Veſtam Tanuti. Neceſſe eſt ſi uertas, etymologia appareat. quanta autem interpretando ſit utilitas, uel ipſe teſtis eſt Cicero in de Oratore lib. 1. Quo in genere exercitationis proprietas, ſplendorq; uerborum, copia figurarum, uis explicandi, præterea imitatione optimorum ſimilia inueniendi facultas paratur, intelligentia & iudicium adquiritur.* Reddere] *Interpretari, transferre: ſed ſenſum ſenſui curabis reddere.* Nec deſilies] *Redigeris. Caueat (inquit) poëta, qui alium eſt imitaturus, ne imitatione eò perducatur, unde egredi non poſſit. ut accidit Auguſto, qui quum Sophoclis Tragœdiam uellet traducere, propter nimiam figuram dicendi perſequi non potuit.* Arctum] *Anguſtum locum.* Proferre pedem] *Egredi è materia.* Lex] *Quæ uult ut conuenientia ſit in poëmate.* Nec ſic incipies] *Multum eſt, ſcire bene incipere, ut inceptus poſſit ſtylus bene ſeruari: & ſemper maiora legentib. ſe offerant, quàm in primo aditu ſit propoſitum. Vnde nihil æquè eſt quod principia commendet, ac uerecundia: non elatis incenſa uerbis, ſed potiùs acuta ſententijs. Quid enim in rerum natura eſt omnium, quod ſe uniuerſum profundat, & quod totum repentè euolet? Omnia quæ ſunt, aguntur ue, leuioribus principijs natura ipſa prætexuit. Poëta naturæ imitator granditer, turgideq; incipiet, ut maiora appareant principia his quæ ſequentur: Illud Virg.*

,, *At nunc horrentia Martis.*

Ideò putrâum à Tucca, Varoq; emunctæ naris uiris ſeu poëtis ſublatum, quòd nimis altè ſonaret, & à uerecundia principiorum abeſſet. Probat id debere fieri Horatius, boni maliq; poëtæ comparatione. Incipies] *Non id principium tuo poëmati dabis.* Scriptor Cyclicus] *Cyclicus à cyclo: id eſt, circularis, quòd circulator eſſet & circumforaneus. Antimachum non credo intelligi, quẽ clarum poëtam uocat Cicero, & Plato tanta feratur attentione audiſſe.* Fortunam Priami] *Carmen Cyclici poëtæ de illius uitioſo poëmate translatum.* Nobile] *Superbum, magnum.* Fortunã] *Proſperam, & aduerſam.* Nobile] *Ad quod tot reges, duces & heroes acciti ſunt.* Promiſſor] *Hoc de ſe modeſtè uſurpat Quintilianus in primo, Quid dignum feret hic promiſſor.* Feret] *Adferet in medium.* Tanto hiatu?] *Ore tam lato, tam ſublimi uoce.* Parturient montes] *Prouerbium Græcum in eos qui nullo conſilio, magno impetu, nullo proſpecto fine, grandia adgrediuntur. Quo diuus Hieronymus utitur in Iouianum.* Parturient] *Laborabunt ut pariant. Liuius, Aliquando dolor populi Romani pariat, quod iam diu parturit.* Ridiculus] *Sic & Virg.*

,, *Exiguus mus.*

Caſus ſingularis magis decet: & clauſula unius ſyllabæ non uſitata gratiam addidit. Quintilianus lib. 8. de ornatu. Quantò rectius hic] *Homerus cõcentu propè diuino, mirabiliq; quadam muſica præditus, cunctos poëticos modos attigit. Omnes poëtas ea uirtute, qua quiſq; ipſorum eſſet eminentiſſimus ſuperauit. heroica ſublimitate ſupra Orpheum attollitur, Venere ſententiarumq; lepôre Heſiodum uincit, omne pugnandi genus ante oculos poſuit, pacis, quietiſq; officia, cantus, amores, conuiuia deſcribit, opus ruſticum decenter attingit & commodè anni tempora, nauigationes, armorumq; fabricationes commemorat ea diligentia: ut in magnis rebus ſublimitas eluceat, in paruis appareat proprietas, ac modò copia, modò breuitate mirabilis: undiq; autem perfectus conſpicitur. Poëtarum quos improbat uerſus, tanquam aliud agens, non minus iucundè, quàm urbanè commutat, & reddit meliores: quod quũ pleriſq; apud Heſiodũ fecit, tũ maximè ubi ille Cycni clypeũ fingit Gorgonis imaginẽ nimis dẽnuſiè, nulloq; ardore poëticõ inſignem deſcripſit. Homer. humilitatem quaſi eius corrigens ait,*

,, *At clypei medio ſtant Gorgonis ora Meduſæ,*
,, *Fluminibuſq; micat toruè & furiale uenenum:*
,, *Perq; caput uarijs flectuntur nexibus angues,*
,, *Quam circum horrendæ peſtes terrorq;, pauorq;,*
,, *Extremos clypei tractus gyrumq; coronant.*

Orphei ſimiliter Theologiam in multis locis, & Muſæi oracula eodem modo correxit. Paphus etiam, ex antiquioribus poëtis uolens Iouem principium, & cauſſam rerum omnium dicere: ait,

,, *Iupiter omnipotens ex ſtercore condite turpi,*
,, *Multorum ſimul atq; ouium.* At contrà Homerus.
,, *Iupiter omnipotens celſi regnator Olympi.*

Pugnas deorum quas facit, pugnantemq; cum Apolline Neptunũ, uictumq; à Pallade Martem, iuxta ueteris Theologiæ Orpheique arcana orgia ſecretiore myſteriorum ratione penit. Quo tempore floruerit, uariæ ſunt ſententiæ. plures 162. poſt Troiam euerſam anno, ferunt illum in certamen cum Heſiodo apud Eubœam

deſcendiſſe, eáq; pronuntiaſſe carmina, quæ de Aiacibus compoſuerat, quibus acies amborum ductu in ordinem redactas inſuperabiles fuiſſe commemorat: quum Heſiodus ea protuliſſet, quibus fratrem monet, ut omni ſtudio agriculturæ incumberet, ne ea fortaſſe neglecta alienæ opis indigens uagari cogeretur. Septem uerò urbes de eius patria certabant,

„ Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Iôs, Argos, Athenæ.

Appion quidem Grammaticus ſub Cæſare Auguſto tota circulatus eſt Græcia, & in nomen Homeri ab omnibus ciuitatibus adoptatus. Is aiebat Homerum utraque materia conſummata & Odyſſea & Iliade, unum principium adiecisse operi ſuo, quo bellum Troianum complexus eſt, huius rei argumentum adferebat, quòd duas literas in primo uerſu poſuiſſet ex induſtria, librorum ſuorum numerum continentes. Hic] Fecit Homerus.

Ineptè] Alludit ad id, quòd omnes Græci inepti nuncupantur, ut etiam à M. Cicerone in libris de Oratore, quaſi uelit ſolum Homerum ex Græcis carere hoc uitio ineptitudinis.

Dic mihi muſa uirum, captæ] Verſus Homeri non ad uerbum de uerbo traducti ex principio Odyſſeæ.

Dic] Expone, narra. Virum] Vlyſſem, cui uoluit ſemper comitem eſſe prudentiam Homerus, quam poëtico ritu Mineruam nominauit, qua duce omnia horrenda ſubijt, omnia aduerſa ſuperauit, Cyclopis ſpecu egreſſus eſt, à Solis armento abſtinuit, ab inferis remeauit, Scyllam, Charybdimq́; prætermauigauit, Circes poculis non mutatus eſt, ad Lothophagos non remanſit, ad Sirenas non acceſſit. Erat Vlyſſes ingenioſus & eloquentiſſimus, ad mendaciam pronus: apud eum ficta, ſimulataq́; omnia, aſpectu pallidus & ſubtriſtis, ſemper cogitabundus, adfectatam præ ſe ferens humanitatem, rei militaris mediocriter doctus, pluris tamen habitus eſt, quàm eſſet: naualis pugnæ oppugnandiq́; haud ignarus, ſagittandi peritiſſimus habitus: poſt captam Troiam maior, quòd equum ligneum excogitauerit: quodq́; illic incluſus promptior & audacior cæteris extiterit. ſtatura exigua & ſimis naribus fuit: oculorum lumen crebris, uarijsq́; tum ſuſpicionibus, tum commentationibus diſtractum, atque aberrans, cogitabundum hominem exprimebat. In fabulis ſemper palliatus introducitur: ſiue quòd aliquando inſaniam ſimulauerit, quo tempore tectum ſe eſſe uoluit, ne agnitus cogeretur in bella prodire: ſeu ob ſingularem ſapientiam, qua tectus munitusq́; plurimum ſocijs profuit.

Captæ] Poſt deletum Ilium. Fulgore] Flamma, igne, ex magno principio. Ex fumo] Re tenui, & debili principio.

Dare lucem] Luculentum opus componere. Ex fumo] Prouerbium de fumo ad flammam. Dehinc] Poſt tenue principium.

Promat] Edat, narret, exponat. Antiphaten] Læſtrygonum regem, qui humana carne ueſcebantur.

Charybdim] Voraginem. Nec reditum] Eos reprehendit, qui nimis altè, longéq; ordiuntur, quum poëtarum proprium ſit à medijs incipere, ut Homerus fecit à precibus Chryſæ ſacerdotis, & Virgilius à ſeptimo anno erroris Aeneæ. quo uitio uidentur ferè Latini omnes poëtæ, præter Virgilium, laboraſſe.

Reditum Diomedis] Id eſt, ſcripturus fabulam de reditu Diomedis. Meleagri] Fratris Tydei, patrui Diomedis. Interitu] A principio familiæ. Diomedis] Diomedes corpore fuit agili, oculis cæſiis, recto naſo, crinibus tortis, ac ſine ullo lenocinio hirtis & globoſis. Gemino ouo] A partu Ledæ, ſed à precibus Chryſæ. In medias res] Iuxta finem: inter principium & finem eius quod ſcribere intendit. Ad euentum feſtinat] Ad finem properat: nec principia dicit, ſed aptè rapit auditorem: ut quæ præceſſerunt, aptè & commodè intelligat.

Quæ deſperat] Neque enim omnia cogitur poëta narrare. De Palamede Neptuni nepote, uiro fortiſſimo & iuſtiſſimo fraude inſidijsq́; Vlyſsis cæſo, nihil meminit Homerus: licet ferant Homerum quum Ithacam appuliſſet, Vlyſsis anima euocata res Troianas didiciſſe hac conditione, ut nullam de Palamede faceret mentionem.

Mentitur] Non ſolùm omittit multa bonus poëta: ſed ſi uiderit non poſſe quadrare, mutat: ut Virgilius de Didone, quam conſtat fuiſſe caſtiſſimam. Remiſcet] Non ſolùm ſemel, ſed ſæpe miſcet.

Primo] Ab initio, omnia omnibus reſpondeant. Falſa] Ficta.

Tu quid ego] Præceptum quo pacto quiſque poëta poſſit attentum auditorem habere. id autem fiet, ſi mores cuiuſq; ætatis ſeruabuntur. neque enim ſatis eſt perſonarum decorum ſeruare, ni ſeruetur & ætatis. Ego] Iudex ſeuerus, doctus, & criticus: id eſt, cenſor. Populus] Indoctus. Plauſoris] Plauſus manuum colliſione edebantur. pòſt ludis peractis, quò maior ederetur plauſus, claui & lapides in labrum conijciebantur. Claudius deinde Pulcher inſtituit, ut lapidum collectus ita fieret, ut ueri tonitrus ſimilitudinem imitaretur. quæ Claudiana tonitrua ſunt appellata. Eges] Id eſt, uis plauſum dari tuæ fabulæ? Manentis] Expectantis. Aulæa] Vſque ad finem fabulæ. Aulæa, pictus erat ornatus ex Attalica regione Romam uſque perlatus, pro quibus ſuppara poſterior ætas accepit. erat autem minutum uelum, quod populo obſiſtebat, dum fabularum actus commutabantur.

Manentis] Expectantis, ut quater obducerentur aulææ: id eſt, totos actus, totam fabulam. Seſſori] Sedebant enim in theatro: ſed ſenatores in orcheſtra. Senatus à populo ſecretus ludos ſpectare cœpit P. Cornelio Scipione, Cn. Sempronio Longo COSS. quæ res uulgi animum, & fauorem à Scipione auertit.

Vſque] Nunquam diſceſſuri uſque ad finem. Cantor] Actor Comœdiæ, qui cantica pronuntiabat: quæ modis temperabantur, non à poëta, ſed à perito artis muſicæ, nec iiſdem ſemper modis, ſed mutatis. Donec uos] Spectatores.

Notandi] Exprimendi, ſignificandi, apperiendi. Decor] Ornatus, gratia, Venus. Mobilibus] Quæ in horas mutantur.

Aetatis cuiuſque] Varro quinque ætatis gradus æquabiliter putauit eſſe diuiſos, unumquenque ſcilicet præter extremum, in annos quindecim itaque primo gradu uſque ad annum quartumdecimum pueros dictos, quòd ſint puri & impubes. ſecundo ad trigeſimum adoleſcentes ab adoleſcendo ſic nominatos. tertio ad quintum & quadrageſimum iuuenes appellatos, quòd rempublicam in re militari poſſent iuuare. quarto ad ſexageſimum ſeniores uocatos, quòd tunc primùm ſeneſcere corpus, incipiat. inde uſque in finem uitæ quintum gradum factum, ſenesq́; uocitati. Hippocrates ſeptem ætatis gradus fecit: ut prima ætas infantia eſſet, ſecunda pueritia, tertia adoleſcentia, quarta iuuentus, quinta uirilis ætas, ſexta æui maturitas, ſeptima ſenectus. Solon decem fecit ætatum ordines per annos ſeptenos, ut prima ætas infantiæ ſit ad emiſſionem dentium. pueritia, ad pubem & genitalia tentamenta, in cuius fine craſſior fit uox & inæquabilis, unde hirquitalli dicti. Adoleſcentia, ad barbæ longitudinem: ſed huius tres gradus, in principio mellephæbus, in 16. ephæbus, in 17. exephæbus. iuuenta, ad uires. uirilis ætas ad ſtirpem relinquendam. cui & ſexta hebdomas deputatur ad prudentiæ proceſſum & ſtrenuè agendum. æui maturitas 7. & 8. hebdomade continetur, ad ſenſum uigentem & linguam conſummatam. ſenectus, reliquias habet uirium. decrepita, morti matura eſt. Seruius Tullus ætatis gradibus tribus contentus fuit, quum cenſum Romæ inſtituerit, ut qui minores eſſent annis 17. pueri, inde ad annum 46. iuniores, ſupra eum ſeniores appellarentur. Scit puer] Poſt ſeptimum annum firmatis dentibus, uoce & pede, inter 7. & 14.

Certo pede] Non uario, non imbecillo. Signat] Figit ueſtigia. Geſtit] Cum geſtu cupit. Paribus] Cum æqualibus.

Iram] Cito iraſcitur. Temerè] Sine cauſſa, nullo conſilio.

Mutatur in horas] Homo à ſtirpe ipſa neq; abſolutè bonus, nec malus naſcitur: ſed ad utrunque procliue illi eſt ingenium. Habet ſemina utrarunq; rerum, quæ educationis diſciplina in partem quamuis alteram emicant. Atq; ideo docendi ſunt pueri, ut ſciant quæ ſequenda, quæ fugienda. Nihil autem eam ætatem æquè commendat, ac uerecundia: ut enim in ſenibus grauitas, in iuuenibus alacritas: ita in adoleſcentulis uerecundia, quadam quaſi dote naturæ commendatur. Hinc pietas oritur, hinc honor erga ſenes, hinc tuta fit caſtitas. Bonus enim regendæ caſtitatis pudor comes eſt: qui ſe prætendat, & quæ prima pericula ſunt, pudicitiam tentari non ſinat. Hæc illa eſt, quæ motum, geſtum, inceſſum tenet. nam mentis habitus in corporis ſtatu cernitur. Hæc denique linguæ frænum adhibet. quod qui fecerit, omnes uirtutes in una uerecundia conſequetur.

Imbe-

Imberbis] *Imberbum libentius dixêre maiores, quàm imberbem. Varro imberbi iuuenes, & Cicero imberbum dixit. quin & Calendis Ianuarijs de lege Agraria imberba iuuentute. Titus Liuius imberbes putat dixiſſe uulgariter.*

Remoto] *Poſt ſextumdecimum annum ſumpta uirili toga.*

Tandem] *Ad iuuenum deſyderium alludit.* Cuſtode] *Pædagogo, magiſtro: quod officium apud maiores noſtros ſeruile erat.*

Aprici] *Patentis, quem ſol apperiat.*

Cereus] *Facilis, mollis.* Flecti] *Ineſt noſtris ſenſibus implicita boni imitatrix, malorum'que omnium mater uoluptas: cuius corrupti blandiīs, quæ natura bona ſunt, quòd quadam illecebra dulcedine'que carent, non cernimus. difficile'que eſt in illo ætatis, quaſi flexu ſtare, aut ſine caſu aliquo prolapſione'ue ingredi. Illæ enim cupiditates quæ nobiſcum ſunt genitæ ac educatæ, quum diutiùs incluſæ, & prima ætate, & parentum cura, & pædagogorum magiſterio compreſſæ, conſtrictæ'que fuerint, ubi primùm libera toga ſumitur, quaſi carcere emiſſæ, ſubitò ſe nonnunquam profundunt, atque eijciunt uniuerſæ. Tunc itaque magna eſt cura adhibenda, dum facilis animus eſt, & adhuc tractabilis: dum idoneum tempus eſt liberibus, ingenijs per ſtudia agitandis, & corporibus per opera exercendis.* Aſper] *Durus, qui non facilè monitorem ferat.*

Tardus] *Quia non cogitat.*

Sublimis] *Tumidus, elatus, ſuperbus, glorioſus.*

Amata relinquere] *Si fortè conſuetus fuerit.*

Pernix] *Calor plurimus qui in iuuenibus eſt, facit ut motu plurimo uehementiſſimo'que inquietentur: quo deſiſtente prudentiores eſſe incipiunt. atque ideo non tantùm mente ualent iuuenes: quòd mens uicem gerit apud nos inſtrumenti, ſed à natura dati. cæteræ enim omnes ſcientiæ arteſ'que noſtra opera ſunt: mentem uerò ipſam opus eſſe naturæ fatendum eſt. & quemadmodum manus ſtatim à principio ſuum opus non exequitur, ſic mens non niſi ætate præcedente conſummatur & abſoluitur. hinc uirilis ætas prudentior.*

Cauet] *Fugit committere unde dicendum ſit illi, Non putâram.*

Aetas uirilis] *Poſt trigeſimum annum.*

Honori] *Ambitioni per uirtutem.*

Mutare laboret] *Nec temerè incipit: nec citò deſiſtit.*

Multa ſenem] *Quemadmodum ex amphora, quod eſt ſynceriſſimum, effluit primùm, grauiſſimum quodque turbidum'que ſubſiſtit: ſic in ætate noſtra quod eſt optimum primò eſt: quod quum exhauſeris, ſola fæx remanet. Hinc ſenectus mala ætas à Plauto dicitur. & Virg. noſter,*

» *Melior quoniam pars acta diei.*

Prima ergò ætatis pars optima: nam deinde,

» *Subeunt morti, triſtis'que ſenectus.*

Miſer abſtinet] *Calor qui eam continet ſedem, qua ſperamus & ſapimus, facit ut ſecuro animo ſimus: unde iuuentus ſpe plena eſt, ſenes parum ſperare poſſunt: & quia non ſperant, partis parcunt.*

Gelide'que miniſtrat] *Gelidi enim & frigidi ſunt ſenes. hinc excrementoſi ſunt & uigiles, minuſ'que concoquunt. ſiccitas autem quæ in eis eſt, facit ut nigreſcant, parum'que uideant, quòd ſiccitas cutem induret.* Spe longus] *Non quòd ardenter ſperet, habet enim minus ſpei ſenectus: ſed quòd multa animo conſtituat, nepotes, pronepoteſ'que meditetur: nec ſentiat uicinam mortem.*

Dilator] *Quòd differat negotia.* Difficilis] *Quem omnes oderint, querulus: unde Næuius tardigemulum ſenium appellauit.*

Laudator temporis acti] *Vitio malignitatis humanæ, uetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio ſunt. Romanis lex erat quæ à 40. anno militem non cogebat, à 60. ſenatorem non citabat.*

Caſtigator] *Senes adoleſcentium uitam ex ſua libidine moderantur, quæ tunc eſt, non quæ antè fuit.*

Anni uenientes] *Tota ætas uirilis.* Ferunt] *Adferunt: quia uires, ingenium, uirtus, mens, diuitiæ, doctrina, hæc omnia ea ætate creſcunt.* Recedentes] *In ſenecta: id eſt, mala ætate.*

Morabimur] *Hæc omnis noſtra ſit uis.* Adiunctis] *In illis rebus quæ ſunt ætati adiunctæ & aptæ.* Ne fortè ſeniles] *Seruandæ ſunt partes perſonarum, ut ſi puerum introducas & ſcribas, loquatur quæ puero congrua ſint. nam ſi adoleſcentem auarum, lenem uirum, ſenem prodigum deſcribas, natura ipſa non conſtet, ſed contraria coniunguntur.* Adiunctis] *In illis quæ illi ætati, quam deſcripſeris, adiuncta ſint & propria.*

Morabimur] *Circa ea uerſabimur.* Aut agitur res in ſcenis] *In Tragœdijs Græcorum tria ſunt, Angelus, Exangelus, & Autangelus. Angelus, eſt is, qui nuntiat ea quæ accidunt: exangelus, qui nuntiat ea, quæ ſunt intus, illis qui ſunt extra, quem Thucydides Diangelon appellauit. Autangelus autem eſt, qui à nullo miſſus nuntiant ſponte ſua.* Res] *Materia quæcunque.* Refertur] *Nuntiatur.* In ſcenis] *Quæ facta ſunt domi. neque enim conuenit omnia in ipſa ſcæna fieri, ſed multa narrare, ut de Medææ ſæuitia.* Aut agitur] *Vnde Dramatica dicta eſt fabula.*

Segnius] *Non tam acriter, atque ardenter irritant, mouent. Duo ſunt quibus animi mouentur, oculi & aures. ſed oculorum ſenſus maximè eſt acerrimus, qui ponit penè in conſpectu animi quæ cernere & uidere non poſſumus. Vnde rectè illi feciſſe uidentur, qui primi localem memoriam inuenerunt: ut quæ auribus aut cogitatione perciperent, etiam oculorum commendatione animis traderentur.* Demiſſa] *Nuntiata.* Fidelibus] *Plus enim oculis quàm auribus credimus & mouemur. unde carent libri ſpiritu illo, propter quem maiora eadem illa quum aguntur, quàm quum leguntur, uideri ſolent. Hinc per portam illam corneam oculos uolunt ſignificari, quòd & cornei ſint, & cæteris membris duriores. nam eburnea, os ſignificat & dentes: quòd quæ loquimur, falſa eſſe poſſunt: quæ uidemus, ſine dubio uera ſunt, iuxta illud Plauti,*

» *Pluris eſt oculatus teſtis unus, quam auriti decem.*

Socrates tamen ad philoſophiam percipiendam, plus auribus dediſſe uidetur, quàm oculis: quo cum ſentit Lactantius, quòd doctrina & ſapientia auribus percipi poſsit, oculis ſolis non poſsit.

Tradit] *Videt, ſumit, de ſe iudicium facit.* Promes] *Deduces, propones oculis.* Tolles ex oculis] *Dabis auribus nuntianda.*

Facundia] *Nuntius dilucidè narrans.* Nec pueros] *Huiuſmodi, inquit, ex oculis tollenda ſunt, & uerbis explicanda.*

Narret] *Introduc nuntium narrantem.* Incredulus] *Vel quôd putem ſic fieri debere: uel tanto caſu attonitus non credam poſſe fieri, ut mater filios trucidet, aut homo in anguem uertatur.*

Poſci] *Bona fabula.* Ne'ue minor] *Omnis Comœdia ſiue Tragœdia quinque actus habet, hoc eſt, quinquies in ſcæna dicitur. Comœdia enim uetus choros habuit ut Tragœdia, qui actus diuidunt excluſo choro, ut aliqua quies ſpectatoribus daretur: actus interpoſitus eſt, dum tibicen populum delectaret. nonnulli in proſcænio, ne locum quidem reliquerunt. unde apud illos dirimere actus quinquepartitos difficile eſt.*

Poſci] *Placere quæ uult & delectare.* Spectata] *Quæ ſemel acta & uiſa eſt.* Reponi] *Iterum recitari. Eunuchus Terentij tanto ſucceſſu & plauſu primò eſt acta, ut rurſus eſſet uendita, & ageretur iterum pro noua.* Productior] *Prolixior.*

Nec Deus interſit] *Deos introduci ſolitos in Comœdijs, uel teſtis eſt Amphitrio Plautina, in qua non ſolum Iupiter & Mercurius ſub Amphitrionis Soſiæ'que perſonis agunt, ſed & ipſe Iupiter perturbato tantis malis Amphitrioni confeſſus deum: & qualis uideri ſolet, cælicolis adfuit: illum'que bono animo eſſe iuſſit. Introducuntur & dij in Comœdijs, prologis narrandis, ut Lar in Aulularia, Auxiliũ in Ciſtellaria. Poteſt & ad inuocationes referri, quas ſuis locis, id eſt, difficillimis & arduis opportunè fieri conuenit. ut,*

» *Pandite nunc Helicona deæ, cantuſ'que mouete.*

Sed & magna ſemper arte in quocunque poëmate dij introducuntur, quum eò res deducta eſt, ut uiribus humanis perfici non poſsit. Aeneas interfecto Priamo, tenentibus omnia Græcis & igne, nunquam è regia euaſiſſet, niſi.

» *Ducente deo flammam inter & hoſtes.*

Nec Turnus Troianis caſtris erupiſſet, ni Iuno uires animum'que miniſtraſſet. hinc Minerua medijs cœtibus Graiûm cohibendo Achilli interuenit ſoli perſpicua: at aliorum nemo tuetur. Hinc illa Virgiliana matrona in medijs millibus auxiliabunda fratri conuerſatur,

» *Miſcet'que uiris, nec cernitur ulli.*

Interſit] *In Comœdijs interueniat, uel quocunque poëmate.*

Nodus] *Difficultas, res difficilis, quæ aliter explicari non poſsit.*

Vindice] *Vindicãte, exponẽte & liberante te ab ignoratione rerũ.*

Nec

Nec quarta loqui perſona] *In Dramate tres perſonæ ſolæ agunt: quarta muta eſt, quamuis Latini plures perſonas in fabulis introduxerint, ut ſpatioſiores frequentia facerent. Eas muta perſona Cophon, Proſopon facit: unde illud Martialis,*

„ *Comœdi tres ſunt: ſed amat tua Paula Lupercos.*

„ *Quatuor & Cophon, Paula Proſopon amat.*

Plures tribus introducuntur rectè, ſi tumultum non fecerint: ſed dum duæ aut tres loquuntur: cæteræ taceant. Poteſt & quarta perſona ad ſcænicos primarum, ſecundarum, tertiarumq́ partium referri. neque enim ſolent mutæ perſonæ magnas partes habere in fabulis, ſed tres aut quatuor: reliquæ parum loquuntur. Actoris partes] *Chorus perſonas non habet definitas: quippe omnes iuncti loquuntur quaſi uoce confuſa, & concentum in unam perſonam formant: nunc circa fumantes aras ſpatiantes, nunc gyros reuoluentes cum tibicine concinunt. Eſt autem eius officium laudare uirtutes, perſequi uitia, à dijs ueniam impetrare, & fauere infœlicibus. Poteſt eſſe tam uirorum quàm fœminarum, ut in Troade Senecæ.* Actoris] *Hiſtrionis in ſcæna & mimi.* Officium uirile] *Solet ſeruari in choris, ut ſi uir laudandus ſit, uirorum ſit chorus: ſi mulier, mulierum. Hinc ait, Defendat partes actoris: id eſt, quas partes quiſque actor fecerit, uiriles, an muliebres. ſit tamen chorus ut lubet, ſermonem ſemper grauem & uirilem eſſe oportet. Vel actoris partes: id eſt, unum commendet ex actoribus, non omnes ſimul, & officium uirile defendat: id eſt, ſi quid egit uiro dignum laudet.* Defendat] *Suſcipiat ſibi.* Medios intercinat actus] *Rectè medios actus: nam quemadmodum perſonis, mimisq́ de proſcænio in ſcænam redeuntibus, apud Latinos actus diſtinguebatur, ſic apud Græcos aſcendente in orcheſtram choro.* Intercinat] *Chorus canet.* Quod non propoſito] *Quicquid canit chorus, debet ad argumentum referri, & plerunque ad eum ipſum actum quem diſtinxit.* Propoſito] *Rei argumento.* Hæreat] *Accommodetur materiæ.* Regat] *Mitiget, moderetur, ut in Hercule furente.* Timentes] *Pauentes, ut Hippolytum.* Dapes] *Frugalitatem.* Salubrem] *Quæ ſalutem det cuſtodientibus.* Otia] *Pacem.* Apertis portis] *Quum tuta ſunt omnia.* Commiſſa] *Quæ eius fidei ſunt credita.* Miſeris] *Vt Hectori.* Tibia non ut nunc] *Tibiæ quanto in pretio fuerint apud populum Romanum, honos tibicini à Numa Pompilio adhibitus teſtatur, quo per tribunos conſulari poteſtate ſpoliati quũ exceſſiſſent, Tiburq́ petiſſent, magna arte reuocati, ingẽtiq́ lætitia excepti ſunt. Eorũ opera in ludis, ſacris, nuptijs, funerib. erat neceſſaria: quòd modulatione rationalis anima oblectatur, licet apud mortuos non tibicines, ſed ſiticiniſtæ & ſiticines canerent quodã proprio tubæ genere. Sibaritæ in Italia ad tibias dimicabant. idẽ in Græcia Lacedæmonij, qui nec pugnabant niſi muſis litaſſent. Amazonũ regina quum ad Alexandrum ueniret ut conciperet, tibicina pro maximo munere regẽ donauit. Inueniſſe autẽ tibias Pallas perhibetur, & ob oris deformitatẽ reieciſſe: & Ariſt. 8. Polit. non tã ob deformitatem reiectas putat, quàm quòd nihil tibiarũ uſus cõfert ad intelligendũ, unde tutore Alcibiade Attica iuuentus deſiit tibijs canere, & lyram ſumpſit. Comœdias ad tibias agi ſolitas uel illud indicat, quòd Roſcius in ſenectute tardiores ſibi fecerat tibias: quin & in antiqs Comœdijs acta inuenimus parib. tibijs aut diſparibus, aut ſeranis, aut dextris, aut ſiniſtris. Monodio unã tibiã inflabant, ſynodio utrãq. dextræ ſua grauitate ſeriẽ, dictionemq́ Comœdiæ pronuntiabant: ſiniſtræ & ſeranæ acuminis leuitate iocos oſtendebant: utriſq́ miſtos grauitate iocis denuntiabant.* Foramine pauco] *Quatuor .n. à principio fuerant: aucto eorũ numero creuit uox tibiæ: de cuius foraminib. uicinis acutus ſonus emittitur: de longinquis uerò & termino proximis, grauior: itẽ acutior per patentiora foramina, grauior per anguſta: & utriuſq́ cauſſæ ratio una: quia ſpiritus ubi incipit, fortior eſt: defectior, ubi deſinit.* Vincta] *Compacta.* Aemula] *Magnitudine uocis.* Tenuis] *Ad ornatum.* Adſpirare] *Capere ut ſonaret.* Sedilia] *Caueam.* Spiſſa] *Plena ſpectatorib.* Quo] *Flatu.* Numerabilis] *i. Rarus.* Victor] *Romulus pomœriũ poſuit à foro Boario ubi æneũ tauri ſimulachrũ erat, ut magnã Herculis arã cõplecteretur: inde certis ſpatijs interiecti lapides per ima montis Palatini ad aram Conſi: mox ad curias ueteres, tũ ad ſacellũ Larũ, forumq́ Rom. Capitolium non à Romulo, ſed à Tito Tatio additũ: mox pro fortuna pomœriũ auctũ, nec niſi ijs, qui protuleriut imperiũ, terminos urbis propagare dabatur: non tamen Rom. duces, quanq̃ magnis nationib. ſubactis uſurpauerunt: quod nunquã prouinciali, ſed Italico agro adquiſito mos proferre fuit. Lucius Sulla ultimus Rom. ducũ id fecit. Cæſar campũ Martiũ urbi addere cogitabat. Auguſtus deinde protulit: quem imitatus Claudius nouos urbi terminos poſuit. Marcus Varro lib. antiquit. duodeuigeſimo ſcriptũ reliquit, Vectiũ augurẽ non ignobilem ſolitũ dicere, ſi ita eſſet ut tradebant hiſtorici de Rom. in urbe condenda augurijs ac 12. uulturib. quoniã 120. annos præterijſſet incolumẽ populus Rom. ad mille & ducẽtos peruenturũ.* Extẽdere] *Augere imperiũ.* Placari genius] *Genio maiores noſtri uino, non hoſtijs faciebant natali die. unde illud,*

„ *Funde merum genio.*

Id aũt ea fiebat cauſſa, ne die qua ipſi lucẽ accepiſſent, alijs demerent. Genio facta neminẽ oportebat antè guſtare, quàm eũ qui fecerit. Eſt autẽ genius, cuius in tutela quiſq́ natus uiuit: dictus quòd nobiſcum ſit genitus, uel quòd ſtatim nos genitos ſuſcipiat & tueatur. Duplicẽ omnib. omninò geniũ nobis datum adfirmant ſapientes, quibuſdam etiã datum uidere ſuum geniũ, ſed quos multiplices ornauerint uirtutes: hinc in Hom. carminib. non deos immortales credendum cũ uiris fortib. colloquutos, nec adfuiſſe pugnantib. ſed familiares genios cũ ijſdẽ uerſatos, quorũ adminiculis enituère, Pythagoras, Socrates, Numa ſuperior, Scipio Aphricanus, Marius, Octauius Auguſtus, Brutus, Conſtantinus, Iulianusq́ imperatores. Feſtis] *Statis, cõſtitutis.* Impunè] *Sine legib.* Placari] *Sacrificare.* Diurno] *Ad diem perducto.* Impunè] *Sine ulla lege ſumptuaria, quæ multiplex erat: plures .n. leges ſumptuariæ latæ fuerunt, quæ ſumptum coërcebant in cibis.* Quid .n. ſaperet] *Rom. mores per acceptã laſciuiam paulatim euerti cœperunt: hinc aucta tibia, auctæ fides, auctum loquendi genus, menſuraq́ theatri moles poſita: nã antea ſubitarijs gradib. & ſcæna in tẽpus ſtructa ludi edebantur: quin & uetuſtiora ſi repetas, ſtantẽ populũ inuenias ſpectauiſſe. Eò deinde luxus uentũ eſt, ut proceres Romani in ſcæna pollucerẽtur.* Saperet] *Quur non corrũperetur.* Liberq́ labor] *Tutus ab omni bello.* Vagus] *Tibicen.* Sic] *Ex hac luxuria.* Seueris] *Grauib.* Fidib.] *Præter tibias: & fides maiorẽ uocem cæpère. Antè tres chordæ erant, pòſt ſeptẽ, deinde decẽ: quoniã tot ſunt humanæ harmoniæ uarietates. Lacedæmonij, è Timòthei fidibus neruos demi iuſſerunt: quòd plures quàm ſeptẽ haberẽt.* Præceps] *Facta ob luxuriã.* Sententia] *Philoſophia.* Diuina futuri] *Per q̃ p[illegible] futura cõijcere.* Delphis] *Obſcuriora ſunt dicta corum [illegible]phorum reſponſis Delphicis & Apollinis.*

Ob hircum] *Ob nomen Tragœdiæ & uetuſtum morem. nam olim tragicis authoribus τράγος, id eſt, hircus præmium cantus proponebatur: hinc Tragœdiæ Libero patri dicatæ.* Mox] *Deinde quum uidit Tragœdiam non placere, nec iocos habere.* Agreſtes Satyros] *Vetuſtiſsimæ Satyræ genus ſola carminum uarietate miſtum erat, unde ſibi nomen ſumpſit. eam primùm Tragici poëtæ induxerunt, ubi liceret licentiùs laſciuire, nec, ut putant multi, ex luctu in gaudium finiebat, ſed perpetuum riſum eleganti, ſcænicoq́ modo habebat, ut apud Euripidem Hercules emptus à Syleo, ubi uillicus & ſeruus mittitur in agrum ad uineam fodiendam: ille magnis uiribus ſumpto ligone, uites eradicat, eaſq́ comburendas in uillam humeris comportat: quum ueſcitur, panes ingentes frangit, ingentem bouem mactat, fores cellæ uinariæ diruit, eaſq́ pro menſa parat: optimum doliorum delinit: alterum ſeruũ qui agro præeſt, toruum aſpiciens, iubet ocyus poma ad ſe ex arboribus adferre: demũ conſurgens uicinum flumen in habitationem introducit, quòd cuncta deleuit. Varro Menippum imitatus, Satyras ſcripſit. Quum in theatro agebantur Satyræ, ſcæna ornabatur arboribus, ſpeluncis, montibus, reliquiſq́ agreſtibus rebus. nam in Tragœdijs, columnis, & faſtigijs, ſignis, regalibuſq́ ornamentis: in Comœdijs, priuatis ædificijs, & mænianis, proſpectibuſq́ feneſtras habentibus, ad communium ædificiorum imitationem ſcæna inſtruebatur.*

Nudauit] *Apperuit: quòd in Satyra multa fiunt liberè, & dicuntur liberius.*

liberius. Agreſtes] *Erant enim perſonæ quædam Satyricæ, ut Silenus & Satyrus, cùm cani, tum barbati. Dionyſius ludos editos ſcribit Romæ, in quorum pompa chori Satyriſtarum in Silenorum ſpeciem agerentur ornatu & amictu Satyrico.* Nudauit] *Nudos introduxit.* Satyros] *Satyram ſcripſit fabulam.* Tentauit iocum] *Satyram.* Grauitate] *Tum carmine, tum perſonis, ſalua Tragœdia, iocos ſcripſit.* Spectator] *Populus qui conueniebat ad ludos.* Illecebris] *Nugis, iocis.* Nouitate] *Noua omnia habent gratiam.* Functusque ſacris] *Qui iam ſacrificauerat.* Exlex] *Quem nulla lege potes regere: id eſt, qui ſacris & rei ſeriæ operam dedit, iam capit uoluptati, genioque indulgere.* Verùm] *Quum dixiſſet Satyram ſumpſiſſe initium à Tragœdia, dat legem quatenus, & quonſque diſcedendum ſit à grauitate.* Commendare] *Laudare, & ſcriptos dare.* Riſores] *Quòd Satyri leues ſint & rideant, ſerijs iocos miſtos habeant.* Dicaces] *Qui malignis ſalibus hunc & illum laceſſunt, mordent & latrant.* Seria] *Tragœdiam.* Ludo] *Id eſt, Satyra: id eſt, introducere eaſdem perſonas in Tragœdia, quas in Satyra.* Deus] *Vt Silenus, Bacchus, Pan, & ſemidei heroes, ut Hercules.* Regali auro nuper] *In Tragœdia.* Obſcuras tabernas] *In Comœdiam. Tabernariæ fabulæ dicebantur apud Romanos, humilitate perſonarum & argumentorum ſimilitudine Comœdijs pares: dictæ quòd priuatæ domus in qua ſcæna fingebatur, tabulis tegerentur.* Nubes & inania] *Id eſt, des perſonam tragicam in Comœdia.* Humum] *Id eſt, Comœdiam.* Effutire] *Ineptè & imprudenter emittere ſignificat. Marcus Varro, Euax nihil ſignificare ait, ſed effutitium eſſe uerbum quoddam. Cicero Tuſcul. 5. Nec hoc ſic agitur, ut ex tempore quaſi effutire uideatur. unde Plautus in Truculento futatim dixit, id eſt, imprudenter & inconſultè.* Leueis] *Vtpute ex Iambis omnibus, qui culpantur in Tragœdijs. Incitantur autem Tragœdiæ Spondaico carmine. unde M. Tullius Pacuuij carmina in Tragœdia, quæ Teucer inſcribitur, ſponte alta appellauit.* Moueri feſtis] *Comparatio ſumpta à matrona, quæ ita corpus mouet ut grauitatē ſeruet. Matronis ſaltare quibuſdam diebus apud Romanos licitum fuiſſe illud indicat Saluſtianum, Pſallere, ſaltare elegantius, quàm neceſſe eſt probè. Erat matronis ſaltandi cura, ſed non curioſa uſque ad artis perfectionem: unde eſt illud Horatij:*

» *Doceri motus gaudet ionicos matura uirgo.*

Extant Scipionis uerba, qui queritur in ludum hiſtrionum conuenire pueros, uirginesque ingenuos, ut in uno ludo quingentos ſe uidiſſe teſtetur. Saltationem autem Romanis fuiſſe non indecoram, uel ſolus exemplo eſt Appius Claudius, qui ſalius uſque ad ſenectutem fuit, & pro gloria habuit, quòd inter collegas optimè ſaltitaret. Scipio Africanus triumphale corpus ſuum mouebat ad numeros: quin & Marci Tullij ætate inter Gabinium Ciceronis inimicum, & Marcum Cæcilium Metellum, & Licinium Craſſum diuitis filium magna contentio fuit, quiſnam melius ſaltaret. Orta eſt ſaltatio ab illis temporibus heroicis, & à Socrate, & Platone, Chryſippoque probata, à Lacedæmonijs celebrata tanquam ad bella utilis: à Romanis eſt in ipſis ſacris uſurpata. Moueri] *Id eſt, ita ſaltet ut à grauitate non diſcedat. Ita Satyra à Tragœdia non diſcedet omninò, quæ eius eſt filia.* Non ego inornata] *Id eſt, non putabo me Satyrographum probum, ſi ruſticis tantùm uerbis & procacibus proprijsque fuerim uſus: tantumque diſceſſerim à Tragœdia, ut opus Comœdiæ ſimile ediderim: ſed ſi finxero aptos Satyros ex rebus notis, id eſt, ex argumentis Tragœdiarum & Comœdiarum: quam rē, licet multi ſint putaturi facilem, nihilominus ſi adgredi uoluerint, ſudabunt multùm: & fortaſſe rei difficultate deterrebuntur.* Amabo] *Non ſectabor ut amatores.* Inornata] *Ruſtica, ſic adcita de ſyluis.* Verba dominantia] *Propria, non tranſlata, quæ nullo poſſis alio uerbo melius exprimere, ne uerecundiæ ſubiaceant. ut,*

» *Dic mihi ſimpliciter, Comœdis & Citharœdis*
» *Fabula quid præſtet, carius ut futuant.*

Tragico colori] *Characteri & perſonæ Tragicæ. id eſt, non tantùm à Tragœdia diſcedat, & in Comœdiam dilabatur.* Alumni] *Bacchi à ſe nutriti.* Noto] *Ex nota materia, ex notis rebus: neque magni faciam, ſi argumentum ſententiæque aliunde ſint quæſita, & notæ, dummodo ordo & compoſitio polleat.* Sudet] *Ex labore.* Laboret] *Exagitetur, crucietur, oleum & operam perdat.* Pollet] *Sibi uendicat.* Series] Ordo, *diſpoſitio.* Iunctura] *Decens ſtructura uerborum, & connexio.* Sumptis] *Verbis, ſcilicet de medio: id eſt, de communi & nota materia.* Honoris] *Gratiæ, uenuſtatis, & dignitatis.* Syluis deducti] *Caueant, inquit, Satyram ſcribentes, ne Fauni introducti, qui ruſtici & ſyluestres eſſe debent, nimium loquantur eleganter & ciuiliter, laſciuiantque urbanè: quoniam ſpectatores non eſſent laturi, ſed poëtam exploderent.* Deducti] *Adciti in urbem & in theatrum & Satyram.* Syluis] *E ſyluis: quòd ſyluicolæ ſint Satyri. uel ſyluis, è ſcæna quæ arboribus ornabatur inſtar ſyluæ.* Me iudice] *Quantum ualeam iudicare.* In triuijs] *In quibus ſunt nugæ: & dicuntur urbani ioci.* Forenſes] *Qui in foro uerſantur: qui habent iocos & mordacia dicta, ſcommata, & dicteria.* Iuuenentur] *Laſciuiant.* Teneris] *Delicioſis, mollibus, ſuauibus, delicatis.* Crepent] *Diuus Hieronymus ait, quum Antonius iret ad Paulum eremitam, occurriſſe illi Faunum, qui magis frendebat quàm diceret.* Crepet] *Id eſt, loquentes crepitum edant.* Immunda] *Non propria, non Latina.* Ignominioſa] *Contumelioſa.* Equus] *Equeſtris ordo.* Pater] *Patritij.* Res] *Id eſt, cenſus: ut aſſidui foro adeſſent. Clodius legem tulit, ne cenſores quenquam equeſtri ordine equo priuarent, niſi accuſatus fuiſſet, id eſt, omnes nobiles & diuites.* Offenduntur] *Quia plus habent iudicij.* Fricti ciceris] *In theatro uendebatur cicer & fricta nux, unde Martialis, Vendit qui madidum cicer corona.* Frictum] *A frigo uerbum eſt, quod torreo ſignificat, & frango. Plautus in Bacchidibus.*

» *Tam frictum illum reddam, quàm frictum eſt cicer.*

Et in Pœnulo, Papauer, triticum, & frictas nuces. Pro emptore autem ciceris & nucis, accipitur plebs illa infima, quæ erat in gradib. inferioribus. Etſi] *Etiam ſi laudat plebs, docti & ſeueri non probant & ingenioſi.* Probat] *Id eſt, ſi plebs plauſum dat.*

Syllaba longa breui] *Fabulæ theatrales Iambico uerſu conſtant, quòd ſit orationi ſimillimus: quoniam uerba meliùs in ſyllabas longas finiunt & cadunt. nec dici poteſt quàm aptiſsimus ſit Iambus in ijs quæ demiſſo ac humili ſermone dicuntur. Sed Iambicorum non eadem omnium eſt ratio: ſunt enim uel monometri, uel dimetri, uel trimetri, uel tetrametri. nam pentametros & exametros rariſsimè eſt inuenire: trimetris & tetrametris frequenter utuntur comici. Græcis magna cura Iambi fuit. Latini ueteris Comœdiæ ſcriptores ſequi uoluerunt: prologos, & primarum ſcænarum actus trimetris comprehenderunt: deinde tetrametros ſubdiderunt: poſtea uariarunt. Vnde putauit antiquitas, Latinorum Comœdias longè plus habituras gratiæ, ſi infrà trimetros conſtitiſſent.*

Pes citus] *Vnde præpes à Terentiano dictus. & Auſonius ualociorem Parthorum ſagittis uocat.* Vnde] *Ex qua celeritate.* Trimetris] *Licet enim ſenarius ſit uerſus, quòd ſex pedes capiat: tamen quia ter ſeritur, hinc trimetrus dicitur, Scandendo binos quòd pedes coniungimus. idque ob Iambi ſit celeritatem.* Adcreſcere] *Addere.* Ictus] *Sex pedes.* Primus] *Scilicet uerſus Iambicus.* Similis] *Quoniam omnes Iambi erant, alterius opis non egentes: id eſt, nullum admiſcens pedem niſi Iambum.* Pridem] *Paulò antè.* Non] *Vt cœpit uariari.* Grauior] *Vt moueret populum, ut ſua grauitate delectaret.* Stabiles] *Contra Iambi celeritatem.* Aures] *Spectatorum.* Stabiles] *Ponderoſos.* In iura paterna] *Id eſt, locis imparibus. nam impar numerus maribus attribuitur, par fœminis: impar ergo numerus mas, par fœmina nuncupatur. Arithmetici imparem numerum patris, & parem matris nomine uenerantur: unde monas ſolum numerorum ſeminarium, menſurarum, incrementorumque cauſſa Iupiter dicitur. licet cupidinem, concordiam, pietatem, amicitiamque alij uocent. Dias uerò Iuno perhibetur, quòd inter eam ac monadem prima coniunctio ſit, conſortiaque conſimile. hinc coniunx & germana Iouis.*

Recepit] *Quum enim Iambicus uerſus nimis celer eſſet, placuit admiſceri ſpondeos, qui impetum illius cohiberent, ſed locis imparibus. ſuſcipit autem Iambicus pedes quinque, Iambum, Tribrachum, Anapæſtum, Dactylum, Spondæum, & ſolutiones eorū.*

Commu-

Commodus] *Qui libens admiſerit.* Socialiter] *Communiter & promiſcuè.* Secunda ſede] *Id eſt, locis paribus.* Hic] *Iambus commodus & patiens, qui ſpondæum admittat.* Nobilibus] *Notis, celebratis: ut apud Plautum in Rudente, Qui ſe ſcelere fieri nolunt nobiles. & Cicero, crudelitatem Phalaridis nobilitatem dixit. ſic Terentius, nobile ſcortum appellauit.* Enni] *Comici poëtæ.* Acci] *Lucius Accius Tragœdiarum ſcriptor Marco Pacuuio iam ſene haud paruo iunior, iiſdem ædibus Romæ fabulam quum docuiſſent, Pacuuio 80. annos nato, Accio 30. quorum familiare colloquium Tarenti habitum celebratur, quum durior, acerbiorq́ Pacuuio uideretur Accius. Fuit & Accius poëta, qui Caio Iulio Cæſari in collegio poëtarum uenienti non adſurrexerit: neque ob id ſuperbiæ aut temeritatis crimine notatus eſt.* Sede ſecunda aut quarta] *Vt loca paria ſibi cuſtodiret.* In ſcænam miſſos] *Licet, inquit, Iambicus Spondeos admittat: id tamen obſeruandū, ut ſciamus ſuis locis & temporibus collocare, ne nimis turgidos uerſus faciamus & graues, quod Spondei faciunt. non eſt ergò accelerandum, adhibenda cura & ſeruanda.* Ars premit] *Bonus iudex & criticus: item ſpectator in theatro taxat, adcuſat, ſuggillat.* Verſus] *Iambicos.* Magno cum pondere] *Id eſt, ponderoſos & turgidos.* Curæ] *In quo nulla ſit cura adhibita.* Operæ celeris nimium] *Quum nihil poëtæ ſit pernicioſius, quàm ex tempore carmina cudere. Dionyſius ad Aelium Tuberonem, multos inquit incidere in uitium ex ignorantia, multos ex confidentia: quòd non putent ſe poſſe aut peccare, aut reprehendi. hos damnat Horatius.* Curæq́ carentis] *Id eſt, negligentis.* Turpi crimine] *Quid enim turpius quàm uelle id facere, cuius artem ignores.* Quiuis] *Criticus ſpector Grammaticus.* Immodulata] *Sine modulo, rhythmo, numero. pauci ſunt qui intelligant.* Data] *A' populo, à ſpectatoribus.* Iudicum penuria errores non cognoſcuntur.

Indigna] *Quæ dari non debet.* Romanis] *Latinis, ex ignoratione auditorum.* Vager] *Ego ſcilicet qui præcepta do, qui ſum emunctæ naris, uager, id eſt, nulla lege ferar, quò me tempeſtas detulerit. An alludit ad rationem Iambici uerſus, ut nulla lege, modò Iambos, modò Spondeos inſerat: nec numerum animaduertat: & tantùm ſtudeat, ut ponderoſos uerſus faciat & ſonoros?*

Idcirco] *Quòd uenia detur.* Scribam licenter] *Vtar data uenia Romanis poëtis, ſine arte.* Tutus] *Qui abſtinebo ne peccem. neque enim ſatis eſt à uitio abſtinere, maius quoddam exigit poëma. nam ſi nihil pecces, uitas culpam, non tamen mereris.*

Intra ſpem ueniæ] *Sic intra famam, cui contrarium eſt extra: quòd ultra opinionem, omninoq́ perquàm multum ſignificat.*

Veniæ] *Non credens ueniæ promiſſæ.* Exemplaria Græca] *Nam Græci diligentiùs ſcripſerunt & doctiùs, præſertim Iambico uerſu.* Verſate] *Id eſt, eandem quam Græci adhibete diligentiam. neque enim ars præſtat omnia: diligentia opus eſt, quæ animi attentionem, curam, cognitionem, uigiliam, aſſiduitatem, laboremq́ complectitur.* Nocturna & diurna] *Natura & doctrina ſatis poſſunt, ſed ſtudio opus eſt. uigilandum ergò, nec expectandum ut alieno tantùm labore ſis diſertiſſimus. nullus unquam bonus poëta euadet, qui non diu noctuq́ ſtuduerit. Alexander ille Macedo, domitor Orientis, noctes ad officia habebat tripartitas, quietis, publicæ rei, & muſarum. ob eamq́ rem, lecto ſtratus ænea concha ſuppoſita, brachio extra cubile protento, pilam tenebat argenteam, ut quum neruorum rigorem ſopor laſſaſſet infuſus, lapſæ pilæ tinnitu ſomnum abrumperet. Nos quibus hæc cura eſt ſola, putamus poëticam adſequi, ſi noctes perpetes ſomno, uinoq́ ſepulti, uigili tantùm naſo exegerimus.* At neſtri proaui Plautinos] *Plauto uitio datur, id quod, cum cæteris Latinis eſt commune, ut licet muſas credamus, ſi Latinè loqui uelint, non alio quàm Plautino ſermone loquuturas: tamen eius Iambus paulò laxior & liberior, & à Venere illa ſolis conceſſa Atticis deſtituitur: tantumq́ à Græcis comicis uincitur, quantum ipſe Latinos ſupereminet omnes. ſed & illud eius proprium ferunt & genuinum, ut nimis multos inſerat iocos: aliquando importunos, & mœſtis perſonis, & temporibus datos. quin & quædam nimis abſtruſa, quæ à uetuſtiſſimis hiſtoricis ſint requirenda, inculcat. unde fit obſcurior multis in locis: ſæpeq́ apud eum nimis uocem tollit Comœdia, ut in Tragœdiam tranſiliat. poſtremò adcuſatur, quòd actorem ad populum facit loqui, quodq́ perſonis in ſcænis exiſtentibus, aliam ex occulto nimis loquentem inducat, ut illa perſonarum expectatio indecora uideatur, nec ueriſimilis.* Proaui] *Quorum ætate floruit Plautus.*

Saleis] *Salſum licet in conſuetudine pro ridiculo tantùm accipiamus, omne ſignificat quod inſulſum non eſt: eſtq́ quoddam ſimplex orationis condimentum. Cicero omne quod ſalſum ſit, ait eſſe Atticorum. hinc Catulus,*

„ *Nulla in tam magno corpore mica ſalis.*

A' quo Martialis,

„ *Nullaq́ mica ſalis.* *Vt pleraq; omnia.*

Vtrunque] *Et numeros, quibus nimis licentioſus extra trimetros uagatur, & ſaleis à quibus abeſt Venus illa Attica.*

Saleis] *Comœdia tum uerborum, tum rerum habet elegantiam. uerborum ſex modis: aut ex Homonymia, quam Latini æquiuocationem uocant, quum plura eodem uocabulo ſignificantur, ut illud Ductare, apud Plautum, diuidere, puniculus, limare. ex Synonymia, quum idem diuerſis dicitur nominibus, ut, eo, accedo. ex loquacitate, loquendiq́ laſciuia, quam Græci* ἀδολεσχίαν *uocant, quum quis eodem nomine ſæpius utitur. ut in Pœnulo, Quippini: & in Rudente, licet, & cenſeo. Ex denominatione, quum proprio nomini aliquod extra feſtiuitatis gratia adijcitur, ut Minax uocat Midas. & in Menæchmis, Seu tu Cylindrus, ſeu Coriembus. ex diminutione: ut Socratidium. & in Sticho, Stephaniſcidium ex mutatione: ut ex Chryſalo crucisalum. Rerum uerò modi omninò duo, aut per deceptionem, ut quum in Muſtellaria credit Theuropides domum laruis infeſtari: & in Trinummo, Philto agrum putat eſſe infœliciſſimū aut per ſimilitudinem, ut de Amphitryone in Menæchmis.* Seponere] *Diuidere.* Inurbanum] *Vrbanitas, eſt ſermo arte & riſu quendam geſtum ex conſuetudine doctorum oſtendens. cui contraria eſt ruſticitas: Demoſthenem urbanum fuiſſe dicunt, dicacem negant.* Lepido] *Id eſt, uenuſto, quod cum gratia quadam & Venere dicitur.* Sonum] *Modulum.* Digitis] *Credo ad illud alludere, quòd apud maiores noſtros ad manum cantabant hiſtriones, quæ res in uſu eſſe cœpit authore Liuio Andronico ſuorum carminum actore.* Dicto] *Id eſt, Scimus rationem facetiarum.* Ignotum Tragicæ] *Tragœdia initium habuit à rebus diuinis, quum pro frugibus faciebant: hircumq́ aris admouebant. dicabatur enim Libero patri. unde ſibi nomen ſumpſit, ni malimus à fæce dictum. Primùm actitari cœpit in Peloponneſo. Eius ortum Dorienſes ſibi adſcripſère author eſt Ariſtoteles.* Theſpis] *Theſpidi primùm refertur accepta, ſed ab Aeſchylo in lucem producta eſt, & fortior, ualidiorq́ conſtituta: illis temporibus quibus Romæ tribunos & ædiles ſibi plebs per ſeditionem creauit. Illuſtrauit autem illam potiſſimè Euripides oſor mulierum, tanti habitus, ut quum in Macedonia immiſſis ab Arrideo canibus dilaniatus eſſet, eius oſſa per legatos repeterent Athenienſes: Macedones in pernegando perſtiterunt, putantes eius ſepulchro Macedoniam decorari. Romani primùm Liuio Andronico authore ſpectarunt.* Camœnæ] *Tragici carminis Tragœdiæ.*

Vexiſſe] *Circumuectos Tragœdos circum egregias urbes Græciæ in curribus.* Canerent] *Quantum ad chorum.* Agerent] *Quantum ad mimos & hiſtriones in diuerbijs.* Aeſchylus] *Quem Pythagoricum uocat Cicero, à quo ornati hiſtriones ueſtibus heroum & heroinarum. quem Plato nugari dicit, quòd in re leuicula ab Homero diſſentiat. Quum Athenis ob aduecta Theſei oſſa Tragicorum certamen in eiuſdem Theſei honorem inſtitutum eſſet, fabulamq́ Sophocles longè iunior dediſſet, uictus iudicum ſententia pronuntiatus. Grauate id ferens, in Siciliā quū deueniſſet, ibi paulò pòſt teſtudinis ictu moriens, prope Gelam ſepultus eſt. Ariſt. tradit Tragœd. multiuariè permutatam in eam faciē, quæ nunc eſt, ab Aeſchylo conſtitutā.* Perſonæ] *Ne ora eſſent facib. perungenda. Apud Rom. primus Roſcius perſona uti inſtituit, quòd eſſet oculis peruerſiſſimis. Antea non perſonis utebantur, ſed galeris, ut qualitas coloris, indiciū faceret ætatis. Ad quē uetuſtum ritū puto alludere Plautū, quū dat petaſum Soſiæ in malis, quòd peregrè aduenerit. Omnes autē hiſtriones cogebantur in ſcæna ponere perſonā, præter Atellanos, unde perſonati dicti & perſonatæ fabulæ.*

Pallo

Pallæ Honeſtæ] Quæ honeſtis tantùm dari ſolita ſit. Eſt enim ueſtis muliebris ad ueſtigia uſq; deducta. Syrmata etiam trahebant Tragici. Tignis inſtrauit pulpita] Neque enim antea certo loco agebantur fabulæ. Primùm Agitharchus Athenis Aeſchylo docente Tragœdiam ſcœnam fecit, & de ea commentarium reliquit. nam theatrum à Dionyſio inuectum ferunt. Modicis tignis] Vel ad ſcœnarum exiguitatem alludit: uel id uult indicare, quòd Latinorum pulpitum latiùs fuit, quàm Græcorum qui pulpitū, λογεῖον appellant. Magnumq; loqui] Propter crebros Spondeos, quicquid ornamenti Sophiſtica acceptum refert Gorgiæ Leontino, hoc idem Aeſchylum Tragœdiæ tribuiſſe palàm eſt. ueſtem enim addidit, pulpitum, perſonas, nuntios, quibus & ſcœnæ, & proſcenio opus ſit. præterea uehementiam in dicendo, paradoxos, ſpiritum, magniloquentiam, eloquutionem, tranſgreſsiones, adiectiones, uariaq; ornatus genera, quibus Tragœdia potens, magnificaq; emanaret. Niti cothurno] Ingentes inducere perſonas, magnos timores incutere, exitus facere funeſtos, & de hiſtorica fide argumenta petere. Loqui] Id eſt, dedit uim, uehementiamq;: tranſgreſsioneſq; ſumere conceſsit ſibi ipſe Aeſchylus. Vetus Comœdia] Comœdia diu poſt Tragœdiam inuenta, & ipſa ruſticis primùm celebrata eſt in eorum conuenticulis, unde illi nomen impoſitum. Antiquitùs ruſtici iniuriam à ciuibus paſsi, noctu in urbem uenientes, quæ paſsi fuerant, recenſebant. quum inuentum placuiſſet, quòd uerecundia eius rei multi coërcerentur, in urbem uocati dato loco eadem ipſa interdiu actitare cœperunt nemini parcentes. Suſarion primus produxit, cuius Comœdiæ initium fuit, Spectatores aduertite, Suſarion hæc dicit. Turpes fœminæ, attamen ſine probro nullum eſt domum habitare. Quum potentum luxuria & uitium creuiſſet, interdictum eſt, ne quid dicerent nominatim, ſed per ænigmata paſſa eſt notari principum potentia. unde in pauperes hoſpiteſq; cœpere cauillari. Hinc triceps facta Comœdia. Prima manifeſtè reprehendens, in qua Ariſtophanes, Eupolis atque Cratinus. Media per ænigmata mordet, in qua Plato. Noua autem princeps Menander, quæ ab antiqua differt, tempore, lingua, metro, diſpoſitione. Tempore, quòd noua Alexandri Magni ætate cœpit, antiqua bello Peloponneſiaco floruit. lingua, quòd hæc altior fuit & grauior, & illam purior, dulciorq; Atticus ſermo commendat. Metro, quòd noua plerunq; Iambico, altera multimodo utatur uerſu. diſpoſitione, quòd in noua chorus non interuenit, in illa frequentius. Rurſus antiqua inter ſe differt. quòd circa Suſarionis tempora perſonæ ſine ordine ueniebant. Cratinus conſtituit treis perſonas, eiſq; decorem ordinis addidit. Ariſtophanes deinde omni expulſa antiquitate, maiorem ei tribuit ſplendorem. Habuit autem Comœdia apertos cauillos uſque ad Eupolidem, cuius caſu deterriti cæteri ab mordacitatibus abſtinuêre. Is enim quum Baptas fabulam docuiſſet, Alcibiademq; taxaſſet ab illo captus, ut qui exercitui præeſſet, in mare proiectus eſt: hoc inſuper addito conuicio, Eupolis qui in ſcœna toties tinxiſti, nunc te ſalſis tingo lymphis.

His] Tragicis. Vetus] Archæa dicta eſt: teſtis eſt Donatus. Sine multa laude] Magna enim commendatione in urbem accepta eſt, dum Athenienſium libertas fuit: quòd multùm moribus prodeſſet: quòd quiſque caueret, ne de ſe materiam daret. Vetus] Quantum ad nouam. Libertas] Taxandi, carpendi, mordendi nominatim. In uitium] Quod non ut antè, indignè facta: ſed quæ uellent ſuo arbitratu carperent, licentiuſq; poteſtate abuterentur, & ex libidine læderent. Lex eſt accepta] Lata enim lege ſanxerunt Athenienſes, ne quiſquam crimen infamiæ nominatim in alterum ingereret: ſi læſiſſet, capite mulctaretur. Accepta eſt lex] Ad Romanum morem alludit. lex enim ubi probabatur ſuffragijs omnium, à tribubus accipi dicebatur. Chorus] In quo maledicentiæ gladius perſtringebatur. Turpiter] Quòd lege coërcitus. Iure] Poteſtate, facultate data ab Athenienſibus. Sublato] Antiquato, aboleto. Nocendi] Taxandi, mordendi, lacerandi.

Noſtri] Romani. Intentatū] Omnia ſunt auſi. nā Græcas fabulas Latinitati donarunt. Veſtigia] Quia qui imitatur, retrò cedit. auſi ſunt nouas, Latinaſq; excogitare fabulas. Domeſtica] Romana, ut ſcribere Brutum, Tarquinium & ſimilia. Facta] Argumenta Latinorum. Togatas] Togatæ omnes fabulæ appellatæ, quæ argumento conſtarent Latino, aut palliatæ Græco. Prima earum ſpecies prætextatæ dicuntur Tragœdijs ſimiles. Secunda tabernariæ, quæ & togatæ uocentur Comœdijs ſimiles. Tertia Atellanæ ab Oſcis acceptæ, argumentis, iociſq; pares Satyris, quas actitare nulla erat infamia, quæ & perſonatæ dicebantur. Quarta Planipes, quæ Mimus à Græcis: uel quòd planis, id eſt, nudis pedibus agatur: uel quòd implanare, ioculariter decipere dixerunt ueteres. Planipedes Reciniatos à recinio quadrato ueſtimento uocauerunt. Sic & Rinthonicos, quòd Rinthonem planum appellauerunt. Latinæ autem omnes fabulæ per pauciores agebantur perſonas. Nec uirtute] Pro recepto enim eſt omni uirtutum genere cæteras nationes à Romanis uictas: ſoli Græci uidentur literis præſtare. quòd ſi alterum Ciceronem, uel illum diuturniorem fata condonaſſent, iam & illam Græcis palmam extorſeramus.

Armis] Re bellica. Limæ labor] Non deeſt, inquit, Romanis ingenium, non ars, ſola carent cura. nec Græcis pares eſſe poſſunt, quòd non ſtudeant emendationi. Limæ] Emendationis. Labor] Vnde Ouidius,

„ Non tamen emendi labor hìc, quàm ſcribere maior.

Mora] Id eſt, ſi non offenderemur mora. Pompilius ſanguis] Diximus Calpurnios Piſones authorem generis Calpurnij Numæ Pompilij filium celebrare. Id te ne decipiat, fuiſſe Romæ Pompilios, qui Lenates ſunt dicti, quãuis alij eſſent Lanati. Multa dies, & multa litura] Nihil præclarum ne à natura quidem rerum citò effici poteſt. pulcherrimum quodq; difficultatem habet propoſitam, maioraq; animalia diutiùs parentum uiſceribus continentur. Stultum eſt & temerarium emittere, quod mox ſit reuocandum. Omnia noſtra dum naſcuntur, placent: expectandum eſt quouſq; calor ille ſcribendi refrixerit, ut tanquam aliena ſumamus in manus. Multa litura] Emendationis eſt detrahere, mutare, adijcere, tumentia premere, humilia extollere, luxuriantia ſtringere, reſoluta componere, exultantia coërcere. Notum eſt illud de Virgilio, ſolitum eſſe ingenij recentes partus rudes facere & imperfectos: deinde tractando, colendoq; reddere oris, uultuſq; liniamenta.

Decies] Crebro. Ad unguem] Non places de morſo ungue intelligas, ſed ad amuſsim potiùs, fabrè, graphicè, ut ne minima quidem pars tanquam in ſtatua ſit non expolita. Ingenium] Cauſſam reddit negligentiæ, quòd putent nonnulli ad poëmata conficienda ſatis eſſe furorem illum poëticum. Credit] Quia in ſcriptis reliquit. Miſera] Quæ tantum contemnatur, & in nullo ſit precio. Democritus negabat quenquam poëtam magnum eſſe poſſe ſine inflammatione animorum, & ſine quodam afflatu furoris.

Helicone] A' Nymphis, à poëtica. Bona] Magna pars poëtarum incedit inculta. Ponere ungueis] Id eſt, inculti ſunt & ſordidi, quo furentes uideantur magis, & uulgi in ſe concitent ex neglectu corporis admirationem, ut ſolent Pſeudophiloſophi.

Ponere] Præſecare: id eſt, inceſſu tantùm oſtendunt ſe bonos poëtas, intus tamen nihil eſt bonarum literarum. Secreta petit loca] Fugit & horret hominum conſuetudinem. Balnea] Loca ubi multitudo conueniat. Tribus Anticyris] Non unius Anticyræ ſolùm helleboro, ſed ſi plures ſint. Helleborum in Anticyra inſula tutiſsimè ſumi putauit antiquitas. Eius uis, ut humores noxios, in quibus morborum cauſſæ ſunt, extrahat: eius ſpecies ſunt duæ, nigrum & candidum. Obſeruatum candido ſtomachum, nigro aluum purgari. Commiſerit] Ad radendum. Tonſori Licino] Is ille eſt Licinus de quo diſtichon incerto authore circumfertur,

„ Marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato paruo,
„ Pompeius nullo: credimus eſſe deos?

De quo item tumulo Martialis,

„ Altaq; quum Licini marmora puluis erunt.

Læuus] Contrarius mihi ipſi. Vt illud,

„ Si mens non læua fuiſſet.

Bilem atram] Quæ à Græcis melancholia dicitur, quæ affectio eſt heroica. Non alius] Niſi purgarer, nemo eſſet me melior poëta, quoniam efficerer inſaniſsimus, adeò atra bili laboro. Tanti] Non expedit. Cotis] Qua ferrum acuitur. Exors] Sine poteſtate, facultate ſecandi, ſeipſam nõ poteſt acuere. Vnde] Ex me.

Opes] *Poëtica, ut ſcias quid dicas.* Scribendi rectè ſapere eſt] *Poëticæ ſicut reliquarum rerum fundamentum eſt ſapientia. cuius ignoratione non minus in poëmatis, quàm in uita peccatur: quæ adhibenda non in ſententijs ſolùm, ſed in uerbis. neq; enim omnis ætas, omnis fortuna, omnis authoritas, nec non locus, tēpusq; eodem aut uerborum genere tractanda ſunt, aut ſententiarum.* Rem] *Omnis ubertas, & quaſi ſylua dicendi à philoſophia proficiſcitur: quæ mater eſt omnium benefactorum, & bene dictorum: ſine qua nec quicquam definire, nec quicquam poſſumus iudicare, nec copioſè latéq; de uarijs, magniſq; rebus dicere. Quomodò enim de religione, de morte, de pietate, de charitate patriæ, de uirtutibus ac uitijs, de animi perturbationibus, ſine ea quam dixi philoſophia quicquam explicabis? Prius habenda res eſt de qua dicamus, quàm cogitandum, quibus uerbis quicquam, aut quomodo dicamus. Inſunt ſanè nobis quædam ſemina magnarum cogitationum: quaſdamq; adumbratas intelligentias animo ac mente concipimus, quas niſi illuſtret ſapientia, fruſtrà eſt quòd ſperemus illam dari poſſe lucem.* Sapere] *Scire diuina & humana. nam ſapientia eſt diuinarum, humanarumq; rerum cognitio.* Chartæ Socraticæ] *Id eſt, philoſophia, ex cuius officina multi philoſophi emanarunt morales. Socrates primus philoſophiam ad mores deduxit, & tanquam aliud agens, rem ad noſtrum uſum detorſit.*

Inuita Minerua] *Quia uerborum eſt officium res interpretari.* Non inuita] *Id eſt, uolente & ſponte.* Qui didicit] *Id eſt, qui nouit officia, bonum ac malum, honeſtum ac turpe, iuſtum ac iniuſtum intelligit. quæ ferè omnis eſt poetæ ad ſcribendum materia.* Conſcripti] *Senatoris.* Cuique perſonæ] *A' ſe in poëmate introductæ.* Reddere] *Dare attribuere decorum cuiq; perſonæ.*

Exemplar] *Vnde ſimile ſumat.* Imitatorem] *Id eſt, poëtam. Nihil enim aliud eſt poëſis niſi imitatio uitæ & morum, quæ hominis propria eſt, facitq; ut uel hac una differat à cæteris animalibus. hinc ſi uel læta, uel mœſta ſpectemus, uix poſſumus contineri, quin in id ipſum imitationem effingamus.* Exemplar] *Id eſt, qua uita quiſq; uiuat.* Hoc] *Id eſt, à uita & moribus.* Viuas] *Veras, proprias.* Specioſa] *Culta, ornata, ſpectata, locis pulchrè locata.* Morata] *Quæ bene mores omnium perſonarum imitata ſit, & doceat.* Veneris] *Gratiæ, lenocinij: quæ ſit rudis.* Pondere] *Verborum, clauſularum, ſententiarum.* Arte] *In ipſa fabula conſtruenda.* Valdius] *Magis.* Moratur] *Detinet ſpectatorem: quod non erit niſi ex delectatione.* Verſus inopes] *Inanes, uacui, ſine hac imitatione.* Nugæq; canoræ] *Id eſt, uerba canora, tumida: quæ nugæ ſunt, niſi rebus ſeruiant. Elaborandum eſt ut poëma uerbis, rebuſq; æquè ſit pulchrum. Si alterum ſit eligendum, malim ſapientiam ineloquentem, quàm ſtultam loquacitatem.*

Ingenium] *Ad inueniendum res: rotundum os ad eloquendas. Græci & uerbis ſunt ſpectabiles & rebus: quòd huic rei operam impendebant, quum Romani à teneris unguiculis ſtudeant lucro.*

Rotundo ore] *Perfecto, pleno, uel ſine offenſione & aſperitate in ſe reuoluente.* Nullius] *Rei, niſi gloriæ: ſolam laudem adfectant.* Romani pueri] *Poëtica Romæ malis temporibus in uſu eſſe cœpit. Olim dum illa uiguit Romana uirtus, qua & Græci cæteræq; nationes ſunt ſuperatæ, rudi adhuc populo non ſe inſinuauerat poëtica: quæ poſtquam aduenit, iam boni mores peſſum ire cœperunt præſertim ſub Octauio. ad quæ tempora alludit poëta, quum bonum hominem inuenire non erat. non ergò reprehendit Arithmeticam Horatius poëtis neceſſariam, ſed in ea queritur omnem pueritiam lucri cauſſa occupari. Deſciuit autem populus Romanus à uetere illa gloria, non hominum inopia, ſed deſidia iuuentutis, & parentum negligentia, & inſcitia præcipientium, & obliuione moris antiqui.* Longis rationibus] *Singulorum dierum.*

Diducere] *Diuidere, continuare.* Filius Albini] *Albinorum familia ab ultimis temporibus Romæ habita eſt in pretio. hinc qui ſacra curru excepit, ortum putârim. nam eum qui poſt reges exactos unus è quinq; tribus plebis fuit, pro recepto habemus fuiſſe ex hac familia. Notam familiæ inuſsère Spurius ad furcas caudinas, Aulus corruptus à Iugurtha, & Luceius bello ſociali ſaxis, fuſtibuſq; à militibus cæſus. Poſthumios illos, Tubertos, Barbatos ſexcentis claros triumphis, ut Albinos fuiſſe non ſatis conſtat, ſic manifeſtū Poſthumiorum cognomen Albinis conſertum fuiſſe.* Filius Albini] *Id eſt, quicunq; nobilis.* Ad hæc] *Ad lucrum & uitia.* Aerugo] *Pecunia ex ære, quæ ſeruata rubiginem contraxit: id eſt, auaritia.* Cedro] *Cedrino oleo: quo inunctæ chartæ à tineis cuſtodiebantur.* Cupreſſo] *In arculis ex cupreſſo fabricatis.* Leui] *Polita, ornata.* Aut prodeſſe uolunt] *Habent inter ſe nonnullam ſimilitudinem ueſcentes & ſcribentes, ut quibuſdam utantur ad uoluptatem, quibuſdam ad neceſſitatem. Docendi neceſſitas, in rebus eſt conſtituta: delectatio uerò, in modo, quo docemus. Proſumus autem, quum morata rectè eſt fabula. delectamus, quum ita iucundè ſcribimus, ut non ſolùm primò placeant, ſed ſæpè repetita uoluptatem adferant legentibus.* Delectare] *Iucundè narrando.* Et iucunda, & idonea] *Huiuſmodi eſt omne opus Virgilianum, in quo nulla eſt inutilis delectatio, nulla inſuauis utilitas: quædamq; omnium diſciplinarum ſcientia, tanquam ad aliud agente interpoſita, ueluti unum illud è multis. Quùm in ſexto pœnas patriæ uenditores, contrà, præmia patriæ defenſoribus ſolui oſtendat: nihil aliud niſi fugienda uitia, & ſectandas docet eſſe uirtutes. nullam enim maiores noſtri artem eſſe uoluerunt, quæ non aliquod reipublicæ commodum daret. hinc Plato cogendos cenſuit poëtas, ut bonos uiros fœlices appellarent, malos uerò miſerrimos: ſi qui ſecus fecerint omni republica eliminandos putauit: quòd dum malas ferrent ſententias, domeſticam diſciplinam corrumperent, & uirtutis omnes neruos eliderent.* Idonea] *Quæ proſint.* Iucunda] *Quæ delectent.* Quicquid præcipies, eſto breuis] *Breuitas licet in uniuerſo laudem non habeat, laus tamen eſt interdum in aliqua parte dicendi, præſertim ſi quid præcipias, ubi non eſt euagandum, ne præcepta animo effluant. Sic & in ſententijs quæ acutæ eſſe debent & uibrantes. ut,*

„ *Trahit ſua quemq; uoluptas.* Et,

„ *Degeneres animos timor arguit.*

Et ſexcenta huiuſmodi. Eſt autem breuitas, quum nullum uerbum redundat: tantumq; eſt uerborum, quantum eſt neceſſe. Homerus Menelaum ipſum dulcem quidem tradit, ſed pauca dicentem: ſicut enim gratus eſt, qui cognoſcenda aperit, ſic grauis qui cognita inculcat. Præcipies] *Quum uolueris prodeſſe.* Dociles] *Quos uoles docere.* Percipiant] *Intelligant.* Teneant] *Apud ſe diutius.* Pectore] *Diſcentis.* Ficta] *Quum delectamus, uoluptatis cauſſa fingere omninò oportet: poëta fingat ſanè non aſpera, non immitia, quibus nulla poſſit fides adhiberi. Virgilius de telis Polydoro infixis quæ reuiruerant, finxiſſet ſanè quàm abſurdè, ni ſumpſiſſet ex Romana hiſtoria de haſta Romuli, quæ de Auentino monte in Palatium iacta fronduit, & arborem fecit: non potuit tamen non malè audire de nauium in nymphas mutatione, déq; per aureum ramum ad inferos deſcenſu: quodq; Irim fecit Didonis comam ſecantem, licet hoc ſumpſerit ex Euripide. Plato in ſecundo de republica, Heſiodum & Homerum inſectatur, quòd nimis de dijs abſurda finxiſſent: quo dicto prouocatus C. Caligula de Homeri carminibus abolendis cogitauit.* Voluptatis] *Vt iucunda fingamus quæ delectent.* Poetarum Lamiæ] *Dion Chryſoſtomus Lybicam ſcripſit hiſtoriā, in qua hæc de Lamijs: Haud longè à littore maris curuum eſſe locum, arenoſum mari per ſimilem, in quo littora magna exiſtunt, & aggeres arenoſi. In mari uerò ab undis circumuicina omnia deſerta ferè manent. ueruntamen ſi naufragi fortè eiecti fuerint, ferè apparentes eos omnes, qui uel peragrant, uel aberrant, rapiunt: quarum natura & corporis figura talis habetur. Facies eſt mulieris, & formoſæ quidem, ubera & pectora longè pulcherrima, quæ neque pictor poſſit effingere: color ſplendidiſſimus: gratia quædam ab oculis & manſuetudo in animum incidit quoties aliquis eam uiderit. reliqua pars corporis dura & infrangibilis ob ſquamas. inferiora ſunt ſerpentis, ut ima pars in caput deſinat ſerpentis ualdè quidem horrendi. Hæ feræ alas non habent quemadmodum Sphinges: neque enim loquuntur ut illæ: neque aliam uocem emittunt, ſed ſolùm ſibila acutiſſima quemadmodum dracones, terreſtrium omnium ueloci ſſimæ. ut nullum poſſit eas animal effugere. Cætera quidem animalia uiribus expugnāt homines: hæ ſolùm deceptione. Pectora aperiunt, & ubera oſtentant. cum uerò qui aſpexerit, ueneficijs cogunt ad deſyderium con-*

fabulationis. & hi quidem uelut ad mulieres accedunt: illæ intrepidæ manent, inferius ſæpe reſpicientes, ornatumq́ mulieris imitantur. Atque ita qui propius acceſſerit, rapiunt: namq́ manus ſunt ferarum, quas aliquantiſper occultant. cæterùm ſerpens mordens ueneno interficit: cadauer comedunt ſerpentes, & quod reliquũ eſt feræ. Philoſtratus in Apollonio de Lamia uiuos pueros inglutiente ab ipſo Apollonio compreſſa meminit. Lamias etiam eſſe terriculamenta puerorum, uel ex Apuleio ſatis conſtat. nam Lamiam mulierem à Demetrio amatam, ciuitatis perniciem à comicis dictam, Plutarchus celebrat: quin & de Lamijs in Politicis meminit Plato. quo cognomento Aeliorum familia Romæ non inter poſtremas habita. Pranſæ] *Quæ uorauerit.* Extrahat] *Poëta.*

Centuriæ ſeniorum] *Romulus re Sabina compoſita, Titioq́ in conſortem regni accepto, quum populum in curias triginta diuiſiſſet, centurias treis equitum conſcripſit, Rhamnenſes à Romulo, Tatienſes à Tatio, Luceres à Lucumone, uel à Luco, id eſt, Aſylo. quarum numerum quum augere uellet Tarquinius Priſcus, ab Accio Nauio augure prohibitus eſt.* Centuriæ] *Senatores nobiles.*

Agitant] *Deijciunt, oderunt, deturbant, inſectantur.*

Expertia] *Inutilia: quæ non habent partem in fruge, quæ non proſunt.* Auſtera] *Inſuauia, inmitia, dura, aſpera.* Rhamnes] *Equeſter Ordo, id eſt, iuuenes.* Prætereunt] *Contemnunt, nihili faciunt.* Auſtera] *Quæ non delectant.* Tulit omne punctum] *Sumptum de ſuffragijs in campo Martio, quæ punctis notabantur, non ſcribebantur. In ponte erat ſuggeſtus locus ubi ſedebant conſules: adſtabant qui ſuffragia prætereuntis populi notabant punctio in certis tabellis: qui plura habuiſſet, is conſul per præconem renuntiabatur. Poſſet & referri ad iudicia, & dum dixit centuriæ ſeniorum pro ſenatoribus accipi: Rhamnes uerò pro equeſtri ordine. inter quos quum de iudicijs lis eſſet, tandem pepigêre, ut promiſcuè iudicarent. Licet in iudicijs non punctis notarentur ſententiæ, ſed tabellis cereis, quæ in ciſta conijciebantur, inſculptas habentes literas, A abſolutionis, C condemnationis, N L ampliationis, id eſt, quòd non liqueret. Iudicum tamen decurias dixerunt, non centurias.* Miſcuit] *Qui docuit & delectauit. Laus poëtæ eſt ut proſit doctrina, delectet elegantia. nam & doctam lectionem ſine ulla delectatione negligere ſe ait Cicero in Tuſculanis.*

Omne punctum] *Omnium omnibus ſuffragijs commendatur.*

Monendo] *Docendo.* Liber] *Huiuſmodi ſcripta.* Soſijs] *Soſij bibliopolæ clari tunc erant.* Aera] *Adfert magnum lucrum.*

Noto] *Quem notum facit.* Aeuum] *Semper eum uiuere facit, licet moriatur, ſupereſt tamen ſemper eius fama.* Sunt delicta] *Non minima, inquit, in poëmate faciunt ut ſit uitioſum. Donantur multa poëtis, quæ uel negligentia contraxit, uel fortaſſe ignoratio: neq; enim poteſt humana natura noſſe omnia. uerrucula tamen & lenticula plus offendit ſi in facie ſit, quàm magna cicatrix in reliquo corpore.* Poſcenti] *Citharœdo.* Grauem] *Craſſum.*

Chorda] *Carmini comparatur, arcus ingenio.* Semper feriet] *Collimabit.* Nitent] *Plura ſint bona.* Offendar] *Mouebor.*

Maculis] *Peccatis, erroribus.* Incuria] *Negligentia.*

Natura] *Ingenium.* Quid] *Quod uelis.* Scriptor] *Ex ſcriptor.* Uſq;] *Iugiter, continuò, ſæpius.* Ceſſat] *Ignoſcendum poëtis quandoq;. unde critici ſæpe multa poëtica licentia dici fatentur: quòd multa poëtis dentur, quibus poſſint opus ornare. ſed tamen in longo tantum eſt opere ignoſcendum, in quo difficile eſt non quandoque dormitare.* Ceſſat] *Negligens eſt, & dormitat poëta.* Bis terq;] *Duos aut tres uerſus.* Cherilus] *Alexandri poëta Samius ab Herodoto eruditus, tam malus, quàm bonus Homerus: cui aureum numiſma pro bono uerſu dabat Alexander, colaphum pro malo. ſed quum res geſtas Alexãdri ſcripſiſſet, ſeptem tantùm uerſibus laudatus.* Miror] *Non laudo: quaſi fieri non poſſit, ut bonum carmen à malo poſſit poëta prouenire.*

Indignor] *Bono carmine mali poëtæ iram ſuſcipio.* Dormitat Homerus] *Sumptum ex ſententia Marci Tullij: cui quandoque iſpſe uidetur dormitare Homerus & Demoſthenes: neque enim poſſunt omnia eſſe perfecta, quæ etiam boni authores dicunt: labuntur aliquando, cedunt oneri, indulgent ingenio: nec ſemper intendunt animum, aut fatigantur. Eſt tamen magno iudicio circumſpiciendum, ne ea damnemus quæ non intelligãmus.* Bonus] *Boni poëtæ interdum labuntur. Homero nullum unquam ingenio fœliciorem extitiſſe conuenit, ſiue operis fortuna, ſiue materia æſtimetur. Fertur tamen dormitaſſe, quòd quum deos hominibus inſeruerit, egregia hominibus facinora tribuit, dijs uerò humilia. Quumq́ conſtet Paridem cum Helena ui uentorum in Aegyptum delatos, præſentes faciat oppugnationi, & ipſam ſpectantem Paridem Menelaumq́ pugnantes: quàm æquius fuiſſet abditam domeſticis parietibus ſtare, quum Hector, Priamusq́ totq́ matronæ Troianæ, tot filijs, fratribus, utriſq; orbatæ, non potuiſſent contineri: quin in eam impetum facerent? Tertium eſt, quòd quum bellum Troianum ſe ſcripturum profiteatur, poſt Hectoris interitum moræ impatiens ad Vlyſſem feſtinet: nec de urbe expugnata ullum uerbum facit, niſi quòd Demodochum ac Phemium in conuiuijs canentes ad citharam inducit: fingitq́ tot deas, & Circen Vlyſsis deperiiſſe amore: quum ſenex, laboribusq́ aſsiduis adtritus iam eſſet: licet Pallas fingatur illi hyacinthinas comas appendiſſe, unde Homericus morio dictus. Iram Neptuni Vlyſſem ob Polyphemum ortam fabulatur, quum æquius fuiſſet ob Palamedem Neptuni nepotem: quum etiam in prima marina cuſpide perfoſſus interijſſet. Sic & Achillem non ob amicam ratum Græcis, ſed ob Palamedis necem.* Obrepere] *Subintrare.*

Somnum] *Tenuem negligentiam.* Pictura poëſis] *Sæpe à nobis dictum, pictorem eſſe mutum poëtam, poëtam uerò loquentem pictorem. nam ut mittam quod uterque fingit, quæ ratio, quæ ora, qui locus Græciæ, quæ ſpecies formæ, quæ pugna, quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita ab Homero expictus eſt, ut ne Apelles quidem, aut Parrhaſius melius ante oculos ponere potuerit?* Capiat] *Delectet.*

Hæc] *Alia pictura.* Arguturn] *Sapiens iudicium, ingenium doctum, intelligens.* Iuuenum] *Piſonum.* Voce] *Diſciplina, arte, doctrina L. Calpurnij Piſonis.* Fingeris] *Doceris, inſtitueris.*

Dictum] *Sententiam, ſummam præceptorum.* Tolle] *Aufer tecum.* Medium] *Inquit: medium ut in uirtutibus eſt optimum, ſic in poëtica non admittitur, ſunt ſanè quædam diſciplinæ, in quibus perueniſſe ad mediocritatem laudi datur: poëta nil patitur mediocre, niſi optimus ſit, nequam eſt. Vt enim qui demerſi ſunt in aqua, nihilò magis reſpirare poſſunt, ſi non longè abſunt à ſummo, ut iam, iam poſſint emergere, quàm ſi etiam quum eſſent in profundo. ut nec catulus ille, qui iam appropinquat, ut uideat, plus cernit quàm is qui modò eſt natus. Item qui proceſsit aliquantulùm ad poëticam, niſi peruenerit unde optimus euadat, nihilò minus excluſus eſt Helicone, quàm ille qui nihil proceſsit. Putat enim Marcus Tullius inhoneſtum eſſe poëtis, in ſecundis, tertijsq́ conſiſtere.*

Actor] *Orator quicunque peritus iuris mediocris.* Aulus Caſellius] *Iuris conſultus.* Meſſalæ] *Marcus Valerius Meſſala, cui nobilitati par fuit eloquentia, dignitatem à maioribus acceptam ſeruauit: libertatem patriæ quoad potuit, tutatus eſt. Fœlix ſi non genuiſſet, quippe cuius filio Meſſalino Cottæ, quòd palmas anſerum condire inuenerit, palma ſit tributa. Eius uxor, Terentia, quæ Ciceroni nupſit, & Salluſtio: ſed familiæ indelebilem maculam inieciſt Meſſalina poſtremæ libidinis, quæ uigintiquatuor horis quinquies & uigeſies concubuit. nec ſoli Meſſalæ Valerij ſunt appellati: nam Maximi, Sorani, Anciatæ, Leuini, Coruini, Publicolæ, Falcones, Potitij, Flacci, Proculi, ſub Valeriorum nomine cenſentur.*

Caſellius Aulus] *Al. Caſellius uindex optimus habitus conſultus iuris. De cuius erroribus dicitur ſcripſiſſe Terentius Scaurus Adriani temporibus.* Columnæ] *Baſilicæ, theatra, porticus.*

Vt gratas] *Comparatio, quæ oſtendit ideo poëticam non admittere mediocritatem: quòd quum animis delectandis ſit inuenta, niſi id faciat (quod non niſi perfecta facit) offendit potius quàm ullam adferat uoluptatem.* Symphonia] *Concentus.*

Craſſum] *An craſſum ſic uocat malum, ut lene bonum? uel potius craſſum, quaſi ſurdum, quod non penetret.*

Papauer] *Pro quibuſcunq; bellarijs malis poſuit, & tragematis: quæ niſi bona ſint, fruſtra eſt quòd menſæ adhibeantur.*

Papauer] *Placenta uel condimentum ex papauere, & melle amaro.* Sardo] *Quod peſſimum eſt.* Iuuandis] *Delectandis, excitandis.*

tandis. Summo] A' perfectione. Vergit] Declinat, id eſt, ſi paulùm à perfecto abeſt, nihilò plus bonum eſt, quàm ſi in imo eſſet.

Ad imum] Ad infimum, id eſt, ad malum. Ludere qui neſcit] Exclamatio ad id alludit quod dicitur,

„ Qua poſſe quiſq; in ea conterat arte diem.

Campeſtribus armis] Campeſtria arma ſunt exercitamenta in campo Martio, ubi tyro ad palum exercebatur: & curſu, luctando, haſta, pila, diſco, pugillatu, ſaltuq; firmabatur: Tyberiq; proximo ſudorem, puluerem, ac laſſitudinem natando deponebat.

Abſtinet] Non ludit. Diſci] Diſcus erat ſphærica forma ænea, uel lapidea pila, in qua erat anulus ad inferendum digitum, ut aptius iacerent. Coronæ ſpiſſæ] Spectatores frequentes.

Impunè] Habebitur ludibrio à ſpectatoribus. Quid ni] Quur non poſſum poëma ſcribere, & audeam cudere carmen?

Liber] Qui liber ſum. Cenſus] Cenſi more ueterum dicebantur, qui centum millia in profeſſione detuliſſent. huiuſmodi facultates, cenſus dicebantur. Cenſus] Participium, ut doctus Grammaticam. Minerua inuita] Repugnante natura.

Olim] Quandoq;. Sit] Pro ſit. Iudicium] Poëtam non diuitijs, & dignitate fieri, ſed natura fauente.

Iudicis Metij] Seueri iudicis. quis Metius hîc fuerit, non pro comperto habetur. Senſus eſt, Recita alicui ſeuero & docto amico.

Patris] Tui L. Calpurnij Piſonis. Intus] Domi tuæ.

Poſitis] Conſtitutis in tuo Muſæo, coërcitis & conditis. Reuerti] Id eſt, non poteſt emendari, quod eſt ſemel editum & emiſſum.

Syluestreis homines] Quò quæq; res difficiliorem habet acceſſum, eò ſolet eſſe præſtantior: quòd natura non ſemel incluſit, quæ pretioſa tulit. Poëtica quum nullam recipiat mediocritatem, ſanè oportet eſſe pretioſiſſimam. Eam ob rem eius enumeratur laus ab Horatio, nec immeritò, quum poëtis hæc uita ciuilis, leges, congregati homines in urbibus, boni demq; mores, quin & omnis religio referantur accepta. Primus Orpheus fertur ad manſuetiores cultus humanum genus redegiſſe: hunc Ciconæum, uel à Biſaltica Thraciæ fuiſſe autnt, diſcerptumq; à mulieribus, quòd marium ſectaretur libidinem. Fulmine tamen ictum indicat epigramma de eo in Dio Macedoniæ inſculptum:

„ Orphea candentis transfixum fulmine Thracem.

Cum curua Aonides hîc poſuêre lyra. Scripſit de fabulis epigrammata, hymnos. Aelianus tradit falſa de eius ſapientia narrari, quum Thracum ſit neſcire literas. Eius cithara dijs uolentibus ad Lymneſia ſaxa delata eſt: caput uerò à mulieribus euulſum Leſbon appulit, hiatumq; cauernoſæ terræ quendam incoluit, unde conſulentibus reſpondebat. Nec Leſbij, Aeoleſq; omnes ac finitima Ionia ſolùm concurrebat, ſed uſque ad Babylonem reſponſa tranſmittebantur, unde Cyrus maior accepit: Quæ mea ſunt, eadem & tua ſunt. Mortem innuens: quod ille non intellexit. Eius ſtatua in Lybethris ex cupreſſo Alexandri Magni temporibus emiſit ſudorem. Fuit & alter Orpheus Crotoniata ſub Piſiſtrato tyranno, qui ſcripſit Argonautica.

Sylueſtreis] Et quòd in ſyluis habitarent: & quòd duris, ſæuis, fœdisq; eſſent moribus. Sacer] Semideus. Interpres] Vt poëtæ, & theologi, & ſacerdotes. Cædibus] Qui nullis erant coërciti legibus. Lenire tigreis] Tolle hominibus ſapientiam & leges, lupus erit homo homini, non homo. Sunt tamen qui fabulam non putent de Orpheo, quòd animalium ſenſus cantu detineantur: cerui enim fiſtulis capiuntur: cycnos hyperboreos citharæ cantus adducit: piſces in ſtagno Alexandriæ ſtrepitu detinentur: fiſtulis aues alliciuntur: elephanti Indici organica uoce permulcentur: infantibus crepundia uagitus abrumpunt: fides Delphinis amicitiam hominum perſuadent, cantu dirumpuntur ſerpentes: grandines, meſſesq; tranſeunt: manes cientur: laborat Luna, In Lydia inſulæ tibiarum cantu mouentur. quid maius loquar? ira diuina carmine placatur.

Thebanæ conditor arcis] Qui Thebas à Cadmo conditas muro cinxit lyræ cantu. Teſtudinis] Lyræ. Saxa] Homines ſtultos & duros. Prece] Suauibus carminibus.

Fuit hæc ſapientia] In hoc uno uerſatur ſapientia, ut doceret quomodo eſſet uiuendum.

Vago] Habere uxores communes more ferarum. Iura] Vt quiſque ſuam haberet uxorem.

Quondam] Quum non erant diuiſa: nunc autem non eſſet ſapientia, quia diuiſa ſunt. Leges incidere ligno] Quernis tabulis leges olim ſcribebantur, quum nondum æris uſus eſſet. Solon quum in poëtica ſat clarus eſſet, leges uerſibus ſcribere exorſus eſt, ſic incipiens,

„ Legibus his oro primum rex Iupiter adſit,
„ Fortunamq; ferat fœlix, nomenq; ſecundet.

Græcarum etiam urbium multæ ad lyram leges, & decreta publica recitabant. Sic] Ex hac ſapientia.

Diuinis] Qui deorum interpretes eſſent, quos Plato uocat diuinos. Poſt hos] Scilicet, primos, qui homines coëgere eſſe manſuetiores: poſt Orpheum, Linum, Muſæum.

Dircæus] Emenda Tyrthæus: neque enim intelligit, de Pyndaro (licet quidam eloquentiæ fluuius fuiſſe dicatur) ſed de Tyrthæo Athenienſe, de quo interrogatus aliquando Leonidas reſpondiſſe fertur, ad iuuenum animos incitandos bonum ſibi uideri: quòd illius permoti carminibus, tanquam aliquo furore correpti, nullis parcentes periculis in pugnas ruerent. Hic claudus, luſcusq;, & toto corpore deformis, ludibrij cauſſa Lacedæmonijs datus ab Athenienſibus pro duce, quum iam rebus ſuis diffiderent Sparthani, compoſita carmina exercitui pro concione recitauit, in quibus ornamenta uirtutis, damnorum ſolatia, belli conſilia conſcripſerat, tantumq; ardorem militibus adiecit, ut rarò uſquam cruentius pugnatum, uictumq; ſit. Animos] Sparthanos: apud quos etiam mulieres uirili ſunt animo. Dictæ ſortes per carmina] Ante Troiana tempora quum poëtæ non eſſent, reſponſis oraculorum poëtica facultas continebatur: nec ſolùm carmine ſemper reſpondebant, uerùm & reſponſis poëtæ, quaſi diuini laudabantur, ut & Homerum fœliciſſimum, & quaſi Deum futurum prædixerint. Re Chriſtiana firmata, cœpêre oracula conticeſcere: & Bœotia quæ propter oraculorum multitudinem multiuoca dicebatur, obmutuit. Id factum eſt poſtquam per Thamum nunciatum eſt magnum Pana perijſſe. Sortes] Vatum reſponſa per carmina dicta.

Vitæ monſtrata uia] Hinc Græcorum ciuitates liberos in poëtica erudiebant, quòd ſoli poëtæ eſſent ſapientes: unde alibi Horatius,

„ Os pueri tenerum, balbumq; poëta figurat:
„ Mox etiam pectus præceptis firmat amicis:
„ Inſtruit exemplis inopem ſolatur & ægrum.

Plato & Ariſtoteles poëtarum exemplis, ſuis dictis perſæpe fidem aucupantur. & fons Chriſtianæ eloquentiæ Paulus, Epimenidis Menandriq; dicta uſurpat. Varro, Empedocles, Lucretiuſq; philoſophiam uerſibus comprehenderunt. Zeno à poëtica profectus. Ipſa denuum Aeneis quid aliud eſt, quàm Ethica? Atque neſcio quo modo efficacius præcepta ſalutaria uerſibus comprehenſa in animos hominum dimittuntur. Dicere ſolitus erat Cleanthes, quemadmodum ſpiritus noſter clariorem ſonum reddit, quum illum tuba per longi canalis anguſtias tractum patenti ore nouiſſimo exitu effundit: ſic noſtros ſenſus clariores carminis arcta neceſſitas efficit. Negligentius audiuntur, quæ ſoluta oratione dicuntur. Vbi acceſſêre numeri, & egregium ſenſum adſtrinxere certi pedes, eadem illa ſententia uelut lacerto excuſſa retorquetur. Via] Ratio uiuendi, id eſt, philoſophia. Tentata modis] Accepta carminibus & ad quæ ſua: unde illud Ouidij:

„ Cura ducum fuerant olim regumq; poëtæ.

Sic Ariſtophanem Ptolemæus, Chœrilum etiam peſſimum poëtam Alexander, Ennium Scipio, Archiam Lucullus, Virgilium Auguſtus, Claudianum Honorius, Auſonium Gratianus, in ſuis maximè repoſuerunt. Ludusq; repertus] Poſſet de ſcirpis intelligi, id eſt, de nodoſis, & de ſe implicitis poëmatis, ut enodari non poſſint. Græci ænigmata uocant: de quibus Apuleius meminit Floridorum primo. Vel ludum accipere pro quiete, & animi relaxatione, quæ in poëtica eſt, quàm maxima. atque ideo ſubiungit operum finem. ni malis referre ad theatrales ludos: quod non placet.

Finis] Quies à magnis laboribus. Pudori] Ne turpe putes. Solers] Docta, perita. Natura fieret] Vetus eſt uerbum, naſci poëtam,

tam, quaſi nullo egeat artis adminiculo. Si enim ut à nobis antea dictum eſt, poëtica nil aliud eſt, quàm imitatio naturæ, quid arte opus eſt ad ea exequenda, quæ nobis ipſa ſuggerit natura, unde omnis ars profecta eſt, quæ niſi naturam commoueat, nihil egiſſe iudicatur? Quod ſi tanti eſt natura, ut in picturis, ſignis, aliiſq; operibus, ad quorum intelligentiam minùs habemus inſtrumenti, rectà tamen & praua iudicamus in naturæ imitatione: cuius neminem uoluit natura eſſe inexpertem, quippe qui ea omnia in nobis ſentiamus noſtris infixa ſenſibus: cui dubium eſt, ad ea diiudicanda ſatis eſſe naturam? Adde quòd ſi ars earum rerum eſt quæ ſciuntur, ſitq; ex penitùs proſpectis planèq; cognitis, atq; ab opinionis arbitrio ſeiunctis: quomodo poteſt eſſe ars in ea facultate, quæ tota ingenio conſtet, & quibuſdam igniculis quaſi diuinis, ut ipſe poëta quum ſua legat, obſtupeſcat, admireturq; illa eſſe orta? Eſt ſanè uerum, magnam & potiſſimam partem poſſidere naturam, cuius ui quædam artis ſimulachra, quarum in nobis habemus ſemina, ſine doctrina mouentur, primamq; illam uim & ingenium à natura tribui: quòd nos acutos faciat ad excogitandum, uberesq; ad explicandum: quæ nulla poſſunt arte comprehendi, ſed infirma ætate, imbecillaq; mente uis naturæ per caliginem cernitur: quæ niſi arte confirmetur, progredi longiùs non poteſt. quumq; ad illuſtrem naturam ratio quædam, confirmatioq; acceſſerit artis, præclarum, ac ſingulare quiddam ſolet exiſtere. atque ut tota poëtica, arte non conſtat: ſic ſine quibuſdam præceptis ab peritis notatis & obſeruatis bona eſſe non poteſt. ars enim dux certior eſt, quàm natura. certas habemus rationes, quæ ordinem habent, & quaſdam errare non patientes uias. quæ ars, quum naturæ conſeruandæ cauſſa inuenta ſit: & id quod à natura datum eſt, quia fortuitum eſt, nec ſemper paratum eſſe poteſt, tuetur: & quod deeſt acquirit: nec ſemper tamen ſectanda ars. nam ut natura æmulam ſuarum uirium nonnunquam artem eſſe patitur, ſic irritam quandoq; feſſo labore dimittit. Coniungenda ergò utraq; ita, ut altera alterius ope ſuſtentetur. Quæſitum] *Diſputatum eſt longa uentilatione.*

Laudabile] *Bonum poëma.* Studium] *Ars.* Vena] *Longo ingenio.* Rude] *Non excultum arte.* Non uideo] *Sumptum ex uetuſto iudicandi more. Solebant enim iudices quum ſententiam pronuntiabant, addere, Si quid mei eſt iudicij.*

Proſit] *Prodeſſe poſſit.* Sic] *Studium ſine diuite uena.* Opem] *Id eſt, natura poſcit auxilium ab arte.* Coniurat] Conuenit, *coniungitur.* Qui ſtudet] *Non ſatis eſt ualere ingenio, nec callere artem, niſi diligentiam adhibeamus. quæ etiam ingenium ex tarditate incitet, & artem cura, & cogitatione adiuuet, & utriſq; quaſi lumen aliquod adhibeat. ars demonſtrat tantùm ubi ſit illud quod quæras: reliqua, in cura, cogitatione, labore, uigilantia, id eſt, diligentia conſiſtunt. Non enim ut quiſq; uerſum pedibus inſtruxit, ſenſumq; teneriorem uerborum ambitu intexuit, continuò in Heliconem uenit. Sudandum eſt ut ad montem Parnaſſum perueniamus.* Metam] *Meta idem eſt quod inuerſus turbo.* κῶνος *à Græcis appellatur. at hic pro fine ponitur.*

Puer] *Iam inde à pueritia adſueuit & didicit currere.* Sudauit] *In æſtu.* Alſit] *In frigore.* Pythia] *Pro quibuſcunq; poſuit cantionibus. Muſicorum magna eſt cura, non artis ſolùm, ſed & uocis. unde Nero Cæſar pomis abſtinebat, clyſtere, uomituq; augendæ uocis cauſſa purgabatur.* Vino] *Quod obeſt arterijs & uoci.* Venere] *Frequens Venus obeſt uoci, & raucedinem concitat. hinc fiebat Comœdijs, & ijs quibus uox erat cuſtodienda infibulatio cute quæ ſuper glandem eſt tranſuta, filoq; relicto, donec circa foramina cicatriculæ fierent. tunc imponebatur fibula, quæ erat æneus circulus.* Tibicen] *Qui tibia canit.*

Prius] *Quàm dicat ſe peritum.* Nunc] *Quum nulla fiat exercitatio, nil laboris impenditur.*

Pango] *Scribo. Pangi dicuntur uerſus figi in ceram, ueluti plantæ quum in terram admittuntur.* Occupet extremum ſcabies] *Sumptum è ludo puerili, qui in curſura ultimo ſcabiem imprecantur, quaſi omnes præter unum ſint uictores.*

Mihi turpe relinqui eſt] *Loquitur ex perſona reſpondentis, qui dum ultimus non ſit, ſat ſecum putat actum bellè.*

Et quod non didici] *Licet poëticam non didicerim, tamen poëmata pulchra pango, & poëticam profiteor.* Præco] *Præcones lepidè qui in foro ſublimior erat & editior populos conuocabant ad emendas merces, & oblata pretia pronuntiabant. Argentarij habebant ſummam rerum uenalium: ab his accipiebant forarij, à quibus demum coactores nummos exigebant. Quæ uolumus emendare primùm diutius nobiſcum tractamus: duobus deinde aut tribus legimus: mox alijs tradimus adnotanda: notaſq; eorum, ſi dubitamus, cum uno rurſus, aut cum altero penſitamus, nouiſſimè pluribus recitamus: ſed amicis certis electiſq;, quibus credamus, quos & tanquam ſingulos obſeruemus, & tanquam non ſingulos timeamus. Oriturq; ex hac recitatione magna utilitas, ut de quibus dubitat, quaſi ex conſilij ſententia ſtatuat, multaq; multi admoneant & uultu, oculis, nutu, manu, murmureq; oſtendant: quin etiam ſilentio, quod ſi acre ſit & intentum, non minor quandoque plauſus, quàm clamor redditur. Inſpiciendum tamen, ne quædam ſæpe ſint quæ ſingulis fortaſſe non placent, omnibus plurimùm. unde Pomponius ſecundus Tragœdiarum ſcriptor, ſi quid tollendum amicus, ipſe retinendum putabat, dicere ſolebat, Ad populum prouoco. Primus omnium Romanorum qui aduocatis hominibus ſua ſcripta recitauit, fuit Aſinius Pollio, qui iniquam cum Cicerone de eloquentia litem habuit, tamq; paulatim ea res excreuit, ut miſeri poëtæ rogarent ultro, & ambirent qui dignarentur audire: & ne id quidem gratis, nam & domum mutuabantur, & auditorium extruebant, & ſubſellia conducebant, & libellos diſpergebant, ut beatiſſimus recitationis eorum euentus conſequeretur.* Poſitis in fœnore] *Vnde apparet malum eſſe poëtam.* Vnctum] *Lautum conuiuium, opulentam & opiparam cœnam.* Ponere] *Apponere.* Spondere] *Sponſionem facere, & uadem fieri pro tenui ſupellectile.*

Eripere] *Eximere.* Beatus] *Diues poëta.* Plenum lætitiæ] *Admonet eos qui aut acceperint, aut expectent, non poſſe eſſe bonos iudices.* Palleſcet] *Ex magna admiratione.*

Rorem] *Lachrymas præ lætitia.* Vt qui conducti] *Præficas intelligit, quæ ante domum mortui laudes eius canebant. dictæ quòd ancillis lamentantibus præficerentur. præficæq; uocatæ uſq; ad ſecundum bellum Punicum. Populus tandiu adſtabat, quandiu cadauer conſumeretur, cineresq; colligerentur. pronuntiabatur, ilicet. interim reſpondebat flentibus præfica, quæ planctus princeps erat, non doloris. Plautus de præficis, & Lucilius in Horatij ſententiam Mercede quæ conductæ flent alieno in funere præficæ multo, & capillos ſcindunt, & clamant magis.* θρηνῳδοὶ *Græcè dictæ. Nam & threni lamentationes dicuntur, &* θρῆνος *Nænia.*

Deriſor] *Adulator, qui imponit miſero lectori. magna enim iactura oritur ex adulatione. nam etiam ſi non ſtatim nocet adulator, ſemina in animo relinquit, ſequiturq; nos etiam, quum ab illo diſceſſimus, reſurrecturum poſtea malum. ut qui ſymphoniam audierunt, ferunt ſecum in auribus modulationem, quæ actiones impedit, nec ad ſeria patitur intendi. Sic adulatorum, & prauus laudantium ſermo diutiùs hæret, quàm auditur. nec facilè eſt animo dulcem ſonum excutere.* Laudatore uero] *Propriè dixit laudatorem. [illegible]us non ad uocem refertur, ſed ad ſententiam, ut laudatus ſit ille, qui iudicatur laude dignus. Laudatio uerò uocem exigit. unde nemo laudem funebrem, ſed laudationem dixit, cuius officium oratione conſtat.* Laborant] *Student, cum labore tentant.* Culullis] *Multis poculis & cibis.* Vrgere] *Pungere.*

Condes] *Si recitabis poëma.* Sub uulpe] *Non decipient te callidi, uafri: & aſtuti non uulpinabunt.* Quintilio] *Hic ille eſt Quintilius Varus emunctiſſimi in iudicandis poëmatis ingenij, iudicijq;, cui emendandi Virgiliani operis ab Auguſto demandata eſt cura. Qui in Germania cum tribus legionibus, legatis, auxilijſq; cæſus eſt. qua clade tantum conſternatus eſt Auguſtus, ut caput foribus illideret uociferans, Quintili Vare redde legiones. Suetonius author.* Sodes] *O' amice, ſi audes.* Delere] *Totum opus.* Malè tornatos] *Malè politos & compoſitos.*

Vertere] *Mutare, & emendare.* Inanem] *Quæ nihil adferat utilitatis & lucri.* Riuali] *Nemo præter te amaret tuum carmen.*

Vir bonus] *Officium boni iudicis deſcribit, qui pro nihilo ducit ſi amicum ſuo offendat iudicio, dum admoneat errorum. Illi enim*

patientiſſimè reprehenduntur, qui quam maximè laudari merentur. Verſatur autem potiſſimùm emendatio in adijciendo, detrahendo, mutando. Docta auris, in parum expletis deſyderat, fragoſis offenditur, leuibus mulcetur, & contortis excitatur, ſtabilia probat, clauda deprehendit, redundantia ac nimia faſtidit. Legem uerò emendationis ipſe Horatius exequitur in epiſtolis ultimis.

Incomptis] Non accuratis. Allinet] Superinducet. Tranſuerſo] Non prouerſo, nec recto, ſed in latus ducto: unde tranſuerſus uerſiculus Ciceroni ad Atticum, Aduerſa charta Marſidi.

Atrum] Id eſt, delebit omnia. Ambitioſa] Luxurioſa, redundantia. Clara parum] Breuibus, obſcuris.

Notabit] Aſteriſco, obeliſco, cærula miniatula. Ariſtarchus] Criticus & Grammaticus, cui à Piſiſtrato demandata eſt cura Homericorum carminum in unum corpus redigendorum. Qui ſimul ac offenderat malum carmen, negabat Homeri eſſe. Rhapſodiæ ob eam rem dicuntur Homeri libri, quaſi in unum uolumen conſuta carmina. Carmina autem Homerica in theatris cum uirga pronunciabãt Homeriſtæ. Hinc apta uirgæ carmina, in Floridis Apuleius, à qua uirga poëtarum interpretes Rhabduchi à Platone dicuntur.

Nugæ] Quas tu nugas putas eſſe. In mala ſeria] Incipiet enim ex illo inſanire poëta, nec deinde proficiet. magnos enim plerunq; profectus perdidit arrogans de ſe perſuaſio.

Siniſtrè] Contrariè: in malum ſuum omen. Regius morbus] Quem & Arquatum, & Auriginem uocãt: colore potiſſimùm detegitur, quum in oculis quod album eſſe debet, ſit luteum, totumq; corpus cum pallore quodam albeſcit. Regius putatur dictus, quòd eo laborantes baſilicè curantur, exercitatione, frictione: ſi hyems ſit, balneo: ſi æſtas frigidis natationibus, lectoq; & conclaui cultiore, clauſo loco, ludis & laſciuia adhibitis, per quæ mens exhilaretur. Fanaticus] Vt ſunt lymphati, ceriti, laruati. nam in templis & ſacris locis corripiuntur ſacro furore & diuino.

Iracunda Diana] Quam nemini licuiſſe uidere impunè, teſtis eſt Actæon. Veſanum] Minus ſanum, cuius mens quodam motu perturbata ſit: unde exiſſe poteſtatem dicitur, quòd in mentis poteſtate, cui totius animæ regnum tribuitur, non ſit.

Qui ſapiunt] Qui prudentes ſunt. Timent tetigiſſe] Ne quid ipſi contrahant inſaniæ ex cogitatione. Agitant] Prætereuntem inſequuntur, & eius augent inſaniam. Incauti] Qui neſciunt quam magnum ſit periculum inſanos inſectari.

Reges dicuntur multis urgere culullis] Reges enim quos uolunt recipere in amicitiam, multo mero inebriant, tentantes an per potum quæ habent ſecreta prodant. Docet autem hoc loco multa cura & ſtudio adſciſcendos amicos eſſe. Culullis] Id eſt, calicibus. & eſt diminutiuum à Culeo. ut alibi,

„ Ipſe diues & aureis mercator exiccet culullis,
„ Vina Syra reparata merce.

Et torquere mero] Id eſt, trahere ad confeſsionem, id eſt, uino explorare ingenia dignorum amicorum. Perſpexiſſe] Præuidere. Condes] Compones. ut,

„ Reſpondere paras, ſeu condis amabile carmen.

Nunquam te fallant animi ſub uulpe latentes] Ingenioſi homines laudant mala carmina, ideò ut te fallant aſtutia animi: qui quũ ſint uafri & ſubdoli, innocentem ferũt uultum, quaſi uulpes in Aeſopi fabula contra coruos. Sub uulpe] Sub impoſturis adulantium, ſub dolo. Vulpes enim doloſum animal eſt, ut in Aeſopi fabula: ſic & qui uerſus facis, ex fictione facilè adulantiũ potes ſubdolos animos præuidere. Quintilio ſi quid recitares] Hic Quintilius erat Varus poëta Cremonenſis amicus Virgilij.

Hoc aiebat & hoc] Malè dictum dicebat malo poëtæ, ut corrigeret malos uerſus. Melius te poſſe negares] Deeſt (ſi) id eſt, Si negaſſes te meliora carmina poſſe facere, iubebat ut denuò uerſus corrigerentur: quemadmodum ferramentum malè ductum, redditur incudi, & bene ibi formatur. Malè tornatos] Malè compoſitos.

Vertere] Corrigere, mutare. Quin ſine riuali teq; & tua ſolus amares] Sine riuali amantur carmina, quando ab eo ſolo amantur qui facit ea. Riualem autem pro æmulo poſuit. Riuales enim ſunt unius meretricis amatores. hoc tractum eſt ab antiquis. Riuales enim dicebantur qui in agris riuum haberent communem, & propter eum ſæpe diſcreparent. Inertes] Sine grauitate factos. Duros] Malè ſonantes. Incomptis] Id eſt, non bene ſonantibus, non bene currentibus, ſine œconomia ſcriptis.

Allinet] Id eſt, apponet. Signum] Notam culpæ ſignificat. nam notari uerſum malè formatum dicimus. Tranſuerſo calamo] Tranſuerſim ducta penna, uitia carminum maculabit.

Ambitioſa] Superflua. Arguet ambiguè dictum] Amphibologias uituperabit. Mutanda notabit] Deſignabit, certa faciet, quæ mutari debent. Fiet Ariſtarchus] Nomen Græci Grammatici, qui Homeri carmina adnotauit. Ille ergò iudex etiam optimi poëtæ fiet, quòd Ariſtarchus Homerum emendans, hoc ſigno notauit uerſus, quo iudicauit Homeri non eſſe.

Nec dicet, quur ego amicum. Offendam in nugis] Sicut multi dicunt, Quur ego debeo corrigere amicum in ſuo errore? In mala ſeria] In malas neceſsitates, ſi non fuerit emendatus: irriſio laudati, in alijs maioribus ipſum docebit errare. Siniſtrè] Contrariè: quia ut ſuperius dixit,

„ Neſcit uox miſſa reuerti.

Et ideo poſtquam mali poëtæ carmina publicant contraria, ab omnibus excipiuntur, & irrecuperabiliter deridentur: ſicut ſcabies & regius morbus, cæteriq; morbi quos ipſe dicit, ſunt incurabiles adeò, ut uix aut nunquam poſsint curari.

Regius] Quem quidam dæmoniacum, alij comitialem, alij arquatum uocant: quem Græci ἴκτερον dicunt, quibus oculi uirideſcunt.

Aut fanaticus error] Fanaticum errorem pati dicuntur qui à Faunis percutiuntur, id eſt, qui lymphatico agitantur.

Iracunda] Læſione, offenſa. Agitant] Perſequuntur. Nam pueri prætereuntibus illudere ſoliti, quos inſectantur, in dementiam compellunt. Incauti] Qui poſſunt lædi ab inſano poëta.

Sublimis] Vel ad recitationem alludit eorum, qui ſolebant eſſe in foro: & quandoq; recitantes ſupra cippum ſe imponere, ut de Caluo legimus, uel (ſublimem) pro (turgido) accipit & elato.

Ructatur] Id eſt, temerè, & nullo conſilio euomit. Errat] Non ſolùm corpore, ſed ſcribendo. Decidit] Exemplo Thaletis Mileſij, qui irriſus eſt, quòd dum intentus nocturna ſydera inſpicit, in puteum deciderit: nec uiderit, quæ erant ante pedes, dum remotiſſima inueſtigat. Huiuſmodi erit poëta, qui dum ſibi ipſi applaudit, & inania nubeſq; ſectatur, in manifeſtiſsimos errores, tanquam in ignorantiæ puteum decidit. unde ſi auxilium petat, nemo ſit qui manum uel funem porrigat, quòd putet uolentem illum illuc ſe demiſiſſe, quippe qui admonitus non uitarit. quin & timebunt omnes auxilium ferre: ne ſi rurſus ſe præcipitet, oleum perdant & operam.

Intentus] Qui ſectatur. Io] Exclamantis eſt. Longum] Multum: ut, Longum formoſe uale, diuq;. Succurrite] Adeſte, ô ciues, & opem ferte. Demittere] Magnitudinem ſignificat putei, ut illud Virgilij,

„ Demiſit per funem.

Quo ſignatur equi magnitudo. Poëtæ] Empedocles fuit Didaſcalius poëta, qui uerſibus philoſophiam comprehendit. ut immortalis à ſuis crederetur, in Aetnam ſe præcipitauit. & iam uoti compos fuiſſet, ni illum crepida flammis emiſſa, quibus autem utebatur, prodidiſſet. Dicam] Illi uolenti adferre auxilium, & funem demittere poëtæ, qui per imprudentiam ceciderat in puteum.

Siculi] Mali Agrigentini. Haberi] Dici, exiſtimari à ſuis diſcipulis. Frigidus] An ad eius alludit opinionem, qui hominum ingenia frigido circa præcordia ſanguine impediri aiebat: an potius frigidus pro ſtulto poſuit & ſegni: qui ſi quid hominibus perſuaſiſſet: ideo ſe immortalem perſuadebat futurum.

Aetnam ardentem] Quæ plurimis locis ignem euomit, non editis ſolùm, ſed adiacentibus. unde quur unicus mons à Meſſala & Valgio dictus ſit dubitare ſe ait Seneca. Liceat perire] Nihil tam in poteſtate hominis eſt, ac mors: uel teſtis Portia. libertatem aũt mortis uelle eripere, hæc quidem uis eſt. Idem facit occidenti] Idem facit ac ſi occideret: utrunq; enim, uim eſt inferre. Veteres, Facio idem tibi, dicebant Græca conſtructione, id eſt, idem quod tu facis.

Nec ſemel] Quod condonandum eſſet: nam (ſemel) uix unum eſt (penè nunquam): ex eodem ſenſu eſt, quod Craſſum ſemel in uita riſiſſe ſcribit Lucilius: unde illud Virgilij,

Tum

„ Tum primum noſtri Cacum uidere timentem:

Id eſt, ſemel. Nec fiet Homo] Brutum erit animal: nihil ſapiet, ut illud Terentianum. Cenſen' hominem me eſſe? uel refert ad Empedoclem, ob cupiditatem famæ immortalitatis adipiſcendæ. Amorem] Cupiditatem. Famoſæ] Diuulgatæ, celebratæ, uel infames. Anima enim in corpore dimittenda eſt arbitrio eius qui dedit. Nec ſatis apparet] Non liquet, id eſt, furentis ſunt carmina: ſed ignoratur quo læſo numine is illi furor ſit immiſſus: utrum impius in patrios manes, an loca ſacra uiolâſit. utcunque uitandus eſt & fugiendus: ne ſi nos arripuerit, malorum carminum lectione enecet.

Minxerit in cineres patrios] Magna quondam fuerat ſepulchrorum religio, ut etiam extra gentem inferri fas negarent eſſe: illa uiolare capitale erat: nulla ui deleri neque moueri poterant: atque ut cætera extinguebantur, ſic ſepulchra uetuſta ſanctiora reddebantur: ac locus ipſe multa religioſa iura complectebatur: qui in loco publico eligi non poterat, ſed extra urbem ſecus uias. quin & ſepulchra mutare non licebat: unde illud diploma uetuſtum, Quum ante hos dies coniugem, & filium amiſerim oppreſſus neceſſitate, corpora eorum fictili ſarcophago commendauerim, donec his locus quem emeram, ædificaretur uia Flaminia inter milliaria ſecundum & tertium, euntibus ab urbe parte læua rogo, domine Imperator, permittas mihi in eodem loco in marmoreo ſarcophago, quem mihi modò comparaui, ea corpora colligere: & quando me eſſe deſiero, pariter cum eis ponar. Placet. Lubentius Celſus promagiſter ſubſcripſi. Tertio Nonas Nouembres Antio Pollione & Optimo conſulibus. Cineres] Comburebant enim corpora Romæ ab ipſa populi Romani infantia. unde lex in duodecim tabulis: In urbe non ſepelito, ne'ue urito.

Bidental] Loca tacta fulmine, acri ſtudio procurabant maiores noſtri, ſacerdote adhibebant: colligebantq; diſperſa fulminis ueſtigia: terræq; ſacris ritè peractis, conſtructa ara, cæſaq; bidente eum locum Bidental appellabant: quem uiolare, piaculum erat. Inceſtus] Pollutus. Inceſtum dicitur quæcunque pollutio. Mouerit] Violauerit ligone uel aratro. Triſte] Quòd in malorum procuratione fieret, ſic & Perſius,

„ Triſte iaces lucis euitandumq; Bidental.

An potius triſte dixit, quòd quædam etiam ſint fulmina læta: quæ quum à prima cœli parte uenerint, & in eandem conceſſerint, ſummam portendant fœlicitatem? Inceſtus] Eo ipſo, quòd mouit Bidental. Certè] Agatur, inquit, quouis ſcelere, furioſus eſt. Caueæ] Caueam'ne pro arena poſuit, in qua feræ exhibeantur: quam Virgilius pro conſeſſu populi accipit in quinto libro? an caueam receptaculum intelligit, qua non ſolùm auiculas includi mos erat, ſed & feras ad ludos? quam aulam uocat Petronius his carminibus,

„ ——Premit aduena claſſes

„ Tigris, & aurata gradiens uectatur in aula,

„ Vt bibat humanum populo plaudente cruorem.

Sed nec imperitè, quum caula ſeptum ouium, Græcum ſit nomen, addita e litera. Clatros] Cancellos, repagula, quæ pede inter ſe diſtent: unde clatrata feneſtra, Plauto ac Catoni: clatrare, Columellæ. Propertius,

„ Et canis in noſtros nimium experrecta dolores:

„ Quum fallenda meo pollice clatra forent. & Virg.

„ Inſertas feneſtras dixit: id eſt, clatratas.

Recitator] Qualis Ligurinus ille apud Martialem. Hirudo] Apta ſimilitudo. ut enim hirudo ſi corpori hæſerit, nequit euelli, niſi plena ſanguinis: ſic poëta ſitientes nactus aures tantum recitat, & tam mala carmina, ut nedum ſanguinem, ſed animam miſero exugat auditori. Danda eſt ergò opera, ne fanatici, ne ceraſtæ, ne urſi, ne hirudines ſimus. Ad perfectam illam poëticam, quæ mediocritatem non admittit, contendendum eſt. Quam ut adſequi poſſimus, primùm boni & haberi, & eſſe quæramus: ab omni corporis ſenſu, contagioneq; animum auertamus: imitemur'que agricolas, qui ſentibus omnem prius agrum perpurgant, poſtmodum ſemina iaciunt. Sic nos quum ex animis omnem rerum ſordidarum cupiditatem eiecerimus, cæteroſq; adfectus igne, ferro'que extirpauerimus, omni iam cupiditatum, quaſi ſpinarum commiſtione ſuffocata: tunc demum hæc diuina poëtices ſemina excipiemus. Fallimur, ſi putamus, corruptis, obſcœniſq; moribus ſpeculationes, ſpiritusq; immiſceri diuinos. Nec nos labor terreat, qui ardua ingredientibus primus ſeſe offert, conanteſq; aſcendere deturbat. An uſquam eſt quò poſſimus utilius, glorioſiusq; hoc quod ſupereſt æui exigere? Nam quòd utilitatem in ea negent eſſe ullam, eſt ſanè nulla ijs, qui omnia mercede metiuntur, eaq; adfectant, quæ lucellum adferunt, fameq; potius quàm famæ, oneri quàm honori, cœno quàm cœlo ſtudent, ſed quos aurea delectat uirtus, nihil habent maius quod ſuſpiciant: quippe quæ omnem uiuendi rationem contineat, fortium res geſtas interire non patiatur, impiè facta, quaſi muſta nota ulciſcatur, perpetua ſtigmata improbis inurat, bonos ſempiterna muneret gloria. Quid enim aliud heroici, niſi perfectum hominem deſcribunt? Elegiographi inanes cogitationes, ſtulta amantium conſilia, amoris quam intolerabile iugum oſtendunt. Tragici, tyrannorum exitus, fortunæq; aleam patefaciunt. Comici, priuatam uitam, quaſi in ſpeculo demonſtrant. Satyrici, uitia ſectantur. Lyrici, fortium res geſtas commemorant. Denique quocunq; graditur pede, nihil habet, niſi præcepta, exemplaq; uitæ ſaluberrima. ſuis cultoribus, qui non quantum quidq; proſit, ſed quanti quidq; ſit, metiuntur: quæ magnum præbet præmium, quæ ſeipſam largitur poſſidendam: ut qui illam adipiſcatur, nullis immotus ſit caſibus, nullius externæ opis egeat, ſuis animoſus diuitijs, & tanquam è ſpecula mortalia deſpiciens. Et nos tam duri ſumus, tam inepti, tam barbaris ipſis immaniores, qui tantum cœleſte munus, uirtutum omnium ſeminarium, ex quo tot clariſſima lumina lumen acceperint, in ſitu, ſqualoreq; neglectum iacere patiemur? tantum doctrinæ, ſapientiæq; theſaurum contemnemus? tam ſuauem concentum picatis auribus negligemus? Quin agite, ſignum hoc noſtrum Horatianum attollamus. hæc ipſa præcepta pro aquila haſtæ alligemus. En, ego ultro nomen do: profiteor inuocatus, procedoq; in medium miles uoluntarius, & ſi per uos licet, anteſignanum me uobis pollicetor, non mea fretus eruditione, quæ tenuis eſt: magnitudinemq; tantæ profeſſionis non ignoro: ſed nõnulla fortaſſe diligentia, ut quod uel ingenio, uel doctrina non poſſum, labore ſaltem & cura perficiam. Itaq; non hortor iam uos ad hæc ſtudia, quos uideo incitatos, ſed deſyderium ueſtrum ardens & concitatum peto. Diligentiam uerò & conſtantiam expoſtulo. Facile eſt quod uelis, excogitare: uerùm illud quod cogitaueris, conſequi difficile. Conſequemur autem ſi inuigilare uoluerimus. quid enim tam arduum eſſe poteſt & ſecluſum, quò humanum ingenium penetrare non poſſit? nihil tamen agit, qui ſine puluere & ſudore ad ea ſperat poſſe peruenire, quæ nos populo & habenti nubila terræ eripiunt, cœloq; inſertant. Ipſa opus conſtantia, ne aut ignauia ab incœpto deſiſtamus, aut quaſi difficultate uicti, pedem referamus: ne'ue tanquam adulterini pulli è ſchola præcipitemur: ſed ueluti ſoboles generoſa, quorum acies conſtans in ſolem perduret, educemur & recipiamur.

VITI AMBRBACHII, IN ARTEM POETICAM Q. HORATII, VTILISSIma Commentaria.

BONAVENTVRAE ROSLERO GORLITSENSI VITVS AMERBACHIVS S. P. D.

TRIENNIVM ferè nunc eſt, cùm libellum Horatij de Arte Poëtica publicè hîc enarraui, &, quia uidebar & alijs, & mihi non malam in conſcribendis, & dictandis annotationibus operam nauaſſe, ac ideò facturus, quod pluribus in commune eſſet, nonnihil profuturum, ſi curarem, ut diſperſæ latiùs extarent, non quidem certè ſapientibus, aut eruditis ualde, ſed pueris, & illis imperitioribus, non potui hanc lucubratiunculam diutiùs premere, adeoq; tineis tantùm, & blattis arrodendam relinquere. Quanquam autem & aliorum ueterum etiam expoſitiones huius libelli habentur, cùm tamen haud mihi ſatisfaciant in omnibus locis, & horum alij breuiùs, alij prolixiùs, alij non ea ratione, quæ iam eſt uſitata in ſcholis, eum enarrauerint, putaui meam quoq; ſententiam non incômodè audiri poſſe, quam ita ſtudui temperare, ut nihil temerè, quod ab alijs expoſitum eſſet, reprehenderem, &, quæ indicarem addenda eſſe, adderem, quæq; aut ab alijs obſeruata eſſent, aut non multum ad rem pertinerent, omitterem: Ac in hoc ſingulariter incubui, ut obſcuriores locos illuſtrarem, præcipuè, quod ad ſimplicem, & puerilem ſenſum attinet, ac rationem quandam ſermonis, quæ, ut in alijs omnibus habet proprium quiddam, ita in hoc Poëta non paulò durior eſt, ac obſcurior. Sed interim, dum hoc meditor facere, non paruæ difficultates occurrunt mihi. Cogito enim quàm ſint exaſperata, & exulcerata hæc tempora, in quibus non modò eloqui, & ſcribere, quæ ſentias apud animum, non ſit tutum, ſed etiam nutu propemodum, & geſtu ſignificare, ne dicam etiam cogitare. Ac inde ſunt tot conuicia, tam inhumanæ expoſtulationes, inſectationes plus quàm barbaricæ, maledicta inaudita, ut de iocis aliquando ſcurris etiam indignis taceam. Et hæc omnia inter Chriſtianos, ac in tractatione rerum ſæpe grauiſſimarum. Verè nunc eſt ætas illa ferrea, de qua Poëtæ ſcribunt.

„ *Ac fugêre pudor, uerumq; fideſq;,*
„ *In quorum ſubiêre locum fraudeſq;, doliq;,*
„ *Inſidiæq;, & uis, & amor ſceleratus habendi.*

Vt inquit ille. Quis iam non audit frequenter hæc tragica, hæreticus, Epicureus, impoſtor, blaſphemus, & alia non dicenda? Iam quod non rarò iudicant, & damnant uel hos, uel illos imperiti, πρὶν ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, quod & in familia, non modò in iudicijs Reipub. fieri conſueuit, quomodo non uideatur eſſe ut turpiſſimum, ita etiam pernicioſiſſimum? Quis autem seriò ſtudet remedium his tantis malis afferre? Quaſi uerò non poſsit eſſe Eccleſia ſine his uelut procellis inteſtinis, & ciuilibus tempeſtatibus. Vtinam exoriretur aliquis uel Conſtantinus, uel Theodoſius, uel Martianus, qui tandem his turbis imponeret aliquod pium, & dignum Chriſtianis hominibus ſilentium. Quod iamdudum nobis multi perſuaſimus de Carolo noſtro Imper. qui nô parum etiam in hac re laborauit hactenus, & non deſinemus in eo mentem, conſtantiam, & ſucceſſum, qualis fuerunt in illis Imper. expectare. Feliciſsimum dicerem illum diem, & non tantùm ſignandum albo lapillo, ſed totum deaurandum, & exoſculandum. Quanquam autem res uideretur ad exitium ſpectare, non tamen ego deſinam & uotis aſsiduis optare concordiam, & ſpe pertinace pacem expectare tantiſper, dum uiuam, idemq; cenſeo faciendum eſſe omnibus pijs, uti haud dubiè faciunt, ac magis, quàm ego uel intelligere, uel ſuſpicari poſſum. Non enim deſunt exempla in hiſtorijs, ubi poſt longas & grauiores iactationes tranquillitas, & pax tamen eſt tandem eccleſiæ reſtituta. Verum hæc longius excurrerunt mihi, quàm propoſueram. De meis difficultatibus inceperã dicere, quas quia ſemel adire cœpi, uix nunc poſſum ab eis pedem referre, ac ſanè, ut alia quædam, ita hoc opuſculum qualecunq; eſt, fortunæ committo: Precor ei tamen illam propitiam potiùs, quàm uel aduerſam, quod eſſet aut ſtulticiæ, aut crudelitatis, uel neutram, quod uel negligentiam, uel contemptum argueret, ac nondum totam ſpem de felici euentu abieci, ad quod tuum Bonauentura ſtudium, & beneuolentia non habebit nullum pondus. Nam ſi tibi placuiſſe meum laborem intellexero, & ſi durius alicubi exceptus fuerit: putabo tamen illi non omninò deeſſe commodum hoſpitem, quem etiam hac epiſtola mecum huius libelli, uelut commune defenſorem conſtitutum uolo. Sic enim erga me hactenus te geſsiſti, eo ſtudio me proſecutus es, ut non poſsim de te mihi non ſummam beneuolentiã, amorem, & operam polliceri. Vale, datum Vuittebergæ 5. Calend. Septemb. Anno Domini 1 5 4 2.

AMICVS AD VITVM AMERBACHIVM.

Carpitur in uiuis uirtus, poſt fata quiete
Viuere cum grata poſteritate ſolet.
Fortiter interea duros perferre labores
Te decet, atq; tuis nos cumulare bonis.
Tempora nos alij ſed longa precabimur omnes
Vitæ, Vite, tuæ, propitiumq; Deum.

IDEM AD LECTOREM.

Hoc lector candore legas, relegaſq; libellos,
Quo dat eos docti Muſa benigna uiri,
Qui, ſtudijs quò plus fructus communibus affert,
Hoc debet cunctis carior eſſe bonis.
Induit utilitas merito ſibi nomen honeſti,
Quæ de priuato publica facta bono eſt.
Hac igitur non parte minus uenerabilis ille eſt,
Qui facili multis commoda mente parit.

IN

IN ARTEM POETICAM HORATII VITI AMERBACHII.

PRAEFATIO.

NON eſt ignotus poëta pueris etiam Horatius. Quare nihil eſt opus de illo multum uerborum facere, præſertim cùm ſint, qui hoc fecerunt, in promptu, nec uehementer hoc faciat ad intelligendum opus quod inſtituimus exponere. Quanquam plerique ualde ſunt in talibus rebus occupati, ac interim aut prorſus omittũt, aut leuiter admodum attingunt ea, quæ officium interpretis requirebat. Non reprehendo cuiuſquam diligentiã, ſed habendum eſſe delectum cenſeo, ac ita rem agendam, ut hæc illis in tractando præponãtur. Vim enim & ſententiam ſuſcepti operis explicare præcipuum eſt, & huc omnes cogitationes, diligentia, conatus, & ſtudium interpretis debent referri ſingulariter. Monet in hoc poemate Horatius multa utiliter, & docet uolentem fieri poëtam, id quod uel titulus operis indicat, non tantum tradens præcepta ſcribendorum poëmatum, quæ uaria ſunt pro cuiuſque natura, ſed una, & non minore diligentia reprehendens uitia, prout conuenit, cum ſint ἐναντιώτερα τὰ παρ᾽ ἄλληλα τιθέμενα, ut inquit Ariſtoteles, atque ab ea ſanè parte incipit opuſculum. Non autem legi debet ideo tantum, ut diſcamus poemata facere, cùm in eo genere hoc tempore perpauci uerſentur, &, ſi qui uerſantur, ferè tantum in componendo aut Heroico, aut Elegiaco, aut Lyrico uerſantur, ſed etiam componendarum orationum, ſcribendarum epiſtolarum, interpretandorum, & conciliandorũ ueterum authorum, quod ferè ſolet his temporibus ab eruditis fieri, hiſtoriam, aut alia ſimilia faciendi gratia. Multa enim hîc generalia præcepta continentur, quæ non minus alijs ſcribentibus obſeruanda ſunt, quàm Poëtis, ut de connectendis rectè partibus operum, de aptè ſcribendo, & uitanda concertatione, de metaphoris, de nouãdis uocabulis, & ſimilibus alijs. Et propter has quidem cauſſas, maximè legendus eſt hic libellus. Deinde ſunt etiam aliæ, præſertim his noſtris ſeculis, in quibus magna eſt doctrina, linguam tantùm Latinam utcunque & non barbarè prorſus intelligere, ac uſurpare poſſe, uocabula, phraſis, quæ tametſi non eſt in hoc ſcriptore optima, Latina tamen eſt, & digna, qua utamur in loco, ſententiæ, ſimilia, exempla, & figuræ. Non enim ita ieiunus, & aridus eſt Horatius, ut nonnullis uidetur, nec fruſtrà conſeruatus ad hæc noſtra uſque tẽpora, ſed non habet opus meo præconio, aut defenſione. Ad præcepta nos potius cõferemus, quæ recitabimus ordinè, & nõ exponemus ambitioſè, permittemus hoc ocioſioribus.

COMMENTARIA.

HVmano capiti ceruicem pictor equinam, &c.] Incipit opus à deſcriptione monſtri, quod componit ex diuerſorum animãtium partibus, ut oſtendat fœditatem carminis, quod ſimiliter eſt congeſtum ex membris non conſentientibus, & pugnantibus inter ſe natura. Atque ita non ſignificat uitioſam diſpoſitionem, ſed monſtroſam compoſitionem, ut uitium inuentionis, ac materiæ. Talia ſunt in Poëtis Centauri, Chimæra, Scylla, Minotaurus, in natura hominis bicipites, & alia, quæ monſtra, ſeu portenta, communis lingua appellat à præſignificandis rebus futuris: Phyſici proprias cauſas tantum conſiderantes, uocãt errores naturæ. Illuſtris eſt hæc ſimilitudo, & non obſcurè demonſtrat materiæ uitium tantum notari, nõ diſpoſitionis, quam nonnulli nunc malunt œconomiam appellare Græca uoce, cùm non deſit Latina. Huc etiam altera ſimilitudo facit de ſomnijs ægri. Vt autem horum ſomni ſunt inæquales, & interrupti, ſic etiã non cohærent ſomniorum partes, hoc eſt, ex diuerſis naturis conſtant plurimum, hoc enim eſt, quod dicit, nec pes, nec caput uni reddatur formæ, hoc eſt, ut pes non ſit eiuſdem animantis, cuius eſt caput. Ac forma ſignificat hic ſpeciẽ externã unius animãtis, et ſimplicis, ut ſic dicã, id eſt, nõ degenerãtis à ſua ſpecie in ulla parte. Sic etiam Lucianus præcipit in libello de ſcribenda hiſtoria, & unà ſimile monſtrũ depingit his uerbis, γυναικὶ μὲν οὖσαν, ἀλλ᾽ ὅμοια τὰ πάντα, καὶ ἐπ. χρὴ εἶναι καὶ αὐτὰ ἄλλα τῇ κεφαλῇ τὸ ἄλλο σῶμα, ὡς μὴ χρυσοῦν μὲν τὸ κράνος εἴη, θώραξ δὲ πάνυ γελοῖος ἐκ ῥακῶν ποθὲν, ἢ ἐκ δερμάτων σαπρῶν συγκεκαττυμένος, καὶ ἡ ἀσπὶς οἰσυΐνη, καὶ χοιρίνη περὶ ταῖς κνήμαις, &c. Pictoribus, atque Poetis, —— Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas, &c.] Eſt occupatio, id eſt, reſponſio ad hoc, quod obijci poterat. Poterat aũt obijci, quòd Poëtarũ ſit magna libertas, aut licentia. Reſpondet per quandã conceſſionẽ, fateor, ſed modus tamen quidã debet ſeruari, & nihil faciendũ eſt, quod à natura abhorreat. Quanquã Lucianus dicat, unã legem Poëtæ eſſe, τὸ δόξαν. Quod tamen facilè poteſt cũ hoc Horatij præcepto cõcordari. Si addatur, quod eſt in Luciano, poëtã eſſe ἔνθεον καὶ κάτοχον ἐκ μουσῶν. Quod ex Platonis Ione mutuatus eſt. Inceptis grauibus plerunque, & magna profeſſis, &c.] Non eſt nouũ hic præceptum, ſed pertinent hæc ad præcedentia. Recitat aũt exempla Horatius, in quibus illam fœditatem compoſitionis oſtendit, ac ſunt uelut accõmodatio præcedentis ſimilitudinis, quaſi diceret, ſicut pictor, ſi iungat equi ceruicẽ humano capiti, &c. meritò rideretur, ita ridendus eſt poëta, qui cum inſtituit rem grauẽ, & magnã deſcribere, delabitur in aliquẽ puerilem, & tenuem locũ, in deſcriptionẽ rei paruæ, & ad uoluptatem tantũ, ac delectationem comparatæ, ut ſunt ferè digreſſiones in Poëtis, & alijs ſcriptorib. non quòd non liceat in grauioribus etiã ſcriptis aliquãdo uelut remittere ſtylum, & in locũ amœniorem expaciari, ſed quod nõ fiat ab illis in loco, aut interim inſtituta materia nõ pertractetur, aut potiùs ad inceptum non redeatur, ſed deſinatur in aliud humilius, quàm eſt inchoatũ, & propoſitum. Et hoc eſt, quod dicit, Amphora cœpit inſtitui, currẽte rota cur urceus exit? Eſt enim uas longè maius, & nobilius amphora, quàm urceus. Denique ſit quoduis, ſimplex duntaxat, & unum.] Concluſio primi præcepti, quæ clarè oſtendit, hactenus tantùm unũ præceptũ, & id quidem de ſola uitãda monſtroſa cõpoſitione inuentæ materiæ tractatũ eſſe. Nam ſimplex eſt, quod conſtat partib. natura conſentientibus, ut homo, cuius omnes partes ſunt humanæ. Duplex, quod ex duarũ naturarum, ſeu ſpecierũ partibus eſt compoſitũ, ut Centauri, qui ex homine, & equo ſunt cõflati, & propterea διφυεῖς ab Iſocrate appellantur. Triplex, quod ex triũ. Multiplex, quod ex multarũ partibus eſt conſutũ. Sic de alijs. Vnũ eſt idẽ, quod ſimplex, nec pertinet hoc ad ordinẽ, ſeu diſpoſitionẽ, cuius uitiũ nõ efficit duplicitatẽ, aut multiplicitatẽ, ſeu perturbationẽ, ſeu cõfuſionem. Maxima pars uatũ pater, & iuuenes patre digni, &c.] Secundũ præceptum, quod de generib. orationũ docet, quæ ſunt humile, mediũ, & grande, quorũ tractationẽ habes & alibi, & in oratore perfecto. Vult autẽ præceptũ, ut aptemus uerba, & orationẽ rebus, & grandia magnificè, humilia ſedatè, media grauiter efferamus, aut potius, ne in cognata uitia prolabamur, quãquã ſit hoc facere procliue. Horat. uidetur quatuor facere, ſed breue aut idem eſt, quod humile, aut ſparſum quodãmodo in alia omnia. Per, ſectantẽ leuia, id eſt, polita, & ornata, intelligit mediocri genere utentẽ. Valet aũt ſubtile in probando, modicũ in delectando, uehemens in flectendo, ut ait Cicero, mutatis communibus appellationibus. Tutus nimium, timiduſque procellæ, eſt, qui non audet ſe aliquando attollere, quod etiam in humili genere licet aliquando, ſed humi ſerpit. Et hoc eſt, quod dicit Quintilianus. Ita dum timent, ne aliquando cadant, ſemper iacent. Et Plinius Iunior. Item frequentior currentibus, quàm reptantibus lapſus, ſed his non labantibus nulla laus, illis nonnulla etiamſi labantur. Sicut autẽ in moribus uirtutibus cognata

gnata ſint uitia, ut alicubi Cicero dicit, nihil uirtutibus eſſe tam cognatũ, quàm uitia, ita in oratione. Hoc eſt, quod ſæpe decipimur, & ferè ipſi blandimur noſtris uitijs, & uirtutũ nomina imponimus, ut Perſius de matribus teſtatur, quod corporũ uitia mutent in uirtutes nominib. Obſeruari debet in his uerbis, breuis eſſe laboro, Elypſis particulæ Si. Qui uariare cupit rem prodigialiter unam, &c.] Hyperbaton eſt in hoc loco, ut Linacer, ut alia ſolet, eruditè ſentit, ac pertinet prodigialiter, ad uerbum appingit, non ad uariare. Eſt aũt tertium præceptum, quod de moderanda rerum uarietate monet. Eſt enim μεταβολὴ πάντων γλυκύ, ut inquit Euripides, imò ſæpe neceſſaria propemodũ, id quod norunt ij, qui ſæpe de iiſdẽ rebus apud eoſdem homines docuerunt, & intelligunt qui hoc obſeruarunt in doctioribus. Cõſtat aũt uarietas partim in uerbis, & orationibus, partim exornationibus, quas figuras Latini, Græci uocãt Schemata, ut ſit huius loci ſententia per ſimilitudinem, ſicut pictor prodigioſam tabulam faceret, ac peccaret grauiter, ſi uarietatis gratia Delphinũ in ſyluis depingeret, qui in aquis degit, & in aquis aprum, qui degit in ſyluis: ita peccaret Poëta, qui tractans eandem rem non aptè aut in loco, aut contra, quàm iudicium eruditorũ approbat, deſcriberet, uariandi poëmatis, & ita, ut fit, leuandi tædij cauſa: recitatur hæc figura, Delphinum ſyluis, &c. inter prouerbia, ſicut illa præcedens, Simulare cupreſſum. Aemyliũ circa ludum faber imus, & ungueis, &c.] Quartũ præceptum de conſentientia, finis cum reliquo opere, non in diuerſæ naturæ partibus, ut in primo præcepto, ſed de magnitudine, & alijs accidentibus: Latini proportionẽ, Græci συμμετρίας uocant. Non aũt, ut hoc etiã admoneam, ubiq; ſimpliciter, & pueriliter præcipit, ſed oſtendendo ſæpe tantùm uicia, quod eſt in talibus poëmatis cõſuetum, adeóq; uariè, ut facilè non prorſus hebes lector animaduertit. Sumite materiam ueſtris qui ſcribitis æquam, &c.] Vt non eadem ſunt hominum ingenia, ſic res nõ ſunt eædem, ſed aliæ ſunt alijs obſcuriores, difficiliores, & grauiores. Hic itaq; iubet Poëta quenq; ſcripturum aliquid ingenij uires metiri, & pro illis materiam ſibi deligere, ne, ſi maiorem ſumat, in ſcribendo concidat, ſi minorem, indignum ſe opus faciat. Sequuntur hoc ſtudiũ duo cõmoda, eloquendi uis, & ordo. Nam, qui rem ſuis uiribus conuenientẽ elegerit, & de ea cogitauerit diligenter, facilè tum uerba, tum orationes illi incident, ſicut alibi dicit: Verbáq; præuiſam rem non inuita ſequentur, & in ſuum quæq; locum, uel ſua ſponte uenient, ne turbetur aliquid in ordine. Sicut autẽ hoc fieri ſolet in carmine, ita etiã debet fieri in alijs omnib. ſcriptis, eſtq; hoc etiam unum ex generalibus præceptis, nec eſt difficile uidere in experiendo, quæ quibus meliùs, & rectiùs poſſimus tractare, & præceptores diſcipulos priuatim admonere de hac re debent. Addita eſt ordinis hic etiam obiter uelut definitio, ut in uerſu, Hoc amet, hoc ſpernat, &c. aut repetitio huius quinti præcepti, aut præceptum inſertum, ſed etiã obiter de ordine, ut ſit ſententia, hoc amet, id eſt, iam dicat iam dicenda, & hoc ſpernat, id eſt, differat, quæ ſunt differenda. In uerbis etiã tenuis, cautusq; ſerendis, &c.] Sextum præceptũ, eſt de Metaphoris. Quid autẽ ſit metaphora, quid ordo, & ſimiles res, ex Cicerone, & Quintil. diſci debet. Cum dicit, in uerbis tenuis, cautusq; ſerendis, uult nõ temerè nouas dictiones faciẽdas eſſe, potiusq; factis nũc utendũ per tranſlationem, quæ etiam eſt quædã uocis nouatio, quam de nouo confictis, niſi neceſſitas hoc aliqua poſtulet. Bombarda, & Taratantara ſunt prorſus noua, fides, crux in Theologia ſunt uſu, & per quandam tranſlationem noua. Ac eſi ſanè in omnibus linguis plurimũ tranſlationũ, & hoc partim ob alias cauſas, partim, quia uocabula ſunt finita, res autem infinitæ, ut alicubi Ariſtot. dicit. Cinctutis hic dictum eſt pro cinctis per Epentheſin, ut eſt hoc Ouid. in Faſt.

„ Semicaper coloris cinctutis Faune Lupercis.

Et noua, fictaq; nuper habebunt uerba fidem, ſi, &c.] Aliud præceptum de modo, & ratione faciendi noua uocabula. Fiunt autem rectè dupliciter, aut cum à Græcis molliter deriuantur, aut à Latinis uocib. ſic à Græcis φάμα, κυβερνῶ, fama, & guberno, & quod ad terminationem attinet, pitiſſo à πιτίζω, item per imitationem, & ſic uidetur hic locus intelligi præcipuè debere ex 15. cap. 2. libri Quint. ut eſſentia, & entia, ut ſunt Græcis οὐσία & ὄντα. A' Latinis, qualis, beatus, facta ſunt apud Ciceronem qualitas, beatitudo, abeſſe apud Quint. ens, eſſendi, eſſendo, eſſendum. Apud recentiores omnis generis ſcriptores inſtituta fuit hæc licentia, ut eſt apud Philoſophos entitas, enter, quidditas, infinities, cauſalitas, apud Dialecticos prædicatũ, prædicamentũ, paſſio, æquiuocum, uniuocum, apud Iuriſconſ. ſaluum conductum, diffidatio, apud Theologos uolitio, filiatio, iuramentum, ſed quis enumerare queat omnia? Sũt hæc magna ex parte reijciẽda, & explodenda propterea, quod per negligentiam, & contemptum Latinæ ueteris linguæ, conficta ſunt, cum non deeſſent uetera, & uſitata, aut quod a Cicerone, & ab alijs bonis ſcriptorib. eſt factum, circumſcribi poſſent. Et hæc quidem à Latinis deriuata ſunt, ideóq; minus habent uitij, de quorum numero eſt etiam inuideor, quo hic eſt nouè uſus Poëta, Guerra autem, fraſca, truſa, & ſimilia, del... quorundam his quoque temporib. in Scythiam ablegãda eſſent, ac legibus prohiberentur, ſi eſſent hæ liberæ, & non ab indignis ſua authoritate hominibus barbaricè conſpurcarentur. Vt ſyluæ folijs pronos mutãtur in annos, &c.] Similitudo, qua cauſa præcedentis præcepti exponitur. Nam ideo nouis dictionibus licet uti, quòd natura hæc ſit earũ, ut rerum etiam, ut non durent in eodem ſtatu. Quare ineptè Lõgolius, & alij nonnulli peruerſè Ciceroniani per omnia uocabula Ciceronis orationẽ his temporibus, cũ & mores, & Rerumpub. formæ, adeóq; totius uitæ ratio, ex magna parte unà cũ ipſis rebus non paucis mutata ſint, uoluerunt exprimere, & meritò ſunt reprehenſi tales ab Eraſ. Roterod. Si, ut etiam Cicero fatetur, quælibet artes habent propria uocabula. Quare non permitterentur, præſertim religioni Chriſtianæ, quæ prorſus noua eſt, in Latina lingua, ſuæ uoces, & phraſis, modò abſit barbaries, id eſt, uetus Latinitas adhibeatur, quantum poteſt fieri cõmodè. Puto autem ex Eraſmo huius rei exẽplum præcipuè debere peti, ut, qui & ingenio plurimum ualuerit, & fuerit cum Theologiæ præclarè doctus, tum literarũ humaniorum ſtudioſiſſimus. Huc etiam pertinent ſequentes uerſus, quorum initiũ eſt, Debemur morti, &c. Sunt aũt exẽpla à maiore generaliter, & ſpecialiter, ſi enim nos & noſtra opera (& hactenus generaliter) ſiue paludes fiant ex aridis, ſiue arida ex paludibus, quæ nõ niſi potentiſſimorũ ſunt opera (& hæc ſunt ſpecialia) nõ manemus, ſed ut orti ſumus, ita occidimus, longè minus eadẽ uocabula poterunt in eodẽ uſu perpetuò manere. Sicut etiã Quintil. dicit. Vocabula uſu ualere, ut nummos. Verũ his poſtremis ſeculis, poſtquã Latina lingua deſijt eſſe uernacula, nequaquã ita locũ habet hoc dictum, & cõtenti eſſe debemus ueteribus & uocabulis, & orationibus, quantũ rerum ratio patitur, et nullo modo aliquid uel mutare, uel innouare temerè, aut ſine magna quadã neceſſitate, ſi uolumus uideri mediocriter modò Latinè loqui, & ſcribere. Res geſtæ, regumq;, ducumq;, & triſtia bella Quo ſcribi poſſent numero, mõſtrauit Homerus.] Octauum præceptum, quod iubet carmen Heroicum fieri ad imitationẽ Homeri, ſimul autẽ de materia huius carminis indicauit, quod regũ, & principũ facta eo genere deſcribantur. Quæ pertinent ad exactam cognitionem huius carminis, ut ſunt uariæ appellationes eius, differentiæ, pedes, aliunde ſumi debent, ac facilè poſſunt. Verſibus impariter iunctis querimonia primum, &c.] Quæ res tractari debeant Elegis docet, ac dicit incertum eius authorem eſſe. Non autem hic addidit, ut in proximo præcepto exemplum, quod imitemur, nec erat ſanè tam inſignis author in hoc genere, ut in ſuperiore Homerus apud Græcos, quos illis temporibus in primis ſunt imitati. Nos Catullum, Tibullum, Propertium, & Ouidium habemus. Eobanum etiam ex recentioribus propemodũ ueteribus illis parem. Archilochũ proprio rabies armauit Iambo, &c.] Decimum præceptum, in quo proponit nobis imitandum Archilochum. Eſt autem Iambicus uerſus aptus etiam Comœdijs, & Tragœdijs, ut & hic indicatur. Olim peculiarem habuit materiam, conuitia, & maledicentiam, cuiuſmodi ferè Martialis in ſuis Epigrammatis nonnunquã uſurpauit, & Ouid. in Ibin, alio tamen uerſus genere. Muſa dedit fidibus diuos, puerosq; deorum, &c.] Eodẽ modo, id eſt, obliquè, aut docendo præcipit de carmine Lyrico, exemplum eius eſt in Pindaro & Horatio. Deſcriptas ſeruare uices, operumq; colores, &c.] Generale præceptũ, quod partim eſt natũ ex præcedentibus, & iubet illo uſitato more, hæc argumentorum diſcrimina ſeruari, quæ uices,

& colores uocat, partim addit, nonnulla de genere orationis diſtinguendo, & accõmodando ad ſuã quodq; materiã, ſed ipſe rem tractauit exẽplis Comœdiæ & Tragœdiæ, hoc eſt, generale ſpecialiter. Eſt cognatũ præceptũ cum ſecundo, & pertinet ad locũ Rhetorum de aptè dicẽdo. Interdũ tamen & uocem Comœdia tollit, &c.] *Aliud præceptũ cognatũ iſti. Vult enim ita ſeruari hoc præceptum, ut permutẽtur inter ſe uerba, orationes, et figuræ poëmatũ. Nec ſemper eſſe utendũ in grandi materia humili genere, in humili grandi. Quod fit propter cognationẽ rerum, unde ſumendus eſt uſus huius præcepti maximè.* Telephus & Peleus, cùm pauper & exul uterque, &c.] *Eſt exemplũ ſuperioris præcepti, non præceptũ de pronũciatione, quod ipſe poſtea uelut exponit, cũ dicit,* Triſtia mœſtũ uultũ uerba decent, iratũ plena minarũ, &c. Non ſatis eſt pulchra eſſe poëmata, dulcia ſunto, &c.] *Hi etiã uerſus tantũ exponunt præcedens præceptũ, quod uires etiã, robur, ac neruos debeãt habere poëmata, non tantũ ad oſtentationẽ eſſe cõpoſita. Et quamquã hoc latè patet, tamen ad hoc præceptũ poëta præcipuè ſpectauit, ut oratio rebus, et materiæ cõueniat. Sunt aũt in eo uires, quãdo mouent, & afficiunt cũ uoluptate quadã. Sicut alibi dicit. Aut prodeſſe uolunt, aut delectare poëtæ, &c. Quod fit maximè in fabulis, qua ſpecie uſus eſt hic pro genere, ſicut enim in forenſibus actionib. qui uult afficere, prius ipſe debet affici, ita in poëmatis, maximè Tragœdijs non efficit, qui frigida, & languida oratione, aut non cõueniente cũ reipſa utitur. Vt ridentib. &c. Cauſa præcepti.* Telephe uel Peleu, male ſi mãdata loquẽris, &c.] *Amplificatio à cõtrario cũ ijſdem exemplis, & explicatione præcepti, ut eſt ante oſtenſum.* Format enim natura prius nos intus ad omnẽ, &c.] *Alia ratio præcepti ab efficiẽte ſumpta, ſicut præcedens eſt à fine. Ita enim fit natura, ut oratio congruat affectibus, ac addit tertiam tanquam cauſam ab incommodo ſeu periculo, quod irrideantur, qui aliter in poëmatis loquuntur, quàm pro fortuna, & conditione ſua, adeoq; aliter, quàm ſunt affecti, hoc eſt, ubi perſonæ in fabulis (nam huc ſpecialiter reſpicit, quanquam ut ſignificaui, generaliter accipi debet) aliter loquũtur, quàm cõuenit perſonarum, quas agunt, affectibus, qui ſumuntur ex fortuna, & conditione illarum.* Intererit multũ Dauuſne loquatur, an Heros, &c.] *Hoc præceptũ naſcitur ex præcedẽte ac eſt uelut ſpecies quædã eius. Docet enim de perſonarũ decoro, quod incluſum eſt ijs, quæ pertinent ad aptè dicendũ. Quid aũt ſit poëticum hoc decorũ, Cic. quoq; ſubindicat in lib. de Offic. Vbi rectè monet hoc à Philoſophorũ decoro differre. Nã hoc idem ferè eſt, quod honeſtũ, illud oratio cõueniens cuiq; pro ſua perſona, id eſt, pro ſua cõditione, moribus, ac ſtudijs ſiue honeſta ſint, ſiue turpia. Sicut aũt conditio ad mores, & ſtudia multùm facit, ita etiã natio, populus, atq; ipſum genus, & cõuerſatio cum alijs, ac alijs hominibus, de quib. rebus plena ſunt eruditorũ ſcripta. Hæc omnia debet obſeruare, qui uolet poëmata ſcribere, ſiue perſonæ ſint antea ab alijs tractatæ, ſiue de nouo uſurpentur, idq; aut uerè, aut fictè quò pertinent ſequẽtia, cùm dicitur, Aut famam ſequere, &c.* Si quid inexpertũ ſcenæ cõmittis, & audes, &c.] *Hoc præceptũ uult æqualitatẽ in deſcriptionib. perſonarũ ſeruari per omnia, præſertim quando finguntur nouæ, & tractantur ab alijs prius non tractatæ. Monet etiam de huius rei difficultate per cõparationem, & communia uocat iſtiuſmodi materiã, ſicut eſt uidere in exẽplo, quo hic uſus eſt. Vbi uox, indicta, notari debet. Intelligenda aũt ſunt hæc præcipuè de fabulis, ſed obſeruãda, & ſequenda etiam in alijs poëmatis, quantum patitur materia.* Publica materies priuati iuris erit, ſi, &c.] *Publicam hic dicit materiam, quæ iam cõmunia dixerat, inexpertum, & perſonam nouam. Deſcribit autem modum communia faciendi priuata, qui eſt, ut non circa res uiles, & leues multum uerborum conſumatur, ſed magnificè magna deſcribantur, obiter parua, hoc eſt, ſuo quolibet modo.* Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus] Quid ſit præſtandũ, *quando ſumitur ex alijs ſcriptoribus materia, nec docet hic Horatius de interpretandis, aut uertendis authoribus in aliam linguam, ſicut nonnulli putant, & huc plauſtra præceptorum de hac re inuehunt, ac eſt ſententia, nec debet interpretem agere in tractanda materia deſumpta ex alio, nec imitatorem nimis anxium, aut ſollicitum, ſed liberè imitari aliena, & ſic, ut res pro tuo tractetur arbitrio, & tanquam tua fiat tractatione, quod fecerũt ueteres, qui ſumpſerunt argumẽta ex Homero, nec tamen uidentur aliena tractare. Vox interpres hoc loco imitationis, aut ſimilitudinis uim habet in ſtructura, & dicitur, curabis reddere fidus interpres, pro tanquã fidus interpres, aut agẽs fidum interpretẽ. Cæterùm proferre pedẽ, ſignificat ſe explicare, aut pergere in ſcribendo.* Nec ſic incipies, ut ſcriptor Cyclicus olim. &c.] *Arrogantia nuſquã non eſt odioſa, in oratione, in exordijs eſt odioſiſsima, propter hanc præcipuè cauſam, quod in exordijs auditor, aut lector eſt conciliandus, & præparandus ad cognoſcendum ſcriptum, nec ulla re magis alienantur animi, quàm iactantia, & oſtentatione: Id hic Horatius indicat, & iubet uitari talia principia, quæ declarat Cyclici Exordio, quiſquis ille fuit, Non enim cõſtat. Atq; unà proponit uerecundorũ, & bonorum Exordiorum exemplum in Homero, quem ſcribit lucem ex fumo, hoc eſt, omnia præſtitiſſe in opere ſplendidiora, & maiora, quàm in principio ſit pollicitus. Ita enim fit, ut præter quàm quod abeſt arrogantia, lector etiã, uel auditor nouitate rerũ ſubinde, ac ſplendore exuſcitetur, & detineatur. Vocatur autẽ hoc genus Exordij propoſitio, quæ præcedit apud Latinos inuocationem, apud Græcos ſequitur, aut potiùs cum ea cõmiſcetur.* Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri, &c.] *Artificium, & rationẽ huius Poëtæ non tantùm exordiendi rem ipſam, in operibus (aliud enim eſt Exordium operũ, ut iam eſt dictum, aliud principium narrationis, aut rerum inſtitutarum tractationis, ut hic dicitur) ſed etiam partes operum inſigniores explicat Horatius, & ſimul ſignificat alijs idem ſeruandũ eſſe in poëmatib. Quid autẽ ſit, quod hic dicit, Semper ad euentũ, &c. Vel ex Terentio clarè adoleſcentes, quem plurimũ habent in manibus, intelligunt, non modò quòd ad principia fabularum, ſed etiam, quod ad pleraſq; ſcænas attinet in medijs fabulis, ubi multa ſæpè omittuntur, & relinquuntur intelligenda: Et ita ſanè debet fieri. Quis enim alioqui finis eſſet futurus narrationũ, & deſcriptionum?* Atq; ita mentitur, ſic ueris falſa remiſcet. Primo ne medium, medio ne diſcrepet imum, &c.] *Tertium præceptum ex poëmatis Homericis in hoc loco de miſcendis fabuloſis cum ueris ita, ut nuſquam diſſentiant à ſe partes operum, quod pertinet ad eam rem. Vult autem, ut falſa ubiq; habeant ueri ſpeciem, ac ita cũ ueris congruant, ut non uideantur abſurda, uel à natura rerum abhorrentia.* Tu quid ego, & populus mecũ deſideret, audi, &c.] *Generale præceptum de ſeruando ætatum decoro, id eſt, de accommodando in tractandis perſonis oratione ad ætatum diſcrimina. Alijs enim rebus, ac ſtudijs tenentur, ac delectantur pueri, alijs adoleſcentes, iuuenes, ac ſenes.* Reddere qui uoces iam ſcit puer, & pede certo, &c.] *Deſcribit hic ordine quatuor ætates, pueritiam, adoleſcentiam, iuuentutem, & ſenectutem, ac una modũ tractandi perſonas pro hoc diſcrimine in poëmatis latiter oſtendit.* Multa ferunt anni uenientes commoda ſecum, &c.] *Repetitio præcepti generalis, de ſeruãdo ætatum decoro.* Aut agitur res in ſcenis, aut acta refertur, &c.] *Quæ ſequuntur, aliquot præcepta pertinent ad fabulas tantum, & primùm diuiduntur generaliter omnium fabularum argumenta, ſeu materiæ in ea, quæ aguntur, & ea, quæ tantùm narrantur, ut ſunt geſta, aut finguntur geſta. Significat autem hic uerbum, ago, propriè, cum alioqui dicamus agere fabulas generaliter pro eo, quod eſt omnia perſonis exprimere, ut ſunt in fabulis, ſiue aguntur, ſiue referuntur. Quanquam ita aguntur etiam, quæ aguntur, ut ſimul adhibeantur uerba. Diuiſioni additur ſententia, quæ illam explicat, & conſentit cum eo, quod Plautus dicit. Pluris eſt oculatus teſtis unus, quàm auriti decem, & nuncius apud Sophoclem.* τῶν μὲν πραχθέντων ἄλγιστα οὐ πάρεστιν, ἡ γὰρ ὄψις οὐ πάρα. *Sequitur poſtea præceptum de hac re: Modum eſſe in agendo ſeruandum, nec facto etiam exprimenda, quæ habent magnam aliquam, & horribilem fœditatem, ſiue, quia ſunt incredibilia, ſiue crudelia: Poëta maluit hoc in exemplis oſtendere.* Neue minor, quinto neu ſit productior actu Fabula, quæ poſci uolt, & ſpectata reponi] *De numero partiũ fabulæ præceptũ, quod uidemus ubiq; ſeruatũ à Terent. à Plauto nõ itẽ.* Nec Deus interſit, niſi dignus uindice nodus Inciderit] *Nõ eſſe Deũ introducẽdũ aliquẽ, niſi res grauiſſima tractãda ſit, quæq; nõ poſſit humano cõſilio, aut opa fieri, maximè ſi tãtũ aliquod ſcelus puniendũ*

sit

ſit, aut auertendum periculum, Seruius, & alij ueteres Grammatici, ad alia poëmata etiam hoc detorſerũt, ne Deus imploretur aliquis in medio operè, niſi res uideatur humanis uiribus non poſſe explicari, ut Virg.

„ *Vos ô Calliope, &c.*

Nec quarta loqui perſona laboret] *Ternarium numerũ non eſſe in colloquijs perſonarum excedendum. Videtur autem hoc ideo præcipi, ne fiat rerum, aut orationis confuſio, &, ut auditores non afficiantur inde moleſtia. Nam ad horum auditum tota res eſt referenda. Non eſt hoc ubiq; ſeruatum, nec in Terentio, niſi quis uelit hunc locum ita exponere, ut putet Horatium non uetuiſſe quatuor perſonas induci, ſed uelle, ne quarta, ſi quando acceſſerit multum, aut ſollicitè loquatur, ita, ut ſit emphaſis in uerbo laboret.* Actoris partes chorus officiumq; uirile, &c.] *Deſcribit officiũ Chori, qui eſt in fabula cœtus, aut uirorum, aut mulierum, nunc ex urbe, nunc ex rure, prout materia poſtulat. Ac fuit olim etiam in Comœdijs uſurpatus, non tantum in Tragœdijs, ut ſunt in Euripide, Sophocle, Seneca. Interim autem & hic, dum hoc agit, ſimul docet, ac præcipit de hac parte poëmatis huius generis. Conſtituit autem hanc rem in duodecim rebus, ut authorem defendat, quod etiã uocat uirile officium, ut aptè interloquãtur alijs perſonis, quæ propriè ſunt actores, & pertinent principaliter ad negocium (Eſt enim Chorus id in fabula, quod in cõtractu ferè proxeneta) ut ſit æquus bonis, & in ijs placere ſtudeat, & reliqua faciat, quæ ſequuntur in textu non obſcurè.* Tibia non ut nunc orichalco uincta, tubæq;, &c.] *Veterum ſimplicitatem, & modeſtiam in adhibẽdis tibijs, quæ interponebantur actibus, ita commendat, ut tamen excuſet ſui ſeculi luxum populi multitudine, ac utriuſq; rei, tenuiorum tibiarum, & ſplendidiorum cauſam exponit paulò prolixius, illarum tenuitatem rei Romanæ, harum incrementum, uires, & potentiam. Porrò ueſtis, quam ſcribit indutum fuiſſe, & inambulaſſe tibicinem per pulpita, σύρμα Græca uoce dicebatur à longitudine, ſeu cauda, cuiuſmodi fuerunt opulentarum matronarum ueſtes patrum noſtrorũ, imò noſtra etiam memoria.* Et tulit eloquiũ inſolitũ facundia præceps, &c.] *Id eſt, eloquutio creuit ſimul, & grauitas in oratione adeo, ut pleraq; in fabulis nihil ab oraculorum pondere, & maieſtate differant. Factum eſt autem hoc præcipuè in Tragœdijs, præſertim Euripidis, in quibus, ut ſcribit Cicero, ſinguli uerſus ſunt ferè ſingulæ ſententiæ.* Carmine qui Tragico uilem certauit ob hircum, &c] *Quæ ſequũtur aliquouſq;, nihil ad hæc noſtra tẽpora pertinẽt, poſſunt tamen generaliter accõmodari per quandam ſiue translationem, ſiue communicationem, ſiue ſimilitudinem admodum, & rationem permiſcendorum iocorum cum ſerijs, & aptè dicendum. Fuit autem olim conſuetudo, ut Tragœdijs poëmati ſeueriſſimo adderentur etiam Satyræ, quæ non uitia quidem, ut nunc reprehendebant, ſed per colloquia Satyrorum, qui introducebantur non aliter, quã in Comœdijs priuati homines, & in Tragœdijs reges, & principes ferè, unde etiam nomen habent. Ideo autem hæc poëmata coniungebantur, ut ſeueritas alterius dicacitate, iocis, ac ſalibus, adeoq;, ut hominum animi uariè defatigati reficerentur, & exhilerarentur iterum. Nam hoc nomine, ſcribebantur, & edebantur huius generis poëmata Iubet Horat. in hac re modum ſeruari ſic, ut non fiat confuſio poëmatum, &, ut ratio perſonarum habeatur, hoc eſt, ne Tragicè, & concitatè Satyra tractetur, & ne tractetur Satyricè Tragœdia. Obſeruãdum hic eſt, quod hircus fuerit premium Tragœdorum, id enim ſignificat, ubi dicit.*

„ *Carmine qui Tragico uilem certauit ob hircum.*

Vt feſtis matrona moueri iuſſa diebus. Intererit Satyris paulum pudibunda proteruis] *Eſt ſimilitudo, quæ pertinet ad poſteriorem partem ſuperioris præcepti de coniungenda Satyra cũ Tragœdia, ne leuib. uerſibus hæc, & quodammodo Satyricè tractetur, quod perinde eſſe dicit, ac ſi grauis, & honeſta mulier, quæ dieb. feſtis hoc debet facere, ſaltet in Sat.* Non ego inornata, & dominantia nomina ſolũ, &c.] *Hoc præceptũ eſt cognatũ cũ præcedente. Vult enim ut etiã elegantia uerborũ adhibeatur, ne'ue decorum perſonarũ ſtudio differẽtiæ faciẽdæ inter Satyrã, & Tragœdiã negligatur in Satyris. Puto aũt eũ ideò duob. exẽplis uti, ut ſignificet, in Satyris etiã priuatorũ perſonas induci fuiſſe ſolitas, quemadmodum in Comœdijs. Per nomina dominãtia uidetur ſignificare propria, non translata: Differre colori Tragico, pro differre à colore Tragico dicit.* Ex noto fictũ carmẽ ſequar, ut ſibi quiuis &c.] *Quidã hos uerſus intelligunt de Comœdia, mihi rectiùs de Satyra uidetur intelligi, cũ de hoc poëmate in præcedentib. & ſequentibus doceat. Vult aũt, ut materia nota, et cõmunis, quam ſuprà uocauit, ſic tractetur, ut magnã elegantiã, & ſplendorẽ conſequatur diſpoſitione, & eloquutione.* Syluis deducti caueant me iudice Fauni, &c.] *Docet iuuenilẽ leuitatẽ, & acerbitatẽ in ſcribenda Satyra fugiendam eſſe, propterea, quòd ea turpitudine offendantur honeſtiorũ ordinũ homines, quibus unà ſignificat latenter in primis probari debere ſcriptores, nec admodũ uulgi, et fæcis hominũ approbationem captandã eſſe, quod faciendum eſt in hoc genere carminis, quod fuit licentioſiſſimũ, quãtò magis eſt faciendũ in alijs grauioribus. Notum eſt quàm ſæpe res obſcœnas Ouidius etiam, & alij poëtæ laſciuiores uerecundè, ac pudicè deſcribant. Quale hoc in Georg. eſt apud Vergil.*

„ *Hoc faciunt, nimio ne luxu obtuſior uſus*
„ *Sit genitali aruo, & ſulcos oblimet inertes,*
„ *Sed rapiat ſitiens Venerem, interiuſq; recondat.*

Syllaba longa breui ſubiecta, uocatur Iambus, &c.] *De Iãbico uerſu docet hoc loco primo, quod Trimeter dicatur, & quare ſic dicatur, qui cõſtat ſex Iambis. Habentur aũt duo pedes pro uno propter eius celeritatẽ, aut potiùs propter huius carminis celeritatẽ, in quo tã crebro Iambus iteratur. Olim aũt in omnib. locis uſurpatus eſt Iambus, cuiuſmodi uerſus adhuc apud Horat. & alios inueniuntur. Nunc ſatis eſt in ſedibus parib. Iambũ poni, in imparib. ponuntur etiã alij, ſicut exẽpla, & Grammatici docent.* In ſcænã miſſos magno cũ pondere uerſus, &c.] *Nõ puto hunc locũ intelligendũ eſſe præcipuè de Criticis, ſed de ipſis poëtis, quos dicit premere, hoc eſt, grauare, & ſua poëmata ſuſpecta facere, ſi multa, & copioſa præbeãt Theatris, quod ſint aut negligiter ſcripta, aut feſtinanter, aut inerudite, uocabulũ pondere accipiendum eſt pro multitudine, aut magnitudine, non pro ſono, aut pompa, ut ſit hic ordo. Premit, ſub intellige aliquis fabularũ ſcriptor. uerſus miſſos in ſcænam, id eſt, datos, ut recitẽtur ad populũ in Theatro, crimine, aut operæ nimiũ celeris, &c. Verſus deinde, Non quiuis uidet immodulata, &c. obiter monet, quod ſit difficile iudicare de ſonantib. & elegantibus uerſibus, ſiue ſit Grãmaticus, ſiue Poëta ipſe, & in ſequente uerſu, reprehẽdit indulgentiam, quà taxantur Latini poëtæ, ac inde ſumit præceptũ per quandã geminatã obiectionẽ de non uſurpãda nimia licentia, & addit cauſam reſpondens ad priorẽ partem obiectionis, quod is, qui ſit à cenſura tutus, ac ideò paratã ueniã habeat, nõ mereatur laudem, & ſi reprehendi nõ poſſit, ac ita hortatur ſcripturos uerſus ad lectionẽ, & imitationẽ Græcorũ, & rectè quidẽ, cùm ij nõ ſolũ ingenijs, uerũ etiam diligentia, ſtudio, & crebro taliũ rerũ uſu facilè ſint perfectiſſimi, & meritò Latinorũ exemplum.* At noſtri proaui Plautinos & numeros, &c.] *Nihil ſimul natũ eſt, & perfectũ, dicit alicubi Cic. Quare nihil mirũ eſt, etiã Comœdiã ſubinde magis, ac magis expolitã fuiſſe, nec ita ſonorũ eſſe Plautũ, ut eſt Terentius, idẽ accidit in alijs poëmatis. Quãta eſt differẽtia inter Enniũ, & Vergil. Ouidiũ, & alios Elegiacos ſcriptores, nec admodum de his Quintil. magni uiri iudicium nos mouere debet, quòd neſcio quid inter eos natura quoq; fuit differẽtiæ, atq; hoc debet intelligi, tantũ de illo ueteri, & rudi ſeculo, & altero, quod eſt ſecutum apud Romanos uerè aureũ in bonis artib. & ſermonis elegãtia. Nõ poteſt hoc diſſimulari, multa agreſtiora, & incultiora, & licentiora, non tantũ in numeris, uerũ in phraſi quoq;. ac uerbis apud Plautũ eſſe, quàm apud Terent. ſed hoc temporũ eſt potius, quàm perſonarum. Quare Horat. etiã non tã Plautũ reprehendit, quàm iudiciũ hominũ ſuperioris ſeculi.* Ignotum Tragicæ genus inueniſſe Camœnæ, &c.] *De origine, et incremẽto Tragœdiæ ſcribit in hoc loco poëta, cũ aũt dicit, uexiſſe poëmata, ſignificat uetuſtis temporib. morẽ fuiſſe, ut ex plauſtris decantarentur huius generis poëmata, in quibus uicia principũ, ciuium notabantur, adeoq; deorũ aliquando, ut apparet ex Ariſtophane. Hinc eſt prouerbiũ etiã natũ, ὡς ἐξ ἁμάξης λαλεῖν. Solebant autẽ ſedentes in curribus actores ora fecibus habere illita. Poſtea ſunt inuenta perſonæ, hoc eſt, laruæ, ſiu facies fictitiæ,*

ſcenæ, ueſtes, pulpita, id eſt, proſcænia, reliquusq; apparatus unà cum oratione grandiore ab Aeſchylo. Succeſsit uetus his Comœdia, non ſine multa, &c.] De uetere Comœdia, & eius mutatione docet. Huius exemplum extat in Ariſtophanis fabulis, immodica fuit eius licentia, ne dicam ſcurrilis, & indigna benè ordinatis Rebuspub. Quapropter etiam eſt ſublata, aut mutata in eam, qua adhuc utimur, & noua appellatur. Nil intentatum noſtri liquere poëtæ, &c.] De felicitate Romanorum ingeniorum, in hac re dicit, & quod tantum corrigendi labor eis deſit, ipſe limam uocat metaphoricè. Illuſtrat enim & expolit poëmata emendatio, ſicut lima ferrum expolit. Quantus autem labor ſit corrigere cùm alij ſcriptores, tum Ouidius teſtatur his uerſibus,

,, Corrigere at res eſt tanto magis ardua, quanto,
,, Magnus Ariſtarcho maior Homerus erat.

Vt interim de cuiuſq; experientia taceam, prætextas, ſupple fabulas, dixit hic participialiter, cum alioqui prætextatas appellent eas fabulas, quòd prætexta nominaliter, quanquam à uerbo prætexor, uoce participij, per enallagen ſit ueſtis, unde etiam factum eſt nomen fabulæ.

,, ——Vos ô

Pompilius ſanguis carmen reprehendite, quod non, &c.] Eſt præceptum de corrigendo, non eſſe habendum pro bono poëmate, quod non ſit diligenter emendatum. Certè noſtrorum temporum poëmata oſtendunt, quod mediocres, aut etiam infra mediocres aliquando meliora Edant opera præſtantiſsimis, tantum hanc ob cauſam, quod illi adhibuerint laborem corrigendi, hi non adhibuerint. Exempla ſunt in promptu. Cæterùm, uos ô Pompilius ſanguis dicit per Antiptoſin, poſito nominatiuo pro uocatiuo, cuiuſmodi eſt hoc Vergilij,

,, Proijce tela manu ſanguis meus.
Et hoc Perſij:
,, Vos ô Patricius ſanguis.

Verum hoc fit mollius, ubi eſt etiam appoſitio figura, ut hic ô Piſones, qui eſtis, aut exiſtentes Pompilius ſanguis. Porrò, caſtigauit ad unguem, dictum eſt metaphoricè, ac eſt ſumpta tranſlatio à marmorarijs, qui iuncturas unguibus probant, ut ſcribit Seruius exponens iſtum huic ſimilem Vergilij locum. Nec ſecius omnis in unguem Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret.

Ingenium miſera quia fortunatius arte, &c.] Non eſt ironia in hoc loco, nec improbatur ſententia Democriti, ſed quorundam ſtulta imitatio reprehenditur, qui cùm audiuiſſent à Democrito longè ingenium, & naturam arti præponendam eſſe, quodq; diuino quodam afflatu, id eſt, ſingulari propenſione, ac impetu ad poëticā à natura opus eſſet, prorſus neglexerunt omnem cultum, & animi, & corporis, ſeq; tum pulchrè Democriticos poëtas eſſe putauerunt, cùm tamen hic Philoſophus nihil aliud ſenſerit, quàm Ariſtoteles, qui ad res excellentes efficiendas [illegible] requirit, aut [illegible], nec ſufficere ad illas uel ſtudium, uel artem, uel exercitationem egregiè ſentit. Idem fuit Platonis, & omnium ſanorum de hac re iudicium. Notum eſt etiam, quid ſcribat in hanc ſententiam Quintilianus in 2. lib. cap. 20. cuius hæc uerba meritò generaliter, & ut oraculum aliquod accipiuntur. Nam ſi parti utrilibet omninò alteram detrahas, natura etiam ſine doctrina multum ualebit, doctrina nulla eſſe ſine natura poterit. Sic autem ferè fit, ut homines non modò magnorum uirorum uicia imitentur, ſed etiam dicta, & præcepta ſecus, quàm debebant, intelligunt, ac deflectant in deteriorem, aut molliorem partem, ſi poſsint. Cæterùm caput inſanabile tribus Anticyris, dixit pro quod non poteſt ſanari omni helleboro, quod naſcitur non tantùm in duabus Antyciris, uerùm etiam in tertia, ſi qua eſſet, per ſynecdochen, & prouerbialiter, ſicut hoc apud Iuuenalem, Tertius è cœlo cecidit Cato, & alibi apud Horat. Sapientum octauus, ſignificat autem inſanabilem inſaniam. O' ego leuus, Qui purgor bilem ſub Verni temporis horam. Non alius faceret meliora poëmata. uerum Nil tanti eſt] Hic locus eſt ironicus. Nam ſimulat, quod dicit, ideo ſe non optima poëmata facere, quod corpus, & ualetudinem curet, hoc autem ſignificat per bilis purgationem uernam, & ex medicorum ſententia, qui ad arcendos morbos, & conſeruandā bonam ualetudinem præcipuè conducere hoc genus purgationis, ſiue per ſanguinis miſsionem, ſiue per medicamentum fiat. Ellipſis eſt in uerſu: Non alius faceret, &c. ac ſubintelligendum eſt, niſi hoc facerem, ita in ſequentibus etiam, Verum nil tanti eſt, ſubaudiri debet, ut corpus, & ualetudinem ſic negligam.

,, Ergo fungar uice cotis, acutum, &c.

Concluſio præcedentium & ſequentium propoſitio. Quatenus autem eſt concluſio, quiddam ironicum habet, ſiue quandam extenuationem poëtæ uiriū in faciendis poëmatis, ac eſt bis idem dictū figuratè, & ſimpliciter, & eſt ſententia. Docebo alios bona poëmata facere, quod ipſe non poſſum præſtare. Dictum autem eſſe hoc ironicè, uel hic Ouidij uerſus monet,

,, Quodq; parum nouit nemo docere poteſt.

Scribendi rectè ſapere eſt, & principium, & fons, rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ: uerbaq; prouiſam rem non inuita ſequentur] De rerum cognitione præcipit, ac iubet in primis eam comparandam eſſe, propterea quod uerba deinde facilè, ac ſua ſponte incidant perceptis rebus, & hoc eſt, quod Cicero de Oratore ſcribit: Rerum copiam, uerborum copiam gignere. Sic alicubi Quintilianus, uerborum uult eſſe curam, rerum ſollicitudinem. Hunc locum diligenter conſiderare debebant nonnulli nomine tantum poëtæ, non reipſa, qui, ubi didicerint unum, aut alterum uerſiculum componere, putant ſe tantum non Homeros, & Virgilios eſſe, nulla rerum ſcientia præditi, nulla doctrina interioris philoſophiæ inſtructi. Rectè ſentiunt eruditi Homerum, & Vergilium lumina poëticæ nullius diſciplinæ ignaros fuiſſe, adeò, ut illum etiam fontem, aut uelut Oceanum quendam artium conſtituerint. Hi ſunt imitandi uolentibus fieri poëtis, non una tantum aliqua particula, ſed toto corpore huius facultatis. Cæterùm Platonis opera uocat Socraticas chartas, quod in eis plurimum de uarijs rebus diſſerat Socrates, ac intelligit rerum cognitionem, ſeu philoſophiam generaliter per Enallagen, quanquam præcipuè uideri poteſt intelligere uoluiſſe Platonis Philoſophiam. Qui didicit patriæ quid debeat, & quid amicis, &c.] Eſt expoſitio præcedentium, & eſt ſententia, qui didicit, quod ſit officium cuiuſq; perſonæ, adeoq; philoſophiam de moribus, facilè poteſt in poëmatis, deinde quamlibet perſonam tractare, ut conuenit, & hoc generaliter, ac aliter, quàm, quod ſuprà ſcribit de perſonis, intelligi debet. Suprà enim de poëtico decoro, hîc loquitur de philoſophico, ac longè aliud eſt Achillis perſonam deſcribere, aliud ducis generaliter, id quod fit ſæpe, cum finguntur perſonæ, aut docentur homines de officijs, ac oſtenditur in poëmatis, quid fieri debeat, non quid fiat. Qui autem ſequuntur uerſus, Reſpicere exemplar, &c. de poëtico etiam decoro poſſunt accipi. Cæterum exemplar uitæ, & morum pro ipſa uita, & moribus, quæ imitemur, ut exemplum, dicit eodem modo, quo ſupra exemplaria Græca poſuit, pro libris, aut ſcriptis Græcorum imitandis, ut exemplum, ſiue exemplar, non enim facio nunc inter hæc differentiam, quæ, ſi qua eſt, ex Valla ſumi debet. Interdum ſpecioſa locis, morataq; rectè, &c.] Cohærent hi uerſus cum præcedentibus, & ſunt uelut amplificatio illorum per collationem. Confert autem rudia, & inculta, res tamen habentia cum inanibus, & rebus carentibus poëmatis, in ſpeciem tamen, & uerborum ſtructura, numeriſq; blandientibus, & hæc ut debet, illis præfert. Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo, &c.] Comparatio Græcorum, & Latinorum obiter inſperſa, Commendantur autem Græci à ſtudio bonarum artium, & laudis, Romani reprehenduntur propter auaritiam, & oſtenditur, non eſſe mirum, quod in his moribus literæ, & meliores diſciplinæ negligantur, præſertim poëtica. Poteſt idem planè dici de noſtris hominibus, ante alios tamen, qui habitant in maioribus ciuitatibus, & in quibus ſunt emporia. Nam in talibus locis nil ferè, præter pecuniam, & lucrum eſt dulce. Sic Ouidius dicit.

,, At nunc barbaria eſt grandis habere nihil.
,, Diſcunt aſſem diducere,

Id eſt, diſcunt artem numerandi, ad minutiſsimas etiam partes, minutias nunc uocant. Sunt autem partium diuiſiones, & ſupputationes. Ita centeſima pars aſsis ſunt unciæ pars octaua cum octauæ quarta. Dixit aſſem ideò poëta, quod eſſet hoc generale uocabulum

ad omnes rationes. Centum, uerò pro multis, aut minutis figuratè, nec debet hoc, ut exiſtimo contrahi ad centeſimarum uſurarum anguſtias. Dicat, adde ſi. Filius Albini, pro quouis magiſtro Arithmeticæ. Superat, pro ſupereſt, ut Virg.

» *Superat ne, & ueſcitur aura æthereaé*

Aerugo] *Id eſt, morbus, uicium per metaphoram.* Carmina linenda Cedro, & leui ſeruanda cupreſſo, *uocat durabilia, quod inſignia ſcripta in harum arborum ligna includi conſueuerunt, ut puto, & papyrus, aut membrana, quibus inſcribebantur, cupreſſi oleo perungi. Nam cedri oleo peruncta materies, ut docet Plinius, nec tineam, nec cariem ſentit.* Aut prodeſſe uolunt, aut delectare poëtæ &c.] *Duo officia poëtarum hîc recitantur, & in poſteriore uerſu repetuntur, quæ in præcedenti iam erant dicta. Proſunt enim idonea, & delectant iucunda, & contrà.* Quidquid præcipies, eſto breuis, ut citò dicta, &c.] *Egregium præceptum de ſeruando modo inter longum, & breue in præcipiendo, atq; adduntur utriuſq; extremorum incommoda, propter quæ illa iubet caueri.* Ficta uoluptatis cauſa ſint proxima ueris &c] *Ita uoluptati ſtudendum eſſe in tractandis fabulis, ut non omninò à uero diſcedatur, ſicut fieret, ſi quis fingeret à lamia deuoratum puerum, deinde iterum ex eius uentre uiuum extrahi. Puto autem Lamias eſſe mulieres ueneficas eas, quas Sextus Pompeius etiam Striges, & uolaticas appellari ſcribit. Sunt adhuc apud Chriſtianos, & dicũt eas in aëre iter facere, aut arietibus inſidentes magna ſpatia conficere celerrimè, ac ita ſæpe uel nolentes abduci, qui ab alijs perditè amentur. Noſtri Sagas appellant non rectè, ut puto, cum ſagis nomen ſit à ſagiendo, id eſt, præſciendo, ſeu diuinando. Iam autem illæ non à diuinationibus, ſed à ueneficijs ſunt celebres. Diſcernit hæc etiam uernacula noſtra lingua, & ijſdem notis. Suidas Lamiam ſcribit ex Doride quopiam fuiſſe mulierem quandam pulchram in Lybia, cum qua cum Iupiter concubuiſſet, à Iunone zelotypa liberos eius necatos fuiſſe. Hinc factam eſſe deformem, & raptos alienos pueros perdere. In hanc ſententiam & Heſychius quædam annotauit.* Centuriæ ſeniorum agitant expertia frugis, &c.] *Permiſcenda eſſe in poëmatis hæc duo, utilitatem, & ſuauitatem, propterea, quod natu grandiores negligant utilitatis expertia, minores ea, quæ nihil iucunditatis contineant, in quibus uerò coniuncta hæc ſint, ijs facilè utroſq; oblectari, & detineri, hæc in precio eſſe, latè ſpargi etiam in transmarina loca, nomen authoris, & memoriam diu conſeruari inter homines.* Sunt delicta tamen quibus ignouiſſe uelimus &c] *Occupatio. Potuiſſet enim obijci, nimis exacta poëmata requiris, & diligentiam non humanam, ſed diuinam. Reſpondet. Ignoſcendum eſt nonnullis erroribus, ijs, ut ſequetur, qui rari, & pauci, bona alioqui, & magna opera irrepſerunt, aut communi omnibus hominibus negligentia, aut humana infirmitate: utitur ad hoc duobus ſimilitudinibus, altera à cytharœdo, altera à ſagittario, qui peritiſſimi quoq; nonnunquam errant. Humanum enim eſt errare, ut inquit Cicero. Et Plinius putat neminem eſſe, qui ſapiat omnibus horis. Verum, ſi quis crebrius peccet, quàm rectè faciat, ei non poteſt uenia dari. Hic utitur etiam duabus ſimilitudinibus, librarij, quem ipſe librarium ſcriptorem uocat ſubſtantiuo addito, & eſt, qui libros deſcribit, quales nunc ſunt Typographi, ſed alia ratione, deinde ludentis fidibus, item exemplo Chœrili mali poëtæ, qui carus fuit Alexandro Magno, ſicut in lib. 2. Epiſtol. ſcribitur, his uerſibus,*

» *Gratus Alexandro regi Magno fuit ille*
» *Chœrilus, incultis qui uerſibus, & malè natis*
» *Rettulit acceptos regale numiſma Philippos.*

De hoc poëta uide Suidam etiam. Vt pictura Poëſis erit: quæ, ſi propius ſtes, &c.] *Diuerſitatem hîc poëmatum quandam explicat per collationem poëſis, & picturæ. Sicut enim picturarum aliæ magis in propinquo, ac luce placent: ita poëmatum alia cùm obiter leguntur, uel audiuntur, plus delectant, quàm cum repetuntur, & expenduntur, alia contrà magis delectant bene conſiderata, & penitùs perſpecta, quam negligenter, aut obiter cognita. Fit hoc non ſolùm in poëmatis, & picturis, uerùm etiam in alijs rebus, ita, ut nemo ſit, qui hoc non aliquando experiatur, præſertim, qui mediocriter ualeat ingenio, & uſu rerum. Porrò ſicut Horat. hoc loco poëſim, ſiue poëmata, nulla enim eſt hîc differentia, cum pictura confert. Ita Plutarchus alicubi ſcribit Simonidem ſolitum fuiſſe dicere, τὴν ζωγραφίαν ποίησιν σιωπῶσαν, τὴν δὲ ποίησιν ζωγραφίαν λαλοῦσαν. Et addit cauſam, ubi inter cætera ſcribit hæc duo materia tantùm, & modò imitationis differre, finem utriſq; eandem propoſitam eſſe, propterea, quod altera coloribus, & figuris, altera nominibus, & orationibus res pateſaciunt.*

O maior iuuenum, quamuis & uoce paterna, &c.] *In alijs facultatibus, & artibus mediocritatem etiam laudabilem eſſe, in poëtica nihil niſi excellens, & ſummum, ac ne quidem poëtam dicendum eſſe, qui non ſuperat mediocritatem. Hoc tamen ita intelligendum eſt, ut non pugnet cum ijs, quæ paulò antè ſunt dicta, ubi quædam uicia conceduntur, ſeu condonantur poëtis. Non enim unum & alterum erratum cam unum habet, ut ad mediocre, aut imum deijciat, cum poëta ſit homo, non Deus. Quare humanam excellentiam, & perfectionem requirit poëta, hoc eſt, quæ cadit in hominis naturam, nec poteſt hæc res certis regulis, aut præceptis comprehendi. In exemplis ueterum, & approbatione ſapientum, & doctorum eſt poſita. Columnæ, id eſt, loca, in quibus poëmata per Synecdochen, & auxeſin, ſeu hyperbolen. Meſſala, & Caſſelius nomina ſunt excellentium Iuriſconſultorum. Alloquitur autem initio huius loci alterum, & maiorem ex Piſonibus filijs, quibus opus hoc ſcripſit.*

Vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors. &c] *Explicat iam dicta ſimilitudine, ſicut in menſa leuia grauiter offendunt, ita in poëmate, quicquid à perfectione diſcedit in imum deijcit poëma, & totum deformat. Quomodo autem hoc ſit accipiendum, nunc eſt expoſitum. Quid ſit mel Sardum, declarat uerſus Verg. in 9. Eglo.*

» *Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos.*

Et ibi Seruius. Nam Sardiniam Græci, authore Plinio: Cyrnum appellauerunt, Seruius Cyrnen habet.

Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis, &c] *Pergit locum de ui, & natura Carminis, ac uatis inſtitutum ad maiorem Piſonis filium (quia ſingulariter ut exiſtimo, idoneus fuit ad ſtudium poëticæ) exponere. Docet autem primo generaliter, nemini ſuſcipiendum eſſe hunc ſcribendorum carminum laborem, niſi, qui didicerit eam artem, ac utitur argumento ex minore, cum indignatione. Inferioribus rebus tractandis nemo admouet manus, & poëticam audent exercere, qui non didicerunt, quaſi diceret, certè hoc indignum eſt. Et addit obiectionem de generis honeſtate, moribus, & opibus: Cui reſpondet ſpecialiter accommodans orationem ad Piſonem, ac præcipit ei, ne ſibi fidat, etiamſi ad hanc facultatem ſit aptus, ac eam exercuerit, ſed à'ijs (quoſdam hic nominat) ſpectandum, & iudicandum exhibeat, ſi quid compoſuerit. Vbi tempus etiam domi retinendi, ac poliendi operis præſtituit, quod ut eſt inſigne & laudabile præceptum, ideóq; à Quintiliano etiam uſurpatum, ita ſurdis hoc tempore canitur. Sequitur hoc inſigne præceptum inſignis ratio bis tractata, ut ſit in hoc poëta ſimpliciter, & allegoricè. Nam ſicut uox, aut uerbum emiſſum non poteſt eſſe non emiſſum, ita liber ſemel in publicum datus, non poteſt iterum fieri priuatus, aut proprius. Vtitur ſimili figura in epiſtolis.*

» *Et ſemel emiſſum uolat irreuocabile uerbum.*

Inuita Minerua, id eſt, repugnante natura, ſicut exponit alicubi Cicero, ſi rectè memini. Id tibi iudicium, ſcilicet etiamſi eſt.

Syluestres homines ſacer, interpreſq; deorum, &c] *De laudibus, dignitate, & origine poëtices hîc tractatur. Primò, expoſitione duarum fabularum Orphei, & Amphionis, de quibus dicit hæc eſſe conficta, quod hominibus poëtica, id eſt, doctrina, & ſapientia ſingulariter profuerint. Deinde, quod hæc fuerit olim ſapientia, quodq; ſapientia. & poëtica idem fuerint Homerum deinde, & Tyrtæum ſecutos, qui ad bella homines incitauerint hac facultate. Quod autem ijdem fuerint uetuſtiſſimis illis temporibus poëtæ, & ſapientes, author eſt Quintilianus, & Strabo 1. lib. Geograph. Quintilianus addit his & Muſicos, ac inſuper exponit Orphei fabulam, ſed paulò aliter, quàm hic eſt expoſita. Vide libro primo, cap. 17. Dicit etiam oracula carmine perſcribi conſueuiſſe. Item præcepta de benè, & beatè uiuendo, regum, id eſt, magnorum*

gnorum uirorum geſta, & laudes, ut ſit in Heroicis, Panegyricis, & Lyricis poëmatis nonnunquam, ac fabulas (ipſe ludum uocat. Intelligit autem præcipuè Satyras, & Comœdias) adeóq; alia, quibus animi recreentur. A' laboribus, id quod ad omne genus carminis referri poteſt, ſi lectio conſideretur, ſi actio ad fabulas tantùm. Hunc locum finit occulta adhortatione Piſonis illius ad ſtudium poëticæ.

Natura fieret laudabile carmen, an arte, &c.] Reſpondetur hic obiter ad quæſtionem, plus ne ualeat ars ad facienda poëmata, an ingenium, quod neutrum ſine altero ſufficiat. Quanquam non rectè ab Ouidio dictum eſt,

„ Eſt Deus in nobis agitante, caleſcimus illo,
„ Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.
Vt alibi.
„ Sedibus æthereis ſpiritus ille uenit.

Veriſsimum tamen eſt, quod ex Agathone Ariſtot. citat, τέχνη τύχην ἔστερξε, καὶ τύχη τέχνην. Ideóq; non immeritò iubemur ueteri Græcorum prouerbio, σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κινεῖν. Eſt enim ars, & exercitatio uelut expolitio quædam naturæ, & ſicut omnis generis materiæ, quantumuis etiam per ſe ſint precioſæ, ab artificibus tractatæ, & formatæ gratiores fiunt, & meliores, quàm rudes erant, ita ingenijs quoque accidit. Multum ornamenti, & commendationis addit eis artificium, tractatio, & uſus. Hinc ſequitur obiurgatio poëtarum illius temporis, quo putabant uulgò ſatis eſſe dicere, quod eſſent poëtæ, & non diu laterent, ſed quomodocunq; hoc fieret, non eſſent poſtremi in Catalogo poëtarum, quod hoc tantùm turpe haberetur, & fateri inſcitiam. Hanc autem indignitatem oſtendit duobus exemplis à minore, alterum ab eo, qui curſu certat, alterum à tibicine, qui canebat hymnos Apollinis in Pythijs, uno ex quatuor totius Græciæ certaminibus. Siue autem is Pindari carmina cecinerit, ſiue alia, nihil huc pertinet. Ac non eſt hoc intelligendum, ut puto, de ipſo Pindaro. Quis enim Pindarum, aut alium poëtam tibicinem appellet?

Vt præco ad merces turbam qui cogit emendas, &c.] Hæc pertinent ad præcedentem obiurgationem poëtarum. Vituperat autem in eis hic φιλοκολακίαν. quod adhibeant ſibi adulatores, operum ſuorum iudices, qui nihil non ſolent probare, & admirari in ijs, quibus dant ſuam in hac re operam, præſertim ſi paulò tractentur mollius, & delicatiùs, in uitentur ad balnea, uel conuiuia, ſi iuuentur oppreſſi ære alieno, aut ex iudiciorum periculis liberentur. Ad hoc autem utitur quadam ſimilitudine, quod non aliter ad ſe uocent poëtæ cenſores, quam preco emptores blanditijs, & pollicitationibus, aut ſpe alicuius lucri.

Tu ſeu donaris, ſeu quid donare uoles cui, &c.] Naſcitur ex præcedente obiurgatione hoc præceptum, in quo iubet Piſonem cauere adulatores, & eos, quibus aliquid uelit donare, non adhibeat ſibi iudices ſuorum operum, propterea, quod acceptis donis, animi non ſint amplius liberi propemodum, & qui acceperunt ea, ferè non audent aliter facere, aut dicere, quàm eos putant uelle, à quib. data ſunt. Et hoc eſt, quod Martialis dixit, quod dona imitentur hamos, id eſt, captent maius donum. Hoc tamen tantum fit inter ſordidos, & φιλοκόλακας, qui tamen plurimi ſunt, etiam hoc tempore, ac utinam hoc præceptum apud omnes plurimum ualeret in omni genere uitæ, non modò in hoc poëtarum, aut aliorum ordine, quem tamen ut præcipuè deformat, ita ſæpe grauiter oppugnat. Pulchrè autem unà hîc deſcribitur aſſentatorum ſimulatio, meritóq; appellantur deriſores. Quid enim aliud eſt contra iudicium animi laudare, uentris cauſa, quam deridere tacitè ſtulticiam Thraſonicam, aut immodicam φιλαυτίαν?

Reges dicuntur multis urgere culullis, &c.] Vult Piſonem diligenter adulatores explorare, ac in eo reges imitari, qui ſoleant inebriare, quorum animos uolunt ſpectatos habere. Nam, ut dici ſolet, in uino ueritas, & Theognis,

„ ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδειξε νόον.
Item Horatius in Epiſtol.
„ Quid non ebrietas deſignat, operta recludit?

Animi ſub uulpe latentes, id eſt, tecti uulpina aſtutia, ſimulatores, & callidi. Quintilio ſi quid recitares, corrige ſodes, &c.] Ponit exemplum ueri, & candidi cenſoris in Quintilio Varo poëta, ad quem ſcribit Odam 1. lib. carminum, ac non eſt L. Varius, cuius in eodem lib. facit honorificam mentionem. Eſt autem talis iudicis officium liberè indicare ſuam ſententiam de toto poëmate, & omnibus eius partibus. Quid ſit aptum, quid ſit ineptum, quid cultum, quid incultum, quid plenum, quid ieiunum, quid propriũ, quid improprium, quid lenè, & uelut mollius, quid aſperum, & durum, quid grande, quid redundans, quid humile, quid abiectum, & uile, quæ ſint mutanda, quæ abijcienda, quæ augenda, & alia omnia dicere, quæ pertinent ad laudem, & uituperationem poëmatis pro ſuis uiribus, & fideliter. Eſt hic ſtructura obſeruanda, & in alteris clauſulis eſſe Enallagen. Modi ita, ut (alebat) ſit poſitum pro diceret, non enim dicimus, aleret, iubebat, pro iuberet, ſumebat, pro ſumeret. Cæterum tornatos dicit metaphoricè pro factos, uel ſcriptos. Vir bonus & prudens uerſus reprehendet inertes, &c.] Idem hic dicit, quod iam eſt dictum, & præceptum obliquè in exemplo Vari, ſed generaliter enumerat aliquot partes officij boni cenſoris, uti nos modo fecimus, & tamen reuocat hanc generalitatem ad ſpecialitatem Ariſtarchi. Vtitur etiam Antitheto, cùm addit, Nec dicet, cur ego amicum, &c. Ex qua deinde interrogatione ducit reliqua omnia, quæ dicuntur, ad finem uſq; huius libelli. Hæ nugæ ſeria ducent in mala deriſum ſemel, exceptumq; ſiniſtrè] Subiectio, quod non ſit res ita parua, ut uideatur amico parcere, nolle eum offendere oſtendis uicijs carminum, ſed inde oriri magna mala. Vt mala quem ſcabies, aut morbus regius urget, &c.] Hæc adduntur præcedentibus ut cauſa, & incipit hic enumerare Horatius mala, quæ comitantur hanc indulgentiam, qua tractantur aliquando à Criticis poëtæ, cùm eis parcunt, ac nolunt amicos offendere in re tam leui, ut uidetur, & eſt ſententia. Quemadmodum furioſos, & morbidos fugiunt, & uitant prudentes, & tantùm pueri, & incauti, qui non intelligunt periculum, aut fœditatem, primo tantum eos accedunt, & ſequuntur. Morbus regius autem eſt, quem arquatum etiam uocant. Cornelius Celſus inde ſic dictum putat, quod indigeat ſumptuoſa, & propemodum regia curatione. Fanaticus error eſt fatidicorum inſania. Iracunda Diana, pro quouis furore, quem dij ſolent irati hominibus immittere, accipitur. Eſt itaq; primum incommodum, quod ſequitur hanc indulgentiam, contemptus.

Hic, dum ſublimes uerſus ructatur, & errat, &c.] Secundum malum eſt auxilij priuatio. Nam, qui ſemel, atq; iterum in manifeſtum errorem incidit, nec ſibi cauet, in poſterum habetur pro inſanabili, & eo, qui uolens pereat. Hoc ornatum eſt ſimilitudine aucupis, qui tendens auibus inſidias, in foueam incidit, ac à nemine extrahitur, etiamſi fortiter imploret hominum auxilium, &, Si quis uelit opem ferre, impediatur à ſuſpicantibus, quod uolens eò ſe demiſerit, ac uelit perire. Conueniunt cum hoc loco ea, quæ in 2. lib. Epiſt. de Plano ſcribuntur ad Sæuam, Licet ſuccurrite, ſub intellige, is, uel qui, Si quis curet opem, &c. deeſt, &, uel, at, uel ſimilis particula. Qui ſcis, an prudens huc ſe deiecerit atque, &c.] Sub intelligendum eſt, ego dixero, poteſt hoc etiam referri ad aliũ, qui adeſt. Sed ita eſſent hæc per Mimeſin dicta. Vnà cum ijs omnibus, quæ ſequuntur uſque ad finem libri, aut ad eum ipſum, quî uelit opem ferre, ut ſecum fingeretur loqui, & maneret, Mimeſis. Mihi placet prima expoſitio. De Empedoclis morte non eodem modo ſcribunt authores, inueniuntur tamen, qui cum Horatio ſentiant. Sit ius, liceatq; perire poëtis. Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti] Accommodat utrumque exemplum Aucupis, & Empedoclis ad ſuum inſtitutum per quandam indignationem.
Et ſequitur in proximo uerſu probatio generalis, ac pro illorum ſententia, qui putant licere homini ſeipſum occidere, cum libeat, nec eſt opus Landini ſubtilitate, qui refert hoc ad occidentis rationem, quem ſeruare nefas eſſe non minùs, quàm alium occidere ſignificat. Non enim occidentis ratio, & eius, qui occiditur in eo, qui ſeipſum occidit, ſeparari poſſunt, præſertim, quod ad ſeruatorem attinet, qui tam ſeruat eum, cui fit iniuria, quàm eum, qui eam infert, ita ut non minus rectè, imò rectiùs facias in altero, quàm in altero peruerſiùs. Nec ſemel hoc fecit: nec ſi retractus erit, iam fiet homo, & ponet famoſæ mortis amorem] Aliud malum,

quam eſt incluſum huic reſponſioni, ſeu Mimeſi, quæ ad præcedens malum pertinet. Eſt autem inſanabilis ambitio. Famoſæ, hic eſt, μεσον pro afferentis famam, ſiue bona ſit, ſiue mala.

Nec ſatis apparet, cur uerſus facitet: utrum, &c.] Vnde ſit hic furor dicit incertum eſſe, niſi quod deos iratos habeat propter aliquod ſcelus, ut eſt uiolare paternum ſepulchrum, aut bidental, hoc eſt, templum ab eo quod bidentes, id eſt, oues in eo mactarentur, ut uult S. Pomp. Inceſtus hic adiectiuè ponitur. In reliquis uerſibus inſaniam talis poetæ, qui ex illis initys (nugas uocauit) peruenit in tantam inſaniam, ut furat, ut concluſus urſus, ut in quoslibet faciat impetum, & comprehenſos non dimittat prius, quàm eos recitandis uerſibus occiderit, id eſt, affecerit ingenti moleſtia per hyperbolen, & ſatisfecerit ſuæ libidini. Hoc enim eſt, quod dicit per allegoriam: Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo. Clathros hic poſuit pro cancellis, aut repagulis, & eſt Græca uox κλεῖθρον paulùlum demutata.

ALDVS MANVTIVS } Interiret multum Dauus'ne loquatur, an Heros] Miror non aduertiſſe quoſdam non dici poſſe, an Herus, ut in multis etiam exemplaribus. Idq; repugnante ſyllaba. Sunt qui legunt, diues'ne loquatur, an Irus. ſunt qui Diuus'ne loquatur an Heros: ſed meliùs legitur, Dauus'ne loquatur an Heros, ſic etiam eſt in meo antiquo exēplari.

IACOB. BONON. } Intererit multum Dauus'ne loquatur an Heros] Vbi Dauus, nos diuus reponimus, nam ſenſus, ni fallor honeſtiùs quadrat, ſi ſubſequentia accuratè penſitentur. Poëta enim gradatim uariarum rerum ac perſonarum πρέπον ſeruandum oſtendens à diuo ad Heroem, mox ad ſenem, alioſq; inferiores decurrit: Quod carmen infrà poſitum clariùs exponet. Ne quicunque Deus adhibebitur Heros regaliq; conſpectus in auro nuper, & oſtro: Migret in obſcuras humili ſermone tabernas. Cæterùm, ſi Dauus iuxta Neotericum interpretem legatur: Fatuus erit ſenſus: Niſi ſtatim ſubſequatur & legatur Herus, hoc eſt, dominus, quod ſi fit, tunc uerſus claudicabit in ſyllaba: Eiuſdem uerſus ille: Qui ab omnibus circunfertur, uulgatiſſimus eſt: Quis tamen exiguos elegos emiſerit auctor:

Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt cui dubitationi nos ex Terentiano illud adiungimus: Pentametrum dubitant, quis primus finxerit auctor. Quidam non dubitant dicere Callinoum.

IOANNES HARTVNGVS In Artem Poëticam. Vt Syluæ folijs] Affine illi apud Homer. Iliad. ζ pag 66.

„ οἵη περ φύλλων γενεή, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.
„ φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη
„ τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη.
„ ὣς ἀνδρῶν γενεή, ἡ μὲν φύει, ἡ δ' ἀπολήγει.

Impiger Achilles] Homerus πόδας ὠκὺν ut aliâs adnotatum. Lege Floridum lib. 2. de Præſtantia C. Iulij Cæſaris, in hunc locū.

„ Dic mihi Muſa uirum:

Homericæ Odyſſeæ exordium tranſlatum.

„ ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
„ πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε.

Segnius irritant] Ab hoc non alienum illud apud Sophoclem in Tyranno.

„ τῶν δ' ἐκπραχθέντων τὰ μὲν ἄλγιστα ἄπεστιν.
„ ἡ γὰρ ὄψις οὐ πάρα. ὅμως δ' ὅσον γε κἀν ἐμοὶ μνήμης
„ ἔνι πεύσῃ τὰ κείνης ἀθλίας παθήματα.

Pompilius ſanguis] Pro Pompilij ſanguis. Enallage qualis illa propè.

„ Troia Gaza. Et,
„ Dardana arma apud Maronem lib. 2. Aeneid.

Fungar uice cotis] Plutarchus in uita Iſocratis, Vnde hoc deſumptum, inter alia ſcribit Iſocratem interrogatum: Διότι ὢν οὐκ αὐτὸς ἱκανός, ἄλλους ποιεῖν, εἶπε, ὅτι καὶ αἱ ἀκόναι αὐταὶ μὲν τέμνειν οὐ δύνανται, τὸν δὲ σίδηρον τμητικὸν ποιοῦσιν.

Morataq; rectè fabula] Quid ſit fabula morata, aut intelligat poëta. Vide Cælium lib. 24. cap. 1. Et Oratorem Ciceronis. Fabium lib. 6. cap. 3. Tyrtæuſq;] Lege Floridum lib. 3. Succiſi. lect. cap. 10. Interpretantem hunc locum contra eos, quibus Dircæus legendum uidetur. Studium ſine diuite uena] Cælius lib. 7. cap. 4. Quintil. lib. 2. cap. 20. Sudauit & alſit] Prouerb. Neque compluitur, neque ſole aduritur.

IN Q. HORAT. FLACCI ARTEM POETICAM HENRICI GLAREANI POETAE

Lau. Annotationes.

PISONES Calphurniorum cognomen, eximia familia, uiriq; ex ea plures, maximè poſt bellum Macedonicum: inter quos L. Calphurnius Piſo C. Cæſaris ſocer: & C. Piſo Ciceronis gener. Prioris meminit Plutarch. in Cæſare: Poſterioris ipſe Cicero de claris Oratorib. Sed ego malim de ijs, qui ſub Auguſto uixêre Piſonibus, Lucio ac Cn. uiris conſularibus intelligere. De Lucio planè intelligit Porphyrio. Filij, ut uocati, non legitur. Itaq; ad partem Lucium Piſonem ac eius filios ſcripſiſſe ſatis claret ex ſequentibus poëtæ uerbis: Maxima pars uatum o Pater, & iuuenes patre digni: ubi ineptè meo iudicio Acron exponit, magiſter & diſcipuli. Ab initio autem huius operis idem exponit, ad patrem & filium, uel ut alij dicunt, ad fratres. Hæc ille. Adeò nihil apud hunc certi eſt.

Cui lecta potenter erit res] Hic libet rurſus noſtrum ridere annotatorem, tot uerbis in omnes doctos debacchatum, quicunq; Datiuum mihi per Ablatiuum à me, & ſimilia exponere ſolent. Nam per Ablatiuum ablationem ſignificari, per Datiuum acquiſitionē præcipit: quaſi hoc nemo ſciat: quanquam qualis eſt acquiſitio, cùm dicitur: Paulò amputatur caput, & Socrati eripitur pecunia, & in mille ſimilibus? Verum enimuerò in hoc Virg. Cui non dictus Hylas: quare non liceat exponere (cui) id eſt, à quo? Et ita Seruius. Et in hoc eiuſdem: Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit: quid prohibet exponere (mihi) per à me? Item in illo Horatij Satyra 2. Laudatur ab his, culpatur ab illis. Hic ſcilicet tam nobilis Grammaticus obſtabit? Sed obſtant ex authoribus allegata exempla? minimè. Neque enim nos negamus rectè dici, lecta mihi, ut Quintil. ſæpe habet, & item alij. Sed quod non liceat mihi exponere per à me, cùm additur paſſiuum participium, hoc quidem inficias imus. Præterea quædam exempla perperam adducit: ut illud ex Ode 26. lib. 1. Carm.

„ Quis ſub arcto Rex gelidæ metuatur oræ.

Vbi ineptiſsimè hic, gelidæ oræ, exiſtimauit Datiui eſſe caſus, cum ſit Genitiui: ut in eam Oden obiter diximus. Et illud,

„ Cæco carpitur igni,

Eiuſdem iudicat eſſe caſus, cùm ſit Ablatiui caſus. Quod ſi mihi liberet in annotationibus ita ſplendidè Rhetoricari, ut hoc loco ille fecit, omnes Arcadas ac Bœotios uocans, qui eius non aſtipulentur ſententiæ, oſtenderem huic nugatori quam ſit Atticus, imò quã ſit audaculus. ut nihil aliud dicam. Sed aliud agimus.

Et præſens in tempus omittat] Eiuſdem acuminis eſt, quod ad hæc poëtæ uerba, idem prodidit. Placet mihi (inquit) ut præſens ad auctorem referatur, non ad tempus, ut ſit, præſens, id eſt, operi ſuo fauens: aut ſi ad tempus omninò referendum eſt, ſit talis ordo: Auctor pleraque differat, & omittat præſens, ſcilicet tempus, in tempus ſcilicet aliud. Hæc ille doctè ut alia. Laurent. Valla lib. 4. Elegant. exponit in præſens tempus, id eſt, in ſuum tempus, & idoneum. Idq; magis arridet. Cum lingua Catonis & Enni] M. Furius, qui & Cenſorius dictus eſt Cato, inquit Acro. In quibus uerbis M. Portius legendum, non M. Furius. Et quæ continuò ſequuntur uerba eiuſdem Acronis: Quod priores patres dixerunt, ego de

go de Catone & Ennio intelligo. Deinde quæ eiuſdem rurſus ſequuntur: Illi in ſuis carminibus poſuerunt, & ſuper hoc noua uerba inuenerunt: de Virgilio, Varioq́. Neque enim Cato ulla carmina compoſuit, ſed orationes ac hiſtorias, ut teſtatur Cicero de claris Oratoribus. At hæc non ſunt tanti. Illud quod ſuper hæc poëtæ uerba: Regis opus, ſterilisq́ diu palus: idem Acro dicit, corruptum puto. Nam cum primum hoc de Pontina palude expoſuiſſet, non ita multò pòſt de Lucrino portu refert intelligendum. Sed ſunt commixta commentaria, ut iam ſæpius indicauimus.

Nedum ſermonum ſtet honos] Nedum ſanè quàm eleganter pro, tantùm abeſt ut, poſuit: ut Terentius in Heautontimorumeno: Satrapes ſi ſiet Amator, nunquam ſufferre eius ſumptus queat, Nedum tu poſſis. Non me latent, quæ lib. 2. de hac dictione à Valla præcipiuntur: atqui haud ſcio num quis ea ita ſeruârit. Quod autem Badius negationem adijcit, atque ita legit: Nedum ſermonum haud ſtet honos, declinandum eſt, atque fugiendum: imò ego admiratus ſum uehementer, quid ei in mentem uenerit, cùm hæc iam temerè mutaret.

Archilochum proprio rabies armauit Iambo] Primus Archilochus Iambos ſcripſit in Lycamben generum ſuum. Hæc Porphyrio. Sed Socerum ſuum legendum, ipſius uerbis conuincemus facilè, quæ in ſextam Oden Epodon ſcripſit, ad illud:

„ Qualis Lycambæ ſpretus inuido gener, Archilochum, inquit, ſignificat. Si igitur Lycambæ gener fuit Archilochus, Lycambes eius erat ſocer. Ad hæc autem poëtæ uerba, quæ mox hic ſequuntur, & populares Vincentem ſtrepitus. magis placent quæ idem Porphyrio loquitur, quàm quæ Acro de plus merita laude argutatur.

Telephus & Peleus] Quæ hoc loco in Acronis leguntur Commentario de mendicitate Pelei & Telephi, à nebulone aliquo conficta ſuſpicor. Et ipſe Acron in Epodon 17. Ode de Telepho magificentiùs ſenſit. Mouet nepotem Telephus Nereium. Quidam etiam hunc locum interrogatiuè legunt, ego enunciatiuè malim & proijcit, id eſt, omittit exponere, aut Acron.

Dauus'ne loquatur, an Heros] Ita legit Aldus. At D. Eraſmus Roterodamus in Adagio Tireſia cæcior, legit, Diues'ne loquatur an Irus. Badius legit: Dauus'ne loquatur, Herú'ne: Quidam etiam legunt, Dauus'ne loquatur an Heros. Quas lectiones lectoris iudicio committo. Sunt enim omnes tolerabiles. Quod autem quidam codices habent. Dauus'ne loquatur an Herus, corruptum eſt: quippe Herus primam corripit.

Thebis nutritus an Argis] Nec inducas Argis natum (inquit Acron) aut Thebis facias imperitum. Hæc ille. At qui ſi de Bœoticis Thebis ait, ut puto, non uideo quomodo hoc quadret, cum Bœotij de ſtupiditate apud omnes malè audiant. Vnde eſt Bœotium ingenium, ut ſit ſenſus Thebis nutritus apud ſtupidos an Argis apud ſolerteis. Badij liber ab ipſo excuſus, exponebat nutritus Thebis ſcilicet in Thracia, ubi natura ſunt periti. quod ego non capio. Si quid inexpertum ſcenæ committis] In ſex his carminibus poëta inexpertum, nouum, commune, ignotum, indictum, pro eodem mea quidem ſententia uſurpauit. Omnia enim hæc unam claudunt ſententiam. ultimumq́ carmen quarti expoſitio eſt. Facit ad hoc idem Acronis de communi commentum: Et nota, commum proprium comparauit, cùm ſtatim poſt, publico priuatum.

Publica materies priuati iuris erit] Quinque uerò hoc loco uerſus obſcurum planè habent ſenſum. Publicam materiam intelligo, non, ut iam diximus, communem, intactam atque indictam: ſed contra à multis dictam, & in publico etiam notam ac celebratam: quam tamen priuatam poſſe fieri poëta docet, quemadmodum Virgil. Troianam hiſtoriam, quæ publicè celebrata fuit, & à multis ſcripta, tamen ingenio atque inuſitato genere elocutionis uelut ſibi propriam fecit. Nec diſſonat huic ſenſui Acronis expoſitio, quanquam intricata ea, nec ſatis quod uult explicans. Videtur autem tria cauenda præcipuè, ut publica materia priuati fiat iuris. Primum, Si non circa uilem, patulumq́ moraberis orbem. Secundum, Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus interpres, id eſt, tanquam hoc agas, quod fidus interpres agere debet. Tertium, Nec deſilies imitator in arctum. Vnde pedem proferre pudor uetet, aut operis lex. Quibus uerbis corripit eum, qui nimiam adhibet curam in imitationem, de qua deijci ſæpè contingat pudore, aut operis lege. Quanquam, ut ingenuè fatear, nullus commentarius mihi ſatis hoc explicat, quò minus hæſitem. Porrò de fido interprete ſententia ab omnibus ita alligatur, quaſi Horatius uoluerit dicere, non eſſe fidi interpretis uerbum uerbo reddere, cùm Horat. contrarium ſentiat. Qui ex publica materia, inquit, priuatam facere uelit, non debere hoc facere quod fidus facere ſolet interpres: cuius officium eſt, quam maximè fieri queat, & linguarum patiatur proprietas, uerbum uerbo reddere. Quod omni ætate uix quiſquam felicius fecit D. Eraſ. Roterod. At nos ignorantiæ noſtræ ſuffugium ex poëta quærimus, qui longè alia mente hoc dixit: etiamſi non negem poſſe aliò transferri.

Vt ſcriptor Cyclicus olim] Hoc in loco de Cyclico adeò ineptit Acro, ut meritò ipſum Cyclicum appellaueris: ſicut paulò pòſt de gemino ouo. Quæ ſi ipſius ſunt, ac non potiùs alicuius impoſtoris, næ ille egregiè inſanus eſt. Sed apud doctos non eſt dubiũ, multorum ſæpe hic eſſe racemationes.

Si plauſoris eges aulæa manentis] Aulæa autem dicta, eò, quòd in aula Attali regis inuenta ſint deuicto eo, inquit Acro. Hoc ultimum ab aliquo indocto adiectum arbitror. Neque enim Attalus hic, qui Eumenis fuit filius à Romanis deuictus fuit, ſed amicus, populum Romanum hæredem inſtituit. Diximus de ijs latiùs Ode 1. Reddere qui uoces iam ſcit puer] Hic rurſus noſter annotator inſigne temeritatis ſuæ adfert teſtimonium. Putat enim pro qui, legendum cum, ut pro quando exponatur: alioqui Horat. uiſum ſolos eos ſignificari, qui ea ipſa facerent, geſtire, paribus colludere, non autem pueros omnes. Sed pudet plura eius referre uerba. Non uidit ille ab Horatio ſatis, ſuperq́ prouiſum per particulam, iam, ut non tàm facilè authori uerba immutaret. Aut agitur res in ſcenis] Dicere uult, omnem rem in populi conſpectu uel agi, uel actam oſtendi. Agitur, ut puer in Andria exemplum præbet acta oſtenditur, ut uitium uirginis à Chærea illatum. Hæc propter Acronis commentarium, ſimulq́ Porphyrionis corruptionem diximus, & alios nonnullos, qui hunc locum non rectè explicãt. Neùe minor quinto, neu ſit productior actu] Hoc de quinque perſonis perperam Acron intelligit, quanquam codex poteſt eſſe corruptus. Mirum uerò quàm & Acro, & Badius hoc quod ſtatim ſequitur exponant. Nec Deus interſit niſi dignus uindice nodus inciderit, ſed ultima Acronis placet, ultimaq́ Badij expoſitio, tunc numinis perſonam inferendam, quoties adeò difficilis res ſit, ut non niſi interuentu numinis explicari poſſit, aut niſi maiora moliantur, quam quæ humanis copiibus effici poſſint.

Actoris partes chorus, officiumq́ uirile] Authoris prætulerat Aldus. Sed non placet. Acron autem ſi uſquam alibi, certè hîc adeò delirat, ut abſque indignatione à nemine legi poſſint, quæ hoc loco ſcribit. Sed neque Porphyrionis expoſitio mihi ſatis facit. Res non eſt omninò difficilis. Illud tamen, uirile, lectorem moratur, nec mihi ſatis intellectum.

Tibia non ut nunc orichalco] Quid tuba ſit apud neminem puto ignotum, ex illo potiſſimum Ennij. At tuba terribili ſonitu taratantara dixit. Quid autem Tibia ſit eius æmula non item clarum eſt. Ego phthongorum non foraminum multitudinẽ intelligo. Neque enim tuba foramina habet. Si quis etiam de magnitudine, aut ſonitus uehementia putet intelligi, non admodum repugno. Quanquàm diuerſa hodiè ut olim tibiarum genera in uſu habentur, quædam ſupernè inflantur, decem foraminibus ante & pòſt, connumerato eo etiam ubi exit, flatus. Sed & hæ duplices, quædam ſimpliciter ſupernè inflantur in latum porrecto foramine, mitem reddentes ſonum, quædam lingulis prominentibus, duabus uel ut pennis, quæ ori imponuntur, atque hæc proximè ad tubam, clamoſum ſonitum reddũt. Quædam ſupernè inflantur foramine anguſto ac rotundo, infernè ſex aut ſeptem foraminibus. Sed duræ inflationis eſt hæc tibia, clamoſa, & à longo grauior ſpacio. Sunt etiam tibiæ quæ tranſuerſè inflantur, ſex foraminibus diſdiapaſon habentes, quas ego puto fiſtulas dici, ut hodie in bellis Germania utitur, & Heluetij quidam Germani Heluetiæ

vulgò vocant. Verùm quotuſquiſque hodie eſt, qui inter ſiſtulam ac tibiam diſcrimen ullum norit, aut apud Græcos inter [illegible] σύριγγα? Et quod Plin. lib. 7. cap. 56. inquit; Fiſtulam Pan, Monaulam Mercurius, Obliquam tibiam Midas in Phrygia, Geminas tibias Marſyas in eadem gente inuenit, apud me nondum ita clarum eſt. ut nihil hæſitem, ſi quis ex me differentiam noſtra ætate ſcire uelit, ut taceam de præcentorijs, geminis, uaſtis, miluinis, thurarijs, ſimplicibus, Græcè monaulis, Aegyptijs, Sarranis, Gingrijs, Lydis, & ſi quæ aliæ à gentibus nomina habent, de quibus paſſim multi ſcribunt, at Pauci formas explicant. Sed illud orichalco commentatores in uarias traxit ſententias. Porphyrio ſimilimum bracteæ aureæ putat, qua fiſtula ornetur: quod ſimilius uero puto, quam quod Badius inſtrumentum facit ex orichalco. Acro etiam ex Varrone oſtendit tibiam olim quatuor fuiſſe foraminum. Gallia hodie talibus utitur, & quædam Italiæ partes, tribus infernè & uno supernè. Sed de his ſatis. Eſt item uincta à uincio legendum: non iuncta à iungo.

Non dum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu] Illud Non dum Acro coniungit ad utilis, hoc ſenſu, Nondum erat utilis tibia ad ſedilia populi complenda. Cùm Horatius ad ſpiſſa retulerit, hoc ſenſu, Tibia illa tenuis & ſimplex foraminue pauco utilis erat ad complenda ſedilia nondum ſpiſſa nimis.

Indoctus quid enim ſaperet, liberque laborum] Poſtquam cœpit eſſe indoctus populus (idem inquit) ſine differentia cœperunt eſſe omnia. Fortaſſe edoctos legit Acro. Nam alioqui non intelligo. Sequentia etiam uerba de tibicinibus, mutila ſunt. Et quod, liber, inquit, tam à ciuili bello, quàm ab extraneo, mihi diſplicet: placet autem quod Badius ait, liber laborum, id eſt, paulò antè ſolutus à labore.

Sic etiam fidibus voces creuêre ſeueris] Acron hoc loco, neque ſonum à modo, aut numero rectè ſeparatum intellexit: cum ſoni ſint phthongi, modi uerò tropi: quos noſtra ætas tonos uocat. Numeri uero ſonorum metra. Inter lyram uerò & citharam minuit diſcrimen, ſed obſcurè. Cum lyra trichordos, tetrachordoſque frequenter noſtra ætate etiam hexachordos inſtituatur. Citharæ uerò 24. chordis ferè. Illud porrò quòd ait citharam olim fuiſſe monochordon, nuſquam antea legi. nec puto eſſe uerum. Monochordon uerò inſtrumentum, etiamnum hodie frequens uiſitur.

Verùm ita Piſones Satyrorum ſcriptor amabo] Satyrorum pro Satyrographorum idem exponit: quod ſi eſt, ego malim Satyrorum pro Satyrarum dictum intelligere, bis enim antea ita intelligi poteſt à poëta poſitum: & ſcriptor Satyrarum coniungere. Alij tamen uerba Satyrorum connectunt.

Syluis deducti caueant me iudice Fauni] Vix alibi tam ridicula dixit Acron atque hoc loco, ſed ab impoſtore aliqua aſſuta puto. Ideóque non refellenda duximus.

Hic & in Acci Nobilibus trimetris] Nobilibus, quidam putant his omnem fuiſſe quidam exponunt, tametſi nobiles apud pluteis exiſtimentur, ſintque in multa laude, ac celebritate. Poteſt etiam fieri ut [illegible] hoc dicat, ut ſolet in alijs, uituperat enim eos, quod Iambum raro habeant, cum hoc optimum Iambicum ſit carmen, quod plurimis incedit Iambis, ut docent Grammatici. Petrus Victorius Mobilibus pro Nobilibus legit.

In ſcenam miſſos magno cum pondere uerſus] His in tribus uerſibus poëta quatuor reprehendit in Iambico carmine, magnum ſonum, operæ celeritatem, ac negligentiam, denique imperitiam. Et in uerbo premit intelligendum Iambus, ut rectè Badius expoſuerat. Sed noſter annotator hic aliò eum propè auertit, qui ſolita audacia pro præpoſitione cum, legit, quod. Colligitque ordinem à ſexto carmine hoc modo:

» An iccirco uager ſcribamque licenter?
» An putem omnes uiſuros peccata mea, quod,

Id eſt, quia non quiuis iudex, id eſt, quicunque uidet immodulata poëmata, premit uerſus miſſos magno pondere in ſcenam crimine turpi operæ nimium celeris carentis cura, & ſupple iterum, quod, id eſt, quia data eſt indigna uenia Romanis poëtis. Hæc ille ſeuerus annotator. In quibus primum hoc ineptè adnectit ſuperioribus, an putem omnes uiſuros peccata mea. Deinde negationem, non, putat determinare etiam uerbum premit quod precedit in priore uerſu, quod inauditum eſt Latinis auribus. Ego itaque nouam ſententiam ordior ab ipſo aduerbio non. quaſi diceret: Iambus omiſſus, quam deturpet carmen, non ab omnibus iudicari rectè poteſt. Et Latini poëtæ hac in re ut in alijs, multum licentiæ ſibi uſurparunt. Ego tamen ea de cauſa nolim uagari, licenterque ſcribere, imò ita tutus, ac cautus intra ſpem ueniæ, ut omnes putem uiſuros peccata mea, pronore uidelicet natura in uituperationem delictorum, quam in bene factorum laudem. Quod ſi etiam culpam uitauero, nullam tamen laudem merear, cuius gratia potiſſimùm poëmata componuntur. Quapropter ad Græcorum authorum exemplaria ultimo hortatur, Vt qui Iambi rationem ubique diligentiſsimè obſeruarint, & ipſe Horatius ad idem in Carminum, ſed maximè in Epodon Odis. Hæc pluribus uerbis, contra meum morem, egi, quod Acronis commentarius hic nimium ineptit, & Porphyrionis perijt.

Et plauſtris uexiſſe poëmata Theſpis] Vel hoc loco uidere licet, quàm multa Acronis commentario aſſuta ſint. Ait enim tam multa ſcripſiſſe, quæ poſſet plauſtris aduehere. Corrupta tamen puto uerba. melius hic Porphyrio. Theſpis, inquit, primùm Tragœdias ſcripſit, genere Athenienſis, ad quas agendas plauſtro circum egregias Græciæ ciuitates uehebatur.

Et uim Dignam lege regi] Hoc factum idem Acro ait ſub Auguſto, cùm poëta hic de Græca Comœdia loquatur longè ante Auguſti tempora ſcripta, ſtatim ſubijciens Latinos omnia, auſos tentare, ac ſequi. Sed non uidetur Acro temporum habuiſſe rationem etiam in alijs.

Ingenium miſera quia fortunatius arte] Ergo, quia Democritus ingeniũ debilius putat arte (inquit idem) ideo miſeram eam dicit. Beatius legendum in Acrone: nam ita paulò pòſt exponit illud felicius in contextu. Riſi autem illud ter repetitum, demiſſo capillo, & inſulam Anticyram: & ter item expoſitum purgo bilem, & quod à Democrito orta ſit ſecta Epicurea, & ſi totonderit caput, nanciſcetur nomen poëtæ. quod caput ſanatur tribus datis horis: miror quis has nugas ſub alicuius docti hominis nomine auſus fuerit in uulgus ædere.

Reſpicere exemplar uitæ] In eodem legitur. Exemplum eſt paradigma, exemplar [illegible], quod ego nunquam legi quod ſciam: ſed uel [illegible] uel [illegible] legendum exiſtimo.

Nec quodcunque uolet, poſcat ſibi fabula credi] Hoc in loco Acronis uerba uehementer corrupta ſunt, ait enim: Ordo eſt. Quodcunque uelit ſibi credi fabula poſcat, cùm Horatius contrarium dicat. Sed hæc non ſunt tanti.

Vt ſcriptor ſi peccat idem librarius] Et hoc quoque loco uix expedies quid uoluerit Acron. Quidam connectunt. ſcriptor librarius, quod placet. Badius repetit coniunctionem ut, deinde ſupplet coniunctionem, &, ad quem modum non fuerit difficile, etiam alios quoſdam locos obſcuros explicare. Ego tamen etiamſi maximè poſſem, non facerem.

Symphonia diſcors] Acronis commentarius exponit ſymphonia, id eſt, cantor, concentor. Et paulòpòſt, ſine uſu, id eſt ſine concordi ſymphonia. Rurſus paulòpòſt, Trochos, inquit, Græci quaternarios uocant, quod ubi ipſe legerit, miror. Porrò ad illud, Quid ni? Dij boni quantum eſt uerborum ineptiſſimorum. Sed hæc tot nunc ſeculis legimus abſque iudicio: & ſatis eſt Acronis uideri, cum fortaſſis impoſtoris ſint, quanquam quis ille Acro fuerit, planè dubito. Præſcriptus cenſus equeſtrem] Cenſus hoc loco participium eſt, & ſummam quadringentorum ſeſtertiorum, intelligo cenſum equeſtrem ante Auguſtum, qui eum poſtea ampliauit authore Suetonio. Quadringenta autem ſeſtertia decem millibus ualent coronatis francicis Budæana ſupputatione.

Tyrtæuſque mares animos in Martia bella] Hanc hiſtoriam Acro bis narrat, primùm uerbis ſuis. Vbi ab initio Athenienſes in plerıſque codicibus perperàm pro Meſſenijs legitur. Secundò uerbis Porphyrionis, quæ partim inuertit, pleraque mutilauit. Multi etiam codices Dircæum habent, pro Tyrtæum, & Landinus planè ita legit, ſed errat. De Tyrtæo præter alios etiam Strabo libro octauo.

Si uerò eſt unctum qui rectè ponere poſſit] *Vnctum rectè appellat (idem Acron inquit) pulmentarium bene coctum. Ego uero* unctum *participium eſſe exiſtimo, & unctum ponere rectè, id eſt, bene tractare eum, qui è balneo unctus ad cœnam ueniebat, more priſcorum.* In mala deriſum ſemel, &c]. *Acron coniungit carmen hoc cũ prioribus, exponitq́; in mala feria, id eſt, in malas neceſſitates. Alij diſiungunt à prioribus, connectuntq́; cum poſterioribus. Sed obſcurius dictum, utrouis modo coniungas.*

THEODORVS PVLMANNVS, IN LIB. DE ARTE POETICA.

3 ATRVM] *Pro turpis & fœdo dixit. Vide Annotat. ad Oden* 1 *lib.* 3. *& ad Oden* 11. *lib.* 4. 7 Aegri] Aegris, *Achilles Statius Comment. in Artem Poëticam ex uetuſto libro legit.*
16 —Cùm lucus & ara Dianæ] *Ita debere intelligi uidetur, non tantùm quòd Ariciæ nemus, & ara Dianæ eſſet: ſed quòd omnis lucus Dianæ ſacer ſit, etiam ſi alijs nuncupatus ſit Dis. Seruius, nam, ut dicimus, & omnis quercus Ioui eſt conſecrata, & omnis lucus Dianæ. Hæc Turneb. lib.* 5. *cap.* 4. *uide lib.* 20. *cap.* 6. *& libro* 30. *cap.* 27. 18 Flumen Rhenum] Flumen Rheni, *T.P. ſed illud alterum omnium ſuffragijs probatum & receptum eſt. Vide Turneb libro* 19. *cap.* 9. 19 —Fortaſſe cupreſſum ſcis ſimulare] *In aliam ſententiam ab Horatio dictum interpretor, & fortaſſe fallor, quàm interpretes: cùm putem ab eo ſignificari malum & rudem pictorem, qui tabulam depingere non poſſit, ſed tantùm parerga, quæ rudimenta erant artem pingendi diſcentibus & ornamenta tabularum, delineare. eis perſimiles ſunt, qui magnum carmen condere inſtituunt, cùm tamen deſcriptiones tantùm amœnas fluuiorum & nemorum, poëtices initia & progymnaſmata explicare poſſunt, quas iccirco non ſuo loco adhibent, & poëma fucant & adulterant intempeſtiuis ornamentis. Turneb. libro* 9. *cap.* 31. 21 —Amphora cœpit Inſtitui currente rota cur urceus exit?] *Magnificè, eximieq́; poëma exorſus es, quod & ambitioſis deſcriptionibus excolere & exornare tentaſti: ſed neſcio quo modo impar oneri ſuccubuiſti, amphoramq́; amplam fingere auſpicatus nobis paruum urceolum effinxiſti. Turneb. libro* 19. *capite* 9. *Vide lib.* 24. *cap.* 24. *exit, id eſt, abſoluitur.*
32 Fabricius] *Fabernus, uetus codex, quem Ioanni Sambuco, uiro clariſsimo & doctiſsimo, amicitiæ cauſſa olim dono dabam.* 33 —Molles imitabitur ære capillos.
Vide Annotationes ad illud, quid foſſor durus eſſet, lib. 2. *Sat.* 3 *uerſu* 22. *& Turneb. lib.* 22. *cap.* 5. 34 Ponere] *Pro facere dixit. Vide Annotat. ad Oden* 8. *lib.* 4.
45 Hoc amet, hoc ſpernat] *Quædam probet, quædam improbet & notet. Vide Turneb. lib.* 22. *cap.* 12. Promiſſi] *Quod promiſit, id eſt, edidit, Achilles Statius ex Seruij libro peruetèri.*
Promiſſi carminis auctor] *Poëta eſt, qui initio ſui carminis profitetur, promittitq́; ſe poëma ſcripturum, ut Maro, (primo Aeneidos,)*
„ *Arma, uirumq́; cano.*
Et infra apud Flaccum, uerſu 137.
„ *Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.*
Sequitur enim continuò,
„ *Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?*
Turneb. libro 9. *capite* 31. 47 Dixeris egregiè] *Id eſt, rectè fueris locutus, ſi uerbum è proprio ita translatum effecies, ut tranſlationem iunctura, id eſt, circumſtantia uerba aperiant. Virg. (*4. *Aeneid.)*
„ *At regina graui iam dudum ſaucia cura*
„ *Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni.*
Vulnus & ignis uehementem amoris impetum ſignificant antecedentia, & conſequentia uerba teſtantur, quibus amarè Aeneam perditiſsime Dido fingitur. Franc. Luiſinus Parergôn. libro 3 *capite* 26. 48 Abdita rerum] *T.* Abdita rerum, *& H.G.E. B.P.* 50 Fingere cinctutis non exaudita Cethegis.
Cinctutos Cethegos, ueteres intelligo. nam ueteres cinctu uti loco tunicæ ſolebant, qui ætate Horatij exoleuerat, eratq́; ueſtis infrà pectus corpus comprehendens ſimilis ſubligaculo: Græcè ζῶμα & ζῶσμα dicitur: quo nomine Græcè etiam tunica intelligitur. ut autem cinctus erat uirorum, ſic cincticulus puerorum. Plautus Bacchid. (ſce. Nunc experiar.)
„ *Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aſsideres.*
Cethegos autẽ ait, propter Cethegum oratorem antiquum, quem Ennius ſuadæ medullam eximia laudis abundãtia appellauit. Hæc Turneb. lib. 9. *cap.* 31. *uide lib.* 19. *cap.* 9. *& cap.* 16.
52 Fictaq;] *H.G.E.B.P.V.* Factaq;, *Georg. Fabricij quidam codices.* 53 Cadant] Cadent, *H E.* 54 Dabit] Dedit, *Gul. Canterus Variarum lect. lib.* 4. *cap.* 12.
55 Varioq;] *E.T.* Varioq;, *H.G.B.P.* 59 Signatum præſente nota producere nomen] *Vocabulum eſt innouare, ea tanquam forma monetæ percuſſum, quæ in uſu eſt. ut cùm armatura diceretur ab armo, uectura à ueho, Terentius (Eunuc. act.* 2. *ſc.* 3.*) curaturam eadem forma dixit à curo: Plautus Bacchid (ſc.* Quid hoc*) curſuram à curro, atque hoc eſt ſignare & cudere uelut nummum uſitata & recepta forma. Turneb. lib.* 9. *cap.* 31. *procudere, Achillis Statij manuſcriptus, & Lambini aliquot calamo exarati. quam lectionem Lazari Bonamici codicem etiam habere Luiſinus Commentar. in Artem Poëticam refert. ſimilitudo eſt à re nummaria.* 60 Mutantur] Nudantur, *Georg. Fabricij liber unus.* 63 Debemur] Debemus, *Achilles Statius ex Priſcianis libris manuſcriptis.* 72 Ius] *H.B.T.P.* Vis, *G.E.*
79 Archilochum proprio rabies armauit iambo] *Hunc ſenſum complectitur, Archilochum ad maledicta & conuicia uſum eſſe ſuo iambo, id eſt, uerſu iambico Archilochio. Nã ſunt iambici Hipponactici & Alcaici. iambum itaque pro uerſu poſuit, ut mox,* hunc ſocci cepere pedem, *id eſt, uerſum. eſt & iambus Ecloga aut idyllium, aut carmen, aut poëmatium ex iambis. Cicero,* mihi, ut Ariſtophani Archilochi iambus, ſic epiſtola longiſsima quæq; optima uidetur. *Iambicum autem Archilochium adſciuit Comœdia & Tragœdia, quòd aptus ſit diuerbijs & colloquijs perſonarũ. Hæc Turneb lib.* 9. *cap.* 31. *uide lib.* 5. *cap.* 3. 81 Alternis aptum ſermonibus, & populares Vincentem ſtrepitus] *Cùm ait iambum aptum alternis ſermonibus, eum ſignificat uerſum aptum eſſe fabularum dialogis & diuerbijs: cùm populares eum dicit uincere ſtrepitus, indicat uerſum iambicum in conſeſſu theatri tanta hominum multitudine ſtrepentis ſibi audientiam facere, & à populo tacente ſtrepitumq́; & tumultum comprimente libenter æquoq; animo audiri. Turneb. lib.* 19. *cap.* 9. 83 Muſa dedit fidibus] F. dibus, *Lyrico uerſu. Vide Turneb. lib.* 1. *cap.* 4. *& lib.* 30. *cap.* 7. 97 Proijcit ampullas, & ſeſquipedalia uerba] *Proijcit ampullas, eſt tumidam orationem omittit, translatione ducta à tumore ampullarum, quæ* λήκυθοι *Græcè dicuntur. ſeſquipedalia uerba intellige, non tam longa & extenſa, quàm turgida & inflata ac prætumida. Nam ab architectis translatio ſumta eſt, apud quos ſunt tigna ſeſquipedalia, materies craſsior. Vide Turneb. libro ſeptimo, capite decimonono, & libro nono, capite tertio.*
98 Spectantis] *Pro* ſpectatoris. *Vide Pet. Victorij Variarum lectionum libro decimoquarto, capite ſecundo.*
100 Volent] *H.B.* Voiunt, *E.T.P.V.* 103 Lædent] Lęſeris, *H.* 104 —Male ſi mandata loqueris] *Mandata heic intelligit, partes alicui perſonæ à poëta commiſſas, ut eos affectus, geſtusq́; exhibeat, quos ille uoluit. Vide Pet. Nannij Miſcell. lib.* 3. 114 —Diuus'ne loquatur, an heros] *G.E. & Iacobus Crucius Bononienſis in Annotationibus.*
—Dauus'ne loquatur an heros] *H.B.T.P. Vide Franc. Luiſini Parergon libro tertio, capite uigeſimo ſexto. & Pet. Victorij Var. lect. lib.* 33. *cap.* 5.
—Diues ne loquatur, an liber] *Eraſmus Chil.* 1. *cent.* 3. *adag.* 57. —Dauus'ne loquatur, herus'ne, *Aſcenſius.*

& inconto, nec ita illoto & obſcœno, ut ſcurræ triuiales & ſalarij procaces in urbis compitis & triuijs. Turneb. lib. 19. cap. 9.

248 ——Quibus eſt equus, & pater, & res] *Id eſt, equites, nobiles, & diuites. Nam Romæ qui erant patricij & nobiles, à patre nominabantur, & patrem habere cenſebantur: ut uerbi gratia Cn. Domitius, C. filius dicebatur. Equus igitur de equitibus, pater de patricijs, res diuitibus dicitur. Vide Turneb. lib. 19. cap. 9.*

249 Fricti ciceris] *H.G.E.B.P. & Turneb. lib. 19. cap. 9.* Fracti ciceris, *T.V.* 252 Accreſcere] Accedere, *in alijs, ut annotauit Georg. Fabricius.*

257 Acci] *H.G.E.P.V.* Accij, *B.T.* Atti, *Lambini editio.*

259 Nobilibus trimetris] Mobilibus, *Pet. Victorius in Ciceronis Epiſt. 11. lib. 5.* 260 ——Magno cum pondere uerſus] *Verſus dici puto grauitatis plenos & dignitatis, qui tamen ſuos modulos, numeroſque non habeant. ſic apud Ciceronem in Arato,*

„ ——*Magno cum pondere nautæ:*

Etſi alia ſignificatione dictum, pro magno molimine & conatu. & ab Horatio paulò pòſt,

„ ——*Sine pondere, & arte.*

Turneb. lib. 19. cap. 9. 261 Celeris nimium] Nimium celeris, *G.T.P.* 265 An omnes] Vt omnes, *Achillis Statij liber quidam manuſcriptus.* 266 Intra] *H.G.E.B.T.P.V.* Extra, *ex ingenio Lambinus.*

270 At ueſtri proaui] *H.G.E.T.P.V. & Petrus Victorius Variarum lect. libro 15. capite 13.* At noſtri proaui, *B.*

285 Nil intentatum] Intentatum, ἀπείρατον *Græcè. Vide Pet. Victorij Var. lect. lib. trigeſimoprimo, capite uigeſimoquarto.*

294 Perfectum decies non caſtigauit ad unguem] *A' marmorarijs ductum eſſe cenſent interpretes, qui iuncturas marmorum ungue explorant. alij à fictoribus, qui primùm manu informant rude opus, deinde lineamenta, & habitum omnemq́ ſpeciem ungue fingentes & perpolientes abſoluunt. Sic alio apud Horatium loco, (1. Sat. 5. uerſu 32.)*

„ ——*Ad unguem Factus homo.*

Accipiendum eſt, pro eleganti & polito, perfectoq́, eadem tranſlatione. Vide Turneb. lib. 19. cap. 9. Præfectum, *Achillis Statij libri probiores.* 295 Ingenium miſera quia fortunatius arte] *Cùm ait, ſignificat homines Romanos carminum ſtudioſos Artem contemnere Poëticam & cognitionem philoſophiæ, ſuoq́ fidere ingenio, & exiſtimare ſe tum demum optimos poëtas futuros, ſi inſanorum morem, habitumq́, illuuiem & ſqualorem imitentur. In quo lepidè, & uenuſtè Romanos ſcriptores inſaniæ ludens notat & inſcitiæ. mox igitur ſubijcit, principium rectè ſcribendi eſſe philoſophiæ cognitionem & perceptionem. Turneb. lib. 19. cap. 9.*

302 Qui purgor] *H.G.E.B.V.* Qui purgo, *T.P.*

304 ——Ergo fungar uice cotis, acutum

Reddere quæ ferrum ualet ex ſors ipſa ſecandi.

Vide Pet. Victorij Variarum lect. lib. 15. cap. 14.

311 Prouiſam] *H.G.E.B.T.V.* prauiſam, *P.* 318 Viuas] *H.G.E.B.T.P.V.* Veras, *Aldina editio.* 319 locis] *B.T.V.* Locis, *H.G.E.P. Et Achillis Statij plerique libri manuſcripti, ut loci dicantur, quæ ab Ariſtotele* ἤθη *dicuntur. Vide eius commentarios in Artem Poëticam.* 326 —Dicat Filius Albini] *Vide Annotat. ad uerſum 74. lib. 1. Sat. 6. & ad uerſum 56. lib. 1. Epiſt. 1.* 328 Eu] εὖ, *id eſt, euge, benè, rectè, meritò. collaudantis & applaudentis uox eſt.* Eu, *H.E.B. & G. ſed in G. Heus ſcriptum fuiſſe uidebatur: Prior enim & poſterior litera eraſa fuit. Hem, P.V.* è, *T. deprauatè Terent. Phorm. act. 2. ſc. En unquam.* ——Eu noſter, *rectè, &* actu 3. ſc. 1. *Eu Phormio. ſic in ueteri meo Terentiano codice ſcriptum reperi.*

330 —Ad hæc animos ærugo, & cura peculi] *Romani, inquit, philoſophiam humanitatisq́ artes non diſcunt, ſed artem ſupputandi in pueritia. at ubi adoleuêre, ſe totos occupant, deduntq́ pecuniæ faciendæ, congerendæq́, cuius rei ſtudium quadam rubigine animos hominum inficit. Aerugo igitur ſordes auaritiæ, ſtudiumq́ pecuniæ, & æris mihi ſignificare uidetur. Eam enim ſic uocat, quaſi animi hominum rubiginem quandam & æruginem ducant ex auiditate nummorum & ſordibus auaritiæ, ut loculi reddi ſolent æruginoſi. Turneb. lib. 19. cap. 9. at hæc. Lambini editio.*

331 Speramus] Speremus, *H.T.V.* 332 Cupreſſo?] Cupreſſu: *B.T.* 333 Aut prodeſſe uolunt, aut delectare poëtæ] *Lege Pet. Victorij Variar. lect. lib. 34. cap. 1.*

339 Nec quodcunq́ uolet *V.* Ne quæcunq́ uelit, *G.P.* Nec quodcunq́ uelit, *H.E.B.T.* 341 Celſi prætereunt auſtera poëmata Rhamnes] *Equites Romani iuniores, qui adhuc merēt equo publico, ſtipendiaq́ faciunt, delectari poëmatis uolunt, nec mæſtum carmen perpeti poſſunt. Hæc Turneb. lib 19. cap. 9. Vide & lib. 28. cap. 26. Cùm equites in equis ſedentes ſublimes ſint & alti, ideò ordinis equeſtris hominibus celſi attributionem poëtæ apponunt, unà quoq́ eorum magnitudinem ordinis & dignitatem ſignificantes. Papinius 1. lib. Sil. 4.*

„ *Non labente Numa timuit ſic curia felix.*

„ *Pompeio nec celſus eques.*

Et Ammianus Marcellinus, iudicibus celſis, iiſdemq́ minoribus, *cùm dixit, maiores & minores, ut uel lippo notum eſt, intellexit. Turneb. lib. 29. cap. 35.* 348 Volt] Vult, *H.*

349 Remittit] Remugit, *G. & remittit, ſuprà adſcriptũ fuit.*

353 Ergo?] Ergo eſt? *H.G.E.B.T.P.V.* 357 Fit Chœrilus ille] *Nollem tam iniquum eſſe Flaccum in Chœrilum, quem & à Clemente, & Euſebio (non enim attinet alios nominare & nomenclatorem agere) uideo non contemni: uerſus certè, quos eius adferunt, non mihi tam irriſione digni, quàm admiratione uidentur: ſed neſcio quo modo, ut in epulis, ſic & in poëmatis alius alio capitur atq́ delectatur. Vide Turneb. lib. 19. cap. 9.* Chœrilus, *H.E.V.* Cherilus, *G.B.P. libri ueteres inter ſe diſſident, ſecumq́ diſcordant. Vide Annotat. ad uerſum 233. lib. 2. Epiſt. 1.*

359 Quandoq́] *Id eſt,* quandocunq́. *Vide Pet. Victorij Explicationes ſuarum in Columellam caſtigationum, & Franc. Luſini Parergon lib. 3. cap. 26.* 360 Operi in longo] *G.P.* Operi longo, *H.B.E.T.V.* 362 Capiat] *H.G.E.T.P.* Capiet, *B.V.* 371 —Nec ſcit, quantum Caſcellius, *H.G.T.* —Neſcit, quantum Caſellius, *B.E.P.* —Neſcit, quantum Caſſellius, *V.* 373 Non homines, non Di] Nõ Di, non homines, *Lambini quidam libri.* 378 Summo diſceſſit] *H.B.V.* Summo deceſſit] *G.E.P.* Summo diſcedit] *T.* A' ſummo diſceſſit, *legit Lambinus.* 380 Trochiue] Trochus *Græcanici ludi genus. Vide Turneb. lib. 27. cap. 33.*

385 Facies ue] *H.T.V.* Faciesq́, *G.E.B.P.* 388 —Nonumq́ prematur in annum] *Poëma Cinnæ uatis Smyrna inſcriptum in magna celebratione apud antiquos fuit, nouem perpetuis elaboratum annis: inde exijt, ut reor, præceptum Horatij:*

—Nonumq́ prematur in annum. *Nam exemplum Cinnæ hoc ei uel conſilium, uel præceptum dictauit. Vide Turneb. lib. 17. capite 17.* —Decimumq́ prematur in annum, *Franc. Luſinus Commentar. in Artem Poëticam, in ueteri ſuo codice ſcriptum eſſe annotauit.* 393 —Ob hoc lenire tigres, rapidoſq́ leones] *G.E.V.* —Ob hoc lenire tigres, rabidoſq́ leones, *H.B.T.P.* —In hoc lenire tigres, rapidoſq́ leones, *Achillis Statij liber manuſcriptus.*

394 Conditor arcis] *G.E.P.* Conditor urbis, *H.B.T.V.*

397 Publica] Poblica, *Lambini manuſcripti libri aliquot.*

409 Ego nec] *H.G.E.B.T.P.V.* Ego non, *Achillis Statij quidam libri manuſcripti.* 410 Quid proſit] *G.E.B.V.* Quod proſit, *H.T.P.* Quid poſsit, *Lambini aliquot libri ueteres.*

413 Multa tulit, fecitque puer: ſudauit, & alſit,] *E' ſymposio Xenophontis ſumtum eſt. Vide Petr. Victorij Variarum lect. lib. 37. cap. 21.*

414 Venere, & uino] *H.G.E.B.T.P.V.* Venere, & Baccho, *Achillis Statij libri manuſcripti, & Lambini nonnulli ueteres. Vide Petr. Victorij Var. lect. lib. 6. cap. 20.*

415 ——Qui Pythia cantat Tibicen.

Pythaulæ ſunt tibicines qui Pythia canebant. Higynus, his quoque ludis Pythaulæ, qui Pythia cantauerunt. *Vide Turneb. lib. 11. cap. 25.* 422 ——Vnctum qui rectè ponere poſsit] *Vide Annotat. ad uerſum 44. lib. 1. Epiſt. 15.*

424 —Et

24 —& eripere atris Limbos implicitum] *Vide Annotat. ad uerſum 17. libro 1. Carmin. 12. lib. 3. Carmin. 1.*

Sciet] *H.G.E.B.T.P.V.* Sciat: *Achillis Statij liber manuſcript.*

425 Beatus] *Non heic beatus eſt, cui fortuna fauet, aut qui diues eſt, ut aliquando capitur: ſed cum quo bene agitur, quòd ob ſtuporem ſuas aduerſitates & mala non intelligat. Ita quoq; à Terentio dictum eſt in Adelphis, (act. 5. ſc. 3.)*

„ *Deridet? fortunatus, qui iſto animo ſiet.*

Vide Pet. Nannij Miſcell. lib. 3. 426 Voles] Velis, *H.*

427 Factos] Fictos, *Lambini libri quidam.* 435 Laborent] G.E.P. Laborant, *H.B.T.V.*

443 Nullum ultrà uerbum, aut operam ſumebat.

Nullum ultrà uerbum, aut operam inſumebat, *H.G.E.B.P.V.*

Nil ultrà uerbum, aut operam ſumebat, *T.*

450 Nec dicet] Non dicet, *H.B.T.P.V.* 452 Vt mala quem ſcabies] *Heic ego malam ſcabiem interpretor feram, quam Græci ψώραν ἀγρίαν uocant, credebantq; ueteres Romani contagione ad alios tranſire. de ea ſic Philo, φθινάσι, τηκεδόσι, ψώραις, ἀγρίαις, ἰκτέροις, ῥευματίζεσιν ὀφθαλμοῖς. Celſ. de ſcabie.* Itaq; eam, quæ talis eſt ἀγρίαν, id eſt, feram Græci appellant. *quanq; & ſcabies omnis, mala eſt, infeſtaq; eſt plerunq; pueris redundantibus & malè temperatis, ut & Perſius, (Sat. 11.)*

„ *—Namq; eſt ſcabioſus & acri Bile tumet.*

Hæc Turneb. lib. 6. cap. 25.

„ *Vt mala quem ſcabies, & morbus regius urget,*

„ *Aut fanaticus error.*

Hinc apparet, ut Hebræi uitiliginoſos auerſabantur: ſic & Romanos ſcabiem, quæ ſummam cutem, ut uitiligo & lepra, lædit & maficit, abominatos eſſe. Fanaticum autem morbum, &, ut appellat, errorem, ut à Dis immiſſum hominibus, qui Numina uiolaſſent, Diſq; inuiſi eſſent, aut ob morbi diritatem & plagarum metum, etiam auerſabantur, & eo correptos fugitabant, ut in captiuis Tyndarus ſimulat ſe fugere Ariſtophontem, quòd rabioſus & fanaticus ſit, & Menæchmus ſe inſanire aſsimulabat, ut homines ab ſe abſterreret. Turneb. lib. 19. cap. 9. 457 Sublimeis] B.T.P.V. Sublimis, *id eſt, tumidus, H.G.E. & Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 4. cap. 12.* 458 Decidit] Decidat, *Lambini quidam libri ueteres.* 461 Si quis curet opem. Si curet quis opem] *H.G.B.B.T.V.* Si curauit opem, *P.*

462 Deiecerit] *G.T.* Proiecerit] *H.E.B.P.V.*

467 Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti] *Manifeſtè hoc facit: neque enim idem illi, cùm idem quod ille ſignificare uolunt, Latini homines dicunt: ſed Græci ταυτὸν ἐκείνῳ paſsim aiunt: nec aliter loquuntur. Vide Petr. Victorij Var lect. lib. 10. capite 22. & lib. 36. cap. 21.*

469 Famoſæ] Formoſæ, *Achillis Statij libri ſcripti.* 470 Factitet] Dictitet, *Achillis Statij libri manuſcripti.* 471 An triſte] Aut triſte, *Achillis Statij liber antiquus.*

ANTONII MVRETI ANNOTATIONES IN EPISTOLAM DE ARTE Poëtica.

POTERAM *facilè ſuperſedere hoc labore annotandi quidquam in Epiſtolam de Arte Poëtica: tot enim eruditi homines in eam ſcripſerunt, ſcribuntq; quotidie, ut ea breui pauciores aliquanto uerſus, quàm interpretes, habitura uideatur. ſuſpenſo igitur, ut aiunt, brachio eam percurrere ſatis habebo, & ueluti dicis cauſſa, pauca quædam annotare: quæ an alij iam notauerint, neſcio. Non enim ſanè niſi peradmodum paucorum ſcripta legi: ſed cùm omnes, qui tractamus litteras, ijſdem ferè utamur libris: nullo modo fieri poteſt, ut non eadem animaduertantur à pluribus. Itaque mirari ſoleo, cùm quidam uentoſi homines conqueruntur, ea notare alios, quæ ipſi quoque antea uiderint: in eoq; ita diſputant, grauem ſibi, minimeqúe tolerandam iniuriam fieri: nullam eſſe rationem, quæ ipſis quoque in mentem uenerint, ea dicere alios ſine honorifica ipſorum appellatione. atque operæ pretium eſt quorundam ea in re cognoſcere amentiam. Deprehenſi enim ſunt, qui cùm legiſſent commentariolum quem proximo ſuperiori anno in Catullum edidi, miſsis ad amicos litteris me accuſarent, quòd quædam afferrem ut mea, quæ ipſi plus triginta iam annos in libris ſuis notata haberent. Quaſi uerò magnoperè mihi laborandum fuerit, quid in ſuo libro notaſſet: is, quem ego natum mehercule neſciebam. ſed, ut ad rem: ſi quid ab alijs dictum, tacito ipſorum nomine, attulero, teſtificor id me eò facere, quia, quod bona ipſorum uenia dictum ſit, quidquid mihi datur otij, ſoleo non paulò libentiùs in ueterum, quàm in recentiorum ſcriptorum lectione conſumere: non quòd hos contemnam, ſed quod à quibus ipſi didicerunt, ab ijſdem uolo ego quoque, ſi liceat, diſcere.*

96 Telephus & Peleus] *Quædam ſcitu digna attulit in hunc locum Victorius lib. 14. Variarum lectionum, quibus hoc addo, fabulam illam, in qua mendicus Telephus ita magnificè loquens inducebatur. Euripidis fuiſſe, ut teſtatur interpres Ariſtophanis in locum illum è Nubibus:*

„ *τήλεφος εἶναι αὐτός, φάσκων,*

„ *ἐκ πηριδίου*

„ *γνώμας τρώγων πανδελετείους.*

Mendicum etiam fuiſſe eum affirmat Timocles in iambicis quibuſdam, quibus ad omnes penè calamitates, propoſitis magnorum uirorum exemplis, rationem quandam minuendi doloris tradidit. Ita enim ſcribit:

—ὢν μὲν γὰρ πένης

„ *πτωχότερον αὐτοῦ καταμαθὼν τὸν τήλεφον*

„ *γενόμενον, οὕτω τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει.*

De mendicitate autem Pelei commemorabo ea, quæ apud eundem interpretem legi: ſimul enim loco cuidam ex Odis, ubi eiuſdem mentio eſt, lucis aliquid afferetur. Peleus igitur continentiſsimus fuiſſe proditur. Cumq; aliquando contigiſſet, ut Hippolyte, Acaſti uxor, eum adamaſſet, neque potuiſſet blanditijs ad explendam cupiditatem ſuam adducere, calumniata eſt eum apud uirum, quòd ſibi uim afferre uoluiſſet. Quod cùm Acaſtus reſciuiſſet, comprehenſum eum, in ſolitudinemq; perductum, ac ſpoliatum armis dimiſit, fore dicens, ſi iuſtus eſſet, ut è periculo euaderet. cùm autem in eum inruere pararent feræ, miſerunt ei Dij per Mercurium enſem à Vulcano fabricatum, atque ita ſeruatus eſt. Narratur & alio quodam modo. Peleus cùm inſidijs exceptum Phocum fratrem unà cum Telamone in patria interfeciſſet, exſulatum ijt in Phthiam ad Eurytum Actoris filium: à quo expiatus eſt. Illinc cùm ad uenationem apri Calydonij profectus eſſet, in Eurytum incidit, eumq; nolens interemit. Rurſum igitur ex Phthia fugient, Iolcum ad Acaſtum uenit: ab eoq; expiatus eſt. Aſtydamia uerò Acaſti uxor, eius amore capta, cùm eum (qua præditus erat temperantia) ad faciendum adulterium pellicere nequiſſet, tentatam ſe ab eo, apud uirũ mentita eſt. at is, quem expiarat, interficere quidem noluit: ſed ducit eum ad uenationem in mõtem Pelion, ibiq; ſopitum relinquens, cùm prius enſem ipſius ſub ſtercore bubulo occultaſſet, domum reuertitur: ille uerò ſomno ſolutus, neq; reperto enſe, parum abfuit, quin interficeretur à Centauris: ſed Chironis ope ſeruatus eſt.

240 —Vt ſibi quiuis Speret idem, ſudet multum, fruſtraq; laboret, Auſus idem] *Eadem ſententia uſus eſt Iſocrates in Panathenaico, qui cùm dixiſſet ſe illo compto orationis genere nõ uſurum, quo fuerat uſus adoleſcens: ἀλλά, inquit, ὡς ἅπαντες μὲν ἂν, ἐλπίσειαν, ἐνθυμηθεῖεν, οὐδεὶς δ' ἂν δυνηθείη ῥᾳδίως, πλὴν τῶν πονεῖν ἐθελόντων, καὶ σφόδρα προσεχόντων τὸν νοῦν.*

359 Indignor, quandoq; bonus dormitat Homerus] *Quandoq; hîc ualet quãdocunq;: ut & Pet. Victorius admonuit, ſic & alias apud hũc ipſum ſcriptorẽ accipitur: Vt, Et quandoq; potẽtior,*

„ *Largis muneribus riſerit æmuli,*

„ *Albanos prope te lacus.*

Ponet

» *Ponet marmoream ſub trabe Cypria.*
Et lib. 4.
» *Continet maiore poëta plectro*
» *Cæſarem, quandoq; trahet feroces,*
» *Per ſacrum cliuum merita decorus,*
» *—Fronde Sicambros.*

431 Vt qui conducti plorant in funere dicunt,
Et faciunt propè plura dolentibus ex animo] *Comparationem hanc ſumpſit ex Lucilio, ex cuius lib. 22. à Nonio citantur hi uerſus:*
» *—Mercede quæ.*
» *Conductæ flent animo in funere præficæ,*
» *Multò & capillos ſcindunt, & clamant magis.*

GEORGIVS FABR. IN ARTEM POETICAM.

CATHOLICA *præcepta, quæ hoc ad Piſones libro continentur, in unum collegimus lib. ſexto de Re Poëtica. Tradit Porphyrio hunc librum ex arte Neoptolemi tranſcriptum: ſed & Ariſtotelis ad Theodecten, & Demetrij Phalerei eſt ſecutus ueſtigia. In Artem hanc commentatus eſt libris decem Terentius Scaurus uetus Grammaticus, ut ex Soſipatro conſtat.*

Aemilium circa ludum faber imus] *Imus, in imo uico, uel extrema uici parte. Proprium nomen fabri hoc eſt dicere, ridiculum eſt: quod neſcio quis Acroni infercijt, & repetit Luiſinus.* Cinctutis non exaudita Cethegis] *Cinctutis, pro uetuſtiſſimis: ex habitu, antiquitatis ſignificatio. Ad Florum Epiſt. 2, 2.*
» *Speciosa uocabula rerum*
» *Quæ priſcis memorata Catonibus atq; Cethegis,*
Et Cethegi oratoris meminit Ennius. Lectionem mutauit Omnibonus Leonicenus, qui pro cinctutis, ſcribi uult, ubiq; citis. dicens Cethegorum gentem ubique citam, id eſt, expeditam fuiſſe, ex illis Saluſtij uerbis, Cethegus maximum bonum in celeritate putabat. ſed id quam futile, & ab hoc loco ſit alienum, omnes intelligunt. Et noua fictaque nuper] *Exponit, quid ſint noua uerba, nempe nuper facta, πεποιημένα: uel nuper ficta, πεπλασμένα, utroque uocabulo utitur Ariſtoteles, utraque lectio in codicibus inuenitur. Ego facta nuper, hoc loco probo. Ita uerſus factos dicit in Satyris libro primo, accuratos & politos, & factam orationem, in Bruto Cicero.* Signatum præſente nota producere nomen] *Producere, ad hominum noticiam deducere, inquit Helenius. Ex Lazaro Bonamico audiui, quod & Franc. Luiſinus ſe audiuiſſe ſcribit, legendum eſſe, procudere: nam in ſimilitudine à re nummaria cœpta perſiſtit. Dicit eadem ratione Fabius lib. 1. Vtendum planè ſermone, ut nummo, cui publica forma.*

Vt ſyluæ folijs pronos mutantur in annos] *In imo legi, & ſincerè ſcriptum puto,* nudantur in annos. *Nudari enim ſyluæ dicuntur, cùm folia decidunt. Mutari ſyluæ folijs (ut in uulgatis) cùm uiridis color in flauum aut rubrum degenerat.*

Quis tamen exiguos elegos emiſerit autor] *Curius Ferrarienſis, & Cælius Rhodiginus legunt, elegos inuenerit: quod ego gloſſam eſſe exiſtimo.* Intererit multum, diuus'ne loquatur an heros] *In maxima ſententiarum uarietate, hanc lectionem probo, de alio noſtri poëta loco. Vt,*
» *Nec quicunq; Deus, quicunq; adhibebitur heros.*
Hoc eſt, quali quis ſit dignitate, Deus an diuus, hoc eſt, inter deos relatus. ut Iupiter an Hercules, Iuno an Leucothea. Habet eodem modo Anhaltinum. Nec uerbum uerbo curabis reddere] *Legendum de Lazari, (ut memini) ſententia, Non uerbum uerbo. Eſt enim aliud καθόλου, à ſuperiore diuerſum. Illud Philoſtrati, τὰ κατὰ καιρὸν, καὶ τὰ κατὰ καιροὺς λέγομεν. Hoc Ciceronis præceptum, qui inquit, Non uerbum uerbo neceſſe habui reddere.*

Spectata reponi] *In aliquibus,* ſpectanda: *quod minus facit ad ſententiam. Spectata, probata, placita. Reponi, commendari, referri.* Ille bonis faueatq; & conſilietur amicis] *In alijs amice: ſed ſingulis uerbis ſuos caſus reddidit, quod eſt uſitatius.* Tibia non ut nunc Orichalco uincta, tubæq;] *Non tota Orichalcea, ſed orichalco ex parte circumdata.* Vilem certauit ob hircum] *Legitur &,* cantauit. *alterum ſtudia partium exprimit, expetentium uictoriam.* Nonumq; prematur in annum] *Alij,* decimum, *ſicuti antea, Decies non caſtigauit. Vulgatam probant interpretes, quia de Smyrna Cinnæ loquitur, de qua itidem Catullus.*
» *Smyrna mei Cinnæ, nonam poſt deniq; meſſem,*
» *Quam cœpta eſt, nonamq; edita poſt hiemem.*
In Smyrnam commentarium edidit L. Craſitius.

Vnde etiam trimetris accreſcere iuſſit] *In alijs,* accedere. In Acci Nobilibus trimetris] *Aliam lectionem defendit Victorius, nos uulgatam retinemus: quia qui citantur ex Accio, Ennioq; uerſus, aliorum puriores inueniuntur, quos propter elegantiam & uenuſtatem poëta nobiles appellat, ut in Epiſtolis, ſcriptorum nobilium auditor, 1, 19.* Tonſori Licino] *De hoc Licino tale citat epigramma Cornutus, ſeu quis alius Perſij interpres uetus.*
» *Marmoreo tumulo Licinus iacet: at Cato paruo,*
» *Pompeius nullo, credimus eſſe Deos?*

Poteras dixiſſe trieus. heu, Rem poteris ſeruare tuam] *Legendum* Eu, *quaſi dicas, benè, rectè, probo. Ita Terent. in* Eu. *Eſt noſter, laudo. In Phorm.* Eu, *Phormio. quem locum citat Agrætius.* Nec rude quid proſit] *In alijs,* quid poſſit, *& quia ad facultatem refertur, melius eſt, Quid poſſit, id eſt, quantum ualeat. Ita 4, 4.*
» *Senſere, quid mens ritè, quid indoles*
» *Nutrita fauſtis ſub penetralibus*
» *Poſſet. Et 4, 14.*
» *Vindelici didicere nuper*
» *Quid Marte poſſes.*

Aut operam ſumebat inanem] *In quibuſdam exemplaribus, inſumebat, & ferè in omnibus uetuſtis.* Hic dum ſublimes uerſus ructatur] *Legitur &* ſublimis *in nominatiuo, pro inſolente, quales ſunt inepti uerſuum recitatores, ut in Serm. 1, 9. Epagomenus, quem uocat Acro interpres. Ita ſuprà de adoleſcentum uitijs,*
» *Prodigus æris,*
» *Sublimis cupiduſq;.*
Ita de Turno, Campo ſeſe arduus infert. nam planè idem ſunt, ſublimis & arduus in his locis.

IN ARTEM POETICAM Q. HORATII, SCHOLÆ IOAN. THOMÆ FREIGII IN GYMnaſio Altorfiano propoſitæ, IIII. Decembr. Anno 1576.

POETICA Ars generalis eſt quæ nulli certæ materiæ alligata eſt, nec ſubiectum proprium habet: ſicut & Grãmatica, & Rhetorica & Logica, Duo enim ſunt generalia Deorum munera hominibus tributa, unde alia ferè omnia profecta ſunt, Ratio ſcilicet & Oratio. Rationis doctrina Dialectica eſt, ideoq́ quicquid orationis ac mentis proprium fuerit, quod non ſine ratione tractari & exerceri poſſit: id propriè Dialecticæ arti attribuito. Orationis autem laudes duæ ſunt, puritas & ornatus. Grammaticæ itaq́ partes ſunt puritas ſermonis & elegantia, quæ perſpicitur in ſingulis uerbis ex Etymologia: in coniunctis ex ſyntaxi. Hic Grammaticæ fundus totus & proprius eſt. neque Dialectica hic, neque Rhetorica quicquam ſuum ducit. Ornata uerò oratio duplex eſt, ſoluta ἄμετρος & ligata ἔμμετρος. Circa ſolutam uerſatur Rhetorica: cuius uirtus & propria & ſola eſt, ut poſſit troporum luminibus uariare, inſignibus figurarum exornare, modulatione uocis permulcere, dignitate geſtus excitare: quæ quidem maxima uirtus & ampliſſima eſt. Circa uinctam orationem uerſatur Poëtica, quæ ſicut Rhetorica, Generalis quoq́ ars eſt, ſed Rhetoricam in eo uincit, quòd tropis liberius utitur & ad eam licentiam omnes delicias ac Veneres aſſumit, ueraq́ falſis miſcet Fabulæ enim & figmenta ei quaſi propria ſunt. Alioqui ſi uera tractes, ſi ſeuerior fueris: nihil habere poëtæ niſi numerum uideare. Sic Empedocles Ariſtoteli Phyſiologus uidetur, non poëta: neque quicquam habere commune cum Homero, præter metrum. οὐδὲν κοινόν ἐστιν Ὁμήρῳ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, πλὴν τὸ μέτρον, διὸ τὸν μὲν ποιητὴν δίκαιον καλεῖν, τὸν δὲ φυσιολόγον μᾶλλον ἢ ποιητήν.

Summa libelli de Arte Poëtica.

- Præcepta poëſeos Horatiana ſunt, uel
  - Communia cum alijs artibus
    - Logica
      - I. De Methodo, ut uitemus heterogenea.
      - II. De Inuentione.
      - III. De diſpoſitione ſeu ordine.
    - Rhetorica
      - I. De Elocutione, hoc eſt, de
        - Verborum nouatione.
        - Numeris & eorum uarijs generibus.
      - II. De pronunciatione ſeu actione & affectibus.
    - Ethica, de
      - Decoro,
      - Moribus perſonarum quæ uel
        - Veteres, quomodo illæ imitandæ.
        - Nouæ, quomodo fingendæ.
  - Propria poëtarum,
    - I. De generibus poëmatum, eorumq́ tractatione & inuentione, id eſt, cauſa formali & efficiente.
    - II. De cauſis efficientibus poëtam, ut ſunt
      - Exercitatio.
      - Ars.
      - Natura.
    - III. De uitijs poëtæ fugiẽdis, ut ſunt
      - Adulatio.
      - Φιλαυτία.

Humano capiti.]

PRIMVM hoc præceptum eſt de Methodo, ut ſcilicet in poëmate omnia ſint inter ſe homogenea, cognata & affinia. Quod præceptum non ſolùm in artibus, ſed & in qualibet quæſtione ualet. Ars enim omnis conſtare debet ex homogeneis, ut præcepta ſint uno & eodem genere comprehenſa: ſecus Arithmeticum in Geometria ἀγεωμέτρητον, Geometricũ in Arithmetica κατὰ [illegible] fuerit, ut ait Ariſtoteles lib. 1. Poſt. cap. 9. Enunciata autem quæſtionem quamlibet continentia, ſunt itidem quodammodo homogenea. Itaq; quæ in toto uel Iliade, uel Aeneide, quæ in qualibet Demoſthenis, aut Ciceronis Philippica ſunt enunciata, ea ſunt homogenea: ſi non abſolutè, certè hactenus, dum finem eundem reſpiciunt. Heterogenia itaq́ etiam à Poëta Horatio in poëmate reprehenſa eſt, quamuis poëtis multò iuſtior licentia ſit. Primùm autem præceptum illuſtrat ſimilitudine, ſumta à pictura. Vt pictura ex heterogeneis compoſita, eſt monſtroſa & ridicula: ita & poëma ex diuerſis formis compoſitum, eſt ridiculum. Rectè autem ſimilitudinem à pictura ſumſit: Pictura enim muta poëſis, poëſis autẽ loquens pictura dicitur à Simonide apud Plutarchum: & utraq; imitatione conſtat, nec à propoſito exemplo diſcedere debet: ut accommodata naturæ ſit ars, uel potiùs ut ars naturæ uelut effigies quædam & imago ſit. Itaq́ poëta quidam pictor naturæ erit, neq; quicquam in ſuo poëmate pinget, quod non antea in naturali idea atq; ueritate perſpexerit. Humano]Protaſis eſt ſimilitudinis: de qua uide Quintilian. lib. 8. cap. 5. Fingitur autem hic per diſtributionem capitis, colli, humerorum, caudæ: monſtroſa quædam pictura ex quatuor animalium non ſolùm ſpecie, ſed & elementis differentium heterogeneis membris: qualis fermè eſt Scyllæ 3. Aeneid.

Iungere]Hoc uerbum de diſsimilibus uſurpari ſolet. Horatius,

„ —— Iungis pugnantia ſecum
„ Frontibus aduerſis.

Credite].Apodoſis ſimilitudinis per apoſtropham ad Piſones patrem & filium. Illuſtratur autem apodoſis breui ſimilitudine, à febricitantium ſomnijs ſumta. Perſius Sat. 3.

„ Aegroti ueteris meditantur ſomnia.

Pictoribus]Prolepſis eſt: cuius hoc iudicium eſt,

Qui

Qui liberi ſunt, poſſunt quidlibet fingere.

At pictores & poëtæ ſunt liberi. Sic enim ait Lucianus,

τὸ ποιητικὸν φίλον ἐλεύθερον.

Pictores ergo & poëtæ poſſunt quidlibet fingere.

Scimus] *Reſpondet ad prolepſim, per conceſsionem & diuerſa. Aliud enim eſt libertas fingendi, aliud licentia. Seruanda enim eſt homogenia, & ut ait Plato λογογραφικὴ ἀνάγκη, cum in oratione, aut poëmate omnia inter ſe cohærent.* Serpentes] *Prouerbialis eſt uerſiculus de ijs, quæ inter ſe iungi nequeunt ob diſsimillimam naturam. Vt enim agnis nihil placidius, ſic tigribus nihil immitius, aut truculentius: & ut aues in ſublimi uolant: ſic ſerpentes humi ſerpunt.* Inceptis] *Exemplis illuſtrat & oſtendit, quomodo Poëtæ in uitia incidant. Multi enim cum inſtituerũt rem grauem & magnam deſcribere: delabuntur in aliquem tenuem & humilem locum, ut in deſcriptionem rei paruæ & ad uoluptatem tantum ac delectationem comparatæ, in qua omnes ſuos fucos & myrothecia conſumunt.* Pannus] *Allegoria eſt ſumta à ſartoribus ſeu ueſtiarijs, eſtq; periphraſis centonis, qui eſt pannus aſſutus.* Dianæ] *Diana Dea uenationis eſt, collibus, montibus & amœnis uallibus delectari ſolita.*

Cupreſſum] *Alia allegoria eſt, eaq; prouerbialis. Simulare enim cupreſſum prouerbio dicitur, de eo q intempeſtiuè ingerit id quod didicit, cum ad rem nihil pertineat. Eſt autem pictorum mos ut rebus quas depingere iubentur, arborem aut aliquid aliud appingãt.* Quid hoc ſi] *A' diſsimili argumentum eſt: Si pictor nulla mercede pacta pingat, liberius pingere poteſt: at ſi ære accepto aliquid pingere ex cõducto iubetur, ſtultè admiſcet illam cupreſſum ſuam. Solebant autem olim homines tempeſtate uexati tabellas in quibus naufragium pictum erat, circumferre: ut innuit Perſius Satyr. 1.*

„ *——Cantas cum fracta te in trabe pictum*
„ *Ex humero portes.*

Amphora] *Alia allegoria eſt, ſumpta à figulis. Eſt autem amphora uas amplum, quod Romanum pedem in quadrum habuit: quod etiam quadrantal dicebatur, & capiebat octo congios.* Vrceus] *Vas paruum, quo aqua in amphoram infunditur, id eſt, cur cum à magnis inceperis, in minora deſinis?* Denique] *Primum præceptum nunc clarius & apertius ponit: oſtendit enim hactenus quid fugiendum ſit, nunc quid ſequendum.* Maxima] *Cauſam heterogeniæ affert, ignorantiam ſcilicet recti ſeu medij quod tenere difficillimum eſt: plerunq; enim fuga uitiorum, incidunt in uitia, cum huiuſmodi uitia uirtutibus admodũ ſint uicina. Nam, ut poëta ait,*

„ *Mala ſunt uicina bonis, errore ſub illo*
„ *Pro uitio uirtus crimina ſæpè tulit.*

Eſt autem rurſus apoſtropha ad Piſones.

Breuis] *Ignorantiam recti deinceps dupliciter illuſtrat. Prima illuſtratio eſt ex quinq; generibus orationis, breui, mediocri, grandi, humili, illuſtri: quibus opponuntur, obſcurum, eneruatum, inflatum, abiectum, prodigioſum.* Serpit humi] *Vide Prouerb. Humi ſerpere.* Delphinum] *Prouerbialis uerſus eſt, de eo qui non aptè nec ſuo loco, & contra iudicium eruditorum rem deſcribit. Delphinus enim in aquis, aper in ſyluis habitat.* In uitium] *Prouerb. & hic uerſus eſt: cum quo congruit illud Horatij:*

„ *Stulti dum uitant uitia, in contraria currunt.*

Aemilius] *Altera ignorantiæ illuſtratio eſt ab exemplo ſtatuarij Imi.* Capillos] *Difficilem eſſe rationem capillorum pingendorũ aut fingendorum ex Plinio apparet, qui laudem Parrhaſio pictori tributam docet, quòd, primus argutias uultus & elegantiam capilli expreſſerit: & idem ait Lyſippum ſtatuariæ arti plurimum contuliſſe capillo exprimendo.* Infœlix] *Græciſmus eſt pro imperito: einer der ein unglückhaffte hand hat.* Ponere] *Id eſt, facere: quod uerbum & ad pictorem, & ad ſtatuarium attinet. Sic Horat. libro 4. Carminum.*

„ *——Artium*
„ *Quas aut Parrhaſius protulit aut Scopas*
„ *Hic ſaxo, liquidis ille coloribus*
„ *Solers, nunc hominem ponere, nunc Deum.*

Hunc] *Reijcit Horatius in imitatione artificem, qui non ex omni parte perfectus eſt, idq; argumento à pari: Totus uelim formoſus eſſe, non ex parte: ergo totus etiam artifex non ex parte eſſe uelim.* Oculis] *Oculorum & capillorum nigredo Horatio placuit, etiã in Odis cum ait,*

„ *Et Lycum nigris oculis, nigroq; decorum*
„ *Crine.—*

Axiomata primi præcepti.

Primum eſt affirmatiuum, quod docet quid fieri debeat, illud ſcilicet.

Deniq; ſit quiduis ſimplex duntaxat & unum.

Reliqua ſunt negatiua, quid non debeat fieri: ut,

Humanum caput non debet deſinere in piſcem.

Non debent uanæ ſpecies ſimul fingi, ut ſomnia ægrotorum hominum.

Vitioſum eſt cum nec pes, nec caput uni formæ redduntur.

Non debent immitia placidis iungi: nec ſerpentes auibus, aut agni tigribus.

Non ſunt conſuendi centones ſeu panni ſplendidi.	*Metaphora ſeu allegoria à*	*Veſtiarijs.*
Cupreſſum non oportet ſimulare.		*Pictoribus.*
Cum amphora inſtituitur, non debet urceus exire.		*Figulis.*

Non oportet Delphinum ſyluis, aprum mari appingere.

Decipimur ſpecie recti.

Fuga uitiorum imperiti incidunt in uitia.

Infœlix eſt artifex, qui partem rectè facit, in toto errat.

Sumite materiam]

Secundum Logicæ præceptum hoc de Inuentione eſt: & primò de materia, ſeu quæſtione præcipit, ut ſcilicet materiam ſcribendi ſeu dicendi aptam ingenio noſtro ſumamus. Eſt autem allegoria ſumta à baiulis, qui onus quod ſuſcepturi ſunt, ſæpius uerſant ac ponderant. Cui lecta] *De argumentorum quæ ad quæſtionem tractandam adhibentur, λέξει hic præcipit, ut ſcilicet ex rerum cognitione ſumantur: Sic enim rem hic intelligit, ut paulò inferiùs.*

„ *Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ.*

Nec facundia] *Effecta cognitionis rerum duo ſunt, eloquentia & ordo: nam & alibi ſic ait,*

„ *Verbaq; præuiſam rem non inuita ſequentur.*

Et Cicero lib. 1. de Oratore: Eſt & ſcientia comprehendenda, ait, rerum plurimarum, ſine qua uerborum uolubilitas manis atq; irridenda eſt: Etenim ex rerum cognitione efflorefcat, & redundet oportet oratio: quæ, niſi ſubeſt res percepta & cognita, inanem habet quandam elocutionem & pene puerilem.

Lucidus] *Inſigne epitheton eſt ordinis, ex effectis ſumtum. Hic enim ordinis ſeu diſpoſitionis præcipuus fructus eſt, ut rebus lucem afferat & clariorem intelligentiam. Itaq; Ariſtotel. lib. 3. cap. 13. Metamorph. τάξιν meritò inter τοῦ καλοῦ μέγιστα εἴδη, id eſt, pulchritudinis præſtantiſsimas ſpecies numeratur.*

Ordinis] *Tertium præceptum Logicum de diſpoſitione ſeu ordine, proprium poëtæ eſt, qui non ubiq; perfectam ordinis regulam ſequitur, ut primum primo loco, ſecundum ſecundo ponat: ſed ordinem quibuſdam gradibus inuertit: & utitur κρύψει occultatione ordinis: de quo paulò pòſt plura.*

In uerbis tenuis]

Hactenus de Logica præcepit Horatius, nunc Rhetoricam aggreditur: & eius duas Elocutionem & Actionem explicat: & quidem primò de uerbis nouandis ſeu ſerendis diſſerit: in qua ſemente facienda, quinq; præcepta ponit. Tenuis] *Primum præceptum ut parcus ſis in nouatione uerborum.* Cautus] *Secundum ut cautus & prouidus ſit, ne quid temerè facias.* Iunctura] *Tertium ut compoſitio uerborum ſit artificioſa & prudens.* Si forte] Quartum, *quando ſint nouanda uerba, cùm ſcilicet neceſsitas poſtulat: ut in bombarda, ſclopeto.* Indicijs] *Nam uerba, ſecundùm Ariſtotelem, ſunt notæ ſeu ſymbola rerum, περὶ ἑρμηνείας: τὰ ἐν τῇ φωνῇ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα.* Cinctutis] *Epentheſis Grammatica eſt pro cinctis: & eſt metonymia adiuncti habitus pro tempore. Per cinctos enim intelligit ueteres. De qua re uide Bayſium de re ueſtiaria. Rectè autem etiam ueteri uerbo de ueteribus uſus eſt.* Cethegis] *Synecdoche eſt, qua itidem per ſpe-*

 ciem

etiem unam ueterum, omnes ueteres intelligit. Fuit autem Cathegus orator, de quo Cicero multis in locis. Continget] Græciſmus eſt pro licet: ſic enim Græcis ἐνδέχεται ſonat.

Græco] Quintum præceptum: unde ducendum ſit nouum uerbũ, ſcilicet ex Græco fonte. Sic Horatius duo hic uerba uſurpauit Græco more, continget & inuideor, ἐνδέχεται & φθονοῦμαι. Cicero: nouitati inuiſum eſt meæ. Parcè] Ne ſcilicet ſit infinita licentia, qualis apud recentiores ſcriptores fuit, qui finxerunt, entitatem, enter, quidditatem, cauſalitatem, prædicatum, prædicamentum, prædicabile, æquiuocum, uniuocum & alia: quæ dialecticam perdiderunt: item apud iureconſultos ſaluus conductus, diffidatio, treuga, guerra, ſtechatum & plura apud Theologos ſcholaſticos.

Quid autem] Præcepta nouandorum uerborum illuſtrat exemplis à pari tractatis. Veteribus ut Cæcilio, & Plauto licuit uocabula noua fingere: licet ergo & recentibus, ut Virgilio & Vario: item Catoni & Ennio licuit: licet ergo & Horatio. Licuit] Epiphonema eſt & allegoria ſumpta à re pecuniaria: qua Iuuenalis quoq; Sat. 7. uſus eſt.

» Sed uatem egregium, cui non ſit publica uena:
» Qui nihil expoſitum ſoleat deducere, nec qui
» Communi feriat carmen triuiale moneta.

Vt ſyluæ] Præceptum de uerborum nouatione illuſtrat etiam ſimilitudine duplici, primò explicata quæ conſtat προτάσει & ἀποδόσει, deinde breui, in unum uerbum contracta, ritu. Illa loquitur de uerborum ſenecta, hæc de adoleſcentia. Eſt autem ſimilis quodammodo comparatio apud Homerum Iliad. β.

» οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.
» φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη
» τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίνεται ὥρη
» ὣς ἀνδρῶν γενεὴ, ἡ μὲν φύει, ἡ δ' ἀπολήγει.

Cadunt] Græcis φυλλοῤῥεῖ. Pronos] Inſigne epitheton temporis, quod citò euolat, & eodem epitheto utitur Horat. lib. 4. Carm. de menſibus. Debemur] Digreſſio in locum communem de perpetua uiciſſitudine & interitu rerum ſublunarium. Siue] Tribus exemplis illuſtrat id quod dixit, omnia mutari. Primum eſt de portibus qui fiunt, ut naues à uento tutæ ſtent, unde & ſtationes dicuntur. Intelligunt autem aliqui hic Lucrinum lacum à Cæſare molibus ingentibus incluſum. Neptunus] Metonymia pro mari. Claſſes] Hypallage, pro aquilones arcet à claſſibus. Aquilonibus Synechdoche, ſpecies pro genere. Sterilis'ue] Secundum exemplum contrarium priori. Ibi enim in terram aqua immiſſa eſt, hic palus exiccata eſt. Intelligunt autem hic Pontinam paludem, exiccatam à Cathego. Vide Liuium lib. 42. Sterilis autem eſt quæ Græcis ἀτρύγητος, ubi nulla uindemia. Paludem deſcribit adiunctis, ſterilitate & nauibus. Agrum deſcribit effectis alimoniæ et adiunctis arationis. Seu curſum] Tertium exemplum de mutato fluuij curſu. Nam cum per Velabrum Tybris flueret, Auguſti iuſſu eſt ab Agrippa deductus quà nunc excurrit. Mortalia] A maiori: Res humanæ pereunt, multò igitur magis uerba. Vſus] Cauſam hic efficientem ponit, uſum ſcilicet, penes quem, per allegoriã, arbitrium & norma uerborum eſt. Res geſtæ] Hactenus de uerborum nouatione, nunc de numero præcipit, ubi carminum genera quatuor recenſet, heroicum, elegiacum, iambicum & lyricum, & ſingula è cauſis efficientibus, & ſuis ſubiectis deſcribit. Primum eſt heroicum ab heroibus dictum. Homerus] Ariſtotel. enim in arte poëtica negat ullius poëtæ ante Homerum ſcripta extare. Verſibus] Secundum genus eſt Elegiacum, quod primò periphraſi deſcribit. Nam cum hexametro pentametrum iungitur, deinde è ſubiectis, querelis primò (dictum enim eſt ἀπὸ τοῦ ἐλέου) poſtea amoribus, ut uidere licet in Ouidio, Propertio, Catullo, Tibullo.

Quis tamen] De cauſa efficiente Elegiaci carminis non conſtat. Alijs enim Polymneſtus, alijs Eteocles Naxius autor eſt. Exiguos] Metonymia ſubiecti, quia res exiguas continent elegi. Lis eſt] Allegoria à foro ſumpta. Archilochum] Tertiũ genus Iambicum, ab autore Archilocho & ſubiectis rebus Comicis & Tragicis, quæ deſcribuntur adiunctis ſoccis & cothurnis. Archilochus autem Parius poëta Iambi inuentor, uixit tempore Romuli. Cicero Tuſcul. 1. Herodot. libro 3. Hunc ob mordacitatem Lacedæmonij urbe eiecerunt. Armauit] In Lycamben ſocerum, in quem ita debacchatus eſt, ut eum ad ſuſpendium adegerit, hinc ἰαμβίζειν maledicere. Vide Pauſan. in 7. Achaic. Ariſt. in 3. Rhet. Epigramma autem Græcum de Archilocho extat, in quo cõparatur ueſpis ſeu crabronibus.

» σῆμα τόδ' ἀρχιλόχου παραποντίον, ὅς ποτε πικρὴν
» μοῦσαν ἐχιδναίῳ πρῶτος ἔμβαψε χόλῳ,
» αἱμάξας ἑλικῶνα τὸν ἥμερον, οἶδε λυκάμβης
» μυρόμενος τρισσῶν ἅμματα θυγατέρων
» ἠρέμα δὴ παράμειψον ὁδοιπόρε, μήποτε τοῦδε
» κινήσας τύμβῳ σφῆκας ἐφεζομένας. Iambo] Syllaba longa breui ſubiecta uocatur Iambus. Horatius paulò inferius.

Alternis] Tres cauſas ponit cur Iambis Comici & Tragici uſi ſint, prima eſt quia aptus eſt dialogiſmis, quales in ſcænis habentur. Et ſic Cicero lib. 3. de Oratore ait Iambum natura incurrere in orationem, ſermonemq; noſtrum. Verſus ſæpè in oratione per imprudentiã dicimus, quod eſt uitioſum. Senarios uerò effugere uix poſſumus, magnam enim partem ex Iambis noſtra conſtat oratio.

Populares] Secunda cauſa, quòd non tantum Comico ſermoni idoneus eſt: ſed etiam tantum inſurgere poteſt, ut Tragicam grauitatem ſuſtineat & popularem ſtrepitum uincat.

Agendis] Tertia cauſa quòd ſit actioni perſonarum & dramatis aptus propter naturalem motum & ſaltum. Muſa] Quartum genus Lyricum è cauſa efficiente Muſa, adiuncta lyra & ſubiectis per diſtributionem, ut ſunt encomia, hymni, amores, conuiuia Lyrici ſunt Pindarus, Horatius, Celtes, Buchananus. Fidibus] Synechdoche eſt, pars lyræ pro tota lyra. Pueros] Græciſmus, id eſt, filios, παῖδας. Equum] Metonymia, id eſt, equitem qui certamine curuli uicit. Alludit autem ad Olympicos ἀγῶνας. De quibus uide commentarios Pindari. Deſcriptas] Concludit ſuperiorum numerorum ſubiecta, qui neſcit, inquit, qui numeri (quos hic uices & colores uocat per metaphoram) rebus aptandi ſint, aut relinquat poëtæ nomen, aut diſcat potius quàm turpiter neſciat.

Verſibus] Hactenus de Rhetorica elocutione, nunc de pronunciatione, in qua duo præcepta habet. Vnum de uocis ratione, alterum de affectibus. Vocis autem ratio alia eſt in Comœdia, alia in Tragœdia, ubi exemplum ſpeciale de cœna Thyeſtæ ponit, pro ipſa Tragœdia, & adiunctum ſoccum per Metonymiam pro Comœdia. Non uult] Cicero in principio lib. de Optimo genere Orat. In Tragœdia comicum uitioſum eſt, et in Comœdia turpe tragicum. Quintil. libro 12. cap. 10. Sua cuiq; propoſita lex eſt, ſuus decor eſt, nec Comœdia in cothurnos aſſurgit, nec contra Tragœdia ſocco ingreditur. Thyeſtæ] Exemplum ſpeciale eſt tragici generis. Ex notiſſima enim Tragœdia uult quamlibet intelligere. Notiſſimum enim eſt Thyeſtæ filios Tantalum & Cliſthenem ab Atreo fratre occiſos, atq; eidem in epulis edendos appoſitos eſſe. Cicero 1. Offic. Seneca in Thyeſte.

Interdum] Prolepſis eſt, qua oſtendit præcedens præceptum non adeò eſſe firmum & fixum, quin pro rerum & temporum natura ab eo recedere liceat. Iratusq;] Exemplum ſpeciale eſt ex Heautontimorumeno Terentij ubi Chremes cum fratre Clitiphonte litigat. Tumido] Quod iratorum proprium eſt. Delitigat] De præpoſitio hic auget, ut in deperio. Pedeſtri] Græciſmus eſt πεζῷ λόγῳ, id eſt, ſermone nõ quidẽ omninò ſoluto, ſed ſoluto ſimillimo, & ſic lib. ſecundo Serm. Satyr. 6. Satyram uocat Muſam pedeſtrem. Telephus] Exempla ſpecialia ſunt de Tragœdiis. Nam perſonæ tragicæ (ut ſunt Telephus & Peleus) in egeſtate & exilio ſummiſſe & pedeſtri ſermone loquuntur. Telephus autem ab Achille uulneratus, non niſi ab autore uulneris curari potuit: hinc prouerb. Telephia uulnera Peleus cum Phocum fratrem occidiſſet à patre in exiliũ fuit actus. Proijcit] Id eſt, abijcit, omittit. Sic Virg. Aen. 6.

» Proijce tela manu.

Ampullas] Ampulla uas unguentarium uentroſum & inflatum, hinc metaphora pro turgidis, inflatis & magnificis uerbis. Non ſatis] Alterum pronunciationis præceptum eſt de affectibus. Nam in alio affectu, uocis aliud genus eſt. Varietatis autem eius moderatrix eſſe debet animi cogitatio. Hæc enim ſumma cauſa eſt pronunciationis, ut uox ſit animi interpres & nuncia. Sunt enim no-

ces

ces ut nerui in fidibus, atque ita ſonant, ut à motu animi pulſi ſunt. Itaque rectè dixit idem de Oratore Cicero. *Ardeat orator, ſi uelit iudicem incendere.* Pulchra] *Propter elocutionem & figurarum lumina.* Dulcia] *Vt moueant & delectent.* Sunto] *Verba ſunt ſtatuentis & mandantis quaſi legislatoris poëtici, cuiuſmodi multa ſunt apud Ciceronem in libris de Legibus.* Agunto] *Deſcribit hic Rhetoricæ* ψυχαγωγίαν, *quam ſic Plato in Phœdro appellauit quaſi flexanimam, & Ariſtoteles in lib. de Poëtica idem uocabulum poëticæ tribuit.* Vt ridentibus] *Exempla proponit affectuum ut ſunt riſus, fletus, triſtitia, ira, laſciuia, ſeueritas.*
Telephe] *Apoſtropha eſt ad hiſtriones qui perſonas Pelei aut Telephi ſuſtinebant.* Mandata] *Id eſt, ſcripta poetæ tibi ad pronunciandum commiſſa.* Format] *λόγος hic à philoſophis ἐνδιάθετος uocatur. Eſtq́ locus de cauſa efficiente.* Poſt effert] *λόγος προφορικός.* Animi] *Periphraſis eſt affectuum.* Interprete] *Quæ ἑρμηνεία Ariſtoteli dicitur.* Romani] *Diſtributio eſt ſpectatorum pro ipſis ſpectatoribus, eſtq́ adiunctum ineptæ pronunciationis.*

Intererit multum]

Tertium commune præceptum ſupereſt ex Ethica, quæ docet nos Decorum perſonarum (τὸ πρέπον) obſeruare, de quo Cicero multa in 1. Offic. Alia enim aliam conditionem, aliam ætatem, aliam fortunam, alia ſtudia, aliam nationem, aliam patriam decent, quæ omnia per exemple ſpecialia explicat. Aut famam] *Aliud præceptum eſt de perſonarum decoro. Duo autem genera facit perſonarum, unum uetus, alterum nouum: in illo famam, id eſt, conſuetudinem dicit eſſe ſequendam: in hoc conuenientiam eſſe obſeruandam.* Honoratum] *Exemplum ſpeciale eſt perſonæ ueteris in Achille, quem ſuis adiunctis (quibus ab Homero in Iliade honoratus eſt) hic deſcribit.* Reponis] *Reponere propriè eſt accepta reſtituere, metaphoricôs autem audita & ab alijs cognita repetere, & quaſi in ſcenam rurſus ducere. Sic Iuuen. Sat. 1.*

" *Semper ego auditor tantum, nunquamne reponam?*

Impiger] *Strenuus & fortis in prælijs & pedibus celer,* ποδώκης. Iracundus] *Vel natura iraſcens uel propter ereptam Briſeida.* Inexorabilis] *Quem neque facundus Vlyſſes, nec alij heroës præſtantes, imò nec ipſe Neſtor ſua eloquentia placare potuerunt.* Acer] *Vehemens, ut cum Agamemnoni regi conuiciatur, eumq́ canem uocat.* Iura] *Se ex legem & legibus ſolutum dicit.* Arroget] *Ius in armis poſitum dicat, hinc* χειροδίκην, *fauſtrecht.* Ferox] Quia *Abſyrtum fratrem in fruſta concidit, & liberos ſuos ex Iaſone natos occidit.* Ouid. *Metamorph. 7. Eurip. in Medea.* Inuicta] ἀπαθής, ἄστοργος, *quæ nullo amore fratris, patris, liberorum moueatur.*
Ino] *Athamantis R. Theſſaliæ uxor, quæ cum maior natu filius in uenatione per furorem mariti interfectus eſſet, præ dolore ſe cum altero filio Melicerta in mare præcipitem dedit. Eurip. in Ione. Ouid. in Metamorph.* Perfidus] *Voluit enim cum uxore Iouis Iunone adulterium committere, ideoq́ apud inferos rotæ alligatus eſt. Aen. 6. & Ouid. lib. 12.*

" *Voluitur Ixion & ſe ſequiturq́ fugitq́.*

Io] *Pellex Iouis & ideò à Iunone inſidijs petita, ſed à Ioue in uaccam conuerſa. Ouid. 1. Metamorph.* Triſtis] *Propter Agamemnonẽ patrem à matre Clytemneſtra auxilio Aegiſthi adulteri interfectum. Oreſtes autem poſtea matrem etiam occidit. Vide Electram Sophoclis. Obſerua autem epitheta ſumi ex bonis aut malis animi, corporis, fortunæ.* Siquid inexpertum] *Alterum genus perſonæ explicat, quomodo ſcilicet tractandum ſit, & obſerua copiam uerborum, inexpertum, nouum, commune, ignotum, indictum, quæ omnia idem ſignificant.*

Difficile eſt]

Hactenus communia poëſeos præcepta fuerunt, ſequuntur artis eius propria tria, de generibus poëmatum, de cauſis efficientibus poëſeos, de uitijs poetæ fugiendis. In generibus autem poëmatum duo conſiderat, cauſam primò formalem ſeu tractationem, deinde efficientem ſiue inuentores & autores eorum. In tractatione 4 genera explicat, Epicum, Comicum, Tragicum & Satyricum. In Epico rurſus tria proponit, Argumentum, Exordium & Narrationem. Difficile] *Prima pars de Argumento quod aut per imitationem ab alijs ſumitur, qui id ſibi proprium fecerunt, ut Homerus Achillem, Virgilius Aeneam, aut noſtro Marte de nouo fingitur & è communi ſumitur, quod noſtrum proprium faciamus, illud facilius, hoc difficilius eſt.* Iliacum] *Ab Homero ſcriptum.*
Actus] *Ad Tragœdiam transfers.* Publica] *Oſtendit quomodo utrumq́ genus argumenti tractari debeat, & primò illud quod nos ſine imitatione de nouo fingimus, in quo dicit fugienda uilia & obuia.* Orbem] *Id eſt, in argumento omnibus communi, familiari & noto. Metaphora eſt à genere curſus, qui in circulum uel ſpiram fiebat.* Nec uerbum] *Oſtendit quomodo ea quæ ab alijs ſumimus, tractare conueniat, ne ſcilicet de uerbo ad uerbum & ut loquuntur I. C.* κατὰ πόδα *interpretemur, ne'ue ita nos imitationi aſtringamus, ut non aliquando ab exemplo propoſito nobis diſcedere liceat.* In arctum] *Eadem metaphora eſt à genere eodem curſus circularis.* Nec ſic] *Secunda pars de Exordio Epici uel Heroici carminis, quod quomodo tractari debeat, oſtendit duplici comparatione, diſsimili & ſimili.* Vt Cyclicus] *Diſsimilitudo eſt, qua oſtendit exordium non debere eſſe arrogans aut faſtu plenum ut Cyclici, quẽ Antimachum uocat Robortellus. Sic enim & Rhetores in exordio uerecundiam laudant. Arrogantia enim nuſquam non eſt odioſa in oratione, in exordijs eſt odioſiſsima. Nã in exordio lector eſt conciliandus. At arrogantia non conciliat, ſed alienat animos. Arrogantia igitur non decet exordium.* Hiatu] *Metaphora ſumpta ab ijs qui magno ſpiritu & anhelitu in rebus grauibus & magnis narrandis utuntur, niſi malis ab hiatu montis ducere metaphoram.* Parturient] *Prouerbium ex fabula Aeſopica ſumptum, quod dici conſueuit de his qui magna promittentes circa parua deficiunt, nec rem ad exitum perducere queunt. Sic Cyclicus totum bellum Troianum, maius ſcilicet onus ſuſcepit, cum Homerus ſaltem partem, Achillis ſcilicet iram & Vlyſsis errores propoſuiſſet.* Quantò rectius] *Similitudo eſt, qua oſtendit exemplo Homeri (quem quaſi normam & legem poëtarum eſſe omnes putant) exordia debere eſſe apta & uerecunda, qualia ſunt Homeri in utroq́ opere, dum inuocat Muſas.* Molitur] *Metaphora ab ædificijs & molibus ſumpta.* Ex fumo] *Prouerbialis eſt uerſiculus, contrarius ſuperiori, de his qui pauca promittunt & multa præſtant, ut Homerus, qui ex fumo lucem dedit, id eſt, omnia in opere ſplendidiora & maiora effecit, quàm in principio ſit pollicitus. Fumum pro proœmio dixit, fulgorem pro narratione rerum magnarum & miraculoſarum, quibus duobus uerbis merè utriuſque partis naturam deſcripſit.* Miracula] *Id eſt, narrationes inſignes & illuſtres,* θαύματα. Antiphatem] *Regem Læſtrygonum,* ἀνθρωποφάγον, *de quo Odyſſ. 10.* Scyllam] *Monſtrum freti Siculi, de quo Odyſſ. 12. Vide prouerb. Incidit in Scyllam, qui uult uitare Charybdim. Ouid. lib. 14. Metam. Iuſtin. lib. 4.* Cyclope] *Poliphemum intelligit, ducẽ Cyclopem, de quo Odyſſ. 9. Ouid. lib. 14. Virgil. Aen. 3. Prouerb. Cyclopica uita.* Nec reditum] *Tertia pars de Narratione Epici carminis, quæ conſtat argumento à diuerſis, non incipiendum eſt à primo initio, quod fecit Antimachus, ſed à medio negotio. Et hoc proprium eſt poëticæ* κρύψεως, *à medio incipere, tum per occaſionem aliquam præterita narrare, deni que notabili aliquo caſu concludere. Sed hæc ordinis peruerſio non admodum magna eſt. Homerica enim hyſterologia & Vergiliana, ſecundo libro terminatur, cætera directam methodum habent. Homerus itaque propter ordinis huius inuerſionem talem dicitur ab Ariſtotele* θεσπέσιος *diuinus præ cæteris poëtis, quia bellum Troianum aggreſſus, conſtans & principio, & medio, & fine, non totum complexus ſit, ſed amputarit prima quædam & extrema, tantumq́ illuſtria retinuerit, aſſumptis etiam epiſodijs externis. Iliadis artificium hoc* κρυπτικὸν *Horatius hic interpretatur.*
Diomedis] *Oenei filij fuerunt Diomedes & Meleager, Meleager à matre Althæa per facem fatalẽ eſt extinctus, ut Ouid. lib. 8. ſcribit. Diomedes regno deinde fuit expulſus, quem redeuntem Aegiale aditu prohibuit, ut ſcribit Dictys Cretenſis.* Ouo] *Fingunt poſt concubitu Iouis in cygnum uerſi & Ledæ natum eſſe geminum ouum Pollucis & Helenæ, quæ rapta per Paridem cauſa fuit bellũ Troiani. Ergo Homerus Iliadem non repetiuit ab ultima belli ori*

gine, id eſt, ortu Helenæ. Vide prouerb. Ab ouo uſque ad mala. In medias] Ariſtotelicum eſt illud, à medio incipere, tanquam notiſſimo. Sic Ilias incipit à precibus Chryſæ ſacerdotis, & ſecundo libro in catalogo nauium præterita comprahendũtur, duo deinceps & uiginti libri, gradibus temporum ordinem rectum ſequuntur. Hiſtoria contrà, ab ultimis incipere debet.

Niteſcere] Sic Ariſtoteles in Poëtica. Si Homerus totum complecteretur, id eſſet nimis magnum καὶ οὐκ εὐσύνοπτον, neq; ſatis illuſtre. At non eſt complexus omnia: nam una parte aſſumpta, epiſodijs multis eſt uſus. Ἐπεισοδίοις ergo opus fecit. Epiſodium uerò eſt aduentitium & iucundum acroama. Mentitur] De laudibus Homeri una eſt illa apud Ariſtotelem in lib. de Poëtica. Docuit uerò maximè Homerus & alios falſa dicere, uti conuenit. Quinetiam ipſum mentiendi artificium è ſyllogiſmi paralogiſmo docuit. Sic enim ait,

Si poſterius eſt, etiam prius eſt.
At hoc falſum.
Falſum igitur & illud.

Exemplum habes in Sinone apud Virgil. in 2. Aen. Remiſcet] Epiſodiorum nimirum gratia illa eſt, ad poëma extrinſecus aſſumptorum. Primò] In hac, ait, ueri, falſiq; miſtura, proportio tamē ſymmetriaq; corporis ſeruatur, & quamuis à medio tempore incipiat, eſt tamen corporis uniuerſi primum, medium, ultimum, eſtq; ſua ſuoq; modo perfecta, perfectiq; tanquā animalis forma. Ita finis Iliados eſt cædes Hectoris.

Tu quid ego & populus]

Comici carminis tractationem nunc ſubijcit, in quo præcipuè mores ſingularum ætatum per diſtributionem proponit, & ſingulas ætates ſuis factis, & adiunctis deſcribit. Sploſoris] Elegans eſt periphraſis attenti & cupidi auditoris, qui ſcilicet finem Comœdiæ expectat, quem definit adiunctis duobus, plauſu ſpectatorum (tanquam ſigno fabulæ probatæ) & contractione aulæorum ſeu peripetaſmatum. Seſſuri] Quod antea obſcuriore circumlocutione ſignificauerat, id nunc apertiùs eloquitur. Plaudite] Vide Prouerb. Vſq; ad plaudite. Cicero in Catone. Mores] τὰ ἤθη, τὸ ἠθικόν, τὸ πρέπον. Reddere] Prima ætas eſt pueritia & eius adiuncta tria, luſus, iracundia & mutabilitas. Certo] Certo firmat ueſtigia greſſu. Colludere] Luſum illum puerorum Plato libro ſecundo legum in principio etiam attigit, cum ait, τὸ νέον τοῖς τε σώμασι καὶ ταῖς φωναῖς ἡσυχίαν ἄγειν οὐ δύναται κινεῖσθαι δ' ἀεὶ ζητεῖ καὶ φθέγγεσθαι τὰ μὲν ἁλλόμενα καὶ σκιρτῶντα, οἷον ὀρχούμενα μεθ' ἡδονῆς καὶ προσπαίζοντα τὰ δὲ φθεγγόμενα πάσας φωνάς. Et Ariſtot. idem ait lib. 8. Polit. cap. 6. δεῖ τοὺς παῖδας ἔχειν τινὰ διατριβήν, καὶ τὴν Ἀρχύτου πλαταγὴν οἴεσθαι γενέσθαι καλῶς, ἣν διδόασι τοῖς παιδίοις, ὅπως χρώμενοι ταύτῃ, μηδὲν καταγνύωσι τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, οὐ γὰρ δύναται τὸ νέον ἡσυχάζειν. Vide Prouerb. Archytæ crepitaculum. Imberbis] Secunda ætas Adoleſcentia ſuis quoque adiunctis deſcribitur & effectis, ut ſunt ſtudia & exercitia, deprauatio, impatientia monitionis, non curantiá, prodigalitas, ſuperbia, cupiditas, ἀσωτία. Cuſtode] Pædagogo, poſtquam exceſſerunt ex ephebis, ſumpta toga uirili. Gaudet] Sic Terentius in Andria: Plerique omnes faciunt adoleſcentuli, ut animū ad aliquod ſtudium adiungant, aut equos alere, aut canes ad uenandum. ἱπποτροφία, κυνηγετική. Horatius tria exercitia recenſet, equitandi, uenandi, exportandi. Exemplo eſt Aſcanius lib. 4. Aen.

Cereus] Id eſt, facilis. Metaphora à cera. Conuerſis] Tertia ætas Virilis, ſuis effectis & adiunctis declarata, ut ſunt ſtudium pecuniæ, amicitiarū, honoris, & prudentiæ. φιλαργυρία, φιλοφιλία, φιλοτιμία. Multa] Quarta ætas Senectus, cum ſuis effectis & adiunctis, ut ſunt auaritia, parſimonia (exemplū in Euclione Plauti) timiditas, tarditas, φιλοψυχία, deſidia, moroſitas, querimoniæ, cenſura. Multa] Senectus ſuā commoda, ſuaq; incommoda habet: unde Ouidius,

» ——Non omnia grandior ætas
» Quæ fugiamus habet, ſeris uenit uſus ab annis.

Hæc incommoda Iuuenal. Satyr. 10. ad longum deſcribit, & tandem concludit,

» Febre calet ſola, circumſilit agmine facto
» Morborum omne genus——
» Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis, ambos
» Perdidit ille oculos, & luſcis inuidet, huius
» Pallida labra cibum digitis capiunt alienis.

Ne forte] Concludit præceptum tractationis Comicæ.

Aut agitur res]

Tragici generis tractatio hic incipit, in quo quatuor conſideranda ſunt, Narratio, Actus, Chorus & Adiuncta melodia cum apparatu. In narratione delectus habendus eſt rerum, quædam enim in ſcenam ducenda ſunt, quædam honeſtè duci non poſſunt, ideoq; referenda ſunt. Segnius] Prolepſis eſt. Vbi miſericordia mouenda, & terror afferendus eſt, ibi res in publicum afferri oportet. At in Tragœdia, miſericordia, & terror efficienda ſunt. In Tragœdia igitur res in publicum afferendæ ſunt. Non tamen] Reſpondet ad prolepſin ex adiuncta indignitate. Nec pueros] Exemplis quatuor illuſtrat indignitatem, quæ in ſcenas inducenda non ſit.

Neue minor] Secundum præceptum de numero Actuum: qui idem in Tragœdijs eſſe poteſt, qui in Comœdia. Deus] Nam in Tragœdia καὶ ἀπὸ μηχανῆς Deus quidam apparebat qui argumenti exitum explicaret. Prouerb. ὡς ἀπὸ μηχανῆς, id eſt, Deus ex improuiſo apparet. Autoris] Tertium præceptum Tragici carminis de Choro & eius officijs per diſtributionem, ut ſunt patrocinium autoris, conciliationes, adhortationes, laudationes uirtutum, precationes. Tibia] Quarta pars Tragici carminis de Melodia & apparatu Tragico conſtans diſſimilitudine, in cuius protaſi oſtendit olim melodiam ſimplicem, & ſpectatores paucos fuiſſe. Pollux, τέτταρα τρυπήματα εἶχεν ὁ αὐλός, πολύτρητον δ' αὐτὸν ἐποίησε Διόδωρος ὁ Θηβαῖος. Poſtquam] Antapodoſis diſſimilitudinis, in qua oſtendit quomodo poſtremis temporibus licentia modorum & pompa theatralis creuerit. Et tulit] Id eſt, elocutio ſimul & grauitas in oratione una creuit: ut pleraq; in fabulis nihil ab oraculorum grauitate differant, qualia ſunt axiomata Ethica & Politica Tragœdijs admixta. Delphis] Delphi urbs Phocidis, oraculo Apollinis clara.

Carmine qui Tragico]

Satyrici generis tractatio ultima eſt, in qua tres cauſas proponit, Finalem, Materialem & Formalem. Hircum] Hircus Tragœdorum præmium fuit olim, quod indicat etymologia τράγος. ᾠδὴ qui & uilis ideò dicitur, quòd Athenienſes plurimos hoc donārint, de qua re Plutar. ἂν ἐκλογισθῇ τῶν δραμάτων ἕκαστον ὅσου κατέστη, πλέον ἀνηλωκὼς φανεῖται ὁ δῆμος εἰς Βάκχας καὶ Φοινίσσας καὶ Οἰδίποδας, καὶ Ἀντιγόνην καὶ τὰ Μηδείας κακὰ καὶ Ἠλέκτρας, ὧν ὑπὲρ τοὺς βαρβάρους ἀνήλωσεν. Fuit autem olim conſuetudo, ut ſeueriſſimo Tragœdiæ poëmati adhiberentur Satyri, cuius finem ponit Horatius.

Satyros] Satyri Dij agreſtium fuerunt apud Græcos, ut apud Latinos Fauni, unde ab Antonio Eremita uiſum in ſolitudine huiuſmodi Satyrum ſcribit Hieronymus, qui ſe ex eorum numero eſſe diceret, quos uano errore deluſa gentilitas Faunos, Satyroſq; appellaret. Nudauit] Nam hiſtriones ad recitandas Satyras, Satyrorum formam & habitum ementiebantur, uilloſis tunicis, perizomatis & hircorum pellibus. Iocum] Cauſa finalis Satyrici generis eſt, ut ſeueritas Tragica hac quaſi dicacitate. Satyrica, eiuſq; iocis, & ſalibus mitigaretur, & animi hominum defatigati reficerentur. Illecebris] Cauſa materialis Satyræ ſunt ioci & ſales, & grata nouitas. Prouerb. nouitas grata. Verum ita] Cauſa formalis, quæ oſtendit qualis debeat eſſe Satyra, ut ſcilicet decorum perſonarum ſeruetur. Tabernas] Intelligit Comœdias tabernarias Latinorum, Græcis Comœdijs ſimiles, ſic dictas quòd humiles perſonas haberent. Aut dum uitat] Satyra inter Tragœdiā & Comœdiam media eſſe debet. Effutire] Sic ſupra: Verſibus exponi tragicis res comica non uult: Indignatur enim, &c. Vt feſtis] Coniunctionem Tragœdiæ cum Satyra illuſtrat ſimilitudine matronæ honeſtæ, quæ diebus feſtis honeſtè ſaltat. Non ego] De uerbis in Satyra uſurpantis diſſerit. Satyræ ſcriptor non tantum inornata et propria (quæ dominantia ex Græco fonte uocat, κύρια) uerba uſurpabit, nec ita fugiet Tragicum characterem (quem colorem

per

per metaphoram uocat) ut Comico ſimilis fiat, quod illuſtrat exemplis perſonarum ex Comœdia ſumptarum, quibus ſatyras diſſimiles eſſe uult. Silenus] Famulus & alumnus Bacchi. Ex noto] Redit ad materialem & formalem Satyrici carminis cauſam. Vult enim ut ſumatur ex materia nota & communi, & ut eleganti diſpoſitione & elocutione tractetur. Syluis] In ſcribenda ſatyra duo uitia uitari iubet, iuuenilem leuitatem, & ignominioſam acerbitatem. Syluis autem deductos uocat, quos ſuprà agreſtes. Innocenti] Græciſmus νεανίζειν apud Ariſtophanem, apud Demoſthenem νεανιεύεσθαι. Offenduntur] Ratio eſt ex adiũcta offenſione honeſtorum ordinum, ut equitum & patriciorum, qui hic deſcribuntur ex ſuis adiunctis, & effectis. Res, eſt cenſus. Nec ſi] Oſtendit honeſtiorũ hominum iudicia, à iudicijs plebis (quam ſuis etiam adiunctis deſcribit) differre. Tres enim ordines in Rep. Rom. fuerunt: Equites, Senatores & Plebs. Syllaba] Redit ad Comœdiæ tractationem, in qua pedem Iambum proponit, & operam diligentiãq; commendat. In Iambo aũt quatuor agit, primò de definitione eius. 2. de adiuncta celeritate. 3. de effectu eius, trimetro ſcilicet carmine. 4. de adiuncto ſpondæo. Trimetris] Iambicus uerſus trimeter dicitur, quia tribus metris & ſex pedibus (unde & ſenarius dicitur) conſtet. Habentur enim duo pedes pro uno propter eiuſe pedis celeritatem. Primus ad extremum] Iambicum carmen olim ex ſolis iambis conſtabat, poſtea etiam ſpondæos recepit: ſed locis tantum imparibus, eiuſq; rei cauſa finalis hic ponitur duplex, tarditas & grauitas. Iura] Metaphora eſt ab hæredum ſucceſſione ſumpta. In ſcenam] Abſoluta diſputatione de Iambo, commendat diligentiam in ſcribendo poëmate. Nam qui multa poëmata in ſcenam mittit, aut feſtinanter, aut negligẽter, aut inerudite ſcribit. Non quiuis] Prolepſis duplex ſequitur. Prior eſt quod non poſsit quilibet uitia poëmatis deprehendere. Et data] Reſpõdet ad obiectionem priorem per conceſsionẽ, etſi non poſsit quilibet de poëmatũ uitijs iudicare, ideoq; poëtis uenia data eſt, non tamen licentia permittenda eſt. Tutus] Id eſt, ſi nihil ſcribam ita ut uenia nil opus ſit, quid tandem effecero? niſi quod culpam & reprehenſionem fugiam, nullam autem laudẽ merear. Vos exemplaria] Hortatur eos qui uerſus ſcripturi ſunt, ut legant & imitentur Græcos, qui non ſolùm ingenijs, ſed & diligentia, & ſtudia, & frequenti talium rerũ uſu facilè ſunt perfectiſsimi, & meritò Latinorũ exemplum. At noſtri] Altera obiectio eſt, Plautus in quibuſdã uitioſus eſt, & tamen eſt laudatus. Nimium] Reſpondet ad alteram obiectionẽ, ſi ueteres Plautum laudarunt, ſtultè fecerunt: nam & in numeris, & in iocis abſurdus ſæpè eſt Plautus.

Ignotum.]

Hactenus de cauſa formali, id eſt, tractatione poëmatũ dixit, nunc ad cauſam efficientem, id eſt, inuentores duorũ generũ, Tragœdiæ ſcilicet & Comœdiæ accedit. Theſpis] Athenienſis. Vide Plutar. in Solone. Veteres autem plauſtris et carpentis per urbem errantes, obuios quoſq; ſcommatis configebant & extemporanea in unumquenq; poëmata ſumma libertate effutiebãt, ut uetus Prouerb. Græcorũ ἐξ ἁμάξης, id eſt, è plauſtro, declarat. Fecibus] Videlicet ante uſum perſonarũ ab Aeſchylo repertũ. Hinc etiam Tragœdiã Athenæus lib. 2. dici putat. ἀπὸ τῆς τρύγης à uindemia, uel à fecibus ἀπὸ τῆς τρυγός. Poſt hunc] Incrementũ Tragœdiæ eiuſq; quaſi alterum parentem ponit Aeſchylum, qui ad axioma Tragœdiæ quinq; adiecit, laruas, pallam, proſcenia, grandiorẽ orationem & cothurnos. Prouerb. Cothurno uerſatilior. Pulpita] Λογεῖον uocat Vitruuius lib. 5. cap. 8. Tignis] Proſcenijs, orcheſtra anguſta pro plauſtris. Succeſsit] Autores & parentes ueteris Comœdiæ ab Horatio lib. 1. Serm. Satyr. 4 nominantur.

„ Eupolis, atq; Cratinus, Ariſtophaneſq; poëtæ.

Vitium] Hos amarulentos ſales & dicta iocularia deſcribit Horatius lib. 2. epiſt. 1. & ait occaſionem legi dediſſe qua coërceretur petulantia iſta maledicẽdi. Agricolæ priſci, fortes, paruoq; beati, &c. Et ſic Cicero ait Eupolin ab Alcibiade in Siciliam nauigante, in mare eſſe deiectum propter βάπτας fabulam. Turpiter] Nam cum antea permitteretur illa maledicentia, honeſta uidebatur, at lex declarauit, ipſius turpitudinem.

Nil intentatum]

Hactenus de poëmatum generibus, nunc de cauſis efficientibus poëſeos, Exercitatione, Natura & Arte de quibus diſſerit primò ſimpliciter, poſtea comparatè. Nil intentatum] Prima cauſa poëſeos eſt in ſtudio & exercitatione, quæ declaratur exẽplo Rom. qui in omni genere ſe exercuerunt, quod illuſtrat diſtributione. Prætextas] Scilicet fabulas. Eſt autem Metonymia hic. Nam per prætextatas, & togatas fabulas intelligit Latinas. Pallium enim (unde palliatæ, id eſt, Græcè fabulæ) geſtamen erat Græcorũ, toga Rom. Prætexta autem puerorum toga erat, ideò ſic dicta, quia purpura prætexebatur, per prætextatas itaq; intelligit Tragœdias, per togatas Comœdiam. Nec uirtute] Argumentũ eſt à paribus, Romani non tam uirtutibus, & re militari omnibus ferè, populis præſtarent, quàm poëtica quoq; ſi diligentiam, et limam, & iuſtum tempus adhiberent ſuis ſcriptis, quod poſtea fecit Virg. Latium] Metonymia eſt ſubiecti pro Latinis adiunctis. Limæ] Metaphora ſumpta à fabris ferrarijs, qui lima ferrum expoliunt. Vt enim lima ferrum, ſic diligentia, & ſtylus poëma expolit. Pompilius] Apoſtropha ad Piſones, qui putãtur ex Numæ Põpilij familia fuiſſe. Eſt autẽ ἀντίπτωσις nominatiui pro uocatiuo, et Græciſmus. Sic Perſius.

„ Vos ô patricius ſanguis.

Item metonymia ſanguinis pro ſemine. Eſt autem hic præceptum & axioma de corrigendo & emendando ſcripto, & premendo in nonum annum, ut Horat. ait. Coërcuit] Id eſt, ſuperflua amputauit. Metaphora ab arboribus, & uitibus ſumpta, quas (ut Cicero de Senectute ait) ſerpentes multiplici lapſu & erratico, ferro amputãs coërcet ars agricolarum ne ſylueſcant ſarmentis, & in omnes partes nimis fundatur. Vel à fluminibus, quæ alueo caſtigantur & coërcentur ne extra ripas diffluant. Vnguem] Metaphora à marmorarijs, qui iuncturas unguibus probant. Prouerb. Ad unguem. Ingenium] Secunda cauſa poëſeos eſt Natura, cuius tanta uis eſt, ut pleriq; ſtulta opinione ex Democriti autoritate concepta, exiſtiment poëtam non niſi furore naturali fieri, ſicut & Plato, qui ἐνθουσιασμὸν eiuſmodi uocauit. Hunc furorem Horat. uariè deſcribit. Vide Cicero. lib. 2. de Orat. Helicone] Helicon mons Phocidis, Muſis ſacer. Vide Strabonem libro 8. Plin. lib. 4. cap. 7. Non ungues] Deſcriptio furoris ex adiunctis longis unguibus & promiſſæ barbæ, & ſubiecto loco, & fuga locorum frequentium & neglecto remedio. Anticyris] Anticyræ inſulæ duæ ſunt, in quibus naſcitur Helleborum ſeu ueratrum, quo caput purgatur, unde hic fatui helleboro dicuntur egere per Metonymiam ſubiecti. Vide Plin. lib. 25. cap. 5. & Gell. lib. 7. cap. 15. Et medici ueteres cenſent in atra bile deiectionis cauſa nigrum ueratrum, in flaua album ad excitandum uomitum ſumi debere. Prouerb. Nauigare anticyras. Hyperbole autem hic eſt in uoce, tribus: ut Tertius Cato. Licinus] Licinus tonſor fuit locupletiſsimus, marmoreo tumulo ſepultus. Vnde illud,

„ Marmoreo tumulo Licinus iacet: at Cato paruo,
„ Pompeius nullo, credimus eſſe Deos?

O' ego] Exclamatio ironica de ſua ſtultitia per ſyllogiſmũ connexum. Si non purgarem bilem, eſſem optimus poëta. Sed purgo. Non ergo ſum bonus poëta. Nota etiam tempus purgationibus idoneum. Hippocrates. ὁκόσοισι φλεβοτομίη ἢ φαρμακίη ξυμφέρει, τουτέους προσήκει τοῦ ἦρος φλεβοτομέειν ἢ φαρμακεύειν. Horam] Græciſmus eſt, ὥρα enim tempus & horam ſignificat, Græcis & uenuſtatẽ. Verum] Aſſumptio eſt, Purgo me, quia nil tanti eſt, ut corpus & ualetudinem ſic negligam. Ergo] Complexionis loco, eſt ſimilitudo à cote ſumpta. Protaſis hic eſt. Munus] Apodoſis ſimilitudinis, in qua præcepta ſua diſtinguit in capita quædam, unde ſcilicet petenda poëſis, quæ cauſæ eius ſint, quæ uirtutes, quæ uitia. Scribendi] Tertia cauſa poëſeos eſt Ars & doctrina, in qua tria tractat, 1. unde paretur, ſcilicet ex philoſophia, præcipuè uerò Ethica & Politica. 2. à quibus diſcenda ſit. 3. quod ſit officium poëtæ. Socraticæ] Id eſt, philoſophicæ, per metonymiam cauſæ efficientis. Socrates enim apud Græcos autor philoſophiæ Ethicæ perhibetur, à quo Plato, & ab eo Ariſtoteles ſuã philoſophiam hauſerũt. Duo hic attingit, δύναμιν ἑρμηνευτικὴν & σύνεσιν πολιτικήν. Qui didicit] Periphraſis eſt Ethicæ do-

ſtrinæ ex parte ipſius una, pietate ſcilicet in patriam, amicos, fratres, cognatos, hoſpites. Quod ſit] Periphraſis Politicæ doctrinæ ex officijs ſenatorum & ducis. Interdum] Comparatio maiorum, res inornata præſtant ornatis ſine rebus. Graijs] Secunda pars, in qua docet à quibus petenda ſit rerum cognitio, nimirum à Græcis, quibus tribuit *ὀμμάτιν* & *ἑρμήνειαν*, & amorem laudis, quem comparat cum amore pecuniæ in Romanis per diſſimilitudinem. Dicat] Proſopopœia eſt filij Albini, à quo tanquam diſcipulo magiſter Arithmeticus exemplum ſubductionis & additionis repoſcit. Aerugo] Id eſt, auaritia, pulchra metaphora ſumpta ab ærugine, qua metalla conſumuntur. Cura peculi] Expoſitio metaphoræ præcedentis. Cedro] Cedrus arbor parua & ſpinoſa (ait Dioſcorides) cariem & uetuſtatem non ſentit. Ex eius oleo libri liniebantur, ne à tineis corroderentur: Plinius lib. 13. cap. 5. & 13. Eſt igitur hic metonymia pro carmine quod dignum ſit ut diu ſeruetur. Prouerb. Cedro digna.

Cupreſſo] Qua libri tegebantur, ipſa autem, pumice leuigabatur: unde leuis dicta. Aut prodeſſe] Tertia pars de officio poëtæ ex fine duplici, quòd (ut Rhetor) debeat docere, aut mouere, aut utrunque ſimul. In docendo uaria præcepta cumulat. Quicquid] Primum præceptum de breuitate & eius duplici fine, intelligentia & memoria, ac contrariæ prolixitatis inutilitate. Officit enim memoriæ & manat, id eſt, effluit ex pectore. Ficta] Secundum præceptum de fictione, cuius finis eſt uoluptas, & adiunctum ueriſimilitudo. Lamiæ] Suidas ſcribit Lamiam mulierem quandam fuiſſe pulchram in Libya, cum qua quum Iupiter, conſueſſet, à Iunone Zelotypa liberos eius necatos fuiſſe, unde eam raptos alienos pueros deuorare. Centuriæ] Tertium præceptum de coniungenda iucunditate fabulæ cum utilitate. Nam ſeniores negligunt utilitatis expertia, iuniores autem negligunt iniucunda. Alludit autem hic ad centurias equitum quas Romulus tres conſcripſit, Ramnenſes, Tatienſes, Luceres. Celſi] Quia Equites in theatro celſius ſedebant. Omne] Ratio ex adiuncto quadruplici, primò laude per metaphoram à ſuffragijs, quæ per puncta fiebant in tabellis ceratis. Prouerb. Omne tulit punctum. Hic meret] Secunda utilitas, quæ redit ad bibliopolas, quales eo tempore erant Soſij.

Tranſit] Tertia utilitas ex celebritate. Prorogat] Quarta utilitas ex diuturnitate memoriæ, qua ſcriptoris fama perennis erit. Sunt delicta] Quartum præceptum de iudicij æquitate, qua uitijs quibuſdam ignoſcendum docet ſi rara ſint, ratio eſt è duplici ſimili, citharœdi & ſagittarij. Maculis] Oſtendit quibus uitijs uenia detur, quorum ſcilicet cauſa eſt incuria, aut naturæ humanæ imperfectio. Quid ergo] E contrariò oſtendit peccanti crebrius, ignoſcendum non eſſe: itidem à duplici ſimilitudine, librarij & citharœdi. Protaſis hic eſt. Eadem] Prouerb. Eadem chorda oberrare. Sic mihi] Apodoſis. Chœrilus] Ineptus poëta circa Olymp. 113. caſtra Alexandri M. ſecutus eſt, eiusq; geſta ſcripſit, ſed adeò ineptè, ut Alexander dixerit malle ſe Homeri Therſitem eſſe quàm Chœrili Achillem. Cum eo præterea pepigit ut pro ſingulis bonis carminibus ſingulos aureos, pro malis colaphos acciperet. Verùm opere iam perfecto cùm recitaret, tot mala inuenta eſſe dicuntur, ut alaparum multitudine enectus ſit. Giraldus dial. 3. Hunc Ariſtoteles lib. 8. Topic. Homero opponit, cum exemplis Homericis, non Chœrileis utendum eſſe præcipit. Vide Horat. lib. 2. epiſt. 1. Homerus] Prouerb. Quandoque bonus dormitat Homerus. Vt pictura] Quintum præceptum de qualitate poëmatis, ut ſcilicet gratum ſit inſtar picturæ & excellens. Primò autem eſt breuis ſimilitudo, deinde explicata per protaſin & apodoſin.

Quæ ſi] Protaſis ſimilitudinis de pictura bona ſumpta ex doctrina Optica. Hæc amat] Apodoſis de poëmate bono. Iudicis] Cenſoris, Ariſtarchi, Critici, idem eſt de uino bono. Eſt autem ſimilitudo hæc profecta à Simonide, qui (ut refert Plutarchus) *ζωγραφίαν ποίησιν σιωπῶσαν*. *τὴν δὲ ποίησιν ζωγραφίαν λαλοῦσαν* uocauit. Decies] *Δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά*. O maior] Apoſtrophe ad Piſonem ſeniorem de poëmatis altera qualitate, quod ſcilicet excellens & perfectum debeat eſſe, non mediocre, idq; illuſtratur diſſimili & ſimili. Certis] Protaſis diſſimilitudinis. In alijs rebus mediocritas, laudatur, ut iureconſultus & cauſidicus mediocris, etſi non ſit tam eloquens quàm Meſſala Coruinus fuit, nec habeat tantam iuris cognitionem, quantam A. Caſſelius, in aliquo tamen numero I. C. eſt. Meſſalæ] Synechdoche eſt, ſpecies eloquentis & iureconſulti pro genere. Mediocribus] Antapodoſis diſſimilitudinis. At poëta mediocris eſſe non poteſt.

Non homines] Qui ſpectant. Dij] In quorum feſtis agentur fabulæ. Columnæ] Synechdoche pars theatri pro toto, & Metonymia ſubiecti pro adiunctis ſpectatoribus. Vt gratas] Similitudinis protaſis. Sicut cœna, quæ uult aures, nares & palatum delectare, ingrata eſt, niſi id excellenter faciat. Craſſum] Obtuſo odore, neque ſatis acuto, nec nares feriente.

Papauer] Papaueris candidi ſemen toſtum in ſecunda menſa cum melle apud ueteres edebatur, ut ait Plinius libro 19. cap. octauo. Sardoum autem mel propter amaras herbas ex quibus colligitur, deterrimum eſt. Virgil. Eclog. 7. Imò ego Sardois uidear tibi amarior herbis. Duci] In longum tempus produci. Sic animis] Apodoſis, ita poëma ingratū eſt, ſi à perfectione diſcedit ad imum. Ludere] Sextum præceptum, Qui nam ſcribere debeant, periti ſcilicet artis, idq; à minori. Ad ludum nemo imperitus accedit, multò minus ad poëma ſcribendum imperiti debent accedere.

Campeſtria] Vt arcus, baliſta, bombarda, curſus ſunt. Pilæ] Cum Lydia uniuerſa fame premeretur, aliusq; aliud excogitaret, quo alternis diebus ludentes, & quærentes cibum tempus traducerent, etiam pila inuenta eſt. Herodot. in libro 1. Diſcive] Diſcus lapis erat formæ planæ & rotundæ, qui in ſublime iaciebatur. Fuit & ferreus & æneus. Vide Lucianum in Anacharſide & Ouid. lib. 10. de Apolline & Hyacintho. Trochi] Trochus globus ligneus ad ludum puerilem excogitatus, *ἀπὸ τοῦ τρέχειν*.

Quid ni] Prolepſis eſt de generis nobilitate, diuitijs & uirtute, quibus uideatur conceſſum ſcribere quoquo modo. Cenſus] Adiectiuum eſt, ego qui ſum cenſus ſumma equeſtri, quæ fuit olim 400. H. S. a. hoc eſt X. M. Coron. Tu nihil] Reſpondet prolepſi, nihil ſcilicet ad poëma conferre nobilitatem, diuitias aut uirtutem, ſed artem, quam hic per Mineruam intelligit, & eſt Prouerb. Inuita Minerua. Si quid tamen] Septimum præceptum, quomodo ſcribendum ſit: primùm, adhibendos eſſe cenſores & iudices. Eſt autem prolepſis etſi ea mente es, tamen admoneri te patieris. Nonumq;] Deinde diu premendum, nec ſtatim edendum eſſe poëma, ratio eſt ex adiuncta poteſtate corrigendi & ex contrario. Neſcit] Prouerbiale eſt. Alibi, Et ſemel emiſſum uolat irreuocabile uerbum. Vnde, Homerus uerba alata uocat, *ἔπεα πτερόεντα*. Syluestres] Octauum præceptum de argumentis ſcribendi poëmatis. Sunt autem argumenta aut ſeria, aut iocoſa. Seria rurſus aut philoſophica, aut bellica, aut theologica, aut hiſtorica. Idq; illuſtrat exemplis antiquiſſimorū poëtarum Orphei, Amphionis, Homeri, Tyrtæi, & mythologiam *ἐγκρινῶς* explicat. Sacer] Definitio uatis eſt. Sic enim & poëtæ olim uocabantur, quod uiderentur Deorum oracula fundere: idq; ob heroicos impetus in fundendo carmine pleno bonis uerbis & ſententijs. Fuit autem doctrina Orphei Ethica in moribus hominum ſylueſtrium deducendis ad cultum manſuetiorem. Vide Pauſan. in Bœoticis. Ouid. lib. 10. Plat. libro 2. de Repub. poëtas uocat *πατέρας καὶ προφήτας θεῶν*. Amphion] Amphion & Zethus fratres condiderunt Thebas Bœotias, ut Homerus Odyſſ. λ. ſcribit. Fuit autem eius doctrina Politica, cuius hic argumentum ponitur in rerum diſtinctione, coniugijs, politia, legibus.

Ligno] Olim leges ligneis tabulis incidebantur, quæ Athenienſibus *ἄξονες* dicebātur forma quadrata, in quibus res priuatæ proponebantur, *κύρβεις* autem erant lapides, forma triangulari, in quibus publicæ & ſacræ res proponebantur. Sic honor] Epiphonema de adiunctis ſapientiæ poëticæ, ſcilicet honore & nomine uatum. Homerus] Hactenus philoſophica argumenta poëſeos fuerunt ſequuntur bellica. Tyrtæus] Vide Iuſtinum lib. 3. Pauſan. in Meſſeniacis. Athenæum lib. 14. Plat. libro 1. de Legibus. Sortes] Id eſt, oracula. Argumentum poëſeos Theologicū, ut Sibyllarum. Regum] Argumentū poëſeos hiſtoricum innuit. Ludus] Hactenus argumenta ſeria, nunc iocoſa & ludicra ad recreationem & relaxationem laborum.

Ne forte] *Concludit præcepta adhortatione. Si poëſis tot, tantaſq; utilitates ad ſeria & ludicra, ad ethicam, politicamq;, ad res bellicas & ſacras habet, non eſt ſpernenda. At illud. Hoc igitur.*

Lyræ] *Periphraſis poëſeos ex adiuncta lyra & cauſa efficiente, Apolline.* Natura] *Hactenus de cauſis, poëſeos ſimpliciter dictum eſt. Sequitur nunc illarum inter ſe comparatio, ubi obſeruanda eſt quæſtio, & quæſtionis explicatio per ſyllogiſmum:*

> Quæ inter ſe coniurarunt, eorum alterum ſine altero nihil prodeſt.
>
> At natura, ars & exercitatio inter ſe coniurarunt.
>
> Horum ergo unum ſine altero nihil prodeſt. Agathon apud Ariſtotelem, τέχνη τύχην ἔστερξε, καὶ τύχη τέχνην. Vide Cicer. pro Archia.

Qui ſtudet] *Exercitationem præcipuè commendat, idq; duabus ſimilitudinibus. Prior ſumpta eſt à certamine in ſtadio currentium, quam D. Paulus 1. Cor. 9. diſertè explicat, qui in ſtadio currunt, ait, per omnia temperantes ſunt, ut coronam accipiant.* Qui Pythia] *Altera ſimilitudo à tibicine ſumpta, qui canebat hymnos Apollinis in Pythijs, uno ex quatuor certaminibus Græciæ.* Nũc ſatis] *Reprehendit ſui ſeculi inertiam & pigritiam,* [illegible].

Ego mira] *Proſopopœia eſt inertium hominum, & gloriolam uanam ex poëmatis captantium.* Occupet] *Prouerb. eſt de quo uide Eraſmum. Der leiſt bey dem haar hernach.*

Vt præco]

Extremum Horatij præceptum eſt de uitijs poëtæ fugiendis, præcipuè, Adulationis, cui patent in primis diuites. Eſt autem diſsimilitudo. Diuites in poëmate ſuo iudicando aſſentatores adhibent. At uerus poëta non adhibet tales. Protaſis conſtat primò ſimilitudine præconis, qui emptores in auctione cogit ſpe lucri. Secundò deſcriptione diuitum primò ex adiunctis agris, & pecunia fœnebri. Deinde factis, qui lauta conuiuia inſtruere, qui pro pauperibus fideiubere, qui reos ex periculis liberare poſſunt. Tertiò ex adiuncta ignorantia ueri & ficti amici. Vide Plutar. de diſcrimine amici & adulatoris. Vnctum] *Metonymia eſt adiuncti pro conuiuio lauto.*

Leui] *Ad nutum diuitis innuente.* Tu ſeu] *Antapodoſis diſsimilitudinis, uerus poëta non adhibet aſſentatores, qui hîc deſcribuntur ex adiuncta lætitia & ſimulatione in clamore, lacrymis, ſaltatione, & ſimilitudine. Satiùs eſt in κόρακας ἢ κόλακας incidere.*

Vt qui] *Similitudinis protaſis eſt à præficis Romanorum, quæ in funere mercede conductæ nænias canebant.* Sic deriſor] *Apodoſis de adulatore.* Reges] *Oſtendit modum explorandi adulatoris per ſimilitudinem, cuius protaſis hîc eſt.* Culullis] *Prouerb. In uino ueritas, & Quod in mente ſobrij id in lingua ebrij, τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος, τοῦτο ἐν τῇ γλώττῃ τοῦ μεθύοντος. Et Theognis,*

> Ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἴδριες ἄνδρες
> γινώσκουσ᾽, ἀνδρὸς δ᾽ οἶνος ἔδειξε νόον.

Animi] *Id eſt, tecti uulpina aſtutia, ſimulatores, callidi.* Quintilio] *Oſtendit bonos, & prudentes cenſores ſumendos, idq; per ſyllogiſmum:*

> Boni & prudentes cenſores ſunt ad iudicandum poëma adhibendi.
>
> At Quintilius Varus poëta eſt bonus, & prudens cenſor.
>
> Quintilius igitur eiusq; ſimiles ad iudicium poëmatis adhibendi ſunt.

Aſſumptio ſyllogiſmi præcedit, illuſtrata proſopopœia & factis Quintilij candidi cenſoris. Tornatos] *Duplex metaphora eſt, prior ab artificibus tornandi, altera à fabris ferrarijs. Prouerb. Incudi reddere, pro refringere, mutare, corrigere.*

Riuali] *Metaphora eſt ab amatoribus. Riuales enim ſunt, qui amant eandem. Hinc prouerb. Sine riuali amare, de ijs qui ſtultè mirantur, quod nemo alius cõcupiſcat, ut ſimia catulos ſuos amat, amplectitur, & ſæpè amplexando enecat.* Vir bonus] *Propoſitio eſt ſyllogiſmi, illuſtrata primò factis & officijs boni cenſoris, quæ ſunt, reprehendere, culpare, ὀνειδίζειν, recidere, illuſtrare, arguere, notare. Secundò ſimilitudine Ariſtarchi. Tertiò prolepſi.*

Signum] *Vel ſtellam, uel ueru. Vide prouerb. Stellis notare.* Nec dicet] *Prolepſis.* Hæ nugæ] *Solutio prolepſeos ex contrarijs malis ſerijs.* Vt mala] *Enumerat duo mala ſeria ex illa adulatione ſequentia, contemptum ſcilicet & neglectum. Primum malum illuſtrat ſimili.* Regius] *Qui & arquatus & icterus, geelſucht.*

Fanaticus] *Fatidicorum.* Diana] *Pro quouis furore à Dijs iratis, immiſſo hominibus. Vide Aiacem Sophoclis.*

Agitant] *A' contrario.* Hic dum] *Secundum malum eſt neglectus poëtarum inſanorum, quos nemo auxilio dignetur, etiamſi implorent opem, idq; illuſtratur ſimili aucupis.*

Si quis] *Si quis ſit qui tali ſuccurrere uelit, eum ait Horatius ſe uelle deterrere ex cauſa efficiẽte & exemplo Empedoclis cuius deſcriptio eſt ex conditione (fuit enim poëta) ex patria Sicilia, ex inſano ſtudio gloriæ, ex genere mortis.* Aetnam] *Montem Siciliæ perpetuis noctis incendijs mirum. Vide Plin. libro 2. capite 106. & libro 3. capite 8. Specus ardens uocabatur crater.*

Sit ius] *Syllogiſmo oſtendit neminem Empedocli auxilium ferrè debuiſſe.*

> Inuitus non eſt ſeruandus. In inuitum non eſt conferendum beneficium.
>
> Empedocles inuitus uixit.
>
> Empedocles igitur non fuit ſeruandus.

Complexio eſt primo loco. Propoſitio ſecundo, illuſtrata à pari, Aſſumptio tertio loco.

Nec ſatis] *Cauſam inſanæ ambitionis efficientem ponit, iram ſcilicet Deorum ex aliquo delicto, cuius hîc ſpecies ponuntur, impietas in parentes & ſacrilegium.*

Minxerit] *Prouerb. Minxit in patrios cineres. Olim autem magna fuit religio paterni ſepulchri. Eſtq; hîc metonymia, cinis pro homine ſepulto.* Bidental] *Locum fulmine tactum maiores obſeruabant, ac ibi aram conſtituebant, in qua bidentibus hoſtijs, id eſt biennibus, & duos dentes altiores habentibus ſacrificabant.*

Ac uelut] *Similitudine urſi illuſtrat furorem & eius effecta, ut ſunt fugare aut occidere.*

Clathros] *Repagula, cancellos,* κλεῖθρα. Non miſſura] *Tædium & faſtidium ſimili illuſtratur. Prouer. Vide apud Eraſ. Hirudo quæ & ſanguiſuga. Plin. lib. 11. cap. 34.*

FINITVM ALTORFII CAL. Martij, anno 1577.

IN ARTEM POETICAM Q. HORATII FLACCI INTERPRETATIONES IODOCI BADII ASCENSII: ADIECTIS FERE SINGVLIS LOCIS, regulis addiſcentibus admodum commodis.

CAROLO DE VILLA NOVA, ANTONIO DE PORTA, CLEMENTI MVLATO, ANTONIO TOLEDONI, IACOBO PHÆNOLO, *cæteriſq; è Lugdunenſi pube bonarum literarum ſtudioſis,* IODOCVS BADIVS *Aſcenſius* *Salut.*

ADHORTATVS ſum uos adoleſcentes optimi, ſæpenumero antehac ad uirtutis, literarumq́ue cultiorum ſtudia, ut ad quæ uos, & urbis, & præceptoris ueſtri authoritas inuitet. Nunc uerò Ornatiſſimi Archipræſulis noſtri Franciſci de Rohan illuſtre ad omnem uirtutem, probitatemq́ue exemplar & ſpeculum, ad ſui imitationem uos penè compellit. Turpe ſiquidem ac dedecoroſum foret ſub tam uigilanti paſtore gregem dormitare, quod ne faciatis artem hanc poëticam rurſus elucidaui, & (ut dicunt) regulis proſaicis auxi. Valete & proficite. Rurſum ex ædibus noſtris apud Parhiſios ad Cal. Octob. anni M. D. XI.

EIVSDEM IN ARTEM POETICAM PROOEMIVM.

HVMANO CAPITI, &c. Ad operis huius expoſitionem iuxta Seruianum præceptum ſex per ordinem annotare conſueuimus: Poëtæ uitam, Titulum operis, Qualitatem carminis, Scribentis intentionem, Numerum librorum & explanationem. Verum quia poëtæ uita in principio carminum explanata eſt, nunc eam fruſtrà repeteremus. Titulus autem operis eſt Quinti Horatij Flacci ad Piſones de Arte Poëtica inſtitutio. Pro quo intelligendo audiamus Diomedem. Poëtica (inquit) eſt fictæ, ueræq́ue narrationis congruenti rythmo uel pede compoſita, metrica ſtructura ad utilitatem, uoluptatemq́ue accomodata. Diſtat autem Poëtice à poëmate, & poëſi, quod Poëtice ars ipſa intelligitur. Poëma autem pars operis ut Tragœdia. Poëſis contextus & corpus totius operis effecti, ut Ilias, Odyſſea, Aeneis. Poëmatis genera ſunt tria. Aut enim actiuum eſt, aut imitatiuum quod Græci δραματικὸν, id eſt, Dramaticon, uel μιμητικὸν, id eſt, Mimeticon uocant. Aut enarratiuum, uel enunciatiuum quod Græci ἐξηγητικὸν, id eſt, Exegeticon, uel ἀπολογητικὸν Apologeticon dicunt. Aut commune uel mixtum, quod Græci κοινὸν cœnon, uel μικτὸν appellant. Dramaticon, uel Actiuum eſt, in quo perſonæ agunt ſolæ ſine ulla poëtæ interlocutione, ut ſe habent Tragicæ uel Comicæ fabulæ, & quædam Buccolicæ apud Virgilium, ut

Tytire tu patulæ.
Dic mihi Dameta & quo te Mæri pedes.

Dramatici autem poëmatos genera ſunt quatuor apud Græcos, Tragica, Comica, Satyrica, Mimica. Apud Romanos prætextata, tabernaria, atellana, planipes. Exegeticon uel Enarratiuum, eſt in quo poëta ipſe loquitur ſine perſonæ ullius interlocutione, ut ſe habent tres libri Georgicæ, apud Virgil. Et prima pars quarti. Item carmina Lucretiana. Huius autem ſpecies ſunt tres, Angeltice, Hiſtorice, Didaſcalice. Angeltice eſt, qua ſententiæ ſcribuntur, ut eſt Theognidis liber. Hiſtorica qua narrationes & Genealogiæ componuntur, ut Heſiodi Theogonia. Didaſcalice eſt qua comprahenditur philoſophia, ut libri Varronis, Empedoclis, Lucretij. Item Aſtrologia, ut Arati & Ciceronis. Cœnon uel commune eſt, in quo poëta ipſe loquitur, & perſonæ loquentes introducuntur, ut eſt ſcripta Ilias & Odyſſea tota Homeri, & Aeneis Virgilij. Huius ſpecies ſunt duæ. Prima heroica ut Ilias, Aeneis. Secunda Lyrica ut Archilochi & Horatij. Item nunc quoq; elegia, ut Ouidij Faſti, de quibus omnibus ſuo loco latiùs differemus. Pro deſcriptione poëticæ ſubnotandum eſt triplicem eſſe materiam ſcribentium, triplicem ſtylum, triplex potiſſimùm decorum, Triplicem qualitatem, triplicem finem, & his ſimilia. Materia quidem triplex eſt, quæ his nominibus ſignificatur, argumentū, fabula, hiſtoria, de quibus omnibus latiùs dicemus, ibi *Sumite materiam ueſtris qui ſcribitis æquam uiribus,* ubi & cætera quæ hîc tacta ſunt paucis explicabuntur. Qualitas carminis à numero pedum eſt hexametra, ab argumento Didaſcalica ſeu doctrinalis, à ſtylo mediocris. Scribentis intentio eſt Piſones, cæteroſq́ue Romanos in artem poëticam inſtituere, ut doctè ſcribant, & ſcripta caſtigent. Doluit enim poëta artem tam diuinam, & tam pauciſſimis datam à tot imperitis, tam impudenter uſurpari. Græcos præterea propter exactam in caſtigando diligentiam Romanis præferri. Quanti autem ſit poëtica ars, & nomen poëtæ per indicem inuenies. Numerus librorum hîc non quæritur, unus enim, nec ſanè magnus, ſed uoluminum dignitate æſtimandus. Habet enim commoditatem, quam maximam & delitias plurimas. Nam doctrinam optimam ſalibus ſuis ſic condijt, ut & nutriat, & delectet commodè. Sunt qui in quinq; particulas diuidunt. In quarum prima inquiunt poëta uitia extirpat. In ſecunda uerbi decorum inſtruit. In tertia rerum qualitatum & perſonarum decora & diſcrimina. Item poëmatos genera & inuentores demonſtrat. In quarta actores. Formam agendi, & quomodo conſummata fuit docet. Et in quinta ad diligentem caſtigationem cohortatur. Prima eſt in principio. Secunda incipit ibi *Sumite materiam.* Tertia ibi *Res geſtæ regumq́, &c.* Quarta ibi *Tibia non ut nunc.* Quinta ibi. *Nil intentatum noſtri liquêre poëtæ.* Quas quidem particulas licet non omninò impermixtè, ex ordine tamen perſequitur poëta. His prænotatis ueniamus ad explanationem.

COMMENTARIA.

HVmano, &c.] *In hac prima itaq; parte poëta imitatus ſolertem, & non ignauum agricolam prius nociuas herbas, id eſt, uitia & errores euellit, quàm ſementem utilem, id eſt, bonæ compoſitionis artem inſerat. Et ab eo uitio auſpicatur in quo primus, & ob id plurimus error cõtingere ſolet. Modicus enim error in principio (ut philoſophi uerbum eſt) maximus ſit in fine. Auſpicatur inquam à ſoroiſmo, id eſt, mala accumulatione, ſeu aggregatione σωρὸς enim, hoc eſt, ſoros dicitur cumulus ſeu aceruus. Vel à Koiniſmo, id eſt, uitioſa cõmunicatione, ſeu cõmixtione ſermonis. κοινὸς enim, hoc eſt, koinos dicitur communis, ſed quod Græcè koinos profertur Latinè cænos dicitur: quia pro oi Diphthongo Græci i nos e proferimus. Vnde Epicœnum ſubcommune, & cænobita cui eſt communis uita. Sed, ut quo öccæpi pergam. Maximus ornatus rei eſt, ut ſit uniformis.* Seruata] *Scilicet, ſymmetria, id eſt, commenſuratione. Ob id enim totum uniuerſum opus Dei mundum, id eſt, ornatum appellamus, quod cum ſingulæ eius partes bonæ ſint, totum tamen lõgè melius eſt, quod ſpiritus Sanctus nobis per Moſem indicauit Geneſis 1. ubi de ſingulis dicitur. Et uidit Deus quòd eſſet bonum, de uniuerſo autem. Viditq; Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualdè bona. Vbi ſignanter ualdè additur, quia cum ſingula eſſent bona uniuerſa erant ualdè bona. Compoſiturus itaque carmen debet in morem Architecti, totam materiam ſuam animo metiri, ut bonam œconomiam, id eſt, domus ſeu ædificij, hoc eſt, ſtructuræ totius regulam, ac diſpoſitionem ad amuſſim ſeruet. Cui Menander ille cõmicus tantum conceſſit ut ea habita atq; animo concepta, Comœdiam abſoluiſſe ſe gloriaretur. Ea enim bene præ concepta, niſi imperitus fuerit artifex facilè dictum uitium uitauerit. De quo Marcus Fabius Quintil. lib. 8. capitulo de ornatu ſic loquitur. Soroiſmos ſiue ut alij legũt Koiniſmos appellatur quædam mixta & uaria ratione linguarum oratio, ut ſi Atticis, Dorica, Aeolica etiam dicta confundas. Cui ſimile uitium eſt apud nos, ſiquis ſublimia humilibus, uetera nouis, poëtica uulgaribus miſceat. Id enim tale eſt monſtrum, quale Horatius in prima parte libri de Arte Poëtica fingit.* Humanõ capiti, &c] *Dicit autem poëta ad Piſones ſic.*

Si pictor uelit iungere] *Id eſt, annectere capiti humano, id eſt, uirgineo & muliebri.* Ceruicem equinam] *Id eſt, oblongam cuiuſmodi, habet equus.* Et inducere uarias plumas] *Id eſt, partes plumatarum auium.* Membris collatis] *Id eſt, compoſitis & congeſtis.* Vndique] *Id eſt, ex quacunq; parte animalis.* Ita] *Sup. ut mulier formoſa* Supernè] *Id eſt, à parte ſuperiore, utpote à Facie* deſinat] *Id eſt, termineiur* Turpiter] *Id eſt, ſine commenſuratione.* In piſcem atrum] *Id eſt, difformem, utpote piſtricem.*

Vos admiſſi] *Id eſt, intromiſſi* Spectatum] *Id eſt, ad ſpectandũ.*

O' amici Piſones teneatis] *Id eſt, poſſitis ne cõtinere riſum? quaſi dicat ſcio quòd minimè. Et ſi, inquit, ô Piſones non poſſitis uidere talem tabulam, quin rideatis, neq; poëma non ſeruato decoro atque œconomia ſine riſu contueri poteritis: quia* O' Piſones credite librum fore] *Id eſt, futurum eſſe per ſimilem iſti, ſcilicet.*

Iſti tabulæ] *Id eſt, picturæ, cuius ſup. libri ſpecies* Vanæ] *Id eſt, inutiles & ridiculoſæ.* Finguntur] *Id eſt, componuntur* Velut] *Id eſt, tanquam* Somnia] *Id eſt, inſomnia & phantaſmata.* Aegri] *Id eſt, hominis ægrotantis, & debilitate cerebri laborantis, ita* Vt nec pes] *Id eſt, finis ſi à ſummo incipias.* Nec caput] *Id eſt, principium.* Reddatur uni formæ] *Id eſt, uni compoſitioni unius qualitatis. Deinde facit obiectionem, dicens pictoribus atq; poëtis quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. Cuius Ordo eſt, ac ſi dicant Piſones Horatij, uetus eſt deuerbium, quòd æqua, id eſt, æqualis poteſtas, audendi ſup. pingere & fingere, uel ut alij legũt adeundi quidlibet, id eſt, quamlibet rem fuit ſemper* Pictoribus atq; poëtis] *Id eſt, pictores & poëtæ habuerunt ſemper poteſtatem pingendi, & fingendi quicquid uellent. Atqui ergo uitio datur ſi pro libito operentur? Reſpondet poëta. Scimus ſup. hanc poteſtatẽ fuiſſe ſemper pictoribus atq; poëtis, & nos poëtæ* Petimus] *Id eſt, precamur, quando quid ſcribere uolumus* Hanc ueniam] *Id eſt, hanc conceſſionem & damus* Viciſſim] *Id eſt, quaſi per uices &* Mutuo] *Scilicet, alijs petentibus, quaſi dicat, & nos quando aliquid componimus ex libito fingimus, & ex libito fingẽtibus ignoſcimus, ſi modò nos legem ſeruemus, & illi legem ſeruent. Sed non ita, ut* Immitia] *Id eſt, fera & crudelia.* Coẽant] *Id eſt, connectantur.* Placidis] *Id eſt, lenibus & mitibus rebus, non etiam ſic ut* Serpentes] *Id eſt, res humiles & humi reptantes.* Geminentur] *Id eſt, multiplicentur.* Auibus] *Id eſt, rebus ſublimibus. nec ſic.* Vt agni] *Id eſt, res pacificæ & imbelles.* Geminentur tigribus] *Id eſt, rebus ferocibus & rapacibus, quaſi dicat, licitum quidem eſt & pictori pingere, & poëtæ fingere dummodo in ipſa pictura & figura nihil ſit repugnans, aut à natura abhorrens, quia nihil aut pingi, aut fingi debet, quod non ſit uero ſimile. nihilq; à poëta introduci, quod aut notæ hiſtoriæ repugnet, aut antiquæ philoſophiæ, ueterumq; Theologiæ contradicat. Niſi quatenus poëtis permiſſum eſt, qui affectiones loquentiũ, et ſecundum diuerſos locos ſæpe diuerſas ſequuntur philoſophorum ſententias atq; opiniones. Vnde Aen. 1.*

„ *Cana fides & Veſta,*
„ *Remo cum fratre Quirinus iura dabunt.*

At eiuſdem 4.

„ *Nuſquam tuta fides, &c.*

Item ex perſona Iouis Aeneid. 1. de Romanis dicit.

„ *His ergo nec metas rerum, nec tempora pono*
„ *Imperium ſine fine dedi.*

Quis ex ſua perſona dixit Georg. 2.

„ *Non res Romanæ, perituraq; regna.*

Item ex ſententia Epicureorum dicitur.

„ *Nec curare Deum credis mortalia quenquam.*

Ex aliorum autem.

„ *Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores.*

Item Horatius.

„ *Neq; enim Diana pudicum*
„ *Liberat Hippolytum, quem Maro.*

Virbium, id eſt, bis uirum factum dicit, & Pæonijs artibus liberatum à morte. Longum eſſet diuerſitatem fabularum recenſere, tutius autem eſt maiorum atq; peritiorum auctoritate fulciri. Et hæc de ſententia & ordine. Quantum ad uocabula, & filum orationis, meminerimus primo loco poëtam, ut eſt ad inuẽtionem aptiſſimus, conuenienter uti metaphora à pictoribus ſumpta. Nam uterq; uſq; adeò ſibi conſentit, ut & poëta pingere quod de Virgilio dici ſolet, & pictor ſcribere, ut apud Plautum, nõ potuit pictor melius eius faciem deſcribere, non immeritò dicatur, ſicut utriuſque opus legit. Poëta quidem in Bucol.

„ *Pierides uitulam lectori paſcite ueſtro.*

Et apud Perſium. Quis leget hæc? Pictoris autem in 6. Aeneid. ubi de pictura Dædali dicitur.

„ *Quin protinus omnem perlegerent.*

Præterea uterq; opus ſuum coloribus exornat uterq; uarietati ſtudet, & rerum memoriæ conſulit. Nam quod doctis poëta literis, hoc rudibus pictor tabellis efficit. Sicut itaq; pictor artis expers uidebitur ſi iuſtam membrorum inter ſe commenſurationem non obſeruet. Sed Andromaches caput Saphus corpuſculo annectat. Sic poëta ſi heroas, principeſq; uiros ſcripturus rerum utiliſſimarum meminerit, aut in Elegorum, Lyricorum'ue luxuriam deſcenderit. Et ſicut ille errat dum uarias rerum particulas ſub unam formulam congerere conatur, aut à natura abhorrentia effingere, aut inter ſe repugnantia coniungere. Ita hic] *Id eſt, poëta, dum res arduas cum humilibus lætas cum triſtibus, ueras cum apertè falſis commiſcet.* Humano capiti] *De muliebri loquitur, dicturus mulier formoſa supernè. Homo enim communis eſt generis, ſed fœmineum epitheton refugit, non enim una homo uulgò dicitur. Ceruicem Hortenſius (ut dicit Quintil. in 8.) primus protulit, alijs ceruices dicentibus.* Supernè] *Aduerbium de loco, in loco, & ad locum dicitur. Spectatum primum ſupinum eſt, quod ſemper motum expreſſum, aut latentem deſiderat. Quidlibet audendi. Non leges*

quode

quodlibet, quia quidlibet cum ſit ſubſtantiuum per ſe plenum eſt, quodlibet autem adiectiuum non ſine ſubſtantiuo ponitur. Catera manifeſta ſunt dummodò meminerimus illic, ſed non ut placidis. Poëtam aggredi uitiū ineptæ digreſsionis. De quo in ſequentib. latiùs dixi, & alios legere audendi, alios addendi, ſcilicet uerior eſt lectio audendi, uerior'q; ſententia. Nam non omnes quod concipiunt exprimere poſſunt ut patebit ibi. Et fortaſſe cupreſſum ſcis ſimulare. itaque licet quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas tamen addendi. Non ſine delectu autem poſuit poëta ea, quæ in textu habentur animalia. Nam ſerpentes dicuntur à ſerpendo, ſerpens autem penitus humi ingreditur, aues autem quia ſine uiæ limite in ſublime, quò uolunt auolant. intelligit ergo humillimum genus & altiſsimum. Tigri autem nihil ferocius aut concitatius, aut agno nihil imbellius aut placidius. ijs ergo res ſummoperè repugnantes intelligit, ſicut ſerpente & auis characteres maximè diſtantes. Regula quæ ex hoc textu elicitur eſt hæc.

Compoſiturus ſeu conſcripturus quodlibet opus ſic rem omnem excogitabit, excogitatam diſponet, diſpoſitam ornabit, ut nihil monſtri ſimile aut repugnans in eo ſit, ſed omnia ſui ſimilia, atq; inter ſe quadrantia.

Tria ergo primum ſunt neceſſaria. Materiæ totius excogitatio atq; inuentio. Excogitatæ apta œconomia ſeu diſpoſitio, aliter enim in poëmate, aliter in hiſtoria locabūtur res narrandæ. & diſpoſitæ exornatio, in qua elegantiæ & decori habenda eſt ratio.

Inceptis grauibus plerunq; & magna profeſſis] *Poſtquam poëta animaduertit in eos, qui malam œconomiam facientes compoſitionem ex uarijs argumentis rerum non cohærentium, aut inter ſe repugnantium, aut à natura alienarū, aut ex diuerſis characteribus dicendi coaceruant: Nunc reprehendit eos, qui propter oſtentationem ingenij ſui id ad quod maximè natura aſpirante poſſunt, inutiliter digrediuntur, aut qui grauem materiam nimis delicioſis egreſsibus in laſciuiam trahunt, & dicit.*

Vnus & alter pannus] *Id eſt, una & altera pannoſa, id eſt, ex uarijs fruſtis ac particulis rerum Ecbaſis, hoc eſt, digreſsio.*

Pannus dico purpureus] *Id eſt, particula per digreſsionem addita reſplendens & luxurioſa qui, id eſt, ut* Splendeat] *Id eſt, reluceat* Late] *Id eſt, ampliter.* Aſſuitur] *Id eſt, inutiliter & ineptè annectitur* Plerunque] *Id eſt, ut plurimum uel frequenter*

Inceptis] *Id eſt, exordijs.* Grauibus] *Id eſt, res graues præ ſe ferentibus, aut à graui ſumptis, & profeſsis, id eſt, pollicitantibus & profitentibus ſeu præ ſe ferentibus* Magna] *Id eſt, magnarum rerum altiloquentiam.* Cum] *Id eſt, quando* Lucus] *Id eſt, ſylua incædua.* Dianæ] *Id eſt, illius deæ uenatricis & uenationis, &* Cùm] *Id eſt, quando ara ad quam ſacrificabantur infantes uiui Dianæ deſcribitur, & cum* Ambitus] *Id eſt, circuitus* Aquæ] *Id eſt, alicuius fluuij aut amnis.*

Properantis] *Id eſt, amœnius decurrentis, aut cum* Flumen Rhenum] *Cuius amœniſsimus eſt proſpectus, propter ciuitatum, caſtellorum, prætorumq; uarietatem & ornatum. aut* Arcus pluuius] *Id eſt, iris.*

» *Mille trahens uarios aduerſo ſole colores.*

Deſcribitur ad oſtentationem & fortaſsis graphicè atque diſertè.

Sed nunc] *Id eſt, tali tempore,* Non erat locus] *Id eſt, opportunitas,* His] *Id eſt, huiuſmodi rebus deſcribendis.*

Et fortaſſe] *Id eſt, ponamus à caſu, quòd* Tu ſcis ſimulare] *Id eſt, ad uiuum & ad ſimilitudinem rei naturalis effingere, aut depingere.* Cupreſſum] *Id eſt, arborem peramœnam & ad hortorum delitias, propter fragrantiam & frondium decus maximè idoneam.* Quid hoc] *Supple conducit & prodeſt tibi.*

Si is] *Supple qui pingitur à te* Aere dato] *Id eſt, mercede ſoluta.* Enatat] *Id eſt, è fluctibus natando ad littus euenit* Expes] *Id eſt, ſine aliqua ſpe totus miſerabilis & mœſtus, & hoc* Nauibus fractis] *Id eſt, diſruptis & ſubmerſis? quaſi dicat, nihil, innuens conſimile in re poëtica eſſe, ut dicam.*

Amphora cœpit inſtitui] *Id eſt, uas magnum cœpit fieri.*

Rota currente] *Id eſt, cum primum figulus rotam in gyrum traheret.* Cur urceus] *Id eſt, uaſculum exiguum* Exit] *Id eſt, in exitu & fine conſpicitur? hoc eſt, Cur tu tam grandia & magnifica in propoſitione tua polliceris, & tam exilem atque tenuem compoſitionem perficis?* Denique] *Id eſt, ut tandem apertè & uno uerbo dicam.* Quoduis] *Supple poëma ſiue ſyntagma ſit* Simplex] *Id eſt, non pannoſum ex uaria digreſsione.*

Et unum] *Id eſt, uniforme non altiſonum in principio & humile aut depreſſum in fine. Per quæ concludit inutilem digreſsionem & ineptam rerum, ſtylorumue confuſionem ſummoperè uitandam. Apta autem digreſsio tribus modis fit ut ex quarto Quintiliani colligitur, aut probādi alicuius gratia, ut deſcriptio portus in 1. Aeneidos ubi dicitur.*

» *Eſt in ſeceſſu longo locus, &c.*

Ad probandum uериſimile eſſe naues Aeneæ illic occultatas eſſe cum Tyrij cæteras comburere parent. Item deſcriptio nauis, in quam deſcendiſſe uiſus eſt Turno Aeneas in nono ut uериſimile ſit Turnum è conſpectu Aeneæ ſic ablatum eſſe. Aut tranſitionis gratia, ut uidelicet congruus fiat tranſitus de materia in materiam. ut Ouidius in Metamorphoſi fluuios deſcribit, ut per eos in uarias materias ingrediatur. Aut denique apparatus gratia, qui tunc contemnendus non eſt, ſi uel ad œconomiam, uel ad principalis argumenti declarationem facit, ut deſcriptio conuiuij Didonis in primo Aeneidos. Fit itaque apparatus huiuſmodi uel rei ſimilis adductione, uel pathica acclamatione, uel dicendorum apertione. Quod ergo neceſſarium eſt, aut non affectanter iucundum prætermitti non debet. Itaque non damnat poëta, ſi quis aut lucum Dianæ, & illic auium concentus, herbarum ſpiramenta, florum ornatus, arborum umbras & ſpecimen, riuorum tepidum murmur, fontium ſcaturiginem, animalium depaſcentium mœrorem, atque id genus, alias amœnitates deſcriberet, niſi tunc faceret cùm non eſſet his locus & ita de reliquis. Vtitur autem poëta quibuſdam uocabulis ſignanter. Non enim ſine ratione dicit.

Purpureus pannus qui præter cæteros lucet] *Et non dicit quòd intexitur, ſed quod aſſuitur, ut oſtenderet non de contextu & principali argumento rei, ſed extraneum eſſe. Nec ſine ratione dicit lucus, id eſt, ſylua incædua, quæ propter religionem loci non cæditur, & ita plurimum ornatus habet. nam ſtabula data ferarum & uolucrum concentorium, dici poteſt. Affectanter quoque ara Dianæ deſcribenda dicitur, ad quam pro magica arte infantes uiui ex maternis uiſceribus rapti mactabantur. Ad quam etiam Agamemnon Iphigeniam filiam ſuam legitur trucidaſſe, aut quod Seruius aſſerit cum occiſa pro ea ceruа ad Thoantem regem Tauricæ regionis confugiſſet, ſacerdóſque Dianæ Dictynnæ facta eſſet, & Deam ſecundùm morem ſanguine humano placaret, agnouit Oreſtem fratrem, qui leuandi furoris cauſa cum amico Pylade Colchos petierat. Vndè latus patet ad digreſsionem campus. Quis enim tam ſterili ingenio, ut non moueat Pathos ex materno ululatu, ex infantulorum innocuo cruore illic fuſo, ex ſacrificij enormitate, ex Iphygeniæ caſu, ex Oreſtis inopinato acceſſu, ex Pyladis amica aſsiſtentia, & ex ſexcentis alijs? Hæ igitur res plurimam digreſsionem pariunt, ſicut fluuiorum ambitus, & maximè Rheni deſcriptio, qui cùm inter Germaniam & Galliam ad Oceanum Britannicum defluat, plurimos nouatus oſtendit. Quòd autem dicit Rhenum neutro genere eſt, quia coniungit hoc nomen flumen. Fluuiorum ſiquidem nomina tunc maſculina ſunt, quando ſubauditur aut apponitur fluuius non flumen. In deſcriptione quoque arcus pluuij plurima poteſt eſſe digreſsio. Egregiè autem dicit* Scis ſimulare] *Id eſt, ad ſimilitudinem rei naturalis effingere, quæ prima uirtus & pictoris, & poëtæ, & oratoris. unde Quintilianus in octauo, in titulo de Ornatu. Magna uirtus eſt res de quibus loquimur clarè atque ut cerni uideantur enunciare, atque huius ſummæ (iudicio quidem meo) uirtutis facillima eſt uia, naturam intueamur ac ſequamur. Omnis enim eloquentia circa opera uitæ eſt. Eſt autem Græcum deuerbium, ſumptum à pictore qui cum egregiè ſu*

giè ſimularet cupreſſum eam omnibus operibus ſuis immiſcuit quod ineptiſſimè fieret, ſi arbor ad delitias inuenta in re triſtiſſima, utpote in naufragio deſcriberetur. Sicut enim uidere eſt apud Perſium & Iuuenalem. Solebant qui naufragium fecerant ſe in trabe depictos portare, & picta ſe tempeſtate tueri, ne ſemper cogerentur ſuos caſus exponere, & ut commiſerationem ſui excitent. Conſimiliter quoq; qui molliculos habent numeros, aut fœlices Metaphoras, aut congrua Epitheta, aut ſonoras uoculas, aut graueis ſententias, aut faceta dicteria, aut urbana ſcommata, aut lepidos ſales, aut alias quaſuis Veneres, aut charitas ſeu gratias eas ubiq; plus quam ſatis eſt oſtentant, nullum'q; carmen conficiunt, in quo ſua Venere non utantur: ſed ut Quintiliani uerbum eſt: affectatus nimius'q; fucus ſummopere uitandus eſt: præcipuè uerò quotiens importunus atque impertinens fuerit. Expes dicitur ſine ſpe, deſtitutus & deſolatus, & habet Nominatiuum & Vocatiuum in ſingulari Nominatiuum, Accuſatiuum, & Vocatiuum in plurali. Quod autem dicit nauibus fractis pluraliter facit ad augendam miſeriam. Sicut Venus in 1. Aeneid.

„ Nauibus infandum amiſsis

Cùm una eſſet tantum amiſſa. Amphora] Eſt uas amplum, quod circumfertur, quaſi ex Latino & Græco. Nam am dicitur circum, & phora ſatio, ut phoreſtro fero. Vrceus] Vaſculum ad recipiendum oleum. Innuit ergo ut quoduis poëma ſit ſimplex, quo ad ſtylum, & unum quo ad materiam. De ſtylo autem & materia locuti ſumus in præambulis, ubi docuimus triplicem eſſe ſtylum, qui triplici materiæ congruit. Nam res humiles humili, mediocres mediocri, & ſublimes ſublimi competunt. Regula conſequitur ex ſuperiori.

Non igitur rem grauē auſpicati, aut grauiter dicere polliciti, res leuiuſculas aut quantumuis ſplendidas, delitiolas quanquam ad eas nati uidemur impertinēter ingeremus, neceſſe enim eſt, ſit quoduis ſimplex duntaxat & unum. Quocirca cauenda eſt oſtentatio ingenij in re minus apta, ut aptiſsimo docemur hîc exemplo.

Maxima pars uatum] Quia poëta docuit malam œconomiam ineptam exaggerationem materiæ, diſcordem rerum communicationem, & impertinentem digreſsionem uitare. Nouit quæ neminem ſcribere, qui eadem uitia uitare nolit. Oſtendit quare non omnes euitent. Nempe quòd (ut alibi dicit) dum uitant ſtulti in contraria currunt. Monet ergo ut hæc prædicta, & cætera uitia cautè fugiamus, ſic ut in medio conſiſtentes in neutram partem transgrediamur. Et dicit O' pater] Hoc eſt, ô tu Luci Piſo & uos Iuuenes Piſones Digni patre] Sup. tali, utpote ſtudioſo & bono. Nos plurima pars uatum] Id eſt, nos plurimi uates decipimur. Specie] Id eſt, ſimilitudine Recti] Id eſt, rei rectæ ac debitæ, quia dum laboro eſſe breuis, id eſt, dum aliquis laborat eſſe breuis Fio] Id eſt, talis efficitur obſcurus (ſuam perſonā more declamantium in uitia inſerit de ſe minimè loquens.) Nerui] Id eſt, ſolida compoſitio, & uirium Plena animiq;] Id eſt, animoſa ſententia. Deficiunt] Id eſt, derelinquūt, aut potius fugiunt, & ſui defectum. Habere cogunt ſectantem] Id eſt, eum qui nimis Sectatur læuia] Id eſt, concinna & Bene currentis] Id eſt, ſæpè eneruatos uerſiculos ſcribet, qui dat operam, ut ſcribat delicatos. Profeſſus] Id eſt, qui profitetur & in principio operis pollicetur Grandia] Id eſt, ſublimia carmina. Turget] Id eſt, inflatur & ſpumoſum carmen efficit. Tutus nimium] Id eſt, qui nimium amat, & cupit eſſe tutus, & Timidus nimium procellæ] Id eſt, qui nimium timet altitudinem maris, quæ ferè procelloſa eſt. Serpit] Id eſt, repit Humi] Id eſt, in terra, hoc eſt, qui nimium ueretur ſublimiora, quàm poſſit aggredi, qui imperitus eſt, nec poteſt conſiſtere in medio, labitur in nimis humilia. Et hæc contra eos, qui malam œconomiam imprudenter uitant. Is autem qui cupit] Id eſt, uult uariare, id eſt, mutare prodigialiter, id eſt, monſtroſè per modum prodigij. Rem unā] Id eſt, quæ deberet eſſe uniformis Appingit] Id eſt, ſimilis eſt appingenti. Syluis] Id eſt, locis ſaltuoſis Delphinum] Id eſt, piſcem illum marinum. Et fluctibus] Supple marinis, Aprum] Id eſt, porcum ſylueſtrem. Et cauſa eſt, Quia fuga] Id eſt, uitatio Culpæ] Id eſt, uitij, ducit in Vitium] Supple oppoſitum, ſi ipſa fuga Caret arte] Id eſt, peritia. Probat deinde exemplo cuiuſdam fabri ærarij, qui ſingulas partes hominis graphicè excudebat, & tamen totum ſeruata ſymmetria effingere neſciebat. Ad cuius ſimilitudinē multi ſingulas partes poëmatis doctè & diſertè faciunt totū. Tamen quia Oeconomiā ignorant conficere decorè neſciunt. Sunt aūt qui hūc fabrum putent eſſe dictum Imū nomine: Acro tamen & Porphyrio (quāuis Acro utrūq; dicat) potiùs à loco dictū ſic arbitrantur. Dicit enim Acro Aemylius ludus eſt, in quo Aemilius gladiatores ſuos habuit, circa hūc ludum Imus erat quidā ſtatuarius. Alij dicunt Imū, id eſt, breuem. Alij in extrema parte poſitum. Porphyrio ſic Aemylij Lepidi ludus gladiatorius fuit, quod nunc Polycleti balneum eſt. Hic demonſtrat ærarium fuiſſe fabrum Imum, hoc eſt, in angulo ludi tabernam habentem. Ordo igitur eſt. Faber ærarius, id eſt, qui ſtatuas æreas effingebat, Imus, id eſt, in imo loco habitans circa ludum gladiatorium ſup. Aemylium] Id eſt, Lepidi Aemylij.

Exprimet] Supple quando mercedem dabis, id eſt, ad uiuum effinget ungues, & Imitabitur ære] Id eſt, ex materia ærea. Capillos molles] Id eſt, molliter fluentes. Sicut ait Virgilius in ſexto.

„ Excudent alij ſpirantia mollius æra,

„ Credo equidem uiuos ducent de marmore uultus.

Exprimet, inquam exiſtens Infœlix] Id eſt, infauſtus Summa] Id eſt, conſummatione & perfectione operis, quia Neſciet ponere] Id eſt, finire debita poſitione & ſitu membrorum Totum] Id eſt, totam, id eſt, effigiem. Si ego (inquit poëta) curem] Id eſt, laborem componere Quid] Id eſt, aliquid, non uelim me eſſe magis Hunc] Id eſt, huiuſmodi uel talem quam me Spectandum] Id eſt, ſpectabilem & pulchrum Nigris oculis] Id eſt, propter nigros oculos, & Nigro capillo] Id eſt, propter nigrum capillum. Viuere Naſo prauo] Id eſt, marſido & turpi, quaſi dicat, nolim ſingulas partes ſcire ponere, niſi & totum componere ſcirem, Læuia prima longa ſunt, plana, poſita & non aſpera. Procellæ ſunt inflaturæ maris ex aqua, & uento à procellendo dictæ. Prodigialiter non prodigaliter legendum eſt, quia prodigus ſecundam corripit: Delphinū hic eſt ſecundæ Declinationis, A genitiuo enim Delphinos fit Nominatiuus Delphinus, ſicut ab Elephantos, Elephantus. Hunc] Id eſt, talem ſicut in 9. Aeneid.

„ Hunc ego te Euriale aſpicio.

Exprimet inquit Acro, aut Acron (utrumq; enim ſcribitur, ſed Acro Latinè magis, Acron Græcè, ſicut Plato & Platon, Cicero & Ciceron, & cætera) & imitabitur, & neſciet futura ſunt pro præſentibus. Si tamen intelligas quando ei mercedem dabis, aut quando uolet nihil præter conſuetudinem erit. Molle opus laudatur, ſed artifex uituperatur: reliqua nota ſunt. De apta tamen breuitate non nihil dicemus, de qua Cicer. in Rhetorice ueteri de enarratione loquens ita inquit. Nunc de enarratione ea, quæ cauſæ continet expoſitionem dicendum uidetur. Oportet igitur eam tres habere partes. ut breuis, ut apta, ut probabilis ſit. Breuis erit, ſi unde neceſſe eſt inde ſumatur initium, & non ab ultimo repetatur: & ſi cuius rei ſatis erit ſummam dixiſſe, eius partes non dicentur. Nam ſæpe ſatis eſt quid factum ſit dicere. non ut enarres, quemadmodum factum ſit. Etſi non longiùs quàm ſcitu opus eſt in enarrando procedetur, & ſi nullam in rem aliam tranſibitur. Etſi ita dicetur, ut nonnunquam ex eo quod dictum ſit, id quod dictum non eſt intelligatur. Et ſi non modò id, quod obeſt, uerùm etiam id, quod, nec obeſt, nec iuuat præteribitur. Et ſi ſemel unumquodq; dicetur. Et ſi non ab eo in quo proximè deſitum erit, incipietur deinceps. At multos imitatio breuitatis decipit, & cùm ſe breues putant eſſe, longiſsimi ſunt. Cùm dant operam, ut res multas breuiter dicant, non ut omninò paucas res dicant, & non plures quam neceſſe ſit. Nam plæriſq; breuiter dicere uidentur, qui ita dicunt. Acceſſi ad ædes, puerum uocaui, Reſpondit, quæſiui dominum, domi negauit eſſe. Hic tametſi tot res breuius non potuit dicere, tamen quia ſatis fuerat dixiſſe, dominū negat eſſe domi, ſit rerum multitudine longus.

gus. Quare hoc quoq; in genere uitanda eſt breuitatis imitatio, & non minus rerum non neceſſariarum, quam uerborum multitudine ſuperſedendum eſt. Et hinc de Partitione paulò pòſt. Breuitas eſt cùm niſi neceſſarium nullum aſſumitur uerbum. Hæc ille. Oportet ergo, qui breuitate uti uolet eſſe diſertum, ut tunc utatur quando opus eſt. Nam ſæpe oratoriè rem unâm in partes diuiſeris, ſicut Virgil. in primo triennium uitæ Aeneæ in tres æſtates, & tria hyberna tempora, ut ſi Iupiter triennium dixiſſet, modicum quid promiſiſſe uideretur. Norit ergo Orator & conſimiliter poëta nunc conſtringere, nunc dilatare materiam ſuam. Neq; uerò loquimur de ea breuitate, in qua eclipſis eſt, hoc eſt, uocabula deſunt. Nam ea nunquam laudabilis eſt, niſi quod deſit de ſe conſtet, hoc eſt, niſi breuitas fiat ſine obſcuritate. Sciendum præterea illic, Qui uariare cupit rem prodigialiter unam, oratori ſemper uitandam, & poëtæ rarò conceſſam carpi, & reprehendi licentiam, qua non digredimur ſolum, ſed & materiam, mutamus, quæ mutatio ijs, qui res uarias docent, ut ſunt Didaſcali, id eſt, doctrinales, uitioſa non eſt, ſicut ijs, qui rem unam incipientes narrare priuſquam eius narrationem abſoluant rem penitus diuerſam, & nihil ad inſtitutum pertinẽtem interſerunt, & poſtea ad inſtitutum redeunt, qui nimirum ut poëta dicit uariant rem prodigialiter. Etenim monſtro ſimile eſt, ita res commiſcere. Regula igitur eſt.

> Tranſitionem in aliam materiam ita faciemus, ut cõpoſitio nõ ſit monſtri ac prodigij ſimilis. Præterea nõ ſic unũ uitabimus peccatum, ut in aliud incidamus, ſed rem uiribus noſtris ęquam aggreſsi ſic pertractabimus, ut finis principio, ac medio reſpondeat. Qui tamen penitus diuerſa docent ſatisfecerint ſi corpus ſit unum, licet membra diuerſa, dummodò non repugnantia)

Sumite materiam] *In hac parte, quam ſecundam poſuimus, poëta ſermonis decorum explicaturus monet quemlibet materiam æquam uiribus ſuis ſumere. Nemo etenim natus eſt ad humile, aut mediocre dicendi genus ad ſublime fœliciter aſpirauit, quod innuit Maro dicens in Bucol.*

» *Cum canerem reges & prælia Cynthius aurem*
» *Vellit, & admonuit, paſtorum Tityre pingues*
» *Paſcere oportet oues, deductum dicere carmen.*

Quod eſt Apollo monuit me natum ad humile dicendi genus, ut poëte Buccolicum non canere reges & prælia, id eſt, non aggredi heroicum carmen, quod altiſonum eſt & ſublime. Nec mirum quia, ut inquit, Propertius

» *Naturæ ſequitur ſemina quiſq; ſuæ.*

Et ſi in mæchanicis ad quod ſe quiſq; opus natum ſenſerit, in eo opere maximè proficit, non abhorrens à uero, eſt in literarijs quoq; lucubrationibus ſectandam eſſe ſummopere naturam, qua duce nemo facilè errauerit. ut ergo quis & facundè & diſertè, & ex ordine quod uult dicat. Summopere neceſſe eſt ut materiam æquam uirib. ſuis deligat. Nam non omnibus una uena eſt. Vnde etiam poëta noſter ſibi negatam fatetur carminis heroici maieſtatem dicens libro Serm. 2. Saty. 1. ad Trebatium dicentem.

» *——Aude*
» *Cæſaris inuicti res dicere, multa laborum*
» *Præmia laturus (dicens inquam ſic) cupidum pater optime uires*
» *Deficiunt, neq; enim cuiuis, horrentia pilis*
» *Agmina, nec fracta pereuntes cuſpide Gallos,*
» *Aut labentis equo deſcribat uulnera Parthi, &c.*

Eſt autem ut prælibauimus materia triplex. Primò quia aut omninò uera eſt, & reuera geſta ut in hiſtorijs, aut non uera eſt, ſed ueræ ſimilis, & quæ geri potuit, ut argumenta comica, aut neq; uera, neq; ueræ ſimilis, ut multæ fabulæ poëticæ, qualis eſt apud Virgiliũ aſſerens naues Aeneæ mutatas in Nymphas, & multæ transformationes apud Ouidium, quibus tamen aut ad naturam, aut ad hiſtoriam, aut ad myſticam rem reſpiciendum eſt. Hæc autem tria uidelicet fabula, hiſtoria, & argumentum diffiniuntur à Cicerone libro 1. ad Herennium, Sic, Fabula eſt quæ neq; ueras, neq; uerisſimiles continet res, ut eæ, quæ in Tragœdijs traditæ ſunt. Hiſtoria eſt res geſta, ſed ab ætatis noſtræ memoria remota. Argumentum eſt ficta res, quæ tamen fieri potuit, uelut argumenta Comœdiarum. Sunt præterea quædam materiæ ſublimes, & de diuinis, et heroicis ac regalibus rebus tractantes, quæ ſublimi characteri atq; heroico carmini competunt. Sunt mediocres ut doctrinales, quæ mores, leges, inſtituta, aut artes docent, ſiue hæ liberales ſint, ut Aſtrologia Arati, & Phyſica Lucretij, ſiue Mæchanicæ, ut agricultura Heſiodi & Maronis, quibus mediocris character, ac carminis qualitas competit. Sunt ad hoc humiles ut paſtorales, hiſtrionicæ, humilesq; Apologi ac triuiales doctrinæ, quibus infimus character, humillimaq; qualitas competit. Stylus præterea ſeu character, ſeu figura, ſeu genus dicendi, eſt tam in oratione, quam in carmine triplex. Nam eſt genus dicendi uberrimum ſeu ſublime, aut altiſonum. Eſt gracile ſeu tenue, atq; humile, eſt mediôcre. Vberi dignitas atq; amplitudo eſt. Gracili uenuſtas & ſubtilitas. Mediocre in confinio eſt, utriuſque modi particeps. Decorum ad hoc, ut in ſequentibus latiùs patebit potiſſimum triplex eſt: Rerum, uerborum, & perſonarum. Qualitas quoq; carminis, ut ſtylus (nam ferè pro eodem accipiuntur) eſt triplex potiſſimum. Sublimis, mediocris, & humilis. Genus poematum præterea ut oſtenſum eſt, triplex eſt. Narratiuũ, Actiuum, & mixtum. Quod agitur, triplici agentium calceamento diſtingui ſolet, ut dicetur ibi Archilochum, &c.] *Eſt præterea triplex intentio poëtis, ut explicabitur ibi,* Aut prodeſſe uolũt, &c.] *Dicit ergo poëta. Vos qui ſcribitis, id eſt, ſcribere intenditis* Sumite] *Ideſt, ultro capite & deligite.* Materiam æquam] *Id eſt, æqualem uiribus ueſtris (quia ſumere minorem puſillanimi eſt, maiorem temerarij.)* Et uerſate] *Id eſt, cõſiderate.* Diu] *Id eſt, plu ſculo tempore, quid* Humeri ueſtri] *Id eſt, uires ueſtræ* Recuſent] *Id eſt, refugiant* Ferre] *Id eſt, portare. Et quid humeri ueſtri ualeant ferre, quia hunc* Cottes] *Id eſt, materia deſcribenda erit lecta, id eſt, electa, potenter, id eſt, ſecundùm potentiam eius, nec facundia, id eſt, elocutio naturalis. nec Ordo lucidus, id eſt, qui rem facit lucidam.* Deſeret] *Id eſt, derelinquet* Hunc incuá] *Id eſt, talem.* Virtus autem & uenus] *Id eſt, uenuſtas & pulchritudo* Ordinis erit hæc] *Id eſt, huiuſmodi (aut inquit poëta)* Ego fallor] *Id eſt, decipior in hoc iudicio meo* Vt] *Sup. poëta dicat* Iam nunc] *Id eſt, uno tempore debentia dici ſeruato ordine rerum geſtarum* Iam nunc] *Id eſt, eodem tempore.* Et differat] *Prætermittat.* Pleraq;] *Id eſt, ualde multa, & omittat in* Præſens tempus] *Id eſt, uſquequo noua ſeſe obtulerit dicendi occaſio.* Auctor] *Id eſt, affector.* Carminis promiſſi] *Id eſt, quale promiſerit procemio* Amet hoc] *Sup. in præſenti & ſuo ordine, uel omnino dicere.* Et ſpernat] *Id eſt, cõtemnat uel in præſenti, uel quouis loco dicere* Hoc] *Id eſt, aliud: hoc eſt nec ubiq;, nec omnia dicat. Nam ſæpe ex ijs, quæ dicta ſunt, multa non dicta aperiuntur, nec ea, quæ dicere uult ordine, quo geſta ſunt dicat. Eſt enim duplex Ordo. Naturalis & artificialis. Naturalis more naturæ ut res geruntur progrediens, oratori maximè conuenit. Artificialis uerò occaſionẽ rei & breuiter, & iucundè narrandæ captans ſæpe ab ultimis, ſæpe à medijs exordiẽs, poëtis maximè quadrat: unde Homer. à decimo, hoc eſt, ab ultimo anno Troiani belli Iliada ſuã inchoat. Et Virgil. Itidem ab ultimo, id eſt, à ſeptimo anno errorum Aeneæ Aeneida ſuam. Sic & Comœdiæ Terentianæ atq; Plautinæ ferè ab ultimis ſumunt exordia. Si quis differentiæ cauſam quærat, in promptu eſt. Orator enim ſemel dicit, quo tempore niſi intelligatur nequicquam dicit, id eſt, fruſtrà Poëta uerò decies, imò ſexcenties relegi poteſt, & ideo de aperta narratione ſic præcipit Cicero. Aperta autem narratio poterit eſſe, ſi ut quicquã primum geſtum erit, ita primum exponetur, & rerum, & temporum Ordo ſeruabitur, ut ita narrentur, ut geſtæ res erunt, aut ut potuiſſe geri uidebuntur. Hic erit conſiderandum nequid perturbatè, nequid contortè dicatur, ne quam in aliam rem tranſeatur, ne ab ultimo repetatur, ne ad extremũ procedatur. nec quid quod ad eam pertineat prætereatur. Et omninò quæ præcepta ſunt de breuitate hoc quoque in genere ſunt conſideranda. Hæc ille. In quibus duo contra præcepta Horatiana præcipiuntur? Alterum ne Ordo rerum mutetur. Alterum ne*

quid

quid prætereatur. Sed (ut diximus) poëtæ ordinem non ſeruant, & multa alio tempore dicenda omittunt. Nam Virgil. Seruato ordine rerum, deſcripſiſſet conſtructionem claſsis Aeneæ in tertio Aeneidos quam deſcribit in 9. Pulchrè autem dicit in principio poëta ſumite, non capite. Sumimus enim ultrò quaſi à natura nullo inſtigante, nec præbente moniti. Capimus aut accipimus à porrigente. Carmina autem ſuapte natura fluunt, & (ut inquit Ouid.)

Proueniunt animo deducta ſereno.

Quod autem dicit:

Quid ferre recuſent, quid ualeant humeri.

Metaphora eſt à Baiulis, qui ſæpè iniquo, & humeris ſuis maiore pondere depreſsi ſuſceptum onus reijciunt, non ſine dedecore, & uirium imminutione. Venus] Id eſt, uenuſtas, quomodo deorum dearumq; nomina pro rebus, quibus præſunt ponuntur. Aut ego fallor] Ita loqui ſolent, qui confidenter loquuntur cum quadam fiducia: nam ut quidam legunt, haud ego fallor, habet neſcio quid arrogantiæ, modeſtiæ poëtæ non conuenientis. Ex his autem colligitur regula talis.

Quia inuita (ut aiunt) Minerua, id eſt, repugnante ingenio nihil fœliciter attentemus: conſulendæ ſunt nobis uires iuxta quas tunc materiam delegiſſe cõprobabimur, dum & facundè, & decenti ordine rem pertrectabimus. Ordo autem decens in poëmate ferè uult, uel à medio rei, uel poſt medium narrationem auſpicari: & deinde prætermiſſa decenter adducere. Quod in ſummis poëtis obſeruatum liquet.

In uerbis etiam tenuis cautusq; &c.] Pro uerbi decoro ſeruando monet, ut in nouicijs. Tenuis] Id eſt, parci & cauti, id eſt, circumſpecti & prouidi ſimus: ne aut ridiculi, aut futiles habeamur. In tritis autem & uulgatis non uulgares ſcilicet egregij utentes eis aliquando translatiuè, quæ tunc tantùm gratiam habent, quando quò transferuntur facilè agnoſcitur. De hac re ita dicit Cicero de Oratore. Ergo ille tenuis orator modo ſit elegans, nec in faciendis uerbis erit audax: & in transferendis uerecundus, & parcus, & in priſcis reliquiſq; ornamentis, & uerborum, & ſententiarum remiſsior. Hæc ille, quæ his poëtæ noſtri uerbis conformiſsima ſunt. Sed ut ad auctorem noſtrum peculiariùs reſpiciam conſiderabo, quàm arctè, & ſcrupuloſè uocabulorum nouiciorum fingendi poteſtatem faciat. Si forte (inquit) neceſſe eſt, &c.] Quaſi dicat. Si reprehenſionem euitare uoluerimus: hæc occurrant oportet, ut uidelicet ſit neceſſarium rei nouæ uocabulum effingere, cùm ueterum nondum ſit, aut non extet. Deinde ut id prudenter faciamus (non ſtaret autem uerſus, nec tanta eſſet uis ſententiæ ſi prudenter legatur) præmuniendo uidelicet ut dicemus huiuſmodi particulis ut ita loquar, &c. Dabiturq; licentia ſumpta pudenter] Ne affectaſſe uideamur rebus nouis, aut innominatis uocabulum dare, nec carmen ſtaret ſi parce legatur. Nam Ablatiuus tertiæ in e correptum deſinit: Aduerbium comparabile in e productum. leges ergo parcè. Cùm uocabulum Græco fonte cadat ne barbarum ſit penitus. Denique ſi id licentiæ non laudi dandum putabimus. Neque uerò periculoſius fingemus etiam doctis penitùs incognita, ſed cinctutis non exaudita Cethegis. Mirus autem artifex poëta quod præcipit etiam exemplis docet. Nam cinctutis nouè pro cinctis dixit. Sicut indoperatorem Satyrographus pro imperatore. Cethegorum autem familia, ut ex Saluſtio in Catilina colligere licet nobilis fuit Romæ & ſummum bonum in celeritate conſtituit. Præterea nouè dixit. Inuideor pro eo quod eſt mihi inuidetur. Aptè autem dicit detorta: quaſi non nata ſponte, ſed uiolenter expreſſa. Græco fonte Metaphora eſt a riuis, atque ita docet quomodo etiam ueteribus nouè utetur. Sed quia idem ferè iudicium eſt de ueterrimis & recentiſsimis uocabulis. Vtraque enim ſunt fugienda. Audiamus quid de uetuſtis cenſeant peritiores. Vitanda autem eſſe nimium uetuſta uocabula apud Aulum Gellium Atticarum Noctium lib. primo, cap. decimo, ſic admonemur. Phauorinus Philoſophus adoleſcenti ueterum uerborum cupidiſsimo, & pleraſque uoces nimium priſcas & ignotiſsimas in quotidianis, communibuſq; ſermonibus exponenti. Curius inquit & Fabricius, & Coruncanius antiquiſsimi noſtri, & his antiquiores Horatij illi trigemini planè & dilucidè cum ſuis fabulati ſunt. Neque Auruncorum aut Sicanorum, aut Pelaſgorum, qui primi coluiſſe Italiam dicuntur, ſed ætatis ſuæ uerbis locuti ſunt. Tu autem perinde, quaſi cum matre Euandri nunc loquere, ſermone multis annis iam deſito uteris, quòd ſcire atque intelligere neminem uis, quæ dicas. Nõnne homo ineptè, ut quod uis abundè conſequaris taceres? Sed antiquitatem tibi placere ait: quòd honeſta & bona, & ſobria, & modeſta ſit. Viue ergo moribus præteritis, loquere uerbis præſentibus. Atq; id quod à C. Cæſare excellentis ingenij ac prudentiæ uiro, in primo de Analogia libro ſcriptum eſt. Tanquam ſcopulum ſic fugias inauditum atque inſolens uerbum. Hæc illi. Quintilianus autem lib. 1. Inſtitutionum ſuarum, titulo de uetuſtate ſic. Verba & à uetuſtate repetita non ſolùm magnos aſſertores habent, ſed etiam afferunt orationi maieſtatem aliquam non ſine delectatione. Nam & auctoritatem antiquitatis habent, & quod intermiſſa ſunt, gratiam nouitati ſimilem parant. Sed opus eſt modo, ut neque crebra ſint hæc, nec manifeſta. Quia & iam nihil eſt odioſius affectatione: nec utique ab ultimis etiam obliteratis repetita temporibus, qualia ſunt topper, & antigerio: & exanclare, & proſapia: & Saliorum carmina, uix ſacerdotibus ſuis ſatis intellecta. Sed illa mutari uetat religio, & conſecratis utendum eſt. Oratio uerò cuius ſumma uirtus eſt perſpicuitas, quàm ſit uitioſa, ſi egeat interprete? Ergo, ut nouorum optima erunt uetera: ita ueterum maximè noua. Hæc illi. Quorum alter penitus uitanda docet ueterrima quæq;: Alter cum moderamine, niſi exoleta fuerint, in ſermonem noſtrum aſciſcenda. De qua re compendioſè ſanè atque utiliter, ut in reliquis ſic loquitur Sulpitius. Ex obſcuris & exoletis, quæ omninò uitanda ſunt, famam eruditionis non affectabis: Caue biſq; eam nimiam diligẽtiam & circumlocutionem quæ obſcurant orationem, gratiam, & fidem amittit. Dicendumq; eſt apertè ne ad nos intelligendos ſit opus interprete. Nam non intelligi, uel maximum uitium eſt: Quatenus autem auctoritas maiorum nobis imitanda ſit proſequitur idem Quintilianus eodem capitulo dicens: Similis eſt circa auctoritatem ratio. Nam etiam ſi poteſt uideri nihil peccare qui utitur his uerbis, quæ ſummi auctores tradiderunt: multum tamen refert non ſolùm quid dixerint, ſed etiam quid perſuaſerint. Neque enim tuburcinabundum & lurcinabundum iam nobis quiſquam ferat: licet Cato ſit auctor. Nec hos lodices, quanquam id Pollioni placeat. Neque gladiolam, atque maſſula dixit. Nec parricidatum, quod in Cœlio uix tolerabile uidetur. Nec collos mihi caluus perſuaſerit, quæ nec ipſi iam dicerent. Hæc ille. Non ergo omnia, quæ auctoritatem habent, niſi & conſuetudinem habeant imitari licebat. Non enim quia in Plauto legimus deliciam papauerem, gutturem, & in Cicer. nex & Odias. Et in alijs quæ uſu Grammaticorum interdicuntur, ſic quoque loquemur. Vt uerò quid de conſuetudine quam ſeruatam oportet ſentiendum ſit, non ambigatis: ſubieci eiuſdem Quintiliani libro primo titulo, de Conſuetudine ueteris ſermonis uerba: quæ huiuſmodi ſunt. Supereſt igitur conſuetudo.

Nam fuerit penè ridiculum malle ſermonem quo locuti ſint homines, quàm quo loquantur. Et ſanè quid eſt aliud uetus ſermo, quàm uetus loquendi conſuetudo? Sed huic ipſi neceſſarium eſt iudicium, conſtituendumq; in primis id ipſ[…] quid ſit, quod conſuetudinem uocemus. quæ ſi ex eo, quòd plures faciunt nomen accipiat, periculoſiſsimum dabit præceptum non orationi modò, ſed (quod maius eſt) etiam uitæ. Vnde enim tantum boni ut pluribus quæ recta ſunt placeant? Igitur ut uelli, & comam in gradus frangere, & in balneis compotare, quamlibet hæc inuaſerint ciuitatem: non erit conſuetudo, quia nihil horum caret reprehenſione. At lauamur, & tondemur, & conuiuimus ex conſuetudine. Sic in loquendo non ſiquid uitioſè multis inſederit, pro regula ſermonis accipiendum erit. Nam ut tranſeam, quemadmodum uulgò imperiti loquuntur: tota ſæpe theatra, & omnem circi turbam exclamaſſe barbarè ſcimus. Ergo conſuetudinem ſermonis uocabo conſenſum eruditorum: ſicut uiuendi, conſenſum bonorum. Hæc ille, quæ de

ijs ſatis. Idem tamen Quintilianus de uarietate uocabulorum, de antiquis ac tranſlatijs ſic diſſerit lib. 1. Propria ſunt uerba cum id ſignificant in quod primum denominata ſunt: tranſlata cùm alium natura intellectum, alium loco præbent. Vſitatis tutius utimur, noua non ſine quodam periculo fingimus. Nam ſi recepta ſunt modicam laudem afferunt oratori. Repudiata etiam in iocos exeunt. Audendum tamen. Namq; ut Cicero ait. Etiam quæ primo dura uiſa ſunt, uſu molliuntur. Conſuetudo uerò certiſsima loquendi magiſtra, utendumq; planè ſermone, ut nummo cui publica forma eſt. Idem lib. 8. Cùm ſint autem uerba propria, ficta tranſlata proprijs dignitatem dat antiquitas. Namque & ſanctiorem, & magis admirabilem faciunt orationem, quibus non quilibet fuerat uſus. Eoq; ornamento acerrimi iudicij Publius Virgilius eſt uſus. Olli enim, & quianam, & mis, & pone pellucent, aſperguntq; illam, quæ etiam in picturis eſt gratiſsima uetuſtatis imitabilem arti auctoritatem. Sed utendum modo nec ex ultimis tenebris repetenda: & paulò pòſt. Multa ex Græco formata noua ac plurima Sergio, Flauioq; dura, quemadmodum uidentur utique ens & eſſentia, quæ cur tantopere aſpernemur nihil uideo: niſi quod iniq; iudices aduerſus nos ſumus. Ideoq; paupertate ſermonis laboramus. Quædam tamen perdurant: nam & quæ re uera nunc ſunt, fuerunt olim noua, & quædam in uſu perquam recentia. Et iterum paulò pòſt: nam cùm ſint uerborum alia, ut dicit Cicero. Natiua] Id eſt, quæ ſignificata ſunt primo ſenſu alia reperta, quæ ex his facta ſunt: ut iam nobis ponere aliqua, quæ illi rudes homines, primiq; fecerunt fas non ſit. At deriuare, flectere, coniungere, quod natis poſtea conceſſum eſt, quando deſijt licere? Et ſi quid periculoſius finxiſſe uidebimur quibuſdam remedijs præmuniendum eſt, ut ita dicam: ſi licet ita dicere, permittite mihi ſic, aut conſimiliter. Hæc ille. Sunt autem qui tribus de cauſis, nouis aut tranſlatitijs cum uenia uti nos moneant, uel quia res nouitia eſt, & ob id ueteri uocabulo carens, ut bombarda machina bellica nuper inuenta, quod uocabulum fictum eſt à bombo, id eſt, à ſono, & ardeo, quia cum ardore editur. Similiter quando rei deeſt uocabulum, ut groſſus aut nodus in uitibus, ex quibus Pampinus exit, quos gemmas Maro uocat, propter gemmas, quæ in nodis digitorum pellucent. Sic ſitire ſegetes, & fructus laborare dicimus. Aut quia res obſcæna eſt unde Virgil. Folliculum concipiendi ſeminis genitale aruum, & ſulcos appellauit, dicens Georg. 3.

„ *Hoc faciunt nimio ne luxu obtuſior uſus.*
„ *Sit genitali aruo, ſulcoſq; oblimet inertes.*

Vel quia nota & iucunda eſt tranſlatio, ut flumen, & torrens notum eſt uocabulum aquæ fluentis. Transfertur autem ad orationem quod ſimile quiddam habet. Nam utrumque fluit & lumen orationis, & generis claritatem, & concionum procellas dicimus ut Cicer. pro Milone Clodium fontem gloriæ appellat. Debent enim in tranſlationibus tam uerborum, quàm rerum duo ſeruari. Alterum ut claræ ſint, alterum ut non diſsimiles ijs, ad quæ transferuntur. Accurandum quoque eſt ut Metaphoræ, id eſt, tranſlationes perdurent. Turpe enim eſt à tranſlatitijs ad propria, & ad primigenia, uel econuerſò redire: unde ut Cicer. docet. Si quis amicos ſimulatos hyrundines uocet, quòd ſicut hyrundines aduentante hyeme auolant, ita illæ ingruente aduerſitate aufugiunt, non dicet. Speraui cibo meo gallinam educaſſe, ſed hyrundinem offendi, prima enim hyeme aufugit, ſed auolauit. Vt autem inquit Quintilianus Tranſlata probari niſi [illegible]extu orationis non poſſunt. Sed ad explanationem ueniamus, quæ talis eſt.

Tu tenuis] Id eſt, exilis & modicus. Et cantus] Id eſt, circumſpectus. In ſerendis] Id eſt, de nouo fingendis. Verbis] Id eſt, uocabulis. Dixeris egregiè] Id eſt, excellenter & non uulgariter. Si iunctura] Id eſt, compoſitio callida facta, utpote à uiro experto, id eſt, elegans & inſueta elocutio, & cohærens ſermo. Reddiderit] Id eſt, effecerit. Verbum notum] Id eſt, tritum & uulgare. Nouum] Id eſt, quaſi recens ortum ac inuentum. Si neceſſe eſt fortè] Id eſt, à caſu. Abdita rerum] Id eſt, res abditas & nondum nominatas. Monſtrare] Id eſt, ſignificare. Indicijs] Id eſt, uocabulis conceptum mentis indicantibus. Recentibus] Id eſt, recenter factis. Continget] Id eſt, cum difficultate eueniet. Et licentia ſumpta pudenter] Id eſt, cum pudore. Dabit] Id eſt, condonabit. Fingere uerba ſup. non exaudita] Id eſt, non intellecta. Cethegis] Id eſt, eiuſmodi uiris, quales erant Cethegi. Cinctutis] Id eſt, ad bellum accinctis & militaribus. Nam imbelles Virgilius decinctos appellat, dicens:

„ *Fecerat ignipotens diſcinctos mulciber Afros.*
Et Perſ.
„ *Non pudet ad morem diſcincti uiuere natæ?*

Et uerba noua, & ficta nuper] Id eſt, recenter. Habebunt fidem] Id eſt, pondus, & auctoritatem. Si cadant] Id eſt, deriuentur. Detorta] Id eſt, uerſa. Parce] Id eſt, ſobriè. De fonte Græco] Id eſt, origine Græca. Autem, pro ſed. Quid dabit] Id eſt, permittet. Romanus Cæcilio & Plauto ueteribus comicis ademptum] Id eſt, negatum Virgilio & Vario poëtis recentioribus? quaſi dicat, nihil. Et ſi ego poſſum acquirere pauca] Sup. uocabula noua. Cur inuideor] Id eſt, cur mihi inuidetur (Et hoc dicens noua uſus eſt uerbo.) Cùm] Id eſt, quandoquidem. Lingua Catonis & Enni] Id eſt, Ennij poëtæ. Ditauerit] Id eſt, locupletauerit. Sermonem patrium] Id eſt, Latinum. Et protulerit] Id eſt, effinxerit. Noua nomina] Id eſt, noua uocabula rerum. Licuit] Id eſt, licitum fuit. Et licebit ſemper producere] Id eſt, ad noticiam hominum deducere. Nomen] Id eſt, uocabulum. Signatum] Id eſt, effictum. Nota] Id eſt, notamine. Sine moneta præſente] Id eſt, qua præſentes utuntur iuxta uerbum Quintiliani, qui ſermone ut nummo cui publica forma eſt utendum uult. Eſt enim tranſlatio à nummis. Vt] Id eſt, quemadmodum. Syluæ mutantur Folijs] Id eſt, frondibus ſuis. In annos] Id eſt, per annos. Pronos] Id eſt, uolubiles & decliuos, cito labentes & inſtabiles, ut inquam Prima] Sup. folia. Cadunt] Id eſt, decidunt. Ita uetus ætas uerborum] Id eſt, uocabulorum. Interit] Id eſt, deperit. Et uerba modo] Id eſt, paulò antè. Nata] Id eſt, effictia. Florent & uigent ritu] Id eſt, more iuuenum, qui ſunt in flore ætatis. Eſt autem exemplum ſumptum ex 6. Iliados, ubi Diomedes cum Glauco certans eius genus percunctatus eſt. Ad quem Glaucus in hæc uerba ſic traducta, reſpondit.

„ *Quid genus & ſtirpem rector generoſe requiris.*
„ *Tale uiris genus eſt, quales in robore frondes.*

Quæ, ſcilicet intereunt & renaſcuntur. Nec ab re dicit In annos, quaſi dicat in circulos, quia uiciſsitudo rerum circularis eſt. Et dictus eſt annus, quaſi circum natans ab an quod eſt circum, & ideò ab Homero depingitur, Dracone caudam ſuam mordente, iuxta quod Virgil. in Georg.

„ *Redit agricolis labor actus in orbem*
„ *Atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus.*

Probat autem tribus argumentis, atque exemplis perire omnia, perire homines, perire uerba: ſiquidem recipitur in terram fluctus, & quæ antea arabatur modo ſit locus nauibus. Si ergo natura mutatur maris, & terræ quantò magis debemus credere perire homines & uerba eorum: bene ergo dicit debemur morti nos, noſtraq;. Vbi etenim terra in mare ducitur, paludes uertuntur in ſegetes, flumina ſuum mutant curſum, quid non mortale credas? Oſtendit ergo argutiſsimè ex uiſceribus Aſtrologiæ & naturalis Scientiæ uocabula recentiora debere recipi. Nam ſi peruetuſtis uti non licet, operæ precium eſt, ſi loqui uolumus noua fingamus: ueluti, quia decrepiti & nimium ſenes uiuere non poſſunt, neceſſe eſt, ut mundus perpetuetur: Noui naſcantur homines, quòd autem uocabulorum uſus ab homine inuctus interire debebat, natura ſic uolente, ut recentiora floreant, probat per uiolentiam naturæ à maioribus, ut dixi exemplis. Primum eſt de Lucrino lacu, qui eſt iuxta Cumas, per quem Auernus in mare defluit. Vnde Virgil. Georg. 2.

„ *An memorem portus Lucrinoq; addita clauſtra.*
„ *Atq; indignatum magnis ſtridoribus æquor:*
„ *Iulia quam ponto longè ſonat unda refuſo.*

Vbi Seruius in Baiano ſinu Campaniæ contra Puteolanam ciuitatem duo lacus ſunt, Auernus & Lucrinus, qui olim propter copiam piſcium uectigalia magna præſtabant. Sed cùm maris impetus ple-

tumq;

rumq́ erumpens, exinde piſces excluderet, & redemptores grauia damna paterentur, ſupplicauerunt ſenatui, & profectus Caius Iulius Cæſar ductis brachijs, excluſit partem maris, quæ ante infeſta eſſe conſueuerat. Et reliquit bene ſpatium per Auernum, quo & piſcium copia poſſet, & intrare, & fluctus non eſſent moleſti, quod opus Iulij dictum eſt. Et hîc regis opus appellatur. Nam regis opus eſt mare adiungere terræ, uel admittere. Reges enim talia faciunt, ſecundùm Acronem tamen non Iulium, ſed Auguſtum dicit. Et re uerò utriuſque opus eſt, quia tempore Auguſti iterum erupit mare, ſed Auguſtus niſus eſt iterum repellere. Vnde Virgil. nono Aeneidos,

» Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
» Saxea pila cadit magnis quam molibus ante
» Conſtructam iaciunt ponto: ſic illa ruinam,
» Prona trahit penituſq́ uadis eliſa recumbit.
» Miſcent ſe maria & nigræ attolluntur harenæ.

Quibus uerbis oſtendit humanam diligentiam, contra naturæ impetum nil poſſe. Secundùm exemplum eſt de palude Pontina, quam ut ex compendijs in 16. Liuij colligitur Cornelius Cæthegus deſiccauit ita, ut iam arata largam ubertatem frugum afferret. Hæc Horatij tempore inundatione laborauit, quam Iulius Cæſar deſiccare uoluiſſet, niſi præuentus morte. De ijs tamen ſic dicit Acro. Diuus Auguſtus duas res diuinas fecit, Pontinam paludem ſiccauit, ut ad mare meatum haberet, poſt etiam arari poſſet. Et portum Lucrinum muniuit. Tertium exemplum eſt de Tyberi, qui Auguſti tempore repletus fragmentis murorum dirutorum Romam obruit pro magna parte. Vnde Auguſtus ei aliam uiam ſignauit ab eo loco, quod Velabrum à uelis, uel à uectura dicebatur, ubi Vertumnus colitur. De quo Propertius, in ſecunda quarti Romanum ſatis eſt poſſe uidere forum. Hunc quondam Tyberinus iter faciebat, & aiunt remotum auditos per uada pulſa ſonos. At poſtquam ille ſuis tantùm conceſſit alumnis, Vertumnus uerſo dicor ab amne Deus. Seu quia uertentis fructus percepimus anni: Vertumni rurſus credidit eſſe ſacrum. Ordo igitur eſt. Nos debemur] Id eſt, obnoxij ſumus. Morti] Id eſt, interitui. Que, pro & noſtra debentur ſup. Morti ſiue Neptunus] Id eſt, fluxus maris. Receptus] Sup. in alueos ſuos tanquam in locum proprium. Arcet] Id eſt, amouet. Claſſes] Id eſt, naues. Terra Aquilonibus] Id eſt, per tales uentos. Quod] Sup. eſt opus regis, utpote Iulij Cæſaris, & poſtea Auguſti. Siue] Sup. Palus Pontina diu ſterilis) Id eſt, infœcunda. Et apta remis] Id eſt, nauigationibus. Alit] Id eſt, nutrit. Vicinas urbes & ſentit aratrum graue propter fœcunditatem terra quæ quia pinguis eſt aratro adhæret. Seu amnis] Vtpote Tybris doctus ab Auguſto. Iter melius] Id eſt, conuenientius mutauit curſum ſuum. Iniquum] Id eſt, contrarium & nociuum frugibus. Facta mortalia] Id eſt, mortalium. Peribunt] Id eſt, interibunt. Nedum] Id eſt, non modò. Honos] Id eſt, decor. Et uiuax gratia ſermonum] Id eſt, locutionum & uocabulorum. Haud] Id eſt, non. Stet] Id eſt, perduret, hoc eſt, non ſolùm uocabula non permanebunt in uigore, ſed & alia omnia hominum inuenta, peribunt cùm & naturalia immutentur. Multa uocabula renaſcentur quæ cecidere iam: & multa cadent] Id eſt, interibunt, quæ nunc ſunt in honore, ſi uſus uolet. Penes quem] Sup. Vſum] Id eſt, in cuius poteſtate. Eſt arbitrium] Id eſt, liberum iudicium. Et uis] Id eſt, poteſtas. Et norma] Id eſt, regula loquendi. Addamus ſuperioribus pauca. Primùm illic Græco fonte cadant illud Quintiliani lib. 8. Vt primo libro dixi Græcis magis conceſſum eſt fingere, qui ſonis etiam quibuſdam non dubitauerunt nomina aptare, non alia libertate, quàm illi primi homines rebus appellationes dederunt, noſtri aut in iungendo, aut deriuando paulùm aliquid auſi, uix in hoc ſatis recipiuntur. Secundò quoſdam peritos uiros legere, quod autem, non quid autem, ut ſit ordo, dabit Romanus Plauto & Cæcilio quod ademptum eſt Virgilio & Vario. quaſi dicat minimè. Et argumentatur ab auctoritate, quia non minor uidetur eſſe auctoritas poſterioribus, quàm prioribus. Plautus ex Vmbria Sarcinas fuit, de quo Aulus Gellius libro tertio, capite tertio. In piſtrino Plautum ſcripſiſſe Varro, & plerique alij memoriæ tradiderunt: quum pecunia omni, quàm in operis artificium ſcænicorum pepererat, in mercationib. perdita inops Romam rediſſet, & ob hoc quærendum uictum ad circumagendas molas, quæ truſatiles appellantur, operam piſtori locaſſet. Cuius Epitaphium Varro in lib. 1. de Poëtis ponit, dicens:

POSTQVAM EST MORTE CAPTVS PLAVTVS COMOEDIA LVGET: SCÆNA EST DESERTA. RISVS, LVDVS, IOCVSQ'VE ET NVMERI, ET INNVMERI SIMVL OMNES COLLACHRYMARVNT.

Cæcilius autem hic Statius dictus natione Gallus fuit Inſuber. Alij quaſi Gallis eam gloriam inuidentes Mediolanenſem, & Ennij contubernalem dicunt, fuiſſe. Obtinet autem Sidigicio iudice primum inter Comicos locum. Multum tamen à Menandro eum frigere docet Gellius libro 2. cap. 9. Tertio ibidem meliùs legi Vario, quàm Varo. Varus enim belliger & poëta fuit, qui Aeneida Virgilianam corrigendam ſuſcepit: Varius autem de quo author noſter in carminibus ſcribit Vario fortis & hoſtium uictor Mæonij carminis alite. Et primo ſermonum,

» Plocius & Varius Sinueſſæ, Virgiliuſq́,
» Occurrunt animæ: quales neq́ candidiores
» Terra tulit &c.

Et in eadem Sat. 10.

» —Forte epos acer:
» Vt nemo: Varius ducit molle atq́ facetum
» Vergilio annuerunt: gaudentes rure Camœnæ.

Item ueram lectionem eſſe puto: Nedum ſermonum haud ſtet honos: Si enim dematur negatio haud: ſenſus eſſet honorem ſermonis ſtare, quod poëta pernegat. Nunc ad regulam qua talis eſt.

In uocabulis effingendis & parci ac cauti erimus: poterimus autem tritis uocibus nouarum gratiā mereri: ſi eas callidè, id eſt, per quandam translationem, aut conſtructionem non uulgarem coniunxerimus. Quare ſi rebus, præſertim nouis, ac nuper inuētis neceſſum eſt nouum uocabulum imponere, imponemus id parcè: pudenter, id eſt, præmiſſo uerbo ueniæ & iuxta Græcam originem. Neque uerò decenter fingere uetamur: cum natura indicet rerum innouationem: quæ tam in uerbis, quàm in cæteris rebus naturalibus & humanis, id eſt, artificialibus toleranda eſt. Summoperè autem annitendum eſt, ijs potiſsimum utamur: quæ præſens doctorum conſuetudo, atque uſus comprobat.

Res geſtæ regumq́ ducumq́, & triſtia bella] In hac parte aggreditur poëta decorum rerum, prælibans uaria genera, & uarias qualitates carminum cum eorum inuentoribus iuxta diuerſitatem rerum. Et primo loquitur de Heroico carmine, quod & dignitate, & antiquitate primum eſſe conſtat. Dignitate quidem, quia ut Græcè diffinitur. Eſt diuinarum heroicarum, humanarumq́ rerum continentia. Itaque argumenti dignitate cæteris præſidet, quia Tragicæ res ob id humiliores cenſentur, quòd triſtem exitum habent. Excellit præterea ſtyli qualitate ſeu charactere. Nam cùm triplex ſit ſcribendi character, humilis, ſiue tenuis, quo in Buccolico Virgil. uſus eſt. Et mediocris quo in Georg. Et ſublimis ſiue altiloquus quo in Aeneid. Sublime maximè heroico carmini quadrat, quod Græcè ἔπος dicitur, ab eo quod eſt ἕπομαι, id eſt, ſequor, quia in eo dicenda ea, quæ iam dicta ſunt perpetuo tenore ſequuntur. Nam rarò partem orationis & rariſsimè ſententiam totam cum carmine terminamus. Neque uerò quodlibet hexametrum heroicum dicitur, quia & Satyrica, & doctrinalia hexametra ſunt: ſed

non continuò Heroica. quia non continent heroum geſta, neq; diuorum, hominumq́; uncta. Antiquitate quoque præſtat: quia ut inquit Plin. heroicum carmen oraculo debemus: unde poëta noſter poſtea. Dictæ per carmina ſortes & uitæ monſtrata uia eſt, & gratia regum Pierijs tentata modis, luduſq; repertus. & longorum operum finis, ne forte pudori ſit tibi Muſa lyræ ſolers, & cantor Apollo: Vnde & Pythium hoc carmen dicitur, quia cum Apollo in matris ultionem Pythonem ſerpentem interemiſſet, accolæ eius Dei laudes hoc carmine celebrabant. Vel quia Pythiæ Phœbi ſacerdotes hoc uerſu ipſius oracula, ſeu reſponſa pronunciabant, quæ ideò Pythiæ dictæ ſunt, quòd Pythonis corio tripos Delphicus tegebatur, unde & cortinam dictam uolunt. Quod autem hoc carmine heroum geſta canenda ſint maximè indicauit Homerus, qui inquit Plin. fons ingeniorum eſt. Et ut Donatus etiam Comicis, & Tragicis legem præſcripſit. Is autem Iliada de regum geſtis & fortiſſimorum ducum egregijs facinoribus deſcripſit, cuius decorum ita collegit Sulpitius: Hexametri heroici decorum in apta pedum commixtione, & uarietate ſeruabitur: Si pes non terminet partem orationis, niſi fortè in 1. 4. 5. loco. Et ſi dactilici pedes alterius, uel interiectus ſpondaicis temperentur, & contrà. Illepidus eſt enim uerſus proſa, interciſaq; nimis oratione ſuccuſſans, & maximè ſi ſecundus pes partem orationis terminet, uehementer offendit, quod fiet minus indecorè in tertio ſi in monoſyllabum deſinat, & dictiones exiguæ ſint. Languidè proſterni uidetur, qui ſpondæum habet in quinto. Inſurgunt & fluunt canore. 5. continui dactili. Inceduntq; cum decore ſpondæi quatuor ſi ipſa res exigat. Sententia in uerſus ſequentis partem diſcurrens, multorumq; carminum inter ſe multiplicatio, quam alij cæſuram, alij coma appellant, plurimum iucunditatis habet in loco ut ubi aut ſuauitate, aut continuatione, aut uehementia opus eſt. Abſoluto uerò ſenſu conſtantia plus interdum grauitatis cenſentur habere. In triſyllabam uocem ſi deſinant fortius uidentur inſurgere. In monoſyllabam, niſi enclitica ſit frangi uidentur. Mitiè in pentaſyllabam & tetraſyllabam deſinunt, gratius in biſyllabam. Vocalium crebras concurſiones, eiuſdemque literæ, & ſyllabæ aſiduitatem, diſſonantiamq́; & ſibilationem in igitur etiam, quam in ſoluta oratione ſtudioſè uitabimus: omnemq́; cultum cum Latinatis integritate ſeruabimus. Verbis utemur electis nunc ſuauibus, nunc canoris ut res poſtulabit. Quare tenenda eſt uis elementorum. uocales enim non ſunt uocis eiuſdem: I anguſtior eſt e plenior, reliquæ pleniores. Semiuocales ſonoræ ſunt maximeq; l. m. r. x. aſpera eſt ſ frequentata, ſibilat ſ præſertim antecedente. Sed omnem aſperitatem ipſa pronunciatione tam in ſinguis, quam in connexis conſonantibus facilè cognoſcemus. Hæc & plura ille. Maxima autem laus eſt in hoc uerſu, ſi primo, quarto, ac ſexto loco ſpondæus ſit, ut apud Virgil.

„ Deceſſiſſe uidet ſua iam promiſſa repoſci.

Item,

„ Immotamq; coli dedit & contemnere uentos.

Item,

„ Cui non dictus Hylas puer & Latonia Delos.

Ex quinq; Dactylis fluit, ut

„ Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Spondæus quinto languidum quidem uerſum facit, ſed loco conuenit, ubi aut languor eſt dicentis, aut ſententiæ grauitas. Languor dicentis eſt in illo 2. Aeneid.

„ Conſtitit, atq; oculis Phrygia agmina circumſpexit.

Et in illis artificioſis uerſibus, quos in uita Auguſti Sueton. citat:

„ Impia dum Phœbi Cæſar mendacia ludit.

„ Dum noua diuorum cœnat adulteria.

„ Omnia ſe à terris tunc numina declinarunt,

„ Fugit & auratos Iupiter ipſe thoros, &c.

Quaſi numina (nam de Sinone manifeſtarium) mœſto animo diſceſſerint, atq; ita tardato greſſu. Grauitas autem rerum aut ſententiarum eſt in illo Virgiliſmo:

„ Chara Deûm ſoboles magnum Iouis incrementum.

Semper autem ut Seruius præcepit ubi ſpondæus eſt in quinto loco, ponitur dactilus in quarto. Plura patebût in Elegiaci carminis decoro Dactilus in ſexto non ponitur, niſi abundâs ſyllaba uocali ſequens abſumatur. Ordo textus eſt. Homerus poëta ille inſignis monſtrauit] Id eſt, indicauit nobis exemplo ſuo. Quo numero] Id eſt, in quo genere carminis res geſtæ regû, & ducum, & bella triſtia (quod eſt bellorum perpetuum epitheton.) Poſſent ſcribi] Id eſt, decantari, quia heroico hexametro, quo uſus eſt. unde ſit regula.

Heroum, principumq́; uirorum inclyta facinora heroico carmine, quale eſt Homeri in Iliade, & Maronis in Aeneide, deſcribi uolunt.

Verſibus impariter iunctis &c.] Proſequitur Elegiacum carmen, de quo Diomedes Grammaticus in hæc uerba. Elegia eſt carmen compoſitû hexametro uerſu, penthametroq; ad inuicem poſitis

„ Vt diuitias alius fuluo ſibi congerat auro.

„ Et teneat culti iugera magna ſoli.

Quod genus carminis ſcripſerunt apud Romanos Propertius, & Tibullus, & Gallus, imitati Græcos, Callimachum & Euphorionem. Elegia autem dicta ſiue à lugendis mortuis. Ferè enim defunctorum laudes hoc carmine, comprahendebant ſiue à miſeratione, quæ Græcè eleos dicitur, quòd Thyrrenus, Græciq; elegiaꝭ iſto metro ſcriptitauerunt. Cui opinioni conſentire uidetur Horatius ad Albium Tibullum elegiarum auctorem ſcribens, qui ab ea, qua diximus miſeratione, elegos miſerabiles dicit hoc modo.

Neu miſerabiles decantes elegos. Apud Romanos autem id carmen, quod cum lamentatione extremum atq; ultimum mortuo canitur Nænia dicitur. Elegia autê uidetur cognominari, quòd mortuis, uel morituris aſſcribitur. Hæc ille. De inuentore autem huius carminis, ut poëta noſter aſſerit, inter Grammaticos controuerſia eſt. Sunt tamen quibus placet ut Theocles Naxius cum inſaniret ipſum inueniſſe dicatur. Nam ut dicunt Elegia ab elegino, id eſt, inſanio dicitur. De huius carminis decoro Sulpitius Verulanus ita diſſerit. Pentametrû elegiacum ſenſum concludere debet, ſuauiuſq; in uocem biſyllabam deſinit. Proximè pentaſyllabam, tetraſyllabamq;. Peſſimè in triſyllabam & monoſyllabam. Hæc ille. Nunquâ ergo præcedentis pentametri ſentêtia, hexametro ſequenti perficietur: ſed è diuerſo & ferè binis uerſibus ſenſus concludetur, aut in binis prioribus erit quædam ſuſpenſio, quæ binis ſequentibus penitus abſoluetur. Nam rariſſimum eſt, ut in ſextum ſuſpendatur ſententia. Et quia binis ferè ſententia concluditur, ideò quidâ unum uerſum eſſe uoluerunt. Vndecim] Scilicet, pedum. Pulchrum præterea eſt (quod & fluens efficit carmen) tam hexametrum, quâ pentametrum, gemina continere epitheta ſiue adiectiua cum ſuis ſubſtantiuis, quorum talis ſolet eſſe ſitus, ut ambo adiectiua præponantur, & ſubſtantiua ſubſequantur. Sic ut prius ſubſtantiuum priorî adiectiuo reſpondeat & poſterius poſteriori. Vt apud Tibulium,

„ Aut gelidas Hibernus aquas cum fuderit Auſter. Item,

„ Quam facit impreſſo mutua dente Venus.

In qua re cauendum eſt ne conſimilibus uocalibus terminentur, ſicut in Buccol.

„ Mollia luteola pingit uacinia caltha:

Quæ confuſio tamen per quantitatem ſyllabarum tollitur. Poteſt etiam præponi unum adiectiuum & inter ipſum, & ſubſtantiuum aliud adiectiuum poni, cum ſuo ſubſtantiuo, ſicut in uerſu iâ dicto.

„ Et teneat culti iugera magna ſoli.

Idem Tibullus,

„ Vincuntur molli pectora dura prece.

Pulchrum præterea eſt ut prima ſyllaba tertij pedis ſit ultima dictionis, & primus pes ſit Dactilus, & ſecundæus ſpondus, nec frequens eſt Vocatiuo uerſum claudere, ſed totum carmen, quauis bona ſententia finire non indecorum eſt. Neq; uerò ſemper eadem obſeruanda ſunt. Nam uarietas ut in picturis. Ita in omni dicendi genere gratiam habet. At ut Quintil. monet nimius fucus, exquiſituſq; ornatus uitandus eſt. Quoniam aût pulcherrimum eſt, ut uerba rebus quadrêt. Qui etenim Epitaphia, aut Nænias hoc carmine ſcribere uolet, ſicut ſententias graues & ſeueras: ita uerba & ſeuera, & rigida habebit. Qui epigrammata, ſalibus & facetijs plurimis utetur. Qui amores iocis, blanditijs, minis, nugis, precibus, ſuſpitionibus, ſuſpirijs, quæſtibus, gaudijs, mœroribus, & id genus rebus aliqcoi co-

coi com

ros conferciet. Qui res ſacras aut quamuis diſciplinam, ut Ouid. in Faſtis multis eruditionibus, uarijs hiſtorijs, & ſentētijs congruis locupletabit. Non ergo ſola Quærimonia Elegiaco carmine deſcribitur, unde dicit poeta. Quærimonia] i. querela, ut defunctorū aut miſerè amantium. Incluſa eſt primum] i. à prima inſtitutione uerſibus, utpote elegiacis. Iunctis] i. connexis. Impariter] Id eſt, impari numero pedum: quia hexametro cum pentametro ſententia. Compos uoti] i. deſiderij ſui, hoc eſt, quæ potitur uoto, eſt etiam incluſa poſtea, uel apud poſteros. Tum Grammatici certant] i. diſputant & contendunt. Quis emiſerit] Id eſt, primùm ediderit. Elegos] i. luctus, hoc eſt, uerſus elegiacos. Exiguos] Id eſt, modicos, reſpectu heroicorum, uel quia epigrammata epitaphia, & alia breui hoc carmina ſcribuntur, uel quia ſententiæ non in multos uerſus extenduntur. Et lis] i. cōtrouerſia eſt Adhuc ſub iudice] i. nondum eſt ſententia data, quia adhuc dubitatur, quis fuerit auctor. Auctor edit & emittit opus, quod exire dicitur. Perſius,

„ *Si quid tamen aptius exit.*

Qui in contemptum diminutiuo utitur, dicens:

„ *Si qua eligidia crudi dictarunt proceres.*

Sicut ab epiſtola fit epiſtolium.

> Res lamentabiles, ut epitaphia & miſerè amantium quærimoniæ: elegiaco uerſui, cuius incertus eſt auctor, conueniunt.

Archilochum proprio &c.] Hic ait de Iambici carminis inuentore, oſtendens pedem, unde carmen dictum eſt, etiam Comicos & Tragicos ſibi ſumpſiſſe. De cuius quidem pedis, eiusq; carminis decoro cum illic dicendū ſit ſyllaba longa pedi ſubiecta uocatur Iambus. Nunc tantum, quæ præſentem locum aſpiciunt annotabimus, unde dicit. Rabies] Id eſt, furor excandeſcens, & nimium uehemens. Armauit] i. quaſi telis muniuit in Licamben. Archilochum] i. poëtam illum iambo ſup. Pede proprio] i. ab ipſo ad hoc munus inuento. Socci] Qui ſunt calcei Comœdorum, id eſt, Comœdiæ. Cepere] Id eſt, aſſumpſerunt. Hunc pedem] Id eſt iambicum. Et cothurni] i. calcei Tragœdorum. Grandes] i. altiſoni. Cæperunt pedem hunc aptum] i. quadrantem & congruum. Sermonibus alternis] i. alterius, ut Acro ſentit, ſiue Comœdiæ, ſiue Tragœdiæ. Vel alternis] i. alternatim habendis in genere Dramatico, hoc eſt, actiuo in quo ſunt Comœdiæ & Tragœdiæ. Et uincentem] i. ſuperantem, & ſedantem. Strepitus] Id eſt, turbas & commotiones populares ipſius populi. Et natū] Id eſt, natura idoneum. Rebus agendis] i. ad agendas res. Circa quæ primùm reſpiciendum eſt ad hiſtoriam, quæ huiuſmodi eſt. Licambes ciuis Lacedæmonius Neabolen filiam deſponſauit Archilocho poëtæ, quàm eidem poſtea denegauit. Ob quam rem indignatus Archilochus ſic patrem, filiamq; iambicis carminibus inuectus eſt, ut pater impatiens contumeliarum morte iambos illius uitare uoluerit. Nam ad laqueum confugit, & ſeipſum ſuſpendit. Vnde Ouidius in Ibin,

„ *Tincta Licambeo ſanguine tela feram.*

Erat aūt Archilochus poëta Parius, cuius ſcripta Lacedæmonij Publico edicto ſubmouerūt, uel propter turpitudinem, ut uidere eſt apud Valerium Max. de ſeueritate, uel propter inuiſam Lacedæmonijs ſententiam, ut Plutar. in Apophthegmatis ſentit. Dixit. n. meliùs perdere arma, quàm uitam. Cū contra Lacedæmonij uitam cupiant, pro laude paciſci. Sunt qui iambum ab ἰάπτω, id eſt, noceo, maledico, mitto cū detrimēto: alij ab ἰαμβίζω quod apud antiquos dicebatur, nunc uerò ὑβρίζω quod eſt contumelior, iniicior, uitupero, uiolo, caſtigo dictum uolunt. Alij aliunde, ſemper aūt triſyllabo uocabulo proferri debet. Quia uerò de decoro alibi locuturus ſum, ſatis ſit nunc dixiſſe, quòd huius carminis præcipui ſcriptores apud Græcos fuerunt Archilochus & Hipponax. Apud Romanos Lucilius & Catullus. Secundo annotandum eſt, quod prius tetigi ſecundum triplicem carminum ſtylum eorum auctores, tripliciter in pedibus ornari. Nam Tragœdi, id eſt, Tragœdiarum quæ altiloquo ſtylo conſtant actores ornantur. Cothurno] Id eſt, calceamentis utriq; pedi aptis, & ualde altis, quia ut dicitur in 1. Æneid.

„ *Virginibus Tyrijs mos eſt geſtare Pharetram:*

„ *Purpureoq; altè ſuras uincire Cothurno.*

Et ideò Cothurnus pro alto ſtylo capitur, ut in Buccol.

„ *Sola Sophocleo tua carmina digna Cothurno.*

Et Martialis Virgilium propter altiloquentiam Cothurnatum uocat dicens:

„ *Grande Cothurnati pone Maronis opus.*

Comœdi uerò] Id eſt, Comœdiarum actores ornantur ſoccis, per quos ſignificatur mediocre dicendi genus. Eſt enim genus calciamenti mediocriter alti, quo ruſtici utuntur, ut atteſtatur Terent. in Heauton. Qui uerò infimum genus agunt, ut mimi planipedes ſunt, i. planis, & nō eleuatis pedibus enitentes. De Tragœdiæ & Comœdiæ decoro etiam paulò pòſt dicemus. Tertio ubi dicitur.

„ *Et populares uincentem ſtrepitus.*

Annotabimus eius ſenſum dupliciter accipi. Aut ſic uincentem ſtrepitus] Id eſt, plauſum à populo excitatum. Ita ut propter celeritatem pedis, ſtrepitus agentium populi ſtrepitum uincat. Aut ſic, ut ſit ſenſus applaudit quidem populus iſti pedi, ſed uincit populares. Strepitus] Id eſt, applauſus, quia plus meretur laudari, quàm laudetur. Regula eſt talis.

> Conuicia acria & maledica, qualibus Archilochus in Lycambē uſus eſt: iambico carmini competunt, ſed Comœdiæ & Tragœdiæ iambum propter eius cōmoditatem recipiunt.

Muſa dedit fidibus &c.] Tangit Lyrici carminis materiam, dicens quòd Lyricis carminibus, quæ dicuntur Odæ. i. cantica, uel hymni, id eſt, laudes debentur priuatæ, & peculiares laudes diuorū, aut deorum uictoriæ, amores aut potationes cuiuſuis ſiue hominis, ſiue Dei ſiue alterius animantis. dicit ergo. Muſa] i. dea inuentionis. Dedit] i. conceſſit & permiſit. Fidibus] i. chordis quibus lyræ, & reliqua inſtrumenta Muſices reſonant. Referre] i. recenſēre. Et enarrare diuos] i. Deos ſiue Deorum laudes. Et pueros deorum] i. Heroas. Et pugilem uictorem] i. uictoriam pugilis. Et equum primum certamine] Sup. curruli. Et curas] Id eſt, amores. Iuuenum & uina] i. potationes. Libera] i. quæ homines liberos efficiunt. Pro huius carminis decoro primùm ſeruandum eſt, ut pro dicēdorum qualitate carmen ipſum uarium ſit. Nam in rebus lætis debet quodammodo fluere, in triſtibus languere, in arduis, & difficilibus tarditatem habere, quam pariunt literarum colliſiones, & monoſyllabarum dictionum concurſus. Itaq; Horat. In Lyrico carmine ferè (ut Quintilianus inquit) ſolus apud Rom. legi dignus. (Nam & inſurgit aliquantò & plenus eſt iucunditatis, & gratiæ, & uarijs figuris, et uerbis fœliciſsimè audax) Statim in principio ad Mecœnatis dignitatem reſpiciens læto & fluido utitur carmine. Mox ad ſeſe reuertens, & quantum illi eſſet obnoxius conſiderans impedito, dicens:

„ *Mecœnas atauis edite regibus,*

„ *O & præſidium, & dulce decus meum.*

In rebus etiam terribilibus r literam, quæ terrorem inducit. Et quā Perſius caninam uocat, frequenter uſurpat, ſicut in ſibilantibus, ut in niuis caſu ſ literam dicens,

„ *Iam ſatis terris niuis, atq; diræ*

„ *Grandinis miſit pater & rubenti,*

„ *Dextera ſacras iaculatus arces,*

„ *Terruit orbem.——*

Secundò annitendum eſt] Id eſt, laborandum, ut genus carminis pro qualitate rerum aſſumatur. Nam cùm uaria ſint Lyricorum carminum genera, aliud alij materiæ congruit, quod probè obſeruauit, qui Horatium ad unguem inſpiciet. Tertiò accurandum eſt, ne quam oportet prolixior ſit. Et ne ultra centeſimum uerſiculum progrediatur. Quarto cauendum eſt, ne maieſtas illa, quæ in Heroico carmine, aut magnifica triſtitia, quæ in Tragico, aut quærimonia fuſſlebilis, quæ in Elegiaco, aut nimia mordacitas, quæ in Iambico, aut Satyro primum exigitur in hoc carmine redundet. Sunt etenim ſui cuiuſque carminis ſales. Sunt ſuæ facetiæ atque uenuſtæ Charites, quæ omnia is potiſsimum obſeruabit, qui ad eā natus eſt, aut optimorum diligentiſsimus imitator: Quia uerò in

omni carmine rerum perſonarumq́ decora obſeruanda ſunt, ideò de ipſis in commune proſequitur poëta. Regula autem hæc eſt.

Lyricis carminibus atq; Odis ſeu canticis, & hymnis conueniunt Deorum, Heroum, uictorumq́; tã pugilum, quã equorum laudes: iuuenum ad hoc amores, & conuiuia.

Deſcriptas ſeruare uices operumq́ colores] *Monet ergo poëta ut is, qui ignorat rerum uerborumq́ decora non uendicet ſibi nomen poëtæ, ne ue turpius ducat diſcere, quod neſcit quam neſcire. Non omnia eodem ſtylo explicanda ſunt, nec eadem uerba iiſdem ubiq; & ſemper congruunt. Nam ut pro fortunarum qualitate animi nobis mutantur, dicente Terentio in Echyra. Profectò hoc ſic eſt, ut puto omnibus nobis, ut res dant ſeſe ita magni atq; humiles ſumus: ſic & uerba mutari debent, quæ ſunt animorũ indicia. Proinde quiſquis aliquam perſonam decore exprimere uolet, ſeſe eam ipſam finget, hoc eſt, perſuadebit ſibi, quòd ipſe ea ſit, & in eius conditione, & qualiter ſi ea eſſet loqueretur ita nunc quoque loquetur. Ad pingendas enim res nihil eſt præſtantius, quàm ut quis id ſe animo uidere fingat, quod uerbis conſequi deſiderat, ut ergo poëtã exponam. Ordo eſt.* Cur] *.i. quamobrem.* Ego ſalutor] *.i. in ſalutatione uocor poëta.* Si ego nequeo] *.i. non ualeo. quod pro &.* Et ignoro] *.i. neſcio.* Seruare] *.i. obſeruare.* Vices] *.i. uarietates, quæ ex rerum proueniunt uiciſſitudine. dicente Comico, omniũ rerum uiciſſitudo eſt.* Deſcriptas] *.i. ab idoneis & peritis auctoribus inſtitutas.* Quæ pro & colores] *.i. uarios ornatus.* Operum] *.i. effectuum, q. d. iniuſtè & indecorè.* Et cur ego pudens] *Id eſt, uerecundus & pudore affectus.* Prauè] *.i. indecenter.* Malo] *.i. magis uolo.* Neſcire] *.i. ignorare ſupple uerborum, rerumq́ decorum.* Quàm diſcere] *Quaſi dicat, ſtultè & imprudenter id faciam. Oſtendit autem quæ ſunt uices rerum & uerborum colores, dicens.* Res] *.i. materia.* Comica] *.i. qualis eſt in Comœdiis deſcribenda.* Non uult exponi] *.i. populo enarrari.* Verſibus tragicis] *.i. Tragœdiæ congruis.* Et cæna Thieſtæ] *.i. materia Tragica, qualis eſt cæna Thieſtæ.* Indignatur] *.i. ægrè fert.* Narrari] *.i. recitari.* Item] *.i. conſimiliter.* Carminibus dignis priuatis] *Sup. rebus & à priuata perſona geſtis, ac pro & dignis.* Propè] *.i. quaſi.* Socco] *.i. Comico ſtylo.* Singula quæq;] *.i. unaquæq;.* Sortita] *.i. poſtquam obtinuerunt.* Locum] *.i. decorum ſuum.* Decenter] *Id eſt, aptè & ut decet.* Teneãt] *Id eſt, conſeruent ſup. eum ſic, ut res Tragica uerſibus Tragicis, & Comica Comicis exponatur.* Tamen] *Id eſt, nihilominus Comœdia.* Tollit] *.i. exaltat.* Interdum] *Id eſt, aliquando pro affectione loquentis.* Vocem] *Sup. ſuam, que pro.* Et Chremes] *.i. quiuis pater Comicus iratus in filium ſuum.* Delitigat] *.i. obiurgat.* Ore tumido] *.i. inflato, hoc eſt, ſermone altiſono.* Et tragicus] *Id eſt perſona Tragica, ut heros, rex, aut alius quiuis princeps.* Dolet] *Id eſt, dolorem ſuum oſtendit.* Plerunq;] *.i. ut plurimum.* Sermone] *.i. oratione.* Pedeſtri] *.i. humili & pedeſtri homini congruente. Probat exemplis dicens.* Telephus, & Peleus reges illi cum] *Id eſt, quando uterq; ſup.* Eſt pauper & exul] *.i. egenus & regno expulſus.* Proiicit] *.i. ſtomacho ſe effutit, aut effundit, & in uulgum ſpargit.* Ampullas] *Id eſt, inflationes uerborum.* Et uerba ſeſquipedalia] *Id eſt, pedem & dimidiatum habentia.* Si curat] *Id eſt, deſiderat.* Tetigiſſe] *Id eſt, commouiſſe.* Querela] *Id eſt, quæſtubus ſuis.* Cor ſpectantis] *Id eſt, inſpicientis eum: q. d. minimè.* Non eſt ſatis] *Id eſt, non ſufficit poëmata eſſe* Pulchra] *Id eſt, bonam Oeconomiam, & probata uerba habere.* Sed ſunto] *Id eſt, uolo, ut ſint,* Dulcia] *Id eſt, uarietate & uenuſtate delectantia.* Et agunto] *Id eſt, uolo ut agant, & impellant animum auditoris.* Quocunq;] *Id eſt, in quamcunq; ſententiam uolent.* Quia ut uultus humani] *Id eſt, hominum humanorũ.* Arrident] *Id eſt, cum riſu applaudunt ridentibus.* Ita] *Id eſt, conſimiliter.* Adſunt] *Id eſt, auxilio ſunt, & compatiuntur flentibus.* Quocirca dolendum eſt primum tibi ipſi] *Id eſt, oportet, ut tuipſe.* Doleas] *Id eſt, te dolere oſtendas.* Si uis me flere] *Id eſt, ut ego miſerias tuas fleam.* Et ô Telephe uel ô Peleũ tua infortunia] *Id eſt, tuæ aduerſitates.* Lædent] *Id eſt, afficient me dolore.* Tunc] *Sup. quando uidebo te dolere.* Si tu loqueris] *Id eſt, exprime.* Et ages malè] *Id eſt, indecenter.* Mandata] *Id eſt, partes tibi commiſſas.* Ego] *Sup. id eſt, quiuis.* Auditor autem dormitabo, dum tu ages, aut ridebo] *Sup. te.* Verba triſtia] *Id eſt, mæſta.* Et ſeuera decent] *Id eſt, decenter exigunt, aut exprimunt.* Vultum mæſtum] *Id eſt, ſpeciem hominis mæſti.* Et uerba plena minarum decent iratum. Et uerba laſciua] *Id eſt, iocularia & petulantia decent.* Ludentem] *Id eſt, iocantem.* Et ſeria] *Id eſt, ſerioſa.* Dictu] *Id eſt, dum dicuntur ſup.* Decent uultum ſeuerum] *Id eſt, hominis rigidi, & nimis ſequentis uerum.* Etenim pro quia natura] *Id eſt, imitatio naturæ.* Format] *Id eſt, effingit.* Nos prius] *Sup. quàm loquamur.* Intus] *Id eſt, in animo.* Ad omnem habitum] *Id eſt, ad omnem qualitatem, & diſpoſitionem fortunarum.* Et iuuat] *Id eſt, delectat nos, aut impellit ad iram.* Aut deducit] *Id eſt, deorſum ducit nos* Graui mœrore] *Id eſt, dolore.* Ad humum] *Id eſt, terram.* Tangit] *Id eſt, anguſtiat & conſtringit nos.* Et poſt] *Id eſt, poſtea.* Effert] *Id eſt, eloquitur.* Motus] *Id eſt, affectiones animi lingua.* Interprete] *Id eſt, per interpretationem linguæ. Hæc auctor noſter, quæ ut latiùs exponamus ſic repetenda ſunt. Deſcripta uices ſecundùm Acronem ordinem diſpoſitum per ſpecies et uarietates intelligit. Notum eſt autem, quòd etiam Rhetores colores uocant. Poëta ſalutor hoc ſecundùm Græcos, qui nomine officii ſalutant, potiſſimum ſi in eo dignitas eſt, ut in officio poëtæ. Ideóq; dicunt* χαῖρε ποιητά, *quod profertur Græcè Chere piitis.* Aut poëtes] *Id eſt, ſalue poëta. Vocem Comœdia tollit ut apud Terentium ô cœlum, ô terra, ô maria Neptuni, & proh ſuppreme Iupiter. Et Tragicus plerũq; docet, quia etiam rex in exilio, aut alia quauis magna in ærumna conſtitutus animum ſubmittit, & uocem quod exemplis probat Thelephi & Pelei. Telephus autem filius fuit Herculis ex auge nympha progenitus, ut Sophocles atteſtatur, qui à matre inter uirgulta abſconſus continuò ut natus eſt à paſtoribus repertus fuit, à cerua exhibito ubere nutritus. Vnde nomen ſumpſit: nam* θηλεὺς *theleus dicitur nutritus, &* ἔλαφος *elaphos ceruus, & cerua: &* θηλὴ *mamma fœmina, ſeu papilla. Et tractu temporis robuſtus effectus in Myſia tandem magno in honore habitus eſt. Quod Diodorus libro quinto ſcribit. Cùm autem è Myſia Græcos in Troiam proficiſcentes arcere uoluiſſet: ignarus quid tanto apparatu molirentur, cùm Achille confligens grauiter uulneratus eſt. quia, ut aiunt, Vlyſſem inſequens à trunco quem in uinea forte offendit præpeditus eſt. At cùm indies magis uulneris dolore grauaretur, nec addita proficerent remedia: Apollinem conſuluit, qui reſpondit eum non aliter liberari poſſe, quam ut iterum ab Achille uulnerandus accederet, quod ubi effecit ſtatim ſanatus eſt, quod tetigit Ouid. lib. 1. de Remediis cùm ait:*

„ *Vulnus Achilleo, quæ quondam fecerat hoſti.*

Vulneris auxilium Pelias haſta tulit. Quod Plinius libro trigeſimo quarto, capite decimo octauo, ad naturalem referens hiſtoriam, dicit ferri naturam reſtrictiuam eſſe, & ſiccam quare in emplaſtris plagarum conſolidatius, limaturam ferri medicã conſueuerunt adhibere. Rubigine ergò ferri quo fuerat uulneratus, Telephus eum iam reconciliatum Achilles ſanauit, ut à Chirone edoctus fuerat. Alii tamen dicunt eum cognito errore Græcis reconciliatum herbarum uirtute ab Achille ſanatum: unde Claudianus.

„ *Sanus Achilleis remeauit Thelephus herbis.*
„ *Cuius pertulerat uires, & ſenſit in uno*
„ *Letalem, placidamq; manum, medicina per hoſtem,*
„ *Contigit & pepulit, quos fecerat ipſe dolores.*

Propterea autem quod ſtatim natus expoſitus eſt, & per uarios caſus, & tot diſcrimina rerum ad regnum peruenit, largam materiam Tragicis præbuit. Vnde Iuuenal. in 1.

„ *Impunè diem conſumpſerit ingens Telephus.*

Ea autem tempeſtate, qua ærumnis afficiebatur ueriſimile eſt, eum non inflata habuiſſe uerba. Peleus autem Aeaci filius cum Phocũ fratrem interemiſſet in exilium detruſus, & ad Phœicem regẽ Trachinę, quæ in Theſſalia ciuitas eſt effugit. Vnde Ouid. in Metam.

Felix

" *Fœlix & nato fœlix & coniuge Peleus.*
" *Et cui ſi demas iugulati crimina Phoci.*
" *Omnia contigerint fraterno ſanguine ſontem:*
" *Expulſumq́ domo propria, Trachinia tellus.*

Accipit, in eo ergo exilio non proijcit. Ampullas] *.i. inflata uerba. Nam ampullas uocamus inflata uaſa, & uitria, & quæ ex uento, & pluuia generantur bullas. Seſquipedalia autem uerba ſunt, quæ faciunt pedem, & dimidiatum. Nam ſeſqui dicitur, quaſi quid cum* Semi] *Id eſt, cum dimidio eius, unde proportio ſeſqualtera eſt inter quatuor & ſex, ſex & nouem, octo & duodecim, decem & quindecim, & ſic de alijs.* Non ſatis eſt, &c.] *Quia oportet ut delectent.* Cœna Thieſtę] *Hic ponitur maximè pro materia Tragica, utpote mœroris plena, unde Seruius ſuper. 11. Aeneidos. Atreus & Thieſtes fratres fuerunt in ſeinuicem ſæuij adeò, ut Thieſtes cum Europa fratris uxore concumberet. Quo facto dolens Atreus liberos proprios epulandos appoſuit. Sed cum Thieſtes poſt cognitum facinus requireret ultionem à dijs, ei Appollo reſpondit, poſſe alio ſcelere illius facinoris uindicem nanſciſci: ſi cum Pelopeia filia concumberet, quo facto natus eſt Aegiſthius fatalis in Atrei geminam prolem. Sed Iupiter Menelai fata miſeratus eſt, propter Helenæ coniugium, & eum per diuerſa errare maluit, quam Aegiſthi manibus interire. Agamemnon autẽ ab Aegiſtho adultero coniugis ſuæ interemptus eſt. Propter appoſitos ergo filios uocauit cœnam Thieſtæ.* Regula eſt.

Quia nemo imperitus artis poëticæ, qua officia à maioribus præſcripta, & operum exornationes iuſtas ſeruare docemur: ſibi nomẽ poëtæ uſurpaſſe probatur: conandum eſt nobis ut illis ſeruatis qualitatem carminum rei deſcribendæ accommodemus. Nec rem comicã tragico cothurno demus, aut tragicam comico ſocco. Verumtamen pro animo dicentis Tragœdia interdum deprimitur, & Comœdia extollitur. Ideoq́ fortuna & animus loquentium conſiderabuntur, quam rem ſi rectè attenderimus, non pulchra ſolùm, id eſt, perfecta & integra, ſed & dulcia, id eſt, delectantia & concinna fecerimus poëmata. Nã cùm uerba ſint conceptuum ſigna, talis erit ſermo, & uultus loquentis, qualem uerò ſimile eſt eius animum eſſe.

Si dicentis erunt fortunis, &c.] *Quia decorum perſonarum in primis obſeruandũ eſt, oſtendit quo pacto id ſeruabitur. Neq; enim rex regalia ſemper habebit uerba, nec ſeruus ſeruilia. Rex etenim depreſſus loquitur per quam humiliter: ſeruus elatus oppidò quam ſuperbè. Proinde dicit.* Si uerba] *.i. locutiones.* Dicentis] *.i. uolentis ex arte loqui.* Erunt abſona] *.i. abhorrentia & longè.* Diſſona fortunis] *.i. conditionibus & ſtatui eius qui loquitur.* Equites] *Sup. aurati. i. nobiles Romani & pedites .i. plebei Romani tollent. i. immoderatè leuabunt.* Cachinnum] *.i. diſſolutum riſum (ſi etenim triſtis & defortunatus iocoſa uerba proferat, aut lætitia geſtiens, triſtia quis ferat. Proinde multum refert, quo quiſq; animo affectus ſit. Neq; tamen idem animus omnibus cõuenit, nec omnib. idem dandus eſt ſermo, tametſi æqualiter affectis) Nam intererit .i. referet, aut differentia erit, ne pro an.* Dauus] *.i. quiuis ſeruus comicus loquatur in Comœdia, ne pro an* herus. *Priorem corripit, quia tamen Acro, Porphyrio & Landinus interpretantur pro domino, idcirco legimus.* Heros ne] *Sunt qui legant an* heros, *ſalua metri quidem ratione, ſed non ſententiæ, quia Dauus ferè in Comœdia loquitur Heros in Heroico, niſi dicamus Therſitem non ſeruum, tametſi plebeium ad Agamemnona loqui. Intererit præterea* ne *pro* an *(ubi quidam malè legunt* ue *) ſenex maturus tam æui, quã æuo iam moribus quam annis, an feruidus, utpote adoleſcens feruens.* Iuuenta] *.i. iuuenili ætate florente.* Adhuc] *.i. non ſolũ ad differentiam fortunæ, ſed etiam ætatis reſpiciendum eſt, quod in fœmineo ſexu uidetur unico uocabulo exponere. Nam matrona licet ea ſit, ut Aulus Gellius docet, quæcunque in matrimonium, ut mater fiat recipitur, tamen uulgò ea duntaxat dicitur, quæ prępotens eſt, & multorum mater. Nutrix autẽ, aut iuuencula, & paupercula ferè eſt, ne tamen uocabula alio contorqueret epithetis adiuuat dicens intererit multum an matrona.* Potens] *.i. prædiues ſup. loquatur an nutrix.* Sedula] *.i. diligens quod paupertatis ſignum eſt intererit præterea multum, an* Mercator] *.i. negociator uagus qui diu uagatur per diuerſas.* Regiones] *Sup. loquatur ne pro an cultor.* Agelli uirentis] *.i. agricola, qui cogitur in agro ſuo permanere. Nam ut dicit Virg. in Georg.*

" *Redit agricolis labor actus in orbem.*

Mercator igitur de omnibus regionibus, agricola de agro ſuo duntaxat loqui debet. Intererit item multum an Colchus] *.i. quiuis de Colcho inſula ubi naturaliter homines ſæui naſcuntur. Et ſunt qui legunt* agelli an Colchus *per colliſionem.* An Aſſyrius] *.i. aliquis de Aſſyria ubi naturaliter homines aſtuti, & callidi naſcuntur.* An] *Sup. loquatur aliquis nutritus.* Thebis] *.i. in Thracia ubi natura ſunt periti.* In argis] *.i. apud Argos in Græcia ubi homines natura ſunt magnanimi, hoc eſt, patriæ etiam ſeruãda eſt qualitas, quia ut dicit Porp. Etiam patria eſt principium, & genus ſuæ cuiuſq; generationis: & ut Seruius inquit in ſextũ Aeneid. Afri ſunt uerſipelles & fraudulenti. Alemanni feroces & temerarij, Galli autem ſunt tardo ingenio. Et hæc quidem præcipuè conſideranda ſunt ijs, qui rem quamuis nouã fingere uolunt, unde dicit.* Aut ſequere famam] *.i. rumorem, aut traditionẽ maiorum de aliquo. Non deſcribendo mitem, quem Homer. aut Virg. aut quiuis alius bonus auctor ferocem deſcripſit: aut finge dicta.* Tua conuenientia] *.i. concordantia.* Sibi] *.i. inter ſe (non autem dices ſibi .i. famæ) hoc eſt, Qualem quemq; ab initio inſtitueris, talem ad finẽ uſq; perduces. De fama ſequenda dat exempla, dicens.* O' ſcriptor] *.i. tu qui uis ſcribere.* Si reponis] *.i. iterum deſcribis, ut emendatius, aut uerius, aut elegantius quid dicas.* Forte] *.i. fortaſſe.* Achillem honoratum] *.i. multis carminib. præcipuè Homeri laudatum.* Ipſe exiſtens impiger] *.i. ſtrenuus .i. naturaliter iraſcens.* Inexorabilis] *.i. difficilis ad placationẽ.* Acer] *.i. uehemẽs ad uindictam.* Neget iura nata ſibi] *.i. neget ſe legib. conſtringi.* Nihil non arroget] *Id eſt, omnia uendicet.* Sibi armis] *Id eſt, per arma. Talis enim ab Homero inducitur, qui eum pedib. uelocem appellat, quocirca Statius eum ſuper glaciem prima nocte concretam cucurriſſe dicit. Præterea poſt raptam Briſeida nullo munere, nulliſq; precib. placari potuit, nec ad defendendos contra Hectora Græcos incitari: donec Patroclus occubuerat. Medæa uxor Iaſonis & Colchorum regis filia ſit ferox, ſicut fuit in Iaſonem, & in filios ſuos, quos ut quidam uolunt: dum epulũ deeſſet dijs hoſpitio ſuſceptis appoſuit. Vt autem ex Diodori lib. 5. traditur Medæa Iaſonis amore capta illum à Colchis in Theſſaliam ſecuta eſt, cũq; decennium Corinthi cum eo fuiſſet, filioſq; peperiſſet, ſpreta ob nouam nuptam Creuſam ſeu ſcilicet Glaucam Creontis filiam furore percita, domum incendit radice quadam à Circe inuenta, ea uirtute, ut incenſus ſemel ignis extingui nequiret. Iaſon tamen euaſit, Glauca & pater igni abſumpti ſunt. Quidam ſcriptores uolunt Medææ filios dona quædam ſponſæ attuliſſe, uenenis illita, quibus tactis ſponſa, & pater conſumpti ſunt. Irata autem Medæa, quod Iaſon euaſerat, eamq; ſpreuerat, in eius calamitatem omnes iugulauit utriuſq; liberos, excepto Theſſalo, q aufugit, patriæq; poſtea nomen dedit. ſit ergo ferox, de qua Virg. in Buc.*

" *Crudelis tu quoq; mater.* Et Iuuicta] *Id eſt, implacabilis.* Ino] *.i. uxor Athamantis, uiri dementis ſit flebilis propter amiſſionem filij, quia fugiens furorem mariti præcipitauit ſe in mare cum filio, & dicta eſt Leucothæa, & filius eius Palemon, qui Melicertes antea dicebatur.* Ixion] *Id eſt, uir ille ſit ſup.* Perfidus] *Id eſt, ſidefragus ipſe enim ex natione Periphantis filia natus, Diam Eſionei, uel ut alij ſcribunt, Eponei filiam uxorem duxit: cui multa contra dotem ſe daturum pollicitus eſt (nam ut Acro, & Porphyrio dicunt) Moris erat apud antiquos, ut ducturi uxores nuptialia munera, & dotẽ ultrò ſoceris darent, cũ igitur pacta non ſeruaret ſocer illi equos abſtulit, quem cũ accerſiuiſſet dolo tanquam omnia ſoluturus foſſam ingentẽ præſtruxit, igniq; repleuit, ac cinere extincto ue*

ſto texit, ſocerumq́ in ea demerſit. Verũ cum de tã iniqua cæde nemo illũ luſtrare uellet, tandem à Ioue luſtratus eſt, quo tempore Iunonẽ de ſtupro interpellauit, nec dubitauit cum nebula, quã Iupiter in formã Iunonis finxerat, coire ſeu concũbere. Vnde Centauri orti ſunt, qua propter apud inferos à rota cui alligatus eſt circumuoluitur. Perfidus ergo fuit in ſocerũ & in Iouem. Iô *ſit uaga, quia propter cõcubitũ Iouis à Iunone in Vaccam uerſa, diu euagata eſt. Et Oreſtes filius Agamẽnonis, & Clytemneſtræ qui propter interfectum patrem ab Aegiſto adultero. Et propter interfectos adulterum & matrem à ſe (unde furijs agitatus eſt) ſemper mæſtus fuit.* Sit triſtis] *Qualis apud tragicos ſemp inducitur. Regula talis eſt.*

Seruandum eſt igitur ſtudioſè decorũ perſonarum pro ſua cuiuſq; fortuna, ætate, ac patria. In deſcribendis autem uitijs, ſi notæ ſunt famam ſequi debemus, & à maiorum præſcriptis non diſcedere: ſin nouæ, & à nobis pro libito fingendæ, tales fingemus, ut nihil repugnans habeant.

Si quid in expertum, &c.] *Perſeuerat actor in inſtitutione ſua, dicens.* Si tu cõmittis] *.i. exhibes.* Scenæ] *.i. publico ſpectaculo.* Quid] *.i. aliqd inexpertũ. unde nemo unq̃ fecerit periculũ, & audes* formare *.i. de nouo inſtituere.* Perſonam nouam] *.i. cuius mores nunquã prius auditi ſunt.* Ea ſup. ſeruetur] *.i. cõtinuetur.* Ad imum] *.i. infimũ, hoc eſt, ad extremũ uſq. Eſt.n. metaphora à ſcribentib. in pariete, uel charta, in quib. quod infimũ, idẽ & ultimũ eſt. Seruetur inq̃ ſup. talis, qualis.* Proceſſerit] *.i. inceperit progredi ab.* Incepto] *.i. à principio.* Et conſtet] *.i. ſit conformis ſibi ſup. ipſi, hoc eſt, ne alterius moris dicatur ſine cauſa in principio, q̃ in fine.* Oportet.n. *ut perſona noua cuius mores ad libitũ finguntur, ſit ſui ſimilis. Nihil non uero ſimile egiſſe dicatur. Et ideo difficile eſt dicere propriè .i. tanq̃ propria.* Cõmunia] *.i. ab alijs intacta, & nondũ uſurpata. ſed in cõmune relicta, quia re uera multi difficiles ſunt inuentores, ſed facillimi imitatores. Et ideo dicit.* Tuq;] *.i. & tu deducis.* In actus] *.i. in agendũ cõponis.* Rectius] *.i. conuenientius & facilius.* Carmen Iliacũ] *.i. de reb. Troianis ab Hom. cõpoſitũ.* Quã ut ſi primus] *.i. inuentor & excogitator.* Proferres] *.i. porro aut ante alios ferres, & in ſcænam uſque perduceres.* Ignota] *.i. ab alijs incognita.* Et indicta] *.i. ab ijs nunq̃ recitata. Si quis aũt dicat miſerrimi eſſe ingenij nihil inuenire, ſed ſemp inuentis uti. Reſpondet poëta eſſe uiã, qua publica priuata fiant, dicens.* Materies] *.i. materia.* Publica] *.i. ab inuentore omnib. æqualiter propoſita, erit.* Iuris priuati] *.i. ſui cuiuſq, uel tui proprij.* Si non moraberis] *.i. morã feceris.* Circa orbẽ] *.i. circulũ.* Vilẽ] *.i. uulgarẽ.* Et patulũ] *.i. omnib. & ſemp patentẽ, hoc eſt, ſi nõ eundẽ, & ubiq; ſimilẽ procedendi ordinem, & modũ ſeruaueris. Non.n. oportet inuentorẽ omnia uniformiter imitari, ſed ne tranſlatorẽ qdem, unde dicit* nec *pro* & non. Et tu interpres] *.i. tranſlator & expoſitor alterius linguæ.* Non curabis] *.i. non conaberis q̃uis uelis eſſe fidus.* Reddere] uerbũ uerbo] *.i. transferre, ut dicunt de uerbo ad uerbũ.* Nec tu imitator] *.i. q prætendis aliquem alterius linguæ imitari.* Deſilies] *.i. deorſum ſalies.* In arctum] *.i. in locũ anguſtũ p̃ ſcribendo tibi omnimodã imitationẽ.* Vnde] *.i. à quo loco.* Actio pudor] *.i. uerecundia, quia turpe eſt inceptis deſiſtere, aut lex opis abs te incepti.* Prohibebit] *.i. uetet.* Proferre] *.i. protrahendo.* Reducere pedẽ] *.i. modũ procedendi.* Nec incipies] *.i. exordieris.* Sic] *.i. taliter.* Vt] *.i. qualiter ſcriptor quidã ſup.* Cyclicus] *.i. orbicularis, q ciclũ orbem ceu ordinem mutare neſciuit, ut Antimachus olim ſup. fecit, dicens.* Ego cantabo] *.i. carmine proſequar.* Fortunã] *.i. miſerabilẽ caſum Priami regis Troianorũ. Et bellũ nobile, quod omnib. debeat eſſe notum. in quib. quidẽ uerbis propoſitio eſt magnificentiſſima. proinde ſubdit poëta.* Quid hic] *.i. huiuſmodi promiſſor.* Feret] *.i. afferet.* Dignũ tanto hiatu] *.i. tam ſuperba propoſitione & effutione. q.d. nihil.* Nam montes parturient] *.i. cupient, aut uidebuntur parere.* Et mus ridiculus] *.i. omnib. riſui habendus.* Naſcetur] *.i. edetur ab ipſo mõte. Et tractũ eſt ex deuerbio Græco atq; Aeſopi apologo, in quo habetur, ut quidã ruſtici offenſi umbra & ſterilitate cuiuſdã montis, uiderũt, cũ ſubinde in ipſo deambularent talpã aut murcũ exitũ, aut uermes quærentem, quo mõſtro territi, credentes montem parturire, eiuſq; partu oẽs ualles atq; uberes glebas pfſundatũ iri uerentes, collectis armis, & manu cõſerta, ut recentem partũ interficerent, murem exilientẽ inuenerunt, q cũ riſu exceptus eſt. Et ideo dicit poëta.* Quanto rectius] *Sup. egit hic uidelicet Homer. q.d. maximo.* Qui nihil] *.i. nõ aliquid. q inquã non* Molitur] *.i. cum molimine, & difficultate attentat.* Atquid inepte] *.i. indecenter dicens in principio Odyſſeæ, id eſt, poëmatis de Vlyxe compoſiti.*

„ *Muſa dic mihi uirum qui poſt tempora Troiæ*
„ *Captæ uidit mores, & urbes multorum hominum.*

Quod quidem uerbum licet ſimpliciſſimum & intellectu facillimũ multiplicis tamen eſt ſignificationis. Significat enim eum oportere prudentem eſſe, qui mores hominum multorum uidit, & urbes. Præſtantiſſima enim rerum magiſtra eſt experientia. Eundem locum alijs uerbis, tranſtulit Philelphus, dicens:

„ *Callentem dic muſa uirum, qui mœnia ſacræ*
„ *Diruta poſt Troiæ, multumq́; diuq́; peruagans.*
„ *Et mentes hominum multorum uidit & urbes.*

Quia uerò familiariter auſpicatur dicit, quod is, qui ita auſpicatus eſt: utpote Hom. non cogitat dare fumũ. Ex fulgore] *.i. ſplendido exordio fumoſum, & humilẽ proceſſum. Naturaliter.n. fumus flãmã præcedit, & flãma ſequitur, ut dicit.* Sed cogitat dare, &c.] *.i. poſt fumũ.* Vt promat] *.i. in mediũ proferat.* Dehinc] *.i. poſtea ſpecioſa .i. ſanè.* Pulchra miracula] *.i. res admiratione dignas, utpote Antiphatẽ Lamij filiũ, qui Phormias in Italia condidit, & qui unus ex Læſtrigonib. fuit. Læſtrigones aũt humana carne ueſcebantur, quæ pro & Scyllam & Charybdim.i. eas mulieres in mõſtra & pericula maxima uerſas.* Cũ Cyclope] *.i. Polyphemo, Cyclum, hoc eſt, orbem, ſiue oculum rotundum in fronte habentem, ut Virg. in 3. Aeneid. dicit,*

„ *Argolici clipei aut Phœbeæ lampadis inſtar.*

Nec] *Sup. talis, uidelicet Homerus.* Orditur] *.i. incipit.* Reditum] *Id eſt, regreſſum Diomedis.* Ab interitu] *Id eſt, morte Meleagri, id eſt, fratris eius, hoc eſt, non incipit à primo rerum, quæ nihil ad propoſitum faciunt exordio, ſicut nec Virg. incipit à cauſa belli Troiani, nec ab excidio Troiæ, ſed ſic.*

„ *Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum*
„ *Vela dabant læti.*

Et reliqua. Nec pro & nõ, & non Orditur] *.i. nõ inchoat ab ouo gemino, quod Lede ex Ioue concepit, hoc eſt, non incepit à natiuitate ipſius Helenæ, quæ fertur cauſa fuiſſe belli Troiani, ſed à decimo anno obſidionis Troiæ. Nota aũt eſt fabula, quo pacto Iupiter cũ Lede uxore Tindari concubuit in ſpecie cygni, quæ ex eo cõcepit duo oua, ex quorũ altero natus eſt Pollux, & Clytemneſtra, ex altero Caſtor & Helena, quã auia paris rapuit, Troianũ bellum exortum eſt. Longum autem eſſet & inexplicabile, ſi quis omnium rerũ, quarum meminerit origines explicare uelit. Et ideo Homer. feſtinat ſemper.* Ad euentum] *.i. ad exitum rei.* Et rapit] *.i. deducit auditorem ſeu lectorem.* In res medias] *.i. à medio hiſtoriæ inchoatas.* Non ſecus] *.i. nõ aliter.* Ac] *.i. quam.* Notas] *.i. præcognitas illi.* Et relinquit] *Sup. ea quæ deſperat.* Tractata] *.i. poſtquam tractauerit.* Poſſe nitеſcere] *.i. habere nitorem .i. prætermittit ea, quæ uidentur non habitura ſplendorem, ſi dicantur.* Atq;] *Pro et, & mentitur ita, & fingit ſic res nouas.* Et remiſcet] *.i. cõmiſcet, uel re uera iterum atq; iterum.* Miſcet ſic] *.i. hoc modo ueris falſa.* Ne] *Pro ut non.* Vt medium] *Sup. poëmatis uel narrationis.* Non diſcrepet] *.i. diſſonet.* Primo] *.i. principio.* Et ut imũ] *.i. finis nõ diſcrepet medio, hoc eſt, ut fictio ſit concors & ſui ſimilis, nec diſcrepans. Vnde ſit talis regula.*

Qui nouam, id eſt, non prius cantatã perſonam pro libito fingere uolet: eam ſibi conſtantem ac ſui per omnia ſimilem finget. Cæterùm quia difficile eſt rẽ nouam ab alijs nondum occupatã, & ita communem ſibi uendicare ac propriã facere: conſultius erit aliorum inuenta traducere, quæ tunc ſibi propria fecerit,

ſi noua

ſi non eundem penitus contextum rei ſeruârit: ſed multa alio modo, ac forma dixerit. Neq; enim qui ſcripta aliqua etiam fideliter transferre uolet, ea uerbũ è uerbo transferet, ſed ſenſum è ſenſu: non enim omnia æquè diuerſis linguis congruunt. Sed neque pompoſum, & turgidum fecerit exordium: creſcere enim & augeri debet, ut loquentis uox, ita & ſcribentis ſtylus. Neq; altius, aut longius, quam par eſt repetetur narratio: ſed ad exitum feſtinans, multa ut nõ dummodo media, id eſt, cuiuis cognita ſint tranſibit, multa'q; pro libito addenda ſi ſpecioſè dici ab eo nequæunt indicta relinquet: in figmentis autem ueriſimilitudinem ſeruabit, in quibus omnibus Homerũ excelluiſſe in conceſſo eſt.

Tu quid ego, & populus, &c.] *Deſcribit author decorũ perſonarum pro ætatis conditione, cuius obſeruatio plurimũ gratiæ & uenuſtatis carmini affert. unde dicit. Tu Piſo ſup. audi, quid ego ſup. deſiderẽ, & quid populus deſideret mecũ (Maluit zeugma quã caſuum, ut dicunt cõceptionẽ facere)* Si tu eges plauſoris]*.i. tibi applaudentis (ubi quidã ploſoris iuxta ueterẽ cõſuetudinẽ legunt) Et ſi eges.* Manentis]*Sup. populi.* Aulæa]*.i. donec aulæa deponantur, quæ ſunt ornamenta parietũ ſic dicta, quod in aula Atthali regis inuenta ſunt.* Et ſeſſuri]*.i. permanſuri in ſede ſua.* Vſque]*.i. tantiſper, donec* Cantor]*.i. principalis actor, ut Calliopius.* Dicat uos]*.ſ. ſpectatores.* Plaudite]*.i. donec finita fuerit fabula, in cuius fine moris eſt dicere, uos ualete & plaudite, Calliopius recenſui. Si ergo uis demorari ſpectatorẽ delectatione & illecebra quadã audiendi uſq; ad finem fabulæ.* Mores cuiuſq; ætatis, &c.]*.i. conſiderandi, ut in carmine tuo obſeruentur.* Et decor eſt dandus]*.i. decorũ, quod Græci πρέπον uocant, eſt adhibendũ, naturis* Mobilibus]*.i. mutabilib.* Et annis]*.i. ſecundũ annos, quod de ſingulis probat dicens, puer qui iam ſcit reddere.* Voces]*.i. loqui & reſpondere (infans .n. ut qui non fatur nihil agere poteſt) Et puer, qui ſignat humũ.* Certo pede]*.i. qui imprimit ueſtigijs ſuis terrã, & qui firmiter incedere poteſt.* Geſtu]*.i. manifeſto geſtu ſe deſiderare ſignificat colludere.* Paribus]*.i. cũ coæquæuis ſuis. Et colligit.* Iram]*.i. citò iraſcitur.* Et ponit]*.i. deponit irã ſup.* Temerè]*.i. faciliter & ſine cauſa. faciliter .n. iraſcitur & faciliter placatur. Et mutatur in horã, quod uulgò dicitur de hora in horã.* Iuuenis imberbis]*.i. inueſtis, & nondum habẽs barbã, hoc eſt, ſecũdum Græcos Ephœbus.* Cuſtode]*.i. pædagogo remoto.* Tandẽ]*.i. poſt multã expectationẽ eius, utpote anno 14. ætatis eius.* Gaudet]*.i. delectatur equis, & canibus, & gramine cãpi.* Aprici]*.i. ſoli expoſiti, & patentis loci. Vnde Terentius in Andria, ut pleriq; ſolent, aut equos alere, aut canes ad uenandũ. Et Virg. in 4. Aeneid. Iulum Ephœbũ, & adhuc impuberem uenatione & equorum curſu delectatum inducit his uerbis.*

„ *At puer Aſcanius medijs in uallibus acri*
„ *Gaudet equo, iamq; hos curſu, iam præterit illos.*
„ *Spumantemq; dari pecora inter inertia uotis.*
„ *Optat aprum, aut fuluum deſcendere monte leonem.*

Et ſup. iuuenis imberbis eſt. Cereus]*.i. mollis & facilis.* Vt cerei eſt]*.i. ad flectendũ. In* Vitiũ]*.i. in malos mores.* Et aſper]*.i. durus & repugnans.* Monitorib.]*.i. cohortantib. ad uirtutem & dehortantib. à uitio.* Tardus prouiſor]*.i. circumſpector utiliũ ſup.* Rerum & prodigus]*.i. profuſus.* Aeris]*.i. pecuniæ, quæ prima ex ære facta eſt.* Sublimis]*.i. magnificus, ſuperbus & erectus, quæ pro* Et cupidus]*.i. ardens ad omnia.* Et pernix]*.i. præceps, & uelox, & nimiũ paratus relinquere.* Amata]*.i. quæ prius amauit ætas,* Que]*Pro et & animus.* Virilis]*.i. q̃ debet eſſe in uiris.* Quærit]*.i. ueſtigat & accumulat.* Opes]*.i. diuitias.* Et amicitias]*.i. bonorũ uirorũ commercia.* Et hoc ſtudijs]*.i. conatib. & exercitijs.* Conuerſis]*.i. in melius uerſis.* Et inſeruit]*.i. multum.* Seruit honori]*.i. ad habendũ honorẽ, hoc eſt, ambitioſus efficitur.* Et cauet commiſiſſe]*.i. patraſſe quod.* Laboret]*Id eſt, laborare debeat.* Mox]*.i. paulòpòſt.* Mutare]*.i. ut mutet.* Multa incommoda]*.ſ. aduerſa, & nocumenta.* Circum ueniunt]*.i. obſident & occupant, ſiue inuadunt ſenem.* Vel]*.i. ſiue.* Quod]*.i. quia ipſe miſer.* Quærit]*.i. aggregat diuitias & abſtinet inuentis ac timet uti.* Vel]*.i. ſiue.* Quod]*.i. quia.* Miniſtrat]*.i. diſpenſat omnes res.* Timidè]*.i. cum timore.* Et frigidè]*.i. lentè & cum tarditate, priuſquã .n. nummũ expendat eũ decies reſpicit. Exiſtens* Dilator]*.i. perendinator, ſeu ut dicunt procraſtinator.* Et querulus]*.i. natura querulosus.* Et longus ſpe]*.i. habens ſpem in longum tempus. Cum etenim ſit propinquus morti, ea tamen ſperat, quæ longè ſunt poſita. Et ut Seneca dicit quanto minus relictũ eſt uiæ, tanto plus uiatici quærit.* Que]*Pro. et.* Auidus]*.i. cupidus.* Futuri]*.i. rei futuræ, fortaſſe poſt ipſum.* Et difficilis]*.i. durus ad præſtandum. & ut dixi querulus.* Et laudator]*.i. commendator.* Temporis acti]*.i. quod agebatur.* Se puero]*.i. cum ipſe eſſet puer, ſicut Neſtor apud Homerum. Et reuerà omnes ſenes dicunt meliores mores fuiſſe cum ipſi pueri eſſent, quàm nunc cùm ſenes ſunt. Verum ut Ouidius dicit.*

„ *Laudamus ueteres, ſed noſtris utimur annis.*

Cum tamen Satyrographus dicat.

„ *Terra malos homines nunc educat atq; puſillos.*

Et caſtigator]*.i. obiurgator.* Et cenſor]*.i. iudex.* Minorum]*.i. iuniorum. Sunt ut Cicer. inquit Anxij, difficiles, & moroſi ſenes. unde ſubit author.* Anni uenientes]*.i. quos tanquam uenturos expectamus uſq; ad quadragenariũ numerũ.* Ferunt]*.i. afferunt ſecum multa.* Commoda]*.i. multas commoditates, utpotè uires, diuitias, prudentiam, & honorem.* Et anni recedentes]*.i. quos dolemus nimiũ procedere à quadrageſimo uſq; ad extremam ſenectã.* Adimunt]*.i. auferunt nobis.* Multa]*Sup. Commoda uidelicet ſanitatem mentis & corporis, quia ſenes imbecilles, & plærunque deliri ſunt. Et ideo nos, qui uolumus aliquid componere, quod delectet ſpectatorem.* Morabimur]*.i. immorabimur, & attenti ſemper erimus. ſemper* In adiunctis & aptis]*.i. conuenientib. & quadrantib.* Aeuo]*.i. ætati cuiuſq; ne pro ut* Partes]*Id eſt, officia.* Seniles]*.i. ſenibus debita.* Ne mandentur]*.i. committantur iuueni. Et ne partes* Viriles]*.i. uiro debitæ mandẽtur puero, quod ineptum eſſet. Vnde ſit talis regula.*

Vt uerò cunctis placeamus, ſeruandũ eſt uniuſcuiuſq; ætatis decorum. ita ut puer inducatur ad luſum procliuis, facilis ad iram, facilis ad placationem, & in reliquis inconſtans. Adoleſcens autem ut exceſsit Ephœbis remoto iam pędagogo gaudeat equis, canibusq; uenaticis, & ludo campeſtri: ſit mollis, & ad flectendum facilis: monitorib. aſper, à frugalitate abhorrens, ad prodigalitatem pronus, magnanimus & cupidus rerũ, quas tamen citò derelinquat. Iuuentuti autem amores, & cum æqualibus compotationes quadrant. Virilis ætas uerò quærit opes, & amicitias inſeruit honori. Porrò ſenex ſit difficilis & moroſus: ad auariciam propenſus, ac iuuentæ ſuę immodicus laudator. ut in textu graphice præſcriptum eſt.

Aut agitur res in, &c.] *Hic author docet, quæ publicè agenda ſunt, & quæ tanquam acta narranda, dicens,* Res]*.i. materia comica aut tragica. aut* Agitur]*.i. tanquam iam uerè fiat. Repreſentatur in ſcænis .i. locis umbroſis ad ſpectaculũ conſtructis.* Aut refertur]*.i. narratur, & reciſetur.* Acta]*.i. geſta.* Intus]*.i. in domib. aut poſt aulæa, hoc eſt, dicentur acta eſſe, & egredientes narrabunt, quomodo acta ſunt. Sicut Pythias egreſſa, dicit Chæream caſtratũ intus, ut Permenonem cruciaret, licet id uerum non eſſet. Nuptiæ etiã intus fieri ſolent: unde Terent. ad finẽ Andriæ. Ne expectetis dum exeat hûc. intus deſpondebitur: intus tranſigetur, ſiqd reliquũ eſt quod reſtat. Itaq; nõ omnia fient corã populo: Verumtamen*

men ut dicit author. Demiſſa per aurē].i.res auditæ, & per aurē duntaxat cōceptæ. Irritant].i.afficiunt, & cōpungunt ad aliquā affectionē lætitiæ aut triſtitiæ. Segnius] .i. tardius & minus uiuaciter (dicitur.n.ſegne quod ſeorſum.i.ſeperatum eſt ab igne, qui maximè actiuus perhibetur) Quam] Sup.ea quæ ſunt ſubiecta fidelib. Oculis].i.quæ uiſa ſunt: plus etenim mouent, quæ uidētur, quā quæ audiuntur duntaxat. dixit aūt fidelib. oculis, quia certius ſcimus, quæ uidimus, ꝙ quæ audiuimus. Vnde Plautus. Plus ualet oculatus teſtis unus, quā auriti decē. Et] Sup. ea quæ ſunt demiſſa per Aurem].i.audita tanquā ab alijs uiſa: irritant ſegnius animos, quā ea, quæ ipſe ſpectator. Tradit ſibi] .i.uidendo ſibi notificat. Et quamuis ſup.ita ſit. Tamen non promes].i.proferes & palā adduces. In ſcænam].i.publicum ſpectaculum. Digna].i. res dignas. Geri].i.agi. Intus].i.locis obſcuris, utpote in cameris, aut cænaculis, quæ intus finguntur eſſe. Et tu tolles multa ex oculis ſpectantiū, quæ facundia. Præſens] .i. cito dans intelligere quod uolumus. Narret].i.recitet. Mox].i.paulòpòſt. nec pro & non, & Medæa uxor Iaſonis nō. Trucidet].i.truculenter occidat. Pueros].i.filios ſuos. Coram populo].i.in conſpectu populi. aut Atreus frater Thieſtæ. Nefarius] .i.nefanda auſus. Coquat palam].i.in conſpectu populi. Exta humana] .i.accipiendo à parte totum homines uidelicet filios Thieſtæ. Et Progne ſoror Philomelæ aut ſup.non Vertetur] .i .mutetur in auem uidelicet in hirundinem, ſecundùm quoſdam, unde Georg.4.

„ Et manibus Progne pectus ſignata cruentis.

Aut Cadmus rex Thebarū ſup.non uertatur. In anguem] Id eſt, draconem coram populo. Ego enim. Incredulus] .i.non credens ſic debere fieri. Odi].i.odio proſequor. quodcunq;] .i.quamcunq; rem. Tu oſtendis mihi ſic].i.palàm cum ſit obſcœnum, & triſte uiſu, nec facile creditu. Atq; ita oſtendit quo argumento Comœdia aut Tragædia fieri debet, oſtenſurus quam profuſè & qua ratione fieri debeat. De Medæa autem nota eſt fabula, quā in ſuperiori lectione recitauimus: quo Iaſonem amauit, & ſecuta eſt, & ab eo in matrimoniū accepta poſt partū quorundam filiorū, & repudiata ꝑ nouas nuptias, eoſdē Iaſoni epulādos appoſuit. Vnde in Buc.

„ Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrem,
„ Commaculare manus.

Atrei uerò fabulam illic narrauimus. Aut Cœna Thieſtæ, Prognes autem tangitur in Bucolico ubi dicitur.

„ Aut ut mutatos Therei narrauerit artus
„ Quas illi Philomela dapes quæ dona parârit.

Et reliqua. Tereus.n.rex Thraciæ Prognem Pandionis regis Athenarum filiam uxorem duxit, cuius precibus dum Philomelam ſororem adduceret eius amore captus, ſtuprauit eam. Atq; illi ne facinus indicaret, linguam abſcîdit, ſed nihil profecit. Nam Philomela cruore ſuo facinus in ueſte deſcripſit. Aut ut alij uolunt acu depinxit, quo cognito Ithim communem filium Tereo epulandum appoſuit. Atq; inter epulandum cùm ſæpius filium quæreret mater reſpondit, quod petis intus habes. Quo accepto pater in ſyluas auolauit, mutatus in upupam, ſicut Ithis in Phaſianum, Progne in hirundinem. Et Philomela in auem ſui nominis, quæ luſcinia dicitur. Cadmus autem rex Thebarum, ut Acro recitat, & Hermoniæ in angues conuerſi ſunt. Nam Hermonæ inquit filia Martis & Veneris dicitur fuiſſe. Dicuntur autem in angues conuerſi propter occiſum draconē, qui erat Marti cōſecratus ex cuius ſeminatis dentibus, ut dicitur acies armatorum nata eſt. Regula autem hæc eſt.

Quamuis magis moueant uiſa quàm audita: non omnia tamen oculis exhibebuntur, ut quæ uiſu obſcœna aut immania, aut nimis triuialia forent, ſed intus acta enunciabuntur.

Neu'e minor neu ſit quinto, &c.] Tetigit quid in Tragœdijs potiſſimum palā agetur, & quid non. Nā trucidationes huiuſmodi Tragicæ ſunt, non Comicæ. in Comœdijs aūt ſolent nō agi, ſed recenſeri arationes, nauigationes pericula maris, nuptiarū celebrationes, ſeruorū cōpotationes, uirginū uiolationes, & eiuſmodi. Nunc autē magis ad Comœdiā reſpiciens, unde & ꝙ diffuſè cōſtare debeat paucis tangit, dicens. Neue minor & reliqua, &c.] Ordo eſt. Fabula ut pote, &c.] .i.deſiderat. Poſci] .i.requiri, & exigi. Repon̄].i.diligenter cuſtodiri. Spectata].ſ.populo iterū ad ſpectādū exhibenda. Neue].i.pro uel non.uel nō ſit. Minor] .i.breuior quanto. Actu neu] .i.uel non ſit. Productior] .i.longior quanto. Actu].i.habeat præcipuè quinq; actus, ita ut neq; plures, neq; pauciores. Nec Deus].i. interpoſitio auxilij diuini, uel manifeſta præſentia Dei, aut inuocatio diuini auxilij interſit, alicui operationi, niſi Nodus].i.difficultas & rerū indiſſolubilis cōnexus.dignus Vindice].i.ꝙ Deū habeat uindicē, & diſſolutorē. Inciderit] .i. à caſu interuenerit, hoc eſt, nunꝙ fingetur diuinitùs factū eſſe, quod æquæ ueriſimili humanitùs fieri poterit. In Tragœd. etiā ſi quis ſeruū uult occidere indigna res, cui Deus interſit, aut inuocatio nominis eius: dignior aūt cū filius patrē, aut pater filiū occiderit. Similiter apud poëtā legimus in nono Turnū ingreſſum fuiſſe caſtra Troiana, illicq; multā cædē impunè feciſſe, quod incredibile uideretur, niſi ſubiunxiſſet, huic Iuno uires, animumq; miniſtrat, uel Sic nec Deus].i.inuocatio auxilij diuini interſit reb.dicēdis, niſi. Dignus uindice, &c.] .i.niſi maiora moliamur, ꝙ quæ humanis opib. effici poſſent. unde nec Comici, nec Elegiaci, nec Satyrici, nec Epigrammatici, nec id genus ſcriptores inuocare ſolent. Nec quarta perſona laboret] .i.conetur cū difficultate intelligēdi loqui in eadē ſcæna, hoc eſt, in una, eadēq; ſcæna licet cōplures perſonæ eſſe poſſint, rarò plures, ꝙ tres loquentur, quod ſi quarta loquatur id admodum parcè faciat: ne confuſio loquentiū difficultatē intelligendi pariat. Chorus].i.multorū collocutio, & cantus q in Tragœdijs quibuſdā adhuc cōſpicitur, & in Comœdij seſſe ſolebat. Defendat].i.protegat partes, & officiū uirile actoris.i.non multarū perſonarū partes ſuſcipiat, ſed uirilē partē tueatur.i.unius uiri, utpote actoris, aut alterius uiri, aut reuera officium uirile dicit, ſicut Liuius in prologo pro parte mea uirili dicitur, uel ſecundùm Porphyrionē præcipit ne uiris agentib.fœminarum inducatur chorus, nec fœminis uirorum. Neu].i.neue chorus ſup. Intercinat].i.canat. Quid] .i.aliquid inter medios actus quod, non Conducat].i.utile nō ſit. Propoſito].i.principali inſtituto. Et] Sup.quod non. Hæreat].i.quod non cohæreat & quadret. Aptè].i.decenter. Ille uidelicet chorus. Faueat bonis].i.dicat laudes in fauorē bonorū. Et concilietur] .i.cōciliationē faciat. Amicè].i.amicabiliter, uel ut quidā uolunt cū amica, ſed minùs placet. Et regat] .i. cōpeſcat iratos. Et amet].i.ſe amare oſtendat timentes. Peccare] .i. innocentes. ille laudet. Dapes].i.fercula breuis. Menſæ] .i. breuis refectionis. ille laudet iuſtitiā ſalubrē, quia, ut inquit Acro, ſemper incolumis eſt ſalus, ubi eſt iuſtitia. Et reges] .i. iuſtitiæ rectores, uel leges quæ ut Cicero inquit, & uirtutib.premia, & uitijs ſupplicia proponunt. Et laudet ocia] Id eſt, Tranquillitatem pacis, apertis portis, quia in pace portæ panduntur, et aperiuntur. unde ut dicitur ſecundo Aeneid. Poſtquam Troiani pacem habere ſperabant.

„ Panduntur portæ iuuat ire & Dorica caſtra,
„ Deſertoſq; uidere locos.

Aperiuntur ergo portæ ciuitatum tempore pacis, & clauduntur belli portæ in templo Iani, unde Aeneid. 1.

„ Claudentur belli portæ, &c.

Ille inquā chorus. Tegat commiſſa].i. celet credita ſibi, hoc eſt, non palā faciat credita cōſilia, neq; nodū fabulæ ante finē (ne populus aufugiat) diſſoluat & precetur, & oret Deos, ut Fortuna ſup. bona. Redeat miſeris].i.ad bonos iniuſtè patientes & miſeratione dignos. Nā miſeri ſine culpa, nō ſine pœna ſunt. Et abeat].i.diſcedat. Superbis].i.à ſuperbis & elatis. Quia de Comœdiarū & Tragœdiarū decoro paulòpòſt loq pollicitu ſumus. Nūc de ipſarū deſcriptione & partib. pauca præmittemus ex Diomede, qui ſic inqt. Tragœdia eſt Heroicæ fortunæ propoſitio. Tragœdia ut quidā uolūt dicitur à tragos, qui eſt, hircus, & Ode.i.cantus, quoniā olim auctorib.tragicis tragos.i.hircus præmiū cantus proponebatur, qui liberalib. die feſto Libero patri ob hoc ipſum immolabatur, quia, ut ait. Varro hirci depaſcunt uitē. Vnde Horat.in Arte Poëtica.

„ Carmine qui Tragico uilem certauit ob hircum
„ Mox etiam agreſtes Satyros nudauit. Et Virg. Georg. 2.
„ Non aliam ob cauſam Baccho caper omnibus aris
„ Cæditur.——

Alÿ putant à fece, quam Græcorum quidam Trigon appellãt, Tragœdiam nominatam, per mutationem literarũ: uidelicet in τ: quoniã olim nondũ perſonis à Theſpide, aut Theſpi repertis tales fabulas peruncti ora fæcibus agitabant. ut rurſum eſt Horat. teſtis ſic.

„ *Ignotum Tragicæ genus inueniſſe Camœnæ.*
„ *Dicitur & plauſtris uexiſſe poëmata Theſpis,*
„ *Quæ canerent, agerentq; peruncti fæcibus ora.*

Alÿ à uino dictam arbitrabãtur, propterea quod dictitabatur trix, unde trigetos uindemia quoq; eſt, quia liberalib. apud Atticos die feſto liberi patris uinum cantorib. pro præmio dabatur. Cuius rei teſtis eſt Lucilius in 12. Comœdia eſt priuatæ, ciuiliſq; fortunæ ſine periculo uitæ cõprehenſio, dicta ἀπὸ τῆς κώμης. Comæ enim appellantur pagi .i. conuenticula ruſticorum. Ita iuuentus (ut ait Varro) Attica circũ uicos ire ſolita fuit: Et quæſtus ſui cauſa hoc genus carminis pronunciabat. Aut certe à uicis. Nam poſtquam ex agris Athenas commigratũ, & hi ludi conſtituti ſunt, ſicut Romæ compitalitÿ ad cantendum prodibant, uel ἀπὸ τοῦ κώμου i. cõmeſſatione (Nam comos dicitur feſtiuitas in conuiuio, & commeſſatio) quia olim in huiuſmodi fabulis amantium iuuenum cõmeſſationes canebantur. Comœdia & Tragœdia differunt, quod Tragœdia introducuntur duces, heroes, reges: in Comœdia humiles atque priuatæ perſonæ. In illa luctus, exilia, cædes. In hac amores, uirginum raptus. Deinde quod in illa frequenter & pænè ſemper dantur rebus lætis exitus triſtes: & liberorum, fortunarumq; priorum in peius admiſſio. Triſtitia namque Tragœdiæ proprium eſt. Ideoq; Euripides petente Archilao rege, ut de ſe Tragœdiam ſcriberet, abnuit, & precatus eſt ne accideret Archilao aliquid Tragœdiæ proprium, oſtendens, nihil aliud eſſe Tragœdiam, quam miſeriarum comprahenſionem. Poëtæ primi Comici fuerunt Suſſario Rullus, & magnes hi ueteris diſciplinæ iocularia quædam minus ſcitè & uenuſtè pronunciabant. Secunda ætate fuerunt Ariſtophanes, Eupolis & Cratinus, qui & præcipuum uitia ſectati acerbiſſimas Comœdias compoſuerunt. unde Horatius in ſermonibus Eupolis atq; Cratinus, Ariſtophaneſq; poëtæ. Atque alÿ, quorum Comœdia priſca uirorum eſt. Siquis erat dignus deſcribi quod malus, aut fur: aut mœchus foret, aut ſiccarius, aut alioquin famoſus: multa cum libertate notabant. Tertia ætas fuit Menandri & Phillemonis, qui omnem acerbitatem Comœdiæ mitigauerunt, atque multiplicia argumenta Græcis auctoribus ſecuti ſunt. Ab ÿs Romani fabulas tranſtulerunt & conſtat apud illos primo Latino ſermone Comœdiam Liuium Andronicum ſcripſiſſe. Sunt qui uelint Epicharmũ in inſula Coo exulantem primùm hoc carmen frequentaſſe, & ſic à Co Comœdiam dici. Antea itaq; galeris, non perſonis utebantur, ut qualitas coloris indicium faceret ætatis: cùm eſſent aut albi, aut nigri, aut ruffi. Perſonis uerò primus cœpit uti Raucius Gallus præcipuus hiſtrio, qui loculis obuerſis erat, nec ſatis decorus in perſonis, niſi paraſitos pronunciabat. Initio togatæ Comœdiæ, quod omnia in publico honore cernebantur, quæ togatæ in prætextatas & tabernarias diuidebãtur. Togatæ fabulæ dicuntur, quæ præſcriptæ ſunt ſecundùm ritus, & habitus hominum togatorum, id eſt, Romanorum. Toga namque Romana eſt, ſicut Græcas fabulas ab habitu eorum Varro Palliatas, ait nominari. Togatas autem cùm ſit generale nomen, ſpecialiter tamen pro tabernariÿs non modò communis error uſurpat: quia flauius togatas appellat, ſed & poëtæ ut Horatius, qui ait, uel qui prætextas, uel qui docuêre togatas. Togatarum fabularum ſpecies tot ferè ſunt, quot & palliatarum. Nam prima ſpecies Togatarum, quæ prætextatæ dicuntur, in quibus imperatorum negocia agebantur, & publica, & reges Romani, & duces inducuntur, perſonarum dignitate & ſublimitate Tragœdiÿs ſimiles. Prætextatæ autem dicuntur, quia ferè regum, uel magiſtratuum, qui prætexta utuntur, in huiuſmodi fabulis acta comprehenduntur. Secunda ſpecies Togatarum, quæ Tabernariæ dicuntur humilitate perſonarum, & argumentorum ſimilitudine Comœdiÿs pares, in quibus non magiſtratus, regeſq; ſcilicet humiles homines, & priuatæ domus inducuntur: quod olim tabulis tegerentur, communiter Tabernariæ uocantur. Tertia ſpecies fabularum Latinarum eſt earum, quæ à ciuitate Oſcorum Athella, in qua primum captæ Athellanæ dictæ ſunt, argumentis dictiſq; iocularibus ſimiles Satyricis fabulis Græcis. Quarta ſpecies eſt Plampes Græcè mimos dicitur. Ideo autem Latine plampedes, quod actores planis pedibus, id eſt, nudis proſcœnium introirent, non ut Tragici actores, cum cothurnis, neque ut comici, cum ſoccis. Olim non in ſuggeſtu ſcænæ, ſed in plano Orcheſtræ poſitis inſtrumentis mimicis agitabant. Cuius planipedis Accius togatarum ſcriptor ita in ædilitia fabula meminit, datum eſt aurum exulcas planipes. Si quas tamen ex ſoccis fabulas fecerant palliati pronunciabant. Togata prætextata à Tragœdia differt: quod in Tragœdia heroes introducuntur, ut Pacuuius Tragœdias nominibus heroicis inſcripſit, Oreſtem, Chriſoen, & his ſimilia, ſicut & Accius. In prætextata autem ſcribitur Brutus, uel Decius. Item Marcellus. Togata Tabernaria à Comœdia differt, quod in Comœdia Græci ritus inducuntur, perſonæ Græcæ, ut Laches, Soſtrata. In illa uerò Latinæ Togatas tabernarias in ſcænam ductauerunt præcipuè duo Affranius & Quintus Ennius. Nam Terentius & Cecilius Comœdias ſcripſerunt. Latina Athellana à Græca Satyrica differt, quod in Satyrica ferè Satyrorum perſonæ introducuntur, aut ſi quæ ſunt ſimiles Satyris. In Athellana obſcœnæ perſonæ ut Maccus, quæ omnes fabulæ Dramaticæ ſunt, ab agendo dictæ. Nam agi fabula non referri ab actoribus dicitur. Sunt tamen quæ referuntur, quò circa Horatius utraque ſignificatione interpretatur cùm ita de fabula dicit: Aut agitur res in ſcœnis, aut acta refertur: ſicut in Græco choro ubi tres perſonæ tantum agunt. At Latini ſcriptores complures perſonas in fabulas introducère ut ſpatioſiores frequentia fierent. Satyrica eſt ludendi cauſa, iocãdiq; ſimul, ut ſpectator inter res Tragicas ſeriaſq; Satyrorum, quoque iocis & luſibus delectaretur, & ut Horatius ſentit his uerbis.

Carmine qui Tragico, &c.] *Mimus eſt ſermonis cuiuslibet motus ſine reuerentia uel factorum cum laſciuia imitatio. Mimus dictus, quaſi ſolus imitetur cum & alia idem poëmata faciant: ſed ſolus quaſi priuilegio quodã, quod fuit commune poſſedit ſimiliter, atque is qui uerſum facit dictus poëta, id eſt, factor, cùm & artifices qui æquè quid faciunt, non dicantur poëtæ. Membra Comœdiarum tria ſunt: diuerbium, Canticum, Chorus. Diuerbia ſunt partes in quibus diuerſorum perſonæ uerſantur. Perſonæ autem diuerbiorum aut duæ, aut tres, aut raro quatuor eſſe debent ultra augere numerum non licet. In canticis autem unà tantum debet eſſe perſona, aut ſi duæ fuerint ita debẽt eſſe, ut ex occulto unà audiat, nec loquatur, ſed ſecum ſi opus fuerit uerba faciat. In choris uerò numerus perſonarum diffinitus, non eſt, quippe iunctim omnes loqui debent, quaſi uoce confuſa, & concentum in unam perſonam reformantes. Latinæ autem Comœdiæ chorum non habẽt, ſed duobus tantùm membris conſtant diuerbio & cantico. Primis autem temporibus aſſerit Tranquillus omnia, quæ in ſcœna uerſantur. In Comœdÿs acta. Nam & pantomimus, & choraules in Comœdia canebant. Inter actores Comœdiarum pro facultate, & arte pauciores principatum ſibi artificio uendicabant. Sic factum eſt, ut nolentibus cedere mimis cum artificio ſuo cæteris: ſeparatio fieret reliquorum. Nam dum pauciores inferioribus, qui in omni magiſterio erant ſeruire dedignabantur, ſe ipſos à Comœdÿs ſeparauerunt: ac ſic factum eſt, ut exemplo ſemel ſumpto uſus quiſque ſuæ artis rem exequi cœperit. Neq; in Comœdiam uenire, cuius rei indicia produnt nobis antiquæ Comœdiæ in quibus inuenimus acta tibÿs paribus aut imparibus, aut ſerranis. quando enim chorus canebat.* Choricis tibÿs] *Id eſt, choraulicis artifex concinebat. In canticis autem tyrancis reſonabat, ſed quod paribus tibÿs, uel imparibus inuenimus ſcriptum, hoc ſignificatum, quod ſi quando monodio agebat, unam tibiam inflabat, quando ſinodio utranq. hæc Diomedes. Regula autem eſt.*

Comœdia quinque præciſè continebit actus: nec in una ſcæna ultra quatuor perſonas inducentur loquẽtes: quinetiam quarta raro loquatur. In nulla autem ſeu ſabula, ſeu hiſtoria inuocetur Deus aut Dea: nec interueniſſe dicetur ubi humanis opibus res geri poterit.

In

In Tragœdijs autem chorus id, quod in textu præſcribitur munus explebit.

Tibia non ut nunc orichalco iuncta, &c.] *Hic loquitur de luxu, & pompa Theatrali, oſtendens quo pacto incrementum ſumpſit ad-diturus, nonnulla de fabularum progreſsione atq; decoro, & dicit. Tibia, id eſt, fiſtula facta ex tibia potiſsimum gruum, qua modu-los faciebant non ſup. erat olim iuncta.* Oricalcho] *Id eſt, inſtru-mento facto ex oricalcho: quod in colore auro ſimile eſt, & æmula tubæ, id eſt, imitatrix æqualem ſonum reddendo, quaſi dicat. fiſtu-la erat olim ex tibijs gruum, & non ex metallo confecta, neq; tam ampla ut ſonum tubæ redderet, ſed erat* Tenuis] *Id eſt, modica.* Et ſimplex] *Id eſt, non compacta.* Et pauco foramine] *Id eſt, habens pauca foramina, quæ ſecūdum Varronē tantū quatuor fo-raminum apud priſcos fuit.* Vtilis] *Id eſt, idonea & commoda.* Aſpirare] *Id eſt, cantantibus choris concinere.* Et adeſſe] *Id eſt, auxilio eſſe, atq; pro & complere.* Flatu] *.i. ſonitu ſuo.* Sedilia] *.i. ſeſsiones hominum nondum nimis.* Spiſſa] *.i. adhuc non nimis repletas populo.* Quæ] *.i. ad quæ ſedilia populus.* Sane] *.i. ualde.* Numerabilis] *.i. facilis ad numerandum, utpote.* Paruus] *.i. mo-dicus.* Et frugi] *.i. parcimoniæ inſeruiens & caſtus, & uerecundus* Coibat] *.i. conueniebat.* Poſtquam] *Sup. populus Romanus ui-ctor exterarum gentium.* Cœpit] *.i. incœpit extendere.* Agros] *.i. poſsidere ampliores poſſeſsiones, & murus.* Latior] *Sup. cœpit amplecti.* Vrbes] *.i. ciuitates extentiores factæ ſunt.* Et genius] *.i. Deus naturæ cœpit placari (quaſi iratus fuerit in ſobrios, qui ge-nium ſuum defraudare dicuntur)* Vino diurno] *Quia interdiu uacare cœperunt potationibus cum priſci tantum labente die in cœ-nis conuiuere ſolerent.* Aut uino diurno] *.i. quotidiano .i. poſt-quam ſingulis diebus potationibus, & comeſſationibus indulgere cœperunt.* Diebus feſtis] *.i. tempore feſtiuo.* Impunē] *Id eſt, ſi-ne punitione.* Tunc] *Sup.* Licentia] *.i. impunitas & permiſsio.* Maior] *.ſ. quam prius acceſſit.* Et numeris] *.i. aut uerſibus, qui numero conſtant, & pro quibus ſæpè numeri ponuntur: aut nume-ris rerum Scenicarum, ut actorum, & ornamentorum, ac inſtrumē-torum Muſicorum, & foraminum in eis.* Aut numeris] *.ſ. chor-darum, quia ante tres chordæ erant, poſt ſeptem factæ ſunt, deinde nouem.* Que] *Pro &.* Et modis] *.i. modulationib. Et cauſa eſt quare non tanta licentia maiorib. erat, quam addit poëta, dicēs. Quid enim ruſticus indoctus liber.* Laborum] *.i. paulò ante ſolu-tus à labore.* Et confuſus] *.i. permixtus.* Vrbano] *.i. urbem ha-bitanti.* Et turpis] *.i. deformis permixtus.* Honeſto] *.i. pulchro.* Saperet] *.i. ſapere poſſet.* Sic] *.i. hoc modo.* Tibicen] *.i. canens in tibia, addidit* Arti priſcæ] *.i. ueteri, motum .i. geſtum corporis.* Et luxuriam] *.i. uoluptatem tripudiandi, & ipſe.* Vagus] *.i. uaga-bundus propter motum traxit.* Veſtem] *.i. ſyrma, quæ ueſtis ob-longa eſt, à Συρέω quod eſt traho dicta.* Per pulpita] *.i. per tabu-las ſcenæ.* Et uoces] *.i. ſonoritates, & modi inſolentiores.* Cre-uere] *.i. creuerint etiam.* Sic] *.i hoc modo.* Fidibus] *.i. chor-dis.* Seueris] *.i. grauib. prius.* Et facundia preceps] *.i. iocunda eloquentia, quæ cum ingenti impetu fertur.* Tulit] *.i. attulit uel protulit.* Eloquium] *.i. eloquentiam, inſolitum in conſuetum pri-us, & ſententia.* Sagax rerum utilium] *.i. ſapiens res utiles.* Et diuina] *.i. diuinatrix.* Futuri] *.i. rei futuræ non diſcrepuit.* Del-phis ſortilegis] *.i. ſortes.* Dantibus] *.i. talia cœpit dicere qualia in templo Apollinis dicuntur, cùm antea ſapientes loquerentur, & eorum præceptum pro reſponſo eſſet. Regula autem eſt.*

Sicut apparatus ſcænici paulatim ſu ſceperunt incrementum: ita & uerborū ac ſententiarum pondus in poëmatis.

Carmine qui Tragico] *Hic docet quomodo mutata eſt diſciplina poetarum, dicens. Is qui certauit ob hircum uilem carmine Tragi-co, uidelicet, Theſpis ſecundum Acronem.* Nudauit mox] *.i. pau-lò pòſt, hoc eſt, nudos introduxit Satyros.* Agreſtes] *.i. ſylueſtres & in agris uerſari ſolitos, & ipſe.* Aſper] *.i. ſeuerus reprehenſor uitiorum.* Tentauit] *.i. conatus eſt adhibere.* Iocum] *.i. iocun-ditatem.* Grauitate] *Sup. exiſtente.* Incolumi] *.i. ſalua.* Eo] *.i. imo, quod .i. quia ſpectator.* Functus] *.i. perfunctus.* Sacris] *.i. qui iam expleuerat rem ſacram.* Et potus] *.i. uino captus.* Et exlex] *.i. extra legē rationis exiſtens, erat morandus .i. detinendus.* Illecebris] *.i. delectationib. illicientib.* Et grata nouitate] *.i. com-moda, nō tamen, ſic ut propter nouitatē decorū penitùs omittatur, unde ſubdit.* Verum] *.i. ſed* Conueniat] *.i. conueniens ſit.* Cō-mendare] *.i. laudare Satyros inductos.* Et riſores] *.i. deriſores.* Et dicaces] *.i. ſcommata & dicteria in quēcunq; iacientes.* Et uer-tere ludo] *.i. in ludum.* Seria] *.i. res ſerioſas.* Ita] *.i. hoc modo.* Ne] *.i. ut non quicunq; Deus adhibebitur, aut quicunq; heros con-ſpectus.* Nuper] *.i. in priori fortuna in* Auro] *.i. ueſte aurata, uel aurea.* Et oſtro] *.i. purpura.* Migret] *.i. habitatū eat in taber-nas, in quib. res uendantur.* Obſcuras] *.i. tenebroſas, & hoc cum ſermone.* Humili] *.i. nimis abiecto.* Aut pro uel, dum] *.i. quan-do Deus, uel Heros.* Vitat] *.i. effugit.* Humum] *.i. humilem ha-bitationē.* Captet] *.i. capere feſtinet nubes.* Et inania] *.i. regio-nē aëris. Hoc eſt, quamuis inter Satyros fuerit, tamen rationi per-ſonæ ſuæ habeat.* Vt] *.i. quemadmodū.* Matrona] *.i. nobilis ma-trimonio tradita.* Iuſſa moueri] *.i. tripudiare dieb. feſtis interue-rit.* Satyris proteruis] *.i. procacibus, & petulantib.* Pudibun-da paulū] *.i. uerecunda aliquantulū ne propter Satyros, aut feſti-uitatē dignitatis ſuæ immemor uideatur. Quid heros ſit docet Au-guſtin. lib. 10. de ciuitate Dei, docens ab hera .i. Iunone heroas di-ctos. Et lib. 7. dicit quia Trimegiſtus quoq; auctor eſt, heroas habi-tare inter aëris puriſsimā partē, ſupra nos, & terram, ubi nullus eſt nebulis locus. Hæc illic. Verum ab auctore noſtro uidetur accipi pro uiro principe, & excellenti prædito uirtute. unde quidam ab a-rete, id eſt, uirtute deducunt.*

Tragici itaq; poëtæ quibus tragos .i. hircus erat premium, ut ſalibus, & iocis urbanis populū uoluptati indulgentē detinerent, Satyros induxerūt: unde Sa tyrarū origo, in quib ridiculæ ſunt per-ſonæ. Ad quarū decorū pertinet ut Dei, heroes, & principes uiri maieſtati ſuæ decentem cū uerborum, tum ueſtiū ha-bitum, inter iocularia ſeruent potiſsi-mum in Tragœdijs, quæ à decenti graui tate diſcedere recuſent, quāuis feſtiuos ſales admittant: ſicut matronæ in feſtis ſolennioribus choreas quidē ducunt, ſed petulantem ſaltationem deuitant.

Non ego inornata, &c.] *Perſtat in inſtituto ſuo poeta, & monet, ut uerba rebus, & perſonis quadrēt. Eſt aūt duplex intellectus pri-morū uerborū eo, quod in aliquando auget ut ſit inornata .i. ualde ornata. Aliquādo negat ut impotens .i. nō potens. Et inornata .i. non ornata. Primo modo ſic interpretātur.* Ego ô Piſones ſcriptor] *.i. q uolā ſcribere non amabo ſolū nomina & uerba Satyrorū inor-nata, & dominātia .i. habētia propriā ſignificationē, ſed inornatā, uerūmetiā ſup. uolā ad proprietatē, & ornatū accedere. ſecūdo mo-do ſic exponūt.* O Piſones ego ſcriptor] *.i. qui uolā ſcribere non amabo ſolū nomina.* Inornata] *.i. ualde ornata, & propriè ſignifi-cantia, & dominātia, & plusq̄ ſui iuris eſt importantia, ut tantus.* Aeneæ] *.i. Aeneas .ſ.* Quæ] *.i. quoq; uerba.* Satyrorū] *.i. Saty-rographorū, hoc eſt, nō ero cōtentus in altera parte orationis, quæ p nomina ſignificatur ſeruaſſe decorū, niſi etiā in uerbis .i. reliqua parte obſeruetur, mihi aūt ita interpretari placet, ut nomina, et uerba .i. ſingulæ partes orationis, ſint inornata .i. nō ornata, quia in Saty-ra quæ ornatū uerborū refugit, ſunt .n. Satyri agreſtes Dei: unde illis ſermo ruſticanus cōpetit, uerū tñ erunt uerba.* Dominantia] *.i. electa, quantū ad ſententias, in quib. uim habēt. Nec tñ ſatis eſt cōuenientia habere nomina & uerba: niſi & perſonis quadrēt unde addit. Nec pro & non, & ego.* Scriptor] *.i. qui uolā ſcribere Saty-ras non.* Enitar] *.i. non conabor differre ſic.* Colori Tragico] *.i. à Tragœdia .i. ſic effugere ſublimitatē Tragœdiæ.* Vt nihil in-terſit an Dauus ſeruus loquatur: an Pythias audax] *.i. meretrix effecta.* Lucrata] *.i. poſtquā lucrata eſt.* Talentum] *.i. tale pō-dus pecuniæ.* Symone] *.i. domino ſuo.* Emuncto] *.i. deluſo, uel ſub ſpecie melius faciendi pecunia priuato, ſicut apud Terentium.*
" *Emunxi ſenem argento,*

Neque

Neq; tamen de Pythia Terētiana loquitur, ſed de ea, quæ apud Lucilium à domino per aſtutias talentum accepit, quaſi dicat. Et ſi Dauus callidus eſt ſeruus, & Pythias lucrata talentum callida ancilla, & ita in qualitate multum conueniunt, tamē quia in ſexu diſferunt, interit multum, Dauus ne loquatur, an audax Pythias. An ſilenus cuſtos & famulus alumni, id eſt, à ſe nutriti, Dei uidelicet Liberi, ſeu Bacchi. hoc eſt, quamuis ſit petulans ſeruus & petulans ancilla, non tamen ad petulantiam Silem, qui cuſtos & nutritor eſt Liberi, ſeu Bacchi peruenient. Ego ſequar carmen fictum, id eſt, quod ego fingam ex noto, id eſt, ſecundùm ſimilitudinem carminis approbati, & mihi noti, hoc eſt, ego argumenta Satyrica ex Tragœdijs notis confingam, uel ita fingam carmen, & ita Comœdiam ex notis rebus, ut quamuis exiſtimet ſe imitari poſſe, laboret autem cum aggreſſus fuerit. Nam uirtutis eſt ita ſcribere Comœdiam ut imitatio eius facilis uideatur, & executio difficilis ſit. Quis enim neſcit modum litigandi, quomodo obiurgat pater filium, Adoleſcens iraſcitur meretrici & alia huiuſmodi. Ordo igitur eſt. Ego Sic ſequar carmen fictum ex noto] Id eſt, ſic faciam carmen fictitium ex re nota, ut quiuis, id eſt, quilibet, uel potius quicunque. Speret ſibi idem] Id eſt, ſpem habeat idem poſſe facerè. Sudet] Scilicet, præ dolore, & laboret Multum & fruſtra] Id eſt, conatus facere, id eſt, laboret Fruſtrà] Id eſt, inuanum. unde acclamat Tantum] Id eſt, intantum Pollet] Id eſt, ualet Series] Id eſt, aptus Ordo & diſpoſitio, quæ œconomia dicitur, quæ pro & Iunctura] Id eſt, ſubtilis compoſitio uerborum. Tantum honoris] Id eſt, uenuſtatis & lepôris Accedit] Id eſt, adijcitur Sumptis] Id eſt, ijs quæ ſumuntur de Medio] Id eſt, de rebus omnibus propoſitis & communibus. Fauni] Id eſt, dij ſylueſtres à fando dicti. Deducti ſyluis] Id eſt, à ſyluis ducti in theatrum caueant Me iudice] Id eſt, meo iudicio Ne iuuenentur] Id eſt, iuueniliter loquantur. Vnquam] Id eſt, quouis tempore, uerſibus Nimium teneris] Id eſt, nimis blandam ſententiam habentibus. quia Faunorum] Id eſt, Satyrorum eſt mordere Velut] Id eſt, ſicuti ſup. iuueniliter loquuntur. Innati triuijs] Id eſt, in medijs ciuitatibus aut hominum conuenticulis. Ac penè] Id eſt, quaſi Forenſes, id eſt, in foro uerſati, hoc eſt, ne nimium urbanos mores aſſumant, aut ne crepent, id eſt, per crepitum proferant, Verba immunda] Id eſt, obſcœna & nimium lubrica. quæ pro, id eſt, Ignominioſa] Id eſt, ignominiam & contemptum parientia. Quoniam] Pro quia ſupple ij. Quibus eſt equus] Id eſt, equites, hoc eſt, qui ſunt de ordine equeſtri, & Pater] Id eſt, qui ſunt de ordine patritio, hoc eſt, ſenatores, uel ij, quibus eſt pater, id eſt, liberi, ingenui, qui ſub patre ſunt, & res, id eſt, diuites, uel Reipublicæ gubernatores offenduntur, ſi quid obſcœnè dicatur. Ne] Pro & non, & ſi emptor Ciceris fracti] Id eſt, piſti, aut emptor Nucis] Id eſt, uilis, populus. qui aut cicere, aut nucibus uiuit Probat] Id eſt, approbat huiuſmodi compoſitionem Non tamen] ij quibus eſt equus, & pater, & res Accipiunt] Id eſt, libenter capiunt, aut Donant] Id eſt, munerant compoſitorem Corona] Id eſt, brauio uel præmio pro laude certantium, quaſi dicat, non quod uulgo, ſcilicet quod pe ritis placeat faciendum eſſe. Regula autem eſt hæc.

Non ſatis eſt in Satyris obſeruare uocabula illis apta, quæ ſint inornata, id eſt, ſub ruſticana quidem & minus culta, ſed in pondere ſententiarum dominantia: Verum annitendum eſt, ut perſonis quadrēt. Quia aliter ſeruus, quam ancilla, & aliter Satyrus, quam homo loquetur. Neq; uerò Fauni ac Satyri, qui dij ſylueſtres ſunt: ſic loquētur, ut in urbibus nati, aut cōuerſati uideantur, nec tamen tam obſcœnè ut pudicę aures nō ferant, ſed in re è medio ſumpta, id eſt, ad libitum excogitata tale ſeruabitur temperamentum, taliſq; iunctura, ut facilis quidē uideatur, ſed difficilima ſit imitatio.

Syllaba longa breui ſubiecta uocatur Iambus] Redit principaliter ad Iambici trimetri rationem, oſtendens eius Romanos non ſatis obſeruantes fuiſſe, cohortansq; Piſones, ut exemplaria Græca inſpiciant, & dicit ſyllaba longa Subiecta] Id eſt, poſtpoſita breui, uocatur Iambus appoſitoric pes Citus] Id eſt, uelox & rapidus Vnde] Id eſt, à qua celeritate. Iuſſit] Id eſt, uoluit nomen. Accreſcere] Id eſt, dari Iambeis ſup. uerſibus trimetris, id eſt, triū menſurarum. Cum] Id eſt, quamuis ipſe pes redderet in ſingulis uerſibus, dum ſcanduntur ſenos ictus, id eſt, ſex repercuſſiones digitorum, exiſtens ſimilis, id eſt, uniformis ſibi. Primus] Id eſt, à principio ad Extremum] Id eſt, uſque ad finem. Sed pridem] Id eſt, à multo tempore non ita, id eſt, talis, id eſt, non ubiq; poſitus ſcilicet, ut ipſe effectus tardior, & grauior paulò ueniret ad aures, id eſt, perciperetur auribus, recepit in Iura paterna] Id eſt, in loca ſibi à Patribus] Id eſt, primis conditorib. derelicta Spondeos] Id eſt, pedes illos ſtabiles, id eſt, tardiores & cunctatiores. Facilis commodus] Id eſt, libenter locum ſuum accommodans Et patiens] Id eſt, patienter ferens locum ſuum uſurpari. Sic tamen ut non Cederet] Id eſt, diſcederet Socialiter] Id eſt, iure conſodalitatis de ſecunda ſede & Quarta] Id eſt, de locis paribus. Nam in 6. quoq; frequens eſt, imò ut quidam uolunt neceſſarius. unde in Perſio Pægaſeium mellos, aut nectar non melos legendū uolunt. is uidelicet Iambus apparet rarus in trimetris. Acci] Id eſt, Accij & Enni] Id eſt, Ennij Nobilibus] Id eſt, quāuis mulatum notis & multum laudatis. Et hic pes prætermiſſus ſup. Premit] Id eſt, damnat & deprimit Turpi crimine] Id eſt, infami nota aut Operæ] Id eſt, operationis ſiue operantis nimis Celeris] Id eſt, feſtinantis aut carentis Curæ] Id eſt, diligentia aut artis ignoratæ. Premit inquam uerſus miſſos In ſcœnam] Id eſt, ad ſpectacula hominibus exhibitos cum magno Pondere] Id eſt, cum maxima multitudine, hoc eſt, ſi qui fane multos uerſus compoſuerint, & Iambici rationem non ſeruauerint deprehenduntur, & notabuntur uitio nimiæ celeritatis, aut negligentiæ, aut ignorantiæ. Sicut Ennius & Accius notati ſunt. ſi quis autem dicat nobiles eſſe illorū uerſus & à multis laudatos, & idcirco non debere dānari. Reſpondet poëta nō Quiuis] Id eſt, quilibet iudex, id eſt, uolēs de poëmatis iudicare, uidet ſup. Mente] Id eſt, cognoſcit poëmata Immodulata] Id eſt, non ſuis modulis conſtantia. Et ſi ſup. Venia indigna] Id eſt, quæ non deberet dari, eſt data poëtis Romanis. Num] Id eſt, an ego Vager] Id eſt, ſine ratione pedum, & lege carminis, huc illuc percurram, & ſcribam licēter, id eſt, licentioſe? q.d. minimè. An ſup. potius ego tutus, i. protectus arte mea & cautus, id eſt, cauens & circumſpectus intra ſpem Veniæ] Id eſt, quamuis ſim in ſpe ueniæ mihi dandæ. Putē] Id eſt, rear omnis ſup. homines uiſuros ſup. eſſe Mea peccata] Id eſt, uitia & errores? q.d. multò potius. Deniq;] Id eſt, & ut breuiter quod uolo dicā Vitaui] Id eſt, ponamus quod uitaui Culpam] Id eſt, quòd à nemine culpet Tamen] Sup. non merui Laudem] Id eſt, non debeo laudari, niſi ſic uitia uitauero, ut & artem ſeruauero, & quia nimia uenia Romanis poëtis data eſt, uos ò Piſones Verſate] Id eſt, frequenter Volnite exemplaria Græca] Id eſt, libros Græcorum poëtarū. Manu nocturna & diurna] Id eſt, tàm noctu, quā interdiu. At] Id eſt, ſed fortè dicetis Veſtri proaui] Id eſt, maiores & antiquiſſimi Romani Laudauēre] Id eſt, laudauerunt Nunc numeros] Id bonos uerſus, & bene numeratos, ſeu bonos modulos Verborū] Id eſt, facetias, urbanitates, & uenuſtates ſententiarū Plautinos] Id eſt, ipſius Plauti poëtæ. Reſpondet poëta. Mirati inquam ſunt utrunq;] Id eſt, & numeros, & ſales nimium Patienter] Id eſt, cū nimia patientia, quia debebant caſtigare quos laudauerunt. Ne] Id eſt, ut non dicam Stulta] Id eſt, quod ſtultè mirati ſint, quod tamen dicere poſſemus. Si modo] Id eſt, dummodo ego & uos Piſones ſcimus Seponere] Id eſt, ſeparare inurbanum ſup. Dictū] Id eſt, ruſticum & inelegans dictio. Lepido] Id eſt, à uenuſto, & ſuaui, ſiue urbano uerbo, & ſi modo Callemus] Id eſt, callidè cognoſcimus Sonum legitimum] Id eſt, legi carminis conuenientem, callemus dico digitis, quibus menſuram deprahendimus, & Aure] Id eſt, iudicio aurium, quo bonos modulos, bonamq; carminis uenam dijudicamus. Solent enim, qui menſuras Carminum diſtinguere diſcunt eas digitis dignoſcere, quibus numerū deprehen-

 dunt

dunt auribus, autem concentũ, & modulos. Quia hoc loco de Iambico carmine, quo Comici, & Tragici ferè utuntur, dicere polliciti ſumus, afferemus in medium pauca ex Priſciano Grammatico, cuius uerba ſunt huiuſmodi in tractatu de Comicis uerſibus. Cùm non ſolum Terentius, ſed Plautus etiam, Ennius, Acciusq́, & Næuius, atq; Pacuuius, Turpiliusq́, & omnes tam Tragœdiæ, quam Comœdiæ Latinæ ueteris ſcriptores, eodem metri modo Iambici ſunt uſi, ut in omnibus locis indifferenter ponerent Quinq; pedes] *Id eſt, Iambum, uel Anapæſtum, uel Dactylum, uel ſpondæũ abſq; poſtremo loco, in quo uel Iambum, uel Perichium omninò poſuiſſe inueniũtur, miror quoſdam, uel adnegare eſſe in Terentij Comœdijs metra, uel ea, quaſi arcana quædam, & ab omnibus doctis ſemota, ſibi ſolis eſſe cognita confirmare. Quod ut uel imperitiæ, uel arrogantiæ uitium effugiamus, breuiter de ſupradictis metris auctorum exponamus, & uetuſtiſsimorũ teſtimonijs etiam metrorum, uerſuũq; approbationibus utentes. Sciendum igitur quod Iambici uerſus, uel monometri ſunt ex duobus pedibus ſimplicibus coniuncti, uel dimetri ex 4. uel trimetri ex octo. Nam pentametri ex 10. & hexametri ex duodecim rariſsimè inueniuntur. Ergo trimetris, & tetrametris frequenter utuntur comici, alijs uerò raro, & in medio diſperſis pronunciationis rithmicæ cauſa, & diſtinctionis, ideo autem ſpondæum, uel dactylum in ſecundo loco, uel quarto poſuerũt, quod inuenerunt etiam apud Græcos Comicos uetuſtiſsimos, quamuis tamen raró fieri hoc idem. Solent autem Latini in multis initium aliquod incipientes à Græcis ab Auguſto in effuſum licentiæ ſpacium hoc dilatare, quomodo fecerunt in ſexto caſu ſecundum uetuſtiſsimos Græcorum Grammaticos. Sextum caſum illi dicebant ἐμέθεν emethen, σέθεν ſethen, id eſt, à me, à te, quæ in omnibus caſibus ſeruauêre magiſtri Latini S quoq; cùm rariſsimè neceſsitate carminis uim conſonantis amittat apud Græcos, Latini tamen cum licentia, & maximè uetuſtiſsimi ſubtrahunt eam in metris frequenter. Sunt tamen qui altitudinis cauſa etiam, & comparitatis quæ ſtylo elocutionis conuenit, Latinè hoc factum dicant. Hæc autem frequentia dactyli, uel ſpondæi facit, ut pene diſſoluta & pedeſtri ſimilia eſſe uideatur perſonarum ſermocinatio. Hæc Priſcianus, et reliqua quæ illic ſequuntur, qui ergo decorum Iambici trimetri ſeruare uolet iuxta auctoris noſtri præceptum, aut omnibus in locis Iambum ponat, & faciat Iambicum carmen, ſequente Epodo, ſicut ipſe poëta, cùm dicit,* Mala ſoluta nauis. &c *Epodos autẽ dicunt uerſus quolibet metro ſcriptos, & ſequẽtes clauſulas habentes, quales ſunt Horatij, in quibus ſingulis uerſibus, ſingulæ clauſulæ adijciũtur. Aut in ſecundo, & quarto loco ſpondæum recipiant, uerumtamẽ apud Tragicos recipiu dactylum, & tribrachum locis omnibus, præterquam nouiſsimo, qui ſpondæus eſt. Anapæſtum tantum locis imparibus, ſed ut Priſcianus docet, neq; Comici, neq; Tragici Latini eam legem ſeruant, imò frequenter carmen ſuum Iambo, uel Perichio claudunt, ut*

» *Poëta, cùm primum animum ad ſcribendum appulit.*

Cuius menſura eſt poe, Iambus, ta cum, Iambus. prim ani *dactylus.* mad ſcrib *ſpondæus* bendap. *ſpondæus.* pulit *perichus, unde patet quam frequens ſit in Comœdijs literarum conſumptio per uocales ſequentes. Regula autem eſt.*

Verſus Iambicus ab Iambo, qui quod ex breui, & lõga cõſtat pes citus ac præceps eſt denominatus, olim ſex Iambis conſtabat, ſed trimeter, id eſt, triũ menſurarũ eſt dictus, quod bini Iambi propter celeritatem ſingulas duntaxat menſuras facerent, nunc uerò ut grauior fieret locis imparibus ſpondæum recipit, nec tamẽ à ſecundo, aut quarto recedit, quanquam in trimetris Accij & Ennij rarò conſpicitur. Verumtamen ex hoc ſolo pede, uel decenter poſito, uel prætermiſſo, iudicare poſſumus, aut diligentiam, aut negligentiam ſcribentis, ſed non omnes cognoſcunt artificium carminis, & Romanis poëtis datur nimia uenia, ac permittitur licentia, ob quam tamen diligens poëta non ſecordius aget, ſed Græcorũ exempla noctu, diuq; uerſabit, nec à Plauti, aut alterius poëtę Latini ſalibus exemplũ ſumet, quia minùs diligentes à doctis offenduntur.

Ignotum tragicæ, &c.] *De hac re Donatus in Terentium ut ſtatim recitabimus aliter ſentire uelle. Nam initium Tragœdiæ & Comœdiæ à rebus diuinis inchoatum aſſerit, quibus pro fructibus uota ſoluentes operabantur antiqui etiam, ante conſtructionem Athenarũ. unde infert. Itaq; ut rerũ, ita etiam temporũ ipſorũ cœpto ordine Tragœdia primo prolata eſſe cognoſcitur. Nam ut ab incultis, & feris moribus paulatim peruentũ eſt ad manſuetudinem, urbeſq; ſunt conditæ. Vita mitior atq; ocioſa proceſsit, ita res Tragicæ longè ante Comicas inuentæ. Quamuis autem retrò priſca uoluentib. reperiatur Theſpis Tragœdiæ primus inuentor, & Comœdiæ ueteris pater. Eupolis cũ Cratino, Ariſtophaneſq; eſſe credatur Homerus, tamen qui ferè omnis poëticæ largiſsimus fons eſt, etiam his carminibus exempla præbuit, & uelut quadam, ſuorũ operũ lege præſcripſit, qui Iliada inſtar Tragœdiæ, Odyſſeam ad imaginem Comœdiæ feciſſe monſtratur. Nam illius tale, tantumq; documentum ab ingenioſiſsimis imitatoribus, & digeſta ſunt in ordinem, & diuiſa ſunt ea, quæ etiam tũc temerè ſcribebantur adhuc impolita, atq; in ipſis rudimentis haud quanquam, ut poſtea facta ſunt, decora. Hæc ille. Vult ergo ante Theſpim Tragœdiam fuiſſe, ſed nihil contra autorem noſtrum ſentit. Non enim dicit Tragœdiam ab eo eſſe inuentam, ſed ignotum prius genus Camœnæ Tragicæ, quaſi dicat, argutiùs & politiùs adductũ genus Tragœdiæ ab eo in uſum, quod tamen Aeſchylus poſtea longè politius effecit. Hic igitur oſtendit poëta, quo pacto apud Græcos aucta, & conſummata eſt fabula, & quo apud Romanos nouum genus cœptum, & uetus continuatum, qui non minus laudis, quàm Græci meruiſſent, ſi in caſtigando tam accurati fuiſſent, proinde monet potiſsimum Piſones, ut caſtigandi diligentiam non fugiant, potiuſq; amen e docti eſſe, quam uideri. Cuius Ordo uerborum & ſenſus eſt. Theſpis uetus ille & ferè primus Tragœdiarum apud Athenienſes ſcriptor.* Dicitur] *Id eſt, fertur uulgo* Inueniſſe] *Id eſt, excogitaſſe genus* Camœnæ] *Id eſt, fabulæ Tragicæ* Ignotum] *Id eſt, inauditum & incognitum prius, &* Vexiſſe plauſtris] *Id eſt, uehiculis* Poëmata] *Id eſt, opera ſua in genere Dramatico facta, quod dictum Acro exponit dupliciter. Vel quod tam multa ſcripſiſſe dicatur, ut ea poſſet plauſtris aduehere, uel potiùs quia ante chori eſſent in plauſtris conſtituti circa uicos, primus Tragœdias dicebat. Veriſimile autem eſt ante theatri, ſcœnarumq; inuentionem fabulas in plauſtris eſſe* Actas] *Id eſt, præſentatas. Et ita dicitur Theſpis uexiſſe poëmata plauſtris, quæ poëmata actores* Peruncti ora] *Id eſt, habentes facies infectas & illitas fæcibus* Canerent] *Id eſt, pronunciarent* Et agerent] *Id eſt, geſtu repræſentarent, unde Porphyrio & Diomedes dicunt quoſdam putaſſe Tragœdiam appellatam eſſe quaſi trigodiã, quia Græci fæcem triga appellant. Aeſchylus uetus Tragicus & etiam Comicus fuit ſup.* Repertor] *Id eſt, inuentor* Perſonæ] *Id eſt, faciei fictitiæ à perſonando dictæ, quia per medium eius fit ſonus ſecundùm loquentium qualitatem. unde unus multas perſonas agere poteſt, producit tamen ſecundam, quam perſona corripit.* Et repertor pallæ] *Id eſt, pallij uelantis* Honeſtè] *Id eſt, decorè & pulchrè, quia palla non niſi honeſtis perſonis datur. fuit inquam repertor poſt hunc, id eſt, poſt Theſpin. Et* Inſtrauit] *Id eſt, inſtruxit* Pulpita] *Id eſt, proſcœnia, quò plures petunt* Tignis] *Id eſt, trabibus tranſuerſis modicis, quia rerum ferè initia modica ſunt. Et* docuit loqui Magnum] *Id eſt, magnificè &* Niti] *Id eſt, inniti inter agendum* Cothurno] *Id eſt, alto calceamento, quo altiloquentia ſignificaretur.* Comœdia uetus ſucceſſit his] *Id eſt, ſequuta eſt Tragœdias* Non ſine] *Id eſt, cum multa laude. Sed* Libertas] *Id eſt, impunitas ſcribendi, & carpendi unumquemq; etiam uiuentem, & proprio nomine* Excidit] *Id eſt, dilapſa eſt in* Vitiũ] *Scilicet, quia in perniciem bonorum uirorum &* In uim] *Id eſt, uiolentiam* Dignam regi] *Id eſt, moderari* Lege] *Id eſt, præcepto, ne quis uiuentem ſub nomine proprio carpat, neue libellum famoſum*

moſum edat. Lex] Id eſt, illud publicum edictum eſt Accepta] Id eſt, approbata à populo & poëtis, & Chorus] Id eſt, multitudo ſimul canentium & laudantium bonos Obticuit] Id eſt, ſiluit & prætermiſſus eſt. Turpiter] Id eſt, inhoneſtè & hoc iure nocendi ſublato. Turpe enim eſt nolle bonos laudare, quia malos non poſſet diffamare. Noſtri poëtæ] Id eſt, Latini Nil] Id eſt, nullum genus fabulæ Liquere] Id eſt, dereliquerunt Intentatum] Id eſt, quod non tentarent imitari, & ipſi auſi deſerere ueſtigia Græca & Celebrare] Id eſt, celebria reddere facta Domeſtica] Id eſt, patria, quaſi domi ſuæ acta non meruêre minimum decus, imo per Liptotem maximum, Vel] Id eſt, ſup. i. qui docuêre Prætextas] Id eſt, prætextatas fabulas, quæ ſunt de nobilib. Romanis prætexta utentibus. Vel] i. ſiue ij ſup. qui docuêre Togatas] i. fabulas de populo Romano, qui togatus eſt. nec pro non Latium] i. regnum Italiæ, uel imperium Romanum Non foret] i. non eſſet potentius claris Armis] i. facto armorum, & rebus bellicis Quã lingua] i. quam eloquentia Si unũ] i. una res uidelicet Labor limæ] i. caſtigationis non Offenderet] i. tædio afficeret Quemlib] i. quẽlibet poëtarum uel legamus coniunctim ſic. Si labor] i. diligentia Limæ] i. caſtigationis, & Mora] i. dilatio, & ut dicunt patientia caſtigandi non offenderet unumquemq; poëtarum. Quod ægrè ferens exclamat poëta dicens. O' uos Piſones exiſtens ſup. Sanguis Pompilius] i. progenies à Numa Pompilio producta, quia Calpus filius eſt Numæ Pompilij, à quo Calpurnij Piſones traxerunt nomẽ. Vos inquam Piſones reprehendite carmen, quod.

Multa dies] Id eſt, multum tempus, & Multa litura] Id eſt, deletura, & caſtigatio. non Coërcuit] i. continuit intra decorum ſuum: ueteres enim in ceratis tabulis ſcribebant, unde ſcripturã nõ placentem linendo delebant, unde literam, quaſi lituram dictã uolunt, uel ut alij quaſi legiteram à legendo. Atq; pro & reprehendite ſup. carmen quod multa dies, & multa litura nõ caſtigauit Perfectum] i. poſtquam caſtigatum eſt decies ad Unguem] i. ad extremam examinationem. ſicut marmorarij, politionem marmorum unguibus per ipſa ductis examinant. unde ad unguem factum dicimus perpolitum, & perfectum, ſicut poëta in ſermonibus. Ad unguẽ factus homo. Circa inuentionem Satyrarum, Tragœdiarum, & Comœdiarum pauca ex Donato Grãmatico recitabimus, qui uult initium Tragœdiarum, & Comœdiarum à diuino officio eſſe inchoatum. Nam antiqui illi & ferè primi mortales dijs frugũ pro frugibus iam collectis uota ſoluebant, ubi conſtructis altaribus, & hirco admoto chorus ſacer canebat genus carminis in laudem Liberi patris, quod à trago, i. hirco, Tragœdia dicebatur, quia tragus uitibus inimicus eſt, uel quia cantoribus in præmium dabatur, uel quia pelles hircina muſti plena ſolenne præmium cantoribus erat. uel ut modo dictum eſt à fæce quam Græci triga uocant. Illo enim tempore nondum erant perſonæ, & ita fæcibus uini ora deformabant. Materia autem illius ueteris Tragœdiæ prima laudes, & Gratiarũ actiones pro frugibus ſunt. unde 2. Georg.

„ Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
„ Cæditur & ueteres ineũt proſcænia ludi.

Deinde cœperũt ingenia iuuenũ non ſolũ laudes deorũ canere, ſed etiam ad mores ædificandos hominum uitas deſcribere, quod quia faciebant, quo tempore hircus emolabatur, & ut hirco donentur, manſit fabulæ nomẽ Tragœdiæ. Veriſimile eſt eos ut ſublimitatem, immortalitatem, & beatitudinem Deorum, plenius colligerent hominum etiam maximorum humilitatem, fragilitatem, & infœlicitatem oſtendiſſe, quæ hodie quoq; materia eſt Tragœdiæ nouæ, quam Theſpis inuenit. Poſtea idem introduxit Satyros. Satyram priſcam compoſuit Comœdiæ priſcæ, non diſſimilem, in qua mores hominum etiam obſcœniſſimi populo exponebãtur, cum nota eius qui perpetrauerat, quæ res diu bonis moribus multum profuit. Multi enim ne notarentur peccare ueriti ſunt. unde Iuuen. in Satyra 1.

„ Enſe uelut ſtricto quotiens Lucilius ardens
„ Infremuit, rubet auditor cui frigida mens eſt
„ Criminibus.——

Lucilius enim primus Satyram nouã carmine hexametro ſcripſit apud Romanos ſeruata libertate ueterum Comicorum. unde poëta noſter in ſermonibus.

„ Eupolis atq; Cratinus, Ariſtophaneſq; poëta,
„ Atq; alij quorum Comœdia priſca uirorum eſt.

Si quis erat dignus deſcribi quòd malus, aut fur, aut mœchus foret, aut ſicarius, aut alioquin famoſus, multa cum libertate notabant. Hinc totus pendet Lucilius, hoſce ſequutus mutatis tãtum pedibus, numeriſq;. quia uerò poſtea aut odio proprio, aut aliorum inſtigati etiam bonos uiros defamare mali poëtæ cœperunt. Nam Ariſtophanes etiam Socratem iniurioſè notauit, lata eſt lex apud Græcos, ut deinceps nemo nominatim quemuis uiuẽtem notaret, & ideo remotus eſt Chorus à nolentibus laudare, qui uituperare nõ poterãt, & facta eſt noua Comœdia à Menandro potiſſimùm, quam ad Latinos tranſtulerunt Romani poëtæ, & à principio Græca argumenta ſecuti ſunt. Deinde imitationem Græcorum relinquentes formauerunt Latina argumenta, hinc ſunt Comœdiæ prætextatæ, & Satyra Lucilij, & ſublato iure nocendi Satyra noua. Regula eſt.

Caſtigandum eſt priuſquam emittatur opus.

ARGVMENTVM TEXTVS.

Theſpis quidem primus apud Græcos Tragœdiam in plauſtris (nondum factis Theatris) agendam inſtituit, ſed mox ornamenta adiecit Aeſchylus. Cui uetus Comœdia licenter quemlibet nominatim carpens ſucceſſit, ſcilicet ex quo libertate abuſi etiam bonos carpere cœperant. Lata eſt lex ne quem uiuentiũ nominatim taxent, qua lata etiam chorus turpiter obticuit. Romani autẽ quæcunque apud Græcos uiderant imitati ſunt, quod non ſine laude effeciſſent, ſi caſtigandi laborem non refugiſſent.

Ingenium miſera quia fortunatius arte] Ridet poëta in hoc principio eos, qui ueri poëtæ uideantur ſeſe inſanos ſimulant. nam Democritus ſententiam protulit, quam & Plato aſſeruit, neminem eſſe uerum poëtam, qui compos eſſet ſui, fruſtraq; poëticas pulſare fores, qui nondum afflatus eſſet furore. Proprium enim eſt uatis inſanire, unde de Syllaba dictum eſt in 3. Aeneid.

„ Inſanam uatem aſpicias.

Et in Buccol. uolens poëtico munere fungi, dixit inſanire libet. Cuius cauſa uidetur eſſe, quia in uero poëta dominatur Deus & ſpiritus ille propheticus, ut non humanitùs, ſcilicet diuinitùs allata uideantur. unde Ouidius.

„ Eſt Deus in nobis agitante caleſcimus illo.

Verùm poëta oſtendit plus gratiæ meſſe carminibus ex ſapiẽtia acquiſita, quam ex illo ſubito calore compoſitis. Ideoq; Græcos in ea re præſtare Romanis, quia Græci laudi, Romani diuitijs ſtudent. dicit ergo. Quia Democritus notiſſimus philoſophus credit Ingenium] Id eſt, uim intelligendi nobis à natura ingenitam eſſe Fortunatius] Id eſt, ad carmina fingenda dexterius & promptius, arte miſera, utpote, quæ ſine ingenio nihil poteſt, & quia excluſit. Helicone] Id eſt, à conſortio Muſarum & diuinorum poëtarum in Helicone monte Muſis ſacro conuerſantium. Poëtas ſanos] Id eſt, non afflatos poëtico furore. Bona] Id eſt, magna pars poëtarum ſup. non curat Ponere] Id eſt, deponere ungues, non ſcilicet curat ponere barbam, & petit loca ſecreta, & uitat balnea, quo plures conueniunt. Et hoc ideo enim, i. quia, Nanciſcetur] i. acquiret Precium] i. mercedem uidelicet Laudem & nomen] i. famam poëtæ ſi Nunquam] i. non unquam non commiſerit unquã Licino uiro opulentiſſimo, & tonſori, quem poſtea dicunt factũ ſenatorem à Cæſare caput ſup. ſuum Inſanabile] i. tam inſanũ quod eſſet impurgabile tribus Anticyris, id eſt, helleboro, naſcenti in tribus Anticyris. Reperitur autem hic helleborus, ut in 4. Georg. & hoc helleborum. Anticyra enim inſula eſt, ubi helleborum ſiue ueratrũ candidum naſcitur, quod ad purgandum cerebrum cura noxam capitur. Porph. dicit Anticyram eſſe locum in Achaia, ubi helleborum naſcitur, quo ſumpto dementes ſanantur à capitis dolore, imò contra quemuis furorem, unde in ſermonibus danda eſt hellebori multò pars maxima auaris. Neſcio an Anticyram ratio illis deſtinet omnem. Quia uerò talis ſimulata inſania nihil ad poëtam facit, ideo Ironicôs de ſe loquitur poëta utens exprobratiua particu-

le, & dicit. Oh ego ſup. ſum leuus] i. ſiniſter, & ad carmen infortunatus, qui purgo bilem ſub Ora] Id eſt, extremitate uerni temporis, hoc eſt, ſub exitum ueris. Non Alius] i. nemo faceret meliora ſup. poëmata, quam ego ſi non purgarer, quia totus eſſem inſanus Verum] i. ſed Nil] i. nulla laus poetarum Eſt] i. reputatur Mihi] i. à me tanti ualoris ſup. ut uelim immundus & inſanus haberi, ergo quia nolo facere, quo alios poetas fieri prædico ego.

Fungar uice] i. officio Cotis] i. lapidis, quo ferrum acuitur, quæ ualet efficere ferrum acutum. cum ipſa ſit Exors] i. ſine ſorte & officio ſecandi &. Ipſe] i. ego docebo munus & officium ſcribendi. & Vnde] i. quare Opes] i. auxilia ſcribendi, uel metaphoricôs diuitiæ Parentur] i. acquirantur. Et quid Alat] i. foueat, & Formet] i. inſtituat poetam. Quid deceat] Sup. poetam Quid non] Sup. deceat poetam Quo] i. ad quem finem Virtus] i. uera ſapientia Ferat] i. ducat, & quo error ferat, Quia ſapere] i. ſapientem eſſe, & philoſophiæ peritum eſt principium, & fons ſcribendi rectè. Chartæ Socraticæ] i. ſcripturæ philoſophicæ, non quas Socrates ſcripſit, qui nihil ſcripſiſſe dicitur, ſed quas Plato & reliqui philoſophi ex eius ore collegerunt, potuerunt Oſtendere tibi rem] i. argumentum & materiam ſcribendi, & uerba non inuita, imò ultronea ſequentur Rem prouiſam] i. prius ex Philoſophia notam. unde & Aſinius Pollio, malè inquit hercule eueniat uerbis, niſi rem ſequantur. Poëma enim conſtat ex re, & oratione. Res autem ex Philoſophia originem trahit, ut præcepta cõtineat. Oratio in Grammatica & Rhetorica diſcitur. Eſt enim numerata locutio, quæ rei inſeruire debet contra quod peccant, qui ut bonam clauſulam inſerant totam rem mutant. Oſtendit ergo poëta quid ex philoſophis diſcere debeamus, dicens. Qui didicit quid debeat patriæ in qua natus eſt, & quid amicis, & quo amore parens ſit amandus, & quo frater, & quo hoſpes, id eſt, hoſpitio acceptus, & quod officiũ ſit, ſupple patris conſcripti, id eſt, cùm alijs ad ſenatũ adſcripti, quod officium ſit iudicis, quæ partes, id eſt, quod officium ſup. ſit ducis miſſi in bellum, ille idem it profectò, id eſt, reuera. Scit reddere] Id eſt, attribuere Cuiq;] Id eſt, unicuiq; perſonæ Conuenientia] i. quæ ei conueniunt. Ego iubebo] Id eſt, uolã uel præcipiam imitatorem Doctum] Id eſt, eum, qui uolet doctè imitari. Reſpicere] Id eſt, iterum atq; iterum inſpicere exempla uitæ, & morum hominum & Ducere] i. trahere. Hinc] i. ex huiuſmodi exemplari Voces] i. locutiones Viuas] i. ad uiuum effictas, quia fabula nullius Veneris] Id eſt, ſine uenuſtate, & Sine pondere] Id eſt, maieſtate loquendi, & ſine arte confecta Specioſa] i. habens ſpecimen locorum, uel in ſuis locis. Et morata] i. inſequens, mores hominum Recte] i. debitè Oblectat] i. delectat, & afficit interdum populum Valdius] i. uehementius, & Moratur] i. detinet deſiderio ſpectandi Melius] Id eſt, amplius quam uerſus. Inopes rerum] i. egeni ſententiarum bonarum & Nugæ] i. carmina futilia, & nihil ad rem agentia. Canoræ] Id eſt, iuſto numero, ornatis uerbis, & multa concinnitate compoſitæ. Muſa] Id eſt, dea poetarum dedit Graijs] Id eſt, Græcis Auaris] Id eſt, cupidis. nullius ſup. rei. Præter laudem] Id eſt, præterquam laudis ingenium ad excogitandum, & loqui Ore rotundo] i. perfecto, & hoc, quia philoſophiæ ſtudent. Sed Pueri Romani] i. liberi Romanorum diſcunt. Longis rationibus] i. per longos calculos & longas computationes. Deducere] i. diuidere aſſem, id eſt, libram duodecim unciarum in partes centum. Filius Albini] Sup. inquit præceptor calculorum dicat, ſi Vncia eſt remota] i. ablata de. Quincunce] i. de quinq; uncibus. Quid ſuperat] i. reſtat? Reſpõdet puer, uel potiùs poëta, ſi tu es filius Albini, ſic interrogatus Poteras dixiſſe] i. fieri poteſt, ut dicas triens ſup. Superat] i. reſtat. Et præceptor dicit, adulando en fili ſi ſic ſapis, tu poteris ſeruare tuam rem. Triens enim] i. tertia pars aſſis, quæ quatuor unciæ ſunt. Reſtat ſi à quinq; deducta eſt una interrogat iterum magiſter. Si] Sup. uncia Redit] Id eſt, accedit, uel additur ad quincuncem quid ſit. reſpondet puer Semis] Id eſt, dimidium aſſis, hoc eſt, ſex unciæ. contra quod inſtitutum exclamat poëta dicens. Speramus] i. debemus ne ſperare, q. d. nullo modo carmina Linenda] i. digna, quæ linantur cedro, quæ eſt arbor, quæ non ſentit cariem, & cuius ſucco illita charta non conſumuntur. Et Seruanda] i. digna quæ conſeruentur Cupreſſo] i. ſcrinio, aut arca cupreſſina. Leui] i. leuigata, & polita, quia libri arca cupreſſina incluſi à tineis non uexantur. Poſſe fingi] i. componi. Cum] i. poſtquam ærugo, immacula uidelicet auaricia, & Cura] i. cupiditas Peculi] Pro peculij augendi. Imbuerit] i. inſtituerit, uel inſtruxerit ſemel animos Iuuenum ad hæc] i. ad huiuſmodi calculos ponendos, q. d. nequaquam. Regula eſt.

Tameſi Democritus cenſuit poëtam bonum naſci, bonitateq; ingenij, & diuino furore potiuſquam arte, & eruditione fieri, non tamen prætermittenda eſt eruditionis diligentia, ſed res deſcribendæ ex philoſophorum libris, & deſcribendorum officia ex moralibus depromentur, quib. habitis rem uerba ſequentur nõ inuita. Quod ut aſſequamur, potius Græcos ſolius laudis, quã Latinos pecuniæ auaros mirabimur, ac imitabimur.

Aut prodeſſe uolũt, aut delectare poëtæ] Hic ut poëtæ uotî ſui compotes fiant, ſciantq; quem finem prætendere debeant, oſtendit triplex eſſe intentum poetæ, & quis intenti ſui compos præcipuè laudandus ſit, addens cui, & quatenus ignoſcendum ſit. Innuit autẽ triplicem finem poetarum, dicens. Poetæ aut uolunt prodeſſe] i. aut tantum utilitatem ſeu frugem morũ, aut doctrinæ prætendunt, ut qui ſeuerè aut Satyram ſcribunt, aut quãuis artẽ præcipiũt. Aut uolunt delectare] Id eſt, prætendunt ſolam delectationem audientium, uel perlegentium, ut qui laſciua carmina, aut elegias amorum ſuorum edunt. Aut Volunt ſimul dicere & iocunda] i. delectabilia, & idonea Vitæ] i. congrua ad benè uiuendum. Deinde oſtendit quid illis faciundum ſit, qui Prodeſſe uolunt] i. qui præcipiunt, dicens. Quicquid præcipies] i. quamcunq; artẽ præceptionibus trades. Eſto breuis ut animi dociles] i. quos breuitate afficis dociles Percipiant] i. intelligant Citò dicta] i. quæ dixiſti, uel præcepiſti. Et ut fideles ſup. Animi teneant] i. nõ obliuiſcantur ſemel, commiſſa. Et eſt metaphora ſumpta à uaſe, uel ab amico, quòd uel qui ſi ſecreta à domino, uel amico tradita diligẽter contineat, & non effutiat fidele, uel fidelis dicitur. Omne ſuperuacuũ] i. quod ultra capacitatem diſcipuli præcipitur Manat] i. diſtillat & ſuperfluit de pectore Pleno] i. de ingenio non amplius capaci. Ficta cauſa uoluptatis] i. ad ſolam delectationem inuenta ſint proxima Veris] i. uero ſimilia. Et fabula] i. fictio poetica nõ Poſcat] i. exigat Credi ſibi] i. fidem ſibi adhiberi quodcunq; uelit ſup. fingere. Neu] Id eſt, néue pro & non. Extrahat] i. eximat puerum uiuũ. Aluo] i. ex uentre Lamiæ] i. ſtrigis deuoratricis, quia hoc non eſt uériſimile. Sunt aũt Lamiæ mulieres, quæ à nutricibus dicuntur noctu uolare, & pueros quos ſolos uagantes offendunt deuorare, ad terrorem uidelicet puerorũ. Ineptiret ergo poëta, qui hoc ueram hiſtoriam oculis ſpectantium exhibeat. Sequẽtibus oſtendit poëta cuius intentum maximè laudetur, dicens Centuriæ ſeniorum] i. graues uiri, utpote ſenes Agitant] i. expellunt ſup. Poëmata expertia] i. nullam partem habentia. Frugis] i. utilitatis, hoc eſt, ad ſolam delectationem ficta. Et Rhamnes] i. equites Romani Celſi] i. in ſummo loco ſedentes, quorum ferè molles ſunt auriculæ. Prætereunt] i. negligenter audiunt, & contemnunt Poëmata auſtera] i. nimium ſeuera, & nullam delectationẽ habentia, q. d. qui prodeſſe uolunt, placent quidem ſenioribus, ſed nõ iuuenibus, qui delectare è diuerſo, uerũ ij qui miſcent. Vtile] i. utilitatem Dulci] i. delectationi. Tulit] Id eſt, abſtulit. Omne punctum] i. omnium ſuffragium, quod tractum eſt ab Ambientibus] i. magiſtratum ambiendo petentibus, qui ſuffragia petentes, tabulas ceratas circumferebãt, in quibus ſuffragatores, hoc eſt, ut dicunt uoces ſuas dantes punctum deſcribebant. Qui ergo omne punctum tulit, omnium ſuffragio, & conſenſu creabatur, utpote ab omnibus laudatus, & omnibus placens. Idem quoq; fiebat in cauſis centumuiralibus. nam auditis partibus, tabella circumferebatur iudicibus ac ſinguli punctum, ſiue notam imprimebant, qua, uel qua, aut damnarent, aut abſoluerent. Tulit ergo omne punctum

delec

delectando lectorem & monendo Pariter] i. ſententias utiles habendo, quibus lector ad uirtutē moneretur Hic] i. huiuſmodi Liberi] i. ita compoſitus codex Meret] i. lucratur Soſijs] i. illis librarijs fratribus, qui tunc Romæ libros uendebant Aera] i. pecuniam grandem. Et hic, i. huiuſmodi liber Tranſit mare] i. fertur ad ultra marinas oras Et prorogat] i. extendit Scriptori] i. auctori Noto] i. ut dicunt famoſo Longum æuum] i. indelebilem ferè memoriam. Et quia nemo ad unguem perfectus eſt, qui in nullo erret, oſtendit ignoſcendum eſſe certis erroribus, dicēs. Sunt tamen delicta] i. errores in ſcribendo, quibus nos uelimus Ignouiſſe] i. dediſſe ueniam. Nam neq;] i. non, chorda percuſſa à Cytharædo non Reſpondet] i. non reddit ſemper ſonum, quem manus & mens, & intentio percutientis uult. Quæ] i. quia Remittit] i. refert, uel reddit. Perſæpe] i. frequenter Poſcenti] i. exigēti Sonum grāuem] Sonum acutum. & Arcus non ſemper feriet] i. transfiget ſagitta ſua quodcunq; minabitur. Verum] i. ſed Vbi] i. poſtquam Plura] i. multa Nitent] i. reſplendent, & decora ſunt in carmine, ego non Offendar] i. lædar paucis Maculis] i. paucis erroribus, Quas] i. quos aut Incuria] i. negligentia Fudit] i. emiſit, aut natura humana prona ad peccandum, & errori proxima Cauit] i. effugit Parum] i. non ſatis diligenter. Quid ergo eſt] i. quid ex illo infertur. Reſpōdet, ut Si ſcriptor] i. q̄ cōponit opus, & ſi Librarius] i. ſcriba, qui mercede tranſcribit opus, peccat Vſq;] i. ſemper Idem] i. in eadem re, quamuis eſt monitus ſup. cauere talem errorem. Caret uenia] i. indignus eſt, cui ignoſcatur & Cytharædus] i. canens in cythara Ridetur] i. deridetur, qui oberrat ſemper eadem chorda. Talis enim eſt incorrigibilis, & ſtolidus reputandus. Sic] i. eodē modo ille uidelicet poëta qui ceſſat Multum] i. oſcitans & negligens eſt in multis locis.

Fit mihi] i. reputatur à Me ille] Quaſi dicat, notiſsimus Chœrilus] i. malus poëta, qui Alexandrum Magnum ſecutus, bella eiuſdem deſcripſit, cui Alexander dixiſſe fertur, malle ſe Therſitē Homeri eſſe, quam huius Achillem, i. uiliſsimum Græcorum ab Homero deſcriptum, quam præſtantiſsimum qui à Chœrilo poſſet deſcribi. Depactus autem eſt Chœrilus cum Alexandro, ut ſi bonum uerſum faceret aureo numiſmate donaretur, ſin malum, colaphis feriretur, qui ſæpè malè dicendo Colaphis necatus eſt, ut dicit Acro. unde poëta. Quem ſupple Chœrilum ego miror cum riſu] i. cum irriſione bonum ſupple eſſe bis, terq; id eſt, in duobus, aut tribus uerſiculis. Et idem] Id eſt, ego idem Indignor] Id eſt, ægrè fero poëtas malos ſcribere, audere, quod ſiquis dicat. Homerus bonus] i. perfectus. Dormitat] i. negligenter agit. Quandoq;] i. aliquando. Reſpondet poëta ac ſi dicat fateor quidem Verum] i. ſed Fas eſt] i. licitum Somnum] i. dormitationē Obrepere] i. latenter inter uenire longo operi quantum fuit Homeri. Peccant ergo, qui licentia abutuntur in epigrammate uno, qua uſos uident poëtas in opere magno. Comparat deinde poëta, ſicut in principio huius Opuſculi poëſim picturæ, quia ſicut picturarum quædam propter aptos colores, licet menſuram non ſeruauerit, longius ſtantibus, & ſemel inſpicientibus placet. Et quædam propter Symmetriam] i. bonam commenſurationem prope ſtantes, & bene inſpicientes, plus delectat, ita & poëſis quædam ſemel audita placet, quia canora, & iucunda uidetur, ſed ubi noſcitur, neq; œconomiam, neq; decorum ſeruaſſe uilipenditur.

Quædam] Scilicet, illa obſeruans decies repetita placet, unde dicit poëſis, i. cōpoſitio poëtæ erit ut pictura, quæ, ſcilicet, pictura capiat, i. delectet te magis ſi ſtes propiùs. Et quædam, id eſt, alia ſupple te magis Delectet ſi abſtes] Id eſt, ſi ab illa ſis longius. Hæc] Id eſt, delectans longius abſtantem. Amat obſcurum] i. in obſcuro uideri, & hæc quæ magis delectat propius uiſa uolet uideri Sub luce qua] ſ. luce non formidat Argutum] i. ſubtile Acumē] i. ingenium, & examen iudicis. Hæc] i. quæ uult de longè & in obſcuro uideri. Placuit ſemel] i. cum primum uiſa eſt, & hæc uolens de prope, & ſub luce uideri Placebit repetita] i. reuiſa.

Decies] i. frequentiſsimè. Aduerte lector. Intercidit uerſiculus ponendus poſt illum. Nam itaq;. &c. hic. Poſcenti grauem perſæpe remittit acutum. Regula eſt.

Cum tria pretendant poëtæ, aut prodeſſe tantum, aut delectare tantum, aut ſimul utrumq; efficere, qui prodeſſe uolent aliquid docendo ſint breues, & dilucidi, qui delectare, ſint uero ſimiles & dulces, nec quicquam à uero abhorrens fingant. Qui uerò ſimul & utiles, & dulces ſunt, palmarium auferunt. Quod ſi qui penitus præſtare nequeunt, ne ſint tamē ob id incorrigibiles, nec ſibi in modico quouis carmine uindicent licentiā, quam Homero & Maroni, cęteriſq; grauibus poëtis in magno opere cōceſſam uiderint. Potius autem molientur ueram artem, quam delectabilem imitationem, ac ſimilitudinē ſeruare, ut quantò interius, ac penitius cognoſcātur, tantò magis delectent, & amentur, quod & picturis bonis contingere ſolet.

O' maior iuuenum, quamuis & uoce paterna] Hic blandè cohortatur ad caſtigationem poëmatis, oſtendens poëtam niſi ſummus ſit, non poſſe laudari, cùm tamen in cæteris rebus, ut Ariſtoteles in Topicis auctor eſt, Mediocre laudemus tanquam bonum, & cauſam eius rei ſubiungit, dicens, poëma non eſſe neceſsitatis, ſed uoluptatis. Poſſemus enim ſine numero, & metro quòd concepimus eloqui, proinde ſicut in ſecundis menſis ubi ſaturi ſumus cibi, uulgatiores ieiunis uentribus grati reijciuntur, & bellaria, niſi ſuauiſsima ſint diſplicent, ita poëma niſi optimum, & compoſitiſsimum uileſcit. quocirca conſulit, quid imperitioribus agendum ſit. Monens ut opus compoſitum conſeruēt ſibi in nonum annum, & demum relegant, quia quæ ſubito calore captis placent, refrigeratis diſplicent, & quia cuiq; ſua placent monet, ut ad peritiorum referant iudicium, dicens. O' maior iuuenū] i. qui grandior es inter duos filios Piſonis Quamuis] i. licet, aut quantumuis. Tu fingeris] i. inſtitueris & Componeris, &] i. ſimul. Voce] i. eruditione Paterna] i. patris tui Piſonis uiri optimi & eruditiſsimi fingeris dico ad Rectum] i. ueram artem, & Sapis] i. ſapiens es, aut artem percipis & deguſtas. Per te] i. proprio ingenio fretus, tamen ſup. Tolle] i. auſer à me. Memor] i. recordaturus. Hoc dictum tibi] i. ad tuam eruditionem. Medium] i. mediocritatē & Tollerabile] i. tollerantiā Conced.] i. permitti Rectè] i. debitè. Certis] i. quibuſdā rebus. quāuis enim, quiuis Cōſultus iuris] i. iuris peritus, qui in iure conſulitur. Et Actor cauſarum] Id eſt, Cauſidicus Mediocris] i. mediocriter eruditus Abeſt uirtute] Id eſt, à peritia Meſſalæ Diſerti] Id eſt, optimi iuriſconſulti Et neſcit] i. non ſcit tantum, quantum Aulus, Caſs. optimus actor cauſarū. Sed tamen] i. attamen eſt in Precio] Id eſt, multi magni faciunt eum, ſed ſup. Homines dij. & columnæ] Id eſt, pilæ, ubi poëtæ ponebant epigrammata ſua non conceſsère poëtis eſſe Mediocribus] Id eſt, ut poëtæ ſint mediocres, & laudentur, quia ut, id eſt, quemadmodum Symphonia] i. conſonantia carminis Diſcors] i. malè compoſita, & Vnguentum craſſum] Id eſt, mali Odoris, ſicut leuem odorem dicimus ſuauem, & ut Papauer] Id eſt, pulmentarium ex papauere compoſitum cum melle ſardo, quod peſsimi ſaporis eſt, ſicut & Corſicū propter copiam taxi arboris amariſsimæ, cuius florem depaſtæ apes mella amara conficiunt. unde Virgil.

„ *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.*

Vt inquam hæc Incondita fercula offendunt] Id eſt, lædunt. Conuiuas inter menſas gratas] Id eſt, obſonia, delectabilia, quia poterat Duci] Id eſt, perfici, ſine iſtis uilibus eſculentis, ſic poëma natum, id Inuentum animis iuuandis] Id eſt, delectandis, hoc eſt, ad delectationem animorum. Si deceſsit ſummo] Id eſt, à ſumma perfectione Paulum] Id eſt, modicum Vergit] i. tendit ad Imum] i. ad infimam æſtimationem, quia non laudatur mediocre. Et tamen omnes etiam indocti audent poëma cōficere, quod ægrè ferens poëta, dicit. Is qui neſcit ludere] Id eſt, luctari & exercere res militares, Abſtinet armis campeſtribus] Id eſt, non utitur inſtrumentis, quibus in campo Martio exercetur iuuentus Ro-

mana. Et Indoctus pilæ] i. qui neſcit ludere pila Ve] Pro uel. Diſci] Id eſt, maſſæ rotundæ, quam in aërem proyciunt. Aut troci] Id eſt, quaternarij ſecundum Acronem. Nam Græci quaternarios Trocos uocant. Aut Troci] Id eſt, rotæ, quam currendo pueri ſcutica regunt. Sunt tamen qui putent turbinem ex buxo dici, quo pueri exercentur, ſed hic pro exercitio militari accipitur. Quieſcit] Id eſt, abſtinet à ludo. Ne coronę] Id eſt, circumſedentes in modum Coronæ ſpiſſæ] Id eſt, denſæ. Tollant] Id eſt, eleuent, & extollant Impunè] Id eſt, paſſim. Riſum] Id eſt, uocem irriſionis. Et tamen] Sup. is qui Neſcit] Id eſt, ignorat. Verſus] Id eſt, artem uerſificatoriam, ſeu metrificandi, audet Fingere] i. componere. Reſpondet poëta per obiectionem cum ſtomacho, & indignatione, quia per Antipophorã. Quid ni] Id eſt, cur non audeat fingere uerſus. Liber] Id eſt, nulla ſeruitute tentus. Et ingenuus] Id eſt, ex libera, matre natus Præſertim] i. præcipuè. Cenſus] i. cenſitus Summam nummorum equeſtrem] i. uſq; ad ſummã quadringẽtorum ſeſtertiûm, quæ ſola dignum reddidit, ut quis eques Romanus fieret, & remotus ab omni uitio. Ad hoc poëta abnuendo, & quatiendo caput ſolummodò reſpondet, non enim eſt reſponſione dignum, quaſi dicat, faciant tales ineptè ſuperbientes, & ſibi placentes, qui incorrigibiles ſunt, quod uolunt. Ego certo ſcio, quòd tu maior Piſonum nihil dices, & Facies Minerua] i. ſapientia Inuita] i. nolente. i. quod tibi à ſapientia negatum eſt. Id] i. tale iudicium eſt tibi. & Ea] i. talis Mens] i. animus eſt tibi, tamen, ſi quid ſcripſeris Olim] i. quandoq; i. tempore futuro ſup. illud Deſcendat] i. tranſeat In] i. ad aures Mæti] i. Mætij iudicis, qui per diligens carminũ fuit exiſtimator. Habet autem primam longam, etiam apud Virgilium, ideo Mæti, pro Mætij dixit. Et in aures patris tui Lucij Piſonis & noſtras] i. meas, & Prematur] i. occultetur In] i. uſq; ad nonum annum Quia licebit] i. licitum erit Delere] i. caſtigare & auferre, quòd malè poſitum eſt. Membranis] Id eſt, chartis in quibus ſcripſiſti Poſitis] Id eſt, repoſitis Intus] Id eſt, penes te. In ſcrinijs tuis, quod non edideris] Id eſt, nondum promulgaueris. Sed uox miſſa] Id eſt, emiſſa neſcit Reuerti] Id eſt, irreuocabilis eſt. unde alibi, uolat irreuocabile uerbum, & philoſophus. Quod ſemel dictum eſt, amplius reſumi non poteſt. Regula autem eſt.

Quoniam, quæ in cæteris ferè rebus laudatur mediocritas, in poëtis non recipitur, qui niſi ſummi ac perfectiſsimi ſint, nihil laudis meruerint (quę enim ad uoluptatem comparantur, ſi non delicatiſsima fuerint, reijciãtur, ſicuti bellaria minus ſapida ſaturis appoſita) nemo carmen audeat edere, quòd nõ ſit ad unguem caſtigatum, & bonorum iudicio probatum, atq; ne ſubito calore iam recens natum placeat, nonum recondatur in annũ, quia ad non emiſſa ſemper tempeſtiua fuerit caſtigatio, at neſcit uox miſſa reuerti.

Sylueſtres homines ſacer, interpresq; deorũ. &c] Quia poëta oſtendit artem poëticam eſſe difficillimam, quippe in qua nemo ueram laudem, niſi qui eam in ſummo attigerit meritus ſit, oſtendit tandem eſſe digniſſimam, quam totis uiribus noſtris ſtudeamus aſſequi. Et namq; eſt, quæ prima homines à feritate ad manſuetudinem, ab incultis, ſylueſtribusq; moribus, ad urbanos, à cædibus ferinis ad ciuilem concordiã conuocauit. Eadem eſt, qua præditi non ſolum ſummis mortalibus, utpote imperatoribus triumphantibus, uerùmetiam dijs immortalibus comparentur, imperatoribus quidẽ & ſummo cuiq; uictori, quia eadem palma, eademq; laurus fortiter agenti, & eum qui fortiter egerit, diuinè laudãti decreta eſt, neq; id quidem ab re, aut circa meritum. Nam ſi uictori in iuſto bello deorũ immortalium gloria, qui triumphus eſt decernitur. Non tam quòd hoſtium uictor affectus eſt, quàm quo eiuſmodi gloria ad conſimilẽ uictoriã mortales animos facilè pelliceat, iuſtiſſimè eadẽ gloria poëtæ, utpote tantundem, aut eo quidem amplius de repub. merenti adiudicatur. Qui etenim fortiter agit, ſemel quidem, & id paucis conſpicientibus facit, qui uerò fortia & inclyta geſta recitat à mille millies, legi, relegiq; poteſt. Quin adeò non minus poëtarum præconia, quam fortiſſimi ducis dextra in bello profuiſſe comparata ſunt. Homerica ſiquidem tuba cum alios multos, tum Alexandrũ illum Magnum ad fortiter agendum inflammauit, uſq; adeò, ut ſtans ad ſepulchrum Achillis fortunatos diceret illius manes, qui Homerum meruerint habere præconem. Quod alij ſic dictum uolunt. O fortunate adoleſcens qui tuæ uirtutis præconem Homerum inueneras. Sylius autem Italicus his uerſibus.

„ Fœlix Aeacida cui tali contigit ore
„ Gentibus oſtendi, creuit tua carmine uirtus.

Tyrthæus autem (pro quo quidam apud Iuſtinum mendoſè, Cyrthæum ſcripſerunt. Et ferè omnes textum poëtæ deprauãtes legũt. Dircæusq; mares) Lacedæmonios plusquã dexterrimus quiſq; ducum adiuuit, quem Tyrthæum uocari & Aeneas Syluius, ſeu Papa Pius in ea epiſtola, in qua de laude poëtica loquitur, & ſexcenti alij atteſtantur. Eius autem hiſtoriam Acro rectè tangit, dicens Lacedæmonijs diu aduerſum Athenienſes certantibus oracula, reſponderunt non aliter uictoriam poſſe habere, niſi Athenienſem ducem habuiſſent. Miſſis legatis, qui hoc ab Athenienſibus poſtularent, Athenienſes in contumeliam ipſis Tyrthæum quendam Claudum dederunt, dicentes iuxta ignauiam ipſorum hunc eis ducem poſſe ſufficere, ſed oracula, quæ promiſerunt non fruſtrata ſunt. Nam Tyrthæus licet corpore eſſet debilis, ſcripſit tamen carmen heröicum, quo accenſi Lacedæmonij in aciẽ proceſſerunt, ſicq; conſecuti ſunt uictoriam. Item Tyrthæus fuit genere Athenienſis poëta deformis, omni parte membrorum, is primus tubam inuenit, quo etiam Lacedæmonij uſi duce uicerunt Meſſenios. Nam cum diuturno tempore inter Lacedæmonios, & Meſſenios bellum traheretur. Conſuluerũt Lacedæmonij Apollinem, quibus reſponſum eſt, non aliter eos poſſe uincere, niſi cum duce Athenienſi pugnarent, quibus Athenienſes Tyrthæum dederunt, & ita Lacedæmonij uicerunt, cum hoſtes nouus tubæ ſonus terruiſſet. Hæc Acron. Cuius ſecũdæ ſententiæ aſſentitur Porphyrio. Sed Iuſtinus in Epithomatis trogi lib. 3. plenius exequitur hiſtoriam, dicens. Inter ea Meſſenij cum uirtute non poſſẽt, per inſidias expugnãtur. Deinde cũ per annos octoginta grauia ſeruitutis uerbera pleraq;, uincula, cæteraq; captæ ciuitatis mala perpeſſi eſſent, poſt longã pœnarũ patientiam, bellũ inſtaurãt. Lacedæmonij quoq; eò conſpiratiùs ad arma concurrunt, quò aduerſus ſeruos dimicaturi uidebãtur. Itaq; cùm hinc iniuria, inde indignitas animos acueret, Lacedæmonij de belli euẽtu oraculo Delphis conſulto, iubentur ducem belli ab Athenienſibus petere. Porrò Athenienſes cùm reſponſum cognouiſſent in contemptum Spartanorum Tyrthæum poëtam claudum pede miſerè, qui tribus prælijs fuſus, eo uſq; deſperationis Spartanos adduxit, ut ad ſupplementum exercitus ſeruos ſuos manumitterent, hisq; interfectorum matrimonia pollicerentur, ut non numero tantum amiſſorum ciuium, ſed & dignitati ſuccederent. Sed reges Lacedæmoniorum ne contra fortunam pugnando maiora detrimenta ciuitati infunderent, reducere exercitum uoluerunt. Niſi interfuiſſet Tyrthæus, qui compoſita carmina pro concione exercitui recitauit. In quibus hortamenta uirtutis, damnorum ſolatia, belliq; conſilia conſcripſerat. Itaq; tantum ardorem militibus iniecit, ut non de ſalute, ſed de ſepultura ſolliciti teſſeras ſuis, & patrum ſuorũ nominibus inſculptas dextro brachio deligarent, ut ſi omnes aduerſum prælium conſumpſiſſet, & temporis ſpacio confuſa corporum lineamenta eſſent, ex indicio titulorum tradi ſepulturæ poſſent, cum ſic animatum reges exercitum uiderent, curant bellum hoſtibus nunciare. Meſſenijs autem non timorem res, ſed æmulationem mutuam dedit. Itaq; tantis animis cõcurſum eſt, ut rarò unquam cruentius prælium fuerit. Ad poſtremum tamen uictoria Lacedæmoniorũ fuit. Hæc ille. Ad eam ergo uictoriam Tyrthæi non parum profuerunt carmina. Dijs uerò immortalibus in hoc comparantur poëtæ, quod dictæ per carmina ſortes, quia ſecundùm Plin. Heroicum carmen oraculo debetur ab eo quo inuitum eſt. Præterea lyræ ſolers, & cantor Apollo fuit. Ordo igitur eſt. Orpheus Theologus ille, & antiquiſſimus poëta, ſacer quia Muſarum ſacerdos, & interpres deorum, qui uolũtatẽ deorũ menti

ſua

ſuæ inſpiratã mortalibus expoſuit. Deterruit]. i. deterrendo abduxit Homines ſyluestres]. i. in ſyluis habitantes. Cædibus]. i. à mutuis interfectionibus, & Fœdo]. i turpi uictu, quia nonnulli crudis carnibus ueſcebãtur, omnes uerò belumo more uiuebant, & dictus eſt. Ob hoc]. i. quia hoc faciebat. Lenire]. i. mitigare cantu ſuo, & demulcere tigres, & rapidos leones. Et Amphion uates Thebanus. Conditor]. i. reparator (ſecundũ quoſdam) urbis Thebanæ, quæ eſt in Thracia, dictus eſt Mouere]. i. mouiſſe ſono Teſtudinis]. i. lyræ ex teſtudine primũ factæ. Saxa]. i. lapides, quibus cõſtructa ſunt mœnia Thebana: quia inſtigauit homines ad ea, ex lapidibus cõſtruenda: & dictus eſt ducere prece Blanda]. i. blãditijs ſuis. Saxa] Supple eo, quo uellet. Sapientia cui homines ſtudebãt. Fuit quondã Hæc]. i. in huiuſmodi reb. Secernere]. i. ſeparare Sacra]. i. res ſacras. Prophanis]. i. à nõ ſacris, quæ procul ſunt à phano. Et prohibere]. i. arcere homines à concubitu Vago]. i. meretricio, extra matrimoniũ, & dare maritis iura, ſicut ſunt iura dotiũ, & Moliri]. i. cũ mole, & difficultate facere Oppida]. i. operimẽta ciuitatũ, cuiuſmodi ſunt mœnia. Et incidere ligno]. i. tabulis ligneis. Leges]. i. publicas ſanctiones. Et honor & nomẽ Venit ſic]. i. per huiuſmodi opera Vatibus]. i. poëtis Diuinis]. i. diuino ſpiritu afflatis. Et carminib.]. i. poëmatis eorũ. Homerus poëta ille Inſignis]. i. illuſtris & nobiliſsimus, & Tyrthæus uates ille Athenienſis Exacuit]. i. inflãmauit, & acres fecit uerſib. ſuis. In Bella Martia]. i. cruẽta, qualia Mars gerit. Animos mares]. i. Viriles. Sortes]. i. reſpõſa Apollinis ſunt Dicta]. i. data p carmina Heroica]. i. Et Via uitæ]. i. ratio uiuẽdi, utpote philoſophia eſt mõſtrata per carmina, & Gratia, &c.]. i. ſollicitata. Modis pierijs]. i. muſicis, hoc eſt, proxima uia incundi gratiã regũ eſt, eos, eorũq; geſta laudare. Ludus utpote ſcænicus eſt repertus]. i. inuẽtus modis pierijs. Et finis Longorũ operũ]. i. recreatio omnis laboris ſup. inuenta eſt pierijs modis. Et Finis longorũ operũ]. i. recreatio omnis laboris ſupple inuẽta eſt Pierijs modis]. i. modulationib. Vel finis]. i. laudatio, & merces omniũ operũ Et ne]. i. ut non Muſa ſit tibi Pudori]. i. uerecundiæ, propter eius utilitatẽ, aut difficultatẽ. Apollo Deus ille magnus eſt ſolers]. i. diligẽter peritus, lyræ illius inſtrumẽti muſici, quod à Mercurio inuentum dono accepit. Et inuentus eſt cantor]. i. modulator, quaſi dicat, quod Deo honori eſt, homini pudori eſſe nõ poſſe. Ne quid autẽ titubes puer, quia diximus Epithomatis, & poëmatis, in Ablatiuo plurali, quia id doctí ferè uſurpant, licet recentiores poëmatib. dicere malint. Cauebis præterea ne cũ uulgo Dircæũ legas, licet Amphion Dyrcæus ſit, quia manifeſta hiſtoria Tyrthæum dici, probat & Acronis interpretatio. Cui etiã ſuffragatur, quod Homerus dicitur, nõ Mæonius, aut Mæonides: ut duo ſint propria nomina: nã ut uſitatè dixeris Mantuanũ & Siculum: ita minus aptè Vergilium & Siculum, ſed Vergilium & Theocritum, ſicut hic Homerus & Tyrthæus, ſed acta agimus. Regula autem eſt hæc.

Ne uerò ob difficultatem contemnatur poëtica prouincia, attendenda eſt eius utilitas ac dignitas. Vtilitas quidẽ, quia primi laude digni mores, primæq; leges ac ciuitates laudandæ à quouis uiro eloquentia, & muſis prædito ſunt inſtitutæ: atq; ob gloriam adipiſcendam, quam carmina pariunt conſeruatæ. Dignitas uerò quod & Apollo, qui oracula ſua Heroicis uerſibus edidit, muſicæ peritiſsimus cõprobetur: & tam Deorum, quàm hominũ laudes carminibus contineantur.

Natura fieret, &c] Quia uetus eſt opinio poëtã Naſci]. i. ſponte Muſarũ, ingenijq; beneficio prodire, oratorẽ uerò fieri. i. diligenti eruditione traditis, & feruẽti ſtudio accipiẽtis. Nec enim dicũt poëtã poſſe euadere, q nõ idẽ ad hoc natus ſit. Proinde diuinus ille Plato inter cætera, quæ de futuro poëta tradit indicia id habet, quod poëta nõ ſumit artificij ſui incrementũ. Vnde apud noſtros diuinus Maro nõ minus artificioſe ſeruauit humilẽ characterẽ in Bucco. & mediocrẽ in Georg. q̃ ſublimẽ in Aenei. quapropter Heſiodus apud Græcos dixit, ſe potũ caballino fonte nullo labore à pecudum cuſtodia ad poëtarum collegiũ uocatum. Et Ennius apud Latinos dixit, ſe ſola receptione animæ Homericæ repentè poëtam euaſiſſe. Qua opinione perſuaſi multi eruditionẽ, & ſtudia contemnunt, iactantes ſeſe ad poëticam natos. Quos poëta noſter hic irridet, & eius imitator. Perſius in principio operis, ſui unde ſic dicit. Quæſitum eſt]. i. quæſtio, & dubitatio fuit inter Grammaticos, & Poëtices ſtudioſos ſup an carmen Laudabile]. i. dignum laude. Fieret natura]. i. ſolius naturæ beneficio. An arte]. i. eruditione & ſcientia, per ſtudium acquiſita. Ego inquit poëta Nec]. i. & nõ. Non uideo quid ſtudium]. i. diligens exercitatio diſcentis. Proſit]. i. proficiat alicui, aut utilis ſit. ſine Diuite uena]. i. benignitate naturæ, qua carmina abundantius proueniunt. Nec uideo quid ingenium]. i. beneficiũ naturæ nobis ingenitum Proſit rude]. i. quod eſt incultum, & nulla eruditione adiutum. Sic]. i. uſq; adeò: altera res, utpote ingenium Poſcit]. i. requirit. Opem]. i. auxiliũ alterius ſup. rei uidelicet ſtudij. Et coniurat amicè]. i. amicabiliter conſpirat, ſic ut nunquam quid boni faciat ingenium, ſine ſtudio, nec ſtudium ſine ingenio. Moleſtè autem fert poëta ſolos, poëticæ ſtudioſos eruditionem, & diligentiã contemnere, cùm cæterarum rerum poſſeſſores tam feruenter ſtudeant, & dicit ſupple is. Qui ſtudet contingere]. i. alios attingere. Curſu]. i. currendo metam Optatam]. i. limitem ſtatutum in ſtadio. Tulit]. i. paſſus eſt & Fecit puer]. i. à pueritia Multa]. i. multas res, utpote. Sudauit]. i. ſudorem emiſit in Aeſtate & alſit]. i. algorem ſeu gelu, per hyemem ſuſtinuit & abſtinuit Venere & Baccho]. i. luxuria & uino nimio. unde Virg. in carmine de Venere & Vino.

» Nec Veneris, nec tu uini capiaris amore.
» Vno namq; modo uino Venuſq; nocent.
» Vt Venus eneruat uires, ſic copia uini, &c. Et ſupple is tibicẽ.

Qui cantat Pythia]. i. carmen in honorem Apollinis, pro Pythone interempto decantatum. Didicit prius & extimuit magiſtrum]. i. nullus ignorans artem muſices, muſicam profitetur, etiam in inferioribus rebus, utpote in ducendis tibijs, niſi forte, qui eandem prædidicit, & tamen in Arte Poëtica Satis eſt]. i. uidetur ſatis eſſe. Dixiſſe]. i. ut quiuis dicat per iactantiam. Ego pango]. i. compono & Conficio mira]. i. admiranda poëmata. Scabies]. i. turpis prurigo & lepra Occupet]. i. inuadat Extremum]. i. eum qui ultimus ſcribet uerſus. Turpe]. i. indecórum eſt mihi. Relinqui]. i. ut ego relinquar, & fateri me neſcire Sanè]. i. ut ſanum decet, quod non didici. Et hoc metaphoricôs locutus eſt poëta, utẽs translatione à ludo puerorum, ita enim pueri currentes aiunt, occupet ſcabies in extremo remanentem. Veruntamen, quia laus in proprio ore ſordet, & non uериſimile eſt multos propria opinione: tam illudi, oſtendit ad eam aſſentationẽ accedere. Ideo dicit poëta. Vt]. i. quemadmodum ſup. facit Præco qui cogit]. i. compellit Turbam]. i. multitudinem populi ad emendas merces. ſic poëta diues Agris, & diues nummis poſitis in Fœnore]. i. datis ad uſuram iubet aſſentatores Ire]. i. uenire, & accedere ad lucrum. uero pro ſed. ſi ſup. aliquis eſt Qui poſsit]. i. ualeat Ponere] Id eſt, anteponere. Rectè] Id eſt, debitè. Vnctum] Id eſt, obſonium pingue, quod Perſius ſic interpretatur.

» Calidum ſcis ponere ſumen ſcis trita
» Horridulum comitem donare Lacerna.

Hoc eſt, qui poſſet Spondere] Id eſt, interuenire, & fideiubere pro paupere cliente ſup. Leui] Id eſt, facili, & emaci adulatore. Et qui poſsit eripere] Id eſt, deliberare. Implicitũ] Id eſt, inuolutum, & irretitum Litibus] Id eſt, contentionibus Atris] Id eſt, obſcuris & dubijs, uel nociuis: ego mirabor ſi Ipſe beatus] Id eſt, tam diues ſciet Internoſcere] Id eſt, diſcernere amicum. Mendacem] Id eſt, adulatorem & uerum. Tu ô maior Piſonum. Seu] Id eſt, ſiue Donâris] Id eſt, iam donaueris Quid] Id eſt, aliquid. Cui] Id eſt, alicui. Seu] Id eſt, ſiue uelis Donare] Id eſt, donaturus es, nolito ducere aduerſus factos Tibi] Id eſt, à te ſup. uirum plenum Lætitiæ] Id eſt, hilaritatis propter bona tua, uel pinguem propter obſonia tua. Sicut in Georg.

» Quid faciat lætas ſegetes.

Quoniam] Pro quia Talis] Sup. audient uerſus tuos.

Clamabit pulch] *Sup. uerſus tuos eſſe cópoſitos, & bene, & rectè.* Et palleſcet] *Id eſt, præ nimia admiratione ſe pallidũ finget. ſuper his uidelicet uerſibus tuis. Et* Stillabit] *Id eſt, effundet* Rorem] *lachrymarum guttas ex* Oculis amicis] *Id eſt, ex nimia lætitia, quam de proſperitate tua habet, qua ſe amicum ſignificat &* Saliet] *Id eſt, præ nimia lætitia exultabit: &* Tundet] *Id eſt, percutiet pede ſuo* Terram ut] *i. quemadmodũ ſup. ij qui códucti* In funere] *i. ad funebre obſequiũ plorant, dicunt, & faciũt* Prope] *i. quaſi plura* Dolentib.] *i. ijs qui dolent* Ex animo] *Id eſt, de uero corde* Sic] *Id eſt, eodem modo* Deriſor] *Id eſt, callidus aſſentator* Mouetur] *Id eſt, demonſtrat ſe affici plus* Vero laudatore] *Id eſt, eo qui ad uerum laudat. Regula eſt.*

Tametſi quęſitũ eſt an carmẽ laudabile fiat natura, i. præſtanti ingenio ac diuite uena naturæ, an arte. i. ſtudio, & eruditione: & ut uiſum eſt Democrito. Quod etiã aſſerit Quintilianus (bonitati naturæ plus cõcedit) nõ tamen perfectũ (qui ſolus laudatur) poëtã efficiet ſine ſtudio: quo circa cum in alijs certaminibus atque exercitijs, qui pręmia tollere uolunt, multos labores ſubeant: idem poëtis faciundum eſt, qui ſibi placere non debẽt, nec aſſentatoribus pręſertim ſibi obnoxijs fidem habere.

Reges dicũtur multis urgere culullis] *Vt in præfatione noſtra diximus, author in calce operis ſui potiſsimũ ad diligentẽ caſtigationẽ cohortatur, quippe cuius negligẽtiores Romanos offenderit. Cæterũ quia dicere inſtituerat, quis minus idoneus ſit caſtigator, utpote qui mẽſa tua captus eſt, pergit, oſtẽdens ſolertiã, & prudentiã ueterũ regũ. i. principũ cõuiuiorũ, quos reges cũ alij, tũ Martialis perſæpe uocat, quorũ morẽ ſic exponit.* Reges] *i. prædiuites uiri dicũtur.* Vrgere] *i. torquere.* Multis culullis] *i. calicib. uinarijs. Eſt enim diminutiuum à culeo, qui eſt ſaccus, ſiue uter ex corio, in quo uinum reponebatur unde poëta Carm. 1.*

» *Diues & aureis mercator exiccet culullis.*

» *Vina Syra reparata merce.* Quia uerò *ſub obſcuritate dictũ uideri poteſt, declarat ſequentib. more Virgiliano, dicens &* Pro] *Id eſt, dicuntur* Torquere mero] *i. dicũtur contrahere ad confeſsionẽ puro uino, eum ſup.* Quem laborãt] *i. conantur* Perſpexiſſe] *i. perfectè cognouiſſe an ſit dignus amicitia, quaſi dicat diuites ut capiãt, uina bona proponunt, quia ebrius & pueri, & fatui dicent tibi uerũ. Tu autem miſeri ut capiâris. uerum ut noſcat Piſo, quis bonus ſit caſtigator, & quod'nã eiuſdem officiũ, pergit dicens.* Si condes carmina, animi latentes ſub uulpe] *Hoc eſt, ſub dolo uulpino.* Nunquã fallant te] *Caue ne te fallãt ingenioſi homines, laudãtes mala carmina, ſicut in Apologis Aeſopus illius Phrygij fabulatoris: Coruus illuſus eſt à uulpe & emunctus caſeo, quem in ore ferebat. Dicebat enim uulpes pulcherrimã fore auium canere ſciret, qui captus laude, & canere incipiens caſeum demiſit: quo habito, quo prius laudauerat, deridere cœpit.* Sed ſi tu recitares quid] *i. aliquid compoſitionis tuæ, Quintilio uidelicet Vario Cremonenſi poëtæ, & Virgilij amico.* Aiebat] *i. diceret ad te ſodes, quod blãdientis eſt, quaſi dicat, ſi audes puer corrige* Hoc & hoc] *i. hunc & hunc errorẽ* Si] *Sup. negares* Te] *Sup. poſſe facere melius* Iubebat] *i. iuberet te* Expertum] *i. quem expertus eſſet bis & ter fruſtra ſup. operatũ eſſe* Delere] *i. penitus deponere, uel potius ſic iubebat te expertũ bis & ter fruſtra ſup. operatum* Eſſe delere] *i. penitus deponere, uel potiùs ſic iubebat te expertum. bis & ter* Fruſtrã] *i. qui feciſti periculũ an poſſes carmen tuũ inconditũ reſarcire* Fruſtrà] *i. inuanum delere uerſum, & nouũ facere.* Et reddere incudi] *i. nouo artificio cõponendi uerſus* Malè tornatos] *i. malè cõpoſitos.* Sed ſi tu malles] *i. magis uelles defendere* Delictum] *i. errorẽ tuum* Quam uertere] *i. corrigere.* Nullum] *i. non ullum, non ſumebat ullum uerbum aut ſup.* Vllam operam inanem] *i. ſine utilitate ultra.* Quin] *i. quo minus amares te & tua ſup. carmina.* Solus ſine riuali] *i. æmulo. Riuales enim ſunt unius amatores, qui ſæpe inter ſe rixantur, quod tractum eſt à ruſticis, uel à tauris ad unum riuum conuenientibus.*

Vir bonus & prudens reprehendet uerſus Inertes] *i. ſine grauitate & arte factos.* Et culpabit duros] *i. malè ſonantes &* Allinet] *i. apponet.* Atrum ſignum] *Id eſt, maculam atramenti.* Calamo tranſuerſo] *Id eſt, penna per tranſuerſum ducta.* Incomptis] *Id eſt, uerſibus inornatis.* Et recidet] *Id eſt, amputabit ornamenta* Ambitioſa] *Id eſt, ſuperflua & ad ſolam pompam facta. Et coget dare uerſibus parum* Claris] *Id eſt, obſcuris.* Lucem] *Id eſt, claritatem.* Et arguet] *Id eſt, damnabit* Dictũ] *Id eſt, quod dictum eſt* Ambiguè] *Id eſt, dubiè.* Et notabit] *Id eſt, nota indicabit* Mutanda] *Id eſt, quæ debeant mutari.* Et fiet Ariſtarchus] *Id eſt, Ariſtarchi ſimilis, qui Grammaticus Homeri carmina annotauit uerubus & ſtellis, quem imitatus etiam eſt Hieronymus noſter.* Nec] *Supple uir bonus & prudens dicet cur ego* Offendam] *Id eſt, lædam amicum in* Nugis] *Id eſt, rebus uilibus, qualia ſunt carmina incondita. Ideo autem non dicet hæc: quia* Hæ nugæ] *Id eſt, huiuſmodi facilia carmina, & incondita* Ducent] *Id eſt, afferent ſeria mala, utpote malam dicendi conſuetudinem, & incorrigibilitatem, quod in Arte poëtica grauiſsimum peccatum eſt. Regula eſt.*

Sicut reges, id eſt, principes conuiuiorum paraſitos, & cæteros familiares uino torquere ſolent, ut quam ieiunij diſsimulant, ueritatem fateantur: ita poëta aduigilare debet, ut de carminibus ſuis uerum obtineat iudicem. Qualis poëtæ tempore erat Quintilius: nec tamẽ ſatis eſt bonum iudicem obtinuiſſe, niſi illi obtemperaueris.

In mala] *Hic oſtendit, quo dementiæ perueniat poëta malus ſibi placens, & incorrigibilis.* Eo] *Scilicet, ut ueluti fera, quamuis ab omnibus uitetur, quod ſi quem arripuerit ad ſatietatem uſque longa recitatione torquet. Ordo autem in principio ſecundùm Acronem eſt continuandus, cum ſuperioribus ut ſit.* Hæ nugæ ducent In mala ſeria] *Id eſt, in malas neceſsitates. Poteſt tamen ſic accipi* Vt] *Id eſt, quemadmodum ſup. is quem* Scabies mala] *Id eſt, quoduis genus lepræ, aut morbus regius, quem quidam dæmoniacum: alij comitialem, alij Arquatum uocãt. Et quem Græci hicteron dicunt* Vrget] *Id eſt, torquet, aut* Error phanaticus] *Id eſt, furor quo percutiuntur, qui à phanis tanguntur, & limphatico agitantur, hoc eſt, qui alicuius numinis furore uexantur: qui & limphatici, & cerriti dicuntur.* Et] *Sup. is quem* Diana iracunda] *Id eſt, offenſa & læſa* Vrget] *Id eſt, perſequitur furore, ſubaudi ab omnibus fugitur, ſic omnes, qui ſapiunt timent tetigiſſe poëtam* Veſanum] *Id eſt, malè ſanum & deprauatum, quod pro & fugiunt eum ſup. deriſum* In mala] *Id eſt, in malum eius, quia ſine emendatione, &* Exceptum] *Id eſt, correptum ſemel* Siniſtrè] *Id eſt, ſine utilitate eius, &* Pueri agitant] *Id eſt, perſequuntur ut inſanum, & incauti ut indocti, qui uitioſum hominem cauere neſciunt* Sequuntur] *Id eſt, imitantur, poteſt etiam conſtrui ſine ſubauditione uerbi ſic.* Qui ſapiunt timent tetigiſſe poëtam uaſanum. *Et fugiunt poëtam deriſum ſemel in mala, & exceptum ſiniſtrè ut eum, quem mala ſcabies, aut eum quem morbus regius urget* Hic] *Id eſt, huiuſmodi malus & incorrigibilis poëta* Dum ſublimis] *i. glorioſus, & ſibi placens* Ructatur] *Id eſt, eructat, & euomit uerſus ſuos, uel dũ uerſus ſublimeis, magnificos, & altiloquos.* Et errat] *Id eſt, captus furore illo uagatur ſi* Decidit] *Id eſt, deorſum cadit, ueluti* Auceps] *Id eſt, captator auiũ* Intentus] *Id eſt, operam dans merulis ſup. capiendis. Et eſt merula ſup auis* Quæ mera] *Id eſt, ſola uolat, cùm turni gregatim uolent: in puteum & foueam.* Licet clamet longum] *Id eſt, longo tempore* Io ciues] *Id eſt, ô boni uicini, & conciues mei* Succurrite mihi] *Sup. pereunti.* Non ſit] *Sup. aliquis* Qui curet tollere] *Id eſt, erigere eũ ex fouea, quod ſi quis curet* Ferre opem] *Id eſt, auxilium &* Demittere] *Id eſt, deorſum in puteum* Mittere funem] *Id eſt, reſtẽ uel chordam, qua eũ extrahat.* Ego] *Id eſt, quiuis aſtans* Dicã] *i. dicere poſsit.* Qui ſcis] *i. quõ ſcis, an qui in puteo* Eſt prudens] *i. ſciẽs & uolẽs* Deiecerit ſe huc] *i. in hunc puteum, atq; nolit ſeruari. Et* Ego narrabo] *Id eſt, quiuis aſtãs narrare poterit* Interitũ] *i. mortẽ poëtæ Siculi, uidelicet*

Empedo-

Empedoclis. Et dicam Deus immortalis haberi, &c.] *Pro hoc contextu intelligendo, priuſquã pergamus, operæpreciũ eſt cognoſcere, uim ſimilitudinis aucupis, & poëtæ errabũdi in foueã deciden tis, quæ tracta eſt ex apologis Aucupes enim aucupio intẽti, ut aues emiſſas recipiant, miro modo clamare ſolent. Et ſeſe nonnunquã ne auibus capiendis terrori ſint, in puteos ac foueas demittere. Quorũ clamore excitati agricolæ uicini, & accurrẽtes, ut auxiliũ ferãt, ab ipſis cum deriſu & execratione dimiſſi ſunt. Euenit autem poſtea ut ijdem aucipes capiendis auibus nimium intenti, in non præuiſas foueas inciderent. Et cum clamarent, iô ciues ſuccurrite propter illuſionem præteritam nullus accurrit, & ita ſubmerſi ſunt. Similem fabulam habet Aeſopus de paſtoribus ſæpe falſo contra lupum auxilium petentibus, quod cum uerè petebant non habebãt. In hoc autem eſt aucupi ſimilis poëta, quod cùm ſæpe correptus noluit ab errore diſcedere: ſi in foueam deciderit, credatur prudens, & uolens incidiſſe. Bene autem dicit poëta prudens, & non prudenter, quia multi ſcientes, & prudentes peccant. Nemo ſcienter & prudenter. Empedoclis autem hiſtoria ſic ab Acrone recitatur. Empedocles fuit Agrigentinus philoſophus Pythagoricus, qui ſe in flammas Aetnæ montis Siciliæ iniecit, immortalitatem affectans: ut uidelicet in cœlũ credatur translatus. Quod eius crepidulæ prodiderunt, quas flamma eructauit, æreis enim uſus fuerat. Is dicebat ingenia frigido circum præcordia ſanguine impediri. Crepidulæ ſunt quas ſoleas uocãt. Ordo igitur eſt.* Empedocles dum cupit haberi] *id eſt, iudicari Deus immortalis.* Frigidus] *Id eſt, maleſanus.* Inſiluit Aetnam] *Id eſt, montem Siciliæ ardentem. Et igitur ſit ius & liceat poëtis, quod licuit philoſopho nimis inſano ſup.* Is qui ſeruat] *Id eſt, eripit à morte:* Inuitum.] *Id eſt, uolentem ſeipſum occidere.* Facit idem] *Id eſt, ſimile.*

Occidenti] *Id eſt, qui occidit & interficit. Cuius dicti rationem, ſic Landinus colligit. Si quis, inquit, ſeipſum perdat, idem ille erit, & cædes, & cæſus. Hunc igitur ſi ſeruabit non ſolùm eum ſeruabis, qui occidebatur, ſed eum quoque qui occidebat, & ita erit ſimilis occidenti: ſed non procedit hæc ratio, mens enim dicentis eſt, quod tantum peccat, qui uolentem mori ſaluet, ac qui nolentem interficiat. Et rationem ſubiungit: quia qui ſemel ita affectus eſt: ut ſeipſum uelit occidere, nunquam poſtea erit homo, id eſt, ſanæ mentis, ut more humano ſuperuiuere uelit. Et ita tanto, aut maiore malo affeceris ſeruando uolentem mori, quanto bono priuaueris uolentem, uiuere occidendò eum. Neque requiritur extrema ueritas: hic ex inuidia contra poëtam malum loquentis. Inducitur enim quiuis de uulgo ipſum in fouea deprehendens, & dicens ipſum furore proprio propter grauiſſimum crimen in eam incidiſſe. Et addens nec pro & non, & ſup. poëta hic, non fecit ſemel ſup. duntaxat, imò frequentiſſimè.* Hoc quod nunc fecit] *Id eſt, non ſemel præcipitauit ſeſe in foueam.* Nec] *Et non, & ſi* Erit retractus] *Id eſt, iterum extractus.* Non erit iam] *Id eſt, poſthac.* Homo] *Id eſt, ſanæ mentis.* Et] *Id eſt, non* Ponet] *Id eſt, deponet* Amorem] *Id eſt, cupiditatem mortis famoſæ, qua ſeipſos occidentes pereunt, ſicut Hannibal & Cato.* Nec apparet ſatis] *Id eſt, non eſt ſatis cognitum & perſpectum.* Cum factitet uerſus] *Id eſt, cum ſit ſæpe inſanus, utrum minxerit in cineres* Patrios] *Id eſt, patris, & an ipſe* Inceſtus] *Id eſt, inceſto pollutus.* Mouerit] *Id eſt, uiolauerit & perturbauerit.* Bidental triſte] *Id eſt, locum fulmine tactum, & bidente piandum, quem nephas erat tetigiſſe. Vnde Perſius Satyr. 2.*

» *An quia non fibris ouium Ergennaq; iubente.*
» *Triſte iaces lucis, euitandumq; bidental, &c.*

Certe] *Id eſt, quæcunq; cauſa fuerit, certũ eſt, quod fuit* Ac pro &, *ipſe recitator carminum ſuorum* Acerbus] *Id eſt, ingratus, iniocundus* Fugat indoctum & doctum] *Id eſt, omnes mortales* Velut] *Id eſt, ſicut urſus animal illud ferox, ſi ualuit* Frangere clatros] *Id eſt, cancellos, & oppoſitiones oſtiorum caulæ ſuæ.* Verò] *pro ſed* Tenet] *Id eſt, detinet* Quē] *pro &.* Occidit] *Id eſt, interficit &* Necat legendo] *Id eſt, recitando malos uerſus ſuos.* Quem arripuit] *Id eſt, in fuga carpere potuit, exiſtens* Hirudo] *Id eſt, tanquam hirudo, id eſt, ſanguiſugo, non* Miſſura] *Id eſt, talis, quæ non dimitteret cutem plenam ſanguinis.* Niſi] *Sup. ſit plena.* Cruoris] *Id eſt, ſanguine ſaturata. Eſt autem diſcrimen inter harundinem, & hirundinem. Nam harundò canna eſt, hirundo auicula, & hirudo ſanguiſuga, quæ ſanguinem exugit. Tangit ergo ultimo loco uitium ineptè & moleſtè recitantium, de quibus Iuuenalis Satyr. 1.*

» *Semper ego auditor tantum, nunquam ne reponam.*
» *Vexatus toties rauci Theſeide Codri.* & *alibi.*
» *Et Auguſto recitantes menſe poëtas.*

De quibus etiam poëta noſter ſæpe in ſermonibus meminit. Sed canendum eſt nobis receptui. Regula autem eſt hæc.

Summopere cauendum eſt, ne in opinione noſtra perſiſtentes, incorrigibiles ſimus, & dum gloriam captamus omnibus ridiculi ſimus, quod uitiũ pulchrè uitauerimus, ſi ſapiẽtum iudicio auſcultauerimus.

POLYD. VIRG. } Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus] *Qui magnifica promittunt, uelut maria & montes, exiguaq; præſtant. Hinc prouerbio ſubiacet Polyd. in prouerbio. Maria, monteſq; promittit.* Nec geminum bello Troiano orditur ab ouo *Quoties quis altè incipit, & propemodũ ſupra principium rem retexere, dicimus prouerbialiter illum ab ouo incipere. Nemo enim ferè eſt, quem fugiat quàm longa ſit Helenæ genealogia, & ſæpe ac ſæpius à poëtis repetita. Polyd. in prouerb. ab ouo incipere.* Tu nihil inuita dices facieſue Minerua] *Hoc Græcor. prouerb. in 1. Offic. perſpicuè declarat, ait enim nihil decet inuita Minerua, obſtante, id eſt, aduerſante & repugnante natura. Polydorus.*

S. MAR. HON. } Aut ſimul, aut iocunda, & idonea dicere uitæ] *Nullam enim maiores noſtri artem uoluerunt, quæ non aliquid Reipub. commendaret.* Syluestres homines sacer, &c. Cædibus & uictu fœdo deterruit Orpheus] *Orpheus feros & duros homines domuit. Vnde arbores & ſaxa mouiſſe fertur.*

COMMENTARIORVM VARIORVM AVTHORVM, IN Q. HORAT. FLACCI LIBRVM DE ARTE POETICA, FINIS.

Q. HORATII FLACCI, SERMONVM, CVM VARIORVM DOCTISSIMORVM, TAM NEOTERICORVM, QVAM ANTIQVISSImorum Gramaticorum, Commentarijs ac Annotationibus, in unum Opus collectis,

LIBER PRIMVS.

SATYRA PRIMA.

SATYRAE I. ARGVMENTVM ASCENS.

Damnat auaritiam, finem dans primo petendis.

ALIVD GEORGII FABRITII.

Homines ſortis alieni cupidi.

COMMENTARIA.

ACRON.

SERMONVM *Libri ideo dicti, quia uili ſermone ſunt potiùs quàm tumēti, ſiue quia ad præſentes ſcribuntur. Epiſtolis enim ad abſentes loquimur, ſermone præſentibus. Quāuis igitur hoc Opus Satyrā eſſe Horatius ipſe profiteatur, cùm ait: Sunt quib. in Satyra uidear nimis acer, & ultra Legem tendere opus, tamē proprios titulos noluit, ei accōmodari. Hos primos duos libros Sermonū, poſteriores Epiſtolarum ſcribens. Satyra dicitur lancis genus, tractū à choro Liberi patris, q eſt miniſter uini, & epularū. Satyra iſtius inter Lucilij eſt, & Iuuenalis. Nā & aſperitatē habet, quā Lucilius, & ſuauitatē, quā Iuuenalis, mixtā in opere ſuo. Denique niſi Iuuenalis ſcripſiſſet, iſto nemo eſſet melior. Veruntamē ſciendū, quia Satyrū carmen à primo omniū autore Lucilio repertū eſt. Pleriq; Satyrā à lāce, quæ plena diuerſis frugib. in templo Cereris inſertur nomē accepiſſe dicunt. Nam & ea hoc nomine appellatur. Ergo & hoc carmē, propterea Satyrā appellauerunt, qa ita multis, & uarijs rebus refertum eſt, ut audientes ſaturet. Alij dicunt quod ideò Satyra uocitata eſt, quod ita in conuitia, & crimina hominum liberè inuadat, ut ſaturi homines, id eſt, ebrij.* Qui fit] *Vnde, quomodo, ex qua cauſa. Quæ ratio, quæ res facit, ut ſtudia diuerſa laudent?* Sortem] *Propoſitum, profeſſionem, inſtitutum uiuendi.* Seu ratio dederit] *Signatè dixit. Ratio dederit, ſors obiecerit. Aut ratione inimus propoſitum uitæ, aut fortuna. Verbi gratia: aliquis init, ut militet, hoc rationis eſt: alius de ſummo gradu fœlicitatis ad ima detruſus, init docendi, aut orandi neceſſitatem, hoc fortunæ eſt.* Seu ſors obiecerit] *Breuiter duas ſectas tangit. Nam cùm dicit ratio, Stoicos tangit: cum ſors, Epicureos. Stoici enim dicunt omnia ratione fieri; Epicurei fortuitu.* Cōtentus uiuat] *Illam Terentij tractat ſententiā,*

„ *Noſmet noſtri pœnitet.*

Diuerſa] *Officia.* O' fortunati] *Hinc inſtabilitatem humanæ uitæ carpit.* Iam grauis annis] *Figurata locutio.* Fractus] *Debilitatus. Figuratè, fractus membra, ſicut: Pictus acu chlamydem, id eſt, fracta membra habens.* Militia eſt potior] Κατὰ ἐρώτησιν. Quid enim] *Quare nō? & eſt Comicū.* Concurritur] *Confligitur milite in pugna.* Momento] *In puncto temporis. Nam citò mori, pro beneficio eſt.* Agricolam laudat] *Beatum appellat.* Iuris legumq;] *Quia multa genera iuris ſunt.* Sub galli cantum] *Prope galli cantum, ut:*

„ *Sub noctem cura recurſat.*

Sub autem quotiens tempus ſignificat, accuſatiuo iungimus: quotiens locū, ablatiuo. Conſultor] *Percunctator. nam interrogator nō dicitur. Conſultus eſt, qui docet. Conſultor, qui diſcit.* Ille] *Ruſticus.* Vadibus] *Sponſoribus à uadimonio quod promittit is, qui ad iudicium prouocatur, certo die affuturum. Vides ideò dicti, quod qui eos dederit, uadendi habet poteſtatem.* Extractus] *Ad ſoluendū uectigal.* De genere hoc] *Qui diuerſa laudat, de incōſtantia.* Delaſſare] *Id eſt, ualdè laſſare. Ita ſunt multa, ut ſi uelit hæc enumerare, homo garrulus nimium fatigetur.* Valent Fabium] *Fuit Fabius eques Roman. Narbonēſis, qui aliquos libros pertinētes ad Stoicā philoſophiā conſcripſit. Hic aūt Fabius Pompeianas partes ſecutus eſt, & cū Horatio de diſciplinis ſæpe cōtēdit. Ideò ait loquacem, Magna breuitate occurrit quatuor perſonis, ut intelligas trahi quouis poſſe.*

QVI FIT Mecœnas, ut nemo, quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit, ſeu ſors obiecerit, illa
Contentus uiuat: laudet diuerſa ſequentes?
O' FORTVNATI mercatores, grauis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
CONTRA mercator, nauim iactātib. auſtris,
Militia eſt potior. quid enim? CONCVRRITVR: horæ
Momento cita mors uenit, aut uictoria læta.
AGRICOLAM laudat iuris, legūq; peritꝰ,
Sub galli cantum conſultor ubi oſtia pulſat:
Ille, datis uadibus, qui rure extractus in urbem eſt,
SOLOS felices uiuentes clamat in urbe:
Cætera de genere hoc (adeò ſunt multa) loquacem
Delaſſare ualent Fabium. ne te morer, audi
Quô rem deducā. ſi quis Deus, en ego, dicat,
Iā faciā, quod uultis: eris tu, qui modò miles,
Mercator: tu conſultus modò, ruſticus: hinc uos,
Vos hinc, mutatis diſcedite partibus. eia
Quid ſtatis? nolunt. atqui licet eſſe beatis.
Quid cauſæ eſt, merito quin illis Iupiter ambas
Iratus buccas inflet? neq; ſe fore poſthac
Tam facilem dicat, uotis ut præbeat aurem?
PRAETEREA, ne ſic, ut qui iocularia, ridēs
Percurram (quanquā ridētem dicere uerum

Audi,

Audi, quò rem deducam] Quid uolo dicere? quia omnes queruntur de profeſsionibus ſuis, et nemo uult eas deſerere. Qui modò miles] Deeſt eras. Licet eſſe beatis] Mutatis ſcilicet conditionibus ueſtris. Quid cauſæ eſt, meritò quin illis Iuppiter ambas. Iratus buccas inflet] Quæ cauſa Iupiter iure non inflet contra eos buccas ſuas, quod eſt, indignationis ſignum, id eſt, iraſcatur, & expuat in facies eorum, & promittat ſe poſthac preces eorum non admiſſurum. Ordo eſt: Quid cauſæ eſt, quin Iupiter meritò iratus ambas buccas illis, uel quid cauſæ eſt, quin Iupiter meritò iratus dicat, neque iam fore ſe facilem poſthac, ut præbeat aurem uotis?

Votis ut præbeat aurem] Vt precibus illorum propicium ſe præſtet. Præterea, ne ſic, ut qui iocularia ridens] Ne, quemadmodum qui iocularia narrat, ridens percurrit, & ego ridens percurram quod cœpi, audi qua ratione cœpi. Ordo eſt: Præterea ne ſic percurram, ut qui ridēs percurrit iocularia, quanquam quid uetat uerum dicere ridentem?

Quanquam] Deeſt audi, quia ratione cœpi. Senſus eſt: Quanquam lætitia ad ueritatem diſcēdam obeſſe non poſſit, ſicut cruſtula infantes à literis non impediunt. Siue ſic: Quamuis & ridentem licet uerum dicere, ut riſus remedio duritiæ ſit, quæ dicentem uera ſequitur, ne aſperè audiatur, quod uerum dicam. Olim] Nonnunquam, interdum. Cruſtula] Placentas. Cruſtula quando neutraliter dicimus, edulia ſignificamus, ut Virgilius.

„ Et uiolare manu, maliſq́ audacibus orbem,

„ Fatalis cruſti——

Quando fœminino, hæc cruſta, fragmenta ſignificamus, ut idem Virgilius:

„ Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ.

Amoto ludo] Iocularibus rebus. Seria] Neceſſaria. Terram qui uertit aratro] Qui ruſticæ uitæ ſtudet. Superius de inconſtantia dixit, modò de auaritia. Hac mēte] Hoc cōſilio, hoc propoſito. Aiunt] Ideo dicūt ſeſe à prima ætate laborare, ut habeant in ſenectute. Congeſta] Collecta. Multa cibaria] Viatica, alimenta. Nam exemplo eſt] Parentheſis eſt.

Magni formica laboris] Magni ἀντίθετον Paruula magni laboris. Haud ignara, & non incauta futuri] Quia formica, quam

Quid uetat? ut pueris olim dant cruſtula
blandi
Doctores, elementa uelint ut diſcere prima.
Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo.
Ille, grauem duro terram qui uertit aratro:
PERFIDVS hic caupo, miles, nautæ'que, per
omne
Audaces mare qui currūt, hac mēte laborem
Seſe ferre, ſenes ut in ocia tuta recedant,
Aiunt: cum ſibi ſint congeſta cibaria, ſicut
Paruula, nam exemplo eſt, magni formica laboris:
Ore trahit quodcunque poteſt, atque addit
aceruo,
Quē ſtruit, haud ignara, ac nō incauta futuri.
QVAE, SIMVL inuerſum contriſtat aquarius annum,
Non uſquam prorepit, & illis utitur ante
Quæſitis patiens. cum te neq; feruidus æſtus
Dimoueat lucro, neque hyems, ignis, mare,
ferrum,
NIL OBSTET tibi, dū ne ſit te ditior alter.
Quid iuuat immēſum te argenti pondus,
& auri
FVRTIM defoſſa timidum deponere terra?
Quod ſi cōminuas, uilē redigatur ad aſſem.
AT, NI id fit, quid habet pulchri conſtructus aceruus?
Millia frumenti tua triuerit area centum,
NON TVVS hoc capiet uenter plus, quam
meus: ut ſi
Reticulum panis uenales inter onuſto
Fortè uehas humero, nihilo plus accipias,
quàm
Qui nil portârit. uel dic, quid referat intra
NATVRAE FINEIS uiuenti, iugera centum, an
Mille aret? ac ſuaue eſt ex magno tollere aceruo.
Dum ex paruo nobis tantundem haurire relinquas,
CVR TVA plus cumeris laudes granaria noſtris?
Vt, tibi ſi ſit opus liquidi non amplius urna,
Vel cyatho: & dicas, magno de flumine mallem,
Quàm ex hoc fonticulo tātūdē ſumere. eò fit,
Plenior ut ſi quis quos delectet copia iuſto,
Cum ripa ſimul auulſos ferat Aufidus acer.
AT QVI Tantali eget, quantò eſt opus, is
neq; limo
Turbatam haurit aquam, neq; uitam amittit
in undis.
AT BONA pars hominum decepta cupidine falſo,
Nil ſatis eſt, inquit, quia tanti, quantum habeas, ſis.
QVID FACIAS illi? iubeas miſerum eſſe libenter,
Quatenus id facit. ut quidam memoratur Athenis
Sordidus, ac diues, populi contēnere uoces,
Sic ſolit⁹: populus me ſibilat, at mihi plaudo
Ipſe domi, ſimul ac nūmos cōtēplor in arca.
TANTALVS à labris ſitiens fugiētia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur. Congeſtis undiq; ſaccis
Indormis inhians, & tanquam parcere ſacris

tu in exemplum trahis, in eo cautior eſt, quàm tu, quod per hyemem quieſcit, & utitur paratis: tu uerò, ut nemo ſit te ditior, nulla pericula pertimeſcis. Inuerſum] Mutatum, inclinatum in hyemem. Magnum epitheton anni, ut:

„ Vertitur interea cœlum,

Quoniam in ſe ſemper annus uertitur & uoluitur: Maximæ autem pluuiæ, & frigora commouentur, cùm Sol in Aquarium uenerit, hoc autem fit 17. Calend. Febr. Patiens] Contenta.

„ Quæſitis per æſtatem patiens utitur atq; contenta.

Cum te] Inuadit auarum hominem. Dimoueat] Ceſſare faciat, uel prohibeat à negocio. Quid iuuat immenſum] Cum omnia facias propter argentum ô auare, quid te iuuat cum hoc defoderis in terram? Quaſi [illegible] eſt, ut dicat auarus, ſi cœpero argento hoc uti, redit ad aſſem, hoc eſt, ad exiguum. Timidum] Scilicet, ut in arte Poëtica: Inuentis miſer abſtinet, ac timet uti. At ni id fit] Id eſt, niſi hoc minuatur. Triuerit] Si deeſt. Vt ſi reticulum panis] Quemadmodum inter ſeruos plurimos, qui portat panis reticulum, non plus accipit, quàm is, qui nihil portat, ita tuus uēter non plus accipiet, quàm meus, quamuis non multa poſsideam. Reticulum, rete eſt, quo in urbe panis inter uenales ſeruos portari ſolet. Venales] Seruos. Referat] Expediat, proficiat. Intra naturæ fines uiuenti] Naturæ fines ſunt, ut ſatis ſit homini, quod etiam exiguo cenſu contingere poteſt. Quod tantum eſt, quantum capit uenter hominis per naturam. Id eſt, cùm naturæ fines non poſsis excedere, magnitudine diuitiarum, quia omninò eſt naturæ legibus ſeruiendum, quid tibi prodeſt, latè poſsidere? Iugera centū an Mille aret] Nunquid ideo, quia habes centum millia modios, plus potes comeſſe, quàm ego, qui habeo centum modios? At ſuaue eſt] Obiectio eſt. Dum ex paruo] Iterum interrógat. Quaſi contentio, inter duos dialogiſmos.

Haurire] Accipere, conſumere. Relinquas] Concedas. Cur tua plus cumeris laudes granaria noſtris] Cumeram dicimus uas ingēs uimineum, in quo frumenta recondūtur. Sic ipſe alibi:

„ Forte per anguſtā tenuis uulpecula rimam.

„ Repſerat, in cumerā frumēti.

Siue cumere dicūtur, uaſa fictilia, ſimilia dolijs, ubi frumentū ſuū re-

Cogeris:

Cogeris: aut pictis tãquam gaudere tabellis.
Neſcis quid ualeat nummus, quem præbeat
 uſum,
Panis ematur, olus, uini ſextarius, adde
QVIS humana ſibi doleat natura negatis.
An uigilare metu exanimẽ, nocteſ'q;, dieſ'q;,
Formidare malos fures, incendia, ſeruos.
NE TE cõpilent, fugientes: hoc iuuat? horũ
Semper ego optârim pauperrimus eſſe bo-
norum.
AT SI condoluit tentatũ frigore corpus,
Aut alius caſus lecto te adfixit, habes qui
Aſsideat, fomẽta paret, medicum roget, ut te
Suſcitet, ac reddat natis, chariſ'q; propinqs:
Non uxor ſaluum te uult, non filius: omnes
Vicini oderunt, noti, pueri, atq; puellæ.
MIRARIS? cum tu argento poſt omnia po-
nas,
Si nemo prǣſtet, quem non merearis, amorẽ?
AT SI cognatos, nullo natura labore
Quos tibi dat, retinere uelis, ſeruareq; ami-
cos,
INFOELIX operam perdas: ut ſi quis aſellũ
In campum doceat parentem currere frenis.
Deniq; ſit finis quærendi, cúmque habeas
plus,
Pauperiem metuas minus, & finire laborem
Incipias, parto quod auebas, nec facias, quod
VVIDIVS quidam (non longa eſt fabula)
diues,
Vt metiretur nummos: ita ſordidus, ut ſe
Non unquam ſeruo melius ueſtiret: ad uſq;
Supremum tempus, ne ſe penuria uictus
Opprimeret, metuebat. at hunc liberta ſecuri
Diuiſit medium, fortiſsima Tyndaridarum.
QVID mi igitur ſuades, ut uiuã Mænius? aut ſic,
Vt Nomentanus? pergis pugnantia ſecum
Frontibus aduerſis cõponere. non ego auarũ
Cũ ueto te fieri, uappã iubeo, ac nebulonem.
Eſt inter Tanaim quiddã, ſocerum'q; Viſelli.
EST MODVS in rebus, ſunt certi denique
fines:
Quos ultra, citraq;, nequit conſiſtere rectum.
ILLVC, unde abij, redeo. nemon' ut auarus
Se probet, ac potiùs laudet diuerſa ſequẽtes,
Quodq; aliena capella gerat diſtentius uber,
Tabeſcat: neq; ſe maiori pauperiorum
Turbæ comparet, hunc, atque hunc ſuperare
laboret:
SIC FESTINANTI, ſemper, locupletior
obſtat.
Vt cũ carceribus miſſos rapit ungula currus,
Inſtat equis auriga, ſuos uincentibus, illum
Præteritum temnens extremos inter euntẽ.
Inde fit, ut raro, qui ſe uixiſſe beatum
Dicat, & exacto contentus tempore uitæ,
Cedat, uti conuiua ſatur, reperire queamus,
IAM ſatis eſt, ne me Criſpini ſcrinia lippi
Compilaſſe putes, uerbũ non amplius addã.

ponebant agricolæ. Tertio cumeræ dicuntur uaſa minora, quæ capiũt quinq;, ſiue ſex modios, quæ lingua Sabinorũ trimodiæ dicuntur. Granaria autem horrea, in quibus frumenta reponuntur, repoſitoria.

Vt ſibi ſit opus] *Senſus eſt: Ita ſtultus eſt, quiſquis ex magnis diuitijs uult ſumere, quod ad uitã poſſit ſufficere, ut ille, cui cùm certus modus aquæ ſit neceſſarius, malit eũ de flumine, quàm de fonte haurire breuiore.* Liquidi] *Liquoris aquæ, potus.* Eo fit] *Exinde fit, ut multi propter auaritiam periclitẽtur.* Copia] *Multitudo, ut:*

» *Reſpicio, & quæ ſit me circũ copia luſtro.*

Ordo eſt: *Copia plenior iuſto.* Plenior] *Maior.* Iuſto] *Moderato, ſufficienti, id eſt, ultra uſum plus, quàm oportet.* Cum ripa] *Cum ſecuritate ſua, uel cum domicilio, id eſt, ſede auferat eos periculum.* Auulſos] Raptos. Ferat] *Demergat.* Aufidus] *Species pro genere. Aufidus Apuliæ fluuius, cum impetu fluens, ſed nunc pro periculo poſuit.* Quãto eſt opus] *Quãtum ſufficit.* Limo] *Pro eo, quod eſt perturbata uita.* Turbatam haurit aquam] *Quaſi ſordidus.* Neque uitam amittit in undis] *Id eſt, non cadit in periculum, nec nimia mole obruitur, raptus aquæ impetu. Hîc allegoricôs docet paucis contentum, neq; ſordidos quæſtus ſectari, neque implicari periculis.* At bona pars] *Maior.* Decepta cupidine falſo] *Falſa opinione, aut inepta, & inani cupiditate. Et notandum cupidinem genere maſculino pro cupiditate noui poſui. Ita multi homines praua cupiditate oppreſſi, dicunt appetendam eſſe maximam pecuniam, cui defertur præcipuè.* Nil ſatis eſt, inquit, quia tanti quantũ habeas, ſis] *Dicit, quòd numquam ſatis diuitiæ congerantur, pro modo enim earum, & perſonis defertur honor. Auarus ideo plus uult habere, quia cumulus diuitiarum grandem hominem congeminat.* Quid facias illi] *Si talis eſt, ut ab hac perſuaſione remoueri non poſsit, permitte eũ miſerum eſſe. Quid enim facias ei, qui talis eſt? libenter miſer eſt, qui pro uoto ſuo magno labore quærit maximam pecuniam.* Quatenus] *Quandiu, donec.* Vt quidam memoratur Athenis] *De Timone ait Athenienſi, qui cum odium generi humano indixiſſet, ipſe tamen pecunia ſua lætatus eſt.* Populi contemnere uoces] *Quia ſolebat populus ingreſſis theatrum benemeritis plaudere, malos exibilare. Vel aliter. Quando donabat munus, pauca donabat, & à populo ſibilum patiebatur. Contemnere autem uoces, id eſt, nõ curare de obloquijs populi.* Contemplor] *Conſidero, cõſpicio.* Tantalus à labris] *Auaros ait pœna urgeri, quam Tantalo fabulæ aſcripſerunt, ſed commendandũ eſt hoc pronũciatione. Vult autem dicere, quod ſimilis eſt Tantalo, qui habet pecuniã, & non utitur, quia quemadmodum Tantalus non poteſt uti præſentibus, ita neq; auarus. Sed ille à Furijs, iſte ſua uoluntate prohibetur.*

Captat] *Deſiderat, cupit.* Inhians] *Timens, ſollicitus. Quaſi ſtupens gaudio accipiunt.* Et tanquam parcere ſacris Cogeris] *Bene ſacra in comparatione, & picturã introduxit: Vnde nihil ad quæſtum adimi poteſt, nam ex una parte religio prohibet, ex altera tantũ ars ſine fructu intuentium animus quoq; illudit.* Aut pictis tanquã gaudere tabellis] *Eleganter tales, ait auaris eſſe diuitias, ac ſi pictæ ſint tantum, quæ per auaritiam tangi non poſſunt. Quid intereſt inter abſtinentiam & picturam, niſi ut uſu tantum fruaris?* Neſcis quid ualeat nummus] *Increpat auarum, uſum pecuniæ ignorantẽ. Emphaſis eſt, ad quos factus eſt uſus nummus, neſcis.* Panis ematur] *Diffinitio, quib. rebus neceſſarij ſunt nummi.* Adde Quis humana ſibi doleat natura negatis] *Id eſt, Adde etiã illa, quibus negatis dolet natura hominum. Dicit autem balneum, uſum'q; mulieris, & alia huiuſmodi, quibus aut frigus, aut fames repellitur.* Doleat] *Aegrè ferat.* An uigilare] *Quæ patiuntur auari.* Compilent] *Exſpolient fugituri. Compilare dicuntur milites, qui occiſis quibuſdam, inſignia in bello tollũt.* Hoc iuuat] *Semper timere, ſemper ſollicitum eſſe, quæ tu bona iudicas.* Horũ Semper ego optârim pauperrimus eſſe bonorũ] *Sic bonorum pauperrimus, ut Diues opum. Ego ſemper opto egentiſsimus eſſe, neq; habere hæc bona, quæ mihi afferant cruciatum.* Tentatum frigore corpus] *Tentatum, aëre, aut aqua uexatum, id eſt, ſi tentatum corpus tuum frigore, aut alio caſu condoluerit, nemo te optabit conualeſcere.*

Habes qui aſsideat] *Qui prope te ſedeat, præſtans tibi curam.* Fomenta paret] *Fomẽta dicta, quòd ægritudinem foueant. Inde fomites dicti, quòd flammas foueant.* Suſcitet] *Id eſt, ſanum faciat.* Miraris] *Miraris te odio eſſe, cùm tu omnia argento poſtponas, id eſt, mirâris ſi nemo te amat, cùm omnibus rebus præponas argentum, hoc eſt, cùm poſt argentum ponis omnia.* At ſi cognatos] *Senſus eſt: At ſi cognatos, quos tibi gratuitos natura conceſſit amicos, humanitate tua tibi deuinxeris, ita uideris operam perdere, ut ille qui aſino uelut equo uult uti. De aſino autem prouerbiale eſt: Aliter: At ſi uelis aliquo obſequio, aliqua ſedulitate cõciliare tibi tuos affines,*

perdes

perdes operam, ſicuti is qui uult docere aſinum currere. Nam qui in curſu exercet aſinum, perdit operam, quia exercendus equus eſt. Sicut operam perdit, qui uult aſinum frenis regere, ut uice equi fungatur: ita etiam perdit ſtudium diuitiarum, qui ſine aliquo beneficio amicos ſibi uult retinere. Nullo natura labore, Quos tibi dat] Qui nullo noſtro labore, nulla induſtria, nobis naſcuntur propinqui. Parentem] Famulantem, obedientem, ut doceat currere parentem, ut faciat. Denique ſit finis quaerendi] Senſus eſt: Poſtremò cùm aucta ſit pecunia tua, minùs iam debes paupertatē metuere, & labor tuus finem debet accipere, cùm habeas acquiſitum, quantum optaueras. Parto, quod auebas] Id eſt, quantum auidus fueras quaerere, aut auidè cupiebas: unde auidi, auari ſunt dicti. Diues] Deeſt hic, ita, ut ſit, ita diues. Non unquam] Poteſt & nonnunquam legi, ut per raro melius ſeruo ueſtitus fuerit. Tyndaridarum] Graecarum mulierum. Significat autem Clytemneſtram, aut Helenam. Nam Clytemnaeſtra Agamemnonem, Helena Deiphobum interfecit, & ambae Tyndari filiae. Quid mi igitur ſuades] Fingit ſibi reſpondentem eum, quem alloquitur.

Vt uiuam Maenius] Maenius enim tam parcus fuit, ut meritò ſordidus appellaretur. Contrà Caſsius Nomentanus tam prodigus fuit, ut ſeſtertium ſeptuagies libidini & gulae impenderet. Huius cocum nomine Damam, Salluſtius Criſpus centenis millibus aeris conductum habuit. Aliter: Nomentanus aut proprium nomen eſt, aut gentile, de Nomentana ciuitate. Significat quendam Caſsium luxurioſum, qui inde fuit. Pergis] Peruerſas. Pugnantia ſecum Frontibus aduerſis] Id eſt, quare pugnantia contra ſe loqueris? quia auarus & luxurioſus pugnantia ſunt, & non magis conuertis te ad id, quod eſt commodum, id eſt, medium. Ordo eſt: Frontibus aduerſis pugnantia. Componere] Comparare, quoniam quae repugnant, frontes aduerſas habent. Non ego] Poëta ad auarum. Vappam iubeo ac nebulonem] Vappae dicuntur perditi & luxurioſi. Nebulones uerò uani & leues, ut nebula. Aliter: Vappa dicitur ſtultus & inſulſus, qui nihil ſapit. Dicitur enim uinū uappa, quod perdidit ſaporē. Eſt inter Tanaim quiddam, ſocerumque Viſelli] Tanais libertus Mecaenatis, nobiliſsimus ſpado, ſocer autem Viſellij Hernioſi, ac ſi diceret, multum intereſt inter Eunuchum, & Hernioſum, id eſt, inter ramicoſum & ſpadoſum. Eſt modus in rebus] Vt Terent. Ne quid nimis. Ideò ait eſt modus in rebus, τὸ μέτρον ἄριστον. Vltra citraque] Vltra hos modos, id eſt, fines, & infra rectum conſiſtere non poteſt, ſed in iiſdem. Illuc unde abij, redeo] Quia digreſsionem fecit, inducta fabula Vuidij, tranſit modò ad propoſitum ſuum, id eſt, ad danda praecepta. Et eſt duplex ſenſus: Aut quòd omnes alienas conditiones laudant, ſuas uituperant: ſed praecipuè auarus, qui ſe miſerum dicit & egentem. Aut quòd caeteri quidem homines aliena ſtudia approbant, auarus uerò in eo, quod auarus eſt, ſibi placet. Nemon' ut auarus] Quod nemo auarus ſe probet. Nemo auarus ſibi ſufficiat, nec de ſe iudicet. Probat eſſe ſe auarum, qui aliena cum gemitu miratur. Se probet] Sibi placeat, ſe laudet.

Ac potius laudet diuerſa ſequentes] Id eſt, moderationem, temperantiam. Ad ſermonis ſui ſenſum, quem inchoauerat, recurrit cum coeperit antè dicere, nullum hominum ſtatu rerum ſuarū gaudere, & laudare diuerſa, à quibus diſſentire tamen auarum ait, qui ſolum propoſito ſuo gaudet. Haec autem admiratio pronunciantis, non ad illud pertinet, quòd auarus ſe non probet, ſed quòd nemo alius. Quodque aliena capella gerat diſtentius uber Tabeſcat] Quomodo tabeſcat auarus, cum uiderit pleniora eſſe ubera capellae uicini ſui. Ouidius.

„ *Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris,*
„ *Vicinumque pecus grandius uber habet.*

Neque ſe maiori] Quia maior eſt numerus pauperum, moneo ut nemo ſe exiſtimet pauperem. Pauperiorum Turbae comparet] Ad illud redit, ut dicat quomodo auarus non patiatur ſe eſſe pauperem, ſed ſtudeat ſingulos ſuperare diuitijs. Sic feſtinanti] Superiores diuitijs uincere cupienti. Vt cùm carceribus miſſos rapit ungula currus] Totus iſte uerſus diaphoron eſt. Nam hoc interpoſito ſequentem ſuperiori ſenſui adiungit, qui ſenſus talis eſt: Quemadmodum auriga inſtat cum equis, his, qui uincunt equos ſuos. Quando autem inſtat? tum, cùm rapit ungula currum, contemnit autem ſequentem, id eſt, poſteriorem, ita auarus ſemper feſtinat uincere ditiorem. Suis equis] Septimus caſus eſt.

Vincentibus] Datiuus. Hoc eſt, his inſtat qui praecedunt: uel equis inſtat ſuos uincentibus, id eſt, nititur tranſire priores, contemnens eum quem tranſierat. Inde fit, ut raro, qui ſe uixiſſe beatum] ὑπερβατόν. Inde fit, ut rarò reperire queamus, qui ſe uixiſſe beatum dicat, adeò auiditate pecuniae, etiam circa diem mortis cupiditas ardet, quia dum ſtudet pecunijs, aliquam requiem habere non poteſt, quia deſiderio poſsidendi agitur, cùm mors ei aduenerit. Iam ſatis eſt] Modum ſibi ſtatuit de auaris dicendi.

Criſpini] Philoſophi cuiuſdam loquaciſsimi, qui ἀρεταλόγος & dictus eſt. Hic Criſpinus poëta fuit, qui ſectam Stoicam uerſibus ſcripſit. Sufficit ergo, inquit, me de auaris dixiſſe, hoc eſt, Stoicè locutum fuiſſe. Nam Stoici maximè de diuitijs dixerunt, id eſt, ne me quidam putet de libris Criſpini quae dico ſurripuiſſe.

Scrinia] Capſae, in quibus libri continentur.

PORPHYR.} Qui fit Maecenas] Quamuis Satyrum eſſe opus hoc confiteatur, cùm ait. Sunt quibus in Satyra uidear nimis acer, & ultra legem tendere opus: Tamen proprios titulos ei uoluit accommodare, nam hos priores duos libros Sermonum, poſteriores epiſtolarum inſcripſit. In Sermonum libris uult intelligi, quaſi apud praeſentes ſe loqui. Epiſtolas uerò quaſi ad abſentes miſſas. Vt nemo quam ſibi ſortem] Mirari ſe ait tantam eſſe in animis hominum inconſtantiam, ut omnibus aliena ſors uitae magis, quam propriè, ſiue eam ratio dederit, ſiue fortuna obiecerit, placeat. Qui autem circunflexè pronunciandum, ſignificat enim quare. Sicut etiam multi loquuntur: Qui fieri poteſt, pro quomodo fieri poteſt. Signatè autem locutus eſt, dicens: Ratio dederit, ſors obiecerit. Iam fractus membra] Frequens apud Virg. haec figura. Sic enim dicitur: Sciſſa comam. &, Oculos deiecta decoros. Sic & ipſe Horatius:

„ *Membra ſub arbuto ſtratus.*

Quid enim? concurritur, horae Momento] Quaſi interpellantē affectu hoc dicit, & eſt etiam conſuetudinis noſtrae.

Cita mors uenit, aut uictoria laeta] Quaſi diu nauem iactantibus auſtris, hoc dicitur. Sub galli cantum] Ita dictum eſt, ut, ſub noctem cura recurſat. Ille datis uadibus, qui rure extractus in urbem eſt] Qui uadimonium promittere ſub ſatisfactione, & in urbem uenire coactus eſt. Vades autem ſponſores dici notum eſt, qui eos dederit ei uadere, id eſt, diſcedere interim liceat,

Loquacem Delaſſare ualent Fabium] Fabius Maximus Narbonenſis, equeſtri loco natus, Pompeianas partes ſecutus, aliquos libros ad Stoicam diſciplinam pertinentes, conſcripſit.

Eris tu, qui modò miles, Mercator: tu conſultus modò, ruſticus] Eleganter affecta ambiguitas. Nam cùm praedixerit à milite mercatoris ſortem laudari, & à mercatore militis, item à iuriſperito ruſtici, & ab hoc illud: ita ſubiunxit dictionem, ut cuiuſuis liberum ſit, in omnes perſonas ſenſum reducere. Quid cauſae eſt, meritò quin illis Iupiter ambas Iratus buccas inflet] Quin, nunc ſignificat quô minus. Senſus eſt: Aut nulla cauſa eſt, nec ratio querelis, quo minus illis Iupiter ſit iratus.

Praeterea, ne ſic, ut qui iocularia, ridens Percurram] Ordo & ſenſus: Praeterea nec ſic iocularia percurram, ut qui ridens iocularia percurrit: ita & ζεῦγμα eſt, & etiam cum percurram & percurrit, non aſſumimus, in hoc σύλληψις eſt. Pueris olim dant cruſtula blandi Doctores] Cruſtula & Lucilius dixit:

„ *Guſtaui cruſtula ſolus.*

Olim autem nunc, pro interdum, ac nonnunquam poſitum eſt.

Per omne audaces mare qui currunt] Propriè currunt, ut:

„ *Vaſtumque caua trabe currimus aequor.*

Cùm ſibi ſint congeſta cibaria] Cùm ſibi ſint collecta quae ad uitam tollerandam poſſint ſatis eſſe. Paruula, nam exemplo eſt, magni formica laboris] Ἀντίθετον paruulae eſt magnum.

Inuerſum annum] Perpetuum epitheton eſt anni, quia in ſe ſemper uertitur, id eſt, reuertitur. Maximè autem ſole in Aquario conſtituto tempeſtates horrendae, & frigora ingentia ſolent eſſe. Sol autem tranſit in Aquarium 17. Calend. Februarij, in eo eſt dies

bus 30. *uſq; ad* 17. *Calend. Martij.* Et illis utitur ante Quæſitis ſapiens] *Sapiens abſolutè dicitur, eſt enim nomen non participium, ut ſi diceret, quæ antè, non enim illis ſapiens.*

Quid iuuat immenſum te argenti pondus & auri] *Senſus eſt: Cum tanto ſtudio pecuniam quæras, quid te delectat eadem pecunia non uti, ſed defoſſam in terram ſeruare?* Quod ſi comminuas uilem redigatur ad aſſem] *Horatius auari reſponſum dicentis, niſi defoſſam pecuniam ſeruet, futurum ut eam uſq; ad aſſem conſumet.* At ni id fit, quid habet pulchri conſtructus aceruus] *Iterum interrogantis poëtæ hæc uerba ſunt, quorum ſenſus eſt: Quid ergo uoluptatis erit in pecunia acquiſita, ſi non impendis, cùm uſus eius ad nos pertineat, perinde eſt ac ſi non habeatur?* Vt ſi Reticulum panis uenales inter] *Senſus eſt: Quemadmodum inter uenales pueros, qui panes portabit, non plus accipiet, quàm qui uacuus ambulabit: ſimiliter quamuis plus laboraueris in acquirendo, factus cùm ſis pecunioſus, non plus uenter tuus recipiet, quàm eius, qui exiguum poſſidet.* Intra Naturæ fines uiuenti] *Hoc eſt, legibus naturæ ſeruienti. Senſus eſt autem: Cùm naturæ leges nemo poſſit excedere diuitiarum magnitudine, quid prodeſt latè cupere & poſſidere?* At ſuaue eſt] *Reſpondentem facit auarum, ut ipſe poëta* καθ' ὑποφορὰν *hoc dicit.* Dum ex paruo nobis] *Poëta auaro reſpondet dicens, nihil intereſſe ex magno, an paruo aceruo haurias, cùm ſatiando uentri noſtro, non multum, ac tantundem opus ſit.* Vt tibi ſi ſit opus liquidi non amplius urna] *Liquidi abſolutè, hoc eſt, aquæ. Et eſt ſenſus ſuauiſſimæ comparationis. Ait enim ita ſtultum eſſe ex magnis potiùs uelle, quàm ex prauis diuitijs ſumere, unde uentrem impleas, ac ſi deſideres urnam aquæ, uel cyathum, & malis eam ex magno flumine haurire, quàm ex fonticulo.* Eò fit Plenior ut ſi quos delectet copia iuſto] *Per allegoriam diligentiſſimè hoc eſt dictum, eos qui magnas diuitias appetant, cùm paruæ illis ad uitam tuendam poſſint ſufficere, plerunque ipſam acquirendi cupiditatem illis cauſam exitij eſſe.* Auulſos feret Aufidus acer] *Aufidus amnis in Apulia eſt rapidiſſimus, ideóq; acer nunc dictus.* At qui tantuli eget, quantò eſt opus, is neque limo Turbatam haurit aquam] *Perſeuerat in allegoria.* At bona pars hominum] *Bona nunc pro magna dictum, ut ſæpe Ennius, & alij ueteres.* Quid facias illi? iubeas miſerum eſſe libenter] *Relinque eum, inquit, qui miſer ſit, quoniam deduci ab hac opinione non poteſt, quô minus putet tanti eſſe unumquenq;, quantas diuitias habeat.* Populus me ſibilat] *Bellè, quia ſibilat prædixerat, paulò pòſt. Inde autem hoc dictum eſt, quòd malos principes theatrum ciuitatis ingreſſos populus exibilabat: bonos autem plauſu excipiebat.* Tantalus à labris ſitiens fugientia captat Flumina] *Pœna, quam fabulæ Tantalo aſcripſerunt, auaros urgeri ait, quia ut ille, quamuis inter aquas, ſitiat, ita hi abſtinentes à pecunia, quam poſſident, egentibus ſimiles fiant. Sed uenuſta pronunciatione exprimenda eſt.*

Et tanquam parcere ſacris Cogeris] Ordo *eſt: Et cogeris parcere, tanquam ſacris.* Aut pictis tanquam gaudere tabellis] *Eleganter tabellis ſimiles eſſe diuitias ſuas auaris ait, cùm ijs non utantur, ac ſi eas pictas habeant.* Adde Quis humana ſibi doleat natura, negatis] *Adijce, inquit, illa quibus negatis ſibi hominum uita crucietur.. Non autem ea uult intelligi, quæ ad delitias uitæ pertineant, ſed quæ ad utilitatem, ut quæ frigore, aut ſame repellenda, & commodiori manſioni ſunt neceſſaria, aliaq; ſimilia.* An uigilare metu exanimem] *Hoc, ſcilicet, patiuntur diuites auari.* Horum Semper ego optarim pauperrimus eſſe bonorum] *Pulcher & grauis ſenſus, recuſantis diuitias, quæ cruciatum uitæ domino afferunt.* Non uxor ſaluum te uult] *Quibus, ſcilicet, per auaritiam tuam durus atq; iniquus eſt.* Cùm tu argento poſt omnia ponas] τμῆσις. *Ordo eſt: Cùm tu argento omnia poſtponas.* At ſi cognatos] *Senſus eſt: An te putas ita operam perdere, ſi cognatos, quos tibi ſine labore tuo natura tribuit, retinere uolueris, ſiue amicos ſeruare: ut ſi quis uelit aſinum frenis regere, ut equi fungatur officio. Et hoc uidelicet de aſino prouerbiale eſt, quia infacetum atq; inurbanum erit, ſi putemus illud ad præſens à poëta fictum eſſe.* Et finire laborem] *Hoc quod, antequã haberes diuitias, facere cupiebas, ſi eas paraſſes.*

Diues Vt metiretur nummos] *Hoc eſt, adeò diues. Et adeò pronunciatione adiuuandum.* At hunc liberta ſecuri Diuiſit medium, fortiſſima Tyndaridarum] *Eleganter, quia Clytemneſtra Tyndari fuit filia, quæ Agamemnonem maritum ſecuri percuſſit.* Quid mî igitur ſuades] *Hæc per* μεγαλοφωνίαν *fingit ſibi dicentem eum, quem alloquitur.* Vt uiuam Mænius, aut ſic, Vt Nomentanus] *Mænius fuit in tantum parcus, ut ſordidus meritò haberetur L. Contra Caſsius Nomentanus adeò ſine reſpectu bonorum ſuorum prodigus, ut ſeſtertiûm ſeptuagies gulæ ac libidini impenderit. Huius libertum Damam nomine P. Salluſtius Criſpus hiſtoriarum ſcriptor fertur, centenis millibus conductum habuiſſe.* Eſt inter Tanaim quiddam ſocerumq; Viſelli] *Tanais ſpado fuit, ut quidam aiunt, Mecœnatis libertus, ut nonnulli L. Munatij, ut nonnulli Plancij: Viſellij autem ſocer Hernioſi. Sumpſiſſe hoc ex prouerbio Græco, ſub nominibus relatum eſt: Illi enim ita dicunt, Quod tamen & in Latino ſermone uſurpari ſcimus.*

Eſt modus in rebus] *Modus, inquit, in omni negocio adhibendus eſt. Nam ſiquid ei adijcere, aut minuere uelis, ſine uitio non erit.* Conſiſtere rectum] *Rectum abſolutum nomen eſt.* Illuc unde abij redeo] *Ad ſermonis ſui ſenſum, quem inchoauerat, recurrit. Cùm cœperit autem dicere: Nullum hominem ſtatu rerum ſuarũ gaudere, & laudare diuerſa, à quibus diſſentire tamen auarum ait, qui propoſito ſuo gaudet ſolus. Hæc autem admiratio pronunciantis, non ad illud pertinet, quod auarus ſe probet, ſed quod nemo alius.* Quodq; aliena capella gerat diſtentius uber Tabeſcat] *His quoque colligit aliena nobis placere magis, quàm noſtra: Prouerbia autem quo & Ouidius, uſus eſt, cùm ait: Vicinumq; pecus grandius uber habet.* Sic feſtinanti] *Tantam cupiditatem acquirendæ pecuniæ ait eſſe, ut nemo uelit alium locupletiorem ſe eſſe, ſicut quadrigis certantes, præcedentes urgere contendunt, ſequentes negligunt.* Rapit ungula currus] *Vngula pro equis* τρόπῳ συνεκδοχῆ *dicitur.* Inſtat equis auriga] *Inſtat his equis, qui ſuos uincunt.* Inde fit, ut rarò] *Senſus eſt: Cùm nemo ſuo contentus ſit, ſed amplius ſemper habere quærat: meritò euenit, ut nemo ſe fœliciter uixiſſe credat, nec cùm ad ſenectutem perductus ſit, ita gratus è uita abeat ut conuiua, qui benè acceptus ſatur ex conuiuio diſcedit. Ordo autem eſt: Inde fit, ut rarò reperire queamus.* Ne me Criſpini ſcrinia] *Criſpinus philoſophiæ ſtudioſus fuit. Idem & carmina ſcripſit, ſed tam garrula, ut Aretalogus diceretur.*

CHRISTO-

CHRISTOPHORI LANDINI FLORENTINI IN Q. HORAT. FLACCI SERMONES
Præfatio.

PERmagna res eſt illuſtriſſime Guido Feltri & hominibus ac ciuitatibus apprime utilis Latina Satyra, cuius author cùm Lucilius fuiſſet, eam demum Q. Horatius eò uſque produxit, ut perfecta ſanè, & abſoluta dici poſſit. Cuius hominis ſapientiſſimum à natura conſilium, exactiſſimumq; artificium, ac non denique mediocrem doctrinam ego huiuſcemodi eſſe puto, ut nemini ex Latinis poëtis inferior habendus ſit. In hoc autem dicendi genere iure, ni fallor, à Quintiliano præcipuus dicitur. Mira eſt hominis diſsimulatio in reprehendendo, atque in ea re adeò uafer, adeoq; lepôre, ſalibusq; mentem auditoris occupat, ut dum ſe iocunditate uerborum demulcendum præbet, nihil acerbum ſuſpicans, non antea in ſe contorta ſpicula animaduertat, quam illa intra præcordia recepiſſe ſenſerit. Nã cùm ſibi propoſuerit non homines maledicendo uexare, ſed caſtigando à uitijs ad rectam uiam reuocare non prius ferrum, ignemúe uulneri ſanando admouet, quam ægrotum ita occultis laqueis irretiuerit, ut medicas manus etiamſi uelit effugere, nequeat. Cuius quidem diſsimulationis uel illud irrefutabile teſtimonium nobis ſit, nam cùm duo Satyrarum uolumina ſcripſerit, utrique illarum nomen ſubtraxit, ne aſperitate tituli perterritos flagitioſos homines, ab his quæ illis ſalubria eſſe poſſint, legẽdis, alienaret. Quapropter & hos duos quos nuper interpretandos ſuſcepimus ſermonum: Alios itidem quos duos, modò clementiſſimus Deus adſit, deinceps interpretabimur epiſtolarum titulo edidit. Vidit enim ſceleratorum ægrotos multis perturbationibus animos ſimillimos puerorum eſſe, qui niſi mellis ſuauitate decipiantur, ſalubria quidem, ſed amara tamẽn pocula ſumere refugiunt. Quapropter ut Plautinum prouerbium eſt, ut nos alliciat, altera manu panem oſtendit, altera lapidem. ſed ſalutarem lapidem gerit. Sed de poëta haſtenus. Occurrent enim ſæpiſsimè loci, in quibus, quæ de illo cupimus, expreſsiùs demonſtrare licebit. Quod autem ad Satyram attinet, duo illarum genera deprehendi manifeſtum eſt. Eſt enim uetuſta Satyra fabulæ ſpecies à Græcis inuenta, à Satyris dijs denominata. In illa enim Satyri inducebãtur & cani & barbati, & imberbes, & Sylenus pater. Argumentum autem harum fabularum ludis, iocisq; refertiſſimum erat, proptereaq; Tragœdijs ſæpe in theatris admiſcebatur Satyra, ut ſua iocunditate triſtem illam Tragœdiarum ſeueritatem mitigaret. Hæ igitur perſonæ in Satyra ridicula inter ſe, ac laſciua iactant, ut latiùs ridere poſſumus in ijs, quæ ad Commodum Cæſarem Iulius Polydeuces ſeu Pollux Grammaticus nobilis diligenter ſcripſit. Huius Satyræ ſcriptores apud Græcos perhibentur, Demetrius non Phalereus ille philoſophus nobiliſſimus; ſed ex Tharſo poëta Satyricus ut Laërtio Diogeni placet, & Xenocrati. Item Menippus ſeruus ut Apuleius &, A. Gellius oſtendunt. Cuius libros M. Varro in Satyris imitatus, eas Latinè condidit, quas Menippeas appellauit. Et Ennius & Pacuuius. Sed de hoc genere plura diximus in arte poëtica. Secundum uerò Satyrarum genus, de quo hoc in loco ſermo noſter eſt, ſibi proprium Latini uendicant, quod ego ex interitu ueteris Comœdiæ initium ſumpſiſſe facilè crediderim. Nam cùm in noua Comœdia nemini liceret uitia nominatim carpere, excitatus eſt ex Arunca urbe Lucilius homo doctus, ingenioq; uehementi & animo libero. Qui cum ſuorum temporum uaria flagitia æquo animo ferre non poſſet, hoc nouum poëmatis genus in quo acerrimè uaria hominum uitia inſectaretur, excogitauit. Eſt autem dicta Satyra, uel à prima illa & antiqua Satyra, quia ad ſimilitudinem Satyrorum per uitia exultent huiuſcemodi poëtæ. Siue à Satyra lance, quæ referta uarijs, multisq; primitijs in ſacrificijs Cereris inferebatur, & à copia, & ſaturitate rei Satyra uocabatur. Unde eſt illud, lancesq; & liba feremus. Varro autem à genere quodam edulij quod multis rebus refarciebatur Satyram dictam putat. Alij dictam putant à lege Satyra, quæ uno rogatu multa ſimul ſancit, quod ſcilicet etiam Satyrica carmina multa ſimul amplectuntur. Huius Satyræ legis meminit Lucilius. Per Satyram ædilem factum, qui legibus uiuat. Et Salluſtius in Iugurtha. Deinde quaſi per Satyram ſententijs exquiſitis in deditionem accipitur. Nec ſit qui neget Satyram eſſe quæ à poëta ſcribatur, cùm ipſe in aliquo loco ita de ſe profeſſus.

» *Sunt quibus in Satyra uidear nimis acer & ultrà*
» *Legem tendere opus.*

Appellauit autem ſermones, ut libri titulo ſtyli figuram, quæ ſanè humilis eſt, atque depreſſa indicaret. Non autem nos fugit orationem omnem ſi Ciceronem audimus, in contentionem ac ſermonem diuidi. Et contentionem eſſe orationem illam, quam accuratè & cum meditatione ex loco ſuperiore habemus. Cum autem inter familiares & de familiaribus rebus priuatim orationem ita inſtituimus, ut per uices & loquamur ſimul, & loquentes auſcultemus, & reſpondeamus, is ſermo appellabitur, quoniam uerba uiciſsim ſeruamus, quod dicendi genus infima figura cum uerſetur, placuit Horatio Satyras ſuas eodem ſtylo ſcriptas ſermones appellare. Eſt ergo huiuſcemodi titulus. Q. Horatij Flacci ſermonum liber primus. Mens autem conſiliumque poëtæ eò tendit, ut homines dum uitia inſectantur, meliores reddat. Vir. enim egregius & Platonica diſciplina inſtructus cum non ſibi ſoli natum, non ciuibus ſuis, cæteriſq; mortalibus quoad præſtare poſſet, pro communi ſalute inuigilandum ſibi propoſuit. Carmen autem hexametrum eſt, de quo ſuo loco, quæ digna lectoris cognitione duxi, pro uiribus expreſſi. Tuum autem illuſtriſsime Guido eſt, quæ ad uitæ emendationem non minori ſapientia, quàm eloquentia ab huiuſcemodi poëta dicuntur, ita percipere, ut animum, mentemq; tuam ex tenera ætate adhuc ceream, per paterna ueſtigia ad ſummas uirtutes dirigas. Quicquid enim bonarum artium, quibus uita excolitur apud Horatium diſces, id omne accumulatiſſimè in parente tuo deprehendes. Atque hinc poëta docendo: Illinc princeps agendo, te, quod arduum tamen eſt parentibus tuis dignum facilè præſtabit. Sed iam Horatium ipſum audiamus.

COMMENTARIA.

QVI fit Mecœnas, ut nemo quam ſibi ſortem] *Sapientiſsimè profectò excogitatum eſt à poëta noſtro ſuarum Satyrarum initium: Nam uolentem humana uitia reprehendere, unde potius exordiri oportuit, quàm ab humana ſtultitia, à qua tanquam à ſuo fonte omnia uitia deriuantur. Quid autem ſtultius quam in uita degenda unumquenque ſuæ conditionis pœnitere. Cum prudentis officium ſit, & ea quæ in ſuo arbitrio ſit, ita eligere, ut non ſit deinceps pœnitendum, & quæ à fortuna ita proueniunt, ut uitari non poſsint, æquo animo ferre. Ac denique in omnibus rebus neque quicquam ſupra naturam expetere, neque quæ communia cum cæteris ſunt recuſare, præſertim cùm ut ipſe ſapientiſsimè in libro carminum affirmat,*

„ *Leuius fiat patientia quicquid corrigere eſt nefas.*

Iure igitur exagitat, uexatque huiuſcemodi ſtultitiam, qua quidem ex mortalium mentibus ſublata omnes ſimus in ſumma tranquillitate futuri. Abruptè igitur quod Satyrorum eſt interrogat, & cum admiratione requirit. Qui fit] *Quomodo fit. Eſt autem, qui in ablatiuo, & quia in aduerbium tranſit, circunflectitur. Nomina enim Latina monoſyllaba, quæ in aduerbium tranſeunt circumflectuntur.* Sortem] *In plurali ſortes ſunt ſpecies uaticinationis, de quibus ſuo loco dictum eſt. Dictum & ſortem idem quod caput in pecunia eſſe. In hoc loco intelligimus portionem.* Seu ratio dederit] *Id eſt, ſiue ex noſtra conſultatione & electione obuenerit.* Fors] *Fortuna. Eſt autem hæc ſors & ab hac forte. Virg.*

„ *Fortè ſua Libycis tempeſtas appulit oris.*

Ratio in hoc loco ratiocinatio eſt, id eſt, diſcurſus animi ad uerum inueſtigandum. Hæc autem ratiocinatio ſi iudicante mente fiat, nos non fallit, & eſt recta ratio, nec ſequitur pœnitentia facti. Sin autem fit ex impulſu appetitus, falſa eſt ratio. Ex qua ea ſæpe facimus quorum ſit pœnitendum. Quapropter eam nunc rationem intelligit, quæ appetitu deprauantur. Laudet diuerſa ſequentes] *Nam ex animi ſtultitia, quancunque ſortem ſua meliorem putat.* O fortunati] *Probat quod propoſuerat multorum exemplo. Nam & miles fortunam ſortem ſuam exoſus mercaturam laudat, cùm iam ſenex laboribus ſufficere non poſsit. Et mercator contrà cum tempeſtate iactetur, laudat militiam, nam unuſquiſque in ſuo artificio incommoda ſentit & calamitates, quos in alieno nullas eſſe putat.* Quid enim] *Vel ſeipſum interrogat mercator, uel alium ſe interrogantem ponit, cui ſic reſpondeat.* Concurritur] *Nam cùm duo exercitus collatis ſignis prælium ineunt, concurrere dicuntur. Virg. Ergo inter ſeſe paribus concurrere telis. Romanas acies iterum uidere Philippi. Optimè autem uſus eſt impersonali uerbo, cuius eſt indicare rem paſsim, & ab omnibus fieri, ut illud.*

„ *Itur in antiquam ſyluam.*

Cita mors] *Probat quare mercaturæ præſtat militia, nam breui, aut mors uenit, & omnia breui, & ſi aſperrima ſint, tolleranda uidentur, aut ex uictoria, & præda ditantur, & à periculo liberantur.* Læta] *Quæ illos lætos reddit. Vel læta, id eſt, uelox. Virg.*

„ *Vela dabant læti.*

Agricolam laudat iuris legumque peritus] *Id eſt, eius partis iuris, quod in ſcriptis eſt, nam iuris ciuilis alia pars in ſcriptis eſt, ut lex, plebiſcitum, & huiuſmodi. Alia ſine ſcriptis in conſuetudine poſita, & conſuetudo ſiue mos appellatur.* Sub] Circiter. Galli cantum] *Quæ noctis pars eſt, & gallicinium uocatur.* Conſultor] *Qui conſilium petit. Conſultus qui dat.* Datis uadibus] *Cui neceſſe eſt ad certam diem redire in ius, quoniam uadimonium fecerat, & uades dederat. Vas uadis, ut Feſto placet, ſponſor eſt alterius in re capitali, & ſiue idem ſupplicium ſubiturus, niſi reus ad diem dictam redierit, ſiue pecuniam ſubiturus. Nititur teſtimonio Ciceronis in Thuſculanis. Quorum alteri cum tyrannus diem dixiſſet mortis, alter pro amico ad uiſendam matrem ituro uas factus eſt. Magis tamen placet quod & Varroni, & Acroni placet uideo uades eſſe ſponſores rei certo die affuturi, ſiue capitale ſit iudicium, ſiue pecuniarium. Erunt ergo uades ſponſores rei certo die affuturi dicti, quod illis datis habeat reus uadendi poteſtatem. Vadimonium autē eſt huiſcemodi ſponſio, ut apparet in oratione pro Quintio, ubi longa eſt altercatio altera parte dicēte uadimonia fuiſſe ſibi deſerta. Altera nequaquam etiam fuiſſe facta. Eſt in Verrinis promittunt Herbitenſes uadimoniū Syracuſas. Eo poſtquam uentum eſt, coguntur dare tantum, quantum erat de capite demptum. Et hic poëta in alia Satyra. Quarta iam parte diei Præterita, & caſu iam reſpondere uadato, Debebat quod niſi feciſſet, perderet litem.* Clamat] *Et ruſtici morem exprimit, qui grandiori uoce in omnibus affectibus ſuis utuntur, & aſſeuerationem oſtendit. Nam qui aſſeueranter aliquid dicunt, uocem efferunt.* Loquacem] *Quod uitium eſt, nam modum excedit in loquendo, cùm loquitur de iis, quæ non oportet, aut de iis, quæ oportet ultra quam oportet, non ſine auditoris tædio loquitur, neque Satyrorum morem obliuiſcitur poëta, qui ſæpe ex cōparatione, aut alia digreſsione aliquem uituperant. Iuuenal.*

„ *Percurram citiùs quot amauerit Hippia mœchos.*

Fabium autem hunc ex Narbonenſi prouincia equitem Romanum fuiſſe ferunt Stoica diſciplina imbutum, & qui Pompeianas partes ſecutus ſit, & uir contentioſus in diſputando, & poëtæ aduerſarius fuit. Ne te morer] *Ne multis exemplum ultra modum detineā.* Quò deducam rem] Quid concludam. Eris] *Mira elocutio, & ornata expolitio, ut quæ longiuſculè narrauerat, breuiſsimè ſimul, & lucidiſsimè repetat. Ac patefaciat, ac demonſtret idem euenire perturbatis animis, quod ægrotis corporibus. Nam ut illa mutatione locorum modò conualeſcunt, ſic neque animi ſtultorum artis mutatione perturbationes uarias quib. cruciantur exuere poſſunt.* Diſcedite mutatis partibus] *Mutatis ſortibus ueſtris, nam ſupra dixerat, ut nemo ſibi quam ſortem. Summa ergo ſtultitia ut etiamſi adeò liceat deponere, quod oderant, & aſſument quod deſiderabant, tamen nō magis tranquilli, quàm hactenus fuerant futuri ſint.* Licet eſſe beatis] *Nam quia ſimiles caſus copulat, etiam rectè dicitur, uobis licet eſſe beatis.* Buccas] *Partes ſunt oris, quæ ſpiritu à pulmone reuocato, & oppreſsis labiis retento inflantur. Solent autem irati uehementer inflari. Quapropter ambas dixit buccas, ut ſummopere iratum demonſtraret Iouem, qui etiam minetur deinceps non ſe tam facilem illis præbiturum ut det quod petant.*

Votis] *Cupiditatibus.* Nec ſic] *Quaſi dicat, nolo ita ridens hæc narrare, ut iocularia, & non ſeria proferre uidear. Videtur enim iam illa ſua inſinuatione perueniſſe, quo cupiebat. Quapropter auditore iam præoccupato in apertam indignationem prorumpit, ita tamen etiam ridendo uera proferri poſſe affirmet, nec dedecere riſu grauia, præſertim circa initia tractare, nam ut pædagogi puerulos ad prima elementa addiſcenda, quibuſdam ſuauioribus eſcis alliciunt, ut illa uoluptate laborum diſcendi perferant: ita & Satyrum ridicula admiſcere decet, ut ea iocunditate delinitus auditor, quæ ſibi acerba futura ſint, patienter audiat. Quod ab Horatio obſeruari iam à principio oſtendimus.*

Cruſtula] *Cruſta inuenitur & cruſtum. Cruſta, in g. f. eſt pars exterior rerum, quæ non eduntur, unde incruſtare marmore dicimus parietes, qui externè tabulis marmoreis ueſtiuntur. Sic Iuuen.*

„ *Heliadum cruſtas, inæqualeſque beryllos.*

Cruſtum autem eſt eorum, quæ eduntur. Virg.

„ *Et uiolare manu, maliſque audacibus orbem Fatalis cruſti.*

Hinc fit cruſtulum. Iuuenal.

„ *Nos colaphum incutimus lambente cruſtula ſeruo.*

Sed tamen] *Auditorem ex ridiculo negligentiorem factum, rurſus excitat, cum ſeria ſe dicturum polliceatur.*

Ille grauem] *Iure ſtultitiam tanquam omnium uitiorum radicem uituperauit. Nunc autem ex omnibus quæ inde oriuntur uitia, uitium auaritiæ reprehendit, à quo infinita alia uitia manant, & quo homines, & ſibi, & reliquis omnibus nocent. Hoc autem ſub ſpecie boni mentes noſtras obrepit. Nam cùm omnes homines ſe ea gratia labores, difficultateſque omnes ſufferre dicant, ut inde in ſenectute partis frui, & in ocio eſſe liceat auaritia inde obſtricti,*

quoniō

quantò plura acquiſiuerint, tantò plura ſitiunt, & cùm iam ea aſſunt, quæ ſufficiant tamen illis frui non patiantur. Dicunt enim ſe formicæ exemplum ſequi, quæ in æſtate memor hyemis, in qua nihil agi licet, grana per calorem accumulat, quibus deinde in frigoribus frui poſſit. Verum iſti partis non fruuntur, ut formica, ſed propter auaritiam abſtinent. Perfidus] Fraudulentus in rebus uendendis. Caupo] Propriè eſt, qui uinum uendit. Nam καπηλος Græcè dicitur, & οἶνος uinum ſignificat. Sed & qui ſimilia uendunt caupones, quoque dicuntur. Vt in ocia tuta] Idcirco tuta, quia paratis neceſſarijs uſque ad finem uitæ poſſunt tuto in ocio degere. Haud ignara & non incauta] Hæc autem ſcit & canet non ratione ut homo, ſed ſua natura duce. Formicæ autem ſimulachra habent demarchiæ, id eſt, popularis ſtatus, quemadmodum apes monarchiæ. Nam illæ per magiſtratus, hæ per regem rē adminiſtrant. Semina arroſa condunt, ne fruges exeant. Madefacta imbre proferunt & ſiccant. Operantur & noctu plena luna. Et quoniam ex diuerſis conuehunt altera alterius ignara certi dies ad cognitionem mutuam nundinis dantur. Tunc diligens cum obuijs concurſatio, & quædam collocutio ac percunctatio, & ut homines mortuas ſepeliunt. In regione ſeptentrionali Indorum è cauernis aurum egerunt. Ipſis color fœdus. Magnitudo luporum, qui in Aegypto ſunt. Erutum ab ijs tempore hyberno Indi æſtate furantur, illis per calorem intra cuniculos conditis. Quæ tamen odore excitatæ quamuis in uelocibus camelis fugientes conſequuntur, & lacerant. Dicitur autem formica à ferendo, quod nullum animal frequentius pondera conuehat, neq; ſi menſuram corporis reſpicias maiora. Verum ut ad rem redeam mentiuntur huiuſcemodi uiri, quod formicas imitentur. Nam formicæ quærunt quidem, ſed quæſitis deinde utuntur. Aquarius mutat annum in uerſum] Id eſt, mutat qualitates anni, dum illas inuertit, id eſt, in contrarium uertit. Alioqui non quadraret, quia aquarius nullum ex quatuor anni temporibus inchoat, cùm uer ab ariete, æſtas à cãcro, autumnus à libra, hyems à capricorno incipiat. Sed poſuit aquarium pro pluuijs, quibus formicæ uehementer impediuntur. Aquarius capricorno ſuccedit, & domicilium eſt Saturni. Fiunt autem ingentes pluuiæ, cum coniunctio planetarũ inceperit ab aquario, & tranſeat in piſces, ut docet, Albertus magnus. Cum te] Tu neq; unquam ceſſas ab opere, neq; parto frueris. Formica uerò ceſſat, & parto utitur. Quid iuuat immenſum] Diſputant Philoſophi quædam eſſe utilia, quædam uerò bona. Et bona quidem propter ſe expeti ut eſt fœlicitas, ut uirtus. Nam hæc & ſi nihil aliud afferant, tamen propter ſe ſunt expetenda. Vtilia uerò niſi in uſum producantur, nihil eſt propter quod expetantur. Diuitiæ autem non bona ſunt, ſed utilia. Ergo non ſunt expetendæ, niſi propter uſum. Stultiſſimus igitur, qui non ut utatur, ſed ut congerat, illas quærit. Quod ſi comminuas] Ponit quod illi timẽt, & quod auaritiam ſibi obijcientibus reſpondeant.

Vilem] Parua pecunia eſt, propterea dixit uilem. Nam aliter intelligimus aſſem pro toto patrimonio cuius partes 12. ſunt, ſcilicet uncia, ab uno quod una ſit ex duodecim partibus. Sextans, duæ unciæ quod ſit ſexta pars. Quadrans tres unciæ, quæ quarta ſunt pars. Triens quatuor, quod tertia ſit pars. Quincunx, quinq; unciæ. Semis, id eſt, ſex unciæ, quod ſint dimidium aſſis. Hemus enim apud Græcos dimidium ſignificat. Et Latini ita ad ſe tranſtulerunt, ut aſpirationem, in ſ. mutauerint. Septunx id eſt, ſeptem unciæ. Bes olim des quaſi dempto triente, id eſt, demptis quatuor uncijs. Nam ſi ad octo uncias, quæ bes ſignificant quatuor addantur, erit totus aſſis. Dodrans nouem unciæ, quod ſit demptũ quadrans. Dextrans decem, quaſi dempto ſextante. Deunx, id eſt, undecim unciæ, dempta uncia. Quid habet pulchri] Ex ſua ſtultitia loquitur, qui putet ſummũ bonum eſſe in maximo cumulo diuitiarum. Millia frumenti] Deeſt ſi, uel quamuis, nam perſæpe ſubtrahunt dictiones, quæ ſubintelliguntur, poëtæ. Virg.

» Galli per dumos aderant, arcemq; tenebant:

Id eſt, penè tenebant. Iuuenal. Græculus eſuriens in cœlum iuſſeris ibit, id eſt, ſi iuſſeris. Ergo quamuis tua area triuerit centum millia, id eſt, ingentiſſimum numerum frumenti, tamen hoc, id eſt, propter hoc tuus uenter non capiet plus quam meus. Vt ſit ſententia. Cùm natura pauco contenta ſit, ita ſaturabor ego ex hoc meo paruo, ut tu ex tuo magno. Eſtq; hoc ſimile illi, qui inter ſeruos uenales reticulum, id eſt, peram ex retibus factam plenam pane portet. Nam non propterea plus panis aſſumet in cibo, quam qui nihil portârit. Ergo quid refert centum, an mille iugera agri poſſideamus, ſi centum ſatis ſint. Eſt enim ſtultitia ſumma ſi tibi opus ſit parua aquæ menſura quæras potiùs de magno flumine, quàm de paruo fonte haurire. Nam cùm de magno flumine capis periculum eſt, ne in illud prolapſus fluctibus tractus mergaris. Ergo eſt inde hauriendũ ubi neque ita parua aqua ſit, ut turbetur ex limo, neq; tanta ut demergaris. Sit igitur tua res familiaris, non ita anguſta, ut in ſordibus uerſeris, neque ita magna ut ſollicitum te ſemper teneat. Cumera] Vas uimineum eſt, uel (ut placet Acroni) etiam fictile in quo frumentum ruſtici condebant.

Sordibus] Auarus. Sibila] Sibilo explodit, & deridet.

Tantalus] Huius fabula narrata eſt. Sed quid aliud ſibi uolunt poëtæ cum hunc in tanta potus, cibiq; copia faméſcere ac ſitire fingunt, niſi auarum exprimere: qui cum multa iam accumulauerit, tamen ex cupiditate plura coaceruandi non audet tantum ſumere, ut famem, ſitimq; à ſe pellat. Captat] Capere multotiens tentat. Mutato nomine] Nam ſub nomine Tantali allegoricè auarus intelligitur. Indormis] Id eſt, recubas ſuper diuitias, ne tibi ſurripiantur. Inhians] Vehemẽter cupiens, quod eſt auari. Hiare propriè eſt os aperire. Sed quoniam qui uehementer rem cupiũt ore aperto apparent hiare, concupiſcere dicimus.

Et cogeris] Ab auaritia. Parcere] Abſtinere neq; uti. Tanquam ſacris] Tanquam ſi ſacra eſſent. Nam quæ ſacra ſunt, in uſum noſtrum aſſumi nefas eſt. Pictis] Picturam idcirco adhibemus, ut illa oculi delectentur: Virg.

» Atq; oculos pictura paſcit inani.

Diuitiæ autem parantur non ut paſcant oculos, ſed ut corpus alãt & ueſtiant. Neſcis quo ualeat] Id eſt, propter quod ſit in exiſtimatione, nam non eſt propter ſe, ſed ut illo utamur, ut emantur neceſſaria, aut etiam paulò propter neceſſitatem. At auarum iuuat ea congerere, propter quæ in aſſidua ſollicitudine conſtitutus, & domeſticos, & exteros fures timeat. Compilent] Furentur. Nam antiqui Græci pilatos fures ducebant. Hinc compilare & expilare. Hoc iuuat] Interrogantis eſt, & admiratur ſtultitiam eorum, quos delectet tam miſera uita. Bonorum] Ironicè dixit, cum putet peſſima eſſe uel bonorum ſecundùm opinionem illorum. At ſi condoluit] Per Ironiam totus locus legendus eſt, ut ſit ſententia. Cum ex auaritia tu, totaq; domus tua eſuriatis, cupiunt omnes, cùm ægrotas, ut pereas.

Frigore] Morbo aliquo frigido. Fomenta] Quibus frigus refocilletur. Non uxor] Simplex & aperta locutio iam remota Ironia. Nam tandem poſt Ironiam ſententia apertis uerbis patefacienda eſt, ne locus in contrariam partem accipi poſſit.

Poſt omnia ponas] Id eſt, poſtponas omnia diuitijs.

At ſi cognatos] Nihil eſt quod ſperes, ſi auarus fueris, aut cognatorum beneuolentiam retinere, aut nouos amicos tibi comparare. Nam operam perdis ueluti ille, qui tentat domando ponere aſinum in freno & greſſu, ut equum, alij legunt in hanc ſententiam. Cùm tu pluris facias pecuniam, quam amicos putas perdere operam in amicis comparandis, tanquam hoc inutile ſit.

Denique ſit finis] Et ſi ſordida res ſit, nec homine libero digna tãta animi ſollicitudine diuitijs ſuperuacaneis incumbere, tamen conceditur ad aliquod tempus, dummodo quandoq; finem imponas.

Ita diues ut metiretur] Nam in mediocri pecunia aut numero utimur aut pondere. In magna uerô menſura adhibemus.

Ita Sordidus] Id eſt, auarus & propter auaritiam ſordido ueſtitu amictus. Non unquam] Id eſt, nunquam. Sed miſer profectò, nam dum uictus penuriam reformidat in aſſidua ſemper penuria uixit, neq; ſolum uitam dedere miſeram malè poſſeſſæ diuitiæ, ſed infœlicem mortem maturauerunt, nam propter illas à liberta ſecuri cæſus eſt. Hæc autem imitata eſt exemplum Clitemnaſtræ, cuius fabulam in ſuperioribus expoſuimus. De hanc etiam Iuuenal.

» Hoc tantum refert quod Tyndaris illa bipennem
» Inſulſam & fatuam dextra, læuaq; tenebat.

Tyndaridum] *Patronymicum maſculinum poſuit pro fœminino. Vel uoluit oſtendere, quod non ſolùm mulieres eiuſfamiliæ, ſed & uiros ſuperauerit.* Quid] *Verba ſunt auari, qui accuſatus auaritiæ interrogat an prodigè & luxurioſè ſit uiuendum ad exemplũ Mæuij & Nomentani, qui in ſummo luxu uiuebant. Fuit enim Caſsius Nomentanus adeò luxuria perditus, ut ſextertium ſeptuagies profuderit. Habuit autem libertum nomine Damam, quem Salluſtius hiſtoricus centenis millibus æris indutum habuit. Nomentanus autem uel proprium nomen eſt, uel gentile à Nomento.* Pergis] *Verba poëtæ.* Pugnantia] *Contraria, Auaritia enim & prodigalitas cõtraria ſunt, illa defectus, hæc exceſſus in diuitijs diſtribuendis. Inter hæc extrema, quæ uitia ſunt mediocritas, quæ uirtus eſt liberalitas appellatur.* Componere] *Coniungere. Nã cum iubeo ne ſis auarus, non tamen impero ut ſit prodigus.*

Vappam] *Vappa uinum eſt, quod in exhauſto uaſe reliquum cùm ſit, adeò euaporauit, ut odorem, ſaporemq́ ſuum amiſerit. Vnde uappa is dicitur, in quo nihil ſit prudentiæ. Nihil enim redolet, & nihil ſapit. Sed ut ad uinum redeam, etiam in uappa uinum laudatur, quando uinum magnarum uirium exhalatũ, & ad fundum reſidens, neſcio quid noui ſaporis acquirat.* Nebulonem] *Vanum & leuem, & qui cùm nihil ſit ſe tamen oſtentet: à nebula, quæ magna res uidetur, cùm nihil ſit.* Eſt inter] *Tanus libertus fuit Mecœnatis, uel L. Numatij, uel Plautij Biſelli. Hic ſpado erat, cum ſocer eſſet Hermioſus (ait Acron) Socerum Viſelli. Et hic Hermioſus. Hernia enim teſticulorum theca eſt, quam Græci oſcæon, Latini ſcroſum uocant. Capitur autem pro morbo duplici, quo ille locus afficitur. Nam ſunt enterochele, cùm tunica qua inteſtina ab inferioribus diuiduntur pondere interrupta in ſcrotum omentum, aut inteſtinum deuoluitur. Eſt itidem hydrocele, cum humore integris etiam tunicis locus turgeſcit. Vnde Hermioſos eos, qui huiuſcemodi morbis laborant appellamus.* Et modus] *Modeſtia, quia iubemur in medio extremorum conſiſtere.*

Certi fines] *Quos egreſſus ſiue deficiendo, ſiue excedendo in uirtute eſſe non poſsis.* Vltra] *Excedendo.* Citra] *Deficiendo. Vtrunq; hic aduerbium eſt. Præpoſitiones enim cùm ſine nomine ſunt, in aduerbium tranſeunt.* Illuc unde] *Redeo ad propoſitum primum, Vt nemo uiuat contentus ſorte ſua.* Quodq; aliena capella ferat diſtentius uber] *Nam ſemper res alienæ pulchriores, maioresq́; nobis uidentur quàm noſtræ. Sic Ouidius, Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris. Vicinumq́ pecus grandius uber habet.*

Nec turbæ] *Cum infiniti ſint pauperiores illo, pauci autem ditiores, nunquam ſe illi turbæ comparat, unde ſibi fœlix uideri poſſit, ſed quia ſe ditioribus comparat obſtat illi uolenti ſe diuitem appellare is, qui locupletior eſt. Sunt ergo huiuſcemodi homines ſimiles in hippodromo currentibus, qui equos, quos prætererunt non reſpiciunt, ſed toti in eo ſunt, ut antecedentes prætereant.* Vnde] *Ex hac infinita cupiditate, nam cùm infinita ſibi proponãt, infinita autem nunquam penitus acquiri poſſint, nunquam ceſſat deſiderium, nunquam igitur beati, neq; ſero exacto uitæ tempore ab ipſa uita contentus diſcedat, ut ex conuiuio contenti diſcedunt ij, qui iam ſaturi ſunt. Ex quibus concluditur omnes auaros miſeros eſſe.* Iam ſatis eſt] *Sit ſententia. Poſſe longè pluribus argumentationibus rem probare. Sed hæc ſatis ſint.*

Criſpini] *Hic poëta fuit, & Stoicam ſectam uerſibus elegantiſsimè ſcripſit, unde Aretologus dictus eſt.* Compilaſſe] *Furatum eſſe.* Scrinia] *Arculas, id eſt, libros qui in ſcrineis conduntur. Imponam igitur finem, ne uidear ſubduxiſſe in hunc locum ſententias Stoicas quas Criſpinus ſcripſit.*

ERAS. ROT. } Qui fit Mecœnas] *Huic non multum abeſt illud apud Naſonem*

„ *Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris,*

„ *Vicinumq́ pecus grandius uber habet.*

Et ille Minus ex illis Publij ab Au. Gellio laudatis: Aliena nobis, noſtra plus alijs placent. Iupiter ambas] *Horatius iratus buccas ad iracundiæ retulit argumentum. Siquidem buccas inflare, faſtuoſi, atq; iracundi dicuntur.* Quantum habeas] *Ex Euripide hoc prouerb. ueniſſe in uulgi ſermonem creditur, cuius hæc apud Senecam citatur ſententia. Vbique tanti quiſque, quantum habuit, fuit, Et hæc Iuuen. Sat. 3.*

„ *Quantum quiſq; ſua nummorum continet arca*

„ *Tantum habet & fidei.*

Fugientia captat] *Tantali ſupplicia, de ijs dicendum, quibus adſunt quidem bona, uerùm his frui negatum eſt. A fabula Tantali ſumptum, quæ omnibus ferè nota.* Parentem currere] *Aſinũ ſub freno currere doces, hoc eſt, doces indocilem. Nam equus ad curſus idoneus, Aſinus ad equeſtrem curſum inutilis.*

PHILOLOGVS } Vt cum carceribus miſſos rapit ungula currus, Inſtat equis auriga ſuis uincentibus, illum] *Præteritum temnens extremos inter euntem. Sic uidetur Acron legiſſe. Ait enim, Equis ſuis ſeptimus caſus eſt, Vincentibus Datiuus, hoc eſt, ijs inſtat, qui præcedunt. Sed hîc ego accedo Porphyrioni, qui ſic legit:* Inſtat equis auriga ſuos uincentibus, *præſertim cum in antiquo exemplari apud me ſit ſuos uincentibus: Exponit autem Porphyrio, Inſtat ijs equis qui ſuos uincunt.*

IOAN HART. } *De Satyra lege haud indigna apud Floridum lib. 1. Succiſ. cap. 15. Sermones cur Horatius ſuas Satyras appellârit, uide Floridum lib. 3. cap. 8. Succiſiuarum lectionum. Quòd humili ſtylo, & non ſublimi, qui Heroicos decet, ſcriptæ ſunt.* Qui fit Mecœnas] *Mirè ſedatum exordium: uide Floridum. Ex abrupto Iuuenalis*

„ *Semper ego auditor, &c.*

Perſius concitatiùs orditur,

„ *O' mores hominum.*

Neſcis quid ualeat nummus, quem præbeat uſum, panis ematur, &c.] *Simile apud Theocritum.* ἐν χάρισι *extat.*

„ Δαιμόνιοι, τί δὲ κέρδος ὁ μυρίος ἔνδοθι χρυσὸς

„ κείμενος. οὐχ ἅδε πλούτου φρονέουσιν ὄνασις·

„ ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν·

„ πολλοὺς δ' εὖ ἔρξαι πηῶν, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλων, &c.

Venales inter] *Venales nouitij ſerui, qui proſtant, quorumq́ opera eſt uenalis. Lege Cœlium lib. 25. cap. 19. Alciatum in tres poſt. Aut. l. conſule, pagina 115.*

HENR. GLAR. } *Acro hoc loco, cum Horatium Lucilio & Iuuenali comparaſſet, ultimum hæc adijcit uerba. Denique niſi Iuuenalis, inquit, ſcripſiſſet, iſto nemo eſſet melior: quaſi Iuuenalis in Satyra ſit præferendus Horatio. Memini olim ex D. Eraſ. Roterod. ſæpe audiſſe, Iuuenalem. Satyræ maieſtatem corrupiſſe, nec ſciſſe Satyram ſcribere.*

Idq́ etiam mihi uiſum: Sed Acronis hoc iudicium de Satyricis tam eſt ingenioſum, quam expoſitio uocis Satyr. Plæriq; enim, inquit, Satyram à lance, quæ plena diuerſis frugibus in templo Cereris inferetur, nomen accepiſſe dicunt. Alij quod hoc carmen ita multis ac uarijs rebus refertum ſit, ut audientes ſaturet. Alij quod ita Satyra conuicia, ac crimina hominum liberè inuadat, ut ſaturi homines, id eſt, ebrij. Hæc & plura ille. Ego puto ex ſententia huius poëtæ in arte, potius ex agreſtibus illis dijs appellatam Satyram. Ipſe enim poëta ita ait:

„ *Verum ita riſores, ita commendare dicaces,*

„ *Conueniet Satyros.* *Et paulò antè:*

„ *Carmine qui Tragico uilem certauit ob hircum,*

„ *Mox etiam agreſtes Satyros nudauit.*

Ad quæ uerba etiam ipſe Acro ita ſcribit: Docet (inquit) unde nata ſit Satyra.

Loquacem Delaſſare ualent Fabium] *Ante loquacem diſtinctio eſt, & ſuſpenſa ſententia, cui figuratè, nec minus eleganter infertur, loquacem delaſſare ualent Fabium. Quæ non intelligens ſubtilis ac argutus ille annotator legendum exiſtimat, laſſare ut ualeant, præcedit enim (inquit) adeò multa, id eſt, tam multa, quas particulas, ut, coniunctio ſub ſequi conſueuit. Imperioſus Grammaticus, qui poëtam noſtrum ad haſce nugas adigit.*

Non tuus hic capiet uenter plus] *Quidam hic, quidam hoc, alij hinc legunt, quod mihi maximè probatur. Quod autem in commentario Acronis legitur, quia habes centum millia modios, corruptum eſt. Legendum enim modiûm.*

Decepta

—Decepta cupidine falsò] *Et notandum (inquit Acro) cupidinem genere maſculino, pro cupiditate nouè poni. Imò ego miror, quis has nugas in Horatium uexerit, apud quem cupido nullo unquam genere alio inuenitur, quam maſculino. Id etiam Ode 16. libro 2. Carminum annotauimus, Caue conſtruas, falsò inquit, ut Badius exponi poſſe contendit.* An ſi cognatos nullo natura labore] *Siue interrogatiuè per an legatur, ſiue enunciatiuè per at, intelligendum tamen ſemper eſt, ſi retinere uelis ſcilicet his tuis moribus, ac auaritiæ ſordibus, nihilò plus efficies, quàm qui aſellum ſub frenis currere docere uelit. Meliùs tamen per At, enunciatiuè legi uidetur.* Vmidius quidam (non longa eſt fabula) diues.] *Acro hoc loco ſupplet, ita, ut ſit, ita diues. In Porphyrionis cómentario ſuppletur,* ideò, *ſed legédum puto,* adeò, *ut ſit,* adeò diues. *Præterea quidam Vmidium, quidam Vuidium, quidã etiam Vbidium ſcribũt: de quibus nihil certi habemus, quòd affirmare queamus.* Fortiſſima Tyndaridarum] *Hoc Acro de Clytemnæſtra aut Helena intelligit. Porphyrio de Clytemnæſtra. Sed ſi hoc ita eſt, oportuit Tyndaridûm genitiuum eſſe, non Tyndaridarum. Sed uidetur Horatius ab accuſatiuo fœminino Græco τυνδαρίδα for maſſe nominatiuum fœmininum Tyndarida, Tyndaridæ, ſicut ab accuſatiuo κρατῆρα fœmininum cratera. Huius rei admonuit nos olim D. Eraſmus Roterodamus præceptor noſter.*

Quid mi igitur ſuades? ut uiuam Mænius? aut ſic.] *Mira in his proprijs uariatio. Nam quidam Næuius legunt, alij Mænius ut Porphyrio Epiſtol. 16. ab initio, quod placet. Satyra autem tertia paulò pòſt, utrunq; nomen eſt, Mænius abſentem Næuium cum carperet, quanquam quidam eo loco pro Næuio legunt Nouium: quod item placet. Acro autem hic de Mænio hæc habet. Mænius tam parcus fuit, ut meritò ſordidus appellaretur. Eademq; uerba apud Porphyrium leguntur. Sed Satyra tertia, de Mænio longè alia ſcribit Porphyr. Quòd ad hunc locum attinet, ego per Mænium nequaquam hominem ſordidum intelligo. Quorſum enim attinebat Horatio impugnanti, auarum ab auaro opponi? Hoc ſenſu, Horati, quando auaros damnas, uis igitur ut uiuam Mænius, qui fuit auarus? Quid inſulſius, imò quid alienus à poëtæ mente? Quare intelligendus Mænius qualis à poëta deſcribitur Epiſtol. 16. ſcurra ac prodigus, qualis etiam Nomentanus. Nec obſtant uerba ſequentia, pergis pugnantia ſecum Frontibus aduerſis componere. Pugnantia enim hic ſunt Horatij exempla, auari ut Vuidij: & prodigi, ut de Mænio ac Nomentano.* Illuc, unde abij, redeo, nemon' ut auarus] Nemon' ut auarus *legendum, non autem,* Nemo ut ſit auarus? *ut quidam ex Acronis commentario decepti legunt. Quippe Acro omnia ſequentia uerba ad auarum torquet, cum Horatius ad huius Satyræ principium reſpexerit: atque adeò ad prima uerba: Qui ſit, uolens nunc huic Satyræ finem imponere. Eſt autem hic ſenſus. Qui ſit nemo ſe probet, excepto uno auaro, ac potiùs unuſquiſque laudet diuerſa ſequenteis, tabeſcatq; quod aliena capella gerat diſtentius uber, neque quiſquam ſe comparet maiori turbæ pauperiorum, imò laboret hunc atque hunc ſuperare, quaſi diceret. Si turbam pauperiorum poſt nos relictam intueremur, potiùs quàm ditiorum antecedentem, uideremus utique quàm longè hanc illa ſuperaret, quietiores mente futuri. Et niſi repetatur illud, Quid ſit: certè nullus erit hic ſenſus. Badius Hercule hunc locum non intellexit. Sed ita nobis olim expoſuit D. Eraſmus præceptor noſter. Eſt autem totus locus interrogatiuè legendus. Porrò expoſitio quoque Porphyrionis, & ſequens comparatio, noſtræ ſententiæ maximè congruent, ut lector ipſe iudicabit.*

THEOD. PVLM. } 1 QVI fit Mecœnas, ut nemo, &c.] *De ijs agit, qui in negotijs & uitæ periculis uerſantur: Vt 1. Carm. 1. de ijs, qui in otio conquieſcunt. Lege Franc. Luiſini. Parergôn librum tertium, capite uigeſimo nono.*

2 Fors] *Id eſt, Fortuna, non Sors, H.G.E.B.P.C.V. & Turneb. lib. 26. cap. 15.* 6 Nautam] Nauem, *H.G.E.B.P.C.*

8 Momento cita] *H.G.E.B.P.C.V.* Momento aut cita, *Lambini codices quatuor.* 19 Nollet] *G.B.P.C.* Nolunt] *H. V.* Nolint *ſine ulla dubitatione legendum eſt, pendente è ſuperioribus ſententia: ait enim: ſi quis Deus dicat, iam quod uultis faciam, nolint. Turneb. lib. 6. cap. 25.*

—Atqui licet eſſe beatis] *G.E.B.P.C.V. Sic 1. Satyr. 11.*

„ *Munifico eſſe licet.*

Et 1. Epiſt. 16.

„ *—Da iuſto, ſanctoq; uideri.*

Atquin licet eſſe beatis, Lambini libri aliquot manuſcripti. atqui licet eſſe beatos, H. Non conſentiunt libri ueteres, quorum lectionis diuerſitatem ſuis locis à me annotatam reperies.

24 Quanquam ridentem dicere uerum, Quid uetat?] *Etſi qui iocantur plerumque mentiuntur, & mendacio gratiam quærunt, tamen iocantem Horatius nihil putat uetare uerum proloqui, cùm lêpos & uenuſtas ioci pro inuitamento, & illecebra plerumq; ſit, & ſermonem uerum condiat, & perfundat iucunditate ſui, ut dulciario opere pueri, & cruſtulis ad literas diſcendas quodam blandimento inducuntur, idq; eſt quod Horat. ſcribit,*

„ *—Vt pueris olim dant cruſtula blandi*

„ *Doctores, elementa uelint ut diſcere prima.*

Eſt igitur plerumque iocus poëtis pro cruſtulo, & bellario ueriq; ſit condimento. Turneb. lib. 12. cap. 3. 27 Sed tamen amoto] *Sed tamen, uacat: ſed eò ſolent interdum uti Latini, cùm inchoatum ſenſum & longo tractu productum, aut interpellatum interiectione & diſtractum reuocare & continuare uolunt. Vide Turneb. lib. 12. cap. 3.* 29 Perfidus hic caupo] *Quod Flaccus ſcribit, Perfidus hic copo, non de his tantùm quidam intelligunt, qui ſtatam habent in urbibus cauponam, ſed de copiarijs etiam, qui magiſtratibus præbenda, & eorum familiæ præſtabant publicè conducta, qui peregrinantes principes & magiſtratus ſectabantur, uinum, cibariaque uendentes. in V. utique Satyra apertiſſimum eſt, de ijs intelligi, qui certam, ſtatamq; uſpiam habent coponam,*

„ *Differtum nautis, cauponibus atq; malignis:*

Malignitatem enim eorum accuſat, qui malignè & illiberaliter, uictum ferè præbent. Vide Turneb. lib. 12. cap. 3.

33 Paruula] Paruola, *G.* 36 —Simul inuerſum contriſtat Aquarius annum] *Horatius brumam intellexit. Annus uerò inuerſus, annus eſt brumalis, ut ſi περιτροπαῖος diceretur. nam τροπαὶ à Græcis reuerſiones Solis uocantur, à Latinis bruma & ſolſtitium. Vide Turneb. lib. 12. cap. 3. & lib. 19. cap. 19.*

38 Quæſitis patiens] Quæſitis ſapiens, *P.*

39 Demoueat] *H.G.B.C.* Dimoueat] *E.P.V.*

43 Quòd ſi] *Quod, ſine accentus nota in libris uetuſtis, in quibus eam ferè haud unquam ſcriptam reperies.* 46 Hoc capiet] *H.G.E.B.P.C. Hic, Aldina editio: hinc, Gryphij.*

53 Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?

Vide Annotationes ad lib. 1. Epiſt. 7. 54 Liquidi] *Id eſt, aquæ. Vide Pet. Victorij Variarum lect. lib. 23. cap. 10.*

55 Mallem] Vellem, *V.* Malim, *Lambini libri quinque.*

57 Copia iuſto] Copia cornu. *Hanc in antiquo libro ſcripturam reperi, cum hodie iuſto, & quidem perbellè, edatur: ſed illud alterum extra numerum iacere, aut pro reijculo eſſe, fortaſſe non debuit, cùm ſententiæ non malè conueniat. Nam copiæ cornu plenior, erit copia, quæ cornu abundantiore, & bonis opulentiore, refertioreq; eſt. Turneb. lib. 11. cap. 23.* 58 Aufidus] Aufiſos, *G.* 59 Tantali] Tantulo, *B.P.C.* Quanto] Quantum, *Lambini quidam libri ueteres.*

60 Neque uitam] Nec uitam, *H.G.B.C.V.*

62 —Quia tanti, quantum habeas, ſis.] *Vide Pet. Victorij Variar. lect. lib. 23. cap. 10.* 63 —Iubeas miſerum eſſe libenter Quatenus id facit] *Ita accipiendum arbitror, qui inſanabilis eſt, nec deduci de auiditate, ſtudioq; nummorum accumulandorum poteſt, eum cùm uideas in maxima uerſari miſeria, iubeas eam, quantamcunq; auaritia affert, libenter iucundeq; ferre. eſſe enim puto quatenus id facit, ad quam uſq; ſtudium lucri miſeriam perducere ſolet. Miſeria autem magna eſt in quærenda omni labore pecunia, & diligenter cuſtodienda, furibus cauendis, ſaccis indormiendo, nummis ut ſacris parcendo, & abſtinendo, fame enecando. Turneb. libro duodecimo, capite tertio.* Quatinus] *H.V.* 72 Aut pictis] Et pictis, *Lambini quidam libri ueteres habent: alij, ac pictis.*

73 Quò ualeat] Quid ualeat, C. *V*. 79 Optarim] Optarem, *H.G.E.C.* 81 Affixit] C. Adfixit, *H.* Afflixit, *E.B.P.V.* Adflixit, G. 83 Ac reddat gnatis] *H.* Ac reddat natis, *H.E.B.C.V.* Ac natis reddat, *P.* Propinquis] Propinquis? *cùm interrogationis nota*, *H.G.* 84 Saluum te uolt] Te uolt ſaluum, C. 88 At ſi] An ſi, *G.B.P.V.*

90 Perdas] *Perdes*, *V.* Perdis, *Cruquij codex unus.*

91 Campum] Campo, *H.G.E.B.P.C.V.* 92 Cumq;] Quoque, *Ant. Mureti editio.* 94 Nec facias] Ne facias, *H.G.E.B.P.C.V.* 95 Vmidius] *H.* Vmmidius, G.E.C. Vinidius, *P.* Humidius, *B.V.* Fufidius, *Ioannis Sambuci, uiri clariſsimi, & doctiſsimi, codex antiquus.* Vnidius, *editio Aldina.* Venidius, *aut* Vinidius, *Iacobus Cuiacius Obſeruationum lib.* 10. *cap.* 19. 100 Tyndaridarum] *Tyndarida, Tyndaridæ, uel ab accuſatiuo Græco Tyndarida formatur, ut cratera, crateræ, æthera, ætheræ: uel maſculorum appellatione feminæ continentur. Lege Petri Nannij Miſcell. lib.* 3.

101 Mænius] *Neuius, H.G.E.B.P.C.V.*

103 Componere] Componere? *cum interrogationis nota, V.*

104 Ac nebulonem] Aut nebulonem, *E.P.C.V.*

105 Viſelli] Biſelli, *B.* 108 Nemon ut auarus] Nemo ut auarus, *Cruquij codex unus: qui nemo ut auarus, alius.*

111 Maiori pauperiorum] Meliori pauperiorum, *ſcriptum comperi, quomodo meliorem partem pro maiore dicere uſus obtinuit. Turneb. libro undecimo, capite uigeſimo tertio.*

115 Auriga, ſuos uincentibus] Auriga, ſuis uincentibus, *H.E.P.C.*

118 Vitæ] Vita, *H.G.E.C.*

IVLIANI AVRELII LESSIGNIENSIS, IN Q. HORATII FLACCI SAtyram I. Lib. I. Paraphraſis & Commentarius.

ILLVSTRISS. ADOLESCENTI D. IOANNI A' BERGIS IVLIANVS AVRElius Leſsignien. S. P. D.

CVM nuper amicis quibuſdam meis oſtendiſſem, quæ ſuperioribus annis in duas Horatij Satyras annotaueram, atque illi uno ore omnes me hortarentur, ut ea Typographis committerem: adductus ſum tandem eò, ut ſententiæ eorum ſubſcriberem. Nam & ſi non ignorabam nullum unquam ſeculum fuiſſe hoc uel eruditius, uel uaſatius: confidebã tamen labores hoſce meos, ſi non alia uirtute, argumenti ſaltẽ utilitate Candido Lectori placituros: Ambiant ſanè alij quantũ uelint Ciceroniani cognomen, atq; etiam ut tales publicè habeantur: Orationes, Dialogos, Epiſtolas denique conſcribãt. Ego certè plus ſatis aſſecutus mihi uidebor, ſi præſtantiſſimo Poëtę nulli Latinorum in ſuo genere ſecundo, dicar his commentarijs aliquid lucis addidiſſe. Nam aliorum ad hunc autorem interpretationes, ut fortaſſis omni ex parte malæ non fuerint (neq; enim animus eſt de cuiuſquam gloria quicquam detrahere) dignus tamen erat Horatius, quem & diligentiores, & eruditiores interpretarentur. Quantũm nõs ipſi præſtiterimus, facilè hi iudicabunt, qui noſtra paulò attentiùs legere, eaq; cum alienis conferre non grauabuntur. Cæterùm quidquid eſt hoc lucubratiunculæ, id totum, adoleſcens illuſtriſsimè, libenter ſub nominis tui lenocinio in publicum exire patimur. Nam cùm inter iuniores omnes principes, qui in aula uerſantur, non ſolùm bonarum omnium artium ipſe ſtudioſiſſimus ſis, ſed etiam eruditos omnes, ab ineunte ætate ſumma beneuolentia, incredibiliq; fauore ſemper proſecutus ſis: non occurrebat mihi inter tam multos alius, cui fœturam hanc meam iuſtiùs conſecrarem. Neque uerò, hoc ab inſcriptione me deterruit, quòd nulla tibi familiaritate coniunctus ſim, cùm perſpectiſſimum habeam ita te à Franciſco à Burgundia uiro, ita me Deus bene amet, omni uirtutum & eruditionis genere cumulatiſsimo inſtitutum, ut licet diuitijs, & opibus ualde conſpicuus ſis, magis tamen humanitate excellas. Omniaq; quæ tibi offeruntur quantumcunque exigua ſint, placidiſſimo uultu accipere ſoleas. Certè hac naturæ tuæ dote fretus, auſus ſui, generoſiſſime adoleſcens, quidquid hoc eſt, literarij munuſculi ad te deſtinare. Quod ut pro ſolita tua humanitate, innatoq; tuo erga literas amore, obuijs ulnis accipere digneris, etiam atque etiam te obſecro, Vale Mechliniæ VI. Calend. Decemb. Anno M. D. XL.

A. GOYNVS MORINENSIS LECTORI.

VIX dum prodibat Satyræ ſolers ὑπόμνημα,
Nec fuerat uatis fulta nitore ſui.
At nunc nacta ducem, præſtanti pectore Iulum
Aurelium, hac, cuius dexteritate nitet.

IVLIANI

IVLIANI AVRELII LESSIGNIENSIS PARAPHRASIS, IN PRIMAM Satyram Lib. I. Horatij Flacci.

NDE'NAM hoc fieri dicemus, Mecœnas, quam'ue tantæ huius inſtabilitatis cauſſam adferemus, ut uiuat ea ſorte contentus nemo, quam uel ratione, longaq́ cõſultatione ſibi elegerit, uel fortuna, caſusq́ aliquis ei obtruſerit: ac potiùs alienæ ſemper uitæ inſtitutum probet, quàm ſuæ? Nam milites, poſtquam ætate iam confecti ſunt, nec exhauſtis uiribus militares labores ampliùs tolerare poſſunt, longè beatiorem prædicant mercatorum conditionem, ut quibus in integro corpore uires integræ uſque ad ultimum uitæ diem ſuppeditent. Contrà uerò mercatores cùm exortis in mari ſæuiſsimis tempeſtatibus, modò huc, modò illuc arbitrio fluctuum iactantur, clamant milites uel hoc nomine eſſe ſe feliciores, quòd ipſorum certamina, non, quemadmodum mercatorum pericula, longa ſint ac diuturna, ſed breuia & pluſquàm momentanea. Quin & Iuriſconſulti, licet certatim ab omnibus beati exiſtimentur, in eadem tamen inconſtantiæ naui uehuntur. Nam cùm ſub auroram à clientulis uexantur: ægrè ferentes abrumpi ſibi ſomnum, agricolas fortunatiores appellant, quippe quibus extra ſtrepitum popularem uerſantibus, liceat quietam ſaltem noctem tranſigere. Rurſus litigatores illi qui rure habitant, quoties eos ex agris in urbem uenire oportet, ut quos in re capitali pro ſe ſponſores dederunt liberent: clamant feliciores eſſe, qui degunt in urbibus. Sed quid ego immoror in uno atque altero exemplo recenſendo, cùm huius inconſtantiæ genera adeò ſint multa, ut uel Fabius homo ſtoicus extremæ loquacitatis his enumerandis delaſſari poſſit. Ne diutiùs igitur, ô Mecœnas, his uelut ambagibus te ſuſpenſum teneam, audi quorſum iſta uergant. Eò enim ſpectant, de ſuis profeſsionibus omnes quidem conqueri, neminem tamen inueniri poſſe, qui, ut maximè liceat eas uelit deſerere. Nam ſi Deus aliquis ipſis diceret: En faciam quod optatis, tu, qui modò miles eras, mutato uitæ genere fies mercator, & tu qui eras aduocatus, eris ruſticus. Diſcedite hinc aſſecuti iam, quod cupiebatis, neq́ mihi ampliùs moleſti ſitis: Si quis, inquam, Deus hanc iſtis proponeret optionem, non acciperent. Atqui ſi alios beatiores ſe uerè, & ex animo credebant, licet & ipſis nunc huiuſmodi oblata optione beatis eſſe. Cùm igitur ipſa luce clariùs ſit, iſtam uotorum ineptitudinem non aliunde, quam à quadam iudicij prauitate originem trahere, quis tales dignos non exiſtimet, quibus ſic iraſcatur Iupiter, ut quũ id, quod uſq; adeò exoptabant, oblatum reſpuerint, nunquam in poſterum preces eorum admittat? Verùm enimuerò, ne, quemadmodum qui res ioculares narrant, ridendo uerum percurram (quanquam ridendo poteſt etiam uerum dici. Imò ſæpè ridicula quædam admiſcenda ſunt, ut his uelut illecebris delinitus auditor acerba audire non detrectet: penitusq́ in Satyris ſcribendis nos ille pædagogorum imitandus eſt, qui pueros cruſtulis, potiùs, quàm aſperitate ad literarum amorem alliciunt) Sed ne tamen iocularia ſerijs rebus immiſcere uidear, ſeriò nunc agamus. Agricolæ caupones, nautæ, cæteriquê id genus homines ſi rogentur, quam ob rem tot, tantoſquê labores ac difficultates ſubeant, reſpondebunt honeſto titulo inſatiabilem ſuam cupiditatem uelantes, ut in ſenectutem uiaticum ſibi comparent, cûm tamen, quæ ad uitam tolerandam neceſſaria ſunt, iam congeſſerint. Quin dicent etiam, ut omni auaritiæ ſuſpitione uacent, exemplo ſe formicæ talia facere, quæ licet exigua quidem ſit corpore, magno tamen atque admirando labore uenturam hyemem præſentiens, æſtate grana cumulat, quibus poſtea fruatur. Optimum quidem exemplum, ô auare, ſed longè ab inſtituto tuo diuerſum. Nam formica æſtate tantùm laborat, hyeme nuſquam ex antro ſuo prorepit, uiuitquê interim pauculis illis antè congregatis granis contenta. At tu & æſtate, & hyeme per ignem, per aquàm, per ferrum inceſſanter lucro inhias, nullumquê, ut omnes diuitijs anteuertas, uitæ diſcrimen reformidas. Libenter autem abs te petiuerim, auare, cùm tanto ſtudio pecuniam quæras, quid te iuuet eadem pecunia non uti, ſed defoſſam ſeruare? Quòd ſi mihi dicis, idcircò te eam defodere ne conſummatur, uiciſsim interrogabo te, quid diuitiæ cùm non ſint, niſi propter uſum expetendæ, pulchri habeant, ſi eis non utaris, ſed in arca clauſas adſerues? Eſto centies centena millia modium frumenti quotannis colligas, non tamen idcircò uenter tuus plus capiet, quàm meus, qui exiguas facultates habeo. & quemadmodum inter uenales pueros non plus accipit, qui panes humeris portat, quàm qui uacuus ambulat: Sic ego, cùm natura paucis contenta ſit, tam facilè ex aceruulo meo ſaturabor, quàm tu ex ingentibus tuis granarijs. Quæ cum ita ſint, quid quæſo refert centum, an mille iugera poſsideam, ſi mihi placet intra fines naturæ uiuere? Sed ſuaue eſſe dices ex grandi aceruo ſumere. Verùm ſi mihi concedis, tantùm hauriri poſſe ex paruo cumulo, quantum ex magno: atque ſimiliter ſufficere naturæ paruum, atq; magnum aceruum: cur potiùs ingentia tua granaria laudes, quàm exiguas noſtras cumeras? Sanè quemadmodum illos arbitror pluſquam demẽtes, qui, cùm habeant opus tantùm aquæ calice, malunt ex magno flumine, quàm ex fonticulo haurire: ita plurimùm eos deſipere exiſtimo, qui malunt ex ingentibus granarijs, quàm ex mediocribus caniſtris ſumere, unde uentrem impleant. Vis autem audire, quibus huiuſmodi homines ſubiaceant periculis? Euenit profectò, ut, quemadmodum qui urnas ſuas, ex aqua fluminis implere malunt, in periculo ſunt, ne undarum impetu auferantur, qui uerò riuulorum aqua contenti ſunt, extra omne diſcrimen uerſantur: ita qui ingentes diuitias cupidè nimis appetunt, cùm paruæ illis ad uitam tuendam poſſint ſufficere, in certiſsimum ruant exitium: qui uerò non ampliùs exoptant, quàm ſatis eſt, & uiuant extra ſordes, & nullis exponuntur periculis. Sed inſtabit mihi iterum auarus, dicetquê uel eo nomine quàm maximas opes eſſe cumulandas, quòd ita ſint hodie hominum mores, ut qui quàm plurimum poſſideat, honoratiſsimi & ſint, & habeantur. O ſtultam & inanem perſuaſionem, dignosq́ homines, quos, quatenus in eo perſeuerabunt errore, perpetuò miſeros eſſe iubeas. Quid enim aliud facias? Nam tales libenter miſeri ſunt, id quod ſanè in Athenienſi quodam homine, prædiuite quidem illo, ſed auaro manifeſtiùs uidere liceat.

Quamuis enim diceret à populo ob tenacitatem ſuam ſolitum ſe exibilari, cæterùm ſpretis illis obloquijs, quotieſcunq; nummis arcas ſuas refertas intueretur, domi ſibi ſoli plaudere. Non idcircò tamen non miſer fuit. Imò ſi quid iudico & miſerrimus fuit, & eius unius exemplo docemur, non continuò ſequi, quod auari nobis imprimis obijciunt, ut quiſq; pecunioſiſsimus eſt, ita eum quàm maximè ab omnibus & coli, & honorari. Fabulantur quidem poëtæ Tantalum, quia Penelopem filium dijs epulandum appoſuerat, pœna hac apud inferos urgeri, ut licet in medijs aquis aduſque humeros conſtitutus fingatur, ſiti tamen enecetur. Quid rides, ô auare. Certè mutato tantùm nomine narratur de te fabula. Maximè enim hæc imago tibi conuenit, ut qui in ſumma rerum abundãtia, diuitijs tuis non modò non audeas uti, ſed præ ſolicitudine ne quid amittas, ne latum quidem culmum ab eis abeſſe ſuſtineas. At qui ſi eam tibi induiſti perſuaſionem, ut nefas eſſe exiſtimes, pecuniam tãquam rem ſacram in uſus uitæ neceſſarios conuertere, eamq́ tibi in hoc tantummodo datam arbitraris, ut in modum picturæ oculos non corpus paſcat, næ tu planè deſipis, omniumq́ mortalium es longè infeliciſsimus. Age uerò quandoquidem uideris ignorare uerum pecuniarum uſum, te docebo. Datæ ſunt illæ nobis, ut panem, uinum, olus, cæteraq́ id genus alia, ſine quibus humana uita tranſigi non queat, coëmamus. An ſemper ſolicitum eſſe, ne ædes noſtræ comburantur, ne nos fures ac ſerui fugientes compilent, tibi miſerrimum eſſe non uidetur? Et quidem lõgè prætulerim

talibus bonis, quæ tãtum adferunt ſecum cruciatum, carere, quàm abundare. Rurſum inſtabit mihi auarus, dicetq́ diuitias tametſi abſq; magna cura non cuſtodiuntur, habere tamen non paucas in ſe utilitates, ob quas meritò expeti debeant. Namq́ locupletem hominem, ſi fortè morbum è frigore aut ex alio aliquo caſu contraxerit, facilè inuenire, qui decumbenti aſſiſtant, quiq́ ad medicum adeant, & breuiter qui nihil non agant, ut ipſe priſtinæ reſtituatur ualetudini. Omnibus autem iſtis auxilijs inopem atq; egenum deſtitui. Erras uerò miſer, qui hoc tibi perſuaſeris. Nemo enim optat, ut conualeſcas: non uxor, non liberi, quibus ob auaritiam nimium iniquus ac durus fuiſti. Imò omnes & noti, & ignoti, & pueri, & puellæ ob mores iſtos tuos adeò ſordidos te oderunt, tantum abeſt, ut conualeſcentiam tuam uotis exoptent. Miraris autem cùm neminem ames, ſed ſolùm tuum argentum, ſi à nemine uiciſſim ameris? Imò uerò mirandum potiùs eſſet, ſi quiſquam te diligeret. Quod ſi arbitraris cognatos à natura tibi nullo tuo labore, ſed gratis datos, poſſe te etiam ſine aliquo beneficio in amicitia retinere, non ſecus perdis operam, atq; qui docet aſinum ſub frenis currere. Ergo cùm amplæ diuitiæ non modò non alijs nos gratos, uerùm etiam inuitos efficiant, augendis tuis cenſibus, tandem aliquando, ô auare, finem aliquem præſcribe: cumq́ diuitias tuas ſemel auxeris, minus paupertatem formides: & finem tandem accipiat labor tuus, cùm tantas opes acquiſiueris, quantas antea ſolebas optare. Neque facias quod Vmidius quidam, quem quidam conſtat fuiſſe adeò diuitem, ut nummos non poſſet menſurare, ſed tamen tam auarum, ut nunquam ueſtes haberet, quàm famulus, ſumptuoſiores. ſcilicet ſemper metuebat, ne in extrema ſenecta eo inopiæ redigeretur, ut fame interiret. Sed hic à Liberta ſua muliere forti, & ſtrenua interemptus eſt. Et iure quidem, utpote homo omnibus, atque adeò ſibi ipſi inutiliſſimus. Diſce igitur uel ab hoc uno exemplo, quot periculis ac diſcriminibus expoſiti ſint, qui copioſas opes ſordidè & auarè poſſident. Sed dices fortaſſe. quando auaritiam ſic uituperas, quid mihi faciendum cenſes? aut ſuades, ut ſic uiuam quemadmodum uixerunt Mænius, & Caſtius Nomentanus homines extremæ prodigalitatis, qui omne patrimonium ſuum, quod ampliſſimum habebant, luxu paucis diebus decoxerunt? Cur pergis quæ pluſquam ex diametro inter ſe pugnant, comparare? Nihil enim magis contrarium eſt auaritiæ, quam paulò antè reprobabam, quàm prodigalitas, quam nunc in medium adducis. Sed intelligo fucum tuum. Nam cùm inficias ire non poſſis, quin fœdum ac miſerum ſit auaritiæ morbo teneri, ad uitium tuum tegendum abliguritores homines mihi profers, ut auaritia cum prodigalitate compoſita multum tolerabilius eſſe uideatur. Atqui cùm auaritiam deteſtor, ab eaq́ te auocare ſtudeo, non laude profuſam & perditam luxuriam. Eſt enim inter extrema hæc duo, quæ iuxta uitioſa ſunt, medium quiddam, nempe liberalitas: ſicut inter Tanáin tuum libertum, ô Mecænas, ſpadonem nobilem, & ſocerum Viſellij herníoſum & ramicoſum hominem. Proinde nil meliùs, quam omnibus in rebus modum adhibere & mediocritatẽ ſeruare. Nam ſi quid ei aut adijcere, aut detrahere uelis, id ſine uitio non erit. Sed iamdudum tempus eſt, ut huic Satyræ finem imponamus, atque illuc unde digreſſi ſumus, redeamus: Initio quidem dicere cœperamus, neminem ſortem ſuam approbare. Quod ſanè adeò falſum non eſt, ut id de omni genere hominum præter ſolos auaros ueriſſimè dici poſſit. Soli enim illi propoſitum ſuum non modò non optant mutare, ſed etiam in hoc ſibi plurimum placent quòd auari ſint. Qui fit autem, ut reliqui ſe perinde non probent, ac potiùs unuſquiſque laudet alienum inſtitutum, rebusq́ uicinorum ſecundioribus inuideat, neque ſe uelit quiſquam cum pauperioribus comparare, ſed magis omnes præcedẽtes uincere laboret? Certè ſi quis penitiùs conſideret, totum illud non aliunde, quàm à noſtra inſtabilitate & inconſtantia fluere comperiet. Atqui ſi fixius paulò nobis cum perpenderemus, quam tam pauperiorem turbam poſt nos reliquerimus, potiùs quàm quanta ditiorum multitudo nos antecedat: haud dubiè quietiùs, tranquilliúſque uiueremus, multisq́ rationibus prædicandam potiùs quàm deplorandam conditionem noſtram diſceremus. alioqui ſi hunc primum, poſtea illum, deinde alium diuitijs ſuperare contenderimus, hoc eſt, ſi laboribus noſtris efficere uoluerimus, ut omnium ſimus ditiſſimi, quis tandem accumulandi futurus erit finis? Nemo enim adeò opulentus eſt, ut non eo multi facilè reperiantur opulentiores. Sunt autem huiuſmodi homines in hippodromo certantibus ſimiles. Vt enim iſtis præcedentes quadrigas curſu anteuertere unicum eſt ſtudium, quas autem longo interuallo præterierunt, negligunt: ſic auari tanta congregandæ pecuniæ cupiditate feruntur, ut nihil dies, nocteſq́ aliud cogitent, niſi quemadmodum locupletiores ſe, à tergo relinquant. Quocirca cupiditas illa in rationis gyrum contrahenda eſt. Nam ex eo quod nemo ſuis fortunis contentus eſt, ſed amplius ſemper habere concupiſcit, fit, ut nullus ſe feliciter uixiſſe dicat, quiq́ in extrema ſenectute ita libenter è uita cedat, ut conuiua qui bene acceptus ſatur ex conuiuio diſcedit. Sed modum de auaris dicendi ſtatuam, neque ullum ampliùs addam uerbum, ne me putes quæ dico ſurripuiſſe è commentarijs Criſpini Stoici, philoſophi loquaciſſimi.

EIVSDEM IVLIANI AVRELII LESSIGNIENSIS, IN Q. HORATII Flacci Satyræ I. primum librum Sermonum,

PROOEMIVM.

SATYRA, quæ tota noſtra eſt, finitur à Diomede carmen maledicum: mordax, & petulcum, ad reprehendendos uitioſos hominum mores, ſolùm inuentum, nihil à ueteri Comœdia, niſi ſolo nomine, diuerſisq; carminis lege differens. Nam quemadmodum in ueteri Comœdia, ſic in Satyra licebat, uel nominatim ſceleratam ciuium uitam perſtringere. Sed ueteri Comœdia Iambico ſenario, Satyra hexametro heroico ſcribi ſolebat, niſi quod etiam apparet ex Arte Poëtica Horatij, & ex Donati de Comœdia commentario Satyras ab initio, ſenario quoque carmine ſcribi ſolitas, Lucilium autem primum mutaſſe pedes & numeros. Quòd autem Satyra originem ducat à ueteri Comœdia, oſtendit Horatius Satyra quarta libri primi. Vnde uerò dicta ſit Satyra uariant ſententiæ, alijs à Satyra lege, alijs à lance, alijs à ſaturitate, alijs *ἀπὸ τῶν σατῶν* eam deriuantibus. Vicit tamen eorum ſententia, qui eam dictam eſſe ſcripſerunt à Satyris dijs illotis & proteruis, quos initiò poëtæ loquentes introducebant, ut ſub illorum perſona liberiùs in mores hominum inueherentur. Quod etiam ex multis Horatij locis facilè colligere licet, ut ex hoc:

Mox etiam agreſtes Satyros nudauit.

Item ex hoc,

Verùm ita riſores, ita commendare dicaces.
Conuenire Satyros.

Rurſus ex hoc,

„ *Non ego inornata, aut dominantia nomina ſolùm,*
„ *Verbaq́, Piſones, Satyrorum ſcriptor amabo.*

De Satyris ſi quis multa cognoſcere auidus eſt, legat quæ Plinius in 7. Philoſtratus in Apollonio, & Diuus Hieronym. de eis ſcripta reliquerunt. Appellauit autem Satyras ſuas, Sermones, magis ob ſtyli exilitatem ac tenuitatem, quàm quòd ad præſentes ſcriptæ eſſent, aut quòd uereretur ne nominis acerbitate (abhorrebant enim à Satyræ uoce Romani) deterriti à legendo reſilirent. Nam ſi hoc metuiſſet, per totum opus Satyræ ne meminiſſet quidem, tantum abeſt, ut ſecundum librum ſic auſpicatus fuiſſet,

„ *Sunt quibus in Satyra uidear nimis acer. &c.*

Et hæc quidem de præſentis operis titulo dixiſſe ſufficiat. Quantùm autem ad Horatij nomina attinet, illud obiter notandũ eſt, Flaccum, autore Plinio, à flaccidis ſeu pendulis auribus ſic eſſe cognominatum.

COMMENTARIVS.

QVI fit Mecœn.] *Hæc 1. Sat. ſcripta eſt tota in auaros, quos cũ multis alijs nominibus, tùm hoc potiſſimũ miſeros eſſe conuincit, quòd illis tam deſint, quæ habent, quã quæ non habent. Ea ſiquidẽ ingenij prauitate ſunt auari, ut quærant tantùm, nec unquam comportatis rebus uti audeant. In fine autem omnes ad mediocritatem hortatur, quam idem poëta uocat in Odis auream. Hic fortaſsis prætereundum non eſt, quòd initio ſtatim conatur auaritiam, ut omnium malorum fomentum è mentibus hominum radicitùs extirpare. Scripturus autem in auaros auſpicatur ab hominum inconſtantia, ut doceat tantam iſtam humani ingenij inſtabilitatem, non aliunde quàm ab auaritia proficiſci. Incipit ex abrupto, quod principium uitia taxaturis eſt aptiſsimum. Mitiùs tamen exorſus eſt, quàm Perſius aut Iuuenalis, quorum alter ſic incipit,*

„ *O curas hominum, ô quantum eſt in rebus inane.*

Alter uerò ſic,

„ *Semper ego auditor tantum? nunquam ne reponam, &c.*

Qui fit] *Sententias huiuſmodi multas apud Horatium reperias, nominatim in Epiſtola ad Villicum,*

„ *Cui placet alteriùs, ſua nimirum eſt odio ſors.*

Et paulò pòſt,

„ *Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.*

Mecœnas] *Obiter laudat Mecœnatem, qui cùm poſſet per Auguſti liberalitatem ad Senatorium ordinem aſcendere, intra equeſtrem conſiſtere maluit.* Vt nemo quam ſibi ſortem] *Iſta eò uergunt, ut (quod eſt apud Terentium in Andria) quando id quod uis non potes, id uelis quod poſsis. Oportet enim ſecundùm prouerbia, id quod adeſt boni conſulere, & quæcunq; Sparta contigit, eam adornare.* Seu ratio, ſeu ſors] *Stoici ratione omnia fieri dicebant, Epicurei caſu. Chriſtiani uerò prouidentiæ diuinæ omnia tribuere debent; ut eſt ea de re ſcriptus à Chryſoſtomo pulcherrimus libellus.* Obiecerit] *Verbum fortunæ aptiſsimum.* Laudet diuerſa ſequentes] *Admiratur & ſimul indignatur adeò nos corrupto eſſe ingenio, ut aliena magis, noſtra minus nobis placeant.* O fortunati] *Amplificatio ſuperioris ſententiæ ab exemplis. Ad ſimilem inconſtantiam pertinent uerſus hi in prima Epiſtola libri primi,*

„ *Lectus genialis in aula eſt,*
„ *Nil ait eſſe prius, melius nil cœlibe uita.*
„ *Si non eſt, iurat bene ſolis eſſe maritis.*
„ *Quo teneam uultus mutantem Protea nodo?*

Fractus membra] *Poëtis familiaris figura, ſic Virgil.*

„ *Sidonio pictam Chlamydem circumdata limbo.*

Nauim iactantibus] *Omni quidem tempore, ſed præcipuè in ſumma tempeſtate, iuxta illud quod alibi dicit Horatius:*

„ *Otium diuos rogat in patenti*
„ *Prenſus Aegeo, ſimul atra nubes*
„ *Condidit Lunam, neq; certa fulgent ſydera nautis.*

Eſt autem iactare uerbum huic loco congruentiſsimum. Sic Virg.

„ *Iactatos æquore toto Troas.*

Cita mors] *Antitheta. quia antè dixerat,* nauim iactantibus. *Nã illud (*iactantibus*) temporis diuturnitatem ſignificat.* Agricolam] *Subnectit aliud inconſtantiæ exemplum reciprocum. Nam Iuriſconſulti ruſticos, ruſtici Iuriſconſultos beatos prædicant.* Sub Galli cantum] *Id eſt, ut Cicero loquitur, benè manè. Gallus enim à poëtis dicitur lucis prænuntius, & auis lucis à Martiale hoc uerſu:*

„ *Criſtatæq; ſonant undiq; lucis aues.*

Solos felices uiuentes clamat in urbe] *Sic Horat. alibi:*

„ *Rure ego uiuentem, tu dicis in urbe beatum.*

Tales autem homines ſemper querulos eleganti uocabulo Græci uocant μεμψιμοίρους. Si quis Deus] *Vrbana fictione docet omnes quidem de ſuis queri profeſsionibus, neminem tamen, ut maximè poſsit, eſſe mutaturum.* Qui modo miles, mercator] *Miro Laconiſmo complexus eſt, quod ante uerſibus nouem uix abſoluit.* Quid ſtatis?] *Blanda reprehenſio, quaſi oblatam & petitam conditionem reſpuentium.* Buccas inflet] *Buccarum inflatio uehementioris iracundiæ ſignum eſt, quòd qui iram colligunt, maiorem ſpiritum ore contineant.* Votis ut præbeat aurem] *Notiſsimus ille Aeſopi de ranis apologus, ad quarũ aſsiduas coaxationes iam tot annos obſurduit Iupiter.* Præterea] *Tranſitio, & ueluti ſui ipſius caſtigatio, quaſi dicat, ſed penè meipſius oblitus ſum, qui cum inſtituerim de rebus grauiſsimis ſcribere, iocer interim ac rideam.* Quanquam] *Correctio ſuperioris, ut ſit ſenſus, quanquam cur non imiter præceptores, qui cruſtulis pueros ad literas alliciunt, id eſt, cur non ſerijs rebus iocoſas immiſceam, atq; ita auditores captem? Oſtendit res philoſophicas etiam ridendo tractari poſſe. Et ſanè Aeſopus ſuis illis fabulis penitiùs uirtutem animis noſtris inſerit, quàm multorum maximè ſeriæ altercationes. Quomodò autẽ pueri ad amorem literarum alliciendi ſint, uide Quintilian. in 1.* Ille grauem] *Sequuntur iam ſeria. & in primo hoc uerſu periphraſis eſt agricolæ.* Perfidus caupo] *Perpetuum epitheton, cuius propriũ eſt ſyncera ſemper uitiare.* Nautæ audaces] *Sic in Odis,*

„ *Illi robur & æs triplex*
„ *Circa pectus erat qui fragilem truci*
„ *Commiſit pelago ratem primus.*

Hac mente] *Oſtendit uel maximis uitijs nunquam deeſſe excuſationem, quæ etiam prima fronte uidetur probabilis.* Sicut paruula] *Sequitur exemplum, quo auari cupiditatem ſuam palliant. Notanda autẽ antitheta iſta.* Paruula, & magni laboris. Ore trahit] *Similis comparatio eſt apud Virgil. in 4. cùm loquitur de diſcedẽtibus Aeneæ ſocijs. Verſus incipiunt, Ac ueluti ingentẽ, &c. nam omnibus noti ſunt.* Quæ ſimul] *Reſpondet auaris, exemplumq; formicæ, quo illi maximè nituntur, pro eis nihil facere docet. Eſt autem hic ſuperioris exempli deſtructio per eiuſdem exempli inuerſionem.* Inuerſum annum] *Sic Virg. Olim uoluentibus annis. Item,*

„ *Voluenda dies en attulit ultrò.*

Et Horatius alibi recurrentes annos uocat. Nam ut inquit Ouid.

„ *Perpetuò uoluuntur anni, & eunt more fluentis aquæ.*

Aquarius] *Dicit Sole in Aquarium ingreſſo, quo tempore ingẽtes ſunt pluuiæ, & maxima frigora ſaltem quieſcere formicam: auarum autem nunquam.* Quæſitis] *Non ergo facit formica quod tu ô auare.*

„ *Vtitur enim quæſitis, tu quæſita in terram defodis.*

Patiens] *At auarus nunquam contentus eſt. nam, ut inquit ille,*

„ *Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis,*
„ *Aeſtuat infelix anguſto limite mundi.*

Neq; hyems, ignis, mare, ferrum] *Sic Iuuenalis,*

„ *Veniet claſsis quocunq; uocârit*

Spes

» *Spes lucri, nec Carpathium, Getulaq́ꝫ tantum*
» *Aequora tranſiliet, ſed longè calpe relicta*
» *Audiet Herculeo ſtridentem gurgite ſolem.*

Eodem pertinet illud Horatij:

» *Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.*

Quid iuuat]*Maiore ſtomacho hæc in auaros dicit, qui cùm accumulandæ pecuniæ gratia nihil non agant, accumulatam iã contingere non audent.* Furtim, timidum]*His duobus uerbis graphicè ſanè nobis auarorum hominum naturam expreſsit. Huiuſmodi erat apud Plautum Euclio. Huc referendum eſt apophthegma de Dionyſio, qui nolebat, ut ciues ſui redderent τὸ χρῦσον ἄχρηστον. Notandum hic obiter Græcos appellaſſe pecuniã, τὸ χρῆμα, ἀπὸ τοῦ χρῆσθαι. quòd ſi quis pecuniam defodiat, iam fient illi ἀχρήματα, τὰ χρήματα.* Quod ſi comminuas]*Inducit ſibi reſpondentem auarum, ſed ut eius excuſationem mox eludat. Attende autem hic ſuauem dialogiſmum inter poëtam & auarum.* At ni id fit]*Id eſt, niſi conſumantur pecuniæ, quid proſint? Similis ſententia eſt in* Odis,

» *Nullus argento color eſt auaris*
» *Abdito terris, inimice lamnæ*
» *Criſpe Salluſti, niſi temperato Splendeat uſu.*

Millia frumenti]*Damnat nimiam rerum abundantiam, cùm ſufficiat ad uiuendum naturæ conuenienter, mediocribus diuitijs inſtructum eſſe, quas ubiq́ꝫ ipſe commendat, ut in* Odis,

» *Bene eſt cui Deus obtulit*
» *Parca quod ſatis eſt manu.*

Et alio loco,

» *Viuitur paruo bene, cui paternum*
» *Splendet in menſa tenui ſalinum.*

Vt ſi reticulum]*Probat exemplo uenalium mancipiorum panes humeris portãtium non plus edere, qui multis affluunt diuitijs, quàm qui paruas opes habent. Moris autem fuit, ut uenales ſerui caniſtrum panis ferrent, quemadmodum de Aeſopo ſcribit Maximus in eius uita. Porrò reticuli uoce uſus eſt in ſimili ſignificatione Iuuenalis,*

» *Mox cum reticulis & pane, & uentre lagenæ.*

Venales]*Subaudi ſeruos, more Græcorum, qui ſubſtantiuum ſæpe ſubintelligunt, ut καὶ τῆς λακωνικῆς, ſ. γῆς.* Vehas]*Acyrologia, uel catachriſticos, pro portes.* Naturæ fines]*Naturæ fines ſunt, inquit Ariſtophanes in Pluto, περιγίγνεσθαι μηδέν, μὴ μέν τοι μηδ᾽ ἐπιλείπειν. Sic Iuuenal.*

» *Menſura tamen quæ*
» *Sufficiat cenſus, ſi quis me conſulat, edam:*
» *In quantum ſitis, atq́ꝫ fames, & frigora poſcunt,*
» *Quantum Epicure tibi paruis ſuffecit in hortis,*
» *Quantum Socratici ceperunt ante penates.*

Centum an mille]*Plinius dicit Curium dixiſſe pernicioſum eſſe ciuem illum, cui ſeptem iugera non ſufficerent. Meritò igitur Cicero notat Craſſum, qui neminem dicebat diuitem, niſi qui ære ſuo exercitum alere poſſet.* At ſuaue eſt]*Rurſus noua auari obiectio, ſed quàm mox deſtructurus eſt.* Vt tibi ſi ſit opus]*Exemplo declarat auarum ex iudicij deprauatione multa quærere, cùm tamen mediocritas ſufficiat.* Cum ripa]*Id eſt, fit ut maximè de uita periclitentur. allegoricè docet periculoſam eſſe copiam, & tutam mediocritatem.* Turbatam]*Vult neq́ꝫ nimis acciſas eſſe fortunas noſtras, neq́ꝫ rurſus nimis amplas. Mediocritas enim à ſordibus nos uindicat, & à periculo liberat.* At bona]*Occupat auarorum falſam opinionem, qui ſibi perſuaſerunt, eos, qui ditiſsimi ſunt, eſſe quam honoratiſsimos. Ab illa ſtulta perſuaſione dictum eſt ab eodem poëta Ironicè:*

» *O ciues ciues quærenda pecunia primum eſt,*
» *Virtus poſt nummos.*

Tanti quantum habeas, ſis]*Sic Horatius alibi,*

» *Hos ſolos aiunt ſapere, & bene uiuere, quorum*
» *Conſpicitur nitidis fundata pecunia uillis.* & Ouid.
» *In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores,*
» *Cenſus amicitias, pauper ubiq́ꝫ iacet.*

Eraſmus in Adagijs dicit ſententiam hanc ex Euripide ueniſſe in prouerbium. Quid facias illi]*Hac utimur phraſi, cùm ſignificamus aliquem ſtulta quidem loqui, ſed tamen nolumus ad eius reſpondere allegationes, utpotè nimis ridiculas: cumq́ꝫ ſciamus eum emendari nolle.* Iubeas miſerum eſſe]*Quando curari non uult. Nam inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti, & in Iure ſcriptum eſt, beneficium inuito non eſſe dandum.* Vt quidam memoratur]*Intelligunt hunc locum ferè omnes de Timone, uerùm haud ſcio an rectè, quippe quem ferunt & uixiſſe pauperem, & exoſam habuiſſe auaritiam, ut q̃ omnium malorum elementum eſſe diceret: Nã quæ de eo ſcribit Lucianus, magna ex parte fabuloſa ſunt.* Populus me ſibilat]*Similis eſt apud Iuuenal. imitatio,*

» *Tunicam mihi malo lupini,*
» *Quàm ſi me toto laudet uicinia pago*
» *Exigui ruris pauciſsima farra legentem.*

Contemplor in arca]*Proprium eſt auarorum explicatam ſuã pecuniam tantùm nõ adorare.* Tantalus]*Pœna qua Tantalus apud inferos torquetur notiſsima eſt. Hic addendum Tantali ſupplicia de ijs dici, quibus adſunt quidem bona, uerùm ijs frui denegatum eſt, ut ſunt auari.* Congeſtis undiq́ꝫ ſaccis]*Sic Iuuen.*

» *Parcus homo rerum tutela ſuarum*
» *Certa magis, quàm ſi fortunas ſeruet eaſdem*
» *Heſperidum ſerpens.*

Pictis gaudere tabellis]*Eſt elegans apud Græcos epigramma in eos, qui rebus ſuis nec utuntur, nec alios uti patiuntur. Sic habet epigramma Latinè uerſum à Moro:*

» *In præſepe canis fœno nec ueſcitur ipſe,*
» *Nec ſinit ut fœnum qui cupit edat equus.*
» *Seruat auarus opes, opibus non utitur ipſe,*
» *Atq́ꝫ alios uti qui cupiunt prohibet.*

Ad ſimilem inſaniam pertinent illi uerſus in 2. Sermonum,

» *Si quis emat cytharas, emptas comportet in unum.*

Neſcis]*Legendum magis affirmatiuè, quàm interrogatiuè. Eſt autem acris in auarum pecuniæ uſum neſcientem, ſtomachatio.* An uigilare metu exanimem]*Vndiq́ꝫ premit auaros, ut nullum ipſorum excuſationibus locum relinquat.* Noctesq́ꝫ, diesq́ꝫ]*Sic Iuuenalis:*

» *Tantis parta malis cura maiore, metuq́ꝫ*
» *Seruantur, miſera eſt magni cuſtodia cenſus.*

Horum]*Epiphonemate claudit, in re lauta plus fellis ineſſe quàm mellis.* At ſi condoluit]*Occupat aliam excuſationem ex perſona auari. Prætexit autem auarus ingruentem neceſsitatem.* Charis propinquis]*Vel quòd chari eſſe debeant, uel ex opinione auari, qui tales eſſe putat.* Non uxor]*Reſpondet auarum omnib. eſſe odioſum, neminemq́ꝫ reperiri, qui optet eum conualeſcere. Notum adagiũ. Hæredis lachrymæ, & uulgò uſurpatum eſt, nihil auarum rectum facere, niſi cùm moritur.* Miraris]*Occurrit tacitæ quæſtioni.* At ſi cognatos]*Dicit auaros toto cœlo, totaq́ꝫ uia aberrare, qui credant ſe à cognatis amari. Sola enim liberalitas facit, ut & ueteres amici retineantur, & noui parentur.* Nullo labore]*Dedit quidem nobis natura ſine ulla noſtra benignitate cognatos. Cæterùm ſi eos nobis amicos retinere uelimus, neceſſe eſt, ut erga eos liberales ſimus. Non enim quemadmodum gratis dati ſunt, ita gratis retineri poſſunt.* Retinere]*His tuis ſordibus.* Infelix operam perdes]*Quia nunquã te amabunt, propter nimiam tuam tenacitatẽ. Perdes ergo operam, quia nunquã eos retinebis.* Aſellum parentem]*Vide Eraſ. in Chiliad. Adag. 140. Chiliadis 1.* Denique]*Refutatis argumentis omnibus, quæ pro ſe ſolent auari in mediũ proponere, conuertitur ad præcepta, docens cupiditati modũ aliquem ſtatuendum, ſimulq́ꝫ exemplo, & periculo Vmidij cauſſã à nimijs ſordibus nos deterret. Eſt aũt ſuperiorum concluſio & ueluti totius Satyræ ſcopus. Subintellige, denique, cùm tam debiles pro te rationes adferas, ô auare.* Sit finis]*Alioqui amor nummi ſemper creſcet. Monet igitur, ut certum uoto finem petamus, atq́ꝫ tũ ſaltem quieſcamus, quum aſſecuti fuerimus, quod in uotis habebamus.* Cum q́ꝫ habeas plus]*Id eſt, auctiores fortunas, q̃ ſolebas.*

Finire laborem]*Quia ſuperius dixerat: Nil obſtet tibi. Salsè autem notat Ariſtophanes inſatiabilem iſtam habendi cupiditatem, his uerbis. ἂν τάλαντα τις λάβῃ τρία, πολὺ μᾶλλον, ... μᾶλλον* λαμβάνει

λον ἐπιδευῆ λαβὼν ἑκκαίδεκα, κἂν ταῦτα αὐτῶν, τετρακόσια βούλεται, ὥ φάσιν ἦν εἶναι βίοτον αὐ τῷ βίῳ. Non longa eſt fabula] *Facit hoc ad docilitatem. Fabulam autem hic pro hiſtoria poſuit, notatq; Vuidium quędam ſui temporis auarum notiſsimum, obiter docet genium ſuum non eſſe defraudandum.* Ne ſe penuria] *Talem deſcribit nobis Opimium quẽdam in 2. Serm. Satyr. 2. Vide uerſus quia pulchri ſunt. & in epiſtolis monet Icciũ, ne, ditiſsimus cum ſit, herbis & urtica uiuat, ne contingat ei quòd Midæ.* Quid mi] *Docet quatenus fugiendæ ſint ſordes, inducitq; auarum interrogantem, an cùm tantopere auaritiam inſectatus ſit, ad prodigaliter uiuendũ inuitet, cui ſtatim reſpõdet inter ea duo, mediũ quiddã eſſe, ut utrũq; in uitio ſit, uiuere parcè nimis, profuſè nimis.* Vt uiuam Mænius] *Mirè hoc loco uariant exẽplaria. aliqua habent, ut uitam Næuius, ut ſubintelligas, ut talem uitã uiuam, qualem uixit Næuius, ego uerò puto legendum Mænius. Fuit enim Mænius homo profuſiſsimus, à quo dicuntur Mæniana, quæ ſunt partes ædificiorũ. Accipe autem etiam Nomentanum pro homine prodigo.* Non ego auarum] *Cùm te ab auaritia deterreo, non ad effuſam quandam adhortor prodigalitatem. Quomodo autem rebus ſuis uti oporteat, docet illud Græcorum epigramma Latinè ſic redditum.*

» *Tanquam iam moriturus partis utere rebus,*
» *Tanquam uicturus denuò parce tuis.*
» *Ille ſapit qui perpenſis his ritè duobus,*
» *Parcus erit certo, munificusq; loco.*

Vappam] *Sic alibi. quid enim differt barathro'ne*
» *Dones quicquid habes, an nunquam utare paratis.*

Pergis pugnantia] *Sic apud eundem alibi.*
» *Nil agit exemplum litem quod lite reſoluit.*

Eſt inter Tanaim] *Salſa quidem, & urbana allegoria, quæ ſignificat inter extrema duo, quæ in uitio ſunt, mediũ quiddam eſſe, quod in laude eſt, ut eſt inter ramicoſum & ſpadonem.* Eſt modus] *Prouerbialis ſententia triſtiſsima quidem illa, & ad mediocritatis commendationem appoſitiſsima.* Quos ultra citra] *Vnde dictum eſt illud ab eodem. Virtus eſt, medium uitiorũ, utrinq; reductum.* Illuc] *Significat redire ſe uelle ad illam humani ingenij incõſtantiam, unde ſtudio inſectandi auaros longiùs fuerat progreſſus.* Nemon' ut auarus] *Ita legendum eſt licet refragentur exemplaria, totusq; contextus pronunciatione adiuuandus eſt. Oſtendit autem neminem inueniri poſſe, qui non ſtatim ſuum, ac conditionem uitæq; inſtitutum libenter mutauerit, præter ſolum auarum. Is enim habendi morbo ſic excæcatus eſt, ut auaritiam ſuam non modò non uelit deſerere, ſed etiam in hoc ſibi placeat, quod auarus ſit. Hortatur ut ſaltem faciamus: quod auari, hoc eſt, ut ſic animo fluctuare, & alios plus nobis ſemper laudare deſinamus. Non intelligit tamen conſtantiam in uitio laudandam, ſed imitandam tantùm auari ſtabilitatem.* Vt cùm carceribus] *Elegantiſsima ſimilitudine ab ijs, qui in Olympicis certant, ducta, quibus ſemper anteriores contemptis à tergo ſubſequentibus uincere unicum eſt ſtudium, oſtẽdit auaros, qui diuitijs ſtudent omnibus anteire, ſemper aliquod impedimentum ac obſtaculum inuenire. Similis eſt comparatio, in fine primi Georg.* Inde] *Ex tanta ſcilicet habendi cupiditate.*

IN SERMONVM LIBRVM PRIMVM,

GEORG. FAB. PROOEMIVM.

HORATIVS uidetur hoc opus Sermones inſcripſiſſe, tribus de cauſis. Primùm propter orationis genus, tenuẽ atq; humile, & (ut ipſe ait) repens per humum, & ſermonis cotidiani ſimile. Deinde propter Lectorem, ut Satyræ nomen inuidioſum omittens eum uerbo blandiore alliceret. Poſtremò ut argumenti tractationẽ oſtenderet mutatam, & ſuum ſcriptum minus aſperum, minusq; contumelioſum, quàm ſcripta Ennij, Lucilij, Varronis fuerunt, qui ante ipſum ediderunt Satyras: quorum morſus ad iocos, conuicia ad hilaritatem, amarulentiam ad urbanitatem quandam tranſtulit, & Socraticus ἄρεν eſſe maluit, quàm ſale nigro Bionis amicos conſpergere. Hac ratione poëta prudens, Lectorem allicit, ut ſe audiat, mox in ipſa delectatione, aut cum riſu dimittit, aut cum ſeueritate reprehendit, neque ſentitur uulnus feciſſe, antequàm fecerit: nec elabi patitur quenquam, priuſquam remedio curârit. Eſt igitur auctor & incitator grauis, & iucũdus ad uirtutem, & ingenuus atq; acer reprehenſor uitiorum, & in tota Satyra (ut ait Lactantius) emendatiſsimus. Quæcunque ab eo ſunt ad doctrinã admonitiones adhibitæ, aut narrantur præſentibus, aut ad abſentes ſcribũtur: utrunq; facit Horatius, ideoq; opus alterum inſcripſit Sermones, in quibus modò per ſe, modò per alios, modò cum alijs loquitur: alterum Epiſtolas, in quibus cum abſentibus utiliter agit, nam unum argumentum titulis diuerſis tractatur.

GEORG. FAB. COMMENTARIA IN SATYRAM PRIMAM.

POETA bonus idẽ, quod dux peritus ſolet efficere: pugnaces uincit argumẽtis, dociles pceptis inſtruit: alterum facundiæ opus eſt, alterũ ſapiẽtiæ. Poſtquã aũt uulnera inflixit aduerſarijs pugnantib. & eis tela extorſit: nũc duplici utitur officio, imperatoris, cõtra eos, qui pertendunt eſſe contumaces: conſultoris, erga doctrinæ cupidos. Docet itaque ſortis alienæ cupiditatem eſſe omnibus hominibus communem, deinde contra præcipuam cupiditatem, quæ eſt in auaritia, acutè & urbanè, ut ſolet, diſputat. Argumentum huius ſermonis eſt, nobilis illa Turpilij ſententia.

» *Profectò quiſq; minimo ut contentus fuit,*
» *Ita fortunatam uitam duxit maximè.*

Qui fit Mecœnas, ut nemo quam ſibi ſortem, Seu ratio dederit, ſeu ſors obiecerit] *Sortem uocat uitæ genus, quod aut iudicio eligitur, aut fortè, aut inſperatò offertur. Nihil igitur in lectione iſta mutandum. Quid ſit hoc loco fors explicat, in Hec. Terentius, Quæquæ Fors fortuna eſt, inquit, nobis quæ te hodie obtulit. pro, qualiſcunq; fortuna, inprimis optata & deſiderata, propter aduentum tuum.* Vitam amet Quæſitis ſapiens] *Hæc eſt lectio Porphyrionis. Acro legit, patiens, id eſt, contento ſeu æquo animo. Sunt hæc nomina interdum inter ſe commutata, ut & in Epiſtolis obſeruari poteſt. Inuertit ſimilitudinem artificioſè. Quemadmodum formica frumentis congeſtis quieſcit, & collectis utitur: ſic auarus non temporibus, non periculis, non itineribus mouetur, ut domi maneat, & rebus repoſitis fruatur. Habet igitur hoc peſſimũ & turpiſsimum auaritia, quod fructu ſola careat, qui è cupiditatibus alijs omnibus percipitur.* Neſcis quò ualeat nummus] *Quò ualeat, ad quos uſus factus ſit: quib. rebus neceſſarius, ut Acro. qui cum exemplaria ſentiunt.* Aut alius caſus lecto te affixit] *In alijs, lecto te affixit, ut ſurgere præ morbi dolore nequeas. unde mox ait, Medicum roget, ut te Suſcitet. Eſt enim ſignificãs uerbum de eo, qui cum periculo decumbit. Virg. ad aliud transfert,*

» *Clauoq; affixus & hærens.* *Item,*
» *Pallasq; ſiniſtro Affixus lateri.*

Vt ſi quis aſellum In campo doceat] *Sic Anhaltinum, & probat ſententia: niſi ſit catachreſis præpoſitionis, In campum, ut liber Aldinus, pro in campo.* Vuidius quidam] *Anhaltinum, Vmmidius, in obſcuro nomine reſtituendo, non laborandum curioſè:*

mi di tamen nomen in marmore antiquo legi. Fortiſsima Tyndaridarum] *Tyndari filiæ infames, Clytemnæſtra maritum occidit, Helena alterũ deſeruit, alterũ prodidit. Vnde Clytẽnæſtra apud Senecã, ſororis exemplo ad maius facinus ſe extimulans, ita inqt,*

„ *Quid timida loqueris furta, & exilium, & fugas?*

„ *Soror iſta fecit: te decet maius nefas.*

Quem ipſum locum in eo auctore nuper correximus. Inde prouerbij loco Tyndaridem nominat libertam audaciſsimam, id enim fortiſsima nunc ſignificat. Vappam iubeo ac nebulonem] *Vappam, id eſt, ſimilem L. Caſsio Nomentano, homini profuſo. Vappam dicit hominem probroſum, cui degenerauit animus, ut Plinius interpretatur, ſumptum conuitium à calamitate uini, cui ſapor deperijt.* Eſt inter Tanaim quiddam ſocerumq; Viſelli] *In uno tantum manuſcripto inueni, Eſt inter Catium quiddam: ſed quid dicam de ea mutatione, non habeo. Hominibus nomina à fluuijs imposita, ſuprà diximus. Tanais Scythio eſt.* Neq; ſe maiori pauperiorum Turbæ comparat] *Turnebus legit meliori, & rectè ſanè: quod uulgata habent, eſt è gloſſa profectum. Supra, At bona pars hominum, pro pars magna. Nunc uerò meliori turba, pro maiori. nota eſt horum uerborum mutua tranſlatio.*

IODOCI BADII ASCENSII SERMONVM HORATII FAMILIARIS EXPLANATIO, & primò prænotamenta quædam.

QVI fit Mecœnas, &c.] In exponendis (inquit Seruius) auctoribus hæc conſiderãda ſunt, poëtæ uita, titulus operis, qualitas carminis, ſcribentis intentio, numerus Librorũ & explanatio. Vita autem Horatiana prius per Mancinellum dilucidè explicata eſt. Titulus autem operis, Liber ſermonum ſeu Satyrarum, Quinti Horatij Flacci. Pro quo ſciendum eſt primò omnium Tragœdiam ueterem inuentam eſſe, deinde Comœdiam ueterem: tum Comœdiam nouam, & ultimo loco Satyram nouam, quam nunc in manibus habemus. Vnde & de origine ſingulorum pauca dicamus. Notandum eſt uetuſtiſsimam etiam gentibus fuiſſe conſuetudinem ſacrificandi dijs, & uota ſoluendi præcipuè poſt uini, frugumq; collectionem. Conueniebant enim in agros ſuos, ibiq; ex ceſpitibus altaria conſtruxerunt, quibus incenſis, & admoto hirco quoddam genus carminis ruſticum, & incultum canebant, quod ab hirco (qui Græcè tragos dicitur) Tragœdia cœpit denominari. Vnde etiam optimo cantori hircus in premium dabatur. Ideo autem Baccho Deo uini immolabatur caper, ſeu hircus, quod uitibus morſus eius ſummè nocivus eſt, ut atteſtatur. Ouid. in Faſtis & Virg. in Georg. dicẽs.

„ *Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris.*

„ *Cæditur, & ueteres ineunt proſcænia ludi.*

Prima ergo Inſtitutio Tragœdiarum erat Deorum laus & Gratiarum actio, ſed quia uiri præpotentes ſibi diuinas laudes uſurpabant, ſurrexerunt ingenioſi, qui in huiuſmodi carminibus oſtendebant, quantum humana fragilitas à deorum immortalium fœlicitate diſtet. Vnde regum, & principum, qui ex ſuperbo, &, magnifico ſtatu ad humiles Fortunas deſcenderunt, calamitatem memorabãt, & hinc Tragœdia quam modo habemus, exordium ſumpſiſſe creditur. Semper enim in Tragœdia principium lætum eſt, & finis mæſtiſsimus. Contrarium autem fit in Comœdijs, de quarum origine pauca dicamus. Priuſquam Athenienſes mœnia, murosq; conſtruxerant cùm adhuc in uicis, & pagis degerent, ſacrificaturi Apollini Nomio, id eſt, paſtorum, uicinorumq; deo conuenticula, & cõmeſſationes frequentabant, in quibus carmen ruſticum decantabant, quod à commeſſatione, uel conuentione Comœdiam appellabant. Erat autem uetus illa Comœdia ad reprehendenda hominum uitia principaliter inuenta. Vnde ſurrexerunt ueteris Comœdiæ ſcriptores, qui cum multa libertate uniuſcuiuſque etiam uiuentis, & interdum præſentis uitia ſub proprio eius nomine notabant. Vnde dicetur à poëta noſtro in hoc primo ſermonum.

„ *Eupolis atq; Cratinus Ariſtophanesq; poëtæ.*

„ *Atq; alij, quorum Comœdia priſca uirorum eſt.*

„ *Siquis erat dignus deſcribi quod malus aut fur.*

„ *Quòd mœchus foret, aut ſicarius, aut alioquin*

„ *Famoſus, multa cum libertate notabant,*

„ *Hinc omnis pendet Lucilius: hoſce ſecutus,*

„ *Mutatis tantum pedibus, numeriſq;.*

Ea autem libertas diu multum profuit bonis moribus. Nam multi timentes diffamari, ueriti ſunt turpiter uiuere, & ſaltem palàm peccare. Vnde dicit Iuuen. Satyra 1.

„ *Enſe uelut ſtricto quotiens Lucilius ardens*

„ *Infremuit, rubet auditor cui frigida mens eſt* Criminibus.

Vt autem turpia & obſcœna uitia quæ fœda dictu ſunt, poſſent liberius taxare, introduxerunt nonnulli Satyros, qui ſecundum eos ſunt Dei ſyluestres, petulantia & obſcœnitate gaudentes, ſunt enim laſciui & immundi. Sicut enim noſtro tempore ludis iocularijs, aut moralibus, qui timent reprehendi ſi liberiùs loquantur, introducunt fatuos aut ſom niantes, aut conſimiles, ſub quarum perſonis conceptum ſuum exprimunt, ita tunc temporis, qui obſcœna in proprijs perſonis uerebantur enarrare, aſſumebant perſonas Satyrorum, qui ſecundum diuerſitatem materiæ diuerſæ ætatis introducebantur, modò cani, modò impuberes, modò alterius ætatis Et ſic ſatis patet origo ueteris Comœdiæ, & etiam ueteris Satyræ. Nam in materia ſimiles erant, & in genere metri. Differebant autem in hoc, quod in Comœdia non erant Satyri, ſicut in Satyra. Orta eſt autem Satyra ſtatim poſt ueterem Tragœdiam. Vnde Lucilius ſtatim à principio Satyrã fuiſſe teſtatur. Et Horatius in Opuſculo de Arte poëtica ſic dicit,

„ *Carmine qui Tragico uilem certauit ob hircum,*

„ *Mox etiam agreſtes Satyros nudauit, &c.*

Ex quibus uerbis poteſt elici Satyrã à Satyris dijs potiùs dici, quàm à Satyra lance, uel à Satyra lege, uel à ſaturitate, ut Donatus quoq; cõſentit. Poſtquã aũt poëtæ Græci diu in hoc genere ſcribẽdi uerſati erant, multũq; moribus bonis profuerant, cœperunt abuti licẽtia ſcribendi. Nã aut inuidia moti, aut prætio illecti, etiã bonos ciues diffamabant, quocirca lata eſt lex, nequis in quempiam uiuentem ſub proprio eius nomine libros famoſos edat, aut carmen componat. Vnde poſtea Menander Comœdiam nouam adinuenit, cuiuſmodi nunc in Plauto, & Terentio conſpicitur. Vltimo autem loco apud Latinos tandem inuenta eſt Satyra noua à Lucilio, qui ueterem libertatem reprehendendi ſeruauit; ſed genus carminis mutauit. Nam hexametro eam ſcripſit, quem ſecuti ſunt Horat. Perſius, & Iuuen. quantum ad genus carminis, ſed propter legem de famoſis libellis latam, non tam liberè uiuentium crimina taxauerunt, Quia tamen more Satyrorum petulantiũ, de uitio in uitium ſaliũt, & Satyrico ſale unumquemq;

quemq; fricant, remanſit nomen Satyræ. Horat. tamen maluit opus ſuum, librum ſermonum, quàm Satyrarum appellari. Cuius rei uariæ aſsignantur rationes. Prima quæ eſt Acronis, quia uili ſermone potius, quàm cométi confecit. Vnde auctor ipſe negat Satyricos eſſe poëtas, eò quod tam pedeſtri, & familiari ſermone utantur. Dicit enim Sat. 4.

„ *Primùm me illorum, dederim quibus eſſe poëtas,*
„ *Excerpam numero, neq; enim concludere uerſum*
„ *Dixeris eſſe ſatis, neq; ſi quis ſcribat, uti nos*
„ *Sermoni propiora, putes hunc eſſe poëtam?*

Secunda ratio eiuſdem eſt, quia ad præſentes ſcribuntur hi libri, ideo ſermonum appellantur. Sermo enim dicitur eo, quod ſeratur inter duos, aut plures uiciſsim loquentes, tunc enim propriè dicitur ſermo, quãdo uerba ultrò, citroq; habentur, aut quando ad præſentes loquimur, ſicut declamatores ſeu prædicatores noſtri ſermonem facere dicuntur. Quamuis autem utraq; harũ rationum probet opus hoc rectè ſermones appellari, neutra tamen probat, quin poſsint Satyræ appellari. Nam & Satyræ pedeſtri ſermone uolunt fieri, & ad præſentes haberi. Vnde datur tertia ratio, quia ſcilicet Satyra eſt nomen maledicum uitiorum acerbè caſtigatiuum, ideò poëta noſter ne lectores acerbitate nominis territi aufugiant, maluit Sermones, quàm *Satyras* appellare. Seruauit enim mediocritatem inter acerbitatem Lucilij & ſuauitatem Iuuenalis. Quocirca non ab indignatione, ſed à quadã admiratione opus ſuum incœpit. Nec contra peccatores exclamat, ſed Mœcenatem ſuauiſsimum amicum, & præſidium ſuum alloquitur. Præterea in toto opere conatur ſeueritatem nimiam effugere, ut quaſi ridendo ægrotos animos ad ſui lectionem alliciat, unde Perſius de ipſo.

„ *Omne uafer uitium ridendo Flaccus amico*
„ *Tangit, & admiſſus circum præcordia ludit.*

Et hæc de titulo operis. De qualitate carminis notũ eſt, quod eſt hexametrũ, Satyricũ hexametrũ. i. ſex pedũ, ſicut heroicũ, multũ tamẽ differt ab Heroico. Primò, quia in heroico carmine pertractantur res magnificæ, & altiores, quàm ut humanis opib. poſsint depleri, quocirca diuini numinis habet à principio inuocationẽ. In Satyrico res humiles, & uiles, utpote uitia hominum reprehenduntur, unde nõ ab inuocatione, ſed aut ab indignatione, aut ab admiratione faciunt Satyrici exordiũ, perinde ac ſi multitudine uitiorum laceſsiti, & prouocati ad ſcribendum non poſsint amplius tacere, ſicut fatetur Iuuen. Satyra 1. dicens,

„ *Difficile eſt Satyram non ſcribere.*

Volunt enim Satyrarum ſcriptores ſignificare, quod non ex petulantia animi, ſed multitudine uitiorum coacti ſcribant. Secundò in heroico carmine introducuntur diuinæ & regales perſonæ: unde nomen ſumpſit. Nam heroes propriè dicuntur ſemidei: qui ex altero parente immortali; hoc eſt, Deo: ex altero mortali. hoc eſt, ex homine nati ſunt, ſicut Hercules ex Ioue & Alcmæna. Achilles ex Thetide, & Peleo. Aeneas ex Venere & Anchiſa, &c. Quia ergo mixtim dij, & homines in carmine illo loquuntur. & de principibus uiris tractatur ideo Heroicum dicitur. In Satyrico autem humiles, & uiles loquuntur perſonæ, ut ſerui, & peccatores. Tertiò Heroicum carmen exornatur figmentis poeticis, & alto genere dicendi conſtat. Satyricum nuda ueritate & pedeſtri ſermone conficitur, uſq; adeò: ut Horatius tam familiarem ſæpe uerſum confecerit: ut neſcias proſaicus ne, an metricus ſit eius ſermo. Quinetiam diuiſam interdum inuenias dictionem: ut continuatus uideatur ſermo. Neq; hoc uitio dandum eſt poëtæ, ſed maximæ laudi. Seruauit enim decorum ſuum. Nam Satyricæ materiæ non congruit Heroica exornatio. Nec lepôs, aut fucus, aut ſuauitas dicendi: ſed mera ſimplicitas, & non aſpernanda ſeueritas, cum execratione congrua, quæ omnia ab Horatio ſummoperè ſunt obſeruata. Vnde malè laudant Iuuenalem quod ſuauem, & floridũ habeat uerſum, cùm ſeuero & rigido potiùs opus ſit. Neq; uerò inopia artis aut ingenij huiuſmodi fecit Horat. Compoſitionem: ſed uoluit ſermonem materiæ, circa quam uerſatur non diſsimilem eſſe. Qui enim carminum eius opus perlegerit, nihil delitioſius, aut fucatius, aut iocundius offenderit. Sed hæc hactenus in eos, qui poetam ab eo damnant, de quo ſummoperè laudandus eſt. Scribendi autem intentio expulſis ab animis hominum uitijs uirtutem inſerere. unde poëta noſter doctiſsimè opera ſua diſtinxit. In prioribus enim duobus libellis, quos Sermonum inſcripſit, uitia perſequitur. In reliquis duobus, quos Epiſtolarum nomine nuncupauit, uirtutem & honeſtatem ferè præcipit. In qua re agricolam ſolertem imitatur, qui primum radices, & herbas nociuas ex agro ſuo euellit, quàm ſementẽ conſerat. Et ut paucis dicam: idem uidetur prætendere poeta in ſermonibus, quod prædicatores noſtri dum prædicant, & idem in epiſtolis quod Diuus Paulus, quamuis à Chriſtiana ueritate multum poetica frigeat, pulchrum tamen eſt, etiã ab Ethnicis uirtutem agnoſcere, atq; idem audire ferè quod à Catholicis. Sed hæc aliàs. Librorũ numerus iam patuit. Nunc ad explanationem procedamus. In qua hunc morem ſeruabimus. Circa principium Satyræ argumentum totius ponemus, & ſemper primò ſententias, deinde uocabula, ſi qua in ſuperioribus prætermiſſa ſunt explicabimus, & tertio loco ordinem uerborum, & expoſitionem rudibus, quibus hanc operam ſuſcepimus, ſubiungemus.

COMMENTARIA.

QVI ſit, &c.] *In hac igitur prima Satyra Horat. auaritiam, atq; inſatiabilitatẽ humani animi circa diuitiarum acquiſitionem damnat, monetq; ſanctam mediocritatem eſſe complectendã, nec ultra quàm ſatis eſt petendum. Quod ſi fieret, bene ſe res humanæ haberent, & ſua quiſque ſorte contentus, quietè uiueret. Percunctatur autem in principio cum quadã admiratione atq; indignatione animi ipſum Mecœnatem, quomodo fiat quod nemo uiuat contentus ſua ſorte, ſed quãcunq; conditionem uiuendi obtinuerit, aut nactus fuerit, aliam quærat. Ex deductione aũt & proceſſu textus uidetur eius rei cauſam aſsignare auaritiã hominum, qui ſibi terminum diuitiarũ non præfigunt. Qui circũflexè pronunciandũ eſt, tranſit enim in aduerbium, & ſignificat quare, aut quomodo. Sæpe aũt eo modo loquuntur auctores: dicentes. Quî fieri poteſt? Quî uocare? Quî ſcis eos diſcordare inter ſe? In qua re decipiuntur illiterati, ponentes quid pro qui.* Fit] *Ponitur imperſonaliter, imperſonalia autem uniuerſitatem notant, ut dicit Seruius, eſt ergo perinde, ac ſi dicat, quomodo fit, ut omnes ita uiuant, ut nemo, &c. Mecœnas ſummus fautor atq; amicus poëtarũ fuit, cuius præſidio Verg. Horat. Propertius, & cõplures alij fouebantur, uſq; adeò ut cæteri poëtarum cultores ab eo Mecœnates appellentur. Huic Vergil. Georgica ſua dicauit, & Horat. ferè opera ſua nuncupauit. Eſt tamẽ iuſtior ratio, quare in hac re Mecœnatẽ compellat: is etenim uerus iudex eſſe poteſt, qui corruptus nõ eſt. Nã ut in ſecundo huius uidebimus, malè uerũ examinat omnis corruptus iudex, Mecœnas autẽ incorruptus in hac re fuit. Nam cum eſſet nobiliſsimus, & ex antiquiſsimis Ethruriæ regibus ortus, & Auguſto Cæſari chariſsimus, ab quo facilè potuiſſet ad altiora prouehi, equeſtri tamen ordine contentus, maiorem dignitatem non appetiuit. Nobilem fuiſſe teſtatur Horatius in principio Carminum, dicens.*

„ *Mecœnas atauis edite regibus,*
„ *O' & præſidium, & dulce decus meum.*

Et huius primi Satyra ſexta in principio.

„ *Non quia Mœcenas Lydorum quicquid Ethruſcos*
„ *Incoluit fines, nemo generoſior eſt te, &c.*

Contentum fuiſſe ſorte ſua fatetur Propertius, dicens.

,, *Mecœnas eques Hetruſco de ſanguine regum.*
,, *Intra fortunam qui cupis eſſe tuam,*
,, *Vt nemo quam ſibi ſortem,&c.*

Eleganter dictũ. Nam quotiens relatiuũ antecedẽti præponitur,& ab eius rectore gubernari uidetur, elegãter in eodem caſu ponitur: rarior tamẽ eſt huiuſmodi locutio, quàm qua oratores utãtur. Seu ratio dederit, ſeu ſors obiecerit] *Rationẽ hic uolũt accipi, pro ratiocinatione, & diſcurſu animi. Sors autem, id eſt, quod ſortimur, id eſt, pro ſorte accipimus. Sortes autẽ ſunt ſpecies uaticinationis, quibus aliquid ſortimur. Sors etiam eſt caput ſeu principale, quod damus fœnori. Nam fœnus eſt lucrum illud, quod accreſcit ſorti. Illud ergo quod à Deo Opt. Max. accepimus, ſors dici poteſt. Nemo autem uitam ingreditur, quin & boni, & mali ſortem accipiat. Signatè autem dixit.*

,, *Ratio dederit aut ſors obiecerit.*

Nam quod per rationem meremur, id tanquã petentibus datur. quod uerò citra meritũ ſortimur, id obijcitur nobis. Vnde ſcies præpoſitionẽ ob, illis congruere, quæ præter ſpẽ, & ex improuiſo obueniunt. Vnde obuenit, quod nõ quæſitũ uenit. Offenditur quod nõ quæſitũ inuenitur: ſicut lapis in quo pedẽ lædimus. Obijcitur quod nõ petẽti ultrò offertur, aut obtruditur. Tãgit aũt (inquit Acron) duas ſectas Stoicorũ, qui dicũt omnia fato, & ratione, et quaſi neceſsitate euenire: nihilq; fieri, ſine fatali ratione unde dicitur ſeu ratio dederit. *& Epicureorũ, qui dicũt omnia à caſu, & fortuna prouenire, & deos nõ curare mortalia. unde dicitur,* ſeu ſors obiecerit. *Iuxta quẽ ſenſum melius legeretur* ſors. *Nonnulli tamẽ legunt* ſors *& ferè in idem redit. Senſus ergo eſt duplex. Primò ſic, & uerior meo iudicio.* O' Mecœnas qui poteſt fieri, quod nemo ſit cõtentus ſua ſorte, & portione quã aut per rationẽ, id eſt, induſtriã & ſolertiam obtinuit, aut per caſum & fortunã. *Quædam enim per rationẽ, quædã per fortunam obtinemus. Fors autẽ fortuna eſt, & habet ablatiuũ ab hac forte. Secundus ſenſus eſt:* ut nemo ſit contentus ſua ſorte, *ſiue dicas omnia per rationẽ, & prouidentiam diuinã dari, ſicut Stoici, ſiue omnia fortuitè euenire, ſicut Epicurei. Laudet diuerſa ſequentes, ſupple quilibet. Ideo aũt laudat ſequẽtes diuerſa officia, & exercitia, quia & ipſe uult diuerſa, ſequi. Quod enim libẽter facimus, id in alio laudamus. Ordo eſt. O' Mecœnas: uir integer, qui tua ſorte cõtentus.* Qui] *Id eſt, quomodo.* Quare] *Fit, id eſt, ab omnibus efficitur, & uiuitur ſic.* Vt nemo ſit contentus illa] *Supple ſorte, id eſt, proportione rerũ, quã ſortem ſeu ratio, id eſt, ratiocinatio & prouidentia, dederit ſibi, ſeu fors. id eſt, fortuitus euentus.* Obiecerit] *Id eſt, nõ merenti ultrò obtulerit.* Sed] *Supple quilibet laudet ſequentes. id eſt, eos qui ſequũtur, & affectant* Diuerſa] *Supple officia, & ſtudia ſeu exercitia uiuendi.* O' fortunati. &c.] *Probat exemplariter neminem eſſe contentum ſua ſorte. Sed unumquenq; alterius conditionem ſua meliorem putare: ſic tamen, ut ſi Deus illam offerret recipere nollet: Vnde infert Iouẽ, hoc eſt, Deum ipſum, qui à iuuando dictus eſt: meritò talibus hominibus iraſci. Exemplum inquam docet. Nam Miles, id eſt, quicunq; in bello fecerit ſtipendia, cùm iam annoſus fractis membris non poteſt ampliùs militare, uocat mercatores beatos, eò quod ſine fractione membrorum negocientur. Mercator autem deprehenſus in mari, & timens ſubmergi, dicit militiam eſſe potiorem, quàm mercaturã, eò quod mercatores ſint in longo, & diuturno periculo: immò ferè continuò à principio ſcilicet uitæ uſque ad exitum. Milites autem momento unius horæ confligunt, & aut citò moriuntur, aut lætam uictoriam obtinent. citò autem mori, pro beneficio reputatur. Nam mala ſi euitari non poſſunt, tantò tolerabiliora ſunt, quantò breuiora. Item Iuriſconſultus & aduocatus, quando conſultores petentes conſilium etiam in media nocte moleſtant eum, ita quod neque in die, neq; in nocte requieſcere poteſt: dicit Agricolam eſſe fœlicem, qui extra ſtrepitum popularem requieſcit noctu. Econtrariò agricola, qui cogitur abſoluendum uectigal, aut aliud debitum, & ad liberandos uades ſuos: derelinquere rus ſuũ, & frequenter adire urbem, clamat ſolos eſſe fœlices, qui uiuunt in urbe, quia non coguntur totiens ire, & redire ad forum iudiciale, & ſi uadant cum minore tamen fatigatione. Cætera de genere. Si autem, inquit poëta, uellem cætera exempla eorum, qui diuerſa laudant enarrare: nõ poſſem, quoniam tam multa ſunt, quod poſſent uſq; ad extremam defatigationem laſſare, Fabium Maximum, uirum garrulum & loquacem. Et ita per tranſitum, ſicut moris eſt Satyrici taxat Fabiũ de loquacitate. Sunt autem, qui dicunt iuriſperitum fuiſſe, de quo in ultimo uerſu, ſecundæ Satyræ mentio fiet. Deinde ut paucis ineptitudinem uotorum humanorum explicet, oſtendit eos, qui dicunt ſe uelle mutare conditionem uitæ, ſi eis ab aliquo Deo daretur optio, & concederetur petitum, non mutaturos. Vnde non propter ſtatus ſui imperfectionem, ſed propter animi inconſtantiam conuincuntur, id deſiderare, quapropter non uidetur ratio, quare Iupiter iratus, non inflet in illos ambas buccas ſuas, & dicat ſe non amplius eos exauditurum. Hæc ſumma ſententiarum eſt.* O' fortunati] *O tribus caſibus iungitur, nominatiuo ut hic &. Vergilius.*

,, *O fortunati quorum iam mœnia ſurgunt.*
Accuſatiuo, ut in Georg.
,, *O' fortunatos nimium bona ſi ſua norint agricolas:*
Et uocatiuo, Vt,
,, *O' Melibœe Deus nobis hæc ocia fecit.*

Cum accuſatiuo autem quando indignanter ponitur uehementiam notat, ut ô hominem ſceleſtũ, ô uirum ſceleratum, quapropter ubi non eſt uehemens, excandeſcentia ſubijcietur auctore Valla. Prœctos membra] *Græca eſt figura poëtis tantum conceſſa.* Contra] *Non dices è contrà, ſed e contrario.* Sub] *Quando accuſatiuo temporis iungitur, ſignificat paulò antè, quaſi iam uergente in tale tempus. ut,*

,, *Sub noctem exportant calathis.*

Id eſt, tempore uergente in noctem, & paulò antè noctem. Neq; uerò neceſſe eſt, ut ſemper accuſatiuo iungatur, nam ſi ponatur pro in benè ablatiuo iungitur: ut, Sub Galli cantu] *Id eſt, in ipſo gallicantu. hic autem leges.* Sub Galli cantum] *Id eſt, paulò antè Galli cantum.* Conſulto] *Cum Datiuo ſignificat conſilium do, & proſpicio: ut, cõſule honori & rebus tuis. Cum accuſatiuo autem ſignificat conſilium peto. unde conſultor, qui conſilium petit, & conſultus qui conſulitur, id eſt, abs quo conſilium petitur, quales ſunt Iureconſulti. Non ergo diſcedũt à ſignificatione ſua.* Nec te morer] *.i. ſuſpenſum teneam. Vt aũt hanc breuitatẽ dicendi etiã pueri cognoſcant, ſciant, quod poëta per phãtaſiã fingit, quod ante quẽuis Deũ ſint quatuor perſonæ ut ex una parte miles uolens eſſe mercator, & Iuriſconſultus uolẽs eſſe miles, & ruſticus uolens eſſe urbanus, & ecõtrariò. & Deus auditis eorũ precibus, dicat eis: fiat quod uultis, mutate conditiones ueſtras, quo facto, uidet eos non moueri ad mutandũ ſtatum ſuũ, ſicut petierãt. unde querit Deus cũ indignatione.* Eia quid ſtatis?] *Id eſt, quare nõ mutatis ſtatũ ueſtrum, ſicut petijſtis? illi aũt (quanquã mira eſt in uerbis breuitas) uidẽtur eſſe confuſi, & præ uerecundia tacere. unde aſtantiũ quiuis dicit Deo.* Nolunt] *Quaſi dicat, tu cõceſſiſti eis petitiones, ut mutẽt ſtatũ, ſed ipſi nolunt iam mutare, quando poſſunt. Et ita melius uidetur legi.* Nolunt *quàm* noluit: *quãdo aũt Deus audit eos nolle, quærit.* Atqui] *.i. ſed qua re nolunt.* Licet eſſe beatis] *Vbi pro Latinitate ſcies, quod uerbũ* Eſſe *conſimiles copulat caſus. Vnde ſubauditur Datiuus eis. ut ſit.* Licet eis eſſe beatis. *Scies etiã quod nonnulli uolunt iſta uerba (atqui licet eſſe beatis) à poëta dici, ſicut ſequẽtia.* Quid cauſæ, &c.] *Circa quæ ſcies, quod Iupiter dicitur, quaſi iuuãs pater, hominũ atq; deorũ genitor, ſolus enim Iupiter à poëtis fingitur utroſq; & mortales, & immortales genuiſſe, illiq; qui unũ Deum fatebantur, Iouẽ appellabant. Sed quia poëtæ ſæpe ea, quæ uni nomini cõueniunt coniungũt, & uni perſonæ attribuunt, inuenimus uarias proprietates Ioui attributas. Nã nomen illud nũc ſummo Deo datur, nunc planetæ, nũc aëri ſuperiori, nũc regi uiro mortali filio Saturni, multi tamen Ioues fuerunt, ſed quantũ ad inſtitutũ noſtrũ facit. Ioui attribuuntur tonitrua & fulmina: eò quod in ea parte aëris fiũt, quæ Iouis appellatione ſignificantur: unde cũ dicit Iouẽ debere ambas buccas inflare in illos incõſtantes, uidetur mihi de fulmine loqui, quaſi Iupiter. i. aẽr buccis ſuis cõcipiat fulmen, & inflet in eos, quos proſternere uult. Sicut nos buccis noſtris uentum cõcipimus, quẽ efflamus. Eſt enim Bucca pars illa lata ſub malis noſtris.* Poſthac] *Propriè ſignificat poſt hoc tempus, ſed generaliter accipitur, ut ſit, uel poſt hoc tẽpus, uel illud, uel poſt aliud. Plura aſpicietis Grãmaticen explanare*

plenare poſſem, ſed uereor ne prolixior ſim. Ordo igitur eſt. Miles].i. is qui ut bellũ gerat ſtipendiũ accipit. Eſt enim nomẽ miniſterij, nõ dignitatis. Nã quos milites multi uocant, deberent equites auratos, uel iuratos appellare. Miles igitur].i. ſtipendiarius & Belliger grauis].i. plenus, uel grauis. id eſt. Grauatus annis].i. annoſitate & ſenio. Iã fractus].i. habens iam fracta mẽbra ſua multo labore, ait. O' fortunati mercatores].i. ô quã fortunati. i. fœlices, & beati ſunt mercatores. Cõtra].i. ecõtrariò Mercator].i. negociator Auſtris].i. uentis illis impetuoſis Luctantib.].i. in diuerſos fluctus Impellentib.].i. quando auſtri iactant nauem ſuã, ait ſupple, quod militia eſt Potior].i. eligibilior, quàm mercatura. Quid enim].i. cur nõ eſſet potior, quàm mercatio. Cõcurritur].i. cõcurſus fit & conflictatio Momento].i. breui ſpacio. Horæ].i. breuiſsimi tẽporis, & Aut mors uenit cita].i. uelox & ſubita nõ diuturna, ſicut in mari aut uictoria læta Venit] Supple. Peritus iuris & legũ laudat].i. beatũ appellat agricolam Vbi] Id eſt, quãdo conſultor. i. is qui petiturus eſt conſilium Pulſat] Id eſt, frequenter impellit oſtia Sub cantu].i. paulò antè cantum Galli, hoc eſt, in media nocte. Ille] Videlicet ruſticus Qui datis uadibus].i. poſtquã dedit uades, id eſt ſpõſores, ut certo die adeſſet, aut in caput illorũ animaduerteretur. Extractus rure] Id eſt, neceſſitate coactus exire à rure in urbẽ Clamat ſolos uiuentes in urbe eſſe fœlices] Quia non cogũtur tam longè ad forum feſtinare. Cætera] Id eſt, ut quidã uolunt cęterũm, hoc eſt, præterea: ſed melius accipitur, ut ſit nomen. Cætera] Id reliqua ſcilicet exempla, de Hoc genere].i. de genere eorum, qui non ſunt contenti ſorte ſua. Sunt adeo].i. in tantũ multa, quod ſupple Valent delaſſare].i. uſq; ad extremã fatigationẽ Laſſare Fabiũ Maximũ Narbonenſem loquacem].i. multũ garrulũ & aſsiduè loquentẽ. Sed ô lector Ne morer].i. ſuſpenſum teneã te. Audi quo id eum, ad quid deducã rem de qua loquor. Si quis].i. ſi aliquis Deus dicat iſta optantib. En].i. ecce, uidete præſtigioſum, ego faciã quod uultis, tu Qui modò] Id eſt, paulò antè. Eras] Supple miles, uel tu qui modò. i. nunc es miles eris mercator, ſicut deſideraſti. Tu modò cõſultus].i. qui modò es Iuriſconſ. Eris] Supple ruſticus, & ſupple ecõuerſo. Vos] Scil. miles & Iuriſconſ. diſcedite Hinc].i. ab hac parte, ut miles ſit mercator, & Iuriſconſ. ruſticus. Et uos] Scil. & mercator, & ruſticus diſcedite Hinc].i. ab hac parte, ut ſcilicet mercator fiat miles, & Ruſticus cõſultus, aut ſaltẽ urbanus, & hoc dico partibus. i. officijs, & conditionibus ueſtris mutatis. Illo audito fingũtur nõ abire, ut mutent ſtatũ ſuũ, unde dicit Deus ad eos. Eia quid] i. propter quid Statis].i. moramini, & nõ acceditis ad ſtatũ petitũ, cũ aũt præ uerecundia, & confuſione nihil reſponderẽt, dicit aſtantiũ unus. Domine Deus ipſi nolũt, ſupple mutare conditionẽ ſuã, & accipere nouũ ſtatũ. Dicit Deus, uideo quod nolunt Atqui] Sed quare nolũt. Licet].i. licitũ & permiſſum eſt eis ſup. Eſſe beatis].i. Bene habentib. & fœlicib. Dicebat enim miles ſi eſſem mercator, eſſem fœlix & ediuerſò. Quia aũt nolunt nunc acceptare, quod petierunt, dicit poëta. Quid cauſæ].i. quæ cauſa, quæ ratio eſt. Quin].i. quò minùs cur nõ Iupiter, id eſt, iuuãs pater, & Deus fulminis. Iratus].i. ſuccenſus. Inflet illis].i. in illos ambas buccas ſuas plenas fulminis, quaſi dicat, nihil cauſæ eſt, ut non faciat: imò iuſtiſsima ratio, ut id faciat, neq; pro & non: & dicat. i. minetur ſe non futurũ eſſe Poſt hac].i. poſt illud tempus, tam facilem. i. tam exorabilẽ, ut præbeat aurẽ uotis Eorum].i. ut tam faciliter exaudiat uota eorũ, qui quod impetrauerunt acceptare nolũt. Tales aũt multi ſunt, qui cũ ſalutẽ à Deo petant, ut Deus eis, aut aduerſitatẽ, aut infirmitatẽ (quæ multis uia ſalutis eſt) donet, nolũt, ſed pergendũ eſt. Præterea ne ſic, &c] Quia poëta quadã phantaſia uſus eſt, & fictione: unde riſus poſſit legẽti, uel audienti excitari, dicit ſe locuturũ ſerioſè, quanquã ridẽdo poſsit etiã uerũ dici, & operæpreciũ ſit doctorẽ interdũ eſſe blandũ, & affabilẽ. Prætendit aũt textus hanc rationẽ. Si quis interroget quoſcũq; negociatores, ſiue laborib. urgeãtur, ut agricolæ, ſiue aſtutia, & calliditate lucrũ quærãt, ut caupones, ſiue temeritate, & audacia, ut nautæ: ſiue alia quauis arte, ut fatigatione, qua de cauſa tot labores, totq; pericula ſubeant: dicerent omnes, ut in ſenectute habeãt, quo poſſent inopi deſendere uitã: & ſe doctos eſſe exẽplo formicæ, quæ cũ parua ſit, magno tamẽ, imò admirãdo labore in horrea ſua dũ ſudum eſt. i. ſerenitas colligit ut habeat unde uiuat in hyeme Contra quod exẽplum poëta ſubtiliter inſtat, oſtẽdens longè rationabilius eſſe inſtitutũ, ac factũ formicæ, quàm auari hominis. Primò quia formica tẽpeſtiuè colligit: ut puta in æſtatis ſerenitate. Auarus aũt, & in feruore æſtatis, & in algore hyemis, per ignẽ, per aquas, per ferrũ inceſſanter cõgregat. Secundò formica quærit, ut utatur quæſitis. Auarus aũt, ut condat in terrã, aut ut nũmos ſuos ſpectet in arca ferrata, & nõ audet partis uti. Vnde rectè dicit Seneca. Tã deeſt auarò quod habet, quã quod non habet. Et per modũ Dialogi dicitur. Diues auarus eget: quare? qa dum petit uſus, Tangere parta timet: cur? ne minuatur aceruus. Et ob id dicetur in ſecũdo auarũ eſſe inſipientiſſimũ: imò ſolos auaros eſſe ſtultos, quia omnis ſtultitia, & omne uitiũ ex quadã auaritia. i. mala cõcupiſcentia naſcitur. Tertiò formica terminũ ſibi cõſtituit, nõ enim plus quã ſatis eſt quærit, imò citra abundantiã. Nã parcè & ſobriè cũ patientia uiuit, & partis utitur, quod non faceret ſi abundantiã frumẽti accumularet. Auarus autẽ quantò plus habet, tantò plus concupiſcit. Iuxta illud Iuuen.

„ Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Non ergo bene imitatur formicã, qui modũ rebus ſuis ſtatuere neſcit, aut partis uti: aut opportunitatẽ obſeruare quærẽdi. Quæ tria, ut quilibet ſeruet, & pigritiã fugiat, præcipitur à Salomone Prouerb. VI. Vade ad formicã ô piger, & cõſidera uias eius, & diſce ſapiẽtiã. Quæ cũ nõ habeat ducẽ, & pręceptorẽ, nec principẽ, parat in ęſtate cibũ ſibi, & cõgregat in meſſe, quod comedat Multa doctè per Acronẽ explanata ſunt, quæ tamẽ conſulto prætereo. Ac ſi neſcis] Parenthesis eſt elegãs interpoſitio clauſulæ medio ſermonis, qua remota, ſermo maneret integer. ut ibi. Paruula (nã exẽplo magni eſt formica laboris) Ore trahit, &c.] Plenus ſermo eſſet paruula formica ore trahit. Antitheton aũt eſt contrapoſitio, quando aut contrariæ ſententiæ, & tunc etiam dicitur contentio, aut contrariæ dictiones connectuntur, quod ad ornatum plurimum facit, ut ibi.

„ Paruula formica magni laboris.

Scies puer honeſtius dici, Sum tibi iocunditati, uoluptati, dolori, exẽplo, &c. Quã iocũditas, aut iocũdus, etc. Ideóq; dicitur in textu. Formica eſt exẽplo potius, quã exẽplum. Aduerte lector ſtudioſe multa doctiſsimè & diligẽtiſsimè à poëta noſtro dici, quæ nõ aduertenti triuialia, & minus laborata credũtur. Vnde, quia exẽplum formicæ auarus, prò ſui excuſatione adducit, uidebis omnia, quæ ad auaritiã facilè poſſent exprimi. Nã primũ auaritiæ ſignũ in formica eſt, quod cũ ſit paruula magnos ſubit labores, & deſiderio habẽdi: imò maiore faſce, quã ipſa ſit ſæpe opprimitur. Secundũ, quia nõ portat, ſed trahit ubi portare neſcit. Nõ humeris tantum, ſed etiam ore. Non unum genus frumenti, ſed quodcunq; poteſt. Tertiũ, quia nõ trahit ut in diẽ uiuat, ſed prolẽ nutriat: ſed (quod auaritiæ ſummũ indicium eſt) addit aceruo, quaſi nõ ſit cõtenta aceruo, niſi accumulatior fiat. Sed quod ſigna illa induſtriæ ſint, atq; grauitatis, nõ auaritiæ, probat poëta cõtra auarũ, oſtendens, quod & tempus obſeruat, & modũ ponit, & partis frugaliter utitur. Præterea ſignate dictũ eſt, dum ne ſit te ditior alter, quia multis iuncta eſt inuidia cũ ipſa auaritia, & illi nõ ſolùm accumulãt, ut ſint ualdè diuitet, ſed etiã ne alter ſit eis ditior, qb. plus, aut certè tãtundẽ dolẽt aliorũ diuitiæ, ac propriæ inopiæ. Sed finẽ facio. Ordo eſt, Præterea ne ſic pcurrã. i. celeriter explicẽ intentũ meũ, ut qui ridẽs percurrit ſupple iocularia i. res ludicras & iocoſas, quãquã. i. tametſi Quid uetat].i. prohibet Ridentem].i. cũ qui ridet dicere Verum].i. rem uerã, quaſi dicat nihil. Vt].i. quemadmodũ Doctores].i. præceptores & magiſtri. Blandi].i. dulces & affabiles dant pueris Cruſtula].i. partem placentæ, aut ſimile quid delectabile guſtui, ut pueri ſcilicet, uelint diſcere Prima elementa].i. primas literas: ſed quanquam nihil uetat ridendo, uerum dicere quæramus ſeria, id eſt, res ſerioſas & ſeueras. Ludo amoto] Id eſt, iocularibus rebus abiectus. Ille qui uertit grauem] Id eſt, pinguẽ & ponderoſam terram Duro aratro] Id eſt, agricola, qui terram pinguem forti aratro arando inuertit, & Hic] Id eſt, alius perfidus, id eſt, callidus. Vafer] Subdolus, & aſtutus. Caupo] Id eſt, uenditor uini, item Miles] Id eſt, uir belliger, & nautæ audaces quã

currunt per omne mare. Aiunt] *Id eſt, dicunt* Seſe] *Id eſt, ſeipſos* Ferre] *Id eſt, ſufferre pati laborem* Hac mente] *Id eſt, hac intentione.ut* Ipſi ſenes recedant] *Id eſt, ſe recipiant in* Ocia] *Id eſt, deſidiam & requiem* Tuta] *Id eſt, munita cõtra paupertatem & inediam.* Cum] *Id eſt, quando* Cibaria] *Id eſt, uiatica alimenta.* Sint congeſta] *Id eſt, accumulata & congregata* Sibi] *Id eſt, quemadmodum paruula formica, nam* Ipſa eſt exemplo] *Id eſt, ad exemplum magni laboris trahit ore quodcunq; poteſt* Atq; addit] *Id eſt, apponit* Aceruo] *Id eſt, cumulo. Dicitur enim aceruus, quaſi aggeruus, ab aggerendo* Quem] *Scilicet aceruum* Struit] *i. congregat & accumulat.* Haud] *i. nõ* Ignara] *i. neſcia. neq; pro & non. &* Non incauta] *Imò cauta & prouida.* Futuri] *Id eſt, rei futuræ, uidelicet famis & inediæ, quæ poſſet obuenire, hæc quaſi pro auaris adducta ſunt, contra quæ reſpondet poëta, dicens. Quæ inquam formica, quam tibi malè proponis in exemplum.* Simul] *Id eſt, immediatè, poſtquã* Aquarius] *Id eſt, tale ſignum cœleſte* Contriſtat] *i. pluuioſum & triſtẽ facit* Annũ inuerſum] *i. in illud ſignũ reuolutũ. quia ut dicitur in Georg.*

Redit agricolis labor actus in orbem,
Atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus.

Quando ergo annus rediјt ad idẽ ſignũ, tunc eſt inuerſus & cõpletus. Vel ideo eſt in aquario inuerſus, quia iam dies incipiũt augmentari, & annus ad productionẽ nouarũ rerum uerti. Senſus autẽ eſt, quòd formica dum ſol intrat Aquarium. i. circa mediũ Ianuarij, nõ prorepit. i. procul repit, quod minus eſt, quàm procurrere. Nõ inquã Prorepit uſquã] *i. ad aliquẽ locũ, & utitur illis quæſitis. i. quæ conquiſiuit* Antẽ] *i. prius exiſtens* Patiens] *Supple famis, & cõtenta rebus ſuis. Hoc inquã facit formica, quã tibi ô auare in exemplũ dicis ſumere, cũ neq; feruidus æſtus. i. ardor ſolis.* Nõ dimoueat] *Id eſt, diſgreget te lucro.* Neq; hyems] *. i. pluuia & gelu hyemis.* Neq; mare] *. i. aqua maris.* Neq; ferrum] *. i. arma inſidiantiũ ſupple non dimoueant te lucro, cũ nil obſtet tibi.* Dum alter] *. i. quiuis alius.* Ne] *. i. non ſit ditior te.* Caue lector] *Ne dicas mare ferum, quia ſyllaba prima in ferus. a. um corripitur.* Dic ergo ferrũ, &c. Quid iuuat immenſum, &c. *Docet auarũ ſtultiſsimũ eſſe, eò quod auri, & argenti pondera ſummo labore parta, & acquiſita in terrã fodiat, & cũ anxietate cuſtodiat, nihilq; utilitatis, aut fructus inde capiat. Interrogat aũt quid iuuet eum id facere. Reſpondet auarus, quid id quæris, quid iuuat* Si tu] *. i. quicunq; ſis, comminuas aceruũ, quantũcunq; magnũ: nihilq; addas tandẽ redigetur ad uilem aſſem. Ne ergo minuatur effodit eum. Reſpondet poëta.* Sed niſi id fiat] *. i. niſi diminuatur, & eo utamur, quid habet pulchri, quaſi dicat nihil. Probat deinde ſtultũ eſſe plus deſiderare, quàm ſatis ſit naturæ, quæ modicis contẽta eſt. ut dicit Seneca, cùm tamen nõ poſsimus pluſquã ſatis eſt abſumere. Omnia per Acronẽ ſatis explanata ſunt, ut autẽ intelligas Latinitatẽ eius Genitiuus conſtructus cũ nomine numerali, uult ſyncopari. Ideoq; dicit centum milia modiũm, non modiorũ. Milia autem ſubſtantiuũ eſt, & eius ſingulare hoc mille, huius mille. Comeſſe etiã conſuetius apud doctos reperias, quàm comedere. Allegoricôs: Græcum eſt aduerbiũ. Latinè dici poſſet allegoricè. Nã Græca pleraq; in ωs exeunt. Ordo eſt, O' auare.* Quis iuuat] *. i. delectat* Te timidũ] *. i. anxiũ & formidoloſum ne amittas.* Deponere] *. i. quaſi deponendo abſcondere.* Furtim] *. i. ſecretè* Terra] *In terra.* Defoſſa] *. i. multũ effoſſa, uel aperta fodiendo.* Immenſum] *. i. tam magnũ, quod uix menſurari queat.* Pondus] *. i. ponderoſum cumulũ argẽti & auri. Reſpondet auarus.* Quid] *. i. quæris.* Quid iuuet] *Hoc ſupplè iuuat, quia ſi cõminuas illud immẽſum pondus.* Redigatur] *. i. paulatim cõpellatur diminui uſq; ad* Vilem aſſem] *. i. ad ultimũ nummum, & minimã quantitatẽ. Cui poëta.* At] *. i. ſed.* Ni] *. i. niſi id. ſcil. diminutio pecuniæ, per temperatũ uſum fit.* Quid pulchri] *. i. quã pulchritudinẽ habet* Aceruus] *. i. cumulus auri & argenti* Conſtructus] *. i. coaceruatus, quaſi dicat, nihil pulchritudinis habet.* Millia frumenti, &c.] *Probat etiã, quod nihil utilitatis habet.* Copia plenior iuſto] *. i. quã ſatis ſit, dicens. Si ſupple* Tua area] *. i. locus aridus, ubi trituratur & flagellatur frumẽtũ.* Triuerit] *. i. terẽdo purgauerit. In Italia enim boues, aut equi pedib. ferendo paleã frumẽtũ excutiunt.* Centũ millia] *Supple modiũ, aut ſi Latinitas pateretur centũ millia modiorum frumenti.* Non] *. i. nunquid* Tuus uenter capiet] *. i. propter hoc, hac de cauſa plus, quàm meus quaſi dicat, non* Vt] *Id eſt, quemadmodum* Si tu uehas] *Id eſt, portes forte in humero tuo* Onuſto] *Id eſt, multum onerato.* Inter uenales] *Id eſt, inter ſeruos, qui exponuntur uenales.* Reticulum] *. i. ſacculum in morem retis factum, uel re uera* Reticulum] *. i. paruum rete panis.* Tu nihilo] *. i. in nullo plus* Accipias] *. i. conſumas de pane, quàm ille, qui nil portãris, id eſt, portauerit. Olim dum ſerui Romæ uenales exponerentur, unus cõrum omnium panem in reticulo portabat, nec tamen magis comedat, quàm qui nihil portabant. Sic qui granaria plena frumenti, & ſacculos plenos argenti habent, nõ plus poſſint comeſſe, quàm uenter eorum capiat: & tantum ſæpe comedit, qui quotidiano labore uictum ſuum quæritat.* Vel] *. i. etiam: dic mihi auare.* Quid referat] *. i. diſtet. diſcriminis ſit.* Interſit uiuenti] *. i. illi qui uult uiuere.* Intra fines] *. i. limites & metas naturæ.* An arat] *Id eſt, colat arando. Eſt enim ab aro, aras, arare* Centum iugera] *. i. centies tantum terræ.* Quantum iugum] *. i. par boum, uel iumentorum uno die poſſit arare. Declinatur autem ſecundum Laurẽtium de Valla. Hoc iugerum, huius iugeri ſecundùm ſecundam declinationem, & in plurali per tertiam. hæc iugera, horum iugerum, &c. Reperitur tamen in Ablatiuo hoc iugere. Sed ad rem.* An arat] *Inquam, id eſt, colat centum iugera an mille? quaſi dicat, nihil refert, quia centum iugera ei ſufficere poſſunt. Obijcit auarus. uidetur enim Dialogus quidam: unde rectè ſermonem appellauit* At] *. i. ſed* Suaue] *. i. dulce, delectabile* Eſt tollere] *. i. auferre, ſumere ex magno aceruo, quaſi dicat, licet ex paruo aceruo, quãtũ naturæ ſatis eſt ſumere, poſſem tamen, delectabilius eſt ex magno ſumere. unde manifeſtum eſt hanc ſitim habendi multa naſci, non ex indigentia naturæ, ſed ex inſatiabilitate animi cupidi. Miratur ergo Horat. quomodo id fiat. docetq; periculoſius eſſe multa poſsidere, quã pauca, quæ tamen ſufficiant: qa multi propter diuitias excæcantur auaritia. Multi etiã, ut docet Iuuen. occiſi ſunt. Et utitur poëta huiuſmodi parabola.* Si quis (inquit) ſitiret, & opus haberet cyatho aquæ limpidæ & puræ, poſſet eã ſine periculo ex fonte non magno haurire, ſi quis aũt cupiditate motus, mallet eã ex Aufido fluuio Apuliæ rapaciſsimo haurire, forte impetus fluuij partẽ ripæ ſimul cũ hauriente raperet, & immergeret. Sic ſi cui ad honeſtã uitã degendã centũ aureis opus eſſet, poſſet ſibi mediocrẽ ſummã cõgregare, unde eos, quãdo neceſsitas urgeret, aut uſus poſtularet, ſine periculo acciperet: ſed ſi auaritia ductus mallet ingentem aceruum accumulare, unde eos caperet, fortè obtruncetur à potentiorib. *Redeamus ad ordinẽ.* Dũ] *. i. dũmodo.* Relinquas] *. i. permittas, cõcedas nobis* Haurire] *. i. accipere tãtundẽ ex paruulo ſupple. aceruo, quantũ tu ex magno.* Cur] *. i. quare laudes tua* Granaria] *. i. cameras amplas, plenas frumẽti* Plus] *. i. amplius & abundãtius* Noſtris cumeris] *. i. paruis uaſculis uimineis, aut fictilib. in quib. tantũ frumẽti recõdimus, quantũ nobis opus eſt, q. d. tu ſine cauſa id facias.* Vt] *. i. quẽadmodũ ſi opus* Sit tibi] *. i. ſi opus habeas & indigeas urna, uel* Cyatho] *. i. paruo uaſculo* Liquidi] *. i. puræ aquæ, & non amplius, q̃ urna uel cyatho, & dicas ego mallẽ ſumere de magno flumine, q̃ ſumere* Tantundẽ] *. i. eundẽ cyathũ, uel eandẽ, aut æquè magnã urnã.* De hoc fonticulo] *. i. de hoc paruo fonte.* Eo] *. i. ex eo, & per id fit* Vt ſi copia] *. i. abundãtia, multitudo.* Plenior] *. i. refertior* Maior iuſto] *. i. quam iuſtũ, & neceſſe ſit.* Delectet quos] *. i. aliquos.* Aufidus] *. i. ille fluuius Apuliæ.* Acer] *. i. uehemens, & rapidus* Ferat] *. i. auferat ſubmergat eos* Auulſos] *. i. à terra firma uulſos* Cũ ripa] *. i. cũ parte ripæ, ſeu marginis ipſius fluuij.* At] *. i. ſed: is qui* Eget] *. i. ſe indigentẽ oſtẽdit.* Tantuli] *. i. tã parui, & nõ pluris, eſt enim diminutiuũ à tantũ, tanti, qui inquã eget tantuli, quãto eſt opus. i. expediens & neceſſariũ.* Is] *. i. talis* Neq;] *Pro & nõ.* Nõ haurit aquã turbatã limo] *. i. poteſt ſibi neceſſaria ad honeſtã uitã ſumere ſine ſordib. & inhoneſtate uitæ, neq; pro & nõ, & nõ amittit uitã in undis. i. nõ obruitur nimijs diuitijs. ſicut illi, qui plus quã ſatis eſt requirũt.* At bona pars Ho. &c.] *Toto reſiduo huius Satyræ molitur poëta auarum ab opinione praua reducere, quapropter ea, quæ auarus in cõmendationẽ pecuniæ adducere poteſt: poëta uilipẽdit. Dicit*

ergo,

ergo, quod multi licet cognoſcant ſibi nõ multis diuitijs opus eſſe, tamen multas accumulant, ut propter eas honorentur, & ſapientes, magniq́ uiri reputentur. Nam ut dicit in Epiſtolis. Hos ſolos aio ſapere & bene uiuere, quorũ conſpicitur nitidis fundata pecunia uillis. Et Iuuenal.

Quantum quiſq́ ſua nummorum ſeruat in arca,
Tantum habet & fidei.

Contra huiuſmodi homines, quibus id perſuaſum eſt, dicit poëta quòd uix ſit aliud remedium, quam ut iubeantur libenter eſſe miſeri. Magna enim miſeria eſt, ſatis ſuperq́ habere, & ſemper egere. Multa poſſidere, & non audere illis uti, aut frui. Et ut auditorem alliciat, adducit hiſtoriam de Timone Athenienſi, de quo Acro ſatis dicit. Addit autem Porphyrio bellè dictum eſſe, populus me ſibilat, quia ſibilat prædixerat paulò pòſt intulit, plaudo. Inde autem hoc dictum eſt, quòd malos principes theatrum ciuitatis ingreſſos, populus exibilabat, bonos aũt plauſu excipiebat. Occeptat etiam narrare fabulam de Tantalo, quam auarus audiens, & neſciens poëtam de ſe loqui, ridet & captus eſt priuſquam perſentiat, & hoc eſt quod dicit Perſius.

Omne uafer uitium ridenti Flaccus amico
Tangit, &c.

Tantali autem fabula huiuſmodi eſt. Tantalus Iouis & Plotes ſeu Plotidis Nymphis, Nymphæ filius fuit, ut ſcribit Lactantius lib. 2. Fuitq́ Phrygiæ rex auctore Euſebio, qui ut habetur lib. 7. Metamorphoſeos cum deos hoſpitio ſuſcepiſſet, filium ſuum Pelopem ex auaricia eis commedendum appoſuit, mentitus alias eſſe carnes, à quibus carnibus dij omnes, excepta Cerere, abſtinuerunt. Ceres autem illius humerũ edit, ſed dij eburnum humerum Pelopi reſtituerunt, & per Mercuriũ eius animã ab inferis reuocarũt: unde Virg.

Humeroq́ Pelops inſignis eburno.

Tantalum autem dij ob id facinus in inferna detruſerunt, ubi æterna ſiti, ac fame laborat. Nam ut acriori deſiderio urgeatur ad labia uſque habet limpidiſſima & puriſſima flumina decurrentia, & ſupra os odorifera poma, quæ dum caput leuat, ut ea capiat, ſimul eleuantur, & ſemper effugiunt. Similiter dum ſitibundus ut fluminũ aquas hauriat, os inclinat, etiã flumina deſcendunt, ita quòd mento tenus, nec ultra ſemper ea contigat, unde dicit hic Horat.

Tantalus à labris ſitiens fugientia captat Flumina.

Acron autem dicit ipſum à Furijs prohiberi, quæ apud inferos tres ſunt. Alecto, Tyſiphone, & Megæra. Allegoricè quidam dicunt per Cererem terram ſignificari. Eſt enim Dea frugũ, quæ in terra naſcuntur. Terra autem carnes exedit, & humerum eburnum, id eſt, oſſa derelinquit. Dicunt etiam gentiles apud inferos eſſe legem talionis, & in eo quemq́ membro, puniri in quo peccauit unde Tantalus, qui filium epulandum dedit fame & ſiti laborat. Pulchrè autem auarum ſignificat, qui in medio diuitiarum & epularum poſitus eis uti non uult, quibus Tantalus uti non poteſt. Imò ſecundùm Horat. Auarus rebus ſuis uti non ualet, quia cogitur ab eis abſtinere, tanquam à rebus ſacris, quas conſumere, aut alienare non licet, aut ſi quam uoluptatem ex eis capit, ea ſicca eſt, qualem ex pictura uiſa habemus, quæ ſemper inanis eſt. Vnde rectè dicitur 1. Aen.

Atque animum pictura paſcit inani.

Ordo eſt, At] Pro ſed Bona] i. magna pars populi decepta, Falſo cupidine] i. falſa cupiditate, inquit. Nil ſatis eſt. uel ſic decepta Cupidine] i. cupiditate, inquit falſo, & non uerè, quòd nil eſt ſatis. Nam Cupido Deus amoris, & filius Veneris Maſculini eſt generis, ſed quando cupiditatẽ ſignificat fœminini generis eſſe deberet, unde aut figuratè dixit falſo cupidine, quod uero ſimile eſt, nã in carminibus etiam pro auaricia dicitur ſordidus Cupido, aut diuidendũ eſt, ſicut diuiſimus, inquit falſo, quòd nil eſt ſatis. cauſa eſt. Quia tu ſis] i. æſtimeris & habearis. Tanti] i. tãti ualoris, & tantæ uirtutis, quantum habeas. Vt ergo plurimi æſtimeris, fac ut pluſimũ habeas. Quid facias illi, cui hoc perſuaſum eſt? Reſpondet, tu iubeas eſſe libenter miſerũ. Miſer enim eſt, qui multa habet, & egeſtate laborat, & libenter talis eſt, quia uoluntarij. Quatenus] i. q̃ diu ſecundũ Acronẽ, uel quatinus, quoniã quidem ipſe facit hoc. Vt] i. quẽadmodũ quidã Sordidus] i. ſordidè ob auariciã uiuens ac diues memoratur feciſſe Athenis. Loquitur aũt ſecundũ Acronẽ de Timone, qui ſolitus erat Cõtemnere] i. uilipendere, nõ curarẽ uoces i. increpationes, & reprehenſiones populi, ſic i. hoc pacto dicens. Populus ſibilat me. i. ſibilando me explodit, & uitam meam ſordidam damnat. At] Pro ſed Ipſe] i. ego Plaudo] i. plauſum & aſſentationem facio mihi. Domi] i. in domo mea Simolac] Id eſt, ſtatim Poſtquam ego contemplor] Id eſt, conſidero & aſpicio Nummos] Id eſt, pecuniam meam In arca] Id eſt, in ſcrinio uel ciſta. Dicitur aũt arca ab arcendo, quia arcet uolẽtes accedere. Tantalus à labris] Hic poëta probat ſtultitiã taliter uiuẽtium per fabulam Tantali, quã modò recitauimus dicens. Tantalus rex Phrygiæ Sitiens] i. ſitibundus, & graui ſiti confectus Captat] i. frequẽter capere conatur. Flumina] i. aquas puriſſimas fluentes apud inferos ubi ipſe eſt. Fugientia à labris] i. à labijs ipſius. Tantali dum ſe inclinat ad ea capienda. hac narratione incepta, riſit auarus, qui, quia ad eum loquitur poëta fingitur præſens, unde dicit auctor, quid i. ad quid rides, O auare. Fabula quam occœpi narrare de Tantalo, narratur de te mutato nomine. hoc eſt, ſolum intereſt, quòd tu nõ habes nomen Tantali, quia omne, quod de pœna Tantali narratur, tibi conuenit: Tu enim Inhians] i. auidè cupiẽs plura accumulare, aut ea quæ habes cuſtodire. Indormis] i. etiam cum dormire deberes Intendis ſaccis] i. loculis pecuniarum Congeſtis] i. congregatis & accumulatis, uel refertis. Vndiq́] i. ex omni parte tam iuſtè, quã iniuſtè. Et tu cogeris] i. compelleris auaricia iubente. Parcere] i. abſtinere, & cõtinere te à ſaccis tuis plenis auro & argẽto. Tanquã ſacris] i. tanquã eſſent res ſacræ, quas in uſum ſuũ cõuertere non licet homini prophano. Aut cogeris gaudens ſaccis pecuniarum, tanquã tabellis Pictis] i. depictis, quæ res inaniſſima eſt. Neſcis ò auare quo] i. ad quid Nummus] i. pecunia ſignata. Valeat] i. utilis ſit. & neſcis quem uſum præbeat? Præbet] Sup. talem uſum. Vt eo panis ematur, & olus] i. quæcunq́ herba, qua ueſcimur, & Sextarius] i. parua menſura uini. Adde etiam illa Queis] i. quibus. Natura humana doleat] i. ægrè ferat Negatis] i. ſi eſſent negata ſibi. hoc eſt, omniã quæ ad uictum, & amictũ neceſſaria ſunt. De quibus dictũ eſt. Habentes uictum, & amictum his contenti ſumus. Aduerte autẽ Grammaticæ relatiuũ, nõ debere conſtrui priùs, quam antecedens. Quapropter melior eſt Grammaticorum Ordo, quis natura humana doleat negatis ſibi, quam hic, queis negatis ſibi natura humana doleat. Ponitur autem queis in Ablatiuo plurali, iuxta ſecundã declinationem. Nam quis. & qui mixtim declinantur, & per ſecundam declinationem & per tertiã. Per ſecũdam enim dicimus, cuius à quo, qui, quorum, quis, quos, & à quis. Per tertiam quis, cui, quem, à, qui, quibus, & à quibus. Olim aũt in cõmuni genere dicebatur, quis in Nominatiuo, & quem in Accuſatiuo. unde & in Eunucho Terentij Pythias de fœminis nimirũm loquens, hunc oculis ſuis noſtrũ, nunquã quiſquam uidit. ubi Donatus quiſquam inquit antiqua eſt locutio, ſed nũc, ut notiſſimũ eſt tantũ in Maſculino dicitur. An uigilare metu, &c.] Totus hic ſermo, ſicuti dictũ eſt, habet quandã formã dialogi. Quia ergo auarus prius dixerat, iocundũ eſſe ex magno aceruo ſumere, & unumquẽq́ tanti eſſe, quantũ habet. Ideo oſtendit poëta auarũ non habere delectationẽ, aut fructũ ex diuitijs, quib. nõ audet uti, ſed ueluti Tantalũ earũ præſentia magis cruciari. Vndè probat hic nõ ſuauitatẽ, aut uerã uoluptatẽ, ſed metũ, & anxietatẽ eſſe in poſſeſſione magnarũ diuitiarũ. Iuxta quod dicit Iuuenal.

„ *Miſera eſt magni cuſtodia cenſus.* Interrogat ergo auarũ an ipſum iuuet ſemp uigilare in metu, & anxietate, ne diuitias ſuas amittat. Enumerat aũt quatuor, quæ diuitias auferũt. Malos] i. prædones & raptores, qui rapiũt. Fures, qui furtim & clam ſublegũt: Incendia, quæ caſu, & infortunio demũt, & fures qui dolo, & fraude fugã facientes Cõpilant] i. diminuũt diuitias. Quod uocabulum mihi ſumptum uidetur ex apologis Aeſopi, è quibus poëtã noſtrum multa ſumpſiſſe conſtat. Narrat aũt Aeſopus uirum quendam mediocris ætatis duas uxores duxiſſe, alteram iuuẽculam, quæ ut maritum ſibi ſimilem redderet, canos eius pilos extraxit, & alterã uetulam, quæ eadem de cauſa nigros ſuſtulit. unde ambæ compilando i. pilos euellendo maritum caluũ & allegoricôs pauperem, & nudum reliquerunt. unde compilare eſt doloſè aliquem expoliare.

At ſi condoluit] Reſpondet auarus. Tametſi diuitiæ non ſine an-

xietate cuſtodiuntur, habent tamen utilitatem, ob quam debeant cuſtodiri, uidelicet quod habentibus eas aſsiſtunt amici in infirmitatibus, & medicinam adhibent, & medicos procurant.

Non uxor.&c.] Reſpondet poëta, oſtendens omninò ſecus euenire. Vnde duplices homines nobis deuinctos, & obnoxios habere poſſumus, uidelicet beneficio, quos amicos uocamus, & conſanguinitate ſeu affinitate, quos neceſſarios, neutri autem horū obſequūtur, aut aſsiſtentiā faciunt diuiti auaro. Non amici] Quia eos non habet. Iuſtum enim eſt, quod qui ſanus nulli quicquam dedit, ſed pecuniā plus, quam omnes homines amauit, in infirmitate neminem habeat, qui ſibi condoleat, aut amicus ſit. Non etiam neceſſarios, quia contra naturam eſt, quod hæredes alicuius diuitis auari ſalutem eius procurent, quia ut docet Iuuen. etiam filius mortem patris diuitis, & auari exoptat. Dicit ergo poëta. Ac ſi cognatos,&c.] Quæ uerba ſic Porphyrio exponit. Senſus eſt. An te putas ita operam perdere, ſi cognatos, quos tibi ſine labore tuo natura tribuit, retinere uolueris ſiue amicos ſeruare, ut ſi quis uelit Aſinum frenis regere, ut equi fungatur officio. Et hoc uidelicet de Aſino prouerbiū, aut prouerbiale eſt, quia infacetum atq; inurbanum erit ſi putemus illud ad præſens à poëta fictum eſſe, hæc Porphyrio. Melius autem meo iudicio intelligunt, qui dicūt poëtam aſſertiuè dicere, ita eum operam perdere, qui uellet neceſſarios ſuos ſibi facere & retinere amicos, ſicuti qui Aſinos uellet regere frœnis. Pulchrum autem & dignum notatu eſt, quod prouerbialia etiam uilia facetias habent, ſi nota & antiqua ſunt. Inurbanitatem autem ſi agreſtia ſint, & noua fingantur. Ordo igitur eſt. An ô auare hoc iuuat] Id eſt, delectat te, uidelicet te Exanimem] Id eſt, ſemimortuum, & ferè exanguem. Metu] Id eſt, præ timore uigilare & formidare Noctes & dies] Id eſt, omni tempore malos fures, uel malos, ut prædones, & raptores, qui ui auferunt, & fures qui furtim, & incendia quæ per infortunia, & ſeruos, ne ipſi ſerui fugientes Compilent] Id eſt, denudent, & ut ita dicam depauperent te. Ego inquit poëta optarem eſſe ſemper pauperrimus Horum] Id eſt, huiuſmodi bonorum, quæ cruciatum afferunt, & metum. Reſpondet auarus.

At] Id eſt, ſed quaſi dicat, attamen licet diuitiæ cum anxietate cuſtodiuntur, tamen utilitatem habent. Nam ſi corpus tuum Tentatum] Id eſt, inuaſum & moleſtatum frigore condoluit, aut ſi alius Caſus] Id eſt, aliud genus ægritudinis caſu eueniens affixit te lecto, ita quod cogaris in lecto ægrotus manere: nā qui appoſitus eſt, lecto recedere dum uult poteſt, qui affixus eſt non poteſt, ſi ergo fueris in lecto ægrotus, & habueris diuitias, tu habes ſupple amicū, qui Aſſideat] .i. iuxta te ſedeat ad cōſolandū, aut cōfortandū te, & Qui paret] .i. præparet (uenit enim à paro, paras, parare) Fomenta] .i. nutrimēta, & confortamēta naturæ tuæ, & qui roget Medicū, ut Suſcitet] .i. releuet te ab infirmitate, unde mori debeas ſine medico. Ac reddat] .i. reſtituat te Natis] .i. liberis & charis propinquis. Ad quæ poëta oſtēdit, multo aliter euenire diuiti auaro, dicēs. Vxor non uult te ſaluū, filius non uult te ſaluū] .ſ. fieri. omnes uicini Oderunt] .i. odio proſequuntur te. Eſt enim utriuſq; temporis in ſignificatione, licet in cōiugando tantum præteriti ſit tēporis. Nam odio nō legitur. Licet ſemel apud Ciceronē odias legatur. Noti ut pueri, & puellæ] .i. omnes familiares oderūt te, ſed cum tu poſtponas Argento omnia] .i. ames plus argētū, quā amicos, aut familiares, mirari ſi nemo præſtet tibi amorē, quē nō merearis. q.d. non debeas inde mirari, quia id iuſtum eſt. At] Pro ſed, ſi uelis.

Retinere & ſeruare amicos] .i. in amicitia & beneuolentia erga te. Cognatos] .i. tecū ab eodē ſanguine natos, quos natura dat tibi nullo Labore] .i. ſine opera tua ſola neceſsitudine ſanguinis. Tu infelix perdas operā] .i. fruſtra laboras. Vt] .i. quēadmodū ſi quis. Doceat] .i. conetur docere Aſellū] .i. iuuenē Aſinū Parentē] .i. obtemperantē, & obedientē frenis currere in campum ſupple. Perdit operam] Quia Aſinus nō mutabit naturā ſuā. Non eſt aūt Aſini natura parere frenis, & iuſſu domini ſui currere. Sicut nō eſt natura hæredū, amare diuitē auarū neceſſariū ſuū, cui etiā ab inteſtato ſuccedant. Eſt ergo prouerbium. Aſinū docet parére frenis, qui ſibi lachrymas petit hæredis. Nam tritū eſt prouerbiū. Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt. Sub perſona] .i. ſub uelamento faciei. Notandum autem eſt parentē deduci à pareo ſecundæ coniugationis. Habet enim primam longam, quam parens pro patre, & matre, & pariens corripiūt, ſed ad reliqua redeamus. Denique ſit finis quærendi. Infert poëta principali inſtitutū totius Satyræ, uidelicet ut faciamus finē quærendi, nec ultra ſufficientiā quæramus. Probat aūt exemplo cuiuſdam, cuius nota ſuo tempore erat hiſtoria, poſtmodū autem obſcurior, quia de ea nihil dicunt cōmentarij, quā periculoſa ſit magnæ pecuniæ ſordida poſſeſsio. Nam quidam inquit Vuidius, cùm tam ſordidus & miſer uixiſſet, quod nunquam ſe melius, quam ſeruos ſuos ueſtire auſus eſſet, miſerrimè uitam amiſit. Nam à liberta caput eius ſecuri ablatum eſt, quapropter dicit poëta quòd ipſa erat fortiſsima Tyndaridarum. De quo uocabulo dicam ſtatim ubi fabulam ab Acrone tactam recitauero, quæ hæc eſt. Pelops Tantali filius Atreum, & Thieſtem genuit, qui alternis uicibus regnabant, uerùm Thieſtes cùm ſciret regnum penes eum fataliter manſurum, qui arietem uelleris aurei haberet, quem tūc Atreus regiam ingreſſus plurimum cuſtodiebat. Corrumpens Europam fratris uxorem imperium ad ſe transferre poſſe iudicauit. Hinc ab Atreo eſt regno pulſus, deinde ficta gratia recōciliationis Atreus fratrem reuocauit, cui filios ſuos appoſuit epulandos, quam rem, ut uindicaret Thieſtes oraculum Apollinis cōſuluit, unde accepit reſponſum ſe nouo ſcelere poſſe uindictam reperire, ſi uidelicet cum filia ſua Pelopeia concūberet, quod & fecit, & Aegiſthū genuit, qui poſtea Atreū patruū ſuū occidit, & cum Clytēneſtra Agamēnonis uxore adulteriū cōmiſit. Cuius etiā conſilio Agamēnonem Atrei filiū patruelem ſuum à bello Troiano redeuntē interemit. Alij autem dicunt Clytemneſtram ipſam hoc effeciſſe, unde Iuuenalis.

„ *Hoc tantum refert quod Tyndaris illa bipennem*
„ *Inſulſam & fatuam dextra, leuaq; tenebat.*

Tyndaris] .i. Clytemnæſtra Tyndari filia ex Læda, ex qua Iuppiter in ſpecie cygni Helenā genuit, coniugē Menelai, quæ etiā Tyndaris à Vergilio uocatur, eò quod ex Tyndari uxore natā ſit, ſicut Hercules Iouis filius Amphitrioniades uocatur. Helena aūt aut Paridem ſecuta, aut ab eo rapta, poſt mortē eius Deiphobo nupſit, cuius mortis cauſa extitit. Nam ut ipſe apud Vergilium in 6. Aeneid. recitat, capta Troia ueteri marito forte reconciliationis gratia editum fecit, & pugionem marito nouo .i. Deiphobo, quem ſub capite ſuo locare conſueuit, dormienti ſurripuit. Vnde ab inimicis oppreſſus, & poſt faciei deformationem, naſiq; detrūcationem occiſus eſt, utraq; ergo Tyndaridum extitit cauſa mortis mariti ſui, & ut nonnulli dicunt Clytemnæſtra propria manu maritum interemit. Sed ſiue propria manu, ſiue conſilio, ſiue alio quouis pacto id effecit, certum eſt fuiſſe occaſionem mortis eius, unde ob Oreſte filio ſuo etiā ipſa in uindictam patris interēpta eſt. Hæc de hac fabula ſatis prolixè ſunt dicta, quāuis multa reſtent alibi dicenda. Quod aūt in textu dicitur Tyndaridarum, uidetur patronymicum maſculini generis pro patronymico fœminini generis poni. Quod quidam excuſant, dicuntq; à poëta eo conſilio factum, ut oſtenderet, quod liberta diuitis auari non ſolum mulieres eius familiæ, ſed & uiros ſuperauerit. Alij autem dicunt ſic intelligendum, non quòd ipſa ſit fortiſsima Tyndarides, id enim dici non poteſt, ſed per ſubauditionem fortiſsima liberta, aut ancilla, aut imitatrix Tyndaridarū. Neq; uerò intelligas eam fuiſſe de familia, aut genere Tyndari, ſed imitatricē Tyndaridos] .i. Clytēnæſtræ uel Helenæ. Sicut fortes uiros omnes Hectores uocant. Ordo eſt. Denique] .i. ut tandem paucis, quod uolo dicam. Hoc enim ſignificat hæc dictio denique ô auare finis] .i. meta & terminus Quærendi] .i. congregandi diuitias ſit tibi & Quum] .i. quando tu habeas plus. Metuas] .i. formides minus Pauperiē] .i. paupertatē & egeſtatē. Aliquando aūt pauperies ſignificat damnum, ut. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur & Incipias finire laborem parto] .i. acquiſito, eo quòd Auebas] .i. cupiebas, hoc eſt, poſtquam acquiſiſti quod deſiderabas. Contra quod faciūt, qui quanto plus habent, tantò plus concupiſcunt. Nec facias illud quod quidam Vuidius ſupple fecit, De quo ſit ubi non eſt longa] .i. longè repetenda & ignota. Vel longa] Id eſt, multis uerbis recitanda, ut igitur quidam Vuidius, ita diues ut metiretur nummos, quod ſignum maximæ granditatis pecuniæ. Nam qui mediocrem ſummam habent, aut pondere, aut numero decernunt.

Et ita ſordidus] Id eſt, ſordidè & tenaciter uiuens, ut non ueſtiretur uno

tur unquam melius ſeruo, metuebant enim adusq;, quod nos dicimus uſq; ad ſupremum, id eſt, ultimum tempus uitæ ſuæ. Ne penuria] *Id eſt, egeſtas & difficultas uictus opprimeret ſe.* At] *Pro ſed liberta eius fortiſsima ſupple imitatrix* Tyndaridarũ] *Id eſt, exiſtentium de domo Tyndari.* Diuiſit] *Id eſt, ſecuit hunc uidelicet diuitem auarum* Patronum ſuum medium] *Id eſt, per medium eius.* Securi] *Id eſt, tali inſtrumẽto, quod à ſecando dicitur. Caue autem puer ne dicas diuiſit cum ſecuri, quia cum præpoſitio non iungitur inſtrumento, ſed comiti aut concomitantiæ, ut argutus docet Valla. Sordidus eſt qui ſordidè poſsidet & turpem uſum habet. Contra lautus qui nitidè rem expendit. Auarus propriè qui cupidè acquirit, & tenax, qui difficulter expendit.* Quid'nam igitur ſuades] *Auarus conuictus argumentis poëtæ, nec ualens inficias ire, quin turpè & periculoſum, miſerumq; ſit in auaritia ſeneſcere, indignatus obijcit uitium prodigalitatis, ut eius reſpectu honeſtior uideatur auaritia, quam qui ei ſtudent, parſimoniam uocant.*

Quid'nam igitur ſuades] *Quaſi dicat, uiſo quod tantoperè damnas, qui ſua cuſtodiũt, quid'nam ſuades, non'ne ut uiuam Mæuius, aut ut Nomentanus uiri prodigiſsimi, & ut ipſe omne patrimonium meum in gula & libidine conſumam. Hic aduertendum eſt, quod Mæuium quidam nimis parcum, & ſordidum intelligunt. Alij autem prodigũ & luxurioſum. Inducti ad hoc ſentiendum, quia poëta quærit, an perſeueret componere ſecum* Pugnantia] *Id eſt, inter ſe contraria, quod non eſſet, niſi uita Mæuij eſſet contraria uitæ Nomentani, quem omnes prodigum profitentur, unde ſequitur Mæuium fuiſſe maximè auarum. Sed qui dicunt eum etiam prodigum fuiſſe non minus efficaces habent approbationes, quarum prima eſt, quod alijs locis Horatius, ipſum Mæuium libidinoſum, & olentem atteſtatur, ut in Epodo.*

» *Mala ſoluta nauis exit alite*
» *Ferens olentum Mæuium.*
In cuius fine dicit.
» *Opima, quod ſi præda curuo littore*
» *Porrecta mergos iuuerit,*
» *Libidinoſus immolabitur caper, &c.*

Vbi innuit eum pinguẽ et libidinoſum fuiſſe, & ob hoc libidinoſum caprum, pro eius morte immolandum. Liquet ergo ipſum non parcum fuiſſe, quia alibi dicit eum bona patria abligurriſſe. Secunda ratio eſt, quia ſi Mæuius parcus, & auarus fuiſſet, Auarus non oppoſuiſſet eum Horatio improbanti auaritiam. Non enim cohæret ſententia, ut dicat auarus, uiſo quod damnas auaritiam, quid'nam ſuades, ut uiuam ſcilicet ſicut Mæuius, id eſt, ille auarus? reſpondere enim poëta, dixi tibi, quod nolo, ut ita uiuas. Tertia eſt ex modo loquendi, quia ſi Horatius uoluiſſet, quod auarus interrogaret, an uiuere debeat ut Mæuius auarus, an ut Nomentanus prodigus, non poſuiſſet, quid igitur ſuades? ſed utrum igitur ſuades, & præcipuè non poſuiſſet aut Nomentanus, ſed an ut Nomentanus, ut bene accipiunt, qui Laurentium Vallenſem de an & uel, intelligunt. Nec obſtat, quod uerſus non patitur ut dicatur ut an, &c. quia poëta noluiſſet pro uerſu ineptè loqui. Nam facilè alium compoſuiſſet, ueriſimile eſt ergo, quod per Mæuium etiam luxurioſum intelligat. Et quando dicitur, quomodo ergo dicit poëta, quod ſint pugnantia ſecum. Reſpondebis, quòd poëta non uult, quòd ea, quæ auarus adducit, Sint ſecum] *Id eſt, inter ſe pugnantia, ſed quòd auaritia, quam prius auarus approbauerat, & prodigalitas Mæuij, & Nomentani quam nunc obijcit ſint pugnantia frontibus, id eſt, extremitatibus aduerſis. Sunt enim duo extrema uitioſa, inter quæ eſt uirtus media. Nam, ut dicetur, in ſequenti ſermone.*

» *Virtus eſt medium uitiorum utrinq; redactum.*

Vnde hic addit poëta. cûm ego ueto te fieri auarum, non iubeo te fieri Vappam, & nebulonem, id eſt, hominem profuſum, perditum & leuem. Nam Vappa dicitur uinum, quod efferbuit atque omnem uigorem amiſit, & nebulo eſt obſcurus, & leuis, & ſine uitæ claritate, qualis eſt prodigus, qui cum patrimonium ſuum aſſumpſit in delitijs eſt, quaſi Vappa, id eſt, Vinum quòd efferbuit, quia in ſummam miſeriam redactus, Vapidus & mollis efficitur, nihilq; uigoris amplius retinuiſſe uidetur.

Eſt etiam ſicut nebula] *Quia amiſſa honeſtate, & abiecto pudore, cogitur alienas menſas ſectari, inter quas eſt ut nebula, id eſt, ſordidus & obſcurus ſine pondere & uirtute.* Eſt inter Tanaim] *Probat urbanè medium eſſe in rebus. Nam Tanais, aut Tanus (utrumque enim ſcriptum reperio) ſpado erat, hoc eſt, cui teſticuli erant euulſi, ſocer autem Viſellij erat hernioſus, id eſt, ut uulgò dicũt ruptus, & ita habebat non ſolum teſticulos, ſed & partem inteſtinorum ſub uirga uirili, inter ergo ſacculos teſticulorum plenos, & inanes medium eſt.* Eſt modus in rebus] *Auctoritas nota. Illuc unde abij redeo, &c. Dictum eſt in principio huius ſermonis, quod nemo ſit contentus ſua ſorte, & quod quilibet uellet mutare conditionem, & ſtatum ſuum, quod uitioſum eſt. Poſſet autem auarus dicere, quod non ſit in ea re uitioſus, quia non uult mutare propoſitum ſuum. Semper enim uult in auaritia perſtare, unde illi, qui uolunt ſtatum ſuum mutare, quantum ad auaritiam non mutantur, quia ideo uolunt ſtatum ſuum mutare, ut per nouum ſtatum plura lucrentur, permanet ergo in auaritia & in cupiditate plura habendi, unde dici ſolet. In nobis uitia decreſcunt omnia, ſolam præter auaritiam, quæ nobis debilitatis fortior efficitur creſcens, creſcentibus annis. Licet ergo quis conſtans fuerit in auaritia, aut in alio peccato, non propterea (inquit) poëta ſe probet, id eſt, probum putet, & laudet, imò potiùs laudet diuerſa ſequentes, quia melius eſt animum mutare, quàm in malo perdurare. Præcipit etiam poëta, quod nemo inuidia tabeſcat, ſi res uicini ſui meliores uideat, neq; ſe ideo pauperem putet, quia ditiorem uidet, quia qui ad hoc tendit ut ſe nemo ſit ditior, nunquam erit contentus quibuſcunque rebus habitis, ſed ſemper alium ditiorem ante ſe inueniet. Sicut in curuli certamine, qui omnes ante ſe exiſtentes uellet ſuperare, ut dicunt poſtergare, nunquam quietus erit. Pro quo ſciendum eſt, quòd curule certamen dictum eſt, à curribus, ſed metri cauſa aufertur unum r: non enim dicitur currule, ſed curule. Inſtitutum autem uidetur ut iuuenes periti ſint artis aurigandi. Nam priſcis temporibus ſummi bellatores, non in equis, ſed in curribus bellabant, ut de Hectore, Achille, cæteriſq; fortibus uiris à bello Troiano ex Homero alijſq; authoribus conſtat. Fiebat autem curule certamen, hoc modo. Erat latus campus, in quo metæ, ut pali, aut ſtipites erant circum poſitæ, circum quas, qui proximè & uelociſsimè ter currum ſuum illæſum perduxit, uictoriam obtinuit. Stabant autem omnes certare uolentes cum curribus in equis ſuis in æquali diſtantia, & dato ſigno omnes ſimul proruebant. Maxima autem gloria erat proximè metas currum ducere, & cum ad metas non allidere, quia qui hoc faciebat maximum ſpatium percurrebat, in circunferentia enim maius ſpacium eſt, quam circa centrum. Magnæ autem peritiæ erat euitare metas. Vnde dicit poëta noſter in prima Ode.*

» *Sunt quos curriculo puluerem Olympicum*
» *Collegiſſe iuuat, metaq; feruidis*
» *Euitata rotis, &c.*

Vbi de uarijs ludis, & eorum inſtitutoribus, & de locis ubi inſtituti ſunt, multa ualde egregia ex commentarijs, quilibet diſcere poterit. Mihi autem hîc ſatis eſt oſtendere, in quo conſiſtat comparatio, quam poëta noſter hic facit inter auarum, & aurigam in curuli certamine properantem. Et meo quidem iudicio in hoc conſiſtit, quod cum auriga qui primus primum circuitum perfecit, redit ad faciendum ſecũdum, offendit iam in uia ſua ante ſe eos, quos habuit poſt ſe. Vnde uult extremum, quem primum ante ſe inuenit iterum præcedere, & ſic quamdiu in curſu circulari eſt, ſemper aliquem ante ſe inuenit, quem præcedere conatur, eo modo auarus, quamuis ſit ditiſsimus, tamen ſemper inuenit aliquem ante ſe, id eſt, habentem aliquod, quod ipſe nõ habet, & quod uellet habere. Quapropter qui uellet omnes in omnibus diuitijs ſuperare, nunquam eſſet cõtentus, aut quietus quacunq; re habita. Et ita iudicio meo iſtæ tres dictiones equis ſuis uincitibus poſſent eſſe eiuſdem, hoc eſt, Datiui caſus, quamuis Acro uelit ſuis equis eſſe Ablatiuos inſtrumentales, ut in conſtructione patebit. Inde fit ut raro, &c.] *Quia igitur inquit omnes ante euntes ſuperare uolumus, ideo nemo in tota uita ſua poteſt ſatiari diuitijs. Poſſumus enim inquit reperire conuiuas, qui uentrem ſatiant, ſed auarum, qui mentem ſatiatam habeat non inuenimus. unde de guloſo ſolet dici, quòd citiùs uentrem, quam oculum*

lum ſatiet, & de auaro, quod citiùs ſaccum, quàm mentem expleat. Criſpinus iſte poëta erat garrulus & aretalogus ob id dictus. Aretalogus autem eſt facetus mentitor, qui mendacia pulchrè colorat, & ueriſimilia facit. Is autem dogmata Stoicorum ſcripſit multis, ſed incultis uerſibus. Ne ergo poëta noſter garrulus habeatur: & nimis pro prolixi ſermonis ut Criſpinus, dicit ſe finem dicendi facturum. Non autem timet, quod poſſet credi Criſpini uerſus abſtuliſſe, ſed ut ille uerboſus haberi, & ita per tranſitum more Satyrico Criſpinum taxat. Ordo eſt. Dicit auarus igitur, quoniam tantoperè auaritiam dānas, quid nam ſuades mihi (uerſus non ſtaret ſi legatur. Quid igitur ſuades) lege ergo. Quid nam igitur ſuades, nōne ſuades, ut uiuam Mæuius, aut ut Nomentanus, id eſt, prodigus, & luxurioſus, ſicut Mæuius & Caſsius Nomentanus? Eſt autem reprehenſorum modus, oppoſitum uitium obijcere, ſi cui dicas, quare ita præceps ruis? reſpondebit. Vis ergo ut limacem ſequar? Reſpondet poëta. Pergis, id eſt, non'ne perſeueras componere, id eſt, comparare. Pugnantia] Id eſt, repugnantia ſecum, id eſt, inter ſe. frontibus, id eſt, extremitatibus, aduerſis, id eſt, contrarijs, qualia ſunt, quæ prius reprobaui, & quæ nunc adducis.

Cum] Id eſt, quando ego ueto te fieri auarū. Non iubeo te fieri uappam] Id eſt, hominem perditum per prodigalitatem, & Nebulonem] Id eſt, libidinoſum & leuem. Quiddā] Id eſt, quoddam diſcrimen, quædam differentia eſt inter Tanaim ſpadonem, qui nihil habet in ſacculis teſticulorum, & inter ſocerum Viſelli, qui cum hernioſus ſit, ſacculos illos plenos & maximos habet.

Modus] Id eſt, menſura & Moderatio eſt] Id eſt, conſiſtit in rebus, & Certi fines] Id eſt, limites ſunt in rebus, ultra quos & citra quos. Rectum] Id eſt, res iuſta & Recta nequit] Id eſt, non ualet conſiſtere. Sed redeo] Id eſt, reuerto Illuc] Id eſt, ad illud propoſitum. Vnde] Id eſt, à quo abij, id eſt, digreſſus ſum.

Nemo probet] Id eſt, approbet, laudet, commendet ſe. Vt] Id eſt, quia ſit auarus, & in auaritia permanens, ac Laudet potius ſequentes diuerſa] Supple officia, hoc eſt, mallem quod ſtatum ſuum cupiat mutare, quam quod in auaritia permaneat, quæ pro & nemo ſupple Tabeſcat] Id eſt, inuidia conſumatur. Quod] Id eſt, quia Capella] Id eſt, capra aliena Gerat] Id eſt, portet Vber] Id mamillas. Diſtentius] Id eſt, pleniores & magis diſtentas. Neq; comparet ſe maiori turbæ Pauperiorum, atq; ſic faciendo laboret Superare hunc atq; hunc] Id eſt, unumquemq;. Cauſam addit, quia Locupletior] Id eſt, aliquis ditior. ſemper Obſtat] Id eſt, opponitur. Properanti] Id eſt, feſtinanti, ſic unumquemq; ſuperare. Vt] Id eſt, quemadmodū. Cum] Id eſt, quando Vngula] Id eſt, pes equorum firmiter terræ infixus, ut fortius & celerius currāt Rapit] Id eſt, raptum trahit Currus miſſos] Emiſſos. Carceribus] Id eſt, è locis. ubi equi arcentur, ne currant antequam ſignum datum ſit. Vnde ſecundùm Seruium, Carcer in ſingulari ſignificat cuſtodiam noxiorum, in plurali equorum retinacula. Cum inquam ita equi currus capiunt. Auriga] Id eſt, director equorum. Inſtat] Id eſt, ſecundùm Acronis intellectum, inſtantiam & preſſuram facit Equis ſuis] Id eſt, per equos ſuos uincentibus, id eſt, alijs qui uicerunt. Vel ſicut prius dictum eſt.

Auriga inſtat] Id eſt, feſtinātèr inſiſtit Equis ſuis uincentibus] Id eſt, quamuis equos ſuos uiciſſe ſemel uidet, tamen adhuc inſiſtit, & urget eos, ut ultimum primi curſus iterum uincat, & bis curſum ſuum perficiat priuſquam ille ſemel, & hoc eſt, quod dicit Temnens] Id eſt, parui æſtimans, & faciliter ſuperare ſperans. Illum præteritum] Id eſt, quem ſemel præterijt euntem inter extremos, quaſi dicat ſi uellet omnes ſuperare, quos ante ſe offendit, nunquam haberet finem, quia quem ſemel præterijt redeundo circulariter iterum ante ſe inuenit. Inde] Id eſt, hac de cauſa Fit] Id eſt, comparatum eſt. Contingit] Euenit. Vt queamus] Id poſſimus reperire rarò aliquem, qui dicat ſe uixiſſe beatum, & Qui exacto tempore uitæ] Id eſt, poſtquā expleuit tempus uitæ ſuæ. Cedat] Id eſt, decedat. Contentus] Id eſt, ſatiatus Vti] Id eſt, quemadmodum conuiua Satur] Supple cedit, & non plus requirit, quā ſaturitatem, & repletionem uentris, qui facilitis impletur, quam animus auari, qui inſatiabilis eſt. Iam ſatis eſt] Supple de auaritia dictum. Ne tu putes] Id eſt, aliquis putet arbitretur Me compilaſſe] Id eſt, furatum eſſe & abduxiſſe. Scrinia] Id eſt, capſas librorum. Criſpini] Id eſt, illius poëtæ garruli. Lippi] Id eſt, inepti, uel lippos oculos habentis, non addam amplius uerbum, ſed finem dicendi faciam.

SERV. MAR. HON. } Dant cruſtula blandi doctores] Quum cruſtam dicimus fœminino genere lapidis, aut ligni, partem ſignificamus, Virg. 3. Georg.

„ Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ.

Quum uerò cruſtum dicimus edulium aliquod ſignificamus, partem panis, uel placentæ.

SATYRA II.

ARGVMENTVM SATYR. II. ASCENS.

Ignaros Medij notat, Inſanosq; ſecundo.

ALIVD ARGVMENTVM.

Tigelli Hermogenis poëtæ liberaliſſimi in ſuos compotores, meminit & Satyra tertia.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Libidinis exprobratio.

COMMENTARIA.

ACRON.

AMBVBAIARVM collegia] Ambubaiæ dicuntur mulieres tibicines, lingua Syrorum. Etenim lingua eorum tibia ſiue ſymphonia, ambubaia dicitur. Pharmacopolæ] Id eſt, Vnguētarij. Balathrones] Balathrones luxurioſos ac perditos uocat, à Seruilio Balathrone, cuius in ſecūdo meminit: ut ex huius nomine, ſimilis uitæ homines Balathrones ſint appellati. Legitur & Barathrones, qui bona ſua lacerant, id eſt, in Barathrū mittunt, à balatu intortæ uocis, qui idem et Balathrones dicti ſunt, qui propriè uaniloqui. Vel, Balathrones à balatu ouium, quaſi ciborum ſectatores, et quaſi cōmeſſores, qui rem ſuā in gulam mittunt. Ideo autem dixit cantoris, quia dicebatur in poëmatis ſuis placere uoce, non carminum probitate. Mutato nomine per inuidiam cantorem, pro muſico obtrectatoriè dicit. Fuit autem modulator optimus, in Sardinia natus, it carmina Horatij negabat ſatis peritè modulata, & idcirco carptus ab illo. Cantoris morte Tigelli] M. Tigellius Hermogenes muſicus peritiſsimus, & uocis eximiæ C. Cæſari dictatori, & poſt Cleopatræ acceptiſsimus, Auguſto quoq; Cæſari amiciſsimus. Erat autem largior adeò, ut ſcenicis & circulatoribus multa donaret.

Benignus] [illegible]. Non enim uerè benignus erat, ſed prodigus. Ex illorum autem perſuaſione dixit: Quibus donabat, & largus nimium uidebatur. Contrà hic] Quicunq; alius diuerſè uiuit. Præclaram rem] Amplum patrimonium. Ingrata] Sine gratia, qui omnia ſine norma uorent. Quia non eſt grata gula, ſi propter ipſam conſumptum fuerit patrimonium. Aut quia quicquid ei praſtiteris, gratiam tibi habere non poteſt. Ingluuie] Ingluuies dicitur uoracitas gulæ. Stringat] Conſumat,

AMBVBAIARVM collegia, pharmacopolæ,
Mendici, mimæ, Balathrones: hoc genus omne
Mœſtum, ac ſollicitum eſt cantoris morte Tigelli.
Quippe benignus erat. contrà hic, ne prodigus eſſe

ſumat, attenuet, comminuat, radat. Conductis] Fœnore ſumptis. Conducuntur enim, quaſi nummi, pro quibus merces ſoluitur, quamuis alij conductis, congregatis intelligant. Ab his] A frugi hominibus. Ab illis] A ſordidis, ab auaris. Auarus quidam fœnerator contrario uitio laborãs. Vappæ] Vappa propriè dicitur, quod nec uinũ, nec acetum eſt. Famam timet] Niſi acriter exigat uſuras. Ac nebulonis] Qui egeſtas fecerit fraudulentum. Nebulones dicuntur, qui humili genere naſcuntur, unde etiã Comici ſeruos nebulones dicunt. Vappa ac nebulo, id eſt, uilis, ac nugator, qui uſuras exigit, dicitur. Quinas hic capiti mercedes exſecat] Quinis cẽteſimis fœnerat: aut execat, de ſorte deducit grauiter lædendo debitores: aut accipit, ut in charta notet. Quantum perditior quiſq; eſt] Tantò, inquit, grauioribus uſuris onerat unumquẽq; hominem, quantò cum uiderit negligentius res ſuas agere. Vrget] Exigit pecuniam à debitore. Modò ſumpta ueſte uirili] Id eſt, depoſita prætexta, & ſumpta uirili toga. Tirones autem uocauit adoleſcentes depoſita prætexta. Senſus autem: Dicit eum tam præcipitem auaritia, ut non dubitet filijs patrũ familiãs cum periculo exigendi pecunias credere, dummodo uſuras grauiores imponat, id eſt, id agit, ut debitores adoleſcentes habeat. His dat pecunias mutuas, qui ſunt adoleſcentes, & uiuunt ſub duris patribus. Hi enim cum maximis uſuris pecunias libenter accipiunt, qui etiam plus iuſto illi poſſunt dare centeſimas. Sub patrib. duris] Quia non liceat tyronibus, id eſt, adoleſcentib. fœnerari, ne prodigi eſſent, promittentes multas uſuras propter accipiendam pecuniam. Quis nõ Iuppiter exclamet] Interrogatiuè pronunciandum. Quis non miretur cùm audierit, quod quandoq; centeſimas exigit, & clamet. Sed fortaſſe dicit aliquis, quod pro quæſtu ſuo erigat in uictũ, & qui multum acquirit, fortaſſe habet opulentiam uiuendi. Ad hæc ita reſpondeam: Non potes credere tu, qui audis, quomodo is fraudat geniũ ſuum, id eſt, quomodo ſe necat. Pro quæſtu ſumptum facit hic] Largiter potitur ſuo cenſu, & benè procurat corpus ſuum. Quàm ſibi non ſit amicus] Quanto cruciatu ſe affligat. Ita ut pater ille Terenti] Ita ſibi eſt inimicus auarus, ut nõ peius ſeſe afflixiſſe uideatur Menedemus. Atq;] Pro quàm, ut ſit pronomen hic, hoc eſt, auarus. Alij ſic expo-

Dicatur, metuens, inopi dare nolit amico,
Frigus quô, duramq́ famem depellere poſsit.
Hunc ſi percontetis, aui cur, atq; parentis
Præclarã ingrata ſtringat malus ingluuie rẽ,
Omnia conductis coëmens obſonia nũmis:
Sordidus, atque animi quod parui nolit haberi,
Reſpondet. LAVDATVR ab his, culpatur ab illis.
Fufidius uappæ famã timet, ac nebulonis,
DIVES AGRIS, diues poſitis in fœnore nũmis.
Quinas hic capiti mercedes exſecat, atq;
Quanto perditior quiſq; eſt, tanto acrius urget.
Nomina ſectatur modò ſumpta ueſte uirili,
Sub patribus duris tyronũ. maximè, quis nõ,
Iuppiter, exclamet, ſimulatq; audiuit? at in ſe
Pro quæſtu ſumptum facit. hîc uix credere poſsis,
Quàm ſibi non ſit amicus: ita ut pater ille, Terenti
Fabula, quem miſerum nato uixiſſe fugato,
Inducit, non ſe peius cruciauerit, atq; hic.
Si quis nũc quærat, quo res hæc pertinet? illuc,
DVM uitant ſtulti uitia, in contraria currũt.
Malthinus tunicis demiſsis ambulat: eſt qui
Inguen ad obſcœnũ ſubductis uſq; facetus:
Paſtillos Ruſillus olet, Gorgonius hircum.
NIL medium eſt, ſunt qui nolint tetigiſſe, niſi illas,
Quarum ſubſuta talos tegat inſtita ueſte:
Contrà, alius, nullam niſi olenti fornice ſtantem.
Quidam notus homo, cum exiret fornice, macte
Virtute eſto (inquit) ſententia dia Catonis.
Nam ſimul ac uenas inflauit tetra libido,
Huc iuuenes æquum eſt deſcendere, non alienas
Permolere uxores. nolim laudarier, inquit,
Sic me, mirator cunni Cupennius albi.
Audire eſt operæpretium, procedere rectè
QVI MOECHIS non uultis, ut omni parte laborent,
Vtq; illis multo corrupta dolore uoluptas:
ATQVE hæc rara cadat dura inter ſæpe pericla.
Hic ſe præcipitem tecto dedit, ille flagellis
Ad mortem cæſus, fugiens hîc decidit acrem
Prædonum in turbam, dedit hîc pro corpore nummos,
Hunc perminxerũt calones. quinetiam illud
Accidit, ut cuidam teſtes, caudamq́; ſalacem
Demeteret ferrum: iure omneis: Galba negabat.
Tutior at quanto merx eſt in claſſe ſecũda,
Libertinarum dico, Salluſtius in quas
Non minus inſanit, quàm qui mœchatur: at hic ſi
Quà res, quà ratio ſuaderet, quaq; modeſtè
Munifico eſſe licet, uellet bonus, atque benignus
Eſſe: daret quantum ſatis eſſet, nec ſibi dãno,
Dedecoriq; foret: uerùm hoc ſe amplectitur uno,
Hoc amat, & laudat, matronã nullã ego tãgo.

nunt: Hic aduerbium, ut ſit in hoc loco. Quò res hæc pertinet] Quò mea ſententia tendat. Dum uitant] Id eſt, dum nolũt dici prodigi, efficiuntur auari. Malthinus tunicis demiſſis ambulat] Tunicis demiſſis, ut ſibi honeſtus uideatur. Compoſuit autem nomen, quaſi à μαλθακός Malthinus. Mæcenatem tangit, uaricoſus enim fuit delicatior & ſolutus. Eſt qui inguẽ ad obſcœnum ſubductis uſq; facetus] Eſt qui ſibi facetus eſſe uideatur, ſi altiore ueſte utatur. Paſtillos] Ἀρωματα ... unguẽta. Ruſillus olet] Hoc uult dicere, quod neq; paſtillos homo debet olere, neq; hircum. Nil medium eſt] Nihil ſit mediocriter. Sunt qui nolint tetigiſſe] Tegiſſe pro tangere. Propriè dixit tetigiſſe, unde & intactæ uirgines dicuntur, ut:

„ Cui pater intactam dederat.

Id eſt, ſunt qui nolint tangere niſi matronas. Subſuta talos tegat inſtita ueſte] Quia matronæ ſtola utuntur demiſſa uſque ad imos pedes, cuius imam partem ambit inſtita ſubſuta. Inſtita autem dicitur τὸ περιπόδιον quòd togæ ſubſuebatur, quo matronæ utebãtur. Subſutam ueſtem, prætextam dixit. Inſtita autem eſt tenuiſſima faſciola, quæ prætexta, dicitur. Allegoricôs autem dixit, alias non uult, niſi matronas petitum ire. Quidam notus homo] Honeſtus & nobilis. Catone tranſeunte quidam exijt de fornice, quẽ cùm fugeret, laudauit & reuocauit. Poſtea cùm frequentius eum exeuntem de eodem lupanari uidiſſet, dixiſſe fertur, Adoleſcens ego te laudaui, tanquam huc interdum uenires, nõ tanquam hîc habitares. Macte Virtute] Macte, magis aucte. ut,

„ Macte noua uirtute puer.

Eſto] Aduerbium conſentientis uel approbantis. Dia] Diuina. Catonem illum Cenſorium dicit. Tetra] Odioſa, peſſima. Huc] Ad fornicem. Permolere] Violare, polluere, affectare, appetere, ſubigitare, ut habemus in Terentio. De ipſo actu turpi dicit. Cupennius] Cupennius quidam amator matronarum, ait hoc modo, me laudari nolo. Hic familiaritate Auguſti clarus fuit, corporis ſui diligens, & ſectator matronarum. Albi autem matronalis dicitur. Audire eſt operæpretiũ] Audire, inquit, quæ patiuntur, mœchi, qui eos odiſtis. Fructus eſt his, qui oderũt mœchos, audire, quantis incommoditatibus aſtringantur. Vel etiam operæpretium eſt audire, quòd etiam uoluptas, quam capiunt mœchi, non eſt plena,

plena. Imminuitur autem multis incommoditatibus. Ordo: *Operæprecium audire uos, qui non uultis. Vel operæprecium eſt audire mœchos, qui non uultis procedere rectè ad meretricem, quemadmodum laborent omni parte, & quemadmodũ ſæpe cadat hæc uoluptas, atq; hæc ipſa rara inter dura pericula corrupta multo dolore, tam in expendendo pecunias, quam propria membra perdendo. Vrbanè abutitur Ennianis uerſibus. Ille enim ait: Audire eſt operæprecium procedere rectè,* Qui rem Romanam, *Latiumq; augeſcere uultis. Sed illud urbanius, quia cum Ennius uultis dixerit, hic non uultis intulerit.* Cadat] *Pertingat, eueniat, quia rarò contingunt concubitum matronarum, quas amant.* Sæpe inter dura pericla] *Quæ immenent illis, quia inter maxima pericula rarò prouenit uoluptas.* Hic ſe præcipitem tecto, &c] *De incõmodis adulterorũ.* Ille flagellis Ad mortẽ, &c.] *Hoc de Salluſtio uidetur dicere. Salluſt. enim Criſpus in Fauſtæ filiæ Syllæ adulterio deprehẽſus, ab Annio Milone flagellis cæſus eſſe dicitur, quẽ Aſconius Pædianus in uita eius ſignificat. Ad mortem autem, prope mortem.* Dedit hic pro corpore nũmos] *Non'ne ſtupraretur, ſed melius ne caſtraretur. Pro corpore autem, pro obſcœna parte corporis.* Hunc perminxerunt] *Perminxerunt, ſtuprauerunt. Calones ſunt miniſtri militum, liberi homines. Lixæ uerò ſunt ſerui eorundem.* Accidit] *Solet accidere.* Teſtes] *Teſticulos.* Caudamq; ſalacem] *Virgam uirilis membri. Salaces dicuntur libidinoſi. Salacem ergo libidinoſam. Dicitur enim membrũ illud in quo libido eſt, eſſe ſalſum. Alij à ſaliendo dicunt ſalacem.* Demeteret] *Abſcinderet. Multis, inquit, etiam uirilia amputata ſunt.* Iure omnes] *Supple, factum eſſe dicebant.* Galba negabat] *Galba iuriſperitus, & ipſe ſectator matronarum, qui dicebat non iure factum, ut teſtes amputarentur, quia primo adulterij pœna pecuniaria erat.* Tutior at quãto merx eſt] *Quanto melius eſt, & tutius uti libertinis cõparatione adulterij? Sed dicit tanto ardore fertur Salluſtius in libertinas, quãtò mœchus ardore fertur in matronas. Ipſe enim Salluſtio in ſenatu à cenſorib. hoc obiectum eſt. Tum ille non ſe matronarum, ſed libertinarum ſectatorem eſſe teſtatus eſt, & ideo ex ſenatu expulſus eſt, quod excuſat idẽ in Catilinæ bello. Senſus autem hic eſt:* Dico tutius eſſe, ut libertinæ

VT QVONDAM Marſæus amator Originis, ille,
Qui patriũ mimæ donat fundum'q;, larem'q;:
Nil fuerit mi, inquit, cum uxoribus unquam alienis.
Verum eſt cum mimis, eſt cum meretricibus: unde
Fama malum grauius, quam res, trahit. AN tibi abundè
Perſonam ſatis eſt, non illud, quicquid ubiq;
Officit, euitare? BONAM deperdere famam,
REM patris oblimare, malum eſt ubicunq;. quid inter-
Eſt, in matrona, ancilla, pecces'ue togata?
VILLIVS in Fauſta Syllæ gener, hoc miſer uno
Nomine deceptus, pœnas dedit uſq;, ſuperq;
Quàm ſatis eſt, pugnis cæſus, ferro'q; petitus,
Excluſus fore, cùm Longarenus foret intus.
Huic ſi mutonis uerbis, mala tãta uidẽtis,
Diceret hæc animus. quid uis tibi? nunquid ego à te
Magno prognatum depoſco conſule cunnũ.
Velatum'q; ſtola, mea cùm conferbuit ira?
Quid reſponderet? magno patre nata puella eſt.
At quanto meliora monet, pugnantia'q; iſtis
DIVES opis natura ſuæ? tu ſi modò rectè
Diſpenſare uelis, ac non fugienda petendis
Immiſcere tuo uitio, rerum'ne labores,
Nil referre putas? quare, ne pœniteat te,
Deſine matronas ſectarier: unde laboris
Plus haurire mali eſt, quam ex re decerpere fructus.
Nec magis huic inter niueos, uirideis'q; lapillos,
Sit licet hoc Chærinte tuum, tenerum eſt fæmur, aut crus
Rectius, atq; etiam melius perſæpe togatæ.
Adde huc, quod mercem ſine fucis geſtat, apertè,
QVOD uenale habet, oſtẽdit: nec ſi quid honeſtè eſt,
Iactat, habet'q; palàm: quęrit quò turpia celet.
REGIBVS hic mos eſt, ubi equos mercantur, apertos
Inſpiciunt: ne, ſi facies (ut ſæpe) decora,
Molli fulta pede eſt, emptorem inducat hiantem,
Quod pulchræ clunes, breue quod caput, ardua ceruix.
Hoc illi rectè: ne corporis optima Lynceis
Contemplere oculis, Hypſea cœcior, illa,
Quæ mala ſunt, ſpectes. ô crus, ô brachia: uerùm
Depygis, naſuta, breui latere, ac pede longo eſt.
MATRONAE, pręter faciẽ, nil cernere poſsis,
Cætera, ni Catia eſt, demiſſa ueſte tegentis.
Si interdicta petes, uallo circundata (nam te
Hoc facit inſanũ) multæ tibi tũ officient res:
Cuſtodes, lectica, ciniflones, paraſitæ,
Ad talos ſtola demiſſa, & circundata palla:
Plurima, quæ inuideãt purè apparere tibi rẽ.
Altera nil obſtat: Cois tibi pænè uidere eſt
Vt nudã. NE CRVRE malo, ne ſit pede turpi,
Metiri poſsis oculo latus. an tibi mauis
Inſidias fieri, precium'q; auellier, antè

appetantur, ſed & in ipſis ſi quis propenſior fuerit, infamatur, ut *Salluſtius Criſpus.* Quã res] *In antiquioribus, Quâ res inuenio, ut ſit ſenſus: In quantum res. Deeſt tenus, ac ſi diceret eatenus. Ex ſequẽtibus enim hoc intelligimus, Quã res, quâ ratio, quatenus res, quatenus ratio, ut hic ſi uellet iungamus, ut ſit: Si hic uellet bonus uideri i. Salluſtius ſi uellet ea ratione, qua modeſtè uti licet, largus atq; benignus eſſe, daret quãtum ſatis eſſet, & quantum ipſa res flagitaret.* Verum hoc ſe amplectitur uno] *Hoc ſibi ſolo blanditur, id eſt, amore libertinarum.* Vt quõdã Marſæus, amator Originis] *Ordo: Vt quondam, inquit, Marſæus amauit mimam quandam Originem nomine, in quam patrimonium ſuum expendit.* Vnde] *Ex quo amore maiorem patieris infamiã, quã profuſionem, nam meretricibus uti conceditur, non amare.* Fama malum grauius] *Fama, id eſt, opinio tua. Vnde fama malum trahit, quod grauius eſt, quam rei familiaris.* An tibi abundè] *Zeugma ab inferiori, euitare, id eſt, non ſufficit tibi euitare perſonam, niſi illud uitaueris, quod ubiq; obeſt. Non enim tantummodò obeſt tibi, ſi amas matronam, ſed etiam ſi meretricem.* Bonam deperdere famam] *Et in matrona, & in libertina, & in meretrice. Hoc ex ſua perſona dicit Horat. intelligi uolẽs, ex nimio matronarum, aut meretricum amore uexarè quidem cenſum, ſed multò grauiora damna famæ accedere.* Oblimare] *Deterrere, conſumere, tractum à lima qua fabri utuntur, aut certè à limo, ut ſit obducere, ut dicimus quædam limo obducta periiſſe.* Quid inter Eſt] *Negat intereſſe quicquã, utrum quis in matrona, an in ancilla, an etiã in adultera delinquat. Secutus opinionẽ Stoicorũ, q omnia peccata paria eſſe dicũt, neque enim rei admiſſæ quantitatem, ſed admittentis uoluntatẽ ſpectant.* Pecces'ue togata] *Matronæ, quæ à maritis ob adulteriũ repudiabantur, togam accipiebant, ſublata ſtola propter ignominiam. Toga autẽ meretrici apta, ita enim proſtare ſolebant cum pullis togis, ut diſcernerentur à matronis. Et ideò qui adulterij damnatæ fuerant, hac ueſte utebantur. Aliter, Togatæ dicebantur in publicum procedere fœminæ adulterij admiſſi cauſa. Alij togatam dicunt libertinam, quia antea libertinæ toga utebantur.* Villius in Fauſta] *Pro eo quod eſt, in matrimonio Fauſtæ. Semper incerta pro certis. Nam Fauſta Syllæ filia*

Tito Annio Miloni nupta fuit, ut ſuprà expoſuit. Alibi:

» Me dulcis dominæ Muſa Li-
cinia,

Pro Terentiæ. Et,

» Malthinus tunicis demiſsis
ambulat,

Pro Mecœnas. Et hic: Villius in Fauſta, id eſt, Annius in Fauſta, eodem numero ſyllabarum commutationem nominum fecit. Syllæ gener] Non uerè gener, ſed quia filiam Syllæ ſtuprauit, ita frequenter ut ipſe gener eſſe uideretur. Nam Longarenum habuit maritum. Hoc miſer uno Nomine deceptus] Quoniam nobilis filiam affectauit uxorem: Vel hac re, quòd dicebatur matronas appetere. Deceptus, quia amator decipitur nobilitate dilectæ, qui putat hoc ſe minus peccare, quod nobilẽ ſtupret. Vel deceptus, quòd filia Syllæ eſſet hominis potentis, & clari, ſperans talis uiri filiam caſtam fore uicturam, nec unquam poſſe peccare. Fauſta dicebatur filia Syllæ, hanc cùm Villius impetraſſet uxorem forte Longarenus adulter domi eiuſdem puellæ erat. Ita Villius colliſus eſt plagis, & nihilominus eam poſtea tenuit apud ſe propter nobilitatem. Annius Milo maritus fuit Fauſtæ, Cornelij Syllæ filiæ, qui rediens à cœna, à familia Longareni adulteri uxoris ſuæ, ante ædes ſuas, ne adulterium deprehenderet, pugnis cæſus eſt, & ferro petitus. Excluſus fore] A' familia Longareni mœchi. Et notandum fore numero ſingulari. Teren. in Adelph.

» Quid'nam concrepuit fores?

Item Cicero pro Cornelio, Aperuit forem ſcalarum: ſed ex uerbis accuſatoris ridentur, ut in Flacciana, ſtrangulauit poſuit. Huic]

Quam mercem oſtendi? leporem uenator ut
alta
In niue ſectetur, poſitum ſic tangere nolit,
Cantat, & apponit: meus eſt amor huic ſimi-
lis, nam
Tranſuolat in medio poſita, & fugientia ca-
ptat.
Hiſce'ne uerſiculis ſperas tibi poſſe dolores,
Atq; æſtus, curaſq; graueis è pectore pelli?
Non'ne cupidinibus ſtatuit natura modum,
quem,
Quid latura ſibi, quid ſit dolitura negatum,
Quærere plus prodeſt? & inane abſcindere
ſoldo?
NVM, tibi cũ fauces urit ſitis, aurea quęris
Pocula? NVM eſuriens faſtidis omnia, pręter
Pauonem, rhombum'q;? tument tibi cum in-
guina, NVM, ſi
Ancilla, aut uerna eſt pręſto puer, impetus in
quem
Continuò fiat, malis tentigine rumpi?
NON ego: namq; parabilem amo Venerem,
facilem'q;.
Illam, pòſt paulò, ſed pluris, ſi exierit uir:
Gallis hanc, Philodemus ait, ſibi, quæ neque
magno
Stet precio, neque cunctetur, cùm eſt iuſſa,
uenire.
Candida, recta'q; ſit, munda hactenus, ut ne-
que longa,
Nec magis alba uelit, quã det natura, uideri.
HAEC ubi ſuppoſuit dextro corpus mihi
læuum,
Ilia & Aegeria eſt: do nomen quodlibet illi.
Nec uereor, ne, dum futuo, uir rure recurrat,
Ianua frangatur, latret canis: undiq; magno
Pulſa dom⁹ ſtrepitu reſonet: uel pallida lecto
Deſiliat mulier, miſeram ſe conſcia clamet:
Cruribus, hæc metuat: doti depr enſa: ego-
met mî:
DISCINCTA tunica fugiendum eſt, ac pe
de nudo:
NE NVMMI pereant, aut pyga, aut deni-
que fama.
DEPRENDI miſerum eſt, Fabio uel iudice
uincam.

re, percipere. Quàm ex re decerpere fructus] Plus mali accipit qui amat nobilem, ſi fuerit deprehenſus: quàm fructus, ſi impetrauerit. Nec magis huic] Id eſt, nobili. Oſtendit non diuitijs fieri pulchritudinẽ, ſed natura. Et ſermonem ſuum conuertit ad puerũ Cherintum pulcherrimum hoc tempore. Id eſt, nec magis erat tuum femur ô Cherinte tenerum, aut crus rectum, ſi inter niueos, uirideſq; lapillos iacueris. Hic autem docet natura, non ornatu pulchras eſſe mulieres. Hic autem Cherintus dicitur illis temporibus fuiſſe proſtibulum pulcherrimum. Proſtibulũ autem dicitur ſcortum. Fuit autẽ hic puer inſignis facie atq; candore. Ordo eſt: Nec femur aut crus eſt magis tenerũ huic, id eſt, nobilis inter niueos & uirides lapillos: quã ô Cherinte hoc ſit tuum, cùm rectius femur atq; etiam melius crus perſæpe togatæ. Virideſq; lapillos] Margaritas, gemmas. Melius] Decentius. Togatæ] Plebeiæ ancillæ. Nec magis inuenis pulchras nobiles, quàm ignobiles. Adde huc] Ad commoda eorum, qui ſimplici contenti ſunt fœmina, quæ nullo lenocinio formatur. Sine fucis geſtat apertè] Sine uelamine ſimulationis, ſine lenocinio, & extraneis ornamentis. Fucus genus eſt herbæ marinæ, unde lana inficitur. Et in Carmin. Horat.

» Neq; amiſſos colores
» Lana refert medicata fuco.
Et Virgil.
» Alba nec Aſſyrio fucatur la-
na ueneno.

Inde etiam corruptæ merces, fucatæ uocantur. Et pro dolis & fraudibus. Terent. in Eunucho,

» Fucum factum mulieri.

Neq; ſi quid honeſti]. i. pulchri ut (poëta.

Id eſt, Villio, ſi animus loqueretur ex uerbis mutonis. Muto autem dicitur membrum uirile, ut Lucilius in 8. lib.

» Læſo iam lachrymas mutoni abſterget amica.

Magno prognatum depoſco conſule] De ſtirpe Magni conſulis oriundam. Velatum'q; ſtola] Propriè toga mulieris ſtola dicitur. Et notandum in hoc uerſu, quod toga & ſtola communem ſyllabam fecerint. At quantò meliora monet] Id eſt, quantò meliora monet natura tuis ſenſibus, quia abundat neceſſarijs. His, ſcilicet, quæ uſus exigit. Abundat autem ſi ſis bonus diſpenſator, id eſt, ſi tu his rectè uſus fueris. Diues opis natura ſuæ] Id eſt, quæ natura proprijs opibus abundat, quoniam quantum eſt in ipſa, non denegat uoluptatem ſimpliciter acquiſitam. Modò] Tantummodo. Rectè Diſpenſare uelis] Id eſt, ſi cum ratione uelis erogare & uiuere. Ac non fugienda petendis immiſcere] Id eſt, ſi non uelis immiſcere ea, quæ debes fugere, uel petere. Tuo uitio, rerum'ne] Tu putas nihil intereſſe, utrum tuo uitio labores, an naturæ? Noſtro uitio laboramus, ſi dolemus cum deſit Phaſianus: rerum natura laboramus, ſi dolemus, cùm deſit panis. Alij dicunt uitio noſtro laboramus matronam concupiſcentes: rerum uitio, ſi uſus fœminæ non adeſt. Vnde] A' quibus, ut: Genus unde Latinum. Non eſt autem loci, ſed perſonæ. Haurire] Acquirere.

» Et quocunq; Deus circũ caput egit honeſtum.

Matronæ inquit, ſi quid honeſti habent, id ſolùm, oſtentant: quod turpe eſt, magnopere occultant. Non ita fit in meretricibus, quæ aliquando & pulchriores ſunt. Iactat, habet'q; palàm] Vt diuites matronæ faciunt. Regibus hic mos eſt] Reges quando emunt equos, operiunt eos ne pulchritudine inducti, aut clunium, aut faciei, emant equũ, pedibus mollioribus. Hoc ergo dicit, unumquenq; debere idem facere circa contemplationem mulieris, ut magis utilitatem, quàm ſpeciem formæ eius ſectetur aut natalium. Ne ſi facies] Ordo eſt: Ne ſi facies decora, fulta eſt molli pede, inducat hiantem emptorem, quia hiantes in bona non cernimus uitioſa. Inducat] Decipiat. Hiantem] Cupientem. Quòd pulchræ clunes] Clunes dixit fœminino genere, ſed Iuuen. Hic clunis dixit, quod tenemus. Corporis optima] Pulcherrima in mulieribus. Lynceis contemplere oculis] Lynceus quidam tantam uim in acumine oculorũ dicitur habuiſſe, ut trans parietem uideret, & dum ſtaret in Sicilia, uideret claſſes de Africa exeuntes. Senſus eſt: Noli, inquit, nimium acutè eligendo quæ bona ſunt, in ea quæ contraria ſunt, cæcus eſſe. Hoc eſt, Debes in utraq; parte iudicium habere. Hypſæa cæcior] Matrona fuit quædam eo tempore uitioſis oculis. O' crus] Neſcio cur laudas crus & brachia, ſed habet uitia inter

tia inter nates, & potes eam contemnere. O' brachia] *Quaſi hæc habere dicat ſpectator, plebeiam neſcio quam.* Depygis] *Id eſt, ſine natibus. Pyga enim eſt pars corporis poſterior, aut certè cũ magnis natibus, ut De hîc ualde intelligatur. Pygas autem Græcè dixit.* Breui latere] *Deforme eſt in fœminis ſurcam latere habere maiorem.* Matronæ præter faciem] *Præter faciem, inquit, nihil cernere matronæ poſsis, reliquæ enim corporis partes ueſte celantur: niſi forte Catiæ ſimilis eſt, quæ neglecto pudore propter pulchritudinem crurum, elata ueſte utebatur. Hæc autem adeò uilis fuit, ut in æde Veneris theatri Pompeiani adulterium committeret.* Si interdicta petes] *Si honeſtæ fœminæ, quam compellere nõ licet, concubitus appetes. Interdicta autem prohibita.* Vallo circundata] *Cuſtodijs munita, circundata ſatellitibus, ἀλλανορεῖν. Vel Vallo, id eſt, ornatu ueſtium.* Inſanum] *Pronum ad libidinem. Semper enim ibi plus incendimur, quò difficilius peruenimus.* Lectica] *Quoddam uehiculum, quod trahitur à mulis & equis.* Ciniflones] *Ciniflones & cinerarij eadem ſignificatione apud ueteres habebantur ab officio calamiſtrorum, id eſt, ueruum in cinere calefaciendorum, quibus matronæ capillos criſpabant, cuius rei & Virg. meminit dicens:*

„ *Crines Vibratos calido ferro.*

Dicti autem Ciniflones ab eo, quòd in cinerem flant ad ferrum calefaciendum, quos cinerarios appellant. Palla] *Pro peripodio poſuit, quod dicunt tunico pallium.* Inuidebant] *Obſtabant.* Altera nil obſtat Cois] *Altera, inquit, quæ proſtat, prælucida utitur ueſte, ita ut nuda conſpici poſsit. Hæc autem ueſtis in Cô inſula conficitur, per cuius nimiam ſubtilitatem, quæ ſunt interiora tranſlucent.* Pene uidere eſt ut nudam] *Propè ita potes eam uidere, ut nudam. Senſus eſt: Paupercula induta eſt Coa ueſte ſubtiliſsima, & ideò potes eam totam uidere, brachia, tibias & pedes, ueluti nuda ſit.* Leporem uenator, ut alta in niue ſectetur] *Inducit quaſi canticum amatoris matronæ. Eſt autem canticum hoc: Venator perſequitur leporem, ut capiat, & captum contemnat. Amor meus eſt huic ſimilis, abſentia & difficilia deſiderat, & parata contemnit.* Poſitum] *Id eſt, appoſitum in conuiuio, ad comedendum paratum.* Apponit] *Addit ad cantum: uel ſocijs apponit ad comedendum.* Hiſcêne uerſiculis] *Quos cantare amatorem dixit, quibus uenatori amorem ſuum comparat.*

Curaſq́ graues] *Quas patiuntur, qui matronas amant.* Non'ne cupidinibus] *Non'ne ſatiùs eſt quærere, quẽ cupiditatibus finem natura ſtatuerit, quid tollerare poſsit ſi denegetur, quid denegatum ſuſtinere non poſsit? Multum tibi prodeſt quærere, quid doleat natura, uel ferat.* Ordo eſt: Non'ne quærere plus proderit, quid negatum ſibi natura ſit latura, & quid dolitura. Inane] *Inutile.* Abſcindere] *Diſcernere.* Soldo] *Vtili. Et eſt figura, detractio, Soldo, pro ſolido. Id eſt, utilia ab inutili ſeparare. Solidum eſt manducare panem, inane aũt phaſianum.* Num tibi cum fauces] *Simile argumentum.* Tument] *Libidine inflammantur.* Tentigine] *Libidine, quod uenas tendat diſtenſione nerui.* Non ego] *i. nolo ego rumpi tentigine, i. extẽſione, ſed in præſentem Venerem ruere.* Parabilem amo Venerem facilemq́] *Facilem propter utilitatem ſine dilatione. Parabilem precio uiliorem. Et hi uerſus ex Græco tranſlati ſunt.* Illam poſt paulò] *i. Illã, quæ dixit, ueni ſi exierit uir.* Sed pluris] *Precij maioris, quia difficilia, cariora ſunt.* Gallis hanc Philodemus ait] *Gallis qui aut proniores ſunt in Venerem, aut multum donant. Ordo eſt: Illã pòſt paulò, quæ dicit, ueni ſi exierit uir. Philodemus dixit, Gallis relinqua. Philodemus autem quidam Philoſophus fuit Phyſicus, qui Gallos multum donare mulieribus dixit, aut quaſi diuites, aut quaſi in libidinem proniores. Alij dicunt Epicureum fuiſſe, qui cũ multa de eadem ſecta ſcripſiſſet, dicens de muliere difficili ait: Gallis hæc danda eſt mätris Deûm, qui concumbere non poſſunt.* Candida] *Sine uitio corporis. Hæc ſententia Horatij eſt: Ne deprehenſus aut pecunia ſe redimat, aut ab adultero ad reddendã contumeliam conſtupretur, aut certè manifeſtus adulterij reus cum ad iudicium productus ſit condemnatus fiat infamis.* Hactenus] *In tantum.* Nec magis alba uelit, quàm dat natura uideri] *Vt nolit ſe illecebroſis fucis ornare.* Ilia & Egeria eſt] *Iſtiuſmodi mulier, cùm mecum iniecit, do nomen illi Iliæ & Egeriæ, quæ ſpecioſiſsimæ fuerunt.* Væ pallida] *Quidam putant uæ pallida unam partem orationis eſſe, quomodo uæſana, ſed magis diuidendum eſt, ut Væ interiectio ſit fœminæ timentis, aut perturbatæ.* Deſiliat mulier] *Mirè oſtendit ab ipſa fugam eſſe faciendam.* Conſcia] *Ancilla conciliatrix.* Cruribus hæc metuat] *Propter tormenta.* Doti deprehenſa] *Quia antea adulteræ dotem tãtummodo perdebant.* Diſcincta tunica] *Quia omnes apud antiquos toga ſe cingebant: aut quia omnes antea militabant: aut quia cingebãt ſeſe ſub arma ſitum, & ita procedebant omnes.* Ne nummi pereant] *Quibus adulteri redimebant adulterium.* Fabio uel iudice uincam] *Satis urbanè ſignificat Fabium pro adultero iudicaturum, ſi iudex in hanc rem conſtituatur, qui harum rerum & ſectator ſit, tamen miſerum eſſe deprehendi, & probè ait: nam ſi iſtum qui eſt adulter interrogem, de qualitate adulterij, reſpondebit malum eſſe, & probari poterit, quod non expedit adulterari.*

PORPHYR. } Ambubaiarum collegia] *Tigellius Hermogenes muſicæ artis ſciẽtia præditus, C. Cæſari dictatori fuit familiaris, poſtea Cleopatræ, quia dulciter cantabat, & iocabatur urbanè. Auguſto quoq; ita placuit, ut inter familiares ac domeſticos haberetur. Erat autem largitor adeò, ut omnibus muſicis, & circulatoribus multa donaret. Et ideò morte eius triſtes eos ait factos eſſe. Porrò autem cauſam inſectandi hominis, non mediocris ingenij, habuit Horatius quod carmina eius parum ſcitè modulata eſſe dicebat. Ambubaiæ autem ſunt mulieres uagæ, ac uiles, quibus nomen hoc, caſu uanorum & ebrietate balbutientium uerborum uidetur eſſe inditum. Nonnulli tamen Ambubaias tibicines. Syra lingua putant dici.* Balatrones] *Balatrones à blatiu, & uaniloquentia dicuntur. Colligit autem hac Satyra ferè homines, dum uitia uitent, in contraria uitia recidere.* Hunc ſi percontêris] *Si interrogaueris illum, inquit, cur maiorum ſuorum mores uitans, pecuniam deuoret, reſpondebit nolle ſe uideri ſordidi, puſilliq; animi, & erunt qui eum laudent, alij qui uituperent.* Conductis nummis] *Conductis nũmis fœnore ſumptis, eleganter dixit. Sicut conducti opere dicuntur ij, quibus merces ob opus præſtatur.* Fufidius uappæ famam timet] *Id eſt, timet niſi acriter uſuras exegerit, Vappa uocetur.* Ac nebulonis] *Nebulo dicitur, uilis ac nugatorius.* Quinas hic capiti mercedes exigit] *Mercedes pro uſuris dixit, ſecundùm illud ſuperius, conductis nummis. Exigit autem capiti, ad illud pertinet, quòd auari fœneratores, cũ dant uſurariam pecuniam primi menſis, uſuras capitis ipſius ſortis ſtatim auocabant, hoc eſt, ergo exigit.* Quanto perditior quiſq; eſt, tanto acrius urget] *Ac tantò, inquit, grauioribus uſuris onerat unumquenq;, quantò intellexerit eum negligentiùs res ſuas agere.* Nomina ſectatur] *Dicit eum tam præcipitem eſſe auaritia, ut non dubitet etiam filijs familiãs cum periculo exigendo pecunias credere, dũmodo creditori ſuo graues uſuras imponat.* Pro quæſtu ſumptum facit hic] *Hoc κατ' ἀντίφρασιν dicitur, cuius ſenſus eſt: Sed putat forſan aliquis pro modo quæſtus ſibi eum indulgere, cui hæc reſpondet.* Pater ille Terenti] *Notus eſt apud Terentium Menedemus ille ſenex, qui de ſe pœnas exigit, quod filium à ſe per duritiam ſuam fugauerit.* Malthinus tunicis demiſsis ambulat] *Sub Malthini nomine quidam Mecænatem ſuſpicantur ſignificare, ab re tamen finxit. μαλθακὸς enim, quaſi μαλακὸς dicitur. Porrò autem tunicis demiſsis ambulare, eorum eſt, qui ſe molles ac delicatos haberi uelint.* Paſtillos Rufillus olet] *Hæc quoq; ad immoderatam, intemperatamq́; uoluptatẽ pertinent. Alij quippe munditias plus iuſto affectant, alij nullam corporis ſui habent curam.* Sunt qui nolint tetigiſſe] *Matronas ſignificat. Hæc enim ſtola utuntur ad imos pedes demiſſa. Cuius imam partem ambit inſtita aſſuta.* Quidã notus homo, cũ exiret fornice] *M. Cato ille Cenſorinus, cùm uidiſſet hominẽ honeſtum ex fornice exeuntem laudauit, exiſtimans libidinem compeſcendã eſſe ſine crimine.* Macte] *Magis auctè, i. cumulatè ſignificat.* Nolim laudarier inquit, Sic me] *Cupennius Libo Cumanus, Auguſti familiaritate clarus, corporis ſui diligẽtiſsimus, ſectator matronarum concubitus. Albi aũt non pro candido uidetur mihi dixiſſe, cùm utiq; poſsint, & uulgares mulieres, etiam meretrices candidæ eſſe, ſed ad ueſtem albam,*

quæ ma-

quæ matronæ maximè utuntur, relatum eſt. Audire eſt operæpretium procedere rectè] *Vrbanè abutitur Ennianis uerſibus.*

„ *Audire eſt operæprecium, procedere rectè,*
„ *Qui rem Romanam, Latiumq́ augeſcere uultis.*

Sed ille urbanius, quod cùm Ennius uultis dixerit, hic, non uultis, intulerit. Velis tuis multo corrupta dolore uoluptas, Atq; hæc rara cadat] *Meritò hoc dicitur, cùm adulteris rarò contingat concubitus earum, quas ſectantur, & ipſo metu periculi non ſinceram inde uoluptatem percipiant.* Ille flagellis Ad mortem cæſus] *Hoc de C. Salluſtio dicit, qui deprehẽſus ab Annio Milone in adulterio Fauſtæ, Syllæ filiæ, uxoris eius, cæſus eſt.* Dedit pro corpore nummos] *Ne teſtes ei abſcinderentur, pœnam pecunia redemit.* Hunc perminxerunt calones] *Perminxerunt, pro ſtuprauerunt poſitum eſt. Calones aũt ſerui dicuntur à calando. Et hoc eſt, quòd uocent ad miniſterium. Nonnulli à Calendis putant, quod eo die cibaria accipiant.* Quin etiam illud Accidit] *In adulterio deprehenſis interdũ eueniſſe, ut uirilibus amputatis dimitterentur.* Iure omnes, Galba negabat] *Subaudiendum hîc extrinſecus, Iure omnes, factum dicebant. Galba aũt negabat. Amare aũt Seruium Galbam Iuriſconſultum perſtrinxit, quaſi contrà manifeſtum ius pro adulteris reſponderet, quia & ipſe adulter eſſet.* Tutior at quanto merx eſt] *Ait quidem multo tutiùs eſſe, libertinæ cõditionis ſectari mulieres, quas tamen, ſi cupidius quis appetat, ut Salluſt. Criſpus, infamiam corruptorum morum incidere.* Dare, quantum ſatis eſt] *Hoc eſt, quantũ permittitur Salluſtio modeſtiæ temperamento largiri.* Vt quondã Marſæus amator Originis ille] *Mima quædam nomine Origo fuit iiſdem temporibus, in quam Marſæus patrimonium ſuum impendit.* Vnde fama malũ grauius] *Hoc ex perſona ſua Horat. dixit, intelligi uolens ex nimio mimarũ, aut meretricũ amore, uexari quidẽ cenſum, ſed multò grauiora dãna famæ accidere.* An tibi abundè Perſonam ſatis eſt, nõ illud quicquid ubiq; officit, euitare] *Ait non ſatis eſſe perſonam matronæ euitare, niſi etiã illud quicqd nocet atq; officit, euites.* Rem patris oblimare] *Oblimare, conterere ſignificat, ut quæ à fabris limantur.* Quid intereſt in matrona] *Negat intereſſe quicquã, utrũ quis in matrona, an in ancilla, an etiã in adultera delinquit. Secutus opinionẽ Stoicorũ, qui omnia peccata paria eſſe dicũt, nec rei admiſſæ quantitatem, ſed admittentis uoluntatẽ ſpectant. Togatæ aũt in publicum, procedere cogebantur fœminæ adulterij admiſſi conuictæ.* Villius in Fauſta] *Villius pro Annio dixit: Annius autem Milo, maritus fuit Fauſtæ, Cornelij Syllæ filiæ, qui à familia Longareni rediens à cœna, ante ædes ſuas, ne adulterũ deprehenderet, pugnis cæſus eſt, & ferro petitus, quẽ ait nulla alia re in hãc iniuriam ac contumeliã incidiſſe, quàm quod magnæ nobilitatis uxorem habere affectauerit.* Huic ſi mutonis uerbis] *Mutonem pro uirili membro dixit, Lucilium imitatus, etenim ille in 4. ſic ait,*

„ *Læſo iam lachrymas mutoni abſterget amica.*

At quantò meliora monet] *Quantò meliora monet, quã tu, quæ natura æſtimat.* Diues opis natura ſuæ] *Bene dicta diues opis natura ſuæ, quoniam quantum eſt in ipſa, non denegat uoluptatem ſimpliciter quæſitam.* Tuo uitio rerum'ne] *Tuo uitio laboras, ſi matronam concupiſcas: rerum autem, ſi fœminam.* O' Charinthe] *Charinthus nomine proſtitutus dicitur fuiſſe, inſigni ſpecie atque candore.* Adde huc, quod mercem ſine fucis &c] *Adijce huc, inquit, ad commoda eorum, qui ſimpliciter meretricum concubitu contenti ſunt, quòd nullo lenocinio tecta ac fucata corpora in uſu habent, nudaq́ cõſpiciunt. Matronæ aũt ſi quid formoſi habẽt, id ſolùm oſtendunt: quod reprehenſibile eſt, magnopere occultant.* Regibus hic mos eſt, ubi equos mercãtur, apertos Inſpiciunt] *Reges equos ſi emunt apertos cõſiderant, ne ſi ſpecies eorum mollicies ungularum deſtitueret, capti pulchritudine inutiles equos mercarentur. Hoc igitur dicit unumquenq; debere facere circa contemplationem mulieris, ut magis utilitatem, quàm ſpeciem formæ eius, aut nataliũ ſectetur.* Hypſeæ cæcior] *Placia Hypſea uitioſos oculos habuiſſe dicitur, quàm hic amarè in tranſitu percuſſit.* Matronæ præter faciem] *Præter faciem nihil cernere matronæ poſſis. Reliquæ enim corporis partes ueſte teguntur, niſi fortè Catiæ ſimilis eſt, quæ ob pulchritudinem crurum pudore neglecto, alta ueſte utebatur. Hæc adeò uilis fuit, ut in æde Veneris theatri Pompeiani adulterium Valerio ac Siculo colono tribuno plebis, obducto uelo admiſerit.* Si interdicta petes, uallo circumdata] *Si honeſtæ fœminæ, quàm compellere non licet, propter quod maximè incideris, concubitus appetes, multa ſunt quæ te impediunt, quò minus perſpicere poſſis, qualis ſit, quam conſpicis. Vallo aũt circumdata, allegoricôs dicitur, quod eſt cuſtodijs ſepta ac præmunita.* Ciniflones] *Ciniflones & cinerarij in eadem ſignificatione apud ueteres dicebantur, ab officio calamiſtrorum in cinere calefaciendorum, quib. matronæ capillos criſpabant, cuius rei & Virgil. meminit:*

„ *——Crines*
„ *Vibratos calido ferro, myrrhaq́ madentes.*

Plurima, quæ inuideant purè apparere tibi rem] *Hoc eſt, & alia plurima, quæ non patiantur tibi corpus eius apparere.* Altera nil obſtat Cois tibi] *Altera, inquit, quæ proſtat, lucida ueſte utitur, uelut nuda conſpici poſſit. Hæc autem ueſtis in Cô inſula conficitur. per quam ob nimiam ſubtilitatem, quæ intra ſunt translucent.* Leporem uenator, ut alta In niue ſectetur, poſitum ſic tangere nolit] *Quemadmodum uenator fugientem leporem capere, appoſitum autem in cœna non uult tangere, hac ſpe matronem appetere ait, quia non ſit licitus ac facilis eius complexus, meretrices autem faſtidire, quia copia earum ſit in promptu.* Cantat & apponit, meus eſt amor huic ſimilis] *Amator, inquit, matronæ hoc cantat.* Tranſuolat in medio] *Licitam Venerem tranſcendit ac faſtidit.* Hiſce'ne uerſiculis] *His uerſiculis, quia cantare eum dixit, quibus uenatori amorem ſuum comparat.* Non'ne cupidinibus ſtatuit natura modum] *Non'ne ſatiùs eſt, inquit, quærere, quem finem cupiditatibus natura ſtatuerit, quid tollerare poſſit, ſi denegetur? quid denegatam ſuſtineri non poſſit, quærere magis prodeſt. Negari autem ſibi homo prudens ea non ægrè fert, ſine quibus famẽ ac ſitim, frigusq́ ſummoueat.* Et inane abſcindere ſoldo] *Allegoricôs, & inutilia aut uana ab utilibus ac neceſſarijs recidere ac ſeparare.* Num tibi cum fauces urit ſitis] *Eleganter ac probabiliter inferuntur. Ait enim, ſicut qui famem ac ſitim ſedare cupiat, uaſorum quibus hæc inferuntur, delectum non habet: ita rei Venereæ rationem eſſe, ſi quis rerum neceſſitatẽ non ex delitijs, aut praua perſuaſione uelit noſſe.* Non ego] *Quod ad me pertinet, inquit, ego certè non faciam, ut malim tentigine rumpi, quàm ubi libet neceſſitatem libidinis effundere, nam & illam malo, quā publicè potiri poſſim.* Illam poſt paulò] *Hæc diſtinguenda ſunt, ut ſingula legantur. Ita enim demum ſignificabantur uerba eius, quæ re magno uendit, & differendo amatorem ſui cupidiorem faciat. Gallis autem has ait aptiores eſſe, quia Philodemus Epicureus, cuius ſenſum tranſtulit, relegat tales ad Gallos, quia magno adulteria mercãtur, uel propter diuitias, uel quòd incenſioris libidinis ſint.* Vt neq; longa] *Hoc eſt, quæ ſimpliciter agat, nec proceritatem ſibi ſtaturæ, aut fucis colorem mẽtiatur.* Dextro corpus mihi læuum] *Hoc eſt, quod Lucilius ait in quinto: Et cruribus crura dilaxat.* Do nomen quodlibet illi] *Elegãter fingo mihi in tenebris meretricem illam aliquam eſſe de nobilibus, per quod ſignificat nõ intereſſe quæ ſit, cùm eam non uideas, uel cum omnium eadem corporis natura ſit.* Væ pallida lecto Deſiliat] *Quidam putauerũt,* uæ pallida *nunc unam partem orationis eſſe: ut,*

„ *Væ grandi ſubere coctum,*

Quod ait Perſius Flaccus, ut ſignificet ualde pallida: ſed mihi uidetur imitatiuo charactere dictum, ut illa perturbata mariti aduentu hanc lamentationis uocem proferat. Miſeram ſe conſcia clamet] *Ancilla ſcilicet, quæ conſcia ſit dominæ, in hoc adulterij facinore.* Diſcincta tunica] Ε*ναργῶς, hoc eſt, ocioſè expreſſa perturbatio adulteri, de ipſo lecto ſubitò fugientis.* Ne nummi pereant] *Ne deprehenſus, aut pecunia redimat, aut ab adultero inferenda contumelia ſtupretur, aut certè manifeſtus adulterij reus, cùm ad iudicium profectus, ſit condemnatus, infamis fiat.* Deprehendi miſerum eſt] *Satis urbanè. Si, inquit, Fabius pro adultero iudicaturus iudex in hanc rem conſtituatur, qui harum rerum ſit ipſe ſectator, malum eſſe deprehendi cenſebit.*

CHRIST. LAND. } Ambubaiarum collegia pharmacopolæ] *Non parum profecerit poëta, ſi pernitioſiſſimum omnium*

nium uitiorum auaritiã ita inſectatus ſit, ut illam ex humanis mentibus extirpârit. In præſenti autem Satyra cum procul à grauitate uiri omninò leuitas ſit & inconſtantia. Indeq́ multa mala, prouemiant humanæ uitæ, hanc quoq; abominandam aggreditur. Verùm ut hominis mos eſt, ita ſeriò tractat, ut urbanitate quoq; illa aſpergat, & aculeos inuectiuæ ita occultet, ut niſi poſt quam intra uiſcera recepti ſunt minimè aduertantur. Sunt ergo ſummopere uituperandi, qui ab extremo ad extremum ita rapiuntur, ut nullam mediocritatis rationem habeant. Orditur autem à morte Tygilli, ut commodè rem aggrediatur. Ambubaiarum] Ambubaiæ (ut ait Acron) ſunt tibia, uel lyra canentes, cum Syriorum lingua tibia Ambubaia nominetur. Vel ſunt Ambubaiæ muſicorum collegia, quia circa Baias uerſantur. Porphyrion autem ait Ambubaias mulieres eſſe uagas atq; uiles, quibus hoc nomen ſit cauſa uanorũ, & ebrietate balbutientium uerborum. Quod ſi ſit, uideretur dictũ nomen per onomatopœiam. Nam temulenti hoc pacto balbutiunt. Pharmacopolæ] Qui unguenta uendunt. Pharmacon enim unguentum eſt πωλεῖν uendo. Mendici] Differt mendicus à paupere. Par enim à paruo dicitur, quia parum illi eſt. Mendicus uerò cui minus ſit, quàm dicat, id eſt, nihil habeat. Sed hic paraſitos uidetur intelligere, qui alienum cibum mendicant. Mimæ] Hiſtriones. Balatrones] A' uaniloquentia, id eſt, à balatu. Sunt enim uani homines. Vel dicti à Seruilio Balatrone homine luxuria perdito, & profuſore. De quo alibi meminit. Vel quia bona ſua lacerant, & in baratrum demittunt, id eſt, in uentrem demergunt. Vel à Balatu ouium, quia cibum ſectantur. Mæſtum] De præterito. Sollicitum] De futuro. Tygilli] M. Hermogenes Tygillus muſicus fuit, & acceptus Cæſari dictatori prius, inde Antonio & Cleopatræ. Et (ut ait Porphyrion) etiam inter Octauiani familiares habitus fuit, uir adeò prodigus, ut uniuerſum patrimonium huiuſcemodi hominibus diſtribuerit. Benignus] Imò prodigus, ſed ijs quibus donabat liberalis uidebatur. Contrà hic] Scilicet, alius ne prodigus habeatur, auariſsimus efficitur, neq; amico inopi tantum impartiri uult, ut poſsit frigus, famemq́; propellere, quod eſſet non prodigi, ſed liberalis. Rem aui atq;] Patrimonium à maioribus ſibi relictum. Stringat] Quaſi in uentrem congerat. Ingluuie] Voracitate, unde glutones & glutire. Ingrata] Nulli grata. Conductis] Ad fœnus acceptis. Reſpondet] Scilicet interroganti, cur omnia alligurierit, ſcilicet, quod uoluit euitare infamiam auari. Vappæ] De quo dictum eſt, & de nebulone.

Poſitis in fœnore] Collocatis ad uſuram. Quinas mercedes] Quincuplam uſuram. Capitis] Veræ ſummæ, quàm uulgò capitale appellamus. Sed etiam ſortem appellant. Perditus] Fœneratores libentiùs credunt ijs, qui perditis moribus ſunt, quoniam maiorem uſuram præſtant. Sectatur nomina] Mercatorum in libris nomina ſunt: cùm ſcribuntur data & accepta, in quibus creditoris, & debitoris nomen ſcribitur, partitas noſtri uocant. Iuuen.

„ Qui uenit ad dubium grandi cum codice nomen.

Sectatur nomina tyronum] Sententia eſt quod fœneratores diligẽter inueſtigant adoleſcentes, qui flagrantes cupiditatibus non habent pecuniam, qua illas explere queant. Nam parentes ſub quorum poteſtate ſunt, huiuſmodi ſumptus ſubminiſtrare nolunt. Iſti igitur ſumpta ueſte uirili cum iam à pædagogi cuſtodia ſint liberi, accipiunt quocunque fœnore etiam quincuplo pecuniam, quàm in ſuas uoluptates explendas conuertant: At fœneratores ducti cupiditate lucri auidè illis credunt. Tyronum] Quia adhuc in uita degenda, quoniam experientia & prudẽtia carent, tanquam tyrones ſunt. Sub patribus duris] Nam indulgentiores tantùm filijs præbent, ut illis non ſit opus aliunde ſumere. Ergo quis in tanto ſcelere exclamet, proh maximè Iupiter. Ipſe] Perditus adoleſcens. Facit] Exiſtimat, hinc multifacio. Sumptum] Pro quæſtu, id eſt, exiſtimat ſibi lucrum facere cum facit ſumptum.

Hic] E contrariò erit alius qui Menedemum Terentianum imitatur, qui cùm filium ad militiam compuliſſet, uoluit aſsiduo agrum colendo, & nulla ſibi in re parcendo ſe ipſum excruciare. Vnde fabulam ipſam Heautontimorumenon, id eſt, ſeipſum excruciantem appellauit. Quam non ſit amicus ſibi] Cùm aſsiduò ſe maceret. Pater] Scilicet Menedemus.

Terenti] Pro Terentij, id eſt, qui à Terentio poëta inducitur. Fabula] Comœdia. Ordo eſt, ut pater ille Terentij, quem fabula inducit uixiſſe miſerum fugato filio non prius cruciauerit ſe. Atq; hic] Id eſt, quàm hic. Si quis nunc] Interroganti alicui cur tam contrarios, & inter ſe aduerſos mores inducat, reſpondet, ut oſtendat euenire ex hominum ſtultitia, ut dum illi ignari in mediocritate conſiſtere, alterum extremum uitioſum fugiunt, in alterum uitioſum quoque incurrunt. Malchinus] Nomen conueniens, nam μαλακὸς mollem ſignificat. Et qui delicati haberi uolebant, tunicis demiſsis ambulabant, ait Acron. Subductis] Surſum ductis. Sic illud Virgilij:

„ Florens ſe ſubijcit alnus.

Facetus] A' faciendo dicitur, propriè is eſt, qui geſtibus aut uerbis, ita alium imitatur ut ſe illum faciat. Paſtillos] A pane per diminutionem dictos affirmat Pompeius, ut ſit panis ex aliqua admixtione ſuaui, ut ſit olet paſtillos, quia illos uoret, & olet hircum, quia hircinis carnibus utatur. Alij uolũt paſtillos pro unguento eſſe. Et ſic erit paſtillos olet, id eſt, bonos odores, & hircum, id eſt, tetrum odorem, qualem emittunt hirci, ut alibi:

„ Pubet hircus in alis.

Sunt] Aliud extremum, cùm ſint qui nolint tangere, niſi matronas. Alij non niſi proſtibulas. Inſtita] Faſciola eſt, quæ extremitatem ueſtis ambiebat. Matronæ enim ſtola ad pedes uſque demiſſa utuntur, cuius imam partem ambit inſtita. Subſuta] Quia togæ ſubſuebatur. Ergo hic nullam niſi matronam tangere uult. Stantem] Præſtantem, id eſt, publicè ſe exponentem. Notus] Nobilis, Laudauit exeuntem fornice, id eſt, lupanari. Nam meretrices quo tempore theatrales ludi ceſſabant, in locis theatri teſtudinatis proſtabant. Nam fornices ædificiorum teſtudines ſignificant. Ergo erant ſub fornicæ ſcœnarum, unde fornicari, meretricari eſt. Exeunti ergo è fornice applaudebat, quod non ſollicitatis honeſtioribus mulieribus, proſtibula eſſet contentus, in quo imitabatur ſententiam Catonis, qui puerum è proſtibulo exeuntem laudaſſe dicitur, uerum cùm deinde idem ſæpiùs factitantem animaduerteret, ait, laudaui te tanquam huc interuenientem, non autem habitantem. Macte] Magis aucte. Eſt enim dictio quæ laudet ſimul & adhortetur puerum, quem probitate creſcere uideatur. Virgilius:

„ Macte puer uirtute tua.

Permolere] Pro turpi re poſuit, ſed non abſona eſt tranſlatio. Nam cum frumentum demolitur, mola quæ ſuper Catyllum eſt circumuoluitur. Eſt enim Catyllus ſaxum inferius. Mola uerò ſuperiùs. Sic & in patranda re uir mulieri incumbit. Audire operæpretium] Ordo ſit. Operæpretium eſt audire uôs, qui non uultis procedere rectè Mœchis, id eſt, ut uoluptas ipſorum non plena ſit. Ex Ennio urbanè uerſum ſubduxit. Ille enim ait, audire eſt operæpretium procedere.

„ Qui rem Romanam, Latiumq́; augeſcere uultis.

Vt in omni parte laborent] Id eſt, in omni re periculum immineat. Præcipitem tecto] Vt inſequentes effugeret.

Ille flagellis] Sunt qui intelligant de Salluſtio, quem dicunt deprehenſum in adulterio Fauſtæ uxoris Milonis & Filiæ. L. Cornelij Syllæ Fœlicis & ab An. Milone cæſum. Pro corpore] Pro redemptione corporis, id eſt, obſcenæ partis corporis, ſcilicet, ne caſtraretur. Permixerunt] Conſtuprauerunt. Calones] Miniſtri militum homines liberi à calando, id eſt, uocando, quia uocantur ad miniſterium ſecundùm Acronem. Vel à calendis quia eo die cibaria accipiunt ſecundùm Porphyrionem. Lixæ uerò ſerui propriè eorum ſunt. Salacem] Luxurioſum. Nam ſalire dicuntur quadrupedes, dum coëunt, uel quia ex humore ſalſo citatur libido, unde Venus dicta eſt è mari orta. Iure omnes] Omnes dicebãt iure ſactum deprehenſo, et pręcidere caudam licere. Sed Galba iuriſconſultus matronarum erat. Merx] Id eſt, merces. In claſſe ſecunda] Tres enim erãt claſſes, prima matronarum. Secunda libertinarum. Tertia ancillarum. Salluſtius nõ minùs inſanit. Nam cum Salluſtio in ſenatu matronarum adulteria cenſores obijcerẽt, teſtatus eſt ſe non matronarum, ſed libertinarum ſectatorem eſſe. At hic] Sententia eſt, ſi Salluſtius uellet uti munificentia, quatenus

rei

res ſua & ratio ſuaderet, daret quantū ſat eſſet nec eſſet ſibi dāno et dedecori uerū, dum ſat ſibi uidetur, quod non tangat matronā, non uidet quantum libertinus eroget. Origulo] *Hæc pulcherrima meretrix fuit & mima. Itaq; non rectè ſe excuſabat Marſeus, cū diceret, ego non tango matronas, ſed meretrices. Nam dum illis patrimonium erogat, & fundum, domumq́; largitur; maius dedecus contrahit, quàm ſi matronas ſectatus eſſet.* Famæ malum] *Vexatur quidem cenſus, ſed infamia quæ inde prouenit, maius malum eſt. Fuerunt autem eadem ætate tres inſignes meretrices. Cytheris, quam à Gallo poëta amatam, Virg. Lycorim nominat.* Arbuſcula] *De qua Horatius alibi:* Exploſa Arbuſcula dixit: *tertia hæc.* An tibi abundè] *Profectò non abundè ſatis eſt habere exceptionē perſonarum, ut ſcilicet alia in conditione habeas matronam, quam libertinam. Sed oportet uitare quicquid officit in quacunq; perſona ſit. Nam perdere famam, aut rem turpe eſt, ſiue in matrona ſit, ſiue in libertina.* Oblimare] Conſumere, *ut quæ fabris limantur.* Togata] *Quæ à maritis ob adulterium repudiebantur, togam ſublata ſtola propter ignominiam accipere cogebantur. Meretrices enim proſtabant cum toga & ſtolis pullis ut diſcernerentur à matronis. Martialis:*

„ *Coccina famoſæ mittis & Ianthina mœchæ.*
„ *Vis dare quæ meruit munera mitte togam.*
Et alibi:
„ *Sed patris ad tonſi ſpeculum matrisq́; togatæ.*

Villius] *Nomen incertum pro certo poſuit. Nam ut iam dictum eſt. Milo Fauſtæ filiæ Syllæ mulieris adulteriæ maritus fuit. Et à cœna rediens, ante ædes cæſus eſt, à familia Lōgareni adulteri, qui intus cum illa erat, ne illum deprehenderet. Ergo cum nobilem aſſectaſſet uxorem, in hanc ignominiā incidit. Ego potiùs credo Villium & Longarenum duos fuiſſe adulteros, & riuales, & ſic Villiū à riuali cæſum. Nā quod ait Syllæ gener, loquitur ex deſiderio Villij, non quod eſſet gener, ſed eſſe cuperet. Sic Virgil.*

„ *Et gener auxilio Priamo, Phrygibusq́; ferebat.*

Excluſus fore] *Pro foribus poſuit. Nam hoc nomen in plurali tantum ponitur. Tamen Cicero pro Cornelio forem ſcalarum aperuit.* Mutonis] *Membri uirilis. Lucilius,*

„ *Læſo iam lachrymis mutoni extergit amica.*

Mutinum appellauit. Virgil. in Priapea.

„ *Curam pomarij diligens Priape facito*
„ *Rubricato furibus minare mutino.*

Appellant & faſcinum. Item Virgil.

„ *Soles ſacrum reuinctus pampino caput,*
„ *Ruber ſedere cum rubente faſcino.*

Stola] *Quæ matronarum ueſtis eſt.* Conferbuit] *Quia ex accenſione ſanguinis iraſcimur.* Ira] *Nam uidetur iraſci cum arrigitur. Si ergo diceret, Muto ſe contentum eſſe plebeia Venere, quid diceret illi ſectator matronarum? Nempe hoc.* Magno patre nata puella eſt] *Quaſi dicat. Eſt præferenda hæc puella libertinæ, quia eſt nobilis.* Verum natura diues ſuæ opis] *Si ſequimur naturam, & non opinionem, ipſa diues ſuæ opis, id eſt, ſuarum opum, quia ſatis illi eſt, quacunq; muliere ſedare libidinem. Vnde paſſii illam ſedare ſine periculo poſſis. Sed opinio facit ut nobiles quæramus, unde ſequitur inopia & penuria. Igitur natura diuitijs ſuis pollet, ſed opinio nos in paupertatē inducit. Quapropter natura ſuadet meliora, & quæ ſint contraria tuæ opinioni.* Tuo uitio rerumne] *Noſtro uitio laboramus, cùm ſuperflua petimus. Vitio autem rerum cum neceſſaria deſunt. Ergo noſtro uitio quod ab opinione eſt matronam petimus, unde eſt maius diſpendium. Vitio uerò rerum quod à natura prouenit fœminam quærimus. Vbi minùs diſpendium, & ſine periculo eſt. Ex quibus omnibus concludit ut matronas ſectari deſinamus, cùm non habeant magis tenerum femur, quamuis ſint ornatè niueis lapillis, ut uniones ſunt, & uiridibus, quales uidemus eſſe ſmaragdos.* Cherinthe] *Apoſtrophe eſt ad Cherinthum, quem Porphyrio ait fuiſſe pulcherrimum puerum proſtibulum. Sententia eſt quamuis tale femur haberet matrona, quale habet Cherinthus, non tamen eſſet magis tenerum.* Rectius] *Auxeſis ut non modò non ſit magis tenerum in matrona, quàm in togata, id eſt, in proſtibula. Sed quandoq; ſit minùs tenerum.*

Adde huc] *Aliud commodum in libertina, nam ipſa corpus ſuum quod paruo pretio uendit, & propterea mercem iure appellat, non habet fucatum, id eſt, adulterinis coloribus ornatum. Sed quicquid nitet naturali colore nitet. De fuco dictum eſt, unde Virg.*

„ *Alba nec Aſſyrio fucatur lana ueneno.*
Et Terent.
„ *Fucum factum mulieri.*

Si quid honeſti] *Id eſt, pulchri. Virgil.*

„ *At quocunq; Deus circum caput egit honeſtum.*

Iactat] *Illo gloriatur, ut matronæ quæ partes corporis quas pulchras habent oſtentat, & palàm habent. Si quæ uerò turpiores ſint, quærit diligenter, qua ratione occultare poſſit.* Regibus hic mos eſt] *Debemus reges & potentes uiros imitari, qui in emendis equis id agunt, ut illos* Apertos] *Id eſt, detectos, & nullis phaleris uelatos inſpiciāt. Aperire enim nonnunquā uulnerare dicimus. Iuuenal.*

„ *Fuſte aperire caput candelam apponere ualuis.*

Item detegere. Hinc Macrobius ait iuniores ſolitos eſſe non tam honoris, quàm ualetudinis cauſa maioribus caput aperire, id eſt, detegere. Stat.

„ *Sic fatus aperto enſe uocat ſocios.*

Facies] *Totius corporis figuram faciem uocamus: neq; ſolùm animati corporis, ſed inanimi. Virgil.*

„ *Facies quibus aſpera quondam uiſa maris.*

Molli] *Tenera ungula & non dura, Vt oportet eſſe ungulam equinam. Nam in cruribus non uitium, ſed uirtus eſt ut mollia ſint, id eſt, flexibilia. Virgil.*

„ *Et mollia crura reponit.*

Fulta] *Subſtentata, inde fulcia lecti.* Hiantem] *Vel inertem, & qui uitia non circumſpiciat. Nam hiant & oſcitant ex pigritia homines. Hinc Terentianus,*

„ *Datus uoluit deprehendere inter oſcitantes.*

Vel hiantem capientem. Nam nimia emendi cupiditate in uitijs notandis non ſunt circumſpecti. Virgil.

„ *Hunc plauſus hiantem per cuneos.*
„ *Geminatus enim populiq́; patrūq; Corripuit.*

Quod] *Propterea inducat cupidum, uel pigrum, quia uidet in illo pulchras clunes.* Caput breue & arduæ ceruix] *Nam & hæ pulchritudinē ſpectant, ut patet apud Maronem.* Recte] *Scilicet faciunt, ut uelint uidere equos detectos.* Lynceis] *Id eſt, ita acutis, ut habuit Lynceus, quem Acrō ait tam acutam uidēdi aciem habuiſſe, ut quæ trans parietem eſſent cerneret. Et ex Sicilia naues Carthaginenſium portum intrantes proſpiceret. Dicunt etiam Lyncem animal acutiſſima eſſe acie.* Hypſæ] *Mulieris cæcæ nomen.* O crus, ô brachia] *Crura & brachia quæ pulchra ſunt admiraris. Sed non uides quod depygis eſt, & naſuta. Pyga Græcum uerbum eſt, ut apparet apud Pollucem. Et eſt poſterior pars iuxta podicem. Hinc eſt Huropygas extrema pars ſpinæ, et ſpondilium terminus iuxta anū, quaſi cauda pygæ. Depygis aūt dixit, quaſi ſine pyga, ut dictio de priuet, ut cū dicitur demens: uel depygis, i. magnā habens pygā. Et tunc auget de, ut deamo, i. ualdè amo. Nā utrunq; turpitudinē corpori affert, & cū nihil omninò eminet ille locus, & rurſus cū nimis turget.* Naſuta] *Nimio naſo notata.* Matronæ] *Concludit in matronæ corpore nihil poſſe inſpici præter faciē, quæ ſemper apparet. Et nunc faciē cepit in alia ſignificatione q̄ paulò antè.* Tegentis] *Scilicet matronæ tegentis.* Cætera ueſte demiſſa] *i. ad pedes uſq; deiecta.* Ni] *Pro niſi.* Sic Catia] *Cuius cùm crura pulchra eſſent, utebatur contracta ueſte: ut illa paterent, teſte Porphyrione, qui etiā addit illā adeò impudicā fuiſſe, ut in templo Veneris Pompeiani theatri obducto uelo adulterium cōmiſiſſet, cū Valerio quodā & Siculo colono.* Si interdicta] *i. matronas, quæ interdictæ ſunt, & prohibitæ multis cuſtodib.* Vallo] *Stipantes illā comites uallū appellat.* Hoc facit] *Natura enim ita inſtituti ſumus, ut quantò difficilior res eſt, tantò magis expetatur, Lucanus.*

„ *Nitimur in uetitum ſemper, cupimusq́; negata.*

Inſanū] *Quaſi uehementius ardentem.* Ciniflones] *Enumerat illos, qui circa matronā ſint cuſtodes. Ex ſeruis aūt habebant illæ, qui calamiſtro ex igne calefacto capillos criſparent. Iſti igitur, quia dum calamiſtrum calefacere cupiunt, in cinere ad excitādum ignē*

 flant,

ſlant, ciniſlones dicebantur atq; etiam cinerarij. Paraſiti] *Si Græcam interpretationem admittamus ij ſunt, qui* παρὰ, *id eſt, iuxta,* σιτία, *id eſt, cibaria uerſantur. Hi enim ex liberorum conditione homines ſunt, qui alienum cibum ſectantes ditioribus applaudunt, arrident, adulantur, omnem denique indignitatē perferunt, ſeſéq; ridendos præbent, ut apud illos conuiuari liceat, ut expreſſè comici poëtæ oſtendunt.* Stola] *Nam & hæc quoq; ne uideas prohibet.* Palla] *Veſtis amplior, quæ inter eundum facilè concutiatur,* ἀπὸ τοῦ πάλλειν, *id eſt, concutere. Altera ſcilicet libertina.* Cois] *De hac ueſte ſuo loco dictū eſt, & quomodo in Coa inſula fiat, & quod uiſum admittat ſua perſpicuitate.* An tibi mauis] *Quaſi dicat non debes uelle potiùs matronam, quæ tibi inſidiatur, quia non oſtendit ſiquid turpe latet, quàm libertinam, quæ ſe totam tibi uidendam præbet.* Cantat] *Amator matronarum ea, quæ dicuntur à uenatore, qui mauult ſectari in niue leporem, quàm appoſitum ſibi ſumere.* Et apponit] *Id eſt, adiungit amorem ſuum eſſe ſimilem ei, qui* Tranſuolat] *Id eſt, relinquit.* Poſita in medio] *Id eſt, libertinas, quas facilè eſt habere.* Et captat] *Id eſt, capere cupit. fugientia, id eſt, matronas, quas difficile eſt aſſequi.* Hiſcé'ne uerſiculis] *Quaſi dicat, tam friuola ſententia, & ſtulto prouerbio putas tu remouere è pectore amores matronarum, qui te cruciant. Et non potiùs intelligis in rebus omnibus eſſe adhibendum modum, cui natura ipſa acquieſcat.* Modum quem] *Id eſt, aliquem.*

Quid latura ſibi] *Statuit modum ſcilicet, hunc. Quid negatum ſibi ipſa ſit latura, & quid negatum ſit dolitura. Nam cùm modus mediocritas quædam ſit, ſiquid mediocritatem excedens denegatum ſit, feret, quoniam non indiget illo ſuperfluo. Siquid autem ad mediocritatem non perueniens denegatum ſit, dolebit, quia illo indiget tanquam neceſſario. Ordo eſt: plus prodeſt quærere quid negatum ſibi natura ſit latura, & quid negatum ſit dolitura. Quærere ergo hoc plus prodeſt, quàm ſimilitudinem illam uenatoris. Et ſimiliter prodeſt plus abſcindere inane ſoldo, id eſt, à ſolido, hoc eſt, diſcernere ea quæ ſunt ſuperflua ab ijs, quæ ſunt neceſſaria: Nam ſi hoc faciemus, uidebimus naturam contentam eſſe plebeia Venere, quod ſolidum eſt & ſatis ſibi ſit. Nec quærere matronas, quod quidem eſt inane, id eſt, ſuperfluum.* Num tibi] *Sententia eſt, Cùm deſiderium edendi, & bibendi reſtingui poſſit cibo, potúq; ignobili, Venerea quoque uoluptas eadem pacto explebitur.*

Rombum] *Piſcis eſt, quem in pretio habuerunt antiqui, & enumeratur in genere planorum, ut ſoleæ quoque & paſſeres ſunt.* Pauonem] *Hunc autem primus Romæ conuiuij cauſa occidit Hortenſius orator. Saginare inſtituit primus L. Aufidius Lurco, Ait Plinius. Multi Hortenſium ſecuti effecêre (ut ait Macrobius) ut eorum oua quinis denarijs, ipſi uerò quinquagenis uenirent. Aurelius autem Auguſtinus in eo, quem de Dei ciuitate libro inſcripſit, refert carnem pauonis non corrumpi. Aitq; nobis pauo coctus Chartagine appoſitus eſt. Iuſſimus ex pectore pulparum aliquid recondi, & poſt quadraginta dies ad nos relatum incorruptum, imminutumq; manſerat. Poſt uerò annum incorruptum etiam extitit, ſed corpulentiæ ſiccioris fuit.* Tentigine] *Prurigo eſt, quæ coitus deſiderium inducit. Virgil. in Priapea,*

» *Turpe quidem factu, ſed ſi tentigine rumpar*
» *Falce manu poſita fiet amica manus.*

Illam poſt paulò] *Intellige renuo illam, quæ dicit ueniam paulò pòſt. Neq; etiam hoc ſine conditione. Nam adiungit ſi exierit uir, id eſt, ſi peregrè profectus fuerit.* Sed pluris] *Scilicet conſtat. Nam mora cupidiorem reddit amantem.*

Gallis hanc Philodemus] *Scilicet relinquo. Acron ait Philodemum Phyſicum Epicureum fuiſſe, & Gallos libidinem pronos putaſſe, uel dixit Gallis ſacerdotibus Cybeles, qui caſtrati cùm ſint, moram ferre poſſunt. Porphyrion autem dicit eam ad Gallos relegaſſe, qui magno adulteria emunt, uel propter diuitias, uel propter maiorem libidinem.* Sibi] *Scilicet aſſumebat idem Philodemus illam, quæ neque ſtet, id eſt, prodeſt magno pretio, neque iuſſa uenire cunctetur.*

Sit candida & recta] *Et munda hactenus, id eſt, eò uſq; munda ut non curet uideri magis alba & longa, quàm natura ſibi dederit. Eſt autem munditia ab artificio.*

Dextro mihi læuum] *Nam cùm alter in alterum conuertitur, pars dextra unius ad læuam eſt alterius.* Ilia] *Mater Romuli.* Aegeria] *Nympha familiaris Numæ Pompilio de qua dictum eſt.* Nec metuo] *Et hoc non parui faciendum, quod in libertina neq; periculum, neq; metus ullus ſit.* Væ pallida] *Vna pars eſt, quaſi ualde pallida, ut uæſana. Vel eſt uæ dolentis interiectio.* Conteo] *Illa quæ mediatrix fuit.* Hæc] *Scilicet mediatrix metuat cruribus, ne compedibus innectantur.* Deprehenſa] *Scilicet matrona metuat doti, nam adulterio damnatæ dotem amittebant. Sin uerò alia cauſa diuortium fieret, uir dotem reſtituebat.* Egomet mi] *Pro mihi. Oſtendit in tanto tumultu nullum intercedere mutuum auxilium, ſed unumquemq; ſibi conſulere.*

Ne nummi pereant] *Ne ſim me nummis redempturus.* Aut pyga] *Quia in deriſionem conſtupretur, uel ſibi per podicem mugili mittantur, unde Iuuenal.*

» *Et quoſdam mugilus intrat.*

Prætereaq; Græci comicos ἀπὸ πυγῆς *appellant. Immittebantur etiam illis & raphani, quod Græci* ῥαφανιδοῦν *dicunt.* Aut fama] *Nam & ſi nullum aliud incommodum patiatur, magna tamen iactura in fama ſit.* Deprehendi] *Concludit quod deprehendi etiam nulla alia accedente iactura miſeriam eſſe conuincet.* Iudice Fabio] *Qui magnus fuit adulter.*

ERAS. ROT. } Hypſæa cæcior] *Satis apparet Horat. ad Hypſæam mulierem quampiam notæ cæcitatis alluſiſſe, de qua prouerb. eſt. Hypſæa cæcior, in eum qui ſupra modum cæcutiens minimè iudicat.*

IOAN. HART. } *Fabula quem miſerum,* ἐπίφθονος *eſt* τῶν ἰαυτῶν *remugamira.* Rufillus] *Prouerb. uide Paſtillos Ruſillus olet.*

HENR. GLAR. } *Si quis uolet Acronis, Porphyrionisq; ingenium, quàm latè alterum ab altero diſtet, diſpicere, & ſi multis alijs locis, quemadmodum ſæpe admonuimus, potiſſimū tamen ab huius Satyræ principio fieri licebit, qui utriuſque commentarium legerit. Quàm pauca, Dij boni, quàm uerè omnia Porphyrio: Rurſus quàm ambiguè, quàm confuſè omnia Acro diſſerit.* Quinas hic capiti mercedes exigit] *Mercedes pro uſuras dixiſſe poëtam Porphyrio ait. Addit Acro centeſimas ſignificari. Eſt autem uſura centeſima, quando de centum duodecim ſoluuntur, hoc eſt, ſinguli ſingulis menſibus. Sic dicta quod centeſimo menſe æquet ſortem. Quinque igitur centeſimæ in ſingulos menſes quinque exigunt, quæ uſura ingens eſt, cùm noſtra ætas ægrè tantùm in duodecim menſeis eroget. Badius de ſingulis nummis ait auarum quinque lucrari uelle, quod ego non intelligo, neque ipſum intellexiſſe quid diceret, puto. Quemadmodum etiam quod paulò pòſt poëta inquit: Nomina ſectatur Tyronum: ad caſtrenſe peculium ineptè retulit, cùm poëta præcipitem fœneratoris auaritiam notet, ut fatetur Porphyrio, quod iuuenibus, qui adhuc in patria erant poteſtate, audebat nummos cum uſura quina centeſima credere, non abſque periculo exigendi, cùm certus non eſſet de ſoluendo: Sed auaritiæ tanta uis erat, ut hoc tentare auderet. Et ipſi iuuenes, amore capti alicuius Puellæ, qua potiri abſque pecunia non poterant, nihil penſi habebant, quid de pecunia paterna ageretur. Cuius elegans exemplum eſt, Antipho ille Terentianus in Phormione cum ſua Phanio, multaque ſimilia apud Comicos. Illud autem ſimulac, quod ſequenti uerſu à poëta ponitur pro ſtatim ut exponendum eſt, non per immediatatem, ut idem effert Badius, quàm Latinè, iudicent alij.*

At ille pro quæſto ſumptum facit. hic?] *Hypophora eſt authore Porphyrione. Cui Anthypophoram ſubiungit, dicendo, hic, quo reſponſio fit. Et per interrogationem legendum cum quadam quaſi admiratione. Badius hunc locum rectè explicauit.*

Quarum ſubſuta talos tegit inſtita ueſte] *Matronæ (inquit Acro) ſtola utuntur demiſſa uſque ad imos pedes, cuius imam partem ambit inſtita ſubſuta. Hæc eadem uerba Porphyrio. Vnde Acro haud dubiè ſubegit. De ſtola muliebri ueſte nemini dubium: De inſtita autem hic locus non paruam facit diff

cit difficultatem. Si enim dixiſſet poëta (quod carmen tamen non patitur) Quarum ſubſuta talos tegit ſtola inſtita, ut eſſet ſenſus: Quarum talos ſtola tegit ſubſuta inſtita melius intelligeretur. Acro adijcit: ſub ſutam ueſtem prætextam dixit. Perotus in ſuo cornu hoc allegat de ſtola: perinde atq; planum eſſet Inſtitam eſſe ſtolam. Ego autem puto, ut plane dicam quod ſentio, Hypallagen eſſe: & inſtitam dictam pro ſtola, & ueſtem intelligendam, quemadmodum & Ouidius lib. 1. de arte Am. Quæq; tegit medios inſtita longa pedes, uſurpauit: uel inſtitam, uel limbum: ut illud Virg.

„ *Date claſsibus auſtros.*

Verum cui noſtra hæc ſententia non placet, habet noſtri annotatoris longè elegantiorem, quam ipſe non intelligo, nec illum intellexiſſe puto.

Quidam notus homo, cum exiret fornice macte Virtute eſto, inquit, ſententia dia Catonis] Eſto aduerbium conſentientis, uel approbantis, inquit, Acro, quod mihi diſplicet, puto enim poſitum pro ſit. Quod uerò & Porphyrio cum Acrone, Catonem intelligunt Cenſorinum, mihi non ſit ueriſimile. Poëta enim de ſuo loquitur tempore. Notus inquiens homo, nimirum de quopiam quem nominare adhuc uiuentem nolebat ſentiens. Cenſorinus autem Cato ante ſeculum deceſſerat. Præterea duorum Catonum tempora, & mores facilè de Vticenſi conuincunt. Audire eſt operæpretium, procedere recte Qui mœchis non uultis] Audire uerò eſt operæpretium triplicem Acronis hic expoſitionem, quarum ultima haud dubiè à nugatore aliquo aſſuta eſt. Sicut non ita multò pòſt de Villio Syllæ genero. Illud autem ridiculum magis, quod caudam ſalacem falſam eſſe putat. Et quidam, intelligo, maritus: & demeteret adultero. Nam ut adulter ſibi demeſſuerit, non uidetur ureſimile. Quanquam etiam locus ita legi poterat: quin etiam illud Accidit, ut cuidam teſteis, caudamq; ſalacem Demeteret ferro. Verum quid opus eſt Poëtæ mutare lectionem cũ ſenſus alioqui facilè elici queat.

Atq; etiam melius perſæpe togatæ] Togatam uocare uidetur infamem ac repudiatam, uidelicet meretricem. Nam alioqui in uerbo ſequenti geſtat, ſenſus non procederet. Eſt autem mirè uerſus ſermo, cum antea de nobili loqueretur, ſtatim hic meretricis comparationem facit ad ipſam.

Nec corporis optima Lyncei Contemplere oculis] D. Eraſmus in Adagio, Hypſæa cæcior, legit Lyncei in genitiuo, à nominatiuo Lynceus. Præterea contemplans pro contemplare, quæ lectio placet. De Lynceo Valerius Max. lib. 1. cap. 6. ubi de miraculis. Acro ait trans parietem hunc uidiſſe. Sed aſſumentum eſt impoſtoris, ut puto. Si interdicta petes uallo circundata] Idem Acro exponit, uallo circundata, id eſt, cuſtodijs munita, circundata ſatellitibus: Melius Badius hoc de ueſtium ac comitum multitudine expoſuit. Poſitum ſic tangere nolit] Illud ſic, ſic [illegible] intelligendum. Acro exponit ſic ad comedendum paratum. Porphyrio autem, appoſitum in cœna. Ego cum de uiuente intelligo loqui lepore uel infirmo, uel non fugiente.

Quem Quid latura ſibi quid ſit dolitura negatum Quærere plus prodeſt?] Ordinē eſſe puto, quem negatū ſibi Quid ſit latura, quid dolitura, plus prodeſt quærere, & abſcindere inane ſolido. Miſeram ſe conſcia clamet. Cruribus hæc metuat doti] Porphyrio pro ancilla exponit, quæ ſit conſcia dominæ in hoc adulterij facinore. Vt Satyra 7 ſequentis libri. Quo te demiſit peccati conſcia herilis Cōtractum. Landinus quoque tale quiddam prodidit. Sed mediatricem uocat. Quare exponendum, Hæc ancilla metuat cruribus, uxor deprenſa doti, ego mihi, hoc eſt, uel uitæ meæ, uel ne pereant nummi, &c.

THEOD. PVLM.} 1 Ambubaiarum collegia] Quas Horatius Ambubaias appellat, eas equidem eſſe nomē adeptas exiſtimo, quòd circum Baias, quarum lauacra calida delicatis hominibus ſtudio & uoluptati erāt, uerſarentur, fuiſſeq; mulieres laſciuas & impudicas arbitror, quæ Romam uſque tandem permanārint, ibiq; cœtus habuerint. Inter ſcortorum urbis Ambubaiarumq; miniſteria in Nerone (cap. 27.) Tranquillus dixit. Ambo autem pro an, quod eſt circum, dixiſſe ueteres, & iodu, pro in, exiſtimo inde fortaſſe Ambarualis & Ambedo. Videtur etiam ut ab ἄμφω Ambo, ſic ab ἄμφι Ambu deduci poſſe, non aſſentior ijs, qui è Syria uſq; hanc uocem repetunt. Turneb. lib. 11. cap. 23.

2 Balatrones] Balatrones, uel à barathro nomen habet: nam r illud uirile & ſtreperum in lambda balbum ſæpe effœminatur & emolleſcit: uel à blateis, ut Verrio uidetur. nam ſunt balathrones & blateæ bullæ luti ex itineribus, aut quod de calciamentorum ſoleis deraditur. Nos integrum prope hoc uocabulum noſtra retinemus uernacula lingua. beliſtrones enim appellamus homines non bonæ frugi, & nihili nequamq;. Varro de ruſtica, Videbo uos iam, inquit, balathrones: & huc afferam meum corium & flagella. Turneb. lib. 11. cap. 23. Balathrones, H. G. barathrones, V. Balatrones E. B. P. C.

6 Depellere] Propellere, H. E. B. C. 7 Hunc ſi perconteris] E. P. C. V. percunteris, H. B. C. Vide Feſtum.

12 Fufidius] H. G. P. V. & Turneb. lib. 21. cap. 15. & Cuiacius Obſeruat. lib. 10. cap. 18. Fuſidius, E. B. C. famam, nomen, Cruquij codex unus. 14 Exſecat] E. B. V. id eſt, deducit, aut adimit. execat, H. C. exegat, P. corruptè. exigit, C.

15 Perditior] Proditior, H. Feſtus, Prodit. perdit. urget. urguet, G. 17 Tironū] Tirones appellabantur, qui ſumſerant togam uirilem, idq; tyrocinium uocabatur. Tranquillus in Calig. (cap. 10.) Vno atq; eodem die togam ſumſit, barbamq; poſuit, ſine ullo honore, qualis cōtigerat tyrocinio fratris eius. Turneb. lib. 11. cap. 23. 18 Exclamat] H. G. E. B. C. V. exclamet, P. Melius ſculè ex antiquis codicibus,

„ *——Maximè, quis non, Iupiter, exclamat,*

Legitur: cùm exclamet hodie excudi ſemper ſoleat. Turneb. lib. 11. cap. 23. At in ſe, H. G. E. B. V. at ipſe, P. C.

19 —Heic uix credere poſsis] Hic uix credere poſsis, H. B. C. V. hic: uix credere poſsis. P. hîc uix credere poſſis, Georg. Fabricij editio. ——hic? uix credere poſſis, Lambini editio.

21 Gnato] H. G. E. B. nato, P. C. V. 25 Malthinus tunicis demiſſis] Malthini nomen pro molli finxit Horatius à maltha, unde & μάλθων Græcè dicitur mollis & effœminatus. Demiſſæ autem tunicæ, ſunt tunicæ talares, quæ non uiriles, ſed ceu fœmineæ cenſebantur: ut infrà, (uerſu 95.) Cætera, ni Catia eſt, demiſſa ueſte tegentis. Iterum, (uerſu 99.)

„ *Ad talos ſtola demiſſa, & circumdata palla.*

Vide Turneb. lib. 6. cap. 9. & lib. 11. cap. 23. Malchinus, H. G. E. B. C. P. V.

27 Gorgonius] Gargonius, H. G. E. B. ſic infrà Satyra 4. uerſu 92.

28 Nolint] G. B. P. V. nolunt, H. E. C.

29 Quarum ſubſuta talos tegit inſtita ueſte] De matronis ſcribit, quæ imam ſtolam inſtita prætextam habebant. Vide Turneb. lib. 29. cap. 31.

31 Macte] Gratulantis & approbantis eſt: uim enim naturamque aduerbij ac propemodum interiectionis habet. Pet. Nannius Miſcell. lib. 3.

32 Dia] Diua, Lambini libri aliquot ueteres.

36 ——Mirator cunni Cupiennius albi] H. G. E. B. P. C. Culpennius, V. Copennius Aldina editio. ——Mirator cunni Cupennius albi. Verſus eſt Horatij Satyricæ obſcœnitatis, explicandus tamen: mihi uidetur ex pudenda parte mulierem intelligere, ex albo ingenuam. in ingenuis autem ſtupra legibus uindicabantur, non item in libertinis. Ingenuæ autem mulieres albatæ erant, libertinæ atratæ, nobiliores purpuratæ. Vide Turneb. lib. 11. cap. 6.

44 Hunc perminxerunt calones] Valet huic pudicitiam eripuerunt: ut & in Eclogæ clauſula,

„ *Ne nummi pereant, aut pyga,*

Id eſt, ne ſtupretur. Turneb. lib. 11. cap. 23. Calones, inquit Feſtus, militum ſerui, dicti, quia ligneas clauas gerebant, quæ Græci κᾶλα uocant. is quoque qui huiuſmodi telo utitur, clauator appellatur.

45 Accidit, ut cuidam teſteis, caudamq; ſalacem Demeteret ferrum] Accidit, ut quidam teſteis, caudamq; ſalacem Demeteret ferro, H. G. E. B. P. C. V.

Sed altera lectio, quam Lambinus ex coniectura emendauit, doctiſsimis uiris magis probatur. Caudam ſalacem uenuſtè dixit, & expreſsius quàm Græci, quos imitatus eſt. nam illi uirile pudendum κέρκον, id eſt, caudam, interdum uocant & οὐρὰν. Turneb. lib. 12. cap. 23. 47 Tutior at quanto merx eſt in claſſe ſecunda. Libertinarum dico] *In libertinis non uindicabantur Veneris furta, ac ex eo ordine multæ meretrices erant. Meretricula apud Plautum Ciſtell. (ſcilicet. Cum ego ante hac.)*

„ *—Erunt (inquit) depreſſum, quia nos ſumus libertinæ.*

Turneb. lib. 29. cap. 31. 51 Munifico eſſe licet] *H.G.E.B. P.V. & Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 4. cap. 12.* Munificum eſſe licet, C. *Vide Annot. ad Sat. 1. lib. 1. & Georg. Fabricij Caſtigationes.* 54 Et laudat] *H. G. E. B. P.* hoc laudat, *C. V. & Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 4. cap. 12.*

„ *—Matronam nullam ego tango.*

Sic Catullus ad Virronem,

„ *Mirificè eſt tactu nactus utrumque malum.*

Turneb. lib. 24. cap. 18. 55 Originis] *P.V.* Origenis, *H. B. C. altera uera lectio eſt.* 62 Oblimare] *Pro deterere dixit. Turneb. lib. 29. cap. 34.* 63 Peccêſne] *H. G. E. B. P. C.V.* peccêſne, *Lambinus legendum putat.* 68 Videntis] *P.* uiden ti, *H. G. E. B. C. V.* 74 Tu ſi] Si tu. *Lambini quidam libri.* 78 Matronas ſectarier] Sectari matronas. *V.* 80 Nec magis huic inter niueos, uiridéſque lapillos, Sit licet hoc Cherinte tuum, tenerum eſt femur, aut crus Rectius. *Quod in quodam reperi perbono exemplari contemnendum non duxi, cùm aliquanto ſit apertius & clarius quàm editicia ſcriptura,*

„ *Nec magis huic inter niueos uiridéſque lapillos*

„ *Sit licet, hoc Cherinthe tuo tenerum eſt femur aut crus*

„ *Rectius.*

Vt dicat, gemmato quàm inornato non eſſe delicatius femur, puto tamen non adulteratũ eſſe & uerum, nec magis hinc, &, hoc Cherinthe tuum, *ut dicat, non hinc femur hoc tuum eſt tenerius, quod ſit gemmatum & unionibus diſtinctum. Turneb. lib. 12. cap. 23. huic inter, H.G.E.B.P.C.V.* Cerinthe. *H.G.B.* Cherinthe, *E. P. C.V.* 83 Geſtat apertè] Geſtat apertam, *Lambini libri manu ſcripti quatuor.* 86 Opertos] Apertos, *Ant. Mureti editio.* 90 Lyncei Contemplere oculis] Lyncei Contemplêre oculis, *Eraſmus Chiliad. 1. Cent. 3. Adag. 66.* 91 Hypſæa] *Dio lib. 11. & nummi.* Hypſea, *H.G.E.B.* Hyſea, *C.* Ipſea, *P.* Lipſea *V. corruptè omnes.* 93 Depygis] Depugis *B.* 96 Si interdicta petes, uallo circumdata: (nam te Hoc facit inſanum) multæ tibi tum officient res] *H. G. E. B.* multæ tibi officiant res *P.* multæ tum officiunt res, *V. Si interdicta petes, uallo circumdata: nam te*

„ *Hoc facit inſanum, multæ tibi dum officiunt res,*

C. & Turnebus lib. 12. cap. 23. ex antiquis libris, id eſt, ſi interdictam & uetitam petas matronarũ Venerem, ea ueluti caſtra quædam, uallo circumdata eſt, & magna difficultate expugnanda: quæ res tamen ad inſaniam te adigit & furorem. placet etiam ut eduxi,

„ *—Vallo circumdata (nam te*

„ *Hoc facit inſanum) multæ tibi tum officient res.*

Si Venerem matronarum appetas, ita undique obuallatam atque munitam, quæ tamen res te ad amorem uehementer impellit & incendit, multa tibi obijcientur incommoda & impedimenta.

101 Altera nil obſtat: Cois tibi pæne] Altera nil obſtat Cois tibi: pæne, *C. Reperi, inquit Turneb. lib. 12. cap. 23.*

„ *—Chlorin tibi pæne uidere, eſt Vt nudam:*

Sed neſcio quomodo uelut centuriatis magniſque comitijs omnium ordinum ſuffragia Cois meretur: in his etiam meum, ſi fortè hæc acceſsiuncula lateturi. Chlorin tamẽ ſi quis tueatur, nomen erit meretriculæ. 105 —Leporem uenator ut alta] In niue ſectetur, poſitum ſic tangere nolit, Cantat, & apponit: meus eſt amor huic ſimilis. *H.G.E.B.P.C.V.* ſectator, *editio Aldina.* ſectatur, *etiam Lambinus legit, &* captat, *pro* Cantat *ex coniectura reponit. Sic iſta diſtinguo, inquit Turneb. lib. 12. cap. 23.*

„ *—Leporem uenator ut alta*

„ *In niue ſectetur, poſitum ſic tangere nolit,*

„ *Cantat: & apponit, meus eſt amor huic ſimilis.*

Amator, inquit, cantat ut uenator ſectetur in niue libenter leporem ſic appoſitum in ferculo nolit tangere: & mox addit (hoc enim eſt, apponit) ſuum amorem eſſe ſimilem. ſectetur autem, non, ſectatur, legendum eſt, quod & ueterib. credimus libris, & Grammaticorũ rationi ita flagitanti aſſentimur. 109 Hiſcene] Hiſcine, *H. G.E.B.C.P.V.* 110 Pelli] Tolli, *Cruquij codex unus.* 111 Statuit] Statuat, *H. G. E.B.C.V.* 113 Abſcindere] Abſcidere, *G.E.* 121 Philodemus] *Huius aliquot hodie amatoria epigrammata in ἀνθολογίας ἐπιγραμμάτων Græcorũ reperiuntur. Turneb. lib. 21. cap. 15.* Philodemus, *H.C.* 122 Neque conflectur] Nec conflectur *H.* 124 Det] Dat, *H.E.B.C.* 125 Læuum] Læuo, *Lambinus in uno libro adſcriptum reperit.* 127 Vereor] Metuo. *C.P.* 129 Vel pallida] *P.* uepallida, *H.G.E.B.C. Vide Georg. Fabricij Caſtigationes.* 133 Ne nummi pereant, aut pyga] *Id eſt, ne ſtupretur. Turneb. lib. 12. cap. 23.*

IVLIANI AVRELII LESSIGNIEN. PARAPHRASIS IN SECVNDAM SATYRAM Lib. I. Q. Horatij Flacci.

VIX credibile dictu fuerit, quantum ex morte Tigellij cãtoris meretriculæ, perditiſsimi quique nebulones dolorem acceperint. Quippe erat erga tale genus hominum admodũ liberalis: quod ſanè non uſque adeò uituperandum eſſet, ſi eandem ille benignitatem aduerſum inopes amicos & uiros bonos exercuiſſet. Sed erga huiuſmodi adeò parcus fuit, ut illis ne teruntium quidem dederit unquam, quo frigus & famem propulſarent, ſcilicet metuebat ne diceretur prodigus. Quòd ſi quis eum interrogaſſet, cùm amplum ſuum patrimonium tam turpiter dilapidaret, & undique nummos, quos eſſet paulòpòſt in gulam conſumpturus, à fœneratoribus cogere, & uelut conducere non deſiſteret: reſpondebat hoc ideo facere ſe, ne parcus, & ſordidus haberetur. & erunt improbi homines, quibus hoc eius factum laudabitur, quemadmodum & non dubito futuros uiros bonos qui reprehendent. Vide quàm ille peccabat. Dabat indignis ne tenax diceretur, & dignis non dabat, ne prodigus appellaretur. Quæſo quid aliud hoc erat, quàm uitare quidem Charybdim, ſed in Scyllam periculoſius monſtrum incidere? Et hoc quidem uitio laborabat Tigellius. Contrà, Fufidius diuerſo tenetur. Nam is, licet agrorum & fœnerati auri ditiſsimus ſit, tamen ne facultates ſuas imminuere non augere uideatur, & proinde homo nullius induſtriæ habeatur: tam auidus eſt lucri, ut modò habeat uſuram, quinam centeſimam, audeat etiam adoleſcentibus, qui adhuc in patria ſunt poteſtate, mutuam pecuniam credere, lucrumque tantummodò, non exigendi periculum aſpiciat, quam auaritiam adeò præcipitem cùm quis audierit, quis tam patiens eſt, ut Iouem ultorem non inuocet? Sed inquies, quemadmodum ingentem facit quæſtum, ita fortaſsis honeſtiſsimè ſe tractat. Imò uerò uix credas, quàm parcè ac duriter uictitet, quamque ſuum defraudet genium. Nam non aliter ſe cruciat, atque ſenex ille Menedemus apud comicum. Quodſi quis quærat, quorſum hæc tam multa ſpectent, curue tã contrarios atque pugnantes inter ſe mores introduxerim, intelligat, oſtendere uelle me, ſtultos, dum uitia aliqua nolunt euitare, ſæpenumerò in

contraria præcipites ruere: frequenterq́; uſu uenire, ut, dum prodigi nomen exhorreſcimus, in auaritiæ crimen incurramus, neminemq́; hodie in medio conſiſtere. Siquidem nonnullos ita delicatos uideas ac molles, ut ueſtibus uti nolint, niſi quæ ſint ad talos uſque demiſſæ: alios uerò ſibi uideri mirè facetos, ſi ueſtes altiores, & quæ uix nates tegant, habeant. Sunt qui paſtillos, & unguenta, ſunt qui hircum redoleant. Conſpicias & aliquos plus nimio munditias affectare, aliquos uerò nullam prorſus corporis ſui curam habere, & ut uerbo uno expediam, nullam ubique reperias mediocritatem. Sunt enim qui niſi cum nobilioribus rem habere nolint: ſunt contrà, qui meretricibus magis delectentur. Cato cum uidiſſet nobilem adoleſcentem ſibi apprimè notum è lupanari exeuntem, dicitur eum laudaſſe, non quòd factum probaret, ſed quòd lõgè tolerabilius hoc eſſe cenſeret, quam genialem alterius thorũ contaminare. Cupennius autem iſto noluit laudari modo, quippe qui ſolos matronarum concubitus ſectetur. Sed quando forte fortuna in Cupennÿ adulteri mentionem incidimus, non modicum operæ pretium fuerit, ut uos qui iure mœchos odio proſequimini, audiatis, quantis illi incommoditatibus affligantur, quamq́; rarò illis plena uoluptas contingat, & ut interdum contingat, quot periculis interim ematur. Nam hic ne depræhendatur, è tecto ſe præcipitat: ille deprehenſus, ad mortem uſq; flagris cæditur: alius dum fugit ne depræhendatur, à prædonibus ſpoliatur: nonnulli ne caſtrentur, pecunia pœnam rediment. Quin etiam hoc ſæpenumero contigit, ut mariti nulla pecunia placari potuerint, ſed depræhenſis teſtes amputauerint. quod quidem iure factum dicebant omnes præter unum Galbam, qui quia & ipſe adulter erat, adulterÿ pœnam, pecuniariam eſſe debere contendebat. Quantò autem tutius eſt libertinas ſectari, quæ & minori ſumptu parantur, & nullis omninò periculis retinentur? Sed has quoq; ſiquis propenſiùs ac ſtudioſius quàm par eſt appetat, iure etiam infamis habeatur. Nam Saluſtius idcirco tantum ſenatu motus eſt, quòd ſe libertinarum non matronarum amatorem fateri non erubuiſſet. Ex quibus ſatis conuincitur neutrum laudabile, nec matronarum pudicitiam attentare, nec libertinas ardentiùs exoptare. Quòd ſi Saluſtius uoluiſſet erga libertinas benignus ac liberalis eſſe, quatenus & patrimonium permittebat, & ratio ſuadebat, nec munificentiæ modum excedere in animum induxiſſet: potuiſſet quidem cum minore repræhenſione quantum ſatis fuiſſet largiri, nec in tantum damnum, dedecusq́; incurriſſet. Sed hoc uno ſibi blandiebatur, quòd matronam nullam tangeret. quo nomine etiam ſibi placere ſolet Marſæus amator Originis meretricis, in quam cùm uniuerſum patrimonium expendat in hoc ſibi tamen applaudit, quòd cum alienis uxoribus rem non habeat: quaſi continuò ſequatur eum eſſe uirum bonum, & omni uacare culpa, qui matronarum concubitu abſtinet, ac non oporteat etiam meretrices uitare, aut quaſi ex frequenti meretricum cõmertio cenſus tantùm atteratur, ac non etiam infamia tales conſequatur. An autem ſatis eſſe tibi uidetur certas perſonas declinare, & non illud etiam quod ubiq; officit, euitare? Sanè ſemper malum eſt famæ, patrimonÿq; iacturam facere in quamcunq; pecces perſonam. nec certè uideo, quid admodum interſit utrum quis in matrona, an in ancilla, an in togata delinquat, cum iuxta Stoicorum ſententiam, non perpetratum ſcelus, ſed perpetrantis uoluntatem ſpectare oporteat. Vis autem quàm periculoſum ſit matronas nobiles ſectari, manifeſtiùs cognoſcere? uel hinc diſcas licebit. Villius quidam, non quidem Syllæ gener ille, ſed quòd toties cum Fauſta Syllæ filia muliere impudica conſueuiſſet, ut gener iure uideri poſſet, cum Fauſtam propter nobilitatem tantummodo, & quòd Syllæ Dictatoris eſſet filia, immodicè deperiret, quodam tempore ab operis Longarem, qui & ipſe unus erat ex Fauſtæ amatoribus, non ſolùm foribus excluſus eſt, ſed etiam uſque adeò grauiter pugnis, & ferro uulneratus eſt, ut pænè interierit. Quæſo huic Villio ſi muto diceret, nunquid quotieſcunque rumpor tentigine, depoſco de conſulum ſtirpe oriundas? quid reſponderet Villius? an hoc?

Nobili patre nata eſt, ideoq́; libertinæ præferenda. At quanto meliora, quàm Villius qui falſa opinione corruptus eſt, monet natura, dines quidem illa, ſi rectè eius munera diſpenſare noſſemus, ac non omnia confunderemus. Multas ſiquidem illa produxit mulieres, quibus abſque periculo frui poſſimus. Sed ita occæcati ſumus, ut in nobili quàm plebeia ſuauior uenus nobis eſſe uideatur: qui error non aliunde ſanè, quàm ex noſtro non naturæ uitio proficiſcitur.

Quæ cùm ita ſint, quis non uidet matronarum complexus remis, uelisq́; fugiendos, ex quibus nihil mellis, aloës autem plurimum ſemper colligitur? Quòd ſi mihi dixeris nobiliorum membra eſſe, quam alienarum candidiora, molliorąq́;, reſpondebo tibi contrà, non modò non eſſe formoſiora, magisq; tenera, quantumcunque pretioſis lapillis tecta ſint: ſed etiam frequenter turpiora, fœdioraq́;, (quanquam ô Cærinte ex tali ueſtium ſplendore formam tuam augeri opinaris.) Siquidem forma illa uera, genuinaq́; in naturali conſiſtit bonitate, non aſcititÿs fucis unde cum pauperiores naturali pulchritudine contentæ ſint, nullumq́; aliunde colorem accerſant, quis non fatebitur has illis formoſiores? Accedit eò, quod corpora ſua nullo tectorio obuelant, ſed potius omnibus denudant, neque pulchra palam oſtendant, & deformia occultant, quemadmodum faciunt matronæ. Reges quidem ac potentiores quoties equos comparare uolunt, totos contemplari ſolent, non unam tantum corporis partem. Videlicet ne ſola pulchritudine clunium, aut faciei, aut ceruicis inducti, emant pro generoſo morbidum, aut pedibus laborantem. Rectè ſanè hoc illi faciunt. Sed utinam & nos eam circa mulieres conſiderationem adhiberemus, neque ea ſolùm membra, quæ formoſa ſunt intueremur, & deformia oculis cæcutientibus præteriremus. Quidam ſola brachia & ſola crura laudant, ad cætera uitia non animaduertentes.

At ſæpius fit ut illæ, quibus pulchra ſunt & formoſa crura, prodigioſas habeant nates, naſum ingentem, & pedes immanes. Qui poſſis autem de toto matronæ corpore iudicare, cùm ſolam illa faciem oſtendat, & cætera membra ueſtium longitudine abſcondat? Neque enim facilè inuenias ullam Catiæ ſimilem, quæ obſcœnorum pulchritudinem ſibi placens omni abiecto pudore ueſte adeò alta uti ſolebat, ut eius etiam appararerent genua. Quòdſi autem ne decipiaris etiam occulta earum membra, quibus tibi interdicunt, quæq; abs te uideri nolunt, propiùs aſpicere attentes, ſexcentis rebus obſtantibus non queas. quippe tum multitudine ueſtium, tum ſatellitum, paraſitarum, & ciniflonum cuſtodÿs ſic munitæ ac uallatæ ſunt, ut ad eas ne accedere quidem tibi liceat, tantùm abeſt, ut eas totas intus & in cute, quod aiunt, contemplari poſſis. Imò ſi quid iudico, quantò plura uidebis obſtacula, tantò magis inflammaberis. Ita enim ferè nati ſumus omnes, ut ſemper in uetitum nitamur, & negata uehementius optamus. Nihil uerò ſimile in Libertinis, aut etiam proſtitutis. Nam illæ corpus ſuum non modò non uelant ac occultant, ſed etiam tam lucidis, tamq́; ſubtilibus ueſtimentis utuntur, ut poſſis eas totas non ſecus uidere, ac ſi prorſus nudæ eſſent: membraq́; omnia perſpicere, ſint ne recta ac integra, an uerò mala ac turpia. Qum & poſſis ipſarum latus oculis metiri, ut hic nullum fucum, nullam impoſturã metuere debeas. Quod cùm ita ſit, mauis, ô ſtulte, ſtrui tibi inſidias à matrona fucata, & ante mercedem concubitus dare, quam corpus eius uidere? Quæſo quem reperias tam ſtolidum mercatorem, qui pretium numerare uelit merce nondum inſpecta? Sed reſpondebit mihi, ſ'cio, inſanus hic matronarum amator: quemadmodum uenator fugientem per niues leporem libenter ſequitur, infirmum autem ac non fugientem ne aſpicere quidem dignatur: ita ego facilem & cuiuis obuiam amicam contemno, difficilem amo: Putas autem hac ſimilitudine, ô ueſane, amores tuos, pectorisq́; tui incendia poſſe reſtingui? Non ne multò ſatiùs eſſet ſcrutari, quem cupiditatibus finem ſtatuerit natura, quid tolerare poſſit ſi denegetur, quid denegatum ſuſtinere non poſſit, & inutilia à neceſſarÿs recidere? Nam hoc ſi faceres, naturam plebeia muliere contentam eſſe, neque eam matronas ſemper deſiderare comperires. quod quidem certè hoc argumento manifeſtiùs fiet. Panis adeò neceſſarius eſt homini, ut abſque eo uitam tolerare nemo poſſit. Phaſianum autem, etſi pane melior eſt, non tamen ſic requirit natura, ut eò facile non careat. ad eum modum fœminarum uſus nobis fortaſsis omninò neceſſarius fuerit: ſed matronarum, non perinde. Probabo & hoc argumentis multò manifeſtioribus. Cùm ſitis, quæris ne aurea pocula: aut quum eſuris, nihil edas præter Pauones & Rhombos?

Non

Non puto. Nam bibendi, edendiq́ deſiderium, poteſt potu, ciboq́ etiam ignobili ſedari. Eodem modo quum ad libidinem explendam prurigo te ſolicitat, an cruciari mauis, quàm in ancilla, aut uulgari aliqua puella incendium tuum reſtinguere? Certè ego non malim, imò diligo magis, longeq́ pluris illas facio, quæ faciles paratu ſunt, & uiros quos metuant non habent. Illas uerò, quæ pollicentur quidem ſe uenturas, ſed paulò pôſt, & ſub his conditionibus, ſi plus ſolito numeretur, & ſi uir rus abeat: omninò aduerſor ac reijcio. & mecumetiam ſentiebat Philodemus Epicureus, qui matronas iſtas, quæ amatores arte norunt ineſcare, longisq́ dilationibus ſui cupidiores efficere, Gallis Cybeles ſacerdotibus, qui quia caſtrati ſunt, moram iſtam pati poſſunt, relinquendas eſſe cenſebat ſibi autem dari optabat, quæ & paruo conſtant, & quæ iuſſæ quamprimum ueniunt. Vt ergo duobus uerbis, quæ prolixè ante diſputata ſunt concludam, illam ego quæ ametur dignam iudico, quæ candida, recta, munda, & ab omnibus fucis, illecebrisq́ aliena fuerit: cuiq́ magnitudo, formaq́ naturalis placuerit, ſiue nobilis illa ſit, ſiue libertina, ſiue in Togatarum claſſe. & ſanè cùm talis in complexibus hæret meis, Ilia & Aegeria mihi eſt, fingoq́ in tenebris aliquam è generoſioribus eſſe: Ex qua quidem fictione geminum ſentio bonum. Nam præterquam quod in tali non minorem quàm in matrona illuſtri uoluptatem percipio, etiam nullum formido periculum: Non enim metuo ne rure maritus reuertatur, ut quæ matrimonio copulata non ſit: ne frangatur ianua: ne canis aduenientis uiri latret: ne mulier adulterij conſcia, de lecto pallida deſiliat, & aduentu uiri miſeram ſe clamet, deprehenſaq́ cum ancillis inſtigatricibus repudietur, dotemq́ amittat. Non timeo, præterea ne contumeliam ullam infamiam ue patiar, néue deprehenſo mihi maritus teſtes præcidat, aut ſaltem pœnam illam magna ſumma redimere me oporteat. Nam in huiuſmodi pericula, atq́ etiam his maiora, ut plurimum incidunt nobilium & nuptarum concubitores. Et ut certè nulla alia accedat iactura, uel iudice Fabio, qui ſæpenumero hoc expertus eſt, facile me conuicturum ſpero, longè miſerrimum eſſe à marito deprehendi. Nam nonnunquam fugiendum eſt nudo pede, & ſemi cincta tunica.

EIVSDEM IVLIANI AVRELII LESSIGN. IN Q. HORATII FLACCI SATYRAM Secundam lib. I. Commentarius.

AMBVBAIARVM etſi ſecunda hæc Satyra locis aliquot obſcænior eſſe uideatur, quàm ut honeſtæ aures ferre debeant, continet tamen multas elegantiſsimas ſimul & optimas ſententias, quibus ab adulterio deterreamur. Neque ſanè eſt cur propter unum atque alterum uerſiculum paulò laſciuius ab Ethnico Poëta ſcriptum, tot præcepta tàm ſancta, tamq́ philoſophica paſsim inſperſa contẽnamus. alioqui iuſtius totus ille de frigidis & maleficiatis in iure Pontificio tractatus reijciatur.

Eſt autem in tota hac Satyra præcipuus Horatij ſcopus, ſtultiſsimam illam hominum opinionem amoliri, qua ſibi perſuaſerunt, in matrona nobiliore quàm togata uoluptatis plus ineſſe. Interim tamen admonet neutrum faciendum: aut ſi alterum faciendum ſit, præſtare ſolutam & omnibus expoſitam, quàm nuptam, aut alioqui nobilem ſectari. Atq́ in principio dum præpoſteros & inæquales Tigellij mores acerbè notat, ſub eius perſona eorum hominum ſtultitiam Satyricè reprehendit, qui dum uitium unum fugiunt, in aliud æquè probroſum incidunt. Optimè autem cœpit ab iſto Tigellio, ut reliqua cõmodiùs procedere poſſent. Cantoris morte Tigel.] Dicit pditiſsimos quoſq́ Hermogenis mortẽ moleſtiſsimè tuliſſe: ipſumq́ erga tales liberaliſsimum fuiſſe: erga uerò bonos uiros, amicosq́ tenues longè parciſsimum. atq́ ita dum unum uitaret uitium, in aliud prolapſum. Contrà hic] Malim de eodem Tigellio, quem & tertia Satyra ab inæqualitate morum pingit, intelligere, quam de alio aliquo, ut uoluerunt Landinus & Badius. & certè ſic acerbior fuerit, & amarior in Tigellium inuectio, quàm ſi de alio intelligas. Ingluuie] Metaphoricè dicitur. Eſt enim ingluuies in aue pars illa, ubi primum recipitur cibus. Ingratam autem ingluuiem appellauit, quia gula gratiam habere non poteſt. Animi quòd parui] Nam ſemper in peccatis excuſatio eſt. Laudatur ab his, culpatur ab illis] Prouerbialiter dici poteſt, cum ſignificare uolumus, neminem eſſe tam inſigniter malum, quin laudatores ſemper inueniat. Fufidius] Adducit exemplum penitùs à ſuperiore diuerſum, nempe hominis prorſus auari, ut doceat tam auarum, quàm prodigum iuxtà peccare. Mirè autem hîc auarum deſcribit, hisq́ exemplis oſtendit, nihil eſſe medium. Vappæ ac nebulonis] Notandum iſta duo ab Horatio ferè coniungi, diciq́ in hominem profuſum, ut ſatyra ſuperiore.

„ Non ego auarum

„ Cùm ueto te fieri, uappam iubeo ac nebulonem.

Diues agris] Hic uerſus legitur & in fine libelli de arte poëtica. Adfert autem hoc Fufidij exemplum, uel ut contraria damnet uitia, uel ne quis calumniari poſſit, quòd odio ac inuidia Hermogenem Tigelliũ notaſſet. & iſta addit, ut pedetentim ad id, de quo dicere ſtatuit, deſcendat. Quinas hic capiti] Non pro ſingulis nũmis, quinq́, ut uoluit Badius, ſed ultra caput, id eſt, principalem ſortem ſingulis menſibus quinq́ nummos exigebat, atq́ ita in fine anni pro centũ, centũ ſexaginta recipiebat, nõ quingentos, ut uult Badij interpretatio, neq́ etiam hic de cẽteſima uſura intelligi poteſt, quæ ſingulis menſibus unum tantùm nummum, non quinq́ & ſingulis annis duodecim ſolùm, non ſexaginta merebat. Vult autem poeta oſtendere Fufidium hunc omnes omnium fœneratorum uſuras exceſsiſſe habendi deſiderio, qui non contentus ſimplici centeſima legibus permiſſa, quinq́ centeſimas contra iura omnia ſingulis annis exigeret. Perditor] Oſtendit quomodo poſſet quinos nummos, quinas centeſimas extorquere. Perditiſsimos enim quoſq́ ſectabatur, qui parum curant, quam ingentes promittant uſuras, modò poſſint pecunias alicunde corradere. Solebant autem fœneratores ſingulis calendis uſuras exigere. ut uidere eſt in tertia Satyra cùm de Druſone loquitur. Nomina tyronum] Et hoc contra ſenatuſcõſultum Macedonianum, quo cautum erat, ne quis filiofamiliâs pecuniam daret mutuam. Sed dicit hunc tam præcipiti fuiſſe auaritiæ, ut lucri ſpe amiſsionis periculum contenineret. Sub patrib.] Supple. etiamnum exiſtentium, uel ueſte ſumpta ſub patribus. Sumpta ueſte uirili] Id eſt, toga, quæ depoſita prætexta ſumi ſolebat ad annum 17. uel ut alij uolunt. 14. Simul atq́ audiuit] Tam impotentem auaritiam. At ipſe] Et hunc locum malè interpretatur Landinus. nam (ipſe) refertur ad Fufidium, non ad ipſum adoleſcentem. occurrit autem tacitæ obiectioni. Atq́ hic] Supple, ſe cruciat recuperandæ pecuniæ ſollicitudine, cùm tamen alioqui ditiſsimus ſit. Si quis] Reddit cauſſam cur Hermogenis & Fufidij mores inter ſe adeò diſsimiles compoſuerit, & his duob. uerſibus totius Satyræ argumentum continetur. Dum uitant ſtulti] Sic alibi apud eundem poëtam.

„ In uitium ducit culpæ fuga, ſi caret arte Item.

„ Incidit in Scyllam, cupiens uitare Charibdim. Item.

„ Nam fruſtra uitium uitaueris illud,

„ Si te aliò prauum detorſeris.

Vide adagium.

In ignem incidit, cupiens fumum uitare.

Malchinus] Rurſus diuerſorum morum exempla adducit, ut ita commodiùs ad inſtitutum deſcendat ſuum. Intelligunt autem ſub Malchini nomine Mecœnatis mollitiem obiter notari. Habuit enim noſter hic poëta morem hunc, ut dum ſibi riſum excuteret, nulli etiã amico parceret, ut ipſe de ſe alibi teſtatur. Paſtillos] Adagiũ in eos dici ſolitũ, qui modũ in reb. tenere neſcientes ſemp in alterutram

alter utram partem peccant. Repetitur & hic uerſus Satyra.4. Nil medium eſt] Et hæc ſentẽtia prouerbialis eſt ad quam omnia ſubſequentia referenda ſunt, ſignificat tenendum eſſe medium. Tetigiſſe] Honeſto uerbo rem turpem dixit. Sic Ouid.

» Dum piget, & nullam malis tetigiſſe puellam.

Quarum ſubſuta] Hunc locum omnes mihi uidentur parum fœliciter enarraſſe. Intelligit autem ueſtem matronarum inſitæ ſub ſui fuiſſe ſolitam, id eſt, inſtitam ſupra ueſtem fuiſſe ſolitam apponi. Contra alius] Ab illo uerſu (aut qui nolunt teti, &c. incepit principale ſuum inſtitutum exequi. Quidam notos] His uerſibus nõ hortatur frequentanda lupanaria, ſed hoc eſſe tolerabilius, quàm alienum lectum concutere. Macte uirtute] Hac utimur locutione, cum laudare uolumus, & ad perſeuerandum hortamur, ut.

» Macte animi uirtute puer, ſic itur ad aſtra.

Eadem forma dixit Horatius,

» Ibóne quo uirtus tua te uocat, i pede fauſto.

Permolere] Turpis metaphora à molis ducta. Audire] Poſt factam Cupennij mentionem matronarum ſectatoris, rectè ac decenter mœchorum calamitates commemorat, ut propoſitis, quibus illi ſubiacent periculis, ab illicita Venere deterreamur. Sic autem cum ſuperioribus commodè connectlos & quando in mentionem Cupennij adulteri incidimus, operæ pretium eſt uidere, in quot rerum diſcrimina tales incidere ſoleant. Hic ſe præc.] Similis eſt apud Iuuen. imitatio Satyr. 10.

» Necat hic ferro, ſecat ille cruentis

» Verberibus, quoſdam mœchos & mugilis intrat.

Ille flagellis ad mortem cæſus] Licuit ſemper iure ciuili, atq; etiam nunc licet deprehenſum, & deprehenſam in adulterio impunè interficere. Leges tamen Roman. eandem poteſtatem non tribuerunt mulieribus maritos deprehendentibus, quemadmodum refert Aulus Gel. lib. 10. cap. 26. de adulteris refert hæc uerba ex quadã Catonis oratione. In adulterio uxorem tuam ſi deprehendiſſes, ſine iudicio impunè necaſſes: illa te ſi adulterares, digito non auderet contingere, neq; ius eſt. Tradunt autem Hictum quendam, Argiuũ, cùm Molurum in uxoris adulterio deprahenſum interemiſſet, legẽ tuliſſe, ut idem quoq; reliquis liceret. Neq; ſanè admodum ab ijs quæ dicta ſunt, diſcrepant iſta diuorum Seueri, & Antonini ita reſcribentium uerba. Publ (l. 1. C. de adult. & ſtup.) iudicio non habere mulieres adulterij accuſationem, quamuis de matrimonio ſuo uiolato queri uelint, lex Iulia declarat. Ergo tantum abeſt, ut in adulterio deprehenſum uirum uxori interficere liceat, ut etiam iure ciuili ne accuſandi quidem poteſtatem habeat. Et quando in hanc adulterij mentionem incidimus, uideamus, utrum hodie quoque ſecundum leges imperatorias maritus uxorem adulteram impunè interficere poſſit. Et in hac quidem materia diſcrimen faciendum eſt inter uxoris patrem, & maritum. Patri (l. patri. ff. eo) enim ſemper licet filiam ſuam adulteram interimere, modò tamen eam in ipſo (l. quod ait eo) actu Venereo deprahenderit, & ipſa turpitudo domi ſuæ, uel generi patrata ſit, & eadem (d. l. nihil intereſt.) erga adulterum utatur ſæuitia. Debet enim utrunq; uno (l. quod ait) prope ictu interficere. Marito uerò idem ius tributum non eſt. Siquidem adulterum cum uxore deprahenſum non aliter ei occidere conceſſum eſt (l. marito. ff. & l. Gracch. C. eo) quàm ſi adulter uilis perſona ſit. Quòd ſi adulter ingenuus eſſet, & alioqui uir honeſtus, maritus talem interficiens, non puniretur quidem propter iuſtum dolorem, ut homicida, ſed in exilium tamen relegaretur. Eadem quoq; pœna afficitur maritus, qui uxorem in adulterio depræhenſam occidit. Nam licet ei remittatur (l. ſi adulterium. §. imperatores. ff. eo.) ultimum ſupplicium (difficillimum enim eſt iuſtum dolorem temperare) tamen ſi humili ſit loco, in perpetuum exiliũ tradendus eſt: ſin honeſtiori, ſufficit eum in inſulam ad tempus relegare. & quod alibi dicitur (l. 3. ad Syll.) marito adulteræ interfectori ignoſci, intelligendum (gl. in d. l.) eſt, ignoſci ei, ut pœna legis Corneliæ de ſicar. non teneatur, non ut in totum ei parcatur. Hodie iure (Autent. ſi quis ei. C. de adult.) nouiſſimo, poſt tres denunciationes ſi maritus inueniat ſuſpectum cum uxore ſua in loco ſuſpecto confabulantem, impunè interficere poterit. Sed utrum ſimiliter hodie iure nouiſſimo marito uxorem cum ſuſpecto colloquentem occidere permiſſum eſt? Ego certè putárim non eſſe permiſſum. Lex. n. tantùm hoc marito in adulterũ, non in uxorem concedit, & ſolemus alioqui dicere, quod à lege (l. de precio. ff. de public.) dictũ non eſt, à nobis dici debere. Porrò licet olim adulterij crimen capite (l. caſtitati. & l. quamuis 2. C. de adult. & ſtup.) puniretur, hodie tamen in muliere hoc immutatũ eſt. Neq; enim de ea ſumitur ſupplicium, ſed in monaſterium (Autent. ſed hodie. C. eo.) prius uerberata detruditur. Prolixior fortaſſe fui, quàm par erat. Sed iucundum mihi interim fuit in argumento ad principale meum ſtudium pertinente diutiùs immorari. Nunc ad rem redeamus. Hunc perminxerunt] Hunc ſupple latitantem. In tales autem permictores ſcripta erat lex Scatinia. Porrò hic Calones ponũtur pro uiliſſimo ſeruorum genere ad maiorem ignominiam, cùm propriè militum miniſtri ſint. Prædonum] Hic prædonum pro nocturnis furibus, & ijs qui ueſtibus obuios ſpoliant. Græcè dicuntur [illegible]. Quidam demeteret] Quidam maritus demeteret, amputaret, à meſſorib. ducta metaphora. Galba negabat] Quia matronarum ſectator erat, & obiter Galbam perſtringit. Tutior] Significat allegoricè, tutius quidem eſſe libertinas amare. Sed tamen propemodum æquè peccare, qui eas ſtudioſius, quàm oportet ſectantur. quod docet exemplo Salluſtij hiſtoriographi, qui libertinas impotentiùs deperibat. Merx] Mercem dixit allegoricè pro amore, à re familiari, uendibiliq; ducta metaphora. Salluſtius in quas] Infamem Salluſtij in libertinas amorem notat. Veriſimile eſt autem cùm hæc Horatius ſcriberet Salluſtium fuiſſe mortuum. Erat enim Horatio familiaris & amicus, ut ſatis apparet ex illa Ode, quæ incipit, nullus argento, &c. niſi mauis dicere poëtam noſtrum ſoli uirtuti amicum fuiſſe. Damno] Nam domum uiuente patre turpiſſimè uenalem habuit. Dedecoriq;] Cicero in Salluſt. Itaq; timens ne facinora eius clam uos eſſent, quum omnibus matribus familiarum opprobrio eſſet, confeſſus fuit uobis audientibus adulterium, nec erubuit ora ueſtra. Hoc amat] Quaſi continuo ſequatur, eum qui matronarum concubitu abſtinet, uirum bonum eſſe ac non oporteat etiam libertinas contemnere. Matronam] Matrona dicitur, quæ cùm marito in manum conuenit. Hoc loco ponitur pro nobiliore fœmina. Vt quondam] Pendet adhuc à ſuperioribus. Dicit enim Salluſtium ſic ſe excuſare ſolitum, quemadmodum ſe Marſæus excuſabat. Commemorat autem tres diuerſo quidem morbo laborantes, æquè tamen ſtultos omnes. Primum Cupennium, qui ſolùm matronas ardebat, & ſub eius perſona docet omnes nobiliorum ſectatores innumeris exponi difficultatibus. Secũdò Salluſtium libertinarum amatorem, quem contrario quidem, ſed æquè tamen turpi uitio obnoxium fuiſſe dicit. Vltimo loco Marſæum, qui tantummodò meretricibus delectabatur. ex quibus exemplis uult inferre, non ſatis eſſe unum fugere uitium, niſi ab omnibus abſtineamus, neq; referre utrum in matrona, an ancilla, an meretrice peccemus, quandoquidem ipſum peccare ſemper in ſe malum eſt. Ille] Ille, emphaſim habet, quaſi dicat, ille notiſſimus Marſæus. Verùm eſt] Stultam Marſæi perſuaſionem amolitur, & hoc cum acerba obiurgatione.

Vnde fama] Id eſt, ex quarum amore & rei, & famæ magna oritur iactura, ſed maior tamen famæ.

An tibi abundè] Sic in Satyra. 3. lib. 2.

» Quiſnam igitur ſanus? qui non ſtultus. quid auarus?

» Stultus & inſanus. quid ſi quis non ſit auarus,

» Continuo ſanus? minimè. cur Stoice? dicam. Vide locum

Et in ultima epiſtola libri. 2.

» Non es auarus? abi. quid cætera, num ſimul iſto

» Cum uitio fugere?

Et paulò pòſt.

» Quid te exempta iuuat ſpinis de pluribus una?

Quid intereſt] Loquitur ex opinione Stoicorum, qui dicunt peccata omnia eſſe paria, contra quos aliquando etiam diſputat, ut in ſequenti ſermone Cic. 3. paradox. Id in quo peccatur, poteſt eſſe aliud alio grauius. Ipſum tamẽ peccare quoquo te uerteris unũ eſt. Lapſa eſt libido in muliere ignota: dolor ad pauciores pertinet, quàm ſi petulans fuiſſet in aliqua generoſa ac nobili uirgine. Peccauit uerò nihilominus. Villius] Cùm uideret poëta ſui ſeculi

homines

homines ita corrupto eſſe ingenio, ut exiſtimarent ex concubitu nobiliorum fœminarum plus capi uoluptatis, ſtultiſsimamq; illam perſuaſionem latè plurimorum animos occupaſſe: reliquam huius Satyræ partem abſoluit in eorum deteſtationem, qui toti ſunt in corrumpendis illuſtrioribus matronis. Variant autem hoc loco interpretes. mihi uidetur optimum Villium & Longarenum accipere pro duobus riualibus, ut Villius hic dicatur Syllæ gener, non quòd reuera unquam fuerit, ſed quòd toties cum Fauſta conſueuiſſet, ut gener dici poſſet. Si uerò Villium accipias pro Milone, ut aliqui uolunt, intelligendum eſt non ambiendas eſſe magnas ac nobiles uxores, ſed qualeſcunq; ſufficere etiam ex media plebe. Generoſas enim & peccare audacius, & maritos aduerſus eas ne hiſcere quidem audere. Sed hoc neſcio quo pacto non uidetur cum Horatij mente congruere, qui non loquitur de capiendis uxoribus, ſed ſectandis mulieribus. Hic Acron ſeipſum intelligere non uidetur, adeò intricatus eſt. Huic ſi] *Si loqui potuiſſet muto, dixiſſet Villio, noli ſic in quærendis mulieribus laborare, cùm ego qualicunque contentus ſim.* Magno patre] *Id eſt, ſcio Villium, ut eſt corruptiſsimus, ſic eſſe reſponſurum.*

At quanto meliora monet] *Dicit naturam quauis muliere contentam, nosq; non naturæ, ſed noſtro uitio peccare, ſi unam alia potiorem putemus. Sed quid monet, & quæ ſunt illa potiora? nobiles ſcilicet puellas nihil amplius habere, quàm plebeias, neq; illas ſtudioſius quàm hæc ſectandas.*

Pugnantia iſtis] *Iſtis, ſupple, prauis concupiſcentijs, quæ te ſic occæcant, ut tibi ſuauior in filia conſulis, quàm idiotæ alicuius, uoluptas eſſe uideatur.* Diues opis] *Diues eſt natura, quia multas producit fœminas, etiam quibus ſine periculo frui poſſumus. Diues autem, ſi modo ipſius munera intelligeremus, & ea rectè diſpenſaremus, nec in tam anguſtum locum coarctaremus, ac non omnia ſic confunderemus. Sed noſtra culpa fit, ut inops eſſe uideatur.* Immiſcere] *Malim ponere interrogationem poſt immiſcere, quàm poſt ſuæ, quia iſta ſi modo rectè ſunt ueluti explicatio, & quodammodo correctio eius, quod dixerat diuitem eſſe naturam, ut ſit, ita demum diues, ſi non naturæ bonitatem confundas. in uerbo autem hoc,* Tuo, *nouæ quidem ſententiæ principium eſt, ſed pẽdentis tamen adhuc à ſuperiore: & ita explicandum eſt, nihil autem putas intereſſe inter ea uitia, quæ animi petulantia deſignas, & inter ea, quæ ex rerum penuria perpetras? alij aliter diſtinguunt. Sed mea coniectura uerior eſſe uidetur.* Quare ne pœniteat] *Te, ſupple, libertinæ. concludit autem à periculo, & à nullo fructu uitandas eſſe matronas.* Ne magis] *Poſteaquàm docuiſſet & periculoſum & inutile eſſe, matronas tantopere ſectari, addit etiam eas ut plurimum eſſe plebeis deformiores. & ita uehementer eos errare, qui ſolas depereunt matronas.* Huic] *Scilicet matronæ.*

Sit licet hoc] *Apoſtrophe in puerum meritorium de forma ſibi placentem. & eſt ſenſus, licet ô Cherinte inter uniones, tuos crura tenera tibi habere uideâris. Eſt autem naſus Satyricus, & intellige, licet tuum hoc crus ſit tenerum opinione tua ſcilicet, ut hoc, ſit* ἀνυτικῶς *prolatum. Alij hoc pro ſimili exponunt, nec parentheſin faciunt.* Adde hoc] *Exponit quod antè dixerat* ſæpe melius eſſe crus Togatarum. *& ita togatam cum matrona componit, ut etiam longè anteferat. De fucis mulierum ſic Ouidius in fine primi de remedio.*

„ *Proderit, & ſubitò cum ſe non finxerit ulli,*
„ *Ad dominam celeres mane tuliſſe gradus.*
„ *Auferimur cultu, gemmis auroq; teguntur*
„ *Omnia. pars minima eſt ipſa puella ſui.*
Et paulò pòſt.
„ *Pixidas inuenias, & rerum mille colores.*
„ *Et fluere in tepidos æſopa lapſa ſinus.*

Regibus] *Quia dixerat matronam occulere, ſi quid habet turpe, & oſtentare tantum pulchra: idcirco nunc monet, ut, ne nobis illa imponant, non formam tantùm ſpectemus, ſed etiam uitia conſideremus, omninoq; idem faciamus, quod equorum emptores, qui totos contemplantur. Argumentatur autem ueluti à minori ad maius. ſi tam diligentes illi ſunt in re non uſq; adeò ſanè pretioſa, in delectu fœminarum dormitabimus?* Apertos] *Alij legunt opertos ut ſit ſenſus, equos ab emptoribus tectos inſpici ſolere, ne ſi ad ſolam faciem attenderent, pedum nullam rationem haberent. & hoc exemplo monet, ne matronarũ faciem, quæ ſola apparet quæq; tota fucata eſt, tantùm intueamur. Si legis* apertos, *dic exemplo mercatorum, qui totum equum contemplantur, itidem mulieres totas inſpiciendas, non unam aliquam corporis partem.* Molli] *Hic, molli, pro uitioſo, fragili, & imbecilliori. Aliter apud Virg. & mollia crura reponit. Nam equina ungula debet eſſe dura: ſed mollia & flexibilia crura laudantur.* Pulchræ clunes] *Miro laconiſmo equorum pulchritudinem expreſsit. Sic Virg. in 3. Georg.*

„ *Ardua ceruix,*
„ *Argutumq; caput, breuis aluus, obeſaq; terga.*

Et ab ea facie, formaq; metuunt ſibi emptores. Hoc illi rectè] *Et proinde eos in amandis mulieribus imitare.* Hypſæa cæcior] *Vide Chiliades ſimili forma dicitur, Talpa cæcior.* O' crus] *Stulti amatoris exclamatio ad fucatiorem tantùm corporis partem attendentis.* Lyncei] *Aliqui* Lyncis *legunt. aliqui* Lyncei. *& Eraſmus in Adagijs pro eo quod habemus* contemplare *legit* contemplans. Matronæ] *Concludit quod ante dixerat.* quærit quo turpia celet. *Sunt qui nouam hic ſententiam faciant: Alij malunt nouam ſententiam facere in ſequenti uerſu.* Si interdicta] *Et melius meo quidem iudicio.* Ne corporis optima] *Ouidius.*

„ *Quam potes in peius dotes deflecte puellæ.* *Item.*
„ *Profuit aſsiduè uitijs inſiſtere amicæ.*

Ni Catia eſt] *Catiam notat ab effronti impudentia. non fuit autem libertina, ſed matrona, quamuis impudica.* Si interdicta] *Pergit exequi latiùs, quod dixerat in matrona præter faciem nihil cerni poſſe, enumeratq; plurima obſtacula, per quæ fit, ut matronam non poſsimus totam contemplari, uelut aliquam è media plæbe. & inde rurſus euincere conatur, ſtultiſsimos eſſe, qui & pulchriorem, & faciliorem contemnunt.* interdicta, *ſubaudi membra, id eſt, quòd ſi autem ſecretiores corporis partes inſpicere uis ne decipiaris, non queas.* Vallo] *Veſtium ſcilicet, à re bellica locisq; munitioribus ſumpta metaphora.* Nam te hoc facit] *Nam, ut inquit Ouid. in 3. amor.*

„ *Nitimur in uetitum ſemper, cupimusq; negata,*
„ *Sic interdictis imminet æger aquis.* *Item.*
„ *Quæ uenit ex facili, minus eſt accepta uoluptas.*
Et Auſonius:
„ *Hanc uolo quæ non uolt, illam quæ uolt ego nolo.*

Plurima] *Alij poſt* plurima *diſtinctionem faciunt ut ſit nominatiuus ſingularis. alij poſt* palla *punctum ponunt, ut ſit,* plurimaq; alia, *uel* quæ plurima. Altera] *Nulla, inquit, talia incommoda libertinam ſectanti, & plebeia contento.* Cois] *Veſtimenta Coa ſimilia erant cum ijs, quæ mulieres hodie creppas uocant. De Cois Martialis ſic:*

„ *Fœmineum lucet ſic per bombycina corpus.*

An tibi mauis] *Obiurgatio poëtæ in talem amatorẽ per indignationem & interrogationem.* Leporem] *Adfert ſimilitudinem, qua matronarum amatores propoſitum ſuum excuſant, & in perſequendo difficultatem defendunt.* Poſitum ſic] *Vel in menſa poſitum, uel imbellem, nec fugientem. dicitur autem illud, ſic,* ἀνυτικῶς. Tranſuolat] *Sic in prouerb. Salomonis, aquæ furtiuæ ſuauiores ſunt. & apud Ouidium.*

„ *Quod ſequitur, fugio, quod fugit, ipſe ſequor.*

Hiſcine uerſiculis] *Cum indignatione reſpondet talibus cantilenis, non ſedari curas animi.* Aeſtus, curasq;] *Rectè duo iſta coniunxit nihil enim eſt amore ardentius, ſolicitiusq;, ut apud Virg.*

„ *Vritur infœlix Dido, totaq; uagatur*
„ *Vrbe furens.*

Nonne cupidinib.] *Dicit amores melius quàm ꝑ cantica ſedatũ iri, ſi diligenter apud nos excuteremus naturæ neceſsitatẽ, quoq; illa cõmodè carere poſsit, & quo rurſus non poſsit. oſtendit autẽ naturã facilè tolerare denegatam matronam, ſed fortaſsis dolituram ſi ei omnem fœminæ uſum prorſus adimas. Vir bonus ut dolet ſibi denegari abſq; quib. uitam fouere nequeat: ita patienter fert, ſi careat quib. non indiget. &* inane *Allegoricè uocat inane, quo facilè carere liceat, & ſolidum quod ſemper neceſſarium eſt.*

Num

Num tibi] *A' ſimili turpiter quidem, ſed uerè argumentatur in quacunq; muliere, ſiue illa nobilis ſit, ſiue ignobilis libidinem explere poſſe. Proinde non tamen anxiè erga matronas inardeſcendum.* Pauonem, Rhombumq;] *Iſta duo ponit Horatius ferè pro cibis delicatis, ut Satyra 2. lib. 2.* Illam, poſt paulò, ſed pluris, ſi exlecta uir, Gallis] *Iſta diſtingue contra omnia, quæ ſunt exemplaria. Eleganter autem imitatur uerba matronæ meretriciæ difficilem ſe præbentis. De hac re uide Ouidium in 3. de arte, ubi talia præcepta puellis de difficultate præbet.* Candida] *Docet qualem uelit amare, & interim oſtendit qualis ſufficiat.* Ilia & Aegeria] *Id eſt, imaginor illam Ilia & Aegeria nobiliorem.* Nec uereor] *Deſcribit appoſitiſsimè per hypotypoſin pericula eorum, qui alienas nuptias ſolicitant. & per iſta conuincit ſtultos eſſe, qui tantum malorum deuorare malunt, quàm abſq; periculo frui togatis. Eſt autem optima Satyræ concluſio.* Ve pallida] *Dicitur ue pallida ſicut uecors, ut ue intenſionem ſignificet. Alij legunt,* uel pallida.
Miſeram] *Porphyrio ad ancillam retulit, & rectè quæ conſcia herilis peccati metuit cruribus ſuis, & hora.* Doti deprehenſa] *Quamuis non liceat marito uxorem adulterantem impunè interficere, ut ſuperius diximus, poteſt tamen eam impune (l. conſenſu §. Virum. C. de repud.) repudiare, neq; ad reſtituendam dotem (d. l. conſenſu. §. Virum.) compellendus eſt. Hanc enim retinet ob ſummam, quam ab uxore ſua affectus eſt contumeliam. Si quidem alicubi ſcripſit Scæuola (l. codicillis. §. pe. & ibi doct. ff. de leg. 2.) longè maiorem fieri marito iniuria uxorem eius adulterando, quã proprium filium interficiendo. & certè quòd maritus in caſum adulterij dotem lucretur, non ſolùm legibus 12. tabularum, ſed etiam (l. cum mulier. ff. ſolu. matr. & l. ſi dotem. C. de Iure dot. & C. ſi. c. de adult. & ſtup.) Iuriſconſultorum reſponſis & ſacris imperatorum conſtitutionibus cautum fuit. Cùm enim dicat Scæuola, mulierem, quæ uiri lenocinio adulterata fuit, dotem non amittere, non'ne argumento à contrario ſenſu ducto ſatis apertè oſtendit, eam quæ marito non lenocinante talem turpitudinem commiſit, minimum dotem perdere? Sed quemadmodum marito adulteram uxorem repudiare conceſſum eſt, utrum mulieri quoq; maritum ob adulterium dimittere liceat? & licere (d. l. conſenſu. §. 1. & §. ſi uerò cauſam.) à rationis paritate reſponſum eſt. Imò ſicut uir dotem retinet, ita mulier quoq; donationem propter nuptias lucratur, ne alteri liceat, (l. non debet. ff. de reg. Iur.) quod alteri denegatum ſit.* Deprehendi miſerum] *Et ut nihil, inquit, immineat periculi deprehenſo, miſerrimum tamen eſt deprehendi, uel Fabio iudice. Notat autem Fabiũ ab adulterijs in quibus ſæpe fuerat deprehenſus, quemadmodum & in fine 1. Satyræ, à garrulitate eum notauit.*

GEORG. FABR. } *Mediocritatem eſſe optimã, ſermo prior docuit: hic docet obſeruatu eſſe difficilem. Argumentum uno uerſu ipſe auctor lepidè explicat,*

„ *Cum uitant ſtulti uicia, in contraria currunt,*

Et idem paraphraſi, exponit Chremes Terentianus,

„ *Vehemens in utramq; partem Menedeme es nimis,*
„ *Aut largitate nimia, aut parſimonia:*

In eandem fraudẽ ex hac re atq; ex illa incides. Inuehitur acriter in libidinoſos, Romanos exteros, nobiles plebeios, maritos uxores, philoſophos, iureconſultos, ſtudetq; genere pœnarum triplici, deterrere à flagitio: primum amiſsione fortunarum, iterum corporũ ſupplicijs, poſtremò famæ, & honoris interitu.
Mendici, mimæ, Balathrones] *Eſt inter eruditos ueteres & recentes de lectione controuerſia. Ph. Beroaldus in Appuleium, & & Lambinus in Lucretium legunt, barathrones. Barathrum locus quidam in agro Attico fuit, qui fundo caruit. Inde Barathro, homo prodigus, cui nulla copia ſatis eſt. Non diſsimili contumelia, Brabylo ille Terentianus, ἀπὸ τῶν βραβύλων, quæ aluum duram ſoluunt, pro homine profuſo ponitur. Ex barathrone, Seruilius Balathro factus apud Horatium: ex Brabylone, Babylo apud Terentium ab interpretibus.* Quinas hic capiti mercedes exſecat] *Ante annos tredecim ex Acrone interprete, & libro Anhaltino, ſcripſi exſecat quod qui non intellexit, quàm aptè eſſet dictum, mutauit. In eodem Anhaltino,* Exſecat, *id eſt, exigit: cùm potiùs exponendum fuerit, deducit, aut adimit.*

Quantò perditior quiſq; eſt] *In uno ſuorum codicum legi* prodítior, *annotauit Theod. Pulmannus, & addidit.* Prodit. *pro perdit. Feſtus. Vt* proditior, *pro* perditior *antiquè dictum fuiſſe, uериſimile ſit. Sed cùm alia auctoritate nulla, id probare poſsim, relinquo, minimè tamẽ de uetuſtatis uſu ambigo.* Ac in ſe Pro quæſtu ſumptum facit] *Hæc bona lectio. id eſt, tantùm pro copia expendit, quantum ſua poſtulat neceſsitas. Vel (ut Lambinus) ea emit, quæ ſibi ſint ad uictum, cultumq; neceſſaria.* Huc iuuenes æquum eſt deſcendere] *Meretrices quaſi in ſpecubus habitabant, ut de Circe ſcribit Homerus. Ita Horatius,*

„ *Grato Pyrrha ſub antro.*

Vnde dicta ganea, quaſi γαῖνα, quod ſub terra eiuſmodi ædificia eſſent, ut interpres Terentij. Cuidam teſtes, caudamq; ſalacem Demeteret ferrum] *Interpretum expoſitiones faciunt, ut Lambino aſſentiar, qui hanc lectionem ueram eſſe primus affirmauit.* Munifico eſſe licet] *In libris uetuſtis,* Munificum eſſe licet, *quod magis antiquum, & Horatianũ uidetur. Ouid. in Hypermnæſtra,*

„ *Quo mihi commiſſo non licet eſſe piam?*

Marſæus, amator Originis] *Seruius in eclogam, Gallum. Fuerunt uno tempore (inquit) nobiles meretrices tres, Cytheris, Origo, Arbuſcula. De Cytheride Gallus ſcripſit amorum libros quatuor. de eadem Cic. ad Atticum, & ad Pætum. Arbuſculæ etiam meminit idem ad Atticum, & Horatius in Satyra Apologica, & marmor Præneſtinum,*

SEX. NÆVIVS
SEX. F. PHILEMO
NÆVIA SEX. LIBERTA
ARBVSCVLA.

Cytheris nomine proprio Lycoris, Arbuſcula dicta fuit Næuia: utraq; liberta, & patronis quæſtuoſa. Villius in Fauſta Syllæ gener] *Nomen mutauit, quod ſine periculo ponere non potuit, cùm intelligat T. Annium Milonem. Talis μετωνυμία etiam ueteribus uſitata, ut Alcmæna pro Danaë apud Pindarum: Nemeſis pro Leda, apud Cratetem Tragicum.* Regibus hic mos eſt] *Noui ſermonis qui fecerunt initium, ut factum in manuſcriptis uidemus, ſimilitudinem non intellexerunt, antecedentibus & conſequentibus planè accommodatam.* Gallis hanc Philodemus ait] *Tale illud, Hoſtibus eueniant. Aut, Iſtuc inimicis ſiet.* Ve pallida, lecto] *Duæ dictiones ſunt, χαρακτηρισμὸς* [illegible] *è ſententia utriuſq; interpretis, quamuis aliter recentiores. Ve ſcribi ſine diphthongo, obſeruauit Agrætius.*

IOD. BAD. ASCENS. } Ambubaiarum collegia, &c.] *In hac ſecunda Satyra Horatius primum oſtendit exemplis, quomodo dum uitant ſtulti uitia, in contraria currunt. Cùm enim nolint circa medium in quo uirtus conſiſtit immorari, ſed contenti ſint alterum extremum à quo abhorrent effugere, in alterum extremum non minus uitioſum dilabuntur. Deinde oſtendit multos magis ex opinione ſua, praua, & ex concupiſcentia effræni peccare, quam ex rerum diſcrimine, unde oſtendit non minùs uoluptatis eſſe in proſtituta, quàm in nobili matrona, ſi non falſa opinione duceremur. Contra multò grauius eſſe peccatum, atq; periculum in matrona, quam in ancilla, aut publica meretrice, quocirca dehortatur nos ab adulterio committendo, quòd uerò ad lupanaria uidetur inuitare non ſic intelligas; quaſi laudabile ſit, ſed minus uitioſum. Neq; uerò ita damnabile reputabatur, ſimplex fornicatio à gentilibus, qui legem diuinam non agnoſcebant, ſicut à nobis qui ueritatem agnoſcimus, quocirca in ſententijs poëticis, quæ Chriſtianæ ueritati conſonæ ſunt, comprobentur, quæ minùs ab Ethnico dictæ putentur. Et hæc de Argumento huius Satyræ.*
Ambubaiarum collegia, &c.] *Marcus Tigellius Hermogenes Muſicus tam prodigus, inquit, largitor fuit, quòd omnes gulæ proceres, ac perditæ libidinis homines, quales ſunt tibicines, hiſtriones, paraſiti, gnatones, mimi, & mimæ, epulones, balathrones, mendici, unguentarij, caupones, & omnes qui ad horum pertinent collegia, mœſti ac ſolliciti ob eius mortem effecti ſint, & non immeritò (dicit hoc autem per Ironiam ex affectu eiuſmodi hominum) quia certè erat benignus, imò erat prodigus largitor; dans quibus non oportuit,*

CCc

uit, & plus quam decuit. Contra hic,&c.] *Econtrariò dabilis eſt alius tantum prodigalitatem effugiens, ut ne prodigus cenſeatur nolit dare amico inopi, quo frigus, aut diram famem poſſit propellere. unde quam ſignatè notat tenacitatem auari. Non dicit, quòd nolit dare cuicunq; petenti, ſed ne amico quidem. Nec cuicunq; amico, ſed ne inopi quidem neq; dicit, quod nolit amico inopi dare equum, aut ueſtem honeſtam, aut alia ad honeſtiùs & commodius uiuendum utilia, ſed quòd nolit ei dare, quò poſſit inopem defendere uitam, & frigus, & famem non tenuem, ſed diram & execrabilem propellere.* Si percunčteris autem] *Id eſt, interroges.* Hunc] *Id eſt, alterum horum uidelicet, Tigellium, quare patrimonium ſuũ ita abliguriat & dilapidet: reſponderet, quòd nolit reputari ſordidus, & parui animi, laudabitur autem ab his, qui talem uitam amant & conſimilia faciunt. Culpabitur autem ab illis, qui aut uirtutem mediam colunt, aut in oppoſitum uitium fugiunt. Si uerò percunčteris Fufidium auarum uſurarium, qui pro ſingulis denarijs uſuram præſtitis quinos lucrari uult, cùm tamen ſit ditiſſimus agrorum & pecuniarum, ſi inquam, quæras ab eo, qua re id faciat: reſpondebit, quòd timeat reputari Vappa aut* Nebulo] *Id eſt, homo prodigus atq; iners, & ſine induſtria, nihil conſilij, aut penſi habens, nihilq; ſuperlucrari ſciens. Oſtendit autem poëta quomodo fieri poteſt, quòd quinas mercedes pro capite, hoc eſt, pro ſorte, ſeu principali pecunia ad uſuram præſtita exigat, quia ſectatur iuuenes perditos, qui duros & rigidos patres habentes, ſeſe ad militiam conuertunt, unde ſi parentes diutiùs uixerint, ex caſtrenſi peculio uſurarius ille ſolutionem ſibi comparabat. Nam licet illi, qui in paterna poteſtate ſunt rem paternam alienare non poſſunt. Et quia in ea re maxima fraus eſt, & deſtructio iuuenum incautorum, quærit auctor quis tam patiens eſſe poſſet, ut non inuocet Iouem in ultionem talis facinoris.* At ille pro quæſtu,&c.] *Facit hypophoram, id eſt, obiectionem, poſſet enim aliquis dicere, quòd Fufidius ille dignus ſit, qui multum lucretur, uel quòd neceſſe habeat multa lucrari, ex quo graues ſumptus faciat: imò pro magnitudine lucri. Contra quod dicit poëta.* Hic] *Id eſt, dicis, quòd hic pro quæſtu ſumptum facit. Vix inquit poſſis credere, quantum ipſe ſit inimicus ſibi, ita quòd Menedemus in tertia Comœdia Terentij, quæ ab eo dicitur Heautontimorumenos, id eſt, ſe ipſum crucians, non maiorum abſtinentiam fecerit, neq; ſeipſum grauius cruciauerit eò, quòd filium ſuum Cliniam per duriciam ſuam coëgit in militiam abire, quam iſte ſeipſum cruciat ne prodigus habeatur. Nunc pauca uocabula declaranda ſunt. Ambubaiæ ſecundùm Acronem Syrorum lingua dicuntur mulieres tibicinæ. Alij Latinum putant, & ductum quòd iam, id eſt, circum Baias locum amœniſſimum, & uoluptatis plenum uerſentur.* Collegium] *Eſt collegarum, id eſt, eorum, qui ad idem officium miſſi ſunt, aut circa idem ſtudium uerſantur conuenticulum. Pharmacopola Græcè, ungenti uenditor Latinè dicitur. Nam pharmacon ſignificat unguentum, & pola uenditorẽ. nam poleo eſt uendo. Vnde etiam Bibliopola uenditor eſt librorum. In locis autem calidis, nulla uoluptas ſine unguento eſt. Mendici hîc ſunt paraſiti, & menſarum delicatarum ſectatores per aſſentationes ſuas. Mimi ſunt hiſtriones, & Mimæ ſaltatrices geſtu & ſaltatione corporis gratiam captantes.*

Balathrones] *Sunt Seruilio Balathroni ſimiles perditi gula, & uoracitate. Vt autem à Balatu dicantur, non patitur uerſus. Nam Balare primam producit, quæ in Balathrones hîc corripitur. Tigelli per Apocopen pro Tigellij dicitur. Nam in alia Satyra uocabitur Tigellius non Tigellus, de quo ſic dicit Porphyrio. Marcus Tigellius Hermogenes Muſicæ artis ſcientia præditus Caio Cæſari Dictatori fuit familiaris, poſtea Cleopatræ, quia dulciter cantabat, & iocabatur urbanè, Auguſto quoq; placuit, ut inter familiares ac domeſticos haberetur, hæc ille: Scias autem lector. C. literam poni pro Caio, & licet ſcribatur per C profertur, tanquam per G ſcriptum Gaius. Percunctari eſt ſciendi, & experiendi gratia, & uel à cuncta, id eſt, mora deducitur, eò quod quos percunctamur difficilia moram faciant, priuſquam reſpondeant & tunc ſcribitur per V & C. uel dicitur à conto, id eſt, baculo, quo nauta inquirit profunditatem maris, & tunc per o ſine c ſcribitur percontor. Quinas mercedes capiti, id eſt, pro ſingulis nummis datis quinq; exigit, bene enim & propriè hic poſuit quinas. Nam diſtributionem notat. Caput autem ſeu capitale, uel ſors eſt ea pecunia, quam ad uſuram damus. Lucrum autem uocatur fœnus, quaſi ſit fœtus pecuniæ. unde etiam fœnũ dictum eſt, eò quòd ſit fœtus terræ lucro cedens, ſine cultura enim naſcitur. Cætera in conſtructione patebũt. Ordo igitur eſt.* Collegia] *Id eſt, ſocietates, & conuenticula Ambubaiarum i. mulierum tibicinarum, & ſaltatricum ac laſciuarũ, pharmacopolæ. i. unguentarij ſeu unguenti uenditores. Mendici. i. paraſiti & hiſtriones, mimæ, ſaltatrices & cantatrices hiſtrionicã exercentes. Sunt tamen qui legant mimi, ut maſculinum genus præpolleat, quod ſi offendero, non deleam, nec ſi mimæ legatur referam, quæ enim rara codicibus fides, dum ex ſua quiſq; ſententia, alius corrigere, alius inuertere ueteres codices audet. Acro autem mimæ legit, quomodo ſibilus uitatur.* Balathrones] *Id eſt, Comedones, & gulæ indulgentes omne hoc genus laſciuorum, & luxurioſorum hominum eſt mœſtum ac ſollicitum* Morte] *Id eſt, propter mortem* Tigelli] *Id eſt, Tigellij, quippe, quia certè ipſe erat benignus, ut dicebãt ipſius amatores, & ſectatores, cum potiùs dicendus prodigus eſſet. Eſt autem amara irriſio poëtæ cum carens Satyrico ſtomate, uult ergo dicere, quòd Tigellius ſummoperè fugiebat auarus aut ſordidus reputari. In locutione autem eſt Zeugma à poſteriori, ut noſcunt Grammatici.* Contra] *Id eſt, econtrario* Hic] *Id eſt, alius metuens, ne dicatur eſſe prodigus, nolit dare amico inopi, & egenti aliquid, quo poſſit* Propellere] *Id eſt, procul à ſe pellere frigus &* Diram] *Id eſt, ſæuam, & immanem famem.* Si ta percũcteris] *Id eſt, interroges hunc uidelicet Tigellium prodigum* Cur ipſe malus] *Id eſt, uitioſus & perditus* Stringat] *Id eſt, diminuat paulatim & conſumat* Ingluuie] *i. uoracitate gulæ* Ingrata] *i. odioſa hæredibus, uel ingrata, quia unde beneficium accepit non refert, ſed ſibi duntaxat uiuit, ſtringat inquã* Præclaram rem] *i. ualde amplum & clarum patrimonium aui atq;* Parentis] *i. patris. i. quod auus patri, & pater ipſi filio dereliquit. ſtringat inquã patrimonium ſuum.* Coëmens] *i. ſimul emens.* Omnia obſonia] *i. omne genus cibariorum* Nummis] *i. pecunijs* Conductis] *i. ad uſuram acceptis, pro quibus tanquam pro rebus cõductis mercedem pendere debebat. Nam obſoniũ eſt quicquid comedi poteſt ultra panem, ipſum Gallicè pitance. Si tu ergo percunčteris hũc ipſe reſpondet, quòd hoc facit.* Quòd] *i. quia nolit.* Haberi] *i. reputari ſordidus & parui animi, ipſe autem hoc reſpõdens laudatur ab* His] *i. ab aliquibus, qui ſimile faciunt, aut quibus hoc prodeſt, &* Culpatur] *i. arguitur & reprobatur* Ab illis] *i. alijs qui aut uirtutem* Mediam] *i. liberalitatem, aut uitiũ* Oppoſitũ] *i. auaritiam colunt. Fufidius diues agris & diues nummis poſitis, in* Fœnore] *i. ad uſuram.* Timet famam] *i. infamiam Vappæ &* Nebulonis] *i. ignaui & perditi hominis, & ideo hic exigit. i. expoſtulat* Capiti] *i. principali ſummæ expoſitæ, quinas* Mercedes] *i. pro ſingulis nummis quinq;, atq;* Vrget] *i. cõpellit ſoluere* Tanto acrius] *i. uehementius, quanto quiſq; eſt* Perditior] *i. minus accuratè res ſuas agens.* Sectatur enim] *i. inſequitur & captat, ut in libro ſuo ſcribat nomina* Tironum] *i. nouorum militum.* Et hoc dico ueſte uirili] *i. toga quam anno 14. accipiebant, et tũc ſtipendia facere poterãt,* Sumpta] *i. accepta ſub* Duris] *i. ſeueris & rigidis patribus. Hoc autem ut dixi fecit propter peculiũ caſtrenſe, quis ſimul* Ac] *i. immediatè poſtquã audiuit quòd Fufidius talia facit non exclamet, ô maxime Iuppiter, quare ſupple nõ percutis fulmine tam auarum & iniquum hominem? Deinde poëta ponit obiectionem quaſi quis dicat. At pro ſed ô Horat. ille ſcilicet, Fufidius facit* Sumptũ] *i. expenſas pro* Quæſtu] *i. ſecundũ magnitudinẽ quæſtus & lucri, & ita uidetur illi non inuidendũ ſi multa lucretur. Reſpondet poëta hic. i. dicis tu quòd hic uidelicet Fufidius faciat ſumptũ pro quæſtu, tu uix poſſis credere* Quam] *i. quantum* Non amicus] *i. inimicus ſit tibi. hoc eſt, quantũ geniũ ſuum fraudet. hoc eſt, alimenta naturæ ſuæ debita ſubtrahat, ita. i. in tantũ eſt ſibi inimicus, ut ille pater ſcilicet, Menedemus quem fabula. i. 3. Comœdia* Terẽti] *i. Terẽtij inducit uixiſſe miſerũ,* Nato] *i. filio uidelicet Cliniæ* Fugato] *i. coacto ire in militiã, nõ cruciauerit* Se peius] *i. durius & accumulatius,* Atq;] *i. quã hic, de quo loquor uidelicet Fufidius.* Si quis nunc quærat,&c.] *Oſtendit ad quod propoſitum Tigellij*

prodiga-

prodigalitatem, & Fuſidij auaritiam deſcripſerit, ut ſcilicet oſtendat, quòd dum uitant ſtulti uitia, in contraria currunt, quod in lib. de Arte Poëtica ſic dicit. In uitium ducit culpæ fuga ſi caret arte. Monet ergo ut ſic uitemus unum extremum uitioſum, ne in alterum præcipitemur, ſed circa medium moremur. Malchinus tunicis demiſſis ambulat] Probat idem aliorum exemplis, & ſecundùm nonnullos Mecœnatem & Agrippam tangit. Nam Mecœnas ueſtibus talaribus, & iiſdẽ tenuiſsimis utebatur, unde de ueſtibus præcioſis, quos Catullus iactauit dicit Iuuenal. Satyra 12.

» Præcipitare uolens etiam pulcherrima ueſtem
» Purpuream teneris quoq; Mecœnatibus aptam.

Nec obſtat Mecœnas ſummus amicus & fautor Horatij erat, quia etiam amicorũ uitia moderatè notabat, unde de eo dicit Perſius:

» Omne uafer uitium ridendo Flaccus amico.

Tangit, &c. Malchinus autem uocatur, quia Malachos mollem ſignificat. In Acronis commentarijs tamen ſcriptum reperi Malthinus, & ſimiliter in Porphyrionis, à Maltha, quod Malachos, id eſt, mollis. Dicitur Agrippam autem dicunt uſum ueſtibus ad nates uſq; decíſis, unde hic facetus dicitur. Nam facetus is propriè dicitur, qui facit urbanè, aut dicit cum geſtu non inuenuſto. Dici autẽ ſolet de talibus tunicis, quòd nihil ſit eis facetius, quia ſemper ſtant, quando Dominus earum ſedet. Demiſſis] Id eſt, deorſum miſsis. Subductis] Id eſt, ſurſum uel deorſum ductis. Paſtillos] A' pane, per diminutionem dictos affirmat Feſtus Pompeius, ut ſit panis ex aliqua admixtione ſuaui. Alij tamẽ uolunt paſtillos, hîc unguentum ſignificare. Quidam notus homo, &c.] Si hanc ſententiam Catonis, quam poëta diuinã dicit, intelligas ſic, quaſi ſine uitio, aut peccato liceat accedere meretrices & proſtitutas, falſò intelligis, ſed id prætendit Cato & etiam poëta, quòd minus malum eſſet ad proſtitutas accedere, quam alterius thorum uiolare. Quod uerò Cato hoc ſenſit, patet, quia frequentanti lupanaria dixit, non debere eum illic habitare. Et poëta in textu dixit hoc faciendum eſſe quãdo tetra libido urget, per hoc enim quòd dicit tetram libidinem ad hóc inſtigare, ſignificat non honeſtum eſſe factum, ſed tolerabile uitium, unde lex ciuilis non approbat, ſed tolerat in ciuitatibus bonis proſtibula. Non tamen in honeſto loco debent conſtitui, unde hic dicitur deſcendere, quaſi ad locum abiectum. Nam & fornices ſunt ſpecus illi, qui ſunt ſub arcubus murorum ciuitatis, aut Theatri, aut ſub arcubus triumphalibus, in quibus proſtitutæ reſidebant, & inde fornicari dictum eſt. Permolere, ſubagitare, Satyrica petulantia dictum eſt. Nam rem Veneream ſignificat, in qua alter alteri ſuperponitur, ut mola molæ dum rotatur.

Laudarier] Pro laudari, per paragogen comicã. Mirator] Laudator & ſectator, ſic Lucanus.

» Miratorq; Catonis, Id eſt, imitator. Cupennius de quo Porphyrio ſic dicit. C. Cupennius libo Cumanus Auguſti familiaritate clarus corporis ſui diligentiſsimus, ſectator matronarum concubitus. Albi cunni miratorem uidetur mihi non pro candido dixiſſe, cum utiq; poſsint, & uulgares mulieres etiã meretrices candidæ eſſe, ſed ad ueſtem albam qua matronæ maximè utuntur relatum eſt. hæc ille. Macte] Id eſt, magis Aucta] Id eſt, cumulatæ ſignificat, quo uerbo in ſacrificijs auctis & accumulatis utebantur, & ad eos quorum uirtutem augeri, uolebant etiam dicere conſueuerunt. Repertum eſt etiam mactus. Nam olim integrum erat nunc præter uocandi caſum nullum offenderis. Ordo eſt. Si quis quæret nunc quo] Id eſt, ad quod propoſitum, hæc res quam de Tigellio & Fuſidio dixit pertinent, dicam ſupple quòd pertinet Illuc] Id eſt, ad illud propoſitum, quòd dum ſtulti Vitant] Id eſt, effugere conantur. uitia quæ ſunt in altero extremo. Currunt].i. præcipites ruunt in contraria, quæ ſunt in reliquo extremo. Malchinus].i. quidam mollis & delicatus, ut Mecœnas Ambulat].i. ocioſus incedit. Tunicis demiſſis].i. deorſum ad talos uſq; miſsis. eſt alius (ut Agrippa ſecundùm quoſdam) qui exiſtens facetus, uel uolens uideri facetus. Ambulat tunicis ſubductis].i. ſurſum ductis uſq; ad obſcœnum Inguem].i. uſq; ad podicẽ. Ruſillus uir ille delicatus. Olet paſtillos].i. ſemper odorem habet Paſtillorum].i. bonorum odorum. & Gorgonius homo fœdus & incultus. Olet hircum] Id eſt, fœtorem hircinum, maximè ſub alis habet.

Vnde nil eſt medium].i. nulli ſeruant medium, in quo tamen uirtus moralis conſiſtit. Sunt nonnulli qui nolint Tetigiſſe].i. poluiſſe & naturaliter cognouiſſe niſi illas, Quarum talos].i. imas partes crurum. Inſita].i. tenuis faſciola. Tegat].i. cooperiat. Veſte ſubſuta].i. ſtola habente inſitam ſubſutam. hoc eſt, niſi matronas, quæ ſtolis albis utebantur. Contra].i. econtrario alius nolit tetigiſſe Niſi ſtantem].i. proſtantem in Fornice].i. lupanari. Olenti].i. fœtenti. Quidam homo notus].i. nobilis, & iuuenis tamen. Cum exiret fornice].i. proſtibulo. & Catonem uellet fugere, ſententia dia].i. diuina Catonis inquit Macte].i. ô magis aucte uirtute. Eſto].i. permittatur tibi hoc facere. Nam ſimul ac].i. ſtatim poſtquam Tetra].i. obſcœna Libido].i. appetitus Venereus Inflauit].i. incitauit uenas ad luxuriam. Aequum].i. permiſſum eſt Vos ô iuuenes deſcendere huc].i. ad lupanaria, & non eſt æquum Permolere].i. ſubagitare alienas uxores. Cupennius].i. C. Cupennius libo. Mirator].i. laudator & ſectator. Cunni].i. membri muliebris. Albi].i. alba ſtola tecti, hoc eſt, matronalis, inquit ego nolim me Laudarier].i. laudari. Sic].i. ſicut laudatus eſt iuuenis, qui nõ ad matronas, ſed ad meretrices acceſsit. Audire eſt operæprecium] In hoc textu auctor tria facit. Primo dehortatur ab adulterio, & matronarum concubitu, oſtendens eos, qui matronas ſectantur raró libidinem ſuam explere, aut uoluptatẽ conſequi, propter cuſtodiam matronarum, & ſi quando intentum obtinuerint in maximo periculo eſſe, & ſæpe multos dolores pati. Nam alius eorum cogitur ſe præcipitare de tecto, aut per feneſtrã. Alius flagellis ceditur, quaſi uſq; ad mortem. Alius ſpoliatur ab illis, qui ad hoc inuigilant. Alius coactus eſt corpus ſuum, & maximè uirilia redimere ab auaro marito. Alius ſtupratur, quod uitium turpitudinis, & innominabile dicitur, aut urina conſpergitur. Alius teſticulos & caudam uirilem amittit. Secundo oſtendit amores in Libertinas eſſe uitioſos, & ſæpe damnoſos. & hoc exemplo Salluſtij Hiſtoriographi, qui cùm Libertinas perditè amaret, & patrimonium ſic conſumpſiſſet, nec uereretur earum amores fateri ex ſenatu expulſus eſt, & infamis habitus. Tertio exemplo Marſæi probat meretricios amores eſſe cauſam famæ bonæ, ac rei familiaris perdendæ. Vnde concludit non eſſe perſonam certam in peccato fugere, ſed oportere ipſum peccatum in quacunq; perſona deuitare. Illud autem quid intereſt in matrona, &c. Acron ſecundùm Stoicorum diſciplinam eſſe dictum, docet, qui dicunt omnia uitia eſſe paria. Contra quos eſt tamen ſequens ferè Satyra. unde oportebit dicere poëtam more poëtico diuerſas opiniones recitare, aut ſenſum eius fuiſſe, quòd non refert in qua perſona quis peccat, cum ſine peccato eſſe non poſsit, quamuis grauius ſit in una perſona quam in alia. Prima dictarum partium eſt in principio, ſecunda ibi. Tutior at quanto. Tertia ibi. Vt quondam Marſæus. Primorum duorum uerſuum duplex eſt ſenſus. Prior ut ſit, ô uos, qui non uultis mœchos procedere rectè, id eſt, habere bonum proceſſum, & proſperitatem Operæprecium eſt] Id eſt, dignum opera hoc utile, & iucundum eſt, tanquam res habens in ſe precium, & mercedem laboris, audire qualiter in omni parte laborent. Et ſic uidetur intelligere Acron, & ita legi debet, ſicut etiam ipſe legit in Accuſatiuo mœchos. uel in eodẽ ſenſu poteſt legi mœchis in Datiuo. ut ſit uos: qui non uultis uotum, & inſtitutum procedere mœchis rectè, operæprecium eſt audire. Alius ſenſus eſt. ô uos qui nõ uultis procedere ad ſcorta ueſtra rectè, id eſt, directa uia & publica, ſed ſinuoſo flexu, & ſecreto itinere operæprecium eſt uos audire in quãto periculo, & quam modica uoluptate tales ſint. & tunc mœchis erit Datiuus localis. ut ſit, qui non uultis procedere mœchis id eſt, ad mœchas, & concubinas ſeu ſcorta ueſtra. Rectè, &c] Dura pericla, per ſyncopam pro pericula. Nummos] Pro corpore, uel ne ſtupretur, aut occidatur, uel ne caſtretur, & hoc ultimo modo poneretur totum pro parte, corpus pro membro uirili. Caudam ſalacem à ſaliendo potius dici uolunt, quòd membrum illud in libidine ſaliat. Galba negabat eſſe iure factum. In qua re amare Seruium Galbam iuriſconſultum poëta notat, quaſi contra manifeſtum ius pro adulteris reſponderet, quia & ipſe adulter eſſet. Tutior at quanto merx eſt in claſſe ſecunda. Claſsis præcipuè duo ſignificat. Primo congregationem plurium nauium, quanquam pro

una naue etiam apud Vergilium interdum accipiatur, & ſunt qui uolunt à ſonitu aquarum inter naues fractarum nomen accepiſſe. Alij autem à ligno quod Græci Calon uocant. unde & Cala pro fuſte lignea, quam milites interdum portant, accipitur à Lucilio cùm dicit. Frange calam miſer ut caleas] Id eſt, frange baculū tuum, & fac ignē ut caleas. Inde autem dicuntur calones, qui baculos poſt dominos ſuos portant. Secundò accipitur claſsis pro portiuncula alicuius multitudinis in uarios ordines pro diuerſis meritis, & officijs diſtinctæ. unde apud Quintilianum præcipiuntur diſcipuli debere in claſſes diſtribui, ubi ergo uulgo dicitis. Ego ſum in ludo noſtro, de primo aut de ſecundo loco, doctiùs diceretis, Ego ſum de prima, aut ſecunda claſſe. Liuius autem oſtendit quinq; fuiſſe militum claſſes in exercitu Romanorum, & inde reor claſsica dicta, tubarum clangores, quibus milites, ut in claſſes ſuas eant, & ad hoſtium turmas agminatim procedant, exhortantur. Totus autem muliebris ſexus in tres claſſes diſtribui poteſt ſecundùm quod tres ſunt ſtatus hominum. Nam omnis homo aut liber genitus eſt, & in nullam ſeruitutem redactus. & ſic dicitur ingenuus & liber, aut in ſeruitute natus, aut in ſeruitutem redactus, nunc tamen manumiſſus eſt, & libertate donatus, & ſic Libertinus eſt. Aut adhuc in ſeruitute tenetur, & tunc ſeruus dicitur. Sic & in mulieribus matronæ ingenuæ, & liberæ ſunt, & primam claſſem faciunt, Libertinæ ſecundam, ancillæ tertiam. Dicitur autem matrona (ut Aulus Gellius uult) quæ ut mater fiat in uxorem ducitur, quamuis nondū mater ſit. Et qui poëtam in illo uerſu.

" Eſt in matrona ancilla peccéſue togata.

Volunt de his tribus claſsibus loqui, dicunt togatam pro Libertina capi. Alij autem alium ordinem attendentes accipienda putant, pro depræhenſa in adulterio, & propterea infami. ſicut in 2. Satyra Iuuenalis patet. ubi damnatæ propter adulterium oſtenduntur, accipere togam more meretricū. unde bonus Ordo eſſet, ut dicatur nihil intereſſe, quantum ad famæ, & rerum perditionem, an quis peccet in matrona, id eſt, libera & coniugata. An in ancilla] Id eſt, ſoluta, ſed non proſtituta. an uerò in togata, id eſt, infami & proſtituta. Cum tamen grauius ſit peccatū in matronæ corruptione quàm in ancillæ. & in ancillæ quam in meretricis concubitu. Ordo eſt. O' uos qui non uultis mœchos id eſt, adulteros Procedere] Id eſt, habere proceſſum & proſperitatem Rectè] Id eſt, ad libitum eorum. uel ſic. ô uos qui non uultis conatum procedere. Rectè] Id eſt, proſperari Mœchis] Id eſt, adulteris. uel ut dixi ſic. ô uos qui non uultis procedere, id eſt, proficiſci rectè, id eſt, recta uia. Mœchis] Id eſt, ad mœchas. ut ſit Datiuus localis operæprecium eſt, audire & cætera. Aut ſecundùm Acronem ſic. Operæprecium eſt uos mœchos, qui non uultis procedere rectè, id eſt, recta uia ad proſtibulum. Sed occultè ad matronas, audire: ut, id eſt, quemadmodum laborent ſcilicet mœchi, & cætera. Inter has conſtructiones ne te incertum faciam meo iudicio prima proferenda eſt, & eius ſenſus eſt. O' uos, qui odiſtis Mœchos, & non uultis eos proſperare, audite aduerſitates quas patiuntur. Ideo autē alloquitur eos, qui adulterium non amant. quia adulteri non libenter audiunt ſua incommoda, & ſecundùm hanc lectionem dicendum eſt mœchos in Accuſatiuo. Ad quod dicendum multum non inuitat, quòd hi duo uerſus ſumpti ſunt ex Ennio, apud quem Accuſatiuus præconſtruitur illi uerbo procedere cùm dicit. Audire eſt operæprecium procedere rectè, qui rem Romanam uultis, & cætera. Legamus ergo ſic. O' uos qui non uultis, id eſt, adulteros procedere rectè, id eſt, habere rectum proceſſum & proſperitatem. Operæprecium eſt] Id eſt, iocundum & res digna labore, audire, ut id eſt, qualiter. Mœchi] Supple laborent, id eſt, in periculo, & labore ſint ex omni parte. quæ pro &: Vt] Id eſt, qualiter uoluptas, quam habent in peccato adulteri Cadat] Id eſt, accidat. Contingat illis corrupta] Id eſt, diminuta multo labore propter multos labores. & cadat illis rara, & ſæpe inter Dura pericla] Id eſt, pericula, unde hic, id eſt, unus eorum dedit ſe præcipitem Tecto] Id eſt, præcipitauit ſe de tecto. Marito] Scilicet, aduentante ſubito Ille] Id eſt, alius. Ceſus eſt] Id eſt, percuſſus eſt flagellis, uſq; ad mortem excluſiuè, ſicut de Salluſtio narratur. Hic] Id eſt, alius fugiens, decidit In acrem] Id eſt, uehementem & immitem turbam prædonum, qui noctu uias publicas per quas ille fugere putauit obſiderit. Hic] Id eſt, alius, dedit nummos pro corpore ne ſtupretur, uel pro membro uirili ne caſtretur. Calones] Id eſt, miniſtri militum. Permixerunt hunc] Id eſt, alium, id eſt, urina fœdauerunt, aut ſtupro Sodomitico polluerunt, quinetiam illud accidit, ut quidam maritus ſcilicet. Demeteret] Id eſt, abſcinderet, ſicut meſſores herbas abſcindunt. Ferro] Id eſt, cultro ferreo. Teſtes] Id eſt, teſticulos, & Caudā] Id eſt, uirgam. Salacem] Id eſt, libidinoſam. hoc eſt, membrum uirile. Omnes] Supple dicebant Factum] Supple iure, id eſt, iuſtè & ſecundùm iura. Sed Galba] Id eſt, Seruius Galba iuriſconſultus, negabat ſupple iure factum eſſe. Quia cum ipſe eſſet adulter, & matronarum ſectator, nolebat adulteros tam acriter puniri. At] Pro ſed, quanto tutior, quaſi dicat multo tutior eſt merx, id eſt, res familiaris in Secunda claſſe] Id eſt, in ſecundo ordine mulierum. Hic nota, quod pulchrè uſus eſt auctor uocabulis utriq; ſignificato huius nominis claſsis conuenientibus. Nam merx, ut, eſt res, quam mercatores per claſſes traducunt uenalem, unde benè dixit merx, eſt in claſſe ſecunda. & allegoricè loquitur de re illa, quam habemus in ſtatu Libertinarum. Vnde ſe exponit auctor, dicens: ego dico in claſſe Libertinarum, id eſt, mulierum Libertinæ conditionis] Id eſt, quæ neq; ingenuæ ſunt, neq; ancillæ, ſed medio modo ſe habent, quia ancillæ fuerunt, ſed Libertinæ factæ ſunt. unde potiùs Libertinæ, quam liberæ dicuntur. In quas] Id eſt, circa quas Libertinas. Salluſtius ſcilicet, Criſpus nobiliſsimus Hiſtoriographus non minus, id eſt, ita inſanit. Ac] Id eſt, ſicut. Qui mœchatur] Id eſt, adulterium committit. At] Pro ſed. S. hic] Videlicet Salluſtius uellet eſſe erga Libertinas amicas ſuas. Bonus] Id eſt, commodus atq; Benignus] Id eſt, beneficus Et eſſet nos] Supple qua, id eſt, Quatenus res] Id eſt, patrimonium eius ſuaderet. Et quà] Id eſt, quatenus, hoc eſt, in quantum ratio ſuaderet, id eſt, permitteret. Quæ pro &: Qua Id eſt, quatenus, uel in quantum Licet] Id eſt, licitum eſt, Vnicuiq; eſſe munifico] Id eſt, muneris largitori. Ipſe daret] Supple tantum, quantum eſſet ſatis. nec pro & non, & Non ferret] Id eſt, non eſſet ſibi Dāno] Id eſt, ad damnum. Quæ pro & dedecori] Id eſt, ad dedecus & infamiam. Verum] Pro ſed. ipſe Salluſtius ſupple. Amplectitur] Id eſt, palpat ſe hoc eſt, placet ſibi hoc uno & amat, & laudat hoc uno ſe, quòd poteſt dicere. Matronam nullam ego tango, nullam pro non, & ullam ego non tango, id eſt, polluo ſeu corrumpo. Vllam matronam] Id eſt, coniugem legitimam alicuius liberi hominis. Vt] Id eſt, quemadmodum Marſæus ille] Id eſt, notiſsimus amator originis, id eſt, mimæ & meretricis ſic dictæ. Qui donat] Id eſt, donauit. Patrium fundum] Id eſt, omnem rem immobilem, quam à patre ſuo ſucceſsione hæreditaria ſuſcepit, cuiuſmodi ſunt arua, & uineæ. Quæ pro & patrium larem, id eſt, domum paternā: inquit, id eſt, dicit. Nil] Id eſt, nulla res Venerea, uel nullum commercium naturale fuerit. Mi] Id eſt, mihi unquam cum alienis uxoribus. Nota à Genitiuo mis fit mi, in Datiuo, quo Virgilius, & Horatius ſatis crebro utuntur. mis autem in uſu non eſt. A Genitiuo autem mei, fit Datiuus mihi. Item uxor dicitur, quaſi unxor, quia limen per quod noua nupta domum mariti intrauit, ſolebat contra maleficium lupino adipe inungi. Sed ad ordinem reuertamur. uerùm cum mimis & cum meretricibus, hæc uerba poſſunt eſſe Marſæi, ſed potiùs uidentur eſſe poëtæ reſpondentis Marſæo in hoc ſibi applaudenti, quòd rem non habuerit cum alienis uxoribus. unde conſtruamus ſic, ut dicat poeta. uerùm pro ſed ô Marſæe rex fuit tibi cum mimis, & circulatricibus, cantatricibus, ſaltatricibus, & cum meretricibus. Vnde] Id eſt, ex quarum cōmercio Fama] Id eſt, nomen Trahit] Id eſt, attrahit ſibi Grauius malum] Id eſt, damnum & iacturam, Quam res] Id eſt, quam ſit damnū reī familiaris ſecundùm Acronem. Vel quam res] Id eſt, quam res familiaris ſupple trahat. hoc eſt, plus de fama, quam de rebus perditis in meretricio concubitu, qui licet uili precio comparetur, inhoneſtus tamen eſt, & contemptibilem facit. An ô Marſæe tibi ſatis eſt abundè uitare perſonam] Id eſt, certam conditionem mulierum, ut ſolas matronas, & uxores alienas, & non uitare illud quod officit, id eſt, nocet ubiq; & hoc ſecundum, & Acronem. uel ſic. & non uitare ubiq;, id eſt, in quacunq; perſona, quod officit, id eſt.

id eſt, quod contra honeſtatem proſperitatem rerum tuarum facit, & quod ſic intelligatur patet ex ſequentibus: unde ſubditur. Deperdere bonam famã & oblimare] Id eſt, abradere & diminuere rem patris, id eſt, patrimonium eſt malum ubicunq;, id eſt, in quacunq; perſona ſupple fiat. Quia intereſt] Id eſt, quæ differentia eſt an tu pecces in Matrona] Id eſt, libera & coniugata, an in ancilla: ne pro uel In togata] Id eſt, in infami, & proſtituta. hic nota quòd ob, duo ſignificat propter & contrà, ut feci hoc ob amorẽ tuũ, id eſt, propter amorem in te, & inde dicitur officium illud exercitium & opus Ob quod] Id eſt, propter quod, quid factum eſt, & ſic in bonam partem accipitur. Officio autẽ eſt contra facio, hoc eſt, contra utilitatem alterius. Et obſum] Id eſt, contra Vtilitatem ſum] Id eſt, noceo, ſic obſto contra ſto & multa alia: unde hic quicquid Officit] i. nocet. Item nota, quòd quia Horat. uoluit uti ſtylo pedeſtri & familiari, quali in familiari ſermone utimur, ideo ſtuduit facere uerſus non multum à proſa diſcrepantes. uerſus enim dicuntur, quia poſt certos pedes à fine unius lineæ uertimur ad principium alterius lineæ, ipſe autem interdũ ſic fecit uerſum, quòd una pars dictionis maximè compoſitæ ſit in fine unius uerſus, & alia in principio alterius. Sicut hic intereſt diuiditur, & alibi iureiurando.

Villius in Fauſta, &c.] Hic auctor exemplo Villij oſtendit, quam periculoſum ſit nobiles mulieres ob nobilitatem ipſam ſectari, monſtratq; quòd quantum ad exigentiam naturæ nihil referat nobilis an ignobilis fuerit mulier, quòd autem nobilem ſectamur etiã difformem & uulgarem ſæpe candidiorem pro explenda carnali uoluptate refugimus, id, inquit, ex noſtro uitio non ex rerum uitio ſeù exigentia naturæ prouenit. Natura enim ſolum petit defectum ſuppleri & ſuperfluum euacuari. Ad quam rem accidentia reſpectiua nihil faciunt, qualia ſunt eſſe filiam conſulis, habere affines, cognatosq; nobiles. Deinde pulchrè admonet, ut deſinamus matronas ſectari cum ſæpenumero minus pulchræ ſint, quã proſtitutæ, & ſemper plus peccati, pluſq; periculi ſit in ipſis, quã in meretricib. Quod autem matronæ quædam pulchriores uideantur, hinc fit quia fucatæ, & exornatæ ſint, & partes quas pulchras habent oſtentant, & quas difformes occultant. Cùm meretrices omnia nuda habeant, & nihil celent. Cæterùm meminerimus, quòd poëta non intendit nos ad meretricum amplexus inuitare, ſed eos qui continentes uiuere nolunt, monet ut potiùs proſtitutas quærant, quam matronas. Exẽplum autem Villij ab Acrone inculcatè & confuſè recitatur. unde tres uidentur commentarij ſententias recitare, quarum primam tenet Porphyrio, qui dicit. Villius pro Annio dicitur. Annius autem Milo maritus fuit Fauſtæ Cornelij Syllæ filiæ, quia famulia Longarenus rediens à cœna ante ædes ſuas ne adulterium deprehenderet pugnis cæſus, & ferro eſt petitus, quem, ait nulla alia re in hanc iniuriam ac contumeliam recidiſſe, quam quòd magnæ nobilitatis uxorem rem habere affectauerit. Hæc ille, in quo cum Acrone concordat. Notũ aũt eſt poëtas licentiosè interdũ nomẽ unius pro alterius nomine uſurpare. ut apud Virg. Pollucis habemus, pro Caſtoris.

„ Reuocato ſanguine Teucri, pro Dardani.
„ Et manibus Progne pectus ſignata cruentes.

Pro Philomenæ, ſed Satyricis, quibus ſub proprio nomine uetitum eſt uitia reuelare, licitum eſt nomina commutare. Vnde hic Villius ponitur, ubi deberet poni Annius, quod ſeruato eodem metro fieri poteſt, & Tunc gener propriè caperetur, quia Annius reuera gener Syllæ fuit. Secunda ſententia Acronis eſt, quòd Longarenus fuit maritus Fauſtæ, & Villius adulter, qui cùm maritum abſentem putaret ad Fauſtam accedens, deprahenſus & cæſus eſt. Tertiam poſuit Landinus. Cuius uerba ſunt. Ego potiùs credo Villium & Longarenum duos fuiſſe adulteros, & riuales, & ſic Villium à riuali cæſum. Nam quòd ait Syllæ gener loquitur ex deſiderio Villij, non quòd eſſet gener, ſed quòd eſſe cuperet. Sic Virgil. 2. Aeneid. de Chorebo, qui nondum gener fuit, ſed affectabat eſſe.

„ Qui gener auxilium Priamo Phrygibuſq; ferebat.

Harum expoſitionum aut primam, aut ultimã accipere poſſumus. Gener eſt maritus filiæ noſtræ. Muto] Membrum uirile hic ſignificat. ſicut in obſcœno carmine Virgilij. mutinum. Barbari autẽ putant arietem ſignificare aũt ueruecem. Niueos lapillos] Id eſt, uniones, uiridesq;, ut ſmaragdos. Sic licet hoc Charinte] Apoſtrophe eſt, id eſt, conuerſio ſermonis ad abſentem. Dicunt commentarij Charintum proſtitutum fuiſſe pulcherrimũ. Ego uerò ſi noui ingenium poëtæ, potiùs dicam, iuuenem delicatum fuiſſe, qui brachia, & crura ſua oſtentabat, tanquam pulchra, cùm exilia haberet, & ita Satyrico ſale Charintum potiùs defricat, quam eius ſpeciem reuera laudet. Cætera patebunt in conſtruendo. Ordo igitur eſt. Villius, id eſt, Annius Milo gener Syllæ, ſcilicet Cornelij Syllæ, & totiens Fauſtam filiam eius ſubagitauit, ut maritus eius uideri poſſit. Villius, inquam, miſer deceptus, id eſt, illuſus in Fauſta Syllæ filia, Hoc uno] Id eſt, hoc ſolo nomine, quòd eſſet filia Syllæ dedit, id eſt, luit pœnas. Vſq;] Id eſt, quantũ ſatis eſt. Que] Pro & Super] Id eſt, ultra, & ſupra quam ſatis eſt, exiſtens cæſus pugnis, & petitus, id eſt, inuaſus. Ferro] Id eſt, armis ferreis. exiſtens inquam excluſus. Fore] Id eſt, à ianua propria. ſi pro Villio Annium ponis, aut ab ianua amicæ adulteræ, ſi pro ipſo Villio ponatur. Cum] Id eſt, quando. Longarenus] Scilicet, adulter Foret] Id eſt, eſſet intus, & fecerat ſeruos ſuos obſeruare portam, nè maritus accederet, & ſi uellet uiolenter intrare, iuſſerat ut eum cæderent, ſicut etiam fecerunt. Si animus] i. ratio diceret Villio ſeù Annio. Videnti] Id eſt, conſideranti tanta mala, quæ paſſus eſt propter matrimonium nobilis mulieris. Hæc] Scilicet, ſequentia. Verbis Mutonis] Id eſt, membri uirilis, quod etiam mutinum dicitur, id eſt, tanquam ipſum membrum ad ipſum loquatur, & dicat. O Villi, uel ô Anni, quid uis tibi? Nũquid cum mea ira] Id eſt, prurigo Venerea, uel excitatio libidinis. Deferbuit] i. multum caluit. Ego depoſco à te cunnum] Id eſt, membrum muliebre. Prognatum magno conſule] i. filiam conſulis, & Velatum] i. abſconditum Stola] i. ueſte candida matronarum? In his uerbis uidetur tertia ſententia approbari, ut Villius, & Longarenus ambo adulteri, & riuales dicantur, quia ſi maritus eſſet Fauſtæ, non eam peteret quotiens ad Venerem excitaretur, ſed eam haberet. Si ergò membrum uirile hoc interrogaret Villium, quid reſponderet? oſtendit poëta, quòd reſpõderet puella ſcilicet Fauſta eſt Nata] i. progenita Magno patre] Scilicet, à Cornelio Sylla conſulari uiro. At] Pro ſed, quanto meliora & Pugnantia] i. contraria. Iſtis] Id eſt, turpibus concupiſcentijs natura Diues ſuæ opis] i. facultatis. Monet] i. cohortatur, q. d. multò meliora mònet natura, quæ non nobilem, ſed qualemcunq; puellàm deſiderat, niſi ratione gubernetur. Tu quicunq; es ſi modo] i. dum modo uelis diſpenſare Rectè] i. cum ratione, & Non immiſcere] i. confundere. Fugiendis] i. mala quæ fugi debent. Petendis] i. bonis, quæ petenda ſunt. Putas nil referre] i. nihil intereſſe. An tu labores] Id eſt, ad uitium trahãris aut pecces. Tuo] Id eſt, proprio uitio, quod ex mala concupiſcentia animi tui naſcitur. Ne] Pro an, labores ſupple uitio Rerum] i. ex exigentia naturæ, aut ex diſpoſitione rerum, quaſi dicat tu debes ſcire magnam eſſe differẽtiam inter uitia, quæ ex propria malicia, & petulantia animi committis, & inter ea, quæ ex imbecillitate naturæ, aut difficultate rerum perpetras. Quare ne pœniteat te deſine. Sectarier] i. ſectari. Matronas] i. uxores alienas. Vnde] i. è quarum commercio Eſt] Id eſt, datur & contingit. Haurire] Id eſt, accipere. Plus mali] Id eſt, nociui & pernicioſi laboris (non enim omnis labor malus eſt) quam eſt haurire Fructus] Id eſt, fruitionis & uoluptatis. Ex re] Id eſt, ex ipſo facto adulterij. Nec femur eſt magis tenerum. Huic] Scilicet, nobili matronæ, Nec crus eſt rectius] Huic ſcilicet, nobili matronæ Inter niueos lapillos] Hoc eſt, inter margaritas ſeu uniones. Que] Pro & Virides lapillos] i. ſmaragdos aut ſimiles, id eſt, propterea quòd lapillis precioſis exornetur matrona, non ideo habet pulchriora membra, licet ô Charinte puer de corpore tuo ſuperbiens. Tuum] Supple crus aut femur ſit. Hoc] Id eſt, tale hoc eſt, tenerum & rectum. & iſtud per parentheſim interponitur. Deinde continuat principalem conſtructionem, dicens. atq; etiam, id eſt, inſuper crus, uel femur togatæ, id eſt, meretricis publicæ & infamis. Eſt perſæpe] Id eſt, ualde ſæpe. Melius] Id eſt, pulchrius & decentius. Adde] Id eſt, adijce. Huc] Id eſt, ad hanc differentiam meretricis à matrona, quòd Meretrix] Supple geſtat, id eſt, portat. Mercem] Id eſt, carnẽ ſuã uenalem. Apertè] Id eſt, nudè. Sine fucis] Id eſt, ſine adulterinis coloribus, &

ſine exornatione doloſa. & oſtendit illud quod habet uenale. Neq; pro & non. Etſi quid] i. aliquid. Honeſti] i. pulchri in ea eſt. ipſam non iactat & habet palam. Et quærit] Supple medium.

Quo celet] i. occultet turpia: hoc eſt, publica peccatrix non oſtentat ſolummodo pulchra membra ſua, & occultat turpia, ſed omnia aperta & nuda gerit. Matrona autem ſi quid pulchri habet, id oſtentat & inde ſe iactat. ſi quid autem turpis id occultat. Quibus omnibus non aliud uult dicere poëta, quàm quòd non allicimur ad amandas matronas, propter pulchritudinem earum, quia meretrices ſæpe pulchriores ſunt, & ſi matronæ pulchriores uidentur: hoc ideo eſt, quòd pulchra membra ſua oſtentant: & turpia occultant & ornant. Et ita magis peccamus ex opinione noſtra, quàm ex rerũ differentia, quocirca exemplo uulgari monet ne capiamur altius inſpiciendum eſſe corpus matronæ. unde ſequitur. Regibus hic mos eſt, &c.] Continuando materiam prælibatam monet auctor, ne pulchritudine faciei uel alterius membri patentis in matrona capti negligamus, cætera eius membra deformia inſpicere. monetq; nos, ut imitemur reges, id eſt, diuites, qui ne pulchritudine capitis, aut ceruicis, aut clunium equi ſic capiãtur, ut negligant inſpicere crura an illa recta, & ſana ſint, & in inceſſu molliter reponantur ſimiliter, & pedes an ungulas nimis teneras, aut aliud uitium habeãt, ſolent eos primum coopertos, quaſi ad genua uſq; inſpicere currentes. Vnde rectiùs Acro legit opertos, id eſt, tectos, & coopertos, quàm Landinus apertos, id eſt, nudos. ut manifeſtè patebit intelligenti filum, & ſeriem textus. Nam ad hoc reſpicit, quòd matrona bonas partes corporis ſui oſtẽtat, quapropter qui cæteras tales eſſe putant decipiuntur, & amore mardeſcunt. Quod ſi quis petat etiam cæteras partes intueri, multa inueniet obſtacula, quæ in textu enumerãtur, quibus ſatis liquet ſtultos eſſe, qui matronas ſectantes, eò quòd multo labore rem minus ualentem indagant, & pulchriorem, & acquiſitu facillimam ut candidam meretriculam contemnunt. Ad hoc dicunt perditi amatores adducentes carmen uulgatum, cuius ſententia eſt, quòd ſicut uenator nobilis nollet comeſſe leporem, retibus aut ſine labore captum, ſed ſolummodo eum, quem ipſe ſuis laboribus, & cum maxima difficultate acquiſiuerit, & ceperit uenando. Ita delitioſus amator, nollet amicam facilem acquiſitu, utpote meretriculam, ſed matronam, quæ quanto difficilior eſt, ad acquirendũ, tantò magis amatur acquiſita. Et reuera talis eſt hodie quoq; inordinata eorum exiſtimatio, qui nihil bonum putant, quàm quod charè emitur, & cum labore acquiritur. Contra huiuſmodi amatores dicit poëta, quòd tali carmine non poſſunt pellere curas, & ſollicitudines ex animo, quas patiuntur. Quia, ut dicit Ouid.

„ Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

Signatè autem & diſertè dicit in pectore amantis eſſe æſtus & curas. Nam æſtus dicitur ab æſtuando, id eſt, ardendo: & cura dicitur, eò quòd cor urat. unde Cupido Veneris filius, & amorum Deus flammas in altera manu portat, quibus amãtium pectora incendit. Hinc de Didone incenſa amore ipſius Aeneæ dicitur in principio 4. (Aen.

„ At regina graui iamdudum ſaucia cura,

„ Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni.

Nunc ad uocabula. Linceis] Id eſt, acutiſſimis, quales habuit Lincius, de quo Acro ſatis dicit, & Linx animal maculoſum, de quo in naturalibus ſermo eſt. O' crus, ô brachia] Exclamationes ſunt perditi amatoris pulchritudinem, & decentiam crurum & brachiorum matronarum admirantis. Sicut in Eunucho Terentij exclamat Cherea perditus amore iuuenis.

„ O' faciem pulchram. Depygis] Id eſt, ſine pygis: hoc eſt, depreſſis clunibus, quod uitioſum eſſe docent mulieres, qui declupam ueſtem ad clunes maiores oſtentandas deferunt, aut certè, quæ cautiùs agentes farturam non exiguam ad nates alligant. Sunt etiã qui pygam digam dicãt eſſe inguen, ſeu membrum naturale, & depigem dici mulierem, quæ illud membrum deforme, & ad podicem uergens habet. Vnde circa finẽ huius Satyræ ubi poëta dicit timendum eſſe depræhenſo in adulterio, ne pygam amittat, de uirga uirili potiùs, quam de clunibus uidetur intelligendũ. Breui latere, quod & uitioſum eſt, & ad prolem periculoſum. Interdicta] i. cæteras partes, quas non uult uideri. Acro autem intelligit aliter ut patuit. dicimus autem Interdico tibi hac re, non hanc rem. ut docet Valla.

Cætera patebunt in exponendo ſeriatim. Vnde Ordo eſt. Hic] i. huiuſmodi mos, id eſt, conſuetudo eſt regibus, id eſt, diuitib. Vbi] Id eſt, quando Mercantur] i. emunt equos. Inſpiciunt] Sup. equos Opertos] Id eſt, tectos, quaſi uſq; ad genua Ne] Pro ut non. Vt ſi facies] i. figura corporis. Decora] i. ſpecioſa Fulta] i. ſuſtentata. Molli] i. fragili Pede] i. ungula, ut ſæpe ſuppe contingit. Inducat] i. deceptoriè illiciat. Emptorem hiantem] Id eſt, cupidum & præ cupiditate negligentem ad occulti uitij inquiſitionem. Quod] i. quia uel Eo quòd] Clunes, id eſt, nates ſunt pulchræ, & quòd caput equi eſt breue, quod Virgil. argutũ uocat in Georgicis. Et quòd ceruix] i. ſuperior pars colli Eſt ardua] i. erecta. Illi] Scilicet, reges & diuites, ſupple faciunt Rectè] i. decenter. Hoc] i. prudenter cooperiũt equos dum eos emere uolunt. Nec] Pro non. Et tu non contemplere] i. Contempleris] i. inſpiciias Linceis] i. acutiſſimis oculis. Optima] Id eſt, optimas partes corporis matronæ, & Spectes] i. inſpicias illa, ſupple membra, quæ mala ſunt Hypſæa cæcior Hypſea] Id eſt, quàm ſit Hypſea mulier cæciſſima. Sunt qui legant contemplans oculis, quæ lectio mala non eſſet, ſi modò antiqua ſit. O' crus] Supple pulchrum. O' brachia] Supple pulchra. Exclamationes ſunt amantis, cui reſpondet poëta Verùm] Pro ſed Quàm quam] Sup. crus & brachia decentia ſunt. Ipſa matrona eſt depygis] i. depreſſis clunibus. Eſt naſuta] i. inepto & inflato Naſo, eſt breui latere, eſt longo pede. Vnde nil] i. non ullam partem: tu non poſſis cernere Vllam partẽ matronæ] i. in matrona, præter faciẽ eius. Matronæ] Inquã, Tegentis] i. abſcondentis. Cætera] i. cæteras partes corporis ſui. Veſte demiſſa] i. deorſum ad pedes uſq; miſſa, Ni] i. ſi non, uel niſi ipſa eſt Catia] i. Catiæ ſimilis, quæ cum pulchra haberet crura, ueſtes ad genua uſq; ſuccinxit. Si uõr petes] i. uoles contingere, aut inſpicere. Interdicta] i. partes quib. interdicit tibi, & quas non uult à te uideri, Circũdata] i. ſepta Vallo] i. circumuallata, & conſtipata multo comitatu. Nam Hoc] Scilicet, quòd difficulter poſſis eam inſpicere, & quòd uetaris eam accedere, Facit te inſanum] i. magis amantem, quia:

„ Nitimur in uetitum ſemper cupimusq; negata. Iſtud autem dicitur per parentheſim, & nota quòd circumdata uallo poteſt eſſe Nominatiui caſus ſecundùm Acronis conſtructionem, qui uult ſic conſtrui, ut Matrona intelligatur eſſe circundata uallo, ut ſit.

„ Si petes interdicta, ipſa matrona eſt circundata uallo.

Sed meo iudicio uniformius cõſtruitur in Accuſatiuo ſic. Si petes, i. uolens attentare & aſpicere interdicta i. mẽbra matronæ uetita tibi & circũdata uallo i. circũuallata multitudine ueſtiũ & comitũ. Tum] i. tunc multæ res officient, i. nocebunt ſcilicet cuſtodes, qui iuſſi ſunt eam cuſtodire, Lectica] In qua matronæ nobiliſſimæ portabantur Ciniflones] i. cinerarij, qui capillos Criſpos faciũt calamiſtris in cinere calefactis. Paraſitæ] i. geſticulatrices, & adulatrices, quæ uentris implendi gratia diuites ſequuntur. Et ſtola] i. ueſtis alba matronalis. Demiſſa] i. deorſum miſſa Ad talos] i. uſq; ad pedes, & Plurima palla] i. lõgiſſima ueſtis, qua cæteras ueſtes Palliantur] i. teguntur. Circũdata] i. circumtecta, quia facile exuitur. Et nota quòd plurima poteſt eſſe epithetõ ſeu adiectiuũ huius nominis Palla] Et erit idẽ quòd longiſſima, ſicut in Georg. cum ſe nux plurima flore induet. Plurima] i. lõgiſſima nux: hoc eſt, amygdalus ſecũdũ Seruiũ. uel capietur abſolutè. i. ſubſtantiuè in neutro genere, & plurali numero, ſicut capit Acro, ut ſit ſtola demiſſa ad talos & palla circundata, & Plurima] i. plurimæ aliæ res, quæ Inuideant] i. noceant, & per modum inuidentium.

Impediant rem] Id eſt, diſpoſitionem & formam corporis matronalis. Apparere] Id eſt, manifeſtari tibi. Pura] Id eſt, ſimpliciter ſine quouis uelamine. Altera] i. proſtituta. Nil] i. nullo modo, uel nulla re Obſtat] i. facit tibi obſtaculum, ne perfectè uideatur. Nam eſt] i. permittitur. Contingit] Datur tibi uidere eam. Chois] Sup. ueſtibus tenuiſſimis, & tranſlucentib. Pæne] i. quaſi ut nudam. Ne ipſa ſit malo] i. turpi & diſtorto crure, & ne ſit turpi pede, & poſſis Metiri] i. menſurare Oculo] i. uiſu latus ipſius. An breue ſit] An ſatis longum. An] i. utrum Manis] i. magis uis, & præoptas inſidias fieri tibi à matrona monſtrante, ſe qual non eſt. Et precium] i. mercedem concubitus. Auellier] i. auelli & ab

& abſtrahi à te. Antequam mercem oſtendi] Id eſt, antequam Merx] Id eſt, caro & corpus matronæ oſtendatur tibi, quia per munera ſolet fieri aditus ad matronas: unde precium ſoluunt antequam mercem aſpiciant, ſtulti mercatores. Deinde inducit poëta pro reſponſione quoſdam uerſiculos, quibus propoſitum ſuum defendere uidentur ſtulti amatores: Venator ut ſectetur leporem in alta niue, nolit tangere ipſum leporem Poſitum] Id eſt, ante poſitum. Sic] Id eſt, ſine labore ſuo. Hoc, inquit poëta: cantat ſtultus amator, & Apponit] Id eſt, adiungit: uel uenator cantat hoc, & apponit leporem, quem uenatione ſua cepit, ſocijs comedendum meus amor eſt ſimilis Huic] Hoc eſt, uenatori: quia ipſe Tranſuolat] Id eſt, contempta derelinquit Poſita] In medio, id eſt, parata, & quæ in medio omnium ſunt: ut meretrices, quas quilibet poteſt faciliter habere: & Captat] Id eſt, perſequitur fugientia, id eſt, ea quæ difficilia ſunt ad capiendum: cuiuſmodi ſunt nobiles matronæ. Ad hæc poëta cum indignatione interrogat. Hiſcine] Pro nunquid his. Nunquid] Tu ſcilicet ô perdite amator ſperas dolores i. cruciatus conſcientiæ: & Aeſtus]. i. incendia amoris: & Curas]. i. ſollicitudinẽ & exuſtionẽ cordis poſſe Pelli] i. expelli è pectore tuo? His]. i. huiuſmodi uerſiculis, quaſi dicat, minimè id faciet: unde addit ſequẽtia. Nonne cupidinibus, &c.] Sicut prædictũ eſt, non omnia, quæ à poëta iſto præcipiuntur Chriſtianæ ueritati conſona ſunt. Vt enim in Epiſtola ad Albium fatetur dicens.

» Me pinguem & nitidum bene curata cute uiſes.

Cùm ridere uoles Epicuri de grege porcum, Epicureus fuit non Chriſtianus. Epicurei autem ſummum bonum in uoluptate diffinierunt. Voluptatem autem ſine animi tranquillitate, & corporis indolentia conſtare negabant. Quapropter ne ſollicitudine, & labore delicatorum ciborum cruciemur, monuit Epicurus: ut iuxta naturæ moderationem paucis, & ijs communibus, & in medio poſitis contenti eſſemus: Vnde & ipſum in magna ſobrietate uixiſſe ex Epiſtolis Senecæ conſtare poteſt. Similiter in libidine corporis euacuanda præcipit non pulcherrimas aut nobiliſſimas matronas eſſe petendas, ſed ne tentigine & inflammatione torqueamur cum eis, quas primas offenderimus nobis conſentientes eſſe coëundum. Vnde auctor ut adulterium proſcribat: nefandiorem multo concubitum maſculorum uidelicet admittendum innuit. In qua re à Chriſtiano audiendus non eſt. Sed qui legitimi matrimonij contra libidinem remedium non habent: debent præuenire, ut libidinis impetum non ſentiant: ſed carnem ſuam ſobrietate, abſtinentia uigilijs, ieiunijs, laboribus, ueſtium utilitate, mulierum uſtatione: cæteriſq́ remedijs doment & frenent. Senſus poëtæ patebit in conſtruendo. Soldo] Per detractionem: hoc eſt, per ſyncopam dictum eſt: nam ſolido debuit dici. Solidum autem eſt plenum, & denſum: nullos poros, aut uacuitates habens, ſicut marmor. Nam ſolon Oſcorum lingua totum ſignificat. Eſt ergo ſolidum, quod omnes partes ſuas habet plenas & denſas. Et in propoſito per allegoriam ſolidum uocat, quod ab officio non uacat: ſed neceſſariò requiritur. Vnde panis ſolidus eſt cibus, quia eo carere non bene poſſumus, & nuſquam uacat. Faſianus autem inanis eſt cibus, eò quod ſine eo bene uiuere poſſumus. Sic ſecundùm poëtam muliebre commercium ſolidum eſt, ſed matronatum inane. Verna dicitur domi noſtræ ex ancilla noſtra natus, uel nata. & uolunt à uere deduci, eò quod tunc magnus fiat uernarum prouentus. Inde fit uernaculus, a, um, ad uernas pertinens: ut Vernacula lingua] Id eſt, domeſtica & uulgaris ſeu materna, qua uernæ utuntur. Tentigo dicitur Titillatio Venerea. Illam poſt paulò, pulchram imitationem uerborum adulterarum facit poëta. Nam ne in colloquio deprehendantur paucis uerbis utuntur, & ferè his quæ poëta poſuit. Cùm enim adulter interrogat, quando ueniam? reſpondet, paulò pòſt. Sed pluris] Hoc eſt, maiori precio, quàm ſolita ſum tibi ſeruire: uel quàm pollicitus es mihi. Alio autem tempore idem quærenti, dicit. Si exierit uir] Id eſt, maritus meus. Acro autem intelligit, ut ordo ſit. Philodemus ait ego relinquo ſupple.

Pòſt paulò] Id eſt, poſtquam paululum expectaui illam, quæ dixit ſupple. Sed pluris, &c.] Verum meliorem puto conſtructionem, quam daturi ſumus. Galli magnæ matris deorum] Hoc eſt, Cibelis ſacerdotes lapideo cultro teſticulos ſuos excalſerũt. Vnde cum coire non poſuit: facilè poſſint expectare difficilem, & moroſam mulierem, non autem illi, qui impatientes ſunt libidinis, & ita poteſt intelligi, de Gallis ſacerdotibus à Gallo fluuio ſic dictis; uel de Gallis, id eſt, Galliarum populis, qui cùm ſint pulchrarum mulierum amatores maximi, & eas multa pecunia ſibi comparent: cenſuit Philodemus huiuſmodi mulierem difficilem, & precioſam eſſe Gallis relinquendam. Ilia & Aegeria] Id eſt, nobiliſſima & pulcherrima, ſicut Ilia & Aegeria. Nã Ilia fuit filia Numitoris Albanorum regis, quem cum frater eius Amulius expuliſſet, & Lauſum filium intereniſſet: Iliam ueſtalem, id eſt, monialem fecit, ne quid de ſanguine Numitoris ſupereſſet. Veruntamen (ut Romani iactabant) Ilia à Marte oppreſſa, Remum & Romulum fratres Gemellos concepit, quos Numitor occidi iuſſit, & matrem poſt partũ uiuam in terram fodi iuxta Tyberim. Vnde fingitur Tyberi nupſiſſe. Miniſtri autem pueros occidendos portauerunt uiſa lupa territi aufugerunt. Credebatur autem lupa à Marte ad hoc miſſa, nam in tutela Martis eſt, unde & uberib. ſuis eos nutriuit, donec à Fauſtulo quodam paſtore inuenti: Acciæ coniugi educandi traduntur, ubi inter paſtores ſe contra latrones exercuerunt in armis, & tandem recognita auum maternum Numitorem in regnum ſuum reſtituerunt. Sibi autem Romanam ciuitatem conſtruxerunt, quæ omnia apud Liuium in principio totius operis latiùs patent. Quia ergo Ilia ſeu Rhea Numitoris regis filia fuit, conſtat nobilem fuiſſe, & quia Marti cõplacuit pulchram. Aegeria autem Nympha fuit pulcherrima, Numæ Pompilij ſecundi Romanorum regis cõiunx, à qua ſe nouæ religionis, quam docuit præcepta accepiſſe populo dicebat, ut maioris auctoritatis eſſent, & meliùs obſeruarentur. Vtraque ergo nobilis, & formoſa fuit, qualem finxit quamlibet puellam eſſe cum qua poëta rem habuit. Lubricè autem & Satyricè, hoc eſt, ſatis petulanter poëta rem narrat. Vnde ne multis te lector teneam, ordo eſt. Nonne plus prodeſt quærere] Id eſt, inquirere, & ſcrutari modum, quem natura ſtatuit cupidinibus: uel melius ſic. Quem] Id eſt, qualem Modum] Id eſt, menſuram, & moderationem natura Statuit] Id eſt, conſtituit Cupidinibus] Id eſt, cupiditatibus, & concupiſcentijs carnis, & Abſcindere] Id eſt, diſcernere, ſegregare. Inane] Id eſt, ſuperfluum Soldo] Id eſt, à ſolido, hoc eſt, neceſſario & perutili. Nũ] Id eſt, nunquid. Cũ] i. quãdo ſitis Vrit] i. exiccat tibi Fauces] i. extremitates gutturis. Quæris aurea pocula] i. uaſa aurea priuſquã uelis potare? quaſi dicat, nõ. Num] i. Nunquid tu Eſuriens] i. multũ famens. Faſtidis] i. cũ faſtu & ſuperbia cõtemnis Omnia] Supple obſonia uel cibaria: præter pauonẽ auem illã pulchrã & precioſam, non tamẽ tenerã, & præter Rombũ] i. piſcem illũ, qui tunc tẽporis in precio magno apud Romanos fuit, & cũ Inguina] i. uirilia Tument] i. inflantur & eleuãtur tibi. Nũ] i. nunquid ſi ancilla aut puer Verna] i. Seruus domeſticus, in quẽ impetus libidinis Fiat] i. poſſit fieri cõtinuo. Eſt præſto] i. paratus, & in promptu. Malis, tu] i. magis uelis. Rũpi] i. diſſolui & cruciari Tentigine] i. ſtimulatione libidinis, q̃ ſupple impetum facere in eũ uel in eam? Nõ ego] i. egó inq̃t poëta nõ malle rũpi libidine, q̃ cũ Verna] i. puero aut puella rẽ habere, in quo ſe porcũ Epicureũ potiùs, quàm caſtũ bonorũ morũ præceptorẽ demõſtrat poëta. Vnde ſurda aure nobis hic tranſeundus eſt, aut ut ſcopulus uitãdus. Sed Romanis cũ gẽtiles eſſent præcepit, apud quos tũc adulterij uitiũ maximũ reputabatur, maſculorũ aũt & meretricũ cõcubitus uitiũ quidẽ indicabãt, ſed tamẽ tolerabile. Namq;] Pro quia: ego, inquit poëta amo Venerẽ] i. mulierẽ, cũ qua rẽ Venereã exerceã. Parabilẽ] i. paratã, & paruo precio cõparãdã. Quæ] Pro & Facilẽ] i. quæ citò facit Quod peto] Philodemus eiuſdẽ ſectæ & opinionis ſectator ait. Ego] Sup. relinquo illam Quæ] Sup. quãdo interrogatur ab amatore, quãdo uenire debebit, aut quãdo parata erit, dicit. Poſt] i. poſtea. Paulò] i. modico tẽpore. Sed pluris] i. pro maiore precio, q̃ ille uoluit dare, & alio tẽpore dicit, quod uenire debebit, aut quod parata erit ſi Vir] i. maritus exierit. Hãc ego] i. huiuſmodi precioſam, & difficilẽ matronã relinquo, inq̃t Philodemus Gallis] Id eſt, uel ſacerdotibus Cybeles, qui cum caſtrati ſint bene expectare poſſunt. uel Gallis] Id eſt, populis Galliæ curioſis mulierum amatoribus, qui magno precio mulieres difficiles appetunt.

Sibi] *Sup. dandam dicit: quæ neq;* Stet] *Id eſt, proſtet, uel conſtet magno precio.* Neque cunctetur] *Id eſt, moram faciat, cum eſt iuſſa uenire.* Candida, rectaq; ſit] *Hæc & omnia ſequentia ſunt potius uerba poëtæ, quàm Philodemi propter ultimũ uerſum, in quo de Fabio mentio ſit, quem Iuriſperitum Garrulum fuiſſe in prima Satyra dixit, hic autem alterum eſſe ſignificat. Sed ordinem perſequamur. Ea ſup. quam ego ambo (inquit poëta) ſit* Candida] *Id eſt, pulchra, &* Munda] *Id eſt, benè curata & polita, curata & polita cute.* Hactenus] *Id eſt, ad hoc uſque, & non ultra: ut* Neq;] *Id eſt, nõ uelit uideri magis longa, nec magis alba, quàm natura* Dat] *Id eſt, quæ contenta ſit pulchritudine, & forma naturali: ita quod non fucet ſe adulterino colore, ut formoſior uideatur, neq; cothurnos altiores capiat, ut longior, quàm natura dat credatur.* Vbi] *Id eſt, poſtquam uel quando* Hæc] *Id eſt, huiuſmodi puella, quæcunq; ſit.* Suppoſuit mihi dextero] *Id eſt, dextera parte iacenti corpus* Suum læuum] *Id eſt, in læua: hoc eſt ſiniſtra parte iacens.* Ipſa eſt] *Id eſt, putatur mihi eſſe* Ilia] *Id eſt, mater Remi & Romuli, &* Egeria] *Id eſt, Nympha illa uxor Numæ Pompilij.* Do illi nomen quodlibet] *Id eſt, quodcunque placet.* Nec uereor] *Id eſt, non formido ne* Vir] *Id eſt, maritus* Recurrat] *Id eſt, celeriter redeat.* Rure] *Id eſt, ex agro ſuo interea* Dum futuo] *Id eſt, in actu Venereo ſum, & ne ianua frangatur à uiro, & canis latret, & domus reſonet pulſa, undique magno ſtrepitu eorum, quos maritus ſecum adduxit, & mulier pallida exclamans ſup. ue.* Deſiliat] *Id eſt, deorſum ſaliat è lecto, & ipſa conſcia adulterij commiſſi, clamet ſe miſeram. &* Hec] *Scilicet mulier* Deprenſa] *Id eſt, deprehenſa, quod in uerſu ſtare non poteſt.* Metuat] *Id eſt, timorem ſuſcipiat.* Cruribus] *Id eſt, pro cruribus ſuis, ne rumpantur à marito.* Et doti] *Id eſt, ne perdat dotem. Sunt qui legant.* Cruribus hęc metuat doti deprenſa egomet mi. & tunc Deprenſa] *Id eſt, apprahenſa à marito. Deprendimus ſeu deprahendimus propriè aliquid in ipſo facto. Reſcimus autem poſt factum, ipſa ergo metuat cruribus, & dotibus, inquit poëta, & egomet metuam ſup.* Mi] *Id eſt, mihi, quia fugiendum eſt mihi* Tunica diſcincta] *Id eſt, noncum cincta, ac pede nudo, ne nummi mei pereant.* Aut ne pyga] *Id eſt, uirga uirilis pereat.* Aut denique ne fama pereat] *Id eſt, ne infamus efficiar.* Ego uincam] *Id eſt, probabo & conuincam oppoſitum dicentes, quod miſerum eſt* Deprendi] *Id eſt, deprehendi in adulterio.* Vel] *Id eſt, etiam Fabio illo Iuriſperito aliquando deprahenſo.* Iudice] *Id eſt, iudicante & approbante. Deprendi leges propter uerſum, nõn deprahendi. Quidam legunt miſerum eſt, & tunc ſubintelligitur quod, ut ſit.*

Quod miſerum eſt deprendi] *Alij non ponunt eſt: ſed ſubaudiunt eſſe. ut ſit ego, uincam deprendi eſſe miſerum, &c. Alij ne- pallida una dictione.*

POLYD. VIRG. } Dũ uitant ſtulti uitia in contraria currunt] *Huic prouerbio ſimile eſt Charybdim timens in Scyllam incidit, de quibus abundè Seneca in epiſtola 79. Vide Polydorum prouerb. Hic timens Charybdim.*

GIL. COGN. } Macte uirtute eſto, inquit, ſententia Dia Catonis] *Qui ſpectata eſt uirtute eos: mactatos uirtute uocant. Cui non diſsimile uidetur illud Homericum βάλλ' οὕτω Gilbert. in prouerb. Macte uirtute.*

Quiſquis erit uitæ, ſcribam, color, ô puer. ut ſit.

Vitalis metuo] *In iſtis uerſibus Vitalis pro uiuax ponitur. Timet enim Trebatius ne Satyrica libertas Horatio in breui exitium conciliet. Vide Gilb. in prouerb. optima citiſsimè pereunt.*

PHILIPPI BEROALDI } Mendici, mimi, balatrones, hoc genus omne] *Legendum cenſeo, Mendici, Mimi, Baratrones hoc genus omne. Nã Balatrones, ut uulgò legitur, à balatu & magniloquẽtia interpretãtur Horatiani interpretes. Beroaldus.*

SATYRA III.

SATYRAE III. ARGVMENTVM ASCENS.

Tertia Stoicidas taxantes crimina taxat.

ALIVD ARGVMENTVM.

In hac Ode docet, quòd adulter alterius uitia debet patienter ferre.

ALIVD GEORGII FABRICII.

In Stoicorum æqualitatem.

OMNIBVS hoc uitium eſt cantoribus inter amicos

Vt nunquam inducãt animum cantare, rogati:

Iniuſsi nunquam deſiſtant, Sardus habebat

Ille Tigellius hoc. Cæſar, qui cogere poſſet,

Si peteret per amicitiam patris, atq; ſuã, non

Quicquam proficeret. Si collibuiſſet, ab ouo

Vſq; ad mala citaret, Iô Bacche, modò ſumma

Voce, modò hãc, reſonans, quæ chordis quatuor ima.

Nil æquale homini fuit illi; ſæpe uelut qui

ACRON.

OMNIBVS hoc uitium eſt cantoribus] *In hac Ode docet, quod alter alterius uitia debet patienter ferre.* Sardus] *Sardus, qui in Sardinia eſt natus: Sardinienſis enim incola eſt.* Ille Tigellius] *Quaſi de noto dixit ille.* Cæſar] *Auguſtus. ſub quo Horat.* Patris] *C. Cæſaris.* Ab ouo Vſq; ad mala citaret] *Ab initio cœnæ uſq; ad finem. Ouum enim initium cœnæ erat, quippe quod in guſtu ſtatim à balneis offerebatur. Mala uerò in ſecundis menſis erant. Citaret aũt, id eſt, clamitaret. Citari dicuntur, qui uoce clara uocantur.* Summa] *Acutiſsima, quæ in ſumma parte organi eſt, & ὑπάτη dicitur.* Modo hac] *Id eſt, tenera uoce, ſicut cordarũ nouiſsima teneriorẽ ſonũ emittit, quæ in tetrachordo ima eſt. Hæc eadem νήτη à muſicis dicitur.* Quatuor ima] *Id eſt, poſt quatuor, ac p hoc quinta.* Nihil æquale homini fuit illi] *Vt Salluſt. de Catilina modò citus, modò tardus inceſſus erat. In omnibus oſtendit inæqualem.* Sæpe uelut] *Ordo eſt: Sæpe currebat uelut fugiens hoſtem.* Iunonis ſacra ferret] *Κανηφόροι apud Athenas, hodieq; dicuntur, qui ſacra in capite portant, & lento gradu incedunt.* Modo reges atque tetrarchas] *Tetrarchæ dicuntur, qui quartam partem regni Imperatoris habent.* Concha ſalis puri] *Marina, in qua ſal plerunque ponitur. Puri autem ſine condimentis, ſimplicis, non conditi.* Sit mihi tripes] *Menſa à tribus pedibus dicta.* Huic parco] *Ordo eſt: Parco iſti paruis contento, ſi dediſſes ducenta millia poſt quinq; dies nihil inuenires.* Nil erat in loculis] *Ab eo, quod eſt locus, diminutiuè loculus.* Noctes uigilabat] *Accuſatiuum poſuit, ut ingem oſtenderet uigiliam, quomodo: Vt cum gente tot annos Bella gero.* Sic] Quomodo iſte. Imò alia] *Senſus eſt: Confiteor me habere uitia, ſed leuiora, nec ſum ſimilis Mænio, qui dicebat ſe ignoſcere peccatis ſuis, & ea tanquam leuiora pro nihilo ducere.* Mænius abſentem Nouium cum carperet] *Mænius cũ de Nouio malè loqueretur, ait illi alter: Dic mihi tu neſcis te? Hic eſt Mænius, qui uenderis*

eruditis rebus omnibus unam ſibi columnam reſeruauit in Foro, unde gladiatores ſpectaret, quæ columna Mænia dicebatur. An ut ignotum] *Neſcis & te uitioſum eſſe, an putas te neſciri?* Cum tua peruideas oculis malè lippus inunctis] Ordo eſt: *Cum tua mala oculis inunctis lippus peruideas, id eſt, cum tua uitia non cernas quaſi cæcus, cur aliena perſpicis oculis aquilæ? Inunctis autem, uelut in unctis, ut Perſius:*

„ *Hos pueris monitus patres infundere lippos,*

Pro uelut lippos. Aut aquila] *Hæc multum uidere traditur. nam ſola fert ſolis radios, hoc eſt, rectis oculis ſolem ſpectat: deinde & ex alto latentem leporem concipit.* Aut ſerpens Epidaurius] *Quem Romani in templo Aeſculapij poſuerunt. Apud Epidaurum Græciæ ciuitatem Aeſculapij templum eſt, in quo maximè colitur Aeſculapius. Generaliter omnes ſerpentes multum uidere dicuntur. Epidaurum autem propter hiſtoriam poſuit, à libris enim Sibyllinis Romani ſunt moniti pro remedio ciuitatis, ut ſimulachrum Aeſculapij de Epidauro inſula peteretur. Quò Romam cùm ueniſſent, & errore multorum ſimulachrorum certum inuenire non poſſent, in conſpectu omnium ſerpens nauim Romanorum petijt. Qui ad urbem delatus in ripa, uel inſula Tiberis uiſus, ſubitò non apparuit. In ipſo autem loco templum Aeſculapio condiderunt.* At tibi contrà] *Vt ſint alii qui è contrario, qui uelint inquirere tua uitia.* Et illi] *Amici tui, quorum reprehendis.* Iracundior eſt paulò] *Interrogatiuè, hic qui non fert, quicunq; alterius uitia notat.* Minus aptus] *Qui non aptant ad mores hominum, minus apti dicuntur, qui neſciunt rerum tempora, qui importuniores ſunt.* Acutis naribus] *Ab acutis hominibus rideri poſſunt hi, qui iracundiores ſunt & inepti. Acutis naribus ergo metaphoricώs dicit à canibus, qui odore inueniunt cubilia beſtiarum. Alij ſic exponunt: Habet aliqua uitia, ita ut paulò iracundior ſit, ne poſſit deridentium urbanitatem, quæ tunc maximè exercetur, ſuſtinere: præſtat etiam de ſeridendi materiam, quòd ruſticius tonſus ſit, & toga ipſius defluat, laxosq; calceos habeat.* Ruſticius, tonſo toga defluit] *Ruſticius imperitius. Comparatiuum eſt aduerbialiter. Quidam dicunt de Cæſare hoc dictum eſſe, quòd fluebat eius ſemper toga, id*

Currebat fugiens hoſtem: perſæpe uelut qui
Iunonis ſacra ferret, habebat ſæpe ducentos,
Sæpe decẽ ſeruos: modò reges, atq; tetrarchas
OMNIA magna loquẽs, modò, ſit mihi menſa tripes, &
Cõcha ſalis puri, & toga, quæ defendere frigus
Quamuis craſſa, queat. DECIES centena dediſſes
Huic parco paucis contento, quinq; diebus
Nil erat in loculis. noctes uigilabat ad ipſum
Mane, diem totum ſtertebat nil fuit unquam
SIC IMPAR ſibi. NVNC aliquis dicat mihi: quid tu?
Nullane habes uitia? imò alia, haud fortaſſe minora.
Mænius abſentẽ Nouiũ cum carperet, heus tu
Quidam ait, ignoras te? an ut ignotum dare nobis
Verba putas? egomet mi ignoſco, Mænius inquit:
STVLTVS & improbus hic amor eſt: dignusq; notari.
CVM tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
CVR in amicorum uitijs tam cernis acutum,
Quam, aut aquila, aut ſerpẽs Epidaurius? at tibi contra
Euenit, inquirant uitia ut tua rurſus & illi.
Iracundior eſt paulò, minus aptus acutis
NARIBVS horum hominum: rideri poſſit, eò quòd
Ruſticius tonſo toga defluit, & malè laxus
In pede calceus hæret. at eſt bonus, ut melior uir
Non alius quiſquam. at tibi amicus, at ingenium ingens
Inculto latet hoc ſub corpore. denique teipſũ
Concute, numqua tibi uitiorũ inſeuerit olim
Natura, aut etiam conſuetudo mala. namq;
Neglectis urenda filix innaſcitur agris.
Illuc præuertamur: amatorem quod amicæ
Turpia decipiũt cæcũ uitia, aut etiã ipſa hæc
Delectant: ueluti Balbinum Polypus Agnæ.
Vellem in amicitia ſic erraremus: & iſti
Errori nomen uirtus poſuiſſet honeſtum.
At, pater ut gnati, ſic nos debemus amici,
Si quod ſit uitium, non faſtidire ſtrabonem
Appellat pætũ pater: & pullũ, male paruus
Si cui filius eſt: ut abortiuus fuit olim
Siſyphus: hũc uarũ, diſtortis cruribus, illum
Balbutit ſcaurum, prauis fultum male talis.
Parcius hic uiuit: frugi dicatur. ineptus,
Et iactantior hic paulo eſt, concinnus amicis
Poſtulat ut uideatur: at eſt truculentior, atq;
Plus æquo liber: ſimplex, fortiſq; habeatur.
Caldior eſt: acreis inter numeretur. opinor,
Hæc res & iungit, iunctos & ſeruat amicos.
At nos uirtutes ipſas inuertimus, atq;
Sincerum cupimus uas incruſtare. probus quis
Nobiſcum uiuit, multũ demiſſus homo: illi
Tardo, cognomen pingui damus. hic fugit omneis
Inſidias, nulliq; malo latus obdit apertum:
Cum genus hoc inter uitæ uerſetur, ubi acris
Inuidia, atque uigent ubi crimina. pro bene ſano,

eſt, non erat ſemper benè compoſita, & imperito tonſore utebatur. Malè laxus] *Indecenter uel ualde laxus. Vel, non malè laxus, ſed malè hæret, pro non hæret. Vt, Vnanimem alloquitur maleſanã ſororem. Hic dicitur pulſare Virgilium, qui indecori & corporis, & habitus fuit.* Non alius quiſquã] *Docet poëta non eſſe omnia uitiũ perãda.* At tibi amicus] *Ita pronunciandum grauiter, ut ſit amicus uerus. His exemplis colligit amicorum uitia, ſi ſint leuia, eſſe ferenda.* At ingenium ingens] *Quaſi Mænius hoc dicat: Sed hæc in inculto corpore celantur. Quia non facilè probat aliquis ſapientem eſſe eum, qui malè ueſtitur.* Teipſum concute] *Excute, conſidera, diligenter exquire. Hoc Mænius reſpondet.*

Nunquã tibi uitiorum inſeuerit olim Natura] *Nunquid aliqua natura uitiorum inſita fuerit, ut:*

„ *Iam nox humida cœlo Præcipitat.*

Aut etiam conſuetudo mala] *Mirè duo dixit. Vitia enim aut naſcuntur, aut mala conſuetudinè trahuntur. Ex cõſuetudine oſtendit naſci multa mala, nam ſi neglexeris, quemadmodum neglecto agro ſpinæ naſcuntur, ita indiſciplinato uitia generantur.* Præuertamur] *Aut redeamus, aut ueniamus pro tranſeamus: ſicut,*

„ *Volucremq; fuga præuertitur Hebrum.*

Hoc eſt, quod dicit, non debemus offendi uitijs amicorum, ſed nos uitia eorum ſaltem tollerare debemus. Debemus, nos inquit, imitari amatores, qui non ſolùm non offenduntur amicarum uitijs, ſed etiam laudant, quia aliquando turpes meretrices diligũtur. Turpia decipiunt cæcum uitia] *Quia uitia dilectæ nõ apparẽt oculis amatoris; aut uidet, & decipitur, aut uidet & delectatur.* Polypus Agnæ] *Agnæ nomẽ meretricis putidis narib. Polypus aũt uitium nariũ, quod adoleſcentẽ nobilẽ delectabat.* Sic erraremus] *Vt aũt nõ uideamus amicorũ uitia, aut uiſa laudemus.* Et iſti Errori] *Quod laudamus uitia amicorũ. i. uirtus ipſa ſi ita errorẽ, appellaret me uirũ bonũ.* Honeſtũ] *Amicitiarũ nomẽ, ut hic error uirtus appellaretur.* Vt gnati] *Vitiũ non faſtidit.*

Strabonem appellat Pætũ] *Strabo q eſt detortis oculis, dicitur, Pætus aũt leniter declinatis. Hoc aũt & hic quæ ſubſequuntur, oſtendit à parentibus filiorum uitia, aut non intelligi, aut intellectu diſſimulari.*

lari. *Idem præcepit circa amicos quoq; eſſe faciendum. Pæti autem dicũtur propriè, quorum oculi huc atq; illuc cum omni uelocitate uoluuntur.* Malè paruus] *Valde paruus, dedecorosè paruus, nimis exiguus.* Vt abortiuus fuit olim Siſyphus] *Filij Antonij, nepos Marti Cleopatræ fuit pedalis. Alij dicunt fuiſſe intra bipedalem ſtaturã, ingenij ignei. Antonius triumuir, frater Antonij Cleopatræ habuit filium prodigioſæ breuitatis: iſtum Siſyphum appellat, qui erat ardentiſsimi ingenij.* Hunc Varũ] *Varus appellatur introrſum pedibus retortis.* Balbutit Scaurum] *Scauri ſunt, qui extantes talos habent. Pater autem balbutit ſcaurum, ſic enim blandientes infantibus infingere linguam ſuam ſolent, ut eos imitentur. Alij dicunt ſcauros eſſe, qui habent talos inuerſos. Si filius habet talos tortuoſos, pater balbutiendo uocat ſcaurum.* Fultum malè talis] *Quia tali reliquum corpus ſuſtentant.*

Parcius hic uiuit] *Hic oſtendit, quomodo amicorũ uicia appellare & exiſtimare debeamus, ut honeſtioribus uerbis nominentur.* Iactantior hic] *Qui natura iactãs eſt, habet ſtulticiam.* Concinnus] *Compoſitus, bonus. Id eſt, ſi iactans eſt aliquis, dicatur quod uult uideri apud amicos concinnus & bonus.* Truculentior] *Iracundior.* Plus æquo liber] *Vltra quàm oportet. Plus æquo liber eſt, qui quod ſentit, tacere non poſſit. Simplex non ambiguus, aut bilinguis, ſed qui quod ſentiat dicat. Vulgo autem ſimplex, modeſtus dicitur.* Caldior] *Pro calidior, feruentior ad iraſcendum.*

Hæc res] *Quæ uitia infringimus, & leuioribus nominibus appellamus.* At nos uirtutes ipſas inuertimus] *Id eſt, malè interpretamur. Senſus eſt, Nos uerò adeò maligni ſumus, ut non ſolùm amicorum uitia non tegamus, uerumetiam laudes mala interpretatione culpemus, dicentes quæ bona, mala. Cõtra debebamus uicijs alia dare nomina, id eſt, leuiora. Nos etiam uirtutes deprauamus, id eſt, laudes amicorum in uituperationem conuertimus.*

Syncerum cupimus uas incruſtare] *Virtutem polluere uitio ἀλληγορικῶς de bono uiro, quaſi de bono uino.* Lectum eſt & incruſtare] *Incruſtari uas dicitur, cum aliquo uitioſo ſucco illinitur & inquinatur. Secundum quod & Lucilius in 18. Satyrarum, nam uel regionibus illis Incruſtatur.*

Ac nõ incauto, fictum, aſtutum'q; uocamus.
Simplicior ſi quis, qualem me ſæpe libenter
Obtulerim tibi Mecœnas: ut fortè legentem,
Aut tacitum impellat, quouis ſermone moleſtus:
Communi ſenſu planè caret, inquimus. eheu
Quã temerè in noſmet legẽ ſancimus iniquã?
NAM uitijs nemo ſine naſcitur: optimus ille eſt,
Qui minimis urgetur. amicus dulcis, ut æquum eſt,
Cùm mea compenſet uitijs bona, pluribus hiſce,
(Si modò plura mihi bona ſunt) inclinet, amari,
Si uolet hac lege in trutina ponetur eâdem.
Qui, ne tuberibus proprijs offendat amicũ,
Poſtulat: ignoſcat uerrucis illius. æquum eſt,
Peccatis ueniam poſcentem, reddere rurſus.
Deniq;, quatenus excidi penitus uitiũ iræ,
Cætera itẽ nequeũt ſtultis hærentia: cur non
Ponderib. modulis'q; ſuis ratio utitur? ac res
Vt quæq; eſt, ita ſupplicijs delicta coërcet?
Si quis cum ſeruũ, patinã qui tollere iuſſus,
Semeſos piſces, tepidum'q; ligurrierit ius,
In cruce ſuffigat: Labeone inſanior, inter
Sanos dicatur? quantò hoc furioſius, atq;
Maius peccatum eſt? paullũ deliquit amicus:
Quod niſi cõcedas: habeâre inſuauis, acerbus:
ODISTI, & fugis, ut Ruſonem debitor æris,
Qui niſi, cum triſtes miſero uenêre Calendæ,
Mercedem aut nummos, unde extricat, amaras
Porrecto iugulo hiſtorias, captiuus ut, audit.
Comminxit lectũ potus, menſa'ue catillum
Euandri manibus, tritũ deiecit: ob hanc rem,
Aut poſitum ante mea quia pullum in parte catini
Suſtulit eſuriẽs, minus hoc iucundus amicus
Sit mihi? quid faciam ſi furtum fecerit? aut ſi
Prodiderit cõmiſſa fide, ſponſum'ue negârit?
Queis paria eſſe ferè placuit peccata, laborât,
Cum uentum ad uerum eſt; ſenſus, mores'q; repugnant,
Atq; ipſa utilitas, iuſti propè mater. & æqui.
Cum prorepſerunt primis animalia terris:
Mutum, & turpe pecus, glandem, atque cubilia propter,
Vnguibus, & pugnis, dein fuſtibus, atque ita porrò
Pugnabãt armis, quæ poſt fabricauerat uſus
Donec uerba, quib. uoces, ſenſus'q; notarẽt:
Nomina'q; inuenêre. dehinc abſiſtere bello,
Oppida cœperunt munire, & ponere leges,
Ne quis fur eſſet, neu latro, neu quis adulter.
Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli
Cauſſa: ſed ignotis perierunt mortibus illi,
Quos Venerem incertam rapientes more ferarum
Viribus æditior cædebat, ut in grege taurus.
Iura inuenta metu iniuſti fateâre neceſſe eſt.
Tempora ſi, faſtos'q; uelis euoluere mundi.
Nec natura poteſt iuſto ſecernere iniquum,
Diuidit ut bona diuerſis, fugienda petendis.
Nec uincet ratio hoc, tantũdem ut peccet, idem'q;,
Qui teneros caules alieni fregerit horti,

Vel etiam uaſa, cum ſint pura, uelut ſi ſint fracta incruſtantur, hoc eſt, cooperiuntur auro.

Tardo cognomen pingui damus] *Illum qui pinguis eſt, tardum appellamus, naturam uertentes in uitium, pro pingui tardo: Pinguedo enim prægrauat & tardos facit.* Hic fugit omnes inſidias] *Si non uult ſe admiſcere inſidioſis, & nullum lædere, ſtultum appellamus.*

Obdit] *Obijcit, offert, opponit.* Cùm genus hoc inter uitæ uerſetur] *Cùm in genere huius uitæ uerſetur inſidioſorum.* Simplicior ſi quis] *Ordo eſt: Si quis ſimplicior eſt, qualem me tibi obtulerim ô Mecœnas, hunc appellant moleſtum & ſtultum. Senſus uerò hic eſt: Si quis liberè & ſine obſeruatione temporis appellauerit amicum ſuum, hunc dicunt ſtultum & moleſtum.*

Communi ſenſu planè caret] *Si quis eſt ſimplex, ut legentem, aut cogitantem moleſtius interpellet, ſtatim eum carere communi ſenſu dicimus.* Inquimus] *συγκοπὴ, quia media ſyllaba longa deberet eſſe.* Quam temerè in noſmet legem ſancimus iniquam] *Quia eadem ab alijs patimur, & eidem conditioni ſubiacemus, quia etiam illi eandem de nobis legem ſtatuerunt. Sancimus autem firmamus, conſtituimus.*

Nam uitijs nemo ſine naſcitur] *Ideo uitio amicorum debemus ignoſcere, ut illi noſtris ignoſcant.* Vrgetur] *Grauatur.* Amicus dulcis, ut æquum eſt] *Amicus bonus debet compenſare mea uitia cũ bonis. Et ſi plura ſunt bona, ad ea propenſior, id eſt, ea magis laudare.* Amari ſi uolet] *Accedet ad plurima mea bona, & recedet à malis, ſi amari uult.* Trutina ponetur eadem] *Id eſt, & de ipſo eodẽ modo æſtimabitur ἀλληγορικῶς. Qui ignoſcit uitijs aliorum, mox eandem ueniam conſequetur.* Qui ne tuberib. proprijs] *Hoc dicit, Quod ſi quis magnis ſuis uitijs ueniam poſcit ab amico, minoribus uitijs amici debet ignoſcere.* Tuber eſt gibbus] *Hinc tuberoſus, id eſt, gibberoſus.* Deniq; quatenus excidi] *Quoniam uitia iræ & alia uitia, nõ poſſunt penitùs aboleri ab hominibus, debemus moderatè ea uituperare. Si non poſſimus omnino, diſſimulare uitia amicorũ, ſaltem tamen exiſtimentur, qualia ſunt, nec debemus ea malignitate exagere. Iam paulatim eò deſcendit, ut aduerſus Stoicos diſputet, qui dicunt peccata omnia paria eſſe.*

Amicus

Et qui nocturnus ſacra diuûm legerit. ADSIT
Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas:
Ne ſcutica dignum, horribili ſectere flagello.
Nā, ut ferula cædas, meritū maiora ſubire
Verbera, nō uereor, cùm dicas eſſe pares res,
Furta latrocinijs, & magnis parua mineris
Falce reciſurum ſimili te, ſi tibi regnum
Permittant homines: ſi diues, qui ſapiens eſt,
Et ſutor bonus, & ſolus formoſus, & eſt rex.
Cur optas, quod habes? non noſti, quid pater, inquit
Chryſippus dicat: SAPIENS crepidas ſibi nunquam
Nec ſoleas fecit, ſutor tamen eſt ſapiens. quo?
Vt quamuis tacet Hermogenes, cantor tamen, atq;
Optimus eſt modulator. ut Alphenus uafer, omni
Abiecto inſtrumento artis, clauſáque taberna,
Sutor erat: ſapiens operis ſic optimus omnis
Eſt opifex: ſic rex ſolus. VELLVNT tibi barbam
Laſciui pueri, quos tu niſi fuſte coërces,
Vrgeris turba circum te ſtante, miſerq́;
Rumperis, & latras, magnorum maxime regum.
NE LONGVM faciam: dum tu quadrante lauatum
Rex ibis, neq; te quiſquam ſtipator, ineptum
Præter Criſpinum, ſectabitur: & mihi dulces
Ignoſcent, ſi quid peccauero ſtultus, amici,
Inq; uicem illorum patiar delicta libenter,
Priuatusq́; magis uiuam te rege beatus.

Animum ergo peccantis, nō quantitatem peccati ſpectent. Ponderibus modulisq́;] *Proprijs æſtimationibus, iudicijs, mēſuris debet uti, & hoc modo debet punire peccatum.* Ac res ut quæq; eſt] *Prout unaquæq; res eſt, & quemadmodū uitium eſt in quauis re: ita & pœna ratione procedit, id eſt, pro qualitate uitij pœnam debemus adhibere. Hic autē tangit Stoicos, qui dicūt omnia uitia paria eſſe.* Si quis eū ſeruum] *A' ſimili argumentū facit, & docet non omnia peccata eſſe ſimilia, ac per hoc nec ſimiles pœnas eſſe.* Ligurrierit] *Deguſtauerit.* Labeone inſanior] *M. Antiſtius Labeo iuriſperitus memorabilis libertatis, nam in Auguſtū liberè inuectus eſt, ideo eum nūc poëta malè tractat, ut gratificetur Auguſto.* Sanos] *Sapientes.* Quantò hoc furioſius] *Quod fecit dominus, quàm quod ſeruus admiſit.* Paulū deliquit amicus] *Si peccauit amicus, odiſti eum, quod peccatū paruum niſi conceſſeris ſæuus & acerbus uidearis.* Vt Rufonem debitor æris] *Significat hūc Rufonē fœneratorem fuiſſe, & eundem hiſtoriæ malū ſcriptorem, qui ſolitus eſſet à debitoribus ſuis audientiam exigere.* Qui niſi] *Ordo eſt: Qui niſi unde extricat nūmos. Qui debitor, niſi parauerit uſuras, aut ſortem, audiet hiſtorias Rufonis fœneratoris, id eſt, lites & conuitia. Alij dicunt hiſtorias, quod hic malus hiſtoriographus fuerit, adeò ut debitores eius cum non haberent unde redderent, pro pœna eum recitantem ſuas hiſtorias paterentur audire.* Miſero] *Debitori.* Venere Kalendæ] *Quia in Kalendis, ſicut in Epodo dixit in Idibus, quibuſcunque credita erat pecunia, reddere cogebantur. Et iſte debitor, niſi undecunq; extricaſſet, id eſt, collegiſſet mercedem aut nummos, audiebat ut captiuus amaras hiſtorias, porrecto iugulo, quaſi morti addicendus eſſet.* Porrecto iugulo] *Iugulus incerti generis eſt, nam hic iugulus & iugulum dicitur.* Hiſtorias] *Iniurias, cōtumelias. Ordo eſt: Vt captiuus audit. Aſt hic alluſit, quoniam malus hiſtoriographus dicitur fuiſſe.* Comminxit lectum] *Inuitaſti quendam amicum tuum ad cœnam, is potus comminxit lectum tuum, aut ſi fregerit catinum, eo debes illum odiſſe?* Euandri manib. tritum] *Euandrum ferunt cælatorem ac plaſten Athenienſem, à M. Antonio Alexandream perductum, & inde inter captiuos Romam ueniſſe, ibiq́; multa, admiratione digna feciſſe. Hic alluſit ad ſpeciem materiei dicens: Vas fictile cælatum fuiſſe.* Ob hanc rem] *Quia uas aut calicem deiecerit nobiliter factum, ideò debet minus iucundus uideri. Ordo eſt: Ob hanc rem minus iucundus amicus ſit mihi, quia antepoſitum pullum in mea parte catini ſuſtulit, ideo hunc debeo perſequi?* Sponſum'ue negarit] *Promiſſum, ſi in placito pro me noluerunt ſpondere.* Quis paria] *Dogma reprehendit Stoicorum, qui peccata paria eſſe dicunt, & ait ne ipſos quidem in ſententia permanere.* Ad uerum eſt] *Ad exiſtimationem, in hoc quod faciliùs diiudicatur furtum, quam homicidium, quod Stoici nolunt.* Senſus] *Conſuetudo probat non paria eſſe peccata, quia aliter punimus furem, aliter homicidam. Senſus eſt: Aliter indignatur animus cùm audierit homicidium factum, aliter cum furtum.* Moresq́;] *Iudicium & æſtimatio hominum. Id eſt, Cum uenerimus ad ueritatem, hoc eſt, ad iudicandum de peccatis, mores abnuunt paria eſſe peccata, quia aliter ſentiunt homines cæteri, quàm Stoici.* Atq; ipſa utilitas iuſti propè mater & æqui] *Ingenioſè ait iuſtum & æquum ex utilitate deſcendere. Inter iuſtum autem, & æquum hæc differentia eſt: Iuſtum eſt, quod ex lege deſcēdit, æquum uerò quod ex natura. Maro: Haud uinclo: nec legibus æquam. Eſt autem utilitas uera iuſti & uirtutis mater. Altera eſt, quæ uidetur pecuniaria. Illa ergo utilitas, iuſti mater, repugnat præceptis Stoicorū. Oſtendere uult non eſſe iuſtitiam naturalem, ſed natā eſſe ex utilitate.* Cum prorepſerunt] *Id eſt, proceſſerūt. Docet quomodo ex utilitate nata eſt iuſtitia.* Primis animalia terris] *ὑπαλλαγὴ, pro prima animalia: Intelligendum autem homines.*

Turpe] *Incultum.* Vſus] *Diligentia.* Verba q. n.] *Quia uerba & uoces notent & ſenſus noſtros.* Dehinc abſiſtere] *Secedere, ſeparari: Zeugma: Cœperunt poſteaquam inuentæ ſunt leges.*

Oppida cœperunt munire] *Hoc eò pertinet, ut probet, quod ſupra dixerat, homines inter ſe ab initio, cum orti ſunt pugnam habuiſſe, ſed primo ferino ritu deinde ad arma paulatim proceſſiſſe.*

Et ponere leges Ne quis fur eſſet] *Ecce ut probat iuſti matrem eſſe utilitatem.* Ignotis perierunt mortibus] *Quia nemo de illis ſcripſit, ignorantur.*

Incertam] *Omnibus expoſitam, quia non habebant certas uxores.* Iura inuenta metu iniuſti] *Neceſſe eſt inuentas eſſe leges propter metum incommoditatis. Adhuc oſtendere uult iuſtitiam non eſſe naturalem, ſed inuentam propter utilitatem. Natura enim præſtat ſcire quæ ſunt appetenda, quæ etiam fugienda, ſed ratio quæ plus ualet, diſcernit iuſtum ab iniuſto.* Tempora ſi faſtosq́; uelis euoluere] *Si antiquitatem uolueris retexere, in qua leges nullæ erant, inuenies iuſtitiam inuentam propter utilitatem, non propter naturam.* Nec natura poteſt iuſto ſecernere iniquum] *Nouit natura quid ſit amarum, quid dulce, quid album, quid nigrum, quid iuſtum, quid iniuſtum neſcit. Non poteſt enim tollere cupiditatem habendi, & timorem amittendi, quæ utraq; non natura, ſed uita nos docet, & neq; iuſtum diligit, neq; uituperat iniuſtum.* Diuidit ut bona diuerſis] *Id eſt, Quomodo poteſt natura ſeparare mala à bonis, ita non poteſt ſeparare iuſta ab iniuſtis, ſicut Stoici uoluerunt. Natura enim bona ac fugiēda operi ſuo attribuit, ſed iuſtum ab iniuſto ratio ſecernit, quæ ratio non obtinet hoc ut tantum peccet, qui caules eripuit, quàm qui ſacrilegium fecerit. Non ita per naturam quid iuſtum ſit, aut iniuſtum intelligere poſſumus, quomodo intelligitur quid utile, aut inutile ſit, aut quantum malum diſtet à bono.* Nec uincet ratio] *Nec poteſt probare ratio hoc, quòd tantum is peccet, qui alienum hortum uexarit, quàm qui patrem occiderit.* Nocturnus] *Pro noctu, ut alibi:*

„ *Vos exemplaria Græca Nocturna uerſate manu.*

Legerit] *Furatus ſit, ut poëta: Vel quæ ſublegi tacitus. Vnde & ſacrilegi dicti.* Regula] *Iuſticia, moderatio.* Quæ pœnas irroget æquas] *Vtpote paruis paruas, magnis magnas.*

Scutica] *Loro, habena, Græcè dixit: deeſt non uereor, ne maligniùm ſupplicio afficias leuiore, cum minēris pari ſupplicio omnia peccata perſequi, ſi tibi fuerit imperium.* Nam ut ferula cædas] *Paruo ſupplicio afficias eum, qui grauiora commiſit.* Non uereor] *Nam qui dicat paria eſſe peccata, ſeuerus admodum eſt. Seuerus autem leuia ſupplicia neſcit ferre.*

Cùm dicas eſſe pares res] *Cum tu ô Stoice dicas omnia crimina æqualiter eſſe punienda, non uereor, ne eum torqueas leui pœna, qui dignus eſt maxima. Scilicet cum æquatis criminibus, nullũ tam leue putes, quod ferula uindicandum ſit.* Falce reciſurum] *Allegoricôs, ſupplicio amputaturum.* Si diues qui ſapiens eſt] *Dicunt Stoici ſapientem diuitem eſſe, ſi mendicat: & nobilem eſſe, ſi ſeruus ſit: & pulcherrimum eſſe, etiamſi ſordidus ſit. Ordo iſte eſt: Si quis ſapiens eſt, & diues eſt, & ſutor bonus, & formoſus, & rex, ſecundùm Stoicam ſectam. Ait ergo Horatius: Si ſecundùm te ô Stoice ſapiens hæc omnia habet, cur ad correctionem morum regnum petis, quod, te habere dixiſti?* Cur optas, quod habes] *Inconſideratè ait illum optare regnum, cum ſapientem etiamſi ſutor ſit, regem eſſe dicat.* Non noſti quid pater] *Chryſippus reſtitutor Stoicæ ſectæ, & eruditus præceptor, de quo etiam Cicero meminit. Nunc autem perſonam contradicentis ſibi inducit, ut & Stoicos, & reliquos irrideat.* Soleas] *Caligulas benè inciſas.* Quò] *Quò? interrogatiuè ponitur.* Vt quamuis tacet Hermogenes] *Quaſi Stoicus. Redit ad principium, nam de cantoribus cœperat.* Vt Alphenus uafer omni Abiecto inſtrumento artis] *Vrbanè ſatis Alphenum uafrum Cremonenſem deridet, qui abiecta ſutrina, quam in municipio ſuo exercuerat Romam uenit, magiſtroq́ uſus Sulpitio Iuriſconſulto, ad tantam peruenit ſcientiam, ut & conſulatum gereret, & publico funere efferretur. Alter Alphenus ſutoris filius, qui ita iuris ſtudio intendit, ut beneficio artis huius latum clauum ſumeret, & ad conſularem conſurgeret dignitatem. Sunt qui dicant, hunc Cremonenſem fuiſſe. Vafer autem aſtutus cordatus. Antiqui etiam pro bono hoc dicebant.* Sic optimus omnis] *Ordo, hic omnis ſapiens optimus eſt artifex.* Vellunt tibi barbã] *Vſq; adeò non es rex, ut ſi ad uellendam barbam tuam uenerint pueri, non niſi baculo uindiceris.* Laſciui pueri] *Aut quia Epicurei dicunt ſummum bonum in uoluptate poſitum, aut ſimpliciter laſciuos pueros dixit.* Dum tu quadrante lauatum Rex ibis] *Per irriſionem dixit, dum tu rex quadrante lauatum ibis, quod rex non facit, & eſt ſenſus iſte: Quemadmodũ non potes probare te regem eſſe, ita non potes probare paria eſſe peccata. Nam qua ratione rex es, qui nummo dato lauas te, & uno comite pergis ad bellum? Mihi autem ignoſcẽt amici mei, ſi quid peccauero, & ego illis. Id eſt, dum tu contemnis omnia, & dicis non eſſe ueniam dandam peccatis, & dicis omnia peccata paria eſſe, ego ſi quid peccauero, impetro ab illis ueniam, & inuicem præſto. Per utranq; ergo partem nititur Horat. probare neq; regem eſſe Stoicum, neq; paria eſſe peccata. Dicendo namq; dum tu pergis lauatum nummo dato, probat nõ eſſe regem. Dicendo etiam ignoſcent mihi amici, & ego illis: oſtẽdit peccata non eſſe paria, nam ſicut peccatum dignum eſt uenia, peccata paria eſſe non poſſunt.* Criſpinum] *Criſpinus Stoicus fuit, qui de Stoica ſecta ſcripſit uerſibus.* Stultus] *Vt tu putas, aut imprudens.* Priuatus] *Non ea ſentiens, quæ tu ſentis.* Beatus] *Pro beatior.*

PORPHYR. } Omnibus hoc uitium eſt] *In eundem Tigellium Hermogenem, & hic inuehitur, eumq́; Sardum dixit, quod in Sardinia eſſet natus. Annotandum ergo Sardum & Sardinenſem dici poſſe. Nam Lucius Sarcitius Sardinenſem dixit in ſexto Satyrarum: Sardinenſem terram. At Licinius de Hermogene loquens: Sardi Tigelli putidum caput uenit. Nonnulli tamen ueterum Grammaticorum ſic appellationes has diuiſerunt: ut Sardum putarent dici, qui in Sardinia natus ſit: Sardinenſem autẽ incolam Sardiniæ.* Vt nunquam inducant animum cantare rogati] *Subdiſtinguendum cantare, & ſic inferendum rogati.* Ab ouo Vſq; ad mala citaret] *Id eſt, Ab initio cœnæ ad finem uſq;. Ouum enim hodie initium cœnæ, quippe cùm in guſtu ſtatim balneis offeratur. Mala autem apud ueteres inter cætera ſecundæ menſæ afferebantur. Citaret autem recitaret, unde præcones citare ſolent, qui clariùs uoce dicunt.* Modo ſumma uoce] *Id eſt, modò clara uoce, modò craſſa, & à tetrachordo hoc ſumptum uidetur, in quo eſt grauiſſimi ſoni chorda quæ ὑπάτη dicitur.* Iô Bacche] *Hoc ſcilicet citaret, id eſt, clarè diceret, Iô Bacche.* Fugiens hoſtem] *Curreret. Ita κατὰ σύλληψιν figuram, currebat & curris abſumptum.* Perſæpe uelut qui Iunonis ſacra ferret] *κανηφόροι hodieq; Athenis appellantur, quæ ſacra capite portantes lento gradu incedunt. Dicit ergo Hermogenem adeò inæquali fuiſſe mente, ut interdum tardiſſimo gradu ambularet, interdum citato.* Concha ſalis puri] *Id eſt, ſimplicis non cõditi: Et concha meritò, quia pauperiores in marina concha ſalem tritum habere ſolent, quo cum pane ueſcantur.* Noctes uigilabat ad ipſum Mane] *Aduerbialiter dictum eſt noctes, ut: Flet noctes, & Vna cum gente tot annos Bella gero. Ad ipſum mane autem, uſq; ad ipſum mane.* Mænius abſentem] *Qui de perſonis Horatianis ſcripſerunt aiunt Mænium ſcurrilitate notiſſimum Romæ, hic poſt patrimonium abroſum, Calendis Ianuarijs in Capitolio clara uoce optauit, ut quadraginta nummorum æris alieni haberet. Quærente quodam quid ſibi uellet, quòd tam ſolenni die æs alienum optaret habere, noli mirari, inquit, octingenta habere debeo. Hic fertur domo ſua, quam ad forum ſpectantem habuerat, diuendita, unam columnam ſibi ibi excepiſſe, unde gladiatores ſpectaret, quæ ex eo, columna Mænij nominabatur, cuius & Lucilius ſic meminit: Mænius columnam cum peteret.* Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis] *Senſus eſt: Cum tua mala uideas, uelut ſi lippens unctus ſis, cur ad amicorum perſpicienda uitia magis acutè perſpicis, quàm aut Aquila, aut draco? Aquilam autem tam acutè cernere aiunt, ut rectis oculis radios ſolis intueatur. Pro dracone autem ſerpentem Epidaurium ideo dicit, quia cum Romani oraculo admoniti Epidaurum inſulam miſiſſent, inde ut Aeſculapium afferrent, draco è templo eius repentè progreſſus, nauem legatorum conſcendit, quem illi Deum credentes eſſe, Romam aduexerunt.* Iracundior eſt paulò] *Senſus eſt: Habet aliqua uitia ita, ut paulo iracundior ſit, ne poſſit deridentium urbanitatem, quæ tunc maximè exercetur, ſuſtinere præſtat etiam de ſe materiam ridendi, quòd ruſticius tonſus ſit, & toga eius defluat, laxosq́; calceos habeat.* At eſt bonus, ut tibi amicus] *His ergo colligit amicorum uitia, ſi leuia ſint ferenda eſſe, ſecundùm illud quod præcipitur per prouerbium. Amici mores noueris, non oderis. At tibi Amicus, Pronunciandum eſt, ut ſignificatio eius exprimatur.* Num qua tibi uitiorum inſeuerit olim natura?] *Num qua, pro num aliqua, ut ſi diceret, num qua inſeuerit, aut pro inſita fuerit. Hac figura & illud dicitur: Præcipitat nox, &, Prora auertit. Senſus autem: Teipſum denique perſpice, ne habeas aliqua uitia, aut ingenio tibi, aut mala conſuetudine quæſita.* Naq;] *Manifeſta allegoria.* Illuc præuertamur] *Pro illuc tranſeamus. Sic dicitur: Volucremq́; fuga præuertitur Hebrum.* Veluti Balbinũ Polypus agnæ] *Luciliana urbanitate uſus, in tranſitu amaritudinem aſperſit.* Vellem in amicitia ſic erraremus] *Vtinam, inquit, hunc errorem circa amicos noſtros pateremur, uitia illorum non intelligẽtes, qui error adeò laudaretur, ut uirtus potius, quàm uitium diceretur.* Strabonem appellat Pætum pater] *Strabo qui detortis eſt oculis dicitur, pætus leniter declinatis. Hæc autem ex his, quæ ſequuntur oſtenditur, à parentibus filiorum uitia, aut non intelligi, aut intellecta diſſimulari, quod præcipit circa amicos quoq; faciendum eſſe.* Malè paruus Si cui filius eſt] *Mirè dixit, malè paruum, uolens intelligere macilentum.* Abortiuus fuit olim] *Siſyphus M. Antonij triumuiri pumilio fuiſſe dicitur intra bipedalem ſtaturam, ingenio tamen uiuax.* Hunc Varum] *Hinc Vari appellantur introrſum retortis cruribus.* Illum Balbutit Scaurum] *Scauri dicuntur, qui extantes talos habent. Suauiter autem dixit Balbutit ſcaurum. Sic enim blandientes infantibus, infingere linguam ſolent, ut quaſi eos imitẽtur.* Parcius hic uiuit] *Hic iam oſtenditur, qualia amicorum uitia exiſtimare, & appellare debeamus.* Simplex] *Simplices uulgò pro manſuetis ac modeſtis dicunt. Hic ſimplicem dixit, quod quid ſentiat de amico, libera lingua pronunciet.* Calidior] *Calidior ad iraſcendum honeſto nomine acere dicatur.* At nos uirtutes ipſas inuertimus] *Id eſt, Malignæ adeò ingenij ſumus, ut non tantùm uitia amicorum non tegamus, ſed etiam laudes ipſas malè interpretantes culpemus.* Atq; Sinceros cupimus uas incruſtare] *Allegoricôs hoc dicitur. Incruſtari autem uas dicitur cum aliquo uitioſo ſucco illinitur, atq; inquinatur, ſecundum quod & Lucilius in decimaoctaua Satyra ait: Nam uel regionibus illis Incruſtatus calix, ruta caulis habetur.* Illi Tardo cognomen pingui damus]

Ordo

Ordo eſt: *Illi pingui tardo cognomen damus: Id eſt, ſenſus naturam in uitium uertentes, propinqui tardum dicimus.* Lacus obdit] *Obdit nunc obijcit atq; offert ſignificat.* Quam temerè in noſmet] *Temerè nimis agimus, ſic iudicantes de amicis noſtris, quia incipiunt et illi de nobis iudicantes, eandem legem conſtituere.* Vitijs nemo ſine naſcitur] *Nemo eſt, inquit, qui in ſe uitia non habeat.* Amicus dulcis ut æquum eſt] *Ordo & ſenſus eſt: Cum uitijs meis mea bona compenſet. Sic ergo ex eo quod eſt bona, per figuram εὔχαλιν bonis aſſumimus.* Amari ſi uolet] *Allegoricôs hoc ſignificat, qui ignoſcet uitijs meis, indulgentia, & ego uitia illius æſtimabo.* Qui ne tuberibus proprijs offendat] *Hæc allegoria ad præcedentem ſenſum & ad ſubiectum pertinet.*

Denique quatenus excidit] *Deniq;, inquit, ſi non potes diſſimulare uitia amicorum, ſaltem talia illa æſtimato, qualia ſint, noli ea malignitate tua augere. Deinde hinc paulatim deſcendit eò, ut aduerſus Stoicos diſputet, qui dicunt peccata omnia paria eſſe & ſimilia, & animum ſpectandum peccantis, non quantitatem rei, in qua peccatum eſt.* Labeone inſanior] *M. Antiſteus Labeo, prætorius iuris etiam peritus, memor libertatis, in qua natus erat, multa contumaciter aduerſus Cæſarē dixiſſe & feciſſe dicitur, propter quod, nunc Horatius adulans Auguſto, inſanum eum dixit.* Odiſti & fugis, ut Druſonem debitor æris] *Octauius Druſus acerbus fœnerator fuiſſe traditur, idem ſcriptor hiſtoriarum, ad quas audiendas ſignificat ſolitum fuiſſe cogere debitores ſuo, quibus ſcilicet, alia audire pœna grauiſſima erat: hoc enim ſignificat porrecto iugulo.* Menſa'ue Catillum Euandri] *Qui de perſonis Horatianis ſcripſerunt, aiunt Euandrum hunc cælatorem, & plaſten ſtatuarū, quem M. Antonium ab Athenis Alexandriam tranſtuliſſe, inde inter captiuos Romam perductum, multa opera mirabilia feciſſe.*

Queis paria eſſe ferè placuit peccata] *Stoicorum dogma reprehendit. qui omnia peccata paria eſſe dicunt, & ait ne ipſos quidem in hac ſententia permanere, niſi uerbotenus. Iam hinc tractatus habetur, ſed ut uerè de amiſſo quæratur.* Atq; ipſa utilitas iuſti prope mater & æqui] *Matrem rectè dixit.* Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli cauſa] *Hoc eò pertinet, ut probet id, quod dixerat homines inter ſe ab initio cum orti ſint, pugnas habuiſſe, primo, ferino ritu, deinde paulatim ad arma proceſſiſſe.*

Nec natura poteſt iuſto ſecernere iniquum] *Non ita, inquit, per naturam quid iuſtum, quid iniuſtum ſit intelligere quis poteſt, ut intelligit quid utile, quid inutile ſit, aut quod malum à bono diſtet.* Nec uincet ratio hoc tantundem ut peccet] *Nec hoc unquam ratio obtinebit, ut eadem peccata credenda ſint ſacrilegi, & eius qui cauliculos de horto furatus ſit.* Nocturnus ſacra diuûm legerit] *Collegerit, ac per hoc ſubduxerit, ac furatus ſit unde ſacrilegi impij, qui hoc flagitium admittunt appellantur.* Nec ſcutica dignum horribili ſectere flagello] *Senſus eſt: Ne leuiter cedendum flagellis uerberes, nam & illud te non moneo, ne grauius puniendum ferula cædas, quoniam ſcio nullum peccatum leue putandum eſſe.* Minoris Falce reciſurum] *Allegoricôs, quod ſignificat minêris eadem te pœna uendicare, & magna, & parua peccata.* Si diues qui ſapiens eſt] *Hoc ad illud refertur, quod de affectione ſapientis Stoici dixerat: Si tibi regnū Permittant homines. Porrò autem Stoici exiſtimant perfectæ ſapientiæ uirum omnia habere, in quo & Lucilius uerſatus ſic ait: Nondum etiam hæc omnia habebit Formoſus, diues, liber, rex ſolus uocetur. Quæ tamen poëta non ſimpliciter, ſed per deriſum Stoicorum dicit.* Non noſti quid pater, inquit, Chryſippus] *Perſonam contradicentis poëta per urbanitatem fingit, ut & Stoicos, & alios quorum nomina ſubiecit, derideat.* Vt Alphenus uafer omni Abiecto inſtrumento artis clauſaq; taberna] *Sic, inquit, Stoicus rex, & quicquid ſibi aſſignat, poteſt dici, ut Alphenus ſutor, quamuis tabernam clauſerit, & omne inſtrumentum ſutrinæ uendiderit. Is enim abiecta ſutrina, quam in municipio ſuo exercuerat, Romam petit, Marcoq; Sulpitio iuriſconſulto uſus, ad tantum dignitatis peruenit, ut conſulatum gereret, & publico funere efferretur.*

Vellunt tibi barbam Laſciui pueri] *Quomodo rex es, inquit, Stoice, cùm petulantiam puerorum barbam tibi uellentium, non aliter poſſis repellere, quàm baculo tuo. Per quod oſtendit uaniſſima perſuaſione ſibi uendicare, quod non habeat.* Dum tu quadrante lauatum Rex ibis] *Perquam urbanè. Senſus autem: Quandiu tu ſolus lauabis, quadrante balneatori dato, neq; quiſquam comitabitur, niſi unus Criſpinus diſciplinæ Stoicæ ſectator. Facilè erit, ſi non paria eſſe peccata omnium, ut non probent te regem eſſe.* Priuatuſq; magis uiuam te rege beatus] *Ordo & ſenſus eſt: Magis beatus uiuam, quàm tu rex.*

CHRIST. LAND. } Omnibus hoc uitium eſt cantoribus inter amicos] *Si Satyræ argumentum quæras, uidetur eos carpere, qui cum ſua ſibi uitia condonent, aliena nimis acerbè reprehendant, cum quæ leuia ſunt ignoſcere amicis debeamus, memores fragilitatis humanæ qua nemo omninò uitijs caret. Inducit autem exemplum muſicorum & præcipuè Tygelli.*

Omnibus cantoribus] *Ergo magis condonandum cum ſit commune omnibus.* Cantare] *Bis repetendum, ſcilicet rogati cantare nunquam inducant animum cantare.* Iniuſſi] *Non iuſſi, id eſt, non rogati. Nam iubere aliquando eſt rogare & optare. Ter. Iubeo Chremetem ſaluere. Propriè tamen iubent domini ſeruis. Imperant ij quibus in alios commiſſum eſt imperium. Præcipiunt qui doctrinam præbent.* Ille] *Emphaſim habet hoc pronomen, & dixit ille tanquam de noto.* Sardus] *Vel proprium nomen Tygellius Sardus, uel gentile ex Sardinia, habebat hoc uitiū. Eſt autem uitium id propter quod res à ſua natura & abſolutione deprauatur. Nam uniuſcuiuſq; rei abſolutio & perfectio uirtus dicitur, cuius priuatio uitium eſt. Ergo uirtus oculi eſt recta uiſio. Priuatio uitium eſt dictum à uitando. Dignum enim eſt ut uitetur. Hinc uitupero quaſi uitium paro.* Cæſar qui cogere poſſet] *Erat enim imperator.* Si collibuiſſet] *Rogatus à Cæſare nolebat.* At ſi collibuiſſet] *Quaſi dicat, etiam ſine aliqua ratione canendi incenderetur optimè ergo collibuiſſet. Nam cum uoluntas ſit, quæ ex ratione procedit: Libido uerò quæ ab appetitu potiùs collibuiſſet, quam placuiſſet dicendum fuit.*

Ab ouo] *A' principio prandij. Nam (ut ait Acron) à balneis ad cibum proficiſcentibus in primis ouum dabatur.* Ad mala] *Ad poma, id eſt, ad ſecundas menſas quibus finitur prandium. De his dictum eſt.* Citaretio Bacche] *Id eſt, excitaret hoc carmen, cuius initium eſſet Iô Bacche.* Summa uoce] *Quæ hypate dicitur.* Nil æquale fuit] *Nihil conſtanter, ſed ab extremo ad extremum proficiſcebatur.* Iunonis ſacra ferret] *Nam qui ſacra ferunt, procedunt lento paſſu. Hoc uitium & in Catilina notat Saluſtius.* Sæpe ducentos] *Nam magna ſeruorum copia erat apud antiquos.* Reges atq; Tetrarchas] *Sæpe exoptabat ſibi non priuatam fortunam, ſed regum & tetrarcharum. Sunt autem tetrarchæ, qui quartam regni partem poſſident. Ergo Herodes cui Galilæam quartam regni Iudaici partem Populus Romanus conceſſerat tetrarcha erat. Sæpe autem modeſtiſſimè loquens dicebat ſe eſſe contentum tripode menſa, & concha ſalis puri, id eſt, ſimplicis, & nulla reconditi, quaſi ſecundum morem Perſarum, qui nihil ad panem præter ſalem, & naſturtium herbam addebant, & toga quæ frigus propelleret, quamuis eſſet craſſa.* Decies centena] *Quoniam numerus in denario deſinit, nam ultra decem repetitio fit, idcirco decies centena potius quam mille dicebat.*

Huic parco] *Id eſt, qui ſe parcum iactabat.* Noctes] *Peruertebat officia uitæ, ut noctu diurna, interdiu nocturna exerceret, ut noſtra ætate Paulum Pon. Max. uidimus cui tamen plurimæ fuerunt, nec mediocres uirtutes.* Stertebat] *Profunde dormiret, nam cùm dormienti ſpiritus in ore naribus úe crepitat, aut obſtrepit, ſtertere eſt.* Quid tu] *Fatetur ſe quoq; uitia habere, ſed minora.* Mænius] *Poëta fuit ignobilis & maledicus. Vnde ipſe in libro carminum Olentem Mæuium dixit. Et Virg.*

„ *Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui.*

Abſentem] *Quod malæ loquentiæ eſt, & inuidioſi hominis, nam qui meliorem facere ſtudent, coram caſtigant.* An ignoras te] *Verba ſunt detractorem reprehendentis. Ergo uel te, id eſt, tua uitia ignoras, uel putas præbere te ignotum nobis, ueluti tua uitia nó cognoſcamus.* Dare uerba] *Fallere.* Egomet mi] *Pro mihi ignoſco. Stultiſſimus amor noſtri eſt, ut nobis ea uitia condonemus, quæ in alijs ferre non poſſumus. Et ſumus improbi, id eſt, à*

nullo probandi. Cum tu] *Non ita indulgendum eſt nobis, ut in noſtris uitijs, ueluti lippi parum uideamus, in alienis acutiſſimo utamur uiſu. Lippus eſt cui oculi ualetudinarij ſunt. Luſcus quia altero caret oculo. Cæcus qui nihil uidet. Martialis.*

„ *Soluere dodrantem nuper tibi Paule uolebat*
„ *Lippus hilas luſcus uult dare dimidium.*

Aut aquila] *De hac aue plura dicta ſunt. Eſt autem adeò acuti uiſus, ut recto intuitu ſolis radios ſuſtinere poſſit. Quin & pullos ſuos ſolem aduerſum intueri cogit, & ſi qui lucem non ſuſtinentes auertantur, illos ueluti adulterinos è nido præcipitat.*

Serpens Epidaurus] *Speciem pro genere poſuit. Eſt autem acuta acie ſerpens, unde Græcè, Ἀgrakōn dicitur, παρὰ τὸ* [illegible]*, quod aſpicere ſignificat. Cùm autem Romani morbo laborarent, ex oraculo Aeſculapium ex Epidauro accerſendum curarunt, miſeruntq́ auratam nauem quam Deus ſub ſerpentis forma intrauit. Verùm cum ad ripam Tyberinam appuliſſet naue eſt egreſſus, nuſquam deinde apparuit ſerpens. Quapropter eodem in loco ſibi templum exædificatum eſt.* Acutis naribus] *Subſannatione, quæ fit criſpando nares. Vel tranſlatio à canibus qui odoribus inueniunt feras.* Minus aptus] *Id eſt, ineptus. Nam cum ineptus ſit poteſt rideri pro irrideri ſubſannatione.* Defluit toga] *Quia non rectè quadrat corpori. Quidam putant dictum de Cæſare, cui ſemper fluebat toga, & erat ei indoctus tonſor, ait Acron.*

Et malè laxus] *Eodem Acrone teſte quidam dictum putant de Virg. qui indecori corporis compoſitione fuit.*

Inculto] *Non ad animum, ſed ad corpus referendum.*

Concute] *Diligenter inquire. Nam qui rem quærunt, quam credunt intra ſinus ueſtis latere, concutiunt ueſtem ut res illa excidat.* Natura & conſuetudo] *Nam ad quædam uitia natura proni ſumus, quædam ex mala conſuetudine proueniunt. Vel dicamus uitiorum & uirtutum ſemina eſſe à natura, quæ deinde conſuetudine aluntur, & ad habitum perueniunt.* Namq;] *Vt ager niſi excolatur, filicem herbi frugibus noxiam producit, ſic & animus noſter ſine cultura philoſophiæ uitijs occupatur. Eſt autem dicta filix, quod ex eadem radice plura fila enaſcantur.* Præuertamur] *Præoccupemus hanc ſententiam. Quemadmodum uitia amicæ ua decipiunt amatorem, ut habeat illa pro uirtute, ſic uellem ut erramus in amicitia.* Polypus] *A ſimilitudine polypi marini piſcis multos pedes habentis dicitur morbus in naribus enaſcens, cui plurimæ ſunt fibræ.* Agnæ] *Mulieris amicæ Balbini. Et certè ut uitium magnum in amicitia adulatio eſt, Sic contra omnis aſperitas refugienda, neq; debemus offendi minoribus uitijs, ſed æquo animo amicos ferre, & illos paterna indulgentia tractare, nam patres non faſtidiunt omnia uitia in filijs. Et ſi filium habet ſtrabonē illum pætum appellat, ut uirtutem ponat pro uitio. Pætos autem eos dixêre, quorum oculi celeres huc et illuc uertūtur, per tranſuerſumq́ inſpiciunt, quod decere potiùs, quam dedecere uidetur. Virg. in Priapea Minerua flauo lumine, Venus peto.* Male paruus] *Ita paruus ut uehementer dedeceat.* Pullum] *Equo, aſinoue atq; in auibus pulli dicuntur noui fœtus.* Siſyphus] *Filius fuit M. Antonij triumuiri uir monſtroſæ breuitatis, ſed acutiſſimi ingenij.* Varum] *Qui ſit pedibus introrſum retortis.* Balbutit] *Balbutire eſt uerba curta proferre, quo uitio pueri laborant. Sed parentes, ut filijs blandiantur, de induſtria balbutiunt, id eſt, balbutiendo appellant ſcaurum, qui ſit malè fultus prauis, id eſt, diſtortis talis.*

Paruus] *Quaſi auarus.* Frugi] *Temperatus & modeſtus.*

Ineptus & iactantior] *Qui ineptus ſe iactat.* Concinnus] *Concinnare commodè componere ſignificat, ergo uult haberi concinnus, id eſt, uult exhibere ſe aptum amicis. Nam multi dum cupiunt ſeſe concinnos exhibere inconcinni ſunt.* Truculentior] *Qui ferociori aſpectu ſunt, truculenti appellantur, ergo dicamus hunc procul eſſe ab omni adulatione & liberum, & ſimplicem, qui non aliud dicat, & aliud ſentiat.* Caldior] *Pro calidior, id eſt, iracundior, id eſt, ſub iracundus, Nam comparatiuum aliquando minuit. Virg.*

„ *Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes,*

Id eſt, ſubtriſtis. Nec tes] *Non adulatio, ſed quædam humana, ſed modeſta indulgentia.* At nos inuertimus] *Non ſolum non honeſtamus quædam leuia uitia nominibus uirtutum, ſed contra uirtutes uitiorum nominibus dehoneſtamus, & cupimus incruſtare, id eſt, fæcibus illinire uas ſyncerum, purum, id eſt, hominem bonum macula deturpare conamur.* Inuertimus] *Ad ſuum contrarium deuoluimus. Inuertere enim propriè eſt cum rem contrario uerſu ponimus. Hinc dicimus ueſtes inuerſas cum quod intus eſſe oportuit foris apparet, & ſententiam inuerſam in quam contrarius ſenſus inducitur.* Demiſſus] *Si quis in conſuetudine familiari ſe dimittit, id eſt, cedat alijs, & nemini aduerſetur, ſeq́ inferiorem gerat.* Tardo] *In Datiuo, Nam rectè dicitur mihi nomen eſt Laudino, ut iungatur pronomini mihi. Et rurſus mihi nomen eſt Laudinus, ut reſpondeat dictioni nomen.* Pinguis] *Craſſo & rudi, Nam pingues ut plurimum ij ſunt, quorum ſanguis multum habet pituitæ, ij autem tardo ſunt ingenio (ut oſtēdit Albert.) quia frigus non mouet ſpiritus, nec adducit, ſed abſcindit.* Hic fugit] *Sunt qui cum ualeant prudentia poſſunt ſua circumſpitione, & prouidentia uitare inſidias.* Latus apertum] *Tranſlatio à milite cauto, qui ſuis ſe armis ita tegit, ut nullam corporis partem detectam hoſti relinquat.* Aſtutus] *Dicitur ab eo quod eſt,* [illegible] *quod lingua Attica urbem ſignificat.* Inuidia acris] *Vehemens ad nocendum.* Crimina] *Obtrectationes, unde dicimus criminari. Ergo huic uiro, qui prudens, cautusq́ eſt, nomen uitij damus, & fictum, aſtutumq́ uocamus.* Simplicior] *Qui ſtetur ſua beneuolentia & bona mente erga amicum non adhibeat omnem cautionem in adeundo, atq; colloquendo.* Communi ſenſu] *Id eſt, communi prudentia, ut alio loco diximus.* In trutina ponetur eadem] *Quaſi dicat, eadem trutina ponderabo tua uitia, quæ tu mea.*

Tuberibus] *Optima tranſlatio. Nam in corpore tubercula maiuſcula ſunt quam uerrucæ. Nam uerruca pars eſt eminentior in corpore, hos porros uocant. Ergo tubera pro maioribus uitijs, uerrucas pro minoribus poſuit.* Denique quatenus] *Contra Stoicorum dogma eſt, qui uolunt uitia omnia paria eſſe. Compone autem ſic. Cur non utitur ipſa ratio ſuis modulis & ponderibus, ut aliqua uitia maiora, & aliqua minora iudicet, & ut quæq; res eſt, ita coërcet delicta ſupplicijs.* Si quis ſeruum] *Probat parua delicta non eſſe magno ſupplicio afficienda, exemplo ſerui qui iuſſus reponere patinam cum ſemeſis piſcibus, ſi illos abſumpſerit una cum iure non propterea ſit cruci affigendus. Ligurire autem eſt ſuauioribus eſcis ueſci, Inde alligurire eſt rem in huiuſmodi epulis conſumere.* Labeone] *M. Antiſtius Labeo iuriſperitus memorabilis libertatis. Nam in Auguſtum liberè inuectus eſt leges & inſtituta Cæſaris damnans. Poëta autem hæc de illo ſcribit, ut Octauiano gratificetur.* Ruſoneu] *Nomen proprium uiri. Hic (ut ait Acron) fœnerator fuit, & malus hiſtoricus, qui ſolitus eſt à debitoribus audientiam exigere, unde pro pœna, id erat non ſoluentibus, uel hiſtorias pro contumelijs poſuit, & alluſit ad id quod hiſtoricus eſſet.* Euandri] *Hic cælator Athenienſis à M. Antonio Alexandriam perductus inter captiuos Romam uenit.*

Si furtum facit] *Si illi iraſcor uel lectum comminxerit, id eſt, mingendo urina madefecerit, uel potus, id eſt, ebrius catinum è menſa deiecerit, aut pullū gallinaceum è mea parte catini ſubſtulerit, quæ omnia parua ſunt, quid faciam ſi aut furtum fecit, aut arcana ſibi commiſſa palam fecerit, aut promiſſum denegauerit.*

Quis paria eſſe] *Stoici philoſophi, qui uolunt uitia omnia paria eſſe.* Laborant] *Id eſt, in ſumma difficultate uerſantur, cùm eſt uentum ad uerum, id eſt, ad cognitionem ueri.* Senſus & mores] *Quia aliter ſentiunt, & alio modo uiuunt. Nam ſenſus & mores repugnant. Nam ſenſus iudicat non paria, ſed diſparia eſſe uitia.* Et mores] *Id eſt, hominum conſuetudo etiam repugnat.*

Atq; ipſa utilitas] *Nam aduertimus non eſſe ex utilitate hominū, quod uitia habeantur paria. Non enim utile eſt ita puniendum eſſe qui ſeruo conuitiatus eſt, quam eum qui patriam prodiderit.*

Prope] *Id eſt, quaſi mater iuſti, & æqui non omninò mater, ſed quaſi mater. Nam quamuis à natura ſit ipſa iuſtitia, tamen ab utilitate uires accepit, ob eamq́ eſt magis aucta & ſeruata. Intelligit autem de ea utilitate, quæ à recto ſeiungi non poteſt.*

Repugnat] *Nam ſi eadem pœna erit omnibus uitijs non erit ex uſu.* Cùm prorepſerunt] *Probat ut ex utilitate ſit orta iuſtitia, Prorepſerunt,*

repſerunt, id eſt, in prima infantia nondum conſtabilito gradu re-pere cœperunt. Eſt enim repere animalium pedibus carentium. Primis terris] *Id eſt, prima animalia terris.* Mutum] *De homine intelligit, ſed mutum dicit nondum repertis rerum uocabulis uel infans.* Turpe] *Incultum ſine moribus nec dum excitata in eo ratione.* Pecus] *Autē dixit, quia ueluti expers rationis pecori ſimilis uidebatur homo.* Glandem] *Nam is cibus erat. Ergo animaduertit ex uſu eſſe opus iuſtitia, excluderentur huiuſcemodi contentiones.* Vnguibus & pugnis] *Nullis armis adhuc repertis.* Fustibus] *Lignorum fruſtis. Nam hæc & ſaxa prima arma fuêre.* Porro] *Deinceps & poſt interuallum temporis. Et ſequitur optimum ordinem. Primo enim nullis, armis ſed inermis manibus, deinde ijs armis, quæ caſus porrigebat, poſtremò illis, quæ eſſent artificio parata.* Verba & nomina] *Nam iſtis potuerunt ſenſa mentis exprimere, & ex ſermone ſocietatem inire, & ad illam ſeruandam iure oppidis primo, mox legibus opus eſſe animaduerterunt.* Nam fuit ante Helenam] *Quaſi dicat, & ſi non fuerint celebrata à poëtis alia adulteria quemadmodum Homerus celebrauit adulterium Paridis tamen etiam multa bella propter fœminas geſta ſunt, quæ quia ſcriptoribus caruerunt, in memoria hominum non ſunt.* Tempora ſi faſtoſq;] *Oſtendit iuſtitiam non eſſe naturalem, ſed inuentam propter utilitatem, nam ſunt inuenta iura metu iniuſti. Natura enim præſtat, ut ſciamus quæ petenda, & quæ fugienda ſunt, & dat ſemina quædam, quibus à ratione diſcernit iuſtum ab iniuſto, quod non diſcerneret natura, ut diſcernit dulce ab amaro.* Faſtos mundi] *De faſtis diximus. Hic intelligit omnia ſcriptorum monumenta, & dixit mundi, ut omnium ætatum, & omnium gentium res geſtas complecteretur.*

Nec uincet ratio] *Ratio ergo quæ iuſtum, & iniuſtum inuenit non uincet hoc, id eſt, non probabit hoc ut peccata paria ſint, ut tantundem peccet, & qui olera furatur, & qui ſacrilegium nocturnum commiſerit.* Teneros caules] *Nō ſpecies herbæ eſt caulis, ſed omnes teneriores frondes caules dicuntur. Quem autem uulgus caulem appellant, antiqui braſſicam dixerunt.*

Orti] *Ab oriendo, quia in hac agri ſpecie pluries, quam alibi herbæ per totum annum oriantur. Hæc omnia quæ in hortis oriuntur olera ab oriendo dicuntur.* Legerit] *Furatus fuerit, unde ſacrilegium.* Aequas] *Non inter ſe æqua, ſed æquas peccatis.*

Scutica] *Faciliori uerbere. Nam flagellum durius eſt.*

Nam ut ferula] *Admonui ne acerbiorem pœnam pares minori delicto. At nunc non monebo ne pares minorem maiori delicto. Nam cum tu putes peccata eſſe paria, non dubito quin omnia ſupplicia ſint futura magna.* Ferula] *Qua pueri à præceptoribus uapulant. Iuuenal.*

„ *Et nos ergo manus ferulæ ſubduximus.*

Et Martialis.

„ *Triſteſq; ferulæ ſceptra pædagogorum.*

Ingenui tamen Plinio authore anguillarum pellibus uapulabant. Ferulam inter externos frutices enumerat Plinius. Lignum corticis loco habet, id eſt, forinſecus. Ligni autem loco fungoſam intus medullam, ut ſambuci, calidis naſcitur locis. Natura eadem eſt, quæ aneto, fructu ſimilis, nulli fruticum leuitas maior. Ob id baculorum uſu ſenectuti præbet. Ignem ferulis optimè ſeruari certum eſt, idq; Prometheum inueniſſe tradunt. In Aegypto præcellet, Ferula reliquis animalibus peſtiferum pabulum præbet, aſinis gratiſſimum eſt. Quare id animal libero patri aſſignatur, cui & ferula. Furta] Claneulum fiunt. Latrocinijs] *Violentæ ſunt direptiones, quæ non iuſto bello exercentur, & ex inſidijs à perditis hominibus in uiatores facto impetu aguntur.* Recisurum ſimili te] *Id eſt, ſimili pœna punitùrum.* Si diues qui ſapiens eſt] *In paradoxa Stoicorum ludit, qui ſapientem omnia eſſe uolunt, ut ſit rex, ſit conſul, ſit diues. Quod ſi omnia eſt, erit quicunq; ex ſordidioribus opificibus, ut ſutor coriarius, & huiuſmodi.* Cur optas quod habes] *Irridet Stoicam ſectam, & quærit unde ſit, ſi ſapiens omnia eſt, cur aliquid quærat. Ad quod reſpondent ex ſententia Chryſippi eſſe quidem ſutorem ſapientem, ſed ea potentia quæ ſtatim ad actum deduci poſſit, etſi non ſuat. Sicut Hermogenes muſicus eſt, & cantor etiam ſi non cantet. Et Alphenus etiam depoſitis ſui artificij inſtrumentis, & relicta taberna erit artifex ſui artificij. Alphenus uafer Cremonenſis abiecto inſtrumento operæ tonſtrinæ, quod in municipio exercuerat, Romam uenit, magiſtroq; uſus Sulpitio iuriſconſulto, ad tantā ſcientiam uenit, ut & conſulatum geſſerit, & publico funere ſit elatus.* Crepidas] *Accuſatiuus Græcus ab eo quod eſt crepis, dos, calcei genus eſt, quo ſolum pedis ueſtitur ſuperioribus partibus nudis relictis. Perſius.*

„ *Non hic qui in crepidas Graiorum ludere geſtit.*

Latinè ſolea ob id dicitur. Id eſt, Gallica, ut placet A. Gellio. Hinc crepidarij, qui tale ſuunt calciamentum. Puto tamen hæc differre forma, quamuis eidem rei ſeruiant. Vellunt tibi barbam] *Adeò ridicula hæc uulgus putat, ut non ſolum uerbis illudant, ſed etiam audeant pueri barbam uellere.* Lasciui pueri] *Epicureos intelligit Acron, qui maximè Stoicis aduerſabantur. Et certo iſti dum ſummum bonum in corporis uoluptate ponunt, & pueriliter laſciuire uidentur. Poſſumus tamen & de cæteris intelligere.*

Quadrante] *Quaſi dicat, non regia, ſed priuata mercede.*

Quos tu niſi fuste coerces] *Circumſtabunt, & frequentia ſua urgent ipſi pueri, niſi fuſte eos ab egeris. Et cùm regem dicas, nemo te ueluti regem ſtipabit præter Criſpinum Stoicum, de quo iam dictum eſt. Quapropter quemadmodum non potes te regem probare, ſic neq; paria uitia eſſe probabis. Ergo ignoſcent mihi amici, ſi quædam ex inſcitia aut ſtultitia peccauero, quoniam minora hæc uitia putabunt, uiciſſimq; à me illis ignoſcetur.*

Et beatus uiuam ſic priuatus] *Id eſt, non ſapiens & propterea nō rex.* Te rege] *i. qui te regem putas, quoniam tibi ſapiens uideris.*

C OE L. } *De Strabonum & Pætorum cognominibus uide Cœl. lib. 8. capit. 19. & Nonium Marcellum.* Quadrante lauatum] *Si quis balneum ingredi ſtatuerat ueterum tempore, quadrātem ſoluere cogebatur balneatori. Cœl. lib. 16. cap. 47.*

E R A S. R O T. } *Tubera maiora uicia dixit, uerrucas minora, quæ Sermones, næuos appellat.* Ab ouo] *Ab ouo uſque ad mala prouerbiali figura dixit Horat. pro eo quod eſt, ab initio uſq; ad finem. Antiquitùs enim cœnam ab ouis auſpicabātur, malis finiebant.* Mi ignosco] *Horatius hic Mæuium, alterum Suffenum facit, ſuis ignoſcentem uitijs, aliena mordaciſſimè carpentem.* Aut ſerpens] *Serpentis oculis, de his dici conſueuit, qui acribus, & intentis intuerentur oculis: id Græci dicunt ὄφεως ὄμμα, id eſt, ſerpentis oculus. Sunt enim huic animanti oculi duriores ac perſpicaces.* Neglectis urenda] *Mira admonuit Horatius allegoria, animum excolendum diſciplinis, alioqui futurum, & inutili ſylua uitiorum occupetur. Filix enim herba inuiſa agricolis, quæ totos agros occupare ſolet, nec facilè repurgatur ubi ſemel occupauerit.* Turpia decipiunt] *Hunc reſpexit poëta, quod Theocritus in Ecloga 6. ſcribit. Etenim haud rarò Polypheme: Quæ minimè ſunt pulchra, ea pulchra uidentur amori. Nā Balbino ſtultè amanti, etiam Polypus Agnæ amicæ, ſuaue quiddam olere uidebatur. Eſt autem Polypus uitium narium Glaucolentium. Lege prouerb. Suum cuiq; pulchrum.* Syncerum capnt] *Hoc eſt, quæ per ſe recta, ea nominibus alienis impoſitis deprauamus. Quòquam poteſt adagionis huius accedere formam. Ebur atramento candefacere, quo utimur, quum rebus per ſe decentibus tectorium inducimus quod tegat, & obſcuret natiuum decus, non augeat.*

P H I L O L O G V S } *Illuc præuertamur, amatorem quod amicæ turpia decipiunt cæcum uitia aut etiam ipſa hæc delectant, ueluti Balbinum Polypus agnæ. Multi legunt Pulypus metri cauſa, ſed & Polypus legi poteſt, idq; Doricè. Quod docet Athenæus his uerbis:* ἀρχίππος δὲ φησί· πώλυπος ἐν τοῖς βάτοις, καὶ ναρία εἰσὶν ἀρίστοι. καὶ περικόψαντες τρέφει πολλοὺς μεγάλους τὸ πλῆθος. Δωριεῖς δὲ αὐτὸν διὰ τοῦ μεγάλου καλοῦσι πολύπουν, ὡς ἐπίχαρμος. καὶ σιμωνίδης δ' ἔφη πουλύποον διζήμενος, ἀττικοὶ δὲ πολύπουν. *Sic in epigrammatis:*

Ἀντιπάτρου.

„ Πώλυπος εἰναλίῃ πότ' ἐπὶ πρεσβῦτι τανυσθεὶς

„ Ἠελίῳ ψύχων πολλὸν ἀνῆκε πόδα.

Ἰσιδώρου.

„ Πώλυπον ἀγρεύσας ποτὲ γριπεὺς ἐξ ἁλὸς εἰς γῆν

„ Ἔρριψεν δείσας ὀκνηρὸς ἐκτατοπόδην.

Quamobrem & hic, & in Epodis illud: Polypus an grauis hirſutis cubet hircus in alis, Per o non per u excudendum po iuſsimus. Chryſippus dicat, ſapiens crepidas ſibi nunquam. Nec ſoleas fecit] Cum Crepida Græcum ſit uocabulum, & non per ι ψιλὸν, ſed per η μέγα, ut ſic dixerim ſcribatur, nam ſicut o duplex eſt apud Græcos μικρὸν καὶ μέγα, ſic duplex ε, quorum alterum ἐψιλὸν, ἦτα alterum appellant, & declinetur, ἡ κρηπὶς, τῆς κρηπῖδος, τὴν κρηπῖδα, unde hæc crepida, crepidæ, miror Horatium & cre & pi corripuiſſe, atq; itidem Perſium feciſſe 1. Satyr.

„ Non hic, qui crepidas Graiorum ludere geſtit.

Tum Gellium lib. 13. cap. 20. tantum de prima ſyllaba correpta meminiſſe. cùm & ſecunda corripiatur, quæ ſimiliter apud Græcos ut prima producitur. Theocritus Ecloga. 0. εὐχαρ... ἀλωπεκίσκοι. πάντα κρηπῖδες, πάντα χλαμυδηφόροι ἄνδρες. Vbi κρηπῖ — — Spondeus & lib. 3. epigram. ... τύμβῳ ... κρηπῖδα ... Spond. — — ... Dactyl. — υ υ. Verba autem Gellij hæc: Omnia enim fermè id genus quibus plantarum calces tantùm in fine teguntur, cætera prope nuda, & teretibus habenis iuncta ſunt, ſoleas dixerunt, nonnunquam Græca uoce crepidulas. Gallicas autem uerbum eſſe opinor nouum, non diu ante ætatem M. Cic. uſurpari cœptum. Itaq; ab eo ipſo poſitum in ſecunda Antonianarum. Cum Gallicis inquit, & lacerna cucurriſti. Neque in ea ſignificatione id apud quenquam aliũ ſcriptum lego grauioris dumtaxat autoritatis ſcriptorem. Sed, ut dixi, crepidas, & crepidulas prima ſyllaba correpta, id genus calciamentũ appellauerunt, quod Græci κρηπῖδας, hæc Gellius. Sed fortè Horatius imprudenter lapſus eſt. & Perſius, & alij eum ſecuti ſunt, tanquam id uel licuiſſe ſibi Horatius uoluerit, uel ab antiquioribus acceperit. Non enim adduci poſſum, ut credam Latinam eſſe uocem arbitratos crepidam, atq; à crepo, uel crepitu, qui inter ambulationem à crepidatis redditur, deriuari, ut exiſtimant nonnulli Græcarum literarum rudes. Quemadmodum qui poſt Virgilium fuerunt Ouidius, Lucanus, Statius, & alij Einarime dixerunt illum imitati, cùm apud Græcos duæ ſunt dictiones, εἰν præpoſitio ionicè, & ἀρίμοις Datiuus. Virgilius, Aeneid. lib. 9.

„ Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durumq; cubile.
„ Inarime Iouis imperijs impoſita Typhoeo.

Excuſamus autem hic Virgilium, ſicuti ſtudioſè dixerit, einarime licet apud Homerum legerit, εἰν ἀρίμοις duas eſſe dictiones. Quid ſi & ipſe minus aduertens lapſus eſt? Homo enim fuit. De qua dictione hæc Stephanus Ἄριμα, ὅμηρος εἰν ἀρίμοις, ὅθι φασὶ τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς. οἱ μὲν ἐν κιλικίᾳ, οἱ δὲ ἐν συρίᾳ, οἱ δὲ ἐν πιθηκούσαις παρὰ τυῤῥηνοῖς φασὶ γενέσθαι τὸν μῦθον, τὸ ἐθνικὸν ἀριμαῖος. ... ἄριμοι. Euſtathius poſtquam multa de Arimis dixit Iliados β hæc ſubiungit. ... ὅτι οἱ ἄριμοι ... καὶ τὰ ἄριμα ... τεχνικὸν δὲ τῶν ἀρίμων ἀριμαῖος. Strabo quoque 13. lib. de Arimis hæc dicit: ... ὁ τέκτος, καὶ ... ὅτι ἐνταῦθα οἱ ἄριμοι, καὶ γὰρ ... εἰν ἀρίμοις, ὅθι φασὶ τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς. ... Χώρῳ ἐνὶ ... ἐν πίονι δήμῳ. Et paulò inferiùs citat hæc Pindari carmina: ... ἄπλατον ... τυφῶνα ... ἐν ἀρίμοις ποτέ. ecce, quod Homerus εἰν ἀρίμοις, Pindarus ἐν ἀρίμοις dixit. Cur igitur Virgilius ex duabus dictionibus unam fecerit, mutata etiam declinatione, einarime, enarimes, ſi non lapſus eſt, non uideo, fortè pro ἐν ἀρίμοις, εἰν ἀρίμοις uidebitur ſibi legiſſe apud Homerum. Quemadmodum & M. Tullio aliquando contigit, quod & Gellius in noctibus. & Politianus in Miſcellaneis atteſtantur, & ipſe in epiſtolis ad Atticum ... fuiſſe fatetur: Quod autem hunc uerſum Homeri imitatus fuerit, εἰν ἀρίμοις, ὅθι φασὶ τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς. uel hinc colligitur, quòd uidetur ferè ad uerbum traduxiſſe. Ille enim dicit, In Arimis, ubi aiunt Typhoeos eſſe cubilia, Virg.

„ Durumq; cubile
„ Inarime Iouis imperijs impoſita Typhoeo.

IOAN. HART. } Omnia magna loquens] Prouerb. Ne magna loquâris. Eadem trutina] Prouerb. Eadem penſare trutina.

Vitijs nemo] Prouerb. Nemo ſine crimine.

HENR. GLAR. } — Modo ſumma Voce, modo hac reſonans, quæ chordis quatuor ima] Summa exponit Acron, id eſt, cautiſsima. Sed id librariorum uitio corruptum puto pro acutiſsima. Cæterùm quod ſequitur, quod ſumma hypate ſit, & quod quinta ſit nete, quare quatuor, id eſt, poſt quatuor, ac per hoc quinta exponendum, hoc uerum deliramentum eſt. Rectiùs Porphyrio, à Tetrachordo (inquit) hoc ſumptum uidetur, in quo eſt grauiſsimi ſoni chorda, quæ hypate dicitur. Notum eſt quintum eſſe Tetrachorda apud Muſicos hypaton, meſon, Synemmenon, diezeugmenon ac hyperbolæon, ſingula diateſſaron conſonantia conſtituta: At ego exiſtimo in lyra hunc luſiſſe quæ quatuor chordis conſtabat, indeq; Tetrachordos appellata: in qua ima chorda etiam hypate dici poterat, & nete ſumma, quæ noſtra ætate ſingulæ diapente, nonnunquam diateſſaron conſonantia diſtant. Cum Acronis opinione de hypate eſt Politianus Miſcellaneorum cap. ult. Sed his rebus Politiano quantum Acroni tribuo.

Quamuis craſſa queat decies centena ded. &c.] Quamuis pro quantumuis accepiſſe uidetur, & decies centena intelligendum millia HS. Vt ſit integrum decies centena millia nummûm uel Seſtertiûm. Qui faciunt coronatorum 25000. Budæana ſupputatione. Quæ Acro expoſuit ducenta millia, Badius autem mille nummûm, uterque non rectè. Huic parco autem, & paucis contentum ... dixit, cùm prodigum etiam in priore Satyra deſcripſiſſet, & obiter hoc quoque innuit loco.

— Imò alia haud fortaſſe minora] Haud legendum, non, & ut non rectè legit Badius. Nec minus errant, qui aut legunt. Sed Badius & hoc loco, & priore ſecutus uidetur Landinum, qui utroque loco hallucinatur.

Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius] Aldinus codex habet ut pro aut priore, ſed geminandum aut nemo dubitat. Cæterùm cùm omnis ſerpens acutè uideat. Epidaurius de hiſtoria Romana aditum uidetur. De Epidauro autem inſula ait Acro accerſitum Aeſculapij ſimulachrum, cùm Epidaurus ciuitas ſit Peloponneſi. Inculcat hoc item ipſe Porphyrio: Vnde & Acro hauſit, niſi codices fallant:

— Num qua tibi uitiorum inſeuerit olim Natura] Hic rurſus ſeuerus annotator noſter Poëtæ uerba immutare non dubitat. Num tibi quid uitiorum, &c. durum & abſonum iudicans ſi Poëta diceret, num aliqua natura: Quaſi, qua coniungendum ſit cum natura, non cum mala. Elegans ſanè iudex. Inuenit tamen, qui hoc loco eum ſequendum putaret, Badium.

Cum genus hoc inter uitæ uerſetur, ubi acris Inuidia] Aulam notat, & homines in ea miſerè degentes, atq; eò omnia hæc uerba ſunt torquenda, quod Acronem neglexiſſe uideo, & quoſdam alios. — Labeone inſanior inter Sanos dicatur. quanto hoc furioſius] Diſtinguendum eſt antè Labeone, non poſt inſanior. Cæterùm Acro ad illud, Quanto hoc furioſius. Quod fecit (inquit) dominus, quam quod ſeruus admiſit: cùm Horatius ad ſrequentia reſpexerit, iamiam dicturus: Paulum deliquit amicus, odiſti & fugis. Cætera in parentheſi dicta ſunt, à nullo commentatorum exactè diſcuſſa. Sunt aũt à Poëta aduerſus Stoicos dicta uerba, qui peccata omnia paria faciebant, ergo paulum delinquere, non admittebant. Videbantur autem in hoc inſuaues, acerbiq; rerum iudices contra omnium & opinionem, & uſum. Vnde & παράδοξον hoc creditum, atque à Cicerone quoque tertio loco tractatum. Tu igitur (inquit Poëta) niſi concedas amicum paululum peccare poſſe, habeare, ut Stoici, inſuauis ac acerbus. Atque hic eſt uerus horum uerborum ſenſus.

Nec uincet ratio hoc] Mirum quàm loco corruptus ſit Acronis commentarius, & ſibi cõtrarius ad ea, quæ præcedunt de natura. Quæ omnia qui emendare uolet idem iungat uulpes & mulgeat hircos. Ad illud autem:

„ Ne ſcutica dignum horribili ſectere flagello:

Suplet, non uereor: quod poſtea tertio ſequitur uerſu, ſed inepte hoc refertur, ut rectè annotauit Badius. Stoicos enim in hanc dama

tem partem peccare ait, quod leuia peccata, æquè atq; magna pu-tabant: quod Horatius reprehendit.

—Vt Alfenus uafer] Poſt uafer diſtinguendum. Dicere autem debuit Varus, ut puto, ſed irriſoriè uafre dixit. Nam P. Alfenus Varus Coſ. fuit anno ab urbe condita 754. quo tempore Horatius neſcio an adhuc uixerit. Poteſt tamen de eo antea ſcripſiſſe, quod multis temporibus reptandum eò erat, præſertim qui humili natus erat loco. Quod uerò tertio inde ſequitur uerſu: ſic optimus omnis eſt opifex: conſtruendum eſt, omnis ſapiens eſt optimus artifex.

THEOD. PVLM.} 5 Non] Ne, in alijs, inquit Georg. Fabricius, eſtq; ταῦτη in fine poſita.

6 —Ab ouo Vſq; ad mala citaret] Id eſt, ab initio conuiuij uſque ad finem. Eraſmus Chil. 1. Cent. 4. Adagio 86.

7 Bacche] Bacchæ, G.E.B.C. Turneb. lib. 13. cap. 1. Bacchæ, inquit, per diphthongum legi debere non iniuria nec ineptè ſuſpicor, tum & menſio ſyllabæ id flagitet, & imitatio uideatur fanaticæ exclamationis Liberalium ad Bacchas, aut etiam ipſarum inter ſeſe Baccharum furore correptarum uociferatio. Plautus Caſina, (ſc. Maximo.)

» ST. Bacchæ ergo hercle uxor. CL. Bacchæ? ST. hercle uxor. CL. quid eſt?

» AV. Nugatur ſciens. nam ecaſtor nunc Bacchæ ludunt.

» ST. Oblitus fui, ſed tamen Bacchæ.

8 —Modò hac, reſonat quæ chordis quatuor ima] H. G. E. B. C. P. & Canterus lib. 4. cap. 12. reſonet, Lambini ueteres nonnulli libri. Apud Horat. ſyſtema eſt tetrachordum cùm ſcribitur,

» —Modo ſumma

» Voce, modo hac reſonans, quæ chordis quatuor ima.

ὑπάτη autem ab eo ſumma uocatur, νεάτη ima. ac Latinis, quàm Græcis uocibus uti maluit: & ſi, quod ſtudium muſices in Græcia florebat, & eorum litteris mandatum erat, obtinuerat ut omnia ferè in Muſica Græcis appellarentur uocabulis.

Vide Turneb. lib. 19. cap. 30.

10 —Per ſæpe uelut qui Iunonis ſacra ferret] H.G.E.B.C.P. Quibuſdam, quæ, legendum uidetur. nam & Athenis uirgines ſacra caniſtris in capitibus repoſita ferebant, & à uirginibus id fieri in Iunonis ſacris religionis ritus poſtulabat, non à maribus, uel Ouid. teſte lib. 3. Amorum (12.) ſcribente,

» More patrum ſanctæ uelatæ ueſtibus albis

» Tradita ſuppoſito uertice ſacra ferunt.

Sed animaduerto, qui, retineri commodiſſimè poſſe, ut ad Tigellium ſuauiſſima urbanitate & ſimilitudine referatur, qui tam lento paſſu, tardoq; incedebat interdum, ut Iunonis ſacra ferre uideretur. Turneb. lib. 13. cap. 1. Ducere ſacra, & ferre ſacra dicuntur, qui res ſacras, & quæ ad ſacrum utilia ſunt, remq; diuinam, ferunt. Virg. (8. Aeneid. uerſu 665.

» —Caſtæ ducebant ſacra per urbem

» Pilentis matres in mollibus.

Sic & apud Ciceronem in Verrem, quæ manibus ſublatis ſacra quædam more Athenienſium uirginum repoſita in capitibus ſuſtinebant, canephoræ ipſæ uocantur: nam canephoræ caniſtra ferebant, in quibus ea erant poſita, quæ ad Quinquatria, aut Cerealia pertinebant. Horat. (2. Sat. 8.)

» —Vt Attica uirgo

» Cum ſacris Cereris, procedit fuſcus Hydaſpes.

Vide Turneb. lib. 2. cap. 14. —perſæpe uelut ſi, Lambinus: ſed nullo ueteris libri teſtimonio.

13 —Modò ſit mihi menſa tripes, & Concha ſalis puri] Menſam tripedem interpretor mutilam & claudam uno pede, ut plerumque pauperiorum ſupellectili accidit. ſic apud Martialem ſcribitur (lib. 12. Epig. 32.)

» Ibat tripes grabatus,

Id eſt, uno pede claudus. Nihil, inquit Hermogenes, moror iſtorum lautitias, uel tripedem boni conſuluerim menſam: nec moueor epulis exquiſitis & opiparis: mihi pro opſonio fuerit uel ſal, & merus, quem lingam. id enim puto eſſe quod dicit, Concha ſalis puri, præſertim cùm quibuſdam opſonij loco eſſe Plinius ſcribat. Turneb. lib. 19. cap. 4. Concham ſalis puri pro ſalino dixit Horatius. proinde ſcripſit Pomponius, (apud Nonium in Eliminare.) Concha nos illic manet. eliminabo extra ædes coniugem. pro cœna urbis parata eſt, quòd in menſa ſalinum poni ſoleat. Turneb. lib. 29. cap. 17. 15 —Decies centena ded. ſſes] Vt ſexcenta plerumq; ab auctoribus Latinis pro multis poni ſolent: ut, ſexcenta eiuſdē generis proferre poſſum exempla: ita decies centena pro immani & prægrandi ſumma, idq; iam inde ab ultima propè antiquitate urbis. Credo quòd tum ea pecunia uidebatur ingens, cùm minor erat nummi copia. proinde Iuuenalem dixiſſe reor (Sat. 10. uerſu 350.)

» —Ritu decies centena dabuntur Antiquo.

Pro immenſa dote. Certè poſtea quàm creuit pecunia & abundauit Roma, nihilo minus permanſit illa antiqua loquendi ratio, ut decies centena, infinitam pecuniam ſignificarent. Iuuenalis (Satyra 6. uerſu 136.)

» Optima ſed quare Cæſonia teſte marito

» Bis quingenta dedit.

Id eſt, decies centena millia. Vide Turneb. lib. 18. cap. 30.

20 Haud fortaſſe] Et fortaſſe, H. G. B. C. P. 21 Mænius abſentem Nouium] Mænius abſentem Neuium, C. Manius abſentem Nouium, P. 25 Cùm tua peruideas oculis mala lippus inunctis] Id eſt, cum tua uitia, quaſi cæcus peruideas, quare aliena oculis aquilæ perſpicis? peruideas. id eſt, parū uideas, cæcutias, oculis tranſeas, nec attentè contempleris. Petrus Nannius Miſcell. lib. 3. & Victorius Variarum lect. lib. 20. cap. 15. Male lippus. Cruquij quidam codices ſcripti. 29 Iracundior eſt paulo, minus aptus acutis Naribus horum hominum: rideri poſſit] Senſum interpunctio improba corrupit. ſic enim puto diſtinguendum eſſe, Iracundior eſt paullo, minus aptus, acutis Naribus horum hominum rideri poſſit Nam hominem iracundum eſſe ait, & [illegible] aptum, nec appoſitum, nec accommodatum ad hominum aliorum mores. ac ne me in alieno oſtentem, militemq; glorioſum imiter, ſic diſtinguunt chirographi libri & interpretes antiqui. Turneb. lib. 19. cap. 4. 34 Sub corpore] Sub pectore, G. P. 48 Balbutit ſcaurum] Scaurus exponitur ῥαιβόκνημος & στρεβλὸς σκέλος à uetere critico. Turneb. lib. 23. cap. 17.

56 Sincerum cupimus uas incruſtare] Id eſt, uirtutem quaſi uitium interpretamur. Budæus. Incruſtare autem eſt tanquam cruſta quadam tectorij obducere. Sincerum cupimus uas incruſtare, id eſt, malo quodam inficere ſucco. quod dictum eſt inuerſis uerbis accipiendum. Vide Turneb. lib. 19. cap. 4.

» —Probus quis

» Nobiſcum uiuit: multum demiſſus homo. illi

» Tardo cognomen pingui damus.

Homo ille eſt, legendum arbitratur Petr. Nannius. Miſcell. lib. 3. Homo ille, Cruquij codex uetuſtiſſimus. pingui, H.G.E.C.P. pinguis. B. Si quis nobiſcum uiuit, à nobis per contumeliam iniquam appellari demiſſum: ſi quis tardior, uocari pinguem, quod eſt nullius ingenij. Legendum itaq; eſt, Tardo cognomen pinguis damus. Turneb. lib. 19. cap. 4. 60 Verſetur] Verſemur, Cruquij codex antiquiſſimus. 63 Simplicior ſi quis] Simplicior quis & eſt, H.G.E.B.C.P. & Gul. Canterus lib. 4. cap. 12.

65 Impellat] H.G.E.B.C.P. impellam, Ant. Mureti editio. appellet, Lambinus reponit. 66 Inquimus] Pro inquimus, συγκοπή. Georg. Fabricius Part. Grammat. lib. 3.

70 Hiſce] Hu ſe, Aſcenſius. 74 Ignoſcat] Ignoſcet, H. G. E.B.C.P. 76 Excîdi] Excindi, ſeu exſcindi, Lambini quidā libri ueteres. 80 Si quis eum ſeruum, patinam qui tollere iuſſus, Semeſos piſceis, tepidumq; ligurrierit ius] Si malè non coniicio, piſces patinarios è iure paratos intellexit. Vide Turneb. lib. 2. cap. 15. & Annot. ad uerſum 30. Sat. 4. lib. 2. Ligurrierit, rr gemina, H.G.E.B.C.P. Ligurierit, unica r, libri uulgati.

83 Quanto hoc furioſius] Quanto furioſius. H.B.C.

85 Acerbus:] Odiſti. acerbus Odiſti, C. 86 Druſonem] Ruſonem, H.G.E.C.P. Rufionem, B. Vide Nannij Miſcell. lib. 4.

127 Teterrima. H.G.E.B.C.P. deterrima, Aldina editio.

128 Quos] H. G. E. B. C. P. quis Cruquij codex unus.

130 Alfenus] Alfinius. *Vide Iacob. Cruquij Commentarios.*
134 Sutor] Tonſor. *Lege Iacobi Cruquij Commentarios.*
133 Eſt opifex: ſic rex ſolus] Eſt opifex ſolus: ſic rex. *H.G.E.B.P.* Eſt opifex ſolus: eſt rex, *C.* uellunt. uellent. *Lambini codices aliquot antiqui.* 135 Vrgeris] Vrgueris. *Lambini codices duo.*
140 Peccauero, *G.C.* peccaro, *H.B.* peccabo, *E.P.*

GEORG. FAB. } *Senſus amicorum uarij, ideo quædam eorum uicia ſunt ferenda, iuxta Menandri ſententiam, quam uertit Porphyrio, aut quis alius.* Mores amici noueris, non oderis. *In erroribus nemo ſibi ignoſcat, & alios reprehendat: nam ſolemus ſæpe in peccatis grauibus blandiri nobis, & alios in minimis delictis inceſſere. Patrum & amatorum exemplo uicia amicorum leuia diſſimulare, uinculum diuturnæ coniunctionis eſt, nec uult concedere, quod ſint Stoicorum placita,* ἴσα τὰ ἁμαρτήματα: *ſed leuia ſunt ignoſcenda, quam æquitatem natura probat: atrocia uerò punienda, quod ratio ſtatuit & diiudicat. Quod diſcrimen dum negligunt Stoici, etiam in cæteris errant. Tractat hunc locum Cicero in Paradoxis, & in oratione pro Murena, & poëta noſter 1. 16. epiſt.* Non quidquam proficeret] *In alijs,* Nil quidquam proficeret, *eſtq;* ταυτολογία *in fine poſita.* Iô Bacche, & modò ſumma Voce, modò hac reſonaret] *Nihil puto in hac lectione deſiderandum: cùm alijs tamen, qui legunt,* Iô Bacchæ, *non contenderim.* Toga quæ defendere frigus, quamuis craſſa, queat] Defendere, *pro arcere, antiquè. Albi,*

„ *Defendit æſtatem capellis.*

Ouid. in Herod.

„ *Defenſa eſt humili cana pruina caſa, non depreſſa,*

Vt uulgo. Arcetur pruina, minimo caſulæ tecto. Quod Egnatius è probis codicibus attulit, alij infirmarunt nullo iudicio.

Mænius abſentem Nouium] *Hæc nomina de interpretum ſententia ſic ſcribenda ſunt, ut nos ſcripſimus. Acro ait eos, qui de perſonis Horatianis ſcripſerunt, dixiſſe, quod Mænius Romæ fuerit homo ſcurrilitate notiſſimus. De eius columna in foro, ad quam ſerui, & fures plectebantur, Lucilius ſcribit & Pædianus. Ea diuerſa fuit ab illa Mænij columna in foro Rom. de qua Plinius & Varro 1. de uita populi Rom. ubi tabulinum Mænianum nominat, ut eſt apud Nonium.* Balbinum Polypus Agnæ] *Agna ſcortillũ, quæſtus nomine celebre, ut Onicula. De Agna plura Serm. 2. 3. Luciliana urbanitas eſt in tranſitu amaritudinem aſpergere, inquit Acro.* Legentem aut tacitum appellet] *In alijs,* tacitum impellat, *id eſt, occupatum aut meditabundum interpellando diſtrahat.*

IOD. BAD. ASCENS. } Omnibus hoc uitium eſt cantoribus] *Vrbanè admodum atque facetè poëta in principio huius tertiæ ſatyræ inconſtantiam atque intemperantiam Tigellij Hermogenis Muſici notat, oſtendens eum in nulla re, aut modum, aut conſtantiam ſeruaſſe. Deinde, quia oblitus ſuorum peccatorum auidè aliena uitia taxare uidetur, quod & Mæuius facere ſolebat: ideò nactus occaſionem eos carpit, qui cum ſua uitia ſibi condonent, aliena nimis acerbè repræhendunt: cum quæ leuia ſunt amicis ignoſcere, debeamus memores fragilitatis humanæ, quia nemo ſine crimine uiuit. Tandem à cynicis ad Stoicos conuertens ſermonem eorum dogma uehementer repræhendit, quo dicunt uitia omnia eſſe paria, & pari pœna punienda, oſtenditq; inſanos eſſe eius ſectæ profeſſores, qui ſe ſolos ſapientes eſſe iactant, & per ſapientiam beatos eſſe, nulliusq; egere, ſed reges eſſe cùm tamen à pueris ut fatui uexentur, & trahantur, & in miſeria uiuant. Hoc argumentum eſt.* Omnibus hoc uitium eſt] *Habet Horatius de more ut principium Satyræ ab urbaniore alicuius rei narratione incipiat, ad auditores, lectoreſq; alliciendos ut hic à communi uitio cantorum, quod hodie quoque habent.* Per amicitiam patris] *Id eſt, Iulij Cæſaris patris adoptiui Auguſti.*

Et ſuam] *Id eſt, propriam, quia utrique charus fuit ut in ſecunda Satyra dictum eſt.* Ab ouo ad mala] *Hic duo aduertes. Primum quod ueteres Romani ſolummodo cœnas pompoſas habebant, non prandia, antequam autem ad cœnam irent, ſemper in balnea deſcenderant: unde reuerſi plerunque ouum ſorbebant. Secundum quod duas duntaxat menſas, id eſt, poſitiones, aut genera ferculorum habebant. Vnam carnium ſeu piſcium, & alteram pomorum. Appellatione autem pomi continentur omnes fructus arborum, habentes corticem mollem, & appellatione nucis, habentis corticem durum. Mala autem ſunt ea quæ uulgò poma appellamus. unde accipiendo pomum generaliter, pira ſunt poma, ſed non ſunt mala.* Tetrarchas] *Dicitur à tetras, quod eſt quatuor, & Archi principium, quaſi princeps quartæ partis alicuius regni ſicut Herodes dictus eſt Tetrarcha. Qui uerò ſolus totius mundi principatum haberet, monarcha diceretur.* Decies centena] *Id eſt, mille nummûm. Centena enim pro centum accipitur, diſtributiuum pro principali ſeu abſoluto. Pulchrè autem poſt decies centum intulit quinq; dies, quaſi duplo minori tempore, quam centum multiplicentur conſumat: hoc eſt, quolibet ducentena.*

Noctes uigilabat] *De accuſatiuo tẽporis uariæ ſunt Grãmaticorum ſententiæ. Seruius dicit honeſtiorem eſſe locutionem in accuſatiuo, quod Valla irridet, dicens potius Græcorũ imitationem. Acro dicit ideò in accuſatiuo poni, ut iugẽ uigiliã oſtenderet, ſignificans accuſatiuũ temporis importare cõtinuationẽ, & totalitatẽ: ſed Valla refragatur eo, quod nõnunq̃ particula totalitatis addatur ut*

„ *Totos hoſce Permeno dies te quietum reddam: &*

„ *Hic iam tercentum totos regnabitur annos.*

Porphyrio dicit aduerbialiter in accuſatiuo dici, has ſentẽtias quidam meo iudicio non imperitè ſic concordat. Dicitq; de tempore tripliciter poſſe interrogari per quando, intra quod tempus, & quã diu. Ad quæſtionem factam per quando ſemper in ablatiuo reſpõdebis, ut quando datum eſt: anno milleſimo, &c. non annum milleſimum niſi præponatur præpoſitio accuſatiuo deſeruiens. Ad quæſtionem factam per intra: expreſſa præpoſitione haud dubiè in Accuſatiuo pones, ſed ea tacita in ſolo ablatiuo: ut intra quod dies perleges Virgilium: intra uiginti dies. ubi cauebis puer ne dicas faciã, uel feci hoc infra octo dies. nam intra dicendum eſt, non infra in hoc ſenſu. Sine autem præpoſitione dices. Octo diebus Vergilium perlegi, ut in textu noſtro. Quinq; diebus] *Id eſt, poſt quinque dies. ubi non bene diceres,* quinq; dies nil erat in loculis. *Sed ad quæſtionem factam per quamdiu, licet in ablatiuo reſponderi poteſt, conſuetius tamen, & melius in accuſatiuo reſpõdebis, præcipuè dum tempus integrum, & continuum ſignificas, ut quamdiu patet atri ianua Ditis? Noctes atq; dies, id eſt, per totũ tempus. Sic referre putãt an dixeris craſtinum diem, an craſtino die tecum ero, quia priori modo ſignificas te per totum diem craſtinum cum eo futurum. Poſteriori autem, quamuis parte craſtini ei affuturum. Neq; ſatis efficax eſt mihi ratio Vallæ, qua multa contra cæterorum auctoritatem probare conatur. quæ eſt. Quicquid alicui dictioni additum à bonis auctoribus reperitur, hoc ipſa per ſe neq; ſignificat, neq; connotat, ſed Accuſatiuo tẽporis additur dictio totũ, ergo nõ importat totalitatem. uerbo incipio additur uerbum cœpi: ergo non ſignificat inceptionem, uel inchoationem. Nam maior ipſius non eſt uniuerſaliter uera, ſed, ut dicitur à doctrinali. Aequiualens geminis harum ſi iungitur uni. Dictio pro reliqua tantummodò debet haberi. Sed hæc Grammatici uideant. Aduerte etiam, uerbum* erat *hic & ſæpe aliâs pro* eſſet *poni, ut quinq; diebus.* Nil erat] *Id eſt, nil eſſet uel fuiſſet in loculis. Loculi autem ſunt ſacculi pecuniarum in hoc loco. Immò alia & fortaſſe minora. Hic diligentiſſimè aduertes puer poëtam duo prudenter facere. Nam & arrogantiam, mendaciumq; euitat, & auctoritatem ſuam non diminuit. Arrogantiam & mendacium euitat, quia fatetur ſe non eſſe ſine peccatis. Auctoritatem ſuam ſeruat dicens, peccata ſua eſſe alia & minora, per hoc innuens duo eſſe neceſſaria ad hoc, ut quis habeat auctoritatem reprahendendi aliqua uitia. Primùm ut eadem uitia, quæ reprahendit ipſe non habeat.*

„ *Nam turpe eſt doctori, quod culpa redarguit ipſum.*

Vnde neſcio qua fronte, aut quo ore contra ſimplicem fornicationem declamare audent, qui publicè concubinam ſuam domi fouẽt. Audiendi tamen tales fortaſsè ſunt, ſed non imitandi, & licet in hoc non peccant, quod uerbo caſtitatem docent: peccant tamen, quia exemplo dedocent, unde optimum prædicatorem imitari deberẽt, de quo ſcriptũ eſt. Cœpit Ieſus facere & docere. Secundo neceſſariũ eſt, ut quia nemo ſine crimine uiuit, ea uitia quæ prædicator

commiſſa

committit ſibi minora, quàm quæ reprehendit, aut ſaltem ſecreta: unde errant, qui dicunt Satyricos ſeipſos reprehendere, quò alios poſſent liberiùs taxare, cùm omninò oppoſitum faciant. Nam Horatius ſe omninò purgare conatur, ſed finem facio. Ordo eſt. Hoc uitium eſt omnibus cantoribus] Id eſt, omnes cantores habent hoc uitium, ut ipſi exiſtentes inter amicos, rogati cantare. Nunquam inducant] Id eſt, poſsint inducere animos ſuos. Catna re] Id eſt, ad cantandum. Iniuſsi] Id eſt, quando non iubentur, neque rogantur nunquam deſiſtant. Videte hic manifeſtam auxeſim, in qua ſingula uerba pondus habent. Primùm dicit omnibus non quibuſdam duntaxat. Secundò cantoribus quorum officium eſt cantare, non alijs, qui cantare neſciunt. Tertiò non dicit inter quoſcunq;, ſed inter amicos. Quartò non dicit, quòd non cantent, ſed quòd non poſſint inducere animos ad cantandum, etiam ſi uellent. Quintò non dicit aliquando, ſed nunquam. Sextò non dicit, quòd non cantet quando cantus eorum non petitur: ſed quando rogati ſunt. Et ſexto; quòd non ſolum non cantent, quando ab amicis rogantur, ſed quod quando iniuſsi ſunt, id eſt, fortaſſe tacere iuſsi, non ſolùm cantent, ſed quod nunquam deſiſtant cantare, unde utroq; uitio peccant, & ita in hoc primum notatur Tigellius, quòd & nimis impudenter tacebat, & nimis impudenter cantabat: unde dicitur. Sardus habebat &c.] Ordo eſt. Ille] Id eſt, iam notus ex præcedenti ſermone. Tigellius Sardus] Id eſt, ex Sardinia natus habebat. Hoc] Supple uitium. Si Cæſar Auguſtus] Qui poſſet cogere eum ut cantet. Peteret] Id eſt, amicè depoſceret, per amicitiam patris ſup. adoptantis uidelicet Iulij Cæſaris. Atq; ſuam] Id eſt, propriam. Nam utriq; familiaris fuit Tigillius. Ipſe Auguſtus non proficeret quicquam] Id eſt, in aliquo, quia non poſſet precibus impetrare ut cantet. Si autem collibuiſſet] Id eſt, libido cantandi Tigellium cepiſſet. Ipſe citaret] Id eſt, recitaret. Ab ouo] Id eſt, à primo ferculo, & à principio cœnæ. Vſq; ad mala] Id eſt, uſq; ad fructus, qui dantur in ultima parte cœnæ, & in ſecunda menſa. Sicut hic caſeus datur ſuis temporibus in fine menſæ. Citaret inquam, iô Bacche] Quæ uox eſt nimia lætitia, aut ſaturitate affecti. Verſus autem uult ut dicatur Bacche eho: non iô Bacche, quia eho primam producit, ut cuiuis notum eſt. Præterea Bacche uocatiuus caſus à nominatiuo Bacchus, ultimam corripit, cuius contrarium tamen fieret, ſi legatur iô Bacche. Verùmtamen aduertes Lector ſummæ artis eſſe apud oratores & poëtas dare pſonis quas loqui faciunt proprios ſermones quod Liuius in concionib. ſuis ſeruaſſe laudatur. Vnde ſæpe ineptis perſonis attribuunt poëtæ ineptos ſermones, ut Terentius, & Plautus militibus glorioſis, ut arguté annotauit Donatus in Eunuchum. Si uelimus ergo uitio ſyllabarum poëtam noſtrum notaſſe, uitium cantandi in Tigellio non erit abſurdum dicere, iô Bacche: Imò ſic in omnibus ferè codicibus inuenies, ſed ad ordinem redeo, recitaret, inquam iô Bacche.

Modò] Id eſt, aliquando. Summa uoce] Id eſt, uoce ſummæ chordæ, quæ acutiſsima eſt. Et modo] Id eſt, interdum hac uoce, quæ reſonat. Ima] Id eſt, depreſſa, & infima. Quatuor chordis] Id eſt, ſecundùm Acronem, poſt quatuor chordas, hoc eſt, quinta chorda, quia uult eum pentachordio uſum fuiſſe, aut ſecundùm Porphyrionem. Quæ reſonat ima] Id eſt, infima.

Quatuor chordis] Id eſt, inter quatuor chordas, quia dicit eum tetrachordo. Seu tetrachordio uſum] Id eſt, inſtrumento quatuor chordarum. Vtroq; autem modo notatur in hoc, quòd medium non ſeruauit: ſed aut ſumma, aut infima chorda, & per hoc aut acutiſsima, aut depreſsiſsima uoce recitauit. Nil fuit illi homini] Id eſt, in illo homine. Aequale] Id eſt, uniforme & conſtans. Ipſe currebat ſæpe uelut ſup. currit, qui fugiens hoſtem ſup. currit. Perſæpe] Id eſt, ualdè ſæpe ſup. lentiſsimo gradu incedebat. Velut] Id eſt, ſicut incederet ſup. qui ferret ſacra Iunonis in capite, qui ne cadant lentè incedit. Ipſe habebat ſæpe ducentos] Id eſt, plurimos ſeruos. Et ſæpe decem] Id eſt, paucos ſeruos. Sunt qui legant ſæpe duos ſeruos, ſed exemplaria ferè habent: decem non duos, loquens id eſt, in ore ſuo pomposè uerſans.

Modò reges atque tetrarchas] Id eſt, principes uiros. Et omnia magna] Id eſt, magnifica & pompoſa, hoc eſt, interdum tam magnificus uoluit uideri, ut non loqueretur, niſi de regibus & principibus: quia ſicut, qui de Deo eſt, de Deo loquitur, ita qui de curia regum, & principum uideri uult, de ipſis ſemper loquitur. Modò] Id eſt, interdum autem tam parcus, & tam ſummiſſo animo fuit, ut dicat. Tripes] Id eſt, ſedicula trium pedum. Sit mihi menſa] Id eſt, tabula ad quam comedam. Et concha] Id eſt, teſta conchæ marinæ. Puri] Id eſt, incondi ti ſalis ſit mihi obſonium ſup. & toga ſit mihi ueſtis ſup. quæ toga quamuis ſit. Craſſa] Id eſt, pingui & uili panno. Queat] Id eſt, poſſit. Defendere] Id eſt, depellere à me frigus. Iſtud autem creditur dixiſſe ubi omnia conſumpſerat. Nam ſubaudi. Si] Si tu dediſſes huic parco & paucis contento.

Decies centena] Id eſt, mille nummos. Nil] Id eſt, nullus nummus. Erat] Id eſt, fuiſſet in loculis.

Quinq; diebus] Id eſt, intra uel poſt quinque dies. Ipſe uigilabat noctes] Id eſt, per totum tempus nocturnum uſq; ad ipſum Mane] Id eſt, tempus. Quo ſol manat] Id eſt, oritur, uel dicitur à ſalutatoribus. Mane] Id eſt, bene ſit tibi. Stertebat aũt] Id eſt, dormiendo profundo ſopore conſumebat totum diem.

Nil] Id eſt, nulla res fuit unquam. Sic impar] Id eſt, inæqualis, & diſsimilis ſibi, ſicut Tigellius. Nunc aliquis dicat] Id eſt, poſſit dicere mihi, hoc eſt, Horatio. Loquitur enim de ſe poëta. Quid tu Horati] Sup. facis, aut de te ſentis.

Nulla] Pro non & ulla habes ne ulla uitia? Reſpondet poëta: imò ſup. habeo alia uitia, ſup. fortaſſe minora, quàm reprehendo in Tigellio, & ita ſicut dixi duo prudenter facit, nam & iactantiam fugit, & auctoritatem ſibi ſeruat.

Mæuius abſentem Nouium cum carperet, &c.] Exemplo Mæuij detractoris reprehendit eos, qui cum ſuis uitijs ignoſcant, & meis uidendis cæci ſint, aliorum uitia acerbiſsimè carpunt, & uideant ea aquilinis & ſerpentinis Oculis] Id eſt, acutiſsimis. Aquila enim tam acuti uiſus eſt, ut recto intuitu ſolis radios ſuſtinere poſſit, quin & pullos ſuos ſolem aduerſum intueri cogit, & ſi qui lucem Solis non ſuſtinentes auertantur, illos ueluti adulterinos è nido præcipitat. Serpens etiam ſubtiliſsimi eſt uiſus: unde Græcè Dracon à derco, id eſt, aſpicio dicitur. Reprehendit ergo eos, qui nimis ſæuerè carpunt, nimis auidè, etiam perperam de hominibus iudicantes, & facta indifferentia, quæ & bona, & malè eſſe poſſunt in peiorem partem interpretantes, quales ſunt, qui negligentiam circa culturam corporis reprehendunt, & ad ingenij cultum non aſpiciunt. Cùm tamen ſi uelint eſſe clementes, & boni amici, deberent facere ſicut parentes, qui liberorum ſuorum corporalibus uitijs honeſtiora uocabula dant, aut ſicut amatores, qui amicarum ſuarum corporalibus uitijs non offenduntur, imò ſæpe delectantur. Veruntamen ſciant chriſtiani ſic diligere homines, ut eorum uitia non diligant. Quæ uerò dubia ſunt etiam Chriſtianiſsimus in meliorem partem accipere poteſt, quod poëta tam de uitijs corporis, quàm de uitijs animi abundè probat. Vnde principalis diſputatio eſt hic contra eos, qui triſti uultu & ſcutra barba, ut Cinici Philoſophi nimis acriter in omnes inuehuntur: ita ut nullis amicis parcant. Et etiam contra eos, qui quod peius eſt uirtutem in uitium uertentes, omnia carpunt. Manifeſtum autem eſt poëtam ſolummodò contra eos hæc ſcribere, qui ex maliuolentia, & detractorio animo, aut nimis inhumaniter hæc faciunt. Non enim loquitur contra eos, qui humanè corrigunt. Nam tota intentio Satyricorum intendit fraternæ correctioni. Cætera in conſtructione patebunt. Ordo eſt. Cùm] Id eſt, quando Mæuius inuidus ille poëta, & maliuolus detractor Virgilij & Horatij.

Carperet] Id eſt, maliuolè roderet & diffamaret. Nouium] Virum illum bonum, abſentem, quod ſignum detractionis eſt. Nam corrector bonus præſentem ſecretè commonet. Quidam fortè Virgilius, aut ipſe Horatius: ait.

Heus tu Mæui ignoras te] Id eſt, uitia tua, qui tam auidè carpis Nouium, an putas te ignotum dare nobis Verba] Id eſt, decipere nos de factis tuis. Nam dare uerba, eſt decipere, eò quod qui bona uerba dant ſine effectu, decipiunt. Mæuius autem Inquit] Id eſt, reſpondit. Egomet ignoſco] Id eſt, ueniam do. Mi] Id eſt, mihi. Ad quod poëta,

Hic]*Id eſt, huiuſmodi amor, quo quis ſe amans aliorum uitia carpit, & ſua diſſimulat, eſt ſtultus. Quia qui prudens eſt uitia ſua agnoſcit, ut emendet, & improbus. quia uir probus alteri non facit, quod ſibi fieri non uult.* Et dignus notari]*Id eſt, diffamari & reprobari. Tractum eſt ab infamibus, quibus ob deteſtabile facinus inuritur nota. Vnde notati dicuntur infames.* Cum tu lippus]*Id eſt, quaſi lippus & male uidens.* Peruideas]*Id eſt, perſpicias.* Tua mala]*Id eſt, propria uitia.* Oculis inunctis]*Id eſt, collirio impeditis ne rectè uideas.* Cur]*Id eſt, quare.* Cernis]*Id eſt, uides in uitijs amicorum.* Tam]*Id eſt, tantum.* Acutum]*Id eſt, acutè.* Quàm]*Id eſt, quantum.* Aut Aquilæ]*Supple cernunt.* Aut ſerpens Epidaurius] *Id eſt, Romam uectus ab Epidauro inſula, hoc eſt, quantum quicunq; ſerpens.* At]*Pro ſed.* Euenit tibi contra]*Id eſt, econtrario.* Vt &]*Id eſt, etiam illi inquirant, inueſtigent.* Rurſus]*Id eſt, uiciſſim tua uitia.* Si]*Sup.* Quis eſt iracundior]*Id eſt, modico magis inclinatus ad iram, quã decet, & ſi eſt paulò minùs.* Aptus]*Id eſt, affabilis, & ſocialis.* Ipſe poſſit rideri acutis naribus]*Id eſt, cõtractis naribus in rugam.* Horum hominum]*Id eſt, irriſorũ, & inuidorum.* Eo]*Id eſt, propterea.* Quòd]*Id eſt, quia toga ueſtis à tegendo dicta.* Defluit]*Id eſt, deorſum fluit, & ex humeris cadit illi exiſtenti tonſo.* Ruſticius]*Id eſt, paulò nimis ruſticè & negligenter, quod de Cæſare dictum putant, et quia calceus* Malè]*Id eſt, multum & ineptè* Laxus]*Id eſt, diſſolutus hæret in pede, uel quòd calceus laxus malè hæret in pede.* At]*Pro ſed ô inuide: huiuſmodi uir, quem tu ob cultum irrides eſt ita bonus uir, ut non ſit alius quiſquam melior.* At]*Pro ſed eſt amicus tibi.* At]*Pro ſed.* Ingens]*Id eſt, excellens ingenium, latet ſub hoc corpore inculto. Veluti in Vergilio quem Mæuius carpebat. Et eſt hoc ſententia ſimilis illi,*

„ *Corporis exigui noli contemnere uires.*
„ *Ingenio pollet cui uim natura negauit.*

Denique]*Id eſt, ut uno uerbo dicam.* Concute]*Id eſt, examina teipſum, & eſt tractum à ueſtibus, quæ dum concutiuntur patent ſordes, & pulueres antea latentes.*

Num]*Id eſt, nunquid an ne natura.* Inſeuerit]*Id eſt, immiſeuerit tibi per inclinationem ad peccatum.* Quæ]*Id eſt, aliqua uitia, aut etiã mala conſuetudo, hoc eſt, an ne tibi aliqua uitia ſunt inſita per inclinationem naturæ, quæ prona eſt ad malum, aut per conſuetudinem malam uiuendi, quæ quaſi altera natura eſt, dico mala conſuetudo.* Namque]*Pro quia.* Filix]*Id eſt, herba illa nociua.* Vrenda]*Id eſt, quæ debeat uri, & comburi innaſcitur agris.* Neglectis]*Id eſt, incultis, hoc eſt, ſicut in agris etiam bonis, & fertilibus ſi non colantur & inſerantur bona ſemina, per ſe naſcuntur ſpinæ & herbæ nociuæ: ita ſi quis bonam habeat naturam, & eam non colat diſciplina, per ſe innaſcentur uitia ex mala conſuetudine, & mala conuerſatione.*

Præuertamur]*Id eſt, tranſeamus.* Illud]*Id eſt, ad illud propoſitum redeamus.* Quod turpia uitia amicæ]*Id eſt, mulieris amatæ decipiunt cæcum amatorem, ita quòd ea non uideat, aut iudicet eſſe turpia: Vnde ſolet dici,*

„ *Omnis amatori formoſa uidetur amica.*
„ *Et quæcunq; placet res erit apta ſatis.*

Amator autem & amica libidinis eſſe poſſunt, ſed amicus honeſtatis nomen gerit, turpia inquam uitia amicæ decipiunt, cæcum amatorem, quòd ea non uideat, aut non iudicet eſſe turpia, aut etiam hæc ipſa turpia uitia amicæ delectant ipſum amatorem. Velut Polypus]*Id eſt, fœditas, & immunditia naſi.* Agnæ]*Id eſt, illius meretricis.* Delectat]*Supp. balbinum. Illum nobilem adoleſcentem. Ego uellem (inquit poëta) quòd nos erraremus ſic in amicitia. Hoc eſt, quod tantum amaremus amicos noſtros, ut nõ percipiamus eorum modica uitia. Veruntamen ut dixi, debemus ſic diligere homines, ut eorum uitia non diligamus. Et (ut uetus philoſophorum eſt uerbum) debemus amicos diligere uſq; ad deos.* Et non ultra]*Id eſt, ita, quòd amore amici non offendamus Deum, neq; quicquam contra iuſtitiam, & ueritatem faciamus, & uellem (inquit poëta) quòd uirtus poſuiſſet iſti errori, quem offendimus in amico honeſtum nomẽ, ita quòd eius exilia uitia in bonam partem accipiamus, uel meliùs ſic, quòd uirtus poſuiſſet iſti errori, quo erramus in factis uitioſis amicorum honeſtum nomen. Ita quod non dicatur error, ſed humanitas, benignitas, clementia, amicitia, aut ſimili modo.* Ac]*Pro &.* Vt]*Id eſt, quemadmodum pater ſup.* Non faſtidit]*Id eſt, non contemnit cum faſtu & ſuperbia.* Vitium]*Id eſt, deformitatem.* Gnati]*Id eſt, filij, ſic nos debemus* Nec faſtidire]*Id eſt, non ſuperbè contemnere uitium amici, ſi ipſe amicus habet.* Quod]*Id eſt, aliquid uitium. Et nota quod non dicit, quòd nos debemus amare uitium amici, nec dicit quod non debemus amicum corripere, ſcilicet quod non debemus eius uitium modicum ſuperbè contemnere, tanquam nos nullum uitium habeamus. Probat autem quomodo pater excuſat uitium filiorum, non in moribus, quia illud corrigi deberet, ſed in corpore, quod emendari non poteſt.* Pater appellat]*Sup.* Filium Strabonem]*Id eſt, oblique & extranſuerſo uidentem.* Pætum]*Id eſt, habentem tremulos oculos, & ſe facillimè in quamuis partem uertentes, ſicut falcones uidemus habere, & uidetur dici pætus à petendo, eo quòd quãcunq; rem petat, eò faciliter oculos dirigat.* Vel quod petat]*Id eſt, aggrediatur faciliter unumquenq; oculis ſuis. Vnde Venus dicitur pæta, & creditur in muliere uiuacitatis ſignũ eſſe, & ad formoſitatem facere. Vitium ergo oculorum appellat nomine pulchritudinis.* Et ſi cui]*Id eſt, ſi alicui eſt filius.* Malè]*Id eſt, multum, & uſq; ad difformitatem.* Paruus]*Id eſt, paruæ ſtaturæ.* Vt]*i. quemadmodum Siſyphus abortiuus filius Anthonij triumuiri fuit olim, appellat ſup.* Eum pullum ſuum]*i. Tenellũ puerulum, ſicut pullus equi placidus, & tener eſt. Siſyphus autem iſte dicitur fuiſſe intra bipedalem ſtaturam. Vnde uocat eũ abortiuum, quaſi ante maturum partum editus ſit, & appellat* Hunc]*i. aliũ filium.* Diſtortis cruribus]*i. qui habet diſtorta & curuata crura.* Varum]*i. habentem ſolummodò crura introrſum modicũ retorta uel parum elata.* Et balbutit]*i. balbutiendo per blanditias, ut puero complaceat.* Appellat illum]*i. alium.* Fultum]*Id eſt, ſuſtentatum, & innitentem talis.* Malè]*Id eſt, multum, & cum malo eius.* Prauis]*Id eſt, uitioſis & indirectis.* Appellat inquam ſcaurum]*Id eſt, habentem talos extentos, hoc eſt, eleuatos. Tali autem ſunt illa oſſa, quæ nectunt crura pedibus. Applicat nunc ad uitia moralia.* Si hic] *Id eſt, aliquis amicus uiuit parcius, ſupple quam deceat. hoc eſt, nimis parcè, & quaſi auarè dicatur.* Frugi]*Id eſt, homo utilis.* Et ad frugem] *Id eſt, commoditatem ſpectans, & non homo prodigus aut perditus.*

Si hic]*Id eſt, alius eſt.* Ineptus]*Id eſt, arrogans & iactantior.* Paulò]*Id eſt, modico ſupple quàm deceat, hoc eſt, ſi ſe nimis laudet & plurima de ſe promittat, quando eſt in ſocietate amicorum.* Ipſe poſtulat]*i. exigit & petit. ut uideatur.* Concinnus]*Id eſt, comis & affabilis amicus, & ſe nõ fingens, nec diſſimulans, ſed quicquid in animo habet proferens.* At]*Pro ſed.* Hic]*Supple, id eſt, alius eſt.* Truculentior] *i. nimis ſeuerus & immitis, paulò plus quam conueniat.* Et eſt liber]*i. audax reprehendendo, aut indicendo, id quod habet in animo.* Plus æquo] *i. quàm æquum & iuſtum eſt, ipſe poſtulat, ut habeatur fortis non truculentus.* Et ſimplex] *i. non fictus, nec doloſus, ſed quicquid in animo habet, dicens ſine diſſimulatione. Et ſi ſupple.* Eſt caldior] *Id eſt, calidior, & feruentior ad iram, quàm deceat. Ipſe uult, ut numeretur inter acres uiros, ego opinor inquit poëta.* Quòd hæc res] *Id eſt, huiuſmodi modus cenſendi de uitijs amicorum iungit.* Amicos]*i. facit inire, & coire in amicitiam, & ſeruat amicos iunctos ne diſſoluantur.* At] *Pro ſed.* Nos inuertimus]*i. in malum & in contrarium uertimus ipſas uirtutes amicorum appellantes eas nomine uitiorum.* Atq; cupimus]*i. deſideramus.* Incruſtare]*Id eſt, illinire tanquam impurum, aut putridum.*

Vas ſincerum] *Id eſt, purum, & ſine carie.* Vel ſyncerum]*Id eſt, ſolidum & plenum, & non uitioſum, cui non eſt opus incruſtatione. Probat exemplis.* Si quis probus] *i. modeſtus homo uiuit nobiſcum.* Ipſe uocatur]*Supple non multum.* Demiſſus]*i. uilis & ignauus ſine induſtria, aut acrimonia.* Et damus illi pingui]*i. qui eſt pinguis.* Cognomen tardo]*i. cognominamus eum tardum, qui pinguis eſt, & ita quod naturæ eſt damus uitio.*

Si hic]*Id eſt, alius fugit omnes.* Inſidias] *Id eſt, ſocietatem*

inſidioſam

inſidioſorum, & malignantium. Quę] *Pro &.* Nulli] *Pro non & ulli.* Et non obdit] *Id eſt, non opponit, uel obijcit.* Vili malo] *Id eſt, maliuolo.* Latus ſuum apertum] *Id eſt, cum nullo malo litem quærit.* Cùm] *Id eſt, quando uerſetur inter hoc genus* Vitæ] *Id eſt, uiuentium.* Vbi] *Id eſt, in quo genere uitæ.* Acris] *Id eſt, uehement inuidia.* Et crimina] *Id eſt, criminationes & accuſationes.* Vigent] *Id eſt, ſunt in uigore. Nos uocamus eum pro bene ſano.* Ac non incauto] *Id eſt, ubi deberemus eum uocare ſauium, & prouidum, aut non incautum, id eſt, bene ſcientem cauere litem, & incommoda.* Vocamus eum fictum] *Id eſt, ſub dolum ſimulatorem, & fraudulentum.* Et aſtutum] *Id eſt callidum, uafrum in altero decipiendo. Dicitur ab aſty ſeu aſtu, quod Attica lingua urbem ſignificat, in qua homines callidiores, & fraudulentiores ſolebant eſſe, quàm in agro aut rure.* Et ſi quis eſt ſimplicior] *Id eſt, modico nimis ruſticus & importunus, ita quod non obſeruet tempora, aut perſonas, ita ut ipſe fortè moleſtus exiſtens.* Impellat quouis] *Id eſt, quocunq; ſermone amicum, uel patronum ſuum.* Legentem aut tacitum] *Id eſt, tacitè aliquid contemplantem.* Nos inquimus] *Id eſt, dicimus.* Quod ſalis caret planè] *Id eſt, omninò.* Communi ſenſu] *Id eſt, quòd ſit pecus, & totus inconſideratus, cætera dicta ſunt per parentheſim, quæ ſic introducuntur.* Si quis loquam eſt ſimplicior] *Id eſt, paulò nimis ſimplex, & ſine aſtutia, aut duplicitate. Qualem ô Mecœnas ego obtulerim libenter me tibi, & ſæpe uolui, quòd talis tibi oblatus fuerim &c. Eheu dolentis eſt interiectio, & abſolutè, id eſt, ſine caſu poſitſe ponitur, uel geminādo heu dicatur heu uel heu heu.* Quàm] *Id eſt, quantum.* Temerè] *Id eſt, inconſideratè.* Sancimus] *Id eſt, ferimus.* In noſmet] *Id eſt, in noſmetipſos iniquam legem. Nam iuſtum eſt, ut qualiter alios iudicamus, ita alij nos iudicent.* Nam] *Id eſt, quoniam quidem.* Nemo naſcitur ſine uitijs] *Id eſt, nemo qui naſcitur uacat uitijs. Non enim ſciuit (ut opinor poëta) de peccato originali cum quo naſcimur, ſed uult dicere, aut quod nemo, qui naſcitur eſt ſine uitijs, aut quod nemo ſic naſcitur, ut non inclinetur ad aliqua uitia, & qui ſequendo naturalem inclinationem non aliqua uitia committat, iuxta hoc quod prius dictum eſt, quod aut natura, aut conſuetudo mala inſerit nobis uitia, quia ergo nemo.* Naſcitur ſine uitijs] *Id eſt, nemo, qui naſcitur, eſt ſine uitijs, aut nemo ſic naſcitur, ut non inclinetur ad aliqua uitia, & committat aliqua uitia, ille eſt optimus cenſendus.*

Qui urgetur] *Id eſt, premitur.* Minimis] *Supple uitijs, hoc eſt, quia nemo ſine peccatis eſt, ille eſt optimus iudicandus, qui minima peccata commiſit, id eſt, pauciſſima & leuiſſima. Nam minimum poteſt deriuari à paruum & à paruum.* Amicus dulcis] *Id eſt, iocundus & ſuauis.* Compenſet] *Id eſt, debet ſimul penſare, & æſtimare.* Mea bona] *Id eſt, uirtutes meas cum uitijs meis. Eſt autem metaphora, hoc eſt, tranſlatio ſumpta à trutina ſeu libra per quam rerum pondus, & ualorem penſando, hoc eſt, quod dicūt ponderando diſcernimus, & quando de duabus rebus uolumus ſcire utra maioris ſit ponderis: tunc penſamus eas ſimul ponendo unam in una lance, & alteram in altera, & tūc ea, quæ leuatur indicatur eſſe minoris ponderis, & ualoris: unde apud Perſium. Nec ſi quid turbida Roma eleuet accedas. Vtitur ergo hac phantaſia poëta noſter, quòd uirtutes noſtræ ponantur in una lance, & uitia in altera, ſicut Sanctum Michaelem metaphoricè imaginamur facere, & tunc ſi uitia plus ponderis habeant iudicabimur uitioſi & mali, & ſi uirtutes ſtudioſi, & boni: unde dicit.* Dulcis amicus, *uel is, qui dulcis eſt amicis.* Compenſet] *Id eſt, ſimul penſet.* Vt] *Id eſt, ſicut.*

Eſt æquum] *Id eſt, iuſtum eſt, mea bona cum uitijs, & ſi uolet amari à me.* Inclinet se] *Id eſt, aſſentientem & fauentem monſtret ſe his ſup. bonis meis.* Pluribus] *Id eſt, quæ plura mihi ſunt, quā uitia.* Si modò] *Id eſt, dum modò.* Tamen plura bona ſint mihi] *Id eſt, dummodo habeam plura bona, quàm uitia.*

Et ponetur à me hac lege] *Id eſt, ſecundùm hanc legem.* In eadem trutina] *Id eſt, in eadem ſtatera. Hoc eſt, iudicabitur eodem iudicio. Scies autem Lector meliùs eſſe, ut legatur pluribus his ſe, quàm hiſce, ſed pergamus. Is ſup. qui poſtulat.* Ne *pro ut non.* Vt non offendat] *Id eſt, lædat & offenſum faciat.*

Amicum proprijs tuberibus] *Id eſt, per allegoriam, magnis & enormibus uitijs ſuis.* Ignoſcat] *Id eſt, det ueniam.* Verrucis] *Id eſt, allegoricè paruis.* Vitijs illius] *Scilicet, amici. Tuber eſt quoddam genus herbæ capitoſæ naſcentis in terra, & etiam eſt quædam magna inflatura, & caro ſuperuacua naſcens in capite, aut facie hominis, plerunq; quæ magnam difformitatem affert. Verruca autem eſt modica eleuatio carnis, quam in facie quidam ſignum uirilitatis libenter nutriunt, ſæpe autem in manibus iuuenum naſcuntur, & faciliter amouentur. Nam ſi filo tenui ligentur, ſiccantur & decidunt. Allegoricè ergo dicit, qui uult ut magnis uitijs ignoſcatur, debet ſaltem paruis uitijs proximi & amici ſui ignoſcere. Vnde declarat ſe auctor dicens.*

Aequum] *Id eſt, iuſtum.* Eſt poſcentem] *Id eſt, eum qui poſcit ueniam peccatis ſuis.* Reddere *Supple.* Veniam rurſus] *Id eſt, uiciſſim uitijs aliorum. Iuxta quod ſcriptum eſt.* Qua menſura menſi fueritis remetietur uobis: & rurſus. Nolite iudicare & non iudicabimini, *et plura alia quæ auctor non uidit, ſed ueritas ſemper ueritati quadrat.*

Denique quatenus excidi penitus uitium iræ] *Tranſit paulatim ad repræhendendum dogma Stoicorum dicentium, omnia peccata eſſe paria, & pari pœna punienda, & ſolum ſtultum peccata habere. Contrà quod ultimum primò dicit quædam eſſe uitia, quæ penitus excidi non poſſint, ut uitium iræ. Quapropter ſi dicamus omnes etiam modica uitia habentes æqualiter peccare, oportebit ſecundùm Stoicos ut omnes æqualiter ſtultos dicamus, & æquali pœna puniendos: dicit ergo.* Denique quatenus excidi &c.] *Quoniam uitium iræ, & cætera inhærentia ſtultis. Quia Stoici omnes peccatores ſtultos dicunt, non poſſunt penitus excīdi, quia ſemper pronitas ad peccandum manet quodammodo radicaliter in nobis, & præcipuè uitium iræ dicit, non tam ut ſe excuſaret, qui pronior ad iram fuit, quàm quod ira ſubitò nos inuadit. Primus autem motus creditur non eſſe in poteſtate noſtra.* Cur non] *Quare macquit iuxta magnitudinem peccati, & iuxta genus peccati delicta puniantur. Vnde ſi quis ſeruum, quia ius piſcium ligurierit crucifigat inſanus habetur, quantò inſanior eſt, qui amicum fugit, quia modicum peccauit?* Quod niſi concedas &c.] *Occurrit obiectioni Stoicorum. Dicerent enim Stoici, qui omnia uitia paria eſſe dicūt, neminem parum peccare, ſed omnes æqualiter. Contra quos dicit. Niſi concedas peccatum amici eſſe modicum, tu habearis inſuauis, & acerbus, & non dulcis amicus. Et quia ex diſciplina Epicureorum cōtra Stoicos diſputat, adducit ea uitia, quæ Epicurei minima putant, ut guloſitatem ſerui ſequentis, uoluptatem & appetitum ſuum, ſcilicet ebrietatem, & commeſſationem.* Commiſſa fide] *Datiuus eſt antiquus quintæ declinationis. Nam tā in proſa, quàm in metro apud antiquos Datiuum quintæ declinationis in e comperies. Vt die, fide, acie, &c. pro diei, aciei, fidei. Intelligunt tamen nonnulli ſub, ut ſit ſub fide commiſſa, ſed meliùs eſt Datiuum iudicare. Ordo eſt.*

Denique] *Id eſt, ut tandem paucis dicam.* Quatenus] *Id eſt, quoniamquidem.* Vitium iræ] *Id eſt, iracundiæ.* Item] *Id eſt, ſimiliter cætera uitia.* Hærentia] *Id eſt, inhærentia & infixa.* Stultis] *Id eſt, omnibus peccantibus, quos Stoici ſtultos dicunt. Iuxta quod dicitur etiam alibi.* Stultorum infinitus eſt numerus. Cur] *Id eſt, quare.* Ratio] *Id eſt, cenſura noſtra.* Non utitur ſuis] *Id eſt, proprijs & debitis.* Modulis] *Id eſt, moderationibus.* Et Ponderibus] *Id eſt, grauitatibus.* In uſtigendis] *Scilicet, pœnis.* Ac *pro &.* Vt] *Id eſt, ſecundū quod.* Quæque] *Id eſt, unaquæque.* Res in qua peccatur] *Id eſt, unumquodq; genus.* Peccati eſt] *Id eſt, ita.* Coërcet] *Id eſt, propellit.* Supplicijs] *Id eſt, per ſupplicia.* Delicta] *Id eſt, uitia & peccata. Ideò enim fiunt ſupplicia, ut arceātur peccata, quocirca grauiſſima ſupplicia dicuntur in exemplum dari. Supplicium autem dictum putatur à ſupplicando, eò quod Gallis olim mos erat puerum.* Deuouere] *Id eſt, ad mortem uſque uouēre dijs, & eum molliter educare. Finito autem anno ſacrificare ſupplicando, & imprecando ſi quid mali toti patriæ Dij illaturi eſſent, in caput illius pueri conuertant.*

Si quis ſuffigat in cruce] *Id eſt, crucifigat, eum ſeruum, qui iuſſus à domino ſuo.* Tollere] *Id eſt, amouere, & ut dicunt lauare*

de menſa

de menſa. Patinam] *Id eſt, patens uas & magnam patellam, in qua piſces, aut carnes iuſſulentæ, id eſt, cum iure ſuo in menſa po-nuntur.* Ligurierit] *Id eſt, auidè propter dulcedinem abſorbue-rit, & uorauerit.* Piſces ſemeſos] *Id eſt, dimidiatè comeſtos. He-mi enim dimidium Græci uocant, & Latini aſpirationem in ſ uer-tentes, ſemi dicunt, à ſemi ergo & edo dicitur, ſemeſus quaſi ſe-mi eſus. Quæ pro* Et ius tepidum] *Id eſt, ſemifrigidum, in quo diſces comeduntur. Eſt enim ius aqua illa, in qua carnes aut piſces cocti ſunt. Si quis inquam hoc faciat ipſe.* Dicatur] *Id eſt, cen-ſeatur.* Inter ſanos] *Id eſt, inter eos, qui ſanè mentis ſunt, & ſa-pienter ac æquè uellent iudicare.* Inſanior] *Id eſt, dementior.* Labeone] *Scilicet, iuriſperito, qui etiam Auguſtum Cæſarem re-prehēdere auſus eſt. Sunt qui legant.* Si quis eum ſeruum, *alij ſi quis eum, & utroque modo, ſtat uerſus, & ſententia. Si ergo inſa-nus eſt, qui ſeruum plus iuſto damnat, quantò furioſius atque ma-ius peccatum eſt, hoc quod ſequitur.* Amicus tuus deliquit] *Id eſt, peccauit modicum.* Quod] *Scilicet, ipſum modicum & non multum deliquiſſe.* Niſi concedas tu habeare] *Id eſt, tu habea-ris inſuauis, & acerbus, & non dulcis amicus, & eſt dictum per pa-renthesim. Nam ordo eſt.* Amicus tuus deliquit modicum & tu odiſti] *Id eſt, odio proſequeris eum (eſt enim præſentis tempo-ris in ſignificando) & fugis eum.* Vt] *Id eſt, quemadmodum.* Debitor æris] *Id eſt, pecuniæ fœnerariæ.* Fugit] *Supple riſio-nem, uel ruſonem, ut Acro ſcripſit. Et recitat duas opiniones de eo. Prima eſt, quod fœnerator fuit, & etiam hiſtoriographus imperi-tus: unde dum debitorem, qui ſoluendo non erat ſtatuto termino of-fenderat acriter increpauit eum, & ideò quia hiſtoriographus fuit, alluſit poëta ad hiſtorias eius malè deſcriptas dicens, quòd audit a-maras hiſtorias.* Ruſſonis] *Id eſt, increpationes & obiurgatio-nes inepti hiſtoriographi. Alia opinio eſt, quod reuera hiſtorias ineptas, & propterea amaras cogebatur audire. Vnde ſicut poëta noſter tangit in lib. de Arte Poëtica, & Perſius in 1. Sat. & ſimiliter Iuuen. in principio operis ſui, Martialis ſæpe, & multi alij. Solebant nouitij ſcriptores opera ſua libenter recitare uiris peritioribus, alij ut caſtigarentur: alij ut noſcerentur, & famam acquirerent. Ve-rùm qui imperiti erant non minus laudari uolebant, & noſci, quàm qui periti. Imò ſæpe magis, quapropter ſæpe audiri uolebant, quod indignè fert Iuuen. dicens.*

» *Semper ego auditor tantum, nunquam ne reponam,*
» *Vexatus totiens rauci Theſeida Codri.*

Et quia pauci eos audire uolebant, muneribus auditores compara-bant. Vnde Perſius,

» *Calidum ſcis ponere ſumen.*
» *Scis comitem horridulum trita donare lacerna &c.*

Ruſſo ergo cuius mentio hic fit, ut hiſtorias ſuas recitaret, dabat pauperibus poëtis, aut alijs doctis uiris pecuniam ad uſurā, de qua ſingulis Calendis fœnus perſoluebant, aut ſortem reddebant. Nam auari fœneratores uſuram primi menſis ſtatim accipiebant. Itaque finito menſe (Nam Calendæ ſunt primus cuiuslibet menſis dies) aut uſuram pro finito menſe, aut ſortem, id eſt, totam pecuniam reſti-tuebant. Si qui autem tam pauperes erant, quòd neque fœnus, neque ſortem dare poterant, eos tanquam captiuos ſecum duxit, & coëgit pro uſura reddenda audire hiſtorias à ſe ſcriptas, quæ tam malæ e-rant, & tam amaræ eis, quòd quaſi enecandi iugulum ſuum pete-bant, & ita acriter taxat auaritiam Ruſſonis, aut imperitiam eius in ſcribendis hiſtorijs. Et hanc opinionem ſequitur Porphyrius di-cens. Octauius Druſus acerbus fœnerator fuiſſe traditur, idem ſcri-ptor hiſtoriarum, ad quas audiendas ſignificat ſolitum fuiſſe co-gere debitores ſuos, quibus illas audire pœna grauiſſima erat. Hoc enim ſignificat porrecto iugulo, &c. hæc ille. Nunc reuertamur ad ordinem, ſed ne iterum interrumpatur: ſcies legendum eſſe unde unde. Non undecunq;, nec unde tantum, quia uerſus non patitur. Eſt autem unde unde, *idem quod undecunque. Quotiens enim quæſitiua, aut relatiua geminantur, poſteriorem partem in cunque uertere poſſumus, ut ubiubi, ubicunque, quotquot, quotcunque, un-deunde, undecunque, quiſquis tamen reſoluitur in quicunque non quiſcunque, & quicquid in quodcunq; non quidcunq. Ordo eſt.* Odiſti & fugis amicum eò quod modicum peccauit tam diligen-ter ut debitor æris ſupple. *Odit & fugit Ruſſonem, qui inquam debitor, niſi* Extricat] *Id eſt, corradit, extorquet, colligit.*

Vndeunde] *Id eſt, undecunq;, & ex quacunq; re.* Mercedem] *Id eſt, fœnus & lucrum, aut nummos omnes.* Quos accepit] *Id eſt, ſortem.* Cum .i. quando, triſtes calendæ] *Id eſt, primus dies cuiuslibet menſis, qui debitorem triſtem facit.* Venere] *Id eſt, uenerunt.* Miſero debitori, audit] *Id eſt, cogitur audire.* Vt] *Id eſt, ueluti captiuus.* Amaras hiſtorias] *Id eſt, increpationes, uel melius hiſtorias ineptas, & propterea amaras ad audiendum.* Porrecto] *Id eſt, extenſo.* Iugulo] *Id eſt, guttu-re, tanquam enecari timeat amaritudine hiſtoriarum. Oſtendit autem quæ ſint illa parua uitia dicens.* Comminxit lectum &c.] *Quæ pauca ab Epicureis uitia cenſentur.* Item de Catillo] *Id eſt, paruo Catino, quem dicit Euandri manibus tritum. Quidam dicunt tam antiquum fuiſſe, & diu ſeruatum, quod uſu Euandri Archadis, quem Aeneas in ea parte Italiæ, ubi nunc Roma eſt, of-fendit fictilibus utentem detritum dicat. Quapropter dolere po-teſt, ſi deijciatur. Melior tamen & frequentior eſt ſententia Acro-nis, & Porphyrionis, ut Euandrum hunc Plaſten ſtatuarium fuiſ-ſe dicamus, & Catinum ipſum triuiſſe rota ſua more figuli.* Ordo eſt. Amicus potus] *Id eſt, ebrius.* Comminxit lectum] *Id eſt, minxit ebrius in lecto tuo, quia cùm eſſet domum redire non potuit. Vt pro uel.* Deiecit menſa] *Id eſt, proiecit de menſa.* Catillum] *Id eſt, paruum uaſculum.* Tritum] *Id eſt, forma-tum.* Manibus Euandri] *Optimi plaſtæ, nunquid ſupple ipſe.* Ob hanc rem] *Id eſt, propter hanc cauſam.* Aut hoc] *Id eſt, propter hoc, quod ipſe eſuriens.* Suſtulit] *Id eſt, accepit impu-denter pullum antepoſitum in mea parte Catini.* Sic mihi minus iocundus amicus?] *Quaſi dicat, non ita fieri debet.*

Nam quid faciam ſi fecerit furtum, aut prodiderit] *Id eſt, reuelauerit ſecreta* Commiſſa fide] *Id eſt, fidei ſuæ.* Aut ne-garit] *Id eſt, negauerit.* Sponſum] *Id eſt, promiſſum, uel quod ſpopondit pro alio ſoluere.* Queis paria eſſe fere placuit pecca-ta, laborant Cum uentum ad uerum eſt] *Hic manifeſtè repro-bat dogma Stoicorum. Primò in hoc, quod dicunt omnia peccata eſſe paria. Secundò in hoc redarguit eos, quòd dicunt ſi reges eſ-ſent ſe omnia peccata pari pœna eſſe punituros. Circa primum ſci-endum eſt, quòd quidam dicunt Stoicorum dogma fuiſſe, non quod omnia peccata eſſent paria, ſed ea duntaxat, quæ in eodem genere ſunt. Nam animum metiebantur non rem. Vnde ſi quis animo fu-randi tantummodò obulum ſubtraxerit, non minùs furem eſſe dice-bant, quàm qui mille nummos. Verùm Horatius ſic contra eos di-ſputat, ac ſi dicerent omnia peccata eſſe paria ſimpliciter, & ea quæ eiuſdem generis ſunt inter ſe, & cum his quæ alterius ſunt ge-neris, contra quem errorem etiam Sancti Thomæ extant argumen-tationes. Poëta autem noſter innititur hoc medio. Senſus, mores, & utilitas, quæ eſt mater iuſti, & æqui iudicant peccata non eſſe pa-ria, ergo non ſunt dicenda paria. Conſequentia uidetur probabilis, quia non eſt ueriſimile ſenſum omnium hominum eſſe in re ea de-prauatum, & inſtituta, conſuetudinem ſeu mores omnium ciuita-tum errare, aut utilitatem bonam falsò niti. Et aſſumptum pro-batur. Primò de ſenſu humano quia, audito ſacrilegio, aut latroci-nio ſenſus noſter magis mouetur, & ſuccenſet, quàm audito ſimpli-ci furto, igitur dicendum eſt, quòd grauius eſt peccatum ſacrilegi, & latronis, aut homicidæ quàm furis. Secundò patet de moribus hominum, quia ante leges latas, & poſt eas ſemper apud omnes ci-uitates, & regna conſuetudo fuit, ut grauius puniretur homicida, & ſacrilegus quàm uſurarius aut fur. Tertiò patet de utilitate, quia nihil quod contra bonam utilitatem eſt in Republ. perpetuò con-ſtat, ſed conſuetudo puniendi peccata ſecundùm grauitatem eo-rum obſeruata eſt à primordio rerum uſque ad hæc tempora. Ergo utilitas exigit, ut ita fiat. Dicat nunc Stoicus, non loquor de utilita-te, ſed de iuſticia, & æquitate naturali. Nam cùm ita ſit, quòd o-mnis faciens contra iuſticiam naturalem iniuſtus ſit, & ſiue is iam parum tranſgrediatur, ſiue multū: conſequens eſt, ut omnis tranſ-greſſor æquitatis æqualiter dicatur peccare, & pariter puniendus eſſe. Contra hoc probat poëta. Primò quod nihil eſt uerè utile, quod ſit contra iuſticiam, aut æquitatem, quia ipſa utilitas uera eſt*

mater

mater iuſti & æqui. Probat etiam quod iuſticia, qua utimur in arcendis & puniendis uitijs non eſt de iure naturali, ſed de iure gentium. Nam utilitas peperit rerum diuiſionem quam ſecutæ ſunt leges. Nam ſecundùm eos, qui ueritatem ſacræ ſcripturæ non habebant: fatebantur tamen omnium rerum generabilium, & corruptibilium fuiſſe principium, et deueniendum ad primum productum quod philoſophus negauit, homines primi beneficio ſolis ex luto procreati, & in cauatis arboribus, cauernisq́ terrarum reſidebant. Erantq́ illis omnia communia, quapropter & propter uictum, & propter Venerem ſæpe ferina bella gerebant, hoc eſt, dentibus & pugnis. Poſtea autem fuſtibus & tandem etiam armis, ſcilicet cum primum loqui cœpiſſent, & ſe mutuò intelligere ſtatuerũt, ut quam quiſq́ue portionem terræ occuparet eam propriam haberet. Cum uerò multi ubi non ſeuerunt meſſuerunt: Lata eſt lex, ut nemo fur, aut latro, aut adulter eſſet, & deinde ut ſtatuta obſeruarentur, & contra iuſtitiæ oppreſſores defenderentur oppida muniuerunt: unde conſtat utilitatem peperiſſe leges, & iuſtitiam, & non naturam. Nam ſi natura peperiſſet prius, fuiſſet iuſtitia. Præterea multa diſcernuntur per iuſtitiam, quæ per naturam diſcerni non poſſunt. Natura enim poteſt diſcernere, quid ſibi ſit conueniens, & appetendum, & quid diſconueniens, & fugiendum, ſed non poteſt diſcernere quid ſit iuſtum, & quid iniuſtum. Aliter enim omnes Iuriſperiti eſſent, qui naturam ſanam haberẽt. Veruntamen eſt, quòd plurimæ leges ex naturali dictamine rationis firmantur, quas etiam indocti ſtatim approbant. Plurimæ tamen ex utilitate ortum habuerunt, ut de uſu captione & præſcriptione, exhæreditatione, & alijs multis patet. Circa ſecundùm, quo dicunt Stoici ſe omnia peccata æquali punituros ſi eſſent reges, redarguit eos ſic. Vos dicitis, omnes ſapientes ſunt reges, ſutores, formoſi diuites, & ſic de alijs, ſcilicet uos eſtis (ut dicitis) ſapientes, ergo eſtis reges, ſutores, &c. Si autem reges eſtis, ergo malè dicitis uos hoc facturos ſi reges eſſetis. Ad hoc dicerent Stoici, quòd ſapiens ſit rex, & ſutor, & reliqua non actu, ſed arte, aut dignitate. Solus enim ſapiens dignus eſt ut regnet, & rex eſt licet non regnet. Contrà tales reges oſtendit poëta, quàm miſeri ſint, qui etiam à pueris uexentur. Et ſi dicant id ſe æquo animo tolerare, ut contemnendo, non poſſidendo contenti credantur, monſtrat id eos ægrè ferre. Vnde concludit ſe malè eſſe priuatum, & amicis charum, quàm talem regem omnibus odioſum.

Quis paria & cætera] Ordo eſt: Illi quis, id eſt, quibus. Placuit] Id eſt, peccata eſſe ferè paria. Laborant] Id eſt, in ſumma difficultate uerſantur: imò in probatione ſua deficiunt. Cùm] Id eſt, quando. Ventum eſt] (impersonaliter dicit) id eſt, peruentum eſt. Ad uerum] Id eſt, ad ueritatem inueſtigatam. Nam ſenſus] Id eſt, naturale iudicium rationis & ſenſus omnium hominũ. Et mores] Id eſt, conſuetudines, & ſtatuta, ſeu inſtituta omnium ciuitatum. Et ipſa utilitas propè] Id eſt, quaſi. Mater] Id eſt, inuentrix. Iuſti] Id eſt, iuſtitiæ legalis. Et æqui] Id eſt, æquitatis, naturalis, hoc eſt, iuris ſcripti, & non ſcripti. Quòd autem utilitas ſit mater iuſti, & æqui probatur ſic. Cùm] Id eſt, quando, animalia uidelicet homines. Prorepſerunt] Id eſt, proceſſerunt. Primis terris] Hoc eſt, per Hypallagen. Cùm prima animalia prorepſerunt terris, uel dicit primis terris, quia terræ tunc erant nouæ. Et primæ] Quia ante animalia productæ. Vnde & tellus mater deorum dicitur, & hominum. Animalia inquam per appoſitionem exiſtentia, mutum pecus, quia homines ſecundùm hos neſciebant loqui ſicut naturaliter loqui potuiſſent non, cùm nullas linguas ad huc didicerint, & turpe pecus, utpote mutum. Pecus autem eſt omne, quod caret humana effigie. Homines autem primos ex terra editos pecus appellat, eò quod pecoris ſimiles eſſent, cùm neq; loquerentur, neque colerentur. Hæc autem longè à ueritate aliena ſunt, ſed naturaliter locuti ſunt philoſophi, quos poëtæ trahentes omnia in maiorem admirationem figmentis ſuis inſequuntur. Cùm inquam prima animalia prorepſerunt terris exiſtentia, mutum & turpe pecus pugnabant. Propter glandem] Id eſt, fructum arborum, & maximè quercuum, quò ueſcebantur, & propter cubilia, in quibus more ferarum cubabãt unguibus, & pugnis. Dein] Id eſt, deinde.

Fuſtibus] Id eſt, baculis atque ita porrò deinceps multò pòſt armis. Quæ arma uſus] Id eſt, diligentia & induſtria, & experientia fabricauerat. Poſt] Id eſt, poſtea. Pugnabant] Inquam ſic. Donec inuenêre] Id eſt, inuenerunt uerba.

Quæ] Pro & nomina, unde enunciatio uera uel falſa conſtat, quibus uerbis & nominibus. Notarent] Id eſt, ſignificarent. Voces] Id eſt, loquelas. Et ſenſus] Id eſt, conceptus ſuos. Nam ſecundùm Philoſophum primo lib. Interpret. uoces ſunt ſigna conceptuum. Dehinc] Id eſt, poſteaquam loqui cœperunt, & ſe mutuò intelligere Cœperunt] Supple abſiſtere bello, quia uerbis ſe mutuò ſæpe placabant. Et cœperunt munire oppida, & ponere] Id eſt, ſtatuere leges. Ne quis] Id eſt, ne aliquis eſſet fur. Neu] Id eſt, neue latro. Neu] Id eſt, neue adulter. Quod autem contra adulteros lata eſt lex, & pro coniuge aut muliere bella etiam illis temporibus ferebant, aſſerit poëta, dicens. Nam cunnus] Id eſt, membrum muliebre, hoc eſt, mulier formoſa.

Fuit teterrima] Id eſt, peſſima. Cauſa belli ante Helenam] Id eſt, priuſquam Helena rapta à Paride eſſet cauſa belli Troiani.

Sed illi perierint ignotis] Id eſt, à nullo deſcriptis.

Mortibus] Id eſt, obitibus, & occiſionibus. Quos rapientes] Id eſt, uiolenter capientes. Incertam Venerem] Id eſt, communem mulierem, quæ tunc nullius erat coniunx. Sed omnibus cõmunis more ferarum] Id eſt, beluarum. Validior] Id eſt, eminentior. Viribus] Id eſt, robore & fortitudine. Cædebat] Id eſt, occidebat. Vt] Id eſt, quemadmodum. Taurus] Scilicet fortior alios cædit. In grege] Id eſt, congregatione armentorum. Præterea ô Stoice neceſſe eſt. Vt fateare] Id eſt, fatearis iura eſſe inuenta. Metu] Id eſt, ob metum. Iniuſti] Id eſt, ne quis faciat iniuſtum. Si uelis euoluere] Id eſt, repetere. Tempora] Id eſt, chronica, id eſt, libros, in quibus ſcribuntur res geſtæ cum temporibus ſuis. Et faſtos] Id eſt, libros in quibus deſcribuntur feſta & obſeruationes temporum, & cauſæ obſeruationum: ut patet in faſtis Ouidij. Nec natura poteſt diſcernere] Id eſt, diuidere. Iniquum] Id eſt, iniuſtum à iuſto. Vt] Id eſt, quemadmodum. Diuidit] Id eſt, ſegregat. Bona diuerſis] .i. à malis. Et fugienda] .i. nociua & diſconuenientia. Petendis] .i. appetendis & conuenientibus ſibi. Nec ratio] Id eſt, iudicium rationis. Vincet] i. probabit hoc. Vt tantum que] Pro & idem, id eſt, eodem modo peccet. Qui fregerit teneros caules alieni horti, & qui nocturnus] .i. noctu. Legerit] .i. furatus fuerit. Sacra] Id eſt, res ſacras. Diuum] .i. diuorum ſeu deorum. Regula igitur adſit] .i. adhibeatur peccatis. Quæ irroget] Id eſt, imponat ipſis. Aequas] .i. conuenientes pœnas. Non autem dices æquas, id eſt, æquales, quia hoc dicunt Stoici contra quos hic diſputat, uel conſtrue ſic. Regula adſit] .i. detur. Quæ irroget pœnas æquas] .i. æquales peccatis, ita quod paruis peccatis irrogentur paruæ pœnæ, & magnis magnæ. Adſit inquam regula] Ne pro ut non: ut ô Stoice non Sectere] .i. ſecteris, hoc eſt, perſequaris.

Horribili flagello dignum] .i. eum qui tantum dignus eſt. Scutica] .i. tenui loro aut corio percuti, hoc eſt, ne grauiorem pœnam inferat quam decet. Scutica enim dicitur Græcè Scytos, i. Coriũ. Flagellum eſt uirga ſumpta de ſummis flagellis, i. extremitatib. arborum, quæ flagris, id eſt, uentis agitantur, quibus uirgis ſi maiores, & horribiles ſint, non ſolùm cutis dilaniari, ſed & caro contundi poteſt. Aero autem ſubintelligit. Non uereor, ne ſic] Non uereor ne ſectere dignum ſcutica horribili flagello, ſed meo iudicio meliùs cohæreat conſtructio, quàm dedimus. Senſus enim eſt. Adhibeatur ergo lex puniendi ne grauiùs punias ô Stoice, quàm decet, quàm æquum eſt. Dico ne grauius punias, quia non uereor ne mitiùs, aut leuiùs punias, quàm oportet. Cùm enim Stoicus ſit ſeuerus nimis & immitis: ideò uellet omnia peccata poſſe æqualiter punire, ut omnia grauiter, imò ultimo ſupplicio afficiat. Non aũt ideò, ut omnia mitè puniat, & leui ſupplicio, & hoc eſt, quod ſubdit poëta: unde bonus eſt ordo. Adſit regula] .i. ſtatuatur regula. Quæ irroget peccatis pœnas æquas] .i. æquales, & non maiores. Ideò ne ô Stoice ſectere] Id eſt, perſequaris, & afficias horribili flagello dignum ſcutica, hoc eſt, ne grauius punias, quàm deceat.

Nam non uereor] Id eſt, non timeo. Vt cædas ferula] Id eſt, leui baculo, quo præceptores literarum uti ſolent. Aliquem meritum]

ritum] *Id eſt, qui meruit.* Subire] *Id eſt, pati.* Maiora uerbera] *Id eſt, ſæuiora flagella: hoc eſt, non uereor quod mitius, aut clementius punias, quàm decet, cùm dicas furta eſſe pares res latrocinijs.* Et parua] *Id eſt, parua delicta eſſe.* Pares res] *Id eſt, paria magnis.* Tu minueris te reciſurum] *Id eſt, amputaturum.* Simili falce] *Id eſt, ſimili ſecuri, aut genere ſupplicij parua cum magnis* Si homines permittant tibi regnum] *Id eſt, ſi habeas poteſtatem animaduertendi in ſanguinem, & uitam hominum.* Simili falce] *Allegoricè ſimili punitione, bene autem dicit falce reciſurum. Eſt enim Metaphora, id eſt, translatio ſumpta à meſſoribus, qui falce recidunt, id eſt, amputant æqualiter omnes herbas & magnas, & paruas: unde bene permanſit in translatione addens reciſurum. Notum autem eſt, quòd falx, falcis eſt inſtrumentum curuum, quo herbæ inciduntur. Tranſit autem poëta ad redarguendum Stoicos in eo, quòd dicunt ſapientes eſſe reges, & tamen ſe, qui ſapientes dici uolunt, multa facturos, quæ modò non faciunt, ſi eſſent reges. Ordo enim eſt. Si is qui ſapiens eſt, eſt diues & bonus ſutor, & ſolus formoſiſſimus, & eſt rex: cur ô Stoice optas, id quod habes? Hoc eſt regnum, quia nullus eſt rex ſine regno, ſi ergo rex es oportet ut regnum habeas. Reſpondet Stoicus, & inquit, ô Horati non noſti, , id eſt, ſcis ne quid Chriſippus pater, id eſt, reſtitutor Stoicæ ſectæ dicat? dicit ſupple, quòd ſapiens nunquam facit ſibi crepidas.* Nec ſoleas] *Id eſt, calceamenta eleuata, quibus philoſophi utuntur.* Et tamen ſapiens eſt ſutor] *Id eſt, crepidarius. Quærit Horatius.* Qui] *Id eſt, per quid: uel quomodo poteſt eſſe ſutor, ſi nunquam fuit? Reſpondet Stoicus.*

Vt] *Id eſt, quemadmodum quamuis Hermogenes, de quo in principio huius Satyræ dictum eſt.* Tacet] *Id eſt, non cantat, tamen eſt cantor, atque optimus modulator.* Et ut] *Id eſt, quemadmodum Alfenus ſutor Cremonenſis, qui Romæ conſulatum geſſit. Vafer, Id eſt, aſtutus erat ſutor, omni inſtrumento artis abiecto.*

Et taberna] *Id eſt, officina.* Clauſa] *Id eſt, poſtquam omne inſtrumentum artis ſutoriæ abiecit, & tabernam in qua uendebat calciamenta ſua clauſit, adhuc tamen erat ſutor.* Sapiens] *Id eſt, peritus operis, licet non faciebat.* Sic omnis optimus] *Id eſt, ſapientiſſimus: uel quia contra elegantiam dicetur* optimus omnis] *Cùm dicendum ſit* optimus quiſque, *coniungamus hoc modo.* Sic Optimus] *Id eſt, ſapientiſſimus eſt ſolus omnis artifex, & ſic eſt rex. Reſpondet poëta* Pueri laſciui] *Id eſt, petulantes, uellunt tibi barbam, quos pueros, ſcilicet.* Niſi tu Coërces] *Id eſt, repellis.* At te fuſte] *Id eſt, baculo.* Tu urgeris] *Id eſt, premeris.* Turba] *Id eſt, multitudine ſtante circum te, & tu miſer rumperis ex impatientia.* Et latras] *Id eſt, more canum amare obiurgas pueros.* O maximè magnorum regum] *Id eſt, ô peritiſſime Stoicorum. Sed ne longum faciam, inquit poëta.* Dum tu rex] *Id eſt, qui iactas te eſſe regem.* Ibis lauatum] *Id eſt, ad balnea.* Vt te lauet quadrante] *Id eſt, uiliſſimo precio,* Neq; quiſquam ſtipator] *Id eſt, comes ſectabitur te præter ineptum Criſpinum: de quo dictum eſt in ultimo uerſu 1. Sat.* Et dulces *amici ignoſcent mihi ſi ego ſtultus ſecundùm cenſuram Stoicorum peccauero.* Quid] *Id eſt, in aliquo.* Et ego patiar libenter inuicem] *Id eſt, uiciſſim peccata eorum, quæ pro & ego.* Priuatus] *Id eſt, exiſtens extra dignitatem regiam.* Viuam magis beatus] *Id eſt, beatior.* Te rege] *Id eſt, qui dicis te eſſe regem.*

POLYD. VIRG. } Si collibuiſſet ab ouo, uſque ad mala citaret] *Hoc eſt, à principio cœnæ uſque ad finem. Nam ouum initium cœnæ erat, poma autem in fine ponebantur, id eſt, in ſecundis menſis. Polyd. in Prouerb. A' uertice ad calcem.*

GILB. COGNAT. } Syncerum Cupimus uas incruſtare, probus quis Tardo cognomen pingui damus Nobiſcum uiuit, multum demiſſus homo ille eſt] *Demiſſus homo uulgò dicitur, qui animo deiectus eſt & æger, pinguis, tardus, minimè erectus, alacriſq;, hebes & ignauus, hoc eſt, lenti & cunctabundi ingenij. Gilb. in prouerb. multum demiſſus & pinguis.* Cùm tua præuideas oculis mala lippis inunctis Cur in amicorum uitijs tam cernis acutũ?] *Ibi præuidere ad imitationem Græci uerbi* παραβλέπειν *uidetur eſſe prolatum, ſignificareq; oculis tranſire, nec attentè contemplari. Gilb.*

PETRVS CRINIT. } Hinc parco paucis contento, quinq; dieb. Nil erat in loculis noctes uigilabat ad ipſũ Mane, diem totum ſtertebat, Nil fecit unquã Sic impar ſibi] *Hoc loco certè ad iſtos Lychnobios poëta Horat. reſpexit, cuiuſmodi à ueteribus quidam imperatores notantur, qui peruerſo naturæ ordine, noctes totas peruigilarent. Hi à Pedone Albinouano Græca uoce* Α'φεξίλιοι, *ab Annæo Seneca Lucifugæ ſunt appellati. Hæc & alia multa Crinitus de Honeſt. Diſci. lib. 16. cap. 6.*

SATYRA IIII.

ARGVMENTVM SATYR. IIII. ASCENS.

Quarta malum Satyræ dat, cantoremq; poëtæ.

ALIVD ARGVMENTVM.

Reſpondet ijs, qui ſe nimis mendacem dixerant, atq; primùm Satyræ originem oſtendit.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Satyræ ortus & uſus.

COMMENTARIA.

EVPOLIS, atq; Cratinus, Ariſtophaneſq; poëtæ,
Atq; alij, quorũ Comœdia priſca uirorum eſt:
Si quis erat dignus deſcribi, quòd malus, aut fur,
Quòd mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui

ACRON.

EVPOLIS atq; Cratinus] *Eupolis, Cratinus, Ariſtophanes, hi primi Archæas Comœdias ſcripſerũt, in quibus hominum uitia amaritudine ſtyli ſecuerunt. Mirè autem origo Satyræ per hoc oſtenditur. Dicit igitur modò unde nata ſit Satyra, ſimul qualis eſſe debeat Satyra.* Atq; alij quorum] *Ordo eſt: atq; alij uirorum, quorum.* Aut alioqui] *Alio modo, hic in alia re.* Multa cum libertate] *Ideò, ut & nomina oſtenderent.*

Hinc omnis pẽdet Lucilius] *Lucilius Græcos poëtas ſecutus, ipſe poëta Romanus.* Mutatis tantùm pedibus, numeriſq;] *Illi enim Iambicis, quaſi in Comœdijs uſi, Lucilius heroicis.* Hoſce] *Prædictos poëtas Græcos.* Facetus] *Vrbanus. Habens peritiam riſum mouendi & ſecandi homines uitioſos.* Emunctæ naris] *Terſæ elegantiæ uel mundo. Significat autem ſapientem, quia è contrario mucoſum, ſtultum appellamus.* Durus componere] *Aſper ad componendos uerſus.* Nam fuit hoc uitioſus] *Vt aſperos uerſus faceret.* In hora ſæpe ducentos, Vt magnum uerſus dictabat] *Putabat maximum, ſi multos uerſus in momento feciſſet.* Vt magnum] *Sicuti magnum, ſed non eſt magnũ multos uerſus ſcribere, ſed bonos, quamuis paucos.* Lutulentus] *Sordidus. Cui contrarium luculentus, hoc eſt, non liquida & pura copia.* Erat quod tollere uelles] *Etiam quando aſperos faciebat uerſus, erat tamen quod uelles imitari. Hoc eſt, erat in aſperis uerſibus illius aliquid dignum imitatione.* Garrulus]

los] *Superfluus.* Atq; piger] *Non enim emendabat opus ſuum.* Scribẽdi ferre laborem Scribendi rectè] *Scribendi rectè, non ferebat laborem, nam ſcribẽdi, quomodocunque ferebat.* Vt multum] *Senſus eſt: Nam in multum ſcribendi non diffiteor facilem fuiſſe.* Nil moror] *Non recuſo. Id eſt, concedo multum ſcribere, nego rectè. Virg.*

» *Nec dona moror.*

Ecce Criſpinus minimo me prouocat] *Huius Criſpini etiam in ſuperioribus meminit: Ne me Criſpini ſcrinia lippi Compilaſſe putes. Hic ſimiliter, ut Lucilius, multos, ſed malos uerſus faciebat. Minimo autem digito ſolẽt prouocare, qui uolunt oſtendere plus eſſe uirium in ſuo digito minimo, quàm in alterius toto corpore. Vel minimo prouocare dicuntur hi, qui in reſponſione plus ipſi permittant, quàm exigant ab aduerſario. Minimo igitur me prouocat. quaſi nihilum, quaſi quem facilè potuit ſuperare.* Hora, Cuſtodes] *Vt infrà, quò. certius uideamus, qui plus uerſuum facit, & cuſtodes, ut prorſus faciamus.* Puſilli] *Per quẽ non multa poſſum ſcribere.* Perpauca loquentis] *Ad illud refertur quod ait:*

» *Inopis me, quodq; puſilli.*

Concluſas hircinis follibus] *Follibus pro pectoribus. Translatio à fabris. Auras uſq; laborantes dum ferrum molliat ignis, Vt mauis imitare. Tu uerò Criſpine multa cogitando, imitare hircinos folles. Hircinis follibus comparauit pectus Criſpini: & auris feſtinantibus ineptas cogitationes. Per hoc oſtendit Criſpinum inflatè ſcribere & turgidè. Vnde Perſius: Tu neq; anhelanti coquitur dum maſſa camino: id eſt, animo & cura diligentia ſcribendi.* Beatus Fannius] *Poëta, cui ultro delatæ ſunt capſæ, ut ſuos libros mitteret, & authoritatẽ reciperet. Fannium quendã non ſatis bonum poëtam recepit in authoritatem Senatus. Aliter: Fannius iſte malus poëta fuit, qui cũ antea contempſiſſet datã ſibi imaginem à Senatu, poſtea dum moreretur, petijt, ut delatis in publicum capſis ſuis, cum proprijs libris incenderetur. Aliter, Fannius loquaciſſimus poëta fuit, cui ſenatus audiendi faſtidio ultro imaginem & capſas dedit. Item aliter: Fannius Quadratus eo tempore Satyram ſcribebat, & erat ſine liberis. Huius imagines & libros hæredipetæ in publicas bibliothecas referebant, nullo merito doctoris.* Vltrò Delatis capſis] *Ad bibliothecam.* Et imagine] Quia is, *q ſuiſſet in authoritatẽ receptus eius imago ponebatur inter poëtas.* Vulgò recitare, &c.] *Qui cũ ſecet mores aliorũ, in publico nõ recitat.* Quòd ſunt, quos genus hoc minimè iuuat, utpote plures Culpari dignos] *Hoc genus, Satyræ ſcilicet. Quia ſunt quidam digni culpari, quos hoc genus carminis minimè delectat. Ordo eſt:* Ideo mea ſcripta nemo legit, quod ſunt quos hoc genus carminis nõ iuuat, quaſi dignos culpari. Quẽuis media elige turba] *De medio populo, qui eſt, ante cõſpectũ, producito.* Ambitione] *Cupiditate honoris.* Hũc capit argenti ſplendor] *Alter pecuniã diligit, deſiderat alter argentũ.* Aere] *Supple, Corinthio, ac per hoc ſtatuis, non pecunia. Nam ſuprà argenti cupidos dixit.* Hic mutat] *Ita Maronis illud:*

» *Nec nautica pinus Mutabit merces.*

Veſpertina tepet regio] *Teperẽ dixit occidẽtalẽ plagã, ad cõparationẽ orientis, qa ibi ſol acrius feruet. Id eſt, alter lucri et mercimonij cauſa nauigat ad occidentẽ.* Ne quid Sũma deperdat metuens] *Propterea ſic ſe periculis cõmittit, ut aut nihil decedat de ſumma patrimonij ſui, aut certè, ut augeatur.* Omnes hi metuũt uerſus] *Quod huiuſmodi uitijs dediti ſunt* Odere poëtas] *Qui Satyras ſcribunt.* Fœnũ habet in cornu] *Sermo uulgi de Satyricis: nã ſic loquũtur inter ſe, q ſunt uitioſi: Fuge iſtũ poëtã Satyricũ, qui fœnũ habet in cornu, Metaphoricôs aũt dixit, qa quãdo feriũt boues, eorũ in cornib. ligatur fœnũ.* Chartis illeuerit] *Scripſerit.* A' furno redeũtes] *Seruos à piſtrino, ſiue à nympha.* Agedum, pauca accipe cõtra] *Audi tu, quĩ reprehẽdis Satyricos poëtas.* Primũ ego me illorũ] *Nõ quod Horat. multũ recitet, ſed quòd uidetur cõſcius peccatorũ.* Dederim quibus eſſe poëtas]. *i. quib. conceſſerim, ut ſint poëtæ.* Primũ ego me eximo de numero eorũ quib. do nomen poëtæ] *. i. nõ me dico eſſe poëtã: neq;. n. qui ſcit uerſus facere, eſt poëta.* Sermoni propiora] *Vicina fabulis & orationi.* Idcirco quidã Comœdia, nec'ne poema Eſſet, quæſiuêre] *Quia uerba eorũ apta ſunt proſæ orationi, dubitatio eſt, utrũ Comœdia poëma dici poteſt.* Quæſiuêre] *Dubitauêre.* Quod acer ſpiritus ac uis, Nec uerbis, nec rebus ineſt, niſi quod pede certo Differt ſermoni, ſermo merus] *Eò quod elata uerba* in

Famoſus: multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius, hoſce ſecutus,
Mutatis tãtum pedibus, numeriſq́;, facetus,
Emunctæ naris, durus componere uerſus.
Nã fuit hoc uitioſus, in hora ſæpe ducentos,
Vt magnũ, uerſus dictabat, ſtãs pede in uno,
Cum flueret lutulẽtus, erat quod tollere uelles.
Garrulus, atq; piger ſcribendi ferre laborem,
Scribẽdi recte: nam ut multũ, nil moror. ecce
Criſpinus minimo me ꝓuocat: accipe, ſi uis,
Accipe iam tabulas. detur nobis locus, hora,
Cuſtodes: uideamus uter plus ſcribere poſsit.
Dij bene fecerũt, inopis me, quodq; puſilli
Finxerũt animi, rarò, & perpauca loquentis.
At tu concluſas hircinis follibus auras
Vſq; laboranteis, dum ferrum molliat ignis,
Vt mauis, imitare. beatus Fannius, ultro
Delatis capſis, & imagine, cùm mea nemo
Scripta legat, uulgo recitare timentis, ob hãc rem,
Quòd ſunt, quos genus hoc minimè iuuat: utpote plureis
Culpari dignos, quem uis media erue turba:
Aut ob auaritiam, aut miſera ambitione laborat.
Hic nuptarũ inſanit amorib. hic puerorum:
Hũc capit argẽti ſplẽdor: ſtupet Albius ære:
Hic mutat merces ſurgente à ſole, ad eũ, quô
Veſpertina tepet regio: quin ꝑ mala præceps
Fertur, uti puluis collectus turbine, nequid
Summa deperdat metuens, aut ampliet ut rem.
Omnes hi metuunt uerſus, odere poëtas.
FOENVM habet in cornu, longè fuge. dũmodo riſum
Excutiat ſibi, nõ hic cuiquam parcet amico,
Et quodcunq; ſemel chartis illeuerit, omneis
Geſtiet à furno redeunteis ſcire, lacuq;
Et pueros, & anus agedũ pauca accipe cõtrà.
Primum ego me illorũ, dederim quibus eſſe poëtas,
Excerpam numero. neque enim concludere uerſum
Dixeris eſſe ſatis: neq;, ſi quis ſcribat, uti nos,
Sermoni propiora putes hunc eſſe poëtam.
Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atq; os
Magna ſonaturum, des nominis huius honorem.
Idcirco quidam, Comœdia, nec'ne poëma
Eſſet, quæſiuêre: quòd acer ſpiritus, ac uis,
Nec uerbis, nec rebus ineſt: niſi quòd pede certo
Differt ſermoni, ſermo merus: at pater ardẽs
Sæuit, quod meretrice nepos inſanit amica,
Filius, uxorem grandi cum dote recuſet:
EBRIVS, & (magnum quod dedecus) ambulet ante
Noctẽ cum facib. nunquid Pomponius iſtis
Audiret leuiora, pater ſi uiueret? ergo
Nõ ſatis eſt puris uerſum perſcribere uerbis:
Quẽ ſi diſſoluas, quiuis ſtomachetur eodem,
Quò perſonatus pacto pater. his, ego q̃ nunc,
Olim quæ ſcripſit Lucilius, eripias ſi
Tempora certa, modoſq́;, & quod prius ordine uerbum eſt,
Poſterius facias, præponens ultima primis:
Non, ut ſi ſoluas, poſtquam diſcordia tetra

in Comœdia eſſe nõ debẽt, ſed quæ hoc nõ habet, dubitatur an Comœdia ſit, an poëma. In Comœdia neq; uerba elata ſunt, neq; ſenſus: ſed ſolo metro: differt Comœdia à proſa oratione. At pater ardens Seuit] *Dixit ſuperius, Multi dubitãt utrũ poëma dicatur Comœdia, qa in ea non ſunt uerba, neque ſenſus elati. Qui aũt uult uideri poëma eſſe Comœdiã, dicit acrẽ ineſſe ſpiritũ, ſiquidẽ patrẽ oſtendit in luxurioſum filiũ ſæuire uehementer.* Nepos] *Filius, affectauit obſcuritatem.* Ebrius, & magnũ quod dedecus, ambulet] *Ordo eſt: Quod ambulet cũ facib. quod magnũ eſt dedecus.* Ante noctem cũ facibus] *Pro, per noctem: aut ante tẽpus noctis, quia cœci ſunt amatores, qui utũtur facib. eo tẽpore, quo non eſt utendũ.* Nũquid Põponius iſtis Audiret leuiora?] *Verba eius qui dicit Comœdiã non eſſe poëma.* Pater ſi uiueret] *Nam leuiora uerba luxurioſus audiret Põponius, quã audit filius à comico patre? Hoc uult intelligere, quòd etiã ſine Comœdia ſic increpantur à patrib. luxurioſi.* Non ſatis eſt puris uerſum perſcribere uerbis] *Nõ ſuffiiciũt pura uerba ad appellandũ poẽtã, metro concluſa. Debet enim poẽta & grauia uerba & cõpoſita cũ ſenſib. elatis habere.* Puris autem hoc figuris & magno ſono. Perſonatus] *Iucundè de Comico. Perſonã comicã gerens, de Comœdia qui perſonã patris accipit.* Eripias ſi] *Ordo eſt: Si eripias his. Senſus hic eſt:* Si ordinationẽ metricam in opere Lucilij, uel meo tolles, nõ eandem grauitatẽ inuenies, quã in Ennij uerſu, uel Pacuuij ſoluto. *i. non ita inuenies, quẽadmodũ ſi ſoluas uerſus Ennij, aut Pacuuij, qui etiã ſoluti altitudinẽ & tumorem poëmatis obtinent.* Tempora] *Dixit moras ſyllabarũ & correptiones.* Nõ ut ſi ſoluas] *Ordo eſt: Nõ inuenias ita ut Ennij uerſus ſi ſoluas. nã ſi meis & Lucilij ſcriptis ordinẽ diſſipes metri, nõ amplius poëtæ pondus apparet.* Poſtquã diſcordia tetra Belli, ferratos poſtes, portaſq; refregit] *Hæc Ennij uerba ſunt.* Hactenus hæc] *Hucuſq; dixerim utrum Satyra, & Comœdia poëma ſint an nõ.* Aliàs] *Alio tẽpore, alio in loco, ut Terentius:*

» Quid aliâs malim, quã hodie
has fieri nuptias.

Nõ aliàs modò, ut quidam uolunt. Nũc illud quæram] *Deeſt, audire. Nũc dicã utrũ iure oderis hoc poẽma, utrum iure metuas.* Sulcius acer Ambulat & Caprius] *Sulcius & Caprius nomina fuerũt delatorũ. Alij actores uolũt fuiſſe cauſarũ. Inde etiã rauci tradũtur aſſiduitate agendi.* Latronibus] *Viuentib. malè, uitioſis.* Libellis] *In quib. accuſationes cõtinentur.* Vt tu ſis ſimilis Cœlij, Byrrhijq; latronũ] *Cœlius & Byrrhius perditi adoleſcẽtes fuerũt. Si tu uis, ingt, ſimilis eſſe malè uiuentib. cur ego g carmẽ iſtud uideor ſimilis eſſe accuſatoribus? & eſt ſublimis inuectio.* Nõ ego ſim Capri, neq; Sulci] *Id eſt, ego debeo mordere uitioſos.* Nulla taberna meos habeat neq; pila libellos] *Negat ſe libros ſuos edere bibliopolis, ne in imperitã turbã incidãt, qualis eſt Hermogenes Tigellius. Plerunq; enim in pilis, uel in columnis epigrãmata ſcribebant poëtæ, uel bibliopolis tradebant. Hoc ideo poſuit qa bibliopolæ ſtationes, uel armaria circa pilas, uel colũnas habebãt, ac per hoc oſtendit ſe nõ temerè cuiquã libellos ſuos edere, niſi nobiliſſimis perſonis.* Non ubiuis] *In omni loco.* Coramue quibuslibet] *.i. neq; ſemper, neq; apertè, neq; extra amicos recito.* In medio qui Scripta foro recitent, ſunt multi] *Hoc ſic pronunciandũ eſt, quaſi quis dicat, contẽnens Horatiũ. Ideo tu ſecretè recitas, quia multi non indigniores te ſunt, qui in medio foro recitant. Deinde conſentit Horatius, & addit: Nõ mirandũ hoc, nã multos eſſe, qui & in balneis recitant. Ideóq; amamus hãc cauſam per ironiam, quia in balneis melius uox ſonet.* Inanes] *Vanos poëtas. Quaſi hoc modo Horat. reſpondeat.* Lædere gaudes] *Subiectio eſt.* Hoc ſtudio prauus facis] *Forte dicis, qa Satyrã ſcribis ô Horati, quæ notat homines, ideo clàm recitas.* Vnde petitũ] *Auditum, acceptũ. A' quo didiciſti hoc, ſi quid ſit prauũ.* Hoc in me iacis?] *i. Hoc quaſi telũ unde ſumpſiſti?* Eſt autor quis denique eorũ] *Ordo eſt: Quis deniq; eorũ eſt autor. i. quis eorũ delator eſt, cũ quibus cõuiuatus ſim? quibus ergo coniecturis colligit, crimine hoc me dignum eſſe? Id eſt, quis de his, cum quibus uixi, dicere poteſt, quòd malus ſim, & ideo gaudeo lædere.* Abſentem qui rodit amicũ] *Rodit, mordet, lacerat. Nunc ait, qualis ſit, qui ſtudio lædit alienũ.* Qui nõ defendit alio culpante] *Sunt.n. quidã, qui dum uolũt ſe urbanos haberi, quaſi per facetias lacerãt alios. Dũmodo riſum excutiãt ſibi, non hic cuiquã parcit amico.* Famãq; dicacis] *Faxi, id eſt, ut diceretur loquax, iocoſus. Dicaces ſunt, qui riſum mouẽt maledicendo.*

Belli, ferratos poſteis, portaſq; refregit,
Inuenias etiam diſiecti membra poëtæ.
Hactenus hæc, aliàs iuſtum ſit, néc ne, poëma.
Nunc illud tantũ quærã, merito ne tibi ſit
Suſpectum genus hoc ſcribẽdi. Sulcius acer
Ambulat, & Caprius, rauci malè, cũq; libellis,
Magnus uterq; timor latronib. at bene ſi qs,
ET VIVAT puris manib. contẽnat utrunq;.
Vt ſis tu ſimilis, Celi, Byrrhiq; latronum,
Nõ ego ſim Capri, neq; Sulci: cur metuas me?
Nulla taberna meos habeat, neq; pila libellos?
Quis manus inſudet uulgi, Hermogeniſq; Tigelli?
Non recito cuiquam, niſi amicis, idq; coactus:
Nõ ubiuis, coràmue quibuslibet. In medio qui
Scripta foro recitẽt, ſũt multi, quiq; lauãtes:
Suaue locus uoci reſonat concluſus, inanes
Hoc iuuat, haud illud quærenteis, num ſine ſenſu:
Tẽpore num faciãt alieno: LAEDERE gaudes
Inquis, & hoc ſtudio prauus facis unde petitũ
Hoc in me iacis? eſt autor quis deniq; eorũ,
Vixi cũ quibus? abſentẽ qui rodit amicum:
Qui non defendit alio culpante: ſolutos
Qui captat riſus hominũ, famamq; dicacis:
Fingere qui non uiſa poteſt: commiſſa tacere
Qui nequit: HIC NIGER eſt, hunc tu Roma ne caueto
SAEPE tribus lectis uideas cœnare quaternos,
E' quibus unus auet, quamuis aſpergere cunctos,
Præter eum, qui præbet aquam: poſt, hunc quoq; potus,
Condita cùm uerax aperit præcordia Liber.
Hic tibi comis, & urbanus, liberq; uidetur
Infeſto nigris. ego ſi riſi, quod ineptus
Paſtillos Ruſillus olet, Gorgonius hircum:
Liuidus, & mordax uideor tibi? mẽtio ſi qua
De Capitolini furtis iniecta Petilli
Te coram fuerit: defendas, ut tuus eſt mos?
Me Capitolinus conuictore uſus, amicoq;
A' puero eſt, cauſaq; mea permulta rogatus
Fecit, & incolumis lætor quod uiuit in urbe.
Sed tamen admiror, quo pacto iudiciũ illud
Fugerit: hic nigræ ſuccus loliginis, hæc eſt
Aerugo mera. QVOD uitiũ procul abfore chartis
Atq; animo prius, ut ſi quid promittere de me
Poſſum aliud, uerè promitto liberius ſi
Dixero quid, ſi forte iocoſius: hoc mihi iuris
Cum uenia dabis. inſueuit pater optimus hoc me,
Vt fugerem, exemplis uitiorum quæq; notando.
Cùm me hortaretur, parcè, frugaliter, atq;
Viuerem uti contentus eo, quod mi ipſe paraſſet:
Nõnne uides, Albi ut malè uiuat filius? utq;
Barrus inops? magnum documentum, ne patriam rem
Perdere quis uelit. à turpi meretricis amore
Cùm deterreret, Sectani diſſimilis ſis.
Ne ſequerer mœchas, conceſſa cũ Venere uti
Poſſem: deprenſi nõ bella eſt fama Treboni,
Aiebat. ſapiens, uitatu, quidq; petitu

Sic melius, cauſas reddet tibi: mi ſatis eſt, ſi
Traditum ab antiquis morē ſeruare, tuamq;
Dum cuſtodis eges, uitam, famamq; tueri
Incolumem poſsim. ſimulac durauerit ætas
Membra, animumq; tuum. nabis ſine cortice: ſic me
Formabat puerum dictis: & ſiue iubebat,
Vt facerē quid: habes auctorē, quo facias hoc
Vnum ex iudicibus ſelectis obijciebat.
Siue uetabat: an hoc inhoneſtum, & inutile factu
Néc ne ſit, addubites: flagret rumore malo cū
Hic, atq; ille cauidos uicinum funus ut ęgros
Exanimat, mortiſq; metu ſibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Abſterrent uitijs. ex hoc ego ſanus ab illis,
Perniciem quæcunque ferunt, mediocribus, & quis
Ignoſcas, uitijs teneor. FORTASSIS et iſthinc
Largiter abſtulerit longa ætas, liber amicus,
Conſilium proprium. nec enim, cùm lectulus: aut me
Porticus excepit, deſum mihi: rectius hoc eſt:
Hoc faciens, uiuam melius: ſic dulcis amicis
Occurram, hoc quidam non bellè: nunquid ego illi
Imprudens olim faciam ſimile? hęc ego mecū
Compreſsis agito labris. ubi quid datur oci,
Illudo chartis hoc eſt, mediocribus illis
Ex uitijs unum: cui ſi concedere nolis,
Multa poëtarum ueniat manus, auxilio quæ
Sit mihi. nam multo plures ſumus, ac ueluti te
Iudæi cogemus in hanc concedere turbam.

ledicendo, qui habent ioca mordacia. Hic niger eſt] *Maledicus malignus, liuidus, ſiue obſcurus & latens. Sic nigrum ait malum & uenenatum Virg.*

" *Nigri cum lacte ueneni.*

Nunc tu Romane caueto] *Huius actus debes Romane metuere, non me.* Quaternos] *Id eſt, duodecim homines in triclinio. Nam inde & triclinium dictum eſt, à tribus lectis.* Quauis] *Qua ratione quocunque modo uis, ut poëta: Quā facere id poſsis, noſtrām nūc accipe mentem.* Aſpergere] *Notare ſermonibus, uel ueneno, uel malè loqui de omnibus.* Præter eū qui præbet aquam] *Præter conuiuatorem. Qui paſcit, qui prandium exhibet.* Verax] *Mirè uerax, nam ideo liber.* Condita præcordia] *Quaſi condita in præcordijs.* In feſto nigris] *Tibi irato malis.* Ego ſi riſi] *Hoc modò ad Mecœnatem loquitur.* Paſtillos Rufillus olet] *Sæpe in conuiuio uides aliquem de omnibus malè loquentem, excepto eo qui paſcit: ego ſi aliquem meritò uituperauero, reprehendes?* Mentio ſi quā] *Vt alibi, Spartacū ſi quā potuit uagantem Fallere teſta.* De Capitolini furtis iniecta Petilli] *Petillus cùm Capitolio præeſſet, coronam rapuit. Eſt autem Genitiuus, de furtis Capitolini Petilli: nam ex crimine Capitolinus Petillus dicebatur, de expoliatione Capitolij accuſatus. Dubium autem, utrū gratia iudicum ſit abſolutus, tamen Capitolinus uocabatur. Aliter, Petillus dum Capitolij curam gereret, coronæ ſublatæ cauſam dixit, & abſolutus eſt ab Auguſto: Fingit ſe loqui cum quodam, qui amicus ſit Petilli, amici Cæſaris.* Vt tuus eſt mos] *Aut ad Mecœnatem, aut ad amicum Petelli hoc dicit.* Iudicium illud] *capitalem ſententiam.* Succus] *Virus nimiæ malitiæ. Liuor mentis, noxia malignitas.* Loliginis] *Loligo genus piſcis eſt, à quo atramentum fit.* Aerugo mera] *Venenum purum.* Procul ab fore] *Aut abeſſe, aut abfuturum eſſe libris.* Cartis Atq; animo] *Hanc malitiam, qua ſolent perſequi etiam amicos ſuos, amouebo à libris meis atq; animo. Ordo eſt: Si quid de me promittere poſsim, & hoc uerè polliceor abfuturam eſſe malignitatem, quæ etiam amicis nocet.* Hoc mihi] *In hac re, ut liberiùs loquar, quæ ſentiam.* Inſueuit] *Admonuit, docuit, ad liberè loquendum, monſtrando uitiorū ſingula ut effugerē.* Cum me hortaretur] *Id eſt, Quandò me monebat pater ad rectam uitam. exemplis me docebat, & proferebat hominum & uirtutes, & uitia.* Quod mi ipſe me pareſſet] *Id eſt, patrimonio.* Vt malè uiuat] *Vt, quomodo. & eſt ſ ... aiebat. Mira urbanitate, dum quaſi oſtendit, quomodo ſe pater ſuis monitis monere ſolitus eſſet, interea multos percutit.* Sapiens uitatu] *Dicebat philoſophus te docere poterit melius, quæ ſunt uitanda ſiue appetenda: ego autem te docui ea, quæ ſunt in uſu conſtituta. A' philoſopho, inquit, poſtea cognoſces, quid iuſtū, aut iniuſtū ſit, quidúe appetas, uel uites. Quid aūt his intelligendū, ut ſit, quid uitatu, quidúe petitu.* Cautas reddet tibi] *Magiſter uel philoſophus.* Cuſtodis] *Pædagogi.* Durauerit] *Firmauerit.* Nabis] *Id eſt, natabis.* Sine cortice] *Viues tuo arbitrio, non egens admonitu alieno, quandò ætas tua ſe roborauerit. Metaphora à natatoribus. Nabis ſine cortice, ſine difficultate: ſic enim diſcunt natare pueri, qui neſciūt ad uentrem corticibus. Prouerbialiter autem poſuit: Nabis ſine cortice, hoc eſt, ſine alieno adminiculo te reges.* Vnum ex iudicibus ſelectis] *Exemplum proferebat, hoc eſt, unum de equeſtri ordine demonſtrabat: quia ex Equeſtri ordine iudices legebantur.* Siue uetabat] *Adhuc patris uerba ſunt. Aiebat, dubitas utrum hoc ſit bonum, an malum, cùm uideas in hac re illum neſcio quem infamia laborare?* Exanimat] *Stupefacit. Bene comparauit infirmam ætatem ægris, dicēdo auidos & intemperantes. Item aliter: Auidos & ægros dupliciter poſſumus intelligere. Nam & de auaro utrunque rectè dicitur, & de ægrotante, ac languido. Si auarum accipis, ſibi parcere perſequitur, id eſt, largius uiuere admonetur, quia auarus eſt morti uicinus. Quemadmodum, inquit, ægrotantes uicinum funus abſterret à cibi auiditate: ita ſæpe animos teneros à uitijs, infamia reuocat aliena.* Mortiſq; metu] *Vicini funus auaros admonet uitæ indulgere.* Ex hoc] *A' patre.* Sanus ab illis] *Id eſt, alienus ſum, & quaſi ſeparatus ab his rebus, quæ perniciem afferunt facientibus.* Mediocribus] *Fortaſſe habeo uitia, ſed talia, ut his ignoſcas.* Largiter] *Aut penitùs, aut multò.* Liber amicus] *Qui poteſt me liberè increpare.* Neq; enim cum lectulus] *Senſus eſt, Neq; enim cum aut deambulo, aut lectulo iaceo, cogitatione careo honeſtatis.* Deſum mihi] *Non ſum incogitās ſed exquiro quemadmodum rectiùs ſit uiuendum.* Rectius hoc eſt] *Id eſt, hoc expedit mihi facere.* Viuam melius] *Inducit uerba, quæ cogitat.* Hoc quidā non bellè] *Id eſt, neſcio quis nō benè fecit hoc negociū, ac per hoc uitandū eſt mihi.* Imprudens] *Aut ualdè prudēs, aut cognito ne per imprudentiam, quid tale cōmittam.* Compreſsis agito labris] *Sermones duo ſunt, ... quo utimur cogitantes: ... uerò cui lingua ſuppeditat.* Illudo chartis] *Perdo chartas ſcribendo. Hoc eſt unū, quod dixi, uitiū perdo chartas ſcribendo.* Auxilio quæ ſit mihi] *Quid multa manus poëtarū auxilio ueniet. Oſtēdit ſe bene ſcribere, nam non omnes poëtæ mali ſunt.* Multò plures] *Valde multi, aut multò plures quàm putas, aut plures ſumus, quàm Iudæi, & poſſumus cogere te conſentire nobis, ut non iudices malū ſcribere eſſe uitium. Ordo eſt: Ac ueluti Iudæi cogemus te in hāc turbam concedere. Id eſt, cogemus te ut conſentias nobis non eſſe uitium ſcribere.* Turbam] *Aut quæ nobis ueniam tribuit, aut quæ nobis fauet.*

PORPH. } Eupolis atq; Cratinus, Ariſtophaneſq;] *Hi Archæas Comœdias ſcripſerunt, in quibus ciuium uitia amaritudine proſciderunt. Mirè autē per hoc origo Satyræ oſtēditur.* Mutatis pedibus] *Quia, ſcilicet, alio metro uſi ſunt antiqui poëtæ, qui Comœdias ſcripſerunt: alio Lucilius Satyras cōpoſuit.* Emunctæ naris] *Verſus elegantes & decentes.* Vt magnum] *Hoc eſt, magnam rem ſe facere putās, ſi multos uerſus minimo tempuſculo dictaret.* Cum flueret] *Allegoricôs à flumine, quo ſignificat multa eum, ſed inordinatè dixiſſe, ex quibus tantum ſunt nōnulla, quæ uelis inde excerpere, & pro tuis habere.* Scribendi rectè] *Nō, inquit, laborabat non ut rectè ſcriberet, ſed multū, ſed ego hoc nolo.* Ecce Criſpinus minimo me prouocat] *Senſus ex prouerbiali conſuetudine ductus. Solemus enim dicere minimo me digito prouocat, cùm uolumus quem intelligi tantum ualere minimo digito, quantū alius totis uiribus. Criſpinus aūt non tam bonos, quàm ma-*

los uerſus faciebat, cuius & ſuprà meminit, dicens: Ne me Criſpini ſcrinia lippi Compilaſſe putes. Accipe, ſi uis, Accipiam] Accipiā ait, ... autem charactere prouocantem, ſe ad ſcribendum Criſpinum oſtendit. Ioculas hircinis follibus auras] Per hæc ſignificat Criſpinum inflata ac turgida ſcribere. Hinc autem Perſius illud tranſtulit:

„ Tu neq; anhelanti coquitur dum maſſa camino.

Beatus Fannius] Vrbaniſsima amaritudine dicitur. Senſus autem eſt: O' beatum Fanniū, cuius imago & capſæ cum libris in bibliothecas ultrò receptæ ſunt, cùm mea econtrario ſcripta nemo nôrit, nec uelit noſſe, primùm quòd publicè non recitentur, deinde quod conſcij ſibi peccatorū non delectētur hoc poëmate, quorū uitia carpuntur. Stupet Albius ære] Albiū, quem infrà quoq; malè uiuentem oſtendit, cupiditate uaſorum & ſignorū Corinthiorum teneri ait. Fœnū habet in cornu] Imitatiuo charactere hoc fingit dicere, cū qui conſcientia peccatorū timeat maledicū poëtā. Romæ aūt uidemus, hodieq; fœnū uelut anſudā factum in cornulo bouis, quo ſignum datur tranſeuntibus, ut eum uitent. Hic ergo tranſlatio ad poëtā. Omnes geſtiet à furno redeuntes ſcire] Id eſt, Etiam uulgares uult ſcire, cū maledicat de unoquoq;. Primū ego] Ordo eſt: Primùm ego me illorū excipiā numero, quibus dederis poëtas eſſe. Senſus eſt aūt: Primùm omniū ego me non pono in numero eorū, quos conſentio poëtas eſſe, quippe ſermoni quotidiano propiora ſcribens. Atq; os Magna ſonaturū] Id eſt, eloquens os, & ſimilia canens. Niſi quod pede certo Differt] Qui in Comœdia uel in uerſibus metris continetur, hoc ſolo differt, quod ſermo ille metro cōcludatur. Quod meretrice nepos] Bellam obſcuritatē affectauit nepos non filius dicendo: Sed nepos luxurioſus atq; prodigus intelligendus eſt. Magnum quod dedecus] Quod magni dedecoris eſt. Nunquid Pomponius] Mira urbanitate & amaritudine Pomponij perſona abuſus eſt, quaſi argumenti loco, ut eū carperet. Quē ſi diſſoluas, quiuis ſtomachetur eodē. Quo perſonatus pacto] Quē uerſum ſi diſſoluas, inquit, ea uerba ibi inuenies, quibus quis de uulgo iraſcens in filio ſuo utitur. Venuſtè autē perſonatum patrem dixit ſenem de Comœdia. His ego quæ nunc, Olim quæ ſcripſit Lucilius] Ex eo quod eſt ſcripſit, ſcribo aſſumendum eſt κατὰ σύλληψιν. Totū enim tale ſit. His ego quæ nūc ſcribo olim, quæ Lucilius ſcripſit. Et eſt ſenſus: Si diſſoluas uerſus uel meos, uel Lucilij, non inuenies eadem uerba, quæ ſunt in Ennianis uerſibus, qui magno, ſcilicet ſpiritu, & uerbis altioribus compoſiti ſunt uelut hi ſunt. Poſtquam diſcordia tetra Belli ferratos poſtes, portasq; refregit. Inuenias etiā disiecti membra poëtæ] Eleganter nulla ſigna poëtica inueniri ait, in uerbis uerſuū ſuorū, uel Lucilij diſſoluuntur, quia de ſermone cōmuni ſunt. Alias iuſtum ſit nec ne poema] Subaudiendū tractabimus, aut quæremus, aut quid tale. Sulcius acer Ambulat & Caprius, rauci male] Hi acerrimi delatores, & cauſidici fuiſſe traduntur, & ideo rauci, quòd in cōtentione iudiciorum clament. Cum libellis aūt, quibus annotāt quæ deferunt. Vt tu ſis ſimilis Cæli, Byrrhiq; latronū] Etiamſi tu, inquit, qui poëtā times, tam nocens ſis, quàm Cælius aut Byrrhus, non tamen ego delator ſum, aut accuſator, propter quod me ita timere debeas, ut Caprius timetur, aut Sulcius. Nulla taberna meos] Negat ſe libellos ſuos edere bibliopolis, qui uel tabernas habeant, uel armaria, quæ ſunt apud pila, ne in ſordidos, qualis eſt Tigellus Hermogenes, incidāt. In medio qui ſcripta foro recitent] Hoc pronunciandū eſt, & perinde inferendum per reſponſum quoddam. Quiq; lauantes] Et eſt ſenſus: Sed dicit multos ita gloriari in uerſibus ſuis, ut eos etiam in medio foro recitent. Conſentio, ac non tantum ibi, uerùm etiam in balneis hæc fieri, quippe cùm ſuauiter reſonans uox, ipſos uerſus gratioſiores faciat. Sed totum hoc urbaniſsima amaritudine dicitur. Hoc ſtudio prauus facis] Hoc eſt, quia prauus es, ſtudio facis. Poteſt & τῇ ὑπαλλαγῇ accipi prauo ſtudio facis. Vnde petitum, hoc in me iacis] Vnde, inquit, carmē hoc in me colligis, & hoc poëta propriè de ſe dicit. Eſt aūt metaphoricôs dictū, quaſi de telo aliquo, aut lapide, qui tollitur utiq; aliunde, ut mittatur. Abſentem qui rodit] Hæc etiam grauiter dicūtur. Solutos Qui captat riſus hominū] Hoc eſt, qui meram urbanitatem putant, ſi carpendo aliquem riſum circumſtantib. mouēt. Hic niger] Id eſt, hic malus ac uenenatus eſt. Virg.

„ Nigri cum lacte uenenum.

Auet] Probris, ſcilicet, aſpergere. Præter eum, qui præbet aquam] Id eſt, qui paſcit, ſed uideamus an cōmoda ſynecdoche, aquā præbere dicitur, pro paſcetur. Condita cùm uerax] Hoc eſt, cùm per ebrietatem, ea quæ in penitiore mentis cōdiderat, prodit ac publicat. Hic tibi comis] Id eſt, tibi qui nigris, id eſt, malignus infeſtus es. Si riſi] Propter leuia quorundam uitia. Mentio ſi qua] Inquit, ſi forte mentio de Capitolini criminib. facta fuerit, ſecundùm conſuetudinē malignitatis ſuæ: ita eū defendes, ut dicas à puero tibi amicū fuiſſe, & gaudere te, quòd incolumis in urbe uiuat. Miraris tamē quomodo iudiciū illud effugerit. Hic ergo eſt liuor, ac uoluntas uenenata damnare ſententia ſua, quem iudices abſoluerunt. Petillius aūt Capitolinus, cùm Capitolij curā ageret, coronæ ſubreptæ de Capitolio cauſam dixit, abſolutusq; à Cæſare eſt. Succus loliginis] Ex loliginis ſucco liuorē mentis uult intelligi, ex ærugine uenenū. Malos autē homines atros ac uenenatos dicere ſolemus. Inſueuit pater optimus hoc me] Pater meus, inquit, eā mihi diſciplinā dedit, atq; in eam conſuetudinem induxit, ut neq; cogitarē quid malignè, neq; dicerē. Deinde mera urbanitate dum oſtēdit, quomodo pater ſuus monere ſolitus eſſet, ut uitia fugeret, multos probroſis iocis percutit. Cū me hortaretur parce, frugaliterq; uiuere. Sapiens] Philoſophus tibi rationē reddet, quare quid peti debet aut uitari, mihi ſatis eſt ſi opiniones à maiorib. traditas tibi monſtro. Nabis ſine cortice] Id eſt, natabis per te ſine adminiculo. Et hoc allegoricôs dicitur. Vnum ex iudicib. ſelectis obijciebat] Iudices equites Romanos dixit, ex equeſtri enim ordine iudices leguntur, hodieq;. Auidos uicinū funus ut ægros Exanimat] Senſus eſt: Vt intēperantes ægri ſi fortè audierint aliquē efferri, admoniti morte obſeruantius ſe⁊ agunt: ita teneræ mētes à uitijs ſubmouētur, cum opprobria aliorū audiūt. Exanimat aūt non occidit ſignificat, ſed conturbat ac tremefacit. Ex hoc ego ſanus] His, inquit, præceptis patris mei effectum eſt, ut à pernitioſis uitijs temperārem. Liber] Id eſt, liberè proferens apud me, ſi quid de me æquius ſentiat. Neq; enim cùm lectulus] Tractare ſecum ait ſemper cùm ſolus deambulet, aut iacēt in lecto uigiles, de officio boni uiri. Atq; extrariè ſingulos ſibi proponētem, quærere qd ipſe ſeq, imitariq; debeat. Vbi quid datur otij] Hoc eſt, mediocribus illis ex uitijs unū. Vrbaniſsimè iterū opponit uitio poëmata ſcribere. Sed & cætera, quæ ſubiecta ſunt, eādem urbanitate dicuntur.

CHRIST. LAND. } Eupolis & Cratinus, Ariſtophanesq; poetæ] Defendit ſe ab ijs, qui cū iure reprehenderentur, neq; aliter defendere ſe ualerent, nimis illū mordacē eſſe dicebant. Atq; à principio negat ſe poëtā eſſe, proptereaq; minimè timendū. Addit poſtremò, ſe nō ingenij malignitate quēpiam lacerare. Sed animi libertate & paternis inſtitutis multa flagitia æquo animo ferre non poſſe. Sed profectò genus hominū pertinacisſimū eſt, qui cum malè agāt, ſtultorū ægrotantiū morē ſecuti medicas manus, & ſaluberrimas pati nolūt, ſed in medicū tanquā crudelē nimis, nimiūq; aſperū inuehūtur. Ita & hi cū factum defendere nō ualeant in eos, qui illos meliores reddere tentant, iurgia retorquent. Eupolis & Cratinus, Ariſtophanes] Hi principes inter ueteres comicos fuerūt. Sed & de ueteri, & de noua Comœdia, & de intentione Satyræ abundè circa principia dictū eſt. Famoſus] Multa infamia notatus. Notabant] Mirificè oſtēdit originē Latinæ Satyræ. Hinc] Ab hac libertate reprehendi. Dicimus autē aliquē pendere ex re, cū niſi illa ſit ipſa ſtare nō poſsit. Ergo Lucilij poëma remota illa reprehēſione nihil erit. Mutatis pedib.] Quia non comicis utitur uerſibus, ſed hexametris. Numeris] Rythmus de quibus dictum eſt. Facetus] Quia mirus in hominum moribus agendis, atq; exprimendis. Emunctæ naris] Emūgere nares eſt illas à mucis purgare, & qui nares emunctas habent, & acrius olfaciūt, & clarius loquūtur. Ergo emunctæ naris ſignificat aptū ad uitia inueſtiganda, ac inueſtigata planius eloquendū. Durus] Quia non facilè fluant ſui uerſus. Verùm de hoc ita Quintil. Satyra quidē tota noſtra eſt, in qua inſignē laudē adeptus eſt Lucilius, qui quoſdā ita deditos adhuc habet amatores, ut eum non eiuſdē modò operis authoribus, ſed omnibus poëtis præferre non dubitent. Ego quantū ab illis, tantū ab Horat. diſſentio,

diſſentio, qui Lucilium fluere lutulentũ, & eſſe illic aliquid quod tollere poſſis putat, nam eruditio in eo mira, & libertas, atq; inde acerbitas, & abunde ſalis. Hæc Quintilianus. Iuuen. autem homi-nis uehementiam admirans ait.

„ Enſe uelut ſtricto quotiens Lucilius ardens
„ Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens eſt.

Quapropter noſtrũ eſt inter hos diiudicare, præſertim cũ illius poẽmata nunquã uiderimus. Sed potuit inter tot uirtutes duritiei uitium cõcurrere. In uno pede] Quaſi cogitabũdus uel antequã ſe moueret. Lutulentus] Tranſlatio à flumine diluuio aucto. Habebat enim copiã uerborũ, ſed nõ elegantiã. Tollere uelles] Quaſi diceat, inter bona erãt quædã mutanda. Garrulus] Superuacaneus in uerbis, & ineptè loquax. Piger ferre] .i. ad ferendũ laborẽ, quaſi dicat, ſi laborẽ emẽdandi nõ recuſaſſet, potuiſſet garrulitatis uitiũ euitare. Nã ut multũ] Nihil impedio, quaſi dicat, ſtatim concedo ipſum poſſe multũ ſcribere, ſed rectè, nõ cõcedo, nã multa ſine elegãtia & delectu ſcribere multi poſſunt. Quod iudicij defectum ſignificat. Nã qui iudicio pollẽt, huiuſmodi errorẽ cognoſcũt. Itaq; uel emẽdant, uel à ſcribendo abſtinẽt. Ecce] Quaſi dicat, in promptu eſt, ut oſtẽdat temeritatẽ, & audaciam ſcribentis. Criſpinus] De quo iã dictũ eſt. Minimo] Scil. digito, ut ait Acron. Vt eſſet in prouerbio antiquo prouocat me minimo, quaſi oſtenderet plus eſſe uiriũ in ſuo minimo digito, quã in toto corpore eius, quẽ prouocabãt. Accipe accipe] Ex cõgemmatione oſtẽdit impudentiã. Locus] In quo ita ſcribamus incluſi, ut nemo auxiliũ ferre poſſit. Vnde addit cuſtodes. Hora] Intra quã temporis ſpaciũ præſcribatur. An mi inopis] Dũ puſillanimum ſe dicit, quod uitium eſt ſe à modeſtia cõmendat. Raro & per pauca] Vt euitet loquacitatẽ. At tu] Feſtiua uerbis ſed amara in re reprehenſio eſt. Dicit igitur uerba illius ſimilia eſſe follibus, quæ præter uentum nihil effundũt. Stultus enim ſcriptor eſt, qui tumida uerba quibus nulla ſit ſubiecta ſententia ſcribit. Sic Perſ.

„ Tum neq; anhelanti coquitur dum maſſa camino,
„ Folle premis uentos. Eſt autem tranſlatio à fabris ærarijs.

Hirci] .i. ex Hircina pelle factis. Vſq; labor] Semper flantes. Imitare] Imperãtis eſt. Vt mauis] Quaſi utrum potius uelis, an Fanniũ loquaciſſimũ an me ſilentem? Fannius] Hic poẽta ita loquax fuit, ut tædio eius audiendi ut S.p.q.r. ultro illi authoritatem poẽtæ, imaginẽ, & capſas ad reponẽdos libros detulerit. Erat enim honoris ſpecies imagine, & capſis donari poſt recitationem. Qui ſunt] .i. qua re, id eſt, propter quã ſunt aliqui quos non iuuat. Hoc genus] Poẽmatis in quo uitia carpuntur, utpote dignos culpari. Auari] Nã hoc peſſimũ eſt omniũ uitiorũ. Et poſt ipſum ambitio eſt, proptereaq; hæc in primis poſuit. Splendor] Quia delectantur uaſis & ſtatuis. Hic mutat] Exercet mercaturam conuectans merces ab ortu ad occaſum. Veſpertina] Occidua à ueſpero ſtella Veneris, quæ poſt ſolis obitũ circa occiduas partes apparet. Vt puluis] Ea uelocitate fertur per mare, qua fertur puluis à turbine uentorũ. Sed de turbine accepiſti in ſuperiorib. Per mala] Per incõmoda & pericula, ut uel patrimoniũ non minuatur, uel augeatur. Omnes ij] Qui uitijs iam dictis coinquinati ſunt. Verſus] Scil. ſatyrarũ. Poẽtas] Satyricos. Omnes qui de Satyro dicunt. Fœnũ habet in cornu] Erat in cõſuetudine ſi quis eſſet bos qui cornu peteret fœnũ cornu eius alligaretur ſignũ, quo admoniti cauerent. Hinc prouerbiũ fuit, ut cũ homini maledicũ cernerent, dicerẽt, fœnũ habet in cornu. Fœnũ à fœnore dicitur. Nam nullũ genus agrorũ eſt, qui minori impẽſa maiores fructus ferat. Excurſat tiſum] A' circũſtantib. Sibi] Ad ſuã uoluptatẽ. Chartis illeuerit] Scripſerit ab eo quidẽ leo, les, quod ſignificat imprimere, & formare. Inde Deleo formatũ iam & impreſſum remouere. Eſt aũt leo & lino, unde linea. Primũ ego] Oſtẽdit qd ſit poẽta, atq; negat ſe in numero poẽtarũ ponendũ. Idcirco] Nã cum ſit opus ingenio, & mẽte diuina, & grãdib. uerbis poẽtæ ſunt, qui negarint comicos eſſe poẽtas, q; ſtylũ habent ſermoni quotidiano proximũ, & niſi pedibus orationẽ includerent, nihil ab illo differrent. At pater] Poſſet aliquis putare Comœdiã eſſe poẽma, quoniã quandoq; maiorib. uerbis perſonatus in Comœdia pater inſurgit. Vt dixit in arte Poẽt.

„ Interdum & uoces Comœdia tollit,
„ Iratusq; Chremes tumido delitigat ore.

Cui reſpõdetur quod etiã uerus pater, & non perſonatus eodẽ ardore inſurgeret, cũ iratus filio fuerit. Nec ſatis eſt] Nõ ſatis eſt, ut quis poẽta dicatur facere uerſus, ita puris & cõſuetis uerbis, ut illis diſſolutis iiſdẽ ſtomachantib. utatur, quis pater uerus, quibus utitur pater perſonatus. Et profectò ſi uerſus quos & ego nunc, & olim Lucilius ſcripſit diſſoluãtur, ut nõ remaneat menſura pedũ, nihil diſtabunt à quotidiano ſermone. Tempora] Scil. ſyllabarũ. Nõ ut diſſolua] Nam cũ ſublimis ſit ſtylus, quãuis uerſus ita reſoluatur, ut nõ amplius appareat. Poſtquã diſcordia tetra Belli ferratos poſtes portasq; refregit, &c.] .i. partes & dictiones illius uerſus diuulſi à ſuo ordine demonſtrabunt illum fuiſſe poẽtam. Vt ſi dicatur, poſtquam tetra diſcordia fregit Belli ferratos poſtes tamẽ illa membra ſic à ſuo ordine remota apparent eſſe eius corporis qui poẽta dicitur. Hactenus] Nolo nunc id cõtendere, an Comœdia, & iſti mei ſermõnes poẽmata appellari poſſint. Sed hoc quæro, cur hoc meũ ſcribendi genus tibi ſuſpectũ eſſe debeat. Sulcius acer] Hoc fuiſſe dicũt acerrimos accuſatores & eloquentes, quos latrones iure timerent, quia poterant manifeſto crimine accuſari. Sed ſi quis rectè uiuat. Et puris] Siue uiſiuè rapina illi nõ timebant accuſatores. Rauci] Propter aſsiduas accuſationes. Vt ſis tu] Sũma cũ oratione procedit, ut ſit ſententia. Quemadmodũ nemo niſi malus illos accuſatores timet, ita nullus niſi malus timebit mea carmina. Sed detur etiã quod tu lector ſis malus, & ſimilis Cæli & Birri latronum, non tamẽ ego ſum ſimilis capri, & ſulci, quia mea carmina neminẽ accuſant. Neq; enim edo mea ſcripta, neq; do meos libros uenales bibliopolis, qui illos in tabernis ſuis, aut circa columnas, & pilas uendendos oſtendant, Vel dixit pila, quia poẽtæ in pilis & columnis ſua epigrammata ſcripta ponebant. Propert.

„ I puer atq; aliqua citus hæc ſuſpende columna.

Et dominũ exquilijs dic habitare tuũ. Vel pila. i. ludus ubi conuẽniunt ad pilã, nam etiã in huiuſmodi cõuenticulis ſolent ab ocioſis libri legi, negat deniq; edere ſuos libros, ne in imperitorum manus ueniant, ut Tygellius fuit. In medio foro ſunt qui recitent] Sententia eſt, ſunt qui meliores te in medio forò recitent. Et ſunt etiam qui lauantes & inanes, id eſt, ocioſi legant & delectãtur in balneis, quia locus balnearum concluſus, & concauus reddit uocem iocundiorem. Inanes] Id eſt, ocioſos, nam ſic & Virg.

„ Cætera quæ uacuas tenuiſſent carmina mentes, Id eſt, ocioſas. Inanis autem & uacuus idem eſt.

Hoc iuuat] Scilicet legere in huiuſmodi locis. Haud quærentes] Id eſt, cogitantes. Illud nã faciant ſine ſenſu] Id eſt, ſine prudentia. Et in tempore alieno] Id eſt, incongruo. Lædere] Verba ſunt aduerſarij. Facis hoc prauus] Id eſt, quia prauus es, facis. Studio] De induſtria. Vnde petitum] Reſpondet poẽta, atque interrogat, unde petitum ſit, quaſi dicat, à quo acceperit, & audiuerit uitium illud, quod in ſe iacit & contorquet. Quis eorũ cum quibus uixi eſt auctor] Quaſi dicat nullus. Abſentem qui] Oſtendit qui ſint fugiendi tanquã pernicioſi homines. Inter hos enumerat qui abſenti detrahit. Qui nõ defendat, ſi quis detrahat. Qui captat riſus alios mordendo. Qui fingit uidiſſe quæ non uidit, qui non reticet arcana ſibi cõmiſſa. Niger] Malus ut ſæpe demonſtrauimus. Tribus lectis] Cœnaculum idcirco triclinium dicitur, quoniam tribus lectis ſternitur. Ergo tribus lectis, id eſt, in conuiuio. Quaternos] Duodecim intelligit, Acron ſcilicet in ſingulis lectis quatuor. Vel ſimpliciter quaternos, id eſt, quatuor. Aſpergere] Scilicet maledictis tanquã ueneno. Quauis] Quacunq; ratione ſiue iure, ſiue iniuria. Præbet aquam] Magiſtrum conuiuij, & poſuit aquam pro omnibus rebus. Potus] Nam ex uino ſimplicior, liberiorq; factus etiã ipſum inſectatur. Liber] Bacchus. Præcordia] Mentem atque animum. Verax] Qui ueritatem dicere cogit: ſic alibi. Et uino tortus & ira. Hic maledictus uidetur tibi. Infeſto] Id eſt, inimico. Nigris] Id eſt, malis. Comis & urbanus] Et cũ maledictus iure uideri deberet. Contra uerò, ſi ergo non dicã maledixi, & momordi ut ille, ſed ſolum riſi. Paſtillos] Quia nimio luxu uiuit. Hircum] Quia nimis ſordidè. Petilli] Hic cum coronam auream de Capitolio ſubripuiſſet, accuſatus ſe defendit, ut ait Acron. Mentio] Sententia autem eſt, ea quæ ego dico, non ut noceam dico, ſed

eo, ſed ex animi libertate. Tu autem ut noceas, nam quæ paulò póſt uituperaturus es, ante a laudas, aut diſsimules liuorem tuum, & maledicentiam. Defendis igitur à principio, ut quæ deinde culpas maiorem authoritatem habeant. Conuictore] Conuiua & familiari. In orbe] Id eſt, quod non ſit damnatus furti, qua damnatione exilium eundum fuiſſet, nam pœna capitalis exilium erat. Sed tamen] Poſtquam oſtendit ſe amicum, infert crimen cum ſumma aſtutia, quod magis noceat. Nigræ loliginis] Piſcis ex quo egreditur atramentum, qui externè albus eſt, intus autem atramentum continet, non diſsimilis ſepiæ, octenos habent pedes, caput eſt inter pedes & uentrem. Sic iſte amicum, beneuolumq́; ſe oſtendit, deinde uenenum effundit. Aerugo] Nam in hoc clandeſtino maledicto conſumitur fama hominis, ut ferrum ærugine. Quod uitium] Neq; in me eſt hoc uitium, neq; in meis libris, nec quicquam uerius quam hoc de me poſſum permittere. Inſeuit] Translatio ab arboribus in quibus ſylueſtrioribus meliores inſeruntur. Sic & meus pater hæc bona in me inſerebat notando, quæ fugerem exemplo uitiorum. Mirum autem ingenium, ut cum patrem hominem libertinum, & infimæ fortunæ à maioribus rebus laudare non poſſet, in eo laudat quod & ſummopere laudandum ſit, & non ſit non uetiſimile, nam informare filium bonis moribus, ſumma laus patris eſt, & in quacunq; fortuna præſtari poteſt. Parce] Modeſtè. Frugaliter] Idem ſignificat. Barrus inops] Nam cùm uideas eum cui amplum patrimonium relictum fuit, ideo inopem eſſe, quoniam omnia bona obligurierat, debes illius exemplo monitus uiuere parcè. Sapiens] Sapiens & philoſophus docebit rationes quare alia petenda ſint, utpote uirtutes, alia fugienda, ut ſunt uitia. Ego autẽ poſſum ea docere, quæ tradita ſunt ab antiquis patribusfamiliâs. Dum eges cuſtodis] Propter teneram ætatem. Nam cùm in robuſtiore ætate conſtitutus fueris. Nabis ſine cortice] Translatio ab ignaris natandi, qui ne mergantur aquis, alligãt humeris ſuberem, quo ſine artificio in ſuperficie aquarum ſubſtentantur. Ita & hic in tenera ætate ſapientioris conſilio eſt regendus. Deinde iam ætate maturus per ſe cuncta callebit. Iudicibus ſelectis] Propriè iudices ex equeſtri ordine intelligit, nam inde eligebantur iudices. Vicinum funus] Vt mors uicini deterret ægrotum, & monet ut abſtineat à noxijs cibis, ita opprobria aliena faciunt ut abſtineamus à uitijs. Ex hoc ego ſanus] Ex perſona ſua dat optimum præceptum, quo paulatim à maioribus uitijs poſsimus abſtinere. nam mediocria ſunt condonanda, præſertim cum proceſſu ætatis paulatim minuantur, minuet etiam. Liber] Id eſt, frequens lectio philoſophorum. Et hic quoq; oſtendit eſſe inſudandum philoſophiæ, non ut illam ſolum diſcas, ſed ut uitam emendes. Amicus] Nam officium ueri amici eſt, amicum corrigere, & qui corripitur patienter audiat, & audita exequatur. Conſilium proprium] Nam cum prudentiores uſu & experiẽtia efficiamur ea prudentia bona à malis ſeliget, ut illa ſequuntur, hæc uitet. Neq; enim cum lectulus] Oſtendit nullum tempus omittendum, quin ſemper cogitemus & quæ agenda ſint, & quæ fugienda, nam ſiue ociabimur in porticibus, ſiue in lecto, requieſcimus, nunquam à cogitando ceſſabimur. Hoc quidam ex amicis. Non bellè] Scilicet fecit ergo non ero ſimilis illi. Illudo] Deſcribo. Ludere enim poëtæ dicuntur, cum res minores ſcribunt. Virg.

„ Ludere quæ uellem calamo permiſit agreſti.

In rebus autem maioribus raro ludere dicuntur. Canere uerò de utriſq;. Virg.

„ Carmina qui luſi paſtorum audaxq́; iuuenta

„ Tityre te patulæ cecini ſub tegmine fagi.

Chartis] Græcum uerbum eſt. Charta autem differt à membrana, Nam (ut ait Victorinus) foliorum alia de chartis ſunt, alia de membranis. Ergo membranæ pelliceæ ſunt, & Pergami primùm inuentæ, unde Pergamenæ appellantur. Chartæ autem ex papyro olim in Aegypto fiebant, ut diligẽtiſsimè oſtendit Plinius in hiſtoria naturali. Apud nos de centonibus certo quodammodo maceratis, & glutino ſiue colla cõcretis formantur. Chartã ex papyro in uictoria magni Alexandri inuentã ſcribit Varro. Antea palmarum folijs ſcripitatũ fuiſſe. Deinde quorundã arborum libris poſtea publica monumenta plumbeis uoluminibus, mox & priuata linteis confici cœpta, aut ſcedis. Ptolemæus autem chartas, Eumenes uerò quorum uterque maximas habuit bibliothecas membranas inuenerunt. Sed contra Varronis ſententiam de chartis ait, Caſsius Emina. M. Terentium ſcribam agrum ſuum repaſtiantem inueniſſe, ait arcam, in qua Numa rex ſitus eſſet, & in ea libros charta ſcriptos. Sed Numam pluribus ætatibus ante Alexandrũ fuiſſe conſtat. Mutianus uerò ter conſul ait ſe in Lycia reperiſſe Sarpedonis à Troia epiſtolam charta ſcriptam. Hoc eſt mediocribus] Artificiosè dictum. Scripſerat enim in ſuperioribus ſe maximis uitijs carere, mediocribus non carere. Nunc hoc quod uitium non eſt in mediocribus uitijs enumerat, ut cùm modeſtè de ſe loquatur, à culpa tamẽ ſe abſoluat. Cui] Mihi. Iudæi] Nam ut Iudæi qui ſub imperio Octauiani plurimi Romæ erant cogebant multos in ſua ſacra concedere, ſic turba poetarum coget, & te, & reliquos, qui uolunt reprehendi, ut mihi concedas, quaſi innuat quo quamuis ipſe taceat, non propterea effugiet taxationes, cùm tot alij reſtent.

ERAS. ROTER. } Minimo me] Minimo prouocare, eſt contemptim ad certamen prouocare. Sumptum à geſtu prouocantium ad pugnam minimo digito porrecto. Fœnum h.] In hominem maledicum ac ferocem dicitur, fœnum habet in cornu. Inde translatum (ut Acroni placet) quod Antiquitùs bubus cornipedis fœnum pro ſigno in cornu appenderetur, quo ſibi cauerent, qui fortè occurriſſent. Hic niger eſt] Pythagoras aiebat id quod eſſet colore candido, ad boni naturam pertinere, quod atro, mali. Vnde & felicia, alba dicimus, & infames nigros. Hic nigræ] Infamiam atramenti ſymbolo poëtæ ſignificant, ut hic Horatius facit. Is enim ſuccus, cuius meminit ille, eſt, quem plerisq; mollium piſcium ſepijs ineſſe ſcripſit Ariſtot. in lib. de par. animalium lib. 4.

IOAN. HART. } Nabis ſine cortice] Prouerb. Sine cortice natare. Loliginis] Prouerb. Succus loliginis.

HENR. GLAR } Erat quod tollere uelles] Erat (inquit Acro) quod uelles imitari: quod ex Porphyrione accepiſſe uidetur. Nam & ille nonnulla eſſe in Lucilio dixiſſe uidetur, quæ uelis inde excerpere, & pro tuis habere. Sed ipſe Poëta Sat. 10. contrarium Senſiſſe uidetur ubi ait de Lucilio. At dixi fluere hunc lutulentum, ſæpe ferentem. Plura quidem tollenda relinquendis: Et Quintilianus lib. 10. eodem pacto Horatium intellexiſſe uidetur; etiamſi ipſe aliter de Lucilio iudicat. Agedũ pauca accipe contra] Audi tu, qui reprehendis Satyricos poëtas (inquit Acro) non quòd Horatius multum reticet, ſed quod uidetur conſcius peccatorum. Hæc uerba non intelligo. Sed corrupta puto.

—Ambulet ante Noctem cum facibus] Ante noctem cum facibus (idem inquit) pro per noctem, aut ante tempus noctis, quia cæci ſunt amatores, quia utuntur facibus eo tempore, quo non eſt utendum. Hæc ille. Ante pro per etſi inuſitatum eſt, tamen propemodum magis placet, quàm quæ ſequuntur. Sulcius acer Ambulat & Caprius, rauci malè] Et Acro & Porphyrio plurali numero rauci legunt. Quod etſi aliquo pacto intelligi queat, malim tamen legere, raucus malè: Videlicet, ut Sulcium acrem, hunc autem raucum appellârit, quod nos olim admonuit D. Eraſ. præceptor noſter. Notarunt hoc etiam alij. Nulla taberna meos habeat, neq; pila libellos] Supplendum puto coniunctionem cum. Mirum uerò cum noſtri Grammatici tam copioſi ſint in ſupplendis uerbis, cur hic ita dormitârint. Eſto inquit, ut tu ſis ſimilis Cœli, Byrriiq́; latronum, ego non ſim ſimilis Sulcij aut Caprij: cur igitur metuis me? cum nulla taberna meos habeat, neque pila libellos. Hoc meum eſt iudicium, ſequatur quiſque quod ipſe uidebitur. —Auidos uicinum funus ut ægros Exanimat] Quæ Porphyrio hoc loco adducit, placent. Acro non contentus ijs, ſua aſſuit nugamenta de auaris. Badius cupidos uitæ exponit, ſed ſequar Porphyrionem, qui intemperantes intelligit per auidos.

THEOD. PVLM. } 10 —Stans pede in uno. eſt facili conatu, & opera ſine contentione & nixu. nam uno pede qui ſtat, aduerſarium ſe nullum, uel nõ fortem habere credit. cùm enim uno pede nos ſuſtinentes pendeamus & uacillemus, ſecurus eſſe uidetur, aduerſariiq́; uires contemnere, qui ſeſe non utroq; pede firmat ſtabiliter. unde & omni pede ſtandum Quintilianus uſurpat, pro contentione totiſq; uiribus. ergo illud,

—In

" —In hora ſæpe ducentos,
" Vt magnum, uerſus dictabat, ſtans pede in uno:

Significat Lucilium temporis momento ſolitum uena facili plurimos effundere uerſus. Turneb. lib. 7. cap. 19. 11 Tollere] Id eſt, reſcindere de ſcripto, auferre, remouere ut ſuperuacaneum: ut & (1. Sat. 10.) Plura quidem tollenda relinquendis, quod eſt, plura remouenda ut redundantia, quàm in poëmate relinquenda. Verniſtè autem in medium tanquam Criſpinum eodem multa ſcribendi uerboſè & loquaciter, quo Lucilius, morbo laborantem, & fundentem extemporalem, & ſubitam uerſuum tumidorum & garrulorum copiam, & omnia in celeritate ſcribendi ponentem. Turneb. lib. 15. cap. 9. 15 Accipe iam tabulas, detur] H.G.C.V. Verba ſunt Criſpini importuni prouocatoris. de qua lectione uide Georg. Fabricij Annotationes. Accipiat, tabulas, dentur, B. Accipiā tabulas, detur, E.P. & Gul. Canterus lib. 4. cap. 12. Hanc ſcripturam, inquit Turnebus lib. 15. cap. 9. ut magis dramaticam & comicam, quàm quæ editur, è lucifugis exemplaribus repetitam, in apertum referimus, ut melius prouocatoris exprimatur arrogantia. editicia eſt, accipe ſi uis, accipe iam tabulas. Figuratè autē reſpondet Horatius, præclarè ſecum à Dis actum, quòd eorum munere pauca loquatur. nam quæ breuitas non optatior eſt, quàm tam importuna Criſpini in poëmate otioſæ orationis profluentia? Quin tanquam poëtices nomine inuidioſus ſit, extenuandi gratia & de inuidiæ deonerandi ait, ſua ſcripta à nemine legi, & Fannium neſcio quem poëtam, cuius libros Romani et armario, & capſa, ipſum imagine donârant, præ ſe felicem prædicat:

" —Beatus, inquit, Fannius ultrò
" Delatis capſis, & imagine.

Vt uerum fortaſſe ſit, quod ab interpretibus ſcriptum eſt, hunc otioſum diuitemq́ue fuiſſe, & à captatoribus cum imagine eius carminā dicata fuiſſe in bibliothecis. 18 Loquentis] Loquentem, Lambinus ex ingenio contra ueteres libros.

25 Erue] C. elige, H.G.E.B.V. eripe, P. 37 Geſtiet à Furno redeuntes ſcire, lacumq́ue] Lacum heic intelligo, quo ex flumine ad aquandum, aut lauandum aqua excepta eſt, quo etiam ex aquæ ductu aut fonte recipitur. Terentius (Adelph. actu 4. ſc. 2.)

" —Apud ipſum lacum Eſt piſtrilla.—

Turnebus libro uigeſimo, capite uigeſimonono. 49 —Quòd meretrice nepos inſanus amica Filius, uxorem grandi cum dote recuſet, Ebrius &, magnū quod dedecus, ambulet] E.B.C.P. ſed in B. recuſat, ambulat, pro recuſet, & ambulet, ſcriptū fuit.

—Quod meretrice nepos inſanus amica
Filius uxorem grandi cum dote recuſet,
Ebrius &, magnum quod dedecus, ambulet H.G.V.

60 —Poſtquam diſcordia tetra Belli ferratos poſtes, portasq́ue refregit] Id ſic explicandum è Plutarcho eſt, Iani templum portas habuiſſe bifores, uocatumq́ue eſſe belli portam. Eius uerba ſunt in Numa, ἔστι δὲ καὶ αὐτοῦ ναὸς ἐν Ῥώμῃ δίθυρος, ὃν πολέμου πύλην καλοῦσι. Turnebus libro quinto, capite tertio.

65 Sulcius] Sulgius, B. Fulcius, P. 66 Rauci] Raucus, Eraſmus, teſte Glareano. 69 Cælij, Byrrhijq́ue] Celij, Birrhij, H. Celij, Birrhij, G.P.V. Celij, Byrrhij, B. 70 Sulci] Sulgi, B. Fulcij, P. 73 Non] Nec, H.G.E.B.P.V. 76 Inanes] Inanes à Latinis plerumq́ue intelliguntur homines ieiuni animi & laudis ambitioſi & honoris cupidi: quòd enim iis carere uideantur & uacui eſſe, auidè quo carent conſectari putantur. nam ſi laude & gloria ſatiati pleniq́ue eſſent, non tanto ad eam animi ſitim explendam ſtudio raperentur. Vide Turnebū libro decimo, capite primo & libro trigeſimo, capite duodecimo. 87 Auet] Amet, Cruquij codex unus. 88 Qui præbet aquam] Conuiuatorem intelligit. Nannius Miſcell. libro 4. Præſtiterit hunc locum per allegoriam interpretari, inflexione uerborum, & inuerſione ducta à luſu, quo aliquo in ſitula aut urceo nobis aquam miniſtrante, alios ea adſpergimus, aut perfundimus per laſciuiam. quod cum facimus, eo qui aquam nobis præbet interim abſtinemus. aquæ igitur præbitori ſimilem uoluit eſſe Flaccus conuiuatorem. Vide Turneb. libro ſecundo, capite ſecundo. qui præbet, aqua: Mureti editio.

98 Incolumis] Incolomis, H. 101 Aerugo] Aerugo per translationem furor & maledica inuidia uocatur. Vide Turneb. lib. 30. cap. 30. Abſore] P. afore, H.G.E.B. ſfore, V.

103 Poſſum aliud] Poſſum aliquid, H.V. Poſſum quid, B. 105 Inſueuit pater optimus hoc me] Inſueuit, pro inſuefecit. Vide Turneb. lib. 30. cap. 19. inſeuit pater optimus hoc mi, Lambinus legendum eſſe contendit, contra ueterum exemplarū fidem. 110 Barrus] H.B.P. Baius, G.E.V. Barrus, Turneb. lib. 14. capite 20. Vide Annotationes ad Epod. 12. 112 Scetani] Scetani H.G.E.B.P.V. 119 Incolumem poſſim] Incolumem poſſum, B.E.P.V. Incolomem poſſum, H. Incolumem poſſem, G. 124 Facto] B. factum, H.G.E.P.V. 126 Auidos] Vides B. 132 Abſtulerit] Abſtulerint, H.B. 136 Nunquid] Nō quid B. & Canterus Nouarū lect. lib. 4. cap. 12. 139 Illudo chartis] Incōdo chartis, Georg. Fabricij liber unus, Includo chartis, alter. 140 Multa poëtarum ueniat manus, auxilio quæ Sit mihi: nā multò plures ſumus: ac ueluti te Iudæi cogemus in hanc concedere turbam] Puto perſacetè ab Horatio dici, ſi poëticum tibi diſplicet ſtudium, & poëtæ tibi inuiſi ſunt, ut uulgò Iudæos omnibus hominibus uidemus, nos poëtæ, qui plurimi ſumus, exercitumq́ue conficere poſſumus iuſtum, pertinacesq́ue, ut Iudæi in religione ſua & cærimonijs, ita in ſtudio poëtico & propoſito ſumus, non modò non de ſententia deducemur, ſed te ultrò ad poëtas traducemus, unum è turba poëtarum, quamuis inuitum, reddemus, ut illud ſtudium, quod improbas, poſthac celebraturus, culturusq́ue ſit, & carmina ſcripturus. Interim autem multitudinem eorum, qui uerſus ſcribebant, lepidè illudit more ſuo, malim autem, ut & reperi in antiquis libris, auxilioq́ue, legere: quamquam non magni refert, nec id magni momenti eſt, cùm utroq́ue modo ſenſus idem explicetur. Turneb. lib. 2. cap. 2. auxilioq́ue, G.B.P.V. & Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 4. cap. 12.

GEORG. FABR. } Quod fuit apud Græcos antiqua Comœdia, idem Satyra apud Latinos: ſed Latini numerum mutârunt, celerem in longum, Iambicum in epicum. Eius nomē inuidioſum eſt propter materiam, quis enim patitur animo æquo ſe repræhendi? Oratio ſimplex, quia nihil differt à ſermone uulgari, niſi metro. In hac parte diſputat, quis poëta uerè dicendus ſit, & Satyricū in odio eſſe tantùm apud malos. Dat deinceps leges ſcribendæ Satyræ. Primùm non uult, ut in morem canum amici allatrentur, propter peccata leuia, aut errores, iam è memoria hominum ſublatos. Deinde admonet, ut reprǽhenſio ſit paternæ cuidam beneuolentiæ ſimilis: ſolet enim pater filio ſcelerū exempla in ciuibus proponere ad uitandum, non ut illos exagitet uirulentia quadam, qui mali ſunt: ſed ut cōmodet filio, ne in flagitia ſimilia, prauo tetroq́ue exēplo, inſciens rapiatur. Suum fatetur eſſe uitium, quod cupidus ſit ſcribendi, idq́ue adeò placere, ut ſi quis diuerſum ſuadeat, ipſum illū ſit in ſuam ſententiā pertracturus, etiam inuitū. Eupolis atq́ue Cratinus, Ariſtophanesq́ue poëtæ] Platonius Rhetor, ſic ſcribit de his Comicis. Ἀριστοφάνης τὸν μέσον εἵλκυσε χαρακτῆρα· οὔτε γὰρ πικρὸς λίαν ἐστὶν ὥσπερ ὁ Κρατῖνος, οὔτε χαρίεις ὥσπερ ὁ Εὔπολις, ἀλλ' ἔχει καὶ πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας τὸ σφοδρὸν τοῦ Κρατίνου, καὶ τὸ τῆς ἐπιτρεχούσης χάριτος εὐκίνητον. Item Velleius Paterculus, Vna (inquit) diuiſa ætas, per diuini ſpiritus uiros Aeſchylū, Sophoclē, Euripidē, illuſtrauit Tragœdias: una, priſcā illam & ueterē ſub Cratino, Ariſtophane, & Eupoli Comœdiā. at nouam Comicā Menāder, æqualesq́ue eius ætatis magis, quā operis, Philemō ac Diphilus. Accipe ſi uis, Accipe iā tabulas] Verba ſunt Criſpini, importuni prouocatoris. Igitur non legendū Accipiā uno uerbo, ut multi ſcribunt. nā Horatius nec reſpondere cogitat audaci, neq́ue certamē inire cum impudente. Sentit idem Porphyrio, cuius uerba ſunt, Accipe iam, ait, [illegible] charactere, ſe prouocatū ad ſcribendū, à Criſpino oſtēdit. Dentur nobis locus, hora, Cuſtodes] Ita in manuſcriptis noſtris. alij malunt numero ſingulari, Detur nobis. Quem uis media erue turba] Erue, fortuitò exime, de tua ſententia cape. alterum, è gloſſa apparet trāſcriptū. Geſtiet à furno redeuntes ſcire lacumq́ue] Reſpicit ad ſitum Romanorum ædificiorum, nam iuxta piſtrina in urbe lacus erant, qui etiam numero ſunt deſcripti à Ruſo & Victore. Terent. in Adelphis

" Apud ipſum lacum eſt piſtrilla:

Vt morem eundem, fuiſſe Athenis, manifeſtum ſit. A' furno redeuntes, *Acro intelligit, ſeruos à piſtrino: à lacu, ſeruos à lixa, id eſt, lympha: nam ueteres aquam dixiſſe lixam, Nonius annotat. Vnde etiam lixæ nominati in exercitu, qui aquam aducherent.* In quis, & hoc ſtudio prauus facis] *Studio, pro ſtudioſè. Virg.*

» *Conſilio hanc omnes animiſq; uolentibus urbem*

» *Afferimur.——*

Pro conſultò. Prauus facis, hæc Porphyrionis lectio, qui coniũgit, ſtudio prauus, pro prauo ſtudio. quod ego malo, quam lectionem aliorum, qui ſcribunt, prauè facis. Aut quamuis aſpergere cũctos, Præter eum qui præbet, aquã] *Ita lego & diſtinguo, nec cum alijs contendo, cum hoc genus ſtudij Grammatici, nõ ſit ad carpendum, ſed ad docendum comparatum. Meam diſtinctionem & lectionem ita probo. Is qui præbet, pro conuiuatore, ut exponit Acro. Terent. in Phormion.*

» *Eum qui præbet, non tu hunc habeas plane præſentẽ Deum?*

Ita Cic. 5. Tuſc. Is qui coxerat, dixit, pro coquo. Aqua aſpergere, prouerbialis uox, pro iacere & effundere in aliquem cõuicium. qua ſimilitudine Ariſtophanes in Pluto dixit, πλύνειν με ποιῶν. ἐν τοῦτοις ἀνθρώποις. *Eum ergo aqua aſpergere, qui ſummus eſt in poculo, ut Cicero loquitur, uel qui eſt bibendi arbiter, ut Horatius: magna contumelia eſt, quia pro honore contemptus, pro beneficio infertur iniuria. Aqua is aſpergit maximè, qui liuidus, mordax, & conuiciator eſt, qualem hic conuiuam deſcribit poëta.* Mentio ſi qua De Capitolini] *Si qua, ſi quo caſu, ſi qua occaſione, aduerbium eſt. Vt,*

» *Antea ſi quã iactatum uento uideat.*

Id eſt, ſi quo in loco, ſi quo in ſcopulo. ita enim contra Seruium legit Chariſius. Hic nigræ ſuccus loliginis] *Multi ſcribunt lolliginis, geminata liquida, propter ſyllabam. nam cùm loligines dictæ, quaſi uoligines, ſyllaba præter naturam producitur. Ita uerò dictas non ineptè, teſtatur Oppianus, qui ſcribit,*

» εἰς ἅλα ἀνθρώποισιν ἐοικότες ποτέονται.

Volant enim cùm à piſcibus maioribus ad eſcam, uel à piſcatoribus ad prædam petuntur. Succum loliginis atramento ſimilem, nũc ponit pro inuidiæ macula. Inde eſt loliguncula, diminutiuum Priſciano, pro minore loligine. Plaut. in Caſ.

» *Molliculas eſcas, ut ipſa mollicula eſt,*

» *Emam: ſepiolas, lopadas, loliguncu las.*

Legitur hoc loco rectè lopadas, nec aliter Nonius, ſed quem ipſe locum adducit, è Plauti Paraſito Medico, is nunc legitur in Rudente. Liber præterea Nonij deprauatus eſt, cùm fuiſſet ſcribendũ in Paraſito pigro, quomodo illa Comœdia à Varrone & Feſto citatur. nam diuerſa fabula Medicus fuit, ut ex eodem Nonio, & è Priſciano poteſt intelligi. Inſueuit pater optimus hoc me] *Dictũ antique, Inſueuit hoc me. nec alia lectio in ullis libris. Vſitatus illud Serm. 2, 2. hic qui Pluribus aſſueuit mentẽ. Scitò excogitata à Lambino lectio eſt alia, Inſueuit pater optimus hoc mi. quomodo Sat. 3.*

» *Num qua tibi uiciorum inſeuerit olim*

» *Natura, aut etiam conſuetudo mala.*

Id eſt, num quod uicium natura aut cõſuetudine inſitum tibi ſit, & quaſi radices in animo tuo egerit? Iudicent alij, mihi uulgata lectio in primis placet. Sapiens uitatu, quid'ue petitu Sit melius] *Ita ſcribendum eſſe, ratio indicat. Sapientem nominat, eum qui adoleſcentes inſtituit, quem mox etiam, cuſtodem. ut Virg. 9. Cuſtodem iuueni. Sapientiæ nomine, nunc ludos literarios & philoſophicos Latini & Etruſci denotant, ut Romæ, Senis, Peruſiæ.*

Illudo chartis] *In Anhaltino, locum hoc chartis: in alio quodam uetuſto, Includo chartis. Euiuſmodi diuerſitas, quoties occurrit, uidemus è gloſſis errores deriuatos. Retineo ergo id, quod hactenus alij retinuerunt. Illudo chartis, pro, ita chartis mando, tanquam luſurus operam, & perditurus laborem, quia Satyras ſcribo, & meo ingenio indulgeo. quod ſi uicioſum eſt, id etiam agnoſco, & mihi ignoſci cupio. Legiſſe uidetur eodem modo interpres antiquiſſimus. Auantius Veronenſis legendum cenſet, Illud do chartis, ſed ſuum commentum affert.*

IOD. BAD. ASCENS. } Eupolis atq; Cratinus, &c.] *In hac Satyra poëta primum Satyræ nouæ originẽ paucis tangit, Luciliumq; nouæ Satyræ ſcriptorem in ea re notat, in qua ſe plurimi iactabant, uidelicet, quòd profuſè & inconditè ſcriberet, & ita Criſpino qui plurimos, ſed inconditos, & malos uerſus ſcribebat, & propterea ſe extollebat, reſpondet: unde à tribus ſe purgat. Primò à difficultate ſcribendi. Secundò à ſimplicitate ſcriptorum. Tertiò à malignitate animi. Circa primũ ſic procedit, quia Criſpinus in prima Satyra notatus lippitudine, id eſt, ineptitudine ſcribendi, prouocauerat Horatium ad certamen ſcribendi uerſus: ut is qui plures ſcriberet uictor haberetur. Oſtendit poëta laudabilius eſſe paucos uerſus, & eos bonos ſcribere, quam multos malos. Et ſi quis dicat Lucilium in hoc laudatum, quòd ducentos uerſus una hora ſcriptitauit, dicit eum in hoc non laudandum eſſe, quia in hoc maximè peccauit, quòd incaſtigatos uerſus reliquerat, & lutulentus fluxerat. Circa ſecundum, quia quis dicere poſſe Horatianos uerſus, quibus Satyram deſcribit eſſe etiã inconditos, eò quòd non habeant acrem ſpiritum, & uerborum granditatem, dicit hoc ad poëticum opus pertinere, ſed Satyram ac Comœdiam non eſſe poëmata. Circa tertium oſtendit multis argumentis, ſe non malignitate animi Satyram ſcribere, ſed quia à patre ita inſtitutus fuit, monſtratq; Satyricum opus non eſſe inuidioſum, niſi is, qui malè uiuunt. Quòd uerò neq; malignitate, neq; petulantia animi ſcribat, probat ex eo, quòd opus ſuum non omnibus recitet, ſed amicis duntaxat, & id coactus, nec coram omnibus, aut ubiq;, ſed coram paucis, & in ſecreto. Hæc omnia ſuo loco patebunt. Principium huius Satyræ ab Acrone bene declaratur. Adducuntur autem tres ſententiæ de Fannio. Beatus enim dicitur bene habens, id eſt, diues, unde orta eſt tertia ſententia, quòd hæredipetæ, id eſt, qui hæreditatem eius, eo quòd liberos non haberet petebant. capſas librorum eius, & imaginem referebant in ædem Apollinis, ubi omnium poëtarum in auctoritatem receptorum libri reponebãtur, & poſt mortem etiam imagines ponebantur. Vnde alibi.*

» *Scripta Palatinus quæcunq; recepit Apollo.*

Et Perſius.

» *Ad ſacra uatum carmen affero noſtrum.*

Beatus etiam fortunatus dicitur: unde orta eſt prima Acronis ſententia. Irridetur autem Fannius, qui libros ſuos ineptos uoluit ab omnibus noſci, cum tamen Horat. neminem ſua ſcripta legere permittat. Stupet Albius ære] *Albius proprium eſt nomen, cuius infra poëta meminerit. Nam licet non abſurdum putetur, ut dicas,* Stupet Albius] *Id eſt, tenerius ære, auctoritate tamen careat.* Minimo me prouocat] *Quidam exponunt: minimo re, quia minimum eſt prouocari ad multos uerſus deſcribẽdos, ſi ſint mali, ſed argutius dicit Acro de minimo digito. Ordo eſt.* Eupolis atq; Cratinus, & Ariſtophanes poëtæ comici, atq; alij aliorum, *id eſt, alij uiri, quorum* Priſca] *Id eſt, antiqua Comœdia eſt.*

Notabant] *Id eſt, taxabant, diffamabant cũ multa libertate, quia etiam ſub proprijs nominib. Si quis erat dignus deſcribi, quòd pro quia* Foret] *Id eſt, eſſet.* Malus] *Id eſt, iniuſtus, ſicut è contrario bonum uirum eum, qui iuſtus eſt appellamus. Nec poteſt generaliter accipi, eò quòd poſt genus malè ponerentur ſpecies.*

Aut fur, aut mœchus] *Id eſt, adulter,* Aut ſicarius] *Id eſt, latro, qui* Sica] *Id eſt, pugione homines occidit ad diuitias habendas.* Aut famoſus] *Id eſt, multa infamia notatus, aut.*

Alioqui] *Id eſt, quouis alio modo.* Lucilius primus nouæ Satyræ ſcriptor ſecutus] *Id eſt, imitatus.* Hoſce] *Scilicet, ueteres comicos, & hoc mutatis tantum* Pedibus & numeris] *Id eſt genere carminis, quia illi Iambicis ferè uerſibus ſcribebant. Lucilius autem hexametris,* Ipſe] *Inquam, ſecutus hoſce.*

Pendet] *Id eſt, dependet.* Omnis] *Id eſt, ex his dictis poëtis.* Exiſtens facetus] *Id eſt, urbanus, & lepidus* Emunctæ] *Id eſt, purgatæ naris, hoc eſt, eo quòd naſum emunctum, & non mungoſum haberet, per quod duo oſtenduntur. Primum ſecundum Acronem, quòd ſapiens erat. Secundum quòd callidus & argutus uitiorũ reprehenſor erat. Nam uulgò dici ſolet nihil opportunius ad uitandiciam naſi offendi poſſe, quam mulierem mungoſam, ea enim uiſa quilibet mundat ſe priuſquam eam irrideat, aut alteri monſtret, qui ergo emunctas nares habet, liberè mungoſas ridere poteſt. Præterea qui nares purgatas habent acrius olfaciunt, & clarius lo-*

quuntur,

quātur, unde poſſunt allegoricè fœtorem uitiorum indagare, & inuentum arguere. Durus]. i. difficilis. Componere]. i. ad componendū uerſus Nam ipſe Lucillius fuit uitioſus Hoc]. i. in hoc, quòd ipſe Dictabat]. i. puero ſcribenti componebat & proferebat Vt magnum]. i. tanquam rem excellentē, & dignā laude cū ſit reprehendenda. Sæpe ducentos uerſus in hora]. i. ſpacio unius horæ. Stans in uno pede]. i. quantū poſſit, quis ſtare in uno pede. Cū]. i. quāuis ipſe flueret Lutulentus]. i. plenus Luto. hoc eſt, turbulentus, ſicut fluuius nimis raptim currens lutum ſecum trahit, erat in uerſibus eius. Quod uelles tollere]. i. ſecundū Acronem imitari, & accipere ad imitationem. Vel tollere]. i. amouere tanquam ſuperfluum, aut ineptum. Tollere enim plura ſignificat, aliquando eſt educare, ut in Andria Terent.

„ Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere.

Aliquando ſecum portare, ut tolle lectum tuum, &c. aliquando de medio auferre & deponere, ut Tolle tuum precor Hannibalem. Et tolle, tolle crucifige eum. De Lucillio autem ſic dicit. Quin Satyra quidem tota noſtra eſt, in qua inſignē laudem adeptus eſt Lucillius, qui quoſdam ita ſibi deditos adhuc habet amatores, ut eum non eiuſdem modo operis auctoribus, ſed omnibus poëtis præferre nō dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio diſſentio, qui Lucilium fluere Lutulentè, & eſſe illic aliquid quod tollere poſſis, putat. Nam eruditio in eo mira, & libertas atq; inde acerbitas, & abūdè ſalis. Hæc ille] Vnde patet & maximè ex eo, quod ſequitur uidelicet, quòd erat garrulus, quòd ſuperfluum Tollendum]. i. auferendū, & abijciendū intelligere poſſumus ut ſit Ordo. Cum]. i. quando quidem ipſe flueret Lutulentus. Erat] Sup. in uerſib. eius aliquid. Quod uelles]. i. poſſes uelle Tollere]. i. reſecare, & deponere. Erat enim garrulus]. i. ſuperfluus in uerbis. Atq; piger ferre]. i. ad Ferendum]. i. ſuſtinendū laborē ſcribendi. Scribendi, inquam rectè. Nā nihil moror]. i. diſcutio uel dubito. Vt]. i. quantum multum ſcriberet. hoc eſt ſcio, quòd multū ſcripſit, ſed non rectè. Ecce Criſpinus ineptus, & multorū uerborum poëta, qui capſas plenas uerſuum de documentis Stoicorū ſcripſerat. Prouocat]. i. porrò uocat me ad certamē ſcribendi Minimo] Sup. digito, ſignificans ſe plus ualere in minimo digito ſuo, quam ualeo in toto corpore meo. Vel minimo]. i. minima re prouocat me. dicens, ô Horati, accipe ſi uis, accipe iam modo tabulas (in ceratis enim tabulis ſcribebant) & ponendo his accipe, ſignificat importunitatē prouocantis, & dicendo iam, uult ſemper paratū ſignificare, detur nobis locus in quo ſcribamus, & hora in qua ſcribamus, & cuſtodes qui obſeruent ne alius pro nobis ſcribat, & uideamus. Vter] Sup. noſtrum poſſit plus ſcribere, non dicit autem meliùs ſcribere, Sed plus]. i. plures uerſus facere. Ad hoc poëta. Dij bene fecerūt. Quòd finxerunt]. i. compoſuerunt de terra, ſicut figuli fingunt uaſa. Me Inopis]. i. exigui, quæ pro & quòd finxerunt me puſilli, id eſt, modici animi loquentes. Rarò & perpauca]. i. ualde pauci gratias habeo Deo, quòd non ſum garrulus, & multorum uerborum, ita quòd cū uerboſo Criſpino uelim contendere. At tu ô Criſpine. Vt]. i. ſicut mauis. Imitare]. i. inſequere Auras]. i. uentoſitates incluſas. Follibus hircinis]. i. factis ex pellibus hircorum. Auras inquam laborantes]. i. in labore & operatione exiſtentes. Vſq;]. i. cōtinuè. Dum]. i. donec ignis Molliat]. i. mollificet & mitiget ferrum. hoc eſt, ſi uis effundas è pectore tuo Tot uerſus] Vt uidearis tam repletus uerſibus, ſicut folles repleti ſunt uento, dum fabri ferrum mitigant: flatu enim ignis excitatur. Imitare inquam auras exiſtēs ſannius]. i. ſicut fannius beatus capſis Librorum] Scilicet, & imagine Vltro]. i. te non requirente, delatis ad Bibliothecas publicas, cum nemo legat mea ſcripta. Timentis recitare ob.]. i. propter hanc rem Quòd]. i. quia ſunt quos Hoc]. i. noſtrum genus ſup. ſcribendi, hoc eſt, Satyricum minimè, id eſt, nullo modo Iuuat]. i. delectat, utpote non delectat, ſupple plures, i. ualdè multos dignos. Culpari]. i. reprahendi. Circa Latinitatē quæ dicitur. Scripta mea timentis. Scies ut Valla rectè præcipit, quòd omnis Genitiuus ſignificat, aut tantùm actiuè, ſeu poſſeſſiuè, aut tātum paſſiuè, aut mixtim, nunc actiuè, nunc poſſeſſiuè, nunc paſſiuè. tantum actiuè, aut quod ferè idem eſt tantum poſſeſſiuè: ſignificabant olim hi Genitiui primitiui mis, tis, ſis. noſtrûm & ueſtrûm, quorum tres primi ab uſu receſſerunt. Tantum paſſiuè ſignificant reliqui quinq; Genitiui primitiui. mei, tui, ſui, noſtri, & ueſtri. Mixtim, hoc eſt, indifferenter ſignificant omnes alij. Secundò ſcies, quòd Genitiui tantum actiuè, aut poſſeſſiuè ſignificantes uolebant coniūgi, dictioni rem agentis, aut poſſidentis importanti. Item dices nullus noſtrûm hoc fecit: non autem, nullus noſtrorum, aut nullus noſtri. Sed genitiui tantū paſſiuè ſignificantes uolunt conſtrui cum dictione paſſionem, aut partitionem importāte, cuiuſmodi ſunt nomina uerbalia paſſiuè ſignificantia, & nomina Genitiuum ex ui partitionis paſſiuè regentia, ut amor mei, quo ego amor. Cæteri autem Genitiui ſecundùm diuerſam ſignificationem diuerſis iunguntur, ut creatio Dei, qua Deus creat, timor Dei, quo Deus timetur, amor Dei, quo Deus amat uel amatur. Tertio ſcies, quòd quia Genitiui, tantùm poſſeſſiuè, aut actiuè ſignificantes in uſu non ſunt. Ideo ponimus loco eorum pronomina poſſeſſiua in eodem caſu cum rem poſſeſſam, aut agentem ſignificante, ut liber meus, non liber mei, in quo Priſcianus, & eum ſequentes errāt, amor meus, quo amo, amor mei, quo amor. aliquid meum, quod poſſideo, aliquid mei de nominatiuo ego quò perſona mea ſignificatur partiri, hoc eſt, aliquid de me, uel de corpore meo. Quartò ſcies, quòd quia dicti Genitiui ſuam proprietatem ſeruare uolunt, quando in uſu ſunt, aut poſſeſſiua pro ſe poni, ideo comperies diuerſos caſus, & per coniunctionem, & ſine ea ſæpe coniungi ut apud Terentium:

„ Præſidio meo atq; hoſpitis. Vbi non dices præſidio mei atq; hoſpitis. Et hic ſcripta mea timentis, & in Euangelio. Tuam ipſius animam non reſolues tui ipſius. Errant ergo, qui poſſeſſiuum in primitiuū Latinè reſoluendum cenſent cum liber mei, aut ſcripta mei Latinum non ſit. Quartò ſcies ad poſſeſſiua tanquā primitiua ſine relationem fieri: ut in Andria Terentij: Fortunas meas, qui filiū haberem, &c. Hæc ad præſens ſatis ſint nunc ad ordinem reuertatur. Quemuis media elige turba]. i. ex toto populo, Quemuis]. i. quemcunq; uis. Aut laborat]. i. peccato uexatur ob auaritiam, aut laborat miſera ambitione, id eſt, cupiditate honoris, quæ miſeros facit, quia nemo cupidus contentus eſt, omnis autem malè contentus, etiam ſi multa habeat miſer eſt. Hic] Id eſt, aliquis ex populo, inſanit amoribus nuptarum. Hic eſt alius inſanit. Amoribus]. i. nephanda libidine puerorum. Splendor argenti capit]. i. irretitum tenet, & nimium delectat, hunc, i. alium. Albus uir ita appellatus ſtupet]. i. ſtupidus & inſanus efficitur. Aere]. i. propter æs Corinthium, uarijs ſignis impreſſum, nec dicas, Albus]. i. pallidus. Hic] i. alius mutat Merces]. i. facit mercatum cōmutando merces ſuas: olim enim omnis uenditio erat quædam commutatio ante uſum argenti, mutat inquam à Sole ſurgente]. i. ab oriente. Ad eum] Supple ſolem, quo ſole regio Veſpertina]. i. ubi ſol ueſperi Tepet]. i. tepida, & non tam calida eſt, ſicut in oriente, uult autem occidentem ſignificare, ut ſit ab oriente in occidentē, Quin]. i. quin etiam. Fertur]. i. uiolenter ab auaritia impellitur Præceps]. i. feſtinus & inconſideratus. Vti]. i. ueluti, ſicut puluis collectus à Turbine]. i. ab impetu uentorum. Per mala]. i. per dura & periculoſa. Metuens ne quid]. i. aliquid Deperdat]. i. amittat de ſumma ſui patrimonij. Aut] Sup. mutat merces ut Ampliet rē]. i. diuitias ſuas. Et de his infert poëta. Omnes hi metuūt uerſus, &c.] Obiectum erat auctori noſtro, quòd paucos, & eos aridos, ac humiles uerſus ſcriberet, quadam animi maliuolentia ad Satyricam prouinciam ſe inuita muſa contorquens. Nam ſi ad Satyrā natus eſſet, longè cultiores, & magis fluentes uerſus (ut dicebam) pāgeret. Reſponſum eſt autem à poëta noſtro primo uidelicet, quòd paucos ſcriberet, non enim id ſibi uitio dandum putat, ſed è cōtrario Lucillio, cæteriſq; qui cum multos uerſus ſcriberent eos lutulentos & incaſtigatos emittebant. Nunc aūt reſponſurus ſecundo obiecto, uidelicet quòd aridos, & humiles uerſiculos ſcriberet. Oſtendit ad Satyram altitudinem ſtyli nō pertinere. Nam Satyra, ſicuti in principio huius ſermonis patuit, ex Comœdia priſca ortū habet. De Comœdia aūt & priſca, & noua dubitatur an mereatur dici poëma, & plures tenent, quòd nō: eò quòd comicus nō habet ea, quæ poëtæ neceſſaria ſunt uidelicet, Ingeniū]. i. naturalē, & ingenitā uenā, & benignitatē ad carmē. Nā ingeniū dicitur ab ingignēdo, quaſi ſit qddā intus à natura genitū mentē diuiniorē, quā cæteri Habēt]. i. poëtico furore

raptam

raptam ad altiora, quam ut humana dicantur cócipienda, & os magna Sonaturũ] *Id eſt, altiſonium, & eruditum ſtylum floſculis, figuris & figmentis poëticis decenter ornatum. Si quis dicat in Comœdia eſſe acrem ſpiritum, eò quòd comicus pater interdum ardenter contra filium luxurioſum exclamet. Dicit poëta id ſatis nô eſſe. Nam etiam extra Comœdiam in uulgari, & uernaculo ſtylo id facit. Quia ergo in Comœdia, & in Satyra non ſunt uerba altiſona, & quamuis maieſtatem habentia, nõ merentur dici poëmata, id eſt, opera facta à poëta, in eo quòd poëmata quouis conſtent metro. Nã poëmata etiam diſſoluta maieſtatem, & grauitatem ſuam habent, ut liquidò patet exemplo Enniano.* Poſtquã d ſcordia terra, &c] *In quibus uerbis quamuis ſententia plena haberi non poteſt. uidetur loqui de templo Iani, quòd tẽpore pacis clauſum fuit ferratis poſtibus. unde* 1. *Aeneidos.*

» *Diræ ferro & compagibus arctis*
» *Claudentur belli portæ, &c.* *Hoc autem quod hic dicitur.*

Fœnum habet in cornu, id eſt, quemcunq; Satyrico ſtylo petit, & ferit, ſicut bos petulcus, & ſolitus cornibus ſuis ferire, ut homines fugiant fœnum in cornu portat, tam ut noſcatur, quam ut cornua fœno inuoluantur ne lædant. Solent etiam in pratis boues Petulci fœnum collectum appetere, & ita in cornibus aliquid fœni derelinqui, quod uidentes aufugiunt. Agedum] *Adhortandi eſt aduerbiũ. Et ſcies ſecundùm Vallam hæc tria* age, agite & agedum *hoc differre, quòd age tantum ſingularis numeri uerbo apponitur. agite tantum pluralis.* agedum *uerò utriuſq;. Sonaturum, ſicut lauaturum ſecundùm regulam dixit. Nam & ſoniturum, & loturum dicitur.*

Nepos] *Luxurioſus dicitur, & uulgo meretrices amatores ſuos nepotes, & illi amicas neptes uocant. Ante noctem cum facibus, quidam allegoricôs de facibus amoris dictum uolunt, ſed rectiùs me iudice ſimpliciter intelligas. uiri enim honeſti, ſine facibus noctu, non ambulant, ſed ebrij, qui ut noctũ cum facibus redeant faces ſecum deferebant, etiam ante noctem cum facibus redibãt, quod magnum dedecus erat. Perſona dicitur ſecundùm quoſdam, quòd per eam fiat diuerſus ſonus, ſecundùm qualitatem, & ætatem loquentis: eſt enim quam faciem falſam appellant Gallici. Perſonatus autem dicitur Comœdus in perſona Comœdiam agens. Ordo eſt. Omnes hi prædicti metuunt uerſus Satyricos ſup.* Et odere] *Id eſt, oderunt poëtas Satyricos, dicentes uiſo Satyrico poëta, uides ne eum, ipſe habet fœnum in cornu. fuge longè ab eo ne feriat. hoc eſt, Satyrico ſtylo te notet. hic enim dummodo excutiat ſibi* Riſum] *Id eſt, poſſit ridere, ex quadam petulantia animi, non parcet cuiquam amico, qui in ipſum notet, & infamẽ reddat, &* Quodcunq;] *Supple peccatum* Ipſe illeuerit] *Id eſt, inſcripſerit illitis chartis* Geſtiet] *Id eſt, immoderatè cum geſtu exteriori corporis ſui gaudebit, & cupiet omnes, & pueros, &* Anus] *Id eſt, uetulas, id eſt, omnes cuiuſcunq; ſexus, & ætatis redeuntes à furno, ubi panis fit, & à lacu, ubi hauritur aqua, & piſces capiuntur, quibus carere non poſſumus* Scire] *i. ut ſciant loquitur poëta. Agedũ ô calumniator accipe pauca* Contra] *Id eſt, in contrarium pro defenſione Satyricorum.* Ego primum] *Id eſt, antequam Satyricos defendam à petulantia iſta.* Excerpam] *Id eſt, eximam me de numero illorum, quibus dederim eſſe poëtas. Notandum autem poëtas in Accuſatiuo poſt Datiuum coniungi uerbo eſſe.* Neq;] *Pro & non. &* Dixeris] *Id eſt, non rectè quiſquam dixerit* Concludere] *Id eſt, ſub certis pedibus, & numeris claudere uerſum eſſe ſatis, ut quis ſit poëta.* Neq; ſi quis ſcribat propiora] *Id eſt, ualde uicina* Sermoni] *Id eſt, orationi uulgari.* Vti] *Id eſt, ſicuti nos Satyrici ſcribimus.* Putes hunc] *Id eſt, talem eſſe poëtam.* Sed des honorem huius nominis] *Videlicet poëtæ, illi cui ſit ingenium, id eſt, ingenita uis ad carmen,* Cui mens diuinior, quam cæteris] *Hoc eſt, diuino furore ad altiora, quã ut humana credantur concipienda, atq; cui ſit os ſonaturum* Magna] *Id eſt, magnificè & altiſonè. quod concepta debitè eloqui poteſt. Quidam Grammatici periti* Quæſiuêre] *Id eſt, dubitauerunt Comœdia eſſet poëma nec'ne, id eſt, an non.* Idcirco] *Id eſt, propterea quòd acer ſpiritus* Ac uis] *Id eſt, uehementia loquendi, nec ineſt uerbis,* Nec rebus] *Id eſt, ſententijs.* Niſi quòd ſermo merus] *Id eſt, purè proſaicus.* Differt] *Id eſt, diſtinguitur ſermoni ſupple comico.*

Certo pede] *i. metri genere.* At pater ardens] *Obijcitur ab his, qui uolũt quòd Comœdia ſit poëma. Et ſcies, quòd poëma eſt quodvis opus poëticũ. Poëſis eſt tota editio alicuiꝰ poëtæ. Poëtice eſt ipſa ars, poëta eſt factor, & artifex. Poëtria Græcè mulier poëtices perita dicitur. Dicit ergo aliter ſentiens.* At] *Pro ſed pater comicus.* Ardens] *i. excandeſcens & ira feruens.* Sæuit] *i. magnificè loquendo obiurgat.* Quòd filius nepos] *i. luxurioſus, inſanus amica meretrice, recuſet uxorẽ cum grandi dote, &* Quòd ipſe ebrius ambulet ante noctem] *i. priuſquã nox ſit cum facibus, quod magnum* Dedecus] *Sup. eſt Reſpondet poëta quòd hoc non ſatis ſit adhoc, ut attingat poëticam celſitudinem. Nam quilibet pater etiã in uernacula lingua ſæuire poteſt, ſed non poëtice loqui. unde dicit.* Nunquid Pomponius pupillus perditus (*quem per tranſitũ notat*) audiret leuiora] *i. leuiorem obiurgationem ſi pater uiueret.* Iſtis] *i. quã ſint iſta, quæ tu de comico patre adducis? q. d. non unde concludit. ergo non eſt ſatis perſcribere uerſum* Puris] *i. ſine figuris & magno ſono uerbis. quẽ uerſum ſi* Diſſoluas] *i. à metro ſoluas, & pedum ordinem diſſoluas.* Quiuis] *i. quilibet pater* Stomachetur] *i. elato ſtomacho obiurgabit filium* Eodem pacto] *i. modo, quo pater* Perſonatus] *i. qui à perſonato Comœdo agitur. Si tu eripias his, quæ ego nunc ſup. ſcribo, & quæ Lucilius olim.* Scripſit] *i. Satyricis uerbis certa tempora* Et modos] *i. rationẽ metricã, et facias uerbũ, quod eſt priùs ordine, poſterꝰ* Præponẽs] *i. ante ponens ultima uerba primis, tu nõ inuenies* Mẽbra] *i. imaginẽ & agnitionẽ poëtæ* Disiecti, uel diſſecti] *i. diuiſi* Vt], *i. quemadmodum ſup. inuenies ſi ſoluas hæc ſequentia uerba Ennij poëtæ. Poſt quam terra diſcordia.* Refregit] *i. frangendo reſoluit* Poſtes ferratos] *i. ferro munitos* Belli] *i. quibus bellum in templo Iani includitur, & portas ſup. ferratas belli. quæ uerba reuera maieſtatem poëticam etiam ſoluta habent, quod autem dicit mẽbra poëtæ. Tractum uidetur à cadaueribus hominum diſſectorum, quorum membra non agnoſcuntur. Nec caput regis à ſeruis poſt reſolutionẽ carnis diſcernitur, ut à Satyrico rectè annotatum eſt.*

Hactenus hæc &c] *Purgauit ſe poëta ab eo, quòd & paucos, & non altiſonos uerſus ſcriberet, nunc ab eo quòd Satyram ſcribit ſe defendit. oſtenditq; primò, quòd ſicut non eſt imputandum accuſatoribus publicis ſi timori ſint multis, ſed illis, qui crimina committunt, quia qui innocens eſt, neq; accuſatorem, neq; iudicem iuſtum, neque exetutorem formidat: ſic qui innocens eſt, & honeſtæ uitæ Satyricos timere non debet, & hoc generaliter de omnibus, qui Satyram ſcribunt dictum uidetur. Secundò oſtendit de ſeipſo poëta, quòd non ſcribat Satyram animo diffamandi quemcunq;, quia diffamatores libellos ſuos, aut publicè recitant, aut uidẽdos omnibus exponũt: imò multi in medio foro, aut in balneis recitare ſolent. Horatius autem tantummodò coram paucis amicis, & id coactus recitare ſolitus, cauebat ne carmina ſua in manus uulgi decidant. Tertiò purgat ſe ab obiectione, quæ talis eſt. Quamuis coram paucis recites, & id coactus, non tamen cogeris Satyram ſcribere, unde conſtat te ex malignitate, & animo lædendi ſcribere. Hoc autem poëta maximè negat, docens teſtimonio omnium quibuſcum uixerit, ſe nunquam amicum carpſiſſe imò defendiſſe, præterea non ſuctum eſſe captare riſus hominum. Quemadmodum facere ſolent ex petulantia animi ſcribentes, unde Perſius de ſe. Sed ſum petulanti ſplene cachinno. Rident enim qui manifeſtè irrident, ſed deteriores diſſimulant. unde iniquè fert, quòd odioſus ſit reprahendendo, ſine malicia animi ineptitudines hominum, cùm tamen multi in menſa omnibus iniquè detrahentes urbani, & chari habeantur, quòd uerò ex malignitate animi non faciat. probat quia non facit, ſicut illi, qui ſub ſpecie amicitiæ ut auctoritatem maiorem habeant amicis detrahunt. Vnde multi dicunt ſe dolere, aut admirari de facto turpi amicorũ ſuorũ ne ex malicia id facere, putent & ut uera dicere credantur. Horatius aũt nõ fuit diſſimulator, & falſus detractor, quia apertè uitia notauit eorum, qui notatu digni erant. Quartò ſi quis dicat. Attamen cur Satyrã ſcribis ſi malignus nõ es, nec lædere gaudes. dicit ſe hoc à prima inſtitutione didiciſſe. Pater enim inquit cùm uellet me docere uitia effugere, docuit me exemplis perditorum hominum. Ad cuius ſimilitudinem Satyrici, ut uitia effugere doceant, uitioſos ut non imitandos notant, quemodo*

edoctus

redoctus ſit à patre in ſequentibus uerſib. patebit. Ordo eſt. ego ſup. diſputaui Hactenus] Id eſt, hucuſq; hac, & quæram, aut inueſtigabo aliâs, id eſt, alio tempore an Comœdia ſeu Satyra ſit iuſtum. Poëma] Id eſt, iuſtè dicendum poëticum opus. Necne] Id eſt, an non. Nunc quæram illud] Supple audire. uel diſquiram, & diſcutiam ne pro an hoc genus ſcribendi. hoc eſt, Satyricum ſit tibi merito, id eſt, iuſtè ſuſpectum, tanquam malicioſum & iniquum.

Fulcius accuſator ille acer, &c.] i. uehemens ambulat, & caprius alius accuſator ambulat, qui duo ſunt rauci Multò] i. multum accuſando ſcilicet criminoſos. uterq; autem eſt magnus timor latronibus, cum libellis ſuis accuſatorijs. At] Pro ſed, quis uiuat Bene] Id eſt, laudabiliter, & puris, id eſt, innocentibus, & innocuis, iuſtiſq; manibus Contemnat] i. ipſe poſſis contemnere, utrunq; accuſatorem criminum. Poſito ergo ut tu ſis ſimilis in moribus ſcilicet, & in factis. Cœli] Pro Cœlij, & Birri] Pro Birrij. Latronum] Id eſt, qui latrocinantur conſumptis bonis ſuis. ego tamen non ſim ſimilis ſupple caprij, & Fulci] Pro Fulcij accuſatorum, hoc eſt, quamuis tu ſis, latro tamen ego non accuſabo te, iudicio, cur ergo metuas me? Nulla taberna. hoc eſt, nullus locus, ubi libri uenduntur. Nam taberna] Eſt pars domus, quam uulgò Bothicam uocāt ubi res uenduntur, & officina ubi fiunt. Neq; ulla pila, i. locus ubi uerſiculi diffamatorij affigi ſolent, ut legantur. Eſt enim pila columna in publico ſtans ad quam, ſicut etiam in pilis pontium libri uenales exponuntur, & epigrammata figuntur, habeat meos libellos, quos ſcribo. hoc eſt, in nullo publico loco inueniuntur Satyræ meæ, quis id eſt, quibus manus uulgi, id eſt, uilis populi, quæ pro & Hermogenis Tigelli] Pro Tigellij, de quo ſuprà dictū eſt. Inſudet] Id eſt, tractando ſudorem emittat. Nec recito Satyram meam cuiquam] i. cuicunq;, niſi amicis. Quæ] Pro &. & id ſupple ſacio coactus. Non tamen ubiuis] i. ubicunq; locorum. Ve] Pro uel coram Quibuslibet] i. in præſentia quorūcunq;. Sed] Supple in ſecreto, & coram diſcretis. Multi autem ſunt, qui recitent ſcripta ſua in medio foro, Quæ] Pro & Multi] Supple ſunt, Qui lauantes] i. dum in balneis ſe lauant ſupple recitent, quia locus cōcluſus, & teſtudinatus, ſicut eſt in balneis Reſonat] i. uocē repercutit. Suaue] i. ſuauiter. Hoc autem iuuat] i. delectat Inanes] i. manis gloriæ cupidos. Non quærentes] i. qui non diſquirunt, & inueſtigant. Num] i. an'ne faciant illud ſine Senſu] i. incōſideratè & ſine ratione, ut homines ſenſum nō habētet. Nū] i. an ne faciant Alieno] i. importuno tempore. Sed tu (ait poëta) ô aduerſarie, inquis] i. fortè dicis mihi, ô Horati tu gaudes Lædere] i. dum aliquem lædis, & facis hoc exiſtens. Prauus] i. maleuolus Studio] i. exercitio tuo. Reſpondet poëta. Vnde] i. à quo auctore, uel delatore Petitum] i. acquiſitum, & adductum. Iacis] i. proijcis hoc maledictum, conuitium aut crimen in me. Deniq; quis eorum, cum quibus uixi eſt Auctor] i. aſſertor, quòd talis ſim, qui gaudeam lædere? q.d. ego certo ſcio, quòd nullus hoc de me dicet, cùm ſim longè alterius ſententiæ. Dico enim quòd qui.

Rodit] i. carpit amicum abſentem, & qui non defendit amicū abſentem alio Culpante] i. dum alius eum iniuſtè culpat, & Qui captat] i. affectat habere riſus hominum Solutos] i. diſſolutos, & expertes rationis, & qui Captat] i. affectat habere famam.

Dicacis] i. dicteria & irriſionem in alios iacientis, ſicut multi gaudent uocari iocundi irriſores. & qui poteſt Fingere] i. compoſitè & ueriſimiliter narrare Non uiſa] i. ea quæ non uidit, & qui nequit Tacere] i. ſilere Commiſſa] i. credita fidei ſuæ. Hic] i. huiuſmodi eſt Niger] i. malus & uenenoſus. O' Romane caueto] i. fugito Hunc] i. huiuſmodi & non me. Quia talis] Supple non ſum. At oppoſitum fieri oſtendit, dicens. Tu uideas] i. quilibet poſſit uidere. Quaternos] i. in ſingulis quatuor, hoc eſt, duodecim ſupple conuiuas cœnare ſæpe In tribus lectis] i. in triclinio. E' quibus] i. quorum unus Auet] i. auidè cupit Aſpergere] i. probro afficere. Quauis] i. quacunq; ſupple ratione uel uia. Vbi nota puer, quòd qua p ſe plenū eſt, ſicut & aliqua, ut in Buc.

„ Et ſi non aliqua nocuiſſes mortuus eſſes.

Et ita dicitur primo Aeneid.

„ Si qua fata ſinant.

Vbi Seruius dicit, qua uacare. Sed aliorum iudicio non uacat, ſignificat enim quacunq; uia, ſeu quocunq; medio. ut hoc loco, auet aſpergere. Quauis] Id eſt, quacunq; ratione ſiue iuſta, ſiue iniuſta, cunctos præter eum qui præbet Aquam] Id eſt, paſcit id eſt, præter regem conuiuij, hoc eſt, præter patremfamiliâs, qui præbet aquam, & mantilia, cæteri autem ſinguli Symbolum] i. portionem ſuam apportant. Plæriq; autem commentarij intelligunt dominum conuiuij omnia dare, unde dicit Porphyrio an commoda ſit Synecdoche, aquā præbere dicetur pro paſcere. hæc ille. Poſſumus autem per hoc quòd aquam præbet dominū conuiuij citra ſynechdochen intelligere, ut moris fuiſſe, & hactenus eſſe dicamus, dominum conuiuij ſolere ex urbanitate aquā præbere cōuiuis ſuis, quā lauent antequam diſcumbant. Præter ergo eum qui præbet aquā, ſine dubio eſt præter dominum conuiuij exiſtens. Potus] Id eſt, potu Acceptus] Id eſt, ebrius. Cum liber] Id eſt, uinum Verax] i. faciens ſæpe ueritatē dici. Aperit præcordia] i. ſecretiorā & interiora Cordis] i. condita. i. prius abſcondita. Nam ut in arte poëtica dicitur. Reges dicuntur multis urgere culullis. Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborāt, an ſit amicitia dignus. Et ut uulgo dicitur. Ebrius] Incautus, pueri dicent tibi uerum. Aduertē autem quòd liber eſt nomen bacchi, qui Deus uini dicitur. Eſt autem generalis regula, quòd nomina deorum ponūtur, pro rebus quibus præſunt ut apud Terentium.

„ Sine Cerere & Baccho friget uenus. Id eſt, ſine frumento, id eſt, copia cibi, & ſine uino friget luxuria. Liber ergo] i. uinum. Maluit autem hîc dicere liber, quam Bacchus, quia ideo liber dicitur, quòd homines liberè loquētes faciat, ſed ad poëtam redeamus. Hic] i. huiuſmodi detractor uidetur tibi. Infeſto] i. qui te dicis eſſe infeſtum & ſuccenſum Nigris] i. contra nigros, & malos homines. Videor inquam comis] i. facetus & urbanus, & liber, ego autem Si] i. quia riſi, quòd Ruffillus ineptus olet. Paſtillos] i. nimios odores, & Gorgonius Olet hircum] i. nimiū fœtorē, quē habet ſub alis eo quòd ſe nō mundat. Non enim uitium naturæ, ſed negligentiæ in Gorgonio intelligas, ego uideor tibi Liuidus] i. ut inuidus liuore obſcurus & Mordax] i. detractor & corroſor aſſiduus alterius famæ. Tu autē detractor. Si qua] i. ſi aliqua Mentio] i. memoria, recitatio fuerit iniecta corā te de Furtis Petilli] i. Petillij Capitolini, id eſt, qui eo quòd coronā Iouis in Capitolio furatus erat, Capitolinus agnominabatur. Erat autem Capitoliū arx totius ciuitatis Romanæ, ubi templum Iouis erat, tu inquam defendas Petilium non uerè, nec amicè, ſed ſicut tuus Mos eſt] i. iuxta morem tuum fraudulenter, ut uidearis amicus eius ad finem, ut tibi melius credatur, & dices Capitolinus Petillius, uidelicet uſus eſt me conuictore, id eſt, cum quo libenter uixit, & amico à Puero] i. à cunabulis, ab eo cum adhuc pueri eſſemus. Amicitia autem quo antiquior eo maior, & Charior eſſe deberet, & ipſe rogatus fecit.

Permulta] Id eſt, ualde multa Cauſa mea] Id eſt, in utilitate mea. Et lætor quòd] Id eſt, quia ipſe uiuit Incolumis] Id eſt, ſanus & ſaluus In urbe] Hoc eſt, in ciuitate Romana, ſed tamen admiror, quo pacto fugerit illud iudiciū, quod debebat de ipſo tanquā de ſacrilego dari, unde poëta. Hic] i. in hoc ultimo dicto eſt Succus] Id eſt, uirus. Nigræ] i. malitioſæ Loliginis] i. per allegoriā obſcurationis famæ eius, & latentis detractionis: hæc eſt, Mera] i. pura Aerugo] i. obſcuratio & conſumptio famæ Petillij. ſicut enim ærugo ferrum exedit, & obſcurat, ſic talis detractio fama amici. Quod uitiū] Inquit poëta, ego promitto prius, quam plura dē Me dicam] i. in primis. Abfore] i. ab futurum eſſe & remotū irī procul à carthis meis, atq; animo meo. Vt] Supple poſito Si] i. quia poſſum promittere Quid] i. aliquid uerè de me. Si autem dixero Quid] i. aliquid. Liberius] i. magis liberè, & ſine diſſimulatione quam oportet, & ſi dixero fortè Quid] i. aliquid Iocoſius] i. magis iocoſè quam decet. Tu dabis mihi hoc iuris cum uenia tua] Hoc eſt, dabis mihi ueniam, ſi hoc quodā iure mihi ueni dico. Nam pater meus optimus uir, Inſueuit] i. inſtituit & aſſueſcere fecit, & eſt melius, ꝗ ſi legas inſeuit. Inſueuit Inquā, i. inſtituit à pueritia Me hoc] i. hoc modo notando ſcilicet Quæq; uitiorū] i. quælibet uitia. Exēplis] i. per exempla malè uiuentiū, ut fugerē ſupple ea ſicut & Satyrici notāt. Cū me hortaretur &c.] Poëta tria facit, Primò oſtendit, quibus exēplis à patre inſtitutus ſit.

Secundò

Secundò profitetur ſe paterna inſtitutione à pernicioſis uitijs immunem permanſiſſe, mediocribus tamẽ ne arrogans uideretur ſe implicitum fatetur. Tertiò pulcherrimè oſtendit, quo pacto ſe ſperet ab illis mediocribus poſſe purgari, & ita ſimul docet quomodo, & nos uitia cauere poſsimus, aut corrigere. Si quis autem uitium, quo fortaſſe, iocoſius, & petulantius, quam æquum ſit Satyram ſcribit, tale quis putet, quòd ei ueniam deneget, auctoritate plurimorum poëtarum illum in ſuam ſententiam ire coget, ueluti Iudæi nonnullos Romanos in ſuas cærimonias conuenire compellebant, quos more ſuo per tranſitum notat. Conceſſa cum Venere uti poſſem. Conceſſa] *Id eſt, permiſſa à lege ciuili, non à lege Dei, quam Horatius non agnoſcebat.*

" *Sapiens uitatu, quidq; petitu ſit melius.*

Pro Latinitate aduertes puer. Supina poſteriora tantummodo cum nominibus adiectiuis in paſsiua ſignificatione conſtrui, ut hoc loco uitatu, & petitu conſtruuntur, cum hoc nomine melius. Nec dices] *Sapiens reddet tibi melius cauſas, quam ego, quia pater nullas cauſas reddebat. Ordo autem eſt ſapiens reddet tibi cauſas, quod ſit melius* Vitatu] *Id eſt, ut uitetur.* Quæ] *Pro & quid ſit melius* Petitu] *Id eſt, petatur & fiat. Similiter & illud quod interrogatiuè leges. an hoc inhoneſtum, & inutile factu, nec'ne ſit addubites?* Exanimat] *Id eſt, ſine animo facit. hoc eſt, perturbat. uerſus autem non ſtaret, nec ſententia ſi exanimat legatur. Item cum dicit.* Largiter abſtulerit, &c.] *Scies aduerbia à poſitiuo ſecundæ declinationis in e regulariter exire, ut doctè, pulchrè & à tertiæ declinationis in er. ut fortiter, dulciter. ſed ſæpe contra fieri comperies, ubi opportunum fuerit. Nam largiter, ampliter, duriter. & dulce, ſuaue. & ſimilia ſæpe leges. Ordo eſt.* Cum] *Id eſt, quando pater hortaretur* Me uti] *Id eſt, ut uiuerẽ parcè* Frugaliter] *Id eſt, pro modulo frugum mearum* Atque uti] *Id eſt, ut uiuere contentus eo ſup. patrimonio quod ipſemet pater paraſſet &* Dereliquiſſet mihi] *.i. mihi aiebat ô fili, ſit ut auarũ patrem ſequatur prodigus infans, aut itidem auarus. nam generatio malorum uix medium tenere, quod non didicit, poteſt.* Quæ] *Pro & non'ne uides* Vt] *Id eſt, qualiter.* Baius] *Id eſt, ille prodigus adoleſcẽs, qui omne patrimonium ſuum dilapidauit, nunc uiuat.* Inops] *Id eſt, pauper ſine terra, & ſine auxilio, quod ſup. eſt magnum documentũ, ne quis uelit* Perdere] *Id eſt, prodigere, & conſumere rem* Patriam] *Id eſt, patrimonium ſuum.* Cum] *Id eſt, quando* Deterreret] *Id eſt, deterrendo dehortaretur à turpi amore meretricis, aiebat ſis diſsimilis Sectani qui meretricem perditè amabat.* Et ne] *Id eſt, ut non ſequerer* Mœchas] *Id eſt, adulteras.* Cum] *Id eſt, quando poſſem uti Venere* Conceſſa] *Id eſt, uoluptate meretricum à lege permiſſa.* Aiebat, ô fili, fama Trebonij] *Id eſt, Trebonij.* Deprenſi] *Id eſt, deprænhenſi in adulterio. nõ eſt bella, imò turpis. ubi habetur ſententia Acronis, & Donati, quòd licitum eſt, uti meretrice, ſed non licet eam amare. utrunq; autem illicitum eſſe lex docet Chriſtiana. Aiebat enim pater,* O' fili ſapiens] *Id eſt, philoſophus mortales reddet tibi cauſas quid ſit melius* Vitatu] *.i. ut uitetur.* Quæ] *Pro &* Quid ſit melius petitu] *Id eſt, ut expetatur. Sunt autem duæ dictiones, quid quæ unde nõ ſcribes quicq;.* Satis eſt] *.i. ſufficit.* Mi] *.i. mihi patri tuo homini illiterato, ſi poſsim ſeruare in docendo* Te morem] *.i. conſuetudinem ſiue inſtitutum traditum* Ab antiquis] *.i. à maioribus noſtris, qui filios ſuos exemplis docebant, & maiorum imaginibus.* Et ſi poſſim tueri] *.i. conſeruare uitam & famam tuam* Incolumem] *.i. illæſam à uitijs.* Dum] *.i. quãdiu* Eges] *.i. indiges* Cuſtodis] *.i. pædagogi, qui te cuſtodiat. Tu nabis autem ſine* Cortice] *.i. uiues ſine alterius adminiculo ſeu gubernaculo* Simul ac] *.i. cum primùm & immediatè poſtquam ætas ſupple maior.* Durauerit] *.i. conſolidauerit, & firmauerit.* Membra] *Supple tua.* Quæ] *Pro & animum tuum. Sic inquit poëta pater meus* Formabat] *.i. informabat* Me puerum] *.i. cum adhuc puer eſſem* Dictis] *.i. monitis, & ſiue pater meus iubebat.* Vt faceret quid] *.i. aliquid ſupple boni* Dicebat] *Supple tu habes auctorem, quo auctore facias hoc quod moneo, & hoc dicens.*

Obijciebat] *.i. pro obiecto & exemplo dabat unum ex iudicibus.* Selectis] *.i. ſeorſum ex equeſtri ordine lectis, &* Siue uetabat] *Supple aliquid aiebat ſupple an, id eſt, numquid* Addubites] *Id eſt, debeas dubitare an hoc ſit inhoneſtum* Factu] *Id eſt, ut fiat. uel dum fit & an ſit inutile* Factu] *Id eſt, ut fiat.* Necne] *Id eſt, an non cum hoc atq;* Ille] *Id eſt, unus & alter* Flagret] *Id eſt, ardeat & frequens ſit* Malo rumore] *.i. infamia & opprobrio: quaſi dicat, non debes dubitare, ſed certo ſcire, quòd hoc ſit inhoneſtum, & inutile propter quod plures incurrerunt infamiam. Addit poëta* Vt] *Id eſt, quemadmodum funus* Vicinum] *Id eſt, mors uicini* Exanimat] *Id eſt, ſine animo facit, &* Terret ægros] *Id eſt, ægrotantes.* Auidos] *Id eſt, cupidos uitæ.* Quæ] *Pro & cogit* Parcere ſibi] *Seruando diætam & quieſcendo conſilio medicorum, & non faciendo, quæ ſibi mortem inferre poſſent.*

Sic opprobria] *Id eſt, infamia & diſſamatio aliena abſterrent ſæpe teneros, imbecilles, & iuueniles animos à uitijs. uel ſic ſecundùm Acronem. ut funus uicinum exanimat* Auidos] *Id eſt, auaros.* Aegros] *Id eſt, ægrotantes & cogit* Parcere ſibi] *Id eſt, largiùs uiuere, & genium ſuum non defraudare. ſic opprobria, &c. Ego inquit poëta ſupple ſum* Ex hoc] *Id eſt, ex inſtitutione paterna.* Sanus] *Id eſt, mundus & immunis ab illis ſupple uitijs* Quæcunque ferunt] *Id eſt, afferunt* Perniciem] *Scilicet, nociuam, & ſi noſtro more dicam mortalem culpam, ego autem teneor mediocribus uitijs. &* Talibus] *Supple quis, id eſt, quibus* Ignoſcas] *Id eſt, quilibet tenetur facilè ignoſcere, & ueniam dare. unde & Venialia à noſtris dicuntur. Et fortaſsis lõga ætas abſtulerit, id eſt, dempſerit* Iſtinc] *Id eſt, ab iſtis mediocribus.* Vitijs largiter] *Id eſt, abundè. & amicus liber, id eſt, corrector amicus audacter corripiet, & proprium cõſilium.* Neq; *pro & non: etenim cum lectulus in quo cubo, aut porticus in qua ocioſus deambulo* Excepit me] *.i. cum ſim aut in lecto ſolus, aut in porticu.* Non deſum mihi] *.i. ſaluti & correctioni uitæ meæ.* Nam agito] *.i. diſputo mecũ compreſsis.* Labris] *.i. tacitè dicens.* Hoc] *.i. huiuſmodi factum eſt rectius, & ego faciens* Hoc] *.i. talem rem uiuam melius, & ego occurram.* Sic] *.i. taliter faciendo.* Dulcis] *.i. ſuauis & iocũdus amicis meis. Quidam ſcilicet mihi notus fecit ſupple hoc* Non belle] *.i. non pulchrè, ſed turpiter. nũquid ego & imprudens faciam olim, id eſt, aliquando poſt hac ſupple facinus ſimile illi* Turpi facto] *q. d. nõ hæc inquam agito mecum compreſsis labris.* Et illudo] *.i. ſine labore natura ſic dante faciliter, & ſine curioſitate, quaſi ludendo inſcribo.* Hæc] *.i. huiuſmodi exempla uitioſa, ut ea fugiã.* Chartis] *.i. libellis.* Vbi] *.i. quotiens.* Quid] *.i. aliquid* Oci] *.i. ocij.* Datur] *.i. conceditur mihi.* Et hoc] *Scilicet, quòd uitia aliorum ſcribo. ſicut prius dictum eſt, iocoſius eſt unum ex illis mediocribus uitijs, quæ dixi me habere: cui ſcilicet uni uitio, ſi nolis* Concedere] *.i. ueniam dare.* Multa manus] *.i. ampla copia poëtarum ueniat & ſit* Mihi auxilio] *.i. auxilium. (Nam ſumus multo plures, quam fortaſſe putes) ac pro & nos cogemus* Te concedere] *Id eſt, conuenire in* Hanc turbam] *Id eſt, in ſententiam, & opinionem multorum poëtarum, qui Satyram ſcribendam cenſuerunt,* Veluti] *Id eſt, quemadmodum* Iudæi] *Sup. cogunt multos ad cæremonias ſuas.*

POLYD. VIRG. } Fœnum habet in cornu longè fuge] *Bobus qui cornu petunt, mos eſt, ut in eorum corniculis fœnum alligetur, quo ſignum datur tranſeuntibus, ut caueant. Hinc metaphoricôs prouerbium fluxit, ut quum hominem maledicũ cernerent, fœnum habet in cornu dicerent. Polyd. in prouerb. fœnum habet in cornu.* Simul ac durauerit ætas membra, animum tuum nabis ſine cortice] *Metaphora eſt ab ignaris natandi ſumpta, qui ne mergantur aquis, alligant humeris corticem, ſiue, ut hodie fit aridam cucurbitam, quo ſine artificio in ſuperficie ſuſtentantur, ſignificatq; aliquid ſine difficultate, alienóq; adminiculo agere, ut faciunt, qui natandi artem callent. Polyd. in prouerb. Nabis ſine cortice.*

SATY-

SATYRA V.

SATYRAE V. ARGVMENTVM ASCENS.

Brundiſium ducit diuerſos quinta notantem.

ALIVD ARGVMENTVM.

Imitatur Lucilium, qui à Roma ad fretum Siculum, ipſe uerò iter ſuum Brundiſium uſq; deſcribit & comites ſuos.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Hodœporicon Roma Brundiſium.

COMMENTARIA.

EGRESSVM magna, me excepit Aritia, Roma
Hoſpitio modico: rhetor comes Heliodorus
Græcorum longè doctiſsimus: inde Forum Appî
Differtum nautis, cauponibus atq; malignis.
Hoc iter ignaui diuiſimus, altius ac nos
Præcinctis unum, minus eſt grauis Appia tardis,
Hîc ego propter aquam, quòd erat deterrima, uentri
Indico bellum, cœnanteis haud animo æquo
Expectans comites: iam nox inducere terris
Vmbras, & cœlo diffundere ſigna parabat.
Tum pueri nautis, pueris conuitia nautæ
Ingerere: huc appelle: trecentos inſeris: ohe
Iam ſatis eſt. DVM æs exigitur, dum mula ligatur,
Tota abit hora. mali culices, ranæq; paluſtres
Auertunt ſomnos: abſentem cantat amicam
Multa prolutus uappa nauta, atq; uiator
Certatim. tandem feſſus dormire uiator
Incipit: ac miſſæ paſtum retinacula mulæ
Nauta piger ſaxo religat, ſtertitq; ſupinus.
Iamq; dies aderat, cùm nil procedere lintrem
Sentimus, donec cerebroſus proſilit unus,
Ac mulæ, nautæq; caput, lumboſq; ſaligno
Fuſte dolat. quarta uix demum exponimur hora.
Ora, manuſq; tua lauimus Feronia lympha.
MILLIA tum pranſi tria repſimus, atque ſubimus.
Impoſitum ſaxis latè candentibus Anxur.
Huc uenturus erat Mecœnas optimus, atq;
Cocceius, miſſi magnis de rebus uterq;
Legati, auerſos ſoliti componere amicos.
Hîc oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinire. interea Mecœnas aduenit, atq;
Cocceius, Capitoq; ſimul Fõteius, ad unguẽ
Factus homo, Antonî, non ut magis alter, amicus.

ACRON.

EGRESSVM magna] *Iter ſuum ab urbe Roma Brundiſium uſque deſcribit. Egreſſus Roma dicimus, & Aritiam.* Me excepit Aritia] *Aritia ciuitas, quæ abeſt ab urbe X. M. Paſſ.* Græcorũ longè doctiſsimus] *Notandum quòd hanc particulã ſuperlatiuo iunxit, nos enim dicimus longè doctior. Quoniam nimietas admittitur. Poſſumus enim dicere longe doctior, non poſſumus ualdè doctior, & ualdè doctiſſimus.* Heliodorus] *Cæſar tenebat terram citra mare, Antonius uerò ultra. Horatius miſſus fuit cũ Heliodoro à parte Cæſaris. Et ipſe deſcribit loca per quæ tranſit.*

Differtum nautis] *Plenum, ſcilicet, his nautis, qui in Pontinis paludibus nauigabant.* Malignis] *Deeſt hominibus.* Hoc iter ignaui diuiſimus] *Id eſt, ab urbe uſq; ad Forum Appij biduo uenimus, cum ueloci ores uno die ſoleant uenire.* Altius ac nos Præcinctis] *Magis expeditis, ſtrenuioribus.*

Vnum] *Pro unus.* Magis eſt grauis Appia tardis] *Appia uia eſt, non moleſta tardioribus, quia habitaculis frequentatur, ubi poſſunt manere quocunq; peruenerint.* Hic] *Apud Appij forum.* Indico bellum] *Id eſt, famem. non illi do alimenta. Nam ieiunaui, quia aqua mala erat.* Inducere terris Vmbras] *Aſpergere umbris terram.* Tum pueri] *Ad Feroniam per paludes nauigauerunt, quia uia interiacens durior.* Aes exigitur] *Naulum datur. Mula enim iungenda erat, quæ contra aquam nauigium traheret.* Tota abit hora] *Maior pars noctis abſumpta eſt.* Ranæq; paluſtres] *Quia ab Appij foro per paludes nauigatur, quas paludes. Cæſar deriuauit.* Prolutus Vappa] *Multo uino ſatiatus. Prolutus, plenus. Virgil.*

„ *Et pleno ſe proluit auro.*

Nauta atq; uiator] *Nauta in naui. Viator, qui mulam ducebat.* Ac miſſæ paſtum] *Ordo: Ac miſſæ paſtum mulæ nauta retinacula ſaxo religat. Nauta enim eſt, licet curam mulæ habeat ſuſceptam, quòd in nauem ſeruat.* Cerebroſus] *Αὐθάδης, iracundus.* Proſilit] *Citò ſurgit.* Vnus] *Aut de ſocijs noſtris, aut de his, qui ſimul nauigabant nobiſcum.* Ac mulæ nautæq; caput lumboſq;] *Mulæ lumbos, nautæ caput.* Dolat] *Ferit.* Ora manuſq;] *Oſtendit ubi eſſent expoſiti. Fanum Feroniæ in tertio miliario eſt à Tarracina. Hæc eſt Iouis Anxuris uxor, cuius & Virgil. meminit,*

„ *Viridi gaudens Feronia luco.*

Anxur autem Iupiter Tarracinæ colitur. Repſimus] *Proceſſimus, ambulauimus. Oſtendit aſcenſum.* Impoſitum ſaxis] *Non quia in mõte eſt poſita Tarracina, ſed quia prope montem eſt.* Anxur] *Tarracinam dicit, Anxur autem dictam, quòd ibi imberbis colitur Iupiter, i. ad Anxur uenimus ciuitatem, quæ eſt poſita ſuper monte candente. Declinatur genere neutro, hoc Anxur.* Miſſi magnis de rebus uterq;] *De re conciliatione miſſi erant legati ab Auguſto ad Antonium, qui poſtea bellum ciuile geſſerunt, iam tum enim diſſentire cœperant.* Auerſos ſoliti cõponere amicos] *Quoniam inter Auguſtum & Antonium reliquiæ adhuc erant diſſenſionis. Cocceius Nerua proauus Neruæ, qui poſtea Imperauit Romæ, mandauit Auguſto, ut mitteret, qui de ſumma rerũ tractarent. Ergo miſſus eſt Mecœnas cum Agrippa, qui utrumq; exercitum in una caſtra coëgerunt, ut ait Liuius lib. 127. Intelligendum autem quod Fonteio miſſo ab Antonio Auguſtus Mecœnatem, & cæteros ad eundem locum emiſerit.* Collyria lippus illinire] *Id eſt, illinebam cotem, ut poſtea oculos inungerem.* Fonteius ad unguem Factus homo] *Ad unguem facti homines dicuntur, qui ſunt urbani, qui ſunt eloquentes, qui ſunt dicaces, qui non habẽt uitium. Tranſlatio à marmoribus, quorum iunctura unguibus explorantur. Perſius:*

„ *—Vt per leue ſeueros*
„ *Effundat iunctura ungues.*

Virgilius:

„ *—In unguem,*
„ *Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret.*

Antoni non ut magis alter amicus] *Vt non inueniretur, qui magis*

 eſſet

eſſet amicus Antonij. Fundos Aufidio Luſco prætore] *Prætorem pro magiſtratu dixit, hoc eſt, duûmuiro.* Fundos]*Nomen oppidi, quod in numero plurali dixit tantum.* Inſani]*Scilicet qui manem honorem magni pēderet, quia extollebat ſeſe quaſi prætor.* Præmia] *Inſignia dignitatis.* Scribæ]*Quia de curia ſcribarum fuerat, & hoc pro præmio fuerat conſecutus, ut magiſtratus eſſet.* Latum clauum] *Purpuram, quæ in pectore extenditur ſenatorum, τὸν πολύσημον.* In Mamurrarum] *In Formias ciuitatem, quia Mamurræ quidam fratres dicebantur ſenatores, qui maximam partē Formianæ ciuitatis poſsidebant, ideò dicebatur Mamurrana ciuitas. Mamurrarum ut Lamiarum familia fuit, quæ à Formijs originem duxit.* Murena præbente domum]*Hoſpitium. Id eſt, manſimus apud Murenæ uicum, cœnauimus apud Capitonem.* Capitone culinam] *Culina dicta eſt coquina, quia ibidem dij penates colūtur. Aliter. Culina, id eſt, coquina ab eo, quod culiat carbones.* Sinueſſæ] *Nomen ciuitatis, quaſi dixiſſet, Capuæ.* Candidiores]*Pulchriores, meliores, benigniores, dulciores.* Contulerim] *Comparauerim.* Sanus]*Quàm diu ſanus ſum.* Villula] *Quæ eſt intra 1 5. lapidem à Capua. Parochi genus officij, qui ſolent peregrinis ſalē & ligna præbere, & ſignificat publicum curſum. Vel Parochi ſunt, qui ſolent legatis cauſa Reip. iter facientibus neceſſaria miniſtrare, publici mulieres. παρέχειν, id eſt, exhibere.* Clitellas]*Sarcinas ſiue ſellas, inſtrumenta quibus animalia ſternuntur. Alij uncinos ligneos, quibus onera imponuntur.* Tempore]*Notandum tempore pro tempori: ut, De uilla tempori uenimus.* Crudis]*Ad Virgilium retulit, qui difficilè digerebat. Dicebatur enim ſtomachum dolere. Virgil. Aliâs, crudis aut imperitis, aut indigeſtis. nā qui ſtomachi dolorem patiuntur, tardiùs digerunt.* Hic nos Cocceij]*Coccei Neruæ, ut ſuperiùs diximus copioſè.* Caudi caupo. nas] *Caudium eſt ciuitas Samnij Lucanus:*

» *Vltra Caudinas ſperauit ponere furcas.*

Non lōgè autem abeſt à Beneuento. Caudi cauponas, quæ uilla ſupra Caudi cuiuſdam cauponas eſt. Alij tabernas Caudi, alij oppidum uolunt. Muſa uelim memores] *Eleganter, quaſi phantaſia poëtarum operis heroici: ut,*

Fundos, Aufidio Luſco prætore, libenter
Linquimus, inſani ridentes præmia ſcribæ,
Prætextam, & latum clauū, prunæq; batillū.
In Mamurrarū laſsi deinde urbe manemus.
Murena præbente domum, Capitone culinā.
Poſtera lux oritur multò gratiſsima: namq;
Plocius, & Varius Sinueſſæ, Virgiliusq;
Occurrunt: animæ, quales neq; candidiores
Terra tulit, neq; quîs me ſit deuinctior alter.
O', qui complexus. & gaudia quāta fuerunt:
NIL ego contulerim iucundo ſanus amico.
Proxima campano ponti quę uillula, tectum
Præbuit, & Parochi, quæ debent, ligna, ſalemq;.
Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.
Luſum it Mecœnas, dormitum ego, Virgiliusq;.
Namq; pila lippis inimicū, & ludere crudis.
Hinc nos Cocceij recipit pleniſsima uilla,
Quæ ſupereſt Caudi cauponas. nunc mihi paucis
Sarmenti ſcurræ pugnam, Meſsiq; Cicerrhi
Muſa uelim memores, & quo patre natus uterque
Contulerit lites Meſsi' clarum genus Oſci,
Sarmenti domina extat. ab his maiorib. orti
Ad pugnam uenére. prior Sarmētus, equi te
Eſſe feri ſimilem dico: ridemus: & ipſe.
Meſsius, accipio: caput & mouet, ô, tua cornu,
Ni foret execto frons (inquit) quid faceres,
cum
Sic mutilus minitaris? at illi fœda cicatrix
Setoſam læui frontem turpauerat oris
Campanum in morbum, in faciem per multa iocatus.
Paſtorem ſaltaret uti Cyclopa, rogabat:
Nil illi larua, aut tragicis opus eſſe cothurnis.
Multa Cicerrhus adhæc: donaſſet, iam'ne catenam
Ex uoto Laribus, quærebat. ſcriba'q; eſſet,
Deterius nihilo dominæ ius eſſe rogabat
Deniq;, cur nunquam fugiſſet: cui ſatis una
Farris libra foret, gracili ſic, tam'q; puſillo.
Prorſus iucundè cœnam produximus illā.
Tendimus hinc rectà Beneuentum, ubi ſedulus hoſpes
Penè arſit, macros dum turdos uerſat in igne.
Nam uaga per ueterem dilapſo flamma culinam
Vulcano, ſummum properabat lambere tectum.
Conuiuas auidos cœnam, ſeruosq; timenteis
Tum rapere, atq; omnes reſtinguere uelle uideres.
Incipit ex illo montes Apulia notos
Oſtētare mihi, quos torret Atabulus, & quos
Nunquam erepſemus, niſi nos uicina Triuici
Villa recepiſſet, lachrymoſo non ſine fumo,
Vdos cum folijs ramos urente camino.
Hîc ego mendacem ſtultiſsimus uſq; puellā
Ad mediam noctem expecto: ſomnus tamen aufert
Intentum Veneri: tum immūdo ſomnia uiſu
Nocturnam ueſtem maculant, uentrem'q; ſupinum.
Quatuor hinc rapimur, uiginti & millia rhedis,
Manſuri oppidulo, quod uerſu dicere nō eſt:

» *Nūc age qui reges Erato. &,*
» *Pandite nunc Helicona Deæ.*
Et,
» *Quis mihi nunc tot acerba Deus?*

Quidam reprehēdunt Horatium, quòd de rixa dicturus, petiuit auxilium Muſæ ſtultè, ſed oratoriè hoc fecit. Quando autem de leui re dicturi ſumus, attentum debemus facere auditorem propter leuitatem rei. Vel etiam quia deſcripturus uiam ſuam, non debuit prætermittere, quod in ea iucunde factum uidebant, ſiue ludo narrat poëtico. Oſci]*Campani, quia Oſcia Campania dicta eſt: aut* [illegible] *eiuſdem Oſci ignobilis, unde Oſcenū figuratè, ut:* [illegible] *genos,* [illegible] *&,* Qui genus, unde domo. *nam eſt figurata locutio, Meſsi* genus *Oſci. Cùm aūt conuiuatores eſſent Horatij, ioci cauſa ſe inuicē uerbis fatigarunt.* Sarmenti domina] *Hic libertum oſtendit fuiſſe, licet poſtea dominam acceperit.* Feri ſimilem] *Grandem & durā, quia procerus erat Meſsius.* O' tua cornu] *Deridet illum, quòd commouit caput, & ait, ſi non eſſet mutilatus præfectò cornu de ſiniſtra parte frontis, quid faceres, quo modo minitareris ut taurus?* Mutilus]*Debilitatus.* Campanum in morbum] *Aut oris fœditatem, aut arrogantiam. Dicuntur enim Campani, & fœdi eſſe, & arrogantes. Si fœdi accipimus,* [illegible]*. Aliter. Campani qui & Oſci dicebantur ore immundi habiti ſunt unde etiam Oſcenos dicimus. Aut ideò dixit in Campanum morbum, quia Campani morbum dicacitatis patiuntur.* Cyclopa] *Quia magna ſtatura erat.* Nil illi larua] *Propter prolixitatem barbæ. Donaſſet iam'ne catenam.* Ex uoto Laribus] *Solebant pueri poſtquam pueritiam excedebant, dijs Penatibus bullas ſuas conſecrare, ſimiliter puellæ pupas. Modò ergo ridens interrogat, ſi conſecraſſet compedes & cathenam, qua fuerat ligatus, quaſi ſeruus. Bullas ſenatores nobiles gerebant, ſic & hic ſeruus, cathenam.* Scriba quod eſſet]*Non, inquit, quia factus es ſcriba, amiſiſti conditionem ſeruilem.* Deterius nihilo] *Immunutum eſſe ius ſeruitutis.* Dominæ ius] *Oſtendit eum ſeruum fuiſſe.* Tamq; puſillo] *Quia breuis erat ſtaturæ.* Sedulus]*Diligens, officioſus.* Penè macros] *Ordo: Penè arſit macros turdos.* Dilapſo]*Id eſt, ſparſo igni, errante flamma per coquinam.* Lambere]*Attingere, ut:*

Lam

Signis perfacilè eſt: uenit uiliſsima rerum
Hîc aqua, ſed panis lōgè pulcherrimus, ultra
Callidus ut ſoleat humeris portare uiator.
Nā Canuſî lapidoſus: aquæ nō ditior urna,
Qui locus, à forti Diomede eſt cōditus olim.
Flentib. hinc Varius diſcedit mœſtus amicis.
Inde Rubos feſsi peruenimus, utpote longū
Carpentes iter, & factum corruptius imbri.
Poſtera tempeſtas melior: uia peior, aduſq;
Bari mœnia piſcoſi. dehinc Gnatia lymphis
Iratis extructa, dedit riſusq;, iocosq;,
Dum flamma ſine, thura liqueſcere limine ſacro
Perſuadere cupit. credat Iudæus appella,
Non ego. namq; Deos didici ſecurum agere æuum:
Nec, ſi quid miri faciat natura, Deos id
Triſteis ex alto cœli dimittere tecto.
Brundiſium longæ finis chartæq;, uiæq;.

» *Lambere flāma comas, & circum tempora paſci.*

Montes Apuliæ notos] *Bene dixit, notos. Appulus enim fuit ſiue Venuſinus.* Oſtentare mihi] *Non oſtentare mihi, ſed notos mihi.* Quos torret] *Id eſt, incendit, quia nimio calore flans uentus, illam regionem exiccat. Vnde & peſtifer dicitur eſſe & grauis.* Atabulus] *Nomen uenti, ἀπὸ τοῦ ἄτης ποιεῖν, id eſt, quòd peſtilentiam immittat.* Ereplemus] *Pro erepſiſſemus, id eſt, tranſiſſemus, & eſt figura detractio ſiue penè tranſiſſemus.* Triuici] *Oppidi in fine Campaniæ, quo uehicula iuncta accedere nequeunt, ergo Horatius ad uillam diuertit.* Vdos] *Humidos, uirides.* Ramos urente camino] *Id eſt, accepit nos cum fumo, quia ibi urebantur rami.* Expecto] *Pro expectaui.* Somnus tamen aufert] *Illam Scilicet, expectationem, & abundat tamen.* Intentum Veneri] *Expectantem Venerem.* Oppidulo, quod uerſu dicere non eſt] *Equotutium dicebatur oppidum, & non poterat in uerſu ſuo ponere huiuſmodi nomen, ac per hoc ſignis utitur. Quibus indicat, quod uellet. Ita autem, Dicere non eſt: ut dicimus ſoluendo non eſt.* Venit] *Venditur, diſtrahitur, ab eo, quod eſt, Veneo.* Callidus] *Prouidus ſapiens.* Aquæ non ditior urna] *Quia in Equotutio aquæ eſt inopia, & ſimiliter apud Canuſium oppidum Apuliæ, lapidoſus eſt panis. Hac de cauſa Equotutio emitur panis, ſimiliter & ubi aqua deeſt, ut in Equotutio.* Inde Rubos] *Oppidum Italiæ. Hinc putant Virgilium dixiſſe.*

» *Nunc facilis Rubea texatur Fiſcina uirga.*

Corruptiùs] *Nobis moleſtiùs, difficiliùs.* Poſtera tempeſtas] *Poſterum tempus, poſtera dies, ſtatus cœli, hoc eſt, ſerenitas.* Via peior] *Poſt pluuiā. Alio die fuit iter incommodū, nam pluuia nondum infuſa terra tolerabilior eſt.* Bari mœnia] *Bari ciuitas Apuliæ, quæ appellatur Barium, & Adbaris dicitur, hodièq;, ut dixit Grammaticus Theotiſtus.* Gnatia lymphis Iratis extructa] *Vel quia eget aqua, uel quia habet ſalſam aquam & amaram.* Dedit riſusq; iocosq;] *Riſimus, inquit, quod apud Gnatiam audiuimus in aris flammas ſine thure conſumi.* Credat Iudæus appella] *Appella quòd pellem in parte genitali non habeat.* Namq; Deos didici] *Hoc de opinione Epicureorum, qui deos aiunt nō aliter poſſe immortales eſſe, niſi quieti, & ab omni cura ſeparati ſint.* Nec ſi quid faciat miri natura] *Veriſsima opinione hoc dicitur. Conſtat non omnia miracula certa ratione fieri, de quibus Epicurei prudentiſsimè diſputant.* Brundiſium] *Iucundè ſatis, ita tunc finem uiæ Brunduſiū ſibi fuiſſe ſignificat, ut nunc relationis.*

PORPHYR. } Egreſſum magna] *Lucilium hac Satyra æmulatur Horatius iter ſuum à Roma uſque Brunduſium deſcribens, quod & ille in 3 libro fecit. Primū à Roma Capuam uſq;, & inde Fretum Siculienſe.* Differtum nautis] *Perueniſſe ad forum Appij indicat, ubi turba eſſet nautarum, qui in Pontinis paludibus nauigabant: Item cauponum ibi morantium. Iter autem illud expeditioribus unius diei eſſe dicit, quod ipſe biduo confecerit.* Altius] *Id eſt, expeditiùs & agiliùs.* Hîc ego propter aquam] *Hodie in foro Appij uiatores propter aquam, quæ ibi teterrima eſt, manere uitant. Dicit ergo Horatius ſe ibi cœnare noluiſſe, ne neceſſe haberet bibere.* Huc appelle, trecentos ingeris] *Verba ſunt nautæ iraſcentis, cum plures naui imponantur, quàm pepigerat, id eſt, pactus erat.* Dum æs exigitur] *Manifeſtum eſt illis temporibus per paludes Pontinas non talem uiam fuiſſe, ut uehicula illa ire poſſent. Itaq; nauem ſolitos conſcendere uiatores, quaſi iumentum aliquod conducerent.* Abſentem cantat amicam] *Sic enim leues, ac uulgares homines nocte, ſolatia uigiliarum, quærere ſolent cantica amatoria.*

Ac miſſæ paſtum] *Poſteaquam obdormierunt uiatores, ducit nauta mulam diſiunctam paſtum miſſam, nauis retinacula ad ſaxum ligat.* Feronia] *Tarracinam ſe quarta hora tandem peruectū eſſe dicit, hodièq; autem paulum citra Tarracinam fons Feroniæ eſt.* Millia tum pranſi] *Quia illis temporibus adhuc Tarracinenſis urbs in altiſsimo monte erat, inde poſtea in æquiorem locum depoſita eſt, ut non ſolùm ſint adhuc ueſtigia ædificiorum in monte, ſed & murorum.* Saxis latè candentibus] *Mons ille in quo Tarracina conſtituta erat, non candida ſaxa habet, ſed calci coquendæ aptiſsima, ergo à calce uidetur candida dixiſſe.* Huc uenturus erat Mecœnas] *Diſſenſione orta inter Cæſarem Auguſtū, Antoniumq; Cocceius Nerua auus eius, qui poſtea Romæ imperauit, petijt à Cæſare ut aliquē, qui de ſumma rerum tractaret, mitteret Tarracinam. Et primum Mecœnas, mox & Agrippa congreſsi ſunt, hique pepigerunt fidem confirmatiſsimam, & in una caſtra conferri ſigna utriuſque exercitus iuſſerunt. Hoc & T. Liu. lib. 117. refert, excepta Capitonis mentione.* Ad unguem Factus homo] *Tranſlatio à marmorarijs, qui iuncturas marmorum tum demum perfectas dicunt, ſi unguis ſuperductus non offendatur. Vnde iam quæcunque perfectiſsima eſſe uolumus ſignificare, ad unguem facta dicemus.* Inſani ridentes præmia ſcribæ] *Aufidium Luſcum de curia ſcribarum ſignificat fuiſſe, qui nunc in oppido Fundis magiſtratum gereret, quem ſibi riſui fuiſſe ait, quòd magnipenderet indutum ſe eſſe lato clauo ac prætexta, & de balneis publicis prunas ſibi domum à mediaſtinis afferri.* In Mamurrarum laſsi deinde urbe manemus] *Formias urbem ſignificat, hinc namq; fuit familia Mamurrarum honeſto loco nata.* Murena præbente domum, Capitone culinam] *Dicit ſe Formijs Murenæ domo hoſpitatum fuiſſe, ſed apud Capitonem cœnaſſe.* Sanus] *Quamdiu ſana mente ſum, inquit, nihil putabo comparabile eſſe iucundo amico.*

Proxima Campano ponti quæ uillula] *Hîc ſubintelligendum extrinſecus uerbum eſt, quia plenum ſic ſit. Quæ uilla proxima eſt ponti Campano, tectum præbuit. Significat autem iuxta pontem Campanum, qui eſt citra 16 miliarium à Capua, in uilla ſe manſiſſe.* Et parochi quæ debent ligna, ſalemq;] *Ex uerbo præbuit, quod eſt in principio uerſus, præbuerunt hîc aſſumendum eſt. Parochi autem copiarij dicuntur, ἀπὸ τοῦ παρέχειν. Id eſt, ab exhibere, hodièq; autem à copiarijs præſtantur hæc ijs, qui Reipubl. cauſa iter faciunt.* Nam pila lippis inimicum & ludere crudis] *Se lippum dixerat, ergo crudum Virgilium intelligamus, quia uidetur ſingula ſingulis aſsignaſſe. Lippis igitur inimicum, ut mihi crudis, ut Virgilio.* Quæ ſuperest Caudi Caupones] *A Capua profectus in Coccei Neruæ uilla manſiſſe ſe indicat, quæ eſt ſupra tabernas Caudij oppidi.* Nunc mihi paucis] *Oſtendit ſe relaturum contentionem, quàm inter ſe Sarmentus, & Cicerius habuerunt, ambo ex urbanitate, & audacia noti, equites tamen Romani.* Sarmenti domina extat] *Sic hîc dicitur, quaſi Libertinus fuerit Sarmentus.* Meſſi clarum genus Oſci] *Figurata elocutio, Meſſi ſi genus Oſci ſunt.* Læui frontem turpauerat oris] *Attende elocutionem, læuioris frontem, pro læuam partem ponit in fronte.* Campanū in morbum] *Campani, qui Oſci dicebantur, ore immundi habiti ſunt. Vnde & Oſcos dictos putant, quaſi obſcœnos.* Donaſſet iam ne cathenam Ex uoto laribus quærebat] *Vrbaniſsimè hæc dicta ſunt in eum, qui ſeruilibus eſſet natalibus. Tranſlatione ſumpta à generoſis pueris, qui bullam auream egreſsi pueritiæ annos apud lares ſolent ſuſpendere.*

Scriba quod eſſet] *Id eſt, nullum præiudicium dominum paſſum, quòd illum de curia ſcribarum ſibi comparaſſet.*

Pænè Macros arſit]*Ordo eſt:Pænè arſit.* Nam uaga per ueterem] *Mira energia hic ſenſus eſt explicitus.* Incipit ex illo montes Apulia notos Oſtentare mihi]*Accipiendum meliùs notos mihi, quàm oſtentare mihi. Ideò maximè notos eſt intelligendum, quia ſic hoc uellet intelligi, oſtentat nobis, montes ſolos uidere incipiat.* Atabulus]*Ventus in Apulia feruentiſsimus, Græca appellatione, quaſi τὴν ἄτην βάλλ.* Triuici] *Oppidum in fine Campaniæ eſt. Manſuri oppidulo quod uerſu dicere non eſt.*
Signis per facilè] *Equotutium ſignificat, cuius nomen hexametro uerſu contemplecti nõ poteſt. Hoc autem exemplo Lucilij, nam in ſeptima Satyr. ſic ait:*

„ *Seruorum eſt feſtus dies hic,*
„ *Quem planè hexametro uerſu non dicere poſsis.*

Panis longè pulcherrimus] *Adeò dicit hic bonum panem fieri, ut qui callidi, id eſt, periti ſunt illius, inde ſibi ferant.* Aquæ non ditior urna] *De Canuſio hoc, non de Equotutio, cuius ſuperiùs meminimus.* Diſcedit mœſtus] *Mœſtum dicit mutuum deſiderium.* Dehinc Gnatia lymphis Iratis extructa] *Hoc propter penuriam aquæ dicit.* Riſusq; iocosq;] *De Gnatiæ ara, in qua lignis extructis ignem ſua ſponte gliſcere dicunt, opinionem deridet.* Appella] *Finxit nomen quaſi ſine pelle: aut certè Appella, quia præputium non habet.* Namque deos]*Secundùm dogma Epicuri loquitur, qui dicunt Deos agere ſeculũ ſine cura: ut poëta,*

„ *Nec curare Deum credis mortalia quenquam.*

Lucretius de Deo,

„ *Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.*

Triſtes]*In ſcrutando ſollicitos, ſeueros.* Ex alto tecto] *Plaut. in Amphitryone,*

„ *In ſuperiore qui habito cœnaculo.*

Sunt autem uerba Iouis. Longæ finis, chartæq; uiæq; eſt] *Id eſt, & carminis mei, & uiæ finem fecit Brundiſium.*

CHRIST. LAND. } Egreſſum magna me cœpit Aricia Roma] *Non diſcedit ab ingenio poëtæ, ſed ſuauitate multa, multiſq; ſalibus inſperſa oratione acerrimos reprehenſionis ſtimulos contegit, ut illis auditore alliciat, & illaqueet, hiſq; illaqueatos ſalubri reprehenſione emendet. Argumentum autem à profectione Mecœnatis aſſumit. Nunc enim ad M. Anton. reconciliandum miſſum, Virgil. Horatiuſq;, ac nonnulli alij ex doctoribus Brunduſium uſq; profecuti ſunt. In hac igitur profectione deſcribenda multos reprehendit.* Aricia] *Vrbs non procul ab Alba longa.* Modico] *Vel ut frugalitatem Mecœnatis, & comitum oſtendat, el quia urbs ipſa parua erat.* Forum]*Mercatum.*
App.]*Pro Appij, per Apocopen, ut urbem Pataui. Eſt autem dictum forum Appi, ab Appio, quemadmodum & uia Appia, hic locus iuxta paludem Pontinam erat. Et propterea differtum, id eſt, ubique, paſſimq; refertum nauis.* Malignis]*Eſt penè epithetum cauponum.* Iter unum]*Id eſt, iter unius diei, non tamen nobis, ſed ijs qui ſunt præcincti altiùs, id eſt, ſunt magis expediti.* Ergo nos ignaui diuiſimus iter, quod erat unum. Minus grauis]*Propter frequentia habitaculorum. Alij textus habent* nimis grauis, *& tunc erit moleſta propter nimiam frequentiam. Appia autem dicta eſt uia, quia ab Appio Claudio cœco in ſua cenſura ſtrata eſt.*
Propter aquam]*Nam iuxta paludem Pontinam inſalubris eſt. De aqua enim qui ſcribunt primum locum præbent pluuijs, ſecundum fluuialibus, tertium puteis. Deterrimas autem ſcribunt paluſtres.*
Diffundere]*Spargere.* Signa]*Sydera. Propriè tamen ſigna dicuntur duodecim ſtellarum configurationes in zodiaco. Poëticè autem dixit noctem diffundere, noctem quippe, quæ ſemper per cœlum ſparſa ſint, ſed non apperent in die, quia luce ſolis earum lumen obſcuratur.* Tum pueri nautis] *Nam cùm eo in loco ſint res nauigijs imponendæ inter ſeruos, qui ingerunt & nautas qui recipiunt exoriuntur conuitia.*

Huc appelle]*Huc nauem applica, uerba ſunt ſeruorum.*
Trecentos inſeris] *Oratio nautæ dolentis quod plures, quàm oportet nauem ingrediantur.* Ohe] *Vox iubentis modum imponere.* Exigitur]*A' nautis pro naulo.* Mula]*Quæ nauem è ripa trahat.* Cantat]*Cantu laudat.* Prolutus]*Vehementer potus. Virg.*

„ *Toto ſe proluit auro.*

Oſtendit inurbanitatem illorum, qui dominos dormire non ſinunt.
Vappa]*Nam uenale uinum aliud rarò accipiunt. De uappa dictũ eſt.* Dormire]*Iam feſſus.* Nauta piger] *Nam & ipſe cum eos, quos uehit dormire ſentit, dormire parat, quamuis pollicitus ſit accepto precio tota illos nocte uehere.* Stertit] *Oblitus fidei & officij ſui.* Cerebroſus] *Nam modeſtiores non quid nauta mereretur, ſed quid ſe dignum eſſe facerent. Cerebroſus autem dicitur à cerebro, qui totus ſuo conſilio hæret, & obſtinatus à nemine perſuadetur, & iracundiæ obtemperans ſine ratione fertur.* Fuſte ſaligno]*Nam circa paludes ſalices abundant.* Quarta hora]*Scilicet diei.* Dolat] *Verberat, propriè dolare eſt lignum dola coæquare.* Feronia] *Apoſtrophe eſt. Venerant autem ad Lucum Iunonis Feroniæ, ubi illi ſacer fons erat. Sed non eſt intelligendum de Feronia urbe, quæ ſub monte Socrate eſt, quia eſt procul à uia Appia.* Repſimus]*Repere ſerpentum eſt. Sed uoluit oſtendere difficultatem in aſcendẽdo monte, in quo Anxur, quæ & Terracina dicitur collocatum eſt. Vbi olim Amiclæ fuerunt à ſerpentibus deletæ. Hic Iupiter imberbis colebatur. Vnde dicebatur Anxur, quaſi ἄνευ ξυροῦ, id eſt, ſine nouacula. Nam qui tondetur, nouacula non eget. Terracina Trachyra ab aſperitate dicta eſt.* Mecœnas] *De cuius profectione in principio diximus.* Cocceius]*Cocceius Capito, quem M. Antonius miſerat ad Auguſtum. Et nũc ipſe rediens cum Mecœnate proficiſcebatur.* Miſſi] *Ab Antonio alter, alter ab Auguſto.* Amicos aduerſos] *At qui contrarium epithetum eſt amicorum, ſed intellige ſoliti componere, id eſt, ad concordiam reducere eos, qui ex amicis aduerſi facti erant.* Illinere]*Pro illiniebam. Fatetur ſe lippum, qui morbus uigilijs, & ſole augetur. Ergo ſedabat illum illiniens.* Collyria]*Nam medicamenta oculorum collyria appellant. Eſt autem Græcum uerbum. Cornelius autem Celſus tam oculorum, quàm fiſtularum collyria uocat, ut apparet in quinto ſuo medicinæ.* Ad unguem factus] *Id eſt, perfectus. Tranſlatio eſt à iuncturis lapidum cum ita exactæ ſunt, ut unguem non admittant. Perſ.*

„ *Seueros excluderet ungues* Fundos Aufidio.

Fundos]*Strabo ait, Sinu Caietano contiguum eſt Cæcubum, cui adiacet urbs Fundi in uia Appia. Tota hæc ora præcipua uina generit. Hinc eſt Cæcubum, Fundanum, Setinum, Salernum, & Albanum. Notat autem in hoc loco inſolentiam ignobilis Prætoris. Hic enim de ſcriba ſenator factus Fundanam præturam acceperat.*
Ridentes] *Quia indignus eſſet illo magiſtratu.* Scribæ] *Hoc miniſterium apud Romanos infimo generi hominum mandabatur. Apud Græcos cuiq; nobiliſsimo. Idem apud Ethruſcos, quòd facilè deprehenditur in ſcriba Porſenæ.* Latum clauum] *Veſtem ſenatoriam ita appellat. Nam prætextam Ethruſcorum regnũ ueſtem fuiſſe, & ad magiſtratus Romanos tranſlatam, ac deinde puerili ætati conceſſam demonſtrauimus.* Vatillum] *Vaſculum in quo carbones incenſi eſſent, quibus ferrum ad inurẽdas notas reis candebant.* Mamurrarum] *Senatoria familiæ Romæ erant Mamurræ, ſed Formijs oriundæ, & magnam partem eius urbi poſſidebant.* Domum]*Habitaculum, culinam, cibariam. Eſt autem culina ubi epulæ coquuntur, dicta ſic, quia ibi lares colerent.* Sinueſſæ]*Nomen urbis. In agro Sinueſſano uillam habebat. Virg. iuxta Nolam. Et cum Nolani aquæ in ſuum agrum deriuationem denegaſſent, illos ex ſuis carminibus ſuſtulit, & ubi prius Nola erat, Oram poſuit: ut, Et uicina Veſeuo Ora iuga.*
Multò gratiſſima] *Optimus poëta demonſtrat, quàm diligenter colenda ſit amicitia, & quantam in uita iocunditatem inde capiamus.* Candidiores]*Innocentiores. Ergo poterat inter illos intercedere amicitia, quæ cùm uirtus ſit, inter malos eſſe non poteſt.*
Parochi] *Magiſtratus erant, quibus erat cura, ut ligna & ſal legatis publicè miſsis præberentur, ab eo quod eſt, παρέχω, id eſt, præbeo. Hinc parochiæ eccleſiæ dicuntur, quæ ſuis parochianis uictum cœleſtem exhibent.* Hinc muli]*Commodum iter hinc Capuam, uſq; oſtendit, quandoquidem & muliones uno die commodè illud carpant.* Clitellæ]*Sarcina ſiue ſella, uel inſtrumenta, quibus quadrupedes ſternuntur, uel lignei uncini, quibus onera imponuntur.* Lippis]*Propter ſe dixit.*

Crudis]

Crudis] *Malè cibaria ſtomacho decoquentibus propter Virgilium, qui eo morbo laborabat.* Coccei pleniſſima] *Oſtendit liberalitatem hominis.* Caudi] *Oppidum Sannij, unde Caudinæ furcæ nobilitatæ inſigni clade & ignominia, quam Romani exercitus ſub Sp. Poſtumio à Samnitibus acceperunt.* Muſa] *Inuocat Muſam, ut captet attentionem in re parua, uel de induſtria ridiculè hoc dicit, cùm rem minimè dignam inuocatione ſit narraturus.* Sarmenti] *De quo Iuuenal. meminit.*

,, *Quæ nec Sarmentus iniquas Cæſaris ad menſas,*
,, *Nec uilis Galba tuliſſet.*

De hoc etiam meminit Plutarchus in uita M. Antonij. Quo patre] *Genere.* Meſſi] *Erant Oſci clarum genus, uel Meſſi Oſci erant genus clarum, ut puto poëtam, uel hominem uituperare à patre. Nam Oſci populi turpibus moribus fuiſſe perhibentur. Vnde Oſceni mores appellantur. Ergo erit ironicè dictum clarum genus.* Domina] *Ergo erat adhuc ſeruus.* Scurra] *Ab urbano differt. Vrbanus riſum captat, ſed ijs ſalibus & lepôribus, in quibus tamen, loci, temporis, hominum & rerum, dignitas ſeruetur, & à decoro non diſcedatur. Scurra uerò contra, nam dum riſum captat, nec ſibi, nec alijs parcit, nec ab ulla abſtinet turpitudine.* Prior Sarmentus] *Decorum ſeruat poëta, nam decuit ab hoc iurgium oriri, in quo nullus eſſet pudor.* Accipio] *Scilicet pro conuitio.* O tua] *Via Sarmenti, nam cùm ille minitabundus caput conuerteret hic inquit. O' admirantis eſt.* Quid faceres] *Quaſi dicat maiora mirareris ni tua frons foret exectio cornu. Appellat cornu extremitatem frontis, & exectum propter cicatricem quæ inerat. Acron ait Oſcos, qui in Campania ſunt habere in fronte ex ipſa natura ueluti cicatrices. Quid ergo faceres integer, cùm ſit mutilus, id eſt, mutilatus minitari. Sunt qui uelint mutilos eos eſſe, à quibus ferro, uel alia ui aliquod membrum exectum ſit. Inde mutilare. Mancos autem quibus membrum uitio naturæ deſit. Iuuenalis:*

,, *Ex eo tanquam*
,, *Mancus & extinctæ corpus non utile dextræ.*

Debilem uerò eum nuncupant, cui membrum uel uulnere, uel morbo inutile ſit redditum. Setoſam] *& propter hoc illum equo comparauerat.* Campanum] *Id eſt, illius Campani, Vel quia (ut nunc dixi) naturaliter Campanis ſit, uel ad mores retulit patriæ. Iuuenal.*

,, *Qui gentis uitio nunquam partitur amicum.*

Oſcia autem Campania dicta eſt ab Oſco duce. Campani enim fœdi & arrogantes putantur, & ore immundi ſunt, & dicaces. Rogabat ut ſaltaret cyclopa] *Scilicet Polyphemum, id eſt, ſaltando exprimeret Polyphemum, & illum imitaretur in ſaltatione, quaſi dicat, non eſſe opus illi perſona, ſi uelit Polyphemum agere, quoniam facie illi ſimillimus ſit.* Catenam] *Sententia eſt, eſſet ne adhuc libertate donatus, nam liberi facti catenam inſtrumenta ſuæ ſeruitutis laribus donabant. Et addit quod quamuis eſſet ſcriba, non propterea ius dominæ ſuæ in illum eſſe deterius.* Fugiſſet] *Maxima enim infamia erat ſeruo quod fugitiuus diceretur. Hoc igitur animi uitium eſt, illud corporis quod ſtatura puſillus ſit.* Vna libra farris] *Quaſi dicat, nõ erat ferenda fames cùm tam paruo ageres.* Beneuentum] *Olim Maleuentum dictum in Samnio eſt.* Hoſpes] *Domus hoſpitis.* Notos] *Quoniam in Apulia ortus eſt poëta. Vel notos charos. Virgilius,*

,, *Hic inter flumina nota.*

Atabulos] *Ventus eſt illis regionibus noxius, dictus ſic, quia τὴν ἄτην βάλλει, id eſt, nocumentum inijcit.* Erepſemus] *Id eſt, erepſiſſemus.* Hic ego] *Sub nomine ſuo alium notat.* Rapimus] *Celeriter aſſumimus.* Dicere non eſt] *Id eſt, non licet, nam Eutractitium (id enim nomen eſt oppidi) in uerſu hexametro ſtare non poteſt.* Callidus] *Quia nouit quòd Canuſij malus eſſet panis.* Lapidoſus] *Durus.* A' forti] *Sic enim ab Homero inducitur Diomedes. Arpi enim & Canuſini propinqua oppida, & à Diomede condita.* Rubo] *Oppidum eſt. Hinc Virgilius,*

,, *Nunc facilis rubea texatur fiſcina uirga.*

Bari mœnia] *Barum, Egnatia & Ruida Pediculorum oppida ſunt, & in Calabria Pediculi populi ſunt. Sed & pediculos animalia capitis dicimus, & peciolos quibus poma pendent.* Iratis] *Nam inſalubres ſunt ibi aquæ.* Dum flamma ſine] *Anaſtrophe eſt, id eſt, ſine flamma.* Perſuadere] *Ridet illorum religionem, qui putabant Dei iuſſu thura, quæ in limine templi ponerentur, ſine flamma liqueſcere. Et tanquam Epicurus negat deos, aut precibus moueri, aut ira ex aliqua impietate irritari.* Apella] *Circumciſus, quaſi ſine pelle ſit, quia cutis è præputio incidatur, dicuntur etiam recutiti Iudæi.* Namque deos didici] *Mordet Iudæorum ſuperſtitionem, & ut Epicurus profert eam ſententiam, quam dixi. Sic etiam Lucretius.* Nec ſi miri] *Dicit miracula quædam à natura fieri, ſed non à dijs, cùm dij (ut placet Epicuro) propterea beati ſint, quoniam nihil curantes, ocio ſummo fruantur.* Chartæ] *Sermonis.* Viæ] *Profectiones.*

ERAS. ROT. } Factus ad unguem] *Ad unguem, eundem habet ſenſum, quem ad amuſſim, examuſſim, examuſſatim, emuſſatim, amuſſatim, pro eo, quod eſt, exquiſita diligentia. A' marmoreis ſumpta metaphora, qui ſuperinducto ungui, commiſſuras explorant marmorum.* Nil ego contulerim] *Alludit ad Græcorum prouerb. Ἀναγκαιότερος πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος, id eſt, amicus magis neceſſarius, quàm ignis & aqua. Et eſt hyperbole prouerbialis, admonens neminem tam diuitem, aut potentem, quin opus habeat amicorum officijs.*

IOAN. HART. } Parochi] *Vide Alciatum lib. 1 Prætermiſſorum, de hoc loco, & quid uelit uox parochi.* Deos ſecurum æuum. *Reſpicere uidetur ad Homericum Odyſſ. & illud ſ. qui θεοὺς ῥεῖα ζώοντας deſcribit.*

HENR. GLAR. } Huc appelle, trecentos inſeris] *Verba ſunt nautæ (inquit Porphyrio) iraſcentis, cùm plures naui imponantur, quàm pepigerat, id eſt, pactus erat. Alijs uidentur hæc puerorum uerba ad nautam nimis cupidum multos accipere, quod etiamnum hodie in conſuetudine habent, quanquam in conducta naui fortaſsis habebit locum Porphyrionis expoſitio.* Ac miſſæ paſtum retinacula mulæ. Nauta] *Synchyſis eſt, præterea miſſæ mulæ gignendi, ne an dandi caſus ſit, per ambiguum. Porphyrio uerò ait: Poſtquam obdormierunt uiatores, ducit nauta mulam disiunctam paſtum, ac nauis retinacula ad ſaxum ligat. Hæc ille. Ex quibus uerbis per Syllepſim accipimus uiatores eos, qui naui uehebantur, dici.* Prætextam & latum clauum, prunæque batillum] *Acro nihil hic notat, quâm prætextam purpuream exponens, quæ in pectore extenditur ſenatorum: quæ uerba corrupta puto & mutila. Porphyrio clariùs hæc expoſuit. Luſum poëtæ riſui fuiſſe, quod magni penderet indutum ſe eſſe lato clauo ac prætexta, & de balneis publicis prunas ſibi domum à mediaſtinis afferri. Landinus per batillum uaſculum intellexit: prunas autem intelligi, quibus ferrum candeſcat ad inurendam reis notam. Hæc ille mihi confinxiſſe uidetur, & ſecutus tamen eſt eum Badius. At Batillum ex Plinij lib. 33. cap. 8. apparet ferreum eſſe inſtrumentum palæ ſimilitudine, quo prunæ præbentur. Nam ubi de duabus argenti differentijs incipit, Batillis (inquit) ferreis, candentibus ramento impoſito, quod candidum permaneat, probatur. Hæc Plinij uerba bellè cum Porphyrione conueniunt. Fieri autem poteſt, ut Landinus catillum legerit, ut quidam alij.* Quæ ſupereſt Caudi cauponas] *Obſcurus eſt ſermo. Porphyrio autem à Capua (inquit) profectus in Coccei Neruæ uilla manſiſſe ſe indicat, quæ eſt ſupra tabernas Caudij oppidi. Hæc ille. Quæ uerba, ſi rectè intelligo, innuunt non fuiſſe Caudij poëtam & comites, ſed ſupra Caudium, extra uiam in Coccej uilla. Poëta tamen more ſuo Cauponas eius oppidi taxat, apud quas aliâs diuertit. Nam Venuſiam hæc etiam ducebat uia. Quod autem alij ſupereſt, exponunt, id eſt, excedit, quaſi qui in Coccej uilla meliùs accepti fuerint, quàm in Caudinis cauponis, frigidum mihi uidetur.* Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus] *Ordo eſt: Permulta iocatus in Campanum morbum, in faciem. Non igitur locum habet, quod noſter annotator in mutat in ob, ſatis impudenter, ut cætera ſolet. Quis autem ſit ille morbus, commentatores non ſatis luculenter explicant, oris uidelicet fœditatem, aut arrogantiam, ut Acro. Ego propemodùm adducor talem quendam fuiſſe morbum, qualem hodie Neapolitanum uocant, ex eadem*

regione in has nationes noſtra ætate à militibus non ſine clade multorum hominum allatum, qui faciem, corpusq́ miſerrimis cicatricibus deturpare ſolet: Quem ego non minus nociuum, quam lepram puto, multiq́ boni uiri in ea ſunt opinione. Porphyrio uerò putat ore immundo fuiſſe Campanos, atque inde uideri quibuſdam Oſcos dictos, quaſi obſcœnos, quàm opinionem ride: Feſtus Pompeius. Porrò Oſcos ultra Circæos in Campania habitaſſe author eſt Plinius libro tertio, capite quinto.

—Rogabat Denique cur nunquam fugiſſet] Nunquem legendum puto, non nunquam. *Eſt autem manifeſta ironia & ſermo perquam obſcurus, innuit enim neque cum libra farris contentum, neque gracilem, neque puſillum, ideoq́ ſæpe fugiſſe: & libram farris contemptim dixit, pro demenſo, cùm Demenſum quaternos contineret modios, ut author eſt Donatus in primam Phormionis ſcenam.* Nam uaga per ueterem dilapſo flamma culinam] *Dilapſo legit Acro, ut ſit adiectiuum ab Vulcano, quod placet. Noſter bellus annotator rurſus hic auſus eſt adijcere uerbum eſt: præterea ad finem uerſus coniunctionem, &:* legit enim dilapſa eſt flamma culinam Vulcano ſummum properabat lambere tectum. *Vbiq́ deeſt illi aliquid, ubiq́ hiat ſententiæ iunctura. Sed hic noſtræ ætatis emergendi modus eſt per ſummam optimorum authorum iniuriam.* Conuiuas auidos cœnam ſeruosq́ timenteis] *Et hic locus obſcuritatem habet ob ambiguitatem participij timenteis, ſit ne ſeruorum an conuiuium epitheton. Deinde, qui rapere cœnam, qui extinguere uelle intelligantur, cùm dicat, omnes uideres. qui timeant, & qui timeantur, & quid timeant. Commentatores ferè ſilent, nec ego coniecturas meas ubiq́ adferre poſſum.* Nā Canuſi lapidoſus, aquæ non ditior urna] *Equuntutium Canuſio præfert. Nam in Equuntutio ait bonum eſſe panem, Canuſij lapidoſum, & qui non urna aquæ ditior, ſignificans æquè Canuſij malam eſſe aquam atq́ Equuntutij. Quanquam illud ditior, quid referat panem'ne an locum, ambiguum eſt. De loco etſi uidetur durum, non eſt tamen omninò abſurdum, quippe quod uerbum proximo ſequitur uerſu.* Inde Rubos feſſi] In Rubos, *habebant aliqui libri, ſed errant. Seruius lib. 1. Georgicôn ad illud Virgilij:*

„ *Nunc facilis rubea texatur fiſcina uirga.*

Exponit, quæ circa Rubos Italiæ abundat, plurimaq́ naſcatur: Allegatq́ hunc locum Horatij. Mancinellus de ſanguineo uirgulto intelligi poſſe putat. Quare Seruius ad hoc oppidum deducat adiectiui appellationem equidem mirabar, fortè quod rubeus, a, um, non ſit uox latina, niſi à rubis: quanquā rubra etiam in Virgilio legi poſſit. Sed iudicēt hoc doctiores. Rubos aūt Italiæ oppidum omnes habēt, quod nemo opinor ignorat. Landinus Campanū ait. Ego Apuliæ puto, inter Canuſium & Barium: nota etiam apud Ptolemæum nomina, maximè uerò ex hoc itinere.

THEOD. PVLM. } 1 Excepit] *H.* Accepit, G.B. cepit. *E.P.V.* 3 Longè] *H.G.B.P.V.* Lingue, *E. & editio Aldina. In itinerario ſermone Horatij, nònne, obſecro, multo accommodatius legetur, Græcorum linguæ doctiſſimus, quàm quomodo eſt promulgatum, Græcorum longè doctiſſimus? nā rethori linguæ cognitio conuenit, ſumma doctrina non item: nec tamen meum hoc inuentum eſt, ſed antiquorum librorum ſcriptum. Turneb. lib. 1. cap. 29.*

4 Diſſertum nautis] *Vide Annotationes ad illud Satyr. 1. perfidus hic caupo.* 5 —Altius ac nos præcinctis unum] *Altè cinctum antiq uocabant ſtenuum, fortem, uirilem, minimè mollem: credo quod genus illud cincturæ hominum non eſſet delicatorum. Nam præcinctura ut fluxior, & laxior in Cæſare argumentum habuit mollitudinis: & diſcincti quoque effœminati habebantur: demiſſiusq́ eſſe ueſtibus elegantiæ uidebatur, mollioris. ſed è tabularijs eruenda fides eſt, quando in eo genere ſcriptionis uerſatur, quod ſignatis tabulis ferè confirmandum eſt. Seneca lib. epiſtol. 4. de Mecœnate, Altè cinctum putes dixiſſe. habuit enim ingenium & grande uirile, niſi illud ipſe diſcinxiſſet. Hinc illuſtratur duobus locis Horatius:*

„ *Hoc iter ignaui diuiſimus, altius ac nos*
„ *Præcinctis unum:*

Id eſt, quod unum eſſe ſolet ſtrenuioribus. Iterum (2. Sat. 8.)

„ *His ubi ſublatis, puer altè cinctus, acernam*
„ *Gauſape purpureo menſam perterſit: & alter.*

Id eſt, fortis & ſtrenuus ſeruus menſam terſit: βαθυζώνους tamen mulieres Homerus, id eſt, altè cinctas alio ſenſu dixit Turneb. lib. 15. cap. 23. 7 Heic ego propter aquam, quod erat deterrima, &c.] *Vide Hieronymi Magij Miſcell. lib. 1. cap. 11.* quia erat, *G. E.* teterrima, *H.* 12 Huc appelle] *Vide Petri Victorij Variarum lect. lib. 13. cap. 3.* 15 Abſentem cantat] abſentem ut cantat, *H. G. B. P. V.* 20 Cùm nil procederet] nil cùm producere, *H.* nil cùm procedere, *E.* nil cùm procedere G. B. P. V. 24 Ora, manusq́ tua lauimus Feronia lympha] *quod ait, religione quadam, & ceremonia factum eſſe exiſtimo, ut ſe uiua ſacráque Feroniæ aqua lauarent, purificarentque, cùm in conſpectum eius uani ueniſſent. nam ſe flumine uiuo abluere in parte religionis ponebant, ut è Marone (Aeneid. 2.) & poëtis alijs eſt notiſſimum. Turn. lib. 1. cap. 29.* 25 Repimus] *H. G. B. P.* repſimus, *E. V.* repimus, *quàm repſimus malo, cùm mox ſequatur, ſubimus, Turn. lib. 1. cap. 29.* 30 Collyria] collyrio, *Lambinus.* 32 —Ad unguem factus homo] *accipiendum eſt, pro eleganti & polito, perfectóque. Vide Annotat. ad uerſ. 294. Arte Poëtica.* 34 Fundos Aufidio Luſco prætore libenter Linquimus] *Non eſt heic audiendus Acro, qui prætorem pro duûmuiro accipiendum cenſet: ſiquidem præfecturas duumuiros habuiſſe non eſt proditum. Sigonius de iure Italiæ libro undecimo, capite duodecimo. Heic uenuſtè Aufidium ridet, qui cum Fundis in oppido exiguo præturā gereret, inſana arrogantia & animis elatis, faſtuq́ inſolenti, & inaudito erat, & inſignibus magiſtratus cōſules Romanos ſuperabat, cùm tamē Romæ tantùm ſcriba eſſet, qui ordo uilis & uulgaris erat, patebatq́ hominibus libertinis, ut in eodem Sermone,*

„ *—Scriba quod eſſet, deterius nihilo dominæ ius eſſe.*

Itaque prætextam & latum clauum, ut prætor conſul Romanus gerebat, æqua re ſtudens amplitudinem, & dignitatem faſtigij Romani. Ignis aūt ei præferebatur, (id enim eſt, quod ſcribit, prunæq́ batillum *) quod ſupra humanam propè conditionem erat, & diuinum religioſumq́ habebatur. Sic imperatoribus Romanis, & eorum uxoribus, interdum ſororibus, ignis præferri ſolebat. Herodianus de ſorore Commodi imperatoris, ὡς αὐτῇ τὸ πῦρ προπέμπειν. Videtur autem Horatius, cùm ait:*

„ *Fundos Aufidio Fuſco prætore.*

In eo iocari, quòd ſic tempus notare ſolebant magiſtratuum nominibus: ut ſi diceres, ueni Romam Cicerone conſule. Turneb. libro primo, capite uigeſimonono.

36 Batillum] Vatillum, *H. G. E. B. V.*

41 —Animæ, quales neque candidiores
Terra tulit.—

Sic Epod. 5.

„ *Nardo perunctum: quale non perfectius*
„ *Meæ laborarunt manus.*

Arbitror illud quale, ualere cuiuſmodi, cuius generis: ut dicat, delibutum unguento nardino, cuius generis, nunquam ipſa melius, perfectiusq́ elaborauerit, ut quidem & indigniſſimum ſit, Varum eius unguentis perfuſum circum aliarum amicarum oſtia uagari ipſa contempta. Sic & homines dicit, cuius generis non ſint candidiores neque meliores: erant enim docti, qui plerumque inter ſe inuidere, & liuere ſolent: neque ſemper litteris mores reſpondent. Perfuſus igitur ille tali erat unguento, quale eiuſdem generis nunquam melius eo fecerat. & illæ tales erant animæ, quales, id eſt, cuiuſmodi nunquam terra candidiores his tulerat. Scio uiſum iri interpretatiunculam hanc paulò coactiorem, ſed quo te pacto hinc extrices, niſi ita accipias, non uideo. Nam quale, pro quali reddere, & quales pro qualibus, id uerò ſit ſtribiliginem flagitioſam accuratiſſimo & diligentiſſimo poëtæ attribuere, & eum hominum ludibrio exponere, qui ſe cenſorem aliàs acrem, & aliorum uenuſtium deriſorem libenter præſtare ſoleat. Quare ab auctoritate Grammatici primarij Priſciani (lib. 17.) diſcedere malo, & utcumque poſſum dictionum ordinem conſeruare, quàm in nobili

po:na

poëta tam fœdam culpam hærere confiteri. uidi & qui per admirationem animæ qualeſ? legeret. Vide Turneb. lib. 2. cap. 24. Lege Annotationes quoq; ad Epod. 5. 47 Hic mulli] Helc mulli, quidam, ut teſtatur Lambinus, legendum eſſe putant.

49 Crudis] Crudus intelligitur Virgilius, cùm Horatius ſuprà ſe lippum eſſe fateatur. Vide Hieroymi Magij Variarum lect. ſeu Miſcellaneorum lib. 1. cap. 12. 51 Claudi] Caudi, G. 52 Cicerri] Cicirri. H.B. 60 Militaris] Militeris, H.G.B.V. at illi. at ipſi, H. 65 Cicerrus] Cicirrus. H.B. 67 Deterius nihilo] Nihilo deterius G.B. & Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 4. cap. 12. Nullo deterius, H. E.P.V. mendum ex Nihilo, uel Nilo natum. 68 Cur unquam, H. G. E. B. P. V. cur numquam, editio Aldina.

„ — Cui ſatis una Farris libra foret.

Veteres frumentum non ſolum metiri, ſed & appendere ſolebant, quod nunc quoque in panificio obſeruamus. Vide Turneb. lib. 2. cap. 13. 70 prodoximus] prodocimus. H. G. P. 72 Arſit, macros] Macros arſit, H.G.E.B.P.V. Synchyſis. 75 Conuiuas auidos cenam, ſeruosq; timentes Tum rapere atq; omnes reſtinguere uelle uideres] Iocosè dictum accipio. nã primùm auidi conuiuæ ex incendio, & flamma rapiebant cænam, & ſerui, qui ſi cœna ureretur, timebant, ne ab heris uerberarentur: quo facto cænaq; in tuto poſita, tum deniq; cum omnibus ignem cœperunt reſtinguere, cum epulis potiſsimum timerent ne perirent. Turneb. lib. 1. cap. 29. 89 Vitra] Vitro, Aldinum exemplar. 97 Dehinc] Dein. H.B.V. ymphis, pro Nymphis. Metonymia. Pet. Nannio Miſcell. lib. 4. 103 Demittere] Dimittere, H. G.E.B.P.V. 104 Brundiſium] H.G.B.V. Brundoſium, E. P. uide Annotat. ad Epiſt. 17. lib. 1.

GEORG. FAB. } Imitatio Lucillij, qui lib. 3. Satyrarum ὁδοιπορικὸν ſcripſit Roma, uſque in agrum Brutium: ex eo uerſum citat Agellius, 1. 16. Horatius modo ſcribit iter autumnale, Roma in Calabriam, uſque Brunduſium CCCLX M. paſſuum, ut Strabo dimenſus eſt lib. 6. Interim non obliuiſcitur argumenti: nam Satyricè reprehendit nautas, qui ſibi ſomnum ademerant: carpit prætorem Fundanum, quod honorum inſignibus efferretur: in Cocceij conuiuium duos ſcurras inducit: irridet hoſpitis Beneuentani incuriam, qua culinam inccaderat: iraſcitur Triuici uillano, qui fumum oculis moleſtum excitarat. Accedunt querela, de aqua uicioſa in foro Appij, de pane lapidoſo Canuſij, de auibus macris Beneuenti. Inter hæc nominat multos eruditos, quos aut comites habuerit in uia, aut ſocios inuenerit in hoſpitijs: narrat itineris partem confectam nauicula, partem mulis, partem rhedis: quæ uarietas mirè commendat totam narrationem.

Me excepit Aricia] Aricia, Ἀρικία, aliter quam in Strabonis aut Stephani libris: & Latini poëtæ antepenultimam producunt, ut imitatione Horatij Lucanus, & Flaccus. Inde ἀρικινοὶ rectè. Ouid. 3. Faſt.

„ Vallis Aricinæ ſilua præcinctus opaca,

„ Eſt locus.

Bene autem excepit, quia ſequitur, Hoſpitio modico. Excipimus familiariter. Ouid. 2. Faſt.

„ Comiter excipiunt, ſanguine iunctus erat.

Accipimus ampliter & magnificè. Virg. 8.

Accipit Aeneam.

Grammatici exponunt accipere, pro paſcere, uerbo nimis paraſitico. Græcorum longè doctiſsimus] Ita legit Acro, qui de aduerbio diſputat. Paulò infra.

„ Sed panis longè pulcherrimus.

In quibuſdam libris, Græcorum linguæ doctiſsimus? Græcus & rhetor linguam ſuam ignoraret?

Auerſos ſoliti componere amicos] Auerſos non aduerſos, legendum. ut, Auerſa Deæ mens. Quæ ſuper eſt Caudi cauponas] Ouid. 15.

„ Audita & cognita nobis, Pauca ſuper referam.

Sarmenti ſcurræ pugnam] Duellum hoc paraſiticum, ſubobſcurum eſt, quia habet ἐγκαταμεμιγμένα. Cycerrhus Oſcus à Sarmento antagoniſta comparatur equo ſilueſtri & indomito, uultu fœdo, fronte ſetis & cicatrice deformi, uaſtitate cyclopica, & monſtro ſimilis. Sarmentus ut ſeruus, & ſerua natus, & ut fugitiuus audit: & ut ſtatura puerili & puſilla: nec frumenti modio, ſed libra uix dignus, & ut dedecus ſcribarum in urbe reprehenditur. Meminerunt Sarmenti Iuuenalis ad Trebium, & in Antonio Plutarchus. Campanum in morbum in faciem permulta iocatus] Hæc probati manuſcripti lectio, alij enim in morbũ & faciem: ut intelligatur oris fœditas, aut obſcœnitas, ſed eiuſmodi ſermo eſt, in faciem iocari, qualis ille Terentianus, in os laudare. pro coram & in præſentia iocatus, in morbum Campanum, hoc eſt, in ſermonis petulantiam. Morbus ueterum Campanorũ fuit, ut eſſent proteruè dicaces, ut in Atellanis comœdijs, & in Carminibus Feſcenninis apparuit. Donec cur unquam] Melius, quam nonquam, quia fugeras, propter dominæ tenaciſsimas ſordes. Seruis demenſum dabatur modijs, Cycerrho aſſe uel libra: hoc Geta Comicus uncijs compar ſit, quia minimum fuit. Eſt igitur inſignis extenuatio, & ludus ſcurrilis, paruo homini ad uictum minus dandum, quàm procero. Cœnam produximus illac] Tempore præſenti producimus, in Anhaltino, quod eſt ualde euidens. Hoſpes Penè macros arſit dum turdos uerſat in igne] Hæc bona lectio, iudicio interpretum, qui annotant talem ordinem, Hoſpes arſit pro domus hoſpitis. Vt, iam proximus ardet Vcalegon. Dum macros turdos uerſat id eſt, frigit, aſſat. Ouid. 8. Met.

„ Non acri leuiter uerſata fauilla.

Quod ſi aliter legiſſent interpretes, non fuiſſet opus illa ordinis Grammatici annotatione. Aquæ non ditior urna] Prouerbiale de magna aquæ penuria. Intelligi poteſt unũ Equotutij fontem fuiſſe, quiq; una urna trahatur ad oppidi commodum: qualis eſt in uetere Romanorum arce Briſaci, inter Argentoratum & Baſileam. Equotutium, in Antonini itinere, Equum Tuticum, neſcio quã bene, locis omnib. legitur. Bari mœnia piſcoſi] Barũ hodie quoque nominatur, hæc peninſula. Mela & Plinius Barium, Strabo Barin, aitq; uocatam ſuo tempore, Barium: & annotat neſcio quid de alio nomine ex Theotiſto, interpres, locus enim corruptus eſt. In Antonini itinere ſcriptum deprauatè Varia, pro Bario. Gnatia lymphis iratis extructa] Gnatia, à Plinio Egnatia, oppidum Pediculorum: à Strabone Ignatia, Daunıorum. Eſtq; in Gnatia & Ignatia eadem diuerſitas, quæ apud poëtas in Sapi & Iſapi fluuio Picenorum, de quo in Itineribus meis annotaui.

IOD. BAD. ASCENS. } Egreſſum magna me excepit Aricia Roma] Lucilium (inquit Porphyrio) hac Satyra æmulatur Horat. iter ſuum à Roma uſq; Brunduſium deſcribens, quod & ille in tertio libro fecit, primò à Roma Capuam uſq;, & inde ad fretum Sicilienſe, hæc Porphyrio. Deſcribit ergo in hac Satyra poëta iter quod cum Heliodoro Rhetore Brunduſium habuit. In qua deſcriptione non immemor Satyrici ſtyli multas hominum ineptias, ſuasq; ſubinde urbaniſsimè notat, ut in explanatione patebit. Ordo itaq; eſt. Aricia ciuitas illa diſtans ab urbe decem milia paſſuum, excepit modico hoſpitio me egreſſum magna Roma, antitheton, magna & modico Heliodorus Rhetor doctiſsimus linguæ Græcorum. Erat comes] Id eſt, ſimul miſſus, & mecum iter faciens. Inde] Id eſt, deinde forum. Appi] Id eſt, Appij. Differtum] Id eſt, in diuerſis partibus plenum nautis atq; cauponibus malignis. Excepit] Sup. me: Aduerte autem quod Acro diſtinxit, ut tribus generibus hominum forum illud plenum intelligatur: nautis, cauponibus, atq; malignis ſupple hominibus. Veruntamen, quia in 1. Satyra caupones, id eſt, uini uenditores malignos ſignificauit dicens. Perfidus hic caupo, poteſt maligni epitheton eſſe de Cauponibus. Nos ignaui] Id eſt, non operoſi, & diligentes ad laborem, & iter faciendum. Diuiſimus] Id eſt, duobus diebus fecimus hoc iter à Roma: ſcilicet uſq; ad forum Appij. Quod eſt unum] Id eſt, unius diei iter. Præcinctis] Id eſt, expeditis & inſtructis ad iter altius. Ac] Id eſt, quam nos ſcilicet eramus. Via Appia eſt minus. Grauis] Id eſt, moleſta tardis, quia multa habitacula ſeu diuerſoria continet in quibus refici, & requieſcere poſſint. Ego indico] Id eſt, proclamo uentri meo. Bellum] .i. ieiuniũ, & abſtinentiã ei famelico denuncio. Hic] .i. in foro Appij. Quod] .i. ideò quod aqua erat. Deterrima] .i.

ma].i.peſtima & inſipidiſſima expectãs. Haud].i.non Aequo] .i.patienti, ſed iniquo & impatienti animo comites meos. Cœnãtis].i.qui cœnabant, quamuis aqua erat mala. Eſt autem Accuſatiui caſus cœnantis. Nox parabat].i.cœpit. Iam].i.paulòpòſt. Inducere terris].i.in terras ſpergere. Vmbras & diffundere].i. diffuſè oſtendere. Cœlo].i.in cœlo, uel per cœlum ſigna cœleſtia, quæ ſunt in zodiaco. Pueri].i.miniſtri ad occupanda loca à dominis ſuis miſſi ſup. parabant ingerere nautis conuitia, & nautæ pueris. Dicebant autem pueri ad directionem nauis. Appelle] Sup. nauem. Huc].i.ad nos. Inſeris].i.nunquid immittis in tam paruam nauim. Trecentos] Sup. homines? Ohe] Quod faſtidientis eſt uox. Iam ſatis eſt] Supple hominum in naui, interea autem dum. Aes].i.naulum præcium portorium, exigitur per nautas ab intrantibus, dum mula ligatur ad trahendum nauiculam. Tota hora] .i.magna pars noctis abit. Culices] .i. minutæ muſcæ, quæ in Italia plurimæ circa paludes ſunt Mali].i.nociuæ & infeſtæ, quæ pro & ranæ. Paluſtres auertunt] .i.à nobis uertunt & amouent ſomnos. Nauta prolutus].i.porrò lautus.i.ampliter irrigatus. Multa uappa] Villi & euaporato uino, quod plurimũ potauerat. Cantat amicam abſentem] .i. canticũ amatorium, de amica abſente, atq; pro Et uiator] .i. is qui mulam direxit. Certatim].i.per certamina cantat uiciſſim de amica ſua. Sed uiator feſſus cœpit tandem dormire. Et mulæ miſſæ] Supple ſunt. Paſtum].i.ad paſcua, & natura piger. Religat].i.iterum ligat (licet alibi diſſoluere ſignificat) Retinacula].i.funes, quib. naues trahuntur ac retinentur ne per fluctũ retrocedere cogantur. Religat inquam ſaxo] .i. ad ſaxum, & ipſe. Supinus].i.iacens facie ad cœlum uerſa ſtertit: ut nautæ ſolent dum profundè dormiũt. Et iam dies aderat, &c.] .i. nauiculam nil procedere. Donec unus cerebroſus].i.peruerſi cerebri, & mali capitis, ut quidam dicunt modici cerebri. Nam uolunt cerebroſum, inuidioſum, & pannoſum per contrarium ſignificare, cùm tamen à ſignificatione ſua non diſcedant. Nam cerebroſus eſt non unius, ſed uarij cerebri, & per hoc furioſus, inuidioſus eſt in quem multum inuidiæ inferimus, licet ipſe non inuideat. pannoſus eſt plenus. Pannis] .i. diuerſis particulis aſſutis. Nam pannus pro fruſto accipitur. ut in lib. de Arte poëtica.

„ Vnus & alter aſſuitur pannus.

Eſt ergo pannoſa res uarijs fruſtis, particuliſq; conſuta, donec inquam unus cerebroſus.i.iracundus & furioſus. Proſilit] .i. porrò è naui ſalit, ac dolat, uerberat & concauat. Saligno].i.ramo rapto de ſalice, quæ aquas amat, lumbos mulæ & caput nautæ. Nos exponimus è naui ad terram tandẽ uix quarta hora poſt ortum ſolis, cùm tamen cũ ſole, uel antè ſolẽ deberent exponi, & exponebantur ad templũ Feroniæ in tertio miliario à Tarracina. unde dicit,

„ Et ô Feronia Dea coniunx Iouis.

Auxori].i.imberbis. Nos lauimus].i.lauamus. Ora].i.faciẽ. Quæ] Pro & manus noſtras. Tua lympha] .i. aqua iuxta templum tuũ fluente. Scies puer lauo & 1. & 2. coniug. eſſe, unde hîc ponitur in 3. coniugatione, lauimus. Nam præſentis eſt temporis, in præterito.n.eo, quod eſt biſſyllabum prima producetur. Tum] .i.deinde nos pranſi. Repſimus] .i. lentè proceſſimus tria milia, atq; ſubimus Anxur oppidum impoſitum ſaxis. Candentib.] .i. reſplendentib. latè. Mecœnas optimus] Supple uir, uel amicus erat. Venturus huc].i.ad hoc oppidum, uidelicet Anxur, atque Cocceius erat uẽturus huc, qui duo erant miſſi ab Auguſto Cæſare. Vterq; de magnis rebus, quia de pace concilianda, exiſtentes. Legati ſoliti].i.conſueti componere. Aduerſos].i.inimicos. Amicos] .i. componendo facere de aduerſis, & inimicis amicos. Ego lippus].i.laborans oculis fluentib. Illinere].i.illinebam, uel cœpi illinere (& eſt tertiæ coniugationis, hîc non quartæ) oculis meis. Nigra collyria] .i. medicamenta, quæ uulgò emplaſtra uocantur: interea. Mecœnas aduenit atq; Cocceius] Quæ pro & Fonteius capito ſimul, qui tamen ab Antonio miſſus erat: exiſtens homo factus. Ad unguem].i. politus & perfectus in nulla re notandus. Intantum] Vt alter non ſit magis amicus. Antoni Pro Antonij. Fundos Aufidio luſco prætore] Continuat deſcriptionem itineris ſui artificiosè. Nam dicendo liquimus, ſignificat ſe tranſiſſe ſundos. Vnde Strabo. Sinu Caietano contiguum eſt Cæcubũ. Cui adiacet urbs Fundi in uia Appia. Tota hæc ora præcipua uina gerit. Hinc Cæcubum, Fundanum, Setinum, Falernũ, & Albanum. Notat autẽ hoc loco inſolentiam ignobilis prætoris, qui cùm de ſcriba ſenator factus eſſet, inſignia ſenatoria inſolenter oſtentabat Fundis, ubi non congruebat. Scies autem ſcribarũ officium infimo hominum generi Romæ commiſſum, cum apud Græcos, & etiam Hetruſcos nobiliſſimo cuiq; mandetur. Nam Porſennæ ſcriba ob id à Scæuola occiſus eſt, quod regali pompa ſplendidum regem eſſe credebat. Eſt autem is ſcriba quem cancellarium dicunt, licet largius accipi ſoleat, & pro legiſperitis, & pro ſcriptorib. Prætexta autem regum Ethruſcorum ueſtis ad Rom. magiſtratus tranſlata eſt, & eſt purpurea præcipuè pectus ambiens. Laticlauius autem inſigne ſenatorum eſt. Batillum autẽ uaſculum dicit, de quo carbones incenſi eſſent, quib. ferrum ad inurendas notas reis candebat. Parochi à præbendo dicti: unde & parochiæ, quæ uictum præbent curato. Salem autem pro condimento etiã maſculino genere dices puer, ſicut & docti omnes, licet Affranius antiquiſſimus ſal merũ dixerit. Lippis & Crudis] .i. Horat. & Vergilio. Nam ferunt Mecœnatem cum inter Horat. & Verg. clariſſimos poëtas cogitabundus, & triſtior ſederet, ab altero eorum interrogatum. Vbi nam eſſet urbanè reſpondiſſe. Inter lachrymas & ſuſpiria. Lippi.n. oculi, quales Horat. habuit lachrymas, & crudus ſtomachus, ut Vergilij ſuſpiria emittit. Ordo eſt. Nos linquimus].i.pertranſimus facto prandio. Libenter Fundos] .i. ciuitatem Fundanã. Et hoc Aufidio luſco prætore].i.quia Aufidius Luſcus ibi prætor fuit, & nõ potuimus ferre ineptitudinẽ eius, nos libenter linquimus Fundos ridentes. Præmia] .i.inſignia prætoriatus. Scribæ].i.quæ ſuſcepit ex officio ſcribatus uidelicet. Prætextam] .i. ueſtem regalem nobilibus pueris, & pòſt etiã ſenatoribus ad ornatum pectoris conceſſam. Et latumclauum] Veſtem ſenatoriam, quam lata faſcia ambiebat. Et batillum].i.uaſculũ. Prunæ].i.carbonum, quib. nota infamiæ candente ferro inurebatur reis. Deinde. Nos laſſi] .i.feſſi manemus in urbe. Mamurrarum].i.illorum nobilium, qui è Formijs oriundi erant. Hoc eſt, igitur Formijs manemus illa nocte. Murena præbente domum] .i. lectum & hoſpitium, & capitone. Culinam].i.coquinam, hoc eſt, uictum. Poſtera lux].i. ſequẽs dies oritur multò gratiſſima. Nanq; Plocius & Varius poëta (nam Varus bellifer fuit) & Virg. doctiſſimus poëtarum occurrunt nobis. Sinueſſæ] Id eſt, apud Sinueſſam, exiſtẽtes animæ quales, neque candidiores .i. pulchriores, & ab inuidia puriores. Terra tulit].i.produxit, uel portauit. Neq; quis].i.quib. alter ſit. Deuinctior].i.obligatior. Me].i.quam ego. Eſt autem honeſta locutio. Sum tibi deuinctus. Id eſt, amicitiæ uinculo obligatus. O qui].i.quales, quàm iocundi cõplexus, & quanta gaudia fuerũt nobis? Ego ſanus].i.quàm diu habeam ſanam mentẽ. Nil] Pro non & aliquid. Non contulerim].i.uelim conferre ſeu comparare aliquid. Iocundo amico] Q.d. nihil mihi charius, aut iocundius eſſe poteſt, ꝙ amicus. Villula].i.parua uilla, quæ eſt proxima Campano ponti. Præbuit nobis tectũ].i.hoſpitium. Et parochi].i.præbitores, qui ad hoc in uijs publicis cõſtituti erant, ut miſſis à ſenatu ligna, & ſalẽ darent. Nã cætera ipſi ſecũ ferebant parochi, ergo ſupple præbuerant ea, quæ debent præbere uidelicet ligna & ſalẽ. Hinc].i.ab hoc loco digreſſi muli, qui ſarcinulas portabant. Ponunt].i.deponunt tẽpore. Pro tẽpore].i.tempeſtiuè. & ut dicunt de bona hora. Clitellas].i. ſellas rudes, ſuper quas ſarcinas portant, quas deponũt, ubi hoſpitandũ eſt. Aduerte autem puer, nomina 3. declin. pro aduerbijs in tẽpore, aut in loco poſita in i Latinè proferri, non in e niſi poëticè, de loco autem in e. De aduerbijs in tẽpore exẽpla ſunt. Luci, ueſperi, tẽpori. De aduerbijs in loco, Carthagini, Auinioni, &c. In qua re imperiti plurimi falluntur, dicentes, natus eſt Carthagine pro Carthagini. Rectè autẽ dicitur ueni in tempore, quia nomen eſt, ſed ſine præpoſitione dixeris, ueni tempori. Si auctoritatem quæris, habes hic Acronem, & Seruium ſuper 4. Aeneid. in uerbis Aulide & Carthagine. Multi ergo deponunt onera, &c.].i.cum adhuc multum temporis diei ſupereſſet. Lude Mecœnas it].i.uadit luſum pila, & ego, & Virg. Imus] Supple dormitum. Nam ludere pila, eſt inimicum,

Id eſt,

.i. moleſtum & nociuum lippis: ut mihi inquit Horat. & crudis, ut Virgilio. Scies etiam multas locutiones, quibus uulgares utuntur, apud Latinos non eſſe. Vt pilare, Globare, aleare, &c. Nam Latini dicunt ludere pila, globo, diſco, alea, &c. Non magnopere autem curo ſiue uirgi. ſiue uergi. ſcribatur. Nam uetuſtatis indagatores Vergilius ſcribendum cēſent. Hinc nos Cocei, &c.] Pergit in deſcriptione itineris ſui poëta: multa urbanitate ineptitudinem carpens ſcurrarum, & uariam mortalium uitam figurans.

Quocirca licet plurima ab Acrone ſatis argutè explanata ſunt, tamen ut imperitiores quoque accipiant clarioribus repetemus. Poteſt autem primorum uerborum duplex eſſe ſenſus. Nam Porphyrio dicit, quod poëta indicat ſe Capua profectum in Coceij Neruæ uilla manſiſſe, quæ eſt ſupra Tabernas Caudij oppidi, & ſecundum hunc ſenſum legendum eſt. Hinc nos Coceij recipit pleniſſima uilla. quaſi poſtridie eius diei ad uillam Coceij ueniſſent. Alij legunt. Hic].i. Capuæ. ſed melior eſt lectio ſi hoc legatur. Alius ſenſus eſt nunc accepti ſumus hoſpitio in uilla Coceij, quæ uilla cũ ſit pleniſſima. Superet].i. excedit cauponas. Caudij].i. melius ibi accepti fuimus in uilla, quam fuiſſemus in Cauponis oppidi. Vbi hæc tria uocabula notanda ſunt. Hoſpitium.n. eſt ubi amici recipiuntur. Caupona, ubi pro precio, & uilla domus in agro, quod autem nuſquam inuocat ignari, ut inquit Acro reprehendunt propterea, quod in de Arte Poëtica dicitur.

„ Nec Deus interſit, niſi dignus uindice nodus
„ Inciderit.

Hoc eſt, quod poëtæ non debent facere inuocationem Dei, quotiens humano ingenio nodus.i. difficultas poſsit diſſolui. ueruntamen ut Acro docet oratoriè hic poëta inuocat, & non ſine multa urbanitate. Nam iucundiſsimum eſt in ridicula grauitate uerborum interdũ uti. Vnde & Iuuen. de magnitudine rumbi locuturus ait Satyra. 4.

„ Incipe Calliope licet hic conſidere, non eſt,
„ Cantandum, res uera agitur, narrare puellæ
„ Pierides, &c.

Meſsi clarum genus Oſci] Porphyrio intelligit ut ſit Oſci, ſunt clarum genus Meſsij, & eſt ironia, quia Campani ignobiles ſunt. Equi feri ſimilem ideò dixit, quia toruam, & ſetoſam frontem haberet, ut equus ferus. Campanum in morbum. Porphyrio, Campani qui Oſci dicebãtur ore immundi habiti ſunt. Vnde & Oſcos dictos putant, quaſi obſcœnos. hæc ille. Quod autem Meſsius dixit accipio uariè intelligitur. Nam Accipio prætermiſſa ſignificatione, qua ſignificat ad cœnam accipere, aliquando ſignificat intelligere, aut intellectum rei accipere. ſicut dare, dicere, aut intellectum rei dare. unde poteſt eſſe accipio.i. intelligo, quid uis dicere, uel melius translatũ dicas à gladiatore, qui ſe uulneratũ ſentiens, dicit accipio ſupple uulnus iſtud, relaturus aliud in te. unde minabundus ſecum dicit. Paſtorem cyclops]Polyphemũ intelligit. De quo in 3. Aeneid. ſatis ampla fit mentio, ut uerò ex Odyſſea Hom. trahitur. Cyclopes in Sicilia immaniſsimi corporis homines fuerunt, & unum tantũm oculum in fronte habebant, ut dicit Virgilius.

„ Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis inſtar.

Hoc eſt, ad magnitudinẽ clypei Græcorũ, aut globi ſolaris. nõ quãtus eſt, ſed quantus uidetur nobis. Cùm uerò Vlyſſes uagabundus per tempeſtatẽ ad eam regionem appulſus eſſet, unus Cyclopum Poliphemus nomine oues ſuas paſcẽns, deſcendentem Vlyſſem cum ſocijs captiuos in ſpeluncam duxit, & cum duos ex ſocijs deuoraſſet Vlyſſes dormiẽnti fuſte ficulneo illi oculum illũ transfixit. Nam aliter, quoniã ad oſtiũ antri iacebat exire non potuiſſet cum ſocijs. Neque uerò ſatis fuit occæcaſſe, niſi noua ſolertia exitum inueniſſet, nã oſtiũ antri occluſurus pecudes ſingulas exire fecit palpans eorũ dorſa, quod uides Vlyſſes inuit, ut ſub uentre arietũ irreperent, ſicut & ipſe fecit, unde ſaluus euaſit cum comitib. ſuis. Polyphemus ergo toruã cicatricẽ euulſi oculi in fronte habebat, ſicut & Meſsius, unde poterat ſaltare Cyclopẽ].i. ſaltãdo exprimere pſonã Cyclopis, hoc eſt, Polyphemi ſine Larua].i. facie adulterina ex cortice, aut corio, aut chartis compacta, & ſunt tragicis. Cothurnis] .i. altis calciamentis: eo quod magnus eſſet. Multa Cicirrhus ad hæc] Cicirrhus Meſsius Sarmẽto ſeruitutẽ obijciebat. unde quærit an cathenã, qua ut ſeruus conſtringi ſolebat, larib. donaſſet. Vbi ſcies, quod qui aliquo munere, aut ſtatu perfuncti erant, ſolebant inſigni, & arma illius Dei dicare, ut pueri exeuntes pueritiã laribus bullã, & puellæ Veneri pupas: bellatores Herculi arma ad poſtem figebant: unde petulanter interrogat an ne cathenã ſuam larib. donaſſet, tanquam manumiſſus, & infert quod quamuis eſſet. Scriba].i. permiſſu dominæ, fungeretur officio ſcribæ, tamen dominæ, propterea non perdiderat ius ſuum. Præterea Rom. multos annos farre uixerant & pulte: unde ſeruorũ cibos permanſiſſe diu ueriſimile eſt. Dabantur autẽ ipſis ſeruis ſingulis menſib. terni modij farris aut frumenti, quod dimenſum dicebatur, & eo debebant eſſe cõtenti: non.n. plus pro uictu accipiebant. Quod ſi parcius uiuerent id illis ad peculium.i. propriam poſſeſsionem accedebat: ut ſatis oſtendit Dauus Terentianus de Gæta ſeruo, ita in prima ſcœna Phormionis loquens. Quod ille unciatim uix de dimenſo ſuo ſuum defraudans genium cõparſit miſer, id illa uniuerſum arripiet haud exiſtimans quanto labore ſit partum, &c. Quia uerò edacib. ſeruis nimis exigua fuerat ea menſura, nonnulli fame coacti aufugerunt. Sarmentus autem ſecundùm Acronis interpretationẽ exili, & gracili corpore fuit, ita quod libra farris contentus eſſe poſſet. Vnde percunctatur Meſsius, quare aliquando fugiſſet cũ nullam fugæ cauſam uideretur habere. Turpiſsimum autem erat in ſeruo fugiſſe. Nam in eius contumeliam furcam in ueſtib. portabat in ſignum, quod eã aliquando meruiſſet, unde & furcifer dicebatur. Sunt autem, qui non minùs conuenienter interpretantur, dicentes, Sarmentũ pinguẽ, & elatum uentrẽ habuiſſe, unde per Ironiam gracilẽ & puſillũ uocat, Meſsius uicem gerens in eo, quod ſe Polyphemo comparatũ audiſſet ob magnitudinem, & frontis toruitatem. Sunt qui dicant de hoc Sarmento dictum eſſe illud Iuuen.

„ Si potes illa pati, quæ nec Sarmentus iniquas
„ Cæſaris ad menſas, nec uilis Galba tuliſſet.

Vnde manifeſtum eſt eum non ſobrium fuiſſe, quando Iniquas] .i. minores menſas Cæſaris ferre noluiſſet. Erat autem ternus ſcurra]Scurra autem is dicitur, qui non habita ratione ſuæ dignitatis tam in ſe, quàm in alios dicacitate ſua dicteria iacit, & conuitia ad riſum mouendũ alijs, & ſibi uentrem implendũ. Vrbanus aũt modeſtè, & cũ dignitate riſum, iocumque excitat. Vbi ſedulus hoſpes penè Macros &c.]Mira (inquit Porph.) energia.i. uiuacitate, & actiuitate hic ſenſus explicitus eſt. Nam reuera res ipſa pingi uidetur: aut corã oculis agi non narrari tantùm. Si quis autẽ ad allegoriam conferre uelit, mirã ſententiæ ubertatem inuenerit: in eo quod ſedulus hoſpes ueterem domum pro beneficio ferè amiſiſſet, unde fortunæ iniquitas damnari poſſet, ſed hæc alijs relinquo. Arſit]Ab ardo eſt præteritum. Ardeo] Autem uariè accipitur, ut indicant uerſiculi.

„ Ardet mens, ardet clypeus, domus ardet & ignis.
„ Hæc amat, hic ſplendet, hæc uritur, urit & ille:

Vnde hic quidã arſit paſsiuè interpretatur, dicens. Hoſpes].i. domus hoſpitis arſit. Penè].i. quaſi cõbuſta eſt, ſed meo iudicio melius actiuè caperet. Nam ordo & ſenſus, dum hoſpes ſedulus uerſat in igni Macros turdos penè arſit macros turdos, & totam domum quaſi comburebat. Turdus Martiale iudice auium delicatiſsima eſt. unde ait.

„ Inter aues turdus ſi quis me iudice certat.
„ Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Quando autem macri ſunt lardo ardente aſſantur: unde forte incendij cauſa. Vulcanus faber eſt Iouis, quod officium ſine igni non fit, unde & pro igni accipitur. Qui uerò dicunt ſenſum eſſe. Hoſpes arſit] Id eſt, domus hoſpitis. Dicunt hunc locum ſumptum eſſe ex 2. Aeneid. ubi dicitur.

„ Vulcano ſuperante domus, iam proximus ardet
„ Vcalegon.

Accipias igitur ut placet. Ordo eſt. Villa] .i. domus in agro, ſeu ut dicunt poſſeſsio Coceij. Pleniſsima] Id eſt, abundantiſsima frugum, & cæterorum eſculentorum.

Recipit nos hinc] Id eſt, Capua ſupple digreſſos, quæ uilla. Supereſt] Id eſt, excellit, & ſuperat in abundantia uictus. Cauponas] Id eſt, domicilia & diuerticula mercenaria. Caudi] Id eſt, Caudij oppidi: uel Supereſt] Id eſt, ſuperat & excedit in diſtantia à Capua, Cauponas Caudij. O' Muſa] O'

Dea

Deæ inuentionis poëticæ, ego uelim. Memores] *Id eſt, recites, dictes.* Nunc mihi paucis] *Supple carminibus.* Pugnam] *Id eſt, contentionem animo pugnantium.* Sarmenti ſcurræ] *Id eſt, inepti & impudentis hiſtrionis, quæ pro* Et Meſſi] *Pro Meſſij Cicirrhi etiam ſcurræ, & uelim etiam memores.* Quo patre] *Id eſt, quibus parentibus & maioribus, uterq́ natus.* Contulerit] *Id eſt, commiſerit lites.* Oſci] *Id eſt, campani ſupple ſunt.* Clarum] *Id eſt, nobile genus.* Meſſi] *Id eſt, Meſſij. Hoc eſt, Meſſius ortus eſt ex Campanis, qui omnes obſcœni & ignobiles: unde per ironiam dixit clarum genus, uel ſic, genus Meſſi, id eſt, Meſſij eſt clarum genus.* Oſci] *Id eſt, cuiuſdam uiliſsimi hominis Oſci nomine, uel patria quod potiùs creditur, quia dicturus eſt ſarmentum loqui in Campanum morbũ. i. contra uitium patriæ ipſius Meſſij. Domina autem Sarmenti* Adhuc extat] *Id eſt, rerum natura adhuc eſt, hoc eſt, adhuc uiuit: unde notum eſt illum ſeruum fuiſſe, & ita ignobilem. Extare autem eſt extra ſtare, uel permanere in ſtatu cæteris decedentibus, unde extare dicuntur libri nondum, cum cæteris deperditi.* Ipſi ergo ambo orti: ab his] *Id eſt, huiuſmodi maioribus.* Venêre] *Id eſt, uenerunt ad pugnam uerborum ſcilicet, hoc eſt, ad rixam.* Sarmentus prior] *Supple ait: ego dico ô Meſſi te eſſe ſimilem.* Equi feri] *Id eſt, ferocis & indomiti.* Nos] *Inquit poëta ridemus, cùm hoc diceret: & ipſe Meſſius, ſupple dixit.* Accipio] *Id eſt, intelligo quid uis dicere, uel accipio ictum tuum illaturus meum, & hoc dicens mouet caput, ſicut faciunt minitantes, & Sarmentus ad hoc, inquit.* O quid faceres ni] *Id eſt, niſi tua frons.* Foret] *Id eſt, eſſet.* Cornu execto] *Id eſt, habens cornu* Exectum] *Id eſt, euulſum, & quaſi extra ſectum. Nam poſt x non ponitur s. ideo ab ex & ſeco fit execo: & ex & ſequor, exequor: ab ex & ſalio, exilio, & ſic de alijs. Si ergo frons tua non haberet cornu exectum quid faceres.* Cum ſic mutilus] *Id eſt, mutulatus propter abruptum cornu miniteris.* Sic] *Id eſt, tam ferociter. Declarat autem poëta cauſam huius conuitij, dicens.* Ad fœda] *Id eſt, turpis & inhoneſta.* Cicatrix] *Id eſt, ſignatura derelicta ex uulnere.* Turpauerat] *Id eſt, turpem fecerat.* Illi] *Videlicet Meſsio.* Frontem ſetoſam] *Id eſt, ſetis, hoc eſt, duris pilis plenam.* Laeui] *Id eſt, ſiniſtri oris, hoc eſt, in ſiniſtra parte frontis ſetoſæ. Item* Sarmentus] *Supple iocatus fuit, & irriſit.* Permulta] *Id eſt, abundè in morbum.* Campanum] *Id eſt, fœditatem oris Campanorum, & dicacitatem eorum.* Vel in morbum Campanum] *Id eſt, ad ſimilitudinem.* Morbi] *Id eſt, petulantiæ, & dicacitatis Campanorum in faciem, id eſt, figuram oris, immò totius corporis ipſius Meſſij rogabat.* Vti] *Id eſt, ut ſaltaret, id eſt, ſaltando repræſentaret, & ageret Cyclopa. Accuſatiuus Græcus, cuius nominatiuus eſt hic cyclops, id eſt, Poliphemum, cui magnus oculus in fronte erat ab Vlyſſe euulſus.* Paſtorem] *Supple ouium, & dicebat ſupple.* Nil] *Pro non, & in aliquo illi.* Non eſt opus] *Id eſt, indigentia in aliquo.* Larua] *Id eſt, facie falſa ex corticibus facta, qua faciem Polyphemi imitaretur.* Aut cothurnis] *Id eſt, alto genere calciamenti.* Tragicis] *Id eſt, quo utuntur Tragœdi in Tragicis ludis, uel* Cothurnis] *Id eſt, alto genere loquendi, quo utuntur tragici, & Polyphemus altiſsima uoce clamabat, ubi aufugêre, ſenſit Græcos.* Cicirrhus Meſsius reſpondit *ſupple multa ad hæc, quæ Sarmentus obiecerat, & quærebat ne pro an ipſe Sarmentus.* Donaſſet] *Id eſt, dicaſſet: iam catenam qua, quia ſeruus ligari ſolebat.* Laribus] *Id eſt, Deis familiaribus, quibus à nobilibus pueris dum uirilem togam ſumunt bulla dari ſolebat, & aſſerebat ſupple.* Ius] *Id eſt, poteſtatem eſſe dominæ.* Nihilo] *Id eſt, in nulla re.* Deterius] *Id eſt, minorem, & uiliorem, eò quod eſſet ſcriba. Deterius uenit aut à deter inuſitato uocabulo: aut à detero uerbo per metaphoram ſignificat peius, & uilius, eò quod res detritæ uiles, & malæ ſunt, & eò uiliores, quò deteriores, idem magis detritæ.* Denique] *Id eſt, tandem poſt cætera.* Rogabat] *.i. interrogabat.* Cur] *.i. quare ipſe unquam fugiſſet: cùm eſſet is cui exiſtenti tam gracile, & tam puſillo una libra farris.* Foret] *.i. eſſet ſatis, quanto magis trimodium, non ergo coactus eſt fame, aut inedia fugere. Hæc per ironiam potiùs dicta credimus, nam non ueriſimile eſſet ſcurram uoracem, gracilem, puſillumq́ fuiſſe.* Nos ergo (inquit poëta) produximus illam cœnam prorſus] *.i. porrò uerſus undequaq́ iucundè.* Et nos tendimus] *.i. proficiſcimur.* Hinc] *.i. ab hac uilla Coccej: Beneuentum oppidum, olim Maleuentum dictum.* Recta] *Supple uia. Non autem moris eſt addere uia, ſed recta per ſe plenum eſt.* Vbi] *.i. in quo loco hoſpes.* Sedulus] *.i. diligens & operoſus.* Pene] *.i. quaſi.* Arſit] *Id eſt, combuſtus eſt unà cum domo ſua.* Vel hoſpes] *.i. domus hoſpitis.* Arſit pene] *Sicut ſecũdo Aeneid.*

„ *Iam proximus ardet Vcalegon.*

Vel ſicut diximus. Vbi hoſpes ſedulus dum uerſat macros turdos] *Id eſt, aues ſic dictas in igni melius, quam in igne dicitur.* Ipſe penè] *.i. quaſi arſit .i. combuſit macros turdos, unà cum domo ſua.* Nam Vulcano] *.i. igni.* Delapſo] *.i. diſperſo.* Per ueterem culinam] *Id eſt, coquinam .i. poſtquam ignis diſperſus eſt.* Flamma faga] *Id eſt, uagabunda.* Properabat lambere] *Id eſt, molliter contingere.* Summum tectum] *.i. culmen domus. Caue ne legas dilapſa uel delapſa eſt Nam Acro rectè dilapſo Vulcano legit.* Tu uideres] *.i. quilibet poſſet uidere, ſicut quarto Aeneid.*

„ *Migrantes cernas totáq́ ex urbe ruentes*

„ *Conuiuas, auidos.*

.i. cupidos cibi, & ſeruos timentes, ne cœna perderetur. Rapere cœnam] *.i. coċturam pro cœna.* Et uideres omnes] *.i. omnes qui aderant.* Velle] *.i. laborare.* Reſtinguere] *i. ut reſtingant ignẽ.* Omnis *eſt accuſatiui caſus. Quia ut Seruius dicit. Accuſatiuus pluralis tertiæ declinationis rectè in is exit, quando Genitiuus pluralis in ium. ut tres, trium, tris. Priſcianus arctiores regulas ponit. Errant autem, qui Nominatiuum & Genitiuum etiam in is exire docent, præterquam in paucis. ſyrtis, tralis, alpis &c.* Incipit ex illo] *Deſcribit iter ſuum uſq́ ad terminum .i. Brunduſium, quò miſſus erat, quod autem montes Appuliæ notos ſibi dicit, hoc eſt, quod Venuſium oppidum eſt inter Lucaniam & Appuliam, ut alibi dicet: ipſe autem Venuſinus erat. Lucanus an Appulus anceps, ubi pu. corripitur. Atabulus dicitur, quia ἄτην ἐπιβάλλει .i. peſtem & nocumentũ inijcit. A Diomede, qui bello Troiano finito, inſtanter profectus Arpos, & Canuſium condidit. Barum autẽ, Gnatia & Rudia Pediculorum .i. eius nominis populorum oppida ſunt.* Dum flamma ſine] *Anaſtrophe eſt .i. tranſuerſio ſeu poſtpoſitio Præpoſitionis. Nã ordo eſt.* Dum cupit perſuadere thura liqueſcere ſine flamma] *Vnde puto deprauatum eſſe Acronem ubi dicit* flammas, ſine thure conſumi, *pro eo, quod eſt thura ſine flammis conſumi.* Namq́ Deos didici] *Ab Epicuro ſ. qui docuit Deos non curare mortalia facta, quæ ſi curare uellent ſolicitudine urgente beati eſſe non poſſent: ſed triſtes, quæ ratio, quàm friuola ſit, neminem Chriſtianorum latet. Iactabat tamen ſe Epicurus mortalium genus duob. magnis malis leuaſſe, uidelicet religione præſentium, & metu futurorum. Dixit .n. Deos non curare mortalia, unde fruſtrà colantur, & poſt mortem aliam non eſſe uitam, unde fruſtrà metueremus inferna, ſed hæc ſacrilega ſunt. unde poëta noſter alibi longè aliter ſenſit. immò errorem reuocat, primo carminum, ita dicens* Ode 34.

„ *Parcus deorum cultor & infrequens*

„ *Inſanientis dum ſapientiæ conſultus erro.*

Vbi ſapientiam Epicureorum inſanientẽ uocat, & erroneam. Eſt autem poëtarum uarias ſequi opiniones. Congruit autem huic loco poſtquam Epicuricè polutionem faſſus eſt, ſe Epicureum oſtendere, cui ſectæ uoluptuoſa uita, & lubrica pudori non fuit. Ordo eſt. Appulia] *Pars illa Italiæ incipit.* Ex illo] *.i. poſtquam illinc profecti ſumus, oſtentare mihi.* Montes notos] *.i. quos cum uicini patriæ meæ eſſent, bene nôram dicit poëta.* Quos montes Atabulus, &c.] *.i. urit & exiccat, & quos.* Nunquam] *Pro nõ, & unquã nos non* Erepſemus] *Pro erepſiſſemus per ſyncopam, id eſt, rependo, & tardè procedendo exiuiſſemus: ſed illic defatigati occubuiſſemus.* Niſi uilla] *.i. ſuburbium Triuici illius oppiduli, ad quod uehicula iuncta accedere nequeunt, recepiſſet nos.* Non ſine] *.i. cum* Fumo lachrymoſo] *.i. lachrymas prouocante, & hoc dico.* Camino] *.i. igni* Vrente] *.i. comburente.* Ramos udos] *.i. humidos & uirides humorem intrinſecus habentes.* Cum folijs] *Id eſt, frondibus. Caminus non eſt fumarium, per quod fumus exit, ſed ignis ipſe.*

Focus]

Focus] *Autem non eſt ignis, ſed locus ubi ignis fit, à fouendo dictus. Ego inquit poëta.* Stultiſſimus expecto] *Id eſt, expectaui.* Hic] *Id eſt, in hac uilla.* Puellam mendacem] *Quia non tenuit promiſſum uſq; ad mediam noctem.* Somnus aufert tamen] *Id eſt, tandem, & ſic ſæpe capitur.* Et ita non uacat Veneri] *Id eſt, libidini meæ.* Intentum] *Id eſt, conatum ſuum, uel id ad quod intendebat. Acro autem exponit ſic.* ſomnus aufert me intentum Veneri, *& ſic eſt, participium.* Tum] *Id eſt, præterea uel inſuper.* Somnia] *Id eſt, inſomnia, uel fantaſmata.* Maculant] *Id eſt, polluunt.* Immundo uiſo] *Id eſt, propter immundum uiſum, quo uidebatur mihi puellam complecti.*

Veſtem nocturnam] *Qua noctu utebar.* Que] *Pro* Et Ventrem ſupinum] *Id eſt, ad ſuperos, hoc eſt, cœleſtes uerſum.*

Quædam exemplaria habent uentremq; ſuperbum] *Id eſt, elatum, uel uino ſpumantem, & effrenem: Credo tamen* ſupinum *potiùs legendum. Vult autem dicere ſe pollutum eſſe, quod cùm Epicureus eſſet, haud turpè duxit. Landinus tamen uult quod ſub nomine ſuo alium notet, quod ueriſimile non eſt. Nec tamen ob id ſe ita repræhendit, ut auctoritatem minuat. quia inter leuia, ſeu mediocria uitia computandum putauit, unde ſe ſtultum fuiſſe fatetur, quod puellæ crederet.* Nos rapimur] *Id eſt, celeriter rapti tranſimus.* Rhedis] *Id eſt, uehiculis.* Hinc] *Id eſt, ab hac uilla.* Quattuor & uiginti millia] *Supple paſſuum. Ornatè autem dixit.* Quattuor & uiginti] *Nam ut Valla annotauit, quando inter partes numeri ponitur coniunctio, tunc ultra uiginti & citra centum, hoc eſt intra uiginti & centum præponemus minorem numerum, ſed ante uiginti & poſt centum, & ubiq; ſine coniunctione è contrariò fiet. Dices ergo decem & quattuor, centum & quattuor, non tamen uiginti & quatuor: ſed quattuor & uiginti. uel omiſſa coniunctione uigintiquattuor, & ſic de conſimilibus.*

Nos ergo rapimur rhedis] *Supple, per quattuor & uiginti milia paſſuum.* Manſuri] *Vt maneamus.* Oppidulo] *Id eſt, in paruo oppido.* Quod non eſt] *Supple conceſſum dicere uerſu hexametro ſcilicet. Hoc autem oppidum ſecundum Acronem dicitur* equotutium, *ſecundùm Porphyrionem* æquotutium, *ſecundum Landinum* contradictum *ſi codices mendoſi non ſunt.*

Non eſt autem dicere] *Id eſt, non licet dicere, uel non eſt in poteſtate mea dicere. Sicut hîc non eſt ſoluendo, dicimus de eo, qui ſoluere non poteſt. Ideò autem non dicere uerſu hexametro, quia cum ſyllaba breuis inter duas longas ponitur: non eſt dictio apta metro hexametro.* Perfacile] *Id eſt, ualde facile eſt, ſupple dicere.*

Signis] *Id eſt, per ſigna.* Aqua] *Quæ eſt uiliſſima.* Rerum] *Id eſt, res uiliſſima, hoc eſt minimo uendi ſolet.* Venit] *Id eſt, uenditur.* Hic] *Id eſt, in hoc loco: Scies puer uile dici quicquid facili precio emitur, ut uilis eſt panis, ubi nō charè emitur. unde male accipiunt qui putant rem uilem eſſe contemptibilem & ſordidā.* ueneo *autem eſt uænum eo, id eſt, uendor, & producit tam in præſenti, quam in præterito primam ſyllabam.* uenio *autem, id eſt, aliquorſum eo, habet in præſenti, & in eius temporibus primam breuem, in cæteris longam. Aqua ergo quæ eſt uiliſſima rerum, quia duo elementa communia ſunt aqua & aër, & maxima ſolet in pleriſq; locis eſſe aquarum copia, illic tamen cùm ſit terra ſicca, ut apud Perſium*

Sitiat canis Appula quantum

Aqua uenit] *Id eſt, uenditur. Sed Panis eſt ibi longè pulcherrimus. intantum ut* Viator callidus] *Id eſt, prouidus, & in eo itinere ſic exercitatus, ut callum in pedibus habeat, ſoleat portare panem illum humeris ſuis.* Vltra] *Id eſt, ad ulteriora loca. Nam panis eſt ſupple.* Canuſi] *Id eſt, Canuſij uel apud Canuſium.* Lapidoſus] *Id eſt, durus non* Ditior] *Idem, non carior urna aquæ, id eſt, quod uendatur urna, quæ apud Equumtutium, & ita panis Equotutij commutatur cum aqua Canuſina. uel ſic.* panis Canuſi lapidoſus eſt, & urna aquæ non eſt ditior, *id eſt, melior, id eſt, utrunq; ibi malum eſt. ſed prior ſententia magis placet. Quâ locus ſcilicet Canuſinus eſt olim conditus à forti Diomede, qui etiam cum Aenea duellum inijt, cuius coxam lapide percuſſit, quantum inquit Homerus duo homines robuſtiſſimi ætate mea tollere non poſſent. Vnde certum eſt fortem fuiſſe.* Varius poëta & amicus noſter diſcedit] *Id eſt, diſgreditur à nobis.* Hic] *Id eſt, hoc loco exiſtens mœſtus, & amicis flentib. propter diſceſſum eius.* Nos peruenimus inde] *Id eſt, ex illo loco.* Rubos] *Id eſt, ad illud oppidum exiſtentes feſſi. ut pote.* Carpentes] *Id eſt, qui Carpſimus longum iter, id eſt, uiam longam hoc loco.* Et factum corruptius] *Id eſt, moleſtius & difficilius.* Imbri] *Id eſt, per pluuiam.* Poſtera tempeſtas] *Id eſt, aura ſequentis diei erat melior, quia non pluebat. ſed uia erat peior, quia iam mollificata præcedenti pluuia. uſq; ad mœnia Bari oppidi piſcoſi, ubi multæ ſunt paludes, & multa ſtagna, in quibus copia eſt piſcium, & ita uia lutoſa dum pluit.* Dehinc] *Id eſt, de hoc loco.* Gnatia ciuitas Pedicolorum] *Id eſt, illorum populorum inter quorum ciuitates eſt extructa.* Lymphis] *Id eſt, aquis exiſtentibus iratis, quia nolunt ibi eſſe, dedit nobis riſus & iocos, dum cupit.* Perſuadere] *i. efficere ut credamus.* Thura liqueſcere] *i. liqueſieri in* Sacro limine] *i. altari, uel in introitu templi, quam rem dicit poëta credat Iudæus.* Appella] *i. circuncíſus.* Et ſine pelle] *i. præputio. ab a priuatiua particula, &* pelle. *Credebantur autem Iudæi à Rom. eſſe ſuperſtitioſi, ut in actibus Apoſtolorum ſatis conſtat. eò quod multa miracula à Deo inuiſibili facta aſſerebant, quæ Romani hiſtiographi non credentes inuertebant, hoc eſt, prauè recitabant: ut apud Iuſtinum in exitu Iſrael de Aegypto ferè omnia miracula deprauata legas dicentem, non per maris Rubei diuiſionem Aegyptios eſſe ſubmerſos, ſed per nimiā pluuiam impeditos, ne fugientes perſequerentur. Credit ergo inquit poëta Iudæus hoc, Non ego.* Namq;] *Pro quia, ego didici in ſcholis Epicureorum Deos agere.* Aeuum] *Id eſt, perpetuam uitam.* Securum] *i. ſeorſum.* A cura] *i. non curando res inferiores.* Nec] *Pro & non.* Et didici] *Supple ſi natura faciat.* Quid] *i. aliquid* Miri] *i. mirandi uel aliquod miraculum.* Deos triſtes] *i. ſolicitos non* Dimittere] *Id eſt, deorſum mittere.* Id] *Hoc eſt, illud mirum, ſeu miraculum ex alto tecto cœli.* Brunduſium autem finis] *Id eſt, terminus longæ uiæ, & longæ chartæ, in qua ſcribebam iter meum.*

PET. CRINIT. } Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus, Paſtorem ſaltaret uti Cyclopa, rogabat. Nil illi laruа, aut tragicis opus eſſe cothurnis] *Hunc locum ab alijs indiligenter interpretatum animaduertimus. Nam hoc loco ſaltare Cyclops nihil aliud eſſe puto, quàm ut fronte & habitu, talem fuiſſe Meſsium, ut Polyphemum in ſcæna ſaltantem exprimere poſſet, ac riſum de ſe ſpectantibus facilè commouere Crinitus de honeſt. diſcipl. lib. 17. cap.* [illegible]

POLYD VIRG. } Ad unguem factus homo] *Homo factus ad unguem, prouerbialiter dicitur ad perfectionem, eſt enim translatio à marmorarijs, qui lapidum iuncturas unguibus probant. Polyd. in prouer. Homo factus ad unguem.*

SATYRA VI.

ARGVMENTVM SATYRAE VI. ASCENS.

Sexta notat Patum de nobilitate ſuperbos.

ALIVD ARGVMENTVM.

Veram nobilitatem non generis & ſtemmatum antiquitate, aut quauis alia re, ſed ſola uirtute conſtare.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Nobilitas ex Virtute.

COMMENTARIA.

ACRON.

NON quia Mecœnas] *Mecœnatem alloquitur, candorem animi eius commemorans, qui generoſos atque humiles abſque diſcrimine accipiat.* Lydorum quidquid Hetruſcos Incoluit fines] *Deeſt, habes. Lydi quondam Tuſciam poſſederunt, à quibus originem Mecœnas trahebat. Senſus hic eſt:* Non te, *inquit,* extollit nobilitas gentis, & ſanguinis, ut deſpicias eos qui ex infimis nati ſunt, ſciens quod non genus, ſed uirtus in homine eſt quærenda. *Non quia habes Hetruſcos, id eſt, Tyrrhenos fines, quos incoluit, quicquid Lydorum fuit: nec eô, quia nemo eſt te generoſior, id eſt, neque quia nobilis es, ideo derides ignobiles, & libertinos: nec ideo, quod imperauit pater tuus, & auus, irrides ignotos pauperes uel ignobiles.* Naſo ſuſpendis adūco Ignotos] *Id eſt, Nec ignoti tibi faſtidia afferunt. quod uulgò ſannam dicunt. Suſpendis autem ſpernis ſubſannas.* Faſtidis] *Id eſt, non irrides. Nouimus enim quia qui irrident homines ſannas faciunt.*

Referre] *Intereſſe.* Dum ingenuus] *Dummodo ingenuus ſit, ingenuus autem ad morum probitatem pertinet.* Perſuadeas hoc tibi uerè] *Rectè, inquit, hoc tibi perſuades ô Mecœnas, quod ante imperium Tulli, qui unus ex ſeptē regibus, ſeruili tamen genere fuit, alij multi ignobiles, ſed uiri boni, & uitæ optimæ. Senſus hic eſt: Rectè hoc ſentis, qui non nobilitatem magni pendis, ſed uirtutem.*

Ante poteſtatem Tulli] *Senſus eſt: Non ſolùm Tullum, ſed alios multos ex ignobili genere claros fuiſſe. Fuit autem Tullus, Tarquinij Priſci Lucumonis ſeruus è captiua natus: de quo Virg.*

„ *Ocia qui rumpet patriæ reſideſque mouebit*

„ *Tullus in arma uiros.*

Nullis] *Non nobilibus.*

Vnde] *A' quo, ut:*

„ *Genus unde Latinum.*

Licuiſſe] *A' licitatione, id eſt, ualuiſſe, æſtimaſſe. Quoniam omne quod licet, ualet* κατὰ κοινὸν.

Notante] *Iudicante, æſtimante.* Noſti] *Deeſt, ut.* Famæ] *Nobilibus.* Qui ſtupet in titulis] *Dum uirtuti præfert nobilitatem.* Quid oportet Nos facere?] *Nos qui ſumus ſapientiores populo, ſi populus rectè iudicat qui frequenter errat, nos nonne debemus honorem merentibus magis quàm nobilibus?*

Nam eſto] *Hoc quaſi præcedente ſubiectione dicit. Quaſi alius quis dicat magis debuit honorem accipere Leuinus, homo nobiliſsimus, quàm neſcio quis ignotus. Cui ita reſpondet:* Concedo, quòd *magis debuit populus mandare honorem Leuino nobili, quamuis ignauo: quàm Decio ignobili, quamuis forti. Quare autem hoc concedo, quia debet unuſquiſque contentus eſſe ordine ſuo. & hîc* ἐμφατικῶς *docet unumquenque debere ſorte propria contentum eſſe. Iſte Leuinus originem ducebat è Valerio Publicola, qui quia pepulit de ciuitate Tarquinium cum Bruto, ſemper contemptus eſt à populo. Si ergo populus qui ducitur nobilitate, & diuitijs, ſæpe ignauos, quãuis nobiles ſpernit, quid nos oportet facere? Quantò, inquit, minus ad honorem poſſumus peruenire, qui uulgo ſumus ignotiſsimi, ſi nobiles notantur à populo. Melius eſt ergo tuo iudicio quàm populi placere.* Quàm Decio] *Ignobili familia nato.*

Mandare nouo] *Subitò ſenatores facti noui iudicantur.*

Cenſorque moueret Appius] *Hic eſt Appius qui libertinos in urbanas tribus redegit. Concedo quòd rectè potuiſſet me cenſor remouere à ſenatu, cùm non eſſem honeſto patre natus.* Vel meritò] *Valde meritò.* Quoniam in propria non pelle quieſſem] *Id eſt, proprio ordine & ſtatu. Sumptum eſt ex prouerbio. Nam non quieſcere in pellibus ſuis dicimus eos, qui cum minore loco nati, maiora deſiderant.*

Sed fulgente trahit] *Sed in fulgente curru ſtat gloria, quæ illicit ad ſe tam ignobiles, quàm nobiles. Et eſt alia ſubiectio: Gloria quæ ſtat in curru fulgente, ita trahit homines, quaſi ibi ligati ſint.*

NON quia, Mecœnas, Lydorum, quicquid Hetruſcos
Incoluit fineis, nemo generoſior eſt te:
Nec, quòd auus tibi maternus fuit, atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitârint.
Vt plerique ſolent, naſo ſuſpendis adunco
Ignotos, ut me libertino patre natum.
Cum referre negas, quali ſit quiſque parente
Natus, dum ingenuus: PERSVADES hoc tibi uerè,
Ante poteſtatem Tulli, atque ignobile regnū,
Multos ſæpe uiros nullis maioribus ortos,
Et uixiſſe probos, amplis & honorib. auctos.
Contrà Læuinum Valerî genus, unde ſuperbus
Tarquinius regno pulſus fuit, unius aſsis
Non unquàm precio pluris licuiſſe, notante
Iudice, quem noſti, populo: QVI STVLTVS honores
Sæpe dat indignis, & famæ ſeruit ineptus:
Qui ſtupet in titulis, & imaginib. qd oportet
Nos facere à uulgo longè lateque remotos?
Nanque eſto, populus Læuino mallet honorē,
Quàm Decio mādare nouo, cēſorque moueret
Appius, ingenuo ſi non eſſem patre natus:
Vel meritò, quoniam in propria non pelle quieſſem.
Sed fulgente trahit conſtrictos gloria curru,
Nō minus ignotos generoſis quid tibi, Tulli,
Sumere depoſitum clauum, fierique tribuno?
Inuidia accreuit, priuato quæ minor eſſet.
Nam ut quiſque inſanus nigris medium impedijt crus
Pellibus, & latum demiſit pectore clauum:
Audit continuò, QVIS HOMO HIC? aut quo patre natus?
Vt ſi qui ægrotet, QVO morbo Barrhus, haberi
Et cupiat formoſus: eat quacunque, puellis
Iniiciat curam quærendi ſingula, quali
Sit facie, ſura quali, pede, dente, capillo:
Sic qui promittit, ciueis, urbem ſibi curæ,
Imperium fore, & Italiam, & delubra Deorū:
Quo patre ſit natus, num ignota matre inhoneſtus,
OMNES mortales curare & quærere cogit:

Tu'ne Syri, Damæ, aut Dionyſij filius, audes
Deijcere è ſaxo civeis, aut tradere Cadmo?
At Nouius collega gradu poſt me ſedet uno.
Namq; eſt ille, pater quod erat meus. hoc tibi Paullus,
Et Meſſala uideris. at hic, ſi ploſtra ducenta,
Cōcurrātq; foro tria funera, magna ſonabit,
Cornua quòd, uincatq; tubas. ſaltem tenet hoc nos.
NVNC ad me redeo libertino patre natum,
Quem rodunt omnes libertino patre natū:
Nunc, quia Mecœnas tibi ſim conuictor: at olim,
Quòd mihi parêret legio Romana tribuno.
Diſsimile hoc illi eſt: quia non ut forſit honorem
Iure mihi inuideat quiuis, ita te quoq; amicū:
Præſertim cautum dignos aſſumere, praua
AMBITIONE procul. felicem dicere non hoc
Me poſſum caſu, quòd te ſortitus amicum.
NVLLA etenim mihi te Sors obtulit: optimus olim
Virgilius, poſt hunc Varius dixêre quid eſſem.
Vt ueni coràm, ſingultim pauca locutus,
Infans nanq; pudor prohibeat plura profari:
Non ego me claro natum patre, non ego circum
Me Satureiano uectari rura caballo:
Sed, quod eram, narro. reſpondes, ut tuus eſt mos,
Pauca: abeo, & reuocas nono poſt menſe, iubesq;
Eſſe in amicorum numero: magnum hoc ego duco,
Quod placui tibi, qui turpi ſecernis honeſtū:
Non patre præclaro, ſed uita, & pectore puro.
ATQVI ſi uitijs mediocribus, ac mea paucis
Mendoſa eſt natura, alioquin recta: uelut ſi
Egregio inſperſos reprendas corpore næuos:
Si neq; auaritiam, neq; ſordes, ac mala luſtra
Obijciet uerè quiſquā mihi: purus, & inſons,
(Vt me collaudem) ſi & uiuo charus amicis,
Cauſa fuit pater his, qui macro pauper agello
Noluit in Flauî ludum me mittere magni:
Quô pueri magnis è centurionibus orti,
Læuo ſuſpenſi loculos, tabulamq; lacerto,
Ibant octonis referentes Idibus æra.
Sed puerum eſt auſus Romam portare, docendum
Arteis: quas doceat quiuis eques, atque ſenator
Semet prognatos. ueſtem, ſeruosq; ſequēteis
In magno ut populo ſi quis uidiſſet: auita
Ex re, præberi ſumptus mihi crederet illos.
Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus omneis
Circum doctores aderat. quid multa? PVDICVM
(Qui primus uirtutis honos) ſeruauit ab omni
Non ſolum facto, uerum opprobrio quoq; turpi:
Nec timuit ſibi ne uitio quis uerteret, olim
Si præco paruas, aut, ut fuit ipſe, coactor,

Conſtrictos] *Cupiditate plenos, uel impeditos. Hic cupiditatem per gloriam deſignauit.* Gloria curru] *Curſu, triumphali: hic cupiditatem deſignat.* Quò tibi Tulli ſumere depoſitum clauum] *Senſus: Quid neceſſe eſt ad ipſos honores aſſectare, quāuis omnes cupiant peruenire? Iſte Tullius ſenator fuit, & ante remotus eſt à ſenatu per Cæſarem, quaſi Pompeius, occiſo Cæſare recepit clauum, id eſt, ſenatoriam dignitatem, fuit autem ignobilis. Tibi autem tribuno dixit: quia recepto ordine ſenatorio, factus eſt tribunus militum. Fieri tribuno. figuratè per datiuum. Vt ſuprà, Deſertum quibus eſſe poëtis.*

Priuato quæ minor eſſet] Ordo, *Quæ inuidia minor erat tibi priuato, id eſt, dignitatem non habenti.*

Nam ut quiſq; inſanus] *Comparatio: Quilibet, id eſt, nouus & ignobilis, & cupiens, ſenatoriæ dignitatis, qui cupit rem incommodam unde pateretur, inuidiam & exponeretur maledictis, materia lacerandi: Hic notat eos, qui nolunt appetere honores, quos habuerunt ſui maiores.* Impedijt] *Dignitatis calceamentis ligauerit. Circumdedit medium crus ideo dicit, quia altiores ſunt calcei ſenatorum.*

Pellibus] *Calceamentis longis.*

Demiſit pectore] *Media parte corporis.* Audit continuò quis homo hic? aut quo patre natus] *Audit à populo. Quis homo aut inquirentium eſt, aut opprobrantium hic ſermo.* Vt ſi qui ægrotet] *Alia comparatio. Aegrotare morbo dicuntur hi, qui habent aliquam cupiditatem, quia omnis cupiditas ægritudo eſt. Quemadmodum, inquit, qui habet ſtudium mœchandi, & uoluerit uideri formoſus, inijcit puellis curam interrogandi. qualis iuuenis facie ſit, quali dente, quali capillo: ita & is, qui promittit ſe curaturum rempublicam, facit homines quærere de parentibus ſuis.*

Quo morbo Barrhus] *Id eſt, libidine Barrhus iſte cupiebat formoſus uideri. Significat autem hominem adulterum, in ſtupro Aemyliæ uirginis Veſtalis ante damnatum.*

Sic qui promittit] *Nam qui accipit dignitatem uidetur promittere, curæ ſibi eſſe patriam.* Ordo eſt: *Nam ſi quis promittit ciues, & urbem eſſe ſibi curæ, cogit omnes mortales de ſe curare, & de ſuis natalibus: ſicut inſanus habitu nouo, & qui uult uideri pulcher.* Tu ne Syri Damæ] *Senſus eſt: Tu qui libertinis ex parentibus, audes ne tribunatum adminiſtrare? Ignobilium quorundam de Syria nomina. Dama ignobilis, & quaſi unus de populo, uerba ad eum facit, qui ex genere humili ad honores, & imperium cupit peruenire.* Aut Dionyſi filius] *Alterius cuiuſdam plebeij uerba ad illum, qui è ſeruili conditione dignitatem adipiſcatur.* Deijcere è ſaxo ciues] *Tribuni enim damnatos capite ſaxo Capitolino præcipitant.* Aut tradere Cadmo] *Cadmus fuit carnifex notæ crudelitatis damnati autem de Tarpeio monte præcipitabantur. Vnde Iugurtha traditur deiectus.* At Nouius collega] *Subiectio. Quare non appetam ſenatoriam dignitatem cùm habeam collegam ex ordine equeſtri libertum. Quaſi reſpondentis uerba ſunt. Eſt autem ὑποφορὰ, ex perſona filij Damæ.*

Gradu poſt me ſedet uno] *In quatuordecim ordinibus equeſtris dignitatis.* Nanq;] *Pro, & poſuit.*

Ille pater quod erat meus] *Id eſt, eques Romanus, ſiue liber ad perſonam ſuam retulit poëta.* Hoc tibi Paulus & Meſſala uideris] *Hac ratione. Rurſum interrogantis modo Horatius Paulus & Meſſala, optimi fuerunt illius temporis aduocati, & Nouius quamuis garrulus uocis tamē gratia Paulo exercitius agere uidebatur. Senſus ergo eſt: Ideo tu uideris tibi Paulus & Meſſala eſſe, quia Nouium uno gradu præcedis? Alijs placet Nouiū præconem fuiſſe & uocis merito patrimonium acquiſiuiſſe, ut ſit ſenſus: Hoc tibi ergo uideris Meſſala & Paulus, quia præcedis præconem? Hoc loco docet uitandam eſſe arrogantiam.* At hic] *Modo reſpondet ſubiectioni.* Magna ſonabit] *Aut magna cornua, aut magna funera: aut magna ſonabit, pro magnè. Vt Virgil.*

„ *Infanda furentem.*

Ordo eſt: Quod uincat cornua & tubas. Saltem tenet hoc nos] *Delectat nos eloquentia, id eſt, propter hoc nos delectat. quod eſt orator. Hoc ſolùm inquit Horatius eſt, quòd indignationem noſtram cohibet, Nouium in equeſtri ordine ſedere. quod aduocatus eſt, & magnæ uocis: aut ipſe Nouius ait clara uoce ſaltem hoc ſtamus qui licet aduocati nomen habeat, tamen in quatuordecim ordinibus ſumus. Vel tenet hoc nos, Id eſt, hoc diſtat inter me & Nouiū, quod ſum dicturus.*

Rodunt] *Lacerant maliloquio.*

Conuictor] *Pro eo quod conuiua.*

At olim Quod mihi pareret legio Romana tribuno] *Senſus eſt in iſtis uerſibus ſatis obſcurus, nec tum ratione hac poteſt fieri manifeſtus.* Forſitan tribunatus mihi

inuidiam partæ debuerat, quia fortunæ bona merentur inuidiã, quòd casu quodam etiam indigni perueniunt ad honores. *Virtus uerò carere debet inuidia. Veræ enim uirtutis eſt, et certi meriti Mecœnas tuo iudicio comprobari.*

Quia non ſic ſit honor è iure mihi inuideat quiſquã] *Honor forſitan non conuenit libertini filio, at amicitia uiri magni quare non conueniat docto. Id eſt, Non ita iure mihi inuident, quod ſum tuus amicus & cõuiua, quemadmodum fortaſſe iure inuiderent, quòd fui tribunus. Nam ad amicitiam tuam non felicitate, ſed meritò perueni. Felicitati autem inuidendũ eſt, non merito.* Ita te quoq; amicũ Præſertim cautum] *Cum ſis cautus & peritus ad amicos diligendos.*

Dignos] *Amicos, qui ſunt longè à praua ambitione. Conſimilis cauſa eſt, quòd inuideãt mihi amico tuo, & quòd antea inuidebant tribuno.*

Non hoc Me poſſum caſu] *Id eſt, neq; caſu aliquo, neq; beneficio fortunæ factus ſum tibi amicus, ſed beneficio meo.* Singultim pauca locutus] *Cum interuallo interruptis uerbis, impediente uerecundia.* Infans nanq; pudor] Quia fari *non poſſet.* Quoniam *qui pudorem habet, non multum loquitur, ut infans, id eſt, elinguis.* Non ego circum] Ordo *eſt: Non ego narro me circum rura uectari caballo Satureiano, id eſt, Tarentino: quia Satureia dicta eſt Tarentina ciuitas. Satureiani fundi ſunt in Apulia fertiles, & equorum nobilium genitores.* Satureiano] *Satureiani nomine, fundi in Appulia illis temporibus fuiſſe dicũtur, ſatis ampli ac nobiles, per quos Appulum equum ſignificat. Appulum autem equum utique pro optimo accipere debemus.* Nono poſt menſe] *Vt: Longo poſt tempore uenit. Vt appareat diu exploratum, ad amicitiam admiſſum, diſplicere non poſſe.*

Magnum hoc ego duco] *Id eſt, gratum mihi erat, uel glorioſum hoc ego exiſtimo, quòd placui tibi, nõ propter nobilitatem parentum, ſed propter meritum conuerſationis meæ.* Sed uita & pectore] Quia dixerat, *Non patre præclaro: ideo hæc ſubiecit, quæ amplius in ſe contineant, quàm pater præclarus.* At qui ſi uitijs mediocribus] Ordo eſt, *Et ſi mediocribus & paucis uitijs repræhendenda eſt uita mea, attamen in quibuſdam eſt laudanda.* ὑπερβατόν *tale eſt: Atqui ſi uitijs careo, & probatæ ſum uitæ, his bonis pater cauſa eſt. Id eſt, ſi nobilitas non eſt, uel hæc paterna ſint.* Vel ſi egregio] *Comparat uitam ſuam formoſo uultui aſperſo næuis.*

Mercedes ſequerer: neq; ego eſſẽ quæſtus, ob
hoc nunc
LAVS illi debetur, & à me gratia maior.
Nil me pœniteat ſanum patris huius, eoq;
Non, ut magna dolo factum negat eſſe ſuo
pars:
Quòd non ingenuos habeat, clarosq; paren-
teis,
Sic me defendam longè mea diſcrepat iſtis
Et uox, & ratio. nam, ſi natura iuberet
A' certis annis, æuum remeare peractum,
Atque alios legere ad faſtum quoſcunque pa
renteis
Optaret ſibi quiſque: meis contentus, ho-
neſtos
Faſcibus, & ſellis nolim mihi ſumere: de-
mens,
Iudicio uulgi, ſanus fortaſſe tuo: quod
Nollem onus, haud unquam ſolitus portare
moleſtum.
Nam mihi cõtinuo maior quærẽda foret res,
Atq; ſalutandi plures: ducendus & unus,
Et comes alter, uti ne ſolus, rus'ue, pere-
grè'ue,
Exirem plures calones, atq; caballi
Paſcendi, ducenda petorrita nũc mihi curto
Ire licet mulo, uel, ſi libet, uſq; Tarentum:
Mantica cui lumbos onere ulceret, atq; eques
armos
Obijciet nemo ſordes mihi, quas tibi Tulli,
Cum Tiburte uia prætorẽ quinq; ſequuntur
Te pueri, laſanũ portantes, œnophorumq;.
Hoc ego commodius, quam tu, præclare Se-
nator,
Millibus atq; alijs uiuo. quacunq; libido eſt.
Incedo ſolus: percunctor quanti olus, ac far,
Fallacem circum, ueſpertinumq; pererro
Sæpe Forum: aſsiſto diuinis, inde domum
me
Ad porri, & ciceris refero, laganiq; catinum.
Cœna miniſtratur pueris tribus, & lapis
albus
Pocula cum cyatho duo ſuſtinet. adſtat Echi-
nus
Vilis, cum patera guttus, Cãpana ſupellex.
Deinde eo dormitum, non ſollicitus, mihi
quòd cras
Surgendũ ſit mane, obeundus Marſya, qui ſe
Vultũ ferre negat Nouiorũ poſſe minoris.
Ad quartam iaceo, poſt hanc uagor, aut e-
go lecto,
Aut ſcripto, quod me tacitum iuuet. ungor
oliuo,
Nõ quo fraudatis immũdus Natta lucernis.
Aſt, ubi me feſſum Sol acrior ire lauatum
Admonuit, fugio rabioſi tempora ſigni.
Pranſus nõ auidè, quantum interpellet inani
Ventre diem durare, domeſticus otior. hæc
eſt
VITA ſolutorum miſera ambitione, gra-
uiq;.
His me conſolor, uicturum ſuauius, ac ſi,
Quæſtor auus, pater atque meus, patruusq;
fuiſſent.

Ac mala luſtra] *Luſtra ferarum cubilia ſunt, & quoniam meretrices lupæ dicuntur, bene hoc nomine lupanaria appellauit. Et quare mala? ad differentiam illorũ, ubi præda uidetur incluſa. Luſtra non ſolum ferarum dicuntur cubilia, ſed & popinæ, in quibus ſcorta ſunt, & illecebræ libidinum.* Purus & inſons, ut me collaudem] Ordo *eſt: Si neq; auaritiam in me reprehendis, neque tabernas, & amicis meis charus ſum, inſons ſum, & innocens ſum, ut me laudem.* Cauſa fuit pater his] *Harum rerum, harum uirtutum pater cauſa fuit, ut ſim innocens & amicis charus: quem alij ut ignobilem obijciunt ille hæc contulit.* Quid macro pauper agello] *Deeſt, quamuis, ut ſit, Quamuis macro, id eſt, ſterili.* In Flaui ludum] *Flauius quidam fuit illis temporibus calculator.* Suſpenſi loculos] ὑπαλλαγή *non ipſi ſuſpenſi, ſed ſuſpenſos loculos habentes.* Tabulam] *Buxum, in quo meditantur ſcribere.* Octonis] *Nummos pro mercedibus, octonos aſſes æris, qua ante Idus mercedes dabantur.* Artes quas doceat] *Doceri faciat. ut,* Quos dedit Dædala Circe *ſuppoſita de matre, nothos furata, creauit.* Veſtem ſeruosq; ſequentes] *Ita me honeſtè tractauit, ut ſi quis me uidiſſet, putaret me à maioribus meis eſſe nobilem atque diuitem.* Incorruptiſſimus] *Ad comparationem aliorum, qui interdum luxuriantur ſcholaſtici, donis ſtudent ſuos corrũpere pædagogos.* Pudicũ Qui primus uirtutis honos] *Quia pudicitia ſummum bonum eſt.* Ab omni non ſolùm facto] *Non ſolùm ſeruauit me turpi facto, ſed etiam à fama.* Non ſolum enim ſufficit uitijs carere, niſi etiam ſuſpicionẽ uites infamiæ. Nec timuit ſibi, ne uicio quis uerteret] *Nec timuit, inquit, ne ſibi uitio quis obijceret, ſi mea ita infortunia fieret ut eſſem præco, aut coactor quod ipſe fuit. Præcones dicebantur qui ſtabant ad haſtam, nunciabant enim pretia oblata. Coactores autem mercenarij eorum, qui habebant argentariam. Sunt autem Argentarij, qui habent ſummam rerum uenalium. Argentarium dicimus eum, qui habet ſummam diuitiarum, à quo accipiunt forani. Coactor qui exigit nummos à circumforaneis. Aliter, Coactores dicũtur argentarij in auctionibus, qui pecunias cogunt ipſi ſunt conuectiarij.* Neque ego eſſem quæſtus] *Si me feciſſet præconem aut coactorem, quia potuit hoc præſtare ſine reprehenſione.* Ad hoc nunc] *Alij ad hæc legũt, ut ſit ad hæc quæ præſtitit. Alij ad hoc ſcilicet, ne me pœniteret,*

quid

quia patrem habui operarium, & libertum qui uir bonus fuit. Nil me pœniteat] Non pœnitet me huiuſmodi patris, & ideo non me defendam eo modo, quo ſolent homines ſeſe defendere, quibus obijcitur ignobilitas, qui dicunt non dolo ſuo neq; uoluntate factum eſſe, ut ab iſtiuſmodi parentibus naſcerentur. Non ut magna dolo] Ordo eſt: Non ſic me defendam, ut magna pars hominum.

Ratio] Sententia. Nam ſi natura iuberet] Id eſt, ſi natura concederet ut homines renaſcerentur. Vel, Quod ſi natura faceret aliquem à certo anno, repetere uitam ſuam poſt mortem, & fieret illi poteſtas eligendi à fatis, quos uel parentes, cõtentus eſſem parentibus meis. Ad faſtum] Ad ſuperbiam ac nobilitatem: an ad eligendi faſtidium, quod ex copia naſcitur? Honeſtos faſcibus and ſellis] Magis meos eligerem, quàm conſules aut ſenatores. Demens iudicio uulgi] Zeugma. fortaſſe. Sanus fortaſſe tuo] Mirè hoc dixit, quia ipſe eques permanſit contempto ſenatorio ordine.

Onus] Pro toga. Solitus portare moleſtum] Quia reuera moleſtiam habent, qui à nobilibus naſcuntur. Maior quærenda foret res] Si adeptus eſſem maiorem dignitatem, multa mihi eſſent neceſſaria. Petorrita] Genus uehiculi. Alij carpenta intelligunt, nonnulli carrucas. Mantica] Pera uel auerta, ſi maius onus uehendum. Alij in inuolucrum, uel pera quam dicunt biſſaciam. Quia pauperes cum inſident iumentis poſt ſe ſarcinas habent.

Sordes ignobilitate] Illis enim obijcitur ignobilitas, qui ex infimis orti ſe nobiliſſimos eſſe contendunt. Quas tibi Tulli] De quo ſuperiùs dixerat: Quo tibi Tulli ſumere depoſitum clauum?

Laſanum] Vas in quo exoneratur uenter, id eſt, quo uentrem purgamus, inuentum ad exquiſita naturæ. Hoc ego commodiùs quàm tu] In hoc, quòd multa mihi ſunt neceſſaria, uel caballi, uel calones, uel comites, & multis alijs rebus commodiùs uiuo.

Millibus atq; alijs] Id eſt, ſi millia ſunt ſenatorum, cõmodiùs me fateor uictitare. nam à Millio, ut quidam putant falſum eſt. nam numeri tantùm ſingularis eſt Millium. Libido] Voluntas.

Fallacem circum] Suburram maiorem, in qua ueſperi furtiuæ res ſemper uenundabantur. Et notandum, quia fallacẽ dixit Circum, nonnulli uolunt eſſe præpoſitionem, nam ſi nomẽ ſit locum Circi uidetur ſignificare, in quo furtiuæ res diſtrahuntur. An fallacem Circum propter Circenſes incerti euẽtus, aut propter Samardam. Marda enim qui citra metas ſolebat inducere. Illic enim Mathematici olim ſteterant. Veſpertinumq; pererro ſæpe Forum] Veſpertinum, quia quibuſdam in locis mercimonia agũtur circa ueſperam. Forum eſt ſingularum regionum proprium, ad quod meridianis horis uſq; ad ueſperam uicinores procedunt. ut ſit, πρὸς ἀντιδιαστολήν, ad matutina illa fora maiora & magis communia. Aſſiſto diuinis] Aut Samardicis, aut ſortilegis. Laganiq;] Laganà ſunt de ſiligine quædam facta, quaſi membranæ compoſitæ, quas cum piperis liquamine coquunt, & ſic comedunt. Catinum] Ad prandium uile ſiue moderatum. Lapis albus] Menſa marmorea, quam uocant Delphicam. Adſtat Echinus] Echinum dixit uas æneum, in quo calices lauantur, quòd modo triſillæ appellamus. Alij ampullam uitream dicunt: Alij lignum cum uncinis, in quo ſuſpenduntur calices. In modum Echini marini factum. Vilis] Non magni precij. Guttum] Vas unguentarium. Campana] Fictilis uel uiminea, uel ænea, quia in Campania dicebantur æneæ res optimè fabricari. Obeundus Marſia] Marſia ſtatua erat in Roſtris, ad quam ſolebant homines illi conuenire, qui inter ſe lites atque negocia componebant. Nam & à ſtatua nomen locus acceperat, in quo ſolebant eſſe accuſatores.

Vultum ferre negat Nouiorum] Nouij fratres fuerunt, quorum minor ad locum, qui appellatur Marſia uenerari conſueuerat. Hi autem Nouij fuerunt acerrimi fœneratores, & iocatur de hac re Horatius: Ideò ait puto Marſiam unam erectam manum habere, quòd illorum fœneratorum impudentiam non poteſt ſuſtinere. Deinde quòd ad ſtatuam Marſiæ uadimonium ſtatuebatur.

Fraudatis] Expilatis, euacuatis. Immundus Natta] Nomen tenaciſsimi uſque ad immundiciem. Sol acrior] Calidior horâ quinta. Rabioſi tempora ſigni] Aeſtuoſos dies caniculares.

Pranſus non auidè] Aeſtus cauſa tantum pranſus, quantum me ſe paret à ieiunio, quantum poteſt diem durare, hoc eſt, non multum pranſus. Interpellet] Suſtineat prohibeat. Domeſticus ocior] Domi ocioſius maneo. Notandum ocior fictum uerbum. Miſer ambitione grauiq;] Ab omni cupiditate praua, quæ miſeros facit, quia grauiter afficit. His] Hac uita, his rebus. Ac ſi] Pro quaſi, ut? Non ſecus ac iuſſi faciunt.

PORPHYRION. Non quia Mecœnas] Mecœnatem alloquitur, candorem eius animi commemorans, qui generoſos atq; humiles ſine diſcrimine accipiat. Lydorum quicquid Hetruſcos incoluit fines] Lydia quondam profecti incoluêre Hetruriam, quod & Virgil. teſtatur cùm dicit: Vbi Lydius arua „
„ Inter opima uirûm, leni fluit agmine Tibris.

Naſo ſuſpendis adunco] Quod uulgo dicunt deſannat, id eſt, per faſtidium quoddam deridet. Perſuades hoc tibi uerè] Liquet tibi, inquit & ante Tullum regem multos ignobili genere natos, probos uiros fuiſſe, uſosq; amplis honoribus. Tullum autem nominauit, quia ſerua captiua formicularia fuit natus, & ideo regnũ eius ignobile dixit. Nullis maioribus ortos] Nemo eſt utiq; qui nullos maiores habeat, ſed cùm memoria illorum propter humilitatem nulla ſit, quaſi non uidetur fuiſſe. Contrà Læuinus Valeri genus] Id eſt, Val. Læuinus à Valerio Publicola, qui cum Iunio Bruto Tarquinium Superbum expulit. Valeri genus, id eſt, genus habens, periphraſim autem neceſſario fecit, ſicut Lucilius cum dicit: Valeri ſententia dia. Quia, ſcilicet, nomen quatuor breuium ſyllabarum eſt, eò non poteſt in hexametrum uerſum recipi.

Vnde] Pro à quo Terent. A prædonibus, unde emerat, ſe audiſſe. Vnius aſſis] Hic P. Valerius adeò fœdis ac proiectis in omnem turpitudinem moribus uixit, ut prouehi non potuerit ultra quæſturæ dignitatem. Ergo ſenſus eſt: quamuis populus aſſueuerit honores dare indignis, dum titulis atq; imaginibus mouetur, tamen ille uilis apud eundem populũ fuit, notatusq; ab eo eſt, quãuis etiam populus indignis etiam honores tribueret. Quid oportet Nos facere] Quanto nos, inquit, qui non uulgariter ſapimus, minus mirari nobilitatem contemptu ignobilium debemus. In propria ſi pelle quieſſem] Ex prouerbio ſumptum eſt, in eos qui mediocritatis ſuæ obliti, maiora ſeipſis appetunt, quos non contineri intra pelliculam dicimus. Et hoc inde ſumptum eſt quod ductores in pellibus dormitent, cui rei & Lucilius teſtis eſt, cùm dicit:

„ Per mihi lectum,
„ Impoſuiq; pedem pellibus habet.

Et Plautus, cum de anu ebria iocaretur, ait: in pellis periculũ protenditur. Sed fulgente trahit] Senſus eſt:

„ Rapit omnes cupiditas gloriæ.

Sed quod curru fulgente dixerit, à triumphis uidetur ſumpſiſſe. Quo tibi] Poſt Cæſarem occiſum: nam pulſus antè ſenatu fuerat. Fierétq; tribuno] Figuratè per Datiuum caſum dixit ad pronomẽ tibi tribuno. Cæterum illud ſimplicius erat. Fieríq; tribunum.

Vt ſi qui ægrotet, quo morbo Barrhus] Hic Barrhus uiliſsimè ad modum libidinis atq; uitæ fuit, adeò ut Aemyliam uirginem Veſtæ inceſtaſſe dictus ſit. Certè adulteras ſynceriſsima cupiditate ſectabatur. Sic quũ promittit ſe inſeruire ſenatorio ordini, & rempublicam adminiſtrare cupit, aſtringit ſe ad eam neceſsitatem, ut inquiratur in eum à ciuibus, quo genere natus eſt, in quanto cenſu ſit conſtitutus. Audes Deijcere è ſaxo] Audes tribunatu plebis fungi. Nam tribuni plebis damnatos de ſaxo Capitolino præcipitabãt. Aut tradere Cadmo] Cadmus carnifex illo tempore fuiſſe dicitur. At Nouius collega gradu poſt me ſedet uno] Sed Nouius, inquit, qui libertinis parentibus natus, proximus ait me, in equeſtri ordine ſedet, Poſt me uno, id eſt, inferiori. Namq; eſt ille] Patre libertino natum eſſe Horatium, & in narratione, quam de uita ipſius habui, oſtendi. Ergo Nouium hunc libertinum eſſe indignatur, atq; eum tamen in quatuordecim ordinibus ſedere.

At hic ſi plauſtra ducenta] Nunc Nouium dicit garrulum, & uulgarem eſſe in cauſis agendis, per quod gloria ſtudiorum efficeret, & æquo animo ſuſtineatur, quòd diſſimulata humilitate natalium paulò exercitius agat. Saltem tenet hoc nos] Ad id pertinet, quòd dixit, eum cauſidicum eſſe. Ergo ſenſus: Hoc me ſaltem ſolatur ut illum ſuſtineam, cum indigner alioquin libertinum equeſtrem ordinem tenere.

Nunc quia ſim tibi Mecœnas conuictor] Dicit ſe inuideri, quod uiuat cum Mecœnate, & quod ante tribunus militibus præfuerat, quaſi utrunq; ſupra humilitatem generis eius ſit. Quia ut forſit honorem iure mihi inuideat] Prudentiſſimè dictũ forſitan enim meritò inuideri debeat, & qui fortunæ beneficia habeat, quæ plerũque temerè, & ſine iudicio illis proueniant: At amicitia Mecœnatis quod uirtute ſit prouocata, non potuit. Porrò autem quod uirtute ac uero iudicio quis aſſequitur, ei inuideri non debet, cùm magno cum labore hoc ei conſtet. Infans namq; pudor] Manifeſtum eſt infantem à non fando nũc dixiſſe, nec enim ad ætatem relatum eſt. Porrò hæc reuera natura nobis eſt, ut ad ſublimioris dignitatis uiros, cùm adhuc ignoti accedimus, uerecundia nos elingues faciat.

Reuocas nono poſt menſe] Plærịq; grauis iudicij uiri, ideo nõ temerè in amicitiã recipiũt, ne facilè dimittãt. Oſtendit ergo Mecœnatem per nouem menſes de ſe iudicaſſe, an ſic in amicitiam recepiſſe. Ac mea paucis Mendoſa eſt natura] Verecundè confitetur eſſe nonnulla uitia, uerumtamen mediocria, & uidetur hoc uerum eſſe, ut nemo non in aliquo uitio ſit conſtitutus. Sed iamdudum bene eſt, ſi uitium illud ſit paruum, & cui ignoſci poſſit. Ac mala luſtra] Luſtra non ferarũ cubilia tantùm, ſed & lupanaria dicuntur. Nam & Plautus in Caſina ait:

„ Vbi in luſtra iacuiſti mala.

Luſtra autem mala perpetuo epitheto dixit, nec enim ſunt bona, ut ad diſcretionem eorum mala dixerit. Sic dicitur à Plauto Athenis Atticis, & à Lucilio Campana Capua. Obijciet quiſquam uere mihi] Bene additum eſt, uerè. Illud enim nobis curandum eſt, ne probra, quæ in nos dicuntur, uerè dicantur, alioquin quin dicentur, in noſtra non eſt poteſtate. In Flaui ludum] Videlicet hunc Flauium cratherarum doctorem fuiſſe.

Seruauit ab omni, Non ſolum facto, uerum opprobrio quoque turpi] Eleganter. Forſitan enim parum ſit ita uiuere, ne probroſi in te aliquid admittas, niſi etiam ſuſpicionem omnem amoueas.

Nec timuit, ſibi ne uitio quis] Quid? quòd, inquit, non uerebatur meus pater, ne in malam exiſtimationem apud ciues, & cognatos recideret, ſi mihi liberalia ſtudia non præſtitiſſet, cùm humilis fuerit præco, & ſatis ſibi potuerit eſſe ſi paternam uitam imitaretur. Ergo hoc ipſo ſe multo maiorem gratiam patri ſuo debere dixit, quod ſupra uires ſtatus ſui filium ſit proſecutus.

Vt fuit ipſe coactor] Argentarius, ſcilicet, coactor quod humile ac turpiſſimum genus quæſtus habeatur. Sic me defendam] Ordo eſt: Eoq́ non ſic me defendam. Et eſt ſenſus: plerunq; cum humilitas grauis opprobatur alicui ſic ſe ſolet defendere, ut non ſuam culpam dicat eſſe, quòd de talibus parentibus natus ſit. Ego autem Horatius, inquit non tantùm non dicam hoc uerum eſſe, ſed è contrario talibus parentibus natum gloriabor. Nam ſi natura permitteret renaſci & eligere parentes, ex quibus naſceretur, non ego mallem ex hominibus honoribus functis naſci, quàm eis quibus natus ſum. Ad faſtum] Hoc eſt, ad faſtidium, ac per hoc ſuperbiam.

Demens iudicio uulgi] Vulgus enim magni facit nobilitatem generis, & eos qui geſſerunt magiſtratus. Sanus fortaſſe tuo] Hoc ad Mecœnatem rectè dicitur, qui abhorrens ſenatoriam dignitatem, in equeſtri gradu ſe continuit. Ne ſolus rus ue peregrè aut Ordo eſt: Rus ue aut peregrè exirem. Ducenda petorrita] Petorritum genus uehiculi, quod uulgo carrum dicitur. Mantica] Mantica pera eſt, ſed hoc ex Luciliano illo ſumptum eſt:

„ Mantica cantari coſtas grauitate premebant.

Quæ tibi Tulli] Tullium hunc & ſupra increpuerat, quòd ſenatoriam dignitatem recepiſſet, non ſufficiens ei nec cenſu, nec moribus. Fallacem circum] Mihi uidetur Suburram dicere, quòd ferè hora ſena furtiuas res ſolent eò uenum deferre. Non autem hoc dicit Horatius, quaſi res furetur, & eò deferat, ſed potius quòd inde occaſionem emendi captet. Aſſiſto diuinis] Sortilegis, fortilatores dicit. Porrò autem altioris dignitatis homines erubeſcunt, ſerò in his uulgi circulis ſtare, quod tamen ſi licere Horatius dicit per uitæ libertatem, in qua eſſet in ſenatoria dignitate conſtitutus. Ad porri & ciceris] Hanc eſcam & uulgarem eſſe nemo eſt, qui neſciat. Et lapis albus] Marmoream menſam Delphicam ſignificat, ſcilicet, quæ pretij non magni eſt.

Adſtat echinus Vilis] Præter echinũ. Lucilius ſic dixit quaſi ſcortea ampulla ſit, ut cùm ait:

„ Echinus chinabam infectus.

Hic tamen uitream ampullam intelligere debemus. Campana] Scilicet, quia Capuæ hodie ærea uaſa ſtudioſius fabricari dicuntur. Qui ſe uultũ ferre negat Nouiorum] Duo Nouij fratres illo tempore fuerunt, quorum minor tumultuoſè fœnerator fuiſſe dicitur. Satyricè autem & eleganter hoc dictum, quaſi ideo manum leuet Marſias, quod in foro ſuſtinere non poſſit hunc Nouium. Obeundus autem Marſias, quia in foro uadimonium ſiſtendum apud ſignum Marſiæ ſit. Aut ego lecto] Lecto producta ſyllaba enunciare debemus, quia frequentatiuum eſt ab eo, quod eſt lego.

Immundus Natta] Natta pro ſordido homine poſuit. Rabioſi tempora ſigni] Caniculares dies dicit. Interpellet] Hoc eſt, prohibeat. Dicit autem parum ſe prandere, ac tantum ne ieiunus ſit, nam in ieiunio uires deficiunt. Domeſticus ocior] Verbum finxit, id eſt, ocium ago. Ac ſi quæſtor auus] Senſus eſt. Suauius humilitate generis, & dignitatis meæ ſum uicturus, quàm ſi ex ſenatoria familia, atq; ipſe ſenator eſſem.

CHRIST LAND } Non quia Mecœnas] De ea re diſputat, de qua tanta, tamq́; diuturna controuerſia fuit, atq; eſt, ut adhuc lis ſub iudice ſit. Multi enim illam in antiquitate generis reponunt. Multi in diuitijs, nonnulli in magiſtratibus. Alij ad hæc uirtutem adiungunt (ut placet Peripateticis) Stoici autem in ſola uirtute nobilitatem ponunt. Quam ſententiam nunc poëta ſequitur. Nititur autem authoritate Mecœnatis, quæ quidem cum utroque parente regio natus ſit, multum ualere poſſit. Eſt autem Ordo O Mecœnas tu non ſuſpendis naſo adunco, id eſt, non ponderas & libras cum quodam ſtomacho, ut cæteri nobiles ſolent.

Ignotos] Id eſt, ignobiles. Quia nemo Lydorum quicquid] Scilicet Lydorum. Incoluit fines, ſit generoſior te] Nam qui Ethruſcos fines incolunt ex Lydia (duce Tyrrheno) uenerunt. Sed hiſtoria alio in loco à nobis poſita eſt. Magnis legionibus] Quia ex antiquis Lucumonibus fuerint. Libertino patre] Libertinũq; inquire in ſuperioribus. Ingenuus] Bonis moribus imbutus, qualem ingenuum eſſe decet. Ignobile regnum] Ex opinione uulgi qui natos obſcuris parentibus ignobiles dicunt. Cæterùm hoc regnum nobile fuit, quia optimè regnauit Tullus Seruilius.

Contra] Econtrariò ut ille ignobilis optimè regnauit. Sic in genere Valeriorum, quorum opera tyranni exacti ſunt, multi fuerunt nullius pretij. Valerius Bruti collega fuit, & optimam operam reipubl. nauauit in libertate publicanda. Sed cùm in loco urbis editior ædificare cœpiſſet, animaduerteretq; populo ſe ſuſpectum reddi, tanquam qui tyrannidis cauſa arcem ædificaret, ædes demolitus eſt, & omnem materiam in ſubiectam uallem deuehens, in loco plano ædificauit. Vnde & gratiam ſibi conciliauit, & Publicola quaſi popularis eſt uocatus. Iudice populo] Nam populus nonnunquam rectè iudicat, ſed non ſemper. Non tamen uituperandum putat, ſi Læuino homini nobili, quam Decio ignobili mandat honores, ne miratur ſi Appius aut alius cenſor moueat me à ſenatu hominem non natum patre ingenuo, quia ego non quieui in propria pelle, id eſt, in primo ſtatu, & eſt tractum ab Apologo Aeſopi in quo aſinus leonis pellem ſibi ſumit. Sed fulgẽte] Nam homines ignobiles, aut nobiles gloria honorum trahuntur.

Tulli] Hic uir prætorius, ſed obſcuro loco natus Pompeianas partes ſecutus fuerat, & inde à Cæſare omni dignitate ſpoliatus, uerùm mortuo Cæſare in priſtinum ſtatum redijt. Ergo inuidia accreuit ſumere, id eſt, ex eo quod ſumpſiſti.

Clauum] Id eſt, latum clauum ſenatoriam ueſtem. Depoſitũ] Iubente Cæſare quæ inuidia fuiſſet tibi minor ſi priuatus uixiſſet. Nigris pellibus] Apud antiquos non niſi nobiles nigris calceis utebantur, illisq́; lunam inſcribebant. Martialis.

„ Lunata nuſquam pellis & nuſquam toga.

Iuuenalis.

„ Et generoſus ad poſitam lunam nigra ſubtexit aluta.

De hac conſuetudine ita diſputat Plutarchus, ut credat Romanos ab Euandro profectos uoluiſſe oſtẽdere Arcades ante lunam fuiſſe. Ouidius.

„ *Ante Iouem natum terras habitaſſe feruntur*
„ *Arcades & luna gens prior illa fuit.*

Vel homines elatos uoluiſſe humanæ inſtabilitatis admonere exemplo lunæ, quæ ab obſcuro prodiens ad plenum uſq; ſplendorem peruenit, ac rurſus in obſcurum redit. Vel minores monere, ut ueluti luna ſoli ſubijcitur, ſic illi maioribus obtemperarent. Alij addunt, ut meminerint homines in campis Elyſijs futuros qui in lunari circulo eſſe creduntur. Quo morbo Barthus] *Nam laborabat hoc morbo, id eſt, hoc uitio, ut ſuo cultu ita ornatus procederet, ut puellæ de eo quærere cogerentur. Sic qui ignobiles cùm ſint quærunt magiſtratus, in quibus ſit poteſtas capiundi ſupplicium, de ciuibus, cogunt omnes inquirere ſuum obſcurum genus.* Syridamæ & Dionyſi] *Hi ignobiles erant.* Deijcere è ſaxo] *Nam damnati è ſaxo Capitolino deijciebantur.* Camo] *Species uinculi eſt. Acron legit Cadmo, & ait fuiſſe carnificem crudeliſsimum.* At Nouius] *Nomen rectè appoſitum, quia nouus. Reſpondet ignobilis eſſe alios ignobiliores ſe.* Vno gradu] *Nam ego ſum natus ex patre libertino, At ille libertinus eſt.* At hic] *Si eſt poſt te, tamen ualet aliqua uirtute. Quippe qui tam firma uoce, & grandi ore ut uincat omnem ſtrepitum. Alij uolunt fuiſſe præconem, qui ad ſummas dignitates peruenerit.* Sonabit magna] *Aduerbium eſt.* Nunc quia ſim conuictor] *Sententia eſt ſi inuident mihi tribunatum, iure poſſunt inuidere, quia hoc munus fortunæ fuit, quæ ſæpe indignos ſubleuat. Sin uerò inuident te amicum mihi. Hoc non iure, quia non fortuito ſum factus tibi amicus, ſed ex electione tua, quæ prudentia non caret. Et ita hoc amicitiæ initium deſcribit, ut & ſe Mecœnati oblatum ab hominibus bonis & prudentibus oſtendat, ſcilicet à Virgilio & Varo. Et ſe non orationis facundia commendauit, quæ Mecœnatem decipere potuiſſet, cùm ipſe pudore impeditus interruptum, & pueriliter locutus ſit, quæ res animum probum, & ingenuum demonſtrauit. Mecœnas autem non eum quamprimum neq; inconſulto recepit, ſed poſt nonum menſem. Ergo obſeruauit, quæ in amico deligendo obſeruanda ſunt. Sic enim iubet Cicero. Sic omnes qui de amicitia ſcribunt, ut non antè recipiatur quis in amicitiam quàm penitus ingenium eius, & mores perſpecti ſint. Poſtremò demonſtrat & Mecœnatem minimè ſequi fortunam in amico eligendo, & ſe modeſtiſsimè ita commendat ut dignum ſe amicitia præbet, nec patrem debita laude defraudet, atqui quamuis pauper eſſet, noluit filium ad quæſtum inſtruere, ad quem multi ex nobilioribus à ſuis parentibus inſtruuntur.*

Flauij] *Alij hunc fœneratorem, alij calculatorem fuiſſe uolunt.* Centurionibus] *Quaſi nobilioribus & ditioribus.* Loculos] *In quibus pecuniam exactam referrent.* Tabulam] *In qua data & accepta ſcriberent.* Octonis] *Vel octauo die menſis ante Idus, uel Idibus octaui menſis. Auſus ut oſtendat difficultatem patrimonij ad ſumptus ſubminiſtrandos.* Portare] *Propter teneram ætatem.* Veſtem ſeruos] *Quaſi dicat, ſi cum artibus liberalibus erudiebar, habuiſſem ueſtem præcioſam, & ſeruos omnes crederent me ex nobilibus ortum.* Ipſe mihi] *Non poterat pædagogũ præbere. At ipſe pædagogi munere fungebatur.* Pudicum] *Frugi & in omnibus rebus continentem.* Primus honos] *Optimum præmium. Nam uirtus moralis propter hoc exigitur.* Præco] *Prætia allata pronuntiabat.* Coactor] *Mercenarius eius, qui habet ſummam rerum uenalium, uel qui exigit pretium à circumforaneis, Vel coactores ſunt argentarij in auctionibus, qui pecunias cogant.* Laus illi] *Nam quantò pauperior fuit, tantò illi plus debeo.*

Nil me pœniteat patris] *Id eſt, non parua res uideatur talis pater. Verba obſcura, ſed ſenſus eſt.* Hic pater non debet mihi friuolus uideri, Neq; mihi dicendum eſt, ut magna pars hominum ignobilium, quæ negat non eſſe factum ſuo dolo, *id eſt,* ſua culpa, ſed à fortuna quod non habeat ingenuos parentes. *Hoc nó eſt dicendum mihi: nam etſi non habeam ingenuum patrem, tamen ille mihi præſtitit, quod ſolent nobiles, neq; ſi liceret ſumere mihi alium patrem, ullum ſumerem, ſed contentus eſſem meo, in qua re uulgus putaret me dementem, tu uerò ſanum quod ego nollem ſubire onus moleſtum, nam ſi eſſem in maiori fortuna collocatus, eſſet parandum maius patrimonium, plures mihi ciues eſſent ſalutandi, plures ſerui ducendi.* Canto] *Diminuto & ulceroſo.*

Mantica] *In qua neceſſariæ ueſtes, uel huiuſcemodi res feruntur.* Obijciet nemo ſordes] *Nam hoc modo uectus non putabor auarus, quia pauper ſum, quemadmodũ Tullus ille, de quo dictum eſt, qui in maiori fortuna conſtitutus maiori comitatu proficiſcatur oportet.* Quinq; pueri] *Nam quinque comites tuæ fortunæ non ſufficiunt mihi.* Mille alijs] *Scilicet hominibus, uel mille alijs rebus.* Laganum] *Membrana de farina confecta, uel leguminis ſpecies.* Fallacem] *Quia in ludis Cyrcenſibus deceptæ fuerunt Sabinæ.* Echinum] *Vas in forma Echini.* Guttus] *Vas unde guttatim unguentum ſtillatur.* Marſia] *Iudex.* Minoris Nouiorum] *Nam ex Nouijs fratribus, qui fœneratores erant, minor peior erat.* Lecto & ſcripto] *Id eſt, lectito & ſcriptito.*
Fraudatis lucernis] *Quaſi dicat oleo puro, & non deturpato in lucernis.* Rabioſi ſigni] *De canicula intelligit.*

A L D V S. } Immundus Natta] *Scribendum,* immundus Naca. *Apellantur enim Nacæ, ut ait Feſtus, fullones, quod nauci ſint, id eſt, nullius precij. Omnia ferè opera ex lana* [illegible] *dicuntur à Græcis. Significat autem* [illegible] *pellem ouium. Suidas* [illegible]. *Naca igitur unico c ſcribendum. Ponitur autem hic pro fullone, & homine nullius precij, qualis ouium uilloſa pellis.*

E R A S. R O T. } In propria non] *Intra tuam pelliculam te contine. Porphyrion eſſe prouerb. admonet, quo uetamur obliti ſortis noſtræ, maiora conari, quàm pro noſtra facultate. Ab aſino Cumano ſumptum.*

P H I L O L O G. } Non quo fraudatis immundus Natta lucernis] *Scribendum* immundus Naca. *Appellantur enim Nacæ, ut ait Feſtus, fullones, quod nauci ſint, id eſt, nullius precij. Omnia ferè opera ex lana* [illegible] *dicuntur à Græcis. Significat autem* [illegible] *pellem ouium. Suidas:* [illegible] *& ſubiungit,* [illegible] *Naca igitur unico c ſcribendum. Ponitur autem hic pro Fullone, & homine nullius precij, qualis ouiũ uilloſa pellis.*

I O A N. H A R T. } Naca] *Perſius Satyra 3.*
„ *Non pudet ad morem diſcincti uiuere Nacæ.* [illegible] *Græcũ uide.*

H E N R. G L A R. } Non quia Mecœnas Lydorũ, &c] *Non quia habes (inquit Acro) Hetruſcos fineis, quos incoluit quicquid Lydorum fuit, & quæ ſequuntur reliqua. Si ea Acronis ſunt ac non alicuius impoſtoris, næ ille egregiè ineptus eſt, qui non modò non explicat nobis authoris ſenſum, ſed etiam corrumpit, quod quia alij etiam notarunt, à nobis omittitur.*
Ante poteſtatem Tulli] *Tulli pro Tullij. Nam Seruium Tullium Sextum Romanorum regem innuit. Acro autem non appoſitè allegat Virgilij uerba Aeneid. 6.*
„ *Ocia qui rumpet patriæ, reſideſq; mouebit*
„ *Tullus in arma uiros:*
Cum Virgil. ibidem de tertio Romanorum rege, nempe Tullo hoſtilio loquatur: Qui utiq; non ignobilis fuit. Badius autem ſcribit: Tullus unus fuit ex ſeptem regibus Romæ ſeruilis conditionis: Tullius autem orator inſignis. Sed de eo non fit hic mentio. Hæc ille. Dignum notatu ſcilicet, quaſi nullus alius Tullius, quam Cicero fuerit. At Tullus Roman. Rex non fuit ſeruilis conditionis, tertius nempe. Tullius autem uidelicet ſextus, de quo hic loquitur, fuit utiq;. In commentarijs itaq; non oportuit hæc corrumpere. In carmine propter ſynæreſim utique ita ponere licuit, quanquam ego hæc Synæreſim paſſa, uelim ubique duplici ij ſcribi, ſi uſus reciperet. Tullij, Valerij, &c. ut Dij, ijdem.
Inuidia accreuit: priuato quæ minor eſſet] *Hæc Acro interrogatiuè legiſſe uidetur, mihi magis placet ſimplex enuntiatio, exempli cauſa eius quod præceſſit.*
Vt ſi qui ægrotet quo morbo Barthus] *Hoc in loco noſter annotator carmina peſſimè corrupit, ineptiſsimeq; legit ad hunc modum.* Vt ſi quis ægrotet quo morbo? ut Barthus haberi ſi cupiat formoſus. *Tantam audaciam non uidi multis annis in quoquam,*

quam. Sed ſcilicet tãto audaciores ſumus, quantò indoctiores. Non uidit is carminis legem, ſi quis pro qui legerit, id neutiquam habere locum. Octauum autem hinc carmen dij boni quàm eleganter ſecat. Vt Tullus rex non multo diſſimilius Mecœnati Suſpectum. *Curare enim ad præcedentia, quærere autem ad ſequentia referri putat.* Tu'ne Syri, Damæ, aut Dionyſij filius] *Colloquium eſt irati atq; indignantis populi in ambitioſum quendam. Tu'ne filius Syri (inquit populus) aut Damæ, aut Dionyſij, audes deijcere è ſaxo ciues, aut tradere Cadmo? Reſpondet ambitioſus: quid ni audeam? cum collegam habeam Nouium uno poſt me gradu humilioris conditionis quippe liber ego, etiamſi libertino patre natus, cum Nouius aliquando ſeruus fuerit, nunc libertus? Obijcit rurſus populus, ſcilicet ob hoc ſuperbiendum tibi, quòd Nouium præcellis? atq; ob hoc te Paulo, aut Meſſalæ æquandum cenſes? Reſpondet rurſus ambitioſus, aliquid eſſe præcellere Nouium. Quippe qui tam clamoſus ſit, ut quamlibet aliam magnam uocem ſuperare queat. Tandem quaſi placatus populus, uictusq;, ſaltem hoc nos tenet, reſpondet alioqui inſurrecturi aduerſus te, ſed uiciſti. Eſt autem amara ironia, & per tranſitum amare etiam tactus Nouius.*

Nunc quia Mecœnas tibi ſum conuictor] *Quod tibi ſum conuictor homo libertino patre natus, plures reprehendunt, ſed immeritò. Quod autem Tribunus militum, forſitan meritò: Nam hoc illi diſsimile eſt, hoc magno loco natis melius conueniebat, quæ fortuna mihi non contigit. illud à uirtute procedit, quæ utiq; mihi contigit. Quare iniuſtè mihi amicitiam tuam obijciunt. Atq; hic eſt uerus ſenſus horum uerborum.* — Ac mala luſtra] *Mala luſtra autem (inquit Porphyrio) perpetuo epitheto dixit. Nec enim ſunt bona ut ad diſcretionem eorum, mala dixerit. Hæc ille, quæ Acro autem adducit de luſtris, ubi præda uidetur incluſa, mihi non placent. Longè autem ineptiſsimum quod annotator noſter ait, luſtra Horatium pro temporibus poſuiſſe. Quæ uerò ratio commouerit eum, nihil nos mouet. Catonis enim uerba ſunt laudãtis eum, qui maluit rem cum ſcorto habere, quàm cum maritata.* — Si & uiuo charus amicis] *Poſt amicis non ponemus colon punctum. Nam hyperbaton nondum finitum eſt, quod ſexto abhinc uerſu cœperas. Eſt enim ſenſus:* Quod purus ac inſons ſum, quod charus amicis, debeo hoc patri meo qui horum omnium eſt cauſa. — Magni Qui pueri magnis è Centurionibus orti] *Pulchra nominũ colluſio magni pueri, è magnis nati Centurionibus. Flauium autẽ Calculatorem ſui temporis notat, aut Romanorum potiùs mores quẽadmodum in arte dicerat:*

» *Romani pueri longis rationibus aſſem*
» *Diſcunt in partes centum deducere.* *Quæ de Flauio in Porphyrione leguntur corrupta ſunt, nec à nobis reſtituta.* — Adſtat Echinus Vilis cum patera guttus] *Quidam, quòd nimis aſyntheta hæc uiſa ſint, legunt echino, & uilis coniungunt cum guttus. Vellem autem commentatoribus diligentiùs explicata hæc nomina. In Porphyrione quædã corrupta ſunt, in Acrone confuſa quippe quædam etiam falſa, ut guttus genus unguenti, cûm uaſis ſit genus. Atqui apud me nõ eſt certum utram lectionem magis probem. Campanam ſupellectilem intelligo fictilia potiùs, quàm ænea. Nam hîc omnia humilia deſcribit, ut patet de eſcis, porro, cicere, & lagano.*

THEOD. PVLM. } 4 Imperitarint] *H.B.V.* imperitarent. *G.E.* imperitarunt. *P.* 5 Naſo ſuſpendis adunco] *Quod eſt, derides: ideo dicit, quòd qui adunci naſi ſint, homines irriſores habentur: qui quod irrident, id uerò ut lance quadam, ſic naſo ſuſpendere, & ponderare uidentur: ut enim*

» —— *Gemina ſuſpendere lance Ancipitis libræ,* ——

Dixit Perſius (Sat. 4.) ſic naſo ſuſpendere dictum interpretor. Turneb. lib. 4. cap. 9. 11 Amplis & honoribus] *H.G.E.B.P.V.* multis & honoribus. *Lambini quidam libri ueteres.* 12 Contra Laeuinum Valeri genus] *Cùm dicit: in Valeriorum familia nobiliſsima eum qui primus hoc cognomento fuit, ſuſpicamur à ſiniſtro læuoq; & improbo animo, maliſq; & nequam moribus cognomen meritum fuiſſe. Turneb. lib. 4. cap. 9.* 13 Pulſus fuit] Pulſus fugit. *Cruquij codices quatuor.* 15 Quem noſti] Quo noſti, *H.G.E.B.P.V.* 22 —— In propria non pelle quieſſem] *Sumptum uidetur à ueſtitu & calceis, quæ tanquam hominum pellis eſt. nam libertinus latumclauum, ſenatorij ordinis proprium, & calceos lunatos ſi gerat, intra pellem ſuam quieſcere non putetur: niſi quis à Cumeno aſino tractum putet, qui leonem mentiebatur leonis exuuio. Turneb. lib. 4. cap. 9.* 23 Sed fulgente trahit conſtrictos gloria curru] *Ideo Horatius ſcripſit, quod gloria de ambitioſis, & glorioſis, honorumq; cupidis triumphare uideatur, illiq; de quibus triumphabatur poſt currum conſtrictis manibus uincti per pompam traherentur. Turneb. lib. 4. cap. 9.* 24 Tolli] *P.* Tilli, *H.G.B.V.* 25 Sumere depoſitum clauum] *Vide Iac. Cuiacij Obſeruationum lib. 12. cap. 39.* Tribuno] *H.G.E.P.V.* Tribuno. *pro tribunũ. Antiptoſis, datiuus loco accuſatiui. Georg. Fabricius Partitionum Grammat. lib. 4.* tribunum *editio Aldina.* 28 Demiſit] Dimiſit, *G.P.* 29 Hic eſt quo] Hic ſit quo, *V.* hic, aut quo, *exemplar Aldinum.* 30 Barrus] Barbus. *Georg. Fabricius.* Varus, *Cruquij codex unus.* 31 Et cupiat] Vt cupiat, *B.* 37 Cogit] *P.* Cogat, *H.G.E.B.V.* 38 Syri, Damæ] Syridamæ *H.P.* 39 Deijcere è ſaxo ciues, aut tradere Cadmo] *Ab Horatio dicitur, quia tribuni Tullij antè mentionem fecerat: hoc autem ius Tribuni uiolentiores, & importuniores interdum ſumebant, ut ſine iudicio indictaq; cauſſa è ſaxo Tarpeio ciuem deijcerent: ut tentatum à Tribuno in Metellum Macedonicum apud Plinium reperimus, aut carnifici traderent, cùm legitimo iure à carnificis pœna immunes eſſent ciues Romani. id igitur ut indigniſsimum & tyrannicum ſcripſit. Turnebus libro quarto, capite nono.* Camo, *legit Landinus, & Robertus Conſtantinus in uocabulo* κημὸς. Camus, κημὸς, *uinculi genus eſt, quod mancipij ſupplicij cauſſa inſerebatur. Plautus Caſina, (ſcilicet, Fac Chaline.)*

» —— *Deos quæſo, ut quidem hodie camum & furcam ferat.*

Vbi tamen alij canem legunt. cathmo, *P.V.* bathmo, *Cruquius legendũ putat, pro gradibus & ſcalis gemonijs.* 42 Ploſtra] Plauſtra, *P.* 48 Quem rodunt omnes libertino patre natum, Nunc, quia Mecœnas tibi ſim conuictor]
—— Quia ſim tibi Mecœnas conuictor, *H.E.B.P.*
—— Quia ſum tibi Mecœnas conuictor, *V.*
Quem rodunt omnes libertino patre natos
Nunc quia ſim tibi Mecœnas conuictor, *G.*

49 Forſit] *H.G.E.B.V.* forſan, *P. quod etiam in V. eodem atramento ſupra adſcriptum fuit. Vide Annotat. ad Oden 28. lib. 1.* 53 Poſſum caſu, quòd] *P.* poſſim caſu, quòd. *H.G.E.B.* poſſum, caſu quod, *V.* 54 Fors] Sors, *V.* 55 Varius] Varus, *E.B.P.V.* 59 Satureiano] Satureiana. *ſcriptum fuiſſe exiſtimat Pet. Nannius Miſcell. lib. 4.* 68 Ac mala luſtra] Nec mala luſtra, *Cruquij codex uetuſtiſsimus.* ac mala lucra, *Lambini codex unus & alter.* 70 Si & uiuo carus] Si uiuo, & carus *Mureti editio.* 72 Mittere magni] Mittere magni *H.B.P.V.* 74 Læuo ſuſpenſi loculos, tabulamq; lacerto] *De calculatoria tabula, & calculis intelligo. diſcebant enim ratiocinandi artem, nõ liberales diſciplinas. ut in Arte, (uerſu 326.)*

» —— *Dicat*
» *Filius Albini, ſi de quincunce remota eſt*
» *Vncia, quid ſuperat?*

Turnebus libro quarto, capite nono. Vide Annotation. ad Epiſtolam 1. libri 1. uerſu 56. 79 Si quis] Si qui, *H.V.* 83 Seruauit] Seruabat. *Lambini quidam libri ueteres.* 86 Coactor] *Id eſt, miniſter argentariorum in auctionibus. Sigonius de iure ciuium Romanorum libro 2. capite 11.* 87 Ob hoc] *P.* adhoc *H.G.E.B.V.* adhuc, *Cruquij codices duo.* 96 Honeſtos] Onuſtos. *Lambini codices quatuor, & aliquot alij.* 97 Nolim] Nollem, *H.G.E.B.P.V. & Gul. Canterus Nouarũ lect. lib. 4. cap. 12.* 102 Peregre'ue Exirem] Peregre aut Exirẽ, *H.G.E.V.* peregre Exirem, *B.P.* 104 Curto] *Mulum detrita alicubi pelle, nec integro corio curtum nominat. Nannius Miſcell. lib. 4.* 107 Tolli] Tilli. *H.G.E.B.P.V.* 108 Cùm Tiburte uia prætorem quinque ſequuntur Te pueri, laſanum portantes, œnophorumq;.] *Hic ſordibus & nimis parua comitatus & inelegante, immundaq; familia,*

familia, & indignus præturæ honore ſignificatur, qui uel ut mercator, quo minorem ſumptum faceret, domeſticum uirum ſecū portabat, uaſa quoq; coquinaria, ne pro his quidquam ſolueret, aut à cauponibus quidquam ſumeret. mercatores autem, qui ad quæſtū ſunt attentiſſimi, peregrè proficiſcentes ſuis pueris imponebant œnophorum. Perſius (Sat. 5.)

» Iam pueris pellem ſuccinctus & œnophorum aptas.

Atq; ut interea hoc dicam, pellem dicit Perſius pro mantica & inuolucro ueſtis ſupellectilis aliorumq; utenſilium & ſarcinarum. id intelligi poteſt è Petronio uiri clariſſimi Memmij, in quo ita ſcribitur, Ego uos in duas iam pelles conijciam, unctoſq; loris inter ueſtimenta pro ſarcinis habebo, uel potius qui nullos lautiores in comitatu haberet, quam uilia ſeruitia & ſordidiſſima mancipia. neq; enim honeſtis & lautis ſeruis œnophorum imponebatur, minus etiam laſanum, quo uenter exoneratur, quem qui ferebat, λασανο-φόρος à Græcis uocabatur: & ſi interdum etiam laſanum podinam olla ſignificat, quem chytropoda etiam dicebant, ut ait Ariſtophanis enarrator, quo ſenſu ſi quis accipiat, etiam ſordes hominis agnoſcat: & primò ita acceperam. deinde diſceſſionem in alteram & receptiorē ſignificationem feci, ut aluo ſubſeruiat. Turneb. lib. 13. cap. 3. 111 Millibus atq; alijs] Multis atque alijs, Lambinus codicibus omnibus inuitis legendū eſſe contendit. 113 Veſpertinumq;] Veſpertinusq;, id eſt, ueſperi, Lambinus etiam aliquando legendum putauit. 115 Ad porri, & ciceris refero, laganiq; catinum] Quod Horatius ait, de parabili cibo intelligendum, frugiq; menſa arbitror: nam porrum pro oleribus poſuit, quæ uiliſſima ſunt cibaria, & cicer legumen eſt, quo pauperiores ueſcebantur. itaq; uiles homines, & abiectos, fricti ciceris emptores alio loco (Arte, uerſu 249.) uocat. laganum etiam, quod uictum erat farinaceum, quod in ſartagine ex oleo frigebatur, in parabilibus eſcis numeratum exiſtimo. id autem Galenus (de Alimentis) duorum generū ſcribit, unum ῥύμμα appellat, alterū λάγανον. Turneb. lib. 9. cap. 19. lachaniq;, Lambinus omninò legendum eſſe cenſet.

116 —& lapis albus Pocula cum cyathis duo ſuſtinet] Veteres ſolebant Delphicam menſam multis onerare poculis, numeroq; ſemper pari: duobus cōtentus eſt Horatius, & cyatho, quo modum potionis metiebātur, & certis cyathis uini certos aquæ cyathos miſcebāt, quod qui faciebat, ad cyathum ſtare dicebatur. nam cyatho hauriebant uinum & aquā è uaſis, et in pocula fundebāt. quod ... Græci appellant, noto Marcelli ioco, cuius naues machinis Archimedis leuatæ in puppim aut proram, deinde illiſæ mari, aquā cum plurimā haurirent, aut grauibus libramentis depreſſæ accepérent aquam, ludens dixit Archimedem ſuis nauibus pro cyathis uti. ſolitos autē eſſe ueteres paria pocula in Delphica ponere, declarat Agratius ſic ſcribens: Cicero, iubeo promi utroſq; binos ut habeā: quia in Delphica comparia uaſa ſemper ſunt. unde ipſe Cicero dicebat, ſcyphorū paria complura. Turneb. lib. 9. cap. 19. unde & lib. 27. cap. 19. mihi ſuſtinet, Cruquij codices tres. 117 —Aſtat echinus Vilis, cum patera guttus] Aſtat echinus, Vilis cum patera guttus: &, adſtat echino Vilis cum patera guttus Lambini quidā libri. 118 Campana ſupellex, id eſt fictilis. Turneb. lib. 23. cap. 6. 123 Vngor] Vnguor, E. 124 Non quo fraudatis immundus Natta lucernis] Quid eſt apud Placcū: nō enim, ut opinor, oleum intelligit è lucerna ſumptum. nec enim in ea ſatis olei eſt ad unctionem: deinde, quis è lucerna quàm ampulla ſumere mallet? Ego genus quoddam olei lucernariū fuiſſe appellatū lego, quod uile & rancidū eſſet, & ad lumina relegatum: quo tamē inopes, & ſordidi ungere ſe ſolebant, cùm Horatius optimo oleo, primæq; notæ uteretur. nam qui oleo ſe ungit, eo quo ſolent lucernæ accendi, is lucernas defraudat alimento ſuo. ſuoq; fomento. Turneb. lib. 4. cap. 9. Natta] H. G. B. E. P. V. nata, id eſt, fullo, Aldus Manutius. nacta, Turnebus: de quo uide Aduerſariorum libro 23. cap. 22. & Annotationes ad illud Perſij Sat. 3 uerſu 31.

» Non pudet ad morem diſcincti uiuere Nattæ.

130 Victorum] H. G. B. E. P. V. uiſtorum, Cruquij codex unus, & Lambini tres.

GEORG. FABR. } Nobilitas aut eſt generis & fortunarum, aut meritorum & uirtutis: ex ignotis nobiles ſunt, & ex ingenuis multi degenerant. Inde quæſtio exiſtit. Quis ſit uerè nobilis: utrum qui natus nobilis, an qui genus ipſe nobilitat? & utrum, qui pecunias aut honores parauerit, an qui uixerit ſecundùm uirtutem? Inſignia nobilem non faciunt, ut ſunt natales, fundi, tituli, imagines, currus, laticlauus, calcei: niſi accedat honeſtas, ita enim ſentit uulgus, & docent Peripatetici. Virtus uerò etiam detractis his ornamentis, & efficit nobilitatem & tuetur, quam ſententiam, è Stoicorum placitis, ut ueram, poëta modò defendit. In hac diſputatione Mecœnas proponitur uera & inſignis imago nobilitatis, qui animo & moribus ſit eo nomine digniſſimus, etiamſi à regibus non eſſet ortus: ſuam uerò humilitatem deſcribit, & propter ſtudia atq; ingenium ſe affirmat feliciorem & tranquilliorē, quàm aut Valerij aut Appij nobiliſſimi fuerint. Hæc ita tractat, ut in tangendo Læuino, Tullio, Nouio, ſalem aſpergere Satyricum non uereatur, planè excludens illam opinionem, diuitias nobilitare, quod pars maxima autumat. nam multi etiam è nobilitate ſunt pauperes.

» Pauper erat Curius, reges cùm uinceret armis,
» Pauper Fabricius, Pyrrhi cùm ſperneret aurum.

Mirifice patris ſui in ſe educando commendat in fine induſtriam.

Ante poteſtatem Tulli] Tullus rex ſextus Ocreſia ſerua natus eſt: eam fornicularìam Acro dicit: apud quem fortaſſe legendum, uel fornicariam ab officio: uel Corniculanam, à loco.

Læuinum, Valeri genus] Valeri, pro Valerij, adempta finali litera, ut Petilius Petilij. Tolli hanc literam etiam per medium, ſuprà obſeruatum eſt. Ouid. Sacrifici genus eſt. pro, ſacrificij.

Vt ſi qui ægrotet quo modo Barrhus] L. Betutius Barrhus Aſculi naſcitur, eques Romanus, libidine notus, qui formæ nimis ſtuduit. Eius nomen rectè legitur in Bruto Ciceronis, ut & hoc loco. nam in alijs exemplaribus, pro Barrhus, Barbarus, ut apud Plutarchum. Pro Betutius. in aliquibus, Beturius. Fieriq; tribunum] Ita legunt interpretes. In alijs, fieriq; tribunum, ſed ego interpretes ſequor. Quis homo hic, aut quo patre natus?] Nihil hic muto, diſtinctionis enim particula ualde apta eſt, ad ſententiam.

Tu'ne Syri, Damæ, aut Dionyſi filius?) Curioſitas etiam in literis eſt uicioſa. Alij legunt, Tu'ne Syri, Dææ. ut ſeruilium prouinciarum ſint nomina, & Daa pro Dauo dici putant. Alij diſtinguūt, Damæ aut Dionyſi, Syri. quaſi uterque è Syria ortus. Alij coniungunt priora, Syridamæ Dionyſi, ablata copula. ſed curioſæ potiùs ſunt inquiſitiones, quam ueræ. Damæ meminit Serm. 2, 5. & ſpurcum hominem nominat. Aut tradere Cadmo] Cadmus aut ſeruilis carceris nomen eſt: aut carnificis, ut interpretes uolunt. Landinus interpres non malus, legit camo, pro ſpecie uinculi, quod Græci κημόν. Plaut. in Caſ. Deos quæſo, ut quidem hodie camum & furcam feras. Annotauit hoc Polmanus, ſingulari uir diligentia. Quia non ut forſit honorem] Hanc lectionem, quam citat Priſcianus, habet manifeſtè codex Anhaltinus.

Ob hoc nunc Laus illi debetur] Alij, ad hæc, legunt, ut ſit, ad hæc quæ præſtitit: alij, ob hoc, ſcilicet ne me pœniteret, quia patrem habui operarium & libertum, ſed qui uir bonus fuit. Ita interpres. Honeſtos Faſcibus & ſellis] Pro honeſtatos imperatorum & conſulum inſignibus: honeſtatos inquam potiùs, quàm oneratos. Vngor oliuo Non quo fraudatis immundus Natta lucernis] Qui Nactā legunt, τὸν γναφέα, & pro oleo rancido, & ad lucernas relegato exponunt, ineptè dicunt, quid enim eſt? Vngor oliuo, non quo ungitur oliuum immundum, aut rancidum. Rectiùs è Feſto Aldus, naca, & pro fullone interpretatur, quo etiam nomine dicitur hoſpes ille Apuleianus, quem primum nacam, poſtea fullonem nominat. Fuit & Laberij Comœdia, quæ modò Naca, modò Fullone, adducitur ab Agellio. Helenius & Porphyrio pro nomine proprio accipiunt: tum Annæus Cornutus, & apud hunc poëtam, & apud Perſium ait. Nacam eſſe nomen fictū, & dici in ſordidum & luxurioſum, qui (ut in alio Perſij interprete legitur) præſepialiter uiuendo, peculium paternum dilapidārit. Vnde ab altero, Naca immundus, ab altero diſcinctus, quaſi nominum impurorum uiliſſimus appellatur.

IOD. BAD. ASCENS. } Non quia Mecœnas, &c.] Quoniam Horatius ſæpè malè audiuerat, quod Libertinæ condi-

tionis patre, & eo præcone, Natus eſſet, in hac Satyra ſexta ſe, aliosq́ humili loco natos conſolatur, atq; maleuolis reſpondet, oſtendens non nobilitatem ſanguinis, ſed morum ingenuitatem eſſe dignam ueris honoribus, multosq́ ignobiles per uirtutem nobilitatos, & ad ſummam dignitatem perueniſſe, monet tamen infimæ conditionis homines in ſuo ordine debere perſtare, & ne ſe ob id neceſſario miſeros iudicent. Enumerat multa commoda priuatis hominib. conceſſa, quibus in dignitate conſtitutis cauendũ eſt. Piè autem patrem ſuum cõmendat ab optima inſtitutione ſui, cuius ſe neq; pigere, neq; pudere debere oſtendit, & hæc huius Satyræ ſumma plurimis ab Acrone arguitè, ſed fortè non ſatis claré dicuntur. Quocirca planioribus repetemus. Non quia Mecœnas] Laudat Mecœnatis modeſtiam, atq; benignitatem erga humili genere natos, quamuis ipſe altiſſimo loco, id eſt, regali proſapia genitus eſſet. Et licet Acro uelit ſubintelligi uerbum habes: ut ſit, non quia habes Ethruſcos: tamen nullo ſubaudito uidetur plena, imò perfectior eſſe conſtructio, ut ſit ordo. O' Mecœnas tu non ſuſpendis adunco naſo, id eſt non ſubſannas ut plerią; ſolẽt homines. Ignotos] Id eſt, ignobiles, ut me natum libertino patre, ideo. Quia nemo Lydorum] Quicquid Lydorum incolunt Ethruſcos fines eſt generoſior te, & ſic magis Grãmaticè, ſed minus eleganter diceretur. Quiſquis Ethruſcus, &c.] Neutrum enim genus plenius, & copioſius ſignificat, quam cætera. Ideoq́; plus uidetur eſſe, quicquid Lydorũ, quam quiſquis Lydorũ. Erat ergo Horatius patre Libertino, & præcone natus. Ante poteſtatẽ Tulli] Plenus eſt Genitiuus, nam Nominatiuus eſt Tullus nõ Tullius. Tullus enim unus fuit ex ſeptẽ regib. Romæ ſeruilis conditionis Tullius aũt orator inſignis, ſed de eo nõ fit hîc mentio. Fiet aũt mẽtio de quodã Tullio cuius hiſtoriã Acro narrat ibi, quo tibi Tulli Sumere depoſitum, &c. Regnũ Ignobile] Propter ignobilem regem dicit. Valeri genus] Id eſt, generationem uel de genere Valerij Publicolæ. Coactus autem eſt facere periphraſin. i. deſcriptionem, & etiam apocopen, quia Valerius in uerſu hexametro poni non poteſt. Et eſt ſenſus. Tullius ſeruilis conditionis & plerią; alij, quamuis ignobili genere nati eſſent per uirtutem ad ſummum imperium maximosq́; honores peruenerunt. Econtrariò autem Leuinus, quamuis eſſet nobiliſſimi generis, quia de Valerio Publicola originem ducens, qui cum Bruto propter Lucretiæ corruptionem Tarquinium exegit, tamẽ quia turpiter uixerat, non eſt unquam pluris æſtimatus à populo, quàm præcio unius aſſis. Et ſi populus, qui ſæpe dat honores indignis, & adimit dignis hæc fecit, quod oportet nos facere à uulgo per ſapientiam remotos. Sunt qui legant. Quid oportet Nos facere, &c.] Et dicunt non congruere, quod Horatius dicat ſe remotũ à uulgo, cum tamen ſe libertinum patrem habere fateatur. Sed iſti non aduertunt, quod licet in genere à uulgo non remoueatur, in ſententia tamen & iudicio cùm ſapientiæ ſtuduiſſet, longè remotus fuit. Legamus ergo cum Acrone: quod oportet nos facere, &c. Nam eſto inquit quod populus mallet honorem dare Leuino propter nobilitatem, quamuis eſſet malignus propter turpem uitã, quàm Decio nouo, id eſt, quàm nunquam prius fuit in dignitate: nec natus ab his, qui in dignitate fuerunt. Talis enim nouus homo dicitur, & ſi etiam Appius plebis defenſor moueret Decium ab honore magiſtratus. Quid] Sup. opporteret nos remotos à uulgo de hac re ſentire. Dicit Horatius transferens ad perſonam ſuam. Ego] Sup. dicerem, quod ſi pro quia nõ eſſem natus ingenuo patre. Appius] Sup. moueret me uel etiam merito, & ſine iniuria quãuis eſſem melior. Quoniam non Quieſſem] Id eſt, quieuiſſem in Propria pelle] Id eſt, in proprio ordine. Per quæ uerba hoc mihi uidetur uelle dicere, quòd homines ignobiles non ſint ſubſannandi, dummodo ſint boni, nec tamen ad nobilium dignitatem ſublimandi, ſed debẽt in ſua pelle quieſcere. Quod prouerbiale Acro eſſe dicit. Alij tractum putant ex fabulis Aeſopi. In quibus Aſinus uolens timeri ut pellem leonis, quam inuenerat induerat ſuam exuit, atq; ita ad concilium animalium accedens omnibus timori fuit, donec agnoſceretur uox eius, qua cognita, & pelle leonis detracta omnibus ridiculus fuit. Sed fulgente trahit] Alia enim obiectio, talis eſt. Quamuis conſultiùs ac meliùs eſſet quemque in ſuo ſtatu ac ordine manere, tamen gloria ſuo ſplendore tam ignobiles, quàm nobiles ad dignitatem affectandam trahit, atque conſtringit. Ad hæc reſpondet poëta, oſtendens eam gloriam & ambitionem, multas moleſtias, multam inuidiam, multaq́; incommoda afferre, imò plurimis dum nimiam celſitudinem quærunt opprobrium ac infamiã, eò quod dum ad nouas dignitates accedimus, uita noſtra antea ignota, & non inquiſita ab omnibus inquiritur. Ordo eſt. O' Mecœnas, tu non ſuſpendis adunco naſo] Id eſt, nõ irrides nec ſubſannas. Vt] Id eſt, ſicut. Plerique ſolent ignotos] Id eſt, ignobiles. Vt me, natum patre libertino] Id eſt, libertinæ conditionis. Qui] ſcilicet ſeruus fuerat, ſed per manumiſſionem libertate donatus, & libertinus factus. Non inquam faſtidis, aut ſubſannas ignobiles, ideò quia nemo Lydorũ eſt generoſior te. Quicquid] Id eſt, quicunq; eorum Incoluit] Id eſt, habitauit olim Ethruſcos. Fines] Id eſt, Ethruriam ſeu Thuſciam. Nec ideo, quod] Id eſt, quia auus maternus, atq; paternus fuit tibi, qui ambo Imperitàrint] Id eſt, imperitauerint. O im magnis legionibus] Id eſt, qui magnarum legionum imperia tenuerint. unde dicitur in principio carminum.

„ Mecœnas atauis edite regibus.

Ideo autem non ſuſpendis] Id eſt, non irrides ignotos. Cum] Id eſt, quoniam. Tu negas referre] Id eſt, intereſſe, quali, parente quiſque ſit natus. Dum] Id eſt, dummodo Sit] Supple ingenuus, id eſt, nobilis & liberalis in moribus. tu perſuades tibi hoc uerè quod ſequitur ſcilicet multos uiros. Nullis] Pro non & ullis. Non ortos ullis parentibus] Id eſt, quorum parentes tam ignoti ſunt, ac ſi nulli fuiſſent. Vixiſſe &] Id eſt, ſimul probos, & Auctos] Id eſt, accumulatos Amplis honoribus] Id eſt, dignitatibus ante poteſtatem Tulli regis Romanorũ: qui ex ſeruo rex factus eſt, & ante Ignobile regnum Tulli] i. antequã ignobilis rex Tullus regnaret. Contra] i. ecõtrariò: tu perſuades tibi uerè. Leuinũ nobilem] Scil. illum uirum, ſed malis moribus exiſtẽtem Genus] i. de genere. Valeri] Pro Valerij, per apocopen uel ſinæreſim. Vnde] i. à quo ſcil. Valerio Publicola Tarquinius Superbus ſeptimus, & ultimus rex Romanorũ fuit. Pulſus] i. à ciuitate Romana exactus. Non licuiſſe] i. non fuiſſe æſtimatũ, unquam pluris præcio unius aſſis, & Hoc populo iudice notante] i. reprehendente mores eius. Quo noſti] i. ut noſti ſecundùm Acronem, uel ſic. Et hoc dico eo iudice Quo noſti] i. factum eſſe uidelicet populo notante. Si de congruitate dubitas puer, ſcies quod licuiſſe regit Genitiuum pluris, propterea quod uerba præcium, aut mercedem cõnotantia præcium, uel mercedem in Ablatiuo regunt: præter has dictiones tantùm, quantum plus & minus, quæ cũ ſuis compoſitis ſi ſine Subſtantiuo ponantur in Genitiuo reguntur. Vnde dices emi equum tribus aureis, & nõ pluris. Item quanti emiſti equũ? tribus aureis, quanti uendis panẽ tuum: non pluris, quàm alij: fortaſſe etiã minoris. i. minori præcio. Genitiuus aũt pluris, quia cõparatiui gradus eſt, regit Ablatiuũ præcio, & præcio quia ſubſtantiuum regit Genitiuũ unius aſsis. Licuiſſe aũt paſsiue ſignificat, id eſt, æſtimatũ eſſe: hoc eſt, populus non iudicat Leuinũ quamuis nobilẽ pluris, quã unius aſsis præcio ualere, qui populus exiſtens ſtultus dat ſæpe indignis honores, & exiſtens ineptus, & inſulſus Inſeruit] i. inniititur. Famæ] i. ſequitur famã. Qui etiam ſtupet] i. ſtupore afficitur, & miratur. In titulis] i. nominibus dignitatũ, & in imaginibus quas nobiles: aut in foro aut ſtemmate habẽt, ſi ergo populus hoc fecit: quod Oportet nos] i. omnes ſapientes facere remotos longè & latè A' uulgo] i. ab opinione & errore, ſtultoq́; iudicio uulgi. Namq;] Pro quia. Eſto] i. poſito, quod populus Mallet] i. magis uellet. Mãdare] i. cõmittere. Honorem] i. magiſtratũ ſeu dignitatẽ: Leuino nobili, ſed ignaro, quã Decio nouo] i. ignobili, & qui nũquã prius in honore fuit cõſtitutus, quãuis gnauus & utilis eſſet, & Appius cenſor] i. morũ iudex, & corrector Moueret] Sup. Deciũ. Quid] Sup. de hoc ſentiẽdũ eſſet Reſpõdet poëta. Vel] i. etiã merito ſine iniuria dicerẽ, ſupple me depom, & moueri ſi nõ eſſem natus Patre ingenuo]. i. qui neq; ſeruus unquã fuit, neq; ex ancilla natus eſt, quia tunc nõ Quieſcerem]. i. non quieuiſſem in Propria pelle] Id eſt, per allegoriam in proprio ſtatu & ordine. Quidam in tertia perſona legunt: ingenuo ſi non eſſet patre natus, uel merito] Quoniã in propria nõ pelle quieſſet,

&

& illis facile eſt inuenire ordinem, ſed nos auctoritatem Acronis ſequemur. Nam modeſtiùs de ſe loquitur poëta, quam de ipſo Decio, quaſi dicat neſcio, quid dicã de Decio, ſed me quidẽ dicerẽ merito moueri, ſi non eſſem nobilis. Sed inquit poeta nos uidemus. Quod gloria]. i. ambitio ſeu cupiditas gloriæ Trahit] Allicit curru fulgente, in quo ſedet, eò quod ſummus magiſtratus curru uehetur Non minus].i.æquè Ignotos]. i. ignobili genere genitos. Generoſis].i. quàm generoſos & Nobiles].i. omnib. iocunda eſt ipſa gloria, & omnes tendũt ad eam, unde dicit Cõſtrictos eſſe].i. quaſi à cupiditate naturali coactos ad gloriã appetendã. reſpondet ad hoc poeta utens quadã admiratione, aut figurata quæſtione, quæ reſponſionẽ non deſiderat. Quo inuidiæ]. i. ad quam inuidiã, quaſi dicat, ad maximã accreuit tibi ô Tulli ſumere, &c. & ita illud totũ. Sumere depoſitũ clauũ fieriq; tribunũ] Eſt ſuppoſitũ eius uerbi accreuit, ille Genitiuꝰ inuidiæ regitur ab aduerbio quò, ſicut enim dicimus Eò rerum].i. ad eas res, & eò Inuidiæ] i. ad eam inuidiã peruenit, ita etiam quò rerũ, & quò inuidiæ. Quia tamẽ multi textus habent inuidia accreuit, poteſt eſſe ordo. O' Tulli qui à Cæſare eo quod Põpeianus eſſes è ſenatu motus, poſt mortẽ Cæſaris ad ſenatoriã, tribunitiamq; dignitatem, quãuis ignobilis eſſes rediſti. Quo]. i. quouſq;, uel in quantũ accreuit tibi inuidia. Sumere].i. quia ſumpſiſti. Clauum].i. latum clauũ, id eſt, ueſtem ſenatoriã. Depoſitũ]. i. quã depoſuiſti, iuſſu Cæſaris, & Fieri tribunũ] Quia factus es tribunus, quæ inuidia eſſet Minor priuato].i. ſi manſiſſes priuatus: hoc eſt, ſine dignitate illa. Sunt qui per clauum intelligunt gubernaculũ. Eſt enim gubernaculũ nauis, ſed melius eſt de ueſte ſenatoria, quæ latus clauus dicitur cum Acrone interpretari. Verũ conformior eſſet ordo ſi legatur inuidiæ q̃ inuidia. Tu legas uti placet. Quia dum quid mihi placeat indico, legẽ alijs non præſcribo Nam ut quiſq;, &c.] Oſtendit quomodo magiſtratus omnis inuidiæ ſubiacet, & quomodo multi dum ſine merito gloriã affectant, infamiã incurrũt. Nam exiſtentiũ in nouo magiſtratu uita, & genus inquiritur. Priuatorũ aũt latere ſolet. Periphraſticôs autẽ. i. circũlocutoriè deſcribit magiſtratus aditionẽ. Nã nigra calciamẽta lunis inſcripta, itẽ ad mediũ uſq; cruris porrecta olim ſolis nobilib. & in magiſtratu exiſtentib. competebãt. Sicut ergo Barrus perditi amoris iuuenis, dum cõptus atq; cultus ſe per uicos puellis oſtẽtabat, ut formoſus iudicetur, omnib. curã inijciebat, inquirẽdi quali facie, ſura, pede, dente, atq; capillo eſſet, ita eorũ, qui per quæ magiſtratus aditionẽ nobiles haberi uolũt, uita ac genus inueſtigatur: atq; ſi ſeruilis, aut ignobilis alioquin cõditionis inueniuntur ab omnibus deſpiciuntur, diciturq; eis ſingulis, tu ne filius Syri, Damæ aut Dionyſi. i. alicuius ſerui, aut ignobilis, audes ciues, aut nobiles deijcere è ſaxo Capitolino. Vbi ſcies, quod qui magiſtratũ aliquem doloſè aut factioſè tentabant, adire ſolebant depræhenſi è ſaxo Capitolino præcipitari, quadã iuſta ratione, qua ſancitũ eſt, ut qui nimis ſublimari uoluit, cogatur humiliari cùm præcipitatur. Sed quia (dicit enim Iuuen. Sat. 2.)

» Loripedem rectus deriſeat, Aethiopem albus, &c

Nemo aliũ corrigere opportunè poteſt, in quo ipſe corrigendus eſt: Ideo ignobilis conſtitutus in dignitate non uidetur auctoritatẽ habere præcipitandi eos, qui ſimilem dignitatem affectant. Textus ferè habent Syridamæ pro una dictione, ego uero arbitror cũ diſtinctione legẽdum eſſe. Syri, Damæ, aut Dionyſi filius, ut ſint tria nomina. Nam Syrum ſeruum, ex Syria uocare ſolent Comici. Damam aut alibi uilem, & ignobilem teſtatur poëta. Dionyſius autem homo humilis conditionis fuit. Cadmus autem ſecundùm Acronem & Porphyrionem crudeliſſimus tortor ſeu carnifex fuit. Sunt autem qui legant Camo, Id eſt, uinculo, de quo in epiſtolis In Camo & freno. Leges autem deijcere è ſaxo. nam aliter uerſus non ſtaret, quamuis Latinitas bona eſſet. At Nouius collega, &c] Hunc locum uariè intellectum uideo, primo ſic. ut is qui à populo reprehenditur, quod cùm eſſet filius libertinæ conditionis, auderet accipere imperium & auctoritatem puniendi ciues, atque nobiles. reſpondeat populo. uerum eſt, quod ſim filius Damæ, aut Dionyſij, aut Syri: ſed tamen ſum nobilior, quàm Nouius, quia ipſe ſedet uno gradu poſt me. Eſt enim libertinus, ſicut pater meus, cùm ego ſim liber. Reſpondat populus. Non ob hoc]. i. propter hoc, quod Nouium præcedis in dignitate uideris tibi Paulus, aut Meſſala. i. nobiliſſimus iuriſc. quaſi dicat, populus, nõ multum eſſe uiciſſe Nouium hominem libertinæ conditionis, & ignauum. Ad hoc reſpondet repræhenſus, prætendẽs magnæ gloriæ eſſe præcedere Nouium, cùm ſit uir excellentis uirtutis in clamando. Nam uocẽ habuit tam magnam, quam licet ducenta plauſtra, & Tria funera] Id eſt, pompæ funebres in foro concurrerent, ipſe uinceret cornua, & tubas quibus in funere utebantur. Et ita ſine dubio poëta Satyricè carpit Nouij uehementem garrulitatem, & opinor hanc eſſe mentem poëtæ. Alij tamen quia certum eſt Horatium fuiſſe libertino patre natum, & quia in textu ponitur me, cùm dicitur poſt me ſedet. Ideo uolunt, quod poëta de ſe loquatur, ſed non procedit, quia immediatè infert, nunc ad me redeo, ſignificans ſe non loqui de ſe, ſed de eo, quem populus, eò quod libertinæ conditionis eſſet, repræhenderat magiſtratum adijſſe. Aduerte autem, quod nonnulli uolunt Nouium eſſe fictitium nomen, quaſi dicatur Nouus homo.

Vno grado] Lata poſt erat lex, ut nemo in quatuordecim primis gradibus theatri ſederet, qui non haberet cenſum Equeſtrem] Id eſt, quadraginta ſeſtertia. Vnde euenit, quòd multi ignobiles etiam lenonum pueri cenſum equeſtrem habentes, tempore Domitiani, ut conqueritur Iuuenalis, ſederent in illis gradibus, unde nobilium pueri, & ipſi nobiles pauperes eiecti erant. Videtur autem tempore Horatij ratio dignitatis habita, ut ingenuus præcederet libertinum, & libertini filium, libertini filius libertinum, & filius ingenui filium libertini. Omnes autem ad equeſtrem ordinem prouecti illic locum habuerunt. unde dicitur Collega] Id eſt, eiuſdem ordinis ſcilicet equeſtris. Funus] Dicitur pompa illa, quæ in ſepeliendis nobilibus exhibebatur, & uidetur à funalibus, id eſt, funibus picatis, aut ceratis, & incenſis nomen accepiſſe.

Saltem tenet hoc nos] Reor eſſe ironicam reſponſionem populi dicentis ſaltem hoc nos ſolatur, ut ſuſtineamus, alioquin indignaremur, quod libertinus equeſtrem ordinem teneret. uel eſt, reſponſio conſimilis poëtæ. Ordo eſt. Nam] Pro quia: ut pro poſtquam Quiſque] Id eſt, quicunque Inſanus] Id eſt, ambitione inſaniens. Impedijt] Id eſt, cinxit medium Crus] Id eſt, genua. Nigris pellibus] Id eſt, mollibus ocreis nigri coloris crura uſque ad genua ambientibus, quæ hodie in uſu pluſrimo ſunt etiam ignobilibus. Sed aduerte ſignatè dictum eſſe, impedijt crus. Nam quibus ſe nobiles ornant, qui lento gradu incedere poſſunt, ignobiles ſe impediunt. Eſt autem impedire pedes, aliquo implicare ne procedant. Vnde omnis prohibitio proſperi proceſſus rei dicitur impedimentum. Contrarium autem ſignificat expedio, quod eſt extra impedimentum pono. Notum autem puto uerſum ita legi debere, Nigris medium impedijt crus, non nigris impedit medium crus & ut pro poſtquam Demiſſi] Id eſt, deorſum. Pectore de pectore latum clauum] Id eſt, ueſtem ſenatoriam. Audit continuò quando incedit, per uiam publicam à feſſoribus percunctari, quis homo eſt hic, aut quo patre eſt natus? ut quemadmodum ſi ille ſupple qui Aegrotet] Id eſt, laboret eo Morbo] Id eſt, ea ægritudine animi: hoc eſt, ſtultitia. Quo modo Barrus] Sup. ægrotauit, qui ſtultus in amoribus puellarum eis complacere ſtuduit. Vt] Scilicet, cupiat Haberi] Id eſt, reputari à puellis formoſus, ipſe iniiciat puellis Quacunq;] Id eſt, per quamcunq; uiam eat Curam] Id eſt, ſollicitudinem Quærendi] Id eſt, ſcrutandi Singula] Supple membra eius. utpote quali Facie ſit] Id eſt, qualem aſpectum habeat. Quali ſura ſit] Eſt autem ſura illud carnoſum, quod eſt poſt tibiam ſub poplite. Poples autem eſt contra genu flexura illa, & ſolent homines fortes, & pulchra crura habentes ſuras magnas, & eleuatas habere. Item Quali pede ſit, quali dente, & quali capillo] Id eſt, qualibus dentibus, pedibus, capillis. Sic] i. eodem modo Ille] Supple qui Promittit].i. pollicetur ambitioni ſuæ. Ciues, urbem, imperium, Italiam] i. totam illam regionẽ, & Delubra].i. templa Deorũ, uel porticus Tẽplorũ fore].i. futura eſſe ſibi Curæ]. i. à ſe curãda, eo quod magiſtratũ talẽ gerat. ut cenſor, qui regit ciues, et mores ciuiũ Aediles urbem].i. ædes in urbe dictatores: conſules, imperatores, imperium & ſic de alijs. Cogit]. i. impellit. Omnes mortales] i. homines cuiuſcunq; ſexus, & fortunæ ſint curare, & quærere quo

patre

patre ſit natus. Num].i.an ne ſit Inhoneſtus].i.ignobilis & minus honorandus Matre ignota].i.propterea quod mater ſit ignobilis. Dicit enim populus, quando intelligit aliquem ignobilem accepiſſe iuriſdictionem in ipſos ciues & nobiles. Tune].i.numquid tu ſupple exiſtēs filius Syri].i.alicuius ſerui ex Syria. Aut Damæ] i.alicuius ſcurræ:ſicut Dama fuit,aut Dionyſi]Pro Dionyſij,id eſt,alicuius paraſiti Audes deijcere].i.deorſum iacere: hoc eſt,præcipitare E ſaxo] Supple Capitolino. Ciues]Qui ſcilicet ſiniſtrè affectabāt magiſtratum. Aut tradere ciues Cadmo].i.illi tortori & carnifici crudeliſsimo præcipitādos. Aut tradere Cadmo]. i. tumulo & carceri. Reſpōdit reprahenſus populo. At] Pro ſed. Hoc eſt] Quamuis ſim ignobilis, ſum tamen nobilior Nouio,& ita poſſum hunc magiſtratum bene adire. Nam Nouius uir ille libertinus Collega]. i. mecum in equeſtri ordine conſtitutus. ſedet poſt me in theatro, & foro uno gradu. Namque] .i.Pro quia Ille Scil.Nouius Erit]Sup.illud quod Pater meus erat]Hoc eſt,libertinus Reſpondet populus indignatus, quod propterea ſe magnipendit,quod Nouium præcederet & quærit. Numquid tu uideris tibi Paulus & Meſſala]. i. nobiliſsimus iuriſconſultus. Hoc].i.propter hoc,quod Nouiū præcedis? Reſpondet iterum reprahenſus. At] Pro ſed: quaſi dicat. Attamen quāuis propterea non ſim Paulus,aut Meſſala, tamen glorioſum eſt talem uirum præcedere.Nam hic uidelicet Nouius ſi Ducenta plauſtra] .i.currus habentes rotas ferratas,& Tria funera]. i. tres pompæ funebres inſtructæ Solenniter concurrant]. i. ſimul ſint in foro. Ipſe tamen ſonabit]Sup.tam magna,id eſt,tam magnè,& tam altè,eſt enim nomē pluralis numeri,pro aduerbio poſitum. nec poteſt eſſe Ablatiui caſus, ut indicat uerſus. Quod uincat]. i. excedat cornua,& tubas quæ inflātur in pompis magni funeris. Reſpondet populus uel poëta ironicè, ſed melius populus ſi mihi credis. Saltem hoc].i.hæc res quod tam uehementem uocem habet. Tenet nos].i.cōtentos facit. Nunc ad me redeo] Oſtēſum eſt,quomodo,qui ex humili progenie nati ſunt, debēt in ſuo ſtatu permanere, ſi uolūt inuidiā,& odiū nobiliū effugere.Nam meritò quodāmodo uidētur odio proſequēdi,q altiorē gradū,q̄ generi ſuo conueniat,affectāt aut ſortiti ſunt.Nō.n.uirtus ſed fortuna dignitates largitur, quod liquidò cōſtat.Nā ſi uirtuti neceſſariò darētur (ſicut dari deberēt)dignitates, ſequeretur quod ut quiſq; optimè uiueret,ita maximā obtineret dignitatē,cuius contrariū uidemus.Nūc ergo oſtendit auctor noſter exēplo ſui differentiā inter eā,quæ fortuna nobis obijcit,& quæ certo merito, & ratione obtinemus, dicēs,quod quia natus eſt humili patre, utpote libertino & præcone, ideo potuerunt plurimi ſibi inuidere,quod olim à Marco Bruto tribunus militū factus eſſet,qa hoc ſupra genus ſuū fortuito euenerat.Verūtamen immeritò inuiderēt, quod Mecœnatis amicitiā nactus ſit. Nā eam per uirtutē,non per caſum,aut aſtutiā obtinuerat.Non.n.Mecœnas talis erat,qui aliquē indignū in amicorū numerū aſſumeret.Quod uerò maturo iudicio aſſumptus ſit,probat ex multis.Primò quia optimorū uirorū cōmendatione,quales ſunt Virg. & Varius,qui nollēt aliquē indignū cōmendare.Secūdò,quia nō lepôre aut uenuſtate linguæ placuit,ſed ſola uirtute.Nā cū primùm oblatus eſſet Mecœnati,uix loqui potuit,& genus ſuū profeſſus eſt. Tertiò,quia nō ſubito motu aſſumptus eſt,ſed poſt interuallū nouē menſiū. Vnde cōcludit poëta magnū eſſe tali uiro placuiſſe,qui ſcit ſecernere honeſtū à turpi: & hoc nō propter uitæ, & cōſcientiæ puritatē, tameſi pauca mediocria uitia fortaſsis habeat,quæ ſic tolerari debent,quēadmodū næui.i.paruæ maculæ in formoſo corpore.Nā cādida corpora plerūq; næuos inſperſos habēt,nec tamen ideo ſunt contēnenda. Si neq; auaritiā & cætera. Cauſa fuit pater his, &c.] Quia uerò patris ignobilitatē profeſſus eſt,poſſet qs dicere nō uериſimile eſſe quod habeat probos, & ingenuos mores ob quos fuerat à Mecœnate ſuſcipiēdus.Virtutes.n. & ſciētiæ eruditione bona,atq; ſtudio diligenti acquirūtur, quapropter cū fuerit pauper,& ignobilis pater eius, nō uidetur probabile quod filiū ſuū erudiri fecerit. Ad hoc reſpōdet poëta:oſtēdens ſe beneficio & cuſtodia patris à magnis uitijs immunē euaſiſſe,& ab eodē ad ludū,ſeu ſcholas bonarū artiū,quas equitū,& ſenatorū filij addiſcere deberēt,adductū eſſe in tā honeſtis ueſtib.& tam frequēti comitiua,quod qui eū ſic uidiſſet,crederet eum

tales ſumptus ex reb.aui ſui ſibi derelictis facere. Quod ſi quis dicat,hoc uitio eſſe dandū patri,qui ſupra uires patrimonij ac rerum ſuarū filiū erudiri fecerat,quoniā conſultius uidetur pecunias,quas in erudiēdo filio abſumpſit illi poſsidēdas relinquere,ne filius ob inopiā cogatur idē uile officiū exercere, quod ipſe pater exercuit. Ad hoc reſpōdens poëta dicit,quod pater hoc nō timuit, quia nō putauit turpe eſſe filio liberaliter erudito,parua lucra ſectari. In qua re dat nobis poëta bonā doctrinā, ut ſimus diligētes, & nō parci circa liberorū eruditionē,pecuniæ.n.deperditæ redimi,et recuperari poſſunt,ſed tēpus adoleſcētiæ uolat irrecuperabile. Monet etiā ut laudatū præceptorē filijs noſtris deligamus,q eos ad uirtutē, & bonos mores,nō ad auaritiā inſtruat.Nā licet illis tēporib.omnes in dignitate cōſtituti docti erant, & periti literarum tamē diuites, qui filios ſuos magis ad diuitias accumulādas,q̄ ad honores deſtinabāt, ſolebant eos mittere ad calculatores. i. ad eos qui calculis, ſeu denarijs proiectilib.docebant cōputare,& ſummas ex uarijs p̄cijs colligere, ut ſcilicet ſciant artē ſcribēdi,& cōputandi, per quam poſſent ſcire precia rerū particulatim uendēdarū:ſicut hodie plures tales ludi aperiūtur,in quib.mercatorū filij eadē addiſcunt. Nobiliū aūt paucè erudiri cupiunt.Ordo eſt. Ego redeo nūc ad me natū patre libertino,&c.] .i. latēter carpūt, & diffamāt tanquā natū libertino patre,& dico ſupple quod ô Mecœnas,quia ego ſum nūc Tibi conuictor].i.aſsiduè tecū uiuens,& Quod legio Romana].i.certa portio exercitus Romani pareret olim, quādo ſub Bruto tribunus militū erā. Mihi tribuno militū hoc] Scil.eſſe amicū & conuictorem tuū,eſt diſsimile Illi]Scil.quo erā tribunus militum. Quia ut].i. quomodo Quiuis].i.quicūq; Inuideat].i.poſsit inuidere mihi forſan Iure].i.merito. Honorē].i.dignitatē tribunatus: Nō ita].i. nō eodē modo Inuideat]Sup.mihi iure. Quoq;].i.etiā te Amicū].i.quod te habeā amicū. Præſertim].i.præcipuè te exiſtentem Cautū].i.prouidū. Aſſumere].i.in aſſumēdo dignos amicitia exiſtētes ſcilicet Procul].i.lōgè,à Praua] i.iniuſta & perniciosa Ambitione].i.cupiditate honoris. Cauſam addit, quia ego nō poſſum me dicere fœlicē. Caſu].i.caſualiter & fortuna. Hoc]. i. in hoc quod ſum ſortitus te amicū. Etenim,quia certe nulla Fors].i.nulla fortuna,& caſualis euētus obtulit mihi te.Sed Virgil.optimus & integerrimus uir,qui non uellet mentiri,& Varius etiā optimus uir Dixēre].i.dixerūt tibi quid eſſem. Virgil.] Sup.dixit Olim].i. multò antè,& Varius poſt hūc. Vt].i. poſtquā ueni Corā] Sup. cōſpectu tuo. Ego locutus pauca] Scil. uerba. Singultim].i. per interualla:ſicut faciūt ſingultātes: nāq; pro quia. Pudor].i.uerecundia. Infans].i cōpetens infantib.uel faciens me Infantē] .i.neſcientē loqui. Prohibebat profari].i.proloqui plura nō narro me natū claro patre Vectari].i.frequēter uehi. Caballo].i.ab equo belligero. Satureiano].i.in Satureianis fundis Appuliæ, ubi optimi ſunt equi,nato circū rura.Sicut faciūt nobiles,qui potentiā ſuā oſtentāt equitādo frequēter circū uillas,& pagos:ſed Narro]Sup.me eſſe illud quod erā.Tu ô Mecœnas reſpōdes pauca. Sic ut tuus mos].i.tua cōſuetudo eſt,& ego habito reſponſo Abeo] .i.diſcedo Tu reuocas me poſt].i poſtea. Nono menſe] Hoc eſt,poſt nonū mēſem, uel iā nono exiſtēte menſe, & iubes me eſſe in numero amicorū tuorū. Ego duco].i.reputo, æſtimo hoc eſſe magnū,quod placui tibi. Qui ſecernis].i.ſegregas & diſcernis Honeſtū].i.uirū honeſtū,uel rem honeſtā à turpi. Atqui] Sed certè ſi mea natura eſt Mendoſa].i.cōtaminata:mediocrib.ac paucis uitijs,ipſa eſt Alioquin].i.aliter:hoc eſt,à magnis & multis. Recta].i.impolluta:quia neq; magna,neq; multa habeo uitia, unde ſic me reprahēdes,uelut ſi reprahēdas Næuos].i.paruas maculas inſparſos. corpore egregio. id eſt, præter cætera formoſo. Aduerte Grammaticè melius legas inſperſos,ut ſit dictio compoſita, quàm inſparſos. Nec obſtet quod compoſitum cum hac præpoſitione in, ſæpe Datiuum regit. Nam uirtute præpoſitionis etiam Ablatiuum regere poteſt.ut quarto Aeneid.

30 Hærent infixi pectore uultus Et cætera.Sic & hic. Inſperſos corpore. Egregiū autem dicitur,quod eſt extra gregem. i.uulgarem multitudinem, hoc eſt, quod cætera ſui generis excedit. Si quiſquam non obijciet, mihi uere auariciam in nimis auidè acquirendo,neq; ſordes in nimis ſordidè expēdēdo,neq; obijciet Luſtra]

id eſt,

Id eſt, lupanaria. Mala], i. nociua & perniciofa. Si inquam. Ve me collaudem] Hoc eſt, dato quod liceat mihi me collaudare, uiuo purus & inſons ab huiuſmodi magnis uitijs, & ſi uiuo Charos] Id eſt, iocundus & acceptabilis amicis meis, pater meus, quem alij propter ignobilitatem generis uilipẽdunt, fuit his rebus, uel his uirtutibus, quas habeo, & fugæ uitiorum quæ nõ habeo, cauſa qui ſcilicet pater exiſtens pauper in agello macro, & per hoc infœcundo. Noluit me mittere in ludum] Id eſt, ſcholas ſeu locum exercitij literarij. Flaui] Pro flauij more ſuo. id eſt, illius calculatoris & Arithmetici. Quo] Id eſt, ad quem ludum. Magni] Id eſt, nobiles potentes Pueri orti] Id eſt, nati ex magnis centurionibus ibant ſuſpenſi. Leuo] Id eſt, ſiniſtro Lacerto] Id eſt, brachio, id eſt, habentes ſuſpenſos ſub leuo brachio. Loculos] Id eſt, ſacculos, in quibus habebant Calculos] Id eſt, paruos lapillos, uel denarios proiectiles, quibus faciebant computũ. Quæ] pro & Tabulam cæratam] In qua ſcribebant uarias debitorum, aut preciorum ſummas, quas in unam generalem redigebant: ibant inquam Referentes] Id eſt, portantes ad præceptorem ſuum.

Idibus octonis] Id eſt, quæ in ſingulis menſibus octo ſunt Aera] Id eſt, ſcholaſticam mercedem. Nota quod omnes dies menſium tribus nominibus ſignificantur, aut enim Kalendæ ſunt, aut nonæ, aut Idus. Primus autem cuiuslibet menſis dies Calendæ dicitur, ſequentes quatuor in octo menſibus, & ſex in quatuor menſibus, qui notantur per hanc uocem I M M O. Vt per i Iulius, per m. Martius, per m. Maius, & per o October. Et poſt nonas in ſingulis menſibus octo ſunt Idus, & ideo dixit octonis Idibus. Poſt Idus autẽ ſequuntur Calendæ ſequentis menſis. Sed ne titubes puer ſcies, quod multi dicunt unum duntaxat diem eſſe Kalendarum, utpote primũ menſis, unum Nonarum, utpote ſeptimum in dictis quatuor menſibus, & quintum in reliquis octo. unum etiam Iduum, utpote quindecim in dictis quatuor menſibus, ſex nonas habentibus, & tredecim in reliquis. Et ideo quando ipſo die Kalendarũ, Nonarum aut Iduum factum ſignificas pones, in Ablatiuo, dicens. Kalendis, Nonis, Idib. Ianuarij, uel Ianuarijs, quando uerò alio die factum eſt: uidebis an ſit ante Kalendas, an ante Nonas, an ante Idus, & hoc habito computabis quotus dies ſit ante illas, & pones in Ablatiuo numerũ diei, ſi loqueris ſine præpoſitione. Nomen autem Kalendarum, Nonarũ: aut Iduum pones frequenter in accuſatiuo, interdum tamen ſi uis in genitiuo: ut quod factum eſt ſecũdo die Ianuarij, dices factũ eſſe quarto Nonas uel Nonarũ Ianuarij. Et cauſa huius eſt quia cũ dicis quarto Nonas: ſenſus eſt, quarto die ante Nonas, includendo tamen diem Nonarum, & hoc ſecundùm eos, qui dicunt unum tantum diem Nonas dici, uel quarto die inter Nonas, uel quarto die Nonarum, dicendo quatuor, uel ſex eſſe Nonas. Et ita regitur accuſatiuus uirtute præpoſitionis inter uel ante ſubintellectæ, & Genitiuus uirtute huius nominis die. Scies præterea quod quia ſicut prius dictum eſt, tempus in quo aliquid factum eſt ponitur in Ablatiuo, ideo dicimus quarto Nonas, non quartum. Veruntamen licitè dixeris ad quartum Nonas, & eſt hæc ſola differentia, quod dicendo quarto Nonas ſignificas aliquid factum, uel dictum eſſe: præcipuè eo die, qui eſt quartus inter Nonas: ſed dicendo ad quartũ Nonas innuis te neſcire certum diem, ſcire tamen quod ſit apud uel circiter quartũ diem ante Nonas. Tertio ſcies, quod quia nomina Menſiũ ſunt adiectiua, & maſculini generis propterea, quod hoc nomen menſis eſt maſculini generis, ideo poſſumus dicere quarto Nonas Ianuarij, uel Ianuarias, Ianuarij ſi ſubintelligatur ille Genitiuus menſis: Ianuarias ſi referatur ad Nonas. Quartò ſcies, quod non dicimus primò Nonas Idus, aut Kalendas: ſed Nonis, Idibus, aut Kalendis, nec dicemus ſecundo, quia ſecũdus dicitur à ſequendo, modo intelligemur loqui de die præcedenti, & ideo dicemus pridie, hoc eſt die præeunte, & ſimiliter in Accuſatiuo, uel in Genitiuo: ut Pridie Nonas uel Pridie Nonarũ, Pridie huiꝰ diei, Pridie illius diei. Quintò ſcies, quod licet, forte liceat dicere expreſſa præpoſitione quarto poſt Nonas, tamẽ quia uſitatiùs eſt reſpicere ad diẽ ſequentẽ, quàm ad præcedentẽ: ideò melius dices quarto Iduũ, quia ille, qui eſt quartus poſt Nonas, eſt etiam quartus ante Idus. Vna tamen eſt dictio, qua uſitatè utimur reſpiciendo ad diem præcedentem uidelicet poſtridie, & hoc in Genitiuo, uel Accuſatiuo: ut poſtridie Nonarũ uel Nonas, hoc eſt, die poſteriore Nonarum, uel die proximo poſt Nonas. Scies ultimò, quod Pridie, & poſtridie reſpectiua ſunt, & ideò nunquam ponuntur ſine correlatiuo tacito uel expreſſo. Vnde non dices, ego ueniam poſtridie ad te, non enim idem eſt, quod cras, ſed, dices, ego ueniam poſtridie nuptiarum mearum ad te. uel poſtridie quàm ciuitatem intrauero, ad te ueniam, uel ad te ueni. Nam tam de præterito, quàm de futuro ponitur. Et ſimiliter dicendum eſt de Pridie. non enim eſt idem quod heri, quãuis econuerſo heſternum licenter ponatur pro pridiano. Hæc autem apud Laurentium de Valla ornatiùs dicuntur. Hic autem ubi familiares eſſe ſtudemus, ſi non fallimur multò apertiùs, & clariùs habita ſunt. Nunc ad ordinem redeamus. Ibant inquam pueri centurionum referentes] Id eſt, portantes (re enim uacat) Octonis Idib. Id eſt, ſingulis menſibus in ipſis Idib. quæ ubiq; octo ſunt. Aera] Id eſt, mercedem ſcholaſticam. hoc enim hodie fieri uidemus: ut ſcriptoribus, & calculatoribus ſingulis menſibus detur merces, morum aũt & ſcientiarum præceptoribus: ſemel duntaxat aut bis, aut quater in anno. Sed ipſe pater auſus eſt Portare me] Sup. puerum Romam] Id eſt, ad ciuitatem Romanam docendum, ut doceat artes ſupple liberales, quas artes Quiuis] Id eſt, quilibet eques, atq; ſenator doceat, id eſt, debeat facere doceri Prognatos] Id eſt, progenitos. Semet]. i. à ſemetipſo: hoc eſt, ab ipſis equitibus & ſenatorib. Si quis autem uidiſſet in magno populo ueſtem meam, & ſeruos ſequentes me, crederet illos ſumptus, quos uideret in me fieri: præberi mihi ex re Auita]. i. ab auo derelicta. Quod dupliciter intelligi poteſt. Primò ut credatur eſſe inſtitutus hæres ab auo diuite, ut pater uiuus cogatur illos ſumptus pro eruditione filij facere: uel melius ſic, ut pater credatur illos ſumptus non acquiſiuiſſe laboribus ſuis, ſed à à patre ſuo acquiſitos poſſidere. Facilius enim expendimus parta alieno labore, quã noſtro. Ve ſit ex re auita]. i. ex patrimonio derelicto patri meo ab auo meo. Ipſe pater meus]. Habet aũt emphaſin, quaſi dicat, non ſeruus, nõ amicus patris, ſed ipſemet pater aderat mihi. Cuſtos incorruptiſsimus]. i. quem nullo modo potuiſſem corrumpere, ut uoluntatẽ meam ſequeretur contra ſalutem meam. Circum omnes doctores]. i. ducebat me ad quoſcunq; doctores ibam. Ciues autẽ plurimi dant filijs ſuis doctorẽ, qui Græcè. Pedagogus]. i. pueri ductor dicitur. Quid multa] Sup. dẽ eo dicerem, ipſe pater meus ſeruauit Me pudicum]. i. intactum & mundum, non ſolum ab omni facto turpi. Verũ]. i. ſed. Quoq;]. i. etiã ab omni Opprobrio] Id eſt, diffamatione turpi. Qui honor eſt primus uirtutis] Hic duo aduertes. Primò circa Latinitatem & elegantiã, quod quando relatiuum, qui, quæ, quod ponitur inter duo ſubſtantiua, quorum ſequens eſt proprium nomen, tunc uult eleganter ſequenti, non præcedenti cõformari, quando aũt ſequens eſt appellatiuũ, poteſt alterutri cõformari. Maximè autẽ mediãte uerbo Vocatiuo aut Subſtantiuo ſequẽti cohæret: ut in ſemine tuo, q eſt Chriſtus, nõ quod eſt Chriſtus. Seruauit me pudicũ] qui primus uirtutis honos, nã quod ſcilicet eſſe pudicum eſt primus uirtutis honor. Secũdò circa ſententiam ſcies, quod pudicitia eſt ea uirtus, qua pudore quodam naturali, ac uerecundia ingenua retrahimur à turpi atq; inhoneſto facto. Talis autem in muliere ac puero commendatur. Amiſſa namq; pudicitia, nihil in muliere commendandum. De puero autem dicitur. A' comico:

„ Erubuit ſalua res eſt: Vnde ſenſus poteſt eſſe, quod pudicitia ſit primus honor, quia primũ neceſſarius, utpote in adoleſcẽtia, uel reuera, quod ſit primus. i. principalis honor eſſe pudicũ. i. inuiolatum ab omni facto turpi ab opprobrio. Vt] Scil. quis ſit & re, & nomine pudicus. Nã uolentib. perfectè uiuere, duo ſunt neceſſaria: uita bona, & fama. Vita ipſis fama proximo, ſed hæc hactenus.

Nec timuit &c.] Soluit obiectionem, qua quis poſſet dicere patrẽ eius nõ prudẽter egiſſe, qui tãtum expoſuerit circa filij eruditionẽ, quod nõ ſatis derelinquat filio ut poſſit lautiùs & ſecuriùs uiuere. At hoc. n. dicit poëta, quod pater nõ eſt ueritus ſi filius pauper rerũ, & diues honeſtatis atq; prudẽtiæ paruas mercedes ſequeretur. Et reuera ſi hoc multis perſuaſum eſſet patribus, melius cũ multis ageretur. Nam qui liberis prælargas diuitias relinquere uolunt, eos ad ignauiam inuitant. Satis enim eſt imitari auiculas ac ceruos. Nam hæ cùm pullos eduxerint, & uiam qua uictum ſibi quærirent

oſtenderint,

oſtenderint, illi dum fugere docuerint, nullã præterea adhibent curam. Sic parẽtes, qui liberos ſuos Deum filialiter timere, eiuſq́ue mandata ſeruare, & uictum honeſtè quærere docuerint, ſatis diuitiarum reliquerunt, ſed ordinem proſequamur. Nec pater] Sup. timuit. Nequis uerteret olim] Id eſt, quouis tempore futuro ſibi uitio. Si ego] Exiſtẽs præco aut Coactor] Id eſt, accumulator, & coaceruator nummorum ex uenditione colligẽdorum. Vt] Id eſt, quemadmodum ipſe fuit. Sequerer paruas mercedes] Id eſt, parua lucra. Neq; ego eſſem Queſtus] Id eſt, conqueſtus. Quæ] Pro & laus debetur illi maior ob hoc, & maior gratia debetur illi ob hoc quod ſcilicet diligentior fuerit ad ditandum me ſcientijs, & uirtutibus quàm rerum copijs. Nil me pœniteat, &c.] Vt ſe patris ſui, qui humilis conditionis erat, pœnitere non decere, doceat: oſtendit in ſplendido ſtatu multa eſſe incommoda, quæ humili ignota ſunt. Ordo enim eſt. Nil]. i. in nullo pœniteat me ſanum. i. ſi fuerim ſanus huius, i. huiuſmodi patris. Libertino] Scilicet conditionis. Sed ſolertis liberorũ eruditoris: que pro & : Eo] i. idcirco ego non Defendã]. i. purgem me ſic: Vt]. i. quemadmodũ Magna pars] Sup. hominũ purgantiũ ſe negat eſſe factum ſuo dolo. i. uitio & iniquitate. Quod] . i. quia non habeat parẽtes Ingenuos]. i. liberos à natiuitate, claros & illuſtres: hoc eſt, ego ſi peccauero non imputarẽ parentibus dicendo me non poſſe preclarè agere, quia ex claris non ſim natus, ſicut pleriq; faciunt, quaſi uerò claritas parentũ ſit cauſa, cur quis præclarè agat. Vox mea] . i. locutio, & Ratio]. i. mens & ſententia. Diſcrepat]. i. diſſentit longè. Iſtis]. i. ab iſtis, ita ſe defendentibus. Nam ſi natura iuberet æuũ peractũ à certis annis]. i. poſt certos annos. Remeare]. i. redire, atq; iuberet legere, id eſt. Eligere quoſcunq; parentes]. i. ſi natura aut naturæ rector Deus, uellet res, quæ paulò antè interierunt reparare: hoc eſt, liberis omnibus, quorũ parentes obierunt. Parentes quoslibet] Hoc eſt, quos uellent aut eoſdem, aut alios dare. Quiſq;] . i. quicunq; Optaret] . i. eligeret ſibi parentes Ad faſtum] Id eſt, ſuperbiam ego Contentus meis] Supple parentibus Nollem ſumere] Scilicet parentes. Honeſtos] Id eſt, honeſtatos & decoratos. Faſcibus] Scilicet uirgarum, qui ijs dabantur, qui ex officio magiſtratus cedere, quẽuis poterãt: eos enim lictores poſt eos ferebant, unde pro magnis honoribus faſces uſurpamus. Et honeſtos ſellis] Scilicet curulibus. Nam primi magiſtratus in ſellis curulibus uehebantur. Nollem inquam ſumere ſic honeſtatos exiſtens. Demens] . i. inſanus, & peruerſæ mẽtis. Iudicio]. i. ſecundùm iudicium uulgi, & exiſtens fortaſſe Sanus] Id ſanæ mentis Tuo] Scilicet iudicio ô Mæcenas Quod] Id eſt, quia ego Haud]. i. non. Solitus] . i. conſuetus unquam portare onus moleſtum (quia omne nomen honoris etiam oneris eſt) Nollem] Scilicet ipſum portare. Nam ſi] Supple nobiles parentes haberem, & magiſtratum gererem. Maior res]. i. diuitiarum copia Foret]. i. eſſet Quærenda]. i. acquirenda Continuo]. i. ſtatim, atq; Plures] Supple forent ſalutandi Mihi]. i. deberem plures ſalutare, ut ab eis ſportulam merear. unus & alter. Comes]. i. cliens mecum iens eſſe Ducendus] . i. conducendus ſupple mihi. Vt] i. ut Ne] Id eſt, non exirem. Solus]. i. incomitatus. Ve] Pro aut, aut rus, aut peregrè. Plures calones]. i. miniſtri fuſtes, & ligna, aut uallum ferentes, & Plures caballi]. i. qui belligeri ſupple eſſent paſcendi, id eſt, nutriendi mihi. Petorita] Id eſt, uehicula illa, in quibus tunc uehar. Eſſent] Supple ducenda, id eſt, conducenda mihi, nunc cum ſcilicet priuatus ſim, & humili loco natus licet Mihi ire]. i. proficiſci. Vel]. i. etiam ſi libet, uſq; Tarentũ. Curto]. i. modico & puſillo mulo. Cui mantica]. i. ſarcina corio inuoluta. Vlceret] Id eſt, lædat ulcus, faciẽs Lumbos]. i. poſteriores partes dorſi, atq; eques. i. inſeſſor ulceret ſupple Armos]. i. anteriores partes Dorſi]. i. humeros. hoc eſt, ego exiſtens eques ulcerem eius armos pondere corporis mei, ſed nota, quod muli inſeſſorem equitẽ uocat, ſicut poſtea dicturus eſt pueros ludere par impar. equitare in arundine longa. cũ tam eques, quam equito ab equo propriè dicantur. Nemo obiicit mihi ſordes]. i. ſordidam & auarorum uitam. Quas] Sup. ſordes, populi ſup. obijciunt tibi ô Tulli, de quo prius dictũ eſt. Quo tibi Tulli, &c. cum] i. quando. Quinq; pueri]. i. miniſtri domeſtici. Portantes laſanũ]. i. uas in quod exoneretur uenter, que pro &: Oenophorum], i. uas in quo uinũ fertur, ſequuntur in Via Tiburte]. i. quæ ducit Tibur te prætorem. Hic nota antitheſin. Nam licet uſq; Tarentũ ire priuato ſine Comite]. i. procul à ciuitate, nõ licet prætori cum quinq; comitib. ſine pluribus ire in uia Tiburtina, quæ proxima eſt. O' præclare ſenator] Scil. ô Tulli & nũc irriſoriè uocat præclarũ, hominẽ ambitioſum & de magiſtratu glorianteem. Ego uiuo hoc]. i. in hoc uel pro tãto Cõmodius]. i. cum maiore commodo, minore onere, quàm tu, atq; uiuo commodius alijs mille. ſup. hominum. Ego incedo]. i deambulo ſolus. Et] Sup. uia. Quacunq;] Sup uia Libido]. i. uolũtas eſt incedere ſcilicet ego Percunctor]. i. interrogo, & diſquiro. Quãti]. i. quanto precio. Holus]. i. quæuis herba qua ueſci ſolemus. ſupple ueneat, aut uendatur. Et ego pererro ſæpe ſolus circum fallacem]. i. in quo plures falluntur, quod ibi meretrices fallàces ſedeant, aut quod ibi Sabinæ tempore Romuli Falſæ]. i. deceptæ ſunt: ut dicit Liuius in primo, aut quia ibi furta uenduntur ueſperi. Vnde ſubditur pro] . i. pererro ſæpe forũ Veſpertinum]. i. quod à furib. ueſperi celebratur, ego Aſſideo diuinis]. i. meretricib. illic diuinantib. ut Iuuenalis ſatis notificat, & Ego refero me]. i. redeo inde domũ. Ad Catinum]. i. uas æſcarũ. Porri]. i. illius herbæ, & Ciceris] Illius leguminis, quæ pro & Lagani]. i. panis piperacei, & ſiliginacei. Cœna miniſtratur] Sup mihi à trib. pueris, & Vnus lapis] A menſa lapidea Suſtinet duo pocula]. i. uaſa potoriã. Cũ cyatho] i. uaſe maiore, unde depromitur potus. Guttus]. i. uas guttatim oleũ in balneis lauanti emittẽs. Aſtat Echinno]. i. iuxta Echinnũ. i. calicum receptaculũ: ſicut enim nucleus caſtanearũ in Echinnis includitur, ita pateræ clauduntur. Echinno]. i. cooperculo ex corio, aſtant ergò Echinno Cũ patera]. i. patentẽ uaſe. Eſt ſtens ſuppellex Cãpana]. i. è terra Campaniæ regionis in Italia. hoc eſt, omnia uaſcula illa ſunt mihi pauca & ea fictilia. Deinde] . i. poſtquã ſic cœnatus ſum, eo dormitũ. Nõ ex ſtens], Sup. ſollicitus quod Surgendũ ſit]. i. quod ſurgere debeam. Cras]. i. poſtridie eius diei. Mane] i. tempore matutino, & Quod Marſia] . i. temerarius iudex, ſicut Marſia erat iudex Apollinis, aut potius ſecundùm Acronis opinionem. Statua Marſiæ in foro poſita, forte ideo, ut eius iudicij temerarij exitũ iudices aſpiciant, non ergo ſollicitus ſum. Quod Marſia]. i. uel iudex, uel locus in quo Marſiæ ſtatua eſt Sit] Sup. obeundus, id eſt, ex oppoſito adeundus, qui ſcilicet Marſia negat ſe poſſe Ferre]. i. pati. Vultum]. i. aſpectum. Minoris, Nouiorum]. i. illorum duorum fratrum, quorum minor ob æs alienum non audebat illic comparere, & ita iocosè per tranſitum taxat eum poëta more ſuo. Ego iaceo]. i. recubo. Ad quartam] Sup. horam, & Ego uagor]. i uaganti ſimilis ſine certo negocio ſecurus deambulo poſt hanc ſcilicet quartã horam, aut Ego ungor oliuo]. i. intro balneum, & hoc ſupple eò Quod iuuet]. i. recreet & Delectet me tacitum]. i. tacentem lecto aut Scripto] . i. poſtquam id legi, aut ſcripſi. Et ita lecto & ſcripto Ablatiui ſunt indeſignationes ſequelæ poſiti. Porphyrio tamen putat uerba frequentatiua eſſe, ut ſit ego lecto aut ſcripto ungor inquam. Oliuo. i. olio oliuæ arboris. Non] Supple eo quo Natta olei ille immundus]. i. ſordidus & auarus ſup. ungitur. Lucernis fraudatis]. i. per fraudem oleo ſuo priuatis. Aſt] Id eſt, ſed. Vbi]. i. poſtquam ſol Acrior]. i. uehementior & ardentior, quàm ut de facili ſuſtinere poſſim. Admonuit me feſſum ire]. i. ut ego feſſus eam lauatum, ego fugio tempora Rabioſi ſigni]. i. caniculæ exiſtens pranſus non Auidè]. i. guloſè, ſed ſup. tantum, quantum interpellet, id eſt, ſuſtineat aut expediens ſit durare diem Inani uentre] Id eſt, ieiuno. Ego ocior] Id eſt, in ocio ſum Domeſticus] Id eſt, domi. Hæc] Id eſt, huiuſmodi Eſt uita ſolutorum] Id eſt, eorum qui ſoluti, & expediti ſunt miſera, & Graui ambitione] Id eſt, cupiditate magiſtratus, & Ego conſolor me his] Id eſt, huiuſmodi oblectamentis. Me] Inquam uicturum ſuauius. Ac] Id eſt, quam ſi pater atq; auus. Quæ] Pro & Patruus] Id eſt, frater patris mei fuiſſet. Quæſtor] Id eſt, receptor publicus & coacerruator fiſci. Cum fuerit coactor] Id eſt, exactor preciorum rerum priuatarum: ut dictum eſt.

SATY-

SATYRA VII.

ARGVMENTVM SATYRAE VII. ASCENS.

Scurrarum turpem ſubſannat ſeptima litem.

ALIVD ARGVMENTVM.

Deſcribit riſum Rupilij Prœneſtini, cum Græculo quodam Perſio. Nam quum rex ille proſcriptus eſſet ab Auguſto, fugit ad Brutum, ubi Horatium contempſit propter ignorantiam, quamobrem ab eo hac Satyra perſtringitur.

ALIVD GEORGII FABRICII.

In Rupilium aduerſarium.

PROSCRIPTI Regis Rupulî
pus, atq; uenenum,
Hybrida quo pacto ſit Perſius ultus, opinor
Omnibus & lippis notum & tonſoribus eſſe.
Perſius hic per magna negotia diues habebat
Clazomenis, etiam liteis cum rege moleſtas,
Durus homo, atque odiô qui poſſet uincere Regem:
Confidens, tumidusq́: adeò ſermonis amari,
Siſennas, Barrhos, ut equis præcurreret albis.
Ad Regem redeo, poſtquam nihil inter utrunque
Conuenit: hoc etenim ſunt omnes iure moleſti,
Quo fortes, quibus aduerſum bellum incidit, inter
Hectora Priamidem, animoſum atque inter Achillem
Ira fuit capitalis, ut ultima diuideret mors:
Non aliam ob cauſam, niſi quod uirtus in utroque
Summa fuit. duo ſi diſcordia uexet inerteis,
Aut ſi diſparib. bellum incidat, ut Diomedi
Cum Lycio Glauco, diſcedat pigrior, ultro
Muneribus miſſis, Bruto prætore tenente
Ditem Aſiam, Rupilî, & Perſî par pugnat, uti non
Cōpoſitus melius cū Bitho Bacchius, in ius
Acres procurrunt, magnum ſpectaculum, uterque.
Perſius exponit cauſam, ridetur ab omni
Conuentu, laudat Brutū, laudatq; cohortē.
Solē Aſię Brutū appellat, ſtellasq; ſalubreis
Appellat comites, excepto Rege: CANEM illum,
Inuiſum agricolis ſidus, ueniſſe, ruebat
Flumen ut hybernū fertur quo rara ſecuris.
Tum Prœneſtinus ſalſo, multumq; fluenti
Expreſſa arbuſto regerit conuitia, durus
Vindemiator, & inuictus, cui ſæpe uiator

COMMENTARIA.

ACRON.

PROSCRIPTI regis Rupili pus] *Deſcribit iurgium P. Rupilij cuiuſdam, cognomento Regis, qui aliquando in Horatium iocularitur dixit, & Hybridæ Perſij. Hic Rex Rupilius Præneſtinus fuit. Iſte poſt exilium Prætor cum à triumuiris condemnatus eſſet, confugit ad Brutum, & comes eius habitus eſt, ibiq́ Horatium iurgio laceſſiuit, ob quod amaritudinem ſtili ſui in eum conſtrinxit: Item aliter: Publius Rupilius cognomine Rex, Præneſtinus, poſt exitum belli ciuilis commilito fuit Horatij, in caſtris Bruti. Hic ægrè ferens quod Horatius tribunus eſſet, ſæpe ignobilitatem generis illi obijciebat. Idcirco nunc eum ex perſona alterius lacerat.* Hybrida quo pacto ſit Perſius ultus] *Perſius ex diuerſis parentibus natus, nam Clazomenius fuit, patre Aſiatico, matre Romana. Tranſlatiuè ergo Horatius lacerauerat Perſium, quaſi ſemi Romanum. Tractum ab Aquilæ ea, quæ ex aquila & uulture naſcitur. Hybridæ etiam dicuntur propriè canes, qui naſcuntur ex cane uenatico, & cane gregario. Ideo & Hybrida dicebatur Perſius, quia de matre Græca natus fuerat, & patre Romano. Aliter Hybrida dicitur, qui habet patrem Græcum & matrem Italam: aut per contrarium, Hybridam dicunt appellari, qui mixto genere ſermonis loquatur, Græcè, Latinéq.* Proſcripti] *Condemnati à Duumuiris, quoniam ſecutus eſt, partes Bruti, & Caſſij contra Auguſtum.* Pus atq; uenenum] *Malignitatem atq; liuorem.* Lippis] *Otioſis, ſedentibus apud medicum.* Notum & tonſoribus] *Tonſores, qui ſolent tardi eſſe ſtudio: lippi, qui ſolent oculorum cura alieni eſſe à negotijs, ſciunt quomodo Hybrida Perſius perſecutus eſt maliciam Rupilij Regis.* Clazomenis] *Apud ciuitatem Aſiæ, Clazomenon: Hic pluralis numeri eſt, & aduerbium loci.* Atq; odio qui poſſet uincere] *Odio, pro moleſtia. ut Terent. Cum iſtoc odio Lache Reges inuiſiſſimi erant, & eorum nomen propter memoriam Tarquinij execrabile, hunc quoq; odioſum faciebat.* Confidens] *Audax, temerarius, improbus. Terent.*

» *Homo confidens, qui illum dij omnes perduint.*

» *Fidens bonus: confidens malis.*

Adeò] *Vſque adeò* Sermonis amari] *Mordacis, maledici.* Siſennas Barrhos] *Pro maleficis poſuit, id eſt, malæ uitæ hominibus: Siſennas fuit illis temporibus maledicus & mordax. Barrhi enim dicuntur maledici, id eſt, adeò erat ſermonis maledici, ut Siſennas Barrhos uideretur uincere, & de his triumphare, qui & ipſi maledici fuerunt: Id eſt, adeò erat odioſus, ut de nobiliſſimis detractorib. triumphum ageret Perſius Clazomenius.* Præcurreret albis] *Allegoricôs, ut facilè eum ſuperaret, quia equi albi dicuntur eſſe nobiliores, ſicut laudat Virg.*

» *Qui candore niues anteirent, curſibus annes.*

Poſtquam nihil inter utrunque conuenit] *Poſtquam capitales inimici & inexpiabiles facti ſunt. Conuenit autem tranſactum eſt.* Hoc etenim ſunt omnes iure moleſti] *Senſus eſt: Ita enim inter ſe mali homines decertant, & neſciunt cedere, ut uiri fortes in bello. Aliter: Hoc ſunt modò omnes moleſti, quo hi, qui contra ſe habent bellum, & quare? quod uſq; adeò dimicant uterq; donec unô ſuperato, alter uictor diſcedat.* Capitalis] *Magna, periculoſa.* Diuideret] *Dirimeret, litis finem faceret.* Duo] *Pro duos, ut Virg. Si duo præterea tales Idæa tuliſſet.* Terra uiros aut ſi diſparib.] *Inter uirum fortem & ignauum.* Vt Diomedi cum Lycio Glauco] *Glaucus enim confeſſus ſe uictum, ... Diomedi miſit ſua arma au-*

Ceſsiſſet, magna compellans uoce cucullum.
At Græcus, poſtquã eſt Italo perfuſus aceto,
Perſius, exclamat. PER MAGNOS, Brute, Deos te
Oro, qui reges conſueris tollere: cur non
Hunc regem iugulas? operum hoc (mihi crede) tuorum eſt.

rea, & Diomedes ſua area. Aliter: Diomedes & Glaucus inimici fuerunt. Diomedes fortis. Glaucus ignauus, & Diomedi munera miſit, ut ab armis diſcederet. Ditem] *Copioſam.* Rupili & Perſi par pugnat] *Metaphora à gladiatoribus, & ſatis amarè, quaſi de gladiatoribus.* Cum Bitho Bacchius] *Bithus & Bacchius gladiatorum nomina celebrata apud Sueton. Tranquillum, ſub Auguſto. Mirè in Metaphora perdurauit. Id eſt. Melius pugnant in lite Rupilius & Perſius, quàm memorati gladiatores in pugna.* In ius] *Quaſi gladiatorium. Alij in iudicium, in litem.* Acres procurrunt] *Quia non potuerunt finiri cauſæ eorum. Ordo eſt, ſi diſcordia uexet duos inertes, in ius acres procurrunt.* Magnum ſpectaculum] *Mirè rurſus perdurat in translatione, theatri & iudicij.* Solem Aſiæ, Brutum] *Vt Virg.*

„ *O' lux Dardaniæ, ſpes ô fidiſsima Teucrûm.*

Rupilius Rex, comes fuit Bruti, ſolem ergo dicebat Brutum, & comites, ſtellas ſalubres. Rupilium uerò canicularem ſtellam, hoc eſt, Syrium. Inuiſum agricolis ſidus] *Quia peſtiferum.* Ruebat flumen ut hybernum] *Id eſt, Ita ruebat eius oratio, quaſi torrens deſcendens ab altiſsimo monte. quò rara ſecuris fertur, hoc eſt, ad quem montem raró uenitur præcidendorum gratia lignorum. Fabula talis eſt:* Quodam tempore ruſticus dum iuxta fluuium ligna cæderet, caſu ſecuris eius in fluuiũ cecidit. *Mercurius hoc de ſummo monte uidens, deſcendit ad ruſticum, interrogauitq́ eum, quid amiſiſſet. Ille ſimplicitate ſua ait, ſecurim ferream perdidi. Mercurius leuauit auream, ille ſuam ſibi reddi cupiebat. Collaudauit eum Deus, & ſuam illi, & auream condonauit. Alter agricola hac fama commotus, iuit ad fluuium, & dum ſe ſimulat ligna cædere uelle, ſecurim in fluuium uoluntate proiecit. Similiter hoc Deus uidens, deſcendit, leuauitq́ ferream. Ille auream ſe perdidiſſe fingebat, iratus Deus & illam dimiſit. Itaq́ qui auream habere cupiebat, & ſuã perdidit. Ergo dicit modo poëta ſic in iniuriam Rupilij Perſius irruebat, quomodo fluuius ille, qui raró habebat auream ſecurim.* Fertur quò rara ſecuris] *Quia omnia ligna ſecum trahit torrent, non eget ſecuri.* Tum Prænestinus] *Rupilius rex.* Salſa] *Id eſt, de amaro & copioſo, & maledico pectore protulit conuitia & remiſit.* Expreſſa arbuſto] *Id eſt, prolata pectore, ἐκλογισμῷ.* Regerit] *Inuicem mittit. Voluit uirum acrioris maliciæ exprimere.* Durus Vindemiator] *Vindemiator non dicitur, ſed Vindemiator, & ni ita dixeris, uerſus non ſtabit. Hoc autem ipſa re nouimus, quòd uiatores ſæpe cum Vindemiatore conuitijs agant cùm tranſierint, & illi reſpondent ita, ut cucullum eũ appellent, quaſi pigrum, & laborem dicunt eum ſubire alienum, ſicut cucullus, quia aliena oua fouet: & recitant hoc cuſtodibus, eo quod ſemper aſsidet. Bene autem perſeuerauit in metaphora, quia arbuſtum pectus eius dixit, modò illum duro comparat uindemiatori.* Cui ſæpe uiator Ceſsiſſet] *Solent enim uindemiatores cum uiatoribus falſa fatigatione cõtendere.* Cucullum.] *Cucullus auis eſt abiecta, quæ hoc uitio naturali laborat, ut oua ubi poſuerit oblita, ſæpe aliena calefaciat. Vnde ruſtici ſibi obijciunt, quaſi alieni fœtus curã ſuſtinentes. Eſt aũt pigra ut interdũ pigricia ne uolet, famæ moriatur.* Italo perfuſus aceto] *Rom. amaritudine, & hoc propter arbuſtũ. i. afflictus Itala mordacitate.* Per magnos Brute, &c.] *Iſte qui Cæſarem occîdit.* Qui reges conſueris tollere] *Aut propter Cæſarem dixit hoc, qui eſt interfectus in ſenatu à Caſsio & Bruto: aut quia originem ducebat à Bruto, qui pepulit de urbe Tarquinios.* Proſcripti regis Rupili, pus, atq́ uenenum] *Hoc in Rupilium regem Prænestinum, cuius contentionem cum Perſio commemorat, cuius Perſij iocum refert. Quamuis Græcus fuit hic Perſius, ciuitatem tamen Romanam ſumpſerat, unde hybridam appellat. Rupilius cognomine. Rex, Prænestinus poſt exilium, in quod damnatus profugerat, militauit in Attica ſub Actio Varo. Deinde cũ præturam gereret, proſcriptus à triumuiris confugit ad Brutum, & inter comites habitus eſt. Ibi militantem Horatium Flaccum iurgio laceſsiuit, propter quod amaritudinem ſtyli poëta in eũ*

ſtrinxit. Hybrida quo pacto ſit Perſius ultus] *Perſius Clazomenius fuit. Hybridæ autem propriè dicuntur canes, qui ex imparibus parentibus nati ſunt, hoc eſt, ex uenatico & gregario. Ad hanc ſimilitudinem uidelicet hunc Perſium parentes habuiſſe, id eſt, Græcum & Romanum, ideo hybridam appellatum opinor.*

Lippis notum & tonſoribus] *Adeò ait diuulgatum eſſe, quibus modis inſectatus ſit Perſius Rupilium, ut & in tonſtrinis hæc, & medicinis narrata ſint. Ferè autem in his officinis ocioſi ſolent conſedere, ac res rumoribus frequentatas fabulis celebrare.*

Permagna negocia diues habebat Clazomenis] *Clazomenæ Aſiæ ciuitas. Ergo Clazomenis, ut Athenis.* Adeò ſermonis amari Siſennas Barros ut equis præcurreret albis] *Adeò fuit, inquit, in rabie orationis amarus Perſius, ut Siſennam atq́ Barrum longo anteiret, ſed hoc ipſo gloriabatur, quaſi quadrigis triumphalibus incederet. Videlicet Siſennam & Barrum maledicos fuiſſe dicit.* Hoc etenim ſunt omnes iure moleſti] *Pertinacia ea inquit, mali homines inter ſe contendunt, qua bellant uiri fortes.* Duo ſi diſcordia uexet inertes] *Si incitet impares, ut Diomedem & Glaucum, citò contentio finietur, cedente inferiore, & ultro dante aduerſario munera.* Vt Diomedi cum Lycio Glauco] *Glaucus natione fuit Lycius, qui ceſsit Diomedi arma ſua aurea, acceptis à Diomede æreis, quod apud Homerum in Iliade legitur.* Rupili & Perſi] *Iocular iter contentionem horum refert, quaſi gladiatoriam pugnam.* Cum Bitho Bacchius] *Bithus & Bacchius gladiatores optimi illis temporibus fuerunt, qui multos interemiſſent, commiſsi inter ſe mutuis uulneribus conciderunt. Et cum eodem tempore mulier, quæ ſeptem extulerat, nuberet ei, qui uxores ſeptem amiſerat, compertum eſt epigramma.* Laudat Brutum, laudatq́ cohortem] *Cohortem comites dicit Bruti, qui in conſilio eius erant, ſic & Lucil. ait:*

„ *Vt prætoris cohors, ut noſtris dixit aruſpex.*

Opportunè laudans Brutum & comites eius, Soli & ſtellis ſalubribus eos comparat. Fertur quò rara ſecuris] *Nam utiq́ non facilè itur in ea loca ad cædendum ligna, quæ ſunt nimis alta atq́ abrupta.* Tum Prænestinus] *Vrbanè ac copioſè, inquit, locuto Perſio, inuicem Rupilius conuitia regerit, nõ minus ridiculus, quàm ruſtici uindemiatores, ſolantes ſe in eos uiatores, à quibus per deriſum cuculli appellantur. Nam ſolent leuia ruſtici circa uiam arbuſta uindemiantes, à uiatoribus Cuculli appellari, cum illi prouocati tantam uerborum amaritudinem in eos effundant, ut uiatores illis cedant, contenti eos cucullos iterum atq́ iterum appellare. Salſo ergo, multoq́ fluenti arbuſta, ad uindemiatores arbuſti relatione facta dictum eſſe intelligere debemus.* At Græcus poſtquàm eſt Italo perfuſus aceto] *Allegoricôs. Poſtquam eſt, inquit, Perſius acrius conuitijs Rupilij repercuſſus: Perſius exclamat per magnos Brute deos oro, qui reges conſueſti tollere, cur non hunc regem iugulas? Vrbaniſsimus iocus, quia Tarquinius Superbus rex Rom. per Iunium Brutum in exilium actus eſt: & C. Cæſar qui regnum uidetur affectaſſe, per Brutum in ſenatu eſt occiſus, quaſi infeſtum Bruto nomen eſſe uidetur iam regnum. Ergo iocans in nomen Regis Rupilij ait: O' Brute ſequere generis tui gloriam, & hunc Rupilium Regem extingue.*

CHRIST. LAND. } Proſcripti regis] *Rupilius rex Prænestæ ab Auguſto proſcriptus ad Brutum in Aſiam confugit. Sed cum Horatium tunc Tribunum ueluti ignobilem contemneret, noluit poëta in opprobria incurrere. Itaq́ Perſium quendam ſibi oppoſuit. Hic à rege laceſsitus has, quas uides lites exercuit.* Proſcripti regis] *Proſcribere relegare eſt. Item uenale proponere. Cicero in 3. Of. Ille quod non placebat proſcripſit, id quod placebat non emiſit. Sed in rebus animatis non proſcribere dicimus, ſed producere, unde produxit ſeruos, id eſt, uenales oſtendit.* Regis] *Sunt qui credant eſſe nomen dignitatis. Sunt iidem qui nomen proprium putent.* Pus] *Non flectitur hoc nomen, & propriè ſignificat ſaniem, & corruptum humorem in corpore. Cuius cona*

tarum

trarius eſt ſuccus humor ſcilicet, quo corpus alitur. Hic autem appellat pus malignitatē ſui ingenij, unde addidit uenenum, quia uerba eius uenenum erant. Hybrida] Propriè canis eſt ex uenatico, & gregario natus. Verum hunc hybridam appellat quod ex patre Aſiatico, & matre Romana ortus ſit, compone autem ſic. Ergo puto eſſe notum, quo pacto Perſius ultus ſit pus, & uenenum proſcripti regis Rupili. Omnibus & lippis] Ergo notiſſima eſt res, ergo uera. Negocia] Rationes ſocietatis. Clazomenis] Vrbs in Aſia. Durus homo] Inexorabilis, inhumanus. Odio] Acerbitate, quæ ex odio prouenit. Confidens] Arrogans. Nam confidentia ut plurimum in malo capitur, fiducia in bono. Amari] Acerbi. Siſennas barros] Populos loquaces ut multi putant. Ergo poterat ſuperare loquacitatem illorum.
Equis albis] Id eſt, longo interuallo, quia equi albi apud antiquos uelociſſimi inueniebantur. Virg.

„ Qui ſuperent candore niues, qui curſibus auras.

Erat igitur prouerbium, ut qui longo interuallo præcederet equis albis uincere diceretur. Alij dicunt barros elephantos, ut ipſe alibi:

„ Quid tibi uis mulier nigris digniſſima barris.

Nam elephantes ſua mole tardi longo interuallo ab equis uincuntur. Siſennas] A' loco ſic nominantur. Poſtquam nihil conuenit] Poſtquam non interuenit aliqua concordia. Hoc] Propter hoc omnes fortes ſunt moleſti. Nam uiribus pares cùm ſint, neuter neutri cedit. Si autem imbecilles ambo ſunt, facilè cedūt. Aut ſi alter minus potens ultrò uictus abit, ut Glaucus qui ſua arma aurea Diomedi miſit, & illius ænea ſumpſit, ut Diomedes ceſſaret. Refert Homerus quod cùm ueniſſent in certamen, & Glaucus ſe à Siſypho originem ducere dixiſſet. Diomedes priſtinæ amicitiæ memor conuenit ne amplius inter ſe concurrerent. Eſt autem in Syſiphi ſucceſſione Glaucus, & ex Glauco Bellorophon, & huius Hippolochus, & Hippolochi hic Glaucus. Bacchius & Lyces] Pugiles fortiſſimi & inter ſe pares fuerunt. Sed non magis pares uiribus, quam iſti in contentione. Canem illum] Id eſt, caniculam, quæ eſt ſtella inuiſa agricolis de qua alibi. Ruebat] Eo impetu orationis utebatur, quo impetu fertur fluuius illuc, quo fertur rara ſecuris, id eſt, in ſyluam denſam, quæ rarò ceditur. Vel Aeſopi fabulam tangit. Qui ait Mercurium è monte deſcendentem auxilio agricolæ fuiſſe, cui in fluuium ferrea ſecuris cecidiſſet, & illi auream extuliſſe. At ille noluit, quoniam ſua non fuiſſet aurea. Sed Mercurius ſimplicitate hominis motus & auream, & ferream dedit. Alter uerò agricola auaritia motus, & ipſe ſuam in flumen deiecit, & cum Mercurius ferream extuliſſet, & ille ſuam auream contenderet neutram accepit. Arbuſto] Quaſi de inculto pectore. Vindemiator] Pro uindemator metri cauſa. i. ita durus, ut eſt ille uindemiator, cui uiator inuictus ſæpe ceſſiſſet, id eſt, qui ſuperaret eum uiatorem, qui alios ſuperaſſet. Erat enim conſuetudo apud Priſcos, quæ etiam noſtris temporibus nō ceſſat, ut uindemiæ tempore agricolæ ex arboribus in quibus uuas legunt in uiatores iurgia iactent, uiciſſimq́ ab illis audiant. Eſt ergo ſententia quod ille non eſſet minus conuitiator, quàm uindemator. Cucullum] Id eſt, uindemiatorem cucullum inditum, uel quem appellat cucullum propter contemptum. Aceto] Vehementi obiurgatione. Reges tollere] Nam interfecit Cæſarem Brutus.

ERAS. ROT. } Omnibus & lip.] Quæ iam in ora uulgi abierunt, omnibus tonſoribus atq; lippis nota dicuntur, propterea quod olim in tonſtrinarum conſeſſibus omnes rumores narrari conſueuerunt. Vt equis præcurre] Vbi quem alijs quapiam in re longè ſuperiorem ſignificabant, longóq; anteire interuallo, eum albis equis præcedere dicebant, uel quod antiquitùs equi albi meliores haberentur, uel quod uictores in triumpho albis equis uectari ſolebant, uel quod albi equi fortunatiores, & auſpicatiores eſſe credantur. Sed quantum ad Siſennas & Barros, erant Siſenna & Barrhus homines quidam inſignita maledicentia, etiamſi Acrō Barros legit, ut ſit epitheton.

Bitho Bacchius] Rupili, Perſijq; parem improbitatem & maledicentiam ſignificat. Nam Bithus & Bacchius nobile par gladiatorum fuit, pares arte, pares audacia. Proinde quoties duo æqualiter improbi contendunt inter ſeſe, ita ut neuter alteri uelit concedere, non intempeſtiuiter dicimus Bacchium cum Bitho commiſſum. Tum Prænestinus] Olim qui fuiſſent in re quapiam parum honeſta deprehenſi, uulgari ioco cuculli dicebantur. Lege prouerb. Cucullus, ubi D. Eraſmus hunc Flacci locum plenius interpretatur: Acetum pro mordacitate dixit Horatius.

IOAN. HART. } Hectora, Priamiden] Homerum Iliad. χ. lege. Lycio Glauco. Contrarium exemplum. Vide Homerum Iliad. ε.

HENR. GLAR. } Hybrida quo pacto ſit Perſius ultus] Hybrida quare dixerit Poëta, Acro ut minimum quinque deſcribit rationes. Sed ſcilicet fœcunda eſt ignorantia. melior eſt ratio Plinij lib. 8. cap. 53. Et ex eo planum, cùm is eſſet diuerſus natus parentibus. Siſennas Barros] Acro Siſennam Barrum unum facit, Porphyrio duos, quanquam in Porphyrione Varus legitur, errore ut puto codicum. Barri meminit priore epiſtola ut hominis libidinoſi. Mea quidem opinione Horatius Siſennam Barrum unum intellexit, non duos, alioqui dixiſſet Siſennas Barrosq; ut equis præcurreret albis, quod & carmen patitur. Meminit D. Eraſmus in adagio: Equis albis præcurrere. Illud autem Conuenit, quod tertio dein ſequitur uerſu, ab Acrone præteritum perfectum expoſitum eſt. Sed non mirum, cùm Glauci & Diomedis permutatio apud Homerum Iliados ζ. notiſſima, ibidem diuerſa narretur. Sed elegantiſſimum eſt, quod de aurea ſecuri fabulatur idē Acro. Magis in hoc loco Porphyrio placet de abruptis atq; nimis altis locis Poëtam loqui, ad quæ non facile eatur ad cædendum ligna. Denique quæ ad finem huius Satyræ de Cucullo dicuntur, maximè intelliguntur ex Plinij libro 18. cap. 26. quæ uerba eleganter D. Eraſmus tractat in adagio, Cucullus.

THEOD. PVLM. } 1 Rupili] G.E.B.P. Rupuli, H.V. alteram lectionem, ut germanam retineo.
6 Poſſet] Poſſit, H. 7 Tumidosq;] Tumidos, H.E.B.P.
12 Animoſum atq; inter] Animoſumq;, V. 15 Duo] Pro duos, antiquè ut 2. Sat. 3. —Iure iurando obſtringam ambo] Pro ambos, uexet uexat. Aldinum exemplar, uerſet. Lambini libri nonnulli. 17 Diſcedat pigrior] Diſcedat pulcrior, V. diſcedet pigrior. Aldina edito.
20 Compoſitus] Compoſitum. H. G. E. V.
21 Procurrunt] Concurrunt, H.G.E.B.V. & Guliel. Canterus Nouarum lect. lib. 4. cap. 12. occurrunt. P. 26 —— Ruebat Flumen ut hibernum fertur quò rara ſecurus] Senſus eſt, tam concitata oratione & ueloci, rapidáq; decurriſſe, quàm torrens hibernus deuolui, & præcipitari ſolet per loca abrupta & abſciſſa, quò rarò ſolent lignatores accedere, propter arduam & erectam inacceſſarum rupium, montiumq́; eminentiam. Flumen autem hibernum, eſt torrens, qui & Græcè, quòd hieme fluat, æſtate ſiccetur, χειμάῤῥους uocatur. Vide Turneb. lib. 2. cap. 1.
28 —— Multumq; fluenti Expreſſa arbuſto] Arbuſtum dicitur multum fluere, quod multum uini fundit: ſed per allegoriam, hoc ad dicacia uinitorum & uindemiatorum retulit conuicia, quibus uel laceſſunt prætereuntes uiatores, uel prouocati ulciſcuntur, & remordent. Ergo uindemiatorijs probris, & dictis petulanter ei Rupilius reſpondit:

„ —— Cui, inquit, ſæpe uiator
„ Ceſſiſſet, magna compellans uoce cucullum.

Viatores ſolebant cultores, & uinitores ſerò colentes, appellare cucullos, in deſidiæ probrum. Vide Turneb. lib. 2. cap. 1.
30 Vindemiator] Vindemator, G.

GEORG. FAB. } Omnis contentio grauis & improba: eáq; eſt aut armorum, aut linguæ, ut pulchrè Menander ait. ξίφος τιτρώσκει σῶμα, τὸν δὲ νοῦν λόγος. Contendunt inter ſe aut pares, aut diſpares. Pares qui ſunt, acerbè digladiantur, ut homines malefici, uiri fortes, & qui eorundem ſunt ſtudiorum æmuli, quorum niſi morte non finitur odium. Impares qui ſunt, minus pertinaciter contendunt. Itaque exemplis ſummorum, mediocrium, infimorum hominum uelle perſuadere uidetur, omnem contentionem, tanquam periculoſam fugiendam eſſe. Satyricè hoc loco uindicat ſe de Rupilio rege, à quo aliquando in caſtris, contemptus fuerat. Hybrida quo pacto ſit Perſius ultus] Propter ima

obſcurum ciuitatis, Q. Varius Hybrida dictus, ut teſtatur lib. 8. Val. Maximus: natus uidelicet patre Hiſpano, matre Veronenſe. Perſius quoq; nunc Hybrida dicitur, quod regionum diuerſarum ortus erat parentibus, patre nimirum Aſiatico, & matre Itala. Vel (ut unus interpretum) quod genere ſermonis mixto uteretur, ut homines peregrini ferè ſolent, mixti indigenis, ut noſter poëta ſcribit de Canuſinis, Cicero de Siculis.

Clazomenis] In numero plurali Clazomenæ Cicero, Horatius, Strabo. Apud Melam Clazomena, libro primo: apud Pliniũ, Clazomene, libro quinto: eſtq; urbs ad latus boreale Iſthmi Chalcidenſis. Siſennas, Barrhos] Legitur & Varrhos, propter antiquam inter has literas cognationem. Fuerunt ambo diſertiſſimi, notæq; improbitatis ac petulantiæ: Siſenna Mileſiarum ſcriptor, & Betutius Barrhus, qui Veſtalem Aemiliam uiolauit.

Acres procurrunt] Procurrunt ex agmine uidelicet, exhibituri ſpectaculum non armorum, ſed uerborum, nec more militum, ſed ſcurrarum. Videtur euidens in præpoſitione ſignificatio, Procurrunt. ut,

„ Quos agmina contra Procurrunt. Et,

„ Cerebroſus proſilit unus.

IOD. BAD. ASCENS. } Proſcripti regis, &c.] In hac ut dixi Satyra: taxat poëta ſcurrilia conuitia Rupilij cognomine Regis, & Perſij cuiuſdam Clazomenij, quibus aut potiùs quorum uitijs poëta infenſus erat, forte ab illis, ut Acro dicit laceſſitus. Militauerat enim Horatius quoque ſub Bruto. Ex Porphyrione autem paucis argumentum habe. Rupilius Prænæſtinus cognomine Rex, poſt exiliũ in quod damnatus profugerat, militauit in Attico, ſub Actio Varro: deinde cum præturam gereret, proſcriptus à triumuiris confugit ad Brutum, & inter comites habitus eſt, ibiq; militantem Horatium Flaccum iurgio laceſſiuit, propter quod amaritudinem ſtyli poëta in eum ſtrinxit, ſcurrilem concertationem eius cum Perſio Clazomenio, ex patre uidelicet Aſiatico, & matre Romana nato ſatyricè, notans. Proſcriptus, dicitur: à pro, id eſt, anteſcriptus, in conſpectu uidelicet omnium in tabula publica, ut aut uiuus, aut mortuus ubicunq; depræhenſus ad tribunal trahatur. Et ita proſcriptorum erat peior conditio, quam exulum. Hybrida] Eſt animal ex diuerſi generis parentibus natum, ut aquila ex aquila, & uulture ſecundùm Acronem, aut canis ex gregario, & uenatico natus. Sicut Perſius ex Aſiatico patre, & matre Romana. Lippis & tonſoribus] In Tonſtrinis enim nouæ fabulæ ferè recitari ſolent, ad eas autem conueniunt lippi ob medelam, quia & tunc tonſores Chirurgici erant.

Siſennas Barros] Sic Acro legit, dicens Siſennam Barrum medicum loquacem fuiſſe: Porphyrio uidetur cenſere legendum eſſe. Siſennas Varros] Exponit enim ſic. Adeò fuit rabie orationis amarus Perſius, ut Siſennam atque Varrum lõgè anteiret, ſed hoc ipſo ita gloriabatur, quaſi quadrigis triumphalibus incederet. Landinus legit Barros, exponens pro elephantis, ſicut in Epo.

„ Quid tibi uis mulier nigris digniſſima Barris?

Sed tamen dicit populos loquaces fuiſſe à loco Siſennas dictos. Ego uerò, ut uiros loquaces dicam cum Porphyrione inuitor, quia dicit ſermonis amari fuiſſe. ut forte Siſenna & Varrus fuerunt. ut

„ Præcurrere equis albis ſit triumphare.

Vt uerò Barros legam inuitor propter antitheton, ut Barri, id eſt, elephanti nigri de quibus illud Ennianum, quod Virgilius ad formicas tranſtulit.

„ It nigrum campis agmen.

Et poëta in dicto uerſu. Barris digniſſima nigris Opponantur equis albis, Sed quomodo ſermone uincat Barros audi. uicit Siſennas, quos Barros, id eſt, tardos uocat reſpectu Perſij q. d. Siſennas Barros fuiſſe, id eſt, elephantinam tarditatem habuiſſe, reſpectu Perſianæ uelocitatis, qui quaſi equis albis incederet, de quibus diuerſè citatur uerſus Virgilianus, ab Acrone enim ut poſitus eſt, A Landino ſic.

„ Qui ſuperent candore niues: qui curſibus auras.

Ordo eſt. Ego opinor. Notum] Sup. eſſe omnibus. Lippis] Id eſt, oculorum aut alterius membri ægritudine laborantibus, & tonſorum ope egentibus. Et tonſoribus] Id eſt, omnibus Tonſtrinas frequentantibus. Quo pacto] Id eſt, quomodo Perſius. Hybrida] Id eſt, mixto genere ex patre Aſiatico, & matre Romana natus. Sit ultus pus atq; uenenum] Id eſt, putridam & fœdam ac ſcurrilem criminationem. Rupili] Pro Rupilij cauſa metri. Regis] Scilicet cognomine. Proſcripti] Id eſt, per proſcriptionem expulſi. Hic] De quo ſcilicet loquor. Perſius] Exiſtens diues. Habebat permagna] Id eſt, ualde magna negocia Clazomenis in ea ciuitate Aſiæ, & habebat etiam. Lites] Id eſt, contentiones. Moleſtas] (Hoc totum ironicè dicit) Cum rege] Scilicet Rupilio, ſic cognominato: exiſtens dignus homo atq; talis ſup. qui poſſit uincere. Odio] Id eſt, inuidia ac moleſtia. Regem] Id eſt, Rupilium, ſed alludit ad uocabulum, quaſi magnum ſit uincere regem: exiſtens præterea. Confidens] Id eſt, ſibi multum fidens. Et tumidus] Id eſt, ſuperbus & inflatus. Et ſermonis adeo] Id eſt, in tantum. Amari] Id eſt, ſalſi & repræhenſorij. Vt præuerteret] Id eſt, ante iret, & ubi præterierit obuertere poſſet. Equis albis] Id eſt, quaſi uelocitate alborum equorum fretus. Siſennas] Id eſt, homines quantumuis dicaces. Barros] Id eſt, elephantes, uel elephantos, qui nigri & tardi ſunt, & equis albis, & colore, & motu contrarij. Ego redeo ad regem] Id eſt, ad narrationem conuitiorum regis Rupilij ſcilicet poſtquam nihil. Conuenit] Id eſt, nulla pars concordiæ, & nulla uia paciſcendi eſt inter Vtrunq;] Scilicet Rupilium & Perſium. Hoc enim] Id eſt, quia certè. Omnes] Sup. homines, quibus bellum incidit. Aduerſum] Id eſt, cum aduerſario, ſunt moleſti ac infeſti. Hoc iure] Id eſt, hac proportione. Quo] Id eſt, quæ ſup. Sunt fortes] Id eſt, tantùm ſolent eſſe moleſti, quantum fortes & potentes, quilibet enim in contentione cum aduerſario utitur totis uiribus ſuis. Ira capitalis] Id eſt, uſq; ad Capitis] Id eſt, uitæ ablationem. Fuit inter Hectora Priamiden] Id eſt, Priami filiũ, atq; inter Achillem Pelei filium. Animoſum] Id eſt, magnanimum, ira inquam fuit capitalis, ut ultima mors, diuideret & dirimeret & terminaret, & non ob aliam cauſam, niſi quod ſumma uirtus fuit in utroq;. Si diſcordia uexet] Id eſt, tolleret, afficiat, torqueat. Duo] Id eſt, duos. Inertes] Id eſt, nullam artem, aut uirtutem habentes, aut ſi bellum incidat. Diſparibus] Id eſt, forti cum imbecillo. Vt] Supple incidit Diomedi uiro forti cum Glauco Lyceo, uiro timido & inerti. Pigrior] Scilicet illorum duorum. Diſcedat] Scilicet à lite aut pugna. Vltro] Id eſt, ſine repugnatione aut obſiſtentia. Et hoc muneribus miſſis] Id eſt, mittens munera fortiori, ſicut Glaucus Diomedi: Fertur enim Glaucus aurea arma ſua miſiſſe Diomedi ab eo ferrea recepturus, unde ſumpſit comparationem: Aulus Gellius lib. 2. cap. 23. dicens. Diomedis hercle arma, & Glauci non diſpari magis precio æſtimata ſunt. Sunt qui legant. Muneribus] Scilicet gladiatorijs, hoc eſt, exercitio dimicandi. Miſſis] Id eſt, prætermiſſis. Hæc autem omnia dicta ſunt per parentheſim. nam ordo eſt, poſtquam nihil conuenit inter utrunq;. Bruto prætore, &c. par] Scilicet concertantium. Rupili] Pro Rupilij. Et Perſi] Pro Perſij. Pugnat] Id eſt, concertat. Non pugnis] Sed lingua ſcurriliter. Bruto prætore tenente] .i. dum Brutus prætor teneret. Aſiam ditem] .i. diuitem prouinciam. Sic] Sup. Vti] .i. ut Bacchius gladiator ille ſtrenuus, non ſit. Compoſitus] .i. ad gladiandum ſimul exhibitus. Populo melius] .i. proportionabilius cum Bitho, alio gladiatore tantundem ſtrenuo. Ipſi ergo acres concurrunt in ius] Id eſt, ad prætorem ius dicere ſolitum, hoc eſt, contendunt inter ſe. Vterq; Sup. concurrit, exiſtens magnum ſpectaculum. Perſius exponit cauſam ſup. litis ſuæ, & ridetur ab omni conuentu.

Ipſe laudat Brutum, & laudat cohortem] .i. omnes quibus Brutus præerat tanquam prætor, & appellat. Brutum Solem Aſiæ] Id eſt, maximum lumen. Et appellat comites] Sup. Bruti ſtellas. Salubres] .i. ſalutem afferentes, omnes ſup. excepto. Rege] Videlicet Rupilio. Et ruebat] .i. uehementer dicebat. Illum] Videlicet regem Rupilium. Exiſtere canem] Hoc eſt, caniculam aut Sirium, ueniſſe in Aſiam, exiſtentem. Sydus inuiſum] .i. odioſum agricolis ruebat. Inquam] .i. præcipitanter, & raptim loquebatur. Vt] .i. quemadmodum flumen. Hibernum] .i. imbribus ac niuibus. Hiberno tempore auctum] Sup. ruit. Quo] .i. in quo

in quo uel per quod. Securis tota] *Id eſt, aurea, quam Mercurius illam ruſtico daturus extraxit fertur.i.impetu uoluitur.* Tō ex: ꝑreſſione, &c.] *Tangit in generali conuitia, quæ Rupilius Prænæſtinus in Perſium reiecit. Ordo eſt.* Tum] *.i. deinde.* Prænæſtinus regerit] *.i. refert conuitia in Perſium, expreſſa.* Arbuſto] *.i. ex pectore ſalſo, & multum fluenti exiſtens.* Durus uindemiator] *.i. tanquam durus uindemiator, dicitur autem hic per ſyncopā uindemitor, quia uindemia habet ſecundam longam unde Virg.*

» *Non eadem arboribus pendet uindemia noſtris.*

Beinuictus] *.i. inſuperabilis.* Cui uindemiatori uiator] *.i. iter ſuum faciens, compellans magna uoce.* Ipſum cucullum] *.i. cucullo indutum, aut cucullo aui ſimilem.* Ceſſiſſet] *.i. uictoriam reliquiſſet in conuitijs regerendis.* At] *Pro ſed.* Poſtquam Græcus] *Scilicet Claxomenius Perſius, eſt perfuſus* Aceto Italo] *Id eſt, carpitur Italica acerbitate ipſius Prænæſtini, ipſe Perſius exclamat.* O Brute ego oro] *Id eſt, interrogo te per magnos Deos.* Cur tu qui conſueſti] *Id eſt, conſueuiſti.* Tollere] *Id eſt, exigere reges, ſicut Iunius Brutus Tarquinios exegit, & hic Brutus Caium Cæſarem regni affectatorem in ſenatu occiderat, cur inquam non iugulas.* Hunc regem] *Scilicet Rupilium?* Crede mihi hoc] *Id eſt, iugulare omnes reges eſt tuorum.* Operum] *Id eſt, pertinet ad munus, & officium tuum, & ita debes iugulare hunc licet ſolo cognomine regem.*

SATYRA VIII.

SATYRAE VIII. ARGVMENTVM ASCENS.

Fertiꝑ Veneficium turbantem oſtaus priapum.

ALIVD ARGVMENTVM.

In Gratidiam ueneficam Neapolitanam, quam Canidiam uocat non uno loco inuehitur hac Satyra, in qua Priapum inducit ab illa uexatum & aliarum ueneficijs.

ALIVD GEORGII FABRITII.

In Veneficos Romanos.

COMMENTARIA.

OLIM truncus eram ficulnus, inutile lignum:
Cum faber incertus ſcamnum, faceretne Priapum,
Maluit eſſe Deum, Deus inde ego, furum, auiumq́;
Maxima formido. Nam fures dextra coërcet,
Obſcœnoq́; ruber porrectus ab inguine palus:
Aſt importunas uolucres in uertice arundo
Terret fixa, uetatq́; nouis conſidere in hortis.
Huc prius anguſtis eiecta cadauera cellis
Conſeruus uili portanda locabat in arca.
Hoc miſeræ plebi ſtabat cōmune ſepulchrū,
Pantalabo ſcurræ, Nomentanoq́; nepoti.
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Heic dabat, hæredes monumentum'ne ſequeretur,
Nunc licet Aeſquilijs habitare ſalubribus, atque
Aggere in aprico ſpatiari: quo modo triſtes
Albis informem ſpectabant oſsibus agrum.
Quum mihi non tantum fureſq́;, feræq́; ſuetæ
Hunc uexare locum, curæ ſunt, atq; labori:
Quantum, carminibus quæ uerſant, atq; uenenis.
Humanos animos. has nullo perdere poſſum
Nec prohibere modo, ſimul ac uaga Luna Decorum
Protulit os quin oſſa legant, herbaſq́; nocentes.
Vidi egomet nigra ſuccinctā uadere palla
Canidiam pedibus nudis, paſſoq́; capillo,

ACRON.

OLIM truncus eram ficulnus inutile lignum] *Priapus loquitur, execrans uenena Canidiæ. Inducit Priapum, qui ſtat in hortis Aeſquilinis, dicentem, nō tam ſibi laborandum in ſeruandis furibus, quam ueneficijs perferendis. Quomodo autem à Corylo colurnus, ita à fico ficulnus deriuatur.* Inutile] *Ad nullos uſus genitum.* Cum faber incertus] *Supple eſſet.* Maxima formido] *Deeſt factus ſum.* Nam fures dextra coërcet] *Quia fuſtem tenens figuratur.* Obſcœnoq́; ruber] *E ligno uirile membrum factum.* Importunas uolucres] *Quæ hortis noceant.* Vetatq́; nouis cōſidere in hortis] *Nouis, quia ſemper exercentur noua cultura, aut propter recentē dedicationem Mecœnatis, nouis, hoc eſt, nuper inſtitutis, ac recens ſatis. Aut quia antea ſepulchra erant in hoc loco, in quo nūc ſunt horti Mecœnatis, ubi modò thermæ Traianæ. Ante enim tanta miſericordia tenebantur maiores, ut etiam publica monumenta pauperib. & ſeruis ædificarent.* Huc] *Ad illū locum in quo Priapus ſtabat, huc aliquādo cadauera portabantur plebeiorū, ſiue ſeruorum, nam ſepulchra publica erāt antea, modò Mecœnatis horti.* Prius] *Ante hoc temporis.* Anguſtis eiecta cadauera cellis] *Anguſtis cellis uiliſsimis tugurijs.* Conſeruus] *Pauperum & ſeruorū cadauera hic olim ſepeliebantur: nā ideo ſubdit conſeruis.* Cōmune ſepulchrū] *Soliti enim erant carnifices in Aeſquilina uia puteos facere, in quos corpora mittebant.* Portanda locabat] *Quia conſerui locabant, & ſepeliebant alios ſeruos.* In arca] *In loculo uel ſepulchro.* Stabat] *Statutum erat.* Pantalabo ſcurræ] *Pantalabus Mallius uerna trans Tiberim ex ingenuis parentib. natus, quia à multis pecunias accipiebat, inde Pantalabus dictus eſt, qui quamuis multis uitijs abundaret, propter ſcurrilitatem tamen complurib. erat domeſticus & notus. Scurræ dicuntur homines uiliſsimi, & abiecti, utpote ſicarij.* Nomentanoq́; nepoti] *Nomentanus prodigus fuit, & omnia bona ſua comederat, & eleganter his duob. Pantalabo & Nomētano apud Aeſquilias in publicis uſtrinis monumētum dicit fuiſſe, quia priuatū habere locū non poterant, omnib. ſuis abſumptis.* In fronte] *In latitudinē.* In agro] *In longitudinem. Titulus erat ſcriptus, agri modum ex utroq; ſpatio deſignans. Ideo cippus erat poſitus, ne hæredes illius regionis haberent poteſtatem auiti ſiue paterni.* Hæredes] *Neſcio quis donauit agrum ſuum populo ad ſepulchra, & poſuit fines, ut habeāt in latitudine mille pedes, trecentoſq́; in longitudine. Hoc tantùm fecit ne hæredes eius publicum inuaderent monumentū, ne haberent facultatē petendi ſpatiū illud mille pedū & trecentorū. Item inſcriptū erat ſepulchro ne ad hæredes pertineret, hoc eſt, ne corpora aut reliquiæ alienæ inferrentur.* Ne ſequerentur] *Quia uenditum erat.* Nunc licet Aeſquilijs] *Aeſquiliæ dicitur locus, in quo antè ſepeliebantur corpora extro portā illam, in qua eſt ſeſſorium.* Habi-

Cum Sagana maiore ululantē: pallor utraſq;
Fecerat horrendas aſpectu. ſcalpere terram
Vnguibus, & pullā diuellere mordicus agnā
Cœperunt: cruor in foſſam confuſus, ut inde
Maneis elicerent, animas reſponſa daturas.
Lanea, & effigies erat, altera cerea: maior
Lanea. quæ pœnis compeſceret inferiorem.
Cerea ſuppliciter ſtabat ſeruilibus, utq;
Iam peritura modis: Hecaten uocat altera,
ſæuam
Altera Tiſiphonen. ſerpenteis atq; uideres
Infernas errare canes, Lunamq; rubentem,
Ne foret his teſtis, poſt magna latere ſepul-
chra.
Mentior at ſi quid, merdis caput inquiner
albis
Coruorum, atq; in me ueniat mictum, atque
cacatum
Iulius, & fragilis Pedacia, furq; Voranus.
Singula quid memorem? quo pacto alterna
loquentes
Vmbræ cum Sagana reſonarent triſte, & a-
cutum?
Vtq; lupi barbam uariæ cum dente colubræ
Abdiderint furtim terris, & imagine cerea
Largior arſerit ignis, & ut non teſtis inultus
Horruerim uoces Furiarum, & facta duarū?
Nam, diſploſa ſonat quantum ueſica, pepedi
Diffiſſa nate ficus, at illæ currere in urbem,
Canidiæ dentes, altum Saganæ caliendrum
Excidere atq; herbas, atq; incantata lacertis
Vincula, cum magno riſuq;, iocoq; uideres.

tate ſalubribus] Rectè dixit ſalubres. *Loca enim ſalubria ſunt, in quib. amœnitates ſunt. Senſus hic eſt: Ibi nunc amœnitas ædificiorum grandis eſt, ubi aliquando albebāt oſſa miſerorum .i. triſtes homines intuebantur hunc agrum, aliquādo album ex oſſib. cadauerum. Salubribus igitur, quia nemo ibi modò ſepelitur, ſublata enim ſunt ſepulchra, & modo ibidem horti.* In aprico ſpaciari] *Quia ſepulturæ ſunt mutatæ in hortos.* Modo] *Paulò antè.* Fureſq;, ferreq;] *Fures propter hortos. Feræ propter cadauera mortuorum. Verſant, mutant. In alijs uexant lego.* Simolac. Mox ut Vaga] *Quia per zodiacum uagatur, ut Maro.*

„ *Hic canit errantem lunam.*

Protulit os] *Virgil. Extulit os ſacrum.* Vidi egomet] *Hic uerſus tragicè profertur, ut*

„ *Vidi egomet duo de numero cum corpora noſtra*
„ *Prenſa, manu magna medio reſupinus in antro,*
„ *Frangeret ad ſaxum.*

Canidiam] *Pro Gratidia, Neapolitana unguentaria, quam ſemper ut ueneficam carpit Horat.* Cum Sagana maiore] *Oſtendit fuiſſe etiam minorem, aut maiorem natalibus, aut ætate, aut cenſu, aut maiorem, quam fuit ipſa Canidia.* Pullam] *Nigram.* Diuellere] *Dilacerare.* Mordicus] *Aduerbium à mordendo. Aliter, pro eo, quòd eſt morſibus, uelut aduerbialiter locutus ut radicitùs.* Manes] *Quid ſint manes, animæ reſponſa daturæ, ἐπεξήγησις.* Elicerent] *Prouocarent.* Lanea] *Bis ſubaudis effigies, ut lanea effigies, cerea etiam.* Quæ pœnis] *Sic ſteterant, aut ceream lanea coërceret, id eſt, ſtabat effigies cerea ante laneam, quaſi paſſura pœnam.* Seruilibus] *Grauiſſimis uerberibus, flagris.* Infernas errare canes] *Aut Cerberum dicit, aut Furias.* His] *Factis, ſcilicet.* Poſt magna latere ſepulchra] *Iočulariter, ne quis ea uideret, latebant poſt ſepulchra.* Mentior at ſi quid] *Si quid mentior.* Iulius] *Quidam infames temporis illius. Alij dicunt poetas fuiſſe peſſimos.* Pedacia] *Nomen uiri eſt, ſed ſoluti. Alij perditos triuiales exponunt. Fragilis autem mollis, fluxus.* Furq; Voranus] *Iſtum dicunt furem fuiſſe iudicem.* Alterna loquentes] *Reſpondentes.* Triſte & acutum] *Hoc eſt metuendum & lugubre.* Variæ] *Maculoſæ.* Imagine cerea] *Hypermeter uerſus ut:* *Solio tum Iupiter aureo.* Largior arſerit ignis] *Sermo iſte moleſtus dicitur* [illegible] *Quid memorem ut largior arſerit ignis? deeſt tamē, ut.* Et ut non teſtis inultus] *Quid dicam, quomodo eas ultus ſum præ timore, & quomodo inultus non receſſi, ſed eas terrui.* Diſploſa] *Rupta percuſſione. Exploſum, eſt eiectum: diſploſum, cum impetu eiectum.* Diffiſſa nate ficus] *κακοφωνία. Id eſt, ego ficus, qui è ficu factus ſum Priapus cum diffiſſa nate pepedi.* Altum Saganæ caliendrum] *Caliendrum dicitur ornatus capitis mulierum, quo ad exornandos crines utūtur: ſiue ſuppoſitus crinis, quem pro naturalibus capillis accipiebant.* Excidere] *Nimia. ſ. ſenectute.* Incantata] *Aut non cantata, aut ualde cantata.* Vincula] *Quædam licia ex diuerſis coloribus.*

PORPHYR. } Olim truncus eram] *Priapum poſitum in hortis, qui erant extra portam. Aeſquilinam, antequam ædificijs locus occuparetur, inducit referentem, non tam magnum ſibi eſſe cuſtodiendis hortis à furib. atq; auibus, quæ ſemina conſumunt, quàm à ueneficijs, quæ ſe in ijſdem locis inquietent.* Inutile] *Meritò. Nam hæc materia malis fabricis idonea eſt. Attendo nomen à fico deriuatum ficulnus, non ut uulgò ficulneus.* Verſoq;] *Ideò dixit, quod cum Aeſquilina regio prius ſepulchris uacaret, primus Mecœnas ad ſalubritatem aëris, hortos ibi conſtituit.* Nouis] *Id eſt, recens ſatis. Tunc enim aues prohibendæ ex hortis ſunt, ne ſemina colligant.* Pantalabo ſcurræ] *Vrbaniſſimè dicitur. Hæc regio nanq; publicas uſtrinas habebat. Quare eleganter Pantalabo, Nomentanoq; qui bona ſua comederant, publica monumenta præſtare nunc dicitur, quia priuata habere non poterant. Solent autem priuatis inſcribi monumentis, quot pedes in fronte, quot in agro habeant. Item ſingularibus literis notari. H. M. H. N. S. Id eſt hoc, monumentū heredes non ſequitur. Videlicet ne pro ſuis habeant, inferendis reliquiis aliorum multorum. Fuit autem Mallius uerna trans Tiberim, ingenuis parentibus natus, qui quia multis pecuniā mutuam rogabat, Pantalabos eſt cognominatus. Sed quamuis aliquot uitijs teneretur, compluribus tamen erat domeſticus. Horatius autem Caſſij Nomentanum huius, quem nepotem propter prodigam uitam appellauit, ſæpe meminit.* Nunc licet Aeſquilis] *Quia quæ antè longius uſtrinæ ſalubres factæ ſunt Aeſquilinæ.* Triſtes Albis informem ſpectabant oſſibus] *Manifeſtiſſima ἐκλειψις non utiq; alij, quàm homines intelligendum.* Vaga luna] *Bene uaga ſicut Virg. Errantem lunam.* Canidiam] *Et alibi dictum eſt Gratidiam nomen fuiſſe, Neapolitanam unguentariam, quam Canidiam hic appellat, & ut ueneficam carpit, maximè in Epodo carmine.* Cum Sagana maiore] *Memini me legere apud Helenium Acronem Saganam fuiſſe nomine, libertam Pomponij ſenatoris, qui à triumuiris eſt præſcriptus. Sed cum dicat maiorem apparet, aut ſororem hanc habuiſſe minorem ſe, aut fuiſſe & aliam Saganam illis temporibus minorem hac, uel ætate, uel natalibus, uel cenſu.* Pullam diuellere mordicus agnam] *Hæc uidelicet iam ad maleficia pertinent ueneficarum. Pullam autem nigram accipere debemus, ut & Virg. ait:*

„ *Reijce ne maculis infuſcent uellera pullis*
„ *Naſcentum.* ——

Vt inde Manes] *Mirè dictum eſt manes animas, hoc eſt, quæ animæ manes ſunt, ac ſi diceret manes mortuorū.* Lanea] *Ordo eſt: Lanea effigies erat altera cerea.* Maior Lanea] *Quæ ſic figuratas dicit fuiſſe has duas effigies, ut lanea ſupplicium de Cerea ſumere uideretur.* Serpentes atq; uideres &c.] *Sic ferè inſtituit Horat. coniunctiones, ut non ſuo loco ponat. & eſt ordo: Serpentes uideres errare, atq; infernas canes. Sic & paulò ſuprà dictum eſt: Lanea effigies erat altera cerea.* Iulius & fragilis Pediacia] *Pediatius eques Rom. honeſto patrimonio cōſumpto, & caſtitatē corporis amiſerat, & indulgentia parentū mollius euaſerat, ut omnē libidinem cū uoluptate pateretur, propter quod Horat. fœminino genere Pediaciam non Pediacium appellauit, ob eandem cauſam & fragilem dixit et mollem. Voranus autem, Quinti Lutatij Catuli libertus, omni loco, omni tēpore furaciſſimus fuiſſe dicitur, de quo etiā illud traditur, cū deprehenſus à nūmulario eſſet, cuius de menſa nūmos ſubtractos in calceos ſibi inſarciuerat, quidā iocans. Belle, inquit, ſi te nūmularius ille exchalceauerit, cū aſpiratione ſ. primæ ſyllabæ, ſimul ut χαλκὸν .i. æs ablatū ex calciamēto obijceret.*

Et ima-

Et imagine cerea]*Hypermetrus uerſus, ut eſt ille Homericus:*

» *[illegible]*

Vt Virgilius:

» *Hæc finis fundi, ſolio cum Iupiter aureo.*

Et alibi:

» *Iamq́ iter emenſi turres & tecta Latinorum.*

Canidiæ dentes altum Saganæ caliendrum Excidere] *Iocatur in has, quaſi altera dentibus appoſitis uti ſolita ſit, altera quod gibba fuerit, caliendrum, hoc eſt, galericulum habere conſueuerit, Caliendri meminit Varro in eo libro qui inſcribitur Virgula diuina, dicens ego nunc poſtulo Agamemnona meum tantis cothurnis accipit Critona Caliendrum.* Atq; herbas]*Verbum reuocandum, excidere uideres.*

CHRIST. LAND. } Olim truncus eram]*In Gratidiam eiusq́ comites ueneficas inuehitur. Hæc unguentaria Neapolitana, Canidiaq́ appellata eſt. Verùm ipſe nomen proprium taceret pro Canidia Gratidiam poſuit.* Ficulnus] *Dicitur enim ficulnus & ficulneus, ſic ilignus & iligneus, ſalignus & ſaligneus.* Maluit eſſe Deum]*Scilicet Priapum hortorũ Deum.* Dextra] *Nam magnum fuſtem tenet.* Palus ruber] *Id eſt, rubrica infectus & in obſcœnam formam fabricatus.* Huc] *Oſtendit quod ubi nunc hortus eſt, erant publicæ uſtrinæ.* Conſeruus] *Eiuſdem domini ſeruus.* Locabat]*Dato pretio. Nam nobiliorum cadauera magno pompa efferuntur, hæc autem nulla.* Eiecta]*Nullo honore elata. Eiecta non honore elata. Eiecta non honoris cauſa, ſed ne locus tetro odore infeſtaretur.* Villis arca]*Et non ornata feretro.* Miſeræ] *Inopi, & cui non ſit propriũ ſepulchrũ.* Cõmune]*Publicum.* Pantolabo] *Hic trans Tyberim ingenuis parentibus ortus uniuerſo patrimonio uorato ad ſummam egeſtatem redactus eſt.* Nomentano] *Eadem luxuria hic perditus fuit, ac poſtremò apud exquilias in publicis uſtrinis ſibi monumentum conſtruxit.* Cippus]*Terra ſepulchri eſt. Et quoniam ſepulchrum non uniuerſam terram illi ſacram occupabat, ſolebant adnotare in ipſo ſepulchro ad quot pedes & frontem, id eſt, in latitudinem, & iuxta uiam procederet, & rurſus ad quot pedes in agrum, id eſt, in longitudinem agri porrigeretur. Damnat ergo uanitatem hominis, qui in ſolo publico tantum ſibi ſpatium arrogauerit.* Hæredes monumentum ne ſequerentur] *Et hoc ſummæ arrogantiæ eſt. Nam in magnorum uirorum ſepulchris, quoniam digni eſſent, qui ſeorſum ſepelirentur ita ſcribebatur. H.M.H.N.S. quod ſignificat, hoc monumentum hæredes non ſequantur.* Exquiliis] *De hoc monte alibi.* Salubribus]*Remotis ſepulchris, quæ non ſunt ſine corruptione.* Cùm mihi] *Exulto huiuſcemodi horto imminet mihi non minor labor in abigendis ueneficijs quàm in remouendis furibus & auibus.* Versant] *Nam furorem inducunt in animos humanos. Veniebant animæ illuc uenefica, ut & oſſa defunctorum, & herbas in ſepulchris natas legerent. Nam hæc ueneficijs conferre putabant.* Luna]*Nam & hæc in ipſis ueneficijs efficaciſsima dea habebatur. Hinc Maro.*

» *Tergeminam Hecatem tria uirginis ora Dianæ.*

Nigra]*Qui color infernis dijs aptus eſt, quibus hæc ſacra parabantur, ſic infra pullam agnam ponit. Virg.*

» *Sacra Iouis ſtygio quæ rite incœpta paraui*

» *Perficere eſt animus.*

Maiore]*Vel maiore alia Sagana ætate, uel uiribus, uel maiore Canidia, id eſt, magis efficaci.* Vnguibus] *Nam uarijs modis herbis legebant modò falce ænea, modò unguibus.* Lanea]*Sub effigie poſcentis pœnas. Cerea uerò ſub effigie daturi.* Hecaten]*Id eſt, Proſerpinam, cui inſunt centum poteſtates.* Tiſiphonem] *Hæc maxima furiarum eſt, & Græca dictio ultricem cædis ſignificat.* Infernas canes]*Furias. Nam apud inferos canes, apud nos furiæ, apud ſuperos diræ appellantur, apud littorales harpyæ. Et reuera inferiores ſolo latratu, id eſt, iurgijs inceſſere poſſunt, cùm nocendi uim non habeant. Superiores autẽ diri ſunt, quoniam poſſunt crudelitatem exercere. Mediocribus furere licet.* Iulius & pediatia]*Vel infames illius temporis fuerunt, uel poëtæ peſsimi & triuiales. De triuialibus autem. Virg.*

» *Non tu in triuijs indocte ſolebas*

» *Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen.*

Fragilis]*Mollis.* Alternis] *Alternatim modò uenefica, modò umbræ.* Triſte & acutum] *Nam ululatus uocem acutam & mœſtam profert.* Lupi barbam]*Nam & Plinius ſic ſcribit Lupi roſtrum inueteratum ueneficijs reſiſtere aiunt, ob idq́ portis præfigunt.* Variæ]*Maculoſæ.* Ignis]*Ordo eſt: Ignis arſerit largior imagine cerea, ſcilicet liquefacta.* Furiarum]*Quas illæ ab inferis exciuerant. Vel conſtrue, horruerim uoces, & facta duarum furiarum, id eſt, olla Canidiæ, & Saganæ quæ tanquam furiæ erant.* Diſploſa] *Diſciſſa.* Diffiſa] *Aperta.* Ficus] *Ego Priapus ficulnus.* Dentes] *Vel quos legerat ex ſepulchris, uel ſuos, quia anus erat. Ex nimio anhelitu, quem in curſu auxerat, dentes pulſi ſibi exciderant. Caliendrum ornamentum capitis. Oſtendit autem anicularum ſtultitiam, quæ cum omnia maxima ſuis ueneficijs promittant, deinde tam parua re terreſiant.* Vincula]*Fortaſſe Lycia ex uarijs coloribus. Virgil.*

» *Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore*

» *Lycia circundo.*

ERAS. ROT. } Olim truncus]*Lignum ficulnum ut fragile atq; ad omnia ferè inutile prouerbijs aliquot locum fecit. Nam ἄνδρα σύκινον uirum ficulnum Græci appellant, id eſt, mollem atq; inutilem, συκίνη ἐπικουρία ficulnum auxilium, pro inualido atq; inutili. Et συκίνη μάχαιρα, id eſt, ficulna machæra pro calumnia. Et συκίνη ναῦς, ficulna nauis, pro uili, minimiq́ precij nauicula.*

HENR. GLAR. } Nam fures dextera coërcet] *Quia fuſtem tenens figuratur, inquit Acro. At in Priapeis falcem habere fingitur. Quod autem poſt aliquot uerſus de cippo dicitur, Mille pedes in fronte, ad uiam uerſum intelligitur, introrſum autem trecentos. Eſt nihilominùs longitudo ſecundùm mille, latitudo ſecundùm trecentos pedes intelligenda: Siquidem omni in re, maiori diſtantiæ longitudo attribuitur, ut author eſt Ptol. lib. 1. Geographiæ, cap. 6. Acro tamen contrà exponit. Illud autem quod poſtea de Luna rubente dicitur, ne foret his teſtis, & poſt magna latere ſepulchra, idem Acro de ueneficis intelligit. Sed quomodo eæ latère uolebant, ne eſſent conſciæ? Illud Caliendrum etiam ſatis diuerſè à commentatoribus expoſitum. At ſi dentes appoſititios Canidiæ ut uetulæ per iocum ac riſum excidiſſe intelligimus, quadrat nimirum & Saganæ ſuppoſititium crinem quem pro naturalibus capillis accipiebat, excidiſſe, id quod innuit Acro. Nam quod Gibbam Porphyrio ait, non intelligo.*

THEOD. PVLM. } 2 Faceret'ne]*H.G.E.B. P.V.* non faceret'ne. 8 Huc prius anguſtis eiecta cadauera cellis Conſeruus uili portanda locabat in arca]*De Sandapila loquitur, qua miſera plebs efferebatur. Vide Turneb. lib. 30. cap. 30.* 10 Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum] *Cùm olim, qui locupletes erant, in ſuis fundis aliquid loci ſepulturæ ſeponerent, & priuata haberent ibi ſepulcra ſibi familiæq; ſuæ, aut hæredibus: plebs, quæ agris, fundisq; carebat, in loco aliquo communi ſepulturæ deſtinato humabatur: ſepulcrumq; commune uocabatur, ubi ſepeliebatur. Vide Turneb. lib. 5. cap. 16.* 12 Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum]*In agris mortuos humabant ueteres, quod teſtatur Liuius lib. 6. & perſpicitur id etiam è lapidibus, qui ante ſepulcra ponebantur. Eorum enim cùm magna multitudo tota Italia inuenitur, in omnibus inciſum eſt ſpatium ſoli, quod conſecratum eſſet: nam quot pedes in fronte, quotq; in agro caperet, illic indicatur. Pet. Victorius Variarum lect. lib. 14. cap 21.* 13 —Hæredes monumentum ne ſequeretur]*Sic P. & Mariangelus Accurſius Diatriba in Auſonium.* Ne ſequerentur]*H.B.G.E.V. Corruptè Lepidè iocatur Horatius, ut interpretor ex illa nota inſcriptione ſepulcrorum.* Hoc monumentum hæredes non ſequitur, *cùm in ſeſquilini buſti cippo ſcriptum fuiſſe dicit,* hæredes monumentum ne ſequeretur. *Nam alio ſenſu deflexum, quàm intelligi ſoleret, accipit: ſepulcrum ſcilicet illud eſſe pauperum & exhæredatorum, & bonis euerſorum. Hoc, inquit, monumentum non eſt hæredum, ſed hominum tenuium, & nullum hæredium habentium, nullamq́ue agripertica, uel decempedam poſsidentium. Cæterùm, ne hoc prætermittam, com-*

nunc extra Aeſquilias ſepulcrum Varro puticulas nominat. Puticulæ, inquit, quòd putreſcebant ibi cadauera proiecta. qui locus publicus erat extra Aeſquilias. *Feſtus puticulos uocat. Turneb.lib.5.cap.16.*

23 Vidi egòmet nigra ſuccinctam uadere palla
Canidiam, pedibus nudis, paſſoq́ capillo,

Videlicet è ritu & conſuetudine nocturnorum ſacrorum & ueneficiorum. Vide Turneb.lib.6.cap.10.

25 Cum Sagana maiore ululantem] *Hecate cum ululatu ueneficæ ſacra nocturna faciebant. Appuleius,* ſeu nocturnis ululatibus horrenda Proſerpina. *nam Proſerpina Hecate cenſetur. Vide Turneb.lib.15.cap.8.*

26 ——ſcalpere terram
Vnguibus, & pullam diuellere mordicus agnam] *Hoc eò facit, quòd ueneficæ ſolebant in ſcrobe ſacra facere Dis inferis, ut apud Ouid.(7.Met.uerſu 244.)*

» *Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus*
» *Sacra facit.*

Quod quidem, & ab Homero in Odyſſea cantatur. Turneb.lib.6. cap.10. 32 Vtq;] *B.P.V.* Vt quæ, *H.G.E.*

34 ——Serpentes, atque uideres Infernas errare canes,
Dixit Horatius ueluti ſignificans comitatū Triuiæ, ut & apud Maronem (Aeneid.6.uerſu 257.)

» *—Viſæq́ canes ululare per umbram,*
» *Aduentante Dea.*

Nā & Dianæ, quæ eſt eadem Triuia, canes tribuuntur, & noctiuagæ Triuiæ etiam nocturnæ canes, quas Furias Seruius interpretatur non inſcitè. Apollonius quoq; eius canes χθονίους κύνας *uocat. Hecatæ canum mentio quoque eſt apud Orpheum,* Σκύλαξ ... *& apud Tibullum (lib.1.Elegia 2.)*

» *Sola feros Hecates perdomuiſſe canes.*

Hæc Turneb.lib 13.cap 12. uide & lib.16.cap.4. & lib. 28. capite 44. 38 Veniat] *H.G.E B.P.V.* Veniant, *Lambini omnes ferè libri ueteres.* 39 Fragilis Pedacia] *Quo ſenſu obſecro fragilem dixit? Frangere turpe uerbum ueteribus fuit, ut & diuidere. Fragilis igitur eſt mollis, qui muliebria patitur, qui pathicus eſt. Turneb.lib.24.cap.8.* Pediatia, *H.G.E.B.V.* Pedacia, *P.*

47 Diffiſſa] *H.G.E.B. P.V. non* Diffiſa: *quæ lectio corrupta eſt.* 48 Caliendrum] *Hoc uocabulum, quod operimentum capitis ſignificat, à Græco* κάλλυντρον *duci uidetur. Sunt qui hoc loco appoſititiam comam interpretentur. Vide Turneb. libro 7. capite 20.*

GEORG. FABR. } *Inuehitur in Canidiam, anum Aeſquilinam, uicinam ſuam, ueneficijs infamem: inducens narrā* ... *hortorum cuſtodem Deum, de ea, & Sagana ipſius ſocio conquerentem, quod campum Aeſquilinum perfoderent, & ibidem elicerent animas. Ridiculè ad extremum ait ita territas, ut altera dentes appoſitos, altera comas metu reliquerit. Nominat præterea alios, libidine, & furtis infames homines. Conuenit cuſtodi turpi reprehendere turpia, & turpiora narrare. De Canidia & Sagana ſuprà libro Epod. Oda 5. & de illa plura, Oda 17.*

Scamnum faceret'ne Priapum] *Similes huic, traiectiones illæ Terentianæ in Eunuch. Tuum obſecro'ne hoc dictum erat? In Adelph. Vtrum taceam'ne an prædicem?*

Carminibus quæ uerſant atque uenenis Humanos animos] *In alijs, uexant: minùs bene, quòd & Helenius annotat. Quid uerſare ſit hoc loco, explicat 4. Aeneid. Virg. ubi loquitur de anu Maſſyla.*

» *Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes*
» *Quas uelit, aſt alijs duras immittere curas.*

Verſare igitur eſt, modò in has, modò in illas partes nolentem, & inopinantem uiolenter traducere. Manes elicerent, animas] *Tale eſt, quale illud Carm. 1,4.*

» *Fabulæq́, manes.*

Iulius, & fragilis Pediatia] *Hominem mollem, genere appellat dubio, & nomine fœminino. Vt cùm Q. Opimius feſtiuo homini Egilio dixiſſet, Quid tu Egilia mea? ut eſt apud Ciceronem: & cùm quæreret à Galione Meſſala, quid uiſus illi Nicetes eſſet, Gallio reſpondit, Plena Deo. ut eſt apud Senecam.*

IOD. BAD. ASCENS. } Olim truncus eram] *Sicut à principio diximus Horat. Epicureorum dogma diu ſectatus eſt, qui ad uoluptatem cum corporis, tum animi ſummum bonum trahebant, quocirca etiam morum præcepta nunc ſeuerè, nunc iucundè tradebant, quod & Horatius hic facit: nam uolens ueneficia atq; incantationes ac præſtigias ſtultarum muliercularum taxare, inducit Priapum Deum ac cuſtodem hortorum id facientem, ut id cum uoluptate quadam faciat, uel innuat id fictitium eſſe. Annotauit enim Diuus Auguſtinus, incomparabili uir ſanctus doctrina clarus, Virgilium ex propria perſona Romanorum regna in Georgicis partura dixiſſe, qui ex Iouis fictione, de iiſdem in Aeneid. 1. dicit,*

» *His ego nec metas rerum, nec tempora pono,*
» *Imperium ſine fine dedi.*

Diuus autem Hieron. huius Satyræ principium etiam citat, docens uel gentiles credidiſſe, ſimulachra deorum deos non eſſe, nam quis credat penes fabrum eſſe, ut uel Deus, uel ſcamnum exeat? Dicitur autem Priapus hortorum Deus, propter fertilitatem eorū. Eſt enim fœcunditatis Deus. Nam ob membri uirilis immoderatam magnitudinem ex Helleſponto primum eiectus, deinde pro Deo habitus eſt. unde Virgil.

» *Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.*

Loquitur autem autem Priapus dicens, primum quis ſit, & quomodo ſit poſitus cuſtos hortorum in exquilijs, ubi quondam plebeiorum ſepulchra erant, quæ ueneficæ frequentare ſolebant, & nunc ubi habitari cœperunt, & coli abiectis ueneficis magnorum uirorum eſt habitatio: deinde narrat, quomodo ueneficia ſua illic exercere ſolebant. Ordo eſt: Ego inquit Priapus eram olim truncus ficulnus] *Id eſt, ex ficu arbore truncata derelictus, exiſtens lignum inutile.* Cùm] *.i. quando.* Faber] *Scilicet, lignarius ac ſtatuarius.* Incertus] *Id eſt, dubius an ſupple faceret ex illo trunco ſcamnum, Ne pro an Priapum maluit eſſe Deum. ſcilicet hortorum, hoc eſt* Me Priapum] *Scilicet, inde ex ea re, quia maluit eſſe Deum: uel inde ex eo tempore quo maluit eſſe Deum. Ego ſupple ſum Deus exiſtens maxima formido furum & auium.*

Nam dextra] *Supple manus armata ſcilicet falce coërcet.* Fures] *Id eſt, uetat ne accedant.* Et palus ruber] *.i. mentula aut penis uirilis rubens propter ſalacitatem.* Porrectus] *.i. extenſus.*

Ab inguine obſcœno] *Id eſt, à pudendis membris.*

Coërcet] *Supple fures. Hic patet quod in principio diximus: Satyricos Satyros Deos petulantes, & laſciuos induxiſſe, ut per eos obſcœna, & laſciua enuncient: nam eo modo hic Priapum inducit turpiſſima minantem, uidelicet ſtuprum maſculorum, ſi hortum ingrediantur, quod in Priapea ſiue Vergiliana, ſeu potiùs Ouidiana: Obſcœno certè carmine apertius facit, dicens pedicabere fur ſemel, ſed idem ſi prenſus fueris bis.* Komabo, &c.] *Vbi etiam oſtendit falcem habere in manu, dicens.* Quod ſim ligneus, ut uides Priapus, & falx lignea, ligneus q; penis prēdam te tamen, &c. Illic autem penem] *.i. caudā uirilem uocat, quem hic palum. Eſt aūt palus 2. Declinationis & priori longa ſtipes, ſicut à Gallis, ad quos uites ligantur pali uocātur. Sed redeo ad ordinem. Eſt ergo formido furū, quia dextra tenens falcem, & mēbrum uirile ſtuprum nuntiās, arcet fures.* Aſt] *.i. ſed arundo.* Fixa in uertice] *Id eſt, ſummitate capitis mei, terret uolucres importunas, & uetat ſupple.* Ex conſidere] *Id eſt, locum capere.* Deuiſi ſunt] *.i. deſcendunt ex aëre.* In nouis hortis] *.i. paulò antè illic coli cœptis.* Conſeruus] *i. aliquis cum alio iam defuncto eiuſdem domini ſeruus.* Locabat] *.i. includebat in uili arca.* Cadauera] *Conſerui ſcilicet ſui, eiecta ſcilicet cum contemptu cellis anguſtis, .i. tugurijs, ac domunculis, ſeu humilibus caſis miſerorum.* Locabat antea prius] *.i. antea.* Portanda] *.i. ut portētur.* Huc] *.i. ad hūc locū.* Nā hoc] *.i. quod hoc loco erat ſepulchrū.* Stabat] *.i. paratū erat cōmune ſepulcrū.* Miſeræ plebi] *uidelicet Pātalabo ſcurræ.* Et Nomētano nepoti] *.i. guloſo & luxurioſo, q patrimoniū ſuū abligurierat. Sicut hodie cū pditis hominibus minamur de ſore, in quo ſepeliātur. dicūt ſibi hoſpitale nō defuturum.* Hic cippus] *.i. hic ſepulturæ locus.* Dabat] *.i. cōcedebat miſeris*

bat miſeris & perditis ſepeliendis. In fronte] i. ab ea parte, qua uiam publicam contingit mille pedes. Et trecentos] Supple. Pedes in agrum] i. ab ea parte, qua in agrum uergit. Dabat in quã ſic. Ne] i. ut non. Vt hæredes non ſequerentur] i. non uendicarent ſibi. Monumentum] i. hoc ſepulchrum commune. Videntur tamen commentarij aliter intelligendum uelle, ut ſit ordo. Aliquis] Supple. Dabat dabat] i. inſcribebat in ſepulchro. Hic cippus] i. hoc ſepulchrum. Habeat] Supple uel teneat. Mille pedes in fronte, & trecentos in agrum] i. agrum uerſus. Item dabat] i. inſcribebat ne hæredes ſequantur hoc monumentũ. Et ita: hæc uerba, Mille in fronte pedes trecentos cippus in agrum.] Erant ſcripta ab una parte ſepulchri, ab alia autem, H. M. H. N. S. Id eſt, HÆREDES MONVMENTVM HOC NE SEQVANTVR. Et ita ut in talibus ſuperſcriptionib. ſolet, ſubintelligitur uerbum quod conſtruatur cũ Nominatiuo cippus. Videlicet habet, aut tenet, aut uendicat ſibi. Landinus autem uult Nomentanum illic ſibi ſepulchrum conſtruxiſſe, quod omninò non placet. Nam mens poëtæ eſt notare illos perditos homines, qui omnibus ſuis conſumptis in communi miſerorum ſepultura ſepeliendi eſſent, non qui ſibi pompoſam extruxerunt. Præterea ne irreligioſe Mecœnas, atq; alij, qui exquilias habitabant ſepulchra uiolaſſe putentur, deſcribit magnitudinem eius. Sed pergendum eſt.

Licet nunc habitare in exquilijs] i. illo colle, qui unus ex ſeptem muro Romano incluſus eſt. Salubribus] i. ſalutem afferentibus. Eò quod locus iam mundus à ſpurcitijs cadauerum à ueneficijs orbum electorum. Atq; licet ſpaciari] i. deambulare. In aprico] Id eſt, ſoli expoſito & mundo. Aggere] i. accumulatione terrarum, ab aggerendo enim dicitur. Quo] i. in quo aggere. Triſtes] Id eſt, lugubres aliud cadauer ſepulturi. Spectabant] i. aſpiciebant. Modò] i. paulò antè. Agrum informem] i. fœdatum. Oſſibus albis] i. eiectis & à pluuia dealbatis. Cùm] i. quo tempore fures. Et feræ ſuetæ] i. conſuetæ. Diuiſit autem ſyllabam primam & fecit triſſyllabum, quomodo etiam ſuauis reperitur. Vexare] i. infeſtare hunc locum. Non tam mihi tantum] i. in tantùm curæ atq; labori. Quantum] Supple mihi curæ & labori ſunt, ſupple uenefica & incantatrices. Quæ uerſant] id eſt, inuertunt & peruertunt frequenter. Carminibus] i. per incantationes. Atq; Venenis] i. per ueneficia, animos humanos. Ego nullo modo poſſum perdere] i. funditùs deſtruere, & extirpare, aut prohibere ne ſcilicet huc ueniant. Has] Scilicet ueneficas. Simul ac] i. mox. Vt Luna uaga] Id eſt, mutabilis, aut per cœlum ſuum errans. Protulit os decorum] i. in quouis nouilunio. Quin] i. quò. Minùs] i. ut non tales ſupple mulieres. Legant] i. colligant oſſa ſcilicet defunctorum. Ad Necromanticam] Scilicet conducere putata. Et herbas nocentes] i. faſcinatorias ac uenenoſas. Vidi egomet hoc tragicum eſſe ſatis Acro admonuerit, niſi literarum rerumq; rudibus hanc operam ſuſcepiſſemus. Sciat ergo tardiuſculus, Tragœdiam eſſe altiſonam, & affectionis plenam. Plus autem mouent, quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, ut dicit auctor noſter in poëtica. Proinde quia ſe uidiſſe dicit rem ſtuporis plenã, uerſus tragicè numerum prolatus eſt. Ordo eſt. Egomet inquit Priapus uidi Canidiam, ueneficam illam, & unguentariam Neapolitanam. Vadere] i. incedere nudis pedibus exiſtentem ſuccinctam. Palla] i. nigra palla, uel ne uideatur, uel potiùs, quia Necromanticis, & omnibus rebus ad inferos ſpectantibus niger color accommodatior putatur. Palla autem ueſtis muliebris maximè Græca, & uidi eam ululantem. Cum Sagana maiore] i. prouectioris ætatis. Quia duæ erant Saganæ, niſi forte legendum ſit. Cùm Saga] i. uenefica. Maiore] i. peritiore, quã ipſa ſit. Et hoc capillo paſſo] i. diſperſo. Pallor fecerat utraſque horrendas] i. terribiles aſpectu. Ipſæ ueneficæ] Supple. Cœperunt ſcalpere] i. effodere terram unguibus. Et diuellere] Id eſt, dilacerare. Mordicus] Id eſt, per morſus, ſeu mordendo. Agnam pullam] i. nigram, cruor ipſius agnæ. Confuſus] i. ſimul & mixtim. Fuſus] Supple eſt in foſſam, quàm unguibus fecerant. Vt inde elicerent] i. euocarent. Inde] i. ex foſſis. Animas manes] i. ad ſepulchra manentes, daturas reſponſa. Sanguine enim credebantur animæ gaudere. Et erat effigies] i. hominis effictio. Lanea] i. ex lana facta. Et erat altera] Scili. et effigies. Maior cerea] i. ex cera facta. Lanea] Supple erat. Quæ] Id eſt, ideò. Vt compeſceret] i. conſtringeret. Pœnis] i. per pœnas. Et compreſſionem inferiorem] i. ceream inſeruis poſitam. Cerea] Supple imago ex cera facta. Stabat ſuppliciter] i. humiliter, & quaſi ſubiecta. Que] pro &. Vt] i. quaſi ſupple. Seruiliter iam peritura] i. affligenda. Modis ſeruilibus] Id eſt, quibus ſerui. Solent] i. immaniter & ſine clementia. Altera] Scilicet ueneficarum. Vocat Hecaten] i. reginam infernalem Proſerpinam. Altera] i. reliqua ſupple. Venefica uocat] Id eſt, inuocat ſæuam Tiſiphonem, furiam illam infernalem. Tu uideres] i. quilibet qui tunc illic eſſet, uidere poſſet ſerpentes.

Et canes infernas] i. infernales. Errare] i. uagari. Circa] Scilicet, ea loca, & uideres Lunam rubentem] i. uerecundantem latere poſt magna ſepulchra. Ne foret teſtis] i. conſcia his ſcilicet factis ueneficarum: uel ſic. Videres rubentem] i. erubeſcentem de turpibus auſis earum. Et uideres ueneficas latere poſt magna ſepulchra, ne Luna, aut alius foret teſtis his. Ad] i. ſed, ſi inquit Priapus. Ego mentior quid] i. aliquid. i. in aliquo. Inquiner] i. permitto, ut inquiner ac polluar. Caput] i. habeã caput inquinatum. Merdis albis] i. ſtercore ac oleto de more album coruorum, atq; Iulius uir ille turpis & infamis. Et pedacia uir ille fragilis] i. (ſi noui ingenium poetæ) impotens retinendæ alui. Et Voranus fur] i. turpiſſimus & uiliſſimus quiſq; ueniat mictum, atq; cacatum in me. Quid] i. ad quid. Ego memorem] i. narrem ſingula. Quo pacto] i. quomodo. Vmbræ] i. animæ uocatæ ab inferis loquentes cum Sagana. Alternos] i. alternatim reſonarent. Triſte] i. triſtiter. Et acutum] i. acutè & ſtridole.

Atq;] Vt ſupple, uel lege Vtq;] i. Et. Vt] i. qualiter. Ipſa abdiderit] i. occultauerit. Furtim] i. ſecretæ. Terris] Id eſt, in terris, barbam lupi. Nam ut Plin. ſcribit lupi roſtrum ueteratum ueneficijs reſiſtere aiunt, & ob id portis præfigũt cùm dente colubræ. Variæ] Id eſt, maculoſæ. Et ut] Supple ignis. Largior] i. ſatis largus. Arſerit imagine cerea] i. ex imagine ex cera facta. Vbi nota quod maluit Hypermetrum] i. uerſum ſuperabundantem in ſyllaba facere, quàm minus Latinè dicere imagine ceræ. Sic & Virg. in conſimilibus conſimiles hypermetros fecit, cũ in alijs apud eum ſyllaba abundans, per uocalem ſequentem conſumatur. In his autem uidetur quædam implicata Synereſis. Sed prolixior fio. Et ut] i. qualiter. Ego] ſ. Priapus. Horruerim] i. horrore præ timore concuſſus formidauerim uoces, & facta duarũ Furiarum. Exiſtens teſtis] i. conſcius eius facti. Non inultus] Id eſt, non ſine uindicta id tranſire paſſus. Nam ego ficus] i. exiſtens ſtatua Ficulna. Pepedi] i. Bombum feci. Nate diffiſſa] i. diſſoluta & diſploſa. Tantum] Sup. quantum. Veſica diſploſa] i. compreſſu manuũ cum ſit uenti plena, rupta ſonat. At] i. ſed. Illæ] ſ. ueneficæ. Currere] Sup. cœperunt, aut currere pro currebant in urbem, cùm id eſſet ſub mœnibus, & tu uideres cum riſu. Et ioco magno] i. quilibet illic exiſtens uidere poſſet. Dentes] ſ. ſerpentinos, quos ſecum attulerat, aut mortuorum quos excuſſerat, aut proprios cùm uetula eſſet. Excidere] i. intercidere Canidiæ ueneficæ illi, & uideres altum. Caliendrũ] i. ornamentum capitis. Excidere Saganæ] i. alteri ueneficæ, & uideres cum riſu. Et ioco herbas atq; uincula] i. Lycia quædam diuerſorum colorum. De quibus in Bucolicis.

" *Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore*
" *Lycia circundo.* —

Incantata] Id eſt, incantationibus affecta excidere.

Lacertis] Id eſt, ex brachijs eius.

SATYRA IX.

SATYRAE IX. ARGVMENTVM ASCENS.

Garrulus in nona Flaccum comitatus inepte.

ALIVD ARGVMENTVM.

Importunam garrulitatem & ineptias carpit ſuppreſſo nomine.

ALIVD GEORGII FABRITII.

Dialogiſmus cum homine importuno.

COMMENTARIA.

ACRON.

IBAM forte uia Sacra] *De Epagomeno dicit, Refert ſe cuiuſdam ignoti diuturna garrulitate fatigatum.* Neſcio quid meditans nugarum] *Nugarum, uerſuum, ſatis uerecundè uerſus more Satyricorum nugas dixit, quia Satyrici ſolent etiam ſeſe carpere.* Notus mihi nomine tantum] *Cuius nihil aliud niſi nomen noueram, Epagomenus dictus.* Quid agis dulciſſimè rerum] *Deeſt ait, Ordo: Quid rerum agis mihi dulciſſimè.* Et cupio omnia] *Proueniant tibi, ex animo cupio.* Quæ uis] *Cupio te uiuere ex ſententia tua. Id eſt, Suauiter ago, ut tempus modò permittit, & tibi cupio bene euenire.*

Nunquid uis? occupo] *Præuenio illum hoc ſermone dicẽs: Nunquid aliud uis, nunquid tibi neceſſarium eſt.* Noris nos?] *Id eſt, hoc uolo ut ſcias nos, qui docti ſumus, id eſt, non ſumus indigni, quos ſcias.*

Pluris hoc inquam mihi eris] *Magis honorandus.* Hoc] *Id eſt hac re, quia doctus es, ideò tibi honorem habeo.*

Cùm ſudor] *Cùm ex tædio & moleſtia illius flueret ſudor.*

O te Bolane cerebri Felicem] *Cùm ſudarem præ anguſtia dicebam apud me, felicem eſſe Bolanum ἐύχολον, qui poſſit eum uerbis aſperioribus remouere. Quare autẽ felicem ait Oxycholum, quia non patiebatur moleſtiam, qui ſolebat præ iracundia in faciẽ quemuis reprehendere, & liberè dicere quid ſentiret.*

Miſerè] *Valde, ut Terent. in Heauton. Eam miſerè amat.*

Video] *Intelligo.* Sed nil agis] *Non recedes à me.* Vſque tenebo] *Toto die te tenebo.*

Nil opus eſt te] *Id eſt, aio illi non eſt opus te huc atque illuc circumduci.*

Cubat] *Aegrotat, languet, iacet.* Nil habeo, quod agam] *Garrulus.*

Et non ſum piger] *Id eſt, poſſum multum ambulare* Demitto auriculas] *Laſſi enim aſini uel equi aures deponere ſoliti ſunt.*

Si bene me noui] *Id eſt, ſi bene fratus ſum conſcientia mea, intelligo quia magis mihi deferes, quàm illi.* Non Viſcum pluris amicum] *Viſcus diſertus illius temporis homo. Nonnulli poëtam dicunt amicum Horatij. Eſt autem ſenſus: Non Viſcum amicum pluris facies, hoc eſt, qui tibi amicus eſt potiorem duces.* Non Varium facies] *Varius poëta, Virgilij & etiam Horatij amicus.* Nam quis me ſcribere plures] *Mirè ſic garrulum oſtendit moleſtum.* Quis membra mouere mollius] *Cum geſtu, ſcilicet pronunciationis. Id eſt, quis cum geſtu corporis poteſt pronunciare, quemadmodum ego? ut pronuncio, ut Hermogenes Tigellius de quo ſuprà: Iò Bacche.*

IBAM fortè uia Sacra (ſicut meus eſt mos)
Neſcio quid meditans nugarũ, totus in illis.
Occurrit quidam, notus mihi nomine tantum,
Arreptaq́ manu, quid agis dulciſſime rerũ?
Suauiter, ut nunc eſt, inquam: & cupio omnia, quæ uis.
Cum aſſectaretur: nũquid uis? occupo. at ille
Noris nos, inquit, docti ſumus. hîc ego, pluris
Hoc, inquam, mihi eris. miſerè diſcedere quærens,
Ire modò ocyus, interdum conſiſtere, in aurẽ
Dicere neſcio quid puero. cũ ſudor ad imos
Manaret talos. ô te Bollane cerebri
Felicem, aiebam tacitus cum quidlibet ille
Garriret: uicos, urbem laudaret, ut illi
Nil reſpondebam: miſerè cupis, inquit, abire,
Iamdudum uideo: ſed nil agis, uſq; tenebo,
Perſequar. hinc, quo nunc iter eſt tibi? nil opus eſt te
Circum agi: quendam uolo uiſere, non tibi notum:
Trans Tiberim longe cubat is, propè Cæſaris hortos,
Nil habeo, quod agam, & non ſum piger: uſque ſequar te.
Demitto auriculas, ut iniquæ mentis aſellus,
Cum grauius dorſo ſubijt onus. Incipit ille.
Si bene me noui, non Viſcum pluris amicum,
Non Varium facies. nam quis me ſcribere pluris,
Aut citiùs poſſit uerſus? quis mẽbra mouere
Mollius? inuideat quod & Hermogenes, ego canto.
Interpellandi locus hîc erat. eſt tibi mater?
Cognati? quis te ſaluo eſt opus? haud mihi quiſquam:
Omnes compoſui felices, nunc ego reſto:
Confice, namq; inſtat fatũ mihi triſte, Sabella

Interpellandi] *Reſpondendi illi.* Quis te ſaluo eſt opus] *Id eſt, quibus neceſſaria ſalus tua eſt.* Haud mihi] *Garrulus. Neminem habeo.* Omnes compoſui] *Omnes in urnis ſepelimi.*

Felices] *Sunt illi mortui, quia te caruerunt.*

Confice] *Interfice, eneca. Tacitè hoc loquitur.* Mota anus urna] *Id eſt, ipſa commota ex urna dixit imminere mihi fatum ex garrulo: aut mota urna ipſa anus cecinit, quoniam ſortes de urna tolluntur. Significat Sabinam nutricem ſe Horatius habuiſſe, quæ urna ſortes ducere erat ſolita, unde dicit, quod eum aliquando monuit ipſa nutrix ſua cauere garrulos, quoniam ab his eſſet interficiendus, & id ſibi nunc à ſuo ſtudioſo garrulo poſſe fieri putabat.*

Tarda podagra] *Quia tardos facit, & eſt ὑπαλλαγή.*

Hunc quando conſumet cunque] *Tmeſis eſt, pro quandocunque.*

Ventum erat ad Veſtæ, &c.] *templum ſicut in Pacis, in Concordiæ. Terent.*

Vbi ad Dianæ Veneris.

Vadato] *In iudicio, quia uadatus eum fuerat, uel quia eum uadimonio obligauerat. Participium eſt ab eo, quod eſt uador, uadaris, & eſt uerbum commune Vado, id eſt, uoco te ad iudicium.* Et Vados *Id eſt, uocor à te ad iudicium. Reſpondere ergo debebat ei, à quo ua-*

quo uocatus eſt ad iudicium, aut ei quem ipſe uocaſſet. Huc ades] *Id eſt, adeſto mihi.* Et propero quò ſcis] *Oblitus eſt Horatius, quod dixit ſibi uiſendum eſſe neſcio quem.* Me ſodes] *Supple, linque.* Ego ut contendere] *Sciens durum eſſe contēdere cum pertinace, cœpi ſequi eum.*

Mecœnas quomodo tecum] *Deeſt ait: Initium locutionis fuit, & cœpit interrogare, quomodo circa te Mecœnas eſt.* Hinc repetit] *Poſt illa uerba cœpit ad hunc ſermonem uenire.* Paucorum hominum. & mentis bene ſanæ] *Id eſt, qui & ſapiens eſt, & rarò habet parem, qui multorum amicitia non gaudet.*

Deterius] *Felicius.* Haberes] *Id eſt, Haberes apud Mecœnatem qui tueretur partes tuas, ſi me ei commodare uelles.* Hunc hominem ſi uelles tradere] *Ἀυτὸ νῦν ſeipſum tangit digito.*

Diſperream] *Id eſt, ualde peream ſi non remouiſſes omnes ab amicitia Mecœnatis.* Non iſto] *Reſpondet Horatius.* His aliena malis] *Inſidijs, factionibus.*

Nil mî officit unquam] *Id eſt, quicunque eſt ditior, non officit mihi in domo Mecœnatis.* Vix credibile] *Vt non ſit factio in tanta domo.* Accendis] *Hoc dicendo multo magis me accendis ad amicitiam eius.* Velis tantummodo] *Si uolueris me commendare, impetrare poſsis, homo tanta uirtutis.* Quæ tua uirtus] *Id eſt, pro tua uirtute, pro tuis uiribus.*

Opus eſt, inquit, hoc ſolum, ut uelis ei amicus eſſe, & cum meritò uirtutum tuarum facilè poteris protereri. Et eſt qui uinci poſſit] *Hoc uitium habet Mecœnas, uti licet difficulter, tamen uincatur. Hic eſt, inquit, Mecœnas, cui ſi ſæpè inſtes, uincatur. Hoc eſt quod inquit, Perſius: Omne uafer uitium ridenti Flaccus amico Tangit. Et tunc iucundè ex alterius perſona eum reprehendit.*

Eoq;] *Id eſt, ea re, qui poſtea ſe faciliorem reddit.* Excluſus] *Deductus à placito.* Ecce Fuſcus Ariſtius occurrit] *Ariſtius Fuſcus, Grammaticus doctiſsimus illius temporis: amicus Horatij.*

Et illum qui pulchrè noſſet] *Inducit illum, qui ſuperuenerat diſsimulare, ut ipſe odioſi hominis moleſtia fatigaretur.* Vnde uenis, & Quò tendis?] *Ἐπιφερόμενον κατὰ τ' αὐτό.*

Vellere] *Vellicare.* Et prenſare manu] *Id eſt, reſtinguere.*

Lentiſſima] *Flexibilia, ut Quantum lenta ſalix.* Nutans] *Innuens & ſignificans ut me eriperet: Eſt autem nutare, aliquid oculis nutantibus uelle demonſtrare.* Malè ſalſus] *Malè prudens in perniciem meam: aut malè iocoſus & urbanus irriſor.*

Quod puero cecinit, diuina mota anus urna.
Hunc neque dira uenena, nec hoſticus auferet enſis,
Nec laterum dolor, aut tuſſis, nec tarda podagra:
Garrulus hunc quando conſumet cunctiq; loquaces
Si ſapiat, uitet, ſimulac adoleuerit ætas.
VENTVM erat ad Veſtæ, quarta iam parte diei
Præterita, & caſu tunc reſpondere uadato
Debebat: quod ni feciſſet, perdere litem.
Si me amas (inquit) paulū hîc ades. intereā, ſi
Aut ualeo ſtare, aut noui ciuilia iura:
Et propero, quò ſcis. dubius ſum, quid faciam (inquit)
Tene relinquam, an rem. me ſodes. ne faciam, ille,
Et præcedere cœpit. ego (ut contendere durum eſt
Cum uictore) ſequor. Mecœnas quomodo tecum?
Hinc repetit. paucorum hominum, & mentis bene ſanæ.
Nemo dexterius fortuna eſt uſus. haberes
Magnum adiutorem, poſſet qui ferre ſecundas,
Hunc hominem ſi uelles tradere. diſpereā, ni
Summoſſes omneis. non iſto uiuimus illic,
Quo tu rêre, modo. domus hac nec purior ulla eſt
Nec magis his aliena malis. NIL mî officit unquam,
Ditior hic, aut eſt quia doctior: eſt locus uni
Cuiq; ſuus. magnū narras, uix credibile. atqui
Sic habet. accendis, quare cupiam magis illi
Proximus eſſe. uelis tantummodo: quæ tua uirtus
Expugnabis: & eſt qui uinci poſſit: eoq;
Difficileis aditus primos habet. haud mihi deero:
Muneribus ſeruos corrumpam. non, hodie ſi
Excluſus fuero, deſiſtam: tempora quæram,
Occurrā in triuijs: deducam. NIL ſine magno
Vita labore dedit mortalibus. hæc dum agit: ecce
Fuſcus Ariſtius occurrit mihi charus, & illū
Qui pulchrè noſſet. conſiſtimus, unde uenis? &
Quò tendis rogat? & reſpondet. uellere cœpi,
Et prenſare manu lētiſſima brachia, nutans,
Diſtorquēs oculos, ut me eriperet. malè ſalſus
Ridens diſsimulare: meum iecur urere bilis,
Certè neſcio quid ſecretò uelle loqui te
Aiebas mecum. memini bene: ſed meliori
Tēpore dicā: hodie triceſima ſabbata. uin' tu
Curtis Iudæis oppedere? nulla mihi, inquam
Religio eſt. at mi: ſum paulò infirmior, unus
Multorum, ignoſces, aliâs loquar. huncci'ne ſolem
Tam nigrum ſurrexe mihi? fugit improbus, ac me
Sub cultro linquit. caſu uenit obuius illi
Aduerſarius: &, quò tu turpiſſime? magna
Exclamat uoce: &, licet anteſtari? ego uerò
Oppono auriculam. rapit in ius. clamor utrinque,
Vndiq; concurſus: ſic me ſeruauit Apollo.

Meum iecur urere bilis] *Vehementer iraſcebar.*

Trigeſima ſabbata] *Quæ Iudæi Neomenias dicunt, quoniam per ſabbata Iudæi numeros appellant lunares. Aliter: Trigeſima ſabbata dicuntur quando Kalendis occurrit ſabbatum. Item, Trigeſima ſabbata dicuntur, quando ueniunt Kalendæ in prima Luna per ſabbata. Qui dies maximè à Iudæis obſeruantur, aut quia trigeſima ſabbata religioſiùs colebantur.*

Curtis] *Quia pellicula imminuti ſunt. Quia Moſes rex Iudæorum, cuius legibus reguntur negligentia medicinalis effectus, & ne ſolus eſſet notabilis, omnes circumcidi uoluit.*

Iudæis oppedere] *Iudæos contemnere, eis contradicere, oppedere quaſi contra pedem opponere. Alij uerbum fœdatis eſſe uolunt, ſed falſum eſt.* Nulla mihi inquam Religio eſt] *Id eſt, facilè eos contemno quorum religione nō teneor.* Infirmior] *Id eſt, timidus uel ſuperſtitioſus, & hac de cauſa, colo omnes religiones, quia nimiam religionem infirmitas facit & metus.* Ignoſces] Ordo, *Ait mihi ignoſces.*

Huncci'ne ſolem] *Id eſt, diem tam moleſtè ortum eſſe?*

Tam nigrum] *Id eſt, Tam pernicioſum, tam triſtem & aduerſum. cui contrarium eſt: Hunc Macrine diem numera meliore lapillo.*

Surrexe] *Pro ſurrexiſſe, ut Virgil. Cum genere extinxem, pro extinxiſſem.*

Improbus] *Malus ſcilicet, qui non ſubuenit amico ſuo.*

Sub cultro linquit] *Prouerbium eſt. Id eſt, maxima in moleſtia ſub illo garrulo.* Obuius] *ἀντιπρόσωπος.* Aduerſarius] *Creditor.* Et licet anteſtari] *Denunciantes litem anteſtatos habebant, quibus præſentibus conueniebant, ita ut aurem illis tertiò uellerent? Sic Seruius magiſter urbis exponit. Alij ſic exponunt: Quòd Horatium interrogauerit, ſi teſtis eſſe pateretur, & Horatius obtulerit aurem ultrò. Solebant enim teſtium aures tenere, & ita dicere: Memento quod tu mihi in illa cauſa teſtis eris, quod anteſtari. Aliter: Olim qui anteſtabantur auriculam*

tāgeba-

contingebant. Ideóq; poëta ait, libenter auriculam obtuli. Tangens autem auriculam his uerbis loquebatur: Licet anteſtari? ſi ille reſpondiſſet, licet iniectionem manus aduerſarium ſuum in iudicium trahebat. Quòd ſi anteſtatus non eſſet, & manum inieciſſet, iniuriæ reus conſtitui poterat. Plaut. in Perſa. Leno ad Satyrionem paraſitum.

„ Non'ne anteſtaris? & paraſitus:

„ Tuáne ego cauſa carnifex cuiquã mortali libero aures atterã?

Aliter: Atteſtari, id eſt, teſte uti quod iudicij cauſa uolo manũ iniijcere. Nam hæc erat conſuetudo, ſi quis uadato non paruiſſet, ei aduerſarius aliquem de præſentibus anteſtabatur, id eſt, tangebat eius aurem & dicebat. Licet'ne anteſtari? ſi reſpondiſſet ille, licet, tunc iniiciebat uadatus manum in eum, qui non paruiſſet, & ducebat in iudicium, aliter ſi inieciſſet manum, iniuriarum poterat accuſari.

PORPHYR. } Ibam forte uia ſacra] Refert hac Satyra incedentem ſe uia ſacra, incidiſſe in hominem moleſtum & garrulum, neque ſe ab eo auelli potuiſſe, niſi aduerſarius ſuperueniſſet, à quo uadimonium ſibi dictum eſt. Et totum hunc ſermonem δραματικῷ χαρακτῆρι alterno ſermone uariat. Nugarum] Sic uerecundè poëtæ nugas, & riſus ſolent appellare uerſiculos ſuos.

O' te Bollane Cerebri Felicem] Tacitus Bollanum hominem neſcio, quem fuiſſe dicit, adeò liberum ut nullius ineptias ferret, quando quod de eo ſentiret ſtatim in eum diceret.

Nil opus eſt] Hoc ex Horatij perſona intelligendum. Nil habeo quod agam] Non ſum piger, hæc ille moleſtus dicit.

Non Fuſcum] Et Fuſcum & Varum Horatius amicos habuit. De Fuſco infrà dicetur. Varus tamen de doctiſsimis fuit, & magnus his temporibus habitus eſt. Nam & Tragœdias fecit. Nam quis me] Eleganter dicit eum ijs rebus ſibi placere, quæ ad doctrinam non attinent, ideò oſtendit imperitum ſatis & importunum hominem fuiſſe. Et tibi mater] Hoc Horatius interrogans ad illum dicit. Haud mihi quiſquam] Ille moleſtus hoc dicit.

Nunc ego reſto] Hoc Horatius tacitus apud ſe dicit. Ait ſe ſupereſſe, quem ille occidat per importunam garrulitatem. Inſtat fatum mihi triſte] Sibi dicit Horatius inſtare fatum, ſignificat autem Sabellam natione, nutricem habuiſſe ſortilegam, quæ urna ſortes ducere ſolita eſſet. Hunc neque] Hæc uerba ſunt ſortis ipſius ductæ. Quando conſumet cunque] Ordo eſt: Quandocunque. Ventum erat ad ueſtæ] Subaudiendum ædem, aut quid uale. Amant neſcio quomodo ἐλλείψειν in relatione ſui loco ſacra: ſic deniq; & Terent. ait: Vbi ad Dianæ Veneris: Sic denique nos hodie in Claudij, uel Telluris dicimus, nec addimus templum, aut ædem. Perdere litem] Et hîc ſubaudiendum per ſύγμα debeat, ut ſit. Perdere litem debeat.

Inteream ſi] Hoc Horatius dominus negat ſe poſſe eum ſpectare. An rem] Rem pro lite dixit, ſic denique & in legibus ſcriptum inueniri ſolet: Rem ſiue litem. Cum uictore] Contendere cum uictore, id eſt, pertinace. Mecœnas quomodo tecum] Mihi, inquit, moleſtus ille, Mecœnas quomodo tecum? & ſubaudiendum agit. Paucorum hominum] Horatius dicit. Neceſſe eſt frequenter oſtendere, quis uerba habeat, aut unde incipiat loqui. Ob hoc obſeruandum eſt deinceps, & ſuprà, ut ubi duo puncta interpoſita ſunt, alteram perſonam loqui intelligas. Certè iam ſenſus ipſe docet, quid Horatius, quid ille moleſtus dicat.

Fuſcus Ariſtius] Ariſtius Fuſcus præſtantiſsimus Grammaticus illo tempore, & amicus Horatij fuit. Vnde uenis] Eleganter mixtum inter ſe & confuſum ſermonem interrogandi ac reſpondendi expreſsit. Lentiſſima brachia] Lentiſsima nomen poſitum eſt pro aduerbio. Non enim lentiſsima brachia, ſed lentiſsimè preſſare brachia intelligendum.

Malè ſalſus] Stolidus ac deriſor. Certè neſcio quid] Hoc Horatius ad Fuſcum, quærens aliquam cauſam, qua ſe ab importuno illo auellat. Trigeſima ſabbata] Sabbata lunaria ſignificat quia uulgares homines ferias ſibi aſſumunt.

Curtis Iudæis] Curtos dixit propter uirilis membri reciſam pelliculam. Oppedere] Contemnere eos ac religiones eorum deridere. At mihi] Hoc Fuſcus dicit, ne Horatium cupientem auelli ab illo moleſto liberaret.

Solem Tam nigrum] Horat. dicit nigrum, ac per hoc triſtem diem ſibi illuxiſſe, qui in illum molleſtiſsimum inciderit.

Quò tu?] Cùm aduerſarius occurriſſet illi importuno, hoc ei dicit. Licet anteſtari] Aduerſarius moleſti illius, Horatium conſulit, an permittat ſe anteſtari iniecta manu, extracturus ad prætorem quòd uadimonio non paruerit. De hac autem lege duodecim tabularum his uerbis cautum eſt. Si uis uocationi teſtamoni, igitur en capito anteſtari. Eſt ergo anteſtari, ſcilicet, antequam manum iniiciat. Ego uerò Oppono auriculam] Hoc Horatius. Porrò autem qui anteſtabatur auriculam ei tangebat dicens: licet anteſtari? ſi ille reſponderet, licet, tum iniecta manu aduerſarium ſuum extrahebat, niſi ita anteſtatus eſſet, qui iniicere manus aduerſario uolebat, iniuriarum reus conſtituitur. Sic me ſeruauit Apollo] Hoc de ſenſu Homerico ſumpſit, quem & Luci. in 9. Satyr. repræſentauit, ſic dicens: Vt diſcrepat hac, quem rapuit Apollo fiat ergo. Significat ſic liberatum ſe ac recreatum, dum illum moleſtum aduerſarius ſuus rapit, Apollinem imitatus.

CHRIST. LAND. } Ibam fortè uia ſacra] Carpit impudentiam atque importunitatem, & ineptias quorundam hominum per hunc quem inducit. Via ſacra] Quæ à porta triumphali ad capitolium ferebat. Nugarum] Vel moleſtè de ſe loquitur, qui ſuas cogitationes nugas appellet. Vel ſe quandoque reprehendunt Satyri, ut liberius in alios inuehi liceat.

Nomine tantum] Vt oſtendatur maior impudentia, cùm nulla intercederet familiaritas. Arrepta] Non enim expectauit ut porrigerem. Dulciſſimè] Non ſine adulatione.

Vt nunc eſt] Secundùm conditionem temporum. Cupio omnia quæ uis] Vt ſe humanum gratum præberet. Et ſimul uerba ſunt hominem dimittentis. Occupo nunquid uis] Id eſt, ante quam ille longiorem ſermonem ſereret, dixi nunquid uis.

Docti ſumus] Non diſcedit ab ingenio arrogantis ſimul & futui. Balane] Hic Cauſidicus fuit, qui nullo clamore, aut ſtrepitu Forenſi conturbabatur, hinc illum fœlicem cerebri appellat. Garrire] Per plures uerſus uehemẽter depingit inanis & arrogãtis nugatoris ingenium. Mentis] Impropriè de aſino.

Interpellandi] Loquitur Horatius. Haud mihi] Reſpondet garrulus. Compoſui] Sepeliui. Nam & oculi comprimuntur à propinquis, & lauabantur, & ungebantur, & apto imponebantur feretro, ergo componebantur. Confice] Loquitur Horat. Interfice me, nam ſic de me factum eſt. Mota urna] Motis ſortibus in urnam coniectis. Erat enim anus ſortilega.

Ad ueſtæ] Subintellige templum. Sed tamen non ponitur. Sic alibi Senatus eo die conuenit ad Concordiæ. Audito] Illo cum quo fuerat uadimonium. Sed de uadimonio, & uade iam dictũ eſt. Erat autem templum Veſtæ apud forum. Inteream] Horatius loquitur. Stare] Id eſt, ſi habeo uim ſtandi contra, & quaſi pugnandi. Nam pugna quædam eſt defenſio forenſis. Te an rem] Stultus omninò qui ſeria iocis poſtponat. Me ſodes] Horatius loquitur. Hinc repetit] Hinc principium reſumit, & dicit quomodo tecum, ſcilicet uiuit Mecœnas. Paucorum hominum] Eſt homo paucorum. Et mentis bene ſanæ] Affert quare ſit paucorum hominum, quia eſt benè ſanæ, id eſt, prudentis mentis & huius rei ſignũ eſt, quod nemo utitur fortuna dexteriùs, id eſt, aptiùs, nam ille aptè fortuna utitur, qui neque effertur rebus ſecundis, neque ſuccumbit aduerſis. Magnum adiutorem] Malignus uir maligna promittit. Sententia eſt ſi faceres me amicum Mecœnatis præſtarem tibi magnum auxilium ad reliquos ex hominis amicitia pellendos neque eſſet, quod me timeres. Nam cederem tibi primas partes in amicitia. Non iſto] Reſpondet poëta, quod apud Mecœnatem uiuimus ſine inſidijs, nec uiget ibi inuidia, ut aut doctiori inuideatur, ſed eſt unicuique locus ſuus.

Magnum] Reuera magnum eſt quod magna domus careat factionibus. Vnde maxima eſt laus in Mecœnatem: At uiro uitioſo incredibile uidetur.

Atqui ſic habet] Horatij uerba. Accendis] Verba garruli. Vellis] Horatius loquitur, & in adulatorem adulationem effundit, ut ſuo illum gladio iugulet.

Haud mihi deero] Immemor eorum, quæ dixerat Horat. & memor ſui

mor ſui deprauati ingenij dicit ſe per malas artes id conaturum, corrumpet ſeruos, uictitur importunitate, quæ duo uitia nihil prodeſ runt ſibi apud bonos. Non ſine magno uita labore] Optima ſententia, ſed malè collocata. Fuſcus] Grammaticus nobilis eo tempore, & iocunditate, & feſtiuitate plenus. Et qui cuperet in re non damnoſa quamuis ſubmoleſta Horatiũ ludere. Itaq; cùm poëta fingeret ſibi eſſe cum Fuſco negocium, & ſimul innueret Fuſco ut idẽ affirmaret. Fuſcus ſe intelligere diſsimulabat, ita tamen ut Horatij diſsimulationem latere nollet, ut illum familiariter irritaret. Malè ſalſus] Id eſt, ſalſus contra meam uoluntatem. Certè neſcio] Verba Horatij ut illum ſub huiuſcemodi ſimulatione admoneret, ut ſe eriperet. Sed Fuſcus qui illum eripere nollet à garrulitate illa importuna reſpondebat ſe meminiſſe id quidem, ſed non eſſe ea die tẽpus. Triceſima ſabbata] Dicebãtur triceſima ſabbata, quando luna noua, quæ eſt in triceſima die currebat in ſabbato, quæ Neomenia appellatur, quaſi noua luna. Vin' tu] Quaſi dicat ſcio, qua religione es te nolle. Sunt autem miræ facetiæ, & urbanitates. Non enim curabat ſacra Iudæorum Fuſcus, idq; ſciri ab Horatio ſciebat, ſed ea ſeriò dicere ſimulabat quæ per iocum dicta credi uolebat. Curtis] Diminutis propter abſciſionem præputij, ſic enim appellatur pellicula illa quam in uirili membro Iudæi circumcidũt. Vnde illos appellas, id eſt, ſine pelle nominauit. Fuiſſe autem per ea tempora & in odio ſimul, & in contemptione Iudæos, eorumq; religionem, & Iuuenalis, & Quintilianus, & Tranquillus, & Tacitus, & plerıq; alij ſcriptores teſtes ſunt. Oppedere] Reſiſtere & opponere. Translatio à militibus cum pedem pedi opponunt. Virg. Hæret pede pes. Nulla mihi] Verba Horatij. At mihi] Reſpondet Fuſcus. Paulò infirmior] Magis quam oporteat meticuloſus, & propterea ſuperſtitioſior, nam ſuperſtitio ex metu prouenit. Vnde illud Capanei apud Statium. Primus in orbe deos fecit timor. Solem nigrum] Diem infælicem. Surrexe] Surrexiſſe. Licet atteſtari] Mos erat ut uolentes in iudicium aliquẽ rapere prius atteſtarentur, id eſt, ex circumſtãtibus aliquem teſtem facerent, aurem enim illi uellebãt, & admonebant, ut eſſet memor. Vellabant autem ſi ille uellendam præberet. Alioquin illam tangere ius non erat. Ergo cùm teſtis aurem præbuiſſet tunc atteſtabatur, ac deinde aduerſarium poterat in ius rapere. Nec temerè erat quod uolenti teſti aurem uelleret, quo eſſet memor. Nam aurẽ memoria dedicauit antiquitas, hinc Maro.

„ Cinthius aurem
„ Vellit & admonuit paſtorem Tityre pingues
„ Paſcere oportet oues.

Sed & Plautus ad Saturionẽ paraſitum. Non' ne atteſtaris? Cui paraſitus reſpondet. Tua ne cauſa cuiquam mortali libero aurem atteram? Erit igitur atteſtari teſtem uocare. Vnde & atteſtari fulmina dicebantur, quæ iterato fiebant, quaſi quæ haberent ſuum teſtimonium. Oppono auri] Id eſt, porrigo auriculam uellẽdam, atteſtaretur, & poſt atteſtationem poſſit in ius rapere. Rapit in ius cum aurem uelliſſet. Apollo] Vel quia poëtarum tutela eſt Apollo, uel Apollinem poſuit pro foro, in quo hic detentus eſt, nam in foro Auguſti teſte Plinio Apollo fuit. Sic & Iuuenal.

„ Sportela deinde forum iuriſq; peritus Apollo.

SABELLICVS } Vin' tu curtis Iudæis oppedere] Quod uerbum uetus eſt, & ſignificat contrapedere, nam à pedo pedis, cuius ſignificatio notior eſt, quàm ut egeat interpretationis. Formatur oppedere. id quod docet Priſcianus in decimo utens iſtius uerſiculi teſtimonio, errant qui exiſtimant oppedere dici, quaſi pedem pedi opponere, nam præter autoritatẽ Priſciani ſyllabæ repugnantis ratione refelluntur, quæ longa eſt in uerbo pedo, breuis in pede.

ERAS. ROTER. } Nomine tantum, prouerbium eſt, quo uulgus tenuem quandam ac uulgarem noticiam ſignificat. Notos mihi nos.] Εἰς οὖς λέγειν, id eſt, in aurem dicere, uel hodie uulgo dictitant, pro eo quod eſt clanculum ac ſecreto committere. Translatum ab ijs, qui propius admoti ad rem inſuſurrant, quæ nolint ab alijs exaudiri. Demitto auriculas] Qui deiecto ſunt animo, auriculas ſuper humeros habere dicũtur prouerbialiter. Sumptum à iumentis, quæ ſic aurium motu teſtantur affectum animi, quemadmodum homines fronte et oculis. Sub cultro linqui dicitur, qui in præſentaneo periculo deſeritur. Sumpta metaph. à uictima, quæ iamiam ferienda, ſub cultro eſſe dicitur.

IOAN. HART. } Ventum erat ad Veſtæ] Ellipſis Græca, qualis illa apud Homerum Iliad. ſ.

„ εἰς Ἀΐδαο δόμους ἐξίκετο. Sic me ſeruauit Apollo] Sumptum ex Hom. ubi alios atq; alios Apollo liberat, Agenorẽ. Iliad. φ.

„ ἀλλά μιν ἐξήρπαξε, κάλυψε δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ. Et Iliad. ε.

Aeneam γενόμενον ὅ δ' αὐτὸς ὑπαίρειξε χεῖρας. Hectorẽ Iliad. υ. Anteſtari] Ciuilis uox. De hoc loco explicato, lege Budæi annotationes poſteriores in Pandectas. Curtis Iudæis] Aliàs recutitos, aliàs apellas uocat, Circumciſos innuens.

HENR. GLAR. } Si bene me noui, non Viſcũ pluris amicum] In Porphyrionis commentario, ut pleriq; habent codices. Tuſcus pro Viſcus legitur: ita ut quibuſdam Tucca deſignari uiſus ſit. Sed Viſcorum mentio eſt etiam ſequenti Satyra non ita longè à fine, ut ſit tutum quicquam mutare ad codicum, qui corruptiſsimi ſunt, fidem. Sed & Varum pro Varium pleriq; habent codices. Verum de his duobus lib. 1. Odarum diximus, Ode 24. quæ quidem ſcire potuimus. Garrulus hunc quando conſumet cunque] Et Acro & Porphyrio κατὰ ταῦτην diſiunctam dictionem quandocunq; prolatam aſſerunt: quid autem hoc loco ſignificet, nõ explicant. Tu uide an non pro aliquando ſit poſita, aut quandoq;. Natiuam enim ſignificationem hoc loco ſenſus uix admittet.

—Quod ni feciſſet, perdere litem] In commentario Acronis ad hæc uerba adijcitur: adeſto mihi: quæ quid ſibi uelint, comminiſci non potui. Cõtinuò poſt ad hæc Poëtæ uerba: Et propero quo ſcis: omiſſa eſt negatio, Et legendum in Acronis commentario: Non oblitus eſt Horatius, quod dixit ſibi uiſendum eſſe neſcio quem: Niſi aliter legerit Poëtæ uerba Acro. Rurſus ſtatim poſt ad illa uerba: Mecœnas quomodo tecum: deeſt, ait, ſed agit legendum. Illa autem, nemo dexterius fortuna eſt uſus. Poëtæ uerba ſunt, laudantis modeſtiam Mecœnatis. Qui cum fortunæ beneficio potuiſſet longè maior eſſe, noluit. Cæterùm Badius ſæpe Poëtæ uerba dat Garrulo, & contra Porphyrio admonet olim duobus punctis interſtincta fuiſſe, quæ ſanè hodie non apparent. Verùm ea omnia proſequi non eſt noſtri inſtituti. —Hodie trigeſima ſabbata uin' tu] Acro quatuor expoſitiones hic adfert, ut eſt copioſus, quoties nihil certũ adferre poteſt, quarum utinam una ſit uera. Iudæi autem quomodo Neomenias dicunt, cum ea uox ſit Græca? Atqui hoc non mirandũ, cum oppedere non exponat contra pedem opponere. Badius uerò ſubtilius ſcilicet obtemperare. Illud autem, curtis, Acro exponit, quia pellicula imminuti ſunt. Quia Moſes rex Iudæorum, cuius legibus reguntur, negligentia medicinalis effectus, & ne ſolus eſſet notabilis, omneis circumcidi uoluit. Hæc ille. Elegans ſanè organũ Acro, per quod ueritatis lucem opprimere conatus eſt dæmon. Nota autem Latinitatem ſiue Acronis, ſiue impoſtoris alicuius, negligentia medicinalis effectus, pro, indigens medicina: & notabilis, qui pellicula careret, atque inde omnes ad id coactos, quàm elegãs perſuaſio diaboli ut culpetur Moſcos factum, quod à Deo edoctus atq; iuſſus erat. Et licet anteſtari] Anteſtari legendum, quaſi ex circumſtantibus aliquem teſtem facere, idq; auris attactæ monitione Vide D. Eraſmum in adagio Aurem uellere. Quidam temerè mutauerant in atteſtari, parum memores, & quædam alia apud ueteres ad eam eſſe formam, ut Anquirere apud Liuium. Sic me ſeruauit Apollo] Acro hic ſilet, Porphyrio de Homerico Sumptum teſtatur: allegat autem ad hoc Lucilium, quæ uerba adeò corrupta ſunt, ut ego reſtituere nequiuerim. Cæterùm locus eſſe uidetur Iliados quinto, ubi Apollo è Diomedis manibus eripit Aenean. Quidã ad Apollinem in iudiciali foro referunt: ad quem in ius garrulus ille ab aduerſario tractus eſt, atq; ita liberatus Horat.

THEOD. PVLM. } 2 Totos in illis] H. G. E. B. P. V. & totos in illis, legi in antiquis exemplaribus, cum ab editionibus exſulet coniunctio, quã quidem ſcio & ſentẽtiam carere poſſe. Turneb. lib. 15. cap. 18. 3 Accurrit] H. G. B. P. V. Occurrit, Georg. Fabritij libri ueteres. in E. uerò prima littera exrita fuit. 6 Num quid uis? occupo] More Romano dictum eſt. ſic enim loqui ſolebat, qui uel diſcedere ab aliquo, uel aliquem à ſe dimittere uolebat. Terentius (Eunucho actu 2. ſc. 3.)

„ Rogo num quid uelit. Rectè, inquit, abeo.

Turneb.lib.15.cap.18. 11 —O te Bollane cerebri Felicem, aiebam tacitus] *Heic Græcari uidetur. nam illi μακάριζω σε τῶ φρενῶν εἵνεκα dicunt ſubauditur'q́ ἕνεκα, ut & heic ſubintelligitur cauſſa, Cerebroſum autem fuiſſe Bollanũ indicat, apertæq́ & ingenuæ libertatis & bilis hominem, qui moleſtos ferre nullo modo poſſet: ſed eos obiurgaret audacter, & à ſe contumelioſè dimitteret, amandaretq́. Turneb.lib.15.cap.18.* 15 —Vſque tenebo, Perſequar.

„ —*Vſq; tenebo, Proſequar, Cruquij codices duo.*

„ —*Vſq; ego nam te Perſequar, Cruquij codex unus.*

18 Trans Tiberim longè cubat is, prope Cæſaris hortos] *Iulij Cæſaris horti trans Tiberim erant prope portam Portuenſem: de induſtria autem locum longinquum in ultima urbis regione ſitum mentitus eſt extra Ianiculum, ut aſſectatorem à ſe ablegaret atq; remoueret. Turneb.lib.15.cap.18.* 26 —Eſt tibi mater? Cognati queis te ſaluo eſt opus?] *Habes'ne caros & propinquos qui tuo auxilio egeant, quos à te curari oporteat, quorum negotia à te geri, potius quàm me otioſè comitari, qui niſi te ſaluo & incolumi ſalui eſſe non poſſint, nec ſi te careant. Importunus ille & odioſus nebulo ſe omnes ſuos ſepeliſſe ait, neq; quidquam ſe negotij habere. Turneb.lib.15.cap.18. quibus eſt te ſaluo opus? Cruquij codex unus.* 28 Omneis compoſui] *A' cadaueribus ductũ eſſe reor, quorum oſſa & reliquiæ in urna componebantur. nam componi mortui dicuntur. Vide Turneb.lib.10.cap.11. et lib.18.cap.27.* 34 Simulacrũ] Simulac, editio Aldina. 38 Si me amas, inquit] *Si tu me, inquit, amas, Cruquij codex unus.* 39 Aut ualeo ſtare] *Eſt, cùm homines cogantur ſtare in iure ante prætoris tribunal, neque ibi ſedere liceat, aut honeſtum ſit, tandiu ego illic ſtare non poſſum, nec te iuuare queã, qui iura neſcio. Turneb.lib.15.cap.18.* 42 Dorum eſt] *P.V. eſt, H.G.E.B.* non habent. 43 Tecum?] *Scil. agit.* 44 —Paucorum hominũ, & mentis benè ſanæ] *Quod eſt, paucos in amicitiam recipit, neq; uulgò ad eum familiariter aditus patet, neq; ſe multis communicat, ſed paucis, ijsq́ ualde prudentibus, ſanisq́. Vide Turneb.lib.15.cap.18.* 47 Velles ſi] *H.G.E.B.P.V.* ſi uelles, *Aldina editio.* 49 Pueros] Pueros, *G.V.* 50 Vnquam] Inquã, *H.G.E.B.P.V.* 52 Atqui] *Atquin, Lambini quidam libri ueteres.* 55 —Eoq; Difficileis aditus primos habeat] *Qui ſe facilè uinci, expugnariq; ſentiunt, cùm quid ab ipſis petitur, ſe muniunt aduerſus fallacium & audacium hominum poſtulationes, aditum ad ſe intercludendo. Turneb.lib.15.cap.18.* 62 —Vnde uenis, & Quò tendis? rogat, & reſpondet] *Hoc ita interpretor: rogauit me unde uenirem, & quo tenderem: & mihi quoq; roganti unde ueniret, & quò tenderet, reſpondit: utrumq; enim miro orationis compendio conſtrinxit. quod, inquit, ſolet rogari uiciſsim & reſponderi, unde uenis, & quò tendis, rogauit & reſpondit. Turneb. lib.15.cap.18.* 64 Prenſare] *Preſſare, E. Lentiſsima, ualet pigra, tarda, ſurda, ſegnia, nihil commota meo preſſu. Vide Turneb.lib.1.cap.15.* 68 Meliori] Meliore, *H.G.E.B.* 69 Triceſima ſabbata] *Triceſima ſabbata ſignificare uidentur Neomeniam, ut quidam nõ ineleganter cenſent, quia feriæ triceſimo quoq; die, menſis initio repetunt. nam Iudæorum menſes triginta dierum erant, ut menſes Athenienſium ac ſabbatum pro feſto die heic ponitur, ob ſabbati cultum: & neomeniæ triceſima ſabbata uocantur, ob diſcrimen ſabbati ſeptimi. Turneb lib.15.cap 18.* 70 Oppedere?] *Satyricum uocabulum eſt oppedere, honos auribus, ioci cauſſa & riſus poſitum, in ſeria oratione, & honeſta, & graui re nõ uſurpandum. Turneb.lib.15.cap.18.* 76 Anteſtari?] *Anteſtari uerbum legale, quo tantum in iudicijs uti ſolebant, cùm actor reum in ius uocare uolebat. Gyraldus Dialogiſmo 9.* 78 —Sic me ſeruauit Apollo] *Alludit ad Homeri locum Iliad.20. ubi Hector, qui longè impar cum Achille cõgreſſus erat, periculo ab Apolline eripitur. Hæc Franc. Luiſinus Parergon lib.3.cap.16. Apollo ſagittis confodere credebatur, idemq́ malorum depulſor habebatur, & eo cognomine indigitatus colebatur, cùm ἀλεξίκακος diceretur: hinc illud Horatianum,*

„ —*Sic me ſeruauit Apollo.* *Nam qui mala depellit, ſeruat. & idem Horatius (1. Carmin. 21. de Apolline,)*

„ *Hic bellum lacrymoſum, hic miſeram famem,*

„ *Peſtemq́ à populo & principe Cæſare, in*

„ *Perſas, atq; Britannos*

„ *Veſtra motus aget prece.*

Scio illud Horatianũ de ſeruatore Apolline longè repetita iam interdeuſ.p ab Iliacis temporibus auctoritate explicari, cùm conſtet Apollinis ope Aeneã hoſtibus ereptũ fuiſſe: ſed ad religionis opinionẽ libẽtius retulerim, officiũq́ Dei illius, exiſtimati malis auerruncandis, depellendisq́ mortales iuuare. Turneb.lib.6.cap.24.

GEORG. FABR. } *Tangit hominem quendam ſuo iudicio ſapientiſsimum, ſed fatuum planè & importunum, eumq́ adeo ſibi moleſtũ deſcribit, ut nihil potuerit eſſe moleſtius. Nõ expreſſo nomine omnes perſtringit ſemidoctos impudentes, qui amicitias ſummorum audacter expetunt, quibus uiro eleganti & polito, nihil magis eſt faſtidioſum: unde Diphilus, ἐν ἔργῳ κρεῖσσον ... εὐχαριστότερον. Tota hæc Satyra argumento ſimilis, quo Comici utuntur, cùm inter ſe duæ pluresq; loquuntur perſonæ: unde Δραματικὸν χαρακτῆρα eſſe, annotauit Porphyrio.* Occurrit] *Lambinus, accurrit. Terent. in Eunuch.*

„ *Accurrit ad me quàm longè quidem.*

Sed lectio altera in libris noſtris, ut infrà,

„ *Fuſcus Ariſtius occurrit mihi.*

Occurrimus caſu, accurrimus propoſito. Diuina mota anus urna] *Diuina anus, pro diuinatrice. ut ſuprà,* Diuinis adſiſto, *pro diuinatoribus.* Ventum erat ad Veſtæ] *Ita in Caſteris, Cicero: & Salluſtius in Catil. Cum telis erant circum Concordiæ, qui locus in uulgatis corruptus. Plaut. Pœnulo apud Veneris: ubi etiam nunc legitur aliter.* Quæ tua uirtus Expugnabis] *In Anhaltino, quem tua uirtus Expugnabit, ſed deprauatè, Lambinus cauſam reddit doctiſsimè.* Nil ſine magno Vita labore dedit mortalibus] *Sententia Phocylidis.*

„ *οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον.*

Solent Comici uilibus & ineptis perſonis præclaras attribuere ſententias: ut in hoc quoq; fit argumento. Aptiùs ille, qui laborum iam fructum percepit, ut apud Philemonem, ait,

„ *ἐμὲ νῦν τὸν ἐκπόνον, τῶν ἐμῶν εὐφραινόμενον.*

Item alius apud Menandrum,

„ *εὐλαβῶς λαβεῖν, οὐκ ἄνευ πολλῶν πόνων.*

Hæc dum agit] *Cum moleſtia effudit. Ita Terent. in Eunuch. Hæc dum agit, abijt hora. Vbi alij legunt ait, alij dicit, alij loquitur, omnibus illis uerbis, è gloſſemate ortis. Eſt hoc loco Terentium ipſum more ſuo poëta imitatus, apud quem ſimili modo ſenex Archidemides occurrit Chæreæ.*

IOD. BAD. ASCENS. } Ibam forte uia ſacra, &c.] *Garrulum quendam lepidè taxans, docet ineptam loquacitatem omnibus fugiendã eſſe. Vtitur autem ſermone ualde humili, ita ut fere neſcias metrico ne an ſoluto, ſed id non ſine arte, ut nõ inerti conſtat. inertibus autem monſtrari paucis non poſſet. Illud tantum dixero ſolere doctos: iuxta rerum qualitatem, & perſonarũ cum quibus loquantur uarietatem, ſtylum mutare. nam aliter ad litteratum uirum, & ſcribes, & loqueris, aliter ad imperitũ, quia ergo cum imperito ſermonem facit. pedeſtri utitur ſtylo. Ordo eſt.* Ego ibam forte] *Non quod fortuitum eſſet, quia iret. ſed quod tunc iret cum ille de quo locuturus eſt occurreret in ſacra uia, quæ ſcilicet à porta triumphali ad Capitolium fiebat.* Itum inquit meditans, *id eſt, cogitans neſcio.* Quid nugarum] *Id eſt, ſcilicet uerſiculorum, ubi per modeſtiam uerſiculos ſuos extenuat. ſicut meus eſt mos, exiſtens etiam* Totus in illis] *Scil. Nugis, id eſt, totus occupatus in componendis quibuſdam uerſibus forſi Satyricis, quidam homo notus mihi* Tantum] *Id eſt, ſolummodo* Nomine accurrit] *Scilicet ad me, quæ pro* Et ipſe] *Supple ait arrepta* Manu] *Id eſt, poſtquam arripuit manum meam* O' dulciſsime] *Supple amice, quid rerum, id eſt, quas res agis?* Ego] *Inquam, id eſt, reſpondeo dicit poëta* Suauiter] *Id eſt, ſatis dulciter ſ.p.* Agitur ut] *Id eſt, ſecundùm quod nunc eſt. ſcilicet ſtatus meus.* Et cupio] *Id eſt, uolo etiam omnia* Quæ tu uis] *Id eſt, uolo tibi complacere in omnibus hoc autem dicere ſolent, uolentes diſcedere, ſed* Cùm] *Id eſt,*

eſt, quando ille improbus ſcilicet Aſſectaretur] Id eſt, continuò ſequeretur me. Ego occupo] Id eſt, priuſquã me alloquatur: alloquor ipſum dicens. Num] Id eſt, non'ne uis Quid] Id eſt, aliquid At] Id eſt, ſed. Ille] Scilicet accurrens inquit. O Horati Noris] Id eſt, noueris ne nos: nos ſumus docti. ego dicit poëta In quam] Id eſt, dico. Hic] Id eſt, ad hoc dictũ illius. Tu eris] Id eſt, reputaberis Mihi] Id eſt, à me. Hoc] Id eſt, propter hoc, uel pro tanto. Pluris] Id eſt, maiori precio, id eſt, pluris te propterea faciam, quod doctus es: & ego cupiens Miſerè] .i. uſq; ad miſerã afflictionem animi, diſcedere ab illo. Ire] Supple cœpi. Vel ire] Id eſt, ibam Modò] Id eſt, aliquando ocius, & Conſiſtere] Id eſt, conſiſtebam. Interdum] Id eſt, aliquando, & Dicere] Id eſt, dicebam Puero] Id eſt, miniſtro meo, neſcio quid in Aurem cũ] Id eſt, quando. Sudor] Scilicet ex oppreſſione illius uiri. Manaret] Id eſt, diſtillaret mihi ad imos talos. Ego tacitus] Hoc eſt, in animo meo. Aiebam ô Bolane] Sup. dico te fœlicem Cerebri] Id eſt, habentem fœlix cerebrũ, qui cum ſis cerebroſus illius ineptias & importunitatem ferre non poſſes, ſed ſtatim exprobrares: Cũ]. i. quando ille garriret Quidlibet]. i. quãlibet rem inutilem. & cũ ſup. laudaret uicos & urbẽ. Vt]. i. poſtquã ego nihil reſpondebã illi. Ipſe] inquit ego uideo, id eſt, cognoſco iamdudũ. Tu cupis miſerè] .i. ualdè Abire]. i. diſcedere à me. Sed tu nil agis]. i. fruſtra laboras: ego tenebo ſup. Vſq;]. i. ſemper, & ſup. perſequar, ad finẽ uſq; ſequar te, quo eſt tibi iter. Hinc]. i. ab hoc loco. Nil]. i. in nullo eſt Opus]. i. expediens te. Circũagi]. i. quærere diuerticula, ut à me diſcedas. Reſpondet Horatius. Ego uolo uiſere quendã non notum tibi, trans Tyberim. Is cubat] Scil. ægrotans Longè]. i. remotè ab hoc loco prope hortos Cæſaris. Garrulus reſpõdet. Ego nihil habeo quod agã, & ego nõ ſum piger, ego ſequar, te uſq;]. i. ſemper, uel uſq; ad eum locũ. Ego inquit poëta. Demitto]. i. deorſum mitto auriculas. Vt]. i. quemadmodũ aſellus. Iniquæ] i. non ſatis fortis Mentis]. i. animi Cũ]. i. quando ipſe aſinus ſubijt dorſo onus grauius Quàm] Sup. poſſit ferre. Ille ſcilicet garrulus incipit ſupple dicere. Si ego bene noui me. Tu non facies]. i. reputabis. Pluris]. i. maioris ualoris, uiſcum illum diſertum, hominem, & nõ facies pluris Varum amicum, quàm ſup. me. Nam quis poſſit ſcribere uerſus Plures]. i. plures aut citiùs. Me]. i. quàm ego, quaſi dicat nemo, quis ſupple Poſsit mouere membra ſua mollius]. i. agilius: ego canto ſup. tam bene. Quàm Hermogenes] Scil. Tigellius inuideat. Locus interpellãdi. i. interrumpendi ſermonem eius erat Hic]. i. hoc loco. Dicit ergo poëta. Eſt tibi mater]. i. habes ne adhuc matrem? Cognati ſup. ſunt ne tibi. Quis]. i. quibus opus eſt te Saluo] i. tua ſalute? Reſpondet garrulus. Haud quiſquam]. i. nullus ſupple eſt mihi. Ego compoſui]. i. ſimul poſui in ſedibus ſuis: hoc eſt, in ſepulchro omnes. Reſpondet poëta, fœlices ſupple ſunt illi, quos ſepeliuiſti. Ego reſto] Supple componendus, & interficiendus à te. Confice]. i. occide me garrulitate tua. Nanq; triſte fatum. Quod anus]. i. uetula. Sabella] i. ex Sabinis oriunda. Cecinit mihi puero]. i. cùm eſſem puer & hoc Vrna diuina]. i. in qua erãt diuinationum ſortes. Mota] Id eſt, concuſſa: ut ſortes caſu educeret. Inſtat mihi] Id eſt, imminet iam mihi, & urget me: Carmen autẽ ipſius anus erat quod ſequitur. Neq; dira uenena] Id eſt, interfectiones uenenoſæ Auferent] Supple hunc ſcilicet puerum. Nec enſis hoſticus] Id eſt, hoſtilis. Auferent] Id eſt, tollet è uita hunc ſub puerum, nec dolor laterũ auferet hunc, aut tuſſis, aut podagra, id eſt, ægritudo pedum. Tarda] Id eſt, tardo faciens ſupple non auferet hunc. Quando] Id eſt, quandoquidem. Garrulus] Id eſt, uir linguoſus. Conſumet] Id eſt, conficiet hunc ſcilicet puerum. Quod] pro &. Cum] Id eſt, quando Garrulus] Scilicet conſumet hunc. Ipſe uitet] Id eſt, uitauerit ſi Sapiat] Id eſt, ſapiens ſit. Loquaces] Id eſt, multum & aſſiduè loquentes. Simulatq;] .i. mox cum ætas ſupple eius Adoleuerit] .i. adulta fuerit. Ventum erat, &c.] Perſequitur reliquam partem itineris ſui cum garrulo illo. Ordo autem eſt. Ventum eſt] Scil. à nobis: hoc eſt, nos uenimus Ad Veſtæ] Sup. ædem aut templum, & Hoc quarta parte diei iam præterita & debebat] Scil. ille garrulus. Nũ]. i. in illa hora. Caſu]. i. à caſu: reſpondere Vadato]. i. illi cui uadẽ conſtituerat. Quod]. i. quam rem. Ni]. i. niſi feciſſet. Debebat] Sup. perdere Litem]. i. rem ſuam, & ius litigandi, & Inquit] Scilicet garrulus. Si me amas ades]. i. auxilio ſis mihi. Paulum] .i. modicum. Hic]. i. hoc loco, aut in hac re, ibi aduerte ſyllabam me non abſumi per uocalem ſequentẽ: ſed corripi ſicut in illo Vergiliano Vale inquit Iola. Reſpondet, Horat. Inteream] .i. moriar, ſi aut ualeo ſtare. Ad iudicium] Scil. aut ſi noui iura ciuilia. Et]. i. inſuper Propero]. i. feſtino ſupple eo Quo ſcis] Scil. me properare: hoc eſt, ad amicũ trans Tyberim. & ita ſcribendũ eſt ſcis: quãuis textus ferè habeant ſis: ſup mecum profecturus. Reſpondens garrulus, inquit ego ſum dubius, quid faciam: ne pro an ego Relinquam te] An Rem. i. litem meam. Reſpondet Horat. Blandiens ac dicens. Sodes] Quod blandientis eſt, quaſi dicat, ſi audes amabo me ſupple relinquas. Ille] Sup. inquit non faciã, id eſt, non relinquã te: ſed potius rem meam & cœpit præcedere: ego inquit poëta. Sequor eum uictore]. i. eo qui me uicit. Vt]. i. ſecundũm quod durum eſt contendere cum tam importuno homine Hic] Scil. garrulus. Repetit]. i. iterum incipit dicere: quomodo Mecœnas Tecum] Sup. uiuit: Mecœnas ſup. dicit poëta eſt paucorum hominum, & mentis bene ſanæ, ut ſic in deſperationem induceret garrulum ne ſperet poſſe ab eo recipi: aut ut ſic honeſtè garrulitatẽ illius refrenaret, & hoc melius, quã ut dicãtur uerba garruli, qui tamẽ id uolet dicere. Ordo erit. Quomodo Mecœnas exiſtens paucorũ hominũ, & mentis bene ſanæ, tecum ſup. uiuit? nemo eſt uſus Dexterius]. i. fœlicius. Fortuna] Scil. proſpera ſup. quã tu, q in talis uiri familia uiuis: Tu ô Horati haberes magnũ adiutorem, qui poſſet Ferre]. i. gerere, & ſuſtinere: tecũ ſecundas partes, ſcilicet in famulatu & obſequio: ſi uelles tradere ſup. Mecœnati hũc Hominem]. i. me. hic enim ad primam perſonam pertinet. D ſpeream ni] .i. niſi tu me adiutorẽ haberes. Tu ſummoſſes] Id eſt, eſt, ſummouiſſes omnes è domo Mecœnatis, & ſolus illic regnares. Reſpõdet poëta Non uiuimus illic, &c.] Sunt qui ſic cõſtruant: ut dicat poëta Diſpeream ni ſummoſſes: hoc eſt, expelleres omnes, qui in domo ſumus: quia non poſsimus te ferre. Nos nõ uiuimus illic]. i. in domo Mecœnatis eo modo, quo Tu rere]. i. arbitraris. Nec ulla domus eſt purior hac] Scil. domo noſtra. Nec magis aliena] .i. purior his Malis] Scil. adulationibus, & garrulitatibus, quæ in te ſunt. Nil]. i. non aliquid. Ditior nõ officit]. i. non nocet mihi aliquid, aut in aliquo Hic]. i. in hac domo noſtra Vnquã]. i. quouis tẽpore: aut quia quis doctior eſt ſup. alteri, non ideo officit hic cuiquã. Suus]. i. proprius locus eſt unicuiq; Reſpondet garrulus. Tu narras magnũ]. i. rem magnam, & Vix credibile]. i. rem uix credibilem. Reſpondet Horat. Atqui]. i. ſed certè, ſic habet ſup. res Sic]. i. ita tamen eſt: ut dixi. Reſpondet Gar. Tu accendis]. i. ardentiùs inſtigas me: quare ego cupiã etiam magis eſſe proximus Illi]. i. Mecœnati ô Horati uelis Tantummodo]. i. duntaxat me iuuare, ut recipiar à Mecœnate, tu Quæ tua eſt uirtus]. i. ſecundũ quod in te eſt uirtus Expugnabis]. i. impetrabis à Mecœnate quod uoles. Et ipſe] Sup. Mecœnas eſt ſup. Talis]. i. multũ manſuetus facilis, & exorabilis. Qui poſsit uinci]. i. exorari. Et ita in perſona aliena taxat facilitatem Mecœnatis, fortè ridẽtis cũ hæc legeret unde dictũ eſt. Omne uafer uitiũ, &c.] Reſpõdet Horat. Eoq;]. i. & ideo, quia ſcit ſe faciliter exorari ſolere. Ipſe habet, &c.] .i. nõ permittit ſe faciliter à quolibet ſupplicaturo adiri. Reſpõdet Gar. Haud]. i. non deero Mihi]. i. non ero negligẽs in cauſa mea, ego corrumpã ſeruos munerib. & ego non Deſiſtam ſi]. i. tam, & ſi ego fuero excluſus hodie Ego quærã tẽpora]. i. opportunitatẽ tẽporis: occurrã Mecœnati ſup. In triuijs]. i. uijs publicis. Deducã] Sup. eũ domũ. Non ſine magno] Alij textus habent Nil ne ſit, uita nil dedit mortalib. ſine magno labore. aut legẽdo non, ſic. uita nõ dedit mortalib. ſup. quicquã ſine magno labore. Dũ inquit poëta. Ille] Scil. garrulus ait hoc: Fuſcus Ariſtius Grãmaticus exiſtẽs charus mihi, & qui pulchrè noſſet Illũ] Scil. garrulũ. Occurrit mihi, &c.]. i. ſimul ſtamus in Occurſo] Scil. & Fuſcus ſup. Rogat]. i. interrogat ſup. me. Vnde uenis, & quò tendis?] Et reſpõdet ſup. mihi, idẽ interroganti. Ego cœpi uellere]. i. uellicare. Et pro]. i. prenſare. i. uelle accipere Manu] Sup. mea: lentiſſima brachia illius Nutans]. i. nutu illi ſignũ faciens,

& diſtorquēs Oculos]. *i. obliquè cōniuens: ut eriperet me* Ab illo] *Scil. gar. ſed ſup. fuſcus* Malè]. *i. multū, & in malū meū* Salſus]. *i. facetus irriſor.* Diſsimulare]. *i. diſsimulabat. ſ. ſe non intelligere qd uellē: & hoc ridēs.* Bilis]. *i. cholera: hoc eſt, amara indignatio mouēs mihi ſtomachū.* Vrere]. *i. urebat uel cœpit ſup. urere meū iecur.* Et dicebā] *Sup. ad Fuſcum, certe ô Fuſce tu aiebas te uelle loqui mecū neſcio quid* Secreto]. *i. in ſecreto. Reſpondet Fuſcus.* Ego bene memini] *Sup. hoc dixiſſe, quāuis non dixerit, ſed ego dicā tibi* Tēpore meliore]. *i. conuenientiore.* Sabbata trigeſima quę] *Scil. Iudæi maximè obſeruant* Sū] *Sup. hodie.* Vin']. *i. uis ne ô Horati.* Oppedere]. *i. obtemperare* Iudæis curtis]. *i. curtatis præputijs: hoc eſt, circūciſis? Reſpōdet Horat.* Nulla religio eſt mihi unquā] *Hoc ut Epicureus dixit: ſi generaliter accipiatur. Aut intelligatur ſpecialiter ſic.* Nulla] *Sup. Iudæorū religio fuit mihi unquā. Reſpōdet Fuſcus.* At]. *i. ſed* Religio]. *i. obſeruatio cerimoniarū diuinarū* Eſt] *Sup.* Mi]. *i. mihi.* Ego ſum paulo]. *i. aliquāto infirmior exiſtēs* Vnus multorū]. *i. ut quales multi ſunt, uel in quo uno ſi moriar: multi mihi, imò omnes cenſeantur mori, & ergo debeo colere Deū, ut mihi uitā conſeruet.* Ignoſces]. *i. ueniā igitur dabis mihi Horati, ſi nunc ad Feſta Iudæorū propero.* Ego loquar alias]. *i. alio tēpore tecū. Exclamat Horat. ut ille aufugerat.* Huncci'ne]. *i. hunc ne ſup. æquū, aut dijs placitū eſt ſolē* Surrexe] *Pro ſurrexiſſe.* Mihi tā nigrū]. *i. tam infauſtū?* Fuſcus] *Sup. improbus fugit, ac linquit me* Sub cultro]. *i. ſub garrulitate huius hominis, qua occidor.* Aduerſarius cui] *Scil. dies erat cōſtituta garrulo.* Venit caſu]. *i. à caſu obuius illi. & exclamat magna uoce:* O' Turpiſsime quo tu] *Sup. fugis. & ſup. interrogat an liceat* Atteſtari]. *i. teſtimoniū meū contra illū capere.* Ego uero oppono auriculā]. *i. præbeo eā uellicandā, ut memor fiam eius rei teſtis futurus: ergo rapit eum in ius* Clamor] *Sup. fit* Vtrinq;]. *i. ab utroq;.* Cōcurſus] *Sup. populi fit* Vndique]. *i. ab omni parte.* Et Apollo] *Qui fautor uatum eſt, aut reuera, qui in foro iudiciali ſtat, quapropter à Iuuenale dicitur.*

„ *Sportula deinde forum iuriſq; peritus Apollo*

Seruauit me ſic] *Id eſt, quia ille ad* Apollinem] *Id eſt, in iure tractus eſt.*

ANT. MVR. } Sum paulo infirmior unus multorū, &c.] *Vnus multorū dixit, pro unus è ſimplici plebe, more Græco, εἷς τῶν πολλῶν.*

SATYRA X.

SATYRAE X. ARGVMENTVM ASCENS.

Se purgans decima Lucilli carmina cenſet.

ALIVD ARGVMENTVM.

In Satyra quarta, cuius initium eſt, Eupolis atq; Crati, ſcripſerat Lucilium fluere lutulentum, ob quam rem malè audiebat. Quare hic ſe purgat, id uitij non Lucilio, ſed ſeculo attribuens.

NEMPE incompoſito dixi pede currere uerſus
Lucili. quis tam Lucili fautor ineptè eſt,
Vt non hoc fateatur? at idem, quòd ſale multo
Vrbem defricuit, charta laudatur eadem.
Nec tamen hoc tribuens, dederim quoq; cætera. nam ſic
Et Laberi mimos, ut pulchra poëmata mirer.
Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum
Auditoris, & eſt quædā tamē hic quoq; uirtus.
EST BREVITATE opus, ut currat ſentētia: neu ſe
Impediat uerbis laſſas onerantib. aures.
Et ſermone opus eſt, modò triſti, ſæpe iocoſo
Defendente uicē, modò rhetoris, atq; poëtæ:
Interdum urbani parcentis uiribus, atq;
Extenuantis eas conſulto. ridiculum acri
Fortius, & melius magnas plerunq; ſecat res.
Illi, ſcripta quib. Comœdia priſca uiris eſt,
Hoc ſtabant, hoc ſunt imitandi: quos neque pulcher
Hermogenes unquā legit: neq; Simius iſte
Nil præter Caluū & doctus cantare Catullū.
At magnū fecit, quòd uerbis Græca Latinis
Miſcuit: ô ſeri ſtudiorum, qui ne putetis

COMMENTARIA.

ACRON.

NEMPE] *Aut non firmātis, aut interrogātis. Id eſt, Certè cōfiteor me dixiſſe, quod aſperos & incompoſitos uerſus feciſſet Lucilius. Reſpōdet his, à quib. culpatus fuerat, quod Lucilij uerſus dānaſſet in Satyra: Eupolis atq; Cratinus, & dicit ſe non poëtā increpaſſe, ſed uerſus.* Ineptè] *Stultè, inepta fauemus alicui, quādo aperta uitia eius negamus.* Vt non hoc fateatur] *Quod aſperior & incōpoſitus eſt.* At idem] *Subiectio eſt. i. ſed in multos principes ciuitatis multa uenuſtè & iocosè dixit in eodem opere, & perſeuerauit in metaphora dicēdo, ſale defricuit.* Quod ſale multo] *Venuſtè, facetè. Sale multo, ideo ait numero ſingulari, quod dicturus erat, perfricuit, ut quaſi uerè ſal faceret. Nā ſales pluraliter dicēdi ſunt, cū urbanitas ſignificatur.* Vrbem defricuit] *Nō urbē, ſed principes urbis Mutiū & Lupū, & cæteros.* Charta laudatur eadem] *In eodē poëmate.* Nec tamen hoc tribuens]. *i. Quāuis cōcedo facetias, & uenuſtatē Lucilio, tamē nō ideo cōcedo ei omnia, quæ debet habere poëta, quia iocosè & ſatis urbanè lacerauit uitioſos homines.* Nam ſic Et Laberi Mimos]. *i. ſi dico Luciliū ideo bonū poëtā eſſe, quòd habet facetias idē mihi dicendū eſt de Laberio Mimographo, nā & is habet facetias: ſed multis caret, quæ poëta debet habere: nam & mimorū ioca ſic laudo, ut non cætera illis aſsignem, quæ perfecti ſunt operis, Per hoc Lucilij opus Laberij Mimis cōparat.* Riſu diducere rictum] *Aperire os, & riſum mouere. Rictus incerti generis eſt, nā & hic rictus dicitur, & hoc rictū, mēſura oris. Et eſt auditorē mouere ad riſum.* Eſt breuitate opus] *Si uis opus perfectū facere, breuitate opus eſt, ut citò ſentētia finiatur. Sentētia illa, quæ riſum mouet, debet eſſe cita & manifeſta. Aliter, Senſus: Nō ſolùm eo eſt opus, ut pauca copioſè, ſed ut breuiter multa dicantur. Sic & Cato à Saluſtio laudatur, quòd multa paucis abſoluerit. Aliter: Sentētia non debet eſſe prolixior, ne aures oneret auditoris, & non intelligatur.* Et ſermone opus eſt, modo triſti, ſæpe iocoſo] *Id eſt, opus eſt ſermone, & q modò iocos dicat, modò defendente uicē oratoris, modo poëtæ, modo urbani, parcētis uirib. ſuis. Nam cum inducis loquētē ruſticū, nō debes loqui pro ingenio tuo, ſed pro ingenio ruſtici, qui tātùm, quantū poëta eſt.* Interdum urbani parcentis uiribus] *Interdum urbani hominis ſermone opus eſt, qui ut delicatus uideatur, minus ſe oſtendit facere quàm poſsit, ſed non qui in dicendo uiribus parcat, ſed qui alijs uires minores demonſtret. Sæpe urbanus ruſtico loquens, cum multò plura poſsit, parcit uiribus in loquēdo, & conſulto, id eſt, ſpontè & diſpenſatoriè extenuat uires ſuas, quaſi non copioſiùs cum eo agere ualeat.* Ridiculum acri Fortius] *Iocus ſæpe plus mouet hominem, quàm res acris. Plerunque, inquit, uenuſtè & ridiculè dicta plus mordent, quàm quæ acriter & turbulenter prolata ſunt.*

Item

Difficile, & mirũ Rhodio quod Pitholeonti
Contigit? AT SERMO lingua concinnus utraq;
Suauior: ut Chio nota ſi cõmiſta Falerni eſt.
Cum uerſus facias, teipſum percũctor, an & cum
Dura tibi peragenda rei ſit cauſa Petilli?
Scilicet oblitus patriæq; patriſq; Latini,
Cum Pedius cauſſas exudet Poblicola, atq;
Coruinus, patrijs intermiſcere petita
Verba foris malis, Canuſini more bilinguis?
Atque ego cum Græcos facerẽ, natus mare citra,
Verſiculos: uetuit me tali uoce Quirinus
Poſt mediam noctem uiſus, cum ſomnia uera:
In ſyluam non ligna feras inſanius, ac ſi
Magnas Græcorum malis implere cateruas.
Turgidus Alpinus, iugulat dum Memnona, dumq;
Diffingit Rheni luteum caput: hęc ego ludo,
Quæ nec in æde ſonent certantia, iudice Tarpa.
Nec redeant iterum, atque iterum ſpectanda theatris.
Arguta meretrice potes, Dauoq; Chremeta
Eludente ſenem, comis garrire libellos
Vnus uiuorum Fundani. Pollio regum
Facta canit, pede ter percuſſo. forte epos acer
Vt nemo, Varius ducit. Molle, atq; facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camœnæ.
Hoc erat, experto fruſtrà Varrone Atacino,
Atque quibuſdam alijs, melius quod ſcribere poſſem,
Inuentore minor: neque ego illi detrahere auſim
Hærentem capiti multa cum laude coronam.
At dixi fluere hunc lutulentum, ſæpe ferentẽ
Plura quidem tollenda relinquendis. AGE, QVAESO,
Tu nihil in magno doctus reprendis Homero?
Nil comis Tragici mutat Lucilius Acci?
Non ridet uerſus Enni grauitate minores,
Cùm de ſe loquitur nõ ut maiore reprenſis?
Quid uetat, & nos'met Lucili ſcripta legentes
Quærere, num illius, num rerũ dura negârit
Verſiculos natura magis factos, & euntes
Mollius? at ſi quis pedib. quid claudere ſenis
Hoc tantũ contentus, amet ſcripſiſſe ducẽtos
Ante cibũ uerſus, totidẽ cœnatus: Hetruſci,
Quale fuit Caſsi rapido feruentius amni
Ingenium: capſis quem fama eſt eſſe, librisq;
Ambuſtum proprijs. fuerit Lucilius (inquã)
Comis, & urbanus: fuerit limatior idem,
Quã rudis, & Græcis intacti, carminis autor,
Quamq; poëtarum ſeniorum turba: ſed ille,
Si foret hoc noſtrum fato dilatus in æuum
Detereret ſibi multa, recideret omne, quod ultra
Perfectum traheretur, & in uerſu faciendo
Sępe caput ſcaberet, uiuos & roderet ungueis:
Sæpe ſtylum uertas, iterum, quæ digna legi ſint,
Scripturus: neq; te ut miretur turba, labores,

Item, ſæpe ioculare maledictũ grauius uulnerat, quam res aſpera, id eſt, Satyra. Illi ſcripta quib. Comœdia] *Id eſt, Antiqui Comœdiographi ideo placuerunt, quia temperabant fabulas ſuas iocoſo & triſti, & hi modò partes rhetoris ſequebantur, modò poëtæ.* Hoc ſtabant] *Id eſt, eo ipſo placebant quòd ridicula eorum magis morderent, quàm ſi acria protuliſſent.*
Hermogenes unquã legit] *Hermogenes & Demetrius, quem iſte ſimiũ appellat, genere maſculino, propter deformitatem & breuem ſtaturam, ambo obtrectatores fuerunt Horàtij. Erant autem muſici modulatores.* Simius] *Demetriũ quendam poëtam ſignificat, qui fuit breuis ſtaturæ. Hic præter Caluum & Catullum poëtas alios non legerat, ad nullam rem doctius niſi Catulli & Calui uerſus cantare & imitari, qui Dramatopœos erat, hoc eſt, amatorias cantiones ſcripſerat.* O ſeri ſtudiorum] *ὀψιμαθεῖς, qui ſerò ſtudijs uacare cœpiſtis, qui ſeri eſtis ad ſtudia admiſſi. Caſtigat eos, qui mirantur Lucilium, quòd Latinis Græca miſcuerit.* Qui'ne] *Quaſi cur ne, aut uacat ne, ut qui pronomen ſit, id eſt, putatis'ne cum aliquid magnum feciſſe, quod ſcripſit ſicut Pitholeon abiectus poëta? Nam dicitur Pitholeon epigrammata ridiculè ſcripſiſſe, in quibus Græca uerba mixta erant cum Latinis. Aliter: Pitholeon Rhodius huiuſmodi fecit epigrammata, ut Latinis Græca coniungeret: quod adeò eſt difficile, & ideo non dignum miraculo, etenim infirmitatis putatur, non compleri Latinis, quæ Latinis ſunt cœpta.* Concinnus] *Compoſitus, coniunctus.*
Vt Chio nota ſi commixta Falerni eſt] *Genera uini optimi uini Chij & Falerni. Chium enim dulce eſt, Falernum auſterum. Ergo mixtum iucundum fit. Vel ſubiectio eſt, id eſt, ſed ſuauis fit ſermo coniunctus ex Latino & Græco, quemadmodum ſi miſcueris Falernum uinum cum Chio. Sed comparatio hæc non congruit. Nam uinum Chium mixtum cum Falerno facit ſuauitatem, quia Chium dulce eſt, auſterius Falernum. Græca uerò cum Latinis mixta diſsimilitudine naturæ carent ſuauitate. Nota autem ideo quòd aut uina notantur in lagenis, aut conſules.*
Teipſum percontor] *A ſimili argumentum facit. Te, inquit, qui Lucilium defendis, conſulo, utrum tunc tantum Latinis Græca permiſces, cũ uerſus facias: aut quando cauſam duriſsimam Petilij de furto Capitolino aduerſus Pedium Publicolam, ſiue aduerſus Meſſalam Coruinum peroras. Ita autem hi à Græcis abhorruerunt, ut Meſſala primus Funambuli nomen intulerit, & poſt eum Terentius, Funambuli eodem acceſſit expectatio.* Aliter: *Id eſt, Quomodo ſuauis eſt ſermo Græcus, coniunctus Latino? cum uerſum facis, cùm etiam cùm reum defendis Petilium? Petilium hunc dixit ſuperiùs coronam rapuiſſe de Capitolio, qui quamuis abſolutus eſt, tamen duram cauſam habuit: nam ab Auguſto abſolutus eſt. Petili autem Genitiuus eſt. Pedius Publicola, & Meſſala Coruinus oratores fuerunt, qui obſeruauerunt ne Græcis ſermonibus uterentur. Erant autem fratres cauſidici optimi.*
Exudet] *Cum ſudore agat, omni ſtudio, omni inſtantia.* Patrijs intermiſcere] *Ordo: Teipſum percunctor, an patrijs intermiſcere.* Canuſini more bilinguis] *Canuſini enim cùm ſint Latinæ gẽtes, à Diomede Græcitatis partem traxerunt, & per iſtius regionis tractum Græca lingua in uſu fuit, unde ea pars Italiæ Græcia magna dicta eſt. Aut quia Canuſium oppidum conſtat ex Græcis & Latinis, quidam iſtum Pitholeontem Canuſinum fuiſſe dicunt, aut pro quocunque Canuſino dixit. Aliter De Pitholeonte dicit: nam & iſte de Canuſio fuit. Dicit autem bilinguem, quia & Græci, & Latini apud Canuſium habitant, & utuntur utroque ſermone.*
Cùm Græcos facerem] *Cùm facere uellem, ut: Cùm canerem reges & prælia.* Natus mare citra] *In mediterranea regione, & à Græcia longè poſitus.* Poſt mediam noctem] *Tunc enim digeſtior animus uera ſomniat, quando iam pituitis caremus. Vnde uetuit non uetauit, quanquam hoc etiam poſſumus dicere.*
In ſyluam ne ligna feras] *Ac per hoc inter Græcos autores, qui pluurimi ſunt, uelis miſceri.* Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona] *Alpinus hinc Memnonis bella deſcripſit, & quia malè, ideo ait iugulat, quaſi malis carminibus ipſum Memnona necat. Vel Viualium quendam poëtam Gallum tangit. Iugulat ergo dixit, aut nos audientes deſcriptionem. Rheni, & Memnonis: aut ipſum Memnona occidit deſcribendo, & fa-*

Contentus paucis lectoribus. an tua demēs,
Vilibus in ludis dictari carmina malis?
Non ego. nam ſatis eſt equitem mihi plaudere ut audax
Contemptis alijs, exploſa Arbuſcula dixit.
Men' moueat cimex Pantilius? Aut crucier, quòd
Vellicet abſentē Demetri⁹? aut quòd ineptus
Fannius Hermogenis lædat cōuiua Tigelli?
Plotius, & Varius, Mecœnas, Virgiliuſq́;
Valgius, & probet hæc Octauius optimus, atque
Fuſcus, & hæc utinam Viſcorū laudet uterq́;.
Ambitione relegata, te dicere poſſum
Pollio, te Meſſala tuo cum fratre, ſimulq́;
Vos Bibuli, & Serui, ſimul his te candide Furni:
Cōplureis alios, doctos ego quos, & amicos
Prudens prætereo: quib. hæc, ſint qualiacūq́;,
Arridere uelim: doliturus ſi placeant ſpe
Deterius noſtra. Demetri, teq́; Tigelli,
Diſcipularū inter iubeo plorare cathedras.
I puer, atq́; meo citus hæc ſubſcribe libello.

cit eum ſortem penè ſordidum ac lutulentum ita deſcribens. Diffingit] *Malè format, id eſt, deſcribit.* Luteum Rheni caput] *Non quia luteum caput habet Rhenus, ſed quòd luteum facit ipſe deſcribendo malè. Luteum, & ad naturam fluminis retulit, quoniam ſemper turbidum eſt, & ad uitium poëtæ.* Hoc ego ludo] *Ludo ait, quoniam uerecundè poëtæ uerſus ſuos luſus appellant.* Quæ nec in æde ſonent] *In Muſio, in Athenæo. Id eſt, ea ſcribo, quæ neq; recitentur in Athenæo, neq; ſunt agenda in theatro.* Certantia iudice Tarpa] *Quaſi ad certaminis prouocationem uenientia. Tarpa quidam Criticus illis temporibus fuit, & magiſter ludi, & auditor aſſiduus poëtarum, qui uerſus eorum pueris traderet decantandos. Veteres autē ludimagiſtri in ædibus ſacris docebāt: quorum maximus Tarpa erat. Iudice ergo ait, eò quòd pueri uerſus ſonantes ſub eo iudice eſſent. Vel in æde Muſarum ait, quo ſolebant poëtæ uenire, & dicta ſua multis audientibus recitare, captantes laudē ex uerſibus, & ideo Tarpam iudicem uoluit, uel quod Tarpa probare conſueuiſſet, quæ ad ſcænam deferenda eſſent. Per hoc illud ait, Dicta mea alienum iudicium non expectant, nec Comœdias ſcribo, quæ ſæpius ſpectatæ apud populum uileſcant, ſed mihi ſatiſfacio.* Arguta] *Callida.* Comis] *Suauis.* Garrire] *Scribere, nugari, ut de ſe ait. Hæc ego ludo* Vnus uiuorum Fundani] *Inter omnes uiuos, tu bene ſcribis Comœdiam. Oſtendere illis temporibus optimum Comœdiographum fuiſſe Fundanium.* Pollio regum facta canat] *Pollio Tragœdiā ſcripſit trimetro, quia trimetri dicuntur Tragœdiarum uerſus eſſe.* Pede ter percuſſo] *Id eſt, trimetro iambico, quoniam tres cæſuras habet. Epos dictum quod unum uerſum componit. Epodos quod unum uerſum maiorem habet, alterum minorem. Forte epos autem, id eſt, magno impetu expreſſos uerſus.* Vt nemo Varius ducit] *Id eſt, nemo ut Varius grauiter canit.* Molle atq; facetū Virgil. annuerūt] *Molle ac facetū Virg.*

„ *Annuerant rure Camœnæ,*

Id eſt, Virg. conceſſerunt Muſæ Georgica ſcribere, Annuerunt Muſæ. nam nihil iocularitèr in Georgicis ſcripſit. Apparet illo tempore Virgilium adhuc tantum Bucolica & Georgica ſcripta habuiſſe. Hoc erat experto fruſtra Varrone Atacino] *Ordo ex inferioribus. Hoc erat, quod ego melius poſſem ſcribere, id eſt, Satyram, quàm Varro Atacinus, & alij multi qui conati ſunt ſcribere. Varro quidē tentauit Satyram ſcribere, & ſcripſit. & ideo nō edidit.* Neq; ego illi detrahere auſim] *Rurſum Lucilium ſibi præfert, quia ille inuentor fuit.* At dixi] *Dixi quidem lutulentum fluere, ſed habere multa laudanda.* Plura quidem tollenda relinquendis] *Quæ plura eſſent, quàm ea quæ relinquerentur.* Nil comis] *Id eſt, elegās ipſe Lucilius non'ne uituperat quædā in Accio & deridet Ennium, quaſi non habentem grauitatem? ſed ita ut eos ſeſe fateatur meliores eſſe.* Acci] *Hic apud Latinos primus Tragœdiam ſcripſit.* Cùm de ſe loquitur] *Id eſt, quandò de ſe loquitur, nō ſic dicit quaſi melior ſit illis poëtis, quos ipſe reprehendit.* Quid uetat] *Vt ego legam Luciliū? quæram utrum natura ſua negauit ei compoſitos uerſus facere: an natura rerum, de quibus ſcripſit? Aliter:* Quid prohibet quærere, utrū ingenio, an naturæ duriores fecerit uerſus, an operis neceſſitate. Dura] *Operis Satyrici diſpoſitio.* Euntes] *Mirè. Quia pedibus currunt, Euntes dicuntur, quaſi leniter fluant, qui non ſunt aſperi.* At ſi quis pedib.] *Si quis inuenitur qui cōtentus eſt qualeſcunq; uerſus facere, dummodo plures faciat, concedo politū eſſe Lucilium, qui aſper fuit.* Hetruſci] *Parmenſis, quia de Parma ciuitate erat, Hetruriæ.* Rapido ferentem amni] *Caſſium malum poëtam rapido amni, qui multa purgamenta ſecum trahit, comparat, qui multos in paruo momento ſcripſerat nullius utilitatis, ideo poſt mortem decreuit ſenatus, ut libri cum corpore incenderentur.* Limatior] *Politior, emendatior, id eſt, quamuis Græca carmina Lucilius Latinis primus admiſcuerit, quod ſuperius reprehendit.* Græcis intacti carminis] *Quia primus Satyram Græcis intactā, uerſibus hexametris ſcripſit, etiā Græcis author huius operis eſt. Antea enim ſoli Comici mores ſuorū carpebāt apud Græcos. Quia dicūtur Græci Satyrā non puram ſcripſiſſe.* Auctor] *Satyræ. Græci non ſcripſerūt Satyrā integrā, hoc eſt, heroico carmine, ſed miſcuerunt cū Comœdijs.* Si foret hoc noſtrū] *Si hoc tempore natus fuiſſet Lucilius multa ſibi detraheret, multa adderet, ut aptaret ſe auribus audientium, quia modo ſtudent homines uerſuum lenitati, per hoc ait illum incurioſè ſcripſiſſe.* Detereret] *Detraheret.* Recideret omne] *Id eſt, amputaret omne, quod abundaret.* Sæpe caput ſcaberet] *Vt eos uerſus faceret, quos putaret legentibus placere.* Viuos & roderet ungues] *Fricaret quærendo quod benè diceretur. Sæpe enim hoc faciūt, qui uolūt inuenire quæ placeāt. Perſius,*

„ *Nec pluteum cedit, nec demorſos ſapit ungues.*

Sæpe ſtylum hoc uertas] *Vt deleas & emendes. Si uis ſcribere ea, quæ mereantur legi, ſæpe ſtylum fac uertas, ut adhibeas liturā male ſcriptis.* Neq; te ut miretur turba, labores] *Noli laborare, ut placeas multis. ſed paucis, & doctis eſto contentus, quaſi melioribus.* Vilibus in ludis] *Vt etiam librarij dictent carmina tua.* Non ego] *Non ego magis uolo placere pluribus, quàm bonis.* Equitē mihi plaudere] *Romanum ſcilicet, ſapientem & doctum uirum.* Exploſa Arbuſcula] *Arbuſcula quædam mima fuit, quæ, cùm ſibilo uulgi eijceretur è theatro, placeret autem paucis equitib. dixit contenta ſum his prudentibus, quāuis pauci uideantur eſſe fautores. Aliter, Arbuſcula quædā mima fuit, quæ placebat bonis potiùs, quàm plurimis. Hæc aliquando exploſa à populo dixit. Hoc equitum Romanorum plauſu contenta ſum. Conſolabatur autem ſe his uerbis quæ leguntur.* Cimex] *Sordidus, uilis, abiectus, putidus.* Viſcorum laudet uterque] *Viſci duo fratres fuerunt, optimi poëtæ. Alij dicunt Criticos fuiſſe. Pater eorum Vibius Viſcus, quamuis & diuitijs, & amicitia Auguſti clarus eſſet, in equeſtri tamen ordine perdurauit, cum filios ſuos ſenatores feciſſet.* Ambitione relegata] *Repudiata, ut remota gratificatione, id eſt, ſine aſſentatione, hoc dico. Volo ut & tibi placeant poëmata mea ô Pollio.* Te dicere poſſum] *Dicere poſſum, quod iam ubi ſtudeo placere, id eſt, ne aſſentatione hoc dico, uolo, ut placeant tibi mea carmina ô Pollio, ac ſi diceret: Ab his me uolo magis probari quàm à ſuperioribus.* Simul his] *Pro eo, quod eſt cum his.* Te candidè Furni] *Hic hiſtoriarum elegantia claruit.* Prudens prætereo] *Quia omnes enumerari non poſſunt, ne enumeratio multorum ſit faſtidioſa. Quibus hæc, ſint qualiacunque.* Arridere uelim] Ordo, *Quibus, qualiacunque ſint hæc, uelim ut arrideant.* Doliturus] *Volo his quoque placere mea carmina, quibus ſi minus placuerint, quàm ſpero, doliturus ſum.* Demetri, teq; Tigelli] *Hi modulatores fuerunt, & docuerunt puellas ingenuas per modos.* Diſcipularum] *Id eſt, ingenuarum: quia hoc tempore maximum earum ſtudium fuit affectandi lyricam diſciplinam. Vult uideri Horatius ex tempore ueniſſe in mentem ſibi hos uerſus dicendo.*

I puer, atque meo citus] *Videtur hoc carmen σχέδιον eſſe, id eſt, ad tempus inuentum, non aliqua ordinatione compoſitum dicendo,*

dicendo, I puer, & reliqua quaſi ſuperiores uerſus dixiſſet ex tẽpore.

PORPHYR. } Nempe in compoſito] *Reſpondet ijs, à quibus inculpatus erat, quod Lucilij uerſus damnaſſet in ea Satyra, quam ſupra habuit, quæ ſic incipit:*

„ *Eupolis atq; Cratinus, Ariſtophaneſq; poëtæ.*

Nam dixerat ibi.

„ *Duros componere uerſus.*

Nam fuit hoc uitioſus. Nunc autem dicit, non ſe poëtam improbaſſe, ſed uerſus eius, quos non ſuo uitio duros, ſed ſeculi fecit. Adde quod ſale multo Vrbem defricuit] *Salem pro urbanitate poſuit. Sed ſales in hac ſignificatione pluraliter ſolent dici, uerùm defricuit erat dicturus, neceſſe habuit, quaſi uerè id ſal faceret loqui, & ideo ſingulari numero dixit. Scimus autem Lucilium urbanis ſalibus multos Romanos carpſiſſe.* Nam ſic et Laberi Mimos, ut pulchra poëmata mirer] *Negat Lucilij uerſus magnoperè mirandos eſſe, quamuis iocis, & amaritudine abundantes, ſint reuera humiles & in uerbis, & in cõceptionibus, & in materia.* Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum Auditoris] *Nõ ſatis eſt inquit, tantummodo loqui, ut qui audiat, rideat, quamuis non negauerim, eſſe etiam in hoc nonnullam uirtutem.* Et breuitate opus] *Breuitate orationis utendum eſſe ait, cùm citò ſententia finiatur, ne defatigetur auditor. Eloquentiæ enim uirtus, non tantum in eo eſt, ut pauca copioſè, ſed etiam ut breuiter multa dicat. Sic & M. Cato, & Salluſtius laudantur multa paucis abſoluiſſe.* Interdum urbani parcentis uiribus] *Qui aliquando parcit uiribus, id eſt, laborare non uult, atq; etiã ſi quid roboris in corpore habet, uult data opera delicatus uideri.* Ridiculum acri Fortius & melius] *Interdum, inquit uenuſtè, & ridiculè dicta magis mordent, quàm quæ acri & turbulenta oratione prõpta ſunt.* Illi ſcripta quibus Comœdia priſca uiris eſt Hoc ſtabant] *Abſolutiuè, hoc eſt, hac re. Et ſtabant, conſtabant, ac ualebant, ſignificat. Id autem pertinet ſtabant, quod dixerit Ridiculum acri. Fortiùs ac melius magnas plerunq; ſecat res.* Neq; Simius iſte] *Ad notandum, cum uulgò receptum ſit ſimiam tantum dici debere. Simium dixit. M. autem Demetrium, modulatorem, propter maciem ac paruitatem corporis, hoc nomine appellat. Hos autem duos Hermogenem, & Demetrium negat antiquas Comœdias legere, neq; alios quàm Lucij Calui, & Valerij Catulli uerſus modulari. Itaq; faſtidit eorum iudicium. Et infrà ait,*

„ *—— Demetri, teq; Tigelli,*

„ *Diſcipularum inter iubeo plorare cathedras.*

At magnum fecit, quod uerbis Græca Latinis Miſcuit] *Caſtigat eos, qui mirantur Lucilium, quod inſeruit uerba Græca carmini Latino, cùm id facere quiſque poſſit. Sicut Pitholeon Rhodius, qui huiuſmodi epigrammata effutiuit magis, quam ſcripſit. Etenim infirmitatis putat eſſe orationem Latinam uerbis Græcis fulcire.* O' ſeri ſtudiorũ] *ἔλλειψις deeſt, qui uultis docti uideri.* Quin' ne putetis] *Ne adiectiuũ, ut egóne, abundat ne ſyllaba. Eſt ſenſus: O' ſeri ſtudiorum qui putatis difficile eſſe, quod Rhodio Pitholeonti contigit. Hic autem per quam ridiculè Græca Latinis admiſcuit.* Vt Chio nota ſi commixta Falerni eſt] *Dulce auſteris, uino Falerno Chium mixtum ſuauẽ ſaporem facit, non tamen intelligi uult uerba Græca ac Latina mixta, eadem ratione concinnam reddere orationem.* An & cum dura tibi peragenda rei ſit cauſa Petilli] *Malignè Petillum Capitolinum duram cauſam habere dixit, quamuis abſolutus ſit. Hunc autem & ſuprà retulimus reum fuiſſe furtorum Capitolij, cuius cuſtos fuerat.* Cùm uerſus facias, te ipſum percontor] *Eum, qui uerſus Lucilianos laudauerat, quod Græca Latinis admixta habeant, reprehendens, interrogat: Vtrum hoc ipſe tunc tantum facturus ſit, cùm poëma ſcribat, an etiam cùm reum defendat.* Cum Pedius cauſas] *Publicola & Meſſala adeò curaſſe dicuntur, ne Græca Latinis uerbis immiſcerent, ut Meſſala primus funambulum dixerit, σχοινοβάτην. Poſt hunc Terentius dixit: Funambuli eodem acceſſit expectatio.* Vetuit me tali uoce Quirinus] *Eleganter à Quirino ſe prohibitum ait Græca Latinæ linguæ admiſcere, quoniam utiq; Romulus ut nominis, ita etiam linguæ Romanæ author uidetur eſſe. Ferũt poſt mediam noctem ſomnia ueriora eſſe, quia tunc iam mens & cibo, & potu purior eſt.* Canuſini more bilinguis] *Bilinguis dicitur, quoniã utraq; lingua Canuſini uſi ſunt, ſicut per omnem illum tractum Italiæ, quem ex maiori parte Græci incoluerant. Ex quo magna Græcia nomen accepit. Ideo ergo Brunius Brichacæ bilingui dixerunt.* Turgidus Alpinus] *Cornelius Alpinus Memnona hexametris uerſibus nimirum deſcripſit, & bellè iugulat Memnona Dialogus ait: Nam ſub ea ſpecie, quaſi dicat, dum deſcribit quemadmodum iuguletur, intelligi uult ab ipſo potiùs iugulari, dum malè ſcripſit.* Dum'q; Diffingit Rheni luteum caput] *Et hoc Dialogus. Nam in deſcribendo Rheno qui rectè luteus, quod & turbidus ſemper aquis, & limoſis ripis ſit, quaſi ab ipſo poëta luteum fieri mala deſcriptione oſtendit. Diffingit autem, figurat ac per hoc deſcribit ſignificat.* Hæc ego ludo] *Supradictos inuerecundos poëtas uerſus ſuos facere ait, ſed id genus carminis ſcribere, quod Metij Tarpæ arbitrio non ſubijciatur. Nam ij ferè, qui ſcenas ſcribebant, ad Tarpam hunc, quaſi emendatorem, eas afferebant.* Quæ nec in æde ſonent] *In æde Muſarum, ubi poëtæ carmina ſua recitabant.* Arguta meretrice] *Solum illis temporibus Fundanium dicit Comœdias bene ſcribere, & Pollionem Tragœdiam, quæ trimetris uerſibus ferè texitur. Epicum autem carmen ualidiſſimè Varium, molle autem & elegans Virgilium. Sed apparet cùm hoc Horatius ſcriberet, ſola adhuc Bucolica, & Georgica Virgilij in noticia fuiſſe.* Hoc erat experto fruſtra] *Quoniam alij carminum genera conſummatè ſcriberent, quorum mentionem habuit. Sermonem autem fruſtrà tentaſſe Terentium Varronem Narbonenſem, qui Atacinus, ab Atace fluuio dictus eſt. Item Ennium qui quatuor libros Satyrarum reliquit, ac Pacuuium huic generi uerſificationis non ſuffeciſſe. Ait enim ut alijs maior ſit, ſic Lucilius minor, quem inuentorem huius carminis meritò dixit, quia primus Lucilius Satyrica carmina ſcripſit.* At dixi fluere hunc lutulentum] *Suprà dixerat: Sæpe ducentos,*

„ *Vt magnum uerſus dictabat, ſtans pede in uno,*

„ *Cùm flueret lutulentus.*

Plura quidem tollenda relinquendis] *Age quæſo,* Tragici Accij nil mutat Lucilius, *& hoc interrogatiua figura cum Ironia quadam pronunciandum, quia ex contrario intelligendum. Comis autem Lucilius propter urbanitatem dicitur. & mutat pro eo quod emendat poſitum eſt. Facit autem Lucilius cum aliàs, tum uel in tertio libro, & nono, & decimo.* Non ridet uerſus Enni grauitate minores] *Eadem qua ſupra figura, & hoc dicitur. Senſus autem eſt: Non ergo etiam Enni uerſus ridet, quaſi minores, tanquam dignitatem eius poſſit aſſequi.* Cùm de ſe loquitur] *Hoc eſt, cum ita ſua oſtentat, & ſcripta Enniana reprehendit, ut non tamẽ Ennio ſe præponat, per quem uult intelligi Horatius. & ſeſe ita Lucilij uerſus reprehendiſſe, ut non tamen ei ſe anteponat.*

Num illius] *Senſus eſt: Num illius natura, aut numquid magis rerum earum quas ſcripſit difficultas, negaret ei uerſus molliores.*

Hetruſci Quale fuit Caſſi] *Caſſium Hetruſcum Parmenſem dicit, cuius Tragœdia Thyeſtes extat.* Capſis quem fama eſt eſſe librisq; Ambuſtum] *Aſperè, quòd tam uerboſè, aut tam multa ſcripſerit, ut cum non uiderentur legi digna, illis ipſis mortuus exuſtus ſit.* Et Græcis intacti carminis author] *Hoc ideo dictum, quia nulli Græcorum hexametris uerſibus hoc genus operis ſcripſerunt.* Sæpe caput ſcaberet, uiuos ac roderet ungues] *Hic Perſius illud ſcripſit:*

„ *Non pluteum cædit, nec demerſos ſapit ungues.*

Non ceſſat Lucilium tangere, quaſi incurioſè ſcripſerit. Vilibus in ludis dictari carmina malis] *Ludis literarijs dicit, in quibus carmina uulgata pueris adhuc rudibus dictari ſolent.*

Vt audax Contemptis alijs exploſa Arbuſcula dixit] *Arbuſcula mima fuiſſe traditur, quæ cum ab irato populo exploderetur, id eſt, ſtrepitu & plauſu eijceretur, ab equite autem laudaretur, ait ſe contentam eſſe honeſtorum teſtimonio. Quid per hæc, de ſe intelligi uelit Horatius, manifeſtum eſt.* Ambitione relegata] *Id eſt, remota ambitione, ac per hoc non timidè, nec latenter loquens.* Demetri teq; Tigelli] *De Demetrio, & paulò ſuprà dictum eſt. De Tigellio autem Hermogene ſæpe.* Diſcipularum inter iubeo plorare cathedras] *Eleganter hæc modulatores dicuntur, quia puellæ maximè decent huiuſmodi delicias.*

I puer, atq; meo citus hæc ſubſcribe libello] *Elegãter, quaſi hoc ex tempore dixerit, præcipit puero, ut in librum ſuum illud conſerat, ne pereat tam opportunũ, & congruens in modulatores dictũ.*

CHRIST. LAND. } Nempe incompoſito] *Defendit quod in ſuperioribus dixerat in Lucilium, nam erant, qui quæ, ipſe dixerat, carperent, & falſa demonſtrare niterentur. Sunt codices in quibus ſit huiuſmodi principium.*

„ *Lucili quam ſit mendoſus teſte Catone,*
„ *Defenſore tuo conuincam quod malè factos.*
„ *Emendare parat uerſus hoc leuius ille.*
„ *Eſt quo uir melior longe ſubtilior illo.*
„ *Qui multum puer & loris, & funibus udis,*
„ *Exoratus ut eſſet opem quod ferre poëtis*
„ *Antiquis poſſet contra faſtidia ueſtra*
„ *Grammaticorum doctiſſimus ut redeam illuc.*

Acron tamen à uerſiculo quem poſui incipit. Nempe] *Initium abruptum eſt, ut conuenit Satyro.* Incompoſito] *Nam cum eloquentia elegantia, compoſitione, & dignitate conſtet. Lucilius in compoſitione peccabat. Eſt enim compoſitio apta & quadrans inter ſe conſtructio uerborum. At Lucilius ut ipſe iam dixit fluebat lutulentus. Ergo nõ erat in illo recta compoſitio.* Fautor ineptè] *Inepta enim fauet qui tribuit alicui quæ ſua non ſunt.* Fatentur] *Coactus ſcilicet ab ipſa ratione. Fatentur enim coactè. Confitemur ſponte.* Multo ſale] *Multis ſalibus, nam in ſingulari condimentum ſignificat, in plurali urbanitatem, ſed ipſe in ſingulari dixit per translationem à carnibus, quæ ut ſeruentur fricantur ſale. Hæc fricatio carnes exurit. Vnde indicat ſales ſuos fuiſſe mordaces, proptereáq; Iuuenal.*

„ *Secuit Lucilius urbem.*

Non tamen hæc tribuens] *Quamuis concedam illius ſales, non tamen concedam illum eſſe in omnibus perfectum.* Mimos Laberi] *Pro Laberij. Laberius enim de quo etiam alibi diximus, poëta minorum fuit, qui adeò Cæſarem delectauit, ut in fine ludorum aureo anulo à Cæſare donatus è ueſtigio in quatuordecim ordines ad ſpectandum migrauerit. Cui ſedile quærenti aiunt reſpondiſſe Ciceronem. Recepiſſem te niſi anguſte ſederem: quo ſcomate notabat Cæſarem quod ſenatum ſupra numerum nimis auxiſſet, ſed remordit illum Laberius. Nec mirum inquit, ſi anguſte ſedes, qui ſoles duabus ſellis ſedere, ueluti illum leuitatis inſimularet, ſententia autem eſt, quod quamuis in Laberio ſales probem, non propterea tamen illum perfectum poëtam dicam.* Rictum] *Non ſolum hiatum ipſum dicimus unde uerba exeũt, & cibus ingreditur, ſed pars illa circa ipſum hiatum, quæ in homine ridente, uel alio modo os torquente lineis quibuſdam terminatur, ut maximè ſunt labia. Lactam. Sic oris quoq; ſpecies & rictus ex trãſuerſo patefactus quàm utilis, quam decens ſit enarrari non poteſt. Deniq; ego ita puto rictum eſſe figuram in ore ad tempus aliquo modo contractam uel productam, uel inuerſam, uel extenſam quæ paulò pòſt reditura ſit in naturalem formam, hinc Iuuenal.*

„ *Ipſe ad conſpectum cœnæ deducere rictum*
„ *Suetus hiat tantum.* *Hinc putant dici ringor, cum canis ex ira in rugas deducit os. Sed dicimus deinde ringi, ſtomachari & iraſci.* Hæc quoq; uirtus] *Scilicet, mouere riſum, ſed eſt opus alijs uirtutibus præcipuè breuitate.* Eſt] *Item opus uarietate ſermonis, nam cum narratio poſita ſit aliquando non ſolum in negocijs, uerùm etiam in perſonis, debet habere talis narratio ſermonis feſtiuitatem, animorum diſſimilitudinem, grauitatem, lenitatem, ſpem, metum, & huiuſmodi animi affectus, ut alia oratio ſit auari, alia prodigi. Aliter lætus, aliter mæſtus loquatur. Præterea hoc euenit tùm datur unicuiq; quod ſuum eſt.* Ridiculum] *Nam perſæpe aliquem uehementiùs taxamus aliquo ridiculo, quàm grauitate orationis.* Secat] *Vehementer uexat. Sic Iuuenal.*

„ *Enſe uelut ſtricto ſecuit Lucilius urbem.* Hoc] *Propter has quas poſui uirtutes.* Stabant] *Viuebant, durabant eorum carmina, & in hoc ſunt imitandi, ut conſequamur illam eandem uarietatem, & commutationem ſtyli, & breuitatem.* Pulcher] *Ironicè.* Hermogenes] *Hic erat Lucilij defenſor quem negat legiſſe illos Græcos poëtas, in quibus ſunt uirtutes, quæ nõ apparent in Lucilio.* Simius] *Demetrium quendam notat, qui fuit breuis ſtaturæ poëta, & fautor Lucilij.* Nil præter caluum] *Nil doctus præter cantare Caluum, uel doctus cantare nil præter caluum & Catullum poëtas elegos.* Græca Latinis] *Quod Cicero in libro de Officijs uitium eſſe dicit.* O ſeri ſtudiorum] *Id eſt, qui non niſi ſero ſtudijs operam dediſtis, uel ſeri, id eſt, tardi ingenio.* Qui] *Suſpensè legendum eſt, deinde. Nec puteiis, ut ſit interrogantis, & dicamus,* putatis nè illum magnum feciſſe, qui miſcuit Græca Latinis. Pitholeonti] *Hic epigrammata fecit mixta ex Græcis & Latinis.* At ſermo] *Dicat aliquis ſermo mixtus ex utraq; lingua concinnior eſt, ut etiam guſtui erit ſuaue uinum Salernum mixtum Chio.* Nota Falerni] *Id eſt, Falernũ in uaſe cuius, & titulus erat patria.* Cùm uerſus facias] *Et cauſam orabis, admiſcebis ne utriuſq; linguæ uerba? quaſi dicat, non.* Petilli] *Qui auream coronam Iouis Capitolini furatus eſt, quẽ accuſauit Pedius Publicola, & Meſſala Coruinus. Coruinus autem adeò Latinitatis amator fuit, ut cum Schinobates audiſſet, offenſus peregrino uocabulo Funambulum dicere maluit.* Canuſini] *Dicũt Canuſi utroq; ſermone mixtim uti. Eſt enim conditum à Diomede.* Quirinus] *Optimus authòr Romani imperij, ut Romana lingua utatur monet.*

Poſt mediam noctem] *Quo tempore ſomnia uera ſunt, nam cùm animus noſter diuinus ſit, contingat ipſum eo tempore in ſomnum cadere, quo neq; omninò cibis exinaniti ſimus, neq; rurſus uino, & crapula grauati, ſed iam decoctione illorum facta exoneratus, liberq; ſit animus ipſe in naturam ſuam rediens futura cernere ſenſibus conſopitis ualet.* Non ligna] *Id eſt, inſanius ne tibi uidetur ferre ligna in ſyluam, cùm ille locus lignorum copioſiſſimus ſit, an ferre carmina ad Græcos, apud quos infinita copia eſt carminum, quaſi dicat, minus inſanum eſt ferre ligna in ſyluam, quam carmina ad Græcos.* Turgidus] *Qui turgido utitur ſtylo & inflato.* Iugulat Memnona] *Quia non rectè ſcribit, de Memnone auroræ filio.* Hæc ego ludo] *Quaſi dicat, ego ludo non Comœdias, quæ prius approbatæ à Tarpa iudice in theatro agantur, ut tu ô Fundani optime poëta.* Luteum] *Nam cùm malè deſcribat Rhenum fluuium limpidiſſimum, uidetur illum reddere cænulentum.* Garrire libellos] *Deſcribere facetè libellos, in quibus ſerui & meretrices garriunt. Laudat igitur Fundanium comicum optimum. Laudat & Aſinium Pollionem, de quo Virgilius.*

„ *Pollio & ipſe facit noua carmina.*

Pede ter percuſſo] *Id eſt, iambico metro, ubi ſunt tres percuſſiones, ut eſt.*

„ *Ibis Liburnis inter alta nauium.*

Laudat & Varium, de quo etiam Virgilius.

„ *Sed neq; adhuc Vario uideor neq; dicere Cinna digna.*

Camœnæ] *Optimè dixit Camœnãs gaudentes rure, nã Camœnas ruſtici (ut placet Macrobio) Muſas appellant. Ergo Fundanius Comœdias, Pollio heroica, Varius epos, Virg. Bucolicum optimè ſcribit. Mihi autem datum eſt ſcribere Satyras melius Varrone Atacino experto hoc fruſtra atq; quibuſdam alijs.* Minor inuentore] *Inferior Lucilio ipſius Satyræ Inuentore, cui non detraho coronam, quamuis dixerim quod lutulẽtũ fluat. Nam nullus eſt tam doctus ſcriptorum, in quo non ſit aliquid deſiderandum, quod probat exemplo Homeri.* Nihil comis] *Quaſi dicat, Si Lucilius mutat & emendat uerſus Accij & Ennij cur nõ mihi etiam detur, ut eũ deprehẽdã, nam ſi ego me minorẽ illo fateor, & ille ſe illis minorẽ dicebat, & tamen carpebat.* Nũ illius] *i. an natura: Propriè illius, an natura rerũ negarit.* Auctor] *Scil. Homerus.* Carminis rudis] *Quia ipſe hexametrum inuenit. Ergo à natura fuerat rude.* Detereret] *Minueret.* Scaberet] *Id eſt, ſcalperet. Vnde eſt ſcabies.* Et roderet ungues] *Id eſt, adhiberet intimam quandam cogitationem. Nam dum altiùs aliquid cogitemus, ſolemus aut ſcabere caput, aut mordere ungueis, aut pluteũ cædere. Inde Perſius.*

„ *Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit ungues.*

Vertas] *Mutabis cum quæ ſcripſeris non placeant.* Contentus paucis lectoribus] *Id eſt, illis, qui pauci ſunt.* Vilibus in ludis] *Quaſi in conſpectu turbæ imperitæ.* Equitem plaudere] *Id eſt, aliquem in quo ſit uerius iudicium, ut ſunt equites, ut dicebat.* Arbuſcula] *Mima dum ludos ageret, nam exploſa à uulgo dicere*

ſolebat

ſolebat nihil facere iudicium uulgi dum ab equitibus laudaretur. De Arbuſcula autem Cytheride & Origine tribus inſignibus puellis alibi demonſtratum eſt. Exploſa] Eiecta, nam & quid plaudere, & quid explodere ſit, diximus. Cimex] Putidus, ut ſunt cimices, quod animal peſsimè olet. Pantilius & Demetrius] Aſſectatores Hermogenis muſici erant, qui per ſummam arrogantiam iudicare uolebant in doctrinam poëtarum cum eſſent indoctiſsimi. Vellicet] Detrahat, uituperet. Vellicare enim eſt frequenter uellere, quæ res infert dolorem. Vnde dicimus uellicat latus, quaſi fodit. Qui autem uituperat uellicat animũ noſtrum. Fannius] Hic quoq; aſſertor erat. Tigulli æmuli Horatij, & quaſi ſuus paraſitus, qui cœnæ ſpe omnia ad illius nutum feciſſet. Plocius] Enumerat multos doctos, quorũ iudicium ſe multi facere ſcribit, reliquos negligit. Vterq; Fuſcorum] Hi Vrbij filij fuerunt, qui quamuis diuitijs, & Auguſti amicitia potens eſſet, hosq; filios ſenatores feciſſet tamen in equeſtri ordine manere maluit. Si placeant quam ſperabamus Plorare] Ex inuidia cũ à tam doctis laudabitur, uel quia plorare uidebantur dum canerent.

LVD. COEL. } Poſt mediam] Somniale uaticinium propè ſolis emerſum, ſedata paulum uaporum, externarumq; rerũ cura contingere proditum eſt literis. Id fieri putatur non ſolùm ea de cauſa, quod per cocta ciborum mole amplius ſobrij ſimus: Sæpius enim cibo inanes quietem petimus, neq; tamen contingit uiſionum perſpicuitas: Sed eo item nomine, quod & Solis, Phœbiq; uatis (ut ueterum more loquamur) roborari uaticinium ſolet. Sanguinei quoq; ſpiritus, igneiq; ea hora dominantes claritate ſua ſomniali conferunt claritati, &c. Hæc lib. 14. cap. 42. Sæpe ſtylum uertas] Stylum inquit Politianus, uertere, eſt inducendi, expungendiq; cauſa ſtyli partem exacuminatam ſurrigere, qua ſcribimus, altera, quæ retuſior eſt, aut latior, proclinata & ſcriptis delendis impacta. Quipe Hieronymus quo meliorem ſtyli partẽ uocat, quæ peiora de autoribus confodiat, eradiatq;. Hæc lib. 13. cap. 24.

ERAS. ROT. } In ſyluam ligna ferre] Eſt aliquem ijs rebus augere uelle, quibus ipſe maximè abundat. Sæpe caput ſcaberet] Caput ſcabere, ungues arrodere, geſtus eſt hominis cogitabundi, & de mutando, cuius pœniteat, ſecum agitantis. Habent uſum prouerbialem hæc.

PHILOLOG. } In omnibus exemplaribus, hi octo uerſus deſunt:

„ Lucili quam ſit mendoſus, teſte Catone
„ Defenſore tuo peruincam, qui malefactos
„ Emendare parat uerſus. hoc lenius, ille
„ Eſt quo uir melior: longe ſubtilior illo,
„ Qui multum puer & loris, & funibus udis
„ Exhortatus, ut eſſet opem qui ferre poëtis
„ Antiquis poſſet, contra faſtidia noſtra,
„ Grammaticorum equitum doctiſsimus, ut redeam illuc.

Horum uerſuum & ſi ſtylus uidetur Horatianus, tamen quia & Acron, & Porphyrio incipiunt enarrare ab eo uerſu, Nempe incompoſito dixi pede currere uerſus, puto eos eſſe adulterinos, quod ita ſit, nec ne iudicent doctiores.

IOAN. HART. } Nempe incompoſito] Floridi conſule Apologiam in linguæ Latinæ calumniatores, de præſenti loco. Poſt mediam noctem] Cœlium uide lib. 27. cap. 9. Et Theocritũ in Europa. νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται· ἐγγύθι δ' ἠὼς ἔν. ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων. Et εὖτε καὶ ἀτρεκέων ποιμαίνεται ἔθνος ὀνείρων. Molle atq; facetum] Quintilianum lege lib. 6. cap. 4.

HENR. GLAR. } Quæ ab initio huius Satyræ octo ſunt carmina, in pleriſq; libris non habentur. At ea uidentur uel Horatij, uel ſimiæ eius. Ablata tamen uideri poſſunt etiam poëtæ conſilio, quòd notauerat quendam ex humili genere factum potentem: cum poëta ipſe libertino patre natus eſſet. Legendum autem in uerſu ſexto exornatus, non exhortatus: ad eum ſenſum, quo Terẽtianus Chremes de Syro, adeò exornatum dabo, adeò depexũ, ut dum uiuat, meminerit ſemper mei. —Nam ſic Et laberi Mimos, ut pulchra poëmata mirer] Si dico Lucilium ideo bonum Poëtam quod habet facetias, idem mihi dicendum eſt de Laberio mimographo. Hæc Acro. Quare illud, nam ſic, alij non rectè mutarunt in, non ſic, ut Badius excudit. Acronis uerba hic cito ut menti Poëtæ congrua, alioqui me non haberet ſubſcribentem. Et ſanè hac Satyra aliquot locis bina, aliquot terna uidebis Acronis commentaria, aliquando contraria. Vt de Pitholeonte, quem nunc Rhodium facit, nunc de Canuſio, ut ipſe loquitur. Item Luteum Rheni caput, biſariam exponit, prorſus contrario ſenſu. Priore ita. Non quia luteum caput habet (inquit) Rhenus, ſed quod luteũ facit ipſe deſcribendo malè. Et hæc placet expoſitio. Altera, Luteum (inquit) & ad naturam fluminis retulit, quoniã ſemper turbidum eſt, & ad uitium Alpini Poëtæ. Hoc falſum eſt, de Rheno. eſt etiam cõtra poëtæ & ſenſum, & mentem. —Forte epos acer Vt nemo, Varius ducit] Hoc loco ex Acronis commentario non facilè expedies, utrum Vario molle ac facetum tribuat, an Virgilio. Doctiores autem omnes Virgilio attribuũt. Porphyrio etiam facetum exponit, elegans. Medio iudicio Virgilio dare uult poëta naturæ illam ſimplicitatem, qua uehementer enituit. Quintilianus etiam pro exemplo adducit hoc ex primo Aeneidos carmen:

„ Miratur molem Aeneas, magalia quondam.

Sed incredibile eſt, quam hoc loco inſaniat annotator noſter. Nam epodum legendum contendit pro epos: & rura pro rure. Et molle ac facetum ad Varium refert, hoc ſenſu: Nemo ducit Epodum ſcilicet carmen molle atq; facetũ ut acer Varius. Camœnæ gaudentes annuerant rura Virgilio Hic uerè cucullus mediam de Epodo corripit, & magna audacia Poëtæ ſenſum inuertit, ſed piget ampliùs de eo loqui. —Et Græcis intacti carminis author] Hoc ideo dictum (inquit Porphyrio) quia nulli Græcorum hexametris uerſibus hoc genus operis ſcripſerunt. Acro idem cùm dicat, admiſcet tamen alia propemodum ab his diſſona.

THEODORVS PVLMANNVS. }

„ Lucili, quàm ſit mendoſus, teſte Catone
„ Defenſore tuo peruincam: qui malè factos
„ Emendare parat uerſus. hoc lenius, ille
„ Eſt quò uir melior: longè ſubtilior illo,
„ Qui multùm puer & loris, & funibus udis
„ Exornatus, ut eſſet, opem qui ferre poëtis
„ Antiquis poſſet, contra faſtidia noſtra,
„ Grammaticorum equitum doctiſsimus. ut redeam illuc:

Nempe incõpoſito dixi, &c. 1 Quàm tis] B. & Cruquij codex. quod ſis, Gul. Canteri, & Lambini libri. 3 Lenius, ille] Lenior ille, alij. 4 Eſt quo uir melior] Editio Aldina. Quo melior uir hic eſt, Cruquij codex. Quo melior uir is eſt, Lambinus. Quo melior uir (&) eſt, Gul. Canterus. Quo melior uir eſt, B. ſed claudicat uerſus. Longè ſubtilior] Longè ac ſubtilior, Cruquij codex. 5 Multum] Paullum, Gul. Canteri exemplar, & Lambini quidam libri. 6 Exornatus] Glareanus. Exoratus, B. Exhortatus, Cruquij codex, & Lambini exemplaria quædam. 7 Antiquis] Ambiguis. Lambini quidam libri. 8 Grãmaticorum] B. & Cruquij codex. Romanorũ. Lambini quidam libri. Hos octo uerſus, qui ab initio huius Satyræ in nonnullis manuſcriptis libris reperiuntur, quòd uiri doctiſsimi eos ſuppoſiticios & ſpurios eſſe rectè cenſent, ſuſtuli & reieci. 1 Nempe incompoſito] Satyra Horatij, cuius principium eſt, Nempe incompoſito, ut appendix quædam, & acceſsio libro priori ſubſcribitur, ut Horatius fingit: hinc illud.

„ I puer, atq; meo citus hæc ſubſcribe libello. Nam cum audiſſet aliquos iniquo animo ferre Lucilij reprehenſionem pro apologia imperat amanuenſi ſuo, aut ſcribæ; ut hunc ſermonem, quem dictauit uel ſcripſit pro clauſula, adiungat ſuperioribus Satyris. Turneb. lib. 15. cap. 19. 3 —Quòd ſale multo Vrbem defricuit] Vrbem ſale defricare uenuſtè & ſalsè dictum eſt. nam cùm ſal dicta ſignificet & faceta, et ridicula, mordacidq;, & ſoleamus interdum marino aut foſsicio ſale, quo in cibis & medicamentis utimur, aliquid defricare ut palatum pecoris, qui dictis facetis perſtringitur, cum dixit ſale defricari. Columella, totumq; eorum palatum ſale defricatur. ſic & apoplectici ſale defricari ſolent, ut dolore excitetur ſenſus, qui torpet. Turneb. lib. 15. cap. 19. 11 Et ſermone opus eſt modò triſti, ſæpe iocoſo, Defendente, &c.]

Pyto

Puto Horatium his uerſibus non loqui de officijs cuiuslibet poëtæ, ſed Satyrici duntaxat, qui nunc ſalibus, nunc ſeueritate, multiplices formas orationis edit, & nunc frontem in rugas contrahit, nunc in iocos relaxat. Vide Pet. Nannij Miſcell. lib. 4. 15 —Magnas plerumque ſecat res] *Significat, res magnas decidit, & trãſigit melius, quàm acris & ſeuera ſententia: quaſi* διακρίνει, τέμνει, διαχειρεῖ *dicat. Turneb. lib. 15. cap. 19. uide & lib. 29. cap. 24.* 20 —Quòd uerbis Græca Latinis Miſcuit] *Illudit in Luciliũ, quod uerbis Latinis Græca miſcuit, quod perſtudioſè faciebat, ut eo loco quem proferam (ex Nonio in uoce Compernes apparet.)*

„ *Num cenſes* καλλιπύγον *[illegible] illam,*
„ *Non licitum eſſe uterum, atque etiam inguina tangere mãmis?*
„ *Compernem aut uaram fuiſſe Amphitryonis* ἄκοιτιν.
„ *Alcmenam, atque alias: Ledam ipſam denique nolo*
„ *Dicere, tute uide, atque diſyllabon elige quoduis,*
„ *[illegible], aliquam rem inſignem habuiſſe,*
„ *Verrucam, næuum dictum, dentem eminulum unum.*

Vide Turneb. lib. 17. cap. 24. 21 —O' ſeri ſtudiorum] *Vide Pet. Nannij Miſcell. lib. 4. Seri ſtudiorum, ſunt indocti, qui ſerò diſcunt, aut didicerunt ſcilicet, neque ſunt* παιδομαθεῖς, *ſed* ὀψιμαθεῖς. *Fabius, quare qui in ſua quidque arte optimè facit,* παιδομαθὴς *dicitur. Turneb. lib. 15. cap. 19.* Potetis] Putatis, *P.*

23 Contigit] Contigit? *P. cũ interrogationis nota.* 25 Cùm uerſus facias, te ipſum percontor] *Præciſè dictum eſt, ſententiaque ſic explicanda eſt: cùm uerſus facis, an decorum putas & concinnum intermiſcere Latinis Græca, quod Lucilius fecit, & ludens poſtea Auſonius, ſed ſine reprehenſione, cùm de induſtria & opera dedita. Intermiſcere petita igitur, ad duo pertinet per ſubiunctionem: uel potius quod in uerſu facis, interrogo te an faceres in cauſis agendis, ſi aduerſarium haberes Meſſalam aut Pedium, eſſesque orator & patronus cauſſæ duriſsimæ. Ergo cùm uerſus facias, eſt, tu qui poëta es, an in cauſsis id faceres, ut uerba foris petita uerbis patrijs admiſceres oblitus patriæ & patris Latini: Latinè tamen antiqui uidentur interpretes legiſſe, & uir politiſsimæ orationis & doctrinæ Lambinus eleganter legit. Turnebus libro 15. capite 19.* An & cùm] Et an cùm. *Cruquij codex unus.* 28 Poplicola] Publicola. *H. G. E. B P. V.* 31 Atque] Atqui, *Lãbini editio.* 34 —Non ligna feras inſanius, ac ſi] *H. G. E. B. P. V.* —Ne ligna feras inſanius, ac ſi, *Georg. Fabricij liber uetus.* —Ne ligna feras: inſanius ac, ſi, *Pet. Nannius legendum putat Miſcell. libro 4.* 37 Diffingit Rheni luteum caput] *H. P. V.* Diffingit, *perperam fingit, uitioſè format, ſcribendo corrumpit. uerbum Horatianum. Georg. Fabricius. Vide Annotat. ad Oden 35. Car. 1. & ad Oden 29. Carm. 3.* Deſigit, *G. E.* Diffiogit, *B.* Deplogit, *Lambini codex unus.* Deflngit, *Aldi editio.* Defingit luteum caput uenuſtè dixit. *Nam & caput de fluminibus dicitur, ut Cæſar Rhenum duobus capitibus in Oceanum dicit effundi, oſtia ſignificans: & capita fluuiorum etiam dicuntur eorum fontes: ſed & fluuij humana forma aquam urna effundentes pingebantur, fingebanturque: & fingi dicuntur quæ è materia molli in ſtatuas formantur, ut è luto & cera. At iſte malus poëta & inelegans, non tam fingebat, quàm uelut figmenta deformabat, deturpabatque: nec tam è cera egregia faciebat opera, quàm è luto fingebat: nam & luteum negotium de uili toreumate dixit Cicero in Verrem. Turnebus libro decimoquinto, capite decimo nono.* 39 Spectanda] *H. B. V.* ſpectata, *G. E. P.* 41 Comis garrire libellos] Comes garrire libellos. *Cruquij codices duo. Garrire libellos dicitur, ut garrire ſermonem, garrire garritum, arguté & dicaciter effundere & eloqui: ut* γαρύειν ἆεθλα *dixit Pindarus: unde & garrire ortum uideri poteſt. deruque ut dicimus ludere poëma. Turnebus libro 15. capite 19.* 42 —Pollio regum Facta canit pede ter percuſſo] *Vide Annotationes ad Oden 18. Carm. 3.*

43 —Forte epos acer, Vt nemo, Varius ducit molle] *H. G. E. V.* forte epos acer, Vt nemo, Varus. dictu molle, *B. P.* forte epos, acer Vt nemo, Varius ducit. molle, *Georg. Fabricius. Lege eius Obſeruationes ad Eclogam 9. Virgilij, & Caſtigationes in Horatium.* forte epos acer, Vt nemo, Varius, ductu molle, *Cruquij codices quatuor.* 45 Virgilio annuerunt gaudentes rure Camœnæ] *E. & Cruquij libri quatuor.* annuerant gaudentes rure, *H. P.* annuerint gaudentes, *V.* annuerint Capno de rure, *G.* annuerunt Capno de rure, *ut ad Nolam ſtudiorum Virgilij domicilium alluſum uideatur. deinde dictũ eſt per ſyſtolen annuerunt, pro annuerint, ut & illud Virgilij in Bucolicis. (Ecloga 4.)*

„ *Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.*

Pet. Nannius Miſcell. lib. 4. 49 Multa cum laude] *P. V.* cum multa laude, *H. E. B.* cumulata laude, *G.* 52 Tollenda] *Vide Annot. ad illud 1. Sat. 4.* —Erat quod tollere uelles. Quæſo. *B. V.* quæro, *H. G. E. P.* 53 Mutat] *Mutare heic idẽ eſt quod reprehendere. Terentius (And. actu 1. ſc. 1.)* Haud muto factum *Nannius Miſcell. lib. 4.* Acci? *H. G. E. B. P. V.* Atti, *Lambini editio.* 59 Ac ſi quis] *H. G. E. V.* at ſi quis, *B. P.* at ſi quis, *Lambinus, & Georg. Fabricius, quæ lectio ex Acronis interpretatione ſumta eſſe uidetur.* 68 Dilatus] *H.* dilapſus, *G. E. B. V.* delapſus, *P.* delatus, *Cruquij codices quatuor.*

71 Sæpe ſtylum uertas] *Vertis ſtylum. qui, cùm antè eius acumine ſcriberet, uertit, & alteram ad delendum partem adhibet. Præcipit ergo Horatius inter ſcribendum eſſe ſæpenumero delendum, ſi quis hominum lectione digna ſcribere uelit. Turnebus libro 14. capite 24.* 78 Cimex Pantilius] *Cimex Pantilius & ad contemtum dixit Flaccus, ex inſecti nomine, fætoreque omnibus inuiſi, & quòd ab eo roderetur, morderetúrque. Turneb. lib. 15. cap. 19.* Crucier] Crucier. *H. G. E. B. P. V.* 81 Plotius] Plocius *B. P. V.* Varius] Varus *B. P. V.* 82 Octauius optimus] *Vide Pet. Victorij Variarum lect. decimoquarto, capite ſeptimo.* 87 Compluresque alios] Compluresque alios, *P.* 91 Diſcipularum] *H. G. E. B. P. V.* Diſcipulorum, *Mureti editio.*

ANTON. MVRET. } Vetuit tali me uoce Quirinus Poſt mediam noctem uiſus cum ſomnia uera] *Vera eſſe ſomnia, quæ poſt mediam noctem fiũt, affirmat & Theocritus qui cum dixiſſet,*

„ Νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται, ἐγγύθι δ᾽ ἀώς.

Addit paulò pòſt,

„ Εὖτε καὶ ἀτρεκέων ποιμαίνεται ἔθνος ὀνείρων.

58 Verſiculos natura magis factos, & euntes Mollius] *Factos, ualet, exquiſitè ornatos: ut & Græci* πεποιημένος.

GEORG. FABR. } *Tutatur ſe Horatius contra ſuos aduerſarios, qui eum accuſabant, quod reprehendiſſet Lucilium. Id factum fatetur, non contemptu Lucilij, cui laudem ſuam integram relinquit: neque ſuperbia, quod ſe ei præferat, quo auctore uſus ſit: ſed ipſius Lucilij exemplo, cui neque Actius, neque Ennius ſatis fecerunt. Libertas certè, ſyncerè & ſine obtrectatione iudicandi, admenda doctis non eſt, & Lucillius, quod perfectiora non dederit, uel tempore, uel ingenio, uel difficultate rerum excuſari poteſt. Omninò in eo uicia quinque indicat, quod nimis prolixus in ſententijs, quod careat uarietate in ſermonibus & affectibus, quod Græca Latinis ineptè miſcuerit, quod plurima ex tempore ſcripſerit, quod ſcripta emendare ipſum tæduerit: in his quãuis peccarit, planè repudiandus tamen non eſt: ſed ſtudioſi ſcire debent, quid in eo fugiendum, ne prauis imitentur. Argumentũ in ſcribendo primùm quiſque ſibi eligat, in quo poſsit excellere, ut in Comœdijs excellit Fundanius, in Tragœdia Pollio, in Heroicis Varius, in Georgicis Virgilius. Deinde quod ſcribit, diligenter & curioſè emendet, ut doctis placeat, etiamſi multitudo minus probet. Hac occaſione aduerſarios ſuos ſtultos homines nominat, quorum alium cornici cõparat, alium ſimio: & amicorum plurimorum celebrat inſignem & præſtantem eruditionem. Vicijs iſtis Lucilij ſextum addit auctor ad Herennium, nam ubi, monet uerborum traiectionem uitandum (*ὑπέρβατον *ſeu* ὑπερβατὸν *rhetores nominant) in eo uitio eſſe Lucillium aſsiduum ſcribit.* Teſte Catone] *Intelligit Valerium Catonem, nobilem Grammaticum, & Criticum, qualis eodem tempore Metius Tarpa fuit: de hoc meminit poëta noſter, de illo auctor ignotus,*

„ *Cato Grammaticus, Latina Siren,*
„ *Qui ſolus legit, ac facit poëtas.*

Nil præter Caluum] *E' Caluo uerſus adducũt Quintilianus, Chariſius, Nonius, Seruius, Macrobius. Eum epigrammata bona pauca ſcripſiſſe,*

ſcripſiſſe, Ant. Iulianus rhetor dixit Agellij temporibus. Qui'ne putas t Difficile & mirum] *Ita ex Anhaltino, ante plures annos emendaui. Annotauit interpres Terentij, ne corripi in hac ſignificatione, & cum interrogatione pronunciari. quod ex hoc poëtæ exemplo eſſe uerum conſtat.* In ſyluam ne ligna feras] *Ex eodem libro uera hæc eſt lectio. Ne, prohibentis. non, negantis.* Diffingit luteum Rheni caput] *Diffingit perperam fingit, uicioſè format, ſcribendo corrumpit. Verbum Horatianum.* Dauoſq; Chremeta] *Pro Chremetem. Vtitur caſu propter ſuauitatem peregrino.* Forte epos, acer Vt nemo, Varius ducit] *Hæc diſtinctio & uera, & antiqua eſt, de qua in Virgilij Obſeruationibus annotatum eſt.* Nil comis Tragici mutat Lucilius Acci] *Ita paulò pòſt.*

» *Fuerit Lucilius inquam Comis & urbanus.*

Comitatem eiuſmodi tribuit Terentio M. Tullius,

» *Quidquid come loquens, atq; omnia dulcia miſcens.*

Et Cyro minori Socrates. Comem uidelicet ipſum erga Lyſandrũ atq; humanum fuiſſe. At ſi quis pedibus quid claudere ſenis] *Ex Acronis interpretatione ſic hunc locum reſtituo. At ſit, qui pedibus quid claudere. & requirit ſententia.* Quàm rudis, & Græcis intacti carminis auctor] *Satyram nominãt carmen rude, quia nondum expolita fuit: intactum Græcis, quia Satyra tantum apud Romanos eſt, ut ait Diomedes.* Si foret hoc noſtrum fato dilatus in æuum] *Hæc bona lectio. id eſt, ſi ad noſtra tempora fortuna illum ſeruaſſet, ut Cicero loquitur, unde ille celebratur ſenarius,*

» *Multṹq; refert, in quæ quis tempora incidat.*

Mén' moueat cimex Pantilius] *In alijs, Pantilios, non emendatè. Videtur eſſe Pantomimus ille, de quo Seneca in libro tertio. Declamat. qui in omnibus ueteribus libris poetæ noſtri, Pantilios ſcribitur.*

IOD. BAD. ASCENS. } Nempe incompoſito, &c.] *Vt ſe contra Lucillij amatores defendat, qui ægrè tulerunt, quòd dixerat eum lutulentum fluere, oſtendit negligentiam eius, docens præterea nullam inuidiam eſſe, id in Lucillium fieri, quod ipſe in alios fecerat, tandemq́; ad ſe rediens, concludit ſe in his ſcriptis paucis, id eſt, doctis, qui nimirum paucisſimi ſunt, lectoribus contentum eſſe, ſatisq; ſibi fore ſi bonis uiris, atq; iiſdem amicis ſuis placeat. Videtur autem principium reſponſiuum eſſe ex indignatione. Quaſi Hermogenes, aut quiſquam alius aduerſarius Horatij, & ideo ut ſit defenſor Lucilli dixerit ad Horatium, Tu ne Lucillium audes carpere, ad quod poëta.* Nempe incompoſito, &c.] *Hæc enim particula nempe reſponſioni aſſertiuè congruit. Ordo igitur eſt.* Nempe] *Id eſt, certè ipſe, ego dixi uerſus* Lucilli] *Pro Lucillij* Currere] *Id eſt, fluere* Pede incompoſito] *Id eſt, incondito & lutulento.* Quis eſt tam ineptè, fautor Lucilli] *Id eſt, Lucillij, ut non fateatur* Hoc idem] *Id eſt, ipſum inconditos habere uerſus. (Eſſet quidem ineptè fautor eius, quia contra ueritatem. Sicut enim apud Aulum Gelium legitur, nos debemus amicos colere uſq; ad Deos: nam ita, quòd Deum non offendamus ob amicos. Notumq́; eſt uerbum:* amicus Plato, amicus Socrates, ſuper omnia autem ueritas) At] *Id eſt, ſed idem, ſcilicet, Lucillius, laudatur.* Eadem charta] *Id eſt, eadem pagina Satyræ meæ.* Quòd] *Id eſt, quia.* Defricuit] *Id eſt, ualde fricuit: hoc eſt, taxauit.* Multo ſale] *Id eſt, urbana reprehenſione* Vrbem] *Id eſt, habitantes in urbe: hoc eſt, Romanos, nec tamen* Ego tribuens] *Id eſt, attribuens Lucillio* Hoc] *Id eſt, defricuiſſe urbem.* Dederim] *Id eſt, attribuerim* Quoq;] *Id eſt, etiam* Cætera] *Id eſt, cæteras partes, quæ ad decorum, & artem carminis pertinent.* Ego non mirer ſic] *Id eſt, propter facetias & lepóres.* Mimos] *Id eſt, uerſus* Mimicos] *Id eſt, ad imitationẽ pertinentes* Laberi] *Id eſt, laberij poëtæ faceti.* Vt] *Scilicet, mirer poëmata* Pulchra] *Id eſt, ſuum decorũ tam rerum, quam uerborum habentia. Ergo deducere rictum* Risu] *Id eſt, excitare riſum uſq; ad* Rictum] *Id eſt, deformem aperturam oris auditoris, non eſt ſatis.* Ad hoc] *Videlicet, ut poëma pulchrum dicatur, & tamen quædam* Virtus] *Id eſt, quædam ars.* Eſt quoq;] *Id eſt, etiam* Hic] *Id eſt, in hac re: hoc eſt, in excitatione riſus, ſed non ſatis eſt. nam opus eſt breuitate* Vt ſententia currat] *i. paucis uerbis clarè enuncietur* Neu] *i. neue ſup.* Ipſa ſe ſententia impediat] *Id eſt, implicet ſup. ſe.* Verbis onerantibus] *Id eſt, grauantibus.* Aures] *Scilicet, auditorum* Laſſas] *Id eſt, fatigatas. Et opus eſt.* Ad hoc] *Scilicet, ut poema ſit pulchrum.* Modo] *Id eſt, aliquando ſermone* Triſti] *i. ſerioſo, &* Sæpe ioco ſo] *i. delectabili, & opus eſt ſermone* Defendentem] *i. gerentẽ* Modo] *i. aliquando uicem* Rhetoris] *i. obſeruante aliquando artem Rhetoricam.* Atq; modo] *i. aliquando defendente ſupple uicem* Poëtæ] *i. obſeruante artem poëticam, multa enim licent poëtæ, quæ nõ oratori, & defendente interdum uicem hominis ſup.* Vrbani] *i. urbanè loquentis, parcentis uiribus.* Atq;] *Pro, id eſt.* Extenuantis] *i. minuentis* Eas] *i. uires ſuas.* Conſulto] *i. ex conſilio & deliberatione.* Quia ridiculũ *i. ſermo riſum excitans.* Secat] *i. diffinit, unde ſunt ſectæ philoſophorũ, uel decidit* Plerunq;] *i. frequenter res magnas.* Melius & fortius] *i. urgentius.* Acri] *Supple* Sermone] *i. quam ſermo acer & uehemens ac ſerioſus.* Illi] *Sup. uiri* Quibus] *i. à quibus uiris.* Comœdia priſca] *i. uetus. eſt ſcripta.* Stabant] *i. conſtabant uel placebant.* Hoc] *i. propter huiuſmodi ſermonis obſeruationẽ, & ſunt imitandi.* Hoc] *i. in hoc* Quos] *ſ. ueteres comicos, neq; Hermogenes* Pulcher] *i. bene comptus* Cantator] *Scilicet.* Neq; iſte] *i. uilis.* Simius] *Id eſt, imitator* Doctus] *Scilicet, Demetrius, qui me reprehendit eò, quòd Lucillium caſtigauerim, legit unquam.* Exiſtens] *ſ. uterq; eorum.* Nil] *i. non aliquid non doctus aliquem poëtam.* Præter cantare] *i. molliter recitare.* Caluum & Catullũ] *i. uerſus amatorios Calui & Catulli, qui poëtæ amaſii erant, eorũq; uerſus ad cantum apti.* At magnum fecit] *Ponit obiecta aduerſariorum, docetq; ea, quæ indocti mirãtur in Lucillio, & potiſſimũ quòd ſermonem Græcum admiſcuit, non eſſe laudanda. Ordo eſt.* At] *i. ſed: ſup. dicunt iſti Lucillius* Fecit magnũ] *i. rem magnã.* Quòd] *i. quia miſcuit Græca ſup uerba, Latinis uerbis. Ad quod reſpondeat poëta.* O' ſeri ſtudiorum] *i. tardi in ſtudijs, qui nimis tardè ſtuduiſtis cum tam parum ſciatis.* Qui'ne] *i. non ne* Putetis] *i. putare debeatis, q. d. minimè* Difficile] *i. rem difficilem factu.* Et mirum] *i. rem admiratione dignã, id ſup.* Quod contigit] *i. ſine labore euenit.* Pitholeonti Rhodio illic] *ſ. triuiali poëtæ, qui cum eſſet natus in confinio utriuſq; linguæ, carmina plebeia, & uulgaria ſcripſit confuſo ſermone, nõ ex arte, ſed ex uitio, quia neutro ſic præditus erat, ut eo mero uteretur. Verum obijcit defenſor Lucilli.* At] *i. ſed.* Licet] *ſ. forte non ſit difficile omninò.* Tamen ſermo concinnus] *i. concinnatus, & compoſitus utraq;* Lingua] *ſ. Græca & Latina eſt ſuauior, quam ſi ex altera tantùm conſtaret.* Vt] *i. quemadmodum, ſi nota* Falerni uini] *ſup. uinum Falernum nota dignum, ut ſcilicet in uaſe notato reſeruandum cuſtodiatur.* Commixta] *i ſimul mixtum.* Chio] *i. cum uino Chio, eſt ſup. ſuauius, quod ex utroq; reſultat, quam alterum merum, quia Falernum eſt paulò auſterius, & ardentius, & Chium dulcius, & ſegnius irritans palatum, quàm deceat, & ita auſteritas admixta dulciori, ſuauem facit commixtionem. Ad hoc ex Arte Rhetorica, quæ uult, ut quoties proprè reſpõdere nõ poſſis, aliud interroges: reſpondet poeta cum interrogatione dicens.* Ego percunctor] *i. interrogo teipſum, qui hoc dicis, an cum facias uerſus, &* Cum dura] *i. difficilis & periculoſa cauſa* Petilli] *i. Petilli Capitolini ſacrilegi, de quo prius dictũ eſt.* Rei] *i. accuſati ſacrilegio.* Sit peragenda] *i. finali actione defendenda* Tibi] *ſ. an tu oblitus patriæ &* Latini patris] *ſ. generis Latinorũ.* Malis] *i. magis uelis.* More Canuſini] *i. habitatoris Canuſii.* Bilinguis] *i. duarũ linguarũ, in quarũ confinio moratur, ſermone mixto utens, intermiſcere uerba petita* Foris] *i. externa, quam ſup. uti patrio ſermone, cũm tamẽ Pedius Publicola, atq; Coruinus Meſſala uterq; uehemens orator, & cauſidicus peritiſſimus* Exudet] *i. omni ſtudio uſq; ad ſudoris emiſſionẽ agat.* Patriis] *i. Latinis ſup. uerbis. q. d. ſi hoc malis, erres tota uia, contra uidelicet morem optimorũ uirorum agens, innuit autem idem faciendum eſſe in ſcribendo, quod in agendo: unde ſubdit. Atq; cum ego natus* Citra mare] *i. in Italia.* Facerem] *i. facere conarer: uerſiculos Græcos,* Quirinus] *i. Romulus.* Viſus] *i. apparens mihi poſt mediã noctẽ.* Cũ] *i. quo tẽpore* Somnia] *i. uiſiones & apparitiones ſup. ſunt uera, quia ſtõ*

purgatum

purgatum eſt cerebrum ſuperfluis uaporibus: ita, ut quæ tunc appareant, à dijs miſſa credantur, uetuit me tali uoce uidelicet.

O' Horati tu non feras] *Id eſt, portes.* Inſanius] *Id eſt, cum maiore inſania, ligna in ſyluam,* Ac] *Id eſt, quam ſi* Malis] *.i. magis uelis implere magnas cateruas* G. æcorum] *.i. eorum, qui Græcè ſcripſerunt.* Præcetmiſſis] *Sup. Latinis, qui tam pauci ſunt.*

Turgidos Alpinus, &c] *Hic defendit ſe poëta contra culpantes, quòd Satyras ſcribit, dicēs ſe id facere, quia ad eas ſcribendas quodammodo natus eſt, ſed ut Propertius dicit.*

,, *Naturæ ſequitur ſemina quiſq; ſuæ:*

Quod probat per uaria ſtudia diuerſa ſcribentium, probatq; ſe non ad manem gloriam, aut oſtentationem id facere, cùm ſcripta ſua non referat in ædem Camœnarum, neq; propterea, quòd Lucilianos uerſus damnauerit ſe continuo Lucilio meliorem aſſeruiſſe. ſicut nec ſe Lucilius Ennio, cuius uerſus reprehendit, cum etiam ipſe Lucilius ſi adhuc uiueret multos ſuorum uerſuum corrigeret. Ordo *eſt.* Interea] *Sup. dum Alpinus poëta malus.* Turgidus] *Id eſt, inflatus.* Iugulat] *Id eſt, tam malè mortem eius deſcribit.* Vt eũ iugulare] *Id eſt, eius memoriam delere uideatur.* Memnona] *Id eſt, filium auroræ, de quo Virg. in 1. Aeneid.*

,, *Nunc quibus auroræ ueniſſet filius armis:*

Venerat autem ad Troiā ab Orientali plaga. quæ pro &. Dum defingit] *Id eſt, malè fingit, & quantum in ipſo eſt deſtruit.* Caput Rheni luteum] *Id eſt, quod turbidè deſcribendo luteum reddit. hoc eſt, dum occupatus in rebus, nihil ad bonos mores facientibus, iiſq; ab extremis mundi partibus petitis, perditum carmen ſcribit.* Ego ludo] *Id eſt, faciliter ſcribo.* Hæc] *Id eſt, huiuſmodi carmina Satyrica: quæ neq;* Sonent] *Scilicet, dum recitentur.*

In æde] *Scilicet, Camœnarum ab Auguſto Apollini, & Muſis conſecrata.* Certantia] *Id eſt, contendentia cum alijs de palma, &* Hoc Tarpa] *Scilicet, Mætio homine, non ſatis perito* Ex ſtente iudice] *Id eſt, cenſore, nec redeant iterum atq; ſpectanda theatris, quaſi dicat, ego non ſentio me natum ad ſcribenda ea, quæ in* Theatris] *Id eſt, ſpectaculis Romanis riſum excitent, & applauſum capiant, ſua enim cuiq; eſt uena. unde dicit. O' fundani.* Tu unus] *Id eſt, ſolus uiuorum es ſup. potens, ad carmen ſcribendum.* Meretrice arguta] *Id eſt, callida & ſubtili.* Et Dauo] *Id eſt, ſeruo Comico.* Eludente] *Id eſt, decipiente.* Chremeta] *Id eſt, herum ſuum, qui Chremes uocatur. unde fit Accuſatiuus Chremeta, ſicut à Nominatiuo Darhes, ſit Accuſatiuus Darheta in 5. Aeneid. & tu unus uiuorum, es ſup.* Potens] *Id eſt, aptus & idoneus* Garrire] *Id eſt, affabiliter componere.* Libellos comis] *Id eſt, comicos, id eſt, inter omnes mortales Fundanius præcipuè ad Comœdiam natus eſt.* Pollio canit facta regum pede percuſſo ter] *Id eſt, ualde terſo, & compoſito, optimamq; ſymmetriam habente, aut potiùs, quia Tragœdiam ſcripſit, numero ſenario trimetro. Varius poëta de quo in carminibus.*

,, *Scriberis Vario fortis & hoſtium uictor.*

Acer] *Id eſt, uehementi ſpiritu præditus.* Ducit] *Id eſt, aptè componit, & quaſi dux agit.* Forte epos] *Id eſt, carmen ſic appellatum, ita ſup. ducit,* Vt nemo] Quia *nemo eius ſimilis eſt.* Camœnæ] *Id eſt, Muſæ carminum inuentrices.* Gaudentes rure] *Id eſt, Georgica: hoc eſt, res ruſticas curantes* Annuerant] *Id eſt, formaliter prius, quam ſcriberet conceſſerant Virgilio.* Carmen ſup. molle] *Id eſt, leue &* Facetum] *Id eſt, facetè compoſitum. Ex his argumentari licet: Virgilium nondum ſcripſiſſe Aeneida, quia eius operis mentionem non neglexiſſet, tam amicus poëta.*

Hoc] *Id eſt, hæc res, ſcilicet, opus Satyricum, quod ſcribo, erat quod ego poſſem ſcribere melius Varrone Athacino.* Experto] *Id eſt, qui experientiam ac periculum ingenij ſui in eo fecit.* Fruſtrà] *Id eſt, in uanum, quia non potuit feliciter ſcribere, & quod poſſem ſcribere melius quibuſdam alijs etiam fruſtra expertis.* Exiſtens minor] *Id eſt, inferior inuentore, ſcilicet. Lucilio,* Neq; ego auſim detrahere illi] *Scilicet, Lucilio* Coronam] *Scilicet, laureā* Hærentem] *.i. adhærentem capiti eius cum multa laude, aut quā uiuus obtinuit, aut quæ imagini eius in æde Camœnarum adhæret, unde eſt illud Perſianum. Quorum imagines lambunt hæderæ ſequaces.* At] *Id eſt, ſed ego dixi.* Hunc] *Scilicet, Lucilium fluere* Lutulentum] *Id eſt, turbidum, luti plenum.* Ferentem] *Id eſt, afferentem more rapidi fluminis ſæpe.* Plura tollenda] *Id eſt, auferenda & abijcienda.* Relinquendis] *Id eſt, quam quæ eſſent relinquenda. (Ex hoc patet illud, quod prius dixit erat quod tollere poſſis, exponendum eſſe, ut nos illic expoſuimus.)* Age quæſo] *Id eſt, quæro te, uel dic quæſo: tu qui doctus es.* Nihil] *Id eſt, non aliquid: an ſup. non* Deprendis] *Id eſt, deprehendis aliquid in magno Homero: ſup. corrigendum? quaſi dicat, ſi id non facis doctus non es, quia quandoq; bonus dormitat Homerus.* Nil] *Id eſt, non aliquid an ſup.* Lucilius comis] *Id eſt, quem tu comem dicis non mutat aliquid.* Acci] *Id eſt, Accij Tragici? quaſi dicat, imò.*

Non] *Id eſt, non'ne ipſe Lucilius* Rides] *Id eſt, irrides uerſus.* Enni] *Id eſt, Ennij poëtæ.* Minores grauitate] *Id eſt, non habentes grauitatē ſuam.* Cum] *Id eſt, quando ipſe loquitur de ſe: non ut ſup.* De maiore] *Id eſt, excellentiore* Reprenſis] *Id eſt, Accio & Ennio? quaſi dicat, maximè. Etſi Lucilius hoc fecit.*

Quid uetat &] *Id eſt, etiam nos legentes uerſus* Lucilli] *Id eſt, Lucillij.* Quærere] *Id eſt, diſquirere.* Num] *Id eſt, an nō* Natura] *Id eſt, ingeniū* Illius] *Scilicet, Lucillij. &* Num] *Id eſt, non'ne, natura rerum* Dura] *Id eſt, difficilis, ad exprimendū uerſibus.* Negarit] *Id eſt, negauerit illi uerſiculos.* Magis factos] *Id eſt, artificioſiùs compoſitos.* Euntes] *Id eſt, incedentes* Mollius] *Id eſt, pedibus aliquantulum molliter* Compoſitis] *Quaſi dicat, nihil uetat.* At] *Id eſt, ſed ſi quis cōtentus claudere* Quid] *Id eſt, aliquid, ſiue decens, ſiue indecens.* Senis pedibus] *Id eſt, hexametro: & contentus* Tantum] *Id eſt, ſolummodo.* Hoc] *.i. in hac re, amet ſcripſiſſe ducentos uerſus* Ante cibum] *Id eſt, ieiunus.* Et totidem] *Id eſt, alteros ducentos.* Cœnatus] *Id eſt, poſt cœnam.* Quale] *Id eſt, cuiuſmodi, fuit ingenium.* Caſſi] *Id eſt, Caſsij, Hetruſci exiſtens* Feruentius] *Id eſt, Torrentius, & rapidius amni.* Rapido] *Id eſt, rapidè fluente.* Quem] *Scilicet, Caſsium, fama eſt eſſe ambuſtum in ſup. proprijs capſis & libris, ſi quis inquam hoc amet, ipſe Lucilius fuerit comis & Vrbanus.* Et idem] *Scilicet, Lucillius.* Fuerit limatior] *Id eſt, magis* Limatus] *Id eſt, limata ſcribens,* Limata autē ſunt] *Quorum ſuperflua ſunt lima quadam, & ſcobina abraſa fuerit ergo.*

Limatior] *Id eſt, magis dicendus limatus auctor, quā rudis auctor carminis intacti* Græcis] *Id eſt, Satyrici, cuius ipſe auctor & inuentor fuit, & fuerit limatior, quam turba poëtarum* Seniorum] *Id eſt, qui ante Satyrici carminis inuentionem fuerunt, ut Ennius, Pacuuius, Accius.* Sed ille] *Scilicet, Lucilius ſi foret* Delapſus fato] *Scilicet, ita uolente & reuoluente uices rerum, in hoc noſtrū.* Aeuum] *Id eſt, ſi rediret in uitam.* Detereret] *Id eſt, oblineret, ſibi à ſcriptis multa.* Et recideret] *Id eſt, amputaret omne quod traheretur ultra perfectum. uidetur tractum* A' ſirmate] *Id eſt, caudata ueſte, quæ trahebatur, & ipſe ſcaberet ſæpe* Caput] *Id eſt, diligentior eſſet, & attentior in uerſu* Faciendo] *Id eſt, dum uerſus faceret, ita, quòd raptus ſæpe præter induſtriam, ſcaberet caput, & indignatus quòd uerba inuentis non reſpondeant, roderet ungues uiuos ita per ſeſe morderet, nec ſentiret priuſquā ad unum uentum eſſet. Si quis hoc ſciens fecerit inſanus eſſet, ſed non quæ ſpecie poëtæ inſanire dicuntur, ut in arte poëtica latius uiſum eſt.*

Sæpe ſtylum uertas. &c.] *Quia Lucilium carmina ſua caſtigaturum dixerat, ſi ad nos rediret ideò docet, quam diligentiam carminibus noſtris adhibere debeamus, atq; contenti eſſe paucis lectoribus, utpote doctis. Iuxta quod enumerat poëta aliquot uiros bonos, & apprimè doctos, quibus ſcripta ſua placere deſideret, paruifacturus quid Hermogenes, aut Demetrius, cæteriq; id genus ſtulti, & ignari uiri de eis cenſeant. Videtur autem alludere ſtatim in principio ad uocabulum, uidetur enim uerſus à uertendo dici. Neq; leges uertat, quia non amplius de Lucilio loquitur. Ordo autem eſt.* Tu ſcripturus] *Id eſt, quicunq; ſcribere uoles, ſup. carmina quæ ſint digna* Legi iterum] *Id eſt, ſecundario.* Vertas] *Id eſt, commutes ſæpe ſtylum: unde eſt uulgatus uerſiculus.*

,, *Sæpe ſtylū uertat, qui uerſum cōdere curat.* Neq; labores] *.i. adhibeas operā. Eſt enim uerbū laborēs.* Vt turba] *.i. turba ingenij Popellus, miretur te, exiſtens contentus paucis, utpote doctis, qui pauci ſunt, lectoribus.* An ô demens tu malis] *Id eſt, magis uelis tua*

lis tua carmina dictari, id eſt, pueris, ut dictata exhiberi. In ludis] *Id eſt, ſcholis: unde eſt ludi magiſter.* Vilibus] *Quo uiles & indocti conueniunt?* Non ego] *Id eſt, ego non malim placere multis indoctis, quam paucis doctis. Nam ſatis eſt mihi equitē applaudere, id eſt, egregios uiros alijs ſup. uiris* Contemptis] *Id eſt, uilipenſis.* Vt] *Id eſt, quemadmodum arbuſcula mima* Illa] *Id eſt, fabularum repræſentatrix cum geſtu, & imitatione* Audax] *Id eſt, magni animi. dixit* Exploſa] *Id eſt, poſtquam eſſet exploſa à populo cui non placebat. Plaudere eſt manuum eleuatione cum exclamatione in ſignum admirationis, & lætitiæ aliquem laudare. Explodere econtrariò cum ſibylo & palmarum concuſſione aliquē eijcere ab eo loco, ubi agere inceperat, quando ergo arbuſcula à populo exploderetur forte, quòd uerecundius, nec ſatis ſcurriliter ageret: reſpondit audacter ſe paruifacere, quòd à uulgo exigeretur, dummodo equitibus, qui in quatuordecim primis gradibus ſederent placeret.* Men'] *Id eſt, mēne moueat ſup. ad iram, aut ad aliter ſcribendum.* Pantilius cimex] *Id eſt, fœtidus ut cimex, aut Demetrius, quem prius Simium dixit. cruciet ſup.* Me] *Id eſt, afficiat animi cruciatu.* Quòd] *Id eſt, quia* Vellicet] *Id eſt, lacerat ſup. me abſentem? aut quòd* Fannius ineptus] *Scilicet, poëta.* Conuiua Tigelli] *Pro Tigellij Hermogenis, Muſici aut Cantoris ſupra notati.* Lædat me abſentem] *Quaſi dicat.* Minimè] *Quia parui animi eſt à talibus hominibus commoueri.* Vtinam Plotius] *Vir ille bonus & doctus* Probet] *Id eſt, approbet.* Hæc] *Scilicet, mea ſcripta, & Varius poëta ille bonus, & Mecœnas.* Poëtarum præſidium] *Quæ pro &. Virgilius poëtarum doctiſſimus, &* Valgius uir] *Item bonus & doctus, & utinam Octauius optimus, quem inepti Octauianū uocant, & Fuſcus uir doctiſſimus & uterq; uiſcorum, ambo utique prædocti uiri.* Laudet hæc] *Scilicet, quæ ſcribo. ego poſſum* Dicere] *Id eſt, laudare, utpote cuius approbationem exoptem, te Pollio.* Ambitione] *Id eſt, cupiditate nimia laudis.* Relegata] *Id eſt, reiecta, & te ô Meſſala cum tuo fratre, ſimulq; ſup. dicere poſſum uos ô bibule. & ſup. te ô Serui, & te ô candide Furni, quæ pro & ego poſſem dicere complures alios doctos, & amicos, quos ego prætereo* Prudens] *Id eſt, ſciens ne prolixior ſim, quibus ſup. amicis, & uiris bonis, ac doctis ego uelim* Hæc] *Scilicet, ſcripta mea, qualiacunque ſunt arridere, uidetur mihi eſſe hypallage, ut ſit dictum pro eo, quod eſſet. quos ego uelim arridere: his qualiacunq; ſint ſi tamen acceperimus arridere ſimpliciter pro placere, ſicut accipiendum uidetur ex eo, quod ſequitur doliturus ſi placeam ſpe, &c. Nulla eſt figura, quibus ergo uelim hæc noſtra ſcripta, qualiacunq; ſunt* Arridere] *Id eſt, placere. ſicut qui nobis arrident, complacere ſtudent, uelim inquam* Arridere] *Id eſt, placere. doliturus ſi placeā̄t* Deterius] *Id eſt, minus plenæ.* Noſtra ſpe] *Id eſt, quam ſperamus ô Demetri, & ô Tigelli ego* Iubeo] *Id eſt, uolo te* Plorare] *Id eſt, uoce quadam fœminea, & fracta, ſicut hodie quoque Itali cantant.* Cantare inter cathedras diſcipularum] *Id eſt, puellarum, ac mimarum quas cantum docebant. Hoc autem ultrò ſe obtuliſſe poëtæ non attendenti uidetur, dum ſermonem clauſerat. unde dicit* O puer] *Id eſt, uade* Citus] *Id eſt, celer atq; ſubſcribe.* Hæc meo libello] *Id eſt, adde alijs ſcriptis meis. Aduerte iterum Grammaticè ſi legatur cito, ut multi textus habent uocalem in dictione citò non abſumi, uel quia aſpiratio uim literæ habet, ſicut primo Aeneidos.*

„ *Poſthabita coluiſſe Samo hic illius arma.*

Aut quia ſatis putauit corripuiſſe, ſicut ibi. Si me amat, &c.]

GILBERT. COGNAT. } At magnum fecit ex uerbis Græca Latinis. Miſcuit ô ſeri ſtudiorum] *Hic eos deridet poëta qui miſcellam linguæ Latinæ & Græcæ in Satyris confusè pro magno habent, hac cacozelia hic Lucilium laboraſſe teſtatur. legi Gilbert. in Prouerb. ô ſeri ſtudiorum.*

Vt nemo Varius docet molle atq; facetum] *Molle atq; facetum pro ſuaui, multæq; urbanitatis, & gratiæ noſtri uſurpāt. Gilbert. in Prouerb. Molle atq; facetum.*

SERV. MAR. HON. } Exploſa arbuſcula dixit] *Poſt Cytheridis abſceſſum, quam Lycorim Vergilius uocat Aegloga decima, tres fuerunt uerò tempore nobiles meretrices, Cytheris, Origo & Arbuſcula.*

PET. CRIN. } Sæpe ſtylum uertas, iterum, quæ digna lege Scripturus, neq; te ut miretur turba labores Contentus paucis lectoribus] *Id ego ſolitus ſum ad hunc fere motum interpretari, ut uertere ſtylum quis dicatur, cum ſcripta ipſa inducuntur ac delentur, quoniam, qua parte aculeatus is eſſet, atq; ſubulatus ea potiſſimum exararent. Qua uerò parte latiuſcula acies foret, hac delere aliquid (ſicubi uſus peteret) conſuerunt. Tales autem ſtylos etiamnum Graphiarij noſtri habent, ſed quoniam priores partes agit ſcriptio, quàm litura propterea cum delebant, hoc eſt, latiorem ac deletilem ſtyli partem conuertebant, uertiſſe ſtylum dicebantur. Crinitus hæc & alia habet in libro de honeſta diſciplin. libro 17 capite 4.*

COMMENTARIORVM VARIORVM AVTHORVM, IN Q. HORAT. FLACCI LIBRVM I. SERMONVM FINIS.

Q. HORATII FLACCI, SERMONVM, CVM VARIORVM DOCTISSIMORVM, TAM NEOTERICORVM, QVA'M ANTIQVISSImorum Grammaticorum, Commentarijs ac Annotationibus, in Opus unum collectis,

LIBER SECVNDVS.

SATYRA I.

ARGVMENTVM SAT. I. ASCENS.

Protegis in prima libri te Flacce ſecundi.

ALIVD ARGVMENTVM.*

Trebatio Iuriſconſulto & poetæ ſcribens, refutat eos qui ſe nimium mordacem calumniabantur.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Quare ſcribat Satyras.

COMMENTARIA.

ACRON.

SVNT quibus in Satyra] *Ad Trebatium quendam Iuriſperitum ſcribit, & conſulit, quid nam faciat, quoniam quibuſdam acre nimis uidetur opus ſuum, alijs remiſſum.* Videar nimis acer] *Maledicus, mordax, & extra modũ lacerare. Senſus eſt. Alij nullius momenti, & nimis acrem dicũt Satyram meam, alij dicunt ſine neruis eſſe, quod ſcripſi, id eſt, ſine uiribus ingenij. Ecloga hæc omnia habet, ſi ad Iouem, hymni: ſi ad Apollinem, aut ad Dianam, aut Latonam Pæanes: ſi ad Liberum, aut Semelem, Dithyrambi: ſi ad cæteros deos, proſodia: ſi ad homines, laudes aut uituperationes.* Vltra legẽ tendere opus] *Id eſt, ultra quàm opus eſt, & quam habet ſe ratio ipſius uocabuli. Et murè legem, quia iuriſperito loquebatur.* Præſcribe] *Id eſt, cõſtitue, quaſi ex lege, quid debeam facere, quia quidam me reprehendunt.* Ter uncti Tranſnanto Tiberim] *Senſus hic eſt. Qui dormire nõ poſſunt facilè, ter Tiberim tranſnatẽt, & fatigati, multis ſe potionibus impleant, quo facilius his ſomnus accedat. Dicit autem uel hoc melius eſſe, quàm quenquam cum periculo laceſſere. Trebatius ait, qui uolunt multum dormire, uncti ter natent Tiberim, & multum bibant.* Sub noctem] *Prope noctem, ſerò aduentãte nocte, id eſt, adueſperaſcẽte.* Aude Cæſaris inuicti res dicere] *Quaſi difficile ſit, & quaſi uix poſſit impleri, ideo dicit, Aude.* Cupidum pater optime] *Hoc reſpõdet Horatius.* Vires deficiũt] *Id eſt, deſtituunt. Oſtendit ſe poſſe dicere, quod negabat.* Fracta cuſpide] *Quia uulneratus eſt hoſtis. Vt, Et uenit aduerſi in tergũ Sulmonis, ibiq; Frangitur.* Pereuntes] *Quia fractis Romanorum telis, perempti ſunt.* Attamen & iuſtum poteras] *Id eſt, ſi res bellicas eius non poteras deſcribere, attamen iuſtitiam & fortitudinem animi eius laudare poteras, ſicut Scipionis à Lucilio uita laudata eſt.* Scipiadam] *Qui Hannibalem reuocatum ex Italia uicit, & Africanus dictus, id eſt, ſcribe de eius fortitudine atq; iuſtitia.* Cum res ipſa feret] *Cùm fuerit opportunitas, & tempus. Non ſibi deeſt is, qui facit, & quod ſibi opus eſt, & quo oportet.* Niſi dextro tempore] *Inuenta opportunitate. Ordo eſt: Non ibunt niſi dextro tempore, id eſt, opportuno, Flacci uerba. Id eſt, felici tempore, ac proſpero non poſſum ſcribere, quia attentæ ſunt aures Cæſaris, & bene ut dicant. Aliàs, Niſi felici tẽpore ſcripſero, id eſt, quando bene poſitum eſt aſtrum meum, non poſſum placere Cæſari, quia ſapiens eſt, & bene iudicat: cui ſi uolueris aſſentari, reſpuit & contemnit.* Cui malè ſi palpere] *Aſſentari, eſt palpere, & hic quaſi à uerbo deponenti dixit, palpor, palparis, cum ſit actiuum. Palpor, id eſt, blandior, aſſentio.* Recalcitrat] *Tranſlatio ab equis. Contẽnit & ſpernit te, ſi falſas laudes ſcripſeris. Senſus eſt: Si quis ficta adulatione aggrediatur Cæſarem, repugnat, & reſpuit, nec ſe decipi patitur, ſic tutus undiq;, quod ne blãditijs quidem capiatur, id eſt, non audiat. Dicit de Auguſto qui non falſas blanditias admittat, & ſit eruditus aſſentari. Quia ualde tutus eſt Cæſar in omnibus rebus ideò delectatur falſis laudibus, id eſt, non poteſt deludi.* Quantò rectius hoc] *Id eſt, Quantò rectius eſt laudem Cæſaris ſcribere quàm Satyram?* Pantolabum ſcurram] Pro

SVNT, quibus in Satyra uidear nimis acer, & ultra
Legem tendere opus: ſine neruis altera, quicquid
Compoſui, pars eſſe putat, ſimilesq; meorum
Mille die uerſus deduci poſſe. Trebati,
Quid faciam, præſcribe: quieſcas, ne faciam, inquis,
Omnino uerſus? aio. peream malè, ſi non
Optimum erat: uerum nequeo dormire. ter uncti
Tranſnanto Tiberim, ſomno quibus eſt opus alto,
Irriguumq; mero ſub noctẽ corpus habento:
Aut, ſi tantus amor ſcribendi te rapit, aude
Cæſaris inuicti res dicere, multa laborum
Præmia laturus. cupidũ pater optime uires
Deficiunt. neq; enim quiuis, horrentia pilis
Agmina, nec fracta pereũtes cuſpide Gallos,
Aut labentis equo deſcribet uulnera Parthi:
Attamen & iuſtũ poteras, & ſcribere fortem,
Scipiadam, ut ſapiens Lucilius: haud mihi deero,
Cúm res ipſa feret: niſi dextro tẽpore, Flacci
Verba per attentam nõ ibunt Cæſaris aurẽ.
Cui malè ſi palpere, recalcitrat undiq; tutus.
Quantò rectius hoc, quàm triſti lædere uerſu
Pantolabũ ſcurrã, Nomentanumq; nepotẽ?

Pro hominib. uilibus. Nomina ſunt luxurioſorum, quos etiam in priore libro Lucilius carpſit. Cum ſibi quiſq; timet] *Senſus eſt, Cum unuſquiſq; timet ſibi, tamen odit te, etiamſi non fuerit laceratus. Exemplo nos terreri ſignificat, etiamſi nõ lædamur, nam quæ in alios uidemus fieri, in nos futura credimus. Quamuis nihil de eo dicis, tamen metuit te, quaſi Satyricum, & odit quaſi maledicum. Id eſt, Cùm timet aliquis flagicioſus propter conſcientiam ſuam, ne de eo aliquid dicas, etiamſi taces, odit te.* Quanquam eſt intactus] *Nondum denotatus.* Et odit] *Et, pro tamen.* Quid faciam] *Quia uitium habeo, ut multi habent. Nam Milonius ſcurra, ſi ebrius fuerit, ſaltare non deſinit. Similiter & ego hominum commiſſa tacere non poſſum. Milonium ait ebrietate diſſolui, ut contra decorum ſaltet, & plures ex una lucerna ei uideantur.* Icto capiti] *Percuſſo cerebro uinolentia.* Feruor] *Ebrietas quæ caput percutit.* Numerusq; lucernis] *Opinione ebrij accedit lucernarum numerus, quia qui ebrius ſit, non ſe putat unam lucernam uidere, nec unã lunam arbitratur aſpicere. Iuuen.*

„ *Et geminis exurgit menſa lucernis.* Caſtor gaudet equis] *Caſtor & Pollux ex uno ouo nati diuerſa ſtudia habent. Cum igitur inter fratres hoc ſit, nõ mirum eſt me uicia hominum carpere.* Quot capitum] *Terentianũ illud: Quot homines tot ſententiæ, ſuus cuique mos. Singuli homines ſingula ſtudia habent.* Noſtrum melioris utroq;] *Hoc eſt: qui melior fuit & me & te Trebati uita ſua, id eſt, cenſu & natalibus, fuit enim ualde nobilis Lucilius.* Ille uelut fidis] *Hoc Lucilius ex Anacreonte Græco traxit, & Alcæo Lyricis, quos ait Ariſtoxenes libris proprijs uice amicorum uſos eſſe. Dicitur enim uitam ſuam ſcripſiſſe, & non ſibi pepercisse.* Si male geſſerat] *Si qd uicioſè ſcripſerat.* Quò fit, ut omnis] *Vnde fit, ut ita lucida ſit uita ipſius, quemadmodum ex uoto imago aut in templo, aut in publico poſita indicent quicquid eſt pictũ. Votiua dicitur tabula, quæ ponitur in publico, in qua ſcribitur decernente ciuitate uita boni cuiuſq;.*
Deſcripta tabella] *Id eſt, picta in tabula, ut naufragi ſolent tabulã portare depictam.* Ordo eſt: *Quo fit ut omnis pateat uita ſenis, ueluti uotiua tabella deſcripta. Quoniam ſolent naufragi ſe pingere, & conſecrare in aliqua æde.* Lucanus an Appulus] *Quia Venuſinum oppidum in confinio Lucaniæ, & Appuliæ poſitum eſt, quæ ciuitas habitatur à Rom. colonis, miſſis eò ob eam rem, ut ſiue Appuli ſiue Lucani bellum mouerent, prohiberẽtur. Ad hoc oppidum miſſus erat colonus eo tempore, quo à Romanis Sabini ſunt uicti. De ſeipſo ait. Verũ ſim Lucanus an Appulus anceps.*

Cum ſibi quiſque timet, quanquam eſt intactus, & odit:
Quid faciam? ſaltat Milonius, ut ſemel icto
Acceſſit feruor capiti, numerusq; lucernis:
Caſtor gaudet equis: ouo prognatus eodem,
Pugnis. QVOT capitũ uiuunt totidem, ſtudiorum
Millia me pedibus delectat claudere uerba,
Lucili ritu, noſtrum melioris utroque.
Ille uelut fidis arcana ſodalibus olim
Credebat libris: neq;, ſi male geſſerat uſquã,
Decurrẽs alio, neq; ſi bene. quò fit, ut omnis,
Votiua pateat ueluti deſcripta tabella,
Vita ſenis ſequor hunc, Lucanus, an Appulus, anceps:
Nam Venuſinus arat finem ſub utrunq; colonus,
Miſſus ad hoc, pulſis (uetus eſt ut fama) Sabellis:
Quò ne per uacum Romano incurreret hoſtis:
Siue quòd Appula gens, ſeu quòd Lucania bellum
Incuteret uiolenta. ſed hic ſtylus haud petet ultro
Quenquam animantem, & me ueluti cuſtodiet enſis
Vagina tectus. quem cur diſtringere coner
Tutus ab infeſtis latronibus? O' pater, & rex
Iuppiter ut pereat poſitum rubigine telum,
Nec quiſquam noceat cupido mihi pacis. at ille
Qui me cõmòrit (melius non tangere, clamo)
Flebit, & inſignis tota cantabitur urbe.
Ceruius iratus leges minitatur, & urnam:
Canidia Albuti, quibus eſt inimica, uenenũ:
Grande malum Turius, ſi quis ſe iudice certet.
Vt quò quiſq; ualet, ſuſpectos terreat, utq;
Imperet hoc natura potens, ſic collige mecũ.
Dente lupus, cornu taurus petit. unde? niſi intus
Monſtratum? Scęuæ uiuacem crede nepoti
Matrem: nil faciet ſceleris pia dextera. mirũ,
VT NEQVE calce lupus quenquam, neque dente petit bos.
Sed mala tollet anum uitiato melle cicuta.
Ne longum faciam, ſeu me tranquilla ſenectus
Expectat, ſeu mors atris circumuolat alis:
Diues, inops: Romę, ſeu Sors ita iuſſerit, exul
Quiſquis erit uitæ, ſcribã, color. ô puer, ut ſis
Vitalis metuo, & maiorum ne quis amicus
Frigore te feriat. quid, cùm eſt Lucilius auſus
Primus in hũc operis cõponere carmina morem,
Detrahere & pellem, nitidus qua quiſq; per ora
Cederet, introrſum turpis? nũ Lælius, & qui
Duxit ab oppreſſa meritum Carthagine nomen,
Ingenio offenſi, aut læſo doluere Metello?
Famoſisq; Lupo cooperto uerſibus? atqui
Primores populi arripuit, populumq; tributim
Scilicet uni æquus uirtuti, atq; eius amicis,
Quin ubi ſe à uulgo, & ſcena, in ſecreta remorant

Nam Venuſinus arat] *Venuſium oppidum eſt ubi natus Horatius.* Miſſus ad hoc pulſis, uetus eſt ut fama, Sabellis] *Venuſinus populus olim Romanus fuit, ſed modo trahit nomen à ciuitate, uel oppido, miſſus ut rebellem Appuliam, uel Lucaniam incurrere Romanos uetaret.* Quò ne per uacuum] *Vt ne per uacãtem locum Sabellis expulſis, incolis nullis obſtãtibus peruium iter eſſet Lucanis ad Romanos.* Sed hic ſtylus] *Ego neminẽ laceſſo ultro, ſed ita utor linguã mea, ut gladio, magis ad tutandum me, quam alium laceſſendum.*
Quenquam animãtem] *Viuum hominem, habentem animã.* Quẽ cur diſtringere coner] *Id eſt, Quẽ gladium uel ſtylum cur proferam, ſi nemo me perſequatur?* Ab infeſtis latronibus] *Pro maledicis.*
O' pater] *Optantis eſt. Vt, ô potius falſa formidine ludar?* Telum] *Stylum ſuum dixit, ut non ſit cauſa cur utar hoc ſtylo.* Qui cõmorit] *Cõmouerit, laceſſerit, prouocarit.* Melius non tangere, clamo] *Hoc inter poſuit, ut uotum ſuum oſtenderet, Vt me non tangas, hoc illi clamo. Ordo, At ille, qui me commouerit, flebit, ut cantabitur inſignis tota urbe.* Ceruius iratus] *Ceruius accuſator quidam fuit, & calũniator. Vnuſquiſque autem ea re minatur qua ualet.* Et urnam] *Videlicet reorum, id eſt, iudicium, quia ſortiebantur iudicium, & iaciebantur, iudices, ex quibus fiebat reiectio.* Canidia Albuti] *Deeſt, filia. Vt Virgo.*
„ *Deiphobe Glauci.*
Alij uxorem dicunt. Canidia autẽ pro Gratidia. Albutius quidam ueneficus, matris extinctor. Grande malum Turius] *Turius quidã corruptiſſimus iudex, hic eſt, cui Hortenſius propter fratrem Varronem ceratas diuerſi coloris tabellas dedit. Aliàs, Turium Marinum iudicem ſignificat, qui accepta pecunia pronunciare ſit ſolitus, qui fidem ſuam corruperant. Hic quoq; tempore Verris reus erat, & diuerſi coloris tabellas fertur dediſſe, ut ſciret qui ſecundũm uoluntatem iudicaſſet, quia nomina ſua centumuirĩ non adijciunt. Hoc dicit, Turiũ dicere ſolitum, ſi me iudicante ad iudicium*

Virtus Scipiadæ, & mitis ſapientia Læli:
Nugari cum illo, & diſcincti ludere, donec
Decoqueretur olus, ſoliti. QVICQVID SVM EGO, quamuis
Infra Lucili cenſum ingeniumq́; tamen me
Cum magnis uixiſſe inuita fatebitur uſq;
Inuidia, & fragili quærens illidere dentem,
Offendet ſolido: niſi quid tu docte Trebati
Diſſentis. equidem nihil hinc diffingere poſſum.
Sed tamen ut monitus caueas ne forte negoci
Incutiat tibi quid ſanctarum inſcitia legum.
Si mala condiderit in quem quis carmina, ius eſt,
Iudiciumq́; eſto: ſi quis mala. ſed bona ſi quis
Iudice condiderit laudatur Cæſare ſi quis
Opprobrijs dignum latrauerit, integer ipſe,
Soluentur riſu tabulæ, tu miſſus abibis.

dicium uenerit, inimicus meus, damnabitur. Vt quo] *Hoc dicit, quomodo unuſquiſq; hac re terreat inimicos ſuos, in qua re ualet, & quomodo hoc imperet, cognoſcit fortuna.* Collige] *Percipe reputa, & intellige.* Dente lupus] *Oſtendit natura unumquenq; ea munari inimicis, quæ poſſit perficere.* Intus monſtratum] *A naturali ſenſu inſtitutum.* Scæua uiuacem crede nepoti Matrem] *Id eſt, committe huic uiuacem matrem, & non faciet aliquid ſceleris pia dextra, ſed ueneno utetur, id eſt, non eam perimet gladio. Scæua quidam luxurioſus dicebatur fuiſſe, & pronus ad artes magicas, is habuit matrem anum quæ eſt ætas luxurioſis moleſta.* Mirum] *Miraris, quia dixi, non utitur dextera ſua ad occidendum matrem: noli mirari, nam eam occidit ueneno.* Viciato] *Corrupto. Quia unaquæque res alterius permixtione corrumpitur. Id eſt, melle ueneno corrupto eam poterit occidere.* Ne longum faciam] *Id eſt, ne multum dicam.* Exul] *Extra patriam poſitus.* Quiſquis erit] *Id eſt, Quicunq; me uitæ exitus manet, ſiue diu uiuere liceat, ſiue cito ſit neceſſe deperire, ſiue pauper, ſiue diues, utrum Romæ an exul fuero, tamen ſcribere non deſiſtam.* O puer] *Trebatius reſpondet, ô Horati ne non ſis uitalis metuo. Id eſt, ne citò pereas metuo, nam te poteſt quicunq; maiorum à te laceſſitus occidere.* Frigore te feriat] *Id eſt, morte te afficiat, quæ frigida eſt, ut poeta: Frigida mors.* Quid cum eſt Lucilius] *Quid paſſus eſt Lucilius, cum in multos dixiſſet, principes ciuitatis?* Detrahere & pellem] *Id eſt, denudando interiorem uitam reuelare, quia multi mali ſunt homines, opinione tamen bona, quorum uitam ſi expoſuerit quis, pellem honeſtatis uidetur illis detrahere, ſimulata opinione remota. Aliàs. Detrahere pellem, hoc eſt, unumquenq; ſuperficie ipſa nudare, ut uitia delecta elucerent, quamuis aliquo uelamine celarentur. Pellem igitur uelamentum uicioſæ uitæ, factam opinionem.* Nitidus] *Vt ciuis bonus.* Cederet] *Pro incederet.* Duxit ab oppreſſa meritum Carthagine nomen] *Africanum Scipionem dicit, qui in Africa funditus Carthaginem deleuit, & Numantiam, unde poſtea Numantinus dictus eſt.* Ingenio offenſi] *Id eſt, Num inimici ipſius facti ſunt, aut propter lupum, aut propter Metellum. Lupus princeps Senatus fuit.* Famoſis] *Criminoſis, maledicis.* Cooperto] *Increpato.* Populumq; tributim] *Diuiſum in tribus, id eſt, per ſingulas tribus. Hoc eſt, non uiles & ſingulos, ſed & primores & populum in tribus diſtributum lacerauit carmine ſuo Lucilius.* Vni æquus uirtuti] *Virtutem diligens ſolam, indulgens bonis hominibus.* Atq; eius amicis] *Virtutis ſcilicet, Scipioni & Lælio.* In ſecreta] *Scilicet, domus parte: Oſtendit non maleuolentia Lucilium perſecutum eſſe multos, ſed amore uirtutis.* Remorant] *Pro remouerant: ſicut Terent. Commorat ibi omnes nos.* Virtus Scipiadæ] *Scipio Africanus fertur intra domum tam ciuilis fuiſſe. & carus Lucilio, ut quodam tempore Lælius circa lectos triclinij fugienti ſuperuenerit, cùm eum Lucilius obtorta mappa quaſi feriturus ſequeretur. Cæcilius autem Metellus conſularis, qui filios conſulares uidit, & ab ipſis elatus eſt, temporibus Scipionis Africani potens fuit, & cum in ſeditione quadam aduerſus ſe facta clamaret Scipio, ait: Hi ſunt quos Hannibali eripui, patière ergo inquit nos liberos eſſe. Ob quod & alia Lucilius eum in gratiã Scipionis carpſit, quamuis amicum ipſius.* Nugari cum illo] *Iocare cum ipſo ſolebant.* Diſcincti] *Aut poſitis togis, aut depoſitis ferijs.* Donec decoqueretur olus] *Id eſt, donec prandium pararetur.* Infra Lucili cenſum] *Quoniã fertur Lucilius maior auunculus fuiſſe Pompeij Magni merito ergo & diues fuit.* Cum magnis uixiſſe] *Cum optimis, cum Auguſto, cum Pollione, cum Mecænate, cum alijs.* Inuita fatebitur uſque inuidia] *Inuidia quæ ſemper quærit, inualidum, à quo nõ timeat uicem fatebitur, & in uita me cum ſummis uiris uixiſſe: quæ ſi ad me uenerit, inueniet fortem, niſi tu ô Trebati putas me eſſe mentitum.* Quærens illidere dentem Offendet ſolido] *Id eſt, Volens inuidia fragilẽ lædere inueniet me ſolidum. Aliter, Inueniet me talem, qui poſſim reſiſtere mordacibus & maledicis hominibus. Id eſt, putans fragilem ſe inuenire, quẽ mordeat, inueniet durum & ſolidum. μεταφορά. Non inueniet, quòd iuſtè lacerare poſſit. Offendet autem ſolido, id eſt, impinget in ſolidum me atq; fortem, niſi tu forte reputas ea quæ dixi, me uixiſſe cum bonis, & poſſim reſiſtere malis.* Nihil hinc diffingere] *Infirmare, contra dicere, & hoc Trebatius reſpondet. Iuris uerbo uſus eſt: Prætor enim dicere ſolebat,* Hic dies diffiſus eſto. *Aliter, Id eſt,* Conſentio tibi hoc, *quod fortis ſis: ſed tamen caue admonitus, ne ignorans legẽ, uenias in diſcrimen.* Sanctarum inſcitia legum] *Participiũ eſt, ſanctarum, id eſt, firmatarum, ab eo quod eſt ſancior. Si autem nomen eſt, ſanctarum, id eſt, quæ non debent uiolari.* Si mala] *Trebatius, mala quaſi criminoſa dixit, Horatius quaſi uicioſa.* Si quis mala] *Scilicet, pœnas luet.* Latrauerit] *Allatrauerit, lacerauerit.* Integer ipſe] *Etiamſi perſecutus fuerit malos aliquis, cum ipſe ſit integer, riſu commoto ex carminibus legis pœna infirmabitur.* Soluentur riſu tabulæ] *Aut ſubſellia ſoluentur, id eſt, compago lignorum: aut ipſæ leges. Aliàs, Non erunt in eum ſeueri, qui iure perſequitur.* Tu miſſus] *Id eſt,* Ridebunt legẽ X I I. Tab. *tu ueniam mereberis à iudicibus, ſi quem, qui ipſe extra noxiam poſitus, iure lacerarit.* Abibis] *Cum de ſe diceret, quaſi ad ſecundã perſonam locutus eſt. Tabulæ, id eſt, iudices ridebunt: tu abibis abſolutus, nihil periculi patiêris.*

PORPHYR. } Sunt quibus] *Ad Trebatium ſcribit equitem Romanum. Hic eſt Trebatius iuriſperitus, qui locum obtinuit inter poëtas, & aliquot libros de ciuili iure cõpoſuit, & de religionibus nouem.* Transnanto Tiberim] *Hoc fuiſſe in conſuetudine ueteribus alio loco ſignificat dicens:*

„ *Te per gramina Martij Campi, te per aquas dure uolubiles.*

Habeto] *Vide ut directis uerbis utitur propter iuriſperitor.* Neque enim quinis] *Eleganter in ipſa excuſatione, poſſe ſe ſcribere oſtendit.* Nec fracta] *Fracta dixit, ut Virg. Ibiq; Frangitur. de hiſtoria eſt: Nam Marius aduerſus Santonas talia tela commentus eſt, ut fracta mitterentur, ne remitti ab hoſtibus poſſent.* Attamẽ] *Si non potes geſta Cæſaris ſcribere, at potes iuſtitiam & fortitudinem, ut Lucilius Scipionis fecit, qui uitam illius priuatam deſcripſit. Ennius uerò bella. Scipiadem adnotandum, & non Scipionem.* Et ſcribere fortem] *Vt ſit ſenſus: Fortem attamen & iuſtum ſcribere, quatenus res geſtas bellorũ ponere non potes.* Attentam] *Maioribus occupationibus intentam.* Cui malè ſi palpere] *Metaphoricôs, cui ſi aduláris, offenditur. Palpare propriè manu mulcere.* Vndiq; tutus] *Inacceſſibilis, ut Virg.*

„ *Tuta, lacu nigro.*

Et eſt Senſus: Non audit adulantem, quia ſapientia undiq; munitur, id eſt, omni rerum ſtudio, hoc eſt, omnia nouit. Nomentanumq; nepotem] *Hunc Nomentanum quaſi luxurioſum tangit. Senſus eſt: Nomentanum quoties luxurioſum compellas neceſſe eſt, qui eodem uitio laborant, ſub perſona admoniti, timeant aut oderint compellatorem huiuſmodi.* Saltat Milonius] *Scurra illorum temporum, qui cum ſimul ebrius fuiſſet, ſtatim ſaltare incipiebat. Senſus eſt: Ita ſcribendo me abſtinere non poſſum, ut Milonius ebrius à ſaltando.* Nomen ego] *Lucret.*

„ *Bina lucernarum flagrantia lumina flammis,*
„ *Et duplices hominum facies, & corpora bina.*

Ebrij

Ebrij enim duplicia uident. Ouo prognatus eodem] *Dicit quot homines, tot eſſe ſententias, nam Caſtor & Pollux diuerſa ſecuti, uti& communi hominum uarietate ducti ſunt.* Noſtrum melioris utroq;] *Mei & tui, σολοικισμός eſt: dicendum erit nobis Lucilij & ingenio melioris.* Velut] *Ille enim in ſuis ſcriptis oſtendit Sapphonis & Alcæi uolumina ſe loco ſodalium habuiſſe.* Votiua] *Ita ſit, ut Lucilij uita tam clara ſit per libros quaſi in tabula oſtenderetur.* Anceps] *Id eſt, ego dubius ſum & incertus: Nam Venuſini Lucanis ſunt affines & Appulis.* O' pater] *Tractum ex Græco hoc, id enim ſignificat, quod illic.* Ceruius] *Hunc Ceruium uult uideri accuſatorem, qui eodem modo, ut de malo iudice poſtea loquitur.* Canidia Albuti] *Ἀμφίβολος mire poſuit ſic: Aut Canidia Albuti uenenum minitatur, aut Albutius uenenum. Hic enim Albutius ueneno uxorem ſuam dicitur peremiſſe.* Grande malum Turius] *C. Turius hic, prætor fuit, apud quẽ accuſatus eſt à Cicerone Verres Hortenſio defendente. Hic dicitur centumuiris dediſſe tabulas. alijs nigras, alijs rubras, & cera adnotaſſe, quas cuiq; dediſſet, ut ſciret à quibus poſtea pecuniam peteret. uel linqueret, nam omnes corruperat.* Sic collige mecum] *Sic quemadmodum hæc res naturaliter hominibus data ſit, audi.* Scæua uiuacem crede nepoti] *Εἰρωνικῶς dictum totum hoc.* Sed mala tollet anum uitiato melle cicuta] *Allegoricôs dixit: Scæua autem matrem ſuam ueneno extinxit, & eſt ſenſus Ciceronis pro Scauro: Libertus patronum non occidit, ſed duobus digitulis gulam obliſit.*

Frigore te feriat] *Id eſt, horrore mortis.* Famoſis & Lupo cooperto] *Verſibus Rutilium Lupum dixit.* Populumq; tributim] *Per ſingulas tribus.* Infra Lucili cenſum] *Hoc ait: Et ſi non ſum eorum natalium, quorum Lucilius fuit, conſtat enim Lucilium maiorem auunculum Pompei fuiſſe. Etenim auia Pompeij Lucilij ſoror fuerat.* Equidem nihil hinc diffingere poſſum] *Diffingere, legitur & diffidere.* Sanctarum] *Sacrarum, ut fœdus ſacratum dicitur.* Inſcitia legum] *Qua lege cautum erat, ne quis in quenquam maledicum carmen ſcriberet. Eleganter iuriſperitus de lege loquitur.* Si mala condiderit in quem quis carmina] *Aliter Horatius accepit mala, quàm Trebatius pro non bona, cum ille famoſa uellet intelligi.* Tabulæ] *Pro ſubſellia.*

CHRIST. LAND. } Sunt quibus in Satyra] *Videtur ratiocinari an Satyras ulteriùs ſcribat, cum carpatur ueluti minus ſit mordax. Tandem uehementer factum defendit, atque illos qui non rectè de ſe ſentiunt acerrimè confutant. Scribit ad Trebatium iuriſconſultum olim Ciceronis diſcipulum, & quem ille ſuis epiſtolis Iulio Cæſari amicum reddidit, in quo non luſit operam, nam poſt bella ciuilia cum plurimum apud Dictatorem ualeret, in præceptorem Ciceronẽ officioſum ſe ſemper exhibuit, eo autem tempore magna erat apud Octauianum authoritate.*

Vltra legem] Optimè legem dixit, cùm ad Iuriſconſultum ſcribat. *Vltra legem, id eſt, ultra quam oporteat.*

Sine neruis] Quibus opus colligetur ut ſcilicet, diſſolutæ euagentur ſententiæ non ſuis iuncturis colligatis. Similesq; eorum] *Et huiuſmodi eſſe meos uerſus, ut quis mille in die ſimiles meorum facere poſſit.* Perſcribe] *Mi ò Trebati quid ego faciam.*

Quieſcas] *Reſpondet Trebatius, id eſt, deſiſtas à ſcribendo.* Ne faciam] *Verba Horatij.* Aio] *Affirmo & loquitur Trebatius.*

Peream malè] *Loquitur poeta, & fatetur eſſe rectum conſilium Trebatij, ſed negat ſe poſſe dormire, cui reſpondet Trebatius, ſi qui ſunt, qui dormire nequeant, natent Tyberim, uel multum bibant, & ſic humefacto corpore dormirent, uel ſi tantus eſt ſibi amor ſcribendi, ſcribat res à Cæſare geſtas: & abſtineat, à Satyris.*

Ter uncti] *Id eſt, uncti oleo.* Tranſnanto Tyberim] *Et iuriſconſulto dat uerba iuriſconſultica, qui in legibus condendis utuntur futuro imperatiui. Vngebantur autem nataturi, ut olei calore membra aduerſus aquæ frigus munita redderentur, neue Torpore impedirentur, quin ad ſe mouenda agilia eſſent. Qui autem aqua diu obruti fuerint, & quia defatigati, & quia humefacti facile in ſomnum cadunt.* Cupidum pater optimè uires] *Verba Horatij. Ait enim ſe cupidũ eſſe, ſcribendi res Cæſaris, ſed deeſſe ſibi uires.* Nec quiuis] Quaſi dicat, *nullus niſi magnus ſit poëta.* Pilis] *Pila Romanorum haſtæ ſunt ut Gallorum geſta. Virg.*

„ *Duo quiſque Alpina coruſcat geſta manu.*

Et ſariſſæ ſunt Macedonum. Labentis] *Effugientis, ut alibi demonſtratum eſt. Virgil.*

„ *Medus elapſus Achiuis.*

Attamen] *Reſpondet Trebatius. Si tibi non ea uis eſt, ut poſsis heroico carmine prælia Cæſaris deſcribere, deſcribas uirtutes illius togati ut Lucilius deſcripſit Scipionis uirtutes.* Nec mihi decro] *Reſpondet Horatius.* Cum res ipſa feret] *Cùm dabitur opportunitas & occaſio.* Dextro] Opportuno, Ordo eſt, *uerba Flacci non ibunt per aurem attentam Cæſaris, id eſt, non captabunt attentionem ab auribus Cæſaris, niſi opportunitatem temporis capta uero.* Palpere] Quaſi aduleris *Palpare enim eſt blandè tangere. Hic deponens fecit & cum Datiuo. Iuuenal. autem actiuè poſuit, ut:*

„ *Quem munere palpat Carus.*

Et alibi,

„ *Vt ſemel atq; iterum ſuper illam palpitet,*

Vnde palpones blandi homines. Ergo palpari, id eſt, adulari. Recalcitrat] *Recuſabit ipſam adulationem, & manſit in translatione, nam palpamus equos ut manſuefaciamus, quod ſi malè palpamus ipſi recalcitrant.* Vndique tutus] *Nam qui uera uirtute munitus eſt, tutè aſpernabatur adulationem.* Quantò rectius] *Conſilium Trebatij monentis poëtam, ne taxet quenquam ſuis uerſibus, cùm etiam qui non taxantur tamen conſcij ſuorum ſcelerum oderint talia carmina.* Quid faciam] *Verba ſunt poëtæ, quaſi dicat, non poſſum à conſueto exercitio diſcedere.*

Calido icto] *Scilicet, à uaporibus uini, quibus ebrius efficitur.* Numerus lucernis] *Nam ebrijs & furioſis lumina congeminari uidentur. Iuuenal.*

„ *Et geminis conſurgit menſa lucernis.*

Virgilius.

„ *Et ſolem geminum, & duplices ſe oſtendere Thebas.*

Caſtor gaudet equis] *Et prognatus eodem ouo, id eſt.* Pollux gaudet equis, *id eſt, arte pugili. Sic alibi* dicam & Alcidem, puerosq; Ledæ *Hunc equis illum ſuperare pugnis nobilem. In quo loco Dioſcurorum faculam expreſsimus. Ergo trahit ſua quemque uoluptas.* Quot capitum] *Sententia uſurpatiſsima ut quot ſunt capitum, id eſt, hominum millia, totidem ſint ſtudiorum & uoluntatum. Perſi.*

„ *Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus.*

Lucilij ritu] *Ergo delectatur ſcribere Satyram.* Ille] *Nam uniuerſæ uitæ ſuæ bona & mala ſcripſit ut Ariſto, de Anacreonte & Alceo poëtis refert.* Quo fit] *Cùm uniuerſam ſuam uitam deſcripſiſſet Lucilius, euenit, ut ita in libris ſuis appareat uita ſua, ut in tabula naufragij de qua ſuo loco diximus apparet uniuerſum ſuum naufragium.* Lucanus an Apulus] *Cum Apuli, Lucaniq; acres hoſtes eſſent in Romanos. Romani ut eſſet aliquod illis obſtaculum miſerunt coloniam Romanorum ciuium Venuſium, pulſis inde Sabellis populis, quam coloniam utriq; genti oppoſitam eſſe uoluerũt. Itaq; incertum erat eſſet ne hæc colonia in Apulia, an in Lucania.* Sed hic ſtylus] *Scribam igitur Satyram, ſed neminem nominatim carpam, niſi laceſſitus ſim, ergo Satyra erit tanquam enſis uagina tectus, qui niſi irritabor latebit, nec diſtringam, id eſt, euaginabo, & cupio quidem tantam pacem, ut arma recondita rubigine terantur. Sed ſi quis irritauerit me, ego clamo eſſe ſibi melius ne me tangat, nam flebit.* Qui cantabitur inſignis] *Id eſt, ita deſcribentur à me ſua ſcelera, ut ſit inſignis, & notus in tota urbe. Et profectò natura duce unuſquiſq; iniuriam ulciſcitur ijs armis, quæ habet, nam Ceruius qui erat acer accuſator minitatur leges, & urnam, id eſt, iudicium, ut alibi demonſtratum eſt. Canidia uerò Albutij filia uenefica minatur uenenum, & ſuas incantationes. Turius autẽ qui iudex facilè corrumpebatur minatur contra aduerſarios iudicaturũ. Ergo lupus dente utitur. Taurus cornu, quia ſibi hæc ultio demonſtrata eſt intus, id eſt, à ſua natura.* Scæua] *Probat exemplo Scæuæ, hic uiribus non ualebat, fraude autem ualebat. Ergo.*

Crede] *Id eſt, committe ſibi uiuacem matrem, id eſt, quam nimiũ uiuere moleſtè fert.* Pia dextra] *Id eſt, quæ pia uidetur, quia nihil faciet ſceleris.* Mirum] *Id eſt, mira res uidetur, quæ Scæua nepos,*

id eſt, luxurioſus uir non interimat matrem nimis uiuacem, ſed non eſt mirum. nam neq; lupus nocendi cupidus nocere calce, quia non ualet calce, nec taurus nocet dente, quia non ualet morſus. Sic Scæua non utetur uiribus, quia non ualet illis, ſed utetur ueneno cum admiſceat cicutam melli. Scribam quis erit color] Id eſt, quæcunq; erit fortuna. nam album pro fœlici & nigrum pro infœlici ponitur, ut etiam ex lapillis Cretenſibus apparet. O' puer] Verba Trebatij, qui appellat Horatium puerum, id eſt, filium ætatis, amoriſq; cauſa. Metuo ut ſis uitalis] Id eſt, metuo ne uiuas, ſi Satyras ſcribes. Ne quis maiorum amicus] Vel aliquis ex maioribus, qui ſe amicum ſimulet, uel aliquis maiorum quos offendis. Frigore] Morte. Quid cum] Reſpondet Horatius nō eſſe ſibi timendum, quoniam & Lucilius auſus Satyras ſcribere detraxit pellem, qua tecti mali homines nitidi incedebant, cū intrinſecus turpes eſſent, id eſt, fecit notam alijs ſimulatam illorum probitatem, qua nitidi, id eſt, ſine uitijs apparebant alijs. Cum intus uitioſi eſſent. Pellem ergo dixit ut Perſius.

,, Ego te intus & in cute noui. Et Iuuen.
,, Summa ne quicquam in pelle decorum.

Nec tamen offendit Lælium aut Scipionem, qui ab Carthagine deuicta Aphricanus eſt nominatus, nec iſti ægrè tulerunt, quòd ille & Metellum, & Lupum magnos uiros carpſerit, & infamibus uerſibus cooperuerit, nec dubitauit carpere Lucilius, & principes urbis, & ipſum populum per omnes tribus, quoniam ſoli uirtuti parcebat. Malis autem omnibus erat infenſus. Victor Scipiadæ] Periphraſis, id eſt, Scipio. Vſus eſt patronymico pro nomine proprio, quia nō rectè quadrat Scipio in uerſu hexametro, ſic Virgil.

,, Aut geminos duo fulmina belli Scipiadas cladem Libyæ.

Diſcincti] Pigri, id eſt, ocioſi. nam licet & magnis uiris quandoq; ociari. Quicquid ſum ego] Sententia eſt, quamuis neq; opibus, neque fortuna par ſim Lucilio, nam & pauper ſum, & libertino patre natus. Inuita inuidia] Id eſt, inuitis ipſis inuidis hominibus. Fragili dente] Tranſlatio à canibus, nam in illis multum læduntur, qui fragiles habent dentes, uel fragili dente, id eſt, qui credent me habere fragilem dentem, uel qui habent fragilem, ego uerò habeo ſolidum. Ergo quærens illudere me fragili dente, id eſt, quem putant fragili dente offendet me eſſe non fragili, ſed ſolido dente. Niſi quid] Quaſi dicat hoc mihi ſic uidetur, niſi fortè aliter ſentias ô docte Trebati. Nihil hinc diffindere poſſum] Quaſi dicat. Adeò æqua locutus es, ut non poſſim diffidere huic cauſæ, ſed tamen tanquàm iuris conſultus moneo, ne legum inſcitia aliquam tibi difficultatem afferat, nam ita eſt lex. Si quis mala, id eſt, famoſa carmina in quempiam ſcripſerit ius iudiciumq; in eum eſto. Poſſes igitur iudicio puniri ſi quem tuis carminibus carperes. Si quis mala] Reſpondet poëta ius, iudiciumq; ſi quis mala carmina condiderit. Sed ſi quis bona laudabitur à Cæſare. Appellat autem bona carmina etiam, quæ dignum reprehenſione carpent modò qui ſcribit integer ſit, id eſt, à uitijs uacuus. Quid autem integer uitæ ſignificet, in ſuperioribus demonſtrauimus. Integer] Nam ut optimè ait Cicero. Omni uitio careat, qui in alterum dicere paratus eſt. Tabulæ] Vel in quibus ſunt leges, quibus ego accuſor, uel tabulæ in quibus erit ſcripta accūſatio. Soluentur] Diſſoluentur, irritabuntur, confutabuntur. Riſu] Nam adeò ridicula res uidebitur accuſare eum, qui integer uitioſum iure carpſerit, ut non rationibus cōfutetur accuſatio, ſed riſu explodatur. Tu miſſus] Id eſt, dimiſſus & abſolutus, non ſine ratione igitur alloquitur in hac Satyra Trebatiū ſenectute, & iuris ciuilis ſcientia uenerandū uirum, ut tāto authore probet Satyrā in malos uiros iure optimo ſcribi poſſe.

ERASM. ROT. } Ouo prognatus] Fortaſſe ſimpliciter dictum eſt ab Horatio: Hoc tamen ad fabulam reſpicit Ledæ, quæ grauida ex Ioue in cygnum conuerſo ouum peperit, unde gemini ſunt prognati Caſtor & Pollux. Et fragili quærens illi] Hæc Horatij ſententia non multum huic abeſt Græcorum prouerbio ξυρὸς εἰς ἀκόνην, id eſt, nouacula in cotem, dici ſolitum in hos, qui fortè in eas res inciderunt, in quas minimè uolebant, neq; enim nouacula poteſt incommodius cadere, quàm ſi in cotem incurrat.

HENR. GLAR. } Miſſus ad hoc pulſis (uetus eſt ut fama) Sabellis] Sabellos manifeſtè accipit pro Samnitibus. Veriſimile eſt, enim bello Samnitico hoc oppidum à Samnitibus poſſeſſum, deinde eis pulſis, Romanos ſuos illic miſiſſe colonos aduerſus Appulos, Lucanoſq; præſidium, ut de Luceria patet lib. 9. ab urbe cond. apud Liuium. Id hac de cauſa admonemus, quòd ſæpe alias in hunc poëtam Sabellum exponunt Marſum noſtri cōmentatores. Ceruius iratus leges minitatur & urnā] Virgilius lib. 2. Aeneid. uno item carmine breuiter utrunq; complexus eſt:

,, Partibus æquabat iuſtis, aut ſorte trahebat.

Vt hic Horatius per leges intelligat in certis rebus latam ſententiā per urnam in rebus dubijs. Et locum rectè explicuit Badius.

—Scæuæ uiuacem crede nepoti Matrem] At hunc non rectè: Scæuam enim mulierem putauit, & Nepotem generis communis, cum locus totus ironicôs ſit dictus, ut teſtatur Porphyrio, Scæua autem filius matrem ueneno extinxit, in cuius manum iocatur Horatius piam dicendo, quippe Scæua nō dextera, ſed ueneno pugnabat. Illud, mala, quod quarto ſequitur uerſu Badium fefelit. Sed id uel ad dextram referri poteſt, uel quod malim ad cicuta. Nam cicuta Nominatiui eſt caſus, quaſi poëta, innocens eſt Scæuæ dextera, mala cicuta tollet anū uitiato melle. —Et qui Duxit ab oppreſſa meritum Carthagine nomen] De poſteriore poëta loquitur Africano Aemyliano, qui Carthaginem (non Africam ut Acro habet) Numantiamq; deleuit, Et Africanum nomen etiam adoptione habuit. Numantinum autem quod Acro docet ubi dicatur, non memini. Ex his autem conſtat Lucillium uixiſſe tertio bello Punico: cum Ennius ſecundo. Et Ennium ſuperioris Africani bella ſcripſiſſe, Lucilliū priuatā, uitā in gratiā inferioris Scipionis ut puto: quod ideo admonemus, quod ferè cōmentatores hæc confundant. Ergo oppreſſa hic exponendum extincta. C. autem Lælius eſt, à quo Ciceronis dialogus de amicitia nomē habet, Scipioni Aemyliano amiciſſimus, Coſ. anno ab urbe cond. 614. Quo tempore multi uixêre Metelli etiam conſulares: de quo autem Lucilius ſcripſerit, certum nobis non conſtat, de Lupo adhuc minus.

Si mala cōdiderit in quem quis carmina] Condiderit legendū ſecunda perſona: futurum enim frequenter producitur, quamuis etiam quandoq; corripiatur uicinitate præteriti & ſignificatione, & terminatione. Et mala pro maledica dixit, cū Horatius pro inuicem repetat, ut & Acro et Porphyrio annotarūt. Sed Horatij uerba poſt eſto, incipiunt. Cæterum Badius hic non rectè facit nouam interrogationem: Sed ſi quis condiderit bona, quid de eo? Reſpondet Trebatius, talis laudatur Cæſare iudice. Hæc ita Badius. Verum iudice præcedit non ſolùm uerbum laudatur, ſed etiam condiderit. Quod lector ſtatim uidebit. Vltimū autem carmen in poſtremis uerbis difficultatem habet: num poëta de ſe ſecūda perſona pro quamuis uſus ſit, an miſſus de Trebatio, pro fruſtratus poſitū intelligamus. Porphyrio etiam tabulæ, id eſt, ſubſellia exponit, quod ego non intelligo niſi ultimum carmen Trebatio potiùs demus.

THEOD. PVLM. } 4 Deduci] H.B.V. diduci, G.E.B. quam lectionem corruptam eſſe cenſeo. 10 Aut] At. P. 15 Deſcribet] H. deſcribit, G.E.B. deſcribat. P.V. 20 Cui, B.P.V. Qui H.G.E. 31 —Ceſſerat uſquam, Decurrens alio] H.B.V. —Ceſſerat unquā, Decurrēs alio G.E.P. —Ceſſerat, uſquam Decurrens alio, &, —Ceſſerat unquam, Decurrens alio Lambini libri ueteres: ſed alteram lectionem magis probat. 37 Quo] Qui Lābini quidā libri manuſcripti. 38 Siue quod] Siue quis Lambini codices duo. 41 Diſtringere] Diſtringuere, H. deſtringere, G.E.B.P.V. 47 Ceruius] H.G.E.B.P.V. Seruius, Ant. Mureti editio. 51 Imperet hoc natura] Impertiet natura, G. 56 Mala] Malè. H. 61 Vitalis] Id eſt, uiuax. ſic 2. Sat. 7. Vt uitale putes. Vide Pet. Nannij Miſcell. lib. 4. 65 Num Lælius] Non Lælius, P. & Cuiacius Obſeruat. lib. 12. cap. 18. 68 —Atqui Primores populi arripuit, populumq; tributim] Quo uerſu ſignificat ſummos & infimos à Lucilio ſtyli Satyrici acerbitate uulneratos fuiſſe: ſed cùm primores dixerit, & plebē ſignificare proximo caſu debuerit, haud inuitus ſcripturæ accedo, quam in quodam exemplari reperi, populumq; tributim tribus enim ignobiliorū erant: qui ſenſus etiā efficietur tributim legenti, & ſi non tam cōmodè reſpōdet. Vtraq; certè ſcriptura patronos habet, una Porphyrionē, altera Acronē. Ergo ſic illud tributim

butum amplector, ut tamen tributim nõ omninò aſpernere, nec improbé. Vide Turneb. lib. 7. cap. 11. 79 Hinc diffindere] *.i. ampliare, differre, G.P.V.* Hinc diffingere, *E.B.* hinc deſingere, *H.* hinc diffingere. *Ant. Mureti editio.* heic diffindere, *Lambini codices tres.* nihil heic diffindere poſſum, *id eſt, nihil quidquã deducere ex tua ſentẽtia poſſum, Iac. Cuiacius* Obſeruat. *lib. 12. cap. 18.* hinc deſindere, *Cruquij codex unus, &* hinc deſtringere, *alter.*

81 —Sanctarũ inſcitia legũ] *Eſt ignoratio earũ legũ, quæ ſanctè aliquid cogunt, aut uetãt metu pœnæ, quæq; ſupplicia pœnasq; ſanciunt & irrogãt. itaq; ſancta lex eſt, quæ aliquid cogit, aut uetat fieri, nocentiq; & ſonti minatur. Cornificius ad Herenniũ. Infirma erit eius defenſio, qui negabit ſe feciſſe, quod cogeretur, cùm altera lex permitteret, plus enim ualet ſanctio permiſſione. Turneb. lib. 9. cap. 6.* 84 Condiderit laudatur] *G.E.B.P.V.* cõdiderit laudatus, *H.* condideris laudatur, *Gloreanus.* 85 Opprobrijs] Opprobrio, *Lambini ueteres libri tres.* Opprobrij. *Iac. Cruquij codices duo.* Latrauerit] *H.G.E.B.P.V.* lacerauerit, *etiam Lambini quidam codices.*

GEORG. FABR. } *Inducit Trebatiũ iureconſ. diſſuadentem, ne ſcribat Satyras: ſed ut res potiùs ab Auguſto geſtas, memoriæ prodat, adhortantẽ, unde minus inuidiæ, plus honoris & gratiæ poſſit expectare. Excuſat poëta ſe, natura ſua, quod uideatur natus ad hoc genus ſcripti, quia nullũ aliud magis placeat, quã quod ad notãdos improbos inuentũ ſit, & propagatum à Lucillio: eoq; uti ſe nõ uolũtate hoſtili in quenquã: ſed animo magnanimo ad defendendã integritatẽ, ut mali cogantur ipſum timere, innocentes ſuſpicere. Armis igitur ingenij à natura ſibi traditis, dicit uſurũ ſe ad carpenda uicia, & extollendã uirtutẽ: neq; ueriturũ plus periculi à ſummis uiris, quã ſit Lucillius ueritus, qui cũ potentiſſimis atq; optimis nõ tantùm cõiunctè, ſed etiã familiariter uixerit, & cùm nõ diſſimilib. ſe quoq; uiuere honoratũ, dicit. Additur ad finem admonitio à Trebatio, ut ſibi caueat, ſed eam poëta, nihil ſibi metuens, per iocũ ſuauiter eludit.* Mille die uerſus deduci] *Deduci inquã, non diduci. Deducere enim eſt quaſi penſum aliquod ducere & continuare.* Ouid. 1 *Metam.*

„ *Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.*

Perpetuũ, ordine continuo ſcriptũ. Deducite, quaſi filo & ſerie non abrupta. hoc uerbum in uerſib. ſcribendis, tanquam propriũ laudat Quintil. Quid? cũ eſt Lucillius auſus] *Quid? in interrogatione ineſt aliquid meditatũ, propter ellypſin. Quid? ſcilicet pertulit aut ſuſtinuit.* Primores populi arripuit, &c.] κατὰ φυλάς, *nã quot trib. Romanæ fuerunt, totidẽ libros Satyrarũ edidit Lucillius: fuerunt aũt tribus 35. ut auctores Græci & Latini, & antiquũ Traiani Imp. marmor oſtendit. Quod à Chariſio tertius & quadrageſimus Satyrarũ liber citatur, id codicis eſt uiciũ.* Nihil hinc diffingere poſſum] *Legendũ eſt,* nihil hinc diffindere poſſum, *quã lectionẽ Porphyrio annotat, Helenius probat, qui diem diffiſſum iuris eſſe uerbũ ait,* Diffindere diem eſt, *in partes diducere, unde diẽ fiſſum, nõ totum religioſum interpretatur Seruius. Vel (ut alij uolũt) diffindere diem in poſteriorẽ reijcere, unde diem diffiſſum, interpretantur prolatum. Idem eſt diem prodere, Lucilius 5.*

„ *Poſtis'ne elabi, an porrò prodenda dies ſit?* *quem uerſum è duob. Nonij & Donati locis integrũ feci. Ita Terent. in And.*

„ *Vt aliquot ſaltẽ nuptijs prodat dies.* *Id eſt, differat, ut Nonius: proferat aut prolatet, ut Donatus: protrahat, ut ante è gloſſa ſcriptũ fuit, in deprauatis exemplarib.* Siquis Opprobrijs dignũ latrauit, &c.] *Latrauerit, pro allatrauerit. i. lacerauerit, ut Acron exponit, nec aliter exẽplaria. Forenſe præceptũ eſſe Ciceronis, Vicio careat, qui dicere in alterũ paratus eſt. item Demoſth.* οὐδέν ἐστιν χαλεπώτερον, ἢ τοῖς αὐτοῖς ἔνοχον ἐπιτιμᾶν τε, καὶ χρῆσθαι τῶν ἀπαγορεύοντα.

IOD. BAD. ASCENS. } Sunt quib. in Satyra] *Purgat ſe poëta ab his, quæ à maliuolis obijciebantur: utpote quod ex maliuolẽtia carmẽ maledicũ ſcriberet: oſtẽdens ita nõ eſſe, ſed ſe natum ad Satyrã ſcribendã non poſſe non ſcribere: præſertim cũ nullũ bonũ lædere intẽdat, nec ob id amicus minus charus amicis eſſe debeat, ſicut nec Lucilius ſuis. Inducit aũt Trebatium iureconſ. qui cùm an Satyrã ſcribere liceat diſputat, & eſt ferè dialogus in principio, cuius ea pars, quæ Trebatio datur ſtylũ Iuridicorũ habet, nã ferè futuris utũtur imperatiuis: ſicut Trebatius hic, dicens:* tranſnãto, habento. &c. *Multa hic notatu digna habentur, quorũ quædã in connexione ordinis habebuntur, qualis eſt.* Sunt] *Sup. aliqui, quibus ego uidear* Nimis acer] *.i. acerbus & uehemens* In Satyra] *Sup. ſcribenda (unde patet, quod etiã Satyras ſcribere fatetur, ſe poëta licet ſermones maluit appellare) & ſup. ſunt quibus ego uidear. tendere, opus ultra* Legem] *.i. quã lex permittat. Altera pars ſup. hominũ: putat quicquid ego cõpoſui eſſe ſine* Neruis] *.i. acrimonia: hoc eſt, laxum & debile, & putat mille uerſus: ſimiles meorũ ſupple uerſuũ poſſe* Deduci] *.i. faciliter, & tenuiter cõponi.* Die] *.i. ſpacio unius diei.* O Trebati] *Qui iuriſconſultus es.* Preſcribe] *.i. ſcripto præcipe & indica mihi, quaſi per legẽ latam, quid faciã, id eſt, quid poſſim melius facere, ut cõplaceã an ſcilicet uehementiùs, an remiſſiùs ſcribã. Reſpõdet Trebatius, quaſi præter opinionẽ, ac ſi dicat.* Quæris quid facias?] *Quieſcas. ſcil. à ſcribendis Satyris, & ita neq; hos, neq; illos offendes, quã res quaſi inopinatã poëta intelligere primum non poſſet.* Quæris] *Inquis, id eſt, non'ne dicis Trebati.* Ne] *.i. ut non faciã* Omninò] *.i. penitus uerſus? pereã animo (quod peius eſt, quam corpore)* Malè] *.i. multũ & in malũ meũ ſi non* Erat] *.i. ſi non fuerit* Optimũ] *Scil. horũ triũ, aut acerbius, aut lenius, aut nihil ſcribere.* Verum] *.i. ſed neque dormire ſupple niſi* Scribam] *Quaſi dicat, naturaliter inſtigor ad carmẽ ſcribendũ uſq; adeò, ut niſi ſcriberẽ dormire non poſſem: ad quod Trebatius iucũdè reſpõdens: quaſi nihil aliud moueat poëtã ad ſcribendã Satyrã, quã ut poſſit dormire.* Dicit] *ij ſupple quib. opus eſt* Alto] *.i. profundo ſomno* Tranſnanto] *.i. uolo ac iubeo, ut tranẽt, aut tranſnatẽt ter.* Aut uncti] *i. oleo ad cõſtringendos poros perfuſi* Ter] *.i. multũ: tranſnanto, Tyberim.* Et habento] *.i. habeant tẽpore futuro ſeu poſthac.* Corpus irriguũ] *.i. irrigatũ.* Mero] *i. puro uino ſub noctẽ. i. paulò antè noctẽ, quia poti bene dormiũt, aut ſi tantus timor ſcribendi rapit, te: ut ſcilicet aliter dormire nequeas, aude.* Tanquã] *Scil. rem arduam & difficilẽ* Dicere] *.i. carmine laudare.* Res] *Sup. geſtas* Inuicti] *.i. inuincibilis, aut nũquã ſuperati Cæſaris ſcil. Auguſti.* Laturus] *.i. reportaturus inde multa præmia laborũ tuorũ. Reſpõdet poëta, ô pater Trebati.* Vires deficiunt] *i. derelinquunt* Me cupidũ] *.i. cupientẽ facere, quod mones.* Neq; enim] *.i. nam nõ* Quiuis] *.i. quilibet.* Deſcribat] *.i. deſcribere poſſit, agmina ſcil. Romana inſtructa ad bellũ.* Horrentia] *.i. terribilia.* Pilis] *.i. telis longis Romanorũ proprijs, nec quiuis deſcribat Gallos pereuntes* Cuſpide fracta] *.i. poſtquã cuſpides ſuas fregerunt, aut cuſpide Romanorũ fracta contra Gallorũ armaturas, aut uulnera Parthi. i. illius populi.* Labentis] *.i. decipiẽtis equo. Reſpõdet Trebatius. Attamẽ. i. quãuis non poſſis ſcribere arma Cæſaris, eiusq; uictorias Heroico carmine, tamẽ tu poteras ſcribere Cæſarẽ ſup. & iuſtũ, &* Fortẽ] *.i. deſcribere iuſticiã, & fortitudinẽ eius, & hoc mediocri ſtylo* Vt] *.i. quẽadmodũ Lucilius* Sapiens] *.i. prudenter in hoc agens ſup. ſcripſit.* Scipiadã] *.i. Scipionẽ, qui Hannibalẽ deuicit. Reſpondit poëta.* Ergo haud] *.i. non deero* Mihi] *.i. utilitati meæ cum* Ipſa res] *.i. opportunitas.* Feret] *.i. expoſcet aut dabit.* Verba Flacci] *.i. uerba mea, qui Flaccus ſum, nõ ibũt per aurẽ Cæſaris, attentã ſcilicet ad maiora negocia.* Niſi tẽpore dextro] *.i. opportuno. Multũ enim ualere putabãt antiqui ad fœlices exitus rerũ, opportunitatẽ, quia ſæpe res honeſta nõ impetratur: ſi à malè affecto petitur.* Cui] *Sup. Auguſto.* Si tu palpere] *.i. palpãdo & molliter tãgendo blandiaris.* Malè] *.i. importunè, ipſe recalcitrat ſicut equus nõ ferẽs manũ malè palpãtis. Dicitur autem palpor deponẽtaliter cum Datiuo, ſicut hic: aut palpo actiuè cum Accuſatiuo, ſicut apud Iuuenalem.*

„ *Quem munere palpat Carus.* Recalcitrat ergo exiſtens tutus Vndiq;] *.i. ab omni* Parte] *Id eſt, quod non poſſit adulationibus decipi infert Trebatius: admiratiuè loquens, quãto* Rectius] *Id eſt, conuenientius, & decentius ſup. fieret hoc, quàm lædere uerſu* Triſti] *.i. Satyrico: hoc eſt, maledico & diffamatorio Pantolabũ ſcurrã, & Nomentanũ* Nepotem] *.i. luxuria, & gula perditũ: quos tamen prius læſit poëta.* Cum] *.i. quoniam quiſq;* Timet ſibi] *.i. honori, & famæ ſuæ, quanquam eſt* Intactus] *Sup. à uitio, aut adhuc à reprehenſione, & odit ſup. Satyricũ diffamatorẽ.* Periculoſum

culoſum ergo eſt à multis timeri, quod Cic. in 2. Officiorũ approbat etiam Ennianis uerſib. Quid faciam & cætera] Iterũ deliberabundus quærit Horat. quid ſibi faciendũ, probatq́ carmen Satyricum ſcribendũ, quia eo ſolo ualet contra uitioſos, & naturaliter quiſq; ſe maximè eo defendit, quo maximè ualet, quod in pluribus declarat. Et ne petulantia animi potiùs, quàm uitiorũ expellendorum deſiderio Satyram ſcribere culpetur, rogat Deum, cupitq́ unumquẽq; ita uiuere, ut Satyræ ſcribendæ materiam non habeat. Ordo eſt. Quid faciã ô Trebati cum unuſquiſq; naturam ſuam ſequatur, cur Satyrã ad quam naturaliter inclinor non ſcribã? Vt] Id eſt, poſtquam, feruor ſcilicet uini acceſſit: id eſt, aduenit capiti ſemel Icto] Id eſt, percuſſo uaporibus, & ut numerus acceſſit Lucernis] Id eſt, poſtquam candela, aut lucerna, quæ una eſt, uidetur ei gemina ut ebrijs ſolet: hoc eſt, quotiens percuſſus eſt furore Bacchico, ad illum enim alludit, quamuis alius ſit: ſaltat, quia naturaliter ad hoc inclinatur: cur ergo quotiens furor poëticus me inuadit non ſcribam ad quod inclinor? Caſtor filius Iouis ex Læda uxore Tyndari Gaudet equis] Quia fuit domitor equorum. Et progenitus] Id eſt, progenitus eodem ouo, ſcilicet Pollux frater eius geminus. Gaudet] Sup. pugnis, quia pugil fuit. Nota eſt fabula quomodo Iupiter in ſpecie cygni cum Læda concubuit, unde illa ouum concepit: ſicut ex uiro alterum ouum, ſed ſecundũ hunc locum ex ouo eodem geniti ſunt Caſtor & Pollux ſecundùm alios ex ouo Iouis Helena, & Pollux immortales. Et ex ouo Tyndari Caſtor & Hermione mortales, ſed Pollux mortuo Caſtore impetrauit: ut diuinitatem ſuam illi communicaret, et uiciſſim morerentur. quod ob geminorum ſigni naturam factum eſt. Vnde Virg. in 6.

" Si fratrem Pollux, alterna morte redemit, &c.

Solent tamen nomina confundi, & fabula diuerſimodè recitari, huic autem loco ſufficit oſtendiſſe, quia fratres gemini ſæpe diuerſo ſtudio ad quod inclinatur, incumbant. Quod capita uiuunt totidem] Supple ſunt millia ſtudiorum me delectat Claudere uerba pedibus] Id eſt, facere uerſus Ritu] Id eſt, more Lucilli] Id eſt, Lucillij, hoc eſt, Satyricos. Lucilli dico melioris utroque Noſtrum] i. & te, & me. Prudenter laudat hic Lucillium à bonitate, quia malũ ſequi turpe eſt Ille] Scil. Lucillius Credebat] i. mandabat: olim libris uelut fidis ſodalibus. Arcana] i. ſecreta ſua etiã uitia: reuelauerit. Si malè geſſerat] i. fecerat neque ſi bene ſup. geſſerat Quo] i. per quod fit ut omnis uita Senis] Scil. Lucilli pateat, ueluti ſup. ſit deſcripta in tabella Votiua]. i. ex uoto oblata. Ego ſequor hunc] Scil. Lucilliũ exiſtens Anceps] i. incertus, an Lucanus, an Appulus, nam colonus Venuſinus. i. qui Venuſiũ incolit. cuius ego ſum arator Sub] i. anno utrũq; Finẽ] Scil. Lucaniæ & Appuliæ miſſus à Romanis, ut eſt uetus fama. Labellis pulſis] i. expulſis, ad hoc Quo ne] i. ut nõ hoſtis Non incurreret] i. nõ faceret incurſus. Per uacuũ]. i. locũ uacantẽ Milite Romano] Siue miſſus ſup. ad hoc, quod aliter ſupple gẽs Appula, ſeu quod gens Lucania exiſtens uiolenta incuteret bellũ. Sed hic] i. Satyricus ſtylus noſter. Vltro] i. nõ laceſſitus, quaſi ſine cauſa. Et cuſtodiet me à malefactorib. ſcilicet me timendus Veluti]. i. tanquã enſis Tectus] i. incluſus uagina: quẽ ſupple enſem Cur] i. qua de cauſa coner Diſtringere] i. euaginare. Tutus]. i. dũmodo ſim tutus ab latronib. Infeſtis] Id eſt, quemlibet infeſtantibus? quaſi dicat, nulla de cauſa. Vnde exclamat. O' Iupiter pater & rex] Vt, id eſt, utinam telum ſcilicet meum: hoc eſt, execratio, aut uituperatio uitiorum. Pereat rubigine] Scilicet contracta longa diſſuetudine. Poſitum] i. cõditum in uagina, nec quiſquam noceat mihi cupido pacis. hoc eſt, utinam ſic omnes uiuerent: ut non cogar quenquã reprehendere. At] i. ſed: ille qui Cõmorit] i. cõmouerit me quod ſup. nolim: quia ego Clamo]. i. prædico melius eſſe ſup. Non tangere]. i. non offendere me uitijs ſuis: is ſup. flebit. & Cantabitur inſignis] Id eſt, infamis. Tota urbe] Id eſt, per totam urbem. Ceruius iudex ille iratus] Id eſt, quando iraſcitur. Minitatur leges] Id eſt, ſententiam ex legibus in rebus certis latam: & Vrnam] Id eſt, ſententiam per ſortes datã in rebus dubijs, quod tangitur Aen. 1. Canidia Albuti] i. Albutij ſup. filia: minitatur ſup. quibus eſt inimica, uenenũ. Turius iudex ſeuerus & iniquus: tangit enim hos per tranſitum more ſuo minatur ſup. Grande malum] i. perditionem uitæ, aut rerum ſi quis Certet ſe] Scil. Turio iudice. Collige ſic mecum] i. conclude inductorie. Vt] i. qualiterquiſq; terreat ſuſpectos ſup. ſibi. Quo] Sup. quo ualeat. Quod] Pro &. Vt]. i. qualiter natura Potens] i. magnam uim habens imperet hoc. Lupus petit] i. aggreditur, & inuadit dente, taurus petit cornu. unde monſtratum eſt ſup. lupo & tauro Id facere] i. eo inuadere, quo potiſſimum ualet. Niſi intus] i. ab inſtinctu naturali? quaſi dicat, à nullo Crede] i. committe matrem Viuacem] i. nimis diu uiuentem. Nepotis ſæuæ] i. crudeli dextera: naturaliter ſcilicet, quia fœminea. Nil faciet ſceleris] i. non interficiet eam. Mirum] i. putas quod ſit mirum, quod mulier non occidat gladio. Vt neq; lupus petit quenquã calce] i. calcibus ſuis, neq; bos petit quenquã dente, ſed ipſa Nepos] Scil. mala. Tollet] i. auferet è uita. Anum] Id eſt, uetulam. Melle] Id eſt, dulciario quouis cibo. Viciato] Id eſt, infecto & corrupto Cicutæ] i. ſucco herbæ uenenoſæ. Hic nota quod nepos olim erat communis generis: unde nepotis facit non nepotiſ. Ne longũ faciã] Concludit ſe conſimiliter à natura inſtrui ad Satyram ſcribendam, nec poſſe eam non ſcribere. ſenectus Tranquilla] Id eſt, placida, quieta Expectat me] Id eſt, ſiue diu, & tranquille uicturus ſum Seu]. i. ſiue mors circumuolat Mors atris] i. funeſtis. Alis] i. ſiue propediem moriturus ſum. Quiſquis erit color] Id eſt, diſpoſitio uitæ: hoc eſt, quocunq; mihi uita ſignanda erit lapillo, ſiue albo, ſignificante proſperitatem: ſiue nigro ſignificante aduerſitatem: hoc eſt, ſiue uiuam diues, ſiue inops, ſiue uiuam Romæ, ſiue ſors, aut fors: ita iuſſerit quod exul, hoc eſt, qualiſcunq; fuerit ſtatus uitæ meæ, ego ſcribam ſupple Satyram. Reſpõdet Trebatius. O' puer] Vnde patet iuuenem fuiſſe cum ſenior ſcriberet Odas, ego metuo, ut ſis Vitalis] Id eſt, quod non eris diu uicturus, & Metuo ne quis] Id eſt, aliquis amicus Maiorum] Id eſt, potentiorum Feriat] Id eſt, percutiat te Frigore] Scilicet mortis. Reſpondet poëta. Quid] Supple dicit te metuere hoc. Cum] Id eſt, quando Lucillius eſt auſus primus cõponere carmina In hunc morem] Scil. Satyricum, & Detrahere pellem] Id eſt, tectoriũ [ar]gumentum, qua quiſq; exiſtens Nitidus eſt] Id eſt, candidus [ſple]ndus Per ora] i. exteriora, & in ſuperficie. Cederet] Id eſt, [in]cederet, exiſtens turpis Introrſum] i. in cõſcientia ſua. Nũ] Id eſt, nunquid. Lælius & is] Sup. qui duxit Nomen] Id eſt, agnomen Meritum] i. quod meruit à Carthagine. Oppreſſa] i. deuicta ſcilicet Scipio Aphricanus: qui cum Lælio nobile par amicorũ facit. Offenſi] Sup. fuerunt ingenio ipſius Lucillij, quaſi dicat, minimè. Aut num] i. nunquid. Doluere] i. ægrè tulerunt, Metello uiro illo præpotente. Læſo] i. quia Metellus lædebatur, hoc eſt, carpebatur uerſibus Lucillianis, quod pro & lupo, & uiro illo & prædiuite Cooperto] i. diffamato Verſib. famoſis] i. diffamatorijs. q. d. minimè. Atqui] i. attamẽ ipſe Lucillius arripuit] i. inuaſit ſtylo ſuo Satyrico Primores]. i. optimates urbis ſcilicet Romanæ, & Populũ] Sup. Romanũ. Tributim] i. per trib. ſcilicet exiſtens ſup. Aequus] i. cõcinnus & concors. Vni] i. ſoli uirtuti. Atq; amicis eius] i. eã colentib. Quin] i. quinimò, ubi ſuper ubi uirtus Scipiadæ, & ſapientia mitis Lælij]. i. Lælij, hoc eſt ipſe Scipio ſtrenuus & Lælius bonus. Remorant]. i. remouerant ſe à uulgo Scena] i. theatro, in ſecreta, & quo populo nõ licebat conuenire. Diſcincti] Id eſt, negligẽter culti. Donec olus] Id eſt, cibus frugalis coqueretur: quicquid ego ſum, quãuis ſum infra cenſum Lucili]. i. Lucillij. i. quãuis non habeã diuitias, quas ille habuit, & quãuis infra ingeniũ Lucilij]. i. non habeã tã bonũ ingeniũ, ut ille: tamẽ inuidia fatebitur etiã ſup. Inuita] i. quãuis nolit me uixiſſe ſemper cum magnis uiris (hoc dicit poëta ne forte dicat qđ Lucillio diuiti licuiſſe, quod nõ liceat Horatio) & Quærens] i. is qui quæreret, aut niteretur. Illidere] i. impingere Dentẽ ſcilicet] Sup. mihi Fragili] i. quẽ fragilẽ putet: ipſe offendet ſup. dentẽ illæſiſſe. Solido] i. duro & Forti] i. inueniet in me reſiſtentiam, ſi quis uolet me mordere: niſi tu ô Trebati docte. Diſſentis quid] i. aliqd, uel in aliquo. Reſpõdet Trebat. Equidẽ] i. ego quidẽ. Nihil poſſum diffingere] i. aliter ſentiẽs diſtrahere. Hinc] i. ab hac ſententia tua. Sed tamẽ ut] Sup. aſſentior: ut tu monitus A' me] Sup. caueas, ne inſcitia ſanctarũ legũ incutiat tibi. Quid] i. aliquid

Negoci]

Negoci] *Pro negocij.* Ius & iudicium eſt] *Id eſt, iam ſententia lata, & diiudicatum eſt.* Si] *Supple quiſquam condiderit* Mala] *Id eſt, falſa, & detractoria carmina, in quenquam. Eſto inquit Horatius, id eſt, concedo quod puniatur per legem.* Si quis mala] *Supple ſcribat carmina in quenquam.* Sed ſi quis condiderit bona] *Id eſt, ueridica ſup. carmina.* Quid] *Supple de eo fiet? Reſpondet Treba. talis laudatur.* Caſare] *Id eſt, Auguſto* Iudice] *Id eſt, iudicante. Addit Horatius.* Si quis ipſe exiſtens integer] *Id eſt, inuiolatus* Latrauerit] *Id eſt, auidè obiurgauerit.* Dignum] *Id eſt, meritum ſup quid fiet? Reſpondet Trebatius.* Tabulæ] *.i. libelli contra te facti* Soluentur] *.i. rumpetur, cum riſu: &* Tu abibis miſſus] *.i. dimiſſus impunis & indemnis.*

SATYRA II.

SATYRAE II. ARGVMENTVM ASCENS.

Laudat frugalem, parcumq; ſecunda colonum.

ALIVD ARGVMENTVM.

Frugalitatem commendat ex Stoicorũ ſententia. Nam & Ofellus poëta primus Stoicam diſciplinam Latinitati donauit.

ALIVD GEORGII FABRICII.

In luxum conuiuiorum.

COMMENTARIA.

QVAE uirtus, & quãta, bonis ſit, uiuere paruo:
Nec meus hic ſermo eſt, ſed quẽ præcepit Ofellus
Ruſticus, ab normis ſapiẽs, craſſaq; Minerua.
DISCITE non inter lances, menſas'que nitentes
Cùm ſtupet inſanis acies fulgoribus, & cùm
Accliuis falſis animus, meliora recuſat:
Verum hic impranſi mecum diſquirite, cur hoc?
Dicã, ſi potero: MALE' uerũ examinat omnis
Corruptus iudex. leporem ſectatus, equoue
Laſſus ab indomito, uel ſi Romana fatigat
Militia aſſuetum Græcari, ſeu pila uelox,
Molliter auſterum ſtudio fallente laborem,
Seu te diſcus agit, pete cedentem aëra diſco.
Cùm labor extuderit faſtidia, ſiccus, inanis,
Sperne cibum uilem: niſi Hymettia mella Falerno
Ne biberis diluta. foris eſt promus, & atrum
Deſcendens piſces hiemat mare. cum ſale panis
Latrantem ſtomachum bene leniet. VNDE putas? aut
Quî partum? non in caro nidore uoluptas
Sũma, ſed in te ipſo eſt. Tu pulmentaria quære
Sudando, pinguem uitijs, Albũq;, nec oſtrea,
Nec ſcarus, aut poterit peregrina iuuare lagois.
Vix tamẽ eripiam, poſito pauone, uelis quin
Hoc potius, quàm gallina, tergêre palatum,
Corruptus uanis rerum: quia uæneat auro
Rara auis, & picta pandat ſpectacula cauda:
Tanquam ad rem attineat quicquam. NVM ueſceris iſta
Quam laudas, pluma? coctonum adeſt honor idem?

ACRON.

QVAE uirtus & quãta bonis] *In hoc ſermone ſub perſona Ofelli cuiuſdam Stoici lacerat luxurioſos. Ofellus dicitur poëta Latinus ſectã Stoicã tranſtuliſſe in Latinitatẽ. Ordo eſt: Quæ uirtus ſit bonis hominib. paruo uiuere diſcite.* Ruſticus] *Aut nomen eſt propriũ: aut ruſticus. i. durus, quia dicũt Stoici nulli peccato debere ignoſci.* Ab normis ſapiens] *.i. Vltra normã philoſophiæ peritus. Aut ab: norma, recta,* Craſſaq; Minerua] *Craſſa Minerua dicuntur hi, qui aggrediũtur quod nequeunt implere. Ideo et iſte ſic dictus eſt, quia ſectã Stoicã ingreſſus, implere nõ potuit. Stoici autẽ omnia peccata eſſe paria dicunt.* Diſcite] *Ordo eſt, Quæ uirtus ſit, paruo uiuere, diſcite. i. nolite inter epulas de mediocritatis bono differere.* Lances] *Diſcos.* Menſasq; nitentes] *.i. nõ in luxuriæ apparatu. Nitẽtes enim aut argẽto dixit, aut apparatu.* Cum] *Quãdò uel quia.* Inſanis] *Aut ineptis, aut nimis magnis.* Acies] *Aut oculorũ, aut mẽtis.* Fulgorib.] *Vaſorũ.* Accliuis] *Inclinatus, deditus. Falſis accliuis. i. pronior ad falſa.* Meliora] *Verã uirtutẽ.* Recuſat] *. i. Quãdò auaritia cæcatur mẽtis integritas. Dicit nõ eſſe prudentiã quærendã inter diuitiũ menſas, cũ animus auertitur à ueritate, rerũ ſpecioſarũ fulgore deceptus.* Impranſi] *Ieiuni, ſobrij, aut alibi ipſe: Poſtquã eſt impranſi correptus uoce magiſtri.* Mecũ diſquirite] *.i. apud me diſcite.* Cur hoc? *Vt impranſi de uirtute dicatis?* Dicã ſi potero] *. i. Quare hoc dicã, quòd impranſi de uirtute dicatis? dicã ſi potero.* Malè uerũ examinat omnis Corruptus iudex] *Sicut omnis iudex malè iudicat, q̃ eſt corruptus, & ita mẽs multo corrupta cibo, uerũ nõ poteſt iudicare. Aliâs, Corruptus iudex ut rectè iudicare nõ poteſt, ſic & animus nõ bene poteſt diſcernere cibo impeditus. Malò ἀντίθετον. Aut malè uerũ. i. nõ uerũ, ut Maleſana ſorori Vnanimẽ alloquitur. Aut, Malè examinat. i. nõ poteſt de ſapientiæ bono nequitiã iudicare.* Leporẽ ſectatus] *Venatus ſcilicet. Modò dicit, quomodo paruo poſſis eſſe cõtentus. i. Laſſus aut equo, aut uenatione, aut pugna, aut quibuſcunq; exercitationib. ſperne qualẽcunq; cibum ſi poſſis. Docere uult ſuauitatẽ ciborũ ex labore prouenire, etſi cibus fuerit uilior.* Græcari] *Iocari, ludere, quaſi à Græcis hæc ſint inuenta. Eſt hoc uerbũ deponens. Aliâs, Græcari, ut Græciſſet, quaſi luſus Græcorũ ſit, ac per hoc ludere, ſéq; auocare, & cõuiuijs operam dare.* Seu pila uelox] *Id eſt, ſeu te pila, aut diſcus delectat ſtudio ſuo, quo paulatim nimiũ laborũ decipit, uideamus, ſi poſt exercitationẽ copioſum cibũ expetas.* Cedentẽ aëra] *Ideo ait, quoniam aër leuis & cõcauus facilè cedit grauiori materiæ.* Pete diſco] *. i. iacta in aërẽ diſcũ, qui cedit omnib. iactantis.* Cũ labor extuderit] *Excuſſerit, id eſt, delitias tibi eiecerit.* Diluta] *Mixta. Per interrogationem hoc dicit, Cum fueris, inquit, labore fatigatus, nõ quæres nobiles cibos, ſed qualeſcunq;, libenter aſſumes. Hymettia mella Falerno, μελίκρατον, cõditũ dicit.* Foris eſt promus] *Promus, qui cellario præeſt, cellarius ſcilicet à promẽdo. i. cõtemnitur illo tempore, quũ poſt laborem appetis cibum uilem.* Atrũ] *Noxium, pernicioſum. i. ita à te contemnitur piſcis poſt laborẽ, quemadmodum cõtemnetur, & nõ quæritur ab aliquo cum mare eſt tempeſtuoſum hieme. Nõ quærit, quod habere non poterit, ac ſi mare glacie coopertum ſit, & piſces capi nõ poſſint.* Deſcendens piſces hiemat mare] *Id eſt, Apud te famis tempore piſcis, tanquã non capiatur, exoſus eſt. Notandum, hiemat. Tibi uidebitur hieme cõmodum mare, denegaturũ piſces.* Latrantem ſtomachum] *Eſurientẽ nimia fame, auidũ cibi.* Leniet] *Id eſt, cũ labore petes quemcunq; cibũ. Nam uitioſum hominẽ ſenſu debilitatũ, & delicatũ, nullæ poterũt delectare delitiæ.* Qui partũ] *Quõ inuentũ?* Nõ in caro nidore] *Electio ſapore, ita*

re, in apparatu pulmentariorũ. Id eſt, ſuauitatẽ cibi tui prohibet inanis & uana cupiditas. Nitor, nitôris, ſplendor. Nidor nidôris, ſapor. Tu pulmentaria, &c.] i. tu poſt laborẽ pete qualẽcunq; cibũ. nam uitioſum hominẽ & ſenio debilitatũ nullæ potuerunt delectare delitiæ. A Socrate diu deambulãte quæſitũ eſt, Cur ita ageret? ait ſe pulmentaria quærere. Sudando aũt, quaſi diceret, Totũ ſuaue eſt, quod poſt laborẽ ſumitur. Pinguem] Plenũ. Deeſt, nã. Albus, &c.] Tumentẽ ex nimia copia. Vel album, pallidũ, Album, nimietate palloris, & hoc propter nimios cibos ſæpe contingit. Perſius,

„ Atq; albo uentre lauatur.

Peregrina iuuare Lagois] Lagois auis, quæ carnẽ leporis habere perhibetur, aut eſt genus piſcis, quod in mari Italo nõ inuenitur. Vix tamẽ eripiã] Extorquẽã, perſuadeã. i. Quãuis poteſt hominẽ delectare, quiuis cib. poteſt laborẽ, tamẽ poſitis duab. ſpecieb. nõ poſſum tibi perſuadere, quò minus edas gallinã, & admittas pauonẽ. Aliàs, Quãuis pauperis cõtentus eſſe nõ precioſo cibo poſt laborẽ, tamen poſitis in menſa Pauone & gallina, non tibi poſſum perſuadere: Vt nõ potiùs pauonem petas. Aliàs, Vix hoc impetrabo ut poſito pauone gallinam edas, adeò præcepta te mouent. Tergẽre palatũ] Quia in omnib. quæ comedimus, tergemus os noſtrum. Vanis rerũ] Stultis uanitatib. Vanæ rerũ ſunt delitiæ luxurioſæ, & ſuperflui cibi. Væneat] Vendatur. Picta pandat, &c.] Ideo pauone delectaris, quia admirãda habet ſpectacula in cauda ſua, hoc interrogatiuè. Carne tamen, &c] Sẽſus eſt: Quãuis.n. hac carmine nihil diſtat magis illa, te patet imparibus formis deceptũ. Imparib. formis] In æquali magnitudine pauonis & gallinæ. Eſto] Cõcedamus nihil diſtare. Vnde datũ ſentis] Vnde traditũ hũc intellectũ habes, ex qua cõſciẽtia noſti, quia iſte lupus marinus eſt magis, quam fluuialis. Illi.n. qui ſubtilitate gloriãtur palati melioris ſaporis aiũt eſſe piſces illos, qui rapidiore unda exercẽtur, quã qui lãguidiore torpeſcũt. An alto Captus, hiet] Quia piſces ſtatim cũ capiũtur, hiãt. Põteis'ne inter iactatus, an amnis Oſtia ſub Tuſci] Vnde ſcis, utrũ inter oſtia Tiberiana, an inter pontes eiuſdẽ fluminis? Et eſt ordo: An põteis inter iactatus, an ſub oſtia amnis Tuſci. i. eiuſdẽ fluuij. Dicũtur aũt lupi eſſe meliores, qui aut inter duos põtes capiuntur, ubi aqua cõcitatior eſt, aut in

Carne tamẽ quãuis diſtat nihil hac magis illa,
Imparibus formis deceptum te pater, eſto:
Vnde datũ ſentis, lupus hic Tiberin9, an alto
Captus hiet: põteis'ne inter iactatus, an amnis
Oſtia ſub Tuſci? laudas inſane trilibrem
Mullum: in ſingula quem minuas pulmenta neceſſe eſt.
Ducit te ſpecies, uideo, quò pertinet ergo
Proceros odiſſe lupos? quia ſcilicet illis
Maiorem natura modum dedit, his breue pondus.
IEIVNVS rarò ſtomachus uulgaria temnit.
Porrectũ magno, magnũ ſpectare catino
Vellẽ, ait Harpyis gula digna rapacib. at uos
Præſentes auſtri coquite horum obſonia, quamuis
Putet aper, rhombus'que recens, mala copia quando
Aegrum ſollicitat ſtomachum, cùm rapula plenus,
Atq; acidas mauult inulas, necdum omnis abacta
Pauperies epulis regum. NAM uilibus ouis,
Nigris'q; eſt oleis hodie locus. haud ita pridẽ
Galloni præconis erat acipenſere menſa
Infamis quid? tum rhombos minus æquora alebant?
Tutus erat rhombus, tuto'q; ciconia nido:
Donec uos auctor docuit prætorius. ergo
Si quis nunc mergos ſuaues edixerit aſſos,
Parebit, praui docilis, Romana iuuentus.
Sordidus à tenui uictu diſtabit, Ofello
Iudice. NAM fruſtra uitium uitaueris illud,
Si te aliò prauum detorſeris. AVIDIENVS,
Cui canis ex uero dictũ cognomen adhæret:
Quinquenneis oleas eſt, & ſylueſtria corna:
Ac niſi mutatum parcit diffundere uinum, &
Cuius odorem olei nequeas perferre: licebit
Ille repotia, natales, alios'ue dierum
Feſtos albatus celebret: cornu ipſe bilibri
Caulibus inſtillat, ueteris non parcus aceti.
QVALI igitur uictu ſapiens utetur? & horũ
Vtrum imitabitur? hac urget Lupus, hac Canis angit.
Mundus erit, qui non offendat ſordibus, atque
In neutrã partem cultus miſer, hic neq; ſeruis
Albutî ſenis exemplo, dum munia didit,
Sæuus erit: nec ſic, ut ſimplex Næuius, unctã
Conuiuis præbebit aquam, uitiũ hoc quoq; magnum.
ACCIPE nunc, uictus tenuis, quæ quantaq; ſecum
Afferat, in primis ualeas bene. nam, uariæ res
Vt noceãt homini, credas, memor illius eſcæ
Quæ ſimplex olim tibi ſederit. at ſimul aſſis
Miſcueris elixa, ſimul conchylia turdis:
Dulcia ſe in bilẽ uertẽt, ſtomacho'q; tumultũ
Lenta feret pituita: uides, ut pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia? QVIN corpus onuſtũ
Heſternis uitijs animũ quoq; prægrauat unà,
Atq; affigit humo diuinæ particulam auræ.
ALTER, ubi dicto citius, curata ſopori
Membra dedit, uegetus præſcripta ad munia ſurgit
Hic tamen ad melius poterit tranſcurrere quondam:

Oſtio fluminis Tiberis. Trilibrẽ] Tres libras ualẽtẽ. Quẽ minuas] i. comedẽdo breuiorẽ facias, dũ diuiſeris. Ducit te ſpecies, uideo] Ducit, ſeducit, decipit, uel delectat. i. Cur magnitudinẽ laudas in mullo, reprehendis in lupo? Ergo in utroq; hoc te delectat, quod eſt rarius. Proceros, &c.] Quia lupi grãdẽ et duriorẽ carnẽ habẽt. Quia ſcilicet, illis Maiorẽ] Ac ſi diceret: Totũ ſuaue eſt, quod fruitur. Ieiunus rarò] Rari magis lego. Rari honoris eius, qui qd rarũ eſt, cupit. Inops, rari cupidus. Alij Rarò legũt, cũ in uſu habeamus rarò. Vulgaria] Vſitata, quæ citò inueniuntur, quæ in medio poſita ſunt. Harpyis gula digna rapacib.] Digna, quæ inter epulas Harpyiarũ ponatur. Præſentes Auſtri] Præſentes, quaſi precibus meis fauentes. Vt,

„ Præſentia numina Fauni. Vel

„ Potentes auſtri luxurioſum putrefacite obſonium, ut

„ Calore flatus ueſtri putida reddantur obſonia. Putet aper] Contẽnitur, & ex nimia copia uilis eſt. Corripit ſe, quaſi fruſtra auſtros uocauerit, cũ luxurioſis neceſſe ſit ſuas putere epulas atq; delitias. Quãdo] Quia, ſiquidẽ. Aegrũ] Faſtidientẽ. Sollicitat] Vexat. Cũ rapula] Rapula neutrum plurale eſt Ordo. Cum ſit plenus inulis mauult & rapula. Hoc rapũ, huius rapi, diminutiuũ hoc rapulũ. Plenus] Aut ſatur, aut indigeſtus, aut plenus deliciarũ laudas inulas ait. Acidas, &c.] Non quod acida eſt hæc herba, ſed quod cum coquitur, aceto cõditur. Inula autẽ gen9 eſt olerũ. Acida, quod quaſi acidũ ſapit. Necdũ, &c.]. i. Adhuc de parcitate antiqua ſunt quædam ueſtigia: quod cũ dicit, oſtẽdit recẽtẽ luxuriã cõuiuiorũ. i. adeò uiliores epulæ utiles ſunt, ut reges quoq; illis utãtur. Pauperies aũt moderata tẽperãtia. Epulis regũ] i. Quãuis reges copioſè uiuãt, nõdũ tamẽ pauperum epulas excluſerũt menſis ſuis. Haud ita pridem] Redit ad uitiũ luxuriæ. Galloni, &c.] Gallonius quidã fuit præco, qui habebat apparatũ cõuiuiũ, quẽ Lucilius etiã pulſat. Hic etiã acipenſerem ſuis cõuiuijs exhibebat] Acipẽſer aũt genus piſcis eſt. Infamis] In opinione poſita. i. famoſa, & celebrata ſermone. Tutus erat rhombus] Quia adhuc ignotus erat Romanis, licet abundantia eſſet earum rerum, tamen qui eas exhibuiſſet, pro luxurioſo habebatur.

Auctor docuit prætorius] Aſellius quidam Prætor fuit, qui uſum comedendarum ciconiarũ primus inuenit.

uenit. Alij Sempronium Prætorem uolunt, qui poſt multa etiam ciconias & pullos earum docuit eſui eſſe poſſe. Vult autem uideri non in precioſis piſcibus atq; conuiuijs eſſe iucunditatem, ſed in conſeſſu hominum. Sordidus à tenui] *Sordidus, nimis aridus. Intereſſe debet inter ſordidum & parcum. nam fruſtrà laborabis, ſi cùm curas nimis parcus uideri, ſordidus fueris. Hæc qui decēter dixerit intelliget, ſi quis deſideret uirtutes, eas in confinio poſitas uitiorum.* Diſtabit Ofello] *Ofellus cùm locupletiſsimus eſſet, et moderatam uitam ageret, ſubitò proſcriptus, ferebat ſe parum iniquitatē ſentire fortunæ, quoniam quidem nihil illi durum in egeſtate, priſtinæ conſuetudinis exercitatione, uideretur. Ipſe eſt de quo etiam ſuperius dixit.* Iudice] *Pro iudicante, ut: Non nobis rege Latino, pro regnante.* Si te aliò prauum] *Nō erit ſordidus, qui frugaliter uiuit.* Cui canis ex uero] *Auidienus, Canis dicebatur.* Moratum] *Defæcatum, deprauatum, acetū factum.* Licebit] *Quamuis.* Ille repotia] *Repotia dicuntur ſeptimus dies: quo ſolet noua nupta redire ad parentes ſuos.* Albâ] *Repotia ſunt, quæ Græci dicunt ἐπαύλια, aut mutuæ inuitationes. Vel dies ſecundus à nuptijs, quo uirgo ad muliebrem habitum, cōponitur. Hic pro feſtis diebus ponitur.* Cornu ipſe bilibri] *Cornu, quod ſextarium capit. Sunt enim in uenalibus cornua, quæ hāc olei habeant quantitatem ſextarij menſuræ.* Veteris non parcus aceti] *Ac ſi diceret: In eo ſolo non auarus, & quæ ſunt inutilia, liberaliter fundit.* Quali, &c.] *Interrogatiuè à quocūq.* Vtrū inclinabitur] *Vtrū, pro quem'nā? Auidienū ſordidū, an Galloniū præconē, cui acipenſer infamem fecerat menſam.* Lupus] *Prodigus luxuria.* Hic alius] *Perditus auaritia.* Mundus erit] *Id eſt, mūdum ſequitur uictū, qui neq; in ſordidū, neq; in luxurioſam uitā ſit inclinatus.* Qua non] *Quā, deeſt, ratione. Id eſt, quatenus nō erit ſordidus.* In neutram partē] *Id eſt, in luxurioſam, uel ſordidam uitam ſentiet. Ait æquè eum miſerū eſſe, id eſt, anxiū, & qui de relicto ueſtis torqueatur, & qui extremā neceſsitatē ſordium patitur.* Cultus] Ornatus Genitiuus eſt. Hic] *Aut iſte uictus, aut qui ſequitur moderatū uictū.* Albuti ſenis exēplo] *Albutius quidā luxurioſus, quādò mittebat ſeruos ſuos ad obſonia cōparanda, mortē eis minabatur, niſi pro uolūtate eius compa-*

Siue diem feſtum rediens adduxerit annus,
Seu recreare uolet tenuatum corpus: ubiq;
Accedent anni, & tractari mollius ætas
Imbecilla uolet, tibi quid'nā accedet ad iſtā,
Quam puer, & ualidus præſumis molliciem? ſeu
Dura ualetudo inciderit, ſeu tarda ſenectus?
RANCIDVM aprum antiqui laudabant: non, quia naſus
Illis nullus erat: ſed, credo, hac mente, quòd hoſpes
Tardiùs adueniens, uitiatū cōmodius, quàm
Integrum edax dominus conſumeret. hos utinam inter
Heroas natum tellus me prima tuliſſet.
Das aliqd famæ quæ carmine gratior aurē
Occupat humanam: grādes rhōbi, patinæq;
Grande ferunt unà cū damno dedecus: adde
Iratum patruum, uicinos, te tibi iniquum,
Et fruſtra mortis cupidum, cùm deerit egēti
Aes, laquei preciū, iure, inquis, Trauius iſtis
Iurgatur uerbis, ego uectigalia magna,
Diuitiasq; habeo tribus amplas regib. ergo
Quod ſuperat, non eſt melius, quo inſumere poſsis?
Cur eget indignus quiſquā te diuite? quare
Templa ruunt antiqua Deûm? cur improbe charæ
Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo?
Vni nimirum tibi rectè ſemper erunt res?
O' magnus poſt hac inimicis riſus. uter nam
Ad caſus dubios fidet ſibi certiùs? hic, qui
Pluribus aſſuerit mētem, corpuſq; ſuperbū?
An, qui contentus paruo, metuenſq; futuri,
In pace, ut ſapiens, aptarit idonea bello?
Quó magis his credas, puer hunc ego paruus Ofellum
Integris opibus nōui, non latiùs uſum
Quàm nunc accīſis: uideas metato in agello
Cum pecore, & gnatis fortem mercede colonum.
Non ego, narrātē, temerè edi in luce profeſta
Quicquam præter holus, fumoſæ cum pede pernæ.
Ac mihi ſeu longum poſt tempus uenerat hoſpes,
Siue operū uacuo gratus conuiua per imbrē
Vicinus: bene erat, nō piſcibus urbe petitis,
Sed pullo, atque hœdo: tum penſilis uua ſecundas,
Et nux ornabat menſas, cum duplice ficu.
Poſt hoc ludus erat culpa potare magiſtra:
Ac uenerata Ceres, ut culmo ſurgeret alto,
Explicuit uino contractæ ſeria frontis.
SAEVIAT, atque nouos moueat fortuna tumultus:
Quantum hinc imminuet? quāto aut ego parcius, aut uos
O' pueri nituiſtis? ut huc nouus incola uenit?
Nam propriæ telluris herum natura, neque illum,
Nec me, nec quēquā ſtatuit: nos expulit ille,
Illum aut nequities, aut uafri inſcitia iuris,
Poſtremum expellet certè uiuacior hæres.
Nūc ager Vmbreni ſub nomine, nup Ofelli
Dictus, erit nulli propius: ſed cedet in uſum
Nunc mihi, nunc alijs. quocirca uiuite fortes,
Fortiaq; aduerſis opponite pectora rebus.

raſſent. Aliâs, Albutius cū conuiuaretur, ſeruis ſuis officia diſtribuebat, & antequā aliquis eorū peccaret, cædebat eos, dicēs, uereri ſe, ne cū peccaſſent, cædere illis poſtea nō uacaret. Ergo nō erit hic ſimilis Albutio. Dū munia didit] *Dū officia diſtribuit.* Sæuus erat] *Negligens ad comparanda obſonia.* Vt ſimplex] *Nullum remittens ſeruis.* Næuius] *Pro, inunctis calicib. Næuius curando unctā aquā conuiuis præbebat. nā ut Albutius rigidus ferebatur in domeſticā diſciplinā, ita per contrarium Næuius remiſsior.* Vitiū hoc quoq; magnū] *Negligentia, ſi nimium quis innocens ſit.* Victus tenuis] *Modeſtè, moderatus, nec ſordidus.* In primis ualeas bene] *Enumerat cōmoditates tenuis uictus.* Variæ res] *Amplior apparatus, luxurioſior cibus.* Simplex] *Id eſt, una, quam facilè digeſſeris. Cū digeſtione in digeſtionē peruenerit eſca, quæ nō bene digeritur, magis cumulatur in ſtomacho.* Sederit] *Bene in digeſtionem uenerit.* Miſcueris] *Stomacho, commederis.* In bilē] *In peſtē, in digeſtionē.* Tumultū] *Moleſtiā, dolorē.* Lenta] *Fortis, indigeſta.* Pituita] *Lōga, cauſa metri.* Vides ut pallidus] *i. uides quēadmodum omnis de cœna uaria ſurgat ægrotus?* Dubia] *Luxurioſa, magna.* Heſternis uitijs] *Heſterna cruditate uel intemperātia.* Diuinæ, &c.] *Diuini ſpiritus partē. i. animā.* Alter] *Qui tenui contētus. Ordo eſt, Dicto citiùs præſcripta ad munia ſurgit. i. ad neceſſarias functiones & abſoluēda officia. Aliâs, Parcus mēbra, uel ocio reficit: ille aūt & animū deprimit ad humū, et prægrauat corpus.* Curata] *Sufficienti cibo refecta, recreata prādio.* Vegetus] *Alacer, lætus.* Præſcripta ad munia] *Aut quæ ipſum agere placuit, aut quæ ab alijs iniuncta.* Hic] *Qui paruo contētus eſt.* Ad melius, &c.] *Alias dicit cōmoditates eius, q utitur uictu tenui. Cōmoditates ſentit dierū feſtorū, et lāguidū corpus faciliùs recreat, & ſenectutē faciliùs conſolatur, ampliore cibo propter nouitatē.* Quondā] *Quādocūq, aduerbiū medij tēporis.* Siue diem feſtū, &c.] *Et luxurioſo & frugi ſenecta accidit, quæ ſe mollius tractari uult, q̄ iuuentus. Sed cum iuuenis delicatè uixeris, omnia dura futura ſunt, nihil erit, quod recreare poſsit ſi lāguere cœperis aut ſeneſcere.* Tenuatū] *Aegritudine ſeu languore.* Vbique] Accedēt anni] *Sup. melius. i. Et ubi ſenectus aduenerit melius eam poteſt tractare.*

Omnia

Omnia orta occidunt, & aucta ſeneſcunt. Tibi quid'nã accedet?] *Te autem quid poterit delectare in ſenectute, aut poſt ægritudinem, cui nihil noui derelictum eſt?* Dura ualetudo] *Non eſt epitheton ualetudinis, quoniam poteſt eſſe, & bona ualetudo.*

Rancidum aprum] *Lardum, leuiter putentem, & corruptam carnem rancidum dixerunt. Antiqui omnia cuſtodiebant, & quæuis uetuſtate laudabant.* Non quia naſus illis nullus erat] *Naſus pro odore. Et hoc naſum, & hic naſus dicitur, eſtq; incerti generis.* Hac mente] *Hac mentione.* Quod hoſpes tardius adueniens] *Ordo cum hoc ſenſu. Quod commodiùs hoſpes uitiaret ſeruatum, quàm totum dominus abſumeret.* Vitiatum] *Putidum.* Integrum] *Aut totum, aut non corruptum.* Edax] *Vorax, glutio.*

Tellus me prima tuliſſet] *Quia dicitur ante Deos nata eſſe Terra. Mirè ait, prima tellus, illo enim tempore quo mundus ex diſcordibus in hanc concordiam formatus eſt. Ex Terra generati traduntur Heroës, indocilis turba uitiorum.* Das aliquid famæ?] *Interrogatiuè, Putas hoc ad famam pertinere, ſi agitas magna conuiuia? Sed forte dicis, Volo habere opinionem bene paſcentis, & laudari propter opima conuiuia. Vel, Nonnihil putas opinionem bene paſcentis, & ideo uis habere apparatam menſam. Id eſt, uis habere famam, ut lautus dicaris: ſed eſt fama gratior, quæ carmine animos delinit & docet.* Quæ carmine gratior] τῷ ἀκροάματι, *nam ἀκρόαμα dicitur, quod auditu delectat. Antiſthenes philoſophus cùm uidiſſet adoleſcẽtem multum acromatibus delectari:* O' te, ait, infelicem, qui ſummum acroama non audiuiſti, *id eſt, laudes tuas. Quia plus delectamur laudibus noſtris.* Adde iratum patruum] *Adde, quòd etiam hæc incommoda affert apparatus menſæ, quòd ſe lædit, & damna conficit, qui alijs multa exhibet.* Te tibi iniquum] *Quia ſibi iniquus eſt, qui multum exhibet.* Laquei precium] *Vndè emas tibi laqueum.* Iure inquit] *Quaſi aliquis dicat de diuitibus & luxurioſis.* Trauius iſtis iurgatur uerbis] *Trauius quidam fuit pauper prodigus & luxurioſus. Iurgatur, autem increpatur, culpatur.* Ego uectigalia magna] *Satis arroganter opes ſuas Reip. comparauit. Et nouè dixit, Vectigalia propter natos reditus.* Tribus amplas regibus] *Quæ ſufficiant tribus regibus.* Ergo Quod ſuperat] *Horatius reſpondet Trauio. Quod ſuperat, quod ſuperabundat tibi, id eſt, tuis uſibus, non potes alia re melius erogare, uincit te. Supereſt autem cùm relinquendum eſt.* Cur eget indignus] *Scilicet, egeſtate, qui non mereatur egere. Pro interiectione, ut ſit indignè.* Vni nimirum rectè tibi] *Cùm uaria ſit fortuna, quare non cogitas uices, mobilitatemq; fortunæ, uel prorſus tu eris ſolus beatus ſemper & felix? Per hoc memento conditionis humanæ, quæ eſt, ſemper immutabilis. Id eſt, credis te ſemper eſſe fœlicem, & ideo nõ promittis quædam beneficia, quæ ſis relaturus alia ſuccedente fortuna. Aliâs, ſemper'ne habebis diuitias? poterit tua immutari fortuna.* Rectè tibi ſemper erunt res] *Secundum fortunam, ut putas.* Inimicis riſus] *Cùm patrimonium omne per luxuriam conſumpſeris, aut ſi fortuna commutata fuerit, riſui omnibus inimicis eris.* Vter'ne] *Virum frugi an luxurioſus, interrogatiuè.* Ad caſus dubios fidet ſibi] *Qui magis habet fiduciam ille, qui cum habuiſſet, & luxurijs fuerat obligatus. id eſt, in egeſtate. Quia magis ſibi fidit ille, qui paruo contentus fuit, an ille, qui ſemper uſus eſt luxuria.* Pluribus] *Delicijs atq; apparatibus. Aſſeruit.*

Aſſuerit mentem] *Pro aſſuefecerit: quia luxurioſus multis rebus aſſuefacit & corpus, & mentem: nam multis initur, qui plura deſiderat.* In pace] *In proſpera fortuna. In diuitijs qui eſt, et uiuit paruo contentus: ita ſe parat ad inimicam fortunam, quemadmodum ſapiens parat bello neceſſaria in pace. Bello comparat egeſtatem.*

Quò magis his credas] *His, uerbis meis, quibus dixi melius eſſe uti exiguo uictu: audi quid ſolebat dicere Oſellus.* Paruum Ofellum integris opibus noui] *Oſellum quẽdam dicit proſcriptum, qui ita dicebat: Non me terret fortuna proſcripti, quia & antea cũ eſſem diues, moderatè uiuere cõſueui. Aliâs, Oſellum uicinũ ſuum abſtinentem dicit, qui cùm fuiſſet proſcriptus ager eius, & Vmbreno militi condonatus, æqualiter uixit diues, & poſtea pauper. Aliâs, Iſte Oſellus proſcriptus eſt, quia fuit in parte Caſſij, & poſſeſſio eius tradita eſt militibus Auguſti, qui Oſellus poſtea ab ijſdem conduxit.* Acciſis] *Immunitis proſcriptione.* Metato in agello] *Metato, ad menſuram diuiſo, cum limite diuiſo & conducto à milite Auguſti ab eo, cui fuerat ademptus.*

Nõ ego narrantẽ temerè] *Non, bis intelligitur, ut ſit, noui nõ temerè narrantẽ, id eſt, uerè. non quidquã in uſu, habuiſſe, præter olus & fumoſam pernam.* Luce profeſta] *Ante feſta. nam, ut quidam, non feſta, falſum eſt. Non ego narrantem temerè, ex ſuperioribus noui. Ordo eſt, Non ego narrantem temerè quidquam audiui, præter edi luce profeſta olus, cum pede fumoſæ pernæ.* Ac mihi ſeu longum] *Ζεῦγμα, uſq; ad, Bene erat: continua uerba ſunt Oſelli uſq; ad finem.* Operum uacuo] *Vacanti, nihil agenti, propter imbrem conuiua factus.* Sed pullo atq; hædo] *Aut ordinariæ ſunt menſæ, quæ ad ſatietatem: aut ſecundariæ, quæ ad delectationem proficiunt.* Penſilis uua] *Pomorum dicit, ut nouimus, menſas.* Secundas Ornabat menſas] *Secunda menſa dicitur, in qua non editur. Sed datur opera poculis.* Poſt hoc] *Poſt pullum & hædum.* Ludus erat culpa potare magiſtra] *Ludebamus poculis indulgentes uino, præeunte quoq; culpa: quia culpatur ille, qui multùm bibit.* Ac uenerata Ceres] *Id eſt, rogata & eſt commune uerbum, ueneror te, & ueneror à te. Eſt autem ſenſus,* Rogata Ceres ut ſegetes creſcerent, per uinũ moleſtiæ obliuiſci faciebat. *Hoc eſt, ſacrificabamus Cereri, & læti efficiebamur, aliâs. Poſt hæc rogabamus Cererem, ut magno culmo meſſis inſurgeret.* Ita culmo ſurgeret] *Quomodo cœpit creſcere.* Explicuit] *Cùm explicuiſſet. Poteſt hic uerſus ex perſona Horatij interponi, quæ res explicaret ludos.* Seria] *Triſtia.* Sæuiat] *Verba Oſelli. Vtut inſaniat fortuna, non tamen nos lædet. Vel, Quantum uult fortuna in me ſæuiat, tamen nihil deterreor ipſius minis. Nam & in diuitijs, & in egeſtate una mihi cõſuetudo moderatè uiuendi eſt.* Hinc] *De eo, quod in uſu habeo, de hac parſimonia, de exiguo quantum poteſt irata fortuna detrahere.* Parcius] *Minus, poſtquam hæc uenit nouus incola.* Aut uos ô pueri nituiſtis] *Bene uixiſtis accepti eſtis. Senſus eſt, Cùm eadem ſit nobis ſemper fragilitas, numquid eo quo agrum amiſimus, minus nituiſtis, cùm eadem nobis uita ſit, quæ fuit dominis conſtitutis. Pueri autem aut filij, aut ſerui.* Vt] *Poſtquam.* Nouus incola] *Vmbrenus, qui meum agrũ poſſidet.* Illum aut nequities] *Qui conſumptis bonis, agrum coget abſumere. Paupertatis enim eſt amica nequities. Item aliter, Aut per luxuriam attinet agrum, uendẽdo eum: aut crimine aliquo reus factus, proturbabitur patrimonio ſuo.* Vafri] *Aſtuti, callidi.* Inſcitia iuris] *Aut ignorãtia iuris antiqui: uel committet aliquid inſcius contra ius, & perdet agrum.* Viuacior] *Ad comparationem illius, qui moritur.* Vmbreni] *Nomen eſt illius militis, qui Oſelli agrũ poſſidebat.* Proprius] *Perpetuus.* Fortes] *Forti animo.*

PORPH. } Quæ uirtus] *In hac Ecloga ſub perſona Oſelli, luxurioſos carpit.* Diſcite] *Hæc omnia diſcite, ſed alio tempore, non cum fulgore argenti auocati fueritis.* Corruptus iudex] *Sicut iudex precio corruptus, falſum iudicat: ita animus corruptus, uera non prouidet.* Græcari] *Aut luxuriari, aut Græco more ludere.* Molliter] *Ait ſtudium ipſum efficere, ne labor ſentiatur.* Sperne cibum uilem] *Volo uidere, ſi potes ſpernere.*

Latrantem ſtomachum] *Mirè latrantem pro eſurientem, ut in ſequentibus, Iratum uentrem.* Tu pulmentaria quære] *Per laborem cibum exquire. Hoc autẽ Socrates primus ait, qui cùm noctem uſq; ſpaciaretur, interrogatus à quodam cur hoc faceret. Reſpondit, ſcilicet, obſono cœnæ, ſignificans ſe ideo deambulare, ut cibum libenti animo appeteret.* Albumque] *Album, pallidũ, ut Perſius.*

„ *Albus ſede legens celſa liquido cum plaſmate guttur.*

Lagois] *Lagois, auis leporini coloris.* Quia ueneat auro] *Id eſt, pro magno precio.* Cocto num adeſt honor idem] *Plumarum, ſcilicet.* Pontis'ne inter iactatus] *Quidam Ponteas inſulas acceperunt malè. Pontes enim Tiberini intelliguntur.* Carne tamen quamuis] *Carnem tamen hanc magis, quàm illam petere nõ debes.* Deceptum] *Quamuis nihil diſtet.* Eſto] *Imparibus ſormis, impari magnitudine.* Vnde datum ſentis?] *Ergo ſi magnitudinem laudas, cur immenſos lupos appetis.* Maiorem natura modum] *In tantum appetis mullum, ut lupos laxos per comparationem eius odoris, qui promiſcuè grandes naſcuntur.* His] *Nulla*

lis ſcilicet. Ieiunus rarò ſtomachus] *Senſus: Rarò ieiunus ſtomachus inuenitur, qui contemnet res uulgares.* Præſentes auſtri] *Bene præſentes, ſicut deos præſentes, qui inuocati exaudire debent.* Mauult inulas] *Inula dicitur herba, quæ incocta, aceto conditur, & faſtidium decutit.* Galloni præconis] *Hinc eſt qui primus acipenſerem conuiuijs appoſuit.* Quid tum rhombos] *Figura nota apud Horat. Tranſeundum ad aliam rem, ita tamen ut intelligatur ab acipenſere ad Rhombum, ut:*

„ *Cæcubum, & prælo domitam Caleno*
„ *Tu bibes uuam, mea nec Falernæ*
„ *Temperant uites.* —

Vos auctor] *Auctor legitur & autor.* Docuit prætorius] *Ruffus prætorius inſtituiſſe creditur, ut ciconiarum pulli manducarentur. Isq; cum repulſam in prætura attuliſſet, tale epigrãma meruit:*

„ *Ciconiarum Ruffus iſte conditor,*
„ *Hic eſt duobus elegantior Plancis:*
„ *Suffragiorum puncta non tulit ſeptem.*
„ *Ciconiarum populus ultus eſt mortem.*

Sordidus à tenui uictu] *In ſordidos incipit hæc Ecloga.* Auidienus] *Hic nimium parcus, ſed diues fuit, & eſt ſenſus: Luxuriã ex una parte, altera auaritiam imminere.* Ille repotia] *Repotia dicebatur dies poſt nuptias.* Non parcus] Α...... Vigęt Lupus, hac canis angit] *Per lupum & canũ ſignificat ex una parte luxuriam, ex alia auaritiam imminere.* Qui non offendat ſordibus] *Vita beata erit, quæ ſordes exceſſerit.* In neutram partem cultus miſer] *Cultus ſæuus eſt. Vnde & alibi:*

„ *Qui feros cultus hominum.* *Virgil.*
„ *Cultuſq; feros mollire colendo.*

Salluſt. *Atq; ipſe cultus rei.* Albuti ſenis] *Hic eſt Albutius, qui & auarus, & elegans conuiuiorum apparator factus eſt, habitus in ſeruos, qui ob cupiditatem nimiam, habendi alienam uxorem ſuam ueneno necauit.* Accipe nunc uictus tenuis] *Dicit quæ bona conferat tenuis uictus.* Cœna deſurgat dubia] *Lauta. Sic Terent. in Phormione,*

„ *Cœna dubia apponitur.*

Diuinæ particulam auræ] *Animum dicit. Sic & Virgil.*

„ *Aethereum ſenſum atq; aurai ſimplicis ignem.*

Citius dicto curata ſopori Mēbra dedit] *Is uerò qui citius conquieſcit, nec diu uigilat ob longam cœnam.* Vegetior præſcripta ad munia ſurgit] *Is qui dicto citius, membra quieti dedit, ualens ad ſua officia ſurgit.* Ad melius] *Melius, lautius ſignificat.* Quondam] *De futuro, ut Virgil.*

„ *Nec Romula quondam*
„ *Vllo ſe tantum tellus iactabit alumno.*

Tibi quidnam accedet ad iſtam] *Hoc ait: Licet uelis ad iſtam tuas delitias adijcere, profectò non poſsis. Tantæ ſunt enim ut addi eis nihil poſsit.* Rancidum aprum antiqui laudabant] *Hoc eſt, dum ſeruatur, rancidum factum.* Quæ carmine gratior aurem occupat humanam] *Hoc Antiſthenes dixiſſe traditur. Is enim cum uidiſſet adoleſcentem luxurioſum ac aromatibus deditum ait:* Miſerum te adoleſcens, qui nunquam audiſti ſum mum ἔπαινον, *id eſt, laudem tuam.* Cùm deerit egenti] *Plaut. in Pſeudolo. Sed quid de dragma facere uis? reſtim emere, qui me faciam pendulum.* Iure inquis Trauius] *Trauius pauper & luxurioſus fuit. Verùm in ſequenti uectigalia quod ait, redditus priuatos ſignificat, cùm paucos tantùm alij poſuerint.* Cur eget indignus?] *Senſus eſt: Cur te diuite, aliquis pauper eſt?* Vni nimirum] *Senſus: Parcendo proſpicis, ne unquam tibi deſit, quod egente Rep. contingere tibi non poſsit.* Ad caſus dubios] *Hæc ait, Quis magis uidetur tutus aduerſum fortunæ incommoda, utrum qui lautis epulis ſemper uſus eſt, an qui ſimplici uictu?* Pluribus aſſueſcerit] *Pro aſſueſecerit.* Quò magis his credas] *Bene, quaſi perſuaſerit.* Profeſta] *Non ſacra.* Poſt hoc ludus erat] *Si quando libere potare uolebant antiqui, id eſt, ſine archipoſia, dicebant ſe magiſtram facere culpam.* Ac uenerata Ceres] *Rogata deinde Ceres, ut perſeueraret in fructibus, ita ut ſe oſtenderet, triſtitiam explicuit uino. & uenerata paſsiua ſignificatione poſuit. Vt Virgil.* „ *Curſuſq; dabit uenerata ſacerdos.*

Vmbrenum ſub nomine] *Vmbrenus miles, deinde nouus incola uenit, non dominus talis eſt in ſuperioribus:*

„ *Quid tu, Nulla ne habes uitia, imò alia, & fortaſſe minora.*

Vafri] *Aſtuti iuris.* Fortiaque aduerſis opponite] *P. o fortes eſtote, aduerſum fortunæ incommoda.*

CHRIST. LAND. } Quæ uirtus & quanta] *Ex Stoicorum ſententia, qui omnium philoſophorum grauiſsimi ſunt, oſtendit quanta uirtus ſit uti frugalitate, & parco uictu. Nam rectè uiuit, qui naturam optimam ducem ſequitur. At natura paucis, minimiſq; contenta eſt. Viuit igitur rectè, qui paucis contentus uiuit.* Quæ uirtus] *Subſtantiã exprimit, quæ quaſi dicat quæ uera, quæ ſolida uirtus quanta magnitudine ſignificat, ergo & uera uirtus eſt & magna uirtus.* Boni *non ſine ratione poſuit, nam poteſt quis uiuere paruo, quoniã ſibi magna deſint, quia pauper ſit. Sed hic quia maiore cupit non uoluntario uiuit paruo contentus, non igitur debitur ſibi uirtuti. Sed bonus eſt qui uiuit contentus paruo.* Nec meus hic ſermo] *Dat authoritatem ſententiæ, cùm illam non ſuam, ſed Ofelli eſſe dicat. Hic autem poëta fuit qui primus Latini Stoicum dogma ſcripſit. Appellat autem ipſum anormem ſapientẽ, quia Stoicam ſectam ingreſſus illam penitùs adimplere non potuit. Anormis igitur, i. non omninò ſecundùm normam. Vel anormis, quia uerus ſapiens non inuenitur. Ergo quos appellamus ſapientes anormes ſunt.* Sermo] *Alluſit ad libri titulum, quem ſermonum appellat.* Ruſticus] *Nam Ofellus ruſticus appellabatur. Vel ruſticus, i. rudis.* Craſſa Minerua] *Quia (ut dixi) doctrinam illam acutiſsimã Stoicorum aſſecutus penitus non eſt.* Diſcite] *Optimus artificioſiſsimuſq; progreſſus eſt, primo enim propoſuit, deinde ut ſententiæ authoritatem afferret demonſtrauit non ſuam eſſe, ſed Stoicorum ſententiam, nunc uerò affirmat poſſe nos diſcere hanc ueritatẽ modo ſobrij attendamus, & non aut crapula obrui, aut uino madidi.* Non inter lances] *i. non inter lautas epulas, quæ lancibus continentur. Nam lances dicimus concaua uaſa, quibus carnes & ſimilia in menſis ſtatuimus,*

„ *Sic lancibus & pandis fumantia reddimus exta.*

Sed & bina illa uaſa quibus res appenſæ ponderantur lances dicuntur. N. q. n. multis uaſis ornatas. Acie] *Tam oculorũ, quàm mentis, nam & uiſus ipſe ſtupeſcit, ut uno lumine, plura uideamur. unde dixit inſanos fulgores, & ut eſt apud Terent.*

„ *Neq; pes, neq; mens ſuum officium facit.*

Inſanis] *Quæ ab inſania mentis proueniunt.* Acclinis falſis] *Inclinatus ad ea quæ non ſunt uera bona, ſed falſa, nam ducitur appetitu, & non ratione.* Meliora] *Quæ à ratione proueniunt.* Impranſi] *Sobrij & ſine crapula, quo tempore mens ipſa rectè ſapit.* Diſquirite] *Cunctis circumſpectis quærite, nam diſquirere ſignificat per omnes partes quærere, ut inquirendo nihil nos lateat.* Cur hæc] *Scilicet eueniant.* Corruptus iudex] *Nam ueluti pecunia, aut amicitia corruptus iudex iniquè iudicat, ſic animus corruptus aliquo deprauato appetitu ſemper malè iudicat, leporem ſectatus, in qua re labor magnus eſt.* Laſſus] *Defatigatus. Indomitus enim equus uehementer equitem defatigat.* Græcari] *i. Græcos ludos ſectari.* Militia Romana] *Quaſi dicat res grauiſsima, & aſperrima. nam Romana militia ut in ſuperioribus oſtendimus aſsiduis laboribus, atq; difficultatibus pleniſsimã erat.* Studio fallente moliter laborem] *i. ipſa cupiditate ludendi fallente cum quadam uoluptate.* Laborem auſterum] *i. durum & aſperum, Græcum enim eſt αὐστηρὸς & ſignificat acre, aſperum & immite.* Diſcus] *Et de hoc dictum ſuo loco eſt.* Cedentem aëra] *Nam diſco per aërem pulſo cædit ipſe aër.* Extuderit] *i. expulerit. Fit enim ex eo quod eſt ex & tundo tuſudi. Sed geminantia in compoſitione non geminant. Ergo eſt extundo, extudi.* Siccus] *Quaſi ſitibundus, nam ſitis eſt ex defectu humidi.* Inanis] *Vacuus, i. famelicus. Sententia eſt cum poſtquam uenatus fueris, aut equitaueris, aut pila, diſco'ue luſeris, ſis ſiccus & inanis, i. ſitias & eſurias.* Sperne cibum uilem] *Quaſi dicat nunq̃ ſpernes.* Et ne biberis niſi melle diluta Salerno] *Id eſt, niſi uinum mulſum, quod conficitur ex uino & melle, ſed optimum ex Falerno & melle Himetio, nã in Himeto monte Atticæ regionis propter thymi copiam optimum oriebatur mel.* Promus] *Species piſcis eſt.*

Atrum]*Noxium & tempeſtuoſum.* Hyemat] *Sæuit & in hyemem, id eſt, tempeſtatem inſurgit.* Cum pane ſalis]*Qui uictus et Cicerone, & Hieronymo teſte addito etiam naſturtio herba Perſarum fuit.* Leuiet]*Mitigabit.* Latrantem]*Quaſi ex fame clamentem ut ſit tranſlatio à canibus, qui ex fame latrant, ex quo ſequitur quòd uoluptas non eſt in charo nidore, i. odore & ſapore epularum quæ chari conſtant, ſed eſt in te, nam quando fameſces omnia ſuauia erunt.* Quære pulmentaria].*i. laborando, i. labora. Nam cùm propter laborem fameſces ipſe panis erit pro ſuauiſſimo pulmentario.* Pinguem uitijs & album] .*i. turgidum & palleſcentem ex crapula.* Oſtrea & Scarus]*Qui piſces in precio erant apud antiquos.* Lagois]*Auis quæ leporinas habet carnes nã λαγὼς apud Græcos lepus eſt.* Vix tamen] *Si quis naturalem appetitum & non corruptũ ſequatur, neq; bibet, neq; edet niſi ſiti, atq; fame ſtimulante, & tunc quæq; uiliſſima placebũt. Sed ſi ſanguinis ac malè decoctis humorib. ſtomachus repletus fuerit, exoritur nauſea, atq; faſtidium, & tamen qui ſuperfluis uoluptatibus gaudet cũ illis ægrè careat, quærit delicatiores cibos, & aliquando magis opinione quàm guſtu mouetur. Quapropter pauonem præfert pulchritudine pẽnarum. Ergo uix eripiam, i. cum difficultate extorquebo, ut appoſito pauone uelit potiùs gallinam, quã illum.* Tergere palatum]*Fricare palatum, in quo ineſt ſumma in guſtu uoluptas, nã in Palato ſedes guſtandi eſt.* Vanis rerũ] *Vanitate rerũ.* Veneat]*Vendatur.* Auro]*Maiori precio.* Rara] *Non uulgata apud multos.* Pandat ſpectacula cauda].*i. pandat caudam, ut illam intuentibus ſpectaculo præbeat. Nam tanq̃ illa glorietur dicunt quòd laudatas caudam pandit.* Ad rem attinet]*Quod certè non attinet, nam quid ad ſuauitatẽ guſtus pertinet pulchritudo caudæ.* Lupus hic] *Refert Plinius acipenſeri apud antiquos maximam authoritatẽ datam, ſed ſua tempeſtate in nullo honore fuiſſe. Cornelius autem Nepos, & Laberius minorum poëta lupum, & aſellum acipenſeri ſucceſſiſſe ſcribunt. Luporũ aũt optimi habebantur, qui Lanati dicuntur. Varro autem in libro rerum humanarum quid quiſq; locus optimũ ferat adnotans, ait, in agro Campano frumentum, in Salerno uinum, in Caſinati oleum, in Tuſculano ficum, in Tarentino mel præferri. Tyberim aũt optimos piſces alere. Sed inter piſces lupum inter duos pontes captum. Lucilius hunc piſcẽ (Macrobio teſte) Liguritorem catillonam appellat, qui prope Tyberis ripas ſtercus ex cloacis inſectetur. Catillones enim, appellabantur ut idem Macrob. ait, qui ultimi ad Herculis pollutum conuenientes catillũ ligurrirent. Feſtus aũt catillones à priſcis guloſos appellari affirmat. Hic piſcis marinus eſt, ſed tunc optimus cũ in dulces aquas tranſnatauerit. Multi eum eſſe putant, quem noſtra tempora ſturionem nominant. Sunt illi cũ mugilo naturales inimicitiæ.* Vnde datum ſentis hiet]*Nam piſcis eſt ut extra aquam hiet.* Alta].*i. mari ubi deteriores ſunt.* Pontes ne inter] *Anaſtrophe eſt, i. inter Pontes ubi optimi.* Sub hoſtia]*Circa hoſtia.* Tuſci]*Quia ex Tuſcia fluit Tyberis.* Trilibrem]*Refert Plinius ſecundus ſuis temporibus nullũ mullũ facilè inuentũ, qui duas pondo libras facilè excederet. Quapropter tanquam raræ omninò magnitudinis trilibrẽ dixit. In mari tamen rubro octoginta librarum captũ Mutianus ter Conſul ſcribit. Mullum aũt à colore molliorũ calciamentorum dictum Feneſtella refert. Plinius uerò addit illum expirantem uerſicolore & numeroſa uarietate ſpectari ut proceres gulæ narrant.* Quem minuas]*Oſtendit ſummam ſtultitiam eſſe quærere hunc piſcem procerum, cum paulò poſt in plura pulmenta diuidendus ſit.* Maiores adiſſe lupos] *Et hoc ſtultiſſimùm nõ quærere magnos lupos, quos natura proceros facit, quærere aũt magnos mullos, qui nõ niſi parui inueniantur.* Ieiunus]*Et propterea famelicus.* Vulgaria]*Quæ facilè & ſine ſumptu parantur.* Porrectum] *Ait qui reprehenditur, & ſi concidendus ſit, malle tamen magnum q̃ paruũ.* Harpyijs] *Vel lege gula digna harpyijs, i. quæ uoretur ab harpyijs. Vel melius digna harpyijs, i. talis qualem decet harpyiam, quod animal rapaciſſimũ, uoraciſſimumq́; eſt. Harpyias ſcribit Seruius tres fuiſſe Neptuni & Terræ filias. Sunt autem nomina illarũ Celeno, Aello, & Ocypeto. Heſiodus autem in Theologia duas ponit, quarum nomina ſint ἀελλώ, & ὠκυπέτη. Eaſq; dicit Thaumantis & Electræ filias. Duas itidem Apollonius in Argonautis, quos & Virgil. ſequitur in duodecimo. Sunt geminæ peſtes. Homerus autem ex Harpyia & Zephyro Achillis equos natos ſcribit, quos nominat Xanthum & Balium. Ait enim*

» ξάνθον καὶ βαλίον τὼ ἅμα πνοιῇσι πετέσθην,
» τοὺς ἔτεκε ζεφύρῳ ἀνέμῳ ἅρπυια ποδάργη.

Has ita deſcribit Maro:

» *Triſtius haud illis monſtrum, nec ſæuior ulla*
» *Peſtis, & ira Deum ſtygijs ſeſe extulit undis.*
» *Virginei uolucrum uultus, fœdiſſima uentris*
» *Proluuies, uncæq; manus, & pallida ſemper Ora fame.*

Fabula igitur de harpyijs ita narratur. Phineus rex fuit Arcadiæ, qui uxore defuncta nouercã filijs ſuperinduxit, illiuſq; precibus illos oculos obcæcauit. Sed irati dij eodem ſupplicio Phinea affecerũt, Harpyiaſq; adhibuerunt, quæ illi cibos præriperent. Suſcepit tamẽ hoſpitio Argonautas, quo beneficio illi Zetum & Calaim Boreæ et Orythiæ filios iuuenes alatos ad pellendas Harpyias miſerũt, quas cum ſtrictis gladijs inſequerentur ex Arcadia illas uſq; ad Plotas inſulas expulerunt. Ibiq; ab Iride admoniti, ut deſiſterent à Iouis canibus, ſuos conuerterunt uolatus, quorũ conuerſio, i. Strophe nomẽ inſulis dedit, & Strophades ſunt nominatæ. Hinc Lucanus,

» *Stygiaſq; canes in luce ſuperna*
» *Deſtituunt.— & Virgil.*
» *Viſæq; canes ululare per umbras.*

Et ſanè ut alibi diximus apud inferos canes dicũtur & furiæ. Apud ſuperos diræ. In medio Harpyiæ. Dixit autem illas canes, quoniam furiæ ſunt. Vnde epulas abripere dicuntur, quod furiarum eſt, ut illud

» *Et manibus prohibet contingere menſas.*

Vnde & auari finguntur furias pati, quoniam abſtinent partis. Et ipſa Celeno de ſe uobis furiarum ego maxima pando. Quid enim furioſius eſt auaro? qui ſibi, alijſq; nocet. Nam & rapit à quolibet, & quæ ſibi accumulauit tangere non audet. Quapropter in magna rerum copia Tantalus efficitur, & Mida. Ergo nulla peſtis ſæuior eſt mortalium generi, nec immeritò uultus uirgineos ſibi attribuerunt. Nam modeſtiam ſummã & pudorem, & continentiam præ ſe ferũt auari. Verum uentris proluuies fœdiſſima eſt. Nam ab auaro nihil niſi fœdum prouenit. Manus uerò aduncæ, quid aliud niſi auarorũ rapacitatem ſignificant? Dixit autem aduncas manus, ut exprimeret quod Græci γαμψώνυχας appellãt, i. quib. ungues recurui ſint, ut auibus quæ ex raptu uiuunt. Sic Iuuenal.

» *Nec per conuentus, & cuncta per oppida curuis*
» *Vnguibus ire parat nummos raptura Celeno.*

Sunt autem dictæ ἅρπυιαι per diphthongon impropriam παρὰ τὸ ἁρπάζω, id eſt, rapio. Fui prolixior in Harpyijs deſcribendis. Sed nolo præterire Colucci Florentini allegoriam, quam in ſuo Hercule in Phinei fabellam ſcribit. Ponit enim Phineum quaſi Phileum, i. boni amatorem. Hic ex priori coniuge, quam rationem eſſe uult filios bene uidẽtes procreat, i. bonos affectus. Extinguitur deinde prima uxor. At ille ſecundam ducit, quæ ſenſualitas eſt, cuius blanditijs illectus priores filios luminibus priuat. Nam hæc pro uero bono falſum perſuadet, & quicunq; boni affectus à ratione iam extincta fuerant eos penitùs ab homine excæcandos curat. Iraſcitur Deus homini non apprehendenti diſciplinam, & perit è uia iuſta. Efficitur cæcus, quia amiſit lumen rationis. Et harpyiæ ſibi epulas eripiunt, quaſi maxima auaritia infeſtatur. Verùm ubi Argonautas, i. uirtutes recepit fugantur harpyiæ per Zetum, id eſt, inquiſitionem, & Calaim, id eſt probitatem. Hæc doctiſſimus ille uir. Sed nos ad propoſitum reuertentes unà cum poeta precamur auſtros, ut decoquant, id eſt, putrefaciãt obſonia iſtorum ne unde uoluptatem capere poſſint. Eſt enim auſter meridionalis uentus, proptereaq; calidus & humidus. Calor autem & humor generationis, & corruptionis principium eſt. Hoc idem. Iuuenal.

» *Stridebat deformis hyems, prædamq; recentem*
» *Seruabat, tamen hic properat uelut urgeat auſter.*

Quanquam]*Quaſi dicat non eſt hoc precandũ. Nam etiam recentia illis putent, cùm ex nimia copia repletus ſtomachus in faſtidiũ, nauſeamq; incidat.* Rapula]*A' rapa diminutiuum.* Inulas] *Species bulbi eſt, quã Plinius ab Aſcalona urbe Aſcalonias appellari di-*

lari dicis. Acidas] Et propterea utiles ad faſtidium remouendū. Nam omnia acida uiſcoſam pituitam reſcindunt, & appetitum excitant. Abacta] Remota. Pauperies] Vilitas epularum, quæ ut plurimum ex paupertate prouenit. Regum] Maiorum uirorū.

Gallonis] Oſtendit quòd non cupiuntur, niſi quæ in precio ſunt. Hic autem preco fuit, & primus acipenſerem in conuiuio poſuit, & quamuis menſa eius eſſet infamis propter poſitum acipenſerem, quo niam nimis luxurioſa ſobrijs uidebatur, & modeſtis, tamen non inerat tantum faſtidium. Acipenſer (ut ait Plinius) apud antiquos nobiliſſimus habitus eſt unus omnium ſquamis ad os uerſis contra aquam nando meat nullo nunc in honore, quod quidem miror, cùm ſit rarus inuentu. Quidam eum elopen uocant. Mitius alebant] Quaſi dicat alebant quidem, ſed non petebantur, quia non erant in precio. Rumbos] Hic piſcis ex planis eſt ut ſoleæ & paſſeres.

Ciconia] Ciconiæ (ut ait Plinius) unde ueniant, quóq; ſe conferant nondum compertum eſt. E' longinquo uenire non dubium, eodem quo grues modo illas hyemis, has æſtatis aduenas. Abituræ ua congregantur, ut nulla ſui generis relinquatur. Nemo uidit agmen diſcedentium cum diſceſſurum appareat. Nec eas uenire, ſed ueniſſe cernimus. Vtrumq; nocturnis fit temporibus. Sunt qui putant eas lingua carere. Honos illis ſerpentium exitio tantus, ut in Theſſalia capitale fuerit occidiſſe. Hæc Plinius. Sed nos idem in Ferrarienſi uidemus. Prætorius] Dictum ad maiorem infamiam, quòd uir ea dignitate inſignis tam guloſus fuerit. Aſellius autem uir prætorius primus Ciconias appoſuit. Alij. Sempronium dicunt. Mergos] Qui ſtagna & paluſtrem limum ſapiunt. Et tamen ſi in uſu fuerint placebunt. Mergi autem dicti ſunt, qui ſe frequenter mergant.

Praui docilis] Quæ praua facilè doceatur. Sordidus] Demonſtrat quòd non ita ab altero extremo diſcedendum ſit, ut in alterum incidamus. Sed eſſe ſecundùm Stoicum Ofellum medium in omnibus rebus. Non ergo ita fugiendus eſt luxurioſus uictus, ut in ſordidum labamur. Iudice] Pro iudicante dicit Acron. Auidienus] Homo auarus dictus canis, quia nimis mordicus ſua tueretur. Quinquennes] Quaſi dicat uetuſtate marcidas. Eſt] Comeditur, ut Eſt mollis flamma medullas. Corna] Ab ea arbore, quæ eſt cornus fit hoc cornum bacca ipſius corni. Mutatum] In corruptionem uel in acetum conuerſum. Odorem] Scilicet tetrum. Licebit] Quamuis. Repotia] A' reportando (ut ait Acron) cōuiuia ſunt, quæ nouæ nuptæ ſeptima, uel octaua die ad paternam domum redeunti ponitur. Vel ad conuiuium quò qui nos prius acceperant uiciſſim domi noſtræ accipimus. Feſtus tamen non reportia, ſed repotia ſcribit, eamq; poſtridie nuptias apud nouum maritum cœnam dicit, quaſi quæ redificitur potatio. Poeta aūt pro lautiori, apparitioriq; conuiuio ponit. Natales] Nam lautæ, & non ſine luxu ſuum quiſq; natalem colebat. Albatus] Alba ueſte indutus. Hæc in precio apud antiquos erat. Nam purpura non niſi nobilioribus dabatur. Quapropter magiſtratus quoq; municipales eo utebātur colore. Iuuenal.

» Sufficiunt tunicæ ſummis ædilibus albæ.

Vel albatus propter ſacrificium. Is enim color mentis puræ ſymbolum eſt. Cornu bilibri] Venalia cornu fictilia diuerſorum ponderum habebant antiqui. Caulibus braſſicis] In quibus maiores caules ſunt has aceto condiri apud antiquos conſueſſe Cato teſtis eſt. Caulem in herbis appellamus, quod ueluti truncus ſurgit, ex quo aut folio, aut ramuſculi exeunt. Hinc Plin de Gentiana herba, à Gentiano rege Illyriorum inuenta ſcribit folio fraxini, ſed magnitudine lactucæ. Caule tenero pollicis craſſitudine cauo, & inani ex interuallis foliato, trium aliquando cubitorum. Sed quoniam nulla penè herba maiorem caulam habet, quàm Braſſica, idcirco pro Braſſica capitur.

Quali igitur] Oſtendit uictum laudandum eſſe, qui mediocritatē obſeruans in neutrum extremum declinet. Munia] Officia, munde muneris. Didit] Diuidit per ſyncopen. Munera per omnes caſus inuenies ut munerum, & muneribus. Muna uerò Nominatiuū, Accuſatiuum, & Vocatiuum ſolum habet. Accipe nunc] Oſtendit ex ſimplici, tenuiq; uictu ualetudinem conſeruari. Sederit] Placuerit. Virgil.

» Et ſedet hoc animo perituræq; addere Troiæ.

» Téq; tuoſq; iuuat.—

Dulcia in bilem] Nam dulcia bilem faciunt, ut phyſici oſtendunt. Pituita] Quam Græci phlegma nuncupant. Dubia] In qua tam uaria ſunt, tamq; iocunda, ut dubium ſit conuiuæ quid potiſſimum de multis capiat. Animū quoq; prægrauat] Nam corpus crapula, uinoq; repletum ſenſus animumq; hebetem reddit. Particulam diuinæ auræ] Mentem intelligit: ſic Virg.

» Atq; auræ ſimplicis ignem.

Alter] Qui ſobriè uiuit. Hic tamen ad melius] Altera utilitas. Nam qui ſobriè uiuit, poteſt & dies feſtos lautiùs celebrare, & corpus extenuatum faciliùs reſtaurare, & ſenectutem clementiùs tractare. Quæ omnia non poteſt is qui à pueritia aſſiduo ſemper luxu ſeſe immerſit. Neq; enim aduerſam ualetudinem, neq; ſenectam melioribus epulis refocillare ualet. Prima tellus] Vel tellus in prima ſua ætate, uel prima, quia ante deos terram fuiſſe fabulantur, et illos omnes ab ea fluxiſſe. Das aliquid famæ] Oſtenderat nimiū luxum ualetudini contrarium. Nunc dedecus quoq; afferre illum demōſtrat, & odium patrui qui nepotis curam cepit, & uicinorum. Afferre etiam paupertatem qua coguntur homines mortem cupere. Te tibi iniquum] Quoniam tibi neceſſaria ſubminiſtrare non potes. Laquei precium] Cùm ad id inopiæ redigaris, ut non ſuppetat æs, quo laqueum ad ſuſpendium tibi compares. Iure loquitur] Quaſi dicat iſte Traſius iure tenuiores reprehendit. Ego autem ijs diuitijs abundo, ut multa poſſim profundere. Cui reſpondet poëta, quòd quæ illi ſuperabundant non in luxum, ſed liberalitatem ſunt conuertenda, & egenis danda potiùs quàm luxurioſè conſumenda. Præſertim cum etiam & Reip. conferre, & religioni multa debeant diuites. Vni nimirum] Aurea ſententia, qua monet diuites ut ex ſuperabundantia rerum ſibi ſubſidia contra aduerſos caſus, & contra morbos comparēt. Nam ſæpe tanta fit iactura patrimonij, ut & maximè diuitiæ ad exiguum cenſum redigātur. Quod ſi multa ante calamitates alliguriemus in eam incidimus inopiam, ut omnes nos inimici rideant. Vter'ne] Neq; hoc negligendum eſt. Nam fortiori animo feremus anguſtias patrimonij, in quas nos fortuna detruſerit, ſi hactenus paruo aſſueti fuerimus. Idonea bello] Nā ut ſapiens is dicitur, qui in pace ita uiuit, ut etiam paret quæ ad bellum pertinent, ſi malo fato id forte uenturum ſit. Sic commendantur diuites, qui ea parſimonia uiuunt, ut ſi quando à fortuna diuitijs ſpolientur, non ſit eis durum parce uiuere, quia eam uiuendi normam ſibi impoſuerint. Quo magis] Probat quod dicit Ofelli exemplo. Hic olim diues ſobriè uixit. Deinde quia Brutianas partes ſecutus fuerat ab Auguſto bonis mulctatus partem illorū ab Vmbreno cui data erant precio conduxit, nec fuit durum parcè uiuere in paupertate, quoniam aſſuetus etiā in diuitijs parſimoniæ fuerat. Noui] Bis repete, ut ſit ordo. Ego puer noui hunc Ofellum non eſſe uſum latiùs integris opibus, quàm abſciſſis uideas uti. Ego noui eundē narrantem] Scilicet hæc. Ego non edi temerè in luce profeſta, id eſt, in die non feſto quicquam præter olus temerè ſine cauſa, quaſi dicat. Si edi quandoq; aliquid præter olus fuit iuſta de cauſa, ut forte quia hoſpitem recepiſſem. Fumoſæ] Ad fumū deſiccatæ. Pernæ] Sunt qui putent pernam eſſe à uertebra pedis ad finem calcanei dictam à pernatēdo. Vnde perniones, qui ob frigus in perna naſcuntur. Sed ponitur pro pede porcino cum coxa ſalito, quem Martialis petaſonem appellat. Poſt longū tempus] Quo erat maiori ſumptu accipiendus. Sine operum] Parcam & laborioſam ſimul atque honeſtam uitam depingit. Per imbrem] Nam bonus agricola nunquam niſi in magnis pluuijs ceſſat. Bene erat] Quaſi dicat lautiori conuiuio utebar, ſed non rebus uenalibus inſtructa. Penſilis] Quæ pendens ſeruabatur. De menſis aūt ſecundis atq; nuce dictum eſt. Duplice ficu] i. bifera. Culpa magiſtra] Nam qui ultra modū biberet in culpa erat. Hanc aūt omnes uitabant. Ceres uenerata explicuit ſeria] Sententia eſt, quòd nunquam abundantiori uino utebantur, quò lætiores effecti curas deponimus, niſi cùm Cereri ſacrificarēt, per quod ſignificat, quòd in ſolis ſacrificijs ſplendidiùs epulabantur. Sed quomodo in ſacris Cereris uinū ponit, cum Plaut. in Aularia id antiqua religione prohibitū fuiſſe oſtēdat. Ait enim Cereri nuptias facturi eſtis, quia temeti allatū nihil uideo. Sed nō eſt huic loco cōtrarium. Nā aliud erat ſacrificium, aliud nuptias celebrare Cereri. Quapropter & Virg. de Cereris ſacris ſcribens:

„ *Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret.*
„ *Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho.*

Explicuit ſeria contractæ frontis] *Id eſt, explicuit frontem contractã propter ſeria,id eſt,propter curas,quæ à ſerijs proueniunt. Contrahimus enim frontem in rebus anxijs,explicamus autem in lætis.Hinc Terent.Exporge frontem dixit,id eſt, præbe te lætum.* Quantum hic imminuet] *Quaſi dicat nihil.Sententia eſt. Poſtquam hic Vmbrenus nouus incola occupauit noſtros agros , neq; ego,neq; uos pueri partiùs nitimus, quia & in rebus noſtris olim ſecundis,& nunc in aduerſis eundem cultum ſeruamus.* Nam propriæ telluris herum] *Oſtendit natura omnia eſſe communia,ex quo nullus eſt proprius Dominus. Quapropter fortuna in cuius temeritate huiuſcemodi bona collocata ſunt , frequenter mutat dominos agrorũ.* Nequities] *Quia alliguriet.* Inſcitia iuris] *Quia occupabitur ab alio,cùm ſe defendere neſcierit ignoratione iuris.* Vafri] *Id eſt, quòd non ſine multa calliditate interpretatur. Eſt enim huiuſcemodi calliditas in iureconſultis , præſertim in ijs , quorum patrocinia uenalia ſunt,ut in utranq; partemomne penè ius interpretentur.* Nulli proprius,ſed cedet in uſum] *Proprietas enim agrorum nullius eſt,cũ communia ſint elementa , ſed uſus conceditur.Quapropter unicum remedium eſt aduerſus fortunã , quæ frequenter omnia cõmutat,ut fortem animũ contra illam paremus.*

ERAS. ROT. } Dubiam cœnam opiparam,uarijsq; inſtructam ferculis appellat. Craſſaq; Minerua] *Hoc Craſſa Minerua fieri dicitur,quod inconditiùs , ſimpliciuſq;,quaſiq; indoctiùs fit.Hinc Horatius philoſophum deſcribens, non exactis illis Stoicorum rationibus,atq; argutijs inſtructum, ſed ueluti circa artem,philoſophiam moribus exprimentem , neq; tam diſertum,quàm ſimplicem ac ſyncerum hoc præfato utitur carmine .* Ruſticus, &c.] *Quòd Minerua iuxta poëtarum fabulas artibus atq; ingenijs fuerit præſes.* Heſternis uitijs animum] *Diuus Hieronymus,in epiſtola quadam his Horatianis carminibus hoc prouerbium non abeſſe affirmat :* Pinguis uenter nõ gignit ſenſum tenuem, quod admonet luxu corporis hebeteſcere mentis aciem. Non quia naſus] *Et naſus in prouerbium abijt,pro iudicio,ueluti,odorari,cuius inſtrumentum eſt naſus , pro reſciſcere, & ſagaciter,deprehenſum, atq; animaduerſum cognoſcere : Et odor pro ſuſpicione.*

PETRVS CRINIT. } Galloni præconis] *Nos in Lucilianis uerſib . pridẽ legimus Publiũ hunc Gallonium fuiſſe poſtremæ gulæ hominem,& in cupedijs,& lautiorib. cibis aſsiduè uerſatum. Vnde ob eam rem à Lælio uiro ſapienti gurges eſt appellatus.Verſus autem Luciliani ex quibus hæc mutuatus eſt Horatius, ſunt apud Ciceronem de Finibus bonorum, & cætera. Petrus Crinitus lib.6.de honeſta diſciplina cap.4.*

SAB. } Fortis eſt promus, & atrum defendens piſces hyemat mare] *Vbi promus ,& pro piſce accipitur , ſed pro eo,qui præeſt promendis cibarijs,etenim familia potentiorum, & locupletiorum alius eſt condus,alius promus , alius alij miniſterio aſsignatus. Condum uerò illum appellauerunt , qui recondit in cellam penuariã ipſa penaria.Promus uerò it dictus eſt,qui depromit ea,quæ diuiſiones gratia depromẽda ſunt,ut docet Fulgẽtius Placiades.Inde*

„ *Sum promus condus, & Procurator peni.* (de eſt illud Plaut.

Et facetè dictum eſt ab Auſonio:promuſq; quam condus magis, & Apuleius eleganter in apologia promum librorum appellat eũ , qui libris promendis & exhibendis præeſt, ſenſuriáq; Horatij hic eſt,eũ qui multiplici corporis labore exercitatus ac delaſſatus eſt: eſurientem non aſpernaturum uilia cibaria,& ſi domi nõ erit promus , hoc eſt,ille qui promat conditos in cellario cibos æſculentiores, & ſi piſces haberi non poterunt mari hyemante,& undabundo,libentiſsimè tamen panem cum ſale in eſca ſumpturum , ad ſedandam murmurantis præ inedia ſtomachi eſuritionem,namq; ut dicere ſolebat Socrates,potiſsimũm obſonium eſt fames,unde cum eſurienti olim Ptolemæo cibarius panis in caſa datus eſſet nihil uiſum eſt illo pane iucundius. Ab eodem in eo ſermone , gulonum gula digna rapacibus Harpyis, ſpecioſè nuncupatur , ſignificante uidelicet Helluonum ingluuiem mereri , ut ita cibaria illis luxurioſa Harpyiarum raptu de menſa eripiantur , & contactu fœdentur, quemadmodum Phineo cibos arripiebant,& immundo ore dapes polluebant , poëticam elegantiam non penitùs inſpexerunt illi , qui exiſtimarunt ab Horatio dici gulam dignam Harpyis pro ea , quæ uoretur ab Harpyis,uel quæ ſit uoraciſsima,ut Harpyia. Qui in poëtarum lectione infrequens non eſt. Is facillimè cognoſcet poëticum morſum ad id eſſe referendum,ad quod nos referri debere cenſuimus.

HENR. GLAR. } —Sed quem præcepit Ofellus Ruſticus] *Badius hic Acronem arguit: Vult enim Ofellum hunc uerè ruſticum fuiſſe,nec quouis modo philoſophum.In qua opinione & Poëtam fuiſſe puto.* Cerne tamen quamuis diſtat nihil hac magis illa] *Quæ hoc in loco Porphyrio adfert, haud ſcio quã bene habeant.* Donec uos author docuit Prætorius] *Mirum quàm hoc loco non conueniant Acro & Porphyrio. Acro ait Aſinium prætorem deſignari, alios tamen Sempronium uelle Porphyrio Rufum prætorium.Plinius libro decimo ubi de Ciconijs nihil eius rei meminit . Cornelium tamen Nepotem Auguſti principatu mortuum, ſcripſiſſe ait:Ciconias magis placere quam grues , nihil addens ipſe'ne primus eius rei inuentor eſſet, an alius quiſp.am.* Hac urget lupus,hac canis angit] *Quidam ad animalis naturam referunt : ſed uidetur Horatius ad Lupum Rutilium, de quo priore Satyra : & Auidienum Canem , de quo hîc, retuliſſe , per Rutilium uoracem ac luxurioſum, per Auidienum ſordidum innuens.* In neutram partem cultus miſer] *In neutram partem, hoc eſt,neque ſordidè,neq; nimis ſplendidè:hoc rectè Badius.Sed illud , miſer, pro miſerè,uel anxiè poſitum uidetur:ut, miſerè amat. Eſt enim miſerè cultus luxurioſus in unam partem : ſordidus in alteram mi[illegible] ſe,atque etiam miſerè. Porrò luxurioſi exemplum uidetur Albutius ſæuus in ſeruos,quod in conuiuijs apparandis non ſatis feſtinarent, muniaq; obirent,quæ illiq; ipſe iniunxiſſet. Auari autem ac ſordidi exemplum Næuius,qui conuiuis unctam,id eſt, ſordidam præbebat aquam.* Rancidum aprum antiqui laudabant] *In laudabant argutia eſt,laudabant (inquit) non quia naſus illis nullus erat , id eſt , non quod ignorarent rancidum eſſe factum ex conſeruatione longiore.Sed credo hac mente,&c.* Non ego narrantem temere edi] *Acro cũ paulò antè proſcriptum feciſſet Ofellum,& ab initio Stoicum quendam Philoſophum hic concionantem tamẽ rectè intellexit.At connectit aduerbium temerè cum narrantem . Ego ad edi referendum puto,non ad narrantem. Et narrantem uidetur [illegible] admodum Græcum. Latinè enim uix ita incluſeris.Sed ordo eſt:* Tu uides metato in agello Cum pec. & gna. fortem mere.colonum narrantem. Non ego temerè edi in luce prof.

THEOD. PVLMAN. } 1 Boni] *H.G.E.B.P.V.* Bonis, *Aldina editio.* 3 Abnormis] *G.B.V.* Abnormis, *H. E.P.* Anormis, *Mureti editio.* 6 Acclinis] *H.G.E.B.P.V.* Acclinis, *Aldinum exemplar. quæ ſcriptura corrupta eſt.*

11 Græcari] *Eſſe reor Græcanicis exercitationibus diſci & pilæ , alijsq; Græcorum nationi uſitatis uti. Eas enim militiæ Romanæ opponit,id eſt,militaribus exercitationibus.ſcribit enim,*

„ *—Vel ſi Romana fatigat militia aſſuetum Græcari:*

Mox duas Græcorum ſubiungit exercitationes , diſcum, & pilam. Seu te pila uelox,ſeu te diſcus agit] *Id eſt, ſiue delectaris luſu pilæ, ſeu diſci.Hæc Turneb.lib.7.cap.9.* Diſcus aget, *H.G.*

21 Nec oſtrea] Neque oſtrea] *H.G.E.B.P.V.*

23 Vix tamen] Vix tandem , *Cruqui libri manu ſcripti duo, cum nota interrogationis poſita poſt dictionem,cauda. Vide Annotation.infrà ad Satyr. 3.*

24 ——Quàm gallina tergère palatum] *Sic dictum accipio, quaſi quædam in eo ſordes eluantur cibi ſucco & ſapore. ſic detergeri dicitur faſtidium , quaſi in palato inſideat humor aliquis faſtidium pariens, quo detractio auiditas & appetentia gignatur Columella :* quæ iu aniatijs quoque deſidentium detergent faſtidia , faciuntq; auidiorem uolaturam , quòd maximè expedit. *Turneb libro 18.cap.12.* 28 Coſto num adeſt] *H. G.E. B.P.V.Sine eliſione literæ m, poëtarum more ueterum.* Coſto non adeſt honor, *Gryphij editio.* Coſto nec adeſt color, *Aldinum exemplar.* Honor idem] *B.P.V.* Color idem, *H.G E.* 34 Mullum] Mulum. 38 Rarò ſtomachos] *H.G.E.B. P.V.* Stomachos rarò, *Aldina editio.*

41 Quum-

41 Quamuis] Quanquam, *H.G.B.V.* 47 Gallonii] Gallonis, *B.P.* Mendoſè. 48 Aequor alebat] Aequora alebat, *B.* 53 Diſtabit] Diſtabat, *H.G.E.B.P.V.*

56 Cui canis ex uero dictum cognomen adhæret] *G.E.P.V.* Dictum cognomen adhæſit, *H.* Ductum cognomen adhæret, *B.*

» *Cui canis ex uero ductum cognomen adhæret.*

Hunc arbitor propter ſordidam immundamq́ uitam eſſe canem appellatum: ſed & Cynici non tantum quia obuios allatrabant, ſed etiam ob uitam illiberalem ab humanitate remotam & munditia appellabantur in Græcia. Hæc Turneb. lib. 7. cap. 9.

58 Ac uini mutatum, parcit defundere uinum] *Cum dicit, uinum à Græcis ἐκτροπίαν uocatum & τροπίαν circumlocutus eſt. Ita autem intelligitur uinum uappeſcens & degenerans, exoleſcensq́, & in acetum, aut uappam tranſiens. Defundere autem eſt in pateram, uel trullam fundere & bibere. Vide Turneb. lib. 1. cap. 1. lib. 7. cap. 9.* Defundere, *H.G.E.B.V.* Diffundere, *P.*

60 Ille repotia] *Ad conuiuiorum claſſem etiam pertinent repotia. Feſtus repotia poſtridie nuptias interpretatur, cùm apud nouũ maritum cœnatur, quia quaſi reficitur potatio. Grammatici ſeptimum à nuptijs diẽ, quo iterum epulabantur: alij ſecundum, quo uirgo in muliebrem habitum componebatur. Sed crediderim etiam repotia celebrari ſolita liberis natis, & cum maritis noua quotannis propè ſoboles naſceatur, ut renouanda ſit epulatio, idcirco ea conuiuia repotia appellata. ea, niſi me fallit augurium, dicere uoluit Acro, παιδοτρόφια Græcè uocari, uelut ſublatis & ſuſceptis liberis, & parentibus eos alere decernentibus. Nam in Græcorum poteſtate erat liberos exponere, nec alere. Vide Turneb. lib. 3. cap. 6. & lib. 3. cap. 25.* 63 Quali igitur uictu ſapiens utetur?] *De hac locutione uidendus Pet. Victorius Variar. lect. lib. 13. cap. 11.*

64 Canis angit] Canis aiunt, *E.B. & Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 4. cap. 12.* 65 Qui non offendat ſordibus] Qui non offendat ſordidus, *G.* Qui non offendet ſordibus, *P.* Qua non offendat ſordidus, *Cruquij aliquot codices.*

68 Sicut] Sicuti, *H.B.P.V.* 77 Cena deſurget dubia] *Id eſt, in ſeceſſum eat ad exonerandam aluum. Vide Turneb. libro 27. cap. 17. Cena dubia paraſitorum uerbum eſt, lautamq́, & opiparam ſignificat, in qua dubitet quid potiſſimum ſumas. Vide Turneb. lib. 28. cap. 4.* 79 Affigit] *H.G.E.B.P.V.* Affligit, *Lambini libri duodecim.* 81 Surgit] Surget, *Lambini libri aliquot.* 83 Aduexerit] *H.G.E.B.P.V.* Adduxerit, *editio Aldina.* 85 Anni, & attractari] Anni tractari, *H.G.E.B.P.V.* 91 Vitiatum] Vitiaret, *B.*

93 Tellus me prima tuliſſet] *Cuipiam fortaſſe uideatur ſignificari tellus illa, quæ antiquorum ætate erat, non tellus ſæcula Horatiani. nec culpari fortaſſe ſenſus poſſit. Sed tellus prima uidetur eſſe, quæ è Chao prima ante elementa omnia, etiam ante cœlum, ſi Heſiodo in Theogonia credimus, exſtitit. Vide Turneb. li. 7. cap. 9.* 95 Occupat] *E.P.* Occupet, *H.G.B.V.*

99 Aes] *B.P.* As, *H.G.E.V. & Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 4. cap. 12.* Inquis, Traſius] Inquit Trauſius, *H.B.V.* inquit Traſius, *P.* Inquis, Rauſius, *G.E.* inquis, Trallius, *Lambini libri nonnulli ueteres.*

106 Rectè tibi] *H.G.E.B.P.V.* Tibi rectè, *Anton. Mureti editio.* Tibi rectè, *Lambini libri quidã, & Cruquij codex antiquiſſimus.* 107 Vter'ne] *H.G.E.B.P.V.* Vter'nam, *Aldina editio.* 114 Quàm nunc accisis, uideas metato in agello] *Senſus eſt: Ofellum, cùm agri eius belli ciuilis proſcriptione in ditionem ueteranorum redacti eſſent, eosq́ non iam ut dominus, ſed ut conductor excoleret, non minus tamen lautè eum in alieno uixiſſe, quàm antea in proprio. Mos fuit olim imperatoribus, ut iuberent agros metari, hoc eſt, in certa iugera diſtingui, ut æqua diuiſio inter milites, quibus is ager aſſignandus erat, iniri poſſet. quòd ſi præſentia ad id non ſufficerent, etiam uicina loca in ſupplementum addebantur. Hæc Pet. Nannius Miſcellaneorum lib. 4. Vide Turneb. librum 12. cap. 1.*

116 Edi in luce] Edi luce, *H.G.E.B.P.V.*

118 Ac mihi cùm longum poſt tempus,] Ac mihi ſeu longum poſt tempus, *H.G.E.P., & Gul. Canterus Nouarum lect. libro 4. capite 12.* At mihi ſeu longum poſt tempus, *B.* Ac mihi poſt longum ſeu tempus, *V.*

121 ——Tum penſilis uua ſecundas Et nux ornabat menſas. *Plautus Pœnulo, (ſcena, Negotij ſibi)*

» *Siquidem tu es mecum futurus pro uua paſſa penſilis.*

Vide Turneb. lib. 15. cap. 6. 122 Duplice ficu] *Duplicem ficum ab Horatio appellari ſuſpicor, quæ maior eſt & uberior, quæque formæ amplioris eſt, & mariſca uocabatur. Mariſca autem ficus uilior erat, ſaporiſq́ fatui. ſic uilioribus bellarijs explicatam fuiſſe menſam ſecundam Horatius demonſtrat. Vide Turneb. lib. 13. cap. 1.* 123 Culpa] *H.G.E.B.P.V.* Cuppa, *Lambinus ex ingenio, ſine ueterum exemplarium auctoritate. Culpa potare magiſtra, excogitatum erat ludi genus poſt cenam, quo non magiſtri imperio ad bibendum cogebantur, ne nimium ebrietati indulgeretur: ſed ut ea coërceretur, nemo niſi, qui qua in re peccarat, calicem ducebat: ut bibere pœnæ & dedecoris eſſet, non inuitationis aut magiſterij. Legitur & cuppa, quod uas eſt potoriũ uernacula linguæ etiam uſurpatum pro patera. ut libertatem bibendi accipiamus poculo imperante, non bibendi arbitro. Poculum enim non cogit niſi uolentem, cùm magiſter inuitum potare cogeret. Vide Turneb. lib. 7. cap. 9.*

124 Ac uenerata Ceres, ut culmo ſurgeret] Ac uenerata Ceres ita culmo ſurgeret, *H.G.E.B.P.V.* At uenerata Ceres, ut culmo ſurgeret, *Cruquij codex unus.* Ac uenerata Ceres, ita culmo uti ſurgeret, *Cruquij alter.*

128 Niuuiſtis] Vixiſtis, *P. altera lectio retinenda eſt.*

Vt hoc] Vt hic, *Lambini aliquot libri manuſcripti.*

129 Neque illum] Nec illum, *H.*

132 Poſtremo] Poſtremum, *H.*

GEORG. FABR. } *Inducit Ofellum hominem ruſticum de frugalitate loquentem, contra Romanorum luxuriam: cùm obſonandum ſit μὴ πολυτελῶς, ἀλλὰ μετρίως, & (ut quidam addit) καθαρίως: non ſumptuoſè, ſed mediocriter, & mundè. Inuehitur uehementer in eos, qui in auibus formam, in piſcibus magnitudinem, aut raritatem in utriſque ſpectabant: item qui delicias nouas excogitabant, ut qui primi menſis acipenſerem & ciconiam appoſuerunt. Diſtinguit deinceps inter uictum ſuperbè ſplendidum, & ſordidum tenaciter, & utrumq; uicioſum eſſe, Gallonij Lupi, & Auidieni Canis (hæc enim luxurioſorum fuerunt tum cognomenta) exemplis demonſtrat. In qua doctrina explicanda, ſecundùm Peripateticos, docet uictum eſſe debere mediocrem, uſitatum, frugalem: primùm corporis cauſa, nempe ut bene ualeas, ut munera uitæ, & officij exequare, ut ſenectutem habeas commodam: tum etiam æſtimationis, ne profuſi aut nepotis ſubeas infamiam: præterea ut de copia bonorum iuuare amicos, tueri religionem, patriæ aliquid poſſis impendere: ad extremum, ut fortunam aduerſam facilius feras, quod is faciliimè aſſequitur, cui & in diuitijs, & in egeſtate, una conſuetudo moderatè uiuendi ſemper fuit. Satyra hæc tota eſt ἐπιδεικτικὴ, quia conſtat experientia: eſt præterea, διδακτικὴ, quia præcepta & exempla tam luxuriæ, quàm ſordium continet. Iſte Ofellus ſemper frugaliter uiuens, cum proſcriptus eſſet, amiſſionem ruris & fortunarum non curauit, aſſuetus paruo uiuere, cum tantum hauriret in fonte, neceſſitatis gratia: quantum alij è magno amne, prodigaliter.*

Quæ uirtus & quanta bonis] *Bonis, id eſt, moderatis hominibus, nec aliter interpres.* Abnormis ſapiens craſſaq; Minerua] *In uno uetuſto,* Abnormi ſapiens craſſaq; Mineruæ, *cuius lectionis interpres facit mentionem. Horatiana ſunt, Inuita Minerua dicere, aut facere. Item, Abnormis & craſſa Minerua ſapere. Ait Ofellum ſuum uicinum, nec ingenio nec exercitatione ualuiſſe, ſed fuiſſe χρηστόν τινα καὶ παχύν τινα, naturali quadam & domeſtica integritate præditum, non ſapientem norma, moreúe peritorum. Arrianus in Epicteto eius meminit ἰδιώτης μέν, ἰδιώτης ὀφέλιμον, diſputans bonum hominis non eſſe in rebus externis.*

Acclinis falſis animus] Acclinis, non acclinis, *teſte Lambino doctiſſimo, nec aliter liber Anhaltinus.* Acclinis eſt acclinatus. *Vt 10. Aeneid.*

LLl 3 Arboris

„ *Arboris acclinis trunco.*

Acclinis, inclinatus. Idem 2. Georg.

„ *Et tumulis accliue ſolum.*

Similiter legendum apud Plinium lib. 8. de Machlide animali, Non cubantem, ſed acclinem arbori in ſomno. Hanc differentiam ſtatuimus de exemplorum uarietate, & ueterum librorum certitudine. Hymettia à mella Falerno Ne biberis diluta] *Pro, Falernum melle dilutum,* κατ᾽ ὑπαλλαγήν. *Dilutum fuiſſe uinum melle, conſtat è Martiale, & mulſum miſtum uino Græco, dixit C. Titius in oratione, qua legem Fanniam ſuaſit. cuius uerba adducit in Saturn. Macrobius 3. 16.* Diluta, *dicitur mixtus. Gellius 2. 26. Luteus contrà, rufus color eſt dilutior. non (ut in libris uulgatis, & ut citant Bayſius & Thyleſius) dilucidior. Prius retinuerunt ſeculi prioris interpretes Barth. Mela, Sulp. Verulanus, Ph. Beroaldus: & rectiùs mea ſententia.* Foris eſt promus] *Miror, quid interpretibus quibuſdam uenerit in mentem, ut ex promo & lagoide, piſces fecerint.* Nec ſcarus aut poterit] *Apud Ennium, ſcarus, primam habet productam,*

„ *Scarum præterij, cerebrum Iouis.*

Mirum autem, Iouis cerebrum uocari, qui tantum inteſtinis laudatus fuit, ita enim homo non inſipidus, Martialis,

„ *Hic ſcarus æquoreis, qui uenit obæſus ab undis:*

„ *Viſceribus bonus eſt, cætera uile ſapit.*

Quærendum cur Pythagoras dixit, A ſcaro abſtine. Cum ſale panis latrantem ſtomachum bene leniet. Cotto num adeſt homo. Idem] *In Anhaltino hæc lectio eſt, & m litera non excluditur, quod in ſimilibus particulis frequens apud comicos.* Porrectum magno magnus inter iactatos?] *Tarpeium & Eſquilinum, ſeu (ut poſteriores uocarunt) Fabricium & Ceſtium, è regione cloacæ maximæ Lucilius, lupum catillonem appellat (inquit Macrobius) quaſi liguritorem, ſcilicet qui proximè ripas ſtercus inſectaretur.* Ieiunus rarò ſtomachus] *Alij, Rarè legunt, cum in uſu habeamus rarò. Ita Helenius. A rarus (inquit Agellius) non dicitur rarè, ſed alij rarò dicunt, alij rarenter. Chariſius contrà teſtatur rarè in e literam dirigi, ſed Ciceronem rarò dixiſſe ſcripſit Statilius Maximus. Colligi ex eodem Helenio poteſt, ueteres quoſdam legiſſe, Ieiunus rari.*

Atque acidas mauult inulas] *Quærendum num inula eadem ſit herba, quam uulgò enulam dicunt. Inula enim fuit menſibus appoſita, ex genere holerum. Inulas triſtes in Horto nominat Columella, amaras Horatius Serm. 2, 8.* Albatus celebret] *Albatus, alba ueſte indutus, qua uetuſtiſſimi uſi ſunt, in templis, in nuptijs, in theatris.* Dum munus didit] *Didit, nunc diſtribuit. Virgil. 7.*

„ *Diditur hic ſubito Troiana per agmina rumor.*

Pro, diſtertur & diſpergitur. Iratum patruum] *Patrui in fratrum filios ſunt uehementiores: quod fortaſſe de Herculis ortum fabula, cui patruus Euryſtheus fuit, qui, ut ait Tragicus, imperando feſſus, amplius imponere illi laborum nihil potuit. Supra Carm. 3, 12. Metuentes patruæ uerbera linguæ. Item Serm. 2, 3.*

„ *Ne ſis patruus mihi.*

Aes, laquei pretium] *Legendum, As, quod Canterus annotauit, & in manuſcripto noſtro, quidam in Aes. e literam, ſubiecta nota, induxerat. Quod habetur uiliſſimum, id uix uno aſſe æſtimatur aſſis.* Vni nunc nobis uel cedat tibi ſemper eratis] *Tale illud Carmin 2, 10.*

„ *Non ſi malè nunc, & olim Sic erit.*

Alludit ad rerum mutabilitatem, & fortunæ inconſtantiam. Vnde benè ille, qui dixit,

„ *Ἐν τῷ βίῳ*

„ *τρέψαι ἔγνω, εἴ τις εὐτυχεῖ διὰ βίου.*

Culpa potare magiſtra] *Quia ille culpatur, qui multum bibit, inquit interpres. & ſemper eſt culpanda ebrietas. Lambinus & Turnebus legunt, cupa potare magiſtra. Id eſt, nulla lege aut modò, ſed quantum cupa ſuppeditat. Varro Seſquiulyſſe, cupas acris aceti dixit: inde cupo, pro caupone apud Chariſium ſcribitur.* Nam propriæ telluris] *A natura nihil eſt proprium, ſed res hominum fortunæ ſubijciuntur. Scitum eſt epigramma uetus,*

„ *Ἀγρὸς Ἀχαιμενίδου γενόμην ποτέ, νῦν δὲ Μενίππου,*

„ *καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον.*

„ *καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν μέ ποτ᾽ ᾤετο, καὶ πάλιν οὗτος*

„ *οἴεται· εἰμὶ δ᾽ ὅλως οὐδενός, ἀλλὰ τύχης.*

IOD. BAD. ASCENS } Quæ uirtus & quanta &c.] *Argumentū iam percurrimus, dicit ſignanter bonis, quod poteſt exponi inter multa bona, quia illic uirtus eminet, ubi peccandi poteſtas eſt, nec tamen peccatur, qui ergo inter multa bona parcè non dico, auarè uiueret, ueram parſimoniam habere probaretur. Videtur tamen potius exponendum eſſe bonis ſup. hominibus, quia in malis nulla uirtus eſt, licet quid de genere uirtutis faciant, ut licet ſobriè uiuant, qui ſua ligurierunt, quia plura non habent, habere tamen uellent, non uirtutis, ſed neceſſitatis cenſendum erit. Et ita in reliquis. Priuſquam ordinem ponam hoc quoque dixero: Oſellum hunc uerè ruſticum fuiſſe, nec quouis modo philoſophum. Vocat enim eum ſapientem.* Abnormis] *Id eſt, ſine regula, & doctrina philoſophica, & Minerua craſſa, non à præceptore, ſcilicet, ſed ab experientia accepta. Itaque longè diſſentiendum eſt ab Acrone. Nam ſi ſiniſtrè ingreſſum ſectam Stoicorum hunc dicamus: nulla ſit eius auctoritas reliqua. Præterea expreſſiſſimè in hac Satyra docebitur, agricola fuiſſe, & philoſophiæ nō rudem, ſed omninò expertem.* Ordo eſt: *Diſcite* quæ & quanta uirtus ſit bonis] *Sup. uiris, uel inter bona multa.*

Viuere paruo] *Id eſt, paucis contentum.* Nec hic ſermo eſt meus] *Id eſt, hæc doctrina non eſt mea, quod dicit, quia cum ſit epicureus uideretur forte contra ſectam ſuam dicere, cum tamen epicurus ipſe parciſſimè uixerit holuſculis cōtentus, nec uitiū ſit poëtis, nunc hanc, nunc illam inſequi ſectam alludit, præterea ad opus ſuum quod ſermonum titulo inſcripſit, hic ſermo ergo non eſt meus.* Sed] *Supple eſt is, quem Oſellus.* Ruſticus abnormis] *Id eſt, abſque dogmate, & norma ſapiens.* Et ſapiens craſſa Minerua] *Id eſt, ſapientia inerudita, qualem illiterati habere poſſunt.* Præcepit] *Sup. ſuis, ut poſtea uidebimus. Sed ſcies Grammaticè abnormis hic Latina eſt dictio tota. nam Græcè Anomalon primam corripit, itaq; non ab a Græca particula, ſed Latina deductiam dices. Hæc autem inſerta ſunt per parentheſim, unde repetamus diſcite inquam.* Non inter lances] *i. patinas.* Et menſas nitentes] *Scilicet, uario luxu, & ſplendore epularum.* Cum] *i. quando.* Acies oculorum] *ſ.* Stupet] *Id eſt, ſtupida, & hebes ſit.* Fulgoribus inſanis] *i. ualde magnis, ut illic?*

„ *Inſani feriant ſine littore fluctus.*

Vel inſanis] *i. inſanos facientibus.* Et cum] *i. quando.* Animus acclinis] *i. inclinatus.* Falſis] *i. ad falſas opiniones, hoc eſt, ad laudandas lautiores cœnas.* Recuſat] *i. refugit.* Meliora] *i. utiliora & eligibiliora, utpote frugalitatem & parſimoniam per quā eſt mens ſana in corpore ſano. Vos autem* diſquirite mecum hic uerum] *Id eſt, ueritatem rei.* Impranſi] *i. adhuc ieiuni, & non corrupti ſplendore epularum.* Cur hoc] *Id eſt, forte quæretis cur hoc moneam.* Ego dicam uobis ſi potero, ideò *Sup. hoc monui.* Quia omnis iudex corruptus examinat] *i. diſquirit.* Malè] *i. ineptè.* Verum] *i. ueritatem rei.* Tu ſectatus] *Id eſt, poſtquā uenando ſectatus es leporem.* Vel] *Pro uel.* Laſſus] *i. laſſatus, & fatigatus ab equo indomito, uel ſi militia Romana fatigat te.* Aſſuetum Græcari] *i. Græcè iocari, aut nugari.* Seu] *i. ſiue.* Pila uelox] *i. coriū uento plenū ac rotūdū, quod pedib. ac manib. uelociter impellitur.* Agit] *Supple te.* Et hoc ſtudio] *i. exercitio illo, quod ſtudioſè facis.* Fallente] *i. imperceptibiliter tranſire faciente laborē.* Auſterum] *i. q alioq auſterus eſſet, ſi q's inuitus & coactus faceret.* Seu] *i. ſiue.* Diſcus] *i. exercitatio in diſco proijciendo in aëra.* Agit] *i. impellit & exercet te.* Pete] *i. laceſſe, inuade percute.* Aëra] *i. aërē.* Cedentem] *i. locū dātē.* Diſco] *i. globo quodā ac Maſſa quo, & qua uires experiūtur ſuas.* Cū] *i. poſtq.* Labor] *i. exercitatio illa.* Excuderit] *i. excuſſerit.* Faſtidia] *i. nauſeā ciborū, & appetitum ac famē generauerit.* Tu ſiccus] *i. ſitibūdus.* Et inanis] *i. famelicus.* Sperne uilē cibū] *q. d. ſcio id nō facies, qa ſic incorrupto & ieiuno, omnis cib. gratus eſt.* Ne biberis] *Sup. aliquid.* Niſi mella Hymettia] *i. ſuauiſſima à loco natiuo ſic dicta.* Diluta] *i. admixta.* Falerno] *i. uino*

mno

uino, pro eo quod eſt. Niſi Falerno diluta]*.i. tẽperata melle Hymettio.* Si]*Sup.* promus]*.i. diſpẽſator, q̃ promat potũ aut cibũ.* Eſt foris]*Id eſt, non eſt domi.* Et mare atrum]*Id eſt, nubiloſum.* Hyemat]*Id eſt, tempeſtatem mouet, defendens piſces eo, quod piſcatores arcet.* Tunc]*Supple panis cum ſale bene.* Leniet]*Id eſt, ſedabit & placabit ſtomachum.* Latrantem]*Id eſt, famelicum, uidetur famelicus, quaſi catulos habere in ſtomacho propter crepitus quos edit, & hoc more Catuli petentis bolum.* Vnde putas]*Sup. hoc* Partum]*Id eſt, acquiſitum & inuẽtum.* Aut qui]*Id eſt, quomodo ſup. putas datũ eſt, quod famelico omnis cib. placet? Reſpondet ipſe poëta. q. d. inde partum eſt, quod ſumma uoluptas non eſt.* In nidore]*.i. odore ciborum.* Caro]*Id eſt, quos care emiſti, ſed ſumma uoluptas eſt.* In te ipſo]*Id eſt, in appetitu tuo.* Tu quere]*.i. expoſce.* Pulmentaria]*.i. uiliorem uictum.* Sudando]*.i. per ſudorem & laborem, quia neq; oſtrea delicatiſsimum inſectile, nec ſcarus piſcis, tunc habitus in precio, nec lagois auis leporinas habens carnes.* Peregrina]*.i. longè quæſita.* Poterit iuuare]*Id eſt, recreare, & delectare pinguem.* Vitijs]*.i. per uitia, hoc eſt, ocium & gulam. non autem pinguem à natura.*

Et album]*.i. habentem uentrem ita cibis diſtentum, quod albeſcat: & tamen licet uoluptas in te non in rebus eſt: tamen pauone poſito, ſcilicet ante te.* Vix eripiam]*Sup. eum, uel uix eripiendo efficiã, quin uelis potius tergere.* Palatum tuum]*.i. irritare, & lautè aſpicere. hoc, ſcilicet, pauone.* Quam Gallina]*Exiſtens corruptus.* Vanis]*i. uanitatibus rerum, quia auis rara ſcilicet pauo.* Veneat]*.i. uendatur auro.* Et quia pandat]*Id eſt, pandendo, & aperiendo oſtentet ſpectacula cauda.* Picta]*Id eſt, uarijs coloribus, quaſi picta ſit ornata. Sic Aeneid. 4. pictæq; uolucres.* Tanquam]*Id eſt, perinde ac ſi quicquam pertineat.* Ad rem]*Id eſt, ad guſtum aut bonitatem rei.* Num]*Id eſt, nunquid, tu ueſceris illa pluma.* Quam laudas]*Hoc eſt, nunquid laudatam à te plumam pauonis comedis?* Num]*Id eſt, nunquid idem* Honor]*Id eſt, ornatur.* Adeſt cocto]*Scilicet pauoni, qui adeſt.* Crudo]*Quaſi dicat minimè (gula tamen inuenit, ut plumatus apponatur pauo, habet autem carnem difficilimæ digeſtionis. ut ſuper Iuuenal. auctoritate diui Auguſt. probabimus)* Quamuis nihil diſtet carne]*Id eſt, quantum ad carnem, tamen patet te deceptum eſſe magis hac quam illa.* Imparibus formis]*Id eſt, propter impares.* Formas]*Id eſt, licet caro gallinæ non ſit deterior carne pauonis, tamẽ quia pauo habet aliam formam, quam gallina, tu magis delectaris carne pauonis, quam gallinæ, & ita ſumis iudicium ex colore, & ſpecie diuerſa.* Eſto]*Id eſt, permittatur tibi hoc.* Sed]*Sup. dic mihi.* Vnde datum]*Id eſt, conceſſum tibi à natura ſentis.*

Hic lupus Tyberinus]*Id eſt, quem ſcis captũ in Tyberi (eſt enim piſcis) an hiet captus.* Alto]*Id eſt, in profundo gurgite poſtquã ſcilicet intrauit mare.* Ne]*Pro an, iactatus inter pontes, ubi optimus creditur, quia ſordibus cloacarum impinguatus.* An hiet captus ſub]*Id eſt, paulò antè.* Oſtia]*Id eſt, introitum amnis Thuſci ſcilicet Tyberis, hoc eſt, ubi Tyberis intrat mare, quaſi dicat forte dices te noſſe diſcrimen inter pauonem, & gallinam, etiam amotis plumis, ſed quomodo cognoſces de una & eadem ſpecie piſcis, ut pote lupi, an ſit captus in ortu, an in medio, an in exitu eiuſdem fluminis, & tamen pluris emis captum inter duos põtes. At ſi dicat, id non faceres, niſi opinione praua ducaris.* O inſane tu laudas mullum trilibrem]*Id eſt, trium librarum, quia tunc temporis pauci tanti reperiebantur, quem ſupple.* Mullum]*Id eſt, piſcem ſic appellatum, neceſſe eſt, ut* Tu minuas]*Id eſt, minutim incidas in ſingula.* Pulmenta]*Id eſt, fruſta quaſi dicat fruſta petis piſcem tanti ponderis cum ne unciatim quidem eum comeſſe poſſes. Ergo, dicit poëta.* Species]*Id eſt, pulchritudo magni piſcis ducit.* Te]*Id eſt, uideo quod forte dices mihi pulchrũ eſſe de tam magno piſce comeſſe; quamuis fruſtum comedas, ergo ſi magnitudinem amas, quo pertinet odiſſe.* Lupos]*Id eſt, tales piſces.* Proceros]*Id eſt, oblongos, hoc eſt, quare non omnes piſces magnos amas ſcilicet, id eſt, ſcire licet, hoc eſt, ideo puto id facis, quia natura dedit.* Illis]*Scilicet lupis.* Maiorem modum]*Id eſt, menſuram, & his ſcilicet mullis.* Breue pondus]*Id eſt, modicam grauitatem, hoc eſt, tu uis contra id, quod natura uult, quia omne rarum, carum.* Stomachus ieiunus temnit]*Id eſt, contemnit Raro uulgaria ſupple cibaria.*

Gula]*Id eſt, uorago illa gutturis in homine edace.* Digna harpyis, *id eſt, obſcœnis illis uolucribus, quæ os uirgineum, ſed diram uentris ingluuiem habent, & ideo talis gula eſt digna eis rapacibus, id eſt, aſſiduè rapientibus.* Ait]*Id eſt, dicit, ego uellem magnum ſup. piſcem, aut aprum.* Porrectum]*Id eſt, extenſum in magno.* Catino]*Id eſt, uaſe eſcario. Hapyiæ notæ ſunt omnibus aliquid in poëſi ſapientibus. Sunt autem tres Celeno, Aello, Ocypite, quarum duarum poſteriorum Heſiodus in Theogonia meminit: Celenus autem Virg. in 3. Aeneid. Erant obſcœnæ uolucres omnia cibaria contactu fœdantes, & mira uoracitate omnia ingurgitantes. De quibus illic uidere eſt.*

At uos ô Auſtri]*Id eſt, uenti meridionales humidi & calidi, & ideò maximè putrefactiui.* Coquite obſonia]*Id eſt, fercula horum ſup.* Horum]*Id eſt, corrumpite & putrefacite omnes cibos eorum, quia quanquam aper, aut rhumbus ſup. eſt recens, tamen ſup.* Putet]*Id eſt, fœtet.* Aut ſic quanquam]*Id eſt, licet fruſtrà id opto.* Quia aper & rhumbus recens]*Id eſt, etiam ſi ſit recens putet.* Quando copia]*Id eſt, abundantia* Mala]*Id eſt, nociua.* Sollicitat ſtomachum ægrum]*Id eſt, epulis oneratum.* Cum]*Id eſt, quando* Plenus]*Id eſt, ſatur.* Mauult]*Id eſt, magis uult.* Rapula]*Id eſt, parua rapã. Nam tam neutrum, quam fœmininum reperitur. Sunt autem minores rapæ, & acerbiores paulò, & mauult inulas illas herbeculas.*

Acidas]*Id eſt, aliquantulum aceſcentes, & ita punctiuas, & appetitus excitatiuas. Necdum pro non & adhuc.* Non omnis pauperies]*Id eſt, modicitas, & cibatio pauperum eſt.* Abacta]*Id eſt, reiecta adhuc ab* Epulis regum]*Id eſt, prædiuitum uirorum.*

Nam locus eſt hodie]*Id eſt, adhuc hodiernis diebus, quamuis gula multum creuerit.* Ouis uilibus]*Id eſt, modici precij.*

Et oleis nigris]*Id eſt, nigri coloris, & ita acerbioribus. Menſa galloni præconis, quem etiam Lucillius taxat.* Haud]*Id eſt, non erat ita infamis.* Pridem]*Id eſt, olim* Acipenſere]*Id eſt, in qua acipenſer erat appoſitus. Eſt autem piſcis rarus inuentu, unus omnium ſquaſmas ad os uerſus habens, erat autem piſcis tunc delicatus creditus, poſtea in nullo honore, quod non uenit, niſi ex opinione hominum, unde quærit poëta.* Quid]*Id eſt, nunquid.* Aequora alebant tum]*Id eſt, tunc minus rhumbum, quam nunc ſup. quaſi dicat minimè, & tamẽ rhumbus, qui nunc in magno præcio eſt, tunc uilipendebatur, & ita rhumbus erat tunc tutus, quia nemo petebat eum.* Et ciconia erat tuto nido tuto]*Id eſt, ipſam tutante, quia nemo comedit eam, ſicut nunc.* Donec prætorius auctor]*Id eſt, inuentor Ciconiæ apponendæ docuit uos ô guloſi.* Ergo ſi quis edixerit]*Id eſt, publico, quaſi mandato iuſſerit.* Et præceperit mergos]*.i. uolucres urinantes.* Aſſos]*.i. aſſatos eſſe ſuaues nunc, quia tamen aridi ſunt, nihil eſt illis toſtis inſuauius.* Iuuentus Romana docilis praui]*.i. quæ faciliter docetur rem prauã.* Parebit]*.i. obtemperabit tali.* Edicto]*.i. faciliter imitabitur prauum inſtitutum. Et ita concludit homines potius peccare ex falſa opinione, quam ex rerum qualitate, quia unam & eandem rem nunc pluris, nunc minoris faciunt, cûm tamen non mutetur.*

Sordidus à tenui]*Docet auctore Ofello non eundem eſſe ſordidum, qui parcus eſt, tenui uictu utitur, quia poſſet quis ex uirtute ſobrius eſſe. Sordidus autem non, ut in primo patuit. Ordo eſt.* Victus]*Sup. ſordidus .i. hominis ſordidè uiuentis, diſtabit à tenui uictu.* Ofello iudice]*.i. qui parcus eſſe uolet, non ſic erit parcus ut ſordidus fiat. Nam fruſtrà uitaueris illud uitiũ. ſ. prodigalitatis.* Si detorſeris]*.i. extra uiam rectã.* Detorſeris te]*ſ. prauum.* Alio]*i. ad aliud uitium auaritiæ, aut ſordiditatis. Audienus uir ille ſordidus, & diues cui cognomen canis adhæret.* Dictum]*.i. additum aut inditum.* Ex uero]*.i. propter ueram imitationem q̃a ſordidus eſt.* Veſcatur eſt]*.i. comedit.* Oleas]*.i. bacas oleæ.* Quinquennes]*.i. qnq; annorũ, & cornua ſilueſtria.* Ac parcit]*.i. cauet.* Diffundere]*.i. ex uaſis ſuis in pocula fundere uinũ.* Niſi]*Sup. ſit.* Mutatũ]*.i. inuerſum, aut in uappã mutatũ.* Ipſe]*.i. non confidens miniſtris, in propria ꝑſona inſtillat caulib. cornu bilibri.* Olei]*Sup. cuius odorẽ tu nequeas perferre, quod tã grauis eſt.*

Inſtillat] *Sup. exiſtens.* Non parcus] *Id eſt, largus aceti.* Veteris] *Id eſt, euaporati & ſemi mortui.* Et hoc licebit] *Id eſt, licet (ille ſ. Auidienus celebrat.* Albatus] *Id eſt, candidatus, quod in ſumma feſtiuitate contingebat, quando à dijs impetrare quicquam uolebant) repotia, id eſt, octauam à nuptijs, aut filiæ, aut neptis in qua conuenientes amici ac parentes latiùs uiuere ſolent, aut licet celebret* Natales] *Sup. ſuos, in quibus ueteres maximè genio indulgebant.* Ve] *Pro uel, alios feſtos* Dierum] *Id eſt, alios dies feſtos. Igitur ſi hoc uituperabile eſt, quali uictu utetur ſapiens.* Et utrum horum] *Scilicet lupi, & canis, quos dicet imitabitur.* Lupus] *i. homo uorax, & prodigus.* Vt lupus urget hac] *Id eſt, in hac parte.* Imitatur te] *Hoc eſt, ad imitationem uitæ ſuæ.* Et canis] *Id eſt, homo immundus, & nimis auarus, ut canis.* Angit] *i. conſtringit te ad imitandum ſe.* Hac] *i. per hanc partem? Reſponſio.* I. erit mundus, qui non offendat ſordibus] *i. auaricia, quæ ſordidum facit, atq;* Qui neutram] *i. non alteram, qui non eſt cultus.* Miſer] *i. ut miſer.* In alteram partem] *Id eſt, neque ſordidè, neq; nimis ſplendidè.* Hic] *Id eſt, huiuſmodi.* Neque tetricus] *Id eſt, auſterus & rigidus ac immitis.* Dum didit] *i. diuidit, diſtribuit ſeruis ſuis.* Munia] *Id eſt, officia.* Exemplo Albutij] *Id eſt, Albuij ſenis.* Nec exiſtens ſic ſimplex ut Næuius præbebit conuiuis aquam unctam, quod ſuperfluum eſt] *Quia aqua mera mundior eſt, ut eligibilior. uel intelligamus Albutium eſſe* Sæuum] *Id eſt, nimis magnificum, ſicut*

" *Maternus ſtat ſæuus in armis.*

Et ita Næuius erit ſordidus, non niſi aquam modicum unctam conuiuis ſuis præbens. Quoq;] *Id eſt, etiam.* Hoc] *Id eſt, nimis parcum eſſet, eſt magnum uitium. Ex hoc ultimo uerbo approbatur hæc ſecunda ſententia, quia cùm parſimoniam laudet, dicit nimiam parcitatem Næuij eſſe uitioſam, ad quod accedit, quod & Auidienus, nomen factitium ab auiditate uidetur ſumptum.*

Accipe nunc uictus tenuis] *Recitat commoda ſobrietatis, ut ad eam nos alliciat.* Ordo eſt. Accipe] *Id eſt, intellige, audi nunc quæ, & quanta commoda.* Tenuis] *Id eſt, modicus.* Victus] *Id eſt, ſumptus afferat.* Secum in primis] *i. primum hoc bonum affert.* Quod tu ualeas bene] *i. ſanus ſis.* Nam ut] *i. quod* Res uariæ] *i. uariæ eſcæ noceant homini.* Credas] *i. faciliter credere poſſis.* Memor] *i. ſi fueris memor.* Illius eſcæ] *i. cibi, quæ exiſtens.* Simplex] *i. uniformis & unius ſpeciei.* Sederit] *i. placuerit tibi olim.* Cum] *Scilicet ſobrius & forte pauper eſſet.* At] *i. ſed* Simul] *Id eſt, immediatè poſtquam miſcueris.* Elixa] *i. bulita obſonia.* Aſſis] *Cum aſſatis cibis, & ſimul ac miſcueris.* Conchilia] *i. piſces ut oſtrea & conchas.* Turdis] *i. uolatilib. delicatis, ut ſunt turdi.* Dulcia] *i. ea quæ tibi dulcia erant dum ingurgitares ea.* Vertent ſe in bilem] *i. amaram choleram.* Et pituita] *i. nociuus humor.* Feret] *i. afferet.* Tumultum] *Id eſt, perturbationem ſtomacho tuo: tu uides.* Vt] *Id eſt, Qualiter.* Omnis] *Sup. homo.* Deſurgat] *Id eſt, ſurgat.* De cœna dubia] *i. opipara, ubi propter multitudinem dubitet, quod primum ſumat.* Deſurgat] *Inquam exiſtens pallidus ex nimia oneratione ſtomachi.* Quin] *Id eſt, quinimo.* Corpus onuſtum] *i. oneratum.* Vitij] *Id eſt, crapulis.* Heſternis] *Id eſt, pridianis aggrauat.* Quoque una] *Id eſt, pariter.* Animũ] *i. rationem hominis atq; etiam* Figit humo] *Id eſt, rebus terrenis particulam.* Diuinæ auræ] *Id eſt, ſpiritus cœleſtis, hoc eſt, animum rationalẽ, quam ex cœleſti arce demiſſam, & eſſe particulam cœleſtis ignis credebant, Vnde Virg.*

" *Igneus eſt ollis uigor & cœleſtis.* *Item,*
" *Atq; auræ ſimplicis ignem.* *Et Iuuen.*
" *Senſum à cœleſti demiſſum traximus arce.*

Alter] *i. qui non eſt crapuloſus ſed ſobrius.* Vbi] *i. poſtq̃ dedit.* Sopor] *i. tranquillæ dormitioni.* Membra curata] *i. refecta.* Citius dicto] *i. quã dici poſſet.* Surgit uegetus] *i. ut dicimus eui gilatus, & agilis.* Ad munia] *i. officia, & miniſteria ſua.* Præſcriptas] *i. ipſi aſsignata, & tamen.* Licet] *ſ. ex ſobrietate illa auſteriùs modò uixerit, tamen poterit.* Tranſcurrere] *i. celeriter ſe applicare.* Quondam] *i. aliquando tẽpore futuro.* Ad melius] *i. uberiorẽ, & auctiorẽ ſumptũ, ſiue annus rediens adduxerit diem feſtũ: uidelicet, natalẽ aut ambaruale, aut ſimilem.* Seu] *i. ſiue uolet recreare corpus attenuatũ.* Longa ſobrietate] *ſ. quæ pro, & ut ubi idẽ poſtquã, uel quo tẽpore ſunt aũt hîc duæ dictiones ubiq.* Anni accedent] *i. quando ſenior.* Erit ætas] *ſ. ſenilis.* Imbecilla] *i. fragilis impotens.* Volet tractari mollius] *i. paulò delicatius.* Quidnã accedat] *i. addi poſsit tibi, guloſe & perdite iuuenis, ad iſtã molliciẽ.* Quam præſumis] *i. ante tẽpus debitũ ſumis exiſtens* Puer] *i. multum iuuenis adhuc.* Et Validus] *ſ. ſanus, hoc eſt, quid plus poteris tibi lautitiarũ facere.* Seu] *i. ſiue.* Valitudo] *i. diſpoſitio corporis.* Dura] *i. ægra & aduerſa.* Inciderit] *i. ſiue ægrotari incipias, & ualitudinarius eſſe.* Seu] *i. ſiue ſenectus.* Tarda] *i. te tardũ faciens ſup. aduenit, non. n. poteſt incidere.* Senectus] *i. caſu interuenire, niſi quantũ ad apparentiã, quapropter tribulationes ſeniores apparemus. Siue ergo æger ſis, ſiue ſenex, non poteris lautiùs ac delicatiùs uiuere, quàm nunc puer & ualidus.* Antiqui] *i. priſci & maiores noſtri laudabant.* Aprum] *i. porcũ ſilueſtrẽ.* Rancidũ] *i. qui ex longa cõſeruatione contraxit ranciditatẽ, hoc. n. uitiũ carniũ eſt, ſicut acor uini, & mucor panis: unde ſunt plebei uerſiculi hic:* bonus eſt promus in cuius ſæpe culina muſcidus eſt panis, caro rancida, pendula uina. Non] *Sup. ideo laudabant rancidũ aprũ, quia nullus* Naſus] *i. nulla uis odorandi, erat illis, ſed ego credo hac.* Quod hoſpes] *i. aliquis amicus hoſpitio ſuſceptus aduenıens.* Tardius] *Sup. quã credebat eũ.* Suſcepturus] *ſ. qui ob eius aduentũ aprũ coxerat conſumeret.* Commodius] *i. cum maiore cõmodo, quantũ ad iudiciũ ſuſcipientis, aprũ ſupple.* Vitiatum] *i. corruptũ ranciditate ex diuturna conſeruatione, quam dominus.* Edax] *i. qui edax cenſendus eſſet, ſi eum conſumpſiſſet.* Conſumeret integrũ] *i. incorruptũ.* Vtinam prima tellus] *i. cũ primùm coli cœpta eſt.* Tuliſſet] *i. produxiſſet me natũ.* Inter hos] *i. huiuſmodi.* Heroas] *i. heroicos, & ſemideos uiros, qui tam frugaliter uixerunt.* Das aliquid famæ] *Reprobat ſtultitiam eorũ, qui ſibi gloriam cõparare putãt ex epularũ ſplendore, nimioq; ſumptu. Ordo eſt, legendo interrogatiuè,* Das tu aliquid famæ? *Aut ironicè ſic.* Tu das famæ tuæ aliquid] *i. augmentas famam tuam in aliquo, quæ fama comparata ex opinione uulgi exiſtens.* Gratior carmine] *i. quã eſſet approbatio poëtæ per carmen, ſi ſobrius uiueres occupat.* Aurẽ humanam] *i. diuulgatur per homines. Et hoc modo ſenſus eſt. fortè dices, quod ſplendidè uiuendo cõparas tibi laudẽ popularẽ, quæ tibi gratior eſt, quã ſi ob ſobrietatẽ lauderis carmine aliquo. Porphyrio tamen aliter intelligit dicens. Hoc Anthiſtenes dixiſſe traditur. Is. n. cùm uidiſſet adoleſcẽtem luxurioſum, ac aromatib. deditũ, miſerũ te, inquit, adoleſcens, qui nũq̃ audiſti ſummũ acroama. i. laudẽ tuã. Hæc ille. quaſi uerò laudem ſu ſua cõſumpſiſſe. Et ita exponetur ſic.* Tu das] *i. forte dices aliquid famæ tuæ ex opinione populi.* Quæ exiſtens gratior] *i. multũ grata.* Carmine] *i. per carmen, uel quæ gratior.* Occupat carmine] *i. per carmen aurem hominũ, &c. ſed prior ſententia mihi placet. Oſtendit aũt talem errare, & falli dicens.* Rhombi] *i. tales piſces.* Grandes] *i. magni.* Et patinæ] *i. uaſa eſcaria latè patentia.* Ferunt una] *i. pariter cum* Damno] *ſ. rerũ.* Dedecus] *Hoc eſt, tantum abeſt, ut uerè laudari merearis ob talem luxuriam, ut uerìſsime uituperari merearis. Videtur autem hunc ſumpſiſſe Iuuen. Satyr. de rhombo. Adde.* Ad damnum & dedecus] *Supple patruum. i. fratrem patris tui defuncti, quia eo uiuente, non haberes adhuc patrimonium, quod nunc conſumis.* Iratum] *Supple tibi, & uicinos iratos tibi.* Et te iniquum] *i. incommodum tibi.* Et cupidum] *i. qui aliquando cupidus eris.* Fruſtra] *i. in caſſum, mortis.* Cum] *Id eſt, quãdo.* Aes] *i. pecunia, appoſitiuè.* Precium] *i. unde habeas precium laquei.* Quo] *ſ. te deſperantem amiſsis rebus ſuſpendas.* Deerit tibi egenti] *i. quando tã pauper eris, quod non habebis unde emas laqueum ad te ſuſpendendum. Iure inquit Traſius. Ponit obiectionẽ in cuius ſolutione docet prodigalitatem omnib. uitioſam.* Non ſolum] *Scilicet ijs, qui ad paupertatem rediguntur, ſed etiam tam diuitibus, ut uix poſsint inopes fieri. Obiectio autem talis eſt.* Aliquis] *Supple diues, inquit, aut tu forte inquis.* Traſius aut Tralius *uir ille ad paupertatem redactus.* Iurgatur] *Id eſt, obiurgatur.* Iure] *i. meritò.*

Iſtis]

Illis] i. ex probroſis tuis uerbis. Et ita ſi codices ita haberent mallē legere inquis, quam inquit, quia prius dixerat in ſecunda perſona. Das aliquid famæ] Ego habeo magna. Vectigalia] i. redditus & prouentus etiam priuatos. Nam & Cicero uectigal pro priuatis redditibus accepit, cum ferè publici ſint, ut dicit hic Porphyrio. & ego habeo. Diuitias amplas] i. ſuffecturas. Tribus regibus] Quaſi dicat nō poſſem pauper effici: & ita poſſum ſecurè, & impunè luxurioſè uiuere. Ad quod poëta aut Ofellus. Ergo ſi tam diues es quod plus quam ſatis ſit habeas, non eſt ſup.] Aliquid. Quo] i. in quo poſſis. Inſumere] i. impendere illud quod. Superat] i. abundat: quaſi dicat licet plus quam opus tibi eſt habeas, tamen non continuo licebit inutiliter expendere, cùm ſit in quo honeſtiùs expendas. Nam cur quiſquam indignus] Supple egeſtate, & dignus opulentia. Egeat te diuite] i. dum tu diues es, quare antiqua templa. Deûm] i. deorum. Ruunt] i. decidunt. O improbe] i. improbande. Cur non emetiris] i. emetiendo, per quod ſignificatur tam diues, quod pecunias metiri poſſet. expendis ex tanto. Acervo] i. cumulo pecuniarum aliquid. Patriæ charæ] Non quæ tibi chara eſt, ſed quæ merito ſit? Nimirum] i. certè uel haud dubie. Res erunt tibi uni] i. ſoli. Rectæ] Id eſt, proſperæ hoc ironicè legetur, aut per interrogationem figuratam, negatiuam reſponſionem poſtulantem, pauci enim permanent beati. O] Supple tu qui futurus es. Post hac] i. poſt hoc tempus magnus riſus. Inimicis] i. qui ab inimicis tuis, quos tibi nunc plurimos comparas. Irridebere] Supple dic mihi. uter fidet ſibi certiùs ad caſus dubios, ne pro an hic. Qui aſſuerit] i. aſſuefecerit. Pluribus] Supple rebus mentem. Et corpus ſuperbum] i. elatū. An] Sup. is, qui exiſtens contentus paruo. Et metuens futuri] i. de tempore futuro. Aptarit in pace] Id eſt, tempore pacis, hoc eſt, proſperitatis. Idonea bello] Id eſt, ad bellum. Vt] i. quemadmodum. Sapiens] Supple aptat, hoc eſt, an qui uoluptatibus ſe aſſuefacit, tanquam in eis ſemper ſecureq́ uicturus ſit, an qui tempore proſperitatis, duriter uiuit. Aſſuetus malo] Id eſt, laboribus, & paupertatibus, ſicut uir prudens in pace, ea quæ ad bellum neceſſaria ſunt, diſponit ne ingruente bello obruatur improuiſus.

Quaſi dicat. certum eſt melius eſſe, laboribus aſſuetum eſſe, quam delitijs, quia nihil eſt miſerius, quam fuiſſe fœlicem. Quo] Id eſt, & ut tu credas magis his quæ dico. Quod] Scilicet uir prudens tempore proſperitatis & abundantiæ ſe frugalitati, & parſimoniæ. Aſſuefacit] Sup. probo exemplis. Nam, ego adhuc paruus puer, noui hunc Ofellum, de quo loquor: non uſum eſſe. Latius] Id eſt, copioſiùs. Opibus] Id eſt, poſſeſſionibus, & fortunis ſuis. Integris] Id eſt, ex integro, ſaluis, quam tu. Videas] Supple eum, uti nunc. Opibus acciſis] Id eſt, imminutis. In agello metato] i. ubi miles, qui eum inuaſit caſtrametatus eſt. Aut metato] Id eſt, occupato ab Vmbreno illic caſtrametanti, uel ad menſuram illi pro mercede locato, qui olim proprius erat. uictis enim Brutianis, quorum partes ſecutus erat, ab Auguſti militibus poſſeſſionibus ſuis priuatus erat. Ofellum dico fortem] i. ſtrenuum, colonum. Mercede] i. mercenarium. Cum pecore & gnatis] i. auxilio pecoris, & liberorum, ex quo & agro conductitio ſtrenuè uiuit.

Noui inquam Ofellum narrantem] Id eſt, recitando dicentem. Ego non edi] Id eſt, comedi. Luce profeſta] Id eſt, procul à feſto. Ante feſtum] Id eſt, die non feſto quicunq́ eſſet. Temerè] Id eſt, quaſi. Quicquam præter holus cum pede porci] Id eſt, cruris porcini, cum parte pulpoſa. Fumoſæ] Id eſt, fumo induratæ. Ac] Seu, Id eſt, ſiue. Hoſpes] Id eſt, aliquis amicus hoſpitio recipiendus gratis, & iure hoſpitalitatis, uenerat mihi poſt longum tempus, ſiue uicinus exiſtens gratus conuiua uenerat mihi.

Vacuo operum] Id eſt, ceſſanti, ab opere. Per imbrem] Id eſt, propter imbrium uehementiam. Bene erat] Sup. nobis non Piſcibus petitis] i. de quiſitis. Vrbe] i. ab Vrbe] Scilicet pullo atq́ hœdo (pullus eſt fœtus gallinæ, hœdus capræ, ut notiſſimum eſt, uterq́ autem ruſticis parabolis) Tum] Id eſt, inde poſt priorem menſam, quæ ſecundùm Seruium erat carnium. Vua penſilis] Id eſt, quæ ſuſpenſa conſeruata erat, & mox ornabat ſecundas menſas, quæ erat pomorum, & reliquorum fructuum. Cum ficu duplice] Id eſt, recenti & arida. Aut quæ ficu. quæ duplex eſt] Id eſt, duplici tempore parta. Sunt enim biferæ] Id eſt, bis ferentes ficus plurimæ. Post hoc] i. poſt talem cibationem. Erat ludus] i. quædam recreatio animæ potare. Culpa exiſtente magiſtra] i. prohibente nos modum excedere. Sicut magiſter diſcipulos coërcet] Hoc eſt, timuimus in potando incurrere culpam, ſicut diſcipuli magiſtrum. nam non erat alius magiſter nobis quem uereamur, preter quam fœditas culpæ, quam incurrere noluimus. Ac uti] Sup. Ceres, Dea frumēti. Veneratæ] Id eſt, ſolennitate ſali honorata. Surgeret ita] Id eſt, per talem feſtiuitatem. Alto culmo, explicuit] i. exporrexit, & ſine plicis fecit. Vino] Id eſt, potu uini. Seria] i. ſerioſitatem frontis contractæ. In rugis] ſ. & plicas more, triſtium. Noui etiam] Sup. narrantem. Sæuiat fortuna, atq́ moueat nouos tumultus] Id eſt, noua bella, & expulſiones colonorum ueterū. Quantum imminuet] i. auferet ipſa. Hinc] Id eſt, ab hoc ſtatu meo? quaſi dicat uix quicquam. Quanto ego] Sup. nitui. Aut uos ô pueri] i. miniſtri, ac familiares mei. Nituiſtis] Id eſt, ſplendidi fuiſtis. Parcius] i. magis ſobriè. Vt] i. poſtquam nouus. Incola] Scilicet Vmbrenus uenit. Hoc] i. in hanc poſſeſſionem meam? quam ſupple prius nitui ac uos nituiſtis, quaſi dicat in nullo. Nā natura nō ſtatuit herum propriè. Telluris] i. terræ, neq́ illum, nec me, nec quenquam. Ille] Scilicet nouus hoſpes Vmbrenus expulit nos. Hæc autem dicit non ſine nota temporis ſui, & ita tangit Auguſtum, licet amicum, iuxta quod dictum eſt.

„ Omne uafer uitium ridenti Flaccus amico Tangit.

Nequities] i. perdita & luxurioſa uita. Aut inſcitia] i. ignorantia uafri iuris, aut poſtremum. Hæres uiuacior] i. diutius uiuēs. Expellet eum] Scilicet Vmbrenum, ager ſup. qui dicitur nunc. Vmbreni] Scilicet militis. Dictus nuper Ofelli] i. meus erit nulli. Proprius] i. perpetuus. Sed cedit in uſum] i. commodabitur uſus eius nunc mihi, nunc alij. Quocirca] i. quapropter ô pueri, uiuite fortes, & opponite fortia pectora rebus aduerſis. q. d. forti animo poteritis fortunam contemnere, & in utraq́ fortuna lætiùs uiuere. Ex his ergo manifeſtiſſimè conuincitur Ofellum fuiſſe uerum agricolam, non Stoicum. Nam ſi Horatius eum puer colonum nouit, nuncq́ in agro eodem mercenarium uiuere, ubi olim dominus uiuebat, certū eſt, quod neq́ olim, neq́ nunc philoſophus ſit. Nec facit contra auctoritatem antedictorum, nam in his, quæ ad Oeconomicam pertinēt, experientia ſumma magiſtra eſt. Multa autem ſunt, quæ diligens lector per ſe annotare poterit. Non autem placuit Acronem in hoc ſequi, ut ordo ſit, noui narrantem non temerè, ſcilicet noui narrantem ego. Temerè] i. ferè nō edi &c. neque in hoc ſe ſordidum fuiſſe fatetur, ſed frugalem, quia non dicit ſe comediſſe ſolum holus diebus profeſtis, ſed holus cum perna, qui cibus agricolæ ſatis ſplendidus eſt. Notatu autem dignum eſt, quod uicinum dicit ſibi gratum conuiuam fuiſſe, ſignificās per hoc concordiam, & beneficentiam inter uicinos ſummopere eſſe ſeruandam. Ponderoſius autem eſt, quod prius dixit, quod ſapiens aptat in pace ea, quæ ſunt idonea bello, non ut bellum inferat, ſed propulſet. Magnæ autem fortitudinis eſt prouocare quodammodo fortunam, ſicut Ofellus dicens. Sæuiat atq́ nouos moueat fortuna tumultus. Sed illud iucundiſſimum, quod quantò quis minus habeat, tantò contra fortunam armatior ſit. Nihil enim habenti, nihil auferri poteſt, unde ſubdit cauſam ſecuritatis ſuæ dicens. Quantum hic imminuet] Quaſi dicat minimum. Nec caret pondere ſuo, quod oſtendit nullum perpetuum eſſe hæredem graphicè autem enumerat ea, quibus hæredes mutari ſolent, aut per nequam uitam propriam, aut per iniquam cauillationem, alicuius aliena iura inuadentis, aut poſtremum per ſucceſſorem, quia mortuor nihil perpetuum eſt, nihilq́ à nobis hic perpetuo poſſideri poteſt, niſi de more perpetuum uoces, quod ad finem uitæ duraturum eſt. Quod autem in fine dicit, quocirca uiuite fortes potiùs crederem Horatij, quàm Ofelli uerba, eo quod philoſophica ſint.

SATYRA.

SATYRA III.

SATYRAE III. ARGVMENTVM ASCENS.

Tertia mortales docet inſanire ferè omnes.

ALIVD ARGVMENTVM.

Damaſippum Stoicum inducit ſecum expoſtulantem, quod ocioſus nihil ſcriberet, neque commentaretur.

ALIVD GEORGII FABRITII.

Contra Stoicos, omnes ſtultos inſanire.

COMMENTARIA.

ACRON.

SIC rarò ſcribis] *Damaſippum quendam inducit ſecum loquentem, qui conſumpto patrimonio per luxuriam, contulit ſe ad Stoicam ſectam. Dicit etiam de his, qui aliena peccata notant, obliti ſuorum. Iſte autem Damaſippus, quodam Stertinio Stoico hortante, cœpit philoſophari. Aliâs, Iunius Damaſippus, conſumpto patrimonio philoſophari cœperat: ab hoc Horatius deſidiam ſuam caſtigari inducit, cùm ad uillam receſsiſſet, & nihil ſcriberet. Hæc ergo Satyra habet quaſi dialogi genus. Aliâs, Sæpe Horat. quærebatur, quòd ſcribere in urbe conſtitutus non permitteretur, modò conuiuijs, modò diuerſis occupationibus præpeditus. Et ideo comportatis auctoribus Græcis ad uillam receſsit, quaſi ut uacuus aliquid dignum ſcriberet. Arguitur ergo à Damaſippo, quaſi reprehendente deſidiam Horatij, qui ne in uilla quidem conſtitutus aliquid laborauerit.* Membranam poſcas] *Membrana dicta eò quòd mēbra tegat.* Retexēs] *Recolens, reprehendens, reuiſens, relegens ac emendans, more corrigentium, qui antiqua dicta in ſuis cogitationib. ponēt.* Vini ſomniq; benignus] *Qui te uino & ſomno reficit.* Quid fiet?] *ὑπερβατόν à ſuperioribus, ſi rarò ſcribis, quid fiet? Ac per hoc quid expedit, ut negligas, & te incuſes, nec tamen emendes,* Ab ipſis Saturnalibus] *Impatiens frigoris fuit Horatius, & conſtat illo tempore Saturnaliorum in uilla calidiorem focum fieri: & ipſe ſeſe impatientem frigoris probat in libris epiſtolarum,*

„ *Quod ſi bruma niues Albanis illinet agris,*

„ *Ad mare deſcendet uates tuus, & ſibi parcet.*

Decimoſeptimo die menſis Decembris Saturnalia celebrantur. Iratis natus par. ës dijs] *Solebant enim antiqui poëtæ parietes lectis ſuis proximos cera illinire, & habere graphia uixta, ut ſi fortè noctu aliquid accidiſſet, id ante obliuionem literis notarent. Hic ſtultitiam eorum arguit, qui cùm ſententiarum, ſiue uerborum urgeantur inopia, contra parietes, uelut minus commodos commouentur. Natus autem paries, id eſt, factus uel ædificatus.* Nil dignum ſermone] *Opinione, prædicatione.* Huc fugiſti] *Ad uillam, ut ſcriberet, quia feſti dies erant in urbe. Et quaſi malo auſpicio, quia friato die.* Dignum promiſsis] *Profiteris te poëtam, dic aliquid dignū poëta.* Multa & præclara minantis] *Hic promittentis, profitentis, pollicentis: Vnde poëta per contrariū, Promiſi ultorem, pro minatus ſum.* Vacuum] *Ocioſum.* Tepido] *Temperato.* Villula] *Quia Saturnalibus, quibus frigora ſunt.* Stipare Platona Menandro] *In uehiculo arctare eorū libros.i. Platonem & Menandrum componere, hoc eſt, iſtos tecum autores portare ad agrum.* Eupolin, Archilochum] *Comœdiographi ſunt iſti philoſophi, quorum ſcripta portabat ſecum ad uillam, & alios auctores, ut legeret.* Tantos] *Ad codices retulit.* Inuidiam placare paras] *Inuidiam quæ te uirtutis cauſa ſequebatur, placas dum relinquis uirtutem iniquam. Senſus, Deſerta uirtute deſidioſus eſſe cœpiſti, & ut deſidia inuidiam minueres, multos auctores tecum portas nihil ipſe ſcripturus: aut certè ideo uirtutem & induſtriam deſeris, ne ſequatur inuidia. Aliâs, Inuidiam quam patiebare in Rep. conſtitutus, paraſti placare uirtute derelicta, id eſt, recedendo à cura Reip. Nam recedit à uirtute is, qui deſerit gubernacula ciuitatis. Aliâs, Publica conuerſatione publicæ famæ, eundo ad agrum id uolebas agere, placare inuidiam, quam patiebare in publica poſitus facie.* Vitanda eſt improba Siren Deſidia] *Quæ Siren improba eſt, nam delectando nocet. Sireni comparat deſidiam, quia quemadmodum Siren cum pernicie delectat, ita deſidia non abſque damno delectat. Definitio deſidiæ, improba Siren.* Aut quidquid uita meliore paraſti] *Si uis deponere quidquid laudis, uel gloriæ in negocioſa uita meruiſti.*

SIC rarò ſcribis, ut toto nō quater anno
Membranam poſcas, ſcriptorum quæq; retexens,
Iratus tibi, quod uini, ſomniq; benignus,
Nil dignum ſermone canas. quid fiet? ab ipſis
Saturnalibus huc fugiſti. ſobrius ergo
Dic aliquid dignum promiſsis: Incipe, nil eſt.
Culpantur fruſtra calami, immeritusq; laborat
Iratis natus paries dijs, atq; poëtis.
Atqui uultus erat multa, & præclara minantis,
Si uacuum tepido cepiſſet uillula tecto.
Quorſum pertinuit ſtipare Platona Menandro?
Eupolin, Archilochum comites educere tantos?
Inuidiam placare paras uirtute relicta?
Contemnêre miſer, uitanda eſt improba Siren
Deſidia, aut quicquid uita meliore paraſti,
Ponendum æquo animo: dij te Damaſippe, Deæq;
Verum ad conſiliū donent tonſore, ſed unde
Tam bene me noſti? poſtquam omnis res mea Ianum
Ad medium fracta eſt, aliena negocia curo,
Excuſſus proprijs: olim nam quęrere amabā,
Quo uafer ille pedes lauiſſet Siſyphus ære?
Quid ſculptum infabré, quid fuſum durius eſſet,
Callidus huic ſigno ponebam millia centū:
Hortos, egregiasq; domos, mercarier unus,
Cū lucro noram. unde frequētia Mercuriale
Impoſuêre mihi cognomen compita. noui,
Et morbi miror purgatum te illius atqui
Emouit ueterem miré nouus: ut ſolet, in cor
Traiecto lateris miſeri, capitisq; dolore,
Vt lethargicus hic cum fit pugil, & medicum urget,
Dum nequid ſimile huic, eſto, ut liber. ô bone, ne te
Fruſtrêre, inſanis & tu, ſtultiq; propé omnes,
Si quid Stertinius ueri crepat: unde ego mira

meruiſti, aut quidquid menti quæſieras honeſtiore propoſito. Id eſt, Aut noli uitare deſidiam, aut hanc opinionem, quam acquiſiuiſti, poſitus, in publica conuerſatione contemne. Dij te Damaſippe] *Permittant tibi philoſophi, quos ſequeris barbam tondere. Quaſi ad eum loquitur qui barba demiſſa ſit ritu ſcilicet Stoicorum.* Res mea Ianum Ad medium] *Ianus Medius locus dictus prope Baſilicam Pauli, ubi uaſa ænea uenundabantur. Vel locus in Roſtris, in quo expertus erat paupertatem. Ad medium autem ideo, quia in Roſtris ſimulachrum Iani erat, ubi res pecuniariæ agebantur per fœneratores. Iam ſtatuæ tres erant, ad unam illarum ſolebant conuenire creditores, & fœneratores, alij ad reddendum, alij ad locandum fœnus.* Fracta] *Comminuta, perdita, conſumpta.* Excuſſus] *Deiectus, expulſus, alienatus.*

Olim nam quærere amabam] *Conſumpſit, inquit, patrimonium ſuum. Quærebam, inquit, antiqua uaſa comparare.*

Quo uafer ille pedes lauiſſet Siſyphus ære] *Id eſt, uaſa antiquitus facta. Siſyphus enim artifex fuit, quia uaſa ærea formabat quiq; primus temperaturam æris inuenit. Alijs, Siſyphus rex Corinthiorum, filius Aeoli, Vel Siſyphus negociator erat Stoicus, qui uaſa, quæ emerat precio meliore uenundabat.* Infabre] *Imperitè, cui contrarium, Affabrè.* Fuſum] *Nam ſigna ærea funduntur.* Durius] *Non leniter, id eſt, quæ ſtatua malè formata eſſet.* Ponebam] *Aeſtimabam. Aeſtimatorem fuiſſe æris peritum commemorat.*

Vnus] *Solus, & eſt poëticum.*

Cum lucro] *Propter commodum quod conſequebar, id eſt, noui te habuiſſe hoc ſtudium. Hoc cum miratione legendum. Quiſquis cum miratione emebat, decidit tandem, & ſpem omnem amiſit.*

Vnde frequenti] *Ordo, Vnde frequentia compita impoſuerunt mihi nomen Mercuriale. Mercurius eſt Deus lucri, undè negociatores nomen trahunt. Auctiones autem ferè in Compitis fiunt, ex quibus ſe quædam emere ſolitum, & uendere ſignificat. Compita dicuntur uiæ latæ, ad quas ex multis regionibus conuenitur.*

In cor Traiecto lateris] *Interdum ſtudio medicorũ dolor capitis tranſit ad aliam partẽ, ut melius eſt lethargicum fieri, quàm melancholicum. Nam ſolent medici ab alia parte corporis, ad aliam deriuare*

Deſcripſi docilis pręcepta hæc, tempore quo me
Solatus iuſsit ſapientem paſcere barbam,
Atq; à Fabricio non triſtem ponte reuerti.
Nam malè re geſta, cùm uellem mittere operto
Me capite in flumẽ, dexter ſtetit. & caue faxis
Te quicquam indignum: pudor, inquit, te malus urget,
Inſanos, qui inter uereare inſanus haberi?
Primum nam inquiram, quid ſit furere. hoc ſi erit in te
Solo: nil uerbi, pereas quin fortiter, addam.
Quem mala ſtultitia, & quęcunq; inſcitia ueri
Cæcum agit, inſanum Chryſippi porticus, & grex
Autumat. hæc populos, hæc magnos formula reges
Excepto ſapiente, tenet. nunc accipe, quare
Deſipiant omnes, æquè ac tu, qui tibi nomẽ
Inſano poſuére. uelut ſyluis, ubi paſsim
Palanteis error certo de tramite pellit:
Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit: unus utrique
Error, ſed uarijs illudit partibus. hoc te
Crede modo inſanum: nihilo ſapientior ille,
Qui te deridet, caudam trahat. eſt genus unũ
Stultitiæ, nihilũ metuẽda timentis: ut igneis,
Vt rupes, fluuiosq; in campo obſtare queratſ.
Alterum. & huic uarium, & nihilo ſapientius, igneis
Per medios, fluuiosq; ruentis. clamet amica
Mater, honeſta ſoror, cum cognatis, pater, uxor,
Hic foſſa eſt ingẽs, hic rupes maxima: ſerua.
Non magis audierit, quàm Fuſius ebrius olim,
Dum Ilionam edormit: Catienis mille ducentis,
Mater te appello, clamãtib. huic ago uulgum
Errori ſimilem cunctum inſanire docebo.
Inſanit ueteres ſtatuas Damaſippus emẽdo.
Integer eſt mentis Damaſippi creditor? eſto.
Accipe q̃d nunquã reddas mihi, ſi tibi dicã:
Tune inſanus eris ſi acceperis? an magis excors
Reiecta præda, quã præſens Mercurius fert?
Scribe decem à Nerio: non eſt ſatis? adde Cicutæ
Nodoſi tabulas centũ, mille adde catenas:
Effugiet tamen hæc ſceleratus uincula Proteus.
Cum rapies in ius malis ridentem alienis,
Fiet aper, modò, auis, modò ſaxum, & cum uolet, arbor.
Si malè rem gerere inſani eſt: cõtrà, bene ſani:
Putidius multo cerebrum eſt (mihi crede) Perilli
Dictantis, quod tu nunq; reſcribere poſsis,
Audire, atq; togã iubeo cõponere, quiſqs
AMBITIONE mala, aut argẽti pallet amore,
Quiſquis luxuria: triſti'ue ſuperſtitione,
Aut alio mentis morbo calet, huc ꝓpius me,
Cũ doceo inſanire omnes, uos ordine adite.
DANDA eſt hellebori multo pars maxima auaris:
Neſcio an Anticyrã ratio illis deſtinet omnẽ.

morbum. Senſus eſt, ſicut medici ſolent dolorem ægritudinis de uno loco in alium uertere: ita ego mutatus ſum. Dicit Damaſippus ſeſe ex alio uitio in aliud tranſiſſe: Sicut ſolent hi qui lateris aut capitis dolore correpti ſunt, cardiaci fieri, aut etiam qui fuerunt lethargici tranſeant in phræneticos. Eſt autẽ lethargus ſopor ueternus in obliuionem deducens. Phrænetici autem diuerſo ita uigilijs inſtigantur, ut accedentes ad ſe pugnis feriant. Traiecto] *Mutato. Exemplum humanæ naturæ, in qua morbus morbo ſuccedit: nec immutatio eſt, ſed mutatio.* Vt lethargicus hic] *Qui multum dormit, lethargicus: quos nonnunquam medici ſtudentes excitare, phræneticos faciunt.* Cum ſit pugil] *Contrarij ſibi ſunt hi morbi, cardiacus & lethargicus, ille ſomno caret hic deditus eſt.* Dum nequid ſimile huic] *Dummodò ne ſis phræneticus, eſto quidlibet aliud. Irridens eum hoc dicit.* O bone] *εἰρωνεία ſubeſt. Damaſippe dum ne phræneticus fias, et me cædas, quouis labores morbo.* Inſanis & tu, ſtultiq; propè omnes] *Secundũ opinionem Stoicorum, qui dicunt omnes inſanire præter ſapientes, ac ſe tantummodò ſapientes appellant.*

Si quid Stertinius ueri crepat] *Stertinius Damaſippum à pontis præcipitio reuocauit, & ad philoſophiam hortatus eſt, cum ille, bonis omnibus perditis, cuperet interire. Fuit autem Stertinius de Stoicis, qui omnes ſtultos inſanos aiũt, & in ſingulis inſaniæ uaria genera.* Vnde] *A' quo Stertinio, quem ego ſequor.* Sapientem] *Irriſio philoſophorum.* Paſcere] *Stoicorũ more.* A' Fabricio] *Qui modò lapideus dicitur. Pons Fabricius habet à conditore uocabulum, qui iungitur inſulæ Tyberinæ. Nominatus à Fabricio conſule.*

Non triſtem ponte] *Vnde ſe præcipitare uoluit, damni dolore commotus.* Malè re geſta] *Perditis meis ſubſtantijs.* Cum Vellem mittere] *Dicit cauſam, quia ſe uoluit abijcere in fluuium.*

Dexter] *Bonus, felix, fauens, propicius.* Stetit] *Stertinius.*

Et caue faxis] *Notandum, VE, Syllabam breuem, cum ſecundæ eſt cõiugationis: ut Perſius, Vide, breuẽ poſuit, Vide ſis, ne maiorem tibi forte Limina frigeſcant.*

Inſanos qui inter uereare inſanus haberi] *Inter inſanos non eſt inſania metuenda. Stulta uerecundia eſt, uereri in his uitijs, quæ uidentur eſſe communia.*

Nil uerbi, pereas] *Ordo eſt, Nil uerbi addam, quin pereas fortiter ut cœpiſti. Id eſt, nihil dico, quò minus te præcipites: ſi ſolus inſanus es, non prohibebo quin pereas.* Quem mala ſtultitia] *Definit modò, quid ſit furere. Vt in primo,*

» *Velataq́; ſtola, Et,*
» *Inſam ridẽtes præmia ſcribæ.*
Et in Virgilio,
» *Ponite ſpes ſibi quiſq; ſuas:*

Ita & hic, Quem mala ſtultitia, *communem ſyllabam fecit.* Chr. ſippi porticus] *Id eſt, Stoici philoſophi. ἀπὸ τῆς στοᾶς, id eſt, à porticu Stoici dicti.* Nunc accipe] *Stertinius. Damaſippo.* Aequè ac tu] *Similiter, quemadmodũ tu.* Qui tibi nomen Inſano poſuêre] *Id eſt,*

» *Et illi inſaniunt, quibus tu uideris inſanus.*

Hoc te modo exiſtima inſanum, ita tamen ut ille, qui putat te inſanum, non ſit ſapientior. Nihilo ut ſapientior ille, Qui te deridet] *Id eſt, non minus uitioſus ille, qui te deridet, quàm tu.* Caudam trahat] *Prouerbium eſt, Caudam trahit, id eſt, riſu dignus eſt. Et nunc diuidit, quod ſuperius dicturum ſe eſſe promiſerat. Aliàs, Ita ſtultus ſit, ut pecus cauda pendente.* Eſt genus unum ſtultitiæ] *Vnũ, inquit, genus ſtultitiæ eſt, quo tres non timenda metuimus. Alterum cùm uerè timenda, non metuimus. Proponit aliquos eſſe, qui res faciles pro difficilimis habent, & ſemper timore depreſsi queruntur: aliquos rurſus, qui temeritate ac ſponte ferantur in præceps.* Alterum adhuc uarum] *Separatum, contrarium, diuerſum. Vnde pedes in diuerſum flexos habentes, Varos dicimus. & diſtortas uenas, uarices.* Hic foſſa eſt ingens] *Si erat foſſa, ſi erat rupes, quare non uitabas? Ad perniciem currens, nullo impeditur affectu.* Hic rupes maxima] *Quæ utiq; nulla ſunt oppoſita, ſed furioſis ita uidentur.* Quàm Fufius ebrius olim, Cum Ilionam edormit] *Hic Fufius actor Tragœdiarum fuit, qui cum Ilionam Tragœdiam ebrius ageret, & uellet eam ſimulare dormientem, grauitate uini ad uerum ſomnum dictus eſt. Ita ergo non audit matrem uel uxorem ſeu patrẽ, ſtultum implorantes auxilium, quemadmodum nec Ilione cum ageretur ab ebrio Fufio potuit audire mille Catienos. Aliàs. Ilione Priami filia, Polymnæſtoris eſt ſortita coniugium, cum in belli deſperatione poſitus Priamus Polydorum filium ſuum tutandum Polymnæſtori commiſiſſet, & cum uellet Polymnæſtor occidere, Ilione loco fratris filium poſuit.*

Hæredes Staberî ſummam incidêre ſepulchro:
Ni ſic feciſſent, gladiatorum dare centum
Damnati populo paria, atque epulum, arbitrio Arrî,
Frumenti quantum metit Africa. ſiue ego prauè,
Seu rectè, hoc uolui, ne ſis patruus mihi, credo
Hoc Staberî prudentem animum uidiſſe. quid ergo
Senſit, cùm ſummam patrimonî inſculpere ſaxo
Hæredes uoluit? quoad uixit, credidit ingẽs
Pauperiem uitium, & cauit nihil acrius: ut ſi
Fortè minus locuples uno quadrãte periret,
Ipſe uideretur ſibi nequior. OMNIS enim res,
Virtus, fama, decus, diuina, humanaq́; pulchris
Diuitijs parent: quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiẽs, etiam & rex,
Et quicquid uolet. hoc, ueluti uirtute paratũ,
Sperauit magnæ laudi fore. quid ſimile iſti
Græcus Ariſtippus? qui ſeruos ꝓijcere aurũ
In media iuſsit Libya, quia tardius irent
Propter onus ſegnes. Vter eſt inſanior horũ?
Nil agit exemplum, litem quod lite reſoluit.
Si quis emat citharas, emptas comportet in unum,
Nec ſtudio citharæ, nec Muſæ deditus ulli:
Si ſcalpra, & formas, non ſutor: nautica uela
Aduerſus mercaturis: delirus, & amens,
Vndiq; dicatur meritò: quid diſcrepat iſtis,
QVI nummos, aurumq́; recõdit, neſcius uti
Compoſitis, metuensq́; uelut contingere ſacrum?
SI quis ad ingentẽ frumẽti ſemper aceruũ
Porrectus uigilet cum longo fuſte: neq; illinc
Audeat eſuriens dominus cõtingere granũ,
Ac potius folijs parcus ueſcatur amaris:
SI poſitis intus Chij, ueterisq́; Falerni
Mille cadis (nihil eſt, ter centum millib.) acre
Potet acetum: AGE, ſi & ſtramentis incubet, unde-
Octoginta annos natus, cui ſtragula ueſtis,
Blattarũ, ac tinearũ epulæ, putreſcat in arca:
Nimirum inſanus paucis uideatur, eò quòd
Maxima pars hominũ morbo iactatur eodẽ.
FILIVS, aut etiam libertus ut ebibat hæres,
Dijs inimice ſenex cuſtodis, ne tibi deſit?
QVANTVLVM enim ſummæ curtabit quiſque dierum?
Vngere ſi caules oleo meliore, caputq;
Cœperis impexa fœdum porrigine? quare
Si quiduis ſatis eſt, periuras, ſurripis, aufers
Vndiq;? TVN' SANVS? populum ſi cædere ſaxis
Incipias, ſeruos'ue tuos, quos ære pararis:
Inſanum te omnes pueri, clamentq́; puellæ.
Cũ laqueo uxorẽ interimis, matrẽq́; ueneno,
Incolumi capite es? quid enim? neque tu hoc facis Argis
Nec ferro, ut demens genetricem occidit Oreſtes.
An tu reris eum occiſa inſaniſſe parente?
Ac non antè malis dementem actum Furijs, quàm
In matris iugulo ferrum tepefecit acutum?

Ita Polymnæſtor deceptus filium trucidauit, ut alij dicunt. Tamen manifeſtum eſt hunc Polydorum fuiſſe, & noctu ſorori in ſomnis ueniſſe, rogans ut ſepeliretur, hoc dicens:

» *Mater te appello, ſoror ſurge & ſepeli me.*

Cum Fufius igitur Ilionam dormire ſimulaſſet caſu uino confectus obdormiuit. Cum ab alio actore partium aſsiduè his uerbis excitaretur in ſcena. Aliàs. Polymnæſtor cum auri cupiditate Polydorum uellet occidere, noctis errore deceptus, ferrum detorſit in filium, cuius umbra, noctu matrem uocans, ut ſepeliret rogauit. Catienis mille ducentis] *Cantoribus, à Catio quodam, uocis ſummæ. Sunt qui Catienos in Tragœdia, ſecundas perſonarum partes accipiunt.* Mater te appello] *Hæc uerba cantor, ex fabula.* Huic errori] *Quem patiuntur in ſiluis.* Inſanit ueteres ſtatuas] *Interrogatiuè dicitur.* Creditor] *Qui tibi uendit ſtatuam.* Eſto] *Concedo, quòd non inſanit Damaſippi creditor. Concedamus interim creditorem ſapere, dum probamus magis hunc inſum inſanire quam Damaſippum.* Reiecta] *Repudiata, & eſt figura διαγωγὴ ſiue productio, quia re cum ſit breuis natura, hic pro loco producitur.* Præſens] *Propitius.* Scribe decem Nerio] *Decem millia talenta, ſiue tabulas. Senſus eſt,* Scribe tabulas Nerio iuris ſtudioſo, quibus *alleget Damaſippum: adde Cicutæ centum alteras, non tamen illum ita alligabis, ut illa le ſe non auferat. Cicuta autem fœnerator fuit, qui propter aſperitatem & amaritudinem morum, Cicuta cognominatus eſt. Aliàs Cicuta neſcio, quis fœnerator fuit auariſsimus, & qui cautiones exquiſitas quærebat. Pro Nerio quidam Anerio, quod unum nomen eſſe debet: alij uerò ſeparant præpoſitionem, & ſic nomen inferunt Nerio ablatiui caſus. Nerius autem ſiue. Anerius & Cicuta fœneratores fuerunt.* Nodoſi] *Scrupuloſi, diligentes in accipiendis cautionibus: uel argumentoſi, qui multis uinculis teneat debitores.* Catenas] *Cautiones & nexus iuris.* Sceleratus] *Sæuus ingenio ſuo.* Proteus] *Damaſippus accipiendus eſt, aut quicunque dirus debitor. Propterea Proteum dicit debitorem,*

debitorem, quia ſæpe ſeſe mutat, ut Proteus: elabitur enim mille præſcriptionibus & dilationibus.

Malis ridentem alienis] *Per iracundiam fingentem ſe ridere.* Fiet aper] *Modò ferox erit.* Modò auis] *Id eſt, fugax.* Modò ſaxū] *Non reſpondebit, ut ſaxum.* Si malè rem gerere] *Adhuc uerba ſunt Damaſippi, referentis ſententiam Stertinij.* Bene] *Scilicet rē gerere.* Sani] *Qui uult bene ſanus eſſe, ut ſibi uidetur.* Si inſani eſt, malè gerere rem, multò putidius eſt cerebrum Perilli, Cicutæ qui id dicat, ita ſe dictare, quod debitor nunquam ſoluturus ſit. Reſcribere, enim eſt debitum ſoluere, hoc eſt, ſcriptum debiti liberare. Terentius, ſed tranſi ſodes ad forum, atque illud mihi argentum iube reſcribi Phormio. hoc eſt, reddi per ſcripturam.*

Perilli dictantis] *Dictantis, aut dantis, aut dictis exprimentis cautionem formulam. Quia cum damus, dicimus? Scribe, te accepiſſe cautionem, pro ea pecunia, quam dat. Perillus famoſus temporis illius fœnerator fuit. Quidam dicunt iſtum Nerium Perillum. Alij dicunt alium eſſe fœneratorem.*

Audire] *Hoc aut dicebat Stertinius Damaſippo, aut Damaſippus poëtæ dicit. Hic oſtendit etiam fœneratores inſanos eſſe, attentos eſſe & paratos ad audiendum, & eſt ὕστερον πρότερον, nam priùs attentos fieri mos, ut ſic audiatur.* Atque togam iubeo componere] *Nam qui malè compoſita toga ſedet, uidetur negligenter audire.* Triſti'ue ſuperſtitione] *Inani religione: quia ſuperſtitio triſtes homines facit.* Huc propiùs me] *Diligenter me audiri uolo ab his, qui diſſoluto pallio ſedent, nondum intenti, & accenſi ad uirtutis amorem.*

Dum doceo] *Dum oſtendo eos inſanos eſſe.* Danda eſt hellebori multò pars maxima] *Multum hellebori dandum eſt auaris, quaſi maiore ægritudine laborantibus. Videtur quibuſdam Horatius non plena perſecutus eſſe quod promiſerat, cùm utrum inſaniant, debeat docere: prætergreſſus dicat de cura ipſorum. Sanè inconſideratè in uituperationem ruentibus. Quis etiam ignorat, his uidelicet adhibendam eſſe medicinam, qui minus ſani ſunt? Helleborum herba, remedium inſaniæ.* Neſcio an] *Bene ſcio, λιτότης figura.* Anticyram ratio illis deſtinet omnem] *μετωνυμία per id quod continet, id quod continetur. Anticyra enim*

Quin, ex quo eſt habitus malè tutæ mentis Oreſtes,
Nil ſanè fecit, quod tu reprændere poſsis:
Non Pyladen ferro uiolare, auſus'ue ſororem
Electrā: tantum maledicit utriq;, uocando
Hanc Furiam, hunc aliud, iuſsit quod ſplendida bilis.
Pauper Opimi9 argēti poſiti intus, & auri,
Qui Veientanum feſtis potare diebus,
Campana ſolitus trulla, uappam'q; profeſtis:
Quondam lethargo grandi eſt oppreſſus, ut hæres
Iam circum loculos & claueis lætus, ouans'q;
Curreret, hunc medicus multum celer, atque fidelis
Excitat hoc pacto, menſam poni iubet, atq;
Effundi ſaccos nummorum, accedere plureis
Ad numerandum, hominem ſic erigit: addit & illud
Ni tua cuſtodis, auidus iā hæc auferet hęres.
Mén' uiuo? VT VIVAS igitur, uigila. HOC age. quid uis
Deficient inopem uenæ te, ni cibus, atq;
Ingens accedat ſtomacho fultura ruenti.
Tu ceſſas? agedum ſume hoc Ptiſanarium Oryzæ.
Quanti emptæ? paruo. Quanti ergo? octoaſſibus. eheu
Quid refert, morbo, an furtis, peream'ne rapinis?
Quis'nam igitur ſanus? qui non ſtultus. QVID AVARVS?
Stultus & inſanus, quid ſi quis nō ſit auarus,
Continuò ſanus? minimè, cur Stoice? dicam,
Non eſt cardiacus, Craterum dixiſſe putato,
Hic æger. Rectè eſt igitur, ſurget'q;? negabit:
Quod latus, aut renes morbo tentētur acuto.
Nō eſt periurus, neq; ſordidus, immolet æquis
Hic porcum Laribus. VERVM ambitioſus, & audax,
Nauiget Anticyram. quid enim differt, barathro'ne
Dones quicquid habes, an nunquam utare paratis?
SERVIVS Oppidius Canuſi duo prædia diues
Antiquo cenſu, natis diuiſſe duobus
Fertur, & hoc moriens pueris dixiſſe uocatis
Ad lectum. poſtquam te talos Aule, nuces'q;
Ferre ſinu laxo, donare, & ludere uidi:
Te Tiberi numerare, cauis, abſcondere triſtē,
Extimui, ne uos ageret uæſania diſcors:
Tu Nomētanum, tu ne ſequerere Cicutam.
Quare per diuos oratus uterq; Penateis,
Tu caue'ne minuas: tu'ne maius facias, id
Quod ſatis eſſe putat pater, & natura coërcet.
PRAETEREA ne uos titillet gloria, iure
Iurando obſtringam ambo: uter ædilis fuerit'ue
Veſtrum prætor: is inteſtabilis, & ſacer eſto.
In cicere, atq; faba, bona tu perdas'q; lupinis,
Latus ut in circo ſpaciēre, aut æneus ut ſtes:
Nudus agris, nudus nūmis inſanè paternis?
Scilicet ut plauſus, q̄s fert Agrippa, feras tu,
Aſtuta ingenuum uulpes imitata leonem?
Ne quis humaſſe uelit Aiacem Atreida uetas cur?
Rex ſum: nil ultra quæro plebeius, & æquam

nomen eſt inſulæ Propontidis, in qua multū hellebori naſcitur, quòd quidem depellere dicit mentis inſaniam medicina. Poſuit autē Anticyram pro medicamine, id eſt, neſcio ſi omnis medicina danda ſit auaris, magnitudinem uitij expreſſit. Tanta eſt auaritiæ dementia, ut totius inſulæ helleboro ſanari non poſſit. Hæredes Staberi] *Staberius quidam auariſſimus fuit, qui cum moreretur iuſſit hæredes ſcribere in ſuo monumento, quantum quiſq; à ſe relictum accepiſſet.*

Summam] *Relictam pecuniam.* Damnati populo] *Deſtinati iuxta legem.* Dare centum] *Quia uiuente patre ignorauerunt quid haberent, tantæ cupiditatis fuit.* Arbitrio Arri] *Nomen cuiuſdam luxurioſi.* Siue ego praué] *Hoc dicebat Staberius, & eſt εἰδωλοποιΐα ex perſona ipſius Staberij.*

Seu rectè] *Inſcribi in ſepulchrō meo ſummam pecuniæ. Et hoc dicebat Staberius ne quærerent hæredes eius, cur hoc fieri uoluerit.* Patruus mihi] *Seuerus cōtra me. Vt ſupra.*

» *Patruæ metuentes uerbera linguæ.*

Prudentē animum] *Εἰρωνικῶς.* Quid ergo ſenſit] *Aut interrogatio audientis, aut interrogantis dubitatio.* Cauit acrius] *Nihil magis timuit, quàm paupertatem, id eſt, ut ne fieret pauper: Nihil ſic cautè uitauit, ut paupertatem.* Minus locuples] *Si fortè unum quadrantem minus reliquiſſet.* Diuitijs parent] *Omnium rerum regina, opulentia eſt, ſicut ille dicebat.* Contraxerit] *Congregauerit.* Ille clarus erit] *Quaſi Damaſippus dicat Stertinio. Reſpondet plus quàm interrogatus fuerat.* Hoc ueloci uirtute paratum] *Quaſi uirtute paratas diuitias, putauit ad uirtutem pertinere.* Græcus Ariſtippus] *Contemptor pecuniæ, quam à quodam rege acceperat.*

Inſanior horum] *Ille qui conſeruat, an ille, qui contemnit. Docet autem inſanum, qui pecuniam ſpernit, cuius unus eſt neceſſarius. Ariſtippus Græcus, Cyrenaicus dictus eſt, cùm ſerui eius auro onuſti grauius ambularent, quod à rege acceperant, iuſſit ut abijcerent, quaſi impedimentum.* Nil agis exemplo] *Illud exemplum nihil eſt, quod litem uertit in litem, id eſt, uitium in uitium, quia dum damus exemplū Ariſtippi, litem liti opponimus. Nā ſi Staberius uitioſus, Ariſtippus uitioſior, ergo nihil ualet exemplum Ariſtippi aduerſum Staberiū. Ad rem dubiam aperiēdam, nemo uti-*

tur dubio argumento. Incertum eſt utrum inſaniat, qui deſpicit pecunias, & nullo moderamine utitur ad eas diſpertiẽdas. Et ait: Quemadmodum inſanit contemptor pecuniæ: ita & auarus. Sed & hoc incertum eſt, utrum nimium contemptor pecuniæ uideatur eſſe inſanus. Quaſi dicat, Damaſippus Stertinio: Non opus eſt exemplo ad dirimendam litem. quia & de eo diſputari poteſt. Ipſe uidetur ſibi ſubijcere, nolo corrigas uitiũ uitio dum culpas auaritiam, exemplum ſumis inſaniæ, quia non poteſt exemplare laudari cum ipſum uitioſum ſit. Si quis emat citharas] Modò probat inſanire auaros, quemadmodum inſaniunt nimij pecuniæ contemptores. Formas] Colopodias. Nautica uela] Qui emunt neceſſaria quamuis alieni ſint à mercaturis, tamen emũt uela: ut qui, quamuis alieni ſunt à Muſis, tamen emũt citharas. Qui diſcrepat iſtis?] Qui quomodo. Trecentorum millibus] Per interpoſitionem, quaſi parum dixerit amplius dicit. Stramenti] Vilibus ſtratis. Stramenta dicuntur uilia, quæ ſubſternuntur dormientibus. Vnde] Vno minus die, ſcilicet 79. Vnde octoginta, pro uno minus octoginta, apud ueteres ſic dicebatur. Blattarum] Blatta genus uermium, rodens ueſtes. Maxima pars hominum] Non à paucis inſanus uidebitur, quia multi ſunt. Summæ curtabit] De ſumma decurtabit, minuet, amputabit. Quiſq; dierum] Pro unuſquiſq; dies. Pedum porrigine] Porrigo morbus quidam capitis, cariem faciens. Quare, ſi quidduis ſatis eſt] Si contentus es paruo & exiguũ tibi ſufficit, quare periuras, ut habeas maximum patrimonium? Si mediocritate contentus es cur cædibus mercaris opulentias, & ſacrilegia? Sed fortaſſe dicturus es, quare ego inſanus appellor, cùm hoc ego non faciam, id eſt, nõ occidam patrem ueneno? Quãuis non occidas matrẽ tuam apud Argos, aut ferro ut Oreſtes, certè tamen inſanus es. Laqueo uxorem interimis] Propter hæreditatẽ aut diuitias. Incolumi capite es] Poteſt fieri ut ſano ſis capite? Malis] Aut magis, aut malis Furijs. Hic bonus malè tutæ mentis] Id eſt, poſtquam creditus eſt furioſus poſt parricidiũ. Splẽdida bilis] Quæ omnia in lucem profert. Perſ.

„ Vitrea bilis, quia nũquã ſtat. Vel ſplẽdida, lucida, quia nemo poteſt iraſci, ita ut non appareat eius iracũdia. Pauper Opimius] Opimius quidã ditiſſimus & aua-

Rem imperito: ac, ſi cui uideor non iuſtus, inulto

Dicere, quę ſentit, permitto. maximè regum,

Dĳ tibi dent capta claſſem reducere Troia.

Ergo conſulere, & mox reſpondere licebit?

Conſule. cur Aiax heros ab Achille ſecũdus

Putreſcit, toties ſeruatis clarus Achiuis?

Gaudeat ut populus Priami, Priamusq; inhumato,

Per quem tot iuuenes patrio caruêre ſepulchro?

Mille ouium inſanus morti dedit, inclytum Vlyſſem,

Et Menelaum unà mecum ſe occidere clamans.

Tu cum pro uitula ſtatuis dulcem Aulide gnatam

Ante aras, ſpargis'que mola caput improbè ſalſa,

Rectũ animi ſeruas? quorſum inſanus? quid enim Aiax

Fecit, cũ ſtrauit ferro pecus? abſtinuit uim

Vxore, & gnato: mala multa precatus Atreidis,

Non ille aut Teucrum, aut ipſum uiolauit Vlyſſem.

Verũ ego, ut hærẽteis aduerſo littore naueis

Eriperem, prudens placaui ſanguine Diuos:

Nempe tuo furioſe. meo, ſed non furioſus.

Qui ſpecies alias ueri, ſceleris'q; tumultu

Permiſtas capiet, commotus habebitur, atq;

Stultitia ne erret, nihilum diſtabit, an ira.

Aiax immeritos dũ occidit, deſipit, agnos?

Cum prudens ſcelus ob titulos admittis inaneis,

Stas animo? & purum eſt uitio tibi, cum tumidum eſt cor?

Si quis lectica nitidã geſtare amet agnam,

Huic ueſtem, ut gnatæ, paret, ancillas, paret aurum:

Rufam, aut Puſillam, appellet, fortiq; marito

Deſtinet uxorem, interdicto huic omne adimat ius

Prætor, & ad ſanos abeat tutela propinquos.

Quid ſi quis gnatã ꝓmutæ deuouet agna,

Integer eſt animi? ne dixeris. ergo ubi praua

Stultitia, hic eſt ſũma inſania. qui ſceleratus,

Et furioſus erit, quem cœpit uitrea fama,

Hũc circuntonuit gaudẽs Bellona cruentis.

NVNC age luxuriam, & Nomentanum arripe mecum.

VINCIT enim ſtultos ratio inſanire nepotes.

Hic ſimul accepit patrimoni mille talenta,

Edicit, piſcator uti, pomarius, auceps,

Vnguentarius, ac Tuſci turba impia uici,

Cum ſcurris fartor, cum Velabro omne Macellum

Manè domum ueniant. quid tum? uenêre frequentes,

Verba facit leno, quicquid mihi, quicquid & horum

Cuiq; domi eſt, id crede tuũ: & uel nunc pete, uel cras

Accipe, quid contrà iuuenis reſponderit æquus.

IN niue Lucana dormis ocreatus, ut aprum

Cœnem ego: tu piſces hiberno ex æquore uellis:

rus, cum lethargico morbo laboraret, à peritiſſimo medico ſanatus eſt. Aurum multum poſuit in menſa, & fecit à multis numerari, & dicebat ille. Ecce rapiunt multi aurum tuũ. Ille audiebat rapi & hoc modo excitatus, ſanabatur. Pauper autem dixit, animo non fortuna. Et pauper argenti ut Diues opum. Poſiti intus] Cùm non tangeret aurum & argentum multum repoſitum. Qui Veientanum] Veientana ciuitas eſt Campaniæ peſſimum uinum. Perſius, Veientanum rubellum. Nunc addit aliud exemplum ad inſaniam probandam. Campana ſolitus trulla] Trulla autem ligneum uas, aut ũmineum, aut fictile. Alij trullam dicunt deformem calicem aut ruſticanum. Vappamq;] Corruptum neſcio quid, quod nec uinum, nec acetum. Vel uinum ſine ſapore. Vel uinum cui miſcetur aqua. Vel uinũ, quod ſit ex perfuſa uinatia. Hoc autem uinatium lectum eſt, & hæc uinatia. Quondam lethargo] Morbo, qui facit immemores nimio ſomno. Multum celer atque fidelis] Vtrinque illi concurrit, quod eſt medico neceſſarium, ſcientiam cum diligentia copulatam. Men' uino] Verba ægroti. Ve nimis, uigila] Verba medici. Διαλέγεται. Tu ceſſas] Hæc ægrotus, Cur, inquit, mihi negligentiæ crimen imponis?] Ptiſanarium] Vas eſt fictile, in quo coquitur Oryza uel ptiſana. Octuſsibus] Octo aſſibus. Hinc octuſſis. Quiſnam igitur ſanus] Damaſippum interrogat Horatius: uel Damaſippus conſulit Stertinium. Quid ſi quis non ſit auarus] Non ſufficit ad ſanitatem, auarum non eſſe. Cardiacus] Inſanus uigilijs. Cardiacum genus morbi, uigilijs laborantis, contrarium lethargo. Cratero] Craterus fuiſſe dicitur illis temporibus opinatiſſimus medicus. Hic æger, recte eſt] Si tibi dixerit medicus de ægro, quod non eſt Cardiacus, tu ais quod ſurget de lecto. Iterum medicus adijcit quod non ſurget, quod alio morbo laborat. Sic ergo dicis: Ille non eſt periurus, neque ſordidus, immolet dijs porcã, ſed eſt ambitioſus, ſed audax, alio uitio laborat, & debet ire ad Anticyram ut curetur. Acuto, penetrabili, pernicioſo, graui] Vt alibi, Cum ſemel accepit ſolem furibundus acutum. Nauiget Anticyram] Vbi helleborum naſcitur, quo perturbatas mentes medici ſanare conſueuerant. Balathroni] Scurræ & triuiali. Nam balathrones dicuntur ruſtici homines inepti

& triuiales. Publius Seruilius Balathro multa in Auguſtum amarè. nec ſine ioco dixit. Fuit autem tantus deuorator, ut ſimili uitio laborantes Balathrones dicti ſint. Et eſt in ipſo uerſu ſenſus: Quid intereſt utrum non utaris, an in barathrum mittas? Quid enim prodeſt carere hoc uitio, cùm alio tenearis? Dones quidquid habes] *Eadem inſania mentis eſt ſeruare & ſpargere.* Seruius Oppidius] *Hoc exemplum ad illud pertinet: Quis'nam igitur ſanus? Ergo qui ſanus eſt talis eſt, qualis Oppidius de facultatibus ſuis, circa liberos fuit, qui iuxta antiquum cenſum diues inuentus eſt.* Canuſi] *Apud Canuſium oppidum Apuliæ regionis.* Antiquo cenſu] *Quis ſi quis antiquitùs duo prædia habebat, diues cenſebatur.* Diuiſſe] *Pro, diuiſiſſe.* Poſtquã te talos] *Poſtquam, inquit, in te Aule luxuriam, aut tenacitatem in Tiberio cognoui.* Talos] *Teſſeras.* Donare & ludere] *Donare ad Nuces: ludere ad Talos.*

Cauis] *Locis abſconditis.* Nomentanum] *Prodigum & luxurioſum.* Ciceutam] *Auarum quendam fœneratorem.* Tu caue] *Bene uetat. nam & minui uetat natura augeri, & monet quod ſufficit appetendum. Et eſt paternus affectus iunctus naturæ.* Titillet] *Ad ſe cum quadam iucunditate rapiat. Ne uos delectet, pulſet atque ſollicitet ambitio.* Ambo] *Pro, ambos.* Inteſtabilis] *Deteſtabilis.* Sacer] *Execrabilis. Sic dicebantur periuri, tanquã ſacri, id eſt, obnoxij per quod iurauerant. Inteſtabiles appellabantur quorum teſtimonium non ualebat.* In cicere atque faba] *Antiquis temporibus hæc dabantur ab his, qui ludos exhibebant. Aliàs, Hæc enim populo à magiſtratibus ludis Floralibus iactabantur. Vel, Hæc ſpargebantur in Circo, & plauſus illis fiebant, qui cupidi erunt laudis. Vel ædiles hæc populis in Circo iactabant. Inuita occaſione carpit ambitionem, & dat exemplum hoc ad inſaniam.* Latus ut in Circo Spaciêre] *Latus inflatus, ut ſuperbus ambules.* Aut aeneus ut ſtes] *Vt habeas æneam ſtatuam.* Nudus agris] *Ideo uis patrimonium tuum conſumere, ut plauſus habeas, quales Agrippa habuit, gener Auguſti, cum uis à ſtultitia uulpes, ille uir à nobilitate, ut leo.*

Aſtuta ingenuum] *Quia quod leo uiribus, hoc uulpes aſtutia agit.* Ne quis humaſſe uelit] *Damaſippus ex perſona plebeij cuiuſdam*

Segnis ego, indignus qui tãtum poſsideam,
auſer:
Sume tibi decies, tibi tantundẽ, tibi triplex,
Vnde uxor media currat de nocte uocata.
Filius Aeſopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet ut decies ſolidum exorberet, aceto
Diluit inſignem baccam. QVI ſanior ac ſi
Illud idem in rapidum flumen, iaceret'ue
cloacam?
Quinti progenies Arrî, par nobile fratrũ,
Nequitia & nugis, prauorum & amore gemellũm
Luſcinias ſoliti impẽſo prandere coẽmptas,
Quorſũ abeãt ſani? creta an carbone notãdi?
Aedificare caſas, ploſtello adiũgere mures,
LVDERE par impar, equitare in arundine
longa,
Siquem delectat barbatum, amentia uerſet.
Si puerilius his ratio eſſe euincet amare:
Nec quicquam differre: utrum'ne in puluere, trimus
Quale prius, ludas opus, an meretricis amore
Sollicitus plores: quæro facias'ne, quod olim
Mutatus Polemon? (ponas inſignia morbi)
Faſciolas, cubitale, focalia: potus ut ille
Dicitur ex collo furtim carpſiſſe coronas:
Poſtquã eſt impranſi correptus uoce magiſtri.
PORRIGIS irato puero cũ poma, recuſat.
Sume Catelle: negat. ſi nõ des, optat. amator
Excluſus qui diſtat? agit ubi ſecũ, eat, an non,
Quò rediturus erat, non accerſitus, & hæret
Inuiſis foribus? ne nunc, cum me uocet ultrò
Accedam? an potius mediter finire dolores?
Excludit: reuocat redeam? non ſi obſecret.
ecce
Seruus non paulò ſapientior. O' HERE, quę
res
Nec modum habet, neque conſilium, ratione, modoq;
Tractari non uult. in amore hæc ſunt mala:
bellum,
Pax rurſum. hæc ſi quis, tempeſtatis propè
ritu,
Mobilia, & cæca fluitantia ſorte, laboret
Reddere certa: ſibi nihilò plus explicet, ac ſi
Inſanire paret certa ratione, modoq;
Quid? cũ Picenis excerpens ſemina pomis,
Gaudes: ſi camerã percuſſi forte penes te es?
Quid? cum balba feris annoſo uerba palato?
Aedificante caſas qui ſanior? adde cruorem
Stultitiæ, atq; ignem gladio ſcrutare, modò,
inquam
Hellade percuſſa Marius cùm præcipitat ſe
Cerritus fuit? an commotæ crimine mentis
Abſolues hominem, & ſceleris damnabis
eundem,
Ex more imponẽs cognata uocabula rebus?
Libertinus erat, qui circum Cõpita ſiccus
Lautis manè ſenex manibus currebat, & unũ
Quoddam magnum addens, unum me ſurpite morti.
Dijs etenim facile eſt orabat ſanus utriſq;
Auribus, atq; oculis: mentem, niſi litigioſus,
Exciperet dominus, cum uenderet hoc quoque uulgus
Chryſippus ponit fœcunda in gente Meneni

per hanc hiſtoriam docet, quòd nõ tantum ſæuè, ſed etiam impiè faciebant homines ambitione inflati, à quo non minus, quàm ab auaritia, & luxuria commonet recedendum. Vetas cur] *Contra ambitionem διάλογος inter plebeium, & regem Agamemnonem.* Rex ſum] *Agamemnonis reſponſio. Ordo: Rex ſum, & æquam rem imperito, id eſt, iubeo, qui potui etiam iniquam. Vel rex ſum & æquam rem præcipio. Poteſtas non impedit æquitatem.* Nil ultra quæro] *Si hoc dixeris, nihil ultra quæro à te.* Inulto] *Impunè ſine pœna.* Maximè regum] *Plebeius reſpondet.* Ergo conſulere] *Interrogatiuè. Hoc ſenſu Socraticos Dialecticos imitatur et callidè ambitioſos obtrectat & carpit, & interrogat, & cauillatur ad ſingula, ut illi faciunt.* Gaudeat ut populus Priami] *Ideo non iubes eum ſepeliri, ut gaudeat Priamus? Vt,*

„ *Hoc Ithacus uelit, & magno mercentur Atridæ.*

Vos mecum] *Me & eos.* Tu] *Plebeius reſpondet.* Mola] *Molam ſalſam dicit, far & ſalem.* Rectum animi ſeruas] *Sanus eſſe potes? ſanitatem habes?* Quor ſum inſanus?] *Quia multa genera inſaniæ ſunt, de quibus fuit inſanus Aiax? in quo inſanus? ob quã cauſam? uel in quam partem?* Abſtinuit uim uxore] *Oſtendit magis Agamemnonem inſaniſſe, quàm Aiacem.* Teucrum] *Sociũ ſuum.* Vlyſſem] *Inimicum & defraudatorem ſuum.* Placaui ſanguine diuos] *Virgil. illud,*

„ *Sanguine placaſtis uentos, & uirgine cæſa.*

Nempe tuo] *Id eſt, certè tuo ſanguine placaſti.* Sed non furioſus] *Quia hæc feci pro gloria patriæ.* Qui ſpecies alias ueri ſceleriſq;] *Qui facit ſcelus, etiam propter aliquam commoditatem, tamen iſte neceſſariò habetur inſanus. Qui res facit modò iuſtas, modò iniuſtas mentis exagitatione, is non inſanus habebitur? Qui ſub ſpecie iuſtitiæ tumultum, id eſt, ſcelus admittit, inſanus eſt.* Tumultu] *Perturbatione. Senſus: Qui ſub ſpecie iuſtitiæ ſcelus admittit, id eſt, qui tumultum ſceleris immiſcet ueritati, habendus eſt commotæ mentis.* Permixtas] *Confuſione ſocietatis ueritati contrarias.* Stultitia. &c.] *Furore & inſania. Ad illud quod ait ſuprà: Nil agit exemplum, litem quod lite reſoluit. Nihil intereſt utrum per ſtultitiam peccet aliquis, uel per iracundiam.*

IVPPITER ingenteis qui das, adimis'que dolores,
Mater ait pueri menſeis iam quinq; cubantis
Frigida ſi puerum quartana reliquerit: illo
Mane die, quo tu indicis ieiunia, nudus
In Tiberi ſtabit. caſus, medicus'ue leuarit
Aegrum, ex præcipiti: mater delira necabit
In gelida fixum ripa, febrim'q; reducet.
Quo'ne malo mentē cōcuſſa? timore Deorū.
Hæc mihi Stertinius, ſapientum octauus amico
Arma dedit, poſthâc ne compellarer inultus:
Dixerit inſanum qui me: totidē audiet, atq;
Reſpicere ignoto, diſcet pendentia tergo.
STOICE poſt damnum ſic uendas omnia pluris,
Qua me ſtultitia (quoniā non eſt genus unū)
Inſanire putas? ego nam uideor mihi ſanus.
Quid? caput abſciſſum demens cum portat Agaue
Gnati infœlicis, ſibi tum furioſa uidetur?
Stultum me fateor (liceat concedere ueris)
Atque etiam inſanum, tantum hoc ediſſere, quo me
Aegrotare putes animi uitio? accipe primū
Aedificas, hoc eſt, longos imitaris, ab imo
Ad ſummū totus moduli bipedalis, & idem
Corpore maiorem rides Turbonis in armis
Spiritū, & inceſſum, qui ridiculus minꝰ illo?
An quodcunque facit Mecœnas, te quoq; uerum eſt,
Tanto diſsimilē, & tanto certare minorem?
Abſentis ranæ pullis uituli pede preſsis,
Vnus ubi effugit, matri denarrat, ut ingens
Bellua cognatos eliſerit. illa rogare,
Quanta'ne? num tandem, ſe inflans, ſic magna fuiſſet,
Maior dimidio? num tanto? cum magis, atq;
Se magis inflaret: non, ſi te ruperis, inquit,
Par eris. hęc à te non multùm abludit imago.
Adde poëmata nunc, hoc eſt, oleum adde camino.
Quæ ſi quis ſanus fecit, ſanus facis & tu?
Non dico horrendā rabiē iam deſine, cultū
Maiorem cenſu. teneas Damaſippe tuis te,
Mille puellarum, puerorum mille furores.
O' MAIOR tandem parcas inſane minori.

Eodem enim modo uterq; appellabitur inſanus. Ob titulos] *Ob gloriam, uel propter inanes triumphos.* Stas animo] *Potes ſanus eſſe aut uicio carere?* Tumidum] *Turbatum.* Roſam] *Nomen nobilis uirginis.* Deſtinet] *Conſtituat, ſpondeat.* Huic omne adimit ius] *Inſanis etenim interdicto prætoris, bonorum poſſeſsio tollebatur. & propinquis tuenda tradebatur. Item, aliter: Apud ueteres inſanis à prætoribus ius dominij auferebatur. Ergo dicit eſſe inſanum, qui hæc fecerit.* Quid? ſi quis] *Argumentum à minore.* Ne dixeris] *Quaſi hoc dicat Agamēnon, id eſt, ueritati cōtraria. Sed hoc autē ille dicit qui inſanos aſſerit, aut plebeius.* Qui ſceleratus] *Qui ducitur ambitione, is inſanus eſt.* Et furioſus] *Aut ad iracundiam, aut ad deſideria honorum pertinet.*

Vitrea fama] *Fragilis & inepta fama ambitionis: Sēſus eſt, Eum qui famæ ſeruiat inſanire dicit, ſicut Bellonæ cultores cum lacertos humeros'q; concidunt.* Nūc age luxuriam & Nomentanum] *Dixit in auaros, deinde in ambitioſos, nunc in luxurioſos: uult enim etiam hos inſanos docere.* Arripe mecum] *Aut uerba Stertinij refert Damaſippus: aut ex perſona eius cum Horatio: Damaſippus loquitur. Nunc inquit, uideamus utrum luxuria non habeat ſtulticiam.*

Vincet enim ſtultos ratio], *Nam probabit ratio ſtultos eſſe omnes luxurioſos.* Hic] *Nomentanus luxurioſus.* Simul accepit] *Quoniam hæres ſucceſsit, aut à tutoribus accepit. Ordo, Omnib. qui obſonia uendunt, edicit, uti mane domum ueniant.* Tuſci turba impia uici] *Tuſci, aliquando pulſi contulerunt ſe Romam, & uicum, qui modo Thurarius dicitur, habitauerunt, & ei nomen ſuum dederunt. Aliâs, Tuſci uici ideò, quia ubi nunc uicus Thurarius dicitur, Tuſci uicum acceptum habitarunt. Inde nomen eſt uico. Turbam autem impiam, aut negociatores accipimus, aut lenones: ſed melius lenones intelligimus, qui inhumaniſsimi ſunt, & neq; miſericordia, neq; precibus flectuntur: deinde quod in uico Thurario ante meretrices proſtabant. Vel Tuſci utri impia turba, quia locū ſuū dereliquerūt, nam ab Aricinis pulſi ſunt. In hoc uerò uico meretrices eſſe conſueuerant. Impia ergo turba peritura, aut quia omnes ibi habitabant negociatores, quibus ſtudium eſt peierandi.* Cum ſcurris] *Hiſtrionibus paraſitis.* Fartor] *Cocus.* Cum Velabro omne Macellō] *Locus Romæ ubi uictualia diſtrahentes frequentabant. Notandum Macellum neutro genere.* Iuuenis reſponderit æquus] *Aut proprium nomen Aequus, aut eſt εἰρωνεία quia ſingulis dabat pro meritis.* In niue Lucana dormit] *Ineptiam notat luxurioſi, quia cum leno loqueretur, uenatori & piſcatori reſpondet.* Hiberno ex æquore uellis] *Alij uerris: ſed ſi uellis cum difficultate trahis.* Tibi tantundem] *O' piſcator.* Tibi triplex] *O' leno.* Vnde] *A' quo.*

Velut uxor accerſita de nocte mihi uenit.

Vt cariorem meretricem faceret, finxit nomen uxoris. Filius Aeſopi] *Aeſopus quidam actor Tragœdiarum ditiſsimus fuit, qui hūc luxurioſum filiū reliquit. Hic Metellæ quæ eum deperibat, ablatum unionem, & aceto dilutum ſorbuit. Aliâs, Cæcilia Metella, filia Metelli, Aeſopum adamauit, eius uxoris ac Aeſopi filius diues, & luxurioſus fuit, qui gemmam triuit, & miſit in poculum, ut uideretur decem millia deuorare, quo ſuas poſſet ſuperare diuitias.* Exorberet] *Quaſi mulctū in hoc ualeret, quòd cenſus eius non minueretur.* Diluit inſignem baccam] *Attriuit precioſum unionem. In conuiuio dum omnium rerum uile putaret diſpendium, gemmam precioſiſsimam deuorauit in aceto ſolutam.* Qui ſanior ac ſi] *Non minus ſanus inquit, quàm ſi illud ipſum decies, abieciſſet in cloacam.* Par nobile] *Notum, famoſum: uel æqualiter generoſi.* Luſcinias] *Luſciniæ magno precio uendebātur.* Quorſum abeant?] *In quem numerum iſti diſcedant, in bonorum an malorum? An creta notandi ſunt, ut boni uideantur, an carbone, ut mali? Aliâs, In quā partem abeant: carbone notentur, ut inſani? an creta, ut ſani? Bona enim albo ſignabantur aduerſa nigro. Vel Quorſum abeant? id eſt, cui parti eos aggregabimus an mali? Perſius,*

Illa prius creta, mox hoc carbone notaſti.

Ploſtello] *A' plauſtro diminutiuum.* Ludere par impar] *De illo, dicit, cum quo pueri ſoliti ſunt ludere inter ſe, quando premunt copiam nucum uel caſtanearum manibus, tunc quando ſimul ueniunt ad ludendum laxo ſinu ueniunt, & gyrum inter ſe faciunt, & proponunt ſibi problema. Tunc cooperta manu quiſque oſtendit ſuo compari, & inſit, quot inſunt, ſi alius augurare poterit, auſert illi. Sic diu hoc certant donec unus deonerret alium.* Si puerilius his] *Si ratio probauit, nihil referre, utrum in puluere ludas, ea quæ luſiſti in pueritia, an plores amore meretricis, non'ne probaberis inſanus eſſe?* Mutatus Polemon] *Polemon Athenienſis perditæ luxuriæ fuit, qui ad ſcholas Xenocratis philoſophi ebrius ueniſſe perhibetur, ac floribus redimitus, cùm ab auditoribus perturbaretur, prohibuit magiſter & luxuriæ crimina accuſare cœpit, in tātum ut luxuria relicta Polemon præcipuus auditor extiterit, atque ita in amorem philoſophiæ diſciplinæ uenit, ut poſt magiſtrum ipſe docuerit. Aliter: Polemon adoleſcens ad ſcholas Xenocratis ebrius uenit, quādo ille diſputabat de continentia, pudicitia, iuſticia, temperantia, & ſobrietate, dicitur'q; inſignia luxuriæ depoſuiſſe cum fuiſſet philoſophiæ ratione commotus. Fuit autem Xenocrates philoſophus continentiſsimus, de quo Lais meretrix ſponſionem fecerat, quod eum ad ſuos ſollicitare poſſet concubitus & nocte quadam terrorem finxit, & confugit ad eum, & quaſi nocte hac cum eo manſit. Illa immobilis mãſit, poſtea dum ſoluere ſponſionem cogeretur, reſpondit ego non de ſtatua ſponſionem feci.* Faſciolas] *Ornamenta capitum cum mitris.* Cubitale] *Ceruical.* Focalia] *Torques, uel coronas*

quas

quas habeat in collo. Porrigis irato puero] Vt oſtendat nō eſſe ſanum amatorem. paribus eſſe moribus probat amatorem & puerum. Catelle] Verbum blādientis eſt. Amator exclusus Quid diſtat] Terentianum hoc eſt. Haeret] Stupet fixus. Finire dolores] Pudore deterritus, ne quis intelligat eum fuiſſe luxurioſum. Et ſtat ante moleſtas ſibi fores, aut ex quibus fuit antè excluſus. Fluitantis] Incerto caſu currentia. Insanire pares] Quam ſi des operam, ut cum ratione inſanias. Quod cum Picenis] Inter Picenum & Picentem hoc intereſt, Picenum uas dicimus, Picentem hominem eſſe. Quod ſolent, inquit, ingenio leues facere, ut expreſſo digito, ſemine pomorum cameram ferire conentur. Tu rediſti ad mentem tuam? Balba feris] More pueri balbutis. Aedificante casas] Sicuti ſolent. Cruorem Stultitiae] Crudelitatem amori. Ignem] Amoris calorem. Hellade percussa] Marius quidam ob amorem Helladem quandam puellam occidit, cùm ab ea contemneretur, & ſe poſtea præcipitauit. Quid ergo? dicis illum non fuiſſe inſanum, quem ſceleratum fuiſſe non negas? Aliud enim putas eſſe inſaniam, aliud ſcelus facere, cùm omnes qui aliter faciunt, quàm debeant, inſani habendi ſunt. Cerritus] Cerriti propriè dicuntur, qui à Cerere percuſſi ſunt. Vult probare crudelitatem inſaniam eſſe. Absolues hominem] Senſus eſt: Ex duobus ſi alterum negas, uideris ex una parte abſoluere eum, ſed aliud crimen neceſſe eſt, ut confitearis, & uerum ei nomen imponas, ut aut Cerritum dicas, aut motæ mentis, propter crudelitatem. Nam ſi pronunciabis non eſſe inſanum pronunciabis eſſe crudelem. Ex more] Ex conſuetudine uulgari. Quia uulgares putant alium eſſe inſanum, alium crudelem. Ego autem ſtultos & inſanos utroſq; appello. Cognata uocabula] Diuerſa quidem, ſed non multum inter ſe diſtantia. Rebus] Id eſt, criminibus. Cùm non inſanum dicit, ſceleratum planè profitetur. Aut enim crudelitate peccat, aut mentis inſania. Libertinus] Liberti filius. Qui circum compita] Compita dicuntur ἀμφόδια: iuſſerat enim Auguſtus, in compitis deos Penates conſtitui, ut ſtudioſiùs colerentur. Erant autem libertini ſacerdotes, qui Auguſtales dicuntur. Siccus] Sobrius, ne poſſis dicere, quod ebrius fecerit. Nunc tranſit ad ſuperſticioſos. Mentem niſi litigiosus Exciperet dominus] Id eſt, confitetur mentem ſanam non habere ſeruum ſuperſtitioſum, quem uendebat, niſi forte amat litem, quia licebat emptori agere contra uenditorem, ſi inueniebatur poſtea ſeruus uitioſus. Iuris erat apud ueteres, ut cum ſeruum diſtraheret quis, eius omnia uitia uel animi, uel corporis publicaret: ergo dicit hunc furioſum, cuius mens excipiēda eſſet. Hoc quoq; uulgus Chrysip] Chryſippus Stoicus dicit de familia Meneniorū, cum nimia religione teneretur, id eſt, ſuperſtitioſos dicit eſſe. Meneniorum familia fuit ſuperſticioſa, quam & uulgus, & Chryſippus appellauit inſanam. Foecunda in gente] Quia multi erant Menenij temporibus Horatij. Iuppiter ingentes] Probat ſuperſtitioſos & ſtultos eſſe & inſanos. Cubantis] In infirmitate iacentis. Ex praecipiti] Vel deſperatione, uel morbo periculoſo. Quone malo] Qua cauſa. Id eſt, inſanit'ne naturæ uitio, an inſtinctu numinis. Timore deorum] Reſponſio. Compellaret multos] Compellare enim eſt iniurioſè alloqui quemlibet, ut Cicero in Philippicis: Laudat an compellat edicto. Dixerit insanum] Si quis me dixerit inſanum, diſcet à me uitia ſua, quæ pendent à tergo. Ignoto] Id eſt, Retropoſito. Ex Aeſopi fabula, quæ duas peras dicit habere poſſe mortales, in illa poſteriore uitia ſua, in prima aliena cognoſcimus facilius, noſtra enim uix uidere poſſumus. Pendentia tergo] A' tergo, id eſt, ex dorſo pendēre dicuntur uitia eorum, qui cùm aliorum norunt, ſua non uideant. Perſius, Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo. Stoicè] Ad Damaſippum redit Horatius, qui Damaſippus uenditis omnibus philoſophatus eſt. Post damnum] Quod e luxuria fecerat. Quid? caput abscissum] Quid mirum, ſi uideris tibi ſanus eſſe? Quando per inſaniam ferebat caput filij ſui Agaue, non intelligebat ſe inſanā eſſe. Pentheus aſpernabatur ſacra Liberi, unde iratus furorē matri eius immiſit, quæ propriū occidit filiū. Veris] Veritati. Longos imitaris] Hoc eſt, longo ſanguine cretos ambulas elatus, & proceros imitaris, ac nobiles. Hoc propter Mecænatē, qui tunc hortos ædificabat magnos. Aliàs, Diuites imitaris, ac in altum te erigis, cùm ſis pauper & puſio. Ab imo] Ad ſummum totus moduli bipedalis. Id eſt, à pedibus uſq; ad caput totus duorum pedum es, & ita ſtudio ædificas altiorem domum, tanquam non te capiat hæc, in qua manes. Turbonis] Turbo quidā dicitur fuiſſe gladiator, ſiue miles exiguæ ſtaturæ, ſed magni animi, & in prælio fortis, cùm eſſet armatus. Qui ridiculus minor illo] Id eſt, Quare minus tu ridearis, cùm rideas gladiatorem illum, qui fuit breuis ſtaturæ? Aliter. Quomodo potes minus ridiculus eſſe, quàm gladiator Turbo, cum ſis eadem ſtatura, & tamen eum derides? Verum eſt] Id eſt, rectum eſt facere. Absentis ranae pullis] Exemplo ſiue fabula uult oſtendere, inſanos eſſe, qui imitantur eos, quibus ſunt longè inferiores. Notatur hoc, quòd dixit pullos, filios ranæ. Debuit, inquit, dicere minores ranas. Maior dimidio] Vt unum & ſemis haberet magnitudinis modum. Adde poëmata] Nunc ad inſaniam illam, quam pateris ædificando, adde iſtam inſaniam faciendi poëmata & hanc poëticæ inſaniam leuiore nomine appello, quaſi uitio tuo parco. Maiorem censu] Quia cùm multum non poſſides, uteris precioſa ueſte. Damaſippus ueſtitum arguit ſupra cenſum. Mille puellarum] Hæc Damaſippus. O' maior tandem] Hæc Horatius, id eſt, comprime tandem Damaſippe te, cùm ſcias etiam pueros inſanos eſſe.

PORPH. } Sic raró] In hac Ecloga introducit Damaſippum corripientem ſe, tanquam deſidioſum. Iratus tibi] Ipſe ſibi iratus, quòd uino ſomnoq; indulgeat. Culpantur] Quia nihil merentur. Iratis natus paries dis] Inarare parietes ſoliti erant poëtæ, & ibi ſcribere, ſi quid noctu in mentem ueniſſet. Inuidiam placare paras uirtute relicta] Senſus eſt: Si uirtutem reliqueris propter inuidiam, incipiat contemni, nam ita eſt natura hominum, ut potentioribus inuideant, humiliores aſpernent. Donent tonsore] Iocus in barbatum. Ianum] Quia omnes ad Ianum in Baſilica ſtabant fœneratores. Fracta] Diminuta. Vafer] Aſtutus. Lauisset Sisyphus aere] Signat Corinthiorum uaſorum amatorē fuiſſe. Mercurialem] Lucroſum, qui Coccio appellatur. Omnes enim Cocciones lucro ſtudent. Compita] Sunt loca, in qua multæ uiæ competunt. Traiecto] Propriè, ita enim medici dicunt. Cum fit pugil] Pugilem poſuit pro phrenetico. Dum ne quid si male] Senſus: Dum ne tu tondere me incipias. Insanis & tu] Quia Stoici omnes homines inſanos & ſtultos eſſe dicunt, excepto ſapiente. Stertinius autem unus ex Stoicis fuit. Sapientem pascere barbam] Sapientem, non quaſi ipſum ſapientem, ſed barbam ſapientem. Iuſſit me paſcere, id eſt, nutrire. Atq; à Fabricio non tristem ponte] Pons Fabricius dicitur, qui eſt inſulæ illius, quæ in medio Tiberi poſita eſt, ideo Fabricius, quia à Fabricio factus. Dexter stetit] Dexter aut à dextra parte, aut bono omine. Sic & Virgil.

" Sic ſidera cœlo Dextra feras. Et Perſius:

" Dextro hærede, pro bono.

Primùm inquiram] Oſtendit quid ſit furor, ut Lucilius. Qui te deridet, caudam trahet] Vt pecus, id eſt, ſtultus. Aut ex conſuetudine puerorū ſumptum, pro deridetur. Solent enim pueri deridentes, neſcientibus à tergo caudam ſuſpendere, uelut pecus caudam trahant. Alterum & huic uarum] Varum, id eſt, diuerſum ac diſtortum, ac per hoc à te diuerſum. Amica Mater, honesta soror] Melius poteſt ſic accipi, amica mater, ut ſit ex Græco tractū φίλη μήτηρ, quàm per ſe amica, per ſe deinde mater, quia mentionem uxoris facit in ſequentibus. Quum Fufius ebrius] Hic Fuſius Phocæus Tragœdiarum actor fuit, qui cum uellet Ilionam dormientem exprimere, ut ad filij Polydori exurgeret uocem in ſcena obdormiuit. Et edormit, pro præterito accipi, non pro præſenti debet. Mater te appello] Verba Tragici.

" Mater te appello, tu, quæ ſomno ſuſpenſam leuas.

Catienis] Catienis, cantoribus. A' nobili cantore. Scribe decem Nerio] Quidā Anerio legunt. Verū hic, & Cicuta iuris fuerunt ſtudioſi. Auaros tangit. Senſus eſt. Pecuniā à fœnatore acceptā lege duodecim tabularū, quas Nerio inſtituit, & alijs centū Perillius Cicuta auariſſimus conſignatores furabitur. Scribe decem Nerio] Iuris uerbo, ſcribere eſt, mutuum ſumere: reſcribere, reſtituere. Fiet aper] Et Virgil.

„ *Fit enim ſubitò ſus horridus.*

Cũ rapies in ius malis ridentem alienis] *Græcus eſt: Quod ſignificat ſi in ius rapere cœperis, non ex animo ridebit.* Perilli] *Perillus fœnerator fuit & iuriſperitus.* Potidius] *Magis inquit, inſanum eſt cerebrũ.* Dictantis] *Pro dantis. Eſt enim ſenſus: Id credens, quod recepturus non eſt.* Reſcribere] *Reddere.* Atq; togã iubeo componere] *Senſus eſt: Iubeo audire, & ad præcepta uera auaros intentos eſſe ac bene cultos. Nam qui ſoluto pallio audiunt, negligentes iudicãtur, & minimè ad uirtutis honorem accenſi. Ideo ait togam iubeo componere, quia diligẽtius audiunt, qui cultu concinni ſunt. Allegoricôs totum.* Neſcio an Anticyram] *Anticyra & oppidũ, & inſula hoc nomine, ſicut Helenius teſtatur, in qua Helleborum plurimum naſcitur. Et alibi.*

Nauiget Anticyram, & eſt Propontidis inſula.

Hæredes Staberi] *Staberius homo auariſſimus fuit, eô uſq; magnitudine pecuniæ delectatus eſt, ut cùm finem uitæ adeſſe intellexiſſet, & teſtamẽto ita inſcriberet ut hæredes ſui, ſepulchro eius inſculperent: quis, quantũ à ſe in parte ſumpſerit. Quod ſi in aliquo mentiti eſſent, damnationis nomine, centũ paria gladiatorũ populo exhiberent.* Damnati] *Pro, addicti.* Atq; epulum arbitrio Arri] *Id eſt, ad Arrij uoluntatẽ, qui luxurioſus fuit.* Ipſe uideretur ſibi nequior] *Pro luxurioſior. Et ut ſuprà illud, nequities.* Clarus erit] *Hæc Ironicôs dixit.* Græcus Ariſtippus] *Vult & hunc Ariſtippũ inſanum uideri, qui pecuniam quã potuiſſet dare neceſſarijs, abiecerit.* Nil agit] *Senſus eſt: Idem exemplũ, quod in ſe quæſtionem habet, non eſt uerũ. Intelligo, inquit, me contraria exempla poſuiſſe, quoniam argumentatus non erat, uter ex ijs inſanus eſſet, nunc ait ſe probaturũ.* Quod ſplendida bilis] *Atra uel flaua.* Pauper Opimius] *Sic dicitur ut Magnas inter opes inops, & figuratè dictũ eſt. Diues opum, pro opibus.* Qui Veientanum] *Peſſimum uinum in Veiento naſcitur. Et Perſius:*

„ *Veientanumq; rubellum.*

Deficient inopem] *Sic ait in inopia defeciſſe dicimus. Et Virg.*

„ *Tuq; ô dubijs ne defice rebus.* Quis'nam igitur ſanus] *Incipit de Stoicis diſputare.* Craterum] *Craterus nobilis medicus temporibus Auguſti fuit. De hoc Perſius:*

„ *Quid opus Cratero magnos promittere montes.*

Morbo tentantur acuto] *Græco ὀξυχνῷ.* Quid enim differt, Balatrone Donet] *Balatro luxurioſus. Verùm quidã legunt Barathro, ut ueniat à nomine Barathrum.* Tu Nomentanum, tu ne ſequere Cicutam] *Ne aut luxurioſus, aut auarus euaderet. Nomentanus enim luxurioſus, Cicuta auarus.* Is inteſtabilis & ſacer eſto] *Antiqui eos, quos in teſtimoniũ dimitti nolebant, inteſtabiles uocabant: deteſtabiles, ſcilicet, quorum teſtimoniũ malum & execrandum eſſet.* In cicere atq; faba] *Antiqui ædiles huiuſmodi res populo Floralibus ſpargebant. Inde & Perſius:*

„ *Nigra & cicer ingere rixanti populo.*

Pauperes enim initio Romæ fuerunt. Ne quis humaſſe uelit] *Annotandũ quod Dialogum confecit. Introduxit enim quendam altercantẽ cum Agamemnone, ut doceret ſaniores eſſe eos, qui inſani uidentur ijs, quos ſanos putamus. Dogma autem Stoicorũ quoddam πάντας ἀνθρώπους μωροὺς εἶναι, quo continet omnes homines inſanos eſſe.* Rex ſum nil ultra quæro] *Præter hoc illud prouerbium interpretari.* Dij tibi dent] *Homericum: ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχοντες ἐκπέρσαι πριάμοιο πόλιν, εὖ δ᾽ οἴκαδ᾽ ἱκέσθαι.* Per quem tot iuuenes patrio caruere ſepulchro] *Troiani ſcilicet.* Mille ouium] *Vt duo millia hominũ dicimus.* Quorſum inſanus? quid enim] *Inquit, inter quos inſanus eſt? Vtrũ inter luxurioſos, & auaros, an inter ambitioſos.* Aut ipſum uiolauit Vlyſſem] *Ipſum ſubaudimus inimicũ ſuum.* Qui ſpecies alias ueri, ſceleriſq;] *Qui concipit animo ſuſpiciones falſas, & uera non uidit, is demens eſt.* Ob titulos admittis inanes] *Subaudiendum eſt, inſanus.* Interdicto huic omne adimat ius Prætor] *Inſani ſolent accipere à Prætore curatores bonorum ſuorũ, ita ut illis uti non liceat, niſi ad arbitrium alienũ, ſcilicet ne perdãt.* Quem cœpit uitrea fama] *Aut fragilis, aut ſplendida.* Nunc age luxuriam] *Nunc luxurioſos inſanos probat, ut ſupra auaros.* At Tuſci turba impia uici] *Lenones dicit, & ambitioſos, ibi enim cõmanent. Tuſcus dicitur uicus, qua itur in Velabrũ, ubi harũ rerum mercatores, id eſt, unguentarij conſiſtunt. Vel, turba impia, quia in patriã Tuſci redire noluerunt.* Cum ſcurris fartor] *Fartor nunc auiũ aliàs nomenclator.* Accipe quid contra iuuenis] *Βλεψινόης.* De nocte citata] *Legitur & uocata.* Filius Aeſopi] *Aeſopus Tragicus, magnas opes filio Aeſopo luxurioſo reliquit. Hic cum uellet patrem animo uincere, dicitur decies ſeſtertiûm concupiſſe una hora abſumere, atque baccas detractas uxori Metellæ in aceto diluiſſe. De hoc Mæuius poëta ſcribit, de quo Virg.*

„ *Amet tua carmina Mæui* Decies ſolidum] *Solidum integrum.* Gemellũ n] *Pro gemellorũ. Impenſo pro magno poſuit.* Quorſum abeant] *In quã partem diſcedant.* Aedificare caſas] *Hæc omnia infantes faciunt.* Par impar] *Vni duo.* Amentia uerſet] *Alio nomine amentiã ſuam appellet.* Sic puerillius his ratio] *Si obtinere poterit, puerilius eſſe amare, quã ludere puerili ratione, editũ eſſet, id eſt, amentiã ſuam excuſaret.* Mutatus Polemon] *Polemon fuit Athenienſis iuuenis, luxurioſus & perditus, qui cùm comeſſabundus incederet per urbem audiſſe fertur è proximo Xenocratis uocẽ diſputantis, deinde introiſſe ad deridendum eum, ut erat coronatus, unguentatusq;. Quo uiſo ſenex perſeuerauit, & inuectius in luxuriã, coëgit Polemona pœnitere ſui, & coronas abijcere. Is ſumpto philoſophi habitu, tãtus poſtea fuit, ut dignus exiſtimatus ſit, qui Xenocrati ſuccederet.* Faſciolas, cubitale, focalia] *Allegoricôs, tanquam de ægro hæc: aut quia ſolẽt amantes talia inſignia geſtare, ut mulierculis placeant. Totus hic locus de Eunucho Terentij.* Quid, cum Picenis excerpens] *Solent amantes ſemina malis orbiculatis, duobus primis compreſſare digitis, eaq; mittere in cameram uelut auguriũ, ut ſi cameram contigerint, poſſe ſperari ad effectum duci, quod animo conceperint.* Quid? cum balba feris] *Quid? cum per delitias balbutire affectas ſenex, & puerilia imitaris?* Atq; ignem gladio ſcrutare] *Pythagoricum eſt.* Ceritus fuit] *Ceritus furioſus, commotæ mentis, id eſt, inſanus.* Libertinus erat] *Hic incipit de ſuperſtitioſis & religioſis loqui.* Qui circum Compita] *Ab Auguſto enim lares, id eſt, dij domeſtici in compitis poſiti ſunt, ex Libertinis ſacerdotes dati, qui Auguſtales ſunt appellati.* Sanus utriſq; Auribus atque oculis] *Qui uendunt mancipia, ſolent hoc adijcere ſanus corpore, & animo. Hunc ſuperſtitioſum negat ſanæ mentis fuiſſe. Et dicit allegoricè ſanum eſſe omni corpore.* Exciperet dominus] *Id eſt, interpoſita fide aſſeueraret.* Chryſippus ponit] *Hoc ait, huiuſmodi ſtultorum copiam, & multitudinem Chryſippus philoſophus inter Menenios haberi dicit. Menenius autem fuit illis temporibus inſanus, uel certè plebeius, qui uideri uoluit à Menenio, qui ſenatũ & populum in gratiam reduxit, & mirè fœcundam mentem ſtultorum ait, id eſt, multiplicem. Chryſippus Stoicus fuit: ſed Menenium meliùs furioſum accipimus, uel potius ſtultum. Vnde Meneniæ ſtultitiæ uel ineptiæ.* Illo Mane die, quo tu indicis] *Die Iouis.* Sapientum octauus] *Græci ſeptem ſapientes dicunt, quibus hunc addit.* Diſcet pendentia tergo] *Hoc ideo, quia Aeſopus tradit homines duas manticas habere, unam antè, & aliam retrò. In priorem aliena uitia mittimus, in poſteriorem noſtra, quæ abſcõdimus, & uidere nolumus. Hoc Catullus meminit:*

„ *Sed non uidemus manticæ quod in tergo eſt.* *Ait & Perſius*

„ *Spectatur mantica tergo.*

Poſt damnum ſic uendas omnia pluris] *Bene, quia ille ſuis bonis uenditis, philoſophari cœpit, & dicit hoc de Damaſippo.* Aegrotare putes] *Interrogatiuè dicit.* Longos] *Per longos, diuites ſignificat.* Rides Turbonis] *Turbo gladiator fuit paruo corpore, ſed animoſus pugna.* Quid rides] *Si Turbo cum legionibus certat, cùm tu me diuitibus compares. Et fuit Thrax Turbo.* Te quoq; uerum eſt] *Pro æquum eſt. Virg.*

„ *Me uerius unum*

„ *Pro uobis fœdus luere, & decernere ferro.*

Bellua cognatos eliſerit, illa rogare Quanta'ne?] *Adnotãdum quòd hoc in loco cognatos pro filijs poſuit, id eſt, ſecum natos, id eſt, congregatos.* Non tandem] *Adnotandum tandem, pro tam poſitum, id eſt, tam magna.*

Adda

Adde poëmata nunc] *Hic ſenſus eſt: Adde illud, quòd poëta es, id eſt, præter reliquum errorem poëtarum iure inſanis, & uſus uulgari eſt prouerbio.* Oleum] *Incendium.* Sanus facis & tu Non dico horrendamq́ rabiem] *Non dico, inquit, ſanus, non dico horrendam rabiem, ut tibi parcam, non dico poeticam rabiem eſſe.*

O maior tandem parcas inſane minori] *Vehementer furioſè, te tuis uitijs reddis, quibus te liberatum dicis. Cùm ſuperior inſanus ſis, parce minori inſano.*

CHRIST. LAND. } Sic rarò ſcribis] *Mirus poëta & miro artificio inſtructus, qui reliquos homines bonos reddere cupiens, ſeipſum damnat, ut cæteri æquiori animo ferant, cùm quæ uitia in illis ſunt ea in ſe eſſe fateatur. Inducit igitur Damaſippum Stoicum philoſophum, & alia quidem Horatij errata, præſertim tamen deſidiam in ſcribendo carpentem. Videtur autem omninò tollerandus is Satyrus, qui ita cæteros carpit, ut ne ſibi ipſi parcat.* Membranam] *In qua ſcribas.* Retexens] *Diligentiùs legendo explicans.* Scriptorum] *Tum poëtarum, tum aliorum. Verùm cum ſcriptorem dicimus per quandam excellentiam poëtam intelligimus.* Benignus] *Indulgens nimium uino & ſomno.* Dignum ſermone] *Id eſt, dignum quòd mandetur Satyris, quas ſermones appellat.* Quid fiet] *Sunt qui legant, ſi raro ſcribis, & non ſic, & poſtremo adiungant, quid fiet.* Ab ipſis Saturnalibus] *In quibus magna erat potandi copia. De Saturnalibus autem dicemus in eo uerſu. Age libertate Decembri, quando ita maiores uoluerunt utere.* Sobrius] *Quaſi idcirco fugiſti ut ſobrietatem obſeruares. Quid ergo fiet poſtquàm ab urbanis Saturnalib. rus fugiſti? non'ne dices aliquid dignum promiſsis. Nam ſunt ſeruanda, quæ de ſermonibus ſcribendis promiſiſti.* Incipe] *Vrget tacitem.* Nil eſt] *Nullam potes excuſationem afferre. Nec eſt quòd culpam in calamos transferas, qui tibi nō inſeruiant.* Immeritus laborat] *Quia iniuria accuſas parietem quod ſcripta non ſuſcipiat.* Natus] *Fabricatus.* Iratis] *Id eſt, aduerſis. Habebant autem antiqui parietes iuxta lectum cera illitos, ut ſi quid in mentem ueniſſet, illic ante notarent quàm memoria laberetur. Dicit ergo parietem natum dijs, & poëtis iratis, quoniam nihil in eo notet poëta.* Atqui uultus] *Nam proferebas in uultu neſcio quid, quo multa de te promittere uidebaris.* Minantis] *Id eſt, promittentis. Dixit autem minantis, ut oſtenderet neſcio quid elationis, atq; magnificētiæ in ſuis pollicitationibus, ut omnis timiditas procul abeſſe uideretur.*

Tepido] *Nam menſe Decembri aprici quæruntur agri.* Quorſum pertinet] *Quaſi dicat, quem ad finem.* Platona Menandro] *Congerere multos è Platone, multos etiā ex Menandro libros. Nam Satyras ſcripturus utriuſq; Comœdiæ ueteris, ſcilicet & nouæ poëtas imitari oportuit propter quod Menandrum dixit & Eupolim. Dixit & Archilochum propter inuehendi uehementiam. Sed neque iſtis contentus erat, niſi ex diuina Platonis philoſophia grauitatem ſententiarum depromeret.* Inuidiam placare paras uirtute relicta] *Mordaciſsima inuectiua, ut ſit ſenſus: Tu propterea non ſcribis, quia cum uideas inuideri ſtudioſis uis uirtutē relinquere, ut inuidiam à te amoueas.* Siren] *De Sirenibus iamdudum. Harum nomina uaria ponunt. Ergo præter id quod dictum eſt, ſunt qui dicant harum trium nomina eſſe, Parthenopē, Leucoſiam, & Lygiā. Sed hic pro cupiditate. Ergo aut deponendæ ſunt cupiditates & deſidia, aut deponendæ uirtutes, quas iam aggreſſus erat. Optimè ergo ratio Damaſippi, & iuſtiſsima reprehenſio. Sed ſuo conſueto acumine ridet hunc poëta tanquam qui non uita, & moribus, ſed ſolis uerbis philoſopharetur. Ergo ridiculum illi à dijs præmium pro optimis præceptis optat, ut ſcilicet illum tonſore donent, quò prolixæ barbæ moleſtia liberetur. Nam huiuſmodi philoſophi ſeu potiùs philoſophiæ oſtentatores, & ſimulatores barbam promittebant, & cæterum corpus neglectum apparere uolebant, ut ſpeciem quandam continentiſsimi, ſeueriſsimiq; uiri præ ſe ferrent. De quibus Iuuenal.*

" *Hiſpida membra quidem & dura per brachia ſetæ*
" *Promittunt atrocem animum.*

Damaſippum autem iſtum mercatorem fuiſſe ferunt. Verum cum mercatura infœliciter uſus omnia amiſiſſet, ac ex ſumma rerū deſperatione ſe in Fabritium fontē, uel ex Fabricio pōte præcipitaturus eſſet à Stertinio Stoico longo ſermone perſuaſus & mortis conceptæ conſilium depoſuit, & Stoicæ diſciplinæ ſe dedit. Verum ſi diligentiùs poëtæ in eum dicta aduertamus, multò plus uanitatis, quā ſolidæ ſapiētiæ, in homine fuiſſe cognoſcemus, ut ſit ex ijs, quos ultra Sauromatas Arpinas ille Satyrus fugiendos cenſeret, quotiens aliquid de moribus audent. Et Curios ſimulant, & bacchanalia uiuunt. Ad medium Ianum] *Ad mediam mercaturā. Nam Ianum mercatorum Deum uolunt. Sententia eſt, quòd in medio curſu mercaturæ à fortuna afflictus eſt. Sunt etiā qui uelint tria in foro templa habuiſſe Ianum in principio, medio, & fine. Vt notetur omnib. temporib. oportere mercatores diligentia uti.* Vafer] *Doloſus quì in ſe lauando occupatos dolo in mare præcipitaret. De Siſypho autem dictum eſt.* Quo ære] *Nam cum Corinthi rex fuerit, & uaſa Corinthia reliqua pulchritudine ſuperârint, conueniens eſt illi, pulcherrimis uaſis uſum eſſe.* Infabrè] *Inartificioſè.* Durius] *Ita ut fuſilis ſtatua nullam molliciem referret. Nam laus maxima eſt in ſtatua ut agile, flexibileq; corpus uideatur. Hæc ergo ne emeret.*

Frequentia compita] *Id eſt, omnes populariter.* Mercuriale] *Nam à Mercurio mercatura eſt, & omnis calliditas & uerſutia ab eodem planeta eſt.* Noui] *Loquitur poëta.* Atqui] *Verba Damaſippi.* Incor] *Quem morbum cardiam appellant.* Letargicus] *Letargus enim obliuionem inducit, qui ſi in freneſim cadat facit hominē pugilem, & pugnantem contra medicum.* Dum nequid] *Horatius loquitur.* O bone] *Ingreditur paradoxon Stoicorum, quod eſt, omnes ſtultos inſanire. Nam quicunq; à uia recti diſceſſerit eum tantundem peccare uolunt, ex quo omnia peccata paria faciūt. Ergo cùm poëta uideretur uitium mercaturæ, id eſt, auaritiam cæteris proponere reſpondet Damaſippus omnes, qui non attigerint ueram ſapientiam, quoniam ſtulti ſunt eſſe etiam inſanos, ut nihil omninò interſit inter Socratem, quoniam non fuerit uerè ſapiens, & quēuis flagitioſiſsimū hominē.* Fruſtrere te] *Decipiat te. Virg.*

" *Clamor fruſtratur hiantes.*

Vade] *A quo Stertinio, & eſt aduerbium pro nomine. Virgil. Genus unde Latinum.* Paſcere barbam] *Sequi dogma Stoicorū, qui barbam nutriunt.* Non triſtem] *Quia deſperationem in quā ex calamitate accepta inciderat, & propoſitum ſe demergendi depoſuerat.* Dexter] *Vel à parte dextra, uel mihi propitius, ut ſiniſtrum aduerſum dicimus.* Hoc] *Scilicet, furere ſi erit in te ſolo, & non in alijs ſinam te perire. Sed ſi omnes pariter inſaniunt ne te pudeat eius rei, quæ tibi cum omnibus communis ſit.* Chryſippi porticus] *Id eſt, Stoici, qui à porticu in quam conueniebant dicti ſunt. Στοὰ enim porticum ſignificat.* Chryſippi] *Nam hic inter Stoicos doctiſsimus fuit. De quo dicitur ſolum Chryſippum fulcire porticum fuit Soloenſis, ſiue Tarſenſis, & Apollonij filius, Cleanthis diſcipulus, uir ingenioſus atq; acutiſsimus, & Dialecticæ gloria apud omnes celebratiſsimus. Famæ adeò contemptor ut neminē regum ex uiuentibus laudârit. Lacerant tamen pleriq; quòd in libro de antiquis phyſiologis ſexcentis penè uerſibus turpiſsima de Iunone, & Ioue fingat, & luſtris magis, quàm dijs conuenientia. In libro autem de rep. & matribus, & filiabus congredi permittit. De Stoicis ſuo loco dicetur.* Hæc formula] *Nam hæc regula præter ſapientem omnes ſtulti ſunt. Similes ſunt ſtulti hominibus in ſyluā errantibus, è quib. alij dextrorſum, alij ſiniſtrorſum deflectunt, & hi longè à tramite diſcedunt, hi uerò non longè, & tamen cum omnes ſint extra tramitem, ſecundum Stoicos omnes in pari uitio ſunt. Nam cùm ſint plures marinis fluctibus obruti, ita excluditur à facultate reſpirandi, qui in ipſa penè ſuperficie eſt modò non emergat, ut ille qui in ipſo fundo iacet.* Caudam trahat] *Quaſi ſit Brutus. Nam bruta caudam trahunt, uel ſtultus. Nam ſtultis aliquid per deriſionem à tergo appenditur.* Eſt unum] *Cum plura ſint genera ſtultitiæ unum genus eſt eorum, qui timent ea, quæ timenda non ſunt. Vt ſi quis in loco plano quæratur eſſe rupes, & flumina, & præcipitia, quæ non ſunt. Et eadē erit ſtultitia huius, quæ eſt illius, qui clamantibus omnibus ſuis ut caueat, neq; rupes, neq; ignes, neq; flumina uitet.* Fuſius Hebrius] *Fabula eſt Ilione filia Priami Polymneſtori nupta, in qua Catienus perſonam agebat Polydori per quietem matri apparentis, Fuſius autem Hecubæ, qui ut dormiret (id enim erat agendum) ita ſe uino ingurgitauit, ut cum à Catieno, quā*

dicebat mater te appello, nõ poſſet excitari, uniuerſus populus clamauerit mater te appello. Inſanit Damaſippus] Nã prodigus omnem pecuniam in ſtatuis emendis conſumit. Sed neq; inſania caret is, qui Damaſippo pecuniam credit. Nam ſpe fœnoris ductus ſortem amittet, qui credit credere non ualenti. Accipe] Demonſtrat peccare etiam Damaſippum, ſi accipiat à fœneratore, id quod non poſſit reddere, quamuis aliquis illum excordem, & inſanum putaret ſi non acciperet. Præſens] Id eſt, fauens. Virg.

30 Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos. Mercurios] Nam Deus eſt mercatorum. Scribe decẽ Nerio] Id eſt, ſcribe te debitorẽ in tabulis Nerij. Non eſt ſatis] Quaſi dicat, non ſufficit illa obligatio. Adde tabulas nodoſi cicutæ] Id eſt, ſcribe in tabulis cicutæ nodoſi, id eſt, callidi, & qui rectè nouerit colligare debitorẽ. Adde centum imo mille cathenas] Id eſt, ualida uincula obligationum, tamen ille debitor omnes effugiet, neq; diſſoluet debitũ. Appellat aũt debitorẽ Proteum, qui tanquã Proteus omne uinculũ facilè euitat. Sceleratus] Quoniam calliditate ſua debitũ effugere ſubſtinet. Fiet aper] Manet in Protei fabula, ut oſtendat illũ omnem fallaciã meditaturũ, ne pecuniã debitã reddat. Ridentẽ malis alienis] Ridet enim creditorẽ fefelliſſe. Si malè rem] Si inſipientis eſt rem malè gerere, & contra bene gerere ſapiẽtis, ſtultus erit Perillus, qui tantum dicat, id eſt, credendo tanti debitorẽ ſcribit, quantũ non poſſis reſcribere, id eſt, reddere. Nam ſcribit fœnerator tibi qui cum pecuniã ad fœnus collocat illius te in menſa creditorẽ facit, tu aũt cum diſſolus iubes illam in menſa illi reſcribi, id eſt, in ſuum creditũ reduci. Audire] Iubet omnes attentè audire ſua argumenta, quibus probat omnes peccare. Togam cõponere] Nam qui diutius ſeſſurus ad audiendum eſt, ſolet commodè ueſtimentum componere. Acron aũt exponit cõponere, quaſi ſubſternere, ut attẽtiũs audiant. Danda eſt hellebori] Sententia eſt, quicunq; aliquo uitio laborant inſani ſunt. Vnde eorũ cerebrũ helleboro purgandũ eſt. Sed inter omnia uitia auaritia maioris inſaniæ eſt, ergo plus hellebori expetit. Hellebori prima genera duo ſunt. Candidũ ac nigrũ, quod in radicibus tantum cognoſci quidam putant. Alij folia nigri platani ſimilia, & minora, nigrioraq;, & pluribus diuiſuris ſciſſa. Nigro equi, boues & ſues necantur. Itaq; id cauent cum candido ueſcantur. Hoc plurimũ & optimum in Oeta monte naſcitur. Nigrũ ubiq; prouenit, ſed melius in Helicone. In nigro ſpecies eſt, quod melampodion uocant, à Melampode celebratiſſimo augure inuentum. Hoc domos ſuffire conſueuerant, purgabant aſpergentes ſe, & pecora cum precatione ſolenni, & religioſè colligentes. Primum enim gladio circumſcribebatur. Succiſurus uerò orientem ſpectabat, & precabatur ut id ſibi dijs concedentibus facere liceret, obſeruabatq; aquilæ uolatus. Ferè enim ſemper ſecantibus intereſt, & ſi propius aduolarit mortem ſuccidenti in eo anno augurium eſt, nec album facile colligitur, caput aggrauant, niſi præſumatur alliũ, & ſubinde uinum ſorbeatur, celeriterq; fodiatur. nigrum purgat per inferna, candidum autem uomitione. Quondam terribile, poſtea multi ad ingenium acuendum ſumptitarunt. Carneademq; reſponſurum Zenonis libris ſumpſiſſe ferunt, & apud Romanos Druſum illum cui bellum ſociale ſenatus imputauit, conſtat hoc medicamento liberatum comitiali morbo in Anticyra inſula. Ibi enim tutiſſimè ſumitur, quoniam Seſamoides admiſcent, Veratrum Italia nuncupat.

Omnem Anticyrã] Id eſt, quicquid hellebori in Anticyra ſumitur. Staberi] Staberius iuſſit hæredes ſuo ſepulchro incidere ſummam patrimonij, quam illis relinquebat, adiecta pœna ni ſcripſiſſent, ut centum paria gladiatorum populo exhiberent, & præterea epulum darent eo ſumptu quem cenſeret Arrius. Ne ſis patruus] Ne ſis cenſor ut patrui in nepotes eſſe conſueuerunt, ut alibi demonſtratum eſt. Hoc autem idcirco iuſſit, quia putabat diuitias ſummum bonum eſſe, & illis omnes uirtutes parere, & qui diues fuiſſet eum omnia eſſe, ut Stoici de ſapiente dicunt. Hic igitur uehementer diſſentit ab Ariſtippo Cyrenaico, qui cum è patria in Græciam philoſophandi cauſa proficiſceretur, iuſſit ſeruis aurum proijcere, ut expeditiores ad iter carpendum eſſent. Græcus] Non patria, nam Cyrenæ in Aphrica ſunt, ſed quia literis Græcis philoſophatus eſt. Ariſtippus auditor Socratis fuit, primus Socraticorũ mercede philoſophatus eſt, quin & pecunias ad Socratẽ miſit, quas ille reſpuit, aſſerens id nolle Deum ſuum. Habuit (ut ſcribit Xenophon) ingenium ad omnia pro tẽpore, loco & perſona ſimulanda omninò promptum. Et ob hoc Dionyſio præter omnes erat charus, & ut præſentibus uoluptatibus libenter fruebatur, ita & abſentes facilè cõtemnebat, à Diogene regius canis appellabatur. Summum bonum poſuit in leui motu ad ſenſum emananti, id eſt, in uoluptate corporis ſenſus titillante, filiam habuit Aretem, quam in philoſophia inſtituit, & ex ea nepotem Ariſtippum à matre in philoſophia imbutũ, ex quo Metrodidactos appellatus eſt, qui ab eo fluxerunt, & in dogmate permanſerunt ab hominis patria Cyrenaici ſunt appellati. Ex ijs alij Egeſiaco, alij Anyceriοs, alij Theodorios ſe nuncuparunt. De quibus omnibus alio loco latius fortaſſe diſputabitur.

Vter horum] Vtrunque carpit, & eum qui nimis diuitijs tribuit, & eum qui omninò negligit. Sed tamen ad auarum reuertens diſputat quòd ut illi reprehendendi ſunt, qui inſtrumenta aliquarum artium comparant, & illis uti neſciunt. Sic & auari ſunt uituperandi, qui diuitias uiuendi inſtrumenta poſſidentes illis non utuntur. Scalpra] Inſtrumenta ferrea quibus calceorum ſutor coria radit.

Formas] Quibus utuntur ad calceos cõponendos. Nihil eſt mille] Correptio eſt ut ſit ſenſus quòd non ſolum potabit acetum cum ſint ſibi mille cadi, aut Chij, aut Falerni, ſed etiam ſi ſint centum millia cadorum. Octoginta annis] Augmentum ab ætate, in qua tanta auaritia ſit, ut ueſtes quibus lecti ſternuntur, id enim ſunt ſtragulæ blaptis, & tineis rodendas in arca condat, & in ea ætate, quæ molliora cubilia deſiderat in culmorum ſtramentis iaceat. Blapta autem dicuntur, παρὰ τὸ βλάπτειν. id eſt, nocere. nam ueſtibus nocent. Filius] Summa ſtulticia quòd ſe defraudet rebus neceſſarijs, ut deinde hæredes luxurioſè degant. Caules] Pro oleribus poſuit. Caput] Quod ungi debeat, quoniam ſit infectum porrigine, is enim morbus eſt ſcabioſus, qui creſcendo porrigitur. Impexa] Quoniam caput pecti non ſinat. Quare ſi quid uis ſatis eſt] Si fortè reſpondeat auarus ſe idcirco illis non uti, quoniam quæq; minima ſibi ſatis ſint, interrogat poëta ſiue Damaſippus cur periurio, & furto, & rapinis undiq; per ſummum ſcelus patrimonium augeat. Surripis] Clanculum. Aufers] Per uim.

Tun'] Tu ne eris ſanus ſi populum lapidibus inſectaberis? certè non eris. At dic mihi ſi es inſanus cædendo populum ſaxis, eris ne Incolumi capite] Id eſt, integris ſenſibus, & non furioſus ſi uxorem laqueo, aut matrem ueneno propter auaritiam tollis. Nec ſectis argis, nec ferro] Demonſtrat illum magis inſanire, quàm Oreſtem, qui matrem interemit, nam ille, & apertè rem egit, & ut patrem ulciſceretur. Tu autem & doloſè aggrederis, & quod omnium flagitioſiſſimum ſit propter auaritiam ſcelus committis. Præterea poſt occiſam matrem nullum aliud ſcelus commiſit Oreſtes. Neque Pyladem amicum, neque Electram interemit, ſed ſolùm maledicebat illam furiam, & hunc aliquid aliud appellans. Bilis] Id eſt, furor qui ex bili proueniat. Velentanum] Vile uinum. Campana] Fictili, ſic Iuuenal. Tu Beneuentani ſutoris nomen habenti Siccabis calicem. Trulla] Vas eſt ſimile truæ, niſi quòd trua magna, hæc uerò puſilla. Trua erat, qua de culina in lauatrinam aquam trudunt. Iſt trulla uas orbiculatum, & circa ſumma anguſtius, & utrinq; anſatum. Plinius myrrinam trullam, id eſt, quæ ex myrrha cauata eſſet, ponit. Et Columella in agricultura ait. Tum apibus aut etiam trulla congregatas apes recondat. Vappam] Vinum quod exhalauerit, ut iam dictum eſt. Lethargo] Morbus eſt, ſomnũ inducens, cui haud mediocre remedium Plinius urticam dicit eſſe.

Lætus ouabit] Quia putabat illum citò moriturum. Loculos & claues] Thecas clauiũ, quibus cũcta recluderet. Medicus] Hic hominis auaritiã noſcens nõ uidebat, qua alia ratione illũ excitare poſſet. Ptiſanarium] Poculũ ſiue pultem ex hordeo in qua maxima uis eſt reſtaurandi uires & nutriendi. Fit maximè ex hordeo. Vnũ Ptyſanæ Hippocrates laudauit. Oryza] Frugum genus eſt. Folia carnoſa habet porro ſimilia, ſed latiora. Altitudo cubitalis, flos purpureus. Deficiunt uenæ] Quia cùm nihil ſumas in uenis ſanguis deficit. Vel poſuit uenas pro arterijs, id eſt, uenas pulſatiles. nã cùm pulſus ſpiritib. in arterijs nõ eſt mors, aduẽtare uidetur. Ocbolo ſibus] Octo aſſibus, ut etiã centuſſis, id eſt, centũ aſſiũ. Quis igitur ſanus eſt] Sentẽtia eſt, quòd quãuis auarus inſanus ſit, tamẽ nõ ſequitur,

ſequitur, ſi quis auarus non ſit idcirco eſſe ſanum, nam poteſt laborare alio uitio, ut dato aliquem non eſſe cardiacum, poterit laborare alio morbo. Poſcentibus equis] Id eſt, fauentibus. Quid enim differt] Idem crimen eſt aut bona prodigalitate profundere, aut nullo pacto uti. Quod probat per duos fratres Seruij Opidij filios, quorum Aulus prodigus. Tyberis uerò auarus eſſet. Momentanum] Deſidem & luxurioſum, ut ſuprà:

„ Pantalabo ſcurræ Nomentanoq; nepoti.

Cicutam] Auarum fœneratorem, ut paulò ſuprà patuit. Tu ne minuas] Quoniam prodigus es. Ne maius facias] Quoniam es auarus. Pater putat] Qui & prudentior eſt ut ſciat, & beneuolus ut uelit uobis bene conſulere. Et natura coërcet] Nam ipſa paucis contenta eſt. Debemus autem naturam tanquam optimam ducem ſequi. Titillet] Iocundè moueat. Titillare enim dicitur, cum ſenſus ita tangitur, ut iocundè moueatur. Ergo ut auaritiam & prodigalitatem à pueris arcere uolebat, ita deterrere à nimia honorum cupiditate. Vter ueſtrum] Aedilis poſuit ædilitatem & præturam pro omnibus magiſtratibus, quos ſi peterent uolebant eos ſacros, id eſt, execrabiles eſſe. Virgil.

„ Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames?

Inteſtabilis] Id eſt, cum ademptum eſt ius teſtandi. In cicere atq; faba] Nolo te perdere bona in ædilitate capienda, nam ædiles multo ſumptu magnificos ludos populo parabant. Nominauit autem cicer & fabam, & lupinum, quoniam ut patet etiam apud Plut. in uita Catonis talia munera apud priſcos populo dabant ædiles, nam cum in precio tunc eſſet agricultura, laudabantur ij, qui aut legumina, aut fruges ex ſuis agris collegiſſent. Hinc teſte Plin. cum primum Ciceronem appellarunt cuius optima fuiſſent cicera. Eodem pacto & à fabis Fabios, & à lentibus Lentulos appellarunt, ergo in cicere & faba, id eſt, in muneribus ædilitijs, nam is erat Ordo in magiſtratibus petendis, ut primo ædilitatem, deinde præturam, poſtremò conſulatum peterent. Quapropter ludos pro uiribus magnificos parabant ædiles, ut promptiorem ſibi populum, & fauentiorem ad reliquos magiſtratus deinceps petendos ſibi redderent. A' principio ædiles plebei fuerunt. Deinde cum pro populo in concordiam cum ſenatu reuocato ludis dies adijciendos ſenatus ædilibus mandaret, negarentq; ſe id facturos ædiles plebei, pollicentibusq; ex nobilitate iuuenibus promptum ad id operam, decretum eſt ex S.C. ut duo ædiles patricij crearentur. Fuerunt tunc creati. Cn. Quintius Capitolinus. Et P. Cornelius Scipio, & illis ſella curulis data unde Curules appellabantur. Aediles autem dicti ſunt à ſacrarum ædium cura. Aedilium erat curare in ludis inſtituendis, quantum impenſæ, & in quibus ſpectaculis fierent. Sua enim quiſque ædilis impenſa ludos pro modo patrimonij, ac dignitatis ſuæ celebrando curabat, ut in libro de Officijs Cicero oſtendit. Fabulas agendas emebant. Pompeius autem Magnus in ædilitate ſua theatrum, quod ſumma impenſa ædificauerat magnificentiſsimis ludis, in quibus currus cum elephantis induxit dedicaſſe Aſconius Pædianus ſcribit. Aedilium itidem munus erat ut cloacæ aquæductus, & quæq; publica ædificia munda, lauta, integra, expeditaq; aſſeruarentur. Quod ſi ſeruũ quiſpiã morboſum pro ſano uendidiſſet, aut aliquid uitioſum pro ſyncero, fractũ ue pro integro ædiliũ edicto redhibebatur. In circo] Id eſt, in theatro. Et ſunt qui credant circũ nomen ſumpſiſſe à Circe, quæ prima ſoli patri ſuo ludos inſtituit. Spaciere] Quod in ſpectaculis ſedem habeat in podio, in quo non ſolum ſedere, ſed etiam deambulare licebat. Erat autem locus nobilioribus aſsignatus. Iuuenal.

„ Omnibus ad podium ſpectantibus. Spaciari autem eſt intra certum ſpacium deambulare. Virgil.

„ Aut ante ora Deum pingues ſpaciatur ad aras. Aut Aeneus ſtes] Id eſt, tibi ænea ſtatua ponatur. Nudus agri] Quia omne patrimonium in largitionibus ut ſuffragatores tibi cõparares conſumpſeris. Quos fert Agrippa] Quaſi dicat, non decet te honores illos quærere, qui tribuuntur Agrippæ, qui ſecundus poſt Octauianum authoritate pollet. Vulpes imitata] Ab Aeſopo eſt, qui inducit uulpem, quoniam à nobilioribus animalibus contemneretur exuuias aſſumpſiſſe. Ne quis] Dialogum fingit populi interrogantis Agamemnonem, & Agamẽnonis reſpondentis. Rex ſum] Verba ſuperba regis, qui putet cum rex ſit, omnia ſibi licere, quaſi dicat. Sic uolo, ſic iubeo ſit pro ratione uoluntas.

Permitto dicere ſibi Inulto] Id eſt, in ulciſcendo, & non puniendo. Sententia eſt permitto ut impunè liceat dicere, quid ſentiat. Maximè regum] Verba plebei. Conſule] Loquitur rex. Cur Aiax] Interrogat plebeius cur Aiacis cadauer ſepultura prohibeat, cum de ſuis bene meritus ſit, & id hoſtibus gratum futurum ſit. Mille ouiũ] Rex loquitur. Tu cum pro uitula] Arguit plebeius regem magis inſanum fuiſſe, cum Iphigeniam ſacrificare uoluerit, quàm Aiacẽ, qui dum oues necat, ſe Græcorũ principes occidere putat. At rex inſanũ ſe fuiſſe negat, quia ut Dianã placaret, filiã ſacrificare uoluit. Qui ſpecies] Argumentũ Stoicum quod eſt tale. Quicunq; cupit ſpecies ueri, & ſceleris, id eſt, honeſti & turpis permixtas, & confuſas, id eſt, quicunq; neſcit diſcernere rectum à turpi, ſed cum animi cõmotione, ſcilicet rationi minimè obtemperãtibus habebitur, id eſt, putabitur commotus, id eſt, perturbatus, & quicunq; perturbatè agit errat. Ergo ita errat rex, qui ambitione quæ magna animi perturbatio eſt, mouetur ad Iphigeniã immolandam, ut errat Aiax propter ſtultitiã, quæ prouenit ex ira, qua in Vlyſſem inflãmatus eſt. Errat Aiax fateor ſtulticia occæcatus. At tu ob inanes titulos] Id eſt, ut appelleris maximus regũ, & Troiæ dominus, quæ res plena eſt uanitatis, cõmittens ſcelus, putas te ſtare animo, id eſt, eſſe extra motus perturbationis? Erras ſi hoc putas, nam ut inſanus eſt, qui agnam nutriet pro filia, ita & is qui filiã immolat pro agna. Omne adimat ius] Nam prætores interdicunt adminiſtrationem ſuorum bonorũ illis, qui inſani ſunt, & curatores ex gentilibus ſibi parant. Ergo] Concludit ex ſuperioribus omnes ſtultos inſanire, ergo quiſquis ſceleratus, furioſus erit. Eadem ratio erit de ambitioſo & luxurioſo. Quod ut perſpicuum faciat, inducit cõcionantẽ apud omnes cupedinarios Nomentaneũ uirum extremã luxuria perditũ. Tuſci uici] Vicus Romæ erat dictus Tuſcus, quo cũ habitarunt Tuſci à Porſenna ex obſidione recedente relicti. Impia] Quia miniſtri ſunt omnium uoluptatũ. Scurris] Quid ab urbano ſcurra differat, iam dictum eſt. Fartor] A' Fartiendo dictus. Macellum] Varro ait forum olitorium antiquitùs macellum dictum, ubi olerum copia erat. Ea loca etiam nunc macellum Lacedæmonij uocant. Sed Iones hoſtia hortorũ macellotas dicunt. Locus igitur quo contracta ſunt omnia uenalia, quæ ad uictũ pertinent macellum dicitur. Vt alijs autem placet quòd ibi domus fuerit, cui Macellus cognomen fuit, qua publicè diruta ædificatus eſt locus, qui macellum ab eo dicitur. Macellus à mactandis pecudibus macellum dici uult. Velabrum] Romæ eſt iuxta Auentinũ, nam ſecluſus mõs iſte fuit à cæteris aqua, & locus in quo aqua fuit, Velabrum appellabatur quòd eo uelis iretur. Aequus] Ironicè, uel æquus in referenda gratia. Filius Aeſopi] Cecilia Metella Metelli filia cum Aeſopi Tragœdi filium adamaret ex aure paſſa eſt unionem ſibi detrahi, quem ille liquefactum aceto abſorbuit. Huius pater patinam ſexcentis ſextertijs taxatam poſuit in qua erant aues cãtu aliquo, aut humano ſermone præclaræ eſui ſingulæ coẽmptæ nulla alia inductus ſuauitate, niſi hac. Luſcinias] Huic aui diebus, ac noctib. continuis 15. garrulus cantus eſt denſante ſe frondium germine. Mirum profectò tantam uocem in tam paruo corpuſculo meſſe tam pertinacem ſpiritum, & muſicæ perfectum modulatum ſonum. Hæc in ore Steſichori poëtæ adhuc infantis cecinit. Certant inter ſe, uicta morte quieſcit prius deficiẽs uita, quàm cantu. Audit diſcipulã attentè ac corrigit. Quapropter illis ſeruorum precium ſuis temporibus fuiſſe teſtatur Plin. Qui Agrippinæ Claudij uxori candidam donatã dicit. Iuuenes Cæſaris habebant luſcinias, & turdos Latini, & Græci ſermonis dociles. Docẽtur ſecreto, ubi nulla alia uox admiſceatur. Sani creta, an carbone] Id eſt, albo an nigro colore, id eſt, ſunt ne inter bonos, an malos enumerãdi. Aedificare caſas] Puerorũ eſt ex cœno & lapillis caſulas ædificare, & mures, ueluti iumenta paruis plauſtris iugare, & harundine pro equis uti. Sed magis puerile eſt plorare amore mulierculæ uictum. Polemon] Athenienſis iſte fuit Philoſtrati filius adeò petulans in iuuentute, ut pecunias circumferret, & per angiportus abſconditas diſponeret, quibus ad uoluptates paratus uteretur. Sed aliquando ebrius & coronatus Xenocratis ſcholã ingreſſus eius orationẽ,

qua

quæ tūc de pudicitia erat adeò mores immutauit, tantūq; in philoſophia profecit, ut Xenocrati in ſchola ſuccederet. Cubital] Ornamētum cubiti. Focalia] Ferrum quo ignito crines criſpabantur. Impranſi] Modeſti & ſobrij. Magiſtri] Scilicet, Xenocratis Agathonis filij, qui Calcedonius fuit, & Ariſtotelis auditor. Porrigis irato] Oſtendit amatorem puero ſimilem eſſe, cui irato ſi poma porrigas, recuſat: & ſi dicas ſume citille, id eſt, citò à quo diminutiuum eſt, negat uelle accipere. Si autem non des, optat. Excluſus] Oſtendit inconſtantiam amantium ex uerſiculis Terentianis, quibus Phædriam Thaidi iratum demonſtrat poëta. Non paulò] Id eſt, multò ſapientior, nam ſanum conſilium à ſeruo illi datur, ut apud eundem poëtam patet. Et Horatius eandem ſentētiam in hoc loco repetit. Quid cum Picenis] Multa in amore pueriliter faciunt uiri, quibus oſtenditur amore homines deſipere.
Semina] Grana pomorum. Puerile enim eſt grana pomorum in cameram, id eſt, in tabulatum cameratū iactitare. Penes te es] Id eſt, es ne ſanæ mentis. Balba uerba] Nam amantes cū alloquuntur amicas balba ut infantes uerba pronunciant. Annoſo Palato] Id eſt, tu annoſus & ſenex, tunc enim non es ſanior puero caſas ædificante. Adde cruorem] Nam ſæpe homicidium propter amorem, & alia ſcelera committuntur. Hellade percuſſa] Nam iſte Helladem puellam, quam adamabat zelotypia interemit, ac mox pœnitentia ductus ex alta ſpecula ſe præcipitem dedit. Cerritus] Inſanus, nam in Cereris ſacris furore corripiebantur. Ergo ut à Baccho Bacchantem dicimus, ſic & à Cerere Ceritum. Plautus ergo pro Cerito circumferri iubet. Cognata uocabula] Quaſi dicat, conuenientem proprietatem uocabulorum obſeruaueris. Libertinus erat] Ponit ſtultiſſimam ſuperſtitionem. Siccus] Ieiunus, aliâs ſobrius. Lautus] Vt purè rogaret, & manus ſupplices puras tenderet. Magnum] Scilicet, immortalitatem. Surpite] Surripite per Syncopen. Auribus atq; oculis] Id eſt, integris ſenſibus. Verùm non ſana mente. Igitur ſi dominus eum uenditurus non eſſet litigioſus, id eſt, non amaret lites in uendendo illo exciperet mentem, id eſt, non aſſereret illum eſſe ſanæ mentis, ne deinde teneretur. In gente] In familia. Iuppiter] Aliam oſtendit ſuperſtitionē, nam in graui ægritudine pueri uouet ſtulta mater, quod ſi euadet illum in flumine nudum demerget, ut ſi uel caſu, uel medici arte ſanetur, illa ſua ſtulticia rurſus in morbum reducat. Ieiunia] Ergo & ieiunia indicebant ſacerdotes apud Romanos. Hæc mihi] Id eſt, dixit. Sapientum octauus] Quaſi dicat, inter ſapientes illos ſeptem Græciæ annumerandus. De ſapientibus tamen uaria apud Græcos feruntur: nam non omnes eoſdem ponunt. Dicearchus quatuor tantum omnium conſenſu ſapientes aſſerit. Thaletem Mileſium. Biantem Prieneum. Pyttacum Mitylenæum, & Solonem Athenienſem. Tum ſex alios nominat, quorum ex numero tres deligit, Ariſtodemum. Pamphilum, Chilonem, Cleobulum, Anacharſim, & Periandrū. Quidam addunt Acuſilaum. Hæc Laërtius. Hermippus decem, & ſeptem ſapientes fuiſſe ſcribit, ex quorum numero ſeptem eligerentur, ſed non idem ab omnibus. Hi ſunt Solon, Thales, Pyttacus, Bias, Chilo, Cleobulus, Periandrus, Anacharſis, Acuſilaus, Epimenides, Leophanes, Pherecides, Ariſtodemus, Pythagoras, Laſius, Hermio, Anaxagoras. Hippobotus uerò enumerat ſapientes hos, ſcilicet Orpheum, Linum, Solonem, Periandrum, Anacharſim, Cleobulum, Miſonem, Thalem, Biantem, Epicharmum, & ultimo loco Pythagoram. Poëta igitur conſtantiore opinione ſeptem ſolos ſapientes Græciæ enumeret, uolens Stertinium laudare illum octauum addit. Hæc arma] Quibus poſſim inſanos appellare, qui me inſanum uocant. Pendentis] Fingit enim Aeſopus quemlibet hominem duplici pera eſſe onuſtum, & alteram à tergo pendere, qua noſtra uitia condamus, alteram à pectore in qua ſeruemus aliena. Figmentum ſapienter fabricatum: nam ita uitia noſtra non uidemus, ut quæ à tergo ſunt uidere non poſſumus. Contra autem aliena aſſiduè intuemur, ut ea quæ à fronte nobis ſunt. Ignoto ſibi] Nam tergum ſuum nemo nouit. Stoice] Oſtendit quæ ſtertinio dixerit. Vendas pluris] Vt præteritam iacturam ex emiſſis mercibus reſtaures. Rogat autem ut dicat, qua inſania laboret, cum ſibi ſanus eſſe uideatur. Cui reſpondet Stertinius non mirum eſſe, quòd ſibi ſanus uideatur, nam & Agaue furore parcito cum filij caput apri caput eſſe putabat ſibi ſana uidebatur. Deinde poëtæ inſaniam eſſe dicit, quòd cum ſit minori fortuna, & opibus uelit in ædificando parem ſe Mecœnati & alijs diuitibus, & potentibus reddere. Ergo bipedalis, id eſt, duorum pedum longitudine imitaris longos, id eſt, diuites, nam pauper te diuitibus æquiparas, & tamen ita paruus cum ſit parui turbonis uehementiam irrideas. Qui] Id eſt, in qua re es tu minus ridiculus quàm ille.
Verum eſt] Dignum æquum, conſentaneum & conueniens. Abſentis] Accommodatus apologus, nam ranæ filij bouis pede preſſi perierant. Superſtiti autem uni referenti calamitatem, & magnam fuiſſe beſtiam dicenti, aiebat mater an tanta fuiſſet, & inflando maiorem reddere conabatur, reſpōdente autem filio maiorem eſſe, illa magis atq; magis ſufflabat, donec filius dixit ſi te rupis inflando non illam æquabis. Sic igitur euenit minoribus, qui maiores æquare ſe uolunt prius enim pereunt, quàm id poſſint.
Adde poëmata] Adiunge ad inſaniam iam dictam aliam, quæ fuerit in poëmatis, aut legendis, aut ſcribendis. Oleum camino] Id eſt, igni ardenti, ut magis ardeat.

ERAS. ROT. } Alluſit Horatius ad prouerb. Barba tenus ſapientes, in eos qui uniuerſæ uitæ ſanctimoniam non in animo, neq; in moribus, ſed in cultu conſtituunt. Siue ergo prauè] Id eſt, ne me caſtiges, à genuina, peculiariq; in nepotes patruorum ſeueritate. Maior dimidio? tum tanto? quoniam magis atq; ſe magis inflares] Id eſt, adde maioris inſaniæ materiam. Nam oleum addere camino, idem eſt, quod ignem igni, aut maio fomentum, ſeu alimoniam, quo magis ac magis augeſcat. Aliena negotia curo] Præfert hic Damaſippus Balneatoris ut uulgo dicitur, exemplar, qui quoniam in ocio uiuit, neq; ſuis negocijs diſtinetur, aliena curare ſolet. Hæc in prouerbijs: Balneator. Immolet æquis hic] Loquitur de eo poëta, qui iam ab inſania reſipuiſſe uideretur. Inde tranſlatum, quod qui actus intemperijs irati numinis, hoc piaculo ſe conſueuerit purgare. Nauiget Anticyram] Huic orationi poëta ſubeſſe prouerbium innuit, quo Stoicum inſanum notat. Nam Strabo libro Geographiæ nono, duas Anticyras commonſtrat. Et in altera, quæ ſit poſt Criſſam oppidum, helleborum naſci, in altera eiuſdem nominis, quæ ſit ad ſinum Maliacum, & Octam montem optimè temperari, atque in eam quamplurimis è regionibus adnauigari ſanitatis gratia. Lege de his plura apud Eraſmum.
Poſtquam te talos] Talis ac nucibus olim luſitaſſe pueros, uel Horatius teſtis eſt, unde nuces relinquere, eſt omiſſis ſtudijs ac nugis puerilibus ad grauiora, magiſq; ſeria conuerti.

SABEL. } In ſecundo ſermonum Damaſippum introducit ſermocinantem, qui oſtendere uolens ſe ære alieno, & fœneratorum uſuris omne patrimonium perdidiſſe perquam eleganter ait: poſtquam omnis res mea Ianum ad medium fracta eſt. Nam Romæ in regione Baſilicæ Pauli conſiſtebant fœneratores, qui locus Ianus dicebatur, quoniam, ſcilicet, in eo Iani ſimulachra collocata uiſebātur, cuius rei meminit Porphyrio, ut alibi ſignat Horatius ſic ſcribens in primo epiſtolarum:

„ Hæc Ianus ſummus ab imo perdocet.

Cicero in ſeptimo Antonianarum Ianum medium, ſicuti Horatius nunc pauit, & pro eodem ſignificatu accepit, cuius hæc uerba ſunt. Non poſſem ſine riſu dicere. Luc. Antonio Iano Medio. Ita ne Ianus medius in L. clientela ſit, quis enim unquam in illo inuentus eſt, qui Lucio Antonio mille nummûm ferret expenſum, de hoc eodem intellexit. Ouidius eo uerſu:

„ Qui puteal
„ Ianumq; timet, celereſq; Calendas.

Ad Ianum igitur Medium ait Damaſippus, ſe rem ſuam, hoc eſt, patrimonium fregiſſe, quoniam ſub fœneratoribus corruerat in uico Iani conſiſtentibus, qui ad Medium Ianum pro mercatura exponunt, quid ſibi uelint ignoro. In eodem Sermone perquam ſcitè dictionem diuiſit, ita ut partem in fine ſuperioris, partem in principio inferioris carminis collocaret. Sic enim inquit ſtramentis incubet: unde Octoginta annos natus, ibi illud unde octoginta pro una tantum dictione dictū accipere debemus, ſicuti undeuiginti undetriginta ueteres dictitarunt, & undeoctoginta dixit Horatius: id eſt, ſeptuaginta nouem annos habens ætatis, hoc eſt, octoginta, unde

unde unum deeſt, ſicuti interpretatur Priſcianus in libro de ponderibus, qui hunc Horatianum locum curioſiſſimè obſeruauit, & cũ diligentia retulit, ne mirandum eſt dictionem compoſitam duos in uerſus fuiſſe diſtinctam, cùm etiam ſimplicia uerba diuidantur, ut in illo Sapphico Catulliano,

„ Galli—Cum rhenum, horribiles, & ultimosq; Britannos,

Et ab Horatio in 2. Carm. dictio iſta uenale diuiditur eo uerſu:

„ Groſphe non gemmis neq; purpura ue—Nale nec auro.

COEL. } Filius Aeſopi detractam] Horum uerſuum talis eſt intellectus: Clodius Aeſopi Tragœdi filius, ut experiretur in gloria palati (ut inquit Plinius) quid ſaperent margaritæ, ſingulos uniones conuiuis abſorbendos dedit. Hæc lib. 15. cap. 3.

IOAN. HART. } Ne quis humaſſe uelit] Sophocles in Aiace, unde eſt hoc: τὸν δὲ τὸν νεκρὸν χερσὶν μὴ συγκομίζειν ἄλλα ἐᾶν ἄκλαυστον. Et paulò pòſt. ὁ γοῦν ἔσεσθαι τὸν δὲ τὸν νεκρὸν ταφῆς ἄμοιρον ἀλλὰ πρὸς ἔσθαι ἐκ ἕψειν, &c. Dij tibi dent] Homericum adparet eſſe ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι. Aiax ab Achille ſecundus] Homerus Iliad. β. Ἀνδρῶν δ' αὖ μέγ' ἄριστος ἔην Τελαμώνιος Αἴας, ὄφρ' Ἀχιλεὺς μήνιεν· ὁ γὰρ πολὺ φέρτατος ἦεν. Mille ouium inſanus] Sophoclem in Aiace lege. Vnde hoc traductum uidetur ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν λείας ἁπάσας καὶ κατηναρισμένας. Inclytum Vlyſſem] Ex eadem poëtæ fabula ἐπειδόκει μὲν ἴδ' ὅτι Αἴαντ' ἀτρείδας αὐτόχειρ κτενεῖν. Eundem locum apud Iuuenalem reperies uerſum Satyra 14.

„ Hic boue percuſſo mugire Agamemnona credit.

Aulide guſtum] Euripidem pete in Aulica Iphigenia. Vxore & gnato] τιμιώσα & ἱερουσάνης. Tuſcus uicus] Fuit Romæ Tuſcus uicus ubi ſcorta & infames habitarunt. Vide Plauti Ciſtellariam. Et Cælium lib. 20. cap. 33. Alexandrum item Neapolitanum lib. 2. cap. 18. Cubitale, focalia] Quid focalia, explicat Cælius lib. 18. cap. 10. Excluſit reuocat] Eundem locum Terentij ex Eunucho Act. 1. Scen. 1. Perſius expreſſit, Satyra 5.

„ At ſi uocet, haud mora, dicas,

„ Quid'nam igitur faciam? ne nunc cum acceſſor, & ultrò

„ Supplicet, accedam? Et in quarta Tuſculana apud Ciceronem extat. Quæ res in ſe neq; modũ] Egregius Syllogiſmus in quo maior Gnomica eſt. Quæ res in ſe, &c. Minor. In amore hæc omnia inſunt. Concluſio: Hæc ſi quis laboret. A' pugnantibus. Eſt autem ex Terentij Eunucho locus Act. 1. Scen. 2. Atq; ignem gladio] Prouerb. Ignem gladio ne fodito. Sapientum octauus] Prouerbia uide. Tertius Cato. Et Sapientum octauus.

HENR. GLAR. } —Poſtquam omnis res mea Ianum Ad medium] Iani ſtatuæ tres erant (inquit idem) ad unam illarum ſolebant conuenire creditores, & fœneratores, alij ad reddendum, alij ad locandum fœnus. Hæc ille. Porphyrio autem ait, omnes ad Ianum in Baſilica ſtabant fœneratores. At lib. 1. epiſtola 1. & Acro, & Porphyrio fatentur duos Ianos eſſe ad Baſilicam Pauli. Verùm quia Horatius medium ait, uidentur fuiſſe tres. Meminit Cicero ad finem lib. 2. Officiorum. Sed toto hoc genere, inquit, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de utenda, commodiùs à quibuſdam optimis uiris ad medium Ianum ſedentibus, quàm ab ullis philoſophis ulla in ſchola diſputatur. Vbi malè legitur ad medium Ianum, ineptiusq; ab commentatoribus in hemicyclo exponitur. Hunc locũ primus eruit nobis D. Eraſmus Roterod. uir natus ad hoc, ut errores ex optimorum authorum libris tollat, quemadmodum monſtra ex mundo Hercules. Cum Ilionam edormit] Quæ hic Acro adfert de Iliona, ut loco fratris, filium poſuerit, ita ut Polymnæſtor deceptus filiũ trucidauerit, abs quo conficta ſint, imò à quo recepta, mirari ſatis nequeo. Ego fabulæ nomẽ Ilione fuiſſe puto, & Fuſium uel eius, uel Hecubes perſonam, Catienum Polydori obtruncati egiſſe. Quod ex hoc carmine apparet, quod in Acronis commentario citatur: Mater te appello, ſoror ô ſurge & ſepeli me: in Porphyrionis commento aliter legitur, quaſi octonarius Iambicus. Sed non ſolùm ibidem hic eſt error. Ea omnia ſanare nec poſſumus, nec noſtri eſt propoſiti. —Is inteſtabilis & ſacer eſto] Inteſtabiles (inquit Acro) appellabantur, quorum teſtimonium non ualebat. Porphyrio autem, Antiqui eos (inquit) quos in teſtimonium dimitti nolebant, inteſtabiles uocabant. Hæc ille. Multa ſimilia Iuriſperiti. Badius autem inteſtabilis exponit, id eſt, teſtamenti expers, & rerũ mearum: idq; propius uerò hoc loco. Non poſſum autem ſatis mirari inſignem impudentiã noſtri annotatoris, qui tres dictiones ex una facit, ſtabilis in te: & ambo nominatiui caſus cenſet. Præterea poſt ueſtrum, adijcit aut, contra & ſenſum, & mentem authoris. Huic tam audaci corruptori modeſtiùs, quàm oportuit reſpondit Badius. Ideò ea repetere ſuperſedebimus. —Quorſum inſanos? quid enim Aiax Fecit] Badius putat hæc Agamemnonis eſſe uerba: at ego puto plebeij, qui dicat Agamemnoni, Quo genere inſaniæ laborauit Aiax, qui eum inſanum appellas, cum tu ſis non minus inſanus? quod ſtatim probabit. —At Thuſci turba impia uici] Mira eſt cõtentio authorum de hoc uico, ubi, & qua parte ciuitatis, quãdo cœperit, & quare eius turba hîc impia dicatur, quos omnes componere non eſt noſtri inſtituti. Hoc autem riſi, quod Annius quidam Viterbienſis egregiè ſtomachatus, & in Liuium, & in Dionyſium Halicarnaſſeum, ſub Romulo, authore Varrone, non ſub Porſenna, huius uici nomen fuiſſe, ut illi uoluêre, contendat. Deinde turbam impiam dici, quòd patriam reliquerint, alioqui religioſiſſimos: quaſi poëta, non ſua reſpexerit tempora: & à ſeptingentis annis mutatio mira fieri potuit: nimirùm ut tota Romana mutata fuerat ex ſobria in ebriam, ita & uicus hic ex religioſo in impium. In Acronis uerò commentarijs Aricinis legendum, pro Hercinijs. Sume tibi decies, tibi tantundem, tibi triplex] Vt in decies intelligimus centena millia H S. ita in triplex intelligo tricies centena millia H S. Hoc eſt, ter decies ſiue ter tantum, quantum uel uenatori, uel piſcatori. Ratioq; ſubiungitur: Vnde uxor media currit de nocte uocata, uel citata, ut Porphyrio legiſſe uidetur. Badius hæc exponit quaſi idem ſit tricies H S & triginta ſeſtertia. item decies H S & decem ſeſtertia: cum Budæus, ingens Galliæ noſtræ ornamentum, hæc in immenſum differre non minus luculenter, quàm eruditè oſtenderit. Quid? cum Picenis excerpens ſemina pomis] Inter Picenum, & Picentem hoc intereſt, Picenum uas dicimus, Picentem hominem. Hæc Acro: quæ ego corrupta puto. Picenum enim regio eſt prope Vmbros, Anconam uſq; tenta. Picentes uerò uicini Lucanis ac Hyrpinis, ab alteris originem duxêre, ut Strabo author eſt lib. 5. ad finẽ. —Atq; ignẽ gladio ſcrutare] Pythagoricũ eſt, inquit Porphyrio. D. Eraſmus. Roterod. triuariã hoc ab authorib. magnis uſurpatũ docet in Adagiorũ uolumine, ubi de Pythagoræ Symbolis. Cæterùm poëta hoc loco ut oſtendat amatorem inſanũ magis. puero ædificante caſas, hoc ait: Pueri luſum, ſtultum illum quidẽ, ſed innocuũ, neq; quicquã periculi aduehentem: Amatoris aũt ſtultitiã ſæpe cruorem adducere, ſæpe etiam ad crudelitatem prouocare: id quod & de Mario continuo probat. Præterea Cerritus nomen quidam ἀπὸ τοῦ κέρως deductum putant. Sed ego malim cum Nonio dictum aſſerere, Cerritum quaſi Cereritum. id eſt, Cereris ira percuſſum, atq; ideo primam longam, ut in ferrẽ pro ferirẽ. Chryſippus ponit fœcunda in gente Meneni] Menenius (inquit Porphyrio) fuit illius temporibus inſanus, uel certè plebeius, qui tamen uideri uoluit à Menenio illo, qui ſenatũ, & populũ in gratiã reduxit. Hæc ille. Significat igitur Menenium in hoc ſtultum, quod altioris originis eſſe uoluit, quàm erat. Locus autem in Porphyrionè corruptus erat. Stoice poſt damnum ſic uendas] In ſic, uidetur eſſe argutia, quaſi diceret, ita precor ut omnia uendas pluris, modo mihi dixeris qua laborem ſtultitia, ut.

„ Sic te Diua Potens Cypri. Deinde Satyrica reprehenſio in, poſt damnum. Aedificas, hoc eſt, lõgos, &c.] Inſaniam oſtendit quod ædificet, deinde quod breuis lõgos imitetur, innuit pauperem illum uelle æquare ſe diuitibus, quod etiam inſaniæ genus non uulgare, etiamſi frequentiſſimũ, uulgatiſſimumq;. Maior dimidio] Quidam putant hæc Pulli reſpondentis uerba eſſe, qui dicere uelit matri uitulum dimidio maiorẽ fuiſſe, quàm ipſa eſſet cum ſe ſemel inflaſſet, ſed mihi continuatus uidetur ſermo matris, quaſi quæ putet immane, monſtrum quod dimidio maius eſſet, quàm ipſa inflata: ita enim ipſi uiſum eſt, & procedit optimè iocus apologi ad pulli hominis exiſtimationem, quam de ſe concipit.

Non dico horrendam rabiem] *Mira loci huius uariatio tum lectione, tum expoſitione: quidam* dicam *pro* dico *legunt, quidam* deſina, *quidam* deſino. *Cæterùm multæ expoſitiones eſſe poſſunt, eſt tamen uelut duorum concertantium, ac conuitiantium ſermo, ita ut propè ſimul loqui uideantur. Damaſippus igitur rogatus, egregiè Horatio Sultitiã obijcit, quod ædificet, quod carmina faciat, quod cultum cenſu maiorem oſtentet. Deniq; quod & in amorem furat. Horatius contra, Damaſippum admonet ut ſuis ſe teneat, adiecturus fortaſsis aliquid, niſi Damaſippus obturbaſſet. Tandem Horatius tanquam offenſus ac iam abiens, pronunciat Damaſippum maiorem eſſe ſtultum. Quidam etiam hæc uerba,* non dicam horrendam rabiem, *ita intelligunt, quaſi dicat,* horrendam rabiem obticeo, quia deſino. Seu cultum maiorem cenſu, mille furores puellarum, puerorumq; dicam *Poteſt etiam, iam* deſine *Horatius. ut interturbans dicere, ut reliqua omnia interturbantur.*

THEOD. PVLMAN. } 1 Sic rarò ſcribis, ut toto non quater anno Membranam poſcas, ſcriptorum quæque retexens] *Poſcere membranam ille uidetur, qui ea ſcripſit, quæ in membranam efferenda ſint, nec retinenda in aduerſarijs, aut palimpſeſto, nec delenda ſint, ſed edenda, & hominũ lectioni committenda. Reprehendit enim Horatiũ Damaſippus, quòd quæ ſcribebat retexebat omnia, aut delebat: neque quidquam eorum dignũ membrana putabat, & hominum lectione. Turneb. lib. 7. cap. 10.* Sic rarò ſcribes. G. Si rarò ſcribes. *H. B.* 5 Fugiſti ſobrius] Fugiſti ſobrius. *P.* 9 Atqui] Atquin *Lambini quidam libri ueteres.* 11 —Stipare Platona Menandro] *Eſt tanquam ſtipatorem & comitem Platoni Menandrum adiungere: quòd nõ philoſophandi tantùm cauſſa, ſed etiam ſermonis ſcribendi in uillam ſeceſsiſſet, cùm in ſermonibus imitari ſoleret lepôres, ſaleſq; Menãdri, Eupolidis, Archilochi. Turneb. lib. 9. cap. 6.* 13 Inuidiam placare paras] *Inuidiæ magnam uim ad nocendum antiqui putabant, cum eam ſola uoluntate, & ipſo afflatu & contagione maleficam & uenenatam eſſe, & hominibus quibus malè uellet, obeſſe grauiter cenſet. hinc illa Horatij,*

„ *Inuidiam placare paras uirtute relicta!*

Leniendum enim & demulcendum hoc uitium quòd crederent, ita locutus eſt. Rurſum (1. Epiſt. 14.)

„ *Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam*
„ *Limat, non odio obſcuro morſuq; uenenat.*

Vide Turneb. lib. 9. cap. 28. 18 Ianum] *Ianus uicus, in quo Iani templum fuit caputq; eius uici, ſummum Ianum: infimam partem, imum Ianum: medium, medium Ianum nominabant. ibidemq; fuit puteal, ubi debitores non ſoluendo damnabantur. Vide Pet. Nannij Miſcellaneorum lib. 4. Ioãnis Brodæi Micell. lib. 2. cap. 19. Hieronymi Magij Variarum lect. lib. 2. cap. 12. & Turneb. lib. 6. cap. 10. & lib. 26. cap. 26.* 22 Sculptum] *H. G. E. B. P. V.* ſcalptum, *Ant. Mureti editio. Vide Annotationes ad Oden 11. Carmin. lib. 3.*

„ *—Quid fuſum durius eſſet,*

Id eſt, quid minus eleganter conflatum. Contrà *Virg. Aeneid. 6. uerſu 848.*

„ *Excudent alij ſpirantia mollius æra.*

25 Mercuriale] *H. G. E. B. P. V.* Mercuriali, *editio Gryphij.* Mercurialem, *Cruquij codex unus.* 27 Morbi miror purgatum] *Miror morbi purgatum, H. G. E. B. P.* miror purgatũ morbi, *V.* Atqui] Atquin, *Lambini libri ueteres aliquam multi.* 31 Dum ne quid ſimile huic, eſto, ut libet] *In quo obliquè quidem & acriter tamen perſtringitur Damaſippus ut inſanus, ut & alio loco, (infrà uerſu 47.)*

„ *—Qui tibi nomen inſani poſuêre:*

Quo cognomine uulgo notabatur, ut apparet, cùm inquit, (infrà uerſu 298.)

„ *Dixerit inſanum quis me, totidem audiet.*

Morſum autem perſenſit, Horatiumq; ulciſcitur, & de ſtultitia, inſaniaq; differit. Turneb. lib. 7. cap. 10. 33 Veri] Verum, *Cruquij quidã codices ueteres.* 39 Vrget] *P.* Angit, *H. G. E. B. V.* 41 Furere] Furor. *Lambini quidam libri manu ſcripti.* 43 Quæcunque] Quæcunque, *H. G. E. B. P. V.* 48 Inſano] Inſani, *Turnebus, & Cruquij codex unus.* 49 Palanteis] Palienteis, *Cruquij codices duo.* Certò] Rectò, *quidam, teſte Lambino, legi uolunt.* 50 Vtriq;] Vtriſq;. *G. E. B. V.*

53 Caudam trahat] *Heic ego caudam trahere, eſſe puto magnificè ſuperbeq; incedere, ut qui talari toga, palláue ornati longo ſyrmate uerrunt terram. Horatius (Arte, uerſu 215.)*

„ *—Traxitq; uagus per pulpita ueſtem.*

Id eſt, magnificè inceſsit ſaltans. nam ad ſyrma alluſum eſſe puto, quod à tractu nomen eſt adeptum: aut, quod non æquè placet, tractum erit ab auibus, ut gallis, gallinaceis & pauonibus, qui ſua inſoleſcere uidentur cauda: unde,

„ *—Et picta pandat ſpectacula cauda,*

Scripſit alio loco (ſuprà Sat. 2.) Horatius. Trahit igitur caudam, qui ſibi placet, ſeq; ſapientem, &, ut Varronis uerbo utar, ſaperdã putat. Sic & Perſius dixit, (Sat. 4.)

„ *Ante diem blando caudam iactare popello.*

Vide Turneb. lib. 9. cap. 6. 60 Fufius] Fuſius. *H.* 62 Volgum] Volgus, *H. B.* 69 Decem à Nerio] *H G. E. B. P V.* decem Nerio, *editio Aldina. Vide Gul. Canteri Nouarum lect. libro 2. capite 16.* 70 Tabulas centum mille] Tabulas: centum, mille. *Ant. Mureti editio.* 72 In ius] *H. B.* in ius. *G. E. P. V. Qui non ex animo ridet, neq; exhilaratur: ſed coacto tanquã & inuito uultu renidet: non ſuo, ſed alieno uultu gaudere dicitur, ut apud Valerium,*

„ *Erranteſq; genæ, atq; alieno gaudia uultu.*

Sic & Horatius,

„ *Cùm rapies in ius malis ridentem alienis.*

Non enim ſuis ridere malis uidetur, qui inuitus lætitiã ſimulat, cùm eius priſtinus non agnoſcatur uultus, nec priſtinus ridentis habitus. Hæc Turneb. lib. 23. cap. 5. Vide Gul. Canteri Nouarum lect. lib. 2. cap. 16. 75 Perilli] *H. G. E. B. V.* Pagelli. *P.* 76 Quod tu nunquam reſcribere poſſis] *Valet, quod tu ne mutuò ad menſam factis non poſsis ei per argentarium poſtea renumerare. Vide Turneb. lib. 4. cap. 13.* 77 Audire, atq; togam iubeo componere] *Attentionem poſtulat, ut in uera & longa reprehenſione. qui enim ſe comparat ad audiendum attentiùs, togam primum colligit, & circum ſe componit, ne defluat, & ſoluta laxaq; aliqua parte decidat: qui etiam ad dicendum aggrediuntur, togam ſolent componere. Quintilianus, ergo cùm iudex in priuatis, aut præco in publicis dicere de cauſſa iuſſerit, leuiter conſurgendum: tum componenda toga, uel, ſi neceſſe erit, etiam ex integro inijcienda. Turneb. lib. 9. cap. 6.* 86 Atq; epulum, arbitrio Arri] *Scribit Cicero in oratione, quam poſt reditum ab exſilio in ſenatu habuit, nondum palam factum erat concidiſſe remp. cùm tibi arbitraria funeris perſoluebantur. & in Piſonem, atq; eo in templo, eodem & loci ueſtigio, & temporis arbitraria non mei ſolum, ſed patriæ abſtuliſti. Ego in his locis, arbitraria, ſignificare exiſtimo impenſam & pretium funeris: quæ quidem res ita appellata eſt, propterea quod in arbitrium alicuius ab eo, qui teſtatus fuerat, conferebatur: ut & ſepulcrum interdum. Horatius, (2. Sat. 5.)*

„ *—Sepulcrum Permiſſum arbitrio, ſine ſordibus exſtrue.*

Sic & epulum funebre arbitrio alicuius permitti ſolebat à teſtatore. Horatius,

„ *—Atque epulum, arbitrio Arri.*

Quo factum eſſe arbitror, ut arbitrium præmium & pretiũ ſignificet: ut arbitraria uictoria, pro præmij: uictoria Q. Curtius dixit. Turneb. lib. 28. cap. 3. 89 Vidiſſe] *H. G. E. B. P. V.* ieſſiſſe, *uel uoluiſſe, Lambinus legendum eſſe cenſet. quæ lectiones ueterum codicum teſtimonio non cõprobantur.* —Locuples] Locuplex, *G. P. Sic. 1. Epiſt. 1.* Nauſeat, & locuplex. *quam ſcripturam etiam in antiquis exemplaribus Prudentij lib. Cathemerinõn hymno 3. & Periſtephanôn hymno 4. inueni.* 93 Periret] Periiet, *P. V.* 96 Conſtrinxerit] Contraxerit, *P. V.* 97 —Sapiens etiam. & rex] —Sapiens, etiã, rex. *H. P.* —Sapiens'ne etiam, & rex, *G.* —Sapiens ne? etiam rex. *E.* —Sapiensq;. etiã & rex *B.* Sapiens'ne? etiam, & rex *V.* 106 Si ſcalpra, & formas] *Scalpra ſunt, quas Græci σμίλας uocant, ferramenta ſutoria primore parte curua, & à flexu procurrentia acie recta, quibus*

corium ſecant, ſed & à ſimilitudine in falce uinitoria pars illa quæ ſic acie eſt recta poſt ſinum curuum ſcalprum uocatur à Columella: quæ, inquit, à flexu procurrit, ſcalprum nomen adeptum eſt à ſcalpendo. eo enim commodius ſic poſt flexum procurrente quàm directo ſcalpi poteſt. Hæc Turn. lib. 7. cap. 10. Forma heic eſt, ad quam calceus conficitur. Vide Turn. lib. 5. cap. 22.

108 —Quid diſcrepat iſti] H. —qui diſcrepat iſtis, G. E. B. V. —qui diſcrepet iſtis, P. —qui diſcrepat iſte, Cruquij codices tres. 114 Ac potius folijs Parcos ueſcatur amaris] Puto heic ſignificari olera agreſtia, quæ amariora ſunt quàm urbana: ut omnia ſiluatica. nam cultu & irrigatione proficiunt & manſueſcunt. Turn. lib. 7. cap. 10. 119 Blatearum] Blaptarum, editio Aldina, à uerbo βλάπτειν, id eſt, lædere, nocere.

122 Aut etiam hæc libertus] H. G. B. P. V. aut etiam libertas, B. 125 Vngere] Vnguere, E. B. P. 132 Incolumi capite es? quid ai? neq; tu hoc facis Argis] G. E. P. V. Incolumi capite es? quid enim? neque tu hoc, H. B. Incolumi capite es? quid enim? neq; enim hoc facis Lambinus legi malit.

133 Occidit] Occidis, H. V. 139 Sororem] Sororem eſt, H. 141 —Iuſſit quod ſplendida bilis] Splendida bilis à Perſio Sat. 3. uerſu 8. uitrea bilis dicitur. Vide in Perſium Annotationes. 151 Hæc auferet] Hoc auferet, Aldi editio.

154 Accedat] Accedit, H. G. E. B. V. accedet, P.

155 Tu ceſſas] H. G. E. B. P. V. Quid ceſſas, editio Mureti.

156 Octo aſſibus] Octuſſibus, H. G. E. B. P. V. & Thomas Linacer de Emendata ſtructura Latini ſermonis, lib. 6. 8. aſſibus, Cruquij codex unus. oct. aſſibus, Cruquij codex antiquiſſimus, octo aſſibus, Lambinus legit, ueruntamen iudicent docti.

157 Peream ne] Peream ni, H. G. E. B. P. V. 163 Tententur] G. E. tentantur, H. B. P. V. 164 —Immolet æquis Hic porcum Laribus] Inſani olim porco Maniæ immolato expiabantur. Vide Had. Iunij Animaduerſorum lib. 4. cap. 7.

" —Neq. ſordidus immolet æquis Hic porcum Laribus.
Si, inquit, non es auarus (nam auari ſtudio rei augendæ, quacumq; ratione peierant & ſordidiſſimè uiuunt) rem diuinam Dis Laribus porco faciat, qui ei tales in inſaniam non immiſerunt. nam à Laribus laruæ, à laruis furioſi inſaniq; uocantur. Hæc Turneb. lib. 7. cap. 10. Vide etiam lib. 26. cap. 2. 168 Oppidius Canuſi duo prædia] Oppidius duo quondam prædia, H.

169 Diuiſiſſe] Id eſt, diuiſiſſe. didiſſe, Aldina editio. quæ ſcriptura ueterum codicum teſtimonio non confirmatur.

170 Hoc moriens] H. G. E. B. P. V. hæc moriens, Lambini editio. 174 Veſania] E. P. V. inſania, H. B. G.

179 —Iure—Iurando obſtringam ambo] Nomen iuriſiurandi etiam ueteres poſuiſſe in exſecratione uidentur: ut Seruius Oppidius apud Flaccum exſecrans natos ſi præturam aut ædilitatem peterent, eos ſe dicit obſtringere iureiurando, ita autem ſcribitur,

—Iure—
Iurando obſtringam ambo: uter ædilis fuerit, uel
Veſtrûm prætor: is inteſtabilis, & ſacer eſto.

Concipi tamen uidetur iuriſiurandi formula, in quam iuraturi erãt eius filij: & iureiurando exſecratio addi ſolebat, ut dira deteſtatione ſanctius redderetur. Turneb. lib. 7. cap 10.

180 Fuerit'ue] H. G. E. B. P. V. & Gul. Canterus Nouarum lect. 4. cap. 12. fuerit uel. Aldina editio. 183 Latus] H. G. E. B. P. V. Latos, Aldina editio. 188 Quæro] Quære, Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 4. cap. 12. contra omnium exemplarium fidem legendum eſſe cenſet. quam lectionem Cruquius in antiquiſſimo codice reperit. 189 Ac, ſi cui] At ſi cui, Cruquij codex uetuſtiſſimus. 190 Quæ ſentit] Quod ſentit, G. E. B. V.

191 Reducere] H. G. E. P. V. reducere more antiquo primam producit. Vide Ioan. Riuij Caſtigationes in Terentium, Hecyra actu 4. ſcena 4. & Georg. Fabricij Explicationem caſtigationum in prologum Hecyræ, & Partitionum Grammaticarum lib. 1. rededucere, B. deducere, Mureti editio. 192 Ergo conſulere, & mox reſpondere licebit] Heic Flaccus imitatus eſt uenuſtè iuriſconſultos, & eorum conſultores: qui enim ad eos adibant, dicere ſolebant, licet conſulere? Cicero pro Murena, itaque non modò beneficij collocandi ſpem, ſed etiam illud quod aliquando fuit, licet conſulere? iam perdidiſtis. Turneb. libri ſeptimi capite decimo. 194 Putreſcit] G. P. V. Puteſcit, H. E. B.

206 Veri] H. G. E. B. P. V. uero, Cruquij codex unus. ueris, Lambinus ex coniectura, quam Cruquij codex antiquiſſimus comprobat. 211 Dum occidit] Cùm occidit, H. B. P. V.

212 Admittis] G. E. B. P. V. committis, H. 213 Vitio tibi cùm tumidum. uitio tibi uel tumidũ, Cruquij codex unus.

216 Puſam aut puſillam] Id eſt, puellam, aut puellulam, Cruquius. Ruſam aut puſillam, H. G. E. B. P. V. Ruſam aut Ruſillam, Deſpauterius Artis uerſificatoriæ lib. 3. contra ueterum librorum fidem. Pupam aut pupillam, Lambini codices non nulli ueteres. Ruſam aut Ruſillam, Georg. Fabricij editio. Putam aut Putillam, Ioſephus Scaliger Comment. in Virg. Catalecta, epig. ad Varium. diudicet lector eruditus. 219 Quid] H. G. E. B. P. V. Quòd, Aldina editio. 221 —Heic ſumma eſt inſania. qui ſceleratus] H. G. E. B. eſt heic ſumma inſania, qui ſceleratus, P. —heic ſumma eſt inſania. & ſceleratus, V. —heic eſt ſumma inſania, qui ſceleratus, Aldina editio. 223 Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis] Valet, hic inſanus & furioſus eſt, ἐμβρόντητος ἐστίν, ut Græci dicunt, id eſt, attonitus eſt. nam tonitru homines de ſtatu mentis & prudentia deijciuntur. Hæc Turn. lib. 7. cap. 10. Bellonæ miniſtri ſibi brachia cruentare ſolebant. id tamen non tam faciebant, quàm artificio aliquo conſequebantur, ut facere uiderentur. ueram autem brachiorum cruentationem exegit Cõmodus. Lampridius, Bellonæ ſeruientes uerè exſecare brachiũ præcepit ſtudio crudelitatis. Turneb. lib. 25. cap. 17. Vide & lib. 21. cap. 15. circum tonuit, H. V. ſeparatum.

225 Vincit] Vincet, H. G. E. B. P. V. 232 Tuum, & uel] Tuum, uel, Aldina editio. 233 Contra iuuenis] P. contra hæc iuuenis, H. G. E. B. V. 235 Velles] Vertis E. V.

238 Cucurrat] Currit, H. B. P. V. uocata, H. G. E. B. P. V. citata, agnoſcit Porphyrio. 240 Exſorberet] E. abſorberet, H. B. P. obſorberet, G. V. 245 Impenſo] Id eſt, immani pretio. Vide Turneb. lib. 13. cap. V. 246 —Abeant ſani? creta an carbone notandi P. —abeant? ſani'ue creta an carbone notandi, V. —abeant? ſani ut creta an carbone notati? H. G. E. B.

249 Delectat] P. delectet, H. G. E. B. V. uerſet. uexet, Lambini codices duo, & B. etiam ad oram. 250 Si puerilib.] B. P. ſic puerilib. H. G. B. V. corruptè. 252 Differre] Differt, H.

254 Polemon] H. G. E. B. P. V. & Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 2. cap. 16. Polemo, Lambini editio. —ponas inſignia morbi, Faſciolas, cubital, focalia: Hoc ego explano de hominibus, qui morbo laborarunt, quo liberati refocillatis, recuperatiſq; uiribus, ponunt faſciolas, quibus crura obuoluebant: ponunt & cubital, quod eſt brachiale, Græcis περιβραχιόνιον appellatum. ut enim faſciolæ crurum ſunt, ita cubitalia tegmenta ſunt brachiorũ. abſq; morbo enim faſcijs crura pedeſq; inuoluere, uiris indecorum erat, molleq; & muliebre cenſebatur. Cicero in Clodium, tunc cùm uinciren tur pedes faſcijs, cùm calanticam capiti accommodares. Focalia autem operimenta colli & faucium ſunt. Vide Turneb. lib. 7. cap. 10. cubitale, focalia, H. G. E. B. P. V. & ſunt hoc loco focalia, ut quidam putant, calamiſtra, quibus foco calefactis capilli à cinerarijs criſpantur. 257 Correptus] H. G. E. B. P. V. correctus, Lambini aliquot libri ueteres.

259 Optat] P. V. optet, H. G. E. B. 260 Agit ubi ſecum] H. G. E. B. P. V. ait ubi ſecum. Aldina editio. Ex Terentij Eunucho actu 1. ſcena 1. hic locus deſumptus eſt.

261 Arceſſitus] H. P. acceſſitus, G. E. B. V. 274 Feris] Seris, P. feras, Mureti editio.

281 Libertinus erat] Arbitror Horatium loqui de Latinis & dediticijs libertis, quorum alij in uita ſerui, in morte liberi efficiebantur: alij in uita liberi, in morte in ſeruitutem recidebant. Vide Pet. Nannij Miſcell. lib. 4.

283 Quiddam magnum] H. B. P. V. Quid tam magnum, G. E. Quoddam magnum, Mureti editio. Quid tam magnum, ut in libro antiquo uidi, mallem, quàm quiddam, ut intelligatur, non eſſe magnum Dis & operoſum unum hominem ſeruare, & morti

ſurripere. Turneb.lib.23.cap.2. Morti] Morte, Cruquij codex unus. 285 —Mentem, niſi litigioſus, Exciperet domi-nus, cùm venderet] Inexplicabile uidetur nonnullis quod de li-bertino ſcribit Horatius. ſerui enim, inquiunt, non libertini uenire ſolebant. Ego hoc explicatu facile puto: conſtat enim eum antè ſeruum fuiſſe, & empticium Horatius ponit. cùm ergo dominus, ei qui emptum poſtea manumiſit, eum ſanum eſſe furtis noxiſq; ſolu-tum ſponderet, aliaq; præſtaret & caueret, quæ in mancipijs alie-nandis præſtari ſolent, mentem excepit. mutatio igitur temporis eſt, pro excepiſſet cùm uendebat. Turneb.lib.23.cap.2.

286 —Hoc quoque uulgus Chryſippus ponit fœcunda in gente Meneni] Ab Horatio perbellè ænigmatis more dictum eſt, de ſuperſtitioſis, quos Chryſippus numero ſtultorum habet. Nomina autem familiarum Romanarum quædam Græcanica e-rant, ut Aemiliorum, Pompeiorum. ſic & Meneniorum. Nam & αἰμύλος Græcum uerbum eſt, & πομπή: & πομπεύειν. quis tam-quam frenis ſtultus habenisq; paret, ad nutumq; & uoluntatem a-liorum flectitur: uel à μένειν deducitur, qui ira & cupiditate ni-mium, intemperanterq; effertur, ideoq; inſanit: aut à μαίνεσθαι, quod eſt inſanio, uno elemento mutato ad euphemiſmum. Maniæ etiam & meniæ, & meneniæ uicina nomina ſunt, quæ in ſtultitia & ine-ptijs ponebantur: ut gens Menenij ſit natio ſtultorum, quæ longè, lateq; patet, neq; unius prouinciæ finibus continetur, ſed orbis ter-rarum, quà Sol utrumque recurrens adſpicit Oceanum, amplitu-dine ſpatiatur. ita ex familiæ nomine & ueriloquio luſit poëta. Quidam etiam Menenium fuiſſe ea tempeſtate hominem inſanum ſuſpicantur: eſt & apud Halicarnaſſeum lib. 9 conſul Menenius, qui ab hiſtorico ſtultitia inſimulatur apertiſſimè. Turneb. lib. 23. cap 2. Menæci, Cruquij codices tres.

289 Mater ait] Mater, inquit, quòd uotum fecerit Ioui, ut eo ſe ream liberet, filium nudum, ut uouit, uiuo flumine perfundet ſa-crorum cauſſa, ut caſtus & purus rem diuinam Ioui faciat, mor-bum'p reuocabit, quo liberatus erat. Turneb.lib.23.cap.2.

292 Medicus've] G.B. medicusq. H. E.P.V.

294 In gelida fixum ripa] Dicit ex antiquorum ritu, qui ſacris operaturi, ſe in flumine purificabant. Turneb.lib.23.cap.2.

295 Quóne malo] Obſeruandum arbitror eſſe, Flaccum in percunctatione particulis ſua ſponte interrogantibus, quis & quan-tus, addere ex ſuperuacuo etiam interrogatricem particulam ne: ut, Quóne malo, id eſt, quo malo: & (uerſu 317.) Quantáne? id eſt, quanta? Turneb. lib.7.cap.10.

299 Terge] Collo, H.

300 Sic uendas] Si uendas, Cruquij codices duo.

303 Abſciſſum demens cùm portat] Abſciſſum demens cùm portat, G.E.B.P.V. abſciſſum manibus cùm portat H. abſciſ-ſum manibus portauit, Cruquij codex uetuſtiſſimus.

311 Tanto diſſimilem] Tantum diſſimilem, Cruquij codices duo. 317 Num tandem, ſe inflans, ſic magna, P. num tan-dem ſuff ans ſe magna, H.B. num tandem ſufflans ſi magna, E. V. num tanta ſuff ans ſe magna, G. num tantum ſufflans ſe ma-gna, Cruquij codices duo. non tandem ſufflans ſi magna fuiſſet. Maior dimidio. non tanto? Cuiacius Obſeruat. lib. 12. cap. 18.

322 Fecit, ſanus facis & tu? H.B.P. facit. & ſanus facies tu? G.E.V. fecit. ſanus facies tu? Cruquij codex unus.

323 dico] dicam. H Iam deſino, H.G.E.B.P.V. & Gul Can-terus Nouarum lect. 2. cap. 12. Iam deſino, quidam, atteſtante Glareano, legunt.

GEORG. FAB. } In hac Satyra Iunius Dama-ſippus Coccio πάνυ ἀγαθῷ, quem paupertas deſperatum, de-ſperatio fecerat philoſophum, ſtatim incipit accuſare poëtam, quod & nihil ſcriberet in urbe, & ruri uiueret ocioſus: in fine au-tem planè damnat eum Stoico edicto, tanquam inſanum: & natu-ra, & æmulatione, & ſtudio poëtico. Vt autem ſe excuſet rectius Damaſippus, qui rem familiarem uel negligentia, uel profuſione amiſerat & ſerò acceſſerat ad philoſophandum: contendit mul-tis, uarijsq; Stertinij doctoris ſui uerbis, inſaniam omnib. eſſe homi-nib. communem. Primo loco arguitè, quid ſit inſania, explicat, ſta-tuitq;, omnes ſtultos & imperitos numero inſanorum compre-hendi, è Chryſippi placito, quod eſt, ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται. Deinceps enumeratione utitur, & immoratur in negotijs, in cupiditatibus, in ætatibus hominum, quos inſanos prædicat: nam etſi uno quis errore, aut uitio non deſipiat: tamen alio quopiam teneatur, propter quod habendus mentis ſanæ non ſit. Vt enim, qui uacat morbo ſtomachi, ſanus à medico dicitur, ſed ſi idem la-teris, aut renum cruciatu conficiatur, dici ſanus non poteſt: ita ac-cidit in uita hominum, ut exemplis ipſe probat Opimij & Oppi-dij: illum pecuniæ amantiſſimum, tinnitus auri ſanauit, & æſſi-xum lecto, rumor de raptu pecuniæ, in pedes erexit: hic filios iu-reiurando adegit, ne honores in Repub. expeterent, ſed prædijs pa-ternis degerent contenti. In altero id efficiebat auaritia, in altero id parſimonia. Sentit præterea non inſaniiſſe minùs Agamémnonem iratum, quàm Aiacem reuera furioſum. Ait etiam pueros im-peritos, qui domunculam in harena ſtruunt, aut murem plauſtel-lo iungunt: non tam eſſe inſanos, quàm ij ſunt, qui per luxum & infamiam bona patria dilapidant, ut Aeſopi filius, & Arrij fra-tres improbiſſimè fecerunt: nec differre autumat amatorem à pue-ro, cùm in ambobus eadem leuitas, eadem amentia. Colligit igi-tur τῷ σωρείτῃ, omnes fæneratores, auaros, ambitioſos, iratos, prodigos, amantes, uiolentos, meticuloſos, cenſeri pro inſanis de-bere. Hæc magno ſupercilio diſſerit, & ſui doctoris auctoritate de-fendit, ait enim:

» Hæc mihi dictauit ſapientum octauus.

Concluſio in Horatium interrogantem, quo demùm genere inſa-niæ laboret, eſt acerba: exprobrat enim ei in ædificando luxum, in amicicijs arrogantiam, dedecus in inceſſu, nitorem in cultu, in ingenio furorem, rabiem in ira, turpitudinem in libidinibus. Poë-ta eum pauciſſimis retundit, nec ſine ſale, orans, ut Damaſippus maxima inſania præditus, ſibi minori ſtulto parcere ne dedigne-tur. Argumentum Satyræ huius eſt illud Perſij, dictum ipſius mo-re grauiter:

» Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo:
» Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.

Sunt in hac Satyra aliquot manifeſtæ imitationes ê Terentiani Phædriæ, Gnathonis, Menedemi.

Vt toto non quater anno] Syllabarum qui uerè periti ſunt, Quater, initio corripiunt: quatuor, ſemper producunt, & conſo-nante ſimplice ſcribunt.

Vultus erat multa & præclara minantis] Vultus minantis, pro innuentis: nutus eſt aut ſtatuentis, aut reſpuentis, unde minæ in bonam, & in malam partem. Ita in Epiſt.

» Multa & pulcra minantem.

Poſtquam omnis res mea Ianum

Ad medium fracta eſt] De hoc loco multa diſputantur. Ianus Medius dictus, quia inter alias ſtatuas poſitus, ut Medius Fidius: Iam enim ſtatuas tres fuiſſe, ait Helenius: ſed quæcumque nomi-nis ratio eſt, Medius dicitur ad differentiam Iani Gemini & Iani Quadrifrontis: ut Ianum Curiatium, & Ianum Septimianum omittam: quorum omnium Romæ templa certis in locis fuerunt. Quod ſi ob numerum ſtatuarum ita dictus non eſt, neminem etiam cum Helenio ſentire animaduertere potui: à ſitu appellari Medius poteſt, quia inter baſilicam Pauli & arcum Fabianum fuit: baſi-licæ Pauli in medio foro Cic. ad Att. meminit, & P. Victor in Vr-bis regionibus ſcribit. Iani duo, in foro celebris mercatorum lo-cus, ad arcum Fabianum. Nec ab hac deſcriptione diſſentiunt, qui inter columnam Mænij, & uiam Sacram: item qui inter Roſtra & Puteal Libonis ſtatuunt: poteſt enim propter ædificiorum uici-nitatem unus locus uarijs modis deſignari: quod & in noſtra Ro-ma oſtendimus. Ad illud Iani templum quid ſit actum, ad poë-tam noſtrum intelligendum, nemo dicit expreſſius Cicerone, in ex-tremo lib. 2. Off. Sed toto de hoc genere, de quærenda, de collo-canda pecunia, etiam de utenda, commodius à quibuſdam optimis uiris, ad Medium Ianum ſedentibus, quàm ab ullis philoſophis ul-la in ſchola diſputatur.

Quo uafer ille pedes lauiſſet Siſyphus ære] Varia uarij nar-rant interpretes, & tres Siſyphos faciunt, artificem, philoſophum, regem: trium enim interpretum confuſa ſunt hoc loco ſcholia.

Intelligo de rege, propter uaſa Corinthia, nec aliter Porphyrio: & ut hoc loco uaſer, ita ab Homero κέρδιον nominatur.
Fuit olim celebre dictum, Siſyphum cum Autolyco committere, cùm homo uerſutus alterum uerſutia excelleret, aut ei tanquam ſimili faueret.

Traiecto lateris miſeri capitisq́ dolore] *Legitur & miſero, pro uehementi: ſed & lateris miſeri legi poteſt, pro ualde afflicti, eſt enim ὑπαλλαγή, ἀλγημα πνευματῶδες.*

A' Fabricio non triſtem ponte] *Ita hic pons dictus à L. Fabricio C. F. curatore uiarum, qui faciendum curauit, ut adhuc teſtatur antiquiſsima inſcriptio. Nomine alio Tarpeius uocatus: temporibus Helenij, lapideus: nunc ab imagine Iani Quadrifrontis, Pons Quatuor capitum.*

Quam Fufius ebrius] *In Anhaltino, qui egit Ilionam. Citatur Varronis epiſtola ad Fuſium.*

Dum Ilionam edormit] *Iliona Pacuuij Tragœdia, in qua filius Deiphilus, per errorem à patre Polymneſtore interfectus, matrem implorat, ut ſe in littore proiectum ſepeliat. Recitatur hæc fabula à Iulio Hygino. Verba Deiphili adducuntur partim à Porphyrione, partim à Cicerone in 1. Tuſculana,*

» *Mater te appello, tu quæ curam ſomno ſuſpenſam leuas.*
» *Neq; te mei miſeret: ſurge, & ſepeli natum, priuſquàm feræ,*
» *Volucreſq́. ——*

Verſus ſunt Iambici octonarij, non integrè citati.

Cum rapies in ius, malis ridentem alienis] *Hæc ſyncera & germana lectio, de Homero ſumpta qui ait γναθμοῖσι γελοίων ἀλλοτρίοισι. ideo & Græcum eſſe, annotat Porphyrio, nec aliter Helenius interpres. In manuſcripto Anhaltino legitur,* Malis, *id eſt, maxillis. Malis alienis rident, hi qui irati uel mœrentes, fingunt ſe ridere, quos non delectat riſus. Hæc uerba in Helenij impreſsis deſiderantur. Tales in auctoribus loci multi ſpecie quadam decipiunt, niſi aliqua eos aperiat occaſio, aut emendet ſapiens alicuius auctoritas & induſtria.*

Gladiatorum dare centum Damnati populo paria] *Antiqua teſtantur marmora, uſitatum hoc fuiſſe. ut Alliſis, in Campania, L. Fadius Pierus, qui ob honorem decurionatus,*

EODEM ANNO QVO FACTVS EST GLAD. PARIA XXX ET VENATIONEM BESTIARVM AFRICANAR. DEDIT.

Hoc Staberi prudentem animum iuſſiſſe] *Iuſſiſſe, ut Feſtus, decreuiſſe, ſtatuiſſe. Verbum iuris. Iubet teſtator, ut hoc loco: iubet lex, ut Ter. in Phor.*

» *Id quod lex iubet, dotem daretis.*

Sapiens ne etiam rex? *In Anhaltino, quidam annotauerat, Ne uacat. Sed minimè uacat. nam quæſtionem nouam inſtituit, num etiam diuitiæ darent hominibus ſapientiam. Cui reſpondet, non ſolùm donare præter alia ſapientiam, uerùm etiam regnum. Diuites non fruuntur tàntùm nomine ſapientiæ, ſed regni etiam honore.*

Græcus Ariſtippus] *Cur Græcus, cùm è Libya fuerit? igitur nó de patria, ſed de inſtitutis loquitur. Bion apud Laërtium, ſeruum unum nominat, qui pecuniam, tanquam onus, domini iuſſu abiecerit. Alij de alio Ariſtippo intelligunt, huius propinquo, ut ſit differentiæ cauſa additum, Græcus.*

Nil agis exemplum, litem quod lite reſoluit] *νεῖκος νείκει λύειν, quod alio loco eodem modo citat interpres. Alij legunt,* Nil agis exemplo *ſed τὸ παράδειγμα magis placet, nec aliter uetuſtiſsimum quodq;: Interpretum tamen unus, alteram uidetur ſecutus lectionem: plurimorum enim ſcholia ubique permixta ſunt.*

Quid diſcrepat iſtis?] *Helenius legit,* Qui. *& interpretatur, quomodo. Paulò pòſt,*

» *Amator excluſus, Qui diſtat?*

Nec aliter Anhaltinum.

Caputq; Cœperis impexa fœdum porrigine]
Lucilius, Corruptum ſcabie & porrigine plenum.
Porrigo qualis ſit morbus, ſimilitudine ante oculos ponunt medici, qui eum à furfuribus appellant πιτυρίασιν. Scitè admodum Serenus,

» *Eſt inſenſibilis morbus, ſed noxia forma,*
» *Cùm caput immenſa pexum porrigine ningit,*
» *Copia farris uti, frendentibus edita ſaxis.*

Addit autem Impexa, quod porrigo ſubinde pectendo repurgatur, ut Celſus ait.

Quid enim? neque tu hoc facis Argis] *Non diſcrepant hîc manuſcripta noſtra. Facinoroſa cædes Argis ab Oreſte commiſſa eſt, ut apud Tragicos, & commiſſa luce palàm. Diuerſum tradit Hyginus, nempe Mycenis perpetratum noctis tempore. Inſaniuiſſe etiam Oreſtem iracundia ante cædem, ait Damaſippus: ſed poſt cædem demum immiſſas illi Furias plerique tradiderunt. Vtitur argumento Stoicus hîc potius ſpecioſo, quàm uero. Repræhenſionis gratia Damaſippum garrulum inducit, & ſophiſtam facit, quales minimè eſſe uolebant Stoici. Garrulitas ſtulticiæ, ſophiſtica maliciæ eſt indicium.*

Pauper Opimius] *Nouæ Satyræ qui fecerunt in aliquot antiquis initium, ſententiam non intellexerunt. Inducit poëta Opimium ſomni grauitate laborantem, qui cùm eſſet à melancholia curatus, ingenio medici, eſſetq́ corpus ægrotum cibo, aſſumptum medicina reficiendum, perire exoptauit potiùs, quàm ualetudinem aſsibus octo redimere: hæredes interea ſuos furti inſimulans, medicum rapinæ. Opponit mox eidem, quendam laborantem inſomnia, oſtendens, quocunque quis morbo, aut mentis uicio laborauerit, dici eum ſanum non debere.*

Barathroq; Dones] *Id eſt, uentri immergas. Helenij minus placet ſententia. Hominem uoracem, & ſoli uentri deditum, ſupra, Barathrum macelli nominauit, ſimili ratione.*

Natis diuiſſe duobus] *Eodem modo Anhaltinum. Antiqua eſt imminutio, pro* diuiſiſſe, *qua ex Aeſchylo quædam uertens in II. Tuſculana utitur Cicero,*

» *Vnde ignem mortalibus*
» *Diuiſſe cluet doctu' Prometheus.*

Ita enim locum reſtituit Ioſephus Scaliger. Similiter Lucil. 2. Sat.

» *In fauces inuolaſſe animamq́ eliſſe illi. pro. eliſiſſe.*

Qui species alias ueri] *Si ita leges, Græciſmus eſt: ſin (ut in Baſilienſe Valentini Curionis) alias uerò, eſt ἐναλλαγή. pro alienas ſeu diuerſas à uero, hoc eſt (ut Acron) ueritati contrarias. Hoc adiectiuum* Alius, *coniunctum cum datiuo, aut ad rem refertur, aut ad perſonam. Si ad rem, ſignificat contrarium. ſin ad perſonam, notat comparationem. ut epiſt. 2, 1.*

» *Ne quis ſe præter Appellem Pingeret, aut alius Lyſippo.*
Pro, alius præterquam Lyſippus.

Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis] *Dictionibus diuiſis in Anhaltino, Hunc circum. pro circum hunc tonuit, nēpe ut furioſum redderet: nam Bellona mentes mouere hominum perhibetur: unde œſtrum Bellonæ, apud Iuuenalem.*

Piſces hiberno ex æquore uerris] *Hanc lectionem habent manuſcripta, & annotauit Helenius. Piſcatio hiberna prouerbiali figura dicitur, ut Hiberna oliuitas apud Minutium.*

De nocte uocata] *Legitur & citata, inquit Porphyrio.*

In puluere trimus, Quale prius ludas opus] Ludas, *ludendo extruas. Refertur ad illud, Aedificare caſas. nempe in ſabulo aut puluere, è luto aut creta, quod pueri trimi per iocum, & ineptias faciunt.* Agis ubi ſecum] *Agit, deliberat. ut Acro interpræ tatur: ſicuti ſcriptum eſt in Anhaltino: nam in uulgatis ea annotatio omiſſa.* Quid? cum balba feris annoſo uerba palato] *In Anhaltino, quidam inſolentia offenſus, pro feris, emendauit ſeris, ſed id uerſus repudiat.* Ferire uerba *dixit,* κόπτειν τὰ ῥήματα, *ut Terent. cædere ſermones. Quod Priſcianus annotauit lib. 2. de Syntaxi.* Quò ne malo mentem percuſſa] *Horatianum. Vt,*

» *Quine putabis? Et,*
» *Tam' ne doloſo Non ſatis eſt?*

Caput abſciſſum demens cùm portat Agaue] *Agaue, ſecundum Statium,*

» *Promiſſum ſæuo caput allatura Lyæo.*

Filium proprium interficit: quem ab ipſo Baccho mutatum eſſe in aprum ſcribit Ouidius, in leonem Phyloſtratus, in uitulum Perſius: ut falſa ſpecie obiecta, mater facinus perpetraret minore ter-

rore. Agauen ipſam cum mulieribus reliquis tandem mutata in canes, Euripides finxit.

IOD. BAD. ASCENS. } Sic rarò ſcribis] *Inducit Damaſippum ex mercatore ſtulto, Stoicum non ſanè prudentem effectum, omnes mortales inſanire, ac ſtultos eſſe prædicantem, & primum ipſum poëtam, quod deſidiæ deditus rarius ſcribat. In qua re admirandum eſt ingenium poëtæ, qui non ſe repræhendit, ſed repræhendentem cùm ſe, tùm alios inducit, & eum quidem non repræhenſibilem, nec de re turpi ſanè repræhendentem, non autem oblitus moris ſui poeta multa iucũda ſerijs immiſcet.* Ordo eſt. O Horati, *inquit, Damaſippus interpretatur autem domitor equorum, ſi quis nominis interp̃tationem poſcat.* Tu ſcribis ſic] *Id eſt, in tantum rarò: ut non poſcas* Toto anno] *Id eſt, ut dicũt per totum annum:* Membranam in qua] *Scil. ſcribas:* Quater retexens] *Id eſt, Reſoluens & deſtruens:* Quæq; ſcriptorum] *Id eſt, quæcunque prius ſcripſiſti:* Iratus] *Id eſt, ſuccenſus tibi, quod tu benignus ſomni* Et uini] *Id eſt, indulgens ſomno & uino.* Nil] *Id eſt, non aliquid: non canis aliquid dignum* Sermone] *Id eſt, quod ſermonibus, hoc eſt, reliquis Satyris tuis aſſcribatur: quid fiet ſup. tandem à te.* Tu fugiſti huc] *Id eſt, in hunc locum tepidiorem.* Ab ipſis Saturnalibus] *Id eſt, poſt ipſa Saturnalia feſta, quæ celebrantur in Decembri, quo menſe maximè uiget frigus, cuius impatiens erat Horatius.* Ergo tu ſobrius] *Id eſt, non potus ut ſoles eſſe, dic aliquid dignum.* Promiſſis] *Scilicet Satyris.* Incipe] *Sup. ſcribere.* Nihil eſt] *Sup. quod obſtet.* Calami] *Quibus in Italia ferè ſcribunt, ſicut alibi pennis.* Culpantur] *Id eſt, damnantur.* Fruſtra] *Id eſt, ſine cauſa. Hunc locum Perſius aſſumpſit in Satyram cuius principium. Nempe, hoc aſſiduè.* Et paries] *Scilicet ad lecticam tuam cæra illitus.* Natus] *Id eſt, effectus dijs, atque poëtis.* Iratis] *Id eſt, malo auſpicio cum non conſequatur finem ſuum. Finis autem eſt, ut ſcribas quod non facis. Nam poëtæ ne carmina, quæ noctu occurrerint perirent, cæratos parietes habebant, & ſtylum appenſum, quò ea ſcriberent. Id autem poëtam neglexiſſe arguit.* Laborat] *Id eſt, in periculo reprobationis eſt.* Immeritus] *Id eſt, citra demeritum & culpam ſuam.* Atqui] *Id eſt, attamen certe.* Vultus] *Id eſt, præſeferentia erat ſup. tibi.* Minantis] *Id eſt, eius, qui ſeuerè promitteret multa & præclara, ſupple à te ſcribenda eſſe.* Si uillula] *Id eſt, modica uilla, hoc eſt, poſſeſsiuncula, & domus ruſtica in agro tuo cepiſſet ſup.* Te uacuum] *Id eſt, expertem.* Curatum] *Hoc eſt, ociantem.* Tepido] *Id eſt, à frigore temperato, tecto.* Quorſum] *Id eſt, quo* Verſus] *Hoc eſt, ad quod commodum, pertinuit.* Stipare] *Id eſt, comprimere, ſicut, qui nauem faciunt rimas obſtruunt ſtuppis.* Et iſta ſtipant] *Id eſt, condenſant eas, hic eſt, compreſſum ferre tecum.* Platona] *Id eſt, opera Platonis.* Menandro] *Id eſt, cum operibus Menandri declinatur. Ne ignores puer hic Plato, nis, ni, nem. Latinè, uel hic Platon, nos, ni, Platona more Græco, bene autem enumerat libros, quibus ad Satyras ſcribendas opus eſt, uidelicet philoſophorum pro ſententijs, & comicorum pro imitatione, & quorſum pertinuit.* Educere] *Id eſt, ex urbe in agrum ducere tantos.* Comites] *Scilicet Platonem philoſophum, Menandrum nouæ Comœdiæ patrem. Eupolin, ueteris Comœdiæ diligentem ſcriptorem, Archilochum, iambici carminis principem, unde acerbitatem ſtyli depromat?* Paras tu placare inuidiam] *Id eſt, moleſtiam & odium populi, ſicut ibi inuidiam nimio cultu uitare memento, & hoc uirtute, quæ eſt in illa correptione fraternali per Satyram.* Relicta] *Id eſt, neglecta, hoc eſt, an ideo uirtutem derelinquis, ne cuiquam odio aut moleſtiæ ſis?* O' miser ſi hoc facis contemnere] *Id eſt, contemneris pe. longa. Eſt enim futuri indicatiui, hoc eſt, uilipenderis, quia tu quæris tectorium ac uelamen deſidiæ tuæ. Deſidia exiſtens.* Improba] *Id eſt, improbanda.* Et inuerecunda Syren] *.i. allectrix & deceptrix dulcedine ſua. ut Syren cantu decipiebant.* Eſt uitanda] *.i. effugienda tibi.* Aut quicquid] *Supple uirtutis, aut gloriæ bonæq; opinionis.* Paraſti] *Id eſt, acquiſiſti uita meliore, hoc eſt, melius.* Viuendo] *Scilicet in labore ac ſtudio philoſophiæ.* Eſt ponendum] *Id eſt, deponendum & renunciandum tibi.* Equo] *Id eſt, placito & in utranque fortunam parato animo. Reſpondet poëta. Damaſippe.* Dij] *Quæ pro & deæ.* Donent te tonſore] *Id eſt, benignè conferant tibi tonſorem.* Ob] *Id eſt, propter uerum.* Conſilium] *Id eſt, quia dediſti mihi conſilium. (Et id amare dicit poëta) Sed prudenter ne uideatur approbare, quæ Damaſippus obiecerat. Nil enim triſtius accidere poſſet id genus.* Cuius erat Damaſippus] *Id eſt, prolixa barba & baculo, ſæuero'q; ſupercilio ſe philoſophos oſtentantibus cum ignari & nequam ſint, imprecatur ergo Damaſippo, ut ei barba tondeatur, quod ille minimè cupiebat. Sed unde noſti me tam bene? Reſpondet Damaſippus. Poſtquam* Omnis res mea fracta] *Id eſt, imminuta ac deperdita eſt.* Ad Ianum] *Id eſt, ſtatuam Iani, medium quæ eſt media trium ad quam creditores.* Et fœneratores] *Id eſt, qui dabant, aut accipiebant ad uſuram conuenire ſolebant.* Vel ad medium] *Id eſt, dimidiatum & ſemifractum.* Qui in foro ſtabat] *Hoc eſt, poſtquam ego perdidi omnes res meas, & non debeo curare eas ego curo aliena negocia.* Excuſſus] *Id eſt, eiectus.* Proprijs] *Sup. negocijs. Nam ego amabam.* Olim] *Id eſt, tempore præterito.* Quærere] *Id eſt, inquirere.* Quo ære, ille] *Id eſt, notiſsimus artifex, nomine Siſyphus.* Lauiſſet pedes] *Id eſt, unde pelues feciſſet, hoc eſt, inquirebam æs Corinthium, & querere ſup. quod æs eſſet ſculptum.* Infabre] *Id eſt, duriter, & ſine arte, & quod ſup. eſſet fuſum.* Durius] *Id eſt, rudius, & minus uiuum exprimens, cuius contrarium eſt illud.*

„ *Excudent alij ſpirantia mollius æra.*
„ *Credo equidem uiuos, ducent de marmore uultus.*

Laudatur enim opus molle] *Sed opifex mollis uituperatur.* Ego callidus] *Id eſt, multum expertus, & hoc per irriſioné ſui dicit.* Ponebam] *Id eſt, conſtituebam.* Huic] *Id eſt, alicui ſigno.* Centum millia] *Scilicet nummorum.* Ego unus] *Id eſt, ſolus.* Noram] *Id eſt, noueram mercari cum lucro, non ſuo, ſed uenditoris, uerum ironicôs omnia dicit, egregias domos, unde* Frequentia compita] *Id eſt, multitudo populorum.* Ad compita] *Id eſt, loca quæ plures petunt conuenientium.* Impoſuêre] *Id eſt, impoſuerunt mihi cognomen.* Mercuriale] *Id eſt, dixerunt me Mercurialem, hoc eſt, uafrum, & callidum in mercibus emendis & uendendis more Mercurij. Reſpondet Horatius etiam irriſoriè.* Noui] *Scilicet quod dicis, & miror te purgatum illius.* Morbi] *Sup. macula. & inſania.* Atqui] *Id eſt, ſed quomodo inquit Damaſippus. miraris me purgatum.* Nouus morbus] *Sup. noua ſpecies inſaniæ.* Mouit] *Id eſt, amouit, ut ſolet.* Veterem] *Sup. morbum.* Vt] *Id eſt, quemadmodum.* Hic] *Id eſt, aliquis.* Lethargicus] *Id eſt, morbum obliuionem inducentem patiens.* Cum] *Id eſt, quando fit.* Pugil] *Id eſt, freneticus unumquemque laceſſens.* Et urget] *Id eſt, cædit ac pulſat medicum, & hoc dolore lateris.* Ve] *Pro uel* Miſeri capitis traiecto] *Id eſt, tranſmiſſo.* In cor] *Id eſt, mentem, hoc eſt, dum ex obliuioſo fit freneticus. Reſpondet Horatius.* Eſto ut lubet] *Id eſt, ſit freneticus, & furioſus ad libitum.* Dum] *Id eſt, dummodo.* Ne quid] *Id eſt, non aliquid ſimile ſup. fiat, aut tu facias.* Huic] *Id eſt, mihi, hoc eſt, dummodo me non cædas, aut urgeas. Ad quod reſpondet Damaſippus, ingrediens principale intentum huius Satyræ, uidelicet omnes inſanire, dicit ô bone ſup. uir Horati.* Ne fruſtrere] *Id eſt, fruſtreris te, hoc eſt, ne fruſtrà tibi placeas.* Inſanis, &] *Id eſt, etiam tu, quæ pro &.* Omnes prope] *Id eſt, quaſi ſunt ſup. ſtulti.* Stertinius] *Scilicet Stoicus.* Crepat] *Id eſt, cum crepitu docet.* Quid] *Id eſt, aliquid ueri.* Vnde] *Id eſt, abs quo Stertinio ego* Docilis] *Id eſt, capax doctrinæ eius, deſcripſi hæc.* Mira præcepta] *Id eſt, hæc paradoxa eo tempore, quo ipſe.* Solatus] *Id eſt, conſolatus me.* Iuſſit barbam ſapientem] *Id eſt, ſapientiæ indicem.* Creſcere ſup. mihi] *Id eſt, iuſsit me philoſophari, atque iuſsit me* Reuerti] *Id eſt, redire non* Triſtem] *Id eſt, hilarem.* A' ponte Fabricio] *Id eſt, quem Fabricius ſupra Tyberim ſtruxerat.* Nam re male geſta] *Id eſt, poſtquam omnem rem perdideram, cùm ego uellem me mittere* In flumen] *Id eſt, immergere, capite operto ut conſtantius id facerem (Ne enim formidine mortis aut terrore, aut aliquo alio reuocentur à miſero propoſito, ſolent ſic deſperantes caput tegere, ut uno impetu ſe precipitẽt)* Ipſe] *Sup. Stertinius.* Stetit dexter] *Vtilis, & commodus ac propitius mihi, & inquit caue Damaſippe.*

Faxit]

Faxis] i. ne facias (caue hic tertiæ eſt coniugationis ſicut in epiſt. Vade, uale, caue ne titubes, quia ſecunda corripit) Quicquam te indignum] i. quod hominem non decet, cuiuſmodi eſt ſe ipſum ſubmergere, & inquit. Malus] i. pernicioſus pudor. Vrget] i. impellit te: Qui uerere] i. uerearis, haberi inſanus inter inſanos. Etſi Damaſippus quærat, quomodo ſunt alij inſani, qui me deceperunt. Reſpondet ad hoc Stertinius. Nam ego inquiram primum, quid ſit furere. & ſi ſup. Hoc] Scilicet furere erit in te ſolo. Ego nil] i. non aliquid. Non addam aliquid uerbi] i. aliquod uerbum. Quin] i. quò minus, hoc eſt, non Pereas] i. moriaris. Fortiter] i. forti animo. Quem mala, &c.] Deſcribit primo ſtultitiam inducturus uaria genera ſtultorum. Ordo eſt. Porticus & grex] i. tota ſecta & ſchola. Chryſippi] i. Stoica in qua plurima ſcripſit Chryſippus. Autumat] Id eſt, opinatur, aut aſſerit, eum ſup. Quem mala] i. praua & pernicioſa ſtultitia. Et quæcunque inſcitia] i. ignorantia aut Veri] i. ueritatis. Agit] i. impellit cæcum, eſſe ſup. ſtultum. maior ergo eſt. Quicunque malam ſtultitiam, aut quamuis ignorantiam habet inſanus eſt. Hæc formula] i. hæc præpoſitio hæc maxima tenet populos, & magnos reges, ſup. omnes excepto ſapiēte. Minor eſt. ſed omnis tam popularis quam rex, præter ſapientem, habet ſtultitiam aut ignorantiam prauam. unde ſequitur concluſio ergo omnis homo eſt inſanus. quam Stertinius, ut recitat Damaſippus ſic probauit. Nunc ô Damaſippe Poſtquam] ſ. docui qui ſint ſtulti atque inſani. Accipe] i. intellige, nunc quare omnes ſup. Homines deſipiant] i. malè ſapiant ac ſtulti ſint. Aeque] i. æqualiter. Ac] i. ſicut tu omnes dico illi qui Poſuere] i. indidere tibi. Inſano nomen] i. agnominando uocauerunt inſanum. Velut] i. quemadmodum, in ſup. ſyluis ubi error pellit. De certo tramite] i. certo itinere, ſup. Homines palantes] i. errabundè uagantes. Paſſim] i. quaſi per ſingulos paſſus. Ille] i. unus eorum. Abit] i. aberrat. Siniſtrorſum] i. in ſiniſtram partem. Hic] i. alius. Dextrorſum] i. dextram partem. Vnus] i. æqualis. Error] i. uitium erroris eſt utrique, ſed illud uarijs partib. quia non in eandem partem aberrant. Crede te inſanum hoc modo, ut ille qui te deridet exiſtens. Nihilo] Id eſt, in nullo ſapientior te. Trahat caudam] ſ. uulpis. i. ita deridendus ſit, ut is cui pueri affigunt caudam uulpinam, ut eum deridendum notent. unum genus ſtultitiæ. Eſt timentis] i. unum eſt genus ſtultorū timentiū. Nihilū] i. in nullo metuendū. Vt] i. ac ſi. Queratur] i. conqueratur. Ignis] i. ignes. Rupes] i. Saxa rupta, & fluuios obſtare in Campo] i. Loco plano & capaci. Alterum ſup. eſt genus ſtultitiæ. Varium] i. diuerſum. Huic] i. ab hoc iam dicto. Et nihilo] i. in nullo ſapientius uidelicet ſtultitiæ. Ruentis] i. præcipitanter currentis per medios ignes. Et fluuios] i. alij peccant puſillanimitate, alij temeritate. Dum aūt ſic temerarius ruit, clamet amica, clamet mater, clamet ſoror honeſta, clamet pater & uxor. Cum cognatis] i. conſanguineis & affinib. clamet ſ. dicens. Hic eſt ingēs foſſa, &c.] i. ſalua te ne præcipiteris, ipſe ſequens furorem ſuum. Non magis audierit] ſ. amicos reuocantes, quā Fuſius, actor Tragœdiarū. Ebrius] i. cū eſſet ebrius, ſupple audiuit. Cum edormit] i. edormiendo uult repræſentare. Ilionā] i. filiā Hecubæ ſororem Polydori, & hoc mille ducentis. Catienis] i. actorib. perſonā Polydori agentib. clamantib. mater te appello, ſoror ſepeli me. Hic locus ſanè iucundus eſt, ſed quia hiſtoriā tangit non omnibus, ut uereor intellectus. Eſt autem talis Iliona filia Priami, & Hecubæ nupta fuit Polymneſtori: cui pater cū iam diffideret reb. Troianis, ut aliquid generis ſui ſupereſſet Polydorū filium cum grandi pondere auri cōmiſit, Polymneſtor aūt uidens Græcos uictores, res Agamemnonias, uictriciaque arma ſecutus, Polydorū obtruncat & auro ui potitur. ut dicit Virg. in 3. Aeneid. De hac autem re facta erat Tragœdia, in qua anima Polydori inſepulti apparuit ſorori appellans eam matrem, ut materna pietate uteretur in ſe ſepeliendo. Hāc aūt fabulam cum Fuſius & Catienus agerent, Fuſius perſonam Ilionæ dormientis, & Catienus perſonam Polydori interpellantis: cōtigit aūt, quod Fuſius potus ac ebrius, cū uellet ſimulare dormientē, tam profundè dormiuit, quod Catienus clamans altiſſima uoce, mater te appello, ipſum excitare non potuit. Ita dicit tā demens ac obſtinatus reperitur modo quiſpiam, ut ſi ab errore reuocetur, nō plus audiret quā Fuſius audiuit, Catienū, etiam ſi mille ducenti Catieni clamarent. Nunc ad reliqua. Ego docebo, &c.] i. uilem populū, (dicitur aūt hic aut hoc uulgus) inſanire. Similiter] i. cōſimiliter. Huic errori] i. ad hunc errorem. Damaſippus inſanit] i. tu inquit Stertinius. ut nunc narrat Damaſippus. Damaſippe inſanis emendo, &c.] Q.d. id notoriū eſt. ſed quæro ſup. nunquid creditor Damaſippi eſt integræ mentis? q.d. minimè, quod inſequentib. probat. Sed attēde quod textus ferè habent, integer eſt mentis ubi Grāmaticè & ſtante uerſu dixerit. Integræ eſt mētis] Sed forte propter coincidentiam uocalium uitandam dixit integer. malim tamē integræ eſt mentis legere. Eſto] i. concedamus eum eſſe integræ mentis, ſed tamen ſi ego dicam tibi, accipe id ſup. quod nunquam reddas mihi. Ne] Pro an, an eris tu inſanus ſi acceperis. An magis excors] i. ſine corde præda quam Mercurius] i. Deus Mercium. Potens] i. fauorabilis. Fert] i. affert tibi. Reiecta] i. repulſa à te q.d. Eodem modo inſanior fuit creditor, qui Damaſippo perdito homini credidit, quod nunquam eſſet recepturus, quam Damaſippus, qui id à uenditore auaro, eo animo, quo à Deo ultro offerente acciperet, accepit. Et ſi quis dicat creditores obligationes à debitore petebant, docet eas exemplo Nerij nihil prodeſſe, dummodo non ſit ſoluendo, qui obligationem dedit. Ordo eſt. Scribe Nerio decem] i. obliga Damaſippum ei in decem. Reſpondet Nerius, non ſatis eſt ſup. eum obligatum eſſe, adde centum tabulas Cicutæ, illius fœneratoris. Nodoſi] i. multis nodis & obligationib. implicantis, adde mille Catenas] i. obligationes, tamen Protheus ſceleratus effugiet. Hæc uincula] i. ipſe debitor Verſipellis effugiet eas obligationes. ſicut Protheus Deus maris & cuſtos uitulorum marinorū, & reliqui pecoris marini, effugit uincula eorum, qui dormientem oppreſſerunt reſponſa petituri. ut 4. Georg. Virg. docet. Et cum] i. quando tu rapies. Hunc] ſ. perditum debitorem. In ius ridentem] i. exultantem de malis alienis. ipſe fiet aper. Et modo] i. aliquando auis. Et modo] i. aliquando ſaxum, & cum uolet arbor. Sunt qui hæc intelligant ſimpliciter, ut ſit, mutabit ſe in uarias figuras ſicut Protheus faciebat. Alij ſignanter ſingula dicta putent, ut per aprum intelligant complices, qui ei eripiant, ſicut reliqui porci clamanti apro ſuccurrunt, per auem celerem fugam, per ſaxum fortem reſiſtentiam, per arborem inuaſionem. Si inſani eſt] i. ad inſanum pertinet. Gerere] i. adminiſtrare & gubernare rem ſuam malè. Et ſi contra] i. econtrariò ſani ſup. eſt hominis gerere rem ſuam bene tunc crede mihi. Cerebrum Perilli illius, &c.] i. pronunciantis. Quod ſcribas] i. te ſcribere in obligatione facientis. Quod tu nunquam poſſis reſcribere] i. perſoluendo delere. Eſt multò putidius] i. corruptius & inſanius ſup. quam accipientis. Ego iubeo inquit Stertinius audire, atque Componere togam] i. diſponere ad audiendum attentiùs. Quiſquis pallet] i. pallidus efficitur. Aut mala ambitione] i. cupiditate honorum, aut amore argenti. Quiſquis pallet luxuria, aut triſti ſuperſtitione, aut calet] i. ardet alio morbo mentis. Adite uos omnes huc] i. propius me. Donec ego doceo omnes inſanire] i. inſanos eſſe. Hæc enim genera ſtultitiæ iā dicta hic latè patebunt, & primùm auaricia. Danda eſt hellebori] Primum damnat auariciam tanquam pernicioſiſſimam peſtem, oſtendens auaros, quam maximè inſanos, & quodāmodo ſolos inſanire, quia omnes peccamus. Auaricia] i. mala quadam cupiditate, aut faciendi prohibiti, aut omittendi mandati. Dicit ergo ad eos purgādos, &c.] i. omni Helleboro in Anticyra. Eſt aūt herba ad purgandum à noxijs humorib. aptiſſima. præcipuè alba, eaque tutiſſimè in Anticyra ſumebatur, ad quam ob id magni uiri perrexiſſe leguntur. Poteſt eſſe & alia cauſa cur totam Anticyram auaris deſtinet, quia uidelicet peſſima eſt peſtis, & difficillimum purgabilis, cùm ne ſenectutem quidem deſerat, ſed uel maximè uexet. Ordo autem eſt Multò maxima pars Hellebori] i. herbæ ab inſania purgatiuæ danda eſt auaris, tanquam maximè inſanis, & neſcio an ratio. Deſtinet] i. addicat. Attribuat illis] ſ. auaris omnem. Anticyram] i. omnem helleborum illic naſcens, uel quia ſoli auari, uel quia precipuè inſaniunt. Hæredes Staberij] Illius auari cui per ſuaſum erat ditiſſimum, quemque beatiſſimū eſſe (cui ut poſt mortem beatus prædiceretur iuſſit ſummam à ſe derelictam

ſepulchro incidi, quod ſi prætermiſiſſent hæredes, legauit populo centum paria gladiatorum exhibendorum ab hæredibus, & uiſcerationem opulentiſsimam, cuius rei cognouit populum non ſegnem executorem fore, ne ergo uoluntas illa ultima neglectui eſſet talem pœnam negligentiæ ſtatuit. Incidere] Id eſt, inciderunt ſepulchro. Summam] Sup. omnium diuitiarum eius exiſtentes, dannati à Stabero aut fortè Staberio. Ni] Id eſt, niſi feciſſent id, hoc eſt, incidiſſent in ſepulchro: Summam dare populo centum paria gladiatorum, qui in harena ad ſpectaculum populi concertarent, & ſe mutuò uulnerarent. Atq; dare epulum] Id eſt, uiſcerationem, & commune conuiuium. Arbitrio] Id eſt, ad arbitrium. Arri] .i. Arrij hominis perditi prodigalitate, & odio in auaros, & ſup. dare tantùm frumenti, quantum Aphrica metit, hoc autem Hyperbolicè dicit, quia Aphrica, ferax eſt frumenti. Dixit item Staberus aut iuſsit incîdi, ne ô lector ſis. Patruus] Id eſt, ſeuerus, caſtigator mihi (Vnde Perſius.

» Cum ſapimus patruos, &c.

Solent enim patrui eſſe rigidiores, quam patres) ſeu ego uolui hoc prauè ſeu rectè. Credo prudentem animum Staberi (ironicè uocat. Prudentem].i. prouidentem. Vidiſſe hoc].i. hoc prudenter præuidiſſe. Quid ergo ſenſit, hæc ſunt uerba poetæ ad Damaſippum, aut Damaſippi referentis, quomodo ad Stertinium loquebatur. Cum] Id eſt, quando uoluit hæredes inſculpere. Saxo] Id eſt, ſarcophago. Summa patrimoni] Pro patrimonij. Reſponſio. Ipſe credidit quoad].i. quandiu uixit. Pauperiem] .i. paupertatem, alibi ſignificat damnum, eſſe ſup. ingens uitium. Et nil].i. non aliquid. Non cauit].i. fugit aliquid Acrius] .i. uehementius quã paupertatem, ut ſi ipſe. Periret] .i. moreretur forte minus locuples, quam ad iuſtam ſummam uno quadrante, ipſe uideretur ſibi nequior, id eſt, ualde. Nequam].i. homo nihil. Quiens] Id eſt, ualens aut potens. Bonis] Pro quia ſecundũ iudicium illius, omnis res uidelicet uirtus, fama, decus, diuina & humana. Parent] .i. obtẽperant pulchris diuitijs. Quas ſup. diuitias qui].i. quicũq; ſtruxerit, ille erit clarus, fortis, iuſtus etiam rex & quicquid uolet, hoc ſperauit paratũ ſibi diuitijs ſup. Veluti uirtute] .i. ſicut per uirtutẽ Stoici ſibi omnia parata dicunt. Dicit ergo hoc ſtomachosè Stoicus, ac ſi dicat ille miſer credebat omnia poſſe conſequi per diuitias, ſicut nos qui rectè ſapimus, dicimus nos omnia conſequi per uirtutem & ſapientiam. Ad quod tunc obijciebat Damaſippus nõdum Stoica diſciplina imbutus, ac ſi diceret. Si dicis Staberium inſanuiſſe, quod ſic diuitias accumulauerat, quid Ariſtippus Græcus ſupple philoſophus fecit. Simile iſti] Sup. ſic accumulanti? q.d. nihil, ut pôte qui iuſsit in media Lybia ſeruos proijcere aurum.

Quia ipſi ſegnes].i. tardiores propter aurum. Irent] .i. ingrederentur tardiùs, uter horum inſanior? Reſpondet poëta Damaſippo, aut Damaſippus Stertinio adducens id, quod Dialectici dicunt, adducere inconueniens contra inconueniens non eſt Soluere] Q.d. ſi Ariſtippus inſanus fuit non ſequitur. Staberum ſanum eſſe, quia exemplum quod reſoluit. Litem lite].i. quod contra inconueniẽs aliquod adducit. Aliud nil agit] .i. non ſoluit, aut nihil probat, hoc eſt, licet Ariſtippus inſipienter egit profundendo, non ſequitur Staberium ſapienter egiſſe nimis cuſtodiẽdo, immò inſaniuit, quod exemplis probat dicens. Si quis. Emat cytharas] .i. talia inſtrumenta Muſicalia. (quidamè mal legunt amat) & ipſe comportet eas emptas in unum ſup. locum exiſtens, nec deditus ſtudio cytharæ. Nec olli muſæ].i. nullum cõmercium habens cum cytharis, nec ſciens eis uti. Si non ſutor].i. aliquis neſciens ſuere, aut calceos facere, emat & comportet ſcalpra, quib. corium ſcalpitur, & formas quibus calcei formantur. Si quis auerſus] .i. alienus mercaturis, emat & comportet nautica uela, ipſe dicatur undiq; delirus, & amens, & quidem merito. Qui].i. in quod Diſcrepat] .i. diuerſus & differens eſt. Iſtis].i. ab iſtis. Qui recondit].i. abſcondit, & fodit in terra. Nummos].i. monetam atq; aurum. Neſcius] .i. ignorans uti. Cõpoſitis] .i. accumulatis, & metuens contingere ſup. quæ compoſuit. Veluti ſacrũ] .i. tanquam rem ſacram, ſicut in primo ſermone primi dictum eſt. Si quis uigilet ſemper porrectus].i. extenſus & Proſtratus. Cum fuſte] .i. baculo, quo fures arceat, ad ingentem aceruum frumenti, neq; ipſe eſuriens audeat. Dominus].i. cùm ſit dominus contingere. Illo] .i. ab illo aceruo granum, ac ipſe parcus ueſcatur potiùs folijs amaris. Item ſi ſup. quis].i. aliquis potet acre acetum. Et hoc in ille cadis Chij] Sup. uini. Poſitis] .i. locatis. Intus].i. in penu. Nihil eſt] Sup. quod dixi mille cadis poſitis. Age] Adhortandi eſt. q.d. dicamus adhuc fortius (quis ſup. natus annos undeoctoginta .i. ſeptuaginta nouem) Eſt autẽ una dictio, ſed ut dictum eſt in principio, ut magis uulgaris uideatur ſermo, uoluit poeta unam dictionem potiſsimũm compoſitam in diuerſis uerſib. ponere. Eſt autem idem, ac ſi dicat unum de octoginta, ſicut duodeoctoginta. 78. & undeoctogeſimus ac duo deoctogeſimus dicitur ſic, undeuigeſimus &c. Si ergo talis cubet] Id eſt, dormiat. Stramentis] Id eſt, in ſtraminibus, cui ueſtis ſtragula. Putreſcat in arca exiſtens, &c] Id eſt, nociuorum uermium, ac tinearum putreſcat in arca. Nimirum] Id eſt, haud dubiè, talis ſupple. cum ſit inſaniſsimus uideatur paucis inſanus, eo quod maxima pars hominum. Iactatur] Id eſt, in periculo uerſatur, eodem morbo auariciæ. ſed quiſq; laudat quod amat, & tamen non minus inſaniret, unde exclamat contra eum.

O ſenex inimice dijs] Id eſt, odio habite à dijs, qui tibi bona tribuerunt, non quib. fruaris, ſed torquearis, uel qui contra benignitatem deorum facis. Cuſtodis] Vt filius aut etiam. Libertus hæres ebibat] Id eſt, bibendo abſumat, hoc quod cuſtodis. Ne tibi deſit] Supple aliquid. In qua te ſtultè agis .n. pro quia Quantulum] Id eſt, quantum modicum. Quiſq; dierum] Id eſt, quilibet dies. Curtabit] Id eſt, auferet ſummæ, ſi cœperis ſaltem in ſenectute, ungere meliore oleo caules, & caput exiſtens fœdum. Porrigine] Id eſt, ulcere fœdo, aut ſcabie. Impexa] Id eſt, quæ generata eſt, quia non pecteris. Dicet fortaſsis auarus, ego non appeto delicias, aut lætitias, modicum mihi ſatis eſt, non peto pecti, aut ungi, aut unctis ueſci, faciant hoc delitijs aſſueti. Contra quod dicit Stertinius. Si quiduis] Id eſt, quæuis res etiam minima ſatis eſt tibi, quare periuras. Surripis, aufers undiq;] Id eſt, ex omni parte, id eſt, omnibus, quibus potes modis etiam iniuſtis accumulas. Tun'] Id eſt, tune, uel tun' id eſt, tunc ne. Tu ſanus] Supple eſſes ſi incipias. Cædere] Id eſt, percutere ſaxis populum, & ſeruos quos Pararis] Id eſt, paraueris, hoc eſt, emeris. Tuo ære] Quaſi dicat non quia omnes pueri. Quæ] Pro &, puellæ clament te inſanum. Et cum] Id eſt, quando tu Interimis] Id eſt, necas uxorem. Laqueo] Id eſt, ſtrangulas eam, ut dotem eius habeas, & cum interimis matrem tuam ueneno. Es tu incolumi] Id eſt, ſano capite. Quid enim, id eſt, cur non dicaris incolumi capite, quia neque facis hoc Argis] Id eſt, apud Argos in Græcia, ubi Oreſtes ſimile fecit, hoc eſt, matrem occidit, ne facis hoc ferro, ut demens Oreſtes occidit matrem, quaſi dicat forte dices te non eſſe cenſendum propterea dementem, quia non facis apud Argos, ubi quia rarum eſt, Oreſtes iudicatus eſt inſanire, ſed Romæ ubi tot ſunt matrum interfectores, ut non uideatur inſani hominis, propterea tu non occidis matrem ferro, ut Oreſtes, qui quia hoc fecerat, poſtea inſaniuit. tu uerò clam facis hoc ueneno, & ita uis te ſanum aſſerere. Ad quod Stertinius an tu reris eum inſaniſſe.

Parente] Id eſt, matre. Occiſa] Id eſt, ſolum poſtquam matrem occidit, ac non ipſum. Dementem actum] Id eſt, inſtigatum & impulſum eſſe malis furijs ad ipſam occidendum antequam tepefecit. Sanguine] Scilicet ferrum. Acutum] Id eſt, mucronem in iugulo matris, quaſi dicat tu erras ſi hoc reris.

Quin] Id eſt, quinetiam. Ex quo] Id eſt, poſtquam Oreſtes eſt. Habitus] Id eſt, reputatus. Mentis male tutæ] Id eſt, non admodum ſanæ. Nil ſanè] Id eſt, omninò fecit, uel nil fecit, quod tu poſsis reprendere. Non auſus uiolare ferro] Id eſt, uulnerare, aut occidere Pyladen amicum ſuum, cum quo nobile par amicorum fecit. Ve] Pro uel Electram ſororem.

Maledicit tantum] Id eſt, duntaxat. Vtriq;] Scilicet Pyladi & Electræ uocando. Hanc] Scilicet ſororem ſuam furiam. Et hunc] Scilicet Pyladem. Aliud] Scilicet opprobrium, quod bilis. Splendida] Id eſt, cholera noxia furorem generans iuſsit. Quia ergo nihil tam deteſtabile fecit poſt occiſam matrem, ſicut cum eam ex furore occideret, patet quod magis inſaniuit, antequam occiderit quam poſtea.

Longa eſt hiſtoria, ſed nota quam in principio Iuuen. recitatam inuenies: & in 1. Satyr. huius operis tetigimus. Clytemneſtra uxor Agamemnonis, quo tempore uir apud Troiam ageret cum Aegiſtho adulterium commiſit, & redeuntem uirum occidit, ob quod ab Oreſte ſuo, Agamemnonisq́ filio occiſa eſt, ob quod facinus Oreſtes ſibi uiſus eſt furias pati, & à manibus maternis uexari, ſed à ſorore, & Pylade ad Dianam ductus, purgatus eſt, inuenta illic Iphigenia ſorore. Pauper Opimius argenti poſiti intus & auri] *Ponit aliud exemplum deteſtandæ auariciæ, quod ex ordine patebit, qui talis eſt Opimius uir ille auarus.* Pauper] *Id eſt, expers.* Argenti & auri poſiti intus] *Id eſt, quod abſconditum, aut in arca poſitum habebat. cuius tamē egebat, quia tam deeſt auaro quod habet, quàm quod non habet, qui ſolitus potare feſtis diebus.*

Trulla Campana] *Id eſt, in uaſculo fictili, quo alij excrementum uentris excipiunt.* Veientanum] *Supple uinum uile, quod Iuuenalis, Rubellum uocat, & ſolitus potare diebus*

Profeſtis] *Id eſt, non feſtis.* Vappam] *Id eſt, uinum euaporatum.* Oppreſſus eſt quondam] *Id eſt, quouis tempore præterito.* Lethargo] *Id eſt, morbo dormire compellente.* Grandi] *Sup. In tantùm ut hæres curreret iam lætus.* Et ouans circum claues, & loculos] *Id eſt, ſacculos pecuniarum.* Medicus celer] *Id eſt, expeditè curans.* Atque fidelis] *Scilicet, qui remedium adhibebat, quod ſummum eſſe cognouit.* Excitat è ſomno] *Scilicet, lethargico.* Hunc] *Scilicet, Opimium auarum.* Hoc pacto] *Id eſt, hoc modo.* Ipſe iubet menſam] *Id eſt, tabulam poni ante lectum ægrotantis.* Atq; ſaccos nummorum eſ fundi] *Super eam ſup. atq; plures accedere ad numerandum ſup. nummos.* Et erigit] *Id eſt, lecto ſe erigentem facit.* Sic hominem] *Scilicet, Opimium.* Et addit illud] *Sup. uerbum, ſcilicet.* Ni] *Id eſt, niſi.* Custodis tua ô Opimi hæres auidus] *Id eſt, cupidus rerum tuarum aufert hæc. Reſpondet Opimius.* Men'] *Id eſt, me ne.* Viuo] *Id eſt, uiuente ſup. auferet mea? Addit medicus. uigila igitur ut uiuas, dicit Opimius.* Age hoc] *Sup. faciο.* Quid uis] *Sup. amplius. Ad hoc medicus.* Vena] *Id eſt, uires.* Deficient] *Id eſt, deſtituent.* Te inopem] *Id eſt, impotem uel imbecillem.* Niſi cibus atq; ingens] *Id eſt, ualde magna.* Fultura] *Id eſt, ſuſtentatio.* Accedat] *Id eſt, addatur* Stomacho ruenti] *Scilicet, deficienti & labenti. Et cùm ille nollet ſumere addit medicus.* Ceſſas tu] *Sup. aliquid fulcimenti ſumere.* Agedum] *Adhortantis eſt, quaſi dicat ſi uis uiuere.* Sume hoc Ptiſanarium] *Id eſt, hanc potionem hordeaceam. Reſpondet Opi.* Quanti emptæ? *Sup. ſunt* Oryzæ] *Id eſt, ordea maiuſcula? Reſpondet medicus.* Paruo] *Scilicet, precio emptæ ſunt, ſed auarus non confidens, & uolens ſcire, inquit.* Ergo ſi paruo quanti] *Sup ſunt emptæ? Iam pueri ſciunt tanti, quanti pluris, & minoris ſine ſubſtantiuis in genitiuo conſtrui, cum uerbis precij, cætera in Ablatiuo, & ergo dixit quanti, non quanto, & paruo non paruis, & octuſsibus non octuſsium. Reſpondet medicus.*

Octuſſibus] *Id eſt, octo aſsibus ſup. emptæ ſunt. Ad quod Opimius.* Heheu, quid refert] *Id eſt, quid intereſt an ego peream morbo, an furtis.* Ve] *Pro uel.* Rapinis] *Hoc eſt, citiùs moriar, quàm patiar me ita ſpoliari, ut Octuſsibus emam præſentarium, & ita ſi moriendum eſt mallem morbo, quàm ſic mori Reſpondet ad hoc, aut Damaſippus Stertinio, aut Horat. Damaſippo. Igitur cùm certum ſit talem eſſe ſtultum.* Quis nam eſt ſanus] *Id eſt, ſanæ mentis? Reſponſio.* Is] *Sup. qui non eſt ſtultus.* Quid auarus] *Sup. eſt? Reſponſio.* Stultus & inſanus] *Sup. eſt* Quid *Sup. dicas, ſi quis non ſit auarus.* Eſt ne] *Sup.* Continuò] *Id eſt, ideò aut ſtatim ſanus? Reſpondet Stoicus, aut Damaſippus Stertinio, quod potius credo, aut poëta Damaſippo, nunc Stoico effecto.* Minime] *Sup. ſanus eſt. Cur ô Stoice minimè ſanus eſt? Reſponſio: dicam.* Putato craterum] *Id eſt, medicum illum peritum dixiſſe.* Hic æger non eſt cardiacus] *Id eſt, non patitur morbum cordis.* Si] *Sup. tunc dicat.* Igitur rectè eſt] *Id eſt, bene eſt, cùm hoc homine.* Que] *Pro &.* Ipſe] *Sup. ſurget.* Negabit] *Sup. medicus.* Ergo ſurgere quòd] *Id eſt, quia latus ſup.* Tentatur morbo acuto, aut quod renes eius tentantur] *Id eſt, afficiuntur, & torquentur acuto morbo.* Eodem modo ſi] *Sup. hic non eſt periurus, neq; ſordidus: Reſponſio.* Immolet hic] *Id eſt, talis.* Aequis] *Id eſt, iuſtis & fauorabilibus.* Laribus] *i. dijs familiaribus porcum, dicit alter uerùm ipſe ſup.* Eſt ambitioſus] *i. cupidus nimis honorum.* Et eſt audax] *Id eſt, temerarius. Reſponſio.* Nauiget Anticyram] *Id eſt, ad illam inſulam, ubi helleboro tutè utatur, ut ſe purget, quia inſanus eſt.* Enim] *Pro quia.* Quid differt balatrone] *Id eſt, homine prodigo & uorace.* Si] *Sup. donet, quicquid habes.* An nunquam utare] *Id eſt, utaris.* Paratis] *i. acquiſitis, hoc eſt, æquè uitioſus eſt, qui donet quicquid habet, ſicut balatro, ac qui nullo utatur. Seruius Oppidius. Ponit exemplum fugiendæ prodigalitatis, auariciæ, & ambitionis. Ordo eſt: Seruius Oppidius uir ſic dictus.* Extiteras diues Canuſi] *Id eſt, Canuſij.* Fertur] *i. dicitur.* Diuiſſe] *i. diuiſiſſe.* Duobus natis] *i. filijs ſuis duo prædia.* Antiquo cenſu] *i. ex antiquo cenſu. Et ipſe moriens fertur dixiſſe.* Pueris] *Id eſt, filijs ſuis uocatis ad lectum, in quo æger iam moriturus iacebat.* O' aule (*ſic enim uocabatur alter puerorum*), postquam ego uidi te ferre] *i. portare in ſinu laxo talos.* Et nuces] *i. inſtrumenta ludendi, & uidi te donare.* Et ludere] *. i. prodigum rerū tuarum, quamuis paruarum eſſe.* Et ô Tiberi (*alter enim uocabatur Tiberius*) poſtquam ego uidi te triſtem] *i. ſollicitum & anxium.* Numerare] *i. diſcere computum.* Abſcondere] *i. occultare.* Cauis] *i. locis* Cauatis] *Sup. rem tuam.* Ego extimui] *i. ualde timui.* Ne diſcors] *i. diuerſa.* Veſania] *i. furor.* Ageret] *i. impelleret uos, hoc eſt, prodigalitas Aulum, & auaricia Tiberium, uidelicet ne tu ô Aule ſequere Nomētanum uirum nimis prodigū, & ne tu ô Tyberi ſequerere.* Cicutam] *i. uſurarium nimis auarū.* Quare] *i. quapropter.* Vterq;] *Sup. ueſtrū oratur.*

Per diuos penates] *Id eſt, deos familiares noſtros.* Caueat] *Sup. tu ô Aule caue ne minuas, & tu Tyberi caue ne facias* Maius] *Id eſt, nimis augmentes id quod pater putat eſſe ſatis.* Et quod natura coërcet] *i. cōtinet intra limites ſuos.* Præterea ego obſtringam ambo] *Id eſt, ambos (ſicut prius duo pro duos dixit) iureiurando.* Ne gloria] *Id eſt, Cupido gloriæ, ut ambitio.* Titillet] *Id eſt, tentet & dulcedine ſui irritet uos.* Vter] *Id eſt, ſiue hic, ſiue ille, hoc eſt, ſiue tu Aule, ſiue tu Tiberi, fuerit ædilis.* Ve] *Pro uel.* Prætor is eſto] *i. uolo ut ſit inteſtabilis, expers teſtamenti & rerum mearum.* Et ſacer] *Id eſt, execrabilis, ut tranſgreſſor ultimæ uoluntatis patris ſui. Perdas tu ex humilibus parentibus natus, in cicere atq; faba, quæ pro &* Lupinis] *Id eſt, illis leguminibus, quæ ſolebant diſtribui populo ab his qui magiſtratum inierūt.* Bona] *Id eſt, patrimonium tuum.* Vt tu ſpaciere] *Id eſt, ſpacieris.* Latus] *Id eſt, exultans in circo, ubi fiebant ludi circenſes,* Aut ut tu ſtes Aeneus] *Id eſt, habeas ſtatuam Aeneam in loco publico.* O' inſane exiſtens nudus agris] *Exiſtens.* Nudus nūmis paternis] *Scilicet, (ironia eſt) quaſi dicat ſcire licet, & conatus dignus ſcitu, ut tu plebeius.* Feras] *Id eſt. reportes.* Plauſus] *Id eſt, applauſiones populi.* Quos] *Id eſt, quales Agrippa uir magnus, & nobilis fert, exiſtens item.* Vulpes aſtuta, imitata] *i. quæ imitari uoluit.* Leonem ingenuum] *Id eſt, nobilem ac natiuum, quaſi dicat decet te in pelle tua perſiſtere.*

Ne quis humaſſe &c] *Poſtquam poëta noſter oſtendit auaros ſtultos eſſe, ſicut & prodigos ambitioſosq́, nunc principaliter perſequitur ambitioſos, & potiſsimum Agamemnona, qui ut exercituī ſuo placeret Iphigeniam filiam ſuam Dianæ ſacrificauit: fabulæ tamen dicunt ſuppoſitam eſſe ceruam eius loco, ut tangit Seruius ſuper illud ſecundi. Aeneid.*

„ *Sanguine placaſtis uentos & uirgine cæſa, &c.*

Videtur autem induci quiuis plebeius, ſicut Therſites apud Homerum audacter in Agamemnona locutus eſt, qui quærat cur Aiacem Thelamonium ſepeliri uetet. Vnde ſcies, quòd cùm Achilles iratus ob raptam amicam pugnare nollet, & Patroclus in eius armis Hectorem debellando, uictusq́ & occiſus: Achilleis armis ſpoliatus eſſet, Thetis à Vulcano, filio ſuo alia arma impetrauit multo omnium pulcherrima, quæ mortuo per inſidias Achille, Vlyſſes & Aiax ſibi uendicauerant, contendentes coram Agamemnone, cæterisq́ principibus in qua contentione uicit facundia Vlyſſes, quàm rem ægrè ferens Aiax, raptusq́ furore in iudices, noctu ſurrexit, & cre-

dens ingredi tentoria principum illicq́ Vlyſſem, Agamemnona, cæterosq́ occidit boues & oues, quam rem poſtridie notam cognoſcẽs præ uerecundia ſeipſum interemit, quod reſciens Agamemnon, ſimulq́ qua mente in ſe fuerat, uetuit ſepeliri. Inducitur, ergo quiuis ex plebe ſic Agamemnonem alloquens.

O' Atrida] *Id eſt, Agamemnon, qui dicens filius Atrei, cur uetas ne quis uelit humaſſe Aiacem? Reſpondet Agamemnon.* Rex ſum] *Quaſi dicat.* Sic uolo, ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas. *quod audiens plebeius, dicit.* Ego Plebeius] *Id eſt, qui ſum de humili plebe, nil quæro ulterius, quaſi dicat, ſi imperium pro ratione eſt, fruſtra rationem peto, ſed continuo, ut quaſi ſimul loqui putentur addit Agamemnon.* Et ego imperito] *Id eſt, impero (ut ſit frequentatiuum pro principali)* Rem æquam] *Id eſt, iuſtam.* Ac] *Pro &.* Si ego uideor cui] *Id eſt, alicui non iuſtus.* Hoc] *Scilicet, Imperando.*

Ego permitto ei] *Sup.* Inulto] *Id eſt, impune de quo nullam ultionem quicquid dixerit fecero dicere id quod ſentit. Reſpondet Plebeius.* O maxime regum, di dent tibi deducere claſſem] *Id eſt, multitudinem nauium tuarum in patriam ſaluam reducere.* Troia capta] *Id eſt, poſtquam Troiam ceperis. Homeri eſt imitatio. Ergo quia hoc permittis.* Licebit] *Id eſt, licitum erit.* Conſulere] *Id eſt, conſilium abs te petere.*

Et reſpondere tibi mox conſulenti] *Id eſt, conſilium petenti, aut licebit tibi ſic à tuis conſilium petere, & tuis tibi reſpondere. (In hoc laudatur Horat. quòd dum alias res agere uidetur Reipub. conſulit. Nouit enim quia Mecænas, & per eum Auguſtus iſtec aliquando lecturus eſſet, & ideò uoluit eum inducere ad benignitatẽ, ut facilem acceſſum daret etiam minimis bona conſulentibus) Reſpondet Agamemnon, annuendo, ac iudicando, quòd liceat: unde addit.* Conſule] *Id eſt, pete conſilium. Quærit ergo Plebeius.* Cur Aiax ex ſtens, heros] *Id eſt, uir fortis & quaſi diuinus, ſecundus ab Achille in fortitudine, & magnanimitate.*

Putreſcit] *Sup. inſepultus exiſtens.* Claros Achiuis] *Id eſt, Græcis omnibus ſeruatis à Troianorum inceptu.* Toties] *Id eſt, tam frequenter?* Nonne] *Sup. hæc facis.* Vt populus Priami] *Id eſt, Troianus, & ut Priamus gaudeat (nondum enim mortuus erat, dum hæc contigiſſe finguntur.) Et aduerte non uitioſum eſſe, quòd populum præmiſit: moris enim eſt Homeri, & Virgiliani, ſegregare ducẽ ab exercitu, ut egregium ſignificẽt, ſicut Troias relliquias Danaûm atq; immitis Achilli, ſed pergo, ut inquam gaudeat ſup.* Eo inhumato] *Id eſt, quod is iaceat.* Inhumatus] *Id eſt, inſepultus.* Per quem tot iuuenes] *Sup. Troiani caruere patrio ſepulchro? quaſi dij talionem cum eo fecerint. Reſpondet Agamem. cauſam aſsignans* Quia ipſe Aiax inſanus] *Id eſt, furibundus.* Dedit morti] *Id eſt, occidit.*

Mille ouium] *Id eſt, plurimas oues, numerus certus pro incerto.* Clamans ſe occidere inclytum] *Id eſt, clarum Vlyſſem, & Menelaum fratrem meum.* Vos] *Id eſt, pariter.* Mecum] *Id eſt, cum me. Dicebat enim dum maiores arietes, aut uitulos occideret, habe nunc Vlyſſe arma mihi ſurrepta, habe hoc Agamemnon pro iniquo iudicio tuo, & tu Menelaë pro conſilio, aut quid ſimile. Reſpondet Plebeius, innuens neminẽ id debere punire in alio cuius ipſe culpabilis ſit, & ita Aiacem non debere inſepultum relinquere propter inſaniam, cùm Agamemnon non minùs inſanierit: dicit ergo.* Cum] *Id eſt, quando tu ô Agamemnon.* Statuis mactandam] *Scilicet, ante aras, ſcilicet Dianæ cuius occideras ceruam.* Dulcem natam] *Id eſt, filiam Iphigeniam, quæ deberet tibi dulcis eſſe.* Pro uitula] *Id eſt, loco uitulæ, cùm potuiſſes Deam placaſſe uitula, Aulide in illo portu ubi fiebat recenſio totius exercitus Græcorum (quo tempore Agamemnon Dianæ ceruam ſagittis traiecit, unde irata Dea fecit ut non poſſent Græci habere uentum nauigandi Troiam, donec placata eſt ex iudicio Chalcantis uirgine cæſa) & cum ô Improbe] Id eſt, improbandæ ſpergis caput filiæ tuæ immolandæ.* Mola ſalſa] *Sine qua non fiebat ſacrificium (Sinon. 2. Aeneid.*

» *Mihi ſacra parari, & ſalſæ fruges, & circum tẽpora uittæ.)*

Cùm inquam tu hæc facis. Seruas tu rectum] *Id eſt, rectitudinem animi? q. d. minimè. Ad quod Agamemnon.* Quorſum inſanus] *Id eſt, quo uerſus, uel inquam partem dicor inſanus. Addit Plebeius.* Quid enim fecit Aiax, cum ſtrauit] *Id eſt, proſtrauit pecus ferro. q. d. nihil tam deteſtandum.* Qui abſtinuit uim] *Id eſt, uiolentiam prohibuit ab uxore.* Et nato] *Id eſt, filio.*

Precatus] *Id eſt, imprecatus.* Atridis] *Id eſt, uobis inimicis eius multa mala.* Ille] *Scilicet, Aiax non uiolauit, aut Teucrum filium ſicut tu filiam.* Aut Vlyſſem ipſum] *Scilicet, quem merito odiſſe poterat.* Ferro] *Id eſt, mucrone ſuo. Reſpondet.* Verum] *Id eſt, ſed ego exiſtens prudens placaui diuos ſanguine (artificioſè ſubticet cuius ſanguine)* Vt eriperem] *Sup. à deſtructione.* Naues] *Scilicet, Græcorum.* Hærentes] *Id eſt, affixas quaſi, ob quod dij uentum prohiberent.* In] *Sup.* Littore aduerſo] *Id eſt, inimicis uicino ex oppoſito Troiæ. Vnde Plebeius addit illud, quod ille ſubtiliter omiſerat.* Nempe] *Id eſt, non'ne certe.* O' furioſe placaſti] *Sup.* Diuos tuo ſanguine] *Id eſt, filiæ ex te genitæ. Reſpondet. Agam. meo ſup. ſanguine placui, ſed non furioſus. Probat Plebeius, quòd furioſus id fecerit: dicens.* Is] *Sup. qui capiet alias* Species] *Id eſt, ſimilitudines.* Veri] *Id eſt, ueritatis (quia omnes decipimur ſpecie recti)* Que] *Pro &.* Sceleris] *Id eſt, iniquitatis.* Permixtas] *Id eſt, confuſas.* Tumultu] *Id eſt, turbatione.* Mentis] *Id eſt, quicunq; perturbatus confundit ſpecies ueri & ſceleris.* Quæ tamen a te] *Id eſt, inter ſe diuerſa ſunt, ut qui auaritiam ſuam, parſimoniam uocat, aut ambitionẽ magnanimitatem, aut magnificentiã, &c.* Habebitur] *Id eſt, iudicabitur commotus.* Atq; nihil] *Id eſt, in nonnullo.* Diſtabit] *Id eſt, differentia erit.* Ne] *Pro an.* An erret ſtultitia] *Id eſt, per ſtultitiam.* An ira] *Id eſt, per iram.* Aiax dum occidit agnos immeritos] *Id eſt, qui non meruerunt ab eo occidi.* Deſipit] *Id eſt, male ſapit & inſanus eſt.* Cum tu prudens] *Id eſt, qui dicis te prudentem uel ſciens, & proſpiciens quid faceres.* Admittis ſcelus in filiam] *Scilicet, ob inanes* Titulos] *Id eſt, ut ſaluator exercitus aut imperator dicaris.* Stas tu animo] *Id eſt, ſeruat.* Statum] *Id eſt, rationem animi.* Et cor tumidum] *Id eſt, inflatum.* Eſt ne] *Sup.* Purum tibi cum uitio] *Id eſt, cùm tamẽ ſis uitioſus? quaſi dicat id fieri non poteſt. Quod alio exemplo probat dicens, Si quis amet geſtare lectica, in qua nobiles matronæ geſtabantur.* Agnam nitidam] *Id eſt, mundam ouem adhuc tenera m.* Et paret] *Id eſt, comparet, aut emat.* Huic] *Scilicet, agnæ ueſtem.* Vt gnatæ] *Id eſt, filiæ ſup. emeret, & paret huic ancillas, paret aurum, appellet eam Ruffam aut puſillam, ſicut faciunt patres blandientes filiabus paruulis.* Et ſi deſtinet] *Id eſt, animo addicat uidelicet agnam uxorem forti marito.* Prætor adimat] *Id eſt, auferat.* Huic interdicto] *Scilicet, uſu rerum ſuarũ, omne ius.* Et tutela abeat] *Id eſt, traducatur ad propinquos ſanos, hoc eſt, prætor aſsignaret illi tanquam furioſo curatorem.* Quid] *Sup. dicas.* Si quis deuoueat gnatam] *Id eſt, filiam, id eſt adiudicet eam morti.* Pro muta agna] *Id eſt, ubi poſſet offerre mutam agnam, eſt ipſe integri animi.* Ne dixeris] *Id eſt, noli hoc dicere (Aduerte quia iterum textus habet* integer eſt animi, *ubi magis Grammaticè dicas etiam ſtante uerſu* integer eſt animi, *ſed dixit fortè ſicut Virgilius* infœlix animi*)* Ergo ubi praua ſtultitia eſt] *Sicut in te.* Hic] *Id eſt, ibidem eſt ſumma inſania.* Is] *Sup. qui eſt ſceleratus.* Erit &] *Id eſt, etiam.*

Furioſus] *Id eſt, nemo ſceleratus eſt, qui non idem furioſus, & quem fama.* Vitrea] *Id eſt, fragilis.* Sed ſplendida] *Id eſt, quicunq; ambitioſus eſt.* Hunc circumtonuit] *Id eſt, attonitum & per hoc inſanum fecit.* Bellona] *Dea belli gaudens cruentis, ſup. rebus ut armis, & uiris.* Quæ excitat Erynnim] *Id eſt, furorem bellicum, hæc concluſio uidetur eſſe Stertinij, ut ſequentia.*

Nunc age luxuriam &c.] *Poſtquam auaros & ambitioſos inſanire Stertinius docuit, docet nunc prodigos, & luxurioſos inſanire: dicens.* O' Damaſippe age] *Id eſt, perſequere nunc mecum.* Luxuriam] *.i. ſuperfluitatẽ in luxu, ueſtitu ac cætero ſumptu, hoc eſt, prodigalitatem.* Et trahe] *.i. in numerum, ſtultoq́; trahe mecũ Nomentanum, uirũ illũ prodigũ, & perditum luxuria.* Enim] *pro qa.* Ratio uincit] *.i. probat euidenter.* Nepotes] *.i. luxurioſos, et guloſos.* Stultos] *.i. q ſtulti ſũt.* Inſanire] *i. etiã inſanos eſſe.* Hic] *.i. Nomẽtanus.* Simul] *.i. ſtatim,* Ac] *.i. poſtq̃.* Cepit] *.i. recepit.*

Mille

Mille talenta patrimonij] *Hoc eſt, de patrimonio ſuo.* Edicit] *Id eſt, publicè mandat.* Vti] *Id eſt, ut piſcator.* Et Pomarius] *Id eſt, pomorum uenditor.*

Et auceps] *.i. auium captor ac uenditor.* Vnguentarius] *.i. unguenti uenditor.* Ac impia turba Tuſci uici] *.ſ. lenonum & paraſitorum.* Et fartor] *Id eſt, Farſimium ſtructor ac uenditor cum ſcurris.* Et omne macellum] *.i. omnis uendens obſonia in macello, quod à macello, cuius illic domus erat denominatum eſt.*

Cum uelabro] *.i. cum omnibus piſces recentes, ad uelabrum uendentibus.* Veniat domum] *Sup. ſuam mane.* Quid tum?] *Sup. factum eſt. & ſunt uerba Damaſippi, aut poëtæ interrogantis. Reſponſio.* Ipſi uenêre] *Id eſt, uenerunt.* Frequentes] *.i. in magna frequentia. Leno (quem è uico Thuſco ueniſſe putem, licet Acro maluerit propter negociatores impiam turbā dixiſſe) facit uerba (ſunt enim lenones meretricum patroni, & directores) id eſt, loquitur pro reliquis tanquam facundior cæteris, unde dicit.* O', Nomentane *quicquid mihi eſt domi, & quicquid cuiq; horum eſt domi.*

Crede] *Id eſt, perſuade tibi.* Id tuum] *Sup. eſſe, pete uel nunc,* Vel cras] *.i. quandocunq; uoles.* Accipe] *.i. intellige.* Quid inuenis æquus] *Id eſt, iuſtus (& hoc Ironicôs: quaſi æquitatis ſit erga lenones gratum eſſe) ſcilicet, Nomentanus.* Reſponderit contra hæc] *Tu ſup. uenator & auceps.* Dormis ocreatus in niue Lucana, ut ego cœnem] *.i. in cœna comedam aprum.* Tu] *.i. piſcator.* Vellis] *.i. auellis & extrahis.* Ex æquore hyberno] *.i. hyemali frigore horrenti.* Piſces, ego ſegnis] *.i. ignauus nihil agens (Nam quaſi ſine igne, qui maximè actiuus eſt, ſegnis dicitur)* Indignus] *Sup. ſum.* Qui poſſideam tantum] *Sup. pecuniarum.* Aufer & ſume tibi ô uenator decies] *Sup. ſeſtertium.*

Et tu piſcator tantumdem] *Id eſt, etiam decies ſeſtertium.* Tu] *Scilicet, leno ſume.* Et aufer tibi triplex] *Id eſt, tricies ſiue 30. ſeſtertia.* Tu inquam unde] *.i. abs cuius latere.* Vxor uocata] *Id eſt, quando uocauero eam.* Currit] *Id eſt, celeriter uenit ad me.*

De media nocte] *Id eſt, etiam tempore mediæ noctis.* Filius Aeſopi] *Ponit aliud exemplum prodigalitatis ac perditæ gulæ. Ordo eſt. Filius Aeſopi illius Tragœdiarum actoris ditiſsimi.* Diluit] *Id eſt, in liquorem reſoluit, ac potabilē fecit.* Aceto] *.i. per acetum.* Baccam] *.i. gemmam inſignem.* Detractam] *Non ui, ſed magnitudine precij, ex aure Metellæ* Potentiſſimæ matronæ] *(tunc enim in aures deferebant matronæ, & habebant uniones dependentes ab auribus more Aegyptiarum nobilium) ſcilicet, ut exorberet* Solidū] *Id eſt, ex integro & uno hauſtu.* Decies] *Sup. ſeſtertiūm (Et aduerte lector, quia docti libentiùs dixerunt decies ſeſtert.* ū *n. quàm decem ſeſtertia. Eſt autem ſeſtertiūm ſeu ſeſtertius pondus libræ & dimidiatæ, quaſi ſemiterium. Dicitur etiam Marcus Antonius ſuperatus, in luxu cœnarum à Cleopatra regina Aegypti unionū potu)* Qui] *Id eſt, in quo fuit ſup.* Ille filius ſanior ac] *Id eſt, quàm.* Si iaceret] *Id eſt, proijceret.* Illud idem] *Scilicet, precium.* In flumen rapidum'ue] *Pro uel.* In Cloacam] *Id eſt, receptaculum ſordium, quaſi dicat in nullo.*

Progenies] *Id eſt. generatio proles.* Quinti Arri] *Id eſt, Arrij exiſtens par fratrum nobile.* Nequitia] *Id eſt, per nequitiam.* Et nugas] *Id eſt, per nugas.* Et gemellum] *Id eſt, concors & conforme, ut gemelli ſolent, amore prauorum, quia conſimuliter & æqualiter prauitati ſtudebant.* Soliti] *Eſt locutio congrua, re non uoce.* Par fratrum ſoliti] *Id eſt, ipſi fratres.* Prandere luſcinias] *Scilicet, auiculas canoras & ob cantum precioſas.* Coëmptas] *Id eſt, ſimul emptas.* Impenſo] *Id eſt, magno impendio.* Quorſum] *Id eſt, quo.* Verſū] *Id eſt, in quam partem abeant.* Sani ne] *Sup. ſunt.* Ac notandi creta] *Id eſt, bono lapillo, quo ſani notandi ſunt.* An carbone] *Id eſt, nigro colore, qui malos & perditos deſignat, quaſi dicat: Sine dubio notandi ſunt carbone, tanquam inſani.* Luſciniæ] *Aut potiùs Luciniæ, quaſi prima luce canentes, à ſuauitate Philomelæ dicuntur, uel quia in eam autem uerſa dicitur. De hac autem ſic dicit Plin. Huic aui diebus ac noctibus continuis 15. garrulus cantus eſt, denſante ſe frondium germine. Mirum profectò tantam uocem in tam paruo corpuſculo ineſſe, tam pertinacem ſpiritum, & muſicæ perfectæ modulatum ſonum.*

Hæc in ore Steſichori poëtæ adhuc infantis cecinit. Certant inter ſe uicta morte quieſcit prius, deficiens uita quàm cantu. Audit diſcipulam attentè ac corrigit, quapropter illis ſeruorum precium eſt &c. Vnde hic impenſo emptas dicit.

Aedificare caſas, &c.] *Stultè amantes inſanire docet. Ordo eſt.* Si ædificare caſas] *Id eſt, domunculas ex lapillis, aut fruſtis lignorum repertis, more puerorum.* Et adiungere mures ploſtello] *Id eſt, paruo plauſtro ut trahant ipſum. (Quia enim au in o longum mutabant ueteres: indifferenter caulis & colis, cauras & coros, caudex & codex, plauſtrum & ploſtrum &c. leguntur.)* Ludere par impar] *Aut de nucibus, aut de aciculis diuinando.* Equitare in longa harundine] *Id eſt, in canna plauſtri, aut in quauis alia pertica, hoc eſt, ſi exercere luſus pueriles, delectat barbatum tunc amantia* Vexet] *Id eſt, agat & impellat eum.* Sic ratio euincet] *Id eſt, inſolubiliter probabit.* Amare] *Scilicet, meretricio amore.* Eſſe puerilius] *Id eſt, ſtultius, & puero dignius.* His] *Sup. factis puerorum.* Nec] *Pro & non.* Et conuincet non differre] *Id eſt, intereſſe quicquam utrum.* Tu ludas] *Id eſt, pueriliter exerceas.* Opus] *In puluere.* Quale prius] *Supple luſiſti.* Trimus] *Id eſt, cum eſſes tantum trium annorum, an tu plores exiſtens.* Sollicitus amore] *Id eſt, de amore meretricis.* Quæro an facias] *Id eſt, te facturum ſperes, id quod* Polemon mutatus] *Id eſt, ex luxurioſo philoſophus.* Effectus] *Supple fecit olim, hoc eſt.* Quòd ponas inſignia morbi] *Id eſt, luxuriæ & nequitiæ tuæ, utpote molles, ac muliebres habitus: uidelicet faſciolas, quibus mulieres, aut capillos ligant, aut mamillas ſtringunt.* Cubitale] *Quo cubitum ornant.*

Focalia] *Id eſt, calamiſtrum in foco calefactum ad criſpandos capillos.* Vt] *Id eſt, quemadmodum.* Ille] *Videlicet Polemon.* Dicitur olim potus] *Id eſt, ebrius.* Carpſiſſe quondam furtim] *Id eſt, ſecretè alijs uix percipientibus.* Coronas] *Scilicet, quas poturus capiti impoſuerat, ſed ad collum uſque deciderant. Imponebant enim indulgentius poturi coronas capitibus ſuis, ſed ipſe carpſit eas ex collo, in quod deciderant.* Poſtquam eſt correptus] *Id eſt, reprehenſus.* Voce magiſtri] *Scilicet, Xenocratis de uirtute diſputantis.* Impranſi] *Id eſt, adhuc ieiuni, & per hoc maiorem autoritatem contra crapulam diſputandi habentis, expeditiusq; ut fieri ſolet.* Ingenium] *q. d. id quidem quàm paucißimis datum, ut ex ſtultis amoribus uerè reſipiſcant. Sunt enim ſtulti amatores puerorum ſimiles, qui citò mutantur. unde ſubdit.*

Cùm tu porrigis puero irato poma recuſat ſumere. *Cùm autem dicis.* O' Catelle *(ſic adhuc hodie blandiuntur Itali quidem puero)* ſume] *Id eſt, accipe.* Si non des] *Sup. poma optet ea accipere.* Amator excluſus, qui] *Id eſt, in quo.* Diſtat] *Sup. à tali puero.* Vbi agit] *Id eſt, diſquirit.* Secum an eat] *Sup. ad amicam an non.* Quo] *Id eſt, ad quam erat rediturus.*

Non acceſſitus] *Id eſt, ſi non fuiſſet uocatus.* Et hæret] *Id eſt, dubitat.* Foribus] *Scilicet, meretricis.* Inuiſis] *Id eſt, inſpectis. Niſi dicas ante fores inuiſas, agit autem ſecum hoc modò pro parte negatiua.* Nec] *Id eſt, non etiam. ego non accedam etiam* Nunc] *Sup. ad amicam.* Cùm] *.i. quamuis.* Vocet me ultrò] *Id eſt, non requiſita à me, deinde pro affirmatiua dicit.* An potius mediter finire labores] *.i. cruciatus quos ſuffero & quos finiuero per copiam eius, deinde iterum pro negatiua dicit.* Ipſa excluſit] *Sup. me.* Et reuocat] *Sup. me (totus hic locus eſt, quaſi in Eunucho Terentij)* Redeam] *Id eſt, putas quod redeam ad eam.* Non] *Sup.* Redeam. ſi] *Id eſt, tametſi.* Obſecret] *Sup. me.* Ecce ſeruus ſapientior non paulò] *Id eſt, multo (quod non eſt contra decorum, quia tantus eſt furor amantium, ut ſeruus non amans meritò dicatur, multò ſapientior domino amante) ait ſup.* O' here] *Id eſt, domine res.* Quæ nec habet modum] *Id eſt, moderationem, neque conſilium, cuiuſmodi eſt amor.*

Non uult tractari ratione & modo, hæc mala ſunt in amore, bellum, rurſum pax, ſi quis labores reddere] *Id eſt, efficere.* Sibi certa] *Id eſt, ſtabilia.* Hæc mobilia propè] *Id eſt, quaſi Rito] Id eſt, more tempeſtatis.* Et fluitantia cæca forte] *Id eſt, fortuna (declinatur, hæc ſors, & ab hac forte, ut tertio Aeneid.*

Forte

„ *Forte ſua Lybicis tempeſtas appulit oris.*

Quod probat meliùs legi forte *quam* ſorte) Talis explicat] *Id eſt, efficiat.* Nihilo plus ac ſi] *Id eſt, quàm ſi paret inſanire certa ratione.* Et modo] *Id eſt, cùm ratione, & modo.* Quid] *Sup. dicis amator.* Cùm gaudes ſi percuſſit] *Pro percuſiſti forte cameram amicæ.* Pomis Picenis] *ex loco ſic uocatis.* Excerpens ſemina] *Hoc eſt, cum in more amentium amatorum, quibus perſuaſum eſt.* Si forte] *Id eſt, à caſu contigerint granis pomi Piceni cameram amicæ, uoti compotes fieri.* Gaudes] *Id tibi, contigiſſe.* Es tu penes te] *Id eſt, compos.* Mentis tuæ] *q.d. non.* Quid] *Sup. dicis* Es tu penes te cum feris annoſo palato] *.i. laborioſè profers ex antiquo ore.* Verba balba] *.i. ſemi perfecta ex more blandientium.* Qui] *.i. in quo.* Sanior] *Sup. es,* hoc faciens puero] *Sup.* Aedificante caſas] *Ex lapillis & fragmentis rerum ut dictum eſt. q.d. in nullo.* Adde cruorem] *Id eſt, perniciem* Stultitiæ] *.ſ. quæ in amore, & non in puero eſt.* Atq; ſcrutare ignem] *Id eſt, ardorem amoris.* Scrutare inquam modo nũ cũ] *Id eſt, quando Marius, amator quidam ſtultus.* Præcipitat ſe] *.i. deorſum proijcit ex deſperatione.* Et hoc Hellada amica eius percuſſa] *Id eſt, occiſa.* Fuit ipſe tunc cerritus] *Id eſt, totus furioſus, & inſanus.* An abſolues] *.i. liberabis.* Hominem] *Scilicet, Marium.* Crimine] *.i. per crimen.* Commotæ mentis] *.i. dices eum* Non ceritum] *.i. furioſum fuiſſe, ſed habuiſſe mentem commotam.* Et damnabis eundem] *.ſ. Marium.* Sceleris] *Id eſt, dices eum non crimen commiſiſſe occidẽdo Helladem & ſe.* Sed ſcelus] *.ſ. leuiuſculum.* Imponens ex more] *.i. ſicut moris ueſtri eſt rebus uocabula non propria.* Sed cognata] *.i. uicina proprijs. Hoc Stoice omninò dictum eſt. De Stoicis enim in prima huius dictum eſt quod nemini parcant, & omnes æqualiter punire uelint. Econtrario Stertinius Stoicus, nunc ægrè fert eos, qui à ſeueritate diſcedentes mitius appellant peccata.* Scelera] *Videlicet quæ manifeſta crimina ſunt. Et ita patet ſententias ſecundùm affectionem loquentium eſſe interpretandas. Et hæc de ſtultis amoribus. Sequentia ſunt de ſuperſtitionibus.* Libertinus erat] *Nunc ſuperſtitionem damnat eaq; captos inſanire docet, loquens de quodam libertinæ conditionis, noto quidem, ſed non nominato forte propter legem. Ordo eſt.* Libertinus] *Id eſt, quidam libertinæ conditionis erat.* Qui ſiccus] *Id eſt, non ebrius, ſed adhuc ieiunus, nec per infantiam peccas.* Quia ſenex, currebat mane] *Id eſt, tempore matutinò cum ſaniore capite eſſe deberet.* Manibus lautis] *i. lotis & mundis, quod ad religionem facere putauit ſuperſtitioſus circum compita ubi Dijs laribus ſacrificaret, qui inquã ſic currens, & addens quiddam unum magnum, orabat dicens ſup. dij.* Surpite] *Pro ſurripite (quæ ſyncopa præcipitãter locutum innuit)* Me unum] *Id eſt, ſolùm ex omnibus mortalibus morti.* Etenim] *Sup.* Hoc facile] *.ſ. factu.* Dijs] *.ſ. qui omnipotentes ſunt.* Orabat] *Dico exiſtens ſanus utriſq; auribus, atq; oculis ſup ſanis.* Sed dominus eius] *Sup.* Cùm uenderet] *. i. cùm uellet eũ uendere.* Niſi litigioſus] *Id eſt, ni eſſet litis amator.* Exciperet] *Id eſt, demeret à ſanitate mentem ſup.* Eius] *.i. diceret eum ſano corpore, ſed non animo, aut mente.* Chryſippus] *.i. dogma Stoicorum à Chryſippo deſcriptum.* Ponit quoq;] *.i. etiam.* Hoc] *Id eſt, inſanire.* Vulgus] *.i. multitudinem populi.* In fœcunda gente. Meneni] *Illius uiri, quem per tranſitum taxat.* Mater pueri] *Cuiuſdam forte de familia Meneni cubantis, in lecto præ ægritudine iacentis, ait. O' Iupiter qui das, & adimis dolores (ſimile eſt, id eſt, Regum 1.)* Si quartana] *Sup. febris.* Frigida] *Id eſt, frigore concutiens.* Reliquerit puerum] *Ipſe puer ſtabit nudus in Tyberi.* Illo die quo tu ô magne Iupiter indicis] *.i. præcipis.* Ieiunia] *Sup. celebrari.* Si] *Sup.* Caſus] *.i. fortuna.* Ve] *Pro uel medicus.* Leuarit] *Id eſt, leuauerit.* Aegrum] *Scilicet puerum.* Ipſa mater delira] *Id eſt, ex ſuperſtitione inſaniens.* Necabit ex præcipiti] *Id eſt, ex præcipitatione illa, puerum fixum in gelida ripa, que pro & reducet febrim.* Quo malo concuſſa mentem] *Id eſt, quo concuſſam mentem habens hæc facit?* Ne] *Id eſt, non ne.* Metu] *Id eſt, ſuperſtitioſo timore deorum? quaſi dicat manifeſtiſsimè.*

Hæc mihi Stertinius] *Concludit narrationem ſuam Damaſippus, dicens, ſe omnia ſuperiora à Stertinio audiuiſſe, deinde interroganti poëtæ cùm omnes ſtultos prædicet, quo ipſe morbo inſaniat, dicit, quædam leuia, quæ tamen poëta in ſe non admittit. Ordo eſt. Stertinius octauus ſapientum (erant enim prius ſeptem nobiles ſapientes Græciæ)* Dedit mihi amico ſuo, hæc arma] *Id eſt, hanc defenſionem.* Ne compellarer] *Id eſt, interpeller & moleſter ut ſtultus.* Poſt hac] *Id eſt, poſt illud tempus.* Inultus] *Id eſt, non ſumens ultionem de iniuria mihi illata, qui dixerit me poſt hâc inſanum.* Audiet totidem] *Sup. uerba, quia dicam eum etiam inſanum.* Atq; diſcet] *Scilicet, per me ſtultitiam eius reuelantem.* Reſpicere pendentia] *Id eſt, ea quæ pendent, ſcilicet ſua cuiuſq; uitia.* Tergo ignoto] *Id eſt, noſtro non aſpectio à nobis, ſed ab alijs, ut alibi dictum eſt. Nam Apologus Aeſopi habet, quemlibet portare manticam dependentem ab humeris antrorſum, & retrorſum, ſed in parte anteriori ponere aliorum uitia, ut quæ ſæpe inſpicimus, in poſteriore noſtra, quæ nunquam uidemus, ſed qui nos ſequuntur ſemper. Reſpondet Horat. cum iocundo riſu.* O' Stoice ſic uendas (*Sic eſt particula aptiſsima precibus, ut:*

„ *Sic te diua potens Cypri, ſic lucida ſydera &c.)*

Omnia] *Id eſt, omnes res tuas.* Pluris] *Id eſt, maiore pretio poſt damnum, quia dixit ſe omnia perdidiſſe.* Dic] *Sup. qua ſtultitia.* Putas me inſanire] *Quaſi dicat, id dubito: quoniam non eſt unum.* Præciſe] *Sup. aut duntaxat.* Genus] *Sup. ſtultitiæ, ſed multiplex.* Dic mihi nam ego uideor mihi ſanus] *Reſpondet Damaſippus.* Quid] *Sup. mirum eſt, ſi tibi ſanus uideris.* Agaue] *Mater Penthei regis Thebarum.* Cùm] *Id eſt, quando* Portat caput gnati infœlicis] *Scilicet, Penthei (quem capto furore bacchico, loco uituli, aut apri trucidauit)* Abſciſſum] *Sup. à ſe uidetur ipſa* Sibi tum] *Id eſt, tunc.* Furioſa] *Quaſi dicat minimè & tamen furioſa fuit. Conſimiliter licet tu tibi ſanus uideris, non tamen continuo ſanus es. Ad quod poëta.* Ego fateor me ſtultum, liceat] *Id eſt, licitum ſit concedere ueris.* Atq; fateor me etiam inſanum] *Id eſt, fateor quicquid uis.* Ediſſere] *Id eſt, declara mihi.* Tantum] *Id eſt, tantummodo hoc, quo uitio animi putes me ægrotare? Reſpondet Damaſippus.* Accipe] *Id eſt, audi dicam tibi.* Primum tu ædificas] *Hoc eſt,* Tu imitaris longos] *Id eſt, facis longas, & altas domos.* Cùm ſis totus ab imo] *.i. à planta pedis ad ſummum, i. uſq; ad uerticem capitis.* Modum] *Id eſt, paruæ menſuræ bipedalis uidelicet, & tu idem rides ſpiritum & inceſſum Turbonis illius gladiatoris.* In armis] *Id eſt, quando armatus incedit maiorem.* Corpore] *Id eſt, quàm ſit corpus eius (Proprium ergo declinatur hic turbo, turbonis appellatiuum, quia olim dicebatur, hoc turben, facit huius turbinis)* Qui] *Id eſt, in quo es ſup.* Tu minus ridiculus] *Id eſt, dignus deriſione.* Illo] *Id eſt, quam ille.* Quem tu derides] *Quaſi dicat in nullo, an quodcunq; facit Mecœnas.* Eſt uerum] *Id eſt, ueriſimile.* Quoque] *Id eſt, etiam te ſup. facere decere exiſtentem diſsimilem ſup.* Mecœnati tanto] *.i. in tanto (Hoc quoq; uerbo amicum ridentem tangit, innuens eum multa uix decentia facere) & uerum eſt te tanto minorem ſup.* Mecœnate certare] *Id eſt, contendere ſupple.* Cum eo] *Quaſi dicat minimè, quod probat apologo quodam Aeſopi.* Pullis ranæ abſentis preſsis] *Id eſt, oppreſsis pede.* Vituli] *Id eſt, iuuenis.* Bouis] *Id eſt, cum ſemel pulli ranæ eſſent oppreſsi à pede bouis.* Vbi] *Id eſt, poſtquam unus ſup illorum pullorum effugit.* Denarrat matri ut] *Id eſt, qualiter ingens belua eliſerit.* Cognatos] *Id eſt, reliquos pullos.* Secum natos] *Hoc eſt, confratres ſuos.* Illa] *Scilicet, mater hoc eſt, uetus rana, aut bufo rogare ſup. cœpit.* Aut rogabat tanta ne] *Id eſt, non ne tam ingẽs belua, ut ego nunc ſum ſup. oppreſsit eos.* Et ſufflans] *Id eſt, inflans ſe rogabat ſupple tandem.* Num] *Id eſt, numquid (quod innuit negationem) ſup. belua fuiſſet ſic magna, ut ipſa ſic inflata.* Reſpondet pullus] *Sup.* Ipſa fuit maior] *Sup.* Te dimidio] *Id eſt, pro dimidio, quod audiens mater iterum inflans ſe interrogabat.* Num] *Id eſt, nunquid ſup. erat tanto maior, & cùm ipſa inflaret ſe magis ac magis.* Inquit] *Sup. pullus.* O' mater ſi] *Id eſt, tametſi ruperis te.* Tu non eris par illi beluæ] *Sup.* Hæc imago] *Id eſt, parabola ô Horati.*

Non abs

Non abludit] *Id eſt, non aliena eſt multum à te, qui Mecœnati te æquare uis, quod non magis aſſequeris, quã rana molem bouis. Adde nunc ad cæteros furores tuos.* Poëmata] *i. poëticum furorem.* Hoc eſt adde camino] *i. igni, aut fornaci oleum, ut magis ardeat, ſicut poëſis te magis inſanũ facit.* Quæ] *Sup.* Poëmata ſi quis fecit] *Sup. unquam exiſtens.* Sanus &] *i. etiam tu facis ſanus, ſed notum putat, quia poëtæ inſaniunt (Non tñ poëticus furor uitioſus erat, uerùm Damaſippo inuiſus) adde inquam poëmata.* Non dicam rabiem horrendam] *Cùm tamen ſup. id uerè dicere poſſim.* Deſine ergo Horati iam cultum maiorem cenſu] *i. q̃ redditus tui ſuppetant. Ad hæc Horatius ne conceſſiſſe hæc uitia culpetur ab æmulis: fingit ſe iratum in Damaſippũ dicẽs, Damaſippe teneas te appoſitorie exiſtentem ſup. mille furores puellarum, & mille furores puerorum.* Teneas Inquam. Te tuis] *Id eſt, inter tuos, & tui ſimiles.* O' maior inſanè] *Id eſt, quàm magis inſanis.* Parcas tandem minori] *Id eſt, mihi minus inſanienti quam tu, & ſic diſceſsiſſe ſe innuit.*

POLYD. VIRG. } Danda eſt hellebori multò pars maxima] *Quum ſub obſcurè quempiam tanquam minimè mentis compotem, inſaniæ coarguere uolumus, dicimus, hic nauigat Anticyram, quòd ea inſula, quæ eſt ad Phocanam regionem in Corinthum uerſa helleboro maximè abundet. Et quod Liuium Druſum, ut ſuo comitiali morbo mederetur iſtam petiſſe cõſtet. Poly. in Prouerb. Hic nauigat Antic.*

GILB. COGNAT. } Aliena negotia curans, excuſſis proprijs] *Reperiũtur in ocio uiuentes q ſuis negocijs non deſtinentur, ſed aliena curare conſueuerunt: Gilb. in Prouerb. Curioſis nemo eſt, quin ſit maleuolus.* Plerunque recoctus Scribe ex quinq; uice coruum deluſit hiantem] *Per recoctum intelligimus ueteratorem inſignem, qui longo uſu didicit quid diſtent æra lupinis, Gilb. in Prouerb. recoctus.*

PHILIP. BEROAL. } Quid enim refert balatrone Dones quicquid habes an nunquam &c.] *Ibi malè literati Grammatiſtæ Balathrone legunt, ut una ſit dictio tantũ, quum ſeiunctim legendum ſit* Barathro ne, Baratho ne, *id eſt, uentri & gulæ dones patrimonium. Inde Barathrones dicti, qui bona ſua lacerant, id eſt, in barathrum, gulamq; demittunt. Beroald.*

SER. MAR. HON. } Plerunq; recoctus] *Multi temporis aliquid coctum uocamus.*

SATYRA IIII.

SATYRAE IIII. ARGVMENTVM ASCENS.

Quarta nimis lautæ ridet præcepta culinæ.

ALIVD ARGVMENTVM.

Inducit Catium Epicureum, qui quatuor libros de natura ſcripſit, arroganter de ſecta ſua diſſerentem, quam hac Satyra ridet poëta, utpote quæ in uoluptate poneret ſummum bonum.

ALIVD GEORGII FABRITII.

Contra Epicureos.

COMMENTARIA.

ACRON.

VNDE, & quo ? Catius, non eſt mihi &c.] *Catius Epicureus fuit, qui ſcripſit quatuor libros de rerum Natura, & de ſummo bono. Sub huius nomine poëta Epicureos ita riſurus eſt, ut in proxima Stoicos. Epicurei enim ſummum bonum, dicunt uoluptatem rerum honeſtarum. Contra Stoici uoluptatem gulæ & libidinis luxuriam dicunt. Aliter: Marcum Catium inducit ordine cœnarum præcepta tradentem, deinde loquitur de ſecta Epicurea, & ſecat modò Epicureos, quomodo ſecuit alibi Stoicos.* Obuiam Horatio factus eſt *Catius, qui philoſophum audierat, de ciborum qualitate tractantem. nam Epicurei ſummum bonum in uoluptatibus ponunt.* Non eſt mihi tempus] *Verba Catij.* Auenti] *Cupienti.* Ponere ſigna] *Signa, id eſt, definitiones.* Nouis] *Magnis. Dare præcepta aut ſigna uiuendi, quemadmodum in uia ne erretur, ſigna ponuntur: ita & uita ſequitur ſigna, in qua multi uidentur eſſe errores. Aliàs, Nouis, i. meris uel recentibus. Deridet autem ſectam Epicureorum.* Pythagoram] *Pythagoras Samius, tyrannos ſuæ patriæ fugiens apud Crotonem philoſophiam docuit, ſuadens inter cætera, propter μετεμψύχωσιν, ab animalibus abſtinendum, & cùm multos iuuenes auditores haberet, ne ab his ciuitas teneretur, à principibus occiſus eſt.* Anytiq; reum] *Anytus & Melitus accuſatores: ab Anyto accuſatus Socrates, quòd per omnia animalia, tanquam per Deos iuraret, ipſe ſibi pœnam ſumendi ueneni decreuit. Fecit hic & Platonem reum, qui malè inſtituerit iuuentutem, & plerunque iuraret, μὰ τὸν κύνα, καὶ τὸν χῆνα, uolens dicere omnibus Deum animalibus permixtum. Aliâs, Hic Anytus etiam Socratem ob eandem cauſam, de Lycæo egit in carcerem, qui uenenum ſumpſit, ne quenquam rogaret.*

VNDE, & quo Catius, non eſt mihi tempus, auenti
Ponere ſigna nouis præceptis: qualia uincunt
Pythagoram, Anytiq; reum, doctumq; Platona.
Peccatum fateor, cùm te ſic tempore læuo
Interpellârim, ſed des ueniam bonus, oro.
Quòd ſi interciderit tibi nunc aliquid: repetes mox,
Siue eſt naturæ hoc, ſiue artis, mirus utroq;.
Quin id erat curę. quo pacto cuncta tenerem,
VTPOTE res tenues, tenui ſermone pactas.
Ede hominis nomen: ſimul an Romanus, an hoſpes.
Ipſa memor præcepta canã, cælabitur autor.
Longa quibus facies ouis erit, illa memẽto,
Vt ſucci melioris, & ut magis alba, rotundis
Ponere, namque marem cohibent calloſa uitellum.
Cole ſuburbano, qui ſiccis creuit in agris

Quòd ſi interciderit] *Quia ſcio te mox poſſe repetere, ſi quid tibi exciderit. Scio te poſſe in memoriam reuocare, ſi quid tibi ex interpellatione mea in obliuionem uenerat.* Repetes mox] *Commemorabere, Gradus enim eſt memoriæ.* Siue eſt naturæ hoc, ſiue artis] *Tres philoſophiæ partes ſunt, moralis, rationalis, naturalis. Harum duas tetigit naturalem, & rationalem.* Mirus utroque] *Es optimus in utroque & in arte & in natura.*

Quin id erat] *Certè hoc mihi erat nunc curæ, meditari ea, quæ audiui à magiſtro.* Cuncta] *Quæ à magiſtro meo Epicuro audiui.* Vtpote res tenues] *Hæc ſunt*

ſunt enim quæ difficilè tenentur.
Ipſe memor] *Cælat nomen autoris, quia ſcit odio eſſe Epicurum, quaſi uoluptatis autorem.* Longa quibus facies ouis] *Bene ab ouis cœpit, id eſt, ab initio cœnæ, ut alibi: Ab ouo Vſque ad mala citaret Iô Bacche.*

Vt ſucci melioris] *Crede quia longiora oua et meliora ſunt, quàm rotunda & albidiora.* Et ut magis alba] *Magis alba ſint, & non rotunda.* Marem] *Fortem uel durum.* Cohibent] *Conſtringunt. Vnde cohibere dicitur gallina, hoc eſt, confouere.*

Calloſa] *Rotunditas ouorum ſtrictior colloſa dicitur.* Vitellum] *Pro gallo.* Cole] *Hoc eſt, caule. Vt clode pro claude, Sorices pro ſaurices, coda pro cauda. Caulis, inquit, dulcior eſt, qui naſcitur in aridioribus locis.* Suburbano] *Quia ſuburbana loca riuis abundant.* Eluctus] *Lmatius, id eſt, minus ſapidum.* Si ueſpertinus] *Si amicus, inquit, ueſpertinus, id eſt, inſperatus ſubitò uenerit.* Reſponſet] *Reſiſtat, reluctetur in faucibus.*

Pratenſibus] *In prato creſcentibus.* Malè] *Quia periculoſè.* Aufidius forti miſcebat] *Aufidius conditum de Falerno uino faciebat, ſed ſtultè, quia auſterum eſt, & non debebat, niſi mollis uini conditum ieiunus guſtare. Miſcebat autem propter conſtipationem uentris.* Leni præcordia mulſo] *Mulſum eſt commixtio aquæ puræ & mellis incocti. Id autem mulſum & conditum dicitur melicratum.* Prolueris] *Profuderis.* Lubrica] *Introrſum limpida. Conchilia implentur Luna creſcente.* Generoſæ teſtæ] *Id eſt, conchilij.* Lucrina Peloris] *Quæ in Lucrino ſinu naſcitur, ubi meliores murices naſcuntur, quàm in Baiano littore. Murex autem genus eſt piſcis, ut Lucilius:*
„ *Murexq; marinus.*
Nec ſibi cœnarum quiuis] *Nemo debet arroganter dicere ſe ſcire apparare cœnas. Etenim ardui artificij eſt, eas diligentiùs apparare.*
Non *facilè omnes diſponere poſſunt conuiuium, niſi qui eius nouerint rationem.* Cara piſces auertere menſa] *Cara menſa ideò dicitur piſcatoria, quia carius piſces, quàm caro alia, diſtrahuntur.*
Ignarum quibus eſt ius aptius] *Senſus eſt, Non ſufficit precioſos menſæ piſces inquirere eū, qui ignarus eſt, quod ius piſcibus aptum ſit. At qui aſsi meliores ſunt, ita ut eos ſatiatus conuiua repetat.* Languidus] *Id eſt, neſciens: quia ſi ſecundùm qualitatem ſuam piſces in cœnam fuerint apparati, quod etiam fatigatus cibo, & ebrius conuiua poteſt ſuauitate reuocari ad comed.*

Dulcior irriguo nihil eſt eluctus horto.
Si ueſpertinus ſubitò te oppreſſerit hoſpes,
Ne gallina malum reſponſet dura palato,
Doctus eris uiuam miſto merſare Falerno:
Hoc teneram faciet. Pratenſibus optima fungis
Natura eſt, alijs malè creditur. Ille ſalubreis
Aeſtates peraget, qui nigris prandia moris
Finiet, ante grauem quæ legerit arbore ſolem.
Aufidius forti miſcebat mella Falerno
Mendoſè: quoniam uacuis cōmittere uenis,
Nil niſi lene decet: leni præcordia mulſo
Prolueris melius. ſi dura morabitur aluus,
Mitylus, & uiles pellent obſtantia conchæ,
Et lapathi breuis herba, ſed albo non ſine Coo.
Lubrica naſcentes implent conchylia lunæ.
Sed nō omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ.
Murice Baiano melior Lucrina Peloris,
Oſtrea Circeis, Miſeno oriuntur echini:
Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarētum.
Nec ſibi cœnarū quiuis temerè arroget artē,
Ni prius exacta tenui ratione ſaporum.
Nec ſatis eſt cara piſces auertere menſa,
Ignarum quibus eſt ius aptius, & quib. aſsis
Languidus in cubitū iam ſe cōuiua reponet:
Vmber, & iligna nutritus glande, rotūdas
Curuat aper lances carnem uitantis inertem.
Nam Laurens malus eſt, uluis, & arundine pinguis.
Vinea ſummittit capreas non ſemper edules.
Fœcundi leporis ſapiens ſectabitur armos.
Piſcibus, atq; auibus, quæ natura, & foret ætas,
Ante meum nulli patuit quæſita palatum.
Sunt, quorum ingenium noua tātum cruſtula promit,
Nequaquā ſatis in re una conſumere curam.
Vt ſi qis ſolū hoc mala ne ſint uina, laboret,
Quali perfundat piſceis ſecurus oliuo.
Maſsica ſi cœlo ſupponas uina ſereno:
Nocturna, ſi quid craſsi eſt, tenuabitur aura,
Et decedet odor neruis inimicus: at illa
Integrum perdunt lino uitiata ſaporem.
Surrentina uafer, qui miſcet fæce Falerna
Vina, columbino limum bene colligit ouo:
Quatenus ima petit, uoluens aliena uitellus.
Toſtis marcentem ſquillis recreabis, & Afra
Potorem coclea: nam lactuca innatat acri
Poſt uinum ſtomacho: perna magis, ac magis hillis,
Flagitat in morſus refici: quin omnia malit,
Quęcunq; immundis feruent allata popinis.
Eſt operæprecium duplicis pernoſcere iuris
Naturam, ſimplex è dulci conſtat oliuo,
Quod pingui miſcere mero, muriáq; decebit,
Non alia, quàm quā Byzantia putruit orca.
Hoc ubi confuſum ſectis inferbuit herbis,
Corycióq; croco ſparſum ſtetit: inſup addes
Preſſa Venafranæ, quod bacca remiſit oliuæ.
PICENIS cedunt pomis Tiburtia ſucco:
Nam facie præſtant. Venucula cōuenit ollis.
Rectius Albanam fumo duraueris uuam.
Hanc ego cū malis, ego fæcē primus, & halec,
Primus & inueni piper album, cū ſale nigro
Incretum, puris circum poſuiſſe catillis.
Immane eſt uitiū, dare millia terna macello,
Anguſtoq; uagos piſces urgere catino.

Vmber] *Id eſt, de Vmbria aper ſuauis, & craſsitudine ſua lances penè curuat, eas ſcilicet lāces, quæ uitiant corpus hominis & iners faciunt, multas atq; uarias eſcas ſubministrando.* Pinguis] *Inſuauis.*

Capreas non ſemper edules] *Quia per hyemem macræ ſunt, & non eduntur.* Fœcundi leporis] *Aut quia dicitur ſæpe in anno parere, aut quia uno coitu concipit: quia dicuntur ſemper prægnantes eſſe lepores.* Armos] *Sumen, pro lumbis.* Palatum] *Saporem.* Sunt quorum ingenium] *Sunt qui in inueniendis tantum cruſtulis ingenioſi ſunt, ideò ſatis eſt idoneus apparator conuiuiorū, qui nouit, quæ ſunt optimæ placentæ.* Securus] *Negligens inſcius.* Craſsi] *Aſperitatis, moleſtiæ.* Integrum perdunt] *Nulla uina perdunt ſaporē, niſi quæ colantur lino: aut quando linteo ligata immittimus condimēta.* Lino uitiata] *Quæ premuntur per pannos.* Limum] *Limum, fæcem dixit.* Quatenus ima petit] *Colorem enim amittunt fæce multa, niſi hoc remedio emendentur.* Aliena] *Inuidia.* Vitellus] *Superflua rotunditas.* Toſtis] *Aut frictis, aut aſsis intelligunt.*
Marcentem] *Languidum uino, uel bene ſaturum, recuſantem cibos, id eſt, faſtidium patientem.* Squillis] *Piſciculis.* Recreabis] *Refocillabis.* Potorem] *Ebrioſum.* Nam lactuca innatat] *Lædit & acrem facit ſtomachum. Innatat ergo dicit, quia quicquid inſederit, ſtomachum lædit.* Perna magis, & magis hillis] *Ita reficitur per has res, id eſt, pernas, & hillas conuiuæ ſtomachus, ut nō omnia malit, quæ uēduntur in popinis immundis. Hillæ dicuntur, falſa inteſtina hirci. Poſitū eſt diminutiuè hæc Hilla. Quidam in diminutione neutri generis eſſe dicunt, alij dicunt, Farta ſalſicia.*
Eſt operæpreciū duplicis] *Quū attendit, operā exhibet: qui admouet aures, ad audiendum opera utitur. Huius operæpreciū habetur ab eo, qui audit, proficiet enim multū.*
Duplicis iuris] *Ex oleo & liquamine omne ius conſtat.* Muriáq;] *Muriā antiq dicebāt liquamē, & Syrorū lingua ſic dicitur.* Tiburtia] *A' Tibure oppido.* Facie] *Pulchritudine:* Venucula] *Vuæ genus eſt, cuius botryones ollis ſeruarentur.* Fæcem primus & halec] *Vt halec condimento miſceretur.*
Piper

Piper album] *Aut per antiphraſim piper album, pro ſale albo poſuit: aut quia quãdo teritur, album fit.* Incretum] *Permixtũ.* Catillis] *Diminutiuum, à catino.* Vilibus in ſcopis] *Parui pretij habendis.* Lapides uarios] *Diuerſa marmora.* Radere] *Verrere.* Illóta toralia] *Sordida ueſtimenta.* Quanto curã, ſumptumq́] *Quãto, inquit, minore labore hæc acquiruntur, tantò iuſtius reprehenderis, ſi non habueris mappas mũdas, & ſcopas mundas, quàm ſi non habueris, optimos piſces, quos non ſolent habere, niſi diuitum menſæ.* Docte Cati] *Iocatur poëta.* Vultum, habitumq́] *Pronunciationẽ & geſtum.*

PORPHYR. } Vnde & quo Catius? nõ eſt mihi tempus auenti] *Catium interrogat, cœnarum autorem, cœnæ præcepta. Hic Catius Epicureus fuit, qui ſcripſit quatuor libros de rerum natura, & de ſummo bono. Sub eius nomine, quomodo in proxima Stoicos, in hac Epicureos irriſurus eſt, qui dicunt ſummum bonum uoluptatem, ſed rerum honeſtarum. Vnde Stoici in hanc gulæ, & corporis libidinem criminãtur, hoc eſt, nihil timere, nec cupere ſummũ bonũ. Vnde Varro dicit hoc inter illos intereſſe. Ergo Catiũ interrogat philoſophum Epicureũ, de cœnarũ ordinatione, & uoluptate, quia Epicurei ſummum bonum uoluptatem dicunt.* Ponere ſigna nouis præceptis] *Scribere & conſignare noua præcepta.* Quòd ſi interciderit] *Pro, exciderit.* Siue eſt naturæ hoc ſiue artis] *Siue moralis, ſiue naturalis philoſophiæ dicit, uel ſiue doctrina, ſiue ingenio.* ἀρωνεία. Hominis] *Præceptoris tui.* Longa quibus facies ouis] *Bene ab initio cœnæ. Alibi ait: Ab ouo Vſq; ad mala.* Anyti reum] *Socratẽ ſignificat, quem Anytus accuſauit, & Melitus, quòd iuraret per herbas & bruta animalia. Quo oſtendebat Deum omnibus animalibus iunctum. Huic quoq; obiecerant, & ſtupra puerorum, & quod noua prodigia, pro dijs haberet, quæ nulla maior religio meminiſſet.* Ponere] *Apponere, aut exiſtimare.* Marem cohibent calloſa uitellum] *Vitellum, oui pars media, & nota, quòd cum hic maſculino genere dicat, alibi fœminino, Quatenus ima petit uoluens aliena uitellus.* Pratenſibus optima fungis Natura eſt] *Propter uenenũ. Dulces ſunt enim de prato.* Mitilus] *Mitilus piſcis, uel concha magis.* Non ſine Coo] *Vinum à Coo inſula.* Breuis herba] *Non diu uigens, ut Virg. Breue liliũ.* Naſcentes implent conchilia lunæ] *Dicuntur conchilia accreſcente Luna impleri, minui decreſcente.* Lucrina Peloris] *Non dicit melior eſt Lucrina Peloris, quam murex Baianus, ſed dicit, quã murex Baianus, melior Peloris. Sed ita Lucrina Peloris eſt melior muricib.* Pectinibus patulis] *Id eſt, Os aperientib. Vt Virg.*

„ *Patulæ ſub tegmine fagi.* Cara piſces auertere mẽſa] *Menſam piſcatoriam caram dicit. Auertere autem abſtrahere, auferre.* Languidus in cubitum conuiua] *Id eſt, qui iam ebrius, iterum eorum ſapore inductus cœnare uelit. Ita & alibi: Vt cubito, remanente preſſo.* Carnem uitantis inertem] *Pinguem.* Non ſemper edules] *Quas edere uelis.* Capreas] *Pro hœdis. & eſt* ἀμφιβολογία, *aut non ſemper ſummittit, aut nõ ſemper edulis.* Fœcundi leporis] *Fœcundum leporem ait, ideo, quòd ſemper prægnans dicitur.* Sapiens] *Hic à ſapore, non à ſapientia.* Cruſtula] *Opus dulciarij.* Maſſica ſupponas ſi cœlo] *Quæ cras poturus es. Et oſtendit Alconis genus calori neruis inimicum, quia ſi immaturum fuerit, neruis nocet.* Lino uitiata] *Per ſaccum collata.* Lactuca innatat acri poſt uinum ſtomacho] *Hic apparet apud ueteres ultimis menſis lactucã dari ſolitam.* Pingui miſcere mero] *Pingui mero mulſo. Miſcere autem temperare.* Coryciolo

Magna mouẽt ſtomacho faſtidia, ſeu puer unctis
Tractauit calicem manibus, dũ furta ligurrit:
Siue grauis ueteri crateræ limus adhæſit.
Vilibus in ſcopis, in mappis, in ſcope, quãtus
Conſiſtit ſumptus? neglectis, flagitiũ ingens,
Ten' lapides uarios lutulẽta radere palma,
Et Tyrias dare circum illota toralia ueſtes:
Oblitum, quanto curã, ſumptũq; minorem
Hæc habeant, tanto reprendi iuſtius illis,
Quæ, niſi diuitib. nequeunt contingere menſis?
Docte Cati, per amicitiã, diuosq; rogatus,
Ducere me auditum, perges quocunq;, memento.
Nam quamuis referas memori mihi pectore cuncta:
Non tamen interpres tantundẽ iuueris adde
Vultum, habitumq́ hominis: quem tu uidiſſe beatus,
Non magni pẽdis, quia cõtigit: at mihi cura
Non mediocris ineſt, fonteis ut adire remotos,
Atq; haurire queam, uitæ præcepta beatæ.

croco] *Vt propriè, croceo genere dixit.* Fæcem] *Condimenti genus ſic appellatur.* Incretum] *Non cretum.* In mappis] *Mappas antiqui dicebant quæ nunc mantilia. Lucil. ait: Et uellit mappas. Et ait: Quantò in his magis exiguus eſt ſumptus, tantò culpandi facilis offenſus.* Lapides uarios] *Marmora dicit.* Atq; haurire queam uitæ præcepta] *εἰρωνικῶς hoc totũ.*

CHRIST. LAND. } Vnde & quo] *Per Catium quendã exprimit non modò ſectam Epicureorum, ſed ingenium & mores. Erant enim inclinati in mitiorem uitam. Sed ſine doctrina, & qui tamẽ ſe ſolos rectè ſapere, & uera deprehendiſſe putarunt.* Vnde & quo] *Familiaris interrogatio & quæ lepidè profertur cũ ſermo ad ſecundam perſonam tanquam de tertia conſtituitur. Vnde ergo uenit Catius, & quo uadit. At ille reſpondet, non eſt mihi tempus, id eſt, non ſuppetit in tantis negocijs tempus ponere tibi auenti, id eſt, maximopere cupienti.* Signa] *Quaſi dicat, nomina meæ ſectæ, & intelligit Epicuream, quæ nomina talia ſunt ut. Nouis, id eſt, admirandis & inauditis præceptis ſuis.* Vincunt Pythagoram] *Id eſt, philoſophiam Pythagoræ, à quo Italica philoſophia originem ſumpſit, & Iſocratem unde habuit initium Ionica moralis philoſophia. Quaſi concludat quod Epicureum dogma de bonorum, malorumq; finibus, & Socratem unde ſunt omnium ſectarum principes, & Pythagoram ſuperent. Hæc enim in Epicureis arrogantia erat. Vnde dictabat Epicurus ſe duobus maximis malis mortale genus liberaſſe, ſcilicet metu mortis cùm animam una cum corpore perire affirmaret, & metu religionis, quoniam deos diceret humana negligere.* Anyti reum] *Id eſt, Socratem. Hic enim innocentiſſimus philoſophus, de quo diligentiùs alio loco fortaſſe dicemus. Nunc uerò id ſolum oraculum Apollinis Cherophõti dixiſſe. Socratem omnium ſapientiſſimum eſſe. Quæ res illi ſummã conflauit inuidiam. Præterea cum omnes ſe ipſos magnificantes irrideret ſibi infenſum Anytum reddit: quare & Ariſtophanem poëtam in eum incitauit, & Melytum ut eum impietatis, & corruptionis iuuentum accuſare, impulit. Tres illum accuſauerunt. Anytus qui partes opificum, ciuiliumq; tueretur, Lycon oratorum, Melytus poëtarum. Sic autem ſcripta eſt in actis accuſatio. Iura uiolabat Socrates, Deos quos ciuitas & inſtitutio maiorum ſuſceperat deos eſſe negans. Alia dæmonia inducit. Iuuenes contra ius corrumpit, Pœna ſibi mors, damnatus aſſumpto ueneno perijt. Athenienſibus eius mortis tanta pœnitentia inceſſit, ut gymnaſia & plauſtras clauderent, & alios accuſatores exilio. Melytum uerò morte damnarunt. Socratem ipſum area ſtatua à Lyſippo perfecta donarunt. Anytũ ab exilio redeuntem Heracleotæ exterminauerunt.* Reum] *De quo Cicero in oratore. Reos autem appello non eos modò qui arguuntur, ſed omnes quorum de re diſceptatur. Sic enim olim loquebantur.* Doctumq́] *Conuenientiſſimum profectò epithetum Platoni. Quam enim doctrinæ ſpeciem ignorauit. Nam non ſolùm Pythagorica per Philolaum, & Eurytum ab Italis & Aegyptiaca à ſacerdotibus diligentiſſimè, laborioſiſſimeq́ cognouit. Sed & Megaris Euclydem, & Cyrenis Theodorum Mathematicos audiuit, & multa alia loca luſtrauit, ut quicquid uſpiam doctrinarum inueniretur integrè perciperet, perceptumq́ in patriam reportaret.* Peccatum] *Verba Horatij ſunt.* Leuo] *Infelici.* Interciderit] *Interim dum loqueris è memoria ceciderit.* Naturæ] *Quia tuo acumine ingenij aſſecutus fueris.* Artis quod] *Scilicet, ab alio ſuſceperis.* Mitus utroque] *Non ut aduletur ſupra modum laudat, ſed cognoſcens horum hominum nauitatem laudat, ut impellas*

pellat ad dicendum. Quin id erat] *Loquitur Catius.* Tenues] *Subtiles.* Tenui] *Acuto.* Calabitur auctor] *Nam tanta uis eſt naturæ, ut quamuis ſummum bonum in uoluptate nõnulli ponant, tamen non poſſunt ſine pudore illa efferre. Præponit ergo oua longa orbiculatis, quoniam ſint melioris ſaporis, & ſint albiora, & album ita calloſum, ut non defluat uitellus, id eſt, rubrum oui, quod idcirco marem appellat, quia in illo eſt ſemen maſculi. Indeq́ eſt materia pulli.* Caule ſuburbano] *Olera enata in aridis terris dulciora ſunt, quã quæ in ſuburbanis ubi horti irrigantur creſcunt.* Elutius] *Inſipidius. Eluere enim eſt luendo deterrere.* Oppreſſerit] *De improuiſo aduenerit.* Mulſo] *Vinum cui mel admixtum ſit. Quin & mulſam aquam faciunt, de mulſo autem & de paſſo, & de defruto, & ſapa abunde eſt apud Columellam.* Mugilus] *Species piſcis miræ uelocitatis, qui cum lupo æternas inimicitias gerit.* Lapathi] *Herba alio uocabulo rumex dicitur.* Naſcentes] *Creſcentes. Nam omnia conchilia creſcente luna implentur.* Teſte] *Omnem piſcem intelligimus, qui duriori cortice tegitur. Aquatilium enim teſte Plinio, alia corio, & pilis teguntur ut uituli & hippotami. Alia corio tantum, ut Delphini. Alia cortice ut teſtudines. Alia ſilicum duritie, ut oſtrea & conche. Alia cruſtis, ut locuſtæ, alia cruſtis & ſpinis, ut echini, alia ſquamis, ut piſces. Alia aſpera cute, ut ſquatina qua lignum, & ebora poliuntur: Quo autem loco ſingula meliora naſcerentur alio loco oſtendimus.* Pectinibus] *Pectines ſiue pectunculi piſces ſunt, qui ſe aqua iaculantur ſagittæ modo. Idem facit & Polypus.* Menſa] *Id eſt, macelli ubi quæq́ preciosiores res rariores ſunt.* Ius Apium] *Id eſt, qui meliores ſunt in iure elixati.* Languidius] *Propter crapulam.* Reponet in cubitum] *Inſurget rurſus ad edendum.* Capreas] *Capreæ & capreoli dicuntur, quibus palmites uitis ſubſtentaculis hærent, ſed non niſi tenelli æduleſ ſunt.* Ante meum palatum] *Id eſt, ante quam ego illorum ſaporem inquiſiuiſſem. Saporis enim ſenſus in palato & lingua conſiſtit.* Non tantum cruſtula] *Quaſi dicas, in uno tantum occupatur.* Securus] *Negligens. Virg.*

„ *Clam ferro incautum aggreditur ſecurus amorum.*

Vitiato Lino] *Idem ſacculo quo colantur.* Columbino] *Quin & gallinaceo etiam addita acula & modico ſale.* Limum] *Fæcem colligit, quia totum ad fundum trahit.* Squillis] *Piſcis ſpecies eſt.* Petus] *Salita carne ut ſit pars pro toto. Vel quòd illud membrum in ſue efficacius ſit.* Pingui] *Dulci & craſſo.* Muria] *Sal eſt cum aqua medicatum & induratum. Sed uide apud Columellam.* Corcyrio] *A loco ubi abundat.* Succo] *Sunt pulchriora picena: Vnde lumen.*

„ *Aemula Picenis & odoris mala recentis.*

„ *Sed ſuauiora Tyburtina.*

Venucola] *Vua à loco dicta.* Ollis] *Nam & Plinius, & Columella oſtendunt multis modis poſſe ſeruari uuas integras & inuitiatas.* Alec] *Quidam ſpeciem piſcis putarunt. Sed res uidetur non multùm à garo diſsimilis. Eſt enim garum liquamen ex piſcibus, & ſæpe ex ſalſamentis.* Piper album] *A colore dicitur, & inter nigrũ legitur: Triplex enim eſt, album, nigrum, & longum.* Sal niger] *Fortaſſe muriam dicit.* Incretum] *Condenſatum in formam cuerti.* In mare conditum] *Res digna eſt, ut in mare inuehamur, ſi macello, id eſt, piſcibus in macello uenalibus dentur tria millia.* Angusto] *Nam quorum natura uaga eſt, ij anguſtias odiſſe uidentur.* Dum furta ligurit] *Dum furtim uorat, quæ furatus eſt. Vnde neceſſe eſt, quòd inquinatis furto manibus inquinet, quæ attingit pocula.* Grauis limus] *Moleſtæ ſordet.* Adhæſit] *Quia diu iam inſedit.* Vilibus in ſcopis] *Senſus eſt paruo ſumptu ſcoparum, quibus deuerras ſcobem & pauimenta, mappularum quibus abſtergas uaſa, uel quas ſuper imponas purpureis ueſtibus lecti, uitabis omnes ſordes. Et quantò hæc minoris conſtant, tantò maius flagitium commiſeris, niſi curaueris.* Lutulenta] *Non lota.* Radere] *Tangere leniter, nam uaſa non ea tenentur, quæ priuantur gemmis, ſed tamen manus proximè accedit.* Toralia] *Appoſitio eſt. Sunt autem toralia à toro dicta ueſtes quibus lecti ornantur.* Docte Cati] *Ironia eſt & irriſorius ſermo, ſed quomodo uanus homo ſe laudari putet.* Nam quamuis] *Memoriter quidem referas cuncta, tamen cum interpres ſis non tantùm ne iuues, quantum magiſter unde hæc habes.* Non magni pendis] *Tu enim propter copiam hominis non illum tanti facis, quanti ego propter inopiam.* Fontes remotos] *Scilicet mihi. Nam primus ille auctor fons eſt. Tu autem riuus ex illo fonte.*

ERASM. ROTEROD. } Vt pote res tenueis] *Huc pertinere uidetur prouerbium. Tenuiter diducis, quod dici ſolitum de ijs, qui pauperum more tenuiter uictitant. Translatum apparet à mulieribus lanam carminantibus. Interdum tamen ad exactam curam referunt ac ſubtilitatem, ut eſt hic apud Horatium.*

IOAN. HARTVNG. } Molle Tarentum] *Macrobium uide de loco libro tertio, capite decimo octauo. Satur. Furta ligurit. Ligurire eſt decoquere, prodigere, à λιγυρόν, id eſt, ſuaue, &c.*

HENR. GLAREAN. } —Namq; marẽ cohibent calloſa uitellum] *Obſcurè eſt hoc dictum. Acro exponit marem, id eſt, fortem. durum, noſter amator pro meliore, ſed ſenſum tamen non explicant. Propius uerò uidetur, quod Badius ait, marem uitellum, unde maſculus naſcatur ſi ſupponatur, & cohibent pro, in ſe tenent. Illud calloſa maximè explicatum hoc loco uelim: nam callos multos habentia non ſatisfacit ad ſenſum eliciendum.*

— Et quibus aſſis Languidus in cubitum] *Hæc uerba coniungenda ſunt, nec diſtinguenda poſt aſſis. Aſſos enim quoſdam cibos ita aliquando placere ait, ut languidum conuiuam rurſus excitent inuitentq́ ad edendum, qui iam ad nullum cibum amplius ſurrecturus uidebatur. Languidus igitur, hoc eſt, ſatur, & reponet, id eſt, rurſus ſe erigit à thoro, ut comedat. In Vmber autem alia incipit præceptio. Badius ſequentia rectè expoſuit, contra inſignem noſtri annotatoris impudentiam, & hallucinationem, qui Vmber hoc loco hominis nõ apri epitheton eſſe exiſtimauit. Sed illa priora malè diſiunxit, idem Badius. Nam poſt aſſis colon poſuit, & ſequens carmen ſequenti de Apro præceptioni connexuit, quod non placet.*

Vinea ſummittit capreas non ſemper edules] *Capreas pro hœdis exponit Porphyrio, ſi codex non errat, quod equidem ſuſpicor, quemadmodum, & paulò antè corrupta ſunt, quæ de Vitelli genere, & fungis ſcripſit, ac de muricum Peloridumq́ comparatione. Cæterùm ſi ob uites Baccho caper omnibus aris cæditur, ut eſt, apud Maronem, non uideo, quomodo hîc locus de animali intelligatur.* Venucula conuenit ollis] *Plinius libro 14. capite 2. Venuculam uocat ollis aptiſsimam, alludens ad hunc Horatij locum, ut opinor. Cæterùm de alece, & eius generis alijs, quæ paulò poſt hîc poëta numerat, uide eundem Plinium lib. 31. cap. 8. Horatius genere neutro uſurpauit ut Plautus, ſed Plinius fœminino.*

Ten' lapides uarios lutulenta radere] *Badius de lapidibus in poculis intellexit, & palmam de manu. Porphyrio de marmore dictũ ſcribit. Vnde non dubito pro uarios, legendum parios, ut admonuit nos D. Eraſmus præceptor noſter. Et palmam de ſcopis intelligendum. Et eſt ſenſus elegans ad illud:*

„ *Immane eſt uitium dare millia terna macello.*

„ *Anguſtoq́ uagos piſces urgere Catino.*

Sic non decere ait pulchra ſedilia ſordidis commaculare ſcobibus, & Tyrias ueſteis dare circum illota toralia. Quare cum Porphyrione hic ſenſus de marmoribus intelligendus, non de lapidibus in poculis.

THEOD. PVLM. } 1 Vnde & quo Catius] *Culinaria Catij Epicurei philoſophia ab Horatio ſcitè irridetur, qui non ſapientiæ doctrinam, ſed uoluptatis indulgentiam profitetur, & non tam intelligendi quàm cenandi ſcientiam, & artem docet. Is igitur conuiuium ſuum à promulſide incipit: ſic enim eos cibos uocabant, quibus ante primum hauſtum ueſcebantur, quem è mulſo ducebant, quòd uacuis, & inanibus uenis initio duriorem eſſe potionem putarent infundendam. Itaq́ ex auſtero uino mulſum conditum reprehenditur.*

„ *Aufidius, inquit, forti miſcebat mella Falerno,*

„ *Mendosè* —— *Alij promulſidem interpretantur, quod uice mulſi conuiuis ad appetentiam prouocandam dabatur. Hæc Turneb. lib. 2. cap. 24. uide etiam lib. 28. cap. 23.*

5 Ponere ſignis] *Eſt literis conſignare & conſcribere. Inſtituerat enim hæc literis mandare Catius, ſed tamen antè maluit Hora-*

tio ea reddere & narrare, ut quæ accepit recomminiſcatur, cum ue- reatur, ne quid è memoria excidat: id enim eſt quod ſcribit,

" Quin id erat curæ, quo pacto cuncta tenerem:

Et tibi narrãdo, inquit, memoriæ inſigam meæ tenacius & firmius. Promulſidem autem, quam Macrobius etiam ante cenam uocat, ap pellare uidetur feſtiuè prandium, quòd quam propriè cenam uoca- bant, antecedat. primum enim illam menſam æſtate terminari ſalu- briter moris ait:

" ——Ille ſalubreis
" Aeſtates peraget, qui nigris prandia moris
" Finiet:——

Niſi quis cenſeat æſtate nihil ultra mora prandendum eſſe, abſti- nendumq; tum pulmento & alio opſonio: quod & uerius uidetur. Turneb. lib. 1. cap. 24. Vincent] Vincent, H. olncant. Lambini aliquot codices antiqui. 10 Simul an] Simul &, H. G. E. B. P. V. 15 Cole] G. B. V. Caule, H. E. P. 16 Elutius horto] Elu- cius orto, P. V. & Cuiacius Obſeruat. lib. 12. cap. 18. ut ſit elu- cius, languidius, inſipidius, ut elucum, languidum & ſtupidum. 19 Miſto] Mulſo, Chriſtophorus Landinus. 20 Teneram] Id eſt, ad ueſcendum aptam. Vide Pet. Victorij Variarum lib. 29. cap. 3. 28 Mutulus, & uiles] Pet. Victorius Variarum lectio- num lib. 3. cap. 13. Mitulus, & uiles, G. E. B. V. Mytulos & uiles, P. Mitulus. & dulces, H. Mutilus, & uiles, Aldina editio. Mugi- lus. Chriſtoph. Landinus. quæ lectio. ueterum librorum teſtimonio nullo confirmatur. 29 Et lapathi breuis] Cùm breue lapa- thum dicitur, intelligo rumicem minorem, ut oxylapathũ, & oxa- lida, ad maioris rumicis, quem hippolapathum uocant, diſtinctio- nem. Turneb. lib. 1. cap. 24. 30 Lubrica naſcentes] Lubrica conchylia dicuntur, intus polita, leuia, nitida, & ſi quædam foris ſcabra ſunt, & aſpera, ut ex his, quæ ſubijcit Flaccus, apparet: alio- quin ſunt politæ foris conchæ, & quædam ab hiſtoricis uocantur oſtrea, quòd eorum ſit leuigatior, & æquabilior foris teſta. Hæc Turneb. lib. 1. cap. 24. lege etiam lib. 21. cap. 21. 34 Molle Terentum] Cùm dixit, ſi Macrobio credimus, erraſſe uideri po- teſt, qui & etymologiam reſpiciens, idem eſſe Terentum & Taren- tum crediderit. nam quæ dicuntur oues Tarentinæ, eas Terenti- nas dici debere credit, quòd Terentum Sabinorum lingua ſit mol- le: ſed Flaccus potius ad populi fortaſſe mores, quàm uocis nota- tionem reſpexit.

" Nec ſibi, inquit, cenarum quiuis temerè arroget artem.

Ecce, quæ adhuc dixit, & memorauit, ante cenam eſſe putat: quæ ſequuntur, cenæ fercula cenſet. nam & Macrobius cenam, & ante- cenam diſtinguit: ſed & miſſus piſcium, cena piſcium, miſſus auiũ, cena auium dicebatur. Turneb. lib. 1. cap. 24. 56 Non prius] Ni prius, P. 57 Auertere] G. B. V. auertere. H. E. adoertere. P. 58 Ignarum quibus eſt ius aptius] De patinarijs piſcibus, qui in patina iure merſi apponebantur, dicit. Plaut. Aſinaria, (ſcena Vnum iſtorum:)

" —Eum quouis pacto condias, Vel patinarium uel aſſum.

Turneb. lib. 1. cap. 24. uide Annotationes ad uerſ. 80. Sat. 3. lib. 1. 41 Cornet] Curnet, V. 54 Lino olitiata] Limo olitiata, Cruquij codex unus. 55 Surrẽtina] Si Surrentino uino Faler- num fæcatum, & turbidius miſceas, aut ei fæcem uini Falerni, ut e- ius ſaporem combibat, & ut iucũdior potio temperetur, addas, ſine colo uinaria defæcare uinum poteris ouo columbino. nam fæcem deuoluẽt uitellus: hodie tamen, qui limpidas, defæcataſq; reddunt potiones, decocta, & diluta, albumine potiùs, quam uitello ſolent uti. Turneb. libro 1. cap. 24. 57 Quatinus ima petit] G. E. Quatenus ima petit. B. P. Quatinus ima petat. H. 61 In mor- ſus] Immorſus, editio Rob. Stephani. 62 Immundis] In mun- dis, Cruquij codices manu ſcripti omnes. 66 Quàm quà By- zantia putruit] Quàm quà Byzantia potuit, H. G. E. B. quàm qua Byzantia putuit, P. 68 Corycioq; croco ſparſum ſte- tit] Eleganter dixit. nam quæ liquidiora erãt, & humidiora, ut ali- quam adepta ſunt coquendo cõcretionem, ſtare dicuntur. Hinc de- ſcribit ſecundam menſam, quæ & menſa pomorum dicitur.

" Picenis, inquit, cedunt pomis Tiburtia ſucco.

Turneb. lib. 1. cap. 24. 71 Venucula] Venuncula, H. G. E. P. Venunncula, B. Venuncula, editio Lambini. 73 Alec] Halec, Nonius. allec, H. G. E. B. P. 74 Et inuent] G. E. B. P. & inue- nior, H. & Gul. Canterus Nouarũ lect. lib. 4. cap. 12. 77 Vrge- re] Vrguere, H. 79 Furta ligurrit] H. G. E. B. furta ligurit, P. fruſta ligurrit Lambini libri aliquot ueteres. 80 Cratera] Creterra, Cruquij codex uetuſtiſſimus. 81 In ſcobe] Scobem à Catio credo imperari, ut ſi in pauimento lacuna ſit facta effuſo hu- more, inſperſa protinus ſcobs humorem exſiccet. Turneb. lib. 1. ca- pite 24. 83 Lapides uarios] Lapides Parios, Glareanus ex ad- monitione Eraſmi. 84 Toralia] Toralibus lectorũ ueſtes ſtra- gulæ, aut conchyliatæ, aut purpureæ, aut Babylonicæ à locupletiſ- ſimis patribusfamiliâs circumdabantur: ſed tam honeſta ueſtis pa- rum decebat, ſi toral, quod ſubeſſet, turpe & ſordidum, aliqua par- te non opertum, uel retectum appareret. Toral enim inuolucrum e- rat tori, id eſt, congeſtæ plumæ, uel herbæ, uel arundinis operimen- tum, quod & elegãtiore rurſus ſtragulo obducebatur, cõuiuij cau- ſa, aut feriarum. Ouid. (8. Met. uerſu 658.)

" — In medio torus eſt de mollibus ulnis
" Impoſitus lecto ſponda, pedibuſq; ſalignis.
" Veſtibus hunc uelant, quas non niſi tempore feſto
" Sternere conſuerant.

Turneb. lib. 1. cap. 24. 87 Nequeũt] H. G. E. B. P. nequeatis Lambinus è libris ueteribus.

ANTON. MVRET. } 28 Mutulus & uiles] In manuſcripto Bernardini Lauredani, etiamq; in impreſſis, quos ego quidem uiderim, omnibus, aut Mutilus, aut Mitulus legebatur. 32 Murice Baiano] Tales quidam uerſus Antiphanis, aliorumq; ueterum poëtarum, apud Athenæum lib. 1. leguntur, quos cum ijs conferre, neq; inutile, neq; iniucundum fuerit.

GEORG. FABR. } Inuehitur admodum iocosè in M. Catium Epicureum, doctorem uoluptatis reprehendens obſcu- rè Romanos: erat Catius multis familiaris ut de C. Caſſio conſtat è Cicerone in Epiſtolis, & Plutarcho Cæſare. Ex Inſubria ipſum fuiſſe, tradit Cic. Epiſt. 15. 16. ſcriptorem leuem quidem, ſed non iniucundum, Fabius lib. 10. Scripſiſſe de rerum natura, & ſummo bono libros quatuor, ait interpres. In hac epiſtola tradit ſeptende- cim præcepta gulæ, non ſapientiæ: menſarum non uirtutis: culinæ deniq;, non alicuius conuentus eruditi, & ſimilior Gnathoni aut Gelaſino eſt, quam philoſopho. Orat ipſum Horatius, ut ſibi liceat eius eſſe aſſeclam, & diſcere de ipſius magiſtro, quaſi fonte ſapien- tiæ, præcepta beatitudinis, cùm alij riuolos tantùm apud cæteros philoſophos conſectentur. Ridiculè Epicurum barathronem, fon- tem ſapientiæ nominat, ut alibi ſapientiam eius inſipientem. De ipſo uult diſcere, qui duxit in ſua diſciplina familiam. nam in magiſtri ipſius uultum intueri, & habitum obſeruare, præclarum eſt, & utile habitum diſcipulo. Simul & Romanus uo hoſpes] Ita in An- haltino, & antiquis alijs. Cole ſuburbano] In hortis ſuburbanis nato: Cole, pro caule: Vt Clodo pro claudo, forices pro ſaurices, coda pro cauda. inquit Helenius. Alijs malè creditur] Eſu fun- gorum mortuos una hora P. Attilium Rufum, & Atiliam Beronis- cem coniuges, in antiquo epigrammate Romano legitur. Mytilus, & uiles pellunt obſtantia conchæ] Genus conchæ biualuæ. Sere- nus medicus de uentre molliendo,

" Silueſtris fici lacrymam prodeſſe loquuntur,
" Quodq; ſatis melius uerbis dicemus Horati,
" Mytilus, & uiles pellent obſtantia conchæ.

Sed Sereni locus deprauatus eſt. Athenæus pro Μύτιλον ſcribit μύτλον: ut poëtæ dicũt pro τύμωλον, τμῶλον. Non alia, quàm quà Byzantia putruit orca] Ab antiquo, putret ut Accius Erigo- na, Exangue eſt corpus mihi, atq; annis putet. Anhaltinum putuit, à puteo. Horatius,

" Nocturno putere mero, putere diurno.

Prius habent exemplaria, & agnoſcit Stephan. Robertus. Picenis cedunt pomis Tiburtia ſucco] Macrobius 2, 19. inter multa ge- nera malorum, recenſet Scantianum, Tiburtinum, Verianum. ſed lo- cus ibi deprauatus, ex iſto Horatiano reſtituitur. Venucula con- uenit ollis] Hæc eſt ſcriptura librorum antiquiſſimorum, de qua Plinij etiam & Macrobij libri poſſunt emendari, qui huius uuæ me-

minerunt. Macrobius tantùm nomẽ ponit 2, 2 a. ſed Plinius 14, 2. numerat Venuculam inter optimè defloreſcentes, ait'q ollis aptiſsimam: quod idem de Preciæ duobus generibus ſcribit, & uuam eandem ait ollis utiliſsimam. In ollis eam uuam ſeruatam ſcribit interpres.

IOD. BAD. ASCENS.} Vnde & quo Catius] *Catium ex cœna Naſidieni redeuntem oſtendit poëta, cum quo de lauticijs menſarum multa loquitur, ſubtiliter ſanè, ut ferè neſcias, an ridere uelit poëta Epicureorum, quorum profeſſor erat dogmata, an tradere. Eſt ut dixi ferè in ſermonibus Horatij dialogus, unde & ſermones meritò nuncupauit à conferenda, uidelicet ultrò citroq́ locutione. Loquitur ergo poëta, dicens.* Vnde] *Supple uenit.* Et quò] *Supple uadit Catius? Eſt autem modus interrogandi ſuccinctus, & de præſenti tanquam de alio, ut de familiaribus ſolemus. Reſpondet Catius.* Tempus] *Supple reſpondendi non eſt mihi.* Auenti] *Id eſt, cupienti ponere* Signa nouis] *Id eſt, admirandis præceptis de* Coctione] *Scilicet, & lauticijs cœnarũ, qualia ſupple præcepta* Vincunt] *Id eſt, ſuperant Pythagoram, Samium illum philoſophum, & Italicæ doctrinæ principem, qui primus philoſophus appellatus eſt. quæ pro &* Reum Anyti] *Id eſt, quem Anytus ut reum accuſauit, & ad mortem compulit, uidelicet Socratem, qui falſis delationibus Anyti, & Melyti in carcere Athenienſi cicuta necatus eſt.* Quæ] *Pro &,* Qualia] *Supple uincunt* Platona doctum] *Id eſt, præcepta Pythagoræ, Socratis, & Platonis. Reſpondet Horat.* Ego fateor peccatũ] *Id eſt, me peccaſſe* Cum interpellarim] *Id eſt, interpellauerim, hoc eſt, interruperim curſum tuũ te appellando.* Sic tempore læuo] *Id eſt, ſiniſtro, hoc eſt, importuno* Sed oro ut] *Sup. tu* Bonus] *Id eſt, benignus & exorabilis.* Des ueniã] *Id eſt, ignoſcas, quòd ſi aliquid* Interciderit] *Id eſt, à memoria ceciderit modo tu* Repetes mox] *.i. paulò pòſt.* Nam ſiue hoc] *Scil. repetere poſſe, & memoria cõplecti ac multa ſcire* Sit naturæ] *.i. datum tibi à natura* Siue artis] *.i. acquiſitũ ab arte.* Tu es mirus in utroq́: *uel ſic. ſiue hoc* Quod agis eſt naturæ] *.i. pertinet ad ſcientiam naturalem.* Siue eſt artis] *.i. pertinet ad ſcientiam artificialem,* Tu es mirus in utroq́. *Reſpondet Catius.* Quin] *.i. quinimo* Id erat curæ] *.i. id curabam* Quo pacto] *.i. quomodo ego tenerẽ* Memoria] *Scilicet, cuncta præcepta.* Vtpote res tenues] *.i. ſubtiles & ita parum perceptibiles.* Et peractas] *.i. mihi traditas* Tenui] *.i. modico ſermone. Reſpondet Horatius.* Ede] *.i. eloquere* Dic mihi nomen hominis] *.i. præceptoris tui.* Et ſimul ede an Romanus] *Sup. ſit an* Hoſpes] *.i. peregrinus (forte ſcriptum erat hoſtis quo nomine, ut docet Cicero in Officijs olim externi nominabantur.) Reſpondet Catius* Ipſe] *.i. ego* Memor] *.i. quia memor ſum, & ut memor maneam.* Cantabo] *Id eſt, narrabo præcepta, ſed auctor celabitur. Incipit ergo narrare præcepta, quorum primum eſt.* Memento ponere] *.i. anteponere conuiuis* Illa] *Sup. oua, quibus ouis* Facies] *.i. factura, & figura eſt longa* Vt] *.i. tanquã melioris ſucci, & ut* Magis alba] *.i. meliora rotundis.* Nam] *Pro quia oua ſup.* Calloſa] *.i. multos callos habentia* Cohibent] *.i. in ſe tenent* Vitellum marem] *.i. fortem, uel unde maſculus naſcatur ſi ſupponatur.* Caulis] *Sup. ſiue colis (nam utrunq́ pro eodem dicitur mutãdo au in o) qui creuit in agris ſiccis, eſt dulcior colle* Suburbano] *.i. quam is, qui creuit in ſuburbijs. nihil autem eſt* Elutius] *.i. inſipidius (nam ſi res ſaporoſa eluatur, perdit gratiam, & eſt uocabulũ aptũ rei.* Horto irriguo] *.i. irrigato & humido.* Si hoſpes Veſpertinus] *.i. ueſperi inopinatus adueniens oppreſſerit te ſubito, ne Gallina quam ei parare uis.* Ex ſiccus dura] *.i. minus tenera reſponſet palato.* Malum] *.i. inſipidè* Tu eris doctus] *.i. ſcies* Merſare] *.i. immergere eam uiuam* Falerno] *.i. forti uino* Mixto] *.i. cum aqua.* Hoc] *Id eſt, ita merſare faciet eam teneram. Optima natura eſt* Fungis pratenſibus] *.i. in prato naſcentibus. (Eſt autem fungus herba illa Boleti ſimilis, multum tecta, quaſi pileo prælargo. unde ſic pileatum Plautus in Trinummo de Fungino genere dixit.)* Creditur] *.i. fides adhibetur* Malè] *.i. periculoſè alijs ſup. fungis in fimo naſcentibus.* Ille peraget ſalubres æſtates] *.i. ſanus erit per æſtatem, qui finiet prandia nigris* Moris] *Quæ ſcilicet, mora ipſe legerit in arbore* Ante ſolem] *.i. calorem ſolis* Grauem] *.i. ingraueſcentem, Aufidius miſcebat mendoſè* Mella forti Falerno] *Et ita faciebat* Mulſum auſterum & groſſum, *in quo peccabat.* Quoniã nil] *.i. non aliquid non decet committere* Venis uacuis] *.i. ſitientibus & ieiunis.* Aliquid niſi leue] *.i. ſubtile, & non auſterum.* Tu prolueris] *.i. amplè laueris* Melius] *.i. conuenientius.* Præcordia] *Id eſt, inteſtina circa cor.* Mulſo] *.i. uino dulci.* Leni] *.i. ſubtile, & non uehementi quale eſt Falernum.* Si aluus] *.i. receptaculum ſordium.* Dura] *.i. duros, & non faciliter egeſtibiles cibos continens.* Morabitur tc] *Ita quòd egerere nequeas* Mitulus aut Milchilus] *Concha nigra, cuius ius aluum laxat (quia tamen & conchæ dicit, quaſi uerò mitulus concha non ſit, quidam legunt mogilis ſed Acro, & Porphyrio mitilus) & uiles conchæ ſup. reliqui pellent* Obſtantia] *.i. impedimenta, & breuis herba* Lapathi, *pro Lapathij.* Non ſine] *.i. tamen cum* Albo] *Sup. uino* Coo] *Ex Cô inſula.* Lunæ naſcentes] *.i. creſcentes implent conchilia lubrica, ut oſtrea. Sed nõ omne mare eſt* Fertile generoſæ teſtæ] *.i. nobilis.* Nam Peloris Lucrina] *.i. in Lucrino lacu capta, eſt melior* Murice] *.i. piſce illo de genere conchiliarum.* Vnde purpura tingitur Baiano] *.i. capto apud Baias.* Oſtrea oriuntur] *Sup. laudata.* Circeis] *.i. in mari iuxta circeos, Echini piſces hirſutim naſcuntur.* Miſeno] *.i. iuxta illud promontorium à Miſeno appellatum.* Tarentũ oppidum illud molle] *.i. ubi molliter uiuitur.* Iactat] *.i. extollit ſe.* Pectinibus] *.i. piſcibus illis.* Patulis] *.i. largiuſculis.* Nec ſibi cœnarum] *Hactenus de emendis obſonijs, nunc de parandis loquitur. Ordo eſt.* Nec quiuis] *.i. quilibet homo indifferenter.* Arroget ſibi temere] *.i. paſsim & temerariè artem* Cœnarum] *Sup. inſtruendarum* Non] *.i. niſi* Tenui] *.i. ſubtili ratione* Saporum exacta] *.i exactè nota prius.* Nec ſatis eſt auerrere] *.i. auferre piſces emptos à cara* Menſa] *Scilicet, uenditoris qui ſuper menſam* Vendit] *Hoc eſt, non ſatis eſt emiſſe caros piſces* Ignarum] *.i. eum qui ignorat* Quibus] *Sup. obſonijs* Aptior eſt ius] *Id eſt, ut in iure* Patentur] *Hoc eſt, bulliantur, & quibus* Aptior eſt] *Sup. ueſci aſsis. Sunt autem tria genera Obſoniorum* Elixa] *Id eſt, bullita, ſed ſine iure comeſtibilia, iuſſulenta in iure cocta, & cum eo comedenda, & aſſa* Vt] *Sup. conuiua* Languidus] *.i. iam penè ſatur, & non tam* Auidè Comedens, reponet] *.i. reclinabit iam ſe incubitum.* Tunc aper Vmber] *.i. ex Vmbria nutritus.* Grande iligna] *.i. ilicis arboris, quæ dulcior eſt.* Curuat] *Scilicet. põdere ſuo.* Rotundas lances] *Sup. regis cõuiuij.* Vitamus] *Id eſt, fugientis carnem* Inertem] *.i. ſine arte* Paratam] *Hoc eſt, ſolertis uiri.* Nam aper] *Sup. laurens in agro laurenti captus, exiſtens pinguis* Vluis] *.i. herbis paludoſis & arundine eſt ſup.* Malus] *.i. inſipidus.* Vinea non ſum mittit] *.i. clanculum mittit ſemper* Capreas edules] *Hoc eſt, capreæ, quæ ex uineis afferuntur.* Non ſemper ſunt edules] *.i. bonæ ad edendum, ſiue de animalibus, ſiue de palmitum retinaculis intelligatur.* Sapiens] *.i. qui bonum guſtum habet, & bene ſapit.* Sectabitur armos] *.i. uirma humeris.* Leporis fœcundi] *.i. multos fœtus* Producentis] *.i. cuniculi.* Quæ natura & quæ ætas] *Foret piſcib. atq́ auibus.* Nulli patuit quæſita] *.i. tametſi eſſet quæſita ante* Meum palatũ] *.i. antequam per palatum meum inuenit.* Sunt] *Sup. coci quibus ingenium* Promit] *.i. producit, & dat inuenire tantum* Noua cruſtula] *.i genera placentæ, ex pane condito.* Sed] *Sup. nequaquam ſatis eſt conſumere curam in una re, ut ſi quis laboret ſolum* Hoc ne] *.ſ. uina ſint malè.* Securus] *.i. negligens, & non curãs* Quali oliuo] *.i. oleo oliuæ perfundat piſces ſup. non ſatisfecerit.* Si tu] *Suppones* Cœlo ſereno] *.i. ſub ſereno aëre* Vina Maſſica] *.i. à monte, in quo naſcuntur ſic dicta.* Si quid] *.i. aliquid* Craſſi eſt] *Sup. in eis id* Tenuabitur] *.i. purgabitur, & tenue fiet aura nocturna, & odor inimicus* Neruis] *.i grauis, & nimiũ pene natura eneruans uires* Decedet] *.i. euaneſcet.* At] *.i. ſed* Illa] *.ſ. Maſſica uina* Vitiata] *.i. uitioſè purgata & colata* Lino] *.i. ſacco lineo, per quem transfunduntur perdũt integrum ſaporem, quia languida fiunt. ſup.* Ille uafer] *.i. callidus* Qui miſcet] *.i. cõmiſcet uina Surrentina, quæ lenia & tenuia ſunt.* Fæce Falerna] *.i. uini Falerni. quod auſterũ & fortè eſt.* Bene colligit] *.i. accumulat* Limum] *.i. fæcem uini Falerni.* Ouo colũbino quoniam] *.i. quoniam uitellus .ſ. oui colũbini* Vltans] *.i. effugiens* Aliena] *.i. uina alterius*

diterius naturæ. Petit imo] i. fundum ubi limus eſt, quem contrahit. Te recreabis marcentem] i. languentem ſtomachum, qui nó habet appetitum Squillis] i. piſcibus illis Toſtis] i. aſſis. & tu recreabis Potorem] i. eum, qui gaudet potu. Coclea] i. limace Aphrica] i. ex Aphrica. Nam lactuca innatat acri ſtomacho prius uinum. Immorſus] i. qui nihil adhuc eo die momordit. Sicut impranſus, incœnatus, &c.] i. ieiunus flagitat refici magis Pernis] Sup. ſalita, & adhuc magis Hyllis] Quæ ſunt inteſtina, plena carnibus minutim conciſis, quin Malit omnia quæcunq; feruent] i. calida ſunt. Allata] i. apportata popinis Immundis] i. locis, ubi ſumina & cætera pinguia, quæ calida ſumi ſolent coquũtur, qui haud dubiè immundus eſt. Operæpretium eſt] i. dignum labore, aut expediens eſt. Pernoſcere] i. perfectè noſcere naturam Duplicis iuris] i. liquaminis, in quo obſonia coquuntur, & comeduntur. Simplex ſup. ius Conſtat] i. conficitur è dulci oliuo, quòd decebit miſcere pingui mero & Muria] i. liquamine ex ſale indurato, & aqua medicato in quo piſcis ſalſus eſt. Non alia] i. non cum alia muria. Qua] Sup. illa Qua] i. in qua. Orca] i. piſcis Aut ceſta Byzantia] i. Byzantino mari. Putruit] i. liquefacta eſt. Vbi] i. poſtquam Hoc] ſ. oleum cum muria & liquamine. Inferbuit] i. feruidũ effectum eſt, & ſtetit ſparſum herbis ſectis, & croco corricio, quod optimum eſt. Tu] Addes inſuper illud ſup. oleum quod baccha oliuæ uenafranæ, quæ optima eſt. Preſſ.] i. poſtquã preſſa eſt. Remiſit] i. effudit. i. poma Tiburtia cedunt Picenis] Sup. pomis. i. uincuntur ab eis ſucco. Nam præſtant] i. meliora ſunt Facie] i. ſuperficie & colore. Venucula] Sup. uua conuenit Ollis] i. conſeruanda eſt in ollis, & Tu duraueris] i. duram feceris rectiùs uuam Albanam fumo. Ego primus inueni hanc] Sup. uuam cum Malis] i. quibuſdam pomis. Ego inueni Fæcem] Genus quoddam liquaminis, & halec aliud genus, & ego inueni primus circũpoſuiſſe catillis puris, album piper cum nigro ſale. Immane eſt, &c.] Nunc præcipit mundicias, & lautitias quæ debent ſeruari à ſplendido epulone. Ordo eſt. Immane uitium eſt dare macello] i. expendere in emendis obſonijs Terna millia] Sup. ſeſtertiûm aut nummûm & Vrgere] i. conſtringere piſces Vagos] i. uagari ſolitos Anguſto catino] i. uaſe eſcario. Magna faſtidia mouent] Sup. ſe, aut quæ ſequuntur Mouent] i. excitãt ſtomacho Magna faſtidia] i. nauſeam. Seu puer] i. miniſter tractauit Calicem] i. poculum manibus Vnctis] i. craſſis dum ligurit. i. auidè exorbet Fœce] i. ius furtiuum, ſiue grauis limus adhæſit ueteri crateræ. Quantus ſumptus] q. d. minimus. Conſiſtit in ſcopis] i. uirgis quibus domus uerritur. In mappis] Quibus manus terguntur In ſcobe] i. illo quod de ſcobina, ſiue lima decidit, quo uaſa purgari ſolent. Ingens flagitiũ] i. peccatum flagitatione dignum, eſt Neglectis] Sup. ſumptus. i. ſi negligatur. Ten'] i. tene ſup. decet Radere] i. contingere, uarios lapides, qui ſunt in poculis Palma lutulenta] i. luti plena? q. d. minimè, & dare ueſtes Tyrias] i. ex purpura Tyria Dibapha] i. bis tincta, quæ illic optima erat. Circum toralia] i. quibus tori diſcubitorij ſternuntur, aut cooperiuntur. Quanto hæc, quæ dicta ſunt, ad mundiciam pertinere, habeant minorem curam & ſumptum, tantò iuſtius eſt Oblitum] i. qui ea obliuiſcatur, aut neglexerit reprehendi. Inſtius dico illis] i. quam de illis, quæ nequeant cõtingere, niſi diuitibus menſis. Reſpondet Horat. O' docte Cati] Tu rogatus per amicitiam Et per diuos] Id eſt, deos memento me ducere, quocunq; tu pergas auditum ſup. ea præcepta, quæ tu auditurus es (hoc autem per Ironiam dicit.) Nam quamuis referas] i. recites mihi cuncta mente memori, tamen tu interpres non Iuueris] i. nõ delectaueris me tantundem Quantũ] Sup. principalis præceptor. Adde uultum & habitum hominis ſup. talia præcipientis, quem uidiſſe tu beatus nó magnipendis. Quia cõtigit] i. tibi: licet cũ difficulte datum eſt. At] i. ſed cura non Mediocris] i. ſanè magna ineſt mihi, ut queã adire remotos fontes. Atq; haurire] Sup. ex eis præcepta Vitæ beatæ] i. quam uos beatam ducitis.

SATYRA V.

ARGVMENTVM SAT. V. ASCENS.

Quinta hæredipetæ per Thyreſiam docet artem.

ALIVD ARGVMENTVM.

Ingenioſe auaros carpit ſub Vlyſſis perſona, quem apud inferos inducit ſciſcitantem qua arte poſſit diteſcere.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Contra hæredipetas.

COMMENTARIA.

ACRON.

HOC quoq; Tireſia] Inducitur perſona Vlyſſis ad Tireſiæ umbrã loquẽs apud inferos, quomodo amiſſas opes repararet. Et hoc ex Hom. Odyſſ. ſumptũ eſt. Aliud autem agens artem hæredipetarum lacerat. Tireſiam quoq; multa dixiſſe ait eum præter narrata. Præter narrata] Præter ea, quæ mihi dicta ſunt à te. Doloſo] Tibi aſtuto uel ingenioſo. Aut apotheca procis intacta eſt] Id eſt, maior neceſſitas eſt comparata ſubſtantiæ, omnia, inquit, procorum turba conſumpſit. Quando pauper eſt] Id eſt, remotis omnibus difficultatibus accipe, quomodo diuitias cõpares. Sine aliquid priuum dabitur tibi] Priuum eſt quod uniuſcuiuſque proprium eſt, & alterius non eſt. Legitur & primum, ut prima poma. Priuum autem eſt, quod unius eſt. Vnde & priuilegium, ut et hoc Plautinum indicat: Exite & ferte fuſtes priuos in manu.

HOC quoq; Tireſia, præter narrata, petenti
Reſponde: quibus amiſſas reparare queam res
Artibus, atque modis. quid rideſ? iam'ne doloſo
Non ſatis eſt Ithacã reuehi, patrioſq; penates
Aſpicere? ô nulli quicquã mentite, uides, ut
Nudus, inopſq; domum redeam te uate, neque illic,
Aut apotheca procis intacta eſt, aut pecus.

Cultus] Bene aratus. Ante larem] Ante te, & tuam uxorem. Id eſt, antequàm primitias laribus tuis offeras, mitte diuiti, qui ſcilicet eſt ipſis dijs, uenerabilior. Sine gente] Ignobilis, ſine nobilitate. Cruentus ſanguine fraterno] Parricida. Fugitiuus] Aut quia ſine gente dixerat, aut quòd ſanguine fraterno cruentus: ita ut propter ſcelera patriam deſeruerit. Exterior] Siniſterior, in ſiniſtra parte poſitus. Spurco] Abiectio. Sunt autem Vlyſſis uerba. Certans ſemper melioribus] Certans Datiuo caſui iungitur, ut Maro:

„ Certent & Cygnis ululæ.
Et:
„ Solus tibi certet Amyntas.

Et quondam maiora tuli] Hoc item Virgil.

„ O' paſſi grauiora.
Et idem:
„ O' fortes, peioraq; paſſi.

Ruam] Eruam, congregem. Vafer] Vrbanus, aſtutus. Teſtamẽta ſenum] Vt ſenes te faciant ſibi ſuccedere hæredem. Inſidiatorem] Ita

rem] *Inſidiatorem dicit, qui non honoris cauſa fert primitias, & quæcunq; bona, ſed gratia captandæ hæreditatis.* Præroſo fugerit hamo] *Id eſt, conſumptis omnibus tuis, alium fecerit hæredem. Metaphora à piſcibus, qui cùm ſemel euaſerint hamum, in retia non facilè incidũt.* Improbus, ultrò] *Quamuis ſit improbus, quamuis peiorem habeat cauſam, tamen ipſum defende. Senſus, Quicunque è litigatoribus diues, & ſine filijs fuerit, eum defendas, etſi rogatus nõ fueris, ut ei adſis.* Priorem] *Meliorem.* Quinte puta] *Hoc dicit, ut accedens non nomine, ſed prænomine honorificè appellet.*

Ius anceps] *Id eſt, conuerſum uel obſcurum, quod poteſt utriq; parti prodeſſe pro ingenio interpretantis.* Eripiet quis oculos citiùs mihi] *Id eſt, faciliùs patior me omni labore torqueri, quàm te partem nucis amittere.* Caſſa] *Fracta.* Pauperet] *Fraudet, ſpoliet.* Neu ſis iocus] *Neu ſis ludibrio cuiquã, & facilè perdas. Aliâs, Ne ſis contemptibilis, qui poſsis inuadi. nam loca uacua facilè inuaduntur.*

Atque Pelliculam curare] *Iube eum corporis ſui habere curam.* Cognitor] *Defenſor.* Perſta atque obdura] *Permane &, perſeuera.* Rubra] *Ardens.* Canicula] *Pro feruore æſtatis.*

Infantes] *Mutas, quæ loqui non poſſunt.* Seu pingui tentus omaſo Furius] *Diſtentum Furium dicit omaſo, aut edacem, aut ſordidum. Omaſus dicitur inteſtinum bubulum. Carne pingui, id eſt, bubula. Furius Bibaculus in Pragmatia belli Gallici, Iupiter hibernas cana niue conſpuet Alpes. Aliter: Furius poeta immanis uentris qui niuem ſpumam Iouis dixit. Ideo hoc eius perſonæ dedit tanquam ipſe ſpuat.* Non'ne uides aliquis] *Ordo: Aliquis te prope ſtantem tangens cubito dicat, non'ne uides ut patiens?* Cetaria] *Officina in qua liquamen conficitur. Aliâs, loca in quibus ſalſamenta fiunt, cetaria dicuntur. Senſus eſt: Venatus hominum tibi deeſſe non poterit, quia dixerat, Præroſo fugerat hamo.* Hæc alea] *Vt in caſſum ueniant.* Sublatus] *Susceptus, natus.* Cœlibis] *Id eſt, hominis ſine liberis.* Sic tamen ut limis rapias] *Obliquis oculis raptim legas.* Quid prima ſecundo Cera notet uerſu] *Id eſt, prima tabula. Prima cera ſecundo uerſu hæredis continet nomen.* Multis'ne cohæres] *Deeſt ſis. Recoctus, denuo factus, uel ſæpè factus.* Plerunque recoctus Scriba] *Recocti dicuntur ſcribæ, qui ſæpiùs pro conſulibus ad prouincias miſsi, exercitatiores facti ſunt ex ipſa frequentia & ipſo uſu. Solent autem quinque uiri mitti, unde ex quinqueuiris. Ergo hoc uult dicere ut ne ſic captes, ut in poſterũ incurras, qui te ſpe inſtitutionis irrideat.* Coruum deludet hiantem] *Homo exercitatus facile eludit auidos, & appetentes rei alienæ. Et perſtringit fabulam Aeſopi, quæ eſt talis: Coruus cũ prædam ore portaret, laudatus à uulpe, quòd bonam uocem haberet, clamare incipiens, omiſſam prædam perdit. Et rectè dixit coruum, quia morſibus paſcitur. Aliter: Scribæ ibant in prouincias cum magiſtratibus, & cum rediſſent, uendebant decurias ſuas, & quinqueuiri dicebantur. Quod ſi uoluiſſent iterum magiſtratus appetere, & fructus priores percipere, recocti dicebantur.* Dabit riſus Naſica Corano] *Quod Coranus fecit, qui Naſicæ filiam accepit, & auaritiam ſocerĩ teſtamento deluſit, qui ſperabat hæreditatem generi.* O Laërtiade] *Iocatur in Apollinẽ, ut Satyricus, cuius ambiguæ fuerunt ſortes. Aliâs, Satyricè iocatur, infectans illos, qui diuinandi artem profitentur. Aliâs, iocatur in ambigua reſponſa, ſed uera confirmat: nam quicquid dicat, ſit aut non, ita erit.* Ede] *Explana, quia dixit, coruum deludet hiantem.* Nubet] *Pro nupſit.* Iuuenis] *Octau. Auguſt. qui Perſas uicit.* Metuentis reddere ſoldum] *Id eſt, nolentis reddere integram dotem, ne quid ſolido deſit patrimonij, ac per hoc ualde cupientis & auari.* Tum gener hoc faciet] *Sic dicit quaſi per diuinationem hoc prædicens futurum Tireſias, quod iam fuerat factum.*

Dabit] *Per diuinationem, obſeruatis hoc modò in tota narratione temporibus.* Nil ſibi legatum] *In tabula ſcriptum.* Doloſa] *Viri moribus non obtemperans.*

Temperet] *Regat, in poteſtate habeat.* Illis Accedas ſocius] *Etiam aliud dico præceptũ, quo poſſis diuitias comparare. Sed uincit longè prius ipſum.* Expugnate caput] *Id eſt, Valde melius, ſi quorum hæreditates affectas, eos blanditijs habeas ſuperatos. Expugnare autem obſequijs tuis uincere, ut capias illum obſequijs tuis.* Scribet mala carmina] *Si inſanus poëmata componit, is quem capias, laudato.* Vltrò] *Tua ſponte, non rogatus.* Penelopen facilis potiori trade] *Facilis eſto', & quaſi potiori deduc uxorem ad domum.*

Et genus, & uirtus, niſi cum re, uilior alga eſt.
Quãdo pauperiẽ miſſis ambagib. horreis:
Accipe, qua ratione queas diteſcere. turdus,
Siue aliud priuũ dabitur tibi, deuolet illuc,
Res ubi magna nitet domino ſene: dulcia poma,
Et, quoſcũq; feret cultus tibi fũdus honores,
Ante larem guſtet, uenerabilior Lare diues:
QVI QVAMVIS periurus erit, ſine gente, cruentus
Sanguine fraterno, fugitiuus: ne tamen illi
Tu comes exterior, ſi poſtulet, ire recuſes.
V T'NE tegam ſpurco Damæ latus? haud ita Troiæ
Me geſſi, certans ſemper melioribus. E R G O
Pauperis: fortẽ hoc animũ tolerare iubebo,
E T quondã maiora tuli. tu protinus, unde
Diuitias, ærisq; ruam, dic augur, aceruos.
Dixi equidẽ, & dico. CAPTES aſtutus ubiq;
Teſtamenta ſenum, neu ſi uafer unus, & alter
Inſidiatorem præroſo fugerit hamo,
Aut ſpem deponas, aut artẽ illuſus omittas.
Magna, minor'ue Foro ſi res certabitur olim,
Viuet uter locuples ſiue gnatis, improb. ultro
Qui meliorem audax uocet in ius, illius eſto
Defenſor. FAMA ciuem, cauſaq; priorem
Sperne: domi ſi gnatus erit, fęcũdá ue cõiunx,
Quinte puta, aut Publi (gaudẽt prænomine molles
Auriculæ) tibi me uirtus tua fecit amicum.
IVS anceps noui, cauſas defendere poſſum,
ERIPIET quiuis oculos citius mihi, quàm te
Contemptum caſſa nuce pauperet. hæc mea cura eſt
Ne quid tu perdas, neu ſis iocus. ire domũ, atque
Pelliculam curare iube. ſis cognitor ipſe,
Perſta atq; obdura: ſeu rubra Canicula findet
Infantes ſtatuas: ſeu pingui tentus omaſo
Furius hibernas cana niue conſpuet Alpeis.
NON' ne uides? aliquis cubito ſtantem prope tangens
Inquiet, ut patiens, ut amicis aptus, ut acer?
Plures annabunt thunni, & cetaria creſcent.
SI cui præterea ualidus malè filius in re
Præclara ſublatus aletur: ne manifeſtum
Cœlibis obſequiũ nudet te, leniter in ſpem
Arrepe ut officioſus, ut & ſcribà re ſecundus
Hæres: et, ſi quis caſus puerum egerit Orco
In uacuum uenias, per rarò hæc alea fallit.
QVI teſtamentũ tradet tibi cunq; legẽdum,
Abnuere, et tabulas à te remouere memento:
Sic tamen, ut limis rapias, quid prima ſecũdo
Cera uelit uerſu. ſolus, multis'ne cohæres,
Veloci percurre oculo: plerunq; recoctus
Scriba ex Quinq; uiro coruum deludet hiantem,
Captatorq; dabit riſus Naſica Corano.
Num furis? an prudens ludis me, obſcura canendo?
O Laërtiade quicquid dicã, aut erit, aut non
Diuinare etenim magnus mihi donat Apollo.
Quid tamen iſta uelit ſibi fabula, ſi licet, ede
Tempore quo iuuenis Parthis horrẽdus, ab alto
Demiſſum genus Aenea, tellure mariq;
Magnus erit, forti nubet procera Corano

Quam

Filia Naſicæ, metuentis reddere ſoldum.
Tum gener hoc faciet: tabulas ſocero dabit, atque
Vt legat, orabit. multum Naſica negatas
Accipiet tandem, & tacitus leget, inueniétque
Nil ſibi legatum, præter plorare, ſuiſque.
ILLVD adhæc iubeo: mulier ſi forte doloſa,
Libertus'ue ſenem delirum temperet, illis
Accedas ſocius: laudes, laúderis ut abſens.
Adiuuat hoc quoque, ſed uincit longè prius ipſum
Expugnare caput. ſcribet mala carmina uecors,
Laudato. ſcortator erit: caue te roget, ultrò
Penelopen facilis potiori trade, putas'ne,
Perduci poterit, tam frugi, tamque pudica,
Quam, nequiêre proci recto depellere curſu?
VENIT enim magnum donandi parca iuuentus,
Nec tantũ Veneris, quantũ ſtudioſa culinæ.
Sic tibi Penelope frugi eſt: quæ ſi ſemel uno
De ſene guſtârit, tecum partita lucellum,
Vt canis, à corio nũquã abſterrebitur uncto.
Me ſene, quod dicam, factum eſt, anus improba Thebis
Ex teſtamento ſic eſt elata. cadauer
Vnctũ oleo largo nudis humeris tulit hæres.
Scilicet elabi ſi poſſet mortua, credo.
Quod nimium inſtiterat uiuenti. CAVTVS adito:
Neu deſis operæ, ne'ue immoderatus abundes.
DIFFICILEM, & moroſum offendet garrulus ultrò
Non etiã ſileas. DAVVS SIS Comicus, atque
Stes capite obſtipo, multũ ſimilis metuenti.
Obſequio graſſare: mone, ſi increbuit aura,
Cautus uti uelet charũ caput: extrahe turba
Oppoſitis humeris: aurẽ ſubſtringe loquaci.
(IMPORTVNVS amat laudari) donec ohe iam
Ad cœlum manibus ſublatis dixerit, urge, &
Creſcentẽ tumidis infla ſermonibus utrem.
CVM te ſeruitio longo, curáque leuârit,
Et certum uigilans, quartæ ſit partis Vlyſſes,
Audieris hæres: ergo nunc Dama ſodalis
Nuſquam eſt? unde mihi tam fortem, tamque fidelem:
Sparge ſubinde, &, ſi paulum potes, illachrymare. eſt
Gaudia prodentem uultum celare, ſepulchrum
Commiſſum arbitrio, ſine ſordibus extrue, funus
Egregiè factum laudet uicinia. SI quis
Forte cohæredum ſenior, malè tuſsiet. huic tu
Dic, ex parte tua, ſeu fundi, ſiue domus ſit
Emptor, gaudentem nummo te addicere. ſed me
Imperioſa trahit Proſerpina. uiue, ualéque.

Quam nequiere proci recto depellere curſu] *Quam non à tramite potuerunt, id eſt, à recta uia diducere, & à diſciplina.* Nec tantum Veneris, quantum ſtudioſa culinæ] *Hoc fecit Penelopen caſtam eſſe, quia illi magis ſtudebant uentri, quàm Veneri.* Anus improba] *Anus quædam à captatore nudo nudã ſeſe efferri uoluit, ea ui delicet cogitatione, ut uel mortua humeris eius elaberetur, quæ elabi captione eius uiua non poterat.* Scilicet elabi ſi poſſet] *Senſus ita declarat. Anum teſtatam eſſe, ut ſi cadauer eius elapſum eſſet, is qui non pertuliſſet, ille careret hæreditate. Hoc autem dicit, ut hæredipetas moneat, nimia obſequia declinare: nam ob hoc anus ſic teſtata eſt, ut impudentem deterreret, & tamen factum eſt, ne hæreditatẽ perderet.* Non etiam ſileas] *Neque nimis ſileas, neq; nimis loquaris, ſed ita callidus eſto, ut Dauus qui inducitur in Comœdia.* Cautus adito] *Diligens eſto circa eos, quos captas.* Operæ] *Obſequijs in loquendo.* Immoderatus] *Non debes plus tacere, quàm oportet.* Obſtipo] *Inclinato.* Obſequio graſſare] *Frequentia aggredere.* Aurem ſubſtringe loquaci] *Cautè admoue aures tuas, eo loquente.* Importunus] *Pro importunè.* Donec] *Tandiu laudato, quandiu bene habeas ipſe dicat.* Creſcentem tumidis infla ſermonibus utrem] *Gaudentem tumoribus, lauda illum falſis laudibus. Quemadmodum enim inter nihil capit immiſſo flatu, niſi ſolum tumorem, ita & qui falsò laudetur. Id eſt, Quantò magis uidebitur, cùm laudabitur, erigi, paulò magis laudato.* Cùm te ſeruitio longo] *Cùm mortuus fuerit diues, uel cùm te hæredem fecerit, ut eius cauſa ſeruias, imperabis.* Et certum uigilans] *Iucundè, quaſi hoc ſæpe fiat, & eam ſecutus uideas te quartum hæredem. Quia ſolent homines, quod cupiunt, per ſomnum uidere. Ergo noli te hæredem factum credere, niſi illud uigilans uiderit.* Sparge ſubinde] *Frequenter dicito, unde mihi tam fortem amicum?* Et ſi paulùm potes] *ἐπιϕώνησις.* Eſt] *Id eſt, iuuat.* Arbitrio] *Deeſt, tuo.* Sine ſordibus] *Sine tenacite.* Huic tu dic] *Huic te dic libẽter uendere, quicquid hæreditatis ipſe deſiderat.* Gaudentẽ nummo] *Et uno nũmo, qui erat imaginaria uenditio pro donatione.* Sed me] *Vmbra Tireſiæ hæc omnia loquitur.*

PORPH. } Hoc quoque Tireſia] *In hac ecloga introducit Vlyſſem quærentem, apud inferos à Tireſia, quemadmodum rem familiarẽ repararet. Hoc fuit apud ueteres moris, ut præſentes ſugillarẽt, aut præſentis lacerarẽt mores.* Et genus & uirtus] *Dicit*

tametſi qs ſit generoſus & fortis, tamẽ ſi rem nõ habet, uilior eſt alga. Sine aliquid priuũ] *Priuatũ.* Ante Larẽ guſtet] *Prius diuiti, q̃ Lari portes primitias. Cõſuetudo fuit, ut rerũ primitiæ dijs laribus ponerentur.* Sine gente] *Ignobilis, aut peregrinus.* Diuitias, ærisq; ruã] *Ruã pro erutã.* Contemptũ caſſa nuce] *Hoc ex cõſuetudine nequis tibi minimũ qd auferat, aut te contẽnat.* Canicula] *Pro ſole ardenti.* Infantes ſtatuas] *Quæ fari nõ poſſunt.* Furius hibernas cana niue] *Hic uerſus Furij Bibaculi eſt. Ille enim cum uellet Alpes niuibus plenas deſcribere, ait:*

» *Iuppiter hibernas cana niue conſpuit Alpes.*

Ergo tumidũ eſt. Quid prima ſecũdo Cera uelit uerſu] *Bene hoc, & iuxta ordinẽ, quia prius teſtatoris nomẽ, ſecũdo hæredis.* Plerunq; recoctus] *Iterũ ſcriba factus.* Coruũ deludit hiantẽ] *Hoc allegoricè poſuit ex fabula Aeſopi, in qua ſcriptũ eſt, ut uulpi coruus illuſerit, cũ eũ uidiſſet caſeũ ferentẽ, dicens: ſe eſſe illo meliorẽ in uoce, & prouocauit ut clamaret, quod cũ facere noluiſſet, caſeũ dimiſit ac perdidit.* Partita lucellũ] *ὑποκοριστικῶς, à lucrũ.* Vt canis à corio nunquã abſterrebitur uncto] *Prouerbialiter. Nũquã deſinet hoc facere.* Stes capite obſtipo] *Triſti ac ſeuero. Secus inclinato dicit.* Aurẽ diſtringe loquaci] *Aurẽ intẽde cũ loquitur.* Sermonib. utrẽ] *Velut utrẽ.* Cũ te ſeruitio longo] *Hoc eſt, cũ deceſſerit.* Sine domus ſit] *Quia lege cautũ erat, ne rem uel agrũ, uel domũ alicuius in teſtamento donatã donaret, & ut uiderentur emiſſe, nummum dabant, ſi cui donabant.*

CHRIST. LAND. } Hoc quoque] *Artificiosè auaritiam carpit. Inducit enim Vlyſſem poſtquã Tireſiã uatẽ de reditu interrogauerat, interrogat etiã qua ratione poſſit diteſcere.* Tireſia] *Hic uates Thebanus fuit, qui exorta cõtrouerſia inter Iouẽ, Iunonemq; utrius ſexus maior extaret libido, iudex à dijs electus maiorẽ muliebrẽ, q̃ uirilẽ pronunciauit. Quo iudicio offenſa, Iuno illũ luminib. orbauit. At Iupiter orbitatẽ oculorũ uaticinatiõe ſibi tradita ſubleuauit. Hũc tradunt cũ olim coẽuntes ſerpentes in ſylua inueniſſet & uirga percuſſiſſet ex uiro in fœminã conuerſum ad nouẽ annos in ea calamitate perduraſſe donec eoſdẽ ſerpentes eodẽ modo cubãtes inueniens iterũ percuteret, ſicq; in priſtinũ ſexũ rediſſe, quæ cauſa fuit ut iudex ad litẽ illam dirimendã eligeretur, quoniã utrunq; eſſet expertus.* Non ſatis] *Tireſias loquitur.* Quicquam nullis] *Vlyſſis uerba ſunt.* Apotheca] *Græcum eſt, Latinè penum dicemus.* Proci] *Qui procaciter & ſine modo modeſtia'ue mulieres inſectantur.*

tur. Oſtendit autem diuitias quærere, quoniã procis uxoris omnia domi direpta inuenturus ſit. Oſtendit præterea quærẽdas eſſe opes, quoniam ſine illis uirtutes in nullo precio ſint. Quando] Reſponſum eſt Tireſiæ. Turdus] A' turdo colore dictus eſt, ut ait Varro. Auis inter epulas laudata. Color illi eſt circa ceruicem, in æſtate uarius, in hyeme concolor. Turdum habuit Agrippina Claudij uxor ſermones humanos imitantem. Primum] Quod nondum apud alios uulgatum ſit. Vel primum, quaſi quod tibi ſoli ſit. Vnde etiam eſt priuilegium. Iubet autem ut captet orbos ſenes ſuis muneribus, & illos ante deos ueneretur, quamuis illi periuri, aut ignobiles, aut homicidæ ſint. Comes exterior] Nam interiore in honoratiori loco habetur. Vt tegam] Vlyſſis uerba. Damæ] Scelerati hominis. Tegam latus] Interiorem habeam. Haud ita Troiæ] Oſtendit non conuenire hoc ſuæ ante actæ uitæ, in qua ſemper meliores ſuperare uirtutibus contendit. Precioſo hamo] Similem piſcatori captorem facit, & piſci captatum. Captor enim munera mittit, ſed quæ ſint uelut eſca in hamo cui piſcis hæreat. Quam rem ſuauiſsimè Martialis in epigrammate expreſsit. In quo eſt Munera magna quidem miſit, ſed miſit in hamo. Sic piſcatorem piſcis amare poteſt. Ergo qui munera à captatore accipit, nec illum tamen hæredem facit, ſimilis eſt piſci, qui arroſo hamo eſcam uorat, atq; abit. Magna] Si litigium inter duos erit de magna aut de parua re uide uter locuples & orbus ſit & illius defenſionem quamuis audax meliorem in ius uocet ſuſcipito. Neque te moueat quòd is aduerſus quem litigas ſit melior modo ille habeat filios.

Quinte] Veteris oratione blanda, & dices ô Quinte, ô Publi. Nam auriculæ molles, id eſt, mollium hominum. Caſſa nuce pauper] Id eſt, etiam ille, qui eſt caſſus, id eſt, priuatus unce, id eſt, cui ne uncia quidem ſit, eſt mea cura, quaſi dicat, ego non moueor diuitijs, ſed amicitia ut etiam pauperes amicos curem: ne dum ego te uelim ut aliquid perdas. Vel lege. Et mea cura eſt ne tu pauper caſſa unce, id eſt, ne effectus pauper & imminutus minima particula perdas aliquid. Vncia enim minima in aſſe particula eſt. Et cum huiuſmodi oratione uſus fueris iube illum ire domum, & curare corpus, & tibi negocia, & labores relinquere. Tu autem perſta] Id eſt, perſeuera & obdura ad omnes difficultates, ſiue ſint caniculares colores, de quibus iam dictum eſt, ſiue ſint frigora.

Rubrã] Nam de colore Martis eſt. Infantes] Mutas, id eſt, inanimatas. Omaſo] Pinguis eſt atque craſsius inteſtinum, quod nonnulli bubulum ſolùm eſſe credunt. Ergo tentus omaſo, Id eſt, uentroſo, ut ſit inditium tardi ingenij potiùs, quàm edacitatis. Nam irridet Furium poëtam ab inepta & nimis dura tranſlatione. Ipſe enim ad fruſtula illa alba niuium, quæ ſputum imitari uidentur dixit, Iuppiter hybernas cana niue conſpuit alpes. Vt patiens] Sic enim alter alterum tangens de te loquitur. Qua fama tua ſic creſcendo comparabit tibi nouos amicos. Plures adnabunt thunni] Stat in tranſlatione captatoris à piſcatore. Cetaria] Loca eſſent ubi ceta aluntur, quod nuſquam fit, ſed poſuit cetaria pro uiuarijs, & piſcinis, ubi maiores piſces aluntur. Sententia eſt, quòd ex illa increbreſcẽte fama plures orbos captabis, & à pluribus hæres relinqueris. Cetaria, in quibus ceta teneantur, quæ balenæ appellantur, quæ in mari Indico quaternorum iugerum reperiuntur. Præfecti claſsium Alexandri tradidêre fores domorum ibi ex maxillis balenarum fieri, & oſsibus tecta contignari. Ex quibus multa 40. cubitorum longitudinem habere. Præterea] Cautum præceptum. Monet enim ne ſolum cælibes, & propterea filijs carentes captet. Nam poſſet detegi eius ſubdolum conſilium, ſed etiam illos quibus etſi filius ſit tamen eſt adeò ualetudinarius, ut breui ſit moriturus. Dabit ergo operam ut illi ſcribatur ſecundus hæres.

Quod teſtamentum cunq;] Id eſt, quodcunque per tmeſin, quoniam omnem fidem amitteret uerè amicitiæ ſi appareret conſilium ſuum oportet eum cuncta diſsimulare, & propterea ſi ſenex ſibi teſtamentum legendum ſuum porrexerit annuet, id eſt, approbabit antequam legat tanquam id ad ſe nihil attineat. & id remouens finget nolle legere, & tantum limis oculis rapiet, id eſt, uelociſsimè leget cum uerſum ubi ſolent poni nomina hæredum an uideat, quot habeat cohæredes.

Recoctus] Nam iſte Coranus ex ſcriba quinq; uir effectus iterum in ſcribam rediit. Naſica Corano] Quod paulò poſt interpretabitur. Iuuenis] Auguſtus. Regnante ergo Auguſto ut uaticinatur Tireſias filia Naſicæ nubet Corano. Illud] Præceptum aliud ut meat amicitiam illorum qui gubernant ſenem ut illi, deinde hominem abſentem laudent. Sed tamen nil melius quàm expugnare ipſum caput, id eſt, ipſum ſenem, cuius cauſa omnem laborem ſumis. Dixit autem expugnare, quia tanquam bellum quoddam eſt huiuſcemodi captatio. Vnde expugnant cum iam ſuis dolis eum ceperint. Ergo laudato quicquid faciet, & ſi ſcortator eſt, id eſt, delectatur ſcortis ne dubita ſupponere ſibi Penelopen uxorem tuam. Putas'ne] Interrogat Vlyſſes, an putet poſſe corrumpi Penelopen, quæ ſollicitata à tot procis incorrupta manſerit. Cui reſpondet manſiſſe incorruptã, quia proci auari fuerint in dando. Quod ſi lucellum de ſene tecum guſtauerit nunquam deinde abſtinebit. Vt canis qui ſemel guſtato uncto corio nunquam deinceps inde dimoueri poteſt. Cautus adito] Nam in obſequendo neque uelim deeſſe te, neque ſupra modum facere. Operę] Actionibus.

Immoderatus] Modum excedens. Obſtipo] Deiecto procliui. Cogitabundi enim & metuentes caput ad terram uergunt. Graſſare obſequio] Adulare, uel uehementer, multusq; ſis in obſequio. Graſſari enim, teſte Feſto, antiqui ponebant pro adulari. Sed graſſari dicunt latrones uias obſidentes. Gradi ſiquidem ambulare eſt, ergo ab impetu gradiẽdi. Iuuen. Interdum ferro graſſator agit rem. Hic uerò quicquid uehementiùs, impetuoſiuſ'ue fit graſſari dicitur. Saluſt. in Iugurtha. Sed dux atque Imperator uitæ mortalium animus eſt, qui ubi ad gloriam uirtutis uia graſſatur abundè pollens eſt. Aurem ſubſtringe] Quaſi dicat, patienter audi ipſum loquacem. Creſcentem utrem] Nam quemadmodum utres uento turgeſcunt, ſic ſtultus ille adulationibus inflatur. Et certum uigilans] Ne ſomnians hæc credas. Nam ſi quid miſerè cupimus id ſæpe ſomniamus. Vnde ſi quid nobis ex inſperato aduenerit ſolemus nobiſcũ reputare an id uerè euenerit, an ſomnijs laudamur. Hæres quartæ partis] Hæres ex quadrante. Clamo ſodalis] Profer magna uoce ad ſodales. Nuſquam eſt] Scilicet tantum uerborum. Vnde] Id eſt, ex quo ſcilicet, laudem tam fortem & tam fidelem. Vel dicamus hæc eſſe uerba adulatoris poſt mortem teſtatoris, ſua ficta pietate alios facilius captare poſsit. Et tunc dicemus. Clama] Id eſt, cum clamore & uociferatione dic. Sodalis meus nuſquam eſt. Et ſubinde. Sparge] Id eſt, diuulga hæc uerba. Vnde mihi tam fortem & fidelem] Scilicet reperiam.

Et ſi potes celare uultum prodentem gaudia] Id eſt, ſi potes occultare in facie tua eam hilaritatem quæ indicat gaudium. Illachryma re] Id eſt, emitte lachrymas. Sepulchrum permiſſum] Subaudi ſi eſt permiſſum. Malè tuſsiet] Quod priſcis quam noſtri tabem appellant ſignum eſt, & propterea non procul eſt à morte. Gaudentem nummo] Cupidum rem ſuam augere.

Proſerpina imperioſa] Nam cùm inferiorum dea ſit imperium in me iusq; ſummum habet.

BRAS. ROT.} Pelliculam curare iube] Qui uoluptati ſtudet magis quàm formæ, unũ hoc curant, ut cutis ſumma niteat, eaq; gratia lautioribus epulis, balneis, unguẽtis, ſomno, conuiuijs, alijsq; id genus delitijs utũtur, & hinc prouerbio dicitur, curare cuticulã. Viso coruũ deludet] Hoc dictũ eſt ab Horatio in eum, qui captorẽ ſuum arte fruſtratus fuerat. Lege prouerb. Coruũ, &c. Vt canis à corio] Haud diſsimili figura dictum eſt illud à Græcis ad nos delatum, Inteſtina canem ſemel deguſtaſſe periculoſum eſt. Admonet hoc, haud facile temperare à peccando, qui ſemel illecebram illam uelut autoramentum uitiorum deguſtârit.

ALDVS} Ergo nunc Dama] Ordo eſt: Sparge ſubinde, hoc eſt, frequenter dicito, hæc ſcilicet: Ergo nunc Dama Sodalis nuſquam eſt. Vnde mihi tam fortem, & tam fidelem habeo.

COELIVS} Tu comes exterior] Hic ſciendum eſt, comitem exteriorem uideri ab Horatio dictum, à ſiniſtris aſſectantẽ. Cælius lib. 5. cap. 29.

PHILOLOGVS} Ergo nũc clama Sodalis Nuſquã eſt, unde mihi tã fortẽ, tamq; fidelem? Sparge ſubinde] Peruerſè legitur à quibuſdam clama ſodalis, quia repugnat ma ſyllaba natura lõga, legẽdũ igitur Dama ſodalis. Eſt aũt ordo: Sparge ſubinde,

inde, hoc eſt, frequenter dicito, hæc ſcilicet. *Ergo nunc* Dama ſodalis nuſquam eſt: unde mihi tam fortem, & tam fidelem habebo *ſcilicet ſodalem.*

IOAN. HART. } Caſſa nuce] *Prouerbium: lege. Vitioſa nuce non emerim.*

HENR. GLAR. } O' Laërtiade quicquid dicam aut erit, aut non] *Poſt non, diſtinguendum & à ſequente uerſu noua ſententia incipienda.* Badius non attentus ad munus hoc ab loco Tireſiæ datum, *etenim pro certè exponit, quaſi aduerbium, ſit & non potiùs coniunctio rationalis, & magnus Apollo non donat diuinare mihi, contra authoris, & ſenſum, & mentem. Notum eſt ridiculum hoc Tireſiæ uaticinium apud omneis.* —Ergo nunc Dama ſodalis] Omninò Dama *legendum, ut in codice Aldino habetur. Annotator noſter hoc in loco rurſus oſtendit ſe nullius eſſe iudicij nugatorem, cùm uelit legendum eſſe* clama. *Sed quia huic Badius ſatis reſpondit, nos omittimus.*

THEOD. PVL. } 11 Priuum] *H.G.* primum, *E. B.P.* 14 Ante Larem guſtet uenerabilior Lare diues] *Ex antiquorum pietate ſuperſtitioſa dictum eſt, qui ut de cena Lari libare ſolebant, ita & fructuum primitias ei ſacrabant, libabantq́. Turneb. lib. 2. cap. 19.* 16 —Negare eu illi Tu comes exterior, ſi poſtulet, ire recuſes] *Exterior eſt comes, qui ad læuam eſt: qui locus inferioris eſt. Vide Turneb. lib. 14. cap. 24. Ioannes Goropius, uir eruditiſſimus & antiquitatis ignoratæ illuſtrator maximus, Hieroglyph. lib. 3. firmiſſimis rationibus oſtendit, quòd exterior comes, dexter ſit. in dextri enim & ſiniſtri, interioris & exterioris, honoratioris & minus honorati loci diſcrimine annotando Turnebus & Lambinus ex diametro pugnant. nam dextrum latus exterius dicitur, & minus honoratum fuit: ſiniſtrum uerò, interius, & honoratius habitum.* 16 Vt'ne tegam ſpurco Damæ latus?] *Cur ab Horatio ſcriptum ſit, ex Senecæ loco perſpici poteſt. nam cùm Dama diminutionis forma à Demetrio deductum ſit, nomen ſeruile eſt, & in Horatio libertini hominis, quales multi ad opes perueniebant, & ſi pro uiliſſimis & ſordidiſſimis ſemper habebantur. Adſcribã Senecæ uerba: Idem res dicebat omnium uiliſſimas, acetum, puleium, & Damam, & Phileroten, laternas & ſpongias. Cùm igitur Horatiani mihi loci in mentem inter legendum ueniſſet, in articulo opprimendum putaui, & huic ſchedulæ inſerendum, cùm ei nonnulla lux è Seneca affulgere uideatur. Turneb. lib. 6. cap. 4. Tegere latus, inquit, intelligimus eſſe, latus ſiniſtrum alterius, qui uel ætate, uel honore ſuperior eſt, claudere. Vide libro 14. cap. 24. Ioan. Goropius Hieroglyph. lib. 3. contrariũ accipit. latus enim, inquit, claudit, qui dexter adſtat. quo modo & Iuuenalis Satyra 3. intelligendus:*

„ *Diuitis hic ſerui claudit latus ingenuorum*

„ *Filius.* Vis'ne tegam, *Aldina editio.* 22 Rem] *Pro* crenam. 32 Quinte puta, aut Publi] *Quod Horatius ait, expreſſit mores Romanorum, qui cum aliquem honorificè, ut liberum aut ingenuum appellabant, prænomine ſalutabant. nam ſalutare cognomine familiaris erat, ut apud Ciceronem, Cæſar Palcro: & Polybius in hiſtoria ſemper ſuperiorem Africanum honoris credo gratia, Publium appellat: & apud Perſium (Sat. 5.) ſcribitur, ſalſè & uenuſtè,* Marco ſpondente recuſas. *&* —has ſigna Marce tabellas. *&, (Sat. 1.) Ingenteis trepidare Titos: & quaſi dignitas ingenuorum in prænomine tota poſita ſit, quo ſerui carebãt. ſcribit idem (Sat. 5.)*

„ *Verterit hunc dominus, momento temporis exit*

„ *Marcus Dama. Poteſt tamẽ & in eo interdũ quiddam familiaritatis latere. Turn. lib. 2. cap. 19.* 36 Caſſa nuce] *H.* quaſſa nuce, *G.E.B.P.* 38 Pelliculam] *Id eſt, cutem. corpus, ſic & χρὼς Græcè cutis & corpus eſt. nam Latini Græcanicum ſermonẽ ore Romano æmulari gaudebant. Vide Turn. libro 24. cap. 28. & Annotat. ad 1. Epiſt. 2. uerſu 29.* Sis cognitor] *P.* ſi cognitor, *H.* ſi cognitor, *G.E.* Fi cognitor ipſe, *è chirographis exemplis repetitũ aliquanto cõcinnius erit, quàm ut peruulgatũ,* ſis cognitor: *nec uerò ſi inuſitatũ eſt in imperandi modo, eoq́ comicus Plautus utitur, Curculione (ſcil. Quo te,)* —Fi mi obſequens. *& Perſa (ſcil. Qui amans,)* Age ſi benignus, ſubueni] *Turn. lib. 13. cap. 17.* 40 —Seu pingui tentus omaſo] *Ad contemptum dicitur de eo, qui opſonijs ſe ſaturat uilibus, ut alio loco, (1. Epiſt. 15.)* —Tabulas cenabat Omaſi] *Qui autem è Romanis teſtamenta faciebant, tabulas, his quos uel legato, uel parte hæreditatis proſequebantur, interdum oſtendebant, ut poſtea obſignatas reponerent, nec niſi ipſis mortuis aperirentur: quibus autem oſtendebantur, inſpicere abnuebant & recuſabant, ne hæredipetæ & captatores uiderentur. Horatius tamẽ monet oculis limis primæ ceræ ſecundùm uerſum ſaltem percurrat captator, ne illudatur uana ſpe. nam qui teſtantur & ultrò inſpectandas offerunt tabulas, cùm putent negaturũ, recuſaturumq́ inſpicere uerecundè captatorẽ, cui ſimulant ſe aliquid reliquiſſe, uana ſpe lactant, nihil interdũ relinquũt: quod deprehenſum in Naſica eſt, cui impudenter captanti tabulas teſtamenti ſui Coranus gener oſtendit, legereq́ ſæpius renuentem, tandem coëgit: qui intellexit nil ſibi legatum, ſed fruſtra ſibi eueniſſe captatorias artes. ne igitur qui in teſtamento aliquid ſibi relictum credit fallatur, ut Naſica, obliquo oculo celeriter rapiat quid ſcriptũ ſit in prima cera, ne ludibrio habeatur. Turn. lib. 2. cap. 19.* 41 Furius] *Hic poëta M.* Fuſius *Viuaculus in codicib. antiquis Cruquij nominatur: à Georg. Fabricio uerò* Futtius Bibaculus, *nõ* Furius, *aut* Fuſius *appellatur.* 48 Vt &] *H.G.E.B.P.* & ut, *Gryphij editio.* 53 Sic tamen ut limis rapias, quid prima ſecundo Cera uelit uerſu. *Lege And. Alciati Parergon iuris lib. 4. cap. 6.* 55 —Plerumq́ recoctus Scriba ex quinqueuiro] *Recoctus, id eſt, ueterator, qui longo uſu didicit, quid diſtent æra lupinis. Had. Iunius Animaduerſorum lib. 5 cap. 5. Quinqueuirum, inquit Turnebus, puto nomen eſſe magiſtratus, ut in colonijs deducendis & agris aſſignandis. nam triumuiros, quinquieuiros, decemuiros, uigintiuiros, legi aſſignatores agrorum fuiſſe. Vide lib. 21. cap. 26.* 58 Nam furis?] Non furis? *Cuiacius. Obſeruat. libro 12. cap. 18.* 59 O Laërtiade quidquid dicã, aut erit, aut nõ] *ita apud Horatium uulgò accipi uideo, quaſi uates illudantur. ſed, ni fallor, ſtultiſſimus eſſet Tireſias, ſi ultrò ſibi fidem detraheret, potius opinor eum dicere, ſe non eſſe alijs uatibus ſimilem, qui diuinorum nomen ementiũtur, homineſq́ fallunt: iccircoq́ ambagibus, ne in mendacio deprehendantur, ſua reſponſa inuoluunt, & draconem neſcio quem, uel aquilam ænigmate inexplicabili loquũtur, nec res ſuas appellant nominibus: quod ſe contrà facturum Tireſias pollicetur, ſeq́ ſine figura, & anfractu locuturũ, id quod erit, aut non erit, cum & ſibi ab Apolline diuinandi ars data ſit, quæ uulgaribus iſtis non ſit tributa uatibus. proinde apertè & ſine ulla figura captatoris Naſicæ & Corani nomen elocutus eſt: nec Naſica aut Coranus aliud quidquam, quàm quod recto nudoq́ ſermone ſonant, ſignificant. Turn. lib. 2. cap. 9.* 61 Si licet, ede] *H.G.* ſcilicet ede, *E. B.* ſcilicet ed[illegible] *P.* 83 Vt canis à corio nunquã abſterrebitur uncto] *Non'ne eſſe putares quod Theocritus eadẽ urbanitate facetè luſit,* χαλεπὸν χορίω κύνα γεῦσαι. *Sed quis perſuaderet ſibi coriũ apud Horat. eſſe* χορίου *Theocriti, cũ hoc ſignificet mẽbranas partũ inuoluentes, à quibus agnos ſerotinos cordos putat uocatos Varro Crediderim Horatiũ prouerbiũ Græcũ eſſe ſecutum: tamen nõnihil ſignificationem deflexiſſe in id, quod æquè conueniret. Sed &* ταυτα γεωργεῖν, *id enarrator interpretatur, quod Horatiano ſenſui conuenit. Turn. lib. 26. cap. 31.* 87 Elabi ſi poſſet] Elabi ſic poſſet, *Cruquij codices ſeptẽ.* elabi ut ſic poſſet, *Cruquij antiquiſſimus.* 89 Neu deſis] *H.G.E.B.P.* Ne deſis, *Ant. Mureti editio.* 90 Garrulus, ultrò] *P.* garrolus ultra, *H. G. E. B.* 93 Increbuit] *B.P.* increpuit, *H.G.E.* increbruit, *Cruquij codices tres.* 95 —Aurem ſubſtringe loquaci] *Aures leuiter tractabant ijs, quibus adulabantur, quouſq́ captabant & admirabantur, & quibus indicabant, uel ſimulabant amorem, & quos oſculabantur. Plautus in Aſinaria, (ſcena, Cur me retentas,)*

„ *Prehende auriculas: compara labella cum labellis.*

Vide Turneb. lib. 16. cap. 17. & lib. 19. cap. 13.

„ —*Aurem ſubſtringe loquaci.*

Blandientis & adulantis eſt, ut exiſtimo, & mirabundè aſſentãtis. nã qui oſculabãtur, amatoriè auriculas prehendebãt. ut apud Plautũ eſt. Prehende auriculas: ſignificat igitur quaſi amplexeris & admireris, auriculã eius ſubſtringe. Turn. li. 30. c. 27. aurẽ ſubſtringe.

id eſt,

id eſt, patienter eum audi, denuda, B. ſubſtringe, *id eſt, humiliter aperi*, P. diſtringe, *Porphyrio.* 97 Vege &] Vege, *H.G.E.B.P.* &, *coniunctio deeſt.* 100 Sit partis] Uſto partis, *Lambini quidam libri ueteres.* 105 Commiſſum] Permiſſum, *H.G E.B. P. & Gul. Canterus Nouarum lect. 4. cap. 22. Vide Annotationes ad illud 2. Sat. 3.*

„ —*Atq; epulum arbitrio Arri.*

107 Gaudentem nummo te addicere] *Id eſt, ut uulgò loquimur, fruſto panis, minimoq; pretio. Vide Turneb. lib. 28. cap. 3.*

GEORG. FABR. } *Reprehendit tectis perſonis, tanquam in Tragœdia conſtitutis, eos homines, qui obſequijs et inſidijs amplas ſæpe hæreditates adiebant. Neq; docere uult flagitium ciues ſuos, ſed fictis eorum animis & obſequijs exponendis deterrere, ut tales homines fallaces nouerint & uitent: quorum ſeruitutem his uerbis pulchrè Cicero deſcribit, Hæreditatis ſpes quid iniquitatis in ſeruiendo non ſuſcipit? quem nutum locupletis, orbi ſenis non obſeruat? Loquitur ad uoluntatem, quidquid nunciatum ſit, facit, aſſentatur, aſſidet, muneratur. Quid horum eſt liberi? quid denique non ſerui inertis? Actio hæc, Tragicæ ſimilis, eſt apud inferos, de Homero ſumpta: perſonæ ſunt Tireſias, Vates, & Vlyſſes naufragus. Obſeruatione dignum, poëtam noſtrum non ſolùm tractare argumenta Comica, ut in Carmm. 1, 8. & 1, 13: uerumetiam Tragica, quale hoc loco eſt uaticinium Tireſiæ: in primo Carminum, uaticinium Nerei in tertio, uaticinium Iunonis.* Iam'ne doloſo Non ſatis eſt] *Iam'ne doloſo, in antiquis duobus, quæ adiectio particulæ Horatianæ eſt. Ita paulò pòſt,* Vt ne tegam ſpurco Damæ latus? Qu[illegible]m te contemptum caſſa nuce] *Legi in manuſcripto uno, quaſſa nuce, pro fracta: ſed id è gloſſa factum. nã & caſſam glandem, dixit Plautus: & caſſa ſemina & grana, Plinius.* Perſta atque obdura] *Neſcio quid in ſuis exemplaribus alij inuenerint: in meis lectio eſt inducta, ut uerbum.* perſta: *in Anhaltino ſcriptum pro eodem,* praſta, *in alijs* perdura, *pro* obdura *legitur: unde hanc uulgatam,* Perſta & obdura, *collegiſſe eruditos opinor. Quid ſi legatur?* Perfer & obdura, *ut apud Catul.*

„ *Sed obſtinata mente perfer, obdura.*

Item apud Ouidium,

„ *Perfer & obdura, dolor hic tibi proderit olim.*

Seu rubra canicula findet Infantes ſtatuas, ſeu pingui tentus omaſo Furius hibernas cana niue conſpuet Alpes] *Nomen huic poëtæ fuit* Fuſſius *non Furius, aut Fudus Mira temporis æſtiui & hyberni deſcriptio. Primùm dicit æſtu lapides findi, etiam calores intenſos intelligit, deinde Satyrica reprehenſione Fuſſium Bibaculum laceſſit, obijciens ei corpus craſſum, & tardum ingenium, qui in deſcriptione hiemis, metaphora uſus ſit inſolita & tumida. nam hic eius uerſus fuit,*

„ *Iuppiter hibernas cana niue conſpuit Alpes.*

Nunc dicit ipſum Fuſſium, quaſi hiemem ipſe induceret niue Alpes conſpuere. Simile Fuſſi carmen eſt, non minus improprium.

„ *Orbilius ubi'nam eſt, literarum obliuio?*

Pro eo, quod ſit oblitus in ſenectute literarum. Moltis'ne cohæres] *Deeſt, ſi, inquit Helenius unde quo modo corrupta ſint exemplaria emendanda, facilè intelligitur, nempe cohærens.* [illegible]eliore marito Magnus erit] *Laudes captat Auguſti, quauis occaſione. ut nunc Parthis dicit timendum & cognomento uocat Magnum. quod epitheton Herculi, & Aeneæ tribuit Virgil.* Ego nuoc Dama ſodalis Nuſquam eſt] *Quam lectionem ſecutus eſt Landinus, qui uerſum uiciat & ſententiam: ne relatu quidem uiſa digna eſt.* Senior malè tuſſiet] *Tuſſis ſenile uicium. Lucilius,*

„ *Ante fores autem & triclini limina, quidam*

„ *Perditus Tireſias, tuſſi grandæuus, gemebat.*

IOD. BAD. ASCENS } Hoc quoq; Thyreſia, &c.] *Hæredipetarũ. i. petentiũ hæreditatẽ impudentẽ captationem lepidè taxat. Inducit aũt Vlyſſem à Thyreſia diſquirentem, quomodo perditas res recuperare poſ[illegible], cui Thyreſia reſpondit quod per captationẽ. Sũpta aũt eſt occ[illegible] ſio ex Homero, qui in Odyſſea fabulatur. V[illegible]lyſſem ad inferos [illegible] ſcẽdiſſe, illicq; Thyreſiam uatem Thebanũ & diuinatione donatum multa rogaſſe de ſtatu ſuo futuro, poſt*

quã Vt hic] *Inquit poëta perquiſiuit quo pacto poſſet reparare res ſuas. Ordo eſt:* O' Thyreſia] *Reſponde ſup.* Mihi] *Scil. Vlyſsi, petenti.* Quoq;] *.i. etiam hoc. i. hanc rem* Præter narrata] *.i. præter ea, quæ narraſti mihi uidelicet, quibus artibus atq; modis queã reparare res amiſſas. Cùm aũt hæc diceret Vlyſſes, fingit riſiſſe Thyreſias. unde ait Vlyſſes.* Quid] *.i. ad quid rides.* Reſpõdet Thyreſias. Ita'ne, uel an'ne, r[illegible] bone ſatis eſt tibi ô Vlyſſe doloſo] *.i. doli & fraudis pleno reuehi (hoc enim uidetur eſſe pollicitus) Ithacam] .i. ad patriã tuam* Et aſpicere penates] *.i. patriæ tuæ Addit Vlyſſes* O' Thyreſia] *Sup. nulli. i. nõnulli non mentire uſi* Quicquã] *.i. quãuis rem uides* Vt] *.i. qualiter ego redeã domum nudus & inops.* Te uate] *.i. cum tamẽ tu ſis uates, & poſſes me uaticinio tuo docere, quomodo diues fiam, neq; aut* Apotheca] *.i. penus, & quæ recondita ſunt domi.* Eſt intacta] *.i. non conſumpta, imo conſumpta* Illic] *.i. in patria, quo propero, aut ſup. neq; pecus eſt intactũ* A' procis] *.i. ab ijs, qui Penelopem uxorẽ meã ir. matrimoniũ depoſcũt.* Atqui] *.i. tamẽ certè, & genus, & uirtus eſt uilior* Alga] *.i. quã herba è mari ad littus, aut fluuio ad ripã iactata* Niſi] *.i. ſi non ſit: cũ re. i. cũ diuitijs: quia uilepẽditur ſine illis. Quarto reſpondet Thyreſias docens, qua uia poſſit diuitias accumulare uidelicet per adulationes & captiones in hoc mores ſui temporis notans. Ordo eſt.* Ambagibus] *.i. circũlocutiuis obſcuris ac dub[illegible] ſententijs omiſsis.* Quãdo] *.i. quandoquidẽ.* Tu horres] *.i. exhorres* Pauperiem] *.i. paupertatẽ.* Accipe] *.i. audi & diſce, qua ratione queas* Diteſcere] *.i. diues fieri. Si ſup* Turdus] *.i. delicatiſsima auis: ſiue aliud* Priuum] *.i. propriũ quod uulgo non reperitur dabitur tibi.* Deuolet] *.i. de te uolet (Et bene quia turdũ dixit cuius eſt uolare)* Illud] *.i. ad cũ locũ* Vbi niteat] *.i. reſplendet magna res* Domino exiſtente] *Sup. ſene diues* Venerabilior] *.i. quẽ tu qui diuitias eius captas magis uenerari debes* Lare] *.i. quã Deum familiarẽ tuum guſtet* Ante larem]. *i. priuſquã lar, dulcia poma (quæ præcocia ſunt)* Et quoſcunq; honores] *.i. fructus* Honeſtos] *Hoc eſt, pulchros fundus* Cultus feret] *Id eſt, producet tibi.* Qui] *Sup. diues.* Quamuis] *.i. quam uis ſit* Periurus] *.i. infamis propter periurium.* Sine gente] *.i. nõ generoſus, ſed ignobilis* Cruentus fraterno ſanguine.] *.i. quamuis fratres occiderit, exiſtens fugitiuus à patria ſua, tamen tu non* Recuſes] *Id eſt, renuas illi ire, illi cõmunes* Exterior] *.i. in exteriore parte: hoc eſt, diſtantiore à domibus* Quũ interior eſt] *Aut alibi à parte ſiniſtra.* Si poſtulet] *.i. ſi requirat à te. Reſponſio Vlyſſes Sic tamen ut Romanus uideatur, quia Damam notat, niſi & Græcum Damam conſimilis uitæ dixerimus.* Vt ne] *.i. mones me ut ego* Tegam latus] *.i. ſim ſatelles à latere incedens* Damæ u[illegible] ſo illi ſpurco] *.i. in mundo: O' Thyreſia ſup. ego* Haud] *Id eſt, non geſsi me* Troia] *Id eſt, apud Troiam.* Ita]. *i. ut ſic immũdis inſeruiam.* Certans] *Id eſt, contendens ſemper melioribus ſup me: ut cum Achille, Palamede, Aiace, &c. Thyreſ. Ergo: ſi non uis ita facere, tu eris pauper. Vlyſſ. Ego iubeo animum meum forte* Tolerare] *Id eſt ſuſtinere & perpeti* Hoc] *Id eſt, ut inſeruiam immundis & turpibus.* Et ego tuli] *Id eſt, paſſus ſum.* Quondam] *Id eſt, aliquando maiora, tu augur dic protinus.* Vnde ruam] *Id eſt, eruam diuitias & aceruos* Aeris] *Id eſt, pecuniæ, quæ tunc ærea fuit Thyre. Equidem, dixi & dico.* Si uis] *Scilicet diteſcere tu* Aſtutus] *i. callidus ne reprehendaris captes, ubique teſtamenta ſenum.* Neu] *.i. ne'ue ſi unus & alter ſup ſenex* Vafer]. *i. callidus & uerſutus* Fugerit] *Sup te* Inſidiatorem]. *i. quem noſcit ſibi inſidiari.* Et hoc hamo]. *i. dolo ac fraude, quæ ſub dulcedine uerborum factorum tuorum eſt* Præroſo] *.i. præguſtato: ſicut piſces, & nonnunquam aues ineſcantur hamo: tu tamen non deponas ſpem, aut illuſus non omittas artem.* Magna minòr ue, &c.] *Ponit alia præcepta captandi, dicens. Si res magna aut minor* Certabitur]. *i. agetur.* In foro] *Scil. iudiciali.* Olim] *.i. quouis tempore futuro.* Vter] *Sup. contendentiũ uiuet* Locuples] *.i. diues ſine* Gnatis] *.i. liberis.* Qui] *Scil diues improb. eũ ſitẽ* Audax] *.i. temerarius, aut cõfidens aſtutia ſua.* Vocet in ius ultro]. *i. nõ uocatus cũ poſſet uiuere ſine lite.* Alique & eſt melior] *.i. iuſtiorem & meliorẽ cauſam habentẽ* Tu eſto defenſor illius] *Scil. diuitis, & ſperne ciuẽ* Priorẽ]. *i. meliori & honorabiliorem.* Fama]

Fama]. *i. propter famam ſuā bonā.* Et cauſa]. *i. propter cauſam ſuā iuſtam.* Sperno dico ſignatos]. *i. filius hæres, aut cōiunx fœcunda erit domi: docet aūt modū, quō quis adibit in tali caſu diuites: adibit enim dicēdo: ut puta. Quinte aut Publi (quæ ſunt pronomina) gaudēt aūt prænomine molles* Auricula]. *i. diuitū quæ blanditijs acquieſcunt, tua uirtus fecit me amicū tibi, ego noui ius* Anceps]. *i. quod eſt dubij exitus ego poſſum defendere cauſas, quiuis eripiet mihi potius oculos, q̃ pauperet, id eſt, pauperē faciat te contemptū.* Nuce caſſa]. *i. fracta. i. de tanto damno, quantū pateris ſi nunquam caſſaretur tibi, quod tamē minimū eſſet, quia integra comedi nō poteſt. Poteſt etiā translatū eſſe à pueris, qui nucibus contendunt eas comprimendo, & utrius caſſa fuerit is eam perdit.* Caſſa ergo nuce]. *i. amiſſa re tua per litem.* Hæc eſt mea cura] *Id eſt, hanc curam, mihi aſſumo.* Ne tu perdas quod]. *i. aliquid.* Neu]. *i. ne ue ſis* Iocus]. *i. irriſio, aut ludibrium iube eum ire domum atq;* Cur. re]. *i molliter tractare pelliculam.* Ipſe]. *i. tu ſis cognitor ſup. cauſarū ad quē pertineat cognitio cauſæ eius.* Perſta]. *i. perſeuera atq; obdura.* Seu]. *i ſiue.* Canicula]. *i. ſtella illa.* Rubra]. *i. ardens* Findet]. *i. diuidet ſtatuas* Infantes]. *i. mutas, utpote ligneas.* Seu]. *i. ſiue furius poëta ille malus tentus pingui* Omaſo]. *i. indulgens uentri ſuo tēpore brumali.* Cōſpuet] *Id eſt, narret inflato, & turgido ſtilo cōſputas eſſe.* Alpes] *Montes illos altiſsimos Italiam à Gallijs ſeperantes* Hybernas]. *i. perpetuā hyemem patientes, aut tempore hyberno, præcipuè conſputas* Cana niue] *Hoc eſt, ſiue ingens frigus ſit: ſiue calor, & ſi hoc feceris aliquis tangens cubito ſtantem* Prope ſe] *Scil. inquiet. i. dicet.* Non ne uides ut]. *i. qualiter hic ſup. eſt* Patiens] *Scil. frigoris, caloris, laboris, &c.* Ut]. *i. qualiter aptus ſup. ſit amicus, &* Ut] *Id eſt, qualiter* Acer]. *i. uehemens defenſor ſit.* Et ſic] *Sup. plures* Tunni]. *i. magni & pingues* Piſces]. *i. diuites orbi.* Annabunt] *Sup. ad oras tuas, ut à te capiantur, &* Cetaria]. *i. conſeruatoria* Cete]. *i. magnorum piſcium.* Creſcent]. *i. augmentabuntur.* Præterea]. *i. præter ea, quæ dicta ſunt.* Si cui]. *i. alicui filius malè ualidus.* Alatur ſublatus] *Id eſt, in ſublimi poſitus in re* Præclara]. *i. ualde ſplendida, ne manifeſtū obſequiū* Cælebi]. *i. quia non inſeruires* Niſi cælebi]. *i. non exiſtenti in matrimonio.* Nudet te] *Id eſt, priuet te gratia & auctoritate: hoc eſt, manifeſtè captator uidearis ex eo, quod tantummodo extra matrimoniū uiuentibus obſequaris.* Tu officioſus]. *i. obſequioſus.* Arripe]. *i. fac arripiāris (eſt enim imperatiui modi uerbi paſsiui, niſi dicas arripe te)* Leniter]. *i. dulciter & pedetentim in ſpem.* Et]. *i. ſimul.* Ut ſcribare] *Id eſt, ſcribaris, ſecundus hæres.* Et]. *i. ſimul ſi quis caſus.* Egerit]. *i. impulerit* Orcho]. *i. ad Orchum, hoc eſt, infernum.* Puerum illum] *Scil. ualitudinariū.* Tu ocuias in uacuū] *Scil. hærede. i. ut ſis hæres ſubſtitutus.* Hæc alea] *Id eſt, hic caſus, qui fortuitus uidetur.* Fallit per rarò] *Id eſt, ualde rarò.* Qui teſtamentū, &c.] *Tmeſis eſt, id eſt, quicunq; tradet tibi teſtamentum* Legendum]. *i. quicunq; uolet tibi monſtrare teſtamentum in quo te hæredem inſtituit: memento abnuere. id eſt, recuſare tanquā non ideo ei ſeruieris, ut inſtituaris, & memento* Remouere] *Id eſt, molliter repellere à te* Tabulas] *Id eſt, inſtrumenta teſtamenti, ſic tamen* Ut rapias]. *i. celeriter inſpicias limis ſupple oculis.* Quid prima cera]. *i. prima tabula cerata, in qua tunc ſcribebatur* Velit in ſecundo uerſu] *Hoc eſt, an tu ibi ſecundus, id eſt, ſubſtitutus hæres filio ualitudinario ſcriptus ſis. item percurre ueloci oculo* An] *Sup. ſis* Solus] *Sup. hæres, an cohæret multis, quia Coranus exiſtens* Scriba recoctus]. *i. callidus, & expertus* Ex quinque uiro]. *i. qui prius erat unus quinqueuirûm deludet* Plerunq;]. *i. ut plurimum.* Coruum hyantem] *Id eſt, ſocerū ſuum Naſicam prædæ cupidum. Tractum eſt ex apologis Aeſopi, in quibus cū coruus caſeum portans à uulpe audiret, pulcherrimam fore auem ſi canere ſciret, cupidus laudis cantare cœpit, & caſeū dimiſit, quem uulpecula ridens, abſumpſit* Qua] *Pro, id eſt, Naſica* Sacer dabit Corano genero ſuo riſus] *Id eſt, occaſionem ridendi: dederat enim Naſica Corano diuiti, ſed prouectæ ætatis uiro filiam ea ſpe, ut hæres inſtitueretur. Ille hoc ſentiens tabulas monſtrare uoluit, ſed callidus captator recuſauit, poſtea tamen nihil in teſtamento ſibi legatum repperit præter gemitus & ſuſpiria, ne ſimile ergo Teſtamentū hæredipetæ fiat, monet ut celeriter perſpiciat formā teſtamenti. Quia uero hæc contingebant tempore Horatij, & Vlyſſes ad inferos deſcendiſſe dicitur, paulò poſt Troiæ euerſionem, non uideretur poëta ueriſimile agere, & temporis imperitus eſſe, niſi diceret Thyreſiam per donum uaticinij quod ab Ioue (ut dictum eſt)* Suſceperat] *Hæc cognouiſſe, quæ ignota erant Vlyſsi. Vnde prius de Dama in perſona Vlyſsis non rectè locutus ſit, niſi Damam Græcum putemus.* Num] *Id eſt, nunquid ô Thyreſia.* Furis] *Id eſt, furore percitus neſcis, quid dicas* Rides]. *i. derides me* Prudens] *Id eſt, ſciens & uolens.* Canendo] *i. uaticinando* Obſcura]. *i. ignota mihi ſic, & Sibylla in 6. Aeneid. canebat. Obſcuris uera inuoluens. Reſpondens: Thyreſias.* O' Laërtiade]. *i. ô Vlyſſe fili Laërtæ, quicquid dicam, aut erit, aut magnus Apollo.* Etenim] *Id eſt, certè non donat mihi* Diuinare]. *i. officiū diuinandi.* Tamen] *Scilicet, id eſt, ſcire licet eloquere, dic quid iſta fabula uolet ſibi. Reſpōſio. Thyr. Tēpore quo iuuenis, ſcilicet Auguſtus, de quo & illud.*

„ *Hic illum uidi iuuenem Melibœe.*

Horrendus] *Id eſt, metuendus Parthis.* Nam coëgit eos ſigna] *Id eſt, uexilla & inſignia Romana reſtituere.* Exiſtens genus demiſſum] *Id eſt, deductum ab alto Aeneæ: bonum antitheton demiſſum ab alto, &c.* Erit magnus tellure] *Id eſt, in terra.* Filia procera] *Id eſt, procero & oblongo corpore.* Naſicæ]. *i. illius diuitis metuentis reddere* Solidum]. *i. unum ſolidum, in dotem filiæ ſuæ nubet Corano.* Tum]. *i. tunc.* Gener] *Scil. Coranus, faciet hoc quod dictum eſt, uidelicet dabit ſocero ſuo* Tabulas] *Supple teſtamenti.* Atq; orabit ut legat] *Supple eas: & Naſica accipiet tandē tabulas multum* Negatas] *Id eſt, quas negabat ſe uelle obtinere.* Et ipſe tacitus] *Id eſt, imperceptus à Corano: leget & inueniet* Nil legatum] *Id eſt, teſtamento dimiſſum ſibi, & ſuis præter plorare, uel quia hoc ſcriptum erat, uel quia cum nil ſcriptum eſſet, id continuo fecit.* Illud ad hæc iubeo &c.] *Aliud præceptum nimis callidum, quo monet captandos eſſe primum domeſticos. Ordo eſt:* Ego iubeo ad] *Id eſt, ultra ea, quæ dicta ſunt: illud quod ſequitur ſi fortè mulier* Doloſa] *Id eſt, callida, ut coniunx uel concubina.* Ve] *Pro uel ſi* Libertus] *Scilicet eius.* Temperet] *Id eſt, moderetur, gubernet ſenem delirium.* Malè ſanum] *Propter uetuſtatem ita* Accedas] *Id eſt, adiungaris illis ſocius* Laudes] *Sup. concubinam, & libertum eius, ita, ut ſe percipiant à te laudatos, ut tu abſens lauderis ab illis, & ita mutuas uices geretis.* Nam hoc quoque] *Id eſt, etiam hoc ſcil. captare familiares* Iuuat] *Id eſt, prodeſt (ſed quia ſibi quiſq; primum petit)* Vincit] *Id eſt, præſtat melius* Eſt longè] *Id eſt, multo* Expugnare] *Id eſt, ſibi obediens ex ſententia efficere* Ipſum caput]. *i. dominū ipſum, qui caput eſt in ea re quam agis.* Si ipſe uecors] *Id eſt, malè cordatus ſcribet mala carmina.* Laudato] *Sup. ea contra quod Vmbritius apud Iuuenalem.*

„ *Librum ſi malus eſt nequeo laudare*

Si erit ſenex ſup. Scortator]. *i. ſcortorum, hoc eſt, meretricum ſectator libidinoſus.* Caue te roget] *Id eſt, noli expectare donec te roget* Tu facilis] *Id eſt, obſequioſus citò faciens, quod illum uelle noris.* Trade ultro] *Id eſt, non rogatus.* Potiori] *Id eſt, ditiori te* Penelopen] *Id eſt, coniugem. Sic enim uocabatur cōiunx Vlyſsis. O' Thyreſia putas ne, quod tam frugi, & tam pudica coniunx, ut eſt Penelope mea, poterit perduci ad* Mœchum] *Scilicet diuitem?* Quā] *Scil. coniugem meam* Proci] *Id eſt, qui eius matrimoniū petierunt.* Nequiêre. *i. nequierūt* Depellere recto tramite] *Scil. fidelitatis & caſtitatis. Iterū hoc poterit uideri negligenter à poëta poſitū, niſi dicamus, quod ueriſimile eſt Vlyſſem prius ſtatū domus, et cōiugis ſuæ didiciſſe: unde dictū eſt, præter narrata. Nā aliter, qui ſcire poſſet. Id coniugē feciſſe, q nōdū in patriā redierat? Thyr. Ideo inquit caſta manſit.* Enim] *Pro quia* Iuuentus] *.i. turba iuuenū.* Parca donādi magnū]. *i. rē magnā* Venit] *Sup. ad eā: nec tantū ſtudioſa* Veneris]. *i. luxuriæ, quantū culinæ, quæ in coquina ſit: ſic hoc modo Penelope tibi* Frugi] *Id eſt, ut mulier* Ad frugem] *Id eſt, utilitatem domus ſuæ reſpiciens caſta & parca, quæ ſi guſtârit ſemel* De uno ſene.] *Id eſt, muneribus ſenis.* Patella tecum Lucellum] *Id eſt, dulce lucrum: unde blandè diminutiuo utitur, ipſa nunquam* Abſterrebitur] *Sup. à ſene,*

ut canis nunquam poteſt abſterreri. Corio uncto] Id eſt, pingui ſemel guſtato. Me ſene, &c.] Aliud præceptum fugiendæ immodeſtiæ in obſequendo. Id quod dicā factū eſt. Me ſene]. i. cū eſſem ſenex dicit Thyreſias, quædā anus improba (quantum ad iudicium captatorum) Eſt elata] .i. è domo ad ſepulchrū portata, Thebis: in mea ciuitate (Nā erat Thebanus) Ex teſtamento]. i. quia hoc præcipit in teſtamēto ſuo. Hæres tulit]. i. portauit nudis humeris cadauer eius Vnctum largo oleo] Scilicet, ſi poſſet Elabi] Scilicet è manib. captatorū mortua, quod uix potuit uiua. Credo dicit Thyr. Quod hæres captator inſtiterit nimiū]. i. inſtantiā nimiā fecerit. Viuenti] .i. dum uiueret: tu ergo adito, quos captatos uis. Cautus, ne] .i. ut nō deſis Opere] .i. diligentiæ debitæ. Ve] Pro uel, ne abundes .i. ſuperfluus ſis in opera perſtanda. Garrulus]. i. multiloquius qui garrit Vltrò]. i. non rogatus, offendet uirū difficilem & Moroſum] .i. cum nimio more. Et cura loquētem, & agentem] Hoc eſt, non ſis garrulus, cū taciturno non ſileas Etiā] .i. ne ſis penitus mutus Sis Dauus Comicus]. i. qualis inducitur in Comœdijs] Hoc eſt, aſſentator oportunitatem loquendi capturus, & obſequioſus, atq; ſtes Capite obſtipo] .i. inclinato in terrā quaſi eleuare non audeas, ſimilis multū metuēti. Graſſare]. i. obrue diuitem. Obſequio] .i. ſeruitio. Si aura]. i. uentus auſterus Increbuit] .i. frequens factus ſit. Moneto]. i. ipſe Cautus] .i. ſibi cauens. Velet]. i. cooperiat carum caput. Et ſi eſt oppreſſus, extrahe eum humeris tuis Oppoſitis]. i. obiectis præmentibus. Turba] .i. expreſſura. Subſtringe] .i. parum nuda. hoc eſt, præbe loquaci aurem tuam. hoc eſt, auſculta illum, ſi ipſe importunus amat laudari. Vrge eum] Sup. laudationibus, donec dixerit Ohe] Quæ ſaturitatis uox eſt. Et hoc manibus eius iam ſublatis] Id eſt, ſurſum latis in cœlū. Et inſta tumidis ſermonibus utrem creſcentem] Id eſt, ſenem gaudentē adulationib. Cum] Id eſt, quando ſenex Motiens] Sup. Leuarit] Id eſt, leuauerit, id eſt, deonerauerit longo ſeruitio. Et cura] Sup. longa. Te & uigilans] Id eſt, non ſomnians. Audieris certum] Id eſt, indubitatum, à pronunciante teſtamentum ſup. hoc Quod ſequitur] Scilicet Vlyſſes ſit hæres quartæ partis. Clama cum eiulatu] Scilicet magno. Ergo nunc ſodalis] Id eſt, chariſſimus amicus, cum quo tam dulciter uixi. Nuſquam eſt] Id eſt, deceſsit. Sparge] Id eſt, interſere. Subinde] Id eſt, aliquando Vnde] Supple acquiram mihi tam fortem, atq; Fidelem] Supple amicum alium. Et ſi potes paulum illachrymare] Hoc eſt, ſup. celare Vultum] Prodētem gaudia. Extrue ſepulchrum permiſſum à defuncto Arbitrio] Sup. tuo Sine ſordibus] Id eſt, honorificè, & Fac ut uicinia] Id eſt, quilibet uicinorum. Laudet funus] Id eſt, pompam funebrem. Eſſe factum egregiè] Id eſt, magnificè & ſumptuosè. Si forte quis] Id eſt, aliquis Cohæredum] Id eſt, qui tecum hæredes ſunt conſtituti. Tuſsiet malè] Id eſt, tuſsiat cum ſignificatione Mali] Id eſt, ægritudinis eius, tu dic huic, ſi ſit emptor ex parte tua ſeu fundi Seu domus] Id eſt, ſi uides, quod libenter emat partem tuam. Dic] Inquam te Gaudentem] Id eſt, lubentem Addicere] Supple illi Nummo] Id eſt, modico Precio] Ne enim datu malè uertatur, antiqui quod dari poſſet modico mercabantur, aut Nummum] Id eſt, arram dabat emptor, ſicut, & hodie, quem denarium Dei uocant, in corroborationē contractus, ſed Proſerpina] Regina inferni. Imperioſa Id eſt, cuius imperio inferis parendum eſt, trahit ſup. Me] Id eſt, amouet me, ne amplius tecum loquar: ô Vlyſſe uiue & uale.

GILB. COGN. } Multū Naſsica negatas Accipiet tandē & tacitus leget inueniet q; Nil ſibi legatū præter plorare ſuis q;] Græci eum plorare iubent, quē cōtumelioſè dimittunt. Eodem modo poëta dixit in ultima Satyra primi libri.

» Demetri tuq; Tigelli
» Diſcipulorum inter iubeo plorare cathedras.

SATYRA VI.

SATYRAE VI. ARGVMENTVM ASCENS.

Fertilis in ſexta laudantur commoda ruris.

ALIVD ARGVMENTVM.

Vitæ ruſticæ laus, qua ſe præcipuè delectari ait, paucis interim contentum.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Tranquillitas optima.

COMMENTARIA.

ACRON.

HOC erat in uotis] Hæc Satyra de iucunditate ſeceſſus ſui, qua in Sabinis fruebatur, & de incōmodis urbis loquitur, quæ paſſus eſt dum obſequitur Mecœnati. Vult autem oſtendere quietiorē uita urbana ruſticā. Modus agri, non ita magnus] Hoc, inquit, optāram, ut haberē modicum agrū, & in eo fontem, & uicinā ſyluam. Plus autē cōceſsit fortuna, quam optarē. Iugis aquæ fons] Perennis, continuus. Et paulum ſyluæ] Rectè ad omnia reſpōdet, Foret, ut ſit, ubi & hortus foret, & fons, & paulū ſyluæ. Maia nate] O' Mercuri. Propria] Perpetua, rata, firma, id eſt, fac mihi patrimoniū meum certum eſſe, ſi non habeo mala & ſtulta uota. Denormat] Deturpat, & inæqualem facit. Eſt autem norma ad quā mēſuras dirigūt, habita per pēdiculi ratione. Dices] Deeſt, factus. Amico Hercule] Quia ei per quietē theſaurū traditur demōſtraſſe. Aut Hercu. mercenarius coluit, quo meritò theſaurū reperit. Et cætera] Segetes, & uinea, & ſi qua ſunt ſimilia. Cuſtos mihi maximus aſsis] Mercurius enim dicitur eſſe dator opū. Hercules uero cuſtos, uel quia in Philippis eum liberauit. Et in Carminū libris ait, Mercurij ſe ope ſeruatū, cum Mercurius illū pauentē ſuſtulit in aërem. Muſaq; pedeſtri] Quia pedibus ſtet. Ambitio] Viſitatio amicorū. Plumbeus] Noxius peſtilēs. Autumnuſ'ue grauis] Quia per autumnum, quo pomis arbores aggrauantur, plurimi moriuntur. Quo ſe non uere dicit cōtinentia ſecum. Eſt autem Libitina locus in urbe, quo conſtituuntur, qui efferenda corpora conducunt, & præbent funeribus neceſſaria. Matutine pater] Matutinum uocat tempus, quo cogitur uigilare, qui in urbe eſt. Et quoniam dixerat quàm gratum, & amabile ſibi eſſet rus, nunc econtrariò uult dicere, quàm plenum tædij ſit in urbe uiuere. Aliter Matutinum patrem uocat Ianū, quia ipſe dicitur præeſſe rebus incipiendis, & ideo omnes, qui incipere uolunt

HOC erat in uotis: modus agri non ita magnus,
Hortus ubi, & tecto uicinus iugis aquæ fons,
Et paulum ſyluæ ſuper his foret. auctius, atq;
Dij melius fecēre. bene eſt. nihil amplius oro
Maia nate, niſi ut propria hæc mihi munera faxis
Si neq; maiorem feci ratione mala rem,
Nec ſum facturus uitio, culpa'ue minorem:
Si ueneror ſtultus nihil horum, ô ſi angulus ille,

bunt aliquid, ipſum inuocant. Aut, quia qui uult aliquid incipere, matutino tempore incipit. Aut quod eo, id eſt, matutino tempore conueniri ſoleret. Vel ideò primus Ianus eſt inuocandus, ut precibus noſtris ad Deum aditum præſtet, & ianuam. Iane] Ianus Deus temporum & dierum] Romæ ſponſorem me rapis] Si inquit Romæ ſum, cogis me ſponſorem eſſe.

Radit] Stringit. Interiore diem gyro trahit] Strictiore per diem breuiorem eſſe curſu. Circulo minore per hyemem, uel exiguo ſpacio peruia, quia quando eſt uentus per hyemem anguſtior uia fit, in uertiginem euntis niuis. Diem autem trahit] Id eſt, breuiorem facit: quia hyeme dies ſunt breuiores.

Quod mi obſit] Si quid liberè ac uerè dicam, Veritas odium parit. Tardis] Tardè uenientibus ad iuſſum. Quid tibi uis, inſanè] Cũ præcedentes impellimus. Iratis precibus] Imprecationibus. Ad Mecœnatem] Si Mecœnatem, in animo habeas, uel eius cauſa iter Romam facias, hæc enim affert uoluptatem, id eſt, habebis in memoria beneficia Mecœnatis. Melli eſt] Suauitati & dulcedini, id eſt, ad mel, ut dijs pietas & mea muſa cordi eſt. At ſimul atras Ventum eſt Aeſquilias] Aeſquiliæ, in quibus domus Mecœnatis fuerat, in quib. antea locis mortui cremebantur, poſt quas erant horti Mecœnatis. Ad puteal] Locus Romæ ad quem conueniebant fœneratores. Alij dicunt in quo tribunal ſolebat eſſe prætoris. Scribæ] Quibus ſpoponderant. Noua] Quia nouauerant debitum. Vnde nouatio, cum eodem contractu, etiam creditoris perſona mutatur. Hic oſtendit de numero ſe fuiſſe ſcribarum.

Imprimat his] Ordo: Vt Mecœnas tabulis ſigna imprimat. Dixeris] Id eſt, ſi dixeris, Experiar, ſi poſſum impetrare à Mecœnate.

Rheda] Curru. Et cui concredere nugas] Nugas, poteſt & excuſantis modo fingere poteſt, & in Mecœnatem figuratum eſſe, ut Perſius:

» Omne uafer uitium ridenti
 Flaccus amico
» Tangit. —

Purgat autem ſe apud eos, qui putant eum apud Mecœnatem plurimum ualere. Hoc genus] Hoc genus erat nugarum quod dicebatur. Thrax eſt Gallina Syro par] Thrax gladiatores dicebantur, Retiarius, Mirmillo ſecutor. Gallina proprium nomen gladiatoris: item Syrus. Matutina] Autumnalia,

Proximus accedat, QVI nunc denormat agellum:
O ſi urnam argenti Fors quâ mihi monſtret: ut illi
Theſauro inuento, qui mercenarius agrum
Illum ipſum mercatus arauit, diues amico
Hercule: ſi quod adeſt, gratum iuuat: hac prece te oro,
Pingue pecus domino facias, & cętera, pręter
Ingenium, utq; ſoles, cuſtos mihi maximus adſis.
 Ergo ubi me in montes, & in arcem ex urbe remoui
Quid prius illuſtrẽ Satyris, Muſáq; pedeſtri?
Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus Auſter,
Autũnusq; grauis, Libitinæ queſtus acerbæ.
Matutine pater, ſeu Iane libentius audis,
Vnde homines operũ primos, uitęq; labores
Inſtituũt (ſic Dijs placitum) tu carminis eſto
Principium. Romæ ſponſorem me rapis: eia
Ne prior officio quiſquã reſpondeat, urge:
Siue Aquilo radit terras, ſeu bruma niualem
Interiore diem gyro trahit, ire neceſſe eſt:
Poſt modò, quod mî obſit, clarè, certumq; locuto,
Luctandum in turba: facienda iniuria tardis.
 Quid uis inſane, & quas res agis? improbus urget
Iratis precibus, tu pulſes omne, quod obſtat,
Ad Mecœnatem memori ſi mente recurras:
Hoc iuuat, & melli eſt: non mentiar. at ſimul atras
Ventum eſt Aeſquilias, aliena negocia centũ
Per caput, & circa ſaliunt latus. ante ſecundam
Roſcius orabat ſibi adeſſes ad Puteal cras.
De re communi ſcribæ magna, atq; noua, te
Orabant hodie meminiſſes Quinte reuerti.
Imprimat his cura Mecœnas ſigna tabellis.
Dixeris, experiar: ſi uis, potes, addit, & inſtat.
 Septimus octauo propior iam fugerit annus,
Ex quo Mecœnas me cœpit habere ſuorum
In numero: duntaxat ad hoc, quem tollere rheda
Vellet, iter faciens, & cui concredere nugas,
Hoc genus. hora quota eſt? Thrax eſt Gallina Syro par?
Matutina parũ cautos iam frigora mordent,
Et, quæ rimoſa bene deponuntur in aure.
Per totum hoc tempus ſubiectior in diem, & horam
Inuidiæ, noſter ludos ſpectauerat unà,
Luſerat in campo, Fortunæ filius, omnes.
 Frigidus à Roſtris manat per compita rumor.
Quicunque obuius eſt, me conſulit. ô bone (nam te
Scire, Deos, quoniam propius contingis, oportet)
Nunquid de Dacis audiſti? nil equidẽ. ut tu
Semper eris deriſor ad omnes. Dij exagitent me,
Si quicquàm. quid? militibus promiſſa, Triquetra
Prædia Cæſar, an eſt Itala tellure daturus?
Iurantem me ſcire nihil, mirantur, ut unum

peſtifera. Et quæ rimoſa bene deponuntur in aure] Id eſt, ea mihi credebat, & de his loquebatur mecum, quæ ſine periculo garrulis committuntur. Aliter: Hæc, inquit, mihi credita ſunt, quæ prodita nocere non poſſunt. Rimoſa enim patula uerba ſunt, quæ nihil ſecretorum teneant. Terent.

» Plenus Rimarum ſum.

Noſter] Ita dicebant inuidi. Luſerat in campo] Si luſiſſem cum Mecœnate, omnes dicebant, ita amat fortuna illum, ut filium ſuum, quia omnes uiceram. Solebant enim ueteres Romani filios ſuos ad campum Martium mittere, ut illic pila luderent. Frigidus] Noxius, aut magis uanus. Per compita] Per diuerſas uias] Deos] Auguſtum & Mecœnatem, ut Virgilius:

» Nec tã præſentes alibi cognoſcere diuos.

Dij exagitent me] Id eſt, perſequantur. Contra alibi:

» Namq; deos didici ſecurum agere æuum.

Et alibi:

» Scilicet is ſuperis labor eſt, eã cura quietos,
» Sollicitat. —

Triquetra] Sicilia Latinè, quæ Græcè Trinacria dicitur. Perditur] Conſumitur. Inertibus horis] Quibus nihil agitur.

Ducere] Ocioſè uiuere. Faba] Pythagoras philoſophus ab omnibus animalibus abſtinens, etiam à faba abſtinuit, quod uiridis in pixyde area ſeruata, uertitur in ſanguinem. Vnde fertur maluiſſe cum latrones incurrere, quàm per fabæ ſegetem tranſire, cùm aliunde refugium non haberet. Fabam quoq; animal eſſe dicebant, quòd cocta ſanguinis humorem ex ſe emitteret: Alias: Pythagoras legumen omne negauerat comedendum, præcipuè fabam, ueluti parentem coluerat: nam colorem eius dicebat ueluti humano ſanguine infectum. Cognata] A' qua ſic abſtinuit, quaſi cognata ſua eſſet.

Cœnæq; Deûm] Cœnas Deorum dixit, quæ ſine ſollicitudine ſunt. Ante Larem] Aut ante domeſticos, aut antè larem proprium. Libatis dapibus] Deguſtatis eſcis, & diminutis. Siccat] Ebibit.

Legibus inſanis] Inſanas leges ἀρχιποσίας dicit. Nam qui ad legem bibunt, tantundem bibunt. Ergo hic Horatius dicit quod quantum uolebat, tantum bibebat.

Acria] Grandia. Humeſcit] Inebriatur. Lepos] Nomen opinatiſsimi ſaltatoris.

Et neſcire malum eſt] *Hoc ſcire uolumus, quòd neſcire crimen eſt: de hoc diſputamus, quòd ignorare non expedit.* Quid'ue ad amicitias] *Multi dicunt amicitias, propter utilitatem accipi: multi utilitatem propter amicitias euenire.* Et quæ ſit natura boni] *Epicurei uoluptatem eſſe ſummum bonum, Stoici honeſtatem dicunt.* Garrit] *Narrat, explanat.* Ex re] *Pro commodo. Id eſt, non ſine cauſa, ſed ad exemplum rei propoſitæ pertinentia.* Arelli] *Cuiuſdam auari. Ordo eſt: Nam ſi quis Arellij laudat diuitias Ceruius has fabulas de muribus contra infert.*

Sollicitas] *Quia nimius cenſus ſollicitos facit.* Ignarus] *Id eſt, neſciens. Quia non diuitiæ faciunt beatitudinem, ſed animus paruo contentus. Vult hoc loco oſtendere beatam uitam conſtare nõ diuitijs, ſed αὐταρκείᾳ. Negat autem Cicero αὐτάρκειαν uno uerbo poſſe dici. Αὐτάρκεια eſt, inquit, quæ paruo contenta, omne reſpuit quod redundat.* Aſper & intentus] *Qui moderatè utebatur acquiſitis, ita parcus, ita tenax, et tamen ſe largum circa hoſpitem eſſe cupiebat.* Longæ auenæ] *Quia auenæ longus eſt culmus.* Cupiens uaria] *Cupiens ſuperbiam muris urbani repellere.* Horna] *Annotina, id eſt, Vnius anni, unde & hornotina.* Feris ſyluis] *Deſertis regionibus.* Aut magno, aut paruo] *Aut diuiti, aut pauperi, aut ignobili.* Hæc] *Verba, poſtquam ipſa ſollicitauerunt murem, ut domum ſuam desereret.* Aucuntes] *Gaudentes.* Cùm] *Quo tempore.*

Supereſſent] *Remanerent.*

Fercula] *Sunt & pulpita, in quibus deorum ſimulachra tolluntur, & uaſa quæ pulmentariorum ſunt, & ponuntur in caniſtris, cum his cũ ſuperfuerint.* Procul] *Procul eſt ſubius: propè, iuxta poſitus.*

Continuat] *Alternat apponit.* Vernaliter] *Id eſt, luxurioſè, ab eo quod ſerui qui domi naſcuntur, delitioſi ſunt.* Prælambens] *Prægustans.* Lectis excuſſit utrunque] *Iucundè, lectis excuſſit, quaſi delitijs inſpiratis.* Moloſſis] *Id eſt, canibus Cretenſibus, à Moloſſa ciuitate Cretæ.* Cauum] *Foramen ubi ante habitabat.*

Eruo] *Eruum genus eſt leguminis.*

PORPHYR. } Hoc erat in uotis] *Laudatus rus & ſecuritatem eius exponit, per quod ſignificat rus ſe habere & amare.* Iugis aquæ fons] *Qui cùm ſit iugis, domui eius ſit proximus.*

Scilicet egregij mortalem, altiq; ſilenti.
Perditur hæc inter miſero lux, non ſine uotis.
O' RVS, quando ego te aſpiciam? quandoque licebit,
Nunc ueterum libris, nunc ſomno, & inertibus horis
Ducere ſollicitæ iucunda obliuia uitę?
O' quando faba Pythagorę cognata, ſimulq;
Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo?
O' noctes, cœnæq; Deũm: quibus ipſe, meiq;
Ante Larem proprium ueſcor, uernasq; procaces,
Paſco libatis dapibus, prout cuiq; libido eſt.
Siccat inæquales calices conuiua, ſolutus
Legibus inſanis: ſeu quis capit acria fortis
Pocula, ſeu modicis humeſcit lætius. ergo
Sermo oritur, non de uillis, domibus'ue alienis:
Nec malè nec'ne Lepos ſaltet. ſed, quod magis ad nos
Pertinet, & neſcire malum eſt, agitamus: VTRVM'NE
Diuitijs homines, an ſint uirtute beati,
Quid'ue ad amicitias, uſus, rectum'ne trahat nos,
Et quę ſit natura boni, ſummumq; quid eius.
Ceruius hæc inter uicinus garrit aniles
Ex re fabellas: nam ſi quis laudat Arelli
Sollicitas ignarus opes, ſic incipit: olim
Rusticus urbanum murẽ mus paupere fertur
Accepiſſe cauo, ueterem uetus hoſpes amicum,
Aſper, & attentus quæſitis, ut tamen arctum
Solueret hoſpitijs animum. quid multa? neque illi
Sepoſiti ciceris, nec longæ inuidit auenæ:
Aridum & ore ferens acinum, ſemeſaq; lardi
Fruſta dedit, cupiens uaria faſtidia cœna
Vincere tangẽtis malè ſingula dẽte ſuperbo:
Cùm pater ipſe domus, palea porrectus in horna
Eſſet ador, loliumq;, dapis meliora relinquens.
Tandem urbanus ad hunc, quid te iuuat, inquit, amice
Prærupti nemoris patientem uiuere dorſo?
Vis tu homines, urbemq; feris præponere ſyluis?
Carpe uiam (mihi crede) comes, terreſtria quando
Mortaleis animas uiuunt ſortita, neq; ulla eſt
Aut magno, aut paruo læti fuga: quo bone circa
Dum licet in rebus iucundis uiue beatus:
VIVE memor, quàm ſis æui breuis. hæc ubi dicta
Agreſtem pepulẽre, domo leuis exilit inde
Ambo propoſitum peragunt iter, urbis auentes
Mœnia nocturni ſubrepere. iamq; tenebat
Nox medium cœli ſpatium, cùm ponit uterq;
In locuplete domo ueſtigia: rubro ubi cocco
Tincta ſuper lectos canderet ueſtis eburnos,
Multaq; de magna ſupereſſent fercula cœna,
Quæ procul extructis inerant heſterna caniſtris.

N ſi ut propria] *Propria, uera, ut Virgil.*

» *Propria hæc ſi dona fuiſſent.*

Denormat] *Extra modum procedens, denormem facit. Vel illud deficit, & uelut norma poſita deſinit.*

Diues amico Hercule] *Ideò quia theſauris præeſt, & ſunt qui eundem incubonem quoque eſſe uolunt, unde putant quod & res ruſtica in tutela ſit eius. Nam illi ſacrificia reddunt ruſtici, cùm ... domuerint. Præterea etiam traditur fabula, fuiſſe quendam mercenarium, qui ſemper Herculem deprecatus ſit, ut ſibi boni aliquid præſtaret, quem Hercules ad Mercurium duxit, & obſeratum theſaurum fecit oſtendi, quo effoſſo ille eundem agrum in quo operam mercenarium faciebat, comparauit, & labori ſolito operam dedit. Sic probauit mercenarius, quod Deus prædixerat Herculi, nulla re ullum poſſe beatum uiuere, cùm in eadẽ opera etiam poſt inuentionem theſauri perſeuerauit Perſ.*

» *—Dextro Hercule,*
» *Pupillum ue utinam quẽ proximus hæres*
» *Impello, expugnam.*

Quia Deus lucri, & theſauri dicitur. Et in arcem ex urbe] *Ideò lè dixit, uelut rex in uillula mea, uelut in arce poſitus erat, uel ideò quia in monte poſita eſt.*

Plumbeus] *Id eſt, grauis.*

Tu pulſes] *Pro ualeas. Caue ualeas, & ſimilia dicta.* Et melli eſt] *Pro iucundum eſt.*

De re communi] *Hoc loco ſignificat ſe Horatius decuriam habuiſſe.* Et quæ rimoſa] *Id eſt, ea dicebat, quæ bene committuntur auribus rimoſis, hoc eſt, quæ facilè proferantur in Medio, nihil de ſecreto habentia, & hoc de illo dicto ſumptum eſt,*

» *Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo.*

Triquetra Prædia] *Triquetra, id eſt, Sicula, quod in tres partes, id eſt, promontoria deducta ſit, uel quadras.* Ducere] *Id eſt, potare, quia uina ſepeliunt omnẽ ſolicitudinem.* Faba Pythagoræ cognata] *Ideò ait Pythagoræ cognata, quia traditur inflare præcordia, quo argumento Pythagoras ſpiritalem aſſeuerans, uelut à cognata abſtinebat, Pythagorei enim nullo animali aluntur, quos irridet hic.*

Nec malè, nec'ne Lepos ſaltet] *Lepos nomen Archimimi, qui eo quòd iucundè, & molliter ſaltaret, & eloqueretur, ſic appellatus eſt.*

Ergo ubi purpurea porrectum in ueſte locauit
Agreſtem ueluti ſuccinctus curſitat hoſpes,
Continuatq; dapes: nec non uernaliter ipſis
Fungitur officijs, prælambens omne, quod adfert.
Ille cubans gaudet mutata ſorte, boniſq;
Rebus agit lætum conuiuam, cum ſubitò ingens
Valuarum ſtrepitus lectis excuſſit utrunq;.
Currere per totum pauidi conclaue, magiſq;
Exanimes trepidare, ſimul domus alta Moloſsis
Perſonuit canibus. Tum ruſticus: haud mihi uita.
Eſt opus hac (ait) & ualeas me ſylua, cauuſq;
Tutus, ab inſidijs tenui ſolabitur eruo.

HENR. GLAR. }

Hoc erat in uotis] *Deſcribit paucis rebus contentum eſſe oporteat modeſtum uirum, quoniam natura ipſa optima nobis dux nec plura nec maiora deſideret. Laudatq; præcipuè uitam ruſticanam, quoniam procul ab omnibus delitijs, atq; ab omni luxu frugi temperataq; ſit. Demonſtrat igitur eum id quod per ſummam modeſtiam concupierit, & aliquanto pluſculum contigerit nihil ultra deſiderare.*

Hoc erat in uotis] *Id eſt, in deſiderio. Ponit enim uotum quod deſiderium ſubſequitur pro ipſo deſiderio, quòd antecedit. Sic Perſius:*

» *Scire erat in uotis quid dexter ſenio ferret.*

Modus] *Modeſta menſura agri, & hortus non ita magnus ut ager Nam hortus ad olera non ita magnus eſſe debet ut ager ad fruges. Contraria his uituperat. Iuuenal.*

» *Iugis perennis.* —

Super his] *Vltra hæc.* Auctius & melius] *Quàm orauerim.* Maia nate] *O' Mercuri in cuius tutela diuitiæ ſunt, ut alio loco à nobis demonſtratum eſt. Fuit autem filius Maiæ, quæ eſt una ex Pleiadibus, à qua quamuis alij aliter ſentiant, ſunt qui Maium menſem appellatum uelint ducti, quòd hoc menſe mercatoribus mos erat Mercurio pariter, & Maiæ ſacrificare.*

Si neq; maiorem] *Arguit ab honeſto. Iuſtum enim eſt, ut dij ijs opitulentur, qui nec commiſerint fraudem, ut patrimonium augeant, neq; ſua libidine illud imminuant.* Si ueneror ſtultus nihil horum] *Id eſt, ſi nihil horum quæ proximè dicam ueneror, id eſt, nos uenerando precor.* Stultus] *Id eſt, qui ſtultus eſſem ſi precarer. Dicit igitur quòd nihil illorum deos orat, quæ multi per auaritiam orare ſolent, ut cum dicunt. Vtinam ille angulus qui denormat agellum.* Accedat] *Adiungatur ad meum agrum, ut quadratus reddatur, quo non accedente.* Denormat] *Id eſt, non correſpondet ad Normam. Norma enim inſtrumentum eſt, quo fabri opus facilè ad quadrum redigunt. Eſt enim perpendiculum filum, quod plumbum appenſum in rectum extendit, quo opus in altum rectè ſurgit. Regula uerò qua linea recta ſeruatur, norma poſtremò eſt, quam quadram appellant ergo denormatur res cùm id, quo quadrum poſſit reddi adimitur.* Si ueluam] *Virg.*

» *Si nunc ſe nobis ille aureus in arbore ramus*
» *Oſtendat.* ——

Hunc locum ex contrario ponit. Perſ.

» *Illa ſibi introrſum & ſub lingua murmurato*
» *Si ebullat patrui præclarum funus.*

Vt illi mercenarius agrum arans theſaurum inuenit, eoq; agrum à domino rei in ſuo emit. Ergo qui prius mercenarius arabat, deinde mercatus illum ipſum agrum diues illum arauit. Amico Hercule] *Fauente Hercule, qui & ipſe diuitijs præeſt. Perſ.*

» *Et ô —— ſi ſub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro*
» *Hercule.* ——

Si quod] *Quaſi dicat. Si quod adeſt mihi gratum eſt, id eſt, ſi ſum contentus præſenti, nec quæro maiora, oro te ut facias mihi omnia pinguia, præter ingenium. Nam pingue ingeniũ craſſum eſt, & obtuſum.* Illuſtrem] *Celebratum reddam,* Muſa pedeſtri] *Id eſt, uerſu pedibus colligato. Vel Muſa pedeſtri ſtylo infimo, propter quem has Satyras ſermones appellat. Tranſlatio à peditibus, qui equitibus humiliores ſunt.* Nec ambitio, nec auſter perdit] *Non afficior perturbatione neq; ſi honores non aſſequor, neq; ſi auſter pluuias inducens nocet agris & pecori.* Plumbeus] *Vel propter grauitatem aëris, quàm inducit.* Quæſtus] *Lucrum. Nam peſtiferi morbi multi in autumno uigent.* Iane] *Nam omnes ingreſſus omniaq; principia illi ſacra erant. Dicitur autem matutinus, quia ea hora ad opus ſurgentes homines initium ſuorum la-*

borum ab eo auſpicabantur. Romæ ſponſorem me rapis] *Enumerat incõmoda, quæ Romæ ſubeat, nam multa urbana officia urgent, ut eſt ſponſio. Cùm etiam in magnis frigoribus ſummo mane ſurgendum, & ad ſponſionem faciendam ſit properandum ne quis alius te præueniat, & tardior in officio præſtando habearis.*

Interiore gyro] *Interiore ambitu, ergo minori circuitu. Cauſa enim brumæ, id eſt, breuis diei eſt, quòd Sol in Capricorno conſtitutus ſigno omnino auſtrino, & à nobis remoto à noſtro polo recedit.*

Clarè certumq; locuto luctandum ſponſione iã obligatus ſum] *Ergo nocet mihi poſtea quod apertè ſum locutus. Alij dicunt locuto pro locuturo. Vt ſit ordo: neceſſe eſt ire mihi locuturo, id quod poſt modo obſit.* Iniuria tardis] *Nam ſubmouendi ſunt cum illos anteuertere uelimus.* Quid tibi] *Verba ſunt illorum, quos urget. Eſt autem ordo:* Quid tibi uis ô inſane? *ſcilicet quod ita me trudis.* Quas res] *Scilicet agis. Deinde cum tu à propoſito non diſcedas indignabundus clamat.* Improbus] *Id eſt, inſatiabilis, id eſt, ſine modo, aut modeſtia urget me. Vel dicat Horatius ille improbus, quaſi impudens nulliq; cedens.*

Vrget] *Quaſi dicas trudentem retrudit.* Iratis precibus] *Qui partim minatur niſi abſtineas, partim precatur.*

Tu pulſes omne quod obſtat] *Poſſunt eſſe uerba impulſi, ut ſit ſenſus. Putas'ne ferendum eſſe à nobis ut pulſes omnes obſtantes, uel eſt querela Horatij, quòd ſi officium præſtare uolueris omnes tardiores, quoniam obſtant pulſandi ſunt.*

Ad Mecœnatem] *Eſt oratio obiecta conquerenti.* Oratio] *Vt ſit hæc ſententia. Video ineſſe omnia hæc incommoda, ut ſit ſurgendum primo mane. Sit eundem in magno frigore. Sint impellendi obſtantes.* Sed ſi recurras ad Mecœnatem] *Id eſt, ſalutatum cum redibis, exhorreſces ne hæc incommoda? Ad quæ reſpondet ipſe hanc ſalutationem eſſe ſibi melli, id eſt, ſuauiſsimè uoluptati. Sed tamen cum illuc uenerit obſeſſus erit alienis multis negotijs.*

Memori mente] *Quaſi dicat propterea recurras, quia mens memor acceptorum beneficiorum iubet ire.* Exquilias] *Nam illic habitabat Mecœnas.* Atras] *Retulit ad frequentiam ſepulchrorum, uel ad horam diei in qua nondum orto ſole omnia atra & obſcura ſunt.* Roſcius orabat] *Enumerat negocia aliena quibus implicatur.* De re] Ordo eſt. O' Quinte ſcribæ atq; notarij orabant ut meminiſſes reuerti hodie de re communi atque magna. De re] *Propter rem. Vt cum dicimus pluribus de cauſis hoc cupio, id eſt, propter plures cauſas.*

Notarij] *Qui teſtamenta renouant, propterea'q; indigent ſcriba & ſignatoribus.* Imprimat] *Signet. Aſſit ſignator teſtamenti. Teſtes enim apud priſcos ſubſcribebant, & ſui annuli ſignum imprimebant, Iuuenal. qui ſe lautum atq; beatum.*

» *Exiguis tabulis & gemma fecerat uda.*

Dixeris] *Id eſt, ſi dixeris.* Experiar] *Tentabo an uelit imprimere ſua ſigna.* Si uis] *Addit. ſcilicet ad ſuperiora uerba ſi uis.* Tu potes] *Scilicet, efficere ut ille ſignet.* Septimus] *Demonſtrat Mecœnatem non niſi de rebus minoribus ſecum loqui.* Hoc genus] *Demonſtrat quas nugas ſibi concredat.*

Quem tollere reda] *Nam iter facturus communicat mecum quos uelit ſecum reda uehi, & quota hora ſit, & an Gallina gladiator par ſit Syro gladiatori Thracenſi.* Rimoſa] *Dedit auri, quod hominis eſt. Rimoſa enim uaſa dicimus quæ fundunt. Sic & rimoſos homines, qui ſibi commiſſa non retinent. Quapropter Terentianus ille ſeruus ſe arcana proditurum minitans ait:*

» *Plenus rimarum ſum.*

Deponuntur] *Nam ſpecies depoſiti eſt arcanum commiſſum.* Noſter fortunæ filius] *Mecœnas uir fœliciſſimus, & propterea*

Fortunæ filius. Deos] *Octauianum & Mecænatem.* Contingis proprius] *Propter aſsiduam familiaritatem.*

O' bone] *Scilicet, Horati.* De Dacis] *Cùm quibus tunc bellum gerebatur.* Nil equidem] *Reſpondet Horatius. Sed tu ſcilicet audiſti.* Semper eris derisor] *Verba interrogantis.*

Dij exagitent me] *Id eſt, malè uexent. Verba Horatij.* Si quicquam] *Scilicet audiui.* Militibus] *Cùm militibus ſuis agrum promiſiſſet interrogabat in Sicilia an in Italia daturus eſſet.* Triquetra] *Sicilia à tribus promontorijs Pachynno, Lilibæo, & Peloro denominata eſt. Nam triquetra figura trigonia eſt. Lucretius:*

„ *Inſula quem triquetris terrarum geſsit in oris.*

Videbatur autem in Sicilia, quia illa inſula cum Sex. Pompeio aduerſus Octauianum ſenſerat. Hæc inter] *Inter hæc friuola & nugatoria.* Fab. Pythagoræ cognata] *Hoc dixit, quia Pythagoras interdicebat uſum fabarum, quod uento eſſent plenæ atque animato maximè conuenirent. Hinc Iuuenalis:*

„ *Vel quo fugeret, ſi nunc monſtra uideret.*

Pythagoras cunctis animalibus abſtinuit, qui tanquam homine, & uentri indulſit non omne legumen. Ariſtoteles in libro de Fabis ait, fabis magiſtratus eligi. Quod etiam Florentini obſeruant. Plinius & alia de faba ſcribit quòd aliqui tradidere idcirco ab illa abſtinuiſſe Pythagoram, quod animæ mortuorum ſint in ea. Vnde parentando aſſumitur. Varro autem ideò illa flaminem dialem non ueſci ſcribit, quoniam in flore eius literæ lugubres reperiantur. Lardo] *Salita caro lardum ſignificat, eò quòd largè aridum ſit.* Cœnæq; Deum] *Propter ſummam uoluptatem.* Vernas] *Domi noſtræ natos ſeruos à uere quod tempus fœturæ aptum eſt.*

Procaces] *Propter teneram ætatem.* Libatis dapibus] *Vel in ſacrificio oblatis. Eſt tamen libare de rebus liquidioribus ſacrificare. Vel leniter tactis, ut oſtendat ſe parcè comedere, & reliqua penè intacta ſeruis relinquere. Clementer ergo tractãtur qui iiſdem cibarijs quibus dominus & abundanter tractentur.*

Vt cuiq; libido] *Nam non ad certam menſuram illis uinum datur.* Inæquales] *Inæqualiter plenos.*

Acria] *Quaſi mera.* Lætius ergo] *Hilares quidem uino redduntur, ſed non idcirco cadunt in maledicta. Sed læti de uirtute diſputant, & de bonorum, malorumq; finibus.* De uillis, domibus'ue alienis] *Quod aut inuidi, aut detractores faciunt.*

Lepos] *Scurra fuit Auguſti.* Garrit] *Vel poeta apologorum: uel probus paterfamiliâs, qui illis ſuos ad rectè uiuendum hortabatur.* Aniles] *Non quod ſint ad uitam rectè degendam inſtituti apologi. Sed aniles quia familiares ſint aniculis. Nam iis & delectant pariter & iuuant pueros.*

Ex re] *Ex utilitate.* Nam ſi quis] *Probat quomodo per apologos ſuos corrigat. Nam ſi quis magnas diuitias ut Arelli fuerunt admiratur, ille ex apologo urbani ruſticiq; muris oſtendit, quàm melius homini ſit ocioſam paupertatem, quàm ſollicitas diuitias quærere.* Arctum] *Anguſtum ex anxietate.*

Aridum] *Deſiccatum.* Acinum] *In tenerioribus dicimus ut uuæ mali punici, ebuli & ſimilium. Baccam uerò in durioribus ut lauri, oleæ, & corni.* Faſtidia] *Nam urbanus mus reliquis urbanarum epularum aſſuefactus cibaria illa aſperiora faſtidiebat.* Superbo dente] *Dedit denti quod erat muris.*

Horna] *Eiuſdem anni, quaſi dicat nouella.* Eſſet] *Comederet.* Ador] *De quo Plinius. Frumenti genera in Italia uulgatiſsima ſunt far, quod adoreum ueteres dixêre. Siligo & triticum.*

Mortales animas] *Vel Epicuream ſententiam muri tribuit ut iubeat quoniam poſt mortem nihil ſuperſit, eſſe uiuendum in uoluptate, uel terreſtria dixit bruta animalia quibus anima eſt. Animus uerò non eſt.* Currere & trepidare] *Currebant & trepidabant.* Moloſsis] *Nam in Moloſsia Epyri parte robuſti canes gignuntur.* Ervo] *Species leguminis eſt, quæ & Eruilia dicitur. Habet uim medicaminis: Nam per ipſum Securatum teſte Plinio ſcripſit Auguſtus. Martio menſe natum noxium bobus dicunt. Innoxium fieri primo uere ſatum.*

ERAS. ROT. } Cœnæq; Deûm] *θεῶν τροφὴ, id eſt, cibus deorum, de prælautis epulis dicebatur, propterea quod Homerus fingit deos nectare atq; ambroſia uictitare, nec ob id unquam ſeneſcere.*

LVD. COEL. } Cœnæq; Deûm] *Cœnas Deorum in hoc loco, quæ citra omnem ſunt ſolicitudinem intelligo. Cœlius libro 15. cap. 7.*

IOAN. HART. } Dij melius fecere] *Prouerb. pro te Bene ſit.* Amico Hercule] *Simile habet Perſius Satyra 2.*

„ O' ſi — *Sub raſtro crepet argẽti mihi ſeria dextro Hercule.* *Prouerb. Vide Dextro Hercule.* Ad puteal cras] *Lege apud Cœlium libro 10. cap. 17. Digniſsima ad hunc locum.*

HENR. GLAR. } Si ueneror ſtultus nihil horũ] *Veneror, pro honoror exponit Badius, nõ rectè meo iudicio: honoro tolerabilius eſſet]* *Sed quidam ſuſpicantur legendũ, uenor, idq; etiam placuit D. Eraſm. Denormat autem, uerſu ſequenti & Acro, & Porphyrio legunt, quod item placet.* Matutine pater, ſeu Iane libentius audis] *Nimis copioſa ſunt, quæ hoc loco narrat Acro: Cæterùm ſeptimo deinde uerſu: Interiore diem gyro, exponendum, breuiore ſupra horizonta, uel ſupra terram circulo. Badius de epicyclo intellexit, quaſi Sol etiam epicyclum habeat. Acronis commentarius hoc loco quid dicat uix intelligitur.* De re communi ſcribæ magna] *Rectè Badius hunc uerſum reſtituit:* De re communi & magna ſcribæ atq; noua te. *Sommauit hoc quoque annotator noſter, ſed non aſſequitur, ut ſolet, & rectè reprehenditur à Badio. Quidam pro, nouate, legunt noua te, per duas dictiones, & placet lectio. Et eſſet ſimplex ſenſus hoc ordine.* Quinte, ſcribæ orabant te, meminiſſes reuerti de re communi, magna, atque noua. —Ad puteal cras] *Porphyrio in Epiſtolam uiceſimam libri primi: Puteal (ait) Libonis, ſedes prætoris fuit prope arcum Fabianum, dictum quòd à Libone illic primum tribunal, & ſubſellia collocata ſint. Dionyſius lib. 3. ſub finem, ubi de Neuio Actio (ita enim ipſe nominat) eius columnam ante curiam prope ſacrum templum fuiſſe ſcribit, parumq; ab eo diſtãtem aram, cui cos ipſa, & nouacula inſculpta ſint. Locum autem à Romanis φρέαρ, id eſt, Puteum uocari, meminit & Cicero de diuinationibus. Sed de his ſatis. Multa Cœlius alia adducit parum ad rem attinentia.*

—Noſter ad hos ſpectauerat] *Hic noſter annotator Landinum irridet, quod coniunxerit,* noſter filius fortunæ: *nec tamen ipſe explicat ſenſum. Acronis enim uerba hic non ſatis faciunt lectori. Sed hoc uult dicere poëta:* Quoties Mecœnas uel ludos ſpectauerat, uel una luſerat, omnes ſtatim dicebant me fortunæ filium, *neſcientes Mecœnatem me non uti, niſi ad ludicra, non ad ſeria. Atque hic ſenſus etiam placuit D. Eraſmo. Badius non multùm aberat à ſcopo, ſed illic non permanſit.* —Simul domus alta Moloſsis] *Simul pro, ſtatim ut, more huius poëtæ, & multorum aliorum authorum accipitur. Badius exponit pro pariter. Moloſsis autem Epyroticis canibus rectè idem exponit, quod Acro malè pro Creticis exulit.*

THEOD. PVLM. } 4 Nihil amplius] Nil amplius, *H.G.E.B.P.* 5 Propria] *Propria dicuntur, in quibus nemo alius quippiam iuris habet, & quæ perpetuam adferunt domino poſſeſsionem. Vide Pet. Nannij Miſcell. lib. 4.*

7 Culpa'ue] Culpaq;, *H.G.E.B.P.* 8 Veneror] *H.G.E.B.P.* Venor, *Eraſmo placuit, ut refert in ſuis Annotationibus Glareanus.* 9 Denormat] *H.E.B.P.* Deformat, *G.*

10 —Quâ mihi monſtret: ut illi.

—Quæ mihi monſtret: ut illi, *G.E.P.*

—Quæ mihi monſtret: ut ille, *H.B.*

12 —Diues amico Hercule] *Heic Hercules inuocatur, quòd propter ærumnas, & labores, quos feliciter exantlauit, & perfunctus eſt, in agrò arando, & incipiendis omnibus conatibus, eius inuocatio felicis auſpicij uidetur. Turneb. lib. 29. cap. 35.*

13 Quod adeſt] *B.P.* Quid adeſt] *H.G.E.*

Hac prece, *G.E.P.* Ac prece, *H.B.*

14 Pingue] Pinguis hebes, & tardus dicitur. *Turneb. lib. 28. cap. 26.* 23 Romæ ſponſorem me rapis] *H.G.E.B.P.V. hoc elegantius & uerius fuerit, non Roma. Etenim quibus Romæ negotijs implicatus & impeditus ſoleat eſſe ſcribit: quib. rure quòd careat, ſe felicem & beatum putat. Turneb. lib. 13. cap. 17.*

24 Vege]Veges, *P.& Turneb.libro 13.capite 17.*

35 Siue Aquilo radit terras, ſeu bruma niualem
Interiore diem gyro trahit.

Horatius hoc loco luculentiſsimam nobis reliquit teſtificationem, ea in cœlo interiora loca uocari, quæ ad Auſtrum ab æquinoctiorum circulo ſiue iſemerino declinant: & contra exteriora, quæ ab eodem tendunt ad Septentrionem. Interiorem autem gyrum eum heic uocari quis non uidet, quem Sol in ſignis maximè ad Auſtrum uergentibus deſcribit? Dionyſius Lambinus hoc loco inſigniter ceſpitat. Vide Ioannis Goropij Hieroglyph.lib.3.

38 Turba: facienda]Turba, & facienda, *H.G.E.B.P.V.*

36 Atque noua te]*G.E.B.V.* Atque nouate, *H.P.*

40 Fugerit]*H.G.E.B.P.V.* Suggerit, *Aſcenſius.*

44 Thrax eſt Gallina Syro par? Threx eſt Gallina Syro par? *B.* Threx an Gallina Syro par? *Gul. Canterus Nouarum lib.4. cap.12.* Thrax eſt Gallina Syro par: *Cruquij codices omnes.*

48 ——Noſter ludos ſpectauerat una,
Luſerat in campo Fortunæ filius, omnes.

Imitatur ſermonem hominum ſibi inuidentium, & mirantium tam proſperam, ſecundamq́ fortunam ſuam. Horatius, inquiunt, noſtri ordinis & loci erat, & in ultima cauea nobiſcum ſpectabat ludos inter pauperum cuneos, in campo Martio nobiſcum ſeſe exercebat, qui Fortunæ filius nunc uidetur, tantis auctus ſucceſsibus eſt. Vide Turneb.lib.6.cap.7. 54 Deriſor ad omneis. Di.]*H.G.E.B.P.V.* Deriſor, at omnes Di, *legit Lambinus.*

65 O' noctes, cœnæq; Deûm]*Exclamat Horatius, ſuas frugi modicasq́, ſed iucundas & ſuaues cenas comparans epulis, quæ in honorem Deûm in templis Romæ apponebantur tenues & parabiles, non ſumptuoſæ, neq; ſplendidæ. Vide Turneb.lib.13.cap.17. & lib.17.cap.17.*

66 Ante Larem proprium ueſcor, uernasq; procaces
Paſco libatis dapibus]*Hoc crediderim referendum ad antiquorum pietatem, qui partem cenæ Lari, Diſque donabant, & in focum mittebant Lari ſacrum, ut conſtat: id enim erat libare dapes: ex ea conſuetudine, ut arbitror, ſcribit Varro, ut à Marcello (in uocabulo patella) citatur,* quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, & Deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας. *Vide Turneb.lib.6.cap.7. & lege Franc. Luiſini Parergon.lib.2. cap.16.* 69 —Præter plorare ſuisq;] *Modum quendam peculiarem Græcorum expreſsit. Vide Pet. Victorij Variarum lect. lib.13.cap.12.* 70 Humeſcit]Vueſcit, *G.E.V.*

72 Lepos]Nepos, *H.B.P.* 77 Ceruius hæc inter uicinos. Ceruius hæc inter uicinos, *V.* Ceruius hic inter uicinos, *Cruquij codex unus. Ceruius has inter uicinos, Cruquij alius codex.*

82 Attentus]Intentus, *Cruquij codices tres.*

83 Neque illi]Neque ille, *H.B.P.V.*

90 Quid te iuuat]Qui te iuuat, *Lambini editio.*

92 Vis tu]*H.G.E.B.P.V.* Vin' tu, *Lambini codices ſex.*

94 Quo bone circa]Quo bene circa, *H.B.V.*

105 Heſternæ]Externa, *H.B.P.*

108 Vernaliter]*E.P.V.* Verniliter, *H.G.B.*

116 Valeas]*H.G.E.B.P.V.* Valeat, *Lambinus legit.*

M. ANT. MVRET. } 93 —terreſtria quando
Mortales animas uiuunt ſortita: neque ulla eſt
Aut magno, aut paruo leti fuga. quo bene circa
Dum licet, in rebus iucundis uiue beatus
Viue memor, quàm ſis æui breuis] *Quàm orationem hic Horatius tribuit minimo animalculo muri, eandem tribuit Euripides fortiſsimo heroum Herculi, quem in Alceſtide ita loquentem facit:*

» *ταῦτ' οὖν ἀκούσας, καὶ μαθὼν ἐμοῦ πάρα,*
» *εὔφραινε σεαυτόν, πῖνε, τὸν καθ' ἡμέραν*
» *βίον λογίζου σόν, τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης.*

GEORG. FABR. } *Poëta cupiditatem reprehendit, quod ſit infinita, & contraria tranquillitati animi. At tranquillitatem tuendam fugere dicit ſe negotia urbana, quæ ſunt curis multiplicia, ſtrepitu turbulenta, moleſta interpellationibus. inter quæ tempus perditur, & nihil accedit ad doctrinam. Itaque præfert tutæ ſolitudinem uitæ ruſticæ, in qua & delectatio ineſt ad iucunditatem, & otium datur ad philoſophiæ ſtudium, aliæq́ occaſiones ad beatam uitam, carentem cupiditate, quæ animos perturbat. Quamobrem in hac Satyra docet αὐτάρκειαν, eamq́ curãdo rure, & literis tractandis comparari docet. Vt enim ex agris corpus, ita è philoſophiæ cultu, animus paſcitur: ne egeamus, efficit ager: ne plura appetamus, quàm par eſt, præſtat philoſophia. Feſtiuus apologus ad finem adijcitur, in quo experientia loquitur mus ruſticus, contra uitam urbanam,*

» *Haud mihi uita Eſt opus hac.*

Quaſi τὴν ἀπραγμοσύνην oſtendens, quietem & tranquillitatem omnibus copijs & diuitijs eſſe potiorem. Et paulum ſyluæ ſuper his foret]Non, ſuper hæc, *ut in alijs. Ita Virg.6.*

» *Inſuper his, campi quod rex habet ipſe Latinus.*

Qui nunc denormat agellum]Denormat, *deturpat, Helenius: uel (ut in manuſcripto) decurtat. Verbum proprium eſt, denormat. Vitruuius lib.7. Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes, exigantur.* O ſi urnam argenti fors quæ mihi monſtret] Fors *quà in alijs, ut ſit, ſi qua fors κατὰ τμῆσιν, pro, ſi quo in loco. Horatius urnam optat, Perſius ſeriam nominat, quæ eſt dolij genus. Veteres enim terræ infoderunt diuitias. Virgil.*

» *Iacent penitus defoſſa talenta*
» *Cælati argenti.*

Matutine pater] *Ianus uocatur matutinus, quod ſit diei dominus, ut inquit Seruius. Appellatur pater, quod ſit Deorum Deus, ut ſcribit Macrobius. Dicitur Ianus, quod ſit quaſi ianua, & principium rerum omnium, ut hoc loco innuit Horatius.*

Thrax eſt Gallina Syro par?]*Helenius, Thrax gladiator, dicebatur retiarius: Mirmillo Gallus, ſecutor: ſic enim eius uerba ſunt legenda, quæ in codicibus ſunt deprauatiſsima.* Mirmillo *uox eſt Gallica,* non à Myrmidonibus, *ut uult Turnebus, ſumpta. ſignificat enim Mirmillo piſcem ſeu concham, quæ à Plinio appellatur pinna. Lege quæ ſuprà annotata ſunt Epiſt.1.18.*

O' quando faba Pythagoræ cognata]*Ariſtoxenus auctor eſt, Pythagoram legumine nullo uſum ſæpius, quàm faba, quod aluum ſenſim ducere & leuaret. Alij longè ſentiunt aliter, & Comicus antiquus, κυάμων & γαστέρα φυσᾷ, inquit.*

Seu modicis humeſcit lætius]*In Anhaltino,* uueſcit, *pro inebriatur.*

IOD. BAD. ASCENS. } Hoc erat in uotis] *In hac Satyra oſtendit ſe poëta contentum rebus partis: id, quod in prima totius operis Satyra faciendum præceperat, docetq́ commoda ruris, quæ, ut plenè laudet, affert incommoda urbis, claudens ſermonem iucundo apologo.* Ordo eſt. Hoc]*Scilicet, quod ſequitur, erat* In uotis]*Id eſt, in deſiderio meo.* Videlicet modus]*Id eſt, menſura agri.* Non ita]*Id eſt, nõ ualde.* Magnus] *Id eſt, ubi, i. in* Quo agro foret]*Id eſt, eſſet hortus.* Herb. fer] *Scilicet, & fons iugis.* Aquæ] *Id eſt, perenniter fundens aquamẽ exiſtẽs uicinus tecto.* Et ubi ſuper his]*Id eſt, ultra hæc foret paulum.* Syluæ cædua]*Scilicet, ad focum inſtruendum.* Dij fecere]*Id eſt, fecerunt mihi.* Auctius] *Id eſt, abundantius.* Et melius quàm]*Scilicet, optaram.* Bene *Id eſt, ſatis eſt ſup.* Mihi ô nate]*Id eſt, genite.* Maia] *Id eſt, O Mercurius Deus mercium, & collator diuitiarum.* Ego nihil amplius oro]*Id eſt, peto à te.* Niſi ut faxis]*Id eſt, facias mihi.* Hæc munera]*Id eſt hæc dona tua.* Propria]*Id eſt, perpetua, ita quod me uiuente ad alium non tranſeant. Orat autem ſi dignus ſit, quòd ſe eſſe inuit dicens.* Oro]*Sup.* Si ego neq; feci rem]*Id eſt, poſſeſsionem meam.* Maiorem]*Id eſt, ſi non auxi eam.* Mala ratione]*Id eſt, iniuſtà aliqua uia, aut dando proximis malũ computum, nec ſum facturus rẽ meam minorem.* Vitio]*.i. per uitium.* Ve]*Pro uel.* Culpa]*.i. per culpam* Si ego ueneror]*.i. honoror.* Nihil horum]*.i. nullo horum, quæ ſequuntur.* Stultus]*.i. ſtultè cupidus. Videlicet ſi non opto.* O ſi angulus iſte proximus, qui denormat Agellum]*.i. extra normam ponit cũ ſine eo mihi quadratus.* Sit accedat]*.i. Addatur, & accreſcat agro meo: uocat aũt Agellũ reſpiciens ad cupiditatẽ auari, cui nihil ſatis magnũ uidetur.* O ſi

 fors]

ſors]*i.fortuna bona.* Monſtret mihi quo]*i.quauis uia, ſeu ratione urnam argenti.* Vt]*Sup.monſtrauit.* Illi colono]*Videlicet.* Qui cum]*Sup.eſſet mercenarius, mercatus illum ipſum agrum.* Inuento theſauro]*i. poſtquam theſaurum inuenerat.* Arauit]*Sup.illū exiſtens diues.* Hercule amico]*i.fautore & auxiliatore, & ut dicitur Perſius dextro .ubi oſtendit Hercules uenerari decimis, ut diuitias conferat (multa hinc Perſius & Iuuenalis ſumpſerunt.)* Si ergo uino contentus meis, & ſi quid gratū]*Id eſt, commodū mihi adeſt.* Iuuat]*i.delectat me, uel potius.* Si]*Sup.* Gratum quod adeſt iuuat]*i.delectat me. (Et ita legēdum eſt, ſi quod duabus dictionibus)* ego oro te ô Maia nate, *hac prece, ſic laudabili & honeſta.* Vt facias domino]*ſ. mihi pecus pingue.* Et caetera]*Sup.omnia, praeter ingenium quod ſubtile, nō craſſum deſiderat, unde craſſa Minerua dicta, eò quod obeſo uentre tardi ſunt ingenio.* Et aſſis mihi maximus cuſtos]*Vt ſoles, quod Acro declarat, fingit forte ſe liberatum à Mercurio, quia per facundiam cuius Mercurius Deus eſt.* Ergo ubi &c.]*Incipit narrare cōmoda agri ſui, & id in gratia Mecaenatis à quo, ut in epiſtolis fatetur, illum agrum dono ſuſceperat.* Ergo quia id, atque pluſquā optaueram obtinui, ubi]*i.poſtquam ego remoui me ex urbe* In montes]*ſ.Sabinos.* Et in arcem]*i.ſummitatem.* Montis]*ſ. aut in tutamen quietis meae.* Quid illuſtrem]*i.illuſtre facere debeam.* Prius Satyris]*i.quàm Satyras.* Et pedeſtri]*i. familiari & humili muſa, qualis eſt Satyra ut prius dictum eſt q.d nihil(Tractum aūt eſt a peditibus, quorum conditio infrà equitum eſt)* Nec mala]*i.perniciosa etiam Reipublicae ambitio* Perdit me]*Id eſt, perdite ſui cupidum facit.* Nec auſter]*Id eſt, uentus ille Meridionalis, Graecum uocant Romani.* Plumbeus]*ſ.ab effectu, hoc eſt, grauans animos more plumbi, nec Autumnus exiſtens grauis,*

Quaeſtus]*Id eſt, magnum lucrum & magna conquiſitio.* Libitinae]*Id eſt, Deae quae ſepulturis praeeſt.* Acerbae]*Id eſt, de morte multorum.* Letae]*Sup.perdit me(Putatur autem Venus Libitina dici, & libitinarij ſunt, qui urendorum, aut ſepeliendorum cadauerum curam gerunt) Incipit ergo ſcribere Satyram de rebus praeſentibus, hoc eſt, ruſticis dicens.* O' pater Matutine ſeu ô Iane ſi]*Sup.* Id libentius audis]*hoc eſt, ſi forte manus appellari Ianus, quàm matutinus, & ita inuit eiuſdem eſſe nomen.* Vnde]*Id eſt, abs quo Deo homines.* Inſtituunt]*Id eſt, incipiunt ſtatuere primos labores operum & uitae.* Sic enim placitum]*Sup.eſt Dijs.* Tu eſto principium carminis]*Id eſt, fine, ut de te primum ſcribam.* Tu rapis me Romae]*Id eſt, quando ſum Romae.* Sponſorem]*Id eſt, compellor tempore matutino ſponſor eſſe.* Eia ô Iane]*Vrge, impelle me.* Ne quiſquam reſpondeat officio]*Scilicet, amico impendendo, aut officio ſalutandi.* Prior]*Sup. Quàm ego.* Et hoc ſiue Aquilo]*Id eſt, Boreas uentus frigidiſſimus.* Radit]*Id eſt penetraliter perflat.* Terras, ſeu]*Id eſt, ſiue.* Bruma]*Id eſt, tempeſtas, quae dies breuiſſima eſt.* Trahit interiore gyro]*Id eſt, breuiore reuolutione, quae in epicyclo, quo interior eo breuior eſt.* Diem]*Id eſt, ſolem, qui diem producit, neceſſe eſt ire.* Poſtmodum luctandum]*Id eſt, contendendū eſt mihi in turba.* Loco]*Id eſt, poſtquam locutus ſum.* Clarè & certò]*Id eſt, manifeſtè ſup. aliquid* Quod obſit]*Id eſt, noceat.* Mi]*Id eſt, mihi, quia defendendo clientem, facio aduerſarium eius mihi inimicum, qui mihi nociturus eſt.* Et faciendum eſt mihi]*Id eſt, à me fieri debet, ſi uolo Romae uiuere.* Iniuria]*Id eſt, moleſtia & offenſio.* Tardis]*i.tardè ingredientibus.* Improbus]*i.quiuis cerebroſus.* Vrget]*Id eſt, impellit ac pulſat me.* Iratis precib]*Id eſt, imprecans mala ac maledicens mihi his uerbis.* O' inſane quid & quas res agis tibi? pulſes tu omne quod obſtat?]*Sic enim pulſantes ſe pulſatos queruntur.* Ad Mecoenatem &c.]*Dixi in his ſermonibus collocutionē eſſe inducit, ergo Ianum, aut quemuis alium reſpondentem. Ordo eſt:*, Si tu recurras ad Mecoenatē amicum tuum dulciſſimum, mente memori]*Id eſt, iam illud agente.(Nam in re delitioſa, ſi quis aliò animum applicet nihil uoluptatis caperit: memori ergo mente: conſuetudinis, quàm cum Mecaenate habuerit & habiturus ſit)* Quid]*Supple de illo dices.*

An ne & ipſum triſte?]*Reſpondet poëta.* Ego non mentior]*Id eſt, uerum fateor.*

Hoc]*Scilicet, ire ad Mecaenatem.* Iuuat]*Id eſt, delectat me.* Et eſt]*Supple mihi.* Melli]*Id eſt, ad dulcedinem mellis accedens.* Tam dulce ut mel. At]*Id eſt, ſed.*

Simul]*Id eſt, continuò.* Vt uentum eſt]*Supple ad Aeſquilias atras, in quibus dictum eſt communem ſepulturam fuiſſe, & Necromanticam obſeruari, centum aliena negocia.*

Saliunt]*Id eſt, inſiliunt mihi per caput & circa latus.* Alius]*Supple dicit Roſcius amicus tuus orabat.* Vt]*Supple adeſſes ſibi cras.* Ante ſecundam]*Supple horam.* Ad puteal]*Id eſt, ad locum ubi foeneratores reſident, & nummularij. Perſius:*

„ *Puteal cautus multa uibice flagellas.*

Alius]*Supple dicit,* O' Quinte Horati, ſcilicet ſcribae atque noua natae]*Id eſt, debitorum nouatores.* Orabant de re communi & magna]*Id eſt, propter magnam utilitatem uobis communem.* Vt]*Supple meminiſſes reuerti hodie.* Ad curam]*Scilicet, Alius ſupple dicit.* O' Quinte Horati, cura]*Id eſt, procura, adhibe diligentiam.* Vt]*Supple Mecoenas, imprimat his tabellis ſigna. (Erat ergo Mecoenas Auguſto, quod is, quem cancellarium uocant regi Franciae. Habuiſſe autem dicitur pro ſigno effigiem Ranae, unde dictum eſt Ranam Mecoenatis fuiſſe multis timori, cùm tamen Rana nihil ſit timidius)* Si]*Supple.* Tu dixeris ego experiar]*Id eſt, ego uidebo non potero facere.* Ipſe]*Addit Horati tu potes ſi uis.* Et inſtat]*Id eſt, inſtantius urget me, cùm tamen non impedierim.* Nam ſeptimus annus ſuggerit]*Id eſt, ſuccedit (alij legunt ſugerit)* Iam propior octauo]*Supple anno.*

Ex quo]*Id eſt, poſt quem Mecoenas coepit me habere.* In numero ſuorum]*Supple amicorum & familiarium.*

Duntaxat]*Id eſt, ſolummodo ad hoc.* Quem]*Id eſt, ut haberet, quem ipſe faciens iter.* Tolleret]*Id eſt, ueheret ſecum.* In rheda]*Id eſt, curru.* Et cui uellet concredere nugas]*Id eſt, res nihil agentes.* Hoc genus]*Pro huius generis (ſicuti id pro eius generis.)* Quota eſt hora, Gallina Thrax]*Id eſt, et Thracia eſt ipſe* Par]*Id eſt, datus.* Conglad*i*ator Syro]*Alteri Gladiatori]Hoc eſt, quod par Gladiatorum exponetur, hodie in Harena, non'ne Thrax, & Syrus.*

Frigora matutina mordent]*Id eſt, laedunt parum.* Cinthos]*Id eſt, extremitates.* Rorem]*Hoc eſt, parum gelauit hac nocte.* Aut ſi legas cautos]*Senſus erit frigora matutina.* Laedunt cautos parum]*Id eſt, improuiſos, & non ueſtitos contra frigus.* Et]*Supple, alia eiuſmodi.* Quae deponuntur]*Id eſt, cuſtodienda dantur.* Bene]*Id eſt, ſine periculo.* In aure timoſa]*Id eſt, nihil ſecreti continenti, hoc eſt, quae omnibus palam eſſe poſſunt.* Ego ſum ſubiectior]*Id eſt, aliquantulum ſubiectius inuidiae in diem, & in horam per totum hoc tempus. Et ita non erit contra elegantiam, quàm Valla praetendit, qui uult cum dictione incrementum importante pluraliter loquendum eſſe, ut in dies, & in horas ſubiectior ſio Si tamen eam poëta non attendiſſe putetur, ordo erit.* Ego]*Supple.* Factus ſum ſubiectior inuidiae, in diem, & in horam per hoc totum tempus.

Si]*Supple noſter patronus, Mecoenas ſpectauerat.* Vnà]*Id eſt, pariter ludos, aut luſerat in campo.* Omnes]*Supple, dicunt de me.* Hic]*Supple eſt fortunae filius. Aduerte quod quia modeſtior uideretur ſermo, ſi diceret ſe ſpectaſſe una cum Mecoenate, quam Mecaenatem ſecum, poſſet talis eſſe ordo.* Omnes]*Supple dicunt* Noſter filius fortunae]*Scilicet, Horatius ſpectauerat.* His diebus]*Scilicet ludos.* Et luſerat una]*Id eſt, pariter ſupple cum Mecoenate.* In campo]*Scilicet Martio.* Si]*Sup.* Frigidus rumor]*Id eſt, qui concutit pectora hominum.* Frigore]*Id eſt, timore, ſcilicet de tumultuario bello.* Manat]*Id eſt, diuulgatur per compita(fortè ſenſus eſſe poſſet.* Rumor frigidus]*Id eſt, mihi nocituus, manat de me per compita, ſed prior placet)* Quicunque eſt obuius mihi, conſulit]*Id eſt, conſilium petit de me, dicens.* O' bone Horati, numquid]*Id eſt, non'ne aliquid audiſti.* De Dacis]*Id eſt, illis populis bellicoſis (Nam oportet te ſcire, quoniam contingis propiùs.* Deos]*Scilicet, Auguſtum & Mecoenatem, in quorum comitatu ſaepe uideris) Reſpondet Horatius.* Equidem]*Id eſt, ego quidem.* Nil]*Supple audiui uerum.* Et conſultor ait. Ut tu ſemper deri ſor ad omnes]*Supple tum*

ple indifferenter? Horat. Dij exagitent] *Id eſt, eijciant me extra omnem locum, & perſequantur me.* Si quicquam] *Supple ſcio.* Et conſultor quid] *Supple de illo ſentis.* Triquetra] *Id eſt, Sicilia eſt ipſa promiſſa militibus?* An Cæſar] *Scilicet Auguſtus daturus eſt militibus prædia.* In tellure Itala] *Id eſt, Italica? quomodo Cremonenſium, & quorundam Mantuanorum agri dati erant.* Ipſi mirantur me iurantem] *Id eſt, quando ego iuro me nihil ſcire, & mirantur, aut dicunt me.* Vnum mortalem] *Scilicet, eſſe* Egregij & alti] *Id eſt, profundi.* Silenti] *Id eſt, ſilentij.* Lux] *Id eſt, dies, aut uita perditur.* Mihi miſero inter hæc] *Id eſt, dum reſpondeo talia percunctantibus, perditur dico.*

Non ſine uotis] *Id eſt, optationibus huiuſmodi.* O' rus] *Supple meum quando aſpiciam ego te, quæ pro & quando licebit.*

Ducere iocunda obliuia ſollicitæ uitæ, nunc] *Id eſt, aliquando libris.* Veterum] *Supple auctorum legendis.* Nunc ſomno & pro] *Id eſt, horis.* Inertibus] *Id eſt, ſine arte prætereuntibus, quia ſomnus eſt mortis imago.* O' quando faba cognata Pythagoræ] *Id eſt, à qua Pythagoras abſtinuit, eò quod putaret in ea ſpeciem ſanguinis eſſe, & in ſanguine forte animam parentis, unde cognatam uocat poëta Satyricè ridens.* Quæ] *Pro &, quando.* Holuſcula ſatis uncta ponentur] *Id eſt, apponentur mihi in rure cum pingui lardo?* O' noctes & ò Cœnæ Deûm] *Id eſt, Deorum, hoc eſt, tranquillæ ſine uitijs, & carnificibus mentium.*

Quibus] *Supple cœnis ego ueſcor, & mei veſcuntur ante proprium larem.* Et paſco] *Id eſt, nutrio.* Vernas procaces] *Id eſt, ſeruos ſalaces.* Dapibus libatis] *Id eſt, prægustatis à me conuiua* Siccat] *Id eſt, ebibit.* Inæqualis] *Id eſt, inæquales.* Calices] *Hoc eſt, diuerſæ magnitudinis pocula, prout cuiq; libido eſt, aut paruum ſcilicet, aut multum bibere.* Exiſtens ſolutus legibus inſanis] *Id eſt, uerendis ſicut Perſius, inſanum Magiſtrum uocat.* Seu] *Id eſt, ſiue* Quis fortis] *Id eſt, habens cerebrum forte contra uini impetum.* Capit pocula acria] *Id eſt, acris uini, ſeu ipſe.* Humeſcit] *Id eſt, irrigatur.* Lætius] *Id eſt, libentius.* Modicis] *Supple poculis, id eſt, uini leuioris.*

Ergo quia lætè & libere, & ſine inuidia uiuimus, ſermo oritur nobis non de domibus, aut uillis, *id eſt, poſſeſsionibus, & agreſtibus habitationibus, alienis.* Nec] *Supple agitamus.*

Nun] *Id eſt, numquid lepos, ſaltor ille notiſsimus ſaltet male.*

Nec ne] *Id eſt, an non ſupple malè, hoc eſt, bene, ſed nos* Agitamus] *Id eſt, diſquirimus.* Id] *Supple quod magis pertinet ad nos. Si uis Latinè loqui non dices pertinet, aut attinet mihi, ſed ut hic, ad me, & ſupple quod malum eſt neſcire, uidelicet utrum homines ſint beati, diuitijs ne, an uirtute.* Ve] *Pro uel quid trahat nos ad amicitias.* Ne] *Id eſt, an uſus, id eſt, familiaritas, & conſuetudo conuiuendi, ne pro an* Rectum] *Id eſt, iuſtitia & uirtus.*

Et quæ] *Id eſt, qualis ſit natura boni, & quid ſit ſummum eius ſcilicet boni, hoc eſt, quod eſt ſummum bonum, & in quo conſiſtat.*

Gerrius hæc inter, &c.] *Quia inter ruſticos ſe uitam agere dixit ne ineptiùs illic Philoſophatus arguatur, dicit uicinum ſuum interſeruiſſe apologum Aeſopi, qui & notus, & in textu facetè expreſſus eſt. Ordo autem eſt. Gerrius uicinus noſter.*

Garrit] *Id eſt, garruloſè explanat, inter hæc Philoſophica noſtra.* Fabellas] *Id eſt, apologos.* Aniles] *Id eſt, quales anus, hoc eſt, uetulæ garrire ſolent.* Sed ex re] *Id eſt, ex utilitate, & ad propoſitum pertinentes.* Nam ſiquis ignarus] *Id eſt, ignorans, quam miſerum ſit magnas habere opes, quia ut dicit Iuuen.*

„ *Miſera eſt magni cuſtodia cenſus.*

Laudat opes ſollicitas] *Id eſt, cum ſollicitudine cuſtodiendas, Arilli illius diuitis.* Ipſe] *Sup. Gerrius incipit ſic fabellam ſuam.*

Mus ruſticus] *Id eſt, ruri degens.* Fertur accepiſſe olim] *Id eſt, tempore præterito.*

Cauo] *Id eſt, loco cauato ſubterraneo uidelicet.*

Paupere] *Id eſt, paucis operibus ornato.*

Murem urbanum] *Id eſt, in urbe habitare ſolitum. Mus diſco ruſticus, exiſtens uetus hoſpes accepit murem urbanum ueterem amicum ſuum, exiſtens præterea.*

Aſper] *Id eſt, rigidus & intentus, quæ ſitis ſup. rebus, ita tamen ut* Solueret] *Id eſt, relaxaret.* Hoſpitijs] *Id eſt, iure hoſpitalitatis.*

Animum arctum] *Id eſt, ſtrictum & ſollicitum, quid multa ſup. dicam.* Ille] *Scilicet mus ruſticus, ſcilicet neq.* Inuidit] *Id eſt, pepercit.* Sepoſitis] *Scilicet particulis ciceris illius leguminis, nec longæ auenæ, quæ uilior eſt, & minus recolligitur ut uериſimile ſit murē collegiſſe.* Et ipſe ferens] *Id eſt, afferens ore.* Acinum] *Id eſt, granum uuæ, aut alterius fructus condensè naſcentis.*

Aridum] *Id eſt, arefactum, ad conſeruationem dedit.* Fruſta] *Id eſt, fragmenta.* Lardi] *Id eſt, carnis porcinæ ſalſæ.* Semeſa] *Id eſt, ſemicomeſſa.* Cupiens uincere] *Id eſt, refrenare uaria.* Cœna] *Id eſt, per uarietatem ferculorum.* Faſtidia] *Id eſt, contemptioſam.* Nauſeam] *Scilicet muris urbani.* Tangentis ſingula] *Scilicet appoſita.* Malè] *Id eſt, neptè & indecenter, dente ſuperbo.* Cum] *Id eſt, quando ipſe ſcilicet mus ruſticus pater domus.* Porrectus] *Id eſt, diſcumbens.* In palea orna] *Id eſt, ſtramento illius anni.* Relinquens meliora] *Id eſt, meliores partes.* Dapis] *Id eſt, epuli ſui.* Eſſet] *Id eſt, comederet ador quoddam genus farris, quod pro* Et lolium] *Granum uile, de quo Virg.*

„ *Infœlix lolium & ſteriles dominantur auenæ.*

Vrbanus ſcilicet mus, inquit, tandem ad Hunc] *Scilicet ruſticum.* O' amice quid iuuat] *Id eſt, delectat te.* Patientem] *Id eſt, parcum & egenum.* Viuere in dorſo nemoris prærupti] *Id eſt, rupe cuiuſdam.* Nemoris] *Id eſt, loci ſolitarij, quo nemo accedit?* Si] *Sup. uis tu præponere feris ſyluis homines, & urbem crede mihi.* Carpe] *Id eſt, aripe uiam, exiſtens comes mihi, crede inquam mihi.* Quando] *Id eſt, quandoquidem.* Terreſtria] *Id eſt, terra genita uiuunt ſortita mortales animas, hæc Epicuriorum ſententia digna muribus, quorum animæ nimirùm mortales ſunt, neq; ulla fuga.* Leti] *Id eſt, mortis eſt, aut magno, aut paruo.* Quocirca] *Id eſt, Quapropter.* Viue beatus] *Id eſt, indulgens tibi lautus, & ſplendidus.* Et uiue memor quam] *Id eſt, quantum breuis.* Aeui] *Id eſt, uitæ ſis. Hanc ſententiam dat Perſius, deſidiæ & luxuriæ, & ſi quis catholicus ſibi det, diceret.* Viue bene] *Id eſt, ſanctè & honeſtè,* memor quam ſis breuis æui *hæc ſup. uerba.* Vbi] *Id eſt, poſtquam dicta ſunt.* Pepulere] *Id eſt, expulerunt à loco tuto & parſimonia.* Agreſtem] *Sup. murem.* Ipſe leuis] *Id eſt, aut inconſtans, aut potius geſtiens, & exultans ſpe melioris uitæ, exilit è cauo ſuo, inde ambo peragunt iter propoſitum.* Et ipſi auentes] *Id eſt, cupientes.* Mœnia urbis ſurrepere] *Id eſt, ſubrepebant ea.* Nocturni] *Id eſt, tempore nocturno, & nox tenebat iam medium ſpacium cœli, cum uterq; ponit ueſtigia in domo locuplete.* Vbi] *In qua domo ueſtis tincta rubro cocco.* Canderet] *Id eſt, reſplenderet ſuper lectos.* Eburnos] *Id eſt, ebore factos & ubi multa ſupereſſent de magna cœna, quæ inerant.* Externa procul] *Id eſt, longè eminentia, ita ut muribus acceſſus pateat.* Caniſtris] *Id eſt, in ſportulis ad hoc extructis.* Ergo ubi] *Id eſt, poſtquam.* Hoſpes] *Scilicet urbanus, qui illic* Hoſpes] *Id eſt, receptor erat locauit.* Agreſtem] *Sup. murem in purpurea ueſte ipſe curſitat.* Veluti] *Id eſt, tanquam eſſet.* Succinctus] *Id eſt, expeditus ad ſeruiendum, & continuat dapes.* Necnon] *Id eſt, etiam, fungitur ipſis officijs, ſcilicet miniſtrandi.* Vernaliter] *Id eſt, quo modo.* Vernæ] *Id eſt, ſerui miniſtrantes ſolent, prælambens omne, quod affert.* Ille] *Scilicet agreſtis.* Mus cubans] *Id eſt, diſcumbens.* Gaudet, ſorte] *Id eſt, conditione mutata.* In melius] *Scilicet & agit lætum conuiuium in bonis rebus.* Cum] *Id eſt, quando ingens ſtrepitus ualuarum excuſſit ſubito utrunq; ex* Lectis] *Scilicet diſcubitorijs, quia ſedebant in triclinio diuitis (annotandum autem, qui extrema gaudij luctus occupat, tuncq; mala plurima obueniunt, cum minimè ueremur, quia cùm dixerint pax & ſecuritas, &c.)* Currere] *Sup. cœperunt.* Vel currere] *Id eſt, currebant.* Pauidi per totum conclaue] *Id eſt, triclinium.* Et ſi exanimes] *Id eſt, timore ferè mortui.* Magis trepidare] *Id eſt, trepidabant.* Simul] *Id eſt, pariter alta domus.* Perſonuit] *Id eſt, per totum ſonuit.* Canibus moloſſis] *Id eſt, Aepyroticis optimis, ad uenandum.* Tum] *Id eſt, deinde poſt quam abeunt è promo conuenerunt.* Ruſticus] *Scilicet mus ait.* Haud] *Id eſt, non opus eſt mihi hac uita, & ualeas.*

Sylua & cauus tutus] *Id eſt, cauernula in qua uiuo tutus ab inſi*

dijs ſolabitur. Me tenui] *Id eſt, modico.* Erno] *Id eſt, illo legu-mine, de genere piſcium.*

PHIL. BEROALD. } Nec non uernaliter ipſis Fungitur officijs prælambens omne, quod affert] *A' uerna fit uernaliter quod ſignificat ſeruiliter. Sed ibi expoſuit Acron uer-naliter id Luxurioſè quæ interpratatio an ſit ſatis proba, ipſe uiderit. Nonius Marcellus exponit pro adulatoriè à uernis, quib. hæc uiuendi ars eſt. A' Cicerone dicta eſt feſtiuitas uernacula pro urbano lepôre, ſalibuſq; Romanus.*

SATYRA VII.

SATYRAE VII. ARGVMENTVM ASCENS.

Septima herum carpit per Saturnalia Dauus.

ALIVD ARGVMENTVM.

Inducitur ſeruus, qui data per Saturnalia libertate, ſtomachabatur in herum, quod ex re nata aliud dicat, aliud faciat.

ALIVD GEORGII FABRITII.

Qui uerè ſit liber.

COMMENTARIA.

ACRON.

IAMDVDVM auſculto] *Hæc Satyra liberè pulſans domini uicia, quæ celat & aliter, quam promiſerat, uiuit. Inducitur ſeruus, ſicuti in Comœdia, qui dicat ſe non poſſe ferre dominum, qui alia laudet, & alia faciat. Ex perſona ſua Horatius, aliena uitia carpit. Aliâs, Inducit ſeruum loquentem cum domino de uarijs hominum moribus.* Et frugi] *Tam frugi eſt, ut optet eum dominus uiuere. Putes autem pro uelis. Item talis eſt ſeruus, ut eum uelis eſſe uitalem. Etenim qui nimij ſunt in bonis, eos uitales eſſe non prædicamus.* Age libertate Decembri] *Habeas licentiam & libertatem dicendi, quæ uelis, quia Saturnalibus libertas ſeruis concedebatur, & omnes exæquebantur, ut ſeculi aurei quo Saturnus regnauit, eſſet imitatio. Decembri autem menſe Saturnalia celebrabãtur, & immutatio fit conditionis. Nam & liberi ex ſeruis, & ſerui ex liberis ſiunt. Ordo: Age utere libertate Decembri.* Pars hominũ] *Iam ſerui ſunt uerba, quæ habet in uitijs ſtando, & perſeuerando.* Conſtanter] *Pertinaciter.* Et urget] *Perdurat, & perſeuerat in uitijs, incerti propoſiti eſt.* Natat] *Inconſtans eſt.* Recta] *Abſolutè, neutro,* Prauis] *Vitijs, pœnis.* Notatus] *Id eſt, uiſus.* Cum tribus anellis] *Antea enim, & certæ dignitatis homines, & ſingulis utebantur, ideò natus ex numero, quia tres.* Vixit inæquali] *Dubius & mutabilis.* Clauum ut mutaret in horas] *Quaſi ſui propoſiti gubernator. Clauum autem propoſitum uitæ, aut purpuræ.* Aedibus ex magnis ſubitò ſe conderet] *De ambitioſa domo ſubita migrat in eam domum, in qua uix manere dignabatur pauper, id eſt, in eo cœnaculo, unde mundior exiret libertinus.*

IAMDVDVM auſculto, & cupiens tibi dicere ſeruus
Pauca, reformido, Dauus ne? Ita Dauus amicum
Mancipium domino, & frugi, quod ſit ſatis: hoc eſt,
Vt uitale putes. age, libertate Decembri,
(Quando ita maiores uoluerũt) utere, narra.
Pars hominum uitijs gaudet conſtanter, & urget
Propoſitum pars multa natat, modò recta capeſſens
Interdum, prauis obnoxia. ſæpe notatus
Cum tribus anellis, modò læua Priſcus inani
Vixit inæqualis, clauũ ut mutaret in horas:
Aedibus ex magnis ſubitò ſe conderet, unde
Mundior exiret uix libertinus honeſtè.
Iam mœchus Romæ, iam mallet doctus Athenis
Viuere, Vertumnis, quotquot ſunt, natus iniquis.
Scurra Volanerius, poſtquam illi iuſta chiragra
Contudit articulos, qui pro ſe tolleret, atq;
Mitteret in pyrgum talos. mercede diurna
Conductum pauit. quantò conſtantior idem
In uitijs, tantò leuius miſer, ac prior ille.
Qui iam contento, iam laxo fune laborat,
Non dices hodie quorſum hæc tam putida tendant
Furcifer? ad te, inquam. quo pactò peſsime? Laudas
Fortunam, & mores antiquæ plebis, & idem,
Si qs ad illa Deus ſubitò te agat, uſq; recuſes?
Aut quia nõ ſentis, quod clamas, rectius eſſe:
Aut quia nõ firmus rectũ defendis, & hæres,
Ne quicquam cœno cupiẽs euellere plantã.
Romæ rus optas: abſentem ruſticus urbẽ
Tollis ad aſtra leuis. ſi nuſquam es forțè uocatus
Ad cœnam, laudas ſecurum holus, ac, uelut uſquam

Mundior] *Pro mundus.* Honeſtior] *Id eſt, paulò liberior.* Iam] *Modò.* Doctus Athenis Viuere] *Dicitur enim iſte Priſcus orator fuiſſe.*

Vertumnis] *Id eſt, quia omnia tentat, & in illo perſeuerat. Vertumnus dictus, quia humanis mentibus præeſt, a uertendo, hic quondam Romæ colebatur. Alij Deum Tiberis colunt, qui uerterit eius alueum. Aliter: Vertumnus dicitur Deus, qui præeſt ſenſibus, ab eo quòd uertet, & mutat cogitationes humanas. Scribitur itaque multiformis. Is autem dicitur iniquo Vertumno natus, qui neſcit ſe regere.*

Quotquot ſunt] *Supple Vertumni. Ideo dixit quoniam iſte Deus poſitus erat in multis locis ciuitatis, ferè enim omnibus municipijs Italiæ conſecrabantur eiuſmodi ſimulachra quibus ambigua uultus eſſent, prout dediſſent eis habitum, ita in diuerſas facies animum uerterentur, ac per hoc Priſcus dijs iratus natus.*

Iniquis] *Iratis.* Scurra] *Vrbanus.* Iuſta] *Bene iuſta quæ eum puniret infamam, nequam enim fuit.* Contudit] *Propter meritum corripuit.*

Pyrgum] *Tabulam, alij Fritillum dicunt. Vel pixydem ſine fundo.* Conſtantior] *Pertinacior. Iſte quanto pertinacior erat in ſuo propoſito, tanto felicior illo, qui ſemper in diuerſa uertebatur.* Leuio.] *Minus.* Actior] *Deterior.* Qui iam] *Iam hic, modò intelligendum, modo laxo, modo contento. Vt:*

» *Iamq; eadem digitis iam pectine pulſat eburno.*

Contento] *Parco.* Laxo] *Luxurioſo.*

Fune] *Propoſito uitæ. Mirè in metaphora permanſit ſuperius clauũ dixerat, qui enim diſcunt natare, funem ſolent primo tenere ne mergantur.*

Senſus eſt, Quem inſtabilitas uitæ huc, & illuc, quaſi ligatum funetrahit.
Non dices hodie] *Verba Horatij.* Quorſum hæc tam putida] *Rancida, inepta, odioſa.* Ad te inquam] *Seruus.* Quo pacto] *Horatius.* Laudas] *Seruus.* Mores antiquæ plebis] *Id eſt, Antiquorum hominum uitam. Hic probat inconſtantem eſſe Horat.* Vſq;] *Semper, uel ualde.* Aut quia non ſentis] *Duas res interuenire, quibus inſtabilis ſit. Aut quod non intelligit, quæ aſſerat: aut quod non ſit firmus ad ea tuenda quæ dicit.*
E cœno cupiens euellere plantam] *Exire ex gurgite uitiorum.* Rusticus] *Quando ruri es.* Leuis] *Inconſtans.* Laudas ſecurũ holus] *Domeſticam cœnam. Dicis nihil eſſe melius, quam prandere domi.* Potandum] *Epulandum.* Iuſſerit] *Deeſt, tametſi.* Serum] *Pro ſero.* Sub lumina prima] *Ante, ut:*
„ *Sub lucem exportant calathis.*
Prima autem lumina dicuntur, initio noctis accenſa. Nemon'] *Verba domini, feſtinantis ad cœnam, liberè ſeruus inducit.* Cum magno blateras clamore] *Latras, uociferas, clamas ſine ratione. Vnde balatrones, quaſi blaterones. Blaterare, enim propriè eſt ineptè clamare.* Fugis] Μωρολόγησις. *Expreſsit uelocitatem hominis feſtinantis ad cœnam.* Miluius] *Ordo. Miluius & ſcurræ diſcedunt, precati tibi, quæ repetita non debebant audiri. Cum ieris, inquit, ad Mecœnatem Miluius, & cæteri paraſiti tuti diſcedunt triſtes, imprecantes tibi ea uerba, quæ non debes audire. Ideo autem imprecantur, quoniam dolent ſe priuatos cœna, patrono ſuo foris cœnante: aut conuiuæ ſunt, ab eo feſtinante derelicti, aut clientes Mecœnatis, quos Horatius paſcere, conſueuerat.*
Dixerit ille] *Pro dixerat, quæ Horatij uerba ſunt, Ille & Miluius poſſunt dicere, uel Horatius hoc ait: Etenim fateor me riſu diſſolui: ſi ille me auidi uentris dicat, qui eſt guloſior, quippe qui & meam appetat menſam.* Duci uentre] *Luxurioſum eſſe, & duci eſcis precioſis.* Leuem] *Sagacem.* Naſum nidore ſupinor] *Nidore ſupinatur naſum, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Supinor autem quaſi ſequens odorem, ut ſolent facere, qui aliquid odorant.* Popino] *Amator popinarum. Hic popino huius popinonis.* Tu cum ſis, quod ego] *Hoc ergo item ſeruus liberè fatis,*

Vinctus eas, ita te felicem dicis, amaſq́;
Quo'd nuſquam tibi ſit potandum, iuſſerit ad ſe
Mecœnas ſerum ſub lumina prima uenire
Conuiuam: nemon' oleum feret ocyus? Ecquis
Audit? cũ magno blateras clamore, fugiſq́;.
Miluius, & ſcurræ tibi non referenda precati
Diſcedunt. Etenim fateor, me dixerit ille
Duci uentre leuem: naſum nidore ſupinor:
Imbecillus, iners, ſi quid uis, adde, popino.
Tu, cum ſis, quod ego, & fortaſsis nequior, ultrò
Inſectere, uelut melior, uerbiſq́; decoris
Obuoluas uitium: quid, ſi me ſtultior ipſe
Quingentis empto drachmis deprenderis? aufer
Me uultu terrere: manum, ſtomachumq́; teneto,
Dum, quæ Criſpini docuit me ianitor, edo.
Te coniũx aliena capit, meretricula Dauũ
Peccat uter noſtrum cruce dignius? acris ubi me
Natura incendit, ſub clara nuda lucerna
Quæcunq; excepit turgentis uerbera caudæ,
Clunibus, aut agitauit equũ laſciua ſupinũ:
Dimittit neq; famoſum, neq; ſollicitum, ne
Ditior, aut formæ melioris meiat eódem.
Tu, cum proiectis inſignibus, anulo equeſtri,
Romanoq́; habitu, prodis ex iudice Dama
Turpis, odoratum caput obſcurãte lacerna,
Non es, quod ſimulas? metuens induceris, atque
Altercante libidinibus tremis oſſa pauore.
Quid refert, uri uirgis, ferroq́; necari?
Auctoratus eas? an turpi clauſus in arca,
Quo te demiſit peccati conſcia herilis
Contractum, genibus tangas caput? eſt'ne marito
Matronæ peccantis in ambos iuſta poteſtas?
In corruptorem uel iuſtior? Illa tamen ſe
Non habitu, mutat'ue loco, peccat'ue ſupernè,
Cùm te formidet mulier, neq; credat amanti.
Ibis ſub furcam prudens, dominoq́; furenti
Committes rem omnem, & uitam, & cum corpore famam,
Euaſti? credo metues, doctuſq́; cauebis
Quæres quando iterum paueas, iterumque perire
Poſsis ô toties ſeruus. quæ bellua ruptis
Cum ſemel effugit, reddit ſe praua catenis?
Non ſum mœchus ais, neq; ego Hercule fur, ubi uaſa
Prætereo ſapiens argentea. Tolle periclum,
Iam uaga proſiliet frenis natura remotis?
Tune mihi dominus, rerum imperijs, hominumq́;
Tot, tantiſq́; minor, quem ter uindicta, quaterq́;
Impoſita haud unquam miſera formidine priuet?
Adde ſupra dictis, quo'd non leuius ualeat, nam
Siue uicarius eſt, qui ſeruo pãret, uti mos
Veſter ait, ſeu conſeruus: tibi quid ſum ego? nempe

quia dictum eſt: Age libertate Decembri. Velut melior] *Quaſi abſtinentior, & magis integer.*
Deprenderis] *Inueneris.* Aufer] *Deſine.* Dum quæ Criſpini] *De Criſpino in primo iocatur:*
„ *Ne me Criſpini ſcrinia lippi*
„ *Compilaſſe putes.*
Turgentis uerbera caudæ] *Id eſt, uirilis membri pulſationes.*
Clunibus] *Suis. Supple, dum ipſa iacet, & ego ſupra eam ſum, equum appellauit membrum uirile ab eo, quod ſupra illud ſedet. Ideo permanſit in metaphora dicendo, agitauit, id eſt, quaſſauit.*
Supinum] *Quia mulier aſcendit ſupra marem.* Dimittit] *Hoc eſt, dimittit me meretrix, hoc eſt, ex eo de cella meretricis, neque mala laborans fama, neque ſollicitus, ne alter me aut formoſior, aut ditior capiat amicam meam.* Sollicitum] *Timentem.* Tu cum proiectis inſignibus] *Inuehitur in equitem Romanum, ſiue in Horatium, qui depoſito habitu, ne cognoſcatur, exit de adulterio, obtecto capite, ne quis illum uideat.* Anulo equeſtri] *Non licebat equitibus Romanis anulis uti, niſi à prætoribus donati fuiſſent. Anulo ergo equeſtri, quem quaſi eques bonus à prætore meruiſti.* Ex iudice] *Ex electo uiro, quia iudices eligebantur, Dama autem ſeruile nomen eſt, ut hic:*
„ *Dama non treſſis agaſo.*
Obſcurante] *Tegente, ſcilicet, ne poſſis agnoſci.* Induceris] *Scilicet in domum adulteræ.*
Altercante] *Repugnante, id eſt, in te ſimul, & timor, & libido repugnant, dum & cupis, & times adulterium committere.* Quid refert] *Id eſt, nihil intereſt inter gladiatorem, & adulterum. Nam gladiatores ita ſe uendunt, & cautiones faciunt, uri flammis, uirgis ſecari, ferro necari. Alias, Inter gladiatorem, mœchumq́; nihil intereſt. Et hæc uerba ſunt uerba eorum, qui gladiatores emunt, conditiones proponentium, quibus ſe uendunt, cautiones enim huiuſmodi faciebant, Vri flammis, uirgis ſecari, ferro necari.*
Auctoratus] *Addictus: condemnatus, qui ſe uendunt ludo, auctorati uocantur. Auctoratio enim dicitur, uenditio gladiatorum.*
An turpi clauſus in arca] *Id eſt, an in adulterio comprehenſus, claudaris in arca ab ancilla, quæ conſcia eſt adulterij dominæ ſuæ, ne te maritus inueniat.*
Peccati conſcia herilis] *Ancilla pro ea, cum qua adulterium commiſiſti, aut ancilla heri.*

Contra-

Tu,mihi imperitas,alijs ſeruis miſer atq;
Duceris,ut neruis alienis mobile lignum.
Quis'nam igitur liber? ſapiens, ſibi qui im
perioſus:
Quem neq; pauperies,neq; mors,neq; uincu
li terrent:
Reſponſare Cupidinib. cõtemnere honores
Fortis,& in ſe ipſo totus,teres atq; rotundus,
Externi nequid ualeat per leue morari:
In quẽ manca ruit ſemper fortuna potes'ne
Ex his, ut proprium quid noſcere? quinque
talenta
Poſcit te mulier,uexat, foribusq; repulſum
Perfundit gelida:rurſus uocat, eripe turpi
Colla iugo:liber,liber ſum,dic age.non quiſ:
Vrget enim dominus mentem non lenis, &
acres
Subiectat laſſo ſtimulos, uerſatq; negantem
Vel cum Pauſiaca torpes inſane tabella,
Qui peccas minus, atq; ego? cum Fului, Ru-
tubæq;,
Aut Placideiani contento poplite miror
Prælia,rubrica picta,aut carbone: uelut ſi
Reuera pugnent,feriant,uitentq; mouentes
Arma uiri,nequam,& ceſſator Dauus:at ipſe
Subtilis ueterum iudex, & callidus audis.
Nil ego ſic ducor libo fumante: tibi ingens
Virtus atq; animus cœnis reſponſat opimis.
Obſequium uentris mihi pernicioſius eſt.
cur?
Tergo plector enim. qui tu impunitior, illa,
Quæ paruo ſumi nequeunt,cum obſonia ca-
ptas?
Nempe inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ.
Illuſiq; pedes uitioſum ferre recuſant
Corpus:an hic peccat, ſub noctem qui puer
uuam
Furtiua mutat ſtrigili? qui prædia uendit,
Nil ſeruile,gulæ parẽs habet? adde, quod idẽ
Non horam tecum eſſe potes:non ocia rectẽ
Ponere,teq; ipſum uitas fugitiuus, & erro,
Iam uino quærens,iam ſomno fallere curam,
Fruſtra nam comes atra premit, ſequiturq;
fugacem:
Vnde mihi lapidem? quorſum eſt opus? un-
de ſagittas?
Aut inſanit homo,aut uerſus facit.ocyus
hinc te
Ni rapis,accedes opera agro nona Sabino.

Contractum] *Propter anguſtias arcæ. Deſcribit in anguſta arca incluſum.* In ambos] *Adulterum & in adulteram.* Iuſta poteſtas] *Apud Athenien.lex fuit ut adulterum cum adultera comprehẽſum, marito liceret occidere. Hæc lex abolita eſt lege Iulia, quæ iuſsit cognitionem adulterij ad iudices referri, & ita puniendum eſſe.*
Nõ habitu mutat'ue loco] *Quoniam poteſt ueniam ſperare.*
Superne] *Manifeſtè.* Cum te formidet] *Cum ad te non ueniat, & refugiat.* Sub furcam] *In ſeruitutem.* Prudens] *Et metuens legitur, & prudens ſub eadem ſignificatione.* Dominoq; furenti] *Dabis illi omne patrimonium tuũ pro adulterio.* Euaſti] *Pro euaſiſti.* Credo metues] Εἰρωνεία *eſt,id eſt,non cauebis ne iterum incidas in adulterium,id eſt,cum euaſeris ex adulterio,quæres te in adulterium immittere, ut comprehenſus incipias pœnas timere, & ultro ipſe appetas mortem?* Non ſum mœchus ais] *Putas te mœchum non eſſe, ſi non palàm in fœminas irruis, & ego argentum, quod palàm furari non poſſum, prætereo, ſed occultè fur ſum, ut tu adulter. Hoc uult dicere, quod interdum nõ committimus ſcelus, quia timemus pœnam, non quaſi boni homines. Ergo & ille mœchus aut fur iudicandus eſt, qui cùm habeat cupiditatem committendi adulterij, ſiue furti, timore pœnæ ſe abſtineat.*
Periclum] *Pœnam quam metuit unuſquiſque.* Tot tantisq; minor] *Cum ſis me peior in uitijs.*
Vindicta] *Virga, qua percutiebantur ſerui dum liberi fiebant. Vel uirga, quæ antè imponebatur ſuper caput eorum, qui manumittebantur. Tribus namque rebus manumiſsio fit, uindicta, cenſu, teſtamento.* Siue uicarius] *Eſt ſeruus, qui ſeruo paret. Vel uicarius eſt conſeruus, quod eius fungatur officio. Soletis uos inquit, ingenui diſputare, utrum ſeruus ſerui uicarius dicendus ſit, an conſeruus. Ergo cum tu dominus meus alijs ſeruias, id eſt, uitijs & uoluptatibus ego tuus conſeruus ſum an uicarius?* Nempe] *Interrogatiuè. Collectionibus probat Horat. non eſſe dominum, quia ipſe ſeruiat uitijs. Ergo uel conſeruus, uel uicarius.* Duceris ut neruis] *Id eſt, traheris alia poteſtate, ita ſicut ſolet trahi alienis uiribus lignum immobile. Ludus eſt quidam, plerunque enim ſimulachra de ligno facta, neruis mouentur.* Quis'nam] *Id dicit Horatius.* Sapiens] *Seruus.* Reſponſare] *Reſiſtere, contra dicere.* Totus teres] *Aequalis, conſtans in ſe. Teretes dicuntur, qui ab alio non quærunt, quid faciendum ſit, ſed ipſi per ſe inueniunt.*
Externi ne quid ualeat] *Illecebræ, & blandimenta non blandiuntur nobis.* Per leue morari] *Metaphora à leui ligno ſiue marmore, cui ſi quid imponas, hærere non poteſt, ſed labitur: ita & philoſophum ſi tetigerint uitia hærere non poſſunt, ſed labuntur & cadunt ab eo.* In quem manca] *Id eſt, quem circumagit & retorquet in uitium.* Potes'ne] *Non potes te dicere liberum eſſe, qui ſeruis libidini.* Ex his] *Quæ dixi habere ſapientem.* Gelida] *Supple, aqua.* Eripe turpi colla iugo] *Nam ſeruus es mulieris propter amorem.* Non quis] *Non uales.* Torpes] *Obſtupeſcis.*
Contento poplite] *Quoniam gladiator dum dimicat, extendit ſuum poplitem, aut quia dum attentus aliquid ſpectat erigit ſe, & extendit poplitem ſuum. Si inquit, picturæ fuero forſitan delectatus, & moram fecero, ſtatim ſtomachatur dominus.* Velut ſi Reuera] *Laus picturæ, id eſt, ita bene pictos, ut credas illos dimicare.* Nequam & ceſſator] *Ego ſi intueor picturam, nequam audio: tu uerò econtrario laudaris, quaſi bene ſciens iudicare, qui melior ſit pictor. Ita oſtendit interdum quoddam uitium liberis quidam laudem, ſeruis uerò culpam afferre. Quoniam illos qui plus poſſunt, nemo audet coarguere.* Nil ego ſi ducor] *Id eſt, nullius momenti, id eſt, omnes me dicunt nihil eſſe. Aliter: Me ſi delectauerit bonus cibus, audio nihil, id eſt, abiectius nullius momenti, quaſi luxuriæ deditus.* Impunitior] *Id eſt, non ſoluens pœnas, ac per hoc, tu magis pendis pœnas luxuriæ, quam ego, nam ego uapulo, tibi autem multo cibo & cruditatibus uexatur corpus.* Furtiua mutat ſtrigili] Εἰρωνικῶς *dicit, id eſt, ſeruus qui ſtrigilem furatur, & mutat in uuam ut comedat, crimine luxuriæ notatur. Liber uerò, qui patrimonium ſuum luxuriæ impendit, non ſeruit gulæ ſuæ, ac per hoc modo magis liber luxurioſus, dum duceris uoluptatibus. Strigil eſt inſtrumentum æneum, quo ſudorem in balneis ſolent homines tergere, hodieq; in campſarijs multæ ſunt ſtrigiles Romæ.* Ponere] *Ordinare, conſtituere tibi. Nam mali conſcij ſibi uolunt ſeipſos declinare nomine.* Erro] *Errore plenus. Errones dicuntur, qui inopes ſunt conſilij. Hic erro, ſicut popino uel ganeo.* Non es tecum] *Hoc eſt, non es ſanus.* Curam] *Malam conſcientiam, aut curam quam habemus ex mala conſcientia, quæ exhortantur ad edẽdum: nam ita uellicant ſtomachum ad appetitum, id eſt, ad edendum.* Vnde mihi lapidem?] *Horatius iratus Daui iniurijs, ac per hoc oſtendit omnes iraſci, ſi quis illorum uitia conuincat.* Aut inſanit homo] *Seruus.* Ocius hinc te] *Horatius.* Accedes opera agro nona Sabino] *Quaſi octo ſeruos Horat.*
„ *Miſit in ergaſtula agri Sabini.*
PORPHYR. } Iamdudum auſculto] *Hæc prælia longa habet. Loquitur enim cum ſeruo Horatius.* Vt uernale putes] *Ideo hoc ait, quia fermè citius moriuntur ſerui, qui frugi ſunt.* Mitteret in Pyrgum] *Pyrgum quod nos Fritillum dicimus, in quo coniectæ teſſeræ, agitatæq; mittuntur.* Quod clamas rectè dis] *Nam uides, & non intelligis, Vel quia in defendendo rectum, non es firmus.* Romæ rus optas] *Et in epiſtolarum primo Romæ Tibur amem uentoſus Tibure Romam.*

Magno

Magno blateras clamore] *Blateras, latras uel furio clamas.* Dixerit ille] *Hoc ſeruus dicit ſub Horatij perſona.* Duci ventre leuem naſum] *Naſum pro deriſione poſuit. Nidorem pro riſu, à quo uerbum ſit renideo.* Supinor] *Faſtidio.* Non ſum mœchus ait] *Hic ſenſus eſt: Non eſt mœchus magis quàm ego fur, quia ut fur non ſim, metu non uoluntate cogor.* Quid refert uri uirgis] *Hoc ius in gladiatorem eſt conſtitutum.* Peccas ſupernè] *Quia ſuperior peccat.* Vel cum Pauſiaca] *Pauſia hic pictor nobilis fuit.* Fului, Rutubæ, Aut Placideiani] *Optimi gladiatores fuerunt.* Nil ego ſi ducor] *Senſus eſt: Ego nihil ducor, id eſt, nullius precij ſi librum appeto.* Obſequium uentris mihi] *Percontatiuè legendum, ut ſuprà Reſponſare cupidinibus.*

CHRIST. LAND. } Iamdudum auſculto] *Seruum inducit in Saturnalibus ſacris, in quibus licebat ſeruis ſumma cum lætitia in dominos inuehi, dominum ita alloquentem, ut rectum det conſilium. Ex quo ſignificat eſſe ex re, ut & ſeruorum quando ſententias audiamus, eorumq́ utilia præcepta non ſpernamus. Ait ergo ſeruus* Iamdudum auſculto, *cui ſi ſubiungamus tibi erit obtempero, ut ſit ſententia per totum annum tibi fideliter obedio, neque quicquam contra profero. Nunc uerò ni uerear te dominum, ſunt quæ dicere cupiam.* Dauus'ne] *Scilicet audet loqui, & domini uerba ſunt faſtidientis ſeruum. Arguit autem occultiùs illorũ ſuperbiam, qui ita ſeruum contemnunt, ut neque ijſdem conſtare elementis, neque eodem ſpiritu uiuere putant quo ipſi uiuunt. Neque aduertunt poſſe quandoque & ipſos in ſeruitutem cadere. Neque poſtremo recordantur qua ætate Hecuba qua Crœſus, qua mater Darij ſeruire cœperit, qua itidem Diogenes & Plato. Debemus igitur non ex conditione ſua, ſed ex ſua ſeruitute ſeruum iudicare. Nam non ſolum perſæpe optima dominis conſilia dedêre, ſed ſua etiam morte dominorum uitam redimêre.*

Iſta Dauus] *Quaſi dicat, ſeruus ſum, ſed tamen amicus utilis domino.* Libertate Decembri] *Id eſt, ea libertate quæ conceſſa eſt ſeruis in Saturnalibus, quæ in Decembri menſe celebrantur. Nam quia regnante Saturno nemo ſeruiuit, idcirco in Saturnalibus tota ſeruis licentia permittebatur. In illis autem ſeruis dominorum more epulæ parabantur. Deinde illis inſtauratis domini comedebant.* Pars hominum] *Oratio ſerui in qua concludit minus miſerum eſſe conſtanter in uitijs uerſari quàm inconſtanter.*

Vrget propoſitum] *Quia non diſcedit ab eo.* Natat] *Inconſtanter uiuit. Nam natantes modo emergunt, modò immerguntur.* Sæpe notatus] *Probat exemplo Priſci, qui ſæpe tribus annulis utebatur modo nullo.* Læua] *Nam illa annullos gerimus, quoniam ocioſior eſt, & propterea minus in illa atteruntur.*

Clauum] *Latum clauum, quæ ueſtis ſenatoria erat.*

Vertumnis] *Ita enim in uaria uiuendi genera ſe conuertebat, ut Vertumnus in uarias figuras ſe conuertebat. Fuit enim Vertumnus Deus ruſticanus, qui Pomanam hortorum Deam adamauit, ac demum in coniugem ſumpſit. In hunc extat elegia Propertij cuius initium eſt.*

» *Qui mirare meas tot in uno corpore formas.*

» *Accipe Vertumni ſigna paterna Dei.*

In quo loco etiam oſtendit quare Vertunus appellatur.

Iuſta] *Quoniam inanis peccatrix illo ſupplicio fuerat afficienda.* Pirgum] *Quem alueum & alueolum alio uocabulo uocitabant, uas eſt, in quo iaciuntur tali.* Acrior ille] *Vt hic qui conſtãtior in uitijs eſt minus eſt miſer, ſic magis miſer, qui in illis inconſtans eſt.* Contento fune] *Quia fugere cupit.* Laxo] *Quoniam non quærit fugam. Tranſlatio autem eſt à colligata fera, quæ quieſcente laxus manet funis, fugam uerò quærente extenditur.*

Non dices] *Domini oratio.* Furcifer] *Nomen hinc eſt quod maxima pœna apud antiquos ſeruo peccanti erat, ut is plauſtri lignum cui temo affigitur ſpectante uicinia ferens circumageretur. Quod ubi factum erat infidus à domeſticis, & uicinis exiſtimatus furcifer appellabatur. Nam Latini lignum illud furcam appellãt. Hæc ait Plutarchus in uita Coriolani.*

Ad te] *Rogauerat dominus quorſum illa uerba tenderent. Ergo reſpondet ſeruus ad te, quaſi dicat, tui cauſa qui tanta ſis inconſtantia, ut antiquorum mores laudes, & tamen ſi ad illos te Deus uellet recuſares.* Antiquæ plebis] *Quam omnes ſcriptores parcè, ſobriè, & laborioſè uixiſſe affirmant. Hoc autem eſt, uel quia non ſentis id eſſe rectum quod loqueris, uel quia nondum confirmatus es in ijs quæ probas.* Hæres] *Id eſt, non potes auelli è cœno, in quod plantam immiſeris. Nam cœno immerſus eſt, qui uitijs eſt obrutus.* Romæ rus] *Ex ijs omnibus indicat hominis leuitatem.* Victus] *Quaſi coactus.* Oleum] *Quo in balneo ungaris.* Blateras] *Stultè & præcupidè loqueris. Id enim ſignificare hoc uerbum affirmat. Dicitq́ à Græco ducere originem & camelos etiam dici blatterare.* Miluius & ſcurræ] *Qui moleſtè ferunt iſtas tuas ineptias, & propterea imprecantur adeò horrenda mala, ut non ſint referenda. Nam dixerit miluius.* Ego fateor me duci uentre, *id eſt, trahi edendi cupiditate, &* ſupinor naſum, *id eſt, habeo naſum ſupinum, quaſi paratum ad olfaciendum.*

Nidore] *Id eſt, ſuaui odore epularum. Vnde Iuuen.*

» *Captum te nidore ſuæ putat ille culinæ.*

Popino] *Nam popinonem appellat, qui popina delectatur.*

Tu uerò inſectere] *Inſecteris me tuis reprehenſionibus, cum ſis qui ego. i. talis qualis ego. & fortaſſe nequior.* Verbis decoris] *Sic & Iuuen. Qui curios ſimulant, & Bacchenalia uiuunt. Obuoluere hoc pacto poteſt uitium uerbis, quia honeſtate uerborum tegit turpia facta.* Quod ſi me] *Concludit ergo ſi tu dominus ſtultior mè empto 500. drachmis aufer terrere me uultu tuo.*

Drachma] *Sed ut certus appareat ordo in ponderibus. Primum pondus Romæ ſiliqua erat, id Græcè κεράτιον, id eſt, granum ex ſiliqua. Inde obolus Græcè ſcrupulus ſex ſiliquas continens. Inde drachma quæ ex decem, & octo ſiliquis, id eſt, ex tribus obulis conſtat. Inde denarius qui argenteus numus erat, & continebat. 24. ſcrupulos, id eſt, drachmam & tertiam eius partem. Inde uncia. 8. drachmas ſiue 6. denarios. Inde libra quæ habet. 12. uncias, id eſt, denarios 72. ſiue drachmas 96.* Manum & ſtomachum] *Id eſt, contine manum & iram tuam.* Ianitor Chryſippi] *Optime ſeruus non à Chryſippo, ſed à Chryſippi ſeruo ſe doctum dicit. Sic & ueriſimilem facit, & ſimul oſtendit errata eius huiuſcemodi eſſe, ut facilè ab imperitioribus corrigantur.* Vter peccat dignius cruce] *Quaſi dicat, tu qui abuteris aliena uxore.* Aut agitauit equum ſupinum] *Quia ſuperincubando me agitauit, ueluti eques equum.* Neque clamoſum] *Quaſi dicat, non laboro zelotypia, ne cum ipſa concũbat, aut ditior, aut pulchrior me. Nam hac moleſtia afficiuntur, qui amant matronas, ut tu non qui adeunt proſtibulas, ut ego. Ergo hæc apertè facio. Tu autem matronam clanculum adis, & ne agnoſcaris deponis inſignia, quibus cognoſci poſſes, ut eſt annulus & Rom. toga. Et ex iudice ſis Dama, id eſt, depoſito habitu eius uiri, quo iudex utitur, ſis Dama, id eſt, habes habitum luxurioſi uiri, ut Dama eſt.* Lacerna obſcurante] *Quia illã id inuoluis.* Odorato] *Scil. luxurioſorũ unguentis. Præterea periculo te exponis, unde altercatur, id eſt, pugnat pauor cum libidine. Hic enim te ire uetat: Illa contra impellit.* Quid refert] *Quaſi dicat. refert utrum gladiator te periculis exponas. An adulter cum utrumq́ interfici liceat.* Auctoratus] *Propriè miles eſt ſacramento obligatus. Vnde exauctorati dicuntur, qui ſunt à ſacramento ſoluti. Sed hîc poſuit pro gladiatore.* An turpi clauſus in arca] *Nam redeunte uiro ancilla matronæ conſcia ſolet adulterum ne deprehendantur occultare.* Tangas caput] *Propter anguſtiam eius loci.* Eſt ne iniuſta] *Immô eſt iuſta. Sed iuſtior in corruptorem qui illam ſollicitauit, & domum alienam mutato habitu ingreſſus eſt.* Supernè] *Quaſi leuius.* Sub furca] *Quaſi dicat, ſub haſta, & eſt tranſlatio à deuictis militibus, qui ſub iugum ire coguntur.* Domino] *Nam in eius poteſtate, ueluti ſeruus conſtitutus es.* Furenti] *Propter iniuriam acceptam.*

Formidet neque credat] *Quaſi dicat, quæ metu potius quàm amore te admiſerit.* Credo metues] *Quaſi dicat, non metues.*

Quando iterum paueas] *Quando iterum illa te uelit admittere, ut paueas, & in periculum incidas. Oratoria eſt diſſuaſio. Non enim dicit quid cupiat, ſed quod periculum inde prouenturum ſit oſtendit.*

Quotiens ſeruus] *Nam totiens in ſeruitutem cades, quotiens in adulterio deprehenderis.*

Mira

Mera ſtultitia] Oſtenditur in adulterio, qui cum ſemel euaſerit, rurſus tamen in periculum redeat. Cùm nulla ſit tam parua beſtia, quæ ruptis uinculis ſe ruptis illis reddat. Non ſum mœchus] Demonſtrauerat quid mali mœchis eueniat. Nunc oſtendit eſſe mœchos, qui cupiunt mœchari, ſed propter metum abſtinent. Quemadmodum & ſeruus fur dici poteſt, qui cupiens furtum facere, tamē metu abſterritus omittit. Voluntas enim eſt, quæ peccat non actio. Quapropter longo ordine docet Ariſtot. quæ uoluntaria dici poſſint, & quæ contra. Nam niſi illa aſſint, neq; uirtutem, neq; uitium committimus. Et Iuuenal.

,, Nam ſcelus intra ſe quicunq; cogitat ullum facti crimē habet.

Vaga] Velox ad peccandum. Frenis] Id eſt, periculo & metu. Tu ne mihi dominus] Cum ſis minor & inferior mihi tot, & tantis imperijs rerum, & hominum, quia & adulteræ imperant, & multa alia uitia tibi imperant. Quem ter uindicta] Sententia eſt ſerui impoſita illis uindicta ſtatim liberi fiunt. Nam exeunt de poteſtate domini. Tu autem, & ſi quater uindicta imponatur non eris liber, quia mancipium es multorum uitiorum, & præſertim formidinis. Adde] Senſus eſt Quamuis uicarius à domino impoſitus imperet alijs eiuſdem familiæ ſeruis, tamen quia eidem domino ſeruit, non dominus illorum, ſed conſeruus eſt. Ita imperas quidem mihi. Sed quia ſeruus es eiuſdem uitij cuius ego non iam dominus, ſed cōſeruus es meus. Nam quemadmodum lignum, ita cum tu mihi imperas ea, quæ tibi aliquod uitium imperat non tu es imperator, qui es ueluti illud lignum ſed uitium. Quis'nam igitur] Concludit ex ſententia Stoicorum ſolùm ſapientem liberum eſſe, quoniam in ſua & non aliena poteſtate conſtitutus ſibi imperet, & ita cuncta, quæ enumerantur contemnit, ut nihil externi, id eſt, nihil præter uirtutem quæ ſola in ſe eſt, reliqua autem ſunt externa, poſſit illum impedire. Teres & rotundus] Cui noceri non poteſt. Nam forma teres & rotunda, neq; anſas præbet ut capiatur & facilè elabitur per obſtantiam. Manca] Quaſi ſine uiribus quoniam tibi nocere non poteſt. Gelida] Scilicet aqua. Nam muliebris iniuria eſt, ut oſtium pulſantem aqua ſupernè infuſa operiat. Perfundit repulſum] Id eſt, perfundendo repellit. Virg.

,, Submerſaſq; obrue puppes,

Id eſt, ſubmerge ut obruantur. Rurſus uocat] Sic Terent. excluſu reuocat. Pauſiaca] A' Pauſia pictore nobili. Torpes] Stupes, id eſt, admirâris. Qui peccas minus] Quaſi dicat, ita peccas cùm nimis miraris pulchram picturam, ut ego admirans quæ Fuluus, & Rutuba mali pictores fecêre, qui aut rubrica, aut carbone pingebant. Quorum cum picta prælia admirans ceſſo nequā dicor. Tu autem ſubtilis iudex ueterum picturarum diceris

Audis] Scilicet cum de te ita dicatur ſubtilis eſt ueterum iudex. Libo] In ſacri libum offerebant de farre, melle & oleo, ut dicit Seruius. At in epulis libum ſic fieri conſuiſſe à Marco Catone in libro de agricultura ſcribitur, his uerbis. Libum ſic facito caſeum bene diſteras in mortario, ubi bene triueris farinæ ſiligineæ libram, aut ſi uoles tenerius eſſe ſelibram. Similaginis ſolum eodem indito, permiſcetoq; cum caſeo bene. Ouum unum addito, & permiſceto una bene. Inde panem facito, folia ſubdito in foco calido. Sub teſta ea coquito leniter. Tibi ingens] Quaſi dicat, tu magnanimus haberis, ſi magnas cœnas paras. Ergo ſi obſequor uentri ſtatim plector tergo. Tu autem impunè capis obſonia, quæ niſi magno præcio ſumi non poſſunt. Illuſi pedes] Qui cùm ſtare poſſe credunt, propter ebrietatem uacillant. Vitioſum] Ex crapula uel illuſi à podagra. An hic peccat] Vtrum maius peccatum eſt an ſerui, qui ſtrigilem quam furatus eſt cùm uua commutat, an tu qui prædia gulæ ſeruiens uendis. Nil ſeruile habet parens gulæ] Quaſi dicat, non ne habet aliquid ſeruile, quod pareat, id eſt, obtemperet gulæ. Non horam tecum eſſe potes] Nam tot curis afficeris ut ſemper in diuerſa diſtractus tecum eſſe non poſſis.

Ocia rectè] Ocia non inertiæ, ſed ſtudiorum intelligit. Teritas] Quia tui oblitus per uaria diſcurris. Erro] Nominatiui caſus eſt. Dicuntur autem Errones, qui per alienas regiones uagantur. Vnde mihi lapidem] Iraſcitur dominus ſeruo uera canenti. Quorſum eſt opus] Interrogat ſeruus ad quam rem lapide uti uelis. Sed ille ira inflammatus petit etiam ſagittas.

Aut inſanit homo] Verba ſerui. Nam cùm uideat dominum tanto furore percitum putat illum aut inſanire ex atra bili, aut facere uerſus, id eſt, agi furore illo diuino quo poëtæ afflantur, cum uerſus condunt. Nona opera] Minatur ad opus ruſticum in Sabinos ſe illum miſſurum, ut nouem aſſiduos dies ibi fodiat. Nona opera] Id eſt, nouem dierum operarius.

SABEL. } Quæri ſolet ab eruditis quid ſignificet apud eundem in ſecundo ſermonum Pyrgus eo uerſu: Mitteret in Pyrgum talos? Nanq; non pauci ex eruditiorib. Pyrgum eſſe dixerūt alueolum, hoc eſt, tabulam luſoriam, quam & Fritillum appellari exiſtimauerunt, in quo duplici labuntur errore, cum neq; Pyrgus ſignificet alueolum, neq; alueolus pro Fritillo accipiatur, nos autem Pyrgum eſſe dicimus illud uaſculum quo coniecti tali agitari uſitantur: Cuius effigies inſtar turriculæ eſt, unde nomen mutuatur: Pyrgos enim Græcè turris Latinè ſignificatur. Marti. Latino uerbo ut maluit & turriculam appellauit: nanq; in apophoretis lemma eſt turricula, quæ in eodem ſignificatu accipitur, quo Pyrgum accepit Horatius: Sic enim ipſa loquitur:

,, Quæ ſcit compoſitos manus improba mittere talos.

,, Si per me miſit nil niſi uota facit.

Perſio per quandam ſimilitudinem eleganter orca nominatur, ita ſcribente.

,, Scire erat in uoto damnoſa canicula quantum

,, Raderet, anguſtæ collo non fallier orcæ.

Hæc eſt illa turricula ſiue Pyrgos, quæ alio nomine Fritillus à poëtis identidem appellatur, neq; unquam ſignificat tabulam luſoriā, quæ modò alueus, modò alueolus, nonnunquam latruncularia tabula nominatur. Fritillum autem eſſe idem, quod Pyrgum oſtendit apertè Porphyrio, qui apud Horatium Pyrgum dicit ſignificare, quod nos Fritillum dicimus, in quo coniectæ teſſeræ, agitatæq; mittuntur, nil eſſe poteſt hac interpretatione manifeſtius, nil lucidius, nam dicit teſſeras conijci Fritillo tanquam uaſculo, quo agitatæ deinde mittuntur in alueolum, hoc idem indicat uerſus ille Iuuenalis:

,, Paruoq; eadem mouet arma

,, Fritillo. ——

Illud enim epitheton paruo, haud dubiè demonſtrat de turricula dictum eſſe, non de tabula luſoria, quæ lata & ſpacioſa eſſe conſueuit. Seneca quoq; in libello, quem de Claudij ludo cōpoſuit, ſic ait:

,, Aeacus iubet Claudium ludere percuſſo

,, Fritillo, Et mox.

,, Nam quotiens miſſurus erat reſonantē

,, Fritillo. Vtraq; ſubducto fugiebat teſſera fundo.

Vbi haud dubiè Fritillum accipimus non pro tabula luſoria, ſed pro Pyrgo, reſonat enim Fritillus concuſſione teſſerarum, quæ aut ſubterfugiſſe de uaſculo, priuſquàm emitterentur in tabulam luſoriam. Sed hæc hactenus, iam ad alia feſtinet oratio.

IOAN. HART. } Pyrgum] Martialis turriculam uocat, ut adnotat diligentiſſimè, explicatq; locum Cœlius Chalcagninus in lib. de ludo talorum. Teres atque rotundus] τετράγωνον Ariſtoteles uocat lib. Ethicorum ad Nicomachum. Et in Rhetoricorum. Vide Cœlium lib. 16. cap. 14.

HENR. GLAR. } Non dices hodie quorſum hæc tam putida tendant] Quidam uadent legunt pro tendant. Cæterum Acro ait Horatij eſſe uerba; cùm poſſint etiam ſerui eſſe, tanquam mirantis heri ſilentium. Etenim fateor me dixerit ſtulte] Quaſi Horatij uerba ſunt, inquit Acro. Porphyrio autem ait, ſeruum hoc dicere ſub Horatij perſona, quod mihi quoq; probatur, quaſi dicat ſeruus, tanto melior ſum te, quod fatear mecum peccatum, cùm tu hoc non fatearis, imò uerbis decoris obuoluas uitiū. Peccat'ne ſuperne] Porphyrio exponit, quia ſuperior peccat Acro, manifeſtè: Landinus, quaſi leuius. D. Eraſmus putat ſupernè pro externè poſitum, quaſi dicat non peccat palam. Et ſanè poëta conatur oſtendere mulierem imbecillitate, non dedita opera peccare. Quis'nam igitur liber] Acro ait eſſe Horatij uerba. Sed poſſunt etiam ſerui Daui eſſe, tanquam ſecum ratiocinantis apud ſe rerum. Neq; enim herus nunc tam placidus eſt ut ab Dauo doceri uelit. Quippe qui pauló pòſt, & lapidem, & ſagittas poſtulet.

Vel cum Pauſiaca torpes inſanè tabella] *Pauſiæ pictoris meminit Plinius libro 21. capite 2. Porrò quæ ſequuntur uerba ambigua ſunt.* Quod quidam Fuluium Rutubam ac Placideianum *gladiatores fuiſſe exiſtiment, quos in pariete pictos Dauus aſpexerit, quo ſenſu Acro uidetur expoſuiſſe illud,* contento poplite. *Alij hos tres pictores fuiſſe eius temporis putant, quorum picturam ſit admiratus Dauus. Cauſam addunt, quod antea Pauſiæ fiat mentio ueteris pictoris, nunc horum ut nouorum. Et ſanè laudem aniveram habet hæc pictura, Pauſiæ nullam, niſi quod uetuſta ſit. Vnde egregiè ſeruus heri iudicium irridet, cùm non omnino uetera ſint meliora.* Contento autem poplite *intelligo Satyricôs aut iocosè dictum in Placideianum, contractum altero crure. Badius ſeparat* Placideianum *in aduerbium* placide ac lanum. *Cui ego non ſubſcribo.*

THEOD. PVLM. } 3 Quod ſit] *Quoad ſit, quibuſdam, ut refert Lambinus, legendum uidetur.* Mediocritatem *frugalitatis laudaſſe uidetur in ſeruo Horatius cùm ſcripſit,*

» —— *Amicum*
» *Mancipium domino, & frugi quod ſit ſatis: hoc eſt,*
» *Vt uitale putes:*

Proinde quaſi frugalitas nimia & attentio acrior ad rem diligentiaq́ noceat: & quamuis, qui nequã & diſſoluti ſunt, perditi profligatiq́ ſint, neque uita digni, quos ne Salus quidẽ ipſa ſeruare poſſe uideatur, cùm contra uiuere uideantur & uitales eſſe qui ſunt frugi & attenti: tamen nimia auiditate & auaritia & nimia parcimonia exitum ſæpe acerbum accerſitur. Seneca eodem ſenſu libro 5. Epiſtolarum ſcribit, magni animi magna contemnere, ac mediocria malle, quàm nimia. illa enim utilia uitaliaq́ ſunt, at hæc eo quo ſuperfluunt, nocent. Vide Turneb. lib. 18. cap. 27. 13 Doctus] *Doctor. G. E. P. & Turn. lib. 13. cap. 17. ut Priſcum dicat tam inconſtantem, incertumq́ ſententia fuiſſe, ut modò mœchari, modò docere uellet, equidem doctus illud non moueo loco.* 14 Vertumnis] Vertumnis, *Georg. Fabricij liber antiquus.* Vertumnis, *inquit Turneb. lib. 13. cap. 17. legendum arbitror, non* Vertumnis, *ut* Portunnus, Saturnus, Neptunus *dicitur.* 15 Chiragra] Cheragra, *Gul. Xylandri editio. Sic etiam 1. Epiſt. 1.*

» *Nodoſa corpus nolis prohibere cheragra.*

16 Contudit] Contigit, *Cruquij codex unus.* 17 Pyrgum] *E. P. V.* phimum, *H. B. & Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 7. cap. 8.* phymum, *Cruquij codices ſex.* 18 Conſtãtior idem] Conſtantior iiſdem, *Cruquij codices omnes, uno excepto.* 19 Ac prior ille] *Aldina editio* acrior ille, *H. G. E. B. V.* acrior illo, *P.* ac prior illo, *Turneb. libro 13. cap. 17. item Lambini aliquot codices.* 20 Qui iam contento, iam laxo] Qui tam contento, quam laxo, *V.* 21 Dices] Dicis, *H.* 27 Nequicquam cœno cupiens euellere plantam] *Ad prouerbium Græcum alluſit,* ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχεις, *quod eſt, extra lutum pedes habes, de his qui alicundè ſe expedierunt, & è moleſtia euaſerunt. Turn. lib. 13. cap. 17.* 30 Vſquam] *H. G. E. B. P. V.* uſq́ *editio Aldina.* 34 Feret] *H. G. E. B.* fert. *P. V.* Ecquis. *B. P.* & quis, *H. G. Vide Diomedis lib. 1. de Coniunctione,* en quis, *V.* hæc quis, *E.* 35 Blateras] Blacteras, *Ioan. Murmellius Comment. in Prudentij Romanum legendum eſſe exiſtimat.* Fugisq́] *E. P.* furisq́. *H. G. E. V.* 38 Supino] Supino, *Mureti editio.* 39 Si quid uis] *H. G. E. B. P. V.* ſin quid uis, *Bened. Philologi editio,* ſin quid uis, *Ant. Mureti.* 42 Stultior ipſe] *H. B. P.* ſtultior ipſo, *G. E. V.* 45 Quæ Criſpini docuit me] Quod Criſpini docuit me, *H.* me Criſpini docuit quæ, *V.* 48 Incendit] Intendit, *B. P.* Lucerna] Lacerna, *H. V.* 49 Excepit turgentis uerbera] Excipit urgentis ſe uerbere, *V.* accepit turgentis uerbera, *Cruquij codex unus.* 58 Quid refert uri uirgis, ferroq́ necari Auctoratus eas: an turpi clauſus, &c.] *H. B. P. V.* hoc ſenſu: quid refert utrum te ludo gladiatorio obligaris & uendideris hac lege, ut ius ſit te uirgis cædere & ferro interficere? *Conſtrui enim ſic debet,* auctoratus eas uri. *Etiam Grammatici ueteres poſt* uri *diſtinxiſſe uidentur, & iunxiſſe duo ſequentia,* uirgis, ferroq́ necari. *Legem enim gladiatoriam & cautionem fuiſſe referunt, ut urerentur, uirgis ſecarentur, ferro necarentur. Vide Turneb. libro 2. cap. 20.* Quid refert uirgis uri, *Cruquij codex unus.* 59 Auctoratus eas] Auctoratus eias, *Cruquij codices duo.* 60 Demiſit] *B. V.* Dimiſit *H. G. E. P.* 61 Contractum, genibus. Contractum, ut genibus, *Cruquij codices ferè omnes, & Lambini tres.* 62 In ambos] In ambo, *V. & Cuiacius Obſeruat. lib. 12. cap. 18.*

64 Peccat'ne ſupernè] *H. G. V.* peccatq́ ſupernè, *G. E. P. Eraſmus, ut ſcribit Glareanus, putat* ſupernè *pro* externè *poſitum: quaſi dicat, non peccat palam. Ego, inquit Pet. Nannius Miſcell. lib. 4. ſi mihi exemplaria ſuffragarentur, pro* ſupernè *olim ſcriptũ fuiſſe* ſupinè *exiſtimarem. Cæterùm quia in tali uſu Veneris nullum flagitium, ſciolum, ut flagitium adeſſet, mutauiſſe* ſupinè, *in* ſupernè, *cum heic nullo modo de Venere agatur, interpretorq́* ſupinè *pro ſtultè, ſubitò, inconſultè, & incautè: quæ ſignificatio in hac uoce perquam frequens eſt.* peccans'ne ſupernè, *in uarios trahitur ſenſus ab hominibus eruditis quod ab Horatio ſcribitur. nam illud,* peccare ſupernè, *in uarias deducitur interpretationes: quæ fortaſſe & una creſcent, ſi quis noſtram fortè aliquo in numero habere dignabitur. heic ergo* peccare ſupernè *dicitur, qui quòd inſignis, aut nobilis, aut dignitate præditus eſt, in ſublimi eminet, ut proinde eius flagitia nullo modo latere poſſint, cùm in ſpecula quadam conſtitutus alta & ardua, ut è ſuperiore loco, ita ex ea peccet, ut eius probra omnibus pateant. nam de eo loquitur, qui proiectis inſignibus, & anulo equeſtri, & toga, è iudice ſelecto, dum libidini laceratus ſeruit, ſe abijcit infra libertinos Damas, mulieris autem ut uulgaris, aut libertinæ, aut plebeiæ, & uilis, minus notum eſt, & peruulgatum opprobrium. Turneb. lib. 2. cap. 18.* 68 Euaſti] Euaſiſti, *ſyncope.* 69 Quæres] Quæris, *H.* 70 Reddit] Reddet, *Lambini quidam codices.* 72 Vaſa] Viſa, *Cruquij codex unus.* 78 Suprà dictis] Superdictis, *H. G. E. V.* ſupradictis, *B. P. coniunctim.* 80 Veſter ait] Veſter agit, *Cruquij codices aliquot.* tibi quid ſum ego? nempe. tibi quod ſum ego: nempe, *Cruquij codex unus ſine interrogationis nota.* 81 Alijs ſeruis] Alij ſeruis, *B.* alijs ſeruus, *V.* 82 Duceris ut neruis alienis mobile lignum] *Heic uerbum Græcum elegantiſsima circuitione expreſſum animaduertiſſe uideor. id enim Græci dicunt* νευροσπαστεῖσθαι. *Vt, inquit, fidiculis* νευρόσπαστα *mouentur, ſic tua libidine, ut neruis aut fidicula traheris. Verbum autem illud Græcum in ea re frequenter uſurpabatur à philoſophis, præſertim Stoici. Vide Turneb. lib. 2. cap. 18.* 83 Sibi qui imperioſus] *G. E. B. P. V.* ſibiq́ imperioſus, *H. & Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 4. cap. 12.* 84 Neque uincula] Nec uincula, *H.*

86 —& in ſeipſo totus teres, atque rotundus] *Eſt totus in ſe conuerſus, & ex ſe pendens, non è fortuna, nec foras ſpectans & uergens. nam figura rotunda in ſe tota collecta eſt, nihilq́ in ea angulis eminet, quod fortunæ, & iniuriæ ſit obnoxium, & in quo quidquam externum hærere poſſit, in leui & conglobata conuexitate. Vide Turneb. lib. 2. cap. 18.* 92 Quis] *Id eſt,* uales, 96 Cũ Fului] Vbi Fului, *V.* 97 Placideiani] Pacidiani, *Cruquij liber unus.* Pacidiani *meminit Lucilius apud Nonium in Componere. Vide Turn. lib. 8. cap. 13.* 102 Nil ego] Nil ſum ego, *Lambini libri quatuor.* ſum, *in B. & V. ſcholion eſt.* 105 Quî tu impunitior] Quid tu impunitior, *Lambini codices omnes.*

106 Nequeunt cum opſonia] *Nequeunt,* opſonia, *H. B. P. V.* 108 Illuſiq́] Illiſiq́, *P. & ſic legendum eſſe putat Gul. Canterus, lib. 6. cap. 30.* 109 —Vuam Furtiuam mutat ſtrigili, *H. B. P. V. hypallage eſt.* uuam Furtiuam mutat ſtrigili, *G. E.* uua Furtiuam mutat ſtrigilem. *Lambini libri nouem.* 113 Et erro] *H. G. E. B. P. V.* ut erro, *Aldina editio, & Cruquij libri tres.*

114 Curam] Curas, *V.* noctem, *H.* 115 —Nam comes atra premit. *Vide Annotat. ad uerſum 17. lib. 1. Carmin. 12. & 3. Carmin. 1.*

ANT. MVR. } 82 Duceris, ut neruis alienis mobile lignum] *In hoc uerſu explicando, piget dicere, quàm cæcutiant interpretes, quamq́ nihil afferant dignum, in quo uel refellendo ponatur opera: eſt autem intelligendũ, uocari ab Horatio neruis alienis mobile lignum, id quod Græci uocant* νευρόσπαστον. *Eo autem nomine uocabantur exigua quædam ſimulachra hominum ita compacta, ut inſertis quibuſdam, ſiue neruis, ſiue fidiculis, ſingulæ earũ*

partes alligatæ eſſent. itaq; ut qui neruos illos traxerat, modò caput motitare, modò brachium porrigere, aut contrahere, modò uibrare oculos ſtatua uidebatur. quicunq; tamen auctor eſt, ψευδεπιγράφου illius libelli, qui de mundo ad Alexandrum inſcribitur, unico iſtæc omnia funiculo ſolita fieri tradit. eius uerba ſunt: ὁμοίως δὲ καὶ οἱ νευροσπάσται μίαν μήρινθον ἐπισπασάμενοι, ποιοῦσι καὶ αὐχένα κινεῖσθαι, καὶ χεῖρα τοῦ ζώου καὶ ὦμον καὶ ὀφθαλμόν, ἔστι δὲ ὅτε πάντα τὰ μέρη μετά τινος εὐρυθμίας. ubi annotandum eſt, ipſos quoq; qui tales ſtatuas uulgo circumferrent, νευροσπάστας uocari.

GEORG. FABR. } Serui non rarò dominis ſapientiores inducuntur in Comœdijs: qualem nunc facit eſſe Dauum, qui herum reprahendit liberrimè. Obſtat nulli conditio, quò minus ſit ſapiens. Obijcit hero leuitatem & faſtidium, qui certo in loco nunquam conſiſtat, & amicorum liberalitatem deſpiciat, & ſimulatè agat omnia: tum quod uirtutes obſcuret libidinibus & toties peccet, quoties offeratur occaſio: neque bonus, aut honeſtus ſit iudicio animi, ſed pœnæ formidine: tantò uidelicet ſeruus nequior, quo peccet liberius. Vnde ille.

„ Omne animi uicium, tantò conſpectius in ſe

„ Crimē habet, quātò qui peccat, maior habetur. Hæc pars oratoria eſt, & iuridicialis. Sequitur altera philoſophica, è ſtatu definitionis, quis ſit uerè liber: non is, qui imperat alijs, ſed qui animum, & cupiditates refrenat. Tractatio Comica eſt, quia non aliter loquitur cum Horatio Dauus, atq; cum Phædria Parmeno. Materia ſumpta è Stoa Zenonis, in qua de libertate uera diſputatur acerrimè. Sed quia contemnis à ſeruo, & à uili homine reprahendi graue eſt, & fugitiuum atq; erronem nominari: ideò in fine propter ſerui nimiam petulantiam iratus herus, lapides & tela poſtulat, ut Dauū inſequatur. Tres inſignes locos de quinto Ciceronis paradoxo tranſtulit. Vertumnis quotquot ſunt, natus iniquis] In antiquo, Vortumnis. Vertum nus deus, qui rebus uertendis præeſt: unde illud eſt Comicorum dictum, Di bene uertant. Agrippa cùm Tiberis alueū uertiſſet, ſtatuā Vertūni in ripa poſuit: unde Propert. 4, 2.

„ Vertumnus, uerſo dicor ab amne, Deus.

Iuſta chiragra] χειράγρα, propter metrum primam corripit, inquit Helenius, nam natura eandem producit. Tantò leuius miſer, ac prior illo] Helenius legit, acrior illo, & exponit, deterior. Nemō' oleum fert: ocyus, ecquis Audi? cum magno blaterasclamore furisq;] Sic diſtinguendum & legendum arbitror. Interrogatio prior eſt Horatij, uocantis ſeruos: qui cùm ſint in herili imperio ſegniores, blaterat, clamat, furit. Exiudice Dama] Exiudice, unum uerbum eſt, dictum quaſi exconſule & exquæſtore, ut in libris Iureconſultorum, pro eo, qui officio iudicis functus eſt. Senſus eſt, cùm & infamis ſis peccato, & iudicem habeas lenonem, certè talis non es, qualis coram populo appares. Ibis ſub furcam] Pœna ſeruilis erat, cum ignominiæ cauſa cogerentur per lignum erectum, quod temonem currus fulcit, publicè trāſire, ut hoc loco Horatius, & in Coriolano Plutarchus. Vel idem lignum ſubligatis ad id manibus in collo ferre, ut ſentit Donatus, & oſtendit origo uocabuli. Prudens] Et metuens legitur, & prudens, inquit interpres, ſub eadē ſignificatione. In pluribus tamē codicibus, Prudens. Dominoq; furenti] Legitimo marito, uel iudici, ut exponit Helenius, hæc enim uerba in manuſcripto leguntur: ſed aptiùs, ut opinor, libidinem intelligit, à qua etiam Sophocles, ſicut à domino agreſti ac furioſo dicebat ſe profugiſſe, ut ſcribit in Catone maiore Cicero. Reddis te prauo] Tempus præſens uidetur magis augere ſententiam. Quem ter uindicta quaterq; impoſita] Vindicta ut ex Helenio & Boëtico conſtat, eſt uirga, quæ capiti imponebatur eius ſerui, qui manu mittebatur, quam alij feſtucam nominant. Plutarchus in Poblicola uindictam, hoc eſt perfectam manumiſſionem, à quodam Vindicio appellatam autumat. Perſius,

„ Poſtquam uindicta meus à prætore receſſi.

Meus, id eſt, mei iuris, liber factus, impoſito uidelicet baculo, libertatis indice. Vel cùm Pauſiaca torpes inſane tabella] Alius pictor eſt Pauſias Sicyonius, de quo pluribus locis Plinius: alius Pauſon, de quo Arrianus, aut Paſon, ut apud Ariſtotelem legitur 8. Polit. In antiqua Comœdia legitur πάνουργον μὴ φύει. & τὸ πρᾶγμα τὸ παύσωνος: ſed uidetur de Sophiſta quodam dici. Quod puer unam Fortius uncta ſtrigili] Senſus eſt, Qui ſtrigilem furatur, ut emat unctum. Strigili utebantur in balneo ad abſtergendū ſudorem, & adhuc utuntur Itali.

IOD. BAD. ASCENS. } Iamdudum auſculto] Loquitur Dauus ſeruus, qui in Comœdijs petulans & malus ferè inducitur. Carpit autem dominum ſuum tempore Saturnaliorum. Sunt autem Saturnalia feſta Saturno conſecrata: quæ in Decembri celebrabantur, magna comeſſandi, & compotādi licentia, ſummaq; libertate, ita ut ſeruis liceret cum dominis diſcumbere, libereq; in eos, quæ uellent, dicere: in qua re uidentur reſpexiſſe ad Sydus & ad regem. Ad ſydus quidem, quia frigidum eſt, & ſub frigore ea feſta colebant, ad regem, quia eo regnante aurea erant ſæcula, omniaq; ſponte naſcebantur, & iuxta legem naturæ uiuebant, qua nemo ſeruus habebatur, & ita indulgenter cum libertate quadam etiam ſeruis conceſſa tranſigebantur.
Iamdudum eſt] Quaſi iam & dudum, id eſt, paulò antè, notat enim modicum, & id continuatum tempus, ſicutq; uerbum præſentis temporis efflagitat, ſicut hic. Eſt ergo ordo, ut per Dialogum loquātur dominus, & ſeruus ſic. Ego ſeruus auſculto iamdudum] Id eſt, iam à pauco tempore. Ex quo] Scilicet ſedata eſt fames epulis, & ego cupiens dicere tibi domino meo pauca. Reformido] Id eſt, retrahor per formidinem. Horat. Dauuſne] Id eſt, tu'ne qui ſeruus uiliſſimus es, auſcultas, ut loquaris domino tuo? Reſponſio, Dauus. Ita ego Dauus] Exiſtens mancipium Amicum] Id ſeruus fidelis & amicus domino.
Et frugi] Id eſt, ad frugem & utilitatē domini reſpiciens. Quod ſit ſatis] Id eſt, non nimis, hoc eſt, ut putes Vitale] Scilicet mancipium, id eſt, me diu uicturum. Cùm audiret Horatius tam liberè loquentem, in mentem uenit, quia Saturnalia eſſent: unde ſubdit. Age utere libertate Decembri] Id eſt, Saturnaliorum ſeu Saturnalium (nam utroque modo declinatur) Quando] Id eſt, quandoquidem maiores uoluerunt ita. Narra] Id eſt, dic quod uis hoc autem dicit, quaſi putet eum fabulā uelle narrare. Incipit autem Dauus dicens, pars hominum gaudet Conſtanter] Id eſt, perſeueranter uitijs, & Vrget] Id eſt, premit inſtanter Propoſitum] Supple ſi um. Multa pars natat] Id eſt, fluitat incertā. Modo] Id eſt, aliquando Capeſſens] Id eſt, capere nitens. Recta] Id eſt, quæ recta, & iuſta ſunt: & Obnoxia interdum prauis] Id eſt, uitijs. Pullus notatus eſt ſæpe ce tribus anellis] Id eſt, paruis anulis, & Modo] Id eſt, aliquando. Læua] Id eſt, ſiniſtra manu in qua annuli ferri ſolent. Inani] Id eſt, ſine annellis. Viuit ergo] Id eſt, ita diſſimilis ſui: ut mutaret. Clauum] Id eſt, contum & gubernaculum uitæ ſuæ In horas] Id eſt, per ſingulas horas: & ſupple ut egreſſus ex magnis domibus Conderet] Id eſt, abſconderet ſe ſubitò, in ſupple tugurio ganea, aut alio loco. Vnde libertinus] Id eſt, homo libertinæ conditionis. Mundior] Supple quàm cæteri, aut aliquantulum munduis uix exiret honeſtè & ut ſupple. Ipſe mallet iſtis] Id eſt, aliquando uiuere Romæ mœchus] Id eſt, ubi adulterijs operam daret: cùm id uideatur Romæ impunè licere, & ut mallet iam uiuere Athenis Doctus] Id eſt, ubi doctrinis inſudaret: exiſtens natus Vertumnis] Id eſt, dijs, qui bene uertendis rebus præſunt. Iniquis] Id eſt, ſibi non fauentibus. Quotquot] Id eſt, quotcunque ſunt: quia quicquid inceperat non bene uertebatur, ex quo non finierat, hoc ergo exemplum eſt. ſecundi membri Prius poſtis] Id eſt, de natantibus ac incertè fluitantibus: ſubdit exemplum primi De his] Scilicet qui uitijs conſtanter gaudent, dicens. Volanerius ſcurra] Id eſt, ſcurriliter uiuens poſtquam Chiragra] Id eſt, contractio manuum Iuſta] Id eſt, illi debita. Contudit] Id eſt, confregit illi Articulos] Id eſt, iuncturas digitorum, ſeruit Dominis mercede] Supple miniſtrum qui tolleret Fros le] Id eſt, afferret lucrum: atque Mitteret tales] Id eſt, taxillos. In pyrgum] Id eſt, fritillum: Beroaldum nor. in tabulam l. forum, quam alij falſò fritillum, alij alueum, ſeu echinum uocant, ſed in uaſculum, quo concuſſi tali, egitanique ſapius emittebantur ab eis, qui manu frendim egere putabantur. Quanto idem] Supple ſcurra fuit conſtantior in uitijs, tantò ſupple. Fuit leuior] Id eſt,

minus,

minus, aut tolerabilius miſer. Ille eſt acrior].*i. uehementior in miſeria: aut lege* Ille eſt acrius] *Supple miſer* Qui laborat] *Id eſt, fatigatur.* Iam] *Id eſt, aliquando* Fune contento] *Id eſt, arcto & constricto à contineor potiusquam à contemnor, Landinus tamen à cõtemnor deducit* Et iam] *Id eſt, aliquando* Fune laxo] *Hoc eſt, tenetur uinculis ſtulticiæ, ac uitiorum* Nunc arctis] *Nunc laxis. Hæc ſententia poteſt dici à Dauo dicta, & ita, quia quales ſunt loquentes, tales ſunt ferè ſermones eorum, non approbanda, niſi intelligatur, quomodo Apocal. 3. Frigidus tepido præfertur, ubi ſic dicitur. Scio opera tua, quia neq; frigidus es, neq; calidus, utinam frigidus eſſes, aut calidus, ſed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo, &c. Calidus in ſtatu gratiæ eſt frigidus, ſcit ſe in crimine eſſe, tepidus ſpem uirtutis habens: confidit ſibi, & ita eſt in priori ſtatu, quàm qui fatetur peccatum ſuum.* Non dices, &c.] *Verba Horatij. O' furcifer Daue non dices hodie.* Quorſum] *Id eſt, in quem hæc tam putida uerba tua tendant. Furcifer eſt ſeruus fugitiuus, qui in fuga deprahenſus, ob quod furcam, ſeu crucem meruit: in contumeliam ſuam furcam fert, aut notam eius. Reſpondet Dauus. Ad te inquam ſup. tendunt. Quærit Horat.* O' pelli me quo pacto] *Sup. tendunt ad me. Reſponſio Dauus, quaſi dicat. Tu inconſtans es, quia laudas fortunam, & mores antiquæ plebis iuxta quod Ouid.*

„ *Laudamus ueteres ſed noſtris utimur annis*

Et tu idem, ſi quis Deus agat, te ſubitò ad illlos, ſcilicet, ad ueterũ fortunam, & mores, tu recuſes. Vſq;].*i. ſemper ſup. ire, aut quia nõ ſentis rectiùs eſſe* Quod clamas] *Sup. rectiùs eſſe: aut tu nõ defendis* Firmus] *Scilicet in opere tuo, hoc eſt, conſtans.* Et hæres] .*i. dubius es quid facias cupiens* Nequicquam] .*i. fruſtra.* Euellere plantam cœno] .*i. ſordibus uitiorum.* Tu optas Romæ] .*i. quando es Romæ rus.* Et tu rusticus]. *i. exiſtẽs ruri* Tollis] . *i. extollis ad aſtra.* Vrbem] . *i. Romam abſentem exiſtens.* Leuis] .*i. facilis & inconſtans.* Si tu nuſquam] .*i. ad nullum uocatus es fortè ad cœnam.* Laudas olus ſecurum]. *i. quod ſecurè domi ſumis ac uelut* Eas uſq;] .*i. ſemper uinctus. i. coactus, ſicut uinctus trahitur, ita dicis te fœlicem.* Et amas] .*i. gaudes quod nuſquam ſit tibi potandum. Si ſup. Mecœnas iuſſerit ſup. te uenire conuiuam.* Serum] *Vel iuſſerit te uenire* Ad ſe ſerum].*i. ſerò, hoc eſt, tardè* Conuiuam] *Scilicet ſub. id eſt, paulò ante prima lumina, ſup. candelarum, quæ in cœnis accenduntur, tu blateras cũ magno clamore, hoc eſt, diſſone clamitas.* Nemon] .*i. nemone feret* Ocyus] *Id eſt, celeriter oleum?* Audit quis] *Sup. ſeruorum meorum hæc.* Vel ecquis] .*i. numquid aliquis audit?* Qua] *Pro &* Fugis] .*i. celeriter ad Mecœnatem curris.* Miluius] *Id eſt, paraſitus rapax, ut miluus, & ſcurræ, quos inuitarat Mecœnas.* Diſcedunt precati] .*i. imprecati tibi non* Referenda] *Id eſt, referri indigna. nolunt enim illic manere ubi te uident tam uehementem reprahenſorem. Et enim ſi ſup.* Ille] *Scilicet Miluius dixerit coram Mecœnate ad riſus captandos ego fateor me* Leuem] *Id eſt, facilem acquiſitu, & parui momenti uirum.* Duci uentre, ego ſupinor naſum] .*i. habeo naſum* Supinatum] .*i. ſurſum tractũ.* Nidore] .*i. ab odore cibariorum.* Tu] *Sup. dicis quod ſit imbecillus: iners, & ſi quid uis ſup. addere, adde quod ſit* Popino] *Id eſt, popinarum, & ganearum frequentator & amator, hic ſenſus quidem bonus eſſet, ſi cohæreret cum ſequentibus, ſed quia cætera dicuntur ex perſona Daui conſtruatur potius ſic.* Et enim ille] *Scilicet Mecœnas, aut alius uir bonus, & clarus dixerit me leuem duci uentre, ego fateor, quod ſupinor naſum odore, exiſtens iners, imbecillus, & ſi quid uis addere adde, quod ſum etiam popino, quaſi dicat, id facilè feram ab eo: ſed tu cum ſis quod ego.* Et fortaſsis nequior] *Id eſt, minus ualens.* Inſectere] *Id eſt, patiar ne ut inſecteris me ultrò: uelut ſup.* Sectetur melior] *Id eſt, tanquã eſſes melior, &* Quod obuoluas] *Id eſt, ueles obtegas uitiũ tuum decoris uerbis? quid ſup. dices.* Si deprenderis] *Id eſt, inueneris ſtultior me ipſo empto* Quingentis drachmis] *Id eſt, ſeruo uili pretio empto. Quum autem hæc diceret minabatur poëta capite nutans, unde Dauus ob libertatem imperterritus, ait.* Aufer] *Id eſt, deſine.* Terrere me uultu] *Scilicet minaci, & teneto* Manum ne] *Scilicet me cædas, & ſtomachum (ne mihi iraſcaris) tantiſper ſup.* Dum] *Id eſt, donec.* Ego edo] *Id eſt, exprimo (ab e & do componitur edo, edis, edidi, edere, editum, editu, &c.* Ea] *Sup. documenta, quæ ianitor Criſpini illius philoſophi, qui dogmata Stoicorum ſcripſerat, docuit me.* Non leges Criſippi] *Quia ea tempeſtate Criſippus non erat.* Te coniunx, &c.] *Incipit notare uitia dominorum. Ordo eſt:* Coniunx aliena capit] *Id eſt, illaqueat te amore ſui meretricula ſup.* Capit Dauum] *Scilicet me. Loquitur enim Dauus de ſe tãquam de alio.* Vter noſtrum] *Non dices noſtrorum, hoc eſt, an ego, an tu.* Peccat digniùs cruce] *Id eſt, ut crucifigatur, quaſi dicat, tu quia adulterium eſt grauius fornicatione ſimplice.* Vbi acris natura incendit] *Id eſt, inflammat me libidine.* Quæcunque] *Sup. meretrix nuda excepit clunibus ſub clara lucerna.* Verbera caudæ turgentis] *Id eſt, uirilis uirgæ, obſcœnus ſermo, ſeruo dignus, aut ipſa laſciua deſuper incumbens* Agitauit equum] *Id eſt, me ut equum ſupinum, ipſa dimittit me.* Neque famoſum] *Id eſt, infamem (iuxta illa ſup. tempora) neq; ſollicitum ne ditior, aut melioris.* Formæ] *Id eſt, pulchrior* Meiat] *Id eſt, coëat eodem: tu ô Horat.* Cum] *Id eſt, quando proiectis* Inſignibus] *Id eſt, ornamentis dignitatis* Tuæ] *Scilicet annulo equeſtri, & habitu Romano.* Prodis] *Id eſt, emergeris, Dama.* Turpis] *Id eſt, uilis & Vanus ut* Dama ex iudice] *Id eſt, induis perſonam Damæ, relicta iudicis, &* Hoc lacerna] *Id eſt, ueſte oblonga.* Obſcurante] *Id eſt, obtegens te caput* Odoratum] *Id eſt, odoribus, hoc eſt, unguentis perfuſum: tu non es quod ſimulas.* Tu metuens induceris] *Scilicet domum adulterij.* Atque tu tremis oſſa] *Id eſt, habes oſſa trementia* Pauore] *Id eſt, formidine* Altercante] *Id eſt, litigante ſup. cum libidinibus, quia pauor inde retrahit, quo libido trahit.* Quid refert uri] *Id eſt, flagellari uirgis.* Qua] *Pro &* Necari ferro] *Quaſi dicat, ſiue uirgis cædaris, ſeu ferro occidâris ſemper infamis euadis.* Et quid refert an eas auctoratus] *Id eſt, ut ſeruus, aut gladiator auctione uenditus, an tu clauſus in turpi arca.* Quo] *Id eſt, in quam demiſit te* Ancilla] *Supple conſcia peccati.* Herili] *Id eſt, heræ ſeu dominæ ſuæ tangas genibus tuis caput contractum uſq; ad genua ſup. præ anguſtia loci.* Dic] *Sup. mihi. Eſt ne marito matronæ (quam tu adulterio polluis) iuſta poteſtas* In ambos] *Id eſt, te & illam, quaſi dicat etiam, &* Eſt uel] *Id eſt, etiam iuſtior poteſtas* In corruptorem] *Scilicet te, uel alium quam in corruptam.* Tamen] *Id eſt, tametſi eam matronã peccat: tantùm, quia non tamen dedita opera peccat: ut tu, minus peccat, quod non tam dedita opera peccet probat, dicens: illa non mutat ſup. ſe habitu: ut tu, nec loco ut tu, quia ad te non uenit.* Nec peccat ſuperne] *Id eſt, à ſuperiore parte, aut in fidem cuius ſuperos teſtes fecit.* Cum] *Id eſt, quandoquidem ipſa mulier.* Cuius] *Scilicet fragilis eſt natura, formidet te.* Neque credat] *Id eſt, committat ſe tibi* Amanti] *Id eſt, propter amorem: ſed propter poteſtatem tuam.* Tu prudens] *Id eſt, uolens & ſciens (falſò hic dixeris prudenter, aut ſcienter) quia nemo prudenter aut ſcienter peccat, ſcientes & uolentes omnes, & tu* Committes domino] *Id eſt, illi qui te reprahenſum ut ſeruum tractat.* Furenti] *Id eſt, inſanienti.* Omnem rem & uitam, & famam cum corpore] *Id eſt, cum membris corporis tui, in quæ ſcilicet poteſtatem habet.* Euaſti] *Id eſt, ſi euaſti cum fueris, quaſi reprahenſus, credo (hoc ironicè dicit) tu metuens, & doctus cauebis ſup. conſimile periculum? imò dicit Dauus.* Tu quæres] *Id eſt, ſollicitè inueſtigabis, quando paueas iterumq; pro & quando poſsis iterum perire. O' ſup. tu exiſtens totiens ſeruus, dic ſupple.* Quæ belua] *Id eſt, beſtia* Praua] .*i. effera, cũ effugit ſemel catenis ruptis, reddit ſe iterum ſup. catenis.* Tu fortè uis, non ſum mœchus neq; hercule] .*i. per Herculem ego ſum fur: ubi ego ſapiens prætereo uaſa argentea.* Quia] *Scilicet non audeo furari, nec tu ſemper mœchari: ſed tolle periclum. Iam natura* Proſiliet uaga] *Id eſt, effrenis, & hoc* Frenis remotis]. *i. tunc tu mœchaberis, & ego furabor.* Tune] .*i. es ne tu mihi dominus* Minor] .*i. inferior me, tot & tantis impijs.* Rerum & hominum] *Id eſt, cum tot homines totq; res imperitent tibi, & non mihi, quaſi dicat, minimè: tu inquã* Quem uindicta] *Id eſt, prætoris uirga, qua manumittens contingit ſeruos, impoſita ter & quater* Haud] *Id eſt, non* Peiner] *Id*

eſt, liberet & unquam miſera Formidine].i. qui nequaquã à prætore liber fieri potes (hunc locũ aſſumpſit Perſius ferè totũ) Adde ſupradictis ſup. aliquid quod non ualeat Leuius].i. minus ad probandum te non eſſe Dominum meum. Nam ſiue uicarius eſt ille, qui Paret].i. obedit ſeruo, uti ueſter mos ait, ſeu conſeruus. Quid ſum ego tibi?] Quaſi dicat, conſeruus aut uicarius non ſeruus. Nempe] Id eſt, nam certè tu qui imperitas mihi, ſeruus ſup. es: uel ſeruis miſer. Alijs, atque duceris].i. impelleris à paſsionib. animi tui. Vt] Id eſt, quemadmodum lignum. Mobile] Id eſt, turbo aut trocus, ducitur ſupple Neruis alienis] Scilicet pueri impellantis ipſum ſcutica. Quiſnam igitur liber. &c] Hunc locum ferè totũ Perſius in Satyram ſuam tranſtulit: habeturq; in uiro bono Virgilij, quia uerò philoſophicus eſt, nec Daui perſonæ congruus, prudenter dixit à ianitore Criſpini ſe hæc didiciſſe. Loquitur Horat. Igitur ſi ego liber non ſum, quiſnam liber ſup. eſt? Reſpondet Da. Sapiens ſup. Liber eſt] Qui imperioſus ſup. ſibi. hoc eſt, qui affectionibus ſuis imperat: quem neq; pauperies, neq; mors, neq; uincula terrent, qui fortis Reſponſare].i. obuiare & reſiſtere Cupidinib.] Id eſt, cupiditatibus & affectionibus ſuis, & fortis Contemnere] Id eſt, ad contemnendum (Eſt autem locutio de qua Alexander. Hanc olim pulchram ueteres dixêre figuram) Honores] Scilicet extraneos, non tamen cauſam eorum, quæ uirtus eſſe debet, & exiſtens in ſeipſo totus. Teres atque rotundus].i. ex omni parte totus, nequid externi ualeat Morari].i. inhærere. Per leue] Propter leuitatem.i. politiam ac glabritatem (huius contrarium eſt aſperum, quia primam producit) in quem Fortuna ruit Semper manca].i. impotens. Dic Horat. Potes ne cognoſcere quid] Id eſt, aliquid ex his, ut proprium? quaſi dicat, nõ quia ſi mulier poſcat te quinq; talenta. Pro noſte] Scilicet una ut Lais ſolebat, & ſi uexet te repulſum Foribus].i. à foribus ſuis. Perfundit te gelida] Sup. aqua, & uocat te rurſus. Eripe liber].i. ſi es uere liber. Colla tua turpi iugo] Nihil enim turpius, quàm à meretrice ſubiugari) & age dic ſup. tunc ego ſum liber, ſed tu Non quis] Id eſt, non uales, à queo, quis, enim, pro quia Dominus non lenis] Id eſt, non mitis, ſed durus & rigidus uidelicet amor turpis, urget mentem tuam & ſubiectat tibi laſſo acris ſtimulos. Acris autem in accuſando caſu numero plurali etiam Latinè ponitur, quia Genitiuus ium habet Et uerſat].i. frequẽter uertit, & impellit. Te negantem].i. ſi fortè ad tempus negaueris. In carmine illo Virgiliano, Vir bonus & ſapiens. Latius hunc locum in Syluis noſtris explanauimus, quas qui non habent, ſciat rotundum Cum ſit ſphæricè].i. undiq; circularis, figura eſſe perfectum: & ita Deus totum uniuerſum tale fecit, extra quod ſecundùm Philoſophum nihil eſt, & in quo ſecundùm eundem nihil deeſt, cum non ſit dare uacuum, ueruntamen quia res minima rotunda eſſe poteſt, ut pupilla culicis, ne ad iuſtam menſuram, quid deſit adiecit teres, quod longitudinẽ, & proceritatem addit. Et notus Plebeius uerſiculus.

„ Haſtam dic teretem, pomum dic eſſe rotundum.

Notaq; eſt Biantis ſententia. Sapientem omnia ſecum ferre, uirtutem, ſcilicet, & ſapientiam. Quæ ſua].i. propria cuiuſq; bona ſunt. Vel cum Pauſiaca, &c.] Obijcit alia genera ſtultitiæ Domino ſuo, dicens, illum non minus peccare: Ordo eſt. Vel] Id eſt, etiam ô inſane cum tu Torpes] Id eſt, ſtupidus inhæres & moraris In tabella Pauſiaca].i. à Pauſia depicta, qui optimus artifex fuit Qui].i. in quo peccas minus. Atq;].i. quàm ego. Cũ] Id eſt, quando miror. Placide].i. cum quietem poplite contento A' curſu] Scilicet quo miſſus eram. Acro tamen etiam alium ordinem innuit Vt] Scilicet intelligatur, de poplite gladiatoris cõtento in dimicando. Prælia].i. certamina Fuluij].i. fuluij & trutubæ gradiatorum, aut inani. Picta].i. depicta in pariete, ſcilicet ædiũ priuatarum Rubrica].i. terra rubra, aut carbone: ſic inquã picta, uelut ſi ipſi uiri Mouentes arma pugnent reuera] Hoc eſt, ferriant & uitent ſup. ictus ferientis, Dauus ſup. dicitur nequã & ceſſator. At].i. ſed Ipſe].i. tu audis ſup. dicentes, quod es ſubtilis, & callidus iudex, ueterum ſup. rerum. Quaſi dicat, non minus uitij eſſe ſtupere in re præcioſa, quàm uili cum non minus rem exprimãt, uidetur quam artificioſè depicta. Si ego ducor].i. trahor Libo fumante].i. auiditate libi fumantis, nil ſup. Reputor].i. homo nihili. Ingens uirtus] Atque animus reſponſat tibi in Opimis cœnis].i. tu diceris habere magnificentiam & magnanimitati pro magnitudine cænarum. Cur obſequium].i. indulgentia, uentris eſt pernicioſius mihi, quàm ſup. tibi quod autem Perniciofius].i. magis nociuum eſt patet. Etenim] Pro quia: ego Plector].i. cædor tergo. Qui].i. in quo tu Impunitior].i. minus punitus. Captas].i. ſectâris & frequenter ſumis illa Obſonia] talles cibos (Quicquid enim præter panem editur, obſoniũ dicitur) Quæ nequeunt ſumi].i. abſumi Pauco] Supple præcio? Quaſi dicat, in nullo impunitior ſumis præcioſè obſonia, quàm ego uilia. Nempe].i. quia certè epulæ petitæ ſine Fine] Id eſt, modo, & menſura hoc eſt, immodeſtè. Immaceſcunt] Scilicet in ſtomacho ubi digeri non poſſunt. Pedes illuſi] Id eſt, decepti onere ſtomachi. Recuſant ferre corpus uitioſum] Id eſt, uitijs, hoc eſt, crapulis plenum. An] Id eſt, nunquid hic puer peccat Qui mutat] Id eſt, commutat Sub noctem] Id eſt, tempore cœnæ paulò ante noctẽ uuam ſtrigili Furtiua] Id eſt, qui emit uuam pro ſtrigili, quam furatus eſt in balneo (Eſt enim inſtrumentum quo cutis ſtringitur) & qui parens. id eſt, obediens gulæ nil habet Seruile] Id eſt, ad ſeruum pertinens: Quaſi dicat, plurimum habet. Adde quod tu idem non potes eſſe Tecum] Id eſt, in tranquillitate, aut firmo propoſito. Horam] Id eſt, per tempus unius horæ, & Quod non potes ponere] Id eſt, diſponere rectè ocia, & tu uitas teipſum, ut erro fugitiuus. Erro dicitur qui uagatur & errat. Multa enim nomina ſimilia uerbis ſunt. ut erro, manduco, mando, comedo, cachinno, lurco, palpo, & ſimilia. Declinatur autem hic Erro, erronis: dicunturq; planetæ errones Latinè cum tamen ſecundùm Plinium nihil minus errẽt. Quærens] Id eſt, conans Iam] Id eſt, aliquando Fallere] Id eſt, amouêre curam Vino iam] Id eſt, aliquando Somno] Id eſt, aliquando potando, aliquando dormiendo. Iocundè dicit fallere curam. Nam cura dicitur, eo quod cor urat ſecundùm Seruium, qui ergo ſopit cogitationes ſuas, ita ut non det eis locum, uidetur quodammodo curam fallere. Quærens iam et fruſtra] Id eſt, ſine effectu. Nam ipſa cura atra] Id eſt, nociua & moleſta. Comes] Id eſt, comitatrix premit. Et ſequitur te fugacem] Id eſt, aſsiduè fugere tentantem. Hæc à Dauo Horatio obijciuntur, quibus is capitur, qui ſe talem ſentit. Nam poëta ne in ſe admittere huiuſmodi uitia putetur, fingit ſe iratum dicens, unde mihi lapidem. Sicut enim ſæpe dixi, & potiſsimùm in præambulis Perſianis dicturus ſum, danda eſt doctori opera, ne culpa redarguat ipſum. Veruntamen, quia Satyrici Satyros Deos imitantes petulantes ſunt, iocoſa & ridicula quædam fatentur, ſe non grauia ſcelera, neque hic obiecta pernicioſa ſunt ueruntamen poëtæ turpia, dicit ergo. Vnde] Supple acquiram mihi lapidem. Reticet uerbum propter iram, moris enim eſt iraſcentium imperfectum habere ſermonẽ. Reſpondet Dauus. Quorſum eſt opus] Supple tibi lapide? Addit poëta. Vnde] Supple acquiram mihi ſagittas? Ad quod Dauus. Aut homo hic inſanit, aut facit uerſus, quod etiam inſanus facit. Et Horat. Ni] Id eſt, niſi tu rapis te hinc. Ocyus] Id eſt, celeriter tu accedes agro Sabino. Nona opera] Id eſt, nonus operarius quia iam octo ſunt.

SATYRA

SATYRA VIII.

SATYRAE VIII. ARGVMENTVM ASCENS.

Vltima lauticias deridet Naſidieni.

ALIVD ARGVMENTVM.

Fundanium amicum alloquitur, qui Naſidieni Epicurei conuiua fuerat, ſectam ridens, & importunum luxum. Nam honeſtos, & ſordidos eodem conuiuio acceperat.

ALIVD GEORGII FABRICII.

In Epicureum conuiuium.

COMMENTARIA.

NT Naſidieni iuuit te cœna beati?
Nam mihi quęrenti conuiuam, dictus here illic
De medio potare die, ſic, ut mihi nunquam
In uita fuerit melius. da, ſi graue non eſt,
Quæ prima iratum uentrem placauerit eſca.
In primis Lucanus aper, leni fuit Auſtro
Captus, ut aiebat cœnæ pater, acria circum
Rapula, lactucæ, radices: qualia laſſum
Peruellũt ſtomachum, ſiſer, alec, fœcula Coa.
His ubi ſublatis, puer altè cinctus, acernam
Gauſape purpureo menſam perterſit, & alter
Sublegit quodcunq; iacêret inutile, quodq;
Poſſet cœnantes offendere: ut Attica uirgo,
Cum ſacris Cereris, procedit fuſcus Hyda-
ſpes,
Cæcuba uina ferens: Alcon, Chium, maris expers.
H eic herus, Albanum Mecœnas, ſiue Fa-
lernum
Te magis appoſitis delectat: habemus utrunque:
Diuitias miſeras. ſed queis cœnantibus unà,
Fundani, pulchrè fuerit tibi, noſſe laboro.
Sũmus ego. & prope me Viſcus Thurinus, & infrà,
Si memini, Varius, cum Seruilio Balathrone
Vibidius, quos Mecœnas adduxerat umbras.
Nomẽtanus erat ſuper ipſum, Porcius infrà,
Ridiculus totas ſimul abſorbere placentas.
Nomentanus ad hoc, qui, ſi quid forte latêret,
Indice monſtraret digito, nam cætera turba,
Nos, inquam, cœnamus aueis, conchylia, piſceis,
Longè diſsimilem noto celantia ſuccum:
Vt uel continuò patuit, cum paſſeris, atq;
Inguſtata mihi porrexerit ilia Rhombi.
Poſt hoc me docuit melimela rubere minorem
Ad lunam delecta, quid hoc interſit, ab ipſo

ACRON.

NT Naſidieni] *Naſidienus eques Romanus in alijs elegans, in numeratione autem lauticiarum ſuarum putidus. Quærit nunc à Fundanio ſuo poëta, quemadmodum eum Naſidieni iuuerit cœna. Quæ præcepta cœnæ dediſſet ſuperius Catius demonſtrauit, & tum quidem ſine nomine. Iam hoc ex ſequentibus apparet, quod idem Naſidienus Epicureus.* Vt] *Quomodo, qualiter.* Iuuit] *Delectauit.* Here] *Pro here.* Illic] *Apud Naſidienum.* Iratum] *Eſurientem, famelicũ.* Fuit] *Deeſt, qui.* Auſtro] *Species pro genere.* Peruellunt] *Cum quadam delectatione pungunt, ſuſcitant.* Gauſape] *Mappa uilloſa.* Iacêret] *Remaneret.* Offendere] *Lædere oculos, horrorem facere, faſtidiũ mouere.* Vt Attica uirgo] *Quæ ſolet in capite ſacra portare.* Maris expers] *In quæ aqua marina non mittitur, id eſt, ſine marina aqua. In Græcia enim ſolet uino aqua marina miſceri, ut non facilè corrumpatur. Expers ergo, ſine marina aqua, ſiue quòd marina aqua ducat per mare, dum transfertur. Ergo expers, quod per terrã, non per mare aduectum eſt.* Hic herus] *His apparatis ait Naſidienus.* Miſeras] *Magnas, aut ſollicitas, & deeſt habeas.* Summus ego] *Princeps in ſumma parte lecti, & ſubaudiendum eſt, eram uel fui.* Thurinus] *De Thurio oppido Calabriæ, ſiue de Thurijs, nam & hoc Thuri per omnes caſus ſingulares declinauerũt ueteres, & hi Thurij, horum Thuriorũ, his Thurijs. Inter hos autẽ & ad dextram intelligendũ eſt Mecœnatem fuiſſe, cuius umbræ ſunt.* Noto] *Id eſt, omnibus uſitato: uel noto, quẽ Nomentanus, & Naſidienus nouerant, aut quem ego poſtea cognoui.* Celantia ſuccum] *Intra ſe continentia, & omnibus ſuperius dictis naturaliter reddidit.* Vt uel continuò patuit] *Id eſt, intelleximus nouũ, & ualde optimum ea habere ſuccum.* Ab ipſo Audieris melius] *Ipſe te meliùs docebit, qui mihi narrauit.* Vertere pallor Tum parochi faciem] *Parochi dicuntur, qui hoſpitibus publicè exhibent neceſſaria. Hic tamen paſcentis, & domini.* Vel Feruida] *Id eſt, ideo quia multum biberunt iam neſciunt, quid guſtant, nam palatum, ait multo uino ſurdum factum, id eſt, tale ut iam non poſsit ſentire ſaporem.* Sobtile] *Quaſi ſubtiliter & ſatis peritè, ſolet enim ſaporem dignoſcere* Exſurdant] *Surdum faciunt, ut non ſentiat ſaporem.* Inuertunt] *Exhauriunt, Nam quando uas exhauſtum fuerit inuertitur ita, ut os ipſius humum tangat.* Allifanis uinaria] *Allifæ oppidũ uoluit, ubi maiores calices fiebant. Alij uico ubi fictiles & ſubtiles in uſu ſunt.* Garo] *Genus ſalſamenti.* Pulueris atri] *Deeſt tantum.* Nos maius ueriti] *Id eſt, maiorẽ ruinam timentes.* Erigimur] *Apparet hic conuiuas ſe proieciſſe in terram.* Vt ſi Filius immaturus] *Tanquam fuiſſet, filij orbitate percuſſus.* Ni ſapiens ſic Nomentanus amicum Tolleret] *Conſolando his uerbis.* Vt] *Qualiter & quaſi lamentando hoc loquitur.* Mappa compeſcere riſum] *Mappam enim in ore cauſa riſus uitandi ponebat.* Suſpendens omnia naſo] *Quia omnia deridere ſolebat.* Reſponſura tuo non eſt par fama labori] *Superat factũ tuas laudes, hoc eſt, cõdignè laudari nõ poteſt: Illi autem dicit Balatro, qui præbet conuiuium, id eſt, Naſidieno.* Te'ne] *Supple decet.* Accipiar] *Paſcar. ut: Illos porticibus rex accipiebat in amplis.* Patinam ſi frangat agaſo] *Agaſo, propriè dicitur ſeruus, qui iumenta curat. Hic autem Satyricè eſcarum miniſtrum agaſonem appellauit, quem uulgò dicũt inferiorem.* Sed conuiuatoris uti ducis] *Quemadmodum dux exercitus in aduerſis rebus probatur, utrũ ſciat bene opitulari ſuo exercitui, & tutari illũ, nam & fœlicitas etiam & imperiũ militiæ celat: ita conuiuatoris prudentia in aduerſis rebus quẽadmodum ſciat conſolari ſuos conuiuas.* Nullos his mallem] *Hoc Horatius, id eſt, mallẽ hos cœnantes ſpectaſſe, quàm quoſuis ludos.* Vibidius] *Fundanius.* Secundò] *Ex triſti factio hilaris.* Mutatæ tondis]

tis] *Melior.* Mazonomo] *Genus lancis eſt in qua portãtur eſcæ, uel ... ſare.* Iecur] *A' parte totum.* Vt multò ſuauius] *Quia in clunibus aliquid habetur tetri odoris, & ſaporis minus iucundi.* Si non cauſas narraret] *Iſta pulmenta, quæ attulit nobis Naſidienus ſuauiter comederemus, niſi nobis narraſſet, cauſam, quare partes eorũ non attuliſſet. Intelligimus enim Naſidienũ dixiſſe uermes inueniſſe, in cunctis partibus, quas attulit.*

PORPH. } Vt Naſidieni] *Hanc ad Fundanium ſcribit eclogam.* Leni fuit auſtro] *Hoc ideo quia affirmãt laſſam carmen apri, id eſt, irrequietam meliorem eſſe.* Rapula] *Neutro genere, & diminutiuè dixit pro rapa.* Vt Attica uirgo] *Illas dicit, quas Tullius in Verrinis κατυφόρους ait.* Fuſcus Hydaſpes] *Fuſcus colore.* Alcbon Chium maris expers] *Quia in Chium uinum marina nõ additur. Inde inſtitutũ tradit Varro, ut Delphini circa Liberum pingerentur.* Noſſe laboro] *Noſſe, pro ſcire.* Vibidius quos Mecœnas adduxerat umbras] *Quos poteſt referri ad ſuperiora, poteſt & ad Seruiliũ. & Vibidium.* Abſorbere placentas] *Pro abſorbẽdas.* Indice mõſtraret digito] *Hoc ideo quia certis nominib. ſinguli digiti nominantur. & ſunt hæc nomina pollex, index, famoſus, medicus, minimus.* Inuertunt Allifanis] *Genus poculi.* Verum citra mare nato] *Italicũ uinum dicit.* Interea ſuſpenſa graues] *Quia conſuetudo apud antiquos fuit, ut aulea ſub cameros tenderent, ut ſi quid pulueris caderet, ab ipſis exciperetur.*

CHRIST. LAND. } Vt Naſidieni iuuit] *Naſidieni Epicurei cœnam honeſtis quibuſdam ſimul & turpibus uiris poſitã deſcribit. In qua luxum carpens Epicureos deridet. Alloquitur autẽ Fundanium amicũ, qui cœnæ interfuerat. Conuiuam, ſcilicet, te.* Here] *Pro Heri.* De medio die] *Id eſt, à medio die, quod erat contra Romanam modeſtiam, nam meridies ſexta hora eſt. Romani autem ante nonam horam, à qua ſola quarta diei ſupereſt cibum non capiebant.* Sic] *Reſpondet Fondanius. Ait enim. Sic ſi licet uiuit ut & cætera.* Iratum] *Famelicum intelligit.* Leni auſtro] *Quia caret frigore. Auſtro autem flante carnes magis triſtæ ſunt.* Cœnæ pater] *Rex conuiuij, ſcilicet Naſidienus.* Rapula] *A' rapo rapulũ eſt.* Laſſum] *Defatigatum, id eſt, nau-*

Audieris melius. tum Vibidius Balathroni:
Nos niſi dãnoſè bibimus, moriemur inulti,
Et calices poſcunt maiores. uertere pallor
Tum parochi faciem nil ſic metuentis, ut acreis
Potores: uel, quod maledicunt liberius: uel
Feruida quod ſubtile exſurdant uina palatũ.
Inuertunt Aliphanis uinaria tota
Vibidius, Balathroq́; ſecutis omnibus imis:
Conuiuæ lecti nihilum nocuêre lagenis.
Affertur ſquillas inter muræna nataneis
In patina porrecta, Sub hoc herus, hęc grauida, inquit
Capta eſt, deterior partum carne futura.
His miſtũ ius eſt oleo, quod prima Venafri
Preſsit cella, garo de ſuccis piſcis Iberi,
Vino quinquenni, uerum citra mare nato,
Dum coquitur: coctò Chium ſic cõuenit, ut non
Hoc magis ullum aliud: pipere albo, non ſine aceto
Quod Methymnæã uitio mutauerat uuam.
Erucas uirideis, inulas ego primus amaras
Monſtraui incoquere, illutos Cotillus echinos,
Vt meliꝰ muria, quàm teſta marina remittat.
Interea ſuſpenſa graues aulæa ruinas
In patinam fecere, trahentia pulueris atri,
Quantũ non aquilo Campanis excitat agris.
Nos maius ueriti, poſtquam nihil eſſe pericli
Senſimus, erigimur. Rufus poſito capite, ut ſi
Filius immaturus obiſſet, flere. quis eſſet
Finis, ni ſapiens ſic Nomentanus amicum
Tolleret? Heu Fortuna, quis eſt crudelior in nos
Te Deus? ut ſemper gaudes illudere rebus
Humanis. Varius mappa compeſcere riſum
Vix poterat. Balathro ſuſpendis omnia naſo
Hæc eſt conditio uiuendi, aiebat, eoq;
Reſponſura tuo nunquã eſt par fama labori.
Te'ne, ut ego accipiar lautè, torquerier omni
Sollicitudine diſtrictum? ne panis aduſtus,
Ne malè conditum ius apponatur? ut omnes
Præcincti rectè pueri, comptiq; miniſtrent?
Adde hos præterea caſus, aulæa ruant, ſi
Vt modo, ſi patinã pede lapſus frãgat agaſo.
Sed conuiuatoris, uti ducis, ingenium res
Aduerſæ nudare ſolent, cælare ſecundæ.
NASIDIENVS ad hæc. tibi Di, quæcunque preceris,
Commoda dent: ita uir bonus es, conuiuaq́; comis.
Et ſoleas poſcit. tum in lecto quoq; uideres
Stridere ſecreta diuiſos aure ſuſurros.
Nullos his mallem ludos ſpectaſſe: ſed illa
Redde age, quæ deinceps riſiſti. Vibidius dum
Quærit de pueris, nũ ſit quoq; fracta lagena,
Quod ſibi poſcẽti nõ dentur pocula, dumq́;
Ridetur fictis rerum Balathrone, ſecundo:
Naſidiene redis mutatæ frontis, ut arte
Emendaturus fortunam, deinde ſequuti
Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes
Membra gruis, ſparſi ſale multo, non ſine farre,
Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi,
Et le'porum auulſos, ut tumulto ſuauius, armos,

ſeantem. Peruellunt] *Pungunt, quia acria excitant appetitum.* Siſer] *Species eſt herbæ, cuius radice adeò delectatus eſt Tyberius Cæſar, ut eam ſingulis annis à Germania peteret. De hac Columella in ſuis carminibus.*

» *Vlpica quæq; fabis habilis ſabrilia miſcet*
» *Iam ſi ſer Aſſyrioq́; uenitque ſemine radix.*

Sunt qui eam putent, quam uulgo ſermontanam nominant. Fecula Coa] *Vinum Coum ad uappam exhauſta amphora redactum.* Alte cinctus] *Bene expeditus.* Vt Attica uirgo] *Nam in cauſa Cereris diligentiùs curant, ut omnia munda ſint.* Idaſpes] *Nomen ſerui à fluuio qui apud Parthos in Indiam fluit unde oriundus ſit.* Fuſcus] *Quia in ijs partibus colorati ſunt homines.* Maris expers] *Cui non ſit admixta marina aqua. Nam ut apparet apud Columellam uina aqua marina concinnabant. Quod ſi procul à mari eſſent ſalibant, aquam eiq; loco marinæ utebantur.*

Diuitias miſeras] *Exclamatio poſta carpentes luxurioſam cœnam & appellat diuitias miſeras, quia ad miſeram uitam inducunt homines.* Varius poëta] *Vmbras. Quaſi dicat, ſcurras illos non homines eſſe, ſed umbras hominis.* Ridiculos aſſorbere] *Quia aſſorbido riſum captaret. Placenta autem (teſte Catone) fit ex farina ſiliginea & ouillo caſeo bene recente & ex melle. Dicitur autem ut puto à placendo.* Indice digito] *Hic enim ſi quid ſuauius lateret, ſcilicet inciſori mõſtrabat.* Nam cætera turba] *Sententia eſt reliqua turba ſumus, quaſi dicat inſcij rerum. Sed nos cœnamus, id eſt, nos ſcimus eligere quæ cœnenda ſunt, quod patuit nunc cũ porrexit puer inguſtata.* Inguſtata] *Vel quia noluit guſtare tanquam non bona, uel contra non guſtata alij, qui non norunt ſuauitatẽ eorum.*

Ad minorem lunam] *Scilicet cũ diminuta eſt luna.* Damnoſè] *Multum quod fit cum damno eius, qui conuiuium præbet.* Parochi] *Qui ſint parochi iam dictum eſt, ſed hic ponitur pro magiſtro conuiuij. Hic enim pertimuit ingurgitationem potatorum, uel quia nimium ſubtile uinum ſtupefacit palatum, ita ut non ualeat guſtu. Timuit ergo ne poſſent percipere ſapores ſuaues epularum.* Exurdant] *Surdum faciunt. id eſt, hebetant & dedit guſtui quod eſt auditus.*

Inuo-

Quàm ſi cum lumbis quis edat. tum pectore
　　aduſto
Vidimus & merulas poni, & ſine clune pa-
　　lumbes,
Suaueis res, ſi non cauſas narraret earum, &
Naturas dominus: quẽ nos ſic fugimus ulti,
Vt nihil omninò guſtaremus, uelut illis
Canidia adflaſſet, peior ſerpentibus Afris.

Incertum alifanis] *Vinaria uaſa maiora ſunt, quib. uina è cella prompta in triclinium deſerebãt. Ex his autem uinum in Aliſanos, quæ poculorum ſpecies ſunt trãsfunditur.* Incertiunt ergo] *Quaſi dicat, euacuant.* Secutis omnibus imis] *Incœpit nimia illa ingurgitatio à Vibidio, & Balatrone hominibus perditis, quos ſecuti ſunt omnes qui erant in inferiore parte thori. Nam Mecænas & Varus, & reliqui egregij uiri qui primas in conuiuio partes tenebant à temperantia nõ recedebant.* Squillis] *Piſcis ex genere mollium eſt.* Murena] *Hic piſcis quocunq; tempore parit. Oua eius citiſsimè creſcunt. Vulgus cum ſerpentibus illas coire putat. Ariſtoteles myrinum uocat marem, qui generat. Diſcrimenq; eſt quod murena uaria & infirma eſt. Myrinus unicolor & robuſtus, dentesq; extra os habet: in Gallia ſeptentrionali murenis omnibus dextra maxilla ſeptenæ maculæ ad formam ſeptentrionis aureo colore ſunt dum uiuunt, nam pariter cùm uita extinguuntur. Vedius Pollio eques Romanus ex Auguſti amicis mãcipia damnata in uiuarijs murenarum demergens totum hominem diſtrahi ſpectabat. Aceti guſtu in maximam rabiem aguntur? Non craſſum ut anguillis tergus illis eſt, ſed tenue eoq; uerberari ſolitos prætextatos eſſe Verrius ſcribit. Hortenſius murenam in uiuarijs ſuis adeo dilexit, ut extinctam fleret.* Sub hæc] *Statim hac poſita locutus eſt herus, id eſt, cœnæ dominus illam grauidam captã fuiſſe quia cum murenæ pepererint deteriore carne ſint, deinde demonſtrat quo pulmentario condiatur. Ius enim Ipſius cum oleo Venafrano miſcebãt.* Prima cella] *Primaria in quo eſſet optimum.* Garo] *Garum liquamen eſt ex piſcibus.* Mythimneam] *Ab urbe Leſbi ubi optimum ſit uinum. Virg.*

» *Quam Mythymneo carpit de palmite Leſbos.*

Inulas] *Bulbi ſpecies eſt.* Amaras] *Acres.* Incoquere] *Vna cũ illis coquere.* Et cochillos monſtrauit, ut echinos illutos] *Quaſi dilutos melius remittat muria quàm teſta marina.* Nos maxiros uetiti] *Rubeãt enim aulea, at nos uerebamur ne rueret domus.* Erigimur] *Id eſt, liberamur à metu quemadmodum deijcimur cum metu deprimimur. Rufus deplorabat cœnæ interitum. hic nebulo deiecto capite ex dolore, ut ſi ploraret interitum filij.* Illudere rebus humanis] *Verba digna odio ut ita lamentetur rem minimam ueluti ſi capitis periculum immineret.* Varius] *Vir ſcilicet ſapiẽs.* Suſpendens omnia naſo] *Vt oſtendat anxium & cogitabundum, ueluti in re grauiſsima, & utitur ueluti paraſitus multa adulatione, & in re ridicula Tragœdias excitat, ex Epicureorum ſentẽtia, quibu. hæc cœnæ perturbatio ſummum malum uideri poſsit. Enumerat ergo Herculeos labores, in cœna paranda maximè in qui huiuſcemodi caſus euenire poſsint.* Agaſo] *Rudis puer ut ſunt Agaſones.* Dij tibi] *Homo uanus adulatione demollitus omnia ſe illi debere putat, & propterea omnia precatur, & poſcit ſubitò ſoleas, ut in culinam præparans cœnã reſtauraret.* Soleas poſcit] *Nam in toris & conuiuio ſine calceis erant.* Nullos] *Loquitur poëta.* Vibidius] *Continuat narrationem Fundanius, & hunc bibacitatis notat.* Mutatæ frontis] *Redibat enim lætus cũ epulas reſtaurasſet, & caſum fortunæ ſua arte emẽdaturus eſſet.* Mazonomo] *Vaſis ſpecies.* Ficis] *Nam iecur in anſere laudatur, præſertim ſi ficubus auis paſta ſit. Fertilibus nam in magnam amplitudinem creſcit iecur anſerinum. Exemptum quoq; lacte mulſo augetur. Quæſtio tamen eſt, quis primus huius rei auctor fuerit. Scipio an Metellus uir cõſularis, an. M. Feſſeius eques Roman. Romæ in ueneratione fuerunt anſeres, quia clangore ſuo canes, cuſtodesq; excitando capitolium ab irruptione Gallorum ſeruarunt, proptereaq; cenſores cibaria anſerum in primis locant. Anſer Lacydi philoſopho ita ſemper adhæſit, ut neq; domi, neq; foris uſquàm ab eo diſcederet.* Suauis ſi non cauſas] *Suaues epulæ erãt, ſed ille eas inſuaues reddebat nos, miſerè longo ſermone fatigando dum ſingularum naturam docere nos, & cauſas uoluiſſet. In quo loco notat poëta Epicureorum longiſsimos, & friuolos, atq; uanos de Phyſicis ſermones. Sed tædio orationis faſtiditi illum ulti ſumus nihil comedẽdo. Hoc enim graue eſt domino conuiuij. Intactas ergo epulas reliquimus, ueluti ſi Canidia, quæ anhelitu ſuo ſæuior eſt ſerpentibus, illas afflaſſet.* Aphris] *Aphricanis. Ibi enim Libya eſt arenoſa, in qua omnis generis ſerpentes abundant, & propter calorem regionis, & aquæ inopiam ſæuiſsimè nocent.*

ERAS. ROT. } *Naſiternæ, lancis genus prægrande dicitur, quo cibi inferuntur in conuiuium. Hæc in Adag. Amazonum cantilena.*

ALD. MAN. } Adduxerat umbras] *Vmbra pro conuiua nonnunquam accipitur, ut hic. Eſt enim Ordo eſt:* Summus ego (eram in menſa) & prope me Viſcus Thurinus, *&, ſi memini, infra (erat) Varius & Vibidius cum Seruilio Balatrone. Nomentanus erat ſuper Mecænatem, Porcius ridiculus abſorbendo totas placentas (erat) infra. Nomentanus ad hoc, ut digito indice monſtraret, ſi quid (cibi ſuauis) fortè lateret. Quos ipſe Mecœnas adiunxerat umbras, hoc eſt, ſecum duxerat ad conuiuium. Conuiuæ autem umbræ dicuntur, quod ſequantur inuitatos in conuiuiũ, non ipſi etiam inuitati, ut umbra corpus.*

LVD. COEL. } Cæcuba uina ferens] *Vt cuius modus iſte pateat, cuiuſdam piſcatoris uiſum eſt apponere oraculum percelebre, Eſſe Dionyſium demergendum in mare. Id autem ſignificabat, uino marinam aquam affundi oportere. Facit enim ea defæcatius uinum, firmius, & incorruptius. Quoniam aquæ marinæ ratio uideri poteſt ea, quod frigiditatem illius exigat caliditas innata, quæ maxima uini reſtingit uim, corrumpitq;. Quod & Plinius lib. 14. cap. 19. probat. Nec non Varro, quum circa Liberum patrem Delphinos ſcribit uerſari. Aſt uina eſſe quædam quæ non patiantur admixtionem aquæ, his prædictis uerbis Horatius docet. Cœlius libro 14. capite 8.*

HENR. GLAR. } Alcon Chium maris expers] *Ergo expers (inquit Acro) quod per terram, non per mare aduectum eſt, quaſi ex inſula uinũ illud uolauerit ſcilicet. Rectius Badius hoc exponit, maris expers, id eſt, non habens corruptionem, aut admixtionem aliquã ex mari.* Summus ego & prope me Viſcus] *Conuiuas octo nominat Fundanius, ſe in ſummo, ab altero autem latere Viſcum, & Varium, & Vibidium cum Seruilio Balatrone. Ab altero rurſus latere. Mecœnatem cum duobus umbris Nomentano ac Portio, è quibus Nomentanus ſupra Mecœnatem ſedebat, proximè Fundanium, ut ex ſequentibus clariùs patet, quippe qui Fundanium gulæ myſteria tam anxiè doceret. Quare ego diſtinguendum puto poſt Vibidius. Nam ſequẽtia, Quos Mecœnas adduxerat umbras, de Nomentano ac Portio intelligenda, non de Seruilio ac Vibidio, etiamſi in Porphyrionis commentario aliter legitur: ea tamen corrupta ſunt, ut noſtri habent codices.* Vt melius muria, quam teſta marina rem] *Ordo eſt. Cotillus mõſtrauit incoquere, ut melius, Echinos illutos muria, quam teſta marina remittat, hoc ſenſu, Echinos nõ quauis muria, ſed muria ex teſta marina expreſſa, melius incoqui muria eſt ablatiui caſus, teſta marina, nominatiui. Item Quàm relatiuum eſt, non coniunctio, Badius hunc locum non rectè expoſuit.*

THEOD. PVLM. } 1 Vt Naſidieni iuuit te cœna beati] *H.G.E.B.P.* Vt Naſidieni te iuuit cena beati, *V.* Vt te Naſidieni iuuit cena beati, *Cruquij codices duo.* Saluideni Rufi, *quem Tranquilli quidam codices* Saluidenum, *quidam* Saluidienum *nominant, Suetonius Auguſto cap. 66. meminit: cuius fortaſſe ſcenam heic deſcribit Horatius.*

» *Naſidieni qui iuuit cena beati, Lambini ſcripti libri quinq; & Turneb. lib. 3. cap. 3. qui lib. 20. cap. 34. inquit, Vltima Satyra conuiuium* Naſidieni Rufi *ab Horatio lepidè deſcribitur, cum irriſione conuiuatoris oſtentatoris meri, & mendaciter epulas cõmendantis malè apparatas, & rancidas pleraſq; ac putidas.* 2 Here] *H.G.E.B.P.V.* heri, *Lambini aliquot libri ueteres.* 4 Da] Dic, *H.G.E.B.P.V.* 5 Placauerit] *E.V.* pacauerit, *H.G.B.P.* 6 In primis Lucanus aper] *Aper Lucanus captus Auſtro flãte, capue,*

 ut lon

ut loquebantur, cenæ fuit, quo quidem Horatius indicat fœtidum fuiſſe: ut & alio ait loco (2. Sat. 2.)

„ — At uos Præſentes Auſtri coquite horum opſonia.

Sed uitium tamen à conuiuatore in laudem conuerſum fuiſſe, qui meliores apros eſſe auderet affirmare leui Auſtro captos. Turneb. lib. 20. cap. 34. 7 Acria] Acria appoſita ei erant condimenta, ad diſſimulandum uitium ſaporis, appetitumq́ excitandum. in iis fæcula, quod erat condimentum è fæce uini factum acrimonia habens, φίκλη à Græcis medicis dicitur. Mox illudit uelut ſacri cuiuſdam cærimonias & pompam, cùm ita inferāt in triclinium miniſtri uinum in capitibus repoſitum, ut apud Atticos uirgines canephoræ ſacra Cereris gerebant. Iam Cæcubum uinum & Chium mentitur Rufus, ac peruenuſtè ludit in poſteriore Horatius, quod maris expers ait ambigua cauillatione. nam cum uino Græco miſceretur marina, Chio nō miſceretur, huic negat admixtam, ſimulq́ negat mari aduectum, ut uernaculum uinum, non Græcum. uino autem Chio non ſolitū fuiſſe aqua miſceri, ex his Plauti uerbis intelligi poteſt, ita in Curculione (ſc. Quò te,) ſcribentis,

„ Nomen eſt lenæ multibiba atq; merobiba.
„ P. Quaſi tu lagenam dicas, ubi uinum ſolet
„ Chium eſſe.

Nec ſatis, Naſidienus ſe habere in cella Albanum & Falernum gloriatur inſolenter moleſta conuiuis uanitate. Puto autem Mecœnatem ſediſſe medium inter umbras ſuas Balathronem & Vibidium: & in tertio lecto medium ſediſſe conuiuatorem. igitur ſuper ipſum, eſt ſuper Naſidienum. Ridiculus porrò hoc erat Porcius, quòd placentas quaſdam cremoris aliquanto liquidioris ſolus totas ſimul abſorberet. Nomentanus autem hoc erat ridiculus, quòd ſi quid in cibis eſſet, uel uitioſi, uel uulgaris ſaporis, indicaret digito, cùm alij conuiuæ tam ſapientis non eſſent palati. proinde inguſtata ilia porrexit, quæ tam mali ſucci erant, ut inguſtabilia eſſent. Ergo exclamat Vibidius,

„ Nos niſi damnoſè bibimus moriemur inulti.

Niſi, inquit, detrimentum ciborum inſuauium & fœtidorum ſarciamus largo uini hauſtu, uelut inulti ab hoc conuiuatore & enecati peribimus, cùm eius diſcos attingere non poſsimus. Turneb. lib. 20. cap. 34. 9 Alec] Hallec H. & ailec. 2. Sat. 4. ſine adſpiratione. allec, G. E. B. P. V. 10 Puer altè cinctus] Puer alter cinctus, Cruquij codices duo. 18 Sed queis] Sed quis, Aldi editio. 20 Prope me] Pro me, Cruquij codex unus, id eſt, ante, ſeu ſupra me. Thurinos] Thurinos, H. B. G. Turinos, E. P. V. Turinus. Ant. Mureti editio. Fortaſſe legendum Toranus, de quo Ouidius 4. de Ponto, Elegia 16.

„ Muſaq́ Turani tragicis innixa cothurnis.

23 Super ipſum] Supra ipſum, legit Georg. Fabricius. Ita Cicero ad Pætum. Supra me Atticus, infra Verrius. 24 Simul abſorbere] Semel obſorbere, V. ſimul obſorbere, Lambini libri aliquot ueteres. 29 Paſſeris, atq; ingustata] Paſſeris aſſi, & ingustata, Lambini libri aliquot manu ſcripti. 30 Porrexerit] Porrexerat Cruquij codex unus, & Lambini tres. 32 Poſt hoc] Poſt hæc, V. 35 Poſcūt] Poſcit H. G. E. B. P. V. 38 — Exſurdant uina palatum] Cùm ait, id inquit, quòd ſuo iudicio in apparatione epularum ſibi ſapere uideretur Rufus, qui tamen malè conditos uel mali ſucci cibos apponebat. metuebat igitur ne hebeſcens, & exſurdeſcens nimio madida uino lingua ſubtilitatem ſaporum & iucunditatem minus perciperet. Vinaria autem lagenas intelligit, cùm mox ſequatur,

„ Conuiuæ lecti nihilum nocuere lagenis.

Omnes enim lagenas Aliphanis calicibus, qui fictiles & capaciores erant, exhauſerant, ut nihil inde biberent cōuiuæ lecti, Fundanius, Viſcus, Mecœnas, ſed umbræ tantum, Balathro & Vibidius, & imus primi lecti, & conuiua imi lecti, Porcius & Nomentanus. In eo autem iure, in quo natabat muræna cum ſquillis, incoquuntur erucæ uirides & inulæ amaræ Naſidieni magiſterio, ut Curtilli echini ad excitandum ſaporem, qui alias langueret: melius autem multo eſſe ait ei iuri incoquere erucas, & inulas, uel echinos, quàm illam muriam, quam reddunt remittuntq́ oſtrea, quæ tamen uulgò admiſceri ſolebat. Dehinc uenuſtè narrat ruina aulæorum fractam fuiſſe patinam, & Vibidium de pueris quærere, num ſit quoq; fracta lagena. Illud autem, ridetur fictis rerum, eſt ridentur à conuiuis mendacia & figmenta Naſidieni, qui ſua iura & condimenta falsò laudabat, cum ita, ut loquebatur, parata non eſſent. Balathrone autem ſecundo dicit, quòd tam effuſè cachinnaretur alij, ut Balathro magnus aliàs deriſor, & ſuſpendens omnia naſo, ut dixit, primas non teneret, ſed in ridendo ſecundus eſſet. Iam diſcerptam gruem apponere adſperſam ſale farrato, & nouum & ineptum eſt: ſubtraxerat autem quædam odoris grauitate nimium offenſura cōuiuas. Iecur autem anſeris paſti ficis erat in delicijs, quod ementitus eſt Rufus. Armi leporum ſine lumbis, & palumbes ſine clunibus, putres eas partes indicant fuiſſe: ſed & merulæ aduſio pectore, quæ pars in eis optima eſt, & eſculenta, malè coctas eſcas arguūt. Iſta autem diſſimulabat Rufus, curq́ ita fierent cauſuſicabatur. ſic conuiuæ nihil omninò guſtarunt cibi, uelut malis uenenis infecti. Turneb. lib. 20. cap. 34. 39 Aliphanis] Allifanis H. G. B. V. Alliphanis, E. Aliophanis, P. 40 Omnibus imis: Conuiuæ] Omnibus imi Conuiuæ, G. E. 48 Cocto] Cocta Lambini quidam ſcripti. 50 Mutauerat] Mutauerit. H. G. E. B. P. V. 51 — Inulas ego primus amaras. H. G. E. B. P. V. — Inulis ego primus amaris, Lambinus ex coniectura legendum eſſe arbitratur.

52 Illotos Curtillus] B. ilutos Curtillus, H. G. E. V. illotos Cotillus, P. illotos Curcillus. Aldina editio. 53 Quàm teſta marina remittat] Quod teſta marina remittat, G. E. B. P. V. quo teſta marina remittat H. quam teſta marina remittit Cruquij codices aliquot: qui, quam, relatiuè exponit. 77 Et ſoleas poſcit] Romani non ſolebant in publico uti ſoleis, ſed uel in triclinio, uel in cubiculo: uerum foris calceis, atq; ea de cauſſa crimini uertit Cicero Verri, quòd ſoleatus fuerit: ſtetit, inquit, ſoleatus prætor pop. Rom. cum pallio purpureo, tunicaq́ talari. & tribulis conuiua apud Horatium, (1. Epiſt. 13.) gerit ſub ala ſoleas. Vide Turneb. lib. 24. cap. 17. & lib. 30. cap. 38. 88 Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi] Merus oſtentator erat, & mendax, inſolensq́ iactator Horatianus ille Naſidienus, qui cum peſſimas apponeret epulas, eas tamen immodicè, impenſeq́ laudibus efferebat. Is cùm iecur anſeris ficis paſti, quod συκωτὸν à Græcis, ficatum à Latinis uocatur, ſciret in delicijs haberi, quod appoſuerat, ut aliorum delicias & lauticiem ſuperare uideretur, mentitus eſt auſus non quibuſcumque uulgaribus ficis, ſed pinguibus ſaginatum fuiſſe. Fici enim pingues & pluris ſunt, & ſucci melioris & abundantioris: uulgares autem fici & caricæ ſiccæ ſunt, minorisq́ pretij. Vide Turneb. lib. 15. cap. 17. & lib. 20. cap. 34. albæ, H. 89 Auulſos] Auolſos, H. uulſos, Lambini codices tres, & Cruquij duo. 90 Edit] Antiquè ab edim, H. G. E. B. edat, P. V. 92 Suauis] Suauis, H. G. E. B. P. 95 Canidia afflaſſet, peior, &c.] Illud ex eo tractum eſt, quod quæ alioqui ſalutaria ſuo halitu afflauit ſerpens, uenenata redduntur. Vide Turneb. lib. 18. cap. 12.

GEORG. FABR. } Deſcribit cœnam Naſidieni Rufi, Eq. Romani qui Epicuri ſectam ſequebatur. Memorat conuiuas, umbras, ſeruitia, dapes, uina, pola, condimenta, iura, apparatum, ſermones, ludicra, fortunam aduerſam. Naſidieno cœnæ patri, ſeu magiſtro epuli (quem & herum, & dominum, & conuiuatorem, & paruchum uocat) ebrietas umbrarum, & caſus aulæorum, dolorem & terrorem afferunt: qui iure inſigni corrupto, exanimatus iacuit. Sequitur aliorum riſus. L. Caſu Nomentani exclamatio, & Seruili Balatronis ſimulacra conſolatio, qua animus redditur hoſpiti: quem cœnam inſtaurantem, & non in loco differentem, conuiuæ cum faſtidio audiunt, & nihil ciborum attingunt: adeò ut ob inuitatis parum gratiæ iniret, à non uocatis etiam irrideretur. Igitur quem initio appellauit beatum, nunc dicere cogitur miſerum: & uoluptatem è profuſione captantem, nihil neq; uoluptatis, neq; fructus ait conſecutū. Lucanus aper] Apri Lucani, pro magnis: ut, tauri Lucani pro ualidis. Lucilius 6. Sat.

„ Quem neq; Lucanis oriundi montibu' tauri.

Vt Attica uirgo] Erant Athenis uirgines κανηφόροι, ſeu (ut Solinus) ſacrigerulæ, Palladi dicatæ. Ouid. 2. Met.

„ Illa forte die, caſtæ de more puellæ,
„ Vertice ſuppoſito, feſtas in Palladis arces,
„ Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.

Erant

Erant etiam, qui eodem munere perfungerentur in ſacris Cereris, ut hoc loco. Prope me uiſcus Turinus] *Fortè legendum,* Turanus *de quo Ouid.4.de Ponto.*

„ *Muſaq; Turani Tragicis innixa cothurnis.*

Nomentanus erat ſuper ipſum] *Lego,* ſupra. *Ita Cicero ad Pætum, Supra me Atticus, infra Verrius.* Inuertunt Alliſanis uinaria tota] *In alijs ſcriptum eſt,* Aliphanis, *& à Strabone hæc urbs Samnitica ſcribitur* Ἀλλιφαί *& Aliuæ in itinere Antonini Auguſti, exemplari corruptiſſimo. Rectiùs ſcribi,* Alliſanis, *teſtatur liber Anhaltinus, & marmora tria in illo ipſo oppido, quorum unius inſcriptionem ſubijciam,*

FABIO MA-
XIMO V. C.
CONDITORI MO-
ENIVM PVBLICO
RVM VINDICI
OMNIVM PECCA-
TORVM. ORDO ET
POPVLOS ALLIFA-
NORVM PATRONO.

In libro Conciliorum, CLARVS *epiſcopus* ALLIFANVS *legitur. Pocula* Alliſana *ponuntur pro magnis ab Horatio, ut Calices Cumani, pro paruis, et rorantibus, à Varrone* περὶ μέθης. *Vinaria ſunt uaſa uini, uel ipſæ cellæ.* Quis eſt crudelior in nos Te Deus] *Veteres philoſophi, teſte Lactantio, ſexum utrumq; dijs tribuerunt. quos ideo Seruius* ἀρσενοθηλεῖς *in 2. & 10. Aeneid. Vt de fortuna hoc loco Horatius, de Venere Virg. 2. Aeneid. inquit,*

„ *Ducente Deo. Et Caluus poëta uetus dixit,*

„ *Pollentemq; Deum Venerem.*

IOD. BAD. ASCENS. } Vt te Naſidieni, &c.] *Fundanium, ut dixi iam cum poëta interrogat. de cœna Naſidieni, quam Mecœnati, ſodalibuſq; ac ſcurris eius parauerat. In qua re nonnihil ut ſolet Mecœnatem taxat, ſed in perſona aliena, quaſi ipſe id non ageret. Ordo eſt. & ſunt uerba Horatij.* O' Fundani ut] *i. qualiter cœna Naſidieni* Beati] *i. diuitis (aut potius ſecundum Epicureos beatè uiuentis: eò, quòd eſt uoluptatibus indulgens. Creditur enim præcepta prius à Catio recitata tradidiſſe)* Iuuit] *Id eſt, delectauit te?* Quæro] *Sup. hoc à te: tanquam ab experto.* Nam te dictus es à familiaribus] *ſ. tuis, mihi quærenti conuiuã.* Potare] *i. quòd potares.* Here] *i. heri.* Illic] *ſ. apud Naſidienum.* De medio die] *i. incipiendo à meridie uſq; ad cœnam. Reſpondet Fundanius.* Sic] *Sup. iuuit.* Vt nunquam fuerit mihi in uita] *i. quam diu uixi. melius. Horat.* Dic ſi non eſt graue] *i. moleſtum, quæ eſca* Placauerit] *i. ſedauerit prima uentrem* Iratum] *i. famelicum. Reſpondet Fundanius. In primis fuit aper Lucanus captus in leui Auſtro, quia Auſtro flante tenereſcunt carnes, & niſi abſumantur putreſcunt.* Vt] *i. ſecundum quòd* Pater cœnæ] *ſ. Naſidienus aiebat, hoc prudenter addit Fundanius, ne ſe quoq; lautitiarum ſtudioſum prædicet.* Acria rapula fuerũt inp. circum] *i. in circuitu, & lactucæ, & radices, & ſup. talia* Qualia peruellũt] *i. irritant ſtomachũ laſſũ: uidelicet ſiſer, allec.* Fæcula Coa] *i. omne genus gari ac muriæ.* Vbi] *i. quo loco.* His] *ſ. dictis obſonijs.* Sublatis] *i. amotis, puer cinctus altè ut ſit expeditior* Perterſit] *i. undiq; terſit.* Menſam acernam] *ſ. ex acere arbore precioſa factam.* Et hoc gauſape] *i. panno uilloſo.* Purpureo] *i. purpurei coloris.* Et alter] *ſ. puer.* Sublegit] *i. clanculum & ex ordine abſtulit de menſa.* Quodcunq; iaceret inutile] *i. ſuperfluum* Quæ] *Pro &, quod poſſet offendere* Cœnãtis] *(accuſatiuus eſt) i. cœnantes hydaſpes, puer denominatus à fluuio Parthos pertranſeunte.* Fuſcus] *i. fuſci coloris more patriæ procedit ferens Cæcuba uina.* Vt] *i. quemadmodum* Virgo Attica] *i. Athenienſis, ſup. procedit cum* Sacris Cereris] *i. ferens ſacra Cereris in capite: ea enim lentiſſimè incedebat.* Alcon] *i. alter miniſter, procedit ferens Chium ſup. uinum* Expers maris] *i. non habens corruptionem, aut admixtionem aliquam ex mari, licet ſit per mare uectũ.* Hic] *i. hoc loco.* Heros] *i. dominus conuiuij ſup. dixit. ô Mecœnas* Siue Albanum] *Sup. uinum ſiue Falernum.*

Delectat magis appoſitis] *i. quã uina appoſita Cæcuba & Chia.* Nos habemus utrunq;] *i. libenter afferemus. Interclamat poëta.* Modeſtè] *Vnde non addit ô, quod uehementiam notat dicens.* Miſeras diuitias quæ] *i. hominem perditum faciunt, & de illis ſe iactantem (& id potiùs dixero, quam quod Acro.) Sed ô Fundani ego laboro* Noſſe] *i. ſcire.* Pulchrè] *i. ex ordine,* Quis cœnantibus] *i. de cœnantibus fuerit tibi.* Vna] *i. pariter in eo conuiuio. Reſpondet Fundanius. Ego ſup. fui.* Summus] *i. in ſummo loco unius lecti.* Et uiſcus Thurinus] *Ex oppido Furio, quod eſt in Calabria ſup. fuit prope me, & infra ſup.* Viſcum] *i. tertius in ordine fuit ſup. ſi memini,* Varius, poëta ille Lyricus & cum Seruilio balatrone] *Homine perditæ gulæ, fuit Vibidius alius paraſitus, quos Mecœnas adduxerat* Vmbras] *i. Scænicos uiros, qui mimos & ſcurras agerent.* Nomentanus] *Prodigus ille ſæpe notatus ab Horatio erat* Super ipſum] *ſ. Vibidium.* Porcius] *Alius perditus homo erat, ſup. infra ipſum exiſtens* Ridiculus] *i. cũ riſu perditus* Abſorbere] *i. ſorbendo abſumere ſimul totas placentas.* Nomentanus] *Sup. erat aduocatus ad* Hoc qui] *i. ut monſtraret digito* Indice] *i. indicante ſi forte* Quod] *i. aliquid lateret. Erat enim peritus obſoniorum, ut qui in eis totum patrimonium ſuum abſumpſerat, & ita erat à Naſidieno adhibitus, ut precium ferculorum indicaret. Nam cætera turba.* Inquam] *i. dico nos, qui non ſumus gulæ proceres, nec earum rerum ſtudioſi.* Cœnamus aues, conchilia, piſces, celãtia] *i. occultantia, & in ſe continentia ſuccum, qui ſaporum ſedes eſt.* Diſſimilẽ longè noto] *i. familiari & conſueto nobis, & ideo incognito nobis, & propterea niſi fuiſſet adhibitus, qui ualorem obſoniorum indicaſſet, perdidiſſet dominus conuiuij expenſas ſuas. (Nam ſi ruſticus turdum pro mergo comedit operam, & expenſas perdiderit, qui appoſuit) diſſimilem dico noto,* Vt] *i. quemadmodum patuit.* Vel] *i. etiam* Continuo] *Id eſt, ſtatim* Porrexerit] *i. miniſtrauerit mihi.* Ilia paſſeris] *i. illius piſcis. Nam paſſer etiam piſcis eſt. Ilia autem ſunt inteſtina, quæ in piſcib. pinguia & lautiora eſſe ſolent. (unde Iuuen.*

„ *Vir frater ab ipſis Ilibus.) Atq; Ilia Rhombi, alterius piſcis in ſummo precio tunc temporis habiti.* Ingustata mihi] *i. quæ nunquam ante guſtaueram. Et ita quia ſe lautitiarum imperitum fatetur, potius dixero poëtam, quam equitem, quia ſobrietas potiùs poëtæ, quam equiti competit, potiſſimũ cùm in prima huius dictus ſit poëta elegans eſſe.* Poſt hæc me docuit] *Proſequitur eandem rem Fundanius, dicens.* Nomentanus docuit me poſt hæc] *ſ. dicta.* Meli mela] *i. illos dulces fructus rubere melius* Delecta] *i. cum delectu carpta ad lunam* Minorem] *i. cum imminuta eſt.* Quid hoc] *ſ. quòd ad minorem lunam, & non ad plenam deligantur* Interſit] *i. differat.* Diſces tu melius ab ipſo] *ſ. Naſidieno.* Tum] *i. poſtquam cibis refecti ſunt, Vibidius, ſcurra & paraſitus, dixit ſup.* Balatroni nos moriemur inulti] *ſ. de iſto apparatu, niſi bibemus* Damnoſè] *i. uſq; ad ægritudinem Cerebri noſtri, & iacturam domini. Et ſup. hoc dicto.* Poſcit calices maiores] *i. pocula maiora, pallor indiciũ timoris.* Vertere] *Sup. capit.* Vel uertere] *i. uertebatur.* Tum] *i. tunc.* Faciem Parochi] *i. domini conuiuij (qui ut Parochus ligna ſalem, & aquã præbebat)* Metuentis nil] *i. nihil ſic.* Vt potores acres] *i. uehementes.* Quòd] *i. quia* Poti] *ſ. maledicunt liberiùs (unde dictum eſt in 1. lib.*

„ *Sæpe tribus uideas lectis cœnare quaternos.*

„ *E' quibus unus auet quauis aſpergere cunctos*

„ *Præter eũ, qui præbent aquã, poſt hũc quoq; potus) uel quòd feruida uina.* Exurdãt] *i. ſurdũ & ſine guſtu faciũt palatũ* Subtile] *i. tenerũ & citò corruptibile, uel quod ſubtile eſſe debet pro dijudicãdis cibis.* Vibidius, &c.] *Paraſiti, illi & uehemẽtes potores.* Inuertunt] *i. euacuant* Tota uinaria] *Sup. uaſa quibus uina allata ſunt.* Aliphanis] *i. poculis minoribus à loco ſic dictis, & hoc omnibus qui in eo lecto erant.* Secutis] *i. ſequentibus* Conuiuæ imi] *i. infimi lecti nihilum* Nocuere lagenis] *i. modeſtè biberunt.* Muræna] *i. piſcis ille affertur patina.* Porrecta] *i. extẽſa inter ſquillas alios piſces.* Natãtes] *ſ. in iure ſuo.* Herus] *i. dñs conuiuij. ſ. Naſidienus, inquit,* Sub hoc] *i. cum illa afferretur.* Hæc] *ſ. Muræna, capta eſt grauida.* Future deterior carne] *i. minus bonam carnẽ habitura* Poſt partum] *i. poſtquam peperiſſet.*

His

His ſup. piſcibus, eſt ius mixtum oleo Quod prima] *i. laudatiſſima cella.* Venafri] *Illius oppidi, circa quod laudatiſſimum naſcitur oleum preſſit, & ſup.* Garo] *i. liquamine aut ſalſamento, de ſuccis piſcis* Hiberi] *i. in Mari hibero capti, & ſupple uino* Quinquenni] *i. quinq; annorum.* Verum] *i. ſed* Nato] *i. producto citra mare, hoc eſt, in Italia, Chium ſup.* Vinum cōuenit] *i. concordat* Sic Coo] *Supple uino.* Dum] *i. quam diu coquitur.* Vt nullum] *Sup. uinum* Non conueniat] *Sup. magis.* Hoc] *i. quā hoc .ſ. Chium uinum, & mixtū ſup. albo pipere.* Non ſine] *i. cū aceto.* Quod mutauerit uitio] *.ſ. Acoris ſeu aciditatis.* Vuam Methymnæam] *Ab urbe Leſbi, ubi optimum fit uinum, ſic dictam. Ex optimo enim uino ſolet fieri optimum acetum.* Ego] *Inquit, Naſidienus, docui primus incoquere* Inulas amaras] *i. quas coquendo in illo uino amaras facio ut appetitum excitent* Cotillus] *Sup. monſtrauit.* Vt] *i. qualiter muria* Remittat] *i. temperet Echinnos ſup. piſces* Illotos] *.ſ. ſalſedine* Melius] *i. commodius quam teſta* Marina] *i. quam liquamen factum de piſce marino teſtato, ſunt qui aliter intelligant, ſed ſuus cuiq; ſenſus eſt.* Interea ſuſpenſa, &c.] *Id ferè cōtingit, ut dum feſtiui ac læti eſſe cupimus, aliquid moleſtiæ intercidat, ſed iucundiſſima eſt narratio, quæ rebus ridiculis graues ſententias intermiſcet.* Ordo eſt. *Interea dum ſic gloriabundus inuenta ſua narraret Naſidienus.* Aulea] *i. ueſtes intertextæ (cuiuſmodi ſunt tapeta, quæ tamē propriè ſunt, dum ſubſternantur, ſicut aulea, quæ in aulis ſuſpenduntur)* Suſpenſa] *i. ſurſum penſa ad arcendos pulueres.* Fecēre] *i. fecerunt graues.* Ruinas] *i. caſus in* Patinā] *i. uas eſcariū trahentia ſupple* Tantum atri] *i. immundi, & nigri pulueris. quantum ſup. pulueris.* Aquilo] *i. uentus ille impetuoſus* Non excitat] *i. commouet in agris Cāpanis, qui arenoſi ac puluerulenti ſunt.* Nos] *.ſ. conuiuæ, ueriti, grauius ſup.* Periculum] *Videlicet ruinam totius Tricliniȷ, poſtquam ſenſimus nihil* Pericli] *Pro periculi eſſe erigimur, & animo, & corpore, qui cōpreſſi & attoniti eramus.* Rufus] *.ſ. Naſidienus rex conuiuiȷ flere ſup. cœpit.* Aut flere] *i. flebat.* Capite poſito] *i. inclinato.* Vt] *i. quemadmodum ſup. fleret.* Si filius obiſſet immaturus] *i. morte immatura.* Quis eſſet finis] *Supple flendi? quaſi dicat nullus.* Ni] *i. niſi Nomētanus* Sapiens] *i. peritus aſſentator.* Tolleret] *i. erigeret cōſolando* Amicum] *.ſ. Naſidienum* Sic] *i. talibus uerbis.* Heu fortuna, quis Deus eſt crudelior in nos] *i. in genus humanum* Te] *i. quam tu. quaſi dicat nullus* Vt] *i. qualiter (admirantis eſt)* Tu gaudes ſemper illudere rebus humanis] *Hæc grauis eſt ſententia, de rebus ridiculoſis. Vnde Varius poëta uix poterat* Compeſcere] *i. continere riſum.* Mappa, quam] *.ſ. in os ingerebat aut mordebat.* Balatro Paraſitus nequam ſuſpēdens omnia naſo] *i. uafrè irridens, ita quòd ſic ſuſpenſè loqueretur, ut neſcias ſerio ne ac ioco id dixerit, aiebat* Hæc] *i. huiuſmodi. i. dubia & infortunio ſubiecta eſt cōditio uiuendi.* Eoq;] *i. & ideo.* Fama par] *i. æqualis nunquā eſt reſponſura* Tuo labori] *i. nunquam famam cōſequeris æqualem laboribus tuis.* Tene] *i. nunquid ſup. æquum aut iuſtum, aut dijs placitum eſt te* Torquerier] *Pro torqueri .i. cruciari,* Vt ego accipiar lautè] *i. ſplendidè & opiparè, te inquam* Diſtrictum] *i. anguſtiatum omni ſollicitudine.* Ne panis] *Sup. ſit aduſtus uel ne panis apponatur aduſtus.* Et ne ius apponatur malè] *i. indecenter conditum, & ut omnes pueri miniſtrēt præcincti & compti rectè.* Adde præterea] *i. præter alias ſollicitudines tuas.* Hos] *i. huiuſmodi* Caſus] *i. infortunia (ſed bene alludit ad caſum cadere: uel quæ ceciderant)* Si aulea ruant] *i. decidant, ut modo ſup. ruunt aut deciderunt.* Et ſi agaſo] *i. rudis miniſter ut ſolent eſſe* Agaſones] *i. mulorum, equorum'ue, aut aſinorum directores, lapſus pede,* Frangant patinam] *i. uas æſcarium patens, & forte fictile, quia in eo minus contrahit malum ſaporem, ſed res aduerſæ* Solent nudare] *i. reuelare & manifeſtare,* Oculis] *Quaſi nudum, qui prius tectus erat obȷcere.* Animum conuiuatoris] *i. conuiuia parantis* Vti] *i. ſicut ducis ſup. animum nudare ſolent, & ſecundæ. i. proſperæ ſup. res ſolent celare animum conuiuatoris & ducis quia fortitudo in aduerſitate potiſſimùm perſpicitur, quamuis inuenias temperatiores in aduerſis quam lætis.* Naſidienus, &c.] *Ita ſuſpenſo Naſo dixerat balatro ſuperiora, ut Naſidienus ſe uere laudatum putaret, unde ſequitur.* Naſidienus] *Sup. reſpondit, ad hæc ſup. dicta Balatroni.* O' Balatro amice, dij dent tibi quæq; ūq; commoda precaris, ita] *i. in tantum es tu uir bonus, &* Comis] *Id eſt, concinnus conuiua. Et ſup. hoc dicto,* Poſcit ſoleas] *i. crepidas ſuas, quas exuerat cum torum conſcenderet.* Tum] *i. poſtquam habitis ſoleis diſceſſerat.* Tu uideres] *i. quilibet qui adeſſet uidere poſſet.* Suſurros diuiſos] *i. ex diuerſa parte ortos.* Stridere] *i. ſtridorem facere. Eſt autem hic à ſtrido 3. coniug. non à ſtrideo 2. quia penul. corripit* In aure ſecreta in quocunq; lecto] *.ſ. tricliniȷ. Reſpondet Horat.* Ego nullos] *i. non ullos.* Ego non mallem] *i. magis uellem ſpectaſſe ullos ludos* His] *i. quam hos, quos mihi narras. Sed age redde illa, quæ riſiſti deinceps. Reſpondet Fundanius.* Vibidius paraſitus ille, dum quærit] *i. percunctatur de pueris.* Num] *i. nunquid lagena ſit* Quoq;] *i. etiā fracta.* Quòd] *i. quia.* Pocula] *i. potus non dentur ſibi* Poſcenti] *i. petenti: quæ pro &,* Dum] *i. quando.* Vibidius] *.ſ. quia ſcurram ſcurra ridet.* Ridetur balatrone, fictis] *i. fictitijs* Rerum] *Hoc eſt, rebus fictis.* O' Naſidiene tu redis ſecundo] *i. iterum frontis* Mutatæ] *i. habens frontem* Mutatam] *Hoc eſt, hilariorem.* Vt] *i. tanquam emendaturus* Arte] *i. induſtria fortunam.* Deinde pueri] *i. miniſtri ſecuti ſup. ſunt.* Ferentes] *i. apportantes* Magno Mazonomo] *i. lance ſic dicta, mēbra gruis ſparſi multo ſale, non ſine farre diſcerpta, & iecur albi anſeris* Paſtum] *i. enutritū pinguib. ficis, & armos leporū (de quib. dictū eſt,*

„ Fæcundi leporis ſapiens ſectabitur armos) *Auulſos.* Vt] *i. tanquā multò* Suauius] *i. rem multo ſuauiorē, quam ſi quis edat.* Cum lumbis] *i. cum poſteriori parte* Tum] *i. deinde uidimus.* Et] *i. etiam merulas poni aduſto pectore, & palumbes ſine clune, appoſitoriè.* Res ſuaues] *i. ſuaues ſi* Dominus] *.ſ. Naſidienus non.* Narret] *i. narrauiſſet cauſas* Earum] *Sup. rerum. Cauſæ autem erant, quia dixit conſeruatas eſſe tam diu quòd medium earum eſſet putrefactum, quia nunc quoq; multis uiſum eſt nihil ſatis tenerum aut delicatum, niſi ſit ſemiputidum, quem ſup. dominum nos.* Vlti] *i. ſumentes ultionem (cum enim ſummæ laudis putaret lautè paraſſe cibos conuiuis gratos, nihil ei triſtius poterat accidere contemptis cibis conuiuas aufugere, ultionis ergo genus eſt cibos corruptos non attingere) nos ergo ulti fugimus, ſic ut nihil omninò guſtaremus, uelut Canidia, illa uenefica Neopolitana, de qua prius dictum eſt.* Exiſtens peior] *i. uenenoſior ſerpētibus Aphris, qui tamen uenenoſiſſimi ſunt.* Afflaſſet] *i. flatum uenenoſum inſpiraſſet* Illis] *Sup. cibis ſemicorruptis. Hæc quanta potuimus breuitate, & commoditate ſuper ſermones Horatianos collegimus.*

COMMENTARIORVM VARIORVM AVTHORVM, IN Q. HORAT. FLACCI LIBRVM II. SERMONVM FINIS.

Q. HORA.

Q. HORATII FLACCI, EPISTOLARVM, CVM VARIORVM DOCTISSIMORVM, TAM NEOTERICORVM, QVAM ANTIQVISSImorum Grammaticorum, Commentarijs ac Annotationibus, in Opus unum collectis,

LIBER PRIMVS.

ARGVMENTA ASCENSIANA EPISTOLARVM PRIMI LIBRI QVINTI HORATII FLACCI.

Ad Mecœnatem quæ fertur Epiſtola Prima
Virtuti & Sophiæ monet impalleſcere ſanctæ.
Te'q; Secunda monens Lolli commendat Homerum
Plurima perquirit reditorum Tertia Florum.
Fortunis uti te Quarta tuis monet Albi
Torquatum ad cœnam iocundam Quinta uocabit.
Normam uiuendi tibi monſtrat Sexta Numici.
Ocia diuitijs liberrima Septima præfert.
Aegrum Octaua animum Flacci docet Albinouanum.
Septimium charum commendat Nona Neroni.
In Decima requiem ruris tibi laudat Ariſti.
Bullati Undecima legis à curis reuocantem:
Te Duodena tuis uti bene comprobat Icci.
In decimatertia perferre doceris Aſella.
In decimaquarta laudat tibi uillice rura.
In decimaquinta rogitaris plurima Valla.
In decimaſexta taxat te ſcommate Meni.
Septima poſt decimam poſcum agri fert animiq;.
In decimaoctaua rege & rebus docet uti.
In decimanona docet officium probitatis.
Biſdena ebrietas potus'q; poëta notatur.
Ad librum recitat uitam ſuprema poëtæ.

EPISTOLA I. AD MECOENATEM.

ARGVMENTVM EPISTOLÆ I. IOD. BAD. ASCENS.

Ad Mecœnatem quæ fertur Epiſtola prima
Virtuti & Sophiæ monet impalleſcere ſanctæ.

Ordo eſt, Prima epiſtola, quæ fertur] *Id eſt, mittitur ad Mecœnatem* Monet] *Id eſt, cohortatur quemlibet ſup.* Impalleſcere] *Id eſt, uſq; ad pallorem ſtudere & incumbere.* Virtuti & Sophiæ] *Id eſt, ſapientiæ.* Sanctæ] *Id eſt, quæ ad decentes mores & uitam pertinet ac ubi aduertes lector* Sophiam *tam apud Græcos, quàm apud Latinos media breui proferri.*

ALIVD GEORGII FABRICII.

Philoſophia Medicina animorum.

COMMENTARIA.

PRIMA dicte mihi, ſumma dicende Camœna,
Spectatum ſatis, & donatum iam rude, quæris
Mecœnas, iterū antiquo me includere ludo.
NON eadem eſt ætas, nō mens: Velanius, armis
Herculis ad poſtem fixis, latet abditus agro,
Ne populum extrema toties exoret arena.
Eſt mihi purgatam crebro qui perſonet aurem:
Solue ſeneſcentem maturè ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus & ilia ducat.

ACRON.

DONATVM iam rude] *Rudis eſt ſignū miſſionis artis gladiatoriæ.* Includere ludo] *Officio ſcribendi. Ludum autem* ἀλληγορικῶς *uocauit, ut oſtenderet periculoſum opus eſſe ſcribendi, quia poſt pugnam contulit ſe ad agriculturam.* Velanius armis Herculis ad poſtem fixis] *Nomen gladiatoris pugnaciſsimi, & iucundè hoc exemplum attulit, quia ſuperiùs dixit. Antiquo me includere ludo.* Abditus agro] *Comparat ſe Velanio gladiatori nobiliſsimo, qui poſt multas palmas, conſecrauit Herculi arma ſua, contentus proprio agro. Cuius exemplo dicit ætatem ſuam, & propoſitum ſuum impediri, & nō poſſe ſe perſeuerare in carminibus: ſed potiùs uelle tranſire ad ſtudium philoſophiæ relictis iocis, & lyricis uerſibus.* Ne populū extrema toties exoret arena] *Quia gladiatores portaturi rudē ex media arena, conſueuerunt, ſe ad crepidinem Circi demittere proximi, ut poſſent populum triſti uultu uelocius exorare. Id eſt, ſub circulo Amphitheatri ſtans petat rudem. Nam ibi conſuetudinis eſt ſtantem gladiatorē, petere miſsionem.* Eſt mihi] *Modò philoſophus, qui perſonat aurem, & faciat purgatam.* Addictus iurare] *Metaphoricôs locutus eſt, à militia. Quia iurabant milites in uerba ducis, & ſic ibant ad militiam.* Iurare in uerba] *Id eſt, nulli ſum obnoxius. Omnes audio ſcrutantes ad rem probandā.* Tempeſtas] *Aut fortuna, aut caſus, aut animi inclinatio.* Nunc agilis] *Id eſt, facilis, & mobilis, & diuerſa appetens, negocioſus, accinctus, apparatus ad laborandum.* Ciuilibus undis] *Hoc eſt, morali philoſophiæ, & mirè in metaphora perdurauit, quia dixit tempeſtas.* Virtutis ueræ] *Sectæ quia dicunt non eſſe peccantibus ignoſcendum.* In Ariſtippi furtim præcepta relabor] *Ariſtippus Cyrenaicus fuit, & Epicureus. Qui ſummum bonū in uoluptate dicit. Furtim autem ideo, quia Stoici dicunt fugiendam eſſe uoluptatem.* Et mihi res] *Nā Stoici dicunt natum hominem, ut à republica regatur. Epicurei uerò ut homo rempublicam regat.* Subiungere] *Quoniam auari pecunijs ſeruiant ideo Horatius, quaſi philoſo-*

philoſophus ait: Conor ut mihi ſeruiant pecuniæ, non ego illis. Nam illa nobis ſeruiunt, quæ contemnimus. Aliter: Hoc Epicurei Stoicis opponunt ſequentibus gloriam uirtutis, quaſi illi rebus ſeruiant, dum appetunt gloriam. Senibus] Per hoc oſtenditur omni ætati philoſophiam prodeſſe, in quantum profecerit. Glyconis] Glycon athleta quidam fortiſsimus fuit.

Eſt quodam] Quaſi aliquis dicat: Quid ſtudes philoſophiæ rebus, cùm non poſsis ad ſummam philoſophiam peruenire? Prodire tenus, ſi non datur ultra] Vſque ad aliquantulum doctrinæ peruenire ut, Pubetenus. Sunt uerba & uoces] Philoſophiæ præcepta, uoces τὸ αὐτὸ, id eſt, idipſum, quia uerba & uoces idem ſunt. Quaſi non ſunt habendi morbi auaritiæ, quia penitùs uitia eruere nemo poterit.

Ter purè] Ita ait: Ter purè, ut ſe mergunt qui ſe purgant, ut Perſius:

„ Tiberino in gurgite mergis,
„ Mane caput, bis terq; & noctē in flumine purgas.

Lecto] Bene lecto, atq; rectè, ſine agitatione libidinis. Patientem commodet aurem] Omnis hic locus conſonat Tuſculanis quæſtionibus. Miraris & optas] Scilicet, conſequi, id eſt, ſtultè optas.

Diſcere & audire] ὕστερον πρότερον: nam prius audimus, tum diſcimus. Quis circum pagos] Quis cùm ſit fortis, nolit Olympijs coronari? Compita dicuntur, quæ patent in multas uias.

Dulcis palmæ] Id eſt, philoſophus poteſt coronam contemnere, ſciens inanem eſſe hanc gloriam.

Vilius] Ocioſæ uitæ præponenda eſt palma. palmæ præponenda eſt uirtus. Hæc Ianus ſummus ab imo] Duo Iani ante Baſilicā Pauli ſteterunt, ubi locus erat fœneratorum. Ianus dicebatur locus, in quo ſolebant conuenire fœneratores. Id eſt, omnes qui conueniunt, hæc loquuntur, id eſt, has fabulas ſenes docent, & pueri quibus pari imperitia animus eſt, & per hæc ſunt contemnenda quæ dicant.

Suſpenſi loculos, tabulamq; lacerto] Conſuetudo quondam fuit, ut iuuenes philoſophiæ operam dantes, & Senatores in curiam intrantes, in læuo brachio ferrent tabulas ad quiddam exarādum, & loculos ad aliquid ſibi emendum, ut oſtenderetur, quia qui uolunt diuites eſſe, ſapientiæ ſe primo ſtudio conferant, & eſt ὑπαλλαγή. Suſpenſi lacerto, pro habentes tabulas ſuſpenſas lacertis. Si quadringentis]

Nunc itaq; & uerſus, & cætera ludicra pono:
Quid uerum, atq; decens, curo, & rogo, & omnis in hoc ſum:
Condo, & compono, quæ mox depromere poſſim.
Ac ne fortè roges, quo me duce, quo lare tuter:
Nullius addictus iurare in uerba magiſtri,
QVO me cunq; rapit tempeſtas, deferor hoſpes.
Nunc agilis fio, & merſor ciuilibus undis,
Virtutis ueræ cuſtos, rigidusq; ſatelles:
Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor.
Et mihi res, non me rebus, ſubmittere conor.
VT nox lōga, quibus mētitur amica, diesq;
Longa uidetur, opus debētibus. ut piger annus
Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrū:
SIC MIHI tarda fluunt, ingrataq; tempora, quæ ſpem,
Conſiliumq; morantur agendi gnauiter id, quod
Aequè pauperib. prodeſt locupletib æquè,
Aequè neglectū pueris ſenibusq; nocebit.
Reſtat ut his ego me ipſe regam, ſolerq; elementis.
Non poſsis oculo, quantum cōtendere Lynceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inūgi:
Nec, quia deſperes inuicti mēbra Glyconis,
Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.
EST quodam prodire tenus, ſi non datur ultrà.
FERVET auaritia, miſeroq; cupidine pectus?
Sunt uerba, & uoces, quibus hunc lenire dolorem
Poſsis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? ſunt certa piacula, quæ te
Ter purè lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracūdus, iners, uinoſus, amator:
NEMO adeò ferus eſt, ut non miteſcere poſſit,
Si modò culturæ patientē cōmodet aurem:
VIRTVS eſt uitium fugere, & ſapientia prima,
Stulticia caruiſſe. uides, quæ maxima credis
Eſſe mala, exiguum cenſum, turpemq; repulſam.
QVANTO deuites animi, capitisq; labore.
IMPIGER extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.
NE CVRES ea, quæ ſtultè miraris, & optas,
Diſcere, & audire, & meliori credere non uis?
Quis circum pagos, & circum compita pugnax,
Magna coronari cōtēnat Olympia, cui ſpes,
Cui ſit conditio dulcis ſine puluere palmæ?
Vilius argentum eſt auro, uirtutibus aurū.
O' CIVES ciues, quærenda pecunia primum eſt:
VIRTVS poſt nummos: hæc Ianus ſummus ab imo
Perdocet: hæc recinunt iuuenes dictata, ſenesq;,
Læuo ſuſpenſi loculos, tabulamq; lacerto.

Quoniam Roſcius iuſsit non debere fieri equitem Romanum, niſi haberet quadringenta millia æris. Roſcius melius docet, qui dicit undecunq; habendam eſſe pecuniam, an philoſophus, qui monet contemnendam eſſe ſuperbam fortunam?

Næniæ] Laus mortuorum, ſed hic quoq; cātilena, ut alibi: Merita Nox quoq; Nænia, dicitur. Plebs eris] Id eſt, in quatuordecim ordinibus non ſedebis. Curijs] Curius uir fortiſsimus fuit, qui Corinthum uicit. Hoc dicebant & Curij, & Camilli. Is regnum habet, qui poſsit rectè facere. Decantata] Nota. Eſt cantatio ualde nota, & in ore habita. Suadet] Suademus etiā mala, hortamur ad bona. Poppi] Puppius Tragœdiographus ita affectus ſpectantium mouit, ut eos flere cōpellere, inde iſtū uerſum fecit:

„ Flebunt amici, & bene noti morte meam:
„ Nam Puppius in me uiuo lachrymatus eſt.

Reſponſare] Cōtumaciter reſpondere. His reſpondet, qui aduerſa æquo animo tolerant. Non ut porticibus] Quia periculosè tecum ſenſère Gracchi, de lege agraria iiſdem iudicijs, uoluntatibus uel opinionibus. Referam] Hoc illis reſpondebo. Quia uidet multos periſſe, qui tibi conſenſerunt.

Terrent] Senſus eſt: Quoniam populos cōtrarios tibi ſuſcipis, & amplecteris, neq; à te quicquā prudentiæ proficiſcitur. Omnia te aduerſum] Quia ſi quis ſequitur uoluntatem tuam, nullum iam habet circa ſapientiam reſpectum.

Multorum capitum] Diuerſarum opinionum, non alicuius certi conſilij. Geſtit] Sunt qui dicunt: Bonum eſt agros publicos conducere, uiduas inſidijs capiant, decipiant eas, ut ſibi uendicent res earum.

In uiuaria mittant] Id eſt, decipiant eos, ut poſsint callidè eorum hæreditatem auferre. Creſcit res] Quia interdum neſciunt fœneratores, quot menſium ſint accepturi uſuras. Verùm] Senſus eſt: Scio, inquit: quod non ſit omniū una ſententia, illud non tolerabile eſt, quòd propoſita ſua mutant in horas. Eſto] Id eſt, concedo, ut diuerſa ſentiant homines, ſed nō inuenies, qui in propoſito perſeueret. Lacus & mare] Id eſt, & iam lacus & mare, id eſt, etiam lacus & mare diuitum conſentit ſententijs, qui ſupra mare & lacus conſtituunt ædificia. Cras ferramenta] Ille poſitus apud Baias, ſi delectatus fuerit alio loco, cōtinuò iubet ferramenta transferri ad componendum prætorium.

Theanum]

Theanum] *Theanum ciuitas eſt Campaniæ, abundans opemus fabris & ſartoribus.* Quo teneam] *Mire reſpondet, quoniam ſupra dixerat: Belua multorum es capitum.* Nauſeat]*Nauſeare propriè dicuntur, quibus eadem faſtidium afferunt: & hîc propriè nauſeat, quia nauis mentionem fecerat.* Quem ducit] *Id eſt, ſimpliciter pauper alienum nauigium faſtidit, & cupit mutare, quemadmodum ſuum, & per hoc oſtendit in nulla re homines habere conſtanciam, ſed eſſe mutabiles.* Priua triremis] *Alij priuam ita intelligunt, quæ una uni aſsignatur, quia & hîc priuata poſſit intelligi.* Inæquali tonſore] *Qui inæqualiter tondet.* Subucula] *Propriè dicitur pannus additius, à ſubijciendo, uel à ſubſuendo.* Pexa]*Tunica eſt, quæ dimiſſa eſt uſq; ad talos, ſicuti pexi capilli, demiſſi.* Diſſidit impar] *Non æqualis ſedet in humeris.* Quod petijt] *Senſus eſt: Cur leuia in me uitia rides, cùm magna ſine riſu prætereas?* Inſanire putas ſolennia] *Pro ſolenniter. Iudicas me morbo laborare omnium hominũ. Idcirco pro conſuetudine guttorũ morbis non eſſe credendum.*

Curatoris] *Qui ſolet dari inſanis, & per hoc monitoris. Senſus eſt: Tu caſtigator & monitor in leuiſſimis reprehendis, maiora non corrigis.* Rerum tutela mearum] *O' Mecœnas, cum ſis adiutor fortunarum mearum, & uideas me iſtis morib. inſanire, non curas dandam eſſe mihi curatorem à prætore.* Stomachêris] *Iraſcaris, id eſt, ob minimum peccatum, & nullius momenti.* Sanus]*Tangit hic Stoicos, qui dicunt ſapientes, etiam ſi ægrotent bene eſſe ſanos. Ego autem dico ſanum & ſapientem, ſi ſine morbo eſt. Sententia Stoicorum: In hoc ſapiens minor eſt Ioue, quia moritur. Aliter: Minor Ioue eſt, quòd in cœlo non eſt.*

Niſi cùm pituita moleſta eſt] *Pituita eſt morbus capitis ad uitium gallinarum, uel pullorum.*

PORPHYR. } Prima dicte mihi, ſumma dicende Camœna] *Flacci epiſtolarum libri titulo tantum diſsimiles à Sermonibus ſunt, nam & metri, & uerborum communis aſſumptio, quos ultimos eſſe ipſe teſtatur Mecœnati, cùm dicit finire ſe operam uelle, & philoſophiæ malle inſeruire.*

Veianius]*Veianius nobilis gladiator, poſt multas palmas, conſecratis Herculi Fundano armis, tandem in agellum ſe contulit. Cuius exẽplo dicit ætatem ſuam, & pro-*

Si quadringentis, ſex, ſeptem millia deſunt:
Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua, fideſque:
Plebs eris. at pueri ludentes, rex eris, aiunt,
Si rectè facies. HIC murus ahenæus eſto,
NIL conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.
Roſcia, dic ſodes, melior lex, an puerorum
Nænia? quæ rectè regnum facientibus offert,
Et maribus Curijs, & decantata Camillis?
Is'ne tibi melius ſuadet, qui, ut rem facias, rem
Si poſsis rectè: SI NON, quocunque modo rem?
Vt propius ſpectes lachrymoſa poëmata Puppi:
An qui fortunæ te reſponſare ſuperbæ
Liberum, & erectum præſens hortatur, & optat?
QVOD ſi me populus Romanus fortè roget, cur
Non, ut porticibus, ſic iudicijs fruar iíſdem,
Nec ſequar, ac fugiam quæ diligit ipſe, uel odit:
OLIM quod uulpes ægroto cauta leoni
Reſpondit, referam, quia me ueſtigia terrent,
Omnia te aduerſum ſpectantia, nulla retrorſum.
Belua multorum es capitum nam quid ſequar, aut quem?
PARS hominum geſtit conducere publica, ſunt qui
Fruſtis, & pomis uiduas uenentur auaras,
Excipiantq; ſenes, quos in uiuaria mittant.
Multis occulto creſcit res fœnore. uerùm
Eſto alijs alios rebus, ſtudijsq; teneri:
Idem eadem poſſunt horam durare probantes?
Nullus in orbe ſinus Baijs prælucet amœnis,
Si dixit diues: lacus, & mare ſentit amorem
Feſtinantis heri. cui ſi uitioſa libido
Fecerit auſpicium, cras ferramenta, Theanum
Tolletis fabri. Lectus genialis in aula eſt?
NIL ait eſſe prius, melius nil cælibe uita.
Si non eſt, iurat bene ſolis eſſe maritis.
Quo teneam uultus mutãtem Protea nodo?
QVID pauper? ride, mutat cœnacula, lectos,
Balnea, tonſores: conducto nauigio æquè
Nauſeat, ac locuples, quem ducit priua triremis.
Si curatus inæquali tonſore capillos
Occurri, rides: ſi fortè ſubucula pexæ
Trita ſubeſt tunicæ, uel ſi toga diſsidet impar,
Rides. QVID, mea cùm pugnat ſententia ſecum?
Quod petijt, ſpernit: repetit, quod nuper omiſit:
Aeſtuat, & uitæ diſconuenit ordine toto:
Diruit, ædificat, mutat, quadrata rotundis:
Inſanire putas ſolennia me, neq; rides,
Nec medici credis, nec curatoris egere
A' prætore dati, rerum tutela mearum
Cum ſis, & prauè ſectum ſtomacheris ob unguem,
De te pendentis, te reſpicientis amici.

poſitum impediri, ne inſcribendis ijs carminibus perſeueret.

Et cætera ludicra pono] *Ait ſe depoſitis fomentis leuibus animi, id eſt, iocis, à uerſibus tranſiſſe ad ſtudium philoſophiæ, & præcepta animo ſapientiſsimè condere, quæ poſtea in uſum uitæ rectè proferri poſsint.* Quo me duce, quo lare tuter] *Nulli ſectæ addictum ſe ait, ſed ex omnibus quicquid optimum ſit, dicturum eſſe promittit.* Et merſor ciuilibus undis] *Inter Stoicam, & Epicuream iactari ſe ait. Et ideo ſe undis ciuilibus mergi dixit. Quia Stoici adminiſtrationem reipublicæ probant, Epicurei uoluptatem. Inde furtim relabi ſe ad eam ait.* Nunc in Ariſtippi]*Quia Ariſtippus Epicureæ ſectæ princeps fuit.* Regibusq; ſatelles] *Bene rigidus, ſecundùm Stoicum.* Longa, quibus mentitur amica] *Sicut longa nox eſt ijs, qui amicæ aduentum falsò expectant: uel illis, qui per diem operantur, longus dies eſt.* Non poſſis oculo]*His reſpondet, qui à ſtudio ſapientiæ deterrentes, negant perfectam ſapientiam quenquam aſſecutum, dicens contentos nos eſſe debere quantulocunq; præcepto. Eo enim utiq; deteriores non erimus.* Laudis amore tumes]*Inanis gloriæ cupiditatem, ut pernitioſum uitium, ex præceptionib. quibuſdam ſanari poſſe ait, itaq; decẽter ſubijcit.* Ter purè lecto] *Velut ad ſacrificandum caſtè, ac lotis manibus accedendum putat.*

Impiger extremos] *Hoc loco Theognidis uerſus imitatus eſt, qui ait:*

» Ἢν δὲ χρὴ φεύγοντα. καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον
» ῥίπτειν, καὶ πετρῶν Κύρνε κατ' ἠλιβάτων.

Et circum compita pugnax] *Similitudine admonet, ut à paruis ad maiora bona cupiditates conferamus.* Hæc Ianus ſummus ab imo] *Ad Ianos eos, qui ſunt in regione Baſilicæ Pauli, fœneratores conſiſtunt, à quibus uult tanquam à magiſtris doceri populũ, ne quid pluris pecunia habeant. Vnus enim illic Ianus in ſummo, alius in imo eſt, quos hic inducit monere.*

Hæc recinunt] *Aſſentiuntur, & quaſi reſpondet.* Roſcia dic ſodes melior lex? an puerorum] *Lex Roſcia eſt, qua cauetur, ut proximis ab Orcheſtra tredecim gradibus ſpectent, quibus cenſus eſt quadringentorum ſeſtertiorum. In hoc ergo unumquenque laborare, ut amplius patrimonium habeat, ut in quatuordecim ordinibus*

 ſedens,

ſedens, propius ſpectet poëmata Puppi. Contra pueri luſu cantare ſolent. Rex erit, qui rectè faciet. Qui non faciet, non erit. Quam ſententiam meliorem ait: Quia non diuitijs, ſed uirtutibus honor habetur. Hæc lex Roſcia equitibus data eſt, ut in primis quatuorde cim gradibus ſederent, ij qui quadringenta ſeſtertia haberent. Et maribus Curij.] *Mares nunc pro fortiſsimos poſuit.* Quia me ueſtigia terrent] *Ad paradoxa Stoicorum deſcenſum ſibi facit, & oſtendit, quæ ſibi populus contraria facit. Luciliana ſunt hæc. A' fabula ergo Aeſopi arguit inter ſe repugnantiam hominum, dicens, beluam multorum capitum eſſe.* Idem eadem poſ

Aut ſummam ſapiens uno minor eſt Ioue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum,
Præcipuè ſanus, niſi cùm pituita moleſta eſt.

ſunt horam durare] *Vtraq; hæc dicuntur à Stoicis, inſaniam uulgi primum quod inter ſe diſſideant, deinde quòd à ſemetipſis mutant ſubinde propoſita.* Si curatus inæquali tonſore] *Hoc ait: Rides, cùm in me uides culpam aut tonſoris, aut ueſtiarij: cùm ego ipſe mihi contraria facio, non rides.* Inſanire putas ſolennia me, neque rides] *Inſaniam quam ſuſtineo credens mihi ſolennem & neceſſariam eſſe, & ideo non rides.* Rerum tutela mearum] *Mecænati hoc ait: In nouiſsimo ſeueritatem Stoicorum hic eludit, quaſi ſurſum ad Chryſippum rediens.* Niſi cùm pituita moleſta eſt] *Niſi κατάῤῥους impedit.*

CHRISTOPHORI LANDINI FLORENTINI

ad illuſtriſs. Guidonem Feltrium in Q. Horatij Flacci Epiſtolas,

PROOEMIVM.

MAGNVM profectò mortalibus illuſtriſsime Guido Feltri adiumentum attulit, ea quæ de uita, & moribus inſcribitur philoſophia, ſine qua homini in ciuili ſocietate degenti non dicam beatam, ſed ne ulla quidem uita eſſe poteſt. Ipſa enim & uirtutum omnium indagatrix eſt, quibus ab homine remotis præter ſolam effigiem, nihil quod quidem hominis relinquitur. Et uitiorum expultrix quibus infecta humana mens tantum à ſummo bono cuius cauſa cætera omnia agunt mortales, abeſt, ut omnium ærumnarum cumulo obruatur. Quapropter iure quidem optimo diuinus ille Socrates Apollinis quoq; oraculo ſapientiſſimus eſt appellatus, quoniam relictis ſubtilioribus naturæ inquiſitionibus philoſophiam primum à cœlo in terras aduocauit ac non ſolùm intra urbes induxit, uerùmetiam in humanis pectoribus collocauit. Quod tamen tantùm Dei donum non omninò priſcos illos ſapientes latuiſſe putauerim, quicunque ij fuêre, qui circa ſeculorum initia mortales adhuc ſoliuagos, & per ſyluas diſperſos, & ſolis antris, aut ſpeluncis aduerſus cœli iniurias defenſos, uictu denique ferino uiuentes primo in unam ciuitatem compulere, ac deinde compulſos, ſed tamen per inſolentiam aduerſus eos contumaces in ius, atq; æquabilitatem induxêre, ut & legibus obtemperare, & in commune conſulere aſſueſcerent. Neq; alia ratione Orpheum, & Tygres leniſſe, ac torrentia flumina retardaſſe, aut ſyluas, ſaxaq; mouiſſe lyra fabulantur, quàm quod eloquenti ſapientia, & homines efferatos, furoreq; concitatos reprimere, & ad mitiores reuocare aut ſtolidos & penitùs ſtupidos excitare, & ad uim uirtutemq; animare potuerit. ſono citharæ mouit ſaxa Amphion, ut ſe in ædificationem Thebanorum mœnium componerent. Monſtruoſa hæc fabula eſt, ſed non id monſtrum eſt, quod fabulæ figmento tegitur nam ciuitatem Thebanam ex collectitia hominum turba hactenus ſtupida, & ſine ſenſu ac ratione uiuente compoſuit, & uerborum ornatu ac grauitate ſententiarum formauit. Quapropter cum ego Q. Horatium Flaccum tùm in cæteris ſuis uoluminibus, tum in his, quas in duos libros diſtinxit epiſtolis, ita uniuerſam hanc doctrinam amplexum eſſe uideam, ut & quid ſit ueluti ultimum ab homine expetendum, & quibus officijs ueluti uia quadam ad id perueniendum ſit ſapientiſsimè eloquentiſſiméq; deſcribat, putaui eſſe eius hominis, qui in commune pro ſua uirili conſulat ea, quæ in illis poëtarum more abſtruſa ac recondita ſunt ita interpretari, ut quicunq; legerint, & induſtriam noſtram non penitùs contemnant, & laborem non fruſtrà omninò à me ſumptum eſſe intelligant, & iocunditatis ſimul & utilitatis inde ſe aliquid conſecutos gaudeant. Quæ quidem omnia ijs potiſſimùm rationibus nomini tuo dedicaui, ut cùm & quæ ad priuatam, & quæ ad publicam uitam degendam pertinent in hoc uolumine recognoueris, tum & tu Horatium omnium poëtarum ſapientiſſimum fuiſſe animaduertas quandoquidem hæc omnia, & rectiſſimè ſenſerit, & dilucidè, coploſéq; deſcripſerit, tum patrē tuum unicum noſtri ſeculi exemplar intuearis. Animaduertes enim modò diligenter ſingula tanti ducis dicta, factaq; obſerues illum neque in rebus omnibus cognoſcendis ſapientiſſimè uerſari, neq; in ſingulis rectè agendis ſumma cum iuſtitia atq; animi magnitudine ſe gerere potuiſſet, niſi ad eam quàm à natura ſortitus eſt ingenij diuinitatem, & ad multarum rerum diuturnum uſum atq; experientiam omnium penè doctiſſimorum uirorum uariam, multiplicemq; doctrinam ſtudioſiſſimè adhibuiſſet. Lege igitur ac perlege illuſtriſſime Guido, ut quemadmodum eorum bonorum, quæ in fortunæ temeritate poſita ſunt te ſibi iam diu ſucceſſorem parat. Sic etiam earum uirtutum, quæ maximæ quæ plurimæ, quæ diuiniſſimæ in eo ſunt, uiuus, ualenſq; non ex dodrante, aut ex triente, ſed ex toto ut aiunt aſſe hæredem futurum te ſumma cum animi uoluptate amplectatur. Sed ut quandoq; ad ipſas interpretationes deſcendamus liber epiſtolarum in manibus eſt. Epiſtolas autem Græci id ſcriptorum genus appellant, quod ad abſentes mittimus, & quo ueluti præſentes alloquimur, uerbum ductum ab eo quod eſt ἐπιστέλλειν, quod ea lingua mitto ſignificat. In quo loco aduertendum eſt nomina quæ à uerbis e tenue habentibus ducuntur literam e in o conuertere. Quapropter ut ab eo quod eſt πονεῖν, id eſt, laboro fit πόνος, id eſt, labor, ita ab eo quod eſt στέλλω, atq; deinde ἐπιστέλλω fit ἐπιστολὴ, & non ἐπιστελὴ quo nomine iam Latini pro ſuo utuntur, dicuntq; non ſolùm epiſtolam, uerùmetiam in neutro genere epiſtolium. Vnde Catullus.

» *Quod mihi fortuna caſuq; oppreſſus acerbo*
» *Conſcriptum hoc lachrymis mittis epiſtolium.*

Latine autem epiſtolam literas appellamus in plurali tantum numero. Quapropter unam epiſtolam unas literas quemadmodum unas nuptias & una arma proferimus, niſi fortè ſua licentia poëtæ etiam in ſingulari literam dicant, ut apparet apud Ouidium.

EIVSDEM

EIVSDEM COMMENT. IN EPISTOLAM LIB. I.

PRima dicte mihi ſumma dicende Camœna] *Proœmij munere fungitur epiſtola hæc. Nam cùm grauiori iam ætate conſtitutus teneriora poëmata omittere quamuis Mecænatis rogatu ea ſuſcepiſſet, & res grauiores atq; ex intima philoſophia depromptas ut ſibi, ciuibusq; ſuis prodeſſet, literis mandare decreuiſſet excuſat ingraueſcentem ætatem ueluti laſciuioribus nequitijs ineptam & ueluti præteritæ negligentiæ pœnitentia ductus ſuam in hæc ſtudia properationem deſcribit. Captat igitur beneuolentiam à perſona Mecœnatis, cum illum dignum pronunciet, & quod olim laudatus ſit, & quod rurſus deinceps laudandus. Captat ſua cum ſe ueluti memorem, gratumq; beneficiorum commendet. Captat à re ipſa, quæ ad communem omnium utilitatem pertineat. Quin & ab eadem ipſa re magnitudine utilitatis propoſita auditores in ſummam attentionem adducere ualet, quam dum proponit ſimul etiam docilitati inſeruit.* Dicte] *Laudate. Virg. cui non dictus Hilas.* Spectatum] *Vel probatum. Virg.*

„ *Et rebus ſpectata iuuentus.*

Vel ſpectatum, quia translationem à gladiatorum ſpectaculo ſumit. Donatum rude] *Iam à ſcribendi munere liberum. Rudis enim ſecundum Priſcianum uirga eſt, qua donati gladiatores, à gladiatura ceſſabant. Iuuen.*

„ *Hic Sergius idem*

„ *Accepta rude cœpiſſet Veiento uideri.*

Ludo] *Arte. Nam ludum Latini locum dicunt, ubi ars aliqua traditur.* Eadem ætas] *Diuerſæ enim ætates, diuerſa ſtudia habent. Quapropter mutatione ætatis fit mutatio mentis & uoluntatis.*

Veianius] *Gladiator fuit non ignobilis, qui aduentante ſenectute ab arte diſceſſit. Erat autem de antiquorum conſuetudine, ut qui ab artificio aliquo diſcederet arma, & inſtrumenta ſui artificij in templo eius Dei ſuſpenderent, in cuius tutela id eſſet artificium, quoniam ergo gladiatura & robuſtum, & laboribus inuictum corpus, & animum in periculis intrepidum requirebat, idcirco Herculi omnium heroum maximo conſecrata eſt. Ergo ut in carminibus arma in Veneris templo ſuſpendit, ſic nunc gladiaturæ arma Herculi conſecrat, & à poſtibus eius templi pendere uult. Sic & Maro in Bucolicis.*

„ *Hæc arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.*

Ad poſtem] *De quo nomine & ualuis, & foribus dictum eſt.*

Agro] *Nam obmiſſa gladiatura dedit ſe agriculturæ. Cæterum gladiatorum ludi ita inſtituebantur ut paria facerent ex ijs, & ita illos inter ſe coæquabant ut eſſet in ipſis paribus æqualitas ætatis, exercitationis, proceritatis, uirium, & audaciæ. Sicq; compoſiti in harenam prodibant, ut ſæpe mutuis uulneribus ambo perirent. Sæpe etiam ſpectatorum clementia prohibebatur uictor ne in uictum, & iam uulneribus confectum ulterius ſæuiret, tumq; maximè cùm ille ſupplex populi in theatro ſedentis opem imploraret. Quod ſignificare uidetur poëta, cùm dicit.*

„ *Ne populum extrema totiens exoret harenâ.*

Erantq; qui rectè occultè ferentes aduerſarium, quem Mirmillonem appellant irretire conabantur.

„ *Canebantq; non te peto piſcem peto.*

Quid me fugis Galle? Quia Mirmillonicum genus armaturæ Gallicum erat, & ipſi Mirmillones Galli appellabantur, in quorum galeis piſcis effigies inerat. Genus autem hoc pugnæ inſtitutum eſt à Pyttacho Mityleneo, qui dimicaturus aduerſus Phrynonem ducem Athenienſium ob controuerſiam de finibus agrorum, quæ erat inter Acticos, & Mityleneos reti occultè lato impediuit Phrynonem. Fuit autem apud priſcos conſuetudo, ut ſi quis egregius dux in bello occubuiſſet aliquot ex captiuis hoſtibus ad eius tumulum tanquam inferiæ mactarentur. Quod in Pallante apud Maronem legimus Sulmone creatos.

„ *Quattuor hic iuuenes totidem quos educat Vfens*

„ *Viuentes rapit inferias quos immolet umbris.*

„ *Captiuoq; regis perfundat ſanguini flammas.*

Hinc gladiatorum munus repertum nonnulli uolunt, ut primò ex damnatis paria conficerentur. Quod nulla iniuria effici putabant. Nam qui conficiebantur in harena nullam grauiorem pœnã dabant, quàm qua damnati fuerant. Si quis autem euadebat id ſibi lucro apponere poterat. Deinde reperti ſunt, qui robuſtiſſimos uenales emerent, emptosq; in hoc artificio exercerent, ut deinde ad munera edenda uenderent. Poſtremò homines perditiſſimi reperti ſunt, qui queſtus gratia huiuſcemodi, & periculum, & ignominiam ſuam ſponte ſubirent. Qui autem gladiatores exercebant laniſtæ dicebantur. Alij dicunt hanc rem Athenienſes in honorem Scythicæ Dianæ reperiſſe. Iulius autem Capitolinus ſcribit uoluiſſe Romanos hoc ludo milites in hoſtes acriores reddere. Cicero in 2. Tuſculana ait Gladiatores aut perditi homines, aut barbari quas plagas perferunt, quo modo illi qui bene inſtituti ſunt accipere plagã malunt, quam turpiter uitare. Quam ſæpe apparet nihil eos malle, quàm uel domino, uel populo ſatisfacere. Mittunt uulneribus confecti dominos, qui quærant quid uelint ſi ſatis eis factum ſit ſe uelle decumbere. Liuius autem de Scipione. Gladiatorum ſpectaculum fuit non ex eo genere hominum, ex quo laniſtis comparare mos eſt ſeruorum, qui uenalem ſanguinem habent uoluntaria omnium, & gratuita opera pugnantium fuit. Refert Suetonius Neronem ad ferrum, & ad munera Horenæ quadringentos ſenatores, & ſexcentos equites exhibuiſſe. Qui perſonet] *Rationem intelligit, uel conſcientiæ ſtimulum. Dixit autem perſonet aurem, id eſt, ſonet per aurem. Dicimus autem ſono cythara, & non cytharam, ſed etiam ſono cythara carmen Doricum. Sic Virg.*

„ *Cythara crinitus Iopas*

„ *Perſonat aurata docuitq; maximus Athlas.*

Purgatam] *Non obſtructam, ſed patulam & audientem. Sententia eſt. Ratio mihi dicat. Ego autem audio & obtempero.*

Solue ſeneſcentem] *Alia translatio, quæ à curuli certamine ſumitur, nam ut erat qui equum, quo in iuuentute hactenus uictore uſus eſt iam ſenem adhuc in ludis continuare iubet, neque à iugo ſoluit, ita ego errarem ſi ea ſtudia, quæ bellè in iuuentute exercuì nunc ſenex, quæ ætas grauiora poſtulat turpiter exercerem.*

Peccet] *Ad extremum, nam equus qui in iuuentute velociſſimus fuit, in extremo uitæ tardior factus ridetur.* Ilia ducat] *Nam qui per ætatem grauiores facti ſunt non corpus habile ferunt, ſed tardum trahunt, uel ducat quaſi nimio anhelitu producat, & quaſi extendat. Nam qui imbecilliores ſunt, magis laborant. Ergo magis caleſcunt, & ex maiore calore maior prouenit anhelitus unde ilia concutiuntur.* Verſus & ludicra] *Non ergo omnes uerſus, ſed eos qui ad ludos, id eſt, ad res laſciuiores pertinent.* Ludicra] *Omnia quæ ad ludos pertinent, & ipſæ exercitationes circa ludos, & illarum inſtrumenta ludicra appellantur.* Pono] *Non ut in ſecordia degam, ſed ut ocium mihi datum ad maiora conuertam.*

Quod uerum atque decens] *Vtranq; philoſophiam ſignificauit, phyſicen quæ circa ueri inueſtigationem conſiſtit, & ethicen, quæ uitæ magiſtra ad rectas, condecentesq; actiones nos perducit. Naturali enim philoſopho ſatis eſt uerum, quod ſi cognoſcere. Morali autem quod rectum, iuſtumq; eſt noſſe non ſatis eſt, niſi rectè, iuſteq; agat. Opus enim moralis uirtutis non cognitione, ſed actione perficitur. Verùm quoniam liber iſte Horatij totus ex philoſophia pendet, & ad utilitatem eorum qui legent, & ad uoluptatem ſimul pertinere putamus, ſi rem omnem in ſuas partes, ſed quàm breuiſſimè fieri poteſt diuidemus. Sapientiæ ſtudium quam Græci philoſophiam nominant tripartito diuidere plurimi conſueuére, nam omnis, qui de illa ſermo ſuſcipitur, aut rerum naturam inueſtigat, aut uitam, & mores quærit, aut uiam certam modumq; differendi edocet. Ex quo phyſicen primam, Ethicen alteram. Tertiam dialecticen Græcis uocabulis etiam noſtri nominauerunt. Ariſtoteles autem cuius ordo in rebus cæteris omnibus præfertur ſuis uoluminibus abſolutiſſimè rem proſequitur. Quapropter qui ab eo ſunt Peripatetici totum negocium in ſpeculando, & in agendo ponunt. Et actionem quidem nos ad beatam uitam inſtruere. Speculationem uerò quoniam in optima actione conſiſtant, niſi bene agẽdo*

do comparari poſſe negant. *Primæ deinceps philoſophiæ rurſus tres partes faciunt. Vnam quæ diuina conſideret, quam tum theologiam, tũ methaphyſicen nominant. Alteram quæ naturaliũ corporum motum, proprietatemq́ inueſtigat, quam propriè phyſicen nominant. Tertiam mathematicẽ uocant, quæ relictis motu ac proprietate ipſi phyſicæ circa ſolas quantitates eorundẽ corporũ uerſatur. Theologia eſſentias à materia ſeparatas ita cõſiderat, ut modo eas quarũ neq; capax, neq; particeps eſt materia, ſed eas quarũ, & ſi capax materia non ſit, illarũ tamen particeps efficitur, ut uidemus eas ſubſtantias, quæ & ſi extra corpora intelligantur, tamen illarũ particeps efficitur materia ut ſunt hominũ animæ. Phyſices uerò ſubiectũ corpus mobile cũ ſit huius principia, proprietates, motusq́ in diuiniſſimo phyſicorũ libro, in uniuerſum expoſuit Ariſtot. Verùm cũ mobilis corporis motus uarij ſint in eo, qui de cælo & mundo inſcribitur motũ demonſtrat, qui ad locum duntaxat eſt. Nam planetæ cœliq; ita ad locũ mouentur, ut tamen ſuam eſſentiam non mutent, non.n. mutatur in Saturnũ Venus, aut in Iouem Mars, aut in aliũ alius, & ſi aſſiduo celeriq; motu rapiantur. In libro autem de generatione & corruptione eũ ponit motum, qui non ad locum ſolùm, ſed ad formã eſt. Aſſidua.n. tranſmutatione in aquã terra, & in aërem aqua, atq; rurſus ille in ignem uertitur. Sicq; uiciſſim craſſiores cuiuſq; leuioris elementi partes in propinquũ, quod ſe grauius eſt deſcendit. Eſt tertius motus qui fit ad formam mixti imperfectã, qualem uidemus in pluuia, grandine, niue, & huiuſmodi. Eſt & quartus ad formã mixti perfectã in ijs, quæ è terra effodiuntur, quæ Græco uerbo metalla etiã Latini nominant: horũ ſuperiorem in meteoris inferiorẽ in metallorum libro proſequitur. Verum cum huiuſcemodi motus omnes anima careant, ſcripſit quoq; de anima in quo libro omnes quatuor ſiue animas, ſiue animæ partes proſecutus eſt. Sed & de ſingulis in ſingulis uoluminibus peregit. Nam de ea, quæ ſentit in libro de animalibus, de ea quæ uegetat in libro de plantis ſcripſit. Adiungit poſtremo officia ac proprietates diuerſas, ut de breuitate & longitudine uitæ. De morte & uita, de ſomno & uigilia, de ſenſu & ſenſato, & de memoria & reminiſcentia. Mathematicen quã tertio loco poſuimus bipartito diuidunt. Cùm enim circa quantũ uerſetur, id aut ſimplex nudũq; conſiderant, aut cũ aliqua admixtione. Primũ rurſus in continuũ & diſcretum partiuntur. Sed in continuo geometria. In diſcreto arithmetica eſt. Si uerò mixta conſideratur aut conſpectui admiſcetur quantum, unde fluit ea quam proſpectiuam nuncupant. Aut uoci, unde fit muſica. Aſtrologia deniq; & ipſa mixta appellatur. Ex phyſice.n. & duabus partibus mathematices geometria.ſ. & arithmetica conſtat. Agit.n. de corporib. cœleſtibus, quæ naturalia ſunt, agit de illorum quanto ac numero, quorũ alterum arithmetici, alterum geometræ conſiderãt. Sed de Phyſice, quæ ſpeculationem habent hactenus. Ethice uerò quæ actionem continet, & ad mores, conſuetudinemq́ uitæ pertinet trifariam ſpectatur. In eo enim quo tibi ipſi moderaris ethica. In eo quo familiã gubernas œconomica. In eo deniq; quo remp. geris politica traduntur. Hæc duas res continet, ſummũ.ſ. in humana uita bonum, ad quod omnia referuntur, quodq́ propter ſe ipſum expetitur, atq; officia quib. tanquã uia quadã ad ipſum ultimũ finem perducimur. In hac tamen aut diſputant philoſophi, ut quid ſit ſummũ bonũ, quid uirtus, quid uitiũ & ſimilia, quam uim hæc habeant, & in quot partes diſtribuantur. Aut præcepta tradunt, quib. ad ſummũ bonum perueniatur. Dialecticen deniq; alij inter partes philoſophiæ annumerant, ut ſit tertia illius pars. Alij ſcientiam quidem negant, ſed modum quendã & uiam ad illam, & inſtrumentũ quo ad diſſerendum ſcientiæ utantur.* Curo] *Quod pertinet ad id quod agendũ eſſe didicerit.* Et rogo] *Vt quæ nondũ didicerit addiſcat. Vel dixit curo .i. inquiro, ut oſtendat quod duplici uia in cognitionẽ incognitorũ uenimus, aut noſtro ingenio & induſtria inueſtigando, aut à doctiorib. addiſcendo.* Omnis] *Totus .i. totam mentem ad hoc uerto, & eſt hæc occultior quædã beneuolẽtiæ, attentioniſq; cõparatio. Amamus n. illum, qui iam aſſiduã, uehementẽq; operam ijs reb. impendet, quæ ad uitã, moresq; humanos emendandos in primis pertinent. Attenteq; id audiunt homines, fidemq́ reb. illis adhibent, quæ tanta diligentia ac ſtudio inueſtigata ſint.* Condo & compono] *Vel oſtendit, quod quæ dicit non ſolùm condit .i. memoriæ mandat, ſed cõponit .i. certo quodã ordine digerit, quæ deinde poſſit promere .i. in actionẽ deducere. Vel condo .i. deſcribo, quod quidem cõponere eſt, ut inde promantur .i. edantur.* Ac ne forte roges] *Maxima accumulatio cõmendationis earum rerũ, quas ſcripturus eſt. Nam qui certã aliquam in philoſophia ſectam ſectatur, & mordicus ita tenet, ut mittere nolit, huic neceſſe eſt, ut quandoq; etiam ea, quæ non probat, quo poſitionẽ tueatur defendat. Hoc igitur reliqs philoſophis, accidit. Academicis non accidit. Hi.n. affirmare audent, ſed probabilia, & quæ ueri magis ſimilia ſunt ſequuntur, nec Stoicorum potiùs, quàm Peripateticorũ, aut aliorũ dogma probant moti illorũ authoritate, ſed ſola ueriſimilitudine, quando uerũ deprehendi ab hominib. poſſe negant. Quapropter noſter poëta quæcunq; ſentit ea non aliorũ authoritate ductum, ſed probabili ratione adductũ ſequi demonſtrat. Verum quoniã de uarietate familiarũ, quæ in philoſopia uerſantur mentio habita eſt, non huic loco ſolùm, ſed plurimis alijs, qui deinceps interpretandi ſunt cõducere arbitror, ut rẽ uniuerſam, ſed breuiſſimis tamen uerbis percurramus. Socrates primus omniũ philoſophorũ de uita & morib. diſputauit, ſed mira quadã ironia, & de ſingulis reb. ita uehementer in utranq; partẽ, ut ſinguli pænè eius diſcipuli (ut ſunt diuerſi humanorũ ingeniorũ captus) non quod ille ſentiret, ſed quod ſibi maximè conſentaneum eſſet ex huiuſmodi diſputationib. ſibi arriperent. Diſputauit quãdoq; ſanctiſſimus ille uir de corporis uoluptate, ſed in utranq; partẽ diſputauit. Aderat Cyrenes Ariſtippus, hic cùm ingeniũ eius in illã propenſius eſſet, non quæ ille aſſereret, ſed quæ ſibi magis placerent, inde diligens ſuauem in ſenſib. motũ .i. uoluptatẽ ſummũ bonũ eſſe dixit. Hi ergo Cyrenaici appellantur. Ab eodẽ ſunt etiã Hegeſiaci, Anicerij & Theodorij Qui ab Hegeſia & Anicere, & Theodoro huius populi diſcipulis nominati ſunt. Idem ſenſiſſe uidetur Eudoxus Gnidius, & Dionyſius Heracleotes, q oculorũ dolore à Zenone magiſtro ſuo defecit, alij aũt non in uoluptate ſummum bonũ poſuerunt, ſed in indolentiã .i. in uacuitate doloris, ut Hieronymus Rhodius & Leucippus Abderites. Democritus quoque & ipſe Abderis natus uoluit finem bonorũ eſſe rectũ, quietumq; animi ſtatũ, quẽ ipſe euthymiã appellat. Epicurus uerò Athenienſis, quãuis tẽperatiſſimus, & ſumma iuſtitia amandus eſſet, tamen ſummum bonũ ita ad corporis uoluptatẽ retulit, ut non ſolum ſuauẽ in ſenſib. motũ uoluptatẽ appellet, uerum etiam indolentiam quæ longè alia res eſt, ſub eodẽ nomine reponat. Zeno autem Citticus ex Cypro Græca ciuitate omnia ad eas uirtutes, quæ ad rectas actiones inducunt retulit. Itaq; ſolã uirtutẽ ſummum bonũ putauit, quã ſententiã Socrates in Gorgia demõſtrat. Idẽ pænè ſenſerunt Cynici. Idẽ Pythagorici à quib. Italica philoſophia eſt. Idẽ Bion Boryſthenes. Sed à Zenone q finxerunt primo Zenonij dicti ſunt. Deinde cũ ipſe in porticu Athenis diſputaret à porticu, quæ Græcè Στοὰ appellatur Stoici dicti ſunt. Cùm & antea poëtæ, qui eandẽ porticũ colebant Stoici nuncupati fuerunt. Plato aũt in contemplatione ſummum bonũ ponit, à qua ſententia nec Thales Mileſius, nec Bias Prieneus, nec Anaxagoras Clazomenius abhorret. Inchoandã tamen dicit à uirtutib. moralib. quib. animus ab omnib ſordib. expietur. nã impurus dũ eſt pura ei tangere non licet. Ab hoc Academici ſunt ſic denominati ab Academia ſuburbano Athenarum. Academia aũt nomẽ aſſumpſit, ut Eupolis ſcribit, ab Academio antiquo heroe. Timon tamen in Platonẽ ſcribens affirmat illã olim non Academiã, ſed per e Ecademiã dictã fuiſſe. Ariſtot. Plat. diſcip. ad uirtutes bona corporis, ut ſunt uires, ualitudo, pulchritudo & ſimilia, & bona fortunæ, qualia dicimus diuitias, nobilitatẽ, gloriã, honores, & quæ ſimilia ſunt: ab hoc ſunt Peripatetici, ſic à Græco uerbo περιπατέω quod deambulo ſignificat denominati. Nã deambulando diſputabant. Huiuſcemodi aũt deambulationẽ ſibi in Lyceo elegit Ariſt. Verùm ut Ariſt. ad uirtutes affluentiã externorum addidit, ita & Calipho uoluptatẽ, & Diodorus uacuitatẽ doloris. Cynici idẽ pænè quod Stoici de ſummo bono ſentiunt. Sed erat diuerſus habitus. nã ſacco induti procedebant. Præterea hoc impudentiores erant. Nam quæ non eſſent turpia factu, ea, in omniũ conſpectu palã fieri poſſe dicebant. Quapropter cùm non ſit turpe liberis operam dare, in publico etiam cum mulierib. congrediebantur. Quapropter ſiue ab hac impudentia, ſiue quod nimis in carpendis*

uitijs

uitijs mordaces eſſent ἀπὸ τῶν κυνῶν.i.à canib. Cynici ſunt appellati. Fluxerunt autem ab Antiſthene Antiſthenis filio, quamuis ex matre Thracia nothus eſſet. Ex quibus iam manifeſtũ eſt, quod ꝗuis diuerſa inter ſe de ſummo bono ſentirent philoſophi non tamẽ ita à natura defecerunt, ut nõ alij in animo, alij in corpore, alij in utroq; fines bonorũ, & malorũ ponerent. Ex qua tripartita diuiſione Varro ad ducentas octoginta, & octo opiniones rẽ adduxit, nõ quæ eſſent, ſed quæ eſſe poſſent. Ait.n. quatuor eſſe, quæ homines ſine doctrina naturaliter appetunt. Aut uoluptatẽ, quæ ſenſus iocundè mouet, aut quietẽ quæ facit ut nullã moleſtiã corpus ſentiat, aut utrunque, ꝗ tamen Epicurus uno nomine uoluptatẽ appellat, aut omnia prima naturæ inter quæ hæc ſunt, & alia uel in corpore ut membrorum integritas, ſalus, incolumitas, uel in animo, ut quæ magna, uel parua in humanis reperiuntur ingenijs. Ergo hæc quatuor, uoluptas, quies, utrunq; & prima naturæ ita ſunt in nobis, ut uel uirtus ꝗ poſtea doctrina inſerit propter hæc appetẽda ſit, aut iſta propter uirtutẽ, aut utrãq; propter ſe ipſam. Hinc igitur iã 12. ſectæ ſunt cũ ſingulæ illæ quatuor triplicentur. Verũ deinde iſte duodenarius numerus duplicatur. Nã cum quiſq; unã iſtarũ ſectarũ ſequatur, quæ duodecim ſunt aut propter ſe, aut propter sociũ cui debet uelle idẽ quod ſibi, & erunt aliæ duodecim. Rurſus duplicantur iſta uiginti quatuor, cũ ipſa aut ut certa tenemus, ut Stoici faciunt, aut ut uériſimilia quãuis incerta, ut Academici noui. Duplicãtur ſimiliter hæc quadraginta octo, cum illa aut ſub habitu Cynicorũ ſectamur, aut ſub habitu reliquorũ philoſophorũ, ut iã ſint nonaginta ſex. Et rurſus, quia illas alij ita tenẽt, ut uitã adamẽt ocioſam, & in contẽplatione poſitã, aut negocioſam, & ciuilẽ ut rẽpub. adminiſtrent, aut illã quæ ſit ex utraq; mixta ut partim neceſſariũ negociũ, partim eruditũ ocium ſectẽtur triplicatur numerus, & perducitur ad 288. ſectas. Has tamen omnes ita cõfutat Varro, ut omnib. exploſis unã, quã ipſe uerã eſſe uult, & à ueterib. Academicis, qui à Platone ſunt approbatã, relinquat. Remouet aũt omnes illas differentias, quæ numerũ ſectarũ multiplicãt. Quod ideo faciundũ ait quod in illis nõ eſt finis boni, nec putat aliquã philoſophiæ ſectã dicendã quæ non diſtet à cæteris diuerſitate finiũ bonorũ & malorũ, quoniã nulla eſt homini cauſa philoſophandi, niſi ut beatus ſit, quod aũt beatũ facit ipſe eſt finis boni. Ergo quæ nullũ finẽ boni ſectatur nulla philoſophiæ ſecta erit. Cùm ergo quæritur de ſociali uita utrum ſummum bonũ amici ut ſuum curet, nõ de ſummo bono quæſtio eſt, ſed de aſſumendo ſocio ad huius participationẽ boni. Eadem ratio eſt cum quæritur utrum aliquã opinionẽ certã teneamus ut cæteri philoſophi ſolent, aut dubitanter ut Academici noui. Nam neq; hic quæritur de ſummo bono, ſed utrum illud dubium an certum ſit tenendum.i. utrũ dicamus hoc uerũ eſt, an hoc uerum eſſe uidetur. Neq; rurſus cùm de Cynicis dicebatur non quærebatur ſummũ bonum, ſed potiùs quo habitu ſummum bonũ ſectaremur. Neq; poſtremo uarietas uitæ, an actiua, an contẽplatiua, an mixta ſit, finẽ bonorũ uariat. Relinquentur ergo duodecim ſectæ, quæ quidẽ ternæ à primis quatuor prouenerunt, ſed cũ illa quatuor ad unũ redigentur reſtabunt, tres ſectæ. Rediguntur aũt quia oſtenditur ubi dicunt uoluptatẽ, quietẽ, utrunq;, & prima naturæ, ſatis eſſe dicere prima naturæ, quia uoluptas, & quies in primis naturæ ſint, quæ Varro appellat primogenia. Quapropter tres ſectæ reſtabũt. Nã ubi uirtus aut diſciplina, aut noſtra induſtria acquiſita ad prima naturæ acceſſerit, quæritur an prima naturæ ſint expetẽda propter uirtutem, an ipſa uirtus propter prima naturæ, an utrunq; propter ſe ipſum. Eſt itaq; etiã inquiſitio cùm de ſummo bono nõ plantæ, nõ pecudis, non dei, ſed hominis quæratur, homo aũt ex animo conſtet & corpore, utrũ ſola anima homo dicendus ſit, corpus aũt ſe præbeat ut equus equiti. Eques.n. nõ eſt homo, & equus, ſed homo ſolus. Ideo tamen eques quoniã aliquo modo ſe habet ad equũ. An corpus ſolum ſit homo aliquo modo ſe habens ad animã, ſicut poculum ad potionẽ. Non.n. calix & potio, quã continet calix ſimul dicitur poculum, ſed calix ſolus. Ideo tamen quod potioni continendæ ſit accommodatus, an uerò nec anima ſola, nec corpus ſolum ſit homo, ſed utrunq; ſimul, ut bigas dicimus duos equos iunctos. Atq; hoc modo hominẽ capit Varro. Vnde ſummũ illius bonum, quo ſit beatus ex utriuſq; rei bonis cõſtare uult. Atq; propter hoc prima naturæ propter ſe expetenda ait. Ipſam uerò uirtutẽ quã doctrina inſerit uult eſſe artẽ uiuendi, quæ quoniã ex animæ bonis eſt, excellentiſſimũ eſt bonũ, hæc ergo uirtus cũ acceperit prima naturæ, quæ hactenus ſine illa fuerant, omnia illa propter ſe ipſam appetit, omnibuſq; & ſe ipſa utitur eo fine ut omnib. delectetur, atq; pfruatur magis minuſq; ut quæq; maiora, minora'ue ſunt, ita tamẽ ut quædã minora ut maiora teneat aut acquirat, contemnat. Omnium aũt bonorũ uel animi, uel corporis nihil ſibi uirtus præponit. Hæc .n. bene utitur & ſe ipſa, & cæteris quæ hominẽ beatum faciũt bonis. Vbi uerò uirtus ipſa nõ eſt, quãuis ipſa ſint bona, non bono eius ſunt cuius ſunt, & ob hoc nec eius bona iam dicenda ſunt, cui malè utenti utilia eſſe nequeunt. Hæc igitur hominis uita quæ uirtute, & alijs animi, & corporis bonis ſine quibus uirtus eſſe nõ poteſt fruitur beata dicitur. Si uerò & alijs ſine quib. eſſe uirtus poteſt uel ullis uel pluribus, beatior. ſi autẽ ita prorſus omnib. ut neq; animi, neq; corporis ullum deſit, beatiſſima. Non enim hoc eſt uita, quod uirtus eſt, quoniã non cõmunis uita, ſed ſapiens uita uirtus eſt. Et tamen qualiſcunq; uita ſine uirtute eſſe poteſt. Virtus ſine ulla uita non poteſt. Hoc etiã de memoria dixerim, & de ratione, & ſi quid tale in homine eſt. Quia ante doctrinã hæc ſunt, & ſine illis nõ poteſt eſſe doctrina, & ſic nec uirtus, quæ utiq; diſcitur. Bene currere autẽ, & pulchro corpore eſſe, & reliqua huiuſcemodi ſine uirtute eſſe poſſũt, et ſine illis uirtus. Et bona tamẽ ſunt, et etiam ipſa propter ſe ipſa diligit uirtus, utiturq; & fruitur, ſicut uirtutẽ decet. Hanc uitã beatã etiam ſocialẽ perhibent eſſe, quæ amicorũ bona propter ſe ipſa diligit ſicut ſua. Eiſq; propter ipſos hoc uelit, quod ſibi ſiue domi ſint, ut uxor liberi, parietes & huiuſmodi, ſiue in loco ubi domus eius eſt, ut ciues: ſiue in orbe toto ut gentes, quas ei ſocietas humana coniungit, ſiue in ipſo mundo quod cenſetur cælũ & terra, ſicut dij quos ſapienti amicos uolunt. Hocq; ueteres Academici à nobis differre uolunt, quòd ipſi nõ cẽſent de finib. bonorũ & malorũ dubitãdũ, ut dubitãt noui. Nec ſua intereſſe putãt ſiue Cynicorũ habitu, ſiue alio philoſophentur in his finibus, quos ueros putant. Ex tribus autẽ generibus uitæ ocioſo, actiuoſo, & quod ex utroq; conſtat hoc tertiũ ſibi placere affirmant. Hæc igitur affirmat. Varro ueteres Academicos ſenſiſſe, authore Antiocho Ciceronis magiſtro, & ſuo quem in pluribus Cicero Stoicũ, quem ueterẽ Academicũ fuiſſe uideri uult. Sed nos idcirco breuiſſimè de finibus diſputauimus, quia ut & ad reliqua quã primum properandũ erat, & multa ſeorſum à nobis ſunt in primo libro noſtrarũ Chamaldulenſiũ diſputationũ poſita, quem ad Illuſtriſſimum parentẽ tuum, qui in utroq; genere uitæ exercitatiſſimus eſt olim ſcripſimus. Itaq; iam ad propoſitas nobis interpretationes redeamus. Agit ergo. Ne forte roges quo duce] .i. quo philoſopho authore. Quo lare] Qua familia philoſophorũ. Tuter] Defendã meam ſententiam. Nullius addictus iurare] Ergo fatetur ſe Academicũ, nã reliqui philoſophi ita eius, quẽ ſequuntur authoris poſitionẽ tuentur, ut potiùs falſa defendere tentent, ꝗ à poſitione diſcedere. Ipſe uerò tanquam Academicus ea ex omnib. eligit quæ magis uera putat. Quid aũt ſit iurare in uerba, & quid addictus hactenus legiſti. Feror] Translatio à nauigantibus, & latenter fœlicitati adſcribendum adnuere uidetur, ſi huiuſcemodi ingenium, atq; conſiliũ à natura ſortiamur, ut ueri inueſtigandi facultas adſit. Hoſpes] Tanquã externus amicus. Nam neq; ullius ſectæ ſum, ut poſſim dici ex ea familia, nec rurſus cuiquã ita aduerſarius ut illius hoſpitio excludi merear. Agilis fio] Aptus ad actiones per quas innuit uirtutes morales ex quib. id genus uitæ pficitur, quod in agendo poſitũ eſt. Et merſor ciuilib.] Oſtendit uarias fluctuationes & ſollicitudines, quæ homini in uita ciuili, & ſecundùm uirtutes ciuiles degenti euenire ſolent, cũ uita ipſa contemplatiua nihil tale patiatur. Quapropter uerìſſimè à ueritatis authore de utroq; genere dictũ. Nã ad Marthã conuerſus, quæ actiuæ uitæ uicẽ ſubſtinet ait. Martha Martha ſollicita es, & turbâris circa plurima. De Maria aũt .i. de contẽplatione immobilẽ tranquillitatẽ protulit, quando eam partẽ elegiſſe dicit, quæ non auferetur ab ea. Nunc in Ariſtippi] Epicureũ in ſua iuuenta fuiſſe poetã hunc oſtendimus. Ergo & Ariſtippi Cyrenaici dogma tenuit. Nam uterq; ſummũ bonũ in uoluptate poſuit. Ergo relabor quaſi reuertor. Labi.n. occultiùs eſt, quàm gradi, ut oſtẽdat non omnia dare uoluptatibus,

tibus, ſed cùm uirtutē præponat, non tamē aſpernatur præceptū Ariſtippi, q ultro ſe offerentib. uoluptatib. ita libenter fruebatur, ut etiā ſi opus eſſet, idq́ hominis grauitas poſtularet, facilè eſſet illis cariturus. Ergo cū & relabor dixit, & furtim nō uidetur quidē omninò uoluptatē aſpernari, quandoquidē una ex illis ſit quæ prima naturæ appellātur, & quib. uirtus rectè utitur & propter ſe amat, ſed tamē ipſi uirtuti longe poſtponit, quæ ſententia, ut paulò ſupra demōſtraui, ab Academicis nō abhorret. Et mihi res] Apertiſſimè Academicū ſe profitetur. Nā cæteri philoſophi ſe reb. adiūgunt, cū id quod ſemel poſuerint etiā ſi nō placeat defendere cogūtur. Vt nox longa] Mirus progreſſus & ſapientia atq́ artificio accumulatus. Primo .n. grauiore iā ætate ea, quæ leuiora & adoleſcentiæ condonāda ſunt relinquenda iudicauit. Deinde grauiora, & quæ ad bene, beateq́ uiuendū pertinēt, inquirenda propoſuit. Sed cū ad uerū inueniendū optimo duce opus ſit, ex omnib. philoſophorū familijs Academicos tanquā excellentiores delegi. Verùm cū neq́ nugas omittere, neq́ ſeria proponere, neq́ ad illa recta ratione, ac uitia progredi ſatis ſit, niſi eodē ardentiſſimū ſtudiū, quò omnis ſocordia amoueatur, acceſſerit: Idcirco trib. efficaciſſimis comparationibus, quanto animi ardore hæc proſequatur, mirè exprimit. Vt nox lōga] Omnes cupiditates ardorē habent. Sed nulla magis animū ægrotū inflāmat, quā cupiditas rei amatæ potiendæ, ac hæc ipſa augetur, cùm ſpes prouenit ex amicæ promiſſis. Dies longa] Procliue eſt humanū genus à labore ad libidinē. Ergo non mirum eſt ſi mercenarijs cui in opere faciundo nihil præter pretiū dulce eſſe poteſt, miſerè cupiat diei finē uidere. Piger annus] Leniè fluens annus. Sunt cupiditates in puero, & adoleſcente inflāmatiores quàm in cæteris ætatib. Has aūt minimè explere poſſunt, qui ſub alieno imperio cōſtituti nihil ex ſuo arbitrio agere poſſunt. Ardent ergo exire è poteſtate illius, quæ maximè ab ijs, quas cupiunt uoluptatib. arcent. Dura] Epithetū eſt diſcretiuū. Nam ſunt quoq́ indulgentiores matres, quarū imperium non ita exhorreant pupilli. Id quod] Maxima laus ſui propoſuit, cùm huiuſcemodi illud eſſe affirmet, quod obſeruatū omnib. proſit, neglectū omnib. noceat. His elementis] Modeſta locutio, non .n. tantùm ſibi arrogat poeta, ut ſe abſolutiſſimus uirtutes acquiſiturū dicat, principia quadā ex qbus poſſit pfici uirtus, quæ tantū proſint, ut rectiſſimè dixiſſe uideatur. Ariſt. ipſum principiū eſſe plus quàm dimidiū totius. Differunt tamen elementū, principiū & cauſa. nā (ut refert Ariſtot. in metaphyſicis) principiū dicitur de cauſis extrinſecis. Elementum de cauſis, quæ ſunt partes rei. i. de cauſis intrinſecis. Cauſa autē dicitur de utriſq́, ut latiùs oſtendit Aquinas ille Thomas in libro quē de cauſis ſcripſit. Elementa igitur appellamus omnia ſimplicia quæ ulterius reſolui non poſſunt. Sed inuicē cōpoſita aliquid conficiant, & propterea ſunt illius principiū. Vt exēpli cauſa. Eſt aliquod cōpoſitum quā dictionē nominamus. Ipſa aūt ex ſyllabis cōſtat, ſed non ueluti elementis. Sunt .n. & ipſæ cōpoſitæ ex literis in quas reſoluuntur. Sed cùm ad literas perueneris, quoniā illæ ita ſimplices ſunt ut reſolutionē nō patiantur ipſas iure appellamus. Similiter nunc quadā principia, ex quib. habitus uirtutū paulatim cōſtabiliter elementa nuncupauit. Non poſſis oculo] Contra Stoicorū paradoxa hæc ſententia eſt, ſed tamē aliorū philoſophorū ſcholis defenſa. Illi .n. dicunt oēs ſtultos inſanire. i. omnes qui carent perfecta, & abſoluta ſapientia, quāuis in ea multū profecerit, ut de Socrate legitur, in nihilo differre ab ijs qui penitus inſani furioſiq́ ſunt. Reliqui uerò philoſophi cōtra ſentiunt. Multū .n. uolunt intereſſe inter Socratē & quemuis aliū ſceleſtū uirū. Hac ergo ſententia uſus poeta optima ſimilitudine oculorū id demonſtrat. Nā conducere ait lippis, ut quāuis ad integrū uidendi ſenſum redire deſperent, tamē eo collirio ungantur, quo cæcitatem arceāt. Sed de lynceo & lippo iā dictū eſt. Quod uerò dixit ſoler, optima ratione dixit. Ingenuè .n. fatetur ſe non habere integrā uirtutē, in qua ſola fœlicitas eſt, ſed elementa ipſius. Ergo eſt in miſeria, quoniam non uirtute perfecta. At nec rurſus in extrema miſeria, quoniam iam ingreditur ad uirtutē. Hoc ergo in miſeria ſibi ſolatiū eſt. Et quia deſperes] Nam quamuis non habeas corpus ita robuſtum ut Glyco Athleta inuictus, non tamen ita negligenda eſt illius cura, ut in chiragram incidat. Nam ſi non robuſtiſſimo, tamen ſano uti poteris. Nodoſa] Nam cùm internodijs digitorum craſſior humor cohæreſcat turgeſcit locus tanquam nodi lapilli'ue inſint. Vnde & Perſ.

„ Sed cum lapidoſa chiragra fregerit articulos.

Eſt aūt morb. hic dictus ἀπὸ τῆς χειρὸς .i. manus, & ἄγρα .i. capio, quia manum occupet & capiat. Eadem in pede podagra eſt. nam Græci ποδα pedem dicunt. Latinè articularis morb. nuncupatur. (Quodam tenus uſq́ ad aliquod ſpaciū.) Differunt aūt tenus & uſq́. Vſq́ .n. præponitur niſi ſint nomina propria urbium. nā dicimus Rom. uſq́. Præterea iungitur alij prępoſitioni, ut ad uſq́ Pachynon. Tenus uerò poſtponitur, & quandoq́ genitiuo iungitur, ut

„ Cruriumq́ tenus palearia pendent.

Eſt] Licet. Feruet auaritia] Quia peſſimum eſt omniū uitiorum auaritia, inde incipit, quæ ſi non poteſt in homine non ſapiente penitùs tolli, poteſt tamē leniri & minui. Feruet] Aeſtuat. Nam ipſa cupiditas eſt habendi, & omnes cupiditates ardores ſunt. Sunt uerba & uoces] .i. præcepta quæ ſi obſeruentur auaritiam minuunt. Verba quæ ſcripta ſunt à priſcis philoſophis, uoces quæ promuntur à uiuentib. Morb.] Vitij. Nam Stoici morbos animi uitia appellant teſte Cicerone in Tuſculanis. Laudis amore] Poſt auaritiam iure ambitionē ponit. Piacula] Nam quia ſcelera quibuſdam ſacris expiabant, quæ piacula dicebantur, placuit ſanctiſſima philoſophiæ præcepta, quib. uitia remouentur, piacula appellare. Certa] Minimè fallentia. Ter] Alluſit ad ſacrificium, quæ piaculū dixerat. Nā ternarius numerus in diuinis perfectus eſt. Ve.

„ Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore

„ Lycia circundo, terq́ hæc altaria circum

„ Effigiem duco numero Deus impare gaudet.

Ferus] Nam cū homo propter rationem homo ſit cū appetitum illa ſpreta ſequitur in immanē ferā abit uitia ſuſcipiens. Deinde efferatus exuendo uitia paulatim feritatē deponit, & miteſcit cultura philoſophiæ, ut ager boni agricolæ cultura. Virtus] Quamuis uirtus ſit firmus habitus in ratione bene ſuſcepta, tamē quoniā non poteſt intrare animū uirtus niſi uitiū eius cōtrarium prius remoueatur, uidetur eſſe initium uirtutis ipſa uitiorum fuga. Ergo prima uirtus .i. principiū uirtutis. Et ſapientia prima] Apud hos philoſ. ſapiēs, bonusq́ idē eſt, nā ille ſapere dicitur qui bona à malis diſtinguit, diſtinctaq́ eligit, quod proprium boni uiri eſt. Ergo prima ſapientia quæ eadem etiam probitas eſt. Stultitia] Ergo uitijs. Nam omnium uitiorum mater ſtultitia eſt. Vides quæ maxima] Qui ſtultitia caret cognoſcet nihil melius eſſe uirtute, quare ab eo perſpecta uirtutē cæteris omnib. præfert. Nā & quæ bona putamus ea duce natura expetimus, & cōtra mala fugimus. Quapropter ſi paupertatē, quia malū id putamus, tot periculis, laboribusq́ fugimus, quāto magis uitium fugiemus, ſi id maximum malum eſſe intelligemus. Impiger extremos] Locus à maiori. nam ſi ut paupertatem, quæ aut nō eſt malum, aut certè paruum eſt malum fugias, tu curris uſq́ ad Indos gentem nobis incognitam, & à nobis longiſſimè remotā nō tuto itinere, ſed per periculoſiſſimā nauigationē, & aſperrima ſaxa. i. mōtes: quātò magis in tua patria, & ſine periculo, & labore debes diſcere, & audire. ſ. rationes, & credere meliori .i. ſapientiori ut pariter, & rationib. doctus & authoritate motus ſi cures .i. nihili facias ea quæ tu miraris & optas ſtultè, quoniā bona nō ſunt. Quis] Sententia eſt, nullus erit, quæ pugnet in uilioribus, plebeisq́ certaminibus, qualia ſunt in pagorum cōpitis, qui quidē recuſet coronari in certamine Olympico maximo, nobiliſſimoq́ omniū ſi poſſit coronam ſibi ſine puluere, id eſt, ſine certamine acquirere. Quapropter & tu, qui ut minora bona aſſequaris tantum laboras puto uoles eodem labore etiam maiora bona acquirere. Pagos & compita] Id eſt, compita pagorum ut pateris libamus. Et auro] Id eſt, pateris aureis. Vilius argentum] Cauſam quare diuitias uirtuti præponat oſtendit eſſe, quòd ipſe pluris eas ex uulgi opinione faciat, quàm uirtutem. Et uulgus inducit ita loquens. Hæc Ianus] De hoc Deo dictum eſt. Sed hic intelligit Ianum pro mercatoribus, à quib. colitur, quoniā templū ſuū habebat inter duo fora. & propterea dixit Ianus ſummus ab imo, quaſi dicat ſi incipias ab ima parte unius fori uſq́ ad ſummā alterius omnes mercatores, hoc clamabunt. Habebat aūt plura templa Ianus, ſed in hoc ſacratus erat, cuius rei teſtimonio eſt Ouid. in lib. Faſtorū, cuius uerſus ſunt.

Cum

Cùm tot ſint Iani cur ſtas ſacratus in uno. Hic ubi iuncta foris templa duobus habes. Erant autem fora boarium, & piſcarium. Hæc recinent dictata] Iterum canunt & referunt quoniam ſibi placet. Dictata]Quæ ab alijs acceperint. Si quadringentis] Quam ſummam equeſtrem eſſe in ſuperioribus demonſtrauimus. Et eſt ſententia. Quamuis ſit tibi animus, id eſt, ſapientia & mores, id eſt, uirtutes morales, & ſic ualebis in utraq; philoſophia, & ſi ad tantam doctrinam atq; probitatem addas linguam & fidem, id eſt, eloquentiam adiunctam probitati. Quæ quidem res faciunt hominem perfectiſsimum & abſolutiſsimum, ut iure poſsis nobiliſsimus appellari, & deſint tibi ſex uel ſeptem ad ſummam equeſtrem non inter ſenatorium aut equeſtrem ordinem, ſed inter plebem annumeraberis. Pueri ludentes] Erat enim à priſcis illis optimis uiris, qualis fuit aut Curius, quem neq; Pyrrhus, neq; Samnites corrumpere potuerunt, aut Camillus, cuius uirtute Roma à Gallica ſeruitute erepta eſt. Erat inquam carmen pueris inſtitutum quod illi canerent, cuius eſſet ſententia eum uere regem eſſe qui rectè ageret. Hic]In hac ſententia. Murus aeneus]Id eſt, ita fortis, ita inuincibilis, ut murus ex ære. Nil conſcire] Id eſt, nullius ſceleris ſibi conſcium eſſe. Palleſcere]Nam ſcelera à nobis commiſſa ſemper nos uexant, & ſtimulant conſcientia. Hinc rectè Iuuen.

„ Prima eſt hæc ultio quod ſe iudice nemo nocens
„ — abſoluitur. Et paulò infrà:
„ Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſte
„ Spartano cuidam reſpondit Pythia uates.

Roſcia]A' Roſcio Othone lata, de qua dictum eſt. Sentẽtia eſt, utrum melior ſit lex Othonis, qua incendimur ad rem augendam, ut poſsimus in quatuordecim ordinibus ſedere. Nænia]Carmen funebre, de quo dictum eſt, ſed hic impropriè laudes uirtutis næniam appellat. Is ne melius]Certè melius. Si poſsis rectè] Nam nemo tam malus eſt, qui non diligat uirtutem, & oderit uitiũ: Verùm auaritia impulſi, quod recta uia nequeunt, praua quærunt. Vt propius]Id eſt, ut ſedeas in quatuordecim ordinibus, qui propinquiores ſunt orcheſtræ in qua ludi agebantur. Lachrymoſa] Cuius argumentum ex miſerijs, quæ in eo continebantur lachrymas ſpectatoribus concitabat. Puppius enim ea tempeſtate poëta tragicus fuit. Poſuit autem huius fabulas pro omni ſpectaculo, puto autem ignobilem fuiſſe poëtam. Reſponſare]Frequenter reſpondere, hoc eſt, reſiſtere. Superbæ]Quia à nemine placatur. Quod ſi me populus] Oſtenderat ſe longè diuerſam opinionem à populo habere, cùm non in diuitijs ut ille, ſed in uirtute ſummum bonum ponat. Nunc affert rationem quare non utatur eodem iudicio, quam tamen ex apologo Aeſopi promit. Viderat olim uulpecula aſtuta fera multorum animalium ueſtigia apud leonis antrum, ſed ita tamen ut omnia eſſent ingredientium, & nõ exeuntium, qua coniectura rata id, quod erat, ideò non redire ingreſſas feras, quod leo illas uoraret, noluit ingredi, rogantiq; leoni cur non ingrederetur, reſpondit deterreri ueſtigijs, quæ aduerſa ſibi non autem auerſa eſſent. Vt ergo ex ueſtigijs interitum ſuum timebat uulpes, ſi ad leonem ingrederetur, ſic ſigna ſunt quæ perniciem minitentur poëtæ non dari ſibi reditum à uitijs, ſi ad illa ingreſſus fuerit. Bellua] Crudeliſsima fera eſt auaritia, cùm auarus & ſibi, & alijs noceat, & habet multa capita, quia uarijs utitur cõſilijs, uarijsq; artibus ad res, aut ui, aut fraude acquirẽdâs. Capita enim iudicia & cõſilia dicimus. Nam quid]Quaſi quod conſilium. Aut quem] Nam & omnes iniqui ſunt, & omnia eorum conſilia deprauata. Conducere publica] Vt ſunt publicani, qui uectigalia redigunt, & remp. & priuatos decipere in illis conantur. Sic etiam qui aliquid faciendum aut curandum publicitus conducunt etiam ſordida. De quibus Iuuenal.

„ Quis facilè eſt ædem conducere flumina portus
„ Siccandam eluuiem portandum ad buſta cadauer.

Venentur]Carpit captatores hæreditatum, de quibus abundè in ſermonibus dictum eſt. Hi & piſcatoribus comparantur, qui eſca piſces decipiunt. Quapropter plures adnabunt thynni, dixit in ſermonibus, & uenatoribus etiam comparantur. Fruſtis] Scilicet, carnium. Auaras]Cupidas munerum. Excipiat] Dolo capiat. Ea enim propria uerbi notio eſt. Virg.

„ Excipit incautum patriaſq; obtruncat ad aras. Et in 6.
„ Aemulus exceptum Triton ſi credere dignum eſt.

In uiuaria]Quemadmodum capti piſces mittuntur in uiuaria, ita & ipſe captos cuſtodit ſenes ne euadant. Multis]Tertium genus auarorum, qui fœnerant. Occulto]Vel quia occultè agant, ut ignominiam uitent, uel occulto fœnore, quia id damnum paruum à principio appareat, & inde occultè creſcat: Sic alibi dixit,

„ — Creſcit oculto uelut arbor æuo
„ Fama Marcelli.

Eſto]Maiorem oſtendit leuitatem. Nam nõ ſolũ diuerſi diuerſa ſectantur, ſed idem perſæpe mutãtur. Quæ inconſtantia oſtendit ſtultam fuiſſe electionem. Nullus]Probat leuitatem. Prælucet Baijs] Magis lucet quàm Baiæ luceant. Lacus & mare]Nam & lacus Lucrinus in Baiano eſt, & mare ſinium Baianum habet. Feſtinantis] ſ. illic ædificare. Si quis igitur Baias laudauerit, ſtatim mouetur diues qui in Baiano agrum habet, ut ibi ædificet. Libido uitioſa]Perpetuum illius epithetum eſt. nam libido corruptus appetitus eſt. Qui uerò rationi obtemperat, uoluntas & non appetitus dicitur. Ferramenta] Inſtrumenta ad ædificandum. Nam mutato conſilio Teani ædificare parat. Teanum autem oppidum non procul à Sora, & Nola quod cognomine Sidicinum dicitur. Aliud etiam ponit in Apulia Strabo non procul à Cannis. Lectus genialis]Is propriè eſt, qui nouis nuptis ſternitur, dictus ſic quia gignendi cauſa paratus ſit. Sed hic poſuit pro uxore, ut ſit ſententia, quòd ſi uxorem habeat propter uitæ inconſtantiam cupiat eſſe ſine uxore, & amet uitam cælibem. Si non eſt] ſ. lectus genialis, i. uxor, putat nihil meliùs eſſe coniugio. Nam quicunq; uitijs laborat, quoniam eſſe animo quieto nõ poteſt, ſemper res nouas deſiderat, non intelligens inquietudinẽ illam non prouenire ex conditione rerum præſentium, ſed ex animi perturbatione. Protea] Pro mobilitate animi ponit per quandam tranſlationem, uel potiùs per allegoriam. Nam deceptio ipſa & mendacium quo ſibi ea eligit pro bonis quæ bona non ſunt, inducit ſemper præſentium pœnitentiam, quoniam non ibi bonum quod putabat inueniat. Cæterùm repete Protei fabulam, quæ hæc tibi aperiet. Quid pauper] Nã cũ non poſsit mutare regiones, mutat in eodẽ loco manſiones. Conducto nauigio]Cũ id ſuo ſumptu ſibi conficere nequeat. Priuata] Propria quoniã ſuo illam ſumptu ſibi cõparauit. Si curatus] Mira profectò ſtultitia, ut minimis erratis circa cultũ corporis, ac ueſtitũ uehementer offendamur, errorib. aũt animi, quib. ipſe miſer ſecũ pugnat nõ offẽdamur. Subucula]Veſtis eſt interior. Ait enim Varro poſtq̃ binas tunicas habere cœperũt, inſtituerũt uocare ſubuculã & induſiã. Pexæ]Trita & à qua pili ceciderint. Tunica] Veſtimentũ erat ſine manicis. Togã]Non ſolũ uiri ſed etiã fœminæ utebantur. Inſanire putas]Tu Mecœnas. Nã adnectũtur hæc ſuo principio, & eſt ſolennia nomen pro aduerbio. Solennia] i. maximè inſanire ut ea inſania ita excellat alias inſanias, ut ſacra quæ ſolennia appellant reliqua ſacra excellunt. Vel dixit eo furore rapi quod in ſolennib. aliquorum deorũ, ut Bacchi, & Cereris rapi q̃ conſueuerãt, & ut excludat furorẽ illũ diuinum ab inſania adiungit. Nec medici credis]Nã q aut atra bilis, aut alius humoris affluẽtia peccat inſanit, et in eã quã maniam Græco uerbo appellãt cadit, & medico curandus traditur, & illi ſuorũ bonorũ curatione interdicitur. Traditurq; à prætore curator unus ex ijs, q propinquior in gentilitate eſt. nõ credis igitur me indigere curatore in tanta inſania. Cũ ſis tutela mearũ rerũ]q.d. cum ego tuæ tutelæ me cõmiſerim, & ex te totus pendeã. ut ſit hæc ſententia, ſi tu cui cõmiſi mei patrociniũ ſtomacharis et offenderis, ſi occurro tibi unguib. malè ſectis, quãto magis deberes moueri ſi me inſanire uideris. Ad ſummam] Optima concluſio ex ſuperiorib. nã ſi homines propter uitia in inſaniã incidunt, & miſeri efficiuntur: Qui ex uirtute uiuunt ſapientes erunt, et omnib. bonis abundabũt. Cõcluditur igitur ex paradoxo Stoicorũ: Solos ſapientes liberos eſſe, ſolos diues, ſolos reges, ſolos deniq; omnia. Atq; ita excellere, ut excepto ipſo Deo, nihil maius ſapiente ſit. Præcipuè ſanus. Sunt q uelint q ironiam dictũ in paradoxũ Stoicorũ, & pituitã pro uana gloria poſitã eſſe. Quod mihi non ſit uериſimile, ut ludat in re tã graui. Sed quoniã ſanitas ad animũ, & ad corpus refertur, dicemus ſapientẽ ſano animo ſemper eſſe, quod in ſua ſit poteſtate. Corpore etiã eſſe ſanũ, quia nihil cõmittit unde morb.

prouenire poſſit, niſi forte corporis imbecillitate reddatur nõ ſanus cum aliquis humor in eo peccauerit, & poſuit pituitam quod Græci phlegma appellant pro quolibet humore.

ERAS. ROT. } *Purgatam ibi attentam, & uacuam innuit. Nam ſordes in auribus collectæ auditum, exemptæ reddunt acriorem.* Fames enim & mora, *bilem in naſum conijciunt, ut in prouerbio eſt.* Poſt ſeptem *aut coniunctionem adijcit, & eſt, in etſi aut quanquam commutandum cenſet Bonfin.* Murus aheneus, *hic uſurpatur, pro certo & immutabili animi decreto, ſchemate nimirùm prouerbiali. Vt tutores dabantur pupillis, ita curatores mente captis. Hæc in prouerb. Nauiget Anticyras.* Et donatum iam] Quicunq; à munere quouis in ocium reſtituuntur, uel ob ætatẽ, uel imbecillitatem, rude donari dicuntur: Inde ducta metaphora, quod antiquitùs gladiatores uirga, quam rudem appellabant, donabantur, qui hinc Rudiarij dicti. Et rudem accipere, pro dimitti à munere. Rudem item donare, pro dimittere. Ne populum extrema] In harenam deſcendere, pro eo quod eſt, certamen inire, Harena cedere, pro deſiſtere à certamine, & uictoriã ultro concedere. Translatum à gladiatoria pugna. Contendere Lynceus] *Plutarchus in commentario, quem ſcripſit aduerſus Stoicos teſtatur, famã fuiſſe de Lynceo, quod ſaxa & arbores oculorum acie penetrârit. Apollonius item in Argonauticis Lynceum uſq; adeò fuiſſe perſpicacem, dicit, ut etiam terram ipſam oculorum acie penetrârit, quæq; apud inferos fierent præuideret. Sunt qui Lynceum primũ reperiſſe fodinas metallorum æris, argenti, & auri dicunt. Et hinc uulgo natam fabulam, quod ea quoq; uiderit, quæ ſub terra fierẽt.* Sunt uerba &c.] *Ex opinione Stoicorum, cupiditates animi morbos appellat, his philoſophia medetur, pharmacis uerborum, id eſt, monitis ſalubribus. Vt enim corporum morbis pro ratione ualetudinis alia, atq; alia adhibentur pharmaca, itidem in animi malis non eadem adhibenda eſt oratio. Sed interim blandiùs mouendũ, interim acriùs iurgandũ, nonnunquã diſſimulandum, & imprudenti pharmacon admouendum. Vide prouerb. Animo ægrotanti &c.* Per ſaxa, per ignes] *Cùm ſignificamus quiduis periculi ſubeundum, per ſaxa per ignes dicimus, aut per enſes, perq; ignes.* Sine puluere palmæ] Ἀκονιτὶ, *id eſt, citra puluerem, ſic Græci dicunt, quum quis aliqua re citra negocium potitur. Translatum uel ab Aphe, id eſt, à pulueris contractu, quo ſe ſpargebat in palæſtrico certamine congreſſuri. Vel certè à puluere, quo non indecorè ſordidari ſcripſit Horatius lib. 1. Odarum, eos qui certant olympia, quiue bellum gerunt.* O ciues, ciues] *Hæc per Ironiam dicta ſunt, neq; enim ſentit Horatius priùs habendam rationem facultatum, quam morum, ſed irridet ſententiam uulgo decantatam, quàm his quoq; temporibus plerią; parentes liberis ſuis ſeriò inculcant. Eraſm. in prouerb. Quærendæ facultates, &c.*

IOAN. HART. } Solennis] *Pro ſolenniter. Græciſmus.* Sapiens uno minor eſt Ioue] *Cælius lib. 4. cap. 25. Et lib. 18. cap. 14.*

HENR. GLAR. } Eſt quodã prodire tenus] *Eſt, Landinus exponit pro licet, quod probatur:* quodam *autem magis placet propter tenus, quàm* quoddam, *ut habent impreſſi libri.* Quiddam *propter idem tenus, locum hic non habet. Proximo aũt uerſu legendum genere maſculino,* miſeroq; *Cupidine, authore D. Eraſm. præceptore noſtro. Apud hunc enim poëtam haud aliter reperias ut puto.* Quis circum pagos, &c] *Tria hæc carmina interrogatiuum habent punctum ad finem, non in medio ſecundi poſt* Olympia. *Eſt autem ſenſus, pugiles exigui, nempe circa pagos & compita, neutiquam contemnerent, imò cuperent coronari in* Olympiacis, *ſiquidem ſpem haberent ſine puluere, hoc eſt, labore, dulcem ſe poſſe palmam acquirere, hoc eſt, uictoriam. At illa abſq; labore non contingit. Qui igitur nolit ſuadere, ut humiles pugiles, nõ poſſunt ſperare uictoriã in* Olympicis: *Ita tu quoq;, qui nõ uis diſcere & audire. Ne cures ea, quæ ſtultè miraris & optas, nunquam ſperes animo te quieto, cupidinibuſq; uacuum, ullum reportaturum triumphum.* Si quadringentis ſex] *Acro equeſtrem cenſum quadringentorum millium æris fuiſſe ait, quem Porphyrio quadringentorum ſeſtertiorum, ſicut alij omnes authores, quadruplo maiorẽ facit.* —Lachrymoſa poëmata Puppi] *Quæ Acro de poëta P[uppio] ſcribit placent, quæ autem alij de puppi altiore nauis parte adducunt, inepta ſunt. Veriſimilius eſt, eos qui in quatuordecim primis ſedebant ordinibus, q̃a propiores theatri pulpito erant, faciliùs audire potuiſſe poëtarũ fabulas: p tranſuum, aũt notat Puppiũ, ut inter miſerabiles poëtas, q̃ tamen ſæpe auidiùs à populo audiebantur, q̃ boni poëtæ. Propterea non tanti eſſe eo in loco ſedere, ut ideò rem malè facias. Quæ uerò Acro citat carmina, Trimetra ſunt Iãbica,* (hoc modò:

„ *Flebunt amici, & bene noti mortem meam:*
„ *Nam Puppius in me uno lachrymatus eſt.*

—Cras ferramenta Teanum] *Illud, cras, Badius exponit poſtri die quàm Baias aduenerit, quod mihi non probatur, ſed indefinitũ puto, pro breui tamen tempore.* Ad ſummam ſapiens uno minor eſt Ioue diues] Vno Ioue *Acro bifariam exponit, uel quia moritur, uel quod in cælo non eſt. Badius aũt quia ſcilicet mortalis eſt, & ægritudinibus ſubiectus. Ego credo dictum, uno Ioue minor, quaſi dicat, omnes alios uel ſuperat, uel æquat.*

THEOD. PVLM. } 1 Prima dicte mihi ſumma dicende Camœna.] *Quod Heſiodus dixit,*

„ *ἀρχόμεναι δ' ὑμνεῦσι Διὸς, λήγουσαί τ' ἀοιδῆς,*

Non'ne id eſt, quo ſuas exorſus eſt epiſtolas Horatius? Quod enim in Iouis honorẽ poëta Græcus facere Muſas prædicat, illud idem ſe Mecænati facturum dicit Horatius. Turneb. lib. 6. cap. 17.

4 Veianius armis Herculis ad poſtem fixis] *Ab Horatio dictum eſt, pro relicto ludo gladiatorio. Qui enim artem aliquam deſinebant, eius inſtrumenta Dis ſuſpendebant, ſacrabantq;. Vide Turneb. lib. 6. cap. 9. & lib. 26. cap. 26.*

6 Ne populum extrema toties exoret arena] *Quæ uerba ſignificant eum, qui fortaſſe pugnaciſſimus fuerat & nobiliſſimus, miſericordia populi ne iugularetur in arena ſæpe precario ſeruatum. Ne igitur uitam ſæpius impetrare cogeretur, armis ab aduerſario uictus, ipſe ſibi rudẽ furtim dedit, artemq; deſijt. Rude autem donati gladiatores iam non cogebantur ferro dimicare, ſed rudibus tantum batuere. Ludis autem includebantur familiæ gladiatoriæ: quales erant, Aemilius ludus, ludus Mantuanus, & ludus Gallicus. Turneb. lib. 26. cap. 26. Exornet, Lambini plerią; libri manuſcripti.* 11 Quid uerum atque decens curo] *Cùm ait, ſe philoſophiæ utriq; operam dare, declarat, & ei, quæ in contemplatione poſita eſt, uerumq; inquirit: & ei quæ mores confingit, & officia præſcribit: quæ temperatione decori & moderatione continetur. Turneb. lib. 26. cap. 26.* 14 Nullius addictus iurare in uerba magiſtri] *Ab Horatio per tranſlationem dictum, ab his ductum, qui in ducum & imperatorum uerba iurabant. Vide Turneb. lib. 30. cap. 19.* 16 Merſor] *H. G. E. B. P. V. Et Ioan. Riuius Caſtigationum lib. 2. in Salluſtij hiſtorias.* Verſor, *Aldina editio.*

19 Subiungere] *H. G. E. B. P. V.* Submittere, *Ant. Mureti editio.* 28 Oculo] Oculos, *Lambinus contendit eſſe legendũ, contra ueterum librorum fidem.* 29 Inungi] Inungui, *H. B. B. V.* 32 Eſt quodam] Eſt quadam, *Lambinus ex ingenio.*

33 Miſeroq;] *G. E. B. C. V.* Miſeraq;, *H.*

36 ——Sunt certa piacula, quæ te

Ter purè lecto poterunt recreare libello] Huic purè lectum libellum dicit, quem qui legit ſe aqua purificauit, ea caſtimonia ad legendum accedens, ut ſi rem diuinam eſſet facturus. unde & piacula dixit. *Sunt enim propriè hoſtiæ aut libamenta, quibus aliquid luitur & expiatur, expurgaturq; fraus aliqua & ſcelus. ſic & purè lauti à Feſto dicuntur ſacrorum cauſſa mundati aqua, & caſti. Hæc Turneb. lib. 26. cap. 26. Vide & lib. 24. cap. 23.*

39 Nemo adeò ferus eſt, ut non.

Pro, ut non, alij legunt, qui non. *Adeò ut, rectè coniunguntur. Georg. Fabricius in Caſtig. in Horatium.*

41 Virtus eſt uitium fugere] *Vitium fugere non eſt poſtrema laus, & uirtutis pars eſt, uirtuſq; adeò cenſetur, ut ſapientia iam quædam eſt, carere ſtultitia. Turneb. lib. 26. cap. 26.*

51 Cui ſit conditio dulcis ſine puluere palmæ?

Id eſt, cui liceat ſine puluere palmam adipiſci. Turneb. li. 26. ca. 26.

55 Perdocet] Prodocet, *H. G. E. B. C. V.*

56 Læuo ſuſpenſi loculos, tabulamq; lacerto,

Cùm ait monſtrat Romanos numerandi artem præcipuè ſequi & ea diſcere

diſcere ob auaritiæ ſtudium, gerereq́ tabulam calculatoriam, & loculos calculis refertos, ut in abaco in promptu rationes expediant. Inquit alio loco, (Arte uerſu 326.)

„ —dicat

„ Filius Albini, ſi de quincunce remota eſt

„ Uncia, quid ſuperat?

Turneb. lib. 26. cap. 26. Vide Annotat. ad Satyr. 6. lib. 1. uer 74. 57 Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt.

Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua fidesq́] Sed quadringentis, ſex ſeptem millia deſint, Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua &c B. Si quadringentis, ſex ſeptem millia deſint, Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua, &c. C. Eſt animus tibi, ſunt mores, eſt lingua fidesq́: Sed quadringentis ſex ſeptem millia deſunt, H. Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua, fidesq́ue: Sed quadringentis ſex ſeptem millia deſunt, V.

59 At pueri] Ut pueri, Lambini quidam libri ueteres. Rex eris] Id eſt, planè modis omnibus rem abſolueris. Vide Turneb. lib. 24. cap. 29. 62 Roſcia dic ſodes, melior lex, an puerorum Nænia, quæ regnum rectè facientibus offert] De ludo iſto regio, qui auctore Polluce βασιλίνδα appellatur, meminit etiam Alciatus in Caſtigationibus Cornelij Taciti. Ex legibus illius ludi, cùm Cyrus adhuc puer rex eſſet creatus, miniſtros ſimulaticios tanquam ueros ſeruos ob contumaciam admiſſam flagellis cecidit, atq; ita regno Perſarum, quod primus ipſe conſtituit, puerili ſimulacro præluſit. Ut autem regem conuiuij talis ſortiri conſueuere: ita quoque regnum pueris dari ſolitum fuit, pro dexteritate adminiſtrati ludi. Hinc illa ſolennis adhortatiuncula puerorum, rex eris, ſi rectè facies: quàm nunc Horatius ad ſuum commodum deriuauit. Pet. Nannius Miſcell. lib. 4. Puerorum eſt, H.G.E.B.C.V. regnum recte, H.G.E.B.C.V. rectè regnum, Aldina editio. 65 Qui, ut rem facias] Qui rē facias, H.B.C.V. 69 Optat?] Aptat? H.G.E.B.C.V. Gul. Canterus lib. 4. cap. 12. & Turneb. li. 26. cap. 26. Quod non minus probandum quàm optat. Imò uerò cōmodius habendum, quòd plus eſt inſtruere & informare præceptis, quàm optatis & uotis perſequi. Orat, Lambini quidam libri ſcripti.

70 —Cur Non, ut porticibus, iudicijs fruar iiſdem] Mihi illud Horatianum à populi ſermone ductum profectumq́ uidetur. Vide Turneb. lib. 30. cap. 12. Iidem, H.G.E.B.C.V. 72 Aut fugiam] H.G.B.C. At fugiam, E. Et fugiam, V. 75 Omnia te aduerſum ſpectantia, nulla retrorſum] Extat Lucilij (apud Nonium in Spectare) quædam ſententia, quàm Flaccus, qui cum poëtam fluere lutulentum calumniatur, æmulatus eſt,

„ Quid ſibi uult, quare fit ut intus uerſus, & ad te

„ Spectent, atq; ferant ueſtigia ſe omnia prorſus?

Flaccus hoc breuius adſtrinxit Turneb. lib. 30. cap. 9. Vide Ant. Mureti Scholia in Horatium. 78 Fruſtis] H. G.E.B.C.V. Cruſtis, Ant. Mureti editio. 79 Mittant] Mittunt, G.

82 Iidem eadem poſſunt] Idem eadē poſſunt, H.G.E.B.C.V. Iidem eadem poſſunt'ne, Lambini codices duo. 85 Cui ſi uitioſa libido Fecerit auſpicium] Valet, ſi libido ei ſuaſerit ab auibus autem ductum, quæ auſpicium faciunt & mouent ut aliquid agamus, aut non agamus, ut ueluſtas credidit. Feſtus, Auſpicium facit. Plautus Sticho, (ſc. Libros inſpexi,)

„ Augurium hoc facit Epignomus.

Turneb. lib. 26. cap. 26. 91 Quid pauper? ride. cenacula mutat.] Homines Romæ mediocris fortunæ ſuarum ædium partē ſuperiorem inquilinis locare ſolebant, unam ſibi retinebant: ſed & erant qui cænaculariam faciebant. itaq; pauperes cænacula conducebant, cùm in ſuo non habitarent. Iuuenal. Satyr. 10.

„ —Rarus uenit in cænacula miles.

Vide Turneb. 13. cap. 11. 94 Curtatus inæquali tonſore] Tonſore, pro tonſori, hypallage. ut 1. Epiſtol. 19. ſimulet textore Catonem, pro textori. curtatos, H.G.E.B.C.V. 101 Inſanire putas ſolennia me] Quòd eſt more aliorum. Seneca lib. 22. Epiſt. 123. Nolunt ſolita peccare, quib. peccandi præmium infamia eſt. Turneb. lib. 30. cap. 5. Inſanire putes ſolennia me, id eſt, communiter, B. Alij inquit Lambinus, legendū putant, ſollennia mi. pro mihi. 106 Ad ſummam, ſapiens uno minor eſt Ioue] Cùm inquit, declarat eſſe philoſophiæ incumbendum qua paratur ſapientia, quæ uni Ioui cedit, & omnibus alijs maior eſt. Eſt autem philoſophiæ finis comparatio & adeptio ſapientiæ. Turneb lib. 26. cap. 26. 108 Præcipuè ſanus, niſi cùm pituita moleſta eſt] Quòd iocatur ſic accipio, ſanum eſſe ſapientem maximè, tantum, quia philoſophorum ſapiens, pannoſus malè ueſtitus, interdum alget hibernis menſibus: pituita tentatur frigore contracta. nam ſapiens ſi algebis, nō ſolùm tremes, ſed etiam pituita laborabis. non deeſt, qui βλεννὸν, & κορυζῶντα, id eſt, mucoſum & ſtupidum, & ſtultum, & ineptum explicet: ſed in priorē ſum propenſior ſententiam. Turneb. lib. 26. cap. 26.

M. ANT MURET. } 3 Feruet auaritia] Vide quæ ſcripſi cap. 4. lib. 1. Variarū lectionū. 46 Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes] Reſpexiſſe uidetur ad Theognidis uerſus, quibus per mare, per ſaxa fugiendā eſſe pauperiē monet.

„ ἣν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον

„ ῥιπτεῖν, καὶ πετρῶν κύρνε κατ' ἠλιβάτων.

73 Olim quod uulpes ægroto cauta leoni Reſpōdit, referā: quia me ueſtigia terrent Omnia te aduerſum ſpectantia, nulla retrorſum] Locum hunc ut opinor, è Lucilio acceperat Horatius, è cuius 30. libro hi uerſus apud Nonium reperiuntur.

„ Quid ſibi uult, quare fit, ut intro uerſus, ut ad te

„ Spectent, atq; ferant ueſtigia ſe omnia prorſus?

GEORG. FABR. } Hos libros poſtremos ſcripſit anno ætatis ſuæ quarto & quadrageſimo, cū noui tantū ſuperuixerit. Dicit ſe relictis nugis tractaturū iam ſeria, nempe philoſophica, nec hunc aut illum philoſophum ſectaturū, ſed quicquid optimum inuenerit, electurum ex omnibus. Eodem modo Cicero philoſophatus eſt, et alij Romani. Studium autem unuſquiſq; certum elegit, ſed in eligendo uerò pleriq; errant: In philoſophia fert mediocritatem, quam non fert ſupra in poëtis. Eſt autem philoſophia medicina communis morum, & ſine ea nemo poteſt uitam laudabiliter inſtituere. Merſor ciuilibus undis] Ita emendaui in exemplari, cum interpretibus edito. Paulò pòſt, aduerſis rerum immerſabilis undis.

Agilem ſe fieri dicit, ueluti ſequacem, qua ratione dixit Siſenna Hiſt. 3. agilem facilemq́ uictoriam.

Non me rebus ſubmittere conor] Sublimius eſt, ſubmittere, quàm ſubnectere, aut ſubiungere: quo modo faſces ſubmiſit Poſidonio Pompeius. Subiungere tamen citat Porphyrio Epiſt. 1. 10: & hoc loco, Helenius. Aut ſe nulli diſciplinæ ſententiam ſubmittere, ſed ſuo quaſi imperio regere res atq; tenere. Nemo adeò ferus eſt, ut non miteſcere poſſit] Sententia de Accio ſumpta, de Theognide tranſlata. Pro, ut non, alij legunt, qui non. Adeò ut, rectè iunguntur. Sine puluere] Ennianum eſt,

„ Salmacida ſpolia, ſine puluere, ἀκονιτί.

Pueri ludentes Rex eris, aiunt: ſi rectè facies] Puerorum ludentium nænia fuit, Rex eſt, qui rectè agit: de qua hic Horatius. Apud Laërtium, [illegible] eſt, ut Ouid. uertit,

„ Tu tibi ſume parem.—

Apud Platonem, ut Horatius:

„ Quem ſua facta premunt ſpretusq́ aſinusq́ ſedebit, Apud Terentium, Promiſiſti de te largitor. Talis apud Euangeliſtam, ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε: ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε. Lacus & mare ſentit amorem] Lacus, ut Lucrinus in ſinu Baiano: mare, ut Tyrrhenum: in quibus uiuaria, & ædificia ſtruxerant Iulius Cæſar, & Lucullus. Horat. Carm. 2. 18. ſepulchri—

„ Immemor, ſtruis domos

„ Mariſq́ Baijs obſtrepentis urges

„ Submouere littora.

Item 3. 24.

„ Cæmentis licet occupes

„ Tyrrhenum omne tuis

GUIDO.

GVIDONIS MORILLONI ADDITAMENTA, IN Q. HORAT. FLACci Epiſtolas.

GVIDO MORILLONVS SVO PRVDENTISSIMO, IDEMQ'VE HVMANISSIMO FRATRI DOMINO PETRO MOrillono, in diuinis litteris ampliſsimo, S. P. D.

SOCRATES ille Philoſophorum uexillarius, amantiſſime frater, qui ſolus Apollinis oraculo ſapiens eſt iudicatus, animaduertens naturalis ſpeculationis fructum nullum eſſe, eamq; ad uitæ officia nihil neceſſariam, ea potiùs inquirenda hortabatur, quæ mores hominum inſtituerent, ac uiuendi commoda ſuppeditarent. Cùm enim in hac morbida, & mobili uita nihil ſtudio, curaq; dignum inueniatur præter illam, quàm pulchrè uocat noſter Flaccus diuinæ particulam auræ, quæ ſola manet æterna, quæ ſola inter hæc inferiora ſub corruptione atque alteratione non finitur, quæ facit, ut in hoc cæco rerum turbine uitam ducamus tranquilliſſimam. Quandoquidem ut inquit Anaxagoras Deus eſt animus nobis, aut igitur nihil agendum in rebus noſtris, aut ſolam illius diſpoſitionem expoſcere curare operæpretium eſt, & in eius contemplatione tanquam in tutiſſimo portu requieſcere. Idcirco cum moratas Quinti Horatij Flacci epiſtolas diligentiùs reuoluerem, ad eam rem in primis mihi uiſæ ſunt accommodatæ. In his ſiquidem nihil abſonum, nihil agreſte, nihil inconditum, nihil denuum ſcurrile, aut obſcænum, ſed omnia modeſta, ſeuera, grauia, & ad benè, beateq; uiuendum ſummè pertinentia continentur: utpote in quibus hæc ſacroſancta Philoſophia pertractatur, quam nos moralē, Græci Ethicen dicitant, quæ ut ait Seneca uitæ eſt regula: & benè atq; honeſtè uiuendi recta ratio uirtutum indagatrix, uiciorum ac ſolicitudinum expultrix, cupiditatum debellatrix, animorum medela, fideliſsimaque cæteris diſciplinis tanto eſt præſtantior, quanto corporibus animi ſunt precioſiores. Hanc itaq; Horatius poëtarum procul dubio uel Hieronymo teſte, acutiſſimus, & ſine controuerſia doctiſſimus ſuis in epiſtolis amplexus eſt: hanc eloquentiæ ornamentis nobilitauit, hanc deniq; mellifluo poëtices uenuſtamento ueſtiuit, expoliuit, decorauit. Quapropter Horatianus ſtylus audientium animos triplici ratione ſibi conciliat, philoſophica ſententiarum utilitate, orationis diſpoſitione, elocutioniſq; ordine, & florum ornamento poëticorum: iocari uerò interdum uidetur & ludere: ſed Horatiani ludi, atque ioci admodum grauiores ſunt, quàm ſeria Stoicorum. Inter iocandum enim, & ſub decentiſſimis fabellarum umbraculis præcepta morum, & humano generi neceſſarium tractat officium. Nimirum ut faceto ſermonis blandi lepôre mortalium animos natura proniores ad uoluptatē per ipſam uoluptatis eſcā ad cibū alliciat ſalutarem. Aliquādo autem more ſuo mortalium uitia taxat, & inſectatur uerum id tam ſcitè, tam terſè, tam prudenter: facit ut cum nullus pungat altius, nemo tamen ſit, qui non libenti animo illius aculeos admittat. Has ergo ſanctiſſimas Horatij epiſtolas ſuauiſſime frater ex omni eruditorum albo tibi potiſſimū n delegi, ut cum ab Eccleſiaſticis adminiſtrationibus dabitur ocij locus in illis ingenium tuum recrees, internoſces opinor ingenuos tuos mores, & ueluti in pictura quadam in ſpecies liberalitatem: munificentiam, atque beneficentiam tuam, reliquaſq; animi tui præclaras dotes, quas quidem (eo quòd frater es) parciùs laudare cogor, ne frater fratrem immodicè extollens ſibijpſi blandiri uideatur. Adieci inſuper ADDITIVNCVLAS QVASDAM, ut Lectores uniformi lectorem fatigati (quod citra arrogantiam dictum uolo) his ueluti nouo pabulo reficerentur, potuiſſem forte & plures, & crebriores addere, niſi pro uoluptate faſtidium lectori afferre timuiſſem. Quas quidem hac tibi mente dedico, cùm ut ocij mei rationem habeas, tum ut ſint mei erga te amoris perpetuum monumentum. Vale iucundiſſime frater, & meo nomine Mathurinum Gueignonum amicum fideliſſimum, & Ioannem Daubineum egregia indole iuuenem ſaluta.

Ex alma Parrhyſiorum Academia XII Kalend. Februar. Anno uirginei partus. M. D. VII.

AD LECTOREM.

LIVIDE ſi quid obeſt: genuinum comprime: non eſt
Digna Theonino dente Minerua leuis.
At tu ſi quis erit (ſed erit) mihi candide Lector,
Aſſurge auſpicibus, præſidijſq; meis.

EIVSDEM GVIDONIS MORILLONI ADDITIO, IN EPISTOLAM I. LIB. I.

PRIMA dicte mihi, &c.] *Omnis ætas quiddam in degenda uita proprium habet ac peculiare, ut alia puerorum ſtudia ſint, alia uerò iuuenē deceant, alia ſenem. Iuueni autem illa conueniunt, quæ Horatianus uerſus ſententialiter expreſſit in Arte,*

„ *Gaudet equis, canibuſq; & aprici gramine campi.*

Nimirum uoluptatibus gaudent, atq; hilaritate delectātur iuuenes, in hac enim ætate rationem uoluptas ſuperat. Contra uerò ſenilis ætas maximum præbet ſapientiæ ſuffragium, & ut ait Plato: tunc præcipuè mētis oculus acutè intueri cum incipit corporis oculis deflorеſcit. Plautus quoq; in trinummo ſic ſcribit. Sapientiæ ætas condimentum eſt, ſapiens ætati cibus eſt: *ætatem namq; ſapientia fulſit, ſtabilit, comit, excolit, exornat, alit quodammodo, ut cibus hominem nutrit, & corroborat. Cæterùm quemadmodum quatuor anni tempora (quæ uariegata ſunt) mutantur & hyemale tempus uerno non cōuenit, perinde mutare mores debemus cum ipſis ætatibus. Nec ſenilis ætas (hyemi ſimilis) debet inſtar uernalis (quæ ueri comparatur) hilarari: ludere, luxuriari, ſcortari, popinari, lupanari, Veneris teneræ bigas, iuxta illud Propertianum,*

„ *Aetas prima canat Veneres extrema tumultus.*
In hunc etiam ſenſum ait Tibullus,
„ *Interea dum fata ſinunt iungamus amores:*
„ *Iam ueniet tenebris nox adoperta caput.*

Iam

» Iam ſurrepet iners ætas, nec amare decebit
» Dicere: nec cano blanditias capiti.
» Nunc leuis eſt tractanda Venus dum frangere poſtes.
» Non pudet, & rixas inſeruiſſe iuuat.

Plautinus quoq; Eutichus ita Demiphonem alloquitur: in Mercatore itidem ut tempus anni ætatem aliam: aliud factum conuenit uacuum eſſe iſtac te ætatis his dicebat noxijs. Terentianus item Sino dum tempus ad eam rem tulit, ſciui animum ut expleret ſuum, nũc hic dies aliam uitam affert, alios mores poſtulat, huc Pauli uergit uulgata illa ſententia. Cùm eſſem paruulus ſapiebam ut paruulus, nunc uir uirum ſapio Horatius itaque cum iam ad ſenium uergeret, cùm ad eam deueniſſet ætatem, in qua amare dedecet: ludicra exercere turpe eſt prudenter ad ſtudium philoſophicum ad uirtutis inquiſitionem ſe contulit, ueluti ad condigna illius ætatis diuerticula: cùm philoſophia diſciplina ſit diſciplinarum, & inter ingenuas diſciplinas haud dubiè primatum teneat, cùm Seneca inter ſtudia liberalia ſolùm philoſophiæ ſtudium dicat eſſe liberale, forte magnanimum, cætera puſilla, & puerilia. cùm Plato dicat philoſophiam donum eſſe deorum, quo nil unquam mortalibus maius datum eſt à dijs, nec unquam dabitur. In hoc igitur tam potẽtiſſimo, tam digniſſimo ſapientiæ ſtudio occupatus & detentus Horatius: non immeritò Mecœnati ſuorum iterum ad leuiuſculos, conſueti certaminis, aſſueti amoris uerſiculos inuitanti reſpondet, non eadem eſt ætas, non mens, &c. Nunc in Ariſtippi furtim, &c.] Ariſtippus Cyrenaicus philoſophus Socratis diſcipulus, aſſertor fuit uoluptatis in ea ſummum bonum ponens, & econtrariò dolorem ſummum malum eſſe decernens. Sic enim argumentabatur cum cõtraria ſint conſequentia. Si dolor eſt ſummum malum, conſequẽs erit uoluptas ſit ſummum bonum. Et ita Eudoxus diſputabat, dicens uoluptatem per ſe expetendam eſſe, ut ſummum bonum, idq; ex econtrario patere, dolorem fugiendum eſſe: quod & Ariſtoteles in 10. Ethicorum copioſè, commemorat. Ab hoc Ariſtippo Cyrenaicorum philoſophorum ſecta defluxit, qui uoluptatem leuem morbum. Dolorem uerò aſperum appellabant: De quo Diuus Hieronymus in inuectiua contra garrulum detractorem ait, Procul Epicurus, longè Ariſtippus ſubulci non aderunt fœda ſcropha non grunniet. Idem contra Iouinianum. Nunquam nos (inquit) Ariſtippi multitudo deterrebit. Erat tamen huic ingenium facilè loco & tempori, perſonis accommodatum, ideóq; Platonem dixiſſe ferunt. Soli Ariſtippo & Chlamydem, & Pallium ferre datum eſt, quod luculenter alibi expreſsit Horatius illo uerſu:

» Omnis Ariſtippum decuit ſtatus & color, & res.

Dicere uerò ſolebat nullo impedimento eſſe ad bene uiuendum lautiorẽ uictum. Dicit ergo Horatius ſe furtim relabi & diuertere atq; incidere in Ariſtippi præcepta, non autem ea omnia obſeruare nec eius ſcholam inhabitare uirum ea, quæ ſibi potiora uidebuntur excerpere. Morbi inueterata uicia, & dura ut auaritia, ut ambitio nimia. Morbus eſt (ut inquit Seneca) uicium in prauo pertinax. Iuriſconſulti titulo ad edictum Aedilicium ſic morbum diffiniunt. Morbus eſt habitus cuiuſq; corporis contra naturam, qui uſum eius faciat deteriorem, ſed morbum alij in toto corpore accidere dicũt. alij in parte corporis totius corporis morbum eſſe, ueluti Phthiſis eſt, & febris partis autem ueluti cæcitas, aut in pedibus debilitas. In libris quoq; iuriſperitorum ſcriptum eſt morbum uicium diſtare, quod uicium perpetuum, morbus cum acceſſu, diſceſſuq; fit. Eſt autem chiragra manuum dolor. Nam χεὶρ manus eſt, & ἄγρα dolor: Mart.

» Si nil porrigit hæc Chiragra eſt.

Cheiragra uerò & chiragricus dicitur, quæ chiragra laborat.

Virtus eſt uicium fugere.] Virtus, ut inquit Ariſt. eſt habitus electiuus in mediocritate cõſiſtens. Cic. ita uirtutem diffinit: Virtus eſt animi habitus modo atq; rationi conſentaneus. Idem in 4. Tuſc. ſic ait. Virtus eſt affectio animi conſtans, conuenienſq; laudabiles efficiens eos, in quibus ineſt. Virtus inquit Seneca, non aliud quàm recta ratio eſt. Aug. in 4. de Ciu. Dei ſcribit uirtutem, à ueteribus definitam eſſe artem bene, beateq; uiuendi: unde ab eo quod Græcè ἀρετὴ dicitur, uirtus nomen artis Latinos traduxiſſe putauerunt: uirtutem antiqui Deam fecerunt, qua Auguſt. non eſſe Deam, ſed donũ Dei aſſerit. Lucilius paucis uerſibus colligit, & enarrat diffinitionem uirtutis, cùm ait.

» Virtus ſcire homini rectum, utile, quid ſit honeſtum:
» Quæ bona, quæ mala, item quid inutile, turpe, inhoneſtum,
» Virtus quærendæ rei finem ſcire modumq;,
» Virtus diuitijs precium per ſoluere poſſe.
» Virtus id dare quod re ipſa debetur honori.
» Hoſtem eſſe atq; inimicum hominum, morumq; & honorum.
» Commoda præterea patriæ ſibi prima putare.
» Deinde parentum tertia, iam ſupremaq; noſtra.

Huic autem Horatianæ diffinitioni declamat Lactantius: dicens ineptam eſſe, quoniam econtrariò terminauit, ac ſi diceret bonum eſt quod malum non eſt: ex quo melius illi finxiſſe uidentur, à quibus dicitur.

» Virtus eſt bonum facere, malum non facere.

Si quadringentis &c.] Cenſus autem equeſtris conſtabat ex quadringentis ſeſtertijs. Sed ne quid titubes, puer ſcias, cenſum eſſe annuum redditum, & quicquid fortunarum quis habet Quintil. Abiẽre uires, cenſus meus. Vnde qui centum millia æris in profeſſionem detuliſſent, cenſi dicebantur. Item cẽnſus dicebatur æſtimatio rerum ac bonorum facta ſecundùm quam tributa pendebantur. Vnde cenſum agere, eſt recenſere hominum facultates. Seſtertius uerò ſiue Seſtertium dicitur, quaſi ſemis tertius, eò quòd contineat in ſe aſſes duos, & dimidiatum tertium. Veteris enim conſuetudinis fuit, ut ſemis anteponerent, ut ſemiſquartus, ſemiſquintus, ſemiſtertius à quo ſeſtertius. Et eſt compoſitio Attico more facta. Illi enim hepta, himyſi talenta, id eſt, ſeptem ſemitalenta, dixerunt: ſeruantes illud, ut expreſſius numerus pro dimidio caperetur. Apud Romanos ex ære ſignata continet libras duas, ac ſemis, uel dipondium, ac ſemiſſem & per duo ll & ſ notabatur, ut Cic. ait in Verrinis. Valebatq; mille nummos. Et nemo in ordine equeſtri ſedebat ſpectaturus, niſi Seſtertia 40. millia poſſideret. Seneca lib. 4. Quæſtionum monet Lucilium, ut ſe à turba quantum poterit, ſeparet. Eſt enim turba plerunq; turbulenta. Plerunq; enim populus perinde, ac ſumma boni miratur honores, gloriã, diuitias, illaſq; eſſe expetendas aſſerit, tanquam in his ſumma fœlicitas conſiſtat: igitur ſapiens ſe ſpectare debet, nec errare cum populo, in quo non eſt ratio, non iudicium, non prudentia. Ideoq; ait Seneca ſe nunq̃ uoluiſſe populo placere. Nam quæ probat, inquit, populus, ego neſcio. Merito itaq; dicit Horat. non uelle ſe ſequi, ea quæ uulgus adamat, tanquam non ſint uera bona, ſed adumbrata. Senecæ uerò aſtipulatur Cicero in Orat. pro Plantio, ſic ſcribens. Non eſt conſilium in uulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia, & à Virgilio dictum eſt.

» Scinditur incertum ſtudia in contraria uulgus.

Vnde & à Baptiſta Mantuano decantatum eſt,

» Demens quiſquis mutabile uulgi.
» Viuit in arbitrium.

Olim Demoſthenes extorris & in exilium pergens cũ ſuſpirio dixiſſe, fertur. O pallas quæ tribus infeſtiſsimis beluis delectaris, noctua, dracone & populo: tanquam populus inter malas beſtias numerandus ſit Horatio ſuccinit Plato dum populum dixit eſſe beluam multorum capitum. Porticus] Eſt autem porticus quod propter repentinos imbres & umbratum, ac deambulationum cauſa ædificatur. Ouid. de Porticu Pompeiana:

» Tu modo Pompeia lentus ſpaciare ſub umbra,
» Cùm Sol Herculei terga Leonis adit.

Præcipuè ſanus niſi cum pituita moleſta eſt &c.] Quod Græcè phlegma dicitur, Latini pituitam uocãt. Scribit Plato in Timæo pituitam originem eſſe languorum omnium, qui ex diſtillatione fiunt: ex eaq; gigni malas ualetudines plurimas, quoniam plurima loca illabitur. Quæcunq; autem partes corporis tumeſcere dicuntur à bili incendio, & combuſtione uexantur, dum expirat extrinſecus uarios exitu ſuo tumores producit: intrinſecùs uerò cohibita urentes, edaceſq; morbos procreat: tunc autem peſſima quando puro ſanguini mixta ligaminum fila ſuo èx ordine dimouet, & interdum penetrat in medullas, aduſtiſque radicibus: inde animæ uincula, quaſi nauis funes reſoluit & amputat, pro colorum autem uarietate, bilis appellatur citrina, quæ Græcè melancholia, praſina, hoc eſt,

eſt, uiridis. Idem Plato pituitam Aécidam nuncupari refert, ſalſo ſapore commixtam. Albam uerò pituitam appellat eliquationem carnis tenerioris, unà cum ſpiritu factam, quæ ex humiditate uento circumfuſa tumeſcit. Idem Plat. & Platonicus Apuleius auctores ſunt cauſam primam morborum eſſe, ſi ipſæ elementorum qualitates, ex quibus compactum eſt corpus, uidelicet humida & ſicca, calida & frigida non congruant. Præterea ſi ſanguis corruptus ſit, ſi phlegma redundat, ſi cholera immodica exuperat, morbi gignuntur. Dicit ergo Horatius Præcipuè ſanus niſi cum pituita moleſta eſt. Vbi exponit Porphyr. niſi catarros impedit, tanquam pituita idem ſit, quod catarrus, quæ dictio Græca eſt καταῤῥέω defluo. κατάῤῥοος fluor & diſtillatio nominatur. A' pituita, pituitoſus deriuatur, quem Græco uocabulo uſitati phlegmaticum uocant. Cicero in libro de Fato. in alijs eſſe pituitoſos, & quaſi redundantes, in alijs exſiccatos atque aridos. Aelius pituitam dici affirmat: quia petat uitam, cuius Etymologiam ridet Quintil. in lib. 1.

IOD. BAD. ASCENS. } Prima dicte mihi] Mecœnatem ut dixi ſummum amicum, atque patronum ſuum alloquitur, ſuſcepti operis rationem ſubiuncturus, quæ eſt poſitis ludicris, quod uerum atque decens curare. In his enim epiſtolis, quædam delectantia interſeruntur, ſed nihil obſcœnum aut lubricum, Satyráq; dignum, conſpicitur. Sunt enim omnia caſta & ſancta, ut ab eo compoſita, qui extremam operam ſe muſis impenſurum teſtetur. Epiſtola dicitur ſcriptum miſſiuum, nam ab ἐπιστέλλω, quod eſt mitto deducitur, in diminutione reperitur hoc epiſtolium. Dicere eſt ex arte loqui, quomodo loquuntur oratores, qui ubi perorauerint, dicunt, dixi: & ij qui quemuis laudare uolunt, unde dictum laudatum interpretantur. Sicut in illo Georgico.

» Cui non dictus hylas &c.

Poteſt tamen intelligi Hic dicte] Id eſt, nuncupate in operibus meis, hoc eſt, cui opera mea dicaui, & nuncupaui: dicẽs in principio Carminum,

» Mecœnas atauis edite regibus.

Et in principio Sermonum:

» Qui fit Mecœnas.

Et in alio Sermone.

» Non quia Mecœnas, &c.

Præterea qui in membranis ſcribunt, quia deſcendendo ſcribunt, ſolent prima ſumma, aut ſuprema uocare, unde in cõſuetudine habetur: ut ſuprà, id eſt, prius. Hic tamen ſummam Camœnam, ultimam uocat, ab aſcendentibus tracta metaphora. Ij enim quum in ſummo ſunt, progredi non poſſunt. Summus ergo progreſſus Camœnarum (nam & pedibus ingrediuntur uerſus) erit Horatio præſens opus, ultra quod non progredietur. Hac rudis] In Ablatiuo rude uirga eſt, ſine ferro, quæ emeritis dicatur, id eſt, ijs, qui, aut labore, aut ſenio fracti remittebantur ab officio gladiatorio, ideò autem datam putant eis rudem, ut ea dimicantes dirimãt, tanquam artis periti. Captat autem ſtatim in principio à Mecœnate beneuolentiam ex beneficio ſuo. Quia dicit ſe eum dixiſſe] Id eſt, laudaſſe in operibus ſuis, & ex merito Mecœnatis, quia dicit adhuc dicẽdum, quaſi nunquam ſatis laudatus ſit. Comparat ſibi auctoritatem, & gratiam, quia ſe ſatis ſpectatum modeſtè fatetur, excuſatq; ſenium (quia omnia fert ætas animum quoq;) quo minùs aptus ſit ad carmina ſcribenda. Et ita ex difficultate negotij, & utilitate rei, quia non ludicra, ſed ſalubria dicturus eſt, attentum facit lectorem. Et etiam docilem ex rerum propoſitione, ut in ſequentibus uidebimus. Ordo eſt: O' Mecœnas dicte] Id eſt, nuncupate aut laudate. Mihi] Id eſt, à me. Prima camœna] Id eſt, primo opere carmine conſcripto. Et dicende] Id eſt, laudande, aut nuncupande, id eſt, qui dignus es. Vt dicar a ſumma] Id eſt, ultima Camœna in præſenti opere. Tu quæris] Id eſt petis. Includere antiquo ludo] Id eſt, loco exercitationis conſuetæ, hoc eſt, exercitio poëtico. Me ſpectatum] Id eſt, cognitum & probatum ſatis. Et donatum iam rude] Id eſt, uirga, qua emeriti gladiatores donabantur: hoc eſt, ſatis cognitum, & dignum, qui remittatur ab officio poëtico, ſicut gladiatur donatus rude, remittitur à munere gladiatorio. Aetas non eſt mihi eadem] Id eſt, eiuſdem roboris. Et mens non eſt mihi eadem] Id eſt, eiuſdem acuminis, aut non eadem placent ſeni, quæ iuueni. Veianius, notus gladiator, latet abditus] Id eſt, occultatur, ocio deditus in agro. Et hoc armis] Scilicet, gladiatorijs fixis ad poſtem Herculis, ubi arma ſua figebant, qui eis amplius uti nolebant, latet dico. Ne exoret] Id eſt, precetur, hoc eſt, ne cogatur precari populum toties in extrema arena (hoc intelligunt, quaſi cogatur populum orare, ut fiat emeritus, & rude donetur, ſed iam potius donatum rude dixero, cùm Herculi arma dicauerit. Ego igitur intelligo emeritos populo petente aliquando in arena exhibitos, ubi uicti orabant populum ne ſinat ſe interimi à uictore, & ob id confugerant uſq; ad extremam arenam, ut manum porrigat) Eſt] Scilicet, Philoſophus aut uerius Apollo, id eſt ratio & iudicium ſcilicet, qui perſonet mihi. Aurem purgatam] Scilicet, à prauis affectionibus, hoc eſt, qui admoneat me hoc modo. O' Horati, ſolue ſanus] Id eſt, quamdiu ſanus es. Mature] Id eſt, tempeſtiuè. Equum ſeneſcentem] Id eſt, te ut equum ſenio confectum. Ne ipſe equus peccet] Id eſt, deficiat & ſuccumbat. Ridendus] Id eſt, irridendus. Ad extremum] Id eſt, priuſquam perueniat ad metam. Et ducat] Id eſt, trahat ilia crebris anhelationibus defatigatus. Nunc itaq; uerſus, & cætera ludicra pono] Facit ut dixi auditorem, ſeu lectorem potiùs attentum, ex rerum deſcribendarum maturitate, quia pollicetur hic nihil deſcripturum, quod ludicrum ſit, aut inane, ſed ea dũtaxat, quæ ad uitæ perfectionem pertineant. Vnde quia in arte dictum eſt:

» Aut prodeſſe uolunt, aut delectare poëtæ,

» Aut ſimul & iucunda, & idonea dicere uitæ

Videtur poëta in libris carminum uoluiſſe delectare, quæ res iuuenili ætati competit, hic uerò in ultima Camœna, ubi ſe donatum rude dicit, duntaxat prodeſſe præcipuè bonis moribus, in Satyra autem quam mediam poſuit utrunq; facere, quod & reuera efficit. Nã & prodeſt, & delectat plurimum. Quod ergo hic dicit uerſus, & cætera ludicra, per quæ uerba etiam uerſus inter ludicra reponit, dicemus loqui de Odis ſeu carminibus, nam & hic uerſu utitur, ſed alterius generis ac qualitatis, utpote doctrinali, qui ſemper grauis eſt. Ludicrum eſt, quod ad luſum pertinet cuius omnis fructus ex uoluptate eſt. Eſt enim ſecundùm Vallam ars ludicra hiſtrionica, & ſcænica. Ludicrum autem ſubſtantiuè ſumptum non modo ludus eſt hiſtrionicus, & ſcænicus, ſed quodcunq; luſorium opus ad ioculare, etiam ludi Publ. Eſt præterea ſecundæ inflexionis non tertiæ, ut contra Priſcianum docet lib. 1. dictus Valla. Pono] Id eſt, depono, ut apud Martial.

» Grande cothurnati pone Maronis opus.

Curo] ſ. animo, hoc eſt, mecum tacitè. Et rogo] i. interrogo ab alijs. Et totus ſum omnis] i. totus. In hoc] i. in inquirendo. Quod uerũ atque decens] i. honeſtum. Condo & compono, aut in libris, aut in promptuario pectoris. Quæ mox] i. paulò pòſt. Depromere] Id eſt, excipere in uſum uitæ. Rapit tempeſtas] Aut metaphora eſt à nauigantibus, aut id dicit, ſe tempori accommodaturum, nam præcepta moralia tempori accommodanda ſunt & loco, uſq; adeò, ut quæ hic, & nunc decent alibi & aliàs dedeceant. Quæ uerò ſub præcepto diuino continentur, ut nunquam non decere poſſunt, ita nunq̃ non obſeruanda ſunt. Iurare in uerba] Ita enim addicti nõ nulli præceptorib. ſectæ ſuæ ſunt, ut iurati uideatur quicqd illi dixerint ſe approbaturos. Hoſpes] i. ut hoſpes in nulla Certa domo] i. in nullius ſectæ opinione permanſurus, niſi tantiſper dũ placuerit. Rigidusq; ſatelles] i. cõſtans, & incorruptibilis ſectator. In Ariſtippi] ſ. Stoici cum ipſe ſit Epicureus, & ideò furtim, quaſi ad aliena inuenta accedens. Stoici aũt, ut Cicero in Officijs docet. optimè de moribus diſputarunt. Res] Id eſt, præceptiones aut argumenta philoſophica, ut in arte.

» Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ.

Non me rebus] Hoc eſt, ego non cogam intellectum meum ſequi pꝛcepta philoſophorum, ſicut nos in fide quodámodo cogimur credere, quæ intelligere nõ poſſumus. Sed ea duntaxat præcepta cõplectar, quæ mihi cõprobabuntur. Vt nox lõgo. Oſtendit. ſe magno deſiderio fortiter agendi rapi, utẽs exẽplis eorũ, qui maximè deſiderio trahuntur. Id quod æquè pauperibus, &c. Ex utilitate ergo ſibi beniuolentiam quoq; comparat. Cætera ex ordine patebunt, qui talis eſt. Itaq; quia ſic admonitus ſum. Ego pono] Id eſt, depono.

Et] Id

Et] *Id eſt, pariter uerſus amatorios, & laſciuiuſculos,* & Cætera ludicra] *Id eſt, quæ ad delectationem facerent, & curo quod* Verum atque decens] *Sup. eſt.* Et rogo] *Id eſt, interrogo, & perquiro.* Et ſum omnis] *Id eſt, totus in hoc, condo, &* Compono] *Sup. ea, quæ poſsim* Depromere] *Id eſt, promptè mihi ſumere* Mox] *Id eſt, paulò pòſt. hoc eſt, ego colligo ea præcepta uiuendi, quibus ubi opus erit utar.* Ac ne roges] *Id eſt, interroges fortè.* Quo duce] *Id eſt, principe philoſophiæ.* Et quo lare] *Id eſt, cuius familiæ ſecta.* Ego tuter] *Id eſt, tutum faciam me: hoc eſt, cuius ſectæ auctoritatem, & doctrinam ſequar, in hoc opere* Ego nullius] *Id eſt, non ullius.* Non addictus] *Id eſt, more militis aſſcriptus, aut adiudicatus iurare in* Verba ullius magiſtri] *Id eſt, quaſi iuratus & ſacramento aſtrictus, ſequi dogmata unius ſectæ.* Feror hoſpes] *Id eſt, externus & non domeſticus.* Quocunque tempeſtas] *Id eſt, impetus uoluntatis, aut commoditas, & opportunitas temporis rapit me.* Ego fio nunc] *Id eſt, aliquando* Agilis] *Id eſt, praxi incumbo.* Et merſor] *Id eſt, immerſor.* Vndis ciuilibus] *Id eſt, ijs, quæ ad ciuilem uitam pertinent, hoc eſt, incumbo.* Ethicæ] *Id eſt, philoſophiæ morali, quæ ad* Praxin] *Id eſt, operationem pertinet, quaſi dicat, aliquando profundis ſpeculationibus me totum dedo.* Aliquando fio agilis] *Id eſt, quæ didici ad operationem applico. Non enim ſemper philoſophiæ ſpeculatiuæ inſudandum eſt, unde apud Aulum Gellium Plato ad Socratem. Philoſophia inquit, ô Socrates res eſt elegans, ſi modicè quiſpiam per ætatem attigerit, at ſi ſupra modum tempus in ea cõtriuerit, hominum eſt corruptela. Nam ſi quis uel amœno, acriq́ ſit ingenio, ultraq́ ætatem philoſophetur, neceſſum eſt, eum rerum omnium eſſe imperitum, quarum uſum calleat oportet quiſquis honeſtus, probusq́ eſt futurus. Non ergo ſoli ſpeculationi incumbit. Propterea quia ueritati potius, quam auctoritati concedendum eſt, ideo ſubdit.* Ego cuſtos] *Id eſt, obſeruator ueræ uirtutis.*

Rigidus] *Id eſt, ſeuerus* Satelles] *Id eſt, quaſi corporis defenſor.* Ego relabor] *Id eſt, per tranſitum incido* Nunc] *Id eſt, aliquando in præcepta Ariſtippi illius Epicurei, & ego conor* ſubiungere *(ſic enim Acro legit, licet alij* ſubmittere *legant)* Mihi res] *Id eſt, doctrinas philoſophorum, ita ut liberè de eis iudicem.*

Et non me rebus, aut res] *Id eſt, fortunæ bona ſubiungo mihi, non me illis, de quo Acro bene diſſerit, ſed ad ordinem.*

Vt] *Id eſt, quemadmodum.* Nox uidetur longa] *Sup. illis.* Quibus amica] *Id eſt, concubina pollicita ſe uenturam, eſt mentita: hoc eſt, qui totam noctem expectauit eam,* Quæ] *Pro &,* Vt] *Sup. dies uidetur* Longa] *Id eſt, nimis durare* Debentibus operas] *Id eſt, obligatis ad aliquod opus ſingulis diebus exhibendum, ut glebæ addicti, aut remigio.* Vt] *Id eſt, quemadmodum annus* Videtur piger] *Id eſt, tardè procedere* Pupillis] *Id eſt, patre orbatis, quos dura cuſtodia matrum premit, quia nihil imperioſius muliere, & ut dicit Iuuenal.*

„ *Intolerabilius nihil eſt quam fœmina diues.*

Sic tempora fluũt mihi tarda & ingrata quæ tempora morantur] *Id eſt, in mora tenent ſpem & conſilium agendi grauiter, id quod prodeſt æquè. id æqualiter pauperibus, &* Locupletis] *Id eſt, diuitibus, & quod neglectum nocebit* Aequè pueris. & ſenibus] *Id eſt, omni ſexui & ætati. hoc eſt, id quod ad philoſophiam pertinet. Nam omnes debent uiuere honeſtè & probè, ſeq́ decenter regere, ſi non habeant alios regendos.* Reſtat] *Id eſt, reliquum eſt, quia nondum nactus ſum plenam opportunitatem ex ſententia uiuendi, eò quòd nondum collegerim normam integram.*

Reſtat ut ipſe] *Id eſt, ego regam me, &* Solet me his elementis] *Id eſt, paruis principijs, quaſi dicat, quia nondum omnia poſſum, non continuò nil faciam, ſed dicam mihi ô Horati, ſi tu non poſsis* Contendere oculo] *Id eſt, perſpicere quantum Lynceus uir ille, acerrimi & acutiſsimi uiſus, qui per multa millia paſſuum naues in portu uidit. Sunt qui putent eundem eſſe, de quo Solinus dicit, ſic. Viſu plurimum potuit Strabo nomine, quem ſuperſpexiſſe per 35. millia paſſuum. Varro ſignificat, ſolitumq́ à Carthagine exeuntem claſſem Punicam, numerumq́ nauium manifeſtiſsimè è Lilybitana ſpecula notare, hæc ille. Sit itaq́ Strabo Lynceus dictus, quòd Lynceos habuerit oculos, licet ergo non poſsis tantum contendere,* Tamen tu lippus] *Id eſt, debilem uiſum, & fluentes oculos habens, non contemnas idcirco* Inungi] *Id eſt, mederi. hoc eſt, licet non omnia potes, non tamen idcirco nihil facies. Et ita Stoicorum paradoxon damnat, qui dicunt omnia uitia eſſe paria, ſapientesq́ omnia & ſolos poſſe. Nullumq́ ſapientem eſſe qui non plenè ſapiens ſit. Et quia tu deſperes membra Glyconis, illius Athletæ ac luctatoris,* Inuicti] *Id eſt, fortiſsimi, & quaſi inuincibilis.* Nolis] *Id eſt, recuſes* Prohibere] *Id eſt, arcere* Corpus] *Scilicet, tuum à chiragra, id eſt, contractione manuum* Nodoſa] *Id eſt, nodos neruorum generante, quaſi dicat, tu id ſtultè faceres, quia eſt, ſcilicet ſtatutum aut laudabile, & conceſſum* Prodire] *Id eſt, progredi in uirtutibus.* Tenus quoddam] *Id eſt, uſque ad quòddam, id eſt, etiam modicum gradum.* Si non datur] *Sup. prodire* Vltra] *Id eſt, quilibet conabitur tantum proficere, quantum poterit.* Si] *Sup. pectus* Feruet] *Id eſt, æſtuat auaricia &* Cupidine] *Id eſt, cupiditate* Miſera] *Id eſt, magna, uel quæ miſeros facit.* Sunt uerba] *Scilicet, philoſophica ſcripta intelligit.* Et uoces] *Id eſt, doctrinæ, quæ uiua uoce traduntur, quibus poſsis* Lenire] *Id eſt, mitigare & reprimere.*

Hunc] *Scilicet, mentis dolorem, & deponere magnam partem* Morbi] *Id eſt, uitij tui.* Si] *Sup.* Tu tumes] *Id eſt, inflaris amore laudis.* Sunt certa piacula] *Id eſt, purgamina quæ poterunt* Recreare te] *Id eſt, facere te, quaſi nouum hominem.*

Et hoc libello] *Id eſt, modica parte philoſophiæ.* Lecto ter] *Id eſt, diligenter &* Purè] *Id eſt, attentè ſine praua cupiditate admixta.* Inuidus] *Iracundus.* Iners] *Id eſt, acidioſus.* Vinoſus] *Id eſt, guloſus.* Amator] *Id eſt, libidinoſus. Et ita ſeptem peccata mortalia damnat, primo auariciam ibi:* feruet auaricia. *quia eam exitialiter ſemper execratus eſt, ut in ſermonibus uidimus. Deinde ſuperbiam: ibi.* Laudis amore tumes, *& hic quinque reliqua. Nemo dictorum peccatorum,* Eſt adeo] *Id eſt, in tantum* Ferus] *Id eſt, ſceleribus efferus, ut non poſsit miteſcere.*

Si modo] *Id eſt, dummodo,* Commodet] *Id eſt, præbeat aurem patentem* Culturæ] *Id eſt, quæ ſinat ſe coli eiectis uitijs.* Vinoſus *dicitur, qui uino nimis indulget, & per hoc guloſus, amator & amica pro luxurioſis accipiuntur, amicus autem pro honeſto.*

Virtus eſt uitium fugere] *Incipit inſtituere uirum bonum & ſtudioſum, cuius primum officium eſt fugere uitium.* Vnde ſcriptum eſt declina à malo, & fac bonum. *Eſt quidem primum, non quia præcipuum, plus enim eſt bonum facere, quàm malum non facere: cum nemo uerum bonum agat, quia mala non deuitet. Sed quia qui ſtudioſus effici uult primo loco conari debet, ut uitia deuitet, ſicut coloni prius nociua euellunt, quam bona inſerant agris ſuis.* Stultitia] *Id eſt, ſtolida aut praua opinione, quæ omnes peccatores ducuntur: ideoq́ ſcriptum eſt.* Stultorum infinitus eſt numerus *Et quòd prudentia huius ſæculi ſtulticia eſt apud Deum. Quod auctor hic exemplis probat, quia paupertatem maximo conatu fugiunt plurimi, quod non facerent, niſi praua opinione ducantur, aut ſi ab ea curari uelint, per prudentium doctrinam. Et ita oſtendit falſam opinionem de auaricia, additq́ de gloria, & ambitione, dicens, quòd uix quiſquam præditus uirtute corporis contemnat gloriam, ob uictoriam in certamine Olympico præter ſapientem, qui ſine puluere & ſudore palmam obtinet, non cupiendo, ſed contemnendo, quia neglecta inani gloria uirtutem obtinet, quæ pluris eſt, quam aurum, ſicut aurum pluris eſt, quam argentum. Opinio tamen praua mortalium effectu ipſo contrà ſentire probatur, quia uidetur pluribus uirtus acquirenda eſſe poſt nummos, id eſt, ſtudendum eſſe uirtuti, & honeſtati, poſtquam diuites quacunq́ uia euaſerint, credentes nullum honorandum, qui non ſit diues. Sed longè aliter eſſe etiam pueri atteſtantur, canentes ueteri cantico, à maioribus tradito,* rex eris ſi rectè facies. Et ita murus aheneus] *Id eſt, fortiſsimum munimentum* Eſto] *Id eſt, ſit cuilibet nil conſcire* Sibi] *Id eſt, habere nullius mali conſcientiam iudice qua ſe nemo nocens abſoluitur. Notum eſt ab eo, quod eſt æs, æris fieri uaria denominatiua: nam & æreus, & æneus, & ahenus, & aheneus (ut hic) inde deducitur. Sanè quia æs non citò corrumpitur rubigine, omnia diu durantia ærea uocabant antiqui: unde ærea uox dicebatur, quæ à Vergilio*

ferrea. Et in primo carminum dixerat poëta noſter.

„ Illi robur & æs triplex circa pectus erat, &c.

Lex Roſcia eſt, quam tulit Lucius Otho Roſcius, ut nemini liceret in quatuordecim primis ordinibus ſeu gradibus in Theatro ſedere, niſi qui habet Centum equeſtrem] Id eſt, quadringenta ſeſtertiûm in cenſu. unde eſt illud Iuuenal. Satyra tertia. Exeat (inquit.)

„ Si pudor eſt, & de puluino ſurgat equeſtri.
„ Cuius res legi non ſufficit, & ſedeant hic
„ Lenonum pueri, quocunq; in fornice nati.
„ Hic plaudat nitidi præconis filius, inter
„ Pinni rapi cultos iuuenes, iuueneſq; laniſtæ.
„ Sic libitum uano qui nos diſtinxit Othoni.

Hæc ille. Qui ideo uanus, quia ad cenſum non ad uirtutem, aut parentum merita reſpiciendum duxit. Eſt ergo eius lex deterior, quã nænia puerorum decantata, ſcilicet, in funere ipſis Curijs, Fabijs & Camillis. Cæteriſq; maribus] Id eſt, uirilis animi proceribus Romanis, qui neglecta re uirtuti ſtudebant, & ita puerorum næniã dum uiuebant approbabant, & legem Roſciam, quæ poſtea lata eſt re ipſa improbabant, quia cenſum equeſtrem non curabant. Curius enim Dentatus, qui de Samnitibus triumphauit, legatis Samnitum aurum offerentibus, cum ipſe in foco rapas torreret, malo hæc, inquit, eſſe (id eſt, manducare) in fictilibus meis, & aurum habentibus imperare, quam aurum poſſidere. Furius quoq; Camillus urbis liberator dictus, in exilio uitam inopem agere, quam Romæ lautiûs uiuere maluit. Hic autem ponitur pro egregio uirtutis amatore. Is ne tibi meliûs ſuadet. Suademus inquit Acro etiam mala, hortamur ad bona, ſecundum quem ponitur, Pupp.] Pro Puppij. Nam Puppius, inquit, Tragœdiographus ita affectus ſpectantium mouit, ut eos compelleret inde iſtum uerſum facit.

„ Flebunt amici, & bene noti morte mea.

Nam Puppius in hic uiuo lachrymatus eſt. Alijs uidetur Puppi eſſe appellatiuum, ut in constructione patebit, quæ talis eſt.

Virtus eſt fugere uitium, & prima] Id eſt, primum expetenda ſapientia eſt caruiſſe ſtulticia, ſed ſtulticia magna eſt, diligentiûs externa bona, quàm interna perquirere, & mala uitare. unde dicit.

Tu uides] Id eſt, quilibet uidet. Non enim hic Mecœnatem docet, nec hanc epiſtolam ſic ad Mecœnatem ſcripſit, ut cæteras ad cæteros, quia per hanc dedicat, ac nuncupat hoc opus epiſtolarum Mecœnati, non quem doceat, ſed in cuius gratiam ſcripſerit. Tu ergo uides dicit ad quemlibet loquendo, quanto labore animi & capitis, tu deuites ea, quæ credis eſſe maxima mala, ſcilicet, Exiguum] Id eſt, modicum Cenſum] Id eſt, Theſaurum aut rerum poſſeſſionem, & repulſam turpem, quam patitur, qui honores non exauditus petit. Impiger extremos curris mercator ad Indos] Id eſt, celer ad extremos Indos, Fugiens pauperiem] Id eſt, paupertatem, per mare per ſaxa, per ignes, & tamen tu non uis credere meliori & audire, & Diſcere ne] Id eſt, ut non Cures] Id eſt, ut nihili facias, ea quæ tu miraris, & optas ſtulte, quaſi dicat, longe maiori diligentia quæris curas, quam deuites, & hoc quia ſtulticia non cares, deprauatus uitio cupiditatis. Quod conſimili probat quærens.

Quis pugnax] Id eſt, aſſiduè pugnans, aut naturaliter inclinatus ad pugnandum circum Pagos & compita] Id eſt, in omnibus conuenticulis hominum, Contemnat coronari] Sup. per magna Olympia, aut appoſitorie contemnat coronari, quæ ſunt magna Olympia. Reſponſio. Is] Sup. philoſophus cui ſit ſpes, & cui cõditio Palmæ] Id eſt, uictoriæ, Sit dulcis, ſine puluere] Hoc eſt, philoſophus cui perſuaſum eſt non minus glorioſum eſſe in pace ſine puluere palmam contra uitia. & ignorantiam acquirere, quam coronam Olympicam, facile contemnet Olympica certamina, utpote non prauè affectus. Sic ego. alij aliter exponunt.

Compita ſunt] Quæ competuntur, id eſt, à multis ſimul petuntur loca. Vilius argentum eſt auro] Docet ſtultos & prauè affectos eſſe plurimos, ut qui rem minoris æſtimandam pluris faciunt, quia pecunia minoris eſt, quam uirtus ea tamen plus amatur à multis. Ordo eſt. Argentum eſt uilius auro, & aurum eſt uilius uirtutibus & tamen] Sup. ô ciues ciues pecunia eſt quærenda primum, & uirtus eſt quærenda poſt nummos. Ianus ſummus ab imo perdocet hæc] Id eſt, quicunq; uerſantur inter ſummum Ianum, & imum perdocent hæc. Erant enim tres ſtatuæ Iani, ad quarum mediam, ut in ſermonibus dictum eſt, maxima fiebant commertia negociatorum, quicquid ergo in eo uico uerſatur, non aliud clamat, quam quòd quærenda pecunia primum eſt.

Iuuenes & ſenes ſuſpenſi loculos & tabulam] Id eſt, habentes. Loculos] Id eſt, ſacculos denariorum proiectilium, & tabulam ſuſpenſam Læuo lacerto] Id eſt, brachio. Recinunt] Id eſt, cantando memoriæ commendant. Hæc dictata] Id eſt, hæc præcepta à talibus magiſtris tradita. Nam ſi ſex] Sup. aut ſeptem millia deſunt Quadringentis] Id eſt, cenſui equeſtri.

Quamquam] Sup. animus eſt Tibi] Sup. fortis. Mores ſunt tibi] Sup. probati & Lingua] Sup. diſerta eſt tibi. Et fides] Id eſt, fidelitas eſt tibi. Tamen] Sup. tu Eris] Id eſt, reputaberis Plebs] Id eſt, plebeius & uilis. At] Id eſt, ſed pueri ludentes, dum cantica à maioribus ſuis tradita diſcunt, aiunt tu eris rex, ſi facias rectè. Vbi laudandum eſt inſtitutum priſcorum, qui tali ſententia animos ſuorum imbuerunt, ut in uirtute principatum collocent.

Hic] Id eſt, huiuſmodi murus eſt Aheneus] Id eſt, fortiſſimus, quaſi ex ære Eſto] Scilicet, tu Conſcire] Id eſt, nullius mali conſcium eſſe ſibi. Et nulla] Id eſt, non ulla. Non pallescere] Id eſt, pallidum fieri ulla culpa. Sodes] Blandientis eſt, quaſi dicat, Si audes & commodum uidetur, Dic an lex Roſcia] Id eſt, quam Roſcius Otho tulit, uidelicet, ne quis non habens cenſum equeſtrem, ſedeat in quatuordecim primis gradibus theatri, quæ coëgit multos uſuram exercere, quo diuites fierent.

Eſt melior] Id eſt, iuſtior & commodior. An nænia] Id eſt, uulgaris cantilena puerorum. Eſt enim nænia cantilena illa, quam præfica, id eſt, mulier ad hoc cæteris præfecta canit, dum cadauer ſepeliendum cuſtoditur, in qua commemorat laudes, & uirtutes defuncti cum eiulatu & ploratu magno quæ, ſcilicet, nænia offert regnum facientibus rectè exiſtens decantata. Et] Id eſt, pariter Curijs &] Id eſt, pariter Camillis. Maribus] Id eſt, fortibus & continentibus uiris, quibus perſuaſum erat, regnum eſſe rectè facere, & paucis contentum eſſe, & ita ipſis defunctis talis nænia poterat decantari, qualem poſtea pueri à maioribus cantare didicerunt, ut ad uirtutem cohortarentur. Curius & Camillus laudatiſſimi apud Romanos fuerunt, ut Liuius, Valerius, Plinius, aliiq; prædicant. Ne] Pro an, aut nunquid is ſuadet melius, Qui tibi ſuadet] Vt ſup. Facias rem] Id eſt, diuitias, ſi non rectè quocunq; modo poſſis, facias inquam rem, Vt ſpectes propiùs] Id eſt, commodius Poppi] Id eſt, altiori parti nauis, ubi patroni & gubernatores Sedent] Id eſt, ut dominus nauis ſpectes Poëmata lachrymoſa] Id eſt, pericula maris ingruente tempeſtate, qualia poëtæ in poëmatis ſuis ad lachrymas excitandas recitant: hoc eſt, ſic lucro intentus ſis, ut proximè ad Puppim ſedens, ſpectes ſiccis oculis.

Lachrymoſa poëmata] Id eſt, materiam poëmatum lachrymoſorum. Aut ſequentes Acronem dicamus, ſic facias rem, ut Spectes propius] Id eſt, ex proximo lachrymoſa poëmata Puppi, illius poëtæ tam amati, ut eius poëmata lachrymas excitarent: hoc eſt, ut præ deſiderio rerum lachrymes. An] Sup. is melius ſuadet Qui præſens] Id eſt, aſſiſtens, & amicus hortatur, & optat, te liberum cupiditate, & erectum rebus terrenis. Reſponſare] Id eſt, frequenter obſtare, & contumaciter obuiare fortunæ ſuperbæ, quaſi dicat, is poſterior multò melius hortatur.

Quòd ſi me populus] Fortunæ reſponſare, & ſua ſorte contentum eſſe, multo præſtare, probat exemplo à ſe ſumpto. Nam cùm poſſit iuxta ſtrepitum fortunæ uerſari in iudicijs, & collegio iudicium, & illic gloriam mereri, maluit in otio tuto delitescere. Ordo eſt. Quòd ſi populus Romanus roget] Id eſt, interroget fortè me, cur non fruar ſic iiſdem iudicijs, ut fruor iiſdem porticibus, id eſt, quare cum ſim de collegio iudicum, & uerſer cum eis in porticibus deambulando, ubi non agitur res periculoſa, non uerſer etiam cum eis in iudicijs ubi gloriam mereri poſſem.

Nec] Pro & non, & cur non ſequar ea, quæ ipſe populus diligit, & cur non fugiam ea, quæ ipſe odit? Ego referam] Id eſt, reſpondeam id, quod uulpes cauta reſpondit olim leoni ægroto, interrogenti

ganti enim leoni (ut Aeſopus narrat) cur non ingrederetur regiam ſuam, reſpondit uulpes, quia ueſtigia terrent me, ueſtigia dicit. Spectantia omnia aduerſum] Id eſt, te uerſus, hoc eſt, ad introitum, & nulla ſpectantia Retrorſum] Id eſt, ad egreſſum: hoc eſt, quæ omnia ſunt ingredientium, per quod annotauit uulpecula, quòd leo omnes uiſitantes ſe deuoraret, ſicut adminiſtratio reipub. & ut dicunt curia principum, paucos incolumes emittit, quia qui reipub. bene facit, nulli facit, & qui offendit, omnes offendit unde dicit Horat. ad populum. Tu es bellua multorum capitum] Et ita difficile eſt populo placere, quia quod uni placet, alteri diſplicet. Nam quid ſequar, aut quem] Quaſi dicat, neſciam: unde recitat uaria ſtudia populi, dicens. Pars hominum geſtit] Id eſt, nimis cupit conducere Publica] Id eſt, ad rempub. ſpectantia.

Sunt qui uenentur] Id eſt, captant uiduas auaras Cruſtis & pomis] Id eſt, delicatis cibis decoctis, & per fruſta miſſis, & Qui excipiant] Id eſt, irretiant ſenes, quos mittant In uiuaria] Id eſt, interpoſitoria diuitiarum ſuarum ſicut piſces, qui captis aſsimulantur, cuſtodiuntur in uiuarijs. Res creſcit multis occulto fœnore, uerum] Id eſt, ſed eſto alios teneri, Alijs ſtudijs] Id eſt, concedamus quoslibet ſuo ſtudio teneri, & in eo uerſari.

Potes ne] Sup. quòd ijdem poſſunt Durare horam] Id eſt, per tempus unius horæ, probantes eadem, quæ prius laudauerunt, quaſi dicat, minimè. Si diues dicit. Nullus ſinus] Id eſt, nullus angulus, nullum receptaculum Prælucet] Id eſt, amœnior, & dulcior. Eſt in orbe] Id eſt, toto mundo Baijs amœnis, de quibus Iuuenal.

„ Ianua Baiarum eſt & gratum littus amœni ſeceſſus, &c.

Eſt enim regio Italiæ iuxta Lucrinum lacum amœniſsima. Lacus] Scilicet, Lucrinus, Et mare] Quod uicinum eſt, Sentiet amorem heri] Id eſt, domini Feſtinantis] Id eſt, properantis illuc, Cui] Sup. hero, ſi Libido uitioſa] Id eſt, concupiſcentia leuis & inconſtans fecerit Auſpicium] Id eſt, indicauerit mutandas eſſe ſedes, quaſi auſpicio, id eſt, ex auium inſpectione, ſine qua nihil magni inchoabant ueteres Romanis, unde auſpicari, pro ritè incipere accipitur, & auſpicium pro incepto Fecerit ergo auſpicium] Id eſt, indicium migrandi de Baijs. Vos fabri tolletis cras] Id eſt, poſtridie, quam Baias aduenerit. Ferramenta] Id eſt, inſtrumenta ferrea, quibus prætoria ac domum conſtruatis Theanum in illud oppidum, non procul à Sora & Nola.

Si] Sup. alicui Lectus genialis] Id eſt, matrimonialis, in quo liberis generandis operam det. Eſt in aula] Id eſt, domo ſua, quaſi in regia, ipſe ait nil eſſe prius, & nil eſſe melius uita cælibe, id eſt, priuata matrimonio: hoc eſt, ſecubitu, ſi ſup. lectus genialis non eſt, ipſe iurat ſolis maritis eſſe bene. Quo nodo] Id eſt, uinculo teneam Protheum] Id eſt, hominem tam mutabilem animo, ſicut Prothea dicunt mutabilem corpore fuiſſe. Mutantem uultus] Id eſt, ſpeciem faciei, qua uoluntas indicatur, ut iam hoc uelle, iam nolle uideatur. de Protheo ad finē quarti Georgi. conſtat, quomodo ſeſe captum in uarias figuras uertat, Eſt autem Deus marinus pecoris Neptuni cuſtos, uaticinio præditus.

Quid pauper, &c.] Quia dictum eſt de diuitibus, quòd inſtabiles, ac inconſtantes ſint, quæri poſſet de paupere, unde quærit poëta, aut populus à poëta. Quid pauper] Sup. facit. Reſpondet, ride, quaſi dicat, non minus ridicula quam diues.

Mutat cœnacula] Id eſt, manſiones ſuas, quas in ſummitate domus ſub tecto conduxit. Mutat lectos conductitios] Scilicet, Balnea tonſores ſup. mutat. Et nauſeat] Id eſt, ſtomachatur & imperioſus eſt. Aequè] Id eſt, æqualiter. Nauigio quo migret] Scilicet, conducto, Ac locuples quem triremis] Id eſt, nauis ternis remorū ordinibus Impellenda priuata] Id eſt, propria ipſius ducit. Si curtatus, &c.] Docet uitia propria & animi damnabiliora eſſe, quàm aliena, aut corporis cum tamen contra ſiat. Ordo eſt. Si ego occurri tibi curtatus capillos] Id eſt, habens capillos curtatos (alij curatos legunt) ſup. à tonſore Inæquali] Id eſt, inæqualiter tondente, ut operanti det, quod operis eſt, aut Inæquali] Id eſt, inæqualibus cruribus, ut ob uitium corporis inæqualiter tondeat. Tu rides] Et ſi ſubucula trita pannus attritus (uulgò foderaturam, aut duplicaturam appellant, aut potius eſt ueſtis interior. unde Varro. Poſtquam binas tunicas habere cœperunt inſtituerunt uocare ſubuculam & incluſiam) Subeſt tunicæ pexæ] Id eſt, raſæ aut tritæ, uel ut Acro dicit ad talos demiſſæ, ſicut capilli pexi demiſsi ſunt, Vel ſi toga diſſidet] Id eſt, corpori adhæret. Impar] Id eſt, inæqualibus portionibus tu rides? Quòd] Id eſt, ad quid, aut cur. Cum] Id eſt, quando mea Sententia] Id eſt, iudicium uolūtatis pugnat ſecum & ſpernit quod petijt, & repetit, quod omiſit Nuper] Id eſt, paulò antè. Et cum æſtuat] Id eſt, ardet cupiditate. Et diſconuenit] Id eſt, diſpar eſt toto ordine. Vitæ] Id eſt, quicquid facit in tota uita.

Diruit] Id eſt, deſtruit ædificia. Aedificat mutat quadrata] Id eſt, ea quæ prius uoluit habere quadrata. Rotundis] Id eſt, uult ea rotunda, quid inquam putas me inſanire. Solennia] Id eſt, ſolēniter, quaſi parcitum furore ſacro aut Bacchi, aut Cereris, & neque rides, nec credis me egere medici, qui curet me ab inſania, nec curatoris dati à prætore, ut ſolet furioſis dari. Cum tu ſis tutela mearum rerum] Hoc eſt, cum ad te tanquàm ad amicum pertineat tutela, mearum rerum? & hoc eſt nihilominus tamen.

Tu ſtomacharis] Id eſt, indignaris. Ob unguem ſectum] Id eſt, putatum malè unguem, dico amici pendentis de te. Et reſpicientis te] Id eſt, qui totam ſpem in te collocauit. Ad ſummam] Id eſt, ut ſemel dicam, quod inter ſtultum, & ſapientem ſit.

Sapiens eſt minor Ioue] Id eſt, Deo. Vno] Id eſt, in una re. Quia] Scilicet, mortalis eſt, & ægritudinibus ſubiectus:

Eſt enim liber honoratus, pulcher & deniq; rex regum, & ſanus præcipuè] Quia animo, & corpore, niſi cum Pituita] Id eſt, nociuus humor furorem excitans eſt moleſta. In hoc Stoicos ridet, qui ſapientem dicebant non dolere.

GILBERT. COGNAT. } Nullius addictus iurare in uerba magiſtri Quo me cunq; rapit tempeſtas deferor hoſpes. Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor Et mihi res me non rebus ſubmittere conor] Qui ſibi nulla peculiaria dogmata penſi uicè præſcribunt, ſed ex cæteris ſeligunt, quod optimum eſſe iudicant ac uteriſsime à Græcis ἐκλεκτικοὶ uocantur.

PHILIP. BEROALD. } Trita ſubeſt tunicæ ſi fortè ſubucula pexæ] Hieronymus aduerſus Iouianum, tunc pexa tunica & nigra ſubucula ueſtiebaris, ſordidatus & pallidus. Hic ſanctiſs. uir Horatium æmulari uolens, pexam tunicam pro lacera, & ſordida accepit, quod longè ſecus eſt. Pexa enim tunica ſignificat elegantem, pretioſam aut concinnā. Vnde expexatus dicitur ueſtibus pexis indutus. Martialis.

„ Pexatus pulchrè rides mea zoile trita.

A Quintiliano quoq; pexus doctior decenter accipitur pro eleganti, terſo aut exculto Plinius lib. 8. ait, Lanam Hiſtriæ ueſtibus pexis alienam eſſe. Martialis enim

„ Seu puerum togam'ue pexam.

Et ut breuiter dicam pexum ueſtimentum trito opponitur, tanquā pretioſum abiectiſsimo. Et ita intelligi uoluit Horatius, tanquam inconcinniter, reprehenſibiliterq; copuletur ueſtis pexa cum trita ſubucula. Nec enim aliter ſententia Horatiana elegantiam redoleret Satyricam. Poteſt tamen uideri Hieronymum hallucinatum ut crederet pexam tunicam accipi pro lacera, & uili ex illo Terentiano. Adeò depexam dabo, ut dum uiuat meminit ſemper mei, ubi Grāmatici exponunt, depexum pro laceratum, ſed longè aliud pexa ueſtis eſt, aliud depexus homo, hæc enim particula de modò actiua eſt, modo priuatoria, ut depexo dicamus, pexo contrarium, ſicut dehoneſtum uerbum dicitur turpè & honeſto contrarium.

EPISTOLA II. AD LOLLIVM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPIST. II.

Te ꝑ Secunda monens Lolli commendat Homerum.

Ordo eſt. O' Lolli, ſecunda] *Sup. epiſtola* Monens] *Id eſt, cohortans ad uirtutem te* Commendat] *Id eſt, laudat Homerum qui hiſtoriam contexens propoſuit nobis exempla benè uiuendi, ut in textu patebit.*

ALIVD ARGVMENTVM.

Homeri poëſin philoſophiæ arcana complecti.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Argumentum Homeri.

COMMENTARIA.

ACRON.

TROIANI belli ſcriptorem, maximè Lolli] *Scribens Lollio ait, lecto à ſe poëmate Homeri, manifeſtiùs ſibi & meliùs exprimi ab eo philoſophiæ præcepta, quàm ab optimis eius profeſsionis autoribus Chryſippo & Crantore. In Iliade enim oſtendit uitia hominum, in Odyſſea per Vlyſsis perſonam, uirtutes demonſtrat.* Et mores hominum inſpexit] *Homerus:*

„ πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.

Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati] *Eos qui abſint ſtudio philoſophiæ, ait numerum tantummodo explere hominum, nec alij ulli rei eſſe natos, quàm ut fruges & cibos conſumerent.*

Incipe, qui rectè uiuendi prorogat annum] *Ait qui rationem rectè uiuendi, per uiuendi tempus differt, ſimilis eſt ruſtico, nolenti flumen tranſire & expectanti, donec totum defluat.* Fomenta] *Podagram iuuant, non ſanant.*

Ruſticus expectat] *Senſus eſt: Qui illud præterit tempus, quo melior fieri poſſet, ſtultus ac ruſticus habendus eſt, ſimilisq; ei, qui curſum fluminis ſpectat, tanquam finem aliquando facturi.*

Quod ſatis eſt, cui cõtingit] *Intelligi uult illum rectè uiuere, qui quæſitis rebus benè utitur, id eſt, niſi uitij fueris purus, diuitiæ te ornare non poſſunt.* Valeat poſſeſſor] *Senſus eſt: Meliùs eſt ſanum eſſe & pauperem, quàm in diuitijs ægrotare. Poſſeſſor opus eſt ut ſanus ſit primò, qui uti cogitat præparatis.* Sincerum eſt niſi uas] *Id eſt, niſi pectus bonum ſit & purum, quicquid dederis non poteſt eſſe gratum, & allegoricôs dicit uas pro hominis corpore.*

Siculi] *Siciliæ duo tyranni Phalaris Agrigentinus, & Dionyſius Syracuſanus. Hic uiſum eſt nullum tormentum tam grande eſſe, uti eſt inuidia. Hoc ait, ne Phalarim quidem Agrigentinorum tyrannum, maius inueniſſe tormentum, quàm animis hominum inuidiam inferre.* Qui non moderabitur iræ] *Decenter pœnitentiam deſcribit, quæ ſequitur iracundos.* Infectum uolet eſſe] *Nam furore committimus, quando ita flagramus. Infectum autem, quia id facit quod cum feciſſe pœnitet nimia indignatione.* Et mens] *Nam ira, quæ caret ratione contractum condemnat, & optat infectum.* Dum pœnas odio] *Dum pœnas feſtinanter exigit & per uiolentiam.* Animum rege] *Nam animus niſi obedierit, incipit imperare. Imperium autem animi ſemper intollerabile eſt.* Fingit equum tenera docilem ceruice magiſter] *Exemplo ad ſtudia adhortatur iuuenem, cui ſcribit: nam ſtudioſum eſſe oſtendit, cùm ait, Dum tu declamas Romæ.*

Puer] *Citò dum puer es, percipe præcepta philoſophiæ. Ad Lollium ſcribit adoleſcentem oratorem.* Quod ſi ceſſas] *Supple, ſtudere ſapientiæ. Hoc loco dehortatur tarditatem, & hortatur ad ſtrenuitatem.* Nec tardum] *Id eſt, non potes me ſequi in legendo philoſophiam. Non te expecto, aut ſi ingenioſus me præteris, te non impedio.*

PORPHYR. } Troiani belli ſcriptorem] *In hac epiſtola uult oſtendere meliùs, & apertiùs ſe diſcere præcepta philoſophiæ ab Homero quàm à philoſopho, qui duo exempla uitæ monſtraſſe dicuntur, uirtutis, ſcilicet, & ſapientiæ.* Dum tu declamas] *Dum rhetoricam Romæ legiſti, ego legi Homerum.* Chryſippo] *Chryſippus Apollonienſis philoſophus fuit, ſectæ Stoicæ.*

Fabula] *Docet quomodo per ſingulas fabulas monſtrat, & uirtutes, & uitia Homerus.* Cauſam] *Docet quomodo cauſa perturbationis fuit regibus, commiſſum Paridis.*

Negat] *Repudiat, abnegat ſuaſionem Antenoris.* Inter Peliden] *Achilles & Agamemnon, licet unius partis eſſent, pleriumq; tamen erant inimici.* Plectuntur] *Suſtinent, patiuntur. Nocet principum ſtulticia ciuibus. Vbique multi uerſus ex Odyſſea ſumpti in* princi-

TROIANI belli ſcriptorem, maximè Lolli,
Dum tu declamas Romæ, Præneſte relegi,
Qui, quid ſit pulchrũ, quid turpe, quid utile, quid non
Plenius, ac melius Chryſippo, & Crantore dicit
Cur ita crediderim, niſi quid te detinet, audi.
Fabula, quæ Paridis propter narratur amorẽ
Græcia Barbariæ lento colliſa duello,
Stultorum regum, & populorum cõtinet æſtus.
Antenor cenſet, belli præcidere cauſſam,
Quid Paris? ut ſaluus regnet, uiuatq; beatus,
Cogi poſſe negat: Neſtor componere liteis,
Inter Peleiden feſtinat, & inter Atreiden:
Hunc amor, ira quidem communiter urit utrunq;.
QVIDQVID delirant reges, plectuntur Achiui.
Seditione, dolis, ſcelere, atq; libidine, & ira,
Iliacos intra muros peccatur, & extra.
RVRSVS quid uirtus, & quid ſapientia poſsit,
Vtile propoſuit nobis exemplar Vlyſſem,
Qui domitor Troiæ, multorũ ꝓuidus urbeis
Et mores hominum inſpexit, latumq; per æquor,
Dũ ſibi, dũ ſocijs reditum parat, aſpera multa
Pertulit: ADVERSIS rerum immerſabilis undis.
Sirenum uoces, & Circes pocula noſti:
Quæ ſi cum ſocijs ſtultus, cupidusq; bibiſſet,
Sub domina meretrice fuiſſet turpis, & excors,
Vixiſſet canis immundus, uel amica luto ſus.
NOS numerus ſumus, & fruges conſumere nati,

Sponſi Penelopes, nebulones, Alcinoiq́;,
In cute curãda plus æquo operata iuuentus:
Cui pulchrũ fuit in medios dormire dies, &
Ad ſtrepitum citharę ceſſatum ducere curam
VT IVGVLENT homines ſurgunt de nocte latrones:
Vt teipſum ſerues, non expergiſceris? ATQVI
Si nolis ſanus, cures hydropicus, &, ni
Poſces ante diem librum cum lumine, ſi non
Intendes, animum ſtudijs, & rebus honeſtis:
Inuidia, uel amore uigil torquebere. nam cur
Quæ lædunt oculos, feſtinas demere: ſi quid
Eſt animum, differs curandi tempus in annum?
DIMIDIVM facti, qui cœpit habet: ſapere aude:
Incipe. uiuendi qui rectè prorogat horam,
RVSTICVS expectat dum defluat amnis: at ille
Labitur, & labetur in omne uolubilis æuum.
QVAERITVR argentũ, puerisq́; beata creandis
Vxor, & incultæ pacantur uomere ſiluæ.
Quod ſatis eſt, cui cõtingit, nihil amplius optet.
NON DOMVS, & fundus, nõ æris aceruus, & auri
Aegroto domini deduxit corpore febreis.
NON animo curas ualeat poſſeſſor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat uti.
QVI CVPIT, aut metuit, iuuat illum ſic domus aut res,
Vt lippũ pictæ tabulæ, fomenta podagram,
Auriculas citharæ collecta ſorde dolenteis
SINCERVM eſt niſi uas, quodcũq; infundis, aceſcit.
SPERNE uoluptates, nocet empta dolore uoluptas.
SEMPER auarus eget: certum uoto pete finem.
INVIDVS alterius macreſcit rebus opimis,
Inuidia Siculi non inuenêre tyranni
Maius tormentum. QVI non moderabitur iræ,
Infectum uolet eſſe, dolor quod ſuaſerit, & mens,
Dum pœnas odio per uim feſtinat inulto.
IRA furor breuis eſt. animum rege: qui niſi pãret,
Imperat: hunc frenis, hunc tu compeſce catena.
FINGIT equum tenera docilem ceruice magiſter
Ire uiam, quam monſtrat eques. uenaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
Militat in ſiluis catulus. nunc adhibe puro
Pectore uerba puer, nunc te meliorib. offer.
QVO ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem
Teſta diu. QVOD ſi ceſſas, aut ſtrenuus anteis:
Nec tardum opperior, nec præcedentibus inſto.

principio, ut in arte poëtica:

» *Qui mores hominum multorũ uidit, & urbes.*

Aſpera] *Hoc eſt aſperitatem. Caſus ita pertulit, ut neq; undis obrui poſſet, nec ſuperari monſtris.*

Nos numerus ſumus] *Id eſt, quos fama obſcura recondit, qui non paremus philoſophiæ.* Sponſi Penelopes] *Penelope meretrix fuit, quæ amatores ſuos ſua pulchritudine luxurioſos reddebat.* Nebulones] *ſunt homines callidi & fumatores, mendacesq́; dicti à nebula, quod obſcuri ſunt.* Alcinoi] *Ab Alcinoo rege Phæacum, ac per hoc Phæacas uoluptate gaudentes, debemus intelligere.*

Ad ſtrepitum] *Quia adhibemus ſonitum citharæ ac lyræ, ut facilius ſopiamur.* Ceſſatum ducere curam] *Ceſſatum ducere dicitur ad ceſſandum curam & ſollicitudinẽ, & eſt infinitiuus à futuro.*

Si nolis ſanus] *Id eſt, ſi nolueris uentura uitia à te propellere, cùm te oppreſſerint, tunc conaberis illis reſiſtere fruſtrà, cùm nihil proficis.*

Vt teipſum ſerues] *Philoſophiã diſcendo, rectam uitam ut leuari noctu, & præcepta philoſophiæ legendo inſtituas: Stoici ſtultos ſanos eſſe negant. Senſus eſt: Si hoc laborare nolis, ut ſis ſapiens, aliud neceſſario laborabis.* Non expergiſceris] *Si non, inquit, propter philoſophiam uigilaueris, propter inuidiam & amorem dormire non poteris.* Hydropicus] *Quia hydropici iubentur à medicis currere, ita enim morbus eorum ſolet extenuari labore.* Torquebere] *Id eſt, quando ſenſeris maximum eſſe diſpendium ſapientia caruiſſe.*

Si quid eſt animum] *Eſt, id eſt, conſumit. Vt,*

» *Eſt flamma medullas.*

Qui cupit] *Aliquid ſcilicet, acquirere.* Aut metuit] *Aliquid perdere.*

CHRIST. LAND.

Troiani belli] *Propoſuerat ſibi poëta præceptis ſuis homines meliores reddere, & ad uirtutes, quibus ſolis ducibus ad beatam uitam peruenitur adhortari, atq; oſtendere ſtulticiam unde omnes perturbationes pullulant mortale genus infœliciſſimum fieri. Quapropter tanto conſilio atque artificio ſcribit, ut quamuis argumentum immutet, tamen iocunda interpoſita uarietate eandem repetat ſententiam, quam in prima epiſtola expreſſerat. Scribit itaque ad Lollium Maximum uel Rhetorem, uel Oratorem, demonſtratq́; quòd omnes quoque docti aſſerunt Homeri poëſim exemplar ueræ uirtutis continere, & in Iliade quantum detrimenti animorum noſtrorum perturbationes nobis afferant. In Odyſſea autem quid uirtus ualeat ad benè beatéq; uiuendum proſequitur.* Scriptorem] *Egregiè per antonomãſiam. Nam etſi plures ſcripſerint, nemo tamen neque tam perpetuo tenore, neque tam magnificè, mirificéq; ſcripſit. Vel ſcriptorem, quoniam hoc nomen poëtis præcipuè attribuitur.*

Declamas] *Si iunior erat erit ſenſus. Dum te exerces in declamationibus, ſi ætate grandior, propterea'q; doctior declamas, id eſt, diſcipulos in declamationibus exerces. Differunt enim declamare & orare. Orat enim uir doctus & eloquens, qui cauſam uel in foro, aut dicit aut agit, uel in concione populum aut docet, aut monet uel in ſenatorijs conſultationibus ſententiam dicit. Declamator autem ita ficto themate intra ludum ſe exercet, ut tandem quando doctior effectus ad orandum prodire poſſit. Eſt enim rhetor, Sophiſta, & Orator. Rhetor enim docet literas, atque artem tradit eloquentiæ. Apud Sophiſtam autem diſcipuli iam à rhetore in arte inſtituti in dicendo exercentur Orator demum iam ludo relicto in ueris cauſis ſiue illæ priuatæ ſint, ſiue publicæ perfecta utitur eloquentia.*

Præneſte] *Vrbs olim Fortunæ templo in quo ſortes ibi inuentæ manu pueri uerſabantur nobilitata dicta, ἀπὸ τῶν πρίνων, id eſt, ab ilicibus quibus abundabat. Et clanculum docet ſtudioſum ueritatis indagatorem ſeceſſu quodam potiùs, quàm hominum frequentia delectari.* Relegi] *Nam tanta uis eſt Homeri poëſis, tamq; uarijs multiplicibus maximis, ſed penitùs reconditis rebus referta, ut niſi pluries legatur profundi abſtruſiq; illius ſenſus percipi non poſſint.*

Pulchrum] *Honeſtum, & quicquid à uirtute profectum eſt pulchrum dicitur cuius contrarium turpe eſt.* Vtile] *Nam quamuis ſecundùm grauiores philoſophos nunquam ſeparetur utilitas ab honeſtate, & nihil ſit honeſtum, quin illud idem ſit utile, nec poſſit eſſe utile niſi ſit honeſtum. Ex quo ſummam perniciem generi humano attulerunt, qui utile ab honeſto ſeparare conati ſunt, tamen diuerſa utriuſque ratio eſt. Nam quod honeſtum, id eſt, rectum & cum uirtute eſt bonum dicitur & expetitur propter ſe ipſum, utile non propter ſe ipſum, ſed propter uſum qui in eo eſt expetitur. Virtus igitur bonum eſt, quæ etſi nihil aliud nobis afferat, tamen propter ſe ipſa expetitur. Diuitiæ autem non bonæ*

 dicuntur,

dicuntur, ſed utiles, quia ipſarum ſolus uſus commendatur. Ergo non propter ſe, ſed propter aliud expetuntur. Plenius] Prolixius & abundantius. Et melius] Vel quia maiori cum eloquentia, uel quia ipſo uſu, & experientia, quæ omnem rationem ſuperat ueritatem rerum oſtendit. Chryſippo & Crantore] Quaſi dicat Stoicis & Academicis, qui ſeuerius cæteris philoſophis de finibus bonorum, & malorum diſputarunt, quibus duabus rebus moralis philoſophia continetur. Nam Chryſippus, ut iam oſtendimus, primus inter Stoicos habetur. Vnde extat prouerbium ſolus Chryſippus fulcit porticum. Scripſit autem plurima in omni doctrina, & quæ ad Dialecticam, & quæ ad Ethicam, & quæ ad Phyſicam pertinerent. Ideoq; tot uolumina ſcripſiſſe ferunt, quòd de eadem re ſæpe ſcribere aggrederetur. Crantor autem Academicus fuit, & de ueteri Academia Xenocratis diſcipulus, & Polemonis ſocius, reliquitq; commentaria ad triginta millia uerſus, poëmataq; ipſa annulo obſignata in æde Mineruæ in ſolo patrio poſuit. Cur ita crediderim] Oſtendit quod ex ijs quæ de bello Troiano ſcripſit facilè nos doceat quot mala, ex hominū ſtulticia, ex qua omnia uitia pullulant, mortalibus proueniant. Fabula] Vel quia res notiſſima eſt, uel quia ficta res ſit. Colliſa] Attrita. Lento] Quia decennali. Duello] Bello quia inter duas contrarias partes geratur.

Barbariæ] Datiui caſus ſiue à prima declinatione ſit, ſiue à quinta. Nam antiquitùs Genitiuus exibat in ei. Virg.

„ Libra dies ſomniq; pares ubi fecerit horas.

Et Datiuus in æ, Barbariæ quia Græci omnes præter Græcos barbaros appellant. Latini uerò reliquos præter ſe & Græcos.

Aeſtus] Perturbationes & tumultus. Nam ut mare uarijs uentis agitatum æſtuat, ſic hominis appetitus uarijs perturbationibus uexatus in quaſdam perturbationes inſurgit. Stultorum] Quia perturbationibus non ratione mouebantur. Regum] Scilicet, Agamemnonis & Achillis, quorum contentiones & graues inimicitiæ iam explicatæ ſunt. Antenor] Nam cùm legati Græcorum Helenam raptam repeterent, cenſuit Antenor reddendam.

Solus] Amatoriæ dictum: Nam ſine amica, & ſi mille alij circumſtent ſibi ſoli eſſe uidentur amantes. Ergo ſolus, id eſt, ſine Helena. Neſtor] Vide in Odis. Nunc] Achillem qui grauiter ferebat Bryſeida, quam amabat ſibi eripi. Vtrunq;] Achillem & Agamemnonem. Delirant] A' recta uia aberrant. Tranſlatio ab aratore, qui à lira, id eſt, à ſulco aberrat. Lirare enim ſignificat agros in ſulcos dirigere. Achiui] Scilicet, populares & plebei.

Seditione] Vt fuit Achillis militum à reliquo exercitu. Dolis] Quibus Vlyſſes Palamedem perdidit. Libidine] Paridis.

Ira] Agamemnonis. Igitur hæc referens Homerus docet uitijs & perturbationibus omnes eſſe infœlices. Sed tamen principum maius eſſe ſcelus, quoniam ſua delicta pluribus nocent.

Rurſus quid uirtus] Quemadmodum quatuor ac uiginti Iliados libris uitia humana expreſſit Homerus, ſic totidem alijs, qui Odyſſea continentur errores Vlyſsis deſcribit, qui nobis eius uiri exemplar ponunt, qui paulatim uarijs uitijs ſe exuens ad uirtutem, quæ ſola nobis ad beatam uitam dux eſt perueniat. Vult autem longo uſu, & multarum rerum experientia illum ſapientem effici, quoniam uirtutes ciuiles conſuetudine perficiūtur. Domitor Troiæ] Nam cùm doctiſsimus poëta Homerus longè plura ingenij, quàm corporis uiribus fieri ab hominibus intelligeret, neq; Achillem, neq; Aiacem, neq; Diomedem uiros fortiſsimos, ſed Vlyſſem, ſapiētiſſimum πολίπορθον, id eſt, urbis euerſorem appellat. Multorū] Nam ſic Odyſſeæ initium eſt

„ ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον ὃς μάλα πολλὰ
„ πλάγχθη.

Dum ſocijs] Ex Platone ſententia eſt quæ dixit homines, non ſibi ſolos natos eſſe, ſed patriæ, parētibus, liberis, cæteriſq; cognatis, & amicis. Reditum parat] Reuertitur enim à Troia, id eſt, uoluptate, qui uir ſapiēs futurus eſt, & per uarios errores redit in patriam, id eſt, originem animi ſui. Sed hæc latiùs oſtendimus tum in allegorijs Virgilianis, quas Chamaldulenſes diſputationes inſcripſimus ad Illuſtriſsimum Genitorem tuum, tum in commentarijs linguæ Etruſcæ in Danthem Florentinum poëtam à nobis ſcriptis. Aſpera multa] Quia difficilimū eſt & ea quæ ſenſum demulcent aſpernari, & uirtutē ipſam, quæ ſine labore, & ſudore nō perficitur ſequi. Difficilimum etiam mentem à ſenſibus reuocare. Hinc Virg.

„ Per uarios caſus, per tot diſcrimina rerum,
„ Tendimus in Latium ſedes ubi fata quietas.

Oſtendunt, fas illic Troiana reſurgere regna. Immerſabilis] Nam uir ſapiens nullis fortunæ tempeſtatibus immergitur. Sirenum] De his ac de Circe, deq; multis alijs, quæ ad Vlyſsis errores pertinent, in Odis ſcripſimus. Turpis] Quia ferinam in formam conuerſus. Et excors] Sine corde, id eſt, ſine prudentia, quoniam quod hominis erat perdidiſſet. Sub domina meretrice] Nam ut uirtus homini optima parens eſt, & caſtè, pudiceq; noſtrum animū educat. Ita uoluptas illum corrumpit, & ſeruum ſibi reddit, & meretricio more animi, corporiſq; bonis expoliat. Nos] Quaſi dicat, maxima hominum pars, quæ inertiæ, uoluptatiq; tradita nihil altum cogitat. Dixit autem nos ut ſuam interponens perſonam nullū odium, dum alios uituperat ſibi cōparet. Numerus ſumus] Nam qui nullam partem rationis in uita contingunt, ij nulla alia re eſſe cognoſcuntur, niſi quia augent numerum. Achilles igitur in exercitu Græcorum fuiſſe cognoſcitur, quia multa egregia edidit facinora. Therſites autem fuiſſe cognoſcitur, quia uno plus fuit in exercitu. Sumus ergo numerus, id eſt, ſumus quia augemus numerum. Nihil autem præterea conferimus. Fruges conſumere nati] Homines ea ratione cibum ſumere uidentur, ut uiuant. Iſti autem uidentur. Idcirco uiuere ut edant. Sponſi] Non ſponſi, erant enim proci, ſed qui ſponſi eſſe cuperent. Sic. Virg.

„ Et gener auxilium Priamo, Phrygibuſq; ferebat.

Id eſt, qui gener eſſe cuperet. Penelopes] Quam cæteri omnes ſcriptores caſtiſsima fuiſſe dicunt. Lycophron uerò ſolus illam impudicam deſcribit. Alcinoiq; nebulones. Paraſitos & adulatores intelligit, qui apud Alcinoum Phæacum regem erant. Hi ergo omnes uoluptatem ſecuti, pecudum uitam degebant. Sumus ergo numerus nati cōſumere fruges, & ſumus ſponſi Penelopes, & nebulones Alcinoi iuuentus appoſitiuè. Operata in cute curanda] Id eſt, quæ ſe exercet in curando corpore, plus quam æquum ſit. Non enim negligendus eſt cultus corporis, ſed non debemus nimiā & maiorem, quam oporteat curam adhibere. Ergo rectè aduerbia plus æquo. In medios dies] Cùm nox non dies quieti concedatur. In medios] Quod turpiùs eſt quàm aut non ita primo mane ſurgere, aut paulò ante noctem cubatum ire. Ad ſtrepitum] Ad ſonitum. Ceſſantum] Id eſt, otioſorum & inertium. Vt iugulent] Res omninò iniqua, ut qui ſcelus cōmiſſuri ſunt adeò in re perpetranda uigilantes ſint. Tu ut ea diſcas, quæ ad ſalutem tuam pertinent non poſsis expergiſci? Eſt autem contrarium color rhetoricus. Si noles ſanus] Primum autem eſt ut occurramus morbo antequā ueniat, ſed ſi tu hoc non feciſti cura ipſum pellere, poſtquam uenit. Hydropicus] Metaphora à corpore ad animum. Ante diem] Ante lucem. Raro tamen ponitur in hac ſignificatione, potiuſq; ante diem, ante tempus ſignificat. Maro.

„ Sed miſera ante diem ſubito accenſa furore. Et Ouid.
„ Filius ante diem patrios inquirit annos.

Inuidia uel amore] Si non excitaris ut philoſophorum libris medearis animo tuo, multæ perturbationes ut inuidia eſt, & amor te illis ægrotantem uexabunt. Eſt animum] Conſumit. Dimidium] Ab Ariſtotele mutuatus eſt ſententiam. Ille enim ait principiū plus eſſe, quam dimidium totius. Aude] Tanquam rem difficile. Nam plena laboris eſt uia, quæ ducit ad uirtutem, & (ut ait Heſiodus) nō ſine ſudore. Dum defluat amnis] Stultus fuit, qui cum ad amnē perueniſſet, uideretq; labi undas decreuit ſpectandum, donec tota aqua elapſa alueus areſceret, quod non abhorret à uita humana, in qua cum occupatio occupationem impellat, & negocium perpetua ſerie negocium urgeat, tamen ſunt, qui proponāt ſibi tunc de uirtute cogitaturi, cum ocium nacti fuerint. At ut aqua nunquam in flumine deeſt, ſic nec in uita unquā ceſſant negotia. Pacantur] Trāſlatio à regionibus, quas ſublato bello quo uexabantur ad pacē reducimus. Id enim pacare eſt. Quod ſatis eſt] Aurea ſententia. Nam tantū diuitiarū quærendū eſt, quantū ad uitā cōmodè degendā ſat ſit. Nam maiorē illarū cumulū qui quærit ſibi curas cōparat, & ſolicitudines quas omnes uitare cupiunt, neq; morbos è corpore pellunt.

lunt. Valeat] *Nunquam poterit frui ſuis bonis, quiſquam, cuius animus non ualet, id eſt, non ab angoribus & ſolicitudinib. uacuus. Et profectò quemadmodum lippus non delectatur pictura, quoniã illam bene cernere non poteſt. Sic animus noſter uarijs curis confectus diuitijs non ualet frui.* Sincerum eſt] *Niſi uas purum fuerit, et mali ſaporis expers uinum quod infunditur eo ſapore corrumpitur. Sic & animus aliqua moleſtia oppreſſus uoluptatem ſibi oblatam corrumpit.* Sperne uoluptates] *Qui uoluptates ſpernit illarum deſiderio nõ torquetur. Qui rurſus ſine deſiderio eſt, is profectò tranquillam uitam agit.* Nocet empta] *Placet quoniã uoluptatis meminit, quid de re uniuerſa Platonici ſentiant, breuibus percurrere. Ipſe enim mentis gaudiũ & lætitiam dicit eſſe, ſenſuum uerò uoluptatem. Gaudium ergo ex cõtemplatione aut aliquo uirtutum uſu percipitur. Quapropter ſemper laudem meretur. Lætitia eſt mẽtis elatio in boni alicuius poſſeſſione, quæ modeſtiam excedere pariter ac ſeruare poteſt. Gaudium ſæpe mentis alimoniam uocat Plato. Agro ſimilis eſt ueritas. Frugibus ueritatis contemplatio. Alimoniæ, quæ ex his duobus capitur gaudium. Hæc in Phædro dicuntur. Redeuntibus autem animis noſtris in cœlũ duo ſunt præmia, contemplatio quam ambroſiam nominat, & gaudiũ quod nectar dicitur. Vnde in Phædro ait aurigam, id eſt, rationem equos ad præſepe ſiſtere atq; illis ambroſiam nectare conſperſam obijcere. Voluptatem autem appellat ſuauem motionem initio ſenſibus, quæ à ſenſibili indigentiæ repletione proficiſcatur. Sunt enim indigentia & repletio repugnantes. Ex illa cupiditas & dolor. Ex hac uoluptas eſt. Ex quo intelligitur quod in bonis non eſt enumeranda uoluptas, quia bonos illam poſſidentes nõ facit. Ineſt beſtijs & ſtultis. Præterea accidit magis improbis, quam probis. Quod autem bonum eſt contrà ſolet. Item commiſcetur cum malo. Accidit enim eodem tempore eundem dolore affici & uoluptate, ut cùm ſitiens bibit. Malo autem bonũ non admiſcetur. Præterea bonũ ſtabile eſt. Voluptas fluxibilis. Adde ſi placet, quod bonũ, bonũ non impedit. Voluptates multas uirtutes impediunt. Afferunt enim (ut ipſe ad Dionyſium ſcribit) detrimentum homini, inſcitiam, inquietudinem ac petulantem ſtultitiam afferentes. Nec dubium eſt bonum uel laude, uel ueneratione dignum. Voluptatem uerò neutrum horum mereri. Sed uide aliud, bonum noſtrum id dici non poteſt quod uel naturæ noſtræ non ſit inſitum, uel à nobis non ſit profectum. Nos autem præter mentem & rationem nihil ſumus. Corpus autem carcer eſt. Senſus uero ſatellites atq; inſidiatores, qui id agunt, ut nos altiùs in hoc corpore demergãt, ne ad patriam noſtram, id eſt, ad cœlum reuolemus. Voluptas à ratione non eſt, ſed à ſenſibus. Illud præterea quis non ſentiet. Bonum quod futurũ eſt in ſpem erigit. Quod uerò præſens eſt trãquillum facit animum, ut nihil præterea requirat, aut egeat, quaſi id ſit ex ſe ſufficiens. Voluptates autem ſi futuræ ſunt intolerabili ardore inflammant. Cura & ſollicitudine animum exedunt, & in furorem impellunt. Si præſentes fuerint metu, & ſollicitudine corrumpuntur, nos cæcos & immanes reddunt, ac pænitentia, tædio, & langore premunt. Quapropter in Phædrone dolorem ac uoluptatẽ ex uno capite connecti uult. Hinc ſi alterum abſuit, alterum inde ſuccedit. Hinc Titius iecur laniari ſentit Plato, & Architas perforato uaſi uoluptatem cõparat. Epycharmus Eurypo in quo ſluit aqua, reſluitq;, & ſurſum ac deorſum iactatur & renaſcitur. In uoluptate enim erigimur ſpe. Deijcimur metu, Spernimus, ac paulò poſt ſpreta requirimus. Aliud ratio ſuadet. In aliud appetitus rapit. Rectè igitur. Socrates chordas ſibi in cythara diſſonare malle, & multos ſibi aduerſarios habere, quã ſibiipſi aduerſari. Poteram plures argumentationes in hanc ſententiam afferre. Sed liber extat Marſilij noſtri Ficini, in quo omnia collecta inuenies. Hæc igitur. Plato. Ariſtoteles autem gaudium à uoluptate non diſcernit. Sed uoluptatis nomine utrunq; cõplectitur, ita tamen ut quæ animi ſunt uoluptates nuncupet perfectas, ſenſuum autem imperfectas.* Empta dolore] *Nam ſi eſt repletio, indigentiæ non.* Semper auarus] *Ergo nunquã quieſcet ſi ſemper erit in deſiderio. Inuidus aũt cum doleat ſecundis aliorũ rebus ſeipſum ſemper excruciat. Iratus ea facit quorũ.* Fingit equum] *Vt magiſter equũ adoleſcentẽ in quemcunq; uſum uolet fingit & format, ſic nos animum noſtrum ſi nondum uitia ex habitu contraxerit ad omne rectum formabimus. Permulti enim intereſt qua uia à tenera ætate aſſueſcamus. Nã ut catuli ſi obiecta ceruina pelle domi eam feram inſectari aſſueuerint, deinde in ſyluis ſemper inſectabuntur, ſic animus noſter uirtuti à principio aſſuefactus ſemper deinceps eadem uia perget. Quia prima illa impreſſio in tenera mente facta ita durat, ut odor rei, quæ in nouam teſtam, id eſt, in fictile nouum infuſa eſt.* Recens] *Nuper facta, & in quam nondum quicquam infuſum fuerat.*

ERAS. ROT. } *Huc ſpectat illud prouerb. Primũ rectè ualere, proxima forma, tertio loco diuitiæ. Proinde monet rectè Fabius, ut ſtatim optima diſcãtur, propterea, quod nihil hæret tenacius, quàm quod rudibus annis præceperimus. Huic non diſſimile eſt illud: Salinam imbibere.* Vixiſſet canis immundus] *Amica luto dicit, quia nihil minus conuenit roſtro ſuillo, quàm delitiæ unguentariæ, quippe cui id demum dulce olet, quod cœnum olet. Hæc in Eraſ. in prouerb. Nihil cum amaricino ſui.* Nos numerus] *Homines nullius bonæ rei, numerus prouerbio dicũtur. Tranſlatum uideri poteſt à calculis ad nihil aliud utilibus, niſi ad numerum.* Dimidium facti qui] *ἀρχὴ ἥμισυ παντός, id eſt, principium, dimidium totius. Hoc prouerbio ſignificatum eſt, maximam difficultatis partẽ in aggrediẽdo negocio ſitã. Sic Auſonius:*

„ *Incipe dimidium facti eſt cœpiſſe, ſuperſit*
„ *Dimidium, rurſus hoc incipe, & efficies.*

COEL. } Sponſi Penelopes] *Voluptatibus mancipatos, nec ullam prorſus rationis lucem capientes, ſponſos Penelopes uidetur intellexiſſe Horatius, autor Cœlius lib. 16. cap. 8.*

IOAN. HART. } Antenor cenſet] *Homerus Iliad. η. pag. 79. δεῦτ' ἄγετ' Ἀργείην Ἑλένην, καὶ κτήμαθ' ἅμ' αὐτῇ Ἀτρείδῃσιν ἄγειν, &c.* Paris negat.] *Homerus Iliad. η. ἀντικρὺ δ' ἀπόφημι γυναῖκα μὲν οὐκ ἀποδώσω.* Neſtor componere lites] *Homerus Iliad. α. & 9. παῦε σὺ τὸν δ' ἀγαθόν περ ἐὼν ἀποαίρεο κούρην ἀλλ' ἔα, &c.* Multorum prouidus urbes] *Homericum eſt πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.* Syrenum uoces] *Homerus Odyſſ. μ. ἀλλά τε Σειρῆνες λιγυρῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ.*

THEOD. PVLM. } 4 Plenius] Planius, *H. G. B.* 5 Detinet] Diſtinet, *G E.* 7 Græcia Barbariæ] *Id eſt, Phrygiæ. Vide Annotat. ad Epod. 9.* 8 Aeſtus] Aeſtũ, *E. V.* 9 Antenor cenſet] *Alludit opinor ad uerba Antenoris, Iliad. 7. Vide, Pet. Nannij Miſcell. lib. 4.* 10 Saluo] Solus, C. 16 Intra muros] Muros intra, *Georg. Fabricij manuſcriptus optimus.* 23 Circes] C. Circæ, *H. G. E. B. V.* 28 Penelopes] Penelopæ, *H. G. E. B. C. V.* 29 In cute curanda] *Cum dicit Horat. cutem, corpus intelligit: ut χρὼς & χρῶς apud Græcos cutem & corpus declarãt. Ita autem intelligere Horatium ex Homero, (Odyſſ. 13.) notũ eſt: apud quem Phæaces & proci Penelopæ Genio indulgẽt, corpusq; luxurioſè epulis curant: etiam illi Demodoci, hi Phemij modis & cithara ſeſe oblectant, quod intellexit Horat. cum.*

„ *Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam,* *Elegãter, ut nihil ſuprà, (uerſu 31) ſcripſit. nã ad Phæacas & procos referendũ eſſe arbitror. ut aũt curare cutẽ, ſic & curare pelliculã (2. Sat. 5.) dixit. Pelliculã curare iube, id etiã ex eo, quod q bene habiti & bene paſti ſunt, eorũ cutis nitet curataq; uidetur. (Horat. 1. Epiſt. 4.)*

„ *Me pinguem, & nitidum bene curata cute uiſes.*

Vt enim coriarij arte, aluta & coriũ curatum pulchrius & politius eſt: ſic pulchrior & nitidior cutis obeſorum & bene habitorum curata, uidetur fuiſſe. Turneb. lib. 26. cap. 27. Vide Annotat. ad 2. Sat. 5. uerſu 38. 33 —Atqui Si noles ſanus, curres hydropicus, *H. G. E. V.*

„ *Si nolis ſanus, cures hydropicus, editio Aldina. Natura ueterni morbi eſt, ut ex nimio otio colligatur, ac tandẽ perpetuò ſomno, uel in mortẽ, uel in hydropẽ deſinat: ad quod ſcitiſſimè ab Horatio alluſum, qui hominẽ torpidũ, & perpetuo otio indormientẽ, uigilare iubet, niſi hydropicus fieri uelit, ac tũ neceſſe habiturũ, ut curã quã conſeruãdæ ualetudini non adhibuit, recuperandæ indulgeat. Vide Pet. Nannij Miſcell. lib. 4.* —Atqui Si noles ſanus, cures hydropicus, *B. C.*

Turn. putat hãc continere ſententiã. Si noles expergiſci dũ ſanus es

& capeſſere ſtudium philoſophiæ, quæ animi medicina eſt: cures: ut hydropicus & graui laborans morbo, expergiſcaris. uel potius, ſi non uis te ſeruare dum ſanus es: uelis hydropicus: & cures ut te ſerues. Sed Porphyrio planè, apertèq; legit, curres, quod & probabile eſt: ac tum, noles, in futuro legendum erit. Hæc Turneb. lib. 26. cap. 27. 38 Quæ lædunt oculos, feſtinas demere: ſi quid] B. Quæ lædunt oculos, feſtinas demere: ſi quod C. Quæ lædunt oculum, feſtinas demere: ſi quid, G. B. Quæ lædunt oculum, feſtinas demere: ſi quod, H. V. 41 Viuendi qui rectè] qui rectè uiuendi, H. 46 Cui contingit nihil] Cui contigit, hic nihil Lambini libri tres. 48 —Deduxit corpore febreis] —Deduxit corpore febrem, H. G. —Deducit corpore febres. Mureti editio. 50 Si comportatis rebus bene cogitat uti] More Græco id uidetur dixiſſe, apud quos συγκομίζειν, quod eſt comportare, ſignificat, fruges colligere, & συγκομιδὴ, eſt fructuum collectio. itaq; heic res comportatas appellat repoſitos & cōditos fructus. Turn. lib. 26. cap. 27. 51 Aut res] G. & res, H. E. B. C. V. 54 Aceſcit] Aceſcet, H. 57 Macreſcit rebus] Rebus macreſcit, V. 58 Inuidia Siculi nō inuenere tyranni Maius tormentum] Phalaris, Agathocles, Dionyſius Siciliæ tyranni multa inuenêre atrociſsima tormenta ad homines cruciandos & excarnificandos: ſed nullum eſt, quod crudelius torqueat animum quā inuidi hominis contubernalis & tabifica inuidia. Turn. lib. 26. cap. 27. 63 Imperat: hunc frenis] Impera, & hunc frenis, Henr. Stephanus etiā ex uetuſtis exemplaribus, Epiſt. ad lectorem. 65 Monſtrat] C. monſtret, H. G. E. B. V. 66 —Ceruinam pellem latrauit in aula] Sic ad ſectandas feras uenatici catuli cōſueſiebant in aula dominorū leporinis & ceruinis pellibus ad uenandū, ut odore, et colore imbuti in ſyluis, eas feras appeterent. Quiddā eſt in Græco (de Venatione) nō diſsimile.

» Sed præceps uirtus ipſa uenabitur aula. Turn. lib. 26. c. 27.

67 Adbibe] H. G. E. B. C. V. adbibe, Aldi editio, corruptè.

ANT. MVR. } Semper auarus eget] Nulla eſt diuitiarum tanta uis, quæ explere animū hominis auari queat. Quam in ſententiam extant præclari uerſus Varronis ex Eumenidibus.

» ——Deniq; auarus
» Quis ſanus? cui ſi ſtet terra, & traditus orbis
» Furunculo tamen ac morbo ſtimulatus eodem
» Ex ſeſe ipſe aliquid quærat cogatq; peculi

Et apud Ariſtophanem eſt, ἀπάντων εἶναι πλησμονήν, πλὴν πλούτου, τούτου δὲ μηδένα μηδὲν γενέσθαι πώποτε, & Theognis, ſeu quis alius: ſunt enim qui Soloni tribuant.

» πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται
» Οἳ γὰρ νῦν ἡμῶν πλεῖστον ἔχουσι βίον,
» Διπλάσιον σπεύδουσι.——

Præclarè autem Ariſtoteles primo politicorum huius ἀχορίας cauſam aperuit. Hominum enim quidam diuitias, ut finem appetunt: quidam, ut inſtrumenta uiuendi. Illi ne ſatiari poſsint, eò fit, quia finis iſtius eſt infinita appetitio: hi autem idcirco facilè explentur, quia nulla eſt neq; ars, neque facultas, quæ infinita uel multitudine uel magnitudine inſtrumenta deſideret. 62 Ira furor breuis] Idē & totidem penè uerbis dixit nobiliſsimus philoſophus Themiſtius in oratione quam ſcripſit de Amicitia. ἐγὼ δ' οἶμαι, inquit, τὴν ὀργὴν μανίαν ὀλιγοχρόνιον εἶναι, & antea Ennius, ut eſt apud M. Tullium iram inſaniæ initium dixerat. Animum rege] Animum ita dixit ut Græci θυμόν: Significat autem ea uox iræ principiū. Diogenes Laërtius in Zenone.

» ὁ δὲ θυμὸς ἐστὶν ὀργὴ ἀρχομένη.

GEORG. FABR. } Scribit Lollio adoleſcenti nobili, philoſophiam à prima ætate eſſe diſcendam. Eam autem ferè rectiùs diſci ex Homero & poëtis, quàm è Chryſippo & Crātore, hoc eſt, Stoicis & Academicis philoſophis. Poëtæ oſtendunt exempla, philoſophi tradunt præcepta: poëtæ q̄d fieri poſsit, philoſophi quid fieri debeat, tradunt. Eſt hæc epiſtola ex urbe Præneſte ſcripta, ſita inter Tibur & Tuſculum in montibus, è conſpectu Romæ. Plenius ac melius] In uno manuſcripto optimo, Iliacos muros intra. Adbibe puro Pectore uerba puer] Adbibe, pro hauri, percipe, animo infige: propriè utuntur Plaut. in Sticho, & Terent. in Heaut.

GVID. MORIL. } Melius Chryſippo, & Crantore] dicit. Chryſippus, ut recitat Laërtius Diogenes Apollonij filius Solenſis ſiue Tarcenſis, diſcipulus Cleantis fuit, & Zenonis prius auditor, nec in philoſophia mediocris, fuit uir ingenioſus, ac acutiſsimus in omni genere orationis, adeò, ut in pleriſq; à Zenone diſſentiret, atq; à Cleante ipſo, cui ſæpius dicebat ſolius ſe dogmatum doctrinæ indigere. Adeò autem in Dialectica inſignis fuit, tantaq́; apud omnes gloriæ, ut pleriq; dicerent, ſi apud Deos uſus eſſet Dialecticæ, non futuram aliam quā Chryſippeam. Inſuper laboris ultra omnes fuit patiētiſsimus, quod ex eius uoluminib. conſtat, quæ ſunt numero ſeptuagintaquinq;: Cæterùm anus quædā, quæ illi aſſidebat (authore Dioclet.) dicebat, quingentos illū uerſus quotidie ſcribere ſolitum. Adeò autem alta de ſe ſentiebat, ut cum rogaretur à quodam cui commodaret filiū, dixerit mihi: nam ſi quempiam mihi excellere putarem, ipſe apud eum philoſopharer. unde de ipſo dictum aiunt, ſolus ſapit, cæteri umbra aguntur. Et niſi Chryſippus fuiſſet, porticus non eſſet. Sunt qui dicant riſu cōprehenſum, expiraſſe. Nam cùm aſinus manducaret ficus anicula, dixiſſe, uinū aſino ſorbendum daret, nimioq́; riſu detentum exhalaſſe animā. Crantor Solenſis cùm apud ſuos haberetur in gloria conceſsit Athenas, ibiq; Xenocratis auditor, Palemoniſq; ſocius in diſcendo fuit. Reliquit autem commentaria ad triginta uerſuum millia: Obijt ante Palemonem, & Cratem aquæ intercutis morbo. Archita Tarentinus, dicebat nihil fœdius, & nihil periculoſius mentibus humanis à natura datum, quam uoluptatem. Hinc rerum publicarum ſubuerſione, hinc tacita cum hoſte colloquia, & omnia conſilia profluere nō mentiebatur. Sunt igitur ſenſus omnes præcipua cura coërcēdi per quos tanquam per feneſtras aſcendit mors ad animam. Vnde apud Sylium Italicum in 15. Punicorum.

» Virtus uoluptatē inceſsit conuicio hoc obiurgatorio et graui,
» Quippe nec ira Deûm tantùm, nec tela, nec hoſtes,
» Quantum ſola noces animis illapſa uoluptas.
» Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
» Circum ſe ſemper uolitans infamia pennis.

Ariſtoteles in 3. Ethicorum, uoluptates guſtus et tactus ait eſſe beluinas, qui non moderabitur iræ, &c. Iram ſapientes breuem inſaniam eſſe dixerunt: hinc illud.

» Ira furor breuis eſt. Iraſcentium ſigna ſunt (ut ait Seneca libro 1. de Ira) multus toto ore rubor, flagrantes oculi, uocibus ſermo præruptus, fœda uiſu, & horrēda facies, & multa alia inter quæ Gellius numerat, ex authoritate Plutarchi: Os turbidum in ſpumam, ruborem'ue efferuesſcens. Vnde Iuuen. Claudium indicat os ſpumabundum habuiſſe ſic inquiens, manantia labra ſaliua. Inter iram uerò atq; iracundiam differentiam. Ponit idē Seneca, ſic ſcribens in 1. de Ira. Ira quo diſtet ab iracundia apparet, quo ebrius ab ebrioſo, & timens à timido. Iratus poteſt eſſe non iracundus. poteſt & iracundus eſſe aliquādo non iratus. Iræ autem impetus (ut idem Seneca author eſt) cunctatione frangitur atq; mora: Proinde Athenodori illud ſalutare præceptum habere cordi, atq; memoriæ operæpretiū duco: qui Auguſto Cæſari ſic præcepit. Cum ira te ô Cæſar cœperit, nihil prius, neq; dixeris, neq; feceris, quam ipſas uigintiquattuor literas elementarias tecum ipſe percurreris. Omnium eſſectum ſola ira mentem præcipitat, cùm cæteri trahant. Vnde ab eo quod eſt ire dicitur ira, eò quod à ſe eat, qui iraſcitur & furit. Vnde prudenter monet Horatius iram eſſe moderandam, & rationis freno ſuffrenandam.

IOD. BAD. ASCENS. } Troiani belli ſcriptorem] Probè et decēter cōmemorat utilitatē, quā legendis bonis authorib. quilibet aſſequi poteſt, & potiſsimū legendo Homero, quē ingeniorū fontem Pli. immeritò prædicat, quippe in quo eſt totius poëticæ imaginem conſpicere etiam Donato ſuper Terentiū, ſtatim in principio cenſore. Dicit igitur ſe lectio poëmate Homeri manifeſtius didiciſſe, & quid fugiendum, & quid ſequendum, quam ſi aut Chryſippum, aut Crantora ſummos Stoicæ diſciplinæ profeſſores legiſſet: In Iliade enim notantur procerum, & principum non ſine plebeorum clade uitia. In Odyſſea ſapientis uiri inſtituta. Qui ſua prudentia Circem ſolis filiam, & eius ueneficia pocula ſuperauit, quam ad eam in Circeis iuxta

Italiam

Italiam degentem appulſus eſſet, ut ex ordine patebit, qui talis eſt. O Lolli maxime] Scilicet amicorum, aut ſic cognominate: ut Valer. Max. Ego relegi] Id eſt, iterum legi. Praeneſte] Id eſt, in ciuitate Praeneſtina. Scriptorem Troiani belli] Id eſt, Homerum. Interea] Supple dum tu Declamas] Id eſt, Rhetoricam exerces Romae] Supple ipſe Homerus ſcriptor Troiani belli dicit planiùs ac meliùs. Chryſippo & Crantore] Id eſt, philoſophis illis Stoicis. Quid ſit pulchrum] Id eſt, honeſtum. Quid turpe] Id eſt, inhoneſtum, Quid utile & quid non] Id eſt, inutile. Nisi quid] Id eſt, aliquid detinet Te] Id eſt, niſi alio occupatus ſis: cur ego crediderim ita. Fabula] Id eſt, fabuloſa narratio.

Qua] Id eſt, in qua Graecia narratur colliſa Lento duello] Id eſt, pugna decennali. Barbariae] Id eſt, phrygum, quos Graeci Barbaros uocant (& ita erit genitiui caſus) aut Colliſa barbariae] Id eſt, à Barbaria. in Datiuo propter amorem Paridis] Scilicet Alexandri filij Priami, qui Helenam uxorem Menelai rapuit. Continet aeſtus] Id eſt, furores, & iras regum ſtultorum, & populorum ſtultorum Antenor] Vnus ex principibus Troianis. Cenſet] Id eſt, iudicat Praecidere] Sup. debere cauſam belli. hoc eſt, reſtituendam eſſe Helenam. Quid Paris] Sup. cenſet: ut ipſe ſolus regnet & uiuat beatus, ſecundum iudicium eius deprauatum. Negat] Sup. ſe poſſe cogi. Ad reſtituendā Helenam] Neſtor Rex Pilij ſapientiſſimus, qui tertiam aetatem attigerat. Feſtinat componere] Id eſt, finire per pacem lites Inter Peliden] Id eſt, Pelei filium Achillem, & Lites Atriden] Scilicet Agamemnonem Amor] Scilicet Briſeidis ablatae ab Agamemnone Chriſeida reſtituere coacto. Vrit] Id eſt, incendit. Hunc] Scilicet Achillem: & ira utrunq; communiter. Quicquid reges] Scilicet Achilles & Agamemnon. Delirant] Id eſt, per furorem committunt. Achiui, id eſt, Graeci populares. Plectuntur] Id eſt, luunt, puniuntur. Peccatur] Id eſt, peccatum committitur intra & extra muros Iliacos. Seditione] Id eſt, per ſeditionem, dolis, ſcelere, atq; libidine. Et ira] Id eſt, per uaria uitia. Rurſus] Id eſt, econtrario. Homerus propoſuit nobis Vlyſſem] Appoſitoriè. Vtile exemplum] Sup. ſciendi, quid uirtus, & quid ſapientia poſſit. Qui] Scilicet Vlyſſes, exiſtens domitor Troiae. Inſpexit prouidos urbes, & mores multorum hominum] Hoc enim in principio Odyſſeae atteſtatur Homerus. Qua] Pro &: Qui pertulit] Id eſt, ſuſtinuit ad finem uſq; multa aſpera per E. quor latum] Id eſt, mare magnum, dum parat ſibi, & dum parat ſocijs reditum, exiſtens immiſerabilis aduerſis undis rerū. Vel aduerſus]. i. oppoſitus undis rerū. Sed prior eſt melior lectio, ne duo ſint epitheta ſine côiunctione media. Tu ô Lolli noſti uoces]. i. Cātilenas Syrenū. Quae tres ſorores dulcedine cantus pertranſeuntes, ſopitos ſubmergebāt, quod à Circe doctus Vlyſſes ſociorū aures cera obſtruxit, & ſe ad malum alligari fecit. Carmen traductum uidebis apud Iuuen.

„ Et tu noſti pocula Circes. Quibus homines in uarias feras uertebat. Quae] Sup. pocula Circes, ſi Vlyſſes bibiſſet, cum ſocijs exiſtens ſtultus, & cupidus. Fuiſſet turpis & excors ſub domina meretrice] Scil. Circe & ipſe uixiſſet ut alij. Canis immundus] i. luxurioſus. Vel ſus amica luto] Id eſt, gaudens uolutabro luti. Nos] Scil. qui nihil operamur, nec experimur. Sumus numerus] i. ad numerū hominum pertinentes non ad robur, aut uirtutem, ſicut Therſites apud Hom. auxit, ſed non meliorē fecit numerū Graecorum, & Nos ſumus nati conſumere fruges] Quaſi ad nihil aliud utiles, q̄ ad gulam. Exiſtētes ſponſi]. i qualet erāt Spōſi] i. qui cupiebant eſſe ſpōſi: hoc eſt, proci Penelopes, uxoris Vlyxis, de quibus ipſa dicit in 1. epiſt. Heroidū. Turba ruunt in me luxurioſa proci, nos ſumus nebulones]. i. uani & faedi, ut nebulae & Sumus Iuuentus] i. multitudo iuuenum, Alcinoi regis, qui Vlyxem hoſpitio ſuſceperat] Hoc eſt, nos ſumus tales, qualis fuit iuuentus Alcinoi. Operata]. i. exercita Plus aequo]. i. quā aequū eſt in Curanda cute]. i. in molli uita. Cui] Scil. iuuenti Fuit] i. uiſum eſſe: pulchrū dormire. In]. i. uſq; ad medios dies, & Ducere curā ceſſatū]. i. ubi ceſſet uel ad ceſſandū (legit enim Porphirio ceſſatum non ceſſandō) ad ſtrepitū cytharae, dulci enim ſuſurro ac ſtrepitu cytharae prouocabāt ſomnū. Latrones ſurgunt de nocte] Sup. media. Vt iugulent]. i. interficiant homines. Non expergiſceris ut ut ſerues teipſum?] Et hoc interrogatiuè. Vel ſic. Et tamen] Sup. tu non Expergiſceris] i. excitaris de ſomno, ut ſerues Teipſum] Sup. à uitijs. Atqui]. i. ſed certè ſi tu nolis Curare] Sup. ſalutem tuam Sanus]. i. quamdiu ſanus es. Tu cures hydropicus]. i. hydropici tactus: & hoc tardū erit, q̄a difficilis eſt curatu morbus ille, & Ni]. i. niſi Poſces librum cū lumine ante diem] Si non intendis animū ſtudijs & rebus honeſtis: Tu uigil torquebere inuidia uel amore] i. aliqua affectione praua. Senſus eſt, hominē ſubiectū eſſe curis, aut rerū honeſtarū, aut aliarum, & ideo melius eſſe, ut honeſtis inſudemus: nam ſi non ſurrexerimus, poſtquam dormiuimus, quod naturae ſatis eſt: inuadent nos in lecto iacentes curae, aut inuidiae aut amores. Nam cur feſtinas tu demere] i. amouere ea, quae laedunt oculos, ſi tu differs in annū. Tempus curandi] Sup. illius, aut illud. Quod eſt]. i. conſumit & corrodit animū: quaſi dicat, prius animo, quā oculis ſuccurrendum eſſe. Aude ſapere & incipe] Quia qui bene capit, habet dimidiū facti. Principiū enim uniuſcuiuſq; rei potiſſima pars eſt, ut etiā in princ. ff. de Ordine iuris dicitur Ruſticus]. i. ſtultus & ignarus. Qui prorogat]. i extendit annum rectè uiuendi. Expectat] Sup. eum Dum]. i. quādiu Amnis]. i. fluuius perennis ac iugis defluat. At]. i. ſed Ille] Scil. amnis iugis labitur exiſtens uolubilis, & labetur in omne aeuū. Acro prius legit horam non annum, Ruſticus trans amnē agrū habuit, quem colere diſtulit, donec areſactū amnē uideat, ſed id nunquam contigit, & ideo nunquam coluit. Eſt ergo ruſticus, qui incipere non audet, ſicut qui craſtinum expectat. unde Perſius.

„ Iam cras heſternum conſumpſimus ecce aliud cras.

Qui enim hodie nō laborat, nunquā laborat, qui enim nunc craſtinus eſt, cras hodiernus erit. Quaeritur, &c] Iterū monet uirtutem ſummoperè quaerendā eſſe, reiecta ſuperfluarū rerū cura. Ordo eſt: Argentū]. i. pecunia Quaeritur nobis] Scil. & uxor Beatam]. i. diues, & opportuna creandis Pueris]. i. liberis, quaeritur, & Syluae Incultae pacantur]. i. domantur, niſi dicamus, per phantaſiam, poëtā dicere ſyluas pacari facile, dū non ultra, quā ſatis eſt eruimus eas. Vomere]. i aratro, hoc eſt, facimus nouales, ſed cui cōtingit, quod ſatis eſt nil optet amplius. Nā domus non deduxit aegroto corpore domini, febres, & non deduxit aegroto animo Domini curas: fundus nō deduxit, &c. Aceruus]. i. cumulus aeris, & auri nō deduxit febres, &c. Oportet ut] Sup. poſſeſſor etiā minimae rei, qui cōgitat benè uti rebus Cōportatis]. i. congeſtis & accumulatis. Valeat]. i. ſit ualidus & ſanus. Et eſt duplex ſenſus, uel quod nemo poterit uti rectè, rebus ſuis. Niſi ualeat]. i. ſanus ſit animo, & hic cohaeret ſequentib. uel quod nemò utens rebus ſuis rectè, nō ualeat. Nemo ergo bene utitur reb. ſuis Niſi ualeat]. i. animū ualidū habeat. Nā domus aut res iuuat]. i. delectat illū, qui Cupit] Sup. plura habere, aut metuit, quae habet perdere. Vt tabulae pictae iuuant] Sup. lippū. Et ut fomenta]. i. medicamēta Iuuant podagrū]. i. aegros pedes habentē. Et ut] Sup. cytharae iuuāt auriculas dolentes ſorde Collecta]. i. cōglutinata in eis. Ita quod ſurdaſter fit]. i. qui parū audit. Nā niſi uas ſit ſyncerū]. i. incorruptum alieno liquore, quicquid infundis Aceſcit]. i ſit acetoſum. Sperne uoluptates, quia uoluptas empta dolore nocet] Hoc eſt, quia uoluptas, & illecebra carnis ſemper dolorē parit, nec eſt repletio, cū uoluptate, quā non ſequatur exinanitio cū dolore. Auarus eget ſemper pete uoto]. i. deſiderio toto. Certū finem] Sup. habendi. Inuidus macreſcit]. i. ſit macer rebus Opimis]. i. pinguib. alterius. Et eſt anthitetū macreſcit opimis, quia opimū & macrū opponuntur, unde non leges marceſcit Tyranni Siculi] Scil. Phalaris Agrigentinus, cui bos aeneus ad torquendum factus eſt, & Dionyſius Syracuſanus. Non inuenêre] Id eſt, inuenerunt grauius tormentum inuidia, quia inuidus conſumit ſeipſum. Ad quem locum alludit Perſius, dicenſ, Sat. 3.

„ An'ne magis Siculi gemuêrunt iuuenci.

Is qui non moderabitur] Id eſt, modū faciet irae, nō enim penitùs extirpari poteſt in uiro forti. unde in primo ſermonum.

„ Deniq; quatenus excidi penitus uitium irae.

„ Caetera item nequeunt ſtultis haerentia.

Nec

Nec eſt peccatum ex toto genere, unde ſcriptum eſt Iraſcimini & nolite peccare. Velet eſſe infectum] *Id eſt, uolet, quod id non ſit factum, quod dolor.* Aut mens] *Sup. furioſa* Suaſerit dum] *Id eſt, quãdo ipſa mens feſtinat pœnas* Per uim] *Id eſt, uiolentiam.* Odio inulto] *.i. quandiu odium inultum eſt.* Ira eſt furor breuis] *.i. commotio ſubita, eſt enim ſubita accenſio ſanguinis circa cor. rege animum tuum* Qui paret]. *i. obedit.* Imperat]. *.i. damnatur.* Compeſce tu hunc frenis] *Compeſce tu hunc catena.* Magiſter]. *i. dominator equorũ.* Fingit]. *i. cõponit & docet.* Equum docilem] *.i. quandiu docilis eſt, uidelicet in tenera ceruice.* Ire] *Id eſt, ingredi uiam.* Quã eques]. *i. Inſeſſor monſtrat.* Catulus] *Id eſt, canis paruus.* Venaticus] *Id eſt, ad uenationem deſtinatus.* Ex quo tempore] *.i. poſt quod tempus* Latrauit]. *i. latratu petijt, et laceſiuit pellẽ ceruinã.* In ſilua, ipſe militat]. *i. exercet ſe: hoc eſt, uenatur in ſyluis.* O' puer adhibe] *Vel (quia hoc diceretur ſecundũ tertiam cõiugationem, quod alibi non reperitur, legerẽ potius)* Adhibe nunc pectore puro]. *i. dum pectus purũ habes.* Verba]. *i. præcepta philoſophica.* Et offer te nunc melioribus] *Sup. præceptis aut præceptoribus.* Nam teſta]. *i. uas fictile præcipuè ruptũ, tunc enim teſta dicitur, & odorem præcipuè emittit.* Seruabit diu odorem] *Quo ipſa recens eſt ſemel.* Imbuta]. *i. unde primã tincturã cepit, quod ſi tu ceſſas.* Aut anteis]. *i. præcedis exiſtens* Strenuus]. *i. nimis.* Velox] *.i. ſi mediocritatẽ non ſeruas ego* Nec opperior] *Id eſt, expecto tardum.* Nec inſto præcedentibus] *Id eſt, eis non facio, ut præueniam aut ante eam impedimentum, quaſi dicat, meo modulo incedam.*

EPISTOLA III. AD IVLIVM FLORVM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPIST. III.

Plurima requirit redituorum tertia Florum.

Ordo eſt. Tertia] *Sup. Epiſtola.* Requirit] *Id eſt, interrogat.* Florum] *Scilicet Iulium Florum, qui ſub imperio militabat.* Plurima] *Scilicet de ſtatu plurimorum redituum, ſcilicet à malitia.*

ALIVD ARGVMENTVM.

Iulium auaritiæ latenter accuſat hæc epiſtola.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Epiſtola Familiaris.

COMMENTARIA.

ACRON.

IVLI flore quibus terrarum militet oris] *Iulius Florus ad quẽ hæc ſcripta mittũtur, in cohorte fuit amicorũ, id eſt, inter amicos Tyberij Neronis Claudij, qui ab Auguſto imperiũ accepit, qui natus eſt ex Liuia, & ideo fuit adoptiuus Auguſti, & amicus Horatij.* Niuali cõpede] *Id eſt, glacie.* Freta uicinas inter currẽtia turres] *Inter Seſton & Abidon, ut Lucanus:*

Tot potuẽre manus adducere
Seſton Abido.

Studioſa cohors] *Id eſt,* Quid legio faciat, aut ſtudioſa cohors. *Cohortẽ familiã Neronis, quæ carmina facere diligebat. Nam Tyberius erat literarum amicus.* Quid Titys] *Deridet Tityũ poëtam, qui Pindarũ Græcũ, profundiſsimi ſenſus & eloquẽtiæ, in Latinum ſermonẽ conatus eſt trãsferre. Nã Tragœdias et Lyrica carmina ſcribere cœpit temporib. Auguſti, ſed libri eius nullius momẽti erant.* Quid mihi Celſus agit?] *Celſus fuit poëta, qui alienis dictis pro ſuis utebatur.* Apollo] *Cæſar ſibi in bibliotheca ſtatuã poſuerat, ad habitũ ac ſtaturã Apollinis.* Grex auiũ] *Metaphoricôs dictũ pro cohors poëtarũ.* Quid audes?] *Id eſt, quas lectiones ſequeris & legis? Cõparat autẽ apib. ſcriptorũ bonorũ carmen.* Fomenta] *Oratoriã & iuris ſcientiã dicit. Additq́ et poëticã, quia nõ ita ualẽt amputare uitia, ſicut philoſophia. Ideo frigida fomẽta dixit, quaſi ſecularia poſſes dona cõtemnere, id eſt, quotidiana opera relinquere poſſes.* Sapientia] *Ad ſummã uirtutẽ ſiue gloriã, id eſt, ad philoſophiã.* Debet.] *Oſtendit inter Munatiũ & Iuliũ frequenter diſſenſionẽ exoriri, ſed quia illis amicus erat, præcipuè Iulio, utrũ nã recõciliati ſint ei remandet. Hoc etiã mirè iam, quaſi aliæ cauſæ ſcribẽdæ ſint, q̃ recõciliationis. Mirè ob hoc admonet philoſophiæ, quæ mores format.* Seu calidus ſanguis] *Iuuenilis diſcordia aut ipſorũ Iuuenũ imperitia, quia expertes eſtis philoſophiæ.* Vottiua iuuenca] *Aut carmen pro ueſtro reditu ſcribetur, aut immolabo pro uobis iuuencam. Nam Lyrici iuuencam immolabant, Tragœdi hircum, alij poëtæ autem taurum.*

IVLI Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius Auguſti priuignus, ſcire laboro.
Thraca'ne uos, Hebrusq́, niuali compede uinctus,
An freta uicinas inter currentia turreis,
An pingues Aſiæ campi, collesq́ morantur?
QVID ſtudioſa cohors operum ſtruit? hæc quoq́ curo.
Quis ſibi res geſtas Auguſti ſcribere ſumit?
Bella quis & paces longũ diffundit in æuũ?
Quid Tityus, Romana breui uẽturꝰ in ora,
Pindarici fontis, qui non expalluit hauſtus,
Faſtidire lacus, & riuos auſus apertos:
Vt ualet? ut meminit noſtri? fidib.'ne Latinis
Thebanos aptare modos ſtudet, auſpice Muſa?
An Tragica deſæuit, & ampullatur in arte?
Quid mihi Celſus agit? monitus, multũq́ monendus,
Priuatas ut quærat opes, & tangere uitet
Scripta, Palatinus quæcũq́ recepit Apollo:
Ne, ſi fortè ſuas repetitum uenerit olim
Grex auiũ plumas, moueat cornicula riſum,
Furtiuis nudata coloribus. ipſe quid audes?
Quę circũuolitas agilis thyma? nõ tibi paruũ
Ingeniũ, non incultũ eſt, nec turpiter hirtum,

PORPH.

Iuli flore, &c.] *Hic Florus fuit Satyrarũ ſcriptor cuius ſunt electæ ex Ennio, Lucilio, Varrone. Fuit aũt unus ex Claudij Neronis cohorte. Claudius fuit, cuius frater Druſus, qui ſubactis Germanis, Germanicus dictus eſt, ipſe Thebanus doctus, & doctos comites habuit.* Cõpede uinctus] *Quia cõgelaſcit.* An freta uicinas inter currẽtia turres] *Preſſe, currẽtia inter turres Herus et Leandri. Inter Seſton & Acidon mediũ eſt Helleſpõti fretũ, uel ipſarũ urbiũ turres.* Quid ſtudioſa cohors operũ ſtruit] *Cohors nũc amici. nã et Lucilius eos, qui nũc ꝓ fidib. ad ſalariũ eunt, mercede inuitas legiones ait.* Quid Tityus, Romana breui uẽturus in ora] *Tityus poëta hic uoluit Pindarũ ſermone Latino uertere. Deridet aũt hũc Horatius quòd auſus ſit ſacrũ opus cõtaminare. Poteſt tamẽ & uerè laudari, nam Tyberij comes, & doctiſsimus fuit, & lyrica conſcripſit.*

Hauſtus

Seu linguam cauſis acuis, ſeu ciuica iura
Reſpōdere paras, ſeu condis amabile carmē,
Prima feres ederæ uictricis præmia quòd ſi
Frigida curarum fomenta relinquere poſſes,
Quò te cœleſtis ſapientia duceret ires.
Hoc opus, hoc ſtudium, parui properemus, & ampli,
SI PATRIAE uolum⁹, ſi nobis uiuere chari.
Debes hoc etiam reſcribere: ſi tibi curæ,
Quanta conueniat, Munatius an male ſarta
Gratia nequicquā coit, & reſcinditur, at uos
Seu calidus ſanguis, ſeu rerum inſcitia uexat,
Indomita ceruice feros. ubicunq; locorum
VIVITIS, indigni fraternū rumpere fœdus:
Paſcitur in ueſtrum reditum uotiua iuuenca.

Hauſtus] An hauſit Thebanos aptare modos Pindaricos. Ille enim Thebanus fuit. Quid mihi Celſus agit, monitus multumq; monendus] Celſus hic fuit, quem monet, qui ſolebat Apollinis, receptos libros in bibliotheca excipere, & alienos uerſus pro ſuis recitare. Cui ſub conuenientis cornicis fabel la dicit: Vt aliena ſibi nō uendicet, ne ſi unuſquiſq; ſua tollat, ille ſuum nihil inueniat. Frigida curarum fomenta] Poeticā ſignificat, qua relicta ipſe ſapienti æ ſtudeat. Si patriæ uolumus, ſi nobis uiuere chari.] Hoc apertè ab ipſa laude philoſophiæ deſcendit, ad inhibendam eius iracundiam aduerſus amicum. Si tibi curæ] Deeſt an, ut ſit ſenſus. An ſit tibi curæ Munatius. Gratia nequicquam coit, & reſcinditur] Nequicquam, pro non, ut Virgil. Et,

„ Summo clypei nequicquam umbone pependit.

CHRIST. LAND. } Iuli flore] Ad Iulium Florū amicum ſuum epiſtola eſt, Ad quem etiam in libro carminum Oden 2. lib. 4. ſcripſit, cuius principium eſt.

„ Pindarum quiſquis ſtudet æmulari.

Mira autē utitur inſinuatione. Nam cùm illum auaritiæ reprehendere inſtituiſſet, multa prius interponit, quibus hominem patientiorem reprehenſionis reddat. Interrogat igitur quibus in regionibus ſub Claudio militet, & an quiſpiā ſit qui rès geſtas Cæſaris ſcribere paret, interrogat & diligenter de Titio poëta. Reprehendit Celſum, quod alienos libros ſibi uendicet. Ipſum demùm ab ingenio laudat, ut his laudibus eū ita demulceat, ut patienter ſua errata auditurus ſit. Claudius Auguſti priuignus] De filijs Neronis à ſe adoptatis in libro carminū plura diximus. Hūc in poëtica facultate miris laudibus extollit Quintil. Diximus & de Ebro flumine. Thraca] Pro Thracia. Niuali compede] Quia hyemali tempore glacie colligatur. Vicinas turres] Seſtū intelligit & Abidum, quæ ad ſtadia triginta, id enim eſt quatuor millia & quarta pars, quod ſpatium Xerxes olim ponte coniunxit. Pingues] Fertiliſsima enim Aſia campeſtris & collina eſt. Studioſa cohors] Nam Claudius iſte (ut alibi legitur & Ouid. edocet) ſtudioſus fuit, & ſtudioſos adamauit. Bella & paces] Id eſt, quæ in bello & quæ in pace geſſit. Diffundit] Spargit. In longum æuum] Quaſi dicat æternitatē. Nam præclara maximorū uirorū facinora obliuione merguntur, niſi ſcriptores ſuis monumentis illam ab interitu uendicent. Titius] De huius hominis ingenio atq; doctrina magna ſperabat. In ora] Id eſt, in celebritatem & famam ut omnium ora de illo loquantur. Sic Ennius de ſe.

„ Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu
„ Faxit, cur uolito docta per ora uirum.

Non expalluit] Non timuit, quāuis ardua difficillimaq; res ſit ut ipſe in carminū libris oſtendit Pindarū imitari. Faſtidire lacus] Manet in tranſlatione, & cum Pindarū fontem appellet à quo omnis lyrica uis manare uidetur, reliquos lacus, et fontes qui inde profluunt appellat. Apertos] In promptu poſitos & facilè imitabiles. Thebanos] Pindaricos, nam ipſe Thebanus fuit. Modos] Nam uerſus lyricos modulantur poëtæ. Fidibus Latinis] Stylo & lingua Latina. Auſpice Muſa] Auſpicio muſarum. An tragica] Oſtendit illum utraq; facultate ualere Lyrica & Tragica. Deſæuit] Quia grandia ſed ſæua plerunq; ſcribunt Tragici. Vnde dixit deſæuit & ampullatur, de quo uerbo diximus in poëtica. Mihi agit] Amicè loquitur, tanquam ſiquid bene egerit ſibi ſit uoluptati futurum. Contra uerò ſi contra. Atq; hac beneuolentia præparat ſibi locum ad illum reprehendendum, ut ex amicitia non ex odio, id aggredi uideatur. Monendus] Quia non profecit adhuc. Opes priuatas] Id eſt, ex ſe ſcribat, unde ſibi gloriam pareret, non aūt ſubripiat ex libris alienis quæ pro ſuis deinde edat. Palatinus Apollo] Hoc templum ab Auguſto ædificatū fuiſſe alibi oſtendit. Huic ergo Deo poëtæ ſua uolumina cōſecrabant. Cornicula] Aiunt quandoq; cornicē ornatus cauſa pulcherrimas pēnas à uarijs auibus clanculū ſubripuiſſe, & proprias exuiſſe, illaſq; induiſſe, & ſe ſpectandā in tanta pulchritudine omnib. præbuiſſe. Sed paulò pòſt repoſcētibus ſuas quibuſq; plumas nuda relicta omnibus riſum mouit. Idem ergo iure euenire, poteſt illi poëtæ qui nihil ex ſe ſcribit, ſed aliunde omnia compilat. Ipſe] Tu Iuli Flore. Quæ circumuolitas] Optime hominem laborioſum & induſtriū apibus cōparat. Nā ut illæ ad uaria ſe cōuertunt, & modò Metyn parant, quæ prima cruſta eſt fauis. Deinde Piſſoceron. Tertio Propolin. Iſtæ enim tres cruſtæ ueluti fundamenta ſunt. Poſtremò ceram fauoſq; ac mella. Sic ille ad uaria conuertitur. Ingenium non paruum] Quod naturæ munus eſt non incultum quod eſt artis & doctrinæ. Sunt igitur omnia præclara ab eo poëta expectanda, qui et naturæ, & doctrinæ opibus ſuffultus ad ſcribendum accedat. Turpiter hirtum] Ergo optimè cultum. Seu linguas] Oratorem, iuriſconſultum, & poëtam eſſe demonſtrat. Prima præmia] Vt non ſolùm ſecundas aut tertias, ſed omninò primas obtineas. Sed de hedera iam expreſsimus. Victricis] Id eſt, uictoriam tuam indicantis. Quod] Cum iam ab omnibus laudauerit, audet amice errorem arguere. Ipſe enim ſibi cauſa eſt ne euadet in egregium poëtam, quoniam mentem ſuam occupet uarijs curis. Oportet enim poëtæ mentem uacare omni ſollicitudine, ut tota ad muſas conuertatur. Rectè ergo Iuuenalis.

„ Quis locus ingenio niſi cum ſe carmine ſolo
„ Vexant & dominis Cyrrhæ, Nyſæq; feruntur
„ Pectora noſtra duas non admittentia curas.

Hoc opus] Scilicet incumbere ſtudijs ſapiētiæ cui rei parui & amē pli, id eſt, cuiuſcūq; fortunæ ſumus. Ea enim & patriæ, & nobis prodeſſe poſſumus: Munatius] Nunc ipſum inconſtantiæ, infidelitātiſq; arguit. Interceſſerant enim inimicitiæ inter hunc, & Munatiū Plancum, deinde opera amicorum, & maximè Horatij reconciliati inter ſe fuerant, nunc autem cùm intellexiſſet poëta reconciliationem illam penè diſſolui, familiariter utrunque increpat, oſtenditq; eos uehementer amare cùm iuuencam pro illorum reditu uouerit. Malè ſarta] Tranlatio à ueſte. Sarcire enim & in ſupino ſartum eſt diuiſas partes coniungere & conſuere. Ergo malè ſarta, id eſt, malè coniuncta eſt gratia, quæ non coit, id eſt, non durat in coniunctione, ſed reſcinditur. Calidus ſanguis] Propter iram dicit, quæ eſt accenſio ſanguinis. Rerum inſcitia] Nam omnis animorum perturbatio ab inſcitia eſt. Feros] Contraria res eſt humanitati & manſuetudini. Indomita ceruice] Indomita ſuperbia, qua in æqualitatem, qua amicitia continetur deſcendere uetamini. Indigni rumpere] Quoniam neutrum decet rumpere. Fraternum] Vel quod fraternū eſſe debet, uel quod olim fraternū fuit.

ERAS. ROT. } Αἰσώπειος κολοιός, id eſt, Aeſopicus graculus, quod dicitur in eum, qui aliena pro ſuis uſurpat, aliorūq; bonis ſeſe uenditat.

THEOD. PVLM. } 4 Turres] Huic loco quia difficultas non eſt, nō tam lucē, quàm amœnitatem aliquam adiungere ſtudeo. Oppida Seſton et Abydon triginta ſtadijs inuicē Helleſponto intermedio dirempta, turres appellauit. quæ locutio adeò uernacula eſt linguæ Germanicæ, ut figurā [illegible] nullā habeat. Burgū enim ipſi oppidū uocāt. Burgos, oppidanos. haud dubiè deducto nomine à Græco uocabulo πύργος, υ enim in E mutari, etiā ſolenne eſt in Romana lingua. ſic ipſi [illegible], aliaq; ad conſimilem modū euariant. Pet. Nonnius Miſcel. lib. 4. 6 Hæc quoq;] Hoc quoque, G. E. B. C. V. 11 Faſtidire lacus & riuos auſus apertos] Cùm ait, Titium imitari auſum eſſe Pindarum dicit: quem tamen inimitabilem putat conſueta tractare poëmata aſpernatum. latent enim plerunque fontes, à quorum capite riui in apertum

in apertum exeunt, qui & in lacus ſparguntur, cùm dilatantur, ad fontem igitur cùm dicit maluiſſe uenire. quàm è populari lacu & publico riuo haurire. Sic alio loco (1. Satyr. 4. uerſu 37.)

" *Geſtiet à furno redeuntes ſcire lacuq́.*

Turneb. lib. 26. cap. 27. 14 —Et ampullatur in arte?] *Quod ampullatur dicit, id facit Græcorum æmulatione, qui* ληκυθίζειν *dicunt, quod eſt, tumida uti oratione. nam* λήκυθος *ampulla eſt olearia, quæ prætumida eſt: unde & Lais quia buccis erat tumentib.* πρὸς ταῖς γνάθοις λήκυθον *habere dicebatur. Hæc Turn. li. 26. c. 27. Vide & lib. 9. c. 3.* 19 —Moueat cornicula riſum] *Heic corniculam uocat, quem Græci* κολοιὸν, *id eſt, graculum appellãt. Huius fabulæ Aeſopicæ ſic meminit Themiſtius:* καθάπερ τῷ κολοιῷ περιτιθέασιν ὁ μῦθος τὰ πτίλα ἐν τῷ ἀγῶνι τοῦ κάλλους ἀλλότριον αὐτῷ περιεργαζομένῳ κόσμον χήτει τοῦ οἰκείου καὶ συγγενοῦς, *id eſt, quemadmodũ fabula corniculæ plumas circumdat in pulchritudinis certamine alienũ ſectanti ornamentũ, ſui & proprij inopia. Turneb. lib. 26. cap. 27.* 22 Ingeniũ non incultum eſt, nec] *E. C. V.* Ingeniũ, non incultum eſt. & *H. G. B.* Ingeniũ eſt, non incultum, nec. *Lambini codices quatuor.* 29 Volumus] Cupimus, *Lambini libri aliquot ueteres.* 30 —Si tibi curæ] Quantæ cõueniat Munatius, an malè ſarta Gratia nequicquã coit, & reſcinditur?] —Sit tibi curæ] Quantæ cõueniat Munatius an malè ſarta Gratia nequicquam coit, & reſcinditur] *H. G. E. B. C. V. ſine interrogatione, ſed pro* Munatius, *H. & B.* Munatius: *Aldi editio* Numatius. —Si tibi curæ] Quàm te conueniat Munatius an malè ſarta Gratiam nec quidquam coit, & reſcinditur? *Muretus legendum eſſe cenſet.* 33 Seu calidus ſanguis, ſeu] *H.* Heu calidus ſanguis, heu *G. E B. C. V.*

ANT. MVR. } 31 Quantæ conueniat Numatius] *Deprauatus locus, ita autem reſtituendus eſt:* Quàm te conueniat Munatius. *hoc enim ſignificat, cupere ſe ſcire, ſerio ne Munatius cum ipſo in gratiam redierit, & ecquid eum, ut amicorum mos eſt, alloquatur.*

GEORG. FABR. } *Interrogat de amicis, & eorum ſtudijs, de Claudio Nerone, & de uiris doctis, quos ſecum in caſtris habebat, ut de Titio, Celſo, de ipſo Floro, & eius fratre Munatio. Titius ſcribebat Lyrica & Tragica, Celſus tranſcribebat aliorum opera, Florus operam dabat eloquentiæ & iuri ciuili, quem ad philoſophiam potius hortatur, iubetq́ cum fratre redire in gratiam.*

Thraca'ne uos Hebrus'ne] *Vſitata eſt, i uocalis per mediũ ablatio, ut* Thraca, *pro Thracia: &* lamna, *pro lamina. Carm. 2, 2. Epiſt. 1, 15. &* ſoldum *pro ſolidũ. Serm. 1, 2. Ex Lucilio Nonius annotauit,* ardum *pro aridum: &* denq, *pro denique. Aquæ* caldæ, *pro calidæ Q. Attæ, & Laberij comœdia fuit, & caldas aquas non ignorant Martialis & Maximus.* Tangere uitet Scripta] *Vſus uerbi honeſtus, ne furti arguat amicum. Vtitur ſimiliter Ouid. de Nuce.*

" *Eſt quaſcunq; poteſt tangere, tollat opes.*

Vbi in plurimis non rectè legitur, tollere.

GVID. MORIL. } Claudius Auguſti priuignus, &c.] *Scribit Tranquillus Auguſtũ Liuiam Druſilla repudiata uxorẽ Tiberio Neroni, cui deſponſata erat ademiſſe, & quidẽ prægnantem eamq; dilexiſſe, & probaſſe unicè, ac perſeuerãter, nihil tamẽ ex ea liberorũ tuliſſe, quũ maximè cuperet. Liuia igitur quum Auguſto grauida nupſiſſet, intra menſem tertiũ peperit Druſum, qui fuit pater Claudij imperatoris, de quo nunc loquitur Horat. De Claudio aũt Sextus Aurelius ſic ſcribit. Claudius Druſi Tiberij fratris filius, Caligulæ patruus, imperauit annos uigintiquatuor. Iſte quũ Senatus cenſuiſſet gentem Cæſarum exterminari, deformi latebra latẽs, à militib. repertus, qui uecors erat: & immitiſsimus uidebatur, imperator effectus eſt. Hic uentri coniugis imperijs ſubiectus fuit: Legas eius uitã luculenter ab eodem Tranquillo deſcriptam, intelliges profectò, nihil eo ſtultius fuiſſe, nihil ſocordius, et à uirtute alienius uſq; adeò: ut Antonia mater portentũ hominis, eum appellare eſſet ſolita, nec abſolutũ à natura, sed tãtũm inchoatũ, & ſi quem ſocordiæ argueret, ſtultiorẽ filio ſuo Claudio eſſe diceret. Auguſti etiã epiſtolæ ad Liuiã oſtendũt, nihil eo adoleſcente amentius fuiſſe. Ita tamẽ euenit, ut populus ille omniũ gentiũ uictor unius uiri ſocordiæ, tam turpiter ſeruiret, quæ omnib. olim gentibus glorioſè imperaſſet. Priuignos autẽ & priuignas uocamus filios, filiasq́ uxoris noſtræ ex alio uiro, uulgò filiaſtri & filiaſtræ appellantur. Vitricus & priuignus nomina ſunt relatiua, ſiue (ut Dialectici dicunt) ad aliquid: Dictus eſt priuignus quod quam mater ſecundo nuberet eſſet genatus, pri enim pro pro dixerunt antiqui.*

IOD. BAD. ASCENS. } Iuli flore] *Hanc epiſtolam, ut dixi, ſcribit ad Iulium Florũ, qui ut Acro ſcriptũ reliquit in cohorte fuit* Amicorum] *Id eſt, inter amicos Tiberij Neronis Claudij, qui ab Auguſto imperiũ acceperat. Fuit enim natus ex Liuia, & ideo fuit adoptiuus Auguſti, & Amicus Horatij. unde in libris carminũ Neronũ Domũ plurimũ laudauit. Nec uera eſt lectio apud Acronẽ ubi ex Iulia natus legitur, quia Suetonius in uita eius manifeſtè ex Liuia natũ aſſerit, quã Auguſtus duxit adhuc uiuo, ſed concedente marito, unde priuignus eius fuit. Hũc aũt Florũ ſub Tyberio in Thracia militantẽ hac epiſtola multa familiariter percunctatur, præcipuè de ſocijs eius muſicæ ſtudioſis, deinde ne qua pars cum ditione ſancta uacet: eundẽ Iuliũ multa ſalubriter monet, præcipuè ut diuinæ ſciẽtiæ & paci, ac concordiæ ſtudeat. Ordo eſt.* O' Iuli Flore ego laboro] *Id eſt, ſtudeo & cupio laborioſè ſcire* Quibus] *Pro in quibus oris terrarũ militet* Claudius] *Scilicet Tyberius Nero priuignus* Auguſti] *Id eſt, ex Liuia cõiuge eius, & alio marito* Natus militet] *i. militiã exerceat.* Ne] *Pro an.* Thraca] *i. Thracia, & Hebrus fluuius Thraciæ.* Vinctus] *i. impeditus ne fluat.* Compede niuali]. *i. perpetua niue ac glacie.* An freta] *i. maria concurrentia* Inter uicinas turres] *Scilicet Seſton & Abidon, an pingues campi, & colles Aſiæ* Morentur. *i. detineant uos.* Et laboro ſcire quid operũ ſtruit cohors ſtudioſa] *Scil. literarum* Et ego curo] *Sup. ſcire.* Quoq;] *i. etiã hæc uidelicet* Quis ſumit] *.i. aſſumit* Scribere res geſtas Auguſti] *Hoc eſt, quis* Diffundit]. *i. extendit promulgat in longum æuum bella, & paces Auguſti. nam in utriſq; clarus fuit.* Quid Titius poëta ille] *Supple facit: Titius dico uenturus* Breui] *Sup. tempore.* In ora Romana] *.i. laudationẽ, & admirationẽ Romanorũ, qui nõ* Expalluit] *.i. ueritus eſt ſumere.* Hauſtus Pindarici fontis] *.i. unde Pindarus Lyricorũ laudatiſsimus odas hauſit.* Auſus prætereà faſtidire] *.i. reſpuere lacus, &* Riuos apertos] *.i. faciles & parabiles, multisq; expoſitos, hoc eſt, triuiales ſeu uulgares.* Vt] *.i. quomodo ualet.* Vt] *.i. qualiter* Meminit] *.i. memor eſt, aut mentionẽ facit noſtri.* Ne] *Pro an.* Studet aptare fidibus] *.i. chordis, aut lyricis inſtrumentis Latinis.* Modos] *.i. modulos hoc eſt, uerſus* Thebanos] *.i. Pindaricos, quia Pindarus Thebanus fuit, & hoc* Muſa auſpice]. *i. auſpicante, hoc eſt, fœlici ſucceſſu.* An deſæuit] *.i. ſæuus, & altiloquus fit* Et an pullatus] *.i. inflatur in arte Tragica per hoc oſtendit: eum aptiorẽ ad Lyrica quam ad tragica.* Quid mihi, &c.] *Curo etiã ſup. ſcire, quid Celſus aliis poëta ait (mihi adiectũ eſt, de more loquẽdi. Nam ſæpe Datiuũ ponimus, auctore Valla, ad nullũ præciſe reſpicienti: ut hic mihi ſemper dormit, &c.) Celſus dico monitus, & monendus multum.* Vt quærat opes] *Sup. literarias, hoc eſt, poëticas.* Priuatas] *i. ſibi proprias, & nõ furtiuè undecũq; ablatas.* Et ut uitet]. *i. caueat tãgere ſcripta, quæcũq;* Apollo Palatinus] *.i. in æde Camœnarũ, hoc eſt, in palatio ab Auguſto ſacratus.* Recepit] *Hoc eſt, quæcunq; publicè legẽda in ædẽ Apollinis illata ſunt.* Ne ſi grex auium] *i. (per metaphorã ſumptã ex apologis Aeſopi) multitudo poëtarum uenerit forte* Olim]. *i. aliquando repetitum plumas ſuas.* Ipſe cornicola] *.i. qualis fuit cornicula nudata coloribus furtiuis moueat riſum. Nã corniculæ ſublegerat ſingulis auib. plumas aliquot, proprijs reiectis, atq; ita in cœtum auiũ ingreſſa, admirationi fuit, ſed mox cognitis plumis, & repetitis nuda derelicta riſum mouit.* Curo] *Sup. ſcire* Quid ipſe] *Id eſt, tu audes.* Quæ thyma] *Id eſt, quos libros, & hoc per metaphoram ſumptam ab apibus, quæ circum thyma herbas uidelicet ſuaues, & odoriferas uolitantes, redolentia mella colligunt, quomodo florus optima quæque legens decerpit ſibi, quæ placeant, tu circumuolitas* Agilis] *Id eſt, celer.* Ingenium non eſt tibi paruum] *Non eſt tibi incultum.* Nec hirtum] *Id eſt, hirſutum, ut ager incultus ueprıbus, & tribulis hirtus eſt.* Turpiter] *Id eſt, indecenter.* Seu] *Id eſt, ſiue*

au

Tu acuis] *Id eſt, exerces linguam.* Cauſis] *Sup. dicendis.* Seu paras reſpondere iura ciuica] *Id eſt, ciuilia.* Seu condis] *Id eſt, componis carmen.* Amabilem] *Id eſt, amatorium.* Tu feres] *Id eſt, reportabis.* prima] *Id eſt, præcipua præmia.* Hædere uictricis] *Id eſt, uictoriam denotantis, quòd ſi tu poſſes relinquere fomenta curarum.* Tu ires] *Sup.* Eo quo ſapientia cœleſtis] *Id eſt, diuina, ſcilicet Theologia, cuius poëtæ primi profeſſores fuerunt, duceret te.* Properemus parui & ampli hoc opus & hoc ſtudium, ſi uolumus eſſe chari patriæ] *Quæ pro & ſi uolumus eſſe.* Chari bonis] *Id eſt, iuſtis uiris.* Tu debes reſcribere etiam hoc, an] *Sup.* Numantius ſit tibi curæ] *Sup.* Tantæ, quantæ] *Sup.* Cura, conuenlat] *Id eſt, deceat ſup. tibi eſſe.* An gratia malè ſarta] *Id eſt, conſuta, compacta, conglutinata, inita.* Coit] *Id eſt, conſolidatur.* Ne quicquam] *Id eſt, nullo modo.* Et reſcinditur] *Id eſt, ſeparatur.* At nos ſeu ſanguis callidus, ſeu inſcitia rerum uexat, uos feros ceruice indomita] *Id eſt, more pullorum equinorum nondum domitorum, ubicunque locorum uiuitis.* Vos uiuitis indigni rumpere fœdus fraternum] *Id eſt, inter uos fratres ictum.* Iuuenca] *Id eſt, uitula.* Votiua] *Id eſt, quàm uoui.* Paſcitur in ueſtrum reditum] *Id eſt, quàm mactabo dijs pro reditu ueſtro ubi rediuiueritis.*

EPISTOLA IIII. AD ALBIVM TIBVLLVM ELEGORVM SCRIPTOREM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPISTOLAE IIII.

Fortunis uti te Quarta tuis monet Albi.

Ordo eſt: Albi, quarta] *Sup. epiſtola primi libri.* Monet te uti tuis fortunis] *Dicens omnem crede diem, &c.*

ALIVD ARGVMENTVM.

Monet amicum, quod pueros deperiret, ſolùm ea amare, quæ ſe ad immortalem potiùs accenderant expetendam.

ALIVD GEORGII FABRITII.

Scire uult quid agat.

COMMENTARIA.

ALBI, noſtrorum ſermonum candide iudex,
Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?
Scribere quod Caſsi Parmenſis opuſcula uincat?
An tacitum ſyluas inter reptare ſalubreis,
Curantem quicquid dignum ſapiente, bonoque eſt?
Non tu corpus eras ſine pectore. Dij tibi formam,
Dij tibi diuitias dederunt, artemque fruendi.
Quid uoueat dulci nutricula maius alumno,
Quàm ſapere, & fari poſsit, quę ſentiat, & cui
Gratia, fama, ualetudo contingat abundè?
Et mundus uictus, non deficiente crumena?
Inter ſpem, curamque, timores inter & iras,
OMNEM crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.
GRATA ſuperueniet, quæ non ſperabitur, hora.
Me pinguem, & nitidum bene curata cute uiſes,
Cùm ridere uoles, Epicuri de grege porcum.

ACRON.

ALBI noſtrorum ſermonū candide iudex] *Hac epiſtola Albium Tibullum alloquitur elegiarū ſcriptorem, qui uidebatur libros eius ſermonum multum laudare. Albius autem Criticus fuit ſcriptorum Horatij.* Caſſij Parmenſis] *Hic aliquot generibus ſtylum exercuit. Inter quæ opera elegiaca & epigrammata eius laudantur. Hic eſt, qui in partibus Caſſij, & Bruti Tribunus militum militauit, quibus uictis Athenas ſe contulit. Quintus Varius ab Auguſto miſſus, ut eum interficeret, ſtudentem reperit, & perempto eo ſcrinium cum libris tulit. Vnde multi crediderunt Thyeſtem Caſſij Parmenſis fuiſſe. Scripſerat enim multas alias Tragœdias.* Dederunt] *Mediam breuem ſyllabam, dederunt.* Syluas] *Libros Philoſophorum appellat.*

Salubres] *Id eſt, amœnas aut quia ſalubriores ſunt ſyluæ.* Sapiente] *Qui ſolus ſcit moderatè ſuis uti bonis. Quod aut luxurioſo per incontinentiam, aut auaro per nimiam abſtinentiam negauit.*

Dij tibi formam] *Epicurei negant aliquid deos curare. Hic ergo ſecundùm eorum conſuetudinem dixit.* Crumena] *Patrimonio uel ſacco nummario, ſiue prandiario.* Inter ſpem, curamque] *Id eſt, agens inter ſpem, & curas, quotidie puta te moriturum. Monet ergo nihil curandum eſſe de futuro.* Crede diem] *Ita tene omnem diem, quaſi in eo ſis moriturus.* Viſes] *Id eſt, quandocunque uis uidere, uidebis bene paſtum porcum, & Satyricè uituperat eam ſectam, quam ſequitur.* Epicuri de grege porcum] *Quoniam Epicurei ſummum bonum in uoluptatibus ponunt. Deinde quod omne animal colunt, nullum edunt.*

PORPHYR. } Albi] *Ad Albium Tibullum ſcribit.* In regione Pedana] *Pedum oppidum haud longè ab urbe fuit, nunc non eſt, uerum adhuc regio ipſa Pedana dicitur.* Caſſi Parmenſis] *Hic eſt, Caſsius, qui in partibus Caſsij & Bruti Trib. militum militauit, quibus uictis Athenas ſe contulit. Q. Varius ab Auguſto miſſus, ut eū interficeret, ſtudentem reperit, & perempto eo ſcrinium cum libris tulit. Vnde multi crediderūt Thyeſtem Caſsij Parmenſis fuiſſe. Scripſerat enim multas Tragœdias Caſsius.* Syluas] *Libros φιλοσοφουμένων ſignificat.*

CHRIST. LAND. } Albi ſermonum] *Ad Albium epiſtola eſt, quem circa principia epiſtolæ laudat à rectitudine iudicij ut ſibi uiam muniat ad reprehenſionem iuſtiſsimam. Vult enim hominem admonere, ut cum in bonorum affluentia conſtitutus ſit deponat ſuperuacuas animi curas.*

Candide] *Quaſi dicat rectè, quoniam in iudicio tuo nulla appareat macula.* Sermonum] *Vtebatur enim Horatius iudicio huius hominis tanquam & ueri, & doctì in ſermonibus quos ſcripſerat. Facileque crediderim poëtam ita eum laudare, quoniam in iudicando libertate uteretur Albius. Ergo laudat ut uideatur auidiſsimè audiſſe, ſiquid ab eo reprehenſum ſit & tacitè admonet ut ipſe quoque non inuitus accipiat, ſi qua in re ab eo reprehendatur.* Pedana] *A Pedo oppido.* Caſſi] *Pro Caſſij per Apocopen. Hic Parma urbe poëta fuit non ignobilis qui Brutianas eſt partes ſecutus, atque illo deuicto Athenas ſe in ſtu*

dio literarum recepit. de hoc meminit Quintilian. Syluas ſalubres] Nã & ualetudini corporis ſeruiunt & ſeceſſum ad res altiores cogitandas præbent. Dixit autem reptare, ut gradiendi inter loca arboribus, fruticibusq́ denſa difficultatem oſtenderet. Vel ponit ſyluas philoſophiæ abditas, obſcurasq́ ſententias, in quas ipſe repet: id eſt, latenter ſubeat, & tunc erunt ſalubres quoniam à morbis, id eſt, à uitijs animum purgent. Sine pectore] Sine prudentia naturali. Oſtendit enim fuiſſe in homine prima naturæ, quæ propter ſe expetenda multi philoſophi dixerint.

Artemq́ fruendi] Virtutem intelligit, quæ cum prima naturæ recepit illis fruitur. Sapere] Quod eſt ſapientiæ & doctrinæ. Et fari] Quod eſt eloquentiæ. Gratia] Vniuerſalis beneuolentia. Mundus uictus] Hoc enim requiritur ut luxus in uictu abſit mundities aſsit. Sed ſecundùm facultatem patrimonij.

Inter ſpem] Miſera illorum uita quibus inter tot perturbationes uita fluit. Grata] Sperandum non eſt. Me pinguem] Porcum ſe appellat de grege Epicuri, quia illi uoluptuoſam uitam agunt, & nihil à ſuibus diſtant. Nam præter eas uoluptates quæ aut guſtu, aut tactu percipiuntur nihil in bonis numerant. Non autem ſe talem eſſe dicit, quia ſit, ſed conatur illum à uita contraria hoc contrario abducere imitatus eos, qui curua ligna dirigunt, qui non ſunt contenti, ut ad rectitudinem reducant, niſi tantundem in contrarium flectant.

ERAS. ROT. } Id prouerbiali figura dixit Horatius & eſt perinde dictum, quaſi ſine mente. Nam ſapientiam & ingenium in pectore atq; corde cõſtituunt, unde & cordatos appellamus prudentes.

HENR. GLAR. } Scribere quod Caſſi Parmenſis] Quæ hoc loco de Caſsio ſcribunt, & Acro, & Porphyrio haud ſcio quàm probem. Ego propemodũ adducar ut credam de eo Caſsio Horatium loqui, de quo Satyra ultima libri prioris Sermonum, Vbi poëta Hetruſcum uocat, quod hi duo Parmenſem exponant.

THEOD. PVLMAN. } 4 An tacitũ ſyluas inter reptare ſalubreis. Curantem quidquid dignum ſapiente, bonoq; eſt] Horatius ſub ipſo uerborum tectorio ſanè uulgari ſententiam occultat multitudini non ſatis apertam. & ut ſub putamine nucleus latet, ita quoq; ſub ipſa uelut nuce, quæ frangenda eſt, quiddam tanquam ſalubre, eduleq́ reconditur. Puto autem ſenſum Epicureum eſſe: exiſtimat enim dignum eſſe ſapiente & bono, amœnitate & ſalubritate ſeceſſus frui, potius quàm rem familiarem auidè augere, prudentiæq́ eſſe indulgere ſibi ambulationum ſpatia delicatarum conficientem, quales in Pædana regione Tibullus habebat, qui tamen uidebatur eſſe parcior. Tu enim, inquit, qui ſapis, profectò iſta uitæ gaudia libenter uſurpabis, præſertim qui abundes, ut tibi quæſito non ſit opus, & ſcias quemadmodum ſumtum facere oporteat, & ea præditus ſis, Deorum munere, corporis forma, & dignitate, ut corpori inſeruire debeas indulgentiùs & liberaliùs. Illa enim forma curam meretur, dignaq́ eſt quæ bonis potiatur. nihil eſt, inquit, quod maius optare alumno dulciſsimo cariſsima poſſit nutricula, quàm formam & diuitias, & artem fruendi, cùm iam ſapit & eloquens eſt: inſipienti enim, & indiſerto atq; infanti facundiam, & ſapientiam nutrix ante omnia optare fortaſſe deberet: nunc utraque tibi ſupereſt. Præterea gratia, fama, ualetudo, diuitijs & diuitiarum fructui & uſuræ eſſent anteponendæ, quæ tibi abundè contigerunt. Cùm igitur iſtum ſenſum eliciam, uelut lomento quodam, & nitro detergendam puto maculam, quæ in Horatio inſedit: ſcribi enim uideo,

,, Quàm ſapere, & fari poſsit, quæ ſentiat, & cui.

Ego autem emendandum cenſeo, Cùm ſapere, & fari poſſit. ſic & Muretus lib. 1. de legibus emendauit, qui conſuluntur, cùm eſt neceſſarium. Addit porrò, cùm in humana uita quotidie ſperetur, timeatur, curarum moleſtijs, & iræ feruore hominum pectora ſolicitentur, cumq́ his crucientur perturbationibus homines potiſsimum ob opes & copias, fortunas & facultates, inter iſtos animi morbos & æſtus, quem præſentem dègis cumque diem, eum tibi ultimum putato: ſic fiet ut & non iniucundè eum traduces, nec elabi ſinas, ſed hilariter potiùs tranſigas, quàm intentus rei, in miſeria & ærumna trahas: & gratior erit poſterior ætas, quàm tibi non promittebas; nec tibi, ut in futurum incumbenti, & diuitijs inhianti, præſentis diei peribit uoluptas. Frui enim uoles paratis, ſi breuem tibi uitam ſpondeas, nec ei tempori, quod non tibi pollicebèris, uiaticum, & opes congeres. Turneb. libro primo, capite decimooctauo.

7 Dederunt] G.C.V. Dederant, H.E.B.

9 Quàm ſapere, & fari poſſit, quæ ſentiat & cui] H.B.V.

Quin ſapere, & fari poſſit, quæ ſentiat & cui, G.E.

Quàm ut ſapere, & fari poſſit, quæ ſentiat, & cui, C.

Quàm ſapere, & fari ut poſſit, quę ſentiat, & cui, Gryphij editio.

Quàm ſapere, & fari ut poſſit, quæ ſentiat, utiq; uel,

Qui ſapere, & fari poſſit, quæ ſentiat, & cui,

Lambinus legendum eſſe cenſet. 11 Et mundus uictus] Et modus, & uictus, Lambini nonnulli libri manuſcripti.

12 Iras] Iam, H.

GEORG. FABR. } Tibullo ſcribit, & requirit cauſam ocij ipſius. Maxima bona eſſe cenſet ſapientiam & eloquentiam, cùm inter uitæ moleſtias & angores, ſit mors quotidie expectanda. Quod Caſsi Parmenſis opuſcula uincat] De hoc Caſsio etiam in Serm. 1. 10.

,, Caſsi rapido feruentius amni

,, Ingenium.

Ex eius adhuc opuſculis extat Orpheus, inuentus à uiro in omnibus ſtudijs principe Petro Victorio, quod carmen ab amico ad me miſſum, hic ſubijciendum putaui, quia lepidum eſt & elegans,

CASSII ORPHEVS.

,, Argute primùm cùm plectra parentis, & auro
,, Diſtinctam ſumpſit citharam Rhodopeius heros,
,, Ridebant ſegnes pulſus, digitosq́ micantes
,, Serius, & chordis indoctæ diſſona uocis.
,, Mox pudor exardens, & gloria dulcis honeſti,
,, Luſibus auertit puerilibus, omnis & illuc
,, Perditus incumbens, Muſæ pallebat amore,
,, Et nunc maternis inhiat, nunc ille paternis
,, Cantibus, hinc illinc diſcens, dependet utrinq;.
,, Nulla Venus faciem cepit mentita doloſis
,, Compedibus: ſomni fuerat parcusq́ Lyæi:
,, Donec ridiculus dudum, modulamine ſyluas,
,, Conuulſosq́ ſuis ſcopulos radicibus egit,
,, Auſus & ire uiam mortalibus inconceſſam,
,, Pœnarum oblitos demulſit carmine manes.
,, Non leuis aſcenſus ſiquis petit ardua, ſudor
,, Plurimus hunc tollit: nocturno ex ſomnis oliuo
,, Immoritur: delet, quod mox laudauerat in ſe,
,, Qui cupit æternæ donari frondis honore.

IOD. BAD. ASCENS. } Albi noſtrorum] Hac epiſtola Albium Tibullum elegorum ſcriptorem terſiſsimum & diligentiſsimum, uno in pueros amore notatum, familiariter alloquitur, monetq́ ut in huius mundi freto nihil ſtabile eſſe putet, ſed ſic uiuat, ut quemlibet diem ſupremum ſibi cenſeat, quia bona inſperata gratiora eueniunt. Videtur autem Tibullus huiuſmodi monitis paruiſſe, nam mortis quàm ſæpiſsimè in ſcriptis ſuis meminit: præſagio (ni fallor) naturæ, nam iuuenis admodum ab ea ſublatus eſt. Ordo eſt: O' Albi amice candide] Id eſt, ſine inuidia, & arrogantia integer iudex noſtrorum Sermonum.

Quid dicam te nunc facere in regione Pædana] Id eſt, iuxta Pædum oppidum. An] Sup. Dicam te ſcribere quod uincat] Id eſt, ſuperet. Opuſcula Caſsi] Id eſt, Caſsij Parmenſis, qui ut Acron dicit aliquot generibus carminum ſtylum exercuit, inter quæ, opera elegias & epigrammata eius laudant. Fuit autem ſub Caſsio & Bruto Tribunus militum. Quibus uictis, Athenas ſe contulit. Quintus autem Varrus ab Auguſto miſſus, ut eum interficeret, ſtudentem reperit & perempto eo ſcrinium cum libris tulit. Vnde multi crediderunt Thieſten Caſſei Parmenſis fuiſſe. Scripſerat enim multas alias Tragœdias.

An] Sup. Dicam te tacituin] Id eſt, ſpeculatiuum. Reptare inter ſyluas ſalubres] Id eſt, uaria Philoſophorum ſcripta, curantem quicquid dignum eſt uiro ſapiente & bono.

Tu non eras corpus ſine pectore] Id eſt, ſine anima rationabili, quia

li, quia dij dederunt. Acro dicit dederunt mediam breuem habere, unde legendum eſt dederunt, non dederant. Quia non eſt dubium quin dederant primam corripiat. Sic in Bucol. dicitur:

Matri longa decem tulerunt faſtigia menſes.

Quod autem dicit deos dediſſe formam contra Epicureos eſt, & iſta poſſet uideri ſibi contrarius, cùm dicet ſe Epicuri de grege porcorum, niſi in prima epiſtola dixiſſet, ſe nullius iuraturum in uerba magiſtri. Tibi formam, Dij dederunt, tibi diuitias, & artẽ fruendi]*Sup. diuitijs.* Quid nutricula uoueat]*Id eſt, uouendo optet maius dulci alumno, quàm ut poſſit ſapere, & fari quæ ſentiat.* Et cui gratia, fama, ualitudo contingat abundè. Et mundus uictus, & non deficiente crumena] *Id eſt, ſacculo pecuniarum non deficiente. Valetudo dicitur à ualido pro ualitudo. Vnde ſecunda producitur.* Crede inter ſpem & curam, que] *Pro &.* Inter timores & iras omnem diem diluxiſſe tibi ſupremum] *Id eſt, ultimum, hoc eſt, ſic uiue, quaſi quotidie moriturus, quin adeò in elegis ſuis ſæpe mortis meminit, quæ immaturum abſtulit.*

Hora quæ non ſperabitur] *Id eſt, mortis.* Superueniet grata] *Id eſt, ultro uocata, uel ut quidam textus habent gratè, & eſt Ablatiuus ſolus, nam aduerbium producitur, aut uerius, ut dixit ſic.* Crede omnem diem ſupremum]*Et ita tibi de lucro.* Quia hora quæ non ſperabitur]*Id eſt, quæ præter ſpem addetur ſuperueniet grata.*

Tu uiſes]*Id eſt, uenies uiſum.* Me pinguem, & nitidum cute bene curata]*Id eſt, habentem cutem bene curatam.* Cum] *Id eſt, quando.* Tu uoles ridere porcum] *Id eſt, hominem uoluptuoſum de grege Epicuri.*

EPISTOLA V. AD TORQVATVM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPISTOLAE V.

Torquatum ad cœnam iucundam quinta uocabit.

Ordo eſt: Quinta]*Sup. Epiſtola primi libri uocabit.* Torquatum]*Aduocatum quendam amicum Horatij.* Ad cœnam iucundam] *Quam etiam iucundè deſcribit.*

ALIVD ARGVMENTVM.

Cœnæ iucundæ deſcriptio.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Inuitatio ad cœnam.

COMMENTARIA.

ACRON.

SI POTES] *Torquatum aduocatum, amicum inuitat ad cœnam.* Archaicis] *Lecti humiles ab Archaico fabro, qui non magnæ ſtaturæ dicitur eſſe.* Paluſtres] *Palus eſt iuxta Minturnas, ubi & iam Marius latuit.* Imperium fer] *Vel imperium fer dicitur, hoc ante poſcentes reges appellabantur. Inde qui ſenatui cœnam poſt prandium dabant, in Capitolio conſulem uel dictatorem rogabant, ne ad cœnam uenirent, ſe illis quod ederent domum miſſuros, ne illos, ut reges, domum deduci illis de præſentibus neceſſe eſſet.*

Ex Moſci] *Moſcus Pergamenus, fuit rhetor notiſſimus, qui reus ueneficij fuit, cuius cauſam tunc oratores egere. Nam Torquatus patronus fuit cauſarum.*

Ac docet artes]*Docet fatuè ſe loqui ebrium, & uino exhilaratum.* Corruget nares]*Moueat faſtidium. Nam quoties horret aliquis, nares contractæ rugam faciunt.* Cantharus] *Significat ſe habere uaſa argentea, in quibus ſuam imaginem quaſi in ſpeculo poſſit cernere.*

Eliminet] *Extra limen eijciat, foras limen efferat.* Quia huc *procurabo, ut uenens inuenias, aut puellam, aut puerum tibi conuenientem.*

Bruttum] *Nomina conuiuarum Torquati, uel, ut quidam Brutum & Septimium puerum.* Sed nimis arcta premunt] *Ait arte quadam moleſtum ſibi ordinem diſcumbentium propter libidinem, aut ut ſolus cum paucis ueniret.* Tu quotus eſſe uelis]*Id eſt, cùm quot comitibus ad cœnam meam uenias.* Falle]*Monet illum, ut dum cliens ſperauerit eum exiturum per portam, exeat per poſticum.*

PORPHYR.

Si potes]*Torquatum inuitat ad conuiuium. Archyas breues lectos fecit, unde Archiacos, ſicut à Boëto Boëtoos dicimus.* Nec modica cœnare times] *Dum dicit modica, & times, breuitatem cœnæ oſtendit.* Tauro diffuſa]*Oſtendit Tauro iterum conſule lecta.*

Sinueſſanumq; Petrinum] *Petrinus unicus olim in agro Phalerno, quo intelligitur ad Phalernum, Torquatum inuitare.*

Et Moſci cauſam]*Hic Pergamenus rhetor notiſſimus, reus ueneficij fuit, cuius cauſam ex primis tunc oratores egerunt, Torquatus hic, de quo nunc dicit, & Aſinius Pollio.*

Nato Cæſare feſtos]*Diui Cæſaris natalem ſignificat, id eſſe ipſe probat dicens, æſtiuam noctem, quia ille Idibus Iulijs celebratur.*

Quid non ebrietas deſignat] *Aperit.* Idoneus imperor] *Sicut iudicor dixit.*

Corruget nares: nec non & Cantharus, & lanx oſtendat tibi te]

SI POTES Archaicis conuiua recumbere lectis,
Nec modica cœnare times olus omne patella
Supremo te Sole domi Torquate manebo.
Vina bibes iterum Tauro diffuſa, paluſtreis
Inter Minturnas, Sinueſſanumq; Petrinum.
Sin melius quid habes, accerſe, uel imperium fer:
Iamdudum ſplendet focus, & tibi munda ſupellex.
MITTE leueis ſpes, & certamina diuitiarum,
Et Moſci cauſſam. cras nato Cæſare feſtus
Dat ueniam, ſomnumq; dies. impunè licebit
Aeſtiuam ſermone benigno tendere noctem.
QVO mihi fortuna, ſi non conceditur uti?
Parcus ob hæredis curam, nimiumq; ſeuerus
Aſſidet inſano, potare, & ſpargere flores
Incipiam, patiarque uel inconſultus haberi.
QVID non ebrietas deſignat? operta recludit:

bi te] *Corruget, contrahat, per quod non tantum ſordidam, ſed olentem mappam ſignificat. Deinde luxurioſè ſplendidum argẽtum ſignificat, quaſi ſpeculo oſtenderet ſeipſum conuiuæ, id eſt, imaginem ſuam.* Sed nimis arcta premunt] *Ait arctè diſcumbentium moleſtum eſſe odorem alarum eorum, qui hirci dicuntur.*

Poſtico falle clientem] *Monet ut ſilentio ueniat.*

CHRIST. LAND. } Si potes Archaicis] *Torquatum uirum diuitijs affluentem, ſed ob auaritiam partis uti non audentem ad liberaliorem uitam traducere conatur, ita tamen ut frugalitas ſeruetur, neque quæratur luxus.* Archaicis] *Vilioribus & plebeis ab Archia inſcio fabro factis.* Omne olus] *Etiam malè conditum & plebeum.*

Patella] *A' patina diminutiuum eſt.* Modica] *Modeſtia & temperata. Dat autem quod ſit epularum, quas modicas & frugales eſſe uult.* Supremo ſole] *Vltima diei parte. Illa enim hora temperati homines cibum capiebant. Virg. de Didone.*

» *Nunc eadem labente die conuiuia poſcit.*

Tauro] *In conſulatu Tauri. Iterum Tauro, id eſt, in ſecundo Tauri conſulatu. Ergo non multum uetuſta.* Paluſtres Minturnas]

» *Nam hæc urbs inter paludes ſita erat.*

Iuuenalis:

» *Minturnarumq; paludes.*

In his autem locis uina deteriora ſunt. Sinueſſanum] *Quoniam is locus in agro Sinueſſano ſit. Eſt autem Sinueſſa non procul Minturnis. Ponit autem hæc uiliora, ne dum illum abundantiùs rebus ſuis uti admonet forte credat ſe in luxum aduocari.*

Si melius quid habes arceſſe] *Id eſt, uoca ad te, uel.* Affer] *Id eſt, ſuffer meum imperium, id eſt, obtempera mihi.* Splendet focus] *Nitet domus multa ſupellectili, ut ſit poſitus focus pro domo. Vel nitet focus, quia ligna tibi abundè ſunt, quibus focus igne ſplendere poſſit. Sed prima ſententia melior, quia ſequitur, & tibi munda ſupellex. Sententia eſt ut cùm abundet ſupellectili & diuitijs uelit illis quandoque uti.*

Leues ſpes] *Nam quia ſperat ingentiſſimas pecunias accumulare abſtinet illis uti. Sed ſunt ſpes leues, id eſt, rerum leuium & mutabilium, uel hominis leuis.* Certamina diuitiarum] *Conatus quos ſumis ut diuitias acquiras. Certas enim ne quis ditior ſit.*

Moſchi] *Moſchus Pergamenus orator ſummus inſtituebat pueros. Ac demum ueneficij reus factus à plurimis oratoribus defenſus eſt. De hoc Meminit Quintilianus.*

Nato Cæſare] *Idibus Iulij natus eſt, quem diem Romani feſtum celebrabant.* Impunè] *Quia nemini nos reprehendere licebit.* Aeſtiuam] *Quippe quæ in ipſis Iulijs edibus eſſet.*

Fortuna] *Pro diuitijs poſuit, quæ cum non propter ſe expetendæ ſint, ſed ut illis ad noſtra commoda comparanda poſſimus uti fruſtrà poſſidentur, niſi utamur.* Parcus] *Deeſt ſi & compone in hunc ordinem. Si aliquis parcus, id eſt, auarus ob curam hæredis, id eſt, quia cupiat me omnia conſeruare hæredibus, & nimium ſeuerus, id eſt, nimis grauis cenſor.* Aſſidet] *Id eſt, non diſcedit à me ne ego patrimonium profundam.* Inſano] *Id eſt, nimio in ſumptu, quaſi dicat, prohibet me ab adminiſtratione bonorum ueluti ſi inſanus, furioſus'ue ſim. Si ergo ita me prohibere tentat ego contra faciam. Nam incipiam potare, & uti lautiore conuiuio, id enim ſignificat per florum copiam, & patiar haberi, id eſt, exiſtimari inconſultus, id eſt, parum cautus in meis rebus. Nam ſi conſulti ij dicuntur, à quibus conſilium petitur, ille erit inconſultus cuiusra-*

Spes iubet eſſe ratas, in prælia trudit inermem.
Sollicitis animis onus eximit: addocet artes.
FOECVNDI calices, quem non fecêre diſertum?
Contracta quem nō in paupertate ſolutum?
Hæc ego procurare, & idoneus imperor, & non
Inuitus: ne turpe toral, ne ſordida mappa
Corruget nareis: ne non & Cantherus, & lanx
Oſtendat tibi te: ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet: ut coëat par,
Iungaturq; pari. Brutum tibi, Septimiumq;,
Et niſi cœna prior, potiorq; puella Sabinum
Detinet, aſſumam. locus eſt & pluribus umbris.
Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ.
Tu, quotus eſſe uelis, reſcribe, & rebus omiſſis,
Atria ſeruantem, poſtica falle clientem.

tionem appetitus nunquàm conſuluit. Quid non ebrietas. *Alterum ex tremorum laudat, ut hunc hominẽ ab altero abducat, & in mediocritate in qua uirtus eſt collocet.* Deſignat] *Demonſtrat, unde conſules deſignati dicuntur.* Spes ratas] *Firmas, indubitabiles.* Ad prælia trudit] *Nam accenduntur ſpiritus, unde pellitur timor.* Diſertum] *Nam eloquentiores reddit uinum homines, ac etiã qui anguſta paupertate premuntur liberat à curis.* Nec imperor] *Quia hæc mihi ratio imperat.* Idoneus & nō inuitus] *Nam qui à ratione imperatur is inſtitutus ad rem eſt, & bene uolens agit. Quia ingreditur iam ad uirtutem, & per electionem agit.* Toral] *Neutrũ generis ut ceruical. Eſt autem ueſtis, qua torus ornatur.* Mappa] *Qua menſa ſternitur.* Corruget nares] *Id eſt, Moueat faſtidium & nauſeam inducat, tunc enim retegitur os, operiuntur oculi, & naſus in rugas contrahitur, cum aliquid ſordidum oſtendit. Imperat enim ratio, non ut nimio luxu laſciuiat in conuiuio, ſed ut uitet ſordes.* Cantarus & lanx] *De quibus dictum eſt.* Oſtendat tibi te] *Oſtendat qualis ſis, id eſt, demonſtret tuas facultates, quaſi dicat, nec maioris, neq; minoris comparata ſint quàm conueniat tuis facultatibus. Vel adeò terſa ſint ut tanquam in ſpeculo in illis tuam imaginem contempleris. In ſententia uide luxuriem abeſſe, munditiam adeſſe.* Ne fidos] *Deſcripſit quale præparet conuiuium. Nunc addit conuiuas ita eligere ut omnes fidi inter ſe ſint, neq; quiſquam.* Eliminet] *Id eſt, extra illud limen proferat, quæ in conuiuio dicuntur. Nam multa dicuntur ex hilaritate uini, quæ diſſeminanda minimè ſunt.* Vt coëat par] *Compone ſic. Inſtituam conuiuas Brutam puellam, & Septimium, ut par pari iungatur.* Niſi te Sabinum detinet prior] *Id eſt, melior cœna & potior puella.* Locus pluribus umbris] *Id eſt, plures ſunt loci in meo rure, qui umbris operti bellè nos recipere poſſint.* Sed nimis arcta] *Sed eligamus loca apertiora. Nam arctiora premuntur malo odore caprarũ. Vel dicamus umbris quaſi ſcurris, ut ſuprà in ſermonibus dixit. Cùm Seruilio balatrone Vibidius, quos Mecœnas abduxerat umbras. Deinde ponet olidas capras pro mordacib. ſcurris, ut moneat ſi ſcurras uelit ducere non ducat mordaces. Nam premunt tetro odore conuiuium.* Quotus eſſe uelis] *Quaſi dicat, ſcribe cuius fortunæ homines tibi conuiuas adhibeam. Nam ſi cupis digniores te, eris poſtremus, ſi inferiores eris primus.* Omiſsis rebus] *Relictis negocijs & cauſis.* Atria ſeruantem] *Aſſunt tibi clientes, qui in atrio tuo te expectant ut te conſulant, & ſuas tibi cauſas commẽdent, tu autem illos falles. Nam non illac domum egredieris, ſed per poſticum, ne te egredientem intueantur. Sic enim olim expectantem Ciceronem auxilium contra Clodium imploraturum Pompeium feſelliſſe dicunt.*

ERAS. ROT. } *Corrugare nares dicuntur, quæ bilem offendunt.* Quid non ebrietas] *Plinius ſcribit lib. 14. cap. 22. uinum uſq; adeò mentis arcana prodere, ut mortifera etiam inter pocula loquantur homines, & ne per iugulum quidem redituras uoces contineant. Lege Prouerb. In uino ueritas.* Ne fidos inter amicos] *Ex conuiuio nihil foras effutire, ubi Horatius inter uarias conuiuij commoditates commemorat. Eraſ. in prouerb. Odi memorem compotorem.* Pluribus umbris] *Ad hoc prouerbium alluſit Horatius quod Græci dicunt σκιαί, id eſt, umbra.* Sed nimis arcta] *Et ibi ad prouerbium alluſio quod eſt: Septem conuiuium, nouem conuitium.*

ALD. MAN. } Brutum tibi Septimiumq;] *Aldus Brutam legit, quæ uidetur fuiſſe amica Septicij, uel ſi mauis Septimij, nam utrunq; legitur. Eſt autem ordo: ut par coiat, & iungatur pari,*

pari, adſumam tibi Brutam & Septicium, & Sabinum, niſi prior cœna & potior amica detinet illum ſcilicet eſt locus & pluribus umbris, id eſt, conuiuis, ſed capræ olidæ, id eſt, graue olentes, premunt, hoc eſt, offendunt conuiuia nimis arcta, & hoc propter malum odorem, qui ſolet emitti: cùm concauitas illa quæ ſub alis eſt, nimis incaleſcit: Hæc Aldus.

SABELLICVS. } Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ] *Quo ſignificat conuiuas & coëpulones nimis arctè diſcumbentes, nimisq; ob numeroſam multitudinem conſtipatos in menſa lædi fœtore moleſtiſsimo, qui modò hircus, modò caper, modò tragos nominatur è poëtis, namq; ut autor eſt Cenſorinus in ſecundo annorum hebdomade uel incipiéte tertia, uox craſsior fit, & inæqualibilis, quod antiqui Latini dicunt hirquitallire, & inde ipſos putant hirquitallos appellari, quod tunc corpus hircum olere incipiat. Ariſtot. id quod Latinè hirquitallire dicitur, Græcè uocat tragigin libro 7. de Animalibus, quàm dictionem interpres Ariſtotelicus in Latinum uertens caprire dixit. Idem Ariſtotel. in Problematis autor eſt uirtus hirci illos redolere, qui rem agunt ueneream, quinq; in ætate ſunt, quæ Veneri ſufficiat, inde fœtorem alarum hircum uocitamus, quæ omnium maximè partium noſtri corporis malè olent, propterea quod immobiles, inexercitatæq; habẽtur, hinc eſt illud ab Horatio dictum eleganter in Epodo:*

„ *Cubat hircus in alis.*

Catullus caprum appellat illo uerſiculo:

„ *Valle ſub alarum trux habitare caper.*

A' Martial. tragos Græcè nuncupatur. Inde tragos celereſq; pili mirandáq; matri barba, & quoniam hircus maritum ſignificat capellarum, & accipitur pro graueolentia, luculentè & feſtiuè dixit Ouidius:

„ *Offendat nares, uirq; paterq; gregis.*

Cùm fœtorem hircinum ſignificare uoluiſſet, & ita ab Horatio poëtica quadam uenuſtate olidæ capræ appellantur, malè olentes conuiuæ: ab hirco, hircoſus deriuatur. Perſius:

„ *Hic aliquis de gente hircoſa centurionum.*

PHILOLOGVS. } Vt coëat par, Iungaturq; pari Brutum tibi Septimiumq;. Et, niſi cœna prior, potiorq; puella, Sabinum Detinet, aſſumam. Locus eſt & pluribus umbris. Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ. Tu quotus eſſe uelis reſcribe] *In quibuſdam exemplaribus legitur* Brutum tibi, Septicium q;. *Sed quoniam præcedit,* Vt coëat par, *iungaturq; pari, & ſequitur,* Et niſi cœna prior, potiorq; puella Sabinum detinet, Brutam *imprimendum iuſsimus, quæ uidetur fuiſſe amica Septitij, uel ſi mauis Septimij, nam utrunq; legitur. Deinde quod in uno tantum legi exemplari,* Aſſumam *pro ad ſummã reponendũ curaui, præſertim, quod ſi* ad ſummam *dixeris, aliquod deſideratur uerbum. Eſt autem ordo,* ut par coëat, & iungatur pari, aſſumam tibi Brutam, & Septicium, & Sabinũ, niſi prior cœna & potior puella detinet, ipſum, ſcilicet. eſt locus & pluribus umbris, id eſt, conuiuis, ſed capræ olidæ. *Id eſt, graue olentes premunt, hoc eſt, offendunt conuiuia nimis arcta, & hoc propter malum odorem, qui ſolet emitti, cùm concauitas illa, quæ ſub alis eſt, nimis incaleſcit. Vnde Catullus:*

„ *Lædit te quædam mala fabula, quæ tibi fertur,*
„ *Valle ſub alarum trux habitare caper.*

Vmbra uerò pro conuiua nonnunquam accipitur, ut hic & in ſermonibus Satyra poſtrema,

„ *Summus ego & prope me Viſcus Turinus, & infrà,*
„ *Si memini, Varius, cum Seruilio Balatrone*
„ *Vibidius, quos Mecœnas adduxerat umbras,*
„ *Nomentanus erat ſuper ipſum: Porcius infrà,*
„ *Ridiculus totas ſimul abſorbere placentas.*
„ *Nomentanus ad hoc, ut ſi quid forte lateret,*
„ *Indice monſtraret digito.*

Quæ carmina ideò etiam adpoſui, ut conſtruerem. Eſt enim ordo: Summus ego (eram in mẽſa) & prope me Viſcus Turinus, & ſi memini, infrà (erat) Varius, & Vibidius cum Seruilio Balatrone. Nomentanus erat ſuper Mecœnatem, Porcius ridiculus abſorbendo totas placẽtas (erat) infrà, Nomentanus ad hoc, ut digito indice monſtraret, ſi quid (cibi ſuauis) fortè lateret, Quos ipſe Mecœnas adduxerat umbras, hoc eſt, ſecum duxerat ad conuiuium. Conuiuæ autem umbræ dicuntur, quod ſequantur inuitatos in conuiuium non ipſi etiam inuitati, ut umbra corpus. Quẽ morem Plutarchus Conuiuiorum libro 7. ſic ſcribit, τὸ δὲ τῶν ὑποκλήτων ἔθος, οὓς νῦν σκιὰς καλοῦσιν, οὐ κεκλημένους αὐτοὺς, ἀλλ' ὑπὸ τῶν κεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἀγομένους. ἐζητεῖτο πόθεν ἔσχε τὴν ἀρχήν. ἐδόκει δ' ἀπὸ Σωκράτους Ἀριστόδημον ἀναπείσαντος, οὐ κεκλημένον εἰς Ἀγάθωνος ἰέναι σὺν αὐτῷ, καὶ παθεῖν τι γελοῖον. (ἔλαθε γὰρ κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπολειφθεὶς ὁ Σωκράτης) ὁ δὲ προσῆλθεν ἀτεχνῶς σκιὰ προβαδίζοντος σώματος ἑπομένη τὸ φῶς ἔχοντος. *Sed hæc Eraſmus meus Roterodamus prouerbiorum Chiliade prima, quæ octo abhinc menſes curaui imprimẽda prouerbio nono, doctè ut omnia, & copioſè docet. Inde igitur petat, qui hæc melius ſcire uoluerit.*

HENR. GLAR. } Vina bibes iterum Tauro diffuſa] *De T. Statilio Tauro hoc intelligo, qui Coſ. primùm fuit Anno ab urbe cond. 728. cum Cæſare Auguſto 8. Cæterùm iterũ Conſulem, alicubi ſubrogatum puto. Nam in catalogo non refertur.*

THEOD. PVLM. } 1 Archaicis] *C. & editio Aldina. Mihi uidetur per Archaicos lectos Græco uocabulo priſcos intelligi, & antiquæ conſuetudinis, non recentis luxuriæ. Id enim ipſa uox ſignificat, quæ alio nomine* παλαιὸς *quoq; dicitur. Hæc Pet. Nannius Miſcell. lib. 4. Vide Franc. Luiſim Parergon lib. 3. cap. 1.* Archiacis, *H.G.E.B.V. Archiacos lectos arbitror eſſe humiles, paruos, inelegantes, non ſumtuoſos, ab Archia artifice ſic uocatos, ut Seneca uocat lectos Sotherici, de artificis nomine, rudes, impolitos, inelegantes, antiquos. Turneb. lib. 1. cap. 18.* 2 Nec modica cœnare times olus omne patella] *Dixit, quòd magnifici ciues grandes habebant patinas, ut in Perſio, (Sat. 2.)*

„ *—Sed grandes patinæ, tucetáq; craſſa.*

Sed & olerum, & heluellarum cœna, erat pauperum & plebeiorũ, quam appellat terreſtrem Plautus, quia olera terra naſcũtur, ideóq; terra nata à Cicerone nominantur. Ita autem comicus in Captiuis, (ſcena Aduorte animum,) facetè iocatur.

„ HEG. *Terreſtris cœna eſt.* PAR. *ſus, terreſtris beſtia eſt.*
„ HEG. *Multis oleribus.* PAR. *curato ægrotos domi.*

Turneb. lib. 1. cap. 18. 4 Vina bibes iterum diffuſa] *H.G.E.B.V. Vinum diffuſum eſt, quod in amphoras, & cados apothecarum ad aſſeruandum fuſum eſt. Vide Turneb lib. 1. cap. 1.* Defundere, *C. Quæ lectio heic locum non habet.* Nam defendere eſt, *de dolio in craterem, aut de cratere in paterã, uel trullam fundere, & bibere. Vide Annot. ad uerſum 58. lib. 2. Satyr. 2.* 6 Sin melius quid habes, arceſſe, uel imperium fer] *Valet, ſi meliorem habes cœnam, uoca me conuiuam, uel pare mihi uocanti, ſi non habes. Turneb. lib. 1. cap. 18.* Si melius] *H.B.C.V.* Arceſſe, non acceſſe, *H.G.E.B.C.V.* 12 Quò mihi fortuna] *H.G.E.B.C.V.* Quò mihi fortunas, *& Muretus, & Lãbinus legendum eſſe cenſent.* Quò mihi fortuna eſt, *Aldina editio. Ex Lambini libris manuſcriptis alij habent,* fortuna: *alij,* fortunam: *alij* fortuna eſt.

17 ——In prælia trudit inermem.

——Ad prælia trudit inermem] *B.C.* Ad prælia trudit inertem, *H.V.* 22 Ne ſordida] *G.H.B.C.* Nec ſordida, *E.V.*

23 Ne non] *H.G.E.V.* Nec non, *C.B.*

26 ——Brutum tibi, Septimiumq;.

——Butam tibi, Septiciumq;, *H.G.C.V.*

Brutam tibi, Septiciumq;, *E.B.*

28 Detinet, aſſumam, locus eſt, *H.*

Detinet, ad ſummam locus eſt] *G.E.B.C.V.*

M. ANT. MVRET. } 12 Quo mihi fortuna, ſi non conceditur uti?] *Lege,* Quò mihi fortunas, ſi non conceditur uti? *uerò, cur ita legi debeat, multæ ſunt cauſſæ: quas minimo negotio uidere intelligentes poſſunt.*

GEORG. FABR. } *Inuitat amicum ad cœnam, quæ ſit pauci cibi, uini optimi. Vocat autem ideò, ut eum auocet à ſtudio pecuniæ, & perbellè ſe bonum ſtructorem, & mundum hoſpitem eſſe docet.* Si potes Archaicis] *Ex Halicarnaſſæo hunc locum uerè emendarunt Luiſinus & Lambinus,* τραπέζαις ξυλίναις

ἀρχαϊκά, uilet & antiquo modo factæ. Quò mihi fortunam? ſi non conceditur uti] Alij diſputant hic de alio caſu, alij de alio numero: ego ſequor Lex. Bonamicum, qui ad conſtituendam hanc lectionem, adducebat illud ex Cicerone ad Gallum, Martis ſignum quò mihi? pacis auctori. Quo? in quem uſum, in quem finem? Ne turpe toral] Ea ratione, qua alibi, focal, dicit antiquè.

IOD. BAD. ASCENS. } Si potes &c.] Ordo eſt: O' Torquate ſi tu potes] Exiſtens conuiua meus Recumbere lectis Archaicis] Id eſt, rudibus ab imperito fabro ſic denominatis. Nec times cœnare omne holus] .i. ita quod nihil remaneat in modica patella. Ego manebo] .i. expectabo te domi. Supremo] .i. extremo. Sole] Hoc eſt, ſub occaſum Solis. Tu bibes uina diffuſa Tauro] Sup. exiſtente. Iterum] Id eſt, ſecundùm Conſule] Sup. hoc eſt, ſecundo conſulatu Tauri, diffuſa dico inter paluſtres minturnas, in quibus Marius delituiſſe dicitur, & Petrinum oppidum Sinueſſanum, iuxta Sinueſſam de qua primo Sermone:

„ Plotius & Varius Sinueſſæ Virgiliuſq́
„ Occurrunt. —

Hoc eſt, bibes uinum modicum in paludoſis locis natum. Si habes quid] .i. aliquid ſup. uini. Melius accerſe] .i. uoca me, ut ſim tibi hoſpes, uel fer imperium meum, qui cum tibi ſim hoſpes etiam rex fuero. Nam paſcentes] Hoc eſt, alios accipientes dicebantur reges, quocirca qui ſenatui cœnam dabant, rogabant conſules, aut dictatorem ne ad cœnā uenirent, ſed ad illos mittebant partem cœnæ, ut qui domi reges erant, ſint coacti illos domum deducere, & ita comites fieri ex regibus. Focus ſplendet accenſo] Scilicet, igni iamdudum. Et ſupplex eſt munda] .i. mundata. Tibi] .i. propter aduentum tuum. Mitte] .i. omitte, delinque. Spes leues] Id eſt, de leuibus rebus. Et certamina diuitiarum, & cauſam] Id eſt, defenſionem cauſæ. Moſchi] Illius diuitis. Dies feſtus Cæſare nato] Id eſt, quo Cæſar natus eſt, hoc eſt, natalis Cæſaris, dat cras ueniam & ſomnum. Licebit impunè] .i. liberè extendere noctem æſtiuam. Quæ breuis eſt benigno ſermone] .i. amica confabulatione. Quo] .i. ad quid ſup. optem fortunam (uel ſi legatur fortuna propter penthimemerim, dic Quo] .i. ad qd ſup. Detur mihi fortuna] .i. diuitiarum copia) ſi non conceditur Vti?] Quaſi dicat ad nihil. Parcus] Id eſt, parcè uiuens. Et nimium ſeuerus ob curam hæredis, aſſidet inſano] Id eſt, proximè accedit ad inſaniam. Ego incipiam potare, & ſpargere flores, & patiar haberi] Id eſt, reputari. Vel] Id eſt, etiam. Inconſultus] Id eſt, bibam quaſi ad ebrietatem. Quid ebrietas non deſignat] Id eſt, aperit quod ſignatum & clauſum erat? q.d. nihil non deſignat, ſed quidlibet Ipſa recludit] Id eſt, reſerat. Operta] Id eſt, occultata. Iubet ſpes eſſe ratas] Id eſt, firmas. Et trudit] Id eſt, impellit inermem ad prælia: unde dicitur in Georg.

„ Bacchus & ad culpam cauſas dedit.

Vnde etiam Baccho cornua dantur. Et eximit] Id eſt, demit animis ſollicitis. Onus] .i. ſollicitudinem. Ac docet artes] Quia ebrij confidentiùs loquuntur, & plura ſcire ſe putant quàm cum ſobrij. Quem calices fœcundi] Id eſt, magna pocula uini plena. Non fecere] Id eſt, fecerunt. Diſertum] Id eſt, diſertè loquentem. q.d. neminē, & ita quemlibet faciunt diſertum. Quem non fecere ſolutum] .i. quem non ſoluunt in paupertate contractum. Ego imperor] .i. iubeor hæc procurare exiſtens idoneus & non inuitus. Hæc dico] .ſ. Ne toral] .i. quod toro ſuperponitur turpe. Et ne mappa ſordida, corruget] .i. in rugas trahat præ nauſea. Nares conuiuarum, necnon] .i. etiā imperor procurare, Vt cantharus] .i. Oenophorum quo uinum afferam, & lanx, quæ cibus affertur. Oſtendat tibi te] .i. tam pinguis ſit ut tanquam in ſpeculo in ea te uideas, uel oſtendat facultates tuas ut iuxta menſuram opum tuarum ſit Cantharus magnus aut paruus, & ſimiliter lanx. Et imperor procurare, ne ſit qui eliminet] .i. extra limen domus ferat foras, dicta inter fidos amicos. Item ut par iungatur, & pro] .i. iungatur pari, adduc ſup. tibi Brutum & Septimium paratos, & etiam Sabinum, niſi prior cœna, & potior puella detinet ipſum. Ad ſummam] .i. ut extremam potentiam dicam. Locus eſt] Sup. mihi. Et] .i. etiam. Pluribus umbris] .i. umbratici ui ris, hoc eſt, paraſitis & mimis. Sed capræ olidæ] .i. fœtores caprini, ſeu hircini ſub alis, de quibus in annotationibus ſuis latè Beroaldus. Premunt conuiuia nimis arcta.] Hoc eſt, ne tamen fœtorem afferant tot conuiuæ, paucioribus ſim contentus. Tu reſcribe quotus uelis eſſe] .i. quot tecum conuiuas adducere. Et omiſſis rebus] .i. negocijs tuis. Falle poſtico] Id eſt, egrediendo. Per poſticum] .i. oſtium poſterius. Clientem] .i. conſultorem à te defendendum. Seruantem] .i. obſeruantem & cuſtodientem. Atria] .i. priorem partem domus, per quam te putat egreſſurum.

. Hunc aũt locum quantum ad capras, ita annotauit Beroald. Apud Horat. in 1. epiſtolar. lib. uerſus ille notiſſimus eſt. Sed nimis arcta &c.] Quo ſignificat conuiuas & compulones nimis arctè diſcumbētes, nimiſq́ ob numeroſam multitudinē conſtipatos in menſa, lædi fœtore moleſtiſſimo, qui modò hircus, modò caper, modò tragos nominatur à poëtis: namq́ ut author eſt Cenſorinus in ſecunda annorum Hebdomade, uel incipiente tertia uox craſſior, fit & inæqualis, quòd antiqui Latini dicunt hirquitallire, & inde ipſos putāt hirquitallos appellari, quòd tunc corpus hircum olere incipiat. Ariſtot. id quod Latinè hirquitallire dicitur. Græcè uocat tragizein lib. 7. de Animal. quam dictionem interpres Ariſtotelicus in Latinum uertens, caprire dixit. Idem Ariſtot. in Problematis author eſt uiros hirci illos redolere, qui rem agūt Venereā, quiq́ ea ætate ſunt, quæ Veneri ſufficiat, inde fœtorem alarum hircum uocitamus, quæ omnium maximè partium noſtri corporis malè olent. Propterea quòd immobiles, inexercitatæq́ habentur. Hinc eſt illud ab Horatio dictum eleganter in Epodo,

„ Cubat hircus in alis. Catullus caprū appellat illo uerſiculo.
„ Valle ſub alarum trux habitare caper.
A Mar. tragos Græcè nuncupatur.
„ Inde tragos celereſq́ pili, mirandaq́ matri barba.

Et quoniam hircus maritū ſignificat capellarum, & accipitur pro graueolentia, luculentè & feſtiuè dixit Ouid.

„ Offendat nares, uirq́, paterq́ gregis.

Cùm fœtorem hircinum ſignificare uoluiſſet: & ita ab Horat poëtica quadam uenuſtate olidæ capræ appellantur, malè olentes conuiuæ. Ab hirco, hircoſus deriuatur Perſius:

„ Hic aliquis de gente hircoſa centurionum.

EPISTOLA VI. AD NVMICIVM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPISTOLAE VI.

Normam uiuendi tibi monſtrat ſexta Numici.

Ordo eſt: O' Numici ſexta] Sup. Epiſtola. Monſtrat tibi Normam] Id eſt, regulam. Viuendi] Sup. rectè & ſapienter. Tradit enim multos monitus ſanctiſſimos qui legentibus patebunt.

ALIVD ARGVMENTVM.

Sapiens nihil commouebitur rebus terrenis, ſed ne cœleſtibus quidem.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Cupiditas uitanda.

COMMENTARIA.

ACRON.

NIL admirari] *In hac epiſtola docet uicturum feliciter eum, qui ſine admiratione omnia habiturus ſit. Vt enim omnem ſollicitudinem ex cupiditatibus naſci non dubium eſt: ita beatitudinem in contemptu diuitiarum conſtitutam eſſe ait.*

Dona Quiritis] *Id eſt, populi dona.* Quo ſpectanda modo] *Quo ſcilicet iudicio utrobique in ſpe conſequendi, ex quibus aut gratia, aut odium contingit.*

Torpet] *Id eſt, ſtupore hebet & deficit.* Proferat] *Si ita, inquit, contemnimus uirtutem.* *Senſus eſt: Vt inueniuntur diuitiæ, ita & pereunt. Virtus ſola perpetua eſt.* Morbo tentantur acuto] *Si, inquit, contemnis uirtutem, ut non ſummum bonum eam, ſed uerba tantùm exiſtimes: & ſi religionem ſpernis, ut lucos ſacros nihil aliud, quàm ligna putes: relinque hæc, & uide ne quis negociator ſuo nauigio ante occupet portum, & uide ne perdas negocia, quæ exercere potes in Bithynia: & Cybiratica, quæ ſunt apta negociatoribus loca, ſunt enim transmarina.* Virtutem] *Senſus eſt, ſi uis carere uitijs, fuge illecebras.* Putas] *Videtur de his dicere, qui laudant philoſophiam, nec ſequuntur, ut ſacrilegi dicunt lucum tantùm eſſe ligna.*

Mille talenta rotundentur] *Notandum rotundentur, id eſt, compleantur. Omne enim quòd rotundum eſt, ab omni parte perfectum eſt.* Scilicet uxorem] *Per ironiam, hoc dicunt, qui uolunt philoſophari.* Mancipijs locuples] *Senſus eſt: Nolo ergo talis ſis, qualis Cappadocum rex, qui una re abundet, cæteris eget: ſed philoſophiam ſequere, cui nihil deeſſe poteſt.*

Exilis domus] *Irridendi animo hoc dicit, dum reprehendit ſuperuacua auaritiæ.* Si res] *Si prouincia, ut irridendo magis hortetur.* Mercemur ſeruum] *Dicit enim quòd emptitius cum domino ambulans, in multitudine, hunc & hunc in latus fodiendo dicit: Date locum domino meo.* Trans pondera] *Pondera, lapides qui porriguntur per uias: uel qui per latera expoſiti altiores ſunt. Et eſt ſenſus: Qui manum porrigant, tranſituro.* Vt cuique eſt ætas] *Hortatur unumquenque honeſtatem amantem, ut omnem hominẽ, prout ætas eius expoſcit, illum alloquatur.* Gargilius] *Luxurioſus ac perditus fuit, qui ſe uenari ſimulabat, dum emeret apros.*

Cerite cera] *Cerites populi ſunt, quos cùm uiciſſent Romani, ſtatuerunt ut nunquam leges ederent, nec leges haberent: quod multùm ignominioſum fuit. Et per hoc, ſecundum ſectam uoluptuoſorum, poſt ponamus omnem honeſtatem, & ſimus in numero Ceritum, id eſt, ſine lege.*

Vlyſſei] *Vlyſſes delatus ad inſulas, in quibus per oues, Solis reſponſum accepit, ut ſi uellent remeare, non contingeret, illi præſentem uoluptatem, quàm patriam elegerint.*

PORPHYR. } Nil admirari] *Scribit non amare ſe unam ſectam, plus alia. Nil admirari, nulli ſectæ obligatum ſe ait: Ideo quòd nulla naturæ res perturbationem animis parat, quàm ſi quis alia, tanquam bona concupiſcat, alia tanquam mala timeat. Eum ergo qui ſe in rebus omnibus gratiæ, odioq́ꝫ exemerit, ſecurum uiuere poſſe ſignificat.* Inſani ſapiens nomen ferat] *Perinde pronunciandum, ac ſi ferè dixiſſet.* Et artes ſuſpice] *Subdiſtingue.* Gaude quod ſpectant oculi] *Hoc in gloriæ cupiditatem dicit.* In apricum] *Id eſt, in apertum: in lumen et ſolem.* Porticus Agrippæ] *In Agrippæ enim porticu, & in Appia uia maximè conſpicui uidentur. In his ergo conſpicio, ait, eandem eſſe ad mortem uiam, qua peruenerunt etiam reges Romani.*

Si latus aut renes] *Ad rectè uiuendum uirtutem ſolam proficere, alias deinde res ſic optat, quomodo conſequatur. Dicit diuitias primùm, deinde honorẽ, & gratiam, deinde cœnas: non inuenuſtè uſus ad omnia deſpicienda, rerum contumelia, illata mentione cœnarum.* Omiſſis Hoc age delitijs] *Si ita contemnis uirtutem, ut non ſummum bonum eam, ſed uerba exiſtimes: ſi religione non moueris, ut lucos ſacros ita in hoc putes ſtare, ut ligna hominibus præſtent, linque hæc, & quæ miraris ſequere.* Decorat ſuadela Venusq́ꝫ] *Ordo,* Et Venus & ſuadela. *Suadela & epitheton eſt Veneris, quæ à Græcis πειθὼ à nobis Venus accipitur.* Eget æris] *Hoc ait, noli committere, ut egeas, quod optimum ducis.* Cerite cera Digni] *Hoc ideo, quia uictis Ceritibus Romani, in percutiendo fœdere non dederunt ſuffragij ferendi ius, quod ignominioſum fuit.* Remigium uitioſum Ithacenſi] *Μετωνυμία, ſocios eius dicit, quos uitioſos ideo ait, quia nec apud Vlyſſi Circen poculis eius, nec apud Sirenas cantibus ſibi temperare potuerunt.* Si Mimnermus uti cenſet] *Mimnermus elegans ſcriptor fuit quidam, ecloga Hieronymi ſectam commendans, ſummum bonum ait indolentiam, quam Græcè, ἀνεπάθειαν nominat. Moleſtias amores plus, quàm gaudij habere demonſtrat.*

NIL admirari, propè res eſt una Numici,
Solaq́ꝫ, quæ poſſit facere, & ſeruare beatum.
Hunc ſolem, & ſtellas, & decedentia certis
Tempora momentis, ſunt qui formidine nulla
Imbuti ſpectent. quid cenſes munera terræ?
QVID maris extremos Arabas ditantis, & Indos?
LVDICRA quid, plauſus, & amici dona Quiritis?
Quo ſpectanda modo, quo ſenſu credis, & ore?
Qui timet, his aduerſa ferè miratur eodẽ,
Quo cupiẽs, pacto. pauor eſt utriq́ꝫ moleſtus,
Improuiſa ſimul ſpecies exterret utrunq́ꝫ.
Gaudeat, an doleat: cupiat, metuat'ne, quid ad rem,
Si, quidquid uidit melius, peius'ue ſua ſpe,
Defixis oculis, animoq́ꝫ & corpore torpet?
Inſani ſapiens nomen ferat, æquus iniqui,
Vltra, quàm ſatis eſt, uirtutem ſi petat ipſam.
I nunc: argentum, & marmor uetus, æraq́ꝫ, & artes
Suſpice: cum gemmis Tyrios mirare colores:
GAVDE, quòd ſpectant oculi te mille loquentem,
Gnauus mâne forum, & ueſpertinus pete tectum:
Ne plus frumenti dotalibus emetat agris
Mutius: indignum, quòd ſit peioribus ortus:
Hic tibi ſit potius, quàm tu mirabilis illi.
QVICQVID ſub terra eſt, in apricum proferet ætas,
Defodiet, condetq́ꝫ nitentia. cùm bene notũ
Porticus Agrippæ, & uia te conſpexerit Appi,
Ire tamen reſtat, Numa quò deuenit, & Ancus.
Si latus, aut renes morbo tentantur acuto,
Quære fugam morbi. uis rectè uiuere? quis non?
SI VIRTVS hæc una poteſt dare, fortis omiſſis
Hoc age delitijs. uirtutem uerba putas, ut
Lucum ligna? caue ne portus occupet alter,
Ne Cybiratica, ne Bithyna negocia perdas.
Mille talẽta rotundentur, totidẽ altera: porrò
Tertia ſuccedãt, & quæ pars quadret aceruũ.
SCILICET uxorem cum dote, fidemq́ꝫ, & amicos,
ET GENVS, & formam regina pecunia donat:
Ac bene nummatum decorat Suadela, Venusq́ꝫ.

Mancipijs locuples, eget æris Cappadocum rex.
Ne fueris hic tu. chlamydes Lucullus, ut aiũt,
Si poſſet centum ſcenæ præbere, rogatus,
Quî poſſum tot? ait: tamen & quæram, & quod habebo
Mittam. POST paulò ſcribit, ſibi millia quinque
Eſſe domi chlamydum: partem, uel tolleret omnes.
Exilis domus eſt, ubi non & multa ſuperſunt,
Et dominum fallunt, & proſunt furib. ergo
Si res ſola poteſt facere, & ſeruare beatum:
Hoc primus repetas opus, hoc poſtremus omittas.
Si fortunatum ſpecies, & gratia præſtat,
Mercemur ſeruum, qui dictet nomina, ſæuũ
Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextram
Porrigere, hic multum in Fabia ualet, ille Velina:
Cuilibet hic faſceis dabit, eripietq; curule,
Cui uolet, importunus ebur, frater, pater, adde
Vt cuiq; eſt ætas, ita quenq; facetus adopta.
Si bene q cœnat, bene uiuit: lucet: eamus,
Quò ducit gula, piſcemur: uenemur. ut olim
Gargilius, qui mâne plagas, uenabula, ſeruos
Differtum tranſire Forum, populumq; iubebat,
Vnus ut è multis populo ſpectante referret
Emptum mulus aprum. crudi, tumidiq; lauemur,
Quid deceat, quid non obliti, Cerite Cera
Digni, remigium uitioſum Ithacenſis Vlyſſei,
Cui potior patria fuit interdicta uoluptas.
Si (Mimnermus uti cenſet) ſine amore, iocisq;,
Nil eſt iucundum: uiuas in amore, iocisq;.
Viue: uale, ſi quid nouiſti rectius iſtis,
Candidus imperti: ſi non, his utere mecum.

CHRIST. LAND.

Nil admirari] *Aurea omninò epiſtola, & quæ ex grauiſsimorum philoſophorum ſententia rectiſsimè cõcludatur animum perturbationib. uacantem beatum eſſe. Contra uerò qui illis agitatur eum miſerum eſſe. Verùm quoniam neq; hic locus, neq; plerią; alij in huiuſcemodi poëmate facilè intelligi poſſunt, niſi omnium perturbationũ uis percipiatur, dicam ſemel, ſed ſuo ordine de uniuerſa re dicẽdum, ut hinc multa ad aliorum locorum interpretationem facilè promi poſsint. Diuidunt igitur & Pythagorei, & Platonici animum in duas partes. Harumq; alteram rationis participem faciunt. Alteram expertem. In prima ponunt tranquillitatem, id eſt, placidam, quietamq; conſtantiam. In altera motus turbidos, quas perturbationes nominant.*

Nam cum ſiue ab eo ſenſu in quo cogitandi uis eſt ſolo, ſiue ab eodem ratione illuſtrato iudicium factum eſt quippiam ſiue bonum eſſe, ſiue malum, ſtatim inſurgit alia uis animi, quem appetitum nominant, ut quod bonum eſt ſibi aſciſcat, quod autem malum refugiat.

Is autem motus ſi cum ratione conſtanter, prudenterq; fiat huiuſcemodi appetitio βούλησις. *id eſt, uoluntas appellatur, & in ſolo ſapiente inueniri Stoici putant, ac uoluntatem eam diffiniunt, quæ quid cum ratione deſiderat. Appetitio autem quæ uehementiùs contra rationem concitata eſt libido uel effrænata cupiditas eſt, quæ in omnibus ſtultis inuenitur. Quapropter cùm ita monemur ut in bono ſimus aliquo id dupliciter contingit. Si enim placidè & conſtanter id gaudium dicitur, Græcè autem* χαρά. *Sin uerò inaniter & effusè animus exultat, tum illa lætitia geſtiens, uel nimia dici poteſt, quam diffiniunt eſſe ſine ratione animi elationem. Motus autem ille animi qui declinat à malo ſi cum ratione eſt* εὐλάβεια, *id eſt, cautio appellatur. Sin uerò ſine ratione & cum exanimatione humili, atque fracta metus nominatur, qui diffinitur rationi aduerſa cautio. Præſentis autem mali ſapientis affectio nulla eſt. Hæ igitur bonæ ſunt affectiones tres, & cum ratione. duæ in bonis, & una in malis. Motus autem, qui fiunt in appetitu, ſine ratione perturbationes appellat Cicero, & in noſtris dialogis de anima ſcripſimus rectiùs, quam reliqui philoſophi, qui paſsiones eas nuncupant, cum paſsio etiam de non uitioſis motibus dicatur. Ergo in præſenti motus ſine ratione ægritudo dicitur, quæ à Stoicis diffinitur animi aduerſante ratione contractio. Sed quoniam omnes perturbationes non ſua natura, ſed falſa opinione noſtra excitantur, dicetur ægritudo recens mali præſentis, in quo demitti, contrahiq; animo rectum eſſe uideatur. De futuro autem malo diximus eſſe metum. Isq; eſt opinio impendentis mali, quod intollerabile eſſe uideatur. De bono autem ſi præſens eſt habet motum aduerſantem rationi, quæ lætitia geſtiens appellatur, eaque recens boni præſentis in quo efferri rectum eſſe uideatur. Si autem futurum exoritur libido, quæ eſt opinio futuri boni, quod ſit ex uſu iam præſens eſſe, & adeſſe. Habes igitur tres bonas, & conſtantes animi affectiones, quæ à ratione proficiſcuntur, & quatuor perturbationes quæ rationi aduerſantur, neque à ueritate ſunt, ſed ab opinione quæ eſt imbecilla quædam aſſenſio.*

Verum cum quatuor genere ſint, partibus ſunt multo plures, cum ſingulæ in plures diffundantur. Aegritudo enim habet inuidentiam, æmulationem, obtrectationem, miſericordiam, angorem, luctum, mærorem, ærumnam, dolorem, lamentationem, ſollicitudinem, moleſtiam, afflictionem, deſperationem, quas omnes doctiſsimè diffiniuit in quarta Tuſculana Cicero. Sunt & aliæ partes ægritudinis quas ad has colligunt Stoici, quæ parum omninò ab his differunt. Sub metu autem ſubiecta ſunt pigritia, pudor, terror, timor, pauor, exanimatio, conturbatio & formido. Ad lætitiam autem referuntur maleuolentia, delectatio, iactatio. Libidinis uerò partes ſunt ira, excandeſcentia, odium, inimicitiæ, diſcordia, indigentia, & deſiderium. Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam, quæ eſt à tota mente, & à ratione defectio, atque ſic aduerſa à præſcriptione rationis, ut appetitiones animi nullo modo nec regi, nec contineri queant, nam ut temperantia ſedat ipſis appetitiones, & efficit ut rectæ rationi pareant, conſeruatque conſiderata iudicia mentis. Sic huic inimica temperantia omnem animi ſtatum inflammat, conturbat, incitat. Video me has arctiùs coanguſtiaſſe quam illarum ratio patiatur, ſed in tanta rerum uarietate non poſſum de ſingulis explicatiùs dicere. Ergo quemadmodum cum ſanguis corruptus eſt, aut pituita nimis abundat, aut bilis ultra quam par eſt efferueſcit morbi ægrotationesq; in corpore naſcuntur, ſic animorum perturbatio, & ipſa inter ſe repugnantia ſanitate ſpoliat animum, morbisq; perturbat. Morbos autem uitia dicimus. Vitium autem ſummum malum eſt. Ergo à perturbationibus eſt ſummum malum. Sed quoniam perturbationes in opinione boni ſunt, aut mali, & ſiue bona cupias, ſiue ijs contraria timeas, ſemper euenit quod ipſa quæ bona putas pluris facias, quã oporteat, & cum pluris facias admiraris, ex quo ſequitur quod nihil admirari ſolum ſit quod faciat nos beatos. Et ſeruare] *Nam quæ fœlicitatem inducunt, eadem illa inductam conſeruant. Nam quibus rebus aliquid comparatur ijſdem etiam conſeruatur. Sed optimè dixit ſeruare, nam aduentus boni non facit fœlicitatem, niſi idem bonum maneat. Rectè enim Ariſtoteles quod quemadmodum una hirundo non facit uer, ita nec una dies facit hominem beatum.*

Sunt q i formidine nulla] *Locus à minori. Diceret enim aliquis, difficile eſt non admirari diuitias, & honores, cui reſpondet ſi inuenimus ſapientem, qui non admiretur ultra modum cœleſtia, quantò minus admirabitur terrena, quæ cæleſtibus inferiora ſunt At ſapiens adeo intrepidè cuncta aſpicit, ut etiam ſi cœlum ruat è tranquillo animi ſui ſtatu non excutiatur. Ergo nunquam mouebitur diuitijs & honoribus, id eſt, auaritia & ambitione, quæ terrena ſunt.*

Nulla formidine] *Nullo nimio motu aut trepidatione.*

Quid]

Quid] *Interrogantis eſt. Et erit ordo, Quid? quomodo & quo ſenſu, & quo ore cenſes tu, & credis tu eſſe ſpectanda munera terræ diuitias, & munera extremi maris, quæ maximè ſunt uniones, & margaritæ, quæ leguntur in mari Indico, & appellat etiam munera maris odoratas merces, quæ ex orientali plaga ad nos mari uehuntur.* Extremos Arabas] *Non quia omninò extremi ſint, ſed quia ſint longè remoti.* Ludicra] *Ludos appellat è quibus uictoria parta in ſumma admiratione erat.* Plauſus] *Quia uictoribus reddebatur.* Dona] *Hi ſunt magiſtratus qui in ſuffragio populi accipiuntur. Ergo ſunt dona populi te amantis.* Quiritis] *Pro Quiritium.* Quid timet his] *Siue perturbatio ſit in cupiditate bonorum, ſiue in fuga malorum ſemper cupiet bona.*

Pauor eſt utrobiq;] *Nam ſiue cupies bona, ſiue timeas mala ſemper eris in formidine. Nam qui cupit diuitias ſemper exhorret paupertatem.* Improuiſa ſpecies] *Probant Stoici omnes perturbationes eſſe in opinione. Nam ſi eſſent à natura non poſſent tolli, ſemper etiam eſſent, Ergo in opinione ſunt, & ſemper improuiſa magis lædunt, nam non fuit datum ſpatium recognoſcendi eam opinionem falſam eſſe.* Gaudeat an doleat] *Nihil refert quacunq; perturbatione afficiatur modo illa te, ita rapiat ut ſtupeas & torpeas.* Gaudeat] *Quod eſt de præſenti bono, & dicitur lætitia geſtiens.* Doleat] *De præſenti malo, quæ appellatur ægritudo.*

Cupiat] *De futuro bono, & hæc libido eſt.* Metuat] *Nam metus eſt de futuro malo.* Melius ſua ſpe] *Melius quàm ſperauerat, & eſt bono, aut præſenti, aut futuro.* Peius] *Similiter in malo. Stultis autem accidit, quod hæc eueniant impræmeditata. Vnde magis perturbantur, quia non fuit ſpatium cogitandi. Nam ſapienti cui omnes fortunæ impetus noti ſunt nihil impræmeditatum accidere poteſt. Cogitat enim ea nos conditione natos eſſe, ut omnibus calamitatibus ſubiecti ſimus. Itaque omnia illa ſibi accidere poſſe præmeditatur. Ergo ſi euenerint quoniam prouiſa accidunt multò minùs lædunt. Quæ autem non euenerint ea ueluti Terent. ille ſenex ſibi lucro apponit.* Defixis] *Quia nihil aliud intuetur.*

Animo & corpore] *Nam cùm animus torpet idem etiam & corpus quod ab animo mouetur faciet. Propriè tamen torpere eſt cum neruis ſiue frigore, ſiue alia re ita rigent ut corpus moueri, flectiq; nequeat. Sed ad animum deinde transfertur, & dicitur torpere, quotiens à Deo ob aliquam curam præmitur ut immobilis fiat.*

Inſani ſapiens] *Vſq; adeò debemus cauere ne quid ſupra modum cupiamus, aut admiremur, ut etiam ſi id in uirtute agamus, quamuis ſit ſummopere expetenda, tamen non ſani, ſed inſani iure dicamur non iuſti ſed iniuſti. Quanto ergo minus cupiendæ ſunt, aut diuitiæ, ut eſt argentum, & marmor uetus, id eſt, antiquæ ſtatuæ & æra, & artes, id eſt, ænea uaſa multo artificio fabricata, quæ omnia inferiora uirtute aut ſi minimum laboras haberi eloquens, & aſſiduam operam in foro præſtas, ut diuitias aſſequaris.*

Peloribus] *Ignobiliori genere.* Quicquid ſub terra eſt] *Oſtendit fragilitatem & mutationem rerum, quæ pretioſæ habentur. Nam quæ ſub terra nunc latent in lucem uenient, & quæ effoſſa multa arte ſplendent rurſus fodientur.*

Cum bene notum] *Quamuis in celebri fama ſis moriendum tibi eſt, ut mortui ſunt illuſtriſsimi omnes uiri, ut Numa fuit, & Ancus Romanorum reges, de quibus dictum eſt. Poſuit autem porticum Agrippæ, & uiam quam Appius in Cenſura Roma Neapolim uſq; lapidibus ſtrauit, pro quocunq; celebrato loco.*

Morbo acuto] *Acutus enim, & acer dolor eſt lateris, & renum. Renes autem dicti, quod in eis riui ſint ſpermatis, quod inde ad medullam ſpinæ defluit, & ad colen uſq; deſcendit. Duo ſunt & lumbis ſub imis coxis adhærent. In adipe immerguntur. Habent cauernulas. Sunt uenenoſi & tunicati.* Quis non] *Nam natura impulſu omnes ſummum bonum deſiderant.* Virtutem uerba] *Quaſi dicat minimè: nam uirtutis moralis finis eſt actio, & non cognitio.* Lucos ligna] *Non enim ex ſolis arboribus conſtat lucus ut ſylua, ſed ex religione numinis eius Dei cui ſacer eſt. Nam non omnis ſylua lucus eſt, ſed is qui(ut dixi) Deo ſacer habetur. Ergo ut lucus aliud eſt præter ligna, ſic uirtus aliud continet præter uerba.*

Caue ne portus] *Stultitiam hominum oſtendit, qui in re uana, & momentanea ut diuitiæ ſunt tantum laborent. In uirtute autem acquirenda in qua ſola conſiſtit beata uita non laborat.*

Occupet] *Nam maiori uendit merces, qui prior illas in portum uehit. Negocia autem, Is perdere dicitur, qui ex merce lucrum non facit, ſed potiùs minoris uendere cogitur.*

Cybiratica] *Cybira urbs magna teſte Strabone in Aſia eſt iuxta Sindam.* Talenta] *Græcum nomen eſt, ac duplex reperitur talentum. Atticum ſcilicet, & Euboicum. Sed Atticum & ipſum duplex. Magnum & paruum. Magnum, ut eſt apud Liuium habet octoginta tres libras, & quatuor uncias. Priſcianus uerò dicit illud habere ſex millia Rom. denariorum. Sed de denarijs, & reliquis ponderibus iam dixi. Paruum talentum libras habet. 60. teſte Dardano, de quo Seneca ad Nouatum. Viginti quatuor ſextertia, id eſt, talentum Atticum paruum. Ergo uigintiquatuor ſextertia. 60. libras habent. Nam ſextertium eſt duarum librarum, & dimidiæ, quaſi ſemis tertium, id eſt, cuius tertia libra ſemis ſit & non integra. Talentum uerò Euboicum erat, quatuor millium nummorum. Ergo non multò minus Attico. Fuit & talentum priſcis temporibus res parua. Nam Homerus in ludis funeribus Patrocli bouem uictori dat. Ei autem qui proximas poſt uictorem partes occupauit duo tribuit talenta.* Rotundentur] *Perficiantur, ut nihil ab aliqua parte deſit. Nam forma rotunda perfecta eſt. Dicitur autem rotundum à rota, rota uerò à ruendo.* Altera] *Scilicet mille ut Catullus*

„ *Da mi baſia centum, da deinde altera centum.*

Eſt autem inflexibile & omnis generis in plurali. Vnde eſt,

„ *Mille hominum ſpecies, & mille talenta.*

Apud antiquos etiam in ſingulari erat. Varro in 18. rerum humanarum ad Romuli initium plus mille & centum annorum eſt. Tullius in 6. Philippica. Quis unquam inuentus eſt qui, L. Antonio mille nummum ferret expenſum. Item pro Milone in quo fundo propter illius inſanas ſubſtructiones mille hominum uerſabatur.

Tertia] *Scilicet mille.* Quadret] *Perficiat.* Suadela] *Vis perſuadendi, nam cum diuiti tanta fides adhibeatur, uidetur præferre quandam efficaciam perſuadendi.* Venus] *Id eſt, uenuſtas.*

Mancipijs] *In eadem irriſione permanet, ut hortetur non ſatis ſibi eſſe unum genus diuitiarum, ſed quærenda omnia genera.*

Chlamydes] *Lucullus. Approbant auari opinionem illam, quam Plutarchus in uita Catonis Cēſorij eſſe ait: homines potius ſuperfluis fortunæ bonis, quam neceſſarijs, & commodis beatos eſſe. Vnde Scopas Theſſalus cum quidam ab eo quippiam contenderet, quod neque neſſarium ſibi, neq; ualde commodum eſſet huiuſcemodi inquit rebus locuples ſum, & fœlix ſuperuacuis ſcilicet, & nihil neceſſarijs. Hac ergo ratione fuiſſe beatus Lucullus, cuius ueſtis tanta eſſet ut 5. millia chlamydum domi inſcius haberet. Rogatus itaq; ut in uſum ſcenæ centum chlamydes commodaret, negauit ſe ſcire an haberet, deinde domum reuerſus comperit habere quinq; millia.* Qui poſſum tot] *Quaſi dicat, non credo tot habere.*

Fallunt] *Quia neſcit ſe habere.* Furibus] *Quia licet impunè ea tollere, quæ ſibi adeſſe ignorat dominus.* Si res ſola] *Enumerat diuitias, honores, uoluptates, & reliqua huiuſcemodi, & dum uidetur concedere, ut illis ueluti ſummo bono utamur arguit non eſſe bona. Demq; concludit ut ſi nouit aliqua rectius, quam ſua opinio, quæ eſt, ut in uirtute ſit ſummum bonum, doceat. Si non nouit, ſequatur ſententiam ſuam. Ergo concludit ſi res, id eſt, diuitiæ poteſt facere hominem beatum, incumbe diuitijs. Species & gratia, pro honoribus ac magiſtratibus poſuit.*

Dictet nomina] *Nomenclatorem intelligit, de quo diximus.*

Latus] *Suffragatoris, ut excitet, ut porrigat dexteram, & promittat ſuffragationem.* Trans pondera] *Trans turbam quæ ſe obijcit quæ pondus affert tranſmiſſæ dextræ.* Fabia & Velina] *Nomina ſunt tribuum.* Multum ualet] *Ergo blande hominem ambire memento.* Dabit faſces] *Tot ſecum trahit ſuffragatores ut poſſit & dare, & eripere magiſtratus cui uolet. Ergo diligenter eſt ambiēdus. Poſuit autem faſces & ſellam curulem quæ eburnea erat inſignia magiſtratuum pro ipſis magiſtratibus.* Importunus] *Qui erit importunus ſi auferet.* Frater] *Si eiuſdem aut minoris ætatis eſt.* Pater] *Si maioris.* Adopta] *Vrbana locutio, nam qui eum fratrem, qui non frater ſit appellat, uidetur illum adoptaſſe.*

Diſſertom]

D.ffertum] *Vndiq; refertum hominibus, & per tranſitum carpit uanitatis Gargilium, qui magna pompa per conſpectum populi uenatum ibat, deinde feras non captas, ſed emptas referebat.*

Cerite cera] *Tabula Ceritum. Vrbs Agellina fuit à Græcis condita. Sed à Tuſcis hac ratione Ceres, appellata, tranſeuntes enim per ea loca interrogarunt incolas, quo nomine urbs appellaretur, at illi linguæ inſcitia uerba Ethruſcorum non intelligentes, proptereaq; neſcirent, quid reſponderent, Græcè illos ſalutarunt, χαίρετε. At illi ſalutationem pro nomine accipientes, urbem ſubtracta aſpiratione Ceretem appellarunt. Hi igitur cùm uirgines Veſtales, & multa ſacra à Romanis in bello Gallorum eorum fidei commiſſa piè caſtéq; ſeruaſſent Romana ciuitate donati ſunt, ita tamẽ ut ius ſuffragiorum ferendorum non daretur. Sicq; confectæ ſunt tabulæ. Hinc tractum prouerbium eſt, ut ſi cui ignominiæ cauſa ſuffragij ferendi ius ademptum eſſet, cum cerite tabula notatum dicerent.*

Remigium] *Homines remiges, ſic & Sall. ſollicitata ſeruitia pro ſeruis dixit. Propriè tamen remigium eſt ipſa remigatio Virg.*

„ *Remigio alarum,*

Id eſt, tales ſumus, quales fuerunt remiges Vlyſsis, quos Homerus in uarias feras mutatos fingit, quia uarijs uitijs laborabant.

Interdicta] *Vetita.* Patria] *Hanc ponit Homerus pro ſummo bono, quæ eſt patria animorum noſtrorum. Tunc enim in ſuam originem redit animus hominis cum ad uirtutem in qua eſt ſummum bonum redit, ſed uitioſis uoluptas potior eſt quam patria.*

Viue uale] *Hoc ad principium epiſtolæ referas, ſitq; ſententia, O' Numici ſi tu nouiſti rectius & uerius, quam iſta quæ dixi de ſummo bono.* Imparti] *Id eſt, redde me participem, nam cum Academicus ſim nullius addictus iurare in uerba magiſtri ſemper meliori obtemperabo.* Candidus] *Bonus & ſine inuidia, nam inuidus, nõ candidus, ſed liuidus eſt. Sin autem nihil nouiſti rectius, utere his quæ ego dixi. Non autem ſine ratione dixit mecum, quaſi dicat non ego hæc præcipio & non facio.*

ERAS. ROT. } Et genus] *Omnib. quidem nationibus in ore fuit olim iſtæc ſententia, quæ nunc in uſu eſt: Pecuniæ obediunt omnia.* Cerite cera digni] *Olim notari dignos atq; improbos, & nequam homines Cerite cera dignos prouerbio uocabant. Nimirum ceritem ceram, inſignem ignominiam appellantes. Acron & Porphyrion huiuſmodi tradunt originem adagij. Romani Ceritib. bello ſubactis eam dixère conditionem, Ne ſuffragijs ius haberent, ne leges ullas aut æderent, aut haberent, eamq; ignominiam abijſſe in adagium. De tabulis Ceritib. ſcribit A. Gell. lib. 16. cap. 13. Plura de hac re inuenies apud Petrum Crinitum de honeſta diſciplina lib. 7. cap. 6.*

SABELLICVS. } Mancipijs locuples eget æris Cappadocum rex] *Quo uerſu ſignificat quoſdam eſſe famuloſos, & famulitio numeroſo copioſos: Sed rei nummariæ egentiſsimos, & ita rex Cappadocum non accipitur rege Cappadociæ, ſed pro eo, qui maximam habet familiam ſeruorum. Rex enim aliâs dominus, aliâs regnator, aliâs diues ſignificat, & ita apud luculentos ſcriptores frequenter ſignificat diuitem, atq; potentem, quia à clientib. colitur, & paraſitis, & in hoc ſignificatu. Iuuen. Martial. & Plautus accipiunt, & alibi ab Horatio dictum eſt. Siue reges, Siue inopes erimus coloni. Columella quoq; lib. 1. de Salutatore loquens ait. Somnum regis ſui rumorib. auguratur. Scribit eruditiſsimè Donatus regem nomen eſſe ad aliquid, ut Dialectici loquuntur: ut enim libertus eſt patroni, ita rex paraſiti, & paraſitus regis: Cappadocas uerò ſeruos appellamus à nomine regionis, ex qua uenales optimi deportabantur ſicuti lydum, & ſyrum priſci nuncuparant. Sicuti Dauum & Getam uocitamus à Getis populis, & Dacis, quos olim Dauos uocitatos eſſe exiſtimat Strabo. ex quo apud Athenienſes Dauorum & Getarũ nomina ſeruilia in uſu erant frequentiſsimo, & inde apud poëtas comicos identidem reperies ſeruos Getas, & Dauos appellitari. De Cappadocibus mancipijs meminit Perſius:*

„ *Cappadocas rigida pingues pauiſſe cataſta,*

Et Martia. inquit.

„ *Quid te Cappadocum rex onus eſſe iuuat?*

Ad mancipia quæ ex Cappadocia bona deferebantur alludens Apuleius in lib. 7. De aſino aureo ait. At ille Cappadocum me, & fortis forticulum nunciat: ita ab Horatio rex Cappadocum dicitur dominus mancipiorum, quorum legiones à nonnullis Rom. locupletiſsimis habebantur, ut luculenter tradit Plin. qui in 33. ait ſeruorum cauſa nomenclatorem eſſe adhibendum.

PHILOLOGVS } Si Mineruus uel cenſet] *Scribendum Mimnermus, ut habetur apud Suidam:* μίμνερμος λιγυρτιάδου κολοφώνιος, ἢ σμυρναῖος, ἢ ἀστυπαλαιεὺς ἐλεγειοποιός. γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς λζ. ὀλυμπιάδος, ὡς προτερεύειν τῶν ζ. σοφῶν, τινὲς δὲ αὐτοῖς συγχρονεῖν λέγουσιν. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ λιγυαστάδης, διὰ τὸ ἐμμελὲς, καὶ λιγύ. ἔγραψε βιβλία ταῦτα πολλά. *Corruptè igitur legitur, uel* Mineremus *uel* Mimnermus, *uel* Mlonermus, *uel* Mineruus, *ut habetur tam in impreſsis, quàm manu ſcriptis, quæ quidem ipſe uiderim exemplaribus.*

IOAN. HART. } Decorat Suadela, Venusq;] *Lege Centuriam Miſcellan. Politiani capite 91.* Trans pondera] *Id eſt, lecticam. Floridus ita contra omnium interpretationes ſuperiores enarrat lib. 2. cap. 11. Succiſiuarum lect.* Fabia ualet, ille Velina] *Floridum lege apud quem locus enarratur, quam diligentiſsimè cap. 11. lib. 1. Succiſiuarum lectionum.*

HENR. GLAR } – Eget æris Cappadocum rex] *Philippus Beroaldus multis uerbis oſtendere conatur, per Cappadocũ regem non intelligendum Cappadociæ regem, ſed pro eo qui maximam habeat familiam ſeruorum. Et ſæpe apud luculentos ſcriptores, atq; adeò apud hunc Poëtam Regem pro diuite uſurpari. Hæc ille, quæ ſi ita habent, quomodo intelligemus diuitem, qui eget æris? mancipijs, inquis, diues erat, non pecunia: atqui hoc non uidetur ueriſimile: magis autem credibile eſt Regem Cappadocum populo abundaſſe, non etiam pecunia, quod etiamnum noſtra ætate pluribus regibus accidit. Ideóq; in Cappadocum regem poëtæ ſcõma potiùs crediderim, quod ea tempeſtate Romæ bene licebat.*

– Et cogat trans pondera dextram Porrigere] *Pondera (inquit Acro) lapides, qui porriguntur per uias, uel qui per latera expoſiti altiores ſunt, & eſt ſenſus, qui manum porrigant tranſituro. Hæc ille. Sed uerba ſunt obſcura. Landinus exponit, trans pondera, id eſt, trans turbam, quæ ſe obijcit, quæ pondus affert tranſmiſſæ dextræ. Sed neq; hæc uerba intelligo. Vterq; ſanè ad hoc tendit ut nomenclator ille conductus ſit, qui uiam domino faciat per turbam. Badius cùm præcedentia expoſuiſſet de ſuffragijs extorquendis, cùm ad pondera deuentum eſt, trans pondera exponit .i. trans molem denſæ turbæ, aut trans pondera lapidum in uia iacentium. Itaque nec ipſe mihi uiſus eſt intellexiſſe: Ineptiſsimus autem eſt, quod annotator noſter exponit, & cogat, inquit dextram ſcilicet clientũ, uel ſubditorum trans porrigere pondera .i. grauia munera ac dona. Sed ut tandem deſinam, hoc loco laeuum non dextrum legendũ eſt, ut ſeruum nomenclatorem intelligamus, qui domini laeuum fodiat latus, & cogat dominum tranſeuntibus porrigere manum, etiam trans pondera, quæ aliquando uia tranſeuntes ſeparant: dicens hæc uerba:* hic multum in Fabia gente ualet, ille Velina ergo manus ei præbenda. *Hæc ex D. Eraſmo, ut plæraq; alia.*

THEOD. PVLM. } 1 Nil admirari, propè res eſt una Numici] *Lege Pet. Victorij Var. lect. lib. 35. cap. 6.* Numati. *Lambini codex unus & alter: unde quidam legendum ſuſpicatur* Munati, *ut intelligamus Horat. ſcribere ad* L. Munatium *Plancum, ad quem ſcripta eſt Ode 7. lib. 2.* 5 Spectent] Spectant. G. 6 Quid maris extremos Arabas ditantis, & Indos?] *De gemmis & unionibus intelligo, quorum pretioſiſsimus erat cenſus ex India & Arabia. quòd ſi quis merces Indicas, & Arabiæ aromata, quæ maritimis aduehebantur curſibus, accipiat, cum eo non litigabo: tantum dicam litorales gemmas & uniones magis potiùs diuitias uideri, quàm quæ mari importantur mercimonia. Deliciæ autem Rom. quantopere margaritas deperirent minime quærit, qui Latinos libros euoluit. Turn. lib. 22. cap. 6.*

9 Qui timet his aduerſa] *Valet, qui timet paupertatem & exploſionem & ſibilos in theatro, & inhonoratus eſſe, miratur diuitias, plauſum, ambitionem & honores. Turneb. lib. 22. cap. 6.*

10 Vtrique] Vtrobique, *H. G. E. B. C. V.*

11 Improuiſa ſimul ſpecies exterret utrumque] *Cùm ait, eos qui cupiunt, & metuunt dicit perturbatione agitari, ex*

impro

improuiſa ſpecie nata, quæ Cyrenaicorum philoſophorum ſententia fuit: perturbationes naſci ex inopinatis & inſperatis bonis malisq́; ut auctor eſt Cicero in 2. Tuſculanarum. Turneb. lib. 22. cap. 8. 21 Metuatoe] Metuat, H.G.E.B.C.V.

22 Mecius: Indignum] Mutus, & Indignum, H.G.E.B.C.V. Mutus, et indignum, *Lambini libri quinque.* 26 Porticus Agrippæ, & uia] Porticus Agrippæ, uia, H.G.C.

27 Nomē quò deuenit, & Ancus] *Ancum Martium regem ma gni feciſſe ueteres uidentur & dignum immortalitate credidiſſe. Lucretius lib. 3. uerſu 1039.*

„ *Lumina ſis oculis etiam bonus Ancus reliquit. Ennius,*

„ *Poſtquam lumina ſis oculis bonus Ancus reliquit.*

Turneb. lib. 6. cap. 18. 30 Hoc unos] H.G.E.B.C.V. hæc una, *Aldina editio.* 31 Virtutem uerba putas, ut Lucum ligna. *de hoc loco lege Pet. Victorij Var. lect. 23. cap. 2.* —ut Lucum ligna? C.V.—& Lucum ligna? H.G.E.B. 33 Ne Cibyratica, ne Bithyna] Nec Cybiratica, nec Bithyna, *Ant. Mureti editio.*

34 Altera: porrò. B. altera Porrò &, H.G.E.C.V.

38 Et bene nummatum decoret Suadela, Venusq́; *Sunt hæc duarum Dearum nomina, quæ facilè homines, quibus fauent, ſuis muneribus beneuolentiæ & amicitiæ aliorum tradunt. Vide Turneb. lib. 9. cap. 30.* decorat Suadela Venusq́; *ab Horatio è moribus Romanorum dictum eſt. nam quoſdam Deos eſſe nuptiarum præſides, & præfectos cenſebant: in ijs Suadelam & Venerem, quod è Plutarcho docemus, qui ita ſcribit,* ... *Hæc Turneb. lib. 19. cap. 16. Vide & lib. 22. cap. 8.*

39 Mancipijs locuples, eget æris Cappadocum rex] *Rex Cappadocum, mango eſt & uenalitiarius, qui mancipiorum greges uenalium habet, ut apud Perſium* (Sat. 6.)

„ *Cappadoces rigida pingues pauiſſe cataſta.*

Qui quidem egit æris, eoq́; ſeruitia ueterana & nouitia uendit: uel potius ait uenalitiarios, qui ſeruitio abundant, ferè parum nummatos eſſe, nec ei, qui pecunioſus uelit eſſe, hoc genus quæſtus eſſe ſectandum. quem quidem ſenſum ueriorem & congruentiorem iudico. Turneb. lib. 22. cap. 8. Vide lib. 26. cap. 16. & lib. 30. cap. 7.

42 Quot habebo] H.G.E.B.C.V. quod habebo, *Ant. Mureti editio.* 49 Si fortunatum ſpecies, & gratia præſtat] *Speciem heic non formam ſignificat, ſed ſplendorem & magnificentiam. quo intellectu etiam à Cicerone in epiſtolis ad Lentulum uſurpatum eſt:* Hic meæ uitæ curſus, *inquit,* offendit eos fortaſſe, qui ſplendorem & ſpeciem huius uitæ intuentur *Hactenus ille. Dicta eſt autem ſpecies à ſpectabilitate, quòd magnificentia honoris, ordinis, & cultus, omnium oculos in ſe conuertat. Pet. Nannius. Miſcell. lib. 4.* 50 —Lænum Qui fodiat latus] —Sæuum Qui fodiat latus B.V.—læuum Qui fodicet latus, H.C.—*ſæuum qui fodicet latus, G.E. Fodere latus, eſt alicuius manu uel pungere, uel tundere, quod facimus monendi gratia & ſuggerēdi & impellendi. Vide Turneb. lib. 11. cap. 12. & lib. 28. cap. 38.*

51 —Et cogat trans pondera dextram Porrigere] *Trans pondera dextram porrigere, opinor dici, ſi quis honorum ambitioſus ſit, debere ſeruum nomenclatorem comparare, qui dum prætereunt plauſtra & ſarraca onuſta grandib. ſaxis & magnis trabib. cogat magno cū periculo manum trans ea tranſmittere ad eū prenſandū ſuffragatorem, qui in aliqua tribu ſit gratioſus. Sed uerius tamen eſt heic porrigere manum, eſſe ſalutare: ſed porrectio illa periculoſa eſt, ponderibus ſaxorum & materiæ in plauſtris prætereuntibus. Hæc Turneb. lib. 22. cap. 8. Vide Franc. Luiſini Parergon lib. 3. cap. 41.* 57 Ducit gula] Ducet gula] H.G.E.B.C.

62 —Cære tu cera Digni] *Ab opido Cære, Cærites tabulæ appellatæ ſunt, in quas cenſores referri iubebant, quos notæ cauſſa ſuffragijs priuabant. In uetere lexico ſcribitur,* Cærites, ... *Vide Turneb. lib. 21. cap. 12.*

65 Mimnermus] *H.C.V. qua germana ſcriptura eſt.* Minermus, *G.E.B.* Minnermus, *Aldina editio.* Mimermnus, *Benedictus Philologus ex Suida. Mimnermus elegiarum ſcriptor fuit, qui ſectam Epicuream ſecutus eam uitam beatam putat, quæ in amoribus, & iocis tranſigitur. Vide Pet. Nannij Miſcell. libro 4. & Greg. Gyraldi Dialogum 3. de poëtarum hiſtoria.*

ANTON. MVRET. } 24 Quidquid ſub terra eſt, In apricum proferet ætas: Defodiet, condetq́; nitentia.] *Sententiam hanc uideri poteſt ſumpſiſſe à Sophocle, apud quem ita loquitur Aiax:*

„ Ἅπανθ' ὁ μακρὸς, κἀναρίθμητος χρόνος

„ φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται.

30 Si uirtus hæc una poteſt dare] *Antiquus Bernardini Lauredani, adoleſcentis clariſsimi, liber,* Si uirtus hoc una poteſt da re *neque dubium eſt, quin ita legi debeat.*

50 Mercemur ſeruum, qui dictet nomina, ſæuum, Qui fodiat latus] *Legendum ſuſpicor,* —læuum Qui fodiat latus.

65 Si Mimnermus uti cenſet, ſine amore, iocisq́; Nil eſt iucundum, uiuas in amore iocisq́;] *Magna huius poëtæ apud ueteres fuit auctoritas: quod alibi oſtendit Horatius.*

„ *Diſcedo Alcæus punctò illius: ille meo quis?*

„ *Quis niſi Callimachus? ſi plus apposcere uiſus,*

„ *Fit Mimnermus.*

Sed & Propertius:

„ *Plus in amore ualet Mimnermi uerſus Homero.*

Verſus autem, quibus ea ſententia efficiebatur, quæ de hic mentio eſt, eos apud Stobæum reperiſſe uideor:

„ Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης;

„ Τεθναίην, ὅτ' ἐμοὶ μηκέτι ταῦτα μέλοι.

GEORG. FAB. } *Animus in homine imperare, corpus ſeruire debet: hæ partes ſi inter ſe conſentiant, efficitur uita tranquilla. Qui nihil admiratur, non incidit in cupiditatis mala, quæ ſunt contraria tranquillitati. Si quis expedit uirtutem, ultra quàm ſatis eſt, ex ſapiente inſipiens, ex æquo ſit iniquus: quid accidat illi, qui uaſa, picturas, aut ſigna miratur? Si non amas uirtutem, quæ amore digna maxime eſt: quare diuitias, honores, conuiuia, uoluptates, tanquam uirtutis poſſeſſione indignus. Tractatio eſt* ... *cum earum rerum conceſſione, quas nequaquam uult uiro erudito concedere.*

Gaudeat, an doleat: cupiat, metuatne] *Scribi aliter non poteſt, conſiderato ſenſu, & Virgilio teſte, qui canit,*

„ *Hinc metuunt, cupiuntq́; dolent, gaudentq́;.*

Et niſi me fallit animus, ex aliquo poëta uetere deſcriptum ab utroque eſt. Sæuum qui fodiat latus] *Sæuum,* potens: *ut exponit Nonius. uel, frequens, & ideo importunè, nec ſine moleſtia donum. Vt,*

„ *Sæuiq́; dolores Exciderant animo.*

Hoc exemplum Virgilij in manuſcripti margini additum, facit, ut hanc lectionem unam & ſolam probem. Sæui dolores, *id eſt, ſæpius cum moleſtia redeuntes.*

IOD. BAD. ASCENS. } Nil admirari] *Ordo eſt.* O' Numici, Nil admirari] *Id eſt, nullius admiratione ſtupere, & capi, eſt propè, id eſt, quaſi una, quæ pro & ſola res, quæ poſſet facere, & ſeruare beatum. Nemo enim beatus eſt, qui quid extra ſe cupit.* Sunt] *Sup. quidam, ſcilicet Epicurei putantes Deum non curare mortalia, qui imbuti.*

Nulla formidine] *Id eſt, nulla religione Deorum ſpectent.*

Nulla formidine] *Id eſt, ſine timore, hunc ſolem & ſtellas.*

Et tempora decedentia] *Id eſt, tranſeuntia certis momentis. Et ſi cælum ſine admiratione ac timore illi contemplari poſſunt, quid cenſes, quomodo, quo ſenſu, & quo ore credis munera terræ: ut metalla & frumenta, ſpectanda?*

Quid cenſes, quomodo credis munera maris ditantis] *Id eſt, diuites facientis Arabas extremos & Indos, quid cenſes.*

Ludicra] *Id eſt, iocularia & ſcænicos ludos.*

Et plauſus] *Scilicet, populi.* Et dona Quiritis] *Id eſt, Rom. Populi.* Amici] *Id eſt, munera militaria, aut magiſtratus in repub. Romana, cuius Romulus auctor, quo unquam modo credis hæc ſpectanda? Quaſi dicat, minimè cum admiratione reſpectu ſolis, & ſtellarum.*

Is qui timet aduerſa] *Id eſt, contraria his ſcilicet paupertatem, aut repulſam, humilemq́; fortunam.*

Miratur]

Miratur] *Id eſt, ſtupeſcit ferè eodem pacto, quo* Cupiens] *Sup. ea habere, hoc eſt, ferè æqualis eſt paſſio hæc cupere, & oppoſita uereri, nam contraria ſunt circa idem.*

Pauor] *Id eſt, ſtupor mentis eſt moleſtus utriq;, tam cupienti, quàm timenti.* Et ſpecies improuiſa] *Id eſt, improuidentiæ quædam pars exterret ſimul utrunq;.* Quod] *Sup. facit ad rem.* An gaudeat] *Sup. immoderatè de bonis parentibus.* An doleat] *Sup. de malis parentibus.* An cupiat] *Sup. bona futura.* An metuat] *Sup. mala futura? quaſi dicat nihil. quia æquè miſer eſt. Sic quicqd uidit melius.* Ve] *Pro uel peius.* Sua ſpe] *Id eſt, quam ſperauerat.* Torpet] *Id eſt, hebet & deficit, quodam ſtupore ignauo, & hoc oculis, & animo, & corpore.* Defixis] *Id eſt, illi nimium affixis. Si ſapiens.* Petat ipſum uirtutem ultra quam ſatis eſt] *Id eſt, ſi uelit nimium ſapiens eſſe (præceptum eſt enim ad ſobrietatē ſapere)* Ipſe ferat] *Id eſt, portet, obtineat.* Nomē inſani] *Id eſt, inſipientis.* Et ſi æquus] *Id eſt, iuſtus petat.* Ipſam uirtutem] *Id eſt, iuſtitiam ultra, quam ſatis eſt (quia ſummum ius, ſumma iniuria)* Ipſe ferat nomen iniqui] *Hoc eſt, ne uirtus quidem, & ſapientia poteſt ultra menſuram rectè appeti, quantò minus fortunæ bona, unde ſubdit.* Veteres imperio figurato] Quod uetationem innuit. I nunc] *Id eſt, uade.* Suſcipe] *Id eſt, ſurſum, hoc eſt, in gratiam accipe.* Et amplectere argentum, &c.] *Id eſt, ſtatuas marmoreas ueteret.* Et æra, & artes] *Id eſt, opera artificioſè facta.* I nunc & mirare] *Id eſt, obſtupeſce.* Tyrios colores] *Id eſt, purpuras.* Cum gemmis] *Id eſt, lapillis præcioſis.* I nunc & gaude quod mille, &c.] *Id eſt, quia diſertus & eloquens es.* Et tu gnauus] *Id eſt, operoſus, & ſolers.* Pete manè] *Id eſt, tempore matutino.* Forum] *Id eſt, quo res afferunt uenales.* Et ueſpertinus] *Id eſt, tempore ueſpertino.* Pete tecta] *Id eſt, granaria.* Ne mutus uir diues] *Sed forte mutum uocat, quia indiſertum.* Emetat] *Id eſt, metendo euehat.* Agris dotalibus] *Id eſt, quos per dotē acquiſiuit, plus frumenti.* Quam tu] *Sup. in foro & tecto emeris. Aut de foro iudiciali intelligit, ubi acquirat, quo emat.* Et indignum ſit] *Id eſt, indigneris quod hic ortus.* Peioribus] *Id eſt, ignobiliorib. parentibus.* Sit potius mirabilis] *Id eſt, admiratione dignus.* Tibi] *Id eſt, à te* Quam tu illi] *Hoc eſt, quod tu potiùs debeas mirari eius diuitias, quam ipſe tuas.*

Quicquid, &c.] *Commemorat omnium rerum uiciſſitudinem eſſe, ne quis ſibi placeat ob fortunæ applauſum, dicens.* Aetas] *Id eſt, longæuitas temporis.* Proferet in apricum] *Id eſt, ſub ſolem, aut in lucem.* Quicquid eſt ſub terra] *Id eſt, occultum in uiſceribus terræ, & ipſa ætas defodiet & condet, id eſt, abſcondet.* Nitentia] *Scilicet metalla.* Cum] *Id eſt, quamuis, porticus Agrippæ quo nobiles conueniunt.* Et uia Appi] *.i. Appij, hoc eſt, Appia, quam Appius ſtrauit lapidib. Neapolim* Vſq;] *Id eſt, quiuis locus celebratus.* Conſpexerit te bene] *Id eſt, multum.* Notū] *Id eſt, quamuis ſit ſpectatus & clarus multis.* Tamen reſtat] *Id eſt, reliquum eſt te ire ſup. eò* Quò Numa] *Scilicet Pompilius, rex religioſiſſimus.* Et Ancus] *Scilicet Martius rex bellicoſiſſimus deuenit in cineres, quia, ut dicit in idem arte.*

,, *Puluis & umbra ſumus.*

Si latus aut renes] *Significat ex omnibus conſtitutionibus, quod cuiq; optimum uidetur, illi maximè amplexandum, ut de ſingulis p ordinem patebit, qui talis eſt.* Si latus aut renes] *Sup. tui* Tentantur] *Id eſt, uexantur acuto morbo.* Quære fugam morbi] *Quaſi dicat, ſicut morbo corporali medelam quærimus, ita & mentali quærenda eſt unde ſubdit.* Vis uiuere rectè?] *Reſpondit.*

Quis non] *Sup. uelit rectè uiuere, quaſi dicat omnes uolumus rectè uiuere. Addit poëta.* Si una] *.i. ſola uirtus poteſt dare.* Hoc] *Id eſt, rectè uiuere (quaſi dicat, quod ſic, quia utitur Indicatiuo, non Subiunctiuo. unde quidam exponerent.* Si poteſt] *Id eſt, quia poteſt)* Tu fortis age hoc] *Id eſt, ſectare uirtutem.* Omiſſis delicijs] *Id eſt, uoluptatibus, quæ uirtuti obſtant.* Sed] *Sup. ſi putas.* Virtutem uerba] *Id eſt, fictitiam philoſophorum inuentionem, & in ſolis uerbis eorum, & non in re conſiſtere.* Vt] *Id eſt, qualiter* Putas] *Sup. aut quidam putant.* Lucum] *Id eſt, ſiluā.* Incæduam] *Id eſt, quæ nunquam inciditur propter lucis ac numinis pœnitentiam, quam gentilitas illic ubi lucum conſecrauit eſſe credebat, quare uetitum eſt in ſacris literis Iudæis ne lucum ſtruant, ut inquam putas lucum eſſe.* Ligna] *Sup. ſola ſine numine, aut diſcretione à ſyluis.* Non ſectis] *Hoc eſt, ſi neque in uerbis philoſophorum uirtutem præcipientium aliquid rei, neque in lucis aliquid numinis putas.* Caue ne alter occupet portus prior te] *Id eſt, fac ne quiſquam ſit prior te in portu, qui è nauibus & (Vt Perſius dicit)*

,, *Sitiente camelo merces tollat.*

Hoc eſt, totam curam adhibe ad res cumulandas, in quibus beatitudinem collocaſti. Ne perdas negocia Cybiratica] *Id eſt, ne perdas operam in mercibus Cybiraticis, quæ ad te uehuntur, ex Cybira magna urbe in Aſia iuxta Sindam, ut dicit Strabo lib. 12.*

Ne perdas negocia Bythinia] *Id eſt, operam in mercibus ex Bythinia aduectis.* Et fac] *Sup. ut mille.* Talenta] *Id eſt, mille grauiſſima pondera, æris, argenti, aut auri.* Rotundentur] *Id eſt, compleantur ſecundùm Acronem, quia omne rotundum completum & perfectum.* Vel rotundentur] *Id eſt, accipiant monetam, aut formam pecuniæ, quæ rotunda eſt, & fac altera.* Totidem] *Id eſt, altera mille talenta, & porrò ut tertia mille talenta ſuccedant.* Et] *Sup. ea pars.* Quæ quadret] *Id eſt, quadratum faciat.* Acerunm] *Id eſt, quarta millia ſup. ſuccedant.* Scilicet] *Id eſt, ſcire licet.* Hoc eſt] *Ideo certè, quia pecunia regina donat uxorem cum dote, & fidem & amicos.* Et genus] *Id eſt, generoſitatem.* Et formam] *Id eſt, formoſitatem.* Ac ſuadela] *Id eſt, perſuadendi Dea aut uirtus. Nam Angelus Politianus Suadam & Pytho Deam lepôris hic ab Horatio Suadelam dici docet, capite. 91.* Et Venus] *Id eſt, uenuſtas & gratia dicendi.* Decorat] *Id eſt, exornat.* Bene nummatum] *.i. multos nummos habentē, hoc eſt, perſuaſum eſt ſi nihil poſſe deeſſe, neq; uxorem diuitem, neque fidem, neq; amicos, neque generoſitatem, neque formoſitatem, neq; gratiam, ac uenuſtatem dicendi habita pecunia, totis uiribus ei habendi ſtudeas.* Quia rex Cappadocum] *Id eſt, quauis dominus multorum ſeruorū ex Cappadocia, de qua re ſic Beroaldus diſſerit Scribit idem Horat. in primo epiſtolarum.* Mancipijs locuples eget æris Cappadocum rex] *Quo uerſu ſignificat quoſdam eſſe famuloſos, & famulitio numeroſo copioſos. Sed rei nummariæ egentiſſimos, & ita rex Cappadocum non accipitur pro rege Cappadociæ, ſed pro eo, qui maximā habeat familiam ſeruorum. Rex enim aliâs dominus, aliâs regnator, aliâs diues ſignificatur, & ita apud luculentos ſcriptores frequenter ſignificat diuitem, atque potentem, qui à diuitibus colitur, & paraſitis, & in hoc ſignificatu Iuuen. Martia. & Plautus accipiunt, & alibi ab Horat. dictum eſt.*

,, *Siue reges, ſiue inopes erimus coloni.*

Columella quoq; lib. 1. de ſalutat ore loquens, ait, ſomnium regis ſui rumoribus auguratur. Scribit eruditiſſimè Donatus regem nomē eſſe ad aliquid, aut, ut Dialectici loquuntur, ut enim libertus eſt patroni, ita rex paraſiti, et paraſitus regis: Cappadocas uerò ſeruos appellamus à nomine regionis, ex qua uenales optimi deportabantur, ſicuti Lydum & Syrum priſci nuncuparunt. Sicuti Dauum & Getam uocitamus, à Getis populis & Dacis, quos olim Dauos uocitatos eſſe exiſtimant. Strab. ex quo apud Athenienſes Dauorum & Getarum nomina ſeruilia in uſu erant frequentiſſimo, & inde apud poëtas Comicos identidem reperies ſeruos Getas, & Dauos appellitari. De Cappadocibus manc ipijs meminit Perſius.

,, *Cappadocas rigida pingues pauiſſe cataſta.*

Et Mart. inquit.

,, *Quid te Cappadocum ſex onus eſſe iuuat?*

Ad mancipia, quæ ex Cappadocia bona deferebantur, alludens Apuleius in lib. 7. de aſino aureo, ait. *At ille Cappadocum me, & ſatis forticulum nunciat. Ita ab Horat. Rex Cappadocum dicitur Dominus mancipiorum, quorum legiones à nonnullis Romanorum locupletiſſimis habebantur, ut luculenter tradit Plin. qui in 33. ait, Seruorum cauſa Nomenclatorem eſſe adhibendum.*

Rex inquam Cappadocum] *Id eſt, quiuis dominus mancipiorum.* Locuples] *Id eſt, diues* Mancipijs] *Id eſt, ſeruis & ancillis eget æris, & ita beatus non eſt.* Tu ergo ne feceris hic] *Id eſt, rex Cappadocū ut ſolummodo ſeruos habeas, ſit uit etiam, ut non ſis Lucullus, id eſt, chlamydū duntaxat, hoc eſt, rerum ſuperfluarum cum*

ut Luc

ut Lucullus.unde dicit Lucullus, ut aiunt, rogatus ſi poſſet Præbere ſcenæ]. i.ad ludos ſcænicos exhibendos. Centum chlamydes] .i.ut nunc dicunt mantellos Ait].i.reſpondit. Qui]. i.quomodo Poſſum] Sup.præbere. Tot] Sup. chlamydes (neſciunt enim an centũ haberet) Tamen &]. i. pariter quærã & , Mittã] Sup.tot, quot habeo,uel id quod habebo. Et ſcribit ad eũ] Scil. à quo rogatus erat, paulò pòſt. Quinq; milia chlamydum eſſe domi ſue,ut tolleret]. i. auferret partẽ Chlamydũ,uel oẽs Chlamydes. Et ſcribit] Sup.quod domus eſt Exilis].i.tenuis & pauper cula. Vbi nõ ſupereſſunt].i.pluſquã ſatis ſunt multa. Et fallunt].i.latẽt. Domin.ũ]. i. poſſeſſorẽ eorũ. Et proſunt forib.] Qui ea ſine inquiſitione domini furari poſſunt. Ergo ſi ſola res] i.ſi perſuaſum eſt, quod ſola res poteſt facere & ſeruare beatum. Repetas hoc opus primus].i.primo loco.i.ante omnia. Et omittas hoc opus]Scil.diuitiarũ acquirendarũ Poſtremus].i.poſtremo loco,hoc eſt,ſolis diuitijs accumulãdis inſudes. Et hæc de uirtute & diuitijs,nunc de honoribus & dignitatib. Si ſpecies].i ſplendor,& ornatus,ac gloria in magiſtratu exiſtentiũ Et gratia] Id eſt,fauor popularis,quo ad honores peruenitur.Præſtet].i.reddat, aut efficiat Fortunatũ] Hoc eſt,ſi id nobis perſuaſum eſt Mercemur].i.ememus Seruum].i. immitẽ ſeruum. Qui dictet nomina]. i. qui pronunciet eligenti populo nomina eligendorum ſeu nomenclatorem. Vel qui dictet nomina] .i.debita ſcribenda, ut obligatos ad ſuffragia præſtanda cogat. ſed prior expoſitio melius cohæret. Vt nomenclatorem].i.nominum pronunciatorẽ intelligas, qui inſpiret populo quem eligant. Et qui fodiat]. i.inſtiget, pulſet latus. Populi] Scil. non ex ſententia ſtatim ſuffragantis. Et cogat] Scil.populum. Porrigere dextram in ſignum] Scilicet,fauoris & ſuffragij. Trans pondera]. i. trans molem denſæ turbæ,aut Trans pondera lapidum in uia iacentium hic] Id eſt,unus è populo ualet multum In Fabia] Sup. gente, aut tribu. Hic].i.alius dabit Cuilibet] .i.placet Faſces]. i.ſummos honores,que pro etiam Eripiet].i.adimet Importunus] .i. non habita ratione. Cui].i.cuicunq; uolet ebur Curule].i.ſellam curulem eburneam,nõ niſi ſummis magiſtratibus cõceſſam : ut ergo per talem magiſtratum obtineas. Adopta]. i. quaſi per modum adoptionis reconcilia tibi. Facetus].i.facetè,dicens. Frater] Adde pater. Vt].i.ſecundùm quod Cuiq; eſt ætas].i.cuius ætas eſt, ut tibi frater eſſe poſſit eum fratrem compella. Et cuius ut pater] Eum patrem.Hoc eſt omnibus uijs ſtudeas ambire, ſi in honoribus beatitudinem conſtituiſti. Si bene,&c.] Nunc de uoluptatibus. Si inquit is bene] .i. beatè uiuit ſecundùm iudiciũ tuum, qui cœnat bene. Lucet]. i. ſatis diei ac lucis adhuc eſt . nam licet ſtare non poteſt. Et lucet ſcriptum reperi, eamus quo gula ducit piſcemur]Venemur:ut Gargilius(uir perditæ gulæ, qui gloriosum putauit luxurioſè uiuere) Olim] Sup. uenatus eſt. Qui iubebat plagas] Id eſt,retia. Venabula] Id eſt, arma uenantiũ. Et ſeruos tranſire mane] Id eſt,tempore matutino. Forum differtum] Id eſt,repletum. Et populum] Id eſt, per medium fori populoſi. Vt unus mulus è multis] Id eſt, quos multos eduxerat. Referret] Id eſt,reportaret populo Spectante] Id eſt,uidente. Aprum non captum] Quia id nequiuit, ſed emptum, & ſi hoc perſuaſum eſt nobis. Lauemur crudi] Id eſt,crudos & indigeſtos cibos in ſtomacho habentes intremus balnea. Tumidi] Id eſt,inflati cibis obliti quid deceat. Et quid non] Supple deceat. Digni] Supple exiſtentes Cera cerite] Id eſt,Ceritum tabula,in qua nullæ leges ſcriptæ erant, ſicut nos nullam obſeruemus . Nam Cerites uicti à Romanis nulla lege dignati ſunt, nec ſuffragijs admiſſi:ideoq; cui ius ſuffragiorum ademptum erat,Cerite tabula dignus,per contumeliam dicebatur. Digni ergo cera Cerite] Id eſt,ignominioſa tabula exiſtentes Remigium uitioſum] Id eſt, per Metonymiam. Remiges uitioſi Vlyſſei Ithacenſis,cui] Scilicet Vlyſſi Voluptas potior] Id eſt, optabilior patria quæ potiſſima tamen eſſe deberet. Fuit interdicta] Id eſt, uetita & negata.hoc eſt,qui abſtinuit à uoluptate,ut in patriam rediret, quam tamen ſummum bonum definientes potiorem patria dicerent. Aduerte autem lector plurima nomina, quæ apud nos in es longam exeunt,apud Græcos in eus exire,& econuerſò.unde hic ab Vlyſſeus ſit Genitiuus Vlyſſei:cuius ultima eſt diphthongus.Sicut econtrariò in Bucolicis Virgilius: Orphi dixit à nominatiuo Orpheus. Item Quia Cerites] Id eſt,Græci, qui urbem prius Agellinam dictam incolebant uiſi ſunt Latinis ſurdaſtri,cùm enim ſæpe percunctarentur,quod nam eſſet nomen ciuitatis illi,non intelligentes Latinos & credentes ſe ſalutari, reſalutabant, dicentes, cherete . hoc eſt, ſaluete,illi corrupto uocabulo dixerunt urbem Ceritem uocari. Ideo quidam dicunt, ceram Ceritem eſſe, quæ ſurdos faciat, ſicut remigium Vlyſſis cera obſtruſas habens aures, ſurdum tunc fuit. Et hæc in eos,quorum Deus eſt uenter Eorum] Id eſt, qui in gula ſummũ bonum ſibi conſtituunt. Si Mimnermus uti,&c.] Nũc in eos,qui ſummũ bonum in libidine Venerea collocãt,dicit. Si nil eſt iocundum] Id eſt, delectábile ſine amore, & iocis. Vti] Id eſt,ut: hoc quemadmodum Mimnermus, ſcriptor elegans,indolentiam ſummum bonum definiuit. Cenſet] Id eſt, indicat, uiuas in amore iociſq; . hoc eſt, illud totis uiribus amplectere, in quo ſummum bonum conſiſtere putas, quod quia ſu Numicium in uirtute conſtituturum,utpote uirum ſapientem, innuit uirtutẽ ſummopere amplexandã,& eò plurima pars epiſtolæ tẽdit. Viue, uale ô Numici,& ſi nouiſti quid].i.aliqd rectiùs iſtis. Tu cãdidus].i.amicus integer,& ſine liuore inuidiæ. Imparti].i.fac me participem, ſi non ſup.nouiſti rectiùs. Vtere mecum his] Scilicet præſcriptis.

EPISTOLA VII. AD MECOENATEM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPIST. VII.

Ocia diuitijs liberrima ſeptima præfert.

Ordo eſt: Septima epiſtola præfert diuitijs ocia liberrima] Id eſt, quibus cũ ſumma libertate frui datur. Scribitur autem ad Mecœnatem,cui ualetudinem ſuam excuſat, quod uocatus non ueniret offerens potius omnia, quæ ab eo acceperat, reddere, quam libertatem admittere adductis ad hoc facetis apologis.

ALIVD ARGVMENTVM.

Rationem reddit quur promiſſa non præſtiterit.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Libertas optima.

COMMENTARIA.

ACRON.

QVINQVE dies tibi pollicitus me rure futurũ] Hæc epiſtola excuſat ſe Mecœnati, quod ultra placitum eius moretur ruri, propter æſtatem ſcilicet ſeruitudinem, quam timebat pati, ſi Romam ueniret. Aeſtuoſo enim tempore grauis eſt habitatio Romæ, & quia Mecœnas multa commoda contulerat Horatio, propter quæ eius præſentiam liberè rogabat, inuehitur Horatius in illum, dicens: malle ſibi omnia recipi à Mecœnate, quàm tam graui ſeruitio cogi. Quàm mihi] Senſus eſt, illam ueniam, quã mihi dares, ſi ægritudo intercluderet aduentum meum, hanc ipſam timenti ægrotare, dabis, quòd ob hoc prætermiſi præceptum tuum, quòd timui mihi morbum imminere ſi hoc exequerer. Deſignatorem] Deſignatores dicuntur, qui ad locum Libitinæ funere præſtanti cõducuntur, ut defuncti cum ho-

note efferantur. Ad mare] *Per hyemem calorem præferat, per frigus æſtatem.* Calaber iubet hoſpes] *Non mihi inquit, donaſti quæ ſuperuacua eſſent, ſed neceſſarijs me diuitem feciſti. Calabri autē hoſpites ea humanitate excipiūt, ut ad uilia & ſuperuacua hortentur.* Tam teneor dono] *Id eſt, quia mihi plus ualet uoluntas tua, quàm ſi domum feram eiuſmodi munera: aduena hoc dixit hoſpiti.* Quid diſtent æra lupinis] *Quæ ſit differentia inter bonos & malos.* Dignum præſtabo] *Id eſt, dignū præſtabo me tuis beneficijs, & iam pro tua laude, qui mereris, laboro, ut dignum me præſtem. Non etiam pro eius laude, qua in me confert beneficia.* Fronte] *Creſcit ſenibus frons cadentibus capillis.* Reddes fortè latus] *Oſtendit ſe fuiſſe iuuenem, quando in Mecœnatis amicitiam deuenit primò: Dicit autem malle ſe, recipi à Mecœnate bona, quæ ei uiuleerat, quàm ſemper in ſuo ſeruitio morari. Inſuper oſtendit, quod ſi nollet eum dimittere, requirit ab eo omne ſeruitiū, quod ei in iuuentute fecerat. Significat autem per fortè latus, & nigros capillos, ac dulce eloquium, ſeu per riſum decorum, &c. quia potuit ſte te ebrius fugam Cynaræ: ualidam iuuentam quam eius ſeruitio amiſerat.* Hac ego ſi compellet imagine cuncta reſigno] *Subtiliter per ſimilitudinem dicit, libenter ſe reddere, quæ acceperat ſi non ad arbitrium uiuere concedatur.* Satur altilium] *Nec tantum contemno ut malim ſomno eſſe deditus: nec illas iterum tantum cōcupiſco, ut ſeruire uelim.* Nec uerbo] *Hoc eſt: Et ego hanc laudem inuicem reddidi. Abſentem ſimiliter laudo ac laudaui præſentem.* Inſpice] *Senſus eſt: Experiri an inuitus reddam quæ dediſti, imò quàm lætus ſiam ſi reddidero.* Telemachus] *Hiſtoriam tangit. Cum enim Menelaus rex Græcorum Telemacho Vlyſsi filio equos dare uoluiſſet, fertur Menelao reſpondiſſe: Tua dona tibi ſunt apta, mihi non conueniūt, quoniam regio mea itá montuoſa eſt, ut nec herbā equis gerat aptā. Quod refert iſte ad ſe dicens ſibi iam uetulo non conuenire in militia ſtare.* Strenuus] *Fabula hæc ſatis apta ſuperioribus iuncta eſt quibus oſtendit ſe diuitijs ociū præferre.* Queritur] *Ideo queritur, quia grandis natu. Etenim ſenibus ſemper moleſtum eſt iter.* Demetri] *Philippus ad puerum ſuū Demetrium dixit. Ordo eſt: Demetri puer, abi, quære.* Scitari libet]

QVINQVE dies, tibi pollicitus, me rure futurum:
Sextilem totum mendax deſideror, atqui
Si me uiuere uis ſanum, rectéq; ualentem.
Quam mihi das ægro, dabis ægrotare timēti
Mecœnas ueniam, dum ficus prima, calorq;
Deſignatorem decorat lictoribus atris:
Dū pueris omnis pater, & matercula pallet,
Officioſaq; ſedulitas, & oppella forenſis
Adducit febreis, & teſtamenta reſignat.
Quód ſi bruma niues Albanis illinet agris:
Ad mare deſcendet uates tuus, & ſibi parcet,
Contractuſq; leget: te dulcis amice reuiſet
Cum Zephyris, ſi concedes, & hirundine prima.
Non quo more pyris ueſci Calaber iubet hoſpes
Tu me feciſti locupletem, ueſcere ſodes.
Iam ſatis eſt. at tu quātumuis tolle: benignè.
Non inuiſa feres pueris munuſcula paruis.
Tam teneor dono, quàm ſi dimittar onuſtus.
Vt libet: hæc porcis hodie comedenda relinques.
PRODIGVS & ſtultus, donat quę ſpernit, & odit.
Hæc ſeges ingratos tulit, & feret omnibus annis
VIR bonus, & ſapiens dignis ait eſſe paratum,
Nec tamen ignorat, quid diſtent æra lupinis:
DIGNVM pręſtabo me etiam pro laude merentis.
Quod ſi me noles uſquam diſcedere, reddes
Forte latus, nigros anguſta fronte capillos,
Reddes dulce loqui: reddes ridere decorū, et
Inter uina fugam Cynaræ mœrere proteruæ.
Forte per anguſtam tenuis uulpecula rimam
Repſerat in cumeram frumenti, paſta'que rurſus
Ire foras pleno tendebat corpore fruſtra.
Cui muſtella procul, ſi uis, ait, effugere iſtinc,
Macra cauum repetes arctum, quem macra ſubiſti.
Hac ego ſi compellor imagine, cuncta reſigno:
Nec ſomnū plebis laudo ſatur altilium: nec
Otia diuitijs Arabum liberrima muto.
Sæpe uerecundum laudaſti: rexq;, paterq;
Audiſti corám nec uerbo parcius abſens.
Inſpice, ſi poſſum donata reponere lætus.
Haud malè Telemachus, proles patientis Vlyſſei:
Non eſt aptus equis Ithacæ locus: ut neque planis
Porrectus ſpacijs nec multę prodigus herbę,
Atreide, magis apta tibi, tua dona relinquā.
PARVVM parua decent. mihi iam non regia Roma,
Sed uacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.
Strenuus, & fortis, cauſis'que Philippus agendis
Clarus, ab officijs octauam circiter horam
Dum redit, atque Foro nimium diſtare Carinas,

Verba Philippi. Placet, inquit, *ex ipſo audire, quod dicis.* Tunicato ſcruta popello] *Quas uulgus ſcrutas uocat. Tunicato autem populo, id eſt, uilibus ueſtimentis induto, ut dicimus ſenatum togatum. Aliter: Scrutum eſt, fractum uilium.* Occupat] *Improuiſus ueniens, & præueniens ſalutando.* Viſus decurrere piſcis ad hamum] *Piſcem ad hamum currere, cauſa gulæ. Vulteium ſignificat auidum pecuniæ fore. Sed piſcis decipitur in hamo, ſic ut Vulteius deceptus.* Suburbana] *Facto inquit, manè quo neceſſe erat milites ire in quandam expectationem ſuburbanam, Philippus Vulteium iubet equum aſcendere, & ſecum proficiſci, quod nunquam ante Vulteius fecerat.* Indictis comes ire Latinis] *Ferijs Latinis in urbe agi aliquid non licebat, hoc eſt, in nundinis, quæ in certis diebus, ac non prædictis fieri ſolebant.* Quod te] *Hi duo uerſus à Mena, Philippo ſunt dicti: & ab Horatio Mecœnati.* Metiri] *Id eſt, menſuratum tenere unumquenque decet.*

PORPH. } Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum] *In hac ecloga Mecœnati ſe excuſat, quòd diutius ruri moretur, propter autumnū Romæ ſuſpectum. Liberalitatem deinde Mecœnatis repetens, ætatem excuſat, & ac ſi laboraturus acceperit, paratum ſe reponere ait exemplo uulpeculæ, cuius & fabellam refert.*

Non quo more pyris ueſci Calaber iubet hoſpes] *Non quia ſuperuacuæ tibi, & inutiles diuitiæ erant, ideo in me liberalis fuiſti. Hoſpitis deinde Calabri ſermonem refert, hoſpitem inuitantis ad pyra edenda, quæ ſi non ediſſet ſuibus abijceret.* Repſerat in cumeram] *Cumera uaſis frumentarij genus, factum ex uimine admodum obductum.* Strenuus & fortis] *Fabellam de Vulteio Mena præcone dilucidè exponit, uel per ſe, uel prioribus adnexam, in exemplum ſui, qui ocium diuitijs præferat.* Non eſt aptus equis] *Homericus uerſus ex Odyſſeæ quarto: Telemachus offerenti ſibi Menelao equos excuſans accipere, quod equis minus apta, conueniensq; Ithacæ, & agri anguſti & ſteriles ſunt.* Nec multæ prodigus herbæ] *Nec quæ multas herbas proferat.* Nimium Foro diſtare] *A' foro longe abeſſe.* Carinas] *Carinæ locus in urbe, ubi eſt Pompeiana domus Virgil.*

„ *Lautis mugire Carinis.*

Et ludis, & poſt decisa negocia campo]

campo] *Et hic ſubaudiendũ gaudentem.* Tandem dormitum dimittitur] *Allegoricôs, poſtquam frequentibus cœnis inëſcatus eſt.* Hac ego ſi compellor imagine] *Hoc ait, ſi cogatur contra commodum ualetudinis præſtare officiũ, ait ſe malle quod accepit reddere, & hoc ideo facere quod iam ſaturatus opibus, putet ſomno indulgendum. Sed ait oblatione omniũ Arabum diuitiarum ocium nunquam uelle mutare uel poſſe.*

CHRIST. LAND. }

Quinq; dies tibi pollicitus] *Et uera, & ad uitam degendam ſalutaris præcepta in hac epiſtola concludit Horatius. Primò enim demonſtrat licere nobis ſaluo iure atque honeſto non ſeruare promiſſa quæ ſeruata, & nobis nocerent, & ei cui promiſimus nulla in parte prodeſſent. Præterea eſſe ueri amici, non exigere ab amico id, quod aduerſus commodum ſuum ſit. Poſtremò negat eſſe boni uiri uelle ſuis beneficijs alterius libertatem emere. Turpeq; eſſe hominibus illam ullis muneribus uendere, longeq; præſtare in paupertate degere, citra tamen uitium, quam aduerſus naturam ſuam laborioſa ſubire.* Rure] *Pro ruri, Sic Maro.*

„ *Numero Deus impare gaudet*

Pro impari. nam rectè dicimus rure reuertor, ſed maneo non rure, ſed ruri. Sextilem] *Auguſtum de quo alibi.* Aegrotare] *Nam ſi das otium ut fugem morbum iam profectum dabis etiam ut fugiam profecturum.*

Primus ficus] *Eſt enim & ſecunda, quia hæc arbor bifera eſt.* Deſignatorem] *Eum dicit qui ſculpit titulos in ſepulchris.* Atris] *Id eſt, pullatis.* Lictoribus] *Nã hæredibus defuncti qui pullati ſunt deſignat titulum quem legant. Alij textus habent lictoribus, ut uideatur ſignificare conſulare aut prætorium funus. Per hæc uerò oſtendit finem æſtatis & autumni principia, in quo tempore peſtiferi & letales morbi ſunt.*

Forenſis opella] *Quaſi dicat, quod nobiliores patroni eo tempore ceſſant, & propterea dixit opellã & non opera.* Reſignat] *Aperit, nam tunc aperiuntur teſtamenta cùm teſtator defunctus eſt.*

Ad mare] *Nam loca maritima calidiora in hyeme ſunt quàm montana.* Zephyris & hirundine] *Id eſt, uere in quo hæc apparẽt.* Non quo] *Ex fabella ruſtici Calabri demonſtrat qualis in eum fuerit liberalitas Mecœnatis.* Prodigus & ſtultus] *Hic ſimilis in dando*

Iam grandis natu quæritur: CONSPEXIT, ut aiunt,
Adraſum quendam, uacua tonſoris in umbra,
Cultello proprios purgantẽ leniter ungueis.
Demetri (puer hic nunquam læue iuſſa Philippi
Accipiebat) abi, quære & refer: unde domo, quis,
Cuius fortunę, quo ſit patre, quóue patrono.
It, redit, & narrat Vulteium, nomine Menã,
Præconem, tenui cenſu, ſine crimine notum,
Et properare loco, & ceſſare, & quærere, & uti,
Gaudẽtem, paruisq; ſodalibus, & Lare certo
Et ludis, &, poſt deciſa negocia, campo.
Scitari libet ex ipſo, quodcunq; refers: dic
Ad cœnam ueniat, non ſanè credere Mena:
Mirari ſecum tacitus. quid multa? benignè,
Reſpondet NEGAT ille mihi? negat improbus, & te
Negligit, aut horret. Vulteium mane Philippus
Vilia uendentem tunicato ſcruta popello,
Occupat, & ſaluere iubet prior: ille Philippo
Excuſare laborem, & mercenaria uincla
Quod non mãne domum ueniſſet: denique quod non
Prouidiſſet eum. ſic ignouiſſe putato
Me tibi, ſi cœnas hodie mecum, ut libet, ergo
Poſt nonam uenies. nunc i: rem ſtrenuus auge.
Vt uentum ad cœnam eſt: dicenda, tacenda locutus,
Tandem dormitum dimittitur. hic ubi ſæpe
Occultum uiſus decurrere piſcis ad hamum,
Mãne cliens, etiam certus conuiua, iubetur
Rura ſuburbana indictis comes ire Latinis.
Impoſitus mannis, aruum, cœlumq; Sabinũ
Non ceſſat laudare. uidet, ridetq; Philippus.
Et ſibi dum requiem, dum riſus undiq; quærit,
Dum ſeptem donat ſextertia, mutua ſeptem
Promittit: perſuadet uti mercetur agellum.
Mercatur. ne te longis ambagibus ultrà
Quam ſatis eſt, morer: ex nitido fit ruſticus, atque
Sulcos, & uineta crepat mera: præparat ulmos,
Immoritur ſtudijs, & amore ſeneſcit habẽdi.
Verum ubi oues furto, morbo periẽre capellæ:
Spem mentita ſeges: bos eſt enectus arando:
Offenſus damnis, media de nocte caballum
Arripit, iratusq; Philippi tendit ad ædeis.
Quem ſimul aſpexit ſcabrum, intonſum'que Philippus,
Durus, ait, Vultei nimis, attentus'que uideris
Eſſe mihi. pol, me miſerum patrone uocares,
Si uelles, inquit, uerum mihi dicere nomen.
Quod te per Genium, dextram'que, deosq; penateis
Obſecro, & obteſtor, uitæ me redde priori.
Qui ſimul aſpexit, quantum dimiſſa petitis
Præſtent, maturè redeat, repetatq; relicta.
METIRI ſe quenque ſuo modulo, ac pede, uerum eſt.

eſt Calabro, de quo hactenus. Sed uir bonus & liberalis donat ijs, qui donari digni ſunt. Nec tamen ignorat] *Quaſi dicat, æra lupinis, id eſt, pecunia à uili leguntine. Animaduertit igitur cui donãdum ſit, & quantum.* Dignum præſtabo] *Aureum præceptum, nam ſuo nomine oſtendit gratos eſſe oportere, & memores beneficij eos, qui munera acceperunt. Sed tamen non debere ex beneficijs ſubire ſeruitutem.* Reddes forte latus] *Per hæc omnia ſignificat, quæ iam præterijt iuuentutem.* Nigros] *Nam nunc cani ſunt.* Anguſta] *Quæ nunc rugis laxata eſt.* Decorum] *Iuuentuti, nam ſenem non decet.* Fugã Cynaræ] *De qua multa ſunt in libro carminum.* Forte per anguſtã] *Huiuſcemodi apologo docet potiùs accepta relinquẽda eſſe, quam libertatem amittẽdam, quod autem in hos laqueos incidiſſe uulpem dicit, oſtendit callidos quoque quandoq; decipi poſſe.* Muſtela] *Græcum nomen eſt, id eſt, mus longus. Hæc in murium uenatu ruta ſe munit, & cum baſiliſco ſerpenti nulla fera par eſſe poſſit muſtelæ eos ſola tabe interficiunt. Nec præter muſtelæ uirus quicquam huic ſerpenti exitio eſt.* Hac imagine] *Hac ſimilitudine, nam Græcè imago color. Rhetoricus εἰκὼν dicitur.* Nec ſatur] *Non ut multi faciunt tenuẽ uictum crapula plenus laudo, nec tamen muto ocia mea diuitijs Arabum, id eſt, magnis diuitijs, et quantæ ſunt apud Arabes propter thuris ac reliquorũ aromatum affluentiam.* Altilium] *Non ſolũ aues, ſed quæcunq; animalia, quæ ut ijs inde ueſcerentur ſaginabant altilia uocabant, ut apparet apud Plin.* Haud malè Telemachus] *Nemò dona accipiat, quibus libertatem perdat, ſed potius oblata relinquat, imitatus Telemachum Vlyſsis filium. Hic enim ad Agamemnonem iam domum reuerſum profectus de patre ſciſcitaturus cũ illi equos donare uellet Agamemnon non accepit, excuſans tenuitatem pabuli patriæ ſuæ, quæ ad illos alendos minimè idonea eſſet.* Porrectus] *In longum extenſus, id eſt, non habens latos campos.* Prodigus] *Abundans, Acyrologia eſt, nam de ſolo homine dicitur prodigalitas.* Imbellẽ] *Luxui, quam armis inſeruiens, ut maximè apparet apud Plutarchum in uita Pyrrhi.* Strenuus & fortis] *Vrbana fabella, ſed quæ grauem occultet ſententiam, nam in ea oſtenditur quàm ſtulti ſint, qui ocium liberale et turpitudine carentes ſollicitæ uitæ ſpe*

VVu 2 pecuniæ

pecuniæ mutent. Ab officijs] *A` foro in quo clientibus officia præſtabat.* Carinas] *Via erat Romæ, quæ ædificia haberet in nauium carinarum ſimilitudinem facta. In illis ſunt uincula Sancti Petri. Virgil.*

„ *Et lautis mugire carinis.*

Vnde domo] *Ex qua familia.* Tenui cenſo ſine crimine notum] *Non parua laus, nam qui pauper eſt rarò niſi ex infamia ſolet eſſe notus. Hæc autem adiungit poëta, quia huiuſcemodi ocium ſine bonis moribus aut à luxuria, aut à deſidia eſt.* Et quærere] *Excludit ignauiam.* Et uti] *Remouet auaritiam.* Sodalibus] *Ergo & humanus, & liberalis.* Paruis] *Prudens in eligendis ijs, qui à ſua fortuna non abhorrerent.* Lare certo] *Ita delectabatur ſodalitijs, & conuiuijs ut tamen non uagaretur tanquam paraſitus per domos alienas.* Ludis] *Qui feriatis diebus cùm fierent non dimouebant illum à re ſua.* Campo] *In quo & deſidiam excludens, & ualetudini conſulens corpus exerceret.* Poſt decisa] *Id eſt, abſoluta.* Negocia] *Ita enim ſe exercebat ut tamẽ prius agenda ageret.* Non ſanè credere] *Narratio ueriſimilis. Seruat enim naturam inferioris, qui non eſt ſine ſuſpitione cum à ſuperiore præter ſolitum blandè appellatur.* Poſt nonã] *Eo enim tempore iam è balneis egreſſi cibum capiebant.* Occultum hamum] *Cupiebat fallere, non ut homini noceret, ſed ut prudens tentaret quid mutatio uitæ afferret.* Tunicato] *Cui propter pauperiem non eſſet toga, nam tunica inferior ueſtis eſt, Toga ſuperior.* Popello] *Plebeculæ.* Scruta] *Alij pelles inteſtina eſſe uolunt.* Non ceſſat laudare] *Nam iam amœnitate ruris capiebatur.* Ridet'q;] *Animaduertens illũ iam captum.* Mercatur] *Hoc enim ut faceret omnia agebat Philippus.* Crepat] *Ingentem affectum crepitu uerborum demonſtrat.* Seges mentita ſpem] *Nam cùm circa uer ſegetes lætitiam in herbis oſtendunt præbent ſpem futuræ fertilitatis, quæ ſi non uenit mentitæ uidentur.* Caballum] *Sic enim Græci equũ appellant.* Mitem] *Et non durum & nimis attentum.* Qui] *Cùm cognouerint homines quantum errauerint omittendo, quæ quadrabant naturæ ſuæ illa omninò repetent, nam ſummæ prudentiæ eſt ut metiatur quis.* Modulo] *Id eſt, forma.* Et pede] *Id eſt, menſura.* Suo] *Id eſt, ſibi conuenienti. Moduli propriè appellantur formulæ, quæ ſint futuræ exemplar ædificij, quod erigere deſtinauerimus. Ergo unuſquiſq; ſequetur formulam ſibi à natura impoſitam.*

ERAS. ROT. } *Ibi de primo uere ſentit poëta. Nam hirundo ueris nuncia fertur. Hac in prouerb. Vna hirundo, &c.* Non quo more pyris] *Ex his uerſiculis prouerbium ſubeſſe uidetur. Calabri namq; hoſpitis munera ruſticana, leuiáq;, quæq; magis onerant accipientem, quàm iuuant, rectè dixeris, aut quæ donantur contempta. Siquidem Calabri, quod pyris abundent, conſueuerunt ea hoſpitibus affatim apponere. Deinde ſaturos belliariorũ uice domum auferre iubent. Quod ſi recuſes eadem porcis obijciuntur.* Nec tamen ignorat] *Habet & illud prouerbij ſymbolũ. Vult enim Horatius quod talis ſciat diſcrimẽ rerum uilium, & prætioſarum. Agit autem Horatius de ijs, qui beneficia non ita conferunt in quo ſuis, uelut abijciant, ſed ita collocant, ut expendant, & eius meritũ ac dignitatem cui præſtant, & pretium muneris quod largiuntur. Porrò lupini utilitatem prouerbialiter notauit, & Iuuen. ſic:*

„ *Tunicam mihi malo lupini*

„ *Quam ſi me toto laudet uicinia pago.*

Patientis Vlyſſei] *Hic laudat Telemachũ Homericum qui equos à Menelao oblatos, recuſauit, quum non ſolùm in accipiendis muneribus uerecundiam habere debeamus, ſed etiam delectum, iuxta prouerbium: Nec omnia, nec paſſim, &c.* Metiri ſe quemq;] *Huc reſpexit Horatius quod uulgo dicitur: Tuo te pede metire. Quod monet ne quis ſe dilatet ultra conditionem ſuam, ne'ue ſeipſum ex aſſentatorum laudibus, aut uulgi opinione, aut formæ fauore, uerum proprijs ac ueris dotibus, animíq; uirtutibus æſtimet. Translatum ab ijs qui corporis humani modum, pedum numero æſtimant.*

COELIVS } *His uerbis iuuenilis indicatur ætas, ut patet lib. 10. cap. 12.*

SABEL. } Deſignatorem decorat lectoribus atris] *In cuius loci enarratione labuntur interpretes, & quid deſignator ſignificet non ſatis diligenter exponunt, ſed nos omiſſis aliorũ interpretamẽtis noſtra probemus. Deſignare uetuſtiſſimo ſignificatu eſt rem nouã facere in utranq; partem & bonã, & malam, ſicuti docet Donatus, enarrans illud Terẽtianum in Adelphis: modo quid deſignauit, inde deſignatores dicti ſunt curatores funerũ, qui ludis funebribus præſunt ob eam cauſam, quod in his ludis multa fiunt noua ſpectanda, ſcribit Iuriſconſultus de ijs, qui notãtur infamia, deſignatores miniſteriũ non artem ludicrã exercere, ideóq; ignominioſos non haberi, & ſanè locutus iſte à principe, ut uerbis iuriſconſulti utar, hodie nõ pro modico beneficio datur, ad hoc idem pertinentia uerba Senecæ ſubieci ex lib. de Beneficijs 6. quæ hæc ſunt: An tu Arruntiũ & Aterium, & cæteros qui captandorũ teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas eadem habere quæ deſignatores, & libitinarios uota? illi quorum mortes optent neſciunt, hi familiariſſimũ quenq;, ex quo propter amicitiã rei plurimũ eſt mori cupiunt. Hactenus Seneca: Senſus autẽ Horatij hic eſt. Dabis, inquit, mihi Mecænas ueniam diutius uillicanti, & in agro commoranti, quam promiſerim, quoniam ægrotare Romæ formido, per dies autumnũ peſtiferos, dum deſignatores, hoc eſt, præfecti ludorum funebrium lictoribus Attatis decorantur, & per multorum mortes inanes ſua frequenter uſurpant, funebribus ludis præſidendo.*

POLITIANVS } *Vocabula quæpiam ſunt ita rara inuenta, ut ſi iterum in ea incidamus, ob id feciſſe operæprecium uideamur, quoniã ſingularia credebantur. Sicuti eſt* Cocuma *apud Martialem in hoc Hemiſtychio:* Cucumam fecit Horacilius. *Nam ſic in Satyrico legimus Petronij Arbitri: Tum illa carnis etiam paululum delibat, & dum coæquale natalium ſuorũ ſinciput in carnariũ furca reponit, fracta eſt putris ſella, quæ ſtaturæ altitudinem adiecerat, anumq; pondere ſuo deiectam ſuper focum mittit. Frangitur ergo ceruix Cucumæ, ignemq; conualeſcentem reſtinguit, atq; totã faciem excitato cinere perfudit. Ex eo inclinatum diminutiuũ Cucumion inuenio apud Arrianum in libris de Epicteto: Quo maximè capite περὶ κυνισμοῦ, hoc eſt, de Cynica profeſſione loquitur, atq; adeò uerba Arriani ponam.* Δεῖ αὐτὸν κουκούμιον ἔχειν ἵνα θερμὸν ποιήσῃ τῷ παιδίῳ αὐτὸ λούσῃ. *Habere, inquit, eum Cucumion oportet, ubi calfaciet puero, quo ipſum lauet. Cucumiõ dixit Græca conſuetudine, quod nos Cucumulum, non inconcinnè. Sed &* Proſeucha *tantum apud Iuuenalem inueniri uocabulum pro loco mendicabulorum putatur: Cùm tamẽ Cleomedes in ſecundo circularis inſpectionis libro, aduerſus Epicurum differens, ita propemodum loquatur. Ex ijs nonnulla, è lupanaribus aſcita, quædam ſimillima ijs, quæ in cerialibus à fœminis dictitantur, alia uerò ex media Proſeucha, atq; ab ijs ipſis, qui illic mendicant deſumpta: Iudaica planè, & retrita, longéq; etiam reptilibus humiliora. Sed &* Scruta *dixit Horatius quidem ſemel in hoc uerſiculo*

„ *Vilia uendentem tunicato ſcruta popello.*

Dixit iterum quantum uideam Sidonius Apollinaris libro epiſt. 7. per hæc uerba: Nunc quædam friuola, nunc ludo apta uirgineo ſcruta donabat.

IOAN. HART. } Lupinis] *Prouerb.* Quid diſtent æra lupinis *Chiliad. 1. Centuria 3.* Patientis Vlyſſei] *Homer.* πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς, *quod epitheton hic adumbratur.* Non eſt aptus equis Ithacæ locus] *Homer. Vnde hic locus eſt deductus.* Odyſſ. Δ. pag. 37. ἵππους δ' εἰς Ἰθάκην οὐκ ἄξομαι, ἀλλὰ σοὶ αὐτῷ ἐνθάδε λείψω. ἐν δ' Ἰθάκῃ οὔτ' ἂρ δρόμοι εὐρέες, οὔτε τι λειμών. &c. Aptus equis] ἱππόβοτος *innuit Nec multæ prodigus herbæ* εὐλείμων. *Nec planis porrectus ſpatijs.* δρόμοι εὐρέες.

THEOD. PVLM. } 3 Si me uiuere uis ſanum rectéq; ualentem] *H.G.E.B.C.V.* Si me uiuere uis rectéq; uidere ualentem, *Lambini codices manuſcripti retinent.* 6 Deſignatorem] *Sũt deſignatores in hoc loco, qui choragiũ locant, & reliqua ornamẽta ad res funebres, ijsq; ſpectaculis omnia ſuppeditant. Vide Pet. Nannij Miſcell. lib. 4.* 13 Cõcedes] Concedit, *H.* concedas, *B.* 22 —Dignis ait eſſe paratũ. —Dignis ægit eſſe paratum, *G.B.V.* 23 —Quid diſtent æra lupinis] *Id eſt, quid intereſt inter bonos & malos nũmos. Poteſt uideri dixiſſe Horatius,* —Quid diſtent æra lupinis, *ut uirũ bonum dicat intelligere quid donet, æs'ne an lupinũ, uile & Cynicũ cibariũ, atq; ita mihi quidem*

uidebatur

uidebatur: ſed M. Antonius Muretus ingenioſiſsimus & diſertiſſimus, eam excogitauit interpretationem, quæ propè Geometricos meam ſententiā refelleret. Lupinos enim aurū ait eſſe comicum, ut Plautus loquitur, quo macerato paſcuntur boues. Vt igitur in Comœdiis pro aureis nummis annumerantur lupini: ſic & pueros lupinorum grana pro nūmis ſolitos eſſe habere, atq; numerare, & inter æs & lupinū parū diſtinguere. Atq; idē hodie'q; in Italia luſitantes pueros ementiri & æmulari lupinis nūmos ait. Hæc Turn. lib. 1. cap. 15. uide lib. 19. cap. 7. & lib. 25. cap. 29. 25 Vlquā diſcedere] Vnquā diſcedere, H. C. V. 30 Repſerat in cumeram frumenti] Horat. inquit, ubi cumera uas eſt uel uimineū, uel fictile reponendis idoneum frugibus, κυψέλη à Græcis, niſi fallor, dicitur. Ariſtophanes, ἐξ μεδίμνων κυψέλην ἀπώλεσας: ubi enarrator ſcribit, κυψέλη ἐστὶν εἶδος ἀγγείου ἢ μέτρου δεκτικὸν πυρῶν ἢ κριθῶν. οὐ μέτρον δέ φασιν εἶναι τὴν κυψέλην, ἀλλὰ κεράμιον. In eis aūt triticū aut hordeū recondere pauperes ſolebāt: ut diuites in granariis: nā granaria interdū loca ſunt in horreis tabulis ſepta ad fruges ſeruādas ſuo cuiq; generi diſcluſa: atq; ita ab Iaboleno in titulo actionis empti & uēditi uſurpatur ſic ſcribēte, granaria, quæ ex tabulis fieri ſolēt, ita ædiū ſunt, ſi & ſtipites eorū in terra defoſſi ſunt. eodē etiā modo ab Horat. (1. Sat. 1.) poſitū in illo uerſu recordor.

„ Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?

Etiā cumerā, ut ait Feſtus appellabant antiqui uas quoddā, quod opertū in nuptiis ferebatur, in quo erant nubentis utenſilia, quod & camillū dicebant, eo quòd ſacrorū miniſtrū κάμιλλον appellabāt. Turn. lib. 5. cap. 13. 34 Cōpellar] Cōpellor, H. G. E. B. C. V. 42 Nec multæ] Neq; multæ, Lambini editio. 50 Adraſum] Atraſum, C. V. Abraſum, Lābini quidā libri ueteres. 51 Proprios purgantē] G. E. B. C. V. proprios reſecantem, H. proprio purgantē, Lābini quidā libri ueteres. 52 Nō leuē] Nunquā leuē, Laz Bonamicus, fide Georg. Fab. 53 Vnde domo, qui] Vnde domo qui, Georg. Fabr. quidā libri ueteres. 55 Volteiū] Volteium, H. ſic infrà uerſu 64. & 91. 56 Notum] Natum, Georg. Fabr. liber manu ſcriptus. 60 Quodcunq;] H. G. E. B. C. V. quæcunq;, Lābini quidā libri ueteres. 62 Benignè] Aduerbiū illud eſt blandè recuſantis: eſt enim perinde ac ſi diceret, excuſatū me habeas: ut apud Ariſtophanem in Ranis, κάλλιστ' ἐπαινῶ, quod eſt laudo, renuentis eſt: & apud Terent. rectè, (Eun. act. 2. ſcæn. 3. uerſu 50. et Hec. act. 3. ſcæn. 2. uerſ. 20.) Itaq; illud eiuſdem epiſtolæ in eundem accipiendum ſenſum eſſe arbitror,

„ —At tu quantum uix tolle. benignè,

Vt hoc reſpondentis ſit & bellè recuſantis. Turn. lib. 5. cap. 13. 64 Negligit] Neglegit, H. G. 65 Scruta] Scruta quæ dicit, eſſe uidentur quæ γρύτην Græci & γρυτάρια uocāt, quæ ſunt friuola & uilia & parua uaſa, quæ qui uendit γρυτοπώλης & γρυτάριος, id eſt, ſcrutarius et friuolarius uocatur: unde & friuolariæ nomē datū Plautinæ fabulæ, quæ ætatē ferre non potuit, nec perennare. ῥωποπῶλαι iidē appellabātur ex uenditione ſordidarū merciū. ita ſit ut à Latinis huic uerbo præpoſitus ſit ſibilus, qui in Græco nō ſtridet, eo autē nomine omnia cenſentur ueteramenta, quæ per uias & rudera ſcrutando eruimus, ut multi cenſent, qui originis Latinæ uolunt: alii coriacea omnia, & ſcortea opera uetera propriè eo ſignificari credunt, ut ſcruta quaſi ſcortea intelligātur, quæ notio latiùs poſtea patuerit, & ad omnē uilem, & ueterē ſuppellectilem pertinuerit. Turneb. lib. 5. cap. 13. 69 Prouidiſſet] H. G. E. B. C. V. & Georg. Fabr. in Explicationibus caſtig. ad illud Terentii Andr. actu 1. ſcena 2.

—Herus eſt neq; prouideram.

Præuidiſſe, Gryphii editio. Prouiſiſſet, Lambinus legendū eſſe dicit: at reclamant libri ueteres. 72 Dicenda, tacenda locutus] Sic intelligi debet, ut familiariter eum in cœna locutum intelligamus & amicè, ut qui omnem pectoris ſui ſenſum aliis ingenuè, facilè'q; aperiunt, nihil'q; celant, nec ſermones eos refugiunt, freti amicitia, & bonitate, quò cum ſint, qui ſi eliminarentur, capitales interdum auctori forent. Turneb. libro 5. cap. 13. 75 Et iā certus] Et iā certus, E. C. 39 Dicere nomē] E. ponere nomē, H. G. B. C. V. & Gul. Căterus lib. 4. c. 12.

ANT. MVR. } 40 Haud malè Telemachus] Locus eſt Odyſſ. Δ. ubi cùm Menelaus longum cum Telemacho ſermonē ita clauſiſſet,

„ Καὶ τότε σ' εὖ πέμψω, δώσω δέ τοι ἀγλαὰ δῶρα,
„ Τρεῖς ἵππους, καὶ δίφρον ἐΰξοον.

Interiectis aliquot uerſibus, reſpondet Telemachus:

„ Δῶρον δ' ὅττι κέ μοι δοίης, κειμήλιον ἔστω.
„ Ἵππους δ' εἰς Ἰθάκην οὐκ ἄξομαι, ἀλλὰ σοὶ αὐτῷ
„ Ἐνθάδε λείψω ἄγαλμα· σὺ γὰρ πεδίοιο ἀνάσσεις
„ Εὐρέος, ᾧ ἔνι μὲν λωτὸς πολὺς, ἐν δὲ κύπειρον.
„ Πυροί τε ζειαί τ', ἠδ' εὐρυφυὲς κρῖ λευκόν.
„ Ἐν δ' Ἰθάκῃ οὔτ' ἂρ δρόμοι εὐρέες, οὔτε τι λειμών
„ Αἰγίβοτος, καὶ μᾶλλον ἐπήρατος ἱπποβότοιο.
„ Οὐ γάρ τις νήσων ἱππήλατος, οὐδ' εὐλείμων,
„ Αἵθ' ἁλὶ κεκλίαται· Ἰθάκη δέ τε καὶ περὶ πασέων.

GEORG. FABR. } Promiſſa interdū non ſunt ſeruanda, ex Platonis & Ciceronis ſententia, præſertim ſi ſint pernicioſa ei, qui promiſerit. Libertatē etiam præferendam pecuniæ, & omnibus amicorū donis, tacitè innuit. Repſerat in cumerā] Soſipater Verrio ſcribit, camarā. Aliud eſt camera tecti, apud Nonium: & nunc cumera frumenti, apud Horat. Pro uaſe frumentario exponit Porphyrio, quibus uaſis uimine contextis, Itali adhuc utuntur. Proles patientis Vlyſsi] In aliis ſapientis Vlyſſi, qui & πολύτλας, & δαΐφρων Homero. Hic dicere uidetur, patris ſapientiā imitatū fuiſſe filium. Puer hic non leuē iuſſa Philippi Accipiebat] Libēter tribuo, uiro ſummo Laz. Bonamico, quod ab ipſo accepi, qui legebat hoc loco, nunquā leuē iuſſa Philippi Accipiebat. pro leuiter, nota figura. Induſtriā Demetrii τὸ ὑπήκοον commendat, qui heri Philippi mandata attentè & ſtudioſè accurauerit. Vnde domo, qui, Cuius fortunæ] Ita Virg. 7.

„ Qui genus, unde domo ſ id eſt,

De qua urbe, aut patria. Ita apud Ouidium,

„ Heu mihi ſi quæ ſim quæris, & unde rogas?

Similis loquendi modus in inſcriptione Romana,

C. LÆLIO C. F. CLAV.
EX ORATO DOMO IVLIA
CONCORDIA. EQVO PVBLICO

Nec aliter Virg.

„ Qui Cætere domo.

Qui, interrogat de qualitate: quis, de ſubſtantia. Terent. Quis fuit igitur? Iſte Chærea. Qui Chærea? iſte Ephœbus, frater Phædriæ. Sine crimine notum] In manuſcripto, ſine crimine natum, ut reſpondeat illi, quo ſit patre. Mane cliens etiā certos conuiua] Diuiſio aduerbio meliùs legitur, & iam: quod & ſenſus requirit. Verū mihi dicere nomen] Antiquiora habent, ponere. Ita Serm. 1, 3. Error nomen uirtus poſuiſſe honeſtum. Igitur alterum eſſe gloſſam exiſtimo.

IOD. BAD. ASCENS. } Quidā dicis] Argumentū patuit, ſed quod de deſignatore Beroald. annotauit recitādū eſt. Dicit aūt ſic. Idē in epiſt. ad Mecœnatē ſcripta ſic inquit. Deſignatorē decorat lictorib. atris, in cuius loci enarratione labūtur interpretes, & qd deſignator ſignificet nō ſatis diligēter exponūt, ſed nos omiſſis aliorū interpretamētis noſtra probemus. Deſignare uetuſtiſsimo ſignificatu eſt, rē nouā facere, in utrāq; partē, & bonā & malā: ſicuti docet Donatus enarrans illud Terentianū in Adelphis, modo qd deſignauit: inde deſignatores dicti ſunt curatores funerū, q ludis funebrib. præſunt ob eā cauſam, quod in his ludis multa fiāt noua, & ſpectāda, ſcribit Iuriſcōſultus de his, qui notātur infamia. Deſignatores miniſteriū nō artē ludicrā exercere: ideo'q; ignominioſos nō haberi, & ſane locus iſte à principe, ut uerbis Iuriſconſ. utar hodie nō pro modico beneficio datur, ad hoc idem pertinentia uerba Senecæ ſubieci, ex lib. de Beneficiis, 6. quæ hæc ſunt. An tu Aruntiū & Aterriū, & cæteros, qui captandorū teſtamentorū artē profeſſi ſunt, nō putas eadē habere, quæ deſignatores & libitinarios uota: illi quorū mortes optēt neſciūt, hi familiariſsimū quenq;, ex quo propter amicitiā rei plurimū eſt mori cupiūt, hactenus Seneca: Senſus aūt Horatii hic eſt: Dabis inquit mihi Mecœnas ueniā diutiùs uillicanti, & in agro cōmoranti, quàm promiſerim, quoniā ægrotare Romæ formido per dies Autumni peſtiferos, dum deſignatores, hoc eſt, præfecti ludorum funebrium lictoribus atratis decorantur, & per multorum mortes munia ſua frequenter uſurpāt, funebribus ludis præſidendo.

præſidendo. Ordo eſt: O' Mecœnas ego pollicitus tibi me futurum] *.i., manſurum rure, pro* Ruri] *Hoc eſt, in rure.* Quinque dies] *.i. per ſpacium quinq; duntaxat dictum ego mendax deſideror totum ſextilem* Menſem]. *i. Auguſtũ, hoc eſt, abſens ſum per totum Auguſtũ: Id enim deſideratur, quod abeſt, ac deeſt nobis.* Atqui] *.i. ſed certè ô Mecœnas ſi uis me* Viuere] *.i. ut ego uiuam rectè, & ſi uis uidere me* Valentem] *Tu dabis mihi timenti ægrotare eam ueniã: quam das mihi ægroto.* Dum *.i. quam diu ficus: prima recens collecta.* Et dum calor] *Scil. uehemẽs.* Decorat] *.i. ornat in officio ſuo præſidentem* Deſignatorem]. *i. ludorum funebriũ præfectũ.* Lictoribus]. *i. miniſtris publicis* Atris] *.i. pulla & nigra: hoc eſt, lugubria ueſtimenta indutis, hoc eſt, dum multi moriuntur, & hæredes pullati curant ſepulchra per deſignatorem, quem lictores atri in re funera ſequũtur ornandæ.* Et dum omnis pater & matercula] *.i. indulgentior mater.* Pallet] *Id eſt, timet* Puerls]. *i. pro pueris, hoc eſt, liberis ſuis, aut timet liberis mortem.* Nam timeo tibi] *.i. pro te.* Et timeo te] *.i. de te, dicimus. Et ſimiliter metuo, ac tranſſumptiuè* Palleo] *Quæ pro &* Dum ſedulitas officioſa]. *i. officij & obſequij plena.* Et opella forenſis] *i. opera impendenda rebus forenſibus, pro clientib.* Adducit febres] *Sup. letales, unde ſubdit.* Et reſignat] *Id eſt, aperit prius ſignata teſtamenta, quia mortuo teſtatore.* Hæredibus reſignatur] *.i. aperitur teſtamentum.* Quod ſi bruma] *.i tempeſtas brumalis in Decembri uidelicet, illinet Albanis agris niues uates tuus.* O' Mecœnas] (*Hoc autem de ſe dicit*) *deſcendet ad mare, ubi tempore hyemali, quæ dant epiditas eſt, & parcet ſibi.* Et contractus] *.i. in arcto loco ad euitandum frigus (eius enim impatiens fuit)* Leget] *Scil. libros philoſophorum, & ô dulcis amice.* Ipſe reuiſet] *Id eſt, redibit uiſum tecum* Zephyris] *.i. uentis dulciter ſpirantibus, in uere flare ſolitis, & reuiſet te, ſi concedas.* Cum prima hirundine] *Id eſt, cum primo aduentu hirundinum.* Non quo more, &c.] *Artificiosè ab eo munere Mecœnatẽ laudat, quod ab eo præcipuè expoſtulat, dicens.* Tu non feciſti me locupletem eo more quo hoſpes Calaber]. *i. qui in Calabria hoſpitio recipit.* Iubeat recepto] *Scil. ueſci pyris, hoc eſt, tu non dediſti mihi ea, quibus amplius uti nolles, ſed egregia munera, in hoc te uerum amicum ſignificans, uerus autẽ amicus dat liberaliter, nec tollit libertatem accipienti. Quomodo autem hoſpes det pyra ſubiungit, dicit enim* Veſcere ſodes] *Sup. pyris iſtis. Reſp. amicus.* Iam ſatis eſt] *Sup. me addit hoſpes.* Tolle benignè] *.i. cũ beneuolentia.* Quantum uis] *Sup. de pyris, tu feres paruis pueris tuis* Munuſcula] *.i parua munera non inuiſa. Reſp.* Amicus] *Quaſi dicat, gratias habeo.* Hoſpes mi] *Ego* Teneor] *.i. obligatus ſum tibi.* Tam] *.i. tantum* Quam] *.i. quantũ ſup. tenerer ſi dimittar à te* Onuſto] *.i. oneroſo dono: legatur autẽ onuſtus, ut ſit quã ſi dimittar* Onuſtus] *Id eſt, oneratus dono tuo, hoc eſt, quod uulgo dicitur, tantam gratiã tibi habeo, quantam haberem ſi aſportarem. Reſp.* Hoſpes ineptus] *In qua reſponſione eſt nodus fabulæ, ac dicit.* Vt libet] *Sup. facito, quia indifferens ſum.* Si enim non acceperis, tu relinquas hæc] *Scil. pyra comedẽda hodie porcis, unde addit poëta.*

„ *Prodigus & ſtultus donat quæ ſpernit & odit.*

Hæc ſeges] *Id eſt, plantatio illiberalitatis in animis hominũ* Tulit] *Id eſt, produxit &* Feret] *.i. producet omnibus annis ingratos, quia nemo gratias referendas putat danti qui ſpernit & odit.* Vir bonus & ſapiens ait] *Sup. ſe & ſuum paratum (non cuiuis) ſed dignis.* Nec tamẽ ignorat] *.i. attamẽ benè ſcit.* Quid ura] *Id eſt, pecuniæ diſtẽt* Lupinis]. *i. ab illis leguminibus uulgò in Italia habitis.* Dignum præſtabo] *Innuit poëta uitiũ illiberalis datoris, & uirtutem liberalis, nunc innuit officiũ, decentis receptoris, dicens.* Ego etiam præſtabo me dignum laude] *Id eſt, iuxta dignitatem* Merentis] *Id eſt, de me: hoc eſt, exhibebo me nõ ingratum, nec indignum beneficio tuo, quod ſi nolles me* Vnquam diſcedere] *.i. ſi uoles, me ſic ſubiectum tenere, ut ſim ſemper iuxta te.* Reddes] *.i. reſtitues mihi forte latus.* Quid] *Scil. habui quando incepi primum obſequi tibi, & reddes nigros capillos.* Qui] *Scilicet, nunc cani ſunt, in fronte anguſta piloſa, & non caluaſtra: ut nunc eſt.* Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum & mœrere] *Id eſt, deplorare* Inter uina] *Id eſt, inter potandum fugam Cinaræ amicæ.* Proteruæ] *Id eſt, procacis.* Vulpecula tenuis] *Id eſt, macilenta repſerat* Forte] *Id eſt, à caſu per anguſtã* Rimam] *.i. Fiſſuram & aperturã.* In cumerã frumenti]. *i. uas uimineũ in quo erat frumentũ, &* Ipſa paſta] *.i. enutrita.* Tendebat] *.i. conabatur rurſus ire foras corpore* Pleno] *.i. repleto & pingui.* Fruſtra] *.i. incaſſum, quia nõ potuit per anguſtã rimam exire.* Cui] *Scil.* Vulpeculæ] *.i. paruæ uulpi, muſtela.* Ait procul] *Id eſt, de lõgè, ſi uis effugere* Iſtinc] *Id eſt, ab cumera.* Repetas macra cauũ arctũ] *Id eſt, ſtrictũ & anguſtũ.* Quem ſubiſti] *Id eſt, intraſti macra.* Si ego compellor] *.i. expoſtulor.* Hac imagine] *.i. parabola, aut exemplo huius, hoc eſt, ſi ego cogor priuſquã exeã, cuncta relinquere quæ accepi à te.* Ego reſigno] *.i. reſtituo cuncta.* Nec ego ſatur altilium laudo ſomnũ plebis] *.i. non peto ſolummodo tranquillam requiem, quãdo ſum ſatur.* Nec ego muto] *.i. cõmuto, aut uendo, liberrima ocia.* Diuitijs]. *i. pratio diuitiarũ Arabum, illorũ populo diuiſſimorũ.* Tu rex, & pater mihi laudaſti ſæpe me uerecundũ] *.i à uerecundia.* Tu audiſti] *Sup.* Me coram] *.i. in præſentia te laudantẽ.* Nec] *Sup. ſum* Abſens] *Id eſt, in abſentia.* Parcius] *.i. magis parcens* Verbo] *Id eſt, nõ minus te laudo nunc abſens, quã olim præſens.* Inſpice ſi poſſum reponere] *Id eſt, reſtituere.* Donata] *Id eſt, quæ mihi dediſti.*

Haud malè, &c.] *Docet exemplis non omnia dona ab amica accipienda eſſe, ſi quidem accipienti nocitura, aut libertatem, & tranquillitatem animi ablatura ſint, quorum primum ex Odyſſea ſumptum eſt. Ordo eſt:* Telemachus proles] *Id eſt, filius Vlyſſi, quod nos dicimus Vlyſſis* Patientis] *Scil. laborum & errorum.* Haud malè] *Sup. dixit, qui reſpõdit Menelao.* O' Atride locus Itacæ] *Scil. patriæ meæ, non eſt aptus equis.* Vt] *Id eſt, utpote* Neq; porrectus] *Id eſt, extenſus planis ſpacijs.* Nec prodigus] *Id eſt, productiuus multæ herbæ, ego relinquã tibi tua munera magis apta tibi.* Addit paruo] *Decent paruum, quod aut poëtæ, aut Thelemachi uerbum eſſe poteſt.* Roma regia] *Id eſt, regalis ciuitas, non placet mihi iam: ſed Tybur oppidum illud.* Vacuum] *Id eſt, non populoſum, & uacuũm reſpectu Romæ, aut Tarentum, aliud oppidum.* Imbelle] *Id eſt, molle & uoluptuoſum. Philippus quidã aduocatus ſtrenuus & fortis, & clarus agendis* Cauſis] *Id eſt, in cauſis agendis.* Dum redit ab officijs] *Scilicet, forenſibus circiter octauam horam, atq; dum ipſe iam* Grandis natu] *Id eſt, ſenior & prouectioris ætatis, ita quod non poſſet bene ambulare.* Queritur] *Id eſt, conqueritur.* Carinas] *Id eſt, locum habitationis ſuæ, qui in morem carinarum ædificia conſtructa habebat: diſtare nimium à foro* Iudiciali] *Scilicet, reſpexit (ut aiunt)* Quendam abraſum] *Id eſt, libertinæ conditionis, aut ad mollitiem pertinet, ne capilli officiãt.* Purgantẽ cultello leniter] *Id eſt, ut dicunt dulciter & ſine impetu, aut polite ungues proprios in umbra tonſoris* Vacua] *Id eſt, ante domum tonſoris ceſſantis.* Puer Philippi accipiebat hic] *Id eſt, hoc loco, & hoc tempore, cùm ſic uideret eum.* Iuſſa non leue] *Id eſt, ſiniſtræ & ab re, reperimus enim leue in textu, poſſet tamen legi non* Leuis] *Id eſt, aſpera* Iuſſa] *Videlicet ô Demetri abi.* Quære & refer] *Supple reſponſum ab eo.* Vnde] *Id eſt, de qua domo ſit.* Quis ſit] *Cuius* Fortunæ] *Id eſt, conditionis ſit, quo patre ſit.* Ve] *Pro uel, quo* Patrono ſit] *Id eſt, quem patrem, aut patronum habeat.* It] *Supple puer ad illum ceſſatorem, redit ad Philippum.*

Narrat] *Id eſt, refert eum* Nomine] *Id eſt, nominari Vulteium Menam.* Exiſtentem præconem] *Id eſt, rerum priuatarum publicum uenditorem.* Notum tenui cenſu ſine crimine & gaudentem properare] *Id eſt, feſtinare* Loco] *Id eſt, in loco: hoc eſt quando opportunum eſſet & ceſſare loco* Et quærere] *Id eſt, acquirere in loco.* Vti] *Scilicet, quæſitis.* Et gaudentem paruis ſodalibus] *Id eſt, Commenſalibus, & conuictoribus.*

Et certo] *Id eſt, conſueto & ſuo lare, & ludis, & campo poſt negotia Decija] Id eſt, poſt preconia peracta. Addit Philippus.* Libet] *Id eſt, placet mihi* Sciitari] *Id eſt, ſciſcitari, & experiri ex ipſo quodcunq; refers.* Dic ueniat ad cœnam] *Quod ubi dixerat puer.* Mena] *Scilicet, Vulteius.* Non credere] *Id eſt, non credebat* Sanè] *Id eſt, multum, & tacitus* Mirari] *.i. mirabatur.*

Quid

Quid multa] *Sup. dicam? puer reſpondet Philippo benignè, aut potius Vulteius reſpondet puero benignè, ſe habere & agere gratias domino, ſed nõ poſſe uenire. unde puer, ut redijt dicit hero ſuo.* Ille] *Scilicet, Vulteius negat* Mihi] *Sup. quid* Petij] *Scilicet, ad cœnam uenire, ille improbus negat & negligit te.* Aut horret] *Id eſt, timet te.* Philippus occupat] *Id eſt, offendit in foro* Mane] *Id eſt, poſtridie eius diei Vulteium uendentem,* Popello tunicato] *.i. uili & humili.* Scruta] *.i. fragmenta leguminum cum ſiliquis ſuis.* Et ipſe Philip. iubet priori] *.i. priuſquam à Vulteio uiſus eſſet.* Salucre] *.ſ. Vulteium.* Ille] *.ſ. Vulteius* Excuſare] *Sup. cœpit, aut* Excuſabat] *.i. in excuſationem adducebat laborẽ.* Et uincla] *.i. uincula* Mercenaria] *.i. quia cum mercenarius eſſet, obligaretur ad præſtandam operã.* Quòd nõ ueniſſet domũ] *.ſ. Philippi mane. Deniq; excuſabat,* Quòd nõ præuidiſſet eum] *.ſ. Philippũ .i. quòd non prior eum ſalutaſſet, quia minorum eſt maiores ſalutare priores. Reſpondet Philippus.* Putato Vultei me ignouiſſe tibi ſic] *.i. hoc pacto, utpote ſi cœnas hodie mecũ. Reſpondet Vulteius.* Vt libet] *Sup. faciam. Et Philippus inquit* Venies poſt nonam] *Sup. horã poſt ortũ ſolis.* Nũc ſtrenuus in rẽ] *.i. ad rem cumulandã.* Auge] *Sup. eam* Vt] *.i. poſtquam uentũ eſt ad cœnam.* Vulteius locutus dicenda tacendaq;] *.i. quædã dicenda, & quædam tacenda.* Dimittitur tandẽ] *Sup. ire dormitum* Hinc] *.i. ex hac cœna, ubi piſcis uiſus eſt ſæpe decurrere ad occultũ.* Hamũ] *.i. ubi Philippus uidit locũ eſſe captãdi eũ, ipſe exiſtẽs mane cliens.* Et certus] *.i. etiã nõ uocatus conuiua.* Iubetur ire comes rura ſuburbana] *.i. cum Philippo in ſuburbanũ eius, &* Hoc latinis] *Supple feſtis indictis .i. denuntiatis* Quibus] *.ſ. temporibus ceſſabatur in foro iudiciali, & ita licebat Philippo abeſſe, & hoc* Mannis] *.i. equis minoribus, quaſi ad manũ habendis* Impoſitus] *.ſ. uehiculo. cum autem illuc uentum eſſet, Vulteius non ceſſat laudare aruum, & cœlum .i. aërem Sabinum, quod Philippus uidet & ridet, & dum ipſe quærit ſibi* Vndiq; requiẽ] *.i. recreationem animi.* Et riſus] *.i. ridendi occaſiones, & dum donat ſeptẽ ſeſtertia, & promittit ſeptem mutua .i. mutuo danda.* Perſuadet Vulteio uti] *.i. ut mercetur .i. emat agellum, & ſup.* Vulteius, &c.] *.i. & ne* Moror] *.i. detineã te ultra quã ſatis eſt.* Longis ambagib.] *.i. per longos ſermones, ipſe fit ruſticus* Ex nitido] *.i. ex urbano bene culto.* Et crepat] *.i. crepare facit ſulcos* Et mera uinetu] *.i. agros & uineas colit.* Præparat] *.i. putat & reſecat, aut plantat ulmos, quibus uites adhærent in Italia.* Immoritur] *.i. uſq; ad mortis angorem incumbit ſtudijs, & ſeneſcit amore habendi.* Verum] *.i. ſed.* Vbi] *.i. poſtquam oues periêre furto, & capellæ morbo, &* Seges male prouenient mentita] *Sup. eſt ſpem, quam de ea conceperat.* Et bos eſt enectus] *.i. mortuus arando.* Ipſe offenſus] *.i. læſus & iratus damnis arripit de media nocte, caballum, id eſt, equum, & iratus tendit ad ædes Philippi,* Quem] *.ſ. Vulteium.* Simul ac] *Id eſt, ſtatim poſtquam aſpexit ſcabrum & intonſum ait* O Vultei tu uideris mihi nimis durus] *.i. ſtrenuus agricola.* Et nimis attentus] *Sup. ad rem.* Ipſe Vulteius] *Inquit.* Pol] *Id eſt, per Pollucem ô Patrone: tu uocares me miſerum* Si uelles mihi dicere] *Id eſt, aſsignare uerum nomen.* Quod] *Id eſt, propter quod.* Ego obſecro] *.i. per ſacra rogo & obteſtor te* Per geniũ] *.i. Deũ tuum peculiarem,* Per dexterã] *.i. uirtutem tuam.* Per deos penates] *Redde me priori uitæ. (hæc poſſunt ſecundum Acronẽ eſſe uerba poëtæ ad Mecœnatem.)* Is qui ſemel] *.i. ſtatim ut aſpexit.* Quãtò dimiſſa] *.i. derelicta, præſtẽt petitis.* Redeat maturè] *.i. tẽpeſtiuè & repetat relicta.* Quia uerũ] *.i. iuſtũ & decẽs eſt.* Quẽq; metiri] *.i. mẽſurare ſe ſuo* Modulo] *.i. forma,* Ac pede] *.i. mẽſura* Longitudinis] *.i. quemlibet conari quod perficere poſſit.*

PHILIP. BEROALD } Ad taſum quendã uacua conſonis in umbra Cultello proprios leniter ungues] *Cultrum raſorium intelligit, quo ſemper uſus eſt Auguſtus.*

EPISTOLA VIII. AD CELSVM ALBINOVANVM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPIST. VIII.

Aegrum Octaua animum Flacci docet Albinouanum.

Ordo eſt. Octaua epiſtola docet Albinouanum, *ſcilicet Celſum, ægrum animum* Flacci] *Id eſt, Horatij dolentis quod philoſophiæ non uacet.*

ALIVD ARGVMENTVM.

Indicat animi ſe ægritudine laborare, neq; quæcunq; eorum quæ recta eſſent, ſibi placere.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Superbia uicium.

COMMENTARIA.

ACRON.

BENE rem gerere] *Expreſsit Græcorũ τὸ εὐπράττειν.* Pulchra minantem] *Promittentem ſtudere philoſophiæ.* Nec ſuauiter] *Quia uacare philoſophiæ ſuaue eſt.* Oleam'ue momorderit] *Momorderit, id eſt, minorem, fecerit: minuuntur enim quæ mordentur.* Sed quia mente minus ualidus] *Inconſtantiam, & animi morbum in celſo taxat ſub perſona ſua.* Vt tu fortunam] *Quaſi diceret, ſi in rebus lætis non effeneris, facile eris omnibus gratus.*

PORPHYRION. }

Celſo gaudere] *Ad Albinouanum Celſum, cui indicat animi ſe ægritudine laborare, neq; quæcunq; eorum, quæ recta eſſent ſibi placere. Poſthæc ut ualeat, quid agat interrogat.* Quia mente minus ualidus] *Qui animo mederi noluit philoſophia.* Quam corpore toto] *Ideo ait ut quamuis partem ualidiorem oſtendat, quam animum ſuum.* Quod leuet ægrum] *Vult dicere, quòd philoſophiam implere non poſsit. Quod leuet ægrum. ἀπαγωγία, id eſt, quod animum reuocet ab erroribus.* Properent arcere ueterno] *Morbo quodam ocij. Hoc ait, non patiantur me deſidioſum eſſe.* Vt'ue cohorti] *Affectatoribus.* Vt tu fortunam] *Hoc eſt, ſi felicitas immutabit te, nos in amicitia tua non manebimus. Senſus eſt, Iudicato ei & inſuſurrato, futurum ut ipſe felicitatem ſuam & acceſſum ad amicitiam Claudij inſolenter, uel non inſolenter tulerit: ita nos quoq; tanquam inſolenti, aut nõ inſolenti futuros amicos.*

CELSO gaudere, & bene rem gerere Albinouano.
Muſa rogata refer, comiti, ſcribæq; Neronis.
Si quæret, quid agam: dic multa & pulchrè minantem,
Viuere, nec rectè, nec ſuauiter: haud quia grando
Contuderit uiteis, oleãq; momorderit æſtus:

CHRIST. LAND. }

Celſo gaudere] *Deſcribit ſe nõ rectè ualere, non quia aut corpore ægrotaret, aut calamitatem ul bonis fortunæ paſſus ſit, ſed qui uarije*

Sed quia longinquis armentum ægrotet in aruis:
Sed quia mēte minus ualidus, quam corpore toto,
NIL AVDIRE uelim, nil diſcere, quod leuet ægrum.
Fidis offendar medicis iraſcar amicis.
Cur me ueneſto properent arcere ueterno,
Quæ nocuêre ſequar: fugiam quæ proſore credam:
Romæ Tibur amem, uentoſus Tibure Romam.
Poſt hæc, ut ueleat: quo pacto rem gerat, & ſe:
Vt placeat iuueni percontare, utq; cohorti.
Si dicet, recte. primum gaudere ſubinde
Præceptum auriculis hoc inſtilare memento:
Vt tu fortunam, ſic nos te Celſe feremus.

perturbationibus afficiatur animus ſuus, atq; in omni uita ſumma utatur inconſtantia, neq; tamen recta monentibus amicis, & philoſophis obtemperare uelit. Hæc in ſe eſſe fingit, quæ tamen in Celſo erant. Sed quoniam homo ſuperbus in ſe corrigi iniquo animo ferret, tentat illum exemplo ſui à uitio auertere, nam multa uitia in alio cognoſcimus, ac ſummopere dãnamus, quæ nimio amore noſtri in nobis eſſe negamus. Sed cum in alijs audimus nullo reprehenſione irritati, ſed uero iudicio moti, tunc demum ad nos reuerſi nos illorum pudet. Ordo autem erit: O' *Muſa rogata, id eſt, interrogata à Celſo Albinouano refer, id eſt, responde ipſi Celſo.*

Gaudere illum & rem bene gerere] *Hic modus ſalutandi eſt, quod Græci dicunt,* ἐυπράττειν. Minantem] *Pollicentem. Res nota eſt quid minari ſit. Sed qui confidentia ſui aliquid de ſe ſuperbè promittunt, & nimis confidenter neſcio quid minarum præferre uidentur, idcirco minantem dixit.* Nec rectè] *Quia non ſecundùm uirtutem.* Nec ſuauiter] *Quia ex perturbationibus multa prouenit moleſtia.* Contuderit] *Nam grandinis eſt nouellos palmites, & uuas contundere.* Mente minus ualidus] *Nam ex ipſis perturbationibus exoriuntur in animo, quas ad ſimilitudinem corporis ægrotationes, & morbos appellamus, id eſt, uitia.* Nil audire uelim] *Tria hominum genera ponuntur ab Heſiodo, quorum primum optimumq; eorum eſt, qui ea, quæ agenda ſunt ex ſe ipſi ſua uirtute cognoſcunt. Secundum autem illorum eſt, qui & ſi non ea ſint ſapientia ut meliora cognoſcãt, tamen recta monenti obtemperant, & quod præcipiant diligenter exequuntur. Tertium poſtremò omnium peſſimum eſt eorum, ſcilicet hominum qui neq; ex ſe quod rectum, bonumq; ſit norunt, neq; quæ bona ſunt monenti obtemperare uolunt. In hoc ſe genere eſſe ponit. Sed quod de ſe dicit, de Albino intelligit.* Fidis medicis] *Deſperandum omninò eſt de ſalute illius, qui non obtemperet fidis medicis. Sed transfer ad animum, & intellige de philoſophis, qui animorum noſtrorum fidi medici ſunt.* Amicis] *A' quibus fidele conſilium eſt.* Veterno] *Pro morbo intercutaneo ponitur, qui penè immedicabilis eſt. Sed hîc intellige pro uitio, quo animus occiditur. Summa igitur ſtultitia eſt iraſci ijs, qui te à morte uendicare uolunt.* Arcere me ueterno] *Hypalage eſt, id eſt, arcere ueternum à me.* Poſt hæc ut ualeat] *Hæc admiſcet beneuolentiæ oſtendendæ cauſa, ut amicè non autem cum inuidia uideatur ultimum carmen eſſe dictum.* Inſtillare] *Clanculum immittere. Propriè inſtillare ſignificat guttatim inferre. Fit enim à ſtiria ſtilla, inde inſtillo. Iuuenal.*

„ *Nam cum facilem ſtillauit in aurem.*
„ *Exiguum de naturæ patriæq; ueneno.*

Vt tu fortunam ſic nos te] *Qui enim fortunam ſecundam ita ferunt, ut non ſuperbiant, non efferantur, non ſe ſuperiores per ſuperbiam gerant. Sed inferioribus quoq; ſe coæquantes opes ſuas non ad faſtum, ſed ad liberalitatem conuertant, eos Cæteri homines nõ modò ferunt, ſed ultro appetunt atque amant. Qui autem tumidi, inflatiq; neminem parem patiantur eos homines fugiunt atque oderunt.*

ERAS. ROT. } *Inſtabiles, uentoſos dicimus. Illi uitioſè obnoxium fatetur Horatius. Hæc in prouerb. Venti campus. & Cnips in loco.*

IOAN. HART. } Celſo gaudere] *Græcum* χαίρειν *exprimit.* Bene rem gerere] *Græcum* τὸ ἐυπράττειν.

THEOD. PVLM } 6 Arois] Agris *H.G.B.B. C.V.* 14 Vtq; cohorti] *H.G.B.C.& Gul.Canterus libro 5 capite 20.* atq; cohorti, *B.V.*

GEORG. FABR. } *Duo hic ſunt præcepta, primum ut qui intelligãt minus alios audiant alterum, ut fortunam ſecundam animo æquo ferant. Admonitio obliqua, quia pro amico ſe ſubſtituit. iucunda, quia amici animum demulcet: grauis, quia Muſam in aurem Celſo loqui fingit. Calliſthenem in aulam Macedonicam eunti ſuadet Ariſtoteles, & ut pauca loquatur regi, & dulcia.*

IOD. BAD. ASC. } Celſo gaudere, &c.] *Ordo eſt.* O' *Muſa rogata ſcilicet à me.* Refer] *Id eſt, dic (alloquitur autem Muſam, quia carmina ſcribit)* Celſo Albinouano comiti, & ſcribæ Neronis] *Scilicet, Claudij, gaudere & rem bene gerere. hoc eſt, ſaluta eum ſic more Græcorum, qui pro ſalute dicunt* ἐυπράττειν, *id eſt, bene agere, dic ergo illi gaudere, & bene agere pro ſalute.* Nec placet ut rogata exponatur] *Id eſt, interrogata, quia ſalutantes non expectant, donec interrogentur, præterea ſic uideretur ſenſus eſſe, quòd poëta gauderet, & bene rem gereret, cuius contrarium ſtatim ſequitur.* Dic rogata] *Id eſt, orata à me.* Si quæret] *Sup. Celſus ſic ſalutatus.* Quid agam, dic te minantem] *Id eſt, ſuperbè quaſi cum minus pollicitantem multa & præclara.* Viuere nec rectè] *Id eſt, ut decet.* Nec ſuauiter] *Id eſt, ut uolo, &* Ita non ſibi] *Sed conditioni ſuæ imputandum ſignificat.* Si non ut decet uiuat] *Viuentem dicit non ſuauiter* Non quia grando contuderit] *Id eſt, contundendo destruxerit uites aut* Quia æſtus] *Id eſt, nimius, quaſi æſtuans calor.* Momorderit] *Id eſt, pro parte extinxerit.* Et areſecerit oleam] *Tractum à capris quæ quicquid mordent, urunt. Nec quia armentum ægrotet in longinquis aruis. Sed ideo minus ſuauiter uiuentem,* Quia exiſtens] *Sup. minus ualidus.* Mente] *Quam toto corpore.* Nil uelim audire, nil diſcere, quod leuet] *Id eſt, minus dolere faciat* Me] *Sup. ægrum.* Et quòd] *Supple offendar fidis* Medicis] *Id eſt, moleſtè feram fidos medicos, & quòd iraſcar amicis.* Quærens] *Sup.* Ab eis cur properent] *Id eſt, feſtinent me arcere* Funeſto] *Id eſt, mortali* Veterno] *Id eſt, morbo intercuti aggrauante, & animam, & corpus, & quòd ſequar, quæ nocuere, & quòd fugiam.* Quæ credam pro fore] *Id eſt, profutura, hoc eſt, utilia mihi, & quòd ego* Ventoſus] *Id eſt, leuis, ut aura, uel uentus* Amem Romæ] *Id eſt, quando ſum Romæ* Tybur & Tybure] *Id eſt, quando ſum Tyburi amem Romã. hoc eſt, dic me iniquo animo eſſe nec ſibi conſtanti, aliquando enim animus noſter neſcio, quo faſtidio afficitur: unde dictum. Quandoq; humanus faſtidiat omnia ſenſus, & tali tædio ſeſe affectum dicit poëta.* Percontare] *Id eſt, interroga* Poſt hæc] *Id eſt, poſt quam hæc dixeris.* Vt] *Id eſt, qualiter ualeat.* Quo pacto] *Id eſt, quomodo.* Gerat] *Id eſt, adminiſtret rem, & quo pacto* Gerat ſe] *Id eſt, ſeipſum portet.* Vt] *Id eſt, qualiter.* Placeat iuueni] *Scilicet, Neroni.* Et ut] *Id eſt, qualiter ſup. placeat* Cohorti] *i. ijs in quorũ cohorte eſt.* Si dicet recte] *Sup. ſe ualere, & illis placere, memento primum* Gaudet] *Id eſt, te lætũ oſtenderet.* Subinde] *i. deniq; ſed latenter memento* Inſtillare] *i. leniter infundere auriculis eius hoc præceptum.* O' Celſe nos feremus] *Id eſt, tolerabimus te.* Sic] *Sup.* Vt tu] *Sup. feres* Fortunam] *.i. ſi proſpero ſucceſſu fortunæ ſuperbias.* Ita quòd cæteros faſtidias] *Nos te quoq; faſtidiemus. Propter hanc autem particulam creditur uerisimiliter tota epiſtola compoſita.*

SER. MAR. HON. } Romæ Tybur amem uentoſus Tybure Romam] *Tybure pro Tyburi dixit ſic Virg. quare Aeneã Carthagine pro Carthagini.*

EPISTOLA IX. AD CLAVDIVM NERONEM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPIST. IX.

Septimium charum commendat Nona Neroni.

Ordo eſt. Nona epiſtola cōmendat] *Id eſt, laudat & cōmendatū facit Neroni* Septimiū charū] *Id eſt, amicū poëta.*

ALIVD ARGVMENTVM.

Septimium Claudium, Claudio, Auguſti priuigno commendat.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Commendatio.

SEPTIMIVS Claudi nimirū intelligit unus,
Quanti me facias. nā me rogat, & prece cogit
Scilicet, ut tibi ſe laudare, & tradere coner,
Dignum mente, domoq; legētis honeſta Neronis:
Munere cum fungi propioris cenſet amici.
Quid poſſim uidet, ac nouit me ualdius ipſo.
Multa quidem dixi, cur excuſatus abirem:
Sed timui, mea ne finxiſſe minora putarer,
Diſsimulator opis propriæ, mihi commodus uni.
Sic ego maioris fugiens opprobria culpæ,
Frontis ad urbanæ deſcendi præmia. quod ſi
DEPOSITVM laudas ob amici iuſſa pudorem:
Scribe tui gregis hunc, & fortem crede, bonumq;.

COMMENTARIA.

ACRON.

SEPTIMIVS] *Hic eſt, de quo ſuperiùs ait: Septimi Gades aditure mecum. Hac autem Septimium epiſtola Claudio Neroni commendat.* Valdius] *Ab eo quod eſt ualde ualdius facit, ut ab eo quod eſt ualide ualidius.* Frontis ad urbanæ] *Vrbanæ frontis, ideo dixit, quia qui in urbibus morantur, non ita ſunt uerecundi, ſicut qui ruri ſunt. Et dicit ſe ruſticum penitùs ob petitionem amici, pudorē poſtponere.* Commodus uni] *Hoc eſt, integram mihi gratiam referuare beneficij.* Scribe tui gregis hunc] *Hoc eſt, aggrega eum, & aſſcribe cum amicis tuis.*

PORPHYR.

Septimius] *Septimium amicum ſuum Neroni commendat, de quo & in carminū libris Septimi Gades aditure mecum, ait.*

CHRIST. LAND.

Septimius Claud.] *Nec magna epiſtola eſt, nec ex abdito eius eruenda ſententia commendaticia eſt in genere deliberatiuo ſcripta, cuius finis eſt utilitas & honeſtas. Oſtendit autē maximè pudorem non mediocrē nos ſeruare oportere, ſi quē magno uiro commendamus, ne forte inſolenter uideamur, quicquam nobis per ambitionem arrogare magis, quam officio coacti petere. Capiat ergo beneuolentiam à perſona ſua, qui niſi officioſa neceſsitate cogatur ſibi moleſtus non ſit futurus. Oſtendit petitionem honeſtam, qui & amicum, & ſtudioſum hominem commendet. Oſtendit utilem quando à docto doctus doctrinæ fructum capere poſsit.* Septimius] *De hoc meminit in libro carminum. Septimi Gades aditure mecum.* Claudi] *Hic priuignus Auguſti doctus fuit, & de aſtrologia uerſibus ſcripſit.* Intelligit] *Non poſſum igitur diſsimulare: Nec fuit mediocre cōſilium poëtæ in ſcribendo, nam dum præ ſe fert commendationis minus effugere tentaſſe latenter admonet non poſſe Claudium hoc ſibi denegare, cùm is petat, qui amicus ſit, qui ab eo diligatur, qui iuſto ac prope neceſſario officio fungatur, qui demum rem petat, quæ ei à quo petitur fructuoſa ſit futura. Mente conſilio & doctrina tua.* Domo] *Familiaritate.* Legentis honeſta] *Quia non eſſe dignum, niſi & ipſe doctius probusq; eſſet.* Finxiſſe minora] *Ne oſtenderem minus poſſe, quàm poſſim apud te.* Opis] *Facultatis & poſsibilitatis Virg. Non opis eſt noſtra.*

Mihi commodus] *Quam quidem ſuſpicionem omnem probum uirum fugere decet, præſertim ex ſchola Platonis, qui hominem nō ſibi ſoli, ſed alijs quoq; natum cenſet.* Frontis urbanæ] *Beneuolentia & humanitatis.*

ERAS. ROT.

Traduntur, qui commendantur. Lege hæc in prouerb. de manu in manum. De grege illo eſt, id eſt, eiuſdem factionis aut contubernij.

THEOD. PVLMAN.

1 Intelligit] Intellegit *H.G.* 2 Nam cum rogat] *H.G.E.B.C.V. de qua lectione uide Pet. Victorij Variarum lectionum lib. 20. cap. 9. nam nec rogat, Aldina editio.*

GEORG. FABR.

In Commendatione ſpectatur facultas, honeſtas, & utilitas. Cauſa commendationis, eſt amici uirtus, ubi & in commendatione, pudor.

IOD. BAD. ASC.

Septimius, &c.] Ordo eſt. O Claudi Nero. Septimius] *Id eſt, hic amicus noſter, qui hanc epiſtolam profert.* Intelligit nimirum] *Id eſt, haud dubiè.* Vnus] *Id eſt, unicè & ſingulariter.* Quanti facias] *Id eſt, æſtimes, & pendas me.* Nam rogat me, & cogit prece] *Scilicet, ut coner laudare, & traderet tibi ſe exiſtentem dignum mente, & domo Neronis legentis honeſta, per quod eum honeſtum ſignificat.* Cum] *Id eſt, quando, ſcilicet, Septimius.* Cenſet] *Id eſt, iudicat ſupple me fungi* Munere] *Id eſt, officio amici* Propioris] *Id eſt, ualde coniuncti.* Ipſe uidet & nouit ualdius] *.i. copioſius me* Ipſo] *.i. quàm ego ipſe.* Quid poſſim] *Sup. apud te.* Quidē] *.i. certè ego dixi* Multa cur] *.i. ob quæ ego excuſatus* Abirem] *.i. diſcederē ab eo &* Renuerē] *Sup. ipſum cōmendare.* Sed ego timui ne putarer finxiſſe mea] *.i. poteſtatem meam.* Minora] *.i. minoris ualoris, quam ſint, exiſtens diſsimulator.* Propriæ opis] *.i. facultatis.* Et commodus] *.i. utilis & inſeruiens* Mihi uni] *.i. ſoli.* Sic] *.i. & propterea ego fugiēs* Opprobria, &c.] *.ſ. diſsimulationis in amicū* Deſcēdi] *.i. periculoſè deueni.* Ad præmia Frōt. &c.] *.i. eius quæ minus uerecūda eſt, quia ruſticitatis ſignū eſt, nimis uerecundū eſſe, hoc enim arguit uix cū hominib. bonis cōuerſatū eſſe, quòd ſi ô Claudi tu laudās* Pudorem] *.i. uerecundiā & ruborem.* Depoſitū] *.i. abiectū.* Ob] *.i. propter* Iuſſa amici] *.ſ. Septimij.* Scribe hūc tui gregis] *.i. aſcribe hunc tuo gregi, & crede eum fortem, & bonum.*

EPISTOLA X. AD FVSCVM ARISTIVM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPIST. X.

In decima requiem ruris tibi laudat Ariſti.

Ordo eſt. O' Ariſti, ſcribit enim ad Fuſcum Ariſtium, poëta ſupple laudat tibi, in decima ſupple epiſtola requiem ruris, id eſt, quam habet ruri degens, oſtendens præterea libertatem incultam præferendam ſeruituti phaleratæ, idq́ per apologum iucundum Aeſopi fabulatoris Phrygij ad quem finem inducit.

ALIVD ARGVMENTVM.

Varietate in genere uitæ, etiam inter eiuſdem ſtudij homines.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Collatio urbis & ruris.

VRBIS amatorem Fuſcum ſaluere iubemus,
Ruris amatores: hac in re ſcilicet una
Multum diſsimiles, ad cætera pœnè gemelli,
Fraternis animis, quicquid neget alter, & alter,
Annuimus pariter ueteli, notiq́ columbi.
Tu nidum ſeruas, ego laudo ruris amœni
Riuos, & muſco circumlita ſaxa, nemusq́.
Quid quæris? uiuo, & regno, ſimul iſta reliqui,
Quæ uos ad cœlum effertis rumore ſecundo.
Vtq́ ſacerdotis fugitiuus, liba recuſo:
Pane egeo, iam mellitis potiore placentis.
Viuere naturæ ſi conuenienter oportet,
Ponendæq́ domo, quærẽda eſt area primùm.
Nouiſtíne locum potiorem rure beato?
Eſt ubi plus tepeant hiemes? ubi gratior aura
Leniat & rabiem Canis, & momẽta Leonis,
Cum ſemel accepit ſolem furibundus acutũ.
Eſt ubi diuellat ſomnos minus inuida cura?
Deterius Libycis olet, aut nitet herba lapillis?
Purior in uicis aqua tendit rumpere plumbum,
Quàm, quæ per pronum trepidat cum murmure riuum:
Nempe inter uarias nutritur ſilua columnas:
Laudaturq́ domus, longos quæ proſpicit agros.
NATVRAM expellas furca, tamen uſq́ recurret,
Et mala perrumpet furtim faſtidia uictrix.
Non, qui Sidonio cõtendere callidus oſtro
Neſcit Aquinatem potantia uellera fucum,
Certius accipiat dãnũ, propiusúe medullis:
Quàm, qui non poterit uero diſtinguere falſum.
Quem res plus nimio delectauêre ſecundæ,
Mutatæ quatient: ſi quid mirabere, pones

COMMENTARIA.

ACRON.

VRBIS] *Hac epiſtola alloquitur Ariſtium ſcriptorem Tragœdiarum, dicens ſe ætate, & ſtudio illi cõuenire, niſi quòd Ariſtius urbe morari deſiderat, ipſe rure.* Tu nidum] *Mirè nidum alluſit ad nomen quod dixerat, columbi. Seruas tu urbem, quæ quaſi nutrit pauperes: aut cœnaculum in altiore loco conſtitutum.* Sacerdotis fugitiuus] *Sacerdotum ſerui multa liba condunt de ſacris. Senſus eſt: Sic me faſtidium aſſiduæ urbis tenet, & ſic amo rura, ut fugitiuus ſacerdotis ſeruus, qui liba edere conſuetus, longo faſtidio libaminũ panem appetit, & deſcendit ad ruſticum. Allegoricôs ex ſatietate urbis faſtidium ſignificat: ut ſeruo liba: faſtidium generant, ut panem deſideret.* Recuſo] *Cùm in ſeruis ſuſpicio furti habetur, ducunt ad ſacerdotem, qui cruſtum panis carmine infectũ dat ſingulis, quod cùm ederit, manifeſtè furti reum aſſerit.* Viuere naturæ] *Senſus eſt Ita nobis inſtituenda eſt uita, ut primùm aſpiciamus optimam ſedem, quomodo area ponendæ domi quæritur.* Naturã expellas furca] *Naturam expellit furca, qui habitat in ciuitate, & ſiluas habere deſiderat.* Recurret] *Senſus eſt: Si quæ naturæ ſunt, bona abijcere uelis, ex animo, recurrent latenter. Nam qui agros fugiunt, tantum inter urbem, & domos rus includũt in hoc, quia arbores, qui in agro habitant, in urbe diligunt.* Aquinatem] *Aquinates purpuræ ſimiles ſunt Tyrijs, multùm ergo imperiti falluntur. Hoc ait: Patitur quidem damnum, qui neſcit diſcernere purpuras: ſed maiore damno ille afficitur, qui tãtæ imperitiæ eſt, ut ueritatem à falſo nequeat diſcernere.* Violens] *Facit aduerbium uiolenter.* Impe rat aut ſeruit collecta pecunia cuiq;] *Qui ea utitur, ſeruit: qui parcus, in amplianda ea laborat.* Tortum digna ſequi] *Hoc eſt, qui magis uinci debet. Quoniam uinci eſt trahi non trahere.* Poſt fanũ putre Vacunæ] *Vacuna apud Sabinos plurimum colitur. Quidam Mineruam, alij Dianã putauerunt, nonnulli & Cererem eſſe dixerunt, ſed Varro in primo rerum diuinarũ, Victoriã ait, & ea maximè hi gaudent, qui ſapientiã uincũt.*

PORPHYR. } Vrbis amatorem] *Ad Ariſtium Fuſcum ſcriptorem Comœdiarum.* Veteli, notiq́ columbi] *Quia plurimus amor columborum.* Tu nidum ſeruas] *Domi manes, ut auis in nido.* Vtq́ ſacerdotis fugitiuus] *Sic inquit, faſtidium me aſſiduæ urbis tenet, & rus amo, quemadmodum fugitiuus ſacerdotis, qui liba ſit edere conſuetus, cum fugit faſtidio longo libaminum, tantum panem deſiderat, & laudat: ita & ego rus ciuitatem negligens.* Leniat & rabiem Canis, & momenta Leonis] *Dicit ruri homines non lædi, uel caniculæ, uel leonis ſigno.* Quam qui non poterit] *Ait ſimili genere, & non minori damno afficietur, quàm negociator, qui uerã Tyriam ſuco Aquinate inquinat, et tinctam diſcernere nõ poterit, nam tantùm dãni patietur, quàm is qui uera bona falſis diſcernere non ualebit.* Dominum uehit improbe] *Hoc dicit, Non debet quiſquã amore pecuniæ ita conflagrare, ut in poteſtatem eius ueniat, illa enim homini ſubiecta eſſe debet, non homo illi. Et ſuprà hunc ſenſum:* Et mihi res, nõ me rebus ſubiungere conor. Poſt fanum putre Vacunæ] *Vacuna in Sabinis Dea, quæ ſub incerta eſt ſpecie formata. Hanc quidam Bellonam, alij Mineruam, alij Dianam dicunt.*

CHRIST. LAND. } Vrbis amatorem] *Oſtendit poſſe quidem homines improbitate & in omni uirtute conuenire, & tamen in ipſa uita uario uiuendi genere delectari. Componitq́ urbanam ſimul & ruſticanã uitam. Sed præponit ruſticanam, quoniam maioris ocij ſit, & ad tranquillè uiuendũ minora, & minus multa inſtrumenta exigat.* Amatorem] *Expreſſè locutus eſt. Nam hæc uerbalia non notant ſolum actus, ſed etiam habitus. Sic Iuuenal. Aedificator erat Cetronius: Oſtendit enim non ædificaſſe quandoq;, ſed habitũ ædificandi*

Inuitus. fuge magna: licet ſub paupere tecto
Reges, & regum uita præcurrere amicos.
Ceruus, equum pugna melior communibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo
Implorauit opes hominis, frenumq́; recepit:
Sed poſtquam uictor uiolens diſceſſit ab hoſte,
Non equitẽ dorſo, non frenum depulit ore.
SIC, qui pauperiem ueritus, potiore metallis
Libertate caret, dominum uehet improbus, atq;
Seruiet æternum: QVI paruo neſciet uti.
CVI non conueniet ſua res, ut calceus olim,
Si pede maior erit, ſubuertet: ſi minor, uret.
LAETVS ſorte tua uiues ſapienter Ariſti:
Nec me dimittes incaſtigatum, ubi plura
Cogere, quàm ſatis eſt, ac non ceſſare uidebor.
IMPERAT, aut ſeruit collecta pecunia cuiq;,
Tortum digna ſequi potius, quàm ducere funem.
Hæc tibi dictabam poſt fanum putre Vacunæ,
Excepto, quod non ſimul eſſes, cætera lætus.

candi contraxiſſe. Dicemus igitur & Horatium, & Fuſcum utriuſque loci amantem, ſed alterum alterius amatorem. Gemelli] *Ii ſunt qui eodem ſunt partu nati. Sed quoniã hi ſimillimi inter ſe, & pares eſſe ſolent pro ſimilibus, paribuſq; capiuntur. Virg.*

„ *Geminiq; minantur*
„ *In cœlum ſcopuli.*

Vetuli & noti columbi] *Eo amore, & aſſenſu quo columborum ueterum, & notorum paria conſueuerunt. nam columbi ut ſemel connubia inierunt firmiter obſeruant.* Nidum] *Proprias ſedes: Manet autem in tranſlatione columborum, & pro patria poſuit nidum.* Circumlita] *Obſita, inuoluta.* Viuo & regno] *Ita uiuo ut regnare putem.* Simul] *Quamprimum.* Reliqui iſta] *Scilicet, urbana. In quo oſtendit quãto urbanarum rerum tædio afficiatur, ut ex eo ſolo quòd illa relinquat ſibi regnare uideatur.* Quæ uos ad cœlum fertis] *Id eſt, beatiſſima putatis.*

Rumore ſecundo] *Approbante uulgo à quo potius dicendus ſit rumor quàm fama nam uacillat ſemper iudicium uulgi. Neq; quicquam in eo eſt quòd certos authores habeat.* Vtq; ſacerdotis fugitiuus] *Oſtendit fugitiui exemplo libertatem cum tenui uictu lautiſſimæ, luxurioſæq; ſeruituti anteponendam. Fugit enim ſeruus ſacerdotis, & mauult in libertate exurire deficiente pane, qui quidem in ſumma penuria placentis iocundior eſt, quàm in ſeruitute ueſci libis, quibus ſacerdotes abundant, quoniam dijs à multis offeruntur. De libis autem & placentis diximus.* Si oportet] *Quia oportet.* Area] *Spacium quod ædificio occupandum ſit. Et de area alibi. Sententia eſt, quemadmodum ædificaturo in primis area quærenda eſt, in qua opus ſurgat. Sic nobis in uita quærendus locus in quo uita commodè agi poſſit. Is autem eſt rus.* Rabiem canis & momenta leonis] *De quibus ſideribus ſuo loco dictum eſt.* Cum ſemel] *Quàm primum.* Furibundus] *Ex nimio æſtu.* Acutum] *Vehementem ad intima tranſeuntem.* Eſt ubi] *Quaſi dicat, non eſt.* Liuida cura] *Nam in urbe cura afficimur cũm inuidemus ijs, qui nos opibus, & honoribus antecellũt. Ruri uerò herbæ & odore, & nitore ſuperant lapillos Indicos, puriorq́; aqua fluit per riuos in agris, quam Romæ per aquæ ductus plumbeos.* Vici] *Vta ſunt, hinc uicini qui eundem uicum habitant.* Sylua inter uarias columnas] *Quaſi dicat, non ſunt anteponenda urbana uiridaria, quamuis ſint diſtincta columnis ex uario marmore factis naturalibus ſiluis.* Longos agros] *Neque uillæ præferenda eſt urbana domus, quæ habet longos hortos: nam quamuis naturæ uim afferamus, cum urbem ruri ſimilem reddere uolumus ipſa refluit, quemadmodum illa, quæ in cumulum furca impelluntur.* Contendere] *Comparare & ſimilem reddere.* Callidus] *Non qui ſit ſi neſcit, ſed qui eſſet ſi ſciret. Sententia eſt: non efficitur illi tanto detrimento, qui neſcit adulterari.* Boccum Aquinatem Purpuram Tyrium] *Id eſt, qui neſcit reddere colorem Aquinatem, qui deterior Tyrio eſt, ſimilem Tyrio quantum accipit, qui neſcit diſtinguere uerum à falſo, nam hic putabit ſummum bonum eſſe in diuitijs, & honoribus, & reliquis rebus incertis, quæ mutatæ plus doloris afferent, quàm afferebant uoluptatis dum aderant & quanto maius bonum aliquid eſſe credit, tantò magis inuitè relinquet. Quapropter fugienda ſunt magna, quæ neq; acquiruntur, neque acquiſita retinentur ſine ſummo labore. Et ſequenda parua, in quibus tranquillè & ſine perturbatione uiuentes, & regum, & eorum qui amici ſunt regum ſuperare uitam poſſumus. Neq; ut optata aſſequaris uarijs perturbationibus, & uitijs inſeruiendũ eſt, nam acquiſita ea re, quam cupiebamus in ſeruitute relinquimur, quod optime probat apologo equi & cerui, nam equus aduerſarium ſuperare cõtendens hominem à quo iuuaretur ſeſſorem ſibi, & frenũ ab eo impoſitum recepit. Vicit igitur ille quidem, ſed uictor ſemper in ſeruitute manſit, nam neq; equitem à dorſo, neq; frenum ab ore depellere potuit.* Seruiet qui paruo neſciet uti] *Nam ſi illo non eſt contentus ſemper in anxietate uiuit, neq; acquiret maiora ſine multa animi uexatione. Vtiturq; conuenientiſſima ſimilitudine à pede, nam ſi laxior eſt illi calceus eum ſubuertet, ſi anguſtior premetur ab eo & uretur. Ergo ſit tibi ſatis id, quod adeſt ne urgearis ſi minora uidebuntur, ne'ue rurſus ex maioribus ſollicitus reddaris.* Nec me] *Rogat amicum ut uiciſſim ſe quoq; reprehendat ſi non uiuet contentus ſua ſorte.* Imperat] *Si illa uti neſcimus. Sin uerò rectè utamur ſeruit, nam is uerè diuitiarũ dominus eſt, qui illis ex liberalitate uti ſciuerit. Contra uerò ſeruus ſi ob auaritiam, aut unde non oportet accipiet, aut ubi oportet non dabit.* Digna ſequi] *Sequitur funem, qui unctus trahitur. Ducit funem, qui unctũ trahit. Ergo hic dominus eſt. Ille ſeruus.* Vacunæ] *Hæc Dea incerta ſpecie ab alijs Diana, ab alijs Bellona habetur.* Putre] *Vetuſtate contritũ.* Lætus] *Quia præſentibus cõtentus uiuit, nec plura quærit, niſi quod amicorum deſiderio afficitur.*

ERAS. ROT. } Naturã expellas furca] *Senſus eſt, haud facilè dediſci, quæ nobis natura penitùs indidit atq; inſeuit. Ducta metaphora à ramis, quæ appoſita furca torquentur alio, quàm natura poſuerat, quæ ſublata rurſum uergunt eòdem quo prius. Sic alibi lib. 2 ſermo 7. dixit idem poëta.*

„ *Tolle periculum*
„ *Iam uaga proſiliet frenis natura remotis.*

IOAN. HART. } Quæ uos ad cœlum] *Prouerbiale eſt, Ad cœlum ferre.* Ceruus equum] *Apologus eſt ex Rhetorica Ariſtot. lib. 6. quem adſcribere uolui, quod eſſet mirè elegans, ipſius Steſichori:* ὁ ἵππος κατεῖχε λειμῶνα μόνος, ἐλθόντος δὲ ἐλάφου καὶ διαφθείροντος τὴν νομὴν, βουλόμενος τιμωρήσασθαι τὸν ἔλαφον, ἠρώτα τὸν ἄνθρωπον εἰ δύναιτο μετὰ αὐτοῦ κολάσαι τὸν ἔλαφον. ὁ δὲ φησὶν, ἐὰν λάβῃς χαλινὸν καὶ αὐτὸς ἀναβῶ ἐπ' αὐτὸν ἔχων ἀκόντια. συνομολογήσαντος δὲ καὶ ἀναβάντος, ἀντὶ τοῦ τιμωρήσασθαι αὐτὸς ἐδούλευσεν ἤδη τῷ ἀνθρώπῳ. οὕτω καὶ ὑμεῖς ὁρᾶτε φησὶν μὴ τοὺς πολεμίους βουλόμενοι τιμωρήσασθαι ταὐτὰ πάθητε τῷ ἵππῳ *&c. Lege locum.* Pugna melior] *Græcum* κρείττων *transfert, quod non meliorem ſolùm, ſed etiam robuſtiorem ſignificat.* Ducere funem] *Prouerbium, Obtorto collo trahe.* Vacunæ] *Vacuna, Dea eſt uacationum & otij. Vide 6. Ouidij Faſtorum.*

HENR. GLAR. } Et malè perrumpet furtim faſtigia uictrix] *Badius mala legit, exponitq; uiolenta. Sed idem ueſtigia, non faſtigia habet. In codice item Landini ueſtigia inuenio, at ſenſu non minus obſcuro. Alij* τὸ *malè ad uictrix referũt, ut malè uictrix pro pertinaciter uictrix dictum intelligamus: & faſtigia. ad faſtigia legunt, ut ſit ſenſus, quantumuis recuruemus arborem (nam inde eſt ſumpta metaphora) ipſam tamen contrà quam uolumus, ad faſtigia peruenire, quidam mala faſtidia legunt.*

THEOD. PVLM } 4 Quidquid negat alter] Si quid negat alter, *H.* 9 Effertis] Fertis, *H. G. E. B. V.* efertis, *C.* 13 Ponendaſq;] Ponendaſq;. *in alijs Georg. Fabricius inquit.* 18 Diuellat] *B.* depellat, *H. G. B. C. V.* 22 Inter uarias] Inter Pa-

tet Parias. quidam legunt, teſte *Lambino*. 24 Expellas] Expelles *H.G.E.B.C.V.* 25 Et mala perrumpet furtim faſtidia] *H.C.V.* Et mala perſūpet furtim faſtigia, *G.E.B.* Et malè perſūpet faſtigia, Aldina editio. 28 Propius'ue] Propiusq; *G.E.B.C.V.* 33 Præcurrere] Præcedere, *Lambini quidam libri ueteres.* 37 Victor uiolens] Violens uictor, *H.C.* 41 —Qui paruo neſciet uti, *H.G.E.B.C.* —Qui paruo neſciat uti, *V.* qui paruo neſciet uti, *Aſcēſius.* 47 Imperat, aut ſeruit collecta pecunia cuiq;, Tortum digna ſequi potius, quàm ducere funē] *Metaphora ſumta à comica ſaltatione, in qua qui præſultor eſt & moderator, funem ducit, quem alij eodem fune apprehenſo præeuntem ſequuntur. Pecunia autem debet alterius ductum & imperium ſequi, non ipſa ducere. Vide Pet. Nannij Miſcell. lib. 4.*

GEORG. FABR. } *Comparatur uita urbana & ruſtica, ſplendor & ocium. Quorum contraria ſunt deteriora, illa ipſa meliora ſunt, ut, ſtulticia & paupertas mala ſunt, igitur ſapientia & diuitiæ meliora. Eadem ratione uita ruſtica melior, quàm urbana. Ruri, in ocio comparatur ſapientia: in urbe, ambitu & laboribus diuitiæ quæruntur. Ruri mediocritas rerum eſt parabilis, in urbe copia admodum difficilis & ſumptuoſa. Rure delectabatur Horatius, urbe Ariſtius, quem ad uitæ mediocritatem hortatur. Hæc epiſtola ſcripta eſt in uilla Sabina, cuius ſeceſſum & quietem poëta præfert turbis, quæ in urbe eſſent. Tractat hoc loco propoſitionem, ut uocant, ſingularem.* Quæ uos ad cœlum effertis rumore ſecundo] *De hoc prouerbio diximus in Virgiliū: de lectionis uarietate, neſcio quid ibidem, annotat Seruius. In qua ego nihil muto, de ſcriptorum ueterum ſententia, & Nonij auctoritate. Heſippus, ſecundo plebis rumore dixit, pro fauore multitudine. Solet autem libenter ad Virgilij dicta ſcriptor ille alludere.* Ponendaq; domo] *In alijs,* Ponendaq; domo. Naturam expelles] *Alij* expellas: *noſtrum manuſcriptum* expellis, *ut & alibi, eadem enallage. Ita ad Celſum,* Si quærit, quid agam, *ubi alij,* ſi quæret: *alij* ſi quærat.

IOD. BAD. ASCENS. } Vrbis amatorem] *Ordo eſt. Nos amatores ruris.* Iubemus Fuſcum] *Scilicet, Ariſtium cuius in primo ſermonum meminit, amatorem urbis.* Saluere] *Id eſt, ſaluum eſſe.* Scilicet] *Id eſt, ſcire licet multum* Diſſimiles in hac re] *Id eſt, quòd alter urbem, alter rus amet.* Et penè] *Id eſt, quaſi.* Gemelli fraternis animis] *Id eſt, concordes ut fratres uno partu editi eſſe ſolent, uel ut gemini Caſtor & Pollux inter ſe fuerunt.* Quicquid alter] *Id eſt, unus noſtrûm* Negat alter] *Id eſt, reliquus* Et] *Id eſt, etiam ſup. negat* Nos annuimus] *Id eſt, conſentimus, & uolumus aliquid* Pariter] *Id eſt, ſimul exiſtentes, uetuli* Et noti columbi] *Id eſt, quales columbi uetuli, qui diu unū tectum ſeu columbarium ſimul frequentauerunt.* Tu ſeruas nidum] *Id eſt, urbem Romanam.* Ego laudo riuos amœni ruris & ſaxa circumlita muſco] *Id eſt, lanugine uiridi, & laudo nemus.* Quid quæris] *Sup. quid ruri faciam.* Ego uiuo & regno ſimul] *Id eſt, ſtatim poſtquam.* Vel ſimul] *Id eſt, & inſuper ego reliqui* Iſta] *Scilicet, mundana & terrena, & per hoc uilia.* Quæ uos] *Id eſt, urbis amatores.* Fertis] *Id eſt, extollitis* Secundo] *Id eſt, proſpero* Rumore] *Id eſt, commendatione magna ad cœlum.* Et ego recuſo liba] *Id eſt, lauticias urbanas.* Vt] *Id eſt, quemadmodum* Seruus] *Sup. fugitiuus* Sacerdotis] *Sup. recuſat.* Liba] *Id eſt, faſtiditus leui cibo, & dulciario effugit, ut uulgarem panem edat, ut ego ergo ſeruus fugitiuus ſacerdotis recuſans liba.* Egeo pane] *Sup. uulgari, id eſt, oblector cibis ruſticis (hæc autem omnia allegoricôs dicit)* Pane dico iam potiore] *Id eſt, quem iudico potiorem, & meliorem placentis* Mellitis] *Id eſt, melle dulcificatis.* Si oportet] *Vt certè oportet.* Viuere conuenienter] *Id eſt, conformiter* Et ut conuenit naturæ, & ſi area] *Id eſt, fundus, eſt quærenda* Primum] *Id eſt, primo loco* Pro] *Supple, domo ponenda, nouiſſimè* Locum potiorem] *Scilicet, ad talem aream.* Rure beato] *Quaſi dicat, ſcio quòd non.* Eſt ne] *Sup. locus* Vbi hyemes] *Id eſt, tempeſtates hybernæ.* Tepeāt plus] *Id eſt, tepidiores ſint, &* Vbi aura leniat] *Id eſt, demulceat gratior.* Et] *Id eſt, pariter rabiem* Canis] *Id eſt, caniculæ* Sideris] *Videlicet mordacis, &* Momenta] *Id eſt, tēpora leonis.* Cū] *i. poſtquam* Leo] *Scilicet, hoc eſt, ſignum illud cœleſte.* Furibundus] *Vt leo furibundus, abſumat homines, ut in Iulio & Auguſto ſolet.* Accipit ſolem acutum] *Id eſt, penetratiuum.* Eſt] *Sup. alius locus.* Vbi cura inuida] *Id eſt, inuidens requiei noſtræ.* Minus diuellat ſomnos quam] *Sup. ruri?* Nunquid] *Sup. herba* Olet] *Id eſt, fragrat aut nitet* Deterius] *Id eſt, minus bene lapillis Libycis? q.d. non.* Et nunquid] *Sup.* Aqua purior] *i. limpidior.* Tendit] *i. conatur.* Rumpere plumbū] *i. grauitatem animi.* In uicis] *i. communibus habitaculis hominum.* Quā] *Sup. illa quæ* Trepidat] *i. præcipitanter delabitur* Per riuū] *i. alueum* Pronum] *i. decumbentem. q.d. non.* Nempe] *i. quia certè* Sylua] *Scilicet, arborum quæ hortorum ſunt ornamenta,* Nutritur inter uarias columnas] *ſ. ex marmore aut Iaſpide. Vnde Iuuenal. in prima.*

„ *Frontonis platani conuulſaq; marmora clamant.*

Et domus quæ proſpicit] *i. ante ſe uidet longos agros,* Laudatur] *Hoc eſt, urbanæ delitiæ imitantur ruſticas, quocirca ruſticæ potiores probantur, quia naturalia. unde ſubdit.* Expelles naturā furca] *i. p furcā facies, uirgultum aliquod aliter, quam naturaliter creſcat creſcere.* Tamen recurret] *i. redibit* Vſq;] *i. ſemper ſup. in locum ſuum amota furca.* Et ipſa natura uictrix perrumpet furtim mala] *i. uiolentia* Veſtigia] *Hoc eſt, natura plus, quā ars poteſt, & ita ſylua præſtat hortis.* Is qui callidus] *i. credens ſe callidum, neſcit uellera potantia* Succum Aquinatem] *i. purpuram ſimilem Tyriæ, ſed deteriorem.* Contendere] *i. certare, & ſimilia uideri, ſed non eſſe.* Oſtro] *i. purpuræ.* Sydonio] *i. Tyriæ, non accipiet damnum* Certius & propius medullis] *i. quod magis penetret cor, quam qui non poterit diſtinguere falſum uero.* Illum] *Sup. quem res* Secundæ] *i. proſperæ.* Delectauēre nimio plus] *Sup. quā ſatis* Mutatæ] *i. aduerſæ factæ* Quatiēt] *i. concutient.* Si tu mirabere] *i. miraberis: hoc eſt, cum admiratione amabis.* Quid] *i. aliquid.* Tu pones] *i. depones ſup. illud inuitus fuge magna.* Licet præcurrere] *i. excellere in fœlicitate reges, & amicos regum ſubtecto paupere.* Dum] *Scilicet, mens diues eſt.* Ceruus equum, &c] *Oſtendit apologo, ut dixi libertatē incultam præferendam ſeruituti Phaleratæ. Ordo eſt.* Ceruus melior pugna] *(propter cornua. ſ.)* Pellebat equū herbis communibus] *i. quas cōmuniter depaſci ſolebant.* Donec minor] *i. inferior, & debilior in certamine* Longo] *ſ. equus implorauit.* Opes] *i. auxilia hominis, & recepit frena,* Sed poſtquam eques uictor ceruí, diſceſſit uiolens] *i. ſuperbus & infeſtus.* Ab hoſte] *Scilicet, ceruo* Non depulit] *i. non potuit depellere* Dorſo] *i. de dorſo* Equitem] *i. ſeſſorem, &* Frenum ore] *Sic qui ueritus pauperiem, caret* Libertate potiore] *i. quæ potior eſt,* Metallis uehet] *i. portabit.* Improbus] *i. improbandus dominum.* Atq; is] *Sup. ſeruiet æternum, qui neſciet uti paruo.* Et is] *Sup. ſeruiet æternum cui ſua* Res non conueniet] *i. aut maior aut minor ſit.* Vt] *i. quemadmodū calceus olim ſi eſt maior pede.* Subuertet] *Sup. euntem in eo, &* Si eſt minor] *Sup. pede.* Vret] *i. conſtringendo inflabit eum.* O' Ariſti, tu igitur uiues lætus tua ſorte, nec dimittes me incaſtigatum ubi] *i. quando ego uidebor.* Cogere] *i. coaceruare, aut congregare.* Plura quàm ſatis eſt] *Pecunia collecta imperat aut ſeruit cuiq;, exiſtēs digna potius,* Sequi funem tortum] *i. trahi & impelli à poſſidente,* Quàm ducere funem tortum] *i. implicitum: hoc eſt, ducere poſſeſſorem à ſe uictum ac uinctum.* O' Ariſti, ego dictabam] *i. puero ſcribentī pronunciabam tibi poſt fanum Vacunæ Deæ à Sabinis multum, & antiqua religione cultæ, ſiue ea Diana, ſiue Minerua, ſiue Ceres, ſiue Victoria, ſiue demum Bellona putetur.* Putre] *i. uetuſtate putrefactum, dictabam inquam exiſtens* Lætus cetera] *i. per cætera, aut in cæteris omnibus excepto, quòd non eſſes ſimul, id eſt, mecum, quia te deſiderabam.*

EPI-

EPISTOLA XI. AD BVLLATIVM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPISTOLAE XI.

Bullati undecimam legis à curis reuocantem.

Ordo eſt, O Bullati] (ſcribitur enim ad Bullatium) tu legis undecimam ſup. Epiſtolam. Reuocantem à curis] Docet in animo, non in rebus beatitudinem eſſe. eoſq; qui trans mare currunt, cælum, id eſt, aërem & clima mutare, non animum. Quid acro ſentiat de argumento uidere eſt. Parua quidem eſt Epiſtola, ſed multæ eruditionis plena, contenditq; probare quæ per ſolam indigentiam bona ſunt beatum non facere, ſicut ligna frigentem beant, ut uidebitur.

ALIVD ARGVMENTVM.

Taxat quæſtus cupiditatem in Bullatio, cuius gratia miſſus non currebat.

ALIVD GEORGII FABRITII.

Vbique occaſio bene uiuendi.

QVID tibi uiſa Chios Bullati, notaq; Lesbos?
Quid concinna Samos? quid Crœſi regia Sardis?
Smyrna quid, & Colophon? maiora, minora'ne fama?
Cuncta'ne præ Campo, & Tiberino flumine ſordent?
An uenit in uotū Attalicis ex urbibus una?
An Lebedum laudes odio maris, atque uiarum?
Scis, Lebedus quàm ſit Gabijs deſertior, atq;
Fidenis uicus: tamen illic uiuere uellem,
Oblituſq; meorum, obliuiſcendus & illis,
Neptunum procul è terra ſpectare furētem.
Sed neq;, qui Capua Romam petit imbre, lutoq;
Aſperſus, uolet in caupona uiuere: ne, qui
Frigus collegit, furnos, & balnea laudat,
Vt fortunatam plenè præſtantia uitam.
Nec ſi te ualidus iactauerit Auſter in alto,
Idcirco nauem trans Aegæum mare uendas.
Incolumi Rhodos, & Mitylene pulchra, facit, quod
Penula ſolſtitio, campeſtre niualibus auris,
Per brumam Tiberis, Sextili mēſe caminus.
Dum licet, & uultum ſeruat fortuna benignum,
Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos abſens.
Tu, quamcunq; Deus tibi fortunauerit horam,
Grata ſume manu, nec dulcia differ in annum:
Vt, quocunq; loco fueris, uixiſſe libenter
Te dicas. nam ſi ratio & prudentia curas
Non locus effuſi latè maris arbiter, aufert:
COELVM, non animum mutant, qui trans mare currunt.

COMMENTARIA.

ACRON.

QVID tibi] Alloquitur Bullatium, qui omnia uillarum & regionum, ac ciuitatum ſordida putat ad comparationem Tiberis & Campi, id eſt, Romæ: eò quod ſemper ibi commanens, ad alia non transferat. Cui commemorat Horatius multa loca iucundiora, & maiora, quibus nihil ad uotum deeſt. Non intereſt in maiore, aut in minore ciuitate uiuat, cum utrobique bene poſsit uiuere.

Præ Campo] Hic locus Romæ celeberrimus habebatur, eratq; amœniſsimus urbis locus. Lebedum] Oppidum eſt deſertiſsimum iuxta mare, de quo nullus incola audet mare tranſire. Senſus eſt: An terraq;, mariq; uexatus, paratus es apud Lebedum reſidere, ne ulterius nauiges. Obliuiſcendus] Hoc eſt, uel reuerti ad meos inquietè eſſe, neque redeundo iterum maria perferre? Qui Capua Romā petit] Illi qui Capua Romam pergunt, præ longitudine uiæ, luto & imbre aſperguntur. Senſus eſt: Non debere nos propter inconueniens incommodum, totam uitam commutare. Penula] Nihil frigiditatis in æſtate affert, quia ſpiſſa, & craſſa eſt. Campeſtre] Nihil caliditatis in hieme, quia tenue eſt, & totius corporis nihil præter inguina tegit. Sicut ne caminus Auguſto menſe, nec Tiberis in bruma, ita nec ſapienti loca aliquid conferūt. Nam ſi ratio] Nihil impedit homines, ſi bonis ſint moribus, ubicunq; locorum ſint. Arbiter] Locus maris arbiter, qui mare latè diffuſum non timeat, id eſt, dominus maris, & in tuto poſitus. Qualis locus eſt Apud Athenas ciuitatem. Excelſus ſupra mare, & ideo arbiter.

PORPHYR. } Quid tibi] Bullatium alloquitur, qui omnes regiones ſordidas putabat, ad comparationem urbis Romæ, eò quòd ibi ſemper commanens, ad alia non transferat. Gabijs deſertior] Gabij uicus in Sabinis, iuxta Lucretilem montem, unde & aqua Gabia. Imbre, lutoq; Aſperſus] Quo colligit, non debere totam odiſſe uitam propter interueniens incommodum. Furnos] Furnos à nigro colore dicimus, propter fuliginem uel obſcuritatem, quam intus habent. Nec ſi te] Senſus hic eſt: Non ea bona dicenda ſunt, quæ neceſsitate diligimus, uel comparatione peiora. Incolumi] Cui nihil deſit ad uotum. Penula] Apparet & penulam ſolſtitio, & cætera alia, quæ per ordinem dicit, diuerſo tempore, ſuperuacua, pro illis tunc moribus fuiſſe.

Per brumam Tiberis] Quis enim tunc nataret? Sextili] Auguſto. Maris arbiter] Arbitrum pro noto poſuit, & arbitros, remoueri dicimus à negocio maris. Arbiter eſt locus, qui trans mare eſt poſitus atque deſertus, & poteſt arbiter & medius intelligi. Strenua nos exercet inertia] Oξύμωρον. ſic Virgilius.

„ Sequiturq; ſequentem.

Eſt Vlubris] Vlubræ locus in Italia, in quo nutritus eſt Cæſar Auguſtus, propter quam cauſam ab Horatio nominatur, cùm ſit deſertiſsimus uicus.

CRIST. LAND. }

Quid tibi uiſa Chios] Eodem pene argumento utitur, quo & in plerisq;. Sed miro ingenio eandem rem mirificè uariat. Ergo ſub nomine Bullatij amici ſui hominis omninò plurima cupientis, & propterea uarias regiones quæſtus cauſa petentis, perturbationes animorum damnat, negatq; quenquam beatum eſſe poſſe, qui illis modum non ſtatuit. Chios] Inſula in Aegeo uino optimo abundans, olim Metalia & Aliopios dicta. Nota Lesbos] De inſula dictum eſt: nota autē propter Alcæum, & Saphon poëtas celebratiſsimos. Samos] Inſula Iunoni ſacra Icarijs proxima. Concinna] Propter pulchra ædificia, de quibus multa ſcribit Herodotus. Ex hac oriundus fuit Pythagoras. Sardis] Vrbs in Lydia ubi olim re-

gina Crœſi fuit. Smyrna] *Hæc urbs ſibi Homerum uendicare nititur. Multiq; illum Smyrnæum fuiſſe credunt.* Præ campo] *Ad comparationem campi Martij. Tacitè autem innuit Bullatium non*

STRENVA nos exercet inertia: nauibus atque
Quadrigis petimus bene uiuere quod petis, hic eſt:
Eſt Vlubris, animus ſi te non deficit æquus.

quia alias urbes Romæ præponat, ſed quæſtum faciat hanc peregrinationem ſuſcepiſſe. Attalicis] *Id eſt, quæ ſub Attalo Pergamo rege fuerunt.* Sed neque qui Capua] *Sententia eſt tum non poſſe quieſcere in aliquo illorum locorum, quia non expetuntur propter ſe ſed propter lucrum, quemadmodum qui Romam Capua tendit non uult uiuere in caupona, quoniam non propter ſe illam petit, ſed propter requiem, quæ ad tempus futura eſt.* Nec ille quieſcet ſemper in balneis, *qui illas ut frigus uitet petijt.*

Trans Aegeum] *Quia non illic ſedes poſiturus migrabas. Sed facto quæſtu redires. Hæc autem non proſunt, quia non lucrum facit hominem beatum, ſed ceſſatio cupiditatum. Ergo illa loca non aliter remedio tibi erunt, quàm ſit penula ueſtis apta ad frigus arcendum.* Solſtitio] *Id eſt, magnis caloribus, quales ſunt circa ſolſtitium æſtiuum cùm Sol cancrum ingreditur.* Campeſtre] *Veſtis apta caloribus, quia loca campeſtria calidiora ſunt.*

Niualibus auris] *Ventis à niuibus prouenientibus.*

Tyberis] *Ablutio Tyberina.* Sextili] *Auguſto.* Caminus] *Ignis, qui in camino efficitur.* Grata ſome manu] *Vtere donis, quæ tibi fortuna ſubminiſtrat, & uiue ſine animi perturbatione ubicunque fueris, quia ratio, & prudentia non locus curas aufert, nam qui mare tranſeunt mutant cœlum, & aërem qui nullam habent perturbationem, animum autem ubi omnis eſt perturbatio non mutant.* Strenua Inertia] *Eſt quidem inertia non ſedare perturbationes, ſed eſt ſtrenua propter labores, quos ſuſcipimus ut cupiditates noſtras expleamus, nam longinquas petimus urbes, Sed bene uiuere quod petimus eſt, & hic, & Vlubris, id eſt, in quo uis deſerto loco ut Vlubræ ſunt. Modo ſit animus æquus, id eſt, ſine perturbatione.*

ERAS. ROT. } *Cœlũ hic pro regione accipitur ait. Hæc in prouerb. Toto cœlo errare.*

COEL. } *Prouerbium erat prioribus in pauperes, qui aſſiduè frigerent, tremerentq;, eos de balneo cogitare, & furno conducendo dictitabant. Hæc lib. 16. cap. 42.* Campeſtre niualib.] *Apud Hieronymum pro ſe morale hoc poſitum comperies, quod uulgo ſuccinctorium aut campeſtre uocant. Aur. Auguſtinus ciuitatis diuinæ lib. 14. Campeſtria, inquit, Latinum uerbum non eſt, ſed ex eo dictum, quo iuuenes, qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant. Vnde qui ita ſuccincti ſunt, campeſtros uulgus appellat. Hæc lib. 10. cap. 21.*

IOAN HART. } Strenua Inertia] *Prouerbium: Nauibus atq; quadrigis.*

THEOD. PVLM. } 7 Scis, Lebedus quam ſit Gabijs deſertior] Scis Lebedus quid ſit? Gabijs deſertior.] *H. G. E. B. C. V.* 8 Vellem] Mallem *V.* 10 E terra.] Ex terra, C. A terra, B. 17 Incolumi] Incolumi, *H. G. V.* 18. Campeſtre] *Campeſtre uocatur quod ſuccingitur ab umbilico, & ad pedes demittitur, locoq; tunicæ habetur: eo uti ſolebant ludentes in campo: nam nudum eſſe turpe habebatur: & æſtate quidem pro tunica, iccirco. — Campeſtre niualibus auris, Dixit Flaccus: quod eo tegmine aduerſus rigidam hiemem non ſatis defendi quis poſſet ſemicincto corpore. Turneb. lib. 27. cap. 22.*
20 Et uultum] C. Ac uultum, *H. G. E. B. V.* 21 Laudetur] Laudatur, *C. V.* 23 Nec dulcia] B. nec dulcia *H. G. E. C. V.* 27 Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt] *Hac ſententia prius uſus eſt Aeſchines contra Cteſiphontem. Vide Pet. Victorij Var. lect. lib. 18. cap. 13.*

GEORG. FAB. } *Nihil intereſt, quo quis loco habitet, aut uiuat, modò æquo ſit animo, & bene uiuat: nec propter unius rei moleſtiam eſt mutanda uitæ ratio, ut ſi quis ſemel malè iuerit, aut nauigauerit, ideo patriam uelit relinquere, aut porrò nauim non conſcendere.* Quid tibi uiſa Chios Bullati, notaq; Lesbos?] *Liuius Andronicus in Laodamia, ut citat Priſcianus libro 10. At nunc quæpiam alia re illo Aſiatico ornatu affluens, aut Sardiano ac Lydio fulgens, decore & gloria pellicuit.*

Incolumi Rhodos & Mitylene Pulchra] *Mitylene ſingulari utuntur numero Iuuenalis & Martialis, ubi has ipſas coniungunt inſulas, licet Miletus pro Mitylene, apud Iuuenalem legatur uulgò. In plurali legitur in marmore ueteri.*

QVI MITILENIS NEGOTIANTVR.

IOD. BAD. ASCENS. } Quid tibi uiſa Chios &c.] *Argumentum patuit. ſed ſi Acronem ſequamur, quomodo dicamus uiſas bullatio inſulas, ſi ad Tyberim ſemper remanens ad alia loca non tranſierat.* Dicerem ergo potius: *Bullatum uarias regiones negociando peragraſſe, ſed iactare ſolitum ſe nuſquam beatum eſſe, quam Romæ apud Tyberim: quod poeta innuit, cum ſentire propter pigritiam, ne aliô cogatur proficiſci, docetq; non in loco, ſed in animo beatitudinem conſiſtere.* Ordo eſt. O' Bullati quid Chios] *Inſula illa uiſa tibi, & quid Lesbos inſula diues, utraq; opum & potiſſimùm uini.* Quid Samos] *Inſula.* Concinna] *Id eſt, concinnè, id eſt, uniformiter conſtructa habens ædificia.* Quid Sardis] *Regia Crœſi, illius regis longè ditiſſimi.* Quid Smyrna & Colophon] *Oppida illa, quæ certant de patria Hom. exiſtentia maiora* Vel minora fama.] *Id eſt, quam fama eſt.* Ne] *Pro an.* Cuncta] *Sup. iam dicta loca.* Sordent] *Id eſt, ſordida uidentur.* Tibi præ campo & flumine Tyberino] *Id eſt, comparatione cãpi & fluminis Tyberni.* An uenit tibi] *S. Romana uenit, in* Votum] *Id eſt, in deſiderium tuum ex urbibus.* Attalicis.] *Id eſt, ſuperbè & luxurioſè uarijs rebus ornatis: ſicut urbes Attali.* Erant] *Qui primus ueſtes auro intertexere* Docuit] *Qui ab eo Attalicæ dictæ ſunt. hoc eſt, caperis ſolius Romæ delectatione, propter affluentiam diuitiarum, nam Attalus rex Pergameni, populum Romanum hærede inſtituit.* An laudas Lebetum] *Oppidum illud deſertiſſimum iuxta mare: unde nemo mare ingredi audet.* Odio maris atq; uiarum] *hoc eſt, an ideo Romam tantopere laudas: ut non cogâris aliô proficiſci, ut etiam ob id Lebedum laudes. Tu ſcis quid ſit Lebedus, quia, ſupple uicus deſertior Gabijs & Fidenis uicis, quæ olim ciuitates fuerunt opulentæ.* Tamen] *Id eſt, licet ita ſit deſertus locus.* Vellem ne] *Supple quod ego uellem uiuere illic.* Et ego oblitus meorũ] *Sup. conſanguineorum & familiarium.* Et obliuiſcendus] *Id eſt obliuioni tradendus.* Illis] *Id eſt, ab illis.* Vellem ſpectare procul è terra Neptunnum furentem] *Id eſt, mare commotum, quaſi ſit furore percitum. q. d. minimè.* Sed] *Neque qui petit Rom. Capua exiſtens aſperſus imbre & luto.* Volet uiuere in caupona] *Id eſt, in domo mercenaria, ubi ſe curat & ſiccat. nec is, qui collegit frigus, laudat furnos & balnea.* Vt] *Id eſt, ueluti, ſuple laudet.* Præſtantia] *Id eſt, ea quæ præſtant planè beatam uitam.* Nec ſi Auſter] *.i. uentus ille ualidus, id eſt, impetuoſus: Iactauerit te in alta] Idcirco uendas nauem trans mare Aegeum.* Rhodos illa inſula] *Tẽperata & Mytilene pulchra.* Facit] *Sup. hoc.* Incolumi] *Scil. homini ſani capitis, & cui animus ſanus eſt.* quod penula] *Id eſt, ueſtis uilloſa, & condenſa facit.* Solſtitio] *Sup. æſtiuali, quod nihil boni eſt, quia in calore non egemus tali ueſte,* Et quod campeſtre] *Id eſt, ſubligar, quo pudenda ligantur, & quo luctantes in Campo Martio, ne inhoneſtè uideantur cinguntur, &* Vt manifeſtius dicam] *Id eſt, quod uulgo brachas uocant.* Facit] *Supple auris niualibus.* Quod parum eſt.] *Quia ſolùm pudenda cooperit. dicis idem alijs urbibus.* Et quod Tyberis fluuius frigidus facit per brumam: *&* quod Caminus] *Id eſt, ignis facit menſe.* Sextili, id eſt, Auguſto dum] *Id eſt, quam diu licet: & fortuna ſeruiat benignum uultum.* Samos & Chios & Rhodos abiens laudetur Romæ] *Id eſt, ab exiſtente Romæ.* Tu ſome grata manu quamcunque horam Deus fortunauerit] *Id eſt, proſperauerit tibi.* Nec differ dulcia in annum.] *Vt dicas te uixiſſe libenter in quocunque loco fueris. Nam ſi ratio & prudentia aufert curas, & non locus.* Exiſtens arbiter] *Id eſt, in tuto poſitus, quaſi ad arbitrium inſpectfor maris*

ctior maris effuſi latè. Et ſi illi qui currunt trans mare, mutant cœlum non animum inertia ſtrenua] *Id eſt, diligentia ſine arte.* Exercet] *Id eſt, uexat nos.* Nos petimus nauib. atq; quadrigis bene uiuere] *Hoc eſt, nos facimus nos uehi, aut nauibus, aut uehiculis ad loca amœna, ubi beatè ſimus, ſed ideo ſumus inertes.*

Quia quod petis, tu qui facis te uehi] *Hoc eſt, beatitudo, quam petis eſt.* Hic] *Id eſt, hoc loco.* Et eſt Vlubris in uico illo deſertiſſimo, ſi animus æquus non deficit] *Id eſt, derelinquit te.*

EPISTOLA XII. AD ICCIVM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPISTOLAE XII.

Te duodena tuis uti bene comprobat Icci.

Ordo eſt, Duodena]*Pro duodecima ſup. Epiſtola.* Comprobat te, ô Icci](*Scribitur enim ad Iccium*) Bene]*Id eſt, decenter uti, tuis ſcilicet rebus & fortunis, dum autem ſic Iccium laudat, reliquos, ut ita faciant, cohortatur.*

ALIVD ARGVMENTVM.

Iccium Agrippæ procuratorem fortunatum dicit, ſi fortuna bene utatur.

ALIVD GEORGII FABRITII.

In lucri cupidum.

COMMENTARIA.

ACRON.

FRVCTIBVS Agrippæ Siculis, quos colligis Icci] *Ad Iccium procuratorem Agrippæ in Sicilia conſtitutum, de quo ait:* Icci beatis nunc Arabum inuides Gazis. *Sed & illic Parſimoniam laudat, tamen cum mordacitate. Alij dicunt, quod agros illi in Sicilia donauerat Agrippa.* Abſtemius] *Ab eo quod abſtineat temeto, id eſt, uino, ſed hic pro ſobrio poſitum.*
Herbis uiuis & urtica] *Iccius iſte accumbens in præſentia Agrippæ, ut fidelior ei uideretur parciſſimè epulabatur in tantùm, ut intermiſſis carnibus, herbis ueſceretur, at in ſecretum ueniens, gulæ indulgebat.* Naturam mutare pecunia neſcit] *Erit utique mutata, quia quandocunque diuitijs aliquis effluens ſupra modum manducat, & bibit, ſeu ueſtibus, alijsq; rerum utilitatibus utitur, ilicò natura mutatur.* Virtute]*Id eſt, ſi per hanc abſtinentiam, Stoicum ſequeris, magnas diuitias ex hoc conſequaris.* Democriti pecus edit agellos] *Democritus philoſophus atomorum inuentor, hortorum amator, qui philoſophiæ intentus eſſet, hortos eius pecus ipſo præſente comedit.* Animus] *Aſſiduæ intentioni intentus, uelox eſt.*
Cum tu] *Oſtendit Iccium, & lucro, & ſapientiæ uelle ſtudere.*
Obſcurum lunæ] *Aut eclipſim ſignificat, quæ concors eſt diuerſis partibus connexis. Ex quadam enim parte diſcors eſt ſicut ignis, & aqua: ex quadam concors mutuo colligentur concordiam mundi ſignificat. Aut modò per menſem luna creſcit, aut decreſcit.*
Empedocles] *Agrigentinus, quæ ad Pythagoricam ſectiam pertinēt, metro & uerſibus tradidit.*
Stertinij deliret acumen] *Stertinius philoſophus, qui ducentos uiginti libros Stoicorum Latinè ſcripſit. Hos notat qui uerſibus ſuis obſcuriorem philoſophiam fecerint.* Groſpho]*Groſphus iſte amicus fuit Horatij, ac per hæc cōmemorans de eo illum prædicabat.*
Vilis amicorum]*Id eſt, facilè poſſunt haberi amici, quibus multa deſunt.* Phraates]*Rex Perſarum fuit, quem pulſum à ciuibus regno reddidit: hic autem uictus, Tiberio ſe dedidit, & ſigna Romana, quæ capta cum Craſſo fuerant reddidit.*

PORPHYR.

Fructibus] *Ad Iccium, quem & Lyrico carmine inconſtantiæ reprehendit, quòd per auaritiam philoſophiæ ſtudium militia mutauit. Hic autem Iccius, procurator Agrippæ eſt conſtitutus, cui agrum ſuum commendauit.*
Si uentri bene]*Si præſtò eſt cibus & potio.* Si lateri] *Si non deſunt ſtramina dormienti.* Pedibusq;] *Si habet equum, quo uehatur, & eſt explanatio ſuperioris ſententiæ, qua dixit: Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit uſus, hoc eſt, cui nihil ad uitam deeſt.*
Abſtemius] Qui *abſtinet: an, ut quidam putant, ab temeto? an ſine uino ſiccus & ſobrius?*
Sic uiues] *Sic uiues, ut tantum fruaris diuitijs, quantum Midas.*
Vel quia naturam] *Hoc eſt, quia nihilo minus auarus eſt diues, quã pauper fuit, quam is, qui auarus natus eſt.* Vel quia cuncta putas] *ἐπιτιμητικῶς[?], quia dicit illum philoſophandi ſtudio ſordidè uiuere.* Miramur ſi Democriti] *Hoc ſenſu dixit, non eſſe mirum ſterilem Democriti agellum pecore eſſe factum, dum ille philoſophiæ ſtudet, quando Iccius & pecuniæ ſimul ſeruiat, & ſapientiæ, qua Ironia oſtendit non poſſe utrunq; fieri. Conſtat autem Democritum apud Abderitas ciues ſuos cauſam dixiſſe amiſſi patrimonij ſui, & abſolutũ prolatis libris, quos de Phyſica ſcripſit.* Pecus edit agellos]*Hæc eſt paſcuus ante ſi Democriti ager deſertus*

FRVCTIBVS Agrippæ Siculis, quos colligis, Icci,
Si rectè frueris, non eſt, ut copia maior
Ab Ioue donari poſsit tibi. tolle querelas.
PAVPER enim non eſt, cui rerum ſuppetit uſus.
SI VENTRI bene, ſi lateri eſt, pedibusq; tuis, nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius.
Si fortè in medio poſitorum, abſtemius herbis
Viuis, & urtica: ſic uiues, protinus, ut te
Confeſtim liquidus Fortunæ riuus inauret:
Vel quia naturam mutare pecunia neſcit,
Vel quia cuncta putas una uirtute minora.
Miramur, ſi Democriti pecus edit agellos,
Cultaq;, dum peregrè eſt animus ſine corpore uelox:
Cum tu inter ſcabiem tantam, & contagia lucri
Nil paruum ſapias, & adhuc ſublimia cures:
Quæ mare compeſcant cauſę: quid temperet annum:
Stellæ ſponte ſua, iuſſæ'ne uagentur, & errẽt:
Quid premat obſcurum Lunæ, quid proferat orbem:
QVID VELIT, & poſsit rerum concordia diſcors:
Empedocles, an Stertinij deliret acumen:
Verum ſeu piſceis, ſeu porrum, & cepe trucidas,
Vtere Pompeio Groſpho, &, ſi quid petet, ultrò

Defer nil Groſphus, niſi uerum, orabit, & æquum.

VILIS amicorũ eſt annona, bonis, ubi quid deeſt.

Ne tamen ignores, quo ſit Romana loco res:

Cãtaber Agrippæ, Claudi uirtute Neronis,
Armenius cecidit. ius, imperiumq; Phraates
Cæſaris accepit genibus minor. aurea fruges
Italiæ pleno diffudit copia cornu.

factus eſt. Quare mare compeſcant cauſæ] *Hæ quæſtiones ſunt, pertinẽtes ad Phyſicã philoſophiæ partem.* Rerum concordia diſcors] *K α ƒαλ@ dicitur. Tangit aũt parem compagem rerum, elementis quatuor diuerſis aptam atq; cõnexã.* Stertinij deliret, &c] *περίφρασις tropus, hoc eſt, Stertinius. Hunc & alibi tangit, ut Stoicũ, qui de paradoxis loquitur.* Trucidas] *Exprimis, elidis. Conuenit aũt hoc uerbum huiuſmodi pulmentis.* Si quid petet] *Petere nunc ualet, idem, quod ibi, Aut quid petis iſtis?* Vltro Defer] *Quomodo? Vltrò, an ultra? Hoc eſt, plus quam uolet, aut quam dicit?* Vilis amicorum eſt annona] *Inquit, tam uile pro amicitia dari poteſt, quam quòd deeſt uiro bono obſecuturo. ſ. ſi in tempore acceperit. Nil aũt ſapiens deſiderabit, quod magni precij ſit.* Ius imperiumq; Phraates] *De hoc, & in Lyricis, Redditum Cyri ſolio Phraatem.* Genibus minor] *Subtiliter dixit, ad genua deuotum.*

CHRIST. LAND. } Fructibus Agrippæ] *Laudat uitam Iccij ſi fructib. agrorũ ſuorum, qui ſibi ſatis ſunt bene, liberaliterq; utitur.* Siculis] *Nam in Sicilia agros habebat.* Copia maior] *Nam qui bene utitur ijs, quæ ſibi ſatis ſunt ditior eſſe non poteſt. Nam (ut ait M. Tullius) Animus hominis non arca diues appellandus eſt.* Suppetit] *Ad ſufficientiã prouenit. Suppetere .n. non ingentem excellentiam rerum ſignificat, ſed facultatem, quæ in neceſſarijs non deficiat.* Si uentri] *Sententia eſt, ſi corpore uales, & uſus rerum ſuppetit, adeò diues es, ut regales copiæ ditiorem te reddere non poſsint.* Si forte in medio] *Hortatus fuerat ne cũ uſus ſuppeteret rerũ plura concupiſceret. Nunc aũt addit quod ſi in ipſo uſu rerũ ſummam parcitatem non ex auaritia, ſed ex continentia adhibeat tunc fore ut riuus fortunæ illum inundet .i. ditiſsimus ſit futurus. Primo .n. diues erat cùm quæ aderant ſibi ſufficerent. Nunc ditior quia ſua continentia facit ut etiam mediocria ſuperabundent. Fingit aũt fortaſſe eam uirtutem in homine eſſe, quæ nõ ſit. Sed ſummo cum artificio agit. Nam cùm fingimus aliquid egregium in homine eſſe quod re uera non eſt ſtimulos injicimus ut quãdoq; ſe talem exhibeat, qualem ſe haberi putat. Maximè autem in hac uia progrediendũ eſt, ſi illos à uitijs abſterrere cupimus, qui iniquo animo apertã reprehenſionẽ patiuntur.* Riuus fortunæ] *Fabulã Midæ de qua in libro carminũ mentio facta eſt, tangere uidetur.* Vel quia] *Das operam, ut quæ ad uſum ſufficiunt, ſed auari non ſufficere putant tibi ſuperſint. Hoc aũt facis uel quia diuitiæ tibi naturam immutare nequeunt: nam nihil contra tuã naturalem continentiam affluentiæ illecebræ ualent. Vel quia exiſtimas omnia uirtutib. inferiora eſſe. Itaq; tuo exemplo facile credendum eſt, quod de Democrito legitur eum .ſ. ſtudio uirtutis acquirẽdæ patrimoniũ ſuum contempſiſſe. De hoc etiam Laërtius refert, quod cùm eſſet tertius frater minorem patrimonij portionem ſibi delegit, quæ peregrinationi uſui eſſet, quæ tamen centum talenta ſecundùm Demetriũ exceſsit. Hanc aũt breui conſumpſit.* Peregrè eſt animus] *Nam ſtante corpore mens ſua per omnes mundi partes contemplando diſcurrebat. Sed etiam multum terrarum ſpatium peragrauit. Demetrius enim & Antiſthenes ſcribunt illum in Aegyptum ad ſacerdotes, & in Perſidem ad Chaldæos perueniſſe. Sunt etiam qui addant in Indiam ad Gymnoſophiſtos profectum eſſe.* Quæ mare compeſcant cauſæ] *Ne terras obruat cum elementum altius ſit.* Temperet] *Gubernet ut certò ſemper ordines per ſua quatuor tẽpora fluat.* Empedocles] *Qui ſex poſuit principia, quatuor elementa, & amicitia, & diſcordia Stertinius autem philoſophus aduerſus Empedoclem diſputat.* Seu piſces ſeu porrum] *Quocunque utaris uictu, ſeu exquiſitiori, ſeu parco utaris uictu.* Vltro]*Commendat Pompeium Groſphum uirum bonum, cui ultro ſubueniendum eſt.* Vilis amicorum eſt annona] *Paruo ſubuenitur amicis ſi boni ſint, quoniam modeſtiſsima petunt.* Nec tamen ignores] *Hiſtoriæ hæ alibi narratæ ſunt.* Minor genibus] *Nam qui ſupplicant genu flectuntur, & minores redduntur à genu ad pedem. Sed de cornu copiæ ſcriptum eſt.*

ERAS. ROT. } Vilis amicorum eſt] *Apponendum hoc Græcorum prouerb. cenſuimus: ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι, id eſt, uiri qui ſit in malis amici ſunt procul. Hæc paræmia notat mores amicorum uulgarium, qui hirundinum ritu pro ratione temporũ aduolãt ac deuolãt.*

HENR. GLAR. } Vilis amicorum eſt annona, bonis ubi quid deeſt] *Variè hoc & diſtinguitur, & intelligitur: quidam pòſt bonis, quidam ante diſtinguunt. Sed certè omnis ambiguitas eſt in duabus his uocibus, annona & bonis. Nam annona amicorum intelligi poteſt, uel quemadmodum Plautus in Trinummo ait: Neq; quicquam hic uile nunc eſt, Niſi mores mali: uel pro prouentu amicis proponendo. Ita bonis ambiguum, uel uiris, uel ſumptibus: ac ex his ut minimum quatuor ſenſus elicere non erit difficile ingenioſo lectori. Et habet hic poëta quædam talia, ut antea ſæpe admonuimus, ubi Grammatici rixentur.*

THEOD. PVLM. } 8 Protinus] Proteneus, C.
20 An Stertinij] An Stertinium. *H.G.E.B.C.V.K.*
29 Diffudit] Defudit. C. difodit. *V.*

ANTON. MVRET. } 5 Si uentri bene ſi lateri eſt] *Dictum hoc uidetur de Metrodori ſententia, qui ſummũ bonũ definiebat firma corporis affectione, & explorata ſpe, ſemper ita fore: ut eſt apud Ciceronem quincto Tuſculanarũ diſputationum. Id autem docuerat philoſophus ille in libro, quem inſcripſerat, περὶ τοῦ μείζονα εἶναι τὴν παρ᾽ ἡμᾶς αἰτίαν πρὸς εὐδαιμονίαν τῆς ἐκ τῶν πραγμάτων. idq; ita ſua lingua expreſſerat, ut diceret, τέλος ἀγαθῶν εἶναι τὸ σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα, καὶ τὸ περὶ ταύτης (ſed fortè melius legeretur περὶ τούτο) πιστὸν ἔλπισμα. Autor Clemens Alexandrinus lib. 2. στρωματ.*

GEORG. FAB. } *Iccius ſtudioſus fuit philoſophiæ, & ſimul cupidus pecuniæ, nam militare Auguſto uoluit, mouente bellum in Parthos, Carm. 1, 29. & Agrippæ quæſtor fuit in Sicilia, de quo nunc poëta loquitur. Hæc Epiſtola ſcripta eſt Cæſ. Auguſto ſextùm conſule, anno imperij eius ſexto decimo, qui annus celebris fuit tribus eius ampliſsimis uictorijs, Cantabrica, Armenica, Parthica. Empedocles Agrigentinus uerſib. tradidit Pythagorea, Stertinius Rom. placita Stoica: ſed plurima attulerunt acutiùs, quàm utiliùs, tùm etiam ſubtiliùs, quam uerius. Tollit fallacem cõcluſionem. Si quid Empedocles, aut Stertinius errarunt, non ideò deliramentũ eſt tota philoſophia. In fine amicũ imperitiorem tui Põpeio Groſpho uult, qui ſit acerrimo iudicio præditus, ad quẽ ſupra ſcripſit Carm. 2, 15.* Empedocles, an Stertinij, &c.] *Stertinij acumen, pro ipſo Stertinio. Vt 2. Serm.*

„ *Mitis ſapientia Læli.*

Sed & Stertinium acumen defendi poteſt. Significat Stertinium placita Zenonis loquacitate corrupiſſe. Aurea fruges Italiæ pleno diffudit copia cornu] *Diffundere eſt, uario modo ſpargere. ad Iul. Florum 1, 3.*

„ *Bella quis & pacis longum diffundit in æuum.*

IOD. BAD. ASCENS. } Fructib. &c.] *Ordo eſt,* O Icci ſi tu frueris, &c] *Quos colligit Agrippæ. ſ. Marco cuius procuratores, uel fructib. Agrippæ. i. ab Agrippa donatis tibi, quos colligis.* Siculis].*i. apud Siculos, non eſt, ut maior copia poſsit donari ab Ioue, quia ſummũ donũ eſt ſuis bene frui.* Tolle] *i. amoue.* Querelas] *i. noli mihi conqueri, te pauperẽ eſſe.* Enim] *Pro, quia, is non eſt pauper.* Cui uſus rerum ſuppetit] *i. ſatis abundans eſt.* Si bene eſt uentri] *Si bene eſt lateri.* Ve] *Pro uel pedib. tuis.* Diuitiæ regales] *i. quales regẽ decent, nil poterunt addere maius.* Si tu forte abſtemius] *i. abſtinens.* A Temeto] *i. uino.* Viuis herbis & urtica] *Exiſtens in medio.* Poſitorum] *i. reconditorum tibi tu.* Viues protinus] *i. ideo ſic.* Vt riuus fortunæ liquidus] *i. liquidè fluens.* Inauret] *i. quaſi aurũ faciat te.* Confeſtim] *i. ſubitò.* Vel] *Sup. ideò, quia pecunia non poteſt*

eſt mutare. Naturam] .i. non poteſt te allicere ad largiorē uſum rerum, uel quia tu putas. Cuncta minora] .i. uiliora. Vna] .i. ſola. Virtute] .i. propter uirtutem abſtines. Miramur ſi pecus edit] .i. comedit. Abſumpſit agellos] .i. holera, aut fruges, quæ Democritus aſſidens cuſtos habebat in agellis. Quæ] Pro & ſi pecus. Edit culta] .i. ea quæ Democritus coluerat. Dum animus eius eſt peregre] .i. raptus profunda rerum inquiſitione. Et eſt uelox] .i. Alte uolans, uſq; ad cæleſtium contemplationem: q.d. non debemus poſthac admirari Democritum ſoli philoſophiæ deditū, ſic aliquando raptū, ut dum iuxta agros ſuos cuſtos ſedebat, non uideret pecora culta ſua ingurgitantia, cū tu nil paruum capias inter tantam ſcabiem. Et tanta] .i. ſupple contagia lucri. Et cum tu tores adhuc] .i. licet lucris intentus. Sublimia] .i. res ſublimes, uidelicet quæ cauſæ compeſcant mare, quod non redundet cum omnia flumina ipſum intrent, nec terras undis obruat, cùm altiùs ſit natura, quid temperet annū qui talē uiciſſitudinē ſeruet. Stellæ] .ſ. planetæ an uagentur, & errent ſua. Sponte] .i. ſine motoris impulſu. An uagentur iuſſæ] .i. imperio motoris .ſ. intelligentiæ aut alterius. Quid premat] .i. occultet. Orbem] .i. partem globi Lunaris. Obſcurum] i. nō illuminatū, ut in plenilunio, & quid proferat. Orbē obſcurum] .i. ad nos uertat partem obſcuram, ut in nouilunio. Quid uelit & quid, &c.] Mirè dictū, elementa .n. inter ſe contraria, & diſcordia ſunt, tamen mutua corruptione ſe conſeruant, & ita diſcordando in hoc, quod ſe concordant, conſeruant. an Empedocles philoſophus ille Agrigentinus uerſib. Pythagoricam ſectam complexus, an acumen Stertinij Stoicam ſectam uerſib. complexi, de quo in ſecundo ſermonū dictum eſt, quod ſit ſapientum octauus. Delirat] .i. inſaniat. q.d. utrūq; inſanire, cum philoſophia ſe neget ornari uerbis contenta doceri, uerumtamē. Seu tu pisci das] .i. auidè comedis piſces (qui charioris Rom. uiſi ſemper) Seu porrum & cæpe] .i. communia & uilia holuſcula. Vtere Pompeio Groſpho] .i. conſilio eius, & ſi ipſe petet, quid à te. Defer id] Supple illi ultro. Groſphus nil orabit te niſi uerū] .i. decens & æquum. i. iuſtum .ſ. non uana, non friuola, nō ſuperflua, non iniqua. Annona] .i. prouentus & acquiſitio amicorum. Eſt uilis] .i. facilis acquiſitu, aut uilipēditur. Simile eſt in trinūmo Plauti ubi annonam proborum uirorum cariſsimam dicit, & improborū prouentum multo uberrimum, non ergo intelliges de annona proponenda amicis, ſed de ipſis amicis. Et tamen ne ignores. Quo loco] .i. in quo ſtatu ſit res. Romana] .ſ. reſp. noſtra. Cantaber] .ſ. populus. Cecidit] .i. occiſus eſt uirtute Agrippæ. Armenius] Sup. populus. Cecidit uirtute Claudi] Pro Claudij Neronis. Phraates] Rex Perſarum accepit ius & imperium Cæſaris, exiſtens. Minor genibus] .i. ſupplicans genib. poſitis, hoc eſt, ſubiectus eſt Rom. imperio. Copia] .i. Dea ubertatis. Aurea] Id eſt, pulchra aut commoda. Diffudit Italiæ fruges, &c.] Alludit ad cornu copiæ Herculi datū.

EPISTOLA XIII. AD VINNIVM ASELLAM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPISTOLÆ XIII.

In decima terna perferre doceris Aſella.

Ordo eſt, O' Vinni Aſella] Tu doceris in Decima terna] Sup. Epiſtola. Perferre] Id eſt, quomodo perferas ad Auguſtum carmina Horatiana. Alludit autem ad cognomen pueri, quia Aſellæ eſt ferre.

ALIVD ARGVMENTVM.

Quàm opportunè & prudenter munus offerendum.

ALIVD GEORGII FABRITII.

Iubet reddi libros.

COMMENTARIA.

ACRON.

VT proficiſcentem] Caninius Vinnius Fronto, ad quem hæc Epiſtola ſcripta eſt, patrē habuit cognomine Aſinā. Alludit ergo nomini eius & quaſi conuenire hanc appellationē nominis, eius ingenio uideri. Sedulus] Hoc eſt, uelut ſedulus agens, quaſi ſine dolo. Lamas] Lama eſt aqua, in uia ſtans ex pluuia. Dicit lamas lacunas maiores continentes aquam cæleſtem. Conuiua] Senſus eſt, Ne'ue ſic ſuffarcinatus eas, ſicut unus de tribu, qui ad cœnam uadens ipſe ſibi ſoleas fert, cum pileolo, & incertum eſt, quem notet.

PORPHYR. } Vt proficiſcentem, &c.] Hanc ſcribit ad Vinnium Aſellam, qua docet Horat. quemadmodum Auguſto uelit exhiberi libellos ſuos. Sedulus] Non oportunè redduntur, quæ ſibi quiſq; mandauerit, ſi importunè ſe offerant, ut abijcere uelle uideantur. Aſinæq; paternum Cognomen] Oſtendit nō aliquo uitio hoc cognomen Vinnio contigiſſe, ſed gentile eſſe. Lamas] Lama eſt uorago. Λάμια .n. eſt ingluuies Lamiæ quoque dicuntur deuoratrices puerorum. Pyrrhia] Bene dictū. Anciculæ ancillæ nomen ad contēptū, ut ait Perſius:

Pannucia. Pancis.

Tribulis] Vnus ex eadem tribu. Hic plebeius ad conuiuium pergens, ſoleas ſecum defert. Morari] Delectare. Mandataq; frangas] Mandata nunc participium eſt, non nomen. Frangas autem bene, quaſi aſina. Vt ſupra,

Clitellas ferus impingas.

CRIST. LAND. } Vt proficiſcentem] Vinnium miniſtrum commonefacit, quo pacto libros Auguſto reddat. Signata] Sigillo impreſſa. Si ualidus] Hæc omnia quæ ponit obſeruanda ſunt, cum munus offerimus. Studio noſtri] Nam ſæpe dum ſtudioſè prodeſſe cupimus inſcitia quadam nocemus. Ergo non ſolùm fidelibus, uerùm etiam prudentibus noſtra negocia committenda ſunt. Abijcito] Tanquam rem uilem. Præſtat enim non reddere munus, quàm ineptè reddere.

Clitellas] Thecas librorum hîc intelligit. Feſſus impingas] Nam qui ex onere feſſi ſunt, ſolent impingere potiùs ex properatione quàm porrigere. Aſinæq;] Nam cùm aſinus cognominaretur, poterat propter ineptias mouere riſum tanquā cōmodè ſibi impoſitum eſſet cognomen. Lamas] Loca ſunt humidiora iuxta flumina arborib. ueſtita. Victor propoſiti] Compos uoti, quia Veneris quo peruenire uolebas. Sub ala] Sub Brachio.

VT proficiſcentem docui te ſæpe, diuq;
Auguſto reddes ſignata uolumina Vinni,
Si ualidus, ſi lætus erit, ſi deniq; poſcet,
Ne ſtudio noſtri pecces, odiumq; libellis
Sedulus importes, opera uehemēte miniſter.
Si te forte meæ grauis uret ſarcina chartæ,
Abijcito potiùs, quàm quò perferre iuberis
Clitellas ferus impingas, Aſinæq; paternum
Cognomen uertas in riſum, & fabula fias.
Viribus utêris per cliuos, flumina, lamas.
Victor propoſiti, ſimulac perueneris illuc,
SIC POSITVM ſeruabis onus, ne forte ſub ala
Faſciculum portes librorum, ut ruſticus agnum:
Vt uinoſa glomos furtiuæ Pyrrhia lanæ:
Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis.
Ne uulgò narres te ſudauiſſe ferendo

chio. Globos] *Sphærulas ex filo lanæ. Nam cum domina neret lanam ſurripiebat particulam quam ſibi venderet.* Vinoſ:] *Qua vino delectaretur.* Cum pileolo ſoleas] *Nam rediens ex conuiuio bene potus, neq; ſoleas in pedibus, neq; in capite pileū geſtāre poteſt. Ergo ſub brachio gerit.* Tribulis] *Vel nomen hominis eſt, uel ex eadem tribu quaſi uicinus.*

THEOD. PVLM. } 6 Vret] Vrget *V.* 7 Perferre] Portare, *B.* 14 Glomos] Globos, *K.* 15 Conuiua tribulis] .i. non diues, humilis, plebeius. *Vide Turneb. lib. 7. cap. 11. & lib. 18. cap. 33.* 17 Poſſunt] Poſſint, *H.B.C.V.* 19 Vade, uale] Viue, uale, *Lambini quidam libri ueteres.*

GEORG FAB. } *Petit ab amico, ut ſuos libros opportunè reddat Auguſto Cæſari: id'q; decorum obſeruet, quod conueniat homini urbano & aulico. Ita Cicero ad Brutum lib. 11. Epiſt. 16. Permagni intereſt, quo tibi hæc tempore epiſtola reddita ſit utrum cùm ſolicitudinis aliquid haberes, an cùm ab omni moleſtia uacuus eſſes. Itaq; ei præcepi, quem ad te miſi, ut tempus obſeruaret epiſtolæ tibi reddendæ.* Vt fortius glomos furtiuæ Pyrrhia lanæ] *In uno manuſcripto glomen: quod Latinum non agnoſco. Glomos lanæ, dicit poëta in flectione ſecunda: glomus glomeris, in tertia Plinius.*

IOD BAD. ASCENS. } Vt proficiſcentem] Ordo eſt. O' Vinni tu reddes Auguſto uolumina] .ſ. carmina. Signata] .i. clauſa & ſigillo munita. Vt] .i. quemadmodum ego docui te. Proficiſcentem] *i. abire uolentem, reddes dico, ſi erit ualidus, & ſi erit lætus denique ſi* Poſcet] .i. *exigat à te, ne tu peccet.* Studio] *Id eſt, nimio conatu, & importunitate tua.* Et tu minister ſedulus] *Id eſt, diligens opera.* Vehementer] *Id eſt, in opera mihi præſtanda uehementer.* Importes] *Id eſt, ingeras libellis odium.* Si grauis ſarcina meæ chartæ] *Id eſt, faſcis ſcriptorum meorum.* Vret] *Id eſt, cõprimet, & lædet fortè te abijcito.* Potius] *Scilicet ex humeris tuis in flumen aliquod antequam Romã perueneris.* Potius dico quàm tu feſſus impingas] *Id eſt, illi das impingẽdo (muli enim deſetgati dum onus excutere parant, ad arbores, aut muros clitellas ſuper quas ſarcinas portant impingunt, ut illi dant)* Clitellas] *Id eſt, ſarcinas tuas, aut thecas librorum tuorum.* Illic] *Sup. quo tu inberis.* Perferre] *Id eſt, cum fueris in conſpectu Auguſti.* Et uertas paternum] *Id eſt, familiæ tuæ.* Cognomen] *Scilicet aſinæ in riſum.* Et fias fabula] *Id eſt, materia fabulandi & ridendi.* Ac dicant te uerum aſinum, &c.] *Id eſt, fortiter incedes.* Per cliuos] *Id eſt, deſcenſum montium, ubi iumenta laborant.* Per flumina, per lamas] *Id eſt, lacunas & ſimul.* Ac] *.i. ſtatim poſtquam tu uictor.* Propoſiti] *Id eſt, compos uoti, conſummato itinere.* Perueneris illuc] *Id eſt, ad Auguſtum, tu ſeruabis onus ſic poſitum.* Quomodo] *Scilicet nunc poſitum eſt, ne forte portes faſciculum librorum.* Sub ala] *Id eſt, Axillis aut Brachijs tuis.* Vt] *.i. ſicut ruſticus portat agnum.* Et Pyrrhia mercenaria ſit uinoſa] *.i. uino indulgentior.* Portat] *Sup. nanum.* Globos] *.i. glomera.* Lanæ furtiuæ] *.i. quam furata eſt.* Et ut] *.i. qualiter conuiua.* Tribulis] *.i. cum contribulibus ſuis.* Portat] *Sup. ſoleas cũ pilleolo, quia, neq; pilleũ caput, neq; ſoleas pedes ebrij ferre poſſunt, & tu ſeruabis onus ſic poſitũ.* Ne narres] *.i. narrare cogaris quærentibus quid portes, uulgo te ſudauiſſe ferendo carmina.* Quæ poſſunt morari] *.i. in mora tenere oculos, & aures Cæſaris .i. quibus impeditus non poſſit alijs uacare, qui te impedituri ſunt.* Porro] *.i. cæterũ* Tu oratus] *.ſ. à me multa prece.* Nitere] *.i. labora efficere, quod iuſſi.* Vade, uale, caue ne titubes] *.i. uacilles, & frangas.* Mandata] *.i. iuſſa mea. Iterum caue per tertiam declinationem flexit, quia corripit ultimam quæ in 2. produceretur.*

Carmina, quæ poſſunt oculos, aureſq; morari
Cæſaris. oratus multa prece nitere porrò,
Vade, uale, caue ne titubes: mandataq; frangas.

EPISTOLA XIIII. AD VILLICVM SVVM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPISTOLAE XIIII.

In decima quarta laudat tibi Villice rura.

Ordo eſt, O' Villice] *Id eſt, Villæ & agrorum Horatij cultor & gubernator.* Horatius] *Sup. laudat tibi rura in* Decima quarta] *Supple epiſtola. Nam ea Villico ſordere cœperant, & ideo inconſtantiæ arguitur.*

ALIVD ARGVMENTVM.

Villatica tutæ laudes enumerat.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Sorte ſua nemo contentus.

COMMENTARIA.

ACRO.

VILLICE ſyluarum] *Caſtigat uillicum ſuum, quod illi ager ſordeat, quem quinque aliquando poſſederunt ſenatores.* Me quamuis] *Feſtinare ſe dicit rus, & uelociter difficilia omnia itineris uelle tranſire.* Cui placet] *Id eſt, mihi qui uolo habitare rure, odio eſt habitare in urbe: & tibi, qui uis habitare in urbe, odio eſt rus.* erubeſcimus. Ephippia] *Alij ſegmenta, nonnulli ea per inguina equis curribus imponuntur.* Excideat artem] *.i. ut tu ruri ſis colens, arcem tuã, quã cœpiſti, & ille calo tibi inuidens in urbe remaneat.*

PORPHYR. } Villice ſyluarum] *Ad Villicum ſuum hanc epiſt. ſcribit, in qua oſtendit omnẽ hominem uitioſum. Ponens de uoluntatem ſuã & ſe ſimul cum alijs cõparat. Sic & illũ Satyrico interrogat quæ res utra peior ſit.* Habitatum quinque] *Quinque uillis.* Quinque bonos, &c.] *Quæ olim quinque ſenatorum fuit. Bariam autem eſt locus in Sabinis, celeberrimus agro.* Et melior ſit Horatius, an res] *.i. Horat. an prætium.* Et amat ſpacijs obſtantia, &c.] *.i. conatur erumpere, uelut quibuſdam carcerib. impedientibus, officij ſub curſum, ad uillam confecturus conuadat. Clauſtra autem ſunt carceres, & eſt translatio ab equis Circenſibus facta.*

Mediaſtynus] *Hoc eſt, in ciuitate & in media urbe uiuens. Aſtu.n. dicitur ciuitas. Vnde & Teren. An in aſtu uenit?* Teſqua] *Loca deſerta & difficilia Lingua Sabinorum deſerta & repleta ſentib. ſic nominantur.* Ad ſtrepitum] *Non cantũ ut auidã meretricis exprimeret.* Immunem] *Sine damno, ſine dolore, ſine munere, & hoc præſtitit pulchritudo.* Pudet] *Non pudet aliquando luſiſſe, ſed non deſinere*

VILLICE ſyluarum, & mihi me reddentis agelli,
Quem tu faſtidis, habitatum quinq; focis, &
Quinq; bonos ſolitum Bariam dimittere patres,
Certemus, ſpinas animóne ego fortius, an tu
Euellas agro, & melior ſit Horatius, an res.
Me quamuis Lamiæ pietas, & cura moratur,
Fratrem mœrentis, rapto de fratre dolentis
Inſolabiliter: TAMEN iſtuc mens, animuſq;

Fert, & amat ſpatijs obſtantia rumpere clauſtra.
Rure ego uiuentem, tu dicis in urbe beatum.
CVI placet alterius, ſua nimirum eſt odio, ſors.
Stultus uterque locum immeritum cauſatur iniquè.
In culpa eſt animus, qui ſe non effugit unquam.
Tu Mediaſtynus tacita prece rura petebas:
Nunc urbem, & ludos, & balnea Villicus optas.
Me conſtare mihi ſcis, & diſcedere triſtem,
Quandocunque trahunt inuiſa negotia Romam.
Non eadem miramur, eò diſconuenit inter
Meq; & te. nam quæ deſerta, & inhoſpita teſqua
Credis, amœna uocat, mecum qui ſentit, & odit,
Quæ tu pulchro uocas: fornix tibi, & uncta popina
Incutiunt urbis deſiderium, uideo, & quòd
Angulus iſte feret piper & thus, ocyus uua:
Nec uicina ſubeſt, uinum præbere taberna
QVAE POSSIT tibi: nec meretrix tibicina, cuius
Ad ſtrepitum ſalias terræ grauis. & tamen urges
Iampridem nõ tacta ligonibus arua, bouemq;
Diſiunctum curas, & ſtrictis frondibus exples.
Addit opus pigro riuus, ſi decidit imber,
Multa mole docendus aprico parcere prato:
Nunc, age, quid noſtrum concentum diuidat, audi.
Quem tenues decuêre togæ, nitidiq; capilli:
Quem ſcis immunem Cynaræ placuiſſe rapaci:
Quem bibulũ liquidi media de luce Falerni:
CœNA breuis iuuat, & prope riuum ſomnus in herba.
Nec luſiſſe pudet, ſed non incidere ludum.
Non iſtic obliquo oculo mea cõmoda quiſquam
Limat, non odio obſcuro morſuq; uenenat.
RIDENT uicini, glebas, & ſaxa mouentem
Cum ſeruis urbana diaria rodere mauis:
Horum tu in numerum uoto ruis. inuidet uſum
Lignorum, & pecoris tibi calo argutus, & horti.
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.
QVAM ſcit uterq;, libens, cenſebo, exerceat artem.

Mediaſtynus] *Incola mediæ ciuitatis, an in officio balneatoris mediaſtynus.* Me conſtare mihi ſcis] *Hoc eſt, eundem eſſe me noſti, me nunquam de opere ruris mutare ſententiam.* Amœna uocat] *Hoc eſt, Quod tibi diſplicet, alteri nedum mihi placet.* Teſqua] *Loca aſpera & ſyluestria.* Vncta] *Opulenta, ſic ipſe alibi:*

» *Accedes ſiccus ad unctum.*

Et quod Angulus iſte feret piper] *Per hoc oſtendit angulum quendam ſui agri, non eſſe ſic aptum uiribus, quando dixit potiùs illic piper & thus, quàm uuam poſſe progigni, ſicut Virgil.*

» *Maria ante exurere Turno quam ſacras dabitur pinus.*

Et eſt uua ſeptimi caſus. Terræ grauis] *Quaſi terra grauis.*

Bouemq; diſiunctum curas] *Id eſt, Ociosum paſcit.* Multa mole docendus] *Docet præfoſſis tramitibus. Sic alibi ipſe de fluuio.*

» *Doctus iter melius.*

Nec luſiſſe pudet] *Videtur* ἀμφίβολον *luſiſſe, utrum olim an nunc tantummodo ludo, ponendum eſſe credamus.* Limat] *Attenuat, imminuit, atterit & inuido oculo faſcinat.* Cum ſeruis] *Non cùm ſeruis nomen, ſed cum ſeruis rodere mauis, & ex ambiguo hæc eſt eligenda diſtinctio.*

Calo] *Vel ab eo, quòd frequenter aduocetur, dicitur calo: uel quia* κᾶλα *Græcè ligna dicuntur, & ille uadit ſæpè lignatum cum ſeruis.*

CHRIST. LAND.

Villice ſyluarum] *Ad Villicum ſcribit, oſtenditq; ex innumeris cupiditatibus ſobrietatẽ ruris ſibi placere. Villicum autem urbẽ in qua uoluptates explere queat deſiderare.* Villice] *Villicum eum appellabãt quem ex prudentioribus, fidelioribusq; ſeruis uillæ, agroq; præponebant, cui reliqui ſerui qui in agris colendis uerſarentur obſequentes erant.* Reddentis me mihi] *Quoniam cum ibi eſſet ab omnibus curis liber ſibi indulgebat.*

Quinq; focis] *Quinq; familijs ex quibus patresfamiliâs ſenatores erant, qui bariæ conſulerent.* Bonos] *Primores. Nam ciues principes ſæpe Tullius bonos appellat, id eſt, magnos, ut Bona pars procerum tacita libabit acerra. Vel bonos quia boni eſſe debeant. Nam magiſtratus & honores præmia ſunt uirtutum, & bonis debentur.* Certemus] *Nam iuſtum certamen eſt, ut alter alterum in ſuo quiſque munere ſuperare conetur.* Spinas] *Rectè de animo per translationem curas dixit quæ mentem pungunt. Rectè itidem in propria notione ſpinas ex agris uellendas dicit, quoniam illos infœcundos, ſteriles q; reddunt. Ergo ego colam animum & à cupiditatibus, quæ ueluti ſpinæ pungunt purgabo, tu agrum à ſpinis & ſentibus.*

Melior] *Quia magis purgatum habeat animum.* An res] *An ager magis cultus ſit.* Me] *Cupio rus petere, niſi retardet officium, quod ſolari debeam Lamiam mœrentem fratris morte.*

Stultus uterque] *Stultè tu agrum, ſtultè ego urbem cauſamur, quia non locus nobis nocet, ſed animus, id eſt, animi cupiditates quas animus quocunque pergit quia ſecum illas fert fugere nequit.* Cauſari] *Aliquando eſt cauſam & excuſationem proferre. Virgil.*

» *Cauſando noſtros in longum ducis amores.*

Aliquando cauſarum eſt cauſas afferendo accuſare, ut hic.

Mediaſtynus] *Vrbis cultor. Nam* ἄστυ *lingua Attica urbs eſt.* Trahunt] *Scilicet inuitum.* Inhoſpita] *In quibus ſine difficultate eſſe non poſſumus.*

Teſqua] *Loca augurio conſecrata dixit Pompeius. Cicero uerò inculta & difficilia. Ex eo puto quia ſacra, quæ ſunt non coluntur.* Fornix] *Pro lupanari poſuit. Nam meretrices ſub fornicibus proſtabant: Inde fornicari, meretricari.* Popina] *Vt illud ad rem uenereum hoc ad gulam referatur.*

Ocius uua] *Nam adeò aduerſus uitibus eſt ut citius thus & piper (quod impoſſibile eſt) quàm uuam ferat. Thus enim in ſola Sabea quæ fœlicis Arabiæ pars eſt naſcitur. Piper uerò arbor fertur iuniperi ſimilis, ſunt qui in frontẽ Caucaſi montis ſolum hanc arborem naſci tradant, Grana ſua non nuda ut Iuniperus fert, ſed ſiliquis incluſa, quæ ſi ante quam dehiſcant carpantur, ac ſole torreantur, piper longum ſunt. Dehiſcentes candidum ſemen emittũt, quod toxum ſole nigrum, & rugoſum efficitur.* Terræ grauis] *Quaſi dicat, ineptus ad ſaltationem.*

Strictis] *Collectis. Virg.*

» *Hic ubi frondem Agricolæ ſtringunt.*

Concentum] *Pro concordia poſuit.* Quem] *Scilicet me. Demonſtrat autem aliam ætatem alios ſibi mores poſtulare. Ergò non ita amore uerſatur, ut in iuuentute uerſabatur.* Tenues] *Quib. iuuenes utuntur.* Immunem rapaci] *Non parum eſt in amore uirum placere mulieri, ſed illud mirum, quod placeat ſine munere. Nam (ut eſt apud Ouidium)*

» *Ipſe licet uenias Muſis comitatus Homere,*
» *Si nihil attuleris ibis Homere foras.*

Maxima ergo res uidetur, quod placuerit ſine munere ipſi Cynaræ, præſertim cum rapax & auaro fuerit. Quem Bibulum] *Id eſt, bibacem.* Liquidi] *Puri & defæcati de media luce. Sententia eſt, quod deceret illum multum bibere etiam in tempore non conceſſo.* Cœna breuis iuuat] *Oſtendit quantum abſciderit de uoluptatibus, cùm nunc illis temperatis fruatur.*

Nec luſiſſe pudet] *Non enim turpe eſt ludere, ſed turpe eſt non*

incidere ludum, id eſt, ita in ludo occupari, & detineri ut non poſſit ſi res poſtulat uel imperfectum relinquere. Obliquo] Ex obliquo intuenti, quod maleuolentiæ ſignum eſt. Limat] Paulatim carpit ut lima ferrum, & lignum paulatim minuit.

Odio obſcuro] Scilicet diſſimulato, multi enim diſſimulant odium, donec nocendi tempus nanciſcantur. Morſu] Detractione quæ occulta eſt uelut uenenum, quod non ſentitur antea quam ſit intra uiſcera receptum. Iſtæ autem ſimultates maximè in urbibus nocent. Rident] Tanquam ineptum operi, & minus ualidum, ſed non tamen inuident. Vrbana] Oſtendit ſtultitiam uillici, qui urbem in qua & maiores labores, & minora commoda ſunt ruri anteponat. Diaria] Diarium lucrum unius diei eſt. At ſerui Romæ omnia diaria dominis reddere cogebantur. Certam enim pecuniam à dominis accipiebant qua uictum, ueſtitumq́ ſibi compararent. De qua ſiqui parce uiuendo corradebant, id ſibi pro peculio relinquebatur. Quicquid autem lucri ex artificio ſuo acquirebant, id omne domino acquirebãt: etiam appellabãt diaria libellos, in quibus ſingulorum dierum res deſcribebant. Ruis] Cùm impetu & ſine ratione. Nam ſi ratione ducereris, & non appetitus impetu traherceris: id enim eſt ruere, nam uoto cuperes quod eſt fugiendum. Calo enim lignorum faber, qui in urbe manet, inuidet tibi copiam, quàm habens lignorum. Et horti] Id eſt, olerum quæ in hortis naſcuntur. At uitio hominum euenit quod tædio rerum præſentium abſentia optent, quod demonſtratur Apologo illo, quo bos Ephippia, quæ equorum ſtramenta ſunt, & contra equus aratrum optat. Poëta autem cenſet ut ex Græcorum prouerbio, quàm quiſque norit in ea libenter ſe exercitet.

ERAS. ROT. } Optat ephippia bos] Hoc carmine eleganter notauit Horatius uitium, quod naturaliter omnibus eſt inſitum, ut quippe ſemper alienam ſortem magis mirentur ac ſuam contemnant & faſtidiant, optent item inexperta, experta damnent. Siquidem ephippia uocantur, quas uulgo ſellas equeſtres appellant, additas in hoc ut commodius ſedeat eques. Veteres bubus arabant, non equis. Quam ſcit uterque] Prouerbium eſt apud Græcos: ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην, quàm quiſque nouit artem in hac ſe exerceat. Quo monemur, ut quarum rerum ſumus periti, in his duntaxat diſputandis, tractandiſq́ uerſemur, quarum uerò ſumus rudes, eas doctioribus concedamus, neque profeſſionem alienam nobis uindicemus, neque in meſſam alienam mittamus falcem, ne'ue ſutores ultra crepidam iudicemus.

THEOD. PVLM. } 3 Bariam] Variam, H.G.E.B.C.V. 6 Moratur, H.G.B.C.V. Moretur] E.K.
11 Sors] Res, H. 14 Tu mediaſtinus] Mediaſtinus medius inter ſeruos fuiſſe uidetur: ſummos, ut Atrienſes & Diſpenſatores: imos, ut compeditos & notæ extremæ & quales quales. Itaq; à medio nomen habet: reliquum in uocabuli productione numerandum eſt, non ſignificatione,

„ Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas.

Non alio accipiendum modo, cùm inquit, mediaſtinus mihi eſſet Romæ, uotis optabas, ut uillicus eſſes, cuius optati nunc te piget. Vide Turneb. lib. 28. cap. 31. 19 Teſqua] H.G.E.B.C.V.K. Teſca, Varro lib. 6. de lingua Latina, & Feſtus.
21 Vocas] Putas, H.G.E.B.C.V.
28 Diſiunctum curas, & ſtrictis frondibus exples] G.B.
Diſiunctum curas, & ſtrictis frondibus exples, E.C.K.
Diſiunctum curas, & ſtrictis frontibus exples, H.
Diſiunctum curas, ſtrictis & frondibus exples, V.
Deiunctum curas, & ſtrictis frondibus exples,
Lambini manuſcripti libri quatuor. 37 Non iſtic obliquo] Vide Annotationes ad illud, Inuidiam placare paras, lib. 2. Sat. 3 uerſu 13.

GEORG. FABR. } Studia hominum uaria, exemplo uillici & ſuo oſtendit, comparans utriuſque uoluptates & animum, quod pauci ſorte ſua contenti, aliena ſolent, ſibiq́ minus commoda expetere. Conuenit huius Epiſtolæ argumentum ſeptimæ ad Mecœnatem, & decimæ ad fuſcum: ſed tractatione alia utitur.

IOD. BAD. ASCENS. } Villice ſyluarum] In hac epiſtola quam ad uillicum, id eſt, uillæ ſuæ curatorem, & mercenarium ſcribit, multa ſalubriter monet, dicens, hoc ordine. O uillice] Id eſt, cuſtos & gubernator. Syluarum] Id eſt, poſſeſſionis meæ ſyluoſæ. Et agelli] Id eſt, modici agri mei. Reddentis mihi me] Id eſt, recreantis me, & facientis me. Mecum habitare] Id eſt, in tranquillitate uiuere.

Quem agellum tu faſtidis] Id eſt, ſuperbè uilipendis. Quamuis] Sup. Habitatum, quinque focis] Id eſt, quinque diſtinctis familijs. Et ſolitum dimittere Baria] Id eſt, loco illo in Sabinis celeberrimo, ut dicit Porphyrio. Quinque bonos patres] Id eſt, ſenatores ſecundùm eundem, uel quinque bonos patresfamiliâs, qui dimittebantur ab illo agello ire Romam. Baria] Id eſt, per Bariam, non alliciebantur, celebritate illius loci, contenti agello meo, quem tu faſtidis. O uillice ſpinas ut certemus] Id eſt, diſputemus, contendamus inter nos. Ne] Pro an. An ego] Supple euellam. Fortius animo] Id eſt, exanimo. Spinas] Id eſt, uitia. An tu euellas fortius agro meo, Spinas] Id eſt, frutices & herbas nocentes. Et tu] Sup.

Horatius] Id eſt, ego dominus. Sit melior] Id eſt, ſim præſtantior. An res] Scilicet, poſſeſſa, hoc eſt, an ego ſim melius cultus per me. An res mea per te, quamuis pietas Lamiæ illius nobilis uiri cura Lamiæ mœrentis] Id eſt, lugentis fratrem. Et dolentis inſolabiliter] Id eſt, inconſolabilis de fratre rapto.

Per mortem, Scilicet moratur] Id eſt, detinet me. Tamen mens & animus fert] Id eſt, trahit & impellit. Me iſtuc] Id eſt, ad rus ubi tu es. Et amat] Id eſt, cupit. Rumpere clauſtra obſtantia ſpacijs] Id eſt, tranſcurrere ſpacia, quæ me ſecludunt. Ego dico uiuentem rure] Id eſt, in rure beatum, & tu dicis uiuentem in urbe beatum. Cui ſors alterius placet, &] Sup. Eſt ſua] Id eſt, propria ſors odio. Vterq; ſtultus, & qui rus damnat, & qui urbem, cauſatur] Id eſt, criminatur. Inique] Id eſt, iniuſtè locum. Immeritum] Id eſt, qui non meruit culpari. Animus eſt in culpa, qui nõ effugit ſe unquam] Id eſt, qui ubicunq; fuerit ſemper habet inconſtantiã ſuam. Tu mediaſtinus] Id eſt, cum eſſes mediæ urbis habitator. Petebas] Id eſt, requirebas rura. Prece tacita] Id eſt, ſecreto uoto. Tu nunc uillicus quando in rure uiuis, optas urbẽ & ludos, & balnea] i. delitias urbis. Tu ſcis me conſtare] Id eſt, conſtantem, & conformem eſſe mihi. Et ſcis me diſcedere triſtem à rure quandocunq; negocia inuiſa] Id eſt, odioſa mihi trahunt me Romam. Nos non miramur eadem] i. non diligimus eandem rem. Et] Id eſt, &. Ideò diſconuenit] Id eſt, diſcordia eſt inter me & te. Nam is qui ſentit mecum, uocat] Sup. ea loca. Quæ tu credis teſqua] Id eſt, loca ſpinoſa difficilia, & deſerta, & inhoſpita. Amœna] Sup. loca. Et odit] Sup. ea, quæ tu putas pulchra. Ego uideo quod fornix] Id eſt, locus fornicationum. Et popina] Id eſt, ganea, aut coquina. Vncta] i. pinguis incutiunt tibi deſiderium urbis, & uideo quòd angulus iſte, quem habitas feret piper, et thus. Ocius] Id eſt, citius. Vua] Id eſt, quàm uuam. Nec taberna uicina ſubeſt] i. præſto eſt, quæ poſſit præbere tibi uinum. Nec meretrix tibicina] i. canens in tibijs, ſubeſt tibi. Ad cuius ſtrepitum] i. crepitum cytharæ, aut ſtrepitum pedum ſalias exiſtens. Grauis terræ] Id eſt, ineptus ad ſaltationem, uel quem terra ſine ſaltu ferre recuſat. Et tamen tu urges] Id eſt, urgenter colis arua non tacta Iampridem] Id eſt, à pluſculis temporibus. Ligonibus] i. bidente, aut marra, aut quouis alio inſtrumento ruſtico. Et tu curas] Id eſt, habilem facis bouem. Diſiunctum] i. remiſſum ab aratione. Et exples] i. explicas ipſum frondibus ſtrictis. Et ſi imber decidit] i. deorſum. Cadit] i. ſi eſt inundatio aquarum. Ex imbribus riuus] i. impetus aquarum decurrentium. Addit tibi pigro opus] Id eſt, cogit riuo me tum facere, exiſtens Docendus multa mole] Id eſt, uarijs obicibus, & aggeribus. Parcere agro aprico] i. ſoli expoſito. Nunc age audi quid diuidat noſtrum concentum] i. noſtrã concordiam. Eum] Hoc eſt, me. Quem tenues] i. uiles togæ decuêre. Et quem nitidi capilli decuere, & quem ſcis immunem] Id eſt, ſine damno aut participatione placuiſſe Cyrenæ mulieri illi rapaci, & quem Bibulum liquidi Falerni de media nocte.

Cœna breuis iuuat, & ſomnus in herba propè riuũ, nec pudet lu-

det iuſiſſe, ſed pudet non incidere] *Id eſt, abrumpere ludum.* Quiſquam non limat] *Id eſt, carpit & imminuit, ſicut lima ferrum, aut potius limis oculis uidet, quod ſignum inuidiæ eſt (ſicut in bi tranſuerſa tuentibus hirquis) mea commoda obliquo odio.* Et non uenenat] *Id eſt, non inficit obſcuro odio & morſu, uicini ridentme mouentem ſaxa & glebas.* Cùm tu mauis] *Id eſt, magis uis.* Reddere ſeruis diaria] *Id eſt, precia diurni laboris.* Vrbana] *Id eſt, qualia dantur in urbe, ubi mercenarijs ſingulis diebus datur merces, in agro autem ſingulis annis.* Et tu uis] *Id eſt, incidis.* Voto] *Id eſt, in numerum horum, ſcilicet Mercenariorum urbanorum.* Calo] *Id eſt, faber lignorum.* Argutus] *Id eſt, ſubtilis.* Inuidet tibi uſum lignorum, & pecoris, & horti bos piger optat ephippia] *Id eſt, equorum ſtramenta, hoc eſt, ſellas. Nam ut Philelphus in epiſtolis ait, quæ nunc ſellæ à ſedendo dicuntur à priſcis Ephippia dicta ſunt.* Optat ergo bos officium equi curſoris, *& equus piger optat arare.* Ego cenſebo] *Id eſt, iuſtum indicabo: ut uterque noſtrum exerceat libens eam artem, quam ſcit.*

EPISTOLA XV. AD VALLAM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPISTOLAE XV. ET XVI.

In decima quinta rogitaris plurima Valla.
In decima ſexta taxat te ſcommate Mæni.

Ordo eſt: O' Valla tu rogitâris plurima] *Id eſt, de plurimis potiſſimum locis.* In decima quinta] *Sup. Epiſtola.*

ALIVD ARGVMENTVM.

Conſulit Vallam de ſalubritate regionis Lucaniæ.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Poteſt egere & abundare.

COMMENTARIA.

ACRON.

QVAE ſit hyems Veliæ] *Ὑπέρβατον ab hinc uſque ad ultimum uerſum:*

Scribere te nobis, tibi nos ac credere par eſt.

Salerni] *Velia & Salernum oppida ſunt Lucaniæ Salernum à ſalis copia dictum eſt. Conſulit Vallam, quid ſentiat de ſalubritate regionis, quoniam ipſe Horatius nolebat Baias ire.* Nam mihi Baias] *Mirè, quod Baiæ hanc iniuriam ſentiant, ſi illis frigida etiam frigorib. medijs præferantur.* Muſa] *Antonius Muſa Auguſti Cæſaris medicus Horatium iuſſerat ut ipſe lauacro uteretur, propter oculorum dolorem.*

Myrteta] *Propriè ſunt aquæ ſulphureæ atque ſalubres, ad quaſdam infirmitates depellendas, quales erant apud Baias, ad quas frequenter ex diuerſis partibus affluebant: ſed poſtquam ob longitudinem itineris cœpiſſent derelinqui, & ad Cluſinos fontes, & ad Gabios, ubi erant frigidæ aquæ, cœpiſſent concurrere, intermiſſis Baijs, dicit quod ipſe uicus cœpit ingemeſcere, contemptus in aquis ſuis. Dicit autem Myrteta, quaſi mortueta, quod omnes animæ mortuorum inde inferos petere credantur.*

Cluſinis] *Cluſinæ & Gabinæ aquæ frigidæ ſunt. Cluſinæ in Hetruria, Gabinæ in Sabinis.*

Phæaxq́ reBerti] *Phæaces enim, quorum rex Alcinous fuit luxurioſè uiuebant, ut ait Homerus.*

Scribere te nobis] *Hic uerſus principia epiſtolæ concludit.*

Mænius ut rebus maternis atque paternis] *Mænius iſte nobilis fuit, ſed conſumptis ſuis patrimonijs, & pecunijs, cauſa ingluuie ſcurra effectus eſt, & uorator, ita ut quicquid inueniret in macello, & in alijs locis conſumeret etiam ui, & fautores ſuos, quos ſuis lenocinijs decipiebat, eorum bona deuorando ſpoliabat.*

Mænius ut rebus] *Quia de ſe luxurioſo locutus erat ſubijcit fabulam de Mænio. Mænius hic Pantolabus dictus eſt, ab eo quod quicquid afferebatur, acciperet. Erat autem & urbanus, & mordax. Itaq; dabant illi, & qui urbanitate delectabantur, & qui mordacitatem timebant illius.*

QVAE ſit hyems Veliæ, quod cœlum Valla Salerni,
Quorum hominum regio, & qualis uia (nam mihi Baias
Muſa ſuperuacuas Antonius, & tamen illis
Me facit inuiſum, gelida cũ perluor unda
Per medium frigus. ſanè myrteta relinqui,
Dictaq́ ceſſantem neruis elidere morbum
Sulphura contemni, uicus gemit, inuidus ægris,
Qui caput, & ſtomachum ſupponere fontibus audent
Cluſinis. Gabiosq́ petunt, & frigida rura.
Mutandus locus eſt, & diuerſoria nota
Præter agendus equus. quò tendis? non mihi Cumas
Eſt iter, aut Baias, læua ſtomachoſus habena
Dicit eques. ſed equi frenato eſt auris in ore.)
MAIOR utrum populum frumenti copia paſcat,
Collectos'ne bibant imbres, puteos'ne perenneis
Dulcis aquæ. nã uina nihil moror illius oræ.
Rure meo poſſum quiduis perferre, patiq́:
Ad mare cum ueni, generoſum, & lene requiro:
QVOD CVRAS abigat, quod cum ſpe diuite manet
In uenas, animumq́ meum: quod uerba miniſtret:

Nec qui ciuem dignoſceret hoſte] *Hoc eſt, cum eſuriret, & cuilibet malediceret, ut altius placere poſſet, à quo ſe paſci uellet.*

Nil] *De parcis, de parum luxurioſis.* Omaſi] *Omaſus propriè caro bubulina.*

Nepotum] *Id eſt, cùm non haberet luxurioſos alios inſectabitur, ut ab ijſdem paſceretur.*

PORPHYR. } Quæ ſit hyems] *Scribit Satyricè de Baiarum luxuria, tangitq́ eas, quàm in penuria habeant poteſtatem, & eſt in hac epiſtola hyperbaton lõgum, quod hoc ordine ſoluitur: Quæ ſit hyems Veliæ, quod cœlum Valla Salerni, quorum hominum regio, & qualis uia, Tractus uter plures lepores, uter educet apros, utra magis piſces, & echinos æquora cælent, ſcribere te nobis, tibi nos ac credere par eſt.* Nam mihi Baias Muſa ſuperuacuas] *Ne mihi qui urbanum opus ſit, ad curam corporis, facit Antonius Muſa medicus Imperatoris facit conſuetudo laudationis meæ, quòd me dijs frigoribus perluor.* Ceſſantem morbum] *Aut generaliter quemlibet morbũ, aut podagram intellige, & adiecit ſulfureas aquas, & Baianos uapores.*

res. Sanè myrteta relinqui] *Sanè, inquit, aquas frigidas po-tunt propter quam rem gemit & iraſcitur uicus deſeri Muſa ſua-dente. Myrteta uulgo myrtarias dicunt.* Audet] *Vtpote ægri ad aquas frigidas pergentes.*

Mutandus locus eſt] *Præſertim homini, qui non tam medicum, quàm delitias petit.* Diuerſoria nota] *σύλληψις, id eſt, mutanda.* Quo tendis? non mihi Cumas] *Nunc hoc tanquam ad equum loquitur, ſecũdùm conſuetudinem uertentem.* Sed equi frenato eſt auris in ore] *In equis ore frenato eſt, inquit, auricula quæ captat famã locorũ, & prout cognouit iter dirigit, aut diuertit, & eſt ſuauis ἀλληγορία, quæ ſignificat uoluptatem magis homines captare, quàm curam corporis.* Populum] *Ciuitatem: Vt ſi diceret:*

» *Vtinam Cumas aut Baias.*

Sic Virgil.

» *Ac ueluti magno in populo.*

Nihil moror illius oræ] *Qui non patior.* Generoſum & lene requiro. Quod me Lucanæ] *Inter omnia, quæ uino accidunt, & illud eſt maximum, quòd uires præſtat in Venerem. Hoc eſt ergo quod dixit, quòd iuuenem cõmendat amicæ, id eſt, fortem & amabilem amicæ reddat, ut iuuenem.* Phæax] *Pinguis & uoluptuarius, ut alibi ait:*

» *Sponſi Penelopes Alcinoiq;*

» *In cute curanda plus æquo operata iuuentus.*

Hanc enim opinionem de his Homerus in Odyſſea poſuit. Mænius ut rebus paternis atque maternis] *Hic Mænius, & alibi ab Horat. compellatur ut ſcurra, & Satyricè abſentem Mænium carpit.* Præſepè] *τραπέζωμα, & Satyricè pro menſa. Sic Plaut. in Curc.* Impranſus] *Ideò iratus ob hoc ipſum.* Omaſi] *Viſceris bubuli.* Nepotum] *Nequam & luxurioſum.* Verterat in fumum & cinerem] *Comederat atq; abſumpſerat.* Pecunia] *Res familiaris.*

CHRIST. LAND. } Quæ ſit hyems] *Epiſtolæ progreſſus ad ultimum uſque uerſus procedit, ut ſit ordo.* Par eſt] *Id eſt, æquũ eſt te ſcribere nobis, ac nos credere tibi quæ hyems ſit Veliæ, id eſt, quæ aëris qualitas in hyeme. Velia autem à paludibus dicta eſt Elia Nam τὸ ἕλος palus eſt, deinde adiunctio digamma factum eſt Velia, ut Enetus Venetus. In Lucania eſt non procul à Palinuro promontorio.* Salerni] *In agro Picentino oppidum eſt.*

Quorum hominum] *Id eſt, quibus moribus ibi ſint homines.* Baias] *De his dictum eſt.* Muſa Antonius] *Medicus fuit.* Elidere] *Eijcere, propriè elidere eſt frangendo emittere. Vnde oculos eliſos dicimus.* Neruis] *Eneruis. Nam ſulphura, id eſt, aquæ ſulphureæ reſoluunt craſsiorem in neruis humorem, & inde emittunt.* Cluſinis] *Quia in agro Cluſino ſunt.* Auris in ore frenato] *Lepidus ſermo. Equus enim non uerbis obtemperat ſed freno.* Collectos] *In Ciſternis.* Puteos perennes] *Quia ex perpetua uena ſcaturiant.*

Iugis] *Perpetuæ quæ nunquam deſit. Quicquid enim ſine interruptione continuatur iuge dicitur.* Manet] *Fluat in uenas & in animum. Nam in ſanguinem uerſum intrat uenas, & cùm lætiores gignat ſpiritus mouet animum.* Commendet iuuenem] *Nam cum illo exhilaratus ſim uideor iunior anicula. Nam & Ter.*

Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ.
Tractus uter plures lepores, uter educet apros:
Vtra magis piſces, & echinos æquora celent?
Pinguis ut inde domum poſsim, Phæaxq; reuerti:
Scribere te nobis, tibi nos ac credere par eſt.
Mænius, ut rebus maternis, atq; paternis
Fortiter abſumptis, urbanus cœpit haberi,
Scurra uagus, non qui certũ præſepe teneret,
Impranſus, non qui ciuem dignoſceret hoſte:
Quælibet in quemuis opprobria fingere ſæuus:
Pernicies, & tempeſtas, barathrumq; macelli,
QVICQVID quæſierat, uentri donabat auaro.
Hic, ubi nequitiæ fautoribus, & timidis nil,
Aut paulum abſtulerat, patinas cœnabat, omaſi
Vilis & agnini, tribus urſis quod ſatis eſſet:
Scilicet ut uentres lamna candente nepotum
Diceret urendos correctus. Mænius idem
Quicquid erat nactus prædæ maioris, ubi omne
Verterat in fumum, & cinerem: NON Hercule miror,
Aiebat, ſi qui comedunt bona, cùm ſit obeſo
Nil melius turdo, nil uulua pulchrius ampla.
NIMIRVM hic ego ſum, nam tuta & paruula laudo,
Cùm res deficiunt ſatis inter uilia fortis.
Verùm, quid melius contingit, & unctius, idẽ
Vos ſapere, & ſolos aio benè uiuere, quorum
CONSPICITVR nitidis fundata pecunia uillis,

» *Senex plus ſolito potus iuuuenescere ſe ſenſit.*

Vter tractus] *Vtra regio.* Phæax] *Splendidus quaſi pinguis ab eo quod eſt φαίνομαι ſplendeo. Nam nitidiore corpore ſunt pingues. Vel dixit Phæax, id eſt, quaſi Phæax: nam Phæacum populi lautiſsimo conuiuio & abundantiſsimo Vlyſſem acceperunt.*

AD EVNDEM.

CHRIST. LAND. }

Mænius ut rebus] *Exemplo huius hominis in eos inuehitur, qui alligurito patrimonio ſcurræ, paraſitiq; effecti aliena uorant. Ac dum ſint qui in illos accipiant, dicuntq; nihil eſſe beatius uictu ſplendido & affluenti. Cùm autem à nullo accepti ſordido uictu domi uiuere coguntur frugalitatem ſummis laudibus extollunt. Hoc demum uitium ſua ſolita ironia ne quempiam offendat in ſe transfert poeta.*

Fortiter] *Atq; qui fortiter agit cum uirtute agit. Sed dixit fortiter ex ſtulta hominis opinione, qui uehementem illam ſuam alligurtitionem fortitudinem putent. Vel ex ironia fortiter dixerit cùm nihil ignauius ſit ipſo guloſo.* Vrbanus ſcurra] *Atqui quantum urbanitas à ſcurrilitate differat alio in loco M. Tullij teſtimonio oſtendimus cũ urbanitas uirum grauem egregium deceat. Scurrilitas autem impudentem leuitatem habeat. Sed dixit ſcurra urbanus uagus, id eſt, ſcurra qui per totam urbem uagaretur. Sic enim ſcurrilibus ſalibus ſibi uictum mendicabat.* Certum præſepe] *De homine beſtiæ ſimili præſepe in quadrupedes paſcuntur rectè dixit.* Nec qui ciuem] *Vt riſum alijs moueret in quemcunq; opprobria fingebat, nec rationem habebat ciuis eſſet an hoſtis.* Hoſtis] *Perduellus aut peregrinus.* Baratrũ] *Profunda uorago eſt & Græcum uocabulum. Erat enim Gula tam immenſa, ut omne quod in macello uenale eſſet uorare facilè poſſet. Quapropter iure in illum Bionis Boriſthenis facetè, ſed mordax dictum iaci poterat. Is enim homini qui uniuerſum uorauerat patrimonium dixit. Nempe Amphiaraum terra obſeruabit. At tu terram.* Auaro] *Multa cupienti.* Abſtulerat] *Non enim libenter illis datur, ſed qui dant aut illum ex perdito perditiſsimum reddere uolunt, aut dant quia timent eorum ſcommata, aut morſus.* Omaſi] *Credunt nonnulli Omaſum bubulum eſſe inteſtinum pingue & craſſum. Sed in reliquis quadrupedibus Omaſum nunc uidemus. Dixit igitur Omaſum agninum quaſi uiliorem, & quia parua res eſt in agno dixit patinas, ut oſtenderet plures eſſe in eadem patina.* Lamna] *Pro lamina.* Verterat fumum & cinerem] *Id eſt, conſumpſerat.* Obeſo] *Pingui. Nam pinguiores rotundiores clunes habent.* Vulua] *Mamma porcina eſt cum lacte auulſa, de qua multa apud Plinium. Dicitur etiam ſumen quaſi rumen ut Valerius pro Valeſius.*

Nimirum hic] *Interponit perſonam ſuam Ironicè, ut liberiùs cum ſibi non parcat in cæteros inuehi poſsit.*

Fundata pecunia uillis] *Id eſt, quorum opes conſtabilitæ ſint in agris, qui habent uillas, agri enim ſtabiliores ſunt, quã nummi, qui facilè alio transferuntur. Vnde agros fundos appellarunt, quaſi fundamentum pecuniæ, id eſt, opum. Nam priſci pecunias opes dixerunt à pecore, in quo priſci omnes ſuas diuitias habebant.*

PHILOLOGVS. } Iugis aquæ, &c.] *In antiquo exemplari apud me legitur* dulcis aquæ, *quòd magis placet, tum quia præcedit*, Collectos ne bibant imbres, puteos ne perennes, *nam non poſſunt putei perennes eſſe, niſi etiam ſint iugis aquæ. Iugis enim & perennis idem eſt, ſic iugiter, & perenniter, id eſt, perpetuò, & aſſiduè, ne uideatur igitur bis idem dicere, legendum* puteos ne perennis dulcis aquæ, *tum etiam ad imitationem Virgilij in Bucolicis,*

„ *Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo.*

HENR. GLAR. } *Si ulla alia inter Horatij epiſtolas intellectu difficilis eſt, certè hæc una eſt: & haud ſcio quàm bene ab expoſitoribus percepta: nam malè expoſitam, non eſt dubium. Hyperbaton ab initio eius ad finem admonent: ſed hoc quoque admonuiſſe oportuit, quoties in medio repetendum. Poëta cum priùs uel Cumas, uel Baias lauatum iret, ut ad loca conſueta & nota omnibus, nunc Medici Muſæ uſus conſilio, mutare uult locum, et uel Veliæ, uel Salerni lauare. Vallam igitur rogat, ut eorum locorum peritum, de cœli qualitate Veliæ & Salerni. Cauſam autẽ cur quærat, adnectit: Quia mutandus locus eſt, & equus præter agendus diuerſoria nota. Hoc etiam ſcire cupit, utro in loco maior rerum copia, ac ſalubrior: quod Porphyrio de Baijs ac Cumis intellexiſſe uidetur, quaſi poëta eò ire cupiat: Ego uerò de Velia ac Salerno eum loqui intelligo, quod ſequentia omnia planè oſtendunt: Tractus uter plures lepores: &, utra magis piſces.*

AD EVNDEM HENRICVS GLAREANVS. } *Hæc epiſtola uidetur uelut appendix præcedentis. Nam penultimus uerſus apoſtrophon habet ad Vallam. Proſcindit autem Satyricè Mænium, quem eundem eſſe Porphyrio credidit, de quo Satyra tertia, libri primi Sermonum:*

„ *Mænius abſentem Nouium dum carperet.*

Cui ego planè ſubſcribo, ut in primam Satyram eiuſdem libri annotauimus. Hic ubi nequitiæ fautoribus, & timidis nil] *Quidam timidis mutauerant in tumidis, quod non quadrat: Nam erant olim Paraſiti quidam etiam Sycophantæ. Deſcribit autem Mænium uoracem, ſed aliud atq; aliud ſentientem, ut uel abiectis ac uilibus cibis, uel ſplendidioribus utebatur. Illud etiam Aldinus codex mutauit*, ſi qui comedunt bona in benè, ſed malè: *Cùm Mænius dicat ſe non mirari*, ſi qui comedendo abſumunt bona. *Atq; ita etiam legit D. Eraſmus, & Badius, quanquam Badius 12. huius epiſtolæ uerſu* Beſtius *legit pro* Mænius, *non rectè ut puto.*

THEOD. PVLMAN. } 1 Quæ ſit hyems Veliæ, quod cœlum Vala Salerni] *Hic uerſus cum 25.* Scribere te nobis, *cohæret, eſtq; hyperbaton longa parentheſi obſcurum.*

4 Perluor] Peruchor, *G. E.* 5 Myrteta] Murteta, *H. C.* 12 Stomachoſus] Stomachatus, *V.* 16 Iugis aquæ] Dulcis aquæ, *H. B. C.* 17 Perferre] Sufferre, *Lambini nonnulli libri ueteres.* 25 Tibi nos accredere] Tibi nos & credere, *E.* Ac nos tibi credere, *Benedicti Philologi editio.*

26 Mænius ut rebus] Rectè hæc pars in *H. Coniungitur cum ſuperioribus. Vide Pet. Victorij Variarum lect. lib. 4. cap. 6.*

32 Donabat auaro] Donarat auaro, *C.* 33 Timidis] *H. G. E. B. C. V.* Tumidis, *id eſt, ambitioſis, Aſcenſius corruptè.*

34 Patinas cenabat Omaſi, Vilis & agnini] Agninæ, *C. V. Apud Horatium:*

„ *——Tabulas cenabat Omaſi.*

Vilis & agninæ, ita puto enucleandum, ut tabulas parapſides intelligamus more Græcorum, qui πίνακας *uocant.* Agninæ *autem potiùs quàm* agnini *ut legam, & auctoritate librorum teredine exeſorum facio impulſus, & opinione antiquorum, qui agninam deſpicatui habebant & uiliſſimam ducebant. Turneb. lib. 6. cap. 25. Vide Annotat. ad illud,* ſeu pingui tentus Omaſo, *2. Sat. 4. & Turneb. lib. 18. cap. 23.* 36 Lamna] *H. G. V.* Lamma, *E. B. C. Vide Annot. ad Oden 2. lib. 2.* 37 Correctus Mænius] Correctus Beſtius, *B. C. V. K.* Correptus Beſtius, *H. G. E. & Gul. Cantherus Nouarum lect. lib. 4. cap. 6.* 38 Nactus] Nanctus, *H.* 40 —Si qui comedunt bona] *H. G. E. B. C. V. Pet. Victor. Variarum lect. lib. 4. cap. 6. & Turneb. lib. 26. cap. 20.* comedunt bene, *Aldina editio: quæ ſcriptura doctis diſplicet.*

41 Vole] Volas, *H.* 44 Vectius] *Id eſt,* plagulis, delicatius. *Horat. Arte, uerſu 422.*

„ *Si uerò eſt unctum rectè qui ponere poſſit.*

Rectè unctum, Horatius pro apparatè condito cibo dixiſſe uidetur. Vide Turneb. lib. 18. cap. 11. 46 Conſpicitur nitidis fundata pecunia uillis] *Id eſt, in fundis & uillis poſita & conſtituta. Turneb. lib. 27. cap. 16.*

M. ANT. MVRET. } 39 —Non hercule miror, Aiebat, ſi qui comedunt bona] *Ita eſt apertè in libro Bernardini Lauredani: & ita in impreſſis penè omnibus legebatur multis annis antequam Petrus Victorius, homo doctiſſimus, Variar. lect. libros edidiſſet.*

GEORG. FABR. } *Horatius non ſeuerus philoſophus, ſed potiùs iucundus, quærebat ea loca, in quibus ſibi bene eſſet, ut Baias: ſed aliud ei ſuaſerat Antonius Muſa Auguſti medicus, propter ualetudinem: ipſe tamen dicit, ſe non tam audire medicum, quam imitari Mænium, qui cùm duo patrimonio dilapidaſſet ligurriendo, redactus ad inopiam, menſas diuitum ſectabatur. Idem ait poëta ſibi accidere, quod rebus modicis poſſet eſſe contentus: ſin offerantur lautiora, ſe fructum eorum non recuſare.* Myrteta relinqui] *Dubium me diu tenuit ſcriptura, quam tamen retineo ex Cornelij Celſi lib. 2. cap. 16. ubi inquit, Siccus calor eſt, & harenæ calidæ, & Laconici, & Clibani, & quarundam naturalium ſudationes, ubi è terra profuſus calidus uapor ædificio includitur, ſicut ſuper Baias in myrtetis habemus. Neruorum quædam uitia ſic optimè curantur. Scribit non diſſimilia Helenius. Idẽ & murteta dicta exiſtimat, quaſi mortueta: ad id reſpiciens, quod illo in loco* ἡ νέκυια *Homeri ſit, & inter Cumas ac Baias Acheruſia palus, & lacus Auernus: ſed celſi maior auctoritas.* Mænius ut rebus maternis atq; paternis] *Omninò coniungenda hæc pars cum ſuperioribus, nec nouum conſtituendum initium.* Timidis nil aut paulum abſtulerat] *Timidis, non lautè obſonantibus. Nequicia nouè, ad guſtatum refertur, hoc loco: & nequiciæ fautorem appellat, paraſiti regem aut dominum. Voluptatem gulæ, libidini incendium ſequi ſolet.* Diceret urendos, correctos Mænius, idem] *In manuſcripto, Scilicet ut,* Ventres lamna candente nepotum, Diceret urendos, correptus Beſtius: idem. *De hoc loco cenſeo ampliandum.* Si qui comedunt bona] *Hæc lectio ab alijs annotata, quam integram accepi à Lazaro, & ſcripſi olim in Horatio, cum commentatoribus edito.*

IOD. BAD. ASCENS. } Quæ ſit hyems Vel.] *Ordo condependet ab ultimo uerſu ſic.* O Valla par eſt] *Id eſt, iuſtum & æquum te ſcribere nobis.* Et nos accredere] *Id eſt, fidem adhibere tibi. Sic autem potius dixero, quàm diuiſis dictionibus* ac credere, *ut ſit* ac nos credere, *quia ſic poëta dixiſſet.* Scribere te nobis ac nos tibi credere par eſt, *tibi inquam ſcribenti.* Quæ hyems] *Id eſt, tempeſtas hyemalis.* Sit Veliæ] *Id eſt, in illo oppido Lucaniæ.* Et quod] *Id eſt, quale.* Cœlum] *Id eſt, qualis diſpoſitio aëris ſit Salerni, quòd etiam Lucaniæ oppidũ eſt.* Item quorum] *Id eſt, qualium hominum* Sit regio] *Id eſt, à qualibus hominibus habitetur regio illa, & qualis uia qua itur eò.* Quod] *Supple ideò quæro. Nam Antonius Muſa, medicus ille Auguſti dixit ſupple.* Mihi Baias eſſe ſuperuacuas] *Id eſt, inutiles, & tamen facit me inuiſum illis, quia indignantur, quòd ſub frigore uitem loca tepida quærens gelida, facit ergo illis inuiſum.* Cùm] *Id eſt, quando perluor gelida unda per medium frigus.* Cùm *Scilicet illic tepidam habere poſſim.* Sanè uicus] *Scilicet, Baianus.*

Inuidus ægris] *Id eſt, inuidia commotus.* In ægros gemit] *Id eſt, ægrè fert myrteta, quæ illic plurima ſunt.* Relinqui ab ijs, qui Gabios petunt, & ſulphura dicta elidere] *Id eſt, eijcere neruis.* Morbum ceſſantem] *Id eſt, facientem ceſſare.* Et tardos ire] *Hoc eſt, podagram & ut dicunt, guttam ſeu articularem.* Morbum contẽni] *q. d. ægrè fert uicus, quòd balnea ſuo calida et ſulphurata, & ita neruos iuuantia contemnantur, quia, q audent ſupponere Cluſinis fontibus.* Qui frigidi ſunt caput & ſtomachũ] *Id eſt, quauis membra dolentia, petant Gabios & frigida rura, & ergo locus eſt mutandus.*

Diceti

Diuerſoria]*Id eſt, hoſpitia nota ſunt mutanda.* Equus eſt præter agendus] *Id eſt,per uaria loca agendus.* Et ſi quæras, Quo tendis,ipſe eques ſtomachoſus]*Id eſt, iracundus & moroſus propter morbum.* Dicet à læua habena] *Id eſt, ab ea parte, qua habenam tenet,hoc eſt,à ſiniſtra.* Iter non eſt mihi Cumas aut Baias]*Quaſi dicat non tendo quò putas, & id quidem non ſatis ſanus uidetur facere.* Sed auris eſt, quo frenato in ore] *Id eſt obedit freno,quod in ore habet : illudq́ intelligit ex tractu inſidentis,ſicut nos aure accipimus.* Imperium loquentis]*Hoc eſt, qualiſcunq; ſit eques, oportet equum obtemperare.* Item par eſt te ſcribere mihi,utrum maior]*Id eſt, ſanè magna copia frumenti.* Paſcat populum]*Hoc eſt,an iſtic ſit magnus prouentus frumenti.* Ne]*Id eſt, an ſupple.* Homines bibant illic imbres] *Id eſt,aquas pluuiales.* Collectos]*Scilicet, in ſiſternis,ſic faciũt ubi fontes, & flumina deſunt.* Ve]*Pro an ſup.* Bibant puteos perennes]*Id eſt,per totum annum durantes.* Aquæ iugis] *Id eſt,in deficientis.* Nam nihil moror] *.i.nullo modo cupio.* Vina orç]*Id eſt,regionis illius,quæ groſſa,& auſtera ſunt ego poſſum perferre.* Et pati quid uis]*Id eſt, quamlibet indigentiam, in meo rure,aut quodlibet uinum bibere , ſed cum uenio ad mare.* Ego requiro generoſum]*Sup.uinum.* Et lene uinum] *Id eſt, penetralium.* Quod abigat]*Id eſt, expellat curas.* Et quod manet]*Id eſt,diffundatur,(à mano manas)* In uenas & animũ, cum ſpe diuite]*Id eſt,ampla,quia poti magnam ſpem habent , & quod miniſtret uerba,quia dicaces ſunt ebrij.* Et quod commendet me iuuenem]*Id eſt,iuueneſcentem.* Et iuuenem apparentem puellæ Lucanæ] *.i.quam in Lucania inuenirem.* Et uter (*duo enim ſunt*) tractus]*Id eſt, ſaltus.* Et regio educet] *.i.enutriat plures lepores,& uter plures apros.* Vera æquora celent].*i. occultent in ſe.* Magis piſces &]*Sup. ſpeciliater echinos , quia echini etiam piſces ſunt.Vnde prius:*

„ *Oſtrea circeis miſero oriuntur echinni.*

Vt ego poſſim reuerti domum,inde]*Id eſt, ex ea regione.* Pinguis & Phæax]*Id eſt , more Phæacũ populi Alcinoi regis ſomno, & uino indulgens ac tardus. De Alcinoo autem & eius iuuentute uiſum eſt epiſtola ſecunda.* Mænius ut rebus] *Hunc Mænium, quem quidam perperam Mæuium poëtam malum putant . dicit Acro Pantolabum dictum,quod quicquid afferebatur acciperet. Erat enim inquit & urbanus,& mordax. Itaq; dabant illi , qui & urbanitate delectabantur,& qui mordacitatem timebant illius.* Ordo *eſt:* Mænius ſcurra ille,ut]*Id eſt , poſtquam cœpit haberi.* Vrbanus].*i.ſectari facetias,quibus uictum quæritet,& hoc rebus paternis,atq; maternis.* Abſumptis]*Id eſt,abliguritis.* Fortiter] *Id eſt,conſtanti animo exiſtens ſcurra.* Vagus] *Id eſt, ſe non in uno loco continens utpote.* Qui non teneret certum præſepe] *Id eſt,qui non ſectaretur , quamuis unam menſam.* Impranſus] *Id eſt,cum nondũ pranſus eſſet. Tunc enim uagabatur donec prandium inueniebat.* Nec qui dignoſceret]*.i.diſcerneret ciuem,ſup.* Ab hoſte]*.i.peregrino (ſic ſecundùm Ciceronem in 2.Offic. peregrinus,& externus olim uocabatur)* Aut ab hoſte]*.i. etiam inimico.* Sæuus]*.i.immanis.* Aut ſuetus]*.i.conſuetus.* Fingere quælibet opprobria]*.i.uituperia & contumelias.* In quemuis] *Id eſt , quemlibet hominem ſine diſcretione exiſtens.* Pernicies] *Id eſt,ut deuorator pernecans tempeſtas,ut tempeſtas ingurgitans & baratrum uorago.* Macelli].*i.Omnis obſonij in macello.* Venundari ſoliti]*Hoc eſt,homo uoraciſsimus & guloſiſsimus.* Quicquid quæſiuerat donabat uentri auaro]*.i.inſatiabili cibis, ut auarus non ſaturabitur pecunia.* Hic]*Scilicet,Mænius.* Vbi] *Id eſt,quo tempore, uel quotiens nil , aut paulum abſtulerat fautoribus.* Nequitiæ].*i. guloſis nepotibus.* Et timidis]*.i. ambitioſis.* Cœnabat]*.i.in cœna abſumpſit.* Patinas]*Id eſt,paruas lances.* Omaſi uilis & pro] *Id eſt, agnini, i.inteſtinorum arietum,quæ ut uiliora reijci ſolent. Illud dico Omaſi cœnabat.* Quod ſatis eſſet tribus urſis ſcilicet]*.i.ſcire licet.* Quod]*Sup. ſic cœnabat Omaſum,quaſi contentus eo.* Vt ipſe correptus]*.i. repræhenſus de ſorditate.* Diceret beſtius] *Id eſt, ut beſtius ſordidus.Erat enim Philoſophorum exploſor, eò quod auaritiam deteſtabantur,quàm ipſe amabat:unde Sat.6.Perſius.*

„ *Sed beſtius urget doctores Graios,&c.*

Et ob eum locum puto:hic Beſtium dici nõ edacem, ſed ſordidum. Sic ergo ut ipſe correptus diceret,quaſi Beſtius uentres. Nepotũ] *Id eſt,guloſorum lurconum.* Vrendos] *.i.uri dignos.* Lamna] *Pro lamina.* Candente].*i.ex ardore relucente.* Idem]*Scilicet,Mænius.* Vbi].*i.in quo tempore uerterat in ſumma.* Et cinerres]*.i.concoxerat,quicquid maioris prædæ erat nactus.* Nebat ego non miror Hercule ſiqui]*Id eſt, aliqui.* Comedunt bona]*Id eſt,bonos bolos , cùm nil ſit melius turdo.* Obeſo]*Id eſt,pingui,& rotũdis,ac pulpoſis clunibus.Eſt autem auis delicatiſſima ſecundùm Martialem dicentem,*

„ *Inter aues turdus,ſi quis me iudice certet,*

„ *Inter quadrupedes gloria prima lepus.*

Et cum nil ſit pulchrius] *Id eſt, ſplendidiùs ſecundùm iudicium epulonis.* Vulua ampla]*Id eſt,mamma porcina cum lacte ambeſa,maximè ſuis primiperæ , uolunt id eſſe , quod ſumen uocamus, ſed & fœtus receptaculum uulua uocatur.* Nimirum].*i.haud ſtabiè dicit poëta.* Ego ſum hic] *Id eſt , huiuſmodi. Nam cùm res deficiunt, ego laudo tuta & paruula quæ tutiùs cuſtodiuntur.* Et ſtens ſatis fortis]*Id eſt,diuitiarum contemptor.* Inter uilia] *.i. res uiles.(Eſt enim fortitudinis contemnere diuitias,unde Euander ad Aeneam. Aude hoſpes contemnere opes, & te quoque dignum finge Deo,de quo loco apud Senecam plura)* Verùm]*Id eſt, ſed.* Vbi]*Id eſt,quando.* Quid meliùs & unctius]*Id eſt, pinguius contingit.* Ego idem aio uos ſolos ſapere, & bene uiuere,quorũ pecunia conſpicitur fundata]*Id eſt,ſtabilita,& immobilis,& quaſi ſtabilis facta.* Nitidis uillis]*Id eſt, amplis poſſeſſionibus in agro poſitis.Nam uilla,ut ſæpè dixi: domus etiam una eſt in agro uillis,aut arundinibus tecta. Significat ergo animum, pro rerum qualitate aliter affici.Vnde eſt illud, in Hecyra Terentiana, profectò hoc ſic eſt,ut puto omnib.nobis,ut res datur ſeſe ita magni,atq; humiles ſumus.Sed id prudenter uituperat poëta.Quia talem dixit Mænio ſimilem.Quod autem in ſua perſona de alio loquatur, patet ex Epiſtola 14.ad Villicum data, ubi dicit.Me conſtare mihi &c.*

EPISTOLA XVI. AD QVINTIVM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPISTOLAE XVI. VEL XVII.

Septima poſt decimam poſitum agri fert animi.

Ordo *eſt:* Epiſtola ſeptima poſt decimam]*Id eſt,decimaſeptima.* Fert]*Id eſt,dicit.* Poſitum]*Id eſt, ſitum & diſpoſitionem.* Agri & animi]*Scilicet poëtæ:ſcribitur autem ad Quintium amicum poëtæ.*

ALIVD ARGVMENTVM.

Inſinuatione utitur occaſione capta ex agri ſui deſcriptione.

ALIVD GEORGII FABRITII.

Simulatio odioſa.

COMMENTARIA.

ACRON.

NE perconteris] Quintiũ alloquitur de ſitu agri ſui, & ex obliquo loquitur de æquanimitate & temperantia ſua, quare contentus paruo eſſe debeat unuſquiſq;. Arguit & quoſdam diſſimulatis uitijs magis bonos uideri uelle, quàm eſſe: & laudari, quàm fieri. Aruo] Aruus ager dicitur ſegetis ferax, & præparatus frumento. Loquaciter] Quod Græci λαλιγί, non poëticè dicunt, ſed quaſi proſa oratione, & cõmuni ſermone, ac ſimplicibus uerbis. Continui montes] Modò deſcribit ſitũ agri ſui, id eſt, totus ille ager meus unus mons eſſet, niſi diſſociarentur ipſi montes ualle in medio iacente, per quod oſtendit illum agrum inter duos montes iacere. Propius frondere Tarentum] Vt ita ager meus amœnus dicatur, ſicut eſt Tarentum. Tu rectè uiuis] Id eſt, ſi iã rectè uiues, ut refert opinio tua. Febrem] Trahit exemplum de febricitantibus, qui cupiditate gulæ prouocati, ſimulant in conuiuio febre ſe non laborare, ut liberiùs poſſint cibis, quibuſq; ueſci, donec ſuper ipſum cibum manus tremulæ reddantur. Sed ſicuti ille eſt Stultus, qui plus credit conuiuantibus, quàm ſibi: ita qui febre uitiorum mentem habet repletam, ſtultus cõputabitur, ſi propter fauorem uulgi ſe beatum putat. Si quis bella tibi] Si quis, inquit, laudes Auguſti propriè ad illum pertinẽtes, tibi decantet, nunquid auris accommodabitur illi? Addit ergo laudes Auguſti, quas populus ſolitus erat ei decantare. Te'ne magis ſaluũ populus uelit] An te uelit populus magis ſaluum eſſe, an tu populum ô Auguſte. In ambiguo qui conſulit] Sed qui ſeruet & te, & populum Iuppiter, qui conſulit & tibi, & urbi. Auguſti] Hæc enim Varus de Auguſto ſcripſerat. Ego ac tu] Ac ſi diceret, etiamſi nõ mereamur. Laqueo collum preſſiſſe paternum] Si mihi dicat, quòd meũ patrem ſtrangulârim. Qui conſulta patrum] Reſponſio tota eſt per ironiam. Oſtendit enim talem hominem non ueraciter eſſe bonum, ſed cupientem ſe bonum uideri, & cupientem humanæ laudis, quia omnia quæ facit, coactus lege peragit. Pelle decora] Id eſt, ſolummodo fama bonum extrinſecus, ſtimulatione uirtutũ. Lupus, accipiterq; ſuſpectos laqueos] Ἀλληγορικῶς. quoniam noui cauere dolos & malitiã tuã, & his animalib. ſe cõparat, quæ decipi nequeunt. Nam de mille fabis] Senſus eſt. Quandò, inquit, tu furaris unum modium de mille, damnum eſt mihi leuius iſto pacto, nõ facinus, quoniam ſi auderes, totum abſtuliſſes, ac per hoc non minus es fur, quàm ſi totum rapuiſſes. Hoc ex ſe Horatius. Lauerna] Lauerna uia Salaria lucum habet: eſt autẽ Dea furum, & ſimulacrum eius fures colunt, aut quia conſilia ſua uolũt tacita, aut quia cum ſilentio preces eius exercẽtur. Dicta Lauerna, à lauando: nã fures, lauatores dicũtur. Porro p ſyllogiſmũ probat ſeruũ eſſe cupidũ, et auarũ captiuũ illũ uult uideri, qui pecuniæ parandæ ſeruit.

NE perconteris, fundus meus, optime Quinti,
Aruo paſcat herum, an baccis opulentet oliuæ:
Pomis'ne, & pratis, an amicta uitibus ulmo:
Scribetur tibi forma loquaciter, & ſitus agri.
Continui montes, niſi diſſocientur opaca
Valle: ſed ut ueniens dextrum latus aſpiciat Sol:
Læuum diſcedens curru fugiente uaporet.
Temperiem laudes. quid ſi rubicunda benignè
Corna uepres, & pruna ferant: & ſi quercus, & ilex,
Multa fruge pecus, multa dominum iuuet umbra?
Dicas adductum propius frondere Tarentum.
Fons etiam riuo dare nomen idoneus, ut nec
Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus:
Infirmo capiti fluit utilis, utilis aluo.
Hæ latebræ dulces, etiam (ſi credis) amœnæ
Incolumem tibi me præſtant Septembribus horis.
Tu rectè uiuis, ſi curas eſſe, quod audis.
Iactamus iampridem omnis te Roma beatũ:
Sed uereor ne cui de te plus, quàm tibi credas,
NEVE putes alium ſapiente, bonoq; beatũ:
Neu, ſi te populus ſanum, rectè'q; ualentem
Dictitet occultam febrem ſub tempus edẽdi
DISSIMVLES, donec manibus tremor incidat unctis.
STVLTORVM incurata pudor malus ulcera cælet.
Si quis bella tibi terra pugnata, mariq;
Dicat, & his uerbis uacuas pmulceat aureis:
Te'ne magis ſaluum populus uelit, an populum tu:
Seruet, in ambiguo qui conſulit, & tibi, & urbi,
Iuppiter: Auguſti laudes agnoſcere poſsis:
Cùm pateris ſapiens, emendatuſq; uocari,
Reſpondes'ne tuo, dic ſodes, nomine? nẽpe
Vir bonus, ac prudens dici delector ego, ac tu.
Qui dedit hoc hodie, cràs (ſi uolet) auferet: ut ſi
Detulerit faſces indigno, detrahet idem.
PONE, meum eſt, inquit: pono, triſtiſq; recedo.
Idem ſi clamet furem, neget eſſe pudicum,
Contendat, laqueo collũ preſsiſſe paternum:
Mordeat opprobrijs falſis, mutem'q; colores?

PORPHYR. Ne perconteris] Id eſt, ne forte percontaris, ſcribetur tibi forma loquaciter & ſitus agri. Scribit aũt Quintio de æquanimitate ac temperantia, quare ſe paruo eſſe contentum demonſtrat, arguens alios diſsimulantes uitia magis bonos uideri uelle, quàm fieri. Amicta] Veſtita, maritata. Loquaciter] Bene loquaciter, quaſi curioſè audituro ac ſcire cupienti. Cõtinui montes] Deeſt, quidem, ut ſit: continui quidem, niſi diſſocientur opaca ualle. Vnde intelligit agrum ſuum in ualle inter continuos montes iacêre. Dextrum latus] Vallis dextrũ dicit latus orienti ſoli obiectum, ſiniſtrum occidẽti, temperiem regionis illius. Frondere Tarentum] Et hoc facete. Et nota Horatium in Italia nihil magis laudare, quàm Tibur & Tarentum. Fons etiam riuo dare nomen idoneus] Fons Bandinus, è riuo qui Digentia dicitur. Ergo magnus fons, ſiquidẽ ab illo riuus non ſine nomine. Et ſeptembribus horis] Quo tempore in urbe facilè morbo corpora tẽtãtur, ex autumni æſtu noxio. Tu rectè uiuis] Hoc eſt, ſi talis es, qualẽ te fama teſtatur, ac per hoc bonus. Iactamus iampridẽ omnis te Roma beatum] Et hic apertè oſtendit, quod ſuprà dixerat, Si curas eſſe, quod audis. Et eſt ſenſus: Iampridem omnes te iactamus beatum. Omnis Roma] Id eſt, omnes Romani, & eſt figura μετωνυμίæ. Sed uereor ne cui] Hoc Perſius aliter.

» Ne te quæſiueris extra.

Ne'ue putes alium ſapiente bonoq; beatum] Deeſt, excepto ſapiente, bonoq;. Neu ſi te populus ſanum] Stultum eſt, inquit, alterĩ credere te beatum, excepto ſapiente, dicenti, quia populo fidẽ habes, te ſanum aſſeuerãti, cùm ægrum te ſcias, & tibi debes temperare ab importunis cibis. Si quis bella tibi] Si quis pro tuis laudibus, tibi dicat Cæſaris laudes, & addat hos uerſus:

» Te'ne magis ſaluum populus uelit, an populum tu,
» Seruet, in ambiguo qui conſulit & tibi, & urbi
» Iuppiter: ——

Qui ſunt ex notiſsimo Panegyrico Auguſti. Tu cum poſsis agnoſcere, & dicere, iſtæ Cæſaris laudes ſunt, non meæ, patieris'ne te emēdatum uocari & ſapientem, quod ille eſt? & hoc ait. Te'ne magis ſaluum] *Vtrum magis populus uelit te saluū ſeruet Iupiter, qui conſulit & tibi, & urbi in ambiguo. Senſus autem hic oſtendit, tantum amorem Cæſaris eſſe erga populum, ut incertum ſit uter alterum magis diligat.* Auguſti laudes] *Ordo et ſenſus: Cùm poſsis cognoſcere, & eſt* ἀναφορά. Reſpondes'ne tuo, dic ſodes, nomine] *Ordo & ſenſus: Reſpondes'ne tu, dic ſodes, nempe uir bonus, & ſapiens nomine dici delector* ἀρχαϊσμοῦ *figura. Virg.*

„ *Et me crudelem nomine dicūt.*

Ego ac tu] *Hoc eſt, & tu non minus quàm ego.* Qui dedit hoc hodie, cras ſi uolet auferet] *Si ideo ſum ſapiens, quia me dicit populus ſapientem, ſequitur ut cùm non dixerit, non ſim.* Mendoſum] *Vitioſum.* Mendacem] *Hoc eſt, nō ſanum.* Vir bonus] *Reſponſio eſt tota per ironiam, oſtendit, ex hoc ipſum nō eſſe, ſed uideri bonū.* Sed uidet hunc omnis domus] *Quā non eſt fallere æde ſua.* Nec furtū feci] *Hoc contra eos, qui ſe putant dignos laude, quia non cōmiſerint, cur damnarentur.* Cautus enim metuit foueam] *Nimirū, inquit, ſi idem cauent etiam nequā beſtiæ.* Sabellus] *Horatius, ſed in hoc nomine eſt quædam facies integritatis. Virgil.*

„ *Curibusq́; ſeueris.*

Oderunt peccare boni] *Signatè locutus eſt primum, nō timent peccare, ſed oderunt. Deinde non metu pœnarum, ſed amore uirtutis.* Formidine pœnæ] *Deeſt, ſed. Vt ſit, Nihil in te admittis, ſed formidine pœnæ.* Damnū eſt] *Non tamen tu peccaſti minus, quod perdidit cui furatus es non minus, quàm ſi totum abſtuliſſes. Et hoc ſecundū Stoicos, qui paria dicūt eſſe peccata.* Vir bonus] *Ironia.* Lauerna] *Lauerna eſt dea, quæ furib. præeſt.* Qui melior ſeruo] *Ordo: Qui melior ſeruo ſit auarus, non uideo.* Vendere cum poſſis captiuum] *Hac comparatione uult oſtendere, ita nos per ſtulticiā nos ſeruire fortunæ, ut captiui ſeruiunt à dominis uictoribus ſeruati, ſcilicet, non ex ſuo cōmodo, ſed ex eorum humilitate, qui parcunt hominibus ſeruitutis ſibi.* Seruiet utiliter] *Hoc eſt, ad omnia dicta audiens erit, ut ſtultus cupiditatibus, & fortunæ obſequēs, facit & patitur uniuerſa, quæ dicit inferius.* Vir bonus & ſapiens audebit dicere Pentheū] *Hæc præludia de Tragœdia ſunt Bacchi, in qua inducitur Liber pater à rege Pentheo ligari, ac iuſſu Iouis ſolui. Quod ſimile ſapiēti eſt, qui carceris difficultatem, & mortem non metuis, neq; ulla uis poteſt eum in ſeruitute retinere.*

FALSVS honor iuuat, & mēdax infamia terret.
QVEM, niſi mendoſum, & mendacē? uir bonus eſt quis?
QVI conſulta patrū qui leges, iuraq́; ſeruat:
Quo multæ, magnæq́; ſecantur iudice lites:
Quo reſponſore, & quo cauſſæ teſte tenētur.
Sed uidet hunc omnis domus, & uicinia tota
Introrſum turpem, ſpecioſum pelle decora.
Nec furtum feci, nec fugi, ſi mihi dicat
Seruus: habes precium, loris non ureris, aio.
NON hominem occidi: non paſces in cruce coruos.
Sum bonus, & frugi, renuit, negat atq; Sabellus.
CAVTVS enim metuit foueam: lupus, accipiterq́;,
Suſpectos laqueos, et opertum miluius hamum.
ODERVNT peccare boni uirtutis amore.
Tu nihil admittes in te, formidine pœnæ.
Sit ſpes fallendi, miſcebis ſacra profanis.
Nam de mille fabæ modijs cùm ſurripis unū,
Damnum eſt, non facinus mihi pacto lenius iſto.
VIR BONVS, omne forum, quem ſpectat, & omne tribunal
Quandocunque Deos uel porco, uel boue placat,
Iane, pater clare, claré cùm dixit, Apollo:
Labra mouet metuens audiri: pulchra Lauerna
Da mihi fallere: da iuſtum, ſanctumq́; uideri:
Noctem peccatis, & fraudibus obijce nubē.
QVO melior ſeruo, quo liberior ſit auarus,
In triuijs fixum cùm ſe demittit ob aſſem,
Non uideo. nam qui cupiet, metuet quoque porrò:
QVI metuens uiuit, liber mihi non erit unquam.
Perdidit arma, locum uirtutis deſeruit, qui
Semper in augenda feſtinat, & obruitur re.
VENDERE cùm poſsis captiuum, occidere noli.
Seruiet utiliter, ſine paſcat durus, aretq́;:
Nauiget, ac medijs hiemet mercator in undis,
Annonæ proſit: portet frumenta, penusq́;.
VIR bonus, & ſapiens audebit dicere, Pentheū,
Rector Thebarum, quid me perferre, patiq́;
Indignum coges? adimam bona. nempe pecus, rem,
Lectos, argentum: TOLLAS licet. in manicis &
Compedibus ſæuo te ſub cuſtode tenebo:
IPSE Deus, ſimul atq; uolam, me ſoluet. opinor,
Hoc ſentit, moriar: MORS ultima linea rerum eſt.

Linea] *Finis. Terent.*

„ *Extrema linea amare, haud nihil eſt.*

CHRIST. LAND.

Ne percontaberis] *Mirificè reprehendit ſtulticiā & uanitatē Quintij. qui cùm ſit uitijs infectus, tamen adulatoribus aures præbeat, & talis eſſe credat, qualis ab illis dicitur. Concludit ergo non eſſe credendū, quæ de nobis populus dicat, neq; latandum falſis laudibus, neq; dolendum falſa infamia. Vtitur tamen à principio ueluti inſinuatione quadam. Deſcribit enim agrum ſuum ut mentem hominis demulcendo patientem ad audiendum comparet.* Aruo] *Frugibus. Nam qui fruges fert ager aruum ab arando dicitur.* Baccis] *Quo ab acino differat, hac ca dictum eſt. Poma autem maxime mala, piraq́; appellant.* Vaporet] *Calefaciat.* Curru ſugi] *Nā in quadrigis fingunt ſolem.* Cornus] *Nam & hæc inter baccas enumerātur.* Pruna] *Sylueſtria, quæ in uepribus oriuntur. Nam maiora etiam ſucciua appellantur, & ſcribitur ſine h aſpiratione bacca, nam ſi baccha aſpiretur erit Bacchi ſacerdos.* Fruge] *Id eſt, glande per acyrologiam.* Dare nomē riuo] *Nam tanta erat aqua, ut fluuius appellari poſſet.* Thracē] *Pro Thraciam.* Hebrus] *Nō inſulsè magno flumini comparat aquarū redundātia, ſed frigiditate, & perſpicuitate. Vincit aūt in eo quod capiti, aluoq́; conducat.* Septembribus] *Quaſi dicat, in ſalutaribus propter autumnum.* Quod audis] *Scilicet de te, & intellige ab adulatoribus.* Omnis Roma iactamus] *Nominatio eſt. Poſuit enim continens pro cōtento, ut ſit Roma, id eſt, nos Romani.* Ne plus] *Magna profectò ſtulticia quod de nobis, noſtriſq; moribus qui alijs non multum cogniti ſint plus alijs, quam nobis credamus. Maximam enim peſtem inferunt adulatores atq; ad ultimam pernitiem eos inducūt, qui ſibi credunt.* Neu putes beatum eſſe alium à ſapiente, & bono] *Id eſt, ne tu putes bonum conſiſtere in alia re, quam in uirtute.* Neu ſi te populus] *Optima comparatio. Nā is qui prauis moribus tanquam bonus laudetur, proptereaq́; ipſa uitia diſsimulās illis utatur ſimilis eſt ei, qui cum ueluti bene ualens laudetur in ipſo ingreſſu febris cibum capiat, febremq́; diſsimulet.* Tremor] *Ex rigore febris.* Malus pudor] *Nam bonus uetat ne à uirtutibus uetita faciamus. Iſte aūt uetat facienda.* Si quis] *Interrogat an adeò ſtultus ſit ut reſpondeat ſuo nomine, id eſt, tanquam ſi ſibi dicatur, ſi quis dicat illum geſſiſſe bella & mari, & terra. Et dicat, putas ne ut populus malit*

te ſaluum

te ſaluum eſſe, an tu populum. Nam magna laus in ciue eſt cum & ipſe tanti remp. faciat ut communem ſalutem propriè anteponat, & rurſus tanti eum populus faciat, ut illius ſalutem communi præferat. In ambiguo] In rebus periculoſis. Auguſti laudes] Si hæc de te credis, poteris & attribuere tibi laudes Auguſti. Vir bonus] Reſpondet Quintius ita cupio bonus dici ut tu. Ad hæc Horatius infert non eſſe falſas laudes à populo accipiendas. Nam qui dat paulò pòſt auferet. Idem ſi clamet] Quemadmodum uituperauit qui falſas laudibus lætantur, ſic nunc qui falſis opprobrijs dolent. Additq́ nullũ neq; falſis laudibus, neq; falſis criminationib. moueri niſi mendoſus, id eſt, uitij infectus, & niſi mendax ſit. Nam mendaces alios fallere uolunt. Bonus igitur is eſt, qui ſua ſponte rectum ſequitur, & amore uirtutis uitium fugit. Qui autẽ non peccat quia timet pœnas non bonus eſt. Nam remoto timore ſtatim peccabit, quod ſi quis dicat paruum furtum feci, reſpondebo ex Stoicorum ſententia, omnia uitia paria eſſe. Itaq; ſi unum mille modijs fabæ ſubripueris erit minus damnum mihi, ſed peccatum erit par. Quomodo autem uitia paria ſint ex ſententia Stoicorum in ſermonibus dictum eſt. Vir bonus] Quem ſpectat omne forum tanquã normam & exemplar iuris & æquitatis, poſuit autem forum & tribunal pro iudicibus. Quandocunq;] Sententia eſt, quod uir bonus ex præcepto philoſophorum neq; unquam quicquam deos precabitur, quin cupiat omnes homines audire, neq; rurſus hominem alloquetur, quin credat Deum cuncta audire. Ergo bonus Ianum aut Appollinem rogaturus clara uoce rogabit, quia petit honeſta. Malus autem, labra mouet, id eſt, ſubmiſſa uoce loquitur, pudet enim audiri cum iniuſta petat. Lauerna] Dea furum eſt, Vnde Lauerniones fures, quod ſub tutela Lauernæ Deæ eſſent, in cuius loco obſcuro, abditoq́ ſoliti eſſent prædam, & furta inter ſoluere. Hinc Lauernalis porta dicta eſt. Noctem & nubem] Pro latebris poſuit. Quo] Quaſi dicat, in nulla re melior liberior'ue eſt auarus, quam ſeruus. Nam auarus ſemper cupit. Nullus autem poteſt cupere quicquam quin illud amittere metuat. Qui autem in metu eſt, is liber eſſe non poteſt. Demittit] Ad humum ſe inclinat. Ob aſſem infixum] Vt legat infixum aſſem. Erat enim ludus puerorum ut de induſtria humi nummum relinquerent, ac deinde negotium diſſimulantes obſeruarent clanculum ſi quis ex tranſeuntibus legeret ut illum ueluti auarum increparent. Hunc totum locum imitatus eſt Perſ.

Perdidit arma, locum deſeruit.

Translatio à militia. Nam militi ignominioſiſſimum erat ſi aut locum in acie deſeruiſſet, aut timenti ſibi arma ab hoſte eſſent erepta. Occidere noli] Auarus enim cuncta ad utilitatem nihil ad honeſtatem refert. Ergo non occidit captum ex hoſtibus, non quia humanitate aliqua moueatur, ſed motus ſpe lucri ſeruat, ut illo ſeruo aut ad arandum, id eſt, ad agriculturam, aut ad paſcendum, id eſt, ad paſtoralem rem utatur. Iubebant autem leges ut captiui non occiderentur, ſed ſeruarentur. Vnde à ſeruando ſerui dicti ſunt.

Annonæ prodeſt] Nam cum aliunde frumenta importauerit, faciet annonam uiliorem. Penus] Id eſt, omnia ea quæ in penu continetur. Pentheus] Pentheus ex Agaue filia Cadmi Thebarum conditoris nepos fuit. Illa enim eum ex Echione uno ex comitibus Cadmi peperit. Hic Thebis regnans ſacra Bacchi celebrari prohibebat. Quapropter eum furorem, matri materteriſq́ eius in ſylua Baccho ſacrificantibus iniecit Bacchus, ut uenientem aprum crederent atque laniarent. Qui uerò fabulam ad hiſtoriam reducunt uolunt hunc uirum continentiſſimum, incontinentes mulieres ad modeſtiam reuocare tentaſſe. At illæ occidendum hominem curarunt. Ergo poëta inducit uirum ſapientem, qui Pentheo ſibi ſacra uetanti magna animi libertate reſpondeat, & qui ne metu quidem mortis à re diuina deterretur. Quid me pati coges] Verba ſapientis. Adimam bona] Hæ Penthei minæ ſunt.

Tollas licet] Reſpondet ſapiens. At poſtremo cum tyrannus minitetur habiturum ſe illum in duris uinculis, ita in Deum ſpem reponit, ut tamen mortem non horreat. Mors eſt ultima linea rerum] Nam & Ariſtoteles ultimum terribilium illam appellat. Neq; ultra ſæuire poſſunt homines.

ERAS. ROT. } Cura eſſe quod audis] Conuenit in diuites, qui ita demum felices fuerint, ſi id ſtudeant eſſe quod audiãt ab adulatoribus. In eos quadrabunt hæ prouerbiales metaphoræ, qui non ex animo, ſed mali metu continent à maleficio.

Introrſum turpem] Pellem aut cutem, primã illam rei, quaſi frontem ac ſpeciem aliquando uocamus, unde prouerb. Intus & cute notus, de eo qui eſt omnibus modis cognitus, perinde quaſi dicas, foris atque intus.

PHILOLOG. } Ne percontaris. Oderũt peccare boni, u, a.] In quibuſdã codicibus etiã manu ſcriptis huic uerſui ſubiungitur: Oderunt peccare mali formidine pœnæ. qui tamen uerſus adulterinus eſt, ac transfodi obelo dignus, ut olim ab Ariſtarcho nothi, quàm plurimi transfoſſi ſunt, qui diuinis Homeri uerſibus immiſſi fuerant. Nam cùm dixit Lupum, Accipitrem, ac Miluium rapaciſſima animalia, non propterea abſtinere à cibis, quos paratos uident, quæ non placeant, ſed lupum metu foueæ, Accipitrem laqueorum, hami Miluium ſubiungit. Oderunt peccare boni uirtutis amore, quod ſignatè dictum ait Porphyrio, primum non timent peccare, ſed oderunt. Deinde nõ metu pœnæ, ſed amore uirtutis. Abſtinent igitur boni à uitijs illorum odio, & amore uirtutis: Praui autem, quia timent pœnas, luporum, accipitrum, Miluiorum ſimiles, cum abſtinent à cibis, quos auidi deuorent, idq́ aut fouearum, aut laqueorum, aut hamorum metuentes, & propterea ſubiungit ſtatim:

Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.
Si ſpes fallendi, miſcebis ſacra profanis.

Senſus eſt, tu non peccas, quia times pœnam, nam ſi ſperares poſſe homines fallere, & latere, & peccatum tuum nihil non mali faceres. Præterea non dixiſſet Horat. Oderunt peccare mali, quia non oderunt illi peccare, ſed metuunt, nam amant omninò peccare mali.

IOAN. HART. } Alium ſapiente, bonoq;] Eſt Græciſmus. Vide Linacrum de Helliniſmo. Manibus tremor incidat] Vide Perſium Satyra 3. Sed tremor inter uina ſubit, calidũq; trientem excutit è manibus, dentes crepuêre retecti. Accipiterq;] Prouerbium: Vide Cautus enim metuit. Surripis unum] Demoſthenes 3. Philippica ab hoc non diuerſum habet: τὸ δ' ἴσον καὶ τὸ δίκαιον ἄν τ' ἐπὶ μικρῷ τις ἄν τ' ἐπὶ μείζονος παραβαίνῃ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, &c.

HENR. GLAREAN. } —Auguſti laudes agnoſcere poſſis.] Hæc uerba ſi enunciatiuè legantur, hoc ſenſu dicuntur ut non dubites poëta cantatiſſima carmina etiam Quintium de Auguſto, non de ſe dicta intelligere. Si autem interrogatiuè, ut legit Porphyrio, agnoſcere pro ſibi adſcribere ſumptum uidetur. Et ad hæc quidem uerba retulit poëta, quæ tertio deinde ponit uerſu. Reſpondes' ne tuo dic ſodes nomine: quaſi diceret ad Auguſti laudes ſiles, & bene, hic fortaſſis non ſiles, quanquam uſitè. item qui enim tibi hodie laudem illam tribuit, cras demere poteſt.

THEOD. PVLMAN. } 3 Et pratis] An pratis. H. 5 Niſi diſſocientur] Ni diſſocientur, H.B.V. 8 —Quid, ſi rubicunda benignè. —Quid, ſi rubicunda benignè, H. —Quòd ſi rubicunda benignè, E.V. 9 Si quercus] Et quercus, G.E.B.V. 14 —Fluit utilis, utilis aluo. —Fluit aptus & utilis aluo, B.K. 16 Incolumem] Incolumem, H. 20 Beatum] Beatum pro beatiorem, Enallage, poſitiuus pro comparatiuo. Georg. Fabricius Partitionum Grammaticarum lib. 3. De partium accidentibus. 28 Seruet] H.G.E.B.C.V. Seruat. Mureti editio. 29 Agnoſcere] H. G.E.B. C.V. cognoſcere. Porphyrion. 30 —Pateris ſapiens, emendatusq; uocari. —Cupias ſapiens, emendatusq; uocari, H.V. —Cupias ſapiens, emendatusq; uideri, C. 35 Recedo] Recedo, G.E. 39 Et mendacem] Et medicandum B.C. 51 Miluius] Miluus, G.E. 52 Virtutis amore] Pietatis amore, K. 53 Tu nihil] Tu nil, K. 56 Damnum eſt, non facinus mihi pacto lenius iſto. Eſt damnum lenius mihi, non facinus tamen: eſto. ſic ex Accurſio Florentino legit Lambinus. 61 —Da iuſto, ſanctoq; uideri] H.C. & Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 4. cap. 12. —Da iuſtum ſanctumq; uideri, G.E.B.V. 63 Quo melior ſeruo, quo. Qui melior ſeruo,

qui,*H.G.E.B.C.V.* 66 Viuit] Viuet,*H.G.E.B.C.V.K.* & *Gul. Canterus Nouarum lection.libro 4.capite 12.* 78 Volam] Volet,K.

ANTON. MVRET. } 75 Vir bonus, & prudens audebit dicere,Pentheu, Rector Thebarū, quid me perferre,patiq; Indignum coges] *Superiore anno elucubratus eram annotationum in varios auctores libellos duos: quos cùm edere cogitarem, accidit quiddam ut eos ad tempus aliquod premere ſatius ducerem. Quoniam igitur, quando eos editurus ſim aut potius, editurus nec ne ſim, ne ipſe quidem, ſi quis roget, ſatis exploratè ſcio, libet interim communicare cum ſtudioſis caput primum prioris libri: quo hos ipſos Horatij uerſus aliqua ex parte interpretabar. in eo igitur ita ſcriptum eſt:*

Vir bonus,& prudens audebit dicere: Pentheu,
Rector Thebarum, quid me perferre,patiq;
Indignum coges? Adimam bona:nempe pecus,rem,
Lectos,argentum. tollas licet. In manicis,&
Compedibus ſæuo te ſub cuſtode tenebo.
Ipſe Deus,ſimul atque uolam,me ſoluet,opinor.
Hoc ſentit,moriar.mors ultima linea rerum eſt.

His uerſibus Horatius exprimere, quaſiq; ante oculos ſtatuere uoluit eam animi libertatem,quam ueteres philoſophi,ac Stoici præter cæteros, in omnibus ſapientibus, neque præterea in quibuſdam alijs eſſe dicebant: qua fieret, ut illi tyrannorum minas, imperia, potentiam pro nihilo putarent, ac liberè iccirco apud eos, intrepideq; loquerentur: quippe qui præclarè intelligerent, ea modò fortunæ ludibria,in quibus ipſi nullam beatæ uitæ partem ponerent, à tyrannis eripi poſſe: bona animi,quæ ipſi non ſumma tantùm, ſed ſola etiam uerè bona ducerent, firmiora eſſe, quàm ut ullam eiuſmodi uim reformidare deberent: uinciri poſſe corpora,animos nullis uinculis coërceri: mortem deniq;,cuius metu cæteri homines ſanda infanda omnia & paterentur, & facerent, ipſi ſibi nunquam refugiendam, nonnunquam etiam ultrò accerſendam, ſemper quidem æquiſsimo animo ſubeundam putarent. Hoc igitur Horatius exprimere cùm uellet, præſtantiſsimi poëtæ Euripidis locum ſibi ad imitandum propoſuit, eumq; leuiter inflexum, & immutatum, aptè admodum, ſcienterq; ad id, quod docere inſtituerat, accommodauit. Quibus enim uerbis ſcenicus ille philoſophus,ut eum ueteres nominarunt, Liberum patrem, cùm Pentheum alloqueretur, utentem fecerat, iiſdem noſter hic quemlibet ſapientem aduerſus tyrannos uti poſſe docuit: ipſumq; in ea re explicanda retinuit Penthei nomen,ut quem ipſe cuius poëtæ locum imitatus eſſet, poſteris indicaret. Ipſa igitur Euripidis uerba ponam: quæ ex re duplicem utilitatem ſtudioſos percepturos eſſe confido: quòd & Horatij locum intelligent, & eius exemplo diſcent, quomodo in Græcorum poëtarum lectione uerſari, eosq; in uſum ſuum conuertere debeant. Euripides Bacchis:

„ Δι. φρ'. ὅ,τι παθεῖν δεῖ. τί με τὸ δεινὸν ἐργάσῃ;
„ Πεν. πρῶτον μὲν ἁβρὸν βόστρυχον τεμῶ σέθεν.
„ Διο. ἱερὸς ὁ πλόκαμος. τῷ θεῷ δ' αὐτὸν τρέφω.
„ Πεν. ἔπειτα θύρσον τόνδε παράδος ἐκ χεροῖν.
„ Διο. αὐτός μ' ἀφαιροῦ. τόνδε Διονύσου φορῶ.
„ Πεν. εἱρκταῖσί τ' ἔνδον σῶμα σὸν φυλάξομεν.
„ Διο. λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἐγὼ θέλω.

Admirari autem licet, quanto & ingenio, & iudicio Latinus poëta, quæ inflectere ad inſtitutum ſuum non poterat, ea prætermiſerit, aliaq; eorum loco accõmodatè ad ſignificandum id, quod uolebat, interpoſuerit. quod eodem modo facere omnes debent, qui ueterũ ſcripta cum laude imitari uolunt.

GEORG. FABR. } *Depingit fundi ſui qualitatem & ſitum, & docet operam dandam, ut potius boni ſimus, quàm uideamur. Nam ut poëta ait,*

„ *Refert ſis bonus, an uelis uideri.*

Simulatio omnis mala & turpis, uirtutis uerò pernicioſa. Infirmo capiti fluit utilis, utilis aluo] *Non probo*, quod in alijs, fluit utilis, aptus & aluo: *repetitio enim ſuauior & plenior. Conſtat ex effectis hunc fontem fuiſſe tinctum bitumine & nitro: neque ſolum fontem, ſed riuum ipſum Digentiam pagi Mandelæ, unde fons deductus fuit.* Te'ne magis ſaluum] *Hi duo uerſus ſumpti è notiſsimo Panægyrico, quem Varus Auguſto Cæſari ſcripſit, ut ex interpretibus liquet.* Damnum eſt, non facinus mihi pacto lenius iſto] *Damnum eſſe ait, alijs detrahere rem leuem: non tamen eſſe facinus. Meliorem uerſum ſupponit Lambinus, ſed nullibi inuentum, quem ex ipſo petendum cenſeo. Peccat qui de fabis modium ſurripit: peccat qui nauem palearum (qua Cicero ſimilitudine utitur) euertit: & quamuis facinus non committat, nec grauiſsimo ſupplicio ſit dignus, peccat tamen. Alludit ad illud* ἴσα τὰ ἁμαρτήματα *Stoicum* ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα. Da iuſto ſanctoq; uideri] *Ita emendant nonnulli: ſed alterum uidetur magis Horatianum*, Da iuſtum ſanctumq; uideri. *Ita alibi, Munificum eſſe licet ubi eadem in libris diuerſitas. Apud Ouidium uidetur cum datiuo iungi. Vt,*

„ *Vobis immunibus huius, eſſe mali dabitur.* *Et,*
„ *Nec equis uelocibus eſſe Profuit.*

Quamuis apud eundem utraque etiam lectio inueniatur, ut in Nucem obſeruauimus.

IOD. BAD. ASCENS. } Ne percunctêris] *Ordo eſt. Optime Quinti, ne percunctêris] .i. ut non inquiras an* Fundus meus paſcat herũ] *.i.me.* Aruo] *Hoc eſt, terra arata nacenti, an paſcat opulenter baccis oliuæ.* Ne] *Pro an.* Pomis & pratis] *.i.paſcuis.* An ulmo amicta uitibus] *.i.uineis, hoc eſt, ne forte ignores, an fundus meus ſit ferax frugis, an oliuæ, an pomorũ, an herbarũ, an uini, fundus & ſitus agri.* Scribentur tibi loquaciter] *.i. garrule & ſatis abundè.* Mõtes ſunt] *Sup.* Continui in eo, niſi diſſocientur ualle opaca] *.i.umbroſa.* Sed ſic ut Sol ueniens] *.i.oriens.* Aſpiciat latus dextrum,& diſcedens] *.i.occidens.* Vaporet] *.i.irroret.* Læuum] *.i.ſiniſtrum latus.* Curru fugiente] *.i.occidente. Fingitur enim Sol quadrigis uehi.* Tu laudes] *.i.laudare poſsis.* Temperiem] *.i. tẽperamentum auræ.* Quòd ſi uepres ferant] *.i.portent.* Benignè] *.i.abundè corna rubicunda.* Et pruna, & quercus, & ilex] *.i.arbor glandifera.* Iuuet pecus] *.ſ. ſuillum.* Multa fruge] *.ſ.glande, & dominũ umbra tu dicas.* Tarentum] *Ciuitatem illã amœniſsimam.* Adductũ propius] *.i.illic ſitã.* Frondere Fons etiã idoneus dare riuo nomen] *.i.tã magnam aquã effundes, ut riuũ uocare poſsis, ita ut Hebrus, nec frigidior, nec purior* Ambiat] *.i. Circumeat.* Thracam] *.i.Thraciam: fluit aptus infirmo capiti, & aptus aluo, quia frigiditate ſua ſedat calorẽ capitis, & tẽperat duriciã alui.* Hæ latebræ dulces & ſi credis etiã Amœnæ, præſtant] *.i. efficiunt me incolumen* Tib.] *.i.ut tu deſideras: etiã horis Septembribus: quando uenti autumnales febres afferre ſolent.* Tu recte uiuis] *Ab agri deſcriptione ad animi deſcriptionẽ, tranſiens dicitur.* Tu uiuis recte, ſi curas eſſe quod audis] *Id eſt, quod de te dicitur.* Nam omnis Roma.] *.i. nos omnes Romani.* Iactamus] *.i. iactanter prædicamus te beatum. hinc illud Boëtij.*

„ *Quid me fœlicem totiens iactaſtis amici?*

Sed ego uereor] *.i. timeo ne tu credas* Cui] *.i. alicui de te plus quam tibi (hinc Perſius. Nec te quæſiueris extra)* Ve] *Pro uel ne putes alium* A' ſapiente & bono] *.i. qui non ſit ſapiens & bonus, eſſe beatum.* Neu] *.i.ne'ue ſi populus* Dictitet] *.i.prædicet te ſanum & recte ualentem.* Diſſimules ſub] *.i.parum ante tempus.* Edendi] *.i. comedendi.* Febrem occultam] *.i. latentem. hoc eſt, ne ut irreprænhenſus impunè quiduis Comedas, morbũ diſsimules.* Donec tremor incidat manibus unctis] *Id eſt, quibus pinguia tractaſti (hunc locum Perſius etiam ſumpſit)* Pudor malus] *Id eſt, deteſtabilis ſtultorum.* Celat] *Id eſt, occultat ulcera* Incurata] *Id eſt, non purgata (contra quod Boët. Si operam medicantis expectas, oportet ut uulnus retegat.)* Si quis di.bel pugnata] *Scilicet, à te in terra & mari, &* Permulceat aures tuas uacuas] *Id eſt, adulationibus patentes: his uerbis.* Iupiter qui conſulit] *Id eſt, ſalutem procurat tibi & urbi.* Seruat in ambiguo] *Id eſt, dubio an populus uelit magis te ſaluum.* An tu populum] *Hoc eſt, an populus magis tuam ſalutem uelit,* An tu populi] *Quaſi dicat, non minus amaris à populo quam illi utilis es, tu poſsis agnoſcere laudes Auguſti, quem populus patrem patriæ uocauit, & Auguſtum, & Quirinum quaſi alterum Romulum.* Cum tu pateris] *Id eſt, patienter fers uocari.* Sapiens & emendatus] *Id eſt, ſine*

ſine mendis & uitijs. Dic ſodes] *Reſpondes ne tuo* Nomine] *i. agnoſcis ne has laudes tuo nomine* Dicitas] *Hoc eſt, cum ſic uocaris, reſpondes ne quaſi tuo nomine uocatus, an alieno? Reſpondet Quintius aut poëta, quia cum idem interrogat, & reſpondet, ſolet uti hac particula nempe.* Nempe igitur] *i. quia certè ego delector* Ac] *i. ſicut tu* Dici] *i. appellari. uir bonus & prudens. Ad quod poëta oſtendens, id ſtultè fieri ait* Is] *Sup. ſcilicet, populus.* Qui dedit hoc] *Id eſt, has laudes hodie. auferet cras ſi uolet.* Vt] *Id eſt, quemadmodum ſi* Detulerit] *Id eſt, aſſignauerit* Indigno faſces] *Id eſt, ſummos magiſtratus, quibus Faſces uirgarum per lictores poſt feruntur, in ſignum quòd cedendi poteſtatem habeant, idem detrahet cras,* S.] *Sup. populus collator talis dignitatis. inquit* Pone] *Id eſt, depone.* Meum eſt] *Supple id honoris quod geris nunquid ſup. ego inquit poëta, qui talem honorem gero.* Pono] *Id eſt, depono, & recedo triſtis.* Et ſi idem clamet] *Sup. me furem, & ſi neget me eſſe pudicum.* Et ſi contendit] *Id eſt, aſſerat contentiosè me preſſiſſe laqueo* Collum paternum] *Id eſt, patrem ſtrangulaſſe, & ſi mordeat me falſis opprobrijs mutem colores, quaſi dicat, minimè, quia quem* Iuuat] *Id eſt, delectat* Falſus] *Id eſt, immeritus honor, & quem infamia* Mendax] *Id eſt, mendaciter inflicta,* Terret] *Niſi mendoſum & mendacem, quaſi dicat, neminem. Si ergo quæratur quis eſt uir bonus? Reſpondet poëta.* Qui ſeruat conſulta patrum] *Id eſt, ſenatorum aut iuriſperitorum, & qui ſeruat leges, & iura.* Quo iudice] *Id eſt, iudicante, multæ & magnæ lites.* Secantur] *Id eſt, dirimuntur.* Quo] *Sup. exiſtente.* Reſponſore] *Id eſt, fideiuſſore, &* Quo teſte] *Id eſt, atteſtantem.* Tenentur] *i. ratæ habentur cauſæ.* Sed omnis domus] *i. tota familia eius, &* Tota uicinia] *i. quilibet uidet* Hunc] *i. huiuſmodi ſimulatorem.* Turpem] *i. uitioſum.* Introrſum] *i. intrinſecus.* Et ſpecioſum pelle] *i. ſuperficie exteriore decora, quaſi dicat, ſi ita eſt, non eſt uir bonus, quod exemplo probat.* Si ſeruus dicat mihi ego nec furtum feci, nec fugi] *Sup. domini tum, ego aio ei.* Tu habes precium] *i. mercedem.* Quia non ureris] *i. flagellaris uſque ad uibices,* Loro] *i. ſcutica. Et ſi ſeruus dicat. ego non occîdi hominẽ, aio illi.* Tu non paſces coruos in cruce] *i. non ſuſpenderis. Si dicat ego igitur ſum bonus & frugi. Sabellus, uir ille qui malos ſeruos habet,* Negat atque renuit] *i. diſſentit quatiendo caput.* Enim] *Pro quia lupus cautus metuit foueam. Solent enim foueæ lupis parari, quas ubi inciderint exire non poſſint, ad quas illudere uidetur, qui dixit incidit in foueam quam fecit.* Et accipiter] *i. auis illa rapax,* Metuit laqueos ſuſpectos, miluius] *(Quem & miluum dicunt) alia auis prædatrix pullis infeſta.* Metuit hamum opertum] *Id eſt, occultatum in fruſto carnis.* Et tamen huiuſmodi] *Sup. non ſunt boni.* Quia boni oderunt peccare amore uirtutis, & mali oderunt peccare formidine pœnæ. Tu ergo qui bonus eſſe uis] *Nihil admittes in te formidine pœnæ.* Si ſpes fallendi eſt] *Sup. in* Te] *i. ſi ſperas ignorari tu miſcebis ſacra* Prophanis] *i. omnia confundes.* Nam cum ſurripis] *i. furaris unum modium fabæ,* De mille] *i. relinquens mille alios modios.* Damnum eſt non hi lenius] *Id eſt, magis leniter ferendum.* Iſto pacto] *i. per iſtud pactum, quia unum duntaxat furatus es.* Facinus] *i. crimen facti non eſt lenius, quia uoluntas erat omnia furandi.* Vir bonus quẽ omne forum, & omne tribunal ſpectat] *i. qui in foro ſpectabilis eſt, cum intus malus ſit, & ita per ironiam bonus dicitur, quandocunque placat deos, uel porco, uel boue, clarè ſup. locutus eſt, cùm dixit.* O' Iane pater] *Et cùm dixit* O' Apollo] *Quia ab ijs honeſta peti ſolent, ſed mouet labra metuens audiri.* Cum] *Sup. dicit ô Lauerna, Dea furum, & latere uolentium* Pulchra] *i. uenuſta (hoc enim modo blanditur ei)* Da] *i. concede mihi fallere.* Da uideri ſanctum & iuſtum, obijce noctem] *i. tenebras peccatis meis.* Et obijce nubem fraudibus] *De Lauerna autem dicit. Acro ſic. Lauerna in uia Salaria lucum habet. Eſt autem Dea furum, & ſimulachrum eius fures colunt, aut quia conſilia ſua uolunt tacita dicta à lauando. (Nam fures lauatores dicuntur) cum ſilentio preces eius exercentur. Ego inquit poëta non uideo.* Quo] *i. in quo, auarus ſit melior & quo ſit liberior ſeruo.* Cum] *i. quando* Demittit] *i. deorſum mittit, & inclinat ſe ob* Aſſem] *i. nummum* Fixum] *ſ. clauo à petulantibus pueris.* In triuijs] *i. uijs publicis.* Nam qui cupiet is] *Sup. metuet* Quoque] *i. etiã* Porro] *i. ſed.* Qui uiuit metuens] *Non erit mihi unquam liber. Is perdidit arma, & deſeruit locum uirtutis, qui feſtinat ſemper in augenda re,* Et obruitur] *i. immergitur* Re] *Hoc eſt, infamis & uitiorum ſeruus eſt, ſicut deſertor & abiector armorum ſuorum in bello.* Vendere cum poſſis &c] *Senſus eſt. Qui in bello aliquẽ capiunt ius habent occidendi, & ſeruandi, cum autem ſeruant, quẽ ſibi utilem ſperant fore. unde à ſeruando, ſeruus appellatus eſt. Et eo modo dicit poëta per amaram irriſionem, non debemus occidere auarum, qui ſeruus eſt auaritiæ, quia utiliter ſeruiet. Ordo igitur eſt.* Noli occidere captiuum cum eum poſſis uendere] *Ipſe tibi ſeruiet utiliter exiſtẽs* Durus] *i. robuſtus & cõſtans ſeu* Paſcat] *i. paſtor ſit pecudis, & aret.* Nauiget ac ipſe mercator hyemet] *i. hyemem tranſigat in medijs undis.* Ipſe proſit annonæ & portet frumenta & penus] *i. faciat ut dicunt prouiſionem omniũ ad uictum neceſſariorum. Et quia id facit ab auaricia impulſus, certum eſt, quòd nõ ſit liber, quia liber neminem timet, quod probat exemplo dicens.* Vir bonus ac ſapiens audebit dicere ô Pentheu rector Thebarum, quid indignum coges me perferre & pati] *Reſpondet Pentheus, adimam bona.* Addit uir bonus] *q. d. quæ bona (non enim bona animi amittenda ſunt)* Nempe] *i. non'ne adimes pecus, &* Rem] *Sup. reliquam, ſcilicet, lectos argentũ.* Tollas] *i. auferas.* Licet] *i. permittitur tibi à me, addit Penth. &* Tenebo te uinctũ ſub ſæuo cuſtode, manicis] *i. uinculis manuum.* Et compedibus] *i. Cathenis pedũ. reſpondet uir bonus, ipſe Deus ſoluet me.* Simulatque uolã] *i. ut primum uolã. hoc eſt, perdurabo donec Deus euocârit me ex carcere mortis huius, nec prius deſinam fortiter uiuere, quam Deus euocauerit me, & ita ſimul ſoluet me Deus, quia non prius uolam liberari, quam ſoluar. Ego opinor inquit poëta hoc ſenſit uir bonus uidelicet, moriar, quia non poteſt homo cogi, niſi mori, mors autem peccatum non eſt, & ita nemo inuitus peccat.* Mors eſt ultima linea rerum] *ſ. tranſitoriarum plura in primo ſyluarum noſtrarum de hoc loco diximus.*

EPISTOLA XVII. AD SCÆVAM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPIST. XVII. VEL XVIII.

In decima octaua rege & rebus docet uti.

Ordo eſt. ***Poëta docet Lollium Scæuam*** **Vti rege]** ***Id eſt, quomodo amicitiis regum, & aliorum maiorum*** **Vti deabus & rebus]** ***Id eſt, quomodo rebus decenter utatur: an Ariſtippi, an Diogenis more.***

ALIVD ARGVMENTVM.

Hac Epiſtola ciuilem facilitatem ſeueræ auſteritati præfert.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Amicitiæ potentum non fugiendæ.

COMMENTARIA.

QVAMVIS Scæua ſatis per te tibi
conſulis,& ſcis
Quo tandem pacto deceat maioribus uti:
Diſce docendus adhuc, quę cenſet amiculus:ut ſi
CAECVS iter monſtrare uelit: tamen aſpice, ſi quid
Et nos, quod cures proprium feciſſe, loquamur.
SI TE grata quies,& primam ſomnus in horam
Delectat:ſi te puluis,ſtrepitusq́ rotarum.
Si lædit caupona Ferentinum ire iubebo.
NAM neque diuitibus,contingunt gaudia ſolis:
Nec uixit malè,qui natus,moriensq́ fefellit.
Si prodeſſe tuis,pauloq́ benignius ipſum
Te tractare uoles:accedes ſiccus ad unctum.
SI pranderet olus patienter,regibus uti
Nollet Ariſtippus:SI ſciret regibus uti,
Faſtidiret olus,qui me notat.utrius horum
Verba probes,& facta, doce:uel iunior,audi,
Cur ſit Ariſtippi potior ſententia.nanq;
Mordacem Cynicum ſic eludebat,ut aiunt,
Scurror ego ipſe mihi, populo tu, rectius hoc,&
Splendidius multò eſt, equus ut me portet, alat rex.
Officium facio.tu poſcis uilia:uerùm es
Dante minor, quam uis fers te nullius egentem.
OMNIS Ariſtippum decuit color, & ſtatus, & res,
Tentantem maiora,ferè præſentibus æquũ.
Contrà,quem duplici panno patientia uelat,
Mirabor,uitæ uia ſi conuerſa,decebit.
Alter purpureum non expectabit amictum,
Quidlibet indutus celeberrima per loca uadet,
Perſonamq́ feret non inconcinnus utranq;.
Alter Mileti textam,cane peius,& angue
Vitabat chlamydem: morietur frigore,ſi nõ
Rettuleris pannum . refer, & ſine uiuat ineptus.
RES gerere, & captos oſtendere ciuibus hoſtes:
Attingit ſolium Iouis,& cœleſtia tentat.
PRINCIPIBVS placuiſſe uiris, non ultima laus eſt.
NON cuiuis homini cõtigit adire Corinthũ.
SEDIT, quí timuit,ne non ſuccederet. eſto.
Quid? qui peruenit,fecit'ne uiriliter?atqui
Hic eſt, aut nuſquam, quod,quærimus HIC onus horret,
Vt paruis animis,& paruo corpore maius:

ACRON.

QVAMVIS Scæua] *In initio huius epiſtolæ hortatur Scæuam, quomodo amicitiæ maiorũ obſequi debeat,& dicit illi, ut ſi tædeat eum manere in ciuitate propter ſtrepitum,& clamores tabernarum: tranſeat in Ferentinum oppidum deſertum, ac per hoc quietum. Præcepta uitæ ad Lollium Scæuam, equitem Romanũ affectantem ſe potiores,& laudat Ariſtippum Cyrenaicum, qui affectauerat cum regibus uiuere.* Neq; diuitibus contingunt gaudia ſolis] *Senſus eſt: Habet, inquit, & paupertas uoluptates ſuas, ſi moleſtia careat in moleſtis locis.* Qui natus moriensq́ fefellit] *Hoc eſt, qui latuit, & natus, & moriens ignoretur, qui fuit in obſcuro. Eſt autem Epicureorũ.* Si prãderet olus] *Ex hiſtoria ſumptum exemplum, quòd plerũq; prodeſt amicitia maiorum, proponens duos philoſophos, Diogenem Cynicum, & Ariſtippum, ſectæ Epicureorum fautorẽ. Sic monet Diogenes Ariſtippum Alexandri Magni ſectatorem, qui contemnebat paupertatem. Quodam igitur die Diogeni holera colligenti, dixit Ariſtippus: Diogenes ſi ſciret regibus uti, faſtidiret holus. Cui Diogenes: Ariſtippus ſi nollet regib. uti, pranderet olus.* Mordacem Cynicũ] *Antiſthenem, uel Diogenem, ut legitur in ſequenti.* Alat rex] *Prouerbium Græcũ eſt: ἵππος με φέρει, βασιλεὺς με τρέφει.* Officiũ facio] *Poſſum officioſus eſſe, id eſt, humanus.* Omnis Ariſtippum] *Laudat Ariſtippũ ex ſententia Platonis, qui cùm inueniſſet illum naufragio, diploide, id eſt, panno duplici inuolutum ac per hoc uili ueſtimento, laudauit eum dicens: Omnis color & ſtatus res decuit Ariſtippum.* Tentantẽ maiora] *Scientia præditum, ſi ea tentaſſet habere, qui ita ſciebat paruis uti, ut magnis.* Præſentibus æquũ] *Id eſt, æqualiter patientem paupertatem.* Mirabor] *Miror, inquit, ſi decepit ſplendor hominem ſordib. aſſuetum.* Morietur frigore] *Aiunt Ariſtippum, inuitato Diogene ad balneas, dediſſe operam, ut omnes prius egrederentur, ipſiusq́ pallium induiſſe, illiq́ purpureum reliquiſſe, quod Diogenes cùm induere noluiſſet, ſuum repetens, tunc Ariſtippus increpuit Cynicum, famæ ſeruientem, qui algere mallet, quàm conſpici in ueſte purpurea.* Res gerere] *Loco nominatiui ſtat, res gerere, ut illud Perſij:*

Scire tuum nihil eſt.

Non cuiuis homini cõtingit adire Corinthum] *Græcum prouerbium eſt, id eſt, non cuiuis ut Ariſtippo tutum eſt Corinthum nauigare. Nam cùm multi Corinthum nauigantes, Laidis amore tenerentur, Ariſtippus hac fama illò perductus eſt, Laidem uidens, amore eius deuinctus eſt, qui cùm præ ſe ferret, quod non eſſet captus, ut cæteri, quoniam dictum eſt, quòd meretricem habuiſſet, ille reſpondit, Habui, non habeor.* Coram rege ſuo de paupertate tacentes] *Adeò gratam uerecundiam ait, ut ſæpe plus percipiant nihil petentes, quàm flagitantes. Cõuenerat locus principio, propoſuerat enim docere, quomodo cum maioribus uiuendum eſſet.* Succinit] *Cantilenam mendicorum pulchrè expreſſit, qui ſuccinunt ſibi inuicem.* Brundiſium] *Idem, inquit, quod meretrix facit, quæ ſimulatis damnis plorabunda ſpoliat, facit etiam regi ſuo amicis minor, cum queritur ſe in itinere, cum comes ductus fuerit, aliquid perdidiſſe uel incommodum ſenſiſſe.* Planum] *Planus nomen eſt hominis, qui ſolebat multos ſic fallere, in quorũ uehiculo uoluiſſet tolli, ut fingeret ſe crus fregiſſe, qui cũ poſtea uerè genu fregiſſet, & idem rogaſſet, non ei creditum fuit.* Pentheũ] *Hoc tractũ eſt de Tragœdia, in qua inducitur Liber pater à Pentheo iuſſus ligari, & ipſe ut ſe ſolueret, ſic Pentheo dixiſſe. O' Pentheũ ſi me ligaueris, te et bona tua ſubuertam. Cui Pentheus: Licet, inquit, omne pecus, & rem cæteraq́ perdam, cõpedibus te tenebo, & quia Pentheus illum ligauit fulminatus eſt poſtea ipſe, ac domus eius, at Liber pater incolumis permanſit. Quod ſimile ſapienti uiro eſt, & bono, quẽ neq; carcer, neq; metus mortis, neq; ulla uis poteſt in ſeruitute retinere, neq; ullæ diuitiæ.* Hoc ſentit, moriar] *Poëta ſcilicet hoc ſentit morte ſe poſſe liberari, quoniam hæc ſola omnium eſt finis malorum, & nunc metaphora eſt à libero patre, Sic ergo ſapiens ridet minas tyranni, ut Deus Penthei.*

PORPHYR. } Quamuis Scæua] *Ad Scæuam Lollium, equitem Romanũ hæc epiſtola ſcribitur, in qua dum artem obſequiũ amicis maioribus monſtrat Horatius Satyrico charactere adſtruit ſeuerum, & triſtem hominẽ, ſuis moleſtijs in principum odium incurrere, quorum obſeruantiam potiorem libero homini eſſe ait ſeueritate.* Quamuis] πρόσθες ὄντως. Deceat maioribus uti] *Id eſt, amicis, ſed in cõſuetudine maiores dicimus.* Amiculus] ὑποκοριςμός. Vt ſi Cæcus iter monſtrare uelit] *Prouerbialiter, quaſi diceret, ſus Mineruã docet.* Quod cures proprium feciſſe] *Hoc eſt, quod eiuſmodi ſit, ut uelis hoc ipſum pro tuo haberi.* Si te grata quies] *Bene non antè monet, quo pacto obſeruãda, colendaq́*

Hic ſubit, & perfert. AVT uirtus nomen inane eſt:
Aut decus, & preciũ rectè petit experiẽs uir.
CORAM rege ſuo de paupertate tacentes,
Plus poſcente ferẽt. diſtat, ſumas'ne pudẽter,
An rapias: atqui rerũ caput hoc erat, hic fons.
Indotata mihi ſoror eſt, paupercula mater,
Et fundus nec uendibilis, nec paſcere firmus,
Qui dicit, clamat, uictum date. ſuccinit alter,
Et mihi diuiduo findetur munere quadra.
SED tacitus paſci ſi poſſet coruus: haberet
Plus dapis, & rixæ multo minus, inuidiæq;.
Brundiſium comes, aut Surrentum ductus amœnum,
Qui queritur ſalebras, & acerbum frigus, & imbres,
Aut ciſtam effractam, & ſubducta uiatica plorat:
Nota refert meretricis acumina, ſæpè catellam,
Sæpè periſchelidẽ raptã ſibi flentis, uti mox
NVLLA fides damnis, uerisq; dolorib. adſit.
NEC ſemel irriſus triuijs attollere curat,
Fracto crure planum: licet illi plurima manet
Lachryma: per ſanctũ iuratus dicat Oſyrim:
Credite: non ludo, crudeles, tollite claudum.
Quære peregrinum uicinia: rauca reclamat.

diq; ſint potiores, niſi prius oſtendeuit colendos eſſe. Igitur ſi te grata quies delectet. Hoc eſt, ſi ocio delectaris, inquit, ex urbe proficiſcere Ferentũ, hoc eſt, in deſertum oppidũ. Quo dicto etiam oſtendit Romæ haud aliquos eſſe ocij amicos. Nam neq; diuitibus] Diuites modò pro generoſis poſuit, ut Terent.

„ Omnia habeo, neq; quicquam habeo.

„ Nihil enim mihi uidetur deeſſe, præter amicos.

Moriensq; fefellit] Fefellit, moriens latuit. Hoc autem prouerbium Græcũ: λάθε βιώσας. Si prodeſſe tuis] Prodeſſe aũt tuis uoles. Siccus ad unctũ] Pauper ad opulentũ. Si pranderet holus] Hoc dictum Diogenis Cynici fuit ad Ariſtippum Cyrenaicæ ſectæ philoſophũ. Sẽſus eſt autẽ: Si æquo animo paupertate uteremur, nunquã nos regibus obſecuturos: ſi regibus obſequeremur, nunquã paupertatis ſordes æquo animo toleraturos eſſe. Si ſciret] Aſtutè ut dignitatẽ huic ſectæ colendorũ principũ daret, inuer it quod erat reciprocum, hoc eſt, ſi patienter regibus uteretur, ſed ſic maluit: Si ſciret, ut uideretur more patiendi laboraſſe in regibus ferendis, an ſit labor. Vtrius horũ] Diogenis an Ariſtippi. Vel iunior audi] Quare, Audi: quia iunior, & hic oſtendit, quod ſupra dixit: Diſce, docendus adhuc. Mordacem Cynicũ ſic eludebat] Et hoc bene, quaſi cane morſum. Scurror ego ipſe mihi] Propter me ſcurror, cum alteri obſequor. Et hæc uerba ſunt Ariſtippi ad Diogenem. Equus ut me portet, alat rex]

„ ἵππος με φέρει, βασιλεύς με τρέφει.

Officium facio] Modò honeſtè dixit, quod ſuprà humiliter, ſcurror. Verũ es dante minor, quamuis] Quantũuis, inquit, quod accipis paruũ ſit, minorẽ te facis tamen eo, qui tibi porrigit: quod ſi eſt, non es nullius egens, quod ipſe de te iactas. Omnis Ariſtippũ] Dicunt Platonẽ hoc Ariſtippo tribuiſſe. Præſentibus] Id eſt, paratis æquè praſto eſſe poſſunt. Aequũ] Id eſt, patientem. Duplici panno] Vili ueſte, quã diploidem ueteres dixerunt. Mirabor uitæ uia] Mirũ eſt, inquit, ſi decebit ſplendor hominẽ aſſuetũ ſordidis rebus, ac per hoc non licebit. Alter purpureũ non expectabit] Qui utrumuis habiturus fuerit, ſumet, ut Ariſtippus, Mileti textã: alter cane peius, et angui uitabit, panno enim duplici tegitur, ut Cynicus Diogenes diploide. Mileti textam] Sanè nunc ueſtes Mileſiæ precioſæ ſunt. Cane peius & angue] Facetè locutus eſt in ſtultitiam hominis, qui precioſam ueſtem non iam deſpicere, ſed timere uideatur. Morietur frigore] Ideo, inquit, uiuere niſi miſer non poteſt. Sine uiuat ineptus] In ſtultũ, totum facetè, quamuis dicatur non hoc fingi ab Horatio, ſed uerè Ariſtippum Diogenis ſubducto pallio, chlamyden ei ſuppoſuiſſe purpuream. Res gerere] Scilicet, magnas. Sed hoc exẽplo oſtẽdit, non, ſi tutum ſit quieſcere, idcirco & glorioſum uideri poteſt, cũ non ſit ceſſare, ne hominem colere ſibi cõſulentis ac pigri. Res uerò maximas gerere & uigilare, officiũ ſtrenui hominis atq; laudandi. Principib placuiſſe] A maiore ad minus, ait ſimile uideri gerere res bellicas, & promoueri à principibus ciuitatis. Non cuiuis homini contingit adire Corinthum] Et hoc exemplum eſt à ſimilitudine. Sedit] Bene ſedit. Quo uerbo ſignificat, finit, ut:

„ Et ſedes requiram. Qui timuit] Non ſi contempſit malè uoluiſſe, ſi laudes. Fecit'ne uiriliter?] Hoc per interrogationem. Qui enim agit, uel reſpõdet, uel inuertit orationẽ, uel tacet, hic ergo dicendo. Atqui, Hic eſt, aut nuſquã quod quærimus, quaſi tergiuerſantem urget ad reſpondendũ. Hic onus horret] Hic eloquitur, quod in fine ſibi noluit reſpõderi, illũ eſſe timendũ, qui officiũ fugiat: illũ fortẽ, qui ſubeat, perferatq;. ac per hoc hũc laudandũ, illũ uituperandũ. Aut uirtus nomen inane eſt] Nomẽ inane, namq; eſſe uirtutẽ Epicurus dixit, ad uolptatẽq; referri uniuerſa, quæ facimus. Aut decus aut preciũ] Hoc Stoici dicunt ad honeſtatẽ, & rectũ, hoc eſt, ad uirtutẽ omnia reuocãtes. Coram rege ſuo] Idẽ præcipit dicẽs, uerecundiã plus prodeſſe apud maiores amicos, q̃ procacẽ impudentiã, præſertim cũ tacentib. magis, quàm poſcentib. largiãtur. Indotata mihi ſoror eſt] Μίμησις figura, hoc eſt, imitatio poſcẽtis aliquid. Clamat uictũ date] Hoc eſt, mẽdicat. Succinit alter] Subſequitur & canit, id eſt. ſequitur alter ac petit, & bene cantilenã mendicorum dixit. Diuiduo findetur munere quadra] τετράγωνον. Nimirũ ſatyricè quadra panis inqt, qui uni cib. dari poterat, frãgetur ac diuidetur duobus, hoc eſt, diuiti importunus erit, & docet, unde fiat, ut etiamſi ſiquid ſolidũ fuerat, cedat duobus. Sed tacitus paſci ſi poſſet coruus] Eũ ſignificat, qui ſi ſaperet, peteret diuitẽ tacitus, neq; ſibi æmulum cõpararet, neq; minus acciperet. Nã coruus cũ accedit ad cibũ ſtrepitu uocis, alias aues raucè ciet. Vnde fit ut ſolus paſci non poſſit. Et ſubtiliter ſignificat ita diuitẽ peti ab amicis, ut à coruis cadauera. Alij putãt à coruo, & uulpe hoc translatũ, ſed malè. Brundiſiũ comes] Idẽ, inquit, quod meretrix facit amatori ſuo, quẽ ſimulatis dãnis plorabũda ſpoliat, facit etiã regi ſuo amicus minor, cũ queritur ſemet in itinere, quo comes ducitur, aliquid perdidiſſe, uel ſenſiſſe incommodi. Nota refert meretricis acumina] Hic locus de Truculẽto, Plauti eſt fabula, ubi adoleſcẽs dicit, Aut ancilla perijt, aut conſciſſa palliola eſt, aut armariola Græca. aliquid ſemper eſt, quod pereat, debeatq; amãs ſcorto ſuo. Catellã] Catenã diminutiuè. Catena aũt propriè dicta eſt, quòd canẽ teneat. Periſchelidẽ] Ornamentũ pedis circa crura. Flentis] Mirè, non dicẽtis, ſed flẽtis, ut idẽ falſis lachrymis faciat. Vti mox Nulla fides dãnis] Ita fit inquit, ut poſtea etiã uera dicẽti non habeatur fides. Nec ſemel irriſus triuijs] Hoc enim exẽplo ſignificat, nunquã poſtea crediturũ quenquã etiã uera dicẽti, qui falſis rebus omnia fidei argumẽta cõſumpſerit. Hinc etiã prouerb. natũ eſt: Qui ſemel ſcurra, nũquã paterfamiliãs, & eſt ordo: Nec attollere curat fracto crure planũ ſemel irriſus in triuijs. Nec, ſi uerè crus fregerit planus, crederet ulterius ille, qui ab illo irriſus eſt, nec ſemel eũ attolleret, quippe cum eadem faciat in uero dolore, quæ iampridẽ fecerit in falſo. Plano autem ſcurrã dicit. Sic Cicero: Iſte planus improbiſſimus. Oſirim] Aegyptiorũ Deus, ad quem illo tempore iuratum homines ducebantur. Μίμησις, hoc eſt, imitatio. Peregrinũ] Pro ignorãte poſuit. ſicut Cicero, Tu hoſpes in hac urbe uerſaris: tuæ peregrinantur aures? Vicinia rauca] Vicini uociferantes.

CHRIST. LAND. } Quãdoq; Scæua ſatis] Laudat id uitæ genus in quo & ſi res adſint rectè, liberaliterq; fruamur. Etſi deſint æquo animo illis careamus. Maximoperè aũt laudat eos, q̃ maiorib. obſequioſos ſine tamẽ adulatione ſe præbẽt. Propterea præponit inſtitutũ Chryſippi auſteritati, quæ in Diogene erat. Si quis igitur quietã uitã adamat, et præſentib. cõtẽtus eſt, uiuat ut Diogenes. Sin aũt & ſibi, & ſuis plura acqrere cupit, ſciat uti foro, ut eſt apud Terent. & imitetur Ariſtippum. Satis per te] Ironia eſt. Amiculus] Vt modeſtè de ſe loquatur amiculus dixit, non ut imminuat de fide amici, ſed de prudentia, quod ut appareat addit, quod etiã tamen audiendus ſit, ſi quærenti tibi iter monſtrare uelit.

Si te] *Sententia eſt, ſi otiū amas, & uelis labores fugere, uiue in ſolitudine, ut eſt Ferentini, qui locus deſertus eſt. Verum ita huiuſcemodi ocium laudat, ut occultiùs damnare uideatur, nam hic nec ſibi, nec alijs prodeſt.* Nec uixit malè] *Nā ſortitus eſt aliquā ſpeciem beatæ uitæ.* Natus, moriensq; fefellit] *Quaſi dicat, cuius ortus, obitusq; pariter ignoratus eſt, quia nullo unquā negotio cogniti ſunt. Alij exponunt.* Natus moriensq; fefellit, *id eſt, qui quā primū mortuus eſt. Vt ſit uerum illud primū, homini eſſe nunquam naſci, proximū autem quam primū mori.* Si prodeſſe] *Quod fit in uita negotioſa.* Siccus ad unctum] *Id eſt, pauper ad diuitem, egenus ad abundantē.* Si pranderet] *Demōſtrauimus apud Dionyſium Syracuſarū tyrannum Ariſtippum Cyrenaicum uixiſſe, & ſuo obſequio plura, amplaq; ab eo accepiſſe. Diogenem autem adeò diuitiarum contemptorem fuiſſe, adeoq; nihil unquam poſſidere uoluiſſe, ut interrogāti Alexādro magno, nunquid ab eo uellet, reſponderit ne ſibi interim à ſole obſtaret. Cū igitur hunc inueniſſet olera lauantē Ariſtippus, atq; illi dixiſſet ſi ſciret obſequi non eſſent lauanda olera. Reſpondit & tibi non eſſet obſequendum regibus, ſi eſſes oleribus contentus. Petit igitur poëta ut reſpondeat. Scæua utrius philoſophi dictum probet. Ipſe autem Ariſtippo aſſentitur. Nam fatebatur ille ſcurrilitate quidē uti, ſed ſibi, id eſt, ut ſibi conſuleret, ut equū haberet quo ueheretur, & ut à rege aleretur. Diogenes autē illo genere uitæ populo ſcurrari uidebatur. Nam & nihil inde conſequebatur, & cum mendicabat fatebatur ſedante minorem eſſe. Præterea omnis conditio rerum quadrabat Ariſtippo & omniū fortunam æquo animo ſubibat. Diogenes autem tantum duplici panno uti uolebat Hanc aūt uilem ueſtem uolūt quam diploidem appellant. Si autem offerretur chlamis Mileſia, quæ ueſtis purpurea, pulchraq; erat illam ueluti canem rabidam, aut uenenoſam ſerpentem uitabit, & niſi pannum, id eſt, uilem ueſtem reddes frigore perire mallet. Ariſtippus autem & purpuream, & uilem cū opus fuerit induet. Miletus inſula fuit optima lana abundās. Hinc Virg.*

„ *Mileſia uellera Nymphæ Carpebant.*

Res gerere] *Rempub. adminiſtrare, & hoſtes ſuperare res magna eſt. Sed non minima laus ita principibus obſequi ut illis placeas.*
Non cuiuis] *Id eſt, non omnibus.* Contingit adire Corinthū] *Id eſt, tenere primas partes. Id enim importabat huiuſcemodi prouerbium apud Græcos, uel propter nobilitatem, & pulchritudinem urbis, quam Cicero totius Græciæ lumen appellat, uel propter uaſa Corinthia, quæ omnium eſſent pulcherrima, uel propter difficultatem arcem aſcendendi, quæ Acrocorinthos appellabatur uel propter excellentem uictoriam quam Mumius de ea urbe reportauit, uel propter ludos Iſthmios qui nō procul ab ea celebrabantur.* Sedit qui timuit] *Nam multi deterriti difficultate rei nō audent periculum facere. Sed tamen qui illuc uiriliter ſe geſſit. Sententia eſt. Multos hanc uitā negocioſam non tentaſſe moti deſperatione, tamen qui illuc peruenire potuerunt præferendi uidentur.* Ergo non tentant quia non cupiant, ſed quia deſperant. *Qui aūt aſſequuntur digni laude ſunt, & decus aſſequuntur: Modo modeſti ſint & non queruli, nec adeò procaces & proterui petitores, aut rapere potiùs quàm ſummere uideantur.* Hic eſt] *Scilicet ſi principib. rectè uti ſciamus. Hæc igitur cū ſcribat poëta et inſtituū ſuū defendit. Erat enim tanquā alter Ariſtippus apud Auguſtū, & ſimul ſe à modeſtia petendi cōmendat.* Indotata] *Huiuſcemodi querela non rogatio ſolum, uerùm etiā flagitatio quædam eſt. Quibus uerbis cūm uteris excitas & alios ad petendum, & quod ſolus accepturus fuiſſes alius diuidendū poſcis. Vnde imitaris coruum illum, qui cùm inter paſcendum garriret alias aues ad eandem eſcam illexit. Fuit igitur diuidendū cum alijs id, quod ſi tacuiſſet ſolus poſſediſſet.* Brundiſium] *Oportet omninò modeſtum eſſe, qui apud principem degit. In primis enim clementem, liberalemq; eligat, & qui beneficiorum non ſit immemor, ac tum demum, nec petat quicquam, nec paupertatem queratur, nec fingat aliquid ſibi ſubreptum, ut ille damnum reſarciat. Neq; imitetur illos, qui iter cum aliquo agentes queruntur difficultatem itineris, & pluuias, & ciſtam qua uiatica ferebāt, ſibi effractam fuiſſe atq; inde cibaria ſubtracta.* Ciſtam effractam] *De Truculento Plauti eſt, nam hæc meretricum aſtutia eſt, quæ ornatum ſibi apud amatores ſubtractum fingunt, ut illi eum reparent.* Catellam] *A catena diminutiuū eſt.* Periſcelidem] *Ornatus eſt circa brachia, alij dicunt ornatus pedis circa crura, nam τὰ σκέλη apud Græcos crura ſunt. Cùm igitur hæc ſæpe commiſceantur meretrices, euenit, ut fidem in ueris damnis non faciāt.* Nec ſemel irriſus] *Cùm ſæpe decepti fuerimus ab ijs, qui fractum crus ſimulantes, & humi iacentes clament attollite non præſtamus fidem ijs, qui fracto crure planum, id eſt, uerum auxilium implorant.* Iuratus] *In ſignificatione actiua.* Oſyrim] *Vetuſtiſſimi Aegyptiorum cum mūdum, naturamq; eius admiraretur duos deos ſempiternos, & primos putauerunt ſolem, atq; lunam, & hunc quidem Oſyri, illam Iſim nominaret. Oſyris autem multos oculos habens interpretatur, quoniam ſol multis emiſſis radijs uniuerſam terram intuetur. De hoc plurima inuenies apud Diodorum Siculum.* Quære peregrinum] *Quaſi dicas, quære qui fraudes tuas non norit.* Rauca] *Multo clamore.*

ERAS. ROT. } *Græcorum eſt prouerb.* Μήτε τυφλὸν ὁδηγὸν μήτε ἀνόητον σύμβουλον, *id eſt, neque cæcum ducem, neque amentem conſultorem, ſcilicet, adhibeas. Diſce, ſed à doctis. Conſilium pete, ſed à conſultis. Ad hoc Horatianum multa reperies apud Eraſ. in prouerb.* Omnium horarum homo. *Hic ueſtem molliculam & parum ſeueram ſignificat, quoniam Mileſiorū mollicies in ueſtitu præcipua erat. In cæteris de cane rabioſo ſentit.* Nec uixit malè] *Alluſit ad prouerbium Horatius,* λάθε βιώσας, *id eſt, falle uiuens. Quod admonet, in humili fortuna uitam eſſe feliciorem ijs, qui obſcurè uiuunt & à publicis negocijs ita ſemoti, ut cùm uita deceſſiſſent, nemo illos uixiſſe ſentiret. Ouid. in libro Triſt.*

„ *Crede mihi, bene qui latuit, bene uixit, & intra*
„ *Fortunam debet quiſque manere ſuam.*

Splendidus multò eſt] *Horatius ſub perſona Ariſtippi, ad hoc Græcorum alluſit prouerbium:* ἵππος με φέρει, βασιλεύς με τρέφει, *id eſt, me rex alit, ac me portat equus. Lege Eraſ. ibidem.* Non cuiuis homini] *Vetuſtum iuxta ac uenuſtum adagium eſt, de rebus arduis, & aditu periculoſis, quæq; non ſit cuiuslibet hominis affectare. Inde natum, quod (ut refertur apud Suidam) nec facilis, nec ſatis tutus ſit nautis in Corinthiacum portum appulſus.* Sed tacitus paſci] *Et hoc prouerbijs annumerandum quidam exiſtimant. Cuius originem ex apologo (quem in libro de Deo Socratis refert Apuleius) ueniſſe teſtantur, de coruo prædam nacto, quam uulpes dolo intercepit. Quadrabit in eos qui ſi quid boni rei nacti ſint, continuò iactant, oſtentantq;, atque ad eum modum efficiunt, ut alij tum obſiſtant, quò minus eiuſmodi plura cōmoda nanciſcantur, tum quæ nacti ſunt interuertant.* Fracto crure planum] *Vocem hanc Planus A. Gellius lib. 16. cap. 7. commemorat inter uerba inuſitata, quibus uſus ſit Mimus Laberius, atq; ſignificare ſycophantam. Quanquam eodem nomine uſus eſt M. Tullius, eodem ſignificatu in oratione, quam dixit pro Cluentio. Eſt autē dictio Græca* πλάνος, *ſignificatq; tum erronem, tum impoſtorem. Eraſ. in prouerb. Tollat te, qui non nouit. Vide item Cælium lib. 6. cap. 29.*

COELIVS } *Obiter notandum, periſchelidas dici, quæ uulgo gremialia, uel trauerſias dictitant, Menander quoque puellas geſtare periſchelidas ſcribit. Cælius lib. 5. cap. 43.*

SABELLICVS } Nec ſemel irriſus triuijs attollere curat, fracto crure planum] *Vbi planus accipitur pro ſcurra & ſycophanta, ſicut Cicero & Laberius acceperunt & obſeruauit A. Gell. in 16. noctium Atticarum. Qui exiſtimant planum apud Horatium nomen eſſe adiectiuum ſyllabæ ratione facile coarguentur, quia in plano prima, quando ſignificat ſycophantem corripitur, quando adiectiuum nomen eſt producitur, clarum eſt quod à nobis dicitur, & quod ab alijs, adeò ut res ipſa ſeipſa fulciat, atque corroboret citra aliena adminicula, unde hoc & id genus alia indicaſſe ſatis erit ac ſuper.*

IOAN. HART. } Fefellit] *Id eſt, latuit. Ex Græco: Nam* λανθάνειν *latere, & fallere ſignificat.* Cane peius] *Prouerbium:* Odit cane peius & angue.

HENR. GLAR. } —Ferentinum ire iubebo] *Liuius libro 1. aqua Ferentinæ meminit, libro 2 cap. Ferentini. At libro 7. Ferentinum Hernicorum oppidum facit, quod captum à Romanis paulò*

paulò antè ſingulare T. Manlij Torquati cum Gallo certamen ſcribit. Plinius libro 3. cap. 5. Ferentinum inter Hetruriæ oppida prope Feſulas ponit: paulò pòſt Ferentinates ex agro Falerno numerat. Strabo lib. 5. Ferentium in uia Latina poſuit. Quod ſi uerum eſt, haud dubiè de Hernicorum oppido loquitur hic poëta. Badius Thuſcum Ferentinum in Latina ponit. Sed errat.

THEOD. PVLM. } 8 Lædit] Lædet, H. G. E. B. C. V. 21 —Vilia uerdm es Dante minor, V. —Villas uerum Dante minor, H. G. E. B. —Vilia rerũ Dante minor, C. 25 —Quem duplici panno patientia uelat] Duplex erat Cynicis pallium, ut Crateti & Diogeni, quod Septimius (libro de pallio) indicat: unde Horatius ſcripſit, quem duplici panno patientia uelat: nam de illo duplici pallio exiſtimo eſſe interpretandum uerſum Horatij, eoq́ Cynicum philoſophum intelligi: quorũ profeſſio patientia erat & æquanimitas. inſtituit autẽ Diogenes pallium duplicare. Laërtius, πρῶτον ἐδίπλωσε τὸν τρίβωνα διπλώσας πρῶτος. Turneb. lib. 7. cap. 20. 27 Exſpectabit] Euitabit, Lambini liber unus. 31 Vitabit] Vitauit, G. B. C. V. 38 Quid, qui] Sed qui, K. 42 Experiens uir] Experiens mens, G. 49 —Diuiduo findetur munere quadra.

» Diuiduo findetur munere quadrans, K.

52 Brundiſium] H. G. E. C. Brunduſium, B. V. Libri à ſeipſis diſſident. Vide Annotat. ad Sat. 5. lib. 1. 54 Effractam] Efractam, C.

ANT. MVR. } 13 Si pranderet olus patienter] Diogenes Laërtius in Ariſtippo: παριόντα ποτὲ αὐτὸν λάχανα πλύνοντα Διογένης ἔσκωψε καί φησιν, εἰ ταῦτα ἔμαθες προσφέρεσθαι, οὐκ ἂν τυράννων αὐλὰς ἐθεράπευες. ὁ δέ, καὶ σύ, εἶπεν, εἴπερ ᾔδεις ἀνθρώποις ὁμιλεῖν, οὐκ ἂν λάχανα ἔπλυνες. 23 Omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus, & res] Laërtius de eo: ἦν δὲ ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ, καὶ χρόνῳ, καὶ προσώπῳ, καὶ πᾶσαν περίστασιν ἁρμονίως ὑποκρίνασθαι.

GEORG. FABR. } Hæc epiſtola reſpondet illi ſententiæ ad Vallam,

» Verùm ubi quid melius contingit & unctius: idem
» Vos ſapere & ſolos aio bene uiuere.

Quæſtio eſt, An ſint potentiorũ ſequendæ amicitiæ? ſequendas eſſe docet, ex ſententia Ariſtippi: & addit, quomodo ſint ſequendæ. Confert inter ſe diſciplinam Cyrenaicam & Cynicam, Ariſtippum laudat, explodit Diogenẽ. Summa doctrinæ Cyrenaicæ, præſentia eſſe ferenda qualiacunq; ſint: meliora quoq; ſi contingant, non more agreſti repudianda. Ferentinum ire iubebo] Ferentinum, ſcilicet agrum aut prædium. nam ipſum oppidum in Hernicis Ferentum dicitur Straboni, & Horatio Carm. 3, 4. unde porta & uia Ferentina Romæ. Diſcernunt Geographi, Ferentinos in Hernicis, ut & Silius, 8.

» Sylla Ferentinos, Priuernatumq́; maniplos
» Ducebat. & Frentanos in Campania. Idem ibidem,
» Marrucina ſimul Frentanis æmula pubes. Ita in Virgilio Arũcos & Aurũcos, locis & populis diſtinximus, et in eadem regione Campaniæ, diſtinguimus Sueſſanos montanos, à Sinueſſanis littoralibus. Item Beneuentum Calabriæ, & Boncõuentum Etruriæ. Scimus enim ab imperitis hæc loca confundi, & Itali teſtes ueritatis, in ſua nobiliſſima patria, nobis eſſe poſſunt. Feré præſentibus æquum] In hoc ſumma doctrinæ Ariſtippeæ fuit, ut ſcribit Aelianus lib. uariæ hiſtoriæ 14. cap. 66. προσέταττε ἐφ' ἡμέραν τὴν γνώμην ἔχειν, καὶ αὖ πάλιν τῆς ἡμέρας ἐπ' ἐκείνῳ τῷ μέρει καθ' ὃ ἕκαστος ἢ πράττει τι ἢ ἐννοεῖ. μόνον γὰρ ἔφασκεν ἡμέτερον εἶναι τὸ παρόν. Hæc plura huc pertinentia Aelianus ibidem.

IOD. BAD. ASCENS. } Quamuis Scæua] Hæc epiſtola diſertiſſima collegit præcepta uitæ, quæ miſit ad Lolliũ Scæuam equitem Romanum. Hortatur autem ab initio eum quomodo amicitiæ maiorum obſequi debeat. Verum quia Scæua reſpondere poſſet, ſe nolle cuiquam inſeruire, pluriſq; facere quietem uitæ ſolitariæ, quam ſtrepitum regalis fortunæ. Ideo ponit poëta diſtinctionem, dicens. Si te grata quies, &c.] Hoc eſt, ſi quietem amas, & ſtrepitum ac clamorem deuitas, deſere Romã, & pete Ferentinum, aut ſimile oppidum deſertum, illicq́; quietè & beatè uiue.

Quod facere poſsis] Quia etiam pauperibus ſunt ſua gaudia: ſi uidelicet ſua ſorte contenti uiuunt: minuſq; noſci, & uideri cupiũt. Sin prodeſſe malit amicis & neceſſarijs ſuis, & mollius uiuere in domibus Regum] Id eſt, diuitum. Accedat ſiccus ad unctum] Id eſt, illi inſeruiat & morem gerat uſque adeò patienter, ut dum ille Vnctus] Id eſt, unguento delibutus balnea initaturus, & poſtmodum poturus eſt. Ipſe ſit ſiccus] Id eſt, aut non potus, ut illi melius obſequatur, aut non unctus, ne ex æmulatione illi ſtomachum moueat. Quocirca qui ſibi duntaxat uiuere uelit, & paupertatem ſi pauper ſit patienter ferre, non opus haberet diuitibus obſequi: ſicut nec Diogenes Cynicus Alexandro Magno inſeruire uoluit, carpens ſubinde eam ob rem Ariſtippum, ac dicens. Si pranderet holus] Hoc eſt, ſi Ariſtippus poſſet ſobriè, uiuere, & herbis uesci, nollet regi inſeruire. Verum Ariſtippus illi reſpondit. Si Diogenes ſciret uti regibus] Id eſt, ſi non eſſet tam ineptus quod ab omnibus aſpernetur. Faſtidiret holus] Id eſt, nollet ſemper holere uesci, & ſordidè uiuere, diſquirit autem poëta utrius ſententia potior ſit: an Diogenis, qui iudicauit hominem nulli debere inſeruire, & potius herbis, & aqua ueſci, quam ex obſequio lautiùs uiueres an uerò Ariſtippi, qui cenſuit ob lautiorem uitam habendam, morem eſſe gerendum diuitibus. Et concludit pro Ariſtippo, faciens quod in prima Epiſtola promiſerat. Nunc Ariſtippi furtim præcepta relabor] Fuit autem Ariſtippus philoſophus Cyreneus, & Socratis diſcipulus, qui primus ex Socratica doctrina quæſtum fecit: Habuitq́; ingenium ad omnia facilè, & paratum, laudauit autem uoluptatem ob quam in eum ſcripſit Plato, et Diogenes canem regium appellauit. Ordo eſt: O' Scæua quamuis ſcis, & conſulis tibi ſatis per te, quo pacto] Id eſt, quomodo deceat te tandem uti Maioribus] Id eſt, principibus uiris, quorum amicitiam tibi conciliaſti, tamen diſce adhuc docendus. Quid amiculus] Id eſt, paruus & modicus amicus tuus (intelligit autem ſe poëta) Cenſet] Supple faciendum. Vt].i. ita ut ſi cæcus uelit monſtrare iter tamen aſpice. Si &] Id eſt, etiam nos loquamur Quid] Id eſt, aliquid. Quod cures] Id eſt, uelis. Feciſſe proprium] Id eſt, tuum Ipſius] Id eſt, aſcribere inuentis. Si grata quies & ſomnus in] Id eſt, uſque ad primam horam, ſcilicet lucis, quia uidentur tunc Itali primam horam poſuiſſe, quæ prima eſt lucis.

Si puluis & ſtrepitus rotarum lædet] Id eſt, offendet te. Et ſi caupona] Id eſt, domus in qua uinum & cibus uenditur lædet te: ego. Iubeo te ire Ferentinum] Id eſt, ad illud oppidum in thuſcia mediterranea ad uiam Latinam, quod deſertum tunc erat.

Nam neq; gaudia contingunt ſolis diuitibus] .i. non minus beatus eris, ſi ſecurus in ſolitudine uixeris, quam ſi cum perturbatione in medio diuitum, nec is uixit malè. Qui fefellit] Scil. ſcientiam hominum. Natus & moriens]. i. non ideo quis malè uixit, quia ignotus, poteſt enim ignotus etiam in deſerto benè uiuere. Si uoles prodeſſe tuis] Scil. neceſſarijs & amicis. Et tractare ipſum paulò benigniùs] Id eſt, indulgentiùs. Tu accedes ſiccus] Id eſt, adhuc ieiunus aut minimè unctus Ad unctum] Id eſt, unguento delibutũ, ut illi melius inſeruias, nec inuidiam excites æmulatione tua. Dixit] Supple quidam Aemulus, ut Diogenes, Ariſtippo Epicureo, ſi Ariſtippus pranderet Patienter] Id eſt, cum patientia egeſtatis. Holus] Id eſt, quamuis herbam in horto naſcentem uictus gratia: ipſe nollet uti regibus. Ad quod Ariſtip. Si te qui notat] Id eſt, carpit Me] Scilicet, Diogenes aut Antiſtenus ſciret uti regibus. Ipſe faſtidiret] Id eſt, aſpernaretur holus. Doce utrius] Id eſt, (ſi ſic dicere liceat) cuius horum duorum uerba & Facta tu probes]Id eſt, approbes. Vel tu minor audi] Cur ſententia Ariſtippi ſit potior: nam ipſe eludebat Cynicum] Id eſt, philoſophum caninum, ſcilicet Diogenem: ſic ut aiunt, ſupple ferè omnes. Ego ipſe ſcurror] Id eſt, ſcurram ago. Mihi] Id eſt, ad utilitatem meam: quia uoluptuoſè & latè uiuo. Tu] Sup. ſcurraris Populo] Id eſt, excitas riſum populo tua profeſſione, & ita ſcurram agis ad uoluptatem populi. Hoc] Scilicet, quia facio officium, ut equus portet me, & rex alat me. Eſt rectiùs & ſplendidiùs multo] Tu poſcis uilia. Verum tu es minor] Id eſt, inferior Dante] Id eſt, eo qui tibi dat. Quamuis fers te] Id eſt, oſtentas & præfers nullius egentem.

Omnis

Omnis color] *Supple ueſtium, & omnis ſtatus, & res: decuit Ariſtippum.* Tentantē maiora & æquum] *.i indifferentē ferè* Præſentibus]. *i. rebus habitis.* Contra] *.i. econtrario, ego mirabor.* Si cū] *Sup. quē patientia uelat* Duplici panno]. *i. Diogenē cynicū* Via uitæ conuerſa] *Id eſt, mutata, decebit quaſi dicat putò quod non.* Alter] *Scil. Ariſtippus non expectabit* Purpureū amictū] *Id eſt, licet nō habeat non minus, tamen incedet: ſed uadet indutus.* Quidlibet] *.i. quoduis tegumentū.* Per loca celeberrima] *.i. per media conuenticula hominū, &* Feret non inconcinnus] *.i. concinnus & cōgruus, utramq; perſonā, tam uiliter.* Quam precioſè ueſtiti alter] *Scil. Cynicus uitabit Chlamydem textam* Mileti] *.i. purpuream, & ex optima lana, quia ſecundū Virg. Mileſia uellera nymphæ carpebant* Peius] *.i. magis anxiè, cane & angue, quia creditur purpureus color canibus, et anguibus inuiſus: uel ſenſus eſt* Vitabit diligentius cane & angue] *.i. nō qui canis, & anguis ſup. uitant: ſed quam canem, & anguem uitaret, & ipſe morietur frigore.* Et ſi non retuleris pannū] *.i. ueſtimentū ſolitum (hiſtoriam narrat, Acro, dicens. Aiunt Ariſtippum inuitato Diogene ad balneas dediſſe operam, ut prius egrederetur, ipſiusq; pallium induiſſe, illiq; purpureum reliquiſſe) quod Diogenes cū induere noluiſſet ſuū repetens: tunc Ariſtippus increpuit Cynicum famæ ſeruientem, qui algere mallet, quam conſpici in ueſte purpurea: ipſe referret* Sine] *.i permitte* Vt] *Sup. uiuat ineptus.* Gerere]. *i. rectè gubernare res, & oſtendere ciuibus* Hoſtes captos] *Supple à ſe attingit* Solium]. *i. thronum & gloriam Iouis.* Et tentat]. *i. conatur cœleſtia, quaſi dicat, qui aut priuata, aut publica bene gerit deorum gloriam meretur, & non ultima laus, quaſi dicat, proxima ad deos eſt placuiſſe principib. uiris.* Nec cuiuis homini] *Quia dixit ſummam eſſe laudem principibus placere, docet adagio, & deuerbio ueteri eius rei difficultatem, omnia ſiquidem magna laude digna difficilia ſunt, dicens.* Nec cuiuis homini] *Cuius ſenſus eſt. Sicut (ut in prouerbio eſt) nō cuiuis datum eſt, adire Corinthum: ita nec cuiuis cōtingit principibus placere. Hoc deuerbium Acron ad præſentem locū applicans dicit. Cum multi Corinthū nauigantes Laydis amore tenerentur: Ariſtippus hac fama illo perductus, ad Laydem nō amore eius deuinctus eſt, qui cū præ ſe ferret, quod nō eſſet captus ut cæteri, quoniam dictum eſt, quod meretricem habuiſſet.* Ille reſpondit] *Habui, ſed non habeo, aut habui, nō habitus ſum. Aulus tamen Gellius Noctium Atticarum lib. 1. Dicit non Ariſtippo, ſed Demoſtheni oratori accidiſſe, ut Corinthi ad Laydē meretricē diuertiſſet, cumq; miſſa dextera in pectus illius quæſiſſet quanti hoc illaq; reſpondiſſet, mille nūmûm. ſcitè adiecit. Non tanti emo pœnitere, ſciens, quia omnis anima triſtatur poſt coitū. utcunq; eſt ex charitate meretricis illius, & cæteris ſumptibus. Corinthi facundis, natum eſt deuerbium. Non cuiuis eſt adire Corinthum. Eſt aūt urbs Achaiæ in Iſthmo, quæ eſt in medio maris Ionij & Aegei conſtructa, unde bimaris dicitur, fuit autem uariè appellata Nam primum Cercyra, deinde Ephyra, ab Ephyra nimpha, ut ſcribit Pauſanias: poſtea Corinthus à Corintho Iouis filio, aut ut alij ſcribunt Oreſtis filio, à quo fuerat reparata: deinde ab occupatoribus Batteis dicta, à quorum factione Tarquinius & Demarathus domo eiecti ſunt authore Dionyſio Halycarnaſſeo. Poſtmodum autem fuit ab Romanis deleta, quod uiſa eſt ad bellum contra Romanos gerendum opportuna. unde dolet Ciceroni eam deletam eſſe in primo Officiorum. In eius autem conflagratione, quia commixtio auri, argenti, & cæterorum metallorum facta eſt. Inuentum eſt nouum genus æris in ſummo precio habitum, quod æs Corinthium dictum eſt. Fuit præterea rurſus inſtaurata. Sed ad ordinem diuertendum eſt, qui eo difficilior eſt, quod allegoricôs loquitur: Nam ſenſus eſt, fateor quidem magnæ laudis principibus placuiſſe uiris.*

Nec contingit] *Id eſt, datur* Cuiuis] *Id eſt cuilibet homini adire* Corinthum] *Id eſt, obtinere cum commodo ſuo gratiam principum, & ideo is* Qui timuit ne non ſuccederet] *Id eſt, qui incaſſum conaretur.* Sedit] *Id eſt, deſedit & ocioſus ceſſauit.* Eſto] *Id eſt, concedatur, inquit, Scæua aut poëta.* Quid] *Supple facit: aut quid dices de eo.* Qui peruenit] *Scilicet, ad intentum: hoc eſt, in gratiam principum, fecit ne uiriliter? Reſpondet.* Atqui] *Id eſt, ſed quomodo id quæris, aut certe.* Hic] *Id eſt, in* Hoc] *Scilicet, in perueniſſe eſt, quod quærimus aut nuſquam. Sunt autem diuerſa genera hominum.* Quis hic] *Id eſt, quiuis, uidelicet qui ſedet.* Horret] *Id eſt, exhorret, & timet onus.* Vt] *Id eſt, utpote, aut tanquam maius paruis animis, ut puſillanimis contingit, & corpore paruo, ut ei quem uires deficiunt.* Hic] *Id eſt, alius qui peruenit uidelicet ſubit ſcilicet* Onus] *Id eſt, audet, & ita animum habet, & perfert, & ita uires habet. Et ſi quis dicat ſi onus maius eſt, quam* Vt à me perferatur] *Id eſt, ſi res difficilior, quam ut à me geratur, nunquid ideo uituperabor? Reſpondet poëta.* Aut uirtus eſt nomen inane] *Id eſt, nulli contingens.* Aut uir experiens] *Id eſt, periculum faciens, & pro uirili ſua moliens.* Petit rectè] *Id eſt, iuſtè & meritò* Decus & precium] *Id eſt, mercedē. hoc eſt, dignus eſt laude, & mercede etiam ſi non quærat perficere, quod molitur in re laudanda. Deinde tradit præcepta* Rectè cum regibus] *Id eſt, diuitibus uiuendi, dicens.* Tacentes de paupertate] *Scilicet, ſua, id eſt, uerecundi & modeſti coram rege ſuo.* Ferent] *Supple ab eo.* Plus poſcente] *Id eſt, quam is, qui aſsiduè poſcit.* Diſtat ne] *Id eſt, nihil ne intereſt* Ne] *Pro an.* Sumas pudenter] *Id eſt, cum pudore.* An rapias] *Scilicet auidè aut uiolenter, quaſi dicat, plurimum.*

Atqui] *Id eſt, ſed certè* Hoc] *Scilicet, pudenter uiuere & petere erat caput rerum, & hic erat* Fons rerum] *Id eſt, præcipuum eſt in domo diuitum. Nam is, qui dicit regi ſuo.* Soror eſt mihi indotata] *Id eſt, ſine dote, mater eſt mihi paupercula, & fundus eſt mihi, nec uendibilis* Nec fimus] *Id eſt, ſatis ualidus.* Paſcat] *Id eſt, ut paſcat eas, qui inquam hoc dicit.* Clamat] *Id eſt, apertè pronunciat: hoc eſt, tantùm eſt ac ſi clamet.* Date] *Scilicet ſorori, & matri uictum.* Alter] *Scilicet, etiam impudens.* Succinit] *Id eſt, clanculū & in aurem canit.* Quadra] *Id eſt, fruſtum panis* Quadratæ figuræ] *Super quod obſonium ponitur, & inciditur unde inciſorium dicunt.* Finderur] *Id eſt, findendo condiuidetur mihi* Munere diuiduo] *Id eſt, condiuiſo cum collega meo.* Sed ſi coruus poſſet] *Id eſt, ſciret paſci* Tacitus] *Id eſt, ſine garritu.* Ipſe haberet plus dapis] *Id eſt, eſcæ, & multò minus rixæ & inuidiæ. Coruus enim dū cadauer, aut aliud genus eſcæ inuenit uoce rauca alias aues ad prædam uocat, cum quibus aut præda condiuidenda eſt, aut certandum: ſic autem faciunt, qui cum à diuite munus acceperunt, illud cum famulis, aut collegis ſuis oſtentant, & ita coguntur condiuidere illis, aut inuidiæ ſubeſſe. Eſt ergo prouerbialiter dictum, & ex apologis ſumptum.* Brundusium comes] *Oſtendit exemplo, quàm ingratum ſit diuitibus habere familiares querulos, & ſine cauſa quærentes, ac petentes ſemper aliquid, quamq; illud eis inutile ſit. Nam ſic & amicum emittunt, & fidem. Vnde dicit. Si quis comes ductus fuerit ab amico diuite Brunduſium, ſicut Horatius ſe ductum docet, in Satyra.*

Egreſſum magna, &c.] *Aut Surrentum & in uia, aut in hoſpitijs quæritur* De ſalebris] *Id eſt, aſperitate uiarum. Sunt enim ſalebræ à ſaltu dictæ ſecundùm Nonium inæqualitates, & aſperitates uiarum, per quas currus, aut equus, aut homo dum tranſire uult ſalire cogitur: unde ſumpta metaphora Cicero orationem aſperam, & inconcinnam ſalebroſam uocat, unde ſecundo de Finibus bonorum & malorum inquit. Hic ſi diffinire, ſi diuidere potuiſſet, ſi loquendi uim, ſi denique conſuetudinem uerborum teneret, nunquam in tantas ſalebras recidiſſet. Et libro quinto. Venit ad extremum, hæret in ſalebra. Et de Oratore. Alter enim ſine ullis ſalebris, quaſi ſedatus amnis fluxit. Aut conquæritur de frigore, aut imbribus, aut plorat ciſtam, quam ſecum uexerat, aut dom derelinquerat fractam, aut uiatica furto ſublata. Imitatus eſt in hoc meretrices ſemper quærentes, aut catellam, aut Periſcelidem raptam, ut in truculento Plauti eſt uidere. Eſt autem Periſcelis fœmineale ornamenti genus, quod inter cætera ornamenta mulierum ponitur Eſaiæ 3. Græcè dicitur περὶ σκέλις à περὶ quod cum Accuſatiuo ſignificat circum uel circa: & σκέλος quod eſt crus, aut brachium, quaſi ornamentum circum crus, aut brachium, nec ſcribendū eſt perichelis, ſed Periſcelis hic autem Latinè declinatur. Planus autem hic propriū ſcurræ, ſeu ſycophantæ, & non adiectiuum, quia tunc primam producit, ut adnotauit*

notauit Beroaldus.Is autem ſæpe finxerat ſibi crus fractum.unde à multis pietate motis in currũ ſublatus quo uoluit uectus eſt, & demiſſus cum riſu,illuſit illis, à quibus beneficium acceperat, qua re nota poſtmodum cum illi crus reuera fractum eſſet, fruſtrà auxilium implorauit. Similem fabulam recitat Aeſopus de paſtoribus, qui ſæpe lupum inclamantes agricolantes fruſtra aduocarunt, qui decepti cum lupus reuera in pecus irruiſſet, uocati non aderant. Vnde dici ſolet: eam eſſe mendacis mercedem, ut quum uera dicat ei non credatur. Sed ordinem ponamus,qui talis eſt.

Familiaris] *Sup.diuitis.* Ductus comes] *Id eſt,ut comitetur Brundiſium, aut Surrentum* Amœnum] *Id eſt,ad ea oppida Italiæ amœna.* Qui queritur] *Id eſt,deflet* Salebras] *Id eſt, aſperitatem uiarum & ſaltus uehiculi.* Et frigus acerbum] *Id eſt, acre.* Et imbres] *Id eſt,pluuias uehementer imbuentes,& ciſtam,quam in curru habebat,aut domi dereliquerat fractam.* Et plorat uiatico] *Id eſt,pecunias ad uiæ onera* Subducta] *Id eſt,furtim ſublata.* Refert] *Id eſt,repræſentat & in memoriam reducit.* Acumina] *Id eſt,ſubtilia uaframenta & calliditates.* Meretricis nota] *Id eſt,iam cognita meretricis,dicit* Flentis ſæpe cathellam] *Id eſt,paruam cathenã auream,aut argenteã,quam in collo habẽt.* Raptam ſibi flentis etiam ſæpe periſcelidem] *Id eſt, fœminale, aut brachiorum ornamentum,raptam ſibi.* Ita] *Sup.* Vt] *Id eſt,ut nulla* Fides] *Id eſt,credulitas* Adſit mox] *Id eſt,paulo plus ueris damnis & ueris doloribus.* Nec] *Sup.aliquis irriſus.* Semel] *Id eſt, cũ riſu deceptus à Plano ſcurra per ſycophanta curat* Attollere] *Scil.in currũ ſuum.* Triuijs] *Id eſt,in triuijs, id eſt,uijs publicis,quo tres uiæ conueniunt: Planũ ſycophantam illũ.* Fracto crure] *Id eſt,ubi illi crus reuera fractũ eſt, quod ſæpe ſimularat,licet plurima lachryma maritum Iſidis.* Sanctum] *Id eſt, religioſè obſeruatum.* Dicat credite] *Scil.nunc mihi* Quia nõ ludo] *Id eſt,illudo,aut ludum non ago, ſed ſerio loquor, & dicat cum illi abierunt.* O' Crudeles tollite me claudum] *Id eſt, fracto crure.* Quia uicinia] *Id eſt,mulitudo uicinorum(Hoc enim ſignificat uicinia,cum uicinitas ſit propinquitas eorum)* Rauca] *Scilicet, ex frequenti clamore in eum deceptorem facto: reclamat ô Plane.* Quære peregrinum] *Id eſt,externum qui te non norit, ut te tollat,quia nos à te decepti te nõ tollemus. Et ita uult neminẽ debere petere cuius nõ egeat,nec ſimulare indigẽtiã priusq̃ opus ſit.*

POLYD. VIRG. } Nec ſemel irritus triuijs attollere curat Fracto crure Planum] *Ibi* Planum *uetus uerbũ eſt, quod non perpaucos alioqui eruditos fefellit,opinantes,nomen eſſe adiectiuum contra metricam rationem.nam prima in Subſtantiuo corripitur & adiectiuo producitur pro ſcurra accipitur,aut ſycophanta:ſicut Cicero & Laberius acceperunt, qui ſolebat multos ſic fallere,in quorum uehicula cum uoluiſſet tolli,ut fingeret ſe crus fregiſſe.Qui cùm uerè fregiſſet,& idem rogaſſet nõ eſt ei creditũ. Vnde natum eſt prouerb.autore Porphyrione Planus ſemel crura fregit.In eos quibus cum falſis rebus omnia fidei argumenta conſumpſerint,nemo,tametſi uera dicentibus credit,quod propriè mendacis,ut Ariſtoteles dicere ſolebat, premium eſt. Hoc etiam Diogenẽ uulgare dictum fuit. Interrogatus enim, Laërtio teſte, quid'nam mendaces lucrarentur,* Vt cum uera dixerint non illis credatur.

PHILIP. BEROALD. } Fracto crure Planum] *Ibi* Planus *ſcurram ſignificat ſiue ſycophantam. Qui locus à recentioribus interpretibus magis contaminari ſolet, quàm enarrari.*

EPISTOLA XVIII. AD LOLLIVM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPIST. XVIII. VEL XIX.

In decimanona docet officium probitatis.

Ordo eſt: Poëta] *Supple docet in decima nona Epiſtola primi libri officium,probitatis.*

ALIVD ARGVMENTVM.

Taxat Lollij importunam libertatem & nimis odioſam.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Modus optimus.

COMMENTARIA.

ACRON.

ETVBS liberrime Lolli] *Hic Lollius etiam ad conſulatũ peruenit, meritò uirtutis, & beneficio Cæſaris.* Infido ſcurræ] *Hoc eſt, qui amicitiam ſimulet,& in malis deſerat.* Aſperitas agreſtis] *Quidã,inquit, fugiẽtes uitiũ adulationis,incidũt in peius uitiũ,et inconcinni & incõpoſiti hominis, ſcilicet, feri, & aſperi, quaſi agreſtis. Sũt enim qui facta ſua liberrima & pura confidentes cõtra amicos ſuos, ſeueri & aſperi apparẽt,dum eos uolũt caſtigare, & in tãtum, ut ipſa cutis nimia ſeueritate tonſa dicatur, quaſi capillos habuerint, & atri ſint dẽtes.* Virtus eſt mediũ] *Virtus,inquit,ita debet inter cõtraria uitia in medio eſſe poſita, ut ab utroq; crimine ſit remota. i. ut nec nimiũ adulationi, nec ſe auſteritati adiũgat.* Partes Mimum tractare Secũdas] *Secundarũ enim partiũ actores omnia ſummiſſè agunt & ſimpliciter.Notandum aũt quòd in Tragœdia nõ plus,quã quinq; perſonarũ actus debẽt fieri.Ergo Mimus dũ ſecundã parté Tragœdiæ agit, humili actu agit.* Vt nõ ſit mihi prima fides] *Vt nõ ſit quod uerè placeat,& nõ ſit quod acriter clarẽ. i.nõ poſſum me ſub clientibus meis defendere.* Sordet precium] *.i.in tantũ deſpectui depurata.* Altera ætas] *.i.mea ſenectus.* Stultitia] Opibus cõpenſo *ſtultitiã meam.* Arcta decet ſanũ comitẽ toga] *Habebãt antiqui patres,pro qualitate opũ togas,quæ erãt bis ter ulnarũ.* Botrapelus cuicunq;] *Hæc cogitabat,ut aliquid donaret amicis.* Beatus enim iſ] *Beatus dicit, quoniã mutatur animus pauperũ,mutatione ueſtis.* Honeſtũ officiũ] *Cui honeſtate eſt carius ſcortũ.* Thrax] *Gladiatores,retiarius,mirmillo,ſecutor.* Aut holitoris aget mercede caballũ] *Sẽſus: Aut gladiator, aut mercenarius erit holitoris. Prouerbialiter, ſe in ludũ laniſtæ dabit, ut ſit gladiator,ſicut ſunt Thraces. Holitores aũt dicũtur holerũ uẽditores. Sicut olim uẽditor erat holerũ,ita ego negociator incipiet uẽdere caballũ.* Cõmiſſũq; teges] *.i.ab ab amico aliqd dictũ debes celare.* Gratis,&c.] *.i.amicitia dũ alternatim ſuũ ſtudiũ ſeqtur.* Amphionis atq; Zethi] *Amphiõ et Zethus Iouis*

SI BENE' te noui,metues liberrime Lolli,
Scurrantis ſpeciẽ præbere, profeſſus amicum.
Vt matrona meretrici diſpar erit,atq;
Diſcolor, infido ſcurræ diſtabit amicus.
EST huic diuerſum uitio uitium propè maius,
Aſperitas agreſtis,& inconcinna,grauiſq;,
Quæ ſe cõmendat tonſa cute, dentibus atris,
Dum uult libertas mera dici, ueraq; uirtus.
Virtus eſt mediũ uitiorũ,& utrinq; reductũ.
ALTER IN OBSEQVIVM plus æquo pronus,& imi

et Antiopæ filij, diuerſi officij. Amphion cithara cantabat, Zethus paſtoris fungebatur officio, propter hāc diuerſitatem animorum, & uitæ, tamdiu diſsiderunt, donec Amphion cauſa diſcordiæ uitandæ citharā omiſit. Inhumanæ ſenium depone Camœnæ] *Quæ non paſcet te, nō ferens uictum Camœna.* Virilia] *Laudat amicū tuū, dicens:*

» *Non eſt qui ſpecioſius tractet arma uirilia.*

Parthorum ſigna] *Romana ſigna quæ Craſſus amiſerat, Parthi ad Auguſtum per Tyberium miſerunt iam uicta.* Ac ne te retrahas] *Id eſt, ſi uis ab amico tuo domum recedere, petes aliquam excuſationē ſine damno: Aut dic te domum ire iocatum, uel aliquid aliud facere.* Extra numerum] *Quāuis, inquit, ſapiens ſis, & omnia ad numerum, id eſt, ad ſapientiam redigas, noli excuſare te, ut non ludas cum amico tuo, præſertim cùm delectieris.* Nugaris rure paterno] *Senſus eſt: Quamuis nihil extra rationem facias, tamen decurras interdum ad ludum, & in paternā uillam* Partitur lintres exercitus] *Naualem pugnā, quam Auguſtus cū Antonio geſſit, imitere.* Actia pugna] *Quæ fuit inter Cæſarem & Antonium apud Actiacum promontorium.* Adria] *Mare in quo pugnabant Cæſar & Antonius.* Vtroq; tuum laudabit pollice ludum] *Vtroq; pollice συνκαλεχινῶς manu utraq; ſublata, & pariter ſæpius mota. Hoc enim genus ualidè laudantium eſt.* Non ancilla tuum iecur ulceret] *Monet quādo in domo amici fuerit, non amet puerum eius aut puellam, ne fortè captus amore pandat ſecreta ſua.* Munere te paruo] *Dans tibi puerū, uel puellam, cùm maiora accipies.* Commendes] *Quandò, inquit, aliquem laudare uis in præſentia aliorum, diligenter conſidera, antequam illū laudes, ne eum fortè cùm poſtea deturpauerit, incurras in uerecundiā.* Tueris] *Senſus eſt:* Si quē uideris à malo homine uexari, defende & tuere. Dente Theonino] *Theon enim dicaciſsimus, id eſt, loquaciſsimus fuit, & maledicus, per quē maledici, & detractores intelliguntur.* Tu, dum tua nauis in alto eſt] *Id eſt, Tu, qui cœpiſti, uidi'ne amicos offendas, et ingratus fias, Per hoc oſtēdit, aut nō ſuſcipiēdas potentiū amicitias, aut ſuſceptis obtemperādum.* Mutata retrorſum te ferat aura] *Aurā mutabilē ἀλληγορικῶς dicit.* Oderunt hilarē triſtes] *Præcepta quibus amici potentiores cauēdi ſunt,*

Deriſor lecti, ſic nutum diuitis horret,
Sic iterat uoces, & uerba cadentia tollit,
Vt puerum ſæuo credas dictata magiſtro
Reddere, parteis Mimum tractare ſecundas.
ALTER rixatur de lana ſæpe caprina:
Propugnat nugis armatus, ſcilicet, ut non
Sit mihi prima fides, & uerè, quod placet, ut non
Acriter elatrem, precium ætas altera ſordet.
Ambigitur quid enim? Caſtor ſciat, an Docilis plus:
Brunduſium Numici melius uia ducat, an Appi.
QVEM damnoſa Venus, quem præceps alea nudat:
GLORIA quē ſupra uireis, & ueſtit, & ungit:
QVEM tenet argenti ſitis importuna, fameſq́;:
QVEM paupertatis pudor, & fuga: diues amicus
Sæpe decem uitijs inſtructior, odit, & horret:
Aut, ſi non odit, regit, ac ueluti pia mater,
Plus, quàm ſe, ſapere, & uirtutib. eſſe priorē
Vult, & ait propè uera meæ, cōtendere noli,
Stultitiā patiuntur opes, tibi paruula res eſt.
Arcta decet ſanū comitē toga. deſine mecum
Certare. Eutrapelus, cuicūq; nocere uolebat,
Veſtimenta dabat precioſa. beatus enim iam
Cum pulchris tunicis ſumet noua conſilia, & ſpes:
Dormiet in lucem: ſcorto poſtponet honeſtū
Officium: nummos alienos paſcet: ad imum
Thrax erit, aut holitoris aget mercede caballum.
ARCANVM neq; tu ſcrutaberis ullius unquam,
Commiſſumq́; teges, & uino tortus, & ira.
Nec tua laudabis ſtudia, aut aliena reprēdes:
Nec, cum uenari uolet ille, poëmata panges.
Gratia ſic fratrum geminorum Amphionis, atq;
Zethi diſſoluit: donec ſuſpecta ſeuero
Conticuit lyra. fraternis ceſſiſſe putatur
Moribus Amphion. tu cede potentis amici
Lenibus imperijs, quotieſq; educet in agros
Aetolis onerata plagis iumenta, caneſq́;,
Surge, & inhumanę ſeniū depone Camœnę,
Cœnes ut pariter pulmēta laboribus empta.
Romanis ſolenne uiris opus, utile famæ,
Vitæq́;, & mēbris: præſertim cum ualeas, &
Vel curſu ſuperare canem, uel uiribus aprum
Poſsis. adde, uirilia quo ſpecioſius arma
Nō eſt qui tractet. ſcis quo clamore coronæ
Prælia ſuſtineas campeſtria. deniq; ſæuam
Militiam puer, & Cantabrica bella tuliſti
Sub duce, qui tēplis Parthorū ſigna refixit,
Et nunc, ſi quid abeſt, Italis adiudicat armis.
Ac ne te retrahas, & inexcuſabilis abſis:
Quāuis nil extra numerū feciſſe, modumq́;
Curas, interdum nugaris rure paterno.
Partitur lintres exercitus: Actia pugna
Te duce per pueros hoſtili more refertur.
Aduerſarius eſt frater, lacus, Adria: donec
Alterutrum uelox uictoria fronde coronet.
Conſentire ſuis ſtudijs, qui crediderit te,
Fautor utroq; tuū laudabit pollice ludum.
Protinus ut moneam (ſi quid, monitoris eges tu)

ne offendantur facile. Qua ratione] *Quia ſemper per ignorantiam uitioſi ſumus.* Mediocriter] *i. non poteſt ullo modo fieri, ut cupido ſupra modū habendi, & mediocritas utiliū rerū, poſsint regnare ſimul.* Doctrina paret, natura'ne donet] *Id eſt, utrū doctrina an natura ſapiamus.* Quē Mādela bibit rugoſus frigore pagus] *Pagus in Sabinis eſt, & nō pagus bibit, ſed hi qui in pago ſunt.* Quid ſentire putas quid credis amicē precari?] *Quid putas me deos precari, dum ſum in rure meo, niſi hoc quod tibi, opto uidelicet doctrinā uirtutū, imminutionē curarū, & uerā delectationē?* Sit bona librorū, & prouiſæ frugis in annū copia] *Notandū, quia ſtudioſus librorū copiā primū quàm fruges, uictūq; eſt precatus.* Sed ſatis eſt orare Iouē, quid donat, & aufert] *Hæc, inquit, à Ioue petā, quæ mihi præſtare nō poſſum, id eſt, uitā, opes, &c. Vt æquū animū gerā, in mea magis eſt poteſtate, ne animus meus dubia ſpe ſit inſatiabilis.*

PORPH. } Si bene te noui metues, liberrime Lolli] *Ad Lolliū ſcribens, tradit præceptum quo monet fugiendā eſſe, uel lenitatē aſſentatoris, uel econtrariò amaritudinē reſiſtētis, & dicit in omnibus mediocritatē eſſe ſeruandam.* Scurrantis] *Turpiter adulantis.* Amicū] *Amicū dicit grauitate, ac dignitate, & beneuolētia.* Diſpar] *i. diſsimilis.* Eſt huic diuerſum uitio, uitiū propè maius] *Dicitur quidā uitiū fugiens adulatoris, incidere, in peius uitiū, incōcinni & odioſi, & inhoneſti hominis & incōmodi.* Inconcinna] *Inſocialis.* Grauiſq;] *Grauis, nūc moleſta & odioſa.* Quæ ſe cōmendat] *Ideo ipſa odioſa eſt, quia cōmendari ſe putat.* Tonſa cute] *Bene nō coma tonſa, ſed cute, ut de capillis nihil uideatur remanere, niſi quod cutis eſt.* Dentib. atris] *Sordidis, ſcilicet, ab incultu.* Dū uolt libertas uera dici] *Facetè, uult, dixit, quia nō ſi ſficit, quod cupit. Tonſa cute, dentib. atris. χαρακτηριστὸν hominis triſtis & amari.* Virtus eſt medium uitiorum, & utrinq; reductum] *Virtus, inquit, inter cōtraria uitia debet in medio ſita eſſe, ut ab utroq; crimine tantundē remota ſit.* Alter in obſequium plus æquo pronus] *Deſcriptio aſſentatoris.* Et imi Deriſor lecti] *Semper deriſor accubitoris amici. Ridere aūt dicitur, qui et obſequiū laudat, contra quem ſentit. Sic alibi, Deriſor plus laudatore mouetur. Ego melius intelligo ab his, qui putāt μετωνυμικῶς dictū,*

uni

Quid de quoq; uiro, & cui dicas ſæpe uideto.
Percontatorem fugito. nam garrulus idẽ eſt:
Nec retinent patulæ cõmiſſa fideliter aures,
E T ſemel emiſſum uolat irreuocabile V E R B V M.
N O N ancilla tuum iecur ulceret ulla, puerue,
Intra marmoreum uenerandi limen amici:
Ne dominus pueri pulchri, charæ ue puellæ
Munere te paruo beet, aut incommodus angat.
Qualem commendes, etiam, atq; aſpice: ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur, & quondã non dignum tradimus. ergo
Quem ſua culpa premet, deceptus omitte tueri:
Vt penitus notum, ſi tentent crimina, ſerues,
Tuteris'q; tuo fidentem præſidio: qui
D E N T E Theonino cũm circumroditur, ecquid,
Ad te poſt paulò uentura pericula, ſentis?
N A M tua res agitur, paries cum proximus ardet,
Et neglecta ſolent incendia ſumere uires.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici:
Expertus metuit. tu, dum tua nauis in alto eſt,
Hoc age, ne mutata retrorſum te ferat aura.
O D E R V N T hilarem triſtes, triſtemq́ue iocoſi,
Sedatum celeres, agilem, gnauumq; remiſſi.
P O T O R E S bibuli media de nocte Falerni
Oderunt porrecta negantem pocula: quamuis
Nocturnos iures te formidare uapores.
Deme ſupercilio nubem. plerunque modeſtus
Occupat obſcuri ſpeciem, taciturnus acerbi.
Inter cuncta leges, & percontabere doctos:
Qua ratione queas traducere leniter æuum:
Ne te ſemper inops agitet, uexet'q; Cupido:
Ne pauor, & rerum mediocriter utiliũ ſpes.
Virtutem doctrina paret, natura'ne donet:
Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum:
Quid pure tranquillet, honos, an dulce lucellum,
An ſecretum iter, & fallentis ſemita uitæ.
Me quoties reficit gelidus Digentia riuus,
Quem Mandela bibit, rugoſus frigore pagus,
Quid ſentire putas? quid credis amicè precari?
S I T M I H I, quod nunc eſt, etiam minus: ut mihi uiuam
Quod ſupereſt æui, ſi quid ſupereſſe uolunt Dij.
Sit bona librorum, & prouiſæ frugis in annum
Copia neu fluitem dubiæ ſpe pẽdulus horæ.
S E D ſatis eſt orare Iouem, qui donat, & aufert:
D E T V I T A M, det opes: æquũ mi animũ, ipſe parabo.

imi lecti deriſorem, pro eorum deriſorem, qui in imo lecto accumbunt, in dominorum conuiuijs. Nam in ſummo, & in medio amici, in imo uerò ipſe diſcumbit. Sic iterat uoces] *Hic χαρακτηρισμὸς adulatorum eſt, iterat uoces & uerba, hoc eſt, omne quod leue dictum eſt, repetit, & omnia uerba colligit, ne ſine laude ſint dicta, ac per hoc dicit eadem quæ ille dixerit, & nullum uerbum admuttatur, quamuis interdum eiuſmodi, ut dicatur quod exciderit, ore potiùs, quam ſit meditatè, ſapienter'q; prolatum.* Vt puerum ſæuo credas dictato magiſtro Reddere] *Mimum & facetum exemplum.* Vel partes mimum tractare ſecundas] *Rectè etiam hoc, ſecundarum enim partium actores omnia ſubmiſſè agunt. Sic in actoribus gratis fieri uidemus: ſæpè illum, qui eſt ſecundarum ac tertiarum partium ſubmiſſe agere.*

Alter rixatur] *Deſcriptio triſtis & duri.* De lana ſæpe caprina] *De uillo, ut quidam dicunt, caprorum. Pilos non ſetam dicens eſſe, ſed lanam.* Ordo eſt: Pugnat] *Id eſt, nugis certat.* Scilicet ut non ſit mihi prima fides] *Mimeſis, id eſt, imitatio doloris.*

Et uerè quod placet] *Nam omni libertate defendam. Non deferam alteram uitam. Deſignat non tanti facere immortalitatem, ut quod ſenſerit, non defendat.* Elatrem] *Omni rabie uociferẽm, ac defendam.* Precium] *Commutatio, pro acri libertate ſcilicet.* Aetas] *Altera inſtauratio uitæ, ut Virbio contigit.* Sordet] *Vilis eſt. Et ſenſus eſt: Vt ego alicui aſſentiam precio, mihi ſi altera ætas attribuatur, negligam ac ſordidam ducam.* Ambigitur] *ἀνθυποφορὰ reſpondet ad hæc, quæ à triſti & amaro dicta ſunt. Quid enim agitur, inquit, quare tu inſanias uel facias inimicum?* Caſtor ſciat an Docilis plus] *Hoc ſic pronunciandum eſt, ut intelligatur leue ac negligendum. Caſtor autem & Docilis hiſtriones tunc temporis, ut alij, gladiatores fuerunt.* Brundusium Numici melius uia ducat, an Appi] *Brundusium peruenire & Numicia, & Appia uia poteſt, qui uoluerit.* Quẽ damnoſa Venus] *Luxurioſum ſignificat.* Diues amicus ſæpe decem uitijs inſtructior] *Hoc dicit uitioſum amicum, quamuis ſit uitioſior diues, tamen ſe haberi non patiatur. Credit enim uitia ſua ob diuitias debere tolerari, uitia uerò pauperis ſuſtineri non poſſe, cum inferior facultatibus, uirtutes debeat compenſare cum fortuna.* Decem uitijs inſtructior] *Hoc eſt, decẽ uitijs auctior ad peccandum, quàm amicus minor.* Ac ueluti pia mater] *Mirè ſuperbiã diuitis mitigauit, exemplo dum inquit, Potior amicus te uult eſſe filium, hoc eſt, inferiorem à ſe & magis ſapientem.* Et ait propè uera] *Bene quod ſtultè diues de ſe cogitat, ait: tamen nihil de paupere uerum eſſe demonſtrat. Simul per Mimeſim loquentem diuitem facit.* Stultitiam patiuntur opes] *Opibus, inquit, compenſo ſtultitias, cũ ſtultus ſum. Simile illud eſt Salluſtij: Quia ſecundæ res mirè ſunt uitijs obtentui.* Arcta decet ſanum comitem toga] *Toga, quæ bis ulnarum non ſit, ut in Epodis dixit. Pro opibus enim ueteres magnas, uel paruas habuerunt togas. Cic. Velis amictos, non togis.* Eutrapelus] *Vt hic apparet, corrumpendorum hominũ adeò callidus fuit, ut ſciret cum habitu, & ſtultis animum quoq; mutare.* Cuicunq; nocere uolebat] *Quemcunq; corrũpere uoluiſſet.* Beatus enim] *Iam beatus, non uerè, ſed qui ſibi beatus uidetur.* Cum pulchris tunicis ſumet noua conſilia] *Id eſt, ex pulchris rebus ſumet noua conſilia, et nouas ſpes. Turbabitur, ſcilicet, & ex habitu mores ducet, fiet delicatus.* Dormiet in lucem] *Hoc eſt, non euigilabit, nec elucubrabit.* Scorto poſtponet honeſtum officium] *Carius illi erit ſcortum & dulcius, honeſtate.* Nummos alienos paſcet] *Fœnerabitur, & faciet æs alienum uſuris creſcere.* Ad imum] *Ad poſtremum.* Thrax erit] *Auctorabitur ſe in ludum, ut gladiator ſit.* Aut holitoris aget mercede caballũ] *Satyricè inuenit ſordidiſſima futuro mercenario poſt beatum inceſſum, cultumq; lætantem, & uerum tale eſt, qui fit propter ſpeculum.* Arcanum neque tu ſcrutaberis] *Bene. Mox enim dicit eiuſdẽ eſſe prodere commiſſa & arcana perquirere ac ſcire uelle.* Et uino tortus & ira] *Quia uinum et ira tormenta ſunt, quibus multi inuiti ſecreta fuderunt.*

Nec tua laudabis ſtudia aut aliena reprendes] *Vitium obtrectationis eſt.* Nec cum uenari uolet ille, poëmata panges] *Odioſum enim facit importunitas uoluntati aduerſantis ſtudiorum.*

Gratia ſic fratrum] *Dum alter alterum ſequitur ſtudium. Quod ſi fratrum geminorum gratia ſic diſſoluitur, quid futurum eſt affectatorum?* Donec ſuſpecta ſeuero Conticuit lyra] *Zethum dicit ſeuerum, in cuius gratiam Amphion lyræ ſtudium proiecit.*

Tu cede potentis amici lenibus imperijs] *Tantò magis etiam conuenit potiori amico conſentire. at uelle lenibus imperijs parere, quod* ... *Græci uocant, qui, cùm poteſt imperare, blanditur.* Aetolis onerata plagis] *Quotiens, inquit, parauerit ire uenatum Aetolis plagis. Meleager Calydonium aprum nobilis uenator excepit. Inde ergo epitheton fecit Horatius, ut Aetolis retibus, ad apros factis, intelligamus.* Surge & inhumanæ ſenium depone Camœnæ] *Inhumanæ Camœnæ non eſt perpetuum epitheton, ſed inhumanæ ad eum aſpicit, qui eam lędit.*

Pulmenta laboribus empta] *Suauiter ſignificat cibos ex præda eſſe natos.* Romanis ſolenne] *Ab honeſto uult perſuadere laborem uenaticum non detrectandum.* Vitæq; & membris] *Hoc ab utili ſumptum eſt.* Scis quo clamore coronæ] *Id eſt, cum ſuffragio multitudinis ſpectaturæ in campo Martio exerceri ſoleat, quod argumentum à minori ad maius dicitur. Nam ſi hoc facis ludi cauſa tantum, quantò magis facies propter amicitias, & utilitatem tuam?* Denique ſæuam Militiam puer. & Cantabrica bella tuliſti] *Occaſio laudis inijcienda, & ipſius ad quem ſcribit, & Cæſaris Auguſti.* Sub duce, qui templis Parthorum ſigna refigit] *Qui ſub Cæſare inquit Auguſto, olim in Cantabria militaſti, qui nũc à Parthis ſigna Romana, quondam capta cum Craſſo, recepit.* Adiudicat] *Adiungit.* Ac ne te retrahas & inexcuſabilis abſtes] *Senſus hic eſt: Noli, inquit, te retrahere ac denegare ludenti amico. Non enim excuſare potes, quod ipſe nunquam luſeris, præſertim cùm in uilla tua cum tuis ſæpe nugeris ac ludas.*

Quamuis nil extra numerum feciſſe modumq;] *Quamuis, inquit, ſapiens ſis, & omnem curam tuam ad numerum hominũ, modumq; redigas, hoc eſt, ad rationem, ad ſapientiam: interdum te tamen iocis, ludoq; delectas. Sic alibi ait. Dulce deſipere in loco.*

Partitur lintres exercitus, Actia pugna] *Ait: Imaginem pugnæ Actiacæ, quæ fuit inter Auguſtum & Antonium, tu Cæſari facis.* Hoſtilem te referetur] *Agitur tranſlatio fabulæ, quæ cum agitur denuò referri dicitur. Terent.*

„ *Hecyram ad uos refero, quam mihi agere nunquã licitum eſt.*

Lacus, Adria] *Tamdiu nomina ſimulata ſeruantur, donec alteruter uincat.* Conſentire ſuis ſtudijs] *Ille, non ſolùm ſtudiũ laudauit, ſed etiam laudat.* Vtroq; pollice] *Vtraq; manu. Tropus* ... *, à parte totum. An qui uehementiùs laudat manus iungens, iungit pollicem cum proximo?* Protinus ut moneam] *Modo ſubſtantiuum ſignificat, & eſt.* Quid de quoq; uiro] *Tria dixit, quid dicas, de quo dicas, cui dicas.* Percontatorem fugito] *Vere ſentẽtia eſt. Eadem enim libidine prodit & audit: & quæ audire deſiderat, perſcrutatur.* Patulæ] *Paratæ ad audiendum.* Et ſemel emiſſum] *Terribiliter pronunciandum eſt.* Non ancilla] *Non ames, inquit, ſeruum, aut ancillam diuitis.* Ne dominus] *Dominus, id eſt, diues.* Incommodus angat] *Ne, inquit, angat, ſi munere accepto lœteris, aut non accepto contriſteris, cùm omne munus, ſapienti res parua ſit. Alij putant hoc dici: Ne ſentiens inſanè appetentẽ puerum uel puellã, dominus pueri, puellæ ue beare te uideatur, ergo obnoxiũ faciat paruo munere, id eſt, mancipio donato: aut incommodus, id eſt, difficilis ſit erga te amatorem. Alludit ad Virgilium, cui Alexandrum puerum Pollio dominus dono dedit.* Qualem commendes] *Monet ne quem incognitum potiori amico temerè commendet, huius enim periculo peccaturum, ſi peccet.* Ne mox incutiant aliena tibi peccata pudorem] *Ne alio, inquit, peccante tu erubeſcas, qui eum commendaris diuiti.* Fallimur & quondam] *Non timet Horatius ne ſub hoc præcepto ipſe maleuolus uideatur, qui dicat non temerè quenquam diuitibus conciliare oportere, & ideò addit,* Fallimur tamen, & interdum indignum pro digno tradimus, Qui igitur fiet, ſi peccauerit, & in offenſionem uenerit ſua culpa? Vt penitus notum ſi tentent crimina] *Ne tu, inquit, incaſſum effundas defenſionem, protege, qui ut ſæpe fit, maledicorum criminatione cùm læditur, tu quoq; labefactaris laudator, commendatorq; eius.* Qui dente Theonino cùm circumroditur] *Hoc eſt, qui cùm mordetur ab inuidis obtrectatoribus, ſuccurrendum tibi eſt, ne tu quoq; lœdaris. Theon autem quidam illo tempore rabioſæ dicacitatis fuit.* Ecquid, Ad te paulò poſt uentura pericula, ſentis?] *Ordo eſt: Ecquid ſentis.* Nam tua res agitur] *Sententia per allegoriam demonſtrans uicinorum periculum noſtrum eſſe.* Dulcis inexpertis cultura] *Dulcem eſſe dicit amicitiã diuitis ei, qui non ſit expertus, cæterùm re ipſa plenam eſſe timoris ac moleſtiæ.* Dum tua nauis in alto eſt] *Cùm proſperum curſum amicitiæ tenes, & eſt tropus* ἀλληγορία. Retrorſum te ferat aura] *Ne ob aliquam offenſionem merearis excludi. Aura autem tenuis ac leuis culpa.* Oderunt hilarem triſtes] *Hic oſtendit ſimilem ſimili delectari.* Oderunt porrecta negantem pocula] *Hic oſtendit quid ſit, leuis aura, hoc eſt, parua cauſa, cur quis non ametur. Pocula autem negantem nõ amant, etiam ſi tu malam ualetudinem oſtendas, ad excuſationem non bibendi.* Quam uis] *Negantem etiam naturæ cauſantur.* Deme ſupercilio nubem] *Ne te, inquit, triſtem præbeas, aut nimis ſeuerum, nam propter hanc multi odium contraxerunt.* Plerunq; modeſtus] *Deeſt etiam, ut ſit, etiam modeſtus.* Occupat obſcuri ſpeciem] *A ſuperiore pendet, an parcè intelligendum eſt, non eſſe ſatis bonum: an ſic accipimus: Ita te compares, ut qualis es talis exiſtimeris.* Inter cuncta leges] *Et doctrinam eſſe neceſſariam ad commendationem amicitiarum ſignificat.* Qua ratione queas] *Scilicet, quemadmodum poſſis ſuauiter uiuere.* Et rerum mediocriter utilium ſpes] *Rectè dixit: Vtrunq; enim eſt ſtultitiæ, uel pauere ne amittas, uel ſperare cum uoto ingenti res mediocriter utiles.* Virtutem doctrina paret] *Hæ omnes quæſtiones de morali philoſophia ſumuntur.* Quid te tibi reddat amicum] *Id eſt, uirtus quæ facit ſapientem, nihil ſtultè facere, ac per hoc ſeipſum non lædere.*

Quid purè tranquillet] *Verè delectet.* An ſecretum iter, & fallentis ſemita uitæ] *Videtur hoc probare, quod ultimo poſuit, ex quod alibi dixit: Nec dixit male, qui natus, moriens q; fefellit.*

Me quotiens reficit] *Id eſt, quotiens in meo rure ſum.* Digentia riuus] *Fluens per agrum Horatij. Nam Mandela pagus eſt in Sabinis, nimis cõtrahens atq; algidus frigore, & rugoſa faciens hominum corpora.* Bibit rugoſus frigore pagus] *Tropus* ..., *hoc eſt, pagani bibunt, & ſic eſt, de quo ait etiam: Fons riuo dare nomen idoneus.* Quid ſentire putas?] *Deeſt, niſi hoc, etiam minus. Paratus ſum, inquit, etiam minus habere, quàm habeo, dummodo uiuam, quemadmodum uolo.* Sit bona librorum] *Librorum copiam prius, quàm frugis prouiſionem eſt precatus.*

Neu fluitem dubiæ ſpe pendulus horæ] *Ne alieni conuiuij ſpe in incerti uerſer, ac tempus expectem.* Sed ſatis eſt orare] *Hæc à Ioue, inquit, poëta, quæ ipſe mihi præſtare non poſſum: Cæterùm ut æquum animum geram, in mea magis eſt poteſtate, quàm Iouis.*

CHRIST. LAND. } Si bene te noui] *Eſt in uita humana uirtus quædam iuſticiæ particula, quam integritatem uocamus, quæ & amicos nobis uehementer conciliat, et conciliatos conſeruat. Huic autem inſunt fides, ueriloquium, & ſimplicitas. Fides eſt integritas qua dictorum, conuentorumq; cõmuniter uel ſpecialiter conſtitutorum intemerata ueritas cuſtoditur. Veriloquium eſt integritas ſine fallaciæ animo, ut ſeſe res habet pronũcians. Simplicitas eſt integritas nulla in re aliter, quàm corde conceperit ſimulans intentione nocendi. Qui igitur uirtutes has poſſident liberaliter animi facilè utuntur, maximoperè autem cauent ab adulationibus. Quod qui faciunt ueri amici ſunt. Peſſima enim pernities hominum eſt adulatio, nam illa tumidi, uaniq; reddimur, & eas quæ in nobis minimè ſunt uirtutes arrogamus. Verùm cum ueriloquium mediocritas aſſit ut hoc extremum habet adulationis, ſic habet & alterum huic contrarium, quàm aſperitatem, mordacitatemq; uere appellabo, cùm amicum aſperiùs, apertiuſq; quàm deceat carpimus, neq; modeſtiam ſeruamus, neq; hominum locorum temporum ue rationem habemus. Quapropter in hac epiſtola Lollium, qui ab adulatione in eius contrarium diſceſſerat ad mediocritatem reducere conatur.* Scurrantis] *Adulatoris.* Profeſſus amicum] *Cùm profitearis te amicum eſſe ut matrona erit.* Diſpar] *Moribus, &* Diſcolor] *Quia etiam aſpectu non conuenit, ſic amicus diſtabit infido ſcurræ.* Infido] *Ergo non amicus eſt, nam amicitia ſine fide nulla eſt.* Aſperitas agreſtis] *Procul ab omnibus ciuilibus moribus.* Et inconcinna] *Minimè conuenicns. Concinnare*

cinnare dicebant ueteres aptè componere, ut placet Feſto. Tonſa cute] *Nulla coma ornatus, ut appareat ſeuerus.* Atris] *Vt cultum corporis neglexiſſe uideatur.* Libertas mera]*Nam in illa aſperitate, quæ exceſſus eſt uult uideri libertas, quæ mediocritas eſt.* Reductum]*Remotum.* Vtrinque]*Ab utroq; extremo, ſcilicet ab exceſſu & à defectu.* Alter]*Qui adulator eſt.* Imi lecti]*Id eſt, domini conuiuij. Ille enim in una lecti parte diſcumbit.* Horret]*Et propterea obſeruat.* Iterat]*Quia eadem facit.* Verba cadentia tollit]*Nam etiam inconſiderata dicta laudat, quæ cadunt ex ore illius, nam quæ impræmeditata dicimus, ea cecidiſſe uidentur. Virgil.*

» *Patrioq; nefas tantum excidit ore.*

Dictata ſæuo magiſtro]*Nam ea pueri integra referre conantur.* Tractare ſecundas]*Nam ut aiunt earum partium actores omnia ſubmiſſè agunt, uel exprimit mimum addiſcentem, qui cùm præceptorem mimum audierit, conatur etiam in minimis illum imitari.*

Alter]*Aſper & agreſtis reprehenſor.* Rixatur]*Pugnat, contendit.* De lana caprina]*De nihilo, nam caprarum non lanæ, ſed ſetæ ſunt, & tamen illi lanas eſſe contendunt.* Pretium ætas altera ſordet]*Id eſt, ſi detur precium altera, id eſt, ſecunda uita, non deſinam.* Ambigitur quid enim]*Quaſi dicat, de nugatorijs, & nihil ad nos pertinentibus.* Caſtor & Docilis]*Nomina ſunt gladiatorum.* Gloria quem ſupra uires]*Id eſt, quis ille eſt, qui gloria, & uanitate ductus maiorem ſumptum in ueſtibus & unguentis facit, quàm ſuæ facultatem patiantur.* Sæpe decem uitijs inſtructior]*Sæpe diues, qui uitioſior eſt carpit minus uitioſum, & odit, uel ſi non odit, uult eſſe cenſor, & reprehenſor, tanquam ſi illi pia mater ſit, & ait ſe eſſe ſapientiorem.* Ait propè uera]*Non omninò uera, quia ſi uerum quæramus, nihilo ſtultior debet eſſe diues, quàm pauper, ſed propè uera dixit, quia ſic putat uulgus.* Arcta toga]*Vilior ueſtis.* Decet]*Quaſi dicat, requirit, nam oportet prudentem eſſe pauperem.*

Eutrapelus]*Non proprium hominis. Cæterùm Eutrapeles dicunt Græci quorum animæ uerſatiles ſunt, & facilè ſe ad omnia uertunt. Eſt autem hæc cenſoria oratio ditioris pauperiorem monentis.* Noua conſilia]*Quia mutata fortuna mutabit conſilium & ſpem, quia audebit & ſperabit maiora.* Paſcet nummos alienos]*Quia ad fœnus accipiet & augebit.* Ad imum]*Poſtremò.* Thrax erit]*Efficietur gladiator urgente fame. Thrax enim nomen proprium gladiatoris erat.* Aget caballum olitoris]*Nam diurnam operam ſuam locabit olitori, ut illius equum oleribus uenalibus onuſtum circumducat.* Gratia ſic fratrum]*Iupiter & Antiope Amphionē, Zetumq; geminos ſuſtulit, quamuis Homerus tertium addat Calaim. Amphio autem muſica, Zetus uerò uenationibus delectabatur, penéq; iam ad diſcordiam uenerant propter diuerſitatem ſtudiorum: ſed Amphion rem ſuſpicatus relicta muſica ſe uenationibus ne fratrem alienaret, tradidit.*

Aetholijs]*Nobilibus & quales habuerunt in uenatione apri Calidonij: nam Calidon Aetholiæ urbs eſt.* Senium]*Id eſt, eam triſtitiam, quæ circa ſenium eſſe ſolet.* Inhumanæ]*Non humanè, ſed cuius grauitas inhumana uidetur.* Romanis olim]*Nam priſci Romani qui uiri erant, uenationibus exercebantur.* Vtile famæ]*Nam inde apparent ſigna fortitudinis.* Vitæ & membris]*Id eſt, uitæ membrorum, hoc eſt, corporis. nam exercitatio conſeruat ualetudinem, nam ſi ſomnus quies, & frigus gignūt noxiam pituitam, quæ multorum morborum cauſa eſt, exercitatio, quæ amouet ſomnum, & quietem, & ex motu gignit calorem morbos pellet, & ualetudinem conſeruabit, præſertim robuſtis, qui tollerare labores queunt.* Prælia campeſtria]*Armorum ludicra appellat, quæ in campo Martio exercebant.* Coronæ]*Spectantium in campo Martio.* Militiam puer]*Magna auxeſis, nam ſi in ætate tenera pueritiæ potuit perferre militiam rem periculoſam, non'ne poterit in robuſtiore ætate ferre uenationem rem multò minus periculoſam.* Signa refixit]*Sub Octauiano & Cantabri in Hiſpania, & in orientali plaga Parthi uicti ſunt, ſed à diuerſis ducibus, ſed hic ſub duce Auguſto intelligit, nam ipſe Ventidium Baſſum miſit, qui de Parthis triumphauit.* Retrahas]*Quaſi dicat, recedas ab inſtituto genere uiuendi.*

Numerum]*Pro condecentia & proportione poſuit, quod exprimit cùm addit modum.* Nugaris]*In hoc loco ludis ſignificat, quia cum fratre cies ſimulacra maritimi belli, quale apud Actium promontorium geſtum eſt ab Octauiano contra M. Antonium.* Rure paterno]*Quod iuxta mare eſt.*

Exercitus]*Ex tuis ſeruis factus.* Pariter]*Pari numero.* Lintres]*Nauigia propriè tamen fluuiales nauiculæ ſunt.* Refertur]*Exprimitur, agitur. Iuuenal.*

» *Et multum referens de Mecœnate ſupino.*

Aduerſarius]*Loco aduerſarij ducis.* Adria]*Mare Adriaticum.* Alterutrum]*Alterum ex duobus, ſcilicet aut te, aut fratrem.* Fronde]*Laurea corona.* Vtroque pollice]*Vtraque manu, prouerbium eſt, uel quia obſtupentes aliquid pollices iungimus.* Protinus]*Deinceps & quaſi ſuo ordine.* Si monitoris]*Quaſi dicat, quamuis non egeas monitoris.* Quid de]*Nam uidendum eſſe ne paſſim de quocunque loquaris. Multis enim parcendum eſt, neque etiam cum de aliquo dicas, omnibus eſt dicendum.* Percontatorem]*Nam qui multa percunctatur pauca reticet.* Garrulus]*Qui multa & ſine penſo loquitur.*

Non ancilla]*Neq; ſerua, neq; ſeruus amici amandus eſt, nam ſi eorum tibi copiam faciet paruo munere illi eris multum obnoxius. Si autem non faciet, nimis te anxium reddet.*

Deceptus]*Quia credidiſti bonum. Ergo cùm non eſt, ne perſeueres in laudando contra uerò ſerua, & defende eum, quem penitus bonum noſti ſi mordetur. Quia ſi innocens mordetur, neque defendatur, ſerpit latiùs ea calumnia ad reliquos.* Nam tua]*Ergo ut res tua agitur ſi ſuccurratur incendio uicino, quòd mox ſit ad te tranſiturum, ſic & tuam rem agis cum innocentis calumniam propulſas, quæ paulò pòſt ad te prouenire poſſet.* Theonino]*Mordaci & calumnioſo. Theon enim ea tempeſtate mordaciſſimus calumniator fuit.* Dulcis]*Qui non ſunt experti ſuauem rem putant amicitiam magnorum uirorum. Qui autem ſunt experti metuunt, nam quamuis honor inde, & utilitas proueniat, tamē multa ſubeunda ſunt incommoda in ea obſeruanda, multa prouenit inuidia, quæ ſummopere nocere poteſt.* Cultor]*Amicicia eius uiri, quem colimus & obſeruamus.* Dum tua nauis in alto eſt, tu]*Tibi res in amicitia ſecundæ ſunt.* Hæc age]*Id eſt, ſerua hæc præcepta, quæ ad amicitiam ſeruandam ualent.*

Ne mutata retrorſum ferat aura]*Manet in tranſlatione, & eſt ſententia, ne amicitiam amittas.* Oderunt]*Optimum eſt præceptum in amicitijs conſeruandis, ut non ex adulatione, ſed ex morum facilitate conuertamus ingenium noſtrum ad amici ingenium, & quales eſſe cupiunt, tales nos præſtemus. Si igitur ſeueriore uita ſint, & nos eandem triſtitiam, id eſt, ſeueritatem præferamus, ſi iocoſi iocos.* Sedatum]*Quietum.*

Tepores]*Quaſi dicat, febrem.* Deme nubem ſupercilio]*Id eſt, auſteritatem & triſtitiam, quæ maximè oſtenditur in contractione ſuperciliorum.* Modeſtus occupat ſpeciem obſcuri]*Id eſt, hominis cuius mens non facilè deprahendatur.*

Inter cuncta]*Doctrinam dicit eſſe neceſſariam ad commendationem amicitiarum.* Lege]*Vt diſcas à mortuis.* Percontabere]*Scilicet metuentes. uel ut quæ legendo non intelligis ea tibi doctiores interpretentur.* Inops cupido]*Nam cupido eſt earum rerum quæ abſunt.* Pauor]*Quæ eſt de imminenti malo.*

Spes]*Libido quæ eſt de futuro bono.* Mediocriter utilium]*Vt ſunt non neceſſariæ diuitiæ.* Amicum te tibi]*Quæ reddit te liberum à curis.* Quid purè]*Id eſt, quid uere te tranquillum reddat, id eſt, quid ſit ſummum bonum, an honores, an diuitiæ, an ipſa philoſophandi uia, quæ ſecreta à uulgo eſt, & fallit illa ignorantes, quia non poſſunt adduci, ut in ea ſummum bonum putent.* Digentia]*De quo flumine in odis dictum eſt, fluit iuxta pagum Mandelam.*

Quid ſentire]*Id eſt, quàm putas me opinionem habere, & quid putas me à dijs præcari? nempe ut ſeruent quod mihi adeſt.* Viuam mihi]*Illi enim ſibi uiuunt, qui nullis curis diſtrahuntur, & quicquid euenerit eo bene utuntur, & in bonam partem accipiunt.* Si quid ſupereſſe]*Quaſi dicat, neque ſim anxius de uita.* Sit bona librorum]*Modeſtè petit.*

Sed ſatis eſt orare] *Ex priſca philoſophia hoc eſt, nam Chriſtiani uolunt nihil poſſe nos ſine diuina gratia. Sed illam accedere quotienſcunque eam imploramus.*

ERAS. ROT. } *Theonino dente rodi dicuntur, qui conuitijs lacerantur. Sumptum à Theone poëta quodam rabioſæ loquacitatis, petulantiſſimæq́ maledicentiæ.* Alter rixator] *Loquitur poëta de moroſis in amicitia, qui quantumlibet friuola de cauſa litem cum amico ſuſcipiunt.* Nam tua res] *Et hodiernis temporibus indocto uulgo paſſim in ore eſt. Tum nobis eſſe cauendum, cùm uicini domus ardet. Admonet prouerb. ut ex alterius malo ſumamus exemplum, alienoq́ periculo diſcamus noſtris reb. conſulere.* Dulcis inexpertis] *Hic uides Eraſmi prouerbia: Mus piſcem geſtans. & Dulce bellum inexperto.*

LVD. COEL. } Minorum tractare ſecundas] *Perſona primarum partium intelligitur, quæ ſæpius actu ingreditur, cùm habeat Comœdia quinque actus. Secundarum uerò, quæ minus, minusq́ procedit. Qua in parte (Porphyrion inquit) ſecundarum partium actores omnia ſubmiſſè agunt. Hæc libro quinto, capite 8.*

ANG. POLIT. } *Horatius in primo epiſtolarum libro. Conſentire ſuis ſtudijs, qui crediderit te.* Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum] *Vtroq inquit, pollice Porphyrion, hoc eſt, utraq manu, ut ſit tropos ſynecdoche, à parte totum: Sed ne quem forrem ueteris ſcriptoris autoritas infatuet, ei quoq aurem leuiter peruellemus: Scriptum eſt igitur apud Plinium lib. Naturalis hiſtoriæ octauo & uigeſimo, in hæc uerba: Pollices cùm fauemus, premere etiam prouerbio iubemur. Ex quo Iuuenalis peritiſsime illud:*

» *Et uerſo pollice uulgi:*
» *Quemlibet occidunt populariter.*
» *Ceu ſi uerſo pollice tollatur fauor.*

Denique etiam Prudentius in Heroico aduerſus Symmachum, ita contra Veſtales, quæ muneri gladiatorio intererant declarauit.

» *Et quoties uictor ferrum iugulo inſerit illa.*
» *Delicias (ait) eſſe ſuas, pectusq́ iacentis*
» *Virgo modeſtia iubet conuerſo pollice rumpi.*

Nam ut fauere qui pollicem premerent, ita puto qui uerterent denegare gladiatoribus fauorem credebantur.

IOAN. HART. } Conſentire] *Angelum Pol. cap. 42. Miſcel. uide:* Volat irreuocabile uerbum] *Homerus ſubinde uerba* πτερόεντα, *id eſt, alata dicit. Quorſum alludere poëta uidetur.*

HENR. GLAR. } Brundusium Numici melius uia ducat an Appi] *Contentionis de lana caprina duo uidentur exempla à poëta poſita. Alterum de gladiatorum præſtantia, alterum de meliore itinere uel Numicia, uel Appia uia. Strabo libro 5. tres numerat uias Appiam, Latinam, ac Valeriam, quarum Valeria in Marſos ducit. Relinquitur igitur ut per Numiciam uiam intelligamus Latinam, etiamſi non liqueat cur ita dicatur. Nam à Numico ſiue Numicio fluuio, ubi ſyllaba longa eſt, quæ hîc corripitur præter conſuetudinem & huius, & aliorum poëtarum. Quanquam exempla poëtæ eiuſmodi ſunt, ut facilè etiã circa ipſa Grãmaticis de lana caprina contentio incidere poſſit, quale eſt de Docilis & Numico. altero proprium'ne ſit an adiectiuum: altero, corruptum'ne an licentia uſurpatum.*

THEOD. PVLM. } 5 —Vitium propè maius] *H.G.E.B.C.V.* —Vitium & propè maius, *ex ueteribus libris legit Lambinus.* 8 Mera dici] Dici mera, *H.G.E.B.C.V.K.* 15 Alter rixatur de lana ſæpe caprina:
Propugnat nugis armatus: *G.E.B.C.V.*
Propugnat nugis armatus: *H.*
Alter rixator de lana ſæpe caprina,
Propugnat nugis armatus: *Mureti editio.*

20 Minuci] *H.G.E.B.C.V. & Turneb. lib. 1. cap. 20.* Numici, *Aldina editio. Vide Georg. Fabricij, uiri eruditiſsimi, Caſtigationes.* 22 Vngit] Vnguit, *H.B.E.*

28 —Mea, contendere noli, *H.G.E.B.C.V.*
—Mecum contendere noli, *editio Florentina ex recognitione Benedicti Philologi.* mihi contendere noli, *ex ueteribus libris legit Lambinus,* 32 Eutrapelus cuicunque nocere uolebat] *Vide Franc. Luiſini Parergon lib. 2. cap. 6.*

35 Alienos paſcet] *H.G.E.B.C.V.* Non paſcet.
36 Thrax] Threx, *Lambini quidam libri.*
56 —Reſiſtit, Et nunc. ſi —Reſiſtit Nunc & ſi *H.C.*
—Reſiſtit Nunc, & ſi, *G.E.* —Reſiſtit, Nunc & ſi, *B.V.*
74 Pulcri, caro'ne] Cari pulcrus, *K.*
84 Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet.
Frequens huius uerſus fuit uſus, & apud Latinos, & apud Græcos ſcriptores. Vide Pet. Victorij Var. lect. lib. 16. cap. 13.
87 Metuit] Metuet, *C.V.K.* 93 Vapores] Tepores, *H.G.E.B.C.V.* 94 Deme ſupercilio nubem] *Aufer è uultu triſtitiam, exporrige frontem. Vide Pet. Victorij Variarum lect. lib. 16. cap. 14.* 97 Traducere] Tranſducere, *Lambini nonnulli libri manuſcripti.* 98 Ne te ſemper] Num te ſemper, *H.G.E.V.K.* Non te ſemper, *B.C.* 99 Ne pauor] Num pauor, *H.G.E.V.K.* Non pauor, *B.C.* 107 Verum] Et mihi, *V.* 110 Nec ſiutem] Ne ſi utem, *Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 4. cap. 12.* 112 Sed ſatis] Hæc ſatis, *Lambini quidam libri ueteres.*

GEORG. FABR. } *Laudat mediocritatem, quæ cauſa materialis eſt uirtutis, quæ ab Ariſtotele in Ethicis libro 2. ſic definitur:* ἀρετή ἐστι … ἐν μεσότητι οὖσα, *cuius hoc loco ponit exemplum amicitiam, quæ eſt* μεσότης. *Eius* … *nominat blanditias, ſeu aſſentationem:* … *aſperitatem ſeu moroſitatem: quorum utrumq fugiendum eſt in conſtituenda amicitia. Argumentũ igitur eſt huius epiſtolæ, illud Pythagoreum,* … ἄγειν. *Huc pertinet illud noſtri.*

» *Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq fines*
» *Quos ultra citraq́ nequit conſiſtere rectum,*

Satyra 1. ad Mecœnatem. Huc accedit doctrina ſapiens & utilis, quomodo ſit utendum amicis potentibus, ut etiam pauper, & humilis poſſit eſſe in honore, ſine aliorum diſpendio, & ſuo quodam emolumento, cum honeſtate & laude. Brundusium Numici melius uia ducat an Appi] *Prius explicanda ſententia eſt, tum de uia Numicia dicendum. Amicum aſperum & moroſum paulò antea dixit, rixari de lana caprina, & pugnare de nugis nunc quæ les nugæ ſint, oſtendit: uter gladiatorum peritior ſit Caſtor an Docilis? cùm ambo ſint obſcuriſsimi. Vtra uia ducat Brundusium, Numicia an Appia? cùm utraque ſit eadem, nam Numicia in Appiam incidit, & Appiam aliqua parte, Numicius inſtaurauit. Ad eundem enim ſcribens poëta ſupra, epiſtola ſexta, uiæ Appiæ meminit, nec fruſtrà. Lambinus de lectione dubitat, in qua ego nihil muto: tum Minuciam uiam, & Ciminiam eandem ſuſpicatur. Sed uia Cimina de Flaminia deduxit, extra portam Flumentanam: Numicia in Appiam (ut dixi) incidit, extra Capenam: illa ad Septentriones ſpectat, hæc ad meridiem: & altera in Hetruriam, altera in Campaniam tendit. Scribo etiam Cimina, non Ciminia ex antiquo marmore, & ex illo Virgiliano, lib. 7.*

» *Et Cimini cum monte lacum.*

Aqua Ciminæ ex eodem lacu Romam deductæ, Victor mentionem facit. Sunt autem uiæ diuerſæ Numicia & Cimina, & quaſi è regione inter ſe oppoſitæ. Mea, contendere noli, Stultitiam patiuntur opes] *… quâ ſermo diuitis exprimitur: & … interpoſita, quâ eiuſdem … repetitur. Igitur in lectione nihil mutandum, quam habent omnia, quotquot in manibus ego habui, exemplaria.*

Thrax erit, aut holitoris aget mercede Caballũ] *Thrax (inquit Helenius) gladiator retiarius: Mirmillo, ſecutor. Eruditè profecto & breuiter, ſed explicandus eſt ſermone exactiore. Genus huius certaminis Romæ committebatur, inter Thracem hominem & Gallum, ut olim fuit inter Mitylenæos & Athenienſes commiſſum, Laërtio & Polyæno teſtibus. Thrax dicebatur à ſuo inſtrumento, retiarius: & quod pinnã aduerſarij peteret à Iuuenale, pinnirapus. Auſonius,*

» *Quis Mirmilloni contenderit? æquimanus Thrax.*

Quod

Quod Florus non obſeruans, Spartacum Thracem, *uocabulo Gallico impropriè appellat* Mirmillonem, *& in Liuium Sigonius*, Thracem & retiarium *non rectè, quaſi diuerſos ponit. Eorum in antiquis monumentis, ſecutoris, Mirmillonis.*

Veronæ.	Ibidem.
ADONI SECVTORIS PVG. VIII.	DECORATVS SECVTOR PVG. VIII.

Retiarij Thracis.

Veronæ.

GENEROSO RETIARIO INVICTO PVGNAR.	MVNVS SEPVLCRVM DEDIT DECORATO RETIARIO, QVI PEREMIT CERVLEVM.

Hinc illa prouerbia, contra retiarium uti ferula, apud Martialem: contra Mirmillonem totis uiribus inſurgere, apud Florum.

Quamuis nil extra numerum feciſſe modumq́, Curas interdum nugaris rure paterno] Deeſt, tamen: *pro tamen interdum nugaris κατ' ἀνανταπόδοτον. Igitur membrum antecedens liberum eſt, nec parentheſi includendum.* Potores bibuli media de luce Falerni] *Hæc bona lectio, eſt in manuſcriptis aliquot, modo duplici corrupta*, Potores liquidi media de nocte Falerni, *Legendum. Potores bibuli, uehementiæ cauſa, id eſt, temulentiæ aſſueti. Item* media de luce, *repræhēſionis: ſic altera epiſtola*, Nocturno certare mero, putere diurno. *Nam diem perpotando conſumere, excuſari non potes, & ſemper turpe eſt habitum.*

Nocturnos iures te formidare uapores] *Alij*, tepores, *quod è gloſſa hominis imperiti natum eſt. Vapores nominat morbos ex intemperantia & inſomnia collectos.*

GVID. MORIL. } *Schola omnis eruditorum declamat cuncta fermè ad mediocritatem referenda: quam in odis ſic extollis Horatius: Auream quiſquis mediocritatem. Deligit tutus, caret obſoleti ſordibus tecti: caret inuidenda ſobrius aula. Hinc nimirum ait Heſiodus in libro cui titulus eſt, ἔργα καὶ ἡμέραι, id eſt, opera & dies:*

νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.

Hoc eſt, Ignorant ſtolidum quam toto dimidium plus. Aenigmaticum quidam hæc uerba uidentur habere. Verùm à Platone explicantur libro, tum de legibus tertio, tum de Republ. 4. ubi ſcribit rectiſſimum dictum eſſe ab Heſiodo dimidium plus eſſe, quàm totum, quando uidelicet totum comprehendere noxium eſt, dimidium uerò temperare ſe habet. Hæc primum ab oraculo profecta ſentētia, adeò in prouerbiū abijt, ut à nullo philoſopho, nullo poëta non fuerit celebrata, quin hodie quoq; nemini non eſt in ore, omnibus rebus modum adhibendum. Vnde Pittacus μηδὲν ἄγαν, *hoc eſt, nihil nimis. Cleobolus quoque ait* μέτρον ἄριστον, *Id eſt, optimus modus. Adelphaſium etiam meretrix Plautina ita ſororē alloquitur, in Pœnulo. Modus omnibus in rebus ſoror optimum eſt habitu: dimidia omnis nimium exhibent negocium hominibus ex ſe, Plinius lib. 11. cap. 54. Pernicioſiſſimum eſſe (inquit) in omni uita quid nimium. Tradit Ariſtot. in Problematis quod memoratu dignum eſt. Secundas ualetudines ex elementorum mediocritate, atq; temperie prouenire. Nam ſi elementaris defectus fuerit, uel exceſſus morbos inde gigni oportere aſſerunt Phyſici, quod & Plato comprobat in Timæo. Virtus itaq; in medio, conſtituuntur, uitia uerò à dextra, & ſiniſtra, media uia regia dicitur, quoniam is demum ſe regere nouit, qui uia media perambulat. Vt autem clariùs eluceſcat, quòd diximus exemplum ſubijciamus. Vitium eſt nunquam ridere, nunquam hilarem uultum deponere, & qui huiuſmodi fuerit, ruſticum nominamus: ruſticitas igitur pro uitio deputatur: qui ſemper rideat, ſemperq́ laſciuiat, ſcurram appellabimus: quem utique non laudamus, quia uitium eſt. Quod uerò medium iſtorum eſt aliquando mediocriter ridere amicis, & hoſpitibus lætam faciem exhibere, dignum laude iudicamus, quam rē qui ſciuerit obſeruare comis dicetur, ipſa autem uirtus comitas. Igitur ſic conſtitui potuerint, ut logicos imitentur.*

Dextera.	*Via regia ſeu*	*Siniſtra ſiue*
ſiue exceſſus.	*Medium.*	*Defectus.*
Scurrilitas.	*Comitas.*	*Ruſticitas.*
Audacia.	*Fortitudo.*	*Timiditas.*
Arrogantia.	*Veritas.*	*Diſſimulatio.*
Iracundia.	*Manſuetudo.*	*Iræ uacuitas.*
	Et ſic de alijs.	

IOD. BAD. ASCENS. } Si bene] *Ordo eſt:* O Lolli liberrimè ſi ego bene noui te, tu profeſſus amicum, Metues præbere ſpeciem ſcurrantis] *Id eſt, ſcurriliter agentis.* Vt] *Id eſt, quemadmodum matrona erit diſpar atque diſcolor meretrici, ita ſup. amicus diſtabit ſcurræ* Infido] *Id eſt, à ſcurra infido.* Eſt uitium diuerſum] *Id eſt, diſtinctum.* Huic uitio] *Id eſt, ab hoc uitio ſcurrilitatis.* Propè] *Id eſt, quaſi maius. Videlicet aſperitas agreſtis, & inconcinna.* Quæ pro & grauis] *Id eſt, ſeuera & moleſta.* Quæ commendat] *Id eſt, commendatam facit, ſe cute tonſa, & atris dentibus, dum uult dici mera libertas, & uera uirtus. Virtus autem eſt medium uitiorum.*

Redactum utrinq;] *Id eſt, ab utroque extremorum.* Alter eſt pronus] *Id eſt, inclinatus in officium.* Plus æquo] *Id eſt, plus quam æquum aut iuſtum eſt.* Et deriſor imi lecti] *Id eſt, eorum qui in conuiuijs ſedent in imo lecto, id eſt, ad infimam tabulam.* Sic horret] *Id eſt, cum horrore obſeruat nutum diuitis.* Sic iterat] *Id eſt, repetit uoces.* Sic tollit] *Id eſt, extollit uerba cadentia ut credas puerum reddere dictata.* Sæuo] *Id eſt, rigido magiſtro.* Vel ut credas mimum] *Id eſt, minimas partes agere ſolitum.* Tractare] *Id eſt, attentare ſecundas partes.* Alter rixatur ſæpe de lana caprina] *Id eſt, agit cum amico controuerſiam, & rixam de re friuola. utpote an capræ uillis, an pilis, an lana tegi dicantur.* Et propugnat] *Id eſt, reſiſtit dictis amici.* Armatus nugis] *Id eſt, rebus friuolis.* Dicens] *Sup. ſcilicet quod ironicè, aut cum indignatione.* Loquentis eſt] *Id eſt, ſcire licet.* Altera ætas ſordet precium] *Id eſt, nollem accepiſſe alteram ætatem pro præmio, ut non ſit mihi prima fides.* Et ut non elatrem acriter, quod placeat uerè. Ambigitur] *Id eſt, dubitatur, quid enim hoc eſt, quid dubitatur an Caſtor & plus ſciat.* An Docilis] *Id eſt, uter illorum gladiatorum peritior ſit.* An uia Numici] *Id eſt, quam Numicius ſtrauit, melius ducat Brundiſium.* An uia Appi] *Id eſt, Appij.* Amicus diues odit & horret] *Sup.* Eum quem Venus] *Id eſt, luxuria (nam Venus inteſſera lucroſa eſt) damnoſa nudat.* Et quem alea] *Id eſt, ludus aleæ.* Præceps] *Id eſt, ſubitus.* Nudat quem gloria] *Id eſt, cupido gloriæ ueſtit, & ungit ſupple uires.* Quem ſitis & fames in portuna argenti tenet] *Id eſt, irretit, & quem fuga, & pudor paupertatis tenet. Odit inquam exiſtens.* Sæpe inſtructior decem uitijs, aut ſi non odit regit] *Id eſt, uult eſſe cenſor eius, & uult ipſum ſapere plus, quam ſe ueluti pia mater uult ſup. filium plus ſapere quàm ſe.* Et uult illum eſſe priorem uirtutibus, & ait prope] *Id eſt, quaſi uera, quia parum intereſt quin ita ſit.* Noli contendere mihi] *Id eſt, mecum. Verba enim certamen concernentia regunt Datiuū reſolubilem in Ablatiuum, nec ſtaret uerſus ſi legas* mecum. Opes patiuntur ſtultitiam] *Id eſt, poſſum facere ſtultitiam, quia opulentus ſum, nec mihi id uitio eſt, tibi eſt res paruula.*

Toga arcta] *Id eſt, ſtricta & modica.* Decet comitem] *Id eſt, familiarem concomitantem.* Deſine certare mecum] *Id eſt, noli æmulari, ſi uides me pompoſè ueſtitum. Eutrapelus ille diues, & uerſipellis, & animum uerſatilem habens.* Dabat ueſtimenta, precioſa cuicunq; uolebat nocere] *i. nocumentum inferre.* Enim] *Pro quia.* Beatus] *Id eſt, is qui in illis ueſtibus ſe beatum putat.* Sumet noua conſilia] *i. noua inſtituta uiuendi.* Cum pulchris tunicis, ſumet ſpes] *Sup. nouas.* Dormiet in] *Id eſt, uſq; ad lucem, & poſtponet honeſtum officium.* Scorto] *Id eſt, meretrici.* Et paſcet] *Id eſt, ad uſuram nutriet, & augmentabit cum damno ſuo, alienos nummos.* Ad imum] *Id eſt, ad extremum uitæ.* Erit Thrax] *Id eſt, gladiator.*

Aut aget mercede] *Id eſt, pro precio laboris ſui factus mercenarius.* Caballum] *Id eſt, æquum aut iumentum.* Olitoris] *Id eſt, uenditoris.* Holerum] *Id eſt, conſumptis ſuis erit uiliſſimus uita*

mus miniſter. Neq; tu ſcrutaberis]Id eſt, rimaberis. Inquires unquam arcanum]Id eſt, ſecretum illius. Et tu teges]Id eſt, celabit. Arcanum]Sup. Commiſſum]Id eſt, reuelatum. Tibi]Id eſt, fidei tuæ. Teges (inquam) tortus]Id eſt, quamuis tortus. Et uino]Scilicet, per potum, ſicut in arte dictum eſt.

„ Reges dicuntur multis urgere culullis.

„ Et torquere mero, &c.

Et ira]Quia ira furor breuis eſt. Aut ira]Id eſt, minis irati in te. Nec tu laudabis tua, nec reprēdes aliena, nec panges]Id eſt, conficies poëmata. Cum ille]Scilicet, amicus tuus. Volet uenari]Id eſt, uenationi inſiſtere. Nam gratia fratrum geminorum]Scilicet, Amphionis atq; Zeti, filiorum Antipæ ex Ioue. Diſſiluit]Id eſt, diſperſa eſt. Sic]Id eſt, per contrarietatem ſtudiorum. Donec lyra ſuſpecta]Id eſt, odio habita. Conticuit ſeuero]Scilicet, Amphioni. Amphion putatur ceſſiſſe fraternis moribus tu cede]Id eſt, da locum. Lenibus]Id eſt, placidis imperijs amici potentis, & quotiens amicus potens educet in agros iumenta onerata Plagis]Id eſt, uenatorum retibus. Aetholijs]Id eſt, qualibus aper in Aetholia captus dicitur.

Et quotiens educet canes]Sup. uenaticos tu ſurge. Et depone ſenium]Id eſt, ſeueritatem ſenile. Camœnæ inhumanæ, quæ eſſet inhumana ſi uetaret amico obſequi. Vt tu cœnes pariter cum eo, pulmenta]Id eſt, pulpoſa obſonia, hoc eſt, carnes uenatitias. Empta]Id eſt, comparata. Laboribus]Scilicet, uenandi utrique communibus.

Quod]Sup. Eſt opus ſolenne Romanis uiris, & utile famæ, & uitæ, & membris ne]Scilicet, torpeant, præſertim cum tu ualeas, & poſſis ſuperare, uel canem curſu, uel aprum uiribus adde ad has dotes tuas. Quod non eſt, qui tractet ſpecioſius]Id eſt, decentius arma uirilia, ut uenabula & arcus. Toſcis quo clamore coronæ]Id eſt, fauore circumſidentium in morem coronæ ſuſtineas. Prælia campeſtria]Id eſt, luctamina in Campo Martio, denique tu puer tuliſti ſæuam militiam.

Et pro]Id eſt, Cantabrica bella. Sub eo duce]Scilicet, Tyberio. Qui refixit]Id eſt, quæ fixa erant reſoluere fecit, & auferre templis Parthorum Signa]Sup. Romana, quæ Craſſus amiſerat. Et qui dux adiudicat]Id eſt, uendicat, & acquirit Italis armis. Si quid ab eſt, nondum]Scilicet, ſubiugatum. Ac ne retrahas te]Scilicet, ab exercitio militari.

Et abſis inexcuſabilis]Id eſt, nullam excuſationem habens. Quamuis nil curas]Id eſt, non ideò dico, quaſi cures feciſſe Extra numerum & modum]Id eſt, menſuram. Tu nugaris]Id eſt, res leues ut ſimulachra pugnarum, & nó ueras pugnas tractas. Interdum rure paterno, exercitus]Id eſt, multitudo iuuenum à te inſtructorum. Partitur]Id eſt, contrarias partes inſtruit. Lintres]Id eſt, leuia uehicula ad magnorum ſimilitudinem.

Actia pugna]Id eſt, quæ fuit inter Auguſtum & Antonium apud Actium promontorium.

Referetur]Id eſt, reprehendatur te duce per pueros more hoſtili frater tuus Eſt aduerſarius]Id eſt, agit uices aduerſarij lacus paterno agro uicinus eſt. Adria]Id eſt, habet partes Adriatici maris. Donec uictoria uelox]Id eſt, ſubitò adueniens. Coronet alterutrum]Id eſt, aut te, aut illum. Is qui crediderit te conſentire ſuis ſtudijs]Id eſt, ſi Auguſtus ſciret quod hæc faceres in conſenſum ſtudiorum ſuorum. Ipſe fautor laudabit tuum ludum utroque pollice]Id eſt, applaudens utramque manum leuabit. Nec uellem ſynechdochicôs omninò dictum, nam pollice maximè plauſum ſignificamus: unde eſt illud Iuuen.

„ Et uerſo pollice uulgi quemlibet occidunt populariter.

Vt ego moneam te protinus]Id eſt, omninò Si tu eges quid]Id eſt, in aliquo. Monitoris uideto]Id eſt, conſiderato, quid & cui dicas. De quoque]Id eſt, unoquoque uiro.

Fugito percunctatorem]Id eſt, nouarum rerum indagatorem: nam idem eſt garrulus, quia dici ſolet, qui multa infert, multa effert, qui multa quærit, multa denunciat. Nec aures patulæ]Id eſt, aſſiduè patentes ad quælibet noua audienda retinent fideliter Commiſſa]Id eſt, credita fidei. Et uerbum emiſſum ſemel uolat irreuocabile]Quod alibi dicitur. Neſcit uox miſſa reuerti, & apud philoſophum. Quod ſemel dictum eſt, amplius reſumi non poteſt. Ancilla ulla aut puer, non ulceret]Id eſt, fœdè uulneret. Iecur tuum]Id eſt, caue ne capiaris amore ancillæ, aut pueri. Inter marmoreum limen]Id eſt, in magnifica domo uenerandi amici, quod Virgilio contigiſſe Porphyrio hic atteſtatur, dicens, quod ad Virgilium alludit, cui Alexandrum puerum Pollio dominus dono dedit. Idem dicit Seruius ad illud formoſum paſtor Choridon. Quia uerò fœdum eſt uulnus, dixit ulceret. Non ergo ulceret iecur tuum, ne dominus pueri pulchri, aut charæ puellæ beet]Id eſt, ditet, & beatum faciat te paruo munere. Aut ne ipſe incommodus]Id eſt, nolens tibi id commodi facere. Angat]Id eſt, dolore cōſtringat cor tuum. Qualem commendes]Ponit alia præcepta ſummopere attendenda dicens. Aſpice]Id eſt, attende conſidera. Qualem commendes]Id eſt, alicui probes, & laudes, aut commendatum facias. Ne peccata aliena]Scilicet ipſius commendati. Incutiant mox]Id eſt, paulò pòſt tibi Pudorem]Id eſt, ruborem. Nos inquit fallimur & tradimus ſup. Amico aut uiro bono. Quondam]Id eſt, aliquando. Non dignum]Id eſt, indignum. Ergo ſi ita euenerit tibi, omitte]Id eſt, deſine. Tueri]Id eſt, protegere, & defendere eū. Quem ſua]Id eſt, ei propria non tua culpa. Premit]Hoc eſt, noli de uitio eius tuum facere, ſed dices credebam probum eſſe, ſi non eſt, ejice eum. Vt]Id eſt, quemadmodum. Serues]Id eſt, ſeruare debeas. Quæ]Pro &. Tuearis]Id eſt, tueri debeas notum. Penitus]i. omninò, quaſi pene intus & in cute: unde Perſ.

„ Ego te intus & in cute noui.

Tutaris ergo penitus notum fidentem tuo præſidio]Id eſt, tuæ protectioni. Qui cum circumroditur]Id eſt, carpitur. Dente Theonino]Id eſt, detractorio, qualem Theon habuit. Cur autem id faciat oſtendit, dicens. Ecquid uel ecquid]Id eſt, nō 'ne in aliquo ſentis pericula uentura paulò pòſt ad te. q.d. debes ſentire. Nam tua res agitur paries, cùm proximus ardet. Et incendia neglecta ſolent ſumere uires]Hoc eſt, ſi amicus carpitur immeritus nec defendis eum, tu das occaſionem etiam tui carpendi, ſicut ſi paries proximi ardet, nec extinguis eum, incendia ad te perueniant. Cultura]Id eſt, obſeruantia & obſecutio, & famulatus. Amici potentis eſt dulcis inexpertis]Id eſt, ijs qui nunquam periculum aut experimentum fecerunt, ſed expertus metuit, quia ſcit quàm grauis & difficilis ſit. Tu age hoc, dum]Id eſt, quamdiu nauis tua eſt in alto, id eſt, medio mari, ubi altum eſt. Ne aura mutata ferat te retrorſum]Id eſt, proſpice nunc dum in gratia potentis amicis es, ne eam ſubitò amittas, hoc autem facies ſi morigerari noris. Nam triſtes]Id eſt, ſeueri oderunt hilarem. Et iocoſi oderunt triſtem celeres]Id eſt, agiles & præcipites in opere ſuo. Oderunt ſedatos]Id eſt, lentos & tardos. Remiſſi]Id eſt, ſegnes oderunt Agilem & gnauum]Id eſt, cito & multa operantem. Potores bibuli bibaces de media nocte]Id eſt, ſitim poſt mediam noctem. Falerni]Id eſt, boni uini quale eſt, phalernum. Oderunt negantem pocula porrecta]Id eſt, recuſantem bibere, quamuis, tu recuſans iures te formidare tepores. Nocturnos]Id eſt, uapores caput moleſtantes, aut febrem, aut quod obſcœnius. Deme]Id eſt, amoue ſupercilio. Nubem]Id eſt, ſeueritatem contracta & corrugata fronte. Quàm modeſtus]Id eſt, temperate modum ſeruans. Occupat]Id eſt ſibi uſurpat. Plerunq;]Id eſt, plurimum. Speciem]i. ſimilitudinem. Obſcuri]i. ignobilis, neſcientis inter homines uiuere ſicut nimia uerecundia ruſticitatem arguit, & taciturnus occupat plerunq; ſpeciē acerbi. Inter cuncta]i. inter omnia uel ſupra omnia, quæ facturus es. Leges doctos]i. ſcripta doctorum. Et percunctabere]Id eſt, interrogabere, ſciendi gratia doctos. Adhuc]ſ. uiuentes. Qua ratione]i. quo pacto. Quo modo queas]i. ualeas. Traducere leniter]i. tranquillè. Aeuum]i. tempus uitæ tuæ. Nec cupido]i. auaritia. Inops]i. quæ inopem facit (quia ſemper auarus eget) agitet, aut uexet te ſemper. Non pauor]i. formido, nec ſpes rerum utilium mediocriter, cuiuſmodi ſunt bona fortunæ uexet te. Et tu percunctabere doctos]An ſup. Doctrina]Id eſt, eruditio & ſcientia. Paret]i. generet uirtutem per laborem. Ne]Pro an. Natura donet]i. gratis & ſine labore conferat.

Item

Item quid] *Id eſt, quæ res.* Minuat] *Id eſt, diminuat.* Curas] *Id eſt, ſollicitudines.* Et quid] *Id eſt, quæ res reddat.* Te amicum] *Id eſt, conſentientem tibi, & concordem ſine remorſu conſcientiæ.* Quid] *Id eſt, quæ res.* Tranquillet] *Id eſt, tranquillum faciat.* An] *Sup.* Honos] *Id eſt, adeptio honorum & dignitatum.* An Lucellum dulce] *Id eſt, dulcis acquiſitio diuitiarum, an iter ſecretum.* Et ſemita] *Id eſt, occulta & ſecreta uia.*
Vitæ fallentis] *Id eſt, quemlibet latentis, hoc eſt, an uita ſolitaria, unde dictum eſt.* Nec uixit male qui natus moriensque fefellit] *O amice quid putas me ſentire, & quid putas me precari.*
Quoties digentia] (*Nomen eſt proprium appoſitorie*) *gelidus riuus.* Quem mandela] (*Etiam proprium loci*) *exiſtens pagus rugoſus, id eſt, aſper frigore.* Bibit] *Id eſt, imbibit.* Reficit] *Id eſt, recreat me.* Quid inquam putas me precari? Precor] *Sup. ut id, quod nunc eſt.* Sit] *Id eſt, maneat mihi, etiam minus quam nunc.* Vt ego uiuam mihi] *Id eſt, in tranquillitate & ſecuritate, quam largæ opes auferrent, quia miſera eſt magni cuſtodia cenſus.* Viuam] *Inquam mihi.* Id aui quod ſupereſt] *Id eſt, quod reſtat aut reliquum eſt.* Si dij uolunt quid] *Id eſt, aliquid ſup. æui ſupereſſe mihi. Et ut ſit mihi bona ſpes librorum.* Et copia ſingle prouiſæ in annum] *Id eſt, ad totum annum uſque in proximam meſſem.* Ne ego fluitem] *Id eſt, inſtabilis uager.* Exiſtens pendulus] *Id eſt, ſuſpenſus.* Spe horæ dubiæ] *Id eſt, incertæ, qua ſpero rem mihi prouiſum iri de annona.* Sed ſatis eſt orare Iouem] *Id eſt, ſummum, Deum iuuantem patrem, qui donat & aufert* (*Sententia Iob*) *orare dico.* Vt det uitam Et] *ſup. det opes.* Ipſe] *Id eſt, ego parabo.* Mi] *Id eſt, mihi æquum.* Animum] *Quaſi dicat, in poteſtate mea eſt, qualis eſſe uelim, quia liberum arbitrium habeo, in quod nemo poteſtatem habet ſicut in uitam & opes. Plura in ſyluis noſtris diximus.*

POLYD VIRG. } Conſentiri ſuis ſtudijs qui crediderit te Fautor utroque tuum laudabit pollic.] *Pollicem premimus, quum laudamus, pollicem uertimus quũ denegamus. Iuuen.*

» *Et uerſo pollice uulgi*
» *Quem libet occidunt populariter*

Polyd. in Prouerb. pollicem premere.

EPISTOLA XIX. AD MECOENATEM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPISTOLAE XIX.

Biſdena ebrietas potuſq; de poëta notatur.

Ordo eſt, Ebrietas & poëta potus] *Id eſt, uinoſus & ebrius.* Notatur biſdena] *Id eſt, pro uigeſima, ſupple epiſtola primi libri.*

ALIVD ARGVMENTVM.

In eos qui magnorum uirorum uitia imitantur, quum uirtutem adſequi non poſſunt.

ALIVD GEORGII FABRITII.

De imitandi modo.

COMMENTARIA.

ACRON.

PRISCO ſi credis Mecœnas docte Cratino] *Hanc epiſtolam ad Mecœnatem ſcribit, in qua demonſtrat pragmatiam ſuam, id eſt, cauſam propter quam cõpoſuerit carmina, ſed prius uituperat imitatores Cratini, qui docuit nullorum carmina eſſe ſtabilia, niſi potulenti, & ebrij eſſent. Trahens occaſionem ipſe Cratinus ex Homero, & Ennio, in quorũ libris laus inuenitur uini. Non tamẽ poëtas eſſe dixerunt debere uinoſos. Qui Cratinus tantæ uinolentiæ fuit, ut ſolitus fuerit ſupra pelles recumbere, in quas comedere conſueuerunt. Hoc etiam epigramma in monumentũ eius teſtatur. In ſuis etiam fabulis argat bonum eſſe poëtam, qui uino ſuis nõ fuerit. Hic per hanc uinolentiam tantæ libidinis fuit, ut cubiculum ſuum ſpeculis adornaret, quatenus & coitum ſuũ ſpectare poſſet.* Aſcripſit Liber] *Democritus excluſit ſuo iudicio ſanos poëtas à numero Muſarum, dicens inſanos in numerum Faunorum, & Satyrorum deorum tranſire, quaſi ueriores. Vnde per Ironiã hic dicit, quod poſtquam Liber pater inſanos poëtas numero Satyrorum aſcripſit, ipſæ Muſæ etiam mane ſobriæ nõ fuerunt, olentes adhuc uinum noctè potatum.* Quid? Si quis uultu toruo ferus] *Senſus eſt, ſi quis ueſtem, uultumq; Catonis imitetur, nũquid etiam uirtutibus erit Cato? Cato n. conſul Romanorum, ut terribilior appareret hoſtibus, intonſa barba, & capillis manebat, cum diro coloramento, & cum toga exigua, ut uelocior eſſet.* Pede nudo] *Hoc de quocunque philoſopho, Cato enim nudis pedib. non fuit.* Exiguæq; togæ ſimulet textore] *Qualem fecerit textor.* Rupit Hyarbitam] *Hyarbita Maurus fuit regione, qui dum Timaginem philoſophum poſt conuiuiũ, & inter pocula declamantem, uellet imitari, & non poſſet, inuidia quodãmodo diſcerptus eſt.* Exangue cuminũ] *Vt pallore nimiũ poſſint imitari, & nõ poſſet, inuidia quodãmodo diſcerptus eſt.* Exangue cuminũ] *Vt pallorẽ nimiũ poſſint imitari. Quoniã cuminum potatum, pallidos reddit homines.*
Seruũ pecus] *Mirè ait pecus ſeruũ, quoniã negant Stoici quenq̃ liberũ eſſe præter ſapiẽtem.* Libera per uacuum, &c.] *Ego primus Rom. ſermone Lyrica carmina ſcripſi.* Qui ſibi fidit] *Solus audet.*
Archilochi] *Non res, inquit, tranſtuli de Archilocho, ſed exemplar metri, & non eadem uerba ſum imitatus, quibus eſt perſequutus ſocerum ſuum Lycamben, ut ſe laqueo ſuſpenderet.* Temperat Archilochi Muſam pede] *Metrũ, inquit, Archilochi, quod nos imitamur, tẽperamus uerſib. Alcæi & Sapphi, quos imitor. Sed neq; eodem ordine uerſuum utuntur, neque rebus, quibus ſocerum inſequitur.*
Ordine diſpar] *Quia tantum pedes tulerunt, non materiam.*

PRISCO ſi credis Mecœnas docte Cratino,
NVLLA placere diu, nec uiuere carmina poſſunt,
Quæ ſcribuntur aquæ potorib. ut malè ſanos
Aſſcripſit Liber Satyris, Faunisq; poëtas.
VINA ferè dulces oluerunt mâne Camœnæ.
Laudibus arguitur uini, uinoſus Homerus.
Ennius ipſe pater, nunquam, niſi potus, ad arma
Proſiluit dicenda. Forum, Putealq; Libonis
Mandabo ſiccis, adimam cantare ſeueris.
Hoc ſimul edixit: non ceſſauêre poëtæ
Nocturno certare mero, putere diurno.
Quid? ſi quis uultu toruo ferꝰ, & pede nudo,
Exiguæq; togæ, ſimulet textore Catonem,
Virtutem'ne repræſentet, moresque Catonis?
Rupit Hyarbitam Timagenis æmula lingua:
DVM ſtudet urbanus, tenditq; diſertus haberi,
Decipis exemplar uitijs imitabile. quod ſi

Non alio dictum prius ore] *Archilochus Græcus poëta primus fuit, & ego apud Latinos primus Lyr. carm. ſcripſi.* Scire uelis] *Excuſat ſe, cur cùm probetur à plurimis, bene ſua carmina compoſuiſſe ſe, nō tamen habeat laudatores. Oſtendit quod propter inuidiam, quæ inimica eſt uirtuti, cum per domos aliorum legeretur, & publicè detraheretur, & quia non conducebat muneribus cibi & ueſtium, fauorem uulgi, quod ſolent amatores adulationis agere.* Et nugis addere pondus] *Illi in nugis ſuis pondus laude accumulare gaudent, quia carmina ſua inhoneſtè laudari cupiunt.* Ego narib. uti] *Illius ad uerba uereor liberè, & urbanè tendere, ne eum ad iracundiam prouocem.* Formido] *Timeo eſſe faſtidioſus, ſed honeſtas quæro excuſationes ne recitem.* Clamo] *Id eſt, reprehendentium timore coactus dicā, quòd mihi diſpliceat locus ubi recitem.* Diludia poſco] *Diludia dicuntur tempora, quæ gladiatoribus conceduntur, ut intra dies quinque pugnant.*

PORPHYR. } Priſco ſi credis Mecœnas docte Cratino] *Hæc epiſtola ad Mecœnatem ſcripta pragmatiam ſuam uult in carminibus præmonſtrare, ſed prius uituperat imitatores omnes, & in primis poëtas, qui uirtutes eorū admirati, non aſſecuti, continuò ſe his ipſis ſimiles fore exiſtimant, ſi ſola illorum uitia conſectentur. Veluti faciunt, quod fama eſt Homerum uinoſum fuiſſe, putant ſe bonos poëtas reddi poſſe uinolentia. Ergo hoc totum per irriſionem dicitur, non quod Horatius idipſum uerum exiſtimet, uel de Cratini opinione, uel de, Homero temulento. Ait enim & per opionem.*

Vt malè ſanos] *Vt temporis aduerbium eſt, quaſi diceret, exinde.* Aſcripſit] *Bene, tanquam in legionem ſuam. Nam hoc uerbum militare eſt, & eſt ordo:* Vt male ſanos aſcripſit Liber Satyris Faunisq; poëtas. Vina ferè dulces oluerunt manè Camœnæ] *Et hæc εἰρωνεία eſt, ipſas quoq; Muſas etiam manè ſobrias non fuiſſe.* Laudibus arguitur uini, uinoſus Homerus] *Facetè addit Homerum, tanquam uinum in Iliade, & in Odyſſea ſæpe laudauerit.* Ennius ipſe pater nunquam, niſi potus] *Hoc totum cum imitatione quadam dicitur ſtultæ perſuaſionis. Pater autem Ennius is deo, quod ipſe primus Latinorum ad Heroici uerſus imitationem aſpirauerit.* Ad arma] *Ad libros Annalium, quos Ennius ſcripſit.* Proſiluit dicenda] *Vt cui non dictus Hylas?* Forum] *Per forum cauſidicos, & iuriſconſultos ſignificat.* Putealiq; Libonis] *Puteal Libonis ſedes prætoris fuit, prope arcum Fabianum, dictum quod à Libone illic primum tribunal, & ſubſellia collocata ſint.*

Mandabo ſiccis] *Sobrijs tradam.* Adimam cantare ſeueris] *Vt ineptum eſt, inquit iuriſdictionem non à ſobrijs geri, ſic abſurdum eſt cantare ieiunos.* Hoc ſimul edixit] *Statim ut hoc, inquit, uiſum eſt omnibus dixiſſe.* Nocturno certare] *Hoc eſt, dies noctesq; potare.* Quid ſi quis uultu] *Quid ſi aliquis, inquit, ueſtem uultumq; Catonis imitetur, nunquid continuo & uirtutibus Cato ſit?* Exiguæq; togæ] *μετωνυμία, id quod fit, Pro eo qui facit.*

Pallerem caſu: biberent exangue cuminum.
O' imitatores ſeruum pecus, ut mihi ſæpe
Bilem, ſæpe iocum ueſtri mouere tumultus?
Libera per uacuum poſui ueſtigia princeps.
Non aliena meo preſsi pede. qui ſibi fidit,
Dux, regit examen. Parios ego primus iambos
Oſtendi Latio, numeros, animosq; ſequutus
Archilochi, non res, & agentia uerba Lycamben,
At ne me folijs ideo breuioribus ornes,
Quod timui mutare modos, & carminis artem:
Temperat Archilochi Muſam pede maſcula Sapphô,
Temperat Alcæus, ſed reb. & ordine diſpar.
Nec ſocerum quærit, quem uerſibus oblinat atris,
Nec ſponſæ laqueum famoſo carmine nectit.
Hunc ego non alio dictum prius ore, Latinis
Vulgaui fidicen. iuuat immemorata ferentem
Ingenuis, oculisq; legi, manibusq; teneri.
SCIRE uelis, mea cur ingratus opuſcula lector,
Laudet, ametq; domi, præmat extra limen iniquus:
Non ego uentoſæ plebis ſuffragia uenor,
Impenſis cœnarum, & tritæ munere ueſtis.
Non ego nobilium ſcriptorum auditor, & ultor
Grammaticas ambire tribus, & pulpita dignor.
HINC illæ lachrymæ. ſpiſsis indigna theatris
Scripta pudet recitare, & nugis addere pondus.
Si dixi: rides, ait, & Iouis auribus iſta
Seruas. fidis enim manare poëtica mella
Te ſolum, tibi pulcher. ad hæc ego narib. uti
Formido, &, luctantis acuto ne ſecer ungui,
Diſplicet iſte locus, clamo, & diludia poſco.
Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram.
Ira truces inimicitias, & funebre bellum.

Rupit Hyarbitam] *Exemplum ſtulti imitatoris interpoſuit. Nam hic Hyarbita Maurus fuit, qui dum Timagenem imitatur poſt conuiuium, & intra pocula declamantem, propter inſolentiam faciendi, quod conabatur, penè diſruptus eſt. Timagenes enim multos conabatur adhibere, & cœnæ, & declamationi ſuæ, dumq; ab his multum laudatur in admirationem ſui, prouocaſſe Hyarbitam dicitur, qui ſe & ſtomachum abrupit, dum Timagenem & dicendo, & paſcendo amicos conatur æquare.* Decipit exemplar] *Decipiuntur, inquit, ſtulti, qui cùm propoſitum ſit bonorū exemplar, eoſdem tantùm uitijs imitantur, ut illi qui Catonem imitari ſe putat, ſi ſemper triſtis ac ſi ſordidatus incedat.* Quod ſi pallerem caſu] *Quod ſi me caſus, inquit, pallidum feciſſet, imitator meus medicaminibus uteretur, ut cuminum potaret, ut ſic pallidus factus, ſimilis crederetur. Aiunt enim cuminum dilutum, & potum, pallidum facere.* Biberent exangue cuminum] *Exangue pro pallido.* O' imitatores ſeruum pecus] *Tā enim ſeruus ad alienum præſcriptū uiuit, quàm ille, qui eſt imitator alterius.* Libera per uacuum poſui ueſtigia] *Iam de ſe dicit, oſtendens, & quæ, & quomodo carmina ſcripſerit, ſic enim inquit, quaſi neminem fuerit ſecutus, ſed libero cōſilio ſua inuenta perſcripſerit. Per uacuum autem ait, quia nemo præceſſerat.* Qui ſibi fidit] *Præcedere, inquit, ſolus habet, qui rectè ſibi confidit, habetq; alios curæ, imitatus regem apium ſe ſequentibus ducem.* Parios] *Ideo quia Parius eſt Archilochus, Iambici carminis ſcriptor. Nam de Archilocho inquit, tranſtuli nil præter metrum, ſed res, & argumenta neglexi, quibus ille Lycamben perſequitur, à quo repudiatus eſt gener:*

At ne me folijs ideo breuioribus ornes] *Ne me parciùs laudes, tanquam in metris, nihil innouare auſum ac proferre pro meo, multa, inquit, ex diuerſis autoribus compoſui, docetq; quomodo compoſuerit.* Temperat Archilochi Muſam] *Et Archilochi inquit, Muſa utimur & Sapphus.* Maſcula Sappho] *Vel quia in poëtico ſtudio uerſata eſt, in quo ſæpius enituit, uel quia tribus diffamatur fuiſſe.* Temperat Alcæus] *Miſcemus, inquit, & Alcæi metrum, ſed neque eodem ordine utimur uerſuum.*

Nec ſocerum quærit] *Socerum Lycambæ poſcit.*

Nec ſponſæ laqueum] *Eam enim ad laqueum dicitur Archilochus compuliſſe, infami carmine.* Hunc ego] *Archilochum, ſcilicet, non alium. Hoc eſt, quod dicit, nullius imitatorem ſe eſſe, duntaxat in authores.*

Immemorata] *A' nullo ex Latinis ante me dicta.*

Ingenuis oculisq; legi] *Hoc uel ad Archilochum refertur, multa obſcœna dicentem: uel ad Lucilium qui æquè multa Priameiè ſpurca compoſuit.*

Scire uelis] *Deeſt audies. Vt ſit:* Si uelis ſcire, audies. *Et hic ſe excuſat, quòd cum probetur à plurimis, non tamen habeat laudatores: uolens hanc cauſam eſſe, quòd propter inuidiam, quæ inimica*

uirtuti

uirtutis eſt, etiam ipſe non adibat Grammaticos, cum ſuis authoribus promerendo. Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor] *Grammaticas tribus, ipſam diſcipulorum multitudinem dicit: pulpita uerò, ipſos magiſtros.* Hinc illæ lachrymæ] *Hinc cauſa eſt, inquit, propter quam, & alij laudantur.*

Spiſſis indigna theatris. Scripta pudet recitare] *Hæc ſunt uerba Horatij excuſantis cur non ſcripſerit. quod in publicum proferat.* Nugis addere pondus] *Hoc eſt, pro re magna uaſtum pondus pronuncians: Referent alij, qui nugas peiores facere recitando ſolent.* Rides ait] *Hæc inuidi uerba ſunt, reſpondentis Horatio, ut ſi dicat. Irrides, cum te diffidentem ais non recitare uulgò, cum ſuperbia faſtidias cæterorum aures, Cæſari ſoli legas.*

Fidis enim] *Aduerſarij adhuc uerba ſunt, exprobrantis quod Horatius multum ſibi arroget de carminum ſuauitate.*

Tibi pulcher] *Iudicio tuo contentus, teipſum laudes.*

Ad hæc] *Ordo eſt: Ad hæc ego.* Naribus uti] *Naribus caninis uituperantium.* Et luctantis acuto ne ſecer ungui] *Per hoc ſignificat multos æmulos omiſſa arte deſcendere in certamen, ut qui in luctatione unguem imprimit, ad lacerandum aduerſarium.*

Diſplicet iſte locus] *In quo recitatur palam.* Diludia] *Intermiſſionem ludorum uel dilationem.* Ludus enim genuit] *Hæc cauſa eſt cur diludia poſtulet.*

CHRIST. LAND. } Priſco ſi credis] *Vituperat eos, qui quorum hominum uitia imitati ſunt eorum uirtutes imitari non ualent, ut quidam qui cùm audiant Homerum uinoſum fuiſſe ebrioſitatem imitantur.* Priſco] *Qui priſcam comœdiam ſcripſit.* Vt] *Poſtquam.* Liber] Bacchus. Adſcripſit] *Adiunxit, nam ut in tutela habebat Satyros & Faunos, ita deinde habuit poëtas, ex quo & ipſe Muſæ ut uinoſæ uideri poſſunt.*

Male ſanos] *Furore percitos.* Laudibus] *Ordo eſt: Homerus arguitur, id eſt, demonſtratur & conuincitur.* Vinoſus Laudibus uini] *Id eſt, quia laudat uinum, ut ſæpe apparet in Iliade & Odiſſea.* Ennius] *Hæc autem omnia per Ironiam dicuntur.*

Forum putealq;] *Id eſt, cauſas agendas & oratoria.* Siccis] *Sobrijs, ut contra madidos ebrios dicimus.* Cantare] *Poëma ſcribere.* Seueris] *Id eſt, ipſis ſobrijs.* Puteal Libonis] *Sedes prætoris fuit prope arcum Sabianum dictum à Libone prætore, à quo illic primum tribunal, & ſubſellia collocata ſunt.*

Quid ſi quis] *Si hos Homeri & Ennij imitatores dicemus, quia ebrioſitatem ſolam imitantur, eodem modo dicemus aliquem eſſe ſimilem Catonis, ſi illum imitetur in toruitate uultus, in pedibus nudis, & in breuitate togæ, nam legitur ſæpe in publicum prodiſſe Cato pedibus nudibus, & cum ſola tunica. Non igitur imitabitur uirtutes Catonis, qui hæc minima imitabitur.* Hyarbitam] *Hic Maurus fuit, qui dum cupit parem ſe in declamando, & in urbanitatibus Thymageni facere, diſruptus eſt.* Decipit] *Multi.n. decipiuntur. nam dum proponunt ſibi magnum uirum tanquam exemplar, & eius uitia poſſint imitari, putant etiam & uirtutes imitari poſſe. Ergo ſi caſu poëta palleret ut & ipſi pallorem imitarentur biberent cuminum.* Cyminum] *Dicitur & cuminum mutata y in u, ut cypreſſus & cupreſſus. Eſt autē eius granū uehementer pallens. Perſ.*

„ *Rugoſum piper & pallentis grana cymini.*

Ergo exangue, id eſt, pallidum. Seruum pecus] *In quibus animus non hominis, ſed pecudis ſit, & omninò ſeruilis.*

Bilem] *Iracundiam, nam in tanta ſtultitia, & peruicacitate modo riſum, modò iram concitant.* Libera per uacuum] *Primus fuit Horatius, qui apud Latinos Lyrica ſcripſit carmina.*

Per uacuum] *Translatio à uiatore, qui non ita præcedentem ſequitur ut pedem in ſuo ueſtigio ponat, ſed ponit in uacuo, id eſt, de ſcripſi quæ prius ab alijs deſcripta non fuerant. quod etiam Maro gloriatur. Primus ego in patriam mecum modo uita ſuperſit Aonio rediens deducam uertice Muſas.* Parios] *Ab Archilocho inuentos, qui ex Paro inſula fuit.* Numeros] *Pedes.*

Animos] *Spiritum & uehementiam ſtyli.* Non rem] *Non eandem materiam.* Lycamben] *De quo in alio loco hiſtoriam dixi.*

Ac ne me folijs] *Dixerat ſe materiam mutaſſe, ſed genus carminis quod in Alcæo eſt retinuiſſe. Sed non propter hoc minori corona, & præmio dignum eſſe. nam & Alcæus, & Saphos idem factitarunt, nec propterea in minori precio ſunt.*

Breuioribus folijs] *Minori corona.* Modos & artem] *Id eſt, artificioſam illius modulationem.* Maſcula] *In qua uirile ingenium ſit.* Nec quærit ſocerum] *Id eſt, non deſcribit eandem materiam de ſocero, quam Archilochus.* Oblinat] *Deturbet ab eo quod eſt linonis.* Atris] *Noxijs.* Nec nectit] *Id eſt, non deſcribit ea, quibus Neobole ſibi laqueum nectit.* Hunc] *Scilicet pedem Iambum.* Fidicen] *Lyricus poëta.* Ingenuis oculisq; legi] *Quia quæ legimus ad ingenium noſtrum inducuntur.*

Scire uelis] *Cauſam profert unde ſit, quod carmina ſua domi laudet lector.* Foris iniquus premat] *Id eſt, uituperet, ait enim unde prouenire, quia non corrumpit illos cœnis, aut iam conſumptis ueſtibus.* Suffragia] *Translatio ab ijs, qui magiſtratum petunt. Illi enim uenantur ſuffragia, id eſt, comparant ſibi ſuffragatores.* Ventoſæ plebis] *Vanæ & leuis. Vituperat enim eos, qui cœnis & muneribus comparent laudatores ex imperita plebe. Sic Perſius.*

„ *Calidum ſcis ponere ſumen.*

„ *Scis comitem horridulum tria donare lacerna.* –

Non ego] *Sententia eſt, cum ſolitus ſim audire nobiles ſcriptores.* Et ulciſci] *Id eſt, punire nam quamuis ſint nobiles, tamen ſi quando errant reprehendo.* Non dignor] *Nunc ambire Grammaticas turbas, id eſt, humilius precari turbam Grammaticorum, quaſi dicat, condiſcipulos meos.* Et pulpita] *Id eſt, præceptores. Indigna enim res uidetur cum audeam corrigere doctiores, deſcendere in eam humilitatem, ut ambiam turbam Grammaticorum.*

Quod autem tribus dixit manet in translatione ſuffragiorum, quæ tributim, id eſt, per ſingulas tribus petuntur.

Hinc illæ lachrymæ] *Id eſt, hinc exoritur, indignatio apud Grammaticos.* Hinc] *Ex hac cauſa, quia ego nec dono munera, neque ambio illos.* Hinc illæ lachrymæ] *Locus Terentianus eſt in prouerbium iam tractum.*

Spiſſis] *Ordo eſt. Si ego excuſans quare nolim recitare dixi, pudet me recitare ſcripta, quæ non ſunt digna ſpiſſis theatris, id eſt, frequentibus auditoribus, & addere pondus nugis, id eſt, dare authoritatem rebus leuibus, ut multi faciunt, qui ſuas nugas tanquam res maximas recitant, aliquis tunc ait, tu nos derides, & tua ſcripta Iouis audienda reſeruas, & fidis te ſolum manare, id eſt, fluere poëtica mella, id eſt, ſuauitatem poëticam quaſi dicat. Idcirco non recitas nobis, quia ſuauiora ſunt, quā quæ digna ſint, quæ à nobis audiantur.* Ad hæc] *Id eſt, ego ad hæc reſpondeo non idcirco non recitare, quia putem mea ſcripta Iouis auribus ſeruanda, ſed quia timeo uti naribus, id eſt, uti acutiori iudicio, nam dicimus aliquid olfacere nos cum acriter iudicamus.* Hinc illud naribus uſpendis adunco, & formido ne ſecer acuto ungui luctantis, *id eſt, eius qui mecum luctetur.* Diſplicet iſte locus] *Scilicet theatri.*

Diludia] *Id eſt, intermiſſionem uel dilationem ludorum, quaſi dicat idcirco non theatrum, quia uolo differre ludos, nam ex ludo certamen oritur, & contentio, & ira, ab ira autem inimicitiæ ſunt, & tandem bellum.*

ERAS. ROT. } Iouis auri] *Lege prouerb.* εἰς θεῶν ὦτα ἦλθεν, *id eſt, ad deorum aures peruenit.* Tibi pulcher dixit, *pro tibi ipſi placens. Lege prouerb. Suum cuiq; pulchrum.*

Laudibus arguitur uini] *Non adeſt hilaritas. cùm deeſt uinum, languet poëtarum ingenium, in uino caleſcat. Vnde refert Plut. in Sympoſiacis Aeſchylum ſuas Comœdias potando ſcripſiſſe. Excitat.n. uini calor inueniendi uim, quæ torpet nonnunquam in ieiunis, mouet phantaſias, addit impetus, ſubminiſtrat fiduciam. Hæc in prouerb. Non eſt Dithyrambus, &c.* O imitatores ſeruum] *Hic, imitationis genus uelut addictum, ac ſeruile ridet Horatius. Item Fabius nihil putat ad benedicendum inutilius, quàm ita ſeruire præceptis artis, ut non auſis digitum latum ab illis diſcedere, ſi quando cauſæ ratio poſtulabit.*

COEL. } *Puteal eſt, quo putei aperiuntur, hoc eſt, uelut umbella quædam, aut petaſus, qualem pyramidalibus impoſitum. Plin. lib. 36. ſcribit. Vide his plura apud Cœlium lib. 6. cap. 17.*

IOAN. HART. } Hinc illæ lachrymæ] *Ex Teren. Andria. eſt Act. 1. Sce. 1. Et Prouerb. Hinc illæ lachrymæ. Hæc illa Helena.*

HEN.

HENR. GLAR. } *Longa eſt Acronis noſtri ab initio huius epiſtolæ præfatio. In qua inter cætera hæc ait, trahens occaſionem ipſe Cratinus ex Homero & Ennio: Quaſi uerò Cratinus, quem Græcum fuiſſe opinor, Ennium legerit. Paulò poſt Catonem Vticenſem ait Coſ. Romanorum intonſas barba & capillis manſiſſe, ut terribilior appareret hoſtibus. Vtrumq; demiror ubi Acro legerit, & Coſ. fuiſſe, & ea de cauſa barbam nutriſſe.*

Decipit exemplar uitiis imitabile] *Manifeſtè amphibolon protulit. Intelligitur tamen. Illud autem quod ſtatim ſequitur, lectione uariatum inuenio. Nam pro quod ſi, alij legunt, quid ſi, & carmen totum ſequens interrogatiuè, quod tamen enunciatiuè quoque legi poterat. Item poſt aliquot uerſus: Hunc ego non alio dictum prius ore Latinis. Porphyrionis commentarius de Archilocho exponit, ſed corruptum arbitror. Badius rectè de Alcæo expoſuit.*

THEOD. PVLM. } 4 Adſcripſit] Adſcribit, *G. B. V.* 6 Vinoſus Homerus] Vinoſus, *quia aſſiduus eſt in laudibus uini. Vide Pet. Nannij Miſcell. lib. 4.*

8 Proſiluit] Proſilijt, *Lambini quidam libri manu ſcripti.*

12 Vultu] Voltu, *H.* 13 Simulet textore Catonem] Textore, *pro textura hypallage, ſic 1. Epiſt. 1. inæquali tonſore, pro tonſura. ſimulet teſquore Catonem, Ant. Mureti. quidam libri ueteres. Teſca uel teſqua loca ſunt inculta & aſpera, unde apud Horatium, ſqualor & aſperitas teſcor uel teſquor appellatur, uerum aſſentior antiquis interpretibus, qui textore defendunt: hoc ſenſu, qui hoc ſimulet & effingat Catonem, quod ſibi exiguam ipſe texat, uel texi iubeat togulam. nec illos audio, qui geſtatore legunt, & animo ſuo morem gerunt ſcriptura nouanda nimium licenter. Turn. lib. 17. cap. 22.* 15 Iarbitam] *G. E. B. rectè. Vide Georg. Fabricij doctiſſimas Caſtigationes.* Hyarbita *H.* Yharbitham, *B.* Iarbitha. *V.* Hyarbitam, *Aldina editio: quorum librorum ſcripturam non probo.* 22 Fidit] Fidet, *H. C.* 23 Regit] Reget, *H. C.* 26 An ne] *H. E. B. C. V.* An ne. *H.* & *at cum? cum interrogationis nota. At ne, Ant. Mureti editio.*

28 Maſcula Sapho] *Sappho maſculam cur Horatius uocet, pauci animaduertunt. non deſunt etiam qui obſcœnius interpretetur, quod mihi faciendum non uidetur eſſe, nam cùm ait,*

„ *Temperat Archilochi Muſam pede maſcula Sappho,*

Maſculam intelligit, quæ tam audaci & uirili animo fuerit, ut de Leucade petra præcipitem dare ſe auſa ſit; quod à Papinio in Siluis (lib. 5. Epicedio in patrem.) ita canitur:

„ —— *Saltuſq; ingreſſa uiriles*

„ *Non formidata temeraria Leucade Sappho.*

Atque ut Horatium eo in loco ſatis obſcurum illuſtremus: ut mihi uidetur, ait in Carminum libris ſe Alcæum & Sappho imitatum eſſe, in libro Epodôn Archilochum, cum præſertim à Grammaticis liber Epodôn Archilochi citetur, & in libro eiuſdem nominis Flaccus plurimum Iambicis Archilochijs, & eo genere uerſuum utatur, quos frequentaſſe Archilochum nouimus, & in Epodis uſurpaſſe Grammatici declarant. Hæc Turn. lib. 10. cap. 2. Vide & lib. 21. cap. 6. 30 Atris] *Id eſt, odioſis. Vide Annotat. ad Oden 1. lib. 3.* 32 Latinis] *H. B.* Latinus. *G. E. C. V.* 33 Vulgaui] Volgaui. *H.* 34 Ingenuis] *H. G. E. B. C. V.* Ingenijs, *Aldina editio.* 39 Vitor] *H. G. E. B. C. V.* Actor. *Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 4. cap. 12.* 47 Iſte locus] *H. B. C.* ille locus, *G. E. V.* Diludia poſco] *Diludia interualla ſunt & intermiſſiones ludendi. Turn. lib. 22. cap. 5. Diludia dicuntur tempora, quæ gladiatoribus conceduntur intra dies munerum, quibus pugnant. Vide Gul. Canteri Nouarum lect. lib. 6. cap. 4.*

ANTON. MVRET. } 13 Exiguæ togæ ſimulet textore Catonem] *In quibuſdam ueteribus, pro textore, legitur teſquore, ignota quidem mihi uox: ſed uideant alij, credibile ſit, an minus, teſquorem pro ſqualore dixiſſe Horatium. id enim quoſdam non ineruditos homines ſuſpicari uideo.*

GEORG. FAB. } *Loquitur in hac Epiſtola de modo imitandi, eumq; docet ſuo exemplo, quomodo, & quid ſit imitandum. Inuehitur initio in eos, qui hominum uicia ſequuntur, cum ab eorum uirtutibus abſint longiſſimè. Omnis imitatio ridicula eſt, quæ ad ſimilitudinem actionis honeſtæ non refertur.*

Nulla placere, diu nec uiuere carmina poſſunt] Placere, *probari præſentibus: diu uiuere, ad poſteros durare. Hæc aptiſſima eſt diſtinctio. Cratini poëtæ ebrij & intemperantis ſententia eſt,*

„ ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις.

Quam retulit Niceratus Comicus, & de eodem.

„ ἐν νεῳ ὦν ἔτι ...

„ κρατὶ ..., ἀλλὰ παντὸς ἦν ἀνὴρ ...

Eundem ſequitur Amphis, ὕδωρ πίνοντες ...

Natus inde ſermo in uulgus, ἐν οἴνῳ λόγος.

Niſi potus ad arma Proſiluit dicendo] *Legitur & proſilijt, duplicem lectionem in ſimili loco Virgilij obſeruauit Priſcianus.*

Ingenuis oculis legi] *Ingenuis oculis, pro ingenuorum hominum oculis. Virg. 6.*

„ *Quin protinus omnia*

„ *Pellegerent oculis.*

Vbi loquitur de pictura. Scitè in eum locum Seruius, Non congruè (inquit) legi picturam dixit: cùm Græcè γράφειν & pingere dicatur & ſcribere: unde γραφεὺς pictor & ſcriptor: hoc eſt, quod ait Horatius in Arte

„ *Et noua factáq; nuper, habebunt uerba fidem, ſi*

„ *Græco fonte cadant parcè detorta. Hæc Seruius.*

Rupit Hyarbitam Timagenis æmula lingua] *Scribo, Iarbitam, ab Iarba rege, id eſt, hominem Mauritanum, qui ſumptibus largitionibuſq; æmulatus ſit Timagenem, ut eius oratio placeret: ſed clamorem & arrogantiam imitari potuit, ut urbanus aut diſertus eſſet, non potuit efficere. Iarbas, rex Mauritaniæ à diuitiarum amplitudine nomen accepit, ad quod Virg. 4. Aen. alludit,*

„ *Templa Ioui centum, uaſtis immania regnis,*

„ *Centum aras poſuit.*

Inde populi eius nominati Iarbitæ, ut ab Arſace, Arſacidæ, omnes reges Parthorum dicti, Strabo 15.

Nobilium ſcriptorum auditor & ultor] *Retineo hanc lectionē, nec probo codicum ſuſpectorum, in quibus eſt,* Scriptorum adiutor & actor. *Deſcribit enim Criticum quendam, qui ideo mittit aures, ut reprehendat & agitet.*

IOD BAD. ASCENS. } Priſco ſi cre.] *De hoc loco dicit ſic Acro, hanc Epiſtolam ad Mecœnatem ſcribit in qua demonſtrat pragmaticam ſuam, id eſt, cauſam propter, quam compoſuerit carmina, ſed prius uituperat imitatores Cratini, qui docent nullorum carmina eſſe ſtabilia, niſi potulenti, & ebrij eſſent, trahens occaſionem ipſe Cratinus ex Homero & Ennio, in quorum libris laus inuenitur uini. Non tamen poëtas eſſe dixerunt debere uinoſos, qui Cratinus tantæ uinolentiæ fuit, ut ſolitus fuerit ſupra pelles recumbere, in quas comedere conſueuerunt. Hoc etiam epigramma in monumento eius teſtatur, in ſuis etiam fabulis negat bonum eſſe poëtam, qui uinoſus non fuerit. Hic per hanc uinolentiam tantæ libidinis fuit, ut cubiculum ſuum ſpeculis adornaret, quatenus & coitum ſuum ſpectare poſſet. Aſſcripſit liber. Democritus excluſit ſuo iudicio ſanos poëtas à numero muſarum dicens inſanos in numerum Faunorum, & Satyrorum deorum tranſire, quaſi ueriores. Vnde per Ironiam hic dicit, quod poſtquam liber pater inſano poëtas numero Satyrorum adſcripſit, ipſæ Muſæ etiam mane ſobriæ non fuerunt. Olentes adhuc uinum noctis potatum. Quid ſi quis ueſtem, uultumq; Catonis imitetur.*

Nunquid etiam uirtutibus erit cato?] *Cato enim conſul Romanorum, ut terribilior appareret hoſtibus, intonſa barba, & capillis manebat cum diro coleramento, & cum toga exigua, ut uelocior eſſet.* In pede nudo] *Hoc de quocunque philoſopho.*

Cato enim nudis pedibus non fuit. Exiguæ togæ qualem fecerit textor. Rupit] *.h. Hyarbita Maurus fuit regione, qui dum Timagenem Philoſophum poſt conuiuium, & inter pocula declamantem uellet imitari, & non poſſet, inuidia quodammodo diſceptus eſt.* Exangue] *Vt pallorem nimium poſſunt imitari.*

Quoniam Cyminum potatum pallidos reddit homines.

Seruum pecus] *Iniriè ait pecus ſeruum, quoniam negant Stoici quenquam liberum eſſe præter ſapientem. Ordo eſt.*

O' Mecœnas docte] *Si tu credis Cratino comico illi.*

Priſco] *Id eſt, antiquo, nulla carmina, quæ ſcribuntur.*

Potoribus]

Potoribus] *Id eſt, à potoribus aquæ, poſſunt placere nec uiuere diu, quia ut, id eſt, poſtquam.* Liber] *Id eſt, bacchus uini Deus, aſcripſit poëtas malè* Satyros] *Id eſt, furore raptos, Satyris & Faunis, Dijs ſyluestribus & petulantibus ac ferè inſanis.* Camœnæ dulces] *Id eſt, carmina dulcia.* Oluerunt] *Id eſt, olendo retulerunt.* Ferè] *Id eſt, quaſi omnes.* Manè] *Scilicet poſterioris diei, uina quæ uidelicet poëtæ pridie eius diei potarant in cœna. aut camœnæ, quæ erant in familia Bacchi.* Homerus arguitur] *Id eſt, conuincitur* Vinoſus] *Id eſt, uini amator.* Laudibus] *Id eſt, propter laudationes uini, quia uinum, ut in Odyſſea ſæpe laudauit.*

Ennius ipſe pater] *Id eſt, princeps Latini carminis.* Nunquam proſiluit ad dicenda] *Id eſt, canenda & disertè laudanda.* Arma] *Id eſt, armorum geſta, ut fecit in libris annalium.* Niſi potus] *Id eſt, ebrius & uini plenus.* Ego inquit Ennius. &c] *Sed de Roman. uidetur loqui propter forum Libonis.* Mandabo] *Id eſt, committam.* Siccis] *Id eſt, ſobrijs & non potis.* Forum] *Scilicet iudiciale, & puteal Libonis, id eſt, ſedem prætoris, hoc eſt, tribunal, quod Libo ad arcum Fabianum cum ſubſellijs primus locauit, ut inquit Porphyrio (ſunt qui uelint locum, quo mercatores nummularij conuenerant ſignificari) & ego.* Adimam] *Id eſt, auferam.* Seueris] *Id eſt, rigidis ueri ſectatoribus magnam abſtinentiam ſeruantibus.* Cantare] *Id eſt, poëmatum confectionem.*

Simul] *Id eſt, ſtatim poſtquam.* Ennius] *Sup.* Edixit] *Id eſt, ui ſus eſt præcepiſſe.* Nec] *Pro non poëtæ non ceſſauêre.* Certare] *Id eſt, certatim indulgere, mero nocturno.* Et putere diurno] *Id eſt, interdiu ſumpto, aut poſtridie quam poti erant, putebant.*

Quid?] *Supple mihi tales imitatores Homeri & Ennij dicant.*

Si quis ferus] *Id eſt, triſtis & rigidus repræſentet Catonem toruo uultu, & pede nudo.* Et ſimul textore] *Scilicet rudi.* Exiguæ] *Id eſt, modicæ togæ.* Ne] *Id eſt, an repræſentet uirtutem, & mores Catonis? Quaſi dicat minimè. Et conſimiliter uinoſitatem Homeri, & Ennij imitantes diuinam mentem, ac uirtutem aſſequi non poſſunt. uult ergo dicere, quia Cato Vticenſis ad medium uſque noctis potaſſe notatus eſt, non continuo, qui eius bibacitatē imitetur etiam uirtutem aſſequatur. Nam ne habitum quidem imitando etiam uirtutē obtineat.* Rupit Hyarb.] *Exemplum inquit Porphyrio ſtulti imitatoris interpoſuit. Nam hic Hyarbita Maurus fuit, qui dum Timagenem imitaretur poſt conuiuium, & intra pocula declamantem, & propter inſolentiam faciendi quod conabatur, pœnæ diſruptus eſt. Timagenes enim multos conabatur adhibere, & cœnæ, & declamationi ſuæ, cumque ab his multum laudaretur, ad imitationem ſui prouocaſſe Hyarbitam dicitur, qui ſe & ſtomachū abrupit, dum Timagenem, & dicendo, & paſcendo amicos conatur æquare. hæc ille. Ordo eſt.* Lingua æmula] *Id eſt, imitatrix, Timagenis.* Rupit] *Id eſt, diſrupit Hyarbitam Maurum illum.*

Dum ſtudet & tendit] *Id eſt, conatur.* Haberi] *Id eſt, reputari, urbanus & diſertus.* Exemplar] *Scilicet bonorum quod ſtulti ſe imitari dicunt.* Imitabile] *Id eſt, quod imitari facilè poteſt.*

Vitijs] *Id eſt, in uitijs.* Decipit] *Sup. imitatores aut decipit uitijs: quia uitia imitantur & non uirtutes.* Quid] *Sup. facerent, ſi ego pallerem.* Caſu] *Id eſt, ex caſus timore, uel à caſu.* Non'ne biberent Cyminum exſangue] *Id eſt, quod pallidum, & quaſi ſine ſanguine apparere facit, ut me imitentur?* O imitatores] *Appoſitoriè, ſeruum pecus.* Vt] *Id eſt, qualiter, & pronuntiandum eſt admiratiuè, quaſi dicat, dij boni qualiter ueſtri tumultus.*

Mouere] *Id eſt, mouerunt mihi ſæpe.* Bilem] *Id eſt, amaram indignationem.* Et ſæpe iocum] *Id eſt, Iocoſam irriſionem.*

Libera per uacuum] *Poſtquam reprehendit eos, qui ſtultè imitari conati ſunt, recitat conatus ſuos, dicēs.* Ego princeps] *Id eſt, primum locum tenens.* Poſui ueſtigia libera] *Id eſt, nulla imitationis lege arctata, & non preſſi pede meo.* Aliena] *Sup. ueſtigia, hoc eſt, primus Lyrica carmina Latinè ſcripſi neminem Latinorū imitatus, nec in hoc reprehendendus, quia dux.* Qui fidet ſibi] *Id eſt, habebit fiduciam in ſe.* Reget examen] *Id eſt, eductum.* Agmen] *Id eſt. Ego oſtendi primus.* Latio] *Id eſt, Italiæ.* Iambos] *Id eſt, uerſus Iambicos.* Parios] *Id eſt, Archilochicos, nam Archilochus Iambici carminis inuentor ex Paro inſula fuit.* Secutus] *Id eſt, imitatus.* Numeros] *Id eſt, menſuras pedum & ſyllabarum.* Et animos] *Id eſt, uehementiam ſpiritus, Archilochi.* Et non ſecutus res] *Id eſt, materiam aut argumentum.* Et uerba agentia] *Id eſt, impellentia ad ſuſpendium Lycambem, ſocerum eius. Quia enim Lycambes filiam deſponſatam Archilocho retraxerat, ſcripſit in eum Iambos acerrimos ob quorum turpitudinem ſe, & filiam ſuſpendit.* Ac ne ornes me ideo. &c.] *Scilicet lauri aut hæderæ, quod ego timui mutare.* Modos] *Id eſt, numeros, & modulos & artem carminis.* Ego] *Supple defendam me auctoritate.* Nam Sapphô maſcula] *Id eſt, uirilis animi.* Temperat] *Id eſt, moderatur muſam ſcilicet Iambicam Archilochi, ipſius inuentoris.* Pede] *Id eſt, introductione noui pedis.* Alcæus] *Alius poëta Lyricus etiam Leſbicus, temperat Muſam Archilochi exiſtens diſpar rebus, & ordine nec Alcæus quærit ſocerum, ſicut Archilochus Lycambem.* Quem oblinat] *Id eſt, fœdet.* Atris] *Id eſt, diffamatorijs uerſibus. Nec nectit ſponſæ ſuæ laqueum, quo cū patre ſtranguletur.* Ego fidicen] *Id eſt, fidibus canens, hoc eſt, Lyricus poëta.* Vulgaui nunc Latinis] *Aut potiùs legatur, hūc, ut ſit uulgaui Latinis.* Hunc] *Scilicet Alcæum, quem in Odis præcipuè imitatus eſt, non dictum prius Latinis.* Iuuat immemorata ferentem] *Id eſt, delectat, ſup. Alcæum.* Ferentem] *Id eſt, afferentem & canentem.* Immemorata] *Id eſt, res non prius apud Latinos dictas, legi ingenijs & oculis.* Et teneri manibus] *Id eſt, gaudeo quod primus Alcæi inuenta Latina fecerim. Si tu uelis ſcire cur lector ingratus.* Laudet & amet domi] *Id eſt, in ſecreto mea opuſcula.* Et cur ipſe iniquus premat] *Id eſt, uituperet extra.* Limen] *Id eſt, in cœtu multorum. Ratio ſup. eſt.* Quia ego non uenor] *Id eſt, aucupor, aut capto.* Suffragia] *Id eſt, aſſenſum & approbationem.* Plebis uentoſæ] *Id eſt, inſtabilis.* Impenſis cœnarum] *Id eſt, Dando cœnas, & munere tritæ ueſtis. hoc Perſius ſic.*

„ *Calidum ſcis ponere ſumen, ſcis comitem*

„ *Horridulum trita donare lacerna.*

Et quia ego auditor nobilium, &c] *Id eſt, ambiendo precari, Grammaticas tribus.* Et pulpita] *Id eſt, non uiſito humiles præceptores, nec precor ut mea dictent.* Hinc] *Id eſt, ex hac occaſione, ſupple ortæ ſunt.* Illæ lachrymæ] *Scilicet, quas præ gaudio, & lætitia, adulatores dum alia carmina audiunt emittere fingunt.* Vel hinc ſunt illæ lachrymæ] *Id eſt, hinc orta eſt indignatio multorum (& eſt Terentianum uerbum ex Andria) ſi dixi, quod pudet me recitare.* Scripta] *Scilicet mea.* Indigna ſpiſſis theatris] *Id eſt, quæ in theatro recitentur.* Et pudet me addere nugis] *Id eſt, rebus uilibus.* Pondus] *Id eſt, auctoritatem & approbationem.* Is] *Sup. qui rogauit audire carmina mea.* Ait tu rides] *Id eſt, derides & uilipendis me.* Tu ſeruas] *Id eſt, reſeruas iſta ſup. carmina tua.* Auribus Iouis] *Id eſt, ut ſolus Iuppiter ea audiat.* Enim] *Pro quia.* Tu fidis] *Id eſt, fiduciam habes te ſolum.* Manare] *Id eſt, leniter effundere poëtica mella exiſtens.* Pulcher tibi] *Id eſt, in oculis tuis. Ego inquit poëta.* Ad hæc clamo] *Id eſt, cum clamore reſpondeo, quod formido.* Vel naribus] *Id eſt, iudicio Naſutorum, hoc eſt, acrium irriſorum.* Et ego formido ne ſecer] *Id eſt, liber meus ſecetur acuto ungue.* Luctantis] *Id eſt, contendentis contra carminum meorum approbatores & recitatores.* Ego clamo] *Iſte locus ſcilicet theatri diſplicet, clamo inquam.* Et poſco diludia] *id eſt, dilationem & intermiſſionem ludorum.* Enim] *Pro quia* Ludus] *Id eſt, recitatio carminum in ludis theatralibus genuit certamen tepidum & iram, & ira genuit truces inimicitias.* Et Funebre bellum] *Id eſt, cruentum, ut ergo in pace uiuam refugio recitari.*

POLYD VIRG. } Parios ego primus Iambos oſtendi Latio] *Id eſt, Archilochicos. Nam Archilochus qui carminis Iambici repertor fuit, ex Paro inſula fuit. Hæc inſula una eſt ex Cycladibus, Apud Strabonem mendum eſt, quando poſuit, Antilochus pro Archilochus Beroaldus.*

EPISTO.

EPISTOLA XX. AD LIBRVM SVVM.

ARGVMENTVM ASCENS. EPISTOLAE XX.

Ad librum recitat uitam ſupremus poëtæ.

Ordo eſt, Supremus] *Id eſt, ultima Epiſtola primi libri.* Recitat] *Id eſt, narrat ad librum (alloquitur enim librum ſuum poëta)* Vitam poëtæ] *Vnde Acro dicit ſic uertumnum ianumq́ue liber ſpectare uideris. Hanc Epiſtolam metaphoricè inſcripſit, quaſi in rem animatam ſignificans librum ſuum in publicum uelle procedere, ſe uero prohibere. Vertumnum. Vertumnus & Ianus dij ſunt qui præſunt negocijs ementium & uendentium, ante quorum templa erant loca, in quibus cum cæteris rebus etiam libri uenales erant. Per Deos autem loca ſignificat Pumice in menſa Soſiorum, qui Græcè Bibliopolæ dicuntur, id eſt, uenditores librorum dicti Soſij à familia quorum menſam poetica licentia Pumicem uocat. Cum ebrius ac ſatiatus lector piger eſt ad legendum.* Quod *ſ. n. o. quod ſi ego augur tuus ſum, id eſt, diuinitus tibi peccanti futura prædico. non odio. tibi loquar tam diu carus eris, quandiu noui libri pulchritudine retineberis, & cum fueris ſordidatus per proceſſum temporis, nemo te optabit atque deſcribet, ſed aut carie conſumeris, aut fient ex te opiſtographiæ Epiſtolarum.* Docentem *ita loquitur quaſi ipſe liber pueros elementa docturus ſit.* Senectus, *id eſt, ut ſeneſcas balbutientium meditatione. Tepidus ſecundum morem librariorum & Magiſtrorum loquitur, qui circa quartam, uel quintam horam dictata pueris præbere conſueuerunt, quo tempore tractabiliores ſunt.* Maiores. *p. ultra dignitatem meorum natalium amicitiam Cæſaris acquiſiſſe & principum.* Vt quantum. *g. cauſam exponit cur non uerecundetur humilem genealogiam profiteri ſcilicet, quod non haberet ex parentibus, haberet ſapientia.* Anno. *eo anno compleui quadraginta quatuor annos, quo Lollius conſul ſortitus eſſet ſocium Lepidum in conſulatu.*

ALIVD GEORGII FABRITII.

Nominis amplitudo.

COMMENTARIA.

ACRON.

VERTVMNVM Ianumq; liber ſpectare uideris] *Hanc epiſtolam metaphoricè inſcripſit, quaſi in rem animatam, ſignificans librum ſuum in publicum uelle procedere, ſe uerò prohibere. Vertumnus & Ianus dij ſunt, qui præſunt negocijs ementium & uendentium, ante quorum templa erant loca, in quibus cum cæteris rebus etiam libri uenales erant. Per Deos* μετωνυμικῶς *autem loca ſignificat.* Soſiorum pumice mundus] *In menſa Soſiorum, qui Græcè* βιβλιοπῶλαι *dicuntur, id eſt, uenditores librorum. Dicti Soſij à familia, quorum menſam poetica licentia pumicem uocat.*

Cum plenus languet amator] *Plenus, id eſt, ebrius ac ſatiatus lector, piger eſt ad legendum.*

Quod ſi non odio peccantis deſipit augur] *Quod ſi ego augur tuus ſum, id eſt, diuinitùs tibi peccanti futura prædico: non odio tui loquor. Tam diu carus eris, quandiu noui libri pulchritudine retineberis, at cum fueris ſordidatus, per proceſſum temporis, nemo te optabit, atq; deſcribet: ſed aut carie conſumeris, aut fient ex te opiſtographiæ epiſtolarum.*

Docentem] *Ita loquitur, quaſi ipſe liber pueros elementa docturus ſit.* Balba ſenectus] *Id eſt, ut ſeneſcas balbutientium meditatione.* Sol tepidus] *Secundùm morem librariorum, & magiſtrorum loquitur, qui circa quartam, uel quintam horam, dictata pueris præbere conſueuerunt, quò tempore tractabiliores ſunt.*

Maiores pennas] *Vltra dignitatem meorum natalium, amicitiam Cæſaris acquiſiſſe & principum.*

Vt quantum generi] *Cauſam exponit, cur non uerecundetur humilem genealogiam profiteri, ſcilicet, quod non haberet ex parentibus, haberet ex ſapientia.* Anno] *Eo anno compleuit quadraginta quattuor annos, quo Lollius conſul ſortitus eſſet, ſocium Lepidum in conſulatu.*

PORPHYR.

Vertumnum Ianumq; liber] *Mirum eſt, hanc locutionem inter Epiſtolas poni, cùm neque ad abſentem, neque ad præſentem hominem ſcripta ſit, niſi quia receptum eſt, & principia, & fines in omnibus libris nullius legis formula contineri. Vnde ſic Lucretius incipit primum Epicureæ ſectæ librum: ſic Virgilius quartum Georg. Hæc itaque cum libro ſuo uidetur loqui, quem ante impoſitum finem cupidum eſſe dicit in publicum prodeundi, cum domi continendus ſit, ne in magnos lectores incidens uituperetur. Vertumnus autem Deus eſt præſes uertendarum rerum, hoc eſt, emendarum ac uendendarum, qui in uico Thurario ſacellum habuit. Ianus quoque ſimiliter uicus eſt, ab Iano gemino ſic appellatus, qui in eo arcum habet, ſibi conſecratum. Per quos Deos ſignificat loca, in quibus cum cæteris rebus, etiam libri uenales erant. Sanè ex his uerſibus, & in principio ſequentis librî apparet Horatium hoc uolumen quaſi nouiſſimum totius operis habuiſſe: nam ſecundum Epiſtolarum coactius adiecit.*

Scilicet ut proſtes] *Quaſi magnæ temeritatis ſit hoc librum uoluiſſe. Proſtes autem proponaris uenalis que ſis.* Soſiorum pumice mundus] *Soſij illo tempore fratres erant bibliopolæ celeberrimi.*

Odiſti claues, & grata ſigilla pudico] *Odiſti includi, & ſub ſigillo eſſe.*

VERTVMNVM, Ianumq; liber ſpectare uideris,
Scilicet ut proſtes Soſiorum pumice mundus,
Odiſti claues, & grata ſigilla pudico:
Paucis oſtendi gemis, & communia laudas,
Non ita nutritus. fuge, quo diſcedere geſtis.
NON erit emiſſo reditus tibi, quid miſer egi?
Quid uolui? dices, ubi quis te læſerit, & ſcis
In breue te cogi, cum plenus languet amator.
Quod ſi non odio peccantis deſipit augur:
Charus eris Romæ, donec te deſerat ætas.
Contrectatus ubi manibus ſordeſcere uulgi
Cœperis: aut tineas paſces taciturnus inertes:
Aut fugies Vticam: aut unctus mitteris Ilerdam.
Ridebit monitor non exauditus: ut ille
Qui male parentem in rupes detruſit aſellum
Iratus. QVIS enim inuitum ſeruare laboret?
Hoc quoque te manet, ut pueros elementa docentem
Occupet extremis in uicis balba ſenectus.
Cum tibi Sol tepidus plureis admouerit aureis:
Me libertino natum patre, & in tenui re

Maiores pennas nido extendiſſe loquêris:
Vt quantū generi demas, uirtutibus addas.
Me primis urbis belli placuiſſe, domiq́;,
Corporis exigui, præcanum, ſolibus aptum,
Iraſci celerem, tamen ut placabilis eſſem.
Forte meum ſi quis te percontabitur æuum:
Me quater undenos ſciat impleuiſſe Decembres,
Collegam Lepidū, quo duxit Lollius anno.

eſſe, quod pudicis, inquit, gratum eſſe conſueuit. Paucis oſtendi gemis] Doles, inquit, quod paucis reticem. Communia laudas] Conuentus publicos. Et ſcis in breue te cogi] Hoc eſt, nec totum te per ordinem recitari faſtidio poſcentiū. Quod ſi non odio peccantis deſipit augur] Sēſus eſt: Quod ſi ego quaſi augur: tibi non peccanti futura prædico, nō odio tui loquor. Tamdiu charus Romæ eris, quàm diu retinueris pulchritudinem noui libri. Tempore uerò cū ſordidior factus fueris, nemo te ornabit atq; deſcribet, ſed aut carie cōſumeris, aut fient ex te opiſtographæ epiſt. Aut fugies Vticam] Vtica Aphricæ. Mitteris Ilerdam] Ilerda Hiſpaniæ ciuitas, ac per hoc bellorum ciuilium cauſa, adhuc illic Romanum exercitum detineri ſignificat. Ridebit] Id eſt, ridendò contemnet. Hoc quoq; te manet] Satyricè omnia, quæ deteſtatur, dicit imminere libro ſuo. Extremis in uicis] Vltima uicorum parte, ut Terentius, in ultima platea dicit. Balba ſenectus] Balbus ſenex pueros elementa docens, quaſi ipſe liber pueros elementa docturus ſit. Cum tibi ſol tepidus] Secundum librariorum morem locutus eſt, qui circa quartam, uel quintam horam dictata pueris præbere conſueuerunt, quo tempore tractabiliores ſunt. Me libertino natum patre] Ipſe enarrat uitam ſuam Cynice, nō diſſimulans humilitatem generis, ac ſe eſſe prouectum. Vt quantum generi demas] Cauſatur cur ſibi non tacendi ſint parentes. Primis urbis] Mecænati Pollioni, & cæteris. Belli placuiſſe domiq;] Hæc modo aduerbia ſunt accipienda, non nomina. Corporis exigui] Hæc deſcriptio χαρακτηρισμὸς dicitur. Præcanum] Propter caniciem, & ante annos albos capillos. Solibus aptum] Solitum iacere ſub ſole, & chroma facere. Tamen ut placabilis eſſem] προθεραπεύει, qua purgauit, quod ſe confeſſus eſt iracundiam. Fortè meum ſi quis] Facetè. Quaſi diceret, non omnes ſciant, ſed ille ſolus quicunq; quæſierit. Quater undenos] Annos quatuor & quadraginta dicit, & ſimul oſtēdit, & quo menſe natus, & quo anno ætatis ſuæ hunc perſcripſerit. Collegam Lepidum quo duxit] Figuratè per id, quod eſt, quē annum Lollius duxit cū collega Lepido. Et duxit pro ſortitus eſt accipiamus, quia ſortem duci dicimus. Etenim tandiu quis dicitur collega, quādiu ipſe eſt cū collega, propter quod, hoc nomē ad aliqd dicitur.

CHRIST. LAND. } Vertumnū Ianumq; Liber ſpectare uideris] Increpat librum in publicum prodire cupientē. Vertumnus autem Deus erat uertendarum rerum, id eſt, uendēdarum, emendarumq́;, qui in uico ſacellum habebat. De quo Deo plura in ſuperioribus dicta ſunt. Per hunc & Ianum intelligit locū ubi uendebantur res, ubi etiam & libri. Proſtes] Palam te uenalem offeras, neq; ſine conuitio dixit proſtes, nam hoc impudicarum eſt, ut oſtendat illum pudore carere. Soſiorū] Librarij duo fratres erant in precio ea tempeſtate acuti cognitores omnium librorum & extimatores. Sed nihil ad Veſpaſianū noſtrū, qui præter id, quod iam diu in ea principatum obtinet etiam ingeniū literis excultū & multarum rerū uſu appriemè callens in quibusq; maximis exercet. Grata pudico] Nam in quibus pudor eſt ī ſub claue & ſigillo cuſtodiri, non autem in publicum prodire conſueuerunt. Paucis] Quaſi precioſis. Non ita nutritus] Non ijs morib. à me imbutus. Quid miſer] Verba libri. In breue te cogi] Sententia eſt, multi te non amabunt & reprehendent. Sed etiam qui tui amator eſt cum erit plenus, id eſt, ſacietate affectus coget te in breue, id eſt, ex faſtidio, nec totus, nec ex ordine recitaberis. Quod ſi non odio] Id eſt, ſi ego qui tibi peccanti ut augur futura prædico, non deſipio odio tui tandiu Romæ charus eris, quandiu retinueris pulchritudinem noui libri. Paſces tineas] Quæ te corrodent. Taciturnus] Quia nō legeris. Vinctus] Fient ex te Opiſtographiæ Epiſtolæ. Eſt enim Epiſtographia epiſtolæ inſcriptio, quæ à tergo fit. Vel eris tunica rerum uenalium. Ilerdam] Hiſpaniæ urbs eſt. In rupes] Nam cum rectè aſinum ducere uoluerit, neque ille paruerit iratus in rupem detruſit. Pueros elementa docentē] Nam ſenes quæſtū facere cupientes, docent pueros prima elementa, id eſt, cognoſcere characteres literarum, & componere in ſyllabas & in dictiones, & ad eā rem utuntur uilioribus libris. Cùm tibi ſol] Nam poſt ortum ſolē pueri ad ſenem docendi ueniunt. Me libertino] Narrat Cynice uitam ſuam, nec diſſimulat humilitatem generis. Præcanum] Ante tempus canum. Collegam] Sententia eſt, qui anno cōſulatus Lepidi & Lollij poëta explerat quartū atq; quadrageſimū annū uitæ ſuæ.

ERAS. ROT. } Tineas paſcere dicuntur, quæ neglecta ſitu pereunt. Ductum à ueſtibus, aut libris diu recōditis & intactis. Qui malè parentem] In rupes protrudere, quadrabit in quoſdam peruerſo natos ingenio, qui cum ipſi non ſapiunt, nolunt tamen bene conſulentium monitis obtemperare. Natum à ruſtico quopiam, qui cum aſinum ſuum per alpes niuibus obtectas duceret, isq; freno non obediret, iratus in rupes protruſit.

HENR. GLAR. } Aut fugies Vticam, aut uinctus mitteris Ilerdam] Ac per hoc (inquit Porphyrio) bellorum ciuilium cauſa adhuc illic Romanorum exercitum detineri ſignificat. Hæc ille. Quæ quàm uera ſint non uideo. Nam nouennio ante, finis bello ciuili impoſitus erat ab Auguſto, niſi ob timorem rurſus naſcentis belli illic detinebantur, quod uidetur uerisſimile. Me quater undenos ſciat impleuiſſe Decembres] Hi Coſſ fuēre ab Vrbe Condita 733. de quibus ſubtraxeris annos 689. quando L. Manlius Torquatus cum L. Aurelio Cotta Coſſ. fuit, & quādo natus eſt Horatius, ut lib. 3. Carm. ipſe Cecinit poëta.

„ O' nata mecum conſule Manlio.

Relinquentur anni 44. ætas Horatij.

THEOD. PVLM. } 1 Vertumnum] Vertunnum, C. 5 Diſcedere] Deſcendere, H.G.E.B.C.V. 7 Quis te] B. Quid te, H.G.E.C.V. 13 Vnctus] Vinctus, H.G.E.B.C.V. 15 Detruſit] Protruſit, H.G.E.B.C.V. 21 Pennas] Pinnas, B. 22 Generi demas] Demas generi, K. 25 Belli] Bello, H.K.

GEORG. FABR. } Scripta hæc epiſtola eſt anno ab Vrbe Cond. 733. Imperij Auguſti 22. anno ætatis poëtæ 44. Q. Aemilio Lepido, & M. Lollio Coſſ. Fuge, quò diſcedere geſtis] Sine interrogatione dicitur, Comico charactere. Vt, Abi, quò abis. Vnctus mitteris Ilerdam] In pleriſq;, Vinctus mitteris, quod conuenit cum epiſtolis opiſtographis de quibus interpretes. In rupes protruſit aſellum] Protruſit, pro ſe truſit. Protruduntur iumenta, protruditur moles, ut apud Lucretium. Eadem ſignificatione Virg. 4. Aen.

„ Pars grandia trudunt
„ Obnixè frumenta humeris.

IOD. BAD. ASCENS. } Vertumnum] Argumentū iam patuit, alibiq; dictū eſt Vertumnū Deū bene uertendarū rerum eſſe: Ordo eſt. O' liber tu uideris ſpectare] i. aſpicere Vertumnum & Ianum] i. templa illorū deorū: iuxta quæ erat rerum mercatus, & potiſſimū librorum, hoc eſt, uideris mihi appetere exitum. Scilicet ut proſtes] i. uenalis exhibearis. Exiſtens mundus] i. politus. Pumice] i. lapide cauernoſo, quo libri poliuntur, & leuigantur. Soſiorū Illorū bibliopolarū] i. uenditorū librorum. Tu odiſti] i. odio proſequeris. Claues] i. clauſuras. Et ſigilla] i. ſigna clauſurarū. Grata] i. accepta. Pudico] i. uerecundo. Tu gemis] i. ægrè fers & conquereris. Oſtendi] i. quia oſtenderis paucis, & laudas. Cōmunia] i. publica loca. Tu nō es nutritus ita] Hoc eſt, ego nō inſtitui, nec educaui te talē, ſed quia uerbis meis audiens eſſe recuſas. Fuge] Sup. eo quo. Geſtis] i. nimiū cupis, diſcedere. Scilicet reditus non erit tibi emiſſo] i. poſtquā emiſſus fueris. Et loquitur ut pater ad filium emancipari cupientem. Quærit liber quaſi filius dolens à patre renunciari & abdicari. Quid ego miſer egi?] Propter quod ſcilicet, mihi reditum uetes. Reſpondet poëta. Tu dices quid nolui, &c.] Poſſunt tamen omnia eſſe uerba poëtæ ut ſit. Tu dices] Sup. aliquādo pœnitentia

ductus. Quid ego, &c.] *Quid uolui ſup. mihi, ſicut in Bucco. Eheu quid uolui miſero mihi, &c.* Tu inquam dices hoc ubi quis te læſerit, & ſcis te cogi] *i. contrahi in* Breue] *i. in compendiũ, & nõ ex toto legi, cũ amator* Plenus] *i. ſatur de te* Languet] *i. lãguidè te amat.* Quod ſi augur] (*De ſe loquitur poëta*) *i. is qui uaticinatur hæc de te.* Nõ deſipit] *i. malè ſapit.* Odio] *Sup.* Tui peccantis] *i. rem indebitã petentis: tu eris carus Romæ.* Donec ætas] *i. forma iuuenilis, deſeret te.* Vbi] *i. cũ cœperis* Sordeſcere] *i. fieri ſordidus cõtractus manib. uulgi aut tu taciturnus paſces* Inertes tineas] *i. abijceris in aliquẽ angulum, ubi tineæ te demoliẽt.* Aut fugiẽs Vticã] *i. ad eã ciuitatẽ Aſiæ celeriter mitteris.* Aut tu uinctus] *i. pinguis, ſed ſi ut Acro ſentit, minatur ex eo futuras* Opiſtographias] *i. epiſtolarũ in tergo inſcriptiones, ita quod epiſtolæ inuoluãtur in chartis uilib. ut cuſtodiantur ab eis: mundæ (melius legitur uinctus, quia in opiſtographijs colligantur epiſtolæ: erãt autẽ exercitus Romani tunc Vticæ & Ilerdæ) mitteris inquã* Vinctus] *i. cũ carthis in te ligatis.* Ilerdã] *i. ad eã ciuitatẽ Hiſpaniæ.* Monitor nõ exauditus ridebit] *i. ego qui te nunc moneo, ſi non exaudior ridebo cũ tibi malè ſucceſſerit.* Vt] *i. quẽadmodũ* Ille] *Scil. ruſticus iratus* Detruſit aſellũ malè] *i. nõ parentẽ, imò contrariũ facientẽ in rupes. Cum enim Aſinus periculosè ad præcipitiũ rupis iret, ruſticus eũ dirigens cœpit retrahere. at ille, ut eſt obſtinata belua, quãtò magis retrahebatur, tãtò inſtãtius acceſſit, quod uidens ruſticus, iratus detruſit eũ in præcipitiũ, & quaſi dicat, poëta. id benefactũ ſubdit.* Quis enim laboret ſeruare inuitũ?] *Quaſi dicat, nemo.* Hoc quoq;] *i. etiã hoc malũ* Manet] *i. expectat te, tibi haud dubiè futurũ.* Vt ſenectus balba] *i. balbutiens occupet te in extremis uicis docentẽ pueros* Elementa] *i. eſt, primas literas.* Cũ tibi ſol tepidus] *i. tẽpeſtas uerna.* Admouerit tibi plures aures] *i. plures pueros te audituros.* Tu loqueris] *i. dices me natũ patre libertino* Et in re tenui] *i. modica, extẽdiſſe nido maiores* Pẽnas] *i. maiores opes euolaſſe, & ultra dignitatẽ meorũ nataliũ (deſcribit aũt ſeipſum Cynicè ut dicit Porphyrio, nõ diſsimulãs humilitatẽ generis Sui)*] *Vt tu addas tãtũ* Virtutibus] *Sup. meis, quantũ demas generi.* Loqueris] *Sup. me placuiſſe.* Primis] *i. primoribus urbis* Et belli] *i. in bello.* Et domi] *i. in pace, quæ nos domi habitare ſinit, &* Loqueris me exigui] *Id eſt, puſilli corporis.* Præcanũ] *Id eſt, tẽpus canũ.* Aptũ ſolibus] *i. libenter apricantem.* Celerem iraſci] *i. facilẽ ad irã, & citò iraſcentẽ.* Tamen ſic] *Sup. ut eſſem placabilis.* Si quis fortè percõtabitur] *i. interrogabit te æuum* Meũ] *i. tẽpus ætatis meæ.* Is] *Sup. ſciat me impleuiſſe quater undenos* Decẽbres] *i. tot annos impleuiſſe dico eo anno, quo Lollius duxit Lepidũ* Collegã] *Id eſt, ſortitus eſt cũ eo cõſulatũ Romæ, & ita collega Lolli fuit Lepidus.*

COMMENTARIORVM VARIORVM AVTHORVM, IN EPISTOLARVM Q. HORAT. FLACCI LIBRVM PRIMVM, FINIS.

Q. HORATII FLACCI, EPISTOLARVM, CVM VARIORVM DOCTISSIMORVM, TAM NEOTERICORVM, QVAM ANTIQVISSIMORVM Grammaticorum, Commentarijs ac Annotationibus, in Opus unum collectis,

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTA ASCENSIANA EPISTOLARVM SECVNDI LIBRI.

Auguſtum libri collaudat prima ſecundi.
Iudicium ſtolidi mox damnatura popelli.
Vltima ſcribentem nil, purgat Epiſtola Floro.

ARGVMENTVM ASCENS. PRIORIS EPIST. LIB. II.

Auguſtum libri collaudat prima ſecundi.
Iudicium ſtolidi mox damnatura popelli.

Ordo eſt: Prima] *Supple epiſtola.* Secundi libri collaudat Auguſtum] *Scilicet Octauium.* Damnatura mox] *Id eſt, paulò pòſt.* Iudicium ſtolidi Popelli] *Malè ſentientis ac cenſentis de nouis ſcriptoribus.*

ALIVD ARGVMENTVM.

Tacitè commendat ſe & poëtas Auguſto, ratione reddita, quod minus ſæpe eum interpellauit ſuis literis.

ALIVD GEORGII FABRICII.

Commendat ſtudium poëticum Cæſari.

COMMENTARIA.

ACRON.

CVM tot ſuſtineas] *Auguſto petẽti ſibi aliquid operis dedicari, ſcribit Horatius, ideo huc uſque non feciſſe, ne iacturam Reip. faceret, ſi Cæſarem uerſibus ſuis à Repub. reuocaret. Paulatim ad hoc deſcendit, ut de iudicio temporis queratur, quo antiquos poëtas laudemus, tanquam merito tantum uetuſtatis meliores ſint.* Romulus] *Laudat fœlicitatem Cæſaris, cùm dicit ei ſoli contigiſſe, ut inuidiã uiuus uinceret.* Agros aſsignant] *Dũ diſtribuũt colonias. Colonias diſtribuere eſt, uacuas hominibus ciuitates aliunde adductis habitatorib. implere, & agros illis adiacentes diuidere.* Oppida cõdunt] *Iucundè. Dũ ea, inquit, faciunt quæ tu, attamẽ non fuerũt grata.* Qui contudit Hydram] *Herculem ſignificat, qui inter duodecim portenta, quæ ſubegit etiã Hydram extinxit, qui licet tantæ uirtutis eſſet, non tamen caruit inuidia, donec mortuus eſſet.* Nil oriturum] *Nil, inquit, alio ter po-*

ortam

te tam magnum ortum eſt, uel oriturum adhuc quicquam eſt. Sed tuus hic populus] *Populus, inquit, Romanus in hac re ſola iuſtus, & ſapiens eſt, quòd te præfert omnib. ducib. ſuis, omnibusq; Græcis: ſed in hoc, quòd cætera non ſimili ratione ponderat, ſtultè agit, dũ omnia noua faſtidit, quæ à poëtis ſcribuntur in tantum delectatus ueteribus, ut legem Romanã, quæ in 12. tabulis continetur, & fœdera ſub antiquis regibus facta, uel quæ Romani fecerunt cum Sabinis, et libros annales ita pro uero teneat, quaſi ſi Muſæ locutæ ſint in Albano monte.* Rigidis æquata Sabinis] *Poſtquam enim Sabini pacem cum Romanis inierunt fœdera amicitiæ conſcripſerunt.* Albano] *Quia Aegeria nympha dicebatur loqui cum Numa Pompilio in Albano mõte.* Si quia Græcorum] *Si ideo neget Romanus populus nouos bonos eſſe, quia non antiqui: nihil reſtat, niſi ut denegemus ea, quæ ſunt naturalia, uel ut os oleæ non ſit durum, & teſta nucis non ſit dura, quod contrarium eſt.* Penſantur eadem ſcriptores trutina] *In eadem ætate, quia Græci poëtæ antiquiores ſunt. quàm Latini, & & ob hoc obiectiones Latinis ſunt omninò iniuſtæ.* Venimus ad ſummum fortunæ] *Ergo perfecti ſumus, non habet ampliùs fortuna quod præſtet.* Si meliora dies, ut uina, poëmata reddit] *Si, inquit, uetuſtas et honeſtas in carmine, tanquã in uino tempus, inquirenda eſt: uelim ſcire quot annis carmẽ laudabile: utrum illud carmen, quod retro centum annos compoſitum eſt, an illud, quod nuper.* Caudæq; pilos ut equinæ] *Sic, inquit, paulatim carpitur cauda equi, quouſque tota ſit extracta: ita & ego paulatim euellam numerum annorũ, donec ſub dicto acerui numeri, decipiatur ille qui per uetuſtatem laudat poëtas, & extenuat uirtutẽ carminis eorũ, numero annorum.* Ennius] *Is Pythagoræ animã ad ſe ueniſſe in ſomnis dicit, & nil de philoſophia ſcripſit.* Vt Critici dicũt] *κριτικοὶ Græcè, Latinè dicitur iudex, ſecundum quorum ſententiam, Ennius ſecundus fuit. Per hos ergo poëtas qui ſequũtur, oſtẽdit ſapientiores eſſe nouellos quàm ueteres, quia quantò iuniores, tantò perſpicaciores.* Leuiter curare uidetur] *Hoc eſt, uilior, quam putabatur, nec promiſsis ſuis ſatisfaciat. Nam dixerat in ſomnis ſe uidiſſe, quòd anima Homeri in ipſum & pauonem tranſiſſet. Sed non ita dicit Ennius, ut Homero ſimilis ui-*

CVM tot ſuſtineas, & tanta negocia ſolus:
Res Italas armis tuteris: moribus ornes:
Legibus emendes: in publica commoda peccem,
Si lõgo ſermone morer tua tempora Cæſar.
Romulus, & Liber pater, & cũ Caſtore Pollux,
Poſt ingentia facta, Deorũ in templa recepti,
Dum terras, hominumq; colunt genus, aſpera bella
Cõponunt: agros aſsignant, oppida condũt:
Plorauẽre ſuis non reſpondere fauorem
Speratũ meritis. diram qui contudit Hydrã,
Notaq; fatali portenta labore ſubegit,
Comperit inuidiam ſupremo fine domari.
VRIT enim fulgore ſuo, qui prægrauat artes
Infra ſe poſitas, extinctus amabitur idem.
Præſenti tibi maturos largimur honores,
Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras,
Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.
Sed tuus hic populus ſapiens, & iuſtus in uno,
Te noſtris ducibus, te Graijs ante ferendo,
Cætera nequaquam ſimili ratione, modoq;
Aeſtimat, &, niſi quæ terris ſemota, ſuisq;
Temporibus defuncta uidet, faſtidit, & odit.
Sic fautor ueterum, ut tabulas peccare uetantes,
Quas bis quinque uiri ſanxerunt, fœdera regum
Vel Gabijs, uel cum rigidis æquata Sabinis,
Pontificum libros, annoſa uolumina uatum,
Dictitet Albano Muſas in monte loquutas.
Si, quia Græcorũ ſunt antiquiſsima quæq;
Scripta, uel optima, Romani penſantur eadẽ
Scriptores trutina: non eſt quod multa loquamur.
Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.
Venimus ad ſummum fortunæ. PINGIMVS, atq;
Pſallimus, & luctamur Achiuis doctius unctis.
Si meliora dies, ut uina poëmata reddit,
Scire uelim, precium chartis quotus arroget annus.
Scriptor ab hinc annos centum, qui decidit, inter
Perfectos, ueteresq; referri debet, an inter
Vileis, atq; nouos? Excludat iurgia finis.
Eſt uetus, atque probus centum qui perficit annos.
Quid? qui deperijt minor uno menſe, uel anno,
Inter quos referendus erit? ueteres'ne poëtas,
An quos & præſens, & poſtera reſpuet ætas?
Iſte quidem ueteres inter, ponetur honeſtè,
Qui uel mẽſe breui, uel toto eſt iunior anno.
Vtor permiſſo, caudæq; pilos, ut equinæ
Paulatim uello, & demo unum: demo etiam unum,
Dum cadat eluſus ratione ruentis acerui,
Qui redit ad faſtos, & uirtutẽ æſtimat annis,
Miraturq; nihil, niſi quod Libitina ſacrauit.
Ennius & ſapiẽs, & fortis, & alter Homerus,
Vt critici dicunt, leuiter curare uidetur,

deatur: nam multa leuia & indigna authoritate, in opere eius inueniuntur. Quo promiſſa cadãt] *Quo tendat, ut poſſit reſpondere promiſsis. Pythagoras enim affirmat animas in diuerſa corpora trãſitum facere, & dicit illũ nihil pendere, quo cadant promiſſa, id eſt, utrum ita ſit, nec ne.*

Somnia Pythagorea] *Aliter. Licet uiderit Ennius in ſomnis animã Pythagoræ in corpus eius uenire: non eſt tamen ſecutus eum, in omnibus, quia Pythagoras ſcripſit philoſophiam, Ennius uerſus. Tunc ergo quare inferius ſcripſit?* Afrani toga] *Afranius togatas Comœdias ſcripſit Latinas, nam Græcæ palliatæ dicuntur. Qui & Menandri ſtylum ſecutus, & ideo toga illius dicitur ei conueniſſe, id eſt ſtylus.* Vincere Cæcilius grauitate] *Cæcilius libros uicit antiquiores, alta uerba in ſuo carmine, & ſonora ponere ſolitus.* Terentius arte] *Id eſt, proprietate uerborum, & artis Grammaticæ. Vnde principatum inter omnes comicos habere dicitur.* Hos ediſcit] *Antiquiores. Næuium, Sophoclem, Euripidem, Afranium, Epicharmum ediſcit Roma in ſchola, & admiratur in Theatris, deſpiciens iuniores, licet illi præcellant.* Non equidẽ inſector] *Expurgãs ſe dicit, quòd non propter inuidiam talia loquatur de ueteribus poëtis.* Non equidem inſector] *Non enim ſto, inquit, delenda carmina Liuij, quæ quondã dictabat Seruius Orbilius magiſter: ſed indignor & miror præferri illa tanquam emendata, nihilq; diſtantia perfectis carminibus, cũm adhuc ſint mendoſa.* Indignor quidquam reprehẽdi] *In antiquis, ſi aliquid inhoneſtum uiderint, potius laudãt quam damnant. Meum uerò carmen quod honeſtum eſt, propter nouitatem reprehendunt.* Nec ueniam] *Etiam hoc indignor quod antiquis non ſolum uenia poſcatur, ſed ultra ueniam precium feratur.*

Attæ] *Atta Togatarum ſcriptor Tragœdiarum uel Comœdiarum fuit antiquus, qui in ſuis dictis, ita florum genera repetit, & numerat, ut ſine dubitatione reprehendendus ſit ob nimiam loquacitatem.*

Vel quia turpe putant] *Dicit iccirco ſenes, iuniores deſpicere, uel quia nolunt, et turpè uidetur eis iunioribus obedire: uel quia quod in infantia didicerunt, ſecum ſemper retinere uolunt.*

Iam Saliare Numæ carmen] *Salij dicebantur, qui circa aras ſaliendo canebant.* Ingenijs non ille fauet plauditq;] *Non tantùm lau-*

dat antiquos, quantum cum more nos noſtraq́ue uituperat, & cum inuidia dicit, ſe de ueteribus ſcire, quod neſcit. Sub nutrice] *Laſciuiebat, inquit, populus per diuerſos ludos, ſicut puella ſub nutrice ſolet laſciuire.* Quid placet aut odio eſt] *Oſtendit nihil nos amare, uel odiſſe, quod non ſatietate nocetur.*

Romæ dulce diu fuit] *Dicit tanto poterit ſtudio teneri, ut publicè quidem mentiretur ſe uerſus componere. Rediens autem domum ante ſolis ortum tabellam arripere.*

Recluſa mane domi uigilare] *De Græcorum moribus tranſit ad conſuetudinem Romanorum, qui antequam ſcirent laſciuire, & poëticæ ſtudere, primo manè domum aperiebant, & uigilantes ad opus aliquod aſſiſtebant.* Clienti promere iura] *Soliti clientibus, id eſt, minoribus amicis præcepta dare, quibus maiorum amicitiam colerent, & largiri cautos nummos, & congruis perſonis, & alijs bonis ſtudijs intendere: ſed cupiditas, & leuitas mutauit eorum animos, ut intermiſſis alijs ſtudijs, tantum poëtæ animum intenderent.* Cautos nominibus rectis] *An hominibus rectis, propter res honeſtas? Cautos nummos dicit, propter chirographum datos.* Inuenior Parthis] *Quia dico me nolle ſcribere, tamen ſcribam.*

Nauim agere] *Contra eos, qui ignari artis, tamen poëtæ uolunt haberi. & dicit, quia cùm alij uolunt proprijs ſtudijs eſſe contenti, nec audent inchoare, uel petere quod optant ad ſtudium poëtriæ; ad artem, quam ignorant audent ſe conferre.* Hæc inſania] *Non laudat, quem reprehenderat: ſed culpas temeritatem multorum.* Vtilis urbi, Si das hoc, paruis quoque rebus magna iuuari] *Oſtendit utilitatem magnam à poëtis urbi inferri, quia ipſi componunt carmina, quibus dij placantur, per ora puerorum, uel puellarum: ſicut eſt iſtius Seculare carmen, quod pueri, & puellæ cantarunt in Capitolio, quæ carmina dithyrambi, uel poëma uocabantur. Ac per hoc, quòd pueri, & uirgines à dijs impetrent ſtatum reipublicæ optatum, poëtis aſſcribendum eſt, qui carmina cõponunt. Antiquitùs enim pueris, & puellis præcipiebatur cantare carmẽ, ut ætas innocentior deos placaret.* Os tenerum pueri] *Poëticis enim delectationibus os infantis adhuc debile, balbumq́ue corrigit.* Feſcennina per hunc inuenta licentia morem] *Per*

Quò promiſſa cadant, & ſomnia Pythagorea.
Næuius in manibus non eſt, & mentibus hæret
Pœnè recens, adeò ſanctum eſt uetus omne poëma.
Ambigitur quoties uter utro ſit prior: aufert
Pacuuius docti famam ſenis, Accius alti.
Dicitur Afrani toga conueniſſe Menandro,
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi:
Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte.
Hos ediſcit, & hos arcto ſtipata Theatro
Spectat Roma potens: habet hos, numeratq́ue poëtas,
Ad noſtrum tempus Liuî ſcriptoris ab æuo.
Interdũ uulgus rectum uidet: eſt ubi peccat.
Si ueteres ita miratur laudatq́ue poëtas,
Vt nihil anteferat, nihil illis comparet: errat.
Si quædam nimis antiquè, ſi pleraq́ue durè
Dicere credat eos, ignauè multa fatetur,
Et ſapit, & mecũ facit, & Ioue iudicat æquo.
Non equidẽ inſector, delẽdaq́ue carmina Liuî
Eſſe reor, memini quę plagoſum mihi paruo
Orbilium dictare: ſed emendata uideri,
Pulchraq́ue, & exactis minimũ diſtãtia, miror.
Inter quæ uerbum emicuit ſi fortè decorũ, &
Si uerſus paulò concinnior unus, & alter:
Iniuſtè totum ducit, uenditq́ue poëma.
Indignor quicquam reprehendi: non quia craſsè
Compoſitum, illepidè'ue putetur: ſed quia nuper:
Nec ueniam antiquis, ſed honorem, & præmia poſci.
Rectè, nec'ne crocum, floresq́ue perambulet Attæ
Fabula, ſi dubitem: clamẽt periſſe pudorem
Cuncti pœnè patres, ea cum reprehendere coner
Quæ grauis Aeſopus, quæ doctus Roſcius egit:
Vel quia nil rectum, niſi quod placuit ſibi, ducunt:
Vel quia turpe putãt parere minorib. & quæ
Imberbes didicere, ſenes perdenda fateri.
Iam Saliare Numæ carmen, qui laudat, & illud,
Quod mecũ ignorat, ſolus uult ſcire uideri:
Ingenijs non ille fauet, plauditq́ue ſepultis:
Noſtra ſed impugnat: nos, noſtráque liuidus odit.
Quod ſi tam Græcis nouitas inuiſa fuiſſet,
Quam nobis: quid nunc eſſet uetus, aut quid haberet
Quod legeret, tereret'que uiritim publicus uſus?
Vt primum poſitis nugari Græcia bellis
Cœpit, & in uitium fortuna labier æqua:
Nunc athletarũ ſtudijs, nunc arſit equorũ:
Marmoris, aut eboreis fabros, aut æris amauit,
Suſpẽdit picta uultũ, mẽtemq́ue tabella:
Nunc tibicinibus, nunc eſt gauiſa Tragœdis:
Sub nutrice, puella, uelut ſi luderet infans:
Quod cupidè petijt, maturè plena reliquit.
Quid placet, aut odio eſt, quod non mutabile credas?
Hoc paces habuere bonæ, uentiq́ue ſecundi.

hunc, inquit, morem ueterum agricolarũ mutata ſunt etiam Feſcennina, in quibus exprimebãt ad conuiuia iocos. Dicta aũt ſunt Feſcẽnina ab oppido, unde prius proceſſerũt. Oſtendit ergo, quia ſicut antiquitùs Dijs ſacrificijs placabãt, ita modò carminibus. Amabiliter] *Dicit, quia tamdiu amabiliter Tragœdia, & Feſcennina cucurrerũt, donec ipſa libertas in uitium uerteretur, publicè et nominatim aliorum uitia carpendo. Sed indignati non ſolùm illi, qui laceſſebantur detractionibus, uerùm etiam quibus ingratum erat, nobilibus perſonis contumeliam inferri: lege conſtituerunt, ut nemo nominatim alicuius uitia recitaret. Quod ſi quis poëtarum egiſſet, fuſtibus cæderetur.* Fuit intactis] *Licet non carperentur, tamen alios carpi dolebant, timentes quandoque & ipſi lædi.* Quinetiam lex] *Quia cautum eſt, ne quis carmen componeret.* Formidine fuſtis] *Non puto crucis dici. Quippe de ingenuis dicitur, ſed à canibus tractum eſt, nam cum fuſtes metuunt, morſibus ſe abſtinent.* Agreſti Latio] *Non ſemper agreſti, ſed tunc, quia ante cognitionem artium ruſtici erant, & agreſtes.* Defluxit numerus Saturnius] *Saturnium uocat metrum, quo uſi ſunt ueteres Latini ſub rege Saturno, & poſtea longo tempore, quod horridũ eſt, id eſt, incompoſitum.* Et graue uirus Munditiæ pepulêre] *Dicit autem quia ſtatim, ut cœperunt abundare diuitijs & mundicijs, ceſſauit illud metrum incomptum, & creuit graue uirus, id eſt, liberales artes aſſiduo ſtudio. Sed adhuc ueſtigia ruſticitatis in Latina lingua manent.* Tentauit] *Poëtæ Romani non ſatis altã audẽt materiã comprehendere, ſed turpẽ putant longã lituram. Et hæc eſt cauſa, cur ingenia Latinorũ non poſſint ad ſumma peruenire, quia ſcilicet, ſtultè erubeſcũt, & timent emẽdare, & polire longa litura quod ſcripſerint.* Creditur ex medio] *Creditur Comœdia minimũ habere ſudoris, quia res accerſit ex medio. ὑποθέσεων. Aſpice Plautus Quo pacto] Horat. lectorẽ monet, ut ſtudioſè conſideret, quomodo Plautus diſcurrat, ꝑ Comœdiã diſputando de pueris ephœbis, et de patribus, et quemadmodũ tuetur partes uniuſcuiuſq́ue.* In loculos] *Magis enim lucrũ quærit, ꝙ laudẽ adipiſci ex ſua Comœdia, & ꝑ hoc nõ honeſtè, ut diceret, multi carmina ſcribẽdo nõ curãt, quid de ijs fiat, poſtquã lucrũ inde acceperũt.* Quem tulit ad ſcenam] *Tranſ-*

Tranſit ad glorioſum poëtã, qui ſi nõ laudetur, & animũ, & artẽ abijcit. Qui laudari ſe uidens fit temerarius ac tumeſcit. Sic leue, ſic paruũ eſt] *Id eſt, breuis & parua eſt laus ſubtracta, uel adhibita.* Si diſcordet eques] *Id eſt, equeſtris dignitas, cùm inter ſe murmurando carmina ſibi diſplicere dicit, ſtatim ipſa, & omnis ordinis minoris dignitas, cũ plebe illa remoueri proclamans, & alios ludos introduci.* Iam migrauit ab aure uoluptas] *Ab nobiliũ uirorũ auribus receſsit delectatio audiendorũ carminum.* Omnis ad incertos] *Oſtendit, dũ poëtæ carmina recitãt in ſcena, ad tres, uel ad quatuor, populus, intentus erat. Poſt uerò uulgaris populus, qui potius delectabatur ludis, q carminib. exorabat magiſtros beſtiarũ, ut adducerent in theatrum, unu urſum, aut leonẽ. Inſuper omnes meliores antiqui ad eoſdem ludos ſe cõuertebant. Sicq; præcipiebatur recitatio carminum ceſſari, quæ res non parum turbebat poëtas, dum illorũ carmina contemnerentur.* Regum fortunæ] *Omnia quæ in prælijs actu non falſo fecẽre, in ludis imitabãtur.* Retortis] *Intermiſſa Comœdia adducuntur captiui, qui ſunt gloria regũ, id eſt, fortuna quaſi regum.* Eſſeda] *Eſſeda Gallorũ uehicula ſunt, quibus uehuntur reginæ captæ.* Petorrita] *Vehicula famularũ captiuarũ, quæ omnia ad ſpectandum adducebantur.* Naues] *Quidem uectas per Tyberim, qui non longè aberat à theatro.* Captiuum, portatur ebur] *Ebur captiuũ, & uaſa captiua Corinthia. In Corintho multa ſimulachra erant, quorũ metalla in unũ ſunt redacta, dum eam Romani incendio cremaſſent, ex quo poſtea multa uaſa fabricata ſunt, ut poſſent trãſire in pompã triumphi.* Quibus oblitus actor] *i. uindiq; ſomno profuſus, et tumultu, & admiratione beſtiarũ.* Lana] *Solũ hoc placet, ueſtis ſcilicet, actoris. Quoniã populus uerba contemnit.* Ac ne forte putes] *Senſus: Ne fortè putes me uituperare, quòd alij faciũt Comœdiã, et Tragœdiã, quod ipſe recuſo facere.* Ille per extentũ funẽ] *Senſus eſt:* Ille poëta uidetur mihi bonus eſſe, & rẽ difficilem aggredi poſſe, & quaſi per funẽ diſcurrere, qui poteſtate carminis, de inani ſe moderatur affectus animi mei, ut aliquid ſcribens, nunc cõſtringat animũ ad dolorẽ, nũc prouocet ad ſortis, mulceat iterũ, nũc terreat, & quaſi magus promittat ſe agere magica. *Videlicet deſcribens locũ*

Romæ dulce diu fuit, & ſolenne, recluſa
Mane domo uigilare: clienti promere iura:
Cautos nominibus rectis expendere iura:
Maiores audire: minori dicere, per quæ
Creſcere res poſſet, minui damnoſa libido.
Mutauit mentem populus leuis, & calet uno
Scribendi ſtudio. pueri, patresq́; ſeueri
Fronde comas uincti cœnant, & carmina di-
ctant.
Ipſe ego, q nullos me affirmo ſcribere uerſus,
Inuenior Parthis mendacior, & prius orto
Sole uigil calamum, & chartas, & ſcrinia po-
ſco.
NAVIM agere ignarus nauis timet: abrota-
num ægro
Non audet, niſi qui didicit, dare QVOD me-
dicorum eſt,
Promittũt medici: TRACTANT fabrilia fabri:
Scribimus indocti, doctiq́; poëmata paſsim.
Hic error tamen, & leuis hęc inſania, quan
tas
Virtutes habeat, ſic collige. VATIS auarus
Non temerè eſt animus: uerſus amat: hoc ſtu
det unum:
Detrimenta, fugas ſeruorum, incendia ridet.
Non fraudem ſocio, puero'que incogitat ul
lam
Pupillo: uiuit ſiliquis, & pane ſecundo:
Militiæ quanquã piger, & malus, utilis urbi.
Si das hoc, paruis quoque rebus magna
iuuari:
Os tenerum pueri, balbumq́; poëta figurat:
Torquet ab obſcœnis iam nunc ſermonibus
aurem:
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Aſperitatis, & inuidiæ corrector, & iræ.
Rectè facta refert: orientia tempora notis
Inſtruit exemplis: inopem ſolatur, & ægrum.
Caſtis cum pueris ignara puella mariti
Diſceret unde preces, uatẽ ni Muſa dediſſet?
Poſcit opem chorus, & præſentia Numina
ſentit,
Cœleſtes implorat aquas docta prece blan-
dus:
Auertit morbos: metuenda pericula pellit:
Impetrat & pacem, & locupletem frugibus
annum.
Carmine Di ſuperi placantur, carmine Ma-
nes.
Agricolæ priſci, fortes, paruoq́; beati,
Condita poſt frumẽta, leuãtes tempore feſto
Corpus, & ipſum animum ſpe finis dura fe-
rentem
Cum ſocijs operum, & pueris, & cõiuge fida
Tellurem porco, Siluanum lacte piabant,
Florib. & uino Genium, memorẽ breuis æui,
Feſcennina per hunc inuenta licẽtia morem,
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit,
Libertasq́; recurrentes accepta per annos
Luſit amabiliter, donec iam ſæuus apertam
In rabiem uerti cœpit iocus, & per honeſtas
Ire domos impunè minax. doluêre cruento
Dente laceſsiti. fuit intactis quoq; cura,
Conditione ſuper communi. quinetiam
lex,
Pœnaq́; lata, malo, quæ nollet carmine quẽ-
quam
Deſcribi. uertêre modum, formidine fuſtis,

ad Thebas, uel Athenas, me ſtatim huc trãſfert. Apolline dignum] *Poteſt hoc intelligi: Quiq; pij uates, & Phœbo digna locuti.* Calcar] *i. ſtimulũ ad incitamentũ carminis.* Multa quidem nobis facimus mala] *Oſtẽdit culpã, quare illorũ carmina efficiãtur uilia, uidelicet, quia Auguſto in alijs occupato, importunè offerũt, uel q a reprehẽſione amicorũ iraſcũtur.* Poëtæ] *Satyricè dicit, nec ſibi parcit, affirmãs ſe agere, quod in alijs culpat, hoc eſt, ipſe mihi detrahã. Prouerbiũ enim in eo ſumptũ eſt tale, q ipſi ſibi uolẽtes nocẽt.* Accerſas] *Inter* arceſſo *&* accerſo *hoc intereſt.* Accerſo *i. uoco, & uenit à uerbo* Accio accis *quod eſt quartæ cõiugationis.* Arceſſo *aũt idẽ ſignificat, quod & primitiuum eius, a quo deriuatur. i.* arceo. *Sed ſecundùm Priſcianũ* arceſſo *uenit ab* arceo, *quod nũc dicimus* adcio, *& cõpoſitũ ex* ad *præpoſitione, &* cio *uerbo quod eſt uoco, quia antiqui dicebãt* ar *pro* ad. Eſt operæprecciũ cognoſcere] *Dignũ eſt, ut cognoſcamus, quis poëtarũ dignus ſit ſcribere tua facta, quæ nõ ſunt cõmittẽda turpi poëtæ.* Gratus Alexandro] *Alexãdrũ notat, qui ſine iudicio poëtã dilexit.* Philippos] *Nũmos, q Philippi uultu eſſent ſignati.* Alius Lyſippo] *i. alius quã Lyſippus, & eſt nota locutio.* Bœotũ] *Bœotij hebetes ſunt habiti, & qui inde exorti ſunt.* Repentes per humũ] *Satyrã dicit, quæ humili ſtylo debet enarrari.* Montib. impoſitas] *Hoc eſt, Quòd, quãuis montib. impoſitæ eſſent, tamẽ arte captæ ſunt.* Sedulitas] *Sẽſus: Imperitus laudator dũ nimiũ ſtudioſè laudat, magis uulnerat & interimit gloriã, præſertim ſi mali poëtæ uerſus laudet. Plus aũt qs ridiculũ legerit, quàm quod fuerit miratus, ut malus pictor magis deformat pingẽdo prauè, quàm ornet opus, ſicut Alexãder laudatur à Chœrilo prauis uerſibus.* Diſcit enim citiùs] *Significat maiore ſtudio ridiculoſos uerſus diſci, & memoria teneri, quàm admirabiles. Ergo in æternã memoriã fœdatus eſt, quem tale carmen polluerit.* Nil moror officiũ, &c.] *Quantum ad me, inquit, pertinet, nolo mihi fieri obſequium, quo grauer, hoc eſt, in dedecus premar.* Ac neq; ficto In peius uultu] *Et nolo ab imperito de cera fieri turpior.* Proponi Cereus] *Cereus, pictus, nouè dixit.* Nec rubeã pingui] *Ne erubeſcam muneris accepta fœditate, & pingui nõ ſubtili, ſcilicet.* Et unà Cũ ſcriptore meo] *Ideo quia in eodẽ libro, & ſcriptoris nomẽ eſt, & eius*

de quo ſcribitur, ut Virg. Aeneid. & Homeri Odyſſ. Capſa porrectus operta Deferar in uicum] *Bene porrectus, & in capſa opertus, quaſi mortuus in feretro deferar in uicum Thurarium.* Amictus] *Induitur.*

PORPH. } Cum tot ſuſtineas] *Apparet hunc librum, ut ſuprà diximus, hortatu Cæſaris ſcriptũ eſſe, cuius rei etiam Suetonius author eſt. Nam apud eum epiſtola inuenitur Auguſti increpantis Horatium, quod non ad ſe quoq; pluri ma ſcribat. Ergo hoc principium cum laude imperatoris, & ab excuſatione, quòd illum uoluit occupatũ in Repub. ſuis impedire ſermonib. Totaq; ſententia huius epiſtolæ de poëtis eſt, ad hoc, ut ſubtiliter in eorum fauorem Cæſar moneatur. Dicit enim Horatius ſoli Auguſto cõtigiſſe ut inuidiam uirtute uiuus uinceret, cæterùm autẽ & quamuis melioribus anteponi.* Et tanta negotia ſolus] *Totus hic eſt ſenſus:* Cũ tantis rebus detinearis ô Cæſar, adminiſtrãdo tẽpora tua, quæ omnium commodis impendenda ſunt, lõgo ſermone te remorari iniquũ eſt. Publica commoda peccẽ] *Per hoc pulchrior eſt laus, & incerta diſtinctio eſt, an emẽdes, an in publica peccem.* Longo ſermone morer] *Vanitate occupẽ, teneamq; te, cuius omne tempus in publica cõmoda conſumendum eſt.* Romulus & Liber pater] *Laudata Cæſaris uirtute, laudat etiã fœlicitatẽ, quia dicit huic ſoli contigiſſe, ut inter homines etiam nunc poſito iam, diuini honores decernantur, quod nulli cõceſſum ſit horum, quos enumerat, hoc eſt, Romulo, Libero, Caſtori, et Polluci, & cũ his Herculi. Et eſt ordo: Romulus & Liber dum terras, hominumq; genus colunt, aſpera bella componunt, illi, de quibus ſuprà dixit, poſt ingentia facta, in deorum templa recepti ſunt.* Agros aſſignant] *Hoc eſt, colonias deducũt, ducuntq; urbibus milites ſuos.* Plorauêre] *Plus dicitur, quàm doluêre.* Diram qui contudit Hydrã] *Hercules, ſcilicet, & bene hoc elegit, quod inter labores eius uel maximum fuit.* Nota] *Quæ ſunt in duodecim laboribus Herculis diffamata.* Fatali portenta labore ſubegit] *Vtrum, quemadmodum Virgil. dixit: Vt duros mille labores, Rege ſub Euryſtheo, fatis Iunonis iniquæ Pertulerit: an Fatali, pro Capitali & moleſto, ut ipſe alibi, Fatalis inceſtusq; iudex.*
Supremo fine domari] *Et eſt ſenſus: Expertus eſt inuidiam tunc fi*

Ad bene dicendum, delectandumq; redacti.
Græcia capta, ferum uictorem cepit, & arteis
Intulit agreſti Latio: ſic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius, & graue uirus
Munditiæ pepulêre. ſed in longum tamen æuum
Manſerunt, hodieq; manent ueſtigia ruris.
Serus enĩ Græcis admouit acumina chartis,
Et poſt Punica bella quietus, quærere cœpit,
Quid Sophocles, & Theſpis, & Aeſchylus utile ferrent.
Tentauit quoq; rẽ ſi dignè uertere poſſet,
Et placuit ſibi, natura ſublimis, & acer.
Nam ſpirat Tragicũ ſatis, & feliciter audet:
Sed turpem putat in ſcriptis, metuitq; liturã.
Creditur, ex medio quia res arceſſit, habere
Sudoris minimũ: ſed habet Comœdia tanto
Plus oneris, quantò ueniæ minus. aſpice, Plautus
Quo pacto parteis tutetur amantis ephœbi,
Vt patris attenti, lenonis ut inſidioſi:
Quãtus ſit Dorſennus edacibus in paraſitis,
Quàm non aſtricto percurrat pulpita ſocco.
Geſtit enim nummum in loculos demittere, poſthac
Securus, cadat, an recto ſtet fabula talo.
Quem tulit ad ſcenam uentoſo gloria curru,
Exanimat lentus ſpectator, ſedulus inflat.
Sic leue, ſic paruum eſt, animum quod laudis auarum
Subruit, aut reficit. ualeat res ludicra, ſi me
Palma negata macrum, donata reducit opimum.
Sæpe etiam audacem fugat hoc, terret'que poëtam:
Quòd numero plures, uirtute, & honore minores,
Indocti, ſtolidiq;, & depugnare parati,
Si diſcordet eques, media inter carmina poſcunt
Aut urſum, aut pugiles: HIS nam plebecula gaudet
Verum equitis quoque iam migrauit ab aure uoluptas
Omnis, ad incertos oculos, & gaudia uana.
Quattuor aut plures aulæa premuntur in horas,
Dum fugiunt equitum turmæ, peditumq; catervæ.
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis.
Eſſeda feſtinant, pilenta, petorrita, naues,
Captiuũ portatur ebur, captiua Corinthus.
SI FORET in terris, rideret Democritus, ſeu
Diuerſum confuſa genus panthera camelo,
Siue elephas albus uulgi conuerteret ora:
SPECTARET populum ludis attẽtius ipſis,
Vt ſibi præbentem mimo ſpectacula plura.
Scriptores autem narrare putaret aſello
FABELLAM ſurdo. nã quę peruincere uoces
Eualuêre ſonum, referunt quem noſtra theatra?
Garganum mugire putes nemus, aut mare Thuſcum,
Tanto cum ſtrepitu ludi ſpectantur, & artes,
Diuitiæq; peregrinæ. quibus oblitus actor
Cùm ſtetit in ſcena, concurrit dextera læuæ.

uiri, cum & uita finitur. Vrit enim] *Rationem exponit, propter quam minus coluntur uiui, qui uirtute antecellunt, poſt obitum autem diliguntur. Grauis eſt, enim, inquit, inferioribus, & infra poſitis nocet, quia artibus bonis cæteros uincit, ſed requiritur tamen ac deſideratur extinctus.*
Fulgore] *Splendore, quo fulget. Et bene urit, ad fulgorem retulit.* Præſenti] *Viuenti, ſed ſplendidiùs, hoc eſt, quaſi gloſſematicos.* Maturos] *Acceleratos, uel opportunos meritis tuis atque maturos. Et rectè: Alijs enim non maturi, ſed ſeri honores dati ſunt.* Iurandasq;] *Ac per hoc diuinos tibi honores decernunt.* Nil oriturum aliâs] *Et hoc ſplendidiùs, quaſi naſci deberet, uel natum eſſe dixiſſet. Oritur enim ſol. Exoriri dicitur dies.* Sed tuus hic populus ſapiens] *Id eſt, Hac ſola re ſapit, quod te omnibus præponit. In cæteris autem peccat, quia nihil optimum, niſi antiquum putat, et ſui temporis uniuerſa contemnit.* Terris ſemota] *Vetera ac demortua.* Suisq; temporibus defuncta] *Quæ ſua tempora compleuerint ac finierint.* Faſtidit & odit] *αὔξησιν: plus enim eſt, odit, quàm faſtidit.* Sic fautor ueterum] *Adeò ueteribus fauet, ut etiam duodecim legum tabulas à Decemuiris ſcriptas, & fœdera ſub regibus facta, tunc Romanis, uel cum Sabinis, uel Albinis, Latina eſſe uideantur, ob auſteram & rancidam uetuſtatem.* Pontificum libros] *Vtrum annales, an pontificum iura ſignificat?* Annoſa uolumina uatum] *Veteres libros Nauij uatis aut Sybillæ.* Albano Muſas in monte locutas] *Cur in Albano monte? Vtrum propter uetuſtatem, quod ante Romam Alba regnauit?* Si, quia Græcorum] *Hæc tota ſententia, uſq; Miraturq; nihil, niſi quod Libitina ſacrauit, hunc ſenſum cõtinet. Si ideo carmina antiquiſſima, quæq; laudantur, quia antiquiſſimi quiq; Græcorum optimè ſcripſerunt, eò rectiùs & ſecundum eandem trutinam debet Romanus poëta ſaltem placere. Quod ſi negatur, non eſt quod multa loquamur, cum negentur quæ manifeſta ſunt. Non enim ſecundi doctrinæ ſumus, uerùm etiam Græcos uincimus. Sin autem tempus & uetuſtas in carmine, tãquam in uino, ſit inquirenda, uelim ſcire quotus annus probum carmen efficiat. Quo ipſo facilè demonſtratur ſtultitiæ eſſe in libris tempus conſiderare, non iudicium.*

Eadem

Eadem ſcriptores trutina] *Eodẽ examine, eodem iudicio, eadem æſtimatione.* Nil intra eſt oleam] *Negant manifeſta. Nam cõſtat intra oleam, & extra nucem eſſe duritiam.* Venimus ad ſummum fortunæ] *Vtrũ in imperio, an cæteris in rebus quas enumerat? Non habet, inquit, quod nobis amplius fortuna iam præſtet. Ergo & perfecti poëtæ ſumus: ſed hoc intelligi, quàm dici à ſe maluit.* Qui decidit] *Qui defunctus eſt.* Excludat iurgia finis] *Tanquam tacentẽ urget, an numerus annorũ ſit ſignandus. Pone, inquit, finem, & iam nulla cõtentio eſt.* Perfectos] *Bonos.* Veteresq;] *Antiquos.* An quos & præſens poſtera reſpuet ætas] *Malos ſcilicet.* Eſt uetus atq; probus] *Hoc quaſi ex alia perſona dicitur.* Quid? qui deperijt] *Hoc Horatius ex perſona ſua dicit.* Iſte quidem] *Ex alia perſona.* Vtor permiſſo] *Ex ſua perſona.* Pilos] *Singulos.* Dum cadat] *Tãdiu ſingulos annos detraham, donec paulatim ſubducto aceruo numeri, decipiatur eluſus.* Qui redit] *Qui ad ſumma tempora uocat poëtas, & hoc uincet, uel in augẽdis, uel in minuẽdis aceruis.* Ad faſtos] *Qui per conſules, annorum colligit numerũ.* Miraturq; nihil, niſi quod Libytina ſacrauit] *Id eſt, qui nihil laudat, niſi quod elatum fuerit & ſepultum. Mirè ergo dictum & facetè, Libytina ſacrauit, quaſi ab ipſo feretro uenerationem acceperit poëta defunctus.* Leuiter curare, ſecuros eſſe] *Securus iam de proximo laudis ſuæ eſt Ennius, propter quam ante ſollicitus fuerat. Ennius in principio Annalium ſuorum ſõmnio ſe ſcripſit admonitũ, quod ſecundum Pythagoræ dogma, anima Homeri in ſuũ corpus ueniſſet. Facetè autem ſomnia Pythagorea dixit, ut ipſum & Pythagoram cum ſua μετεμψυχώσει ridere uideatur.* Quo promiſſa cadant] *Id eſt, Quem ſucceſſum habeant. Oſtendit enim ſine difficultate ueteres poëtas ſolere laudari.*

Somnia Pythagorea] *Libri annalium. Ambigitur quoties uter utro ſit prior.* Aufert Pacuuius docti famam ſenis] *Cum ambigitur, uter ſit prior, ambos laudo. Nam Pacuuius famam docti aufert atque conſequitur.* Accius alti] *Vt Sophoclis, Aeſchyli, Euripidis, qui alti ſunt. Alij ſic accipiunt, Tanquam ſenis doctrina & gloria aſcribatur Pacuuio: Accio uerò altitudo ingenij, ſublimitasq; uerborum. An ambo famam conſequantur, alter docti, alter alti Tragœdiographi*

Dixit adhuc aliquid? nil ſanè. quid placet ergo?
Lana Tarentino uioles imitata ueneno.
Ac ne fortè putes me, quæ facere ipſe recuſem,
Cùm rectè tractent alij, laudare malignè:
Ille per extentum funem mihi poſſe uidetur
Ire poëta, meum qui pectus inaniter angit,
Irritat, mulcet, falſis terroribus implet,
Vt magus, & modò me Thebis, modò ponit Athenis.
Verùm age, & his, qui ſe lectori credere malunt,
Quàm ſpectatoris faſtidia ferre ſuperbi,
Curam redde breuem, ſi munus Apolline dignum
Vis complere libris, & uatibus addere calcar,
Vt ſtudio maiore petant Helicona uirẽtem.
MVLTA quidem nobis facimus mala ſæpè poëtæ:
Vt uineta egomet cædam mea, cùm tibi librum
Sollicito damus, aut feſſo: cùm lædimur, unũ
Si quis amicorũ eſt auſus reprendere uerſum:
Cùm loca iã recitata reuoluimus irreuocati:
Cùm lamentamur, non apparere labores
Noſtros, & tenui deducta poëmata filo:
Cùm ſperamus eò rem uenturã, ut ſimulatq;
Carmina reſcieris nos fingere, commodus ultrò
Arceſſas, & egere uetes, & ſcribere cogas.
Sed tamen eſt operæprecium cognoſcere, qualeis
Aedituos habeat, belli ſpectata, domiq;
Virtus, indigno non committenda poëtæ.
Gratus Alexandro regi Magno, fuit ille
Chœrilus, incultis qui uerſibus, & malè natis
Rettulit, acceptos, regale nomiſma, Philippos.
Sed ueluti tractata notam, labemq; remittũt
Attramenta, ferè ſcriptores, carmine fœdo
Splendida facta linunt, idem rex ille, poëma
Qui tam ridiculum, tam carè prodigus emit:
Edicto uetuit, ne quis ſe, præter Apellem
Pingeret, aut alius Lyſippo, duceret æra
Fortis Alexandri uultum ſimulantia. quòd ſi
Iudicium ſubtile uidendis artibus illud
Ad libros, & ad hæc Muſarum dona uocares:
Bœotum in craſſo iurares aëre natum.
At neq; dedecorant tua de ſe iudicia, atq;
Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt,
Dilecti tibi Virgilius, Variusq; poëtæ.
Nec magis expreſsi uultus per ahenea ſigna,
Quàm per uatis opus mores, animiq; uirorũ
Clarorum apparent: nec ſermones ego mallem
Repenteis per humum, quàm res componere geſtas,
Terrarumq; ſitus, & flumina dicere, & arceis
Mõtibus impoſitas, & Barbara regna, tuisq;
Auſpicijs totum confecta duella per orbem,
Clauſtraq;, cuſtodem pacis cohibentia Ianũ,
Et formidatam Parthis te principe Romam:
Si, quantum cuperem, poſſem quoq;. ſed neque paruum
Carmẽ maieſtas recipit tua: nec meus audet

Dicitur Afrani toga] *Benè toga: Togatas enim ſcripſit Afranius, in quibus Menandri ſtylum uidetur imitatus.* Vincere] *Alter alterum uincit, an cæteros uniuerſos?*

Hos ediſcit] *In ſcholis.* Spectat] *In ſpectaculis.* Habet] *Credit.* Ad noſtrum tempus] *Ordo eſt: ab Liuij ſcriptoris uſque ad noſtrum tempus, quædam rectè, quædam prauè iudicat populus.*

Liui ſcriptoris ab æuo] *Liuium dicit Andronicum, qui primus omnium Latinas Fabulas ſcripſit.*

Si ueteres ita miratur] *Hoc peccat.* Si quædam] *Hoc receptum eſt.* Ignauè] *Humiliter.* Et Iouem iudicat æquo] *Propitio ſibi, Ioue quidam irato fit, ut errent homines ac delirent.* Non equidem inſector] *Quod uitium inuidi & obtrectatoris eſt hominis.*

Delendaq; carmina] *Faceta ſubtilitas. Non cenſeo, inquit, delendum Liuium. Et hoc illi honoris cauſa defero, propter uetuſtatem ex libris eius.* Plagoſum mihi paruo Orbilium dictare] *Sæuus, inquit, Orbilius quondam magiſter librarius mihi dictata præbebat. Plagoſum tum dicit ſæpe plagas inferentem.* Sed emendata uideri] *Emendandum non delendum puto Liuium. Sed indignor illum pro perfecto & emendato amore laudari.* Exactis nimium diſtantia] *Translatio ab examine, quæ pars eſt trutinæ.* Reprehendi] *Id eſt, in meis carminibus.* Nec ueniam antiquis] *Nec non, ut ſit non modò ueniam, ſed etiam honorem antiquis poſci. Video poſci ſubaudiendum eſt, iterum indignor, ut ſit ζεῦγμα à ſuperiore: aut deeſt uideo, ut ſit ἔλλειψις.* Floresq; perambulet Attæ Fabula] *Atta Togatarum ſcriptor, in Fabula, quæ inſcribitur Matertera, ita florum genera enumerat, ut ſine dubio reprehendendus ſit ob nimiam loquacitatem.* Si dubitem] *Plus dixit, quàm ſi diceret, reprehendam.*

Clament perijſſe pudorem] *Non dicant, ſed clamẽt, & bene. Patresne, quib. ſola pura antiquitas placet, an patres, hoc eſt, ſenatus?*

Ea cùm reprehendere coner] *Coner, inquit, reprehendere, non reprehendam.* Quæ grauis Aeſopus] *Aeſopus & Roſcius famoſiſſimi Comœdiarum actores fuerunt, ac per hoc oſtendit ſtultos eſſe multos homines, qui non merito ac uirtute fiſi, ſed tantummodo perſonarum authoritate moueantur.* Vel quia nil rectum] *Hoc uitium ſuperbiæ eſt.* Vel quia turpe putant parere minoribus] *Nobis, ſcilicet, & hoc*

Rem tentare pudor, quam uires ferre recuſent.
Sedulitas autem, ſtultè quem diligit, urget.
Præcipuè cum ſe numeris cōmendat, & arte.
DISCIT enim citius, meminitq́; libentius illud,
Quod quis deridet, quam quod probat, & ueneratur.
Nil moror officium, quod me grauat, ac neq; ficto
In peius uultu, proponi cereus uſquam,
Nec prauè factis decorari uerſibus opto:
Ne rubeam pingui donatus munere, & unà
Cum ſcriptore meo, capſa porrectus aperta,
Deferar in uicum uendentem thus & odores,
Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

hoc eſt uitiū pudoris puerilis. Perdenda fateri] *Malè docti enim dicerentur imberbes.* Iam Saliare Numæ carmen] *Salijs Numa ipſe conſtituit in templis canendum.* Et illud Quod mecum ignorat, ſolus uult ſcire uideri] *Qui me dicit ne ſcire, quod & ipſe neſcit.* Ingenijs non ille fauet] *Hoc ſenſu uult oſtendere, huiuſmodi homines qui non merito ac uirtute ſtyli, ſed tantummodò perſonarum autoritate mortuis faueant, non modò ſtultos, ſed, quod prius eſt, inuidos, qui nos contra meritum oderint.* Quod ſi tam Græcis nouitas inuiſa fuiſſet, Quàm nobis] *Quod ſi ab initio idem Græci feciſſent, quod nunc Romani ut odiſſent poëtas, qui eſſent, inquit, hodie ueteres? aut quid ad noſtra tempora perueniret, quod legere omnibus, & in manibus habere poſſemus?* Vt primùm poſitis] *Hic oſtendit, quod fuerit initium poëticæ profeſſionis, ut probet quod nunc inueteratum eſt, aliquando cœpiſſe.* Nugari Græcia bellis] *Ludere, ſcribère, quia bella non nugæ ſunt.* Et in uitium fortuna labier æqua] *Dicit uitium felicitatem proſperæ fortunæ eſſe, & delitias, in quas lapſa ſit Græcia, poſtquàm bella depoſuit.* Nunc Athletarum ſtudijs] *Enumerat quas artes Græcia per pacem, ociumq́; ſit ſecuta.* Sub nutrice, puella uelut] *Ita Græcia cupidè appetijt ſtudia, quæ celeri ſatietate deſeruit, ac ſi puella infans eſſet, & ſub nutrice agens etiam luderet.* Plena] *Satiata.* Quid placet, aut odio eſt] *Sententia eſt, qua oſtendit Horatius nihil nos cupere uel odiſſe, quod ſecuta ſatietate non mutemus.* Hoc paces habuêre bonæ] *Hoc habuit, inquit, pax uitiū, ut diuerſis delectationibus animi hominū paſcerentur.* Ventiq; ſecundi] *Ventos ſecūdos fortunā proſperā dicit.* Romæ dulce diu] *A' Græcorum moribus tranſit ad conſuetudinem ueterem Romanorum & dicit, quemadmodum maiorum à poſteris mutata conſuetudo ſit, in uſum poëticæ diſciplinæ.* Solenne] *Quaſi legitimum.* Clienti promere iura] *Reſpondere de iure alicui conſulenti.* Cautos nominibus rectis expendere nummos] *Cautos nummos dicit, uel quia per chirographū, & cautionem crederentur: uel cautos nummos, id eſt, legibus, hoc eſt, non illicitis uſuris datos. Recta autem nomina de legibus facta, nō de fænerando debitoribus.* Maiores audire] *In iure officium minoris eſt.* Mutauit mentem populus leuis] *Cauſa cur mutauit mentē, propterea quia leuis.* Et calet uno ſcribendi ſtudio] *Rebus omnibus poſitis poëticam ſolam multitudo delegit.* Iuueneſq; patreſq;] *Hoc eſt, omnis ætas, & bene additum ſeueri, quòd in re ludicra maior reprehēſionis cauſa ſit.* Frōde comas uincti] *Quòd fronde comas nectunt, quòd canunt, & carmina dictant, intemperantiæ eſt.* Ipſe ego qui nullos] *Satyricè, ne ſibi quidem peperit.* Inuenior Parthis, *quia perfidi ſunt, ut qui Romanos fraudibus duces ſæpe deceperint.* Prius orto Sole] *Figuratè, antequam ſol oriatur. Hinc ego, inquit, mendax ſum, quòd non ſolum ſcribo, quod facio, ſed etiā ſtudioſiſſimè ſcribo.* Scrinia] *Capſas dicit, in quibus ſcripta omnium reponuntur.* Nauim agere ignarus nauis timet] *Hæc exempla aduerſus eos refert, qui ignari Artis Poëticæ, docti haberi cupiūt, cùm in cæteris profeſſionibus nullus ſit, qui diſciplinæ titulum, non antea perdoctus, inuadat.* Abrotanum ægro] *Mirè dixit non helleborum, ſed abrotanum, quod minori periculo etiam indoctus miſcere poteſt ac dare.* Promittunt] *Promittuntur.* Tractant fabrilia fabri] *Fabrilia, abſolutè: non enim adiecit fragmēta, aut opera.* Scribimus indocti] *Hoc cum pronunciatione inferendum eſt.* Hic error tamen] *Iam dicit hunc errorem, quòd docti indoctiq; ſcribant. Hoc enim modo utilitatibus oppoſuit.* Collige] *Intellige, argumentare, aſſequere.* Vatis auarus non temerè eſt animus] *Non facilè, inquit, auarum poëtam reperies, & bono ordine, ſecundùm laudis præcepta, aut oſtendis, quibus malis caruerit, & ſic uenit ad ea bona, quæ habet.*

Viuit ſiliquis, & pane ſecundo] *Hoc eſt, parcè uiuit, ideò auarus nō eſt, Siliquis autem ſpecialiter dicit eas, quæ in herbis naſcuntur in omni legumine, hoc eſt, quæ ſiliquis continentur.*

Militiæ quanquā piger] *Malū, debilem, imbellemq́; nunc dicit, ſecundum Græcos qui huiuſmodi homines nominant,* [illegible]. Si das hoc] *Magna à paruis rebus adiuuari poſſe, ut à poëtica uel à Grammatica profeſſione.* Os tenerum pueri] *Rectè, os tenerū pueri poëta armat. Poëticis enim lectionibus os infantis adhuc debile balbumq; corrigitur.*

Torquet ab obſcœnis] *Carminibus ait auocat à turpibus.* Mox etiam pectus præceptis format amicis] *Verum eſt. Multæ enim ſunt in poëticis utiles ſententiæ, quæ formant amicis præceptis, hoc eſt, utilibus.* Orientia tempora] *Proponens exempla multa efficit, ut orientia tempora, hoc eſt, uenientia, cuiuſmodi futura ſint, exiſtimemus, & inſtruamur ex ante geſtis.* Inopem ſolatur] *Vel delectando ſuis, uel præceptis philoſophorū.* Caſtis cum pueris] *Infert per auxeſim, quid quiſque à dijs impetrat per choros puerorum ac uirginum id poëtæ, adſcribendum eſſe, qui carmina ipſa componit.* Præſentia numina ſentit] *Ac per hoc exauditur. Hic autem ſignificat carmina, quibus dij placantur, hoc eſt pæanas, dithyrambos, hymnos, proſodias.* Cœleſtes implorat aquas] *Enumerat, quæ & quanta dij, pueris & puellis precātibus, merito carminum præſtent.* Impetrat & pacem] *Vtrum deorum pacem, an finem belli?* Agricolæ priſci] *Dicit uſq; adeò carmina ubiq; grata eſſe, ut etiam ruſtici ueteres carminibus ſe delectarent, cum diuinis rebus operarentur.* Paruoq; beati] *Non auari, ut inter paruas opes beati uixerint.* Condita poſt frumenta] *Verum poſt meſſem, an poſt uindemiam? Nam & autumni frumenta Saluſtius dixit.* Spe finis dura] *Sententia eſt, tolerabilem fieri laborem laboris ſine propoſito.* Tellurem porco] *Pro porca. E contrario. Virgil.*

„ *Et caſa iungebant fœdera porcâ.* Floribus & uino Genium] *Rectè dictum eſt, quia qui indulgent genio ſuo, memores ſunt uitā humanā non eſſe diuturnā.* Feſcennina] *Inuenta ſunt iſta, in quibus exprimebantur iocoſa conuitia. Dicta aūt Feſcennina ab oppido Feſcennino, unde proceſſerunt, & Atellanica nominata ſunt.* Libertaſq; recurrentes] *Accepta per annos. Et licentia cantandi, libertaſq; dicitur iocularium ſaluo amore anniuerſaria ſacrorum. Quanquā ſunt, qui dicant per recurrentes annos, libertatē Saturnaliorū annorū ſignificari.* Donec iam ſæuus apertam In rabiem cœpit uerti iocus] *Donec per iocū multis impunè laceratis, dediſſent omnes operā, ut lege caueretur, ne quis carmē cōponeret. Qua re cōſtituta, ſilentium eſt impoſitū Archææ Comœdiæ, in qua nominatim uitia ciuiū carpebantur.* Cruento Dente] *Sæuo morſu.* Vertêre modū] *Ordo: Vertêre modū poëtæ ad bene dicendū, ideo; quia fuſtuariū ſuppliciū conſtitutū erat in autorem carminū infamium.* Ad bene dicendū] *Nunc diſertè dicendū, aut nō bene dicendum, ſed malè dicendū ſignificat, hoc eſt, nō lacerandū, aut uituperandū.* Redacti] *Bene redacti, quia nō uoluntate correcti, ſed edocti malo.* Græcia capta] *Capta, uirtute militari, cœpit florere munditijs, & arte liberalium ſtudiorū.* Agreſti Latio] *Non ſemper, ſed tunc agreſti.* Defluxit] *Aut mollitus eſt, aut ceſſauit, ac deſijt fluere, & grauitas, & ſeueritas delitijs pepulit ueſtigia ruſticitatis.* Numerus Saturnius] *Saturnio metro uſi ſunt ueteres Latini ſub Saturno: Vnde nomē eſt uerſui.* Serus enim Græcis] *Nam Romani non expoliuerūt priſtina rudimenta.* Et poſt Punica bella quietus quærere cœpit] *Quietus, ſecurus metu punico, ſcilicet, Carthagine iam deleta tentauit Græcorum poëtas imitari.*

Rem]

Rem] *Poëma dicit.* Vertere] *Transferre in Latinū ſtilum.* Placuit ſibi] *Per ſe cognoſcere probauit, nam ſubijcit rationem, cur ſibi placuerit.* Feliciter audet] *Quod aggreditur, complet.* Sed turpem putat] *Stultè, & erubeſcit & timet emendare, quod ſcripſerit, & hæc cauſa eſt, cur ingenia bona Latinorum ad perfectum uenire non poſſint.* Creditur, ex medio quia res arceſſit] *Creditur, inquit, quia Comœdia communia ſectatur, atq; de medio eſt, minus habere difficultatis. Ex hoc autem grauis, quòd non minus ignoſcitur* μιμικῷ *charactere peccantibus.* Quo pacto partes tutetur] *Hoc eſt, quàm inducat in congruendo. Senſus: & ipſe grauior habetur, ut Plautus.* Geſtit enim] *Geſtit, cupit.* Nūmum in loculos dimittere] *Magis enim lucrum, quàm laudem adipiſci geſtit.* Poſthac ſecurus cadat] *Non curat, quid poſtea fiat Comœdiæ ſuæ.* Quem tulit ad ſcenā uentoſo gloria curru] *Poſtquàm auari poëtæ uitia oſtendit, nunc tranſit ad glorioſum poëtam, qui ſi non laudatur, & animum, & artem abijcit, ſed cùm uidet ſe laudari, fit temerarius ac tumeſcit.* Lentus ſpectator] *Quē dicta non permouent.* Sedulus] Qui *amat laudis auarum.*

Subruit aut reficit] *Leuis eſt ſuo tractu laus uel præbita uel adempta.* Valeat res ludicra] *Comœdia, à ludis dicta.* Si me Palma negata] *Hoc eſt, Nihil mihi cum ea ſit, ſi propter palmæ folia tinam afflictus.* Sæpe etiam audacem] *A' glorioſo poëta ad audacem, perſeueranter digreſſus dicit, quaſi iniurias patiatur, quibus ad poſtremum fugatur è ſcena. Fugatur autem ſeditione, quia ſæpe imperita multitudo, & etiam locuples, in perniciem doctorum poëtam, fabulamq; contemnit, in medio actu Comœdiæ, uel ferarum, uel pugilum ſpectaculum poſcens.* Numero plures] *Ac per hoc plebeij.* Indocti ſtolidiq; & depugnare parati] *Miro* χαρακτηρισμῷ *imperitam multitudinem oſtendit.* Si diſcordet eques] *Si equeſter ordo, hoc eſt, honeſtorum, aliud quàm plebei uelit.*

Media inter carmina] *Rectè, quia adhuc amphitheatri uſus non erat, & in eadem cauea etiam ferarum, gladiatorumq; munera ſpectabantur.* Verum equitis quoque] Quia *dixerat, quod his gaudeat plebecula, attulit per querelam etiam locupletes & honeſtos iam uulgarem muſicum ſpernere.* Incertos oculos] *Secundùm Academicos, qui contendunt oculos noſtros in multis falli, & ideo uiſibus quoque non eſſe credendum, cùm ſit in pluribus rebus certius, quod audiatur.* Aulæa] *Per aulæa Comœdiam ſignificat. Tropus* μετωνυμία. Premuntur] *Non ceſſant, impediuntur.* Dum fugiunt] *Id eſt, fabulam, ne agatur, dum ſpectantur inuidioſa, hoc eſt, dum populo bellorum ſimulachrum monſtratur, & ad poſtremum pompa ducitur triumphalis.* Mox trahitur manibus] *Hic pugna oſtenditur, mox agitur hic triumphus.*

Eſſeda] *Gallorum uehicula, quibus tantum uicti reges uehuntur.* Pilenta] Quibus *regina capta.* Petorrita] Quibus *familia regum.* Naues] Quibus *in nauali bello uicti.* Captiua] Μιλογραφία. Corinthus] *Corinthum ponit pro uaſis Corinthijs, aut quia imagines eius oppidi fabricantur, ut in pompa triumphali tranſire poſſent.* Si foret in terris] *Cùm proceſſiſſent in publicum Democritus & Heraclitus, diuerſa faciebant.* Rideret Democritus] *Democritus namque rideret ſi ſtupere uidiſſet populum aſpectu pantheræcameli.* Siue elephas albus] *Non tam ludis ſcenicis populus delectaretur, quam ipſius populi uanitate, in qua omninò, & ſuauius, & maius ſibi ſpectaculum reperiret.*

Scriptores autem] *Magis, inquit, rideret Democritus, à uultu uane mirantis, cùm oculos ad petaſos ſcenicos uertiſſet, pronunciatis Comœdiam, ſpectatores quorum nullus attendat, ut audiat.*

Narrare putaret] *Nunc dixit.* Aſello Fabellam ſurdo] *Et ſurdum uincentem ſtrepitus de iambico tragico.* Garganum mugire] *Tantus populi fragor eſt, in depoſcendis rerum nouarum ſpectaculis, ut Apuliæ montis, Gargani ſyluas mugire, uel undas fremere Thuſci maris, non auram, uel naufragia credas.*

Spectantur, & artes Diuitiæq;] *Non igitur Comœdiæ.* Oblitus] *Id eſt, perfuſus, perunctus.* Concurrit dextra læuæ] *Populi, ut ipſum inquit proſcænium penè occurrente ſibi dextra, læuaq; populo, hiſtrionibus auferatur.* Dixit adhuc aliquid] *Bono ſtomacho, quaſi dicat, huc enim proceſſit, ut ſi diceret, non uideretur tantum.* Nil ſanè] *Reſpondentis eſt, & iterum Horatius dixit.*

Lana Tarentino] *Non ergo, inquit, in ſcenico ars ſola, ſed ueſtis placet.* Ac ne forte putes] *Alij rectè facientibus, quod ego non faciam, claudi uelle detrahere. Ego & miror, & præfero poëtam tragicum, uel comicum, etſi hæc poëmata ipſe non facio.*

Ille per extentum funem] *Rem difficilimam facere, & eſt ordo: Poëtam eum qui pectus meum mouet, qui poteſtate carminis moderatur affectibus meis.* Vt Magus] *Rectè Magus, quia faciunt poëtæ boni, quod Magi promittunt, carmine ut conuertant ſenſus animosq; cunctorum.* Modò me Thebis] *In Tragœdia.*

Modò ponit Athenis] *In Comœdia.* Verùm age] *Ex his tranſit ad poëtas, ex quibus Horatius quoq; eſt, qui non* δράματα, *hoc eſt, fabulas ſcribant, ſed eiuſmodi quæ legantur. Et hortatur Auguſtum, ut diligentiùs exiſtimet poëtas, dignos bibliotheca, quam in templo Apollinis ipſe fecit.* Vt ſtudio maiore petant] *Eſt* ἀλληγορία, *pro eo quod eſt, ut ſtudioſa carmina ſcribant.*

Multa quidem nobis] *Nobis, poëtis, & auditoribus. Dicit nonnunquam in poëtis culpam eſſe, propter quam carmina ipſorum patiātur iniuriā.* Cædā mea] *Hoc eſt, ut ipſe me lædam, & ipſe mihi detraham.* Cùm tibi librum ſollicito damus] *Incipit enumerare, quòd multa mala faciant poëtæ, ſed tamen non uſque quaque poëtis fauendum, niſi præclaris, egregijsq;, quibus ſolis permittendum, ut res geſtas Cæſaris ſcribant.* Aedituos] *Narratores atq; indices. Aeditui enim templorum ac numinum, quibus inſeruiunt ſacrorum originem aduenis, & ignorantibus narrant. Alij æditues pro clientibus ac familiaribus dici putant, ac per hoc laudatores, poëtasq; ſignificat.* Belli ſpectataq; domi ſiq; Virtus] *Hoc eſt, ingens ac præclara, ſignificat autem Auguſti res geſtas.*

Gratus Alexandro] *Præclarè: ſignificat enim Cæſarem poëtis bonis debere fauere: quandoquidem Alexander Macedo, Chœrilum magnifecit, malum poëtam.* Incultis qui uerſibus] *Neque arte, neque natura, uerſus facientem: & deeſt, pro, ut ſit: pro incultis uerſibus.* Rettulit acceptos regale numiſma Philippos] Quid *Philippos?* ἰσὶ ὄγμαν, *regale nomiſma, aureos, & uerè,* Rettulit deceptos, *tanquam diceret legitimè uendidit. Acceperat autem pro ſingulis uerſibus ſingulos Philippeos.* Sed ueluti tractata] *Senſus eſt: Quemadmodum atramenta polluunt, quodcunque contigerint: ita mali poëtæ res ſplendidiſſimas obſcurant ſordibus ingenij ſui.* Notam labemq; remittunt] *Commaculant, quicquid attigerint.* Idem rex] Ordo *eſt: Idem rex ille, edicto uetuit. Dicit autem in poëtis tantummodò erraſſe regem, cùm in pictoribus, & plaſtis diligentiſſimus fuerit.* Tam carè] *Vtpote nummis aureis.* Præter Apellem] *Apelles pictor inclytus fuit.*

Lyſippus] *Statuarius. Alexander autem eius ſolas ſtatuas admirabatur.* Quòd ſi iudicium ſubtile] Quòd *ſi, inquit, hunc regem ſubtilis iudicij ipſe uocares, ad examinandum poëtarum carmina, ueraciſſimè inuenires hominem ita ſtultū, ut eum diceres natū in Bœotia.* In Craſſo iurares aëre] *Craſſos & hebetes faciente. Hoc autem dicit ad Cæſaris laudem, de cuius iudicio ſingulari circa percipiendos poëtas, ſtatim dicturus ſit.* At neque dedecorant] *Vt Chœrilus Alexandri, & eſt ſenſus: Eiuſmodi poëtas eſſe Varum & Virgilium, ut quod de illis bene iudicat Cæſar, quod iſ legit plurima, non ſtultè uidetur hoc facere.* Nec magis] *Nec magis uultus exprimuntur in ſtatuis clarorum uirorum, quàm in poëmate mores eorum atque animi.* Nec ſermones ego mallem] *Nunc Horatius tanquam aliquis ſibi dixiſſet, reſpondit. Cur igitur non res geſtas Cæſaris ſcribis? dicit ſe potiùs uelle, ſi poſſet. Non enim mallet ſermones, hoc eſt, Satyram ſcribere, ſi alto cothurno par babuiſſet ingenium.* Repentes per humum] *Et per hoc, humiles.* Quam res componere] *Hoc eſt, quàm ſcribere poëma rerum ſublime geſtarum.* Arces] *Conditas à Cæſare ciuitates dixit.* Clauſtraq;] *Iani Gemini templum ac portas belli, pacato orbe terrarum, ſolus clauſerat Cæſar Auguſtus de qua re Virgilius.*

» *Diræ ferro & compagibus arctis*
» *Claudentur belli portæ.* Et,
» *Mos erat Heſperio in Latio.*

Si quantum cuperem, poſſem quoque] *Dicit ſe magis iudicio, quàm ingenio paratum, & hoc uetus eſſe dictum Ariſtarchi ferūt,*

qui

qui cùm multa reprehenderet in Homero, aiebat: Neque ſe poſſe ſcribere, quemadmodum uellet: neq; uelle, quemadmodum poſſet. Sedulitas autem] Hæc ſententia generalis eſt. Stultè quem diligit] Vt qui prauo obſequio lædunt, quos amant: ut ſi te amet medicus imperitus, & nolit tibi alterius imponi medicamina, niſi ſua. Sed tranſlatio eſt facta ab his, qui complexu nimio, quem amant, præfocant, ut ſatiùs ſit à ſtulto minus diligi. Vrget] Lædit, ſignificat. Præcipuè cum ſe numeris commendat] Omnium quidem, inquit, æſtimatio odioſa eſt, ſed maximè poëtarum malorum, & ſubijcit cauſam.

CHRIST. LAND } Cum tot ſubſtineas, & tanta negocia ſolus] Ad Auguſtum liber eſt. nam & apud Suetonium legitur epiſtola Auguſti Horatium arguentis, quod ad ſe nõ ſcribat. Excuſat ergo ſe non ſcribere ne illum tot negocijs occupatum impediat, & ſimul eius laudes aggreditur. In tota autem epiſtola ſubtiliter in fauore poëtarum uerſatur. Eſt autem principium pene heroicum, & quo optimi, ſapientiſſimiq; ducis officium abſolutiſſimè deſcribat. Quam quidem rem ſi attentius legeris Illuſtriſſime Guido Feltri in ea tanquam in nitidiſſimo ſpeculo parentis tui Federici Feltrij ducis inuictiſſimi plurimas, ſtupendaſq; uirtutes contemplaberis, nam quid poëta noſter in Auguſtum ſcribit, quod optimo ſuo iure ſibi Federicus non uendicet, quid inquam earum rerum quæ principum uitam omnibus laudibus accumulatam & domi & militiæ reddunt in noſtro principe deſideratum eſt. Sed uide iam quæ de Auguſto dicat ut eadem de parente tuo dicta putes. Eſt autem ordo. Peccem pro peccabo, ſi ego detineam te ô Cæſar longo ſermone. Cum tu ſolus ſubſtineas tot & tanta negocia. Solus ſubſtineas] Optimus enim princeps non ſolus conſultat, ſed eligit quos prudentia, fideq; inſignes nouit cum quibus conſultet. Sed tamen ſolus ſubſtinet, quia non ita cuiquam aliquid demandat quin ipſe pariter, quo ad res patiatur curet. Omnia circumſpicit, omnibus conſulit, nihil omittit, nihil negligit. Ergo ſubſtinet ſolus. Conſultat cum pluribus. Quæ cauſa eſt, ut princeps de ſe loquens ita dicat ueluti de pluribus loquatur. Non enim ait ita decreui. Ita iubeo. Sed ita decreuimus. Ita iubemus. Neq; hoc ſuperbia adinuenit, ut tanquam ſe unum pro omnibus cenſeat, ſed modeſtia peperit, ut nõ ſuæ prudentiæ cuncta arroget, ſed ut aliorum quoq; conſilio egere, & cum egeat libenter uti demonſtret. Contraq; honorificentius illi eſt ut ſingulari numero, & non plurali ſalutetur. Cum enim dixero te quæſo rex, teq; appello in ſolo ipſo magis cũcta repoſita eſſe demõſtro, quã cum dixero uobis ſupplex ſum ô rex, ueſtrãq; opem imploro. Sed barbarica quædam adulatio omnia, & peruertit, & inuertit. Sed ad rem redeo. Subſtineas] Ergo non ſuccumbis oneri, ſed eo animi robore, ea prudẽtia es, ut etiam quæ grauiſſima ſunt ſubſtineas. Res Italas] Is enim princeps non ſolùm inter mortales primus habendus, ſed etiam ſi dicere liceat Deo ſimilis putandus, qui & armis imperium tutari poſſit, & rempublicam uirtutibus ornet, & uitijs purget. Res Italas] Imperium Latinum, quo nihil maius fuit. Ergo nullum maius pondus eo eſt, quod tu ſubſtines. Tuteris] Optimè dixit, non enim armis ad aliorum iniuriam abuti, ſed in noſtram defenſionem uti debemus, non igitur ut inferatur, ſed ut propulſetur iniuria arma bonus princeps ſumit. Moribus ornes] Tutaris imperium. Ergo pacem uel ſi eſt conſeruas, uel ſi ab alijs uiolata fuerit reſtituis. nulla enim alia ratione bella ſumenda ſunt, niſi ut in pace uiuamus, ſed quia iners omnino ac deſidia plena pax erit, niſi uirtutibus illuſtretur, & excellentibus uiris ornetur non temerè adiunxit. Moribus ornes] Id eſt, uirtutibus, quæ à moribus ſunt, uel moribus, quaſi optima conſuetudine inductis, quæ omnes parit uirtutes. Legibus emendes] Nam qui moribus atq; optimis exemplis ad uirtutem à uitijs adduci non poſſunt ij metu pœnæ, quæ ex legibus infertur coërcendi ſunt. Legibus] Nam ut etiam apud inſtitutiones iuris ciuilis eſt imperatoriam maieſtatem, non ſolum armis decoratam, ſed legibus ornatam eſſe oportet. Incommoda publica] Non ſolùm enim errata, quæ & ipſa damnum maximum reip. afferunt, uerùmetiam omnia incommoda legibus amouenda ſunt. Romulus] Quantò omnibus iſtis, quos enumerat excellentior ſit Auguſtus, ex eo demonſtrat. quod illi uiuentes inuidiam ſuperare nequiuerint. Auguſtus autẽ uſq; adeò illã extinxit, ut uiuenti ſibi diuini ſint honores decreti. Aſpera bella componunt] Id eſt, finiunt, quia regiones pacabant, ut non ſit laus in gerendo bello, ſed in pace inducenda. Agros aſſignant] Vel quia colonijs deſerta loca replebant, uel quia ut lites tollerent unicuiq; ſuum eſſe uolebant. Supremo fine] Id eſt, ipſa morte & non antea. Vrit enim] Oſtendit, quare inuidia non niſi morte dometur. Nam ille qui prægrauat artes infra ſe poſitas, id eſt, qui adeò excellit, ut omnes uirtutes inferiores ſe ſine urit, id eſt, accendit homines ad inuidiam. Sed tu tua magnitudine rerum omnem inuidiam ſuperaſti. Inuidemus enim hominibus uſq; ad id illud ſpatium quo & nos peruenire poſſe ſperamus. Sed ſi in altiora iam euolarunt nõ amplius inuidemus. Quapropter Græci ea, quæ uehementer excellunt aphthona, id eſt, ſine inuidia dicunt. Sed tuus hic populus] Sententia eſt, quòd quemadmodum rectè de te ſentit cùm præponit te cæteris, ſic non rectè de rebus alijs iudicat. Nam in poëtis iudicandis ſemper ueteres ſola uetuſtate motus nouis anteponit. Tabulas peccare uetantes] Librum intelligit 12. tabularum. Sed ut breuiſſimè originem iuris Romanorum proſequar. Romulus cum in 30. partes, quas curias appellauit, populũ diuiſiſſet, leges quaſdã tulit, quas curiatas appellauit. Tulerunt & ſequentes reges, quas omnes quoniam à Sex. Papyrio qui priſcis temporibus fuit (quæ ſuo ordine in unum uolumen redactæ ſunt) ius Papyrianum appellarunt. Exactis uerò regibus lege à tribunis lata omnes leges exoluere. Ac deinde per 30. annos conſuetudine potiùs, quã certo iure uixit pop. Rom. Inde creati ſunt decemuiri anno urbis altero, & treceteſimo, qui conquirerent leges à Græcis ciuitatibus, quas in decem tabulas eburneas perſcriptas in roſtris poſuerunt, ut poſſent leges apertius perſpici, fuitq; illis ius in ciuitate eo anno ſummũ, ut nulla eſſet ab illis prouocatio, ut leges corrigerent, & ſi quid uideretur adderent. Itaq; ſequenti anno alias duas addiderunt. Vnde fuit duodecim tabularum liber. Quarum ferendarum authorem dicunt fuiſſe decemuiris Hermodorũ quendã Epheſiũ in Italia exulantẽ. Hinc uerò exorta eſt prudentiũ interpretatio & diſputatio fori. Hæc interpretatio ſine ſcriptis nomen proprium non habens ius ciuile dicitur. Inde ex ijs legib. eodẽ fere tẽpore actiones cõpoſitæ ſunt, quib. inter ſe homines diſceptarent, quas ne pro ſuo arbitrio homines inſtituerent, certas & ſolennes eſſe uoluerunt. Hæc autem pars iuris legis actiones appellantur. Scientia tamen interpretandi & actiones apud collegiũ pontificum erat, ex quibus cõſtituebatur, quis quoq; anno præeſſet. Quæ cõſuetudo annis ferè centũ durauit. Poſtea cũ Appius Claudius propoſuiſſet, & ad formas redegiſſet has actiões. Cn. Flauius ſcriba eius, et libertini filius ſubreptũ librũ populo tradidit. Vnde meruit Tr. pl. Senator ac ædilis fieri. Hocq; ius Flauianum ut illud Papinianũ dixerunt. Inde Sex. Helius alias actiones cõpoſuit, & populo tradidit, quod ius Helianũ dixerũt. Intercedente deinde diſcordia ſeceſſit populus, & ſibi iura cõſtituit, quæ plebiſcita dicuntur. Inde cũ tãtum populũ coire difficile eſſet, cura ad ſenatũ reiecta, ſenatuſconſulta nata ſunt. Peccare uetantes] Quoniã leges peccãtib. pœnas inſtituũt. Bis quinq; uiri] Hi aũt fuerũt Appius Claudius, T. Genutius, P. Sextilis, L. Veturius, C. Iulius, Aulus Manlius, C. Sulpitius, P. Curatius, T. Romuleius, Spu. Poſthumius. Fœdera regũ] Leges antea à regib. cõditas intelligit. Aequata] Ex æquo compoſita. Nam T. Tacius cum Quiritibus Sabinis æquo iure in ciuitatem receptus eſt, ita ut urbis nomen Roma maneret. Ciues aũt non Romani, ſed Quirites appellarentur. Pontificũ libros] Quia ut ſuprà dixi ſcientia interpretandi, & actiones apud collegiũ pontificũ erant. Vel intelligamus ius pontificiũ. Rigidis] Seueris, ut ſuprà oſtendimus. Si quia Græcorũ] Si Romanorum poëtarũ, ita quiſq; optimus habetur ut eſt uetuſtiſſimus, quia hoc de Græcis euenit. Non eſt quod multa loquamur] Quaſi dicat nõ eſt diſputandũ contra iſtos, qui nullã afferunt rationẽ. Nam ſecundũm iſtos olea non habet intra ſe oſſiculum, neq; nux extra ſe habet corticẽ, i. affirmãt cũcta pro libidine, & ea quæ ueriſſima ſunt, negant. Venimus ad ſummũ fortunæ] Rectè q; multi nõ ob uirtutem, ſed ob fortunã laudãtur. Achiuis doctiùs] Nã iſtarũ omniũ artiũ palma illis cõceditur, ſed iſti ut ſtultè laudant poëtas à uetuſtate, ſic falſò præferent nos Græcis in artib. in quib. ipſi præualent. Si meliora dies] Acuta inquiſitio, interrogat enim ſi uerũ ſit, quod

neceſſitas

uetuſtiores meliores ſint, quotus annus erit, qui faciat poëtam ueterem, quod ſi centeſimum dicas, interrogat ulterius ſi ſit minor uno anno, an inter ueteres ſit enumerandus. Tu concedas inter ueteres, quoniam anni ſpatium breuiſsima res eſt ad centum annos. Ille autem minuet alium annũ. Atq; ita paulatim minuendo reducet hunc, qui æſtimat poëtas ex uetuſtate ad breue ſpacium. Libytina] Pro morte poſuit. Critici] Grãmatici, qui ſeueriùs in poëtas iudicant. Leuiter curare] Parui facere. Quo promiſſa] Nam cùm dixerit, animam Homeri ueniſſe in ſe ut ſupra oſtendimus. Nam ferunt ab Euphorbio in Homerum migraſſe, atq; inde in Pythagoram & ex Pythagora in pauonem, atq; inde in Ennium. Hoc ridens Perſius dixit Quintus pauone ex Pythagoreo. Cum ergo hoc dixit: uiſus eſt magna de ſuo poëmate promittere, quod cum deinde nõ multum expoliuerit uidetur neglexiſſe ſua promiſſa. Somnia] Appellat Pythagoræ opinionem de migratione animarum in diuerſa corpora ſomnia, quoniam eam falſam putat Næuius. Hic ex Campania huiuſcemodi ſibi ſcripſit epitaphium. Immortales ſi foret fas flere. Flerent diuæ Camœnæ Næuium poëtam. Itaq; poſtquã eſt orco traditus theſauro. Obliti ſunt Romæ loqui lingua Latina. Pacuuius] Et huius epitaphium eſt. Adoleſcens etſi properas hoc te ſaxũ rogat ut ſe aſpicias, deinde quòd ſcriptũ et legas, hic ſunt poëtæ Pacuuij Marci ſita oſſa. Hoc uolebam neſcius ne eſſes, uale. Ergo ſenilem doctrinã Pacuuio, altitudinem ingenij Accio attribuit. Afrani toga] Id eſt, togatæ Comœdiæ Afrani ſimiles eſſe Comœdijs Menandri, qui apud Græcos in noua Comœdia princeps eſt. Plautus de quo in Arte Poëtica dictum eſt. Epicharmi] Siculus poëta & philoſophus, cuius ex uerſibus (ut ait Laërtius) Magnam utilitatem ſcripſit Plato, quòd ipſe ſuo carmine uaticinatus eſt. Dixit enim mearum adhuc erit memoria rerum & ſermonum. Cæcilius] Et de hoc dictum eſt. Terentius arte] Quæ profectò maxima in eo apparet. Quapropter etiam præ cæteris à Cicerone laudatur. Hos ediſcit] Sententia eſt, quòd à Liuio Andronico, qui primus Romæ fabulam dedit uſq; ad noſtra tempora hi ſoli habentur poëtæ. Si ueteres] Si ita populus Romanus ueteres poëtas laudat, ut nullum putet anteferendum, errat. Si autem putat illos errare nõnũquã, quia quædam nimis antiquæ, aut nimis durè, aut nimis negligenter ſcribant mecũ ſentit. Ioue æquo] i. uera æquitate: nã à Iouis planeta æquitas, ius, legesq; ſunt. nam non ita aut Liuij, aut reliquorũ carmina inſector, ut delenda putẽ Sed miror quòd uideantur pulchra, & minimũ diſtantia à perfectis. Orbiliũ] Hic Beneuẽtanus Grãmaticus fuit, & primo apparituram magiſtratibus fecit. Deinde militauit poſtremo militia functus ſtudia à pueritia incepta repetiuit primo in patria. Deinde quinquageſimo uitæ anno Romã conſule Cicerone uenit. Docuitq; maiore fama, quam emolumento. Nam uixit pauper. Fuit acerbus, & in Antiſophiſtas & in diſcipulos, proptereaq; plagoſum appellat poëta, & Domitius Marſus ait. Si quos Orbilius ferula, ſcutica'ue cecidit. Vixit propè ad centũ annos amiſſa iam pridem memoria. Si uerſus paulo.] Non debet totum pœma duci, & uendi pro bono, ſi unus aut alter uerſus fuit paulò cõcinnior, nec ſi ueniã meretur debet illi peti honor præmium rectè, nec'ne crocũ, in fabula quæ materia dicitur ita enumerat genera florum poëta togatarum ſcriptor, ut ſit reprehendenda eius loquacitas. Ergo ſi ego non dicam damnem, ſed ſi dubitem an rectè ſcripſerit clamabũt omnes ſenatores periſſe pudorem, cum ego audeam reprehendere antiquorum fabulas, quas uel Aeſopus, uel Roſsius egit, fuit aũt Aeſopus Tragœdiarum actor, per quẽ M. Tullius actionem in dicendo emendauit. Roſcius aũt tantum in fabulis agendis ualuit, ut omnes authores longo interuallo ſuperauerit. Vnde prouerbium extuit, ut ſi quem in aliquo artificio cæteros ſuperare contenderent eum in ſua diſciplina Roſsium eſſe dicerent. Vel quia] Duplici ratione feruntur in hoc deprauatũ iudiciũ. Vel quia nil rectum putant, niſi quod placuit ſibi. Vel quia pudet concedere nobis, quos ſe inferiores putant, & pudet fateri eſſe perdenda, id eſt, tanquam inepta abijcienda nunc in ſenectute ea, quæ ipſi imberbes, id eſt, adoleſcentes didicerãt. Iam Saliare] Propter ancile ſub rege Numa è cœlo delapſum inſtituit ſalios ſacerdotes Numa, & carmen quòd illi canerent, ut alio in loco oſtendimus. hoc autem rude & incompoſitum fuit, ut illa tempora ferebant. multi igitur ignari rerum, ut aliquid ſcire uideantur illud laudant non adeò ut antiquis faueant, ſed quia præſentes poëtas oderunt. Quod ſi tam] Si Græci odiſſent nouos nunquam tam multæ artes ad ſuam perfectionem productæ eſſent. Neq; eſſet nunc aliquid uetus, quod legeretur. Nam qui ueteres ſunt, aliquando fuerunt noui. Tereretur uiritim] Id eſt, quod dum ſinguli uiri legunt aſsiduo uſu tereretur. Vt primum] Oſtendit principiũ artis poëticæ quod ex pace, & ſecunda fortuna ortum eſt. In uitium] Nam fœlicitas nos à labore ad laſciuiam procliues ducit. Athletarum] Quia uaria ludorum certamina inſtituta ſunt, inter quos athletæ, & aurigationes equorum fuêre, & qui marmor ebur, & æra ſculperent. Suſpendit uultum & mentẽ] Scilicet, ſpectatoris, qui adeò ſtupuit picturæ artificio, ut mentem uultumq; inde non flecteret. Vel dicit quòd picturam ita uiuentem produxerit ut uultum, id eſt, affectum animi, & mentem habere uideretur. Sic Virg.

„ Credo equidem ducent de marmore uultus. Tibicinib.] Quibus in choris ſibi fabulæ adhiberent. Sub nutrice] Mira comparatio, nam cùm infantes leues, mutabilesq; ſint iuuantur eorum natura à puellari nutricis ætate. Plena] Satura. Quid placet] Hoc uerum, quia ad ſenſus refertur, nam quæ recta ratio elegit ea ſtabilia ſunt. Romæ] Alia fuit Romanorum ratio uiuendi, ut aut iuri ciuili, aut mercaturæ inuigilarent. Deinde mutauit ſtudia Populus Roman. & ad poëticen conuerſus eſt. Patres ſeueri] Id eſt, qui ſeueriores eſſe deberent. Mendacio parthis] Prouerbium eſt, nam Parthi fugam mentientes hoſtes feriunt. Nauẽ agere] Nullus aliquo in artificio exercet ſe, niſi illud prius didicerit, exceptis ipſis poëtis. nam & docti ſimul, & indocti accedunt ad ſcribendum. Sed tamen hoc, impudentiæ uitium multas ſecum uirtutes affert. nam adeò intenti muſis ſunt poëtæ, ut nulla auaritia, & habendi cupiditate moueantur. Non mouentur calamitatibus acceptis non ſocio pupillo fraudem cogitant. Siliquis] Id eſt, leguminibus, quæ intra ſiliquas latent. Pane ſecundo] Id eſt, confecto non dè flore farinæ, ſed ex ea, quæ reſedit in cribro. Militet] Nam imbelles ſunt, neq; eſt in illis robur animi militiæ aptum. Malus] Imbellis, meticuloſus à Græcorũ ſimilitudine. Illi enim κακὸν, id eſt, malum dicunt ab eo, quod eſt κάζω, id eſt, cedo. nam antiqui nullum putabant maius uitium, quàm in prælio cedere. Vtilis urbi] Artificiosè primo oſtendit, quibus uitijs careat, deinde quibus uirtutibus ſit ornatus. Paruis magni iuuat] Modeſtè loquitur dè artificio ſuo, ſed res maxima poëtica eſt. Os pueri] Nulla enim re magis emendatur uox, & formatur pronunciatio, quàm uerſibus poëtarum. Poëtarum enim uerſibus efficiuntur aures noſtræ eruditæ ad iudicandum. Præterea optima præcepta in poëmate traduntur, quibus abſterremur ab omnibus uitijs, & docemur uirtutes. Orientia tempora] Inſtruit exemplis. Inſtruit nos quo pacto uitam mentis adminiſtremus exemplis rerum præteritarũ. Notis] Præteritis, nam ea nota ſunt. Scribit carmina, quibus preces erga deos cõtineantur, quæ puellæ, & pueri addiſcant. Nam multos hymnos apud antiquos uirgines, ac pueri dijs immortalibus canebant. Poſcit opem chorus] Nam uerſus quos chorus in fabulis canit omne genus precationum continent, quibus dij mouentur. Præſentia] Fauentia. Cœleſtes aquas] Pluuias. Blandus] Prò ſupplice poſuit. Superi] Vt auxilium præſtent. Manes] Ne noceant. Agricolæ priſci] Oſtendit ludos feſcenninos à poëtica nũ eſſe disiunctos. Tempore feſto] Vt ſit religio, & non otium iners. Porco] Pro porca. Contra. Virg.

„ Et cæſa iungebant fœdera porca pro porco.

Lacte] Nam paſtorum Deus erat Syluanus Floribus. nam genio ſuo ſacrificantes flores adhibebant tanquam per illos breuitatem uitæ ſignificarent. Feſcennina] Genus fabulæ eſt ab oppido ubi primum inuẽta ſunt, quemadmodum ab Atellis Atellana. In ijs iocoſa conuitia exprimebantur. Luſit amabiliter] De rebus iſtis omnibus abundè dictum eſt in Arte Poëtica. Honeſtas domos] Probos uiros intelligit. Super] Pro de. Græcia capta] Capta eſt armis Græcia à Romanis. Sed deinde capta cœpit Romanos, quæ illos ſuis laſciuis artibus cepit, & omnem priſcam ſeueritatẽ ab eis repulit. Horridus numerus] Rudis illa compoſitio uerſuum, quæ fuerat in priſcis poëtis. Saturnius] Vel retulit ad planetam cuius illa

ius influxus triſtis, mæſtusq́ eſt, uel ad antiqua tempora, in quibus in Italia Saturnus regnauit quo regnãte omnia caſta, ſeueraq́ fuerunt. Virus] Non ſolùm uenenum ſignificat, ſed etiam grauem odorem, & abominabilem. Quapropter Plinius in quibuſdam herbis grauem odorem uirus dixit. Ergo & in hoc loco cùm ſumpſiſſet tranſlationem ad mores à corpore, quemadmodum dixit mũditias, quibus corpus lautum & à tetro odore purgatum redditur. ſic contra dixit uirus odorem tetrum, qui ab infecto ſudore & ſordibus corpore manat. Florentini hunc odore læſum appellant. Sed in longum] Inceperunt quidem æmulari Græcos, ſed non adhibito acumine ingenij diu rudes manſerunt. Et hodie] Id eſt, ſuo tempore dicit extare illam ruſticanam ruditatẽ. Sed tamen poſt punica bella, id eſt, in illa pace, quæ fuit poſt primum bellum punicum incœperunt imitari. Sophoclen & Aeſchylũ, & placuit illa ſublimitas tragica, tanquàm magis conſona naturæ Romanorũ, & propterea illa in Latinum uertere cœperunt. Creditur] Putarũt deinde Comœdias minùs laboris habere, quoniam eorum materia ex medio eſt, id eſt, ex uita communi ſumitur & ciuili, conficiũturq́ ex ſermone penè quotidiano & familiari. Sed tamẽ tantò plus oneris habẽt, quantò minorem ueniam merentur peccata, quæ in illa committuntur. Aſpice] Plautus. Incertum eſt utrum laudet Plautum, & uituperet Dorſenum, an uituperet utrunq;. Ergo in ambigua lectione erit. Quo pacto] Id eſt, quam bene. Vel quo pacto quam malè. Eſt autem opus ut exprimatur natura amãtis in iuuene. Attenti] Id eſt, auari in ſene, inſidioſi in lenone, edacis in paraſito. Adſtricto ſocco] Id eſt, ſtylo comico conueniẽti. Hoc autem euenit, quia properat Comœdias ſcribere, ut lucrum faciat. Nomen autem, & famã negligit. Securus] Negligens. Cadat] Quia claudicet in multis locis. Talo] Pro pede. Quem tulit] Vt demonſtrauit eſſe nonnullos poëtas, qui modò quæſtum faciant, famam neglig ũt. Sic contra nunc eſſe alios quos ſola gloriæ cupiditas moueat ad ſcænã, id eſt, ad Comœdias ſcribendas quæ in ſcæna agantur. Ventoſo curru] Quaſi innuat uentoſitatem gloriæ eſſe ſibi pro triumpho. Hic igitur ſi ſpectatores habet lentos, ſcilicet ad plaudendum penè exanimatur, ſi ſedulos inflatur ex tumore gloriæ. Ergo minima, & leui re, aut opprimuntur, aut ſubleuantur. Ipſe autem potiùs ualere uult ludicra, id eſt, rem ſcænicã, quàm aut macreſcere palma denegata, aut pingueſcere conceſſa. Ludicra] Quia in ludis emebant Comœdias ædiles. Sæpe etiam audacem] Poſt uanos audaces quoq; uituperat, qui ſæpe terrentur cum inter recitandum uident plebeos qui uirtute, & honore inferiores, & indocti numero tamen plures ſunt, poſcere uenationes, aut gladiatores. Si eques] Id eſt, quãuis equeſter ordo, & nobilitas diſcordet. Verum equi] Sed quod indignius eſt, iam etiam equites inceperunt malle ſpectare illa, quã audire Comœdiam. Nam uoluptas quæ ſolebat percipi ab auditu nunc cõuerſa eſt ad oculos. Incertos] Secundùm Academicos qui dicunt oculos in multis falli, ac propterea non eſſe illis credendum. Quattuor] Quæritur quòd cum ad breue tempus Comœdia audire non ſubſtineant tamen non defatigentur ad longũ ſpaciũ certamina equeſtria ſpectare. Regum fortuna] Id eſt, ipſi reges olim fortunati. Retortis] Poſt terga ligatis. Eſſeda] Gallicum uerbũ & currus ſpecies eſt. Inde Eſſedarij qui Eſſeda agunt. Pilenta teſte Seruio uehicula erant, quæ deinde baſternas uocatas dicit, & prius ueneti coloris fuerunt, deinde ruſſati, quibus non niſi caſtè utebantur. Petorita] Vt feſto placet genus uehiculi eſt uel Gallicum, uel Oſcum. nam Oſcorum lingua petora quattuor ſignificat, erat autẽ quatuor rotarum. Oſtendit aũt quod in theatro exercerentur ſimulachra pugnæ, & deinde uictoriæ ac triumphi, in quo portabantur. Ebur] Id eſt, imagines eburneæ. Alij dicunt quod Eſſedis uehebantur Galli Pilentis reginæ, Petoritis familia regiæ naribus milites. Captiua Corinthus] Vel ſimulachrum urbis illius deuictæ, uel ingens numerus uaſorum Corinthiorum. Democritus] Hic philoſophus Abderites fuit, totuſq́ humanarum diuinarumq́ rerum ſpeculationi deditus, & qui omnes homines ſtultos putaret, & ſtulta quæcunq; agerent. Quapropter omnia cõtemnens ſemper ridebat, ut contra Heraclites Epheſius commiſeratione humanæ ſtultitiæ motus aſſiduò collachrymabat. hic circa 69. Olympiadem claruit. Panthera] Sic dicitur, quia uariorum colorum ſit, & quaſi omniũ ferarum colores habere uideatur. Elephas albus] Qui uſquam inuenitur. Nam in Mauritania ruſi, minoreſq́ ſunt. In India uerò nigri & maiores. Ergo ſi Democritus uiuiret in hæc theatra, ut ſumeret ſibi pro ſpectaculo populi uariam ſtultitiam, ut populus ſpectat ludos. Ipſos autem ſcriptores, id eſt, poëtas rideret quòd fabulam narrarent aſello, id eſt, ſtolidæ turbæ, & quæ nihil ex ornamento poëtico deguſtare poſſit. Et ſurdo] Quoniam tantus in theatro tumultus excitatur, ut narrantem audire non poſſint. Peregrina] Nam & ludi, & apparatus, ac ornatus ludorum à Græcia ſunt. Dextra leue] Incipiunt applaudere antequam quicquàm dixerit actor, quia ſolo apparatu delectantur. Dextera leue] Nam cum applaudimus manus inuicem percutimus. Veneno] Id eſt, colore. Virgilius.

„ Tyrio ſaturata ueneno.

Tarenti autem optima purpura tingebatur, & quæ uiolaceum uideretur imitari colorem. Ac ne] Oſtendit nolle ſe debita laude defraudare poëtas bonos, cum difficiliùs ſit in re ficta mouere uarios affectus mentis, ut illi mouẽt, quàm ire per extentum funem, ut Schœnobatæ ſolent, quem ludum funãbulum Latini appellant. Vt magus] Nam uidetur uti artibus magicis cùm ita uarios affectus moueat, ut ſpectatorẽ ad iram, ad miſericordiam, ad ſpem, ad metum pro ſuo arbitrio moueat, Quod ſuis artibus magici præſtare dicuntur. Magos] Lingua Perſica ſapientem ſignificat. Quapropter eos qui apud illos philoſophantur magos appellarunt. A' Zoroaſtre ergo mago ars hæc magica dicitur orta, ſed utrum unus hic tantùm fuerit, an poſtea alter, non ſatis conſtat. Eudoxus tamẽ Zoroaſtrem hunc ſex millia annorum ante Platonis mortem fuiſſe contendit. De hac multa apud Plinium lib. 30. hiſtoriæ naturalis inuenies. Modo Thebis] Nam fabulæ ita aguntur ut, aliæ in hac, aliæ in illa urbe geri uideantur. Verum age] Illos nunc premit, qui agendas fabulas edunt, ſed ea quæ legenda ſint ſcribunt. Hos autem dicit ſæpe ſibiipſis nocere, cum ſua poëmata, aut ſollicitis, aut feſſis legenda tribuunt, aut offendimur, ſi quis amicus in eo quippiam reprehendit. Si aliquem locum iterum interlegendum recitamus. Si lamentamur nõ intelligi, quantum laborauerimus, & quàm tenui filo noſtra ſit contexta tela, & cum ſperamus futurum adhuc, ut tu Auguſte accerſas nos ultrò, & cogas ut ſcribamus. Aedituos] Sacrarum ædium cuſtodes ſunt ab æde, & tuendo, ſed per ſimilitudinem appellat poëtas æditiuos uirtutis clarorum ducum, quoniam gloriam illorum, quæ uetuſtate extingueretur, ſuo poëmate cuſtodiunt. Indigno poëta] Nam præclaræ res geſtæ non ſunt committendæ, ut ſcribantur à non digno poëta. In quo loco uituperat Magnum Alexandrum, qui cùm tam grauis cenſor fuiſſet in ſculptura, & pictura ut edicto uetaret, ne quis eum præter Apellem pingeret, aut præter Lyſippum ſculperet, tamen paſſus eſt ſua facta à Chœrilo malo poëta deſcribi, & illi pro ſingulis uerſibus, qui placerent ſingulos dedit aureos Philippos. Incolatis] Ad artificium, malè natis, ad naturale ingenium retulit. Sed ueluti tracta] Vt atramenta polluunt eos, qui tangunt, ita mali poëtæ obſcurant eorum famam, quorum facta deſcribunt. Linunt] Deturpant ut cùm res alba linitur atramento. Apelles] Hic teſte Plinio omnes qui fuerant, & qui futuri erant ſuperauit. Pictura] Plura ſolus, quam reliqui omnes adiumẽta attulit edidit, quoq; de ea uoluminibus. Lyſippus] Iſte ad ſexcenta, & decem opera ut artis claritatem poſſent dare perduxit. Fuit ſuum opus canis ex ære uulnus ſuum lambens, ob eximiam artem nullo precio eſtimabilis. Quod ſi] Sententia eſt, ſi tu reuoces ingenium Alexandri, quod in pictura & ſculptura iudicanda ſubtile fuit, ad iudiciũ, quod habuit de poëta, id ingenium uidebitur natum in craſſo aëre, id eſt, uidebitur rude, & hebes quale ſolet eſſe in ijs, qui naſcuntur craſſo aëre, qui enim in craſſo aëre naſcuntur, ſpiritus, qui ingenio ſubſeruiunt craſsiores habent, proptereaq́ minus perſpicaces ſunt. At neq; dedecorant] Dedecorauit Alexandri de ſe iudicium Chœrilus, qui non correſpondit iudicio ſuo. Ergo nõ rectè iudicauit Alexander. Tu uerò Auguſte contra te Virg. Et Vario poëtis rectè iudicaſti. nam præpoſiti à te reſponderunt iudicio tuo. Laus ergo iſta Octauianum, & hos poëtas ſimul pertingit. Cum multa laude dantis] Magna enim laus datoris eſt munera, & beneficia bene collocare. Aenea ſigna uocet] Diuiſa eſt ſyllaba metri cauſa, ut

Aiant

æneа quatuor ſit ſyllabarum. Sententia eſt, quod carmine boni poëtæ melius exprimuntur uirtutes magnorum uirorum, quam exprimantur eorundem corpora, per ſculpturam. Nec ſermones ego] Ego etiam libentiùs heroica ſcriberem, & illis res egregias clarorum ducum exprimerem, quam ſermones, id eſt, huiuſcemodi carmina infimo ſtylo deſcripta, ſed non poſſum quod cupio.

Repentes] Quod eſt pedibus carentium. Ergo repentes, per humum, id eſt, infimos. Clauſtra cohibentia lanum] Hanc Romanorum conſuetudinem, quod in pace Iani templum clauſum eſſet, in ſuperioribus abundè proſecuti ſumus. Parthis] Quoniam ab eo per Ventidium ducem ſuperati ſunt. Tua maieſtas] Id eſt, maieſtas rerum à te geſtarum. Recipit paruum carmen] Dignatur infimum ſtylum. Pudor] Nam cum ſim conſcius meæ in dicendo tenuitatis pudore uetor, ne audeam quod præſtare non poſſim.

Sedulitas autem] Quod ſi quis dicat adhibe ſedulitatem, & diligentiam, hoc facit ſedulitas, ut urgeat, id eſt, deprimat & obſcuret eum, quem ſtultè diligit. Nam ſtultè dicimur diligere, quando noſtra dilectio nocet ei, quem diligimus. Sedulitas properè fidelis eſt, & anxia, diligentia dicta, quod ſine dolo fiat. Vrget autem præcipuè, cùm cupit commendare numeris, & arte, id eſt, artificioſo carmine. Non hoc uitium lectoris eſt, ut citiùs diſcat, & libentiùs meminerit quid eſt, quod non probet, quam ea quæ probet?

Nil moror officium quod me grauat] Nam cum amicus laudet in me non laudanda, tale officium me premit, nolo etiam proponi cereus uultu ficto in peius, id eſt, nolo rurſus uituperari in ijs, in quibus non ſum uituperandus. Et eſt translatio ab ijs qui exprimunt aliquem in cera, ſed peiori facie quàm ſit. Ne rubeam] Nam pudebit me laudatum deinde reijci, & meum uolumen deferri, quo aromata uenduntur, ut illius chartis illa ueſtiantur. Ineptis] Quaſi dicat tam uilibus, ut nullo emantur precio.

ERAS. ROT. } Ex Herculanis laboribus omnium difficilimus extitiſſe fertur, quem in hydra domanda habuit. Erat enim malum pertinax ac propemodum inexpugnabile. Cuius ſymbolo ueteres inuidiam expreſſerunt, quod ſatis in his Horatianis uerſibus expreſſum eſt. Eadem penſari trutina, idem eſt quod eadem lege. Caudæ pilos equinæ, paulatim uellit, qui quod uiribus atque impetu fieri nequit, id tempore atque aſſiduitate conficit. Natum è facto quodam ducis Sertorij, cuius rei meminit Plutarchus in eius uita. Vide Eraſmi prouerb. Quam quiſque norit artem, &c. In dolio artem figularem diſcere. & : Faber cum ſit, &c. In rebus humanis frequenter uſu uenire ſolet, ut qui cepiſſe uideatur, ipſe captus ſit. Lege prouerb. Cornix ſcorpium, & : Captantes capti ſumus. Infamiam atramenti ſymbolo poëtæ ſignificant. Lege prouerb. Sutorium atramentum. Ad hoc reſpexit Horatius, quod uulgò dicitur apud Græcos ἄνιαρος ἄνοι εὐ[illegible] ὁ [illegible] id eſt, parodio importuna beneuolentia. Nil intra eſt] Verſus iſte prouerbialis eſt, dicendus in eos, qui ad inſaniam uſque impudentes, non uerentur, & confeſſa negare, & manifeſto falſa pro certis affirmare, denique quiduis dicere ne uicti in diſputando uideantur.

Ille per extentum] Id prouerbiali figura dixit Horatius pro quod eſt rem factu perquàm difficilem, præſtare, neque uel tantillum aberrare. Sumptum à funambulis. Vt uineta egomet] Huic prouerb. Vineta cædere, ſimilimum illud Græcorum eſt: τὸν οἰκεῖον θησαυρὸν διαβάλλεις, id eſt, domeſticum theſaurum calumniaris, ſiue traducis, hoc eſt, tua ipſius carpis, lacerasque. Tenui deducta] Tenui filo, pro ſtilo ſubtiliori, minusque grandiloqua oratione. Nam rhetores tres faciunt orationes χαρακτῆρας grandem, tenuem, & mediocrem. Sumpta metaph. à nentibus aut texentibus.

Bœotum in craſſo] Bœotij apud antiquos muto audiebant uulgo. Brutos enim dicebant, ſtupidos ac pingues, idque propter edacitatem, & ſtudium, quod iſtis in exercendis corporibus magis fuit uſitatum, quàm animis excolendis. Hæc in prouerb. Bœoticum ingenium.

SABELL. } Diuerſum confuſa genus panthera camelo] Quo uerſu planè camelopardalin poëtica circunlocutione deſcripſit. Eſt autem Camelopardalis collo ſimilis, equo, pedibus & cruribus boui, capite Camelo albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus, unde appellata Camelopardis: Nabuna Aethiopes uocant, ut autor eſt Plin. in 8. natural. hiſtor. hoc eſt illud animal quod Italici lingua uernacula Gyrapham appellant, ſcribit Albertus Magnus lib. 22. de animalibus, ſuis temporibus Federicum imperatorem Camelopardalin ſecum habuiſſe, & hac tempeſtate Florentiæ uiſa eſt dono miſſa Laurentio Medici à rege Aegyptiaco: Senſus Horatij eſt riſurum fuiſſe Democritum, cui omnia mortalium ridenda uidebantur, ſicuti Heraclito flenda, ſi populũ Rom. ſtupere uidiſſet aſpectu Camelopardalis, & hoc ideo dictum eſt, quia Plinio atque Solino autoribus primum uiſa fuit Romæ ludis Circenſibus Cæſaris Dictatoris. Autor eſt Iulius Capitolinus fuiſſe Romæ ſub imperatore Camelopardales decem. Errant qui exiſtimant ab Horatio ſignificari Camelum cum Panthera coeuntem, cum Panthera confuſa, genus Camelo doctiſsima periphraſi pro Camelopardali accipienda ſit, quæ (ut diximus) ex maculis Pantheræ & capite Camelino formatur, & ita cum Camelo genus Pantheræ confundit.

POLIT. } Diuerſum, inquit, confuſa genus Panthera Camelo] Nos olim iam publica prælectione dictauimus uideri eum de Camelopardali, quæ uulgo Gyrapha dicitur ſentire. Quam n. uocamus Pantheram, Græci Pardalin. Et hanc à rege dein ipſo Aegypti, qui Sultanus uocatur, inter munera alia domo miſſam Laurentio Medici uidimus, non tam meo, quàm ingeniorum omnium, uirtutumque patrono. Tantum mirati ſumus habere ipſam cornicula, quanquam mas erat, quoniam de his nihil hactenus in ueteribus memorijs legabamus. Cæterùm Græcus Heliodorus non dilutæ ſcriptor autoritatis, libro Aethiopicon decimo, in hanc ferinè ſententiam de ea meminit, cùm ſcilicet, Hydaſpæ regi Aethiopum dono datam ab Auxomitarum legatis fabulatur. Poſtremò, inquit, acceſſere etiam Auxomitarum legati, non uectigales illi quidem, ſed amici, & fœdere iuncti, qui beneuolentiam rebus proſpicere geſtis indicantes, cùm alia & ipſi munera obtulerunt, tum in primis animantem quampiam inuſitata ſpecie, naturaque cuius ad magnitudinem Cameli proceritas. Color, pellisque Pantheræ, maculis ueluti florentibus uariegata. Poſtremæ infra aluum partes, humi ſubſidebant, ſicuti in Leonibus uidemus. Humeri, pedesque priores, atque itē pectus, præter cæterorum membrorum rationem procera. Tenuis ceruix, & quæ de reliqua corporis mole, in olorinum collum ſe tenderet. Camelo caput ſimile. Maior ipſa penè duplo, quàm Libyſſæ Struthi, ſubſcriptosque uelut oculos, torue motans conniuebat. Inceſſus autem, longè animantium cæterarum terreſtrium, uel aquatilium diſſimilis, neque enim uiciſſatim crura ſimul. Sed dextra pariter, dein ſiniſtra utraque agitabat. Cùmque his ſuſpenſa proferebat latera, tractu, motuque tam facili, ut eam quo uellet, tenui capiſtro uertici deuicto, ueluti fortiſsimo uinculo, magiſter perduceret. Hæc ut eſt conſpecta animans, omnem continuò multitudinem obſtupefecit, ſpeciesque nomen inuenit ex ijs, quæ præcipua in corpore, ſic ut extempore eam populus Camelopardalin appellaret. Hactenus Heliodorus: Dion uerò Græcus & ipſe autor, in tertio quadrageſimoque Rom. hiſtoriæ libro, de Cæſare narrans, ita fermè ſcribit: Camelopardalin uerò primus ipſe Rom. adduxit, & populo oſtendit. Id animal cætera Camelus, crura autem inæqualia habet, poſteriora prioribus magis breuia, ut à clunibus attolli ſenſim, quaſi aſcendenti ſimile incipiat, corpusque reliquum, ſublime admodum crurib. prioribus ſuſtentatur, ſed ceruix in altitudinem penè peculiarem ſe tollit. Colore ipſa maculoſo, ceu Panthera, quo fit ut amborũ promiſcuo uocabulo cenſeatur. Plinius uero de Camelis tractans hoc quoque addit: Harũ aliqua ſimilitudo in duo transfertur animalia. Nabun Aethiopes uocant, collo ſimilem equo, pedibus, & cruribus boui, Camelo capite, maculis albis, rutilum colorem diſtinguentib. Vnde appellata Camelopardalis: Dictatoris Cæſaris Circenſib. ludis, primum uiſa Romæ. Ex eo ſubinde cernitur aſpectu, magis quã feritate conſpicua, quare etiam ouis feræ nomen inuenit. Conſimilia fermè huic etiam Solinus prodidit, quo loco de Aethiopibus: Sed & M. Varro in libro de lingua Latina ad Ciceronem. Camelus inquit, ſuo nomine Syriaco in Latinum uenit: ut Alexandrea Camelopardalis, nuper adducta, quod erat figura ut Camelus, maculis ut Panthera. Riſi etiam nuper, quia uerbum ex Varrone dimidiatum Pardalis tantum, neſcio quis Grammaticus in lexicon retulerat

tulerat ſinum, quod per ordinem literarum compoſitum circumfere-tur. Centum autem Gordiani principis ludis exhibitas, autore Capitolino ferasoues accepimus.

CUEL. } Os tenerum pue.] *Si quis ueteres diligentius euoluerit, certè doctiſsimum quenque ſic de poëtica prodidiſſe animaduerteret, ueluti ſit ea prima quadam philoſophia, quæ nobis ab incunabilis quodammodo uitæ rationem commonſtret, quid agendum, quid ue declinandum, adeò ut nonnulli poſtea dicere minus addubitauerint, poëtam ſolum eſſe ſapientem, quod etiam cum Pythagoricis comprobat Ariſtoxenus. Hæc libro 4. cap. 2.*

PETRVS CRINITVS. } Floreis perambulet Attæ] *Cõſtat Attam ipſam Comœdiarum autorem fuiſſe haud incelebrem, ex quo (inquit Horatius) ſi uelim nunc Attæ fabulas (ut Critici ſolent) reprehendere, quod in ſcenam afferri debeant, omnes me inſcitiæ, atq; imprudentiæ arguent. Videbor enim addubitare haud ſatis in ſcena ſuas parteis abſoluere, hoc eſt, crocum & flores perambulare. Quoniam conſuetudo apud ueteres fuit, uti cùm fabulæ agerentur, flores ibidem, aliaq; odoramenta inſpergerentur. Hinc Lucretianum illud in lib. ad Memmium 2. Et cùm ſcena croco cilici perfuſa recens eſt. Hæc lib. de honeſta diſciplina 18. cap. 4.* Aut alios Lyſippo] *Hic Lyſippum pro Polyclete adiecit Horatius, ut ait Petrus Crinitus lib. 16. de honeſta diſciplina.*

HENR. GLAR. } Scriptores trutina] *In eadem ætate (inquit Acro) quia Græci poëtæ antiquiores ſunt, quàm Latini. Quæ uerba ſenſum non explicant. Melius Porphyrio, eadem* trutina *exponit*, eodem examine. *Et ad illud:* Venimus ad ſummum fortunæ: *ita idem Porphyrio ait: Non habet, inquit, quod nobis amplius fortuna iam præſtet, ergo & perfecti poëtæ ſumus: ſed hoc intelligi, quam dici à ſe maluit. Hæc ille. Alijs poëta per ironiam loqui uidetur. Sed ex Porphyrione hoc eum dicere puto: Si alijs in artibus uincimus Græcos, poſtquam uenimus ad ſummum fortunæ uidetur hoc etiam de Poëtis, aut de Poëmatis: ſed populi Romani iudicium in hoc falſum eſt.*

Memini quæ plagoſum mihi paruo. Orbilium] *Hic Seruius apud Acronem, apud Porphyrionem Scæuus dicitur: Sed poterat hoc errore librariorum accidiſſe. Badius autem in commentario ſuo, que coniunctionem male legit pro quæ relatiuo, cum tamen alioqui Horatij carmen rectè excudiſſet.*

Quatuor aut plures aulæ premuntur in horas] *Hæc uerba prioribus annectit Acro, & poſtea eum ſecuti Landinus ac Badius. ad tres uel ad quatuor horas (inquit Acro) populus intentus erat, dum poëtæ recitant carmina in ſcena: poſt uerò uulgaris populus, qui potiùs delectabatur ludis, quàm carminibus, exorabat magiſtros beſtiarum, ut adducerent in theatrum, aut urſum, aut leonem. Hæc ille: cùm poëta hoc dicere uelit: Dum populo bellorum ſimulachrũ, aut pompa triumphalis oſtenditur, quatuor horis nõ fatigari: at ſi Comœdiam, longè citiùs.* Accerſas & egere uetes] *Quod de accerſo ac eius deriuatione ait Acro, etiam alij tradunt: de arceſſo autem Priſcianum allegat, ut mihi non ſit dubium longo poſt Porphyrionem tempore uixiſſe Acronem, quanquam certum tempus ſcire non poſſumus.* Incultis qui uerſibus & malè natis] *Porphyrio, ſi codex non fallit, ſupplet pro, ut ſit pro incultis uerſibus: cùm ſit datiui caſus. Dicimus enim, tibi refero acceptum. Philippeos autem intelligit numiſma trium ducatorum hodie.*

Bœotum craſſo iurares aëre natum] Craſſo aëre *legendum exiſtimo, non* in craſſo: *Et Bœotum accuſatiuus eſt, non genitiuus pluralis. Alexandri iudicium de pictore ac ſculptore probat poëta de Chœrilo non item. Quod ſi (inquit) Alexander ad eum modum præcepiſſet de Chœrilo, ut nemo alius præter Chœrilum ipſum deſcriberet, merito iurares Alexandrum natum Bœotum craſſo aëre: Sapiens ille annotator, de quo nunc toties, longum hic commentus eſt, commentum, in quo ſi uſpiam alibi, certè hoc loco oſtendit ſe glorioſulum ac nullius iudicij. Putat enim Bœotios nequaquam ſtupidos ac hebetes dictos: & illud, craſſum aërem, de quibuſdam Bœotijs, non omnibus dici poſſe. Quaſi qui dicat Bœoticum ingenium pro ſtupido, is omnes Bœotios ſtupidos uocauerit. Sed mirum hic Bœotis timuit: cum [illegible] etiam in prouerbium uenerit. Et Plutarchus ipſe Bœotius, quiduis potiùs, quàm ſtupidus, hoc referat: & Pindarus in Olympicis Bœotica ſuis meminerit pro homine ſtolido. Idem annotator negat Bœotos dici, ſed Bœotios, cum Homerus ubiq; [illegible] uocet, quos alij [illegible]. Nec ſimile eſt, quod ille de Brutijs ac Heluetijs adducit exemplum: nemo enim hos Brutos uel Heluetos uocat. Ineptiſsimum autem eſt de Boëtho quodam poëta intelligi, de quo Strabo lib. 14. diſſerit, cum [illegible] prima ſyllaba ſit correpta. Sed multis argumentis colligo hunc neſciſſe Græcè, qui tamen in hunc poëtam cenſuram adeò acerem inſtituit, ut multos Ariſtarchos uicerit.*

Ne rubeam pingui donatus munere] Cùm dicit, pingui ridet. *Ego, inquit, nolim decorari turpibus uerſibus, ne* pingui *id eſt, ſtolidè compoſito munere donatus rubeam, & cum meo ſcriptore, hoc eſt, laudatore deferar in uicum uendentem thus, &c.* multo potiùs minus to ò Auguſte id doles.

THEOD. PVLMAN. } 2 Teteris] Tueris, *B.* 24 —Fœdera regum Vel Gabijs, uel cum rigidis æquata Sabinis] *Cùm dicit Flaccus, uidetur intelligere fœdus, quod cum Sabinis fecit Romulus. Gabinum quoque fœdus peruetuſtum erat, quod in cera bouis erat ſcriptum. Feſtus,* Clypeum antiqui ob rotunditatem etiam corium bouis appellarunt, in quo fœdus Gabiorũ cum Romanis fuerat deſcriptum. *Turn. lib. 30. cap. 29.* 27 Dictitet Albano] *Queritur Horatius, ab hominibus nõ ſatis æquis elegãtia ſcripta non alia de cauſſa improbari, quàm quod recentia ſunt: alia inelegantia hoc ſolo nomine cenſeri, quòd antiqua: atq; ita uideri ea dicit diſerta, ut non deſit qui prope ea,*

„ *Dictitet Albano Muſas in monte locutas.*

Ubi ſanè ambigitur, cur Albani montis mentionem fecerit, ingenioſum enim & intelligentem poëtam non eſt ueriſimile iſtud de nihilo locutum, ego uerò exiſtimem, cum in Helicone Bœotiæ monte Muſæ colerentur, & Pimpleo & Pieria montibus, alijsq; è locis à Græcis poëtis ſæpe inuocarentur: ſed & à Latinis, Horatium in medio Latio Latinis Camœnis Albanum mõtem conſecrare uoluiſſe, qui Ioui Latiali & alijs Dis ſacer erat, ut Latinorum ille eſſet Helicon ac ut melius quod ſentio, explicem: cùm uideret monticulas eſſe Muſas, Muſarum Latinarum ſedem uoluit in medio Latio eſſe tumulos Albanos: ubi communia ſacra Latinorum celebrari ſolebant. Turneb. 26. cap. 24.

28 Græcorum] Graiorum, *H.* 29 Penſantur] alij, penſentur, *Lambinus.* 35 Precium chartis] Chartis precium, *H.B.C.V.K.* 42 Reſpuet] *E.* reſpuat, *H G. B.* reſpuit, *C.V.* 46 Paullatim uello, & demo unum: demo etiã unum] Paullatim uello, & demo unũ: demo & item unum. *B.* Paullatim euello, & demo unum: demo & item unum, K.

47 Dum cadat eluſus ratione ruentis acerui] *Aceruales ſyllogiſmus,* [illegible] *dicitur: qui captioſus eſt. Vide Turneb. lib. 30. cap. 7.* cadet *B.* cadit, *C.*

56 —Aufert Pacuuius docti famam ſenis. Accius alti] *Inquit. ſed quonam id obſecro ſenſu? Equidem uideo quod in promptu ſe oſtendit, Pacuuium doctum iudicari, Accium grandiloquum ſed in receſſu aliud latere ſuſpicor. ut enim Afranium Menandro, Plautum Epicharmo comparat: ſic uidetur dicere Pacuuium Euripidi ſimilem, qui ſcenicus philoſophus dicebatur: Accium Sophocli, cuius cothurni ſublimitas ab omnibus celebrata eſt. eſt igitur doctus ſenex fortaſſe Euripides: altus ſenex, Sophocles. Turneb. lib. 26. cap. 24.* Actius *E.* Attius, *C.*

67 Credit] *H.* Credit, *G.E.B.C.V.*

68 —Interdum uulgus rectum uidet, eſt ubi peccat. *Qui rectè, uereq; iudicat. quibus enim Di irati inſenſiq; ſunt, ijs mentem & iudicium adimunt, ut antiquitas credidit, & malè iudicantibus mentem ablatam exiſtimabant à Dis, Turneb. lib. 26. cap. 24.*

73 Decorum, &] he, decet, *H.*

75 Iniuſtè totum ducit, uenditq; poëma] *Hoc traductum eſſe ſuſpicor à uenalium ſeruorum familijs, uel à mangonibus, aut mangonum miniſtris ſollerter, & ſcitè emtores allicientib. ad uenales, quos ducebant. nam pulcriora mancipia reliquum ducebant gregem, & uendibiliorem reddebant: & deformiores plerumque ferè ut acceſsionis loco pulcris, qui uendebantur, cedebant. Huc & illud Ciceronis (lib. 7. familiarium, epiſtola 5.) facit,* Accedit etiam

quod

quod familiam ducit in iure ciuili ſingularis memoriæ. *niſi ſi quis putet à ſeruis illis ſumtum illud Ciceronianum, qui præſunt familiæ opus facienti ruſticum, eamq́ ad opus ducunt.*
Turneb.lib.26.cap.24.laudatáq poëma, K.

96 Iam Saliare Numæ carmen] *Carmen Saliorum initium poëſeos apud Romanos Varro (lib.6.de Lingua Latina) dicit, quod obſcuriſſimum erat. Turneb.lib.26.cap.25.*

97 Vultum] Voltum, *H.*

105 Cantos nominibus certis] Cantos nominibus rectis] *H. G.B.*Captos nominibus certis, *C.*

110 Fronde comas uincti cenant] *Vide Annot.ad Oden ſeptimam libri primi.*

114 Abrotonum] Abrotanum.*C.corruptè.*

122 Pueróue incogitat, *H.G.E.B.C.rectè.* puero uel cogitat, *Aldina editio.* puero non cogitat, *Benedicti Philologi editio Florentina.*

123 ——Viuit ſiliquis, & pane ſecundo] *Quod ait, uel de leguminibus, ſiliquas dixit, uel fructum quendam uiliſſimum, quem Græci κεράτια uocant, intellexit, quæ eſt Lambini ſententia. ut in Euangelio D. Lucæ. καὶ ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων, ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι: quod oſtendit omnium cibum uiliſſimum fuiſſe. Similis eſt apud Perſium locus (Sat.3.)*

„ *——Siliquis, & grandi paſta polenta.*
Turneb.lib.26.cap.24.

129 Corrector] Correptor, *Gul.Canterus Nouarum lect.lib.4. cap.12.* 130 Notis] Noctis, C.

142 Operum, & pueris] Operum, pueris, *G.E.B.C.*

143 Tellurem porco. Siluanum lacte piabant] *Ruſticos priſcos ait coluiſſe ferias ruſticorum Numinum, ut Telluris agricolationis parentis, & Siluani tutoris Fauni & ſyluarum præſidis & paſtionis, nam in ſyluis pecora habebantur, & eorum lacte piabatur colebaturq́. Illos etiam ſuos coluiſſe natales ſignificat, cum ſcribit.*

„ *Floribus, & uino Genium memorem breuis æui.*

Nam de natali ſcribit Perſius, (Sat.2.)

„ *Funde Merum Genio.*

*Genius breuis huius noſtræ ætatis, quam tranſigimus, memor cuſtos eſt: præeſt enim nobis, nosq́ tuetur. ita non ſolum ei Deæ, quæ alimenta ſuppeditabat, & Deo, qui pecus procurabat: ſed etiam Genio, in cuius erãt tutela pij, gratiq́ mortales, rem diuinam faciebant. Turn.lib.26.cap.24.*memores, *quidam legunt, nullo libro auctore. Lambinus.*

145 Feſcenina] *Feſtus,* Feſcennini uerſus, qui canebantur in nuptijs, ex urbe Feſcenia dicuntur allati. ſiue ideo dicti, quia faſcinum putabantur arcere. Feſcennina, *G.E.B.*

149 Verti cœpit] Cœpit uerti, *H.B.C.K.*

154 Formidine fuſtis] *Fuſtis pœna, cuius Horatius meminiſſe uidetur, nulla, ut opinor, fuit: & poëticè dictum eſt, cum ſignificare uellet, abſtinuiſſe metu, tracta à canibus ſimilitudine. Vide Pet. Pithoei Notas in Moyſaicarum & Romanarum legum Collationem, ad tit.1.* 158 Defluxit numerus Saturnius] *Numerus Saturnius, uerſus, ut ait Aſconius, (in 2. contra Verrem) ſenarius eſt hypercatalectus: ut,*

„ *Dabant malum Metelli Næuio poëtæ.*

Quod ideo addidi, quia interpretes qualis uerſus fuerit Saturnius, Pythagorico quodam ſilentio tacent. Turn.lib.26.cap.24.

164 Vertere poſſet] Vertere poſſit, *H.*

167 In ſcriptis] Inſcitiæ *G.B.*inſcite, *B.*

168 Arceſſit] Acceſſit, *H.*

173 Dorſennus] *E.*Doſſennus, *H.G.B.C. & Cuiacius Obſeruat.lib.12.cap.18.*

175 Demittere poſt hoc] *H.C.*dimittere, poſt hoc, *B.* dimittere, poſt hac, *G.E.*demittere emendatius, *ut opinor, erit: nummi enim in crumenam demittuntur, cùm in eam deſcendunt.*
Turneb.lib.26.cap.25.

176 —— An recto ſtet fabula talo] *Rectus talus eſſe uidetur eorum, qui ſtant: qui cadunt, eorum non rectus. hinc duorum poëtarum Horatij & Perſij, (Sat.5.) elegantes tranſlationes,*

„ *Securus cadat, an recto ſtet fabula talo. &,*

„ *——Tibi recto uiuere talo Ars dedit.*

Ideò dico, quòd ſententia facilius informatur origine tranſlationis non ignorata. Talus *autem in ſuffragine animalium talum habentium, dum ſtant, rectus eſt. Ariſtoteles,* ἔχει δὲ ὀρθὸν τὸν ἀστράγαλον ἐν τῷ καμπτῷ, τὸ μὲν πρανὲς ἔξω, τὸ δὲ ὕπτιον ἔσω. *Sed & in talis luſorijs, cùm ita euenit, ut talus in latera quatuor nõ cadat, ſed in extrema, & tanquam capita, quod perquam rarum eſt, rectus eſſe dicitur. Cicero de Finibus,* ita iacere talum, ut rectus adſiſtat. *Turneb.lib.18.cap.12.*

184 Depugnare] Decertare, C.

188 Ad incertos oculos] *Qui incerti ſint oculi quæritur, & ab Academicis arceſſunt interpretationem multi, fide ſenſibus detrahentibus & cohibentib.aſſenſionem: ego incertos potius oculos crediderim, qui uarijs rerum ſpectaculis capiuntur, & hoc & illud auídè intuentur, & noti ſui incerti ſunt, neque conſtanter unam aliquã ſpeciem, qua fruantur, probant: ſed multiplici uarietate rerum diuerſarum delectantur, atque gaudent. Turneb.26.cap.25.*

189 Quatuor aut plureis aulæa premuntur in horas] *Hanc habet opinor ſignificationẽ: Eousq́ Comœdiarum, fabularum & Tragœdiarum actionem placere dum ſpectacula choragij magnifici ſpectatorem delectant, triumphum propè imitantia pompæ, & ferculorum elegantia. non enim ſolent in theatro triumphari, ſed ludis theatralibus eximio, apparatu ornamenta rerum prætioſarũ, aut raritate uiſendarum traducebantur, & ludis ſcenicis addebantur. Quod quidem choragium ſuperuacaneum obeſſe actioni fabularum plurimum dicit Horatius: ut ſpectator in diuitias pompæ intentus & in ornamenta, & ſtrepens, plaudensq́ non audiat actorem. Hac de re ſic in Epiſtola (1.lib.7. Familiarium) ad Marium Cicero ſcribit,* Quid enim delectationis habent ſexcenti muli in Clytæmneſtra? aut in equo Troiano tria millia craterarum? aut armatura uaria peditatus, & equitatus in aliqua pugna? quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attuliſſent. *Ergo premuntur aulæa, cùm humi ſtrata ſunt in ſcena, dum aguntur fabulæ: acta fabula tollebantur. Donatus, (De Tragœdia & Comœdia)* Aulea quoque in ſcena in terra ſternuntur, quòd pictus ornatus erat ex Attalica regia Romam uſque perlatus. *Cicero de Mimo acto, (pro Cælio,)* Scabella concrepant, aulæum tollitur. *Maro quoque (3.Georg.uerſu 25.) ita ſcribit.*

„ *Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.*

Premi ergo aulæa dicit, quæ occupata ſunt, nec, ut Porphyrio dicit, ceſſant: ſed impediuntur. Turneb.lib.26.cap.25. haud plureis, *corruptè in quibuſdam codicibus ſcriptum eſt. Lambinus.*

198 ——Mimo ſpectacula plura] —Nimio ſpectacula riſu, C. 210 Per extentum funem] *Id eſt, tranſennam, quam ueluti perambulet funambulo poëta rerum miraculo perſimilis. Vide Turneb.lib.5.cap.9.*

226 ——Eò rem uenturam, ut ſimul atque] —Item fore uenturam, *ut ſimul atq́, D.* —— Eò rem uenturam] *Simul atq́, K.* 228 Acceſſas] Accerſas, *H.C.*

230 Æditúos] *Æditúos uirtutis belli, domiq́ ſpectatæ uocat poëtas, ut celebratores uirtutis & cultores, qui eam ſuis carminibus decantant. Æditui igitur ſunt cultores, ut* περιπόλοι & νεωκόροι. *nam cùm alij fortaſſe Deum aliquem eximiè colunt, tum uel potiſſimũ æditui eius, & ſacerdotes præter cæteros, id faciũt: nec alioqui parua cultus pars in æde tuenda, tenſenda eſt.*
Turneb.lib.26.cap.25.

233 Chœrilus] *G.H.*Cherilus. *E.B.Non eſt dubium quin Chœrilus per œ ſcribi debeat, quem Thucydidis, & Herodoti ætate floruiſſe narrant, & Athenienſium de Xerxe uictoriam uerſibus illuſtraſſe, in ſingulosq́ uerſus totidem nummos aureos accepiſſe ab Athenienſibus, facto etiam decreto, ut cum Homero legeretur. Aut igitur quod Athenienſes fecerunt, tribuit Alexandro Horatius: aut alter Chœrilus etiam fuit, qui res Alexandri carmine complexus eſt, & ab Alexandro Athenienſium factum imitante, ſingulis in uerſum Philippeis aureis donatus eſt. Turneb. lib.26.cap. 25. Vide etiam lib.27.cap.4. & Annot. ad uerſum 357. de Arte*

Vt prius uiſum eſt] *Sup. Portatur in triumphum: hoc eſt, uaſa, aut ſigna ex ære Corinthio portātur. Democritus philoſophus ille, qui quicquid uideret, quia omnia uanitatem indicabat, ridebat, ſicut Heraclitus flebat. rideret ſi foret in terris (hunc locum ſumpſit Iuuenal.)* Seu] *Id eſt, ſiue.* Panthera confuſa] *Id eſt, commixta chamelo.* Appoſitorū genus diuerſum] *Id eſt, inter ſe diſtinctum.* Et ſiue elephas albus conuerteret] *Id eſt, ad ſe traheret ora uulgi. Pantheram confuſam Chamelo, angelus Politianus miſcellaneorum Cap. 3. Chamelopardalum uocari docet, eò quòd Græci Chamelum Pardalum uocent, notatq́ ibidem eiuſdem figuram, quàm ſe uidiſſe dicit, à Sultano Laurentio Medici dono miſſam, de quo ſic Beroaldus. Eſt autem Camelopardalis collo ſimilis equo pedibus & cruribus boui, capite camelo albis maculis, rutilum colorem diſtinguentibus, unde appellata Camelopardalis, Nabunn Aethiopes uocant, ut author eſt Plin. in 8. Nat. Hiſt. hoc eſt, illud animal, quod Italici lingua uernacula Gyrapham appellant: ſcribit Albertus Mag. lib. 22. de Animalibus, ſuis temporibus Federicum imperatorem Camelopardalim ſecum habuiſſe, & hac tempeſtate Florentiæ uiſa eſt dono miſſa Laurentio Medici à rege Aegyptiaco. Senſus Horatij eſt riſurum fuiſſe Democritum, cui omnia mortalia ridenda uidebantur: ſicuti Heraclito flenda, ſi populum Romanum ſtupere uidiſſet aſpectu Camelopardalis, & hoc ideò dictum eſt, quia Plinio atq́ Solino authoribus primum uiſa fuit Romæ ludis Circenſibus Cæſaris Dictatoris. Author eſt Iulius Capitolinus, fuiſſe Romæ ſub imperatore Camelopardales decem. Errant qui exiſtimant ab Horat. ſignificari Camelum cū Panthera confuſa, camelo doctiſsima periphraſi pro Camelopardali accipienda ſit, quæ (ut diximus) ex maculis Pantheræ, & capite camelino formatur, & ita cum Camelo genus Panthera confundit. Rideret dico Democritus, quia ſpectaret pópulum attentius* Ipſis ludis] *Id eſt, quàm ipſos* Ludos] *Id eſt, plus cogeretur ridere ob ſtultitiam populi, quàm propter ſpectacula ludorum, ſpectaret inquam populum.* Vt præbentem] *Id eſt, tanquam eum qui præberet.* Plura ſpectacula mimo] *Id eſt, quam ipſe mimus fabulam agens. Putaret autem ſcriptores narrare fabellam aſello ſurdo, eò quod populus neq́ attenderet, neque ſi qui uelint attendere poſſent.* Nam quæ uoces euincere] *Id eſt, eualuerint.*

Aut poſſint peruincere] *Id eſt, ſuperare ſonum, quē noſtra theatra referunt, quaſi dicat nullæ. Et ita non poſſent actores tam altè loqui, uti intelligantur, quamobrem fruſtrà quis bonas fabulas edat.* Tu putes] *Id eſt, quilibet audiens clamores populi in theatro.* Putes nemus Garganum] *Quod ad mare Tuſcum eſt, & ſtrepitu aquarum, aut clamore uenantium perſtrepit, aut putes mare Tuſcum.* Mugire] *Id eſt, ad morem tauri ſonitum edere, cùm tanto ſtrepitu ſpectantur ludi, & artes.* Et diuitiæ peregrinæ] *Id eſt, pompa ueſtium peregrinarum, quibus actor (qui uulgò luſor dicitur)* Stetit oblitus, media breui ab obliuo] *Id eſt, quaſi re aliena circumdatus in ſcæna.*

Dextera] *Sup.* Manus concurrit læua] *Id eſt, ſiniſtræ.* Manui] *Id eſt, applauditur concutiendo manus.* Vel qui ſedebant in dextera, & læua concurrunt] *Id eſt, fit confuſio populi. Si quæratur ab illis qui aufugiunt.* Dixit adhuc aliquid] *Sup. actor præter hoc quod audiuimus dicit alius.* Nil ſanè] *quia qui neſcit quid dictum ſit, dicit nil dictum eſſe, unde poëta.*

Quid ergo placet] *Sup. in ſpectaculis illis? Reſponſio.* Lana limitata uiolas ueneno] *Id eſt, colore adulterino.* Tarentino] *Id eſt, cuiuſmodi ſit apud Tarentum, hoc eſt, purpura uiolacea facta Tarenti, placuit & ita apparatum non fabulam laudat populus, per quod dictum uidetur poëta reprehendere, tanquam ſtultos eos, qui fabulas componunt, ad quod purgandum, ſubdit.* Ac ne Auguſte putes me laudare malignè] *Id eſt, maliuolè, hoc eſt, cū tacita Vilipenſione ea.* Quæ ipſe] *Id eſt, ego recuſem facere, & quæ alij tractent rectè.* Ille poëta uidetur mihi poſſe ire per funem extentum] *Id eſt, ſecurè in re dubia incedere, ſicut funambulus ſuper funē extentum.* Qui angit] *i. anguſtijs ſtringit.* Irritat] *i. prouocat ad iram.* Et mulcet] *Id eſt, mitigat & placat.* Inaniter] *i. in re fictitia.* Et implet me falſis terroribus] *i. qui depingit rē ſcribendo, ita quod in re ficta ueras affectiones commo*-

ueat. Vt] *i. quemadmodū magus. Qui rem aliter, q̄ ſit apparere facit.* Et ponit me modo] *i. aliquando Thebis. ſ. quando deſcribit res Thebanas.* Et ponit modo] *i. aliquando Athenis, quādo ſcilicet narrat.* Res Athenis geſtas] *i. ita uериſimiliter res narrat, quod q̄ eas audit. Iam ſibi loca fingit in quib. geſtæ ſunt.* Verum] *i. ſed age ô Auguſte* Si uis complere munus] *i. Officium dignum Apolline.* Et addere Calcar libris & uatibus] *i. inſtigare uates, ut properanter ſcribant, redde breuem curam, his qui malunt credere ſe lectori.* Quàm ferre] *i. pati* Faſtidia] *i. ſuperbos contemptus, ſuperbi ſpectatoris. Redde inquā breuem curam.* Vt petant Helicona] *i. monte illum Muſis ſacrum.* Virentem] *i. in uigore exiſtentem, & placidum maiore* Studio] *i. non ſperent adire muſarum antrum ſine ſtudio, & eruditione. Quia uiſi ſunt Horatio ſcriptores ſui temporis ſaltem plurimi, rerū ſuarum præcipites fuiſſe, & caſtigandi curam neglexiſſe.* Quidem] *i. certè, nos poëtæ facimus ſæpe nobis* Plurima mala] *i. detrimenta ad uerā gloriam conſequendam.* Vt] *i. quemadmodum.* Egomet cædam] *i. incidam, & putem uineta mea, hoc eſt, multi ſibyp ſis impedimento ſunt, ne fructum laborum ſuorum conſequantur, quia importunè afferunt ſcripta ſua, ſicut ſi quis intempeſtiue uineas ſuas putet, cauſa eſt cur uuis careat.* Facimus ergo nobis mala cum damus] *i. offerimus tibi ſollicito, aut feſſo librum.* Item cum lædimur] *i. offendimur.* Si quis amicorū eſt auſus reprehendere uerſum unum] *Hoc eſt, quia nolumus caſtigari.* Cum nos irreuocati] *i. irreuocabiles reuoluimus.* Loca iam recitata] *i. pronunciata coram doctis.* Et lamentamur] *i. conquerimur, labores noſtros & noſtra poëmata non apparere.* Deducta tenui filo] *i. ſubtiliter compoſita.* Et cum ſperamus rem uenturam eò] *i. ad id.* Vt ſimul atq́] *i. ſtatim poſtquam.* O' Auguſte reſcieris] *i. perceperis nos fingere carmina.* Tu commodus] *i. beneficus.* Arceſſas] *i. ad te uoces uenire.* Et uetes egere] *i. diuites facias, & cogas per munera tua.* Scribere] *ſ. carmina.* Eſt tamen operæpretium] *i. dignum & pretium laboris habens cognoſcere.* Quales æditoos] *i. præcones, & laudum cuſtodes, ſicut æditui ædium ſacrarū cuſtodes ſunt.* Habeat uirtus ſpectata] *i. clara uiſa.* Belli] *i. in bello.* Et domi] *i. in pace.* Non committenda] *i. q̄ nefas eſſet cōmittere.* Poëtæ indigno] *i. imperito. Chærilus ille poëta malus, ſed notiſsimus.* Qui rettulit] *i. dicunt, recōpenſauit* Philippos] *i. nūmos à Philippo Alexandri patre nuncupatos.* Exiſtens nomiſma] *i. monetā.* Regale] *i. rege dignum, aut à rege inſtitutum, qui retulit inq̄, uerſibus inculitis & malè natis. Fuit gratus Alexandro Mag. regi, & ita non habuit ſanum iudiciū, qui malum poëtā approbauit.* Sed ueluti] *i. quemadmodū atramenta.* Tractata remittunt] *i. à ſe mittendo inferunt.* Notam] *i. mendum & labem.* Sic ſcriptores fere] *Sup.* Omnes linunt] *i. contaminant.* Fœdo] *i. incōpoſito carmine.* Splendida facta] *i. geſta potentium.* Ille idem rex] *i. Alexander Magnus, qui exiſtens prodigus.* Emit tam care] *i. tot Philippis.* Poëma ridiculum] *i. riſum excitans, & deridendum.* Vetuit edicto] *i. per edictū, ne quis pingeret ſe, præter appellem, optimum pictorē.* Aut ne] *Sup. Alius Lyſippo optimo ſignorum fuſore.* Duceret] *i. protraheret.* Aera] *i. ſigna ærea.* Simulantia] *i. repræſentantia.* Vultū] *i. effigiem fortis Alexandri.* Quòd ſi ô Auguſte uocares illud ſubtile iudiciū uidendis] *i. in uidēdis artib.* Ad libros & ad hæc dona Muſarū] *i. ſi uelis id Alexandrū putaſſe efficere in deligendo poëta, quod in pictore & ſculptore.* Tu iurares] *i. licitè iurare poſſes.* Ipſum natum in Craſſo aëre Bœotū] *i. rudium & beluinorum populorum, qui iudicium rectum non habent, hoc imitans dicit. Iuuenal.*

„ *Veruecū in prima.* At] *i. ſed Virgilius, & Varius poëtæ dilecti tibi.* Neq́ dedecorant] *i. dehoneſtant tua iudicia de ſe, neque munera tua, quæ tulerunt cum multa laude dantis, quia laudabile eſt dignis & meritis dare. Eſt autem hypermeter uerſus habens tribrachum, pro ſpondeo* Iudicia neq́.

Nec magis expreſſi uultus per ahenea ſigna, quam per uatis opus mores, animiq́ue uirorum clarorum apparent.

Nec uultus clarorum uirorum apparent magis expreſſi per ſigna aënea] *Id eſt, ex ære facta, diuiditur autē diphthongus. Nam ab æs æris quod per æ ſcribi debeat, fit æreus, æneus, ahenus & aëneus, uel interpoſita aſpiratione ahenèus, quia mores, & animi*

clarorum

artes infra. Sepoſitas] Id eſt, qui omnes artes ſibi ſubiectas habet. Urit] Id eſt, incendit ſcilicet inuidiam. Suo fulgore] Id eſt, ſplendor nominis ſui, ſed idem. Extinctus] Id eſt, mortuus. Amabitur] Hoc eſt, nullus eorum, qui in Deorum numerum recepti ſunt, potuit uiuus inuidiam ſuperare, ut meritos honores obtineret, quod tamen tibi datum eſt. Et ita tacitè præfert Auguſtum cæteris in Deos relatis.

Nam nos largimur tibi præſenti] Id eſt, adhuc uiuenti, & inter nos conuerſanti.

Honores] Scilicet, diuinos.

Maturos] Id eſt, oportunos. quia haud dubiè Deus cognoſceris.

Et nos ponimus aras, iurandas] Id eſt, iuramento.

Honorandas] Hoc eſt, apud quas iuremus per nomen tuum.

Fatentes nil tale ortum & nihil tale oriturum, alias] Id eſt, quouis alio tempore.

Sed tuus] Digreditur ad carpendum temerarium iudicium populi in nouis populis æſtimandis. Ordo eſt.

Sed hic tuus populus] Scilicet, Romanus exiſtens ſapiens & iuſtus. In te uno] Id eſt, ſolo anteferendo, id eſt, præferendo te.

Noſtris ducibus] Id eſt, Romanis & Graijs, id eſt, Græcis.

Aeſtimat] Id eſt, appreciat & cenſet.

Cætera] Id eſt, cæteras res, nequaquam ſimili ratione & modo, quia cum te uiuentem cuilibet defunctorum in bellica gloria præferat, quemlibet defunctorum poëtarum etiam optimo uiuentium in poëta præfert & faſtidit, & odit ſupple omnia.

Niſi] Sup. ea, quæ uidet. Semota] Id eſt, ſeparata & diſtantia.

Terris] Id eſt, per inter ualla terrarum, & defuncta.

Suis temporibus] Id eſt, ſolos ſepultos aut longè diſtantes in cæteris commendat, exiſtens ſic fautor ueterum.

Ut dictitet] Id eſt, paſſim dicat, & aſſerat Muſas locutas eſſe in Albano monte. Tabulas uetantes] Id eſt, prohibentes.

Peccare] Id eſt, leges 12 tabularum.

Quas bis quinque] Id eſt, decem uiri.

Sanxêre] Id eſt, ſanxerunt, & fœdera regum.

Aequata] Id eſt iuſtè & æquè percuſſa, uel cum Gabijs, uel cum Sabinis rigidis, quia diu, multumq́ Romanis reſtiterunt.

Et libros pontificum] Id eſt, annales, & uolumina uatum.

Annoſa] Id eſt, multorum.

Annorum] Hoc eſt, uetera ſanè. Si quia quæq antiquiſſima ſcripta Græcorum.

Sunt uel] Id eſt, etiam optima Romani ſcriptores penſantur eadem. Trutina] Id eſt, iudicantur.

Conſimili examine] Hoc eſt, optimi eſſe qui ueterrimi, non eſt quod loquamur.

Multa] Id eſt, nollem multum cum talibus contendere, ut qui manifeſtiſſimè falſa aſſerunt, ac ſi dicant, quod nil duri eſt intra oleam, & nil duri eſt in nuce.

Extra] Id eſt, à parte exteriori, quia utrumque falſum.

Nam olea] Id eſt, fructus oleæ, hoc eſt, bacca habet ſeu lapillum durum intùs, & nux teſtam duram foris.

Nos uenimus] Id eſt, pertigimus (eſt enim præteriti temporis)

Ad ſummum] Id eſt, ad ſummam potentiam fortunæ, ita quod non poſſumus eſſe perfectiores, nos pingimus, atque pſallimus & luctamur. Doctius] Id eſt, peritius.

Ipſis Achiuis] Id eſt, Græcis.

Unctis] Id eſt, oleo perfuſis.

In palæſtra] Id eſt, nos omnia facimus melius, quā Græci, quaſi dicat, cur ergo non meliora etiam poëmata faciamus?

Si dies] Id eſt, longæuitas, reddit poëmata meliora.

Ut] Id eſt, quemadmodum. Reddit] Sup. uina meliora.

Quæ de amicitia Cicero quoq optima prædicat, ſi ſint ueterrima, ergo uelim ſcire quotus annus arroget. Id ſibi, uendicet præcium, an ſcriptor qui Decidit] Id eſt, mortuus eſt abhinc centum annos debet referri inter perfectos, & ueteres an inter uiles atq nouos.

Excludat iurgia] Id eſt, deciſio huius quæſtionis.

Iurgia] Id eſt, definiamus certum tempus, quo quis perfectus ſit.

Reſponſio. Is qui perficit centum annos eſt uetus, atq probus. Ad hanc poëta. Quid] Sup. dicet.

Is qui dederit minor] Id eſt, recentior uno menſe.

Vel anno] Id eſt, cui deeſt unus menſis, uel annus ad centenarium, inter quos eſt referendus? Ne] Pro an Inter] Sup. poëtas ueteres. An] Sup. inter eos, quos præſens ætas, & poſtea.

Reſpuit] Id eſt, refutat? Reſponſio populi.

Quidem] Id eſt, certè, iſte qui eſt minor ſup. centum annis breui menſe, uel toto etiam anno.

Ponetur honeſtè] Id eſt, decenter inter ueteres. Addit poëta.

Ego utor permiſſo] Id eſt, conceſſo, quod ſcilicet unus annus nihil aufert perfectioni, & uello, & demo paulatim.

Ut] Sup. uellerem. Caudæ equinæ] Id eſt, alicuius equi, pilos extrahendo eos ſingulos, demo inquam unum annum, & demo etiam unum, id eſt, alterum.

Dum] Id eſt, donec is qui Redit ad faſtos] Id eſt, ad libros.

Faſtorum] Id eſt, ad annales, in quibus habentur, quæ quibuſque annis geſta ſunt.

Et qui æſtimat] Id eſt, appreciat.

Et licetur annis] Id eſt, iuxta numerum annorum, uirtutem, & qui nihil miratur niſi quod Libithina] Id eſt, Dea quæ ſepeliendis corporibus præeſt, ſacrauit.

Cadet] Id eſt, decidet ab eo quod probare uult.

Eluſus] Id eſt, deceptus.

Ratione acerui] Id eſt, cumuli, & numeri annorum.

Ruentis] Id eſt, decreſcentis. Argumentum tale eſt. Si quis dicat poëtas propter annos æſtimandos eſſe, quæram quod annos uelit habere iuſtum præcium, aut enim centum aut plures.

Si centum, quæram an dempto uno anno perfectus erit an non.

Si non ergo unus annus dabit perfectionem.

Si ſic] Iterum auferam annum, & quæram ut prius, donec ad unum annum deueniam, ſicut ruſticus concedens pueris unum pilum extrahi ex cauda equi, & iterum unum donec nihil manſit in ea, tandem deluſus eſt.

Si plures] Dicat quemuis numerum & procedam ut prius.

Ennius, &c.] Oſtendit non uetuſtiſſimum quemque eſſe continuò optimum poëtam. Quia Ennius exiſtens & ſapiens, & fortis, & alter Homerus, ut dicunt.

Critici] Id eſt, ſeueri & rigidi cenſores.

Videtur curare leuiter] Id eſt, uilipendere.

Quo] Id eſt, in quam cenſuram cadant.

Promiſſa] Id eſt, ea quæ pollicitus eſt, & ſomnia.

Pythagorea] Id eſt, quibus ſomniauit quod eſſet Pythagoras, uel ſecutus dogma Pythagoræ, dicentis, animam de corpore in corpus migrare, ſe accepiſſe Homeri animam, ut in Perſio latiùs explicabimus, hoc eſt, Ennius uidetur pàrum accuraſſe, ut pollicita exhiberet, nihil enim aliud uidetur, dicere ſe animam Homeri ſomniando accepiſſe, & poſſe ſcribere carmina, qualia Homerus ſcripſit, & tamen longè humiliora ſcripſit.

Næuius poëta comicus non eſt in manibus] Id eſt, perijt, quod ſignum contemptus eſt.

Et hæret mentibus] Id eſt, in memoria hominum eſt.

Pœna recens] Sup. Eſt] Id eſt, ſtatum punctio ſubſecuta eſt quod perijt, uel ſic.

Et pœna recens hæret] Id eſt, inhæret mentibus, id eſt, magnus dolor, & mœror eſt ipſum intercidiſſe.

Adeò] Id eſt, in tantum ſanctum eſt omne poëma uetus.

Quotiens ambigitur uter utro ſit prior] Id eſt, ut diceret Valla uter ſit prior. Altero] Id eſt, quando de uetuſtate cõtenditur.

Pacuuius aufert famam docti.

Senis] Id eſt, dum diſquiritur, quis ſit inter ueteres doctius contendus, palma datur Pacuuio, & conſimiliter.

Accius poëta aufert famam alti] Id eſt, altiſoni ſenis.

Toga] Id eſt, fabula togata.

Afrani] Id eſt, affranij poëtæ ueteris dicitur.

Conueniſſe] Id eſt, ſimilis fuiſſe.

Menandro] Id eſt, Comœdijs Menandri. Plautus dicitur properare] Id eſt, leniter fluere ad exemplar Epicharmi poëtæ Siculi.

Cecilius poëta Comicus dicitur uincere] Id eſt, ſuperare reliquos, grauitate ſcilicet ſententiarum.

Terentius dicitur uincere arte] *Id eſt, obſeruatione artis, & proprietate ſermonis. Roma potens.*

Quia rerum domina] *Id eſt, Romanus populus, ediſcit hos iam dictos poëtas & ſpectat hos.*

Stipata] *Id eſt, compreſſa.*

Arcto Theatro] *Id eſt, quod tantæ multitudini arctum uidetur, cùm aliter latum ſit.*

Et Roma habet] *Id eſt, reputat, & numerat hos poëtas, quaſi dicat, alios ſcilicet poſt natos non dignatur nomine poëtæ.*

Vulgus uidet interdum rectum] *Id eſt, rectè aut quod rectum eſt, & id callidè aſſerit, ne uideatur improbare quod prius dixit, ipſum rectè de Auguſto iudicare, quem cunctis principibus præfert. Loquitur tamen hîc de iudicio in poëtis cenſendis.*

Vnde addit, & eſt ubi peccat ab auo Liui] *Pro Liuij Andronici ſcilicet qui primus Romæ fabulam dedit.*

Vſque] *Supple ad noſtrum tempus.*

Si] *Sup. uulgus miratur, & laudat ita ueteres poëtas.*

Vt nihil anteferat) *Id eſt, præferat, & nihil.*

Comparet] *Id eſt, compar, & æquale putet illis.*

Errat] *Id eſt, malè iudicat.*

Sed] *Sup. ſi credit.*

Eos] *Scilicet, antiquos poëtas dicere, quædam nimis antiquè.*

Et plaraq] *Id eſt, ualde multa nimis durè, & ſi fatetur eos dicere multa.*

Ignauè] *Id eſt, ſegniter, & negligenter.*

Ipſum ſapit & facit mecum] *Id eſt, pro ſententia mea.*

Et iudicat Ioue exiſtente æquo] *Id eſt, propitio, nec auferente uerum iudicium, uel Ioue æquo] Id eſt, cum Ioue qui æquus eſt, ut Aeneid. 6.*

» *Aut æquus amauit Iupiter.*

De Comicorum autem præſtantia dicit Aulus Gellius lib. Noctium Atticarum 15. cap. 24. Sedigitus in libro quem ſcripſit de poëtis, quid de iis ſentiat qui Comœdias fecerunt, & quem præſtare ex omnibus cæteris putet, ac deinceps, quo quemq; in loco, & honore ponat his uerſibus ſuis demonſtrat.

» *Multos incerto certare hanc rem uidimus.*
» *Palmam poëtæ comico cui deferant*
» *Eum me iudice errorem diſſoluam tibi.*
» *Contra ut ſi quis ſentiat nihil ſentiat.*
» *Cæcilio Palmam ſtatuo de Comico.*
» *Plautus ſecundus facile exuperat cæteros.*
» *Dein Næuius qui feruet pretio in tertio eſt.*
» *Si quid quarta detur, dabitur Licinio*
» *Poſt inſequi Licinium facio Attilium.*
» *In ſexto conſequitur hos Terentius.*
» *Turpilius ſeptimum. Trabea octauum obtinet.*
» *Nono loco eſſe facile facio Luſcium.*
» *Decimum addo antiquitatis cauſa Ennium.*

Hæc illic. Non equidem inſector] *Quia acerbiùs in Liuium Andronicum locutus uideri poteſt, purgat ſe poëta dicens ſe non inſectari carmina Liuiana, nec cenſere ea eſſe delenda, aut penitus abolenda, quandoquidem ea ſub Orbilio Grammatico aliquando didicerat. Quibus uerbis duo innuit, alterum honorem eſſe exhibendum præceptori, ut qui ea damnare nolit, quæ præceptori aliquando placuiſſe norit. Placuiſſe autem Orbilio Liuiana carmina ex ea re probat.* Quod ea diſcipulis ſuis dictarit] *Id eſt, ſcribenda, & ita diſcenda legerit, quod non feciſſet niſi ea bona cenſuiſſet. Sunt enim præceptores ut Quintilianus, & uerè, & preclarè cenſet: animorum parentes, ideóq; nil niſi ſanctum docere uellent, quocirca Perſius magni facit, quem quę fuiſſe dictatum pueris, dicens Satyr. prima*

» *Ten, Cyrratorum centum dictata fuiſſe*
» *Pro nihilo pendas ?*

Alterum eſt, honorem quoque doctrinæ, & eius auctori exhibendum, oportet enim ut Ariſtoteles in Elenchis cenſet. Addiſcentem credere. Quin adeò (ut in ſanctis litteris Auguſti legit) niſi credideritis non intelligetis, unde magna orta ſunt diſcipulorũ pro doctrina præceptorum ſuorum certamina. Poëta tamen noſter, qui dixit ſe iuraturum in nullius uerba magiſtri, non ſic Liuiana carmina probat, ut etiam uitia excuſet, quòd Seneca faciendum ſic commemorat. Non te moueat, inquit, dicentis auctoritas, ſed quid dicatur attende. Sunt præterea duo Grammaticis annotanda, quorum prius eſt, quę ſyllabam communem eſſe, hoc eſt, modò longam, modò breuem. Nam breuem eſſe in conceſſo eſt, produci autem conſtat, Aeneid. 3.

» *Liminaq; , lauruſq; Dei, &c.*

Et hic memini, que plagoſum alioqui Trocheus pro ſpondæo poneretur. Plagoſus] *Autem quod à plagis pro uulneribus deſcendit, primam producit. Alterum eſt memini uerbum rectè cum uerbo præſentis temporis conſtrui, ut hic memini dicta re. Et id quidem frequentius, & ut multi uolunt rectiùs licet in Rauenſem id Vallo neget, quam cum præterito. Sed ordo eſt.*

Equidem] *Id eſt, ego quidem non* Inſector] *Id eſt, perſequor carmina.*

Liui] *Id eſt, Liuij, & non reor carmina Liuij eſſe delenda, quæ pro & memini Orbilium, Beneuentanum Grammaticum ſeu ludi magiſtrum.*

Plagoſum] *Id eſt, multas plagas, & uibices facientem.*

Dictare] *Id eſt, pronunciare, & interpretari mihi paruo, ſed ego miror ea.*

Videri emendata] *Id eſt, ſine mendis.*

Pulchra & diſtantia minimum] *Id eſt, in minimo diſcrimine.*

Exactis] *Id eſt, ab exactè factis. Aduerte præter iam dicta, minimum eſſe aduerbium ſuperlatiuum, minimè negatiuum. Quod enim minimum diſtat, diſtat quidem, ſed maximè paruum, quod minimè, non diſtat, inter quæ ſcilicet poëmata Liuij ſi forte uerbum decorum emicuit, & ſi unus, & alter uerſus.*

Concinnior] *Id eſt, conſonantior.*

Paulò] *Id eſt, modico, quam cæteri, ſup. emicuit indignor totum poëma duci & uendi.*

Iniuſtè] *Id eſt, ultra ualorem, & indignor quicquam reprehendi, non quia putetur compoſitum craſſè.*

Ve] *Pro uel, illepidè, ſed quia putetur compoſitum.*

Nuper] *Id eſt, non multo.*

Ante] *Id eſt, ideo ſolum reprehendi, quia non diu compoſitum.*

Et indignor non ueniam poſci antiquis] *Id eſt, quòd non petatur ignoſcere antiquitati, utpote rudi adhuc, & incultæ, ſed præmia.* Et honorem] *Sup.* Poſci] *Id eſt, ideò aliqua honorari, quod antiqua etiam ſi bona non ſint, & noua, idcirco reprehendi quia noua, etiam ſi bona ſint.* Si ergo dubitem an] *Sup.* Fabula] *ſ. Atteconis ſecundùm Acronem.* Perambulat] *Id eſt, perambulando ad unguem deſcribit.* Rectè] *Id eſt, decenter.* Necne] *Id eſt, an non (cum tamen indecenter tantam digreſſionem fecerat) crocum & flores, cuncti pene patres clamẽt pudorẽ periiſſe, hoc Perſius ſic.*

» *Frontem de rebus clamet Melicerta periiſſe.*

Nuſquam eſſe uerecundiam, cùm iuuenes ſeniores reprehendũt. Et bene patres] *Quia quiſq; qua uia inſtitutus eſt ſuos ire cupit, quæ res hodie quoq; multis perniciem affert.* Cum] *Id eſt, quando quidem ego coner reprehendere ea, quæ Aeſopus.* Grauis] *Scilicet Tragœdiarum actor per quem Tullius actionem in dicendo emendauit.* Aut quæ Roſcius doctus] *Id eſt, peritiſſimus fabularum actor.* Egit uel quia nil ducunt] *Id eſt, cenſent rectũ, niſi quod placuit ſibi, uel quia putant.* Turpè parere] *Id eſt, obedire & concedere minoribus.* Et ſenes fateri perdenda] *Id eſt, deſtruenda.* Quæ ipſi imberbes] *Id eſt, adhuc impubes didicere.* Ille qui iam laudat carmen ſaliare Numæ] *Id eſt, quod Numa Pompilius religioſiſſimus Romanorum rex, docuit Salios ſacerdotes Martis cantare dum ſaliendo ancylia ferrent.* Et qui laudat illud, quod ignorat mecum] *Id eſt, ſicut ego, & uult uideri ſcire ſolus illud. Ille inquam non fauet.* Quæ] *Pro &.* Non plaudit] *Id eſt, applaudit.* Sepultis] *Scilicet, ueteribus, ſed impugnat noſtra.* Et ipſe liuidus] *Id eſt, inuidus odit, nos & noſtra ſcilicet opera.* Quod ſi nouitas tã fuiſſet tam] *Id eſt, tantũ inuiſa Græcis.* Quàm] *Id eſt, quantum nobis quid eſſet nunc ue-*

tus, aut quid haberet quod legeret. Et quod publicus uſus tereret] *Id eſt, attereret uſu.* Viritim] *Id eſt, per ſingulos uiros? q.d. Nihil quia primi non extant, & ſequentes non ſcripſiſſent.* Vt primum Græcia cœpit nugari] *Id eſt, inconditè ſcribere bellis.* Poſitis] *Id eſt, ſedatis.* Et ut primum cœpit labier] *Id eſt, labi in uitium ſ. ceſſationis.* Et luxuria, æqua] *Id eſt, proſpera.* Fortuna] *Id eſt, per proſperam fortunam.* Ipſa arſit] *Id eſt, efferbuit.* Nunc] *Id eſt, aliquando.* Studijs Athletarum] *Id eſt, pugilum ad Agonem certantium: unde ſunt Iſthmici & Olympici ludi inſtituti, nunc ſtudijs equorum, nunc amauit fabros marmoris.* Aut eboris] *Id eſt, ſculptores.* Et ſuſpendit uultum & mentem] *i. uitalem uultum in imaginibus. De quibus 6. Aeneid.*

„ *Excudent alij ſpirantia mollius æra:*

„ *Credo equidem uiuos ducent de marmore uultus.*

In tabula picta, & ipſa eſt gauiſa nunc tibicinibus, & nunc Tragœdis] *Id eſt, Tragœdiarum actoribus.* Velut ſi] *Id eſt, ac ſi puella infans luderet ſub nutrice.* Et reliquit maturè] *Id eſt, tempeſtiuè.* Plena] *Id eſt, iam ſatura aut potiùs iam plenis nubilis annis.* Illud quod petit cupidè ut puppas] *Hoc eſt, ſic inſtabilis uidetur Græcia fuiſſe: ut puellaris animus, ſed uarium & mutabile ſemper fœmina.* Quid placet, aut quid eſt odio] *Id eſt, diſplicet, quod non credas mutabile? q.d. nihil.* Paces bonæ & uenti ſecundi] *Id eſt, proſperi ſucceſſus Græcorum habuerunt.* Hoc] *i. huiuſmodi inconſtantiam.* Dulce & ſolenne fuit diu Romæ uigilare, mane domo recluſa] *Id eſt, aperta ſalutaturis, & ſtudere ipſos inuenturis, & promere clienti more pragmaticorum iura.*

Et expendere] *Id eſt, ad uſuram dare.* Nominibus] *Id eſt, debitoribus.* Rectis] *Id eſt, iuſtis quibus rectè creduntur. Quorum nomina inſcribuntur.* Nummos cautos] *Id eſt, cautè datos audire maiores, & dicere minori, per quæ res poſſet creſcere.* Et libido] *Id eſt, indulgentia corporis, quæ otio creſcit.* Damnoſa] *Id eſt, damni plurimum rebus afferens poſſet minui.*

Sed populus leuis] *Id eſt, inconſtans mutauit mentem.* Et calet] *Id eſt, feruet.* Vno] *Id eſt, ſolo ſtudio ſcribendi.*

Et pueri, & patres ſeueri cœnant uincti comas fronde] *Scilicet, lauri & aut hæderæ.* Et dictant] *Id eſt, ſcribenda pronunciant carmina. Aduerte alios legere* Certis nominibus.

Ipſe ego] *Proſequitur quod inceperat oſtenſurus quas commoditates habeant carmina. Ordo eſt.* Ego ipſe qui affirmo] *Id eſt, ſi affirmem me nullos ſcribere uerſus.*

Inuenior] *Id eſt, inueniar, mendacior Parthis: hoc ait, Satyricè in Parthos & in gratulationem Auguſti.*

Et ego uigil prius ſole orto] *Id eſt, priuſquam Sol oriatur.*

Poſco calamum & chartas, & ſcrinia] *Id eſt, capſas librorum.*

Ignarus nauis] *Id eſt, artis nauigandi.*

Timet agere] *Id eſt, gubernare, nauem.*

Qui non didicit dare ægro Abrotanum] *Id eſt, talem herbam ad medicamentum.*

Non audet dare, quia medici promittunt, quod medicorum eſt, fabri tractant fabrilia] *Id eſt, unuſquiſque id quod didicit.* Sed nos docti, & indocti ſcribimus paſſim] *Id eſt, ſine diſcrimine, poëmata. Sic in Arte,*

„ *Qui neſcit uerſus tamen audet.*

Tamen collige ſic: Quas uirtutes] *Id eſt, commoditates habeat hic error, & hæc leuis inſania, quæ eſt in faciendis carminibus.*

Animus Vatis] *Id eſt, poëtæ.*

Non temerè] *Id eſt, fere nunquam eſt auarus.*

Ipſe amat uerſus, & ſtudet] *Sup. efficere.* Hoc unum] *Id eſt, ſolos uerſus.*

Et ridet] *Id eſt, facilè patitur.*

Detrimenta] *Id eſt, amiſsiones rerum.*

Vt fugas ſeruorum & incendia domorum] *Scilicet. Non cogitat ullam fraudem ſocio.* Ve] *Pro uel (producitur autem ſicut prius, quæ quia ſecundùm Seruium monoſyllaba communia ſunt.)*

Puero pupillo uiuit ſiliquis] *Id eſt, leguminibus*

Et ſecundo pane] *Id eſt, cuius flos farinæ excuſſus eſt.*

Et quanquam eſt piger & malus] *Id eſt, inutilis militiæ.*

Eſt tamen] *Sup.* Vtilis urbi ſi das] *Id eſt, concedis.*

Hæc magna] *Scilicet, quæ ad Remp. ſpectant.*

Iuuari quoque] *Id eſt, etiam paruis rebus.*

Poëta figurat] *Id eſt, format tenerum, & balbum os pueri.*

Torquet] *Id eſt, arcet.*

Aurem] *Scilicet, pueri.*

Iam nunc ab obſcœnis] *Id eſt, turpibus ſermonibus.*

Et format] *Id eſt, informat.*

Mox] *Id eſt, paulò pòſt etiam pectus.*

Pueri amicis] *Id eſt, utilibus præceptis exiſtens correctior aſperitatis & inuidiæ, & iræ: Eſt enim poëtæ profeſsio, humanitatis ſtudium.*

Et refert] *Id eſt, memoriæ commendat rectè facta.*

Et inſtruit] *Id eſt, diſponit tempora.*

Orientia] *Id eſt, futura.*

Exemplis notis] *Scilicet, rerum præteritarum.*

Solatur] *Id eſt, conſolatur inopem & ægrum.*

Vnde diſceret puella ignara mariti cum caſtis pueris, preces] *Id eſt, orationes ad deos.*

Niſi Muſa dediſſet uatem] *Id eſt, poëtam, qui hymnos & laudes deorum compoſuiſſet? Quaſi dicat à nullo chorus, qui in Tragœdijs & Comœdijs olim erat, & adhuc in templis eſt.*

Poſcit] *Scilicet, Deos.*

Opem] *Id eſt, auxilium.*

Et ſentit Numina præſentia] *Id eſt, citò auxiliantia, & chorus blandus implorat aquas.*

Cæleſtes] *Id eſt, pluuias.*

Prece docta] *Id eſt, à poëtis tradita, & auertit morbos, & pellit pericula metuenda, & impetrat pacem.*

Et annum locupletem] *Id eſt, abundantem frugibus.*

Dij ſuperi placantur carmine & manes] *Id eſt, Dij inferi placantur, & pacificantur carmine.*

Agricolæ priſci] *Id eſt, ueteres exiſtentes fortes ad ſubeundos labores, & reſiſtendum auaritiæ, & beati.*

Quia contenti paruo] *Id eſt, modica re.*

Leuantes] *Id eſt, recreantes corpus.*

Tempore feſto] *Scilicet, Compitaliorum, aut Ambarualiorũ.*

Poſt frumenta condita] *Id eſt, repoſita in horreis ſuis.*

Et leuantes ipſum animum ferentem] *Id eſt, patientem.*

Dura] *Id eſt, duros labores.*

Spe finis, piabant] *Id eſt, placabant cum pueris ſocijs operum, & cum coniuge fida tellurem porco (quidam porro legunt, ſed quia tellus Ceres eſt, cui porca offertur, dicit Landinus porcũ pro porca dictum)* Et Syluanum Deum ſyluarum lacte, & piabant genium] *Id eſt, Deum Generationis & naturæ ſuæ.*

Memorem] *Id eſt, memores faciente, aut lege memores, ſcilicet, ipſi agricolæ breuis æui piabant genium floribus & uino.*

Licentia Feſcennina] *Id eſt, fabula qua Feſcennini iocoſa conuitia, in feſtis ſuis obijciebant iuuenta.*

Per hunc morem fudit] *Id eſt, expuit ruſtica.*

Opprobria] *Id eſt, conuitia.*

Verſibus alternis] *Id eſt, alternè prolatis.*

Libertas accepta] *Id eſt, approbata per annos*

Recurrentes] *Id eſt, celeriter redeuntes luſit amabiliter, donec iam ſæuus iocus cœpit uerti in apertam rabiem.*

Et cœpit ire minans] *Id eſt, minabundus.*

Impunè] *Id eſt, paſsim et ſine diſcrimine, aut pœna, per domos honeſtas.*

Laceſſiti] *Scilicet, honeſti uiri.*

Dente cruento] *Id eſt, diffamatorio.*

Doluere] *Id eſt, doluerunt.*

Et cura] *Id eſt, cautio fuit.* Quoq;] *Id eſt, etiam.*

Intactis] *Id eſt, non laceſſitis.*

Super] *Id eſt, de communi.* Conditione] *Id eſt, quia potuiſſent, & ipſi carpi, quinetiam lex puniendi eſt lata, quæ nollet quenquam deſcribi* Malo] *Id eſt, diffamatorio carmine, & ita taliumcarminum.* Compoſitores uertere] *Id eſt, uerterunt modum, ſcilicet, ſcribendi.*

Et hoc formidine fuſtes] *Id eſt, quia ferebantur fuſtigari.*

ornatè comparat ſe militi ſatis habenti, & nolle ſe propter lucrũ carmina alicui diuitum afferre. Ruſticum autem pauperi poëtæ aſſimulat, qui cùm uix carminib. multa acquirebat erga diuites, ſibi hoc opus non eſſe. Zonam perdidit]*Ex fabula Græca ductũ Athletæ, qui Zonam perdiderat.* Romæ nutri]*Hoc fuit, non Venuſinus, aut Appulus, ſed ad tempus Romæ inſtructus eſt. Deinde uerò perrexit Athenas, matrem literarum, ubi* ἠθικὴν, *id eſt, moralem philoſophiam didicit, reuoluens Platonis libros. Ab illo ſtudio ſecutus eſt partes Bruti, quo fugato, ab Auguſto cum alijs proſcriptus eſt, ac neceſſitate compulſus, contulit ſe ad priſtinum ſtudium.* Inter ſyluas Academi.]*Academus apud Athenas porticus conſtruxit, unde porticus Academia dictus eſt, & extra, unde Academici quoq; Syluani.* Quærere uerum] *Iucundè dixit uerum, quia quærunt uerum, ut negent idem inueniri poſſe.*
Rudem belli] *Tyronem, & ignarum. Euocatus eſt enim à Bruto per potentiam, qui tunc Achaiam, & Athenas, tenebat, etiam ſimilitudinem ſtudiorum eſſe celebri nomine in philoſophia.* Philippi] *Campi Theſſaliæ, ubi contra Brutum pugnauit Auguſtus.*
Deciſis humilem pennis] *Hoc eſt, amiſſa dignitate, qua ante ſublimis ferebatur.* Extorquere poëmata] *Hoc eſt, alacritatem ſcribendi, uel commoditatem extorquere tentant.* Quid faciam uis?] *Alia excuſatio, quòd, ſcilicet neſciat, quid potiſſimum ſcribat, cùm omnes non una eademq; re delectentur.* Bioneis ſermonibus] *Liuidis iocis, id eſt, Satyræ. Sunt autem diſputationes Bionis philoſophi, quibus ſtultitiam arguit uulgi, cui penè conſentiunt carmina Luciliana. Hic autem Bion, qui ſophiſtes cognominatus eſt, in libro quẽ edidit, mordaciſſimis ſalibus ea, quæ apud poëtas ſunt ita lacerauit, ut ne Homerus quidem parceret.* Sale nigro] *Id eſt, uetere Tragœdia, uel amara iocularitate.* Præter cætera] *Omiſſis alijs rebus, credis Romæ poſſe carmina ſcribi, inter tot curas occupationeſq;?* Cubat hic] *Id eſt, ægrotat, ut ſuperius. Trans Tiberim longè cubat.*
Humanè] *Id eſt, probè.* Commodè]*Breuia. Sed contraria oſtendit. quòd magna ſint.* Geruli]*Geruli ſunt, qui portant neceſſaria ad fabricam.*
Tu me inter ſtrepitus]*Id eſt,*

Nemo hoc mangonum faceret tibi non temere à me
Quiuis ferret idẽ. ſemel hic ceſſauit, &, ut, fit,
In ſcalis latuit metuens pendentis habenæ.
Des nummos, excepta nihil te ſi fuga lædat.
Ille ferat pretium, pœnæ ſecurus, opinor.
Prudens emiſti uitioſum: dicta tibi eſt lex.
Inſequeris tamen hũc, & lite moraris iniqua.
Dixi me pigrum proficiſcenti tibi: dixi
Talibus officijs propè mancũ, ne mea ſæuus
Iurgares ad te quòd epiſtola nulla ueniret.
Quid tum profeci, mecum facientia iura
Si tamen attentas? quereris ſuper hoc etiam, quòd
Exſpectata tibi non mittã carmina mendax.
Luculli miles collecta uiatica multis
Aerumnis, laſſus dum noctu ſtertit, ad aſſem
Perdiderat: poſt hoc uehemens lupus, & ſibi, & hoſti
Iratus pariter ieiunis dentibus acer,
Præſidium regale loco deiecit, ut aiunt,
Summè munito, & multarum diuite rerum.
Clarus ob id factũ, donis ornatur honeſtis,
Accipit & bis dena ſuper ſeſtertia nummûm.
Fortè ſub hoc tempus caſtellum euertere prætor
Neſcio quod cupiens, hortari cœpit eundem
Verbis, quæ timido quoque poſſent addere mentem.
I BONE, quò uirt⁹ tua te uocat: i pede fauſto,
Grandia laturus meritorũ præmia. quid ſtas?
Poſt hęc ille catus, quantumuis ruſticus, ibit
Ibit eò, quò uis, qui Zonam perdidit, inquit.
Romæ nutriri mihi contigit, atq; doceri,
Iratus Graijs quantum nocuiſſet Achilles.
Adiecere bonæ paulò plus artis Athenæ:
Scilicet ut poſſem curuo dignoſcere rectum,
Atq; inter ſyluas Academi quærere uerum.
Dura ſed amouere loco me tempora grato,
Ciuiliſq; rudem belli, tulit æſtus in arma,
Cæſaris Auguſti, non reſponſura lacertis.
Vnde ſimul primùm me demiſere Philippi,
Deciſis humilem pennis, inopemq; paterni
Et laris, & fundi: paupertas impulit audax,
Vt uerſus facerem. ſed, quod non deſit, habentem,
Quæ poterunt unq; ſatis expurgare cicutæ,
Nil melius dormire putem, quàm ſcribere uerſus?
Singula de nobis anni prædãtur euntes:
Eripuere iocos, Venerem, conuiuia ludum:
Tendunt extorquere poëmata. quid faciam uis?
Deniq; nõ omnes eadem mirantur, amantq;.
Carmine tu gaudes: hic delectatur Iambis:
Ille Bioneis ſermonibus, & ſale nigro.
Tres mihi cõuiuæ ꝓpè diſſentire uidẽtur:
Poſcentes uario multum diuerſa palato.
Quid dem? quid non dem? renuis tu, quod iubet alter.
Quod petis, id ſanè eſt inuiſum, acidumq; duobus.
Pręter cętera, me Romę'ne poëmata cẽſes,
Scribere poſſe, inter tot curas, totq; labores?
Hic ſponſum uocat, hic auditum ſcripta, relictis
Omnibus officijs. cubat hic in colle Quirini,
Hic extremo in Auentino; uiſendus uterq;.

Tu uis me aliena dicere? Nam cuncta proditis & diuulgatis, dixit: Et ita uis me ſcribere, ut ad uates antiquos maximè accedam.
Frater erat Romæ conſulti rhetor] *Adhæc cauſam duorum fratrum inducit, ut oſtendat ſe inuicem laudare debere. Vnus enim iſtorum duorum Mutius uidelicet Scæuola, amicus Ciceronis, qui primus Iuriſconſultus apud ueteres ſcripſit, cum illud officium ageret, fratrem ſuum Gracchum Oratorem ipſe & Rhetorem laudare ſtudebat. Contra Gracchus omni ſtudio fratrem ſuum Mutium laudabat. Dicit ergo ſuo tempore duos poëtas Romæ fuiſſe, ita ſe amantes, ut unus illorum eſſet alteri quaſi Gracchus, & per hoc frater, & alter alteri quaſi Mutius affectu laudis, & per hoc frater.* Carmina compono]*Dum ego, inquit, bonum carmen compono, & ille alius ſimiliter, æſtimamus nullum alium poëtam niſi nos, & quaſi theatrum euacuatum eſt nobis, ut ſint digni recitatores in eo. Nota, inqt, quòd ſuperbi incedamus, quaſi non omnis ædes poëtis plena ſit.* Quanto molimine] *Aſpice quanto molimine requiramus locum recitandi, quaſi uix inueniatur ædes, in quã non illi recitent, quaſi indigna noſtris carminibus.* Romanis uatibus]*i. negemus in templo Apollinis ullos poëtas habere carmina.*
Quid ferat. & quare] *Non etiam hoc, ob quod meritum inuicem laudent, & dignos corona poëtica iudicent.* Lento Samnites ad prœmia primo duello]*Senſus eſt: Inuicem odioſi ſumus fallendo nos, & mala carmina prædicantes, & hoc ſine fine facientes, ut Romani quondam pugnauerunt cum hoſtibus Samnitibus uſq; ad noctẽ, unde & Ennius: inquit,*
„ *Bellum æquis manibus nox intempeſta diremit.*
Obturem patulas impunè legentibus aures] *Non ſolum, inquit, non laudo,* * *Deeſt finis Commentariorum Acronis.*
PORPHYR. } Flore bono]*Apparet hunc Florum comitem & familiarẽ Neronis fuiſſe, & efflagitaſſe ab Horatio carmina, & non mittentẽ increpuiſſe: cui per allegoriã reſpondẽs hoc ſignificat, tã illũ iniuſtè iraſci ſibi, quẽ ab initio pigrum ad ſcribendum ſciat, quàm iniuſtam uenditori litem dat, qui fugitiuum ſeruum ſciens emerit, & tota ferè hæc epiſtola ſub hac ſententia eſt: Carmina ſe Romæ nõ fiducia ingenij, ſed penuria rei familiaris ſcripſiſſe, quæ ſcripſerit, præferentia cum*

tum cùm in turba multis occupationibus poëmata componi non poſſunt: quæ ut bona ſint, cum ſcriptoris magno cruciatu ſunt emendata. Ad poſtremum dicit philoſophandum eſſe potius, quàm carmina facienda. Si quis forte uelit] Argumentum à comparatione minorum ad maiores, hoc eſt, ſeruorum ad amicos. Natum Tibure uel Gabijs] Bene Tibure, ut ſignificet eum ruſticum. Sic agat] Sic loquatur. Hic & Candidus] Verba ſunt uenditoris. Argilla] Deeſt, quaſi, ut ſit, quaſi argilla. Vda] Id eſt, molli. Multa fidem promiſſa leuant] Hic Horatius oſtendit multa promittentibus non haberi fidem, & maximè cùm promittit, qui precio & lucro ſtudet, hoc eſt, uenditor. Merces] Id eſt, ſeruos. Res urget me nulla] Deeſt ſed, ut quid tale, ut ſit. Sed me nulla res urget, ut laudem. Meo ſum pauper in ære] Pauper quidem ſum, inquit, ſed tamen in meo ære, non in alieno conſtitutus, id eſt, nulli quidquam debeo. Nemo hoc mangonum faceret tibi] Neq; quiſquã mango tibi hæc faceret, id eſt, tam ſimpliciter loqueretur, nec à me ipſo quis alius hoc auferret, id eſt, hoc audiret. Mango dicitur, quaſi mancipi ango, uel manu ago. Semel hic ceſſauit] Id nunc uerba ſunt, quibus mango utitur, ut monſtret ceſſatorem eſſe, quem uendidit, hoc eſt, fugitiuum. Et bene nemo, quod enim leuius dictum eſt. Ille ferat precium] Ille, inquit, qui emptori antè propoſuerit, & precium acceperit, nullã ſubibit pœnam, ſi fugerit uenditus. Prudens] Cùm nõ in fraudem inductus eſt. Dicta tibi eſt lex] Id eſt, Cùm conditione emiſti. Inſequeris tamẽ hunc] Venditorem, ſcilicet, hic per ſe ſignificat. Dixi me pigrum] Hoc eſt, ad ſcribendum debilem, & penè mancum, quod uitium manus eſt. Quid tum profeci] Prædicendo uitiũ meum. Mecum facientia] i. pro me, & eſt quaſi exclamatio. Si tamen attentas] Si modò adhuc ſollicitas, ut ſcribam tibi. Luculli miles] Huius ex narratione oſtendere uult uendentem ſtultum, quem res non doceat, quid ſit utile. Laſſus noctu ſtertit] Hoc factum eſt, inquit, bello quod populus Romanus duce, ſcilicet, Lucullo, cum Mithridate rege Pontico geſſit, & Luculli miles, Valerianus Seruilianus præfectus exercitus. Ad aſſem] Vſq; ad aſſem, hoc eſt, tota uiatica. Vehemens lupus] Bene lupus, miles Romanus, quòd in tutela Martis eſt lupus.

Interualla uides humanè commoda. uerùm
Puræ ſunt plateæ: nihil ut meditãtib. obſtet.
Feſtinat calidus mulis, geruliſq; redemptor:
Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum:
Triſtia robuſtis luctantur funera plauſtris:
HAC RABIOSA fugit canis: hâc lutulenta ruit ſus.
I nunc, & uerſus tecum meditare canoros:
Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbeis.
Rite cliens Bacchi ſomno gaudentis, & umbra.
Tu me inter ſtrepitus nocturnos, atque diurnos
Vis canere, & cõtracta ſequi ueſtigia uatum?
Ingẽiũ, ſibi quod uacuas deſumpſit Athenas,
Et ſtudijs annos ſeptem dedit, inſenuitq;
Libris & curis ſtatua taciturnius exit
Plerunq;, & riſu populum quatit: hîc ego rerum
Fluctibus in medijs, & tempeſtatibus urbis
Verba lyræ motura ſonum connectere digner?
Frater erat Romæ conſulti rhetor: ut alter
Alterius ſermone meros audiret honores:
Gracchus ut hic illi foret: hic ut Mutius illi.
Qui minus argutos uexat furor iſte poëtas?
Carmina cõpono: hic elegos, mirabile uiſu,
Cælatumq; nouem Muſis opus. aſpice primùm
Quanto cum faſtu, quanto molimine circùm
Spectemus uacuam Romanis uatibus ędem.
Mox etiam, ſi forte uacas, ſequere, & procul audi,
Quid ferat, & quare ſibi nectat uterq; coronam.
Cædimur, & totidem plagis conſumimus hoſtem,
Lento Samnites ad lumina prima duello.
Diſcedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?
Quis, niſi Callimachus? ſi plus apposcere uiſus:
Fit Mimnerm⁹, & optiuo cognomine creſcit.
Multã Fero, ut placẽ genus irritabile uatũ,
Cùm ſcribo, & ſupplex populi ſuffragia capto.
Idem, finitis ſtudijs, & mente recepta,
Obturem patulas impunè legentibus aureis?
Ridentur, mala qui componunt carmina: uerùm
Gaudent ſcribentes, & ſe uenerãtur, & ultrò,
Si taceas, laudant, quicquid ſcripſêre, beati.
At qui legitimum cupiet feciſſe poëma:
Cum tabulis animũ cenſoris ſumet honeſti.
Audebit quæcunq; parum ſplendoris habebunt,
Et ſine pondere erunt, & honore indigna ferentur,
Verba mouere loco: quamuis inuita recedãt,
Et uerſentur adhuc intra penetralia Veſtæ.
Obſcurata diu populo, bonus eruet, atq;
Proferet in lucem ſpecioſa uocabula rerum:
Quæ priſcis memorata Catonibus, atq; Cethegis,
Nunc ſitus informis premit, & deſerta uetuſtas.
Adſciſcet noua, quę genitor ꝓduxerit uſus,

Ibi ſe hoſti] Quia potuit perdere, quaſi raptore hoſte. Præſidium regale loco deiecit] Hoc præſidiũ à Mithridate ſuper theſauros eius poſitum, miles deiecit, atq; donis ornatus à Lucullo imperatore. Caſtellum euertere prætor] Significat olim duces, imperatores dictos, præfectos, prætores. I bone] Verba Luculli militem hortantis. Poſt hæc ille catus] Poſthac ille doctus, inquit, exemplo, ut ſit ſtultus, tamen ibit eò quo uis, qui perdendo zonam didicit, unde illud ſit lucro. Catus aũt expertus & doctus. Vt, Confidês, catus. Qui zonam perdidit] Sumptũ uel uiaticum, quod in zona ferè milites portant. His omnibus Horatius uult oſtendere, primò diſpendio rei familiaris ſe coactum, poſt inuitatum donis, ac lucro, ab Auguſto ſiue Mecœnate ad ſcribenda carmina deueniſſe. Quantum noceuiſſet Achilles] Notum eſt Achillis iracũdia, quantum obfuerit Græcis omnibus, & figuratè ſæuitiam Cæſaris Auguſti uidetur oſtendere. Athenæ] Se etiam ſignificat Athenis philoſophiæ operam dediſſe. Curuo dignoſcere rectum] i. didiciſſe per ethicem, partem philoſophiæ, quid ſit uitiũ, quid ſit uirtus. Atq; inter ſiluas Academi] Quia contra omnium ſectam Academici diſputant, qui dicunt latere ueritatem, & ideò ſemper eſſe, quærendum. Rudem belli tulit æſtus] Excuſatio quod cõtra Auguſtum pro Bruto militauit, & bene æſtus, non uoluntas. In arma] Imperiũ Bruti, per arma ſignificat. Philippi] Theſſaliæ campi, ubi uictus eſt Brutus. Deciſis humilem pennis] Sæpe hac tranſlatione utitur Horatius, ut Maiores pẽnas nido. Significat etiam ſe proſcriptũ fuiſſe. Paupertas impulit audax] Carmina, inquit, quæ ex me expetis Flore, nunquam ſcriberem, niſi egeſtate compulſus eſſem. Nũc itaque poſtquàm habeo, quod mihi ſatis ſit, ſi non præpono ſomnum uerſibus inſanio, & nullo helleboro curari poſſum. Quæ poterunt unquam ſatis expurgare cicutæ] Quod tantũ helleborũ, inquit, ſatis erit, ut expurget inſaniam? Cicutã aũt poſuit pro helleboro. Ni] Pro ſi non. Melius] Legunt melius: ſed inuerſum eſt, quod non deſit, quod ſatis ſit. Singula de nobis anni prædantur euntes] Virg. » Omnia fert ætas, animũ quoq;. Et eſt alia cauſa excuſationis in ætate, cur iã non ſcribit. Quid faciam] Nũc deeſt mihi ætas, ut non ſcribam

ſcribam poëmata. Denique non omnis] *Alia ratio non ſcribendi, quia quid ſcribam potiſsimum neſcio, propterea quòd non idem omnibus placet.* Ille Bioneis ſermonibus] *Bion Ariſtophanis comici pater dicitur fuiſſe, magnæ dicacitatis, quē uult intelligi de nigro ſale. An nigrū, malū intelligimus ſalſum, aut facetum, & iocularium.* Renuis tu, quod iubet alter] *Mirè* ἀφαμαντικῷ *charactere, tanquā ad ipſos conuiuas loquitur, unumquenq; eorū appellans, id poſcentē, quod cæteris diſplicet.* Præter cætera] *Alia cauſa nō ſcribēdi, quòd Romæ in occupationibus nihil con dignum memoria ſcribi poteſt, inter tot curas, totq́ labores.* Sponſum] *Hoc eſt, ut pro ſe ſpondeam.* Cubat] *Aegrotat.* Interualla uides] *Ironia per quā oſtendit quàm uehementer.* Humanè cōmoda] *Id eſt, mediocriter magna. Nā antiqui pro magno, cōmodū dicebāt.* Verum plures ſunt plateæ] *Interrogatiuè pronunciandū.* Feſtinat calidus mulis gerulisq; redemptor] *Feſtinat, inquit, properus redemptor, & mulos agens ſarcinarius ad Rhedam. Redemptorem autem curſus publici ſignificat, & animalium præbendorum, Salluſt. Et Perpennam forte cognoſcit mulio redemptoris.* Torquet] *Torquet, mouet, trahit, uel ſuſtinet.* Luctantur funera plauſtris] *Hinc plauſtrum, hinc funus uenit, & obuia utraq; neutro tranſeunte luctantur. Funera autem dicit pompā ipſam & exequias.* Hac rabioſa fugit canis] *Hæc ſunt, quibus oſtendit puras plateas non eſſe, in quibus cogitans poëta, uelut ſecurus incedat. Nunc opportunè* κατ' ἀντιφρασιν *oſtēdit poſſe carmina Romæ nō poſſe.* Scriptorū chorus] *Ad ſuperius argumentū hoc pertinet, quod probat, in frequentia urbis poëtam ſcribere nō poſſe.* Ritè cliens Bacch.] *Non mirum, inquit, ſi poëta nemus amat, quòd eadem amat Liber, Muſicus Deus, in cuius tutela poëtæ omnes ſunt cōſtituti.* Et cōtracta ſequi] *Legitur & cōtracta, cautè impreſſa, ut ea ſequendo conſtigerit imitator.* Ingenium ſibi quod uacuas deſūpſit Athenas] *Qui Athenis, inquit, multo tempore ſtuduerunt, & muti, & ridiculi euadunt. Nec enim ſi Romæ uelis aliquid diſſerere potes, ubi nullū ociū eſt. Vacuas aūt Athenas, utrum ocioſas? an* κατ' ὑπαλλαγὴν, *ipſe uacuus. ut Salluſt. ait: At Sertorius uacuus hieme copias augere.* Inſenuitq;] *Inſenuit legitur, & inſonuit: ſed ſi inſenuit, impalluit & im*

Vehemens,& liquidus,puroq́ ſimillimus amni.
Fundet opes,Latiumq́ beabit diuite lingua,
Luxuriantia compeſcet: nimis aſpera ſano
Leuabit cultu: uirtute carentia tollet:
Ludentis ſpeciē dabit, & torquebitur,ut,qui
Nunc Satyrum, nūc agreſtem Cyclopa mouetur.
Prætulerim ſcriptor delirus, inersq́ uideri,
Dum mea delectent mala me, uel deniq; fallant,
Quam ſapere,& ringi ſuit haud ignobilis Argis,
Qui ſe credebat miros audire tragœdos,
In uacuo lætus ſeſſor,plauſorq́ theatro:
Cætera qui uitæ ſeruaret munia recto
More,bonus,ſanè uicinus,amabilis hoſpes,
Comis in uxorem, poſſet qui ignoſcere ſeruis,
Et ſigno læſo non inſanire lagenæ:
Poſſet qui rupem,& puteum uitare patētem.
Hic ubi cognatorū opibus,curisq́ refectus,
Expulit elleboro morbum,bilemq́ meraco,
Et redit ad ſeſe: Polme occidiſtis amici,
Non ſeruaſtis(ait) cui ſic extorta uoluptas,
Et demptus per uim mentis gratiſsimus error.
  Nimirum ſapere eſt abiectis utile nugis,
Et tempeſtiuum pueris concedere ludum,
Ac non uerba ſequi fidibus modulanda Latinis:
Sed uerè numerosq́, modosq́,ediſcere uitæ.
Quocirca mecū loquor hæc, tacitusq́ recordor.
Si tibi nulla ſitim finiret copia lymphæ,
Narrares medicis. QVOD,quantò plura paraſti,
Tantò plura cupis,nulli ne faterier audes?
Si uulnus tibi,monſtrata radice,uel herba,
Non fieret leuius: fugeres radice,uel herba
Proficiente nihil curarier: audieras, cui
Rem dij donarent,illi decedere prauam
Stultitiam: &, cum ſis nihilo ſapientior, ex quo
Plenior es,tamen uteris monitoribus iiſdem?
At ſi diuitiæ prudentem reddere poſſent,
Si cupidum, timidūq́ minus te:nempe ruberes,
Viueret in terris te ſi quis auarior uno.
Si proprium eſt, quod quis libra mercatur,& ære:
Quædam(ſi credis conſultis) mancipat uſus:
Qui te paſcit ager, tuus eſt,& uillicus Orbi
Cùm ſegetes occat,tibi mox frumenta daturus,
Te dominum ſentit. das nūmos:accipis uuā,
Pullos,oua,cadum temeti.nempe modo iſto
Paulatim mercaris agrum,fortaſſe trecentis,
Aut etiam ſupra nummorum millibus emptum.
Quid refert,uiuas numerato nuper, an olim?
Emptor Aricini quondam,Veientis & arui,
Emptum cœnat, olus,quamuis aliter putat:emptis
Sub noctem gelidam lignis calefactat aēnū
Sed uocat uſq; ſuum, qua populus aſsita certis
Limitibus uicina refugit iurgia:tanquam

moratus eſt ſignificat. Si inſonuit, inſtrepuit atq; exercuit uocē, intelligitur curis. Statua taciturnus] *Ingenium, ſcilicet, an ſtatuā pro re qualibet dixit, an ideo cū duplex ſit plumbeū, nā Turrius ob ſeueritatē taciturnus fuit.* Riſu populū quatit] *Ac per hoc irridetur.* Digner] *Condignū arbitrer. i. uelim.* Frater erat Romæ] *Hanc fabulam ad hoc inducit, ut oſtendat poëtas ſeipſos inuicem laudare, nō puro uerò, ſed mutua aſſentatione. Fratres miras honoris electiones præferebāt, cùm alter Iuriſconſultum Mutium Scæuolam diceret, alter Oratorem Tiberiū Gracchū nominaret, nā apud ueteres tam primus iuriſconſultus Mutius Scæuola extitit, quàm orator Tiberius Gracchus.* Qui minus] *In qua re minus inſani poëtæ ſunt, cùm ſe quoq; inuicē laudarēt.* Argutos] *Canoros.* Cælatūq; nouē Muſis opus] ἔντεχνα, *Cælatum, uariatū, & quaſi pictū. nouem Muſis, omni genere metrorū: principalia enim nouem ſunt.* Quanto cum faſtu] *Et ſic nobis placemus incedentes.* Circūſpectemus] *Vna pars orationis eſt, diuiſa in duos uerſus, Lucilij more antiquo.* Vacuā Romanis uatibus ædem] *Id eſt, Latinis poëtis uacātē. Significat autem ædem Muſarū, in qua poëtæ recitabāt, & hoc rectè. Nam Græci poëtæ in Athenæo conſueuerant, & ideo additū, uacuā Romanis uatibus.* Si fortè uacat] *Bene additū, ſi fortè uacat, tanquam & hoc ipſum facere ſuperuacuū iudicandū ſit.* Quid ferat] *Quid de ſe præbeat tollere, uel quid offerat.* Samnites] *Tanquā Samnites, quorum pugna ſtataria eſt. Videtur autem hæc metaphora uel à Samnitis cis gladiatoribus, uel à bello acerrimo Sānitū aduerſus Romanos eſſe tranſlata.* Ad lumina prima] *Vſque ad ueſperam.* Lento duello] *Id eſt, bello diuturno.* Diſcedo Alcæus puncto illius] *Illius iudicio, inquit, Alcæo Lyrico comparor, & fio alter Alcæus, functus ſuffragio humili ac plebeio.* Ille meo, quis? Quis] *Sigillatim pronūcianda ſunt hæc pronomina. Voco enim eū Callimachū, ut me ille Alcæū nominet.* Si plus] *Si hoc illi parū fuerit, & plus à me exegerit laudis. Et hîc oſtenditur nō pro merito poëtas, ſed pro uoluntate laudari.* Optiuo] *Adoptiuo & aſcititio. Alcæus autē Lyrici carminis, Callimachus elegiaci autor eſt. Mimnermus uerò, duos libros luculētos ſcripſit.* Multa fero] *Multa, inquit, patior, ne mihi poëtæ iraſcātur, ſed tādiu, quàm ipſe ſcribens laudari me expecto.*

 Irritabile]

Irritabile] Iracundū ac litigioſum. Finitis ſtudijs & mente recepta] Finitis, inquit, carminibus, & bene recepta mēte, tanquā ex inſania poëticæ profeſsionis ad me rediens. Obturē patulas] Non ſolùm non laudabo, ſed etiā occludā aures, ne quem audiā recitantē. Ridentur] Senſus eſt: Ridentur quidē, ſed tamen delectātur uerſibus ſuis. Oſtendit autē quàm laborioſum ſit emendatiſſimè ſcribere. Et ſe uenerantur] Admirantur, ac diuos poëtas ſe uocant. Laudant quicquid ſcripſēre beati] Stulti enim dictum intulit ad intelligentis, & cum iudicio ſcribentis tormenta re ſpecies. At qui legitimum] Bonus, ſcilicet poëta. Audebit, ut oſtendat magnā rem etiam hoc facere. Virgilius:

„ Aude hoſpes contemnere opes.

Mouere loco] Tollere atq; mutare. Inuita recedant] Plerunq; ita ſunt uerba, quæ prima poſuerimus, ut etiam cùm praua ſint, tamen bene nobis poſita uideantur. Et uerſentur adhuc intra penetralia Veſtæ] Id eſt, domi, per quā metaphoram oſtendit, quæ in animo noſtro fixa uerſentur, tamen excludenda eſſe. Obſcurata diu populo] Antiqua & obſoleta ſenio, in conſuetudinem reuocabit. & utrum obſcurata populo, an populus bonus? Adſciſcet noua] Vtetur nouis uerbis, de uſu naſcentibus. Beabit] Ornabit. Leuabit] Tollet, aut amputabit, aut extollet. Ludentis ſpeciem dabit] Ita me carmē efficiet, ut auditor luſiſſe, non laboraſſe uideatur. Et torquebitur] Ita torquebitur & fatigabitur, ut Pantomimus, qui nunc tonſus Satyri, nūc Polyphemi Cyclopis conatur imitari perſonam. Prætulerim ſcriptor] Mallē, inquit, ſtultus eſſe, & meis carminibus malis delectari, quàm legendo, ſapiendoq́ cruciari. Fuit haud ignobilis Argis] Vetuſtè, pro Argiuis. Et facetè ſimul accōmodat exēplū, quo oſtēdit, quàm ſit ſecura dementia. Qui ſe credebat] Bene credebat. Non enim audiebat, & pulchrè additum. Miror, ut non in eo tantùm errore ſit, quod ſe audire credebat, ſed etiā quid uidere. Cætera qui uitæ ſeruaret munia] Hoc dicit in alijs rebus illū nō fuiſſe dementē. Bonus ſanè uicinus] Cōmoda occaſione percurrit officia boni patrisfamiliâs. Et ſigno læſo] Satyricè, tanquam hoc multi faciant. Poſſet qui rupem] Superiùs quaſi ſanum deſcribebat, hic ergo, quaſi leuiter inſanū. Meraco] Multo & craſſo, utpote contra tantā dementiā. Redit ad ſeſe] Sanus factus eſt. Pol me occidi-

SIT PROPRIVM quidquam, puncto quod mobilis horæ,
NVNC prece, nunc precio, nunc ui, nūc ſorte ſuprema
Permutet dominos, & cedat in altera iura.
S I C quia perpetuus nulli datur uſus, & hæres
Heredem alterius, uelut unda ſuperuenit undam:
Quid uici proſunt, aut horrea? quid'ue Calabris
Saltibus adiecti Lucani? ſi metit Orcus
Grandia cum paruis, non exorabilis auro?
Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena ſigilla, tabellas,
Argentum, ueſteis Gætulo murice tinctas.
Sunt qui non habeant: eſt qui non curat habere.
Cur altera fratrum ceſſare, & ludere, & ungi
Præferat Herodis palmetis pinguibus: alter
Diues, & importunus, ad umbram lucis ab ortu,
Siluestrem flammis, & ferro mitiget agrum:
Scit Genius, natale comes qui temperat aſtrum,
Naturæ Deus humanæ, mortalis in unum
Quodq; caput, uultu mutabilis, albus, & ater.
Vtar, & ex modico, quantum res poſcet, aceruo
Tollam, nec metuam, quid de me iudicet hæres:
Quod non plura datis inuenerit. & tamen idem
Scire uolam, quantum ſimplex, hilariſq; nepoti
Diſcrepet, & quantum diſcordet parcus auaro.
Diſtat enim, ſpargas tua prodigus, an neq; ſumptum
Inuitus facias, neq; plura parare labores.
Ac potius, puer ut feſtis Quinquatribus, olim
Exiguo, gratoq; fruaris tempore raptim.
PAVPERIES immunda domus procul abſit, ego, utrum
Naue ferar magna, an parua, ferar unus, & idem.
Non agimur tumidis uelis aquilone ſecūdo:
Non tamen aduerſis ætatem ducimus Auſtris.
Viribus, ingenio, ſpecie, uirtute, loco, re,
Extremi primorum, extremis uſq; priores.
Non es auarus? abi. quid, cætera iam ſimul iſto
Cum uitio fugēre tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & ira?
Somnia, terrores magicos, miracula, ſagas,
Nocturnos lemures, portentaq; Theſſala rides?
Natales gratè numeras? ignoſcis amicis?
Lenior, & melior fis accedente ſenecta?
Quid te exēpta iuuat ſpinis et pluribus una?
VIVERE ſi rectè neſcis, decede peritis.
Luſiſti ſatis: ediſti ſatis, atq; bibiſti:
Tempus abire tibi eſt: ne potum largius æquo
Rideat, & pulſet laſciua decentius ætas.

ſtis amici] Adeò ſecuriùs eſt inſanire, quàm ſapere. Cui ſic extorta uoluptas] Mire nō morbus, ſed uoluptas. Mētis gratiſſimus error] Illo, ſcilicet, pertinet, quòd malis ſuis homines non ſolùm non dolēt, ſed etiam delectantur. Vnde illud Græcū * Nihil ſapere eſt abiectis utile nugis] Cōmemoratis omnib. incōmodis in Arte Poëtica cōſtitutis, illud cōcludit, eſſe melius ſtudere ſapiētiæ i. philoſophiæ. Ordo eſt: Nimirū abiectis nugis utile eſt ſapere, et cōcedere pueris tempeſtiuū ludū. i. Artē Poëticā. Tempeſtiuū pueris] Opportunū, congruū. Pueris aūt, ætate pueris. Ac nō uerba ſequi fidib. modulanda Latinis] Ac nō eam partē muſicæ, cuius cantilena & modi nunquā idiota concordant, ut his cum aliter quædā ſcientia muſicæ diſciplinæ. Si tibi nulla ſitim] Hæc uerba Horatij ſecum loquentis, quaſi cū alio. Si tibi, inquit, grauior ſitis bibendo fieret, referres ad medicos & indicares, ſic alibi: Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops. Si uulnus tibi] Si quis tibi, inquit, herbā, aut radicē oſtendiſſet, tanquā utilē uulneri tuo, tuq; eam expertus nihil expeririſſes, nō utiq; uereris. Cur igitur diuitias cupis, quas acquirendo didiciſti nihil cōferre ad ſapiētiā, beateq; uiuendū? Quando quòd diues factus, nihilominus ſtultus es, quàm antea cum pauper eſſes. Audieras cui Rem dij donarent] Hoc dicit, ideo diuitias appetiſti, quòd audieras ſtultitia carituros, cùm diues eſſes. Poſtquàm diues ad ſapientiā nihil promouiſti, ne copias, facultatesq; ſectieris, ſed adhuc audis opulentiæ laudatores, quibus iam ſemel credendo deceptus es. At ſi diuitiæ prudentem reddere poſſent] Si, inquit, diuitiæ reddere te prudentem poſſent, te à quouis quæſtuoſo uinci, pudore efficereris, & auarior te nullus eſſet, quippe cùm præſertim & minus cupidos, & minus timidos homines faciāt, ſi modò id uerū eſſet. Viueret in terris, te ſi quis auarior] Erubeſceres ait, ſi te quiſquā eſſet auarior, ideo ſapiētior, ſiquidē opes ſapientiā datura eſſent. Si proprium eſt, quod quis libra mercatur & ære] Dicit quicquam propriū, quod quis libra mercatur. Quaſi poſſideās nihil, præter uſum fructū, quē nos capere debemus, uereq; ait inter nos, & nihil poſſidentes, nihil diſtare, niſi quod illi ſumtura aluntur. Si credis cōſulis] Deeſt, ut ſit ordo & ſenſus: Si proprium, quod quis libra mercatur & ære. Verba ſunt iuris, quib. emptio confirmatur, cùm per librā,

capeſſe

expenſa pecunia: per æs, ipſum precium demonſtratur. Vnde & libripens huiuſmodi teſtificationis adhiberi ſolet. Mancipat uſus] *Hoc eſt, uſus poſſeſſorem facit.* Qui te paſcit ager tuus eſt, & uillicus Orbi] *Cuius non tu, ſed Orbius uideatur eſſe poſſeſſor.* Das nummos] *Vt ille cuius ager eſt, pro toto dedit, ita tu pro eius uſu fructu.* Temeti] *Vini, quòd temperet mentem. Vnde temulenti dicuntur prima ſyllaba producta.* Paulatim mercatis agrũ] *Paulatim, quia per partes, precio fortaſſe trecentorum: aut etiam cõmodius tu emis, quàm illi emptus eſſet, qui poſſidet. nam ille ſemel precium ſoluit, trecenta millia uel quadringenta, tu minutatim & pro arbitrio tuo.* Quid refert uiuas numerato] *Quid intereſt, inquit, utrum paulò antè, an olim numerauit pretium, dum uiuas eodem modo, quo ille qui comparauit? Si emptio facit dominum, emiſti: ſi uſus, frueris, ſi tempus, nihil in iure diſtat, olim an nuper emas, dum emendi poteſtas ſit.* Emptum cœnat olus] *Licet ſe putet in emptis oleribus, & lignis poſſeſſor uti, emptis tamen utitur, ſed falſum putat.* Sed uocat uſq; ſuum] *Ad limitem certũ, quaſi quicquam ſemper noſtrum ſit, quod multis dominis poſſeſſorem commutat.* Qua populus adſita] *Ad eam partem, qua populus arbor ſit, quæ uitatione talis certaminis inducat fines certos, & cũ uicino iurgia uitare facit. Sic Virgil.*

„ *Vſq; ad aquam & ueteris iam fracta cacumina fagi.*

Et ordo & ſenſus: Vſq; ad eum locum prope populus aſſita certis limitibus iurgia uicina refugit. Puncto quod mobilis horæ] *Id eſt, per facili & cito.* Nunc prece, nũc precio] *Collegit, quot modis dominia acquirantur.* In altera iura] *In alterius poteſtatem.* Sic quia perpetuus] *Eſt ex iure, ſententiæ tenor. iamdudum hic etiam, & hoc ſignificat. Si emptio uel uſucapio ad legitimã poſſeſſionem neminem inducere poteſt, quis non hoc iure omnem agrum ſuum eſſe poſſit credere? Si uerò nullus perpetuus poſſit haberi fructus de rebus quæſitis, ſed temporalis uiciſſitudo ſeruetur inter homines, nihil prodeſſe uineis aut horreis, aut ſaltibus plurimis dominum fieri hominem, ſcilicet, quod moriturus, ſit diues eadem ſorte, qua pauper.* Velut unda ſuperuenit undam] *Vt fluctus ſuper ſe inuicem ueniunt, cùm ex immenſo uoluuntur mari.* Calabris] *Fructuoſis. Eſt enim Calabria præter cæteros reditus, etiam rei pecuariæ & lanarum mollium ferax, item Lucania.* Saltibus] *Latis fundijs, porrectis per plurimos montes.* Si metit Orchus] *Amputat, & eſt translatio à ſegete.* Tyrrhena ſigilla] *Thuſcana. Apud ueteres, Thuſci primo in Italia ſigna de marmore poſuerunt.* Getulo murice tinctas] *Aphro, ac per hoc Mauro. Significat enim purpuram Girbitanam.* Sunt qui non habeant] *Ac per hoc deſiderent.* Eſt qui non curat habere] *Sed prior ille inops uidetur, quem cupiditas torquet.* Cur alter fratrum] Ordo *eſt, Cur alter fratrum ceſſare, & ludere præferat pinguibus palmetis Herodis: alter diues ſylueſtrem agrũ flammis & ferro mitiget, ſcit.* Genius, natale comes qui temperat aſtrum] *Genius natale aſtrum temperat, & eſt naturæ Deus humanæ, hoc autem dicit: Cur diuerſi ſint homines uoluntate, non curo, equidem: ſcit enim hoc Genius, qui fortis naturæ Deus habetur. Verùm ut parcam rebus partis, non me defraudabo metuens, quid de me hæres ſentiat, & utrum me mortuum uituperent. Et hîc hæredem, captatorẽ ſignificat, non agnatum.* Alter fratrum] *Bene fratrum. Hæc res enim facit, ut mirũ ſit, diſſimiles eſſe.* Herodis palmetis pinguibus] *Herodes in Syriũ Phœnice, rex Iudæorum, per cuius palmeta magnas diuitias ſignificat.* Importunus] *Sine portu, ac requie, hoc eſt, auarus, quod ſignificat dicendo.* Ad umbram lucis ab ortu] *Hoc eſt, à mane uſq; ad ueſperum.* Sylueſtrem flammis, & ferro mitiget agrum] *Officium eſt agricolæ non quieſcentis, & auarè ſpem in futuros redditus intenti.* Scit genius, natale comes qui temperat aſtrum, nat] *Hoc ſecundum id quidem propter quod putant homines, uel εὐδαίμονας, uel κακοδαίμονας dici, quia dæmon genius intelligitur.* Vultu mutabilis] *Et tam diſpar, quàm ſunt inter ſe hominum uultus.* Albus & ater] *Prouerbialiter, hoc eſt, bonus & malus. Et album, aut ad liberalem, aut ad lætum reddit. Atrum ad ſordidum, & ærumnoſum. Figura συνεκδοχῆ.* Quòd non plura datis inuenerit] *Quod non plus conſequutus fuit ex meis, quàm ipſe in me impendit, & congruè Horatius de ſe loquitur. Hic autẽ hæres non legitimus, ſed hæredipeta.* Et tamen idem Scire uolam] *Redit ad mediocritatem Peripateticorum, & dicit ita ſe uſuꝛum bonis, ut non obliuiſcatur medium ſeruandum eſſe, cùm intersit inter hilarem & nepotem, parcum & auarum, quamuis parum conſiderantibus ſimiles eſſe uideantur.* Diſtat enim ſpargas] *Oſtendit quid diſtet inter ſupradictos.* Feſtis Quinquatrib.] *Quinquatres à quinq; diebus, qui dies ad ferias Mineruæ pertinent, Propterea quòd feſtæ ſolennitates eius Deæ per hoc ſpacium temporis celebrantur. Vt igitur pueri ludo intenti inceſſabiliter utuntur his ferijs, ita tu, inquit moriturus, exiguo uitæ tẽpore raptim, uoluptatibus plurimis fruaris.* Olim] *Nunc, pro ſemper.* Pauperies] *Id eſt, in pauperie egeſtas, nam paupertas etiam honeſtæ parſimoniæ nomẽ eſt, & uſurpatur pro fortuna mediocri.* Non agimur] *Adhuc de bono mediocrium fortunarum loquitur.* Tumidis uelis aquilone ſecundo] *Id eſt, nimia felicitate.* Non tamen aduerſis] *Infelicitate uehementi, & benè in allegoria perſeuerauit, quia ſuprà nauem dixerat.* Viribus, ingenio, ſpecie, uirtute, loco, re] *Ingenioſè deſcripſit, quid ſit homo mediocris, dicens mediocrem eſſe qui ſit à ſummis minor, ab infimis maior.* Non es auarus] *πρὸς ὑποφορὰν reſpondens more Satyricorum intulit, quaſi dicat, ſcimus auarum te non eſſe, ſi in cæteris non hæres uitijs ac teneris.*

Quid cætera] *Iam ſimul ſic pronunciandum eſt, ut intelligatur nõ fuiſſe alia uitia.* Caret tibi pectus inani Ambitione] *Quæ popularibus auris dedita eſt.* Somnia, terrores magicos, miracula, ſagas] *Hæc omnia ad ſuperſtitionem referuntur. Mirè dicit ſagas, mulieres magicarum rerum & carminum ſcientes, tanquam ſatis agas, & multum agentes: ut magos dicimus quaſi magnos, à magnis rebus, quas ſe perficere poſſe iactant.* Nocturnos lemures] *Vmbras uagantes hominum, ante diem mortis, & ideo metuendas. Et putant lemures eſſe dictos, quaſi remuros à Remo, cuius occiſi umbras frater Romulus cùm placare uellet, lemuria inſtituit, id eſt, parentalia, quæ menſe Maio per triduum celebrari ſolebant, ante additum anno menſem Februarium, ob quam rem Maio menſe religio eſt nubere, & item Martio: in quo de nuptijs habito certamine à Minerua Mars uictus eſt, obtenta uirginitate. Minerua Nerine eſt appellata.* Portentaq; Theſſala] *Theſſalorum promiſſiones incantatorum, de quibus ait Virgilius, Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes Quas uelit? Et: His ego ſæpe lupum fieri, & ſe condere ſyluis Mœrim, & quod ſequitur.* Rides] Contemnis. Natales grate numeras, ignoſcis amicis, Lenior & melior fis accedente ſenecta] Quod non faciunt *nimium timidi ſenectutis & mortis, quia ex natalibus multis mortem iam proximam perhorreſcunt.*

Quid te exẽpta iuuat] *Ἀλληγορία. Quid prodeſt, inquit, uno te carere uitio, & à tam multis poſſeſſum eſſe?* Viuere ſi rectè neſcis] *Da locum, inquit, melioribus, qui uiuere ſciunt, atq; tibi ſuccedunt.* Luſiſti ſatis] *Hoc apud philoſophos frequentatum eſt, de uita ſapientem abire oportere æquo animo, ut è cõuiuio paſtum, ſaturũq; conuiuam. Et moraliter poſitum, ſatis, quod acclamationis eſt.* Tempus abire tibi] *Vtrum, quis Deus iam te uocat: an quia diu multumq; uixiſti, & mirè in fine operis de fine diſputat uitæ.* Ne potum largiùs æquo] *Ne iuſto plus uiuens, & ob hoc delirus ſenex à iuuene ludificetur, habeaturq; deriſui. & uide perſeueratum eſſe in allegoria de conuiua facta. Nam nõ minus ſenes, quàm iuuenes poti plerunq; decipiuntur.* Rideat & pulſet] *Bene adiectum pulſet, id quod peius eſt.* Laſciua decentius ætas] *Quam laſciuam eſſe magis deceat, quàm te, qui es maturus ſenex.*

CHRIST. LAND. } Flore bono] *Ad eundem Florum eſt epiſtola, ad quem & alias ſcripſit. Atq; illum iniuria querĩ affirmat, ſi nullas à ſe accipit epiſtolas. Quoniam abeunti prædixerat te pigrum eſſe in ſcribendo & nihil ſcripturum, imitatus non eum magonem, qui ſeruum uenditurus multa bona, quæ in eo non ſunt ſimulat, ſed eum qui uitia, quæ adſunt ante uenditionem demonſtrat. Adiungit quibus incommodis impeditus Romæ, uerſus facere nequeat.* Fidelis amice] *Magna laus & quod fidelis ſit in amicitia, & quòd prudens in eligendo bono uiro.* Aptus miniſterijs] *Laudarat à corpore, nunc laudat ab animo. Acuti enim, & prompti eſt non imperia ſolùm, ſed nutus quoq; obſeruare.* Argilla] *Species terræ qua figuli utebantur.* Indoctum] *Sine artificio,*

ſed tamen inerit ſuauitas. Multa promiſſa leuant fidem] Nam non ſunt credibilia. Res urget me nulla] Quaſi dicat nō premor ære alieno, & ſunt uerba eius Mangonis, qui uera de mācipio dicturus eſt. Meo] Sententia eſt quamuis pauper ſim, tamen quicquid apud me pecuniæ eſt, id totum meum eſt, & nulli debeo. Nemo Mangonum] Nemo ex ijs, qui ſeruos uendunt tibi uitia fateretur. Neq; etiam ego omnibus hoc manifeſtarem temerè, id eſt, niſi cauſa aliqua id poſtularet. Semel id ceſſauit] Subdola confeſſio, nam tantùm dicit, quantum ſat ſit ne teneatur præſtare de fuga, & tamen ita dicit ne credatur fugitiuus. Dicit enim ceſſauit quod minus eſt, quam fugeret, & addit, Semel, ne uideatur habitum contraxiſſe, neq; foris, ſed domi, neq; malignitate, ſed metu. Des nūmos] Id eſt, eme ſi hæc fuga excepta ſi hoc fugæ uitium, quod ego excipio, quia nolo præſtare de eo. Nihil] Id eſt, non quaſi dicat, ſi non lædit te hoc uitium, nullum aliud eſt in eo uitium.

Ille] Qui emit. Securus] Negligens. Prudens emiſti] Verba uenditoris emptori poſcenti ut præſtet de fuga, ad quam reſpondet non teneri, quia excepta eſt in ſtipulatione. Dixi me pigrum] Huc enim tendebat exemplum mangonis. Attentas] Quaſi dicat inuertere. Facientia mecum] Quæ pugnant à me.

Luculli] Alio exemplo nititur ut excuſet quòd uerſus non ſcribat. Viatica] Pro ea pecunia hic ponit, quæ ſibi ad uniuerſam uitam degendam ſufficere poſſit. Ad aſſem] Vſque ad unum aſſem. Aſſem enim talem nummum fuiſſe uidemus, ut decem aſſes denarium facerent. Præſidium regale] Deiectis enim militibus Mithridatis aduerſus, quem pugnabat Lucullus, qui erat in præſidio cœpit caſtellum. Hoc autem periculum adire auſus eſt urgente paupertate, quod deinde in hac præda diues factus iterum ſubire noluit. Munito] Ergo fuit opus audacia. Diuite] Nam diuitiæ ad id illum impulerunt. Honeſtis] Honorificis. Bone] Fortis, ut ſupra malum pro timido poſuit. Pede fauſto] Bono auſpicio.

Poſt hæc] Poſt uerba prætoris. Ille cautus] Id eſt, qui cautior poſtquam diuitias recuperauerat iam effectus erat. Ruſticus] Id eſt, aſſuetus laboribus, & periculis ut ruſtici, uel ruſticus, quaſi improuidus & incautus ut ruſtici ſunt. Qui zonam perdidit] Id eſt, qui diſcinctus hactenus fuit, id eſt, iners & propterea pauper. Sic Virgil. diſcinctum pro pigro poſuit.

„ Fecerat ignipotens diſcincto Mulciber Afros,

Ergo qui neq; pericula conſiderant, & egeni ſunt adibunt. Cauti autem & diuites non adibunt. Romæ nutriri] Oſtendit quòd paupertate oppreſſus ſe olim ad poëticam contulit. Doctus eſt autem maximè Homerum, qui in Iliade deſcribit, quantum Græcis nocuit ira, quam Achillis exercuit cum Agamemnone. Verum hæc quæ ad hominis uitam pertinent, ſcripſimus in principio libri.

Syluas Academi] Philoſophiam Platonis. Dixit autem ſyluas uel propter obſcuritatem rei. Platonici enim omnia incerta ponũt. Dicuntq; non ſe uerum quærere, quod non facilè inueniatur, ſed ſequi ea quæ ueriſimilia ſunt, uel quia Platonici materiam primam hylem, id eſt, ſyluam appellant. Bonæ] Doctæ, omnium enim bonarum artium inuentrices fuiſſe Athenas dicunt. Dura tempora] Bella ciuilia inter Brutum & Octau. Aeſtus] Tumultus. Eſt enim tranſlatio à marina tempeſtate. Vnde concionum procellas dixit Cicero. Non reſponſura] Quia uires Brutianæ inferiores erant. Philippi] Nam in Philippis, qui locus Pharſaliæ eſt, ſuperatus eſt exercitus Bruti, in quo Horatius Tribunus militum erat.

Sed quod] Ordo eſt. Quæ cicutæ poterunt unquam expurgare habentem, id quod non deſit, id eſt, habentem quod ſit ad ſufficientiam. Cicuta herba eſt non expers ueneni, ſed alijs rebus contemperata purgat cerebrum ut helleborum. Scripturi ergo poëmata cerebrum purgant. Sed hic eſt ſententia, quòd qui non egent nulla cicuta purgabuntur, id eſt, non præparabunt ſe ut uerſus ſcribant.

Singula de nobis] Accedentibus annis multa, quæ ad uoluptatem pertinent amittimus. Deniq;] Primam cauſam attulerat quod nō egeret, ſecundam deinde quod ingraueſcens ætas id eripiat. Poſtremò adiungit, quòd non omnes eodem genere delectentur.

Carmine] Lyricis. Bioneis] Quaſi dicat philoſophia. Bion enim Boriſthenes Academicus fuit, & patrem habuit libertum, qui aliquādo in publicanos neſcio quid errans cum tota familia uenundatus eſt. Bionem autem orator quidam emit, & illum hæredem inſtituit. Sed Bion exuſtis teſtamenti tabulis Athenas philoſophatum acceſſit. Huius ſententiæ erant. Magnum malum eſſe, non poſſe ferre malum. Gloriam matrem animorum eſſe. Pulchritudinem bonum alienum. Illi qui ſua alliguriierat bona dixit.

Terra Amphiaraum abſorbuit. Tu uerò terram] Facilem ad inferos uiam, quòd illuc clauſis eatur oculis. Fuit etiam alius Bion Lyricus poëta. Fuit itidem alius tragicus ex his, qui Tharſici dicuntur, quaſi confidentes & arrogantes. Quapropter & de hoc fortaſſe intelligit, quòd ſuo carmine mordax eſſet. Vnde dixit ſalem nigrū, id eſt, noxios & mordaces ſales. Tres] Non mirum eſt ſi uaria ingenia uarijs rebus delectantur, cum etiam uarij conuiuæ uario guſtu ſint. Palato] Guſtu, qui in palato eſt. Nerui enim ſunt qui linguam, & palatum pertingunt, in quibus ſolis guſtandi uis eſt.

Præter cætera] Quarta ratio cur non ſcribat. Sponſum] Vt ſponſorem me illi præſtem. Auditum ſcripta] Vt ſibi ſua recitanti aſſim. Cubat] Aegrotat, & idcirco eſt ſalutandus in ualle Quirini. Nam unus ex ſeptem collibus Quirinalis eſt.

Extremo] Nam ultimus eſt, & Tyberim attingit, cum Quirinalis in alia penè urbis parte poſitus ſit. Plateæ] Græcū uerbum eſt ab earum latitudine dictæ, Latini areas appellant. Calidus] Ingenioſus. Sunt enim acuti quibus ſanguis calidus eſt. Hebetes autem homines frigidior ſanguis reddit. Virg.

„ Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis.
„ Vel calidus uelox ut ardens.

Redemptor] Pro eo hic capit qui merces, quas deinde maioris uendat emit. Ergo hic à ripa Tyberis quo nauigia cum mercibus appellunt ſiue mulis, ſiue gerulis, id eſt, baiulis qui ſuis gerunt humeris iubebat comportari quæ emerat. Redemptores etiam dicuntur qui ſiue à publico, ſiue à priuato aliquid accepto precio agendum, fabricandum, ædificandum'ue conducunt. Ergo & ij cum inſtent alicui ædificio erigendo properant eo undiq; materiam comportari, cum lucrum illis poſitum ſit in celeritate, & in operis minuendis.

Machina] Qua maiora pondera trahantur. Tignum] Trabem, inde tigillum dixerunt. Funera] Mortes. Nam cùm ſint obuiam plauſtris facti homines nitendum eſt ne illis terantur. Hunc locum mirificè imitatur Iuuen. Cliens Bacchi] Nam & in Bacchi tutela eſſe poëtas iam oſtendimus. Somno] Pro ocio poſuit.

Vmbra] Pro ſolitudine. Contracta] Difficilia ad ſequendum quoniam coartata ſint & anguſta. Ingenium ſibi] Si illud ingenium quod elegit ſibi Athenas urbem uacuam, id eſt, ocioſam & ſtudijs aptam & ad ſeptem annos inuigilauit. Et inſenuit libris & curis] Id eſt, tam aſſiduam operam, tamq; anxiam impendit ut ante tempus ſenuerit, tamen inde poſt ſtudia redijt taciturnior ſtatua. Quid ego potero Romæ in tanto tumultu. Frater Romæ] Duo erant Romæ fratres, iuriſconſultus alter, alter orator. Hi cum à nemine laudarentur, ſe mutuò laudabant. Sic nunc poëtæ, quoniam ab alijs non laudantur, uiciſſim ſe laudant. Gracchus] Tantus orator, quantus Corneliæ filius Gracchus. C. enim Gracchum huiuſcemodi oratorem fuiſſe affirmat Cicero, ut de antiquioribus ſolùm legendum putet, atq; aſſerit literas Latinas damnum illius immaturo interitu feciſſe. Mutius. Q. Mutius Augur Scæuola maximus iuriſconſultus. Nam Scæuolarum peculiaris fuit hæc iuris ciuilis ſcientia. Carmina] Scilicet, Lyrica. Miſerabile uiſu] Laus enim eſt Lyrici elegiacum dicentis in illius carminibus apparere commiſerationem quam exprimere cupit. Samnites] Tanquam Samnites, qui longo tēpore aduerſus Romanos pugnauerūt. Alcæus] Nam cum Lyricus ſim ille me Alcæo comparat. Et ego illum quia elegias ſcribit Callimacho ſimilem eſſe dico. Nam Callimachus in Elegia floruit, cui Quintilianus primas. Secundas uerò Philetæ in Elegia tribuit. Hinc Propertius.

„ Callimachi manes, & magni ſacra Philetæ
„ In ueſtrum quæſo me ſinite ire nemus.

Multa fero] Nam laudo, quæ uix pati poſſum ſuffragia populi, fauorem poëticæ turbæ. Finitis ſtudijs & mente recepta] Nam dum ſcribo ex nimia cupiditate laudis inſanio. Deinde cùm Deſiero euaneſcente illa cupiditate fio ſanus, & non poſſum ulteriùs pati, quæ patiebar. Gaudent ſcribentes] Stulti poëtæ gaudent ineticam

uicem ſe laudantes. Sed qui cupit rectum ſcribere poëma exhibebit cenſorem ſuis ſcriptis, & audebit mouere loco, id eſt, mutare quæcunque aut ornatu, aut grauitate carebunt. Inuita recedant] *Quia neſcio quo pacto ita placent tibi, ut uix ſuſtineas illa remouere.* Et uerſentur inter penetralia Veſtæ] *Id eſt, penitùs hæreant intimo animo, & tranſlatio à Dea Veſta: cuius ſacra recondita eſſent.* Obſcurata diu] *Reuocabit quædam priſca uerba, quæ quamuis pulchra ſit tamen exoluerant, & in obliuione iacent.*

Situs] *Vetuſtas. Situs eſt humeſcens quædam lanugo & mucor exoriens in locis, qui non frequentantur. Virg.*

» *Per loca ſenta ſitu cogunt noctemq́ profundam.*

Sed capitur pro ſenio, & pro his quæ ab uſu remota ſunt, Virg.

» *En ego uicta ſitu.*

Aſciſcet noua] *Formabit, & ipſe noua quædam quæ ſplendorem habeant.* Genitor uſus] *Nam uſus uerborum parens eſt. Vnde in Arte Poëtica dixit*

» *Multa renaſcentur quæ iam cecidere, cadentq́*

» *Quæ nunc ſunt in honore uocabula ſi uolet uſus.*

» *Quem penes arbitrium eſt & ius, & norma loquendi.*

Vehemens] *Erit uehemens, & copioſus & ſimilis fluuio, qui tamen non ſit turbulentus, ut nihil obſcurum & non defæcatum aſſit in illa uehementia.* Beabit] *Beatum faciet.* Diuite lingua] *Id eſt, propterea quòd linguam Latinam adinueniendis nouis uerbis ditiorem reddet.* Luxuriantia] *Nam ut bonus agricola ea, quæ in arboribus nimis luxuriant aut in ſegetibus compeſcit, ſic & bonus poëta, quæ nimia ſunt tollet & ut inculta rura cultu meliora redduntur: ſic aſperiora, quæ ſunt in uerſu artificio lenientur.*

Ludentis ſpeciem dabit] *Nam ut ille qui ludit uarios affert motus, ſic poëta ut ſeruet decorum, accommodat uerba, & ſententias perſonis, quas inducit.* Mouetur Satyrum] *Veluti per Synecdochen, ut ſi dicas mouetur caput. Sententia eſt.* Veluti mimus alio motu utitur cum agit Satyrum laſciuum & leuem, & alio cum agit Cyclopa uaſtum & agreſtem, *ſic & poëta alio modo hunc illum deſcribit, ut utriuſq; naturæ decorum ſeruet.*

Prætulerim] *Ex perſona ſua ſtulticiam nonnullorum arguit, qui malunt haberi ſtulti, & deliri dum ita hebeti ingenio ſint, ut nõ aduertentes ſua errata delectentur ſuo poëmate, & decepti putent illud rectum, quam ita ſapere, & cognoſcere errores, ut corrodantur ira & anxietate, dum illos conſiderant, & emendare poſſe deſperent. Cupiunt demiq; eſſe ſimiles cuidam Argiuo, qui quidem cùm in reliquis rebus agendis non eſſet inſipiens, tamen in hoc uno deſipiebat. Veniens enim in theatrum ubi nulli ludi, nulli ſpectatores eſſent putabat ſe uidere ludos, & hiſtriones illos agentes.*

Cætera munia] *Id eſt, munera. Nam in uita degenda poterat ſeruare officia ſi non illa recta, quæ Stoici catorthoma appellant, ſaltem mediocria.* Non inſanire] *Non minus iraſci ſeruis, ſi ut uinum educerent ad potandum ſignum in lagena ab eo impreſſum aperiendo læſiſſent. Dixit autem non inſanire Satyricè tanquam ſi dicat eſſe multos, qui ab huiuſcemodi ira non facilè poſſit abſtinere.* Meraco] *Id eſt, mero quaſi ualido, & potenti.*

Nimirum ſapere eſt] *Sententia eſt, ſapientem eum eſſe, qui carmina, & hæc puerilia concedat iuniori ætati. Ipſe autem quærat, non quo pacto moduletur carmina, ſed moduletur actiones ueræ uitæ, ut nihil nobis in ea diſſonet, ſed omnia ſecundùm decorum correſpondeant.* Si tibi] *Quemadmodum à medico remedium peteres ſi nullis poculis ſitim ſedare poſſes, ſic cum nimis cupiditatibus & reliquis animi perturbationibus labores medicinam debes à philoſophia petere. Libra & aêre. Verba iuriſconſultica. Venditio enim firmatur, cum per librum expenſa pecunia penes ipſum precium eſſe oſtenditur. Vnde libripens huiuſcemodi teſtificationibus adhiberi ſolet. De qua conſuetudine latiùs apud Plinium inuenies.* Mancipat uſus] *Quam ipſi iuriſconſulti uſucapionem appellant.* Qui te paſcit ager] *Oſtendit nihil intereſſe utrum emas tibi ea dies, quæ pertinent ad uictum, an ex agris tuis proueniant. nam etiam ea, quæ ex agris tuis percipis à te emuntur. Sed datum eſt precium olim cum agrum emiſti.* Occat] *Iactum ſemen in agro maris opperit.* Te dominum ſentit] *Nam ſi orbus ille, cuius eſt ager uendet tibi frumentum, iam ille ager tuus eſſe uidetur. nam ſi das nummos uillico, & accipis ex agro pullos, oua, uinum, uuam, tu paulatim mercaris illum.* Paulatim] *Quaſi dicat maiori tuo cõmodo.* Emptum cœnat olus] *Is enim qui olera, & reliqua ex agro, quem olim emit cœnat, emit ille olus, quamuis non ita putet.*

Sed uocat] *Stulticia noſtra facit ut illa, quæ ſunt attributa nobis certis terminis, qui lites inter nos, & uicinum prohibent noſtra eſſe credamus. Sed nihil alicuius proprium eſſe poteſt, quod illi uel precibus, uel precio, uel ui, uel morte auferri poteſt. Propriũ enim diffiniunt, id eſſe quod uni ſoli, & ſemper competit.*

Sic quia perpetuus] *Stulticiam ſummam eſſe concludit cum nihil nobis perpetuum eſſe poſſit, uelle multa poſſidere.* Orcus] *Pro morte poſuit quæ inexorabilis eſt.* Tyrrhena ſigilla] *Statuas in Tyrrhenia, id eſt, Etruria fabrefacta.* Sigillum] *Paruum ſignum. Plin. autem ſigna Tuſcanica ponit, quæ in Ethruria factitata ſunt.* Tabellas] *Picturas.* Herodis palmetis] *Herodes Iudæorum rex fuit. Verum (ut ait Plinius) palmæ gloria Iudæa inclita eſt.* Flammis] *Nam ut ait Maro. Sæpe etiam ſteriles incendere profuit agros.* Genius] *Naturæ Deus eſt. Platonici enim (ut ait Apul. de Dæmonio Socratis) Dæmonas quos genios & lares poſſumus appellare, miniſtros Deorum arbitrantur, cuſtodesq́ hominum & interpretes ſi quid à dijs uelint. Ergo qui melioris meriti in corpore ſunt noſtro genij dicuntur. Corpori renuntiantes lemures. Tum ſi domos incurſionibus infeſtarent laruæ appellabantur. Contra ſi boni fuerint lares familiares. Sententia ergo ſit, ut diuerſitatem ingenij duorum fratrum inter ſe cognoſcat ipſe genius comes ipſius hominis.* Qui temperat] *Id eſt, regit.*

Aſtrum natale] *Id eſt, influxum prouenientem ab aſtro, quod nobis naſcentibus præfuit.* Mutabilis uultu quodq; caput] *Quia quot homines, tot ingenia.* Vultu] *Ipſis animi affectibus qui in uultu apparent.* Albus] *Propter uirtutes.* Et ater] *Propter uitia.* Vtar] *Ex perſona ſua deſcribit, quo genere uitæ utendum ſit. Et in primis iubet pellendam auaritiam, & ambitionem.*

Plura datis] *Scilicet, mihi à parente, id eſt, non relinquam plura quàm parens mihi reliquerit.* Simplex & hilaris] *Pro liberali poſuit. Simplex igitur à quo abſit nimis luxus.* Hilaris] *A' quo abſit triſtitia auaritiæ.* Diſtat enim] *Ita fugienda auaritia, ut non tamen admittatur prodigalitas.* Quinquatribus] *Sacra Mineruæ, quæ quinto die poſt Idus & quinq; diebus celebrabantur.*

Verum naue] *Idem enim ero uectus ſiue magna, ſiue parua naue. Laudat autem mediocritatem, eáq; ſe contentum demonſtrat.*

Viribus] *Valetudine corporis.* Specie] *Aſpectu.* Loco] *Dignitate.* Somnia] *Per hæc omnia intelligit ſuperſtitioſam ac anxiam & ſollicitam uitam.* Terrores magicos] *Nam ſi uera ſunt, quæ de magica arte traduntur res horrendas faciunt magici.*

Sagas] *Veneficas ut ſit idem quod paulò pòſt addit.* Portenta] *Nam Theſſalia multas tulit ueneficas.* Quid te] *Iure ſpinas animi perturbationes, ac uitia appellat. Illis enim aſſiduo pungitur, tranſuerberaturq́ animus. Non ergo ſatis eſt exemiſſe unam ſpinam de multis, id eſt, unum uitium, ſed omnia extirpanda ex animo ſunt.* Quod ſi neſcis uiuere] *Si neſcis uti uirtute, quæ propria uita hominis eſt, ut latiùs oſtendimus in noſtris Chamaldulenſibus diſputationibus.* Decede peritis] *Illis qui uiuere ſciunt. Viue ergo rectè & relinque ludum, & comeſſationes, & potationes, quæ uita noſtra non eſt, ſed pecudis.* Aetas decentius laſciua] *Aetas iuuenilis quam magis laſciuire decet, quàm ſenilem. Probe enim monet Iuuen.*

» *Quædam cum prima reſecentur crimina barba.*

ERAS. ROT. } *Cùm rem totam ſignificamus à capite uſq; ad calicem dicimus. Conueniunt hæc duo: Bion autem (ut Acron ſcribit) philoſophus extitit, qui mordaciſſimis dialogis lacerauit poëtas. Ibi notat poëtas indoctos, qui inuicem ſe recitantes audiebant ac laudabant. Eraſ. in adag. Mutui mulum, &c. In nihil enim ſapiendo iucundiſſima uita, ut paſſim dicitur. Nauigare ſecundis uentis, & aquilone ſecundo dicitur ille, cui res ex ſententia ſuccedunt.* Argilla q.] *Argillæ ſimilis eſt rudis ætas, primo quidem fingi poteſt dum tenera eſt, uerum ubi duruit ingenium, non facilè refringitur in alienam ſpeciem. Eraſ. in prouerb. Cera tractabilior.* Quo zonam p.] *Zonã perdidit, caſtrenſe Prouerbium*

eſt, in ἀρχύματ☉, id eſt, in eos qui nihil habent nummorum. Porphyrion à militum cõſuetudine dicit eſſe tractum, qui quicquid habent, in zona ſecum portant. Et ſ n] Quod ibi per ſal nigrum, in alio loco per ſuccum loliginis uult intelligi. Eraſ. in Pro. Theonino dente rodi. Tres m.c.] Nihil uel hodie tritius eſt, quam hæc Terentij ſententia:

„ Quot homines, tot ſententiæ.

Et eiuſdem: Suus cuiq; mos eſt, quibus quam proximè accedit illud Perſianum:

„ Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus.
„ Velle ſuum cuiq; eſt, nec uoto uiuitur uno.

Expulit h.] Bibe helleborum, hoc dicto ſignificatur inſanire quẽpiam, propterea quod antiquitùs plurimus uſus fuerit huius herbæ ad leuanda mentis & capitis uitia.

SABELLICVS } Ibit eo quouis qui zonam perdidit] Inquit, ubi non ſimpliciter dictum eſſe exiſtimare debemus, qui zonam perdidit. Sed morem Priſcorum exprimere uoluiſſe, qui zonas nummis aureis refertas habebant, quod probatiſsimorum teſtimonijs comprobatur, in primis Tranquilli, qui ſcribit Vitellium zonam ſe aureorum plenam circumdediſſe: Et Apulei cuius hæc ſunt uerba ex libro 7. de aſino aureo, plotina precioſiſsimis monilium, & auro monetali zonis refertis incincta, præterea Caius Gracchus fortis Orator in oratione quam habuit ad populum ſic ſcriptum reliquit. Itaque Quirites cum Romam profectus ſum zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli, tradidit Plutarchus in Demetrio Soſigenem aureos nummos 300. habuiſſe in cingulo militari pro uiatico: Spartianus quoq; autor eſt Peſcennium nigrum iuſsiſſe ne milites in zonis nummos aureos uel argenteos portarent ad bellum. Sed publicè commendarent repetituri poſt prælia, quod dederant, quin etiam Lampridius Alexandrum imperatorem Rom. dicere ſolitum ait. Miles non timet niſi ueſtitus, armatus & calciatus, & ſatur, & habens aliquid in zonula, & talis Horatiana ſententia, inducit enim militem Lucillianum, qui factus erat diues, & bene nummatus, recuſantem ire ad caſtellum oppugnandum, & ita imperatori Lucullo reſpondentem, ibit ad omne periculum ruſticanus miles & inops, & qui zonam perdidit, hoc eſt, qui aureos amiſit, quos in zona milites portare conſueuerunt, propterea quod mendicitas militaris ad omnem deſperationem uocat armatum, qui uerò ſatur eſt, & aliquid habet in zona timet pericula ſubire, ad hanc ueterum conſuetudinem referendus eſt ille Satyrici poëtæ ſenſus. Obrutus & zonam læua, morſuq; tenebit, quem Iuuenal. explanatores prætererunt, namque ſignificare uoluit poëta zonam à naufragio teneri, non ſolùm manu, ſed etiam mordicus, propterea quod zona erat monetali auro referta, quam ne perdat omnibus neruis, uiribuſq; contendit: Eccleſiaſtica ſententia præcipit ne æs, hoc eſt, pecuniam in zonis habeamus.

IOAN. HARTVNG. } I bone quo uirtus] Ad Homericum illud reſpexit βάλλ' οὕτως, quod eſt Odyſſ. α. αἴλινον εἰ &c. Cædimur & totidem] Prouerb.

„ Cædimus, inq; uicem præbemus crura ſagittis.

Ex 4. Perſij Satyra.

HENR. GLAREAN. } Argilla quibus imitabitur uda] Imitaberis (inquit Acro) quidam imitabitur legunt, ſed eſt à puero alienum, melius ergo legimus imitaberis. Ego uero exiſtimo imitabitur hic legendum, non imitaberis. Quod carmen ipſum ac ſenſus ſatis indicant. Quantumuis ruſticus ibit] Amphibolon eſt, utrum catus quantumuis ruſticus, an quantumuis ruſticus ibit. Prætulerim ſcriptor] Aut ironia eſt, aut amara interrogatio, quaſi dicat ego neutiquam prætulerim. Exemplum autem Argiui ab aduerſario ita adducitur, ut Pyrrhi à Thraſone apud Terentium, ſolent enim ſtolidi homines ignauiæ ſuæ exempla prætendere. —Tamen uteris monitoribus iiſdem] Ego interrogatiuè legerem, ſiquidem uteris futurum eſt, nõ præſens. Cur alter fratrum] Duo hic cõmentarij ſub Porphyrionis nomine leguntur Sed hoc ſæpius nunc factum. Naturæ Deus humanæ mortalis] Badius exponit, Genius exiſtens Deus naturæ mortalis ſcilicet humanæ, mutabilis, id eſt, uarius in unumquodq; caput. Hæc ille. At ego puto Mortalis in unumquodq; caput conſtruendum, & uultu mutabilis, ut ſignificet genium cum homine interire. Nec hoc mirum apud hunc Poëtam, qui animæ immortalitatem non credidit, utrorum cui fides Chriſtiana nullam fidem fecerat. Terrores magicos] Magos dicimus, quaſi magnos, à magnis rebus, quas ſe perficere poſſe iactant, ita Porphyrio. Hoc ab impoſtore aliquo adiectum Porphyrioni Magus enim Perſica eſt dictio, qua ſuos ipſi ſapientes uocabant, ut nemo ignorat.

PERORATIO HENRICI GLAREANI.

Habes hic Candide Lector, meas in Horatium, aut uerius in eius commentatores Annotationes, nullo alio quàm publicè iuuandi bona ſtudia propoſito. In quo hoc potiſſimùm cauendum exiſtimaui, ne prolixitate ulli moleſtus eſſem: Sed ut perpetuò rem ipſam tractarem, & ut pleraq; iudicio tuo committerem. Eſt enim lubricum huiuſmodi negotium, etiamſi utile. Tu ſtudium hoc noſtrum boni conſule, ac laboribus noſtris faueas, te etiam atq; etiam obſecro. Vale Friburgi Briſgoiæ.

Anno à Chriſto nato M. D. XXXIII.

THEOD. PVL. } 8 Imitaberis] Imitabitur. V. alteram lectionem probant doctiores. 12 Vrget] Vrguet. H. 15 Metuens pendentis] Non eſt tam metuens lora, quibus cædi ſerui ſolebant (quanquam ſic accipi poteſt) quam metuens uincula, quibus ad trabem alligati ſerui cædi pendentes ſolebant more Romano, ut ab Acrone dicitur: cuius cõſuetudinis multa ſunt in Plauto impreſſa ueſtigia, illud quidem Terentij (Eun. actu 5. ſc. 7.) ſicidi declarat, ut dubitari non poſsit:

„ Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas
„ Flagitijs.——

Turneb. lib. 21. cap. 8. 18 Tibi eſt lex] Tibi lex B.K. 21 Officijs prope mancum] Officijs me mancum, K. 22 Vreret] E.C. rediret H.G.B.V.K. 24 Quæreris] Quæris, H.G. 27 Noctu] Nocte, C. & Gul. Canterus Nouarum lect. lib. 4. capite 12. 28 Poſt hoc] Poſt hæc, V. 32 Honeſtis] Opimis, H.K. 44 Poſſem curuo] Vellem curuo. H. poſſim curuo, C. poſſem à curuo, K. 46 Amouere] C. emouere, H.G.E.B.V.K. 50 Pennis] Pinnis. H. 53 Cicutæ] H.G.E.B.C.V.K. Siculæ ſiue Sicyiæ, ex coniectura Lambinus. Miram quandã medicinam facit Horatius, qui homines inſanos malo ueneno purget, cum ſcribit,

„ Quæ poterunt unquam ſatis expurgare cicutæ?

Conſtat enim in medicamentis lethalibus cicutam numerari, non ſalutaribus, cùm frigore perimat. nam quod Perſius (Satyr. 5.) ſcripſit,

„ ——Quam non exſtinxerit urna cicutæ.

Ad eius frigus retulit. Aut igitur cicutas pro herbis medicatis purgantibuſq; poſuit, in quibus omnibus uiroſus quidam ineſt ſuccus malo medicamento proximus, ut & medici ultrò fatentur: ut uiciſſim etiam ipſum elleborum. Plinius uenenum uocat, de coturnicibus ſcribens: coturnicibus ueneni ſemen gratiſsimus cibus. Aut cicutas dixit reſpiciens ad ferulaceos, & cicutis ſimiles ellebori caules cauos, ut ex caulium ellebori cicutis: elleborum cicutas ab eo appellatum credamus: ut & poëta Maro (Ecloga 2.) cicutas appellauit fiſtulæ ſeptemplicis cera compactas cannas, ſed &, Anticyras melior ſorbere meracas, multo incredibilius & inopinatius Perſius (Sat. 4.) dixit, inſulæ nomen elleboro tribuens, quod tamen Græcorum feciſſe exemplo poteſt uideri, qui ſe Samoides, quod & elleborus albus uocabatur, ἀντικύρικον appellabant, ut eſt apud Heſychium, & Dioſcoridẽ. Veriſimilius omninò ſit, eum ſermone Satyrico & iocoſo, cui adſueuit, uſum eſſe, & ad medicamentorũ uſitatam elleborũ cicutã uocaſſe, ut uenenum: aut uenenatam ſpeciem pro ſpecie medicata iōculariter & mordaciter poſuiſſe. Turneb. libro 21. capite 8. Vide Georg. Fabricij in Horat. Caſtigat.

60 Bioneis ſermonibus] Non reperio uſquam, quod à Porphyrione ſcriptum eſt, Bionem patrẽ Ariſtophanis fuiſſe, cum uno omnes ore Philippum eum appellent, nec Laërtius, qui decem eius nominis memorat, in eis Ariſtophanis patrem ponit, utriſ...

eſt igitur, uel de Bione Boryſthenita, ut Acron ſcribit, & ipſe exiſtimo, Horatium intellexiſſe, cuius libri melle & felle iocoſo conditi fuerant: de quo & à Cicerone ſcribitur lib. 3. Tuſculanarum diſputationum, in quo facetum illud Bionis. uel de Bione filio Aeſchyli, quem & ipſum tragicum fuiſſe Suidas refert. nominat & Bionem tragicum, ex eorum numero tragicorũ qui ſunt tarſici dicti, Laërtius, ego tamen ueriorem Acronis crediderim ſententiam, ac fortaſſe Bioneos ſermones dixit, oculos ad Sermonum ſuorum libros interim reflectens. Turneb. lib. 21. cap. 8. 64 Me Romæ' ne] *H. G. E. B. C. V.* K. Romæ me' ne, *Aldina editio.* 71 Puræ] *H. G. E. B. C. V.* K. *Purgare eſt interdum inane & uacuũ reddere, id eſt,* purum: *nam purus locus interdum dicitur, in quo nemo homo eſt, & qui nulla re occupatur. Vide Turn. lib. 7. cap. 19.* Plures, *Aldina editio.* 77 Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit, &c.] *Vide Annotat. ad Oden 1. li. 1.* urbem. *H. G. B. C. V.* K. 80 Et cõtracta, & contacta, *H. G. E.* aut contacta, C. 82 [illegible] ſtudijs annos ſeptem dedit, inſenuitq; Libris, & curis: ſtatua taciturnius exit] *Iacobus Cuiacius* Obſeruat. *lib. 12. cap. 18. legit & interpungit:* Veſtudijs. — & curis ſtatua &c. *ſublata ſcilicet ſocietate, quæ uix unquam coit curarum cum libris, niſi curas pro cogitationibus, ſiue meditationib. acceperis, quod Græca quidem uox ferret, ſed uix Latina.* 89 Hic ut Mucius illi] *H. G. E. B. C. V.* huic ut Mucius ille. *Lambini editio.* 91 Carmina compono] *De ſe Horatius dicit, atq; odas et melicos uerſus ſignificat, unde & mox ſubijcit.*

,, *— Alcæus puncto illius* *Alcæum enim lyricum potiſſimũ ſibi ad imitandum Horatius propoſuerat. Turneb. lib. 21. cap. 8.*

95 Vacas] Vacat, K. 98 Samnites] *Samnites, gladiatores. deeſt tanquam. Vide Turneb. lib. 25. cap. 19.* 101 Mimnermus] *H. C. V.* recte. Mimermus, B. Mincimus, *G. E. K. magna librorum uarietas. Vide Annotat. ad uerſum 65. lib. 1. Epiſt. 6.*

111 Audebit] Valet illud audebit, *in animum inducet, uolet,* ſuſtinebit: *ut apud Maronem* (8. *Aen. uerſu* 364.)

,, *Aude hoſpes contemnere opes:* *Latet tamen etiam neſcio quis facinoris auſus. Turneb. lib. 21. cap. 8.* 114 Et uerſentur adhuc intra penetralia Veſtæ] *Verſari adhuc intra penetralia Veſtæ uerba dicit, uelut in tuto conſtituta et in ſpoliato aſylo, ut attingi nõ debeant, nec lædi, loci ſanctitate & religione defenſa. nã è templo & penetrali Veſtæ nefas erat extrahi, ut reor, ac ne eò ingredi quidem licebat, præterquã pontifici & Veſtalibus: ſed & ſupplices. ad quos potiſſimùm alluſit, ad Veſtam priuatam & focum ſedebat, quod religioſiſſimum & ſanctiſſimum ſupplicandi genus erat. Thucydides de Themiſtocle ſupplice,* τὸν παῖδα σφῶν λαβὼν καθίσεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν. *Turneb. lib* 21. *cap.* 8. 120 Vehemens] Veemens, C. 125 Nunc Satyrum, nunc agreſtem Cyclopa mouetur] *Inſolenter penè hoc dictum eſſet, niſi apud Græcos multa eius generis paterẽt formulæ. ut igitur illi* κινεῖσθαι κίνησιν *dicunt, ſic moueri Satyrũ dixit, quod eſt, ut ita dicam, motis Satyri & ſaltationem moueri & ſaltare. De Satyrorum ſaltatione dixit. Maro,* (*Eclog.* 5.)

,, *Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibœus. Turn. li. 21. c. 8.*

128 — Fuit haud ignobilis Argis *Id ab Ariſtotele Abydi cõtigiſſe memoriæ proditum eſt. Vide Pet. Victorij Variarũ lect. lib.* 3. *cap.* 9. 144 Veræ] Verè, *E.* Ediſcere, addiſcere, K. 154 Monitoribus] Rationibus, B. 156 Timidumq; minus te: nempe] Tumidumq; minus: te nempe, *E.* 158 — Quod quis libra mercatur, & ære, C. *V.* — Quod quis libra mercatus, & ære eſt, *H. G. E. B.* 169 Acuum] Aheuum. *Aldina editio.* 170 — Qua populus adſita certis *Adſitã populum Turnebus interpretatur, in limite & confinio plantatã, iuxta uicini poſſeſſiones. Agrætius, maritã, iuxta uitem ſatã. Eſt qui præpoſitionis rationẽ non habet, & adſitã pro ſata intelligit. Vide lib. 7. cap. 15.* 171 Refugit iurgia] Refigit iurgia, *Lãbini aliquot libri manu ſcripti.* 172 Quidquã] Cuiquã, *Aldina editio.* 173 Sorte] Morte, *H. G. E. B. C. V.* 175 Sic quis] *H.* Si quis, *G. E. B. C.* Sed quis, *V.* 177 Vici] Vites, *legendũ eſſe putat Gul. Canterus Nouarũ lect. lib. 4. cap. 12.* 183 Vngi] Vngui, *H. B. C. V.* 186 Agrum] Arũ, C. 187 Scit Genius, natale comes qui temperat aſtrum] *Obſeruaſſe uideor ab antiquis illis ſcriptoribus, naturæ Deũ appellari, non eum, qui uniuerſæ naturæ ac ſummæ rerũ adminiſtrationẽ curãq; gerit, quiq; cœlo, mari, terræ præeſt: ſed qui naturam hominis cuiuſq;, aut hominum regit, fouet, tuetur, curat, ſanat: eſtq; quidam hominis Genius. Exſtat in Bacchid. prologus non ille quidẽ à Plauto ſcriptus, qui tamen antiquitatem olet, in quo Genialis Deus Silenus, naturæ Deus dicitur: ſic enim ſcribitur.*

,, *Naturæ Deus ſum, Bromij altor maximũ.*

Et apud M. Actium in Menæchmis.

,, *Nunc ipſi naturæ Deo mihi reſpondere adoleſcens.*

Expreſſius Horat. ſcit genius. Turn. lib. 2. cap. 15. 199 Domus procul] Procul, procul, *H.* domo procul 10. 205 Non es auarus: abi, quid, cætera iam ſimul iſto cum uitio fugere? caret] Nõ es auarus? abi, quid? cætera iã ſimul iſto cum uitio fuge, rectè, caret, *H.* Non es auarus: abi, quid? cætera iam ſimul iſto cũ uitio fuge, rectè caret, *G. E. B. C. V.* K. Non es auarus: abi, quid cætera? iam ſimul iſto cum uitio fuge, rectè caret, *Aldina editio.* Nõ es auarus: abi, quid cætera? num ſimul iſto cũ uitio fugere? caret, *Bened. Philologi editio.* Non es auarus: abi, quid cætera? num ſimul iſta cũ uitio fugere? caret, *Ant. Muret. editio.* Non es auarus: abi, quid cætera? iam ſimul iſto cum uitio fugere. *Cruquius ad illud* 1. *Sat.* 1. *uerſu.* 208 *— Nemon ut auarus.* 211 — Fis accedente ſenecta?] — Sis accedente ſenecta. *H. E. B. C. V. ſine interpretationis nota.* 212 Rectè neſcis] Neſcis, rectè, K.

GEORG. FABR. } *Excuſat ſe amico, cur nõ ſcripſerit: & exponit, quid è ſtudijs accipiat utilitatis. Non ſcripſi, inquit, quia piger ſum, idq; tibi dixi, ne me poſſit accuſare: nec ſcripſi, quia ad ſcribendum ineptus ſum, & uſu & ætate: nec poſſum ſcribere, quia amicos habeo faſtidioſos, & quia uerſor in magno urbis ſtrepitu: Præterea moleſtiſſima eſt ſcribendi emendatio, & difficilima rerũ cognitio, quæ non ſolùm requirit ſermonis elegantiã, uerumetiam intelligentiã rerum magnarũ. Vnde poëticã ſine philoſophia ad Piſones antea uocauit, nugas canoras, & ridiculè uocat Ariſtophanes* στωμύλματα χελιδόνων μουσεῖα. *Sũt autẽ fines ſtudiorũ ſapientia, tranquillitas, beatitudo. Cõcluſio eſt ex diſciplina Cyrenaica, quod etſi in re magna aut aucta non ſit, ſe tamen non egere ait, nec fortunã ſplendidiorẽ concupiſcere.* Argilla quiduis imitaberis] *Hanc lectionẽ probat Helenius, & requirit ſenſus.* Quæ poterũt unquam ſatis expurgare cicutæ?] *Bellè Turnebus, Elleborum* (inquit) *cicutã uocat, ad medicamentorũ infamiã: nec aliam ego requiro lectionẽ, nec aptiorẽ interpretationẽ. Non tamen obſcurum eſt, quod cicuta ab Auicenna Mauro medico, helloborum nigrũ appelletur.* Verùm Puræ ſunt plateæ] *Nullis impedimentiſ aut obſtructionib. Purum ſolũ, purus locus: non religioſus, non ſacer, non ſanctus, ut Feſtus interpretatur, & ut indicant uetuſta marmora: in quib. dicitur monumẽtũ purũ, ad quod nõ fas eſt accedere, quodq; nec infringere licet, nec aperire. In Neapolitana inſcriptiõe.*

VENDVNT P. ÆLIO ABASCANTO LOCVM PVRVM, IN QVO NVLLA SEPVLCRA IACTA SVPERPOSITA, NEQVE CONIVNCTA ABPARENT.

Quæ inſcriptio, quod diximus, ex parte explicat. Et contacta ſequi ueſtigia] *Cõtacta, ab alijs tacta &* prætentata. *Porphyrio ait, legi &* cõtracta. *id eſt, anguſta & intentata. quia ut ait Propert.* 3.

,, *Non datur, ad Muſas currere, lata uia.*

,, χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ τηνῶθεν ἀοιδᾶν *ut canit Theocritus.*

At qui legitimum cupiet feciſſe poëma] *Porphyrio legiſſe uidetur,* Legitimus. *exponit enim bonus poëta, hoc eſt, eruditione & peritia inſtructus: ſed legitimum poëma, haud paulò melius, pro eo quod eſt, legibus, & numeris ſuis expolitum & perfectum.*

Libra mercatus & ære eſt] *Hæc uera lectio, & à doctis probata.* Quod libra & ære emitur, *id proprium eſt, ut hic exponit poëta, ueluti ager aut uilla:* Quod per libram & *æs geritur, neq; eſt ſuum: id nexum appellatur, ueluti mancipium: ita Mutius Scæuola apud Varronem interpretatur.* Præferat Herodis palmetis pinguibus]

guibus] Rectiſſimè de rege Iudæorum, Herode magno intelligitur, & eius fratre natu minimo Pherora, inter quos diſsimilitudo morum & ingeniorum maxima fuit: qualis etiam Gelone & Hierone Siculis, in Amphione & Zetho Thebanis. Herodem iſtum Auguſtus Cæſar poſt Agrippam generum, unicè amauit. Herodes de quo Iuuenalis & Perſius, eſt Magni illius pronepos, Agrippa dictus nomine proprio, quem honoribus affecerunt Nero & Veſpaſianus, ultimum è regibus Idumæorum. In his regibus diſtinguendis poëtarum Satyricorum interpretes, parùm perſpicaces fuerunt. Non tamen aduerſis] Legitur rectiùs ἀσυνταρακτικῶς,

» Nec tamen aduerſus ætatem ducimus auſtris.

Qui ſcripſerunt aſtris, non reſpexerunt ad id, quod proxime præcedit, Aquilone ſecundo.

IOD. BAD. ASCENS. } Flore] Senſus eſt. Si ego me uigilem epiſtolarũ ſcriptorem dixiſſem, cum hinc profectus es, quomodo mangones pueros, & equos laudant, poſſes meritò mihi iraſci, quod nihil ſcribam, niſi coactus quodammodo, nunc nullus eſt iuſtæ querelæ locus ubi me prædixeram pigrum. Ordo eſt: O' flore amice fideli bono & claro Neroni] Scilicet, Claudio Tyberio, ſi quis uelit fortè uendere tibi puerum natum Tybure, uel Gabijs, in aliquo loco deſerto, ubi rudes & inculti ſunt mores. Et agat] Scilicet, de pueri ualore ſic tecum. Hic puer] Supple eſt Candidus] Id eſt, non morboſus.

Et pulcher] Id eſt, non uitioſus. A' uertice] Id eſt, ſummitate capitis ad imos pedes, & fiet, & erit Tuus octo millibus] Id eſt, pro octo millibus nummorum. Futurus] Supple. Verna] Id eſt, miniſter aptus Miniſterijs] Id eſt, ſed uitijs, & obſequijs. Ad nutus heriles] Id eſt, ad uoluntatem domini. Imbutus] Id eſt, eruditus Græcis litterulis. Pro capto] Scilicet, ætatis, & Idoneus cuilibet arti] Id eſt, ad quamlibet artem. Tu imitaberis] Supple eum fingendo, & reformando. Quiduis] Id eſt, quamlibet perſonam aut quemlibet artificem. Quaſi] Supple (intelligit Porphyrio) Vda argilla] Id eſt, ſicut ex argilla, id eſt, terra tenaci humefacta, quamuis ſtatuam facias: ita ex hoc puero quemuis hominem (Acro uetat legi imitabitur. Quia non eſt pueri quiduis imitari] Id eſt, imitando aſſequi, qui tamen uelit mangonem non habita ratione ætatis ipſum omnium rerum plaſten dicere, legere poterit imitabitur: ſed rectiùs Acroni auſcultaueris. Quinetiam (addit mango) Ipſe puer canet indoctum] Supple canticum.

Sed dulce] Id eſt, iocundum bibenti. Multa promiſſa leuant] Id eſt, eleuant & imminuunt, tractum à trutina. Fidem] Id eſt, credulitatem Vbi] Id eſt, quando is, qui uult Extrudere] Id eſt, tanquam rem ingratam ſibi exigere. Venales merces laudat] Supple eas plenius Aequo] Id eſt, quam iuſtum, & æquum eſt, hoc ſolent dicere, qui in ea re maximè peccant. Nulla res] Id eſt, nulla neceſsitas Vrget] Id eſt, impellit me Vt] Scilicet, puerum hunc ultra debitum laudem. Ego pauper] Id eſt, quamuis pauper ſum In meo ære] Id eſt, meo dominio & iure. Nemo mangonum faceret tibi hoc (mango eſt qui præconio ſuo pueros: puellas. equos canes aut quid ſimile uenundat) Et non quiuis temerè] Id eſt, quaſi nullus Ferret] Id eſt, auferret à me Idem] Id eſt, non facerem unicuique Quod tibi facio] Id eſt, non libenter dico unicuique ſecretum uitium, quod tibi dico. Licet enim ſint qui putent eſſe uerba Horatij ad Florum, ſunt tamen haud dubiè mangonis ad emptorem. Moris autem eſt, qui uolunt abundè laudare, ut fides habeatur, aliquid uitij fateantur.

Dicit autem mango, hic puer ceſſauit] Id eſt, ocioſus inuentus eſt ſemel. Et ut fit] Id eſt, ſicut moris. Latuit metuens habenæ] Id eſt, ſcuticæ pendentis in ſcalis, quia habenam pendebant ueteres Romani in media domo. uel licet Acro refragetur, ſic ſemel Latuit in ſcalis] Id eſt, propè ſcalas metuens (quod hic nomẽ eſt, quia genitiuum regit) Habenæ pendentis] Id eſt, ſuſpenſæ. Des] Id eſt, dones mihi nummos, quos peto Si fuga excepta] Id eſt, ſi quod inclinatus ſit, ad fugam Nihil te lædat] Id eſt, ſi non times, quod fugitiuus ſit, ſis ſecurus in reliquis. Ille] Scilicet, qui emit, inquit poëta Feret] Id eſt, afferet precium, exiſtens ut ego opinor Securus] Id eſt, ſine cura, & Negligens pœnæ] Id eſt, perditionis, quia neſcit quid emat. Tu autem ô flore emiſti prudens] Id eſt, ſciens & uolens, uitioſum uidelicet me: lex eſt tibi dicta. Quia dixi me uitioſum] Hoc eſt, pigrum eſſe.

Tamen tu inſequeris hunc] Id eſt, me. Et moraris] Id eſt, detines & impedis me. Iniqua] Id eſt, iniuſta lege. Ego dixi tibi proficiſcenti] Id eſt, abeunti à me. Me] Supple pigrum. Et propè] Id eſt, quaſi Mancum] Id eſt, inutilem. Talibus officijs] Id eſt, ad talia Officia] Scilicet, ſcribendarum epiſtolarũ. Ne tu ſæuus iurgares] Id eſt, obiurgares, quod nulla mea epiſtola rediret ad te. Quid profeci tunc?] Quaſi dicat, nihil. Tamen ſi attentas] Id eſt, aduertere aut experiri uis. Iura facientis mecum] Id eſt, pro me, quia qui ſeruum uitioſum uendit, eumq́ uitioſum prædicat, non tenetur redhibitionis, nec alium præſtare.

Tu quereris] Id eſt, conquereris Etiam ſuper hoc] Id eſt, inſuper quod ego mendax non mittam tibi carmina expectata, cum tamen nihil mendax ſum, quia nihil pollicitus ſum.

Luculli miles] Oſtendit exemplo qui diſpẽdio rei familiaris aguntur, multa ſubire, quæ opulenti refugiunt. Ordo eſt: Miles Luculli] Id eſt, quidã militans ſub Lucullo contra Mithridatem. Laſſus] Id eſt, fatigatus multis ærumnis, dum ſtertit noctu. Perdiderat] Id eſt, amiſerat. Viatica] Id eſt, pecuniam neceſſariam ad reditum in patriam Ad aſſem] Id eſt, ita quod uix aſſem retinuerat. Et ipſe poſt hoc] Id eſt, talem perditionem, effectus ſupple. Lupus] Id eſt, prædator uehemens & iratus pariter ſibi. Quia rem perdiderat] Et hoſti quia rem eius deſiderabat. Et acer iei unis dentibus deiecit] Id eſt expugnauit Præſidium] Id eſt, munitionem, & ut dicunt fortaliciũ regale, imò regis Mithridatis. In] Supple loco, ut aiunt, ſummè munitò. Et diuite multarum rerum] Quia illic Theſaurus erat. Et ipſe miles clarus] Id eſt, ſpectatus & inclytus, ob id factum ornatur honeſtis donis. Et accipit ſup.] Id eſt, ultra theſaurum inuentum. Biſdena] Id eſt, uiginti ſeſtertia nummûm. Prætor] Scil. Lucullus cupiens. Eucertere forte ſub] i. per hoc tempus neſcio quod caſtellum, cœpit hortari eundem militẽ uerbis. Quæ poſſent addere mentem] Animoſitatem Quoq;] Id eſt, etiam timido, uerba autem erãt huiuſmodi O' bone] Sup. Miles i] Id eſt, uade quo tua uirtus Vocat te]. i. aggredere rem tua uirtute dignam. I Pausto]. i. fœlici pede Laturus]. i. relaturus grandia præmia meritorum, cum autem ille non iret inquit Lucullus. Quid ſtas?] Ille ſcilicet miles Catus]. i. uafer & argutus, inquit Poſt hęc ruſticus quantumuis] Id eſt, quantumcunq; uis: ibit. Ibit dico eo, quo uis, qui perdidit zonam] Id eſt, cincturã in qua pecunias ſuas cuſtodierat. hoc eſt, nemo eſt tam ruſticus, qui non ſubit quoduis terribile poſt rerũ ſuarũ amiſsionem, quia furore quodã tenentur, qui ſua perdiderũt, quaſi dicat Horat. ego ut miles Luculli, nũc ditior ſum, quàm ut pro rebus, labores ſcribendi, unicuiq; ſubeam. De hac re dicit ſic Beroaldus. Nõ ſimpliciter dictũ eſſe exiſtimare debemus, qui Zonam perdidit. Sed morẽ priſcorũ exprimere, qui Zonas nummis aureis refertas habebant, quod probatiſsimorũ teſtimonijs comprobatur: in primis Tranquilli, qui ſcribit Vitellium zonam ſe aureorũ plenam circumdediſſe. Et Apulei cuius hæc ſunt uerba ex libro 7. de Aſino aureo, Plotina praecioſiſsimis monilium, & auro monetali zonis refertis incincta. Præterea Caius Graccus fortis orator in oratione, quam habuit ad populum ſic ſcriptum reliquit. Itaq; Quirites cũ Romã profectus ſum zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli: Tradidit Plutarchus in Demetrio, Soſigenẽ aureos nũmos 400. habuiſſe in cingulo, & militari pro uiatico. Spartianus quoq; author eſt, Peſcẽniũ nigrũ iuſsiſſe ne milites in zonis nũmos aureos, uel argenteos portarent ad bellũ: Sed publicè commendarent repetituri poſt prælia, quod dederant, quinetiam Lampridius Alexandrum imperatorem Rom. dicere ſolitum ait. Miles non timet, niſi ueſtitus armatus, & calciatus, & ſatur, & habent aliquid in zonula: & talis eſt Horatiana ſentẽtia. Inducit enim militem Lucullianum, qui factus erat diues, & bene nummatus, recuſantem ire ad caſtellum oppugnandum, & ita imperatori Lucullo reſpondentem, ibit ad omne periculum ruſticanus miles, & inops, & qui zonam perdidit: hoc eſt, qui aureos amiſit, quos in zona milites portare conſueuerunt: propterea quod mendicitas mi-

litaris ad omnem deſperationem uocat armatum, qui uerò ſatur eſt, & aliquid habet in zona, timet pericula ſubire. Ad hanc ueterum conſuetudinem referendus eſt ille Satyrici poëtæ ſenſus.

" *Obrutus & zonam leua morſuq́ tenebit.*

Quem Iuuenal. explanatores præterierunt: namque ſignificare uoluit poëta zonam à naufrago teneri non ſolùm manu, ſed etiam mordicus: propterea quod zona erat monetali auro referta, quã ne perdat omnibus neruis, uiribuſq́ contendit. Eccleſiaſtica ſentẽtia, præcipit ne æs, hoc eſt, pecuniã in zonis habeamus. Romæ, &c.] *Docet ſe philoſophia imbutũ, quo inuit ad rẽ ſe minus attentũ occaſione, cuius uitã ſuã ferè percurrit. Ordo eſt:* Cõtigit] *.i. euenit forte difficulter mihi nutriri, atq́ doceri Romæ, quantũ Achilles iratus nocuiſſet* Graijs] *Id eſt, datum eſt mihi etiam Romæ diſcere Iliada Homeri. In cuius ſtatim principio inducitur Achilles iratus Agamemnoni propter raptam Briſeida, quæ capta ex Lyrneſſo regia Minetis Achilli in ſortem ceſſerat. Cæterum quia Criſeis ex Theba Eëtionis patria, Andromaches, quæ Agamemnoni contigit à patre repetita, eidem communi conſilio reſtituta eſt, ut exercitus à peſtilentia, quam Apollinem intuliſſe putabant, erat enim Apollinis ſacerdos. Abduxit Agamemnon princeps exercitus Achilli Briſeida, quam rem grauiter ferens amplius pugnare noluit, quo circa Græci multa, & frequenti clade afficiebantur. Nec poterat precibus, aut donis, aut minis induci, ut pugnet: donec Patroclum Chariſſimum ſocium in armis ſuis ab Hectore occiſum audiuit, quo audito moræ impatiens, arma petijt, quæ illi Thetis mater à Vulcano fabricata porrexit. Quæ omnia idem Homerus effecta dicit ad gloriam Achillis, ut cognoſcatur, quanta eius unius uirtus quo pugnante Græcia uictrix erat, & ceſſante uicta. Potiùs autem ſic dixero, quàm ſicut prius. Nam illud totum.* Iratus Graijs, &c.] *Regitur à uerbo doceri loco Accuſatiui. Sed ad ordinem redeo.* Athenæ bonæ] *Id eſt, eruditæ adiecere plus artis, aut adiecere plus bonæ artis, quia non ſolum poëtas Græcos illic audiui, ſed etiam philoſophos, ſcilicet, ut poſſem dignoſcere curuum, recto* Atque quærere uerum inter ſyluas Achademi] *Id eſt, inter uarias Platonicorum ſententias, qui in Academia Athenis uerſati ſunt.*

Sed dura tempora] *Scilicet, belli ciuilis.* Amouêre] *Id eſt, amouerunt me* Loco grato] *Id eſt, à Gymnaſio Athenienſi, & æſtus ciuilis belli tulit* Me rudem] *Id eſt, imperitum rei militaris in arma non reſponſura* Lacertis] *Id eſt, brachijs, hoc eſt, potentiæ Cæſaris Auguſti* Vnde] *Id eſt, à quibus armis.* Simul] *Id eſt, immediatè* Vt Philippi] *Id eſt, campi illi Theſſaliæ, ubi bis pugnatum eſt, à Romanis.* Dimiſere] *Id eſt, dimiſerunt primum me humilem* Pennis] *Id eſt, auxilijs emergendi* Decisis] *Id eſt, amputatis, & inopem à paterni laris* Et fundi] *Id eſt, totius patrimonij.* Paupertas audax] *Id eſt, quæ facit audaces, impulit ut facerem uerſus.* Sed quæ cicutæ] *Id eſt, herbæ uenenoſæ, quibus multi enecari ſolent: ſed hic pro forti helleboro ponitur, poterunt unquam ſatis purgare habentẽ, id quod non.* Deſit] *Id eſt, ſatis habentem, aut ad ſufficientiam cui neceſſaria non deſunt.* Ni] *Id eſt, ſi non putem melius dormire, quam ſcribere uerſus.* Anni euntes] *Id eſt, recedentes.* Poſt medium ætatis] *Vnde in arte.*

" *Multa ferunt anni uenientes commoda ſecum*

" *Multa recedentes adimunt*

Prædantur] *Id eſt, auferunt de nobis.* Singula] *Supple commoda* Eripuere] *Id eſt, eripuerunt, ſcilicet anni iocos.* Venerem] *Id eſt, coitum, conuiuia, ludum.* Et tendunt] *Id eſt, contendunt* Conantur extorquere] *Id eſt, uiolenter auferre, poëmata.* Quid uis] *Supple ut faciam, hoc eſt, quid ſcribam, quaſi dicat, dubito. Denique non omnes mirantur, & pro id eſt amant eadem, tu gaudes carmine, uel quouis, uel lyrico.* Hic] *Id eſt, aliquis delectatur* Iambis] *Id eſt, mordacibus uerſibus.*

Ille] *Id eſt, alius delectatur ſermonibus* Bioneis] *Id eſt, liuidis iocis, hoc eſt, Satyris.* Et nigro ſale] *Id eſt, reprehẽſionibus amaris, qualibus Bion Ariſtophanis comici ueteris pater uſus eſt.* Tres conuiuæ] *Id eſt, ſi non habeam, niſi tres conuiuas.* Ipſi uidentur mihi prope] *Id eſt, quaſi, diſſentire.* Poſcentes multum diuerſa uario palato] *Id eſt, propter uarium guſtum: nam alijs alia ſapiunt.* Quid dem] *Id eſt, quid debeam dare.* Quid non dem.] *Id eſt, debeam non* Dare] *Sup. neſcio, quia tu* Renuis] *Id eſt, refutas quod alter* Iubet] *Sup. appone, & id quod tu petis* Eſt ſane] *Id eſt, multum inuiſum, & acidum* Duobus] *Supple reliquis.* Præter cætera] *Affert impedimenta, qui patitur Romæ quo minus elegantia ſcribat, poëmata, dicens.* Præter cætera] *Id eſt, ut cætera impedimenta taceam.* Putas'ne] *Id eſt, cenſes tu me poſſe ſcribere poëmata Romæ inter tot curas, & tot labores?* Hic uocat ſponſum] *Id eſt, ut ſim ſponſor.* Hic] *Id eſt, alius uocat me* Auditum] *Sup. carmina ſua omnibus officijs relictis.* Hic] *Id eſt, alius.* Cubat] *Id eſt, æger iacet* In colle Quirini] *Hic cubat in extremo* Auentino] *Id eſt, in extrema parte collis Auentini.* Vterque] *Supple eſt* Viſendus] *Id eſt, uiſitandus mihi, tu uides, interualla quæ ſunt inter montes.* Commoda] *Id eſt, utilia* Humane] *Supple naturæ. hoc eſt, tu conſideras bene, quod interualla ſint commoda aduerſus dictandos, uel ſecundùm Acronem, tu uides* Humane] *Id eſt, probè uel more hominum. interualla inter colles illos* Commoda] *Id eſt, breuia. & hoc per ironiam.* Verũ puræ plateæ] *Id eſt, latæ uiæ* Sunt] *Sup. Romæ. ut facilior ſit tranſitus, quia nihil obſtet hic meditantibus, imò dicit poëta.* Redemptor] *Id eſt, exhibitor publici operis, aut qui emit ut reuendat, calidus, feruens in negocio aut aſtutus, feſtinat, & mulis* Et gerulis] *Id eſt, baiulus, & ingens machina torquet nunc lapidem.* Et nunc tignum] *Id eſt, trabem (quod Iuuenalis imitatus eſt)* Funera triſtia] *Id eſt, quæ à diuitibus, qui triſtes ſe ſimulant efferuntur.* Luctantur] *Id eſt, concertant* Plauſtris] *Id eſt, uehiculis robuſtis: quia luctãtur utra retrocedere cogantur.* Canis rabioſa fugit hac] *Id eſt, per hanc partem.* Et ſus lutulenta] *Id eſt, luto inuoluta* Ruit] *Id eſt, præcipitanter currit.* Hac] *Id eſt, per aliam partem, id eſt.* Nunc & meditare tecum in tali] *Scilicet ſtrepitu & turbatione.* Verſus canoros] *Id eſt, bene ſonantes, quaſi dicat, id fieri non poſſet.* Quia omnis chorus] *Id eſt, multitudo ſcriptorum.* Petit nemus] *Id eſt, ſolitudinem ubi nemo eſt, & fugit urbem* Rite] *Id eſt, debitè, exiſtens cliens bacchi gaudentis ſomno &* Vmbra] *Id eſt, requie & latebris. Tu uis me canere inter ſtrepitus nocturnos, & diuturnos.* Et ſequi ueſtigia uatum contracta] *Scilicet, ad arctas leges & obſeruationes ingenium.* Quod deſumpſit] *Id eſt, delegit ſibi Athenas* Vacuas] *Supple & negocijs, & curis, & quod dedit ſeptem annos ſtudijs &* Inſenuit] *Id eſt, inueteratum eſt libris* Et curis exit] *Id eſt, egreditur à ſtudorio taciturnus ſtatua.* Et quatit] *Id eſt, concitat plerunq́, populum riſu.* Et putas] *Sup. quod ego digner hic in medijs fluctibus rerum, & in medijs tempeſtatibus urbis.* Connectere uerba motura ſonum lyræ] *Id eſt, Lyrica carmina deſcribere. Quaſi dicat, id fieri non poteſt. Rhetor erat Romæ frater* Conſulti] *Sup. iuris.* Ita] *Sup. ut alter audiet meros honores in ſermonè alterius, quia ſemper ſe mutuo laudabant.* Vt hic] *.i. alter* Fratrum] *Scil. Rhetor foret* Illi] *Scil. conſulto* Gracchus] *Id eſt, diſertus orator, ut Gracchus: &* Vt hic] *.i. alter ſcilicet, conſultus* Foret illi] *Scil. Rhetori, Mutius* Scæuola qui] *.i. in quo furor iſte, ſcilicet laudandi uexat minus* Argutos] *.i. ſtridulos poëtas. Quaſi dicat in nullo quia mutuo ſe laudant. Si ego compono carmina ſatyrica.* Et hic] *Id eſt, alius, elegos exiſtentes opus miſerabile uiſu:* Celatum] *Id eſt, effectum ſupple à nouem muſis. Aſpice primum cum quanto molimine* Circumſpectemus] *Id eſt, diſquiramus ædem, ſcilicet, Apollinis.* Vacuam] *Id eſt, quæ ſit uacua Romanis uatibus.* Mox] *Id eſt, deinde ſi uacas fortè ſequere & audi* Procul] *Id eſt, de longè quid* Ferat] *Id eſt, afferat, & quare uterque nectat ſibi coronã, quaſi dicat, id pro modica re faciunt.* Nos cædimur] *Id eſt, laceſſimur ab aduerſario, & conſumimus hoſtẽ totidem* Plagis] *Id eſt, ita crucior audiẽdo carmina eius, & ipſe audiendo mea, ut qui hoſtiliter certant conſumimus inquam hoſtem.* Exiſtentes Samnites] *Id eſt, duri, & inexpugnabiles, & perpetuo rebellantes, lento duello, quale Samnites contra Romanos traxerunt, quia ut Liuius in primo atteſtatur armis, & conſilio ualuerunt, affineſq́ Romanis fuerunt.*

Ad prima lumina] *Id eſt, prima luce.* Ego Lyſicus diſcedo Alcæus]

cæus] *Id eſt, reputatus Alcæus, quem in odis imitatus eſt.* Puncto] *Id eſt, ſuffragio illius, cui carmina mea recitaui* Ille] *Sup. diſcedit* Meo] *Sup. uoto.* Quis] *Sup. putas, Quaſi dicat, quæris quis.* Quis] *Supple diſcederet.* Niſi Callimachus] *Id eſt, cum me facientem Lyrica Alcæum dicat, quem uocem facientem elegos, niſi Callimachum, &* Si uiſus eſt appoſcere plus] *Id eſt, ſi non eſt contentus eo nomine, fit Mimermus: qui duos libros ſcripſit, & creſcit cognomine optiuo.* Ego fero] *Id eſt, patior multa.* Vt placem genus uatum irritabile] *Id eſt, quod faciliter irritatur, cum ſcribo, & peto ſupplex ſuffragia populi.*

Idem] *Scilicet, ego qui ſcribens ſuffragia poſco.* Obturem] *Id eſt, occludam legentibus* Impunè] *Id eſt, paſsim, aures patulas, & hoc ſtudijs ſcribendi finitis, & mente recepta à furore poëtico.* Ridentur mala] *Nunc de caſtigatione carminum agit, dicens.* Qui componunt mala carmina ridentur] *Scilicet, ab alijs, uerum ipſi ſcribentes gaudent, & uenerantur ſe, & ſi tu taces laudant, ſe ultrò exiſtentes, ſecundùm iudicium ſuum beati quicquid ſcripſerunt.* At] *Id eſt, ſed is, ſupple qui cupiet fecisse poëma* Legitimum] *Id eſt, iuxta legem carminis.*

Sumet cum tabulis] *Id eſt, quando ſcribere uolet animum.* Honesti censoris] *Hoc eſt, audebit* Mouere] *Id eſt, amouere loco ſuo, quæcunque uerba habebunt parum ſplendoris, & quæcunque erunt* Sine pondere] *Scilicet ſententiarum: &* Quæcunque ferentur] *Id eſt, dicentur ſine* Honore] *Id eſt, dignitate, audebit dico mouere, quamuis recedant inuita, & uerſentur adhuc* Inter penetralia ueſtæ] *Id eſt, caſta & clauſa adhuc ſint, nec populo adhuc expoſita, imò ne ſcripta quidem.* Bonus] *Supple cenſor eruet ſupple uerba obſcurata diu* Populo] *Id eſt, nimium obſoleta, atque proferet in lucem ſpecioſa uocabula rerum. Et eruet etiam ea uocabula, quæ memorata priſcis Catombus atque Cethegis.* Situs] *Id eſt, mucor & lanugo* Informis] *Id eſt, turpis & uetuſtas deſerta.*

Premit nunc] *Id eſt, quæ multa uetuſtate obſoleta ſunt, & quaſi ſitu uicta.* Adſciſcet] *Id eſt, aduocabit in numerum uocabulorum* Noua] *Supple uocabula, quæ uſus-genitor produxerit* Aut perduxerit] *Id eſt, uſque in conſuetudinem duxerit exiſtens uehemens (profertur, hic biſyllabum) &* Liquidus] *Id eſt, non obſcurus, & ſimillimus puro amni.* Fundet opes] *Scilicet, uerborum, &* Beabit] *Id eſt, ditabit* Latium] *Id eſt, Italiam diuite lingua, & compeſcet* Verba luxuriantia] *Id eſt, nimis fucata, &* Leuabit] *A' leui prima longa.* Culto ſano] *Id eſt, moderato nimis aſpera.* Et tollet carentia uirtute, & dabit ſpeciem ludentis] *Scilicet, in componendo mouebit ſe ex affectione animi, & torquebitur ſi uerba rebus non reſpondeant.* Vt qui mouetur] *Id eſt, dum nunc Satyrum agreſtem, qui petulans eſt Deus, & nunc.* Polyphemum cyclopa] *Id eſt, monoculum illum, cui ut mouetur Aen. 3. dicit.*

» *Agitarat lumen unum quod torua ſolum*
» *Sub fronte latebat.*

Is autem multo curſu Vlyxis & Aeneæ ſocios inſecutus dicitur. Prætulerim ſcriptor, &c.] *Exemplo docet quantum ſibi placeant amatores ſui, quantumque delirent, ueruntamen bifariam legitur. Nam alij intelligunt ſerio ex perſona poëtæ dictum, ut ex Epicureorum dogmate, etiam apparentem & phantaſticam, ſeu imaginariam uoluptatem approbet, & ſit ſenſus. Ego malim uideri alijs delirus, & iners dum* Mea mala] *Id eſt, ignorantia & inſcitia delectant* Me] *Id eſt, dummodo ex malis uerſibus capiam uoluptatem.* Quam ſapere & ringi] *Id eſt, ægro animo ſic cruciari, ut rictum enormem ore faciam, cruciantur autem qui cognoſcunt uerſuum ineptitudinem, quam caſtigare ex ſententia nequeant. Alijs uidetur ſub amara interrogatione legendum quæ uim negandi habet ut ſit.*

Prætulerim] *Id eſt, putas'ne quod ego prætulerim, quaſi dicat, id nunquam fecerim.* Videri] *Scilicet, alijs.* Scriptor] *Scilicet, carminum.* Delirus] *Id eſt, inſanus, ſine norma ſcribendi* Et iners] *Id eſt, ſine arte ſcribendi.* Dum] *Id eſt, dummodo mala* Mea] *Id eſt, inepta carmina, & uitia in carmine affectanter obſeruata, ut quæ admonitus caſtigare nolim delectent me.* Vel denique] *Id eſt, ut quod ultimo loco ſit dicendum dicam, hoc eſt, ſi non delectent.* Saltem fallant] *Id eſt, lateant me: ita ut præ delectatione non ſentiam ea uitioſa eſſe.* Quam ſapere] *Id eſt, reuera ſapientem eſſe* Et ringi] *Id eſt, ægritudinem & moleſtiam animi, cum rictu prodere, cum nequeam errata ex ſententia corrigere. Quam autem quidam ex re nulla, hoc eſt, ex ſola imaginatione uoluptatem capiant probat exemplo cuiuſdam, dicens.* Fuit] *Scilicet, quidam.*

Haud] *Id eſt, non* Ignobilis] *Id eſt, nobilis & perſpicuus* Vir Argis] *Id eſt, apud Argos ciuitatem clariſsimam Achaiæ, eſt tamen Argos etiam in Attica, & in Theſſalia. unde triplex eſt in Attica Atticum, & in Theſſalia Pelaſgicum, in Achaia* Hippium] *Id eſt, equinum, quod equis abundet unde prius. Aptum dicet equis Argos. Eſt autem in ſingulari numero generis neutri, in plurali maſculini. Vſitatum præterea eſt Argis ponere, pro aduerbio in loco. unde & Plinius circam finem 16. naturalis Hiſtoriæ. Argis (inquit) olea etiam nunc durare dicitur, ad quam Iô in uaccam mutatam Argus alligauerat, ſed ad ordinem reuertamur. Fuit ergo quidam uir nobilis apud Argos, Hippium ſeu Achaicum, qui credebat ſe audire.*

Miros] *Id eſt, Admirandos* Tragœdos] *Id eſt, Tragœdiarum actores, exiſtens ſeſſor & plauſor* Lætus] *Id eſt, hilaris.* In Theatro] *Id eſt, ſpectandi ludorum loco.* Vacuo] *Scilicet, actoribus & populo, exiſtens etiam talis* Qui ſeruaret] *Id eſt, ſeruare poſſet.* Recto] *Id eſt, decente more.* Cætera munia] *Id eſt, officia uitæ.* Vtpote uicinus ſane] *Id eſt, ualde, uel ut ſano competit.* Bonus hoſpes amabilis] *Id eſt, dignus qui ametur ab ijs, quos hoſpitio ſuſceperat.* Comis] *Id eſt, affabilis, dulcis, & æquus.* In] *Id eſt, erga uxorem, & qui poſſet* Ignoſcere] *Id eſt, ueniam dare ſeruis, ſcilicet leuiter peccantibus.*

Et qui poſſet non inſanire] *Id eſt, ſe non oſtendere inſanum & furentem.* Signo lagenæ] *Id eſt, uaſis in quo optimum uinum aſſeruabat.* Læſo] *Id eſt, uiolato, & fracto per ſeruum, qui uinum exhauſerat.* Et etiam qui poſſet uitare rupem] *Id eſt, partem montis abruptam, & aſperam, quam allideretur ſi non caueret.* Et puteum patentem] *Id eſt, non coopertum: quia ne ſuauiſsimus quidem dolo obſtruſum uitare poſſet.* Vbi] *Id eſt, poſtquam.* Hic] *Id eſt, dictus uir.* Refectus opibus] *Id eſt, facultatibus.* Et curis] *Id eſt, diligentia.*

Cognatorum] *Id eſt, conſanguineorum, & gentilium ſuorum.* Expulit helleboro] *Id eſt, ueratro, quod ut in ſermonibus in Anticyra tutiſsimè ſumebatur.* Meraco] *Id eſt, puro, & non diluto, nec temperato, quo medici negant nunc hominem poſſe impunè uti.* Morbum] *Id eſt, inſaniam & furorem.* Bilemque] *Id eſt, & coleram noxiam propter quam tali furore ac phantaſia ducebatur.* Et redijt ad ſe] *Id eſt, ad ſanam mentem, ubi quidam legunt.* Et redit ad ſeſe] *Vt ſit redit pro redijt: ſed quia non cogimur talem licentiam recipere legendum putem redijt, cuius ultima propter ſyncopem producatur, ait.* O' amici Pol.] *Id eſt, per Pollucem, uos occidiſtis, & non ſeruaſtis me (dixi alibi ſeruo apud doctos eſſe pro quo recentiores ſaluo dicunt) me inquit, utpote cui uoluptas eſt.* Sic extorta] *Id eſt, ui expulſa, & cui gratiſsimus error mentis: utpote è quo ſummam capiebat uoluptatem eſt demptus* Per uim] *Scilicet, hellebori. Quod autem dicit errorem gratiſsimum, oſtendit quibuſdam etiam uitia placere, unde in arte ad finem quoſdam incorrigibiles cenſet. Hoc autem non ex ſua ſententia, ſed per irriſionem dictum eſſe oſtendit, quod ſequitur.*

Nimirum] *Id eſt, haud dubiè.* Nugis abiectis] *Id eſt, ut ſeriò loquar.* Vtile eſt ſapere] *Id eſt, ſapientem eſſe.* Concedere pueris ludum tempeſtiuum] *Scilicet, pueris, hoc eſt, non amplius ſcribere carmina: unde in prima epiſtola primi:* uerſus & cætera ludicra pono. *unde addit.* Ac non ſequi uerba modulanda fidibus] *Id eſt, plectris aut* Chordis Latinis] *Id eſt, Italicis, id eſt, nõ attendere ad concentũ uerborũ, & modulos aptiores ad lyram.* Sed ediſcere] *Id eſt, ita diſcere, ut memoria teneam.* Aut edicere] *Id eſt, præcipere (ſed prior lectio modeſtior eſt) numeros & modos ueræ uitæ. Quæ omnia id uolunt quod Diuus Paulus ſic dicit, 1 Corinth. 13. Cum eſſem paruulus, loquebar ut paruulus, ſapiebam*

bam ut paruulus, cogitabã ut paruulus. Quando autem factus ſum uir, euacuaui quæ erant paruuli, &c. Quocirca] Id eſt, quamobrem (inquit poëta) Ego loquor mecum tacitus] Id eſt, animo non ore. Et recordor] Id eſt, corde repeto, & reuoluo. Hæc] Id eſt, huiuſmodi argumenta, quæ ſequuntur. O' Horat.] (Alloquendo autem ſe docet, quemlibet ita facere decere) Si nulla copia] Id eſt, nulla uis, aut abundantia Lymphæ] Id eſt, aquæ: ſiniret tibi ſitim, ut in hydropicis: Vnde eſt illud apud Ouid.

» Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Tu narrares medicis] Id eſt, diceres medicis, ut alia uia te curent. Nulli ne audes] Id eſt, audes'ne fateri Vlli] Scilicet, amico prudenti, quod quantò plura Paraſti] Id eſt, comparaſti, & accumulaſti tibi, tantò plura cupis? quia auarus non impletur pecunia. unde & Iuuenalis.

» Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit.

Ideo ſignificandus eſt talis morbus amico, qui ut te curet conſulet non augere rem. ſed imminuere cupiditatem, unde addit. Si uulnus aliquod non fieret tibi leuius radice. Vel herba monſtrata tibi ab aliquo medico] Id eſt, licet applicueris herbam aut radicem, quam medicam uim habere dixerat. Tu fugeres curarier] Hoc eſt, curari. pro eo, quod eſt conari, ut cureris, radice, uel herba nihil proficiente ad curationem uulneris in corpore, audieras forte ab aliquo auaro, aut malè affecto (ſicut à poëta prius, hos ſolos aio ſapere & bene uiuere: Quorum conſpicitur nitidis fundata pecunia uillis, ſtultitiam prauam diſcedere illi] Id eſt, ab illo, cui dij donarent Rem] Id eſt, diuitias, id eſt, audieras, quod ſani fierent, qui diuitias obtinerent, & tamen Cum] Id eſt, quamuis tu ſis Nihilo] Id eſt, in nullo ſapientior, ſcilicet effectus, ex Quo] Id eſt, poſtquam Plenior] Id eſt, ditior es, tu uteris iiſdem monitoribus, ac ſi diuitiæ Poſſent reddere] Id eſt, efficere te prudentem. Si] Supple diuitiæ redderent te minus timidum Et cupidum nempe] Id eſt, certè tu ruberes, ſcilicet, merito ſi quis uiueret in terris Auarior te uno] Quaſi dicat, per contrarium, quia te non efficiunt minus, ſed magis cupidum ac timidum, tu deberes diuitias uitare.

Si proprium] Duobus, inquit, modis efficitur res nobis propria per emptionem, & uſucapionem, de ſucceſſione autem hæreditaria non loquitur, quia per eam non eſt tranſmutatio dominij, ſed ſucceſſio, fictione enim iuris pater, & filius pro uno habentur, & tamen ne illis quidem modis aliquid noſtrum uerius efficitur, quàm ſi duntaxat fructus emamus: nam quicunque ager nos paſcit, eſt noſter, hoc eſt, tam commodus ac ſi noſter, nihil enim amplius ex eo ſumere poſſumus. Parum & refert an nuper] Id eſt, paulò antehac. An olim] Id eſt, multò antehac emeris agrum. Si ergo ſingulis annis perſoluis uillico orbi pro orbij, uel alicuius orbi mercedem fructuum, tu nuper Emiſti agrum] Id eſt, fructum agrorum Paulatim] Id eſt, paulò tenus dando fortaſſis 30. aureos, quotannis pro fructibus agri empti trecentis millibus nummum. Sin ſemel trecenta millia nummum numeraſti, & ita diu agrum poſſediſti, tu olim emiſti, parum autem refert an nuper an olim emeris, dum efficere nequeas, ut inemptum cenet holus. Magni enim faciunt diuites cibis ueſci inemptis: ſed errant, quia qui pro agro ſemel pecunias numerauerit, pro cunctis fructibus numerauit, & ita nihil ex eo cenat inemptum. Neque uerò quicquam eſt proprium cuiquam, quod tam citò & tam multis uijs amittere, aut derelinquere cogatur, unde concludit diuitias nihil ad beatitatem facere, uariaq; eſſe ſtudia hominum. Memineris autem orbi eſſe Genitiuum, aut à Nominatiuo orbius quod proprium eſt proprij poſſeſſoris nomen, aut à Nominatiuo orbus: ut ſit orbi alicuius, qui orbus patre, aut filio, & ita familiam non magnam alens fructus uendat. Sanctè dicit orcum non eſſe exorabilem] Id eſt, ab inſtituto flexibilem auro: ut nos à ſtudio auri abſtrahat, cuius amore plurima mala fieri non ignorat: unde & Aen. 3.

» Quid non mortalia pectora cogis

» Auri ſacra fames?

Appellatione autem gemmarum comprehendit omnes lapillos precioſos, marmoris ædificia & ſtatuas, eboris quæ ex ebore fieri ſolet. Sigilla] Id eſt, parua ſigna exculpta, tabellas pictas. Ordo autem eſt. Si proprium eſt quod quis mercatur] Id eſt, emit libra Et Aere] Id eſt, per æs penſum, & per pecuniam, paratam, & Vſus mancipat] Id eſt, uendicat ſibi per uſucapionem quædam. Si credis conſultis] Supple iuris.

Ager qui te paſcit eſt tuus, & uillicus] Id eſt, uillæ cuſtos & cultor Orbi] Id eſt, alicuius priuati patre aut liberis, aut potius orbi illius diuiti, ut ſit orbi pro orbij. Cum occat] Id eſt, amputat, hinc Perſius.

» Occa tibi nam ſeges

Altera in herba eſt, tibi ſegetes, dat tibi mox frumenta tibi, ipſe uillicus ſentit te Dominum, quia tu das nummos, & accipis uuam, pullos, oua. Cadum temeti] Id eſt, uini (ſed nota, quòd duas in Temeti produxit, cùm alij corripiãt) Nempe] Id eſt, certè tu mercaris iſto modo Paulatim] Id eſt, paulo tenus ſeu ſucceſſiuè, non dando ſemel totam ſummam, ſed partim per ſingulos annos pro fructibus cum nihil habeas iuris in fundo agrum emptum fortaſſe trecentis millibus nummorum, aut etiam ſupra ſcilicet, illum numerum. (Aulus Gellius docet rectiùs dici millibus nummum quam nummorum, ſed in carmine multa licent) Quid refert] Id eſt, intereſt. An] Supple uiuas Numerato] Id eſt, eo quod numerata pecunia emiſti Nuper] Id eſt, paulò antè. An olim] Id eſt, multo ante. Quaſi dicat, nihil refert, quia, qui ſe Dominum dicit & uiuere cibis inemptis, eo quod uiuat ex collectis in ſuo agro non rectè dicit, quia cum agrum emit etiam fructus futuros emit. Emptor quondam] Id eſt, à multis annis arui Aricini & Veientis, cenat holus emptum quamuis aliter putat, & Calefactat ahenum] Id eſt, lebetem, aut Cacabum ſub.] Id eſt, paulò ante gelidam noctem lignis emptis, quãuis in fundo ſuo creuerint, ſed uocat ſuum Vſq;] Id eſt, per totum. Qua] Scilicet, parte populus illa arbor. Adſita] Id eſt, certis Limitibus] Id eſt, ad certos limites poſita & conſita Refugit] Id eſt, diremit iurgia Vicina] Id eſt, quæ poſſent eſſe cum uicinis. Tanquã] Id eſt, perinde ac ſi quicquam ſit proprium quod puncto horæ mobilis permutet Dominos, & cedit in altera iura, nunc prece, nunc precio, nunc ui, nũc morte ſuprema. Hæc omnia Ofellus in ſermonibus cõmemorauit. Sic quia nulli datur perpetuus uſus, & hæres ſuperuenit hæredem alterius, uelut unda ſuperuenit undam, quæ continuò ſuccedit, quid proſunt uici & horrea. Vel] Pro uel. Quid] Supple profuit. Lucani] Sup. ſaltus. Adiecti ſaltibus Calabris) Quaſi dicat, nihil Si] Id eſt, quia Orcus] .i. infernus non exorabilis auro Metit] .i. occidit & aufert, grandia cũ paruis gemmas. Marmor] .i. ebur: ſigilla parua ſigna ac ſimulachra. Thyrrena] .i. in Aethruria fabrefacta, tabellas, argentum, ueſtes tinctas Murice Gætulo] .i. Tyrio quia Tyros non longè à Getulia eſt. Hæc autem ferè ſunt hominum delitioſorũ diuitiæ, quia his ferè carere poſſumus, præcipuè ſi argentũ nõ pro pecunia, ſed pro uaſis argenteis acceperimus. Orcus autem à quibuſdam accipitur pro inferno loco, quaſi ab urgendo, à quibuſdam pro infero Deo, hoc eſt, Plutone. Ait enim in uerrinis Cicero, Vt alter Orcus ueniſſe Aetnam, & non Proſerpinã, ſed ipſam Cererẽ rapuiſſe uidetur. Sunt autem qui uelint Orcum dictum ex eo, quod dij iurabant per Stygem. Eſt enim ὅρκος iuramentũ. Sunt] Sup. aliqui qui non habeant, ſcilicet, hæc dicta. Eſt] Sup. aliquis, qui non curat habere, pulchrè numerũ mutat, quia plures ſunt pauperes re, quã ſpiritu. Cur alter fratrũ] Scil. gemellorum præferat pinguib. palmetis Herodis] Id eſt, Iudaicæ regionis, ſeu Palæſtinæ, apud Hiericunta ceſſare, & ludere, & Vngi] Id eſt, uoluptati indulgere. Alter] Scil. gemellorum diues, & importunus mitiget agrum Syluestrem] Id eſt, domet flammis, & ferro ab ortu lucis ad umbram: quod plus eſt, quàm ab ortu ſolis uſque ad occaſum. Genius] Id eſt, Deus naturæ.

Comes] Id eſt, nobis aſſociatus, qui temperat aſtrũ Natale] Id eſt, horoſcopum natiuitatis, exiſtens Deus Naturæ mortalis] Scilicet, humanæ Mutabilis] Id eſt, Varius in unumquodq; caput. Albus] Id eſt, bonus ſup. aliquibus. Et ater] Id eſt, malis alijs. Scit] Sup. cauſam. Ego, inquit, poëta. Vtar & tollam] Supple de Modico aceruo] Id eſt, cumulo frumenti, aut rerum aliarum paruarum Perſius imitatur, & tamen ego idem uolam ſcire, quantum ſimplex Hilaris] Id eſt, paucis contentus, & rebus ſimplicibus lætus

uent

uiens diſcrepet Nepoti] *Id eſt, à luxurioſo, & prodigo lurcone, & quantum parcus diſcordet auaro.* Enim] *Pro quia* Diſtat] *Id eſt, diſcrimen eſt: an tu prodigus* Spargas tua] *Id eſt, res tuas profundas, & dilapides an neq; facias ſumptum inuitus ut auarus, neque labores parare plura: ut ſuis contentus.* Ac potius frua- ris raptim] *Id eſt, celeriter ſicut ipſum rapitur tempore exiguo & grato.* Vt tu puer olim] *Sup. fruebaris feſtis quinquatribus, quæ Mineruæ ſacrantur, & à quinq; diebus ſic dicuntur.* Pauperies] *Appoſitiuè: immunda domus abſit* Procul] *Sup. à nobis.* Ero] *Sup. unus & idem an ferar magna'ue, an parua.* Nos non agi- mur uelis tumidis] *Id eſt, inflatis Aquilone* Secundo] *Id eſt, ſequente à tergo* Veniente] *Id eſt, proſpero, id eſt, non ſumus in proſperitate ſumma: tamen nos non ducimus ætatem* Auſtris] *Id eſt, illis uentis* Aduerſis] *Id eſt, contrarijs, id eſt, non ſumus etiam in ſumma calamitate, non ſumus extremi* Primorum] *Id eſt, in- ter primos* Et] *Sup. priore* Extremis] *Id eſt, omninò ultimis ui ribus, ingenio, ſpecie.* Virtute loco] *Id eſt, aut naſcendi, aut ui- uendi dignitate.* Et re] *Id eſt, diuitijs, hoc eſt, mediocrem condi- tionem in his tenemus: ita quod ſimus inter primos omninò, & pe- nitus ſupremos, quod ſapiens precatur. Prouerb. 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantũ uictui meo neceſſaria, &c.* Non es auarus?] *Aut ſecũ loquitur, iuxta id quod dixerat.* Quo- circa mecum loquor hæc, &c] *Aut more ſuo, & aliorum ſecun- dam perſonam, pro quauis ponit, hoc eſt, tu non es auarus. Hoc eſt, dicas mihi quicunque es, an ſis auarus. Et uidetur reſpondere nutu. Non ſum auarus, ad quod poëta.* Abi] *Id eſt, diſcede, quaſi perfe ctus, & nõ amplius erudiendus. Id enim dicere ſolemus ijs, quos ad conſummationem profeciſſe applaudimus.* Quid cætera] *Id eſt, quid facis in cæteris uitijs: uidetur autem ad hoc nihil reſpondere, quia nemo ſine crimine uiuit. unde addit poëta, per modum præce pti.* Euge iam cætera uitia cum iſto] *Scil. uitio auaritiæ, quæ ra dix malorum eſt.* Si pectus caret] *Id eſt, uacat tibi ritè inani am- bitione: ſi caret formidine mortis, ſi caret ira.* Si rides] *Id eſt, par- ui curas* Somnia] *Id eſt, inſomnia.* Terrores magicos mira- cula] *Scilicet, præſtigioſa.* Sagas] *Id eſt, ueneficas & faſcinatrices.* Lemures nocturnos] *Id eſt, ſpiritus noctu ambulantes.* Et por- tenta Theſſala] *Id eſt, omne genus ueneficarum, & ſagarũ Theſſa liæ.* Si tu numeras grate] *Id eſt, gratanter* Natales] *Sup. tuos, ſi ignoſcis amicis.* Si ſis lenior] *Id eſt, placatior & mitior acce- dente ſenecta, quæ cæteros difficiles & moroſos facit ſi unquã hæc facis.* Quid] *Id eſt, ad quid, uel in quo* Vna exempta] *Id eſt, decerpta de pluribus* Spinis] *Id eſt, una uirtus, ſcilicet liberalita tis* Iuuat] *Id eſt, delectat te.* Inter tot uitia] *Quaſi dicat, parũ: unde ſi neſcis rectè uiuere.* Decede] *Scilicet, ab opinione tua.* Peritis] *Id eſt, ad peritos. Tu luſiſti ſatis.* Tu ediſti] *Id eſt, co- mediſti atq; bibiſti ſatis.* Tempus eſt tibi abire] *Id eſt, abeundi ab iſta crapula & luxurioſa uita, ne ætas laſciua* Decentius] *Id eſt, iuuenilis, hoc eſt, iuuentus ipſa quã magis deceat eſſe laſciuam, quàm te ſenem rideat, & pulſet te potum* Largius] *Id eſt, abun- dantiùs* Aequo] *Id eſt, quam æquum, honeſtũ eſt. Et per hoc tem perantiam commendat, quæ omnium uirtutum ſpecimen & mode- ramen eſt. Et hæc in præſens opus.*

PHILIP. BEROALD. } Ibit eò quouis qui Zonam perdidit] *Ibit exponit Porphyrio milites uiaticum in Zona porta- re ſolitos. Similiter Plutarchus in Demetrio memorat, Soſigenem aureos numos in Zona habuiſſe militari pro uiatico. Euangelica lex prohibet ne pecuniam in Zonis habeamus. Mos priſcorum fuit, ut Zonas numis refertas haberent. Vnde apud Tranquillũ legimus Vitelliũ Zona ſe aureorũ plena cinxiſſe, Et C. Graccus orator, Zo nas, inquit, quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia in naues re- tuli. Spartianus quoq; autor eſt: Peſcennũ Nigrum Imperatorem Romanum iuſsiſſe ne milites in Zonis numos aureos, uel argenteos portarent ad bellum. Quinetiam Lampridius Alexandrum Romanum dicere ſolitum, refert. Miles non ti- met, niſi ueſtitus, & ſatur, & habens aliquid in Zonula.*

COMMENTARIORVM VARIORVM AVTHORVM, IN EPISTOLARVM SECVNDVM LIBRVM, ET IN OMNIA OPERA Q. HORATII FLACCI, FINIS.

IN Q. HORATII FLACCI ARTEM POETICAM, LIB. II. SERMON. ET LIB. II. EPIST. EX COMMENTARIIS VARIOrum authorum, uerborum, locorum, rerumq; notatu memorabilium copioſus INDEX.

A

ABLATIVVS quid ſignificet 1544 Glar.
Abſtemius qui 2144 Bad.
Abſyrti interitus 1565 Freig.
Academus quis 2253 Acron.
Achillis deſcriptio & hiſtoria 1150 Land. 1598 Bad.
acma 1958 Bad.
acies quid propriè 1898 land.
acipenſer 1892 acron. 1901 land.
acria condimēta 2031 pulm.
acroama quod optimū 1895 Acron.
acron & Acro 1582 Bad.
acronis ineptiæ 1810 glar.
actorū calceamētū 1593 bad.
actus in Comœdia quot neceſſarij 1152 land.
ad unguem facti qui dicantur 1570 Freig. 1778 acron. 1786 Eraſ. 1798 pol.uirg.
adbaris ciuitas 1781 acron.
adoleſcentes quibus delectētur 2131 acron.
adoleſcentum habitus qualis debeat eſſe 1149 land.
adoleſcentiæ quæ competant 1602 bad.
adulteri & adulteræ pœna apud Athenieſes 2011 acrō.
adulteri quatenus ſint puniendi 1701 iul.
adulteros an liceat impunè interficere ibid.idem,
adulterij pœna olim 1702 iul. accuſatio mulieribus non permiſſa 1701 iul. deteſtatio 1699 iul.
ædiles unde dicti, eorumq; munus 1957 land. quæ munera olim populo dederint ibid.idem
ægeria 1683 acrō. 1718 bad.
ægrotantium ſomnia qualia 2105 acron.
ælius Lamia ſcriptor 1129 acron.
ællo una ex Harpyijs 1900 lād.
æmilij ludi à quo inſtituti 2108 acron. 1136 porph.
æneus, aëreus, Aheneus et Ahenus differunt 2066 bad.
ænigmata quæ dicta 1520 ian.
æquum & iuſtum differunt 1726 acron.
aërea, aëreus, aeneus, ahenus et aheneus differūt 2066 bad.
ærugo quid 1130 acron.
æs Corinthium 2179 bad.
æſopus actor Tragœdiarum ditiſſimus 1928 acron.
æſquilina regio 1836 porphyr. 1839 fab.
æſquiliæ quæ dictæ 1834 acron 1839 pul. 1993 acrō.
æſculapij templum apud Epidaurum 1721 acron. 1728 porph.
ætas condimentum ſapientiæ 2060 moril.
ætates hominum cum anni tēporib. uariātur 2061 mor.
ætatis decorum obſeruandum 1602 bad.
afranius ſcriptor 1129 acrō.
afranij error 1426 iaſ.
agaſones 2026 acron 2029 land.
agna 1722 acron 1731 lād. 1734 rot.
agellina urbs 2107 land.
ἀγυιὰ quid 1555 pulm.
agricolarum ſtatus 1649 iul.
agri olim inter milites æqualiter diuidebantur 1905 pūl.
ahenus, Aheneus, aëneus, aërea, & ærea 2066 bad.
ἄγημα 1735 philol.
ἄκυρα quæ dicta 1126 acron.
albutius luxurioſus homo 1693 acron.
albutius ſeruos antequam peccarent, uirgis cædebat 1894 acron.
alchmani carmen 1475 parr.
alcmana pro Danaē 1706 iul.
alemanni feroces 1598 bad.
alexandri Magni dictum de Chœrilo 1140 porph. & Chœrili pactum 1131 acron.
aliena negocia cura 1966 cogn.
alliſæ oppidum 2026 acron
alliſanorum ciuitatis conditor 2033 fab.
alliſana Pocula 2033 fab. 2027 porph.
alphenus celeberrimus Iuriſc. 1727 acron. 1729 porph. 1734 land. 1737 glar.
aloyſius Cornelius 1101 luiſ.
alpinus poëta 1858 acron.
amator 2000 bad.
ἀμφίβιοι 1569 fig.
ambire 1616 bad.
ambitionis malū 1926 acron. 1543 amerb.
ambitus 1616 bad. 1815 bad.
ambubaiæ quæ dictæ 1675 acron. 1684 porph. 1687 land. 1687 land. 1693 pul. 1699 Iul.
amerbachij commentaria in artem poëticam 1527 &c.
amicitia cum quibus ineunda 1984 land.
amicitiæ potentum non fugienda 2170 fab.
amica & amicus 2066 bad.
amicos taciturnos quomodo probent reges 1134. 1135 acron.
amicus magis neceſſarius quā ignis 1786 land.
amphionis hiſtoria 2195 bad.
amphora uas 1530 amerbac. 1518 bad.
ampullæ quæ dictæ 1115 acron. 1149 land.
anacreontis carmina 1137 porph.
anapæſtus pes 1611 bad.
anerius & Nerius idem 1920 acron.
animum ſola ira præcipitat 2080 Moril.
animarum migrationes ſecundū Platonicos 2077 land.
animus ſolus curandus 2059 Moril.
anites 1999 land.
annius qs 1681 acron. 1685 porph. 1773 bad.
annus unde dictus 1588 bad.
anni uenientes qui dicti 1122 acron. figura 1588 bad. motus 1646 Pulm.
anſeris iecoris laus 2029 iād.
anſeres ſacri Romæ ibid. idem
anteſtari 1846 acron. 1848 Porph. 1849 land. 1850 Glar. 1851 Pulm.
anticyra inſula 1129 acron. 1139 Porph. 1614 bad. ſpelunca 1156 land. Helleboro abundat 1921 acron.
anticyram nauigare prouerb. 1940 land.
anticyræ duæ inſulæ 1569 Freig.
antimachus 1119 acron.
antiphates ibid.idem 1152 land. 1600 bad.
antiqua uerba 1587 bad.
M. Antiſtius Labeo inſignis Iuriſconſ. 1729 Porph. 1732 land.
antonius Seripandus 1474 parrh. Ruſus ſcriptor 1129 acron.
annulorum geſtatio quibus apud Romanos permittebatur 2210 acron.
anus 1981 acron.
anxur Iupiter 1778 acron.
anytus accuſator quis 1966 1970 land.
apelles inſignis pictor 1139 porph. 1164 luiſ. 2250 bad.
apellæ cur Iudæi dicantur 1849 land. 1785 land.
aperire aliquando pro ulcerare 1690 land.
apodoſis 1560 Freig.
apotheca 1979 Acron. 1982 land.
appius quis fuerit 1808 land.
appulus 1781 acron.
apri Lucani 2032 pulm.
aquarius ſignū cœleſte 1641 land.
aquam marinam uino immiſcebant Græci 2025 acron.
aqua ſpergere 1767 fab.
aquæ furtiuæ ſuauiores ſunt 1704 iul.
aquilæ uiſus 1728 porph. 1731 land. 1742 bad.
arbuſcula mima 1860 acron. nobile ſcortum 1706 iul.
arcades an Bœotij ſint 1544 Glar.
archæas Comœdias qui primū ſcripſerint 1751 acron. 1768 bad.
archilochus Iambici carminis author 1112 acron. 1148 land. quo tempore uixerit 1561 Freig. 1290 Grif. an Lycambæ gener fuerit 1545 Glar.
archilochi hiſtoria 2206 bad.
archilochium carmen 1550 pulm.
archimedis nauis 1813 pulm.
archita Tarētinus 2080 moril.

æthya 2093 porph.
aretalogus qui ſit 1675 bad.
arete filia Cyrenaici 1936 land.
argos 2276 bad.
argiui felices 1116 acron.
timidi 1116 acron.
argiuorum natura 1150 land.
argumentum, hiſtoria & fabula differunt 1584 bad.
argumentum quomodo ſit formandum 1378 iaſ. Orbis & perſona differunt 1300 grif.
aruna 1735 philol.
ariſtarchus Grammaticus 1469 iaſ. 1624 bad.
Homeromaſtyx 1141 porp. 1135 acron. 1160 land.
ariſtippus contemptor pecuniæ 1922 acron. 1931 porph.
ariſtippi ingenium 2178 bad.
ariſtippo ſoli cur chlamydem & pallium ferre datum 2061 moril.
ariſtius Fuſcus 1845 acron. 1847 porph.
ariſtophanes poëta 2149 lãd. 1155 land. 1751 acron
aritia 1777 acron. 1783 land. 1789 fab.
ἀρ..ο[illegible] 1299 grif.
arpos urbs à quo condita 1151 land.
arrogantia ubi euitãda 1566 freig.
ars omnis quibus conſtare debeat 1559 freig.
artis nomen unde 2061 mor.
artem poëticam qui ſuis ſcriptis illuſtrârint 1557 fab.
artificialis ordo 1589 bad.
aſellius primus Cicomas comedit 1692 acron. 1901 land.
aſinius pollio 1864 land.
aſtis quid 1641 land.
aſſyrius pro aſtuto & calido 1116 acron.
aſtutus unde dicatur 1745 bad.
aſylum confugientium quãdo inſtitutum 1414. 1415 Iaſ.
atabulus 1781 Acron.
atellana & Satyrica Græca ut differant 1149 land.
atellanæ fabulæ & quæ dictæ 1606 bad.
athamantis fabula 1117 acrõ.
athenæi uerba de Polypo 1734 Philol.
athenodori Bractea & præceptum 2080 moril.
atrei fabula 1152 lãd. 1597 bad. 1672 bad.
atteſtari 1846 acron. 1848 porph. 1849 land. 1850
glar. 1851 pulm.
atta ſcriptor 2214 acron.
attilius quem locum inter poëtas teneat 1146 land.
au in o mutatur 1961 bad.
auaritiæ inſania 1935 land.
deteſtatio 1556. 1653 iul.
auarus qui dicatur 1673 bad.
ſemper eget 1654 iul.
auari uituperandi 1936 land.
auarorum ingenium prauum 1653 iul. natura 1657 fab. diuitiæ quales 1632 bad.
auctoritas quatenus imitanda 1586 bad.
aucupum caſus 1624 bad.
aufidus fl. 1631 bad.
aufidius 1967 acron.
aufidij deriſio 1788 pulm.
auguſtales ſacerdotes 1929 acron.
D. Auguſtus duas res diuinas fecit 1111 acron.
auguſti inſcriptio 1494 Ian.
nummus & ſtatua 2240 fab.
auidienus ſordidus homo 1693 acron. 1904 glar.
aulæa unde et quæ dicta 1127 acron 1546 glar.
αὐλίονσε 1415 iaſ.
αὐλὸς 1547 glar.
auriculas demittere 1849 eraſ.
auſpicor 2069 bad.
auſpicium quid 2069 bad.
auſter uentus 1900 land.
αὐ[illegible] quid 1995 acron. 2002 fab.
ἄξονες 1572 freig.

B

BAcchius gladiator inſignis 1827 acron.
Bacchæ quæ dictæ 1737 pul.
Baiæ quæ dictæ 2054 land. 2154 porph.
badij error 1810 glar.
balathro 1966 Beroald.
balathrones qui 1675 acron. 1684 porph. 1687 land. 1694 pulman. 1705 fab. 1708 bad. 1924 acron. 1931 porph.
balnei precium olim 1734 land.
barathrones 1675 acron. 1687 land. 1694 pulman. 1705 fab. 1708 bad.
barathrones 1966 beroald.
barathrum quid 2005 iul. 2156 land.
baretum 1790 fab.
barium oppidum 1781 acron.
barrhus quis 1809 land. 1810 glar. 1814 fab.
barrhi qui dicantur 1826 acron 1830 glar. 1831 fab.
batillum quid 1786 glar. 1796 bad.
beatus qui dicatur 1555 pul.
bellona 1950 fab.
bellum inter Lacedæmonios et Meſſenios 1133 acron.
bernardini Martyrani præfatio in Ianum Parrhaſium 1474 Parrh.
beneuentum oppidum 1785 land.
bes quid 1641 land.
L. Betulius Barrhus unde natus 1814 fab.
bibendi arbiter 1767 fab.
mos apud Græcos 1906 pul.
bidental quid 1136 acron. 1160 land. 1472 iaſ. 1574 freig. 1626 bad.
bion quis 1949 fab.
bionis philoſophi diſputationes 2253 acron.
bipedalis 1940 land.
bithus gladiator inſignis 1827 acron.
blaterare 2009 acron. 2014 land.
blaptæ 1936 land.
bœotium ingeniũ 1545 glar.
bolanus quis fuerit 1842 acrõ. 1847 porp. 1851 pulm.
bombarda 1587 bad.
bonauentura Roslerus 1529 Amerb.
boni mores q dicti 1298 grif.
braſsica herba 1901 land.
breuitati opera danda 1109 acron. 1144 lãd. 1157 lãd. 1482 ian. 1582 & 1616. bad.
briſeis 2273 bad.
briſeidis raptus 1598 bad.
briſaci penuria aquarũ 1790 fab.
brunduſium oppidum 1781 acron.
brutus cui comparetur 1827 acron.
buccæ quæ ſint 1640 land.
buccarum inflatio quid 1654 iul.
buccas inflare 1643 eraſ.
bullatius quis fuerit 2137 porphyr.

C

C. Litera ut utatur 1707 Bad.
Cachinnus 1597 bad.
cacozelon quid 1484 ian.
cadmus quis fuerit 1802 acron. 1814 fab. 1817 bad.
in anguem conuerſus 1123 acron.
cadmi fabula 1603 bad.
cæcubum uinum 2031 pulm.
cathegus orator 1550 pulm.
cathegorũ familia 1585 bad.
cala quid 1711 bad.
calabri poëtæ ingenium & natura 1178 luiſ.
calamiſtri 1686 porph.
calendæ quæ dictæ 1747 bad. 1821 bad.
caliendrum 1835 acron. 1838 glar. 1839 pulm.
callimachus cur κακόζηλος ſit dictus 1484 ian. 1147 land.
calphus quis 1129 acron. 1138 porph.
calones q 1079 acron. 1685 porphyr. 1686 land. 1694 pulm. 1702 iul. 1711 bad.
caluus poëta 1868 fab.
campanus morbus 1786 glar. 1790 fab.
campanum urbs 1785 land.
campeſtre quid 2139 pulm.
campi fœdi et arrogãtes 1780 acron.
camo & Camus 1812 pulm.
quid 1809 land. 1814 fab. 1817 bad.
canendi uarij modi 1419 iaſ.
canes robuſti ubi 1999 land.
canidia uenefica 1835 acron. 1838 glar. 1839 fab. 1842 bad. 1878 acron.
cantica quæ dicta 1606 bad.
cãticorum perſonæ 1152 lãd.
canuſini pop. 1858 acron. 1864 land.
Canuſinum oppidum 1781. & 1858 acron. 1864 land.
capere 1585 bad.
caper 2099. bad.
capillorum pingendorum difficilis ratio 1561 freig.
capitolinus 1774 bad.
capitolium ibid. idem
cappadocũ rex qui 2107 fab. 2108 glar. 2112 bad.
caprius q̃s fuerit 1756 acron.
capua urbs 1779 acron.
caput ſcabere, ungues arrodere prouerb. 1865 land.
carcer qui, eiusq́ uariæ ſignificationes 1670 bad.
carmentus 1790 fab.
carminis qualitas 1575 bad.
carminum uaria genera 1148 land. 1590 bad.
carius Epicureus 1974 fab.
caſſellius Iureconſ. 1132
caſsius Nomentanus prodigus homo 1633 acron. 1036 porphyr.
caſsij poëtæ interitus 2090 porph. orpheus 2092 fab.
L. Caſsi Nomentani exclamatio 2032 fab.
caſtor & Pollux fratres 1120 acron. & Pollux ex ouo nati 1887 bad.
catarrus 2062 mord.
catia quæ dicta 1690 land.
catiens q dicti ſint 1920 acrõ.

caium

catini quis 1970 land.
catillones qui dicti 1899 land.
cato Cenſorinus 1693 glar.
catonis dictum de nobile quodam è lupanari egrediente 1697 Iul.
caudam trahere 1919 acron. 1944 pulm.
caudi caupona 1779 acron.
caudium ciuitas 1779 acron.
caules in herbis quæ dicatur 1901 lãd. 1733 land.
caupo q propriè dicatur 1641 land. perfidus cur dicãtur 1646 pulm.
cecilia Metella eiuſq; hiſtoria 1938 land.
cecilius Gall. poẽta 1990 bad.
cedrus arbor eiusque natura 1571 freig. 1615 bad. 1157 land.
celſi attributio cui conueniat 1554 pulm.
cenſi qui 2062 moril.
cenſum agere ibid. idem
cenſus quid & cenſus equeſtris 2062 moril.
centaurea 1740 bad.
cereris ſacrificia 1902 land. hiſtoria 1669 bad.
cerites 2114 bad.
ceritum tabula 2107 land. 2114 bad.
cetaria 1979 acron. 1983 land.
cethegi cincluti 1176 luiſ.
cethegi quem morem ſeruãrint 1137 porph.
χαλινὸν quid 1836 porph.
chamelopardalis animalis deſcriptio, natura & alia plura 2249 bad.
charta & membrana differunt 1763 land.
chartæ inuentio ibid. idem
chartis illudo 1767 fab.
cherinthus 1682 acron. 1685 porph. 1689 land.
chios inſula 2138 land.
chium uinum 1857 acron.
chœrilus malus poëta, eiuſq; pactum cũ Alexandro Magno 2131 acron. 2140 porph. 2157 lãd. 1571 freig. 1610 2250 bad.
chordæ olim tantùm tres erant in Lyra 1124 acron.
chordarum inuẽtio 1253 lãd.
chorea quid 1414 iaſ.
chorus uirorum quando introducendus 1124 acron. quid 1152 land. 1606 bad.
chori officium & ordo 1535 amerb. licẽtia quo progreſſa ſit 1552 pulm.
chorum cur Latinæ Comœdiæ non habeant 1606 bad.
chororum perſonæ quot 1152 landin.
chryſippus reſtitutor Stoicæ ſectæ 1727 acron. 1729 porphyr. 1929 acron. 1932 porph. 2075 land. ſolus porticum fulſit 2080 moril. quot uolumina ſcripſerit 2080 moril.
chryſippi laus & uita 1934 lãd. philoſophia 2080 mor. mors ibid. idem
cibaria uiliſſima 1813 pulm.
cibyra quid 2112 bad.
cicero unde dictus 1937 land.
ciceris fricti emptores qui dicti ſint 1813 pulm.
ciconias quis primùm comederit 1892 acron. 1901 land.
cicuta quis fuerit 1920 acron.
cimex 1860 acron.
cinctuti unde 1176 luiſ.
cinctus altè qui dictus ſit olim 1787 pulm.
cincti 1492 ian.
ciniflones & Cinerarij 1683 acron. 1686 porph. 1690 land.
cinnæ poëma 1554 pulm.
cippus quid 1837 land.
cithara quot chordas olim habuerit 1125 acron. & lyra differunt 1547 glar.
citharæ uariæ Chordæ à quib. inuentæ 1253 land.
ciuium ſtatus 1649 iul.
clarè enunciare eſt laus 1582 bad.
claſſis quæ dicatur 1710 bad.
clathri qui dicti 1472 iaſ.
claudij Druſi Tyberij fratris hiſtoria 2087 moril.
clauſtra quæ dicta 2147 porp.
cleanthis ſententia de poëtis 1520 ian.
clytemneſtra 1659 fab.
clytẽneſtræ fabula 1672 bad.
clitellæ quæ dictæ 2146 land. 1779 acron.
coa Veſtis 1683 acron. 1686 porph. 1704 iul.
coactores qui dicti 1809 land.
cocceius Nerua 1778 acron.
cocceri conuiuium 1789 fab. uilla 1786 glar.
cæcilius Metellus 1879 acron.
cæcus, luſcus, & lippus differunt 1731 land.
cœna dubia quæ 1905 pulm.
cœnæ deorũ quæ dictæ 1200 1994 acron. antiquorum 1734 Rot.
cœnas pompoſas ueteres habebant 1739 bad.
cognomina unde Romani ſumpſerint 1474 ian.
colchorum natura 1150 land.
collegiũ unde dictũ 1707 bad.
colophon oppidum 2140 bad.
color q dijs gratus 1837 land.
colores 1578 bad.
columna Mœnia 1721 acron.
comæ quid deſignẽt 1372 iaſ.
comes exterior q 1955 pulm.
comitas 2193 moril.
comici carminis deſcriptio 1148 land. argumentum 1567 freig. 1526 ian.
comici cur Iãbis uſi ſint 1564 freig. ueteres præcipui qui fuerint 1146. 1149 land. 1605 bad.
communia quæ 1300 grif. 1118 acron. 1151 land.
commeſtores 1675 acron.
comœdia quid & unde dicta uariæ rationes 1149 lãd. 1604 bad. à proſa oratione qd differat 1755 acron. & Tragœdia ut differãt 1149 lãd. 1291. 1292 grif. togata 1129 acrõ. quot actus continere debeat 1606 bad. apud antiquos loco Satyræ fuit 1766 fab.
comœdiæ initium unde petendũ 1612 bad. ſpecies 1149 land. & Tragœdiæ communia nomina apud Græcos 1139 land. propriũ 1605 bad. ſtylus qualis 1114 acron. quo carmine ſcribendæ 1594 bad. Græcæ quãdo primũ ſcriptæ 1548 glar. ſtatoriæ, Motoriæ, & mixtæ quæ dictæ 1149 land.
comœdiã non eſſe poëma 1755 acron.
comœdiarum ſcriptores quomodo olim excepti ſint 1136 acron. 1138 porph. 1594 bad. prætextatarum & Togatarum origo 1156 land. argumẽta 1154 land. membra tria 1152. 1606 land. initia 1613 bad. uaria genera 1605. 1129 bad. Scenæ ut ſint inſtituendæ 1149 land. decorũ 1597 bad.
comœdia ſcribenti quæ neceſſaria 1497 ian. Archæas qui primũ ſcripſerint 1751 acrõ.
compilare quid 1670 bad.
compita quæ dicta 1917 acrõ. 1929 acron. 1932 porph. 2068 bad.
compitalitij ludi qui 1605 bad.
componere 1582 bad.
compoſitio quid 1145 land.
concha 1720 acrõ. 1737 pul.
concubinæ non ſunt ferendæ 1740 bad.
conſuetudo & olus differunt 1112 acron. ueteris ſermonis 1586 bad.
conſulo cum Datiuo & Accuſatiuo qd ſignificet 1663 acrõ.
contemnere uoces 1632 bad.
contentionũ genera 1830 fab.
conuiuandi mos apud Romanos 1417 iaſ.
conuiuium ſemel in die tantum habebant 1153 land.
conuiuij Epicurei deteſtatio 2025 fab. 2031. 2032 pulman. 2032 fab.
cõnuiuia Græcorũ 1905 pulm. apud priſcos 1417. 1418 iaſ.
conuiuiorũ luxus 1889 fab.
conuitia quo carmine ſcribenda 1594
copiæ cornu 1646 pulm.
copiarij q olim fuerint ibid. idẽ
coranus 1980 acron.
corinthia uaſa 1934 land.
corinthus urbs deq; ea prouerbium 2179 bad.
corinthium æs ibid. idem
cornelia lex de Sicar. 1701 iul.
corrugare nares 2096 eraſ.
corſica melle abundat 1158 land.
coruum deludet hiãtem 1986 acron.
corui natura 2180 bad. & uulpis fabula 1623 bad.
cothurni qui dicti 1148 land.
cothurnus 1594 bad.
cotillus 2030 glar.
crantor Academicus philoſophus 2076 land.
crantoris mors 2080 moril.
craſſa Minerua 1889 acron.
craſſus quem diuitem dijudicãrit 1655 iul.
craterus medicus 1924 acron.
cratinus Satyricorum inuentor 1154 land. 1751 acron. 2209 glar. 2204 bad.
crepidæ 1734 land. uocabuli uariæ ſignificationes 1735 Philol.
creuſæ animæ deſcriptio 1423 iaſon.
criſpinus poëta garrulus 1634 acrõ. 1636 porp. 1675 bad.
criſpini exagitatio 1753 acron
criſpus Salluſtius 1679 acron.
cruſta & cruſtum quid differãt 1676 bad.
cruſtula 1629 acron. 1634 porphyr. 1640 land.
cucuma uocabulum eiuſq; uariæ ſignificationes 2120 pol.
cucullus auis 1827 acron. 1623 bad.
culeus 1623 bad.
culina unde dicta 1779 acron.
culpa potare magiſtra 1906 pulm. 1907 fab.
cululli 1135 acron.
cum ut conſtruatur 1673 bad.
cumera genus uaſis 1630 acrõ 2116 porph. 2121 Pulm.
cupennius quis fuerit 1678 acron 1684 porph. 1697 iul.
cupido Deus 1669 bad.

cuppa uas 1906 Pulm.
cupreſſum ſcis ſimulare 1580 1581 bad. pingere prouer. 1143 land.
M. Curius Dentatus 2068 bad.
curij 2040 acron.
curij dictum de ciuiū poſſeſſione 1354 iul.
curules ædiles 1937 land.
currule certamen 1674 bad. 1464 iaſ.
ad Cyathum ſtare 1815 pulm.
cybeles ſacerdotes 1691 land.
cybira urbs 2106 land.
cycerrhus Oſcus qui 1785 fab.
cyclicus poëta q dicatur 1119 acron.
cyclici poëtæ q dicti 1151 lād.
cyclopa ſaltare qd 1798 crinit.
cyclopica uita 1556 freig.
cynici unde dicti 1905 pulm.
cyrenaicus philoſophus 1922 acron. 1933 land.
cyrenaicorū ſecta 2061 moril.

D

DActilicus uerſus 1791 bad.
Dactyli pedes unde dicti 1155 land.
Dama 1484 philol. 1817 bad. 1985 pulm.
Damaſippus homo prodigus, eiuſq; bibliotheca 1915 acrō. 1933 land.
damas quis fuerit 1643 land.
datiū caſus natura 2088 bad.
dauus quis olim dictus 1150 land. 1545 glar. 1297 grif. 2112 bad.
decies centena 1758 pulm.
declamare & orare differunt 2074 land.
decorum triplex 1584 bad.
defundere unum 1905 pulm.
deiphili fabula 1949
delphica uaſa 1813 pulm. menſa 1813 pulm.
delphicum oraculū 1421 iaſ.
delphinus gen maſc. 1582 bad.
delphini pictura 1367 iaſ.
demetrius poëta 1857 acron. 1865 land.
democritus princepſ Epicureorū 1548 glar. 2197 acron. ſemper ridebat 2249 bad.
democriti præceptum de poëtis 1129 acron. 1516 bad.
demoſthenis exiliū 2062 moril.
denarius quid 2014 land.
depyges 1715 bad.
deſcriptio non importunè in poëmate introducenda 1106 acron.
deſidero 2125 bad.
deſignatores qui dicti 2114
deſignare quid propriè 2120 fab. 2122 bad.
detrahere pellem 1879 acron.
deus eſt animus nobis 2059 moril. in ſcænam quando ſit introducendus 1123 acron. 1252 land. 1308 crinit. 1606 bad.
deorum munera duo generalia hominib. tributa 1559 freig.
dijs ſexum utrumq; ueteres attribuerunt 2034 fab.
deunx quid 1641 land.
dextrans quid 1641 land.
diana 1166 luiſ.
dianæ Tauricæ uictima 1481 ian. ara 1590 bad.
dicaces 1126 acron.
dicere quid propriè 2063 bad.
dicendi tres ſunt figuræ 1144 land. 1109 acron.
dierum Feſtorum diuiſio 1423 iaſ. breuium cauſa 1996 land.
differentis ordinis cauſa 1584 bad.
digreſſio apta 1580 bad.
digreſſiones quando uitandæ 1168 luiſ.
dimidiū plus toto 2193 Moril.
diomedis fabula 2151 land. 1566 freig. & Glauci certamen & commutatio 1826 acron. 1628 porph. 1830 glar.
dionyſij tyranni edictum de pecunia 1655 iul.
dionyſius 1809 land.
diſcus ludus 1904 pulman.
diſcedentiū mos loquēdi 1850 pulman.
diuerbia quid ſint 1152 land. 1606 bad.
diuerbiorū perſonæ quot 1152 landin.
diuitis habitus in Comœdijs 1149 land.
diuitem quem Craſſus exiſtimârit 1655 iul.
diuitum ſepulchra eorumq; inſcriptio apud ueteres 1836 porph. 1837 lād. 1841 bad.
dodrans quid 1641 land.
dolor & peccatum differunt 1702 iul.
dominantia uerba quæ ſint 1424 iaſ.
donationem mulier adulterata obtinet 1705 iul.
doricus modus 1419 iaſ.
dotem uxor adulterata an amittat 1705 iul.
drachma 2014 land.
draconis uiſus acutiſſ. 1751 land. 1742 bad.
dramata quæ dicantur 1149 land.
druſilla 2087 Moril.

E

EChidnus quid 1840 land.
Echini 2030 glar.
Effutire 1126 acron.
egere & abundare quis poteſt 2153 fab.
egnatia oppidum 1798 fab.
egregium quid propriè dicatur 1820 bad.
eimariene quale uerbum 1735 philol.
in genia cur uinum à Græcis dicatur 1905 pulm.
elegantiæ partes quæ 1145 land.
elegia unde & quid 1147 land. 1591 bad.
elegiacum carmē 1112 acron. 1147 land.
elegiaci carminis author quis 1563 freig. ſcriptores 1592 bad.
elegiographorum ſtilus 1526 ian.
elocutionis partes 1145 land. 1166 luiſ. 1462 ian. 1564 freig.
empedocles quid cum Homero commune habeat, & cur Ariſtoteli non poëta uideatur 1559 freig.
empedoclis hiſtoria & interitus 1145 acron. 1160 land. 1574 freig 1625 bad.
ennius quem locum inter poëtas teneat 1146 land.
ennij Epitaphiū et patria 1162 luiſ. 1146 land.
ens, Eſſentia 1587 bad.
enunciare 1580 bad.
epagomenus quis fuerit 1843 acron.
ephœbis quæ competant 1602 bad.
epidaurij fabula 1736 glar.
epicænum unde 1577 bad.
epicum carmen 1147 land. 1590 bad.
epici carminis genera 1304 grif. 1565. 1566 freig.
epicorum perſonæ an à Tragicis differant 1304 grif.
epicurea ſecta unde dicta 1548 glar.
epicurus quis fuerit 2050 land.
epicureorum impium dogma 1717 bad. dogma refutatur 1966 fab. conuiuia 2022 pulm.
epiſodia quando in poëmate requirantur 1166 luiſ.
epiſtola unde dicta 2063 bad.
epiſtolæ & Sermones differunt 1627 acron. 1634 porphyr.
epiſtoliū unde deriuetur 2063 bad.
epitaphia quo carmine ſcribenda 1593 bad.
epitheta unde ſumenda ſint 1565 freig.
epopœia & Tragœdia differunt 1374 iaſ.
epos & Epodos quid 1590 bad. 1859 acron.
equites olim Romæ qui 1553 pulm.
equeſtris qui olim ſit habitus 1132 acron. cenſus quid 2062 moril.
equi quomodo ſint dijudicandi 1682 acron. 1685 porph.
equotutium opp. 1781 Acron.
equumtutium urbs 1787 glar. 1790 fab.
errones qui dicantur 2015 lād.
eruilia quid 1999 land.
eteocles Naxius autor Elegiaci carminis 1563 freig.
ethicæ ſtudium quotuplex 2047 land.
eu ſyllaba quomodo uertat 1558 fab.
euander inſignis cælator 1725 acron. 1720 porph.
euphorion poëta 1147 land.
eupolis Satyricus ſcriptor 1140 land. 1475 porphyr. 1751 acron.
εὐπρέπεια quid propriè 2127 bad.
in Eus nomina 2114 bad.
execratio quid 1945 pulm. 1925 acron.
exordium quale eſſe debeat 1566 freig. 1129 acron
exiudex 2019 fab.
expes quid 1681 bad.
explanatio quid 1145 land.
explodere 1873 bad.

F

FAbarū uſum Pythagoras cur interdixerit 1994 acron.
fabius 1628 acron. 1634 porphyr. adulter 1684 acron. 1686 porph.
fabij unde dicti 1917 land.
fabula, hiſtoria & argumentū differunt 1583. 1584 bad. moroſa quæ 1130 acron. lepida de quodā ruſtico 1827 acron. 1829 land.
fabulæ theatrales quo ſtylo ſint ſcribendæ 1520 ian. quædam aguntur & referuntur 1606 bad.
fabularum mixtia 1613 bad. togatarū genera 1605 bad.
fabricius pons 1949 fab.
facetiarum duo genera 1422 iaſon.
facetus qui dicatur 1709 bad.
facundus & Facundia unde 1125 acron.
L. Fadius Pierus Decurio, eiuſq; ſtatua 1049 fab.
falſum, uanum, & fictum differunt 1143 land.
fannius malus poëta 1753 acron. Quadratus ibid. idem
fanaticus morbus 1556 pulm.
fannia lex 1907 acron.
faſces Rom. 2169 bad.
fauni 1568 freig.
faunorum ornatus in theatro

iro 1553 pulman.
fauſta Syllæ filia 1680 acron. 1688 land. 1697 iul.
fercula 1995 acron.
feriarum diuiſio 1423 iaſ.
feroniæ 1778 acron.
ferula 1755 land.
feſcennina licentia 1146 bad. 2216 acron.
feſtorū dierū diuiſio 1423 iaſ.
ficulnus 1833 acron.
ficulnum lignum, et Ficulna machæra 1838 eraſ.
felicia uerba præmunienda ſunt 1587 bad.
ficuum eſus in conuiuijs Epicureorum 2032 pulm. duo genera 1906 pulm.
figulina ars à quo inuēta 1144 land.
figuli Rotæ inuentio 1481 ian.
figura tres dicendi 1144 land.
filix 1731 land. 1734 eraſ.
fingendi licentia quæ ſit conceſſa 1106 acron.
fiſtulæ inuentor 1546 et 1547
fit 1662 Bad. (glar.
flagellum quid 1756 bad.
fluuiorū calculator 1811 glar.
flumen Hibernū quod ſit 1830 pulm.
florentinorū uictus 1999 land.
florentinæ iuuentutis exercitia 1157 land.
focalia quæ dicta 1928 acron.
fœneratorum uſura apud ueteres 1747 bad.
fœnus 1707 bad.
fœnum habet in cornu 1756 acron. 1764 eraſ. 1776 pol. Virgil.
fomenta unde dicta 1632 acrō.
fons bandinus 2162 porph.
formica unde dicta 1641 land.
formicæ mentio apud Salomonem 1666 bad. natura & ingenium 1641 land.
fornices 168. 1709 land.
fors & Fortuna 1539 land. 1657 fab.
fortunæ inconſtātia 1897 fab.
frāciſci Luiſini Vtinenſis Annotationes in Artē Poëticam 1161. 1162 idem Luiſini error 1417 iaſ.
frangere quid 1839 pulm.
frigora quando plerumq; accidant 1630 acrō. 1634 por.
fritillū 2012 acrō. 2016 fabel.
frons urbana quæ 2130 bad.
fruitus 1150 acron.
frumēta genera præcipua in Italia 1999 land.
fruo quid ibid. idem
fucatæ merces 1682 bad.
fucus quid 1682 acron.
fufidius parcus homo 1696 & 1699 iul.
fuluus pictor 2015 land.
fumum præſtat 1566 freig.
funambuli qui dicti 1858
fundanius poëta 1859 acron.
fundus 1779 acron.
fungus 1975 bad.
furcifer 2013 land.
furere quid ſit 1919 acron
furiæ quæ 1835 pulm.
furius Camillus 1268 bad. Bibaculus 1979 acron. 1982 Porph. 1987 fab.
furni unde dicti 2138 Porph.
furor materia poëmatis 1156 land.
fuſcus Grammaticus 1843 acron. 1849 land.
fuſij Tragœdiarū actoris hiſtoria 1919 acron. 1934 land.
fuluius gladiator 2017 land.

G

GAbina aqua 2155 acron.
Galba Iuriſp. 1679 acron. 1685 porph. 1688 land.
Gallina gladiator 1993 acron.
galli proni ad Venerem 1683 acron. 1688 porphyr. 1691 land. 1717
gallonius gulosus homo 1895 acron. 1903 Pet. Crin.
gallus lucis pnuncius 1654 iul.
gallus poëtas quo Græco carmine ſit uſus 1147 land.
garum quid 1971 land. 2026 porph. 2029 land.
gemmæ 1567 bad.
gemmarū ornamēta 1166 luiſ.
genitiuorum ſignificationes 1769. 1780 bad.
gentiana herba 1901 land.
geta quis olim dictus 2112 bad.
gladiatoria lex 2017 pulm.
gladiatorum mos olim 2037 fab. 2045 land.
glauci & Diomedis certamen & munus 1826 acron. 1828 porph. 1830 glar.
gloria quomodo comparanda 1626 bad.
glycon gladiator 2039 acron. 2051 land.
gnatia opp. 1790 fab.
goynēi Morenſis 1647 iul.
graechus orator 1262 land. 2280 Beroald.
græcari quid 1890 acron.
græci ſtudioſi Muſicæ 1737 pulm. cur imitādi 1616 bad.
græcorum amor erga poëſin 1520 ian. conuiuia 1418 iaſ. 1905 pulm. 2025 acron. exercitia 1904 pulm.
græcis permiſſum fingere 1589 bad.
granū genus ponderis 2015 lād.
graſſari 1984 land.
gratidia uenefica 1836 porph.
grifolus reprehenditur à Iaſone 1166 luiſ. 1374 iaſ. 1414 & 1465 iaſ.
guido Feltrius 1658 land.
gyrus interior & exterior 2002 pulm.

H

H.M.H.N.S. inſcriptio monumentorum diutiū 1836 porp. 1837 land. 1841 bad.
Halec 1975 land.
Harpyiarū fabula nomina & alia plura 1900 land. fabula quid denotet 1903 Sab.
Harundo, Hirundo, & Hirudo, differunt 1136 acron. 1626 bad.
hebrus flu. 2164 land.
helade puella eiuſq; fabula 1939 land.
helenius gladiator 1993 acron. 2002 fab.
heliodorus quis 1777 acron.
hellebori natura & qualitas 1935 land. 1921 acron. duo genera 1156 land 1614 bad. 1935 land.
helenæ fabula 1672 bad.
herculis ſacrificia 1996 porph.
hermogenes Muſicus 1733 lād. 1733 acron.
hermogen. Tigellius 1756 acrō
hermione, eiuſq; fabula 1603 bad. 1123 acron.
hernia quid 1645 land.
hernioſi ibid. idem
heros qui dicatur 1298 crinit. 1607 bad.
heroes qui proprie dicantur 1561 bad.
heroicum carmen quid 1289. 1296 grif. 1590 bad.
heroicæ perſonæ quando introducendæ ſint 1423 iaſ.
heroici carminis antiqtas 1590 bad. deſcriptio & forma 1146. 1147 land. decorum 1591 bad. uitia ibid. idem
heroicorum ſtylus 1526 ian.
hetruſci unde orti 1808 land.
hexameter uerſus 1112 acron. 1146 lād. 1590. 1611 bad.
hexametri uerſus deſcriptio & formatio 1146. 1147 land. decorum 1591 bad.
hibanda inſula olim 1146 lād.
hiecus adulterū interficit 1701 iul.
hippocrates quod unum laudarit 1936 land.
hircus olim Tragicis præmium proponebatur 1448 land. 1568 frei. 1604. 1608 bad. & 2099 bad.
hircini folles 1753 acron.
hirquitallire 2099 bad.
hirudinis natura 1526 ian.
hiſtoria, fabula & argumentum differunt 1583. 1584 bad.
hiſtrionis perſona 1152 land.
homerus poëtarum princeps 1612 bad. bonū quandoq; dormitat 1157 lād. 1571 fr.
homeri argumētum 2071 fab. poëſis uis 2094 land. laus 1158 land.
homo 1598 bad. cur natus ſecundùm Stoicos & Epicureos 2038 acron.
hominum uariæ actiones 1639 land. tria genera 2127 lād.
hominibus quæ munera à Deo tributa ſint 1559 freig.
horarum ſingularum officia 1417 iaſ.
horatiani ludi 2059 moril.
horatius Melancholicus fuit 1129 acron. frigoris impatiens 1915 acron. per quē Auguſto reconciliatus 1002 bad.
horatij continētia 1813 pulm. cœna 2093 acrō. & alij. de Arte Poëtica libellus an ſit epiſtola nominanda 1271 grif. laus & ingenium 1638 land. parētes 1470 ian. 1809 lād. uitæ breuis deſcrip. 1819 bad.
horatiorū familia Romæ 1477 ian.
huropygæ quæ dicta 1690 lād.
hyarbita 2204 fab. 2205 bad.
hybridæ qui propriè dicuntur 1825 acron. 1828 porphyr. 1830 glar. ibid. fab.
hydra 2240 bad.
hydrocele morbus 1643 land.
hydropici natura 2075 porph.
hymettus mons Atticæ 1909
hypermetrū 1842 bad. (bad.
hypſea cæcior, deq; ea fabula 1682 acron. 1692 eraſ. 1724 iul.

I

IAcobi Grifoli Annotationes in Artem Poëticam 1270 grif. Apologia cōtra Iaſonē 1270 & ſequentia.
Iambici carminis author 1112 acron 1147 land. 1592 bad. decorum 1609. 1610. 1612 bad. 1569 freig.
Iambicus uerſus 1536. 1532. amerb. 1161. 1593 bad. cur trimeter dicatur 1569 fr.
iambis cur Comici et Tragici uſi ſint 1564 freig.
Ιαμβίζειν quid 1564 freig.
ianus quis & unde dictus uaria diſputatio 1948 fab. qs fuerit eiuſq; uaria deſcriptio 2052 land. 2207 bad. uicus 1943 pulm.
ian. Parrhaſij Præfatio in Artē Poëticam 1475 parrh. Parrhaſij commentaria in Artem poët. 1472 idē auth. tēplum portas habuiſſe bifores 1765 pul. tēpla tria Romæ 1934 land. 1948 fab. duo in foro apud Romanos 2039 acron. 2042 porph. 2068 bad.

iaſon uarijs in locis à Griſolo reprehẽditur & eius errores demõſtrantur 1271.1272 griſ.
iaſonis de Nores Cyprij Annotationes in Artem Poëticam 1358 &c. iaſ.
iccius quis fuerit 2144 fab.
idaſpes 2028 land.
idus 1821 bad.
iecoris anſeris laus 2029 land.
ilia fœmina 1683 acron. 1718 bad.
ilione, eiusq; fabula 1919 acron. 1954 bad.
imitandi modus 2198 fab.
imus pictor 1367 iaſ. 1557 fab. 1582 bad.
in propria pelle ſe continere 1810. 1816 ald. 1812 pul.
incluſina quæ dicta 2070 bad.
incruſtari uas 1723 acron. 1728 porph. 1738 Pulm.
inurbanum qd 1128 acron.
ingenia uaria humani generis 1150 land.
ingenuæ mulieres 1695 pulm.
ingluuies qd 1676 acrõ. 1684 porph. 1699 iul.
inô Athamantis uxor & eius fabula 1500 ian. 1598 bad.
inſolitum eloquiũ quod 1125 acron.
inſtillare qd propriè 2127 lãd.
inſita ueſtis 1676 acron. 1688 land. 1692 glar.
intactæ uirgines q̃ 1678 acron.
interpres fidus q ſit 1546 glar.
inteſtabiles q dicãtur 2925 acr.
inula herba 1892 Acron.
inulæ triſtes 1907 fab.
inuenta aliorum imitãda 1601 bad.
inuidia domabilis 2241 bad.
inuita Minerua 1133 acron.
inuocatio quibus facienda ſit 1604 bad.
Iô eius fabula 1599 bad.
iocularia q ſcripſerint 1149 lã.
iodoci Badij Annotat. in Artem Poëticam 1575 bad.
ionum inuentum 1420 iaſ.
iphigeniæ hiſtoria 1580 bad.
ira qd 2080 moril. 2081 bad. & iracundia differunt 2080 moril. ſola animum præcipitat ibid. idem
iracundus homo ad nihil appoſitus 1738 pulm.
iraſcentiũ ſigna 2080 moril.
iridis deſcriptio 1167 luiſ.
iſapis & Sapis fl. 1790 fab.
italica philoſophia unde 1970 land.
iudæi cur apellæ dicti 1849 lã. unde lunares Neomenias numerent 1846 acron.
iudæorum ſacra et cultus 1764 land. 1766 pulm.
iudex quomodo ſit incendendus 1115 acron.
iudices ſelecti 1763 land.
iugulus & Iugulũ 1725 acron.
iuliani Aurelij Leſsignienſis paraphraſis in Satyras Horatij 1647 iul. imperatoris inſigne dictum 1176 luiſ.
iulius Florus quis 2083 acron. 2252 acron. & alij.
iulius poëta 1635 acrõ. 1839 (fab.
iungere 1560 freig.
iupiter unde dictus 1664 bad.
iuriſconſultorũ ſtatus 1649 iul.
iuſtum & Aequum differunt 1726 acron.
iuuenum ſtudia 1602 bad. 2060 mor.
iuuenalem Satyræ maieſtatem corrupiſſe 1644 glar.
ixionis fabula 1138 porph. 1150 land. 1127 acron. 1598 bad.

K

KAlẽdæ unde dictæ 1725 acrõ
καγχάζειν 1150 land.
κανηφόροι 1720 acron.
κεραστικόν 1480 ian.
κλεῖθρον 1543 aldus
Koiniſmus 1577 bad.
κόλλικα quæ uerba dicta 1110 acron.
κολοιὸν quid 2087 pulm.
κναφίζειν quid 1813 pulm.
κύρβεις 1572 freig.
κύκλον q Græci nominẽt 1118 acron.

L

LAbeo Iuriſconſ. 1725 acron. 1732 land.
laberius mimus 1855 acron.
lacedæmonij quo duce Meſſenios uicerint 1630 bad. 1133 acron.
lacydem Philoſophũ anſer ſemper ſubſequebatur 2029 lã.
λαγωκρόκος 1813 pulm.
ledæ 1883 land.
C. Lælius 1884 glar.
læſtrygones 1119 acron. 1157 land. 1600 bad.
lagois auis 1891 acron. 1896 porph. 1899 land.
lais Corinthia 2179 bad.
lamas quid 2145 porph.
lamẽtabiles res quo carmine ſcribendæ ſint 1593 bad.
lamiæ quæ 1616 bad.
lamiarum familia 1157 land.
landini error 1542 amerb.
lapathus 1971 land.
lapatij herbæ uires 1177 luiſ.
laſciuire 1295 griſ.
latinitas obſeruãda 1145 land.
lautus qui dicatur 1673 bad.
lauerna quæ dicta 2152 acron. 2169 bad.
lebedum opp. 2137 acron.
legumen omne nocuum ſecundũ Pythagoram 1994 acron.
leges cur ſint inuictæ 1726 acrõ.
lenonis habitus in Comœdijs qualis 1149 land. 1927 acron.
lentuli unde dicti 1937 land.
lepos ſcurræ 1999 land.
leporis eſus 1704 iul.
lethargus morbus 1918 acron. 1936 land.
leucoſia una de Sirenibus 1933
leucothea 1117 acron. (land.
leuis quæ 1582 bad.
leuinus quis fuerit 1800 acron. 1808 land. 1815 bad.
lex 1853 land. de Tragœdijs & Comœdijs 1614 bad.
libare quid 1999 land.
liber qui uerè ſit 2007 fab. & 2018 pulm.
libertinæ & Libertini 1712. & 1946 bad.
libitina 1992 acron.
lippus, luſcus, & cæcus differũt 1731 land.
lippi 1825 acron
libra quot uncijs conſtet 2014 land.
libum quid 2015 land. eius confectio ibid.
libya terra fabuloſa 2030 lãd.
licambes 1593 bad.
licinus tonſor 1570 freig.
lignũ Ficulnum qd 1838 eraſ.
λιχνοί 1550 pulm.
literarum ſoni 1591 bad.
liminius poëta 1146 land.
liuius Andronicus poëta quando uixerit 1149 land.
loculi qui dicti 1809 land. 1740. 1821 bad.
locutionis duæ ſpecies 1482 id.
loligo piſces 1757 acrõ. 1763 1767 fab.
lollius Maximus Rhetor 2073 land. 2181 acron.
longarenus qs 1681 acron. 1685 porp. 1689 lãd. 1697 1703 iul.
longitudines & latitudines ut perponderentur 2002 fab.
lubrica quæ dicantur 1973 pul.
lucifugæ q dicti 1752 Pet. Cri.
lucillius mordicus poëta 1751 acron. 1684. 1685 pulm. & fab. 1864 glar.
lucillij uerſus 1867 pulm.
luciliana urbanitas 1739 fab.
lucretius poëta 1146 land.
lucrinus lacus 1588 bad.
lucus 1580 bad.
ludere par impar 1928 acron.
ludicra quæ dicta 2046 bad.
ludimagiſtri ubi olim docuerint 1659 acron.
ludi Aemilij inſtituti 1108 acr. compitalitij 1605 bad. gladiatorij 2045 land. cur reperti ſint 1154 land.
ludiones 1420 iaſ.
luiſini Annotat. in Artẽ Poëticã 1161. 1162 Franc. Luiſ.
lunares Neomenias unde numerent Iudæi 1846 acron.
lupus Catullo 1907 fab.
lupi Piſces meliores q ſint 1892 acron. 1899 land.
luſciniæ auis cantus, natura & proprietas 1938 land.
luſtra quæ propriè 1811 glar.
luteus color 1907 fab.
lycambes fabula 1112 acron.
lychnobij 1752 Crinit.
lycinus tonſor 1129 acron.
lydi nomine qui intelligantur 2112 bad.
lydius modus canendi 1419 iaſ.
lygia una de Sirenib. 1933 lan.
lynceus oculatiſsimus 1682 acron. 1690 land. 1693 glar. 2065 bad.
lyra & cythara differunt 1547 glar.
lyrici poëtæ qui 1564 freig.
lyricum carmen 1137 porph. 1148 land. eius decorũ & ars 1594 bad. 1526 ian.
lyſippus inſignis ſtatuarius 1561 freig. 2218 acron.

M

MAcellum quid 1927 acron. 1938 land.
mactie quid 1688 land. 1694 pulm. 1701 iul. 1709 bad.
Madius piloſophus 1466 iaſ.
magnes poëta 1149 land.
maia 1997 land.
malchinus 1684 porph. 1688 land. 1694 pulm. 1700 iul.
malachus quis 1709 bad.
mallius quis fuerit 1836 porp.
mali appellatione qui fructus intelliguntur 1740 bad.
mamurræ fratres 1779 acron.
manes qui dicti 1835 acron.
mango qui dictus 2271 bad.
mantica quid 1813 pul. 1929 acron. 1964 bad.
mariſca ficus 1906 pulm.
marius Nizolius 1170 luiſ.
marſeus quis 1680 acro. 1697 iul. 1702 ſentẽtia 1689 lãd.
marſia quis fuerit 1810 land.
materia quid 1575 bad. 1118 acron. triplex 1583 bad. publica quæ dicatur 1545 glar. 1551 pulm.
mathematici à Phyſicis ut differant 1170 luiſ.
matrona q̃ dicta 1598. bad. 1702 iul. 1711 bad.
matronarũ claſſes olim 1688 l.
mecænatis patria 1662 bad.
medææ fabula 1598 bad.
melancholia 2062 moril.
melanch. ſõnia qualia 1165 lui.
mel Sardoũ, Corſicũ & amarũ 1140 por. 1132 acr. 1158 l.
meleager & Tydeus fr. 1119 a.

Cn. Nea

Cn. Meliſſus ſcriptor 1129 acr.
melitus quis 1966 acron 1970 land.
membrana unde dicta 1915 acron. & charta differunt 1763 land.
memnonis bella 1858 acron
menander Comœdiarum repertor 1614 bad.
mendicus & pauper differunt 1687 land.
menelaus rex 2115 acr. 2118 (land.
menſæ ſecundæ 1739 bad.
menſium nomina, Calendæ, Idus, nonæ, & eorum natura 1821 bad.
mercatorum natura & ſtatus 1687 land. 2002 porph. 1649 Iul.
meretrices inſignes olim 1689 (land.
meretrices unde dictæ, earumq́ ingenium 1712 bad.
meretricis habitus in Comœdijs 1149 land.
meretricum locus & habitatio olim 1688 land.
merula 1624 bad.
merx quid & unde dicatur 1712 bad.
mergi qui dicti ſint 1901 lãd.
meſſala Coruinus orator 1858 acron 1132 acron
meſſenios quo duce Lacedæmonij uicerint 1133 acron
metellæ hiſtoriæ 1928 acron
metaphora quid ſit, eiusq́ originis cauſa 1373 Iaſ. inquibus adhibenda ſit 1375 Iaſ.
metaphoræ genera 1373 Iaſ.
miles qui propriè ſit 1665 bad.
militis habitus & ſtatus in Comœdijs 1149 land.
milo 1713 bad.
mima 1685 porph.
mimi qui dicti 1606 bad. 1149 land.
minerua inuita, abnormi & craſſa 1906 fab. poëtarum Dea 1135 acron
minermus quis 2114 bad.
minxit in patrios cineres 1574 freig.
mirmillones qui 1545 land. 2192 fab. 2002 fab 1993 acron
modus optimus 2181 fab. 2193 mor.
modi canendi uarij 1419 Iaſ.
mœchi 1711 bad. eorum pœna 1678 acron.
mœnius quis 1720 acron 1728 porph. eiusq́ columna 1739 fab.
mœror quid 1295 grif.
mœuius parcus homo 1653 ac. 1545 glar. 1651 Iul.
monaulæ repertor 1547 glar.
monochordon quid 1547 glar.
monometri 1611 bad.
monumentum diuitũ apud ueteres 1836 porp. 1841 bad.
monſtri cuiuſdam pictura 1163 luiſ.
moralis philoſophiæ auctor 1156 land. 2059 mor.
morbus quid 2061 mor. Campanus 1786 glar. 1790 fab. & uitiũ differunt 2061 mor.
morbi regij uaria nomina 1523 Ian. 1135 acron.
mores mutandi cum ætatibus 2061 mor. boni qui dicantur 1296 grif.
morum differentia quadripartita 1296 grif.
Μερκλύνοτε 2009 acron
moroſa fabula quæ 1150 acr.
mortuos ſepeliendi mos apud Priſcos 1522 Ian.
moſcus Pergamenus Rhetor 2092 acron
moſes rex Iudæorum 1846 ac. 1650 glar.
motoria Comœdiæ quæ dictæ 1149 land.
mugilus 1971 land.
mullus piſcis 1899 land.
multiplex unde dictum 1530 Amerb.
mundus unde dicatur 1577 (bad.
murena piſcis 2029 land. & myrinus differunt 2029 lãd. 2032 pulm.
muſtelæ etymon 2119 land.
muto 1685 porph.
myrteta quæ dicta 2153 acron.
myleſia quæ dicta 2179 bad.

N

Nabis ſine cortice 1757 acr. 1764 Hart. 1776 pol. Virg.
naca qui dicti 1810 Aldus. ibidem philol. 1814 fab.
nænia quid 1592 bad. 2040 acron 2068 bad.
nænius 1657 Iul.
næuius poeta 1146 land.
næuij inſcriptio 1706 Iul.
næuæ 1810 Aldus. ibid. philol. 1814 fab.
narratio aperta 1584 bad.
naſus Satyricus 1702 Iul.
naſidienus quis fuerit 2025 acron, eius cœnæ deſcriptio 2027 land. 2031 pul.
natantes olim ſe ungebãt 1881 land. (bad.
nationum proprietates 1598
natura quæ præſtet nobis 1733 land. 1585 bad.
naturæ fines qui 1630 acron. commoda 1726 acron
naturalis ordo qui 1584 bad.
naufragi ſuos caſus in depictis tabulis circumferebant & in templis ſuſpendebant 1879 acron & 1107 acron
neapolitanus morbus 1786 glar. 1790 fab.
nebulones qui dicti 1633 acr. 1643 land. 1677 acron
neomenias unde Iudæi numerent 1846 acron
nepos qui propriè dicatur 1588
neptunus 2069 bad. (bad.
nerius & Ancrius idem 1920
nerui 1366 Iaſ. (acron
Νευροσπαστοῦνται 2018 pulm.
nicias pictor 1166 luiſ.
nigri oculi & pupilli nigri quid deſignent 1144 land.
nobiles Romæ qui olim 1553 pul. matronæ an amandæ 1703 Iul.
nobilitas uera unde conſtet 1799 acron & alij 1808 land. 1814 fab.
nomentanus prodigus 1633 acron 1645 glar. 1651 Iul. 1834 acron 1836 porphyr. 2031 pulman.
nonæ quæ 1821 bad.
norma quid 1991 acron
noua perſona ut ſit deſcribenda 1151 land. uerba unde petenda 1145 land. 1532 Amer. 1557 fab. 1587 bad.
nouus homo q̃ dicatur 1815 b.
nouiorum familia 1810 land.
nucis appellatione qui fructus intelligantur 1740 bad.
nullus poëta 1149 land.
numerus Saturnius qui 2239 fab.
numerorum uſus apud ueteres 1418 Iaſ.
nutare quid 1846 acron

O

O' ut conſtruatur 1664 bad.
ὀβελίσκος 1574 freig.
oblimare quid 1689 land.
obolus 2014 land.
obſonium quid 2024 bad.
obſoniorũ uaria genera 1976 bad.
œconomiæ deſcriptio 1577 ba.
œnei filij 1566 freig.
ofelli ditiſsimi continentia & exilium 1893 acr. 1902 lan.
olea uiuax 2276 bad.
Olitores olim uiliſsimi homines 1551 pulm.
omaſus quid 1979 acr. 1983 land. 1986 pulm.
opimius ditiſsimus & auarus 1923 acron 1931 porph. 1950 fab.
opiſtographia 2209 land.
oppidius quis 1925 acron
opum dator 1992 acron
opus regiũ quod dicatur 1111 acron. uariũ qui conatur ſeribere, ſæpè errat 1107 acron
oraculorũ interitus 1520 Ian.
oratio ornata duplex 1559 fre.
orationis laudes duæ ibidẽ. idẽ
orare & declamare differunt 2274 land.
orator & Rhetor differunt & quid cõmune habeant 2074 2076 land. 2141 land.
orbis, perſona & Argumentum differunt 1300 grif.
orcus quid, uariæ opiniones 2278 bad. & alij in antecentibus folijs 1584 bad.
ordo duplex in contexendis rebus obſeruandus 1145 land.
oreſtis fabula 1500 Ian. 1599 bad. 1950 fab.
orichalcum quid 1415 Iaſ.
origo ſcortum 1689 land.
orphei diuina carmina 1158 lã.
ortygia 1165 luiſ.
oryza 1936 land.
oſceni qui dicti 1780 acron
oſcia Campania dicta 1780 a.
oſcænon morbus 1643 land.
othonis lex 2068 bad.
ouidius quo genere carminis ſit uſus 1147 land.
oxycholus quis fuerit 1842 ac.
oreſtis fabula 1599 bad.

P

Palladis uirgines 2032 fab.
palæmon 1127 acron (bad.
palleo & timeo differunt 2123
palliatæ fabulæ quæ dictæ 1606 bad.
pallium quid 1570 freig.
palpo & palpor 1886 bad. 1882 land.
palpere 1878 acron
palus ut declinetur 1840. bad.
pætus quis 1722 acron 1733 land. 1734 Cœl.
pantalobus quis & unde 1834 acron 1836 porph. 1877 acron 2154 acron
pantillus Muſicus 1865 land.
pantomimus 1869 fab.
papaueris pulmentariũ 1618 b.
parabola non importunè in poëmate introducẽda 1106 ac.
paraſiti unde dicti 1687 land. eorumq́ habitus in comœdijs 1149 land.
parochi qui dicti 1779 acron 1786 land. 1038 land.
parrhaſius pictor 1561 freig.
parthenope 1933 lan.
paſtilli 1688 land. 1692 Her. 1700 Iul.
patritij qui dicti 1553 pulm.
pauonis eſus optimus 1899 lã. eiusq́ eſus inuentio 1691 lã.
pauper & mendicus differunt 1687 land.
peccata eſſe paria ſecundũ Stoicos 1724 acron. 1739 fab. 1702 Iul. 1740 bad.
pecunia unde dicta 2112 bad. an primùm quærenda 1659 Iul.

Iul. ut Græcè dicatur 1655 *Iul.*
pedacia 1835 *acr.* 1839 *fab.*
pediacia & pediacius 1836 *porphyr.*
pedius publicola orator 1858 *acron*
pedum oppidum 2096 *land.*
pede uno ſtans 1764 *pul.*
peleus diues & pauper factus 1114 *acron*
pelei hiſtoria & exilium 1114 *acron* 1597. 1697 *bad.* *mendicitatis deſcriptio* 1556 *Muret.*
pelopis hiſtoria 1672 *bad.*
pentameter uerſus 1112 *acron* 1544 *Iac.Bon.* 1611 *bad.*
pentametri decorũ 1592 *bad.*
πεπλασμένα 1557 *fab.*
πεποιημένη quæ 1557 *fab.*
percontor & percontor 1707 1728 *bad.*
pereunt omnia 1111 *acron*
περιβραχιόνιον 1946 *pulm.*
periſcelis quid 2180 *bad.*
perna unde dicta 1902 *land.*
pernitioſiſsimum in omni uita quid nimium 2193 *moril.*
perpendiculum 1997 *land.*
perſona, Argumentum & orbis differunt 1300 *grif.* *quarta in ſcenam quando ſit introducenda* 1123 *acr.* *noua quomodo fingenda* 1600 *bad.*
perſonæ quomodo introducendæ ſint 1116 *acr.* 1151 *land.* *in Comœdiam & Tragœdiam quot ſint introducendæ* 1138 *porph.* *Satyræ Græcæ quæ* 1552 *palm.*
perſonarum ueſtimenta ut ſint diſtinguenda 1149 *land.* *decorum unde* 1533 *Amerb.* *decorum ſeruandum* 1599 1598 *bad.*
perſius quis fuerit 1825 *acron* 1828 *porph.* 2206 *bad.*
petilius malus poëta 1858 *acr.*
petillus ſacrilegus 1864 *land.* 1757 *acron*
petrarcha inſignis poëta & eius uerſus aliquot 1302 *grif.* 1367 *Iaſ.* 1469 *Iaſ.*
pexa tunica 2070 *Beroald.*
phæaces 2153 *acron*
phantaſma quid 1479 *Ian.*
pharmacopolæ 1675 *acron* 1687 *land.* 1707 *bad.*
philippi urbs 2253 *acron*
philodemus quis 1683 *acron* 1686 *porph.* 1696 *pulm.* 1699 *Iul.*
philoſophia Medicina animorum 2037 *fab.* *quid & quotuplex* 2077 *land.* 2058. *fab.*
philoſophiæ cultus ad quid utilis 2002 *fab.* *laus* 2061 *mor.* *moralis utilitas* 2059 *mor.* *tres partes* 1966 *acron.* *ſtudium ad quid utile* 2099 *lãd.* *ſtudium quottuplex eiuſq; uaria ſpecies & ſectæ* 2046 2047 *land.*
philoſophandũ quatenus 2064 *bad.*
phlegma morbus 2062 *moril.*
phormiæ 1600 *bad.*
phrenetici qui dicti 1918 *acr.* 1936 *land.*
phrygius modus canendi 1419 *Iaſ.*
φθονοῦμαι 1289 *grif.*
phyſices ſtudium quottuplex 2047 *land.*
picenum & picens differunt 1929 *acron*
pictor & poëta quid differant 1578 *bad.*
pictores inſignes 1561 *freig.*
pictorum mos 1561 *freig.* 1166 *luiſ.*
pinguis uenter non gignit ſenſum tenuem 1903 *Eraſ.*
pinguis nomine qui intelligatur 1724 *acron*
piperis genera 1971 *land.*
piſces patinarij qui dicti 1738 *pulm.*
L.Piſo quis fuerit 1136 *acron*
piſo ſcriptor Tragœd. 1135 *ac.*
piſones unde 1156 *land.*
piſonum familia 1543 *glar.*
pitholeon poëta 1857 *acron*
pituita 2062 *mor.*
podagra tarda cur dicatur 1844 *acron*
poema quid 1575 *bad.* *quibus rebus conſtet* 1130 *acron* *quomodo uariandum* 1170 *luiſ.*
poematis decorum 1584 *bad.*
poematum uaria genera 1565 *freig.* *genera* 1575 *bad.*
poemata quottuplicia Ian. *ſcribenti quæ neceſſaria* 1241 *land.* *artificioſa qualia debeant eſſe* 1106 *acron*
poëtica ars quid 1575 *bad.*
poëſis loquens pictura dicitur 1559 *freig.* *quid* 1575 *bad.* *poema, poëtice differunt* 1772 *bad.*
poeſeos uarius uſus 1475 *par.*
poëta bonus qui ſit 1549 *pulm.* *bonus unde efficiatur* 1156 *land.* *bonus quibus abhorrere debeat* 1478 *Ian.* *qui dicatur* 1606 *bad.* *naſcitur* 1621 *bad.* *& pictor differunt* 1578 *bad.* *qui laudãdus* 1618 *bad.* *qui commune habeat cum Oratore* 1141 *land.*
poëtam non arte fieri, ſed natura naſci 1129 *acron*
poëtæ boni officium 1624 *bad.* *an arte opus habeant* 1464 *Iaſ.* 1521 *Ian.* *diuini cur dicantur* 1158 *land.* *celeberrimi olim qui fuerint* 1146 *land.* *comici primi qui fuerint* 1149 *land.* *qui imitandi* 1155 *land.* *quæ prætentant* 1616. 1618 *bad.* *inſaniunt* 1614 *bad.*
poëtarum diſciplina quomodo mutata 1125 *acr.* *finis ſeu intentio* 1616 *bad.* *genera quatuor* 1129 *acron* *honor apud priſcos* 1520 *Ian.* *ingenium quale eſſe oporteat* 1141 *lãd.* *licentia* 1489 *Ian.* *ſpecies quales ſint* 1143 *land.*
poëtas bonos inſanire 1129 *ac.*
poetica ars an ſit epiſtola nominanda 1272. 1273 *&c. grif.*
poeticæ artis laus 1619 *bad.* 2213 *acron & alij.* *artis ſumma* 1560 *freig.* *artis titulus* 1575 *bad.* *artis opera duplicia* 1164 *luiſ.* *utilitas & difficultas* 1620. 1621 *bad.*
polemon luxurioſiſsimus homo fit philoſophus temperantiſsimus 1929 *acr.* 1932 *porph.* 1938 *land.*
polydori filij priami interitus & hiſtoria 1919. 1920 *acron*
polycletus pictor 1164 *luiſ.*
polycleti balneum 1136 *porp.*
polypus quid 1722 *acron* 1731 *land.* 1734 *Eraſ.* *de Polypo multa Athenæus* 1734 *philol.*
polymneſtus autor Elegiaci carminis 1563 *freig.*
polymneſtoris perfidia 1920 *acron*
pollionis miſerabilis interitus 2029 *land.*
pollux & caſtor ex ouo nati 1887 *bad.* *& caſtor fratres* 1120 *acron*
pomarij proferendi ius qui habuerint olim 1552 *pul.*
pompeius Magnus ædilis 1937 *land.*
pomponius ſcriptor 1129 *acr.*
pomi appellatione qui fructus contineantur 1740 *bad.*
ponere 1582 *bad.*
pons Fabricius 1918 *acron*
pontina palus 1588 *bad.*
poplites 2012 *acron*
populus quid 2062 *mor.*
populi iudicium de literatis 2062 *mor.*
populo quæ munera olim ædiles dederint 1637 *land.*
populum non eſſe imitandum docet Seneca 2062 *mor.*
porticus quid 2062 *moril.*
M.Portius 1110 *acron*
poſthac qd propriè 1664 *bad.*
placenta unde conficiantur 2026 *land.*
placideiani 2013 *porph.* *optimi gladiatores* 2017 *glar.*
planipedes qui dicantur 1149 *land.* 1606 *bad.*
platonicorum dogma de animarum migratione 2097 *land.*
plaudo & Explodo 1873 *bad.*
plautus quem locum inter poëtas teneat 1146 *land.*
plauti epitaphium 1590 *bad.* *fabulæ quales* 1128 *acron* *patria* 1146 *land.* *infortunata uita* 1146 *land.*
plodere & plaudere ueteres dixerunt 1121 *acron*
pluuiæ quando maximæ fiant 1630 *acron* 1634 *bad.*
pluuias quod ſydus conciet 1106 *acron*
præcepta quomodo danda 1130 *acron*
præceptio ſit breuis 1616 *bad.*
præficæ mulieres quæ dictæ 1134 *acron* 1522 *Ian.*
præneſte urbs 2074 *land.*
prætexta ueſtis 1606 *bad.*
prætextata comœdia quæ 1129 *acron*
prætextatæ fabulæ quæ dictæ 1606 *bad.*
prætextati qui dicti 1149 *land.*
precij caſus 1957 *bad.*
priapus quis fuerit 1833 *acron* 1839 *fab.* 1840 *bad.*
priſca perſona quo modo ſit deſcribenda 1150 *land.*
priuatio unde dicatur 1730 *land.*
priuatorum monumentorum eorumq; inſcriptio 1736 *porp.*
priuigni appellatio 2087 *mor.*
priuum quid 1977 *acron*
procellæ unde dictæ 1582 *bad.*
prodigialiter rem uariare quomodo quis poſsit 2170 *luiſ.* 1502 *bad.*
progne eius fabula 1603 *bad.*
prolixitas uitis 1563 *bad.*
promus quid 1903 *Sabell.*
propertius quo genere carminis ſit uſus 1147 *land.*
propria quæ dicantur 2000 *pul.* *& tranſlata uerba* 1587 *bad.*
πρὸς τὸ ποίημα quid 1120 *acron*
proſcripti qui dicti 1825 *acrõ.* 1828 *land.*
proſtibulum quid 1682 *acron*
proſtibula ubi ſint erigenda 1709 *bad.*
protei hiſtoria 1920 *acron* 2069 *bad.*
pruna ſylueſtria 2164 *land.*
ptolemæi inuentum 1764 *lãd.*
ptyſanarum unum 1930 *lãd.*

publica

publica materia quib. reb. priuati iuris fiat 1545 glar. quæ dicta 1151 land. 1460 glar.
pudicitia quid 1822 bad.
puellarum habitus in Comœdijs 1149 land.
puerorũ ludus olim 1567 freig.
punctum quid 1616 bad.
puppius Tragœdiographus 2040 acron 2068 bad.
purpuræ uariæ ſpecies 2133 land.
puteal quid 2201 land. 1993 pulm.
puteolana ciuitas 1588 bad.
pyga 1685 acron 1690 land. 1715 bad.
pyrgum quid 2012 acron 2016 Sabel.
pythagoras philoſophus 1966 acron 1970 land. ſecundùm quid ſuam philoſophiam formârit 1450 Ian. cur fabam non comederit 1994 acron 1999 land. 2002 fab.
pythagoræ dogma 2242 bad. dictũ de coloribus 1764 Rot.
pythia 1609 bad. 1591 bad. carmina 1159 land.
pythium carmen 1147 land. 1591 bad.

Q

Quadrans quid 1641 land.
quandoq; dormitat bonus Homerus 1571 freig.
quarta perſona quando introducenda & ut à Græcis dicatur 1152 land. 1121 acron.
querimoniæ quo carmine ſcribendæ 1593 bad.
qui, quæ, quod u. u.endum ſit 1822 bad.
quidlibet unde 1578 bad.
quincunx quid 1641 land.
quinquatres quid, earumq; deſcriptiones 2278 bad.
quinquatria 1737 pul.
quinta perſona non introducenda 1153 land.
quintiliani ſententia de natura poëtæ 1623 bad.
quinqueuir 1986 pulm.
quintilius uarus cenſor Maronis 1159 land.

R

Rana Mecœnatis 2005 fab.
rancidus aper 1895 acron 1896 Aorph.
rapula neut. generis 2027 por.
rebus ſuis non utentium elegans deſcriptio 1656 Iul.
recocti ſcribæ qui dicantur 1980 acron
reges qui dicantur 1467 Iaſ.
regium opus 1589 bad.
regij morbi uaria nomina 1523 Ian.
rei qui 1970 land.
reponere propriè quid 1565 freig.
repotia quæ dicantur 1893 acron 1901 land. 1905 pul. 1911 bad.
repudium quando permittatur 1705 Iul.
retiarij thracis inſcriptio 2193 fab.
rex Rupilius aduerſarius Horatij 1825 acron 1827 porph. paraſiti 2112 bad. Cappadocum qui dictus 2112 bad.
rhem tracius 1580 bad. deſcriptio 1859 acron 1869 pul.
rhenus luteus cur ab Horatio dicatur 1864 lãd 1867 pul. genere neutro uſurpatur 1136 porph.
rhombus 1705 Iul. 1092 acr.
rhetor & orator differunt 2074. 2075 land.
rhetoris officium 2074 land.
rhetorices inuentio 1163 luiſ.
riuales qui dicantur 1115 acr. 1159 land. 1623 bad.
romani populi mores tempore Romuli 1414 Iaſ.
romanorum luxuria 1906 fab. tres ordines 1427 Iaſ.
romanum imperium quib. modis auctum ſit 1416 Iaſon. Imperium quid perdiderit 1944 pulm.
roſcij lex de equeſtri ordine 2040 acron 2042 porph. 2068 bad.
rota quid 1107 acron
rotæ Figulinæ inuentio 1144 land.
rubi oppid. 1781 acron
rubos oppid. 1787 glar.
ructo & Ructor antiqui dixerũt 1135 acron
rudis quid 2063 bad.
rufa quæ 1927 acron
rufus color 1907 fab. paraſitus 2029
ruſo uenerator 1725 acron 1732 land
ruſonis hiſtoria 1747 bad.
ruris & urbis collatio 2131 fab. 2135 idem.
rupilius Aduerſarius Horatij 1825 acron & alij.
ruſticus qui dicatur 2193 mor. 1889 acron
ruſtici cuiſdam ſimplicitas 1827 acron 1829 land.
ruuba pictor 2015 land

S

S literæ uſus 1611 bad.
ſabbata clunaria Iudæorum 1846 acron 1847 porph. 1849 land. 1850 glar.
ſabina 1844 acron
ſabelli pop. qui 1883 glar.
ſacra ducere, & ferre ſacra 1737 pulm. 1460 Iaſ.
ſacrificia Rom. 2001. pulm.
ſagana quæ fuerit 1836 porp. 1839 pulm.
ſapiens qui ſit dicendus 1727 acrõ. 1902 land. 1729 porp.
ſapientes ſeptem qui fuerint uariæ opiniones eorũq; nomina & uita 1939 land.
ſapientiæ ſtudium quottuplex, eiusq; uariæ ſpecies & ſectæ 2046. 2047 land.
ſapis & Iſapis fl. 1790 fab.
ſalaces qui dicti 1679 acron 1686 land. 1695 pulm.
ſale defricari quid 1866 pul.
ſalebroſa oratio 2180 land.
ſalebræ quæ dictæ 2180 bad.
ſalernũ unde dicatur 2253 ac.
ſalire quid 1688 land.
ſaliorum chorus 1414 Iaſ.
ſaluſtij ſtylus 1484 Ian.
ſaltationũ inuentores 1420 Iaſ.
ſaltationis genus duplex 1423 (Iaſ.
ſamnites 2258 porph.
ſardicum mel 1132 acron
ſardinia melle abũdat 1158 lã.
ſardis 2138 land.
ſardus & ſardinenſis differunt 1727 porph.
ſaturnalia Feſta quando celebrata 2007 acron 2013. lã.
ſaturnius numerus 2240 fab.
ſatyra unde dicta 1633 land. 1651 Iul. loco Comœdiæ apud Latinos 1766 fab. cur Tragœdiæ admiſta. 1125 ac. quid propriè ſit 1627 acron 1614 por. 1644 glar. Iul.
ſatyræ leges 1658 land. ortus & uſus 1751 acron 1768 bad. ſcribendæ leges 1766 fab. ſcriptori quæ neceſſaria 1558. freig. ſcriptores olim 1638 land. 1651 Iul.
ſatyrarum origo 1608 bad. 1659 bad. decorum 1608 bad. duo genera 1638 land.
ſatyras quare ſcribat Horatius 1878 acron & alij.
ſatyri dij qui 1154 land.
ſatyricum carmen à quo inuentum 1627 acron
ſatyrica Græca ut differat ab Atellana 1149 land.
ſatyricus & tragicus ut differant 1126 acron
ſatyricus ſtylus qualis eſſe debeat 1154 land. 1561 bad.
ſatyrici dij qui 1540 bad. ſcriptores primi qui 1751 acron 1768 bad. 1125 acron
ſatyricam fabulam quis primùm ſcripſerit 1125 acron
ſatyrica quæ dicta 1600 bad. ut differant à Comœdia & Tragœdia 1426 Iaſ.
ſatyricæ fabulæ ſtylus qualis eſſe debeat 1126 acron
ſatyricorum ſcænarum ornatus olim 1552 pulm. 1149 land. initia 1613 bad.
ſatyricorum licentia 1128 acron. ſtylus 1526 Ian.
ſcabies ludus 1134 acr. mala quid 1555 pul.
ſcæua quis fuerit 2171 acron. 1879 acron 1882 land. 1884 glar.
ſcæuolæ ſcriptum de adulteris 1705 Iul.
ſcalpra quæ ſint 1944 pulm.
ſcantianum malum 1974 fab.
ſcarus 1907 fab.
ſcauri qui dicantur 1723 acr. 1728 porph. 1738 pulm.
ſcenæ ut ſint diſtinguendæ 1149 land.
ſcipio Africanus unde dictus 1878 acron
ſcipionis Africani continentia 1879 acron
ſcribæ recocti 1980 acron
ſcribentis intentio 1661 bad.
ſcribenti quæ neceſſaria 2579 (bad.
ſcrupulus 2014 land.
ſcruta quæ dicta 2021 pulm.
ſcurra & urbanus differunt 1785 land. 1794 bad. qui dicatur 2191 mor.
ſcuticam 1750 bad.
ſegnis qui dicatur 1961 bad.
ſemis quid 1641 lãd. 1130 ac.
ſempronius primùm ciconias comedit 1893 acron
ſenes cur tardi ad res gerendas 1152 land. 1122 acron. quibus reb. delectentur 1131. ac.
ſenili ætati quæ competant 1602 bad.
ſepeliendi mortuos mos apud priſcos 1523 Ian.
ſeptunx quid 1641 land
ſeptimius quis 2129 acron
ſepulchrorum genera & inſcriptiones olim 1837 land. 1838 pul.
ſermonis ueteris conſuetudo 1586 bad.
ſermones & epiſtolæ differunt 1627 acron 1634 porph. cur Horatius Satyras ſuas appellârit 1644 Han. 1657 fab. 1638 land.
ſermonum libri Horatij unde dicti 1627 acron
ſeroſus morbus 1643 land.
ſerui qui & modis liberi fiebant 2011 acron. eorum habitus in comœd. 1149 land.
ſeſquipedalia uerba quæ dicta 1125 acron 1150 land. 1550 pul. 1597 bad.
ſeſtertium quid 1961 bad. 2062. mor.
ſextans quid 1641 land.

ſudia

ſicilia cur Triquetra ſit dicta 1999 land.
ſimplex quid 1530 Amerb.
ſimplicitas cuiuſdam ruſtici 1827 acron 1829 land.
ſimulatio odioſa 2159 fab.
ſimulare 1530 bad.
ſiliqua generi ponderis 2014 land.
ſilius de uoluptatib. 2080 mor.
ſinueſſa urbs 2095 land. 1779 acron.
ſireni 1916 acron
ſirenũ nomina & fabula 1933 land.
ſiſenna ſcriptor 1831 fab.
ſiſennæ qui dicti 1826 acron 1830 glar.
ſiſyphus quis 1728 porph. 1731 land 1917 acron.
ſiſyphi fabula 1948 fab.
ſocrates autor philoſophiæ moralis 1570 freig. 1156 land.
ſocratis deambulantis reſponſum 1891 acron.
ſoccus 1594 bad.
ſolers qui propriè dicatur 1133 acron.
ſoleæ 1734 land.
ſolidum quid 1727 bad.
ſolis greſſus in Aquarium 1634 porph.
ſomniale uaticinium 1865 lãd.
ſomnia ægrotorum cur non ſint uera 1143 land.
ſomniorum uaria genera 1165 luiſ.
ſordidus qui dicatur 1673 bad.
ſoroiſmus 1577 bad.
ſors 1657 fab.
ſorte ſua nemo contentus 1639 land. 2147 land.
ſoſigenis zona 2267 Sabellicus 2272 bad.
ſoſij fratres 2209 land.
ſpectatores quæ moueant 1123 acron.
ſpondeus in 6. & 4. 1611 bad.
ſpondaicus uerſus 1591 bad.
ſtaberius auarus homo 1922 acron. 1935 land. 1949 fab.
ſtatoriæ Comœdiæ quæ dictæ 1149 land.
ſtatius Cecilius Comœdiarum ſcriptor 1146 land.
ſtertinius philoſ. 1918 acron.
ſtilla unde dicta 2120 land.
ſtrabo qui dicatur 1722 acron 1734 Cæl. 2065 bad. 1728 porph.
ſtramenta quæ 1923 acron
ſtrigil inſtrumentũ 2012 acrõ.
Στοιχεῖα 1307 Iaſ.
ſtoicorum dogma 1628 acron. dogma de peccatis 1724 acr. 1739 fab. 1685 porph. ſententia refutatur de ſtultis 1919 fab. 1934 land.
ſtola ueſtis 1681 ac. 1689 lãd.
ſtudiorum ſeri qui 1867 pulm.
ſtulti quib. ſimiles 1934 land.
ſtultorum infinitus eſt numerus 1746 bad. uaria genera 1934 land.
ſtultos oẽs inſanire 1934 land.
ſtylus quotuplex eſſe debeat 1581 bad. triplex 1589 bad.
ſtyx 2278 bad.
ſub ut conſtruatur 1554 bad.
ſubſtantia quotuplex & eius diuiſio 1479 Ian.
ſubſtantialis forma quæ 1482 Ian.
ſubucula quæ dicta 2070 bad.
ſulcius quis fuerit 1756 acron.
ſulpitius Iuriſconſul. 1727 acr.
ſumere 1595 bad.
ſummum quid 2063 bad. bonũ in quo ſit ſitum 1727 acron. 1936 land. bonum, uoluptatem rerum honeſtarum eſſe 1965 acron
ſuperbiæ deteſtatio 2126 fab.
ſupina in V 1775 bad.
ſupplicia apud ueteres 1747 bad.
ſurdus 1719 acron
ſuſſarion poëta 1149 land.
ſyluæ quando nudari, & mutari dicantur 1557 fab. cur Dianæ ſacræ 1549 pulm.
Συμμετρία quid 1531 Amer. 1577 bad. 1627 bad.
Συμφωνία quid 1132 acron
Συρμὸς quid 1153 land.
ſyrenes earumq́; deſcriptio 2082 bad.
ſyridamæ qui 1909 land. 1819 fab. 1817 bad.
Σύρμα quid 1535 Amerb. 1153 land. 1607. bad.

T

Tabella nautoria 1877 acrõ.
tabula Ceritum 2107 land. quid 1809 land. 1821. bad.
taberna quid 1423 Iaſ.
tabernæ 1126 acron.
tabernariæ fabulæ quæ dictæ 1606 bad. 1149 land.
talenta quæ dicta & quotuplicia 2106 land.
tali teſſari 1925 acron.
tanais quis 1633 acron. 1636 porph. 1673 bad.
tangere quid 1678 acron.
tantali fabula & pœna quid 1632 bad. denotet 1643 Eraſ. 1650 Iul. 1656 idem 1669 bad.
tanus quis ſit 1643 land.
tarentum, Terẽtum idem 1973 pulm.
tarpa criticus quidam 1859 acron.
tarracina cur Anxur dicatur 1778 acron.
telemachi hiſtoria 2115 acron. 2118 land. 2122 mur.
telephus diues & pauper factus 1114 acron. 1545 glar. an mendicus fuerit, uariaq́; de eius mendicitate 1555 mur.
telephi fabula 1149 land. 1596 bad.
telephia uulnera 1564 freig.
tellus unde 1905 pulm.
tentigo 1692 land.
terentius quem locum inter poëtas teneat 1146 land. metro conſtat 1611 bad.
teretes 2011 acron.
tereus, eiusq́; fabula 1603 bad.
tenax qui dicatur 1673 bad.
teſqua quæ dicta 2147 acron.
tetrachordos quid 1736. glar.
tetrametri 1611 bad.
tetrarchæ qui dicantur 1730 land. 1740 bad.
theatra quomodo ornata ſint apud Romanos 1143 land.
theatralis pompa qualis debeat eſſe 1607
thebanæ urbis conditor 133 acron.
thebani infelices 1116 acron.
theon dicaciſsimus homo 2183 acron. Homeromaſtyx 1165 luiſ.
theſpis 1128 acron. 1612 bad.
theognidis ſententia 2042 porph.
thieſtes eiusq́; fabula 1672 bad. 1597. bad.
thrax quis 2192 fab.
τρυγῳδίας & θρῆνος 1522 Ian.
thurarius 1927 acron
thuri & Thurij 2025 acron.
thuſci uicus qui dictus 1927 acron. 1938 land.
tibia unde ſit inuenta ſecundũ grif. 1414 Iaſ.
tibiarum uaria genera 1424 Iaſ.
tibiæ antiquæ foramina quaterna tantum habebant 1124 acron
tibiam obliquam quis inuenerit 1547 glar.
tibullus quo genere carminis ſit uſus 1157 land. 1592. bad. 2092 fab.
tiburtium malum 1974 fab.
M. Tigellius Muſicus inſignis 1696 acron. 1684 porph. 1687 land. 1695 Iul. 1699 Iul.
timeo & palleo differunt 2123 bad.
timor unde 1152 land.
tireſia 1977 acron. 1981 por. 1982 land. 1987 bad.
tireſiæ uaticinium 1985 glar.
titius poëta malus 2083 acron
toga ueſtis 1680 acron. 1605 bad. 1684 acron
togatæ Comœdiæ quæ 1149 1129 acron 1605 bad. 1711 bad.
tollere 1769 bad.
tonſores 1825 acron
toral quid 1979 pulm.
toralia quæ dicantur 1994 pulm.
torquatus ad cœnam Horat inuitatur 2093 acron & alij.
trabea quem locum inter poëtas teneat 1146 land.
tragœdia quid 1148 land. 1604 bad. unde dicta uariæ rationes 1139 por. 1148 land 1421 Iaſ. 1569 freig. prætextata 1129 acron & Comœdia ut differant 1149 land. 1291. 1292 grif. 1374 Iaſ.
tragœdiæ origo & incrementũ 1536 Amerb. ſpecies 1149 land. initium unde petendum 1612 bad. proprium 1605 bad. ſtylus qualis 1114 acrõ.
tragœdiæ cur Satyra adiuncta 1125 acron atq; Comœdiæ communia nomina apud Græcos 1149 land.
tragœdiæ & Comœdiæ quomodo ornentur 1157 porph. quo carmine ſcribendæ 1594 bad.
tragœdiarum ſcriptores quomodo olim excepti ſint 1138 porph. 1136 acron. ſcenæ ut inſtruendæ ſint 1149 land. initia 1613 bad. decorum 1597 bad.
tragœdijs quæ maximè competant 1603 bad.
tragœdias quis primum ſcripſerit 1139 porph. 1504 grif.
tragicus ſtylus qualis eſſe debeat 1154 land.
tragycus & Satyricus ut differant 1126 acron
tragici generis tractatio 1568 freig.
tragici cur Iambis uſi ſint 1564 freig.
tragicorum ſtilus 1526 Ian.
tragigni 2099 bad.
tragos 2099 bad.
tragus 1613 bad.
tranſlata uerba 1587 bad.
tranſlatio apta 1587 bad.
tranſitio quo pacto ſit inſtituenda 1583 bad.
trauius quis fuerit 1895 acron
trebatij conſilium 1882 land.
tribunorum poteſtas 1812 pul.
triclinium unde dictum 1137 porph.
triens quid 1130 acron 2642 land.

trimeter

trimeter pes 1536 Amerbach. 1611 bad.
trinacria 1994 acron.
triphon Gabriellius uarijs in locis caſtigatur à Griſol. 1272 1273 &c.
triplex Actorum calceamentum 1593 bad. quid 1530 Amerbach. 1575 bad.
tripudium & chorea differunt 1414 Iaſ.
triquetra 1994 acron
triumphus 1619 bad.
triuici oppidum 1981 acron
trochus quid 1572 freig. 1548 glar.
troiani belli cauſa 1151 land.
trulla 1936 land. 1957 bad.
tryphonis Gabrielij commentaria in artem Poëticam 1358 &c. Iaſ.
τρὺξ 1148
tubæ q̄ proprie ſit 1546 glar.
tullus quis fuerit 1799 acron. 1808 land. 1810 glar. 1814 fab.
tullius orator 1815 bad.
tunica pexa 2070 Beroald.
turbo quis fuerit 1930 acron. 1932 porph. 1964 bad.
turdus auis 1883 land.
turius iudex corruptus 1671 acron.
turpilius quē locū inter poëtas teneat 1146 land.
tyberis tractus à quo trāsmutatus 1111 acron 1146 land. cur Velabor dictus 1111 acrō.
Tydeus & Meleager fratres 1119 acron.
tyndaridæ & Tyndaridæ ut declinetur 1645 glar. 1647. 1648 pulm.
tyndaridæ 1633 acron. 1636 porph. 1645 glar. 1672 bad.
tyrius 2278 bad.
tyria purpura 2133 land.
tyrones qui dicti 1677 acron. 1687 land. 1692 glar. 1694 pulm.
tyrtæus Claudius dux Lacedæmonijs ab Athenienſibus miſſus 1133 acron. 1619. 1620 bad. 1140 porph.

V

Vadatus 1844 acron.
uades unde & qui dicti 1628 acron 1639 land.
uadere 1844 acron.
uæpallida 1684 acron. 1692 land. 1705. Iul.
ualerius quis fuerit 1808 land. Cato nobilis Grammaticus 1868 fab.
ualeriorum familia 1808 land. 1811 pulm.
uanum, falſum, & fictum differunt 1143 land.
uappa quid propriè 1677 acron. 1673 bad. 1777 acron. 1936 land.
uari qui dicantur 1919 acron.
uariare quatenus liceat 1144 land.
uaria opp. 1790 fab.
uarietas quot modis ſeruanda 1486 Ian. 1487 Ian.
uarius & Varus poëta 1900 bad.
uarus 1847 acron.
uarro Atacinus 1859 acron
ueianius inſignis gladiator 2037 fab.
uelentana ciuitas 1924 acron.
uelabrum quid 1938 land.
uenales qui ſint 1644 Hart.
ueneficiorum remedium 1842 bad.
uenus transgreſſa nocet 1622 bad.
ueneris pictura 1164 luiſ.
uenuſinum oppidum 1877 acron.
ueratrum helleborum dictum 1156 land.
uerba noua unde petenda 1145 land. propria, translata, antiqua, & noua 1587 bad. quotuplicia ſint 1145 land. rebus aptanda 1592. bad.
uerborum ornatus quotuplex 1177 luiſ.
uerianum malum 1974 fab.
uerna quid 1717. bad.
uertumnus Deus unde 1589 bad. 2207 bad. & quis 1008 acron 2013 land.
ueſtæ templum 1852 fab.
ueſtimenta perſonarum ut ſint diſtinguenda 1149 land.
ueteres in die ſemel tantum comedebant 2153 land.
uetuſta fugienda 1585. 1586 bad.
uia regia quæ dicta 2193 mor.
ricarius qui dictus 2011 acrō.
uicinia & Vicinitas 2182 bad.
uictus ratio apud ueteres 1906 fab.
uillius qs, eiuſq́ interitus 1681 acron. 1635 porph. 1689 land. 1697 Iul. 2149 land.
uincta unde dicta 1547 glar.
uindemiator 1827 acron
in Vino ueritas 1573 freig.
uinum uappa quod 1633 acrō.
uinoſus qui dictus 2066 bad.
uirbium quid 1578 bad.
uirili ætati quæ competant 1602 bad.
uirtutis definitio per Lucilium 2061 moril.
uirum quæ deceant 1687 land.
uiſcus quid 1844 acron. 2030 land.
uitæ dux quæ 1583 bad.
uitiliginoſos cur Hebræi auerſati ſint 1556 pulm.
uiti Amerbachij commentaria in Artem Poëticā 1527 &c.
uitia unde 1722 acron.
uitiā quomodo deſcribenda 1598. 1599 bad.
uitium & morbus differunt 2061 moril.
uiualis poëta 1858 acron.
uiuēdi bene ubiq́ occaſio 2138 2139 fab.
ulubræ quid 2138 porph.
ulyſſes πολύτροπος cur dictus 2075 land.
umbra pro conuiua accipitur 2030 Aldus Man.
uncia quid 2130 acron. 2014 land.
unctum quid 1134 acron.
uocabula qua ratione fingenda 1590 bad.
uocabulorum penuria 2120 Pol. Virg.
uoluptatis uaria genera 2080 moril.
uoranus quis 1855 acron. 1856 porph.
urbanus & ſcurra differunt 1785 land. 1794 bad.
urbem ſale defricare phraſis 1866 pulm.
urbis & ruris collatio 2131 fab.
urceus quod 1581 bad.
uſura quid 1692 glar.
uſuras quando fœneratores olim collegerint 1747 bad.
uſus & conſuetudo differunt 1112 acron.
utilitas & honeſtum differunt 2074 land.
uulnera Telephia 1564 freig.
uulpes animal doloſum 1135 acron.
uulpina fraus 1623 bad.
uulpis & corui fabula 1623 bad.
uultei fabula 2116 porph.
uuidius 1653 fab.
uuidij fabula 1633 acron. nomen 1645 glar. 1651 Iul.
uxor unde dicta 1712 bad.
uxorem quando repudiare liceat 1705 Iul. cum ſuſpecto colloquentem an liceat occidere 1701. 1702 Iul.

X

Xenocrates philoſophus continentiſſimus 1928 acron. 1932 porph. 1938 land. 2075

Y

ὗς, ὗν 1593 bad.

Z

Zenonij philoſophi qui dicti 2049 land.
zethus & Amphion fratres 1572 freig.
ζῶμα & ζώνη 1549 pulm.
zonæ quid, eiuſq́ uarius uſus apud ueteres 2267 Sabel. & alij 2272 bad.

INDICIS IN ARtem Poëtic. lib. II. Serm. & lib. II. Epiſt. Q. Horatij Flacci Finis.

BASILEÆ,
PER SEBASTIANVM HENRICPETRI ANNO POST NOSTRAM SALVTEM INSTAVRATAM CIↃ. IↃ. XXC. MENSE MARTIO.

Digitized by Google


SEBASTIAN · HENRIC · PETRI ·

GOTTSCHER
RESTAURO
1970
Digitized by Google